image
not
available

9
11-5
7

9
2 N
23

9-11.5.7

9-11.5.22

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

· Collegij Ravennatens. Societ. Jesu

ANNALES
ECCLESIASTICI
EX TOMIS OCTO
AD VNVM PLVRIBVS AVCTVM
REDACTI
AVCTORE
ODORICO RAYNALDO
TARVISINO
CONGREGATIONIS ORATORII
PRESBYTERO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO E. MANUELE

ROMÆ, Ex Typographia Varesij. MDCLXVII.
SVPERIORVM PERMISSV.

VBI·IT GETES

ICIT HÆRESES

N PE..RA EXALTAVIT ME·ET NVNC EXALTAVIT CAPVT MEVM SVPER INIMICOS MEOS...

Digitized by Google

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

O. Archiep. Patracen. Viceſg.

EX mandato Reuerendiſſimi P. Hyacinthi Libelli Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri Annales Eccleſiaſticos ex Tomis octo ad vnum redactos Auctore P. Odorico Raynaldo Taruiſino Congregationis Oratorij presbytero vidi. In hoc poſtremo volumine, quæ in prioribus ab eodem editis fuſiùs enarrantur, breui ter, ſed abſolutiſſimè deſcribuntur; ità vt Lector quam plurima Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ monumenta exiguo temporis diſpendio, atque labore aſſequi poſſit. Qua propter cum ibi nihil inuenerim, aut Orthodoxæ fidei, aut probis moribus diſſonum, cumque additionibus inſuper ab ipſo Auctore illuſtratum publicam lucem expectet, optimum factu arbitror quòd typis mandetur. Romæ in Ædibus S. Mariæ in Vallicella v. Idus Octob. A. 1666.

Carolus Annibal Stellutus Congregationis Oratorij presbyter.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus Sacri Pal. Apoſt. Mag.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNALES ECCLESIASTICI.

Indict. 4.

IESV CHRISTI Annus 1198.

INNOCENTII PP. III. anno 1. VACAT IMP. OCCID. 1. ALEXII ANGELI IMP 4.

Innocentij III. creatio.

1 PEPERIT nouum anno supra millesimum centesimo nonagesimo octauo splendorem Innocentius III. in augustissima Petri sede collocatus, quem ad amplissimam dignitatem extulere præclaræ virtutes, & insignia doctrinæ ornamenta, & adiumenta naturæ, quibus non impar ad sustinendas totius Christiani orbis curas animi robur adiecerat; ob quæ etsi ætatis suffragio carebat, annos triginta septem tantùm natus, eadem die qua iusta funebria Cælestino III. facro ritu persoluta sunt, nimirùm VI. id. ianuarij, prætermissis Cardinalibus senioribus inter sese de pontificatu certantibus a, secunda omnium gratulatione, apostolicis insulis inuitus, ac renitens decoratus est. cuius vitæ primordia auctor anonymus pingit qui eius gesta accuratissimè ac summa fide, vt testatur Cardinalis Baronius, vsque ad annum eius pontificatus vndecimum scriptis tradidit.

a *Roger. & Baron. hoc ann.*

Natalium claritas.

3 *Innocentius III.* (inquit) *ex patre Trasimundo de comitibus Signiæ; matre verò Clarina de nobilibus viris, fuit vir perspicacis ingenij, & tenacis memoriæ, in diuinis, & humanis literis eruditus, fermone tam vulgari, quam literali discretus, exercitatus in cantilenis, & psalmodia; statura mediocris, & decorus aspectu; medius inter prodigalitatem, & auaritiam, sed in eleemosynis, & victualibus magis largus, & in alijs magis parcus, nisi cùm necessitatis articulus exigebat: seuerus contra rebelles, & contumaces, sed benignus erga humiles, & deuotos: fortis, & stabilis, magnanimus, & astutus, fidei defensor, & hæresis expugnator: in iustitia vigilans, sed in misericordia pius; humilis in prosperis, & patiens in aduersis; naturæ tamen aliquantulum indignantis, sed facilè ignoscentis. Hic primùm in Vrbe, & deinde Parisijs, tandem Bononiæ scholasticis studijs insudauit, & super coætaneos suos tàm in philosophica, quàm in theologica disciplina profecit, sicut eius opuscula manifestant, quæ diuersis temporibus edidit, & dictauit, &c.* Vtriusque iuris scientias floruisse, non modò Baronius in schedis, quæ apud nos extant, obseruauit; verùm eiusdem Pontificis sapientissima responsa ac decretales ab eo datæ

Forma corporis.

Animi virtutes.

Educatio.

epistolæ in omnium oculis collocarunt. Pergunt gesta:

Gesta, dignitas cardinalitia.

3 *Hunc sanctæ memoriæ Gregorius VIII. Papa in subdiaconum ordinauit, & Clemens III. Papa promouit in diaconum Cardinalem, vigesimum nonum ætatis annum agentem, assignans ei ecclesiam sanctorum Sergij & Bacchi, cuius ipse fuerat diaconus Cardinalis. Proficiebat autem sicut ætate, sic & probitate coram Deo, & omni populo, ita vt omnes de sui sublimatione præsumerent, & sperarent: infra biennium autem, postquam promotus fuit in Cardinalem, præfatam sanctorum Sergij & Bacchi ecclesiam, quæ nimis erat deformis, & ruinosa, vt magis crypta, quàm basilica videretur, suis sumptibus restauranit.*

Instaurata ab eo ecclesia SS Sergij & Bacchi.

4 Cæterum SS. Sergij & Bacchij ecclesia sita erat inter Seueri Imperatoris triumphalem arcum & Capitolium, quam Baronius multis annis collapsam ac profanatam se vidisse asserit, quæ quanta magnificentia ac cultu assurgeret, ex eiusdem Innocentij ad clericos illius ecclesiæ datis literis a colligi potest. Præterea Innocentium, antequam Cardinalis diaconi dignitate fulgeret, in basilica S. Petri canonicum extitisse, ipse testatur b. in literis ad canonicos illius datis.

a *Innoc. lib. 1. ep. 94.*

b *Lib. 1. epist 296.*

5 *Defuncto igitur Cælestino cùm quidam Cardinalium se contulissent ad * septa Solis monasterij, eius tanta vt libertiùs & securiùs ibi possent de successoris electione tractare; ipse cum quibusdam alijs apud basilicam Constantinianam voluit decessoris obsequijs interesse: quibus honorificè celebratis, ipse cum illis ad præfatum locum accessit, missarum solemnijs in honorem sancti Spiritus à solis ibidem Cardinalibus celebratis, cum ad tractandum de substitutione Pontificis consedissent, placuit omnibus in communi, vt ad terram humiliter inclinati singuli pacis osculum sibi darent; & oratione præmissa examinatores fuerunt secundùm morem electi, qui sigillatim votis omnium perseruatis, & in scriptum redactis, examinationem factam retulerunt ad fratres; & quoniam in eum plurimi conuenerant, licet tres alij fuissent ab aliquibus nominati, post disputationem inter eos super ætate habitam (quia tunc erat annorum triginta septem) omnes tandem consenserunt in ipsum propter honestatem morum, & scientiam literarum, eum in summum Pontificem eligentes, flentem, exultantem & renitentem, vocantes ipsum Innocentium, cùm prius Lotharius vocaretur: & sublimata electione cum hymnis, & laudibus ductus est a multitudine cleri, ac populi, qui inferiùs expectabant, ad Constantinianam basilicam, & indè ad patriarchatum Lateranensem perductus, peractis omnibus secundùm ritum solitum, & antiquum.*

* septem Solis.

Eligendi Pontificis antiqui ritus.

Ante pontificatum dictus Lotharius.

Digitized by Google

De illius Pontificatu præsagia.

6 *Cùm autem celebraretur electio, huiusmodi signum apparuit, quòd videlicet tres columbæ frequentabant volatus in locum, in quo Cardinales sedebant congregati; & cùm ipse post nominationem fuisset a cæteris segregatus, una illarum, quæ candidissima erat, ad eum volitans, iuxta dexteram insidebat. In visione quoque nonnunquam ostensum est, quòd ipse matrem suam duceret in vxorem, & alia multa reuelationes factæ sunt viris religiosis de ipso, quas scribere prætermittimus; quoniam, & ipse nolebat huiusmodi præsagia indicare.* Ob ista atque alia iure de ipso, veluti de Timotheo Apostolus affirmauit [a], iuxta præcedentes diuinitus factas prophetias ad pontificatum electum, vsurpari possit. Et sane in obiecto cuidam sacerdoti cælesti visu, S. Petrus significauit se Innocentium singulari amore a teneris eius annis complexum, perque varios honorum gradus ad sedem suam extuliſſe. Sed de his rursum aptiori loco, *Celebrata est eius electio sexto id. ianuarij anno incarnationis dominicæ MCXCVII.* Enumerat auctor Redemptoris annos non ab eius natiuitate, vt consuetudo recentior inualuit, sed ab annunciatione, vt multi ex antiquioribus auctoribus vsurparunt.

a 1. Tim. 1.

7 Insequenti post die quàm apostolicum fastigium attigerat Innocentius encyclicas literas ad Christi fideles dedit [b], quibus de inopina creatione sua eos fecit certiores: vtque demisse de se admodum sentiebat, pluribus alijs, qui meritis ac virtutibus præcellebant, omissis, in se vnum omnium oculos conectos, ac suffragia concurrisse scripsit.

b Innoc. lib. 1. epist. 1.

8 In missis verò ad Philippum Regem Francorum literis [c], adiecit se, ob singularem regni Francorum cum Ecclesia coniunctionem adductum, vt ipsi literarum suarum primitias veluti speciali, vt loquitur, Ecclesiæ filio offerret. Nec mora: quam Regi Francorum beneuolentiam promiserat, explicuit; antequam enim tiaram pontificiam solemni ritu exciperet, vt Regem ipsum a pellice, cuius amoribus erat irretitus, monitis suis diuelleret, dare operam cœpit. Iam quidem ante Cælestinus apostolicas curas imperio erat, atque inuolutus in libidinis cœno Philippus Ingeburgim Reginam sacrarum Deo virginum monasterio inclusserat, inductamque Mariam regio luxu diffluentem in palatio alebat. Quod cùm grauissimam omnibus afferret offensionem, Innocentius Parisiensi episcopo iniunxit, & vt pontificio nomine rogaret Regem, vt ejecta pellice, Reginam reciperet; perpenderet, quòd enim illam contra Ecclesiæ imperia induxisset, suscipiendos ex ea filios in Francorum regnum nunquam successuros; & si ipsius filius Ludouicus moreretur, diadema in exteras manus deuolutum iri; intueretur cœleste Numen flagelli sui terrorem incutere, iam Gallias fame attriuisse, nec leuiora alia mala glomerare: se quidem quantumuis cupiat nullam ipsi molestiam exhibere, ex imposita tamen a Deo sibi muneris religione, tanta mala inter se impune non toleraturum.

c Ib. epist. 3.

d Ib. ep. 4.

Pro abducendo a pellice Rege Fr. laborat

e In lib. 1. epist. 4.

9. &c. Confirmat hæc Rigordus [e], qui ait tum hoc anno ac duobus præcedentibus ex nimia imbrium pluuione corruptis segetibus famem in Gallijs sæuisse, feraleque tempestates commoras, adeo vt a Trembacio ad Kalam monasterium segetes, vineas, pomora vis procellæ euerterit, pluisse e cælo lapides ad nucum & ouorum magnitudinem, populumque similibus prodigijs exterritum, iam natum in Babylonia Antichristum, ac finem mundi imminere existimasse. Auxere ea mala clades a Richardo Anglorum Rege illatæ, qui collecto exercitu Francorum Regis terras diripuit, Corbellas æquauit solo, igne obuia quæque deleuit, venientem Philippum Regem fudit, qui vix e prælij discrimine maxima suorum parte vel cæsa vel capta effugit; nec leuius aliud periculum adijsse adijcit Parisius: [f] *In hoc*, inquit, *congressu Rex Francorum pondus prælij ferre non valens, coactus cum suis ad Gisorty castellum confugit, & cùm fugiendo pontem de Gisors ascendissent fugientes, confractus est ille pons præ multitudine intrantium cum impetu pontem, & ipse Rex cum equo & armis cecidit in fluuium de Ceibe cum alijs innumeris de Regno Francorum: vbi Rex ille in cæno iacens volutatus a mortis discrimine vix ereptus est.* Vt non vana Christi vicarij præsagia fuisse constet.

Strig. in Phil. Aug.

Insolita in Gallijs fames.

Periclitatur Philipp. in bello.

f Paris. hist. Aug.

12 Vt autem sacris pontificalibus initiatus fuerit Innocentius, ita vitæ illius auctor describit: *Et quia tunc diaconus erat, dilata est eius ordinatio in presbyterum vsque ad sabbatum quatuor temporum nonæ kal. martij, & sequenti dominica, in qua fuit celebris festum cathedræ S. Petri, fuit apud sanctum Petrum in episcopum consecratus, & in eiusdem Apostoli cathedra constitutus, non sine manifesto signo, & omnibus admirando. Interfuerunt autem consecrationi eius, quam ipse cum multa cordis compunctione, & lacrymarum effusione accepit, quatuor archiepiscopi, & episcopi viginti octo, sex presbyteri, & nouem diaconi Cardinales, & decem abbates, cum quibus omnibus, & iam priore cum subdiaconis, quem primicerio cum cantoribus, necnon iudicibus, aduocatis, & senatore, & cæteris scholis processit solemniter coronatus per Vrbem a basilica sancti Petri vsque ad Lateranense palatium, comitantibus prefecto, & senatore cum magnatibus, & nobilibus Vrbis, multisque capitaneis, & consulibus, ac rectoribus ciuitatum. Coronata est tota ciuitas; & clerus cum thuribulis, & incenso populus autem cum palmis & floribus vtrinque cum hymnis & canticis, sparsis de more missilibus obuiam illi catervatim venerunt, factaque laude tam infra ecclesiam sancti Petri, quàm ante Lateranense palatium, postquam ascendit in domum meiorem, qua Leonina vocatur, presbyterio per ordinem distributo, solemne conuiuium celebrauit.* Hæc quæ ex actis audiuimus, ijs simillima sunt, quæ de alijs Romanis Pontificibus refert Cardinalis Baronius. Subdunt gesta.

Illius consecratio.

Celebritatis pompa.

13 *Sequenti die post consecrationem suam Petrum Vrbis prefectum ad ligiam fidelitatem recepit, & per manum, quod illi donauit, de prefectura eum publicè inuestiuit, qui vsque ad illud tempus iuramento fidelitatis Imperatori fuerat obligatus, & ab eo prefecturæ tenebat honorem. Sed & ab alijs baronibus circumquaque iuramentum fidelitatis recepit, missisque nuntijs per totum ecclesiæ patrimonium fecit sibi fidelitatem ab omnibus exhiberi, & exclusis iniustitiarijs senatoris, qui ei fidelitatem iurauerat, suos iustitiarios ordinauit, electo per medianum suum alio senatore, tam in Vrbe, quàm extra, patrimonium recuperauit nuper amissum.*

Senator illi se subijcit, & patrimonij recuperatur.

14 Ad reuocanda etiam alia Ecclesiæ iura, quæ occupata improborum potentia fuerant, legationes decretæ in Picenum, qui Marcualdus vir opibus potens, & dolis instructissimus incubabat; cùmque Cardinales ad imperium Ecclesiæ populos traducere, ac fidei sacramenta exigere cœpissent, vt prædam reuineret tyrannus, missis oratoribus spopondit se in fide ac potestate Innocentij futurum; sed cùm fraudes suas a Pontifice detectas præsagiret, promissa infregit; omnes dein conatus suos elusos iuuenis, populosque ad Ecclesiæ obsequium excusso seruitutis sua iugo concurrere, oblata ingenti pecuniæ vi, promissoque censu annuo tentauit Innocentium, vt fiduciario titulo Picenum ipsi relinqueret; sed respuit infidi hominis preces Pontifex, Picenumque ipsum Ecclesiæ reddidit.

Missi pro reuocanda ad Ecclesiã Marchia legati.

Marcualdi astus.

Prodiere mox in lucem nefaria Marcualdi consilia; qui enim honoris Ecclesiæ cupidissimum se finxerat, iactaratque se Ecclesiam magis, quàm vlli Imperatores auxisse, amplificaturum, ebriosa larua, hostis crudelissimus exstitit. Cùmque exulcem ex vnguibus Picenum lugeret, in Siciliam impetus conuertit. Sed de eo inferius.

Quid

15 Quid interea Innocentius, vt prepotentem filium Germanum ex Ecclesiæ ditione detraheret, ageret inueniamur. Is erat Conradus Spoleti dux & Assisij comes, qui cùm populos ad libertatem, qua sub Ecclesiæ imperio suauissimè fruebantur, excitatos viderit, maleque sibi metuens, factis pacis conditionibus Innocentij arbitrio se permisit, populos sacramenti sibi præstiti religione liberauit, arcesque nonnullas dedidit, quæ vitæ illius auctor fusè prosequitur, additque hæc de recuperatis vrbibus.

Redeũt ad ditionem Ecclesiæ ducatus Spoleti & comitatus Assisij. Receptæ aliæ vrbes

16. 17 *Recuperauit ergo Romana Ecclesia ducatum Spoleti, & comitatum Assisij, videlicet Reate, Spoletum, Assisium, Fulginium, & Nuceriam cum omnibus diœcesibus suis. Quia verò mora præfecti Conradi erat valde suspecta, de mandato domini Papæ rediit in Theutoniam. Recuperauit etiam Perusium, Eugubium, Tudertum, & Ciuitatem Castelli cum comitatibus suis, recepto iuramento fidelitatis a ciuibus, baronibus, & Capitane. Fecit etiam destrui castrum montis sanctæ Mariæ, in quo, tempore prædecessoris sui Conradus, qui musta in cerebro dicebatur, captum detinuit prefatum Octauianum episcopum Hostiensem de Francia redeuntem, vt esset hæc demolitio in titulum memoriæ sempiternæ.* Et paulo post.

Innoc. itinera per Italiam.

18 *Celebrato Apostolorum festo Dominus Vrbe exiit, & in ducatum Spoletanum accessit, quem ad fidelitatem Ecclesiæ nuperrimè reuocauerat, vt illum personaliter visitaret; venitque Reate, vbi receptus cum ingenti gaudio & honore, consecrauit ecclesiam sancti Eleutherij martyris, & ecclesiam sancti Ioannis euangelistæ.* Neque omittere hic possumus Pontificem, dum consecrandis ijs sacris ædibus vacabat, ad Octauianum Ostiensem episcopum datis literis a imperasse, vt quædam in basilica S. Petri altaria, in quibus peragebantur diuina, sacro ritu dedicaret.

a Lib. 1. epist. 317.

Octauiano Hostiensi episcopo vicario nostro.

Quid de consecratione altarium S. Petri ait ferit.

19. &c. Paucis diebus ante nostrum ab Vrbe recessum, sacerdos quidam ætate longæuus, timoratus, vt creditur, ad præsentiam nostram accessit, secretò proponens, quòd in visione nocturna per somnium ei apparuit B. Petrus Apostolus dicens: Accede ad Pontificem Innocentium, & ex mea sibi parte significa, quòd a nativitate sua quasi filium illum dilexi, & per diuersos gradus promotum in mea tandem sede constitui quapropter & ipse decorem, & honorem domus meæ debet diligere, studioque vigili promouere. Sciat ergo quòd in ecclesia mea pauca sunt altaria non consecrata: vnde contingit, quòd in altaribus dissecratis diuina mysteria celebrantur. Faciat igitur ea saltem cum debita reuerentia consecrari, super quæ nouit frequentius officium celebrari diuinum. Verùm cùm semel & iterum eadem sibi fuisset visio reuelata, nec ipse, quod mandabatur, impleret, tertiò tandem idem Apostolus vehit offensus intulit dicens: Quia meum obaudisti mandatum, ego tuum tibi tollam auditum; ex tunc ita surdus effectus est, vt penitùs non audiret. Gemens ergo vehementer, & plorans ad confessionem B. Petri deuotus accessit, cum lacrymis postulans, vt misertus sibi restitueret auditum, quia mandatum ipsius illico adimpleret: quo per Dei misericordiam exaudito, quod acciderat ei, nobis per ordinem indicauit. Licèt autem secundùm Apostolum non sit credendum omni spiritui; quia tamen in tali negotio angelus sathanæ non transfiguraret se in angelum lucis, & melius est piè credere, quàm temerè dubitare, cùm honestum sit, quod proponitur faciendum, etsi verum non esset quod asseritur reuelatum; fraternitati tuæ, de qua plenam fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus altaria Philippi & Iacobi, Simonis & Iudæ, B. Gregorij & S. Andreæ, quæ dissecrata dicuntur, tu ipse consecres, vel per alios auctoritate nostra facias consecrari. Credimus enim, quod ex hoc nobis fructus æternæ retributionis accrescet.

Quam charus B. Petro Innoc.

Perua in dere ciuitá sacerdoté Apostoli appetitum.

Obtinet per eius ueniam.

Quid in ea re decreuerit Innoc.

Sed de his satis; reliqua Innocentij itinera ex actis persequamur.

22. &c. *Inde*, nimirum Reate, *profectus Spoletum, dedicauit ecclesiam cathedralem, ibique quoddam miraculosum euenit, quod cùm ciues anxiarentur super aquarum penuria, cæperunt circa ciuitatem studiosè perquirere, vbi fodiendo possent aquarum copiam inuenire, quæ sufficeret equorum multitudini adaquandæ; ac subitò sub muro ciuitatis viderunt aquam scaturire de rupe, quæ fossus ibi factas replent, ita exiens abundanter, quod omnibus equis sufficiebat ad potum, vocataque est fons Papalis. Processit inde Perusium, vbi maioris ecclesiæ consecrauit altare; venientesque Tudertum altare sancti Fortunati solemniter consecrauit; & ad ornatum omnium altarium, quæ propriis manibus consecrauit, obtulit serica pallia pretiosa, & pallas subtiliter operatas. & statuens rectorem in ducatu Spoleti, & comitatu Assisij, terrisque vicinis, videlicet Gregorium S. Mariæ in Aquiro diaconum Cardinalem.*

Innoc. vitæ auctor. Recuperatę arcesab Innoc.

Conſecrat Tudertí al tare S. Fortunati.

Imponit rectorem Spoleto & Assisio.

25 *Post hæc*, iniquit idem Innocentij gestorum auctor, *dedit operam ad recuperandum Radicofanum, Aquampendentem, Montemfisconem, atque Tuscanam, quæ tandem recuperauit non sine laboribus & expensis, liberans Aquampendentem ab Vrbevetanis, qui eam acriter impugnabant. Misit preterea nuncios & legatos ad recuperandum * marchionatum Rauennæ, Briteno rium, & terram Canalicomitis; sed archiepiscopus Rauennas asserebat * marchionatum antiquitus fuisse concessum a Romanis Pontificibus ecclesiæ Rauennati, & priuilegia ostendebat; Britenorium quoque concessum de nouo ab Alexandro Papa, dum Venetijs moraretur. Supersedit ergo dominus Innocentius prudenter ad tempus magis, quam super hoc vellet aliquid experiri: permisit tamen, vt archiepiscopus Rauennas salvo iure Apostolicæ sedis recuperaret Britenorium, & teneret. Cum autem per legatos suos ad hoc specialiter destinatos requireret terram comitissæ Mathildis a ciuitatibus detinentibus eam, licet ipsa ciuitates vellent eandem per Romanam ecclesiam sub certis pactionibus recognoscere, ac tenere; quia tamen pactiones illæ conuenientes non erant, noluit ex ipsa terra quicquam concedere præter id, quod concessit ep scopo Mantuano, differens in aliud tempus idoneum, quia tunc ei solicitudo grauior superuenit ex diuisione Imperij, & turbatione regni Siciliæ, quibus eum principaliter intendere oportebat.*

* exarchatũ

* exarchatum.

Prætenra arch Rauen iurain marchRauenn.

Vt se gesserit Innoc.

Repoſcit terras comitiſſæ Mathildis.

26. &c. Nec minus ad disciplinam ecclesiasticam restituendam, quam ad ecclesiastica iura recuperanda incubuit; tradit enim auctor illum auaritiæ sordibus curum expurgasse, ac pro impertienda omnibus iustitia consistorium ter in hebdomada coëgisse, moremque, qui penitus obsoleuerat, reuocasse, tantumque in ferendis sententijs sapientiæ doctrinæque specimen dedisse, vt omnes admiratione sui percelleret; vnde ex vniuerso fere orbe ad illum pro excipienda in suis controuersijs sententia confluxere.

29. 30 Inter cæteras vero ea grauissima extitit, quę de coniugio inter Francorum Regem & Insemburgem Reginam vertebarur, de qua hæc ad ipsum graviora scripsit.

Innocentius, &c. Cùm inspirante Domino, immutabilem animum, & inflexibile propositum habeamus, nec prece, nec pretio, nec amore, nec odio declinandi a semita rectitudinis, sed via regia incedentes, nec ad dexteram declinabimus, nec deuiabimus ad sinistram, sine personarum acceptione facientes iudicium, quia non est personarum acceptio apud Deum. Non ergo posses, quantumcunque confidas, de tua potentia subsistere ante faciem, non dicimus nostram, sed Dei, cuius (licet immeriti) vices exercemus in terris cum auctore iustitiæ, qui est veritas pro iustitia, & veritate pugnante, inimici tui in re,

ac Regnum Franciæ prævalerent, nec valeret temporalis tuus, & exiguus potentatus diuinæ, ac æternæ repugnare omnipotentiæ maiestatis. *Dat. xvi. kal. Iunij.*

31 Vt itaque Regem ad officium flecteret, hoc anno Pontifex Petrum S. R. E. diaconum Cardinalem S. Mariæ in via lata legatum in Gallias misit, vt malè contractum cum Moraniæ ducis filia coniugium dissolueret, Regemque propositis ecclesiasticis censuris ad recipiendam Reginam compelleret. Extant *alib. ep. 346* missæ de ijs ad Regem litteræ, a quibus ipsum iam tertiò commonitum ait, atque adeo in suscepta sententia miratur obduruisse, necdum aduertere quantam nomini suo labem inurat; tum hortatur, vt Petri Cardinalis legati monitis obsequatur: prouinciam verò legato dedit, *b* vt nisi Rex post commo- *b Epist. 344. 345.* nitionem factam, flexu vnius mensis Reginam honori regio & thoro restitueret, ipsius ditionem ecclesiastico interdicto percelleret, *adeo vt*, inquit, *præter baptisma parvulorum & pœnitentias morientium, nullum diuinum officium celebraretur*. atque ea de re Gallarum præsulibus, vt interdictum, vbi positum foret, religiosissimè seruarent, scripsit.

32 Ad decernendam illam legationem Innocentium alia etiam consilia mouerant, vt nimirùm diffidentes Anglorum & Francorum Reges ad mutuam pacem adduceret, & Crucesignatorum turmæ ad reparandas terræ sanctæ res conficerentur, quod vitæ Innocentij auctor testatur. Hic adijciendum reor, quod tradit Rogerius, *c* Fulconem virum sanctissimum prophetiæ & miraculorum gloria celebrem, dum inter se conciliare vtrumque Regem iniretur, communatum, ni ab armis discederent, alterum è viuis sublatum iri; quæ prædictio vera in Richardo extitit, qui in obsidione Chaluti anno insequenti telo confossus obijt; quamuis enim indutias admisisset hoc anno, proximo tamen magno suo malo bellum mouit.

c Rog. hist. ang.

Prædictio mortis Richardi.

Laborat Innoc. pro dissoluendis incestis nuptijs Regis Legionensis

33 Ad pacandas Hispanias, atque inducias, quas Nauarræ Rex fregerat, cum Rege Castellæ reficiendas, tum incestas nuptias Regis Legionensis, qui neptem suam Castellani filiam duxerat vxorem, dirimendas, parem diligentiam adhibuit nouus Pontifex, atque Rainerio rerum gerendarum peritia præclaro tanti muneris prouincia in dedit, *d* quam antea pro dignitate gesserat G. S. Angeli diaconus Cardinalis Apostolicæ sedis legatus, ac Nauarræ Regem percusserat anathemate, eiusque terras sacris interdixerat. Quare præcepit Innocentius Rainerio, vt facti veritatem inquireret, num violatis indutijs Castellani arces occupasset, atque in eum cum Sarracenis conjurasset, eaque re comperta, latas sententias apostolica auctoritate confirmaret.

d Ep. 92. Marian. de reb. Hisp. lib. 21. cap. 19.

Commissa Rainerio in Reg. Nauarræ inquisitio.

Quod ad incestas Legionensis Regis cum nepte nuptias attinet; dirimere illas districtis in Regem censuris Cardinalis legatus conatus fuerat: non enim modò in eius regno templa clausserat, verùm etiam Regem, atque Astoricensem, Salamantinum, Legionensem, & Zamorensem episcopos sceleris fautores anathemate perculerat, issque veniam flagitantibus, *e ibid. ep. 92.* præcepit e Innocentius Rainerio, vt exceptâ parendi sedi Apostolicæ cautione, episcopos, Regem, regnumque sacris restitueret: verum cùm imperia Adefonso imposita duriora visa essent, in cœno hæsit, suisque meneribus Pontificem eripuisse deliniro. sed illi Innocentium restituisse, ac Regem cœtui fidelium submouisse Rogerius testatur. *f*

f Reg. hist. angl.

34. 35 Ad sanciendam etiam confirmandamque in reliquis Hispanijs pacem, Rainerium concordiæ inter Lusitaniæ & Castellæ Reges conciliandæ, incusso *g ibid. ep. 148.* ijs censurarum terrore, operam nauare iussit. *g* Neque hic prætereundum est Innocentium a Lusitano *h Lib. 1. epist.* poposcisse *h* censum quatuor vnciarum auri ad quas *92.* persoluendas Alfonsum ipsius parentem se suosque astrinxisse in regestis pontificijs reperisse ait; reperisse etiam centum byzantios annos: cum enim idem ipsius pater ad tempora Alexandri Pontificis ducis titulo tantummodo decoratus fuisset, ab Apostolica sede eblanditum, vt regio nomine insigniretur, eumque ad referendam gratiam centum byzantiorum centum annuum Romanæ ecclesiæ pollicitum: quos tamen nec pater suscepta regia dignitate, nec ipse persoluisset; quocirca Celestinus commotus ad eos exigendos Michaelem notarium in Lusitaniam miserat.

Repellitur a Lusitanis census.

36 Eiusdem Rainerij concionatoris egregij, magnisque virtutibus prædicti viri opera non in Lusitania modò, Castella, Nauarra, vt supra attigimus, est visus a Innocentius, verùm in prouincia quoque Nar- *a Epist. 92.* bonensi alijsque locis ad hæreticam comprimendam. Diffuderat illa adeo virus suum, populosque corruperat, vt ministrorum satanæ vox auidissimè exciperetur, atque ab Euangelicis concionatoribus infestissimis animis abhorreretur, vt queritur hisce verbis Pontifex *b*: *b Innoc. lib. 1. ep. 496.* *Humani generis inimicus ferè vniuersorum corda iniquitatis suæ gladio penetrauit, vt eos secum in ignem perpetuæ gehennæ intruderet, & in tantum in eadem diœcesi virus prauaricationis hæreticæ propinauit, quod diuersas & inauditas sectas ministri diabolicæ fraudis ibidem adinuenerint, & publicè profitentur, & populum qui sibi credat, habent, ita vt vox eorum angelica reputetur.* In alijs verò literis eorumdem hypocrisim ita describit *c*: *Ipsi vt occultius virus suæ iniquitatis transfundant in plures, fel draconum in aureo calice Babylonio propinantes iustitiæ vultum prætendunt, & fingentes simulatis operibus charitatis eos amplius circumueniunt, quos ad religionis propositum viderint ardentius aspirare, illum sui erroris insitantes magistrum, qui sub vmbra dormit inter secreta calami & locis humentibus, qui fluuium absorbet & non miratur, habet enim fiduciam quod Iordanes influat in os eius: vt sunt sanè caupones qui secundum prophetam aquam vino commiscent, qui tetenderunt arcum, & parauerunt sagittas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde: destruere moliuntur quod Spiritus sanctus in Scriptura perfecit.* Ex ea animarum funestissima cladè tantum mœrorem Carcassonensis episcopus concepit, vt cùm pestem illam excindere non posset, gerendæ episcopali dignitati se imparem ratus, honore cedere decreuerit, atque ab Innocentio supplicibus votis expetierit, vt alium in suo gradu collocaret, qui excolendæ Christi dominj vineæ feliciùs operam nauaret: at Pontifex Narbonensi Archiepiscopo & Rainerio impeliit, *d*, vt *d Epist. 492.* si episcopum annis grauatum, atque animi virtutibus pascendo gregi inferiorem reperirent, abire episcopatu permitterent.

c ibid. epist. 92.

37 Ingens quidem erat hæreticorum colluuies, sed præ cæteris errorum infamia atque scelere infignes erant Vvaldenses, Cathari, & Paterini, inter quos eminebant Bononij, ita per antiphrasim dicti; qui monasticam disciplinam mentientes vitæ acerbitate æternaque virtutis pompa subornabant infelices peccatores, vt in eorum meritis salutis suæ spem collocarent, quamuis in omni flagitiorum cœno voluptarentur: vt verò fallaci caspe delusi ruerent in ineros cœlesti viso in somnis ostensum est Guillelmo episcopo Albiensi *e*; visus enim ei est vir præmobilis ipsius aliis e lecto in formacem ardentissimam adrepere, quem nulla virium contentione continere posset: & hæc meditanti affatus est nuntius affuem extremo morbo confici, ad quem cùm se contulisset, nulla illum ratione ab hæreticorum communione reuocare potuit, neque hypocritas illos perditissimos coercere. Ad hos prosternendos visum est Innocentio, ita fouenti rem ecclesiasticam adhibendam, vt quos ipsius legati Rainerius & Guido (is erat religiosi Hospitalariorum ordinis conditor, ob eximiam sanctimoniâ Innocentio charus, ac Beati nomen promeritus, oriundus e nobili Pelu-

Bononiihæretici pessimi.

e Guillel. de Pod. Laur. chron. cap. 3

Hæreticorum perditio æterna cœlitus ostensa.

Iussi præcipites hæretico. in carcerali pelleré

Guido Hospitalarium cœnobiorum fundator.

sulano, qui patriam hæresi inquinari ferre non poterat) anathemare perculissent, atque hæreticos pronuntiassent, principes è sua ditione ejicerent, bonaque eorum fisco addicerent; si verò illi in ijs terris viterius morarentur, morte afficerentur: vtque principes concesso sibi in ijsdem plectendis munere fungerentur, ea auctoritate Rainerium instruxit, vt incussa in ipsos anathematis, atque in obnoxias ijs terras interdicti religione adigeret. Constituit etiam in illos pœnas, qui vel hæreticos recipere, vel auxilium aliquod ijs præbere auderent: contra verò propositis indulgentijs aliorum pia studia incitauit, qui legatis suis opetam, auxiliumque in persequendis hæreticis præstarent: Aquensem in primis, Narbonensem, Auxitanum, Viennensem, Arelatensem, Ebredunensem, Terraconensem, Lugdunensem archiepiscopos, eorumque suffraganeos, tum principes reges, comites, baa Ibid. p. 94. rones, ac populos literis a apostolicis ad id ardentissimè est adhortatus.

38 Prætereos apostolicos legatos missos ab Innocentio, in alijs Galliarum partibus opposuit diuina prouidentia perditissimis sathanæ satellitibus viros sanctissimos, qui doctrinæ luce ac miraculorum fulgore offusas ab hæreticis tenebras dissipare conabantur. Insignis inter cæteros fuit prædictus Fulco sacerdos, ad b lib. ep. 396. quem etiam datæ ab Innocentio literæ b, qui diuino incensus ardore populos e vitiorum cœno abduxit, Regum potentiam non expauit, generosè illis vitia exprobrauit, plura miracula patrauit: de cuius viri sanctitate ac gestis hæc Rogerius: c *Eodem anno erat* c Roger hist. Ang. *in Gallia quidam sacerdos nomine Fulco, quem magnificauit Dominus in conspectu Regum, deditque ei potestatem cæcos illuminare, claudos, mutos, & alios diuersis languoribus oppressos curare, dæmones fugare: hic autem meretrices a turpi impudicitia freno ad Domum conuertit.* Eadem de Fulconis miraculis & pijs operibus Iacobus de Vitriaco, Rigordus, d & Iordanus e, qui aiunt, lu- d Rigor in Phil. Aug. res ex ijs mulierculis, quæ in prostibulis latebant, ad coniugalem continentiam studio suo reuocasse; alias, quæ coniugium resuscitabant, & Deo soli viuere cupiebant, sumpto monastico habitu in noua abbatia S. Antonij Parisijs, quæ causa illarum contempto, constituta est, fuisse collocatas. Id porro malum non in Gallijs modò, sed in reliquo orbe maxime tunc vigebat: quapropter innocentius indulgentias ijs proposuit f, qui ex Chris- f lib. ep. 112. Hanc inter opera de spe sal. & mar tianis pietate huiusmodi mercenarias vxores ducerent, quò maritali freno coërcite ab scelere impudicitiæ abstinerent.

39 Cùm de miraculis mentio sit facta, hic nonnulla congeremus, quæ ab auctoribus hoc anno patrata recensentur; hæc enim Rigordus tradit g: *Apud* g Rigor in Phil. Aug. *Rosetum in Bria, in sacrificio altaris vinum visibiliter mutatum est in sanguinem & panis in carnem.* Plura alia similia miracula a Deo in Germania atque Italia patrata annis sequentibus vidimus. Addimus quæ Iacobus Cardinalis de Vitriaco de huiusmodi rebus commemorat h: *Similitudo* Iac. de Vitriac. hist. occid. cap. 38. inquit, *carnis exuens in altaris Sacramento frequenter ostensa est a Domino, cuiusmodi proprijs oculis in monasterio Premonstratensis ordinis apud villam quæ Brenna nominatur in regno Franciæ inspeximus. Parisijs autem cum bona memoria episcopus iam quasi senio defluens, nihil prorsus sumere valeret, & imminente morte viaticum sibi dari peteret, canonici S. Victoris Parisiensis hostiam non consecratam ei attulerunt, non audentes Eucharistiam sibi ministrare, eo quod nihil poterat gustare; illo vero diuina virtute quod illi pia intentione fecerant percipiente: Non est inquit hæc Saluator meus, quem ego cum summo desiderio postulaueram. Illi autem vehementer admirantes Christi corpus attulerunt; episcopus vero Christo præsentiam percipiens cum lacrymis & deuotione ore tantum osculando tetigit, & sic in pace Spiritum Domino reddidit.* Subdit idem Cardinalis sanctam Mariam Niuellensem diebus quadraginta sola Eucharistia quam summa cum voluptate sumebat vitam sustentasse: dum graui laboraret morbo, ab omni vero alio cibo abhorruisse, tum suddit oculatus testis: *Prior autem eiusdem loci probare volens vtrum cibum corporalem posset sumere, me præsente & ipsa ignorante hostiam non consecratam illi obtulit, quam cum summis labijs attigisset, & panem materialem cum ingenti abhominatione ab ore suo propellens requiem non habuit donec pinnies labia sua & os cum aqua ablueret.* Superioribus prodigijs hæc addit Rigordus: *In Vermendesio mulier quidam, qui mortua fuerat reuixit, & multa futura multis postmodum prædixit: in Gallia circa festum S. Ioannis Baptistæ in nocte ros de cælo cadens mellitus, spicas segetum infecit ita, quod multi spicas in ore ponentes saporem mellis manifestissimè percipiebant.* Alia nominatim nota scribit Parisius a: *Vndecimo Kal. iulij & idibus may pluit sanguis vndatim super ædificantes turrim apud Andeliacum in Normannia, mortem fortassè Regis Richardi denuntians in breui futuram.* Mortuus reuiuiscens multa prædicit. a Paris hist. Ang.

40 Subijcit Rogerius: *Prædictus autem Fulco quadam die accessit ad Ricchardum Regem Angliæ, & ait illi: Dico tibi, ò Rex, ex parte omnipotentis Dei, vt tres filias tuas, quas habes pessimas, citiùs maritet, ne aliquid deterius tibi contingat. Cui fertur Regem respondisse: Hypocrita, mentitus es in caput tuum, quia filiam non habeo vllam. Ad quod Fulco respondens ait: Certè non mentior, quia, vt dixi, tres habes filias pessimas, quarum una est superbia, altera cupiditas, tertia luxuria, &c.* Roger. ubi supra. Fulco Richardum acerbè reprehendit.

41. &c. *Itaque prædictus Fulco relicto Rege abiit prædicans verbum Dei, e ciuitate in ciuitatem: cumque prædicando verbum Dei, ciuitatem Lexouiensem esset ingressus, clerici ciuitatis illius, quorum vitam immundam vir ille plenus Spiritu sancto, & operibus bonis reprehenderat, iniecerunt manus in illum, & vinculis constrictum in carcerem miserunt. Sed neque vincula, neque carceres eum tenere potuerunt, &c. sic permissus abire, venit Cadamum, prædicans præceptum Domini; & in conspectu plebis multa signa faciebat: custodes autem castelli existimantes, quod placerent Regi, iniecerunt manus in eum, & vinctum miserunt in carcerem; & raptis carcere & vinculis, exiuit ilesus. Ibat gaudens, quoniam dignus habitus est contumelias pati pro nomine Christi, & exiens a castello, excussit pulueres pedum suorum in testimonium super illos.* Meminit de Fulcone pio sacerdote Iacobus de Vitriaco b, quem ait vt stellam in medio nebulæ fulsisse, cum prius cupiditatibus frena laxasset, ac literis parum excultum fuisse; verum a diuina prouidentia e Saulo in Paulum conuersum, magno ardore ad peccatores e vitiorum cœno eruendos euangelium per Gallias, plurésque imperij prouincias maximo cum fructu prædicasse: de miraculis ab eo editis hæc addit: *In grabatis autem ægrotantium ferebatur multitudo, & ponebantur in viis, & plateis per quas erat ipse transiturus, vt veniente ipso fimbrias vestimenti eius tangerent & sanarentur a languoribus suis. Ipse vero quandoque illos tangebat, aliquando vero cum præ turba non posset accedere eis benedicebat, vel aquam de manu eius benedictam eis ad potandum propinabat: tantum siquidem infirmorum & eorum, qui eos asserebant erat fides & deuotio, quod non solum Serui Dei meritis, sed feruore fidei & spiritus non defitientis magnitudine plures sanari merebantur.* Fulco vinculis diuinitus liberatus. b lac. a Vitriaco hist. occid cap. 6. & 8. Vt Fulco ab impura vita ad sanctissimam conuersus sit. Pellendorũ morborum vi diuina fuit præditus.

45. &c. Edidit tum diuina misericordia in eros animi motus in Conuentrensi episcopo, qui monachos ecclesiæ suæ grauissimè fuerat persecutus, & canonicos monachis contra fas electis inuexerat, dumque Romam contendebat, morbo lethali in Normannia implicitus, diuinoque actus timore, religiosos piosque viros ad se accersiit, ijsque præsentibus omnia Paris hist. Ang. hoc anno.

sua

sua crimina, alta voce multis intercisa suspirijs patefecit, magnoque lacrymarum imbre effuso expeuit monasticum habitum, vt patronos haberet, quorum persecutor extitisset; deinde erogatis in pauperes opibus suis, animam pijssimè efflauit: quam historiam ex Parisio affert Baronius a.

a Bar. anno 1191. n. 34

50. 51. Querente hoc anno apud Sedem Apostolicã Richardo Rege extortam a se fuisse ingentẽ auri vim ab Henrico Imperatore & Austriæ duce iam defunctis, cùm in reditu e Syria contra fas interceptus in Austria fuisset, Innocentius eam obiectis censuris ab eorum heredibus refundi iussit b. Postularant e preterea Richardi oratores ab Innocentio, vt Philippum Francorum Regẽ obiecto censurarum terrore cogeret ad eas aras restituendas, quas antequam e terra sanctæ expeditione reuersus esset, inuasisset, cùm maximè sub clientela sedis Apostolicæ versaretur. Sed illius petitis Regis Francorum legati obstitere, Regem suum ad id nulla religione teneri posse, cùm Anglus inita ante tot era primus insregisset, sororem etiam Philippi accipere respuisset, aliamque sibi coniunxisset; tum quod instructa ornataque in terram sanctam profectione, cùm ex pactis omnia quæ ab ipsis parta forent, æqua sorte inter vtrumque diuidi debuissent, acceptam a Tancredo Rege pecuniam, atque e Cypro obtentum thesaurum Ricchardus cum Philippo non diuisisset. Causam ventilare magis ac definire pro conciliandâ inter vtrumque pace parabat Pontifex; sed cum oratores standi illius iudicio prouinciam sibi datam negarent, causa hæsit: verùm legatum, vt supra tetigimus, milit, qui inducias quinquennales inter vtrumque Regem confecit. Sed de eo anno sequenti.

b Bonac. 235 & 251.

c Epist. 120.

Gallus ab Anglo apud Innocentium in ius vocatus.

52 Interea transmisit Innocentius ad Anglorum Regem, vt eximium suum erga eum amorem munifico aliquo munere commendaret, quatuor annulos vna cum hisce literis.

Illustri Regi Anglia.

Inter opes terrenas, quas mortalis oculus concupiscit, quasi cariora desiderat aurum obryzum, & lapides pretiosos; licet autem his, alijsque diuitijs excellentia regalis abundet, in signum tamen dilectionis, & gratiæ quatuor annulos aureos cum diuersis lapidibus pretiosis ruæ magnitudini destinamus, in quibus te volumus spiritualiter intelligere formam & numerum, materiam & colorem, vt mysterium portius, quam donum attendas. Rotunditas enim æternitatem significat, quæ initio caret, & fine. Habet igitur regalis prudentia quid in annuli forma requirat, vt de terrenis transeat ad cælestia, de temporalibus ad æterna procedat. Quaternarius autem, qui numerus est quadratus, constantiam mentis insinuat, quæ nec deprimi debet aduersis, nec prosperis elevari. Quod tunc laudabiliter adimplebit, cùm quatuor virtutibus principalibus fuerit adornata, videlicet iustitia, fortitudine, prudentia, temperantia. Intelligas igitur in primo iustitiam, quam exerceas in iudicijs; in secundo fortitudinem, quam exhibeas in aduersis; in tertio prudentiam, quam obserues in dubijs; in quarto temperantiam, quam in prosperis non dimittas. Per aurum verò sapientia designatur, quia sicut aurum præeminet vniuersis metallis, sic sapientia donis omnibus antecellit, propheta testante, qui ait: *Requiescet super eum spiritus sapientiæ, & intellectus, &c.* Nihil est, quod magis oporteat Regem habere. Vnde Rex ille pacificus Salomon solam a Deo sapientiam postulauit, vt populum sibi commissum sciret prouide gubernare. Porro smaragdi viriditas fidem; saphiri serenitas spem; granati rubicunditas charitatem; topazij claritas operationem significat; de quo Dominus ait: *Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.* Habes igitur in smaragdo quod credas, in saphiro quod speres, in granato quod diligas, in topazio quod exerceas, & de virtute in virtutem ascendas, donec Deum Deorum videas in Sion. *Dat. Romæ apud S. Petrum 17. Kal. Iunij.*

Munerum Ricardo a Pontifice missorum mystica interpretatio.

53. 54 Acceptis hisce ab episcopo Lexouiensi muneribus, ingentes Richardus redditis literis Innocentio grates egit, nec eos annulos sui pretio sibi gratissimos modò, sed longè chariores, quòd tam pulchrè ab illo descripti distinctique fuissent: tum nepotis sui Othonis, qui in Germania Rex Romanorum electus fuerat, causam commendauit; suum ac nepotis obsequium se Apostolicæ sedi certissime polliceri, atque ea laude cæteros omnes Reges principesque, quantumuis se suaque Ecclesiæ deuouerint, multis partibus superaturos.

55 Summa promouendi ad imperium Othonis cupiditate ardebat Richardus, cùm sperare, coniunctis postea imperij viribus ingens aliquid in Gallias moliri; cumque a pacisscendis cum Francorum Rege inducijs abhorreret, neque a legato apostolico, Petro nimirum Capuano, cui ea prouincia data fuerat, flecti posset, ait Parisius a legatum remotis arbitris cum Rege collocutum, ipsi certam spem iniecisse, vt si in ea re Innocentio obsequeretur, Pontificem in alijs ipsius voluntatibus se accommodaturum; atque ita Richardum in spem Othonis, operæ Innocentij ad imperium euehendi elatum, conficiendis inducijs assensisse.

d Paris. hist. Angl. hoc anno.

Inducie a Ricardo admisse.

56. 57 Formidabat sanè periculum, quod Gallijs creabatur, Philippus Francorum Rex, si Otho, cum quo simultates gerebat, imperio augeretur, atque ideo viribus omnibus contendebat, vt electo Othone Philippus Sueuiæ dux imperio potiretur. Quæ de re suas ad Innocentium literas dedit b, quibus ipsi pollicebatur Sueuum in omnibus Ecclesiæ pariturum, si quæ illius bona iniustè occupasset, mox restituturum, vtque Richardus fidem suam pro Othone Pontifici obligabat, illum fidum Ecclesiæ & obsequentem futurum: ita Francorum Rex pro Sueuo idem spondebat, & si a promissis resiliret, se pro defendenda Ecclesiæ causa in eum arma conuersurum; meminisset obsequiorum, quæ Francorum Reges Ecclesiæ præstitissent, neque Othonem cum tanto Galliarum periculo ac dedecore ad imperium admitteret: tum subijcit se ex apostolico imperio & consilio inducias quinquennales misisse.

Labores Phil. Franc. Regis pro Sueuo.

b Libell. Pont. epist. 13.

58. &c. Dum ita Anglorum & Francorum Reges ad annulos imperij promouendos apud Innocentium officijs ac promissis certabant, quid Philippus & Otho apud Pontificem agerent, inquiramus. Neglexit magno suæ dignitatis damno, initio Philippus Sueuus sedis Apostolicæ gratiam colligere, vt qui ditionis Ecclesiasticæ partem non exiguam detinebat, ac si tulisset occasio, recuperata ab Innocentio iura ipsi emporre meditaretur. Contra Otho omni officiorum ostentatione Innocentium est prosecutus, fuisque literis, vbi immensos labores, quos ipsius pater Henricus Saxoniæ dux a Friderico I. Imperatore, ecclesiæ Romanæ tuendæ gratia pertulisset, a quo etiam ditione sua exutus, ejectusque in exilium fuisset, proposuit; significauit, diuinam prouidentiam filium, quò parentem præmio digno in posteris afficeret, ad Imperium suffragijs principum extulisse, se ab Adolpho Aquisgrani coronam redimitum omnia Ecclesiæ iura confirmasse, suamque illi defendendæ operam addixisse: tum supplicibus precibus expostulat, vt cum familiæ suæ de sede Apostolica optimè meritæ studijs Friderici, Henricique Imperatorum, atque ipsius Philippi iniurias conferat, se ad excipienda imperij insignia Philippo repudiato euocet, omnes, qui fidei sacramento Philippo se obstrinxerint, suscepta religione liberet, subiectumque anathemati Sueuum promulgari in Germania iubeat.

Phil. Sueuus pro colligenda gratia Innoc. negligentior.

Illum amabit Otho.

63 Redeundi quidem in Ecclesiæ gratiam animum Philippus præfetulerat, cum adipiscendo imperio ana-

Pollet Rex in gratiam Ecclesiæ admittit.

the-

thematis, quo erat a Cælestino percussus, infamiam sibi impedimento futuram præsagiret, atque Cælestino ipsi deinde Innocentio se facturum satis fuerat pollicitus, qui Sutrinum episcopum atque abbatem S. Anastasij in Germaniam commisso legationis munere mittit, vt Philippum ea lege sacris restituerent, si archiepiscopum Salernitanum [a] in libertatem vindicaret, atque Ecclesiæ imperijs se parituros sacramento sponderet. Eduxit demum e carcere Philippus archiepiscopum, vt Innocentij vitæ auctor testatur, additque vnà cum eo eius fratres liberatos, quos oculis orbatos ab Henrico tradit Vrspergensis vnà cum aliis nobilibus Siculis, sed ad terras Ecclesiæ, ob quas occupatas fuerat e fidelium cœtu electus, reddendas mentem non flexit, quem tamen Sutrinus episcopus, siue muneribus corruptus, siue illius blanditijs delinitus, non præstita cautione, nec sacramento recepto temerè non seruato Ecclesiæ ritu occultè absoluit: quem ob improbè gestam legationem Innocentius postea episcopali dignitate exutum in monasterium coniecit, vt lacrymis commissum facinus deleret.

Poscit ille in gratiam Ecclesiæ admitti.

[a] Epist. 35.

Non seruato ritu malè absoluitur.

64. &c. Interea eidem Sutrino episcopo, atque abbati S. Anastasij legatis suis iniunxit, vt Sibiliæ olim Reginę Siciliæ Tancredi Regis vxori, filio eius, ac filiabus liberandis operam nauarent [b], quos Henricus expugnata Sicilia in seruitutem addicendos in Germaniam amandarat; qui cùm iniustè detinerentur (Imperator enim post inita fœdera in suam potestatem eos redactos immani proditione oppressérat) anathematis sententiam legatos ferro iussit in eos, qui ipsos in vinculis tenerent, atque loca & diœceses, in qua vincti essent, interdicto percellere. Fuisse tandem Sibiliam defuncto iam in vinculis Guillelmo filio (quem Henricus antea excœcarat atque exfecuerat, vt tradunt Sicularum rerum auctores) vnà cum filiabus e carcere emissam, atque in Gallias profugisse tradit idem auctor [c].

[b] Epist. 16.

Liberandæ Sibiliæ filiisque subuenit Innoc.

[c] Innoc. vita auctor.

67 Inter hæc flagitauit Constantia Imperatrix & Regina Siciliæ a Pontifice, vt eo regno Ecclesiæ fiduciario vnà cum filio Friderico indueretur ad nouarum rerum cupidos coërcendos, concessitque [d] Innocentius gratis Rogerij ipsius patris, fratris Vvillelmi erga Ecclesiam officijs, suique nominis recordatione adductus, spe quoque quam dabat promptissimi obsequij impulsus ipsi, heredibusque, qui Regis Vvillelmi eius fratris Adriano Papæ fidei sacramentum deferentis exemplo, sedis Apostolicæ fiduciarios se profiterentur, legesque sibi dictas obseruarent, seque vicissim Pontifex ad eam contra omnes iniustores defendendam obstrinxit: cumque illa coram Ottiensi episcopo, ab Innocentio ad recipiendum ipsius fidei sacramentum misso, beneficiarium regnum suum esse professa, adiecit Innocentius, vt ipsa, cùm occasio ferret, sibi ac successoribus clientelaris officij sponsionem, quam homagium vocant, præstaret: census verò pro regno attributo mille equitatorum impositus est: de præsulibus vero designandis hæc sanxit.

[d] Innoc. lib. 1. epist. 408.

Constantia Imper. regno Siciliæ a Pont. induta.

68 *Electiones autem secundùm Deum per totum regnum canonicè fiant, de talibus quidem personis, quibus nos, ac hæredes vestri requisitum a nobis præbere debeatis assensum*: de quibus ita definiit Innocentius, vt cùm sedes aliqua vacaret obitu episcopi, Romano Pontifici atque Constantiæ, vel hæredibus denuntiato, de præficiendo ecclesiæ episcopo deliberaretur, eoque electo, regius consensus flagitaretur, antequam ecclesiæ administrationem adiret. Quid porrò Constantiæ Imperatrici ob egregia maiorum erga Ecclesiam merita in præsulum electionibus concessisset, Siculum clerum cognitorem fecit [e].

[e] Epist. 410.

69 Dum hæc agebat Innocentius, Siciliæ regno inhiabat Marcualdus, cuius perfidiam & turbida consilia quæ in se & filium suum in regno instruebat, agnoscens Constantia bellum ipsi denuntiauit, ac regio diplomate hostem promulgauit, iussitque subditos ab ipso vt sceleste proditore cauere: sinistram etiam Imperatrix de Gualterio episcopo opinionem concepit, regiumque sigillum, quo vt regni Siculi cancellarius vtebatur, eripuit, quòd ipsius fratres Marcualdum in regnum induxissent: conciliauit tamen illi Innocentius Gualterium adeo, vt e viuis discessura filium ei regendum committeret. Cùm eos tumultus increbrescere videret Innocentius, Octauianum Ostiensem episcopum, legatum in Siciliam misit [a], vt impendentis belli periculum propulsaret, populosque in Constantiæ Augustæ ac Regis Friderici eius filij fide contineret; atque archiepiscopos, episcopos, priores, abbates, aliosque ecclesiarum in Sicilia præsules legato obtemperare iussit.

[a] Epist. 41.

70 Adierat Siciliam Octauianus, cum Imperatrix Constantia XVII. nouembris diem suum obijt, scriptoque testamento Romanum Pontificem regni moderatorem (quam dignitatem regni balium vocabant) ac Friderici tutorem designauit, triginta millia tarenorum, quod monetæ erat genus, ex Regis Siculi redditibus pro defendendo regno attribuit; si quos verò ampliores sumptus alendo militi sustinendoque demandato oneri desideraret, omnes illi ex regio ærario persoluendos decreuit: educandum verò Fridericum Panormitano, Momisregalis, & Capuano archiepiscopis, ac Gualterio de quo paulo ante memorauimus cancellario commisit. Vt verò contra Marcualdi tyrannidem affectantis ac se balium Siciliæ ex testamento Henrici Imperatoris mentientis impetus certandum Innocentio fuerit, sequenti anno dicetur. Ad Sueronem tyrannum, qui Norwegicam coronam legitimi heredis sanguine cruentatam rapuerat, stylum conuertamus.

Constantia moritur.

Innoc. vita auctor.

Rishov. de S. Germ. in chron. hoc anno.

Marcualdus insidiatur Siciliæ.

Suero Norwegiæ tyrannus.

71. 72 Hic licet in omnes nullo discrimine ferociret, maximè tamen in ecclesiasticos immanem se præbebat; qua in re diuinæ vindictæ æquitas cernebatur, vt præsules, qui illum improbis natalibus infamem antea ad sacros ordines contra Ecclesiæ canones promouissent, vltorem facinoris experirentur. Insurrexit aduersus illum Innocentius, repulsisque oratoribus, quos ad sedem Apostolicam miserat, immisit [b] Nidrosiensi archiepiscopo, aliisque Norwegiæ præsulibus, vt terras, quæ tyranno parebant, ecclesiastico interdicto subijcerent, percellerent anathematis eius partibus implicitos, ac tyrannidis fautores, literasque apostolicas, quas deprauarat, adulterinas promulgarent.

[b] Epist. 320.

73. &c. Nec Norwegos modò premebat Suero, verum & Islandos, etiam præsules, & clericos partium suarum studio intecerat; quos Innocentius acerrimè coarguit [c], quòd Sueronis e sacris electi, & apostatæ, & Deo ac sanctis eius (vt loquitur) ob scelera sua inimici societate se implicuissent.

Islandi Sueroni fauent.

[c] Ibid. ep. 319.

78 Nec pacata adhuc erant in Hungaria res: quamuis enim in suscepto primùm, vt vidimus, pontificatu Innocentius curas in eo regno ad pacem adducendo posuisset, mota tamen inter Regem, fratremque discordia nondum sedata erat; quocirca literas apostolicas ad Andream ducem scripsit, quibus post exornatum multis laudibus regnum illud, quod semper sedi Apostolicæ fidissimum extitisset, atque etiam ipsius Bela pater, dum schismatis funesti tempestate concuteretur Ecclesia, pro illius dignitate periculosissimum bellum in schismaticos suscipere non veritus esset, significauit [d] incredibili se conciliandæ inter ipsum ac Regem pacis cupiditate ardere, atque ad eam amplectendam paternè adhortari; quam si respueret, sciret se Strigoniensi, & Colocensi archiepiscopis prouinciam dedisse, vt in ipsum, fautoresque anathematis sententiam ferrent. Ob hos tumultus Pannoniæ Regi Innocentius permisit [e], vt comitem Mozonem, atque alios viginti viros nobiles, qui cruce erant insigniti, ac professionem Syriacam vouerant, in Hungaria ad seruandam pacem, frangendosque rebellium impetus retinere posset.

Turbæ in Hungaria.

[d] Innoc. lib. 1. epist. 230.

Concedun tur Regi crucesigna ti aliqui.

[e] Epist. 26.

Verum

Res Terræ sanctæ.

79. &c. Verum ex his ad terræ sanctæ res sermonem conuertamus, quarum lugubrem statum describpturi nonnulla præmittemus. Extant Innocentij Papæ encyclicæ literæ a, quibus narrat vt Germani Berythum a Saracenis defertum ceperint, auditaque Henrici Imperatoris morte, metu perciti in occidentem intempestiuè redierint: Saraceni verò erectis & confirmatis animis magna Christianorum trucidata multitudine expugnarint Ioppen, ac per reliquas terras diffusi omnia vastent, tantoque terrore perfusi sint Christiani, vt ex vrbibus pedem efferre non audeant: quare ipsos hortatur b, vt pio ardore incitati arma contra illos verterent.

a Innoc. lib. 1. epist. 334.

b Innoc. lib. 1. epist. 334.

83. 84 Cumulata est Ioppensis clades funesta Henrici Ierosolymitani Regis morte; dum enim Ptolemaidem reuersus solus cum altero ad carpendam frigidiorem auram super exedras staret, subitò cecidisse, ceruiceque fracta expirasse scribit Arnoldus Lubecensis, cui Stadensis contentientia tradit c. De discessu verò Germanorum præcipitato, eadem quæ Pontifex refert; triti allato nuncio de obitu Henrici Imperatoris, qui in Sicilia anno superiori diem clauserat, principes commotos reditum protinus adornasse, post solutam Coruthi obsidionem, atque appetente martio paucis relictis mare conscendisse. Ita formidanda initio illa Germanorum expeditio euanuit, cùm Saracenum imperium ab ipsis euertendum videretur, ijsque abeuntibus arctiùs a Saracenis Christiani premi cœperunt; ad quos reprimendos principes, Aymericum Cypri Regem ad solium Ierosolymitanum extulerunt, qui ducta in vxorem Regina vidua Cyprium sceptrum Ierosolymitano coniunxit, seque ad elidendos Saracenorum conatus accinxit; cui ea de re gratulatus est Innocentius, mittitque duos Cardinales ad conficiendam crucesignatorum expeditionem; quorum alterum Petrum scilicet S. Mariæ in Via lata diaconum Cardinalem in Gallias ire iussit de indicijs inter Francorum & Anglorum Reges pangendis acturum, vt ex vtroque regno vires cogantur, de quibus nos supra; alterum verò Sifridum tit. S. Praxedis presbyterum Cardinalem Venetias ad classem adornandam destinauit.

Funesta mors Henrici Regis Ierosolymitani.

c Stad. in chron.

Legatus Venetias pro classe missus.

Antequam verò superiores literas daret, ac Germanos ex Syria vela fecisse didicisset, accepto imminentis eorum reditus nuncio, ex Italia colligere vires sategerat, ne omni auxilio terra sancta destitueretur, ac lugubres litteras d per Siciliam, Apuliam, Calabriam, Thusciam sparserat, quibus proposito infelicissimo eiusdē terræ sanctæ statu, quæ sanguine Christiano furore barbarorum fuso madebat, elegantissimè adductis pluribus sacræ scripturæ oraculis depicto edisserit, vt Apostolica sedes crebrius fideles incendere conata sit, vt filios (sic enim loquitur) in iniuriæ paternæ vindictam, & fratres armaret in fraterni excidij vltionem, ac licet plures Reges, principesque in Syriam ad reparandas illius res profecti essent, tamen quia, vt eventus docuit, turgerent superbia, atque humana magis quam diuina potentia freti essent, omnes illorum conatus a barbaris fractos, debilitatosque fuisse, qui si æterno Numini diuino amore coniuncti fuissent, tanto robore cælitus fuissent induti, vt vel vnus Christianus mille, & duo decem millibus Saracenorum profligandis par extitisset: non ideo tamen abijciendos animos, tandem enim placidum ac propitium Deum futurum, ne partas victorias Saracenus potentiæ suæ adscribat, & Christo procaciter insultet.

d Ib. epist. 301.

85 Pluribus autem eloquentiæ Christianæ gloria florentibus viris e prouinciam dedit, vt sacrum bellum in Saracenos pro concione promulgarent, iussitque varijs in locis ab archiepiscopis concilia prouincialia celebrari, in quibus de comparandis pro milite stipendijs ageretur,

e Ep. 341 & 342. & seq. post eand. ep.

Instructa Florentina legio.

86 Reparare terræ sanctæ res ac Saracenorum potentiam euertere poterant Græci, si finas cum Latinis vires coniunxissent, tum quòd armis, opibusque florerent, tum quòd facile in Syriam traijcere possent. Eos ergo ad Ecclesiam reuocare conatus est Innocentius. Porrexerat illi tractandæ rei occasionem Alexius, qui, vt Innocentij vitæ auctor enarrat, Pontifici recenter ad solium apostolicum euecto, suos oratores muneribus pretiosissimis onustos miserat, rogarat que vt per legatos imperium lustraret: qui adeo vrbanè imitatus Albertum & Albertinum cum litteris ad Alexium misit, quibus ipsum hortatus est a, vt cæterorum principum, qui Christiana religione imbuti erant, exemplo ad Mahumeticam superstitionem excindendam prestò esset, atque conciliandis schismaticis operam nauaret, nec se ignaue illatam Romanæ ecclesiæ iniuriam, a cuius obsequio Græci subduxerant, toleraturum.

Prouocatur Alexius aduersus Saracen.

a Epist. 351.

Magnifice vire Alexio illustri Imperatori Grecorum, graciam in præsenti, per quam obtineas gloriam in futuro.

Imperialis excellentiæ magnitudo, si se coram eo humiliauerit, qui humilia respicit & alta a longè cognoscit, & super eo sui stabilierit imperij fundamentum, præter quod aliud poni non potest, quod est ipse Iesus, & super quo ipse Dominus noster nascentis Ecclesiæ posuit fundamentum, *Super hanc petram*, inquiens, *ædificabo Ecclesiam meam*; exaltabitur, & elouabitur secundùm testimonium veritatis, & firmabitur, & non flectetur: quoniam ædificium, quod super hoc fundamentum constitit, nec casum timet, nec ad machinas formidat hostiles. Vt autem firmiùs, & fortiùs imperium tuum in huius fundamenti firmitate persistat, oportet vt Deum vniuersis tuis affectibus anteponas, & sponsam eius Romanam ecclesiam, cuius ipse fundamentum, & fundator existit, præcipuè venereris, vt dum in dilectione sponsi, & sponsæ perstiteris vnitate, ex nulla parte celsitudinis tuæ sublimitas quatiatur. [Verissima hæc oracula extitere; cùm enim monita pontificia obtriuisset schismatico fastu Alexius, aliquot post annis odio schismatis a Gallis & Venetis crucesignatis Imperio depulsus est; quam perniciem, si obsequutus fuisset Innocentio, a suo capite propulsasset. pergit Innocentius.]

87 Verùm non vt ad detractionem, sed tuam potius correctionem loquamur, miramur non modicum, murmurat etiam aduersum te populus Christianus, immò & ipse Iesus, vbi ille te increpat: *Hospes fui, & non collegisti me, infirmus, & non visitasti me, in carcere, & non venisti ad me.* Cùm enim peccatis nostris exigentibus venerint gentes in hereditatem Domini, & coinquinauerint templum sanctum eius, immò & ipsum Iesum Christum quodammodo captiuauerint, & lignum sanctæ Crucis, in qua salus mundi pependit, & deleuit chirographum mortis antiquæ, in qua etiam Apostolus se asserit gloriari: *Mihi absit*, inquiens, *gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi*; nec Christo exuli subuenire, nec ad liberationem terræ natiuitatis ipsius intendere hactenus, sicut debueras, curauisti: cùm tamen ex vicinitate locorum, & abundantia diuitiarum tuarum, & potentia, qua inimicos crucis munere diuino præcellis, id potueris commodius, & expeditius alijs principibus adimplere. Est etiam aliud propter quod * solum aduersus te, immò aduersus Romanam Ecclesiam, quæ id hactenus, quasi sub dissimulatione transiuit, murmurat populus Christianus. Cum enim Dominus noster vnam sibi sponsam elegerit non habentem maculam, neque rugam, iuxta quod in Canticis protestatur: *Vna est*, inquiens, *dilecta mea, sponsa mea, columba mea.* & in euangelio dicit: *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, vt fiat vnum ouile, & vnus pastor.* Cùm etiam inconsutilis

Probatur Ecclesiæ vnitas.

* non

tunica

tunica Christi diuisa non fuerit, & in symbolo contineatur expresse: *Credo in vnam sanctam catholicam, & apostolicam Ecclesiam*; Græcorum populi ab vnitate Apostolicæ sedis, & Romanæ ecclesiæ recedentes, quæ disponente Domino cunctorum fidelium mater est & magistra, sibi aliam ecclesiam confinxerunt, si tamen quæ præter vnam est, ecclesia sit dicenda.]

88 Hæsit in perfidia Alexius, & Romanæ ecclesiæ coniunctionem, ac terræ sanctæ reparationem spreuit; cui dispar admodum Armeniæ Rex, qui cùm pro singulari studio ab ecclesia Romana, & imperio occidentali insignia regia popoposcisset hoc anno, a Maguntino archiepiscopo ijdem est redimitus a; perfectaque regiæ consecrationis celebritate, Maguntinus archiepiscopus pacem inter Armeniæ Regem, & principem Antiochiæ magno terræ sanctæ commodo conciliauit.

Condita est hoc anno noua familia religiosa, quæ a permutandis captiuis S. Trinitatis nomen accepit, cuius magister B. Ioannes de Matha sanctitatis exemplis diuinisque illustrationibus conspicuus institutus est ab Innocentio, cùm inter diuina peragenda sese obtulisset Dei angelus in altari, qui niuea amictus veste, distinctoque pectore cruce, cuius recta linea purpureo, transuersa cæruleo colore intermicabat, consistentibus ex vtroque latere, hinc Christiano, inde æthiope, in quorum vertices cancellatas manus demittebat: quod diuinum ostensum non modo ad posteros veteri traditione dimanauit, verum etiam insigni Petri II. Aragonum Regis diplomate quarto Innocentij pontificatus anno consignato b confirmatur. Singulari vero beneuolentiæ studio atque intigmbus beneficijs Innocentius hunc ordinem, cuius princeps monasterium fuit in Gallia, cui Cerui frigidi nomen inditum est, in quo B. Felix Valesius regia stirpe satus inclaruit, complexus est, vt ex eius literis constat.

a *Arrol. Lubecen. in chron. Slauor.* Inter Arm. Regem & princ. Antioch. pax. *Petrus Lopez Alauna c. 27. Franc. Maceda in vit. B. Ioannis de Matha. ex scriptis monumentis.* Trinitarium ordo conditus. Ex diuino ostensu. b *Ext in regio archiuio Barchinonensi.* c *Innoc. epist. 251. & 459*

Obsidionem deseruerint, quasi Deus in hostes procellas armasset (eadem quoque in Fossæ nouæ chronico referuntur, additurque plures ex hostibus cecidisse, nimirum ab insequentibus nostris cæsos), redditalque diuino Numini pro tanto beneficio a Cardinalibus ac religiosis viris iustas gratiarum actiones: Marcualdum verò frementem ira, vindictam in nonnulla proxima oppida effudisse, eaque ferro flammaque vastata, ac S. Germani exuitas portas, ac mœnia plerisque in locis solo æquata.

Diuina in sacrileges vindicta.

5. 6 Affert idem auctor duo præclara miracula. Profanabant ecclesias Marcualdi milites, e quibus perditissimus homo cùm sacras reliquias ab alijs ex altaribus raptas videret, in beatæ Deiparæ aram manum sacrilegam iniecit, quam Deo vindice debilitatam aretactamque mox sensit. Alter hoc sceleratior dæmone afflatus cùm in pendentis Christi e cruce effigiem in S. Germani templo propositam lapidem iecisset, deinde Iudæis nequior, qui olim in Christum expuere, effusa impura vrina illam prolueret, subitò in furorem versus linguam dentibus laniauit, corporeque exarescente infelicem animam efflauit.

Diupuldus a Caserta comite capitur.

7 Hæc inter Caserta comes Diupuldum, cuius opibus & potentia Marcualdus nitebatur, cepit, iussuque pontificio constrinxit vinculis: ab postea ipso Caserta comite defuncto ipsius filius Guillelmus, vt tradit a Richardus, parentis virtuti dispar, ducta in vxorem Diupuldi filia, ipsum e vinculis soluit.

Marcualdus Pontificem promissis deliuire nititur.

8 *Interea Marcualdus*, inquiunt Innocentij gesta, *Sperans quòd eum posset inclinare*, Pontificem scilicet, *misit per Conradum Mogontinum archiepiscopum de Ierosolymitanis tunc partibus redeuntem, vt sæpe per alios secretè fecit & cautè tentari, vtrum eum posset oblatione munerum mitigare, promittens, quòd si solummodo ab eius impedimento cessaret, quamuis nullum sibi præstaret auxilium, in continenti daret ei valentiam auri vigenti millium vnciarum; & postquam obtinuisset Panormum, totidem sibi auri vncias exhiberet, legitimam sibi fidelitatem præstaret, duplicaret censum, & multiplicaret obsequia, quæ Romani Pontifices de regno Siciliæ consueuerunt habere, ipsumque regnum ab Apostolica sede immediatè teneret. Nec debebat obstare, quòd summus Pontifex Regem infantulum in sua cura susceperat, quòd, sicut ipse firmiter asserebat, puer ille nec Imperatoris nec Imperatricis filius fuerat, sed suppositus partus, quod testibus astruere promittebat. Porro summus Pontifex tantam ipsius iniquitatem attendens promissiones & oblationes ipsius exterabiles iudicauit.*

Fictè gratiam Ecclesiæ ambit.

9 *Cumque non posset hoc modo proficere, ad aliam se fraudem conuertit, proponens, quòd reconciliari vellet ecclesiasticæ vnitati; sed cùm fuisset illi responsum, quòd oportebat eum iuramento firmare, vt super omnibus, pro quibus excommunicatus erat, mandatis apostolicis obediret; respondit, quòd in spiritualibus absolutè pareret; in temporalibus autem ipsis mandatis parendi præstaret iuratoriam cautionem, quòd cùm sibi fuisset assertum, quia propter eum consueta forma iurandi nullatenus mutaretur, promisit tandem in scriptis, quòd super omnibus, pro quibus excommunicatus erat, iuraret absque pacto quolibet & tenore, se vniuersis mandatis apostolicis paritarum. Licet autem dominus Papa fraudem ipsius haberet suspectam valde, quia tamen redire volentibus non est aditus Ecclesiæ obserandus, misit Veroli in Campaniam Octauianum Ostiensem episcopum, & Guidonem S. Mariæ Transtyberim presbyterum, ac Vgolinum S. Eustachii diaconum Cardinales, vt dictum Marcualdum illuc ad eorum præsentiam accedentem sub forma reciperent suprascripta: qui cùm venissent, post*

IESV CHRISTI

Annus 1199.

Indict. 2.

INNOCENTII PP. III. annus 2. VACAT IMP. OCCID. 2. ALEXII ANGELI IMP. 5.

Siculi regni curæ susceptæ ab Innocentio.

1. &c. Inuadente Marcualdo Siculi regni procurationem malis artibus, vt ex imbellibus Frederici pueri manibus sceptrum eriperet; Innocentius Gregorium S. Mariæ in Porticu diaconum Cardinalem legatum in Siciliam decreuit, vt regni administrationem susciperet, donec Rex ecclesiæ Romanæ fiduciarius ad puberes annos adolesceret. Paritum est veniemi legato, fuitque illi vt regio tutori regnique procuratori addictam fidem a proceribus, ac data ea de re a Friderico ad Siculos mandata refectum vetera Innocentij gesta. In campaniam Felicem etiam misit Innocentius Ioannem tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyterum, & Gerardum diaconum S. Hadriani Cardinales, ad infringenda Marcualdi tyranni ac sociorum molimina; ij vero cum in oppidum S. Germani se contulissent hostis insolescentis atque insultantis metu deiecere, seque in montem Casinum recipere coacti sunt. Iamque capto ab hoste oppido monasterium Casinense obsidione premebatur, obsessique commeatuum & aquæ penuria vrgeri coeperant, cum die S. Mauro sacro recurrente, tanta imbrium vis procellis mixta depluit, vt cisternæ monasterij implerentur, vt tradit Innocentij vitæ auctor: hostes verò euersis deiectisque tentorijs, ac pluribus tempestatis impetu occumbentibus in fugam effusi

Missi in Siciliam legati.

a *Richardus S. Germ. in chron.*

Casinum miraculo liberatum.

Digitized by Google

post multas altercationes præscripto modo invenit regnis episcopum, & Cardinales prædictos, vt ad faciendum mandatum descenderent ad monasterium Casemarij temporata ciuitati vicinum, vt coram socijs suis, quorum illic remanserat multitudo, audiret, vsus hac fraude, vt cùm a loco munito ad locum descenderent immunitum, non auderent si graue proferre mandatum.

Legati in locum iniquiorem pelliciti.

10 *Acquieuit episcopus Ostiensis, sedulus consilio nobilis viri Leonis de Monumento consobrini sui, qui reconciliationis huiusmodi fuerat mediator: acquieuerunt & alij, licet improuidè, ipsius Ostiensis episcopi persuasione seducti; eumque ad prædictum monasterium descendissent, paratum est illis conuiuium, in quo prafatus Marcualdus eis accuratissimè deseruiuit, & circa finem conuiuij submurmuratum est, quòd capi deberent, vt sic territi, mandatum, quod displiceret illi, facere non auderent. Vehementer ergo confusi, quid facerent ignorabant; sed prafatus Vgolinus S. Eustachij diaconus Cardinalis, resumpto spiritu fortitudinis, coram omnibus, qui cum eo erant ad audiendum, mandatum protulit scriptum, bulla domini Papa munitum, in qua mandatum, quod illi faciendum erat, continebatur expressum; & ait: Ecce mandatum domini Papa, nos aliud facere non valemus. Hanc autem cautelam summus Pontifex adhibuerat, tum propter se, tum etiam propter illos. Mandatum est ergo illi, sicut continebatur in scripto, sub debito prastiti iuramenti, vt ab aliqua regni inuasione ac molestatione per se ac suos omnino desisteret. nec ipsum vt patrimonium B. Petri aliquatenus molestaret, vniuersaque qua regno per se, vel suos fraudulenter, ac violenter inuaserat, restitueret, qua haberet: qua verò detinerentur ab alijs, pro posse suo restitui faceret bona fide. Super damnis autem & iniurijs irrogatis, præsertim ecclesia Romana, ac monasterio Casinensi, satisfaceret competenter, secundùm dispositionem summi Pontificis, & proprias facultates; in clericos & viros ecclesiasticos manus de cætero non immitteret, nec immitti faceret violentas, Cardinales & legatos Apostolica sedis nec caperet, &c.*

Vgolini Card. constantia.

Marc. adire Pontificem propo nit.

11 *Audito mandato factus est ingens tumultus in populo, sed ipse Marcualdus quamuis valde commotus, non tamen permisit, vt in Cardinales committerent aliquid inhonestum, quin potius vsque ad Veralam eos in propria persona conduxit, proponens quod, ad præsentiam summi Pontificis vellet accedere, vt ei quædam secretissima patefaceret, qua nulli alij reuelaret; vnde petebat, vt prædictum mandatum interim suspendere dignarentur; literas tamen suo sigillo munitas in testimonium destinauit, quod præscriptum iuramentum præstiterat, & mandatum receperat suprascriptum: sed ad vomitum rediens, post absolutionem suam literas dominus Papa direxit, in quarum salutationis alloquio fraudem eius perpendit, in eò quod salutatio talis erat; Reuerendo episcopo patri & domino Innocentio, Dei gratia sancta Romana sedis summo Pontifici, Marcualdus imperij senescalcus, &c. salutem & obedientiam tam debitam, quàm deuotam, & in alijs sic erat expressum: Marcualdus imperij senescalcus, & id quod est, deuotum obedientia famulatum, tanquam nec ex toto supprimeret, nec exprimeret manifestè, quod regni baiulus & procurator existeret, sicut se prius in suis literis consueuerat appellare,* Hactenus gestorum auctor.

Marcualdi fraus.

12 De Marcualdo anathematis vinculis soluto Innocentius episcopos, comites, omnesque Siculos datis ad eos literis a docuit, quibus etiam adiecit lati antea anathematis formam in ipsum eiusque fautores omnes, vtque eum recepi erit, declarauit: nimirum publicè Marcualdum sine vlla pactione, cruce & euangelio tactis iureiurando sese obstrinxisse Pontificis dicto audientem in posterum futurum in ijs omnibus, quorum causa

a lib. ep. 158.

Qua ratione Marcuald absolutus.

e fidelium cœtu motus pulluisque fuerat. Quæ verò post hæc egerit Marcualdus, acta percensent, ipsum grassari fraudibus cœpisse, & literis suis longè latèque circumferre, se fidelium communioni restitutum, atque adeo sibi deuinxisse Innocentium, vt etiam administrandæ illum Siciliæ præfecisset: sed ne aliquem suis dolis caperet, Pontifex ad eos disturbandos sparsit literas b, quibus perfidi hominis scelus, reique cum ipso gestæ seriem patefecit.

b Innoc. l. 2. epist. 171.

13 Cùm detectas ita fraudes videret Marcualdus, aperte conceptum scelus effundere decreuit, quem contiata cum aliquibus nobilibus Siculis, qui arces in Siciliæ limite, atque adito obtinebant, coniuratione in regnum irrupisse traduntur acta; moxque Innocentium Siculorum clamoribus impulsum legatum, ac Iacobum consobrinum suum strenuissimum ducem magna c militum manu succinctum submisisse.

Sicilia contra Marcuald. defensa.

14. &c. Ad elidenda etiam Marcualdi consilia Pontifex impigre se accinxit, & comitibus cæterisque omnibus Siculis literas d misit, quibus eos monuit, vt a Marcualdo proditore, ac periuro & publico hoste sibi caverent, eiusque flagitia in eorum oculis ita defixit: *Quasi non sufficeret ei, quòd charissimus in Christo filius noster F. Sicilia Rex illustris sue fuerat patrimonio spoliatus, nisi eum faceret etiam matris possessione priuari, sicut nobis ex transcripto literarum, quas Philippus miserat, innotuit, Siciliam est ingressus, & non regni, sed regis etiam, oblitus beneficiorum patris, qui eum erexit de puluere, & de stercore suscitauit, excidium meditatur; quasi suis dicens fautoribus: Hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem ipsius: si nobis non creditis, aperibus credite. In ipso namque ingressu suo quibusdam Saracenis confœderatus, eorum sibi contra Regem, & Christianos conuocauit auxilium, & vt eorum animos ad stragem nostrorum amplius excitaret, & sitim augeret eorum, iam ipsorum fauces Christiano sanguine eruentauit, & mulieres Christianas captas per violentiam eorum exposuit voluptati, &c.*

d Innoc. l. 2. epist. 213.

Marc. Saracenos sibi coniungit.

20. 21 Illustrata est hoc anno Italia sancti Homoboni miraculis, quem Innocentius a Cremonensibus rogatus, instituto de eius vitæ sanctitate & miraculis sacro examine, quæ duo Pontifex necessaria affirmauit, vt quis in militante Ecclesia sanctis annumeretur, solemni ritu cælitum cathalogo adiecit, ac diploma apostolicum ad Cremonensem clerum, populumque dedit e, in quo post collocatam in luce ipsius pietatem, tantum orationis studium, vt callosa genua haberet, atque opus quodlibet (vt ait) faciendo, stando, sedendo, iacendo, ad orationem labia continuò moueri videretur, subdit pium eius mortis genus nimirum inter medias quoque preces sanctissimam animam efflasse.

S. Homobonus consecratus.

e Innoc. l. 1. epist. 527.

22 Huic illustrissimo confessori fortissimum Christi martyrem coniungamus, qui eodem anno pro fide catholica Vrbeueteri mortem oppetijt dum strenue delere amitebatur Patarenos hæreticos. Fuit is Petrus Parentius, de quo fidissimus auctor in publicas tabulas, quæ in ea ecclesia conditæ sunt, hæc inter alia refert.

Petrus Parentius Vrbeueteri præfectus.

23, 24. *Plurimorum habito consilio sapientum, in publica statuit concione, vt si quis infra diem statutum, ad Ecclesiam, qua gremium suum nonclandit redeuntibus, remearet, & episcopi obediret mandatis, veniam, & gratiam mereretur: qui autem redire ante prafixum diem contemneret, panam excipere legibus, & canonibus constitutam.* Tulit sanè eo tempore Innocentius seueriſſimas leges in hæreticos, quæ in literis d ad Viterbienses datis continentur.

d lib. 2. ep. 1

Clero, consulibus, & populo Viterbiensi.

De communi fratrum nostrorum consilio, assen-

Leges in haereticos latæ.

sensu quoque archiepiscoporum & episcoporum apud Sedem Apostolicam existentium districtius inhibemus, ne quis hæreticos excepture quomodolibet, vel defendere, aut ipsis favere, vel credere quoquo modo præsumat; præsenti decreto firmiter statuentes, vt si quis aliquid horum facere forte præsumpserit, nisi primo secundoue commonitus à sua super hoc curauerit præsumptione cessare, ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia vel consilia ciuitatum, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur: sit etiam intestabilis; nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi cogatur super quocumque negotio respondere: quod si forsan iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur; si tabellio, instrumenta per ipsum confecta nullius penitus sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur; in similibus idem etiam præcipimus obseruari: si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur & in quo maior est culpa grauior exerceatur vindicta. Si quis autem tales, postquam ab Ecclesia fuerint denotati contempserit euitare, anathematis se nouerit sententiam incurrisse. In terris vero temporali nostræ iurisdictioni subiectis bona eorum statuimus publicari, & in alijs idem fieri præcipimus per præsentes; & principes seculares, quos ad id exequendum si forte negligentes extiterint per censuram ecclesiasticam remota appellatione compelli volumus & mandamus. *Dat. Laterani* VIII. *kal. aprilis pontificatus nostri anno* I. Subdunt gesta: *Episcopus verò exardescens contra Manichæorum perfidiam, vehementer testimonia hæreticorum ab hæresi ad catholicam redeuntium vnitatem recepit solicitudine pastorali, & Petro Parentij præsentauit: hic alios alligauit ferreis nexibus compeditos, alios censuit publicè verberibus flagellandos, alios extra ciuitatem coëgit miserabiliter exulare, alios pœna mulctauit pecuniæ, quæ amissa veris lacrymis ab auaris possessoribus deplorantur; ab alijs accepit pignora copiosè, domos etiam fecit dirui plurimorum. Rector itaque nostræ ciuitatis via regia incedendo, nec ad sinistram, nec ad dexteram declinabat.* Hæc sacro ardore catholicæ fidei æstuans nouus Phinees hoc ipso anno quadragesimali tempore peregit.

Inuruntur infamia.

Legum beneficio priuantur.

Muneribus publicis interdicti.

Qui versati cum ijs fuerint defixi anathemate.

Eorum bona fisco addicta.

6

Parentis hæreticos agreditur.

25 Corrupere hæretici per missa ingenti vi auri seruum nequissimum, Radulphum nomine, alteri Iudæ perfidia simillimum, qui intempesta nocte dominum impijs sauissimisque hostibus prodidit. Illi verò furijs perciti mox martyrem circumdedere, vtque pignora ab hæreticis accepta redderet, atque hæreticas partes se defensurum sacramento polliceretur, incusso crudelissimæ mortis terrore adigere reluctantem sunt conati: quibus ille pignora quidem se restituturum spopondit, nullo autem metu de catholicæ fidei constantia deiectum iri respondit. Cùmque ipsum frustra concutere niterentur, odio iraque effærati alij eius caput ictibus contundere, alij gladijs latera perfodere; quam sibi inflictam mortem generoso animo pertulit, seque diuinæ victimæ instar, Numini obtulit. Expleto furore hæretici exanime corpus in proximum puteum deijcere, lapidibusque obruere meditati sunt: at Deus nullo conatu sacras exuuias loco dimoueri passus est, atque ad illustrandam martyris gloriam ingens aliud miraculum explicuit, vt illico arbor arida, cui martyris augustæ reliquiæ incubuerant, eo anno bis fructum afferret.

Tradita à seruo.

Eius martyrium.

Diuina in cædis auctores vltio.

26 Mox diuina vltio in omnes eius mortis conscios sese effudit, vt brevissimo tempore tristissimo mortis genere consumerentur: sed maximè iræ cælestis exemplum edirum in Radulphum proditorem, cuius cadauer cùm sepulchro mandatum fuisset, adeo intumuit, vt terræ graue admodum esset, effusisque visceribus ita inficeret aerem, vt crudelissimo pestis genere correpti incolæ patim absumerentur; quare animaduersa illud inde effodiatque alibi procul abijci iussere, statimque pestis grassari desijt.

Sed a lugubribus scelestorum supplicijs ad martyris premia, ac gloriosissimos triumphos oculos conuertamus. Inuentum a catholicis sacrum ipsius corpus ingenti pompa funebri elatum est, ac post multos dies non grauem modò vllum odorem affauit, sed corruptionis expers, atque ita tractantibus molle, ac si viueret; repertum, quamuis tunc ferueret æstas: quod verò maiorem longè admirationem concitare potest, recipiendæ pristinæ mortalis vitæ a Deo data optio est; cuius rei æditus vir pius testis extitit, qui vocem hanc cælitùs missam: *Vis resurgere Petre?* audiuit, atque aliam respondentem, nolle se præteritæ vitæ pericula adire. Sed ne hæc levia ac commentitia putentur, quæ vnius vel paucorum testimonio fulciantur, edidit Deus, ad martyris sui in luce collocandam gloriam plura miracula, vt cùm præsentibus interdum tribus vel quatuor hominum milibus, qui ex varijs locis confluxerant, in gentilitio Petri scuto in ecclesia appenso diuinitus noua fulgere lumina visebantur; interdum extinctæ faces subitò spectante maxima populi multitudine accendebantur: plures ægri e morbis, quorum pertinacia omnia remediorum genera eluserat, priscæ valetudini restituebantur.

Data resurgendi optio martyri.

27 Hisce atque alijs prodigijs, ad quæ spectanda maxima vndique populi multitudo concurrebat, oppressa est extinctaque Vrbeueteri hæresis, quæ trucidato martyre maiori furore grassatura putabatur: necnon ad eam euertendam Innocentius acerbissimas leges tulit, quæ in literis ad Viterbienses datis a, in quorum vrbem ea pestis inuaserat, continentur.

Innocentius statuit hæreticos.

a Lib. 2. ep. 1

Nec in finitimos modò, sed in remotissimos quosque hæreticos apostolica solicitudine pugnandum Innocentio fuit, maximeque aduersus Metenses quosdam, qui vt prauarum opinionum virus imperitæ plebeculæ sub scientiæ fuco infunderent, sacra biblia in linguam vernaculam traduxerant: vnde mox scientiæ opinione inflati quique e fæce populi, atque audacia elati, sacerdotes contemnere, detrectare eorum imperia, clandestinos cœtus agere, prædicandi verbi diuini munus sibi arrogare cœperant: si vrgebantur vt ederent a quo prædicandi auctoritatem accepissent, mox se a Deo inuisibili missos iactabant. Aduersus quod malum, salubre adhibiturus remedium Innocentius, legatos ad Metenses misit, qui versionis nouæ auctorem, atque eius consilium inquirerent: tum literas apostolicas ad eines dedit, b quibus commendato sacrarum literarum studio monuit, ne se impostorum nequitia in fraudem induci paterentur, qui in aureo poculo infundere errores solerent; tum eorum lacorum arrogantiam damnauit, qui ab Ecclesiæ præsulibus non missi promulgandi verbi diuini prouinciam inuaserant; non esse cuiusquo in id officium ac munus se ingerere, qui si diuinitus missos se esse iactarent, vel sacris oraculis, quæ ipsis expresse non distorte congruerent, Ioannis Baptistæ exemplo, vel editis miraculis comprobarent; alioquin in numero impostorum habendos, qui temerè ad circumueniendos simplices, fuisque imbuendos erroribus se diuino agi spiritu effutire consueuerunt.

Hæretici se missos a Deo mentiuntur.

b Lib. 2. epist. 32.

28 &c. Dissentionis de hæreseos occasionem arripuerat vizaniorum auctor, cum graui dissentione imperium Germanicum, ad quod nunc Metæ spectabant, arderet. Emperat enim anno superiori ciuile bellum, cuius in dies incendium magis magis-

Confutantur ab Innoc.

Germanicas turbas pacat Victor.

que grassabatur, motusque crebris populorum gemitibus Innocentius malo afferre remedium decreuit, atque Conrado Magunti archiepiscopo & Sabinensi episcopo Cardinali, qui magna apud Germanos auctoritate florebat, ac nondum ex oriente, quò ad Leonem Armeniæ Regem corona orandum se contulerat, erat reuersus, scripsit a, vt qua fide & constantia olim Ecclesiæ fluctuanti adhæserat, nunc illi adesset, atque in causa exortę Philippu inter Othonemque discordię sedis Apostolicę sententiæ se accommodaret, ac sibi obnoxios populos ad eum Imperatorę salutandum obstringeret, quem Romanus Pontifex iure electum agnouisset.

a Ord. Vitalis de regno Pol. l.

32. &c. Mox apud alios Germaniæ principes grauissimè questus est, quòd tamquàm ob duorum principum electionem laceraco imperio, ad ieuem Apostolicam, cuius erat controuersiam illam dirimere, ob supremam sibi a Christo collatam auctoritatem, non confugissent: tum eos hortatus est b, vt discordiam quanto citius sedarent, ne si eam alerent diutius, imperium in grauissimum periculum adducerent, alioquin se ob emergentia inde discrimina, ex officio remedium, quod suaderet æquitas, se adhibiturum; atque eius partes, qui majoribus studijs principum interetur, euecturum. Conignata sunt ea de re exarata hac loci & temporis nota, *Dat. Laterani, &c. Pontificatus nostri anno secundo.*

b Ibid. ep. 1.

Missi a Suevo ad Innoc. oratores.

33. Paulo autem post Philippus Suevus oratores suos ad Innocentium misit, vt se ad coronam imperij recipiendam euocaret; quibus Pontifex post longam orationem demum hoc responsum dedit.

c Ibid. ep. 18

Schismatici confusi.

Portè quod accidit in veteri testamento, contigit in nouo, & nè longè petantur exempla; diuisum est simul regnum, & sacerdotium tempore Innocentij Papæ, & Regis Lotharij; contra Innocentium intrusus est Anacletus, contra Lotharium verò Conradus; sed preualuit vterque catholicus, Innocentius videlicet, & Lotharius; quoniam Innocentius coronauit Lotharium, & succubuit vterque schismaticus, Anacletus videlicet & Conradus, quo veritas prædicta falsitati. Deinde schisma diuisit Ecclesiam tempore Alexandri, Imperium in vnitate permansit tempore Friderici: sed idem Imperator, non vt defensor, sed vt persecutor Ecclesiæ schisma fouit, & fauit schismaticis. Portè schisma cum schismaticis, & fomentum cum fautoribus est confusum.

36 *Nunc autem Ecclesia per Dei gratiam in vnitate consistit, & imperium peccatis exigentibus est diuisum: verùm Ecclesia non sic illi retribuit, quemadmodum illud Ecclesia, quia super eius diuisione condolet, & compatitur, pro eo maximè quod principes eius maculam posuerunt in gloria, & infamiam in honore, libertatem, & dignitatem ipsius pariter confundentes. Verùm ad Apostolicam sedem iampridem fuerat recurrendum, ad quam negotium illud principaliter, & finaliter dignoscitur pertinere; principaliter, quia ipsa transtulit imperium ab oriente in occidentem; finaliter, quia ipsa concedit coronam imperij. Verum verbum tuum audiuimus, videbimus literas domini tui, deliberabimus cum fratribus nostris, & dabimus tibi responsum; inspiret autem nobis omnipotens Deus honestum consilium, & reuelet nobis beneplacitum suum, quatenus in hoc negotio ad honorem ipsius, ad vtilitatem Ecclesiæ, & salutem imperij procedamus.*

Innoc. respõdet oratoribus se paturum deliberaturum.

37. 38 Dum vtriusque electi oratores apud Innocentium officijs ad eius colligendam gratiam certabant, non minus inter se ij principes armis dimicabant; describit Godefridus d varias hostiles excursiones ab vtroque tum factas, Philippi vero res ex Othocari Regis Boemiæ coniunctione auctas, deque concordia a prædicto Conrado Magunti no archiepiscopo actum; propereaque Coloniam se contulisse, vt cum archiepiscopo Coloniensi, & ciuibus colloquium de ea re ageret, ait Godefridus, sed infecto negocio discessisse: vt vero in Pannonia felicius, quàm in Germania pacem cum ciuerit, prosequamur.

d Godefr. in annal. hoc ann.

39 Transgressus ille in Hungariam Henricum, siue Emericum Regem, quem Henricum alij vocant, cum Andrea fratre cepit iniuit, sanxitque fœdus ijs legibus, vt ambo in Saracenos arma vere stringerent, Pannoniaque Lupoldo Austriæ duci commendata, mare trajicerent, & si in transmarinis regionibus alter mortem oppeteret, alter superstes regnum obtineret; de quibus Godefredus e in suis annalibus.

e Godefr. in annal.

40. 41 Certandum etiam fuit Innocentio aduersus nonnullos principes, qui incestas nuptias contraxerant: itaque Compostellano archiepiscopo, cunctisque Legionensis regni episcopis iniunxit, vt Legionis Regem & Castellæ Regis filiam in prohibito gradu copulatos ab inuicem segregare niterentur: extant ea de re ad eos datæ literæ, quibus facti fœditatem describit, atque in similia scelera diuinas iras effusas demonstrat.

Legionen. Regis diuortus nuptus.

42 Pari constantiæ exemplo cum Philippus Francorum Rex in repudiata Ingeburgis Reginæ flagitio perstaret, hæc Galliarum episcopis mandata dedit b: *Vniuersitati vestræ per apostolica scripta mandamus, & ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & nostra in virtute obedientiæ districtè præcipimus, quatenus sententiam, quam idem Cardinalis, nimirum Petrus S. Mariæ in via lata, in Regem, superinductam, & eorum familias, vel in regnum etiam duxerit proferendam, & vos sublato cuiuslibet appellationis obstaculo firmiter obseruetis, & facietis ab alijs inviolabiliter obseruari.*

b Lib. 1. epist. 189.

Innoc. insurgit contra Philippum Regẽ adulterũ.

43. 44 Addunt acta legatum Diuione concilium coëgisse, vt ecclesiastica seueritate insanis irretitum amoribus Gallorum Regem percelleret, illumque vrente conscientia, mercedemque sibi poenam præsagiente, ad sedem Apostolicam, vt legati sententiam eluderet, prouocasse: cum verò, cùm tuto in Philippi ditione tantam rem agitari non posse pertimesceret, Viennam se contulisse, indictoque alio concilio interdicti sententia Gallias perculisse.

45 Cùm in Gallicis rebus versetur narratio, hic aliqua ex Cesario e Cisterciẽsi monacho adducere prodigia ab instituto nostro alienũ nõ putaui, quæ homini in immanissima flagitia acto, ac nouo, ingẽtiq; miraculo veniã a misericordiarũ patre consecuto hoc anno euenisse videtur, cùm ille in exomologesi faciendã tantum dolorem animo conciperet, vt vox singulibus abscissa, crimina sacerdoti detegere non posset, eaque chartulæ mandasset, vt ex scripto sacerdos recognosceret, manente charta integra diuino miraculo abrasa penitus, ac delecta reperta sunt: *Annus*, inquit, *modo vigesimus est secundus plus minus* *, *eo tempore, quo ad ordinem veni. qui fuit ab incarnatione Domini millesimus ducentesimus vno minus, in quo tale quid a viris religiosis, & literatis, vt sunt abbates, & scholastici, contigisse Parisijs veraciter intellexi. Erat ibi iuuenis quidam in studio, qui suggerente humani generis inimico, talia quædam peccata commiserat, quæ ob nimiã erubescentia, nulli hominum confiteri potuit, cogitans tamen quæ malis præparata sunt tormenta gehennæ, & quæ bonis abscondita sunt gaudia perennis vitæ, timens etiam quotidie iudicium Dei super se, intus torquebatur morsu conscientiæ, & foris tabescebat in corpore: quid plura? tandem miserante Deo, timor ille seruilis verecundiam visit; qui sicut sera filium, charitatem inducere consueuit. Veniens ad sanctum Villelmum, priorem vocauit, & quia confitendi gratia venisse*

c Cæs. lib. 8. cap. 10.

Pœnitentis scripta crimina diuinitus deleta.

* ab

Eximiæ pœnitentiæ exemplum.

uisset indicauit; ille paratus ad tale officium, sicut omnes sunt fratres eiusdem monasterij; statim venit, in loco ad hoc deputato sedit, præmissaque exhortatione, iuuenem confiteri volentem expectauit. Mirares, tantam hora eadem fuisse Dominum, cuius natura bonitas est, cuius voluntas potestas est, cuius opus misericordia est, cordi eius contulit contritionem, vt quoties confessionem inciperet, toties singultibus intercepta vox deficeret: in oculis lacryma, suspirium in pectore, singultus erant in gutture. Hæc vt vidit prior, dicebat scholari: Vade scribe peccata tua in schedula, & defer ad me, placuit consilium iuueni, abijt, scripsit: die altera rediit, & si confiteri posset, iterum tentans, vt prius defecit: & cum nil proficeret, schedulam priori porrexit. Legit prior & obstupuit, dixitque iuueni: Non sufficio tibi solus dare consilium, eis vt ostendam abbati, & licentiauit eum: venit prior ad abbatem, & porrexit schedulam legendam, rem ei per ordinem exponens. Quid deinde gestum sit, audiant peccatores, & confidentur desperati, & recedentes; nox enim vt abiit chartulam ad legendum aperuit, totam eius continentiam deletam inuenit; impletumque est in eo quod Dominus per Isaiam dicit: Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua: & paulò post aduocantes scholarem, ostenderunt schedulam, dicentes eius peccata esse diuinitus delata; quam enim perfecisset, & ex signis bene cognouisset, in tantum cor eius ex magnitudine gaudij est dilatatum, in quantum prius ex magnitudine tristitiæ fuerat angustatum, & nullam ei inungentes satisfactionem, monuerunt, quatenus Deo de perceptis beneficijs gratias ageret, atque de cætero cautius viueret; huc vsque Cæsarius. At reliquas huius anni res prosequamur.

Peccata e scripto diuinitus deleta. Isa. 44.

46. 47 Hoc ipso anno Richardi necem contigisse huius temporis scriptores testantur atque Innocentij litteræ ostendunt; vt verò ea obrigerit, a Rogerio *a*, qui hisce temporibus historiam conscribebat, accipiamus: *Interim*, inquit, *b vicomes vicecomes de Limoges inuento quo thesauro auri, & argenti infundo suo, misit inde Richardo Regi Anglia domino suo partem non modicam; sed Rex eam refutauit, dicens se debere totum illum thesaurum habere de iure donationis suæ, quod predictus vicecomes nullo modo concedere voluit.* Subdit auctor Richardum potiundi thesauri cupiditate æstuantem, rapto exercitu oppidum (cui apud Gallos Chaluz nomen est) obsidione cinxisse, cumque inclusi deditionis, & pacis leges exposcerent, superbè & immaniter a Richardo ipsis denegatas; cuare illi ex desperatione sumptis animis ad propulsandas hostiles impressiones comparauere, inter quos Bertrannus de Gurdun expetendæ vltionis auidus missо telo Richardum, dum in arcem assilire molichatur, in brachio transfixit. Ita Richardus, cui Fulconem anno præterito mortem, ni ab armis quiesceret, comminatum vidimus, letho proximus, Ioanni fratri Regnum testamento reliquit, opum suarum partem tertiam Othoni Regi Germaniæ diuisit. Adijcit auctor egregium erga percussorem clementiæ exemplum, cum iam id oppidum a Marchadeo expugnatum fuisset: *Deinde fecit coram se venire Bertrannum de Gurdun, qui eum vulnerauerat, & dixit ei: Quid mali tibi feci, quare me interemisti? cui ille respondit: Tu interemisti patrem meum, & duos fratres meos manu tua, & me nunc interimere voluisti. Sume ergo de me vindictam, quamcunque volueris: libenter enim patiar, quæcunque excogitaueris maiora tormenta, dummodo tu interficiaris, qui tot & tanta mala contuliſti mundo. Tunc præcepit eum Rex solui, & dixit: remitto tibi mortem meam.* Subijcit Rogerius percussorem e vinculis laxatum, atque centum solidis donatum a Rege, sed abeunti Marchadeum manus iniecisse, atque post Richardi mortem exutum pelle in crucem egisse, ac Philippum Regis filium pothum vindicandæ parentis necis cupiditate ardentem, vicecomiti Lemouicensi mortem intulisse. Ita inuentus thesaurus Regi & comiti vitam abstulit.

a Rogerius hist. Angl.

Inuentus regius thesaurus.

Richardi Regis ictus.

Auctor responsum percussoris ad Regem

Richardi clementia in percussorem.

48. 49 Defuncto Richardo Rege, Ioannes comes Moretonij, qui, vt tradunt Rigordus, Martinus Polonus, & post eos S. Antoninus *a*, sine terra dicebatur, in illius locum successit *b*, atque e Normannia in Angliam profectus, apud Londinum in S. Petri Apostolorum principis templo ipso dominicæ ascensionis festo, sexto kal. iunias ab Huberto Cantuariensi archiepiscopo magna episcoporum, comitum, ac procerum frequentia, inter quos S. Hugo Lincolniensis versabatur, qui omnes ad ornandam pompæ celebritatem fuerant accersiti, consecratus est & corona redimitus. Hæc pluribus Rogerius, addens *c* principes cismarinarum regionum post Richardi interitum non Ioanni, sed Arthuro eius nepoti duci Britanniæ, quod eius pater Gaufridus ii superstes fuisset, regno potiri debuisse, adhæsisse.

Ioannes Richardi successor.

a S. Ant. par. 2. tit. 17. §. 32.

b Ibid.

c Roger. vbi supra & Matth. Par. eod. ann.

50. 51 Caterum Richardi morte res Othonis non modicum labefactatæ ac perturbatæ fuerunt, quod illo, dum vixit, omnibus neruis contenderet, vt eidem Otheni nepoti suo imperium compararet: quamuis enim Ioannes Rex initio ipsi fauere visus sit, citò tamen eum deseruit, quod Innocentius postea ipsi obiecit *d*. Caterum Othonem, cum ab omnibus pene derelictus esset, ab Engilberto cæco, qui diuino Numine afflatus futura prædicebat, erectum, ac meliorum spe recreatum testatur Cæsarius *e*: *Tempore*, inquit, *quodam inuitatus a ducissa Saxonia vxore Henrici ducis matrona valde religiosa, inter alia multa, quia vnus ex filijs eius Imperator esset futurus, prædixit, quod postea impletum vidimus in Othone, qui Henrico successit in imperio. Hic cum post electionem in maximis fuisset tribulationibus, & pene omnibus desperatus ab eodem cæco confortatus est eo, asserente, quia omnibus modis forent implenda, quæ a Deo fuerat prædinata.* At de rei exitu suis locis.

Otho nis res post mortem Richardi incunatæ.

d Innoc. l. 5. epist. 109.

e Cæsar l. 6. cap. 10.

Prædictum Othonis Imperium.

52. &c. Consultus hoc anno Innocentius ab archiepiscopo Rothomagi de variis dubijs ita ad ea respondit: *Tibi duximus respondendum quod, licet omnes consanguinei viri sint affines vxoris, ex eorundem viri videlicet & vxoris coniugio nulla prorsus est affinitas contracta, propter quam inter eos debeat matrimonium impediri; quamuis etiam vir & vxor alienum puerum teneant in baptismo, nulla tamen inter eosdem virum & vxorem contrahitur compaternitas, cum vna caro sint per copulam coniugalem, & ideo sibi reddere debitum non prohibentur.* Quærenti etiam archiepiscopo de sacerdotum Latino um cœlibatu, responsum est vt ad dimittendas concubinas eos cogeret, *per suspensionem, inquit, officiorum, & beneficiorum subtractionem.*

De affinitatibus controuersia dirimitur.

De compaternitate.

De concubinarijs Sacerdotibus

55. Recipere hoc anno in Romanæ ecclesiæ sinum Diocliæ Dalmatæ, ac Serui cum Vulcano eorum Rege ad quos purioris doctrinæ lucem collustrandos missi fuere ab Innocentio Ioannes pontificius capellanus, qui fertur ab ipsius vitæ auctore, idem qui Trinitarij ordinis conditor, ac Simon subdiaconus, quibus data prouincia est, vt omnia male antea statuta, atque a vera pietate abhorrentia emendarent. De quo Regi, Reginæque, tum pientissimo in iis regionibus viro S. principi meyoumano appellato, vxorique eius, tum Diocliensi archiepiscopo, tum denique regionum illarum archiepiscopis, episcopis, abbatibus, atque clericis litteræ datæ *g*; quibus pie & seculo paritum est, adeo vt Vulcanus Rex hæc scripserit *h* ad Innocentium.

f Lib. 2. epist. 324.

g Reges post cæt. ep.

h Lib. 2. epist. 207.

Beatis-

Beatiſſimo atque ſanctiſſimo patri & Domino Innocentio Dei gratia ſacroſancta Romanæ eccleſiæ Iummo Pontifici, & vniuerſali Papæ, Vvicanus eadem gratia Dioclie atque Dalmatiæ Rex ſalutem, & deuotionis affectum.

Literæ Regis Dioclię & Dalmatiæ ad Innoc.

Venientibus ad noſtram præſentiam domino Ioanne capellano, & domino S. religioſis, & diſcretis ſanctæ catholicæ & Apoſtolicæ ſedis legatis, amodo iucundati ſumus, qui ſicut ſolis ſplendor in virtute ſua radians totum orbem videtur illuſtrare, ita illorum ſancta, & ſalubri prædicatione totum regnum noſtrum creditur fore illuſtratum, Vnde meritò dicimus: Viſitauit nos oriens ex alto. Illorum itaque probitate, & ſcientia nos informati, Deo, & paternitati veſtræ immemeras grates rependere curamus, qui tales ad nos miliſtis, quales in voto habuimus ſuſcipiendos, diuino munere prædiros, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, &c.]

56. 57. Detulere etiam ſupplicibus literis obedientiam Pontifici Seruiæ princeps, & Ioannes Antibarenſis archiepiſcopus. Reſpondit præterea ad Innocentium tum magnus Seruiæ Iupanus a, tum Ioannes Dioclienſis & Antibarenſis archiepiſcopi b: extantque ſynodi a legatis pontificijs celebratæ acta, quibus vetus diſciplina eccleſiaſtica ſancita eſt firmataque.

a Innoc. lib. 2. epiſt. 168 b Ibid. epiſt. 169.

Pro Bulg. conuertendis laborat Innoc.

58 Aggregatis feliciſſimè Romanæ eccleſiæ, a qua diu diſceſſæ ſchiſmate fuerant, Dalmatia ac Diocelia, conuertit animum Innocentius in Bulgaros ad Chriſti cuile inſtar ſolliciti paſtoris reuocandos, cui ſeſe egregia obtulit tentandæ rei, quæ demum poſtea in opus perducta eſt, occaſio: excuſſerat enim Bulgarorum princeps per hæc tempora Græcorum iugum, atque a Romanis veteribus genus ſuum ducere gloriabatur, ob quæ Pontifex miſſis legatis, interiſque ipſi gratulatus, vt ad Romanam eccleſiam rediret, ſollicitauit c. Quomodo autem princeps ille Romani Pontificis legationem, literaſque ſummo gratulatione ac reuerentia exceperit, atque humanioribus verborum officijs reſponderit, ſuo loco exponemus, Iam ad Græcorum res nos conferamus.

c Innocentij epiſt.

59. 60 Miſerat anno ſuperiori Conſtantinopolim Innocentius internuncios, vti eius acta teſtantur, Albertum ſubdiaconum, & Albertinum notarium ad Alexium Imperatorem, adhortaturos, vt terræ ſanctæ ſuppetias ferret, & Græcorum eccleſiam ad Apoſtolicæ ſedis obedientiam, a qua contumaciter tamdiu defecerat, reuocare niteretur. Præterea Conſtantinopolitanum patriarcham admonuerat, quod ſupra tetigimus, vt principem ipſum ad id impellere atque inducere omni ſtudio conaretur. Quid autem exinde factum, miſſæ vltro citroque literæ ſignificant, quæ in pontificio huius anni regeſto aſſeruantur, Viſus eſt Camaterus patriarcha pontificios legatos humaniter accepiſſe, ac Pontificis pium ſtudium commendaſſe, tum perfidiam ſuam in modum dubii expoſuit d, cur tandem Romanam eccleſiam vniuerſalem appellaſſet Innocentius, atque eccleſiarum matrem, & cur is dignitatis titulus Ieroſolymitanæ attribuendus non ſit, cùm ex ea fides Chriſtiana emanarit; cuius argutias ita diſſoluit idem Pontifex.

Legati Conſtantinopolim miſſi.

d Apud Innoc. lib. 2. epiſt. 209.

61 *Innocentius, &c.* Nos inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd Eccleſia duabus de cauſis vniuerſalis vocatur; intelligentia namque dictorum ex cauſis aſſumenda dicendi, cum non res ſermoni, ſed rei ſit ſermo ſubiectus. Dicitur enim vniuerſalis Eccleſia, quæ de vniuerſis conſtat eccleſijs, quæ greco vocabulo catholica nominatur; & ſecundùm hanc acceptionem vocabuli, eccleſia Romana non eſt vniuerſalis Eccleſia, ſed pars vniuerſalis Eccleſiæ, prima videlicet, & principua velut caput in corpore, quoniam in ea plenitudo poteſtatis exiſtit; ad cæteros autem pars aliqua plenitudinis deriuatur: & dicitur vniuerſalis Eccleſia illa vna, quæ ſub ſe continet eccleſias vniuerſas; & ſecundùm hanc nominis rationem] Romana tantùm Eccleſia vniuerſalis nuncupatur, quoniam ipſa ſola ſingularis priuilegio dignitatis cæteris eſt prælata, ſicut & Deus vniuerſalis dominus appellatur, non quaſi iam diuiſus in ſpecies, aut ſpecialiſſimas, aut etiam ſubalternas, ſed quoniam vniuerſa ſub eius dominio continentur. Eſt enim vna generalis Eccleſia, de qua Veritas inquit ad Petrum: *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Et ſunt multæ particulares eccleſiæ, de quibus Apoſtolus ait: *Inſtantia mea quotidiana ſolicitudo omnium eccleſiarum*; ex omnibus vna conſiſtit, tanquam ex particularibus generalis, & vna præemmet omnibus, quoniam cùm vnum ſit corpus Eccleſiæ, de quo dicit Apoſtolus: *Omnes enim corpus ſumus in Chriſto*, illa velut caput cæteris membris excellit.

Hieroſolymitana eccleſia quo modo mater dicatur

Quæſiuiſti etiam, & te aſſeruiſti non modicum dubitare, cupiens addiſcere cauſam, quam acceptabis ſine contradictione rationem habentem, cùm Dauid de Ieruſalem dicat in pſalmis: *Mater Sion dicet homo, & homo factus eſt in ea*; vtpotè in qua Chriſtus dignatus eſt conuerſari, prædicare pariter, & docere, ac noſtram operari ſalutem, in ea noſtræ ponens fidei fundamenta; propter quod meritò mater debet nuncupari, cùm ex ea doctrina proceſſerit ſalutaris; cur mater omnium eccleſiarum eccleſia Romana dicatur, quæ ab Ieroſolymitana eccleſia orthodoxæ fidei ſacramenta recepit, cùm Apoſtolus etiam inquiens ſe vſque ad Illyricum euangelium prædicaſſe, quod quaſi a Ieruſalem inceperit, euidenter oſtendat. Licet autem ex præmiſſis intelligatur, & huic inquiſitioni reſponſum, cùm Eccleſia Romana mater dicatur non ratione temporis, ſed ratione potiùs dignitatis. Nam etſi ſecundùm Ioannem Andreas priùs venerit ad fidem, quàm Petrus, prælatus eſt tamen Petrus Andreæ, cùm & in Apoſtolorum catalogo ſemper primus quaſi præcipuus præmittatur, non quòd Petrus ſit prior tempore, ſed potior dignitate. Ad omnem tamen dubietatem tollendam tua fraternitas debet diſtinguere ſecundùm diuerſas nominis rationes inter Romanam, & Ieroſolymitanam eccleſiam, quòd illa dicenda ſit mater fidei, quoniam ab ea ſacramenta fidei proceſſerunt; iſta verò dicenda ſit mater fidelium, quoniam priuilegio dignitatis vniuerſis fidelibus eſt prælata, &c.]

Patriarchę dubius reſpondet Innoc.

Quod ad concordiam conciliandam attinet, in quam pacis amantiſſimus toto pectore incumbebat, propoſuit ſe concilium oecumenicum celebraturum, ad quod ipſum inuitabat. demum literis hanc loci & temporis notam adiecit. *Dat. Laterani 11. id. nouembris.*

62 Extant præterea Alexij Imperatoris literæ a ad Innocentium ſanctiſſimum, vt ipſe ait, Papam Romanum per Ioannem Georgium Venetum nuncium ſuum datæ, in quibus innuere videbatur, nondum pro terra ſancta e Saracenorum manibus eripienda elaborandum eſſe, ſeque timere addiderat, ne ſi illi liberandæ præfinitum a Deo tempus anteuertere auderet, fruſtra opus pertentaret, atque ideo ſibi a Domino propheticum illud obijceretur: *Sibi regnauerunt & non per me: dominati ſunt, nec ne nouerunt*; verum Pontifex, vt meliora ſentiret ipſum eruditit b.

a Apud Innoc. lib. 2. epiſt. 202.

b Innoc. ibid. epiſt. 203.

Innocentius, &c. Nunquid ſenſum Domini cognouiſti? nunquid conſiliarius eius es? Vt certus in diſpoſitione diuina, tunc primùm arma moueas in Pagano, & ad liberationem Ieroſolymitanæ prouinciæ

nincix accingaris, cum Dominus miſereri diſpoſuerit populi Chriſtiani, & hereditatem ſuam Saracenorum manibus liberare.] Ineptiſſimum quidem in conſulendis aſtrologis Alexium fuiſſe, cùm aliquid ſuſcepturus eſſet, notat Choniata a, adeo vt cùm aliquando Chalcedone Blachernas peruenus, dictum ab aſtrologo tempus expectaret, ſubitò magno hiatu dehiſcente terra in periculum ingens adductus fuerit, ipſius gener Palæologus vna cum alijs malè cruribus affectus, eunuchus verò interfectus, atque voragine haustus perierit: *Deo monſtrante*, vt ſubdit auctor, *ſe eſſe horarum & temporum dominum, & a ſe itinera hominum vel proſperari vel impediri.*

a Nicet. Chon. lib. 3.

Alexius dum paret aſtrologo periclitatur.

63 Quid autem tam Imperator, quàm patriarcha pontificijs acceptis literis egerint, tradit Innocentij geſtorum ſcriptor: *Cùm autem*, inquit, *Imperator, & patriarcha literas huiuſmodi recepiſſent, & eas ſibi fecciſſent diligenter exponi, non minimum doluerunt de his, quæ priùs ſcripſerant pœnitentes; quoniam Imperator ex promiſſione ſua cognoſcebat ſe obligatum, quod cùm Romanus Pontifex conuocaret concilium generale, ipſe debebat Græcorum eccleſiam ad illud concilium deſtinare, ſtatuta concilij acceptaturus, Patriarcha verò ex reſponſionibus apoſtolicis ſuper ſuis conſultationibus factis cognoſcebat, ſe tanis rationibus, quàm auctoritatibus coarctatum ad obedientiam Romano Pontifici exhibendam.*

Imper. & patr. reſiliunt a promiſſis.

64 *Imperator igitur habito cum Græcis longo conſilio, ad vltimum ſic reſpondit, quod ſi Romanus Pontifex faceret in Græcia celebrare concilium, vbi quatuor antiqua concilia fuerant celebrata, illuc Græcorum eccleſia ſuos mitteret reſponſales; & fingens ſe longius ire ad aliam materiam ſe conuertit, mittens ſummo Pontifici literas, in quibus nitebatur probare, quod Imperium Sacerdotio præpolleat, ad quas & dominus Papa reſpondit.*

65 At ſi nimio faſtu turgidi Græci ſubdere ſeſe Chriſti vicario reſpuerunt, longè ſapientiores Armenij, qui iam ante anno Chriſti MCXLV. Eugenio ſe ſubmiſerant, iugum illius ſuauiſſimum excipere gloriæ ac triumpho duxerunt. De his enim Innocentij vitæ ſcriptor id prodit: *Audita fama nominis eius Gregorius Armenorum catholicus*, ita vocabatur eorum patriarcha, *& Leo Rex minoris Armeniæ, nuntios & literas cum muneribus domino Innocentio tranſmiſerunt ad deuotionem & obedientiam eius ſe humiliter exponentes.* Inſertæ ſunt huiuſmodi epiſtolæ huius anni regeſto.

66 De Armeniæ Rege per Maguntinum archiepiſcopum corona exornato agit etiam Arnoldus Lubecenſis b, cuius tamen textus, vt benè notauit Cardinalis Baronius tomo XII. anno MCXCVII. num. XI. labefactatus eſt, expuncto a nouatore aliquo Romani Pontificis nomine, quo potiſſimùm auctore, vt auditi, ea peracta fuere.

b Arnol. Lubec. lib. 5. in fin.

67 Poſt hæc tradunt acta: *Rex quendam militem cum literis ſuis ad ſummum Pontificem deſtinauit, rogans, & poſtulans, vt eum ſuper iniurijs, quas ſuper ſucceſſione principatus Antiochiæ comes Tripolitanus cum hoſpitalarijs cuidam nepoti ſuo Rupino nomine irrogauerat, ad ſedem Apoſtolicam appellaſſet, faceret iuſtitiæ plenitudinem exhiberi.* Emerſerat verò ingens ea diſcordia ex immaturo Rupini maioris natu filij Raymundi Antiochiæ principis morte: is enim ſuſcepto ex Aliza vxore Leonis Armeniæ Regis nepte filio, in extremis vitæ confinijs patrem obſecrauit, vt principatum Antiochenum, qui naturæ iure in ſe tranſmundendus erat, ſi ſuperſtes foret, in filium, eundemque ipſius nepotem tranſmitteret. Sublato in ipſo ætatis flore Rupino, triſtis pater, filio iuſtis perſolutis, nepotem ſuum, qui filium ipſi rediuiuum referebat, Antiocheno principatu ornauit, atque vt heredi legitimo viros nobiles, populumque ſacramento adegit. Rem tulit grauiter Tripolitanus comes defuncti frater, atque ad inuadendum principatum Hoſpitalarijs ac Templarijs fultus ſe comparauit; ſubornatis ciuibus Antiochiam occupauit: eoſque ſacramento ſibi obſtrinxit: quo facto non modò Remundi parentis, verùm etiam Leonis Armeniæ Regis, cuius neptis filius patria hereditate exuebatur, odia contraxit. Armenius igitur, Templarijs atque Hoſpitalarijs paulò poſt Tripolitanum deſerentibus, eiectum a filio reſtituit, atque Innocentium rogauit, vt apoſtolicam in tanta re auctoritatem adhiberet, ac iura Rupini defuncti filij, auumque a Tripolitani conatibus aſſereret ac vindicaret: cui Innocentius vt melius dubia explicarentur, & æqua ferri poſſet ſententia, legatos in orientem ſe miſſurum reſpondit a.

Armen. Rex appellat ad Pont. pro Antiocheno principatu.

a Innoc. l. 2. epiſt. 244.

68 Pergunt geſta: *Per eundem militem miſit ei dominus Papa vexillum, quod poſtulauerat ab eodem;* De quo Innocentius hæc ad eundem Regem b: *Nos igitur de tua deuotionis ſinceritate confiſi, ad petitionem dilecti filij Roberti de Vargat militis, nunctij tui, in noſtræ dilectionis indicium, vexillum beati Petri tuæ ſereniſtati direximus, quo in hoſtes crucis dumtaxat vtaris, & eorum ſtudeas contumaciam cum Dei auxilio, ſuffragantibus Apoſtolorum Principis meritis refrenare. Datum Laterani* XVI. *kal. ianuarij.* Quo item die ad Paganum & Arronem comites, vniuerſoſque Armeniæ optimates, milites ac populum ſcribens c, eadem de vexillo habet, cohortaturque eos ad ſtrenuè in Saracenos cum Rege, vti cœperant, dimicandum.

b Innoc. lib. 2. epiſt. 247

Innoc. mittit Regi Armen. vexillum B. Petri.

c Ibid. epiſt. 240. recitatur item in Innoc. vita

69 Flagitauerat inter cætera oratorum opera ab Innocentio Armenius, vt cruceſignatus exercitus in orientem contra Saracenos mitteretur, cùm rei bene gerendæ pulcherrima occaſio affulgeret. Et quidem anno ſuperiori Pontificem in tam pia expeditione conficienda occupatum vidimus: ob idque inter alia Petrum Cardinalem in Gallias miſerat, Goffredum verò Venetias, quos inſignierat cruce, vt exemplo cæteros allicerent: qui ambo hoc anno operam ſuam in id ſtudioſe impenderunt; de Goffredo enim hæc acta: *Miſit Goffredum presbyterum Cardinalem ad ducem, & populum Venetorum, ad cuius exhortationem ipſe dux, & multi de populo crucis characterem acceperunt, marchioque Montisferrati, epiſcopus Cremonenſis, & abbas de Lucedio, multique alij nobiles de prouincia Lombardiæ cum multitudine plebis innumera deuouerunt ſe ad officium Crucifixi.* De Petro verò hæc tradunt; *Adeo diuina gratia fauente profecit, quòd innumeram militum, quàm peditum multitudo ad verbum exhortationis ipſius ſignum crucis ſuſcepit ad obſequium Crucifixi, cum quibus etiam quidam epiſcopi, & abbates, & alij multi clerici peregrinationis propoſitum acceperunt, inter quos principales fuerunt Theobaldus comes Trecenſis, Ludouicus comes Barrenſis, Balduinus comes Flandriæ & Hannoniæ, & comes de S. Paulo, Sueſſionenſis, & Trecenſis epiſcopi, & quidam ordinis Ciſtercienſis abbates.* Cæterum Innocentius pro alendo milite eccleſiaſticis viris quadrageſimam redituum partem impoſuerat d, ſe autem & collegium Cardinalium ad decimam ſoluendam deuinxit, atque etiam nauim frumento onuſtam ad leuandam Syrorum pauperum egeſtatem ſubmiſit, deque ſuo ardentiſſimo rerum terræ ſanctæ reparandarum ſtudio ad patriarcham ſcripſit e.

Auctor vit. Innoc.

d Ibid. ep. 260 & Innoc. vita auctor.

e Lib. 2. epiſt. 181.

Indict. 3.

IESV CHRISTI

Annus 1200,

INNOCENTII PP. III, VACAT IMP. OCCID. 3. annus 3. ALEXII ANGELI IMP. 6.

1. &c. FElix Eccleſiæ profligatis hoſtibus alluxit ia annus. Cinxerat ingenti obſidione Panormum Marcualdus, ac Saracenorum princeps Magadeo fortiſſimas cum eo copias coniunxerat, & Monteregali capro in ſpem capiendæ vrbis efferebatur. cùm legatus apoſtolicus regio ſuccinctus exercitu laboranti Panormo ſuppetias tulit. Tum hoſtis pacem flagitare cœpit, vt longiore mora copiæ diſſoluerentur, ijſque diſſipatis perfidia poſtea vinceret, quos aperto bello ſuperare non potuiſſet: ſed a pontificijs diſcuſſe fraudes, atque eo anathemate percuſſo pax omnium conſenſu denegata, commiſſoque prælio Marcualdus fuſus, & profligatus eſt: Magadeo cæſus, & magna Saracenorum multitudo ferro deleta: quæ tanta victoria Iacobi conſobrini Innocentij virtute potiſſimùm parta eſt.

Marcuald. prælio fuſus.

4 Superioribus acta Innocentij addunt Marcualdum in hac turpi fuga, omni ſupellectili exutum; repertumque in Henrici Imperatoris ſcrinio teſtamentum, cuius ibidem fragmentum recitatur, atque id cùm ſuo loco in eiuſdem ſcilicet principis obitu a Baronio recitatum ſit, conſulto prætermiſimus. Quodnam autem Iacobus Mareſcallus Innocentij Papæ conſobrinus virtutis præmium a Siculis tulerit, ſic tradunt; *In tantum autem prædicti Mareſcalli ſtrenuitas, & prudentia, non ſolum Regis familiaribus eius, verùm etiam vnius ſis comitibus, & baronibus, & omnibus tam indigenis, quàm extraneis grata extitit, & accepta, vt communi conſilio, & fauore * comitatus Andriæ donaretur, regali privilegio aureæ bullæ munito ſuper ipſius ſibi conceſſione collato.* Verùm qui illi meritos honores decreuere, legitimos ſumptus refundere denegarunt; ibidem namque adijcitur: *Quia verò familiares Regis neceſſarios ſibi, & ſuis denegabant expenſas, & propter nimium ætatis ardorem milites ſui tam ceperant graviter infirmari, compulſus eſt ad propria remeare, multamque pecuniam domini Papæ fecit militibus elargiri, tum pro ſtipendijs, & muneribus, tum pro equis, & armis, quoniam præter quaſdam expenſas, quas fecerant in Sicilia, nihil penitus a regis familiaribus exceperunt.* Queritur Innocentius a pro ingentibus ſumptibus, quos in tuendo regno ſupediterat, nihil ſibi penitus repenſum eſſe (eadem repetit etiam ad Fridericum Siciliæ Regem ſcribens ſequenti anno) deque Iacobi reditu mentionem facit. Sed quanto cum ſui, totiuſque regni periculo regij miniſtri abire permiſerint Iacobum, immo coegerint potiùs victui neceſſarijs denegatis, rei exitus ostendet: nam Sicilia tanto deſtituta viro, animos vtrique redintegrauit Marcualdus, ac noua in perniciem regni conflare, molirique cœpit. Omnium autem malorum auctor extitit Gualterius Troianus epiſcopus, ac regij ſigilli præfectus, qui cuncta ad ſe, ſuoſque per fas & nefas deriuabat. De quo hæc acta.

Baron. ann. 1197. nu. 9

Comitatus Andriæ Mareſcallo a Siculis datus.

* comitatu

a Innoc. lib. 1. epiſt 270. & lib. 3 ep. 21.

5. 6 *Gualterius autem Troianus epiſcopus, & regni Siciliæ cancellarius, quaſi totum ſibi vſurpauit inter familiares regios dominatum. Itaque tanquam Rex eſſet, conferebat, & auferebat comitatus, & baronias inſtituebat, iuſtitiarios & camerarios, ſecretarios, & ſtratigotas, vendebat & pignorabat dohanas, & baiulationes accipiebat, & expendebat redditus, & prouentus, quin etiam familiares inſtituebat regios, quos volebat, immemor Apoſtolicæ iuſſionis, quam ipſe cum alijs ſibi fieri poſtulauerat.*

Mala cancellarij ad miniſtratio

7. 8 Addunt geſta de Gualterio epiſcopo, illum ſuperbia elatum contemptis apoſtolicis imperijs, res nouas molitum, pacemque cum Marcualdo iniiſſe, atque affinitate noua confirmaſſe: ſed cùm Marcualdus eo modo viam ſibi ad tyrannidem munire vellet; contra Gualterius Marcualdi potentia fratrem ſuum Gentilem fulcire niteretur, vt ipſum, ſi poſſet, ad regnum vel magnas opes efferret, pugnante inuicem vtriuſque ambitione grauiſſimis diſcordijs diſſenſere: nunc a Siculis rebus ad Gallicas digredimur.

9 Verùm haud hic egregij Pontificis præclaris triumphis finis impoſitus: quinamque feros tyrannos Marcualdum ac Diupuldum opera inuictorum ducum profligauit, intolerandam refractarij Regis laſciuiam eccleſiaſticis cenſuris expugnauit. De his dicturi, videbimus primùm, quid Galliæ epiſcopi geſſerint, poſt Diuionenſe ac Viennenſe concilia a Petro S. Mariæ in via lata diacono Cardinale, & Apoſtolicæ ſedis legato ſub anni ſuperioris finem celebrata, quid libidinis exagitatus ſtimulis Philippus perpetrarit, atque moliri auſus fuerit, memoria repetendam. Petrus Cardinalis legatus, vt ex Rigordo narrauimus, de vniuerſa Gallia eccleſiaſtico interdicto ſubijcienda, ſententiam ferens edixit ne ante vigeſimum a Domini natiuitate diem promulgaretur. Quod igitur tradit Rogerius Petrum Capuanum Cardinalem legatum hoc anno ianuario mense ſtatim poſt Chriſti natalitia ſententiam interdicti dediſſe, de promulgatione intelligendum eſt. Addit præterea Petrum lata ſententia inde receſſiſſe, clericiſque pro imperio præcepiſſe, ne diuina celebrari permitterent, baptiſmatis, ac pœnitentiæ adminiſtratione excepta.

Innocentius ab adultera Franc. Regem abducere aggreditur.

Pereuſſa interdicto Gallia.

10 *Rex*, inquiunt acta, *in tantam indignationem exarduit, vt epiſcopos, & alios clericos, qui primò ſeruauerant interdictum, ab eccleſijs ſuis faceret violenter expelli, & bona omnia occupari. Sed cum plebs vniuerſa clamaret, Rex non valens tantum Eccleſiæ ſeueritatis ſuſtinere vigorem, nuncios ſuos quoſdam, videlicet clericos, & quoſdam milites ad ſummum Pontificem deſtinauit, conquerens multipliciter de dicto legato, ſed tamen offerens per coſdem iuratoriam cautionem, quòd coram legatis, vel delegatis iudicibus ſtaret iuri. Quibus ipſe prudentiſſimus Papa reſpondit, quod diſtinguendum erat, vtrum ſtare vellet iuri dictato, aut iuri dictando, ſi iuri dictato, videlicet ſecundùm ius, quod dictauerat, ſuperinductam a ſuo remoueret conſortio, & Reginam acciperet antedictam, libenter reciperet cautionem oblatam; immo ſine cautione qualibet, ſi hoc faceret, relaxaret ſententiam interdicti, dummodo prius epiſcopi, & clerici deſtituti plenam fuiſſent reſtitutionem adepti. Si verò iuri dictando, videlicet vt ſecundùm ius, quod dictaret, affinitatis decideretur articulus, cautionem oblatam reciperet ad cautelam, dummodo ſuperinducta remota, Reginam prius reciperet memoratam.*

Interdictū tolli per nuntios poſtulat.

11 Cæterum quæ poſt legatorum in Galliam reditum Rex egerit, Innocentij vitæ ſcriptor exactiſſimè exponit: *Conuocatis quibuſdam principibus, tam eccleſiaſticis, quam mundanis, cœpit deliberare cum illis, quid ei foret in hoc articulo faciendum, quibus vnanimiter reſpondentibus, quod parendum erat Apoſtolicæ ſedis mandatis, quæſiuit ab auunculo ſuo Rhemenſi archiepiſcopo, qui ſententiam diuortij promulgauerat, vtrum verum eſſet quod dominus Papa ſcripſerat, videlicet quod illa non erat diuortij dicenda ſententia, ſed ludibrij fabula nominanda, qui cum reſpondiſſet verum eſſe, quod ſcripſerat ſummus Pontifex (non enim audebat aliud reſpondere) ſtatim Rex intulit dicens: Ergo tu es ſtultus, & fatuus, qui talem ſententiam protuliſti.* Tandem Philippus pertinaciam poſuit,

A Philippo comminatum in archiep. Rhem. iactum.

posuit, & Romani Pontificis voluntati se accommodauit. Vt verò hæc euenerint, acta prosequuntur, quæ post enarratam primum Regis legationem, de altera tum ipsius, tum Innocentij hæc scriptis tradidere: *Remissis igitur nuncijs instabat, vt prius, quod videlicet remisso interdicto cognosceretur de iure, sed cum nec minis, nec precibus, nec promissis animus summi Pontifici flecti posset, in fundamento iustitiæ solidatus, ipsius arbitrio se submisit, qui Ostanianum Ostiensem episcopum, legatum in Franciam destinauit*: Exceptus is est honorificentissime a Philippo Rege; ita vt de eo hæc rescripserit Innocentio.

Philippus Pontifici paret.

Amantissimo patri ac reuerendissimo domino Innocentio diuina prouidentia summo Pontifici suus Octauianus Ostiensis episcopus commendationem & deuotam in omnibus reuerentiam, &c.

12. 13 Habito cum archiepiscopis, episcopis, abbatibus, & alijs ecclesiarum prælatis diligenti tractatu qualiter deberent nobis in facto Regis assistere, eos iuxta mandatum vestrum & voluntatem nostram prompt os inuenimus & paratos: ipse vero Rex cum in colloquio illustrium comitis Flandriæ, ac ducis Brabantiæ apud Compendium moraretur, audito aduentu nostro cum velocitate & lætitia maxima Senonis nobis occurrens deuotè & humiliter nos recepit, & cum honore tractauit: cumque familiarem & diutinum habuissemus cum ipso tractatum, ac super multis prout expedire videbatur cum fuissemus studiosè allocuti, vltra opinionem omnium ita inuenimus cum propitium & benignum, vt apud omnes, qui animum eius nouerant, diuinum miraculum videretur, qui vtique post longam inuectionem, qua ipsum fuimus constanter aggressi, tandem cum multa lachrymarum effusione & humilitate cæteris mandatis nostris se submisit, ac nostris dispositionibus pariturum promisit. [Nonnullis interiectis, vt de iniurijs damnisque illatis præsulibus & clero faceret satis, subdit.]

Vt Philippus Rex legato occurreret.

Profusis lachrymis pœnitentiam se ipopondit.

Data Regi imperata de superinducta pellenda;

Cæterum volentes in cunctis ritè procedere, iniunximus ei, vt superinductam a se tam carnaliter quam localiter separaret, quod & fecit, prout expedire melius videbatur, firmiterque in audientia omnium repromisit, quod eam nec cognoscere debeat nec videre, donec fuerit Reginæ negotium ad finem adductum. Iniuncto autem sibi mandato, vt Isemburgem Reginam reciperet, eam de loco in quo olim eam statuerat, præcepit adduci. *Et infra*: Post familiare colloquium [inimirum Regis & Reginæ, præsente legato] in consistorium exeuntes, vbi erat infinita cleri & populi multitudo, Reginam eandem a tribus episcopis fecimus honorificentia regali deduci, factoque mandato, vt eam Rex tanquam vxorem suam & Franciæ Reginam reciperet & honorifice pertractaret, recepit eam publice, & huic mandato, licet inuitus, ac alijs omnibus mandatis vestris se parituram firmiter repromisit.]

Reducta legati iussu Regina

Eam honorifice se tractaturum Rex pollicetur.

His addit legatus sacrorum iustitium sublatum maximo omnium gaudio fuisse: cæterum Regem adduci non potuisse, vt Reginam restitueret thoro, vtque coniugem retineret, sed vt controuersia de illius coniugio discuteretur instituisse, ac se illi promisisse ius in ea causa ipsi redditum iri. Certiorem interea fecit Rex misso oratore Innocentium se apostolicis imperijs morem gessisse, ac licet ab hostibus Ecclesiæ solicitatus fuisset, vt fœdus armorum aduersus Romanam ecclesiam, a qua se acerbius habitum querebatur, cum ipsis coiret, nunquam tamen assentiri ipsis voluisse. Qua in re certe maximis laudibus efferendus est, a cuius exemplo abfuit postea Henricus VIII. Angliæ Rex, qui ob pellicis amores se & innumeras animas in exitium traxit. Placuit autem diuinæ prouidentiæ inductam a Philippo ducis Morauiæ filiam e vita subducere, ac tumultuum occasionem, ac recrudescerent, tollere.

Insigne Philippi erga Eccles. obsequium.

14 Affulsit etiam Gallijs noua lætitiæ lux: Philippus enim & Ioannes Angliæ Rex post iterata colloquia pacem ac fœdus x. kal. iunias inter se pepigere, ac postridie eius dici Blancha filia Adelfonsi Castellæ Regis, eiusdem Ioannis neptis futura S. Ludouici mater, quam Alienora Regina Ioannis mater in Hispanias profecta receperat, Ludouico Philippi Regis filio apud Purmor in Nortmannia ab Burdegalensi archiepisc. matrimonio iuncta est.

Pax inter Francos Angloſq; inita.

Ludouici filij Philippi nuptiæ.

In Narbonensi porro Gallia hoc tempore ecclesiastica res maxime collapsa est, ita vt magnates templa inuaderent, eaque in castrorum formam redigerent, ac præsidia ijs militibus munirent. Tum hæresis adeo impune grassata, vt Christianam religionem & omnia sacra vt deridicula temneret, vti queritur Innocentius hisce verbis: *Accedit ad hoc damnata & damnanda diuersarum hæreseon prauitas, qua Deum & ministrum Domini Moysem ore pollute blasphemans, damnat tàm nouum testamentum quàm vetus, & ecclesiastica sacramenta contemnens ea predicat esse sacrilega, & quidquid fidei, religionis, & diuini cultus in ecclesia solemniter agitur & fideliter obseruatur, inutile, ac ridiculosum affirmat.* Et infra: *Ii dicunt bonum malum, & malum bonum, ponunt tenebras lucem & lucem tenebras, in dulce amarum, & in amarum dulce conuertunt, nec Deum timent nec Deum verentur, dogmata euangelica prauâ interpretatione peruertunt.* Tantorum malorum causam tribuit Innocentius præsulum imperitiæ & auaritiæ, qui sacerdotia indignis & pueris conferrent, & leges canonicas confunderent; cumque archiepiscopus Narbonensis magna eorum criminum inuidia laboraret, Cardinalis S. Priscæ legatus in eum inquirere iussus est.

Narbonensis Galliæ status infelix.

Innocl. b 4 epist. 2.

Vetus & nouum testamentũ negant hæretici.

Sacramenta abrogata.

Ob cleri vitia hæresis aucta.

15 In Anglia hoc anno idem Ioannes Rex soluto priore coniugio cum Hauuisa, quam tertio consanguinitatis gradu attingebat, Isabellam filiam Aimari comitis Engolismensis desponsam comiti Marchiæ vxorem duxit, vt tradit Rogerius. De quibus nuptijs etiam Robertus de Monte, Matthæus Parisius, & alij, qui post ipsos scripsere. Addit Rogerius Ioannem Nortmannicis confectis negotijs, in Angliam octobri mense cum noua sponsa perrexisse, ibique apud Vvestmonasterium Londini ambos ab Huberto Cantuariensi archiepiscopo regijs insignibus decoratos.

16. 17 Demum ait eundem archiepiscopum Londini apud Vvestmonasterium eodem anno generale episcoporum concilium celebrasse: illud enim ita appellabant olim maiores, quòd ex prouincijs vni primati antistiti subiectis cogebatur, vt Cardinalis Baronius demonstrauit [a]. Quatuordecim porro canones enumerat auctor, quos in eo archiepiscopus Hubertus promulgauit, eorum vero singulis additur: *Saluo in omnibus sacrosancta Romanæ ecclesiæ, honore, & priuilegio*: Quæ verba licet semper in ecclesiasticis statutis subintelligantur, per ea tamen fuit in Apostolicam sedem obseruantiæ monumentum Anglicani episcopi perpetuis exarare notis voluere, ex quibus alijsque tum mox, tum alibi dicendis viderint Angliæ nouatores, quàm impudenter eiusdem sacrosanctæ sedis anglis ipsis reuerendæ, obloquendo &

Concilium Londinense.

[a] *Ann. 347. num 8.*

latrando auctoritatem obterant.

Porro inter canones ipsos obseruatione dignissimus alter isti proximus, in quo de missarum celebratione, deque sacratissimo Eucharistiæ mysterio hæc habentur: *Non liceat presbytero bis in die celebrare, nisi necessitate vrgente, & tunc idem cum in die bis celebrat, post primam celebrationem, & sanguinis sumptionem, nil infundatur calici. Sanè post primam celebrationem diligentissimè absorbeantur stillula de calice, & digiti sugantur, vel lingua lambantur, & lauentur, reseruata lotura in vase mundo, ad id specialiter deputato, quæ lotura sumatur post secundam celebrationem. Hæc ita se habeant, nisi in prima celebratione adsit diaconus, vel alius minister honestus, qui lotionem sumere possit. His adijcimus, vt reponatur Eucharistia in pyxide munda & honesta, & in pyxide munda & bonella deferatur ad agrum linteo mundo superposito, & lucerna precedente ac cruce, nisi ager valde remotus fuerit. Renouetur quoque hostia ipsa singulis dominicis diebus.*

Can missa bis in die ab eod. sine necessitate non celebranda.

18 His enarratis Rogerius accuratissimus scriptor S. Hugonis episcopi Lincolniensis obitum refert; quem eodem anno contigisse non solum Matthæus Parisius, sed ipsius vitæ acta testantur. In primis enim tradunt inter Galliæ Angliæque Reges pacem ipsius opera conciliatam, quam huius anni mense maio confectam certissimè constat, ut affirmantibus huius temporis auctoribus, quos supra memorauimus, Rogerio, Roberto de Monte, nec non Rigordo, Matthæoque Parisio, qui eodem seculo scripsit,

S. Hugo Lincolnien. epis. hoc anno moritur.

19 *Cùm iam tempus*, inquiunt acta, *aduentaret transitus eius ad patriam, acri febre corripitur*, modò laudati auctores quartana eum laborasse affirmant. *Morbo autem ingrauescente, sæpius orando hæc verba repetebat: O pie Deus requiem præsta nobis; bone Domine, Deusque verax dona tandem nobis requiem. Quod quidam de astantibus audiens, quasi pro consolatione dixit ei: Iam domine quiesces. At ille: O verè, inquit, beatos illos, quibus vel in extremo iudicij die requies inconcussa donabitur. Dicente rursus eo ipso, illum diem ei futurum, Deo volente, iudicij diem, quo esset e vita discessurus, cum magna fiducia dixit: Non rectè sentis; non enim iudicij, sed gratiæ, & misericordiæ dies erit, qua ego defungar. Cum adhuc esset incolumis, & mentio fieret de mortis horrore, dicere consueuerat: Malè profectò nobiscum ageretur, si nunquam mori deberemus.* Hæc de morbo, sanctique viri fiducia, cuius etiam egregium exemplum præbuit, dum a præcipuo amico de datis ab ipso iudicijs ita compellatus est: *Quandoquidem domine multo tempore, tum ordinarius, tum etiam delegatus per multorum index fuisti, diligenter oro, studeas nedum generatim, sed etiam speciatim confiteri, quos & quos priuato amore, vel odio aut promoueris, aut depresseris parum iustè*: respondit ille: *Odio seu amore, sed nec spe quidem vel timore personæ, vel rei cuiuscunque a veritate iudicij me vnquam exorbitasse penitus memor non sum; si autem de recto deflexi, hoc vel propria ignorantia, aut certè assistentium culpa accidit.* Hæc ipse. Enimuero Romanos Pontifices totius prouinciæ negotia Hugoni committere, ipsumque sancta æquitate difficillimas controuersias, inreconsultissimis mirantibus, dirimere consueuisse, fidem faciunt acta, quæ subdunt: *Admonitus etiam, vt testamentum pro more faceret: Tædet me, inquit, huius consuetudinis iam passim in Ecclesiam introductæ; nec habui quicquam nec habeo, quod non sit ecclesiæ, quam regendam suscepi. Attamen ne fisci rapiat, pauperibus tribuatur totum, quod videor possidere.*

Morti cupit.

Illius æquitas.

Heredem eccl. sibi instituit.

Vt verò ingrauescente morbo, morti proximus sese diuinis precibus dediderit, obitumque, tum ingentia, quæ Angliæ ac maxime clero imminebant mala, ob quæ lubenter se e vita discedere aiebat, ac prophetico afflatus spiritu præsagierit, enarrat vitæ eius auctor; tum subdit: *Deficiente voce cùm rogarent eum, vt Dominum pro idoneo pastore deprecaretur, tandem respondit: Deus id faciat: quo dicto pauimentum coram eo undatur, & cinere benedicto in crucis formam sparso, completorij preces inchoauerunt; cum autem versum illum audisset: Clamauit ad me, & ego exaudiam eum; cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum; imponi se cineri posse*: is mos a viris sanctis olim religiosissimè seruabatur, vt in cinere strati, quò pœnitentiæ sacræ magis indulgerent, emorerentur, *psallentibus illis festinantius, vultu placidissimo spiritum sensim colligebat, quem tunc in manus conditoris tradidit, cùm illud Simeonis canticum inciperetur: Nunc dimittis seruum tuum Domine secundùm verbum tuum in pace.*

In cinere feliciter animam efflat.

20 21 Recensent postea diuinitus ostensa de eius gloria prodigia, cuius mirabile quoddam vestigium in sacro corpore impressum refulsit: *Cùm lauarent, capellani videlicet, corpus exanime, lacte candidius foris apparuit: intus verò vitro purius cernebatur*; pluribusque alijs signis veluti quibusdam gloriæ trophæis eius feretrum & sepulcrum Deus illustrauit: cuius memoria, quo e vita discessit die, nimirum XV. kal. decembris a catholica Ecclesia coli consueuit a.

S. corpus lacte candidius, vitro que pellucidius visum.

a Rom. Martyr. eo die, vbi Bar. lit. F.

22 Iam ad Innocentium Romanum Pontificem redeamus, cui in causis non solùm Galliæ, Angliæque Regum, sed Germanorum etiam principum, inter sese de Imperio certantium, plurimum elaborandum fuit. Cùm enim singulorum iura ac meritâ quàm diligentissimè perpendisset, reiectis Philippo Sueuo regni inuasore, & Friderico Siciliæ Rege, quorum alter anathemate percussus, alter verò ob ætatem tanto muneri impar erat, Othoni fauit. Quomodo autem hæc se habuerint, nunc videndum, ac precipuè ex epistolis ab eodem Pontifice hoc anno datis atque acceptis. Primum inter eas locum obtinent Othonis litteræ b, quibus post vberrimas relatas gratias de collatis in se a Pontifice officijs, ait inter inferiores superioresque principes circa Rhenum incolentes, quorum pars sibi, altera vero Sueuiæ duci parebat, Maguntini archiepiscopi opera ad B. Martini festum inducias initas esse, secùs autem inter Saxoniæ principes, in quam prouinciam decreuerat prouolare, vt Dacorum Regi, sororio suo, auxiliares copias adducenti occurreret, eique se coniungeret. Addit insuper Maguntino archiepiscopo elaborante principes suos monitis Pontificis consensisse, vt proximè post B. Iacobi Apostoli festum inter Andernacum & Confluentiam in colloquium descenderetur, cui ex parte quidem sua Colonien sis archiepiscopus, Monasterien sis, Leodien sis, Traiectens is, ac Padebornens is episcopi, Corbien sis abbas, Brabantiæ dux, & Flandriæ comes interessent: ex parte verò Sueuiæ ducis Salisburgens is ac Treuerens is archiepiscopi, Frisingens is, Argentinens is, Basilien sis episcopi, Morauiæ dux, Conradus marchio de Landisbergo, B.. Zaringiæ dux; Maguntinus verò interruncij partes obiret, quò de summa rerum deciderent, atque omnibus dissidijs finem imponerent, adeo vt quidquid eorum pars maior de imperio decerneret,

In Germania de Imperio dissidium.

Pontifex Othonis partes sequitur.

b Lib. Vatic. ex regest. Innoc. de negot. Rom. Imp. fignatus num. 415. ep. 20.

neret, ab ipſis cæteriſque Germaniæ principibus integre inuiolateque ſeruaretur. Quamobrem Otho, qui Eccleſiæ patrocinium, auxilium, atque auctoritatem in omnibus, vt ait, rebus ſuis optabat, Innocentium ſupplicibus verbis orat, vt prædictis principibus, eccleſiaſticis æquè ac laicis, aliiſque, ſi quos colloquio intereſſe contigiſſet, præciperet, vt ſibi præſto eſſent.

Innoc. ad Ger. principes epiſtola de deligendo in Imp.

23. 24 Rogatus igitur ab Othone Pontifex ad vniuerſos Germaniæ principes literas [a] dedit, quibus ſignificauit magno ex diſſidio imperij ſe affectum dolore, neque ad illius deprimendas vires, vt fingunt nonnulli, ſed augendas aſpirare, deque diſſipanda diſcordia ſæpius conſilia contuliſſe, cumque duo Cæſares eſſent electi, de ſtudijs eligentium & meritis electorum inquirendam ab ſede Apoſtolica veritatem: Philippum quidem Sueuum electum a pluribus & inſignibus potitum imperij, ſed nec ab eo, a quo potuit, neque vbi debuit corona redimitum: tum ſacramentum, quo a fiate Henrico pro Federico aſtrictus fuerat, non conſulta prius ſede Apoſtolica infregiſſe, atque a Coeleſtino ob inuaſam Eccleſiæ ditionem percuſſum anathemate; nec ritè eo ſolutum, cum a ſe eccuſata non reſtituiſſet, atque ideo electionis iure indignum; denique eniti in hereditario imperio vſurpare. Pro Othone vero addidit quamuis a pauciore principum numero electus fuiſſet, tamen a Coloniẽſi archiepiſcopo apud Aquiſgranum cæſareis inſignibus exornatũ, cui propterea vt parerent eſt adhortatus: tum addidit.

[a] *Ib. ep. 28.*

25. 26. *Alioquin vnde crederetis diſcordiam vos ſopire, inde contingeret vos maius ſcandalum ſuſcitare, quoniam præter id quod, ſi fieret forte contrarium, Vrbi, & penè penitus toti diſpliceret Italiæ, Eccleſia quoque id ferret grauiter, & moleſtè, nec ſe dubitaret pro iuſtitia & veritate potenter opponere, quæ Deo deſiderat potius, quàm hominibus complacere. Eſſetis etiam perditionis occaſio terræ ſanctæ, ad cuius recuperationem totis viribus aſpiramus. Hæc autem vobis prædicimus, non vt libertatis, dignitatis, & poteſtatis veſtræ priuilegio derogare velimus, ſed vt diſſenſionis, & ſcandali materiam amputemus, cum is ſit a vobis aſſumendus in Regem, quem nos in Imperatorem poſſimus, & debeamus merito coronare.*

27 &c. Edidit poſtea Innocentius in ea trium electorum controuerſia decretum [b], quo primum Friderici electionem a principibus extortam reſcidit, inconſultam nimirum electionem & iuramenta principum illicita pronuntiauit, dein Philippi Sueui ius diſceptauit, ac demum imperio indignum ob has cauſas promulgauit.

[b] *Ibid. epiſt. 29.*

34 *Ab Eccleſiæ perſecutione incepit, & adhuc in ea perſtitit: olim enim patrimonium Eccleſiæ ſibi vſurpare contendens, ducem Tuſciæ & Campaniæ ſe ſcribebat, aſſerens, quod vſque ad portas Vrbis acceperat poteſtatem, & etiam illa pars Vrbis, quæ trans Tyberim ducitur, eius erat iuriſdictioni conceſſa. Nunc etiam per Marcualdum, Diupuldum & fautores eorum nos & eccleſiam Romanam perſequitur, & regnum Sicilię nobis auferre conatur. Si ergo id facit in arido, in aridi quid faceret; & ſi adhuc aridus, & exanguis, vt pote cuius adhuc meſſis eſt in herba, nos & eccleſiam Romanam perſequitur; quid faceret ſi, quod abſit. Imperium obtineret? inde videtur non irrationabiliter expedire, vt prius nos eius violentiæ opponamus, quàm amplius inualeſcat, etiam in Regibus filij pro patribus ſunt puniti, diuina pagina proteſtatur.*

Ad reſpuẽdum Othonem rationes ad examen adductæ.

35 Poſtremò pro Othonis cauſa ſubdit. *De Othone videtur, quod non liceat ipſi facere, quoniam a paucioribus eſt electus: quod non deceat, ne videamur non ob gratiam eius, ſed alterius odium ipſi fauorem apoſtolicum exhibere: quod non expediat, quia reſpectu alterius videtur pars eius debilis, & infirma. Verum cùm tot, vel plures ex ijs, ad quos principaliter ſpectat Imperatoris electio in eum conſenſiſſe noſcantur, quot in alterum conſenſerunt, cum non minus idoneitas, ſeu dignitas electæ perſonæ, quàm eligentium numerus ſit in talibus attendendus, nec tantum pluralitas quoad numerum, ſed ſalubritas quoad conſilium, in eligentibus requiratur, & Otho magis ſit idoneus ad regendum imperium, quàm Philippus, cùm Dominus etiam punias peccata patrum in filios vſque in tertiam, & quartam progeniem in ijs, qui oderunt eum, id eſt, in ijs, qui patrum peccata ſequuntur, & Philippus progenitorum ſuorum peccata in Eccleſiæ perſecutione ſequatur, cum eiſi non debemus reddere mala pro malis, ſed benefacere malefacientibus nobis, non tamen debemus bonorem pro iniuria in ijs qui in ſolita perſeuerant malitia compenſare, aut contra nos armare furentes, cùm Dominus vt confunderet fortia, humilia elegiſſe legatur, vtpote qui Dauid in Regem de poſt fugientes acceperit, videtur quod liceat, & expediat ipſi fauorem apoſtolicum exhibere. Abſit enim, vt deferamus homini contra Deum, aut timeamus vultum potentis, cùm ſecundùm apoſtolum non ſolum a malo, ſed ab omni ſpecie mala nos oporteat abſtinere, ſcriptum eſt enim: Maledictus qui confidit in homine, & qui ponit carnem brachium ſuum.*

Pro Othone ad Imperium eſſerendo cõ cluditur.

36. 37. *Nos igitur ex prædictis cauſis pro puero non credimus inſiſtendum, vt ad præſens debeat Imperium obtinere: perſonam verò Philippi propter impedimenta patentia penitus reprobamus, & obſiſtendum ei dicimus, ne imperium valeat vſurpare. De cætero verò agendum per legatum noſtrum apud principes, vt vel conueniant in perſonam idoneam, vel ſe iudicio, aut arbitrio noſtro committant: quod ſi neutrum elegerint, cum diu expectauerimus, cum monuerimus eos ad concordiam, cum inſtruxerimus eos per literas, & nuncium noſtrum, & conſilium noſtrum eis duxerimus exponendum, ne fouere eorum diſcordiam videamur & dicere cum Ezechia: Sit pax & veritas in diebus noſtris, ac ſi ſecuti fuerimus a longe, vt videamus finem cum Petro, tandem veritatem, quæ Chriſtus eſt, negare cogamur, cum negotium iſtud dilationem non capiat, cum Otho & per ſe deuotus exiſtat Eccleſiæ, & ex vtraque parte trahat originem ex genere deuotorum; ex parte patris de proſapia ducum Saxoniæ, qui omnes Eccleſiæ fuere deuoti, & ſpecialiter Lotharius Imperator proauus eius, qui bis pro Apoſtolicæ ſedis honore Apuliam eſt ingreſſus, & in obſequio Eccleſiæ Romanæ deceſſit, * ei manifeſtè fauendum, & ipſum recipiendum in Regem, & præmiſſis omnibus, quæ pro honorificentia eccleſiæ Romanæ debent premitti, ad coronam Imperij euocandum.*

* Statuimus.

38 Pontificio decreto Germani principes non paruere, atque inter ſe armis certare non deſtiterunt: equippe eodem anno paulo ante feſtũ S. Petri ad vincula Othonem cum Philippo apud Brancſauvichum acies commiſiſſe, ac multis aduerſæ partis captis nobilibus victoriam retuliſſe. De Philippo verò tradit Conradus Vrſpergenſis [b] abbas huius temporis ſcriptor, Alſatiam vaſtauiſſe, & quaſdam arces expugnaſſe: eadem poſt illum alij; additque [c] fragmenti hiſtoriæ incertus auctor, Othonem comitem eiuſdem Philippi fratrem diutina ægritudine confectum, in bona confeſſione (vt ait) defunctum eſſe.

Otho prælio potitur

[b] *Vrſperg. in chron.*

[c] *Nauel. Vol. ann. & Germ. chron. lib. 19.*

Eodem anno e vita migrauit Conradus (de

Conradi obitus.

quo supra frequens mentio) archiepiscopus Maguntinus ac S.R.E. Cardinalis episcopus Sabinensis, id testante Conrado episcopo, qui de eo in peruetusto Maguntino chronico hæc prodidit: *Gravi ægritudine fatigatus, & cum de die in diem se convalescere speraret, subitò & insperata morte præventus Deo spiritum reddidit* MCC. Atque hactenus de laudatissimo Conrado.

Dux Bauar opes eccle się rapit & miserè perit.

39 Reliquum est vt eorum, quæ eius obitum subsecuta sunt, aliqua proferamus in medium. Refert dictus auctor a extincto Maguntino archiepiscopo, ducem Bauariæ ipsius fratris filium Maguntiam aduolasse, atque omnes illius opes, & sacram gazam, quam pretiosissimam habebat, atque ecclesiæ Maguntinæ reliquerat, diripuisse, nec facinus impunè tulisse; paulo enim post cæsum turpissimè non perceptis sacramentis interijsse. Verùm adeo graue facinus perleue existimari potest, si secutæ clades spectentur: exortum namque continuò schisma ecclesiam illam annis pluribus concussit, & ingentia mala inuexit.

aConrad in Mag. chron

40 &c. Verum a Conrado Maguntino ad Conradum Hildesemensem episcopum digrediamur: is ab Herbipolensi clero in episcopum postulatus sine Apostolicæ sedis venia in eam ecclesiã se intruserat; quem solemni ritu Innocentius perculit anathemate, atq; Herbipolensis & Hildesemensis episcopatus iure exauit: quo ictus fulmine ad crimen expiandum magna cum laude se demisit, vt narrant Innocentij acta.

Conradus Hildesemensiscen sura pœ cussus.

*Primò coram Magdeburgensi archiepiscopo, & multis principibus, ac secundò coram Maguntino archiepiscopo, & multis aliis magnatibus iuramento firmauit, quod mandatis apostolicis obediret, & exinde nec viarum euitans discrimina, nec incommoda temporis impetrati ad Apostolicam sedem accessit, in multa contritione cordis, & magna humilitate corporis beneficium absolutionis implorans, qui cum fuisset iuramento rursus præstito absolutus, depositis calceamentis, & pallio cum corrigia in collo, Apostolico se conspectui præsentauit, & prostratus se totum in terram in modum crucis manus expandit, cum grandi fletu postulans indulgentiam, proprium confitendo peccatum. Commota autem sunt viscera summi Pontificis super eum, sed ne dissolueret nexus ecclesiastica disciplina, post deliberationem multiplicem in summo consistorio præcepit eidem sub debito præfati iuramenti, vt tam Hildesemensem, quàm Herbipolensem ecclesias omnino dimitteret: qui quamuis omnino confusus obedijt, faciens de necessitate virtutem, misitque munera quædam ipsi domino Papæ, videlicet argentea pulchra visu, qui animo hæsit paulisper, hæsitans vtrum deberet illa recipere, an potius refutare, sed ne illi de gratia sua penitus desperaret, recepit oblata, & ne putaret quod munerum posset donatione corrumpi, misit ei per honorabilem nuntium vnam cuppam auream pretiosam, maioris quàm illa essent vasa argentea vniuersa valoris. Volens autem eum infundere super vinum cum præcepisset, vt Hildesemensis ecclesia idoneum sibi Pontificem per electionem canonicam prouideret, ordinationem duxit Herbipolensi ecclesiæ deferendam, vt si forsan eadem ecclesia iteratò postularet eundem, humiliatum * eligeret, quem dixerat exaltatum, sicque post annum factum est, vt prædixit.* Sed ab eo pię demissionis exemplo ad B. Chunegundem eximium virtutum omnium exemplar narrationem conuertamus.

Pontificis benignitas erga deiectum Hildesemensem.

verigere.

In SS. eata o gum Chunegunde relata.

44 Eodem anno ipsam pluribus mirac ulis effulgentem ab Innocentio Papa inter sanctos repositam, testatur hac de re eiusdem Pontificis diploma, quod ex annalibus Bambergensibus edidit Iacobus Gretserus a societatis Iesu theologus, & ex eo Surius rec eduit, in quo de virginitate ab ea in coniugio culta hæc tradit b.

aTac. Gretz. de vitis Bamberg.

Innocentius, &c. B. Chunegundis S. Henrico Imperatori fuit matrimonialiter copulata, sed ab eo non extitit carnaliter cognita. Vnde cùm dictus dominus Imperator ageret in extremis, principibus & parentibus inquit de illa; Qualem mihi eam assignastis, talem vobis eam resigno, virginem eam dedistis & virginem reddo, Suam ergo virginitatem Domino consecrauit, & seruauit intactam: ita quod, cum aliquando, instigante humani generis inimico, suspicio quædam contra ipsam fuisset exorta, ipsa, vt suam innocentiam demonstraret, super ignitos vomeres nudis plantis incessit, & processit illæsa: *Et infra.*

bSurius tom. 2. die 3. mar. mense edit.

Hen. Imp. testimonio de virginitate S. Chunegundis.

45. &c. Ad memoriam huius virginis cæci visum, claudi gressum, muti verbum, & surdi recuperauerunt auditum, alijsque languoribus impetiti frequenter & euidenter lenam consecuti sunt sanitatem, & quod est mirabilis nouitatis, & noui miraculi, puluis de tumulo eius assumptus sæpè conuersus est in frumentum, &c. *Datum Laterani* III, *nonas aprilis pontificatus nostri anno tertio.* Sacras eius reliquias multis præsentibus episcopis translatas tradunt Siffridus c presbyter, alijque.

Comprobatur miraculo.

Miracula edita.

cSiffrid. apud Surium 4. 2. ep. 1201

dAlex. de Alef 4. par summ q. 11. membr. 2. §. 3. & ex eo Iodoc Coccius tom. 2. lib. 6.

Sanguis ex Euchar. manat.

Offensum contineri sub specie panis.

eIacob. a Vitriac. lib. 2. cap. 2 vit. B. Mar Oegn. & ex eo Iodoc. vbi sup

Christus id Euch visus

fStrobus de Vitr bist. Occit. cap. 5.

Sola Eucharistia vitã sustentant nonnullæ virgines.

Pia mors S. Raymundi Placentini.

49 Hoc anno cum nonnulli imprudenti ac temerario pietatis studio incitati ignarique sacrorum canonum Eucharistiam sub vtraque specie sumere affectarent, quasi sanguis sub specie panis non contineretur, contigit hoc miraculum, quo de veritate mysterij edocti sunt; nam diuisa Eucharistia sacræ patenæ concauum sanguine impleri visum est, coniunctisque partibus sanguis totus ijs resorberi visus. Exortam vero tetram hæresim in Boemia, quæ necessarium calicis vsum laicis finxit, suo loco visuri sumus. Addemus nunc florulile hoc tempore S. Mariam Oegnacensem d, quæ sæpius Christum pueri specie in Eucharistia adoratum a circumfuso angelorum exercitu vidit, vt narrat Iacobus de Vitriaco Cardinalis e: qui etiam scribit in diœcesi Seponensi virgunculã pauperculam quadraginta diebus vitã, Eucharistia sola sustentasse. Vidisse etiã se testatur aliam in limite Franciæ, ac Nortmanniæ, quæ pluribus annis sola Eucharistia ieiunam vitã sustentauit.

Eius pœnitentia.

51 Eodem anno ex hac vita migrasse traditur S. Raymundus Placentinus, cuius res gestas breuiter percurrendas duximus, quòd præsertim non ita peruulgatæ videantur. Cruce igitur ab episcopo percepta Ierosolymam profectus, loca sancta summa religione, animique voluptate lustrauit, reuersusque postmodum in patriam, vxorem suadentibus propinquis cum duxisset, consuetæ pietatis opera non prætermisit, & quæcunque lucraretur, tum in domesticis sumptibus tolerandis, tum in leuandis egentibus, ieiunijs & orationibus assiduè intentus, consumebat. Cumque diuini verbi semen, cuius excipiendi auidissimus erat, in eius pectore radices altè egisset, ingentes patientiæ fructus attulit, quæ in filiorum ferenda morte, vxorisque diuturniore infirmitate mire effulsit. Defunctaque vxore rursus ad S. Iacobum in Compostella peregrinationem instituit, tum limina Apostolorum, aliaque sacra loca, victu eleemosynis quæsito, religiosissimè inermis deliciis deliturus inuisit. Romæ cùm ageret, atque inde sanctam ciuitatem Ierusalem cogitaret, diuino monitu Placentiam rediit, vbi nosocomium instituit, ingentique virtutis exemplo administrauit. Quare ab ægrotis, egenisque patris & patroni loco habebatur. Tandem lethali febri correptus decubuit, diuinisque sacramentis communitus anno salutis MCC. ætatis

Ejus pietas.

verò

vero LX. die XXVIII. iulij felicem Deo reddidit animam; cuius postea sepulchrum ingentibus miraculis illustra est. Hæc pluribus in peruetusti Placentinæ ecclesiæ breuiarij lectionibus, quarum veritatis splendidissimo nitore conscriptarum exemplum in bibliotheca nostra asseruatur.

Blachi Thraciam vastant.

Ad hæc etiam tempora spectare videntur, quæ de Rossorum religione ac fortitudine Nicetas Choniata memoriæ mandauit, ipsos Christianorum miserros, quos in seruitutem infideles populi abducebant, cùm Blachi Cumanis coniuncti excursiones in Thraciam grauissimas sæpe facerent, episcoporum hortatu arma cepisse, gentemque efferam edomuisse: quibus clarissimis religionis nostræ trophæis hnic anno finem imponimus.

Indict. 4.

IESV CHRISTI
Annus 1201.

INNOCENTII PP. III. annus 4. VACAT IMP. OCCID. 4. ALEXII ANGELI IMP. 7.

1, 2 CVm repudiato Philippo Sueuo imperium Othoni asserere decreuisset Innocentius, ad Colonien sem archiepiscopum, ac suffraganeos illius, eiusdemque prouinciæ principes literas misit a, quibus significauit decretum a se in Germaniam Prænestinum episcopum Cardinalem, ad populos in Othonis verba cenuris adigendos, ac præsules principesque non. ianuarij hortatus est, vt legati his literis imperijs obtemperarent.

a Libell. Vat. epist. 30.

Innocentius Othoni imperium cõfirmat.

3, 4 Duobus ferè elapsis exinde mensibus kalendis videlicet martijs, Othoni regnum confirmauit, imperij insignia pollicitus b.

Innocentius, &c. Nos serenitatem tuam in consilio fratrum nostrorum honorare volentes, vtra quòd in seculo secularis princeps nequeat honorari, auctoritate omnipotentis Dei nobis in beato Petro collata, te in regem recepimus, & regalem tibi præcepimus de cætero reuerentiam, & obedientiam exhiberi, præmissisque omnibus, quæ de iure sunt, & consuetudine præmittenda, regiam magnificentiam ad suscipiendam imperij Romani coronam vocabimus, & eam tibi dante Domino humilitatis nostræ manibus solemniter conferemus. Monemus igitur celsitudinem regiam, & exhortamur in Domino, quatenus spem tuam ponas in illo, qui reprobato Saule Dauid delegit in Regem, & talem te studeas exhibere, vt de te quoque dicere valeat: *Inueni virum secundum cor meum.*]

b lib. ep. 31.

Othoni coronam promittit.

5, 6 Præterea ipsis etiam kalendis martij ad vniuersos Germanos principes scribens, ea recensuit, quæ ad tollenda dissidia, imperiumque stabiliendum per litteras, legationesque peregerat: tum causas, ob quas Sueuus imperio indignus esset iam ante expositas iterum in luce collocauit.

7 *Innocentius, &c.* Fuit nobilis vir Philippus dux Sueuiæ a bonæ memoriæ Cælestino Papa prædecessore nostro propter inuasionem, & deuastationem patrimonij beati Petri commonitione secundò præmissa publicè, ac solemniter excommunicationis sententia innodatus, cùm in Tuscia moraretur: quod ipse postmodum recognouit, dum per nuncium suum ab ipso prædecessore nostro absolutionis beneficium postulauit, & postmodum a tunc Sutrino episcopo, quem cum abbate sancti Anastasij pro liberatione venerabilis fratris nostri ... Salernitani archiepiscopi miseramus, contra formam mandati nostri de facto solummodo, quia de iure non potuit, post suam electionem apud Vvor-

Cur Philippus repudiatus.

matiam occultè se fecit abiclui, vnde patet, quòd fueris excommunicatus electus. Ex eo etiam excommunicationis sententiæ subiacere creditur manifestè, quod cùm perfidus Marcualdus, Dei & Ecclesiæ inimicus, cum vniuersis fautoribus tam Theutonicis, quàm Latinis excommunicationis vulgatæ vinculis suæ iniquitatis meritis sit astrictus, sicut iam vobis per literas nostras directas per prædictum Placentinum ipsius Philippi nuncium intimasse meminimus, quas ad ipsius Philippi audientiam credimus peruenisse; ipse nihilominus, quamuis id non tantùm ex relatione ipsius iudicis, sed etiam per publicam famam ad notitiam eius deuenerit, eidem excommunicato non solùm communicat, sed eum in malitia sua fouet, & per nuncios, & literas suas exacuit furorem ipsius, vt charissimum in Christo filium nostrum Fridericum Siciliæ regem illustrem nepotem suum, quem iam hereditate paterna priuauit, adhuc priuet possessione materna: *Et infra.*

8 Quod autem de genere persecutorum existat, vos non credimus dubitare, cùm Henricus, qui primus imperium de genere hoc accepisset, bonæ memoriæ Paschalem Papam prædecessorem nostrum cum episcopis, Cardinalibus, & multis nobilibus Romanorum præsumpserit captiuare: Fridericus autem pater ipsius Philippi contra felicis recordationis Alexandrum prædecessorem nostrum longo tempore schisma fouit; Henricus frater ipsius Philippi qualiter se habuerit circa interfectores sanctæ memoriæ A. Leodiensis episcopi, quem ipse prius coëgerat exulare, ac Conradus, qui prædictum Ostiensem episcopum ceperat, satis notis; qui etiam qualiter venerabilem fratrem nostrum Auximanum episcopum cæsi fecerit, & pilos de barba eius euelli, & tractari eum in pluribus inhoneste, qualiter quoque quosdam familiares Ecclesiæ Romanæ naso fecerit mutilari, qualiter prædictum Salernitanum archiepiscopum captiuarit, & quosdam viros ecclesiasticos flammis torreri fecerit, quosdam verò vinos in mare submergi, ad vestram credimus audientiam peruenisse, &c. [Nonnullisque interiectis.] Quod idem Philippus Ecclesiæ persecutor extiterit, & existat, ex ijs, quæ præmisimus, satis patet. Quod pater, & frater eius vobis imposuerint graue iugum, vos ipsi perhibete testimonium veritati. Nam vt cætera taceamus, hoc solum, quòd vobis in substitutione Imperatoris eligendi voluerunt adimere facultatem, libertati, & honori vestro non modicum derogarunt. Vnde si sicut olim patri filius, sic nunc immediatè succederet frater fratri, videretur imperium ei non ex electione conferri, sed ex successione deberi. *Dat. Laterani kal. martij.*

9, &c. Quo pariter die plurimis Germaniæ archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus, ac nobilibus viris præcepit a, vt Othoni Regi in Romanorum Imperatorem electo regium honorem impenderent, atque ad hoc ipsum quoscunque possent, inducere niterentur. Præterea Galliæ & Angliæ Reges omni officiorum genere Othoni pro assequendo imperio conciliare conatus est.

Præcipitur Germanis Othonem Imp. aggredi.

a Id. libell. Vatic. de negotio Imper. epist. 14.

13, 14 Data fuerant ea de causa legatis apostolicis mandata, vt Othonem sacramento fidei in pontificia verba adigerent, quod ab ipso nuncupatum tradunt auctores, quo ille ad seruanda Romanæ ecclesiæ iura, petendos armis illius hostes, atque iudicio Pontificis in causa fœderatorum Etruriæ & Insubriæ assensurum, pacemque cum Francorum Rege confecturum se le astrinxit; quam nos formam ex libello Vaticani tabularij, tum Romanæ ecclesiæ

iura

ſura pia Pontificis adducendæ publicæ pacis conſilia illuſtranda, ac ſecuturam Othonis perfidiam, ob quam poſtea imperio deiectus eſt, in lucem collocandam deprompſimus.

a Libell. cit. poſt epiſt. 75

Iuſiurandū quo ſe Otho Rom. Pontifici obſtrinxit.

15, 16 *Ego Otho a Dei gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus, tibi domino meo Innocentio Papæ, tuiſque ſucceſſoribus, & eccleſiæ Romanæ ſpondeo, polliceor, promitto, & iuro, quod omnes poſſeſſiones, honores, & iura Romanæ eccleſiæ pro poſſe meo bona fide protegam, & ſeruabo; poſſeſſiones autem, quas eccleſia Romana recuperauit, liberas, & quietas tibi dimittam, & ipſam ad eas retinendas bona fide iuuabo. Quas autem nondum recuperauit, adiutor ero ad recuperandum, & recuperatarum ſecundùm poſſe meum ero ſine fraude defenſor, & quæcunque ad manus meas deuenient, ſine difficultate reſtituere procurabo. Ad hæc pertinet tota terra, quæ eſt a Radicofano uſque Ceperanum, exarchatus Rauennæ, Pentapolis, Marchia, ducatus Spoletanus, terra comitiſſæ Mathildis, comitatus Britenorum cum aliis adiacentibus terris, expreſſis in multis priuilegijs Imperatorum a tempore Ludouici. Has omnes pro poſſe meo reſtituam, & quietè dimittam cum omni iuriſdictione, diſtrictu, & honore ſuo: ſeruabimus cùm ad recipiendam coronam imperij, vel pro neceſſitatibus Eccleſiæ ab Apoſtolica ſede vocatus acceſſero, de mandato ſummi Pontificis accipiam procurationes ab illis. Adiutor etiam ero ad retinendum & defendendum eccleſiæ Romanæ regnum Siciliæ. Tibi etiam domino meo Innocentio Papæ, & ſucceſſoribus tuis omnem obedientiam & honorificentiam exhibebo, quam deuoti & catholici Imperatores conſueuerunt ſedi Apoſtolicæ exhibere. Stabo etiam ad conſilium & arbitrium tuum de bonis conſuetudinibus populi Romani ſeruandis & exhibendis, & de negotio ſocietatis Tuſciæ, & Lombardiæ; ſimiliter etiam conſilio tuo, & mandato parebo de pace, vel concordia faciendâ inter me & Philippum Regem Francorum: & ſi propter negotium meum Romanam Eccleſiam oportuerit incurrere guerram, ſubueniam ei, ſicut neceſſitas poſtulauerit, in expenſis. Omnia verò prædicta, tam iuramento, quàm ſcripto firmabo, cùm imperij fuero coronam adeptus.*

Actum Nuxiæ in Colonienſi diœceſi anno incarnati Verbi 1201. VI. *idus iunij, in præſentia Philippi notarij, Ægidij acolyti & ſcriptoris præfati domini Papæ.* Hactenus ſolemne Othonis exactum redditumque iuramentum. Præterea Otho literas omnibus officii & obſequij ſignificationibus reſperſas ad eundem Pontificem miſit b, ex quibus hæc deliba-

b lib. epiſt. 53

mus.

Oth. literæ ad Inn.

17 *Primitiæ noſtræ promotionis & beneficia paternitatis veſtræ mente ſolicita recolentes, & attribuentes benignitatis veſtræ beneficio totum, quod dignitati aut tutioni accreuit, vel in poſterum accreſcere poterit, tam deuotas quàm debitas ſanctitati veſtræ gratiarum referimus actiones, quia in boni principij propoſito perſeuerare dignati eſtis & illud per venerabilem patrem noſtrum Præneſtinum epiſcopum laudabiliter conſummare, &c.* Effuſæ ſunt graniores querelæ a pluribus principibus Germaniæ aduerſus Innocentium, quod procerum in deligendo Cæſare libertatem infringeret, aduerſando illi, qui a pluribus Cæſar deſignatus eſſet; ad quas refringendas querelas internuncios his monitis communiuit c.

c lib. epiſt. 54

18, 19. *Innocentius, &c.* Vt os iniqua loquentium penitus obſtruatur, nec prætendant maledicta quorundam, qui nos aſſerunt libertatem electionis adimere principibus voluiſſe, in auribus omnium verbis, & ſcriptis ſæpius inculcetis, quod libertati eorum in hoc facto detulimus, & illæſam eam duximus obſeruandam. Non enim nos perſonam elegimus, ſed electo ab eorum parte maiori, qui vocem habere in Imperatoris electione noſcuntur, & vbi debuit, & à quo debuit, coronato fauorem præſtitimus, & præſtamus, cùm Apoſtolica ſedes illum in Imperatorem debeat coronare, qui ritè fuerit coronatus in Regem. In eo quoque ſtamus pro principum libertate, quod ei fauorem penitus denegamus, qui ſibi iure ſucceſſionis imperium nititur vendicare: videretur enim imperium non ex principum electione conferri, ſed ſanguinis ſucceſſione deberi, ſi prout olim patri filius, ſic nunc fratri frater, vel natus patri nullo ſuccederet mediante. [Poſtremò ſubijcit:] De Vrbe quoque ſcire vos volumus, quod eam per Dei gratiam ad beneplacitum noſtrum habemus, &c. *Datum Anagniæ.*

20, &c. Verum haud defuere vt dixi principes, qui a Philippo ſtarent, ac non ſolùm in Germania armis, ſed & literis etiam atque officijs, querelis ac legationibus vehementer apud Romanum Pontificem agerent.

Germanorum querelæ; reſponſum,

21 At Pontifex illorum argumenta validiſſimis rationibus refellit, datis ad Zaringiæ ducem grauiſſimis literis, quarum pars inſeritur iuri canonico, extra de electionibus d.

d Venerabilem extra de elect.

Nobili viro duci Zaringiæ.

Sicut iuſtitiam noſtram ab alijs nolumus vſurpari, ſic ius principum nobis nolumus vendicare: vnde illis principibus ius, & poteſtatem eligendi Regem in Imperatorem poſtmodum promouendum recognoſcimus, vt debemus, ad quos de iure, ac antiqua conſuetudine noſcitur pertinere: præſertim cùm ad eos ius & poteſtas huiuſmodi ab Apoſtolica ſede peruenerit, quæ Romanum Imperium in perſonam magnifici Caroli a Græcis tranſtulit in Germanos: ſed & principes recogoſcere debent, vtique recognoſcunt, quod ius, & auctoritas examinandi perſonam electam in Regem, & promouendi eam ad imperium ad nos ſpectat, qui eam inungimus, conſecramus, & coronamus. Eſt enim regulariter, & generaliter obſeruatum, vt ad eum examinatio perſonæ pertineat, ad quem impoſitio manus ſpectat. Nunquid enim, ſi principes non ſolùm in diſcordia, ſed etiam in concordia ſacrilegum quemcumque, vel excommunicatum in Regem, tyrannum, vel factum hæreticum eligerent, aut paganum, nos inungere, conſecrare, ac coronare hominem huiuſmodi debemus? abſit omnino. Obiectioni ergo principum reſpondentes aſſerimus, & adijcimus, quod legatus noſter epiſcopus Præneſtinus, nec electoris geſſit perſonam, iuxta quod nobis per literas ſuas quidam principum opponebant, vtpotè qui nec fecit aliquem eligi, nec elegit, & ſic electioni ſe nequaquam ingeſſit; nec cognitoris perſonam exhibuit, cùm nutrius electionem, quoad factum eligentium, confirmandam duxerit, aut etiam infirmandam, & ſic ius ſibi principum nullatenus vſurparit, aut ueneriit contra illud. Exercuit autem denunciatoris officium, quia perſonam ducis eiuſdem denunciauit indignam, & perſonam regis ipſius denunciauit idoneam, quoad Imperium obtinendum. [Nonnulliſque interiectis ſubdit.]

24 Quod autem in electione vota principum diuiduntur, poſt admonitionem, & expectationem alteri partium fauere poſſimus, maximè poſtquam a nobis vnctio, & conſecratio, & coronatio poſtulantur, ſicut vtraque pars a nobis multoties poſtulauit, ex iure patet pariter, & exemplo.] Hucuſque Innocentius Papa, cequus

his

alt cap.64 his omnibus Othonem a fecit: aduersabatur etiam Othoni Francorum Rex, cum quo inimicitias gerebat, sibique imminens periculum dissijcere studebat: quare Sueuum in gratiam Innocentij adducere conabatur, deque Pontifice, vt etiam ante vidimus, ob defensas, auctasque Othonis partes querebatur; Gallias enim in periculum adduci pertimescebat.

26. &c. Verum ingruenti malo mederi se arbitrabatur Innocentius, si vtrumque principem arctiori amicitiæ fœdere coniungeret, atque odia diligentia sua extingueret: quare ab Othone, antequam ipsius electionem approbaret, legatorum opera exegit, vt iureiurando se deuinciret ex consilio, ac sententia Pontificis pacem cum Francorum Rege se habiturum, redditisq; Philippo Franco literis b, quid pro Galliarum fouenda pace egisset cum Othone, certiorem fecit, vtque cum ipso fœdus iniret, est adhortatus. At de ijs hactenus: reliqua ad Philippum Francorum Regem spectantia prosequamur.

b Ib. epist. 63

30 Coactum esse Suessionis ce ebertimum episcoporum ac doctissimorum virorum concilium, cui Octauianus Ostiensis episcopus Apostolicæ sedis legatus præerat, tradit Rigordus c, atque diebus quindecim præsente Philippo Francorum Rege de ipsius matrimonio vel dissoluendo confirmandoue magna animorum contentione agitatum, eaque longiori, mora tædio affectum Philippum, insalutatis patribus Inseburgem Reginam secum abduxisse, & patribus rei nouitate attonitis denunciasse, ne amplius tantos excitarent clamores, se Inseburgem vxorem agnoscere, neque iam ab ea diuelli vllatenus velle.

c Rigord. in reb. gest. Phil.

Refert idem auctor Philippum excepisse magnificentissimè Parisijs Ioannem Anglorum Regem, quod etiam tradit Parisius d, additque Francorum Regem palatio suo Anglo relicto in alias ædes demigrasse, atque arctissimum, vt videbatur, fœdus pepigisse; cæteris enim legibus eam addidere, vt si Francorum Rex Anglum lacesseret bello, nobiles viri ad Anglum deficerent; si Anglus Francum peteret, Angliæ proceres ad Francum transuolarent: sed ea concordia parum diu, vt sequenti anno videbimus, tenuit.

d Parisius Ang.

31. &c. Percusserat antea aliud fœderis genus cum Philippo Ioannes Anglorum Rex, se Othonem nepotem nulla in re, vt imperium sibi assereret, adiuturum (malè enim sibi Philippus ab Othone, vt diximus, moriebat) nec inuitus illud Ioannes fecerat, cùm relicta testamento a Richardo fratre Othoni, colore aliquo iustitiæ negare posse arbitraretur.

36 Eodem anno diuinæ vltionis insigne indicium in doctorem superbum & impium nomine Simonem Churnai Parisijs multos vehementi stupore percuit, quod narrat Matthæus Parisius hisce verbis.

Diuina vltio in superbum blasphemumque doctorem.

37 *Accesserunt quidam ipsius familiariores, & ad discendum auidiores, postulantes a magistro, vt eo dictante quæstiones literis commendarent: dixerunt namque indignum esse, & iacturam irreparabilem, si memoria tanta scientiæ deperiret; quibus ipse elatus, & maior sibi ipse, ait oculis subleuatis, temere solutus in cachinnum: Oh Iesule, Iesule, quantum in hac quæstione confirmaui legem tuam, & exaltaui, profectò si malignando, & aduersando vellem fortioribus rationibus & argumentis, ferrem illam infirmare, & decernendo improbare, & hoc dicto elinguis penitus obmutui, non tantum mutus, sed idiota, & ridiculosè infatuatus, nec postea legit,*

vel determinauit, & factus est in sibilum, & derisum omnibus, qui hæc audierant. Vir igitur intra biennium didicit literas cognoscere, & visione aliquantulum mitigata, a filio suo quodam diligenter edocente vix potuit pater noster, & symbolum discere, retinere, & balbutiendo pronunciare. Hoc igitur miraculum multorum scholarium suppressit arrogantiam, & iactantiam refrænauit. Hæc vidit magister Nicolaus de Fuly vir magnæ auctoritatis, qui postea episcopus Diuelmensis factus fuit, ex cuius relatu, & certo testimonio hæc literis commendaui, ne vetustas tantum miraculum aboleret, eodem episcopo suadente.

In Neapolitano regno noua rerum conuersio gallicis armis facta recensetur enim Fossænouæ chronicon Gualterium comitē Brenensem collectis exiguis quidem, sed strenuissimis turmis e Gallijs transilijsse in Italiam, ac temerarium a plerisque existimatum; Innocentium verò misertum eius inopiæ, quingentas auri vncias ei contulisse, vt milites conduceret, cùm hostes arces munitissimas tenerent, ac literas ad Siculos dedisse, vt ipsum excuperent; ipsumque ijs succinctum copijs, quamuis Diupuldus maximum, vt ipsi se opponeret, exercitum comparasset, intrepidè regnum ingressum, receptum a Theanensibus, & circa Capuam venientem maximo cum exercitu Diupuldum profligasse; cui Richardus a consenit, additque Celani comitem virtutis illius ad miratione perculsum cum eo fœdus pepegisse. Hactenus de prima victoria.

Gualterius Brenensis Romam accedit.

a Richar. in chron. hoc ann.

38 De secunda verò dicturi afferenda sunt primùm, vt temporis exigit ratio, quæ in rebus gestis Innocentij enarrantur de Gualterio Troiano episcopo, ac regni sigilli præfecto, cùm enim Apostolicæ sedis monita temneret, Innocentius anathematis sententiam in eum tulit, a Panormitana & Troiana ecclesia submouit, atque omnes, vt a perfido cauere iubet: mox illum ab omnibus contemptum, qui adeo sui terrorem omnibus iniecerat, ait auctor; cumque odio & inuidiæ publicæ pareret, se Diupuldo ac socijs coniunxisse, dein Friderico Rege interprete gratiam sedis apostolicæ flagitasse, de quo hæc subdunt gesta.

Cancellarius Siculis ob iniecta terrorem que factis eiectus.

39 *Misit igitur*, pergunt gesta, *dominus Papa Petrum Portuensem episcopum legatum in Apuliam & terram laboris, præcipiens comitibus & baronibus, castellanis & ciuibus, vt ad mandatum legati cum dicto comite, contra Diupuldum & cancellarium exurgerent vniuersi: qui cum in Apuliam peruenisset, miser ille sola nomine cancellarius ad præsentiam eius accessit, reconciliari postulans Ecclesiæ vnitati, & præstito corporaliter iuramento, quod pareret vniuersis mandatis Papæ, absolutus est a legato: sed cum mandaret ei, vt non opponeret se comiti Brenensi, respondit, quod si Petrus Apostolus hoc ei præcepisset, missus ab ipso Christo, mandato huiusmodi non pareret, etiamsi sciret, quod propter hoc deberet in inferno damnari, & ponens os suum in cælum, cum linguam traheret super terram, publicè coram omnibus summum Pontificem blasphemabat præsente legato; abijtque ad Diupuldum, & congregatis vniuersis, quos poterant congregare, ad pugnandum contra Brenensem comitem iuxta Barolum processerunt.* Hæc nouus Sennacherib, alterque Rabsaces, qui cum illis pariter, vt mox audiemus, magno miraculo prostratus ac depressus est: nam subdit gestorum auctor.

Missus legatus in Apuliam contra Diupuldum.

Cancellarij perfidia.

Ipse verò comes erat cum paucis, nam de fidelibus Regis penè nullos secum habebat ibi: Barolitani quoque licet præcedente die legato intrassent, cùm aspice-

Digitized by Google

aſpicerent multitudinem eſſe eum illis, & paucitatem cum iſtis, non permiſerunt ipſos intrare. Videns itaque comes ſe conſtitutum in arcto, cepit multipliciter anxiari, maximè propter legatum, cui tanquam formidoloſo plurimum metuebat. Sed confortatus in Domino proſiliit ad arma cum ſuis, & benedictione & remiſſione a legato accepta, cùm idem legatus maledixiſſet hoſtibus in nomine Domini, comes altâ voce S. Petrum invocans adinterem proceſſit ad pugnam, & cùm acriter dimicare cepiſſent, adverſarij terga vertunt, & in fugam conuerſi ſinguli, prout poterant, declinabant, ex quibus multi ſunt capti, plures ſunt caſi, plurimi etiam in ſtagnis, & paludibus ſuffocati. Videbant enim plerique crucem auream ſplendidiſſimam ante comitem miraculoſè deferri, fuitque tanta victoria, vt prima quaſi nulla videretur reſpectu ſecunda. Nam inter alios captus eſt Siffredus frater Dispuldi, & Oddo de Lauiaco, qui ſanctæ memoriæ Albertum Leodienſem epiſcopum interfecerant, Petrus de Veuere ſororius cancellarij, & magiſter Gerardus Salernitanus intruſus, multique alij nobiles & potentes. Magnificatus eſt ergo comes & clarificatus in regno, hoſtes autem humiliati ſunt & oppreſſi: comes verò Gentilis recepta pecunia, ſicut publicè dicebatur, turrem ad mare tradidit Marcualdo, abijitque Meſſanam. Hactenus vitæ Innocentij ſcriptor, cui Foliæ nouæ chronici auctor conſentit.

Comitis Brenensis insignis victoria.

Ante pugnam aurea crux ferri visa.

40 Quòd verò pertinet ad Marcualdum omnium turbarum auctorem, Philippo Sueno impulſore, ac fautore, cunctis tam animi tum corporis viribus enitebatur, vt Siciliæ regno potiretur, iniecciſſetque in Regem cruentas manus, niſi Gualterium comitem, vt teſtantur acta, reformidaſſet. Quamobrem de Philippo queritur Innocentius, datis ad Germanos principes literis a, quarum ſupra meminimus: *Eidem*, inquit, *excommunicato*, nimirum Marcualdo, de quo ipſi ſermo, *non ſolum communicat, ſed eum in malitia ſua fouet, & per nuncios, & literas ſuas exacuit furorem ipſius, vt chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Fridericum Siciliæ Regem illuſtrem nepotem ſuum, quem iam hereditate paterna priuauit, adhuc primæ poſſeſſione materna.* Quomodo autem Marcualdo tyranno e medio ſublato Italiæ pax poſtliminio redierit, proximo anno dicetur. Hoc interim ſpatio cæteras huius anni Innocentij res geſtas proſequamur.

a *Innoc. lib. 6 ad epiſt. 32*

Innocentij querelæ aduerſus Philip. Sueuum.

41 Nil magis ei cordi fuit, quàm vt res terræ ſanctæ proueheret, & laborantibus Chriſtifidelibus opem afferret, nullumque ob id ſtudium prætermitteret: extant eius literæ b nonis februarij Laterani exaratæ, quibus præcipit, vt quinquageſima, quam pro huiuſmodi ſubſidio Præmonſtratenſi ordini, omnibuſque Galliarum abbatijs impetrauerat, Templarijs tranſmittatur: quod etiam ad alios plures abbates ſcripſit c.

Innoc. cùrat pro ſuccurſu terræ ſanctæ.

b *Ibid. lib. 6 ep. 11.*

c *Reg. ibid. poſt ep. 210.*

42 Accingebant ſe ſacro bello Galli, deque principibus cruceſignatis Theobaldo Trecenſi, Flandrenſi & Bleſenſi comitibus, pro quibus parabatur claſſis d Venetis, hæc habent acta Innocentij: *Tractatum eſt inter eos de ſocietate pariter inunda, & poſtquam ſub certis pactionibus conuenerunt, & communiter eſt prouiſum, vt aliquot in Syriam deſtinatis, cæteri tenderent in Ægyptum, vt caperent Alexandriam, & finitimas regiones, ſicque terra ſancta liberaretur facilius de manibus paganorum, Vbi ergo Franci & Venetі ſocietatem huiuſmodi firmauerunt, vtrique ſimul ad ſedem Apoſtolicam nuncios deſtinarunt petentes, vt ſummus Pontifex pactiones inter ſe factas pro ſubſidio terræ ſanctæ auctoritate apoſtolicâ confirmaret. Ipſe verò quod futurum erat præfagiens, cautè reſpondit, quod cùm mentiones illas ita duceret confirmandas, vt videlicet ipſi Chriſtianos non laderent, niſi forſan iter eorum aliquiter impedirent, aut alia cauſa iuſta, vel neceſſaria forſan occurreret, propter quam aliud agere poſſent, Apoſtolicæ ſedis legati conſilio attendentes. Veneti autem confirmationem ſuper hoc minime receperе noluerunt, vnde pro certo conijcitur, qualis fuerit eorum intentio per effectum operis poſtea declarata.* Contigit interim, *quòd Theobaldus comes Trecenſis, qui ſe ad iter peregrinationis magnificè præparauerat, debitum carnis exoluit. Vnde cæteri comites, & barones conſilio Regis Franciæ vocauerunt Bonifacium marchionem Montiſferrati, & eum ſibi ducem Chriſtiani exercitus præfecerunt, tradita ei maiori ex parte pecunia, quam ſibi pro ſubſidio terræ ſanctæ comes memoratus congregauerat.*

d *Extant apud Rogerium hoc anno.*

Campaniæ comes in apparanda expeditione emoritur.

43 Vrgebat maximè eam expeditionem Innocentius, vt Rogerius teſtatur, quòd nouum diſcrimen terra ſancta adiret, cùm ſoldanus Damaſci nepote ejecto Babyloniam occupaſſet; ex altera parte rei gerendæ tempus opportunum videretur, cùm alij Saraceni principes ab ipſo diſſiderent, & Deus euerſurus Babylonios nonnullis iam editis ſignis, ac prodigijs crederetur: cuius rei fidem faciunt literæ magiſtri hoſpitalis Ieroſolymitani ad Angliæ priorem miſſæ e.

Veſtræ fraternitati declaramus, quod ille Chriſtianorum hoſtis nequiſſimus Damaſci dominus Saphadinus, Babylonis effectus eſt dominus, quia nepotem ſuum & alios, quorum ſucceſſionem timebat, de regno Babylonis vt ſperfidus, & periurus eiecit. Viget adhuc inter ipſum, & ſoldanum Alepi, & plures alios nimia diſcordia, quæ finem careat & nunquam decidat, vel arefcat. Ipſe quoque Saphadinus ſuis odibilis, & infeſtus domeſticas timet inſidias, & in nullo loco tutum ſe credens (vt potè, qui nepotibus ſuis proditor extitit, & periurus, quos etiam funditus quotidie exheredare conatur) Babyloniam exire non audet; quæ res nobis hoc anno munimen præſtitit, & tutelam: parauerat enim contra nos tumidus, & intolerabilis inſilire, & Chriſtianitatis, quæ ſuperfuerant, funditus demoliri reliquias.] Subijcit, in maximum diſcrimen adductæ terræ ſanctæ opem afferat. Si enim ab vno Babylonis, vel Damaſci Rege tueri vix ſe poterat, quid iam exiſtimandum, vbi duorum illorum regnorum vires & opes coniunctæ fuerunt? *Quibus auditis*, ſubdit Rogerius, *dominus Papa Innocentius miſit vnum Cardinalem ad Regem Franciæ, & ad Regem Angliæ poſtulans ſubſidium fieri de terris eorum ad ſubuentionem terræ Ieroſolymitanæ, ad cuius mandatum ipſi Reges conceſſerunt, ſe daturos ad ſubuentionem prædictæ terræ quadrageſimam partem omnium reddituum ſuorum de vno anno, &c.* paucisque adiectis Anglorum annalibus, quos accuratiſſimè conſcripſit, finem imponit.

e *Extant apud Rogerium hoc anno.*

Saphadinus e Babylonia nepotem ejicit.

Rogerius hoc anno hiſtoriam abſoluit.

IESV CHRISTI anno 1202. Indict. 5.

INNOCENTII PP. III. 5. annus 5. VACAT IMP. OCCID. ALEXII ANGELI IMP. 8.

1 &c. MEritò diuinum illud Sapientiæ oraculum occini poteſt hoc anno: *Bonorum laborum glorioſus eſt fructus* b: etenim poſt immenſos ab Innocentio Romano Pontifice ad Marcualdi

b *Sap. 3.*

cualdi impetus propulsandos exanclatos labores, infensissimus tyrannus diuina vltione e medio tollitur: cùm Panormo & Rege in suam potestatem redactis affectaret tyrannidem, vniuersamque pene Siciliam, Messana excepta, subegisset.

aDeutr.33 4. &c. Verùm, vt scriptum est a: *Manus Domini pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit*; plura dum ab Innocentio Papa decernuntur, pro eo Deus, seuo ac formidoloso Ecclesiæ Siciliæque hoste prostrato, pugnam confecit, & Marcualdum non confiatis in eum copijs, non armorum terrore incentato, sed exiguo lapillo peremit, sic enim habent ipsius Pontificis vitæ acta: *Marcualdus verò Panormum obtinuit, & tam palatium, quàm Regem in suam potestatem recepit, vniuersam penè Siciliam praeter Messanam sua subiugans ditioni, misissetque, manum in puerum, & vsurpasset sibi coronam, nisi præfatum comitem timuisset*, nimirùm Gualterium, de quo paulo ante dicebamus, *ad quem Rege defuncto regnum hereditario iure, ratione contigit*, erat enim Tancredi olim Regis filia, *peruenisset, ideoque multifariàm, multisque modis, & apud eundem dominum Papam, & apud eundem dominum comitem cœpit agere, vt accepta pecunia regnum exiret: quod cùm obtinere non posset, tempus opportunius obseruabat. Verùm ille, qui non dimittit virgam peccatorum super sortem iusto um, incepit per se ipsum, ne daret gloriam suam alteri, perfidum grauiter flagellare, qua cùm tam anxium calculosus fuisset, cœpit ex tunc de ictu lapidis tam vehementer affligi, vt pra nimijs doloribus ingentes clamores emittens, irremediabilibus cruciatibus torqueretur, & cùm non posset aliter vehementiam agritudinis sustinere, fecari, vel incidi se fecit: sed subitò miseram animam exhalauit.* Hactenus gesta. Hoc verò inter beneficia maxima calitus sibi concessa cùm recenseret Innocentius, debitas Deo gratias lætus retulit b.

Marcuald. Siciliam Regemque in suam potestatem redigit.

Cur Regem e medio non sustulerit.

Marcuald. in ipsa vesicæ ob calculum sectione moritur

bLib.5.epist 89.

7 Sed qui tot curas in tuendo puero regio suæ fidei a matre commisso adhibebat, longe maiores pro Ecclesia suæ a Christo solicitudini commendata probe regenda, restituendoque illius splendiore collocabat. Cùm ergo religionem disciplinam plerisque in locis defloruisse summo dolore intueretur, reuocare illam fategit: contulitque se ad Sublacense monasterium, vt monachis salubres & pias leges diceret, vt primum sanctitatis florem recuperarent c, inter quas ea est: *Quod si proprietas apud quemquam inuenta fuerit in morte, ipse cum eo in signum perditionis extra monasterium in perquisitionis fouea terretur, secundùm quod B. Gregorius in dialogo narrat se fecisse.* Qua lege rei habendæ cupiditatem, quæ eneruare monasteria consueuit, funditus sustulit, ac post multa adiecit: *Nec ipsimet abbas quod super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare, quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere.* Cùm verò ex his postremis Innocentij verbis: *Quia abdicatio, &c.* maxima illa controuersia inter auctores d cum theologes, tum canonistas exorta, num solemne castitatis votum per religionis professionem emissum relaxari possit, placet communior sententia, qua affirmatur, Romanum Pontificem id posse, cùm nulla ratio afferatur, quæ contrarium conuincat; sine sufficienti autem ratione aliquid auctoritati Ecclesiæ derogare integrum non videtur. Loquitur autem hoc loco Innocentius de monacho, qui in communis & monasticæ vitæ obseruantia triplici voto obstri-

Innocentij cura circa disciplinã religiosam

cIb.epist.82 Habetur c. Cum ad decorem monach.

dTheol. in 4 dist. 38. D Tho & alij 2.2.q.88.ar 11 Canonist. de stat mon ac & sum mista verbo votum.

ctus maneat. Cæterùm potest quis ex tali monacho, vt aiunt, non monachus euadere, & tum ad nuptias ei transire licebit.

Innoc. iubet dimonem Culmi Bani per lustrari inquirique.

8 Sub eiusdem anni exitu Spalatensi archiepiscopo, atque Ioanni capellano suo imperauit, vt Culini Bani vnà cum asseclis suis hæresis infamia laborantis, regionem lustrarent a, eorumque mores, ac fidem diligenter perquirerent, seque ad Henricum Hungariæ Regem ea de re nuper scripsisse; quid verò ab eo responsi anno MCCIV. acceperit, sic proditum est b.

aEpist.110.

bapud Ian. l.7. ep.212.

Venerabili in Christo patri Innocentio, Dei gratia sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici H. eadem gratia Hungariæ Dalmatiæ, Ram. Seruieque Rex salutem, & filialem in omnibus reuerentiam.

Cùm humilis, ac fidelis sanctitatis vestræ capellanus Ioannes ad præsentiam nostram accedens, duos principaliores ex his, qui in terra Culini Bani, prout ferebatur, damnatam hæreticorum sectam *, secum duxisset, nos inspectis orthodoxæ fidei articulis, quos ad ipsius Ioannis exhortationem illi, ad quos missus fuerat, iam susceperant, eadem capitula sub sigillo nostro contenta domino illius terræ, filio scilicet memorati Culini, qui tunc apud nos erat, dedimus districtè præcipientes, vt ea, & alia, si qua Romana sedes eis de cætero secundum Deum transmittere decreuerit, ab omnibus in terra sua faciat inuiolabiliter obseruari. Idem etiam cùm hoc iuxta voluntatem nostram admisisset, se in manu nostra, ac I... archiepiscopi Colocensis subsequenter obligauit, quod si de cætero supradictos, vel alios homines in hæresi scienter mantenero, vel defendere in terra sua præsumpserit, mille marchas argenti persoluet, quarum medietas vobis, altera vero fisco nostro medietas obueniet, &c.]

*fouebant.

Quibuspœnis Banus se obliget si hæreticos defenderit fouerique.

9 Redactus etiam in Henrici Hungariæ Regis potestatem Megaiupani Seruiæ terris illum Innocentius hortatus est, c vt Romanæ ecclesiæ ritus legesque in ijs afferet.

c Ib.ep.118.

10 Nec minus ad alia delenda scelera, diligentiæ conferebat; & quidem modo, vt ferebat occasio, benignum se in aperiendo paterno sinu pœnitentibus impertiebatur, vt Messanensem archiepiscopum admissum flagitium ingentem sacris restituit, atque ad regnum defendendum incumbere iussit; modò se asperiorem præferebat, ne disciplinam eneruaret. Ita cum quidam laicus ad fratum, sacrilegumque facinus ab alijs impulsus, postea tacti pœnitens ad Apostolicam sedem accessisset, hæc statuit Innocentius, quæ ab ipso ad Orchadense episcopum scripta referrandire d.

dInnoc. Lib 5 epist.79.

Innocentius, &c. Ex literis tuæ fraternitatis accepimus, quod Lumberd. laicus lator præsentium cum comite suo Catensiam in expeditione perrexit, vbi castello ab exercitu comitis expugnato, & interfectis penè omnibus, qui erant in ipso, captus est episcopus Catensiæ, cuius vt linguam abscinderet, a quibusdam, vt dicit, de exercitu comitis est coactus. Quia verò gratis est, & grandis excessus, nos ei secundùm formam Ecclesiæ absoluto talem & ad satisfactionem suam, & ad terrorem aliorum iniunximus pœnitentiam, vt cum festinatione reuertens in patriam, discalceatus, & nudus præter brachas, & laneum vestimentum, curtum, & sine manicis, lingua subtili funiculo religata, & paulisper extracta, vt promineat extra labia summitatibus eiusdem funiculi nexis in collo cum virgis in manu quindecim diebus continuis per terram suam, vnde ipse est oriundus, & terram illam,

Pœnitẽtia publica iniuncta illi qui episcopo linguam præciderat.

lam, vnde erat episcopus mutilatus, ac circumpositam regionem, videntibus vniuersis, manifestè procedat, veniensque ad ingressum ecclesiæ, sed nequaquam ingrediens, prostratum in terram disciplinari se faciat cum virgis, quas in manu gestabit, sicque in silentio, & ieunio vsque post vesperam diem ducat, & tunc ad sustentationem naturæ panem tantùm reficiatur, & aqua. Illis verò quindecim diebus peractis præparet se, vt infra mensem incipiat Hierosolymitanam prouinciam proficisci, vbi per triennium desudet in obsequio crucifixi, arma de cætero contra Christianos minimè assumpturus, & per vndecim annos omnibus sextis feriis in pane, & aqua ieiunet, nisi fortè per indulgentiam alicuius discreti pontificis, vel propter debilitatem corporis, vel propter feruorem æstatis hæc abstinentia temperetur. Tu ergo redeuntem hoc modo recipias, & iniunctam sibi pœnitentiam eum facias obseruare. *Datum apud monasterium Sublacense.*

Pœnitẽtia illi impoſita, qui filiã & vxorẽ occiderat. a *Ib. c. 89.*

11. 12 Parem seueritatem in vxoricidam infelicissimum adhibuit; qui cùm vna cum filia, & vxore a Saracenis in seruitutem abductus fuisset, in summa annone inopia imperio principis occisæ filiæ carnibus famem pauerat, & crudeli alio Saracenorũ edicto coactus vxorem interfecerat, cuius tamen carnes nimio horrore perfusus non degustarat, funesta tandẽ illa seruitute liberatus multis lacrymis sedis Apostolicæ misericordiam imploraut, cui Innocentius subiectæ pœnitentiæ asperrimum id genus imposuit a. *Nunquam*, inquit, *de cætero carnibus pro quacunque necessitate vescatur, sed singulis sextis feriis in pane, & aqua ieiunet, similiter in secunda, & quarta feria quadragesimæ, quæ antecedit natalem, & eius, quæ pascha præcedit. Cæteris autem diebus vtriusque quadragesimæ deuotè ieiunans, vno tantùm sibi pulmento contentus, quod & in sanctorum vigiliis diligenter obseruet. Discalceatus incedat cum tunica lanea, breuissimo scapulari, pœnitentialem baculum ad mensuram cubiti gestans in manu, nihil amplius a quocunque recipiens, nisi quantum ad esum sibi sufficiat vno die, nec vnquam per duas noctes in eodem loco moretur, nisi forsè articulus necessitatis ingruerit, vel propter infirmitatem, vel hostilitatem, aut etiam intemperiem transire non possit; sicque sanctorum limina visitet per triennium, & cùm venerit ad ecclesiam, prostratus non intret, nisi prius cum virga, vel corrigia susceperit disciplinam: sine spe coniugij perpetuò perseueret, & publicis lusibus nunquam interfit; orationem dominicam centum vicibus dicat in die, ac toties genuflectat. Peracto verò triennio cum literis istis ad sedem Apostolicam reuertatur, misericordiam petiturus, & quod ab ea sibi fuerit iniunctum, satagat obseruare. Vos ergo fratres, filio misero misericordiam impendentes, in necessitatibus apertatis ei viscera charitatis. Datum, vbi supra &c.*

13 Hoc eodem anno Lugdunensi olim archiepiscopo grauissimas quæstiones proponenti b, sapientissimè respondit c, quæ extant in titulo; *De celebratione missarum*; ac inter alia cum obiecisset aliqua verba legi in canone, quæ in euangelio non reperiuntur, hoc responsum dedit,

b *Ib. ep. 121.*

c c. *Cũ Martha extr. de celebr. miſſar.*

Reſponde tur quæſtioni de verbis dominicis in tranſubſtantiatione.

14 *Innocentius, &c.* Sanè multa tam de verbis, quàm factis dominicis inuenimus ab Euangelistis omissa, quæ Apostoli vel suppleuisse verbo, vel facto expressè leguntur. Paulus enim in actibus Apostolorum sic ait: Meminisse vos oportet verbi domini Iesu, quod ipse dixit: *Beatius est magis dare, quàm accipere*; hoc nullus quatuor Euangelistarum descripsit. Nullus etiam eorundem expressit, quod Paulus ad Corinthios scribens, ait: *Visus est plusquam quingentis fratribus simul, deinde visus est & Iacobo; nouissimè autem tanquam abortiuo visus est & mihi.* Ipsi etiam euangelistæ inter se mutuò suppleuisse leguntur, quæ ab eorum aliquo, vel aliquibus sunt omissa. Vnde cùm tres euangelistæ posuerint: *Hoc est corpus meum*; solus Lucas adiecit; *Quod pro vobis traderur*: & cùm Matthæus & Marcus dicant: *Pro multis*; Lucas dicit: *Pro vobis*. Matthæus autem *In remissionem peccatorum* adiungit: *Et infra.*

15 Ex eo autem verbo, de quo mouit tua fraternitas quæstionem, videlicet: *Mysterium fidei*; munimentum erroris, quidam trahere putauerunt dicentes in Sacramento altaris non esse corporis Christi, & sanguinis veritatem, sed imaginem tantùm, & speciem, & figuram, pro eo, quod scriptura interdum commemoret id, quod in altari suscipitur, esse Sacramentum, & mysterium, & exemplum [Berengarianos hæreticos notat Innocentius, quorum imperitiam, simulque nostri temporis nouatorum paucis refellens, & catholicam veritatem confirmans, adijcit:]

16 Sed eales ex eo laqueum erroris incurrunt, quod nec auctoritates scripturæ conuenienter intelligunt, nec Sacramenta Dei suscipiunt reuerenter, scripturas, & virtutem Dei pariter nescientes. Si enim ideo quia figura est Sacramentum altaris veritas esse negatur, ergo nec mors, nec resurrectio Christi, cum figura sit, veritas est credenda. Siquidem mortem, & resurrectionem Christi similitudinem, & imaginem esse Apostolus manifestat; *Christus*, inquiens, *mortuus est pro delictis nostris, & resurrexit propter iustificationem nostram.* Apostolorum tamen princeps Petrus sic in epistola sua scribit: *Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Sic ergo tam mors Christi, quam eius resurrectio est exemplum, vt & nos peccato mortui iustitiæ iam viuamus. Quare si non fuit veritas, quia fuit exemplum, ergo nec verè mortuus fuit Christus, nec verè a mortuis resurrexit: sed absit a fidelium cordibus error iste, cùm ipse Propheta de Christo testetur, quod *verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Dicitur tamen *mysterium fidei*, quoniam & aliud ibi creditur, quàm cernatur, & aliud cernitur, quàm credatur: cernitur enim species panis, & vini, & creditur veritas carnis, & sanguinis, ac virtus vnitatis, & charitatis. Quod autem *mysterium fidei* dicitur in hoc loco, alibi secundùm Ioannem spiritus, & vita narratur. Nam spiritus est mysterium iuxta illud: *Litera occidit, spiritus autem viuificat*; fides autem est vita, secundùm quod legitur: *Iustus meus ex fide viuit*; propter quod ipse Dominus dicit: *Verba, quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.*

17. &c. [Quæsitum etiam fuerat vtrum aqua vino infusa in sanguinem Christi vertatur; cui responsum est ab Innocentio:] Nec inconueniens creditur, aut absurdum, si aqua in corpore Christi esse credatur, cùm legatur de ipsius latere processisse. Illud est autem nefarium opinari, quod quidam dicere præsumpserunt, aquam videlicet in flegma conuerti: nam & de latere Christi non aquam, sed humorem aquaticum mentiuntur exisse, non attendentes, quod de latere Christi duo fluxerunt Sacramenta, & quod non baptizantur in flegmate, sed in aqua, iuxta quod Dominus protestatur: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei. Verùm inter opiniones prædictas illa probabilior videtur, quæ asserit aquam cum vino in sanguinem transmutari,

vt

vt expreſſius eluceat proprietas Sacramenti. Nam cùm aquæ multæ ſint populi multi, iuxta quod alibi legitur: Beati qui ſeminant ſuper aquas, ideò vino aqua vnitur, vt Chriſto populus adunetur; per hoc enim quod & ſuſcepit ipſe de noſtro, & accipimus ipſi de ſuo, tam inſolubili nexu coniungimur, vt qui eſt vnum cum Patre per ineffabilem vnitatem, fiat vnum nobiſcum per admirabilem vnionem, ac per hoc, ipſo mediante, cum Patre vnum efficiatur. *Dat. &c.* At de his hactenus.

25. &c. Noua hoc anno nata ſunt inter Anglorum & Francorum Reges diſſidia, quorum cauſam Pariſius a in Philippum conijcit, qui in colloquio cum Ioanne habito ab ipſo poposcerat, vt Arthuro Britanniæ comiti Normanniam, Turoniam, & Andegauiam cederet; quod Ioannes conſtanter ſe facturum negauit: at Rigordus ait b Philippum Ioanni diem dixiſſe, vt obiectis intra quindecim poſt paſchæ feſtum diem Pariſijs tanquam fiduciarius pro Andegauiæ & Pictauiæ comitatibus, ac ducatu Aquitaniæ reſponderet; at Ioanne imperia ſibi tacta reſpuente in Anglorum Regis terras exercitum immiſiſſe, nonnullaſque arces cepiſſe: Arthurum porrò fide ab eo accepta inſtructum non leuibus copijs in Pictauiam miſſum, vt eam ſibi ſubijceret, Pariſius & Robertus c de Monte conſentiunt, eumque confluentibus nobilibus Pictauis, eique obedientiam deferentibus Alienoram Regnum matrem Anglorum Regis apud Mirebellum obſidione cinxiſſe, atque oppido ad deditionem compulſo, ipſam in mœſtiſſima tenui circumclauſiſſe; interim Ioannem diſcriminis, in quod mater adducta erat certiorem factum prouolaſſe cum exercitu, atque obuiam ſibi venientes magna clade fudiſſe, atque inter cæteros ipſum nepotem Arthurum cepiſſe, ac matre liberata Turones, atque Andegauum in ſuam poteſtatem redegiſſe: Lapſo vero aliquo flexu temporis Arthurum nepotem ſibi ſtipi iuriſſe, blandiſque verbis a Gallica factione abducere conatum, vt ſibi tanquam patruo ac domino adhæreret: Arthurum vero conſendiſſe regnum ſibi hereditario iure debitum, ac niſi id ſibi reſtitueret non diuturna felicitate potiturum interminatum: quo ſtulto reſponſo mortem ſibi conciuit; clauſus enim carcere nullam ſui memoriam reliquit. At de ijs ſatis.

a *Pariſ. hiſt. Angl.*

Diſcordiæ inter Angl. & Franc. Reges.

b *Reg. in geſt. Philipp.*

c *Robert. in Appen. ad Sig. ann. 1202.*

29 Hoc anno B. Vvillelmus Roſchildenſis abbas in Dania vinculis corporis ſolutus ad Deum euolauit. Euocatus olim fuerat e Gallijs in eam prouinciam ab Abſalone magni nominis viro, tum Roſchildenſium epiſcopo, vt collapſam in ijs partibus monaſticam diſciplinam reſtitueret in priſtinam dignitatem, vt ipſius Vvillelmi diſcipulus, qui eius gesta ſumma fide hiſtoriæ tradidit d (atque ex ipſo collegit Cardinalis Baronius e) qui plurimis & egregijs eiuſdem enarratis facinoribus adijcit (poſt obitum ſcilicet illi diuinitus ſui obitus diem:) *Die, qua ianuam Domini proximè antecedit, cum eſſet in cubiculo cum quibuſdam fratribus, conqueſtus eſt prior ſe illam noctem habuiſſe longè omnium moleſtiſſimam: ille contra affirmabat ſe nunquam potius eſſe nocte lætiori atque iucundiori: Vidi enim, inquit, dominum Ieſum, cui duo alij aderant, & ego tertius acceſſi, & ineffabili ſum delectatione affectus. Reſpondit prior: Forſitan pater ſancte, dominus Ieſus te accitum venit ad regnum ſuum, ſicut pollicitus eſt, priuſquam in hoc regnum te conferres. Tum abbas ſuſpirans, & fletibus ora perfundens: Fiat mihi, inquit, ſecundùm verbum tuum, &c.* Et infra: *Iam aurora ruſilante cùm canerent in eccleſia fratres, vt venientes ſuſcepere Ieſum, prior*

Vvillelmi Roſchildenſis abbatis felix obitus.

d *Apud Surium 2. die 6 April.*

e *Baron. ann. 1161. num. 37. 38.*

acciſis aliquot fratribus chorum exit, ſacrum oleum ſecum ferens. Vir ſanctus illo veniente tendebat ad extrema, atque hoc ſolum crebrò repetebat: Cito, cito. Peracta inde ſancta vnctione depoſitus eſt ſuper cinerem & cilicium: ſic enim decreuit meus Chriſtianum iam olim dixerat beatiſſimus Martinus Turonum epiſcopus: ibi tum feliciter ex ſit ſpiritum octauo idus aprilis, anno Chriſti MCCII. *ætatis verò ſuæ* XCVIII. *a ſuſcepto verò abbatis officio* XL. Hæc de viri ſanctiſſimi exitu auctor.

Poſtea ſacrum ipſius funus narrat e pergit, ac plura miracula eius beneficio patrata: addit etiam duobus adoleſcentibus ipſius felicitatem diuinitus demonſtratam; alteri quidem pio admodum obiectum eſſe angelis ſtipatum in cælum conſcendere, ringentibus inuidis dæmonibus, quod ipſi aditum intercludere non potuiſſent; alterum autem haud diſpari viſo ad meliorem vitam traductum: *Alter ex his Nicolaus nomine a monaſterio aufugerat, & dabat operam ludis Hildeſij, quod eſt Saxoniæ oppidum. Is vidit perſonam quandam ſibi ignotam in ſtola candida cælum ſcandere, & intra albicantes nubes ita recipi, vt tantùm pedes, & extrema veſtis cernerentur. Stetit igitur affixus oculis admirabundus, ſed mox adeſt quidam ſciſcitans, quid ita miraretur? ac deinde ſubiungens: Ille homo, quem vidiſti in cælum recipi, abbas tuus eſt, qui multa patientia vitæ ſeculi perſecutiones: nunc autem coronatur, quia fideliter permanſit in mandatis Domini ſui. Expergefactus Nicolaus ducitur pœnitentia, & redijt ad ſuum monaſterium, & emendationi ſe offerens, hanc viſionem omnibus enarrauit.* Atque hæc de Vvillelmo, quem poſtea Honorius III. Innocentij ſucceſſor, vt ſuo loco dicetur, in ſanctorum numerum retulit.

Viri ſancti exequiæ.

30 Viro ſancto alterius quoque ſancti felicem obitum Fulconis presbyteri, quem miraculis ac pijs operibus coruſcaſſe in Gallijs vidimus, coniungimus. Is Innocentij imperijs de prouehenda pro concione ſacra militia morem gerens, coactis maximis copijs Venetias peruenerat, vbi e vita ſanctiſſimè diſceſſit: crucefignati verò plures cùm traiectione arcerentur, partim obiere, partim rediere, alij ſua conſumpſere. Afflictam porrò, & concuſſam grauiſſimo terræmotu Syriam hoc anno die xxx. maij tradit S. Antoninus a: ante diem aſcendenti Domino ſacrum, auditam terribilem vocem, magnamque Acconenſis vrbis partem cum regio palatio corruiſſe, Tyrum magna ex parte ſubuerſam, Accam munitiſſimam arcem ſolo æquatam, Tripolim magna ſimiliter ex parte euerſam, populi ingentem multitudinem obrutam, Antaradon autem illæſam ſteriſſe, in qua B. Petrus Apoſtolus primam baſilicam B. Virgini excitarat: inde ſecutam terræ ſterilitatem, atque epidemicos morbos graſſatos eſſe. Afflictam ergo terram ſanctam ſolaturus Innocentius, ne ab hoſte conſumeretur, auxiliares ei copias mittere omni animi contentione ſategit; tamque expeditione egregiè inſtructa legationem illuc decreuit b, cuius obeundæ onus duo S.R.E. Cardinales nimirum Sifridus tit. S. Praxedis & Petrus tit. S. Marcelli presbyteri ſuſceperunt.

Fulconis pij obitus.

a *S. Ant. 3. par. hiſt. c. 9. §. 3.*

Terræmotus horendus in Syria.

Auxilia terræ ſanctæ ſubmiſſa.

b *Innoc. l. 5. epiſt. 26.*

31 Hic vero depellenda calumnia eſt, quam expeditionis huius occaſione Matthæus Pariſius more ſuo aduerſus Pontifices & curiam Romanam maleuolentia ſuffuſus in optimum Pontificem ingerere nititur c: *Eodem*, inquit, *anno cum Innocentius Papa ad expeditionem terræ ſanctæ, vt dixit, ad occultandam ſuam auaritiam, infinitam pecuniam ab ordine Ciſtercienſi propoſuiſſet extorquere, a B. Vir-*

Refutatur Pariſij calumnia.

c *Pariſ. hiſt. Angl. ann. 1202.*

gine correptus ab exactione essauit timore percussus. Hunc sane anctorem Innocentium calumnijs proscindere, aliqua interdum pro libidine comminisci, verbaque Romano prorsus indigna Pontifice affingere, Baronius manifesti illum mendacij coarguit, obseruauitque a. Et certe hæc ad liberalem Innocentij animum demonstrandum, maleuolique hominis mendacia retellenda sufficerint, quæ illius aui sinceræ fidei scriptor memoriæ tradidit: *Interea dominus Innocentius suum iactans in Domino cogitatum, operibus pietatis plane insistebat: nam validè cum fames inualuisset inedia, ita vt bladum frumenti a viginti vsque ad triginta solidos venderetur, & nunc ipse morarentur Anagniæ, protinus remeauit ad Vrbem, & cepit necessarias eleemosynas indigenti populo liberaliter erogare; sic autem fecit illas distribui, vt ij, qui verecundabantur publice mendicare, pecuniam occultè reciperent, de qua sustentarentur per singulas septimanas: illi verò, qui publicè mendicabant, singulis diebus panem acciperent ad sufficientiam vsuerfi, quorum tanta erat promissa multitudo, vt excederent numerum octo millium personarum: alij autem in eleemosynaria domo reciperent alimenta; & sic famelicum populum ab imminenti periculo liberauit, exhortans diuites, & potentes verbis pariter & exemplis ad eleemosynas largiendas.*

a Baron an. 1197. n 16. 17. item 13.

Annonæ caritas.

Cæterùm hoc anno id Innocentium præstitisse facilè ostenditur, cum Fossæ nouæ chronici auctor magnam annonæ caritatem per vniuersam Italiam extitisse, atque ideo hunc ramis annum ab omnibus ai pellatum refert: ne autem calumniator aliquis pontificiam eiusmodi liberalitatem vno cum hoc pariter anno extinctam arbitretur, cœptam de Innocentij beneficentia narrationem ex eius gestis prosequamur.

Innocentij eleemosynæ.

33 *Ab initio promotionis suæ ad eleemosynas deputauit vniuersos prouentus ad se pertinentes de oblationibus basilicæ S. Petri. Præterea de cunctis prouentibus suis faciebat integram decimam in opus eleemosynæ seperari, & de residuo licet occultas, sapissimè tamen largas eleemosynas impendebat, vniuersasque oblationes prouenientes ad pedes ipsius secundum antiquam consuetudinem accipiebat eleemosynarius erogandas; faciebat ergo famelicos refici, nudos vestiri, virgines pauperculas maritari, pueros expositos enutriri; subueniebat frequenter monachis, & monialibus indigentibus reclusis, & eremitis, domosque religiosas visitabat multoties, & a debitis liberabat, circuibat, & inuestigabat diligenter eleemosynarius eius pauperes, & debiles, maximè nobiles, dabatque illis sigilla, vt per eos, qui ipsa referrent, singulis hebdomadibus pecuniam destinaret ad victum, & sæpissimè talibus quindecim libras per hebdomadas impendebat, exceptis illis, qui quotidie recipiebant aut nummos, aut cibos, aut vestes. Permittebat etiam idem benignissimus Pontifex pauperes pueros ante mensam suam post finem refectionis venire ipsius, & de his, quæ coram eo remanserant, victualia exhiberi. Sabbatis quoque faciebat a undasum, lauans, ac tergens, & osculans pedes duodecim pauperum, & singulis duodecim nummos impendens, faciens refectionem omnibus ministrari. Fecit etiam propriis sumptibus ad opus infirmorum, & pauperum hospitale S. spiritus in Saxia apud sanctam Mariam in strata publica iuxta Tyberim, ante basilicam S. Petri, quod quantum ditauerit, & dotauerit possessionibus, & redditibus, thesauris, ornamentis, libris, & priuilegijs, per se satis apparet, & vt religiosus cultus, & hospitalitatis gratia, quæ nunc vigent, ibidem semper abundent, &c.* Multa addunt acta de innumeris, ingentibusque muneribus, quibus plures ecclesias, ac mula monasteria, aliaque sacra loca exornauit: sed ne illa fastidium lectori pariant, consultò omittimus.

Bulgaria ad Ecclesiam conuersa.

33 Hoc anno Caloioannes Bulgariæ Rex humanissimis literis ab Innocentio Brundutini archipresbyteri opera incitatus in coniunctione Romanæ ecclesiæ confirmari, regijsque insignibus veterum Rogum more donari expetijt hisce supplicibus literis.

Venerabili a & sanctissimo Patri summo Pontifici, ego Caloioannes Imperator Bulgarorum, & Balachorum, gaudium & salutem mando tibi.

a Lib. 5. epist 115.

Sanctissime Pater, significatis nobis per sacras literas vestras, quod nos significaremus vobis, quid ab ecclesia Romana petamus; hoc autem petit imperium nostrum ab Apostolica sede, vt nos simus in ecclesia Romana sicut matre filialitate firmati. In primis petimus ab Ecclesia Romana matre nostra coronam, & honorem tanquam dilectus filius, secundum quod Imperatores nostri veteres habuerunt. Vnus fuit Petrus, alius fuit Samuel, & alij, qui eos imperio præcesserunt, sicut in libris nostris inuenimus esse scriptum. Nunc autem, si placitum est sanctitati vestræ nobis istud implere, quicquid imperio nostro duxeritis iniungendum, illud ad honorem Dei, & ecclesiæ Romanæ complebitur. *Et infra:* Verùm, si placet vobis sanctissime pater, mittite nobis magnos nuncios, de quibus nobis per vestras literas intimatis, & istum destinare cum eis, & tunc certificabimur de prima missione pariter & secunda. Det vobis Dominus multos annos.]

Basilius quoque archiepiscopus, subdunt acta, *huiusmodi literas Papæ transmisit.*

Honoratissimo b. & sanctissimo summo Pontifici Papæ, ego Basilius indignus archiepiscopus sanctitatis vestræ, & pastor de Zagor. salutem, gaudium, & adorationem merito vobis tanquam patri nostro speciali. Quamuis non possimus vos corporaliter adorare, vos tamen spiritualiter adoramus, notificantes sanctitati vestræ, &c. Omni officio, ac humanitate referta sunt, & in eandem rationem, ac Regis literæ scriptæ. *Receptis his literis*, pergunt gesta, *dominus Papa transmisit ad eos Ioannem capellanum suum cum apostolicis scriptis habentibus hunc tenorem, &c.*

b Lib. 5. epist 117.

34 *Innocentius, &c.* Petisti humiliter c, vt coronam tibi ecclesia Romana concederet, sicut illustri memoriæ Petro, Samueli, & alijs progenitoribus tuis legitur concessisse. Nos ergo, vt super hoc maiorem certitudinem haberemus, regesta nostra perlegi fecimus diligenter, ex quibus euidenter comperimus, quod in terra tibi subiecta multi Reges fuerant coronati. Præterea continebatur in eis, quod tempore bonæ memoriæ Nicolai Papæ prædecessoris nostri Rex Bulgarorum, ad quorũ consulta sæpissimè respondebat, cum toto regno sibi commisso ad prædicationem eius fuerat baptizatus, & Rex ipse ab eo archiepiscopum postularat. Legatus quoque Michaelis Regis Bulgarici cum donis regalibus Adriano Papæ prædecessori nostro regias literas præsentarat, & postularat ab eo, vt aliquem ex Cardinalibus in archiepiscopum eligendum dirigeret, quem post approbationem eorum ad sedem Apostolicam remeantem ipse postmodum consecraret. Cùmque idem Adrianus illuc cum duobus episcopis quendam subdiaconum direxisset, Bulgari corrupti donis Græcorum, & promissionibus circumuenti, Romanis electis Græcos presbyteros

c Lib. 5. epist. 116.

rece-

receperunt, &c. [Demum hortatur, vt legatum benignè excipiat, eiusque salubria monita, & statuta seruanda curet.] *Dat* v. *kal. decembris*: eiusdemque argumenti literas a ad archiepiscopum de Zagora misit. Caterum quid egerit in Bulgariæ partibus Ioannes cognomento Blachus, & legatus, suo loco dicetur.

a *Ibid. epist.* 119.

35 Interea nuncij a Constantinopolitano Imperatore missi ad Apostolicam sedem peruenere: qua verò occasione hæc fuerit decreta legatio, Innocentij gesta sic produnt: *Alexius autem filius Isaacij quondam Constantinopolitani Imperatoris de carcere fugiens, venit ad summum Pontificem, grauem de patruo suo querelam deponens, quod videlicet patrem suum Imperatorem Isachium, quem sicut fratrem, & dominum debuerat honorare, crudeliter excæcauerat, & inuadens violenter Imperium, tam ipsum, quàm Alexium eius filium incarceraverat, ferreis vinculis compeditum, postulans de eo iustitiam exerceri: contra quem idem Imperator nuncios, & literas suas summo Pontifici destinauit, quarum tenor in ipsis responsuis apostolicis explicatur.* Recitantur huiusmodi apostolicæ literæ in ijsdem gestis, sed mutilatæ, quæ integræ extant in pontificio regesto b. Petenti porro Constantinopolitano Imperatori, ne Philippo Sueuo, ad quem Alexius Isaaci Imperatoris filius confugerat, pro recuperando imperio nec Alexio auxilium præstaret, hæc respondit.

Alexius e carcere ad Innoc. confugit.

Contra Alexium ad Pont. Imp. Constantinop. literas mittit.

b Innoc. lib. 8 epist. 122.

36 *Innocentius, &c.* Imperiali prudentiæ taliter duximus respondendum, quod Alexius filius Isachij Angeli quondam Imperatoris olim ad præsentiam nostram accedens, gratiam in nostra & fratrum nostrorum præsentia multis nobilium Romanorum adstantibus proposuit quæstionem, asserens, quod patrem eius iniustè ceperitis, & feceritis etiam nequiter excæcari, eos diu detinens carcerali custodiæ mancipatos. Et quia ad superiorem nobis non poterat habere recursum, & nos iuxta Apostolum sumus tam sapientibus, quàm insipientibus debitores, & iustitiam facere tenebamur: cumque nos eidem dedissemus responsum, iuxta quod vidimus expedire, recessit a nobis, & ad prædictum Philippum fratrem suum concitus properauit, cum quo deliberato consilio sic effecit, quod idem Philippus nuncios suos ad principes exercitus Christiani sine qualibet dilatione transmisit, rogans eos, & petens, vt quia pater suus, & ipse fuerant iniuste suo, & imperio nequiter spoliati, cum eo Constantinopolitanum deberent regnum intrare, ac ad illud recuperandum eidem præstarent consilium, & fauorem, promittens eisdem, quod tam in subsidium terræ sanctæ, quàm in expensis, & donatiuis eis magnificè responderet, paratus etiam in omnibus, & per omnia nostris stare mandatis, & quod sacrosanctam Romanam ecclesiam vellet iuxta posse suum modis omnibus honorare, ac ea efficere, quæ nostræ forent placita voluntati. Cæterùm dicti principes deliberato consilio responderunt, quòd cum in tam arduo negotio sine mandato, & auctoritate nostra non possent procedere, nec deberent, nos volebant consulere super his, ac exinde præstolari nostræ beneplacitum voluntatis, inducentes dilectum filium nostrum Petrum tituli sancti Marcelli presbyterum Cardinalem, qui cum eis transferare debebat, vt ad præsentiam nostram rediret, & super prædictis omnibus nostram inquireret voluntatem. Verùm idem Cardinalis ad præsentiam nostram accedens, omnia nobis curauit proponere diligenter, & cùm nuncij tui ad nostram accessissent præsentiam, super his cum fratribus nostris habebamus tractatum, & illud statuimus, quod tibi posset meritò complacere, quamquam plures

Alexius a Pontifice ad Philippum Sueuum se confert.

assererent, quod huiusmodi postulationi benignum non deberemus præstare fauorem, pro eo quod Græcorum ecclesia sit Apostolicæ sedi minus obediens, & deuota.

37 Super eo autem, quod de inuando illo ad Romanum imperium obtinendum, qui Romanam ecclesiam deberet diligere, & nostris obsecundare mandatis, tua nos celsitudo voluit commonere; nouerit, quòd licet prædictus Philippus potens sit, & multum abundet, tamen Rex Otho adeo nostro studio, & diligentia mediante per Dei gratiam est promotus, quod contra eum ille hactenus non potuit prævalere, ad quod exequendum, quantum nobis subueneris, licet multa fuerint nobis promissa, imperialis excellentia non ignorat, quod vtique tanto gratius deberes habere, quanto id te non promerente noscitur procuratum. Si enim idem Philippus obtinuisset imperium, multa tibi ex imperio suo grauamina peruenissent, cùm per terram charissimi in Christo filij nostri Friderici illustris Regis Siciliæ nepotis sui in imperium tuum insurgere de facili potuisset, sicut Henricus olim Imperator frater suus per Siciliam tuum proposuerat imperium occupare. Licet autem a tempore inclytæ memoriæ Manuelis prædecessoris tui Constantinopolitanum imperium non meruerit, vt talia effecere deberemus, cùm semper nobis, & prædecessoribus nostris per verba responsum fuerit, & nihil operibus demonstratum; in spiritu tamen lenitatis, & mansuetudinis duximus procedendum, credentes, vt inspecta gratia, quam tibi fecimus, emendare celeriter debeas quod tam a te, quàm a prædecessoribus tuis minus prouidè hactenus est omissum, &c. *Laterani* XVI. *kal. decembris*.

38 Caterum vt Philippus Sueuus in Alexium se gesserit, in actis Innocentij traditur: *Ipse vero*, nimirum Bonifacius Montisferrati marchio dux Christiani exercitus, *de Francia per Alemanniam transitum fecit, vbi cum Philippo duce Sueuiæ, qui se Regem gerebat, dicebatur habuisse tractatum, vt Alexium sororium suum, filium videlicet Isachij quondam Constantinopolitani Imperatoris, cuius sororem ipse Philippus duxerat in vxorem, a fædo captiuitatis ergastulo fugientem reduci faceret Constantinopolim ab exercitu Christiano ad obtinendum imperium Romaniæ; de quo cùm idem marchio ad summum Pontificem accessisset, cæpit agere a remotis, sed cum intellexisset ipsius animum ad hoc non esse directum, expedire negotio ad crucis officium pertinentibus ad propria remeauit.* Quæ deinde secuta, infra aperiemus.

Commendatur a Philippo Bonifacio marchione

Pontifex a restituendo Alexio alienus.

39 Decreta est hoc anno a Leone minoris Armeniæ Rege insignis legatio ad Innocentium, afferque de misso ab eo S. Petri vexillo gratiæ: questus vero est de comite Tripolitano & Antiocheno, missos fuisse ab illis oratores ad Homobonum crucis Christi hostem, vt percusso fœdere ipsum in Armenios incitarent, multa & grauissima damna rei Christianæ inflicta, se quoque plures labores tribus mensibus in Antiochenorum finibus tulisse, atque inuitum ab expugnatione Saracenorum diuulsum; tum rogat, vt crucesignatorum exercitum mittat, egregiam enim ob mutua Saracenorum bella proferendæ Christianæ fidei spem atque occasionem præberi; nonnullisque interiectis verbis subdit.

Regis Armeniæ ad Pontificem legatio.

40 *Igitur sanctitatem vestram latere nolumus, quod mense iulij exercitum nostrum congreganimus contra barbaricas nationes, quas duriùs cum Dei auxilio ledere sperabamus, propter discordiam inter eos emersam, in quo negotio misimus pro Templariis*

Digitized by

plarijs morantibus in Regno noſtro, de poſſeſſionibus valentibus viginti millia biſantiorum, vt venirent in auxilium noſtrum ad honorem & defenſionem Chriſtianitatis, qui Antiochiam vſque venerunt, nos in propria perſona cum gaudio & exultatione vſque ad fines Antiochie obuiam eis eximus. Et infra: *Preterea nos obedientia vinculis de cetero Apoſtolice ſedi eſſe obligatos non dubitetis. Ea propter, ſi placet ſanctitati veſtre, cuilibet alteri eccleſie Latine nec volumus, nec debemus alligari. Hinc eſt quod ſanctitatem veſtram humiliter flagitamus, quatenus nobis literas apertas mittere dignemini, vt non teneamur, nec latini de terra noſtra de qualibet conditione, excepta ſancta Romana Eccleſia, cuilibet eccleſie Latine; & quod non habeat poteſtatem nos ſeu latinos de terra noſtra excommunicandi, vel ſententiam in regno noſtro proferendi ſuper latinos qualibet eccleſia, excepta, vt dictum eſt, ſede Apoſtolica, &c.*

Aſſentit iuſtis Armeniæ Regis precibus Innocentius, ſanxitque a Armeniæ regnum Romano tantum Pontifici in diuinis obnoxium futurum, vetuitque nullum præter Romanum pontificem in Armenios cenſuris eccleſiaſticis animaduertere poſſe.

a Ex diploma de ea re in vit. Inn.

41.42 Quanta vero Armeniorum in Apoſtolicã ſedem religio, ac pietas eſſet, ob quam ea prærogatiua gaudere meruerunt, oſtendunt patriarchæ ipſorum literæ, quem catholicum vocabant, quibus Romano Pontifici ob collatum Leoni regium honorem gratias egit ampliſſimas, roganitque laborantibus ac periculis vndique ab Saracenis cinctis ſuccurreret: earum autem hæc eſt inſcriptio.

b Lib. 5. epiſt. 43.

Poſt Deum b, qui eſt caput omnium bonorum, Apoſtolicam ſedem tenenti, & ſummo capiti totius Eccleſie, & totius terrene ſedis magno Chriſti confeſſori, prime domui beſpitalitatis totius populi, & religionis, & ſucceſſori beati Petri maioris nati poſt Chriſtum principis, & patris totius mundi, ſedenti ſecundum Deum, & portanti Chriſtum in corpore ſuo, Innocentio Dei gratia ſummo Pontifici, & vniuerſali Pape ſummæ ſedis Romanæ vrbis, qui imperiali triumpho vniuerſum mundum ſuo ſubiunxit dominio, & noſtro in Chriſto patri ſpirituali tante ciuitatis gloria ſublimato, Gregorius minimus, epiſcopus catholicus omnium Armeniorum, peccator, & ſeruus fidelium Chriſti, omneſque archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, ſacerdotes, & clerici ſub noſtro regimine viuentes, oratiunes in Domino aſſiduas. Et infra: *In Chriſto igitur gaudii ſummum, quia mater eccleſiarum, que totum orbem ſue claritatis irradiat, voluit catholicam eccleſiam Armenorum bono corde reſpicere, & conſolari.*

43 Acceptis ijs literis Innocentius eodem, quo ad Regem ſcripſerat die officioſiſſimis verbis reſcripſit c ſe Armenios arctiſſimo ſemper amore complexurum, omnibuſque profecturum ſtudijs, ac de ſubſidio hæc ſubdit; *Ne autem liberes ſit filius ancille:* Agar ſcilicet a qua Agareni Chriſtianorum infenſiſſimi hoſtes, *cum filio libera: immo ne ancilla filius heredis libera ſibi amplius hereditatem vſurpet, ſed ancilla potius, & eius filius expellatur, poſuimus ſignum Thau in frontibus gementium, & dolentium, ita quod per Dei gratiam crucefignatorum exercitus Venetias appliquit pro parte maiori, vnde in proximo naues aſcendent in terra ſancta ſubſidium tranſituri.*

c Ibid. 46.

IESV CHRISTI

Indict. 6.

Annus 1203.

INNOC PP. III. VACAT IMP. OCCID. 6.
annus 6. ISAC. ANG. CVM ALEX. FIL. ITER. IMP. 9.

1 COnfluxere certatim Itali, Germani, Hungari, Galli, Belgæ, alijque populi crucis ſymbolo accepto militiam ſacram profeſſi Venetias, in quarum portu claſſis comparata eſt; qua de re hæc traduntur in geſtis Innocentij: *Termino igitur conſtituto cruce ſignatorum exercitus ad partes Venetiarum acceſſit, tam multus & fortis, deuotus & timoratus, vt abſque dubio crederetur, quod per eum Dominus antiqua miracula innouaret, nec ſolummodo recuperaretur Teroſolymitana prouincia, ſed & regnum Babylonicum raperetur: nam & Veneti tam magnifice nauigia preparauerant, vt a longis retro temporibus nedum viſus, ſed nec auditus fuerit tantus nauilium apparatus.* Hæc ibi: quæ, vt maximi ponderis, ac momenti, ab illius ætatis ſcriptoribus confirmanda videntur.

Sacra expeditio Innocentij cruciata.

a Apud Canis. tom. 5. antiq. lect. pag. 351.

2 Guntherus enim Pariſienſis a cœnobij in Baſilienſi diœceſi Ciſtercienſis monachus, vt a Martino eiuſdem monaſterij abbate oculato teſte acceperat, Martinum ſummi Pontificis iuſſu, ſigno crucis accepto alios ad idem ſuſcipiendum adhortatum ait, atque ingentem hominum vim in tranſalpinis regionibus ad dandum Chriſti militiæ nomen inflammaſſe, exercitumque ingentem Venetias perduxiſſe; ac de ducibus hæc tradit: *Erant autem in exercitu ſignatorum famoſi, & potentes viri quam plures, tam ſeculares, quam Eccleſiaſtici, inter quos * Balduinus comes Flandrenſis, & Bonifacius marchio de Monteferrato, auctoritate, & viribus, atque conſilio precipui habebantur*; at de nauali apparatu, qui ſumma magnificentia inſtructus fuit, in eo comparando annos tres collocatos Nicetas affirmata; quibus mille cataphracti equites, & ad triginta millia aliorum equitum, qui ſcuto vtebantur, impoſita fuerunt.

Martinus abbas innumeros crucefignatos ſecum traxit.

*Balduinus a Nic. cron. ann. 1203.

3, 4 Auctiorem paulo etiam fuiſſe ſcribit Andreas b Dandalus, dum ex trecentis fere nauibus conflatam tradit. Tranſmiſerat antea c Pontifex Venetias legatum Petrum tit. S. Marcelli preſbyt. Cardinalem, vt cum exercitu Chriſtiano iter conficeret: at Veneri cum præuiderent eum ipſorum conſilia de Iadera excindenda diſcuſſurum noluerunt in naues excipere, vt legati, ſed tantum concionatoris ſacri munere fungeretur. Quod acerbo animo tulere Franchi, legatuſque ad Pontificem redire compulſus, cuncta ei aperuit, qui literis vniuerſos crucefignatos Chriſtianorum terras inuadere, interrato anathemate vetuit. De quibus agens Guntherus d hæc prodit; crucefignatos incredibili cupiditate petendæ Alexandriæ arſiſſe, cuius obtinendæ ſpes ingens affulgebat, cum illa quinque annorum fame, non fluente Nilo, attrita eſſet, atque ingens hominum multitudo periiſſet, alij imbelles tractandis armis viderentur; ſed Venetos naues negaſſe, ni prius Iaderam Dalmatiæ vrbem cepiſſent, cum ij ſos incenderet vindictæ cupiditas ab amiſſas quaſdam mercibus onuſtas naues, quas Iadertini occuparant. Choniata e vero illos violato quodam fœdere, in ſe Henricum Dandalum Venetorum ducem concitaſſe tradit: at Iordanus f ac Meyerus g Venetique hiſtorici h Iadertinos a Veneris ad Hungaros tum defeciſſe affirmant. Adſcribit Iadertinorum excidium Thomas i archidiaconus Spalati-

b Andr. Dand. hiſt. Ven. l. 10. cap. 3. & Rer. Italic. addit. Petrus Capuan. Card. A. S. L. ab ea exclusus a Venet & qua de causa.

c Guntb. in hiſt. Conſtantinop. apud Canis. antiq. lect. tom. 5. pag. 365. Obiecto anathem. vetat Iaderam oppugnari.

d Niceph. Chon. lib. 3. & M. S. bibl. Pat. ſignat. n. 1960.

e Mezer in annal. Flandr. & M. S. auct. Venet. Andr. Dand. vbi ſup. & alij.

f Tho. archidiac. Spalat. in hiſt. M. S. vet. pont. Salonit.

Illius excidio ascripta diuinæ vltioni ob hæreticos exceptos.

latinus diuinæ vltioni plectenti ingentia Iadertinorum crimina, cum præter grassaticnes pyraticas in Venetos exerceri solitas & alia profusæ luxuriæ flagitia, etiam hæreticos Manicheos contempta fide catholica fouerent: exorta vero diuinitus peste foriſque ab hoste pressi expugnati sunt impetu a Venetis die S. Grisogono sacro, qui apud eos celeberrimus habebatur. Quæ licet exeunte anno superiore contigerint, in hoc tamen inserere visum est, vt eo spectantia coniungeremus. E Iaderæ Porro excidio hausit grauissimum dolorem Pontifex, & crucesignatos ab efficienda noua Iaderæ vastitate absistere iussit, aculeatisque literis a perstrinxit.

Pont. crucesignatos obiurgat ob ■ censuras contraxisse.

a Innoc. lib. 8. epist 161.

5 Quibus permoti b Galli episcopum Suessionensem, Martinum abbatem, ac magistrum Ioannem Parisiensem misere ad Innocentium, quem flexere ad clementiam; illiusque iussu censuris soluti sunt, cum sacramento prius se deuinxissent, pontificijs omnibus imperijs ad præterita expianda obsequentes futuros, eaque de re publicum syngraphum tradidissent c.

Crucesign Galli ad veniam ob sinend. oratores mittunt.

b Vide Innocentij epist. Gunther apud Camis. vbi sup. par 366 & alij

c Extat apud Innoc. lib. 6. insert. in epist. 99.

6 Adiunxit suas Gallorum precibus Bonifacius marchio Montisferrati, de quo paulo ante commoraui, quem Innocentij gesta pontificijs iussis obsequentem a Iaderæ expugnatione abfuisse tentantur datisque ad Pontificem literis d id Gallos præstitisse non ad infringenda sedis Apostolicæ iussa, sed ad illius gloriam tuendam significauit, cum ostensis literis dissoluendus videretur exercitus, cuius cogendi, comparandique auctor ipse Pontifex extitisset.

d Ext. apud Innoc. lib. 6. epist. 100.

Pontifex nonnihil placatus Venetis.

7 Remisit seueriorem in Venetos animum Pontifex marchionis Bonifacij & Gallorum procerum gratia: quibus consulentibus Apostolicam fidem, vti se gerere deberent cum illis in castris, retert gestorum Innocentij auctor, Pontificem respondisse, posse ipsos cum Venetis agere, communique vti opera donec in Syriam appulerint: ne vero commeatuum laborent inopia, ea de re se ad Alexium Imperatorem scripsisse, eumque pollicitum non defuturos; si vero negarent Græci, hoc consilio crucesignatos instruxit e.

e Innoc. lib. 6. epist. 101.

Consulit crucesignatis, vt si ne gent Græci commeatus, parco viuant.

Cardinales legati abducere tentãt crucesignatos a restituendo Alex. iuniore.

8 *Si forsitan ea vobis contingerent denegari, cum vos deuoueritis ad commune obsequium Crucifixi; cuius est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi, qui habitant in ea, posset vtique non absurdum videri ad similitudinem Imperatoris terreni, de quo cautum est in iure ciuili, quod si eius exercitus indignerit alimentis, ea poterit accipere vndecunque: possitis & vos cum timore Domini, sub satisfaciendi proposito, ad necessitatem tantum ea sine personarum accipere læsione, &c.*

f Vinisauf. ang.

g al. Goffredus. Ginnic. l. 6. c. 7.

9, 10 Agitabant alia in Græcos consilia, de quibus agetur inferius, crucesignati, quos cum Petrus tit. f S. Marcelli, & g Soffredus tit. S. Praxedis Cardinales legati a restituendis Constantinopolitano imperio Isacio cæco & Alexio iuniore abducere non possent, in Cyprum primum, ac deinde in Syriam, vt erant iussi ab Innocentio g, applicuere hi: e quibus Soffredus, qui prior accesserat, cum res Syriacas depressas ob Saracenorum tyrannidem, non sine lacrymis, significasset Innocentio, illum Pontifex mœrentem his literis est solatus h.

Refert de Innocentius, &c. Si mœreas quod principes, & alij, qui signaculum Crucis assumpserant, tanquam filij Ephrem, intendentes arcum & mittentes sagittas, sint in die belli conuerti, & a puritate prioris propositi recedentes, negligere videantur reliquias terræ sanctæ, nobiscum mœrebis pariter, & cum illo, qui eis exprobrat in Prophetis:

Pontificis de crucesign. in Græc. diuertentibus querelæ.

Filios, inquiens, enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me; illique te succedere te ostendes, qui ciuitatem Domini ab amicis etiam asserit inter angustias destitutam.

Sit igitur tibi hæc tristitia materia gaudij, & mœror in lætitiam conuertatur: nec doleas si non omnia tibi succedunt ad votum, cum ex contingentibus nil omittas. Gaudeas quoque si pro eo fatigeris ad tempus, qui pro nobis exinaniuit, vt Apostolus asserit, semetipsum, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo; si pro omnibus, quæ tribuit ipse tibi, etiam calicem quem biberat, ipse bibas, cum ipse pro te calicem gustauerit passionis, &c. *Dat. Ferentini IV. id. augusti*. Vocabatur omnium votis Siffredus ad patriarchatum Ieroſolymitanum: sed cum dignitatem respueret, electus fuit Vercellensis episcopus.

Respuit dignitatem.

11 Hic autem silentio prætereire non possum insignem equitis Christiani sententiam, & in perpetiendis laboribus sub durissimo Saracenicæ seruitutis iugo admirandam constantiam, de qua hæc Thomas Cantipratensis a: *Circa illud tempus, quo annus Domini* M.CC.III. *volubatur, expeditio peregrinorum validissima facta est in terram sanctam, vt Sarracenos, qui Christianorum fines inuaserant, propulsarent. Factis autem congressionibus plurimis, multi ex vtroque populo ceciderunt, plurimi etiam in captiuitatem deducti sunt: inter quos ex populo Dei duo milites, vnus ex Gallia, alter ex Brabantia, cum quodam nobilissimo viro in terram gentilium sunt adducti, & contra natales suos, & consuetudinis vsum grauissimis manuum laboribus annis tribus addicti: vt igitur mihi vnus militum enarrauit, die quodam sedebant sub vna solis grauissimis manuum laboribus fatigati: cumque optarent militer cum graui cordis suspirio esse in terra sua, ille nobilissimus eorum in pœna socius, segnitiem eorum redarguit, dicens: O miseri quid optatis? redibitis forsitan, & eritis miseriores in iniuriis pauperum, quàm antea fuistis: hic autem si velletis, possetis vtique finem vitæ felicissimum expectare; & hoc dicens flexis genibus ad cælum manus tetendit, & oculos: Nunquam mihi Deus omnipotens redire concedat ad patrios portus, inquit, sed hic finat me mortem peractæ pœnitentiæ præstolari. Mira respondentis constantia, nec minus mira dispensatio Saluatoris! ambos milites liberatos postea vidimus, & forte malis, quàm antea maioribus irretitos: pro illo autem nobilissimo ac beatissimo viro cùm Rex Hierosolymitanus, & alij multi nobiles laborassent, nunquam tamen effecere potuerunt, vt eum a captiuitate gentilium liberarent. Insuper & hoc ipsum da eo milet socius eius, qui mihi hæc retulit, referebat, quod tantùm post quotidianos labores de nocte orationibus incumberet, quod ei ad modum camelorum calli in genibus accreuissent.*

a Thom Cantipr. lib. 2. cap 6.

Infracti in laboribus animi egregium exẽplum.

Alexius ad crucesign. exercitum se confert.

12 Interea marchio Bonifacius cum Philippo Suevo societatem contraxit, vt Alexium ad solium efferrent. De quibus agens Nicetas Choniata, vt infensus in Latinos, atque odio imbutus erat, Pontificem vt expeditionis in Græcos auctorem perstringit. At tantùm abfuit, vt Innocentius id contenderet, vt etiam expresse vetuerit, sicuti eius literæ apertissimè demonstrant, quas gestorum scriptor datas ad crucesignatos refert, cum Alexium in castra Latinorum peruenisse accepisset.

Refutatur Choniata.

13 *Innocentius, &c.* Cum ■ in manu valida, & extenso brachio egressi fueritis de Ægypto, vt vos ipsos Domino in sacrificium offerretis, doluimus non modicum, & dolemus, quod adhuc Pharao vos persequitur fugientes, vel potius vos sequimini

h Apud vit. Inn. & Rain. lib. 6. cap. 101.

Pharao-

Pharaonem, qui vos sibi quadam necessitatis specie, & velamine pietatis sub iugo peccati vetustæ nititur subdere seruituti: *Et infra*.

Pro populo autem Christiano doluimus; & dolemus, quoniam inde humiliatur amplius, vnde credebatur potiùs exaltari. Cùm enim multi, qui vos præcesserunt in terræ sanctæ succursum, quod non ascenderetis audito, ad propria sunt reuersi de proximo vestro passagio diffidentes: Saraceni de accessu vestro dubij, & de illorum recessu securi, contra Christianos animos assumpserunt, & qualiter peccatis exigentibus præualuerint contra eos, referre nolumus, cùm sit ferè vbilibet diuulgatum. Gaudemus autem, quod receptis literis nostris erratum in vobis intelligentes, deuotè ac humiliter mandatum estis Apostolicum executi, & iuramento præstito, vel recognito, absolutionis beneficium percepistis, vos, & successores vestros, filij comites, cum duobus baronibus Gallicanis ad satisfaciendum iuxta mandatum nostrum super eo quod apud Iaderam excommunicationis sententiam incurristis, per patentes literas obligantes. Vtinam autem penitentia vestra sit vera, vt sic peccatis videlicet de commissis, quod a similibus de cætero caueatis. Nullus itaque vestrum sibi temere blandiatur, quod terram Græcorum occupare sibi liceat, vel prædari tanquam minus Apostolicæ sedi subiectam, & quod Imperator Constantinopolitanus deposito fratre suo, & eriam excecato imperium vsurpauit. Sanè quantumcunque in hoc, vel alijs idem Imperator, ac homines eius iurisdictioni commissi delinquant, non est tamen vestrum de ipsorum iudicare delictis, nec ad hoc crucis signaculum assumpsistis, vt hanc vindicaretis iniuriam, sed opprobrium potiùs crucifixi, cuius vos obsequio specialiter deputastis, &c.]

6 14 Respuere Pontificis monita crucesignati; promissorum enim splendor ipsorum oculos perstrinxerat, maxime cum Alexius Græcos cum Romana ecclesia, & arma cum crucesignatis aduersus Saracenos coniuncturos pollicoretur; ac secundis ventis pro restituendo Alexio Constantinopolim appulere: vt verò vrbem, licèt firmissimis munitam præsidijs, adeo vt præter innumeram peditum multitudinem sexaginta millia equitum numerarentur, obsidione cinxerint, expugnarintque, ipsorum literæ a ad Innocentium prosequuntur: *Sæpius per nuncios vestros, immo per ipsum exulem nostrum, & barones nostros a vobis postulantes audiri, nec aduertistis nostri causam, nec petitionis modum potuimus explicare, sed quoties terra, vel mari flantibus in mare sermones obtulimus, totiens retulimus tela pro verbis. Considerantes igitur, quod præter spem nostrum cuncta contingerent, in eum statum necessitatis incidi, vt statim oporteret habere aut perire, aut vincere, cum obsidionem ipsam nulla ratione in quindecim dies protelare possemus, quos victualium omnium incredibilis vrgeret angustia, non ex desperatione quidem, sed inspirata quadam securitate diuinitus suspirare cœpimus ad bella * panciissimi periculis nos audacter opponere, & incredibiliter in omnibus obtinere; ad conflictum etiam campestrem, sæpius ordinati inæstimabilem multitudinem fuga in vrbe, ignominiosa conclusimus*, Eadem de profligatis Græcis Niceta, hæc addens, *Actum hoc est mense iulio anno* VI. MCCXI scilicet Christi MCCIII.

15 *Aptatis igitur interim terra, & mari bellicis instrumentis die obsidionis octauo violenter ciuitas introitur, grassatur incendium disponit in campo contra nos acies Imperator, & paratis nobis exsipere venientes, constantiam nostram cum pauciate mira-*

tus, ignominiosè frena reflexit, in vrbem retrogressus ardentem ipsa nocte fugam cum paucis aggreditur, suamque in vrbe reliquit vxorem, Euphrosyna nuncupabatur, & *paruulam prolem*. Habes hæc pluribus enarrata apud eundem auctorem, qui affirmat ipsum Alexium annos octo, tres menses, & dies decem imperasse: *Eadem re comperta nescientibus nobis Græcorum proceres in palatio congregantur, & exulis nostri solemnis electio celebratur, seu potius restitutio declaratur. insperatamque lætitiam copiosa in palatio luminaria protestantur. Mane facto prodit in castra copiosa Græcorum procerum multitudo, summoque cum gaudio quærit electum, restitutam ciuitati asserit libertatem, & regredienti filio ad fasces imperij, cum gaudio inæstimabili sublevatum de carcere caput patris Isaacij Imperatoris ostendunt. Præordinatis itaque quæ necessaria videbantur, ad ecclesiam sanctæ Sophiæ nouus Imperator cum solemni processione deducitur, & exuli nostro sine omni contradictione imperiale restituitur diadema cum plenitudine potestatis*. Alexius Imp. laigra tus.

16 *His peractis ad solutionem promissorum exilit Imperator, & promissa rebus accumulat, victualia seruitio Domini profutura nobis præbet ad annum, ducenta marcharum millia nobis soluere perpetuit, & Venetis sumptibus suis solium prolongat in annum, seque iuramento astringit, quod erigere nobis debeat regale vexillum & in passagio martij nobiscum ad seruitium Domini proficisci cum quantis poterit millibus armatorum, & sub eadem promissione concludit, quod eam reuerentiam præstare debeat Romano Pontifici, quam antecessores sui Imperatores catholici prædecessoribus vestris Pontificibus prudem impendisse nouerunt & ecclesiam orientalem ad hoc pro viribus inclinare, ac toto vita sua tempore militet quingentos cum sumptibus suis in terra sancta honorificè promissurum ad seruitium Redemptoris*. Alex. promittit fidem crucesignatis conseruare.

De Alexio, qui ob rem malè gestam Latinorumque impressos impetus, immani terrore perfusus, de salute imperioque actum arbitratus, nocte Constantinopoli Debeltum profugerat, scribit Nicetas ipsum in bello timidum ignauumque fuisse, atque in pace ad res gerendas parum idoneum, ceterum suauitate morum, aditus facilitate, & clementia commendatissimum, adulatorum quorum ingentem aluisse numerum: ob ereptum verò fratri vna cum imperio oculorum lumen conscientiæ facibus arsisse, ac magnam aliquam calamitatem semper extimuisse; atque ita cum hostem sentiret in pectore, tum quasi deploratis rebus Debeltum fugisse, cum a nemine fugaretur, atque adhuc res suas confirmare posset.

17. &c. Enectus ad Constantinopolitanum imperium Alexius iunior cùm patrem suum Isaacium a fratre excæcatum libertati ac solio restituisset, ad exsoluenda Latinis promissa se comparauit, inter quæ illud præcipuum erat, vt Græcam ecclesiam ad Romanæ obsequium adduceret. Scriptis igitur literis ad Innocentium Romanum Pontificem, vbi in patruo feliciter vindicatum scelus, exposuit, consuetam olim ab Imperatoribus catholicis Christo vicario præstari obedientiam submisse detulit, atque ad perducendos ad coniunctionem ecclesiæ orientales operam omnem impensurum; ac Latinorum præsulum, qui Constantinopoli versabantur, consilijs religiosissimè se obtemperaturum est pollicitus. Et obedientiam eccle siæ Romanæ.

20 Confirmata etiam est atque aucta in Bulgaria res catholica, Caloioannes enim Rex ab Innocentio popposcit, vt legatos apostolicos ad se mitteret

a Extant ib. epist. 211.

* Prolixissimi

Primo concursu pedestres Græcorum copiæ fugatæ

Capitur vrbs octauo obsidionis die.

Noctu Imperator fugit.

terer, qui ipsum regia corona redimirent, ac patriarcham in Bulgaria crearent; cuius supplices literæ his verbis conceptæ sunt.

Caloioannes Imperator Bulgarorum sanctissimo domino fidei Christianorum ab oriente vsque ad occidentem patriarcha Papæ Romano, &c.

Intelligo ego Caloioannes Imperator Bulgarorum, quod tu habes potestatem a Deo ligandi, & soluendi, sicut habuit beatus Petrus Apostolus, cui dixit Dominus: *Quodcunque ligaueris super terram, &c.* sic tibi contulit Deus gratiam istam; vnde quem ligaueris, ligatus est, & quem solueris, solutus. Notum facio sanctitati tuæ, quod elapsi sunt sex anni, quod ego semel, secundò, & tertiò misi ad vos, sed nuncij mei non potuerunt ad sanctitatem tuam accedere, & proponere verbum meum, & referre mihi consolationem tuam. Inspirauit Dominus sanctitatem tuam, vt mitteret mihi Dominicum archipresbyterum Brundusinum, per quem intellexi, quod non es oblitus mei serui tui, quem honoraui sicut hominem tuum, & dedi ei literas, quas tuæ sanctitati deferret, quas verum attulerit, vel non attulerit, Deus nouit. Ex quo finxerunt istud Græci, miserum mihi patriarcha, & Imperator: Veni ad nos, coronabimus te in Imperatorem, & faciemus tibi patriarcham, quia imperium sine patriarcha non staret: sed ego non volui, immo recurri ad sanctitatem tuam, quia volo esse seruus sancti Petri, & tuæ sanctitatis, & sciat sanctitas tua, quod ego misi ad te archiepiscopum meum cum omni ordinatione, & pecunia, & pannis sericis, cera, & argento, equis, & mulis, vt adoret sanctitatem tuam pro me seruo tuo. Et rogo per orationes beati Apostoli Petri, & per sanctas orationes tuas, vt tu mittas Cardinales, quibus præcipiat sanctitas tua, vt me coronent in Imperatorem, & in terra mea faciant patriarcham, vt sim seruus tuus tempore vitæ meæ.] Subijciuntur Basilij Bulgarorum archiepiscopi literæ a, quas cùm ad sedem Apostolicam cum ingentibus, ac preciosissimis muneribus deferret, emensoque longissimo itinere peruenisset Dyrrachium, a Græcis, qui inuidia perciti Bulgaros a Romanæ ecclesiæ communione distrahere nitebantur, prohibitus est, ne in occidentem traijceret: tunc verò tyrannus Alexius ereptum Isaacio sceptrum adhuc tenebat, ob cuius metum archiepiscopus legatione fungi non potuit, sed fidelissimos viros ad Innocentium legauit.

Bulgarus se Romanæ Ecclesiæ submittit.

a Reg. post concilij.

21 Acceptis hisce literis Innocentius incredibili voluptate perfusus, quod Bulgari ad ecclesiam Romanam redire cuperent, bene cœpta ardentius vrgere cœpit, scriptisque alijs ad archiepiscopum Basilium de agnita apostolici culminis dignitate est gratulatus, inuitauitque, vt relicto illo ingenti, quo stipabatur comitatu, quandoquidem obeundæ legationis prouincia ipsi demandata esset, pergendo itineri generosè se accingeret, peteret maritimam Apuliam, ibi honorificè susceptum iri, ardere se magno illius videndi, reique perficiendæ desiderio: quo & iam argumento literas ad Bulgarorum Regem dedit b.

b Ibid epist. 144.

22. 23 Eodem tempore Ioannis de Casemario capellani pontificij opera compressa est in Bosna hæresis Patarenorum, qui monastica larua induti Christianorum nomen sibi affixerant, vt cæteros aspernarentur: extatque tabularum exemplum, quibus Bosnæ monachi schismatici Romanæ ecclesiæ sanctiones se obseruaturos polliceantur.

Bosnicum sic.

24. &c. Iam ad res occidentalis imperij nostra defluxit oratio. Cùm Otho, vt vidimus c,

c Lib. sup.

Annal. Eccl.

Innocentium Papam de felici rerum suarum statu certiorem fecisset, idibus ille ianuarijs est ei a gratulatus sic inquiens: *Nos de tua prosperitate gaudemus, & successus tuos proprios reputamus, vtpote qui plantæ nostræ obtinuisse non possumus, &c.* Additque: *Nos enim quantum nobis permittit Dominus, vltra fortè quam credas supra promotionis tuæ negotio vigilamus.*

a Ex reg. Imb. libel. us sup. neg. Imper. epist 87

28. 29 Studebat parte alia Philippus magnis pollicitationibus gratiam Pontificis sibi conciliare. Quænam verò ea fuerint, Innocentij IV. diploma ex Lugdunensi synodo euulgatum satis ostendit b, spondebat nimirum expeditionem ad reparandas terræ sanctæ res ducere, omnia quæ ecclesijs siue Romanæ vel alijs erepta essent restituere, nunquam se in præsulum electionibus ingerere, si vel ipse aut heres Constantinopolitanum imperium obtinerent, orientalem ecclesiam ad Latinæ obsequium flectere, nouas leges iustissimas toto seruandas imperio condere, atque anathemate percussos in exilium depellere, amicitiam cum Pontifice contrahere, si quæ damna intulisset, sarcire.

Philippi promissa ad aucupādi Pontificis gratiā.

b Extat in ed Vatic. signato D. 1.

30. &c. Pollicebatur hæc post grauiora bella Philippus, cum aduersante sibi Romano Pontifice imperio potiri se non posse animaduerteret: qui si initio ditionem ecclesiasticam restituisset, imperium sibi facile asseruisset. Cæterum præcessere Othoni feliciter nonnullæ res, de quibus ipsi gratulatus est Innocentius c: tum lubrices ad eiusdem partes traducere est conatus, atque ad Romanum Pontificem, cum plures Cæsares de ignarum, dirimendæ controuersiæ ius spectare, & in eum, quem velit inclinare posse demonstrauit.

c Ibid epist. 91.

34 *Inuestituras, &c.* Sufficienter examinauimus merita personarum, cùm non dubium existat ad nos examinationem huiusmodi pertinere; est enim generaliter, & vniuersaliter obseruatum, vt ad eum examinatio personæ pertineat, ad quem impositio manus spectat, quod & principes sine contradictione qualibet recognouerunt, sicut expressè per venerabilem fratrem nostrum Salisburgensem archiepiscopum, & dilectum filium abbatem de Salem, & nobilem virum marchionem orientalem legatos suos recognouerunt, in nostra præsentia constitutos, etiam principes sæpe dicto Philippo fauentes.

35 Quod autem cùm in electione vota principum dinidantur post admonitionem, & expectationem alteri partium fauere possimus, maximè postquam a nobis vnctio, & consecratio, & coronatio postulatur; sicut vtraque pars a nobis multoties postulauit, ex iure patet pariter, & exemplo. Nunquid enim si principes admoniti, & expectati, vel non potuerint, vel noluerint conuenire, Apostolica sedes aduocato, & defensore carebit, eorumque culpa ipsi redundabit in pœnam? Præterea sicut vestra credimus vniuersitas non ignorat, quod cùm Lotarius, & Conradus in discordia fuissent electi, Romanus Pontifex Lotarium coronauit, & imperium obtinuit coronatus, eodem Conrado tunc demum ad eius gratiam redeunte. Sunt autem notoria impedimenta, quæ præfato [nimirum Philippo] duci ad suam promotionem obsistunt, videlicet excommunicatio publica, periurium manifestum, & persecutio diuulgata, quam progenitores eius, & ipse præsumpserunt in Apostolicam sedem, & alias ecclesias exercere: vnde videri non immeritò poterat, quod ad reprobationem ipsius non erat ordo iudiciarius obseruandus, cùm * actione non indigeant manifesta, &c.

* probatione

Philippus clades in Thuring. accipit.

36 &c. Cùm hoc anno dux Sueuiæ supradictus terram nobilis viri Langrauij Turingiæ fuisset ingressus, & quandam ciuitatem ipsius cum suis fautoribus obsideret, Rex ipse nutantibus etiam quibusdam ex suis, cum duce Bohemiæ, & alijs qui auxiliantur eidem, in auxilium Langrauij properans obsidentes obsedit, & faciente cum eo Domino signum in bonum, Philippus de Turingia in Saxoniam ad maiorem exercitum colligendum aufugit; sed nec ibidem illum expectare præsumpsit, immo ad ciuitatem, in qua sui obsidebantur, occultè rediens, relicto exercitu, & dispersò cum paucis in Sueuiam latenter abscessit. Cæterùm Rex prædictus non paucis castris, & terris, quæ duci fuerant, potenter acceptis, in locis, quæ ille priùs habuerat, solemnes curias celebrauit tam a Langranio, quàm duce Bohemiæ, quem ipsi Regem appellant, & fratre ipsius marchione Moraniæ: a multis quoque comitibus Iappanis fidelitatis iuramenta recepit, & eos de feudis suis solemniter iuxta imperij consuetudinem inuestiuit, &c. *Dat. Anagniæ* III. *id. decembris*.

a Ibid. epist. 103.

40. 41 Postremò Innocentius Magdeburgensem archiepiscopum acrioribus literis a perstrinxit, quod Romano Pontifici de agnoscendo Imperatore Othone non consentiret, nec monitis Prænestini episcopi A. S. L. obtemperasset: *De quo*, inquit, *frustraliter gloriamur, quod a muneribus excussit manus suas, & de quo verè dicere possumus: Non fuit qui abstinuerit Abraham.*

b Inoc. lib. ad Magdeburgensem archiepisc.

42. &c. Cùm de Prænestino episcopo inciderit mentio, periucundum lectori fore putamus, si hoc loco, quæ de eo memoriæ Cæsarius *b* tradidit, referamus, ac pias consuetudines, quas ad venerandum Eucharistiæ sacramentum induxit: *Tempore schismatis inter Philippum & Othonem dominus Vvido Cardinalis aliquando abbas Cisterciensis, cum missus fuisset Coloniam ad confirmandam electionem Othonis, bonam illic consuetudinem instituit: præcepit enim, vt ad elevationem hostiæ omnis populus in ecclesia ad sonitum noctis veniam peteret, sicque vsque ad calicis benedictionem prostratus iaceret. Præcepit etiam idem Cardinalis, vt quoties deferendum esset ad infirmum, scholaris sine campanarius sacerdotem præcederet, per noctem illud proderet; sicque omnis populus tam in stratis, quam in domibus Christum adoraret. Retulit eis eodem tempore casum satis miraculosum: Miles quidam in Francia fuit tantæ deuotionis, vt quotiescunque Christi corpus elevari, siue deferri videret, prostratus illud adoraret; contigit, vt die quadam vestibus suis pretiosis indutus intraret ciuitatem, cumque platea, in qua equitabat, nimis esset lutosa, ex improuiso obuium habuit corpus Domini, quo viso, modicum intra se deliberans, ait: Quid facies modò? si in tanta profunditate te prostraueris, perdita sunt vestimenta tua hæc delicata: si verò non descenderis, saluberrimæ consuetudinis transgressorem te semper accusabit conscientia. Quid plura? prænalescente deuotione, de equo prosiliens in lutum se misit, in quo flexis genibus, elevatis manibus Christi corpus adorauit, & quia dulcissimus Dominus hæc morantes se non solùm in futuro remunerat, immo etiam in præsenti nonnunquam reuelauerat, hoc egit sua potentia, vt totius luti nec vnaquidem guttula vestimentis eius adhæreret: tunc equum cum multa admiratione ascendit, & amplius in fide confortatus Deum glorificauit. Simile contigit cuidam religiosæ fœminæ in prouincia nostra.* Hæc Cæsarius.

c Cæsar. l. 9. cap. 51.

Piæ cõsuetudines a legato inductæ.

Qui in medio luto se ante Euch prostrauerat, vestes non inquinauit.

Conradus Herbipolensis cæsus.

45. 46 Cæsus est proditione immani per hæc tempora Conradus Herbipolensis episcopus, ob defensa iura ecclesiastica, cumque impij parricidæ ex scelere admisso, vrente eos & lancinante conscientia, ad sedem Apostolicam confugissent, atque temporarium supplicium sibi iniungi submisse, multisque lacrymis exposcerent; eos Pontifex primùm variis pœnis mulctauit, quas missis ad vniuersos Christifideles literis suis recensét a.

a Innoc. l. 6. epist. 58.

Innocentium, &c. Bodonem Henr. Fuson vassallum eius milites cum * Enrodo, & Conrado seruientibus suis ad nostram præsentiam venientes, ac confitentes se prædictum episcopum occidisse, cùm de suis excessibus lacrymabiliter pœniterent, & humiliter postularent pœnitentiam sibi pro tanta sceleris immanitate a nobis iniungi; quia pœnitentibus non est misericordiæ ianua præcludenda, de fratrum nostrorum consilio dilecto filio Hugolit. sancti Martini presbytero Cardinali commisimus audiendos, qui confessione illorum audita, postquam fecit eos nudos in braccis, tortas habentes in collo coram nobis diebus aliquot in frequentia populorum astare, de mandato nostro talem pœnam illis iniunxit, vt nunquam de cætero, nisi contra Saracenos, vel ad defensionem vitæ suæ armis vtantur, variam grisiam, ermelinum, & pannos coloratos non portent, ad publica spectacula non accedant, & coniugati non contrahant post mortem vxorum, eantque quam citò poterunt in Hierosolymitanam prouinciam, per quatuor annos ibi contra Saracenos Domino seruituri, Bodo verò, qui maior existit, tres, vel duos milites, vel vnum saltem in suis expensis secum adducat, & donec ipsi quatuor execrabiles homicidæ Hierosolymitanum iter arripiant, sicut publicè pœnitentes discalceati, & laneis indúti vestimentis incedant.

* Herodo.

Quæ pœnitentia pro eo scelere iniuncta.

47 Secundam, quartam, & sextam feriam, quatuor tempora, vigiliasque sanctorum in pane, & aqua ieiunent. Tres in anno quadragesimas, videlicet ante natiuitatem, & resurrectionem Domini, & post pentecosten faciant. Carnibus non tantum in eisdem tribus solemnitatibus non vescantur, eaque die, qua prædictus fuit episcopus interfectus, carnes non comedent in æternum. Orationem dominicam decantent centies inter diem, & noctem, & genuflexiones faciant quinquaginta. Corpus & sanguinem Domini nisi in vltimo mortis articulo recipere non præsumant: cum fuerint vltra mare quartam, & sextam feriam, sanctorum vigilias, & quatuor tempora (sicut dictum est) in cibo quadragesimali ieiunent, carnes comedant die dominica, & quinta feria tantùm, orationem dominicam dicant, & genuflexiones semper faciant pretaxatas. Quandocunque aliquam Alemanniæ ciuitatem poterunt intrare secure, ad maiorem ecclesiam nudi procedant, tantùm in braccis, cum torta in collo, & virgis in manu, & a canonicis eiusdem ecclesiæ recipiant disciplinam. Si verò quæsitum fuerit, cur hoc faciant? dicant se hoc facere pro sceleris perpetratione iam dicti; & quando forte in ciuitate Herbipolen. poterint esse securi in resurrectione, pentecoste, natiuitate Domini, ac in solemnitate maioris ecclesiæ, videlicet S. Paulini exeant ciuitatem, & tamen nudi cum braccis tantùm tertam in collo, & virgas deferentes in manu, in missæ celebratione maioris ad ecclesiam cathedralem accedant, & se ante altare coram episcopo, & canonicis prosternentes in terram, petant humiliter, & recipiant disciplinam ab eis. Cùm autem de partibus redierint transmarinis, ad Apostolicam sedem accedant, recepturi consilium, & mandatum, *Datum Laterani*.

48. &c. Neque his pœnis contentus iustissimus scelerum vindex, alias postea addidit, ad Sa-

lisbur-

lisburgensem archiepiscopũ, & suffraganeos scriptis literis, quibus sanxit non homicidas modo, verum posteros omnibus fiducierijs bonis, quorum suprenum ius ad Heliopolensem siue alium quamuis ecclesiam spectaret, multandos, & diœcesim in qua ea adipiscerentur, sacrorum vsu interdixit. Exorsus est Conradum Arnoldus Lubecensis, hoc elogio: *Dicunt quidam etiam eum occisum in cilicio inuentum, & eum viuentem, curam pauperum habuisse, & in eorum eleemosyna septonem auri omni septimana expendisse, nouit Dominus, qui sint eius. Quis virum tam delicatum, sericis ornatum, cilicio crederet indutum? Sed nonnunquam sub forma seculari latet animus spiritualis, & e conuerso sub forma spirituali occultatur, heu! animus carnalis.*

Conradi elogium.

Sub sericis cilicio indutus inuenitur.

54 Misit hoc anno Innocentius ad Francorum Regem abbatem Casemarij legatum suum, eique trium fontium, & de Duno abbates adiunxit, quò Philippum inter & Angliæ Regem pacem conficerent, vt testantur eius literæ; tum ad Philippum [a], atque archiepiscopos [b], cæterosque Galliarum prælatos, quibus præcepit, vt nuncium perhumaniter acciperent, atque pro componenda pace elaborarent; tum etiam ad Ioannem Anglorum Regem [c], eiusque regni antistites [d]. Cæterum de bello inter virumque Regem agunt Robertus de Monte, & pluribus Matthæus Parisius, qui eiusdem Ioannis præcipitem temeritatem paucis hisce verbis satis superque testatam reliquit [e]: *Venientibus ad Regem nuncijs, & dicentibus: Rex Francorum terram tuam hostiliter ingressus, cepit iam illa, & illa castella, & castellanos vestros candis equorum turpiter alligatos abducit, atque de rebus vestris pro libitu suo sine contradictione disponit; Rex Ioannes tale dedit responsum: Sinite illum facere, ego quicquid modò rapit vna die recuperabo. Sic nec ipse nec alij familiares denunciantes aliud habere potuerunt responsum.*

Legati ad pacem cõponendam in Galliã missi. *a Innoc. l. 6. epist. 68. Rigord. & S. Ant. ann. 1202. b Epist. 70. c Innoc. l. 6. epist. 69. & 167. d Idem ibid. ep. 70. e Matth. Paris. hist. Ang. ann. 1203.* Regis inertis arrogãs responsum

55 Victoriam autem latius proferebat Philippus, cùm abbas Casemarij ab Innocentio missus illi apostolicum imperiũ denunciauit, armis temperaret, indutiasque cum Anglo ob reipublicæ Christianæ salutem pacisceretur; cui ille primum respondere distulit, deinde in consilium re adducta subiecit, non esse Pontificis Regum controuersijs se ingerere, nec teneri imperia tedis Apostolicæ excipere in ijs, quæ ad regni stipendarios spectarent: cuius responsi Christi vicarius ab eodem abbate certior factus [f], vt Regis dicta retellerit, & coargurerit, ab eodem Pontifice audire operæ precium erit.

Pontificijs internuntius repulsus a Gallo. *f Innoc. l. 6. epist. 165.*

6 *Innocentius, &c.* Vtinam consideraſſes salubrius, & diligentius attendisses, quod Apostolica sedes, nec tibi, nec progenitoribus tuis, aut regno Francorum damnosam hactenus, sed vtilem potiùs se studuit exhibere. Vtinam in die bonorum malorum immemor non fuisses, & cum bellorum dubius sit euentus, inconstantiam prosperitatis humanæ non tantùm ex statu præsenti, sed ex eo etiam, qui varijs modis, & ex causis diuersis præsenti potest succedere, mensus esses, & cauisses sollicite, ne responsio tua contra te, vel posteros tuos posset in posterum allegari. Nec hoc dicimus, tanquam nobis potestatem velimus indebitam vsurpare, vel quicquam iniungere, quod ad officij nostri non pertineat potestatem. Quid enim monuimus? quid suggessimus? num quid inhonestum? num quid iniustum? Certè si bene recolimus, vt faceretis pacem vel treguas, sacra instituta vtrinque; licet autem caulam tecum intrare nolimus, & super hoc in iudicio litigare, ne tamen responsio regia ex nostra tertiatur taciturnitate valorem, ei breuiter cogimur respondere, nihil contrà eum tanquam primum confingentes, sed inducentes potiùs ex armario sancti spiritus validas rationes. Quod enim euangelizare pacem ex iniuncto nobis officio teneamur, Psalmista nos docet: *Inquire*, inquiens, *pacem, & persequere eam*, id est, donec inueneris, insequaris, & Angeli, qui Dominicæ natiuitatis primitas pastoribus intimarunt, per nouę laudis canticum exprestrunt in ortu eius, cuius vices in terris licet immeriti gerimus, pacem hominibus bonæ voluntatis nunciantes. Ipse quoque Dominus Iesus Christus, quod nascens per ministerium fecerat Angelorum, gustaturus calicem passionis, exercitus est expressius per seipsum, cum discipulis suis inquit: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis*; & resurgens hac voce primum ad Apostolos fuit vsus, *Pax vobis, & iterum dico pax vobis*. Idem quoque cum discipulos de forma prædicationis instrueret, pacem eos euangelizare præmonuit, dicens eis: *In quamcunque domum ingressi fueritis, primum dicite: Pax huic domui; & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super eum pax vestra: quicunque autem non receperint vos nec audierint sermones vestros, exeuntes foras excutite pulueren de pedibus vestris in testimonium illis*. Exire præcipit foras, vt eis ecclesiastica communio denegetur, pulueren illum excutiendũm denuncians contra eos, qui non recipiunt verba pacis, qui Moyse cinerem de camino spargente, fuit ad plagam vuheris super omnem terram Ægypti.

Pontificis officium, pacem inter principes conciliare.

Innoc. refellit querelas Regis.

56 Quàm grauis autem districtionis sententia in vltimo sint examine feriendi, qui non recipiunt pacis nuncios, nec audiunt sermones eorum, per se ipsam veritas consequenter ostendit; non simpliciter, sed cum quadam affirmatione proponens: *Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicij, quam illi ciuitati*, in ciuitate ciues intelligens, a quibus non excepit ipsos Reges. Præterea nullus dubitat sanæ mentis, quin nostrum sit de his, quæ ad salutem, vel damnationem animæ pertinent, iudicare. Numquid autem non meritorium est damnationis perpetuæ, ac demeritorium salutis æternæ fouere discordiam, fidei domesticos impugnare, domos religiosas destruere, bona religiosorum virorum necessitatibus, & vtilitatibus deputata exponere voluptati prædonum, virgines Deo dicatas opprimere? *Et infra*: Audi denique filij charissime verbum, non nostrum, sed Verbi potius, quod erat in principio apud Deum, & quod tandem caro factum est, & habitauit in nobis in Euangelio protestantis: *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum; si te non audierit, adhibe tecum duos, vel tres, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ; quod si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus*. Ecce conqueritur Rex Angliæ frater tuus, frater inquam non cognatione carnis, sed fidei vnione, quod pecces in eum, & in grauamen ipsius extendas, & extenderis manus tuas, corripuit te inter te aliquando & se solum, cum tam literis, quàm viua voce non semel solummodò, sed frequenter commonuit, vt ab eius desisteres læsione. Adhibuit quoque non solùm duos, vel tres testes, sed multos magnates induxit, vt inter te ac ipsum ruptæ pacis fœdera reformarent, & apud te, vt ab eius cessares offensa,

interponerent partes suas. Verùm quia hactenus apud celsitudinem tuam penitùs nil profectum, quod in eum peccaueras, Ecclesiæ iuxta verbum euangelicum nuntiauit; Ecclesia verò vti circa te maluit affectione paterna, quàm iudiciaria potestate, ideoque serenitatem tuam per predictum abbatem non potestatiuè corripuit, sed benignè commonuit, vt a fratris cessares iniuria, & cum eo vel in veræ pacis fœdera, vel congruentes treguarum indncias conuenires. Quid igitur restat de cætero, nisi quòd si Ecclesiam non audieris, sicut hactenus non audisti, te sicut ethnicum, & publicanum, quod dolentes dicimus, habeat, & post primam, & secundam correctionem euitet? cum si offendere nos oporteat te, vel Deum, velimus ipsum ex tua potiùs offensione placare, quàm per diuini Regis offensam regi homini complacere. Sed dices forsitan, quòd non peccas in eum, sed & ille replicabit in contrarium, quia peccas. Quid ergo in huius contradictionis articulo faciemus? Numquid inquisita plenius, & cognita veritate procedere iuxta mandatum Domini omittemus? Numquid dissimulabimus stragem corporum, & perniciem animarum, nec annunciabimus impietatem suam impijs, & cohibebimus a violentia violentos? &c. *Dat. Anagnia 11. kal. nouembris.*

57 Monuit a Innocentius legatum suum abbatem Casemarij, quæ ad Philippum Francorum Regem & Galliarum præsules scripsisset, eique imperauit vt Francorum Regem ad pacẽ vel inducias cum Anglo ex literarum forma, quas ad vtrumque Regem dederat, conficiendas adduceret, & ad id præsulum auctoritatem adhiberet; si emollire ac flectere non posset, publice illi anathematis terrorem, ni pareret sedi Apostolicæ, incuteret; alijsque literis præcepit b, vt cum Francorum Rex Anglo inducias concessisset, *de querela Regis Anglorum & eius exceptione vtrum sit iusta, interim cognoscatur: non ratione feudi, cuius ad eum spectat iudicium, sed occasione peccati, cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura*, vnà cum archiepiscopo Bituricensi rem diligentissimè cognosceret; & si querelam Regis Anglorum iustam esse deprehenderet, abrupta omnis prouocationis mora, procederet, si secus, Francorum Regi iura sua prosequenti, vt ea obtineret, opem suam explicaret. Quæ verò belli illius inflammati causæ fuerint, quas Angliæ Rex præbuit, ex hisce pontificijs literis illustratur c.

a *Ibid. epist. 165.*

b *Ibid. epist. 166.*

c *Lib. 6. epist. 167.*

58. &c. *Innocentius, &c.* Nuper nobis per suas literas, & nuncios intimauit [nimirum Philippus] quòd cùm ecclesiæ beati Martini Turonen. quæ ab eo quicquid habet in temporalibus recognoscit, damna non modica, & quamplures iniurias intulisses, & homines tui quendam ipsius hominem occidissent, licet requisitus super hoc sæpius, vt id faceres emendari, tres, vel quatuor terminos petieris, & acceperis successiuè, & Rex ipse semper ad datam diem suos nuncios destinasset, nunquam emendationem a te potuit obtinere, immo per dilationes huiusmodi vltra vnius anni spatium eius animum suspendisti. Præterea cum hominibus, qui spectant ad feudum eius, castella, & terras suas sine ratione pro motu voluntatis propriæ abstulisses, ipse tanquam superior spoliatorum querela pulsatus, tibi non semel solummodo, sed sæpe mandauit, vt id faceres emendari. Quod licet promiseris te iacturum, non tantum non feciſti, sed grauatos amplius aggrauasti, quòd ipse sustinuit vltra animi satisfactionem expectans, & expectans. Cumque communicato cum baronibus, & hominibus tuis consilio, certum tibi terminum statuisset, vt in eius præsentia compareres, quod ius dictaret, sine retractatione securus: licet esses ligius homo eius, nec fuisti tamen ad diem statutum, nec misisti aliquem responsalem, sed mandatum eius penitus contempsisti. Consequenter verò personaliter te conuenit, & super his commonuit viua voce, cum non haberet in votis, vt faceret tibi guerram, si talem te circa eum, qualem tenebaris, ex debito exhiberes.

Verum cum nec sic satisfacere voluisses, ad te quatuor ex militibus suis misit, volens certificari per eos, si velles ea, quæ in ipsum commiseras emendare. Alioquin notum tibi esse volebat, quod ex tunc contra te fœdus cum hominibus tuis, vbicunque posset, iniret: tu autem a facie te quærentium abscondisti, & captatis absentiam, ita quod te videre nullatenus potuerunt. Monemus igitur serenitatem Regiam, & exhortamur in Domino, quatenus ad ea, quæ pacis sunt, deuotus intendas, & non solum recipias pacem, vel treguas, si tibi forsitan offerantur, sed eas etiam offerre nullatenus erubescas. Caueas autem solicitè, ne cum iniuriosum tibi asseras dictum Regem, tu ei potius iniurioſus existas, & debitam ei reuerentiam subtrahas, & honorem, quoniam cognita veritate, sicut in tua tibi astitimus ratione, sic ei non possemus in sua iustitia non adesse.]

61 Infregerat etiam libertatem ecclesiasticam idem Ioannes Rex, cuius facinora recenset, arguitque Innocentius Papa a,

Innocentius, &c. Illud autem grauissimum reputamus, quod cùm in regno tuo causas ecclesiasticas committimus cognoscendas, tu prohibes delegatis, ne in earum cognitione procedant, iurisdictionem nostram impediens, cùm nos, si bene memineris, iurisdictionem tuam curauerimus confouere. Circa clericos autem, & ecclesias postquam regni solium suscepisti, qualiter te habueris in multis, & mansuetudine regali postposita, eos feceris inhonestè tractari, &c. Arguit populisse Leuicensem episcopum, atque archiepiscopum Dublinensem, Pictauensem verò, & Sagiensem episcopos crudeliter exagitasse: *Et infra.* Nisi præmissas offensas corrigere curaueris per te ipsum, & a consimilibus abstinere, nos qui forsan in his vltra quàm oportuerit nostrum pro te distulimus officium exercere, propter quod de taciturnitate nostra diuinam offensam incurrisse timemus, nullatenus negligemus, quin post expectationem diutinam, & admonitionem paternam, nostrum, sicut conuenit, officium exequamur. *Dat. Laterani x. kal. martij.*

a *Lib. 6. epist. 160.*

Innocentij literæ increpatoriæ ad Regem Angliæ.

62, &c. Anglicis rebus adiungimus hoc anno Innocentiũ Papam beato Vlstano olim Vvigorniensi in Anglia episcopo sanctorum honorem, cultumque decreuisse, de quo diploma extat a, cuius præcipua pars hæc est.

Vlstanus episc. sanctorum albo adscriptus.

Innocentius, &c. Patuit nobis per scripturam authenticam, & depositiones testium, quod ad sepulchrum eius muti loquelam, leprosus mundationem, hydropicus, & paraliticus receperant sanitatem, & quod quamplura miracula Dominus inuocantibus nomen eius, & prædicti episcopi, ingiter operatur: quare de meritis, & miraculis eius multis, & magnis non solùm testimonijs, sed & rebus certiores effecti, cum secundum propheram laudandus sit Dominus in sanctis suis, de fratrum nostrorum consilio ipsum beatum Pontificem, & confessorem Vlstanum catalogo sanctorum ascripsimus, eiusque memoriam inter sanctos decreuimus cele-

a *Ibid. epist. 162.*

celebrandam. Quapropter vniuersitatem vestram monemus, & exhortamus in Domino, per apostolica vobis scripta mandantes, quod nos solemniter & caute statuimus, vos humiliter, & deuote seruetis, vt meritis eius, & precibus apud misericordissimũ iudicem nos & vos indulgentiam consequamur. Collectam autem in commemorationem eius dicendam edimus, quam in hac pagina duximus subscribendam: *Spiritum nobis Domine tuæ charitatis infunde, vt intercedente beato Vulfano confessore tuo, atque Pontifice tuam meremur dulcedinem in æterna felicitate gustare.* *Per &c. Datum Ferentini* " *secundo idus maij*. Hactenus de anglicis rebus: nunc Siculas breuiter perstringamus.

" *sprimo*.

Sequaces Marcualdi in Sicilia compressi.

69. &c. Pacatæ sunt hoc anno Siciliæ res, vt colligitur ex Innocentij literis, quibus Messanensi archiepiscopo regio familiari a gratulatus est superbum hostem e Sicilia ipsum depulisse, ac Messanam in Regis fide continuisse: quinam verò fuerit iste tumens arrogantia & superbus archiepiscopi Messanensis studio e Sicilia fugatus, non proditur; sed nostra quidem tententia Vvillelmus Capparonus is fuisse videtur, de quo Innocentius Papa ad Insubres, vt vidimus hoc ipso anno scribit: b *Cum adhuc faueat*, Philippus scilicet Sueuus, *Capparono qui Marcualdo in malitia, & excommunicatione successit*.

a *Epist.* 52.

b *Innoc. libel. de Imperat. Rom epist.* 91

Indict. 7.

IESV CHRISTI
annus 1204.

INNOCENTII PP. III. VACAT IMP. OCCID. 7. annus 7. BALDVINVS IMPERAT.

MAgnis in oriente rerum conuersionibus, & Græcorum cladibus insignis extitit is annus, quo Alexius Imperator post Isaacij patris obitum a Mursiphilo fraudulenter occisus, expugnata Constantinopolis, tyrannus merito supplicio affectus, parta a Latinis magna Græciæ pars, diuisum in plures principatus imperium, Balduinus Belgij comes in vrbe principe imperialibus ornamentis insignitus, & Græci, qui Latinorum iugum accepere, ad ecclesiæ Romanæ obsequium reuocati. De his singulis acturi, inspiciemus primum quid Innocentius tum Alexij Imperatoris, tum crucesignatorum principum superiori anno exaratis, supraque iam recensitis literis responderit c. Alexio igitur, Latinorum armis in imperium restituto, gratulatus est, quod ecclesiæ Græcæ cum Latina coniunctionem se optare significaret, seque veterum catholicorum Imperatorum exemplo Romanæ ecclesiæ subijceret; tum hortatus eum est, vt quo sese illius coniunctionis perficiendæ votum obstrinxerat, ad exitum perduceret.

c *Apud Inn. l. 6. ep. 210. 211.*

Alexio ec. clesiæ Rom. Græcam coniugere meditanti gratulatur Innoc.

2 *Innocentius, &c.* Monemus imperialem celsitudinem, & hortamur in Domino, quatenus sic in Apostolicæ sedis deuotione consistas, sic efficias, quod iurasti, ne forte, quæ de tuis labijs processerunt, irritafacere videaris, sed verax appareas in promisso, & in iuramento fidelis. Siquidem si in timore Domini, & Apostolicæ sedis reuerentia imperium tuum fuerit roboratum, non vacillabit, sicut hactenus vacillauit, sed in illius petræ soliditate fundatum, a qua princeps Apostolorum dictus est Petrus, & de qua inquit Apostolus: *Petra autem erat Christus*; perpetua firmitate consistet, nec ventorum flatus, nec fluminum impetus, nec pluuiarum formidabit incursus. Alioquin ne vano decipiaris errore, scire te volumus, quod non solùm inimicorum tuorum rebellionem non poteris subiugare, sed ante ipsorum faciem non subsistes. *Dat. Anagniæ, &c.*

3. &c. Manasse diuino ore hoc oraculum visum est, narrat enim Innocentij gestorũ scriptor Alexium, atque Isaacium patrem in imperium restitutos fidem Latinis tregisse, atque ideo expugnatam Constantinopolim, Balduinumque ad imperialis dignitatis apicem omnium suffragijs eorum delatum, literasque Balduini repetit d, quæ referunt, Alexium restitutum imperio, cum Latini ex vrbe egressi, ne morum dissimilitudo rixas pareret, ex aduerso vrbis castra posuissent, vt quæ promissa sibi fuerant, exciperent, repentè in contrarium muratum Latinos inopinato bello aggressum esse; mox coorta in vrbe seditione odio Alexij plebem sibi Imperatorem delegisse (quem Nicolaum Chomiata vocat) ea re perterritum ad Latinorum, quos periurio iniigni leserat, opem confugisse, ac Murtiphilum oratorem misisse, qui suo nomine Blachernas (imperatorium illud palatium erat) polliceretur, vt pretio mitiari illud tenerent, donec promissa exsolueret: sed iterum Alexium pollicitis resilijsse, nouoque periurio marchionem Bonifacium repulisse; tum Murtiphilum occasionem nactum noctu Græcis aperuisse, de Blachernis tradendis cum Latinis agi, ac tum seruituris frænum ipsis iniectum iri: mox illum Græcos hortatos, vt imperium arriperet: qui Alexium dormientem inuasit, atque in vincula coniecit, nec multo post alterum Imperatorem Nicolaum Cannabum, quem plebs in S. Sophiæ templo creasset, in suam potestatem redegisse: tentasse multis oratoribus Latinos promissis delinire, qui cum ipsi respondissent cum proditore fœdus percuti non posse, atque institissent, vt Alexium in dignitatem imperialem restitueret, insequenti nocte clam illum strangulatie, clana ferrea latera perfregisse, sparsisse in vulgus præcipiti ex alto casu extinctum, magnificentissimaque funeris pompam, vt scelus tegeret, apparasse.

d Constantinopolitanum imperium occupatur a Latinis. *a Lib. 7. ep. 57.*

9. &c. De huius tyranni pertinacia in schismate hæc tradit Balduinus in ijsdem literis ad Pontificem missis: *Obedientiam autem Romanæ ecclesiæ, & subuentionem terræ sanctæ, quam iuramento, & scripto imperiali firmarat Alexius, adeò refutauit, vt eiram amittere præeligeret, Græciamque subuerti, quàm quod Latinis Pontificibus orientalis ecclesia subderetur.* Et infra:

Alexius a Mursiphilo laqueo præfocatus clauaque attritus.

12 *Sic nobis hyems tota perficitur, donec nauibus nostris scalis aptatis, & instrumentis bellicis præparatis nos, & nostra recipientes in nauibus quinto idus aprilis, hoc est, feria sexta ante passionem Domini vnanimiter pro honore sanctæ Romanæ ecclesiæ, & subuentione terræ sanctæ, nauali prælio inuadimus ciuitatem, & ea die sine multo tamen nostrorum sanguine*, corrigendum Nicetam ex his constat, qui Latinos plures occubuisse ait, *fuimus tanta perpessi, vt inimicis nostris in opprobrium verteremur, quorum ea die pars fuit per cuncta superior, adeò vt tracta in terram Græcis compelleremur bellica nostra machinamenta relinquere, & infecto negotio ad ripam redire cogeremur aduersam, ea die, vt videbatur, inutiliter fatigati. Conturbati ergo plurimum, & contriti, sed demum in Domino roborati, definito consilio rursum instauramur ad pugnam, & quarto die 11. id. aprilis, hoc est, feria secunda post passionem Domini, flante borea rursum applicamur ad muros, scalis nauium scalis turrium applicatis cum multo labore nostrorum, permultum resistentibus Græcis: sed ex quo commune*

Cõstantinopoleos expugnatio.

gladios

gladios fensere nostrorum, non diù anceps belli duravit eventus. Duæ siquidem naves pariter colligatæ, quæ nostros episcopos Suessionensem videlicet ac Trecensem deferebant, quorum erant insignia, paradisus & peregrina, primæ scalis suis scalas turrium attigerunt, & felici auspicio peregrinos pro paradiso certantes, hostibus admouerunt. Prima muros obtinent vexilla Pontificum, ministrisque cælestium secretorum prima conceditur de cæde victoria. Irruentibus igitur nostris, cedit Domino iubente multitudo infinita perpaucis & propugnaculo relinquentibus Græcis, nostri audaciter militibus portas aperiunt.

Mursiphili fuga.

13 *Quorum cùm Imperator, qui procul a muris in tentoriis stabat armatus, conspiceretur ingressum, statim tentoria derelinquit, & fugit, nostri cædibus occupantur, cinctas capitur populosa, recipiuntur in palatijs imperialibus, qui nostrorum ensis effugiunt, multaque cæde facta Græcorum, nostri sese recolligunt, aduesperascente iam die arma fessi deponunt, de assultu palatiorum in crastino tractaturi. Suos recolligit Imperator, & crastinam hortatur ad pugnam... aferunt, quod nostros in potestate nunc habeat intra murorum septa conclusos, sed nocte latenter dat tergа deuictus. Quo comperto Græcorum plebs attonita de substituendo Imperatore pertractat, & dum mane facto ad nominationem cuiusdam Constantini procedunt, pedites nostri non expectata deliberatione maiorum ad arma prosiliunt, & tergа dantibus Græcis, fortissima & munitissima palatia relinquuntur, totaque in momento ciuitas obtinetur. Diripitur equorum innumera multitudo, auri, & argenti, fericorum, pretiosarumque vestium, atque gemmarum & omnium eorum, quæ ab omnibus inter diuitias conquiruntur, tam inæstimabilis abundantia reperitur, vt tantum tota non videretur possidere Latinitas: & quemadmodum pauca negauerant, cui a nobis diuino iudicio reliquerunt, vt securè dicamus, quia maiora his mirabilia circa bellorum casus nulla vnquam narrat historia, vt impleta prophetia manifestè videatur in nobis, quæ dicit: Persequitur vnus ex vobis centum alienos, quia si inter singulos victoriam partiamur, quilibet ex nostris non pauciores, quàm centum & obsedit, & vicit. Non autem nobis victoriam vsurpamus, quia salvabit sibi dextera Domini & brachium virtutis eius revelatum est in nobis. A Domino tamen factum est istud, & super omnia mirabilia mirabile est in oculis nostris.*

Insignis victoria Latinorū.

14 Hæc ipsa de constantinopolitana vrbe expugnata latè prosequuntur Chonitata & Guntherus, idemque Nicota tradit, Ducam Mursiphilum cum omnia ruere videret, Euphrosyna Alexij Senioris coniuge, & Eudoxia eius filia correptis lemboque impositis fugam capessiuisse: deinde ab Alexio Eudoxiæ patre captum, luminibus orbatum fuisse, ac demum adductum Constantinopolim iudicum sententia ob necatum Alexium ex altissima columna præcipitem deiectum, cùm aliquandiu in pedes descendisset, euoluto corpore in caput allisum miseram animam exhalasse. De Alexio vero quondam Imperatore qui Isaacio fratre oculis imperioque orbato tyrannidem inuaserat, Latinisque cum Alexio iuniore ipsius nepote accedentibus, noctu Debeltum profugerat, ad priuatam fortunam redacto, hæc tradit Chonitata: *Profugus Imperator ad marchionem profectus panis & vini demenso imperij insignia commutat, cum Euphrosyna coniuge in locum nomine Halmirum (hoc est salsuginosum) fortunæ suæ respondentem, habitatum missus.* At Bonifacius Montisferrati marchio postea ne quid nouaret eum vna cum Euphrosyna coniuge in Germaniam releganit, vt idem auctor testatur.

Alexius Senior depositus Imperio Halmirum relegatus.

15. &c. Parta Constantinopoli a Gallis Venetisque electoribus Balduinus Belgij comes renuntiatus est Imperator, qui de Græciæ sceleribus, ob quæ Latino iugo submissa est, hæc ait; *Hæc est, quæ sparcissimo gentilium ritu pro fraterna societate sanguinibus alternis ebibitis, cum infidelibus ausa est sæpius amicitias firmare ferales, & eosdem mammilla diù lactauis vberrima, & extulis in superbiam seculorum, arma, naues, & & victualia ministrando. Quid è contrario fecerit peregrinis, magis edocere sufficiunt in omni Latinorum gente exempla, quàm verba. Hæc est quæ in edium Apostolici culminis Apostolorum principis nomen audire vix poterat, nec vnam eidem inter Græcos Ecclesiam concedebat, qui omnium ecclesiarum accepit ab ipso Domino principatum. Hæc est, quæ Christum solis didicerat honorare picturis, & inter ritus nefandos, quos sibi spreta scripturarum auctoritate confinxerat, etiam lauacbri salutaris plerumque facere Præsumebat iterando iacturam. Hæc est, quæ Latinos omnes non hominum nomine dignabatur, sed canum, quorum sanguinem effundere pene inter merita reputabant, nec vlla pœnitentiæ satisfactione pensabant lanci, monachine, penes quos sacerdotibus spretis, tota ligandi, atque soluendi consistebat auctoritas. Hæc & huiusmodi deliramenta, quæ epistolaris explicare non valet angustia, impletis iniquitatibus eorum, qui ipsum Dominum ad nauseam prouocabant, diuina iustitia nostro ministerio digna vltione peruasit, & expulsis hominibus Deum odientibus, & amantibus sese... terram nobis dedit omnium bonorum copijs affluentem frumento, vino, & oleo stabilitam, fructibus opulentam, nemoribus aquis, & pascuis speciosam, spatiosissimam ad manendum & cui similem non continet orbis ætre temperatum: sed nec in his desideria nostra subsistunt, nec ab humeris nostris sustinebimus vexillum regale* nimirum crucis vexillum *deponi, donec terra ipsa incolatu stabilita nostrorum, partes debeamus inuisere transmarinas, & Deo dante propositum peregrinationis explere &c.* Preces addit vt Christifideles ad Græciam incolendam hortetur, atque etiam ipse ad celebrandum Constantinopli concilium accedere dignetur.

Fœdera a Græcis sæpe cita in Latinos epoto sanguine.

Damnatur ab ijs Latinorum baptismus.

Latini habiti vt canes a Græcis & occisi temere

19 De Constantinopoli a Latinis capta, deque Balduino renunciato Imperatore agunt præter recensitos auctores abbas Stadensis a, Robertus de Monte b, qui his temporibus scripsere, Matthæus Parisius c huius seculi auctor, Iordanus, alijque. Innocentius verò Romanus Pontifex accepto de Balduini electione lætissimo nuncio literas ad eum amoris notis insignes misit d.

a *Abbas Stad. ann.* 1204.
b *Rob. de Mont. appd. ad Sigeb. eod. anno.*
c *Matth. Paris. eod. anno.*
d *Lib. 7. ep 153.*

20. &c. *Innocentius &c.* Gauisi sumus in Domino, & in potentia virtutis ipsius, quod ... qui superbis restitit, humilibus autem dat gratiam magnifica tecum miracula dignatus est operari ad laudem, & gloriam nominis sui, ad honorem & profectum Apostolicæ sedis, & ad vtilitatem & exaltationem populi Christiani, vt de tua taceamus magnificentia, & virtute. Illud autem inter cætera nobis gratum est, & acceptum, & super eo tuam prudentiam commendamus, quod potentiæ tuæ parum, aut nihil, Deo auctori & nobis totum ascribis, vt exaltet humilitas, quem superbia non extollit &c. [Sese ad seruandam amplificandamque eius dignitatem omnem operam, solicitudinemque impensurum pollicetur, ideoque tam clericis, quam laicis crucesignatis in oriente commorantibus præcipere se ait, vt ad Constantinopolitanum tuendum retinendumque imperium, cuius

auxi-

auxilio facilius terra sancta ex infidelium manibus eripi, atque in libertatem vindicari posset, strenuè contra hostes ei operam nauarent. Postremò vt Græcorum ecclesiam & Constantinopolitanum imperium, quod Apostolicæ sedis auxilio, diuinaque virtute ipsi subegerant, in eiusdem sedis obsequio conseruare studeret hortatus.] *Datum Romæ apud S. Petrum* VI. *Idus nouembris.*

24 Quod ad res terræ sanctæ pertinet; ipse Pontifex ad Petrum tit. S. Marcelli presbyterum Cardinalem in ijs regionibus Apostolicæ sedis legatum scriptis XXIII. ianuarij die literis gratulatur, ipsum corruptelas, quæ in Cypro inoleuerant, deleuisse, bellumque Pelusij Pisanos inter, ac Genuenses accensum extinxisse.

25. &c. Paucis verò interiectis diebus, nempè XVI. februarij ad Venetorum ducem scribens, in benedictionis locum hæc verba præfixit: *Spiritum consilij sanioris*, hortatusque est, vt cum suis ad officium rediret, animumque ac vires in terræ sanctæ subsidium conuerteret: ipsos porrò ab eodem Petro Cardinale absolutionem tandem consecutos testamur Innocentij gesta, quamuis ij in nullo fecissent satis, in peritam tamen ob alios, quos viuere cum ijs coniunctissimè temporum necessitas poscebat. E Græcia ad Bulgariam digredimur.

28 Meminerit lector Innocentium duobus abhinc annis Ioannem capellanum suum in Bulgariam legatum misisse, qui imposito sibi munere pro dignitate perfunctus, non modò archiepiscopo illius regionis mitram & pallium detulit, verùm permittente Rege duos metropolitas creauit: quin etiam idem Bulgarorum & Blachorum princeps edictum a edidit, quo omnes imperij sui terras Romanæ ecclesiæ in sacris obnoxias esse sanxit.

29 *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti amen. Cum placuit domino nostro Iesu Christo, me dominum, & Imperatorem totius Bulgariæ, & Blachiæ facere, inquisiui antiquorum nostrorum scripturas, & libros, & bona memoria Imperatorum nostrorum prædecessorum leges, vnde ipsi sumpserunt regnum Bulgarorum, & firmamentum imperiale, coronam super caput eorum, & patriarchalem benedictionem; & diligenter perscrutantes in eorum inuenimus scripturis, quod bona memoria illi Imperatores Bulgarorum, & Blachorum Simeon, Petrus, & Samuel nostri prædecessores coronam imperij eorum..., & patriarchalem benedictionem acceperint a summa Dei Romana Ecclesia, & ab Apostolica sede, principe Apostolorum Petro, sed * imperium nostrum... valuit benedictionem, & imperiale firmamentum... coronæ capitis imperij sui susciperet, & patriarchalem benedictionem ab Ecclesia Romana, & ab Apostolica sede, principe Apostolorum Petro, & a sanctissimo patre nostro, & vniuersali Papa tertio Innocentio, & a quocunque patriarchalis benedictio, & mandatum in ciuitate imperij mei Trinoui data & concessa fuerit a domino Papa faciendi, & consecrandi archiepiscopos, metropolitas, & episcopos, & reliquas ecclesiasticas obseruationes sacramentales concedit imperium nostrum, vt plenissimam in omni tenimento, & imperij mei pertinentijs ipsi habeant potestatem. Ecce etenim omnes totius imperij mei tenimenti, & patriarchalis metropolitanus, archiepiscopi, episcopi, & cuncti sacerdotes Romanæ subsint Ecclesiæ, etc. Anno sexmillesimo septingentesimo duodecimo, indictione septima,* etsi nusquam ab orbe condito, inciditque in annum in quem hæc coniecimus.

30 *Misit præterea*, inquit Innocentij gestorum scriptor, *Blasium Brandizuberen. episcopum cum præfato Ioanne capellano, per quem & quadam dona-*

ria in signum deuotionis domino Papæ transmisit, literasque hunc tenorem habentes,

Sanctissimo dominatori & vniuersali Papæ sedenti in sede beati Petri, & domino patri regni mei, tertio Innocentio Papæ sedis Apostolicæ ecclesiæ Romanæ, & magistro totius mundi.

Spero a in Deum Saluatorem hominum, quòd bene, & multùm bene valeat sanctitas tua cum omnibus sedentibus circa thronum sanctitatis tuæ Cardinalibus sanctæ ecclesiæ Romanæ. *Et infra*: Deo adiuuante, & interuenientibus orationibus sanctitatis tuæ, venit ad me præsens nuncius Apostolicæ cathedræ, & primæ sedis principis Apostolorum, & sanctæ, & vniuersalis ecclesiæ Romanæ Ioannes capellanus, & detulit mihi pallium ex præcepto sanctitatis tuæ, & Apostolicæ sedis, & palliauit dictum archiepiscopum, & fecit eum primatem, & archiepiscopum totius Bulgariæ, & Blachiæ, & portauit imperio meo literas sanctitatis tuæ, & exposuit quicquid ei sanctitas vestra mandauit, & repletum est cor meum gaudio magno, quoniam secundùm voluntatem imperij mei donauit mihi Deus, & sanctitas tua: & rogo, & deprecor magnam sanctitatem tuam, vt compleat desiderium imperij mei, & mittat virgam pastoralem ad congregandas oues, & cætera, quæ patriarcha consueuit habere, & faciat præsentem primatem patriarcham in sancta, & magna ecclesia Trinouæ primæ ciuitatis totius Bulgariæ, & habeat ecclesia ipsa post mortem ipsius patriarchæ, patriarcham in perpetuum ex præcepto sanctitatis tuæ. Et quoniam graue esset propter longitudinem viæ, & guerram hominum in obitu cuiuslibet patriarchæ recurrere ad ecclesiam Romanam, concedatur ecclesiæ Trinouæ, vt sibi ponat eligere, & consecrare patriarcham, ne ex eius absentia terra illa sine benedictione remaneat, & tua consecratio imperfecta, & redundet peccatum in sanctitatem tuam.

31 Nunc autem petimus, vt fiat chrisma ex præcepto sanctitatis tuæ in sancta & magna ecclesia ciuitatis Trinouæ pro baptismate Christianorum. Sciat sanctitas tua, quod cùm scierint Romani, quòd recepimus consecrationem Apostolicæ sedis a sanctitate tua, non dabunt mihi chrisma. Et aliud peto a sanctitate tua, vt mittas Cardinalem ad imperium meum, seu istum, qui venit ad me, siue alium a sede Apostolica, & des ei diadema, & sceptrum secundùm Apostolicæ sedis, & Apostolorum principis benedictionem, & mittas priuilegium bullatum auro ad exemplar ipsius seruandum perpetuò in ecclesia Trinouæ, & hæc omnia dent imperio meo, & consecrent, & coronent imperium meum, &c. *Basilius. Imperator Bulgariæ Caloioannes.*

32 Peruenerat archiepiscopus Brandizuberensis Dyrrachium, ac Græci maleuolentia suffuti tum in Bulgaros, tum in Romanam ecclesiam, ne in Italiam traijceret prohibuere, ac ni diuina illum prouidentia e crudelibus eorum manibus eripuisset, mari submersissent. Dum itaque ille tantis difficultatibus esset irretitus, ab Imperatore Bulgarorum reuocatus, quod iam pontificius legatus eò accessisset, rediit in Bulgariam, receptoque pallio sedi Apostolicæ sacramento obsequentem se futurum spopondit, & Innocentium de debita a se demisse obedientia certiorem fecit b, vtque ipsum ad Bulgaros rite baptismo abluendos, ac religione informandos erudiret, enixè contendit.

33 *Ego*, inquit, *cum multa deuotionis humilitate recepto pallio, exhibui fidelitatis obedientiam præsen-*

a *Ib. ep. 6.*

Pax Bulgarorum Regis lit. ad Innoc.

b *Apud Innoc. ep. 5.* Bulgarorũ Patriarcha receptο a Pontifice pallio obedientiam pollicetur.

præsentibus episcopis, qui ferebant sanctitati vestræ, & principe postio, & multis alijs in ecclesia assistentibus. Et iterum pater sancte vestram rogo sanctitatem, vt dispenses, & adimpleas ordinem ecclesiasticum, & qualiter debeam regere ouile, quod mihi est commissum a Deo, & sanctitate tua. Sanctum chrisma non habemus, imò a Gracis receperamus, sed de cetero nos tanquam & vos Graci exosos habent. Et scias domine mi, quoniam hæc omnia in sanctitate tua remanserunt, quæ debeat in omnibus dispensare, & de sancto chrismate nos doceas, qualiter gentem baptizare debeamus, & ne remaneat gens absque chrismate sancto, & erit peccatum. Sed in omnibus nos filios tuos perditos, & peccantes memento, & mittas mibi pater bone pallia ad opus duorum metropolitanorum Prisblaue, & Belebusdij, & quicquid aliud nouerit vestra sanctitas, quod sit ad opus mei pontificalis officij plenitudinem, mibi illud vestra dirigat sanctitas. Colla eorum sui dominij brachio supponentes, vt sanctissimo patri, & domino Papæ prona cervice, flexisque poplitibus inclinationem.

34 Prosequuntur gesta Innocentium, vt pijs Bulgarorum principis votis morem gereret, Leonem Cardinalem misisse, qui ipsum Romani Pontificis nomine regio diademate insigniret: tum priuilegium a hoc apostolicum ei porrigeret.

a Id ibid. ep. 3.

Pontifex ad Bulgaros regia ornamenta mittit.

Innocentius &c. Cum ex præcepto Domini oues eius pascere teneamur, populis Bulgarorum, & Blachorum, qui multo iam tempore ab vberibus matris suæ alienati fuerunt, in spiritualibus & temporalibus paterna solicitudine prouidere volentes, eius auctoritate confisi, per quem Samuel Dauid in Regem inunxit, Regem te statuimus super eos, & per dilectum filium Leonem tituli sanctæ crucis presbyterum Cardinalem Apostolicæ sedis legatum virum prouidum, & honestum nobis inter cæteros fratres nostros acceptum, sceptrum regni, ac regium tibi mittimus diadema, eius quasi nostris tibi manibus imponendum, recipiendo a te iuratoriam cautionem, quod, nobis, & successoribus nostris, & ecclesiæ Romanæ deuotus, & obediens permanebis, & omnes terras, & gentes tuo subiectas Imperio in obedientia, & deuotione sedis Apostolicæ conseruabis,

35 Ad petitionem insuper venerabilis fratris nostri Blasij Branduiberensis episcopi, quem ad sedem Apostolicam destinasti, publicam in regno tuo cudendi monetam tuo charactere insignitam liberam tibi concedimus facultatem. Venerabili etiam fratri nostro .. archiepiscopo Trinouitano in terris, quibus imperas vniuersis priuilegium concedimus primatiæ, cuius successores tuos in posterum successores simili ab eis iuramento recepto Apostolicæ sedis auctoritate coronent, & in terra tua primatus obtineant dignitatem, eique metropolitanam in Bulgariæ, quam Blachiæ prouincijs constituti subiaceant, & iuxta formam canonicam reuerentiam primati debitam exhibeant & honorem, &c. *Datum Anagniæ per manus Ioannis sanctæ Romanæ ecclesiæ subdiaconi, & notarij sexto kalendas martij, indictione septima incarnationis Dominicæ millesimo ducentesimo tertio, pontificatus verò domini Innocentij Papæ tertij anno septimo.*

36. &c. Addunt etiam Innocentij acta, ipsum legati opera Regi vexillum, in quo signum crucis & claues geminæ præferebantur, misisse (quorum insignium abdita mysteria in datis ad illum literis illustrauit b:) *Prætendit*, inquit, *non sine mysterio crucem, & claues, quia beatus Petrus Apostolus, & crucem pro Christo sustinuit, & claues a Christo suscepit. Representat itaque signum crucis, vtpote in quo Christus, qui vincit, regnat, & imperat, debellauit aëreas potestates, & in quo captiua præda prædonem absorbuit moriens vita mortem, & Belzebuc cepit in suis oculis quasi hamo. Clauem autem geminam representat, discretionis aluum, reliquam potestatis, vt cum discreueris inter bonum, & malum, lucem, & tenebras, sanctum, & prophanum, commissum tibi materialem gladium ad vindictam malefactorum, & laudem bonorum exerceas, & arma contra illos apprehendas, & sceptrum, qui non posuerunt Deum adiutorem sibi.* Huc vsque literæ. Trinouiarus porrò archiepiscopus totius Bulgariæ & Blachiæ primas patriarcha est constitutus, Regisque, vt dictum est sacrandi & regijs insignibus ornandi iure & auctoritate donatus; quibus hæc subijciunt acta.

Archiepiscopus Trinouan. Primas Bulgariæ creatus a Pontifice.

39. &c. *Quia verò secundùm consuetudinem Bulgarorum & Blacherum nec in ordinatione presbyteri, nec in consecratione Pontifices fuerunt inuncti, fecit quod tam prafatus Brandizeberensis episcopus, per Ioannem episcopum Albanensem assistentibus ei duobus episcopis, quam metropolitani, & vniuersi episcopi, ac presbyteri sacram reciperent vnctionem, ac deinde nulli sine vnctione ordinarentur presbyteri, aut consecrarentur episcopi, assignans super iis rationes in literis memorato primati directis, cui etiam insignia vniuersa per prædictum legatum liberaliter destinauit.* Addunt eadem æra tuisse missa duo pallia duobus archiepiscopis, vt ijs in consecrandis episcopis, conferendis ordinibus, ac solemnibus certis diebus, in perficiendo missæ incruento sacrificio vterentur.

Episcopi ac presbyteri Bulgari inuncti.

44. 45 Præcepit etiam, vt tam a primate, quam ab ijsdem archiepiscopis reciperet huiusmodi sacramentum: *Ego a Basilius archiepiscopus Trinouitan. primas totius Bulgaria, & Blachiæ ab hac hora in antea ero fidelis, & obediens beato Petro, sanctaque Romana Apostolica sedi, & domino meo Papa Innocentio, eiusque catholicis successoribus. Non ero in facto, vel consilio, vel consensu vt perdant vitam, aut membrum, vel capiantur, aut spolientur. Consilium quod mihi crediderint ad eorum damnum, me sciente, nemini pandam: eorum certum malum si scivero, impedire studebo, quòd si non potero impedire, eis quanto citò potero innuabo. Papatum Romanum, honores, dignitates, & rationes Apostolica sedis defendam pro posse, saluo ordine meo, contra omnem viuentem. Vocatus ad synodum veniam, nisi præpeditione canonica fuerim impeditus. Apostolorum limina singulis quadriennijs per me, vel per meum nuncium visitabo, nisi eorum absoluat licentia. Legatum Apostolica sedis, quem pro certo scivero esse legatum deuotè suscipiam, & in suis necessitatibus adiuuabo. Cùm quemlibet de meis suffraganeis in episcopum consecravero, faciam illum iurare, vt Romano Pontifici, & ecclesiæ Romanæ perpetuam obedientiam, & debitum honorem impendat. Caterùm cùm aliquem coronavero in Regem Bulgarorum, & Blacherum iuxta indulgentiam mihi, & successoribus meis ab Apostolica sede concessam, ab eo iuratoriam recipiam cautionem, quod ei qui tunc Apostolica sedi præfuerit, successoribus eius, & ecclesiæ Romanæ deuotus, & obediens permanebit, & omnes terras & gentes sue subiectas imperio, in obedientia & deuotione sedis Apostolicæ conseruabit. Hæc omnia bona fide seruabo, sic me Deus adiuuet, & hæc sancta euangelia in præsenti, & in futuro, Amen,* Addunt gesta legatum cùm

Forma sacramenti Bulgarorum primate præfiti legato Pontificio.

b Lib. 9. ep. 188.

iter

Legato per Hungariam iter intercluſũ

ſter per Pannoniam haberet, a Rege ac principibus magnis honoribus exceptum; ſed cum ad regni limitem peruenisſet, Regem legato tra nſitum in Bulgariam prohibuiſſe: vrebat enim ipſum honoris Bulgaro, cum quo gerebat inimicitias, delati dolor: quam iniuriam legato illatam cùm accepiſſet Innocentius, Hungarum ardentioribus literis perſtrinxit a.

a Extant in regeſt. Inn. l. 7. ep. 126.

46 Ad molliendas autem iuſtiſſimas iras Innocentij, quas de legato apoſtolico itinere prohibito concitarat Hungarus, oratorem cum literis humanioribus, in quibus querelas certis capitibus diſtinctas cumularat, ad Pontificem miſit, ad quem Innocentius alias dedit, quibus iactatas refregit querelas. Subdunt acta.

47 *Ex illo autem verbo, quod in præmiſſis literis continetur, quale demique reputaret, ſi nos impedire vellemus, ne filius tuus carnalis coronari poſſit in Regem, Rex ipſe valde territus fuit, quia ci.n. feciſſet curiam congregari ſolemniter, vt filium ſuum parvulum in Regem faceret coronari. timuit vehementer, ne coronationem eius dominus Papa faceret impediri: vnde cùm prafatus Cardinalis ad curi.m illam nuncios deſtinaſſet, tunc demum obtinuerunt a Rege licentiam tranſeundi.* Quod ſpectat ad principem puerum, de quo paulo ante memoraumus, extant Innocentij literæ ad Strigonienſem archidiaconum hoc eodem anno VIII. kal. maias ſcriptæ b, quibus ei iniungit, vt cùm Rex puer in terræ ſanctæ ſubſidium profecturus eſſet, puerum ipſum, quod idem Rex petierat, corona redimiret, accepto ab eodem Rege patre vice pueri fidei ſacramento: id verò munus non archiepiſcopo, ad quem cæteroqui pertinebat, ſed archidiacono imp oſuit, cum ea tempeſtate ſedes Strigonienſis eſſet ſuo antiſtite viduata c: Cæterum in re Bulgarica morem geſſit pontificijs mandatis Andræas Hungariæ Rex, ac Leoni Cardinali legato, vt in Bulgariam ſe conferret permiſit; Bulgaros enim ab eo Romanæ eccleſiæ coniunctos ſolemni ritu teſtantur datæ a Baſilio patriarcha ad Innocentium literæ d, quarum pars præcipua hæc eſt.

Regis Hungariæ filiũ corona redimit eiq. fidem obligat.

b Inn. l. 7. ep. 57.

c Id. ib. ep. 15. habetur c. poſtulatio nem exer. de poſtulat. prælat. Leonis Card. in Bulgariã aduentus.

Multas inclinationes & multas ſanitates a me Baſilio humili Bulgarorum & Blacborum primate erga patrem vniverſorum, & dominum & patrem meum magnificentiſſimum & ſanctiſſimum Papam Innocentium, &c.

d Extat apud Inn. l. 7. ep. 131.

Notum ſit magnæ veſtræ ſanctitati, quoniam Leo Cardinalis ſanus & ſoſpes peruenit delegatus a veſtra ſanctitate & Apoſtolica ſede, & vſque ad magnam noſtram ciuitatem Trinoam tetendit quintodecimo die menſis octobris, & portauit vniverſam plenitudinem patriarchalis dignitatis, & paramenta omnia, quæ mihi a veſtra magna ſanctitate fuerunt delegata tradidit, ſimiliter & annulum & priuilegium, & ſcripta, & inſtitutiones & præcepta veſtræ ſanctitatis, vnxit me chriſmate mihi benedicens, & conſecrauit me in patriarcham menſe nouembris ſeptimo die, in feſtiuitate ſcilicet S. Apoſtoli Iacobi fratris Domini: & ego illa die duos vnxi metropolitanos & cæteros epiſcopos magno cum gaudio, & duobus de metropolitanis benedixit Cardinalis, & tradidit illis pallium atque mithras, & reliquis incaput eorum mithras impoſuit. Octauo verò die eiuſdem menſis in feſtiuitate videlicet S. Michaelis coronauit & benedixit Imperatori Caloioanni domino omnium Bulgarorum atque Blachorum, & ſuperpoſuit capiti ſuo regiam coronam & ſceptrum ſuis manibus impertiens, &c.] Subnexa eſt hiſce literis formula verborum, quibus patriarchæ pallium collatum eſt. At de his ſatis.

Bulgariæ patriarcha ab eo conſecratus.

Et Caloioannes coronatus.

Annal. Eccl.

48. &c. In Germania Othonis Imperatoris deſignati res, ſitente Innocentio, in dies efflorebant, cui, ne proſperitate inſolesceret, hæc monita propoſita ſunt. *Quanto te Deus amplius exaltarit, tanto magis in eius humilies te conſpectu, elationẽ cordis fugiens & extollentiam oculorum, non ſolummodo apud Deum, ſed etiam apud impios principes, & pauperes quoslibet, & minores: beneficia quoq; Apoſtolica ſedis aſſidua tecum meditatione recenſens, eam ſicut debes in capite venereris, & in membris honores.*

Othonis res proſperæ.

Quanto Princeps ſublimior tanto de-mitior ſit.

51. &c. Duo præcipui Germaniæ præſules ab Othone deſciuerant, Magdeburgenſis & Colonienſis archiepiſcopi, quos in controuerſia de imperio apoſtolicæ parere ſententiæ intentata dignitatis iactura Pontifex, indignam rem queſtus eos ab Eccleſia defectionem meditari: *Cum ij*, inquit a, *qui olim nullam vel modicam nobis & Apoſtolicæ ſedi reverentiam, et obedientiam exhibeant* Græci videlicet, Blachi, Bulgari, & Armenij *nunc ad obedientiam noſtram et devotionem Apoſtolicæ ſedis plenè per gratiam Dei reuertantur, vt ſit vnum ouile & vnus paſtor.*

a lib. ep. 112

55. 56 Cum porro Bohemus relicto iam Philippo Sueuo, Othoni, Apoſtolicæ ſedis imperio, reſtatur Innocentius b, adhæſiſſet, hoc anno Pontifex regio illum nomine ornauit, huiuſmodi dato diplomate c.

Bohemus a ſede Apoſtolica regium nomen obtinet.

b lib. ep. 55. c Innoc. l. 7 ep. 42 & Bul. to. 1. p. 18.

Innocentius, &c. Licet ante tum promotionis tempora multi fuerint in Boemia regio diademate inſigniti, nunquàm tamen pr uerunt a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus obtinere, vt Reges * eorum in ſuis literis nominarent. Nos quoque tum prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes, tum cònſiderantes ſolicitè, quod a nobili viro Philippo duce Sueuiæ te feceras coronari, qui cum coronatus legitimè non fuiſſet, nec te, nec alium poterat legitimè coronare, Regem te hactenus non duximus nominandum. Verum cum ad commonitionem Apoſtolicæ ſedis, & noſtram relicto duce Sueuiæ ad chariſſimum in Chriſto filium noſtrum illuſtrem Regem Othonem in Romanorum Imperatorem electum te conuerteris, vſus conſilio ſaniori, & ipſe habet te pro Rege, tam intuitu precum eius, quam tuæ deuotionis obtentu, Regem te de cætero reputare volumus, & vocare. Tu igitur taliter gratiam tibi factam agnoſcas, & ſic ingratitudinis vitium ſtudeas euitare, vt tua deuotio mereatur, quòd & gratia tibi detur ex gratia, & data gratis perpetuo conſeruetur, prouiſurus attentius, vt quantocyus poteris, ab eodem Rege Othone te facias ſolemniter coronari. *Datum Laterani* XIII. *kal. maij*. Cumque Otho nouo Regi confirmaſſet quæ olim Imperatores eius anteceſſoribus iura ac priuilegia conceſſerant, Innocentius eadem rata, firmaque iuſſit eſſe d: ſed a Germanicis rebus ad Gallicas tranſeamus.

* populus

* eos

d Ep. 58.

57. 58 Graſſabatur late in Narbonenſi prouincia hæreſis, quæ ex debilibus initijs, nocturniſque conuenticulis in apertum emerſerat, ſuoque veneno non Albigenſes modò, ſed etiam Toloſanos, Biterrenſes, Carcaſſonenſes, Narbonenſes, Prouinciales, & circumiacentia loca adeo infecerat, vt contemptu ſacerdotes, veneratione que ſummæ hæretici haberentur, ſacriſque concionibus, ac ſedis Apoſtolicæ legatorum opera contrudi, inuingique hoc anno cœpit. Dicta verò eſt Albigenſium hæreſis, quod Albijs maxime virus ſuum affluxerit: de qua Petrus Vallisſernen. Cisterciensis monachus hæc habet e.

De Albigẽſibus hæreticis.

e Pet. Val. ſarnen. hiſt. Albigen. Blaſphemia in Deum.

59 *Primò ſciendum quod hæretici duos conſtitue-*

*bant creatores, inuisibilium scilicet, quem vocabant benignum Deum, & visibilium, quem malignum Deum nuncupabant. Nouum testamentum benigno Deo, vetus verò maligno attribuebant, & illud omnino repudiabant, præter quasdam auctoritates, quæ de veteri testamento nouo sunt inserta, quas ob noui reverentiam testamenti recipere dignum æstimabant. Auctorem veteris testamenti mendacem asserebant, quia protoplastes dixit: Quacunque die comederitis de ligno scientiæ boni, & mali, morte moriemini; nec (sicut dicebant) post comestionem mortui sunt, cum tamen revera post gustum pomi vetiti mortis miseria fuerunt subiecti. Homicidam quoque ipsum nominabant, tum quia Sodomitas & Gomorrhæos incinerauit, & aquis diluuij mundum delevit, tum quia Pharaonem, et Aegyptios mari obruit. Omnes veteris testamenti patres damnatos affirmabant. Ioannem Baptistam vnum esse de maioribus dæmonibus asserebant. Dicebant etiam in secreto suo, quod Christus ille, qui natus est in Bethlehem terrestri, et visibili, et in Ierusalem crucifixus, malus fuit, et quod Maria Magdalena fuit eius concubina, et ipsa fuit mulier in adulterio deprehensa, de qua legitur in Euangelio. Bonus enim Christus (sicut dicebant) nunquam comedit vel bibit, nec veram carnem assumpsit, nec vnquam fuit in hoc mundo, nisi spiritualiter in corpore Pauli. Ideo autem diximus in Bethlehem terrestri et visibili, quia hæretici fingebant esse aliam terram nouam, et inuisibilem, et in illa terra secundum quosdam bonus Christus fuit natus, et crucifixus. Item dicebant hæretici bonum Deum duas habuisse vxores, Collam, et Colabam, et ex ipsis filios et filias procreasse. Erant alij hæretici, qui dicebant, quod vnus est creator, sed habuit filios Christum et diabolum. Dicebant et isti omnes creaturas bonas fuisse, sed per filios, de quibus legitur in * apocalipsi, omnia fuisse corrupta, etc.* Qui adeo horrenda in cœleste Numen euomere, atque insana confingere, erant ausi, mirum non est, si in Ecclesiam pari furore fuerint debacchati. Addit enim idem Petrus Vallisernensis.

* genes

Blasphemiæ cordi in Rom. Eccl.

60 *Fere totam Romanam ecclesiam spelunçam latronum esse dicebant, et quia ipsa erat meretrix illa de qua legitur in apocalypsi, sacramenta Ecclesiæ vsque adeo annullabant, vt sacri baptismatis vndam ab aqua fluuiali non distare, sacrosancti corporis Christi hostiam a pane laico non differre publice dogmatizarent. Simplicium auribus hanc instillantes blasphemiam, quod Christi corpus, etsi magnitudinem Alpium in se contineret, tamdudum consumptum a comedentibus, et annihilatum fuisset: confirmationem, confessionem frivolas esse, et inanes omnino reputabant; sacrum matrimonium meretricium esse, nec aliquem in ipso saluari posse prædicabant, filios et filias generando. Resurrectionem quoque carnis diffitentes, quasdam adinuentiones confingebant inauditas, dicentes animas nostras esse spiritus illos Angelicos, qui per superbiæ apostasiam præcipitati de cælo corpora sua glorificata in aere reliquerunt, et ipsas animas post successionem qualitumcunque corporum septem, et terrarcorum inhabitationem, quasi tunc demum pœnitentia peracta ad illa relicta corpora remeare.*

Et in fine dies.

Qui perfecti apud eos.

61 *Sciendum autem, quod quidam inter hæreticos dicebantur perfecti, siue boni homines, alij credentes hæreticorum: qui dicebantur perfecti, nigrum habitum præferebant, castitatem se tenere mentiebantur, esum carnium, ouorum, casei omnino detestabantur, non mentientes videri volebant, cum ipsi maxime de Deo quasi continue mentirentur; dicebant etiam quod nulla vnquam ratione debeant iurare. Credentes autem hæreticorum dicebantur illi, qui seculariter vi-*

Qui credentes & scelerata eorū vita.

uentes, licet ad viam perfectorum imitandam non pertingerent, in fide tamen illorum se saluari sperabant; diuisi siquidem erant in pœnendi modo, sed in fide et infidelitate vnii erant. Qui dicebantur credentes hæreticorum, deuiti erant vsuris, rapinis, homicidijs, et carnis illecebris, periurijs et pertinacitatibus vniuersis. Isti siquidem ideo securius et effrenatius peccabant, quia credebant sine restitutione ablatorum, sine confessione et pœnitentia se esse saluandos, dummodo in supremo mortis articulo Pater noster dicere, et manuum impositionem recipere a magistris suis potuissent,

62 Affert auctor facetas duas narrationes, quibus hæreticorum ineptiæ ac deliria deteguntur. Discesserat e vita hæreticus, cui, dum extremis viribus cum morte luctaretur, vocatus magister manum quidem impoluerat, sed æger antequam dominicam orationem pronunciaret, spiritum efflarat: hinc maxima contentione discutere atque æstuare hæretici cœperunt, an damnatus, an exceptus cælo esset, cum vterque ritus deliberari videretur: ad soluendum dubium præmobilem equitem consuluere, qui re audita fluctuans animo, graui demum supercilio edixit, saluandum quidem illum esse; reliquos omnes, quibus ritus vterque impertitus non fuisset, æternis pœnis addicendos. Nec minus ridicula altera est. Emungebant hæreticorum magistri plures pecunias a discipulis, ac legata corradebant a morituris, quibus certissimam salutem pollicebantur. Accidit vt prædives magnas ijs opes relinqueret, quas cum defuncti heres dare nollet, rogauit an ille saluus esset? tum ij magna religione affirmabant receptum cælo, nefasque de ea re ambigere: quibus alter facete subiecit; *abunde est, pecunijs opus non est, vt in cælum admittatur, non enim ita vos improbos puto, vt iam felicitatem adeptum cælo detrahere ac depellere velletis.* Addit auctor.

Inepta hæretici responsa.

63 *Non credimus autem silendum, quod et quidam hæretici dicebant, quod nullus poterat peccare ab vmbilico et inferius. Imagines quæ sunt in ecclesijs dicebant idololatriam, campanas earum tubas dæmonum affirmabant. Item dicebant, quod non peccabat quis grauius dormiendo cum matre, vel sorore sua, quam cum qualibet alia. Illud et inter supersticiosas fatuitates dicebant, quod si quis de perfectis peccaret mortaliter, comedendo videlicet modicissimum carnium, vel casei, seu oui, vel alicuius rei sibi inhibita, omnes consolati ab illo amittebant Spiritum sanctum, et oportebat eum iterum reconsolari: et etiam soluati pro peccato consolatoris cauebant de cætero etc.*

Ferda hæreticorum impudicitia.

64 Pergit de Vvaldensium hæresi disserere, qui sub specie religionis omnem religionem & pietatem euertebant, adeo vt suos baptismo ac sacramentis Ecclesiæ abrenunciare cogerent, tamque de mente deiecti erant, vt interendis fandalijs maximâ collocarent sanctitatem, vt ob id, non susceptis etiam ordinibus, Christi corpus se conficere posse gloriarentur: Erant *præterea*, inquit, *alij hæretici, qui Vvaldenses dicebantur, a quodam Vvaldio nomine Lugdunensi. Hi quidem mali erant, sed comparatione aliorum hæreticorum longe minus pernicesi: in multis enim nobiscum conuenichant, in aliquibus dissentiebant: vt autem plurima de infidelitatibus eorum omittamus: in quatuor præcipue consistebat error eorum, in portandis sotulis sandalijs more Apostolorum, et in eo quod dicebant nulla ratione iurandum vel occidendum. In hoc insuper quod asserebant, quemlibet eorum in necessitate, dummodo haberet sandalia, absque ordinibus ab episcopo acceptis posse*

Vvaldenſium hæreſis.

consi-

conficere corpus Christi. Hæc nos de festis hæreticorum breuiter exercpsisse sufficiat. Recenset alios Vvaldensium errores Guido a Elnensis episcopus in suo de hæreticis commentario: in primis ait eos obsequium Pontifici ac præsulibus negasse; secundo iuramentum omne illicitum effutijsse; tertio asseruisse iudicia sine peccato exerceri non posse; quarto decreta patrum contemptisse; quinto absoluendi ius in laicos transtulisse; sexto indulgentias deriisse; septimo negasse sacerdotem peccato lethali deiectum consecrare posse; octauo contendisse laicum iustum consecrare posse; nono semel tantum in anno sacrum fecisse, & consecrandi ritum immutasse; decimo negasse purgatorium ignem; vndecimo, duodecimo ac decimotertio mentitos impudenter non seruari a Romana ecclesia euangelicã veritatem, neque cõsilia euangelica; decimoquarto iactasse se vt Apostolorũ successores; decimoquinto negasse miracula, quæ fiunt in ecclesia; decimosexto suffragia sanctorum, vt vana spreuisse; decimoseptimo eorumdem festa derisisse; decimooctauo promiscuos concubitus, eum vrit caro, licitos animasse; decimonono laborem manuum contrarium perfectioni finxisse; vigesimo cultum B. Virginis & salutationem angelicam temptisse; vigesimo primo symbolum fidei ab Apostolis traditum contemptisse; vigesimo secundo ecclesiæ ieunia damnasse; vigesimo tertio negasse sacerdotes peccati reos posse a peccatis absoluere; vigesimo quarto finxisse paruulos sine baptismo saluari, vigesimo quinto negasse sacramentum confirmationis; vigesimo sexto negasse verum corpus, & verum sanguinem Christi in Eucharistia; ac demum sacramentum extremæ vnctionis flocci fecisse. Ex his videas Vvicleffum, Ioannem Hus, Lutherum, Zuinglium, Balthasarem Pacimontanum, Calvinum, & alios nouatores non arcana noua inuenisse, sed perditissimorum hominum deliramenta instaurasse. Quem scelerato porro ritu nefandissimi illi hypocritæ, qui se bonos homines per antiphrasim vocabant, in quorum meritis plebs stulta spem salutis collocabat, initiarentur, describit dictus Petrus Vallisarnensis: *Quando aliquis, inquit, se tradit hæreticis ille dicit, qui recipit eum: Amica si vis esse de nostris, oportet vt renuncies toti fidei, quam tenet Romana ecclesia. respondet: Abrenuncio. Ergo accipe Spiritum sanctum a bonis hominibus; et tunc spirat et septies in ore. Item dicit illi: Abrenuncias cruci illi, quam tibi fecit sacerdos in baptismo, in pectore, et in scapulis, et in capite de oleo et chrismate? Respondet: Abrenuncio. Credis quod aqua illa operetur tibi salutem? respondit: Non credo. Abrenuncias velo illi, quod tibi baptizato sacerdos posuit in capite? respondet: Abrenuncio. Ita accipit ille baptismum hæreticorum, et abnegat baptismum Ecclesiæ. Tunc ponunt omnes manus super caput eius et osculantur eum, et induunt eum veste nigra, et ex illa hora est quasi vnus ex ipsis, etc.* Grassabantur etiam Ruptarij, alias Rotarij dicti, qui non tam hæresi infames, quam sceleribus omnibus contaminatissimi, id nomen ab infestandis obsidendisque vijs ac expilandis viatoribus traxerant: crebra de ipsis tanquam sicarijs crudelissimis apud Vallisernensem mentio, ac plura ab ijs funestis illis temporibus tã apud Innocentij acta, quam alios auctores crimina perpetrata leguntur. Horrebant eiusmodi pestibus infelices eæ regiones, quibus elidendis legati operam nauare cœperunt: quibus etiam diuina clementia egregium athletam auxiliarem, nempe S. Dominicum submisit hoc anno, vt Petrus episcopus [b] Lodeuensis rem consignat in chronico; additque illum Tolosæ hospitem suum prima nocte, qua Tolosa exceptus est, ad fidem conuertisse, iunxisseque socium Diaci episcopi Oxomensis, qui in septentrionales oras ad fidem gentibus prædicandam profisiscebatur; sed diuina prouidentia aliter de ijs statuerat, vt Albigensem hæresim profligarent.

65 Aberat ab horum virtute Narbonensis archiepiscopus, qui cum admonitus a Petro de Castro nouo postea martyre, ac Rodulpho Narbonensis Fõtis frigidi monachis sedis Apostolicæ legatis hæreticos e Narbonensi prouincia ejicere neglexisset, Pontifex in se sacrorum vim illum interdici iussit, nec modo Philippum Regem per legatos, sed per literas quoque aduersus hæreticos impulit [a].

60 Decreta fuerat in Gallias alia legatio: cum enim inter Philippum Francorum ac Ioannem Angliæ Reges grauia, de quibus supra, dissidia essent nata, Innocentius abbati Calemarij, illis in partibus pro Apostolica sede legatione fungenti præcepit [b], vt paceni inter illos, vel inducias facere interetur. Cæterum quod ille perfecerit, ostendit Innocentij vitæ scriptor.

67. 68 *Cum*, inquit, *ad hoc per annum integrum laborasset, de Francia in Angliam, & de Anglia in Franciam discurrendo, videns tandem se non posse proficere, conuocauit archiepiscoporum, & episcoporum, & abbatum concilium apud ciuitatem Meldensem, in quo * præsens Rex Francia per eosdem archiepiscopos & abbates fecit ab eo ad sedem Apostolicam appellari: quorum appellationis noluit ipse referre, nisi iurasset, quod in termino, quem illis præfigeret, appellationem ipsam in propria prosequerentur personis. Sed summus Pontifex ab huiusmodi iuramento illos absoluit, indulgens eis de speciali gratia, vt aliquot ex parte omnia ad prosequendam appellationẽ venirent. Venerunt igitur in termino constituto Senonẽsis, et Bituricensis archiepisc. Parisiensis Meldẽsis Catalaunensis & Nouiomensis episcopi, & multi honorabiles clerici procuratores omnium aliorum, quibus diutius expectantibus, prænominatus Rex Anglia pro se neminem destinauit, negligens prosequi causam suam, ex qua negligentia quantum ei damnum prouenerit satis patet; cum in breui tempore totam Normandiam, & andeganiam, & Aquitaniam perdiderit pene totam. Præsidi vero archiepiscopi, et episcopi post expectationem diutinam in publico consistorio sub verbo veritatis tanquam pontifices sunt professi, quod ipsi non appellauerant ad mandatum Apostolicum eludendum, sed quia sua interesse credebant, maxime cum crederent in hac parte suum Regem iustam causam habere; sed si nec istud sufficeret, et in aliquo essent domino Papæ suspecti, purgationem canonicam offerebant, quam eis dominus Papa remisit.*

Intentarat porro, vt antea dictum est, Ioannes Angliæ Rex litem Philippo Francorum Regi apud sedem Apostolicam, quod Gallum Regem iniquo bello ditionem suam inuasisse quereretur, vocatusque in ius Philippus Rex Pontifici iterum respondit non esse pontificij iuris de lata in beneficiarium cognoscere, cui hæc Innocentius rescripsit: *Non intendimus iudicare de feudo cuius ad ipsum spectat iudicium nisi forte iuri eorum per speciale priuilegium vel contrariam consuetudinem aliquid sit detractum, sed decernere de peccato, cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura, quam in quemlibet exercere possumus et debemus. Non igitur iniuriosum sibi debet regia sublimitas reputare si super hoc apostolico iudicio se sistat, cum Valentinianus inclytus Imperator*

S. Dominici Tolosanos ciues conuertere incipit.

Ioanni Anglia Regi Normannia, Andegauia & Aquitania ereptæ.

Exceptio Regis Gallorum.

Responsũ Innocentij

a Guid. Elnen. episc. de hær. Alij Vvaldensium errores.

Horum deliramenta secuti nouatores recentiores.

Diabolico ritu damnata ab his fides catholica.

Anabaptismus inductus a Vvaldensibus.

b Petr. episc. Lodeuen. in chron. c. 1. apud Andr. Duchesne tom. 5.

suffraganeis Mediolanensis dixisse legatur: Talem in pontificali sede cõstituere procurate, cui & nos, qui gubernamus imperium, flectere nostra capita sulmittamus & eius monita dum tanquam hominis deliquerimus suscipiamus necessario velut medicamenta curantis, vt illud humiliter omittamus quod Theodosius statuit Imperator & Carolus imposuit, de cuius genere Rex ipse noscitur descendisse; quicunque videlicet litem habuit, siue pastor fuerit siue in initio litis, vel decursis ipsorum curriculis siue cum negotium perorabatur, siue cum iam caperit premi sententia, si iudicium elegeris sacrosanctæ sedis antistitis, illico sine aliqua dubitatione, etiamsi pars alia refragare vit, ad episcoporum iudicium cum sermone litigantium dirigatur; cum non humane constitutioni, sed diuine potius legi inuitamur, quia nostra potestas non est ex homine, sed ex Deo. Obsurduit ad hæc victor ingentemque Ioannes iacturam ditionis suæ passus est, vt tradunt auctores; verum quid raptarum provinciarum nuncio accepto soccors & effœminatus Ioannes egerit, subdit Parisius: *Commeatu*, inquit a, *cum Regina sua vinebat deinys, cum qua simul se credidit omnia possidere.*

a Ioc. Metger. in Ioan.

69 Illatas vero tibi a Francorum Rege clades meritò accepit, iusta dominicum illud b: *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*; qui enim Dublinensem archiepiscopum iniquè bonis spoliatum e regno eiecerat, cismarina sua ditione exutus est. Atque hactenus de Britanniæ rebus, iam ad Hispanas digrediamur.

b Id ib. ep. 150. Iubetur etiam ea ex parte eat de obseruantia.

70 Post enarratas Regis Legionensis cum Castellæ Regis filia incestas nuptas, ob quas finitimi communione eiecti fuerant, de ipsis protinus dum resipiscentibus, ac solutis anathemate hac breuiter adijcitur Innocentij gesta; *Licet autem aliquanto tempore in sua contumacia perdurassent, demum tamen redeuntes ad cor, incestuosam copulam dissoluerunt, & cum fuissent ab inuicem separati, prestito secundum formam Ecclesiæ iuramento meruerunt absolui.*

c Lib 7. ep. 129.

Legionis rex dissolutis nuptijs incestis reconciliatus Ecclesiæ.

71 De Aragonicis rebus hæc scribit Surita d veteres Aragonum Reges solemni olim pompa regiam coronam non contigisse, sed cum iuberent, aut viginti annorum ætatem attingerent, equites creari solitos, ac tum iuvenes regni habenis, regium nomen gessisse: Petrum vero Regem, cum reputasset animo suæ sortis dignitatis, si Regum cæterorum more vigeretur, quo maiori pompa nouæ rei initium daret, Romam profectum ab Innocentio regijs insignibus decoratum. Sed pietate potius, ac religione ductum, quam inani ambitione constat, cum insigni animi demissione regnum sedi Apostolicæ stipendarium esse iusserit, regiæque ornamenta dignitatis S. Petro in eius ara consecrarit. Tantæ nos rei historiam, quo rutius veritatem assequamur, ex pontificio regesto decerpemus.

Aragonii accessus ad Innocentium.

d Surita ſa an. ſ.

Anno septimo pontificatus domini Innocentij Tertij Papæ mense nouembris II. *Petrus Rex Aragonum ad Apostolicam sedem accessit, vt ab eodem domino Papa militare cingulum, & regium acciperet diadema: venit autem per mare cum quinque galeis, & applicuit apud insulam inter Portum, & Hostiam, adducens secum Arelatensem Archiepiscopum.* Recensentur præsules, & proceres, qui eum sunt comitati, inter quos fuit Sancius ipsius patruus. *Missis autem ad illum equitaturis, & somarijs penè ducentis, fecit eum apud sanctum Petrum ad præsentiam suam idem dominus Papa venire, mittens in occursum ipsius quosdam Cardinales, senatorem Vrbis, & alios multos nobiles, & magnates, fecitque illum apud sanctum Petrum in domo canonicorum honorabiliter hospitari. Tertio verò die in festo videlicet sancti Martini prefatus dominus Papa cum episcopis, presbyteris, & diaconibus Cardinalibus, primicerio, & cantoribus, senatore, iustitiarijs, iudicibus, aduocatis, * & scriuanis, multisque nobilibus, ac populo copioso ad monasterium sancti Pancratij martyris prope transtyberim est profectus, ibique prefatum Regem per manum Petri Portuensis episcopi fecit vngi, quem postmodum ipse manu propria coronauit, largiens ei regalia insignia videlicet ensem, mantum videlicet & colobium, sceptrum & pomum, coronam & vexillum, corporale ab eo recipiens iuramentum, cuius tenor est talis.*

* scriniarijs

Inungitur a Portuens. epiſc.

72 *Ego Petrus Rex Aragonum profiteor, & polliceor, quod semper ero fidelis, & obediens domino meo Papæ Innocentio, eius catholicis successoribus, & ecclesiæ Romanæ, regnumque meum in ipsius obedientia fideliter conseruabo, defendens fidem catholicam, & persequens hæreticam prauitatem. Libertatem & immunitatem ecclesiarum custodiam, & earum iura defendam. In omni terra mea potestati subiectis iustitiam, & pacem seruare studebo. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Euangelia. Deinde prefatus Rex cum multo laudis præconio, & fauoris applausu coronatus redijt iuxta dominum Papam ad basilicam sancti Petri, super cuius altare sceptrum, & diadema deposuit, & de manu eiusdem domini Papæ militarem ensem accepit, regnumque suum beato Petro Apostolorum principi obtulit, illudque sibi constituit censuale per priuilegij paginam, quam eidem domino Papæ tradidit super ipsum altare, cuius tenor est talis:*

Aragonij sacramentum.

73 *Cum corde credam, & ore confitear, quod Romanus Pontifex, qui est beati Petri successor, vicarius sit illius, perquem Reges regnant, & principes principantur, qui dominatur in regno hominum, & cui voluerit, dabit illud. Ego Petrus Dei gratia Rex Aragonum, comes Barcinonis, & dominus montis Pessulani cupiens principali post Deum beati Petri, & Apostolicæ sedis protectione muniri, tibi venerendissime pater, & domine summe Pontifex Innocenti, & per te sacrosanctæ Romanæ Apostolicæ sedi offero regnum meum, illudque tibi & successoribus tuis in perpetuum diuini amoris intuitu, & pro remedio animæ meæ, & progenitorum meorum constituo censuale, vt annuatim de camera Regis ducenta quinquaginta massæ * mutina Apostolicæ sedi reddantur: & ego, ac successores mei specialiter ei fideles, & obnoxij teneamur. Hoc autem lege perpetua seruandum fore decerno, quia spero firmiter, et confido, quod tu & successores tui me et successores meos, & regnum prædictum auctoritate Apostolica defendetis, præsertim cum ex multo deuotionis affectu me ad sedem Apostolicam accedentem tuis quasi beati Petri manibus in Regem duxeritis solemniter coronandum. Vt autem regalis concessio inuiolabilem obtineat firmitatem, de consilio procerum curiæ meæ præsenti venerabili patruo meo.. Arelatensi archiepiscopo, & Sancio patruo meo, & Vgone de Baucio, & Arnaldo de Fotian. baronibus meis sigilli mei feci munimine roborari. Actum Romæ apud sanctum Petrum anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo quarto, * IV. idus nouembris anno regni mei octauo. His omnibus rite peractis fecit eum dominus Papa per Vrbem ad ecclesiam sancti Pauli deduci, vbi galeas inueniens præparatas intrauit, & Apostolica benedictione munitus ad propria meruit cum prosperitate redire.*

Fiduciarijs se Rom. ecclesiæ constituit.

* mutina

* 111.

De

74. De Petro Romam adueniente, atque ab Innocentio Papa corona redimito meminit Rodericus Toletanus a, deque his, ac de Aragonia ab ipso Petro vectigali Pontificibus facta Surita b, ac Ioannes Mariana c, aliique agunt. Nunc ad Siculos motus conuertenda est narratio.

a Rod. Tol. de reb. Hisp. l. 6. c. 4.
b Surit. l. 2. c. 51.
c Io. Mar. l. 11. c. 21. an. 1204.

Fridlegati custodiæ traditus,

Addunt gesta de Diupaldo: *Diupaldus autem Panormum accedens apud Guillelmum Capparonem vsque adeo laborauit, quod regem reddidit in manibus legati, & cancellarij, securitate ab illis accepta, promittens quod & palatium eis redderet, vt de cætero Rex & regnum pacem haberent; eumque de palatio Regem adducens perduxisset in ciuitatem cancellarium, & legatum, facto communio epulabatur cum illis. Interea rumor insonuit, quod operaretur in fraudem, vt eum illas reduceret in palatium, paratis insidijs caperet vniuersos, quod a multis creditur falso fuisse confictum, vt hoc occasione caperetur ab illis, & sic captus est, & detentus, sed minus prudenter custoditus, per fugam euasit, redijtque Siciliam filio in captiuitate dimisso.* Hactenus gesta.

d Lib. 7. ep. 124.

75. &c. De Gerardo verò Caroimale legato agit Innocentius in epistola hoc anno IV. nonas octobris ad Fridericum Siciliæ Regem data d, vbi se Gerardum S. Adriani diaconum Caroimalem nuper destinasse ait, quem de omnibus consulat, de quibus Apostolicam sedem rogauerat.

Sardiniæ Ecclesiæ Rom. obnoxia.

76. Hoc eodem anno Innocentius iura ecclesiæ Romanæ defensurus ad Pisanum archiepiscopum scriptis literis præcepit, ne Calaritanum marchionem sedi Apostolicæ sacramento fidei se astringere prohiberet: *Quod insula*, inquit e, *Sardinia iuris ac proprietatis Apostolicæ existat, et iudices eius ecclesiæ Romanæ iuramentum fidelitatis debeant, et solennia exhibere, tua fraternitas non ignorat.*

e Inn. l. 7. ep. 109.

Ecclesiastici increpiti ob aditum seculare tribunal.

80. &c. At quoniam in eadem insula exemptarum ecclesiarum præsules ecclesiastico contempto toro coram laicis magistratibus inter scio iudicio contendebant, Innocentius Papa in eos commotus hæc inter alia ipsis exprobrauit f: *Quia verò in præiudicium ecclesiasticæ libertatis insolentia hæc redundat, vniuersitati vestræ per apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quòd cum inter vos aliquid habueritis quæstionis, ad seculare forum contra sanctiones canonicas vos inuicem non trahatis, nec coram terræ iudicibus, vel officialibus eorundem, præsertim super causis ecclesiasticis contendatis, sed per nos vel legatum nostrum, cum in Sardinia fuerit, aut arbitros electos a partibus vestram prosequamini admissus personas ecclesiasticas rationem. Alioquin quia priuilegium meretur amittere qui permissa sibi abutitur potestate, quoniam vti libertate nescitis, redigemus vos in perpetuam seruitutem.* Hæc ecclesiasticæ immunitatis custos, qui præterea eiusdem argumenti ad Turritanum iudicem literas dedit g, in eumque pariter inuectus est, clericos apud laicos cautas dicere, iudiciaque subire coëgisse: *Vt magnis nimia comparemus. Si deliquerit*, inquit h, *seruus tuus & merito super commisso crimine fuerit infamatus, nunquid iurisdictio tua deuoluetur ad alium, vt qui subditus tuus fuerat ante culpam in seruitutem alterius transeat propter delictum, ac excessum eius non valeas vindicare nec animaduertere in eundem quantumcumque te grauiter offendat?* Imperauit etiam eidem principi ne candentis ferri & aquæ frigidæ iudicia, vt lege canonica vetita admitteret, tanquam reprobum probationis genus, nec sacerdotes ijs interesse compelleret.

f Ep. 111.

Candentis ferri, & aquæ frigidæ iudicia damnata.

g Lib. 7. ep. 113.

h Inn. l. 7. ep. 113.

Cur laici ecclesiasticos iudicare non debeant.

IESV CHRISTI

Annus 1205. Indict. 8.

INNOCENTII PP. III. annus 8. VACAT IMP. OCCID. HENRICI IMP. 1.

1 Confusi sunt luctu Gallorum triumphi, ac defixa in Gracia trophea magna ex parte euersa exso ad Adrianopolim a Bulgaris ipsorum exercitu, & Balduino Imp. capto, ac postmodum sublato: & fortè ea scelerum nulla vltio extitit, quæ in Constantinopoleos expugnatores elatus, & furens victoria miles perpetrarat. Sed antequam lugubrem casum referamus, præmittenda ea videntur, quæ ad Constantinopolitani imperij res componendas; ac sceptrum fragile confirmandum peregerit Innocentius. Sancita certis legibus fuerant Gallos inter & Venetos fœdera, quæ vt maiori religione seruarentur, Balduinus ab Innocentio flagitauit, & vt ea apostolica auctoritate communiret.

Pactorum inter Venetos & Francos confirmatio a Pontifice petita.

a Lib. 7. ep. 101.

2. 3. Misit etiam suos oratores Henricus Dandulus Venetorum dux ad Innocentium, vt initio fœderi apostolicam auctoritatem adijceret, exaratisque literis facti sui in excisa Iauera, atque expugnata Constantinopoli rationem reddidit; eam nimirum vrbem longa rebellione suis imperijs post violata fidei sacramenta se subduxisse, ob quam meritas in eam iras effudisset, nec se, vt terebat rumor, credidisse, ipsius clementiæ commissam, vel inducere in animum potuisse, sedem Apostolicam in fidem suam eos arripere, qui se cruce insignant, vt eam gestent, non vt iter conficiant; deinde fecisse in Constantinopolim impetus suos, prætita prius cautione ab Alexio de adducenda in Pontificis obsequium Græcia: demum ijs fidem frangentibus, ac proditione extinctis, nouisque tyrannis exorientibus, qui Latinos lacessiuerant, feliciter de ijs triumphatum; tum demisse flagitat, vt oratorum petitis morem gerat.

4. Quænam vero extiterint pacta contracta in actis Innocentij traditur, nimirum, vt sex ex vtraque parte electores ad creandum Imperatorem constituerentur, qui si in æquas partes distraherentur, sortis alea iaceretur, qua ratione dirimenda inter eos præda, cæteraque componenda essent. De partitione vero imperij hæc adiecta pactio: *Debet iste Imperator habere vniuersum quartam partem acquisiti imperij, et palatium Blacherne et Buccam leonis: reliqua vero partes per medietatem inter vos et nos diuidantur.* Quibus hæc addit Guntherus b: *Prouinciæ eiusdem regni in tres partes diuisæ sunt, vnam quæ ad fiscum Regis specialem pertineret, alteram, quam Veneti possiderent, tertiam quæ data est marchioni, Thessalonica videlicet et fines eius amplissimi.* Flandrenses vero annales referunt c, Balduinum Augustum, Bonifacium Moferratensem Creta Venetis permissa Thessaliæ Regem creasse. Laceratum porro ita imperium diu stare non potuit. At quemddo Bonifacius cum Balduino, a quo, vt Nicetas d ait, sese subduxerat, in gratiam redierit, atque ab omnibus exceptus Thessalonicam ingressus ac potentissimas vrbes facili negotio in suam redegerit potestatem, idem auctor enarrat, qui tamen, vtpote Latinorum odio flagrans, ipsum in inuidiam confictis criminibus adducit.

b Gunth. hist. Const. apud Cam. antiq. lect. to. 3. Quomodo inter Victores Imperium Orient. diuisum.

c Iac. Mey. annal. Fland. an. 1204.

d Nicetas, Annal. l. 3.

6 Adiectum etiam, vt clerici eius partis, ex qua non esset electus Imperator, patriarcham crearent, census ecclesiastici inter sacerdotes & milites diui-

diuiderentur, omnes autem tum Galli tum Itali vnius anni fluxu ad tuendum Imperatorem arma gererent: vt fiduciarij agri ad heredes transmitti possent, nec dux Venetus ob partem imperij receptam vllum militare vel stummarium stipendium pendere Imperatori teneretur.

7 Subdunt gesta Pontificem ijs acceptis ancipiti animo, vt in re grauissima fluctuantem ad deliberandum non modo Cardinales, verum alios prudentia spectantissimos viros coegisse; neque ipsa vtramque in partem examine librata ad marchionem Montisferrati, qui sedem Apostolicam ea de re consuluerat, graues hasce literas misit a.

Innocentius, &c. Vos nullam in Græcos iurisdictionem, aut potestatem habentes, a puritate voti vestri temere declinasse videmini, dum non contra Saracenos, sed contra Christianos arma mouistis, non intendentes ad recuperandum Ierusalem, sed Constantinopolim occupandum, terrenas opes cœlestibus diuitijs præferendo. Illud quoque longe grauius reputatur, quod quidam nec religioni, nec ætati, nec sexui pepercerunt, sed fornicationes, adulteria, &c. incestus in oculis omnium exercentes, non solum maritatas & viduas, sed etiam matronas, virgines, Deoque dicatas exposuerunt spurcitijs gartionum. Nec imperiales sufficit diuitias exhaurire, ac deripere spolia maiorum pariter & minorum, nisi ad ecclesiarum thesauros, & quod grauius est, ad ipsarum possessiones extenderitis manus vestras, tabulas argenteas de altaribus rapientes, & violatis sacrarijs, cruces, icones, & reliquas asportantes, vt Græcorum ecclesia quantumcunque persecutionibus affligatur, ad obedientiam Apostolicæ sedis redire contemnat, quæ in Latinis non nisi perditionis exempla, & opera tenebrarum aspexit, vt iam merito illos abhorreat plusquam canes. Tu vero contra iurisdictionem & potestatem indebitam, vel potius vsurpatam Apostolicæ sedis legati consilium allegasti, tanquam ex eo vobis licuerit cum præfato adolescente [nimirum Alexio,] ad restituendum sibi Constantinopolitanum Imperium proficisci, quamuis & id potueritis allegare, quod cum vos victualium defectus vrgeret, sine quibus non poteratis votum crucis implere, licuerit vobis propter causam adeo necessariam operas vestras illi locare, qui iustam causam prosequi videbatur, præsertim cum per hoc intenderitis finaliter ad terræ sanctæ succursum, & Apostolicæ sedis augmentum: cumque pollicitam vobis, & debitam neganerint illi mercedem, iuramentis & pactis penitus violatis, quin etiam armis, igne, dolo & tossico vos sæpius attentauerint, tanquam in arcto positi tracti fuistis, vt contra schismaticos, & periuros debita vobis iniuste negantes exercere tis debitam vltionem. Diuinum enim videtur fuisse iudicium, vt qui tamdiu misericorditer tolerati, & toties non solum ab alijs, sed etiam a nobis studiose commoniti, noluerunt redire ad Ecclesiæ vniuersitatem, nec vllum terræ sanctæ subsidium impertiri, per eos, qui ad vtrumque pariter intendebant, amitterent locum & gentem, quatenus perditis male malis, terra bona bonis agricolis locaretur, qui fructum reddant tempore opportuno.

8 Quia vero iudicia Dei nonnunquam adeo sunt occulta, vt a propheta dicantur abyssus multa, ita vt & Apostolus exclamare cogatur: *O altitudo diuitiarum sapientiæ, et scientia Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles viæ eius! quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* nos de tam profundo iudicio nolentes temere iudicare, præsertim antequam de veritate negotij plenius instruamur, cum & illi potuerint iuste puniri propter peccatum, quod commiserunt in Deum, & vos nihilominus iniuste punire propter odium, quod exercebatis in proximos, si tamen proximi sint dicendi, qui proximare contemnunt, cum & propter iustam illorum pœnam forsan iustam Deus dederit vobis mercedem, iuxta quod dixisse legitur in Propheta: *Quia seruisti mihi in Tyro, dabo tibi Ægyptum*; vnde Assur virgam sui furoris appellat; illud omissis dubijs tibi præ cæteris duximus respondendum, in vno pariter & eodem tam terræ sanctæ, quam Apostolicæ sedi, nec non animæ tuæ salubriter consulentes, vt sub timore Domini, & spe veniæ terram diuino iudicio acquisitam teneas, & defendas, & tenendam, ac defendendam acquiras, populos tibi in iustitia regens, sub pace conseruans, & religioni conformans; ita vt ecclesiastica bona restituas secundum propriam facultatem, pœnitens & satisfaciens de commissis, &c.]

9 Quod ad crucesignatorum pactiones attinet; duas ex ijs irritas esse iussit Innocentius a, alteram qua statutum vt ecclesiarum possessiones, reseruata clericis portione, qua honorifice vitam sustinerent, Francos inter ac Venetos diuiderentur; alteram qua decretum vt ad eam partem, e qua delectus non foret Imperator, electio patriarchæ spectaret: *Cum ad honorem*, inquit, *ecclesiæ Romanæ huiusmodi sunt inita pertinere, et fere in singulis hoc expressum, vt ad honorem eius omnia proueniant, nec debuimus, nec potuimus confirmare, quod contra iuramentum ab vtraque parte communiter præstitum honori sedis Apostolicæ derogaret.* Flagitanti præterea Dandulo duci, vt obtentis grauiora incommoda nuncupato expeditionis Ierosolymitanæ voto solueretur, his officiosis verbis suscepta religione ipsum liberandum negauit Innocentius: *Attendentes, quod tua circumspectio probitatis, subtilitas vinacis ingenij, et consilij maturitas senioris exercitui Christiano multum sit in posterum profutura, cum Imperator præditus, et crucesignati studium et solicitudinem tuam vehementer extollant, et inter homines ac tua præsertim discretione confidant, petitioni huiusmodi ad præsens non duximus annuendum, ne vel nobis imputaretur ab aliquo, si hac occasione dissolueretur exercitus in terræ sanctæ subsidium præparatus, vel tibi posset ab aliquo derogari, quod non in obsequium crucifixi assumpseris signum crucis, si tuam et eorum iam vltus iniuriam non vleiscens opprobrium Iesu Christi, et debellatis hostibus tuis hostes fidei negligeres debellare.*

10. 11. Cæterum parto a Latinis Græcorum imperio non mediocri lætitia Innocentius, qui oppugnari illud incussis grauissimis censuris vetuerat, est affectus, cum debellandæ facilius Mahumeticæ in Syria superstitionis spes egregia arrideret, atque ad illud retinendum conatus suos duxit collocandos, iustoque a Numine supplicio ob ecclesiæ Romanæ coniunctionem tandiu spretam perculsos censuit, vt ex ipsius literis b ad Rhemensem archiepiscopum Cardinalem Apostolicæ sedis legatum, ac suffraganeos datis patebit: *Attendentes*, inquit, *quod mutatio huius Imperij dextræ mutatio sit excelsi, & ab eo factum sit istud, qui tempora mutat, & transfert regna, cùm per illud terræ sanctæ posset vtilius subueniri, quin potius cùm per illud ista creditur posse recuperari, fraternitatem vestram monemus, & exhortamur in Domino per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus tam clericos, quam laicos efficaciter*

a Lib. 8. ep. 131. *extat in regest. Innoc.*

Pontifex arguit crucesignatos ob captam Constantinopolim.

Sacrilegia a Latinis commissa.

Diuina in regnis trãsferendis prouidentia.

Pacta crucesignatorum iusta ac probata, iniqua rescissa.

a Innoc. l. 7. ep. 108.

Retinendum censet Græc. Imp. Iun.

b Ep. 69.

citer inducatis ; vt ad capescendas spirituales pariter , & temporales diuitias ad prafatum Imperatorem accedant , qui , vt eius verbis vtamur , cum sufficiat vniuersis , quos ad eum Christiana religionis zelus adduxerit , singulos vult , & posse secundùm status suos , varietatemque natalium & augere diuitijs , & honoribus ampliare .

Balduinus e Syria legatum Apostolicum euocat.

12. 13. Porro ex concursu Gallorum Constantinopolim facto , attenuatas Ierosolymitanas vires referunt Innocentij gesta . *Prafatus*, inquiunt, *Balduinus comes Flandria postquam ad Constantinopolitanum imperium extitit sublimatus , per nuncios , & apices suos vocauit ad se prafatum Petrum tituli sancti Marcelli presbyterum Cardinalem Apostolica sedis legatum in Ierosolymitana prouincia existentem , vt accedens in Graciam de personis , & rebus ecclesiasticis auctoritate Apostolica ordinaret . Porrò cum sapedictus Goffredus tituli sancta Praxedis presbyter Cardinalis similiter Apostolicia sedis legatus nollet ibi remanere , post illum amico pariter recedentes Constantinopolim accesserunt , facta prius sex annorum tregua cum Saracenis , & tanta eos secuta est multitudo , non solùm laicorum , sed etiam clericorum ; quod alienigena penè omnes , & indigena multi Ierosolymitanam prouinciam deserentes Constantinopolim adierunt : sed prafatus Goffredus modicam faciens ibi moram per Thessalonicam , vbi cum marchione Montisferrati est aliquandiu commoratus , ad sedem Apostolicam est reuersus.* Cum eo tempore Armeniæ Rex & Tripolitanus comes de principatu Antiocheno inter se decertarent , atque Americus Rex Ierosolymitanus & eius filius improuisa morte sublati essent , grauiter tulit Innocentius legatum ita Syriam in magnum discrimen annonam deseruisse, ipsumque arguit de destituta prouincia , ob quam crucem induerat , Constantinopolim opum cupiditate aduolasse. Queritur postea Pontifex traxisse ipsum secum Christianos Syros, atq ad mali cumulum crucesignatos perperam Ierosolymitanę profectionis voto liberatis ea lege , vt anno integro pro stabiliendis Constantinopolitani imperij rebus arma gestarent , tum de ipsorum sceleribus expostulat .

Legatus Constantinopolim missus.

14 Optasset Innocentius Constantinopolim ad orientalem ecclesiam componendam proficisci ; sed rerum occidentalium mole pressus, Benedicto tit. S. Susannæ presbitero Cardinali vices suas commisit : designatumque Veneti generis patriarcham confirmauit , consecrauitque . Iam verò quid de patriarcha, eiusque electione Innocentij res gestæ tradant in medium proferamus : *Qualiter autem*, inquiunt , *fuerit ad electionem patriarcha processum , ex literis a domini Papa colligitur euidenter in hunc modum Imperatori directis : postquam dextra Domini , que glorificata est in virtute , &c.* Nos earum loco contrahendas in pauca illas censuimus , quas ad clerum dedit b , è quibus historiæ veritas pulchrius , ac incundius efflorescet .

a Lib. 7. ep. 204.

b Lib. 8. ep. 65.

15 Hortatus est igitur ecclesiasticos viros , qui Constantinopoli agebant, vt patriarcham debito honore exciperent , deque eius electione differens eam se diligenti examine discussisse ait , & contra canones celebratam reperisse non vitio electi , cuius virtus & doctrina perspectæ , exploratæque sedi Apostolicæ essent , nec ob aliquorum repugnantiam , sed quia , cum homines laici quantumuis pij nulla auctoritates in res sacras polleant , nullius principis iussu apostolico non expectato , eligi iure potuisset : verum cum electus tantæ gerendæ dignitati pares virtutes habeat , atque absens , reique inscius ad patriarchatum vocatus sit , velitque sedes Apostolica , ad quam componendæ illius ecclesiæ ius spectat , idoneum virum præficere , tum deuincire sibi Venetos , vt ad obsequium Christi promptiores sint , cum etiam inter victores conuentum fuerit , vt ex ea parte eligeretur patriarcha , è qua Imperator electus non fuisset ; se eidem ecclesiæ Constantinopolitanæ administrationem commisisse . Imperatorem quoque parum discrepanti literarum sententia , ac Dandulum Venetorum ducem exeitauit , vt patriarchæ debitum honorem , atque obseruantiam impenderent ; cuius eligendi secuturo tempore normam præscripsit , nimirum vt cum ecclesiam vacare contingeret, conuentualium ecclesiarum præsules in Ecclesiam sanctæ Sophiæ vnà cum canonicis conuenirent , atque is ad dignitatem efferretur , in quem maioris vel sanioris partis suffragia cecidissent .

a Lib. 7. epist. cand. ep. 204.

Patriarcha Constantinopol. a Pontifice consecratus.

16 *Dominus Innocentius*, inquiunt acta, *prafatum Constantinopolitanum electum*, scilicet Thomam Maurocenum , *sabbato quatuor temporum quadragesima in diaconum ordinauit , & in sabbato hebdomada mediana in sacerdotem promouit , & sequenti dominica Roma apud sanctum Petrum in episcopum consecrauit , ac postmodum contulit ei pallium , in signum videlicet plenitudinis pontificalis officij de corpore beati Petri Apostoli sumptum , recepto ab eo fidelitatis , & obedientiæ iuramento sub ea forma iurandi antiqua & approbata , secundùm quam primates , & metropolitani solent in susceptione pallij Romano Pontifici , & Ecclesia Romana iurare , priuilegium sibi sub hac forma concedens : Prarogatiua dilectionis & gratia quam Apostolica sedes exibuit ecclesia Bizantina , cùm eam in patriarchalem sedem erexit ecclesiastica plenitudine potestatis, quam non homo , sed Deus , immo verus Deus homo in beato Petro ecclesia Romana concessit euidenter attestatur , & quod Romanus Pontifex eius vicarius sit ostendit , qui & primos nouissimos , & nouissimos facit primos . Sanè cum eadem ecclesia , qua tunc Bizantina , nunc autem Constantinopolitana vocatur , nec nomen , nec locum inter sedes apostolicas haberet , Apostolica sedes fecit ei nomen grande iuxta nomen magnorum , qui sunt in terra , & ipsam quasi de pulnere suscitatam , vsque adeo sublimauit , vt eam tam ecclesia Alexandrina , quàm Antiochena , ac Hierosolymitana dignitatis priuilegio anteferret , atque post se pra cæteris exaltaret ; ita quod cum multa filia diuitias congregarunt , hac sola per matris gratiam specialem supergressa fuerit vniuersas . Licet autem eadem ecclesia interdum ab obedientia sedis Apostolica declinarit , quia tamen ad eam per Dei gratiam humiliter est reuersa , tuis precibus annuentes eandem ecclesiam , cui Deo auctore praesse dignosceris , sub beati Petri , & nostra protectione suscipimus , & præsentis scripti pagina communimus .* Cum vero inter cæteras pactiones inter Gallos ac Venetos confectas ad eam iniquè ventum esset , vt possessiones ecclesiasticæ reseruata sacerdotibus honesta portione, qua sustentari possent , inter eos diuiderentur, Innocentius iusiurandum illud periurij genus reiicit, atque ad Balduinum Imperatorem hæc scripsit : *Serenitatem tuam rogamus attente ac monemus , & in remissionem tibi tuorum iniungimus peccatorum quatenus illius intuitu , qui te ad imperium Sublimauit , ipsius sponsam habens propensius commendatam , ad diuisionem possessionum suarum nullatenus procedas, & ipsa ab aliis diuidi non permittas .*

Constantinopolitanus patriarchat aliis orientalibus a Pontifice præfatus .

b Inn. lib. 7 ep. 102.

Iuramenti vi de diuidendum ecclesiasticis reiecisti

Feli-

17 Felicia & læta hæc, quæ enarrauimus, triſtes ac funeſti caſus inſecuti confuderunt, de quibus hæc geſta Innocentij: *Cum autem Latini iam pro maiori parte Conſtantinopolitanum obtinuiſſent etiam Imperium, & in omnibus eis proſperè ſucceſſiſſet, ita vt terror ipſorum quaſi fulgur de cælo cecidiſſet, non ſolum in Græcos, verum etiam in paganos, ipſi proſperitate nimis inſolentes effecti, poſt vanitates ſuas liberè declinare cœperunt, & Dominum ad iracundiam pravis operibus incitare, Vnde quid eis merito peccatorum ſuorum euenerit, ex literis Henrici fratris Imperatoris ſummo Pontifici deſtinatis perpenditur manifeſtè.*

[a] *Apud Inn. lib. 8. ep. 139.* *Sanctiſſimo a patri ac domino Innocentio Dei gratia ſummo Pontifici, Henricus frater Imperatoris Conſtantinopolitani, & moderator imperij, cum debita reverentia, humili, & devota pedum oſculatione.*

Contigit Græcos, qui ex innata malitia, & perfidia conſueta, poſt omne genus ſecuritatis, & cautionis proditioni ſe ſemper pronos exhibent, ſtatim poſt dimiſſionem nunciorum ad vos vltimo directorum proditionem, quam pridem mente conceperant, rebellione contra nos facta, detegere manifeſte. Quo comperto frater meus & dominus Imperator opportune paucioribus comitatus, quippe nobis per munitionem & marchias pro magna parte diſperſis, contra caput rebellionis, Adrianopolim videlicet, quæ ciuitas eſt Græciæ munitiſſima, & montibus tantum interpoſitis, Blachorum confinis populis, vlciſcendi animum intendens vrbem regiam egreſſus eſt. Eramus tunc temporis ſic diuiſi; marchio Montiſferrati vltra Theſſalonicam erat cum multis, ego ex altera parte brachij S. Georgij eram apud Andromiticum cum non paucis, Paganus de Aurelia, & Petrus de Braccel verſus Niceam ex eadem parte, E. de Tric. apud Philippolim cum pluribus, & alij alibi per loca & mutationes diſperſi. Porro audito a Ioannitio Blachorum domino, quod Latini in tanta virorum paucitate ciuitatem prædictam obſediſſent; quem etiam Græci in auxilium ſuum, occulte tamen, vt magis læderet, euocarant, irruit ſubito Blachus ille Ioannitius in noſtros cum multitudine barbarorum innumera, Blachis videlicet, *Cumanis Commannis, & alijs, quibus etiam nimis improuide obuiam exeuntibus noſtris, & remotius quam oporteret inſtantibus, & per inimicorum inſidias tandem vallatis vndique, proh dolor! dominus Imp. comes Ludouicus, Stephanus de pertico, & quidam alij barones & milites, quod non ſine ſanguinearum lacrymarum effuſione referre valeo, tanta obruti multitudine, non ſine damno tamen illorum, ab inimicis intercepti ſunt, neſcimus reuera qui capti fuerint, qui occiſi; accepimus tamen ab exploratoribus noſtris certiſſimis, & fama veridica, quod dominus meus Imperator ſanus teneatur & viuus, qui ab eodem Ioannitio ſatis, vt aſſerunt, pro tempore honorabiliter procuratur cum quibuſdam alijs, quos tamen adhuc expreſſe neſcimus nominare.

Latini in obſidione Adrianopolis a Ioannitio ſuſi.

Balduinus a Bulgaris capitur & viuus.

18 Sciatis autem quod ab ea die, qua Græcorum fines ingreſſi fuimus, vſque ad diem infelicis illius congreſſus, quamcunque nobis & noſtris occurreret multitudo, licet aliquando noſtri pauciſſimi fuiſſent, cum triumpho tamen ſemper & victoria receſſerunt. Inæſtimabilem verò iacturam, quam tunc nobis dolemus, & plangimus accidiſſe, ex inconſulta noſtrorum audacia, & peccatorum noſtrorum meritis credimus contigiſſe.

19 [Cæterum inter alios, qui ex hoſtium manibus euolarunt, ſeque Conſtantinopolim recepere, Henricus Danulus Venetiarum dux aufugit, quem Niceta more ſuo carpens, omnium Romanarum (Græcarum nempe) cladium præcipuum auctorem, verſutiſſimumque proclamat. Addit Nicephorus Gregoras a, qui hiſtoriæ ſuæ initio hanc Bulgarorum victoriam, Balduinique captiuitatem recenſet, eundem, haud multo poſt ex vulneribus in pugna acceptis diem obiiſſe, Pergit Henricus alter ad Innocentium.]

[a] *Nicep. Greg. hiſt. Rom. lib. 1.* Balduinus ex acceptis vulneribus in vinculis obit.

20 Licet itaque in perſonis amiſſis infortunium lugubre nobis acciderit, ſperamus tamen in Domino, & audenter confidimus, quod inimicorum noſtrorum inſidias & aſſultus diutius, volente domino, ſuſtinere poterimus, & etiam de longinquo ſubuentionem, & auxilium expectare. Ecce tamen quod verebamur hoc accidit, & quod fama canebat publica, quoque per literas ipſius Blachi, confœderationem ipſius cum Turcis, & cæteris crucis Chriſti inimicis continentes edocti ſuimus, quas etiam a nobis cum nuntijs ipſius intercepras Apoſtolatui veſtro in vtraque lingua tranſmiſimus, &c.] Ardentiſſimis ab Innocentio contendit precibus, vt Conſtantinopolitani Imperij patrocinium ſuſcipiat, cum ita illius cauſa cum terræ ſanctæ recuperatione coniuncta ſit, vt inde arma in Saracenos verti facile poſſint, & religionis fines latius circumferri, eoque amiſſo terra quoque ſancta demum a Saracenis excindenda ſit, & Chriſti nomen in ea penitus interiturum, &c.]

Bulgari cū Turcis Græciſq; fœdere coniuncti.

21 Ob infelicitimum hunc caſum commiſeratione motus Pontifex Caloioannem Bulgariæ Regem monuit, vt, cum diadema & militare vexillum a Romana eccleſia accepiſſet, reſtituto in libertatem Balduino cum Latinis pacem conficeret, ne eorum Hungarorumque arma in ſe conuerteret.

22.23 Addit rerum Innocentij geſtarum anonymus ſcriptor, reſpondiſſe Ioannicium (is eſt Caloioannes) Pontifici, bellum ſe in Latinos ſuſcepiſſe, quod nullam cum ipſo pacem, niſi quas recuperarat terras, imperio Conſtantinopolitano reſtitueret, inire voluiſſent: quibus ipſe reſpondiſſet longe iuſtius eas terras a ſe obtineri, quam ab ipſis Conſtantinopolis teneretur, cum ipſe ea recepiſſet, quæ ſui progenitores amiſerant, ij vero ea occupaſſent, quæ nulla ad ipſos ratione ſpectarent; ſe coronam regiam a ſummo Pontifice accepiſſe, at qui ſe Conſtantinopolitanum Imperatorem dicebat, eam temere inuaſiſſe, atque ideo imperium potiori titulo ad ſe, quam ad Balduinum pertinuiſſe, propterea quæ præeunte vero vexillo a beato Petro accepto, eiuſque inſignito clauibus prælium audacter in eos ſuſcepiſſe, qui adulterinas cruces humeris geſtabant, atque ita a Latinis laceſſitum, de ijs glorioſiſſimam victoriam volente Numine, ac ſuperbos obterente retuliſſe, quam non armorum potentiæ, ſed beati Petri Apoſtolorum principis clientelæ adſcribebat. Cæterum Balduinum amplius a ſe vindicari in libertatem non poſſe, cum è viuis, dum in carcere teneretur, diſceſſiſſet.

Reſpondit Ioannicius Pontifici Balduinum obiiſſe, ſeque ad pugnã prouocaſſe.

24 Ante iſtas verò alias literas Bulgarorum acceperat Innocentius, de quibus eius geſta: *Profectus ergo*, nempe in Bulgariam, *legatus*, Leo ſcilicet Cardinalis, de cuius legatione ſuperiori anno, *vniuerſa ſicut fuerant conſtituta complent, & rediens tales ex parte Regis & primatis Bulgarorum literas reportauit*, &c. Recitantur tum ibi, tum in huius anni regeſto, [b] quas ex parte aliqua aſſerre grauitas argumenti exigere videtur: *Hoc notum ſit ſanctitati veſtræ pater ſpiritualis*

[b] *Lib. 7. ep. 230.*

regni

A legato Pontificis Bulgaro insignia regia ab eo consecrata tradita.

regni mei domine Papa, quod dominus Leo legatus Apostolicæ sedis venit ad Imperium meum secum afferens coronam, & cum benedicens super caput Imperij mei imposuit, & in manibus meis dedit mihi sceptrum, atque vexillum, & benedixit sanctissimo patriarchæ regni mei, & totius Bulgariæ ex præcepto vestræ sanctitatis, & valde Deo, & beatissimæ Dei genitrici, nec non & circumspectioni vestræ sanctitatis glorificauimus. Et nonnullis interiectis verbis: *De Latinis quoque, qui Constantinopolim introierunt, scribo sanctitati vestræ, vt eis scribatis, quatenus discedant ab imperio meo, & sit imperium meum nullum malum eis facit, neque ipsi nos parui pendant. Si forte ipsi conati fuerint contra imperium meum, & parui penderint illud, & occidant ex eis, non habeat sanctitas vestra imperium meum suspectum, sed sint vniuersa libera. Missi autem ad tuam magnam sanctitatem pueros duos, vnus vero nominatur Basilius, alius Bitbiebem, & dentur ex præcepto eis, vt addiscant in scolis literas Latinas, quoniam hic grammaticos non habemus, qui possint literas, quas mittitis nobis, transferre, & postquam ipsi addiscerint remittantur ad imperium meum.* Nonnulla munera, quæ ad ipsum mittebat, recenset. Huic aliæ adnectuntur literæ, quas Basilius Bulgarorum primas ad eundem Pontificem scripsit, vbi de pontificalibus insuper insignibus ac priuilegijs, quæ sibi per illum miserat; de consecratione, quam ab eodem legato fuerat consecutus, eodemque die ipse metropolitanis impertierat, deque Rege eorum redimito mentionem facit: sed ad Balduinum redeamus.

Bulgarus adolescentes Romã mittit instruendos vt literas Pontificias reddant.

Occisum illum in acie in Adrianopolitana obsidione a Bulgaris tradit Robertus de Monte a: ex acceptis vero vulneribus morbo extinctum alij scriptis tradidere: quem Græculi scriptores immanissimo mortis genere interemptum a Bulgaro mentiti sunt; quemque in carcere obijsse ex dicto a Caloioanne Rege Pontifici responso audiuimus.

a Rob. de Monte app. ad Sigeb. ann. 1205.

Balduinus qua morte obijt.

25 Cæterum cum Balduinus ipse scripserit ad Innocentium se dominica misericordia D mini, nempe secunda post pascha superioris anni, quæ in nonum diem maij incidit, Imperatorem electum & sequenti coronatum, tradat vero Nicetas quintodecimo aprilis a Bulgaris captum, menses vndecim, & dies sex imperasse dicendum est. De quo non omiserim, laudatissimum principem extitisse, cuius pietatem obseruantiamque orga sedem Apostolicam Innocentius epistolis supra allatis testatum reliquit. Verum quid plura? ad eius in refrænandis cupiditatibus temperantiam commendandam, inimici ipsius sint iudices: etenim Nicetas Choniata, cæteroqui intenso in eum animo, veritatis omnibus notissimæ vi adactus, de ipso posteritati tradidit, quæ epitaphij pulcherrimi loco esse possint: *Nondum*, inquit, *Balduinus annum ætatis* XXXII. *excesserat, & alioqui vir erat pius, & modestus, nec impudico quidem aspectu mulierem intuitus, quamdiu a sua coniuge abfuerat: vacabat diuinis laudibus, necessitatibus conflictatos subleuabat, suæ sententiæ aduersarios æquo animo audiebat, & quod maximum est, bis qualibet hebdomada vesperi proclamari iubebat, ne quis in suo palatio cubaret, qui alienam mulierem attigisset.* Hæc Græcus auctor (atque ex ipso nonatores b) de principe digno plane imperio, cui illud diuinæ sapientiæ aptari posse videtur: *Raptus est, ne malitia mutaret c intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.* At de Balduino satis, cuius frater Henricus gubernandum imperium suscepit; quando vero, quaue ratione, suo loco dicetur.

Elus insignis castimonia.

b Centur. 13 c. 6. col. 672.

c Sap. c. 4.

26 Hæc inter, ingentibus belli tumultibus concussa omnia, laceratumque, Imperium nobiliores Græci discerpebant magis; cum enim totum ad se traducere non possent, partem quisque velut ex ardenti incendio rapiebat. Hinc plures constitutæ monarchiæ, ac minora imperia, Trebizondæ ad pontum Euxinum, Prusiæque in Bithynia, Thessalonicæ in Thessaliæ regna præter Constantinopolitanum eruperunt, de quibus Nicetas: *Vnde multorum dominatus orientem depascebat, tricipici quadam bellua a vecordibus implexa. Nam Maurozomes Manuel Caicbosrois auxilijs fretus, cui non multo ante recuperato Leonio filium desponderat, nihil non conabatur, vt imperatorio nomine potiretur, & omnem Maandrium tractum cum Turcis vastabat: Theodorus Lascaris nobilissimo genere ortus, & Imperatoris affinitate inclytus, illo profligato, & rubro calceo indato, ab omnibus orientalibus vrbibus imperator consalutabatur. Dauid porro Comnenus exercitu ex Paphlagonia & Ponti ca Heraclea coacto, & Iberum, qui ad Phasidem habitant, legione conducta, pagos & vrbes subigebat, & vt fratrem suum Alexium magnum redderet, præsurforem eius, & præconem agebat.*

Exorta nouа imperia

Trapezuntini Imperij origo.

27 Superest, vt dum in orientalibus versamur, terræ sanctæ res percurramus, cum Sotfredus Cardinalis Apostolicæ sedis legatus Ierosolymitanus patriarcha, vt vidimus a, designatus dignitatem illam abnuisset, ac post eum Vercellensis episcopus electus esset, concurrentibus in eum omnium suffragijs ob egregias ipsius virtutes, ob quas Innocentius legationis prouinciam in Insubria illi commiserat, ratam habuit ipsius electionem Pontifex, ac munus arduum eum suscipere iussit b: denique pecuniam ipsi in terræ sanctæ subsidium conferendam ad eum misit, atque ad confirmanda e Gallijs auxilia has literas exarauit, quæ sine titulo asseruantur, verum ad Galliæ præsules datas esse ex contexta colligitur.

a dum. 1203

Vercellen. episc. electus patriarcha Hierosolymit.

b Ius l. 7. ep. 222.

28 *Inopinata e captione Constantinopolitanæ vrbis audita tam peregrini, qui erant in Ierosolymitana prouincia, quam indigenæ, qui habitabant in ipsa, ad Constantinopolitanas partes subito transierunt. Ita quod ipsa Ierosolymitana prouincia remansit viris, & viribus pene penitus destituta, quin etiam opibus, & operarijs vacuata, quodque periculosius reputatur, cum Ierosolymitanus patriarcha decesserit, nostri recessere legati, & filio Regis defuncto, qui successurus erat in regnum, Rex quoque diem clausit extremum, nec est in ea, qui temporaliter, vel spiritualiter præsit, ac prosit. Ad cumulum autem maioris timoris, & doloris accedit, quod inter comitem Tripolitanum, & Regem Armeniæ, qui pro Antiocheno principatu contendunt, tanta viget discordia, tantaque geritur guerra, vt ille pugillus hominum, qui remansit in terra, quasi totus sit diuisus ad pugnam. Nam Templarij fouent comitem, & Hospitalarij fauent Regi: Antiochenus populus sequitur viam comitis, & patriarcha prosequitur partem Regis. Filius autem Saladini, qui est soldanus Aleppiæ, Tripolitanum adiuuare videtur, sed eundem impugnat dominus Denephinus: Sephidinus vero, qui dominatur in Damasco, Babylonia, & Aegypto, postquam Constantinopolitana vrbis captionem audiuit, adeo cum omnibus Saracenis indoluit, vt maluissent Hierusalem occupatam esse a Christianis, quam Constantinopolim a Latinis, statimque inita treugua cum omnibus inimicis, ipsemet personaliter longe, lateque discurrit, vt contra Christianos confœderet vniuersos.*

ibid. ep. 224

Pro Antiocheno principatu inter Armenũ & Tripolitanum discordia.

Sephad. terretur ex Constantinopol expugnatione.

29 *Rex quoque Blacborum, & Bulgarorum*

ens Cumanis Turcis, & Græcis aduersus Latinos pugnantes Domino permittente vicerunt, maioribus in bello peremptis; vnde cum multitudo sagittariorum redire vellet ad propria, dilectus filius Petrus tituli sancti Marcelli presbyter Cardinalis Apostolicæ sedis legatus, de quo valde dolemus, vt ipsam multitudinem ad Constantinopolitani defensionem imperij retineret, a voto crucis absoluit, plenam eis peccatorum remissionem indulgens, qui per annum facerent ibi moram. Quare cum nullus omnino succursus expectetur ad præsens in Hierosolymitanam prouinciam profecturus, supra modum timemus, ne Sarraceni ad occupandum residuum terræ sanctæ fortius animentur, vt ipsa penitus occupata, tollatur Christicolis occasio transfretandi, sicque Constantinopolitanum imperium recuperetur a Græcis, quod utrique vehementer affectant &c.

30 Hactenus Innocentius, qui alias ad vniuersos Christifideles ad sacrum subsidium Constantinopolim pergere volentes literas hoc eodem anno misit a. Audiisti amantissimum patrem exitialia dissidia de principatu Antiocheno, Tripolitanum comitem inter Armeniæque Regem, cum alijs, quibus Christiana premebatur respublica, funestis malis deplorantem. Habentur in huius anni pontificio regesto datæ ab eodem Rege ad Innocentium Papam literæ prolixæ quidem, at rerum grauissimarum plenæ, atque adeo mea sententia silentio minime inuoluendæ.

a Id. ib. ep. 122.

Reuerendissimo in Christo patri, & domino Innocentio Dei gratia summo Pontifici, & vniuersali Papæ per eandem, & Romani imperij gratiam Rex Armenus, &c.

Clementissime pater, & domine, ad pedes sanctitatis vestræ genibus flexis, & cum omni supplicatione recurrentes conquerimur, & conqueri non cessamus de domino Petro tituli sancti Marcelli presbytero Cardinali legato vestro nostris in causis suspecto, immo aperto aduersario, cum enim ad partes regni nostri tum ex inuncta sibi legatione, tum pro reformatione pacis inter nepotem nostrum, & comitem Tripolitanum contra iustitiam & appellationem nostram ad Apostolicam audientiam factam, Antiochiæ principatum vsurpantem, vt credebatur, accessisset, dominus Catholicus venerabilis in Christo pater noster cum quibusdam suffraganeis suis, & clero, nos cum baronibus fidelibus nostris, & principalibus nobilibus, peregrinis astantibus, quanta potuimus honorificentia, & veneratione ob vestri reuerentiam illum suscepimus. Sequentibus diebus de obedientia Armeniæ ecclesiæ ad sanctam Romanam ecclesiam, ad quam iam diu laborauimus, diuina auxiliante gratia deliberauimus, & ad hoc cum multo labore induximus ecclesiam Armeniam tempore pontificatus vestri meritorum vestrorum exigentia, ad quod progenitores nostri multis transactis temporibus inducere nequiuerunt, vt ipse Petrus Cardinalis, & rerum est testis effectus. Dominus catholicus cum solemnitate celebri & obedientiam & reuerentiam per manus ipsius legati secundum literarum vestrarum formam & mandatum sanctæ Romanæ ecclesiæ, & vobis exhibens, pallium a beatitudine vestra destinatum coram prædictis personis astantibus cum omni humilitate, & deuotione suscepit, promittens in ordine suo singulis quinque annis per nuncios suos secundum capitularia apostolica sanctam Romanam ecclesiam visitare tanquam matrem, & magistram omnium ecclesiarum, in cismarinis concilijs seu in persona propria, seu per nuncios suos interesse, & quod non deberent celebrari concilia ecclesiastica in cismarinis partibus absente eo, vel nuncio suo ab vtraque parte statutum est. [Extant de ea Armeniorum cum Romana ecclesia coniunctione patriarchæ Armeniorum ad Innocentium supplices literæ a, quibus hæc inserta sunt: *Petro tituli S. Marcelli presbytero Cardinali legato vestro ex iniuncta sibi legatione ad partes catholicatus nostri, illi ob vestri reuerentiam cum clero & grege a Deo nobis commisso obuiantes quanta potuimus honorificentia illum suscepimus, & mutuis communicantes affectibus & colloquijs per manus ipsius, sanctæ Romanæ ecclesiæ & vobis secundum literarum vestrarum tenorem obedientiam & reuerentiam exhibuimus, atque pallium a beatitudine vestra delegatum solemnitate celebri ac cum omni humilitate suscipientes, promisimus in ordine nostro singulis quinque annis per nuncios nostros sanctam Romanam ecclesiam tanquam matrem & magistram omnium ecclesiarum visitare, & in concilijs cismarinis interesse, & quod in eisdem ecclesiastica celebrari nobis absentibus, vel nuncio nostro concilia non debent ab vtraque parte statutum est.* Addidit se institutiones Romanæ ecclesiæ partim suscepisse, partim suscipiendas diffulisse, vt res in solemni Armeniorum præsulum concilio perficeretur. Hæc de Armeniorum coniunctione redintegrata sufficiant: nunc ad regias literas de pacis actione regrediamur.]

a Extant apud Inn. lib. 8. ep. 120. Eiusdem litera.

31 Quibus ; eratis de reformatione pacis inter nepotem nostrum, & comitem Tripolitanum tractatur, in quo tractatu apostolica scripta de commissione &c. [De Petro Cardinale queritur secretum fœdus cum Tripolitano comite, Templarijs, atque Antiochenis iniisse: quo animaduerso adijcit se ad Apostolicam sedem prouocasse, & causam suam armorum vi persequi cœpisse, cumque sub Antiochiæ mœnia nostu accessisset, vi hemq, capere impetu, & incendere potuisset, Christianæ tamen rei miserum armis temperasse, ac patriarcham Antiochenum exciuisse, vt pacem conciliaret ipsum inter atque Antiochenos; interea Templarios, quorum bonis semper pepercerat, Armenios telis impetere cœpisse, atque vna cum Tripolitano comite, Antiochenis & soldano Alapiæ percusso fœdere non parum Christiani sanguinis fudisse: se vero, ea re animaduersa, Templarios, qui in Armenia agebant, eiecisse, bonaque ipsorum occupasse; tumque Petro Cardinali vrgenti acerrime, vt Templarijs sua restitueret, id se facturum lubenter subiecisse, si ipsi nepotem suum ab Antiochia recuperanda non propulsaturos sponderent: quod negantibus Templarijs, cum pax confici non posset, ait Petrum Cardinalem absente catholico Armeniæ in celebrato Antiochiæ concilio Armeniam interdicto ecclesiastico subiecisse, postquam ad sedem Apostolicam pro ea dirimenda causa appellatum esset: quid vero Armenij denunciata sibi ea sententia egerint, subiungit.]

32 Quæ cum ad notitiam domini Cardinalis nimirum S. Praxedis, & legati deuenissent, moleste tulit, & habito consilio cum domino Petro collegato suo ad se accedente, quia instantissime ad audientiam vestram appellabamus, procellam in auram consilio domini .. Cardinalis conuertere studuerunt, sicque factum est, vt ex mandato dominorum Cardinalium, illustris Regis, .. & Cypri, omniumque nobilium peregrinorum mense septembris ad partes Accon' pro reformatione pacis inter nos & Antiochenos & Templarios nuntium nostrum nobilem Constantium de Camardesio dilectum consanguineum nostrum delegauimus, &

Catholici Armeniæ ad mittendos legatos Romã singulis quoq; annis se obstringit.

me-

Inter Armeniæ Regem ac Templarios pax inita.

mediante ſapientia & diſcretione domini Cardinalis, iuris, & æquitatis amatoris pax reformata eſt inter nos & Templarios, ſicut per literas ipſius intelligere poteritis. Nos vero nunquam a mandatis ſanctæ Romanæ eccleſiæ diſceſſimus, nec recedemus vita comite, quanquam dominus Petrus Cardinalis ab ea nos eliminare laboret. Nos igitur, qui Dei & veſtri gratia tempore pontificatus veſtri noua ſumus planta veſtra facti, cupientes ad honorem Dei, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ fructus odoriferos & ſuaues producere, ad pedes ſanctitatis veſtræ recurrimus, flexis genibus roganres & deprecantes, vt in iudicio domini Petri Cardinalis & legati, quem ſuſpectum, immo & apertum aduerſarium habemus, cauſam nepotis noſtri non committatis, &c.]

33. &c. Alias poſtea dedit literas Armeniæ Rex querelis contra dictum Cardinalem plenas, quibus dolet ipſum ab æquitatis recto tramite deflexiſſe, eundemque verſute egiſſe arguit, ac Tripolitani comitis, qui iudicium ſedis Apoſtolicæ reſpuebat, partes fuſtinuiſſe. Cæterum quid ijs de rebus actum ſit, ex Armeniæ Regis literiſſimis ad Innocentium miſſis literis a colligitur.

a Extant in cit. cod. Vat.

Reuerendiſſimo in Chriſto patri & domino Innocentio Dei gratia ſacroſanctæ & vniuerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici Leo. &c.

37. 38 Communicato inter ſe inuicem ſano conſilio dominus & venerabilis patriarcha oculos cordis in antea extendens ad euitanda maiora & intolerabilia pericula cum vniuerſo clero, maiori parte militiæ & vniuerſo populo nimis perterrito ad nos per literas, & nuntios delegauerunt, rogantes modis omnibus & expoſcentes, quatenus cum dilecto nepote noſtro ad partes Antiochiæ accederemus promittentes, & ſpondentes ſe velle recipere illum tanquam ſuum dominum, quia bene cognoſcebant, & nulli veniebat in dubium quin ipſe eſſet legitimus heres domini principis Boemundi aui ſui, & ad eum pertineret habere hereditariam ſucceſſionem totius principatus Antiochiæ, quod iam iuſto iudicio venditatum fuerat in publica curia viuente ipſo principe. Quod iam requiſiti fecimus in momento, atque cum fortunato per Dei gratiam exercitu noſtro acceſſimus vſque ad portas ciuitatis, quæ apertæ ſunt nobis, & cum pacis ſilentio introiuimus Antiochiam ſine aliqua perſecutione illata, ſine ſanguinis effuſione, aut quaſlibet læſione, immo vnanimiter corruerunt proni in terram ante pedes ipſius & noſtros, ſicque cum canticis & organis, cum tubicinibus & alijs pluribus inſtrumentis in gaudio & exultatione laudantes & benedicentes Dominum duxerunt illum ad ſanctum Petrum, ſicut mos eſt principibus; ibique ſicut legitimus heres receptus eſt a domino patriarcha, archiepiſcopis, epiſcopis & viris religioſis adſtantibus, &c. nepos noſter venerabili patriarchæ tanquam domino ſuo ligio iunctis manibus ligium fecit homagium. Quibus peractis dominus patriarcha dedit ei vexillum principale & ſanciuit eum in corporali poſſeſſione ciuitatis totiuſque principatus; & ſic per Dei gratiam conſtitutus princeps ductus eſt ad palatium principale, vbi fecerunt ei milites & clientes belligeri ligium homagium, ſicut debebant, & qui de ligio homagio ei non tenebantur, ſpontanea voluntate tactis ſacroſanctis Euangelijs iurabant ipſum adiuuare contra omnes homines, qui viuere & mori poſſent. *Et infra.*

Princeps Antiocheni patriarchæ Antiocheni ſeductarius.

39 Igitur flexis genibus ſupplicamus ſanctitati veſtræ, vt in auxilium noſtrum, & principis contra barbaras nationes ſuccurſum mittatis, & omnibus ad ſuccurſum noſtrum accedentibus indulgentiam & remiſſionem ſuorum peccaminum concedatis. Per partes noſtras, eſt porta per quam prædeceſſores noſtri introierunt, & ſanctam terram promiſſionis acquiſiuerunt.] Hactenus Armeniæ Regis literæ.

40. 41 Hoc eodem anno Martinus abbas, de quo ſupra mentio, Accone, quo reuerſus fuerat, ſoluens patriam repetiit, ſecumque ſanctorum reliquias detulit, quas in direptione Conſtantinopolitana acceperat, vt tradit Guntherus a, qui de promerita ob earum cultum protectione obiectum hoc angelicum viſum enarrat: *Tertia ſiquidem nocte, antequam ipſe Martinus ſui reditus iter arriperet, quidam clericus admodum ei familiaris, Ægidius nomine natus de Bormia, cuius nullum verbum niſi Latine prolatum abbas ipſe intelligere poterat, qui & ipſe cum abbate in eadem naui redire proponebat, non dormiens quidem, ſed vigilans certiſſime, ſicut ipſe penitus affirmabat, vidit angelos duos in eodem loco, vbi ſacra ſeruabantur reliquiæ, vbi etiam tam ipſe, quam abbas cubiculum habere conſueuerant, abbas quidem ob ſacrarum rerum diligentem cuſtodiam, ille vero quid ibidem ſeruaretur, penitus ignorabat. Qui angeli circa ſerimium, in quo ſacra Dei munera claudebantur, mira deuotionis officium agere videbantur, & Deum, qui hac famulo ſuo contuliſſet, omni reuerentia collaudare: facto autem illo diuinæ veneracionis officio alter alterum exhortantes Deum obnixe precabantur, vt eundem virum, cui tanta bona præſtabant, cum omnibus, qui ei familiariter adhærebant, ſua defenſione protegeret. Quam vtique certiſſimam viſionem cum ipſe facto mane abbati recitaret, ſubito inter ipſa verba ex multa cordis compunctione erupit in lacrymas: Neſcio, inquiens, quis ſis, aut vnde veneris, aut quid in illo ſerinio tuo cuſtodias, ſed illud veriſſime ſcio, quia manus Domini tecum eſt. Quapropter in hac maris tranſfretatione a tua ſanctitatis non recedent conſortio, certiſſime credens me in illa naui, qua tu vehendus es, periclitari non poſſe.* Hæc ipſe de angelico viſo, qui aliud eadem nocte abbati obiectum recenſet, quo ſignificatum terræ, mariſque periculis cælesti ope ereptum iri.

a Guntb. hiſt. Conſtantinop. apud Comeſtanium tom. 5. p. 588. & 6.

Inſigne Angelorum ſacras reliquias venerantium miraculum.

42 &c. Tradit Arnoldus abbas Lubecenſis b Othonis Cæſaris controuerſi res, cum in maximam potentiam obtenta Colonia excitatæ eſſent, repente deflorniſſe, deiectaſque Vuillelmu comitis Iuliaci proditione fuiſſe, qui Philippo eſt pollicitus ſe omnes Othonis ſtudioſos, atque ipſum Colonienſem archiepiſcopum in eius partes traduſturum, ſi parem promiſſis obſequijs gratiam relaturus eſſet, eoque nuncio ingenti gaudio Philippum perfuſum, comitem muneribus maioribuſque promiſſis oneratum ad proditionis conſilia perducenda inciraſſe, illumque mox archiepiſcopum, ceteroſque Othonis proceres artibus ſuis in Philippi partes pellexiſſe.

b Arnol. Lubecenſis Chron. Slauor. lib. 4. c. 1.

46. &c. Auctum inde eſt ciuile in Germania bellum; narrat enim Arnoldus Lubecenſis c Adolphum e culmine dignitatis præcipitem deiectum, Brunonemque in ipſius locum ſuffectum, & inſignia archiepiſcopalia a Pontifice adeptum, parteſque Othonis amplexum Coloniam obtinuiſſe; at vero Adolphum, qui potentia ob plurium magnatum affinitatem pollebat, circumpoſita loca infeſtaſſe. Eadem de expoliato Adolpho, deque creatione Brunonis pluribus tradit Godefridus d, & ex ipſo quem pene exſcribere conſueuit, Ioannes Trithemius e.

c Id. ibid. l. 7. c. 3. in fin.

d Godef. in annal. ann. 1205.

e Chron. Hirſaug. ad ann.

49 Quod ad ſecundas Philippi Sueuiæ ducis res

Colonia ab obsidione Philippi per Othonem liberata.

res pertinet quarum causa nonnulli Germaniæ principes contra dictatum fidei iusiurandum ab Othone defecerant; Albertus abbas Stadensis hæc habet a: *Philippus & Otho iterum vires suas circa Coloniam suas experti, ibi Otho est graviter vulneratus.* Sic ille; at Robertus de Monte illius etiam temporis auctor hæc annalium monumentis mandavit b; *Otho Rex pugnat cum Philippo duce, & Coloniam ab obsidione liberat.*

a Stad. in chron.

b Rob. de Monte hoc anno.

50. &c. Cæterum ad hoc tempus Coloniensis obsidionis conjiciendum videtur, quod Cæsarius tradit c: *Non est, inquit, diu, quod sex milites Templi in vicinia Saracenorum horam quandam canonicam prostrati dicebant, ex inopinato paganis supervenientibus, cum illi surgere vellent & fugere, magister eis innuit, ut facerent. Mira res, ut Rex cælestis ostenderet, quantum ei magistri fides & discipulorum obedientia placeret, angelos suos misit, a quibus infidelium turba turbata est, quidam capti, & plures occisi, eumque eos, quos angeli vinxerant, Templarij comprehendissent, & illi dicerent: Ubi est exercitus quem dudum vidimus, a quo capti sumus & occisi, respondent: Quando necesse habemus, veniunt nobis in auxilium, quando non indigemus, revertuntur in tabernacula sua: intellexerunt enim sanctos angelos illos fuisse, quos ipsi videre non potuerunt, qui laudantibus Deum semper adsunt, ipsosque custodiunt, ipsi revera sunt castra Dei, qui Jacob cum timore reverenti in terram suam venerunt in auxilium, fueruntque ei, ut dicit Scriptura, obviam angeli Dei, quos cum vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc. Hoc miraculum cum recitatum fuisset Regi Philippo in castris, cum rediret de obsidione Coloniæ, respondit: Certe si habuissem, Legem ponam ore, ego psalmum reliquissem & fugissem.* Sed ad institutam narrationem revertamur.

c Cæs. l. 8. c. 49. Templarij orantibus Angeli pro quam & Saracenos capiunt.

Cum Pontifex Othonis in H. Palatinum Rheni illius fratrem querimonias audisset, nimium cum Philippo in eundem Othonem conspirasse, graviter ipsum objurgare, utque quamprimum resipisceret, monere atque imperare non prætermisit. Extant de his pontificiæ literæ tum ad Maguntinum archiepiscopum, & Eldesmensem episcopum d, tum ad ipsum Rhem Palatinum comitem. Hermannum insuper Thuringiæ lantgravium ad eiusdem Othonis obsequium redire jubet, cum antea necessitate potius compulsus, quam sponte in Philippi castris versatus esset. Othonis partes superiori anno secutus fuerat lantgravius, quemadmodum Innocentius e refert, postea que ab ipso deficiens, Sueviæ duci adhæserat; qua de re plura in suis chronicis auctores.

d Cit. libell. ep. 120.

e Ep. 121.

54. &c. Hoc ipso anno *Albertus tertius Livoniensis, alias Rigensis episcopus* inquit Dlugoschus f, qui etiam Joannes Longinus appellatur, *ordinem fratrum de militia Christi nuncupatum, qui gladium, & desuper crucem mantello insutam deferebant, apud Livoniam instituit, pro defensione fidelium contra barbaros, & tertiam partem bonorum ecclesiæ Rigensis illis in dotem assignavit, quem Gregorius nonus ordini Theutonicorum univit, & ut in jurisdictione prælatorum Livoniensium consisteret, constituit.*

f Id. in. ep. 91 ante fin. & post ep. 107.

Ordo militiæ Christi institutus ab Alberto Livoniensi episcopo.

g Longin. hist. Pol. l. 6 ann. 1205.

Emerici Regis Hung. mors.

Andreæ fratri commissa regni cura.

Eodem anno defuncto Henrico, seu Emerico Hungarorum Rege, ac paulo post Ladislao puero eius filio regni relicto herede, Andreas Henrici frater Pannonia potitur, cum prius ex Henrici suprema voluntate Ladislai eius filij & heredis curam suscepisset: de quo Andreas ipse Innocentium literis suis, quæ in pontificio huius anni re-

gesto a extant, certiorem fecit. Iam verò ad Galliarum res sermonem convertamus,

a Apud Inn. l. 7 ep. 226.

57 Funestissimus erat Galliæ Narbonensis status, quem describit Guillelmus de Podio Laurentij: *Terram*, inquit, *replevérant Arriani, Manichæi hæretici, ac Valdenses*; addit auctor Fulconem ordinis Cisterciensis episcopum Tolosanum hoc anno die S. Agnetis sacro Tolosam ingressum esse, atque episcopalia vectigalia ita dissipata invenisse, ut centum solidos annuos minus quatuor tantum posset percipere, nec mulos, quibus vectus adveherat aquatum ad amnem mittere ausum, ne caperentur ab hæreticis; unum subdit hæc verba: *Forte dominus ita ordinabat, qui in primitiva Ecclesia non multos nobiles aut potentes secundum carnem, sed infirma mundi elegit ut fortia quæque destrueret, ut episcopus pauper prodiret pedibus ad expugnandam hæreticam pravitatem:* Misit b etiam eodem anno Innocentius B. Petrum de Castro-novo, impositoque illi ac Rodulpho Cisterciensibus legationis munere, a sacra contemplatione ad revocandas ab scelere & impietate errantes animas se transferre iussit: quam provinciam Petrus ita strenue gessit, ut demum in ea martyrij palmam tulerit c. Gravissimis etiam precibus vrsit Philippum Francorum Regem, ut Ludovicum filium vel alium strenuum ducem succinctum exercitu ad hæreticos excindendos mitteret; tum ut proceres & toparchas ad pellendos hæreticos concionatores adigeret.

Summa eius inopia.

b Inn. lib. 8 ep. 210. B. Petrus e Castro Novo legatus mittitur.

c Ep. 212. Philippus Rex monitus ut hæreticos coerceat armis.

58. &c. Occupatus erat in conjungenda Gallicæ ditioni Normannia Galliarum Rex, cumque populos ad fidem sibi præstandam jureiurando obstringeret, Innocentius Rothomagensem archiepiscopum, aliosque episcopos admonuit d, ne hac in re a consuetudine & a jure discederetur. At illud patris optimi animum angebat, quod post plurimos impensos a se labores Reginæ piissimæ fœminæ Regis gratiam conciliare non potuisset, cui ea de re querenti ita respondit e.

Philippus Galliarum Rex Normanniam suæ ditioni adjungit.

d Lib. 8. ep. 7

e Ep. 213.

Innocentius, &c. Novit ille, qui nihil ignorat, quod super articulo matrimonij pro te fecimus quicquid homo facere potuit: sed peccatis exigentibus parum profecimus, quoniam ad exhibendum tibi maritalem affectum animus carissimi in Christo filij nostri Philippi regis Francorum illustris non potest aliquatenus inclinari, neque nos eius animo amorem possumus inspirare, cum hoc solus Deus facere possit, in cuius manu cor Regis existit. Putat igitur ipse Rex, & multi etiam opinantur, quod perpetuo sit maleficio impeditus, unde non solum propter affinitatem, verum etiam propter maleficium a te postulat separari. *Dat. III. non. inij apud S. Petrum.*

Pontificis consolatoria litera ad Reginam ejectam. Philippus Rex suspectus ab uxore ex maleficio.

61 Sed ad res Angliæ exponendas procurrat oratio: luctuosissimus erat hisce temporibus illius ecclesiæ status, de quo gestorum Innocentij scriptor, dum de morte Huberti Cantuariensis archiepiscopi agit, quæ hoc ipso anno obtigit, hæc literis breviter prodidit: *Licet beatus Thomas Cantuariensis archiepiscopus animam suam pro ecclesiastica posuerit libertate, nulla tamen utilitas quoad hoc in sanguine eius erat, quoniam Anglicana ecclesia per principum insolentiam in profundo servitutis ancillata jacebat, ita ut Apostolicum quoque mandatum in Anglia jam quasi precarium haberetur, & electiones prælatorum nusquam libera fierent, ut de cæteris abusionibus taceatur.*

Libertas ecclesiastica in Anglia oppressa.

62. &c. Dū vero ecclesias Ioannes oppugnabat, diuinum Numen ipsius terras a Francorum Rege, cum quo ex Innocentij literis bellum gessisse constat,

ſtat, ſubijci permiſit: ait enim Pariſius ipſum in Gallias expeditionem adornaſſe, atque a ſuis deſertum, coactum redire paucis poſt diebus, quam mare conſcendiſſet, a nobilibus, populo, ac religioſis vim pecuniæ innumeram corraſiſſe, obiecisſeque eos ad recuperanda amiſſa eundem ſoqui detreſtaſſe; extincto que Huberto archiepiſcopo Cantuarienſi, cuius mors non ingrata Ioanni Regi extitit, apud quem nimiæ cum Francorum Rege coniunctionis ſuſpicione laborabat, narrat auctor Cantuarienſes monachos non conſulto Rege Reginaldum ſuperiorem in archiepiſcopum elegiſſe, ac noctu celebratis diuinis laudibus primum altari, deinde archiepiſcopali ſolio impoſuiſſe, electioque Romam protecto, ac flagitanti ab Innocentio, vt electioni ſuam adijceret auctoritatem, reſpondiſſe Innocentium rem ſe diligentius excuſſurum.

Bremenſis comitis virtus bellica.

69 Imponimus huic anno finem lugubri enarrationi de Gualtero Bremenſi comite, cuius egregia in Sicilia facinora ſupra huis locis recenſuimus: quippe in rebus geſtis Innocentij Papæ hæc de illo anonymus auctor ſcriptis mandauit: *Comes autem Bremenſis cum multa fuiſſet magnifice operatus, quæ longum eſſet per ſingula explicare, vſque adeo compreſſit Theutonicos, vt vix auderent de caſtellis exire; quæ cum eſſent neceſſarijs deſtituta ſperabatur in omnibus, quod ea non poſſent diutius obtinere. Nam & apud Salernum obtinebat Terracinam, & Turrem maiorem tenebat obſeſſam. Ipſe verò omnia ſecurus effectus perſonæ ſuæ cuſtodiam negligebat, de quo cum augeretur a multis inceptum arroganter reſpondit, quod Teutonici armati non auderent aggredi Francos inermes; vnde cum quoddam Diupaldi caſtrum quod* a *Sarnum dicitur obſidere, Diupaldus ipſius prædens intentionem ſummo diluculo armatus cum ſuis ſuper eumdem, & ſuos nudos in tentorijs quieſcentes irruit impetuoſus, multoſque peremit. & cepit ipſum comitem: fortiter repugnantem ſagittis & lanceis vulneratum, qui captivus deductus ad caſtrum poſt aliquot dies recepta pœnitentia, & viatico debitum carnis exoluit.* His conſentanea de Brenenſi comite capto a Diupaldo, atque haud ita multo poſt vita functo tradit Ricchardus de ſancto Germano notarius a.

a Sarnum al. Socium

Nimium ſibi præſidens capitur, atque ex vulneribus obit.

a Riccard. in chron. hoc anno.

Indict. 2.

IESV CHRISTI
anno 1206.

INNOCENTII PP. III. VACAT IMP. OCCID. 9.
anno 9. HENRICI IMPERAT. 2.

1 AD tuendam nobiliſſimæ orientis patriarchalis ſedis maieſtatem, libertatemque defendendam, curæ apoſtolicæ hoc anno conuertendæ fuerunt; cum enim Veneti patriarcham a ſede Apoſtolica redeuntem ad conuentiones compulſiſſent, quæ in cæteratum rationum iniuriam redundabant, Pontifex hæc ei dedit imperia.

Iniquum a patriarcha Conſtantinopolitano extortum Venetijs ſacramentum.

2 *Innocentius, &c.* Præſentium tibi auctoritate mandamus, & in virtute Spiritus ſancti diſtricte præcipimus, quatenus iuramentum illud nequaquam obſerues, cùm ſanctuarium Dei non ſit hereditario iure ab aliquibus poſſidendum, ſed in omni gente, quæ facit iuſtitiam, acceptus ſit Deo, præcauens diligenter, ne poſt hoc Apoſtolicæ ſedis præceptum in præmiſſis articulis vtcumque delinquas, quia ſi de cætero ſolos Venetos in eccleſia ſanctæ Sophiæ canonicos inſtitueris, vel ad hoc impenderis operam qualemcunque, vt ſemper in eadem eccleſia ſit Venetus patriarcha, neminem in ipſa ponendo canonicum, niſi iuret, quod nunquam aliunde, niſi de Venetijs eliget, aut recipiet patriarcham, nulla deinceps ratione ſuper his poteris excuſari. Sed nec illud obſeruues, quod abſque iuramento diceris promiſiſſe, vt neminem archiepiſcopum præter Venetum in tota facies Romania, &c. *Dat. Ferentini.*

Reſcinditur ab Innocentio.

3 &c. Antequam patriarcha vrbem ingrederetur, literas ad Conſtantinopolitanum clerum, & populum dedit, quibus adoentus ſui factos certiores, officij commonuit, vt ad ſe debito honore excipiendum ſe accingerent: ſed Franci clerici ipſum excipere, moremue ei gerere reſpuerunt, & obiecere eius promotionem mendacio ab Apoſtolica ſede ſurreptam, & ad ipſam coram Cardinale legato vnanimi conſenſu prouocarunt; quorum prouocationem admittendam cenſuit legatus, neque ipſos ad obſequium patriarchæ deferendum adegit. At patriarcha in ipſos, vt contumaces anathematis ſententiam tulit, quam illi ſeuare contempſerunt: quæ diſcordia tamdiu euenit, donec Benedictus tituli ſanctæ Suſannæ presbyter Cardinalis legatus Byſantium appulit, ſuaque auctoritate diſcordiam compoſuit, ac nouellas patriarcham inter & Francos contentiones confecit, quarum ea princeps extitit, vt ex omnibus terris, quæ a nouorum vi hoſti adimerentur, decimaquinta pars Conſtantinopolitanæ eccleſiæ attribueretur, quas Innocentius cum eccleſiæ vtilitati cederent, apoſtolica auctoritate corroborauit, eaſque, diplomati ſuo inſeruit 2.

Galli clerici aduerſantur patriarchæ.

Conciliata a legato diſcordia.

a Ann. ſp. 192.

6. &c. Animaduertendum autem eſt Henricū, qui primo ſemper loco inter principes in ea pactionum formula recenſetur, nunquā Imperatoris titulo inſigniri, idq, dedita opera factum ſcias: quamuis enim clauum imperij teneret, & gubernacula reipublicæ tractaret, mondum tamē Imperator renunciatus erat; nam Nicetas Choniata Græcus auctor hæc hiſtoriæ mandauit: *ipſi Byzantium reuerſi*, de noſtris loquitur, *Henricum Balduini primi ex Latinis Byzantio dominati fratrem Imperatorem declarant. Cum autem vnum annum & menſes quatuor reſpublicam ſine Imperatore adminiſtrarent, omnium populariumque ſuorum regni inaugurationem condonare voluerunt, niſi Balduini morte prius explorata.* Hæc ipſe, vbi eum affirmet per annum ac menſes quatuor reſpublicam ſine Imperatore adminiſtratam eſſe, Balduinum verò quintodecimo aprilis die captum ſignificet, dicere neceſſe eſt Henricum hoc anno, ſed non ante XV. auguſti diem Imperatorem declaratum. Nunc ex orientali ad occidentale imperium narrationem traducamus.

Henricus Imperium regit non obtenta imperatoria dignitate.

10 Tradit Godefridus Philippum ingenti cinctum exercitu Adolphique auxilijs fultum in inferiores Germaniæ partes irrupiſſe, obuiamque illi occurriſſe Othonem, qui ſecum Brunonem ducobat, atque Henrici Limburgenſis proditione ad caſtrum Vaſſimberch cum in loca paludoſa adductus eſſet, mox ab hoſte vndique irruente circumfuſum, profligatum, fugatumque; tum Othonem cum archiepiſcopo oppidum ingreſſum ab hoſtibus circumcluſum fuiſſe, eoque animaduerſo cum tribus ſocijs indeſe proriſuiſſe, paulo verò poſt ad deditionem compulſum oppidum, ac Brunonem in Philippi poteſtatem redactum in vincula coniectum. Eadem de proditione ducis Limburgenſis, Othonianorum cæde, fuga Othonis, eoque Brunone capto breuiter Lubecenſis b. Antequam vero Otho omnino ſub Philippi Sueui armis ſuc-

Otho per proditionem a Philippo fugus

b Arnol. Lub. chron. Slau. l. 7. c 5.

succumberet, de cõcordia actum fuerat, tradit enim Godefridus ambos electos opera Henrici de Kalenthin Coloniam propè in colloquiũ veniſſe, quæ verò inter ſe egiſſent, pleroſque latuiſſe. Verum Stadenſis [a] vtrumque ſub quadam conditione reconciliationem ſpopondiſſe tradit. Coeptam proſequitur narrationem Godefridus, Philippum e colloquio reuerſum montem, cui Gymnich nomen erat, inſediſſe, arcemque impoſuiſſe militari præſidio munitam, vt Colonienſibus frænum injiceret, quo illi metu perculſi cum toto ſibi aduerſante imperio Germanico conatus ſuos eluſos viderent, Brabantiæ ducis opera Philippo conciliatos, qui Spirenſem epiſcopum, vt in ſuam fidem eos adigeret, miſit. Subijcit idem Godefridus Othonem afflictis ita ſuis rebus in Angliam fugiſſe, magnoque a Ioanne Rege auunculo honore ſuſceptum, accepta ingenti pecuniæ vi ad bellum inſtaurandum redijſſe. At Robertus de Monte, Matthæuſque Pariſius aduentum Othonis in Angliam ſequenti anno retenſent.

Angliam profiſcitur.

[a] Stad. ubi ſup.

11. &c. Euerſas Othonis res Innocentius reſtituere cupiebat, ac præſules, vt illi adhæreſcerent, ſollicitauit. Adolphum itidem Colonienſem olim archiepiſcopum, imperij Eccleſiæque perduellem, hiſce literis vt reſipiſceret, hortatus eſt Innocentius [b].

[b] Ep 97.

Innocentius, &c. Ecce, iuſto iudicio primus ipſe in foueam incidiſti, quam alij præparaſti, quia cum velles prædictum Regem deijcere, dejectus es ipſe prior propter notum periurium, proditionem vulgatam, publicam excommunicationem, & inobedientiam manifeſtam. O ſi diligenter attenderes, quod laici de te ſentiant, quod clerici de te dicant, quomodo tuam vilificaſti perſonam, fœdaſti ordinem, officium deturpaſti, factus tibi ipſi contrarius, & reprobans temetipſum, procul dubio non minus erubeſceres de infamia, quàm doleas de iactura. Condolemus vtique tibi, ſi tamen tu doleas, non quidem ad exercendam vindictam, ſed ad pœnitentiam peragendam, quoniam inutiliter vindicare te ſtudes, poſſes autem vtiliter pœnitere. Quid enim tibi poſſunt prodeſſe homicidia, ſacrilegia, furta, incendia, & alia facinora, quæ committis? putaſne, per illa valeas apud dominum, aut etiam apud nos indulgentiam promereri? facta ſunt nouiſſima tua peiora prioribus, dum accumulando peccata peccatis preſſus pondere vitiorum, ad inferni te profunda demergis. Ne putes, quod verba iſta de cordis amaritudine proferamus, cum etſi tuam odiamus offenſam, diligamus naturam, memores adhuc illius dilectionis antiquæ, qua te inter fratres, & coepiſcopos noſtros affectuoſius amabamus; ſed ex compaſſionis affectu, nouit dominus, verba iſta proferimus, quoniam gemimus, & triſtamur, dum audimus te de malo vergere ſemper in peius, quia licet graviter lædas alios, grauius tamen lædis teipſum, & inde deficis amplius, vnde magis proficere te confidis, &c. *Dat. Ferentini* VIII. *kal. iuly anno* IX.

Adolphus ab Innocentio monitus.

14 Fracto Othone Philippus cum aduerſante Innocentio pacatum tenere non poſſe imperium noſſet, nuncios literaſque pro reconciliatione obtinenda miſit, profeſſumque eſt in omnibus ſe morem gerere paratum vt veniam conſequeretur; vt verò hæc geſta, exactius excutiendum eſt. Præceperat ſanctiſſimè Innocentius Aquileienſi patriarchæ, vt errantem filium monitis ac minis ad officium reuocare ſtuderet, quod ille egregiè præſtitit, vt pontificiæ ad ipſum miſſæ literæ [c] teſtantur: de quibus Pontifex his Othonem Regem certiorem fecit [d], adhortatus, vt inducias cum Philippo ad annum iniret;

Philippus Sueuus Innocentio quærit reconciliari.

[c] Lib. I. ep. 19. [d] Ep. 20.

15 Extant Philippi literæ [a], in quibus, poſtquam plurimis oſtendere conatus eſt, ſe defuncto Henrico Auguſto fratre ſuo totis viribus omnique ſtudio contendiſſe, vt Fridericus eius filius imperio potiretur, verùm cum nullum ex principibus in ſententiam ſuam adducere potuiſſet, tandem non ambitione, ſed illis vrgentibus coactum principatum adijſſe: de Luipoldo, deque alijs quæ Innocentius in ſuis literis attigerat, plura affert, ex quibus hæc delibanda putaui,

[a] Id. ibid. ep. 132.

De domino Luipoldo hoc ſcitote. Contigit ſtatim poſt mortem Conradi Maguntini archiepiſcopi, nos venire Maguntiam, & eius intereſſe ſepulturæ, & inde concordi, & vnanimi electione cleri astantibus votis miniſterialium, & omnium eorum, quorum interest & aſſenſu, & mirabili clamore populi, ipſe Luipoldus fuit electus, ſicque nobis præſentatus, & quia noſtrum non eſt diſcutere de epiſcoporum electione, tantummodo vt ipſa ſit concors, & vnanimis, de regalibus eum inueſtiuimus: poſtmodum dominus Siffridus apud Pinginam, vt verè putamus, a tribus, vel ad plus a quatuor ſe permiſit eligi, ſed cum nos a dilecto fideli noſtro V. patriarcha Aquileienſi, & a latore præſentium venerabili priore voluntatem veſtram intelleximus, ſtatim concepimus animum dimittendi Luipoldum ob honorem, & reuerentiam ſanctitatis veſtræ, & ob dignitatem ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, quam nos recognoſcimus eſſe matrem, & dominam omnium eccleſiarum, et quam nos ſemper reuereri volumus, et honorare ſicut matrem noſtram catholicam, et apoſtolicam, et pro poſſe, et viribus noſtris eam ſemper defendere volumus, et efficaciter ſuæ intendere exaltationi: ita quoque volumus dimittere Luipoldum, vt et vos inſpecto honore imperij, cuius exaltationi et honori vos tamquam plenitudine auctoritatis, quæ apud vos eſt, dominum Siffridum ceſſare facietis, et nos tunc ad voluntatem veſtram, et pro honore veſtro ipſum dominũ Siffridum in gratiam noſtram recipiemus, quamuis in multis grauiſſimè ipſe nos offenderit, et vel in curia noſtra honorificè tenebimus eũ, vel de bonis noſtris honeſtos reditus ſibi aſſignabimus, quouſque nos prouideramus ei in loco magno, et honeſto dignitatis, accedente ad hoc auxilio veſtro et apoſtolica auctoritate, quod vt putamus, fieri poſſet in breui.

16 *Ad hæc ſicut petiſtis pro reuerentia veſtra, et licet nobis non multum eſſet honorificum vel expediens, inter nos et dominum Oddonem tregnas libenter admiſiſſemus, ſi præfati nuncij veſtri vſque ad eum perueniſſe potuiſſent. Præterea pro reformanda pace et concordia inter vos et nos, inter ſacerdotium, et imperium, quam nos ſemper deſideraſtimus, ſubijcimus nos veſtris Cardinalibus, et noſtris principibus, qui tales ſint, qui vt viri catholici pacem, et concordiam ſine omni ſcrupulo doloſitatis debeant affectare. Item ſi nos in aliquos vos, vel ſacroſanctam Romanam eccleſiam offendiſſe videmur, nos pro honore domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius vicem in terris geritis, et ob reuerentiam beati Petri principis Apoſtolorum, cuius vicarius eſtis, et ob ſalutem noſtram nos ad ſatisfaciendum vobis ſupponimus; ſi verò vos in aliquo nos vel imperium laſiſſe videmini, conſcientiæ veſtræ ſuper ijs vos relinquimus. Cum enim nos piè credamus, et ante paſſionem, et poſt paſſionem dominum noſtrum Ieſum Chriſtum B. Petro Apoſtolo claues regni cœlorum contuliſſe, et tradidiſſe ius ligandi, atque ſoluendi, ſcimus et proteſtamur, quod vos, qui in locum ſuum cum plenitudine poteſtatis ſucceſſiſtis, in huiuſmodi articulis ab homine non eſtis iudicandus, ſed iudicium veſtrum ſoli Deo reſeruatur, cuius iudicium, et examen, quod ſibi ſoli debetur, nobis non quæriimus vſurpare, etc.* Hactenus Philippus: qui præterea

Pontifex ab homine non poteſt iudicari.

terea patriarchæ Aquileiensi (quem principum imperij principem appellat) aliisque oratoribus suis literas alias tradidit a ad Pontificem scriptas, quibus redintegrandæ eum illo concordiæ prouinciam dedit.

a Cit. libell. ep. 142.

17. 18 At Innocentius, profligato iam Othone, Hugonem episcopum Ostiensem, ac Leonem cituli S. Crucis presbyterum Cardinalem vt pacem inter illos conciliaret, in Germaniam legauit b, & ad regionum earum principes ecclesiasticos laicosque literas scripsit c, quibus pariter eosdem legatos suos plurimum commendat. De hac legatione agit Lubecensis d: quid verò in Germaniam profecti legati egerint, vtque Philippum absoluerint, proximo anno dicetur.

Innocentij in concilijs dis conium gendisque principib' studium.

b Vrsperg. in chr. an. 1206.

c Cit. libell. ep. 143.

d Arn. Lubec. chron. Slau. l. 3. c. 6.

19. &c. Nec Philippum solem, sed etiam Vvaldemarum Danorum Regem sibi dicto audientem repperit, quo mandante, vt Vvaldemarum Slruicensem episcopum e carcere emitteret, egregius princeps nuncium & literas e omni officio refertas misit, seque pariturum pollicitus est, quamuis eo dimisso, sibi regnoque magnorum periculorum metus immineret, nocemque coniuratione facta sibi inferre tentasset, vtpote qui a Canuto seniore Vvaldemari auunculo ex concubina iatus, & Canutum iuniorem, ac Vvaldemarum regno exturbare & regium diadema cum mitula episcopali coniungere conatus esset.

Innoc ope ra pro liberando Vvaldema ro epis. e carcere.

e Apud Imm. l. 2 ep. 187.

22. 23 Quibus acceptis Innocentius missio ex Cardinalium consilio legato, Regem hortatus est f, vt solutum vinculis episcopum ad Hungarorum Regem, deinde ad Apostolicum ipsum perducendum illi tradiret.

f Imm. lib. 2 ep. 188.

24. &c. Cum in Germanos reges inciderit narratio, addendum videtur Innocentium, cum Boemiæ Rex legitima vxore repudiata aliam sibi adnumisset, eius causam Salisburgensi archiepiscopo cognoscendam detulisse g.

De matrimonio Regis Boem. ę cognoscit Innoc g Innoc. l. 9 ep. 80.

27 Sed iam ad res Gallicas transeamus. Tulerant ingentes labores aduersus hæreticos, sed irrito conatu legati apostolici Arnaldus abbas Cistercien-

Didaci ad legatos Apost. salubre monitum.

sis, ac Petrus de Castronouo, & Radulphus monachi, cùm diuina prouidentia Didacus Oxomensis episcopus vir insigni pietate, qui Roma reuersus non obtenta ab Innocentio exuendi sese episcopatu potestate, ad euangelij lucem infidelibus nationibus liberius inferendam, adducens secum beatum Dominicum, cuius tum virtus mundo efflorescere cœpit, atque apud montem Pessulanum in Arnaldum abbatem, ac dictos fratres Petrum de Castronouo, & Radulphum monachos Cistercienses Apostolicæ sedis, vt narrabamus, legatos incurrens, eos, vti fortem animum gererent hortatus est, abiectaque omni comitatus pompa Apostolorum more pedites sine pecunijs incederent, regionemque obeundo, virtutum splendore omnibus præluceret; respondentibusque id se lubenter facturos, si in re adeo noua aliquis magnæ auctoritatis exemplo præiret, vir diuinus familia sua Oxomum missa, cum ijs monachis ad eruditendos catholicos, confutandos hæreticos, euellendaque vitia animum conuertit.

S. Dominicus Didaci epis. socius.

Abb. 12. Cisterciensium Arnal. aliisq; monachis contra hæret. prædicat.

28 Cæterùm Arnaldus Cistercij abbas, cùm ad celebranda ordinis comitia perrexisset, ijs peractis secum alios duodecim abbates, pluresque eiusdem ordinis religiosos viros adduxit, qui vt ab Oxomensi episcopo edocti erant, summa humilitate, paupertate q, more apostolico eas regiones lustrauere, suis cuiq; limitibus ferendi verbi diuini definitis. Incedebant pedibus, victum ostiatim quæritabant, summoque studio hæreticos errores discutiebant. Inter cæteras porro cum aduersarijs consertas publicas disputationes celeberrima illa fuit, quæ est Balduino hæresiarcha, einsque nequitiæ socio Theodorico in castro Carmano magno pietatis ardore, ac veritatis triumpho habita est. argumentis enim episcopi Oxomensis irretitus hæreticus, negans tamen tacere veritatem, ac æstuans exclamauit: *Scio*, inquit Theodoricus, *scio cuius spiritus sis, siquidem in spiritu Eliæ venisti*. Ad hæc vir sanctus: *Et si ego in Eliæ spiritu veni, tu venisti in spiritu antichristi*. Quanquam etiam diuinum Numen nonnulla prodigia ad incutiendum impijs terrorem ostendit, inter quæ id insigne, quod Petrus Vallisarnensis narrat a: *Contigit tempore illo prope Carcassonam miraculum, quod pretereri non debet. Metebant hæretici segetes suas in die natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ: ipsum enim non properarunt, sed maligniorem esse dicebant; dum igitur meterent, aspiciens vnus ex eis, manum suam cidit, et manipulum suum sanguinolentum, quod videns putauit, quod incidisset manum, sed inueniens eam sanam, exclamauit socijs. Quid vltra? Aspicientes singuli manipulos, quos tenebant, inuenerunt eos sanguinolentos, manibus tamen seruatis illæsis. Venerabilis autem abbas vallium Guido tunc erat in illa terra, qui manipulum sanguinolentum vidit, et ipse mihi hoc narrauit, etc.*

Didaci ad hæreticum elegans responsum.

a Petrus Vallisarn. hist. Albig. cap. 3. Sanguis e segetibus fluit.

29 Affert etiam b auctor hoc aliud miraculum, quod beati Dominici opera Deus patrauit; *Disputauerant quadam die quidam prædicatores nostri viri religiosi aduersus hæreticos; vnus autem de nostris Dominicus nomine vir totus sanctitatis, qui socius fuerat episcopi Oxomensis, auctoritates, quas in medium produxerat, redegit in scriptum, & cuidam hæretico tradidit schedulam illam, vt suis probatis deliberaret. Nocte igitur illa erant hæretici congregati in vna domo, sedentes ad ignem. Ille autem cui vir Dei tradiderat schedulam, produxit eam in medium: tunc dixerunt socij sui, vt in medium ignem illam proiceret, & si schedula illa combureretur, vera esset fides, immo perfidia hæreticorum: si verò incombusta maneret, fidem, quam prædicabant nostri, veram esse fatebantur. Quid plura? in hoc conuenerunt omnes, schedula in ignem proiicitur, sed cum in medio igne aliquantulum moram fecisset, incombusta penitus ab igne resiliit, stupentibus, qui aderant: vnus cæteris durior ait illis: Proiciatur in ignem iterum, iterum resiliet incombusta; quod videns ille durus, & tardus ad credendum, dixit iterùm: Trina vice proiciatur, & tunc sine dubio rei exitum cognoscemus: proiicitur tertiò, nec tunc quidem combustus, sed integra ab igne resiliit, & illæsa: hæretici autem visis tot signis, nec tunc ad fidem voluerunt conuerti, sed in sua manentes malitia, districtissimè sibi inuicem iobibuerunt, ne miraculum istud per narrationem alicuius ad nostrorum notitiam deueniret: sed miles quidam, qui erat cum illis, qui aliquantulum consentiebat fidei nostræ, noluit celare, quod viderat, sed pluribus narrauit. Factum est autem hoc apud Montemregalem, sicut ab ore viri religiosissimi audiui, qui schedulam hæretico tradidit suprascriptam, etc.*

b Cap. 7. S. Dominici miraculum.

Fides schedulæ e flammis illæsa exit.

30 Narrat aliud insigne prodigium a S. Dominico editum vitæ illius auctor c, quo nouem nobiles matronæ hæreticorum versutijs irretitæ, fugiente ab ijs vilibili, ac tetra specie dæmone, fidei orthodoxæ veritatem amplexæ sunt; *Cum*, inquit, *in Tolosæ partibus apud castrum, quod Fanum Ioannis vocant, prædicaret vir Dei, cum aliquanto fidem catholicam egregie edstruens, hæreticorum perfidiam multis modis confutasset, absoluta concione more solito in ecclesia precandi causa remansit: & ecce nouem matronæ nobiles ex illo castro venerunt, intrant in templum,*

c Vit. S. Dominic. auctor sinc. l. 1. c. 8.

Diuino prodigio damon inter matronas hæreticas apparet.

templum, cadunt ad pedes eius, & dicunt: Serue Dei adiuua nos. Si vera sunt quæ hodie pro concione dixisti, iampridem mentes nostras necesse est spiritus erroris vt occæcarit, nam istis, quos tu hæreticos vocas & nos homines bonos appellamus, vsque in præsens credidimus, & adhæsimus toto corde; nunc vero prorsus fluctuamus animis: serue Dei adiuua nos, & ora Deum tuum, vt notam nobis faciat fidem suam, in qua viuamus, moriamur, & salui fiamus. Tum vir Dei flans, & aliquandiu intra se orans, paulo post dixit ad eas: Constantes estote, & expectate intrepidæ; confido enim in domino Deo meo, quod ille, qui neminem vult perire iam declarabit vobis cuiusmodi domino hactenus adhæseritis: moxque viderunt e medio sui feles teterrimum prosilire equis magnitudine crassis oculis & igneis, linguis elongatis, latis, sanguinolentis, & vsque ad umbilicum productis, cauda breui & in sublime erecta, ita vt loci eius turpitudinem quocumque se verteret hominum oculis ostenderet, fœtore intolerabili inde exhalante; cumque apud matronas illas sese horum hac illacque agitasset, ad postremum, quæ e campana pendebat insiliens & per eam sursum scandens tandem disparuit, fœda post se vestigia derelinquens. Conuersus autem ad matronas S. Dominicus nimium territas consolabatur ita dicens: En ex eo quod coram oculis vestris, Deo volente, apparuit, potestis animaduertere qualis sit ille, cui huc vsque seruitis. At illa gratias Deo agentes ad fidem catholicam integerrime se receperunt.

Fugit dæmon relicto fœtore ingenti

Conuersæ ad fidem matronæ nouem.

31 Exantlasse eundem S. Dominicum grauissimos labores, & contumelias læto animo pertulisse dùm euangelium inter hæreticos prædicabat, singulaque oppida lustrabat, narrat idem auctor a, qui hæc subiungit: *Accedit eo tempore, vt disputatio solemnis deberet cum hæreticis ventilari, ad quam cum episcopus loci cum multa se pompa præpararet iturum, dixit ad eum puer Christi: Non sic, mi domine pater, non sic est contra filios superbiæ procedendum; humilitatis, ac patientiæ religionis, aliisque virtutum exemplis conuincendi sunt veritatis aduersarij, non fastu elationis, & ostentatione gloriæ sæcularis. Armemur ergo deuotis orationibus, & humilitatis indicia præferentes, discalceati contra Goliath procedamus. Assensit episcopus consilio pietatis, & discalceati sunt omnes: eumque de via dubitarent, obuiam habuerunt hæreticum, quem catholicum existimabant, qui eos ad locum recto itinere, vt spondebat, non perduxit, sed ad nemus quoddam perfidus malitiosè seduxit; vbi inter vepres & spinas pedes eorum vulnerati sunt, & crura sanguine respersa.*

a M. S. Vat. bibl. signat n. 7218. Iordan. & alij in vita S. Dominici lib. 1. c. 6.

Consilium S. Dominici ad episcopum.

Mira eiusdem patientia.

Tunc pugil Dei cum omni patientia sufferens, & in iucundam Dei laudem prorumpens, ad collaudandum & sustinendum cum patientia omnes hortatus est, dicens: Confidite in Domino charissimi, quia de cælo vos manet triumphus, iam enim peccata nostra sanguine expiantur. Cernens malignus ille miram eorum & lætam patientiam, optimisque sermonibus sancti compunctos, malitiam confessus, hæresim abiurauit: venientibus autem ad locum rectis corde orta est lætitia, peruersis verò confusio, & tristitia.

Eam admiratus hæreticus conuersusque.

32. 33 Eodem anno mense iunij, vt ait Rigordus b, audiens Philippus Ioannem Anglorum Regem magnis cum copijs ad Rupellam appulisse, collecto exercitu Pictauiam ingressus, comitatum principem, aliaque loca præsidijs munijssit, firmassetque, Parisios redijt: Ioannes verò Andegauum admotis castris cepit, vastauitque, eumque Toarcensis vicecomes a Gallo defecisset, fœdusque cum Anglo iniisset, Philippus Pictaniam reuersus, atque aduersa vtrimque acie ad pugnam instructa, Ioanne Toarci commorante, vicecomitis ditionem penè deleuit: tandem a festo omnium sanctorum die ad duos annos pactæ inter Reges induciæ.

b Rig. de gestis Philip. Aug. Franc. Reg.

34 Hoc quoque anno data est prouincia Pampilonensi episcopo, & Petro de Castronouo ac Radulpho Fontis frigidi monachis Apostolicæ sedis legatis a, vt castrum de Siuna, quod ad eandem Apostolicam sedem pertinebat, Petro Aragoniæ Regi traderetur operam adhiberent, si ei aduersus hæreticos pugnanti opus sit, dummodo ab iure eiusdem sedis non subtraheretur, cui etiam hæreticorum bona, quæ inuasissent, retinendi potestatem fecit b, concessitque c vt ipsius successores Reges, ac Reginæ a Tarraconensi archiepiscopo regia inunctione Cæsaraugustæ linirentur, alijsque regalibus insignijs exornarentur.

a Ep. 91.

b Ep. 102.

c Ep. 101. Tarracon. archiepisc. Reges Aragoniæ inungendi potestas data.

35 Nec verò omittenda Innocentij Hispanis responsa e Petri cathedra data: consultus in primis a Bracharensi episcopo de tribus rebus dubijs: primum, vtrum scilicet in singulis Apostolorum vigilijs ieiunium seruandum, cum id compluribus placeret, vt solemnis is cultus sex tantùm tribueretur: deinde an etiam in sacro Christi domini aduentu ad seruanda ieiunia obstricti simus, cùm de ea re aliud alij sentiant: postremò si festus dies alicuius sancti, cuius pernigilio ieiunatur, in secundam feriam incidat, in præcedens sabbatum ieiunium reijciendum sit: ita respondit d.

Responsa Innoc. Hispaniæ proiulibus.

De ieiun.

d Ep. 3. habetur consilium nostrum de obseruatione

Innocentius, &c. Nos tibi super hoc taliter respondemus, quod apud nos omnium Apostolorum vigiliæ in obseruatione ieiunij celebrantur præter vigilias sanctorum Philippi, & Iacobi, & beati Ioannis Euangelistæ, quoniam illorum festiuitas intra solemnitatem paschalem, istius autem intra natalem Domini celebratur. Ieiunium etiam apud nos in aduentu Domini agitur, & sanctorum vigilias, quorum festiuitates oportet secunda feria celebrari, ieiunamus in sabbato præcedenti, &c. *Datum Romæ apud sanctum Petrum xi. kal. martij pontificatus nostri anno octauo*, nimirum exeunte.

36. &c. Propositis etiam ab Auricali episcopo egregiè fecit satis e.

e Ead. lib. ep. 33.

Innocentius, &c. Quæsiuisti per sedem Apostolicam edoceri, vt cum episcopi ad consecrationes episcoporum ab archiepiscopo suo, vel etiam alio euocentur, & ipsi metropolitano electum offerant consecrandum, dicentes: *Reuerende pater, postulat sancta mater Ecclesia hunc electum in episcopum consecrari*; & interrogante archiepiscopo, si sciant illum esse dignum, respondeant, quod illum sciunt, & credunt pariter esse dignum, & tu in responsione huiusmodi, ne offenderes hominem, Deum existimes offendisse quandoquè contra conscientiam respondendo, cum electi conuersatio aut minus bene tibi cognita, aut penitus sit ignota; qualiter in huiusmodi interrogationibus salua conscientia valeas respondere. Ad quod fraternitati tuæ taliter duximus respondendum, quod cum nos aliquem in diaconum, vel presbyterum promouemus, prior diaconorum, qui nobis assistit, dicit: *Postulat sancta mater Ecclesia catholica hunc subdiaconum, vel diaconum ad onus diaconatus, vel presbyteratus assumi*; & nobis interrogantibus, si eum cognouerit esse dignum, idem respondet, quod quantum humana fragilitas nosse finit, & scit, & testificatur, illum ad huiusmodi onus esse dignum. Vnde in tali responsione aliquem peccare non credimus, dummodo contra conscientiam non loquatur, quia non simpliciter se scire illum asserit esse dignum,

De testimonio pro consecrandis dando.

Quo sensu dicantur digni.

gnum, sed in quantum humana fragilitas nosse finit, cum illum, quem indignum esse non nouit, dignum debeat æstimare. *Dat. Romæ apud S. Petrum id. martij anno 10.*

43 Per id tempus S. Franciscus ad profligatos Christianorum mores emendandos, virtutibusque perpoliendos a Deo euocatus, nouam viuendi rationem arripuit: cum ad Assisinatem episcopum ductus a patre, quò præsente illo se bonis abdicaret, exutis simul vestibus sua omnia patri iura remisit, illud adijciens, se in posterum maiori fiducia dicturum: *Pater noster, qui es in cœlis.* Quæ hoc anno contigisse testantur Albertus abbas Stadensis, eius temporis scriptor a, Martinus Polonus b, Bernardus Guido c, S. Antoninus d, & cum alijs recentioribus e Lucas Vvaddingus, qui annales fratrum Minorum exactissime conscripsit. Cum verò natus fuerit anno salutis MCLXXXI. vt ex Stadensi tradit Baronius f, ipsum vigesimo quinto ætatis suæ anno vitam sanctiorem amplexum dicendum est, quidquid opinentur alij, quos apud Vvaddingum consulere possis. Cæterum quam pijs & meris illecebris illum diuina sapientia pellexerit, pellectumque constrinxerit, narrat S. Bonauentura in eius vita g: *Solitaria*, inquit, *loca quærebat amœna maioribus, in quibus dum gemitibus inenarrabilibus incessanter intenderet postulans pœnæ injuriam a Domino meruit exaudiri: dum enim vna alterum sic sequestratus errant, & præ nimietate fœtoris totus esset absorptus in Deum, apparuit ei Christus Iesus velut cruci confixus, ad cuius conspectum liquefacta est anima eius, & memoria passionis Christi visceribus cordis eius adeo impressa medullitus, vt ab illa hora cum Christi crucifixo vnitus in eo esset, vix posset a lachrymis & gemitibus exterius contineri, sicut ipse postmodum familiariter retulit dum appropinquaret ad finem.* Subdit sanctus auctor h, vt Christus, cœlestibus monitis illum sacro Christianæ pietatis propagandæ desiderio accenderit: *Die*, inquit, *quadam egressus cum ad meditandum in agro deambularet iuxta ecclesiam S. Damiani, quæ minabatur præ nimia vetustate ruinam, & in eam mœstigante se spiritu causa orationis intrasset, prostratus ante imaginem crucifixi, non modica fuit in orando spiritus consolatione repletus; cumque lachrymosis oculis intenderet in dominicam crucem, vocem de ipsa cruce delapsam ad eum corporeis audiuit auribus, ter dicentem: Francisce, vade & repara domum meam, quæ, vt cernis, tota destruitur. Tremefactus Franciscus cum esset in ecclesia solus stupet ad tam miranda vocis audium, cordeque percipiens diuini virtutem eloquij, mentis alienatur excessu; in se tandem reuersus ad obediendum se parat, & totum se recolligit ad perficiendum mandata de materiali ecclesia reparanda, licet principaliter intentio verbi ad eam ferretur, quam Christus suo sanguine acquisiuit, sicut eum Spiritus sanctus edocuit, & ipse postmodum fratribus reuelauit.* Illuxit tunc Italiæ nouum hoc sanctimoniæ sydus arcano diuinæ prouidentiæ consilio, cum pseudomonachi Vvaldenses & Patareni diuina peruertentes oracula, ac sanctorum patrum traditiones, hæresi simplices illaquearent. Ad quos comprimendos Innocentius Florentinos i & Pratenses l magistratus pro re catholica egregie animatos incitauit, necnon Fauentinis m præcepit, vt hæreticorum, qui catholicos non haberent hæredes, bona fisco addicerent.

D. Francisci constantia.

a *Stad. in chron.*
b *Mart. Pol. ann. 1206.*
c *Bern. Guid. chron. Rom. Pont. eod. ann.*
d *D. Ant. 3. part. tit. 24. cap. 7.*
e *Vvading. appar. §. 4.*
f *Bar. ann. 1182.*
g *S. Bonau. in vit. S. Franc. c. 1.*

Cœlesti viso Christi crucinæ memoria S. Francisco impressa.

h *Id. c. 2.*

Christi ad S. Franciscum vox.

Repressi in Italia hæretici.

i *Inn. l. 9. ep. 7.*
l *Ep. 8.*
m *lib. ep. 18 & 19.*

IESV CHRISTI

Annus 1207.

Indict. 10.

INNOCENTII PP. III. VACAT IMP. OCCID. 10. annus 10. HENRICI IMPERAT. 3.

1. 2. GRassabatur hisce temporibus, ac proferebat se in nonnullis, Italiæ locis, impura Patarenorum secta, ad quam excindendam, referunt acta Innocentij, ipsum anno pontificatus decimo post ascensionem dominicam Viterbium profectum, vt Patarenos, qui eam vrbem infecerant, profligaret, ne quis huic Romanæ ecclesiæ eam labem posset aspergere, si illum in sinu suo fouere hæreticos, quos in remotissimis prouincijs persequeretur, Pontificisque aduentu cognito hæreticos auolasse, eorum vero domos, in quibus recepti fuerant, ad æternum dedecus funditus diruisse.

Patareni, Viterbii grassantur.

Eo profici scitur Inn.

3 Quod pertinet ad Patarenorum, quos sensisse cum Albigensibus coniectura sit, errores, adeò horrendi erant, vt Parisius de ijs instituto ad annum sequentem sermone dicat, malle se tacere, quam loqui; qui etiam adoriri in Transalpinis partibus, & Galliarum, Belgijque limitibus eam hæresim grassatam esse, sec. Prædicatorum ac Minorum fratrum pio studio indefessaque opera, & maxime Roberti cuiusdam, qui ex illa secta ad Dominicanam familiam se transtulit, funsse repressam; is enim ex doctrina, & principum, ac magistratuum auctoritate armatus, quos vi veritatis commouerat, si in hæresi perstarent, flammis absumebat, adeo vt intra duos, vel tres menses quinquaginta nullo sexus discrimine aut terra viuos inhumi, aut rogis injici iusserit: vnde hæreticorum malleus gloriosissimum nomen reportauit: quod munus illi ab Innocentio fuisse injunctum, in dubium reuocari non debet. Non tanta apud Tectosages legati apostolici valebant auctoritate ob innumeram hæreticorum colluuiem, ita vt, cũ Manichæi siue Albigenses fœtæ signiferis hoc anno apud Montẽregalem coram Laicis controuersiæ arbitris disceptandum fuerit a Didaco episcopo Oxomensi, vt narrat Guillelmus de Podio Laurentij a: *Fuit*, inquit, *fundamentum disputationis a parte hæreticorum, quod Arnaldus Othonis appellarit ecclesiam Romanam, quam episcopus Oxomensis defendebat, non esse sanctam ecclesiam, neque sponsam Christi, sed ecclesiam diaboli, & doctrinam dæmoniorum, & esse illam Babylonem, quam Ioannes in apocalypsi matrem fornicationum & abhominationum, ebriamque sanguine sanctorum & martyrum Iesu Christi; eiusque ordinationem non esse sanctam, neque bonam, neque statutam a domino Iesu Christo; & quod nunquam Christus neque apostoli ordinauerunt, aut posuerunt ordinem missæ sicut hodie ordinatur. Quibus in contrarium probaturum se obtulit episcopus noui auctoritatibus testamenti. Prob dolor! quod inter Christianos ad istam vilitatem status Ecclesiæ fideique catholicæ deuenisset, vt de tantis opprobrijs esset laicorum iudicio discernendum.* Addit auctor se ab Arnoldo Villanouano, qui disceptationi interfuerat, quæsijsse quid tum definitum fuisset: eumque respondisse nil fuisse definitum, sed centum & quinquaginta hæreticos fidem catholicam amplexos, & acta disputationis ob bella perijsse simul cum hæreticis, quos ait b cæteris blasphemijs eam adiecisse, vt sanctos veteris testamenti æternis inferorũ pœnis addictos, suæ vero sectatores impietatis cœlo excipi affutiret: comitatos autem ab eodem Didaco laudatissimo

Roberti in punicndis hæret. zelus.

Initæ a B. Didaco cũ Catharis collationes cum hæreticis.

a *Guill. de Podio Laurent. in chr. cap. 9.*

Centum quinquaginta hæretici conuersi.

b *Guill. de Podio c. 9.*

Digitized by Google

epiſcopo, quem paulo poſt reuerſum in Hiſpaniam ex hac vita ad immortalitatem breui migraſſe antiquus auctor vitæ S. Dominici narrat hiſce verbis a: *Tranſacto in prædicationis labore biennio memorabilis Pontifex Didacus ſuam volens viſitare eccleſiam ſortis ad prædicandum remanentibus ſacerdotem Deo deuotiſſimum præfecit fratrem Dominicum, vt ad ipſum omnium ratio referretur; magnum enim aliquid in eo perpendebat, vnde & ipſum ſpecialiſſime diligebat. Valedicens ergo omnibus rediit, multoque labore tranſiens per caſtella tandem Oxomam pervenit, vbi infirmatus extremitate vitæ temporalis, initium æternitatis accepit cum gloria cœleſti. Claruit poſt obitum miraculis, qui in vita ſua inſignis extiterat operibus ſanctitatis, & virtutibus multis.* De geſtis vero S. Dominici poſt illius diſceſſum, hæc tradit B. Iordanus b: *Manſit in illis Toloſanis partibus multo tempore ſeruans Dei Dominicus vir per omnia apoſtolicus, propagans fidem & expugnans hæreſim verbis & exemplis & miraculis eccleſiam roborans. Inſurrexerant autem in eum teſtes iniqui ſynagoga ſatanæ, & fortes quæſierunt animam eius, eumque atroces ſibi ſacrilegis linguis interitum minarentur, pleno fiducia pectore dixit ad ipſos: Non fum ego dignus martyrio, tamen dum metui mortem iſtam. Sitiebat ardore ineximabili bibere calicem paſſionis, ideo tranſiens per loca, vbi parata ſibi ferebantur inſidiæ, cantans, & alacriter procedebat. Admirantes Antichriſti ſatellites tantam viri conſtantiam ſententes dixerunt ei: Nunquid non tu mortis horrore conturberis? quid actum eſſet ſi comprehendiſſemus te? Tunc athleta Chriſti amore feruens martyrij dixit eis: Rogaſſem vos ne breui compendio mortem mihi celerem inferretis, aut repentinis perimeretis vulneribus; ſed paulatim & ſucceſſiue ſingula membra mutilata meis oſtenderetis oculis intuenda; deinde rogaſſem, vt meos erueretis oculos, permitteretisque ſic truncatum corpus in ſuo ſanguine volutari, aut prorſus ad libitum necaretis, vt ita beatiſſimam animam, in qua non ſolum perfecta charitas foras mittit timorem, verum etiam durandi in tormentis inauditum cunctis infundit amorem? Animam quoque ſuam pro ſalute proximi dare paratus erat imitator Chriſti, qui dum hæretica prauitate deceptum quemdam conaretur ad fidem reducere, dixit ille; Neceſſaria, quæ alunde non habeo, ab iſtis accipio, propter quæ eiſdem adhærere compellor; tunc ſanctus ex intimæ compaſſionis affectu ſeipſum venundare diſpoſuit, vt periclitantis ſuppleret inopiam, & redimeret venundatum ſub peccato.* Hactenus de hæreticis: iam qui perſequentem hæreticos Pontificem vidimus, eccleſiaſticos defendentem inueniamur,

4. &c. Celebraſſe illum Viterbij omnium ordinum conuentum ex ea ditionis pontificiæ parte, quæ Roma in Etruriam & Picenum excurrit, tradunt ipſius geſta, atque primo die a præſulibus, proceribus publiciſque magiſtratibus ſacramentum exegiſſe ipſos pontificijs imperijs parituros; ſecundo omnium petita & querimonias audijſſe; tertio omnes leges a laicis aduerſus eccleſias atque eccleſiaſticos latas ferendaſue diuina & humana auctoritate conuulſiſſe, omniaque ſacramenta ad eas ſeruandas præſtita reſcidiſſe; vt publicæ etiam paci conſuleret, grauiſſimis conſtitutis pœnis populo ſedi Apoſtolicæ obnoxio ſua iura armis perſequi vetuiſſe, ſed iudicio experiri inſiſſe. Interea ſubdit auctor felicem nuncium ex parte Lundenſis archiepiſcopi, quem in Liuoniam ad traducendos ad Chriſtum ethnicos legatum miſerat, peruenisſe, nimirum Liuoniam Chriſtianam fidem & religionem ſuſcepiſſe, ac neminem ſuperfuiſſe, qui baptiſmo ablutus non fuiſſet. De Liuonia ad Chriſtum conuerſa pluribus agit Arnoldus a Lubecenſis, meminitque Paulus Langius b, inque annum ſuperiorem proximum refert,

a Arnol. Lubec. chr. Slau. l. 7. c. 8. & c.
b Paul. Lang. chr. Citiz. ann. 1206.

7. 8 Hoc anno Philippus Sueuus cum ad expianda crimina, ob quæ anathemate fuerat deuinctus, excipiendaque imperia pontificia paratiſſimum, vt anno ſuperiore vidimus, ſe exhiberet, Innocentij juſſu ab Hugone epiſcopo Oſtienſi, & Leone tit. S. Crucis apoſtolicis legatis piorum cœtui reſtitutus eſt: *Hic fuit legatorum proceſſus*, inquiunt vetera monumenta, *primo receperunt publicè intronizatum a Philippo duce Sueuiæ, quod pareret vniuerſis mandatis domini Papæ ſuper omnibus, pro quibus erat excommunicatus, & ſic cum ſecundum formam Eccleſiæ ſolemniter abſoluerunt; ſecundo iniunxerunt eidem, vt dimitteret Bruonem Colonienſem archiepiſcopum, quem in captione tenebat, quem ibere abſolutum aſſignauit eiſdem ad ſedem Apoſtolicam perducendum: tertiò induxerunt illum ad hoc quod ipſe accepit regalia, licet inuitus a Liupoldo Maguntin. intruſo, & idem intruſus ſpiritualia reſignauit in manibus legatorum; quarto ab ipſo obtinuerunt cum difficultate non parua, vt permitteret Siffridum Maguntinum archiepiſcopum per procuratorem ſuum in ſpiritualibus miniſtrare. Quinto fecerunt ipſum dimittere magnum exercitum, quem congregauerat adiuuans Regem Othonem. Sexto his vos ad colloquium perduxerunt tractatus cum ipſis de pace, quam cum conſummare non poſſent, ſeptimo tandem ſtatuerunt inter eos treguas quatuor annis; & ſic tractatum pacis redigentes in ſcripti ad ſedem Apoſtolicam redierunt cum nunciis ipſius.*

Inducitur Othonem inter & Philippum conciliatur

9. &c. Innocentius autem de Philippi abſolutione certior factus has ad eum perbreues quidem, ſed humanitatis & officij plenas literas dedit b:

b Lib. V. ſup. reg. ep. 145.

Innocentius, &c. Poſtquam abſolutionis gratiam per Apoſtolicæ ſedis legatos ſecundum formam Eccleſiæ percepiſti, ſalutationis, & benedictionis tibi literas deſtinamus gratias referentes ſuper ijs, quæ ad exhortationem noſtram prompta deuotione feciſti, ſed & nos ad tuum honorem, quantum cum Deo poſſumus, prompti gerimus voluntatem; *paucis interiectis ſubdit*: Serenitatem tuam rogantes, & exhortantes in Domino quatenus ad pacem imperij reformandam diligenter intendas. Hæc breuiter & ſimpliciter tibi ſcribimus ſicut expedire credimus ad cautelam. *Dat. Corneti kalend. nouembris pontificatus noſtri anno decimo.* At de his hactenus: iam de res Polonicas traducenda eſt narratio,

Ipſe gratulatur Philippo abſoluto

12. 13 Pro aſſerenda libertate eccleſiaſtica, ac reprimenda Vvladislai Poloniæ ducis inſolentia laborandum admodum fuit Pontifici; ei enim Henricus Gneſnenſis archiepiſcopus (quem Innocentius eximiæ ſanctitatis virum appellat) illum ob iniectas in clericos violentas manus in latam a canone ſententiam incidiſſe denuntiaſſet, quodque defuncti cuiuſdam epiſcopi bona occupata reſtituere renueret, eccleſiaſtica cenſura percuſſiſſet, exardeſcens ira dux archiepiſcopum ipſum ejuſque eccleſiam variè diuexabat: quem Innocentius c vt ad meliorem mentem rediret monuit, grauiſque minas intentauit, ni dicto audiens foret; eademque ſcripſit ad cunctos Poloniæ epiſcopos d: Gneſnenſi verò archiepiſcopo iniunxit e, vt ducem ſi reſipiſceret, abſolueret, alioquin tum illum tum eius fautores anathemate percelleret, laicoſque clericis moleſtiam exhibentes

Vvladislaus dux Archiep. Gneſnenſem diuexat. In eum in ſurgit Innoc.

c Ep. 215.
d Ep. 216. & 125.
e Ep. 214.

compe-

compesceret. a Denique ipsum archiepiscopum optimè de Ecclesia meritum, insigni illo priuilegio decorauit, vt crucem cunctis sibi praeferri iuberet, dummodo Apostolicae sedis legatus non adesset.

Cracouiae dux in clientelam Ecclesiae sumitur. b

14. 15 Cracouiensis etiam ducis, summi Pontificis Romanorque ecclesiae studiosissimi, patrocinium accepit b: *Sinceritatem*, inquit, *deuotionis ac fidei, quam erga nos, & Romanam ecclesiam habere dignosceris attendentes, personam tuam cum ducatu Cracouiensi, & omnibus bonis tuis, quae iuste possides, & quiete, sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, auctoritate praesentium districtius inhibentes, ne quis te super eis praesumat indebite molestare. Dat. Romae apud S. Petrum non. ianuarij anno* IX. Haec Pontifex ad Lesconem Album, Calimiri optimi principis filium, quem Cracouienses superiori anno ducem sibi Vladislao reiecto elegerant, vt Polonicarum rerum scriptores tradunt c, qui ipsum etiam summis laudibus efferunt.

c Longin. hist. Pol. l. 6 ann. 1206. chr. l. 7. & alij.

16 Iam reliqua prosequamur, atque videamus in primis, quid in Anglicana controuersia actum sit. Cum Innocentius archiepiscopi electionem tum a suffraganeis tum a monachis factam irritam esse iussisset, vt acta, Parisiusque d testantur, Stephanus S. Chrysogoni Cardinalis ex ritu a sacris canonibus perscripto, archiepiscopus creatus est.

d Hist. Angl. an. 1207.

Confecratur a Pontifice.

17 Tulere graniter (inquiunt acta) eam electionem Ioannis Anglorum Regis oratores, ipsumque certiorem rei totius fecere, qui adeo ira incensus est, vt nulla ratione eum deliniri potuerit Pontifex: qui de constantia nil remittens archiepiscopum suis manibus XV. kal. iulias Viterbij consecrauit, donatumque pallio ad ineundam ecclesiae suae possessionem misit. Vt verò Ioanne resistente pontificijs iussis regnum subiectum interdicto fuerit, proximo anno dicetur.

Extorsiones Ioannis Regis.

18 Interea extorsit ab Anglis Ioannes ingentem pecuniarum vim, omnium enim, vt addit Parisius, bonorum cum laicorum, tum ecclesiasticorum tertiamdecimam partem contradicente nemine, vno excepto Gaufrido Eboracensi archiepiscopo fratre suo, coarsit: is enim ex Anglia recedens, in omnes, qui ecclesiae suae inuasissent bona, anathematis sententiam tulit. Postremò subijcit Parisius, Regem hoc itidem anno S. Remigij festo die susceptum ex Isabella vxore sua primogenitum filium, Henricum vocasse.

Hoc anno in coelum migrasse traditur S. Iuianus secundus Conchensis episcopus ob effusam in pauperes liberalitatem insignis, episcopatus enim censum omnem illis erogabat, ac Danielico oraculo sibi proposito: *Labores e manuum tuarum quia manducabis beatus es, & bene tibi erit*; canistros contexendo sibi, ac beato Lesmo, qui tum ei ministrabat, victum comparabat, ac prope octogenarius obijt, miraculisque ingentibus effulsit. Extat in bibliotheca nostra eius vitae breuissimè conscriptae exemplum.

e Psal. 127.

IESV CHRISTI
Annus 1208.

Indict. XI.

INNOCENTII PP. III. VACAT IMP. OCCID. 11.
annus 11. HENRICI IMPERAT. 4.

1. Dec. ASsurrexerat pene ad veterum cumulum Philippus Sueuus, Othonisque fracta potentia, dissipatus eius amicis, atque ad se pellectis, tum quod rei caput videbatur, conciliato sibi Innocentio atq; Ecclesiae gratia comparata, agere Pontifico pacem cum Othone agitabat, qua sibi imperium firmaret, atque Othonem iuncta illi thoro filia arctissimis vinculis astringeret, cum imperij, quod iamiam consentientibus omnium votis erat consecuturus, spem crudelissimi proditoris Othonis Palatini scelere cum vita amisit; atque ita caeso Philippo deiectae Othonis res redintegratae, Innocentioque auctore confirmatae fuerunt. Vt verò strenuissimi ducis caedes parata sit, ex Apostolicae sedis legato rem ad Innocentium Papam scribente historiae veritatem petamus.

Sanctissimo patri suo, ac domino Innocentio diuina prouidentia summo Pontifici frater, miseratione diuina Ostien. & Velletren. episcopus, cum debita deuotione salutem.

Cum essem a Mantua, ibique dominum Cardinalem corporis infirmitate grauatum per dies aliquot expectassem feria secunda proxima post festum Apostolorum Petri & Pauli de morte domini Philippi graues inualuere rumores: *Et infra.* Sabbato proximo ante festum sancti Ioannis Baptistae, cum paucis de familia sua exercitu in campo dimisso ciuitatem Papenbergen. intrauit, eoque hora nona in palatio episcopi quiescente, Palatinus comes, cui dominus Philippus filiam dederat, & abstulerat, cum duce Bauariae, & marchione Istriae fratre eiusdem episcopi, & alijs decem viris armatis palatium, in quo dominus Philippus erat, ingressus, pulsatisque ad instar camerae more admittitur consueto. A quo cum Philippus verba iucunda & ioculatoria, sicut consueuerat, expectaret, ille statim cultellum, quo erat accinctus exemit, & domino Philippo gladio ludere prohibenti respondit: Non erit hic tibi ludus, & inconcussi Dei timore postposito ipsum transfodit gladio; & Henrico imperij senescalco, facinus prohibere volenti, letale vulnus infligens, eum, quem iam occiderat, timens viuere, iugulauit, et sic homicida tantorum suorum auxilio munitus exiliit, ac placuit fugitiuum, toto iam dissoluto exercitu, adhuc sicut Domino placuit extitit impunitum. Officio igitur legationis iniunctae iudicio diuini numinis expirante ad vos cum festinatione regredior, a quo inuitus, licet obedire non renuens, fum egressus.] Hactenus ille. Arnoldus Lubecensis b, qui eatempestate scribebat in Germania, eadem causam affert: *Philippus Rex filiam suam Othoni*, nimirum Palatino, *utpote nobili viro desponsare decreuerat, sed quia idem Otho nimis erat crudelis, & inhumanus, mutata voluntate propositum desponsationis mutauerat*, &c. Similia referunt Conradus e Vrspergensis & alij.

a Ep. 218.

b Ep. 217.

Cracouiae dux in clientelam Ecclesiae sumitur. b

c Longin. hist. Pol. l. 6 ann. 1206. chr. l. 7. & alij.

d Hist. Angl. an. 1207.

Confecratur a Pontifice.

Extorsiones Ioannis Regis.

e Psal. 127.

Indict. XI.

1. Dec.

Palatinus in Philippum coniurat.

Fum. posteriorie occidit.

4 Libell. Vat. super neg. Rom. imp. ep. 93.

b Arnold. Lubecen. chron. Slau. l. 7. cap. 14.

c Vrspergen. chron.

Philippi anabaptista.

d Vrspeng. & ex ipso Nauel. coet. an. 1208.

4 Vt tanti principis sepulchrum suis titulis decoretur, sint sepulchralis instar epitaphij haec, quae de illo Lubecensis subijcit: *Cecidit vir nobilis & potens, multis adornatus virtutibus, erat enim vir mansuetus & humilis, & admodum affabilis, & quia literatus erat, diuina deuotus valde frequentabat. Et cum in ecclesia inter alios lectiones vel responsoria recitaret, clericos siue scholares pauperes a se non remouebat, sed quasi consocios eos habebat. De cuius tamen morte turbata est terra: fit moeror omnium, vna voce plangentium, heu heu cecidit Princeps noster, cessauit gloria nostra, versus est in luctum chorus noster, imperium a nobis translatum est, & regnum alterius gentis factum est.* Denique silentio praeteriri non potest, Philippum male audisse d, cum pecuniae ad militum stipendia deficerent, non modò praedia, verùm etiam ecclesias pignori tradidisse. Quare Vrspergensis, caeteroqui plus aequo illius studiosus, iure ac meritò

tyranni gladio Deo vindice occidisse exclamat, qui primus ecclesias tyrannis tradere ausus esset.

Pœnæ Philippi autor sectore sui pœnæ.

5 Demum piaculare crimen, quod dum legati scribebant adhuc (vt aiunt) impunitum erat, haud diu inultum manet, meritas luente pœnas sæuissimo proditore: præterquam quod nonnulli ex prædictis auctoribus, absque traditur a illum ab Othone Rege ob Philippum occisum, proscriptum, dignitatesque ac bona alteri in perpetuum tradita, in quo Dauidem imitatus Otho egregium Christianis principibus iustitiæ exemplum edidit, vtque in similibus sese gerere debeant, documentum reliquit; haud multo post proditor nefarius debito supplicio superstes crudeliter interfectus est, vt plures testantur b: ex quibus Cæsarius c hæc de eius sæuitia ac nece: *Bertolphus Palatinus de Veitilimbach, Philippi interfector*, quem alij Othonem appellant ipse Bertolphum nominat: *index erat fœneriſſimus, ita vt furibus etiam pro damno vnius oboli vitam auferret; & sicut a quodam abbate audiui, quotiens exiuit, laqueos singulo suo appendit, ne reorum pœna saperet dilationem. Sic quodam mane surgens, & laqueum cingulo suo solito subnectens, huiusmodi vocem in aere audiuit: Bertolphe, quicunque tibi egresso de castro tuo primus occurrerit, hoc laqueo eum suspendas; qui vocem pro omine accipiens, mox, vt egressus est, occurrit ei quidam Scultetus suus primo: quo viso, cum satis doleret, eo quod hominem diligeret, dicebat illi: Doleo de occursu tuo; cui ille respondit: Quare? cui ille: Quia suspenderis. Et ille: Quare suspendar? respondens illi Palatino: Nescis, sed prepara te ad confessionem, & ordina de rebus tuis, quia diuinæ resistere non debeo. Ille videns aliter esse non posse, ait; Iustus es Domine, ego pluries in domum meam declinantes insequens occidi, multis mala rapui, nec tibi domino meo vnquam fidelis extiti, neque pauperibus peperci: & mirati sunt omnes audientes eius confessionem, & cognouerunt in eius morte peccati pœnam esse a Deo. Et quia idem Palatinus sine misericordia iudicauit, cum in visionem Philippi Regis, quem occiderat, ab Henrico matertschalco eius interficeretur, misericordiam quæsiuit, nec inuenit.*

a Arnald. Lub. chron. Slau. l. 7. c. 16. Otho de S. Blasio Godef. hoc an. Cronic. hirs. Sax. l. 7. c. 29.

b Arn. Lub. vbi supra. Cont. Vsper. in chron. Sicco in annal. apud Canis. t. 1. pag. 341. Godef. in annal. frag. hist. sueuic. & alij. Chronic. Elnacens. apud Grant. vbi sup. alijque.

c Cæs. l. 6. cap. 16.

Diuina iustitiæ insigne exemplum.

6 Cæterum Innocentius Romanus Pontifex statim vt de Philippi nece certior factus fuit, ne quis præter Othonem in eius locum sufficeretur, omnibus neruis incubuit, protinusque Othoni animos addidit a his literis.

a Libel. Vat. sup. neg. imper. ep. 134.

Innocentius, &c. Licet te deseruerint quasi solum amici pariter, & propinqui, nos tamen in tua dilectione constantes, ea studio diligenti non destitimus operari, quæ secundum tempus tibi credimus expedire, vigilantes pro te quando tu forsitan dormiebas, quin etiam propter te multa passi sumus aduersa, quæ nec etiam tibi volumus intimare, cum aduersitas te premebat; quidam enim ciuium Romanorum aduersarij tui corrupti pecunia grauem seditionem aduersus nos commouerunt in vrbe, consanguineis nostris multa damna, & opprobria inferentes, nosque non sine multis & magnis expensis seditionem populi potuimus mitigare.] Excitatas in Vrbe plures seditiones describit vitæ Innocentij autor e, quarum Ioannem Petri Leonis Ranerij, & Ioannem Capocium inter reges ait, ac populum in Pontificem incitare conatos, atque ob recuperatam creandi senatoris auctoritatem, Sabinamque & Maritimam receptas inuidiam illi apud populum conflasse: deinde Vrsi filios Cœlestini Papæ nepotes tumultuatos, demumque Vrbis potentiores odio efferatos mutuis se cladibus attriuisse; quos in concordiam Pontifex adduxit, quamuis consulerent plerique eos inuicem se opprimere fineret; ac licet in admittendis pacis legibus dissiderent inuicem, cum ea inter cæteras inserta esset, vt feratum ad Ecclesiam pertinere agnoscerent, tandem bello fessos consensisse.

Romani agnoscunt, ius esse Pontificij creare Senatorem.

7, 8 *Dixerunt*, inquit, *quod ad summum Pontificem pertinebat creare senatum, sed quoniam vnus reperiri non poterat, qui esset vtrique parti communis, consulebant domino Papæ, vt concederet populo quinquaginta sex senatores, qui predicens illis, quid per tot senatores Vrbi commodè regi non posset, quoniam ad inuicem discordarent, pro instanti tamen necessitate annuit postulatis. Electi sunt igitur quinquaginta sex senatores, qui omnes iurauerunt domino Papæ fidelitatem, & fidem, & inter predictos discordantes talem quidem pacem fecerunt, cepitque Vrbs a bellorum strepitu paululum respirare, ac predicti schismatici contra D. Papam, & Romanam ecclesiam obloqui cessauerunt. In tantum ergo virtus & constantia domini Papæ profecit, vt statum Ecclesiæ, quasi de seruitute ad libertatem reduxit. Senatores autem, sicut dominus Papa predixerat, tam malè in officij regimine se gesserunt, vt quolibet tam intra Vrbem, quam extra, maleficia committerentur impune, pace & iustitia penitus relegatis, vnde populus cepit eos adeo execrari, vt oporteret dominum Papam ad communem populi petitionem, vnum eis senatorem concedere, quamcumque prefatis schismaticis displiceret, qui turbationis tempore publicè iactabant, quod nunquam de cætero dominus Papa posset in Vrbe vnicũ constituere senatorem. Senator ergo per summum Pontificem substitutus pacem & iustitiam protinus reduxit, in Vrbem comprimens rebellis & præsumptores, nullusque contra illum audebat mutire, potentiam summi Pontificis reformidans.* Hæc auctor. Sed ad institutam de Othone orationem, a qua defleximus, redeamus. Post hæc perlatæ ad ipsum fuere Othonis literæ, quibus pontificiam opem exorabat hisce verbis.

Senatores 56. Romæ creantur ab Innoc.

Gesta malè a Senatorib' illis respublica Depositis 56. Senatoribus vnus tantum creatur.

Othonis ad Innocentium supplicationes.

9 *Quod hactenus fuimus, quod sumus, aut erimus quantum ad regni pertinet promotionem, totum vobis, & ecclesiæ Romanæ post Deum debentes, quod & gratanter recognoscimus, pro omnibus vestris gratijs beneficijs vberrimas sanctitati vestræ referimus actiones, erga vos & omnes, quibus bonum vultis, exhibitam nobis benignitatem studiosissimè semper meriturj.* His subdit Otho Magdeburgensem archiepiscopum, & Halberstadensem, Mindensemque episcopos se Othonianis partibus coniunxisse: præterea ait ducem Bernardum Palatinum comitem procerescque multos atque antistites tam in Sueuia, quam in Rhenanis prouincijs ad illius obsequium certatim confluxisse: tum rogat, vt alios Germanos & Italos, qui nondum se ipsi subdidere, sua auctoritate ad eius partes pelliciat: nonnullis interiectis demissa obsequia pollicitus est.

10. *&c. Super omnia autem nos & causam nostram, imò vestram vestro subijcimus consilio & voluntati, certissimi, quòd paternè erga nos cœpistis, in quo pene hactenus perseueraſtis, ad laudem, & gloriam Dei, & ecclesiæ Romanæ, & vtilitatem optime perficere debeatis.* Cui sic Innocentius rescripsit a: *Priusquam ad nos fili charissime, post occasum Philippi quondam ducis Sueuiæ, quisquam ex parte tua nuncius cum literis peruenisset, peregimus vniuersa, quæ post a nobis per tuas literas postulasti, quin etiam scripsimus multis alijs, prout immanenti negotio credidimus expedire, parati semper efficere, quæ ad honorem, & profectum tuum debeant redundare, &c.*

a Ex libell. Vat. ep. 161.

Necato Philippo Othonem euehere studet Inn.

Datum

Datum Sorę III. *kal. septembris pontificatus nostri anno* XI.

Siffridus Luipuldū Maguntia pellit.

11 Auctas magis Othonianas res narrat Godefridus, Siffridumq; Maguntinum archiepiscopum qui capto Brunone meru victoris ad Apostolicā sedem se contulerat, atque in ecclesia S. Sabinæ, cuius titulo ter Cardinalatu decoratus erat, biennio commoratus fuerat, ac Philippo interfecto reuersum in Germaniam, Luipuldum, qui sedi Maguntinæ per nefas incubabat, repulisse; Brunnem etiam archiepiscopum Colonien sem redijsse, exceptumque a suis magno apparatu atque illi Adolphum, exteroſque nobiles se submisisse, prouinciamque compositam ac pacatam fuisse, sed paulo post ingenti luctu suorum gaudia morte inopina confudisse.

Bruno restituitur eccl. Coloniēsi.

Eius mors

Phil. Galli Rex Othoni obsistit. a *Ibid. ep.* 165.

12. &c. Aduersabatur Othoni Philippus Francorum Rex, rogauitque Innocentium ne illi vt oti hosti suo adhæreret; cui Innocentius non assensit, verùm ipsum hortatus est a, vt veteres cum illo susceptas inimicitias poneret. Ex cuius literis hæc delibamus.

Innocentius, &c. Subiunxisti, quod idem Otho nunquam posset in imperium sublimari, quin in tuum ac regni tui, & ecclesiarum dispendium redundaret. Enimuerò tanta deuotione regnum tuum Ecclesiæ, tantaque dilectione illa illi est coniuncta, vt neutri sine alterius lesione possit contingere detrimentum. Quod vtique nos solicite attendentes, non tua requisitione iamdudum, sed affectu, quem circa te gerimus prouocati, indemnitati tuæ, ac Regni tui super hoc curauimus præcauere, certa promissione ab eodem Othone recepta sub aurea bulla scripto pariter, & iuramento firmata, quod de pace, vel concordia tecum componenda, & obseruanda nostro per omnia parebit arbitrio & mandato. *Dat. Sorę* XV. *kal. octobris pontificatus nostri anno* XI.

13 Reliquum est, vt de Gallicis rebus sermonem instituamus, de quibus Robertus de Monte pauca hæc literis b commendauit: *Multi in Gallia cruces in pectoribus acceperunt, pugnaturi contra Albigenses hæreticos.* Sed Rigordus id tusius suis monumentis mandauit; Innocentium nimirum delendæ hæreseos cupidum, Gualterium S. Mariæ in porticu diaconum Cardinalem legati munere ornatum misisse in Gallias, atque ad Philippum Francorum Regem aliosque principes pietate ardentissimas literas misisse, vt Tolosanam, Caturcensem, Albigensem, Narbonensem, Biterrensem, aliasque circumiectas regiones hæresi inquinatissimas bello peterent, & nuaderent, atque ob id crucem indicentibus se auctoritate apostolica omnium criminum veniam toto vitæ decursu admissorum, quæ confessi apud sacerdotem essent, impertiri.

b *Rob. de Mont. app. ad Sigeb. an.* 1208. Bellum Sacrum in Albigen.

Petrus de Castronouo in se odium Raymundi cōcitat.

Mouit maxime Pontificem ad cogendam sacram militiam, atque in hæreticos effundendam mors Petri de Castronouo, qui cum relictis alijs socijs in Prouinciam ad componendam pacem se contulisset, vt Prouincialium ope Narbonenses ab hæresi reuocaret, Raymundus comes Tolosanus, quem nobilibus Prouinciæ coniunctis fœdere, atque in arma concitatis ad pacem admittendam firmandamque sacramento compulerat, atque ob crebra eius perimia durioribus sæpius verbis perstrinxerat, subornauit perditissimos satellites, qui legatum Rhodanum traiecturum hasta transfodere. Describit illius mortem, & causam Innocentius in literis pontificijs hoc anno exaratis c, quibus in illius, ac necis artificem Raymundum sententiā tulit.

c *Recitatur a Petr. Vall. c.* 8.

16. 17 *Innocentius, &c.* Missa celebrata demore cum innocui Christi milites ad transitum se fluminis præpararent, vnus de prædictis sathanæ satellitibus, lanceam suam vibrans, prænominatum Petrum supra Christum petram immobili firmitate fundatum, tantæ proditionis incautum, inter costas interius vulnerauit, qui prius ipsum respiciens percussorem, & Christi magistri sui cum B. Stephano secutus exemplum, dixit ad ipsum; Deus tibi dimittat, quia ego dimitto, pietatis & patientiæ verbum sapius repetendo. Deinde sic transfixus, acerbitatem illati vulneris spe cælestium est oblitus, & instanti suæ pretiosæ mortis articulo, cum ministerij sui socijs, qui fidem promouerent, & pacem non desinens ordinare post * iugas orationes in Christo feliciter obdormiuit, &c. [Nonnullisque interiectis subdit:]

Infidiæ legato structæ.

Extremæ mortis voces.

* iuges

18 Venerabiles fratres nostros archiepiscopos eorumque suffraganeos monendos duximus attentius, & hortandos per Spiritum sanctum in virtute obedientiæ districte præcipiendo, vt, *& infra*, dictum Dei famuli occisorem & vniuersos, quorum opē, vel opere, consilio, vel fauore tantum facinus perpetrauit, receptatores quoque vel defensores illius ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri & Pauli & nostra, excommunicatos & anathematizatos per suas dioeceses denuncient vniuersos, & omnia loca prorsus, ad quæ ipse, vel aliquis ipsorum deuenerint, præsentibus eis interdicto faciant ecclesiastico subiacere; singulis diebus dominicis & festiuis, pulsantibus campanis & candelis accensis, donec ad sedem Apostolicam accedentes per satisfactionem condignam mereantur absolui sententiam huiusmodi solemniter innouantes.

Censuræ in occisores.

19. &c. Licet autem præfatus comes pro multis & magnis flagitijs, quæ longum esset per omnia enarrare, iamdudum sit anathematis mucrone percussus, quia tamen certis indicijs mortis sancti viri præsumitur esse reus, non solum ex eo, quod publicè comminatus est ei mortem & insidias parauit eidem, verum etiam ex eo quod occisorem ipsius in multam familiaritatem admisit, & magnis donis remunerauit eundem, vt de cæteris præsumptionibus taceamus, quæ plenius innotescunt multis; ob hanc quoque causam, ijdem archiepiscopi, & episcopi publicè punient anathematizatum eundem, & cum iuxta sanctorum patrum canonicas sanctiones, ei, qui fidem Deo non seruat, fides seruanda non sit, a communione fidelium segregato, vtpote qui vitandus est potius quam fugiendus, omnes qui dicto comiti fidelitatis, seu societatis, aut fœderis huiusmodi iuramento tenentur astricti, auctoritate apostolica denuntient interim absolutos, & cuilibet catholico viro licere saluo iure omnimodo principalis, non solum persequi personam eiusdem, verum etiam occupare & detinere terram ipsius, illius præsertim obtentu quod ab hæreti per suam prudentiam fortiter expietur, quæ per illius nequitiam fuit hactenus turpiter sauciata & maculata, &c. *Dat. Laterani* VI. . . *martij pontificatus nostri anno vndecimo.*

Pœnę Raymundo incussæ.

21 Hic verò attexere libet quæ Petrus Vallisermensis de Raymundo tradit, cui a pueritia hæreticis addictissimum a duos ex ijs sub communi habitu semper in suo comitatu duxisse, vt inter eorum manus animam efflaret: ea enim stulta opinione erat imbutus, vt si morienti quamuis omnium scelerum probris inquinatissimo illorum manus impolita fuisset, in cœlum esset euolaturus: si

a *Ib. cp.* 4. Raymundi mores.

quan-

quandoq; hæretici quadã ad illum munuſcula mitterent, ea in ſummo pretio habuiſſe; ſæpius flexis in terram genibus eos adoraſſe, libaſſe oſcula, ſibique impertiri benedictionem flagitaſſe. Præterea habebantur noctu in eius palatio hæreticorum conciones, blaſphema ſæpius horrenda in mundi conditorem euomebat, ita vt re ex voto non ſuccedente aliquando ſacrilegè iactaret vel ex eo conſtare diabolum orbem moliri; adeo diuina ſpernebat, vt ſacerdotem ſacra facientem, dum ſe ad populum vertebat, dicebatque; *Dominus vobiſcum*; mimo præciperet, vt illius geſtus per ludibrium adumbraret; adeo hæreticorum ineptijs faſcinatus, vt ſomnijs veluti oraculis fidem adhiberet, & Ciſtercienſes ſaluari non poſſe iactaret, quod oues alerent, quæ venerem exercebant, ipſeque homo ſalaciſſimus ſorore ſua abutebatur, ac patris ſui concubinas iam ab infantia ſua in delicijs habere conſueuerit: matrimonium pro libidine diſſoluebat, adeo, vt auctoris tempore adhuc tres illius vxores vitæ ſupereſſent: cæterùm tam lubricæ & inconſtantis fidei, vt modò pœnitentiam ſimularet Eccleſiæque reconciliari cuperet, mox declinato periculo ad hæreſim deſiceret, præſtitamque fidem violaret.

23 At vt eò, vnde declinauit, redeat narratio, cum Raymundus [g] latam in ſe a Pontifice anathematis ſententiam percepiſſet, ſolutos fide ſibi præſtita ſubditos eiuſdem Pontificis iuſſu, expeditionem crucefigatorum in eum conficiendam, Fulconemque Toloſanum & Nanatrum Conſoranenſem epiſcopos a præſulibus prouinciæ Narbonenſis, alijſque ad ſedem Apoſtolicam miſſos Romæ aduerſus ipſum rem vrgere, denique abolenda hæreſi cum Innocentio agere accepiſſet, metu perculſus oratores miſit, vt ſe in omnibus ad Eccleſiæ faciendum ſatis ſignificarent, rogarentque legatum mitteret, a quo anathematis vinculis ſolueretur. Miſſus itaque eſt magiſter Milo pontificius capellanus, cui Theodoſius canonicus Genuenſis collega adiunctus, atque apud Montilium præſulum concilio hortatu abbatis Ciſtercienſis (de quo dixerat Pontifex Miloni: *Abbas Ciſtertij totum faciet, & in organum eius eris*;) celebrato, dies Toloſano comiti apud Valentiam dicta, iſtemique ſeſe comiti, ſpondentique in omnibus legato ſe obtemperaturum, imperatum eſt, vt oppida ſeptem, quæ in Prouincia obtinebat, pignoris ergo traderet, atque etiam conſules Auenionenſes, Nemauſenſes, oppidique ſancti Georgij ſacramento adigerentur, Toloſano comiti clientelaris officij ſponſionis ac fidei iure non fore ſtrictos, ſi legato non pareret, tum comitatus Ingruenſis Romanæ eccleſiæ fidei committeretur. Accepit duriſſimas leges adactus metu Toloſanus, dictaſque Prouinciæ arces magiſter Theodoſius a Milone eò vocatus ipſius iuſſu præſidiario milite firmans ſanctæ Romanæ eccleſiæ nomine cuſtodiuit, legatuſque in S. Ægydij oppido comitem ſolemni antiquo ritu abſoluit, quem nos ex Petro Valliſarnenſe [h] afferimus.

Adductus eſt comes nudus ante fores eccleſiæ B. Ægydij, ibique coram legato, archiepiſcopis, & epiſcopis, qui ad hoc conuenerant plusquam viginti, iurauit ſuper corpus Chriſti & ſanctorum reliquias, quæ ante fores eccleſiæ expoſita, cum magna veneratione & in multa copia, a prælatis tenebantur, quod mandatis ſanctæ Romanæ eccleſiæ in omnibus obediret; mox legatus ſtolam ad collum comitis poni fecit, ipſumque comitem per ſtolam arripiens abſolutum cum verberibus in eccleſiam interduxit. Nec ſilen-

[g] *Ibid. c. 9. in fi.*

Miſſi legati ad eum emendandum.

Leges Raymundo impoſitæ.

[h] *Ib. c. 12.*

Raymundi pœnitentia publica.

dum quod eum comes introduxerat in eccleſiam, ſicut diximus, S. Ægydij cum verberibus, diſponente Deo nullatenus de Eccleſia potuit exire prætur-per viam qua intrauerat, ſed oportuit eum deſcendere in inferiora eccleſiæ, & per ante ſepulcrum B. martyris F. Petri de Caſtro nouo, quem oculi fleuerat, nudum tranſire. O iuſtum Dei iudicium! quem enim contempſerat viuum, ei reuerentiam compulſus eſt exhibere & defuncto. Addit auctor martyris corpus magno Dei miraculo ab omni corruptionis labe purum ac integrum ſeruatum, ſuauiſſimumque odorem ex illius corpore veſtibuſque, cum reſoſſum eſſet, efflaſſe. Eadem a Godefrido monumentis conſignata fuere [a].

Martyris corpus ſuauem odorem ſpirat.

[a] *Godef. in annal. ann. 1208.*

24 Peruaſerat interim omnes regiones venturæ ac imminentis cruce inſignitæ militiæ ad excindendos hæreticos fama ac terror; licet enim Toloſanus comes Eccleſiæ conciliatus eſſet, illius tamen nepos Biterrenſis & Carcaſſonenſis comes, alijque earum regionum prænobiles viri hæreſim alebant. Eam ergo tempeſtatem a ſe propulſaturus Toloſanus, ne iuæ quoque terræ infectæ hæreſi a crucefigratis occuparentur, ad artes confugit, crucemque a legato aduerſus hæreticos inſigniri poſtulat, tamque induit, crucis opus clanculum impugnaturus ac diſturbaturus, vti Petrus pluribus docet [b]. In ijs porro, qui aduerſus Albigenſes hæreticos ſacrum crucis ſignum in Gallijs ſumpſere, S. Guillelmus Bituricenſis archiepiſcopus fuit; de quo oculatus teſtis hæc ſcriptis mandauit [c]: *Beatiſſimus primas noſter Guillelmus, qui non ſine lacrymis multis magnoque animi mœrore, iuſſis publicè ſanctiſſimi Pontificis literis inſtar Phinees zelo inflammatus eſt, crucemque veſti affixus, eam voluit virtutum ſuarum quaſi coronidem, vel conſummationem relinquere, vt eccleſiaſtica vnitatis perturbatoribus eliminatis, pacem Eccleſiæ reſtitueret. Eſſi autem eſſet imbecillis corpore, non tamen illi deerat animi conſtantia & fortitudo: nec tam erat ſenio fractus, quam ieiunio aſſiduiſque vigilijs confectus. Igitur conuocatis ſubditis ſuis, exponit illis Chriſti ſaluatoris beneficia humano generi collata, crucis myſteria explicat: in ea ſola nos gloriari docet, & vt ſe grato oſtenderent, hortatur, vt cruce ſe ſignari ſinant contra crucis irriſores: profert illum Chriſti ſententiam: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. His aliſque eius ſermonibus egregiè animati pollicentur ſe quocunque intendere velit iter, illum alacriter ſecuturos. Et illi quidem promiſſis ſtetere ſuis, at ſanctus epiſcopus prius e vinis exceſſit, quam poſſet voto ſuo ſatisfacere.* De crucefigratis hæc refert in geſtis S. Mariæ Oignacenſis, Iacobus Cardinalis de Vitriaco [d]: *Triennio antequam cruce ſignarentur Chriſtiani contra hæreticos Prouinciales, dixit ſe videre cruces in magnam hominum turbam e cælo copioſe deſcendentes, cum tamen nulla adhuc in noſtra regione hæreticorum illorum mentio haberetur. Crebro tunc ei in ſpiritu ceu conquerendo dicebat dominus, ſe terram illam ferè totam perdidiſſe, atque ex eis locis tanquam exulem profligatum eſſe.* Hæc ille. Dolendum maximè huius amique ſequentis Innocentij regeſta deperijſſe, vel tenebris obruta iacere, vnde multa de Albigenſium hereſi, Innocentijque in ea extirpanda ſolicitudine plurima exerperemus.

[b] *Ib. c. 12.* Guillelmi Bituricenſis zelus.

[c] *In eius vita apud Sur. tom. 1. die 10. mar.*

25 Hoc eodem anno S. Stephanus, qui prior Chartuſiæ præfectus, imuitus Innocentij repetitis juſſis compulſus adminiſtrandæ Dienſi eccleſiæ imponitur, vt geſtorum ſcriptor pluribus tradit [e]: ex quo pendemus quæ ad illius conſecrationem,

[d] *Iac. de Vitriac. hiſt. occid. c. 7.* Cœleſte oſtenſum de cruce.

[e] *Apud Sur. 10. 5. die 7. ſept.*

ratio-

rationemque temporis pertinent: *Quæsitus igitur*, inquit, *Stephanus & repertus*, in latebras enim se conjecerat, *precibus & præcepto cogitur electioni consentire: deductus verò a comitibus cum multo gaudio & honore Viennam, illic a tribus archiepiscopis solemniter est consecratus anno gratiæ millesimo ducentesimo octavo.*

d Matth. Paris. hist. Ang. ann. 1208. 26. &c. Hoc quoque anno, vt Matthæus Parisius asseritur, Innocentius Papa cum Ioannem Anglorum Regem nec blandis monitis, nec asperis minis ad Stephanum nouum Cantuariensem archiepiscopum excipiendum inflectere posset, regnum de Cardinalium consilio sacris interdixit, qua de re hæc Innocentij gesta: *Quod sic demque factum est*; nimirum Anglia interdicto perculla, *Domino mirabiliter operante, vt per totum Regnum Angliæ simul, ac semel currens interdictum, quod tam difficilè seruatur vbique, vt prater pœnitentiam morientium & baptisma parvulorum nusquam celebraretur diuinum officium, aut exhiberetur ecclesiasticum Sacramentum, ita quod non solum monachorum, & clericorum, aut quorumlibet regularium, sed etiam episcoporum cadauera seruarentur extra cœmeteriua inhumata. Quod demum Rex, propter generalem clamorem, sustinere non prauales, satisfactionem obtulit per nuncios, & literas suas, quam archiepiscopo in Flandria expectanti denunciauit, &c.*

Interdictum Angliæ.

Ioan. Rex flectitur ad pœnit.

29. Iecit hoc anno sanctus Franciscus prima, ordinis sui fundamenta, cum enim sacram faciente sacerdote, illud ex euangelio *b* audisset: *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam*; sibi eam regulam seruandam proposuit, & eremiticam, quam biennio induerat vestem, cum religioso habitu, quem postea suis præscripsit, hoc anno commutauit *c*. Hæc cum alijs auctoribus Lucas Vvaddingus, qui de socijs proximo sequenti anno illi mirifice adiunctis, plurimis agit.

Conuersio S. Francisci.

b Matt. 10.

c Luc. Vvad. ann. min. ad calcem append.

Hoc eodem anno S. Andreæ Apostoli corpus Constantinopoli Amalphim translatum, in illius ecclesiæ monumentis exaratum est, quæ recenset Cardinalis Baronius, dum de eadem translatione in Romani martyrologij notis mentionem facit *d*.

S. Andreæ reliquiæ Amalphim translatæ.

d Bar. ad Rom. mar. die 9. maij f

IESV CHRISTI
Annus 1209.

Indict. 12. INNOCENTII PP. III. annus 12. OTHONIS IMP. OCC. 1. HENRICI IMPERAT. 5.

PAcato imperio potius Otho oratores imperialis coronæ petendæ causa impares dignitate misit ad Innocentium, qui ita ei rescripsit.

Illustri Regi Othoni in Romanorum Imperatorem electo.

Mittendi proceres pro coronæ petēda.

Iucundus tuorum nunciorum aduentus ita nos est in ea, qua tenebamur ægritudinis molestia, consolatus, vt ex gratis rumoribus, quos de tuis successibus attulerunt, quadam medicinali virtute nos fecerit de languoris doloribus in sanitatis gaudia respirare. Licet autem super negotijs, pro quibus labores præsentium, viros vtique prouidos, & fideles ad nostram præsentiam destinasti, consueuerint secundum morem antiquum maximè pro petitione imperialis coronæ magni principes ad sedem Apostolicam destinari, quia tamen hoc fuit magis in modum consultationis, quam petitionis propositum, & quod nondum est factum adhuc poterit fieri, nos qui, vt tuo deferre possimus honori, hoc æquanimiter ferimus ex gratia speciali, auditis & intellectis petitionibus, quas ijdem nuncij tuo nobis nomine porrexerunt, super earum aliquibus literas fieri mox præcepimus, sicut nouimus expedire, ac per legatos nostros, quos ad tuam regalem præsentiam a vestigio destinamus, gratum responsum tibi cum Deo tam super negocio matrimonij quam etiam super alijs impendemus, &c. *Dat. Laterani nonis ianuarij pontificatus nostri anno vndecimo.*

Pontificij consilij maturitas in dispensando.

ibi p. 179

b Ep. 181.

8. &c. Roganti etiam Othoni matrimonium cum Philippi Sueuiæ ducis filia, consanguinitate sibi connexa, inire liceret, id responsum dedit 8. Pro adducenda quidem antea pace e so Christiane reij publicæ futurum, si Philippi filiæ matrimonio iungeretur; cum verò iam ille e viuis sublatus fuerit, sublatam quoque illius contrahendi & legis ecclesiasticæ relaxandæ causam videri; cum autem in pristino ducenda illius consilio perstet, ac magna inde publicæ vtilitatis spes affulgeat, le legatis Cardinalibus de consanguinitatis gradibus inquirendi ac in ea re statuendi prouinciam dedisse, quos tum ipsi, tum Germaniæ principibus principibusque plurimum commendauit.

5 De hac legatione ex antiquioribus neminem exactiùs agentem reperimus, Othone de S. Blasio nuncupato, qui ad Othonem *c* Frisingensem appendicem adiecit. Scribit ergo ad firmandam inter Othonem ac principes, qui Philippo adhærerant, optatissimam concordiam nullum modum aptiorem reperiri potuisse quam si Otho Philippi filiam duceret vxorem; ioeunque Godefridus *d* & Vsperginsis & tradunt. Vt verò legis ecclesiasticæ vis remissa atque obex consanguinitatis amotus fuerit, iam Otho de S. Blasio prosequitur: *Itaque ad hæc*, inquit, *exequenda generalis curia a principibus apud Herbipolim indicitur, in octaua pentecostes. Principes igitur ex diuersis regni partibus ad hanc curiam conuenerunt, legatique ciuitatum Italiæ subiectionem offerentes interfuerunt, Othonemque regem regali ambitione coronatis cunctis, cum maximo triumpho susceperunt, ibique in palatium regale congressi, extructo tribunali. Rem consendi Cardinales habens collaterales, reliquis principibus circumsedentibus. Itaque Hugo Ostiensis episcopus Cardinalis primo exorsus, de causa regalis connubij, pro qua conuenerant, rationabiliter satis ornate allegauit, interpretem habens Herbipolensem episcopum, legatique Othoni, vt pro bono pacis & concordiæ ad abolendas præteritorum malorum memorias, natæ filiæ illustrissimi principis Philippi matrimonium contraheret, auctoritate Dei & beati Petri per apostolicam obedientiam in remissionem peccatorum suorum præcepit.*

c Otho de S. Blasio ad pl. ad Othon Frising. ann. 1209.

d Godefr. Monach. Sanct. Pant. c. 19. 33. 37. apud Pistor.

Modus cōcordiæ inter Philip. sequaces & Othonem.

e Vsperg. chron. ann. 1209.

Otho Philippi Sueui filiam ducit.

6 His addimus ex Godefrido Theodoricum Colonienſem archiepiscopum hoc ipso anno octauo pentecostes die, a Leodiensi episcopo coram suffraganeis suis, Coloniæ sacris episcopalibus initiatum; quam dignitatem ipsum Virginis opera adeptum narrat Gazarius hisce verbis: *Mortuo Philippo Brunone, & post occisionem Philippi Othone iam in regno confirmato, de successore in ecclesia Colonienſi inter eius fautores tractabatur; Hermannus decanus Bonnensis, qui vir erat, vt posse, valde literatus, cum Deum eiusque genitricem, sicut ipse mihi retulit, toto cordis affectu deprecaretur, quatenus tantæ ecclesiæ dignus præficeretur, nocte in visu eadem Virgo beata ei apparens, & librum aureis literis scriptum porrigens, ait: Defer librum istum episcopo.*

Theodoricus Colonien. a Leodiensi epiſc. consecratus.

f Gazard. ann. 1208.

Ob pietatem in B. Virg. ad eā dignitatem assurgit Theod.

*Nihil aliud in libro continebatur, nisi angelica salutationes, id est Ave Maria, gratia plena; per librum intellexit episcopatum, quem cùm ferre vellet Ioanni episcopo Cameracensi, eo quod tam Rex quàm ipse illi fauerent, probitatem illius cognoscentes, reuocauit eum beata Virgo dicens: Non Ioanni, sed Theodorico sanctorum Apostolorum proposito defensus illum. Quod si in episcopatu non se benè habuerit, sicut per me illum adeptus est, ita per me illo priuabitur. Semper in eius obsequio idem Theodoricus deuotus fuerat, & sicut * mihi notum est, quotidie missa eius quotidiana vult interesse, nummum offerens singulis diebus: Tempore electionis, cum Rex pro episcopo Cameracensi interueniret, eique ab electoribus respondiretur, quod idioma terræ ignorans, cessauit. Hoc ipsum prædixerat prafatus Hermannus. Tunc electores personis quatuor vota sua commiserunt, a quibus Theodoricus in antistitem electus: qui post dies paucos a malis consiliarijs in tantum depranatus est, vt modicam haberet differentiam inter personas laicas & ecclesiasticas, inter rusticos & monachos, aquè ab his, vt ab alijs telonia recipiens, indebitis exactionibus vtrosque grauans. His aliisque actibus malis Dei Genitrix irritata, egit, sicut ex superiori visione colligitur, vt indignè satis a Moguntino deponeretur episcopo anuio eius per electionem substituto.*

* al. tibi

Prædictio de eiusd. priuatione ob ingrati animi vitium.

Honor in fatu virtus corrupit.

7 In Othonis Imperatoris primordijs, dedit operam Innocentius, vt lubres atque Etrusci pro tuendis imperij iuribus Othoni se obstringerent, pariterque ecclesiæ Romanæ iura relicta a comitissa Mathilde asserere conatus est, qua de re hæc ad patriarcham Aquileiensem scripsit: *Super eo verò, quod de terra comitissæ Mathildis nobis per latorem præsentium intimasti, hoc tibi duximus respondendum, vt eam ex mandato prædicti Regis repetas nomine nostro, & ad opus ecclesiæ Romanæ recipias. Si fuerit restituta, tum idem Rex eam nobis recuperare promiserit, sicut apparet ex rescripto literarum suarum, quarum tenorem præsenti pagina tibi mittimus interclusum.*

Ius iura ecclesiæ Rom. asserere conatur.

8 Per id tempus perlatæ fuere Pontifici Othonis ipsius literæ a, quibus ei significabat, certissimo se comperisse, Siciliæ Regem Henrici olim Imperatoris filium, imperij quietem turbare, ac res nouas moliri, propterea que rogare ne opera sua consilioque Fridericum iuuaret, hacque sponsione se constrinxit: *Sicut hucusque in negocijs imperij per omnia vestris obtemperauimus consilijs, & mandatis, sic quoque deinceps quæcunque iusserilis non refutabimus, & si Deus aliquando optata præsentia vestra copiam nobis dederit, nos inter consilium vestrum pro communi commodo, & pace Ecclesiarum superfato puero ad honorem imperij, & ipsius componere curabimus vtilitate.*

a fol. 99 188

Fridericus Imperium affectat.

Promittit in omnib. se illius voluntatibus ac cõmodacturũ.

9 Confudit postea hæc omnia promissa Otho insigni perfidia, cui futurorum nescius, vt docebat prudentia, respondit Innocentius: *Cum charissimus in Christo filius noster Fredericus Sicilia Rex illustris tam ex paterna, quam ex materna dispositione finali sit Apostolicæ curæ ac tutelæ relictus, ipseque totum Regnum Siciliæ a Romana teneat, & recognoscat ecclesia, sicut idem nobis tanquam vasallus domino, ratione fidelitatis debet astringi, sic nos idem tanquam dominus vassallo, ratione legalitatis debemus adesse; vnde super us, quæ ad regnum ipsius pertinere asserunt, nec volumus, nec debemus ei nostrum subtrahere auxilium, vel fauorem, cum secundùm Apostolum omnibus simus in iustitia debitores, &c. Dat Laterani VI. id. martij pontificatus nostri anno duodecimo.*

Respondet Innoc. ita Friderico profuturũ vt Othoni non obsit.

10 Quo etiam mense sacramentum fidei ab Othone hisce verbis a conceptum pro Romana ecclesia exhibitum est b: *In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. Otho quartus diuina fauente clementia Romanorum Rex, & semper Augustus. Recognoscentes ab eo nostræ promotionis donum misericorditer processisse, a quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, ipsum eiusque vicarium, & sponsam eius sanctam Ecclesiam diligere proposuimus, & decreuimus magnificè honorare, vt qui nobis in præsenti temporale contulit Regnum, in futuro quoque tribuat sempiternum. Proinde vobis reuerendissime pater, & domine summe Pontifex Innocenti, quem pro multis beneficijs nobis impensis sinceriissimo veneramur affectu, vestrisque catholicis successoribus, & ecclesiæ Romanæ omnem obedientiam, honorificentiam, & reuerentiam semper simili corde, ac deuoto spiritu impendemus, quam prædecessores nostri Reges, & Imperatores catholici vestris antecessoribus impendisse noscuntur, nihil ex ijs volentes diminui, sed magis augeri, vt nostra deuotio clarius emineat. Illum igitur abolere volentes abusum, quem interdum quidam prædecessorum nostrorum exercuisse dicuntur in electionibus prælatorum concedimus, & sancimus, vt electiones prælatorum liberè, ac canonicè fiant, quatenus ille præficiatur ecclesiæ viduatæ, quem totum capitulum, vel maior, & sanior pars ipsius duxerit eligendum, dummodo nihil ei obstet de canonicis institutis. Appellationes autem in negocijs, & causis ecclesiasticis ad apostolicam sedem liberè fiant, eorumque prosecutionem, siue processum nullus impedire præsumat. Illum quoque dimittimus, & refutamus abusum, quem in occupandis bonis decedentium prælatorum, aut etiam ecclesiarum vacantium nostri consueuerunt antecessores committere, pro motu propria voluntatis; omnia verò spiritualia vobis, & alijs ecclesiarum prælatis relinquimus libere disponenda, vt quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo recta distributione reddantur. Super eradicando autem hæretica pranitatis errore auxilium dabimus, & operam efficacem.*

a Cit. libel. pp. 190.

b Bull. M. S. a Bened. XI collect.

Othonis sacramentum Innocentio præstitum.

Pollicetur præsulum electiones non inuasurum.

Deleturũ hæreticos.

11 *Possessiones etiam, quas Romana ecclesia recuperauit ab antecessoribus nostris, seu quibuslibet alijs ante detentas, liberas, & quietas sibi dimittimus, & ipsam ad eas retinendas bona fide promittimus adiuuare. Quas verò nondum recuperauit, ad recuperandum pro viribus erimus adiutores, & quascunque ad manus nostras deuenient, sine difficultate ei restituere satagemus. Ad has pertinet tota terra, quæ est a Radicofano vsque Ceperanum, marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comitissæ Mathildis, comitatus Brittenorij, exarchatus Rauennæ, Pentapolis, cum alijs adiacentibus terris, expressis in multis priuilegijs Imperatorum & Regum, a tempore Ludouici, vt eas habeat Romana ecclesia in perpetuum cum omni iurisdictione, districtu, & honore suo: veruntamen cum ad recipiendam coronam imperij, vel pro necessitatibus ecclesiæ ab Apostolica sede vocati venerimus, de mandato summi Pontificis recipiemus procurationes, siue fodrum ab illis. Auditores etiam erimus ad retinendum, & defendendum ecclesiæ Romanæ, regnum Siciliæ, ac cætera iura, quæ ad eam pertinere noscuntur, tanquam deuotus filius, & catholicus princeps. Vt autem hæc omnia memoratio sanctissimo Patri nostro Innocentio sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ summo Pontifici, eiusque successoribus per nos & nostros successores Romanos Imperatores & Reges obseruentur, firmaque & inconuulsa semper*

Omnes Ecclesiæ possessiones restituit.

Pro concipiendo in eius fide Siciliæ opera dat quorum.

per permanerent, præsens priuilegium conscriptum maiestatis nostræ aurea bulla iussimus communiri. Et paulo post: *Acta sunt hæc anno dominicæ incarnationis millesimo* CCVIIII. *indictione* XII, *regnante domino Othone quarto Romanorum Rege glorioso anno regni eius undecimo. Datum apud Spiram* XI. *kal. aprilis.*

12 Extat quoque in libro priuilegiorum Romanæ ecclesiæ, vbi simillimum legitur ab Othone datum tum temporis iusiurandum.

Othonis iter in Italiam.

13. 14 Post hæc verò Otho, comparatis instructisque omnibus pro imperij corona obtinenda Italiam ingressus est; cuius iter Otho de sancto Blasio exactissimè recenset, traditque primum ab eo Augustæ Vindelicorum imperij comitia celebrata, dein per vallē Tridentinam duxisse exercitum, Bononiamque peruenisse, atque ibi cum Italis principibus habito alio conuentu Mediolanum perrexisse, vbi copias Italis sibi coniunctis auxerit. In quam sententiam ait Godefridus a, Othonem magno cum apparatu Italiam hoc anno ingressum, Insubriæque principibus sibi honoris gratia obuiam euntibus, honorificentissimè exceptum, vrbes, oppida, atque infinitam ex vectigalibus ab Henrici Imperatoris temporibus coactam pecuniam recepisse. Subdit Otho de sancto Blasio: * *Pyrenæum transiens Tusciam applicuit, nuncios ad dominum Apolicum, patriarcham Aquileiensem, & ad dominum Spirensem cancellarium suum Romam præmisit: qui ex persona regis, compositione imperialis consecrationis cum apostolico facta, ad regem regredientur, ipsumque cum vniuerso exercitu ex parte domini apostolici filiali affectu, compositionem consecrationis intimantes, salutauerunt.*

a Godef. in Annal. ann 1209.

* Apēnino

15. 16 Cæterum Othoni rescribens Innocentius, benignè atque honorificè eius oratores se excepisse ait b, ac Petrum Vrbis præfectum & magistrum Philippum notarium suum se mittere, hortaturque vt fidem illis præstet, suaque imperia exequi non negliget.

b Ibid. 192

Etsi vero palam non exprimit quidnam ab eo exegerit, id tamen fuisse arbitramur fidei sacramentum, quod proxime subijcitur c: *Otho Dei gratia Romanorum Rex, & semper Augustus. Notum fieri volumus vniuersis, præsentium paginam inuentibus, quod nos iuramenta securitatis venerabilibus patribus nostris Innocentio Papæ, & Cardinalibus sanctæ Romanæ ecclesiæ & rerum ipsorum, & totius populi Romani in coronatione nostra illuc eundo, ibi stando, & inde redeundo, qua principes, comites, barones, nobiles, & alij imperij fideles de mandato nostro, & in nostra fecerunt præsentia, rata habemus, & ea secundùm quod in scripto distinctum, & bona fide vtrinque est intellectum, nos obseruaturos promittimus, & firmiter, & inuiolabiliter faciemus obseruari. Datum in castris in monte Malo* IV. *nonas octobris indictione* XIII. Sed ad Othonis de sancto Blasio narrationem redeamus: *Qui mox*, inquit, *ad Vrbem tendens exercitum castra metari ante portas Vrbis fecit: a d. Papa Innocentio, & a Romanis honorifice suscipitur, datoque sacramento coram ecclesia se iustum iudicem, ac viduarum & orphanorum tutorem, necnon ecclesiarum, & præcipue patrimonij sancti Petri defensorem pro posse existere, ab Apostolico consecratus coronatur, Imperatorisque & Augusti nomen, nonagesimus sextus ab Augusto*, ponitur ab aliis nonagesimus quartus, *fortitur. Consecrationem igitur desideratam adeptus cum magno tripudio ab Vrbe recedens, in partes Tusciæ diuertit.* Hactenus Otho de sancto Blasio, hisque finem scribendi facit.

c Ep. 193. Othonis sacramentum de securitate Romę danda.

Othonis in vrbem ingressus.

Coronatur Imperator

17 De Othone imperij corona hoc anno redimito agunt etiam plures alij eius temporis auctores a. Cùm nunc primo de consecratione Imperatoris egerimus, gratum lectori fore existimamus, si ritum, qui obseruari solet ex veteribus monumentis in medium adduxerimus. In Vaticano autem libro censuum, qui sub hæc tempora conscriptus fuit, hæc proferuntur: *Incipit ordo Romanus ad benedicendum Imperatorem quando coronam accipit.*

a Riccard. de S. Germ. in chron.

18 *In nomine Christi, promitto, spondeo, atque polliceor ego N. Imperator coram Deo, & beato Petro me protectorem, ac defensorem esse, &c. Dehinc orationem primam * debet Albanensis episcopus ante portam argentream basilicæ beati Petri.*

Ritus in consecratione Imperatoris seruandus.

* dabit

Deus in cuius manu corda sunt Regum, inclina ad preces humilitatis nostræ aures misericordiæ tuæ, & Imperatori nostro N. famulo tuo regimen tuæ appone sapientiæ, vt hausti de tuo fonte consilijs, & tibi placeat, & super omnia regna præcellat. Per, &c.

*Orationem verò secundam * debet episcopus Portuensis inter ecclesiam beati Petri in medio rotæ.*

* dabit

Deus inenarrabilis auctor mundi, conditor generis humani, gubernator imperij, confirmator regni, qui ex vtero sanctæ matris tuæ patriarchæ nostri Abrahæ præelegisti Regem seculis futurum, tu præsentem Regem hunc cum exercitu suo per intercessionem omnium sanctorum tuorum vberi benedictione locupleta, & in solium regni firma stabilitate concede, visita eum, sicut Moysen in mari rubro, Iesum naue in prælio, Gedeonem in agro, Samuelem in templo, & illum cum benedictione syderea, & sapientiæ tuæ ratione perfunde, quam beatus David in psalterio, Salomon filius eius te reuelante percepit, a cælo; fis ei contra acies inimicorum lorica, in aduersis galea, in prosperis potentia, in protectione clipeus sempiternus: præsta, vt gentes illi teneant fidem, proceres sui habeant pacem, diligant charitatem, abstineant se a cupiditate, lamentum iustitiam, custodiant veritatem, & ita populus ille pullulet cælitus benedictione æternitatis, vt semper maneant tripudiantes in pace victores; quod ipse præstare dignetur.

19 *Deinde vadit ante confessionem beati Petri Apostoli, & prosternit se pronum in terram, & archidiaconus facit litaniam, qua finita episcopus Ostiensis vngat ei de oleo exorcizato brachium dexterum, & inter scapulas, & dicat hanc orationem.*

Inungendus in brachio & ica puris ab episc. Ostien.

Domine Deus omnipotens, cuius est omnis potestas, & dignitas, te supplici oratione seu deuotione atque humillima pace deposcimus, vt huic famulo tuo prosperum imperandi dignitatis concedas effectum, vt in tua dispositione constituto ad regendam Ecclesiam tuam sanctam nihil ei præsentia officiant, futuraque non obsistant, sed inspirante spiritus tui dono, populum tibi subditum æquo iustitiæ libramine regere valeat, & in omnibus operibus suis te semper timeat, tibi iugiter placere contendat. Per vnitatem eiusdem, &c. Sequitur hæc oratio: Deus Deus Filius Iesus Christus dominus noster, qui a Patre oleo exultationis vnctus es præ participibus suis, ipse per præsentem sacræ vnctionis effusionem Spiritus paraclitus super caput tuum infundat benedictionem, eandem vsque ad interiora cordis tui penetrare faciat, quatenus hoc visibili, & tractabili dono inuisibilia percipere, & temporali regno iugiter misericordiæ excrcito æternaliter conregnare mereatis, qui solus sine peccato vivit, & gloriatur cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti, &c. Demum verò Ponti-

Cingendi corona a Rom. Pont.

Pontifex Romanus ſurſum altare imponit & diadema, ea dicens: Accipe ſignum gloriæ in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vt ſpreto antiquo hoſte, ſpretiſque contagijs vitiorum omnium, ſic indicium, & inſtitiam diligas, & ita miſericorditer viuas, vt ab ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto in conſortio ſanctorum æterni regni coronam percipias, qui cum Patre, & Spiritu ſancto, &c.

20 Imperiatorijs ornamentis affectus Otho, cum Roma diſceſſiſſet, in Pontificis congreſſum & colloquium venire poſtulauit: verùm Innocentius inſidiarum metu, iam enim non leuiter animi exulcerari cœperat, pluribus de cauſis recuſauit, cùm id per internuncios præſtari poſſet; hoc enim datæ vltrò citroque literæ oſtendunt [a]. Addit Robertus de Monte [b] nonnullos ex Cardinalibus ac ſenatoribus pro viribus obſtitiſſe, ne Otho regijs inſignibus decoraretur, propterea quæ triduo bellum in vrbe commiſſum. De pugna etiam inter ciues Germanoſque, quamuis de trium dierum ſpatio taceant, agunt quoque Richardus [c], Conradus Vrſpergenſis abbas [d], & Rigordus [e], qui in illa pugna Germanos multos cecidiſſe tradit, tum Iordanus, qui has diſcordiæ cauſas affert: *Propter hoc*, nimirum præſtitum ab Othone Pontifici defendendorum S. Petri aduerſus quoſcunque iurium ſacramentum, *& propter expenſas quas ab Imperatore Romani petebant orta diſcordia, Romani cum eo conflixerunt, multique de Theutonicis occiſi ſunt. Imperator quoque cum de damnis reſarciendis ageretur dicebat ſe nec. equos amiſiſſe.* Pergit Foſſæ nouæ chronici auctor: *Ab ipſo tempore Odo Imperator periurando cæpit habere irrita & vacua omnia præcepta domini Papæ, & infestare, & minuere omnia iura Eccleſiæ: ſed quia Dei iudicio exercitus eius fame conſequente decreſcebat quotidie, ferocitatem animi ſui non poterat perficere: vnde dominus Papa cæpit eum monere per archiepiſcopum Piſanum & alios epiſcopos & abbates, vt recederet ab iniquitate & infeſtatione Eccleſiæ, quod facere contempſit; & recognoſceret Deum, & vi-peret ſecundùm legem Dei omnipotentis, & rationem & iuſtitiam, & obedientiam Eccleſiæ obſeruaret, & perficeret, quæ iureiurando promiſerat: omnia vilipendens facere recuſauit. Tandem dominus Papa eum excommunicauit. Per Lombardiam, & per Tuſciam Odo dictus Imperator hyemauit, &c.*

[a] Cit. libyl. pp. 194. 195 Turbæ in vrbe motæ
[b] Rob. de Mont. appl. ad hunc an.
[c] Richardus S. Germ. in chron.
[d] Vrſperg. vbi ſup.
[e] Rig. de geſt. Phil. Aug. Franc. R. g. 1210. Iordan. M. S. Pariſ. n. 1960. Othonis poſt acceptum diadema perfidia;

His conſentit Vrſpergenſis, qui ſcribit Othonem exercitum primum diſſoluiſſe, atque Italiæ poſſeſſionem iniſſe, Mediolanenſibus imperij ornamenta commendata reliquiſſe, eoque facto eorum gratiam ſibi conciliaſſe: deinde refectis copijs regreſſum in Etruriam & Picenum contra fidei ſacramentum datum Pontifici terras eccleſiaſticæ ditionis inuaſiſſe: præterea violato iureiurando de iungenda cum Philippo Galliarum ac Friderico Siciliæ Regibus pace, ne Eccleſia bello ciuili laceraretur, Apuliam ingreſſum, plures Siciliæ Regis vrbes ſuæ poteſtati ſubiecciſſe, Capua potitum fuiſſe; atque in vrbis palatio ſedem fixiſſe, cumque crebris oratoribus rogatus ab Innocentio, vt cæptis abſiſteret, fidemque ſeruaret, monita apoſtolica repudiaſſet, vt contumacem anathemate perculſum fuiſſe. Verùm de eius in Campaniam ingreſſu, deque anathematis ſententia in illum lata anno ſequenti dicemus; nunc ad res Gallicas nos conferamus.

Commendat Mediolanenſibus ornamenta imperialia Inſeſtat Eccleſiæ terras. Siciliam inuadit.

Bellum ſacrum in Gallijs aduerſus hæreticos.

21 Cum hæretici in Gallijs graſſarentur, Pontifex illos opera crucefignatorum, quos anno ſuperiori conſcriptos vidimus, delendos curauit. Eorum præcipui duces erant [a], archiepiſcopus Senonenſis, epiſcopus Eduenſis, epiſcopus Claromontenſis, epiſcopus Niuernenſis, dux Burgundiæ, Oddo comes Niuernenſis, comes S. Pauli, comes Montisfortis, comes Barenſis, Guichardus de Bello-ioco, Vvillelmus de Rupibus ſeneſchalus Andegauiæ, & alij. Incitatos diuinitus in ſacra arma hos fuiſſe ex cœleſti viſo obiecto Iacobo de Vitriaco poſtea Cardinale memorat Guillelmus de Podio Laurentij [b]: *Mittitur*, inquit, *in Franciam a legato dominus Toloſanus epiſcopus prædicaturus crucem cum alijs, qui mandatum habuerant de eodem, cum quibus fuit magiſter Iacobus de Vitriaco vir magnæ honeſtatis, literaturæ, & eloquentiæ, qui poſtea fuit epiſcopus Acconenſis, deinde in Romana curia Cardinalis: de quo etiam audiui dominum epiſcopum Toloſanum referentem, quod ab eo audiuerat ſibi iniunctum fuiſſe per viſionem in ſomnis a B. Saturnino protoprædicatore, vt contra ſuum populum prædicaret: & hoc epiſcopus referebat quærens ab eo, an ipſe prius ignoraret, quod fuerit aliquando Toloſæ Pontifex Saturninus nomine, & in iſta prædicatione multos crucefignauit.* Immin bant iam Franci cruce inſigniti hæreticos ferro deleturi, quos viri religioſi verbo diuino conuertere non potuerant, quibus Raymundus Toloſanus comes obuiam progreſſus, in omnibus ſe Eccleſiæ pariturum præfefert: ſecuritatis ergo caſtra tradit, filium obſidem vel ſeſe offert, atque ita ijs conciliatus crucefignatis coniungitur, vnaque contra reperem Biterrarum vicecomitem pergit. Conſtituerat eò omnium vitiorum ſentina, neque adductis eorum criminibus ſtylum fœdare libet. Percepto illi impendentis belli rumore ſe ad excipiendos arcendoſque crucefignatos comparabant, cùm Deus ſignificare ijs hoc miraculo voluit, fruſtra impios ſeſe contra hoſtes munire, cum ex alto Deus ipſe iras effundit: *Egrediebatur [c] die quodam canonicus quidam Biterrenſis de eccleſia maiori celebrata miſſa; audiens autem tumultum laborantium in foſſatis ciuitatis interrogauit, quid hoc eſſet: reſponderunt qui aderant, tumultus eſt laborantium ad foſſata, quia munimus ciuitatem contra Francigenas, qui aduenium (iam enim imminebat aduentus peregrinorum) & dum ita loquerentur, apparuit quidam ſenex venerandæ ætatis, qui dixit eis: Vos contra peregrinos ciuitatem iſtam munitis, ſed quis deſuper poterit vos munire? per hoc innuit quod Dominus de cælo debellaturus eſſet eos: quo audito illi vehementer moti ſunt, & permoti: cumque vellent in ſenem inſurgere, ſubito diſparuit & vnſquam potuit inueniri.*

[a] Petr. Vall. hiſt. Albig. c. 14.
[b] Guill. de Podio Laur. in chr. c. 50 Iacobus de Vitriaco cœleſti viſo iuſſus prædicare contra hæreticos.
Raymundi Toloſani artes.
Prædicitur cœlitus Biterrarum excidium.
[c] Id. c. 16.

22 Iam ad Biterras caſtra crucefignati poſuerant, atque Reginaldum vrbis epiſcopum præmiſerant, vt ciues catholici hæreticos, quos ipſe in ſcriptum redegerat, crucefignatis puniendos traderent; vel ſi id non poſſent, ex impia vrbe diſcederent, ne pari cum perfidis hominibus pœna inuoluerentur; idque ijs negantibus, cum nonnulli Biterrenſes audaciſſimi noſtros ſagittis appeterent, gregarius miles ignorantibus ducibus in muros impetu facto expugnat vrbem, nulloque ætatis diſcrimine ferro in omnes fœuijt, flammiſque iniectis miſeram ciuitatem deleuit. Refert Cæſarius [d] capta vrbe agnouiſſe crucefignatos, catholicos hæreticis eſſe permixtos, atque ambigentibus quid agerent, ne catholici trucidarentur, vel hæretici ſe catholicos fingerent, reſpondiſſe Arnoldum abbatem Ciſtercienſem: Cædite, nouit Dominus, qui ſunt eius; atque ita militem paſſim in omnes graſſatum: quæ ſententia ex nimio in hæreti-

Deletæ Biterræ.
[d] Cæſ. lib. 5. c. 21.

tes

Biterrenſium ſcelera.

non protracto odio crudelis & parum prudens exiit: *Fuit autem capta ciuitas ſæpedicta*, ait Petrus Vallisſarnensis, *in feſto S. Mariæ Magdalenæ. O iuſtiſſima diuinæ diſpenſationis menſura! ſicut in principio huius libri diximus, dicebant hæretici B. Mariam Magdalenam fuiſſe Chriſti concubinam: præterea in eccleſia ipſius, quæ erat in ciuitate, ſicut ſupra retigimus, canes Biterrenſes dominum ſuum occiderant, epiſcopo ſuo dentes confregerant. Merito in illius feſtiuitate capti ſunt & deſtructi, [illegible] contumelioſa tot dixerant, cuius etiam eccleſ[illegible]ſanguine domini ſui, vicecomitis videlicet, nec non epiſcopi fœdauerant canes impudentiſſimi.*

Carcaſſonæ ſuburbiorum expugnatio.

23 Doletis Biterris mouent aduerſus Carcaſſonam crucefignati, quò vicecomes conflata ſuorum manu ſeſe incluſerat. Primum illius ſuburbium claro impetu, epiſcopis, abbatibus, & clero hymnum: *Veni ſancte Spiritus*, canentibus, capitum. Ad alterius expugnationem accincti primum ob lapidum ab hoſtibus effuſam grandinem repulſi, ſuffoſſo poſtea muro arctiori obſidione preſſa Carcaſſona; vbi illud memoria celebrandum euenit: *Contingebat in illa obſidione quoddam quod non prætermittendum, ſed pro maximo miraculo eſt habendum. Dicebatur quod in exercitu erant homines vſque ad quinquaginta millia, hoſtes autem noſtri omnia in circuitu ciuitatis molendina deſtruxerant, ita quod non poterant noſtri panem habere, niſi de paucis caſtris circumiacentibus, & tamen in tanta abundantia erat ibi panis, quod modiciſſimo pretio vendebatur: inde & dicebant hæretici quod abbas Ciſtercienſis magus erat, dæmoneſque adduxerat in ſpecie hominum, quia videbatur eis, quod noſtri non comedebant.* Vt verò noſtri abundabant commeatu, contra obſeſſi rerum penuria adacti deditionem ijs legibus fecere, vt nudi exirent, ſalus membris ac libertate; vicecomes verò in vinculis teneretur. Eam Carcaſſonenſibus calamitatem olim Berengarius vrbis epiſcopus prædixerat: *Tunc adimpletum eſt quod dictum fuerat per venerabilem virum Berengarium, qui fuerat epiſcopus Carcaſſonæ. Hic cum quadam die in ciuitate ſua prædicaret, ciuibuſque, ſicut ſolitus erat, hæreſim improperaret, noluerunt eum audire; quibus ille: Vos me audire non vultis, credite mihi, ego tantum mugitum emittam contra vos, quod a remotis mundi partibus venient, qui deſtruent villam iſtam. Certiſſimè autem ſciatis, quod ſi ferrei & altiſſimi eſſent muri ciuitatis iſtius, non poſſetis vos defendere, quin pro veſtra incredulitate & malitia condignam recipiatis a iuſtiſſimo iudice vltionem. Propter hæc & his ſimilia, quæ eis vir ſanctiſſimus intonabat, quodam tempore expulerunt eum dicti cines de ciuitate, inhibendo præconis voce diſtrictiſſimè & ſub pœna grauiſſimæ vltionis, ne quis in emendo vel vendendo ſibi vel ſuis auderet in aliquo communicare.*

Abundant in caſtris non ſine miraculo commeat.

Carcaſſona ad deditionem cõpulſa.

Prædictio excidij, vt bis.

De præficiẽdo principe deliberatur.

24 Coactum poſtea concilium eſt præſulum ac virorum nobilium de præficiendo terræ armis crucefignatorum partæ & comparandæ principe, cunctiſq; ſuffragijs electus eſt Simon comes Montfortius: quod cum ille recuſaret, ſeque indignum diceret, Ciſtercienſis abbas legatus apoſtolicus atque Oddo Burgundiæ dux genibus prouoluri omnibus precibus, vt eam admitteret dignitatem, petiere, eoque adhuc reluctante legatus apoſtolica auctoritate vſus, *præcepit ei*, vt ait auctor, *diſtrictiſſime in virtute obedientiæ, vt faceret, quod petebant. Suſcepit igitur terræ gubernaculum vir prædictus ad laudem Dei & honorem Eccleſiæ, & depreſſionem hæreticæ prauitatis.*

Montfortius inuitus eligitur.

25 Præfectus ergo Montfortius excindendæ earum regionum hæreſi, etſi exercitu crucefignato ex parte diſſoluto, mumus non impigrè aggreſſus, plures hæreticorum vrbes qua vi quia deditione cepit. Obtenta porro vrbe, cui Caſtro nomen, inſigne hoc miraculum factum eſt: *Præſentati a fuerunt duo hæretici ipſi comiti, alter autem eorum perfectus erat in ſecta hæreſeos: alter verò erat quaſi nouitius & diſcipulus alterius: habito comes conſilio voluit, vt ambo incenderentur: alter verò illorum hæreticorum, ille videlicet, qui erat diſcipulus alterius, tactus dolore cordis intrinſeci cœpit conuerti, promiſitque quod libenter abiuraret hæreſim, ſanctæque Romanæ eccleſiæ per omnia obediret. Quo audito facta eſt grandis altercatio inter noſtros: quidam enim dicebant, quod ex quo ille paratus erat ea, quæ diximus, adimplere, non debebat morte condemnari: alij è contrario aſſerebant illum eſſe reum mortis, tum quia manifeſtum erat ipſum fuiſſe hæreticum, tum quia putabatur, quod ea quæ dicebat, potiùs timore imminentis mortis promitteret, quam amore Chriſtianæ religionis obſeruandæ. Quid plura? acquieuit comes quod comburerentur hac intentione, quod ſi nunc conuertatur, ignis eſſet ei pro expiatione peccatorum, ſi verò ficte loqueretur, reciperet pro perfidia talionem. Ligati ſunt ergo ambo ſtrictè duris vinculis & fortiſſimis per crura, per uentrem, & collum, manibus etiam poſt terga reuinctis. Quo facto inquiritur ab illo, in qua fide vellet mori, qui ait: Abiuro prauitatem hæreticam, in fide ſanctæ Romanæ eccleſiæ volo mori orans, vt mihi ſit pro purgatorio ignis iſte. Accenſus eſt igitur ignis circa ſtipitem copioſus, illo autem qui pœnitens erat in hæreſi in momento combuſto, alter ſtatim confractis vinculis fortiſſimis, ita ſanus exiuit ab igne, quod nulla apparuit in eo combuſtionis nota, niſi quod ſummitates digitorum aliquantulum ſunt adustæ.* Contigiſſe eodem circiter tempore inſigne hoc prodigium narrat m. s. Vaticanum b: *Quidam*, inquit, *hæretici capti & conuicti in partibus Toloſanis, cum redire nollent ad fidem, iudicio ſæculari traditi, & incendio deputati ſunt: inter quos vnum aſpiciens ſecretorum Dei conſcius Dominicus, iſtum, inquit, officialibus curiæ reſeruate, & nullatenus comburatis; & conuerſus ad illum dulciter, ac blandè alloquens, ſcio, inquit, fili, ſcio quod adhuc licet tarde bonus homo eris & ſanctus. Res ſtupenda pariter & admiranda! dimiſſus ille fere per annos viginti in hæretica cœcitate perdurauit, tandem per gratiam redit ad fidem, ordinemque Prædicatorum aſſumpſit, in quo & laudabiliter vixit, & vitam fideliter conſummauit.* Non multo poſt Lumbets, aliaque loca in Montfortij (quamuis a Burgundiæ duce, alijſque pene omnibus effet derelictus) poteſtatem venere; dumque Priſſianum diœceſis comitis Fuxenſis obſidebat, accedente Fuxenſi, pollicenteque in omnibus ſe Eccleſiæ paritum, obſidionem ſoluit Montfortius.

Caſtrum a ab eo captum

a Ib. c. 28.

Hæreticus pœnitens illæſus.

b MS. Vat. in Append. ad Dominic. ex Lorano & alijs.

Capta vrbes a Montfortio.

26 Interea Petrus Aragonum Rex c, ad cuius ſupremum dominium ſpectabat Carcaſſena, ferens iniquis eam vrbem Montfortio traditam, fidei ſacramentum apud montem Peſſulanum ipſi delatum ab illo accipere noluit, eam enim vrbem ſolus obtinere ambiebat; infeſtuſque Montfortio clam viros nobiles vicecomitatus Biterrenſis & Carcaſſonenſis, qui nondum ſeſe dediderant, monuit vt ſtrenuè reſiſterent Montfortio, ipſis auxilium non defuturum: nec modò infeſtus comiti Aragonius, verùm plures indigenæ Fuxenſis, alijque ab ipſo deſciuere; inter quos Giraldus de Pa-

c Ib. c. 26. Rex Aragonum inuadit Montfortio.

Digitized by Google

a Ibi c. 27.

Seruati diuinitus aliquot crucesignati.

pios a, qui castro Podio Soriguet capto quinquaginta milites Montfortij in fossam turris demisit, atque in eos stipulam, ignem, lapidesque, donec extincti putarentur, projci iussit; sed diuino miraculo post triduum a Montfortio illæsi, ieiunique extracti fuere. Nec dissimile prope arcem, cui Cabareti nomen erat, contigit: percussus enim miles in pectore, vbi affixum crucis signum gestabat, telum e ballista libratum non modò ipso incolumi, sed nec veste læsa non aliter, quam laxo percusso, quamuis inermis esset, resilijt.

b Ib. c. 33. Raymundus adit Innocentium. Male ab eo excipitur.

Dū ea gerebantur Raymundus Tolosanus comes Romam petijt b, vt a Pontifice sibi ea castra restitui obtineret, quæ pignoris ergo antea legato apostolico tradidisset; at Innocentius verbis asperioribus excepto de morte Petri de Castro nouo legati, & crimine hæreseos purgationem indixit, vicesque suas episcopo Regiensi ac magistro Theodosio commisit. Tum verò magistro Milone præsulum concilium Auenionem conuocante, percussi anathemate expositique inuasoribus Tolosani ob non ejectos excisosque hæreticos, vt crucesignatis erant pollicitu, Raymundoque intentatum anathema, si itineribus censum imponere tentaret. Hæc atque alia superiora Petrus Vallisarnensis c.

c Vallisarn. gesta S. Gui l. vbi sup. & alij. Ad. S. Lodouic. episc. pag. 14 Concilium Auenione celebratū.

27 Hoc anno Auenione a Theodosio episcopo Regiensi & Milone notario apostolicæ sedis legatis celebratum est concilium ad exterminandam hæresim, in quo anathematum contemptores plecti iussi sunt: inquisitio hæreticorum est imperata, fœneratoribus anathematis pœna constituta, sancitum vt fœnera repeterentur a iudaijs; decumarum ius in laicos transferri vetitum: iniqua vectigalia sublata: electionum ecclesiasticarum libertas restituta: præceptum ne templa in arcium formam redigerentur: pax publica imperata: grassatoribus publicis bellum indictum: iudices ecclesiastici lites breui temporis flexu dirimere iussi: periuris irrogatæ pœnæ: decretum ne ecclesiæ diutius orbatæ pastoribus vacent, neue in ecclesijs comœdiæ & ludi fierent: luxuries vestitū viris religiosis interdicta: clerici causas in foro agere vetiti; denique in participes cædis Petri de Castronouo legati pœnæ sancitæ. Cumque hæc decreta a patribus fuissent, Venusini comitatus proceres, necnon Auenionenses & Montispessulani magistratus Miloni pontificio legato ad ea obseruanda solemni sacramento sese deuinxere.

Ejus acta.

Magistratus ad decreta seruanda obstricti.

28 Videamus iam, quid de noua hæresi ab inferis emergente, sed protinus ab Innocentio Romano Pontifice, Christianissimi Regis opera, repressa tradat Rigordus d, Almaricum quemdam Carnotensem egregiè philosophicis artibus excultum, sed qui suæ sententiæ pertinacissimè addictus esse consueuerat, docere cœpisse ait, quemlibet teneri vt credat se esse membrum Christi: qui error cum ab alijs confutaretur, ad summum Pontificem delata causa imperatum est, vt publicè illum damnaret, ex quo tantum concepit dolorem, vt pudori diu superesse non potuerit; addiitque nonnullos eius doctrina infectos peiora docuisse: *Inter alios*, inquit, *eorum errores impudenter astruere nitebantur, quod potestas Patris durauit quandiu viguit lex Mosaica. Et quia scriptum est: Nouis superuenientibus abijcientur vetera, postquam Christus venit, aboleuerunt omnia testamenti veteris sacramenta & viguit noua lex vsque ad illud tempus. In hoc ergo tempore dicebant testamenti noui sacramenta finem habere, & tempus sancti Spiritus incepisse, quo dicebant confessionem baptismum, eucharistiam & alia, sine quibus salus haberi non potest, locum de cætero non habere, sed vnumquemque tantum per gratiam Spiritus sancti internus sine vllo aliquo exteriori inspiratam salutem posse: charitatis virtutem sic ampliabant, vt id quod alias peccatum esset, si in virtute fieret charitatis, dicerent iam non esse peccatum. Vnde & stupra & adulteria & alias corporis voluptates in charitatis nomine committebant. Mulieribus cum quibus peccabant, & simplicibus quos, decipiebant, impunitatem peccati promittentes, Dominum [illegible] modo bonum & non iustum prædicantes.* [illegible] Parisiensem episcopum eo rumore orto Guarinum quendam submisisse, qui cum se eorum doctrinæ sectatorem esse fingeret, omnes errores patefecit, ac mox auctores coniectos in vincula, ac sententia Philippi Francorum Regis flammis iniectos; tum concilio celebrato, Almaricum licet extinctum, vt hæresiarcham percussum anathemate, eius ossa refossa, atque cineres in ventum sparsos fuisse.

d Rigor. de gest. Philip. Aug. Franc. Reg. Almarici hæresis dānata.

Hæreses aliæ.

Eadem tradit Cæsarius huius temporis scriptor, qui plures alias ab impijs hominibus confictas hæreses breuiter indicat: *Dicebant*, inquit, *non aliter esse corpus Christi in pane altaris, quam in alio pane, & in qualibet re, sicque Deum locutum fuisse in Ouidio, sicut in Augustino: negabant resurrectionem corporum, dicentes nihil esse paradisum, neque infernum, sed qui haberet cognitionem Dei in se, quam ipsi habebant, habere in se paradisum: qui verò mortale peccatum, haberet infernum in se, sicut dentem putridum in ore. Altaria sanctis statui, & sacras imagines thurificari, idololatriam esse dicebant; eos, qui ossa martyrum deosculabantur, subsannabant &c.*

e Cæs. l. 5. c. 22. Hæreticorum errores.

Ex ira moritur Almaric.

29 Nec in Gallijs modò, verum in Anglia religionis causam in graue discrimen adductam narrat Parisius, cùm regno iam biennio supposito interdicto atque Ioanne tyrannidem exercente, Innocentius ex Cardinalium consilio Regem anathemate percussit, ac Londoniensi, Helgensi, & Vvigorniensi episcopis prouinciam dedit, vt sententiam promulgarent. Sed ij metu correpti apostolica imperia detrectarunt, rumore tamen sparso id solum mussitabatur in circulis, cumque Gaufridus archidiaconus Regis clericus eam protulisset sententiam, sacerdoti salua conscientia in Regis familia, atque obsequio persistere non licere, nec facultate petita abscessisset, adeo in eum Ioannes exarsit, vt vinculis constrictum plumbeo tegmine operiri iusserit, ac molis grauitate & victus penuria fatiscere coegerit.

Ioan. Rex percellitur anathemate.

Gaufridi zelus.

Crudelissima illius mors.

30 Demum quod ad res orientales pertinet; Theodorus Lascaris Græcorum Imperator bis mille tantùm equitibus, ex quibus octingenti Latini strenuissimi milites, Iathatinem Turcarum principem viginti fere militum millia ductantem aggressus vicit; licet enim barbari vndique Christianos circumfunderent, atque Iathatines Theodorum vibrato ictu ex equo deiecisset, non territus Theodorus collectis animis equi pedes anteriores ense truncauit, ruentique in terram soldano caput amputauit, quod præfixum hastæ in signum victoriæ diuini ope Numinis reportatæ circumtulit: hæc pluribus Gregoras b.

Theodori Lascaris de Turcis victoria.

b Nicephor. Greg. l. 2.

IESV

Iudic. 13.

IESV CHRISTI
annus 1210.

INNOCENTII PP. III. OTHONIS IMP. OCCID. 2. annus 13. HENRICI IMPERAT. 6.

Otho ambitione imperatorius insolescens

1 OTho ex adepto honore imperatorio superbia insolescens, reciſſo ſacramento, occuparis Eccleſiæ poſſeſſionibus, inuaſaque Sicilia, Innocentii [illegible] quo ad imperium immenſis laboribus euectus erat, inſtiſſimas in ſe iras prouocauit, atque ex illius manibus anathematis fulmen in ſuum caput extorſit. Hoc enim anno a cœtu fidelium motum tradunt Albertus abbas Stadenſis a, Vrſpergenſis b, Godefridus c, Stero d, fragmenti hiſtorici incertus auctor, Rigordus e, Richardus de S. Germano f, Foſſæ nouæ chronicon, vtque alios omittamus, Matthæus Pariſius g, qui tamen, vtpotè in Romanam eccleſiam parum æquus, Innocentijque infenſiſſimus hoſtis, Othonis ſuſceptæ cauſæ, culpam omnem in Pontificem ipſum transfundere audet.

a Stad. in chron. b Vrſperg. in chron. c Godef. in annal. d Stero apud Caniſ. ant. lect. to. 1. p. 344. e Rigor. de geſt. Philip. Aug. Franc. Regis. f Richar. de S. Germ. in chron. g Matth. Par. hoc an. hiſt. Angl.

2. &c. Tradit Richardus de S. Germano h, Othonem regni Siculi opibus allectum, ſpreto fidei ſacramento, quo ſe Romæ adſtrinxerat, cum Diupuldo & comite Celanenſi inito fœdere, ab ijs Capuam Salernumque recepiſſe, Caſinenſem abbatem pleriſque ſuorum metu diffugientibus ſimili perfuſum terrore ad Othonem ſe, vt ſuam ditionem a belli iniuriis vindicaret, contuliſſe, votique compotem factum. Præterea Diupuldum Capuæ traditis Othoni nonnullis arcibus, Spoleti ducem creatum, imperatoriſque armis fretum, Aquinum ſtrenue loci dominis ſeſe defendentibus fruſtra tentaſſe, Neapolim Othoni portas aperuiſſe, atque in Auerſanos concitaſſe, qui certis cum eo legibus fœderis initis imminenti periculo ſeſe ſubduxere, indeque in Apuliam conuerſis ſignis quà ſponte quà metu populis iugum impoſuiſſe. Addit idem auctor Capuanos interdicti ſententia ac pœna ab Innocentio impoſitos, quod præſente Othone cœtu fidelium depulſo ſacra feciſſent.

Otho ambitione imperatorius insolescens

Liberatur fide præſtita Othoni ſubditi.

Caterum addit Rigordus, Romanum Pontificem non ſolum anathematis ſententiam promulgaſſe, verùm eius creſcente contumacia illius ſubditos, quo ipſi obſtricti tenebantur, fidei ſacramento ſoluiſſe: idem habetur in Innocentij literis i: *Sub anathematis pœna vetamus, ne quis eum Imperatorem habere, nominareue audeat*; atque ita ab eo Thuringiæ Lantgrauium, Moguntinum & Treuirenſem archiepiſcopos, ducem Auſtriæ, Boemiæ Regem alienatos, pluresque tum eccleſiaſticos, tum alterius ordinis receſſiſſe: quibus ſimilia de Germaniæ principibus ab illo deficientibus Vrſpergenſis & Iordanus referunt: ſed hæc anno inſequenti latius proſequemur.

i Inn. l. 13. ep. 185.

Plures eũ deſerunt.

Iom. Rex magnas in Angl. opes vndiq; corradit.

8. 9 Interea Angliam tyrannice premebat Ioannes Rex. Prætermittimus de Iudæis dicere, quos omnes in carcerem coniectos, pecunia ſe redimere coegit, vti Matthæus Pariſius teſtatur l: ab eodem accipiamus auctore, quid contra eccleſiaſticos hoc anno iniquiſſimè geſſerit. Ait enim coactis Londini religioſarum familiarum præfectis centum millia librarum ſterlingorum ab ijs extorſiſſe: a Ciſtercienſibus quoque, labefactatis eorum priuilegijs, quadraginta millia librarum argenti, nec non ab alijs magnam pecuniæ vim corraſiſſe. Cæterùm qui omnes Angliæ eccleſias præſuleſque adeò malè habuit, Eboracenſem eccleſiam, atque archiepiſcopum, quamuis fratrem ſuum, crudeliſſime ſpoliauit: de quibus ab eodem archiepiſcopo certior factus Innocentius reſcripſit a, monendum Regem curaret, vt ablata redderet, iniuriaſque ac damna farciret, eoque renuente Eboracenſem prouinciam interdicto ſubijceret.

l Par. hiſt. Angl. ann. 1210.

a Inn. l. 13. ep. 64.

10 Contra egregie meritus eſt eodem anno de catholica religione Philippus; in hæreſeos enim extinguenda luc, Chriſtianiſſimi principis præclarum ſpecimen dedit, vt refert Godefridus b: *Hoc anno aduentu Domini quidam hæreſiarcha Bernardus nomine, cum alijs nouem, quorum quatuor ſacerdotes erant, Pariſios venientes pernertere populum nitebantur; qui epiſcopo proditi comprehenduntur, & eorum magiſtris & clero ſtatuuntur; ſed cum ſatis cum eis de fide diſputatum fuiſſet, de hæreſi conuicti, & a Rege in vigilia Thomæ Apoſtoli incendio perire iuſſi ſunt*: hæc ille. De hæreticis hoc anno Pariſijs deprehenſis ſupplicioque affectis meminit etiam Bernardus Guido c. Verùm longè aliter, quam Philippus Francorum Rex Raymundus Toloſanus comes ſe geſſit, non enim modò hæreticos non punuit, ſed etiam in ſuo comitatu permiſit ac fouit: quamobrem Innocentius, cui nihil cordi potius erat, quàm impios peſtiferoſque homines excindere, fideliumque communione arcere, literas ad ipſum ſcripſit d minarum plenas.

Philipp in hæret. perſequendis pietas.

b Godef. in annal. ann. 1210. Hæreſiarcha cum ſectarijs flammis traditur.

c Rer. chr. Rom. Pont. an. 1210.

d Inn. l. 13. ep. 180.

11 Interea quoniam de Albigenſibus incidit mentio, videamus quid de catholicis aduerſus eos ad arma concurrentibus, auctores hoc anno prodant. Plurimos ex vniuerſa Gallia, Anglia, & Lotaringia crucelignatos, contra eoſdem Galliarum hæreticos confluxiſſe, profiliſſeq; tradunt Albertus Stadenſis e & Godefridus f: vt verò dux exercitus Domini Simon Montfortius comes Albiorum ciuitatem totamque fere Albienſem diœceſim, aliaque hæreticorum loca obtinuerit, docet Bernardus g, quod confirmat pontificium diploma ad eundem Simonem hoc anno datum h.

Catholicorum in hæreſes zelus.

e Stad. in chron. f Godef. in annal. hoc anno.

Albij ſubacti.

12 Succubuit præter Albios crucelignatorum ſub Montfortio duce virturi Minerba arx munitiſſima, in qua hæreticorum perditiſſimi ideo viſi ſunt ſe inclauſiſſe, vt in ea veluti in arcto carcere ſupplicio reſeruarentur: redacto enim in catholicorum poteſtatem oppido, in quod præcedente cruce, & vexillo comitis ſubſequente, ingreſſos ait Valliſarnenſis i hymnum; *Te Deum laudamus*, concinentes, hæretici ad fidem catholicam amplectendam a comite admoniti, e quibus centum quadraginta & eo amplius, ſeruatis omnibus, qui Eccleſiæ conciliari ſunt, in apparatum ardentem rogum ſummo furore vitro ſeſe iniecere, vt ſuos dæmon martyres haberet.

g Ber. chr. Rom. Pont. item Toloſ. comit. eod. anno.

Minerba Albiorum expugnata.

h Inn. l. 13. ep. 86.

i Pet. Vall. hiſt. Albig. c. 37.

Se inicium flammis hæretici.

In eius porro obſidione miracula duo idem auctor contigiſſe hiſtoriæ mandauit: *Quando exercitus peruenit ad obſidendum caſtrum, aqua quædam defluebat prope caſtrum, & erat modiciſſima, ſed diuina miſeratione in aduentu noſtrorum ita ſubito excreuit aqua illa, quod ſufficit abundantiſſimè toto tempore obſidionis hominibus exercitus & equis: durante verò ipſa obſidione ferme per ſeptem hebdomadas: recedente verò exercitu, ſapedicta aqua retraxit ſe, & facta eſt modiciſſima ſicut prius. O Dei magnalia! O bonitas recemptoris!* Et infra.

Fons miraculo ſcatuit.

Cum recederet comes a caſtro Minerbæ, peditis exercitus manſiuncalis, quas fecerant peregrini de ramis & frondibus, ignem miſerunt: cellulæ autem, quæ erant ſiccitſimæ, ita ſtatim accenſæ ſunt, & tanta in altum per totam vallem flamma erupit, ac ſi aliqua ciuitas maxima combureretur: erat autem

quædam

Oratorij inter flamas illæsi

quædam cellula de frondibus similiter, in qua sacerdos quidam tempore obsidionis celebraverat, alys mansionalis circumclusa, quæ ita miraculosè ab igne est illæsa servata, vt nec etiam aliquod in ea adustionis indicium appareret, sicut a venerabilibus personis, quæ præsentes erant, audivi. Statim currentes vestri ad mirabilem visionem, invenerunt quod cellula, quæ combustæ sunt, illi cellulæ, quæ incombusta mansit, undique a dimidij pedis spatio iungebatur. O virtus immensa!

a Ib. c. 38.

13 Adiungit auctor a insigne aliud prodigium de crucibus. *Miraculum aliud quod contigit apud Tolosam, dum esset comes noster in obsidione Minerbæ, hic duximus inserendum: In civitate illa prope palatium comitis Tolosæ est quædam ecclesia fundata in honorem beatæ Mariæ virginis, parietes autem illius ecclesiæ de novo erant forinsecus dealbati: quodam autem die ad vesperam cæperunt videri infinita cruces in parietibus ipsius ecclesiæ circumquaque, quæ videbantur quasi argenteæ ipsis parietibus albiores, erant enim cruces semper in motu, apparentesque subito statim non videbantur, siquidem multi eas videbant, sed ostendere non valebant, antequam enim posset digitum levare quis, disparuerat crux, cui volebat ostendere, nam in modum corruscationis apparebant, nunc maiores, nunc mediæ, nunc minores. Duravit visio ista ferè per quindecim dies, singulis diebus ad vesperam. Itaque ferè omnis populus civitatis Tolosæ hæc viderunt. Vt verò fides dictis adhibeatur sciat lector, quod Fulco Tolosanus, Raymundus Biterrensis episcopi, & abbas Cisterciensis apostolicæ sedis legatus, & magister Theodisius, qui in Tolosa tunc erant, viderunt, & mihi per ordinem narraverunt. Accidit autem Deo disponente, quod capellanus prædictæ ecclesiæ cruces videre non potuit prænotatas: quidam igitur nocte intrans ipsam ecclesiam dedit se in orationem, rogans Dominum, vt sibi dignaretur ostendere quod viderant ferè omnes: subito autem vidit innumerabiles cruces non in parietibus sed in aere circumfuso, inter quas una cæteris maior & eminentior cunctis erat; mox egrediente maiore de ecclesia omnes egressæ sunt post illam, cæperuntque recto cursu tendere versus portam civitatis: sacerdos autem vehementissime stupefactus cruces illas sequebatur, & dum essent in egressu civitatis, visum est sacerdoti, quod quidam terdens in civitatem reverendus & decorus aspectu, enginatum tenens gladium, crucibus illis prebentibus ei auxilium, quendam magnum hominem egredientem de civitate in ipso ingressu interfecit: sæpe dictus itaque sacerdos factus quasi exanimis præ timore cucurrit ad dominum Vticensem episcopum, procidensque ad pedes eius istud sibi per ordinem enarravit.* Nec a verisimili abest hoc obiecto viso pugnam illam Deum portendere voluisse, in qua postea Petrus Aragoniorum Rex Tolosa egressus, ac secum hæreticorum copias adversus Montfortium trahens, dum Murellum obsidione premebat, ab illo cæsus occubuit.

Prodigium de crucib. Tolosæ a Bparentib.

Præsagia futuræ cædis Regis Arag.

Apud S. Ægyd. concil. celebratū.

14. 15 Redierat Roma, vt diximus, comes, Tolosanus, atque vt se de hæresi ac Petri de Castro nouo Apostolicæ sedis legati nece purgaret, enixe postulauerat. Sed episcopus Regiensis, ac magister Theodisius, quibus Pontifex præceperat, vt purgationem illi indicerent, cum artibus periurijsque crimen a se depulsurum facile nossent, indicto in oppido S. Ægydij conuentu præsulum negarunt Raymundo purgationem, ni prius in leuioribus pontificijs mandatis, vt hæreticorum expulsione, tollendisque iniquis vectigalibus obsequentem se præbuisset. Eo responso percussus Raymundus inhorruit, ac lachrymas vbertim effudit, quod recuperendæ ditionis spe concepta deiectum se videret. At Theodisius cum eas lachrymas non ex criminum dolore, sed timore emanare nosset, illum scripturæ sacræ textum acute inorsit; *In diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt*; vt se inanibus comitis lachrymis non mollitum iri significaret. Atque in eo ipso præsulum cœtu ob iustas causas ait Albigensis historiæ auctor a fidelium cœtu submotum. Narbonæ postea Rex Petrus, comes Tolosanus, & comes Montisso[illegible] colloquium descendere b, cui legati apostol[illegible]ensis episcopus abbasque Cistercien[illegible]sis, *qui præcipue post Deum*, ait Petrus Vallisarnensis c, *Iesu Christi negotium promovebat*, alijque conspicui dignitate virtuteque viri præsentes affuere; eaque conditio Tolosano comiti oblata est, modò hæreticos ejiceret, vt omnem ditionem suam illæsam, illaque etiam iura, quæ supremi dominij titulo in hæreticorum terras obtinebat, integra seruaret; quin etiam quarta vel tertia vectigalium ab hæreticis possessorum pars in ipsius lucrum cederet: quo ille beneficio spreto in magnas se calamitates conjecit. Agitatum etiam de conciliando Ecclesiæ Fuxensi comite, illique propositum, si Ecclesiæ morem gereret, nec crucesignatos bello peteret vel infestare, sacramento polliceretur, Apamias a Montfortio ipsi ereptas restitutum iri; sed eo dictas leges non adhibente Aragonum Rex Fuxo, alijsque terris, quæ ab ipso supremi dominij iure pendebant, præsidia imposuit, pollicitusque est legato nullum inde malum in catholicos erupturum, & si comes Fuxensis ab Ecclesia recederet, Fuxum comiti Montfortio traditurum: verùm Rex fidem postea turpissimè fregit.

Narbonæ. se colloquium.

a Pet. Vall. c. 39. 40. 41.

b Id. c. 43.

c Id. c. 42. Conditiones Raym. oblatæ.

16 Cum Fuxensis comitis confirmatæ pervicaciæ mentio a nobis paulo supra facta fuerit, hic illius scelera ex Petro d Vallisarnensi in posterorum oculis defigere visum est, vt ab Ecclesia explicitam in illum mansuetudinem, atque in ferendis aduersus perfidum ecclesiasticis sententijs, occupandisque armorum vi terris æquitatem intueri possint. Monasteria disturbabat, sacras expilabat opes, in pias domos meretriculas inducebat, fidem datam violabat, reliquias sanctorum spernebat: vnde id memorabile aliquando contigit, vt dum solemnem supplicationem, in qua S. Antonini ipsam summa religione deferebantur, nullo cultu exhibito, fastu superbiens præteriret, Cisterciensis abbas de monte sanctæ Mariæ comiti ardore pio æstuans inclamaret: *Nullum tu sancto martyri honorem defers; at scias te huius urbis domini honore in pœnam aliquando exuendum*: nec a dictis fides abfuit, cum diuina tandem ira ipsum e sua ditione ejecerit.

d Ib. c. 44. 45.

Illius impietas. Prædicitur dationis ipsius amissio

17. &c. Tanta illius erat perfidia, vt si aliquos deditione caperet, violata mox fide crudelissimè necaret, jactaretque se cruce insignitos omnes si posset obtruncaturum. Inde eo furore actus, vt quos aperta pugna vincere non poterat, latronum more comparatis insidijs facto in imprudentes impetu trucidaret. Imbuerat etiam ferinos illius mores a patris improbitate non degener Rogerius filius e, qui, vt scelerum, ita pœnarum particeps extitit.

Comitis crudelitas

e Idd. 50.

23. &c. Sed ad Germanicas res transferenda narratio. Dicta est dies Boemiæ Regi ad subsellia apostolica ob repudiatam Reginam, laudatumque egregium Vvaldemari Danorum Regis consilium, namque orthodoxæ fidei tuendæ studio æstuans, ad reprimendam incredulæ gentis feritatem,

Vvaldemar Rex Dan. crucē assumit.

ratem, crucesignatorum militiæ nomine dato, bello persequi barbaros decreuerat: quare summus Pontifex eum laudibus extulit, ipsumque & eius Regnum ac bona omnia in suam tutelam admisit.

26. &c. Adolphum vero Colonien sem olim archiepiscopum, qui Philippi Sueui partes sequtus fuerat, quique resipuerat, ad meliorum spem erexit: *Sacra*, inquit, *scriptura docente didicimus, quod in arca foederis Domini cum tabula legis virga continebatur [illegible]nna, quoniam in pectore summi Pontificis, quod per arcam foederis designatur, cum scientia legis diuinæ debet virga correctionis & manna dulcedinis contineri.*

S. Francisci regula instituta.

28 Scripsisse hoc anno S. Franciscum religiosæ vitæ præcepta, quibus ad virtutes comparandas sui sodales instruerentur, eamque ab Innocentio Papa diuinis visis monito confirmatam tradit Lucas a Vvaddingus; rem vero accuratissime recenset S. Bonauentura b, nimirum cum S. Franciscus Pontifici grauiora meditanti ac deambulanti in loco, qui speculum dicitur, se obtulisset, veluti ignotum non sine indignatione repulium: at sequenti nocte Innocentium in somnis palmam inter pedes suos sentim succrescentem vidisse ac diuinitus cognouisse per eam palmam exprimi eum pauperem, quem repulerat: cum autem per Vrbem inquiri diligentissime iussisset, inuentum in xenodochio S. Antonij, venientemque humanissime excepit; cumque religiosæ vitæ formulam, quam confirmari a Pontifice flagitabat, exposuisset, eam supra vires humanas nonnullis Cardinalibus arduam visam: at Ioannem de S. Paulo Cardinalem Sabinensem hæc Pontifici & Cardinalium cœtui pro S. Francisco dixisse: *Si petitionem pauperis tanquam nimis arduam nouamque repellimus, cum petat confirmari sibi formam euangelicæ vitæ, cauendum est nobis ne in Christi euangelium offendamus, nam si quis intra euangelica perfectionis obseruantiam & votum ipsius, dicat contineri aliquid nouum, & irrationabile vel impossibile ad obseruandum, contra Christum euangelij auctorem, blasphemare conuincitur. Quibus propositis*, subdit S. Bonauentura, *successor Apostoli Petri conuersus ad pauperem Christi dixit: ora fili ad Christum vt suam nobis pro te voluntatem ostendat, qua certius cognita, tuis pijs desideriis securius annuamus. Omnipotentis autem Dei famulus totum se conferens ad orandum precibus deuotis obtinuit, vt quod exterius ipse proferret & hoc interius Papa sentiret; nam cum parabolam de diuite Rege cum muliere formosa & paupere contrahente grauiter, & de prole suscepta proferente generantis Regis imaginem & per hoc educanda de mensa ipsius sicut a Deo acceperat, retulisset, ex illius interpretatione subiunxit: Non est formidandum quod fame pereant æterni Regis filij & heredes, qui ad imaginem Regis Christi per Spiritum sanctum virtutem de paupere matre nati & ipsi per Spiritum paupertatis sunt in religione pauperculæ generandi; si enim Rex cælorum imitatoribus suis regnum promittit æternum, quanto magis illa subministrabit, quæ communiter largitur bonis & malis? Hanc ergo parabolam & intellectum ipsius Christi vicarius cum diligenter audisset, miratus est valde, & indubitanter Christum loquentem in homine recognouit.* His addit Vvaddingus S. Franciscum Romæ Cardinalium ac principum gratiam sibi fusque conciliasse, res admirandas patrasse, sodalitio suo plures adscripsisse, fuse ostendit; quem de his lector consulat.

Ostenditur diuinitus quantus foret.

Expositæ ab eo Pontifici religiosæ vitæ formula.

Eximia parabola ostendit nō metuendā in suis professionem paupertatis.

29. 30. Iam ad res orientales nos conuertamus. Occupantibus in orientali imperio ecclesiastica bona principibus, ad ipsos ab eo scelere submouendos, plurimum fuit Innocentio obnitendum. In primis Henrico Constantinopolitano Imperatori, præcepit a vt reuocaret sanctionem illam, qua simul cum principibus suis cauerat, ne possessiones ecclesijs dono dari, vel testamento relinqui possent: ad quod præstandum commoneri etiam, & censuris ecclesiasticis adigi iussit Othonem de Rocca Athenarum dominum, aliosque imperij proceres, qui idipsum edicto vetuerant. Iussit præterea Henricum ecclesiastica bona a se occupata reddere b, atque ab alijs similiter iniquè detenta, restituenda curare; quod literis suis etiam ad ipsos datis præcepit c, eoiq; insuper ab episcopis per censuram ecclesiasticā, si opus foret, compellendos instituit d, qua de re lapso biennio ad Cardiensem & Sithoniensem episcopos grauiora iussa repetita fuere.

Ecclesiastici in Oriēte oppressi

a Lib. 13. ep 96. ibid. ep 94.

Iniqua Hērici Imper. in eccles. constitutio.

b Ep. 105.

c Ep 96. 103

d Ep. 95.

31. 32 Quid verò Innocentius aduersus Michalitium tyrannum, qui ab Imperatore desciuerat, sæuissimaque commiserat flagitia, ad patriarcham Constantinopolitanum scripserit, quidue pro imperio Henrico firmando præstiterit, ipsemet hisce verbis refert e.

Fluctuant imperium Henrico firmare studet Innocentius.

e Ep. 180.

Innocentius, &c. Ex literis charissimi in Christo filij nostri Henrici Imperatoris Constantinopolitani illustris nostro est Apostolatui relatum, quod Michalitius fidelitate, quam eidem præstiterat Imperatori, contempta, hominibus eius minimè diffidatis, & spreto nihilominus iuramento, quod eidem Imperatori & E... fratri eius, cui idem Michalitius filiam suam tradiderat primogenitam in vxorem, præstiterat A. imperij comestabulum cum militibus, & alijs vsque centum in dolo capiens, quosdam flagellauit ex eis, quosdam retrusit in carcerem, & quibusdam nequiter interfectis, comestabulum ipsum cum tribus alijs & capellano suo, quod est horribile dictu, suspendit in cruce: ijs autem ad nequitiam postmodum animatus, Latinorum heres potentia, qui cupiditate excæcati ad ipsum Michalitium confugerant, castra eiusdem Imperatoris obsedit, villas combussit, & omnes Latinos presbyteros, quos capere potuit, & quendam electum in præsulem, & etiam confirmatum fecit capitibus obtruncari. Præterea Lascharus, qui pro Imperatore se gerit stipatus viribus Latinorum, qui postpositis Dei timore, & hominis reuerentia, spretis etiam stipendijs, quæ idem Imperator ipsis poterat exhibere, ab inimicis eius recepere maiora, quam ipse illis valeat erogare, quendam de principibus eius cepit, &, vt dicitur, excoriari fecit eundem. Quia verò si Græci recuperarent imperium Romanię, terræ sanctæ succursum pene penitus impedirent, ne occasione succursus ipsius iterum perderent locum, & gentem, cum & antequam idem imperium a Græcis translatum fuerit in Latinos, ipsi a nobis sæpe moniti, & rogati, nunquam terræ sanctæ voluerint subuenire, quin etiam Ilachius Imperator ob gratiam Saladini fieri fecerit in vrbe Constantinopolitana meschitam, & quia si possent exterminare Latinos, in apostasiæ suæ vitio fortius perdurarent, in odium Latinorum, quos etiam nunc canes appellant, sicque nequissimus error fieret peior priore, cum submurmurare non cessent, quod per Apostolicæ sedis ingenium exercitus Latinorum in Constantinopolim declinauerit capiendam: fraternitati tuæ per apostolica scripta præcipimus mandantes quatenus Latinos diligenter moneas & inducas, & eis sub pœna excommunicationis iniungas, ne Græcis, & præsertim

Turbæ Cōstantinop.

Lascaris crudelitas

Datum Saracenis ab Ilachio templum Constantinopoli.

sertim prefato Michalitio, qui faciendo necari presbyteros laqueum excommunicationis incurrerunt, contra Imperatorem predictum, vel fideles ipsius auxilium præbeant, vel fauorem.] *Datum Laterani 7. id. decembris pontificatus nostri anno terciodecimo.*

a lib ep. 77. Et in fautores.

b Ep. 100.

33 Imponimus huic anno finem Ierosolymitanis rebus, quæ Brenensis comitis regni sacri sceptrum dotis nomine ab vxore datum capessentis auspicijs assurgere, ac postea deprimi visæ sunt. Iordanus a enim hæc monumentis suis mandauit: MCCX. *Ioannes comes Brenensis Ptolemaidem applicuit, pergitque Tyrum cum prælatis & baronibus, vbi Reginam desponsat, & coronatur*; tum de excursione in Saracenos ab illo facta, vt regni initia præclaro aliquo facinore insigniret nobilitaretque; *Rex predam magnam egit, & cum suis salvus redyt*; sed breui Saracenorum potentia ingraueiscere cœpit, subiungit enim paulo post: *Saraceni autem videntes eum inferioris esse potentie quam putabant, firmauerunt castrum in monte Thabor & ante Ptolemaidem supius discurrebant, propter quod multi peregrini repatriabant diuites & potentes.*

Comes Brenen. Rex Hieruſ. coronatur. *a Iord. M. S Vaſſignac. p. 1960.*

Prædas e barbaris abducit.

Inualeſcũt Saraceni.

34 Distraxerat tum Christianorum vires ac debilitarat intestina discordia, ex qua Saracenorum ferocia inualuerat: qui malo vt mederetur Innocentius, Cremonensi episcopo dirimendæ controuersiæ, quæ de Antiocheno principatu inter Leonem Armeniæ Regem ac Tripolitanum comitem intercedebat, prouinciam dedit b.

Causa Antioch principatus cõmiſſa epiſc Crem *b Ep. 112.*

IESV CHRISTI
Annus 1211.

Indict. 14.

INNOCENTII PP. III.	OTHONIS IMP. OCC. 3.
annus 14.	HENRICI IMP. OR. 7.

DE prosperis Othonis successibus, qui paulo post turpes exitus habuere, Fossæ nouæ chronici auctor c, qui in Latio tum degebat, hæc tradidit: *Adueniente tempore estatis tota Apuulia & terra laboris & maxima pars Calabrie deuenerunt ad fidelitatem Oddonis dicti Imperatoris.* His consentanea scribit Conradus Vrspergensis d; addiditque, se eo tempore ad Romanam aulam accessisse, Othoneque hyberna ducente Capuæ, frequentibus legationibus nisum Innocentium eius animum infringere, proposuisseque se omnia damna ecclesiæ Romanæ illata inferendaue æquo animo laturum, vt offensione imminentem ab Ecclesia amoueret, modò a Friderico impugnando ac de Francorum Rege vindicta expetenda abstineret, nec vllo modo a sententia pellendi ex Sicilia Friderici, ac doloris ob ereptam auunculo Normaniam, atque alias terras bello partas vindicandi, dimoueri vnquam potuisse; ac tum pontificem tria admodum ardua suscepisse, quorum primum extitit Othonem imperio deturbare, verum de eo deque alijs sequenti anno disseremus.

c Godef. in annal. Othonis in Sicilia progressus d Chr. Faſ. ad hoc an.

Peruicacia illius.

2 Interea Pontifex aduersus iniquum refractariumque principem ecclesiasticis censuris animaduertit; quippe qui non solùm Neapolitano archiepiscopo iniunxit e, vt latam ab ipso in Neapolitanos ecclesiastici interdicti sententiam, ob illius partes secutas, obseruandam curaret, verùm præcipuos Italiæ præsules, in eundem Othonem eiusque fautores anathematis sententiam renouare iussit.

e Iun. l. 14. p. 71.

Cenſurę in eum renouatæ.

3 Præterea grauissimè in Bononienses, qui Othonis partibus fauebant, scriptis literis inuectus est a; cumque Pisani neglectis Apostolicæ sedis mandatis, ad Siciliæ regnum oppugnandum, *quod*, vt ait, *ecclesiæ patrimonium esse dignoscitur*, nauales copias Othoni destinassent, Innocentius Turritano iudici imperauit b, vt si illi Sardiniam ingredi tentassent, vna cum alijs insulæ optimatibus strenuè resistere niteretur. Addit Stero c plures Germaniæ episcopos Othonem a Papa anathemate damnatum denunciasse, sicque Colmarienſium Dominicanorum chronicon hoc anno ipsum principem in vniuersa Germ[illegible]e sacro fidelium commercio segregatum tradit d, idque Romani Pontificis iussu gestum esse historici fragmenti incertus auctor, alijque e affirmant,

a lib ep. 77. Et in fautores.

b Ep. 100.

c Stero in annal. apud Caniſ. vbi ſup.

d Domin. Colmar. chr. hoc ann. e Naucler. & alij.

4 &c. Addit Fossæ nouæ chronici auctor: *Interim nuncij Alemannie venerunt ad Oddonem dictum Imperatorẽ, qui dixerunt ei totam Alemanniam rebellatam fore, & quod omnes archiepiscopi, episcopi, abbates, duces, principes, comites & omnes barones Alemannie elegerunt Fredericum Regem Sicilie in Imperatorem, & mandauerunt in Siciliam nuncios, qui conducerent predictum Fredericum saluum & incolumem ad recipiendum imperium in Alemanniam, &c.* Porro Fridericus anni proximi principio regio diplomate ad libertatem ecclesiasticam asserendam liberas præsulum electiones futuras sanxit f.

Fridericus Imp. ſaluta tur a Germ

f Habetur ſub cenſuram.

9. 10. Contra vero Ioannes Rex in Anglia oppresso iure ecclesiastico maximis periculis se implicuit, cum in eum Innocentius coactus esset seueritatem adhibere, vti Matthæus Parisius testatur; qui prius de legatione pontificia missa ait Pandulphum subdiaconum ac Durandum Templarium ad Ioannem venisse, vt de conficienda pace agitarent, Regemque assensisse, vt archiepiscopus Cantuariensis, episcopi, alijque electi restituerentur; vt verò illata sarciret damna, ac fisco addicta redderet, adduci nunquam potuisse, atque ita rem ad exitum non perductam. Cæterum do Cantuariensi archiepiscopo, alijsque in exilium actis si ait Rigordus g: *Idem verò sanctus archipræsul* Stephanus scilicet Cantuariensis, quem paulo ante sanctæ opinionis virum nominat, *& alij episcopi a Philippo Rege liberaliter recepti in regno Francie exulabant.* Verum cum neo ea ratione flectere peruicacem Regem posset Innocentius, quibus remedijs eius audaciam furoremque compescuerit, enarrat Parisius, nimirum Anglos omnes præstiti Ioanni sacramenti religione liberasse, atque obiecto anathematis terrore imperatum ne ipsi in consuetudine familiari, mensa, vel consilio communicarent; addirque illum ab iniquissimis tunc consiliarijs corruptum fuisse: his vero auctoribus ac suasoribus innumera ingentiaque flagitia commisit, de quibus sæpe queritur Parisius, vt nullo refellantur negocio impudentissimi nouatores, qui cæco furore pereãti, in æquissimum Pontificem Ioannis scelera vlciscentem iniqua effutiunt h.

Rex Anglia flecti nequit.

g Rig. de geſt. Phil. Aug. Franc Reg. ann. 1212.

h Conf. Tyſſ. c. 10. col. 987.

Opprimebat tum etiam ecclesiasticam libertatem Sanctius II. Lusitaniæ Rex, quem Innocentius officij ita admonuit: *Obsecramus*, inquit, *te fili charissime per misericordiam Iesu Christi quatenus illa mensura contentus, quam Deus tibi donauit ad ecclesiastica iura non extendas aliquatenus manus tuas, sicut nec nos ad regalia iura manus nostras extendimus, relinquens nobis iudicium clericorum, sicut & nos laicorum iudicium tibi relinquimus, quia secundum Apostolum, seruus suo domino stat, aut cadit, nisi alienum tibi officium vsurpaueris, exemplo*

Corripitur Rex Lusitanus Religioſa ad eum monita.

Ozia

Oziæ Regis diuinam vltionem sentias.

12. 13 Eiusdem argumenti literas ad Compostellanum archiepiscopum misit a, eique præcepit, ni Sanctius Rex flecteretur monitis, ecclesiastica in eum censura animaduerteret; euenitque, vt diuinæ in eum scueritatis aculeis excitatus tandem oculos aperiret, in extremum enim vitæ discrimen adducto, supremamque voluntatem ab Apostolica sede confirmari expetenti, ita rescripsit b Innocentius.

a Ep. 190.

Respicit Lusitanus Rex morbo tētatus

b Lib. 14. ep. 55.

Illustri Regi Portugallia.

Is qui tangit montes & fumigant, cor tuum tetigisse videtur ad pœnitentiam salutarem, dum corporali ægritudine te affligens, ad sanandas spirituales ægritudines te induxit, quatenus recogitando annos tuos in amaritudine animæ tuæ, pro excessibus tuis, quibus Creatorem tuum multipliciter offendisti, offerres ei sacrificium vespertinum. Vnde licet infirmus corpore, animo tamen sanus legitimum condidisti, sicut accepimus, testamentum, in quo pro tuorum remedio peccatorum pijs locis & viris religiosis, nec non infirmis, & indigentibus multa legasti, de filijs, & filiabus, nepotibus, & neptibus tuis, nec non & alijs quibusdam personis, ac etiam de ipso regno prouida deliberatione disponens; quæ omnia suppliciter postulasti, per sedem Apostolicam confirmari, sicut in scriptis authenticis continetur expressa. Et nos autem ipsius seriem testamenti coram nobis perlegi fecimus diligenter, & intelleximus omnia rite disposita; illis dumtaxat exceptis, quæ de quibusdam monasterijs disponere præsumpsisti, nisi forsan de iure intellexeris patronatus, cum iuxta canonicas sanctiones nulla sit laicis de rebus ecclesiasticis disponendi attributa facultas: quare tuis supplicationibus inclinati, testamentum ipsum in cæteris omnibus approbantes, illud iuxta finale tuæ dispositionis arbitrium statuimus, & præcipimus inuiolabiliter obseruandum. *Dat. Laterani* VI. *kalend. iunij*. Porrò Regem eodem anno defunctum, Innocentij ad eius filias datæ literæ ostendere videntur c.

Gratulatur pœnitentiæ Inn.

Confirmat illius testamentum.

Obitus Lusitani Reg.

c Ep. 181. 214. & 216

14 Abfuit ab hoc pij pœnitentis exemplo Tolosanus comes qui vetera scelera nouo scelere hoc anno cumulauit: cum enim episcopus post mediam quadragesimam, vti mos est in ecclesijs episcopalibus, sacramentum ordinis ministraturus comitem sacris depulsum per nuncios rogasset, vt interea vrbe tantisper ludendi spatiandique captata occasione abesset, comes ira efferatus ei viri nobilis opera, vt vrbe protinus abiret imperauit, quod episcopus intrepide detrectauit; cuius constantiam ita Vallisarnensis describit d: *Vir autem venerabilis hæc audiens in feruore spiritus mente intrepida clarissimo vultu tale fertur militi dedisse responsum: Comes (inquit) Tolosanus non me fecit episcopum, nec per ipsum hic ordinatus sum, vel pro ipso, ecclesiastica me elegit auctoritas, non intrusit violentia principalis, non exeo propter eum, veniat si audet, paratus sum excipere gladium, vt pertingam ad martyrium per calicem passionis: veniat tyrannus stipatus militibus & armatus, solum me reperiet & inermem: attendo gnauum, non timebo quid faciat mihi homo.*

d Pet. Val. hist. Alb. cap. 51.

Constantia epiſc. Tolos. aduersus comitis minas.

15 Cùm diutius martyrij palmam expectasset, ad Simonem comitem Montfortium Vaurensi obsidioni strenue incumbentem se contulit. Id porrò oppidum munitissimum diuina potius virtute a crucesignatis Francis Germanisque, quam humana captum, dieque festo sanctæ Crucis debellati cru-

cis inimici, qui in cruces in catholicorum tenerijs eminentes deijciendas tela iaculari solebant: eos verò tum sacerdotum magis vocibus, quam hostilium armorum strepitu fuisse perculsos a, hisce verbis Vallisarnensis testatur: *Dum autem nostri in expugnatione ista instantissime laborarent, episcopi, qui aderant, & quidam venerabilis abbas curia Dei Cisterciensis ordinis, qui de mandato legatorum ipsorum vices in exercitu tunc agebat, vniuersusque clerus congregati in vnum cum deuotione maxima, Veni creator spiritus decantabant: quod videntes & audientes aduersarij ita Deo disponente stupefacti sunt, & vires resistendi pene penitus amiserunt, quia sicut postea confessi sunt, plus timebant eos cantantes quam pugnantes, psallentes quam insilientes, orantes quam infestantes. Muro igitur perforato iam nostris intrantibus, & aduersarijs cum iam non possent resistere se reddentibus, volente Deo & misericorditer nostros visitante, in festo inuentionis sanctæ Crucis captum est castrum Vauri.*

Vaurus capitur a crucesignatis.

a Ib. c. 52.

Territi hæretici sacro sacerdotum cātu.

16 Eadem de expugnatæ Vauri die Bernardus b, qui addit quadringentos hæreticos perfectos, vt vocabant, qui nimirum nullis rationibus, vt virus euomerent, adduci poterant, flammis iniectos; Aymericum montis Regalis & Lauriaci dominum, qui arcem defendendam susceperat, cum viris aliquot nobilibus suspendio necatum, octoginta alios gladio cæsos; Gerardam vrbis dominam atque Aymerici sororem odio hæreseos in puteum proiectas, ac lapidibus obrutas. Ita diuinum Numen quas continuerat iras in scelesta capita opera cruce insignitorum effudit, quorum seducem præcipuum, & quam grata maiestati suæ eorum mors esset, qui in eo bello sacro crucem sumerent, occumberentue, significauit: apud Vaurum enim addit c Vallisarnensis contigisse miraculum, quod sui admiratione multos perculit: catu nempe ardente militis vestc redactaque in cineres, ea sola pars, cui crux assuta erat, integra remanit.

Quadringenti hæretici exusti.

b Bern. chron Rom. Pont. hoc ann.

Varijs affecti supplicijs hæretici.

c Ib. c. 53. Miracula quædam.

17 Longe illustrius aliud miraculum subdit auctor d: *Comes igitur noster, inquit, monens castra capere tenuere ad quoddam castrū, quod dicitur Mons Gaudij, vbi a comite Fuxi peregrini fuerant interfecti. Factum est autem dum exercitus tenderet ad castrum illud, & dum aliquantulum longe esset, apparuit in loco illo, vbi occisi fuerant peregrini a comite Fuxi, columna ignis, videntibus nostris, lucens & descendens super corpora occisorum. Venientes autem nostri ad locum viderunt omnes occisos iacere resupinos vultibus in modum crucis extensis. O res mira! illud audiui miraculum ab ore venerabilis episcopi Tolosani Fulconis, qui præsens erat.* Confirmat hoc Bernardus e, qui ait, episcopum Tolosanum suis oculis illud miraculum hausisse, ac veritati testimonium exhibuisse. His similia de fortissimis Christi athletis tradit Vincentius f, innumeram nostrorum multitudinem trucidatam, atque in iacentium corpora igneum globum de cœlo delapsum a pluribus fuisse compertum; additque illa in cœmeterio ab episcopis atque abbatibus rite dicato sepulturæ esse mandata: atque eodem temporis momento illorum animas ingentium angelorum cœtu stipatas, in cœlum ferri Mariam Oignacensem essi longissimo locorum interuallo disiunctam, suis oculis suspexisse testatur Iacobus g de Vitriaco Cardinalis episcopus Tusculanus, qui eius gesta conscripsit.

Columna ignis in cadauera crucesignatorum lapsa.

d Id. ibid.

e Bern. ibid. Chron. Rom. Pont.

f Vincent. Bellou. spec. hist. l. 30. c. 2. Crucesignatorum cælorum animas in cælum esse etc.

g Iacob. de Vitr. lib. 2. c. 7 apud Sur. to. 3. 23. iul. h Pet. ib. c. 54. 55. & c.

17.18 Hoc porrò tempore h Montfortius cum exercitu crucesignato mouere bellum Tolosano comiti cœpit, quod ipse, Vaurum suos ad illud defenden-

Relli sacri moles in comitem Tolos ver sa

fenderdum submisisset, crucesignatorum inermem multitudinem Fuxensis opera trucidasset, commeatus machinasque ad crucem infignires vetuisset adduci: tum verò Tolosanus episcopus clerum Tolosa discedere iussit, qui nudis pedibus secum Christi sacrum corpus efferens ex vrbe interdicto

Clerus Tolosa exit. Castrum Ferrandi captum.

supposita discessit, neque ita multo post castrum Ferrandi, quod Balduinus Tolosani comitis frater defendebat, Montfertij impetus sensit, excepitque victorem. Balduinus ea lege sese dediderat,

Tolosa frustra obsessa.

vt saluis omnibus sponderet nunquam Ecclesiam, aut Montfortium bello lacessiturum. Cumque perrexisset ad fratrem, paulo post regressus Montfortio se coniunxit, atque egregie excindendæ hæreli operam nauauit. Vrgebat feliciter victorum comes, conuersisque in Tolosam signis Barensis comitis Germanorumque viribus auctus vrbem, in quam hæreticorum colluuies ex alijs locis eiecta confluxerat, obsidione cinxit: sed breui spes quam in Barensi posuerat, cum fefellit, exercituque commeatus inopia laborante, soluta est obsidio, ac Barensis postea a Montfertio magna suo omini aspersa ignominia sese subduxit: nec tamen destitit Montfortius hostem debellare, vastare comitis Fuxensis terras, expugnare * Cassutium, Caturcum

Aliquot loca accepta.

in suas partes pellicere, aliaque bellicæ virtutis egregia facinora edere. Celebrandum porro a terra memoria illud dictum, quod Cisterciensi cuidam hortanti ipsum animosque admouenti, cum Carcassona Castri noui itineri se accingeret, subiecit:

Egregia Montfortij vox,

Totum de Deo præsumens, ait Vallisarnensis, *patratis*, inquit, *quod timeam? Christi geritur negotium, vniuersa pro me orat Ecclesia, fiet, quod non poterimus superari.*

19 Cincto mox obsidione Castronouo a comitibus Tolosæ, & Fuxi, Gastone de Bearno, alijsque Vasconibus innumera multitudine stipatis, eorum impetus excepit viriliter, ac suorum parte iplius iussu reuersa ex bello contra Mahometanos Hispaniæ, quos Petro Regi in auxilium submiserat, est recreatus. Verum Petrus malam illi retulerat gratiam, qui redeuntibus pro impensa opera insidias conflarat, de quibus moniti alio itinere deflexerant, hostili quippe in Montfortium animo erat Petrus, hæreticorumque partibus fœdissimè, vt dixi, implicitus. Hoc fretus auxilio comes ingentem paulo post hostium multitudinem fudit, deleuitque: adeo singuli Montfortiani contra triginta hæreticos, quorum dux Fuxensis erat, dimicauere. Hostis verò in fugam actus, vt stragem euaderet, arte vsus, Montfortium inclamare cœperat,

Montfortianorum virtus singularis.

Fraus militaris.

quasi sub illius signis hostem persequeretur, cui catholicus victor; *Si noster es, hunc fugientem obtruncas*; hæreticum palabundum demonstrans, moxque cum socium vrgente metu trucidasset, ipse cædebatur a nostris, contrariaque hac arte elusi hæretici innumeri cecidere; cùm e catholicis paucissimi fuerint desiderati. Ea relata diuinitus victoria reuersus comes, vbi castrum ingressus est, desiliens equo, nudis pedibus ecclesiam adijt, grates solemnes Deo redditurus. Fuxensis tamen vt callidus erat, partam victoriam, & Castrum nouum captum ementitus, nonnulla oppida ad defectionem traxit; crucesignati etiam aliqui insidijs interfecti, e quibus Gaufridus ab hostibus vndique circumfusus ac suffosso equo exceptus in pedes inclamanti hosti, vt se dederet, strenuè respondit a; *Christo me reddidi, absit, vt eius me reddam inimicis*; atque ita ab hostibus cæsus palmam nobiliorem collecturus in cœlum euolauit.

Victoria parta de hæreticis.

Pietas Montfortij.

a Ib. c. 58. Crucesignati fortissimi vox

20 Dum crucesignatorum armis delebat Pontifex illis in locis hæreticos, fœdum apostatam non solum repressit in Prouincia, verum ad bonam frugem reuocauit: fuit is Roncelinus, qui monastico abiecto habitu Matiliæ dominium sibi attribuerat, quique ob apostasiam, incestum, rapinas, aliaque flagitia, cœtu fidelium ab sede Apostolica depulsus fuerat, quocirca Pontifex aduersus ipsum, ac Massilienses, qui eius obsequebantur voluntati, plura fauit a; cui postea resipiscenti ignouit, ac multis preterea præsulibus Massiliæque populo vniuerso, alijsque postulantibus patrimonij curam ex abbatis vetula permisit. Continentur hæc in pontificijs epistolis b.

Roncelini Apostata Massiliæ dominus.

a Innoc. l. 14 ep. 35. &c. Pœnitenti permittitur Reip. administratio.

b Ib. ep. 93. 94.

21. &c. In Norwegia, cum vita functo Suero, qui Norwegiæ regno præfuerat, inter Ingonem illius nepotem, ac Philippum genere moribusque præclarum, magna de rerum summa dissensio esset, ad eam sedandam Nidrosiensi archiepiscopo eiusque suffraganeis scripsit Innocentius c, vt de vtriusque iuribus inquireret. Defuncto porro Suero (is erat tyrannus, qui sacerdotio abiecto genus suum eluentitus Norwegiæ regnum inuaserat, & cædibus ac rapinis funestarat, in quem plures ab Innocentio datas literas retulimus in annales d.) tyranni studiosi nepotem illius regijs insignibus decorare nitebantur: contra alij quendam alium Philippum nomine ex veterum Regum prosapia fatum ad regium solum efferebant, belloque ciuili ardente conuersum erat, vt vterque regiam dignitatem in diuersis Norwegiæ partibus retineret. Sed paulo post circumuentus Philippus, ab hostibus cum iuberetur regno cedere, respondit se Pontificis iudicio stare paratissimum, quod alij respuerunt; quos discussa melius veritate Innocentius censurarum pœnis afficere meditabatur: *Vt per vestram*, inquit, *relationem instructi, securius in ipso negotio procedere valeamus. Datum Laterani* VII. *id. ianuarij pontificatus nostri anno* XV.

Norwegia regis scissa

c Ep. 70.

d Ann. 1198

22 Hoc anno defuncto Thoma Mauroceno Constantinopolitano patriarcha, Innocentius consultis quæ minus legitime erant gesta, ab ijs ad quos ea electio pertinebat, quorum alij eius ecclesiæ decanum in locum demortui subrogarant, alij tres alios renunciarant, electionem ad leges canonicas reuocari iussit e.

Thomæ Mauroceni Patriar. mors

e Id. ib. ep. 92.

IESV CHRISTI
Annus 1213. Indict. 15.

INNOCENTII PP. III. annus 15. OTHONIS IMP. OCCID. 4. HENRICI IMP. OR. 8.

1 TRia ardua difficillimaque consilia, vt scribit Vrspergensis f, nosque supra indicauimus, meditatus est Innocentius, imperiali nimirum honore Othonem deijcere, ac frangere quem flectere non potuerat; Saracenos e terra sancta eijcere; atque œcumenicam synodum, ad expoliendos Christianorum mores, Ecclesiamque pristino splendori restituendam, celebrare: sed cum de postremis anno sequenti literæ datæ reperiantur, eò commodius derivanda videntur, nunc de abrogando Othoni imperio dicere aggrediamur. Cum plura ab Othone æquitati contraria statuerentur, Pontifex illa comulsit g, inter quæ præcepit h, ne quis aduersus Rauennatem aliasque ecclesias Othonis rescriptis vteretur: Præterea

f Vrsperg. chron. hoc an. Ardua ab Innocent. suscepta consilia.

g Ann. l. 25. ep. 30. & 36 Othonis gesta rescindunt.

h Ib. ep. 33.

a Ep. 29. & 34. Othonis reditus in Germaniã

tetra datis ad Maguntinum, & Magdeburgensem archiepiscopos sedis Apostolicæ legatos literis a edixisse, ne vllus eorum sacerdotia muneraue, qui ab Othone discessissent, vel essent discessuri, sibi ab Othone delata accipere auderet: Dum vero hæc aliaque in illum decernebantur ab Apostolica sede, ille percepto Germanicorum tumultuum rumore ex Italia discessit, ipsum enim Vispergensis in Germaniam profectum ait, exercitum comparasse, in Turingiæ Lantgravium, aliosque, qui a se defecerant, vere atque æstate bellum gessisse. Interea Fridericum Imperatorem designatum per asperrima & inuia Alpium loca, Curiensem Rhætiam petijsse, indeque a Curiensi episcopo, alijsque Constantiam perductum; tum Othonem accepto Friderici aduentu, e Turingia reuersum, illumque comprehendere, vel necare cogitasse; tandem eluctas insidias dolentem atque a suis destitutum in Saxoniam se recepisse; atque adeo ipso e regno pulso, Fridericum corona Aquisgrani redimitum. Hæc Vrspergensis, alijque. Porro hoc anno, vt Albertus Stadensis *b*, & Austrialis chronici auctor *c*, alijque testantur, Philippi Sueui filiæ celebres nuptiæ, quam Otho vxorem duxerat, breui illa extincta in lugubres exequias conuersæ sunt.

Illius conatus irriti

b Stad. in chron. ann. 1212. *c Chron. Austr. Vincl. in chron. Cremif. hist. Sax. l. 7. c. 34.*

2 Quod ad Fridericum attinet, Innocentium Papam, illum in Othonem concitasse, pontificiaque opera, plures ad illum ciuitates pellectas Stadensis affirmat *d*, additque historici fragmenti scriptor *e*, Innocentium nuncios misisse in Siciliam, atque eum ad id induxisse, vniuersique principibus præcepisse, vt Regis loco ipsum haberent, ac per suæ ditionis fines iter habentem stiparent. At refert Fossæ nouæ chronici verba hoc loco inferere: *Fridericus Rex Siciliæ sola misericordia Dei vocatus in Alemanniam electus Imperator, arripiens iter eundi in Alemanniam, XVI. kal. aprilis, quod fuit sabbato palmarum, applicuit Caietam, ibique honorifice receptus, & ministratus mansit per mensem, postea iuit Romam, &c.* Contulisse se ad Romanum aulam Fridericum, testatur etiam regium diploma, quo donationem Fundani comitatus, in Romanam ecclesiam, vti superiori anno vidimus collatam, confirmauit *f* regio diplomate, hac nota loci, ac temporis consignato. *Datum Romæ anno dominicæ incarnationis* MCCXII. *mense aprilis* XV. *indictione.*

d Stad. vbi sup. *e Fragm. hist. Aust.* Illius in Germaniã profectio. *f Extat. in Lucensium.*

3 Cum vero Fridericus per Insubrium Ticinensium ope in Alpes irrepsisset illis Mediolanenses bellum intulere, at mox Innocentius suscepto eorũ patrocinio, quos ceperant, libertati restituere iussit, obiecitque grassari apud ipsos hæreticos, quos nisi eijcerent, quantocyus bellum sacrum ijs se indicturum est comminatus *g*. Interea superatis Alpibus Fridericus pari felicitate Othonis insidias eluit, qua ante Mediolanensium arma declinarat. Si enim paulo tardius Constantiam peruenisset, in hostis potestatem cecidisset.

g Lib. 15. ep. 187.

4 Hoc anno afcensionis dominicæ peruigilio Adolphus Coloniensis exarchiepiscopus, vt notat Godefridus *h*, Coloniam accedens Theodoricum *i* ob defensas Othonis partes ex arcano autem Dei iudicio ob gestum male archiepiscopatum depulit, ac se a Pontifice archiepiscopatu indutum ementiens in eam sedem intrusit: at Theodoricus Romam pudore onustus ad eundem Pontificem se contulit. De Theodorici abdicatione agit etiam Cæsarius tum in historijs memorabilibus *i*, tum in Engelberti vita *l*, qui postea in illius locum subrogatus est.

Adolphus archiep. Colonien. occupat. *h Godef. in annal. ann. 1212.* Theodoricus ejicitur. *i Cæs. l. 7. c. 41.* *l Vit. Engelbert. epist. Colon. l. 1. c. 3. apud Sur. to. 6. die 7. nou.*

5 Grauis ardebat controuersia inter Strigoniensem & Colocensem archiepiscopos de conferendæ regiæ inunctionis auctoritate ac prærogatiua, quam Rex Pannoniæ ita diremerat, vt refert Innocentius a: *Prima coronatio Regum Hungariæ specialiter spectat ad solum Strigoniensem ecclesiam; veruntamen si Strigoniensis archiepiscopus non posset vel malitiose nollet Regem coronare, vel Strigoniensis ecclesia vacaret; coronet Regem Colocensis, nullum ex tali coronatione in sibi vendicando in prima coronatione. Secunda coronato ei deinceps æqualiter pertineat ad vtrumque, &c.* Consulit hæc grauissimis de causis Pontifex, ne noua inde pericula ingrauescerent; subdit enim: *Nos igitur attendentes, quod olim nobis multa precum instantia supplicaras, vt super iure coronandi Regis Hungariæ Strigoniensi ecclesiæ priuilegium concedere dignaremur; nosque tuis precibus inclinati, ei super hoc priuilegium concesserimus, fratrum nostrorum subscriptionibus roboratum, considerantes etiam, quod si potestas coronandi Regis Hungariæ, penes diuersas ecclesias resideret, toti Regno grane periculum, & heredibus tuis grande posset dispendium generare; cum sicut plenius ipse nosti, frequenter inter Reges Hungariæ coheredes, super obtinenda regni corona, scandalum sit exortum: quod vtique posset facilius subiri: si eos diuersos coronatores contingeret inuenire, propter contradictiones & rationes præscriptas, compositionem huiusmodi non potuimus, sicut nec debuimus confirmare.* Cui de re ad Strigoniensem quoque archiepiscopum, & canonicorum collegium scripsit b: verum ex Pannonia in Gallias narrationem deflectamus.

a Liber Reg. Hung. coronat. ad Strigon. archiep. spectat. *b Id ibid.*

6 Perierat Philippus Francorum Rex nuptiis, vt fertur, ante per nuptias, ab Innocentio Papa, vt initum cum Regina matrimonium dissolueret licentiæ; verum Pontifex diuinæ memor sententiæ *c*: *Quod Deus coniunxit, homo non separet*; rebus omnibus cum Cardinalibus diligenter discussis librati[sque], morem se illi gerere nullo modo posse, datis humanissimis literis respondit *d*. Vicit denique Pontificis constantia; Philippus enim demum diuina gratia emollitus Ingeburgem septimo anno, vt scribit Rigordus *e*, a qua annis XVI. & amplius diuulserat, in gratiam recepit; ex quo magna lætitia exilijsse Gallos ait. Doctiorijs sua iam sponte narratio ad trophæa, quæ de perdomitis Albigensium hæresi Christi athletæ hoc anno statuerunt.

Philippus Fric. Rex Reginam recipit. *c Matth. 19. Marc. 10.* *d Innocent. l. 15. ep. 104.* *e Rigord. in Philipp. gest.*

7 Non tam e terris, quam e cælo sacrum bellum Albigensibus illatum, vt Petrus Vallisarnensis testis oculatus, quem in hac historia sequimur, demonstrat *f*, & quasi cælestis Imperator suas acies cogeret ad sui nominis hostes proterendos, vbi fuit illius vexilla in cælo desuper diuinitus enim viri religiosi incitandis ad inuitandam crucem populis operam dabant, e quibus abbas Bonæ-vallensis Cisterciensis ordinis, cum in Rhutenensi diœcesi prædicaret coram foribus ecclesiæ, quod loci angustiæ multitudinem non caperent, populum ad crucesignatæ militiæ ascribendum nomen pro concione inflammaret: *Subito*, inquit Vallisarnensis, *videntibus cunctis apparuit crux in aere, quæ versus partes Tolosanas tendere videbatur.* Quod miraculum auctor ex ipsius abbatis ore affirmat excepisse. In Germania quoque Iacobus de Vitriaco, & in Gallia Guillelmus archidiaconus Parisiensis, plures suis concionibus ad recipiendam crucem incensos ad Montfortium traxere, quorum ductu auxilijs plura loca qua vi, qua deditione in suam potestatem redegit. Quo tempore duo insignes crucis concionatores

f Petr. Vall. Carn. hist. cap. 1. Crux in cælo conspecta contra Tolosates tendens.

natores abbates Cistercienses ad episcopatus dignitatem euecti, Guido nimirum Carcassonensi, & Arnaldus Narbonensi præfecti.

Abbates Cisterciencreati episcopi.

11 Ita porrò Montfortium virtus bellica commendabat, vt illum magis pietas orparet, quam hostes traducere probrisque lacessore ingenti suo malo gestiebant. Instabat obsidioni castri sancti Marcelli, ad quod propugnandum Tolosanus, Fuxensis, & Conuenarum comites procurrerant, ac parascenes die in tentorio prætorio diuina solemni ritu iusserat celebrari. At hostes auditis celebrantium modulatis vocibus, immanes vlulatus per contemptum ac ludibrium, quandiu sacra res tenuit, ediderunt. Quocirca nil mitum videri debet, si Numen ipsum in diuinarum rerum contemptores sæpius cœlum armarit, vt in Altipulli expugnatione accidit: ea enim arx munitissima die quarta ab obsidione repleta cœlesti terrore ob densissimam nebulam post occasum solis castrum obruentem perfusis hostibus, ac in fugam versis, in nostrorum venit potestatem.

Albigen. impietas.

Arx diuinitus capta.

12 Inter cætera etiam a egregia facinera Aginnum præuobilem vrbem ab episcopo euocatus, atque honorificè exceptus, Tolosano comiti eripuit, atque a ciuibus fidei sacramento adactus vt dominus est susceptus. Speciauerat ea vrbs ad Anglum, sed Richardus cum sororem Raymundo comiti in vxorem daret, dotis nomine tradiderat; ac mox Pennæ arx ab eodem Richardo munita, obsidione cincta a Montfortio, confluentibus cruce insignitis militibus, deditione recepta. Inde Mosaicum in quo monasterium nobile olim a Pipino ad alendos mille monachos excitatum, ac tum profanatum ab hæreticis, expugnatum est: iuguinque reliqua oppida, exceptis monte Albano ac Tolosa, accepere. At in eius obsidione prætorire non possum, quoties hæretici aliquem e catholicis peremerant, circundare corpus gladiosque in illius sanguine tingere consueuisse, illudue quod impetu facto in secundum arcis vallum, dignum historia refert Vallisarnensis: *Cum*, inquit, *fieret autem insultus iste, episcopus Carcassona & ego per exercitum discurrebamus vestros exhortantes; archiepiscopus autem Rhemensis & Tullensis & Albigensis episcopi, & Guillelmus archidiaconus Parisiensis, abbas etiam Mosani cum quibusdam monachis, reliquusque clerus exercitus, in monitis discensu ante castrum stabam indutis vestibus albis, & nudis pedibus tenentes ante se crucem cum reliquijs sanctorum voce altissima & deuotissima canebant; Veni creator Spiritus, diuinum auxilium flagitantes; nec defuit exorantibus paracletus, sed mox, vt versum hymni: Hostem repellas longius, tertio repetentes incœperunt, exterriti aduersarij diuinitus & repulsi, dimissis babarcanis ad castrum confugerunt seque intra murorum ambitum concluserunt.* Nec pium comitissæ Montistortis & episcopi Carcassonensis charitatis exemplum silere possumus; qui cum ad comitem pergerent, deficientes ob æstum, crucesignatos pauperes modò in suos equos efferebant, modò desilientes ex equis duos equis singulis imponebant, ij sique pedites incedebant. Commendandum pariter æternitati illud Montfortij facinus ac dictum: cum enim Murellum cum flore exercitus ingressus in altera ripa pedites imbellemque turbam vidisset hosti expositam, redire decreuit, qui duci cuidam præcipuo dicenti mortui expositum iri, subiecit: *Absit a me, vt faciam quod consulitis, pauperes Christi exposti sunt gladio & ego in munitione manebo? fiat de me voluntas Domini, certe ego ibo cum eis*; ac mox cum paucis traiecit hæsitque, donec confecto ponte totus exercitus traijcere posset. De reflorescente vero in Gallia Narbonensi religione catholica literas a dedere ad Innocentium præsules illius prouinciæ congregati Auraſiæ, gratesque illi egere quod studio apostolico hæresim excinderet: verum Tolosam totius mali fontem arcemque hæreseos adhuc stare, atq; eã debellandam conuluere, ne priora mala recrudescerent: quæ literæ x. kal. martij huius anni consignatæ sunt.

a Ext apud Franc. Duchesne to. 5.

De Tolesa debellãda actum.

13. &c. Continentibus Simonis Montfortij victorijs metu perculsus Raymundus Tolosanus comes, cum ex vna parte ad Murellum, ex altera apud Verdunum castris positis ad Tolosæ portas sæpius excurreretur, auxilia aliunde contracturus ad Petrũ Regem Aragonum confugit, illiusque clientelæ se commendauit, vt Hispanis armis catholicorum impetus reunderet: cumque idem Rex Aragonum proferendi imperij cupidine illectus ad Raymundum comitem & Tolosanos, vt clientes suos armis tuendos se compararet, Andreas Narbonensis archiepiscopus Apostolicæ sedis legatus illum literis præmonuit b, ex iuito cum hæreticis fœdere anathematis infamiam contracturum, ac milites, quos ad ferendas ijs in peritas mitteret, ritu solemni a fidelium communione depulsum iri,

Raymundi comes fugit in Aragon.

Præmonitus Aragonius ne patrocinia hæreticorum admitat.

b Ext. apud Franc. Duchesne to. 5.

Sprouit infelix princeps salubria legati monita, illiusque auxiliaribus armis fulti hæretici creuere animis: at S. Dominico diuinitus ostensum Petrum Regem in eo bello periturum, vt narrat vitæ eius auctor: *Egregium*, inquit, *fidei catholicæ propugnatorem se præbebat illustris Montisfortis comes Simon; sed comes Tolosanus Regis Aragonum fretus auxilijs acriter hominis resistebat, vt non parum hæretici præualere viderentur. Porrò conuersus quidam Cisterciensis illic præsens ait ad S. Dominicum: magister Dominice nunquamne finem habitura sunt tot mala? vir autem Dei reticens, illo importunius instante, tandem præsente fratre Stephano ita respondit: Finem certe habebis isthæc Tolosanorum malitia, sed procul adhuc abest ille finis: multus interim fundetur sanguis, & Rex quidam in hoc bello occidetur. Illis formidinibus, ne Rex Franciæ is esset, qui recens Albigense negotium susceperat, beatus vir ait, alius plane quam Francia Rex erit, eiusque vitam varij belli casus extinguent. Proximo anno casus est Rex Aragonum, atque vtinam arma ferens adversus ecclesiam non æternam oppetierit mortem. Non dubium quin hæc ventura prophetici spiritus illustratione sanctus vir & prænouerit & prædixerit; nec immerito quidem, tota enim illa quadragesima pane solo & aqua vixit, nec cubuit in lecto suo, adueniente autem paschate sancto & viribus erat robustior & facie elegantior.* De exercitu Aragonum auxilijs & comite Raymundo meminit etiam Vallisarnensis, cuius rei occasione hæc auctor subiungit c: *O misericordissimi fratris, videlicet Petri de Castro nono veridica sententia! dicebat siquidem vir bonus, sicut ab illis audiui, qui ab illius ore sæpius audierunt: Negocium inquebat Iesu Christi in partibus istis nunquam prosperum sortietur effectum, donec aliquis de nobis prædicatoribus pro defensione fidei moriatur, & vtinam ego prior persequutoris exciperem gladium. Ecce miser ille comes Tolosanus cum mortem huic sanctissimo viro videlicet intulisset, eo quod ipsum de perpetratis nequitijs publicè & in facie redargueret, vir bonus post hæc se euasisse putauit, post hæc recuperare se credidit terram suam, sed Domino retribuente vindictam, sanguineque sui martyris vindicante, vnde speranit se habere lucrum, nisi dispendium grauissimum inde,*

Spernit monita. ct is. S. Dominicus l. 1. c. 11.

S. Dominicus perituru in bello vaticinatur.

Sacro cœtu propulsati hostes.

Exemplũ charitatis in pauperes.

Egregia Montfortij voces.

Mira eiusdem Sancti ieiunia e Vallisar. c. 64.

Prædictio P. de Castro nouo.

ac damnum irreparabile reportauit.

Diligenter etiam est notandum, quod dictus comes miser ille occisorem viri Dei in maximo amore & familiaritate receperat, adeo quod per ciuitates & castella ipsum ducens, quasi pro spectaculo omnibus dicebat. Iste solus me diligit, iste solus concordat maxime votis meis: ille eripuit me ab inimico: licet autem crudelissimum homicidam illum comes predictus ita extolleret, ipsum mute etiam animalia abhorrebant. Sicut enim multorum & proborum virorum canonicorum Tolosana ecclesia veridica relatione audiuimus, ab illo die quo predictus homicida memoratum virum Dei occidit, in detestationem tanti sceleris, nunquam canis dignatus est accipere de manu eius. Iam ad alium præstantissimum fidei contra Maurorum impetus propugnatorem nempe Alfonsum Regem Castellæ stylum conuertamus.

Horrenda bruta Martyris occisorem.

17 Perhorruerat Hispania immanissima Maurorum excursione, qui Castellæ se infuderant, atque initio grauiores clades rei Christianæ intulerant, sed demum horrenda illa procella diuina affulgente clementia discussa est, barbarique concisus. Extant Innocentij literæ a, quibus Regem Alfonsum ad colligendos animos excitat atque in acie cum ipso dimicaturis sacras indulgentias proponit.

a Lib.14. ep.154.

Innocentius, &c. De infortunijs, quæ nuper serenitati Regiæ acciderunt, paterno tibi condolemus affectu: & vt fauorem apostolicum excellentiæ Regiæ sentias non defuisse, iuxta petitionem tuam, & instantiam dilecti filij Segobiensis electi nuncij tui, qui circa promotionem negocij extitit solicitus & attentus, archiepiscopis & episcopis, per Regnum Franciæ ac prouinciam constitutis nostris damus literis in mandatis, vt subditos suos sedulis exhortationibus moneant, & inducant in remissionem omnium peccatorum ex parte Dei, & nostra verè pœnitentibus iniungentes, vt cum Saracenis in octauis pentecostes proximo affuturis, campestre bellum indixeris, in hoc tibi necessitatis articulo succurrentes, necessarium impendant auxilium in rebus pariter, & personis, vt per hæc, & alia, quæ fecerint, cælestis regni gloriam consequantur. Pari quoque remissione gaudere concedimus peregrinos, qui propria deuotione vadecunque processerint, ad idem opus fideliter exequendum.] Quænam porro huiusmodi aduersæ res fuerint, in literis ad Galliarum præsules datis aperit.

Auxilia contra Sarac. Hisp. missa.

18 *Recepimus literas dolore plenas, & timore non vacuas, quibus charissimus in Christo filius noster Alphonsus Rex Castellæ illustris significare curauit, quod Saraceni hoc anno intrantes Hispaniam, in multitudine grani quodam castrum Cisterciensis ordinis fratrum, quod Salua terra vocatur, hostiliter obsederunt: quod bellicis machinis infestantes, ad vltimum occuparunt.* Eadem Lucas Tudensis dum de Regis consilio præfatur, Alfonsum gerendi cum Saracenis belli cupidum quoddam oppidum, cui Moya nomen est, in regni limite vastasse, ac barbarum Miramomelinum Abentaco, Mumillinum vero Rigordus appellat, per oratores de iniuria questum rapto exercitu oppidum Saluam terram dictum impetu cepisse, ac deleuisse. His similia Rodericus b Toletanus archiepiscopus alijque post eum tradidere. Nec solum ad Francos, vt modo audiuit, verum & ad Hispanos etiam præsules hac de re scripsit c Innocentius, obtinuitque vt ad pacem indutiasque, ex præscripto seruandas, Hispaniarum Reges inducerent, vtquo ecclesiasticis censuris, si opus foret, adigerent, atque ad mutuo sese iuuandos tuendosque compellerent aduersus Christi nominis hostes, qui non modo Hispaniarum perniciem exitiumque moliebantur, verum alios etiam Christianos ad internecionem (de quibus nos infra) delere minitabantur: præterea pro imperio Reges cæteros coërcerent, ne suas cum Saracenis copias & auxilia coniungerent, neue in Christianos, infideles re, opera, consilioque iuuarent. In comparando cruceligatorum exercitu ad retundendos Miramomelini impetus multum operæ & laboris præ cæteris Hispaniarum præsulibus Rodericus Toletanus archiepiscopus magna cum pietatis laude contulit: de quo Lucas Tudensis monumentis historiarum commendauit, ipsum Gallias petijsse, instructumque Innocentij auctoritate vrbes obire cœpisse, populosque ad suscipiendam contra Saracenos crucem inflammare, ac tum plures Gallos Deo afflatos in Hispanias ad defendendam religionem procurrisse: cum recensset auctor Ferdinandi Alfonsi Castellæ Regis filij (quem merito ad cælum tollit) immaturam mortem, quæ interea dum hæc aguntur, magno Hispaniam luctu confecit, de qua etiam idem Rodericus a, & alij.

Studet Inn conciliare alios Reges Alfonso.

Rodorici archiepisc. pius ardor

b Rod. de reb. Hispan. 7. cap.35. Io. Mar. l. 1 c. 22. atque alij.

c Inn. l.15. ep.14.

a Rod. l 7. c.36. Marian. l 12. c.23.

19 &c. Cum Alfonsus in octaua pentecostes Saracenis prælium indixisset, summus Pontifex, ad diuinum implorandum auxilium, solemnes supplicationes Romæ decreuit, quæ in Pontificio huius anni regesto describuntur his verbis b: *Romanus Pontifex cum episcopis, & Cardinalibus, & capellanis per palatium descendat in Lateranen. basilicam, clerici verò per porticum, & laici per burgum ingrediantur in illam. Et celebrata venerabiliter missa ipse cum omnibus, nudis pedibus, procedat ad S. Crucem, ita quod eum præcedant clerici, & laici subsequantur, & facta oratione vnusquisque reuertatur ad sua. Ieiunetur autem ab omnibus ita, vt nemo præter infirmos comedat pisces, aut quodcunque pulmentum, sed qui possunt, sint pane, & aqua contenti: qui verò non possunt, bibant vinum bene lymphatum, & modice sumpsum, & vescantur herbis, & fructibus, aut etiam leguminibus, omnesque aperiant manus, & viscera indigentibus, vt per orationem, ieiunium, & per eleemosynam misericordia Conditoris reddatur populo Christiano placata.*

Solennis supplicatio Romæ indicta.

b Inn. l.15. ep.180.

Indictum ieiunium.

22 Non frustra tot fidelium effusa suspiria, nec suæ Pontificem in hoc rei Christianæ discrimine anxium spes in Deo collocatæ fefellerunt, neque vt cum psalmographo c loquamur, tot pij viri fraudati a desiderio suo. Parta enim a Castellæ, Aragonum, & Nauarræ Regibus de crucis hostibus læta victoria est, quam triumphalibus hisce literis d Castellæ Rex Pontifici significauit.

Audita Christianorũ preces.

c Ps.77.

d Apud Inoc. l.15. ep.179. Io. Marian l.12. c.25.

Sanctissimo patri, ac domino Innocentio, Dei gratia summo Pontifici Alphonsus eadem Rex Castellæ, & Toleti, cum osculo manuum, & pedum sanctum plurimum.

Audita remissione peccatorum, quam vos venientibus indulsistis, venit magna multitudo militum de transmontanis partibus, nec non archiepiscopi Narbonensis, & Burdegalensis, & episcopus Nanuctensis. Fuerunt, qui venerunt vsque ad duo millia militum cum suis armigeris, & vsque ad decem millia seruientium in equis, & vsque ad quinquaginta millia seruientium sine equis, quibus omnibus nos oportuit in victualibus prouidere.

Auxilia e Gallijs tub missa.

23. 24 Venerunt etiam illustres amici nostri consanguinei Rex Aragonum, & Rex Nauarræ cum potentatu suo in fidei catholicæ auxilium, & iuuamen. *Et infra*: Congregata itaque nostra & suorum

Rex Arag. & Nauar.

Arx Magalon. capta a cruce signatis.

suorum multitudine viam domini cœpimus proficisci, & venientes ad turrim quandam, quæ Magalon nuncupatur satis munitam, vltramontani ante quam nos peruenerunt per vnum diem, & illam cum Dei auxilio impugnantes incontinenti ceperunt. [Nonnullisque interfectis:] Inde processerunt vsque ad Calatrauam, quæ non distabat a prædicto castro, nisi per duas leguas, eamque nos ex parte nostra, & Rex Aragonum ex sua, & ipsi ex sua in Dei nomine cœpimus expugnare. Saraceni autem, qui intus erant, attendentes sancto Dei exercitui non posse resistere, disposuerunt nobis villam tradere, ita quod personæ eorum salue discederent, veruntamen sine rebus, & *infra*.

25 Cum Rex Aragonum apud Calatrauam moram faceret, expectando quosdam milites suos, & Regem Nauarræ, qui nondum ad nos peruenerat, nos cum nostris processimus, & peruenimus ad quoddam castrum eorum quod * Alarcos dicitur. Illud castrum licet bene munitum esset, cepimus, & alia tria castra, quorum vnum dicitur Caracdaa, aliud Benauentum, aliud Petrabona, Inde procedentes peruenimus ad Saluamterram, ibique peruenerunt ad nos Rex Aragonum, qui de suis hominibus non duxit in exercitum, nisi tantum milites generosos, & Rex Nauarræ, qui similiter vix fuit in exercitu de suis plusquam ducentis militibus comitatus. Et quia Rex Saracenorum in vicino erat nobis, Saluam terram noluimus expugnare; sed procedentes contra Saracenorum multitudinem, peruenimus ad quædam montana, in quibus non erat transitus aliquis, nisi in certis locis.

al. Alarcos Oppida alia expugnata.

26 Cumque nos essemus ad pedem illius montis ex parte nostra, Saraceni venientes ex parte alia obtinuerunt summitatem montis volentes nobis transitum impedire. Sed milites nostri ascendentes viriliter, quia adhuc pauci Saraceni ad locum illum peruenerant, eos cum Dei auxilio expulerunt, & castrum quoddam munitum, quod propter transitum impediendum Saracenorum Rex construxerat, ceperunt, quod Ferrat dicitur: *Et infra*.

27 Nos autem, & Rex Aragonum, & Rex Nauarræ armati cum militibus nostris in loco primæ mansionis, quæ erat in summitate montis, expectauimus donec totus exercitus Domini peruenisset ad locum, vbi anteriores nostri castramentati fuerunt: & ira dante domino factum est, quod licet via esset inuia, & inaquosa, lapidosa, & nemorosa, nihil de nostris amisimus. Hoc autem factum est die sabbati decimo septimo kalendas mensis augusti: circa serotinam verò horam Saraceni attendentes, quod omnia tentoria nostra tute fixeramus, dispositis aciebus suis venerunt ante loca castrorum, & ibidem quædam præludia belli in modum torneamenti, cum nostris exercuerunt. Attendentes autem ipsi, quod nos illa die nollemus habere bellum, ad castra sua reuersi sunt.

28 Sequenti autem die dominica summo mane venit Saracenus cum infinita multitudine dispositis aciebus suis; nos autem volentes considerare multitudinem gentis suæ, & dispositionem, & statum, & qualiter in omnibus se haberent, habito prudentum virorum consilio, & in ijs exercitatorum, expectauimus vsque ad sequentem diem lunæ. Ipsis autem sic existentibus, posuimus milites nostros cum peditibus, vt extremos agminis nostri non possent in aliquo molestare. Quod quidem diuina dante gratia sic euenit. Sequenti die scilicet secunda feria omnes in Dei nomine armati processimus dispositis aciebus cum eis pro fide catholica pugnaturi: ipsi autem promontoria quædam obtinuerunt valde ardua; & ad ascendendum difficilia propter nemora, quæ inter nos & ipsos erant, & propter alueos torrentium profundissimos; quæ omnia nobis erant magno impedimento; ipsis verò maximo expedimento.

29 Veruntamen ille, a quo omnia, in quo omnia, per quem omnia, fecit mirabiliter, & direxit manus sui exercitus contra inimicos suos, & anteriores nostri, nec non & medij multas eorum acies, quæ in minoribus promontorijs existebant, virtute crucis dominicæ prostrauerunt. Cum autem peruenissent ad extremam aciem, eorum infinitæ siquidem multitudinis, in qua Rex Carthaginis erat, ibidem difficillimos conflictus militum, peditum, & sagittariorum inuenerunt, quos sub maximo periculo, & vix, immo etiam iam non poterant tolerare. Nos autem attendentes bellum illud eis omnino importabile, impetu equorum processimus, signo crucis dominicæ præeunte, & vexillo nostro, in quo erat imago beatæ Virginis, & filij sui in signis nostris superposita. Cumque nos iam pro fide Christi mori constanter eligeremus, attendentes crucis Christi, & imaginis suæ matris ignominiam, quas lapidibus, & sagittis irruere impetebant in arma furentes aciem illorum infinitæ multitudinis diuisimus; & licet ipsi essent constantes in bello, & firmi super domino suo, Dominus illorum infinitam multitudinem crucis suæ gladio trucidauit: & sic Rex Saracenorum cum paucis in fugam conuersus est. Sui autem impetus nostros interim non sustinebant, sed statim post maximam stragem suorum, reliqui in fugam conuersi sunt.

Vexill. Reg. Cast. praefert imaginem Deiparæ.

30 Nos autem insequentes eos vsque ad noctem; plures tamen in sequendo interfecimus, quam in bello. Et sic bellum Domini a solo Domino, & per solum Dominum est feliciter consummatum. Deo autem honor, & gloria, qui crucis suæ dedit victoriam per Iesum Christum dominum nostrum. Fuerunt autem milites Saraceni, vt postea vera relatione didicimus a quibusdam domesticis Regis Saracenorum, quos captiuos cepimus, centum octuaginta quinque millia; peditum verò non erat numerus. Occubuerunt autem in bello ex parte sua centum millia armatorum, & amplius, secundum æstimationem Saracenorum, quos postea cepimus. De exercitu autem Domini, quod non sine grandi gratiarum actione recitandum est, & quod incredibile est, nisi quia miraculum est, vix viginti quinque Christiani, aut triginta de toto nostro exercitu occubuerunt. O quanta lætitia! o quot gratiarum actiones! nisi de hoc dolendum sit, quod tam pauci martyres de tanto exercitu ad Christum martyrio peruenerunt. Vt autem magna multitudo eorum credatur: cum exercitus noster in castris eorum post bellum per biduum fecerit moram, ad omnia incendia, quæ necessaria erant, in coquendis cibis, & pane, & alijs, non composuerunt alia ligna, nisi de sagittis, & lanceis eorum, quæ remanserant, & vix potuerunt comburere medietatem. Cumque Dei exercitus propter longam moram factam in locis eremis, & incultis deficeret in victualibus, & alijs, ibidem tantam inuenerunt tam ciborum, quam armorum nec non etiam dextrariorum, & aliorum iumentorum copiam, quod accipientes ad

Horrenda Saracenorum strages edita.

Paucissimi e Christianis desiderati.

suam

fucro vnuſquiſque de ijs omnibus voluntatem, plus ibi dimiſerunt ex magna abundantia, quam ceperunt.

Comparata a Saracenis loca

31 Tertio autem die procedentes venimus ad quaedam caſtra eorum, ſcilicet Bilche, Barmos, Toloſam, quae incontinenti cepimus. Tandem peruenimus ad duas ciuitates, quarum altera dicitur Biacia, altera Vbeda, quibus non erant maiores citra mare, praeter Cordubam & Hiſpalim. Quarum alteram ſcilicet Biaciam deſtructam inuenimus; ad alteram verò, ſcilicet Vbedam, quia ſitu loci & artificio fortiſſima erat, confugerat multitudo hominum infinita ex omnibus villis adiacentibus. Cum enim villa illa nunquam ab Imperatore, vel ab aliquo Regum Hiſpaniae expugnata ſciretur, vel ſubiugata, in eadem poſſe ſaluare ſua corpora ſe credebant: ſed & hanc in breui diuina gratia fauente cepimus, & funditus deſtruximus, cum non poſſemus habere tantam multitudinem gentium, quae ad illas populandas ſufficere poſſent, & bene perierunt ibi ſexaginta millia Saracenorum, quorum quoſdam interfecimus, quoſdam captiuos duximus ad ſeruitium Chriſtianorum, & monaſteriorum, quae ſunt in Marchia reparanda. Haec igitur ſanctiſſime Pater vobis ſcribenda decreuimus, pro auxilio totri Chriſtianitati impenſo gratias, quas poſſumus exhibentes, & humiliter ſupplicantes, vt vos, quem Dominus ad ſummi ſacerdotij gradum elegit; ei cum ſacrificio laudis pro ſalute populi immolatis vitulos labiorum.]

Caedes ingens Saracenorum facta.

32 33 Antiqua planè renouata miracula, quae Rodericus Toletanus [a] oculatus teſtis, & Lucas Tudenſis huius temporis ſcriptor recenſent, dum ab Rege enarrata pluribus proſequuntur. Sed haec ad rem noſtram ſatis. Caeterum tantam remque inſignem victoriam alij celebrarunt [b], ex quibus Rigordus [c] nimis aui ſcriptor hanc hiſtoriae mandauit: *Rex Arragoniae, miles probatiſſimus inter alios vexillum victoriae lanceam & vexillum ipſius Mahumetini Romam miſit, quae adhuc in eccleſia B. Petri in loco eminenti poſita eſt, &c.*

Verum Richardus notarius [d] eius temporis ſcriptor vexillum auro textum ad ſummum Pontificem a Caſtellae Rege cum literis miſſum teſtatur: conſentit alijs Caeſarius [e], qui de Albigenſibus locuturus ait ab ipſis Miramomelinum Marrochitanum Regem excitum, eum que tanto exercitu ſtipatum occupaſſe Hiſpanias, vt eas non abſorpturus modò, ſed longè vlterius victoriam dilaturus videretur, gloriareturque in literis ad Innocentium ſcriptis ſe equos ſuos in porticu eccleſiae B. Petri ſtabulaturum, ac vexillum ſuum in eius faſtigio defixum iri, quod partim impletum ait; ſed magno illius pudore, dum profligato eius exercitu vexillum ipſius miſſum Innocentio in eadem eccleſia ſuſpenſum eſt. Eam victoriam XVII. kal. auguſti huius anni partam ait, quam tamen immiuit, dum caeſorum numerum ad ſexaginta millia tantum peruenisſe collocat, cum longe plures deleti: ſubdit verò barbarum paulo poſt ex dolore accepae cladis obiiſſe.

34 Perlectis igitur Regis literis Innocentius, magna laetitia ingentes Deo gratias laudeſque egit ob fractam, attritamque barbarorum inſolentiam, qui caelum blaſphemis vocibus impetere fuerant auſi: eaſdemque literas cunctis fidelibus exponi iuſſit. Poſtremo Regem, vt huiuſmodi victoriam exercituum Domino referret acceptam, hortatus eſt, atque adeo illud meminiſſet, palamque profiteretur, quod non manus ſua excelſa, ſed Dominus haec omnia feciſſet, vt videre eſt ex literis a ab eodem VI I. kal. nouembris ad Regem datis. Ob tantam verò victoriam partam, decretus eſt in gratiarum actionem dies feſtus celebrandus in Hiſpania, quo Maurorum imminentem exuiſſerat ſeruitutem; de quo Ferrarius in notis appoſitis ad iulij diem XVI. haec tradit: *In Hiſpania triumphus ſanctae crucis: quod feſtum inſtitutum fuit ob victoriam ex Mauris ab Alphonſo Rege reportatam anno* MCCXII. *caeſis ducentis millibus hoſtium.*

Feſtum triumphi S Crucis inſtitutum.

35 Ex laetiſſimo Hiſpaniarum triumpho traducenda eſt narratio ad lugubres Angliae res, quae hoc anno miſere depreſſae ſunt: de quibus Pariſius ait, per haec tempora quendam eremitam Petrum nomine in prouincia Eboracenſi palam praedixiſſe Ioannem in die dominicae aſcenſionis Regem non futurum, ſed coronam ex ea die ad alium tranſlatum iri: Ioannemque, in vincula ipſium coniecciſſe, vt ſi exitus dictis non conſentiret, morte mulctaretur. Interea verò fama illius prophetiae increbreſcente nobilitatem Anglicanam, cuius odia in ſe Ioannes concitarat, in eum coniuraſſe, cumque praeſtita fide ſolutos ſe audiſſent, communi conſenſu literas ſuis ſigillis munitas ad Regem Francorum miſiſſe, vt in Angliam veniret, ſe regnum ipſi traditurus; Regemque agnituros.

Angliae res lugentes. Praedictio Petri eremitae.

Angli Rex. Fran. euocant.

36. &c. Praeterea per ea tempora Stephanum Cantuarienſem alioſque epiſcopos ad Innocentium ſe contuliſſe, ac mala ingentia, quae ob ſanctae interdicti ſententiae tempore Ioannes patraſſet, expoſuiſſe, tumque Innocentium Ioannem e ſolio deturbandum, ipſiuſque regnum ad alium transferendum conſuliſſe: ſcripſiſſe ad Francorum Regem, vt propoſita ſibi diuina gloria rem aggrederetur, capeſſeret Anglorum coronam, expeditionemque conficeret: tum principibus viris praecepiſſe, vt inquirerent pro ea reperficienda crucem, & Francorum Regem ducem requirerent: ac Pandulphum ſubdiaconum cum Anglis epiſcopis in Gallias miſiſſe. Subijcit verò Pandulphum ſecreto Innocentium adijſſe, petijſſeque quid agendum foret, ſi Anglorum Rex ad poenitentiam adduceretur; ac tum Pontificem formam pacis praeſcripſiſſe, quam ſi Ioannes admitteret, illum Apoſtolicae ſedi reconciliatum iri: quae porro illa fuerit, ſuo poſtmodum loco afferetur.

Ioannes exauctoratur.

Innoc trãſfundit in Philippum Angl coronam.

Mittit ob id Pandulphum in Gallias.

39. &c. Hoc anno [b] Clara nobilis virgo Aſſiſinas annos nata duodeuiginti, quos ſummacum honeſtatis laude duxerat, S. Franciſci verbis inflammata, terrenis omnibus conculcatis, religioſam Deo vouit ſeruitutem, & vti illè fratrum, ita ipſa ſacrarum ſororum in S. Damiani aede collegium inſtituit, vt geſtorum eius anonymus ſcriptor c & Lucas Vvaddingus in annalibus latius proſequuntur.

b Luc. Ann. an. 1212. S. Clara mundo nũtium remittit.

c Vit. S. Clar c. 3. 4. & 5. apud Sur. to 4. die 12. aug.

IESV CHRISTI
Annus 1213.
INNOCENTII PP. III. OTHONIS IMP. OCCID. 5. anno 16. HENRICI IMP. OR. 9.

Indict. 1.

1 PRomulgata eſt ab Innocentio cruciata in Saracenos expeditio, indictaque fuere ſacrae preces circularibus hiſce literis [d].

Innocentius, &c. Cum longe plus de diuina clementia, quam de humana potentia confidere debeamus, oportet nos in tali conflictu non tam corpo-

d Inno. l. 16 ep. 23.

Expeditio in terram S apparatur.

a Rad. de reb. Hiſp. l. 8 Luc. Tud. Ioan. Abr. l. 11. c. 23. 24. 25. alij.

b Sicco in ann. apud Camiſ. ant. lect. to 1. p. 344. Rig. de geſt. Phil. Aug. Franc. Reg. an. 1211. God. in annal. ann. 1212. Pariſ. hiſt. Angl. ann. 1213. Bernchran. Rom. Pont. ann. 1212. & alij.

c Rig. vbi ſup. S. Ant. 3 p. tit 19. c. 2 §. 4.

d Richar. de S. Germ. in Caſ. l. 8 ep. 25.

Mucera a Rege Caſtell. miſſa Innoc. Miramomelinu mirat.

Vexillum barbari erectum in Eccleſia S. Petri.

corporalibus armis, quam ſpiritualibus dimicare. Ideoque ſtatuimus, & mandamus, vt ſingulis menſibus ſemel fiat generalis proceſſio, ſeorſum virorum, & ſeorſum vbi fieri poterit mulierum, in humilitate mentis, & corporis, cum deuota orationum inſtantia poſtulantium, vt miſericors Deus auferat hoc a nobis confuſionis opprobrium, liberando terram illam, in qua vniuerſa redemptionis noſtræ ſacramenta peregit, de manibus paganorum; reſtituendo eam ad laudem, & gloriam nominis ſui ſancti, populo Chriſtiano. Prouiſo prudenter, vt ſemper in ipſa proceſſione verbum ſalutiferæ Crucis cum diligenti exhortatione populo proponatur. Orationi verò ieiunium, & eleemoſyna coniungantur; vt ijs quaſi alis facilius, & celerius ipſa volet oratio ad pijſſimas aures Dei; qui nos clementer exaudiat in tempore opportuno: ſingulis quoque diebus intra miſſarum ſolemnia poſt pacis oſculum, cum iam pro peccatis mundi offerenda, vel ſumenda eſt hoſtia ſalutaris, omnes tam viri, quam mulieres humiliter proſternantur ad terram, & a clericis pſalmus iſte: *Deus venerunt gentes in hereditatem tuam*; alta voce cantetur. Quo cum hoc verſu deuote finito: *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius, & fugiant à facie eius, qui oderunt eum*; ſacerdos, qui celebrat orationem iſtam ſuper altare decantet: *Deus, qui admirabili prouidentia cuncta diſponis, te ſuppliciter exoramus, vt terram, quam vnigenitus Filius tuus proprio ſanguine conſecrauit, de manibus inimicorum crucis eripiens, reſtituas cultui Chriſtiano, vota fidelium ad eius liberationem inſtantium miſericorditer dirigendo in viam ſalutis æternæ. Per eundem Dominum noſtrum, &c.*] Ad hæc verò perficienda [a], atque ad excitandos pro concione ad bellum ſacrum populos archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, varijs Chriſtianæ reipublicæ in locis degentibus, legationis munus iniunxit, eoſque ſpretis muneribus, auaritiæ ſordes a ſe procul ſubmouere juſſit,

Indictæ ſolēnes ſupplicationes

[a] Ibid. ep. 26.

3 Cæterum in Gallias huiuſmodi ſubſidij comparandi gratia legatum de latere miſit [b] Robertum tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyterum Cardinalem, quem Gallicano clero [c], Francorum Regi, & Ludouico eius primogenito, Blanchæque Ludouici vxori commendauit [d]. Nec Gallos modò, ſed Venetos quoque in ſacri belli ſocietatem trahere ſtuduit [e], Cumque Petrus Ziani dux Venetorum oratoris opera Pontifici ſignificaſſet, lætiſſimo ſe animo apoſtolicas literas excepiſſe, expeditionemque floreniſſimam conficere, vt vnà cum cæteris crucelignatis, quibus ſuum ipſe nomen aſcripſiſſet, proſectionem pararet, Innocentius ingenti gaudio perfuſus, iam excitatum ardentemque magis inflammauit. Præterea eos, qui in Germania dato ſacræ militiæ nomine aduerſus hæreticos in Prouinciam ire decreuerant, ad Ieroſolymitanam proſectionem hortari ſtatuit [f], conſultuſque an viri reclamantibus vxoribus in ſacram militiam referri poſſent, reſcripſit [g]: *Cum Rex cæleſtis maior ſit Rege terreno, & conſtet quod vocatos ad terreni Regis exercitum, vxorum non impedit contradictio, liquet, quod ad ſummi regis exercitum incitatos & ad illum proficiſci volentes præcepta non debet occaſio impedire, cum per hoc matrimoniale vinculum non ſoluatur, ſed ſubtrahatur ad tempus cohabitatio coniugalis, quod in multis alijs caſibus fieri frequenter oportet.* Ne quis verò tam neceſſariæ expeditioni moram, & impedimentum afferret, A. Ieroſolymitano patriarchæ iniunxit [a], vt ſoldanum Damaſci & Babyloniæ terram ſanctam reſtituere vrgeret; ſe ad ipſum legatos ac literas ad eum ſolicitādum mittere, non quod ipſum flectere ſperaret, ſed vt diuini Numinis humilium cauſam ſuſcipientis gratiam promereretur: quarum literarum precipua pars hæc eſt [b].

[a] Lib. 16. ep. 33.

[b] Lib. ep. 34.

Nobili viro Salphadino ſoldano Babyloniæ & Damaſci timorem diuini nominis, & amorem.

3 Daniele propheta teſtante didicimus, quod eſt Deus in cælo, qui reuelat myſteria, mutat tempora, & transfert regna, vt vniuerſi cognoſcant, quod dominatur excelſus in regno hominum, & cui voluerit dabit illud. Hoc autem euidenter oſtendit, cum Ieruſalem & fines ipſius in manus fratris tui, [nimirum Saladini [c]] tradi permiſit; non tam propter eius virtutem, quam propter offenſam populi Chriſtiani, Deum ipſum ad iracundiam prouocantis. Nunc autem ad illum conuerſi ſperamus, quod ipſe miſerebitur noſtri, qui ſecundum phophetam, cum iratus eſt non obliuiſcitur miſereri. Vnde illum imitari volentes, qui de ſe dicit in euangelio: Diſcite a me quia mitis ſum, & humilis corde, magnitudinem tuam humiliter obſecramus, quatenus, ne propter violentam detentionem profatæ terræ plus adhuc effundatur humani ſanguinis, quam hactenus eſt effuſum; ſaniori vtaris conſilio reſtituas eam nobis, &c. *Dat. Laterani* XIII. *kal. maij pontificatus noſtri anno ſextodecimo.*

Litt. Innoc. ad Sold. Babyl.

[c] Baron. to. 12. ann. 1187. n. 1.

4 Quo etiam anno Innocentius in Armeniorum Regem grauiter imueh eſt compulſus, quem ex Antiocheni patriarchæ, aliorumque complurium literis acceperat, aduerſus inducias illum inter & Antiochenos ipſius patriarchæ ſtudio initas, ac iureiurando firmatas, Ruppinum nepotem ſuum, in Antiochiæ terram, auxilijs omnibus ſpoliaram, vtpotè nil hoſtile metuentem, immiſiſſe cum exercitu, omnibus in eam crudelitatis exemplis ſæuiſſe. Factus poſtea ab Ieroſolymitano patriarcha certior Pontifex, tantorum Regem facinorum pœnituiſſe, vehementerque cupere cum Deo atque Eccleſia in gratiam admitti, patriarchæ præcepit [d], vt Regem, vbi crimen rite expiaſſet, ſacris reſtitueret.

Increpat Arm. Regem fregiſſe inducias

[d] Ib. ep. 7.

5 Alienum minimè futurum arbitramur, rem inſignem hoc loco afferre, quam Thomas Cantipratenſis enarrat [e]: *Anno*, inquit, *circiter ab incarnatione Domini* M. CC. XIII. *cum crux tranſmarina vbique ferè terrarum prædicaretur, erat vir in Brabantia inæſtimabilis ſanctitatis, qui deſiderium quidem longum habuerat terram, in qua ſteterant pedes Chriſti, peregrinus inuiſere: ſed retardari a contemplatione diuina in corporali exercitio verebatur. In oratione autem exiſtenti in vigilia ſancti Petri ad vincula, clauſo cubiculo, aſtitit illi cum ingenti lumine (erat enim nox) angelus Dei, dicens: Vidit Dominus ingens deſiderium tuum, te ſcilicet velle inuiſere terram ſanctam, & nunc ad hoc miſſus ſum ad te, vt deſiderium tuum compleatur. Hæc dicens Angelus, hominem apprehendit, & in vna nocte ad omnia loca ſpecialia terræ ſanctæ tranſtulit, & eadem nocte retulit. Videbatur autem illi ipſa nox omni die lucidior, ita quod omnium ciuitatum Galliæ, Burgundiæ, Lombardiæ, Tuſciæ, & terræ ſanctæ loca, diſpoſitiones, & fines his qui terras nouerant, proprijſſimè deſignaret. Poſtmodum verò factum eſt, vt hortatu quorundam deuotorum virorum, quibus hoc negare non poterat, cum illis crucem ſuſciperet, & eorum dux fieret in terram ſanctam, pla-*

[e] Tho. Cant. l. 2. c. 40.

Vir pius raptus diuinitus in ſancta loca

neque

neque per clarum demonstrationem cunctis ostenderet, quod nequaquam mendax, sed verus Dei nuncius, qui eum duxerat, extitisset. Hic vir beatissimus, postquam reversus est, ut vidit quia in honore haberi cepit apud conuicaneos, dulce solum natalis patriæ deseruit, & usque in finem vitæ in alienis partibus sanctè vixit, &c.

6 Cyprijs atque Ierosolymitanis rebus coniungendæ sunt Constantinopolitanæ, quarum cum altè pontificio pectori inhideret, Innocentius Pelagium Albanensem episcopum orientalis imperij legatum apostolicum creauit, summaque auctoritate instructum misit, vt Græcos, qui Latinis parebant, a schismate abduceret, atque in Ecclesiæ sinum reuocaret. Functum pro dignitate augustissimo munere Pelagium, ac pia contentione conuertendis schismaticis operam dedisse ex Græcis auctoribus constat, qui cum ab ijs odio veteris in Romanã ecclesiam imbutis in inuidiam adducatur, eo maioribus ornatus laudibus commendandus est, quo grauioribus contumelijs ab Ecclesiæ hostibus meritus proscissus: cuius gesta describit Georgius Logotheta.

Pelagius Alban ep. Card. legatus in imp Constant.

Georg. Logoth. M.S. bibl. Vat. latinitate donatum a Leone Allatio n. 34. & 35.

7 &c. Non orientem modo, verum occidentem, immo totum orbem curis apostolicis complexus Innocentius œcumenicum concilium celebrare meditabatur, vt hæreses excindere, schismaticos reuocare, euertere Saracenos, Christianos mores perpolire posset: literas enim eo argumento ab ipso hoc anno datas non modo Vrspergensis tradit, sed chronici Fossæ nouæ auctor hæc scribit: *Dominus Innocentius III. Papa cum fratribus suis Cardinalibus constituit, & ordinauit concilium, & misit literas per omne seculum, vt omnes qui debebant venire & interesse concilio, in tertio anno, in mense nouembri parati essent Romæ.* Retulerunt eadem alij nec non & nouatores a: adiecta verò est in regesto prolixior prouinciarum catalogus, ad quarum archiepiscopos, episcopos, abbates, atque priores, missa fuit: præterea ad Henricum Imperatorem, & ad Reges huiusmodi epistola fuere datæ; Reges autem ibi numerantur, Cypri, Norwegiæ, Chorchaiæ, Coraniæ, Suetiæ, Lumbricentis, Amidientis, Aragonum, Castellæ, Nauarræ, Legionis, Lusitaniæ, Galliæ.

Chron. Foss. nouac. ann. 1213.

Indicitur œcumenica synod. a Cent 14. c. 9. col. 790

Litt. Innoc. ad Imp. Constant. Ad quos Reges miss. litt. synodales.

8. 11 Interea Innocentius Brabantiæ ducem, modo Othonem desereret, ac Leodiensi episcopo faceret satis, anathematis religione qua deuinctus erat, eius precibus nexus absolui iussit b. Verum elusit imperia pontificia idem dux Brabantinus; bellum enim atrox sub autumnum episcopo intulit, a quo profligatum fuisse Godefridus c tradit: *Circa autumnum etiam dux Brabantiæ cum episcopo Leodiensi dimicans superatur, vbi omnes fere sui aut occiduntur, aut capiuntur.* Eadem ijsdem fere verbis Trithemius d quæ nobis leuiter delibare non sufficit ad S. Lamberti gloriam magis in lucem collocandam. Extat in bibliotheca nostra e libri tertij de S. Lamberto episcopo martyre probatum exemplum ex perueteri codice Leodiensi descriptum, vnde subijcienda excerpemus. Henricus primus Louaniensis comes seu Brabantiæ, armis atque opibus suis cum Othone Romanæ ecclesiæ hoste coniunctis, in Leodienses conspirauit. Subinde collecto exercitu, contra præstitam fidem Leodium dominicæ ascensionis die cum suis inuadit, vrbem prædatur ac deuastat, sacra templa spoliat, sæua in ijs infandaque scelera committit, sacrosancta, omnia profanat, cunctos denique ad aligandam Othoni iureiurando fidem adigit: hæc anno superiori patrata, ob quæ meritо ecclesiasticis censuris perculsus, tum ab Siffrido archiepiscopo Apostolicæ sedis legato vt Innocentius testatur, tum ab Hugone Leodiensi episcopo, vt in diœcesana synodo, huius historiæ anonymus auctor tradit a, additque, insigne vltionis diuinæ in sacrilegum episcopalis dignitatis irrisorem exemplum.

b Ep. 56.

c God. in annal. ann. 1213.

d Trithem. Hirs. eod. ann.

e M. S. Vall.

Henr. Louanij comes Leodium capit

Censuris involuitur.

a M. S. l. 3. de S. Lamb. c. 7.

12. 13 *Gerbertus quidam nomine apud* * *Thenas decani gerens dominium, qui nostræ ciuitatis ac prædationi non solum non defuerat, verùm etiam ad maiorem ecclesiæ nostræ confusionem quendam ascenderat montem, intransque cuiusdam tentorium inuentis illic præsulis nostri vestibus, quibus sacro solet altari assistere, eas vestire non timuerat, atque innixus pastorali baculo, & mitra pontificali imposita nefando capiti, suis garsonibus, aliisque vilibus mancipijs ad se conuocatis, dignitates & officia, quæ ecclesiæ statum fulciunt, viciclè distribuens, istos sibi officiales vel archidiaconos, alios constituerat præpositos, vel decanos, comminatam ista gloriosi martyris appariione vltionem in se persensit immissam: præuentus enim morte subita, propriam sibi linguam exeat magniloquam, & sic horrendè intuit:* Et paulo post, *Omnes insuper illi, quorum consilio & instigatione ad tantum facinus dux ipse potissimum inductus est, improuisa morte præuenti sunt.*

* Thenas oppidum Brabantiæ

Diuina in sacrilegos vltio.

Plures ex his recenset nomina-tim

14 Nec diu crimen impunè tulit Brabantiæ dux; cum enim lubricæ & inconstantis fidei vir modò Galliarum Regi adhæresceret, mox ad illius hostem Othonem defeiscieret, ac post exhibita summo Pontifici simulatæ pœnitentiæ signa episcopum Leodiensem, cui illata damna resarcire erat iussus, bello lacessiuisset, diuina virtute debellatus profligatusque est, vt dictus auctor prosequitur, ex quibus hæc accipe b: *Die itaque dominico venit facer exercitus in custodia de Steppes, vbi dux cum suis nocte præterita fixerat tentoria, &c.* Et paulo post: *Suas allocutus acies episcopus præcepit omnes genuflectere, atque gloriosam Virginem Mariam, & Lambertum deuotius exorare, vt ab instanti eos periculo eripere dignarentur: absolutosque a peccatis omnibus huiusmodi paucis animabat verbis: Video charissimi, quòd absque certamine triumphare non possumus: sed securus loco pœnitentiæ instans vobis iniungo prælium, in animam meam veniam suscipiens, quod quisquis sic ceciderit, B. tantumdem martyri æterna paradisi felicitate potietur. Estote igitur fortes in prælio, pro oculis habentes, quæ & quanta mala vobis & vestris, vrbi etiam & maxime ecclesiæ intulerit gens hæc sub excommunicationis maledicto adhuc ideo immodata: atque hic prorumpens in lachrymas episcopus, iterum dicebat: Hi ad nos cum multa veniunt superbia vsque ad muros vrbis nostræ, non timentes nos persequi, quos modò, sicut scitis, insequimur, tali tantaque angustia comprehendi. Habeamus ergo fiduciam in eo, qui meritis suæ matris Virginis & nostri precemartyris a præsenti periculo nos potens est liberare. His dictis deuotum exercitum non mediocriter reddidit animosiorem. Iuit in vero tunctis cernentibus columba candidissima pium circumuolauit exercitum, quam fuisse vnam cælestium virtutum veraciter arbitramur.*

b Ib. c. 11.

Henricus ad Othonem defecit.

Leodienses fiunt D. Lamberto fiducia.

15 *Deuota mulier*, Odilia scilicet Ioannis sacerdotis mater, cui sacerdoti Deus per visa, quæ auctor idem recenset, multa ostendere ac significare consueuerat, *quæ virum Dei genuerat, dum intensius vigilus ac precibus vacaret, vidit in aëris medio gloriosum martyrem armis effulgentem aureis, clypeum in humeris gestare clarissimum, hastam quoque vibrare auream, & equo insidentem*

Columba cælestis eos. exercitum circumuolitat.

D. Lambertus præit Leodiensibus.

candidissimo: quem gloriosa Virgo in venerando praecedebat habitu, & ad bellum quantocyus properabant. Sed & quidam ipsum in acie euntem martyrem confessus est se veraciter vidisse. Episcopus vero per turmas transiens, exercitum benedixit. Porro pro eo quod nostri tertiò flexissent genua, deridebant eos aduersarij; & sese dicebant ab ipsis pra timore adorari. Frater autem ducis, Guillelmus nomine, eundem conuenions, bonis, ac sanis consilijs ipsum inducere conabatur; vt erga episcopum suum dominum, in quem ita graviter deliquerat, se humiliaret; ac petita venia, eidem sincerè se conciliaret, ac satisfaceret. At dux diuino ipsum perurgente iudicio, fratrem indignando respuens: Eia, inquit, miser iam victus es. Ille verò cum lachrymis gloriosum exorabat martyrem, vt per eum ab interitu die ista liberari posset; cuius fusas suscepit martyr lachrymas, ipsum a morte liberans vel hinc etiam maxime, quod (sicut praditum est) ornamenta maioris ecclesia fideliter excusserat de manibus pessimorum. Dux autem super monticulum suas ordinauit acies, vt inde nostros ex descensu granius possent infringere. Ipse verò propria arma pristina reijciens (vt si necessitas se offerret, fuga posset incognitus euadere) praestolabatur horam, qua solis radius nostrorum reuerberaret oculos, sed nubem misit Dominus horum in anxiam, qua steti in aere, quamdiu conflictus exercitum perduranit. Pauciique intericctis verbis; Habebat verò ipse dux non minimam copiam militum electorum, peditum quoque magnam multitudinem, insuper & multas acies exercitus peregrini: factumque ex Dei prouidentia existit, vt nostris e contra manus esset exigua, quo vel sic etiam subsecuta victoria non humano brachio, sed pio magis martyri deferretur. Et infra,

Militare hostis consilium diuina opc elusum.

16 Videntes autem hostiles copia nostros paratos ad praelium, tanto cum impetu montis descendebant crepidinem, vt eosdem retrocedere procul compellerent. Interim Henricus dux Ardemia, vt nostris timorem immitteret: Ecquid, ait, agitis miseri? quid hic vltra moramini? Et praesul vester captus est, & comes Lossensis interemptus. Quæ cum ipse comes audiret, ac statim mentiri eum, perfidiam pariter illi suam improperans, respondit, seque incolumem ac equo insidentem, nec non iuxta se episcopum ipsum adesse e contra acclamabat. Veruntamen sic ducis Ardemia mendacium istud Lossensis gentem comitis commouerat, quod tota in fugam conuersa est, perseuerantibus in praelio Leodiensibus, & pro sua suorumque vita constanter certantibus, de sua quidem virtute nihil praesumentibus, sed patroni sui cum spe & fiducia nomen inuocantibus; cuius audito nomine, statim hostes terga nostris dedere fugantibus; ex quorum numero plurimi prostrati sunt, & de suo exercitu tria & amplius millia interempti. Ad nostrorum autem vestigia quos prius nullos estimauerant, complosis manibus veniebant superstites, sese suamque substantiam pro vita redimenda cum deprecatione offerentes, sed victores sceleris per ipsos apud Leodium perpetrati non immemores, deprecantium lachrymis intendere non volebant. Dux ipse fugit de acie, &c. Parta est itaque haec victoria tertio id. octobris hora sexta, dieque illa dominica, qua in ecclesia cantabatur pro missæ introitu: iustus es Domine, & rectum iudicium tuum, anno domini millesimo ducentesimo tertio decimo. Quid post haec Henricus gesserit, sequenti anno dicetur,

Parta diuinitus a Leodien. victoria.

Mediolanenses in Cremonēses exercitum ducūt a Monach. Pat. chron. lib. 1. ann. 1213

17. &c. Hic verò nos de profligatis Othonis fautoribus, ijsdemque fidelium communione motis similima annectemus; Mediolanenses, inquit Patauinus monachus a, qui partem Othonis fouebant, cum exercitu infinito super districtum Cremonensium irruerunt; quibus Cremonenses, qui exaltationem principis Friderici summo desiderio affectabant, apud castrum Leonis viriliter occurrerunt, inceptoque bello in die pentecostes, Mediolanenses terga vertentes, militum & peditum non modicam quantitatem simul cum carrotio amiserunt. Hæc ille: quibus consentanea Rigordus, atque ex eo S. Antoninus & Vincentius Bellouacensis tradidere. Prælium die ipsa pentecostes initum, cum tamen Cremonenses tum ob diei sanctitatem, tum ob tutelarium martyrum Marcellini ac Petri solemne festum eo die recurrens, per legatos flagitassent vti certamen in diem alterum differretur; quorum religionem fucatæ hypocrisis ac socordiæ Mediolanenses damnarunt: quæ Ioannes Crottius fuso & eleganti stylo prosecutus, vbi ter fractos Cremonenses descripsit, ducis oratione ad nouum redintegrandum prælium adductos, Marcellini ac Petri martyrum cælesti ope pulcherrimam victoriam de potentissimo, iamque toties victore hoste, qui religionem Cremonensium in sanctis illis tutelaribus colendis, auxilioque ab ijs flagitando, expectandoque fiduciam irriserat, diuinitus retulisse describit. De his satis: tam e lætissima sanctorum opera reportata victoria ad lugubre perditissimi hominis tacinus orationem conuertimus.

Rig. in Phil Aug. Frāc. Reg. S. Anton.

Io: Crottius lib. M. S. in bibl. Vallicell. Cremonēses S. Petri & Marcellini ope victoria potiti.

20. &c. Luxit hoc anno Hungaria Reginæ Gertrudis immanissimam cædem, de qua Stero hæc prodidit a: *Regina Gertruda Hungarorum, mater S. Elisabeth, sponso expeditionem contra Rhutenos mouente, a comite quodam Petro trucidatur: qui & ipse subsequenti nocte in vltionem sceleris cum alijs iugulatur.* At præstat Longinum audire qui atrocissimum facinus pluribus enarrat: Cum, inquit, *Andreas Hungariæ Rex ad consilium consortii suæ Gertrudis plures Alemannos in Hungariam accersisset, & cum illis rebellium Hungarorum castra & munitiones expugnaret, magistratus quoque reipublicæ Hungaris neglectis, Alemannis mandasset, Hungari contemptum iri se dolentes, ad occidendum Regem Andream conspirant. Et cum prabente illis animum & ducatum Bankbano, conspirationem completuri, in curiam Regis aduenissent, Andreas quidem Rex a Gertrude Regina anisatus, fugiens mortem euasit; Bankbanus verò Rege non comperto Gertrudem Reginam supplices manus pro vita tendentem, lanceis & contis perfossam obtruncauit.* Pietatem illa coluerat ac dederat coronam auream, quam diebus solemnibus gestabat, Vvratislauiensi ecclesiæ, vt in calicem verteretur.

Gertrudis Reginæ Hungar. cades.

a Stero in annal. hoc ann. apud Canis. ant. lect. t. 1. p. 245.

Funesta Reginæ Hug. Gertrudis mors. Probabilior cædis causa.

De rebus Germanicis.

23 Fluctuabat eodem tempore grauioribus tumultibus concussa Germania, Othonisque partes in dies debilitabantur, cum certatim populi, ac principes ad Friderici obsequium confluerent, qui vel vt gratiam pontificiam colligeret, vel pro acceptis a Numine ingentibus beneficijs gratum se exhiberet, de restituenda in Siciliæ regno ecclesiastica immunitate, reddendisque locis, quæ sub Apostolicæ sedis ditione erant, alijsque, quæ ad illius iura pertinebant, diploma dedit; quod extat in libro priuilegiorum Romanæ ecclesiæ intextum publicis actis Romæ confectis sub Nicolao III. quorum supra meminimus, tum in libro censuum.

In nomine sancta, & individua Trinitatis amen. Fredericus II. diuina fauente clementia Romanorum Rex & semper Augustus, & Rex Sicilia.

Sacramentum Frid. electi Imp

Regnum nostrum tunc stabiliri confidimus, cum altissimum, de cuius manu ea quæ possidemus,

mus, bona recepimus, honoramus. Tanto enim Domino, qui bona tribuit nobis, ad efferendas hostias operis & deuotionis, astringimur, quanto ipsum misericordem in nobis & mirabilem experimur. Cognoscentes igitur gratiam, quæ data est nobis ab ipso, habentes quoque præ oculis immensa & innumera beneficia vestra charissime domine & reuerendissime pater protector & benefactor noster domine Innocenti Dei gratia summe Pontifex venerande, per cuius beneficium, operam, & tutelam aliti sumus, protecti pariter & promoti: postquam in solicitudinem vestram mater nostra fel. mem. Constantia Imperatrix & Siciliæ Regina ex ipso quasi vtero nos iactauit; vobis, beatissime pater, & omnibus successoribus vestris catholicis, sanctæque Romanæ ecclesiæ speciali matri nostræ omnem obedientiam, honorificentiam atque reuerentiam semper humili corde ac deuoto spiritu impendemus, quam prædecessores nostri Reges & Imperatores catholici vestris antecessoribus impendisse noscuntur, nihil exinde volentes diminui, sed magis augeri, vt nostra magis deuotio enitescat.

De electionibus. 24 Illum volentes abolere abusum, quem quidam prædecessorum nostrorum exercuisse dignoscuntur, & dicuntur, in electionibus prælatorum, concedimus & sancimus, vt electiones prælatorum libere & canonice fiant, quatenus ille præficiatur ecclesiæ viduatæ, quem totum capitulum, vel maior & sanior pars ipsius duxerit eligendum, dummodo nihil desit ei de canonicis institutis. **De appellationibus.** Appellationes autem in negotijs & causis ecclesiasticis, ad sedem Apostolicam liberè fiant, earum prosecutionem siue processum nullus impedire præsumat. Illum quoque dimittimus & reiutamus abusum, quem in occupandis bonis decedentium prælatorum aut etiam ecclesiarum vacantium nostri consueuerunt antecessores committere pro motu propriæ voluntatis: omnia verò spiritualia vobis & alijs ecclesiarum prælatis relinquimus liberè disponenda, vt quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ Dei, Deo recta distributione reddantur. Super eradicando autem hæreticæ prauitatis errore, auxilium dabimus & operam efficacem.

De possessionibus Ecclesiæ tuendis. 25 Possessiones etiam, quas ecclesia Romana recuperauit ab antecessoribus nostris seu quibuslibet alijs, ante detentas, liberas & quietas sibi dimittimus, & ipsam ad eas obtinendas bona fide promittimus, adiuuare. Quas verò nondum recuperauit, ad recuperandum erimus pro viribus adiutores: & quæcunque ad manus nostras deuenient, sine difficultate ac mora eas restituere satagemus. **Ditio Rō. ecclesiæ.** Ad has pertinet tota terra, quæ est a Radicofano vsque Ceperanum, Marchia Ancomitana, ducatus Spoletanus, terra comitissæ Mathildis, comitatus Bertinori, exarchatus Rauennæ, Pentapolis, Massa Trebaria cum adiacentibus terris & omnibus alijs ad Romanam ecclesiam pertinentibus cum omni iurisdictione, districtu & honore suo. Veruntamen cum ad recipiendam coronam imperij, vel pro necessitatibus Ecclesiæ ab Apostolica sede vocati venerimus, de mandato summi Pontificis recipiemus procurationes siue sodrum ab ipsis. Omnia igitur supradicta, & quæcunque alia pertinent ad Romanam ecclesiam, de voluntate & conscientia, consilio & consensu principum imperij libere illi dimittimus, renunciamus & restituimus, necnon ad omnem scrupulum remouendum, prout melius valet & efficacius intelligi, concedimus, conferimus, donamus, vt sublata omnis contentionis & dissensionis materia, firma pax & plena concordia in perpetuum inter Ecclesiam & imperium perseuerent. Adiutores etiam erimus ad retinendum & ad defendendum ecclesiæ Romanæ regnum Siciliæ cum omnibus ad ipsum spectantibus tam citra Farum quam vltra, nec non Corsicam & Sardiniam ac cætera iura, quæ ad eam pertinere noscuntur, tanquam deuotus filius & catholicus princeps, &c. *Dat. apud Ægram per manus Bertoldi de Tuffe regalis aulæ protonotarij* IV. *id. iulij*. Violauit postea infigni scelere hæc sacramenta, ac perfidia Othonem vicit Fridericus, vbi potentiam suam auctam confirmatamque vidit; sed de ea re suo loco: nunc in Gallias ad suspiciendam diuina virtute prosligatam hæresim, atque antiqua renouata miracula contemplanda excurramus.

26 Celebrabatur ineunte anno Vaurensis synodus a legatis Apostolica sede indicta, vt de excindenda Albigensium hæresi, edomandaque Tolosani comitis, & aliorum procerum perfidia magna consilij maturitate deliberaretur; cum Raymundus ex Aragonia traxit Petrum Regem, ad quem confugerat, magnitque sui metus copijs Tolosam perduxit, vt amissam auctoritatem vel illius gratia, qua plurimum etiam apud Romanum Pontificem poterat, vel armorum potentia recuperaret: atque vt Pontificem ipsum deluderet, solemni edito sacramento suprematum Narbonæ, & comitatuum Tolosæ, & Prouinciæ imperium transfudit in Regem Aragonum, obstrinxitque se Pontificis Regisque Aragonum arbitrio hæreticos compressurum, & fidem orthodoxam in pristinum splendorem restitutum iri: ac pariter Gasto Fuxi comes, Bernardus senior & alter iunior Conuenarum comites, Gasto vicecomes Bearniæ, idemque Bigorræ comes, editis publicis instrumentis se ad Dei, vt aiebant, & sanctæ matris Ecclesiæ & Innocentij Papæ III. honorem fiduciarios Petri Regis professi eadem promissurum: quæ omnia instrumenta Tarraconensis archiepiscopus, ac plures alij præsules Aragonij obliti iustitiæ suis inclusa literis ad Innocentium transmisere. At irania hæc eram & enumerata malorum, non remedia, quibus reipsa hæresis tollenda erat, & Gallicæ coronæ iura ob eximia in sedem Apostolicam in oppugnanda hæresi merita obterebantur, vt in hostem transtunderentur. Ad colorandum ergo facinus primum Aragonius, qui magno dedecore partas de Saracenis victorias suscepto hæreticorum patrocinio obscurabat, indicto tuto in loco colloquio de conciliandæ pace cum Arnaldo archiepiscopo Narbonensi legato apostolico ac Montfortio agitare cœpit, rogareque, vt Tolosano, Conuenarum, Fuxensi comitibus ac Gastoni Bearnensi erepta a crucesignatis loca restituerentur: cui legatus in scripta redigere quæ peteret, ac patribus ad Vaurense synodum coactis mittere iussit. In eo porro conuentu Aragonius, vt vrbanitate præditus munitusque artibus erat, omnibus comitatis officijs beneuolentiæque significationibus Montfortium est prosecutus, ab eoque petijt, inquit auctor; *Vt octo diebus desisteret a malefaciendo inimicis suis; cui nobilissimus & vrbanissimus respondit: Non desistam a malefaciendo, sed ob reuerentiam vestram cessabo his octo diebus a benefaciendo.* Adstrinxit etiam sese sacramento Rex hostium nomine nullam cladem, impetumue ab ipsis factum iri: at ij pro insita perfidia in catholicorum terras excurrere, multaque colloquij tempore damna inulerunt. Dissoluto colloquio, regressus Tolosam Aragonius, quæ peteret, scriptis commendata ad concilium Vaurense misit;

Vaurensis synod in Albigenses.

Rex Arag Tolosam venit.

Suprema ditionis imperium Tolosanus transfert in Aragonium.

Erepta hæreticis restitui petit.

Agit cum Montfortio de inducijs.

Respons. Montfortii vanitium

Perfidia hæret.

misit; quorum summa capita hæc fuere. Poscebat nimirum, vt omnia, quæ Tolosano, Fuxensi, Conuenarum comitibus ac Gastoni Bearnensi erepta fuissent, restituerentur, ijque in gratiam Ecclesiæ admitterentur.

Hæretici comites pœnitentiam fingunt.

27. &c. Patres ergo cum non ignorarent Aragonium Montfortij gloriæ inuidere, atque comites Tolosanum, Conuenarum, Fuxensem, ac Bearnensem simulata pœnitentia Ecclesiæ in speciem reconciliari cupere, quo liberiùs postea grassari ac furere possent, coloreque illo Aragonium inani vti, se cupere pacem, quò eorum comitum opera contra Saracenos vteretur, tantis etiam sceleribus sese eos contaminasse, pro quibus deprecabatur, vt omnino indigni essent, quibus iusto bello erepta redderentur, atque etiam mox, fidem pro viribus euersuri essent, sapienter Petro Aragonio ad singula eius petita respondere, hortatique sunt, vt ab ijs fouendis defendendisque desisteret, qui tantis criminibus atque omni dedecore infames essent; ac de comite Tolosano addidere a legatis iam ante biennium promissum ipsi fuisse si ad excindendos hæreticos vires coniungeret non modo omnia illius iura illæsa illibataque ei seruatum iri, verum etiam dominiorum ac iurium, quæ spectarent ad hæreticos, plusquam dimidiam partem ad suum principatum transferendã, cum bello parta fuissent: at omnia hæc beneficia spreta, & vetera scelera nouis ab illo cumulata, atque omni beneficio & venia indignum se præbuisse.

De Conuenarum comite respondere, illum cum hæreticis arma iunxisse in catholicos, & Tolosanum comitem ad nefarium bellum suscipiendum incitasse: Fuxensem vero comitem tyrannidem in clerum exercuisse, & carnificinam in crucesignatos, qui aduersus Vauenses hæreticos perrexerant, & veniæ spem ipso Rege interprete oblatam contempsisse: non debere præterea preces fundi pro Gastone Benearnensi, qui Petri de Castro nouo legati apostolici interfectores splendide excepisset, qui anno superiori Ruptarios in ecclesiam principem Oleronensem induxisset, qui in terram proiecerant sacrum Christi corpus, profanarantque theatrali, ac mimico ludo sacrosancta mysteria; atque hæc demum preces addidere.

Monita synodi data Regi Petro,

32 *Serenitatem vestram regalem monemus, & hortamur in Domino, quatenus ad memoriam reuocare dignemini honorem, quem vobis fecit sedes Apostolica, & illum quem in præsentiarum illustri Regi Siciliæ fratrio vestro fecit, quid etiam domino Papa vestra promissistis vnctione, & quid vobis sedes Apostolica dederit in mandatis. Oramus, vt Deus ad honorem suum, & sanctæ Romanæ ecclesiæ, per multa tempora vos conservet. Quod si per hanc nostram responsionem vestræ regiæ maiestati non fuerit satisfactum, nos ob reuerentiam vestram, & gratiam Domino Papæ curabimus insinuare. Dat. Vauri xv. kal. februarij, &c.*

Petri Regis artes.

33 Quibus acceptis Aragonius cum spes suas elusas vidisset, ad alias fraudes se conuertit, vtque inducias patres cum hæreticis facerent ad certum tempus postulauit. At synodus Vauensis cum Aragonium id poscere videret, vt eo nuncio sparso cruce insignita militia dissolueretur, cumetiã hæretici pro innata perfidia induciarum a Rege firmatarum tempore in nostrorum terras excurrerent & grassarentur, illas admittere recusarunt: quibus exasperatus Aragonius coniunxit sese hæreticis, eosque ac bona ipsorum in suam clientelam accepit, atque etiam a Tolosanis, quorum vrbs Francorum Regi obnoxia erat, fidei sacramentum exigere præsumpsit, vtque commissum scelus suborn aret, leuibus propositis rationibus ad sedem Apostolicam prouocauit: quibus tamen præsules minimè detulere, ac legatus apostolicus datis adsumliteris hæreticorum se partibus irretire, illisque copias auxiliares submittere, intempto anathemate vetuit [a].

A Tolosanis præterius sacramentum exigit. Imperia a legato Apostolici facta. [a] *apud Inn. l. 10. ep. 42.*

34. 35 Tentauit aliam Raymundus artem ad ditionem amissam recuperandam. Obtinuerat iam ante ab Innocentio, vt ab hæresis, atque procuratæ Petro de Castro nouo necis crimine, cuius infamia ac vehementi suspicione, laborabat, se purgaret, atque ita traditas antea pontificiæ arces vrbesque, cum apud S. Ægydium a Milone legato in gratiam Ecclesiæ admissus fuerat, recuperaret: excipiendæ verò illius purgationis prouincia Regensi episcopo, & Theodisio canonico Gemensi fuerat data; qui cum in Gallias veniissent, Raymundus initio rem cum ijs gerere neglexit, cum omnia Petri Regis auctoritate & gratia sibi restitutum iri præfideret; catholici vero antistites apud legatos institere non posse ipsos sine nouo pontificio imperio Raymundi purgationem admittere, cum ab eo tempore ingentia scelera fecisset, nec datam antea de pellendis hæreticis fidem seruasset, foretque exploratum ipsum periurio iudicibus pontificijs illusurum, ac postea rem catholicam afflicturum & perditurum. Quibus monitis edocti legati a Vaurensi synodo consilium in ea re flagitauere, patresque respondere, sine nouo pontificio iussu nil tentandum, atque interea oratores ad sedem Apostolicam mittendos. Vnde cum perfecta synodo Raymundus vrgeret legatos Regensem episcopum & Theodisium, vt purgandi sui potestatem facerent, seque ad excipienda apostolica imperia paratissimum exhiberet; rationes exposuere, cur id fieri non posset, cuius culpa in ipsum derivanda erat.

Legati Ap quib. Raymundi causa commissa, non admittunt Raymundi purgationem.

36. &c. Mox literas [a] ad Pontificem legati misere, quibus significarunt, vt se in commissa prouincia gessissent, rationesque adduxere, ob quas Raymundum comitem ad purgandum se non admisissent, quod nimirum imperia ille a legateis apostolicis data de pellendis hæreticis non fecisset.

[a] *Ext. in reg. Inn. l. 16. ep. 37.* Legati rei gestæ Pontificem certiorem faciunt.

Mittunt ad Innoc. oratores.

41. 42. At patres Vaurenses cum imminens rei Christianæ periculum prudentia sua discussissent, si Raymundo alijsque proceribus lue hæretica aspersis parta crucesignatorum sanguine loca admissa a periuris hominibus purgatione restituta essent, literas [b] atque oratores misere ad Innocentium, qui Regis Aragonum arribus circumuentus erat, ac persuasus Raymundum aliosque proceres hæreseos labo puros esse, profligatam iam penitus in ijs locis hæresim, atque arma in Saracenos conuertenda, aduersumquos eos principes sibi strenuam operam nauaturos pollicebatur. At demum fraus patuit, atque expositis Pontifici Raymundi sceleribus, vt hæresim in sua ditione aleret, mille crucesignatos trucidasset, vectigalia auxisset, viros ecclesiasticos infectatus esset, concessa illi antea purgatio reuocata est. Cum verò huius synodi literæ maximam historiæ lucem allaturæ sint, nullatenus a nobis prætermitti debuerunt.

[b] *Ead. l. 16. ep. 36.*

Sanctissimo in Christo patri ac beatissimo domino suo Innocentio dei gratia summo Pontifici, deuoti, & humiles serui eius archiepiscopi, epis-

scopi

scopi ac alij ecclesiarum prælati in concilio apud Vaurum, pro sancta fidei congregati negocio, cum omni affectione congruum vitæ spatium, & salutem.

Accus. capita in Tolos. com.

43 Restant adhuc reliquiæ pestis, Tolosana videlicet ciuitas, cum castris aliquot, vbi tanquam sordes in sentina cadentes residuum prauitatis hæreticæ se collegit. Quorum princeps comes scilicet Tolosanus, qui ab antiquis temporibus, sicut multoties iam auditis, hæreticorum & fautor extitit; & defensor, pro viribus, quæ sibi remanserunt, impugnat Ecclesiam, & quoad potest pro fidei hostibus, eius cultoribus se opponit. Ex quo enim a sanctitatis vestræ redijt præsentia cum mandatis, in quibus vltra omnem suorum exigentiam meritorum egeratis misericorditer cum eodem, introiuit, sicut manifestè videtur, angelus sathanæ in cor eius, & gratiæ vestræ beneficiorum ingratus, de ijs, quæ coram vobis promiserat, nil impleuit. Immo pædagia sæpius abiurata vehementer adauxit, ac si mandatorum ipsorum beneficio renuntiasse intenderet, ad omnes quos sciuit vestros, & Ecclesiæ Dei aduersarios se conuertit. Sanè per Othonem Dei & Ecclesiæ inimicum opinatus contra ipsam Ecclesiam vires assumere, sub ipsius confidentia manifestè, sicut asseritur, minabatur, quod Ecclesiam de finibus suis, & clerum radicitus extirparet, hæreticos, & rotarios, quos multoties abiurauerat, ex tunc feruentius solito fouere fluxit, & tenere. Cum enim catholicorum exercitus obsideret Vaurum, vbi sedes erat sathanæ, ac quasi erroris hæretici primatia: ij se in subsidium peruersorum misit milites, & clientes, & in castro suo, quod Casseri appellatur, fuerunt inuenti & combusti a crucesignatis plusquam quinquaginta hæretici de vestitis, præter credentium eorum multitudinem copiosam.

Defensa ab eo hæresis.

Calcata Apost. imperia.

Iunctum cum Othone fœdus.

Oppugnati crucesignati.

Exciti hostes Eccl.

44. &c. Inuocauit etiam contra Dei exercitum Seuericum Regis Angliæ inimici Ecclesiæ senescallum, cum quo Christi pugilem, prædictum comitem Montisfortis, apud castrum nouum Arrij obsidere præsumpsit: sed Christi dextera faciente, cito fuit eius præsumptio in confusionem conuersa; ita vt pauci catholici infinitam Arrianorum multitudinem effugarent. Prædictorum autem Othonis, & Regis confidentia defraudatus, vt qui baculo arundineo nitebatur, cogitauit iniquitatem abominabilem, & catholicis auribus detestandam, & ad Regem Marrochitanum suos nuncios destinauit, subsidium eius non solum in terræ nostræ, sed totius Christianitatis excidium implorando. Sed conatum eius, & damnabilem intentionem superna pietas impediuit. Episcopum Agennensem a sede propria expellendo, bonis omnibus spoliauit, abbatem de Moyssiaco cepit, & abbatem montis Albani ferè per annum tenuit captiuatum. Rotarij quoque ipsius, & complices, peregrinos clericos, & laicos innumerabiles varijs affecere martyrijs, & nonnullos detinent, ac diuinis tenuere captiuos. In omnibus ijs non est auersus furor eius; sed adhuc manus eius extenta: ita vt fiat quotidie semetipso deterior, & omnia mala, quæ potest, per se ipsum, & filium, ac complices suos Fuxensem, & Conuenarum comites, & Gastonem de Bearno, viros sceleratissimos, & peruersos contra Dei Ecclesiam operetur. Cum autem vltione diuina, & censura ecclesiastica memoratus athleta fidei, comes Christianissimus Montisfortis terram ipiorum, tanquam hostium Dei, & Ecclesiæ sancto & iusto prælio occupauerit ferè totam,

Implorata a Rege Marroch. auxilia.

Prælules male habiti.

ipsi adhuc persistentes in sua malitia, & humiliare se sub potenti manu Domini contemnentes, nuper ad Regem Aragonum recurrerunt, per quem forte intendunt vestram circumuenire clementiam, & Ecclesiam fugillare, &c.] Eiusdemque argumenti literas a Burdegalensis Vasatensis, & Petragoricensis episcopi ad Innocentium misere. Præterea scripsit b ad Innocentium Biterrensis episcopus, ac supplicibus votis contendit, ne ab Aragonum Regis faucibus se irretiri pateretur.

a Reg. l. 16. ep. 45.
b Ib. ep. 44.

48. &c. His acceptis literis auditisque præsulum Montfortijque oratoribus, qui immania Raymundi aliorumque procerum flagitia sedi Apostolicæ exposuere, Innocentius, cum se delusum ab Aragonum Rege videret, ipsius oratorum petita repulit, iussaque antea Montfortio data, vt prædictis comitibus ablata restitueret, vt surrepta rescidit; si tamen ijdem comites conciliari Ecclesiæ cupiant c, eam rem se legato apostolico commisisse: imperare se, vt Aragonius indicias cum Montfortio ineat, religioseque obseruet, & si Tolosani & prædicti principes viri perstarent in scelere, se ad eos excindendos crucesignatas copias immissurum; atq; adeo præcipere, ne perfidis viris auxilium operamque explicaret: alioquin ipsum Dei, hominumque odia, ac iustas pœnas incursurum.

c Ep. 48.

Iusidiæ Montfortio comparatæ.

51 At non paruit Aragonius Pontifici, verùm vt dolis infructus erat, Montfortio insidias struere cœpit d: incundi quippe prope Narbonam colloquij specie, firmata munitaque præsidio Aragonensium Tolosa, non Aragonios modo, sed rotarios hæreticosque ac suos adduxit, adeo vt Montfortius suæ saluti consulens, ab eo se colloquio subduxerit. Nec multò post Catalanis in Montfortij terras excurrentibus, ac grassantibus, Montfortius per legatos pacem a Petro hagitauit, ac si ob hæreticorum occupatas terras sibi infestus esset, pontificijs iussis in omnibus se pariturum, & discordiam æquitate compositum iri significauit: quas pacis oblatas leges respuente Aragonio, res in apertum bellum erupit; cum antea clam Aragonius comitis dignitati capitique insidias compararet. Sed antequam huius belli, quod prælio cruentissimo, in quo Petrus Rex occubuit, confectum est, historia recenseatur, sciendum est a Pontifice, Aragonum Regis consilij perditissimi inscio, datum fuisse IV. non. iulij diploma, quo promissam ab Vrbano II. Aragonum Regi apostolicam clientolam nunquam detuturam pollicitus est e.

d Petr. Val. hist. Albig. c. 57.

e Innoc. l. 6. ep. 88.

52 Dignissimus quidem erat pontificio patrocinio Petrus Rex ob eximium antea erga sedem Apostolicam demonstratum studium, cui etiam regium diadema debebatur, ob egregias virtutes, quæ in ipso emicabant, ob partas de Saracenis victorias, ad quos in Castella profligandos anno superiori maxima bellica facinora ediderat, niti tot laudes suscepto hæreticorum patrocinio deformasset; adeo vt eius calamitas principibus, qui se hæreticorum fœderibus inquinant, exemplo esse possit. Aliam etiam maculam susceperat; Mariam enim Reginam a se repulerat, atque, vt scribit Surita f, in concubinarum, quas illi hæretici submittebant, amores se effuderat: agitataque tum in Gallijs tum Romæ matrimonij, quod irritum contendebat, controuersia, lata est hoc ipso anno sententia pro Regina. Extant ea de re ad ipsam g, atque etiam ad Petrum h pontificiæ literæ; quem Innocentius vxorem grauissimis incussis minis recipere iussit: sed apostolica imperia nil valuere; Regina

Aragonij Regis virtutes fœdatæ.

f Surit. l. 2. c. 63.

Iussus Rex Arag vxorem recipere.

g Inn. l. 5. ep. 219.
h Petr. eund. epist.

gina enim a Pessulanis malè habita apud Innocentium questa fuerat, qui Narbonensi archiepiscopo alijsque præsulibus ferendi illi auxilij prouinciam dedit a.

a Innoc. l. 16 ep. 29.

Petr° Rex Mõtfortio bellũ mouet.

53 Vtinam Petrus monentem consulentemque Innocentium audisset: cum enim in speciem se Pontifici pariturum iactaret, grauiorem belli molem in Montfortium comparabat, ac ferocius quà vi, quà dolo grassabatur. Potentissimo demum succinctus exercitu in Tectosages irrupit, vt eas regiones crucesignatorum armis partas hæreticis redderet, suæque subijceret ditioni. Late iam ille sui terrorem circumtulerat, ac plura loca ad deditionem partim metu adduxerat, partim in suas partes pellexerat, cum Murellum tribus leucis Tolosa dissitum fossis muriisque debile, sed præsidio forti munitum feria tertia postridie Virginis natalitijs diei sacræ, vt ait Paritius b, obsidione cinxit. At Montfortius accepto nuncio Murellum periclitari, ni maturè procurreret, impigrè exiguas, quas habebat, copias corripit: cui iam profecturo c, perculsa metu vxor ait tristibus præsagijs insusurrauit, quòd dormienti ex vtroque eius brachio sanguis magra vi emanare effundique visus esset. Cui comes: *Certè etsi somniassem hac nocte me interficiendum esse in bello, ad quod propero, securius & liberius irem, vt stultitia Hispanorum, & hominum terræ huius, qui somnia curant, & auguria, plenius contrairem.* Cumque Sauerdunum peruenisset, ingressus templum ingenti pietate delibutus, gladium, quo præcinctus erat, altari imposuit, fundensque preces ait: *O bone domine! o Iesu benigne, tu me licet indignum ad tua prælia elegisti, desuper altare tuum hoc arma accipio, vt præliaturus prælia tua a te accipiam initium præliandi.*

b Par. hist. Angl. Murellum obsidet.

c Ib. ep. 71. Spernenda somnia.

Eo prouolat Montfortius. Arma ex altari sumit.

54 Moturus Sauerduno cum insigni vitæ discrimini se commissurus esset, animæ maculas confessionis sacramento expiauit, testamenti tabulas scripsit, abbatique Bolbonæ commendauit, vt si in bello caderet, summo Pontifici confirmandas deferret. His addit Guillelmus de Podio Laurentij Montfortium, cum ab eodem abbate deterreretur, ne cum exiguis copijs Regem Aragonum bello exercitatissimum ac viribus præpotentem adoriretur, respondisse non timendum, qui in Dei Ecclesiam adulteræ vnius amore coniurasset; interceptasque eiusdem literas protulisse, quibus Rex præclarissimo coniugatæ Tolosanæ scribebat inter alia verborum lenocinia se illius amore captum ad Gallos depellendos venisse: quas literas, vt testes impietatis Petri Regis Montfortius secum deferebat in prælio. Mox acie triplici composita, instructaque, Murellum tetendit. In medio itinere id nouum contigit, quod auctor miraculo ascribit. Timebatur ne certo iniquiore loco Altam ripam inter ac Murellum hostes occurrerent, copioso tum præsertim imbre effuso; verùm cum Montfortius sacrum templum ingressus, preces Deo funderet, discussis nubibus cælum clementius ac serenum emituit, atque ex periculo diuina virtute euasit.

Condit te stamentũ.

Regis Aragonij insignis velatura.

Contemptæ eum Montfortius.

Precibus obtinet se dari imprem.

55 In eo rerum discrimine Narbonensis archiepiscopus Apostolicæ sedis legatus magnam præsulum multitudinem congregari iusserat, vt bellum sedaret: cumque Regem Aragonum solicitasset, vt in colloquium cum præsulibus veniret, derisit Rex antistitum preces, adiecta in auxiliares Montfortij copias verborum contumelia: frustra ipsos ob quatuor gregarios milites, quos secum adduxerant, colloquium cum regia maiestate deposcere: Tolosani verò respondere, sine Aragonum Rege cum ijs agere sibi integrum non esse. Feroci hoc responso non deterriti præsules insigni demissionis Christianæ exemplo illius animum emollire sunt aggressi: communi enim consensu nudis pedibus illum adire decreuerunt, vt ab hæreticorum tuenda causa, impugnandaque Ecclesia precibus auocarent, præmisereque viros religiosos, qui episcopos hac de causa aduentare significarent, quamquam pia eorum industria deluisa est.

Legati Ap stolici pro pace adhibẽdi.

Superbum illi datum a Rege Arag. responsum.

56 Captata interim occasione hostes in obsessam arcem irrumpere tentarunt. Conclamatum itaque est ad arma, atque audacissimi quique cæsi. Cumque frustra præsulum preces consumptæ essent, ad decernendum prælio cum Rege Montfortius se comparauit: in quo si inuadendi hostis audaciam mirentur alij, cum octingentos equites cum centum millibus conferre meditaretur, prædicent alij bellicam virtutem, qua cæsis viginti circiter millibus, octo a tantum e suis amisit; plus ego longè pietatem ardentemque ad fundendum pro Christo sanguinem animum suspicio, de quo hæc Petrus Vallisarnensis: *Cum intraret comes munitionem castri, vt se armaret, & transiret ante basilicam suam, subito introspexit, & vidit Vticensem episcopum celebrantem missam, & dicentem: Dominus vobiscum; post euangelium, ad offerendum statim cucurrit comes Christianissimus, & flexis in terram genibus, & innitis manibus ante episcopum dixit ei: Do & vobis offero animam & corpus meum. O deuotio principis! post hæc intrans munitionem armis se munit, redeunsque ad episcopum in prænotata basilica denuo obuiat se ei & arma sua.* His robur & præsidium diuinum promeruit, vt quamuis paucis copijs, numerosissimos Regis Aragonij comitumque Tolosani, Fuxensis, Conuenarum aliorumque procerum exercitus prostrauerit. vtque tanto miraculo maior concilietur fides, Petri Vallisarnensis, qui his interfuit, verba adducamus.

a Ford. Mss. Bibl. Vat. sign. n. 3960

Montfortij cõmendatio se Deo pietas.

Inuictus illius animus.

57 *Consuluit comiti miles quidam, vt numerari faceret milites suos, & sciret quot essent. Cui comes nobilis: Non est, inquit, opus, satis sumus ad superandum per Dei auxilium hostes nostros: omnes autem nostri inter milites & seruientes in equis non erant plusquam octingenti, cum hostes centum millia esse crederentur, pauciissimos autem & quasi nullos pedites nostri habebant. Insuper & comes nobilis inhibuerat, ne quis pedes egrederetur ad pugnam. Dum igitur comes & milites nostri mutuo loquerentur, & de bello tractarent, ecce archiepiscopus Tolosanus aduenit habens mitram in capite, in manibus verò vinifica lignum crucis; mox nostri cœperunt descendere de equis & singuli crucem adorare: episcopus autem Conuenarum vir mira sanctitatis videns, quòd in ista adoratione crucis nimia fieret mora, arripiens de manu Tolosani episcopi lignum crucis ascendens in locum eminentiorem, signauit eos, dicens: ite in nomine Iesu Christi & ego vobis testis sum, & in die iudicii fideiussor existo, quia quicumque in isto glorioso occubueris bello, absque vlla purgatorij pœna æterna præmia & martyrium gloriam consequetur, dummodo confessus sis & contritus, vel saltem firmum habeat propositum, quod statim peracto bello super peccatis, de quibus nondum fecit confessionem, offendet se sacerdoti. Qua promissione ad instantiam nostrorum militum reperta sæpius & & multoties ab episcopis confirmata, statim nostri*

Octingenti inuadere parati centũ millia hostiũ.

Illorum pius feruor in crucis adoranda.

Indulgentiæ ijs datæ.

Expiant conscientiam.

per

pit certâ contritionem & oris confessionem mundati a peccatis, & donantes sibimetipsis, si quis aduersus aliquem querelam haberet. His consentanea scribit Guillelmus de Podio Laurentij: *Diem*, inquit, *infantem exaltationis sanctæ crucis bello crucifixi pugiles elegerunt & factis confessionibus peccatorum, & audito ex more diuino officio cibo salutari alteria refecti & prandio sobrie confortati arma sumunt, & ad prælium se accingunt*, Pergit Vallisarnensis: *Egrediuntur de castro, & tribus acielus dispositis, in nomine Trinitatis contra hostes intrepidi procedebant: episcopi autem & clerici intrauerunt ecclesiam deprecaturi Dominum pro seruis suis, qui se pro eius nomine morti exponebant certantes, sic orantes & clamantes in cælum, quod vincentes dici potius deberent, quam orantes.*

Guill. de Podio Laur. in chr. c. 21. Dies exaltationis S. Crucis delectus ad prælium.

58 *Ibant igitur milites Christi gaudentes ad locum certaminis* *, *pro eius nomine non solum contumeliam, sed & mortem pati, qui egressi de castro in campi planitie iuxta castrum viderunt hostes paratos ad pugnam quasi totum mundum.* Verùm Parisius Regem Aragonum adeo sibi præfisum ait, vt tunc mensæ accumberet, cum eum pater Montfortius, cuius facetum hoc dictum affert: *Per exploratores nouerat comes Simon, quòd Rex Aragonum se paranit (tam securus fuit) vt ad mensam sederet prandium: vnde comes iocosè dixit super hoc certificatus cum esset: Certè seruiam ei de primo ferculo. Vnde primus ipse Rex Aragonum gladio transfossus, antequam vel buccellas panis deglutisset interemptus occubuit*, cuius rei historiam ex Vallisarnensi prosequamur: *Statim prima acies nostra audacter in hostes insilit, & in ipsos medios se immisit: mox secunda subsequitur, hostes penetrat sunt prima, in quo congressu Rex Aragonensis occubuit, & multi Aragonenses cum eo; ipse enim vtpote superbissimus in secunda acie se posuerat, cum Reges semper esse soleant in extrema: insuper arma sua mutauerat, armisque se induerat alienis.*

* p armis

Hostium prima acies cæsa. Par hist. Angl. Facetum comitis dictum.

Rex Arag. in secunda acie occubit.

Subdit, vt Montfortius in sinistrum hostilis exercitus cornu irruperit, quanta subierit discrimina, quamque egregia facinora in penetrandis clidendisque hostibus effecerit, ac tum maximè, cum ab hoste in capite percussus pugnum ita valide illius mento illisit, vt equo deiecerit: quo viso infinita hostium multitudo perculsa in fugam sese dedit: *Quod videntes nostri, illi videlicet qui fuerant in prima acie, & in secunda, instantissimè insecuti sunt fugientes, & grauissimè profecuti, extremos etenim cadentes ex ipsis multa millia occiderunt. Comes verò noster, & illi qui cum eo erant, lento cursu post nostros qui eos insequuntur, de industria sequebantur, vt si forte hostes conglobarent se, & resumerent animos resistendi, nostri qui fugientes diuisi alter ab altero consequebantur, ad comitem possent habere recursum. Nec silendum quod comes noster nobilissimus non est dignatus in bello aliquem percutere, ex quo fugientes vidit & vertere sibi tergum.*

Periclitatur Montfortius. Hostes fugat. Parcit fugientibus.

59. &c. Subiungit auctor, Tolosanum episcopum visa hostium strage in Tolosanos, qui castro impugnando instabant, pietate permotum virum religiosum ad eos misisse, vt ad faciendam deditionem hortaretur, acque in securitatis tesseram cucullum suum (erat namque monachus) traderet. At illos re spreta nuncium vulnerasse, ac mox fusos deletosque: postea Montfortium, parta victoria, ad Aragonij Regis intuendum corpus, quod iam gregarij milites spoliarant, illuc duci se iussisse, magnoque dolore e tristi spectaculo affectum: *Pissimus autem comes videns Regem iacentem prostratum, descendit de equo, alterum Dauid super Saul alterum representans. His omnibus rite peractis & de hostibus fidei tam submersione, quam gladio circiter viginti millibus interfectis, Christianissimus comes intelligens tantum miraculum Dei virtute, non humanis viribus factum esse, ab illo loco, vbi descenderat, nudus pedes ad ecclesiam perrexit omnipotenti Deo pro collata victoria gratiat repensurus: equum etiam suum & arma dedit pauperibus in eleemosynam.* Discant ex insigni eadem victoria principes, virtutem bellicam pietatis studio non eneruari, sed confirmari. Extant de his præsulum triumphales literæ hoc loci & temporis nota consignatæ. *Datum Marcilli, in crastino victoriæ gloriosæ, scilicet sexta feria, intra octauas nativitatis B. Mariæ, anno Domini* MCCX II.

Montfort. dat equi & arma pauperib. Pietas virtuti bellicæ non cõtraria.

62. Suspiciat hic lector insigne diuinæ prouidentiæ miraculum, quæ suos tuetur, atque in eos asperius animaduertit, qui, cum antea in sius obsequio essent addictissimi, insigni postea perfidia defecerunt: Petrus enim Rex, qui cum paucis copijs sæpius crucis hostes etiam anno superiori cum Castellæ & Nauarræ Regibus ad ducenta prope millia trucidarat, tunc cum potentissimo exercitu, dum impijs sese adiungit, primo crucesignatorum paucorum impetu obtritus est: cuius corpus diu insepultum mansit, cum anathemate contracto obijsset, vt eius soror Constantia Augusta (fuerat illa mortuo primo viro Rege Hungariæ, Friderico tum Regi Siciliæ anno Christi MCCIX. matrimonio iuncta) quæritur a.

Diuina iustitia in Petro cæso emicat.

63 Præ cæteris tantæ b victoriæ nuncio inhorruerant metu Tolosani, oblatisque obsidibus iugum se ac leges accepturos præfetulere: vtque insita hæresi perfidia est, paulo post recusarunt. At comes Montfortius in comitis Iuxensis terras irruptione facta obuia populatur, Iuxi suburbium flammis dulet, ac mox in Prouinciam excurrens, Ademarum Valentiæ comitem, alioſque nobiles, partim compescuit & fregit, partim metu armorum ad suas partes adduxit.

a Eius litera ext in cod Bafil. S Petri. b Pet. Val. hist. Albig. c. 74. 75. Montfortij alia facinora.

64 Defecere interea a Montfortio nonnullæ vrbes, inter quas mons Pelulanus & Narbona, quæ, Aymerico illius domino annuente, Aragonios excepit. Defciuit in Caturcensi prouincia Olima, quæ insigni proditione Iudæque æmula, euocatis ruptarijs (erant ij, vt alibi dictum est, publici latrones omnibus sceleribus inquinatissimi) Balduinum comitis Tolosani fratrem, sed adeo insignem virtutibus fideique vindicem, quam illehæreti perfidiaque infamis erat, secure nocte dormientem, vt qui inter suos versaretur, cum eius loci dominus esset, hostium manibus crudelissimis tradidit. Triumphantes ergo sicarij Balduinum ad montem Euæ fortissimam arcem, cui Francorum præsidium impoſuerat, duxere, atque imperarunt, vt arcem sibi dedi iuberet: at ille præsidiarios id facere vetuit, etiamsi ob id suspendio se necari intuerentur, sed strenue sese defenderent. Quo audito ruptarij ad frangendam illius constantiam duobus diebus ei omnem cibum potumque subduxere, cumque per confessionem expiata conscientia dominicum corpus postulasset, id permittere noluere: at Balduinus, vt refert Petrus Vallisarnensis c: *Ex quo, inquit, mihi diuinis sacramentis communicare non permittitur, ostendatur mihi saltem Eucharistia, videlicet salus mea, vt in vita ista videam Saluatorem meum; qua a capellano lauata & ostem-*

Plures ab eo deficiunt. Balduinus comes. Raymundo fratri dissimilis. Capitur proditione. Eius constantia.

c Ep. 75. hist Albig. Pietas ac fides.

ipsum , *comes eam deuotissimè adorauit* .

65. &c. Traductus montem Albanum fratris comitis Tolosani & comitis Fuxi aliorumque manibus expositus est , qui inflammati furore suæ immemores dignitatis ex comitibus in carnifices conuersi crudelissimam morte , quam narrat auctor , Christi pugilem affecere : *Mox*, inquit, *comes Fuxi*, inquit *& filius eius a patris malitia non degenerans, & Bernardus de Portellis ligauerunt funem in collo viri nobilissimi, ipsum de voluntate imo de precepto comitis Tolosani suspensuri: quod videns vir Christianissimus instanter ac humiliter quæsiuit confessionem & viaticum , sed canes crudelissimi vtrumque ei penitus denegarunt , quibus miles Christi : Ex quo* (*inquit*) *non licet me vsticuere sacerdoti , testis est mihi Deus quod prompta voluntate semper & ardenti Christianitatem & dominum meum comitem Montisfortium* [a] *& pro hac & in hac defensione volo mori . Vix verba compleuerat , ecce tres pranotati traditores elevantes eum a terra ad nucis arborem suspenderunt* . Quis non horreat tantam crudelitatem comitem Tolosanum Caini instar in fratrem exercuisse? Sed a tunesta adeo ac tetra barbarie stylum reuocemus .

Iussu fratris crudelissime occiditur.

[a] *celui* .

Immanitas hæretcorum .

68 Hoc anno Innocentius epistolam ad Senonensem archiepiscopum dedit , qua cum de sacrosanctæ Eucharistiæ sacramento tam mirifice & diuinitus gestam referat , opportune videtur accuenda .

Archiepiscopo Senonensi .

Operante a illo , qui semper suam fœcundat Ecclesiam noua prole , dilectum filium N. . Iudæum præsentium , qui ad nos de partibus tuis Iudæus accesserat , ad te remittimus Christianum : cuius conuersionis modum , & ordinem , quia delectat Dei magnalia enarrare , præsenti pagine , secundum quod accepimus ab eodem , duximus inserendum . Nuper igitur in domo patris * eiusdem habitabat quædam mulier Christiana , quæ a catholica fide adeo facta fuit , Iudeis seuocentibus , aliena , vt constanter assereret , erroris Iudaici tenebris obuoluta , quod Christus sibi nec prodesse poterat , nec obesse , ac tantum valere panem de cuuislibet mensa sumptum , quantum Christianorum hostiam , quæ sumitur in altari . Hæc pœnam incurrere metuens , si fidem Christi publice abnegaret , in festo resurrectionis Dominicæ tunc instantis , ad ecclesiam cum Christianis accessit , & acceptam Eucharistiam , ac reseruatam in ore , in manu patris * prædicti N. . qui tunc Isaac vocabatur , proijciens , in hac verba prorupit : Ecce saluator meus , vt asserunt Christiani ; qui cum in quadam pixide vacua , quam habebat in arca , reponere vellet illam , suem quendam ad ostium suum vocante , formidans , ne inueniretur casu fortuito apud ipsum , in alia pixide in qua erant septem libræ Parisienses ipsa nescienter , præ festinatione reposita , pulsauit ostium referauit . Et cum expeditus ab eo redijsset ad arcam , & in pixide vacua , in qua se dictam hostiam posuisse credebat , non inueniret eandem , inspecta reliqua , in qua pecuniam posuerat antea , eam non vtique denarijs , sed hostijs plenam vidit .

a *Ep.* 85.

*portitoris

Apostatæ famulæ factum.

b portitoris

Nummi præsentes Eucharistia diuinitus mutati

69. 70 Amicos igitur stupefactus , & trepidus conuocauit , & eis reuelans per ordinem suprædicta , cœpit in eorum præsentia hostias vertere cum festuca , vt illam , quam viderat aliquantulum humectatam , cum tradita sibi fuit , ab alijs segregaret , sperans denarios ad naturam redire propriam hac amota . Quo eam discernere ab alijs non valente , circumstantes magnitudinem diuini miraculi aduertentes , deliberauerunt ad fidem accedere Christianam ; sed alijs cum Abrahæ pueris expectantibus , idem N. . rogauit virum ... regio marescallo vxorem suam , filiosque commendans , & rogans eumdem , vt eos omnes faceret baptizari , ad nostram duxit præsentiam accedendum : quem post multas collationes , super lege , ac prophetis habitas cum eodem , venerabilis frater noster Tusculanus episcopus diligenter instructum in fide catholica baptizauit . Cum igitur huius noua plantatio , non solum rore doctrinæ rigenda sit , sed etiam temporalibus beneficijs nutrienda , vt ei Dominus tribuat incrementum , fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus , quatenus ei , ac familiæ suæ ad fidem Christianam conuersæ taliter facias in vitæ necessarijs prouideri , quod pro defectu temporalium retro aspicere non cogantur , vel propter hoc ad sedem Apostolicam denuo laborare ; inquisiturus super præmisso miraculo plenius veritatem , & eam nobis fideliter relaturus , &c. *Dat. Laterani* VI. *id. iunij* .

Iudæi viso miraculo conuersi.

Commendatur ab Innoc. Senonensi archiep.

71 Illustrauit hoc anno Galliæ felici ad Deum transitu Stephani sanctissimi episcopi Diensis , in vita , ac post obitum miraculis clarissimi , de quo supra meminimus a . Illum verò eum morbo implicitus erat , alienos morbos curasse magno pietatis exemplo , vt beneficium quod sibi negabat , alijs conferret , tradit vitæ auctor, ex quo hæc digna memoria delibamus : *Imminente autem vitæ huius termino , quo Dominus eum a labore ad requiem perducturus erat , in morbum incidit , & extrema gaudii Diensis ecclesia luctus occupauit . Videres tum ecclesiæ suæ filios cursitantes cum multis & religiosis & popularibus , humanitatis studio ei sua officia exhibentes , sui quisque profectus gratiam promereri cupientes circa frequens ministerium sollicitos , pha macæ comparantes & fomenta : sed seruo Dei nihil horum cura erat , quippe qui sciret adesse migrationis tempus . Virgentibus autem ecclesiæ suæ filijs , vt testamentum faceret : Nonest , inquit , necesse , cum omnia sint sponsæ meæ , quam gubernandam suscepi . Benedictionem & consilium petentibus non negabat : de mutua charitate & concordia omnes pariter admonebat . Porrò quadam ægrota mulier , quæ nulla medicorum arte poterat curari , vt angelus virum Dei decumbere , pro recuperanda salute eius benedictionem summoperè expetit; tandem ad illum intromissa benedicitur , & sana recedit . Ita ille vir sanctus , cuius memoria in benedictione est , dum corporis aduersa valetudine contabescit , alijs sanitatem impetrat . Videns autem aduesse supremum vitæ diem confitetur peccata sua , petit ecclesiastica sibi seruigi sacramenta , cunctisque ritè atque ordine confectis , inter verba orationis migrat ad Dominum septembris die septimo , anno salutis millesimo ducentesimo tertiodecimo , ætatis suæ quinquagesimo octauo , episcopatus sexto .*

S. Stephanus episc. Diensis mors.

a *Apud Surium* 5. *die* 7. *sept.* c. 14. 15.

Episcoporum decedentium bona ad Ecclesias pertinere ait.

Moriturus alienos morbos curat.

Sacramentis se munit .

72 Eodem etiam anno Christi virgo Maria Oignacensis migrauit ad spensum , vt testatur Jacobus Vitriacensis , S. R. E. Cardinalis , qui familiaritate ipsi coniunctissimus fuit , nec ideo præsens adfuit , sed a Fulcone Tolosano archiepiscopo rogatus , qui in Belgium ad contrahendam in Albigenses crucesignatorum b auxilia venerat , admirandæ sanctæ virginis gesta conscripsit c : *Aliquando ad dies triginta quinque in tranquillo & beato silentio , cum Domino suauiter quiescens nulla corporea vescebatur esca , & per dies aliquot nullum*

Mariæ Oignacen. obitus.

b *Iacob. de Vitr. in præfat. & c.* 12.

c *Id. Lib.* 2. *c.* 13. *apud eund. Surium* 3. *die* 23. *iun.* d *Apud Surium* 4. *d.* 9.

nullum paterat proferre sermonem, nisi hunc solum: Volo corpus domini nostri Iesu Christi: quo percepto rursus cum Domino in silentio permanebat: illis verò diebus sentiebat spiritum suum tanquam a corpore separatum, sic esse in corpore ac si in luteo iacet vase, & ipso suo corpore tanquam luteo vestimento circumdari: ita ergo a rebus sensibilibus abstracta, & supra se in quandam ecstasim rapta, tandem post hebdomadas quinque ad se reuertens aperiebat os suum, & mirantibus illis qui aderant, loquebatur, cibumque sumebat.

73 Hoc anno magni bellici motus inter Philippum Francorum & Ioannem Angliæ Reges excitati, qui, resipiscente tandem Ioanne, Innocentij Romani Pontificis iussu sedati fuere. De his dicturi, audiamus in primis, quæ Matthæus Parisius huius anni initio initorum tradidit: *Galfridus Eboracensis archiepiscopus, postquam per septennium pro libertate Ecclesiæ, & executione iustitiæ exilium passus est, atem clausit extremum. Eodem anno mense ianuario redierunt a curia Romana Stephanus Cantuariensis archiepiscopus, Willelmus Londoniensis, & E.. Eliensis episcopi, & habito in partibus transmarinis concilio, regi Francorum & episcopis Gallicanis cum clero pariter & populo sententiam, quæ in Regem Anglorum Romæ pro contumacia lata fuerat, solemniter promulgarunt: deinde ex parte domini Papæ tam regi Francorum, quàm cæteris vniuersis in remissionem suorum peccaminum iniunxerunt, vt omnes pariter ad Angliam hostiliter accedentes, Ioannem Regem a regni solio deponerent, & alium qui dignus esset, auctoritate Apostolica subrogarent. Tunc Rex Francorum * dim desideratam intelligens accinxit se ad pugnam, &c.* De expeditione ab eo confecta dicere pergit. His quoque de rebus agens Rigordus ita scriptis mandauit: *Causa quæ Philippum regem magnanimum mouerat ad hoc, vt vellet in Angliam transfretare, fuit vt episcopos, qui diu a sedibus suis eiecti in regno suo exulabant, suis ecclesijs restitueret, vt diuinum seruitium, quod iam per septennium in tota Anglia cessauerat, faceret renouari, & vt ipsum regem Ioannem, qui nepotem suum Arturum occiderat, qui & plurimos parvulos obsides suspenderat, & flagitia innumerabilia perpetrauerat, vel pœnæ condignæ subijceret, vel a regno prorsus expellens, secundum agnominis sui interpretationem omnino efficeret sine terra.*

Sententia in Angl. Regem promulgatur in Gallijs.

Phil. Apost sedis iussu in Io: bellũ mouet.

* horum

Causæ ob quas illud susceperit.

Qua arte Ioannes periculum declinarit. Mittit oratores ad Innoc. *alb. ep. 132*

74 &c. Impendentis discriminis terrore & metu concitatus Ioannes Rex oratores cum literis legauit ad sedem Apostolicam, quibus ratum se habiturum pollicebatur, quidquid in Cantuariensis ecclesiæ negocio apud eandem sedem egissent: cui Pontifex ita rescripsit a.

Innocentius, &c. Non agitur tantum de negocio Cantuariensis ecclesiæ, sed de totius ecclesiæ Anglicanæ, quam impie persequendo niteris ancillare, propter quod anathematis vinculo meruisti innodari: *& infra*, Ij verò tres nuncij nobis ad vltimum obtulerunt, quòd secundùm illam formam satisfacere promittebas, quam per dilectos filios P.... subdiaconum, & fratrem D.. familiares nostros tibi curauimus destinare. Verùm cum per te stererit, quominus secundùm eandem formam pax fuerit reformata, & postea peiora prioribus attentaueris, nos ad eam, quæ pro maiori parte gratiam continebat, minimè iam tenemur, cum ipsa gratia reddideris te indignum. Vt autem vincamus in bono malum, & omnem tibi excusationum materiam auferamus, adhuc eam

Vt se cum ijs gesserit Pont.

parati sumus seruare; si vsque ad kalendas iunij proxime venturas, per iuramenta quatuor baronum tuorum iurantium te præsente, ac mandante in animam tuam, & per patentes tuas literas repromiseris, quod eam fideliter, & efficaciter adimplebis, secundum expositiones & explanationes, quas ad omnis dubitationis scrupulum removendum duximus adhibendas, & infra eundem terminum hoc totum significaueris per tuas patentes literas venerabili fratri nostro Stephano Cantuariensi archiepiscopo, & qui cum eo sunt, episcopis suis: *Et infra*. Alioquin eius exemplo, qui populum suum de seruitute Pharaonis in manu valida liberauit, Anglicanam ecclesiam in forti brachio de seruitute tua studebimus liberare prædicantes nunc tibi veraciter, & constanter, quod si pacem recipere, cum vales, non vis, cum volueris, non valebis, eritque inutilis pœnitentia post ruinam, sicut per eorum exempla potes cognoscere, qui diebus istis similia præsumpserunt.] Postremis verbis Pontifex ad Othonem alludere visus est, a quo magna iam principum imperij pars ob perfidiam peruicaciamque aduersus Romanam ecclesiam delecerat. Præcipuæ concordiæ pactiones fuere, vt Rex in primis se iureiurando deuinciret pontificijs imperijs parituri, ac præsules in exilium actos suis sedibus ac bonis restitutum iri; quibus iussis alijsque sibi iniunctis, vt demissione Christiana Anglorum Rex obtemperaturum se spopondent, ex ipsius publico edicto a patet.

Incussæ Ioanni mulctæ.

a Extat. in reg. Inn. l. 16. n. 80.

78 Addit Parisius b: *Rebus, vt tam diffusum est, expeditis, conuenerunt iterum Rex Anglorum, & Pandulphus cum proceribus regni, apud domum militum templi iuxta Doueram, decimoquinto die maij in vigilia dominicæ ascensionis: vbi idem Rex, iuxta quod Romæ fuerat sententiatum, consignauit coronam suam, cum regnis Angliæ & Hyberniæ in manus domini Papæ, cuius tunc vices gerebat Pandulphus memoratus; facta autem resignatione, dedit Papa & eruit successoribus regna prædicta, quæ & charta subscripta confirmauit*; hæc auctor. Id vero illum præstitisse exigente pietatis sensu aliorum Regum exemplo, putandum est, vt ipse testatur; vel etiam ex humana prudentia, vt cum in apostolicam clientelam susceptus esset, Galliarum Regis impetus, quibus sustinendis impar erat, retardaret, eluderetque; cum sine pontificia ope sceptrum retinere non posset. Cæterum in facti ratione exploranda nullius auctoritas maior videtur, quam vel Innocentij c, qui eam rem Spiritus sancti instinctu, vt infra videbimus, tribuit; vel ipsius Ioannis Regis, qui ipsis verbis suam mentem toti orbi Christiano explicuit.

b Matth. Par. hist. Angl. ann. 1213. & alij.

Regna sua in Pontificem transfundit.

c Inn. l. 16. ep. 83.

Ioannes Dei gratia Rex Angliæ, dominus Hiberniæ, dux Normanniæ & Aquitaniæ, comes Andegauiæ, omnibus Christi fidelibus præsentem chartam inspecturis salutem.

79 Cum Deum, & matrem nostram sanctam Ecclesiam offenderimus in multis, & proinde diuina misericordia plurimum indigere noscamur; nec quid dignè offerre possimus pro satisfactione Deo & Ecclesiæ debita faciendæ, nisi nos ipsos dedamus, & regna nostra, volentes nos ipsos humiliare pro illo, qui se pro nobis humiliauit vsque ad mortem, gratia sancti Spiritus inspirante, non vi inducti, nec timore coacti, sed nostra bona spontaneaque voluntate, ac communi consilio baronum nostrorum offerimus, & liberè concedimus Deo, & sanctis Apostolis eius Petro, & Paulo, & sanctæ Romanæ ecclesiæ matri nostræ, ac domino

Ioã. Rom. Eccl. scribẽdiarius hæc. Publicæ de ea re eius literæ

nostro Papæ Innocentio, eiusque catholicis successoribus, totum regnum Angliæ, & totum regnum Hyberniæ cum omni iure, & pertinentijs suis pro remissione peccatorum nostrorum, & totius generis nostri, tam pro viuis, quàm defunctis: & amodo illa a Deo, & ecclesia Romana tanquam feudatarius recipientes & tenentes, in præsentia prudentis viri Pandulphi domini Papæ subdiaconi, & familiaris, fidelitatem exinde prædicto domino nostro Papæ Innocentio, eiusque catholicis successoribus, & ecclesiæ Romanæ secundùm subter scriptam formam facimus, & iuramus, & homagium ligium in præsentia domini Papæ, si coram eo esse poterimus, ejdem faciemus, successores nostros, & heredes de vxore nostra in perpetuum obligantes, vt simili modo summo Pontifici, qui pro tempore fuerit, & ecclesiæ Romanæ sine contradictione debeant fidelitatem præstare, & homagium recognoscere,

Vectigal ob eo promissum.

80 Ad indicium autem huius nostræ perpetuæ oblationis, & concessionis, volumus, & stabilimus vt de proprijs, & specialibus redditibus prædictorum regnorum nostrorum, pro omni seruitio, & consuetudine, quod pro ipsis facere debemus, saluo per omnia denario S. Petri, ecclesia Romana mille marchas sterlingorum percipiat annuatim, &c.] Insertæ sunt hæ literæ inter eas, quas Innocentius hoc anno dedit a, ac reperiuntur apud Cencium camerarium in libro censuum b; & a Parisio afferuntur, adiectæque sunt literis Innocentij IV. Lugdunensi concilio approbante editis, de quibus suo loco dicemus c.

a Lib. 16. ep. 78.
b Exstat in bibliot.

81 His adijcit idem auctor, mox Ioannem fidei sacramento se Apostolicæ sedi vt fiduciarium principem obstrinxisse: *Cherta itaque Regis in scriptura, vt dictum est, redacta, tradidit eam Rex Pandulpho Romam Papa Innocentio deferendam, & continuò cunctis videntibus homagium fecit subscriptum. Ego Ioannes Dei gratia Rex Anglia, & dominus Hybernia ab hac hora in antea, ero fidelis Deo, & B. Petro, ac ecclesiæ Romanæ & domino meo Papæ Innocentio, ac eius successoribus catholicè intrantibus. Non ero in facto, dicto, consensu, vel consilio, vt vitam perdant, vel membra, vel mala captione capiantur. Eorum damnum, si sciuero, impediam, & remouere faciam, si potero. Alioquin eis quam citius potero intimabo, vel tali personæ dicam, quam eis credam pro certo dicturam. Consilium, quod mibi crediderint per se vel per nuncios, seu literas suas secretum tenebo, & ad eorum damnum nulli pandam, me sciente. Patrimonium B. Petri, & præsertim regnum Anglia, & regnum Hybernia adiutor ero ad tenendum, & defendendum, contra homines omnes pro posse meo. Sic Deus me adiuuet, & hæc sancta Dei euangelia, teste me ipso apud domum militiæ templi iuxta Donerian, coram domino H., archiepiscopo Dublinensi, &c.* adiuncta sunt testium nomina XV, *die maij anno regni nostri* XIV. Exstat regium hoc diploma d in huius anni pontificio regesto, & consentanea de Ioanne regnum Romanæ ecclesiæ vectigale efficiente tradunt ex Vincentio e nouatores f, eamque ab Rege conditionem appositam ex Randulpho g addunt; si ipse vel heredes promissa non persoluerent, regni iure excideret.

Anno 1213. Sacramentum fidei a Ioanne exhibitum,
d Lib. 16. ep. 131.
e Vinc. l. 36 c. 7.
f Cent. 13 c. 8. col. 739
g Ranulp. l. 7. c. 33. in polychron.

82, 83 Cæterum Parisius post reciratum diploma, de sæua Regis in Petrum eremitam, cuius supra meminimus, animaduersione subdit, appetente iam die ascendenti Domino sacra omnibus suspecta, cum se vegetum, & bene valentem videret, quasi mendacij conuictum caudis equorum alligatum raptari per plateas, distrahique iussisse. Quæ res multorum odia peperit, cùm, si superiora perpenderentur diligenter, coronam amisisse putandus esset: subditque Pandulphum cum regijs literis in Gallias traiecisse, quo exules ecclesiasticos in Angliam reuocaret, ac Philippum maximam in Ioannem expeditionem parantem a consilio suscepto abduceret; quem non posse iam Anglo bellum mouere, cùm Ecclesiæ facere satis paratissimus esset, regnique supremum ius in Apostolicam sedem transtulisset. Quæ res ingrata admodum Philippo extitit, qui vehementi spiritu subiecit jam maximas opes in apparatu bellico insumpsisse, atque ex imperio apostolico pro obtinenda criminum condonatione bellum aggressum esse; nec destiturus erat a cœptis, vel Pandulpho pariturus, ni Flandriæ comes, qui fœdus cum Ioanne Anglo inierat, Philippum in ea expeditione sequi respuisset.

Petri eremitæ supplicium. Aliquo sē su vera il. lius prædi ctio. Pādulphꝰ in Gall. trā sijt ad reuocandos exules. Pādulphꝰ vetat Frāc Regi bellum Angliæ infer re.

84.85 Insequenti autem anno pax confecta est, postquam in Belgio & Andibus parta a Philippo gemina victoria Ioannes maioris mali metu pacem expetijt, ac Philippus libens concessit, ne comparatam gloriam aduerso casu aliquo, vt incerti sunt bellorum exitus, labefactaret. Præsenti verò anno cum Ioannes Rex collecto numerosissimo exercitu traijcere in Pictauiam pararet, vt Francorum Regem ex ea parte bello vrgeret dum alij ex Flandria irruptionem in eius terras facturi essent, a proceribus suis destitutum fuisse narrat Parisius, cùm dicerent nunquam vnà cum ipso ituros, nisi sacris restitutus esset; proinde exciros episcopos & clericos exules in Angliam, quos maximo honore a Ioanne exceptos Vvintoniæ describit auctor,

Ioannes parat traijcere in Pictauiam. Deseritur a suis ni absoluatur

86 Posthæc idem Parisius pluribus verbis narrat Tusculanum episcopum Apostolicæ sedis legatum circa festum sancti Michaelis diem in Angliam peruenisse, summoque honore susceptum, atque concordiæ regnum inter & sacerdotium confirmandæ operam nauasse, Regemque omnibus facturum satis pollicitum, atque ante aram ecclesiæ principem, coram clero, populoque diadema regnumque Pontifici Romano in eius legato obtulisse, ac diploma regium de effectis Anglia & Hibernia sedis Apostolicæ vectigalibus renouasse, ac non cereo vt antea, sed aureo sigillo obsignatum, vt in pontificio tabulario seruaretur, tradidisse.

Ioannes legato diadema solemni ritu offert.

87, 88. Dum ista in Anglia geruntur, Norvvicensis episcopus, alijque regij nuncij in Vrbem peruenere, quos Innocentius magnis benevolentiæ significationibus complexus est, atque eorum postulata perhumaniter accepit, vt ipse datis ad Regem literis testatur a; vbi gratum eius animum laudibus effert, quod vt ijs, quos læsisset, omni ex parte faceret satis, se ac sua Deo, & Ecclesiæ detulisset: eundemque hortatur, vt Christi sponsam in suo regno quibuscumque posset honoribus præmijsque decoraret: subijcitque hæc verba, quæ vtinam memoria Christianorum principum nunquam excideret: *Quia tunc tibi regalis dignitas integra conseruabitur, cum ecclesiasticam libertatem integram conseruabis, diligenter attendens, quod principes illi penitus defecerunt, qui ecclesiasticam præsumpserunt infringere libertatem*: *ij verò semper de bono profecerunt in melius, qui iura studuerunt ecclesiastica conseruare.* Suscepto vero Ioannis Regis patrocinio in eundem Ioannem arma geri vetuit.

Excepti ab Innoc. Regis Angl. oratores. a Ep. 130

Reges a numine fouentur, ei fouent ipsis ministros.

Nos

89. &c. *Nos autem oblationem, & concessionem huiusmodi pie, ac prouidè factas gratas, & ratas habentes, personam tuam, & personas heredum eorum cum prædictis regnis, & pertinentijs eorundem, & omnibus bonis alijs rationabiliter nunc possessis, & in posterum possidendis, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, tibi, & ipsis secundum præscriptam formam de communi consilio fratrum nostrorum supradicta regna concedentes in feudum, & præsenti priuilegio confirmantes: ita quod quilibet heredum eorum cum regni coronam acceperit, feudum huiusmodi summo Pontifici, & Romanæ ecclesiæ publice recognoscat, & eis fidelitatis exhibeat iramentum. Nulli ergo, &c. Datum Laterani, &c.* Tum Nicolao episcopo Tuscuiano Apostolicæ sedis legato imperauit a, vt simul ac sublatum esset ecclesiasticum interdictum, conflatas coniurationes e medio tollendas curaret. a *Ib. ep. 132.*

Indict. 2.

IESV CHRISTI
Annus 1214.

INNOCENTII PP. III. annus 17. — OTHONIS Imp. Occ. 6. HENRICI Imp. Or. 10.

1. 2 EXcindendæ Mahumeticæ superstitionis ardore sacro exæstuans Christi vicarius, præsules ac religiosos viros ciuilicum in Saracenos canere, ac fortissimos quosque viros, diuinæ gloriæ amplificandæ cupidos, ad crucem affigendam vestibus capiendaque arma incendere iussit. Ac sanè sacros oratores strenuè suo munere perfunctos testatur Godefridus b his verbis: *Innumerabilis multitudo pro amore Christi & liberatione terræ sanctæ cruce se signat*; ex ea verò multitudine prima agmina hoc anno in Syriam præmittenda censuit Innocentius c, vt numerosissimis postea secuturis aciebus viam munirent.

Concitatus in arma sacra occidens. b *Godefr. an.* 1214. c *Inn. l. 16. ep. 178.*

3. &c. Peruasit tunc orientem occidentalium terror, ad quos Lateranensis concilij ad recuperandam terram sanctam indicti fama peruenerat: Saracenos enim bellici Christianorum apparatus metu perfusos terram sanctam Christianis reddituros præsetuliſſe, atque vt a Christianorum armis tuti essent, pollicitos se patriarchæ Ierosolymitani clientelæ commissuros, certamque auri vim, census nomine penditaturos, testantur literæ d ad Pontificem Venetorum opera transmissæ. Retardata autem est in Saracenos profectio, cum Albigenses prius delendi viderentur.

Saraceni tributum Christianis pollicentur. d *Extant apud Rich. de S. Germ. an.* 1214.

14. 15 Deiecti Montfortij victorijs, & crucesignatorum terrore hæretici, ad eludendas meritas pœnas ad sedem Apostolicam, vt certissimum pietatis asylum, magna ex parte confugerant: ac mitis oratoribus Tolosates, Conuenarum comes, Gasto Benearniæ dominus, alijque proceres vrgebant Innocentium precibus, vt ipsos in gratiam admitteret. Non leues præterea inter catholicos discordiæ erant exortæ, inter Narbonenses maximè & Montfortium. Tum Aragonia magnis tumultibus fremebat e, cum alij Petri Regis fratribus, qui regnum affectabant, adhæresceret, alij eius filium Iacobum, postea ob res præclarè gestas Expugnatorem dictum, Regem salutarent, ad quem e Montfortij potestate, in quam ceciderat, regno restituendum f, auferendas Aragoniorum seditiones, Narbonensium controuersias sedandas g, Tolosates h ac nonnullos proceres pœnitentes Ecclesiæ conciliandos i, imponendum principem

Aragonia tumultib' plena. e *Sucit. l. 2. cap. 66. Marian. l. 12. c. 4.* f *Ib. l. 16. post ep. 171.* g *Vet. Vall. c. 77.* h *Inn. l. 16. ep. 171.* i *Post eand. epist.*

comparatæ hæreticorum ditioni, ac denique conuellendas a hæreseos reliquias, Innocentius Petrum Beneuentanum, S. Mariæ in Aquiro diaconum Cardinalem, legati apostolici munere auctum in Gallias misit, quem archiepiscopis Ebredunensi, Arelatensi, Aquensi, ac Narbonensi illorumque suffraganeis, vt debito honore exciperent, literis b commendauit. a *Ib. ep. 162.* b *Id. ibid.*

16 Admissos porrò a legato in gratiam Ecclesiæ eos viros principes, atque ad frænum injeiendum audaciæ ac leuitati, ne facilè a fide resilirent, nonnullas arces præsidiario milite ipsorum sumptibus muniendas tradere iussos esse; tum restitutos sacris Tolosates, ac Narbonenses repressos, testatur Petrus Vallisarnensis c, ex quo delibatæ nobis sunt, quæ hoc anno victoriæ de Albigensium pertinacissimis fuerint reportatæ. c *Pet. Vall. hist. Albig. c. 77.*

17 Narbonensibus ergo imperijs legati pacatis (incutiebat enim ipsis terrorem illius auctoritas fulta crucesignatorum armis, quos episcopus Carcassonensis & Iacobus de Vitriaco ad Christi defendendam gloriam incenderant) post festa resurrectionis dominicæ Montfortius belli molem versus Caturcensium & Agennensium regiones effudit: expugnatum euersumque Mauriliacum, septemque Vvaldenses in ignem conjecti: mons Pisarus ab hoste trepido relictus vacuus excisus: Marmanda compulsa ad deditionem, Angli verò, qui regijs signis fixis oppidum defendendum susceperant, in Regulam se recepere: obsessum Cassanolium, vbi hæreticorum colluuies erat, cumque Ioannes Anglorum Rex Petrachoræ cum ingenti exercitu ageret, hæretici cum sæpius interpellauere, vt obsessis opem ferret, ac rumor increbuerat ipsum iam imminere, iniquo enim ferebat animo nepotem, filium scilicet comitis Tolosani, paterna ditione depelli, & confugientes ad se hæreticos magna nomini aspersa labe excipiebat. Sed Montfortius ad arcendos regio coratus ipse comparabat, ac postquam vi in arcem irrumpere sæpius tentatum esset, fatigati perterritique hostes, cum faciédos proximè impetus sustinere se non posse verentur, intempesta nocte diffugere, captumque oppidum euersumque est.

Felices Montfortij progressus.

18 Perdomiti etiam alij, ac plura loca victorem excepere, diruta Doma d, Monsfortis solo adæquatus, cuius loci dominus, cui Bernardo Casuacio nomen erat, illiusque vxor vicecomitis Turenæ soror crudelissimè in catholicos sæuierant; inuenti enim Sarlati vtriusque sexus centum quinquaginta oculis ab eo tyranno orbati: nec impar scelere vxor mamillas, pollicesque pauperibus mulieribus amputare erat solita, ne vel nutrire vel labore vitam tolerare possent; eodemque impetu victoriæ Castrumnouum, ac Benacium in Montfortij potestatem venere. Fuerant ea munitissima oppida hæreseos sentina fœditissima, ijsque deletis, pax Caturcensibus, Agennensibus, Lemouicensibus, ac Petragoricensibus eli restituta, quibus Iordanus consentanea scribit his verbis e: *Eodem anno comes Simon cepit quatuor castra fortissima hæreticorum, vbi securi manebant per annos centum & vltra.* Inde Capdenacum captum ac Rhutena admoto exercitu comes Rhutenensis in Montfortij verba solemni ritu iurare compulsus est. Postea media rigente hyeme occupato Seueraci subito bio vrbs aliunde munitissima ob summam rerum inopiam ad excipiendum victorem adducta, frenataque latronum excursiones, qui inde frequentibus eruptionibus vicina loca vastare consueuerant. d *Ib. c. 80.*

Vicecomitissæ Turenæ crudelitas.

e *Jord. M. S. bibl. Vat. sign. nu. 1960.*

a *Id ibid. c 81. Ivod. vbi sup.* Concilium apud montem Pessulanum celeberrimum.

19 Appetebant a natalis Domini festi dies, cum a Petro Beneuentano legato apud montem Pessulanum celeberrimum præsulum concilium indictum est, cui archiepiscopi quinque, episcopi viginti octo, ac plures abbates, atque optimates interfuere: latæ sunt in eo plures leges ad disciplinam tum ecclesiasticam tum monasticam, quæ obsoleuerat, in pristinum splendorem restituendam: tum pro firmanda pace publica, reprimendis inquirendisue hæreticis plura sancita, quæ in actis mss. ab Francisco Bosqueto episcopo Montispessulani mihi humanissime communicatis continentur. Proposuit etiam legatus Cardinalis in eo concilio vt de præficiendo Tolosæ aliisque ciuitatibus, quæ se fidei ac voluntati suæ crediderant, principe agitaretur. Montempessulanum non est ingressus Montfortius, cum ciuibus exosus esset; in castro tamen vicino agebat, vt facilè cum eo consilia agitari possent. Coacto igitur cœtu hæc verba ad patres legatum habuisse refert Vallisarnensis: *Repeto & requiro a vobis sub obtestatione diuini iudicij, & obedientiæ debito, quo Romanæ ecclesiæ tenemini, vt omni gratia, odio, liuore postpositis, detis nobis fidele consilium secundum scientiam vestram, cui melius & vtilius ad honorem Dei & sanctæ matris Ecclesiæ, & pacem terræ, ad expugnandam vel expurgandam spurcitiam hæreticorum concedi & assignari debeat Tolosa, quam comes Tolosanus tenuit, & alia terra, quas occupauerunt exercitus Christianorum crucesignatorum.*

M. S. episc. Montispes.

Legati Ap. ad patres oratio.

Tolosanus comitatus a patribus Montfortio attributus.

20 Matura ergo deliberatione discussis omnibus rationibus, scripto que mandatis, cunctorum voluntates in eligendo Montfortio consensere; perpensa tamen legati auctoritate, ac literis pontificijs perlectis, archiepiscopum Ebredunensem oratorem ad Innocentium Papam decreuere, quò omnium nomine Montfortium in principem deposceret. Nec prætereundum conuentus tempore in non leue capitis discrimen venisse comitem ipsum: cum enim a legato euocatus vrbem ingressus cum filijs duobus esset, ciues quo flagrabant in eum odio, insidias comparauere, sed ijs patefactis, alio suscepto itinere illas euasit. Dissoluto tandem cœtu missus Tolosam a legato episcopus Tolosanus, vt vrbem potestati legati commissam firmissimo præsidio ciuium sumptibus muniret. Paruere metu adducti ciues, ac Raymundi filium e palatio aujo eiecere b.

b Guil. de Podio Laur. in chr. c. 24

21, 22. Vt meritas perfidiæ suæ pœnas ob hæreticos defensos Raymundus tulit: ita Philippus Galliarum Rex ob infectatos ferro flammisque hæreticos de hostibus potentissimis victorias a Deo est consecutus; cum enim Otho pontificijs monitis spretis inito cum Ioanne Anglorum Rege, Ferrando Belgij comite, alijsque proceribus Gallicæ aulæ stipendiarijs perduellibus armorum fœdere Philippum Regem bello peteret, funesta ad Bouinas delectus clade, moxque a suis desertus in miserum adeo statum redactus est, vt nunquam sese erigere potuerit, ac demum amisso imperio, dolore contabuerit. Nec mirum a Philippo superatum, a quo pietate longe vincebatur: tradit namque Rigordus magnæ fidei auctor, Philippum hanc ad milites orationem habuisse c: *In Deo tota spes & fiducia nostra est posita, Rex Otho & exercitus sunt a domino Papa excommunicati sunt, qui sunt inimici & destructores rerum sanctæ Ecclesiæ, & pecunia quæ eis stipendia ministratur, de lachrymis pauperum, & de rapina ecclesiarum Dei, & clericorum acquisita est: nos autem Christiani sumus, & communione & pace sanctæ Ecclesiæ fruimur, & quamuis peccatores simus, tamen Ecclesiæ Dei consentimus, & clero pro posse nostro defendimus libertates, vnde præsumere fiducialiter debemus, de Dei misericordia, qui nobis licet peccatoribus dabit de suis, & de nostris hostibus triumphare.*

Bouinense prælium inter Oth. & Philip.

c Apud Rigord in Phil. aug.

Philippi ad milites oratio.

23, 24 Ascripsit Deo partam victoriam Philippus, cuius filius Lodouicus aliam de Ioanne Anglorum Rege eodem mense in Andegauia reportauit. Nec fletere hic Philippi fecundæ res: Pictones enim sese illi vltro dedidere ac solo terrore de alijs potentissimis hostibus prælium confecit. De superiori Othoniana clade, Philippique victoria (vt eos omittamus, qui Rigordum exscribere consueuerunt a) agunt etiam Vrspergensis b, Stadensis c, Matthæus Parisius d, Godefridus e alijque plures f.

Philippus de Othode, & Ludouic. filius de Rege Angl. victorias reportant.

a Vinc. Bellou. S. Ant. &c.

b Vrsp. in chron. ann. 1214.

c Stad. in chr. eod. ann.

d Par. hist. Angl.

e Godef. in annal. Iord M.S. bibl. Vat.

f Lang. chr. Cisa. Trit. chr. Hirsaug. Bern. chron. Reg Franc. Nauc. in chro. Iacob. Meyer. ann Fland. eod. ann & alij Cronic. hist Sax. lib. 7. c. 33.

25, &c. Profligato g igitur penitus Othone, Ioannes Angliæ Rex admodum est animo consternatus, quem in eo bello quadraginta marcharum millia a Cisterciensibus extorta consumpsisse ait Parisius, iusto Dei iudicio qui nunquam ex sacris opibus principum res augeri, sed deteri permittit. Cum autem Anglus in se Philippum victrices copias vertere cerneret, de pacisendis inducijs egit, quæ demum in quinquennium a Philippo, quamuis opprimendi hostis non exigua spes arrideret, concessæ sunt.

g Rig. vbi sup. Paris. hist. Angl. Inducia inter Phil & Ioa. Regê. Alfon. Regis Calt. mors.

29 Hoc anno, vt de Hispanicis rebus aliquid dicamus, obijt Alfonsus Castellæ Rex, exactis in regno quinquaginta tribus annis, vt docet Rodericus h Toletanus archiepiscopus, qui eius confessionem excepit, defunctoque iusta persoluit, atque ex eo Ioannes Mariana i, quorum vterque pijssimum principem magnis laudibus ornat. Lucas tamen Tudensis quinquaginta dumtaxat annos eius regno tribuit. Successit Henricus filius vndecimis, qui imbellibus manibus sceptrum sustinere vix potuit; paulo enim post ipsius mater Eleonora, quæ regni procurationem adierat, ex viri desiderio vitam amisit reique publicæ administratio Berengariæ Henrici sorori Reginæ Legionensi delata est, indeque a proceribus, qui fœmineam imbecillitatem spernebant, summisque rebus præesse ambiebant, magni excitati motus in Castella fuerunt.

Henricus fil illius succedit.

h Rod. Tol. de reb. Hisp l. 8. c. 15.

i Io. Mariâ l. 12. c. 4.

30 Longè grauioribus Aragonia fluctuauit, cum Sanctius & Ferdinandus Iacobi sexennis pueri ætate contempta, quem etiam illegitimis nuptijs procreatum contendebant, regnum non ambiguis artibus affectarent; ac Sanctius fratrem Ferdinandum vt monachum, & gerendis rebus inutilem excludere niteretur; Ferdinandus verò Ramiri Regis exemplo suam causam tueretur. At Aragonij ad declinanda bellorum ciuilium mala missis ad Pontificem oratoribus expetiere, vt Iacobum Regem, qui a Montfortio Carcassonæ seruabatur, sibi restitueret: extant verò apostolicæ literæ l ad Montfortium, quibus iubetur Petro legato Iacobum Regem committere; ad quod etiam Aragoniorum minis adduci potuit, quos ipsi bellum indicturos fuisse, nisi Regem restituisset, scribit Surita m, additque Petri Beneuentani opera rem perfectam, cum prius Aragonij sacramento deuincti fuissent, se Iacobi vitæ ac regno summa fide ac religione prospecturos. E quibus paterna sedis Apostolicæ solicitudo perspicitur, quam in tuendis Regibus ac principibus, quos ætatis infirmitas temeritati versutiæque subditorum exponit, collocare consueuit.

Graues motus in Castella. Graniores in Aragonia. Iacob. expetitus Rex ab Arag.

l Inn. l. 1. epist. ep. 171.

m Surit. l. 2. c. 66.

IESV

IESV CHRISTI

annus 1215.

Indict. 3.

INNOCENTII PP. III. annus 18. OTHONIS IMP. OCCID. 7. HENRICI IMP. OCC. 11.

Conc. Lat. præsenti anno celebratum ex sententia auctores. Prima sessio in festo S. Martini habita.

1, 2. CElebratum referunt hoc anno Lateranense concilium scriptores, de quo traditur hæc in Fossæ nouæ chronico: *Tempore domini Innocentij III. Papæ anno eius* XVIII. *mense nouembri* III. *id. nouembris dominus Papa Innocentius primo ascendit in thalamum, & ibi celebrata oratione, & benedictione super conuentum, sic exorsus est dicens: Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam moriar, &c. Interfuerunt huic concilio* CCCCXII. *episcopi, primates autem & metropolitani* LXXI. *exceptis patriarchis, abbates verò & priores vltra octingentos exceptis omnibus nunciis archiepiscoporum & episcoporum & aliorum prælatorum, nec non Regum & principum. Initiatum & completum est hoc concilium in ecclesia Saluatoris Roma, quæ Constantiniana vocatur.* Hæc ibi, quæ aliorum auctoritate scriptorum comprobanda sunt. In primis ergo quod spectat ad patres, qui synodo præsentes affuere, duodecim supra quadringentos episcopos enumerant veteres omnes quos vidcrim, vno excepto fragmenti historici anonymo auctore tres addente: de LXXI. metropolitanis idem habent Vrspergensis, Stadensis, & Spero; de numero verò inferiorum præsulum supra octingentos extitisse consentiunt cæteri: & quamuis Stadensis vltra DCC. fuisse affirmet, centenarium tamen librariorum incuria omissum videtur. Demum de loco vbi sacrosancta synodus celebrata est, basilica scilicet Lateranensi Saluatoris & S. Ioannis Baptistæ nuncupata, tradunt memorati auctores.

Numerus patrum qui interfuere.

3. &c. Iam verò, quæ in Fossæ nouæ chronico omissa, ex alijs supplenda manent, ac primum de patriarchis qui interfuere dicendum, de quibus hæc Vrspergensis abbas, qui ea tempestate scribebat: *Inter quos*, nimirum antistites, *fuerunt de præcipuis patriarchis duo, videlicet Constantinopolitanus, & Ierosolymitanus. Antiochenus enim graui langore detentus venire non potuit, sed misit pro se vicarium Antiberadensem * episcopum: Alexandrinus verò sub Saracenorum dominio constitutus fecit quod potuit, mittens pro se discretum fratrem germanum*; quæ ijsdem reddunt verbis Albertus Stadensis, Matthæus Parisius, & fragmenti historici auctor, alijque, vt planè ex ipsorum altero reliqui ea exscripsisse videantur. Cæterum, vt Alexandrinus atque Antiochenus patriarchæ alios legarunt, plurimos aliarum ecclesiarum antistites, Reges, principesque, nimirum Siculum Regem Imperatorem designatum, Constantinopolitanum Imperatorem, Galliarum, Angliæ, Pannoniæ, Aragoniæ, Ierosolymorum, Cypri Reges aliosque principes suos oratores misisse ijdem auctores prodiderunt. Ex dictis ergo patet synodum istam iure ac merito œcumenicam vocandam; quo etiam nomine appellauere [a], qui hisce temporibus, vel proximis scripsere, atque adeo sic nuncupandam recentiores [b] demonstrant. Innocentius itaque in sacro patrum concilio, post tuias ad Deum preces, elegantem orationem habuit, quæ typis cusa est Coloniæ, ac decretis synodalibus præmissa, quò illius legendæ cupidum lectorem reijcimus.

Qui patriarchæ præsentes affuerint.

*Antididensem. Antedonensem.

Interfuere principum oratores.

[a] *Vrsperg. Stad. & Paris. loc. ann.*

[b] *Sur. præf. ad hoc conc. Binius to. 3. nov. ad concil. Lat. IV. etiam.*

7 Iam ad decreta ipsa veniamus, quæ tum in ijsdem Innocentij operibus, tum in conciliorum voluminibus leguntur descripta. In ijs primum obtinet locum illud, quo fides catholica asserta est, maximè aduersus hæreticos Albigenses, qui ille tempore Dei Ecclesiam, vt vidimus, plurimum vexauerant, quorum impia dogmata ex Petro Vallisarnensi, qui sæpius cum hæreticis certauit, supra attulimus [a]. Aduersus igitur eiusmodi aliasque hæreses, catholicam mentem profitetur sancta synodus: *Firmiter credimus* [b], *& simpliciter confitemur, &c.*

Damnata ex professione fidei Albigensium hæresis.

[a] *An. 1204. n. 58. &c. hoc cap. 1. habetur extr. de summa Trinit. & fide cat. c. 1. cCap. 2. habetur e. damnamus ext. de sum. Tri. & fide.*

8 Subinde abbatis Ioachimi libellus damnatur: *Damnamus* [c], inquit, *& reprobamus libellum siue tractatum, quem abbas Ioachimus edidit contra magistrum Petrum Lombardum, de vnitate seu essentia Trinitatis, appellans ipsum hæreticum & insanum, proco, quod in suis dixit sententijs, quoniam quædam summa res est Pater & Filius & Spiritus sanctus, & illa non est generans, neque genita, nec procedens. Vnde asserit, quod ille non tam Trinitatem, quàm quaternitatem astruebat in Deo*; nonnullisque interiectis: *Nos autem sacro & vniuersali concilio approbante, credimus & confitemur cum Petro, quod vna quædam summa res est, incomprehensibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter est Pater & Filius, & Spiritus sanctus, tres simul personæ, ac singulatim quælibet earundem. Et ideo in Deo Trinitas est solummodo, non quaternitas: quia qualibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, siue natura diuina, quæ sola est vniuersorum principium, præter quod aliud inueniri non potest. Et illa res non est generans, neque genita, nec procedens sed est Pater, qui generat, Filius qui gignitur, & Spiritus sanctus, qui procedit, vt distinctiones sint in personis, & vnitas in natura, licet enim alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus, non tamen aliud: Sed id quod est Pater, est Filius & Spiritus sanctus, idem omnino, vt secundum orthodoxam, & catholicam fidem consubstantiales esse credantur, &c. In nullo tamen per hoc Florensi monasterio, cuius ipse Ioachim extitit institutor, volumus derogari, quoniam ibi & regularis institutio est & obseruantia salutaris: maximè cum idem Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mandauerit, Apostolica sedis iudicio approbanda, seu etiam corrigenda.* Hic verò adnotauit Binius [c] Ioachimum abbatem errantem, non hæreticum iudicatum, testaturque Honorius III. in literis ad Lucanæ episcopos missis:

Abb. Ioachimi error damnatus.

Declaratur vnicã esse essentiam in Trinitate personarum.

Quando coeperit error contrarius.

Ioachimus errauit nõ tamen hæreticus fuit.

[c] *Concil. 3. par. altera.*

9 *Reprobamus etiam*, adijciunt patres, *& damnamus pernesissimum dogma impij * Amalrici, cuius mentem sic pater mendacij excæcauit, vt eius doctrina non tam hæretica censenda sit, quàm insana.* De Almarico eiusque hæresibus & assectis supra egimus [d]. Pœnæ deinde in hæreticos, eorumque fautores constituuntur [e], atque aduersus Græcos illos, qui Latinorum sacra profanare tentassent, id decernitur [f]: *Postquam Græcorum ecclesia cum quibusdam complicibus & fautoribus suis ab obedientia sedis Apostolicæ se subtraxit, in tantum Græci cœperunt abominari Latinos, quod inter alia, quæ in derogationem eorum impie committebant, si quando sacerdotes Latini super eorum celebrassent altaria, non prius ipsi sacrificare volebant in illis, quàm ea, tanquam per hoc inquinata, lauissent. Baptizatos etiam a Latinis & ipsi Græci rebaptizare ausu temerario præsumebant, & adhuc (sicut accepimus) quidam agere hoc non verentur. Volentes ergo tantum ab Ecclesia Dei scandalum amouere, sacro suadente concilio, districtè præcipimus, vt talia de cætero non præsumant, confirmantes sè tanquam obedientia*

Ioachimus prophanãtes Latinorum sacra latum anathema.

Amalrici Damnatus Almaricus

[d] *An. 1209.*

[e] *Cap. 3. habetur c. excommunicamus ext. de hæret.*

[f] *Cap. 4. habetur c. ii. ext. de baptis.*

dientiæ filij sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ matri suæ, vt sit vnum ouile & vnus pastor. Si quis autem quid tale præsumpserit, excommunicationis mucrone percussus, ab omni officio, & beneficio ecclesiastico deponatur.

De ordine sedium patriarch. a Cap. 3. habetur c. antiqua ex. de priuil.

10 Exin patriarchalium ordo firmatur: *Antiqua a patriarchalium sedium priuilegia renouantes, sacra vniuersali synodo approbante sancimus, vt post Romanam ecclesiam, quæ disponente Domino super omnes alias ordinaria potestatis obtinet principatum, vtpotè mater vniuersorum Christi fidelium & magistra, Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Ierosolymitana quartum locum obtineant, seruata cuilibet propria dignitate, ita quod postquàm eorum antistites a Romano Pontifice receperint pallium, quod est plenitudinis officii pontificalis insigne, præstito sibi fidelitatis & obedientiæ iuramento, licenter & ipsi suis suffraganeis pallium largiantur, recipientes pro se professionem canonicam & pro Romana ecclesia sponsionem obedientiæ ab eisdem. Dominicæ verò crucis vexillum ante se faciant vbique deferri, nisi in vrbe Romana, & vbicunque summus Pontifex præsens extiterit, vel eius legatus vtens insignijs Apostolicæ dignitatis. In omnibus autem prouincijs earundem iurisdictioni subiectis ad eos, cùm necesse fuerit, prouocetur, saluis appellationibus ad sedem Apostolicam interpositis, quibus est ab omnibus humiliter deferendum.*

Restituitur cler. disciplina, b C. 6. & c. cC. 13. habetur c ne nimia.

Post hæc verò ad Christi fidelium, præcipue ecclesiasticorum emendandos mores expoliendosque, ac disciplinæ robur seruandum plura sanciuntur b. De religiosis familijs hæc inter alia sancta synodus c: *Ne nimia religionum diuersitas grauem in Ecclesia Dei confusionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero nouam religionem inueniat: sed quicumque voluerit ad religionem conuerti, vnam de approbatis assumat. Similiter qui voluerit religiosam domum fundare de nouo, regulam & institutionem accipiat de religionibus approbatis.*

Nouæ religiones prohibitæ.

11 Nec silentio prætermittendi videntur canones vigesimus primus, & vigesimus secundus, in quorum altero hæc scripta sunt d: *Omnis vtriusque sexus fidelis, postquàm ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno, proprio sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reuerenter ad minus in pascha Eucharistiæ sacramentum, nisi forte de consilio proprij sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum: alioquin & viuens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura.*

d Cap. 21. habetur c. omnis ex. de pœnit. & rem. De confess. & eucha sacrip. recipiendis.

Alia salubriter statuta. e Cap. 21. habetur c. cli infirmatus 16.

12 In altero canone isthæc leguntur e; *Districtè præcipimus medicis corporum, vt cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant & inducant, quod medicos aduocent animarum, vt postquàm infirmis fuerit de spirituali salute prouisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur, &c.* Hæc patres, qui de ecclesiasticis exinde electionibus atque iudicijs, de matrimonio (quod omnino publicum, pœnis clandestino additis, esse iubetur) eiusque impedimentis, deque decimis latius agunt. Obseruatione verò dignissimus canon sexagesimus secundus f, quo de sacrosanctis reliquijs ita cautum est: *Cum ex eo quod quidam sanctorum reliquias exponant venales, & eas passim ostendant, Christiana religioni sit detractum sapiùs, ne detrahatur in posterum, præsenti decreto statuimus, vt antiquæ reliquiæ amodo extra capsam non ostendantur, nec exponantur venales. Inuentus autem de nouo nemo publicè veneretur præsumat, nisi prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ. Prælati verò de cætero non permittant illos, qui ad eorum ecclesias causa venerationis accedunt, vanis figmentis aut falsis decipi documentis, sicut & in plerisque locis occasione quæstus fieri consuenit.* Hactenus canon, cui alij aduersus simoniacam prauitatem adnectuntur. Ad hæc Iudæos ad immoderatas vsuras Christianis restituendas in posterum cogendos esse decernitur g: isdemque Iudæis vna cum Saracenis tum viris tum mulieribus, in Christifidelium degentibus locis peculiarem habitum attribuendum quo a cæteris dignoscantur. Postremo ne dominicæ passionis tempore in publico esse audeant h: atque hæc de canonibus celeberrimæ synodi, quos septuaginta omnino apud conciliorum collectores inter Innocentij opera, ac decretaliù libro insertos habes, quosque scriptores alij e in summam redegere.

De Sarac. lud. vsuratijs. a C. 67. habetur c. quod to ext. de vsur. b C. 68. habetur c. in nonnullis ext. de Iud. & Sarac. c Barth. Carranz. Miranda Frãc. Longin. & Coriolano.

13 Verùm non modò hæc inibi sancita, sed actum est quoque de expeditione Syriaca, de qua post indictos canones hæc traduntur i: *Ad liberandam terram sanctam de manibus impiorum ardenti desiderio aspirantes, de prudentum virorum consilio, qui plenè nouerant circumstantias temporum & locorum, sacro approbante concilio definimus, vt ita crucesignati se præparent, quod in kal. iunij sequentis post proximum, omnes qui disposuerunt transire per mare, conueniant in regnum Siciliæ, alij sicut oportuerit & decuerit, apud Brundusium, & alij apud Messanam, & partes vtrobique vicinas, vbi & nos personaliter, Domino annuente, disposumus tunc adesse; quatenus nostro consilio & auxilio exercitus Christianus salubriter ordinetur, cum benedictione diuina, & apostolica profecturus. Ad eundem quoque terminum se studeant præparare, qui proposuerunt per terram proficisci, significaturi hoc interim nobis, vt eis ad consilium & auxilium legatum idoneum de nostro latere concedamus.*

Collocata ab Innocl. in bellicos sumptus. Vicesima clericis, decima Cardinalibus imperata. Alnier Innoc. opera & apud concil. collect. Extra l. 5. tit. 6. de Iud. & Sarac. Indicitur tempus expeditionis in Syriam. Vbi classis conuenire debet. Vbi terrestris exercitus.

14 Significata etiam sacerdotibus, quæ crucesignatis pro concione exponenda, vt diuina præ cæteris gratia ornati esse studeant, & si funesto casu crimine aliquo se inquinarint, mox e volutabro consurgant. Imperatum præsulibus omnibus, vt Reges, principes, virosque nobiles ad opes in bellicos sumptus conferendas, atque ad accipiendam crucem, incusso diuini iudicij terrore, incitarent. Quò verò exemplum præberet cæteris, triginta librarum millia ac nauem rebus instructam omnibus, quam Romanis crucesignatis attribuerat, præter tria marcharum millia ex eleemosynis coacta se donaturum spopondit. Vtque laboris & meriti clericos sibi socios adsciscerot, vicesimam clericis, decimam Cardinalibus iniunxit.

15. 16 Addidit crucesignatis consueta priuilegia esse proposita, quò ipsos ad tantum tamque pium opus inflammaret: fautores verò piratarum atque alios nefarios Christianos, qui arma commeatusque hostibus fidei ferrent, grauissimis censuris perculit. Vetita hastiludia: pax inter Christianos principes ad quadriennium promulgata: sacræ indulgentiæ ex meritorum Christi ærario effusæ in cruce insignitos, atque alios qui ipsos iuuissent, instruxissentque. Agunt de his Richardus e de S. Germano, Parisius f, Bernardus g, alijque, necnon nouatores h, qui litteras Innocentij atque acta synodalia adducunt. Disceptatum præterea in eodem concilio de imperio a Friderici Othonisque oratoribus, sceptrumque Friderico confirmatum:

Pax ad quadrien. promulgata. e Ricch. de S. German. chron. f Par. hist. Angl. g Ber. chro. Rom. Pont. h Cent. 13. c. 9. ex conc. volumine.

Digitized by Google

tum grauissimæ pœnæ irrogatæ factiosis Anglis, qui in Ioannem Regem coniurarant, & exutus Tolosano comitatu Raymundus ob hæreseos notam: sed de his postea opportunius; nunc alias res sacras, quæ ad huius concilij historiam pertinent, prosequamur.

17 Cohonestatum plurium sanctorum virorum præsentia concilium illud fuisse addunt auctores, ac S. Dominicum cum Tolosano episcopo ad Lateranense concilium venisse, quo a se ordo conditus ab Romano Pontifice confirmaretur: sed Theodoricum [a], qui eius gesta pluribus est prosecutus, audiamus: *Anno Christi millesimo ducentesimo decimoquinto, cum ex omnibus orbis partibus ad concilium generale Romam proficiscerentur episcopi & prælati, venerabili & sancto viro Fulconi Tolosano episcopo eò contendenti pijssimus Christi minister Dominicus adiunctus est: quos ita charitas inter se colligarat, & spiritus Iesu moderabatur, vt salutem animarum ardentissimo zelo sitirent. Tempus igitur opportunum rati se adeptos, quod iam pridem conceptum & deliberatum erat de instituendo ordine Prædicatorum, summo Pontifici explicare statuerunt. Cumque ea, qua par erat, humilitate & reuerentia Pontifici sua vota exposuissent, visus est nutio nonnihil se opponere Dominus dispensator. Proxima nocte videt idem Christi vicarius in somnis ecclesiam Lateranensem grauem minitari ruinam. Tremefactus igitur & mœrens, videt e diuerso virum Dei Dominicum accurrentem, & suis humeris totam illam ruinosam fabricam sustentantem. Eius visionis nouitatem admirans sapiens Pontifex, & quid ea sibi vellet, sagaciter animaduertens, oblatas ipsi preces hilariter admisit, & pium propositum commendauit. Hortabatur verò beatum Dominicum, vt ad suos rediret fratres, communicatoque cum eis consilio, regulam quandam approbatam deligeret, quam ordo inchoandus sectaretur, atque ita ad ipsum rediens confirmationem ordinis pro voto reportaret.*

18 *Absoluto generali concilio reuersus ad suos vir Dei, Pontificis verba eis enarrauit. Illi inuocato Spiritu sancto regulam B. Augustini, concionatoris egregij, ipsi quoque concionatores siue prædicatores futuri vnanimiter elegerunt, adiunctis quibusdam arctioris vitæ constitutionibus. Et ne prædicationis officium impediretur, decreuerunt tam terrenas possessiones abijcere, & temporarijs redditibus carere. Mox Tolosa in ecclesia sancti Romani, quam felix ille Fulco eius ciuitatis episcopus illis attribuerat, extructum est monasterium, & in eo cellæ studijs accommodæ, satisque aptum dormitorium. Erant tunc fratres numero plus minus sexdecim.* Eadem ex Vincentio [b] nouatores [c], quamuis huiusmodi visum derideant, eos imitati, qui Domino, vt refert euangelista, illudebant. Porrò S. Dominicum in Narbonensi prouincia decennium exegisse testatur Theodoricus [d]: quippe vir sanctissimus assumpto gladio spiritus, quod, affirmante Apostolo [e], est verbum Dei, rebus admirabilibus, quas idem auctor refert, patratis, innumeras hæreticorum acies profligauit, euertitque.

19 Hoc eodem anno de rebus religiosæ familiæ a se conditæ acturum S. Franciscum in Vrbem venisse, atque eo rogante Innocentium ipsius ordinis institutum patrum auctoritate comprobandum proposuisse affirmant [f]. Sunt etiam qui tradant [g] in eadem synodo Crucigeros approbatos.

20 Cæterum cum in Lateranensi concilio de adiudicandis hæreticorum terris, deque Tolosano comitatu controuersia maxima Raymundum inter & Montfortium agitata fuerit, attexenda videntur, quæ prius hoc anno in Albigenses gesta a Ludouico Philippi Regis Francorum filio crucesignato, tum quid ab Innocentio statutum, ac demum quæ secuta inde bella recensere. Vtque a primo ordiamur; anno Domini, vt ait Petrus Vallisarnensis [a] MCCXV. Ludouicus Regis Galliarum filius debellatis hostibus, ad expeditionem in Albigenses conficiendam, implendaque vota, quæ annis tribus imminentium bellorum mole pressus soluere non potuerat (anno enim Christi MCCXII. ineunte cruce signatorum militiæ in Albigenses nomen dedisse testatur idem auctor [b],) strenue sese accinxit, tantæque rei expectatione omnium animos commouit. Erectæ mox catholicorum res, hæreticorum verò fractæ ac debilitatæ considerunt. Confluxit Lugdunum resurrectionis festo Galliæ nobilitatis flos, Viennamque Ludouico venienti comes Montisfortis occurrit, legatusque Apostolicus Petrus Cardinalis Beneuentanus eundem Ludouicum similiter excepturus Valentiam accessit. Is antea Tolosanos, Narbonenses, aliosque Montfortij hostes absoluerat, atque in suam clientelam receperat, illique ingratus admodum Ludouici aduentus erat, cum meminerat, ne ille supremus eorum locorum dominus ea vel excindere vel pro summo in ea iure aliquid agere moliretur. Verum Ludouicus, vt suauissimis moribus, pietateque imbutus erat, a legato in nullo dissensurum se pollicitus est.

21. 22. Interea, oratores a præsulibus missi, vt ab Innocentio comitem Montisfortis in dominum ac principem exposcerent, reuersi literas pontificias comiti reddidere, quibus omnem Tolosani comitis ditionem partasque a crucesignatis terras, aliasque a legato obsidum, præsidiorumque beneficio obtentas ipsius fidei, donec in concilio kalendis nouembris Romæ cogendo de illis maturius statueretur, commendabat.

23 His legato significatis motus est crucesignatorum exercitus in prouinciam Narbonensem, perterritique Narbonæ ciues omnibus Ludouici imperijs se parituros spopondere. Ne igitur in posterum rebellionem facere, hæresimue alere murorum firmitate freti auderent, mœnia solo æquari iussit. At Arnaldus archiepiscopus ardenti studio sese opponere cœpit, cum eam vrbem ad suum dominium spectare contenderet: coacto verò præsulum, ac nobilium Bitterris cœtu, decretum, vt Ludouicus legati auctoritate Narbonæ, Tolosæ, aliorumque oppidorum mœnia, quod illorum opera occasioneque ingentia mala rei Christianæ data essent, diruenda curaret. Quibus perfectis legatus celebrato Carcassonæ præsulum nobiliumque conuentu, ex mandato pontificio fidei custodiæque comitis Montisfortis dictam ditionem vsque ad cœcilium œcumenicum tradidit. Neque ita multo post comes Fuxi ad legatum venit, legatusque Fuxum Montfortio custodiendum commendauit, ac missus Guido Montfortij frater Tolosam, vt fratris nomine eam vrbem teneret, atque ciuibus in eius verba adactis mœnia everteret. Fracta igitur præsentia Ludouici hæreseos ceruice, Tolosæque mœnibus dirutis, pacataque ea regione, perfecto peregrinationis nimirum quadraginta dierum tempore, is princeps pulcherrimis omnibus victorijs, ac non ferro, sed metu hostibus fidei perdomitis in pater-

[a] Theod. in vit. S. Dom. l. 1. c. vlt. apud Sur. to. 4. die 4. aug.

Cœlestis visum obiectum Innocentio.

Prædicatorum ordo instituitur.

[b] Vin. l. 30 c. 65. & 67. cCent. 13. c. 6. col. 649. 650.

[c] Theoder. vbi sup. c. 9.

[d] Ephes. 6.

S. Franc. ordo approbatus & Crucigerorum.

[e] Luc. Wad annal. num. hoc ann. nn. 33. 34. & alij quos citat.

[f] Sabellic. Enne. ad. 9. l. 6. Naucl. in chron. & Nouat. cent 13. c. 9. & 10 vbi Bersen. & Schedelium citant Cæsar l. 3. c. 33.

[a] Pet. Val. hist. Albig. c. 82.

[b] Ib. c. 68. Lucou. maior natu Phil. filius ducit in Albigenses.

Narbonenses a Lud. subacti.

Vrbium hæretica-rum diruta mœnia.

Et Tolosæ

Compressis hæreticis redit Lud.

paternum regnum se recepit. Hæc pluribus Vallisarnensis.

ad ibi. 83 24 Celebrata verò, vt subijcit auctor a, eodem anno Romæ œcumenica synodo, de qua iamnos plura, de re Albigensi etiam actum est. Concurrerant eò comites Tolosæ, ac Fuxi, vt patres ad sui misericordiam inflecterent, recuperarentque amissas terras. Miserat quoque Monfortius Guidonem fratrem, vt rei suæ agendæ tuendæque strenuè operam nauaret. At Pontifex, rogatis sententijs, Tolosam aliaque a crucesignatis comparata loca, saluo supremi domini iure, Montfortio adiudicauit; vtque se etiam Raymundo benignum impertiret, veniæque locum aliquem daret, ipsius ditionem in Prouincia sitam custodiri iussit; vt Raymundi filio qui Innocentio se commendabat vel integra, vel ex parte, si probis moribus ornatus foret, ac religionis amans, reseruaretur. Verùm ex ea Pontificis clementia ingentia postea mala manarunt, dum ille Prouincialium armis iuuus Tolosanos ad defectionem concitauit.

Pars comitatus Tolos. relicta Raymundi filio.

Montfortius fiduciarium se Reg. Gall. profitetur.

25 Tanta ditione auctus ornatusque Montfortius ad Francorum Regem se contulit, vt clientis officia veluti supremo domino deferret, ab eoque honorificentissime est admissus. Quacunque verò pergeret, summa omnium gratulatione exceptus; cunctique vti triumphatori hæreseos defensorique fidei occinebant: *Benedictus qui venit in nomine Domini*; tantaque in eum populi ardebat pietas, vt plerique vel tacta vestis ora ac lacinia felices se prædicarent. Sed de his satis: nunc ad res Anglicanas stylum conuertamus.

Magna amoris significatione a Gallis excipitur.

Angli a Rege priuilegia vetera reuocari petiit

26. &c. Concitati hoc anno sunt in Anglia grauissimi motus, qui penè illud regnum euertere: proceres enim inito fœdere prærogatiuas nobilibus viris & ecclesijs illis olim ab Henrico primo concessas a Ioanne Rege per vim extorquere meditati, oratorum opera expetiere, vt eas confirmaret; quas cum ipse, petitis ad deliberandum inducijs, regiam auctoritatem labefactari putaret, vnquam se corroboraturum negauit: quo illi responso efferati ad arma venerunt, ac paulo post, conspiratibus cum ijs Londinensibus, regia vrbe potiti; atque adeo creuit coniuratorum potentia, vt penè ab omnibus Rex desererertur: qui cum se in discrimen amittendæ dignitatis adductum cerneret; ad distrahendas illorum vires omnibus ipsorum tam procerum quam episcoporum petitis annuit, regijsque diplomatibus corroborauit; quæ Parisius historiæ suæ inserit, subditque Regem pontificiæ gratiæ profectandæ cupidum, quò se in iurata fide constantem demonstraret, iamisse b, vt ad omnem dissidij cum ecclesia tollendam occasionem omnium præsulum electiones in posterum liberæ fierent; atque ab Innocentio flagitasse, vt suam decreto adijceret auctoritatem: cuius pijs votis amplissimo diplomate ad Anglicanum clerum dato morem gessit.

Repulsam passi vrbe iant.

Ea Rege extorquet

b Extant eius lit. apud Paris.

c Extant apud eund. Paris.

29 His ita gestis corroboratisque nobiliorum Anglorum priuilegijs c, cum omnium gratiam sibi Ioannes conciliasset, a peruersis consiliarijs in contrariam mentem actus est: insusurrarunt enim illius animis fractam iam illius auctoritatem, creuisse audacia subditos, regium nomen ægrè sustentari, ac satius fuisse de regno, quam de su scepta semel sententia decedere. Quibus vocibus exasperatus, datam fidem rescindere, reuocare diplomata, procerum potentiam debilitare, atque audacissimos quosque armis perdere in animum induxit, cumque non obscura iracundiæ signa præseferret, ijs visis proceres ipsum mitigare conati sunt; monuere, vt datæ fidei meminisset, nullam turpiorem maculam ab Rege suscipi, quam cum sacramenti religionem infringit: sed cum implacabilem eius animum agnouissent ad discutiendum imminens sibi ab irato Rege periculum ad arma coiuere.

Monetur a proceribus vt fidem seruet. Res in bellum erumpit.

30. 31. Perterritus Anglorum procerum coniuratione Ioannes ad edomandos armis rebelles se accinxit, atque ad comparandam Romani Pontificis tutelam oratores misit, qui significarent procerum Angliæ ab eo defectionem, vtque ijs nonnullas leges iniquas extorquere volentibus repugnanteque Rege, ac demum publicè profitente stipendiarium esse sedis Apostolicæ regnum, atque ideo se ad Pontificem, vt supremum regni dominum prouocasse, ne quid eo inscio aliquid in regno immutaretur; ipsos re spreta Londinum occupasse, Regemque ad concedenda petita metu adegisse. Addit Parisius his intellectis Innocentium indignatione in proceres Anglos commotum qui apostolicæ clientelæ commendatum principem vexarent; ex Cardinalium consilio ea omnia, quæ per vim & metum sancita fuerant, edito amplissimo diplomate, rescidisse, ac proceres monuisse vt illatam Regi iniuriam sarcirent; quò placatus ille emendaret sponte quidquid contra iustitiam, atque æquitatem tentatum videretur.

Ioannis apud Inn. querelæ

Pontifex illius causam tuetur

32. 33. Non propterea tumultus apostolica auctoritate compressi fuerunt, quorum auctorem Stephanum de Langetuna archiepiscopum Cantuariensem & Cardinalem cum putaret Ioannes, illum Romæ, vbi solemnes episcoporum in Lateranensi ecclesia indicti erant conuentus, in crimen perduellionis vocauit, quem Innocentius penè conuictum ac veniam deposcentem damnauit, sententiamque a Vvintoniensi episcopo in eum latam confirmauit; quanquam paulo post in gratiam restituit, vetuit tamen cum pedem in Angliam inferre, antequam concordia Regem inter & proceres coaluisset. Suscepit porrò in eadem synodo magno ardore Regis clientelam Innocentius, quem Ioannis oratores sibi deuinxerant, inculcarantque, vt ait Parisius, nonnulla iniquiora capita regio honori contraria, quæ Angli ab ipso extorserant, atque ideo factione illa implicitos solemni ritu anathemate percullit a.

Stephanus Cantuar. archiep. Card. perduellionis accusatus.

Damnatur ab Inn.

Data cautione absoluitur.

Angli factiosi in concil. anathemate percussi.

a Extat apud Parisiens. 1216.

34 At factiosi, vt inquit Parisius, censuras pontificias floccifecere, quos, etsi in Romanos Pontifices admodum iniquus auctor, ea de causa in crimen vocat. Cæterum Ioannes pontificia armatus auctoritate ad edomandos subditos ex Aquitania tum ex Belgio, Gallijsque magnas copias auxiliares excitit, quibus instructus rebelles in magnas angustias adduxit, eorumque agros, possessiones, ac domos ferro flammisque vastauit. Vt verò illi acti in desperationem ad sua recuperanda Philippi Galliarum Regis maiorem natu filium Ludouicum, cuius præclara hoc anno in Albigenses facinora vidimus, Regem salutarint, sequenti anno referemus; iam ad Germanicas res deflectamus.

Spretæ a rebellibus censuræ.

Ioannes in eos sæuit.

35. 36 Extulere se admodum Friderici res hoc anno, quem ait Godefridus Andernaci colloquium cum magnatibus Germaniæ habuisse, postea profectum Aquisgranum, a Siffrido Moguntinensi archiepiscopo Apostolicæ sedis legato absente Coloniensi solemni pompa regijs insignitum ornamentis: & peracto consecrationis imperatoriæ ritu,

Frider. Aquisgrani inunctus.

Ioan-

Ioannem Xantensem scholasticum de accipienda cruce, liberandaque ex infidelium tyrannide terra sancta concionem habuisse; tumque Fridericum vna cum multis præsulibus & principibus eam sumpsisse: quod etiam plures antea in Andernacensi colloquio egisse ait. Sed quanto Ecclesiæ malo Fridericus votum tum nuncupatum postea infregerit, vnde Christiana respublica pessumdata, atque afflicta admodum ex ea occasione est, secundus annis videbitur.

Crucem induit cũ nobilibus pluribus viris.

37 Addit Richardus de S. Germano de pacanda Cæsarum controuersia, misisse oratores suos Othonẽ ac Fridericum, alterum vt obtenta venia imperium recuperaret, e quo deiectus fuerat, alterum vt illud sibi assereret, atque etiam asperioribus animis vtrinque certatum; obiecta autem diluere, ac retorquere, alijs nitentibus, exulcerati animi in asperiora verba prorupere: quo viso Innocentius, assurgens e pontificio solio manu silentio indicto sacrum senatum dimisit, cumque a B. Martini ad S. Andreæ festum ter concilium coegisset, electionem principum, qui Fridericum salutarant Imperatorem, confirmauit: quo facto Innocentius Ecclesiæ consuluisse putauit, cum tamen postea Fridericus longe Othonem improbitate vicerit; sed tunc ille vt callidus erat, studiosissimum se ruendi diuini nominis fingebat, atque hoc anno ne illius nimia potentia formidinem Romanæ ecclesiæ incuteret, vel ne imperio Sicilia coniuncta videretur, supremoque in illam eiusdem ecclesiæ dominio detrectaretur, Henricum filium Siciliæ Regem creauit, seque astrinxit sacramento post adeptam imperij coronam illum e patria posse tutæ emissurum, regnoque diplomate illud regnum sedis Apostolicæ vectigale esse promulganit.

Agitatum de Imperio in cõc

Exorta cõtentio.

Fridericus ab Innoc. Imp. confirmatus.

IESV CHRISTI
Annus 1216.

Indict. 6.

INNOCENTII PP III. OTHONIS IMP. OCCID. 8. annus 19. HENRICI IMP. ORIENT. 12.

1 ATulit acerbissimum toti orbi Christiano dolorem Innocentij obitus, qui tanta cum laude pontificium munus sustinuit, Ecclesiaque terminos feliciter protulit. Sed ne ante tempus lachrymis indulgeamus, ea primum sunt afferenda, quibus extremos dies illustrauit. Igitur ad componendum imperij statum, comprimendosque Angliæ motus geminam legationem decreuit: missus enim ab eo est in Germaniam cum amplissima auctoritate Petrus tit. S. Pudentianæ Cardinalis, de quo hæc Godefridus a: *Fridericus Rex in festo Apostolorum Philippi & Iacobi, curiam apud Nurnbergh habuit: vbi Petrus Cardinalis S. Pudentianæ a domino Papa missus affuit. Hunc curia Engelbertus Coloniensis electus sæ exhibuit, & a domino Petro Card. confirmatus, regalia a Friderico Rege suscepit.* Eadem alij b.

Petrus Card. n. German. mittitur,

a Godef. in annal. ann. 1216.

b Tolet. chr. Birf. ad ea Vinc. spec. hist. l. 28 Antonin. p. 1. tit. 19. c. 3. & 6.

2 Sic. In Angliam verò legationem gessit magister Vvalo (quanquam alij eundem Cardinalem illa functum affirmant c) vt tradit Parisius d, qui eò missum air, quo Ludouici Francorum Regis filij profectionem in Angliam impediret. Namque perculsos Angli, ijque fidelium cœtu abscissi, de quibus antea egimus, fractis rebus suis, ac penè desperatis, Regem sibi Ludouicum hoc anno elegerunt, vt superiori indicauimus, moxque per literas & nuncios euocauere; quibus princeps annuit, & quamuis Apostolicæ sedis legatus, vt eum a proposito dimoueret, omnem operam contulisset, ille anathemate percelli, quam ad se coniugiembus deesse maluit: de quibus Parisius, insequenti post S. Marci festum die Ludouicum ad patrem Philippum se contulisse, ardentissimisque petijsse precibus, ne iter suum disturbaret, cum sacramento Anglis proceribus se adstrinxisset eorum auxilio non defuturum, ac malle anathemate percelli, quam periurio fidem infringere, motumque filij lacrymis Philippum assensisse, vt expeditionem in Anglum conficeret: cum tamen rem periculi plenam cerneret, palam ab eo consilio se abhorrere videri voluisse, atque ita Ludouicum magnis cinctum copijs instructa classe in Angliam traiecisse, nullo que labore Ioanne cum suis in fugam acto, Londinum peruenisse, vbi ingenti principum omnium gaudio exceptum, plures ab Rege ad se pellexisse scribit. Similia Rigordus a, Godefridus b alijque tradunt. Addit Parisius Vvalonem sedis Apostolicæ legatum de Ludouici in Anglum profectione certiorem factum, ad munus sibi impositum obeundum inter medios periculorum æstus penetrasse in Angliam, atque ad Ioannem Regem agentem Glouerniæ peruenisse: qui aduentu eius admodum recreatus spem suam omnem in eum conieciit; hunc vero coacto mox præsulum concilio, in Ludouicum eiusque partium studiosos anathematis sententiam tulisse, eamque in tota Anglia promulgari iussisse.

In Angliã traiicit. Ioannem Regem fugat. Londini excipitur.

a Rigord. gest. Phil. Aug. t. num. Reg. ann. 16.

b Godef. in annal. edit. Antuerp. 3 p. in. 9. c. 2. 5. 6. & alij

Ludouicus a legato Anathemate ictus.

3 Iam immaturum Innocentij III funus lacrymis prosequamur: *Anno Domini* MCCXVI, inquit Conradus Vrspergensis abbas c, *Innocentius Papa obijt apud Perusium XVI. kal. augusti pontificatus sui anno decimonono.* hæc ille. Verum XVII. kal. augusti, dicunt alij. Hoc anno verò defunctum, plurimi scriptores d affirmant, ex quibus hæc Richardus e: *Innocentius Papa Vrbe exiens Perusium venit, vbi mense iulio XVII. kal. augusti languore correptus feliciter expirauit.* Cur verò illuc se contulerit, Martinus Polonus f aperit: *Dicunt*, inquit, *cum Papa propter intentionem terræ sanctæ, inter Pisanos, Genuenses, & Longobardos pacem intenderet facere, & iuuare ad hoc consilium, apud Perusium est defunctus, ibique in ecclesia S. Laurentij est tumulatus.* Hoc quoque iisdem verbis Bernardus g, ac similia Dlugoschius h Guo Longinus, alijque. Sedit annos duodecim, menses sex, dies nouem: creatus enim fuerat Pontifex, vt ipse testatur i, VI. id. ianuarij millesimi centesimi nonagesimi octaui anni, migrauitque e viuis, vt dictum est, testamurque Henricus l, decimoseptimo kal. augusti huius anni.

c Vrsperg. in chron. an. 12. 6.

d Par. hist. Ang. ann. seq. & alij.

e Ric. ar. de S. Germ. in chron.

f Mart. Pol. chron.

g Bern. in chron. Rom. Pont. ann. 1216.

h Longin. hist. tit. l. 6. ed. Lips. Sedis tempus

i Inn. l. 1. ep. 1.

l Henr. l. 1. ep. 1.

4 Indigna admodum de tanto Pontifice in altero seculo animæ statu nonnulli scriptis prodiderunt, e quibus Thomas Cantipratensis in gestis sanctæ Lutgardis scribit cœlesti specie fuisse ostensum sanctæ Lutgardi Innocentij animam purgatorijs flammis adiudicatam fuisse, ac Deiparæ precibus in cuius honorem monasterium condiderat, a sempiternis supplicijs, quæ tribus flagitijs promerperat, liberatum.

De eius anima statu dictum fictitium.

5 Horret inquam animus hæc de tanto Pontifice audire; ac facile crediderim illa ab inimicis ficta. Quis enim in animum induxerit, Innocentium, cuius laudes boni omnes celebrarunt, animique virtutes ad cœlum tulere, tribus scelestissimis fœdissimis fuisse inquinatum, ob quæ æternis interorum pœnis multandus esset, nisi, cum mors immineret, illum pœnituisset? Et quanquam si de vitijs loquamur, multa sæpe iactari paret, quæ mendacij ex pluribus arguamur, non-

In dubiũ reuocatur ab multis istum.

nullaque id genus grauissimis in rebus, veluti diuinitus obiecta literis mandari, quæ inter se pugnare manifestè liqueat, cum veritas diuinitus inspirata sibi perpetuo constans reperiatur. Sane vt ait Apostolus 2, *Satanas transfigurat se in angelum lucis*; sensus etiam interdum hallucinatur, mens sibi inania fingit ludibria, ac sæpe diuinis visis vel hominum incuria, vel leuitate, vel malitia nonnunquam plura adduntur. Cæterum Innocentij animam, Deo permittente, suffragia postulare potuisse, inficias non imus, ignibusque purgatorijs expiandam traditam, cum interdum viri sanctissimi contractas vitæ maculas ijs eluant,

2 Col. II.

Præclara auctorum de eo testimonia

13 Possent innumera veterum scriptorum testimonia ad cõprobandas eius animi virtutes produci: sed ijs prætermissis pauca dumtaxat Rigordi, qui eo tempore floruit, & S. Antonini archiepiscopi Florentini verba adducere contenti erimus. Ait igitur Rigordus b: *Innocentius Papa celebrauit Romæ concilium, vir clari ingenij, magnæ probitatis & sapientiæ; cui nullus secundus tempore suo.* S. Antoninus c verò: *Post innumera*, inquit, *opera egregia virtutum, demum beato fine quieuit.* Hæc ille de Innocentio Papa, qui a pluribus etiam alijs vti vir sanctissimus collaudatur; multa luculenter scripsit, quæ duobus tomis multis abhinc annis edita fuere. Nouissimè accessit tomus tertius quatuor eius epistolarum regesta complectens, vt supra dictum; ex quibus alijsque Gregorius IX. decretalium librum potissimum condidit.

b Rig. de gest. Phil. Aug. sub ann. Reg.

Elogia Innocentij.

c Antonin. 3 part. tit. 19. cap. 1.

Scripta ab eo opera.

Eius virtutes.

14 Addamus postremo pauca de gestis ac virtutibus, quæ illius memoriam commendant, cui ipsum vere amicitiæ leges scribit eius vitæ auctor; liberalitatemque & magnificentiam in familiares exercuisse, quos ad amplissimos honores extulit; quos quidem ijs dignos fuisse putandum est, cum vir tanti ingenij prudentiæque non nisi magnorum virorum familiaritate delectari posset. Hæc enim de creatis ab eo S.R.E. Cardinalibus eius acta tradunt: *Circa familiares suos liberalissimus extitit conferendo illis beneficia & honores; nam de capellanis suis promouit ad dignitates Pyrsinum diaconum Cardinalem S. Eustachij, quem postea fecit episcopum Ostiensem.* Hunc postea ad summum pontificiæ dignitatis gradum sub Gregorij IX. nomine exploratæ virtutes extulerunt d; *Leonem in presbyterum Cardinalem S. Crucis; Ioannem in presbyterum Cardinalem S. Mariæ in Cosmedin, quem postea fecit Romana ecclesia cancellarium; Petrum in presbyterum Cardinalem sanctæ Pudentianæ; Nicolaum in episcopum Tusculanum; Ioannem in diaconum Cardinalem S. Mariæ in via lata; Octauianum Cardinalem SS. Sergij & Bacchij; Ioannem in diaconum Cardinalem sanctorum Cosmæ & Damiani; Paulum in Hortanum episcopum, Benedictum in episcopum Fundanum*, &c. De alijs episcopis pergunt dicere. Tum subdunt e,

d Greg. ix. in Antonin. supra.

15 *Quia verò superfluitas multa nimis abundat in seculo, maximè in prælatis, vt eos corripere posset liberius & corrigere, illius exemplo, qui capit sucre & docere, ad talem se mediocritatem reduxit, quod vasa aurea & argentea in lignea & vitrea commutauit; pelles armellinas grisias transtulit in agninas. Mensam suam tribus ferculis voluit esse contentam, & capellanorum suorum duobus, nisi magna solemnitas, aut aliqua vrgens necessitas amplius postularet; remotisque laicis, viros religiosos adhibuit ad quotidianum ministerium mensæ, vt ii a personis regularibus honestius seruirentur; consuetis*

e Matth. Paris. A loco ab hortus.

Lignea & vitrea vasa vtebatur.

Domesticis simpliciores viros religiosos adhibebat.

tamen officijs viris nobilibus reseruatis, qui festinis diebus secundum morem deseruiebant in eis. Quandam moderatam summam de thesauro Ecclesiæ seposuit, & in sequestro depositi pro vrgenti necessitate, si qua forsitan immineret: reliquum verò thesaurum pene totum erogauit hoc modo. Pergit auctor recensere, vt immensam pecuniæ vim inter plura virorum ac mulierum monasteria, & xenodochia sit partitus; qui vniuerso orbi Christiano ingens sui desiderium reliquit: tum verò maximè terra sancta in eo grauissimam iacturam passa est, cùm illius diligentia ac studio e Saracenorum seruitute ereptum iri speraretur: iam enim nouus Imperator, Angliæ Rex, alijque principes crucem induerant, quorum ardor vna cum Innocentio pariter extingui visus est. Atque de laudatissimo Pontifice de Ecclesia Dei, vniuersoque Christiano orbe optimè merito hæc dixisse sufficiat.

Erarium pro temporum difficultatibus repositum. Largiuimę eleemosynæ ab eo erogatæ.

16. 17 Erepto igitur ex hac vita Innocentio XVII. kal. augusti, ac supremis funeris honoribus postridie illi habitis, proximo die Perusij, vbi obierat, sacra comitia celebrata sunt; cumque vno tantum die Apostolica sedes pastore orbata fuisset, Honorius III. XV. kal. augusti Pontifex renuncIatur, de quo hæc Vrspergensis a: *Successit Honorius III. qui prius fuerat Centius nominatus, fueratque camerarius Cardinalium, & pensias ipsis collatas inter eos fideliter, & prouidè distribuebat.* Quod ad nomen ac mirum attinet; cæteri scriptores, ac publica monumenta Vrspergensi adstipulantur, illum scilicet Centium, vel Cencium nomine, Richardus b enim illius temporis accuratus scriptor, S. Antoninus alijque ita vocant, ecclesiastici ærarij summum præfectum, seu vt vulgo aiunt S. R. E. Camerarij officio functum, deinde in sacrum Cardinalium senatum ecoptatum, ac primum S. Luciæ in via latâ diaconum creatum, postea verò presbyterum Cardinalem SS. Ioannis & Pauli renuntiatum ipsemet assumat c.

Honorius successor illius.

a Vrsperg. chron. ann. 1216.

Gesta ab eo munera

b Ricc. abbr. S. Anton. 3. p. tit. 19. c. 8

c Rener l. 2. ep. 1020.

Eum porro patria Romanum, Sabellagente prognatum Antoninus d, atque alij e scribunt, qui etiam Americi, seu Almerici filium dicunt; consentiunque sacris pontificalibus IX. kal. augusti initiatum: qui ritus in ecclesia S. Petri Perusij celebratus, vt testatur Pontifex ipse literis quas ad Cistercienses monachos postea dedit f, Cur verò sacra comitia tam cito peracta, causam affert Bernardus g: *Vacauit sedes per vnum tantùmmodo diem, Perusinis causa electionis Papæ strictissimè arctantibus Cardinales.*

Illius genus.

d Anton. vbi sup.

e Panvin. in fast. aliique.

f Ap. 12 (8.

g Bern. chr. Rom. Pont.

18. 19 Postridie eius diei, quo Honorius consecratus est, Christiani orbis tam præsules, ac religiosos viros, quorum etiam precibus plurimum se commendauit, tum Reges ac principes certiores de sua electione fecit: & in pontificio regesto primum obtinent locum literæ, quibus id Ierosolymitano Regi significauit, pollicituque est omnem se operam daturum, vt terræ sanctæ auxiliares copiæ submitterentur.

Lit. de sua promotione.

20 Consensisse verbis factis, reique Ierosolymitanæ pontificiò pectori insedisse, ostendunt eius literæ datæ ad Gallicanos episcopos, quos religioso pro imperio monuit, vt crucesignatos Innocentij morte consternatos erigerent, confirmarentque; se ad perducenda in exitum prædecessoris consilia tota animi & operæ contentione incubiturum, atque adeo suscipiendo bello strenuè se accingerent

Rectitudo cultui Christiano terræ sanctæ iacturam.

gerent: tum etiam ipsos præsules rogauit, vt suis apud Deum precibus recens impositum onus leuarent; viciſſimque paternam illis solicitudinem est pollicitus.

21 Attexitur regesto pontificio prolixior catalogus patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, atque abbatum, quibus ijsdem penè conceptis verbis scripsit: adiectæ datæ ad Imperatorem
a Lib. 1. ep. 5 Constantinopolitanum literæ a, quibus catholicæ Ecclesiæ gubernaculis se admotum docet, aperitque ingēs tuendæ diuini Numinis gloriæ, edomandi schismaticorum fastus, imperijque orientalis, ex quo veluti ex arce firmissima in Saracenos ac terræ sanctæ inuasores excurrendum sit, contra Græcorum impetus firmandi muniendique desiderium, ac demum ad pristinam in Romanam ecclesiam reuerentiam amoremque seruandum est cohortatus. Pari ratione, vt subijcitur, ad Siciliæ Regem designatum Imperatorem, ad Poloniæ duces, alioſque singulos Reges, & principes scriptum est. His
Consecratur Perusij Perusij gestis cum solis clementiores radij aërem temperarent, augusto mense exeunte, iter in Vrbem est aggressus, pridie nimirum kal. septembris
b Chron. Foss. mss. hoc an. & loc. p. 8. vt affirmat Fossænouæ chronicon b.

22. 23 Nèc destitit vrgere principes e, vt sacræ in terram sanctam expeditioni se accingerent; quo tempore id accidit, quod narrat Thomas Cantipratensis d.

d Thomas Cantipr. lib. 2. c. 25. Equitis mors ex amoris diuini impetu. 24 *Circa annum ab incarnatione domini* MCCXVI. *quidam vir fidelis & bonus de oppido Dinantheo mare transijt: & ingressus terram sanctam loca singula, in quibus pedes Domini stetisse quibusdam indicijs ferebatur, multa deuotione & lachrymis visitauit. Cumque veniſſet ad locum Caluariæ, vbi Redemptorem nostrum audiuit mortis angustias, & crucis supplicium pertulisse, grauissimis suspirijs ingemiscens, cum clamore valido & lachrymis dixit: Quid tibi benignissime domine, quid inquam tibi Christe retribuam pro omnibus, quæ prius amator amabilis mihi mirabiliter tribuisti? vidi prius loca in quibus natus, & inter homines conuersatus doctrinam euangelicam predicasti, & deitatis tuæ indicia per miracula demonstrasti. Hæc quidem ob amorem & reuerentiam tui sincero corde complexus sum, hunc verò locum passionis & mortis tuæ æquo animo videre non possum, vbi clauis crucifigi, terebrari lanceæ, & animam pro nobis tradere voluisti. Hæc vt beatus ille peroranit, exclamans, raptis vitalibus cordis venis spiritum exhalauit, &c.* Sed e rebus Ierosolymitanis ad Constantinopolitanas digrediamur.

Henricus Imperator qualis fuerit. 25. &c. Circa hæc tempora Henricum Imperatorem e vita discessisse videtur, cum sequenti anno Petrus Antissiodorensis comes e Gallijs ad capessendum imperium fuerit euocatus. Fuisse verò Henricum magnis virtutibus exornatum testantur Græci, e quibus Georgius Logotheta e illum ita commendat: *Per Ericum res Romanæ*, e Georg. Logoth. Leone Allatio interprete. *& Theodorus etiam Imperator multum detrimenti cepit, cum esset fortis, & ad pugnandum præceps & audax.* Commendat idem auctor eius beneuolentiam in Græcos: *Romanos*, inquit (ita appellat suos) *& Byzantinos indigenas placidius fedatiusque amplectebatur, & ex illis plures inter primates collocauerat, alios inter milites adnumerauerat, plebem verò veluti proprium populum fouebat.* Sed de his deque Italicis rebus satis. Conuertenda iam nobis ad extera regna narratio.

Angliæ res turbidæ. 30 Offert primum sese nobis bellis ciuilibus lacerata Anglia, cuius species non minus sub Ho-

norij primordijs, quàm sub Innocentij exitu fœda extitit, Vt verò demum Honorij studio, atque Apostolicæ sedis legati diligentia recreata fuerit, procereſque a Ludouici Galliarum Regis maioris natu filij partibus ad Henricum Ioannis successorem traducti, ordine differemus, vbi primùm quę ad redintegrandas Ioannis res gesta fuere percurrerimus. Miserat iã ante Innocentius Guallonem tit. S. Marcini presbyterum Cardinalem apostolici legati munere auctum, quò Ioanni Regi operam, & consilium exhiberet, iamque strenuè ad id incumbebat, cum relicta ab Innocentio Ecclesiæ gubernacula Honorius capessiuit moxque Guallonem legatum cœpto operi generosè iussit insistere. Guallonis legationè confirmat Honorius.

31. 32 Verum hæc inter Rex Ioannes dum se vndique periculis cinctum vidit, nec sustinendis hostibus parem, partim ex animi angustia, partim ex labore bellico vehimio fructuum esu, a Par. hist. Angl. hoc ann. vt ait Parisius a, lethali morbo corripitur: additque auctor in arcem cui Lafort nomen est contendisse, cumque ex eo loco Neuercum profectus esset, paulo post vi morbi oppressum interijsse, de quo hæc subdit: *Cum regnasset Rex Ioannes annis octodecim, mensibus quinque, diebus autem quatuor, ab hac vita, post huius seculi multas perturbationes, & labores inutiles, in multa mentis amaritudine subtractus, transmigrauit, nihil terræ, immo nec seipsum possidens. Sperandum est autem, & certissimè confidendum, quod quædam bona opera, quæ fecit in hac vita, allegabunt pro eo ante tribunal Iesu Christi.* Ioan. Regis obitus.

33 At quomodo Henricus extincto patre, iustisque illi persolutis coram Apostolicæ sedis legato, episcopis, principibusque Angliæ solemni pompa insigne regni acceperit, idem auctor sic refert: *Paratis omnibus ad coronationem necessarijs, legatus supradictus associatis sibi episcopis & comitibus memoratis, duxerunt eum ad ecclesiam conuentualem cum processione solemni, Regem acclamando; vbi ante maius altare constitutus, iurauit coram clero & populo appositis sibi sacrosanctis euangelijs & plurimorum sanctorum reliquijs, dictante iuramentum Tocclino Bathoniensi, quod honorem, pacem, ac reuerentiam portabit Deo, & sanctæ Ecclesiæ, & eius ordinatis, omnibus diebus vitæ suæ. Iurauit etiam, quod in populo sibi commisso, rectam iustitiam tenebit, quodque leges malas, & iniquas consuetudines, si quæ sint in regno, delebit, & bonas obseruabit, & ab omnibus faciet obseruari. Deinde fecit homagium sanctæ Romanæ ecclesiæ, & Innocentio Papæ de regno Angliæ, & Hybernie, & iurauit quod mille marchas, quas pater eius Romanæ contulerat ecclesiæ, fideliter persolueret, quamdiu predicta regna teneret.* Et infra: *Coronatus est autem Henricus tertius anno ætatis suæ decimo, in die Apostolorum Simonis & Iudæ, scilicet* XXVIII. Post hæc enarrare pergit bellica gesta Ludouici Francorum Regis filij: *Verum animabat*, inquit Parisius, *eos qui partes Regis fouebant quamplurimum, quod singulis diebus dominicis ac festiuis Ludouicus cum complicibus eius & fautoribus excommunicari videbant.* Henricus Angliæ regno succedit. Regia illius consecratio. Susceptum ab Ecclesia ipsius patrocinium.

34. 35 Cum certior mortis Ioannis Regis fama ad Pontificiam aulam peruasisset, Honorius non leui est affectus dolore, ipsiusque filium Henricum defendendum suscepit; legatumque ad munus sunmsit renuè obeundum his verbis vrsit b. *Tuam*, inquit, *discretionem monemus, & exhortamur in Domino per apostolica tibi scripta mandantes quatenus*

b Honor. l. 1 ep. 32.

tenus ſicut vir fortis, & conſtans dilatato animo circa tutelam, & curam prædictorum pupillorum & regni, tanto ſolicitudine inuigiles promptiori, quanto Apoſtolica ſedes ad id fortius nunc tenetur, & tu ipſe vice illius, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum III. non. decemb. pontificatus noſtri anno primo. Eodemque ferè exemplo Vvintonienſi, Vvigornienſi, & Oxonienſi epiſcopis, Dublinenſi archiepiſcopo, nobilibus Angliæ viris, regias partes ſequentibus; præterea Burdegalenſi archiepiſcopo atque optimatibus Gaſmarinis Regi obſequentibus literas [a] miſit.

[a Reg. poſſ. cand. rp.] Rebelles Angliæ proceres increpiti.

36 Vt continere in officio principes viros ſtuduit, ita alios qui a Ioanne Rege deſciuerant, eumque bello acriter erant perſecuti, reuocare, obiecto religionis metu conatus eſt, inculcauitque iam ad alendam rebellionem ſublato Ioanne Rege, colorem deeſſe, proinde ipſorum dignitatis intereſſe cum Henrico, quem ætas probabat innocentem, in gratiam redire; nec enim ferre legum æquitatem, vt paterni ſceleris (ſi quod fuerit) pœna in filium transfunderetur. Paruere nonnulli proceres apoſtolicis imperijs, atque etiam ex ipſis Ludouici ducibus ab eius partibus ſe ſubduxere, cum maiori damno verterent iras Numinis ac ſedis Apoſtolicæ incurrere, quam prapotentis principis gratiam amittere.

Pontificia ſtudia ad Gallos cæptis abducendos.

37. &c. Grauioribus autem curis diſtrahebatur Honorius, ne ita Henrico Angliæ auium ſumpſerunt aſſereret, vt Philippum Galliarum Regem exaſperaret, ſi in Ludouicum ipſius filium cenſuras diſtringere cogeretur: atque ideo amoris ac benuolentiæ vias omnes explorans Ciſtercienſi & Clareuallenſi abbatibus, qui gratia apud Philippum ac Ludouicum plurimum poterant, prouinciam dedit [b], vt pontificio nomine vtrumque adirent, & genibus prouoluti per ſacra quæque obteſtarentur, ab inuadenda pupilli apoſtolicæ clientelæ commendati dictione temperarent; & parentem quidem, vt filium patria auctoritate a cæptis auocaret; Ludouicum verò, vt ſi quam eo facto dedecoris labem ſuſcepturum ſe putaret, illius dolorem diuino Numini, ſedique Apoſtolicæ remitteret, a qua vinci non pudori, ſed gloriæ & triumpho ducendum eſſet; demum ſi repugnaret precibus, denuntiarent diuinas humanaſque pœnas in eum cumulatum iri.

[b Ep. 83.]

45. &c. Hoc anno Pontifex conſulenti eum Pragenſi epiſcopo, hæc reſcripſit [c].

[c Ep. 44.]

Honorius, &c. Quæſiuiſti, an ſeculares canonici minus legitime nati ſuis ſint renuntiare beneficijs compellendi: cum de iure ad ſacros nequeant ordines promoueri, nec in beneficijs ſecum fuiſſe probent a Romano Pontifice diſpenſatum, nec eccleſia taliter indigeat ordinatis. Ad quod fraternitati tuæ taliter reſpondemus; quod ſi multitudo eſt in cauſa, vt huiuſmodi non poſſint ſine ſcandalo remoueri, eos in beneficijs ſic ſuſceptis poteris conniuentibus oculis tolerare. Explicari præterea poſtulaſti, vtrum illis ſit licitum, qui nec voto, nec regulari obſeruantia ſunt aſtricti, carnes comedere, quando in ſexta feria dies Dominicæ natiuitatis occurrit. Ad hoc tale damus reſponſum; quod illi qui nec voto, nec regulari obſeruantia ſunt aſtricti, in ſexta feria ſi feſtum natiuitatis dominicæ ipſo die venire contigerit, carnibus propter feſti excellentiam vti poſſunt ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ generalis, nec tamen ij reprehendendi ſunt, qui ob deuotionem voluerint abſtinere. *Dat. Laterani* IV. *kal. nouembris Pontificatus noſtri anno primo.*

Reſpõdet, dubijs Pragenſ. epiſcopi.

48 Eodem anno inſtitutæ a S. Dominico religioſæ diſciplinæ formulam ab Honorio auctoritate apoſtolica confirmatam tradit Iordanus [a], tum in eius geſtis Theodoricus [b], qui etiam hoc memorabile viſum ſanctiſſimo viro diuinitus obiectum enarrat: *Poſtquam vir Dei Dominicus ex mandato Pontificis ad fratres ſuos de deligenda regula rediit, iterum Romam profectus eſt, domino illum comitante, & in omnibus dirigente. Interim verò Innocentius III. Pontifex deſijt eſſe in humanis, & ei ſuccedens Honorius apoſtolicæ ſedis dignitatem obtinuit. Egit itaque apud illum ſeruus Dei, vt contra hoſtes Eccleſiæ Prædicatorium ordinem confirmaret. More autem ſuo noctu in eccleſia orans vir Dei ſedentem ad Patris dexteram Filium ſurgere vidit iratum, vt interficeret omnes peccatores terræ, & diſperderet omnes operantes iniquitatem. Stabat verò in aëre aſpectu terribilis, & contra mundum in maligno poſitum tres lanceas vibrabat; vnam qua ſuperborum erectas ceruices trajceret, alteram qua cupidorum viſcera configeret, tertiam qua carnalibus voluptatibus deditos confoderet. Cumque eius iræ nemo poſſet reſiſtere, occurrit clementiſſima mater eius, & pedes illius complectens, rogabat vt parceret eis, quos ſuo ſanguine redemiſſet, & iuſtitiam miſericordia temperaret. Cui Filius: An non vides, inquit, quanta mihi irrogentur iniuria? Iuſtitia mea tot mala amplius non patitur impunita. Contra mater: Tu qui omnia, inquit, noſti, bene perſpectam habes viam, per quam illos ad te reuocaturus es. Habeo ſeruum fidelem, quem mittes in mundum, vt verba tua annuntiet eis, ſicque conuertentur ad te omnium Saluatorem. Habeo etiam alium ſeruum quem ei adhibebo adiutorem, vt ſimiliter operetur. Filius dixit: Bene placatus ſuſcepi faciem tuam: attamen velim videre eos, quos tanto muneri deſignaſti.*

[a Iord. M. S. bibl. vat.] [b Theod. l. 2. c. 1. apud Sur. to. 4. die 4. aug.]

Cæleſte viſum D. Dominico obiectum.

49 *Obtulit ergo Mater Filio beatum Dominicum, & ait Dominus: Bene & accurate is faciet, quæ dixiſti. Porro beatus Dominicus ſocium ſuum in hac viſione diligenter contemplans, ad id vſque tempus ignotum ſibi, poſtera die in eccleſia inuentum agnouit, ruenſque in ſancta oſcula & ſinceros amplexus ait: Tu es ſocius meus: tu mecum pariter curres: ſtemus ſimul, & nullus aduerſarius vincet nos. Viſionem quoque, quam tam diximus, enarrauit ei, atque ab eo die fuit illis cor vnum & anima vna in Domino, quod etiam a ſucceſſoribus ſuis iuſſerunt perpetuò obſeruari. Huius viſionis ſeriem & notitiam per S. Franciſcum accepimus, cui beatus Dominicus ante ordinis confirmationem eam patefecit. Ea verò viſione animatus, certiorque effectus B. Dominicus ad Pontificem accedens, quemadmodum ab ipſo & fratribus erat conceptus ordinis Prædicatorij & omnium, quæ obtinere voluit, confirmationem impetrauit anno ſalutis* MCCXVI. *&c.* Extat eade re pontificium hoc diploma extremo anno datum [c].

S. Dominicus & S. Franc. mutua amicitia coniunctiſſimi.

[c Rom. l. 1. ep. 149.]

Dilecto filio fratri Dominico priori S. Romani de Toloſa, & fratribus ſuis regularem vitam profeſſis, & profeſſuris, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Nos attendentes fratres ordinis tui futuros pugiles fidei, & vera mundi lumina, confirmamus ordinem tuum, cum omnibus caſtris & poſſeſſionibus habitis & habendis, & ipſum ordinem eiuſque poſſeſſiones, & iura ſub noſtra gubernatione, & protectione ſuſcipimus. *Dat. Romæ apud S. Sabinam* XI. *kal. ianuarij pontificatus noſtri anno primo.* Aliud præterea diploma ad eos dedit, quo ordi-

Honorius ordinem S. Dominici confirmat.

nem

nem ampliſſimis priuilegijs communiuit, quod inter apoſtolicas ſanctiones in lucem eſt editum [2],

a Bullar. to. 1. in Honor. 3. an. 1216.

IESV CHRISTI
Annus 1217.

Indict. 5.

HONORII PP. III. annus 1. — OTHONIS IMP. OCCID. 9. PETRVS IMP. ORIENT.

1 LVgebat adhuc Henrici mortem Conſtantinopolitanum imperium, cum redacto perfidia Theodori Comneni in ſeruitutem nouo Imperatore, græcarum artium ignaro, in diſcrimen adductum eſt; atque ex eo tempore Latinorum res ſenſim inclinatæ; donec penitus ſœdiore alia proditione conciderunt. Conſilium quidem Conſtantinopolitanorum nonnullorum fuerat ad firmandas res imperij Andreæ Hungariæ Regi potentiſſimo ſceptrum dare; illeque mox literis Honorio ſibi vel ſocero comiti Andisiodorenſi delatum eſſe diadema ſignificarat; cui ita reſcripſit Pontifex.

Andreas Hung. Rex oblatũ ſibi Imp. Oriẽt ſcribit Honor.

2 *Honorius, &c.* Ex tuarum ipſarum ſane accepimus literarum tenore, quod cum toto deſiderio ad terræ ſanctæ liberationem aſpires, firmum habuiſti propoſitum iter peregrinationis accipere in termino diſtincto in concilio generali, ſed arduus de nouo caſus emergens, videlicet, quod vniuerſitas Latinorum in Græcia commorantium ad te ſuos nuncios deſtinarunt in Imperatorem Conſtantinopolitanum te, vel nobilem virum comitem Antiſſiodorenſem tuum ſocerum, electuros, prædictum terminum te præuenire compellit vnde nobis eiſdem literis ſupplicaſti, vt vniuerſis crucеſignatis noſtris curaremus literis inimare, te per terram, ad eiuſdem terræ ſubſidium profecturum, & moueremus eoſdem, vt te tuo comitatui adiungentes tecum votum peregrinationis exequantur aſſumptæ.

Honorij reſponſum

Rogat ne ea res terræ S. fraudi ſit.

3 Nos ergo de tua exaltatione gaudentes, & illi gratiarum exibentes multiplices actiones, qui ad præfatæ terræ ſuccurſum vota tua ex clementia ſuæ bonitatis præuenit, ipſum ſuppliciter exoramus, vt adiuuando eadem proſequatur, & crucеſignatis, qui ad ſæpe dictæ ſanctæ terræ ſubſidium terreſtri propoſuerunt itinere proficiſci, noſtris literis exhortamur, vt circa paſcha iter arripiant tecum ad ſæpedictæ terræ ſubſidium profecturi. Tu ergo caueas diligenter, ne per hoc terræ ſanctæ retardetur ſuccurſus, qui multa eſt procuratus ſolicitudine, ac labore; quoniam hoc in Dei offenſam, Apoſtolicæ ſedis iniuriam, & tui ſempiternum opprobrium redundaret, quod & a nobis non poſſet in patientia tolerari, &c. *Dat. Laterani III. kal. februarij pontificatus noſtri anno primo.*

Andream occupat Pet. Antiſſiod. comes. Quæ illius iura. Romam contendit. Cingitur ab Hon. imperatorio diademate.

4 Verum Andreæ Regis ſocer Petrus comes Antiſſiodorenſis, qui vxoris Iolantæ ſororis Balduini primi, ex qua plures liberos ſuſceperat, nomine potioribus ſuffragijs ad imperium vocabatur, e Gallijs contento curſu Romam aduolauit, vt a Pontifice imperatorio diademate redimitus maiorem ſibi apud Conſtantinopolitanos auctoritatem conciliaret; de cuius aduentu, regiaque conſecratione, hæc Foſſanouæ chronicon: MCCXVII. *menſe aprilis quidam comes Francigena nomine Petrus de Alſunia a Græcis vocatus & electus in Imperatorem Conſtantinopolitanum, applicuit Romam cum vxore & filijs, & alia comitatu: honorifice a domino Papa Honorio, & a clero, & a cuncto populo Romano eſt receptus. v. id. predicti menſis in eccleſia ſancti Laurentij foris murum cum magna gloria & decore coronatus eſt a ſummo Pontifice cum vxore ſua.* Hæc ille, quibus ſimilia Richardus notarius [a], Iordanus [b], & alij; qui etiam eandem Auguſtam Iolem ſeu Iolam vocant.

a Rich. de S. Germ. chr. & Iord. M. S. bib. mat.

5 &c. Celebrata ideo extra mœnia regia conſecratio, ne quid iuris orientale imperium in occidentali ſibi comparaſſe videretur: ac ne Conſtantinopolitani patriarchæ iuribus coronandi orientis Imperatoris detractum putaretur, Honorius literis apoſtolicis illi ſignificauit [c] ſe maximis de cauſis, nimirum ad ſedandos imperij tumultus Petrum imperiali diademate cinxiſſe, nec ſui eſſe conſilij, vt eccleſiæ Conſtantinopolitanæ in conſecrando Imperatore auctoritas vllo pacto labefactata, imminutaque cenſeretur.

c Hon. lib. 1. epiſt. 525.

8. 9 Ad comparandam nouo Imperatori maiorem auctoritatem, flectendoſque ad illius obſequium aduerſarios centuratum vi, cum religio armis potentior ſit, legatum illi apoſtolicum, nimirum Ioannem Columnam presbyterum Cardinalem tit. S. Praxedis, vt ſcribunt Foſſanouæ chronicon alijque, itineris ſocium adiunxit [d].

Legatus Apoſt. Petro datus comes.

d Ib. epiſt. 418.

10 Nil Petro legati auctoritas, nil ſuſceptæ tanto apparatu imperatoriæ inſulæ profuerunt, quã vt cum pompa periret: Græcorum enim terras ingreſſus Theodori Angeli Comneni proditione e viâ cum legato in carcerem fuit conjectus. Res enim geſta in Foſſæ nouæ chronico ita deſcribitur: *Incipientes iter tranſierunt mare euntes per Imperium Romanie gaudenter. Maior poteſtas imperij Romanie audiens inuitauit prauitatem Imperatorem, vt dignaretur ire per terram ſuam, promittens ei omnes expenſas vſque in ciuitatem Conſtantinopolitanam... callidus inſidians, & decipiens Imperatorem. Tunc Imperator cum domino Cardinali ingreſſi ſunt terram predicte poteſtatis, que poteſtas & dignitas apud nos dicitur Comnenio, nomine Theodorus, qui poſtquam recepit Imperatorem, & dominum Cardinalem, voluit eos occidere; ſed reſponſum eſt ei ab amicis & fidelibus dicentibus: ſi iſtos occideris, ſemper habebis guerram ab imperio, & a ſumme Pontifice, & tu & heredes tui: ſi ſeruaueris eos vinos, non erit qui te debellet; poſuit eos andaber in cuſtodiam, & conſtricte cuſtodiunt eos in ergaſtulo.*

Petrus a Theodoro circumuentus.

11. &c. His conſentit Iordanus cum alijs, quos ſupra memoraui, auctoribus, qui proditionis conflatæ modum, atque Imperatorem in comitiuio, quo exceptus fuerat, captum deſcribit: *Cum*, inquit, *receſſiſſet de Roma.* Petrus nimirum, *& cum eo legatus Apoſtolice ſedis Ioannes de Columna Cardinalis de Brundiſio in Dyrrachium tranſiit: Imperatrice autem cum filialibus diuertente per mare, ipſe Imperator cum Cardinali & toto comitatu, recepto baronum homagio, ſed proditioſo, accepto conſilio per terram tranſijt, & in via cum Theodoro fœdus iniit, a quo proditorie inuitatur, & in comitiuio capitur & paucis fugientibus multitudo proſtrata eſt. Hic Theodorus pro Imperatore ſe gerebat, quia plus ceteris Emanuele propinquus fuerat, & tenebat totum Zagora a Durazio vſque marchiam Blachie.* Extant ad Theodorum Comnenum ſcriptæ ab Honorio literæ [f], quibus ipſum ob conflatam turpiter proditionem perſtringit, ſolicitatque, vt Ioannem Cardinalem, legatum ſedis Apoſtolicæ e cuſtodia dimittat, ac ni pareat, minas grauiſſimas incutit, vtque ad id citius perficium

Græci in illius obſequio tentorio proſternebant ſuit fœdus cum Theodoro. Excipitur comitiuo, & capitur Exercitus cuius cum ducibus.

f Lib. 2. ep. 543.

fidum principem inflecteret, legationem ad eum decreuit, qua Andreas subdiaconus pontificius est functus.

Hortatur Pontifex Regem Hung. ad Imp iniur. vindicandam. a Lib. 1. ep. 544.

15. &c. Praeterea Andream Pannoniæ Regem per literas etiam atque etiam rogauit a, vt Theodorum ad Petrum Imperatorem legatumque ex vinculis eximendos compelleret: *Hortamur*, inquit, *serenitatem tuam, rogamus, & obsecramus in Domino, quatenus omni mora postposita solemnes nuncios ad prefatum Theodorum cum omni festinatione transmittas, & ab eo Imperatoris, et Cardinalis personas blandis aspera regaliter admiscendo requiras, quia confidimus, quod eos consideratione tua restituet libertati, praesertim metuens tui exercitus apparatum, quem ipsi nuncij tui sibi potuerunt insinuare, prudenter inuendo te vsurum viribus, si proficere nequiueris precibus apud eum.* Dat. *Ferentini* v. *kal. augusti pontificatus nostri anno secundo.* Vt verò Theodoro in gratiam cum Pontifice redeunte vetitæ fuerint collectæ crucesignatorum copiæ in ditionem Theodori incurrere, sequenti anno dicetur.

De expeditione Ierosolymitana

18 Suspensus tum erat vniuersus orbis Christianus expectatione exitus sacræ expeditionis in concilio Lateranensi decretæ, ad restituendas Christiano nomini Ierosolymas, quam etiam vrgebat Honorius, qui cum nonnullorum pium ardorem ex morte Innocentij elanguisse cerneret, inflammare illum apostolicis literis, confirmare fluctuantes legationibus, atque e Petri soho veluti ex summa arce sacrum classicum canere adeo, vt eius clangor in extremis orbis Christiani oris personaret, tum cumulare preces, promissa exaggerare, indulgentiarum praemia effundere, diuinamque crucesignatis opem solemnibus supplicationibus conciliare non destitit.

Cur votis fidelium belli sacri pares exitus non successerint.

19 Non respondernnt tamen votis & expectationi successus, cum sacræ synodi pia consilia funestis casibus praepedita essent; Petro enim Imperatore capto nulla e Constantinopoli auxilia submissa: Germania pendente adhuc Othonem inter & Fridericum de imperio lite omnes suas vires effundere non potuit: Anglia ciuili bello vexabatur; Hiberniam eadem flamma corripuerat: Scotia armorum societatem cum Ludouico inierat: Gallia partim in Angliam copias transmiserat; partim de Campaniæ principatu Theobaldum inter & Erardum ancipiti contentione distinebatur; partim Albigensium rebellione fluctuabat: Aragonia pro restituendo Tolosano comite bellum hominibus pijs mouebat: reliqua Hispania Mauris pellendis intenta erat; Italia omnino pacata non erat, adeo vt ex occidentis Regibus Hungarus tantummodo transfretarit; qui etiam immaturo recessu egregiè coepta dissoluit. Praeterea eo anno Syria frugum inopia laborauit: quæ omnia conceptas recuperandæ Ierosolymæ ipsos ac vota Christiani populi fefellerunt. Quamquam ea expeditio vtilitates alias ac victorias peperit, de quibus antequam agamus, solicitudinem Honorij in accendendis fidelibus, comparandoque bello sacro contemplemur.

Hierosolymæ spes.

Studium Honorij in concitandis fidelibus. Ianuenses & Pisani ad pia arma solicitati. b Hon. l. 3. ep. 753.

20 Ad vertenda in primis contra Saracenos Insubrum arma, quibus se mutuo petebant, Ostiensem episcopum legatum misit, qui incusso censurarum terrore ad pacem ipsos adduceret. Similique ad Genuenses & Pisanos, quos mutuæ potentiæ liuor vexabat, scripsit b.

21. 22 Cum vero bellici Colonienſium apparatus ingens fama ad eundem Pontificem perueniſſet, diuino enim amore accenſi trecentas naues ad ferenda Syriæ auxilia inſtruxerant, eximium illorum pietatem commendauit, gratulatuſque eſt.

Accingentibus se bello Colonien. gratulatur. a Lib. ep. 752. Cur tanta classis ab ijs comparata. b Par. hiſt. Angl. hoc ann. c Godef in annal. eod. anno.

Eadem de trecentarum nauium a Colonienſibus & Friſijs inſtructa claſſe refert Matthæus Pariſius b: quos tamen cum Guillelmo Hollandiæ & Gregorio Vvide comitibus, quarta dumtaxat die kal. iulij illam conſcendiſſe teſtatur Godefridus c. Exciti fuerant ij populi ad capeſſendam crucem florentiſſimamque illam parandam claſſem diuinis prodigijs, cum vexilla, Chriſti domini cruces nimirum, cœlo fulgurare conſpectæ eſſent, quod miraculum deſcribit Pariſius in ſua Anglorum hiſtoria.

Auſtr. & alij duces cum And. Rege Hũg Hier. pergunt. d Hon l. 2. ep. 240.

23. 24 Compararunt etiam ſe ad Ieroſolymitanum iter multi viri principes, Luipoldus Auſtriæ, alijque duces, qui ſe Andreæ Hungarorum Regi coniunxerunt: extant verò ad hunc literæ d pontificiæ, quibus ipſum crucesignatum apoſtolicæ clientelæ commendatum iri pollicetur: tum ſubdit ſe apoſtolica auctoritate, quæ ab ipſo de tranſmiſſis in filios regnis decreta erant fulcire.

Plures crucesignati Meſſanam confluunt. e Lib. ep. 500

25 Interea crucesignatis Meſſanam adeuntibus Cuſentinum archiepiſcopum illuc legauit e, ipſos pro concione hortaturum, vt armis ſe tum ſpiritualibus, tum militaribus prudenter munirent, ſeque inuicem Chriſtiana charitate complecterentur, præcepitque legato vt Meſſanam ſe conferret, hortaretur crucesignatos ad piratarum & Saracenorum eludendas inſidias, vt coniunctis agminibus iter ſuſciperent, atque intentato anathemate vetaret, ne quis ſepulchrum Domini adire auderet, cum ex eo Chriſtiani exuerentur opibus, quibus Saracenorum potentia creſceret; eandemque Brunduſino epiſcopo, qui vna cum alijs in orientem erat traiecturus, prouinciam dedit f.

f Reg. poſt cand. epiſt.

26 Pauci verò interiectis diebus, nimirum ix. kal. auguſti Genuenſi archiepiſcopo ſignificauit g, Pannoniæ Regem, ducemque Auſtriæ, atque alios proceres crucesignatos proximo natalis beatiſſimæ Virginis feſto in Cypro conuenturos, eoque patriarcham Ieroſolymitanum ac Templariorum magiſtros proficiſci iuſſos, vt de inuadendo hoſte quaue parte in illius terras irrumpendum eſſet deliberaretur, ac pro ea, qua valebat ſacra eloquentia crucesignatos, qui Genuam confluxerant, moneret vt Cyprum peterent, coniunctis animis ac viribus nauigarent, ne a piratis interciperentur.

g Lib. 2. ep. 536. Iubentur crucesignati Ianuam Cyprum nauigare.

Ex Cypro belli moles in Saracenos verſa. h Godef in annal. Cbr. Auſt. Stero in annal. apud Camiſ. antiq. lect. to 2. p. 246. Cbr. Dom. Colm. Epit. belli ſacri Cbr. Salish. & alij. i Hon. l. 2. ep. 739.

27 Igitur Andreas Pannoniæ Rex cum Luipoldo Auſtriæ duce, pluribuſque alijs principibus viris Ieroſolymitano regno ſubſidium laturus, crucesignatas copias, vti conſtituerat, in orientales oras traiecit. His conſentanea non modò plerique ſcriptores h literis tradidere, ſed Honorius etiam Papa teſtatum reliquit. Vbi verò eos illuc peruenisse, inque Saracenorum ditionem ingreſſos accepit, ad diuinum implorandum auxilium ſolemnem in Vrbe ſupplicationem habuit, pareſque ab ſingulis epiſcopis aliarum ciuitatum celebrari iuſſit. At præſtat hæc ab ipſo Pontifice accipere i.

Iudictæ ab Hon. ſolẽnes pro Chriſti exercitu ſupplicationes.

Honorius, &c. Aduerſus hoſtes viſibiles inuiſibilibus armis, ideſt orationibus dimicare veteribus exemplis inſtruimur, quæ, noſtris quoque temporibus innouata, quando exercituum Dominus infidelium multitudinem bello Hiſpanico tradidit in manus paucorum fidelium, gloriamur. Ecce autem tempus, quo vniuerſi fideles ad hæc debent arma concurrere; ecce tempus, quo cuncte

debent

debent aſpergere caput ſuum: ecce tempus, quo debent in cælum lacrymarum, & orationum vocibus exclamare, vt ille, qui non in multitudine dimicat, innouatis ſignis & mirabilibus immutatis ſecundum omnipotentiam ſuam, multitudinem in paucitate deuincat. Chariſſimi etenim filij noſtri Andreas Hungariæ Rex illuſtris, & Auſtriæ, ac Moraniæ duces, viri vtique dignitatis honore conſpicui, ſed non minus fidei deuotione præclari cum nonnullis baronibus, comitibus, & alio comitatu ſuo Dei munere, ventis vſi felicibus, littora Ieroſolymitanæ prouinciæ feliciter attigerunt, qui attendentes, quod non eſt differentia in conſpectu Dei cœli liberare in multis, aut paucis, quia non in exercitus multitudine, ſed de cœlo victoria miniſtratur, terram Babyloniæ in multitudine quidem parua, ſed ſtrenua, de ſuperno confiſi auxilio ſunt ingreſſi. Quis fidelis hoc audito lacrymis, & orationibus indulgere non debeat, ac ad Dominum oris, & cordis vocibus exclamare?

Fideles in Babyloniæ limitem irruunt.

28 Sané nos, cum ad noſtram peruenit notitiam illos terram præfatam intraſſe, animam noſtram effundimus coram Deo; illum pro eis in lacrymarum affluentia deprecantes; & quia de meritorum noſtrorum qualitate diffidimus, tam clerum, quam populum Vlixbis conuocauimus in baſilica Saluatoris, atque inde ad veneranda gloriosæ matris eius eccleſiam prælatis capitibus beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli pedibus nudis proceſſionaliter iuimus, vt pretatis Iesu Chriſti athletis eius genitricis obtentu ſupremum impetraremus auxilium, ad quod noſtra non ſufficere merita ſciebamus. Verum quia per eos totius populi Chriſtiani negocium geritur, quare dignum eſt, vt ad exorandum pro eis Chriſtianus quilibet in oratione humiliter proſternatur, ſolemnes propter hoc proceſsiones in ſingulis ciuitatibus, & alijs locis, in quibus eſt frequentia populorum, prima ſexta feria cuiuslibet mentis prouidimus faciendas. *Et infra.*

Publicæ preces cõpoſito religioſo agmine ab Honorio Romæ habitæ. Pontifex nudis pedibus capita SS. Petri, & Pauli geſtat.

29. 30 Vt autem de ſtatu terræ vos certiores reddamus, & ad prouidendum, quæ ſunt neceſſaria cautiores; tenorem literarum quas super a magiſtro domus militiæ templi recepimus, præſentibus de verbo ad verbum duximus inſerendum. Principia earum pars hæc eſt.

Templariorum Magiſtri literæ ad Pontificem.

31 *Scias, quod ante aduentum Regis Hungariæ, et ducis Auſtriæ præmiſſum fuit a domino patriarcha, et Rege, et peregrinis, et fratribus Hoſpitalis, et nobis, quod verſus Neapolim Syriæ iter arripereмus, cum Coradino, ſi nos expectaret, pugnaturi. Poſt aduentum verò prædictorum magnatum in hoc omnes vnanimiter aſſenſum exhibuimus; quatenus in manu forti, per mare, et terram in Babyloniam proficiſceremur, ad obſidendum Damiatam, vt ſic cautius, et prouidius, verſus ſanctam terram Ieroſolymitanam iter præpararemus.* [Hæc Templariorum Magiſter; poſt quæ ſubdit Honorius:] *Omnes igitur crucesignati, ſeu crucesignandi ſolicitè monentur, vt quam maiorem poterunt, ſecum ducant copiam victualium, et equorum. Dat. Laterani VIII. kal. decembris pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Germaniæ copiæ in Luſitania ſubſiſtunt.

32 Hactenus Honorij literæ, quo exemplo alias reliquis Chriſtiani orbis epiſcopis eum miſiſſe ipſemet indicat. Cæterum prioribus epiſtolæ verbis ſignificare videtur Honorius, ſpectabilem victoriam, quam prædicti Germani crucesignati, dum apud Vlyſiponem hyematuri ſubſiſterent, de Saracenis reportauerunt, quam ij ipſi, qui interfuere, huiuſcemodi literis poſtea ſignificarunt. a

a Apud Honor. l. 2. ep. 817.

Sanctiſſimo patri ac domino Honorio Dei gratia ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſummo Pontifici. S.. Vlixbonenſis, S... Elborenſis. et magiſter in Hiſpania militiæ templi, et prior in Portugalia hoſpitalis Ieroſolymitani, et commendator militiæ S. Iacobi de Palmela ſalutem, et pedes humiliter oſculari.

Sanctitati veſtræ præſentibus innoteſcat, quod Domino faciente, qui ſperantes in ſe non deſerit, quædam multigij multitudo crucelignatorum de Alemannia, & de Flandria, & de alijs partibus poſt multa maris naufragia, ac diuerſa pericula in nauigando per quatuor menſes laborantes, quod XV. dies ſolet a pluribus nauigari, ad portum de Vlixbona appulit ex inſperato. Vnde nos præmonitati epiſcopi conſideramus, quod non niſi vt Hiſpania liberaretur, eoſdem peregrinos Dominus tantum in via detinuerat, & ad nos tali tempore adduxerat, quod tranſfretare non poterat vllo modo cum abbate Alcobatiæ, & alijs viris religioſis, Templarijs videlicet, & Hoſpitalarijs, & militiæ S. Iacobi commendatore, alijſque regni magnatibus, dictos ad hoc induximus peregrinos, vt ex quo tranſfretandi eiſdem deerat facultas, hyemarent nobiſcum ad Hiſpaniam liberandam, & ad inimicos ſanctæ fidei expugnandos, vnde etiam iterum habere poſſent victualia, & expenſas. Quo habito & conceſſo, & ad verba exhortationis noſtræ ferè omnibus de dioceſibus noſtris, & ſimiliter de toto regno per proprias dioceſes ſigno crucis impoſito, ſimul proceſsimus ad quoddam caſtrum obſidendum, quod dicitur Alcazar, quod etiam inter omnia Saracenorum caſtella in Hiſpania erat nocuum Chriſtianis. [Ac plurimos maximèque Friſones cum alijs ibi hybernare abnuiſſe, ac poſt feſtum S. Iacobi diem Vlyſſipone cum octoginta circiter nauibus receſsiſſe, auctor eſt Godefridus b, qui hæc omnia ſingillatim ac fuſè proſequitur. Addit verò Pariſius, qui eadem ſummatim recenſet, illos apud Caietam & Torretum c Italiæ loca hyemaſſe: quibus conſentanea tradit Richardus c; ſed ad literas redeamus, quæ perguntur.]

Ea occaſione vſi Luſitani inſaracenos cõfurgũt. Alcazar obſident.

b Godef. in annal. ann. 1218.

c Cornetũ

c Richard. de S. Ger chro.

33 Conſequenter autem ipſis de Alcazar obſeſſis paganis poſtulantibus auxilium a Regibus, per totam Mauritaniam citra mare commorantibus, quatuor Reges de Sibilia videlicet & de Geen, & de Badakuzi, & de Corduba, cum toto poſſe ſuo & cum fere omnibus, qui ſunt citra mare paganis inquietè venerunt ſuper nos, ita quod ſequenti die nobiſcum campeſtre bellum habuerunt inter ſe iactantes, quod & caſtrum liberarent, & nos omnes, quos non perderent gladio, ducerent captiuatus. Sed omnipotens, cui proprium eſt ſuperbis reſiſtere, eorum mirabiliter frangens ſuperbiam, dignatus eſt exercitui ſuo ſubuenire, tribus miraculis præoſtenſis. Primum fuit quod cum nos de regno Portugaliæ eſſemus eadem hora pauciſſimi, in nocte præcedenti bellum ex improuiſo recepimus magnum exercitum de Templarijs, & de Hoſpitalarijs, & de magnatibus Regnorum Portugalenſis & Legionenſis. Secundum fuit, quod in aere apparuit vexillum crucis glorioſum exercitui in victoriæ ſignum. Tertium fuit, quod in ipſo belli conflictu, viſa eſt vtrique parti diuinitus candidatorum turba, quod etiam teſtati ſunt ipſi, qui fuerunt ibidem captiui Saraceni, interrogantes vbi eſſent milites candidati, qui ſuper eos complebant tela, & eorum oculos excæcabant,

Conſpectũ in aere crucis ſignum. Viſæ quoque cæleſtes acies pugnare in infideles.

propter

propter quos etiam terga repente verterunt in fugam, ita quod denſiſſima durante ſtrage per decem, & amplius milliaria, ibique duobus Regibus interfectis, de Geen videlicet, & de Cordu-
Cæſi duo Reges Sarac. cum infinita multitud. ba, de cunctis, niſi fugæ præſidio, aliquis non euaſit.

34 De tantis ergo miraculis, & de tanta victoria exercitui Domini collata diuinitus congaudentes, ac de veſtræ ſanctitatis abundantia præſumentes ad pedes veſtræ clementiæ prouoluti petimus, quatenus ad Hiſpaniæ liberationem a ſanctitate veſtra mandatum exeat, vt & dictus exercitus peregrinorum ad cultum perfidiæ paganorum de tota Hiſpania penitus extirpandum nobiſcum per annum remaneat, & quod tam ipſi, quam noſtrates cruceſignati, & ſignandi, illam habeant indulgentiam, quam haberent, ſi terræ ſanctæ ſubſidium perſonaliter exhiberent.]
Petitur ab Honor. vt hæreant cruceſign. ad pellendos Hiſp barbaros.

35. 36 Hactenus literæ ad Honorium miſſæ, quem etiam Guillelmus Hollandiæ comes cruceſignatorum magiſter equitum aliis de reportata victoria certiorem fecit, addens a Reges Legionis Caſtellæ, & Nauarræ aduentus cruceſignatorum occatione mouncias cum barbaris iniras intregiſſe, ſpemque ſubijciendæ Chriſtianæ religioni totius Hiſpaniæ affulgere: vrgeri ſe magnis precibus, vt vna cum alijs moram trahat ad Saracenos excindendos; ſeque in ea re a ſede Apoſtolica conſilium ſupplicem flagitare, expectareque imperia. De huiuſcemodi victoria diuinitus conceſſa agit etiam, præter Godefridum b & Pariſium, vt recentiores omittamus, Ceſarius huius temporis ſcriptor, qui eam ab ijs ſe accepiſſe teſtatur, qui certamini interfuerant.
Guillel. Holland. comes cruceſign. dux
a Apud Hon I. 2. ep. 818. Conſulit Honorium an debeat ſubſiſtere.
b Ceſ. l. 8. c. 46.

37. 38 Victricibus præſulum literis perlectis Honorius, gratias laudeſque Deo egit, victores vt accepta ei cuncta referrent, atque in diuinam potentiam victoriæ gloriam refunderent, hiſce literis hortatus eſt.
Pontifex ob pariam victoriam numini gratias egit.

Honorius, &c. Ad agendas gratias illi, qui ſigno crucis, quod in cælo apparuit, præfigente exijt in ſalutem populi ſui, vt ſaluos faceret Chriſtianos ſuos pro veſtræ poſſibilitatis modulo aſſurgatis; quod & nos acceptis veſtris literis fecimus in affluentia lachrymarum, ad exoluendas Deo pro tantæ dignationis gratia dignas laudes, Vrbis clerũ, & populum adunantes. Porrò cum terræ ſanctæ ſuccurſum impediri occaſione aliqua non velimus, petitionem, qua rogaſtis, vt cruceſignatos, qui ad ipſius terræ ſanctæ ſuccurſum propter corporum infirmitatem, aut rerum inopiam procedere non valentes, arma vel alia bona ſua conferrent ad reparandum caſtrum Alcazar, iuberemus ad propria libere remeare, conceſſa eis plena ſuorum indulgentia peccatorum, non duximus admittendam; ne forte per hoc contra vos ipſos Dominum contingeret prouocari, qui ſicut credimus, merito deuotionis, quam ad ipſam terram ſanctam habent cruceſignati prædicti, victoriam contulit antedictam. Ad hæc ipſis cruceſignatis per literas noſtras inunximus, vt dum eos in partibus veſtris morari contigerit, plenam ſuorum peccatorum veniam indulgeatis, ac ſi vltra mare morerentur in ſeruitio terræ ſanctæ. *Datum Laterani 11, idus ianuarij pontificatus noſtri anno ſecundo.* Cæterum cruceſignatos ipſos Pontificis imperio paruiſſe, alijſque cruceſignatis orientalibus in oris commorantibus, ſubſidio aduerſus Saracenos profectos oſtendent ea, quæ ſequenti anno dicentur.
Ad agendas gratias Luſitanos excitat.
Imperat cruceſignatis iter in Syriam inſtituerent.

39 Quid verò egerint hoc eodem anno in terræ ſanctæ regionibus Andreas Pannoniæ Rex cæterique cruceſignati, Godefridus a atque ex eo vt videtur, Matthæus Pariſius, & Iordanus b referunt: Chriſtianos, cum iam induciæ pactæ effluxiſſent, comparato florentiſſimo exercitu in hoſtium terras erupiſſe; in quo Hungariæ, Ieroſolymæ, & Cypri Reges, tum duces Auſtriæ & Bauariæ, vna cum alijs Germaniæ ſtrenuiſſimis nobilibus viris, qui ſub ſignis erant, præeunte patriarcha Ieroſolymitano, magna epiſcoporum multitudine ſtipato, præferentesque cum ſacro cantu partem dominicæ crucis, quæ hactenus a fidelibus recondita fuerat (fuiſſe enim illam ingruente cum Saladino bello in partes diuiſam, illiuſque partem in prælio amiſſam, alteram etiam tum religioſiſſime ſeruatam prouectorum ætate virorum aſſertio conſentiebat:) exhibita ergo ſanctiſſimæ cruce: *Rex Hungariæ*, inquit auctor, *& dux Auſtriæ occurrentes deoſculati ſunt eam, cum tali ſigno obuiam euntes ſoldano Babyloniæ, cuius filius Coradinus iactauerat ſe pugnaturum cum Chriſtianis*; ſubditque cum inſtructis egregiè agminibus moueret Domini exercitus, hoſtem trepidum tergadediſſe, noſtriſque populandos agros reliquiſſe, atque ita noſtros regionem Chriſti domini veſtigijs olim conſecratam perluſtraſſe: deinde montem Thabor, in quo a Saracenis arx munitiſſima, ad infeſtandam Ptolemaidem, vt ſupra vidimus, conſtructa fuerat, magna cum difficultate aſcenſu ſuperaſſe, ac Ioannem Ieroſolymitanum Regem, præcipuum barbarorum ducem, qui ex arce ad abrumpendum noſtris iter procurrerat, proſtraſſe, reliquoſque in fugam egiſſe; in deſcenſu tamen, cum iam hoſtis vires collegiſſet, fidelium pluribus debilitatis, ſauciatiſque partum decus amiſiſſe. Ex his Albertus Stadenſis c refellitur, qui montem Thabor a noſtris ſuperiori anno recuperatum tradit.
a Godef. in annal. b Iord. Mſ. bibl. vat. fig. n. 1960
Pie ab Andrea & Luipoldo adoratur. Illa Præeunte mouent in Coradin. Saraceni fuga ſe ſubducunt
Elata in Sarac. a patriarch. crucis domini pars.
c Stad. in chron. Mons Tabor fruſtra tentatus. Tertia in hoſtem ex curſio infeliciter ſuccedit. Intempeſtiuus Reg Hung. receſſus.

40 Addit Godefridus in tertia aduerſus hoſtem irruptione patriarcham cum dominica cruce non perrexiſſe, & Chriſtianas copias grauiſſima a Saracenis ex inſidijs damna accepiſſe, atque ob hyemis aſperitatem, rerumque ac veſtium inopiam, niſi vis frigoris remiſiſſet, in extremum diſcrimen adductas: poſtea exercitum in quatuor agmina diuiſum, Regeſque Hungariæ & Cypri, fruſtra Hungarum patriarcha retinere nitente, Tripolim abſceſſiſſe, quæ Iordanus d confirmat. Multa porro ab Andræa Hungariæ Rege præclare geſta in ea expeditione aduerſus Saracenos refert Andreas Spalatinus archidiaconus, ſed ob inſidias veneno illius vitæ comparatas cœptis deſtitiſſe, atque e Syria diſceſſiſſe addit; in reditu verò tranſijſſe per Græciam atque affinitatem cum Laſcare Græcorum Rege data Belæ primogenito in vxorem Laſcaris filia: cumque per Bulgariam iter haberet, ab Aſane Rege detentum, nec dimiſſum donec ei filiam matrimonio jungeret.
d Iord. Mſ. bibl. vat. fig. n. 1960.
Thom. archidiac. in hiſt. Mſ. pont. Salonitan.
Hungari Regis e Syria reditus in regnum.

41. &c. Inter hæc miſit ad Honorium eodem anno ſuos oratores Fridericus electus Imperator, vt de adepto pontificatu illi gratularetur, imperij inſignibus ab eo redimiri flagitaret, tum de conficienda alia in orientem expeditione, crucem enim, vt ante diximus, ſibi affixerat, ageret: cui Honorius, vt rem qua opus erat conſilij maturitate tractaret, legatum apoſtolicum ad ipſum ſe miſſurum reſcripſit e.
Friderici ſuos ad Hon. oratores mittit.
e Hon. l. 1. ep. 359.

50 Deſudabat tum feliciſſimè in Narbonenſi prouincia S. Dominicus vna cum ſuis, creberque ex dæmonis manibus innumeris animabus glorio-

glorioſiſſimas palmas non ſine magnis exantlatis laboribus colligebat, quem Honorius currentem ſponte ad brauium hiſce apoſtolicis vocibus incitauit.

Priori, & fratribus S. Romani Prædicatoribus in partibus Toloſanis.

51 Cæterum quia finis, non pugna coronat, & curretibus in ſtadio virturibus vniuerſis ſola perſeuerantia brauium accipit deſtinatum, charitatem veſtram rogamus, & hortamur attente, per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, & in remiſſionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus magis, ac magis in Domino confortati euangelizare verbum Dei ſtudeatis; opportune, importunè inſtantes, & opus euangeliſtæ laudabiliter adimpientes. Si quas autem propter hoc tribulationes paſſi fueritis, non ſolum eas æquanimiter tolleretis, ſed gloriemini cum Apoſtolo, in eiſdem gaudentes, quia digni habiti eſtis pro nomine Ieſu contumelias ſuſtinere. Hoc enim leue, & momentaneum tribulationis immenſum pondus gloriæ operatur, ad quam non ſunt condignæ huius temporis paſſiones. Nos quoque intemeratæ vos tamquam ſpeciales filios honorabiliter confouere, petimus, vt pro nobis offeratis Domino vitulos labiorum, ſi forte quos noſtris meritis non valemus, veſtris ſuffragijs aſſequamur. *Dat. Laterani VII. kal. februarij pontificatus noſtri anno primo.*

Hortatur ipſum ac ſocios ad perſeuerantiam.

52 Ne denique apoſtolici officij partes vllas præterm ineret, Bertrandum tit. SS Ioannis & Pauli presbyterum Cardinalem legationis munere anctum ad conciliandos Eccleſiæ hæreticos, ſecunda naſcentia bella, aliaſque controuerſias æquitate dirimendas miſit. Cæterum Simon Montfortius humanarum rerum illecebris delinitus, ingrati in Deum animi vitium contrahere vnus erat, cum iura Narbonenſis eccleſiæ inuaſit, contemptis archiepiſcopi cenſuris: de quo honorius ſerior factus Bertrando eidem Carcaſſonæ prouinciam dedit a, vt in ea controuerſia inſtam acceleratoriam ſententiam ferret. Dum vero eccleſiaſticæ iura temere inuadit Simon anno ceſſantis præſidio ab hæreticis caſus eſt proximo anno, cuiusque prouidentia conſequentibus annis arcano alio ordine ad hæreſim exſtinguendam via eſt; ol ferunt enim Guillelmus b de Podio Laurentij, Simonem magis affectaſſe principatum, quam religionem conſtabilire: *Iam tunc*, inquit, *Dominus dabat ſignum quod ab eius via receſſiſſet, ſuperbe incedebat, nec dabat operam purgandæ terræ ab hæreticæ pranitate, propter quod totum furebat in chaoſum.*

Bertrand. Card miſſus contra Albig.

Simon Montfortius ius eccleſiaſticè inuadit

a *Plou. III. ſ. 1. ep. 304.*

Sua quærit non quæ Chriſti.

b *Guillelmo de Laurentio c. 30.*

53. 54 Porrò incumbendum fuit hoc anno Montfortio ad bellum grauiſſimum: dum enim ex ſedis Apoſtolicæ imperio e ſuo comitatu ad comprimendos nonnullos Prouinciales hæreticos intenderet, atque Auenionenſium conatibus perſequeretur, Raymundus ſenior, captata Montfortij abſentis occaſione, ex Aragonia prorupit, ac ſilenti agmine Toloſam muris exutam ingreſſus ciues ad defectionem traxit, vrbemque diligentia ſumma aggeribus defixiſque palis munuit; tum ad expugnandam arcem, dictam Narbonenſe palatium, in qua Simonis ac fratris Guidonis, necnon Almarici & Guidonis alterius filiorum Simonis vxores vna cum familia verſabantur, impetus conuertit. Exeruit tum Bertrandus in Toloſanos Eccleſiæ cenſuras, quas perduelles contempſere: moxque eo collectis copijs, exactis prius a Montalbanenſibus admodum ſuſpectis obſidibus, ad cingendam obſi-

Raymundus iunior Montfortio bellum infert.

Bellaquadrum obſidione captum.

Deficiunt Toloſani a Montfortio.

Eo profugit Montfortius.

Armatus in Garumnam cadit Feliciter emergit.

diione Toloſam adnolauit. Dum vero Toloſa ab exercitu crucefignato obſidebatur, quadraginta Anglos e medijs vndarum vorticibus diuinitus ereptos precibus S. Dominici refert Iordanus in eius vita a: *Cum*, inquit, *vir Chriſtianiſſimus comes Montisfortis cum crucefignatis obſideret Toloſam, venerunt peregrini de Anglia volentes S. Iacobi limina viſitare, qui propter excommunicatum vitantes Toloſam, nauem modicam intrauerunt, vt fluuium pertranſirent, pra multitudine autem (erant fere quadraginta erant) abſorpta eſt nauis & ſubmerſi ſunt omnes, ita vt nec eorum capita apparerent. Erat tunc ibi orans in eccleſia vicina iuxta fluuium S. Dominicus, qui ad clamorem periturum & circumſtantis exercitus excitatus, ſubitus occurrit, videnſque proximorum periculum compaſſione permotus toto corpore proſternitur, expanſiſque in modum crucis manibus ſuis amariſſime clamauit ad Dominum, vt ſuos peregrinos liberaret a morte: & poſt paſſillum ſurgens ab oratione, conuerſus ad fluuium, ſumpta de Deo fiducia imperauit dicens: Præcipio in nomine Chriſti, vt ad ripam omnes venatis. Mira res, ſed ab eo facta qui facit mirabilia magna ſolus! ſtatim ad hanc vocem omnes, qui ſubmerſi in aquis tanto tempore latuerant, cunctis videntibus, qui ad tantiſper ſpectaculum aderant, ſuper undas apparuerunt: tunc vndique ac vnanimes, & extendentes eis lanceas & haſtas auulſos de fluctibus incolumes eduxerunt, clementiam Saluatoris, & ſui almi confeſſoris Dominici merita prædicantes.*

a *M. S. bibl. reg. fignat. 1228. vit. S. Dom. ex Lord Conſid. tuno Huber no l. 1. c. 9.*

Quadraginta ex crucefignati eripiuntur naufragio a S. Dominico.

55. &c. Coniurarant interea aduerſus Montfortium Iacobus Rex Aragonum, qui magnas copias ad ferenda Raymundo auxilia comparauit, Tum Luxenſis comes, Raymundique minor, qui inimicorum perfidizque ſocietatem Auenionenſes, Manlicienſes, Belliquadrenſes, Tarraſconenſes, ac S. Ægydij ciues traxit, adeo vt in extremum diſcrimen fœdes adducerentur; cum licet ij principes non ad tuendos hæreticos proſilirent in arma, ſed de principatu contenderent; ex eo tamen religionis cauſa non parum labefactabatur. Quæ cum ad Romanum Pontificem eſſent perlata, mox Bertrando Apoſtolicæ ſedis legato ſcriptis x. kal. nouembris literis b præcepit, vt Iacobum atque Aragonios Montfortij ditionem inuadere, atque imperatas ab ſynodo œcumenica induciis violare vetaret; ſi ius aliquod inconcuſſum ſe habere contenderent, iudicio apud ſedem Apoſtolicam & æquitate, non armis certarent: ſi vero mouerent bellum, anathematis ſententiam in ipſos ferret, reſciſſaque interdicto ſacro ſubijceret. Alijs etiam literis c Iacobum Regem atque Aragonios a ferendo Toloſanis auxilio abducere conatus eſt, perſtitit-que, magno religionis damno apoſtolico legato repugnaſſe.

Iacobus Rex Arag. Montfortio infeſtus.

Qui populum in Montfortium coierunt.

b *Ep. 692. Vetat Honorius ne in ſacra pompa Montfortium bello petere.*

64 65 Hoc quoque anno rogatus ab archiepiſcopo & capitulo Bituricenſi, vt Guillelmum eiuſdem archiepiſcopi deceſſorem vita & miraculis clarum ſanctorum numero aſcriberet, religioſam huiuſcemodi cauſam ad inquiſitionem Antimonitorenſis epiſcopi ac duorum Ciſtercienſium abbatum remittit d.

Agitatum de Guill. arch. Bitur. SS. catalogo apponendo.

d *Ep. 158.*

66 Vt vero Guillelmo alium eius nominis præclarum Galliarum antiſtitem adiungamus, eodem tempore, vt tradit Bernardus e, obijt Guillelmus Niuernenſis epiſcopus, qui diuorum millium pauperum inopiam quotidiano victu alebat ſuſtentabatque.

e *Ber. chr. Rom. Pont. ad an. 1219. coll. Niuern. epp.*

67. 68 Perlata eſt ineunte hoc anno ad ſedem Apoſtolicam certior fama, Henricum ſacro oleo regali more fuiſſe in Anglia perfuſum, ac ſe ad Ieroſoly-

Regis Anglia Fæ primitus.

rosolymitanam profectionem, cuius voto Ioannes bello & morte oppressus se non exsoluerat, obeundam indita cruce deuinxisse, vt primitias regni pietate consecraret,

Patrocinio filius felici successu arripit Honorius.

69. &c. Adhibuit sane in tuendo Henrico Honorius paternam, vt erat pollicitus, diligentiam, exitusque docuit plus ad recuperandum regnum, pontificiam benevolentiam, quam maximum exercitum Henrico profuisse: vt immerito Romanam ecclesiam in inuidiam voeet Parisius ob factam a Ioanne Rege Angliam sedis Apostolicæ stipendiariam, cum illius patrocinio ab exterorum imperio fuerit vindicata. Quæ ergo hoc anno Honorius ad asserendum Henrico coeperum gesserit, inueamur. Actum sane de Henrico erat, ni Philippum Galliarum Regem armorum potentia bellique gloria florentissimum ab effundendis in Angliam omnibus suis viribus sedis Apostolicæ mine continuissent: is enim princeps adeo Ecclesiam coluit, vt ei sedis ipsius gratia quam transfusa in filium Angliæ monarchia potior videretur, quem Honorius hoc anno filium Ludouicum a coeptis auocare iussit a,

Imperat Philippo filium ex Anglia reuocet.

a Ep. 494.

73. &c. Singularem etiam ad abducendum a partibus Ludouici Regem Scotiæ atque Henrico conciliandum, operam adhibuit Pontifex. Is enim princeps, vt narrat Parisius b, iuncta cum Ludouico armorum societate Northumbriam ad illius obsequium compulerat, eiusque potentia in quamcumque se partem verteret, maximum ad sceptrum firmandum momentum afferebat. Redarguit ergo illum principem Honorius, magnum sibi dedecus secutis rebellium castris inussisse. In quibus literis c cum Angliæ Regem naturalem illius dominum vocet, aut nomine vectigalis alicuius ditionis, quæ in Anglia consisteret, fiduciarium dixisse putandum est, vel tamendum contrarium Bonifacio VIII. sensisse, qui Scotiæ Regem nunquam Angliæ stipendiarium fuisse cum Edoardo contendit d.

Nititur Rex Scot. a Ludou ad Henr. trahendo.

b Par. hist. Angl.

c Lib. 1 ep. 169. & reg. post eund. ep.

d Lib. 1. ep. 370. & reg. post eund. ep.

74 Cæterum tradit Matthæus Parisius e Ludouicum certiorem factum, ni Anglia excederet, anathematis sententiam a Gualone Cardinale legato in ipsum latam ab Romano Pontifice eone Domini die confirmatum iri, ab insula recessisse, neque eodem ante paschale tempus se recepisse: postea vero reuersum copta fuisse prosequutum: quocirca Apostolicæ sedis legato, de quo paulo ante memorauimus, vna cum clero vniuerso sacris induto vestibus, cum ipsum tum eius partium studiosos, præcipueque Lincolniam obsidentes, certo fidelium fuisse depulsos: contra vero pœnitentiæ sacramento expiatis, armisque in regni Ecclesiæque perduelles decertantibus, cunctorum delictorum veniam dedisse: ipsos porro, etsi numero longe impares, strenue atque alacriter signis cum hostibus apud Lincolniam collatis, facili negocio hostium copias diuina ope profligasse, ac deleuisse, paucis fuga lapsis, ac Londinum ad Ludouicum se conferentibus, ac post eam acceptam cladem cum Francorum classis Ludouico subsidio veniret, partim ab Anglis captam, vel depressam mari vel fractam fuisse; quapropter Ludouicum Londini obsessum necessitate pressum, pacem cum Henrico opera potissimum Apostolicæ sedis legati, III. id. septembris confecisse. Hæc fusè Parisius, qui compositæ pacis conditiones affert. Ex quibus liquet Ludouicum, vti conuentum fuerat, omnesque cum eo anathemate percussos, tactis sacrosanctis euangelijs iurasse, se ab Ecclesiæ iudicio non discessuros, ac Pontificijs imperijs parituros in posterum, atque ita absolutos, statimque Ludouicum in Galliam traiecisse. Rigordus a verò cessisse ex Anglia scribit non ob Henrici potentiam, sed ob exploratam Anglorum, a quibus exercitus fuerat, in se conflatam coitionem. Quibus etiam de rebus alij post Rigordum & Parisium scripsere b,

Illius copiæ apud Lincolniā dissipatæ.

Ejusdem classis profligata. Londinum obsidetur.

Cedit Anglia & pacem init cum Henrico.

a Rig. in Gest. Phil.

b Vincentius hist. flor. hist. hoc an. Anton. 3. p. tit. 19. §. 1. Nauar. cent 13. c. 16. col. 1358. ex Bart. l. 13. & alij.

75 Concepta huiusmodi pacis formula regesto Pontificio inserta est c, quam hoc anno conciliatam probant datæ idibus ianuarij anni sequentis, cum literæ ad Ludouicum proximo anno, in quibus legari opera confectam ab eo cum Henrico pacem gratulatur Pontifex, censuræque omnes, quibus ob gestum bellum deuinctus fuerat, connellit d.

c Reg. Hon. l. 4. ep. 743. d Hon. l. 2. ep. 809. Anglia pax restituta.

80. 81 Erexit ergo demum se ex intestino ac funesto bello Anglia, omnesque regni illius tandiu discissæ partes sub Henrico felicissime coaluerunt, malisque preteritis modus tandem positus: inter quæ illud non minimum erat profanari sæpius templa, res sacras a prædonibus expilari, quamquam illi non semper crimen impune tulere. Ex ijs enim sacinorosum, qui thecam, in qua dominicæ crucis particula erat inclusa, abstulerat, correptum a dæmone fuisse, ac socios similis pœnæ terrore a scelere submouisse, describit Parisius.

Henrici Reg. Cast. immatura mors. Lugubre illius mortis genus.

82 Luxit hoc anno Castella immaturâ Henrici Regis morte, qui miserando rerum humanarum fragilitatis exemplo in ipso vitæ & imperij limine, dum Palentiam profectus atque in episcopalium ædium area cum æqualibus ludebat, decidente fortuitò (vt aiunt) regula collisus, paucos post dies exstinctus est. Quanquam vulgatum fama est, aliquem e proxima turri cum regulam, quæ Regis caput fregit, sano percussisse. Ierdanus non casui, sed patricidæ alicuius sceleris diserte eum tribuit: agitque de tumultibus postea concitatis, de quibus nos anno sequenti.

83. &c. Successit igitur Ferdinandus Alfonsi Regis Legionensis & Berengariæ sororis Henrici filius natu maximus ex eo inscito matrimonio, quod Innocentij auctoritate, atque censuris dissolutum fuerat: regnum vero ipsi contra patrias leges publicis comitijs delatum ait Mariana e, atque ætatis prærogatiua Blanchæ Ludouici Galliarum Regis primogeniti vxori debitum fuisse, sed cum Hispani, exteri principis imperium exhorrescerent, Berengariam filiumque Ferrandum præstitisse, ac ne Hispania Gallis committeretur, obstitisse. Plures alij eruditi Mariana consentiunt. Verum non desunt, qui negent Blancham natu maiorem fuisse, inter quos Matthæus Parisius illius temporis scriptor, etiam in ea oratione, quam in alia causa, nimirum in regni Anglici controuersia, Innocentio oratorius Ludouici respondenti affingit, induxit Pontificem Berengariam Blancha sorore natu maiorem existere affirmantem, potioraque illius in Castellam, quam Blanchæ iura extitisse, si Ludouicus Blanchæ vxoris filiæ Alienoris Ioannis sororis nomine regnum illud affectaret. Parisij etiam sententiæ suffragari ea ratio videri potest, quod nonnullis ante annis Berengaria virum duxerit, quam Blancha Ludouico nuberet, cui datæ ab Innocentio literæ fuerint anno MCXCVIII. quibus Berengariæ incestas nuptias dissolui iussit, quas Mariana f post illud tempus collocat: Blancha verò principi Ludouico anno MCC. post ascensionem dominicam, vt Rigordus g tradit, thoro iuncta fuerit: de his satis, alijs enim ea discutienda

Berengaria filio Ferd. regnum tradit.

e Mariana de reb. Hisp. l. 13. c. 7. Diuersa aliorum sententia an ad Berengariam aut Blancam regnum perueneret

f lib. 13. c. 20.

g Rigord. ad ann. 1200.

tienda regumque inra diſceptanda relinquimus: vt porro Ferdinandus, transfundente in illum regiũ insigne matre, regno ſucceſſerit, nec ipſi geſtamio ſceptro damnati ex inceſtis nuptijs natales obſuerint, ſequenti anno dicetur

86. &c. Reuocant narrationem ab Hiſpania ad ſe Sardinię res, quæ non leuibus tumultibus agitatę ſunt, cum Piſani, Sardiniæ ſuæ ditioni adiungendæ cupidi, exercitum in eam inſulam, ſedis Apoſtolicæ veſtigalem traduxiſſent, atque ad injiciendum incolis frænum, tuendumque arreptum loci imperium arcem operibus magnis munitam condidiſſent: quare Honorius, ne defendendis Eccleſiæ iuribus deeſſet, Vgolinum Oſtienſem epiſcopum, cum huiuſcemodi imperijs miſit a.

a Hon. l. 2. poſt epiſt. 305.

Vgolin. Oſt. epiſc. Piſas legatus miſſus.

Honorius, &c. Fraternitati tuæ præſentium auctoritate mandamus, quatenus eis vice noſtra ſub debito præſtiti iuramenti præcipias, vt poteſtatem ipſam, & eorum exercitum de Sardinia protinus removeant, & ad propria redire compellant; & de cætero ipſam Sardiniam, quæ ad Apoſtolicam ſedem noſcitur pertinere, per ſe vel per alios non infeſtent, reſtituentes Apoſtolicæ ſedi terras quaſcumque in ea dicti poteſtas, & exercitus occuparunt, & caſtrum quod contra mandatum bonæ memoriæ Innocentij Papæ prædeceſſoris noſtri, ſententia excommunicationis contempta, in ecclesiæ Romanæ præiudicium erexerunt, faciant penitus demoliri. Quod ſi forte eos ad id inducere non potueris, ipſis præcipias, vt illud N.. cuſtodiendum Apoſtolicæ ſedis nomine, quantocyus studeant aſſignare.] Spreta ſunt hæc imperia. Vbaldus enim & Lambertus Piſani comparata clam Sardiniam ſuæ tyrannidi ſubijcere conati ſunt.

6

100 Obſequentiores Apoſtolicæ ſedi fuere Genuenſes atque ob eximia merita tum ipſis, tum eorum archiepiſcopo hæc priuilegia conceſſit Honorius: *Vt Ianuenſis ciuitas, quæ, cæleſtis Numinis edicta fauore de inimicis crucis Chriſti triumphum frequenter, & victoriam reportauit, & plurimas eorum vrbes mira audacia, & inuincibili potentia ſubiugauit, ampliori honoretur faſtigio dignitatis; equo albo, cum pallio albo in proceſſionibus vti, & crucem, vexillum videlicet dominicum per ſubiectam vobis prouinciam portandi, ſicut prænominati anteceſſores noſtri conceſſiſſe noſcuntur; tibi tuiſque ſucceſſoribus licentiam damus, & liberam vobis concedimus facultatem. Ad hæc Ianuenſi ciuitati medietatem inſulæ Corſicæ ad exemplar eorumdem prædeceſſorum noſtrorum concedimus, ita ſcilicet, vt nobis noſtriſque ſucceſſoribus Ianuenſis populus, cum exinde fuerit requiſitus, fidelitatem iuret; & pro penſione vnam libram auri ſingulis annis nobis, & ſucceſſoribus noſtris exoluat. Saluis nimirum feudis, tam veſtris, quam Piſanorum, ſicut a decem annis, & ſupra obtinuiſſe noſcuntur, &c.*

Corſicæ pars qua lege Ianuẽſibus data

IESV CHRISTI
Annus 1218.

Indict. 6.

HONORII PP. III. annus 2. — OTHONIS IMP. OCCID. annus 10.

Pelag. Albanen. ep. in cruceſignat. exercitu legatus.

1. &c. PRæclariſſima cruceſignatorum copiæ, quæ in Saracenorum terras incurrerant, diuina ope fultæ facinora ediderunt, & ſi ſolicibus initijs pares ſucceſſus reſpondiſſent, tota Aegyptus Chriſtianorum imperio adiuncta fuiſſet. Sed antequam geſta ab ijs in oriente aggrediamur, nonnulla nobis de legato ad cruce inſignitos ab Honorio miſſo, vt quæ ad religionis cultum ſpectarent, componeret, delibanda videntur. Is erat Pelagius Albanenſis epiſcopus geſta antea Conſtantinopoli, dum Henricus viuebat, legatione clarus; quem Honorius apoſtolicis literis a orientalibus commendauit, eoſque vt diuinam gratiam, amandatis procul omnibus vitijs, ſibi conciliare vt monuit; tum nuncio reportatæ anno ſuperiori in Luſitania non ſine diuinis prodigijs victoriæ, ad debellandos Numinis hoſtes incitauit: de quibus etiam ſcripſit b ad regionum illarum Reges, duces, cæteroſque principes viros; ac peculiare ijs de rebus diploma c ad legatum dedit. Pelagium porro Brundiſio cum Iacobo Andriæ comite Romani exercitus principe in orientem hoc anno traiecille, teſtatur Richardus notarius d.

a Hon. l. 2. ep. 117.

b Reg. poſt cand. ep.

c Ep. 1173.

d Ric. de S. Germ. in chron.

5 Accinxerat ſe Syriacæ profectioni Pelagius, cum magna virorum principum multitudo ex Gallijs Genuam confluxit: inter quos Burdegalenſis archiepiſcopus, Pariſienſis, atque Andegauenſis epiſcopi, Marchiæ & Niuerni comites dignitate eminebant: qui nagitauere ab Honorio, vt legatum Cardinalem itineris comitem ipſis adiungeret, quibus Pontifex quinto kal. auguſti huius anni reſcripſit e, ſe ad eos R. tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyterum Cardinalem non ad gerendam legationem, ſed ad diuina oracula pro concione exponenda, cum ad ea ſacra eloquentia valeret, mittere; nec legati munus ipſi, vt deprecabantur, poſſe committere, cum iam illud Pelagio demandaſſet, ad quem vt in ijs, quæ ad legati apoſtolici partes ſpectarent, eiuſque imperijs obtemperarent hortatus eſt.

e Hon. l. 3. ep. 1. R. tit. S. Stephan. in Cœlio mõte presb. Card. ad horrendos cruceſignatos miſſus.

6 Peruenere interea ad Honorium ſub auguſti menſem e cruceſignatorum Peluſiacam Pharum obſidentium caſtris literæ, quibus docebant belli molem in Aegyptum multiplices ob causas eſſe conuerſam, cum eo debellato regno terra ſanctæ Chriſtianorum armis facilè comparanda videretur: ex Aegypto nimirum infidelium copias effundi conſueuiſſe, magnas inde a barbaris opes etiam petitas, ſteriſſe quandiu Ieroſolymitanas res, dum Aegyptus Damaſceno regi non pareret; vbi ea regna nib eodem ſoldano coaluere, tum demum collapſam rem Chriſtianam fuiſſe; præclaras verò rei gerendæ ſpes affulgere, magnis iam molibus turrim Phariam in medio Nilo ſitam obſideri, diſiectam iam hoſtium claſſem. Quo verò in ſtatu Chriſtiana res verſaretur, Ioannes Rex Ieroſolymorum, dux Auſtriæ, patriarcha Ieroſolymitanus, archiepiſcopus Nicoſienſis, alijque præſules ijs verbis deſcripſere f.

Cur in Aegyptum cruceſignati irrupere.

f Apud Honor. l. 3. ep. 38.

7 *Significauimus vobis, quod primi nauigantes de exercitu Chriſtiano tertia feria proxima ante penteceſten applicuerunt portui Damiatæ, in quo acceſſu miſericors Dominus mirabiles primitias gratiæ ſuæ nobis impendit, & futurum fauorabilem ſe oſtendit. Nam contra ſpem omnium, nullo infidelium reſiſtente, licet multa millia eſſent in ciuitate, & extra, pauci deſcenderunt de nauibus ad terram, & ante prefatam ciuitatem libere caſtra poſuerunt.* Prima illa agmina, quæ Peluſium appulere, Colonienſes ac Frilios fuiſſe indicat Iordanus g, quibus comitem de Saroponte præfectum fuiſſe ait: quæ vero ſecuta ſint, ex dictis literis accipiamus.

German. in obſid. Peluſio virtus egregia. g Iord. Mſ. S. bibl. vat. fig. n. 1960.

Eo quidem tempore, quo latores præſentium

nuncij nostri recesserunt a nobis, status obsidionis talis erat. Siquidem erexeramus machinas nostras ad expugnandam turrim quandam sitam intra fluuium, brachium Nili, scilicet aqua turri protenditur catena ferrea per medium fluuium vsque ad ciuitatem, prestans impedimentum nostris nauibus transituris. Tamen in recessu nunciorum ita processeramus in negotio Iesu Christi, quod naues, & galea nostra galeis inimicorum nostrorum in fluuio praualebant, & in superiori parte fluuij consistebant, ita quod hostiles galee liberum nauigium non habebant, nec aliorum Saracenorum galee habebant aditum ad ciuitatem.

Peluſiacæ obſidionis deſcriptio.

9. 10 *His igitur vobis nunciatis supplicamus sanctitati vestræ in Domino, & pro Domino, flexis genibus exorantes, quatenus Christiano exercitui magnis periculis exposito curetis misericorditer, & celeriter subuenire.* Quibus Honorius permotus Gallis aliſque, quos Genuam confluxiſſe antea vidimus, religioſo pro imperio præcepit, vt coniunctis armis animiſque verſus Peluſium vela facerent, Ægyptumque cultui Numinis ſubijcerent: eademque crucefignatis aljs, qui ex Germania Venetias concurrerant, imperia dedit, vt recto itinere Peluſium ad ferenda auxilia contenderent, vt teſtatur in literis, quibus eorum animos, qui Peluſium obſidebant, excitauit, certioreſque fecit a opportuna ipſis auxilia ſuppeditatum iri: de figerent vero præcipuam in Deo ſpem, atque illius ope ſubfultos ingentes hoſtium exercitus diſſipaturos; continuis propterea precibus ac vita ab omni vitiorum labe, & contagione aliena illius gratiam ſibi comparare niterentur.

Imperatũ mare conſcenſurũ crucefignatis Peluſium conſcendere.

a Hon. l. 3. ep. 36.

11 Interea prouolaſſe ingentibus ſuccinctum copijs ſoldanum ad defendendum Peluſium, Chriſtianoſque ex aduerſa ripa laceſſere cœpiſſe, Richardus ſcribit; ſed promeruere diuinum auxilium fuſæ continuæ ab vniuerſa Eccleſiæ preces: poſt varios enim impreſſos impetus, vt idem auctor b, Stadenſis c, Godefridus d, ac Pariſius e, & alij tradunt, Pharea turris expugnata eſt. Non modico tamen cruore ſtetit victoria: adiunt enim lectiſſimos viros nani impoſitos cum admotis ſcalis in turrim loricati certatim continua ſerie aſſilirent, tanto pondere diffractis ijs, omnes in flumen, triſtiſſimo noſtris, hoſtique lætiſſimo ſpectaculo præcipites cecidiſſe; Chriſtianos tamen reſumptis animis nouos impetu nouis adhibitis machinis feciſſe, ac Pharo tandem potitos omneſque paucis exceptis, qui in ſignum victoriæ reſeruati vitæ, Acconemque miſſi, obtruncatos: cuius munitiſſimæ turris expugnationem Godefridus deſcribit.

b Richard. de S Germ. hoc ann. 1217. c Stad. in chron. d Godef. in annal. e Par. hiſt. Angl.

Pharea turris expugnatur.

12 Redacta in Chriſtianorum poteſtatem Pharo admota ſunt Peluſij obſidioni caſtra, magniſque molibus ea ciuitas florentiſſima opibus, milite, commeatu, muroque duplici munitiſſima vrgeri cœpta; tum vero Saphadinus a crucefignatis propulſatus non diu pudori ſuperſuit f. Addit Pariſius Saphadinum ſuccenſiſſe Coradinum eius filium, ſenioſissimum hominem, quem ad ſatiandam ob Damiatæ obſidionem iracundiam, Ieruſalem mœnia, ac turres deieciſſe ait vrbemque ſolo æquaſſe, ſed hac de re proximo anno dicetur. Contraxit autem admodum, depreſſitque infidelium animos Peluſij obſidio, adeo vt ad conflandas copias educendaque ex arcibus præſidia illarum plures funditus euerterint, quas aduerſum Chriſtianos tueri non poſſe metuebant. Ita tunc arx ſplendiſſima monti Thabor impoſita ac ſeptuaginta turribus cincta, a qua anno ſuperiori Rex

Admota Peluſio caſtra.

f Godef. ser Pariſ. ſcid.

Ieruſalem propulſatus fuerat, excisa eſt 11 tantum vero ex Peluſiaci belli euentu læto aut triſti omnium fluctuabant animi, vt Honorius Senonenſi archiepiſcopo ſcripſerit b: *Rem aggreſſus eſt exercitus Chriſtianus exiſtens in partibus transmarinis, in qua confiſit aut plena victoria, aut vincendi deſperatio manifeſta, obſedit enim ciuitatem Damiatæ opulentam & magnam. &c.*

a Godef. vbi ſup.

b Hon. l 3. ep. 36.

13 Angebant ſanè præ cæteris Pontificis proferendæ religionis Chriſtianæ cupidiſſimi animum illius ſucceſſus curæ grauiſſimæ, quas in cæteros præſules etiam transfudit, ſolicitauitque c, vt omni ratione crucefignatos ad ferenda auxilia maturare iter iuberent, quos vt incitaret magis atque incenderet, rerum hactenus egregiæ a Chriſtianis geſtarum ſeriem expoſuit, vt ex referenda victoria partem gloriæ decerperent.

Excitat Gallos ad immittenda crucefignatis ſupplementa.

c Reg. poſt. eand. ep.

Honorius, &c. Confiſi autem de diuino auxilio præſumimus meliora, cum Dominus faciens nobiſcum ſignum bonum impijſſimum ſoldanum Sephadinum principum malleum ſanctæ terræ nuper rebus humanis exemerit, & inter infideles diſcordiam immiſerit generalem, antiquo ſoldano Damaſceno filio Saladini pugnante contra patruum ſuum, & filium eius ſoldanos, & ſic totam terram infidelium perturbante, vt alto conſilio eius, qui admirabili prouidentia cuncta diſponit, manus conſererent in ſeipſos, per quod ſperandum eſt, quod Deus regnum eorum in ſeipſo diuiſum diſpoſuit deſolare, qui etiam propugnatorum ſuorum deuotionem reſpiciens, eis ex inſperato tradidit turrim quamdam mirabilis fortitudinis, quæ ſita in medio fluminis, & protenſis catenis ferreis acceſſum ad dictam denegans ciuitatem [, nimirum Damiatæ,] eam inexpugnabilem reddere videbatur; tantæ ſiquidem latitudinis, vt trecenti armati conſiſterent in eadem, quos omnes cum ea in ſuorum fidelium manibus tradidit dominus Deus noſter, ac etiam in hoſtes ſuos tantum terrorem immiſit, vt montem Thabor, quem in grande diſpendium Chriſtiani populi caſtellauerant, & alia quædam munita loca ſuffoſſis muris præ timore reliquerint, nullum locum ſibi ſatis tutum putantes, ſi Chriſtianus exercitus contra ſæpe dictam præualuerit ciuitatem.

Arx in monte Thabor excita ab ipſis euertitur.

14 Hæc attendentes venerabilis frater noſter patriarcha Ieroſolymitanus, & epiſcopus Albanen. Apoſtolicæ ſedis legatus, nec non & chariſſimi filij . . Rex, & magiſtri Hoſpitalis & militiæ templi, & ſanctæ Mariæ Theutonicorum Ieroſolymitan. . . . dux Auſtriæ, . . ac principes exercitus Romanorum, aljique prælati, & magnates conſiſtentes in obſidione prædicta, literis ſuis, & precibus, quæ lapidea etiam corda emollire poſſent ad lacrymas, nobis inſtantiſſime ſupplicarunt, vt cum expenſæ, quas fecerunt, & faciunt in machinis, & galeis, ac alij bellici tumultus eos pecunia ſic exhauſerint, vt viris bello ſtrenuis, qui pro defectu rerum remeare coguntur, neceſſaria miniſtrare non poſſint, & ſic exercitus paulatim quotidie dilabatur, eis poſt Deum in ciſmarinorum auxilio totam ſpem habentibus, tam bellatorum, quam pecuniæ ſuccurſum mittere feſtinemus, &c.]

Saraceni inter ſe animis diuſi.

15. &c. Compellat archiepiſcopos & epiſcopos, imperatque vt cenſuarum terrorem conſignatis cruce militibus iter ſuſcipere detrectantibus incutiant; tum imponit in ſacri belli ſtipendia coacta . . reddituum vigeſimam equitibus religioſis deſignatis a ſede Apoſtolica impetrant,

De colligendis in crucefignatis decimis mittenda.

quo

quo necessaria auxilia comparari possint : tum ipsos exemplo suo incitat, vt qui præter Cardinalium decimas, atque ab Innocentio III. collatas pecunias vltra viginti marcharum millia pro bello sacro consumpserit, ac iam quinque millia in tam pio opere sit collocaturus.

Hugonis Regis Cyp. mors

18. 19 Debilitatæ sunt magis Syriacæ res intempestiuo obitu Hugonis Regis Cypri, de quo hæc Iordanus : *Eodem anno*, nimirum præsenti, *Hugo Rex Cypri in Tripoli moritur, relicto Henrico parvulo IX. mensium & duabus filiabus, vna nupsit Gualtero comiti Brennensi, altera Isabelle filio principis Antiochiæ*. Magnum ex illius morte accepit dolorem Honorius, cum egregij principis præclaræ virtutes magnum amplificandæ religionis expectationem concitassent, atque ex eius morte Cypri regnum varijs tumultibus fluctuare cœperit, & auxilia quæ Syriæ subuenirentur, ob intestinum malum fuerint intercepta. Suscepit Pontifex Reginæ ac filiorum patrocinium, ac Pelagio episcopo Albanensi Apostolicæ sedis legato tuendæ Reginæ, & procerum qui tumultuabantur, comprimendæ temeritatis prouinciam dedit a, tum summum Templariorum equitum magistrum defendendo eidem regno operam nauare iussit b, ne Cyprij tumultus terræ sanctæ rebus perniciem afferrent : denique ingentem Reginæ vicinæ luctum literis delinire nisus est c. Hactenus de Cyprijs ac Syriacis rebus : nunc ad Constantinopolitanas fortunas traducamus.

Suscepit ipsius filio rum ab Honorio patrocinium.

a Ep. 1270.

b Reg. pont. eand. ep.

c Ep. 1267.

Theodor. Angel. conciliatur ecclesiæ.

20 Redijt ad Romanæ ecclesiæ sinum Theodorus Angelus Comnenus Epiri dynasta, ad quem conciliandum Crotonensis episcopus atque Ephrem eremita, qui vltro citroque ac Theodorum & Honorium commeabant, interuenere. Cum ergo Theodorus oratorum opera schisma damnaret, apostolicis imperijs obtemperaturum se fore polliceretur, ac Ioannem Columnam tit. S. Praxedis presbyterum Cardinalem legatum, qui vna cum Petro in vincula coniectus fuerat, libertati reddi curaret, Honorius episcopo Crotonensi Theodori absoluendi, recipiendique in Ecclesiæ gratiam potestatem dedit, mox atque legatus Cardinalis Brundusium aut in alium locum, qui tutus esset, se contulisset. In ijs vero literis Pontifex nullam Petri Imperatoris mentionem fecit, ac nobis incompertum est, an e vinculis dimissus esset in vinculis, an liberati imperioque fuerit restitutus.

Iubetur absolui modo legati libertas.

21. &c. Ambiuit vero sedis Apostolicæ gratiam Theodorus indictæ crucesignatorum expeditionis, quæ aduersus ipsum a Venetis, Gallis, Hungaris, & Constantinopolitanis conficiebatur, tenore aduersus quos omnes Honorius proferis ; vt vicimus anno superiori, indulgentijs aduersus eum concitarat. Pontifex vero cum omnes curas in recuperanda Syria proferendisque religionis Christianæ limitibus poneret, ab instituenda contra Græcos expeditione facile destitit, oblatasque a Theodoro pacis conditiones admisit : immo tanta fuit illius conciliandi Ecclesiæ, Græcosque ab schismate abducendi cupiditas, vt ipsum in sedis Apostolicæ clientelam receperit d & crucesignatis, qui Venetias & Ancontam conuenerant, interrato anathematis terrore ab inuadenda Theodori Comneni, vt nihil Ecclesiæ obsequentissimi, ditione reuocarit. quo argumento ad episcopum & clerum Venetum & Ancontanum literæ e sunt datæ. Alijs vero literis Theodorum est hortatus f, vt promissa perficeret, legatum solueret, atque alios, inopes, maxime quos tenebat in vinculis, liberaret. Dimissum ab illo Comneno Ioannem Columnam Cardinalem tradit Richardus a Constantinopolim ad gerendum legati munus se conuulisse. Atque hæc de rebus orientalibus dicta sint.

Reuocat Honorius crucesignatos ab inferendo bello Theodoro

d Ep. 885.

e Ep. 884. & reg. pont. eand. ep.

f Ep. 882.

Dimissus Ioannes Columna Cardinalis Constantinopolim.

a Richar. de S. Germ. in chron.

23 Ascripsit hoc anno Pontifex sanctorum numero Vvillelmum archiepiscopum Bituricensem, quem cœleste Numen, horis sue participem esse eunctis maximis miraculis ostenderat, quæ cum ad sacrum examen reuocata essent, deque eius vitæ sanctitate oculati testes sacramento adacti, sacros illi honores decreuit, vt constat ex diplomate apostolico ad clerum populumque Bituricensem misso, cuius partem afferimus b.

Reponit in SS. catalogo Vvillelmum Bituricen. arch.

b Lib. 2. ep. 1027.

Honorius, &c. Miraculis, quæ inquisitores nobis sub suis sigillis inclusa, prout in mandatis receperant, transmiserunt, examinatis per quosdam de fratribus nostris primitus diligenter, ea demum in pleno consistorio fecimus solemniter recitari, & cum sanctitatem morum, & signorum virtutem ad tantam petitionis, pro qua præfatus archiepiscopus, & canonici, vna cum episcopis, & prælatis Bituricensis prouinciæ alijque quampluribus vehementer instabant, concurrere videremus, eiusdem & humanum secuti iudicium, de fratrum nostrorum consilio, post multam deliberationem habitam cum eisdem, sancti meritis confidentes, ipsum sanctorum catalogo duximus adscribendum ; statuentes, vt in die depositionis ipsius eiusdem festiuitas deuote a vobis, & alijs Christi fidelibus annis singulis de cætero celebretur. *Datum Rome apud S. Petrum* VI. *kal. iunii pontificatus nostri anno secundo*. Inditem vero Vvillelmi in sanctorum numerum repositi Vincentius c atque ex eo nouatores d mentiuntur.

c Vinc. spec. hist. l. 30. c. 105.

d Vert. 13. c. 9. to. 10. col. 1017.

Sacra inquisitio de miraculis Ioannis Eremitæ habita Tusculi.

Chronol. lib. 2. ep. 1161.

24 Interfuerunt etiam in dies Ioannis eremitæ sanctimoniæ gloria, quam a morte ad vitam excitati, variisque pernicialibus morbis eius suffragijs sunam homines efferebant, rogatus Honorius est a religiosis viris S. Mariæ de Gualdo, vt illum sanctis annumeraret : qui in ea re magnam consilij maturitatem adhibendam ratus, duobus episcopis prouinciam dedit e, vt de viri illius vita ac miraculis inquirerent : *Prudentiæ*, inquit, *vestræ, de qua fiduciam gerimus plenioremper apostolica scripta mandamus, quatenus inquiratis, tam de vita ipsius eremitæ, quam de miraculis suprædictis diligentius veritatem, & quod super iis inueneritis, sub sigillis vestris nobis remittatis inclusum ; vt prætacto diuina gratia, & sequente, festinemus exinde, quod fuerit statuendum. Datum Romæ apud S. Petrum* III. *non. iunij pontificatus nostri anno secundo*. Quod etiam ijsdem pene verbis scripsit tum ad Guillelmum de Paradiso abbatem, ad Lundensem archiepiscopum f atque archiepiscopum Roschildensem, & abbatem quendam Cisterciensis ordinis ; tum etiam ad archiepiscopum Auxitanum g, Conseranensem episcopum, atque Bonifontis abbatem diœcesis Conuenarum, de Bertrando Conuenarum episcopo, miraculis clarissimo.

e Ibid. ep. 1124.

f Ibid. ep. 1125.

g Lib. 3 ep. 142.

25 Emicuit quoque Romæ per hæc tempora S. Dominici ordinis Prædicatorum conditoris sanctitas, excitato a morte ad vitam Neapolione adolescente nepote Stephani Cardinalis Fossæ nouæ, præsentibus multis Cardinalibus, qui in cœnobio S. Xysti conuenerant : rem instructam circumstantijs antiquus vitæ scriptor his verbis recenset h : *Vir Dei egressus ibat vbi corpus defuncti iacebat miserandæ contusione nimis dissipatum & horribiliter deturpatum*, collisus scilicet a terrociente equo in tetram

D. Dominicus Romæ mortuum ad vitam reuocat.

h M. S. archiep. Bonon. in vita S. Dominici. lib. 1. c. 6.

fuerat

fuerat adoleſcens: *præcepit ergo in quandam domum deportatum recludi; fratri vero Tancredo & aliis, qui ſecum erant dixit, vt ſibi pro miſſa celebranda altare præpararent. Ibant ergo Cardinales cum his, qui aderant, & abbatiſſa cum ſanctimonialibus ſuis, ad locum, vbi tunc ſacerdos S. Dominicus ſalutarem hoſtiam immolabat, qui altari ſacro cum ſumma aſſiſtens, ve ſolebat, reuerentia, immenſo perfuſus eſt lacrymarum imbre. Cum ergo corpus domini Ieſu tenens piiſſimis manibus eleuaſſet in altum, curſilis, qui affuerunt videntibus, & ſtupentibus, ipſe pater a terra in altitudinem cubiti vnius eleuatus eſt, corpuſque terrenum & graue deuotionis & gratia ſpiritu ſurſum diuinitus attollente. Oblationis itaque ſalutaris officio deuotiſſime terminato, pater beatiſſimus ad corpus defuncti Domini miſericordiam inuocaturus accеſſit; ſequebantur Cardinales cum famulis ſuis, nec non domina abbatiſſa cum ſanctimonialibus ſuis cum mœrore & fiducia, quid facturus eſſet Dominus pro gloria nominis ſui penitus ignorantes. Stans autem vir piiſſimus ad corpus exanime caput & cætera membra conquaſſata ex caſu, pedes quoque manus ſuæ ſanctiſſima tetigit ordinate, & dulciter compenendo, in hunc modum cum ſecundo ſteriſſet ac tertio, vultum quoque dilaceratione deformatum, aliaque membra locis ſuis coaptaſſet, ſurgens ab oratione fecit ſignum crucis ſuper eum: tunc ſtans ad caput elenatis manibus in cælum virtute diuina eleuatus eſt ipſe a terra ſuper altitudinem cubiti ſuſpenſus in aere & magna voce clamauit: O adoleſcens Neapoleon in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti tibi dico: Surge: & ſtante videntibus cunctis, qui ad tam grande ſpectaculum confluxerant, ſanus & incolumis ſurrexit, & dixit ſuſcitatori ſuo: Pater da mihi manducare: & vir pius dedit ei cibum & potum, qui ſanum & hilarem, nullumque læſionis ſignum habentem reddidit ipſum patruo ſuo domino Stephano venerabili ſcilicet SS. Apoſtolorum Cardinali: iacuerat autem mortuus a mane vſque ad horam nonam: ſuſcitatus autem eſt, vt opinor XVI. kal. martij in die martyris Valentini.*

Ea autem occaſione S. Hyacinthus Cracouiæ canonicus ordini adſcriptus eſt: Ino enim electus Cracouienſis epiſcopus, quem alij eius patruum, alij conſanguineum appellant, in Vrbem vnâ cum ipſo ſe contulerat, cumque egregio excitati mortui edito ſpectaculo interfuiſſet, Dominico intima conſuetudine coniunctus, Hyacinthum ipſum nonnulloſque alios in religioſa disciplina erudiendos tradidit, vt Prædicatorum familia in Poloniæ regno propagari poſſet: quod poſtea mirifice factum. Hæc pluribus Ioannes Longinus a, tum ij qui res SS. Dominici & Hyacinthi e præclare geſtas ſcripſere mendarunt. Quod rurſus ad S. Dominicum attinet; tradit Theodoricus d, ipſum per id tempus Romæ commorantem duos alios ad vitam reuocaſſe, atque apud S. Xyſtum, vbi cum ſocijs degebat, admiranda patraſſe, quam deinde eccleſiam, cum æde S. Sabinæ in Auentino monte Pontificis iuſſu commutauit, traductis ad illum anno ſequenti, monalibus S. Mariæ Tranſtyberinæ, quarum vir Dei, imperante Pontifice, ſpiritualem adminiſtrationem, regimenque ſuſcepit.

Hyacinthus illius diſciplinæ religioſæ commiſſus

a Long. hiſt. Pol. l. 6. an. 1218.

b Theod. l. 3. c. 2. & 3. apud Sur. to. 4. die 4. aug.

c Leand. Albertus apud Sur. to. 4. die 16. aug. & alij.

d Theod. ubi ſup. c. 3. & c.

Reginaldi vir doctrina inſignis

e Ib. c. 11. 13.

36 Interea quomodo Reginaldus decanus, eruditione virtuteque præclarus Romam venerit cum epiſcopo Aurelianenſi, atque B. Dominicum alloquutus, religioſum eius ordinem ingredi exoptauerit, dictus auctor pluribus proſequitur e; ex quo hæc de obiecto ægrotanti tunc admirabili viſo afferre ſuffecerit: *Morbo ingraueſcente, natura ſuccumbens deprimitur, & ſalus a medicis deſperatur: confidens autem in Dei virtute beatus Dominicus, ad preces ſe conuertit. Illo orante, magiſtro Reginaldo vigilanti, & ardore febrium admodum æſtuanti, Regina cæli virgo mater apparuit viſibiliter cum duabus ſpecioſiſſimis puellis, dixitque ei: Pete a me quod vis, & dabo tibi. Deliberanti quid peteret, altera ex puellis illis ſuaſit, ne quid peteret, ſed ſe totum beatiſſimæ matris Dei permitteret voluntati. Ille ſalubri parens conſilio, illius ſe penitus ſubiecit arbitrio. Tum mater Dei extendens manum virgineam, ægri oculos, aures, nares, os, manus ſalutari, quam attulerat, vnctione liuit, proprias verborum formulas ad ſingulas vnctiones proferens. Porro ad pedum vnctionem ita dixit: Pedes tuos in præparationem euangelij pacis perunge; & ad renes dixit: Stringantur renes tui cingulo caſtitatis. Omnem quoque Prædicatorij ordinis habitum ei demonſtrans: Hic eſt, inquit, habitus ordinis tui. Atque ita & ab ægrotantis oculis cælestis illa viſio, & a toto corpore morbus omnis ablatus eſt, ſtupentibus medicis, quorum iudicio vita eius deſperata fuerat. Nihil horum latebat beatum Dominicum, quippe cuius meritis & interceſſione Reginaldo contigiſſet ea viſio. Tertio inde die, cum aſſideret Reginaldus beato Dominico, rurſus adfuit clementiſſima Virgo, & vt erat pollicita, vnctionem illam in Reginaldo iteranit. Aderat tum religioſus quidam ex ordine hoſpitali, qui teſtabatur ſe vidiſſe beatiſſimam Virginem totum Reginaldi corpus ſua manu perungentem. Illa ſalutaris vnctio corpus eius ab omni concupiſcentia adeo purgauit, vt quemadmodum ipſe faſtus eſt, nec prauus in eo motus poſtea extiterint: verum hæc omnia beatus Dominicus, abeo adiuratus, non prius reuelare voluit, quam ille e vita exceſſiſſet.* Atque de his hactenus: iam reliqua huius anni exponamus.

Sanatus B. Virginis opera.

Iubetur D. Dominici ſequi in ſtatua.

37 *Anno Domini* MCCXVIII, inquit Vrſpergenſis a, *Otho Imperator obiit*: eadem alij b; ex quibus Albertus Stadenſis c *Anno Domini* MCCXVIII. *Otho Imperator anno regni ſui* XX. *in caſtro Hortersburg ineffabili contritione compunctus ita vt coquinarijs ſuis præciperet, vt collum ſuum conculcarent,* XIIII. *kal. iunij obiit, a Sifrido Hildenſemenſi epiſcopo abſolutus. Hanc abſolutionem Papa Honorius confirmauit. Sepultus eſt autem in Brunſwich. Caſtrum Vvorda, a Bremenſis eccleſiæ miniſterialibus occupatur. Rex Fridericus Herefordiæ celebrata curia in imperio confirmatur, &c.* Sic ille, quibus reſpondent tradita a Richardo notario e, Godefrido d, atque alijs f. Is tandem finis Othonis, qui multis abhinc annis ab Innocentio Romano Pontifice anathemate damnatus, demum morti proximus, diuino munere obtinuit, vt ad pœnitentiam atque ad Eccleſiam reverteretur, vt nullius prorſus deſperanda ſit correctio, vt ex ſacris literis recte monuit Auguſtinus. Hic vero non duximus reticendum, nos hactenus Othonis vt Imperatoris annos notaſſe, non quod imperij iura gereret, cum ijs exutus ab Romano Pontifice eſſet, veritumque ne quis eo nomine ipſum dignaretur; ſed in eo Baronij in re ſimili exemplum ſecutos, ne in conſignandis temporibus hiſtoriæ ſeries confunderetur. Neque de Othone inuoluendum ſilentio, anno inſequenti cælitus obiectum vitium, quod a Thomia Cantipratenſi hiſce verbis enarratur f.

a Vrſperg. in chron.

b Stad. in chron. God. in annal. geſta S. Lamber. ep. l. 3. c. 16 chron. Cuiac. Long. hiſt. Pol. l. 6. & alij plures.

c Otho Imp. magna pœnitentiæ ſigna in morte edit

d Rich. de S. Germ. chron. d Godef. in Annal.

e Grana in Saxon l. 7. c. 35. aliique recent.

38 *Othone Imperatore mortuo quædam cognatæ eius in monaſterio virginum præerat, quæ zelo caſtimoniæ circa ſubditas mire feruebat. Obſeruans ergo*

f Tho. Cant. l. 2. c. 53. n. 19

De illius animæ ſtatu obiecto vitium.

ergo die quadam fenestram locutorij, summo mane, quendam leniter pulsantem audiuit; qua aperta, esse Imperator apparens materterā dixit: Defunctus ego sum, & in purgatorio panis exercior. Dirigas ergo nuncios ad diuersa & æquota cœnobia, & decies mille psalteria pro me legi facias, ita vt ad singulos psalmos decem ictuum disciplinæ, & ad vnumquemque versum addatur salutatio angelica: Ave Maria; & oratio dominica; Deus noster, psalmus vero, De profundis, quando accipitur disciplina, dicatur. Talibus remedijs post mortem vinens meruit liberari. (Et nota quod idem Otho, benignissimus Imperator, anno præcedenti mortem suam, infinitam annonam tempore caristiæ diuersis monasterijs, & pauperibus diuiserat larga manu.) *Nec mora, missis nuncijs vt præcepit materterā, negocium eius ab omnibus summa cum deuotione susceptum est & perfectum. Apparens ergo dicta materterā ad eundem locum fenestræ, quem diximus, in aurora, tanta claritate circundatus est, vt illa nullo modo eum cerneret; sed audiuit: Gratias tibi ago, & pro me misericordissimo Domino gratias age, quia iam a pœnis ereptus, ad gloriam transeo sempiternam. Nec mireris latter, quia ab illis audiui, qui interfuerunt diuino languori eius & morti, quod omni die sacerdotibus Christi dorsum suum tradidit flagellandum. & eius contritio tanta fuit, vt ille cuius fuerimus testimonium, vere dignus Conradus Hildesemensis episcopus testaretur, vix se posse credere, quod Otho Imperator, post tantam contritionis pœnitentiam, vel ad horam post mortem purgatorium sustineret.* Occasione vero Othonis abs re non erit alienum addere pium aliud factum a principe alio ad eximiam vitæ perfectionem, per hæc tempora editum, atque a Cæsario a ita literis consignatum.

Otho Imp. singulis diebus mortis a sacerdote flagellari voluit

a *Cæs. l. 2. c. 18.*

39. &c. *Ante hoc triennium* (monumentis hæc consignabat anno circiter MCCXXI.) *defunctus est Philippus comes Namurcensis, vir potens & nobilis, filius Balduini comitis Flandriæ: antequam moreretur, tantam ei contulit Dominus in infirmitate contritionem, vt talis contritio non esset visa in aliquo homine nostris temporibus; quatuor abbatibus nidimis nostri sæculi & sæpe confessionem suam fecerit confusum, in tantum se accusans, tantum plangens, vt omnes ad lacrymas prouocaret. Nec si ista sufficiebant, quin laqueum collo suo injceret, rogaretque confessores suos, vt se traherent in plateam, dicens: Sicut canis vixi, dignum est vt moriar sicut canis: filius fratris sui Balduini comitis, qui fatuus fuerat Rex Graciæ, tradiderat Regi Franciæ, cuius filium duxerat vxorem: quidam dixerunt, quæ vendiderit eas, de quo facto plurimum dolebat. Deportari se fecerat in pauperrimam domum ciuitatis suæ, in qua pauper spiritum migrauit ad Dominum. Volens autem pius Dominus tantam eius remunerare contritionem, miraculis eum glorificare dignatus est, tanquam dilectum confessorem: sepultus in ecclesia sancti Albani martyris, in qua ipse instituerat conuentum canonicorum, de suis iuris redditibus eis stipendia adhuc sanus ordinans, sanus vsque hodie signis coruscat, vt de remotis regionibus infirmi aduenientes ad eius tumbam sanitatem recipiant, ipsamque terram circa sepulchrum effodientes, pro benedictione deportent.* At de his hactenus: nunc sermonem ad alia conuertamus.

Philip. comit. Namur. insignis contritio.

Prutenorū barbaries compressa

43. 44 In Prussia barbari impia immanitate efferati neophytos a suscepta fide vi minisque abducere nitebantur: ad quos comprimendos Prussiæ episcopus Honorium rogarit, vt auxiliares copias submitteret: a quo missi præsules Germani, vt crucesignatos, qui iter Ierosolymitanum suscipere non possent, ad expeditionem in Pruthenos comparandam se inuitarent: cum maxime ea gens gentilitijs erroribus imbuta adeo effera esset, vt filias seruata virginitate enecarent, vxores obuij cuiusque libidini prostituerent; captosque in bello hostes dæmonibus immolarent. Qua sane in re Christianæ religionis pulcherrimos triumphos suspicere debemus, quæ barbaros adeo efferatos ad mansuetudinem & veri Numinis cultum reuocauit.

Prussiæ res ni eluuione mersæ.

45. &c. Adiungimus Prussiæ rebus tristem calamitatem Frisiæ, quam refert Cæsarius: *Anno*, inquit, *gratiæ* MCCXXIII. *mare in partibus Frisiæ terminos suos egrediens, multarum prouinciarum terras occupauit, villas deleuit, ecclesias lapideas delecit, tantam exiguens hominum multitudinem, vt summa centum millia transcenderet. Ita exaltati sunt fluctus eius, vt turrium altitudines operirent, viderentur.* Tantæ cladis causam auctor subijcit; fuisse impij equitis contemptum sacrilegum in Eucharistiam, qui percussa pixide, quam ferebat sacerdos, sacram hostiam excussisset in terram, vt a B. Virgine coloris vili puellæ ostensum est, atque ecclesiam in eo loco in quo admissum facinus extrui iussit.

Sacrilegus in Eucharistiam calamitatis auctor.

48 Adducta est hoc anno in Gallia Narbonensi in grauissimum discrimen catholici in hostili eruptione Simonis comitis Montfortij fides catholica, quæ demum secuturis annis Gallorum Regum ope in pristinum splendorem restituta renouuit. Pium vero athletæ Christi strenuissimi mortem ita Petrus Vallisarnensis describit a.

Religio in Tolosana prouincia periclitatur.

a *Vallis hist. Albig. c. 66.*

49 *In ipso hostium egressu, venit nuncius ad comitem, qui missus, sicut diximus, audebat, solicitus erat, vt suos succurreret indilate; cui vir quæsiuit: Dine, inquit, diuina audire mysteria, & redemptionis nostræ prius carnere sacramenta. Adhuc eo loquente, venit alter nuncius dicens: Festinate, ingrauatum est bellum, nec nostri possunt sustinere. Ad quæ vir Christianissimus: Non exibo, nisi prius meum videro Redemptorem. Cum autem sacerdos sacra consecrationis hostiam eleuasset ex more, vir deuotissimus, flexis in terram genibus, sed manibus elleuatis in cælum: Nunc dimittis, inquit, seruum tuum Domine, secundum eloquium tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum. Et addidit: Eamus, & si opportunum, moriamur pro illo, qui pro nobis dignatus est mori.*

Obsessi in eum eruptionem faciunt.

50 *Illo dicto vir inuictissimus ad pugnam properauit. Ingrauabatur autem bellum vtrinque, pluresque hinc & inde vulnerati fuerant & interfecti: sed adueniente milite Iesu Christi, nostris audacia & viribus duplicatis aduersarij omnes expulsi sunt, & vsque ad fossata a nostris viriliter sunt retrusi. Retrahentes se comites, & qui cum eis erant aliquantulum propter grandinem lapidum, & intolerabilem vnguem sagittarum, fleterunt ante machinas clodas ante se positis, quibus se tuerentur a lapidibus & sagittis.* Et paucis interiectis verbis: *Quod sequitur, quis sciuerit vel audire, quis inquam istud sine dolore poterit recitare? quis sine singultibus audire? quis inquam non resoluetur & penitus liquefiat, audiens constrictum pauperum vitam? Omnia quippe sunt ipso recumbente contrita, ipso moriente mœsta, ipse etenim erat mœstorum consolatio, ipse debilium fortitudo, ipse in afflictione refrigerium, ipse refu-*

Strenue propulsantur.

gium

ginum miserorum, adeo lacrymabile propositum exequimur.

Montfortium laxo feriunt.

51. 52 *Dum flaret comes fortissimus, sicut iam dictum est, cum suis ante machinas suas, ne hostes denuo exirent ad sepe dictas machinas diruendas, ecce lapis mangonello aduersariorum proiectus percussit in capite militem Iesu Christi, qui ictu letbali recepto, pectus suum bis percutiens, Deoque & B. Virgini se commendans, mortem imitatus B. Stephani, & ipse lapidatus in urbe cum ipso in domino obdormiuit. Nec silendum, quòd iste fortissimus miles Domini, immo ne falsamur gloriosissimus martyr Christi, postquam ex ictu lapidis vulnus excepisset letbale, quinque a sagittarijs vulnera receperat ad similitudinem Saluatoris, pro quo mortem patienter sustinuit, cum quo post mortem, vt credimus, feliciter gloriatur & viuit.*

Iustus martyris mortem.

53. &c. Successit parenti filius Almaricus a, in quo paternæ virtutis signa emicabant, in cuius verba sacramento adacti viri nobiles, qui terras a patre beneficiario iure acceperant. Cumque dissolueretur exercitus, plurésque, qui Montfortij metu in officio continebantur, excusso iugo quotidie desciscerent, multorum recessu debilitatus obsidionem soluere est coactus: castroque Narbonensi, quod tueri non poterat, hosti dedito paternum corpus Carcassonam deportauit. Atque his Petrus Vallisarnensis, qui omnia vt dictum est, vel vidit, vel a viris fide, probitate, dignitateque conspicuis, ac præsentibus accepit, historiæ huic finem imponit. Agunt de his Bernardus b, Antoninus c, alijque recentiores, quos superuacaneum est omnes recensere: ex anciquioribus Rigordus d, qui cædis Simonis annum non indicat, tum Parisius e, qui illam in sequentem conijcit. Verùm hoc ipso anno contigisse præter alios ancto-res testantur apertè Honorij literæ f, quibus Almarico comparatam ex hæreticis ditionem patri iam ante attributam apostolico diplomate confirmauit. Vniuersos vero archiepiscopos, episcopos aliosque ecclesiarum præsules mœstissimis literis Pontifex hortatus est g, vt ad ferendam Almarico opem Christianorum populorum animos accenderent.

a *Ib. c. 36.* Almarico parenti succedit.

b *Ber. chron. Rom. Pont. & chr. comit. Tolos. a Ant. 3. p. tit. 19. §. 3. §. 1.*

c *Rig. in Phil. Aug. Franc. Reg.*

d *Par. hist. Aug.*

e *Lib. 3. ep. 21.*

Iussi episcopi Almarico opem ferre.

f *Ib. ep. 20.*

g *Lib. 3 ep. 77.*

54. &c. Hæc inter constituit Philippus Francorum Rex catholicis aduersus Tolosanos hæreticos subsidio venire: cumque insignem bellicum apparatum adornaret, seque ac suos in Apostolicæ sedis tutelam accipi popposcisset, Honorius ipsum alacri promptoque animo voti compotem fecit h.

Philippus Gall. Rex in Tolosanos mouere cogitat.

h *Lib. 3. ep. 49.*

59. &c. Quo etiam incunte anno rogatus a Ludouico eiusdem Francorũ Regis primogenito, vt ipsum inter atque Henricum Regem initæ pacis, de qua superiori anno egimus, apostolicam auctoritatem adhiberet, pontificio diplomate ei assensit. Reliquum est, vt gesta hoc anno in Hispanijs percurramus.

Inita inter Ludou. & Henr. pax ab Honor. confirmata.

i *Lib. 3. ep. 89.*

64. 65 Impendebat tum Castellæ belli grauissimi terror, cum iura Ferrandum ex incesto thoro natum sceptri successione excludere viderentur, Ludouicus Galliarum heres futurus dotali Blanchæ vxoris titulo ad se regni illius iura traheret, posteriséque materno iure debitum disceptare posset: hinc Alfonsus Legionis Rex Castellæ coronam vt Berengariæ dotem, quamquam dissolutæ ex nuptiæ ex legibus ecclesiæ fuissent, affectaret, atque ob id Ferrando filio infestus esset; proceres etiam Castellæ armis non abstinerent. Qui omnes pacatus Honorij studio, vt arma in Saracenos vertérentur, consuleretur que Christianæ rei, tandem sedati fuere: is enim Ferrandum a maiori optimatum parte Regem creatum, qui in adolescentiæ incunctis primum flore magnæ futuræ virtutis signa præseferebat, legitimum Castellæ Regem agnouit, illumque ac regnum in Apostolicæ sedis clientelam suscepit a, atque archiepiscopo Toletano Valentinoque & Burgensi episcopis prouinciam dedit b, est censuris ecclesiasticis percellerent illos, qui regni quietem armis turbarent.

Ferrandi Reg. Castell. initia Bello petitur a Patre.

Mar. de reb. Hisp. lib. 13 c. 7.

Ferrandi causa ab Honorio suscepta.

a *Hist. l. 3. ep. 18.*

b *Ib. ep. 19.*

66. &c. Tam insigne beneficium alio cumulauit Honorius, quippe qui dato apostolico rescripto ad extinguenda bella imminentia, promulgauit illegitimos natales ipsi non obfuturos, quo minus in Legionis regno Alfonso patri succederet, quod iam ante probasse visus erat Innocentius III. cum pontificijs literis concesserit Alfonso, vt Ferrandum in filium reciperet, idque ab vtriusque regni Castellæ & Legionis ordinibus fuerat confirmatum, vt bella occasione successionis nascitura comprimerentur c. Coniuncta postea sunt ea ratione in Ferrando Castellæ & Legionis sceptra, atque hactenus firmissimo coaluerunt: vnde facilius Mauri debellati, eiectique ex Hispania fuerunt, in quos parente filioque conciliatis, comiteque Almaro, qui dum vixit, fat regni extiterat, extincto, bellum confectum est, vt scribit Mariana d.

Declarat Pont. illũ regni legitimum heredem.

Cur natalium vitiũ ipsi ad regnũ obtin. non obstiterit.

c *Lib. 2. ep. 1295.*

In Ferrando regna Castell. & Legion postea coniũcta.

d *Marian. de reb Hisp. l. 13 c. 7.*

69. 70 Vrgendi sacri illius belli, obeundæque in exercitu piorum legationis impositum munus Roderico Toletano archiepiscopo ostendunt Honorij literæ tum ad ipsum, tum ad suffraganeos, atque ad Abulensem & Burgensem episcopos missæ, quibus propositis insignibus illis victorijs, quæ ab Alfonso Ferrandi materno auo Castellæ Rege anno huius seculi duodecimo partæ fuerant, in quibus varijs prælijs plusquam ducentis millibus Saracenorum cæsis res Christiana admodum effloruerat, ad consternatum motu hostem opprimendum incitauit e.

Bellum in Saracen. versum. Excitantur Hisp. ab Honor.

e *Hist. l. 3. ep. 844.*

71 Neque Ferrando duntaxat, verum Adelfonso etiam Lusitano Regi, successoribusque Pontifex apostolicum patrocinium pollicitus f ea loca vniuersa concessit, quæ Saracenorum imperio eripuisset. Nec absimile est, quod hoc eodem anno de ethnicorum regionibus Danorum Regi tributis traditur g. Denique cum Alfonsus Rex prædicti Adelfonsi auus, principis ecclesiæ Romanæ stipendiarij nomine, duas auri marchas singulis annis Romano Pontifici persoluendas statuisset, Honorius eidem Regi præcepit, vt ipse successoresque huiusmodi censum apud Bracharensem archiepiscopum, ad sedem Apostolicam transmittendum, deponerent: similique modo Aragonum Regem monuit h, vt censum pro Barchinonensi comitatu erogaret; eaque de re ad Tarraconensem archiepiscopum scripsit, a quo etiam Regem ecclesiasticis censuris ad id adigi voluit.

Alph. Regi Lusitanorum quæ Saracenis eriperet.

f *Lib. ep. 805*

g *Lib. 3 ep. 77.*

Repetitã ab eo vectigal. sedi Ap. debitũ. Repoſcitur ab Arag. Reg census pro Barchin. comitatu.

h *Lib. 3. ep. 78. 79.*

72. 73 Florebat Iacobus Rex pietatis studijs adeo, vt etiam virgo Deipara cœlesti specie se illi obijcere dignata sit, vt mox dicetur. Hoc enim anno beatissimæ Virginis Christianorum in Maurica seruitute lugentium miseratæ auspicijs atque horratibus, quæ S. Petro Nolasco, qui e Gallia Narbonensi hæresi Albigensi infecta in Aragoniam perfugerat, ne aberrhodoxa fide deficere compelleretur, ac S. Raymundo Peniafortio, & Iacobo Aragonum Regi eadem nocte, cœlesti specie visendam se præbuerat, institutus i est ordo militaris S. Mariæ de Mercede redemptio-

B. Petrus Nolascus studio seruãdæ fidei patriam deserit.

i *Chron. vetus ord. de Merced. ed. imp. Taurin. Mar. S. eius. archiep. Barchin.*

demptionis captiuorum quod Clemens VIII. in diplomate a pontificio, quo B. Raymundum Penniafortium ordinis S. Dominici huius familiæ condendæ promotorem in sanctorum numero collocauit, confirmat: *Cum eius*, nempe Raymundi, *hortatu Petrus Nolasius natione Gallus, cuius confessiones B. Raymundus audiebat, vir opibus florens, & insigni pietate præditus, ad inopes alendos, & maxime captiuos ex barbarorum vinculis redimendos suas copias & opes cum alacritate & libenti animo conferret, egregium pij ac liberalis animi officium pro sua infinita bonitate gratum Deus habuit; nam proxima nocte insequente beatissima Virgo Dei mater eidem Petro, qui sanctis meditationibus & orationi vacans cogitabat qua ratione calamitatibus Christianorum in captiuitate degentium succurri posset, serena fronte se conspiciendam dedit, & acceptissimum sibi & vnigenito suo filio fore dixit, si suum in honorem institueretur ordo religiosorum, quibus cura incumberet captiuos e tyrannide Maurorum liberandi: ac illa ipsa nocte eadem Virgo sanctissima B. Raymundo, ac Iacobo I. Aragoniæ Regi apparuit id ipsum, de religiosis admonens; quare hi collatis inter se consilijs & consentientibus animis ordinem B. Mariæ de misericordia, seu de redemptione captiuorum fundauerunt: cui B. Raymundus certas viuendi leges præscripsit ad illius ordinis vocationem accommodatissimas, quarum approbationem aliquot annis post a felicis recordationis Gregorio IX. prædecessore nostro impetrauit, & dilectum Petrum, qui eidem ordini omnia sua prompte dederat, primum etiam generalem ordinis magistrum suis ipse manibus habitu eodem indutum creauit.* Extant b eiusdem B. Raymundi ad B. Petrum Nolascum literæ, quibus hortatur, vt supremum eiusdem ordinis magistratum capessat, cum ea res B. Virgini, quæ ipsi se visendam dederat, gratissima foret. Floruit sanctitate & miraculis idem Petrus Nolascus, cuius nomen Alexander VII. consulta sacrorum rituum congregatione martyrologio Romano adijci iussit: is vero euangelicæ charitatis ardore successus tribus votis euangelicis quartum addidit de subeunda in terris Saracenorum seruitute, oppignerandoque suo corpore si necesse foret, vt Christiani, quorum salus periclitaretur, in libertatem vindicarentur donec auri vis pacta pro sodali redimendo repræsentata esset: qua occasione ducti plures eius sodalitij viri inter Mauros maxima perpessi incommoda, martyrij palmas collegerunt, atque eximiæ sanctimoniæ apicem conscendere, inter quos beati Raymundus Cardinalis, & Petrus c Armengaldus adeo pietate efloruere, vt in sanctorum ordinem fuerint ascripti.

a *Bullar. to. 3. in Clem. VIII. const 86.*

S. Raymundo Penniafortio a confessionibus vsus.

Opes pro liberandis captiuis profundit.

A B. Virgine ordinem de Mercede instituere iussus,

Is ordo a Greg. IX. confirmatus.

Præfectus B. Petrus Nolascus.

b *Extat in archiu. Barcinn.*

Quartum in eo ordine nuncupatur votum: de oppignerando corpore pro seruanda proximi anima.

Plures in eodem sanctitate floruere.

c *Extat de eo Verb. VIII. decretum.*

IESV CHRISTI annus 1219.

Indict. 7.

HONORII PP. III. annus 3. VACAT IMPERIVM.

1. &c. DVm Pelusium in Ægypto obsidione a crucesignatis premebatur, questus est apud Honorium Pelagius Cardinalis Albanensis Apostolicæ sedis legatus crucesignatorum arma in Prouinciam, aut Græciam auerti, tum crucesignatos suis stipendijs defraudari; quocirca verendum erat, ne res Christiana laberetur. Cui Honorius rescripsit crucesignatorum vota non commutari, sed cum Albigenses ferociores Saracenis in catholicos consurgerent, Constantinopolitanumque imperium periclitaretur, arma illorum, qui se bello sacro non deuouerant, eò conuertenda fuisse: de pecunijs vero non submissis iactam temere culpam perspicuis argumentis amouit.

Legati quæ relis respondet Honorius

5. 6 Intendit mox Honorius apostolicas curas, vt Christiano exercitui, qui in Ægypto periclitabatur, supplementa mitteret, atque omnes crucesignatos, tum præcipue Fridericum Imperatorem designatum, qui se bello sacro sumpta cruce deuouerat, excitauit, vt laborantibus conflato exercitu auxilia suppeditaturus proficisceretur. At veritus princeps, qui non ad pietatem, sed ad pompam eo signo se induerat, vtque facilius imperium sibi assereret, suis literis, quibus se in parando bello occupatum significabat a, studium Honorij eluſit, ſpeque inani lactauit.

a *Apud Honor. l. 3. ep. 273.*

7. 8 Delusus Friderici artibus Honorius ad prouehendam illius imperatoriam consecrationem incubuit, laudibusque ipsum extulit ob datum militiæ sacræ nomen: in fidem & clientelam b, vti postulauerat, vnà cum regno suo accepit: Salisburgensi archiepiscopo & episcopis Herbipolensi & Traiectensi mandauit c, vt tuendis Friderici iuribus operam darent; illum denique cæteroſque crucesignatos etiam atque etiam roganit, vt nostris in Damiata obsidenda occupatis, atque in periculum adductis, subsidio quamprimum irent, ijsdemque crucesignatis anathematis pœnam intentauit ni iter ad proximum S. Ioannis Baptistæ festum inirent: apposita est eiusmodi literis dies tertia id. februarij. His vero acceptis Fridericus, alias omni officio ac humanitate refertas rescripsit d, ac se de ijs, de quibus intimulabatur excusauit. Iam vero cœperat ecclesiastica iura inuadere, sed quoniam a Pontifice imperij insignia expectabat, blandis verbis crimen obtexit.

b *Lib. 3. ep. 279.*

c *Ib. ep. 269.*

d *Apud Hon. l. 4. ep. 331.*

9. &c. Cæterum antequam ad traijciendum apperterer dies, Honorius Friderici precibus adductus crucesignatis profectionis tempus a festo S. Ioannis Baptistæ ad diem S. Michaeli sacrum protulit e. Verum cum Fridericus neque adhuc profectionem pararet, a Pontifice est increpitus, ipsum Dei causam negligentius suscipere; sed tandem cum varia impedimenta prætexeret, obtinuit vt expeditionem in diem S. Benedicti differret f.

e *Ep. 418.* Fridericus subdole ex peditionē differt.

f *Ep. 576.*

12 Interea Christifidelium exercitus Damiatam ingenti premebat obsidione, & quanquam grauiora incommoda patiebantur, Deum tamen subsidio præsidioque sibi adesse crebro experti sunt; namque Godefridus g eius æui auctor hæc historiæ mandauit: *Sane nolite S. Agathæ virginis Deus innumam virtutis suæ miracula tantum panorem soldano Babyloniæ & satrapis eius incussit, vt relictis castris, ignorantibus etiam Ægyptijs, quos ad resistendum ordinauerat, in sola fuga spem ponerent. Quidam apostata, qui multo tempore legem Christianorum transgressus cum soldano militauerat, stans in ripa clamabat Gallicè legato, Regi, & alijs, fugam eorum nuncians. Itaque fugientibus Ægyptijs Christiani certatim & alacriter absque omni impedimento hostium & sanguinis impensa transierunt: & sic per gyrum ac firmiter obsessa est ciuitas. Direpta sunt etiam fugientium tentoria, & vniuersæ naues, cum plurimis spolijs.*

Damiata obsessa.

g *Goliaf in annal.*

Ægyptij diuinitus in fugam acti.

Potiuntur eorum castris Christiani.

Coradinus in castra Christ. tentat irrumpere.

13 *Post hæc adueniente Coradino Rege cum Alapinis, & magna multitudine, hostis resumptis viribus & animis locum illum occupat, a quo Christiani transitum miraculosum fecerant, & sic eos obsidentes ciuitatem ipsius periculosius obsederunt. & nisi per diuinum consilium prima castra, quæ erant inter mare, & fluuium, retenta fuissent maxime per Theutonicos, & Frisones, portus ab eis ablatus fuisset, & negotium plurimum periclitatum vastillasset. Ad tantam etiam Saraceni peruenerunt temeritatem, vt diluculo sabbati ante dominicam cum graui multitudine propius accederent, & vsque in fossatum se precipitarent: sed diuino auxilio cum graui damno equitum, & equorum repulsi sunt,* His enarratis subdit auctor de Ierosolymorum euersione: *Regina ciuitatum Ierosolyma, quæ videbatur inexpugnabiliter munita, destructa est a Coradino filio Saphadini, foris & intus, muri eius cum turribus redacti sunt in acernos lapidum præter templum Domini & turrim Dauid. De glorioso sepulchro destruendo consilium habuerunt Saraceni, & per literas comminati sunt, quas ciuibus Damiatæ miserunt, ad ipsorum solatium, sed nemo huic temeritati præsumpsit manus apponere propter loci reuerentiam, &c.*

Serenus Propulsator. Hierosolymæ ex desperatione euertit. Comminatur sepulchrum Domini euertere.

a *Idubil.* Noua Saracenorū ad ferendam Pelusio opem conatus.

14 Addit auctor a collectis nouis copijs fidei hostes die, qua excepti cum palmis Ierosolymas Christi celebritas recurrit, impetus in Christianos fecisse, nec alias eo die palmas, quàm arcus, tela, hastasque gestare crucesignatis licuisse; adductam etiam in periculum rem Christianam, cum verso in fugam peditatu nostro hostes ad ipsas Pelusij fossas procurrerent: sed Templariorum magistrum tanta vi cum suis in Saracenos incurrisse, vt ipsorum magnam stragem ducto in noctem prælio ediderit. Propulsato itaque hoste subdit Genuenses, Pisanos, ac Venetos ex nauibus in vrbis mœnia cum scalis assilire meditatos, qua in re licet strenuè se gererent, hostem demum superiorem extitisse, iniectoque igne scalas exussisse, tumque ab omnibus creditum expugnandi Pelusij gloriam soli Deo referuatam. Dissentire post hæc inter se cœpere Christiani, sibique inuicem detrahere, cumque pars exercitus insigni temeritate ad efficiendum aliquod in hostem facinus in Saracenos erupisset, peruenissetque in loca, in quibus maxima aquæ dulcis inopia erat, ex siti, atque æstu multi exarere, alij ab Saracenis circumfusi, profligati deletique sunt. Hanc nostrorum cladem recensent Iacobus de Vitriacus b in historia orientali ac Oliuerius c; quam imminentem Christianis S. Franciscus præsagijt, qui ex Syria eò se contulerat, vt affirmat S. Bonauentura d; cumque diuinitus sibi ostensum promulgasset, Christianos cladem accepturos, si aduersus hostes aciem educerent, ipsi nulla illius dictis fide adhibita loco triumphi funestam stragem accepere. Eundem vero S. Franciscum se ad soldanum Ægyptium e Christianorum castris contulisse, vt illum ab impia superstitione ad Christum traduceret, atque a tyranno cultum humaniterque auditum refert Iacobus de Vitriaco Cardinalis e: *Vidimus*, inquit, *primum huius ordinis*, nempe Minorum, *fundatorem magistrum, cui tanquam summo priori suo omnes alij obediunt, virum simplicem & illiteratum, dilectum Deo & hominibus fratrem Franciscum nominatum ad tantæ charitatis excessum & feruorem spiritus raptum fuisse quod, cum ad exercitum Christianorum ante Damiatam Ægypti deuenisset, ad Soldani Ægypti castra intrepidus in fidei clypeo cõmunitus accessit: quem cum in via Saraceni tenuissent: Ego sum Christianus, inquit, ducite me ad dominum vestrum; quem cum ante ipsum pertraxissent, videns eum bestia crudelis in aspectu viri Dei in mansuetudinem conuersa per dies aliquot, ipsum sibi & suis fidem Christi prædicantem attentissime audiuit.* Inter alia, vt narrat Vvaddinghus a prouocauit Mahometis sacerdotes, vt ad illustrandã fidei veritatem, vollendamque omnem controuersiam, in ardente rogo cum ipso de Christo & Mahomete disceptarent, eamque veram fidem amplectendam, quam diuino miraculo Deus comprobaret, & sibi in medijs flammis illæso crederent. Non accepta est a Saracenis conditio, ac de soldano subdit Iacobus de Vitriaco: *Tandem vero metuens ne aliqui de exercitu suo ad Dominum conuersi, ad Christianorum exercitum pertransirent, cum omni reuerentia & securitate ad nostrorum castra reduci præcepit dicens ei in fine: Ora pro me vt Deus legem illam & fidem, quæ magis sibi placet, dignetur mihi reuelare. Saraceni autem omnes prædictos fratres Minores tandiu de Christi fide & euangelica doctrina prædicantes libenter audiunt quousque Mahometo tanquam mendaci & perfido prædicatione sua manifeste contradicunt: ex tunc autem eos impie verberantes, & nisi Deus mirabiliter protegeret pene trucidantes de ciuitatibus suis expellunt.* Recepit vero se S. Franciscus in Italiam, vt expoliendis populorum moribus operam daret, quem hoc anno Thomas archidiaconus Spalathinus b refert se audiuisse concionantem Bononiæ maximo populi concursu & animarum conuersione: *Eodem*, inquit, *anno in die assumptionis Dei genitricis cum essem Bononiæ in studio vidi S. Franciscum prædicantem in platea ante palatium publicum, vbi tota pene ciuitas conuenerat; fuit autem exordium sermonis eius: Angeli, homines, dæmones; de his enim tribus spiritibus rationalibus ita bene & discrete proposuit, vt multis literatis, qui aderant, fieret admiratione non modica sermo hominis idiotæ, nec tamen ipse modum prædicantis tenuit, sed quasi concionantis: tota vero verborum eius discurrebat materies ad extinguendas inimicitias, & pacis fœdera reformanda. Sordidus erat habitus, persona coute ptibilis, & species indecora: sed tantæ Deus verbis illius contulit efficaciam, vt multæ tribus nobilium, inter quas antiquarum inimicitiarum furor immanis multa sanguinis effusione fuerat debacchatus, ad pacis consilium reducerentur. Erga ipsum vero tam magna erat reuerentia hominum & deuotio, vt viri & mulieres in eum catervatim ruerent, fatagentes vel fimbriam eius tangere, aut aliquid de panniculis eius auferre.* At de S. Francisco hactenus: nunc ad Pelusiacam obsidionem, a qua digressa est, redeat oratio.

Repressi a Christianis.

Exsurrunt temere a castris non nulla nostrorum copiæ. Earum sitis partim gladio pereũt

a *Vitriac. l. 3. hist. Orient. ad an. 1219*
c *Oliuer. in hist. capt. Dam. cap. 40.*
d *Bonauentura vita S. Fr.*

D. Franciscus cladẽ præsagiens.

e *Iacob. de Vitriac. dict. loco c. 32.*

S. Francisci ius se cõfert ad soldanum Ægypti.

15 Post nonnulla aduersa tumultuaria prælia illud consecutũ, quod de Deo sacer vates c cecinit: *Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis*; quodque apud Iob d traditur: *Ipse vulnerat & medetur, percutit & manus eius sanabunt.* Pergit enim enarrare Godefridus, vt breui Deus hostium suorum tumorem compresserit, partim enim fame, partim pestẽ obsessi miserè perierunt: tum etiam commeatus inopia Saraceni, qui ad soluendam obsidionem venerant, laborare cœperunt, ac demum, cum Nilus agros solito more non inundaret, extremæ famis terror Ægyptum oppressit. Subdit auctor: *Vnde soldanus caristiam timens, & famem, etiam amore retinendæ Damiatæ talem*

Pidẽ Christi illi prædicat.

a *Luc. Vvaddingh. tom. 1. hoc anno.* Experimẽtum veræ fidei propositum a S. Franc.

Dimittitur honorifice

b *Thomas archidiac. Spalath. in hist. m. s. pontificum Salonitanorũ.*

S. Francisci eximia concio.

Plures ab eo conuersi.

A populo colitur.

c *Habac. 3. Iob. 5.*

Oblata Christianis pacis conditiones.

rélem passus cum fratre suo Coradino Christianis obtulit, vt crucem sanctam, quæ capta fuit in victoria Saladini cum ciuitate sancta, & omnibus captiuis, qui per regnum Babylonis, & Damasci vsque reperiri possent, sumptus etiam ad reparandos muros Hierusalem redderet: insuper regnum Ierosolymitanum totaliter restitueret, præter Cracum, & montem Regalem, pro quibus retinendis tribus annis obtulit, quamdiu regnum duraret: sunt autem hæc duo loca in Arabia sita septem munitiones firmissimas habentia, per quæ negotiatores Saracenorum & peregrini ipsorum Meccham tendentes, vel ab ea reuertentes transire solent, & qui hæc potenter tenuerit, Ierusalem (cum voluerit) graviter nimis cum agris, & vineis ladere poterit. In hoc tandem conuenerunt fideles, vt primum ciuitas expugnaretur, licet opus ipsa liberationis sanctæ terræ fuit inchoatum, & omnium crucesignatorum talis fuit intentio. Paucisque interiectis subdit, auctor:

Peluſii expugnatio.

16 *Igitur nonis nouembris capta est Damiata absque deditione sine defensione, sine violentia depredatione cum tumultu, vt soli Filio Dei adscribatur euidenter victoria. Itaque cum primo ciuitatem intrassent, plusquam tria millia mortuorum inuenerunt in ea mortuum in plateis insepultos iacere; reliqui omnes in ea debiles fuerunt. Quidam siquidem Christiani circa media noctis silentium consilio (vt credimus) quorundam de ciuitate intromissi fuerunt, & legatis intromissis nuncijs turres & homines perfidæ gentis quamplurimos captiuant. Alij multi ascendentes turres fortiores aurora lucem in eis præstolabantur: eaque luce nouarum nouembrium omnes se captiuos Saraceni Damiata cesserunt, & ciuitatem totaliter in potestatem Christianorum quamvis inuiti tradiderunt; & cum caperetur ciuitas in oculis Regis Babylonis, more soluto non fuit ei ius Christi milites ad defensionem paratos per eorum fossatum aggredi. Eodem etiam tempore fluuius excrescit vberrimis aquis fossatum implens: ipse vero confusus propria castra comburit & fugit. Inuenerunt etiam in ea aurum & argentum multum nimis, pannos sericos negotiatorum in abundantia, vestes pretiosas & ornatum seculi cum varia supellectili in superabundantia: nam præter eos, qui vinci comprehensi sunt in ea, mortui promiscui sexus a tempore obsidionis in circuitu computantur ad triginta millia & amplius, quos sine ferro & igne Dominus percussit.*

Vrbis opes direptioni traditæ.

17 Hæc Godefridus; eademque fusè prosequuntur Matthæus Parisius, Vincentius, S. Antoninus aliique recentiores innumeri: breuiter vero. De Damiata hoc anno in deditionem accepta antiquiores, aliique supra laudati meminere; quibus etiam Iordanus a & chronici S. Germani auctor b consentiunt, percussum metu Soldanum relictis impedimentis in fugam se coniecisse, ac mense nouembri in peruigilio B. Leonardi diuina ope ad deditionem post acceptas illatasque multas clades compulsum; ad quod episcopum Albanensem egregium studium contulisse ait, vrbemque omni diuitiarum genere affluentem, refertam auro lapidibusque pretiosis, pannis sericis abundantem traditam direptioni, atque Ægyptiorum opibus ornatum & cumulatum Christianum exercitum fuisse: interim depulsa ex vrbe impia superstitione eiectisque Saracenis, excitatas dicatasque Deo ecclesias, veræque religionis cultum effloruisse.

alterd. MS. bibl. Vatic. b Richar. de S. Germ. ad ann. 1219.

18 Peruasit tantæ victoriæ rumor extremas nationes, vsque Saracenos metu, ita Christianos lætitia incredibili perfudit: e quibus ait Iordanus Georgianos crucesignatis scriptis literis animos addidisse, vt victoriarum cursum persequerentur, non leue suscepturos dedecus, nisi Damascum excipderent, aliaque superstitionis præcipua loca sibi subijcerent, pollicitosque arma se cum ijs coniuncturos. Cæterum crucesignatos illos capto Pelusio Romanum Pontificem missis nuncijs de parta victoria certiorem fecisse, argumento literæ sunt ab Honorio proximo anno ad ipsos datæ, e quibus dignum videtur exordium aliaque pauca inferre,

Georgiani crucesignatos ad persequendam victoriam incendunt.

Honorius, &c. Etsi humanæ conditionis infirmitas non sufficiat dignas grates exsoluere domino Deo nostro, super enarrabili dono eius, & multitudine misericordiæ suæ, quam in captione Damiatæ fecit nobiscum, & cum alijs inuocantibus nomen eius, graues labores vestros, ac longas afflictiones, & continua pericula miseratus, receptis tamen cum deuotionis huius lætitiæ nuncijs toto mentis animi affectionis diuinæ beneficio aliquantulum eximus, & in toto corde nostro confitentes eidem, & mirabilia eius pro nostræ possibilitatis modulo enarrantes, & processionaliter gratias, & laudes exsoluimus, & exsolui mandauimus per omnes fere prouincias Christianas, inuitantes eosdem quantum nunc egeatis multitudine fidelium.

Gratulatur ijs de elata victoria Honorius.

19 *&c.* Cum vos oporteat & ciuitatem præclaram incolere, & comitatus, sine quibus illa teneri vix possit, Christiano nomini, si desuper datum fuerit, subiugare, fideles ad succursum vestrum per literas nostras animare studuimus, & per viros idoneos mandauimus animari, factas propter hoc a principio indulgentias innouantes, ac mandantes, vt illi, qui iam sunt crucis charactere insigniti, cogantur ad exequenda celeriter vota sua, &c. *Et infra*: Ne autem occasione terræ vobis iam datæ a Domino, vel sicut speramus in posterum dandæ, aliqua, quod absit, inter vos possit dissensio suboriri, tam super iam acquisitis, quam de cætero dante Domino acquirendis, plenam ipsi legato, [Pelagio scilicet episcopo Albanensi, quem paulo ante ob similitudinem muneris, quo in Dei exercitu Apostolicæ sedis nomine fungebatur, Hispaniæ appellauerat] tam in temporalibus, quam in spiritualibus commisimus potestatem, ita vt per se, aut per alios libere illam exerceat, prout res videbitur postulare. Eapropter vniuersitatem vestram rogamus attentius, & hortamur, per apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes, quatenus eidem in prædictis omnibus deuote ac humiliter more solito intendatis. *Dat. Viterbij VI. kal. martij pontificatus nostri anno IV.*

Pelicerum noua auxilia.

20 *&c.* Insigne hoc anno patrocinij sui exemplum in eos, qui illud supplices imploranti, edidit B. Virgo quod refert Cæsarius hisce verbis a: *Eodem tempore quo dominus Engelbertus Coloniensis archiepiscopus ædificauit castrum in Funstinberg, contra nobilem virum Gerardum de Brubech, iuuenis quidam miles de eius exercitu, Theodoricus nomine facere sibi volens nomen, ante idem castrum, captus est. Diu ibidem incarceratus, cum pecuniam pro sua solutione dare spopondisset, extractus de carcere, positus est in domo superiore, cui addita sunt vincula, & seruiat custodiam deputati; habebat enim circa pedes annulos ferreos, & circa brachium eiusdem generis ma-*

a Cæs. lib. 7. cap. 19.

B. Virgo ad se confugientem vinculis liberat.

nicam, quæ annexa cattus pariti cauti satis erat infixa. Nocte quadam cum esset dormitus inter sex satellites, tam se quam reliquos captivos custodientes, & Dominam nostram, necnon & alios sanctos solito invocasset, obdormivit. Et ecce in somnis vidit se transpositum in monasterium nostrum, de quo cum vellet egredi, sedens in equo more femineo, necessitate vinculorum, dixerunt ei duo ex monachis nostris, Monegundus scilicet, & Henricus cognati eius secundum carnem; Nolite egredi, sed revertimini, quia sancta Maria de Heisterbach liberavit vos, hoc etiam nomine vocatur domus nostra: ad quod verbum ille exsiliens, gavisus est, & de visione cogitans, utrumnam esset vera, an fantastica scire volens, mox ut digitos admovit, pedem unum sine difficultate extraxit, Simili facilitate manum a catena liberavit: saepius ista tentaverat, sed non profecerat, cumque ex motu vinculorum unus servorum evigilasset, territus miles, circulum reponere voluit nec potuit. Tunc primum intelligens tale miraculum Dei genitricis meritis circa se gestum; ferro vulsum obdormiente, leviter surrexit & vincula adhuc foraminis in uno pede, per linteamen per fenestram se dimisit & fugit; quod dum servus comperisset, clamore fugam eius prodidit, sed manus humana capere eum non potuit quem virtus divina protexit: multotiens rubis & canibus insecuti sunt, & cum saepius in proximo sub frutetis latitaret, invenire eum non potuerunt; qui ad nos veniens, eosdem circulos pro gratiarum actione super altare beatae Mariae virginis obtulit, & qualiter eius meritis liberatus sit, nobis per ordinem recitavit. Acta sunt haec anno gratiae MCCXIX.

Auctę Albigensium res.

36 In Gallia crescebat in dies effrenata Albigensium potentia, postquam Montfortius, vt iuximus, Christianæ fidei in ijs partibus columna firmissima cecidit, nec Amalricus in comitatu Tolosano legitimus successor crebras populorum defectiones comprimere, nec Raymundi vtriusque impetus sustinere poterat, quem amisso etiam fratre Guidone Bigerrorum comite, qui in obsidione castri noui Arriani telis obrutus occubuerat, furori ac potentiæ hæreticorum se subducere coactum narrat Bernardus a. Ad erigendam igitur periclitantis fidei causam Honorius Philippum Galliarum Regem, vt vidimus ad retundendos Albigenses excitarat. Is igitur hoc anno filium Ludouicum potentissimo cum exercitu misit, quem plures in eo bello præsules sunt secuti, cum diuini nominis causa ageretur. Extant nonnullæ Honorij literæ b, quibus ipsius inferendi Albigensibus belli consilium probat, commendatque,

Guidonis Biger comes mors.

a Bern. in cbron. ann. 1218.

Ludouicū Gall. Reg. fil. mouet in Albig.

b Hon. lib. 3. epist. 378. 383.

37. &c. Marmanda a Ludouico expugnata, alijsque obuijs locis subactis ad Tolosæ mœnia egregius princeps perrupit, cumque diebus quadraginta quinque varios in vrbem impetus præsente Apostolicæ sedis legato Bertrando Cardinale fecisset, cinctique magnis animis sustinerentur, consumpto iam expeditionis, quam vouerat, tempore, initis nonnullis concordiæ legibus in paternum regnum se recepit: eo vero abscedente omnia in peius ruere cœpere, plurimaque loca arcesque Raymundo se dediderunt.

Marmandam capit Bern. vbi sup. Tolosam frustra tentat.

Reginald' Rex sedis Apost. vectigalem se constituit. c Extat apud Hon. l. 4. ep. 629 & l. 7. ep. 189.

44. &c. Transfudit eodem anno Reginaldus Rex supremum insulæ Man, cui imperitabat, dominium in Apostolicam sedem, quo pio illo opere diuinam sibi gratiam conciliaret, cuius literas c eo argumento Honorio transmissas ad commendandum memoriæ infigne adeo pietatis exemplum ex parte adiecimus.

Sanctissimo patri, & domino Honorio Dei gratia summo Pontifici Reginaldus Rex * *Insularum commendationem, cum osculo pedum.* * insulæ mea.

Noverit sancta paternitas vestra, quod nos, vt participes simus bonorum, quæ fiunt in ecclesia Romana ad monitionem, & exhortationem dilecti patris domini P. Norvvicen. electi camerarij, & legati vestri dedimus, & obtulimus ei nomine ecclesiæ Romanæ & vestro, & catholicorum vestrorum successorum insulam nostram de Man, quæ ad nos iure hereditario pertinet, & de qua nulli tenemur aliquod seruitium facere; & deinceps nos, & hæredes nostri in perpetuum tenebimus in feudum dictam insulam ab ecclesia Romana & faciemus ei per hoc homagium, & fidelitatem, & in recognitionem dominij nomine census nos, & hæredes nostri in perpetuum annuatim soluemus ecclesiæ Romanæ duodecim marchas Sterlingorum in Anglia apud abbatiam de turnis Cisterciens. ordinis, in festo purificationis B. Mariæ, &c. *Actum Lond. in domo militiæ Templi* x. *kal. octobris anno Domini millesimo ducentesimo decimonono. Et ne super his aliquando possit dubitari, has literas fieri fecimus & sigillo nostro muniri.* Ac de his satis.

IESV CHRISTI
Annus 1220. *Indict.* 8.

HONORII PP. III. FRIDERICI II. IMPER. annus 4. 3.

Subdiaconus Alatr. pro repotendis ecclesiæ iuribus ad Fridericum missus.

3. 2 MIsit Honorius ad Fridericum, qui imperialibus insignibus ab eo ornari flagitabat, Alatrinum subdiaconum, vt nonnulla repoteret Romanæ ecclesiæ iura, atque ecclesiasticam dignitatem suo splendori asseretet, sicuti ostendunt regiæ literæ oratorum opera ad Pontificem missæ, nonnulla ditionis pontificiæ loca ab inuasoribus occupata ad Ecclesiæ dominium reuocaret, Siculi regni iura in filium Henricum transferret, deque ea re nouum diploma ederet, ne si vna cum imperio Siciliam retineret, regnum illud stipendiarium Ecclesiæ, ab aula pontificia ad imperatoriam traductum putaretur: quæ quanta prudentia consilijque maturitate flagitaret Honorius, secutura tempora docuerunt. At Fridericus benigne audito internuncio apostolico, de restituendis ijs pontificiæ ditionis locis petitis annuit, ac de re Sicula hæc Honorio rescripsit a:

Concedit Honorius Frid. filio successu in Sicilium regno. Blanda ac talia a Friderici promissa.

a Extant in regest. Hon. l. 4. ep. 682.

3 *De vestra benevolentia, & de nostra, quam ad Ecclesiam & vos gerimus devotione non modicum confidentes, petitionem de ipsius regni nobis in vita nostra dominio reservando, cum in vestra fuerimus praesentia constituti, a vestra beatitudine obtinere speramus. Quis enim dubitet inde erit Ecclesia, quam qui Ecclesiae ubera suxisse recolit & in eius gremio suscepisse unde ei dignitas & status, ac salutis, & honoris augmentum? quis fidelior? quis accepti beneficii magis memor? quis de gratitudine commendabilior existimari possit, quam is, in quo crescit cum fide devotio? acceptorum beneficiorum tenax memoria perseverat: & sua devotionis obtutum, se cognoscens videlicet debitorem, solvere nititur iuxta benefactoris arbitrium, & mandatum.*

4. 5 Addit subdolus princeps se in publicis Norin-

Norimbergæ celebratis comitibus principes Germanos pellexisse, vt Syriacæ profectionis votum nuncuparent: paratum se equidem accinctumque itineri, sed crucesignatos eorum culpa, quibus ipsorum censuris ad iter compellendorum prouincia data erat, bello necessaria non parasse; proinde si ita Pontifici visum fuerit, consilium suscepisse, quod subjecit his verbis: *Veremur ne arripientibus nobis iter illi*, nimirum crucesignati, *remaneant, & sub occasione aliqua non relinquant, decreuimus vos præmittere ante nos, si de vestra fuerit exhibita voluntate, & nos subsequi proponimus.*

Petit Frid. crucesignatos ante se præmitti.

6. &c. His acceptis literis Honorius, studium Regis erga sedem Apostolicam sibi ab eo significatum commendat: & quamuis non leuibus curis suspensus fluctuaret, ne, vt reipsa contigit, Fridericus fucum faceret, atque interim orientales sub potentia Saracenorum tatisceret, prorogauit a tempus ad sacrum incundum nec ita proximum kal. maij, quibus remota omni mora tum ipse, tum ceteri crucesignati proficiscerentur.

a Hon. l. 4. ep. 692.

12. &c. At Fridericus non illico iussum iter est aggressus, verum aliquot post mensibus in Germania substitit, tantæque moræ culpam variis a se excusationibus amouere conatus est regijs literis, quibus veritus b ne Pontifex se minime conscio Romanorum regnum in Germania Henrico filio delatum ægre pateretur, hæc scripsit.

Henricus eligitur Rex Romanor.

b Extat in reg. Hon. l. 5 ep. 40.

16. 17 *Videtur nobis, beatissime pater, & præsumptione colligimus euidenti, quod cum habeatis nos, & filium nostrum in visceribus charitatis, non ob aliud promotionem nostri filij gratam feritis, nisi quia de vnione Regni cum imperio dubitatis. Quod equidem timere, aut suspicari non debet ecclesia mater nostra, quia cum sequestratorem ipsorum modis omnibus effectemus, nobis in vestra præsentia constitutis, mandatum & desiderium vestrum de omnibus adimplebitur iuxta votum. Absit enim quod imperium commune aliquid habere debeat cum Regno, aut occasione filij nostri de electione sua ipsa ad inuicem vniamur: immo eorum vnioni, ne possit esse temporibus aliquorum, totis nisibus obuiemus, prout videbitis operis per effectum, quia in iis, & in aliis tales nos exhibebimus apostolicæ sanctitati, quod meritò gaudere poterit mater Ecclesia talem filium protexisse. Nam etsi in regno ius aliquod Ecclesiæ non haberet, & nos sine hærede decedere legitimo contingeret, prius ipso Romanam ecclesiam, quàm imperium dotaremus. Vnde de tam euidenti, & manifesta turbatione Ecclesiæ atque vestra, quam super promotione dicti nostri filij assumpsistis, miramur.* Et infra: *Ecce quod e vestigio sine maiori difficultate venimus, vt in veniendo moram protrahemus aliquatenus longiorem. Vestrum erit pater & domine in absentia nostra de imperio curam & solicitudinem obtinere, vtilius vester honore seu dignitate sua nullum pati debeat detrimentum.* Porro Honorium id statim egregiè præstitisse argumento sunt apostolicæ literæ tum ad vniuersos Germaniæ principes datæ c, quibus iura omnia Friderici Christi fidelibus terræ sanctæ subsidio perrecturi, illæsa atque illibata seruari decreuit; tum ad episcopum Bambergensem d, quem aduersus Regem nouæ comilia abijcere iubet.

Imperium cum regno Siciliæ nô vniendū.

c Lib. 5. ep. 63.

d Ib. ep. 72.

18 Stipatus florentissimo comitatu transilierat alpes, Veronamque felicissime peruenerat, vbi cum substitisset, suas ad Honorium literas e idibus septembris misit, quibus suam erga eum atque Apostolicam sedem obseruantiam & obedientiam testatam voluit esse. Datæ sunt in castris prope Bononiam III. non. octobris. Dum Bononiam cum venisset, oratores ad proximum in Vrbem aduentum significandum ad eandem sedem Apostolicam cum literis suis legauit, f quibus: *Ad pedes*, inquit, *sanctitatis vestræ ardens desiderio properare studet, quod paterna gratia, quam vobis ex profectibus meis semper, & opere effudistis, exuberabis in deuotum filium vsquequaque, & ab arbore, quam plantauit Ecclesia, colui, & refouit, expectatum fructum iuxta vestrum desiderium colligens*, &c. Commendat Honorio suos oratores, ac flagitat, vt eorum postulatis auctas aures non præbeat. *Dat. in castris prope Bononiam* IV. *non. octobris indictione* * *nona vsiana.*

e Extat in reg. Hon. l. 4. ep. 150.

* nona

19 Cæterum Honorius Romanæ ecclesiæ imbibus, commodaque consulturus, antequam Romam Fridericus perueniret, Nicolao episcopo Tusculano Apostolicæ sedis legato, & Alatrino subdiacono suo hæc mandata dedit g.

Honorius tuetur ius in rebus Ecclesiæ suæ:

g Hon. l. 5. ep. 84.

Honorius, &c. De communi fratrum nostrorum consilio præsentium vobis auctoritate mandamus, quatenus efficaciter studeatis, vt capitularia, quæ vobis mittimus præsentibus interclusa, sub competentibus vobis, seruata sententia, sub nomine regio in leges publicas redigantur, nobisque mittantur regiæ bullæ roboratæ nihilominus, in die coronationis sub imperiali nomine in basilica principis Apostolorum solemniter publicandæ. Ad hæc prudenter, & caute studeatis inuestigare, ac perspicere regium animum, & propositum tam super vitanda regni, atque imperij vnione, quam super subiecta terræ sanctæ, expresse regijs auribus inculcantes quod videtur contra promissa, & priuilegia sua manifeste venisse; cum & filium suum coronatum in Regem Siciliæ, in Romanorum Regem eligi procurarit, & prælatos & magnates regni ad coronam vocarit imperij, & ab eis de nouo fidelitatis exegerit, & exigat iuramenta, per quæ in sedis Apostolicæ, nec non posteritatis suæ dispendium videtur prætata vnio procurari; vnde multi non immerito admirantur.

Ne ferendis optimis aduersabitur.

De non diuellenda ex aula Apost. Sicilia.

20 Necessitatem vero terræ sanctæ exaggeretis, sicut res ipsa deposcit, insinuantes regiæ celsitudini, quomodo fiducia & spes illius negotij in eo post Deum quasi tota dependet, sicut per nuncios, & literas legati, prælatorum & baronum exercitus Christiani euidenter apparet, & quomodo ipsum ita instanter ad coronam vocamus specialiter hac de causa: & addatis, quod nisi in instanti passagio exercitui Christiano magnifice succurratur, est procul dubio formidandum, ne prædictum negotium terræ sanctæ penitus dissoluatur. [Profligatas, vt metuebat Honorius, res terræ sanctæ fuisse Friderici incuria infra videbitur.] Quidquid autem super his poteritis intelligere, nobis curetis quamcitius fideliter intimare. *Dat. Laterani* XV. *id. nouembris pontificatus nostri anno* V.

Excitari ad ferenda terræ sanctæ auxilia iubet

21 Inde vero, paucis interiectis diebus summus Pontifex in basilica principis Apostolorum Friderico imperij insignia ritu solemni contulit, eique de re Pelagium episcopum Albanensem, atque apostolicus legatum

Fridericus imperialibus insulis ab Honorio decoratus.

alb ep. 230

garum in exercitu Christiano terræ sanctæ hi-
ce literis certiorem fecit a.

Honorius, &c. Quia scimus animum tuum
super statu imperij expectatione suspensum, ec-
ce tuæ fraternitati exponimus nos dominica ante
aduentum Domini proxima, charissimum in-
Christo filium nostrum Fredericum Romanorum
Imperatorem semper Augustum, & Regem Sici-
liæ, & illustrem Imperatricem consortem eius
in principis Apostolorum basilica cum inæstima-
bili alacritate, ac pace ciuium Romanorum so-
lemnissime coronasse. Qui facta tribus diebus in
monte * malo mora coxinæ, tandem præstita
nobis securitate, quod tibi, & Christiano exer-
citui in proximo martio succursum magnifice de-
stinabit, & in sequenti augusto personaliter trans-
frenabit, regnum cum pace ac gaudio est ingres-
sus, ea quæ ad subsidium terræ sanctæ pertinent,
promissurus. Confortare ergo in Domino, & in
eius seruitio exercitus Christiani corda confirma,
desideratum succursum fauente Domino magnifi-
ce habiturus. *Dat. Laterani* XVIII. *kal. ianuarij
pontificatus nostri anno* V.

Confidit se viaſdē honoris participes. *Mario

22 His porro de Friderico Romæ imperij
insignibus a Pontifice decorato, plerique auctores
adstipulantur b. Addit Richardus c de S. Ger-
mano: *Tunc ipse Imperator*, nimirum post acce-
pta solemni pompa imperatoria insignia, *per ma-
nus Ostiensis episcopi, qui postmodum in Papam
Gregorium est promotus, resumpsit crucem, votum
publice renouauit, multosque, qui intererant, nobi-
les idem facere animauit.*

b Ep. 62. Ricar. de S. Ger. Vr spperg. Stad. in chron. Conrad. in chr. Mar. Ex non. Pat. l. 8 Sicc. in annal. apud Can. antiq. hist. t. 1. p. 369. Austral. Kluting Col mar chron. Lang. hist. Pol. lib. 6. antiq. recentiores ad. anno.

23 Eodem vero die Honorius inter missarum
solemnia anathematis sententiam tulit aduersus
hæreticos omnes, eorumque fautores, rece-
ptores, defensoresque, atque in edictis ser-
mantesue sanctiones, plebiscita, & consuetudi-
nes, quæ ecclesiasticæ immunitati repugna-
rent, scriptis anno sequenti incunte apostoli-
cis ad Bononiensem episcopum hac de re li-
teris d.

c Rich. de S Germ. in chro. anno 1220.

24. &c. Promulgata pariter in basilica Va-
ticana edicta imperatoria in ipsa Friderici cõsecra-
tionis celebritate regestum pontificium ostendit,
atque hanc in margine verba apposita leguntur:
*Hæc est nona sanctio Friderici secundi Imperatoris
Romanorum edictaliter edita, & publicata in
basilica principis Apostolorum in die qua imperiali
diademate coronauit eum Romana ecclesia mater sua;
lex siquidem constituens de abrogatione, & de-
structione omnium statutorum & consuetudinum
aduersus ecclesias, clericos, vel ecclesiasticam
libertatem, & de abolitione omnium hæresum, &
hæreticorum diffidatione, & banno.* Cum ve-
ro ea in autenticis e extet, indicasse eam suf-
fecerit.

Latæ a Frid. leges in basil. S. Petri

d Flor. l. 1. ep. 310. habetur cap. monerit exter de fest. excom.

28 Nec prætereundum silentio seuerioris
ecclesiasticæ disciplinæ documentum memoratu
dignissimum ab eodem Pontifice hoc anno editum
in nonnullos Episcopi Anicensis parricidas, de
quibus hæc Pontifex,

e Auth. Fridr. II.

Episc. ca-sin.

29 *Honorius, &c.* Tanti facinoris atrocitate
permoti, eundem Bertrandum & eius in tanta
impietate consortes, qui ad nostram præsentiam
accesserunt, longo tempore sustinuimus ante
fores palatij nostri excubare discalceatos, & mi-
dos, aures, & oculos ab eorum eiulatibus, &
lacrymis auertendo, vt & ipsi per difficultatem
huiusmodi enormitatem flagitij sui plenius intel-
ligerent, & alij quoque quibus illorum culpa
fuit in scandalum, de ipsorum confusione pon-

Flagitij au ctores con scientiæ & ciibus cru-ciatis confe runt ad Iidem Ag.

solum exemplum, sed etiam solatium reportā-
rent. Porro ipsis aures nostras clamoribus in-
defessis sine cessatione pulsantibus, tandem atten-
dentes non satis, sed male habentibus esse opus
medico, secundum euangelicam veritatem, ne
illos, vlteriori difficultate adhibita, desperatio-
nis barathrum abiorberet, eorumdem se ad satisfa-
ctionem omnimodam offerentium recipi fecimus
iuramenta, & eisdem beneficio absolutionis im-
penso, talem iniungi pœnitentiam sub debito præ-
stiti iuramenti, quod videlicet omnes, qui con-
uenerunt ad insidias contra ipsum episcopum,
nec tamen præsciuerunt eum debere interimi,
nec eius interitum procurarunt, sine dilatione
resignabunt Anicensis ecclesiæ, si quis eorum in
feudum tenet aliquid ab eadem, nec illud vn-
quam de cætero repetent, nec ea de causa inquie-
tabunt ipsam ecclesiam; nec inde mouebunt ei
aliquam quæstionem. Ad hæc in ciuitate Podien.
si secure poterunt, vnam facient quadragesi-
mam, ostiatim induti saccis, vel cilicijs, ac de-
tonsis capitibus mendicantes, in pane, & aqua
bis in hebdomada ieiunando. Quod si forte se-
cure non poterunt esse in ciuitate prædicta, se-
cundum prænotatum modum vnam faciant qua-
dragesimam in aliqua de ciuitatibus conuicinis,
qua peracta in prætata ciuitate Podien. vel alia
vltra mare transibunt in terræ sanctæ seruitio
per biennium moraturi, ac omnes sextas fe-
rias ieiunaturi in pane & aqua toto tempore
vitæ suæ, nisi eos euidens infirmitas excusauc-
rit, vel solemnitas natiuitatis Dominicæ occurro-
rit eo die.

Admittitur ad pœnitentiam.

Iudicio de publicæ pœnæ.

30 Prædictus vero Bertrandus, cuius est de-
testabilior culpa, resignato secundum quod su-
pradictum est feudo, si quod ab ecclesia ipsa
teneat, ac depositio cingulo militari contra Chri-
stianum nunquam de cætero arma ferat. Tres
quadragesimas in ciuitate Podij, si securus pote-
rit ibi esse, alioquin in alijs vicinioribus facie
indutus sacco, aspersus cinere, tonso capite, di-
scalceatus & ostiatim mendicans, ac pane solo,
& aqua contentus tribus diebus qualibet septima-
na. Insuper per tres quadragesimas supradictas
omni die dominica toti clero, & populo ciuita-
tis, in qua ipsas faciet quadragesimas, nudum
se offerat cum virgis, quas in manu deferet ad
verberandum. His peractis vltra mare transibit
per septennium moraturus ibidem in seruitio ter-
re sanctæ, ac in suo reditu apostolico se conspe-
ctui præsentabit cum literis patriarchæ, ac alia-
rum autenticarum personarum, quæ in partibus
illis tempore illo erunt, continentibus qualiter
ibi per dictum septennium fuerit conuersatus.
Toto tempore vitæ suæ duas in anno faciet qua-
dragesimas, & sextas ferias, ac solemnes vigi-
lias in pane & aqua, nisi certa corporis infirmi-
tas prapediat, vel occurrat Dominicæ natiuitatis
solemnitas, ieiunabit. A communione quoque
corporis & sanguinis Domini abstinebit septen-
nio, nisi fuerit in mortis articulo constitutus.
Si vero post tres quadragesimas prædicto mo-
do peractas ad Carthusiensem vel Cistercien-
sem ordinem transire legitime poterit, & transierit,
erit a supradicta pœnitentia excusatus. *Dat.
apud Vrbem veterem* VI. *id. iulij pontificatus nostri
anno* IV.

Auctoris sceleris pœna.

31 Flagitauit per id tempus patrocinium
Apostolicæ sedis Florentis ordo, nonnullis expro-
brantibus Ioachimum abbatem, eius conditio-
rem, hæreseos labe inquinatum fuisse, atque
obijcien-

Declarat Honorius Ioachim abbat. hæreticum nõ fuisse.

obijcientibus commentarium in Petrum Lombardum conſcriptum, ſententia Lateranenſis concilij damnatum: at Honorius eoſdem monachos ab aduerſariorum iniuria vindicauit, ac Ioachimum catholicum habendum eſſe cenſuit a, quamuis notatus paruum cenſura ob ſuediſſimos errores eſſet; auctor enim ſcripta omnia Romani Pontifici eradi inſerat, ab Apoſtolica ſede vel comprobanda, vel corrigenda, dictaratque epiſtolam, quam ſuo chirographo munierat, vbi illam ſe fidem tenere conſtanter profeſſus eſt, quam Romana eccleſia omnium mater & magiſtra teneret. Sed ex Italia in ſubnotas ad ſeptentrionem regiones pontificium ſtudium ſecuta noſtra excurrit narratio.

a Lib. 5 ep. 208. Cur abſit ab illo ea infamia.

Creſcentij Card. A. S. L in regna ſeptentrionalia miſſus. *lib. ep. 201.*

32. &c. Recruduerant in Dania inteſtina bella, quæ potius religione quàm armis ſedatum in arbitratus Danorum Rex, ab ſummo Pontifice precibus contendit b, vt legatum apoſtolicum ad componendas ſeditiones concitatas mitteret: idemque Sueciæ & Boemiæ Reges ad temperandum eccleſiarum ſeptentrionalium ſtatum, vt ex literis c eodem exemplo ad eos Reges ſcriptis patet, flagitarat. Ad iuſta tantorum principum vota deſcendit Honorius, ac legati apoſtolici munus Gregorio Creſcentio S. Theodori diacono Card. in Dania Sueciâ, Polonia, ac Boemiâ commiſit; ſummaque ad pertinaces ad officium reuocandos, ac gerendas res auctoritate inſtruxit. Demum ad coercendam principum ambitionem eccleſiaſticas centurarum pœnas ijs omnibus irrogauit, qui Regis Danorum ſucceſſorumue iura labefactarent: præterea finitimis Daniæ Regibus populiſque publicis literis ſignificauit d, ſuarum partium fuiſſe Daniæ inuaſores anathemate percellere, cum illud regnum ab Apoſtolica ſede fiduciario iure penderet.

cEp. 314. & reg. poſt eund. ep. *d Ep. 180.* Dania S. Ap. ſtipendiaria.

Ioannes Sueciæ Rex ob bona Eccl. occupata increpitus. Vvaldemari epiſc. in ſignis conuictio.

36. Ioannem autem Sueciæ Regem monuit, hortatuſque eſt, ne res Eccleſiæ occuparet, neue epiſcopos adulterinos inrueret. Excepit verò paterno ſinu Vvaldemarum epiſcopum, qui cum toties olim ob immunera a ſe commiſſa flagitia anathemate perculſus fuiſſet, ægrotus admiſſorum tandem ſcelerum pœnitens, veniamque ex Eccleſiæ ritu conſecutus, vbi conualuit, nuncio rebus humanis remiſſo, in Ciſtercienſi familia e Deo conſecrarat, quem Honorius Ciſtercienſibus abbatibus commendauit e.

e Ep. 136. Stephan° Rex Sueuia confirmat cum Rom Eccl coniunctionem.

37. Miſit hoc anno ad ſedem Apoſtolicam Stephanus Seruiæ & Dioclitæ, aliarumque prouinciarum Rex oratores, vt exoleſcentem cum Romana eccleſia communionem (recepti enim antea ab Innocentio, atque e ſchiſmate Dioclij, Dalmataque reuocati fuerant) redintegraret, atque has literas obſeruantiæ erga eandem eccleſiam veſtes exarauit f.

f Liber ep. 681. Illius ea de re literæ.

Sanctiſſimo patri, & domino Honorio Romanæ ſedis eccleſiæ vniuerſali Pontifici, Stephanus Dei gratia totius Seruiæ, Dioclitæ, Tribuniæ, Dalmatiæ, atque Obbluniæ Rex coronatus, inclinationem ſummæ fidelitatis conſtantiæ.

Quemadmodum omnes Chriſtiani diligunt vos, & honorant, & pro patre, & domino retinent, ita nos deſideramus ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & veſtri fidelem filium nominari, affectans quod benedictio, & confirmatio Dei, & veſtra ſit ſi placet ſuper coronam, & terram noſtram ſemper manifeſte, & ob hoc vobis noſtrum epiſcopum Methodium nomine deſtinamus, vt quidquid ex veſtra ſanctitate, & voluntate proceſſerit, nobis per latorem præſentium literis ſi placet reſcribatis.] De eo Thomas archidiaconus Spalathinus a, qui tum ſcribebat hanc tradidit: *Stephanus dominus Seruiæ ſiue Raſciæ qui Vagetupanus appellabatur, miſſis apocriſiarijs ad Romanam ſedem impetrauit ab Honorio ſummo Pontifice coronam regni, diuerſi namque legatum a latere ſuo, qui veniens coronauit eum, primumque confirmauit Regem terræ ſuæ.*

a Thom. archidiac Spalat. in M.S. hiſt. Pontif. Salonitan.

38. 39. Affectum ingenti gaudio ex eccleſiæ Romanæ amplificatione fuiſſe Honorium par eſt credere, ipſumque admodum recreatum, inuendo barbaras gentes atque infidelitatis tenebris obtutas, euangelica luce colluſtratas miteſcere, ac fide ſuſcepta Eccleſiæ ſeſe aggregare. Hi erant Liuoniæ, Eſtoniæ, Pruſſiæque populi, ad quos excolendos euangelicos præcones illuc mittendos curauit, datis ea de re literis ad abbates, præpoſitos, priores tum Ciſtercienſes, cum cæterorum ordinum, quos ad omne ſtudium in tanto opere adhibendum incendit b.

Miſſi in Liuoniam & Eſtoniam a Rom Pont. euang. præcones.

40. &c. Pruſſiæ autem Chriſtifideles ſacro baptiſmate nuper ablutos eſt cohortatus c, vt tanti beneficij memores ſuſceptam fidem retinerent, præclara virtutum opera ederent, armis non frangerentur: quinimmo gauderent, dignos ſe habitos ab hoſtibus pro Chriſto contumelias pati: fidelem Deum vbra viret eos tentari haud permiſſurum: momentaneum, ac leue tribulationis, immenſum gloriæ pondus in nobis operari; eos ſe officija beneficijſque ſemper proſecuturum.

b Ibid. ep. 700. *c Ep. 733.* Pruſſos in fide confirmat.

47. &c. Repoſitus hoc anno eſt in ſanctorum confeſſorum ordine B. Hugo Lincolnienſis epiſcopus; qua de re datæ ſunt ad Chriſtifideles ab Honorio encycliæ literæ d, in quibus hæc habentur. *Cum ſanctæ recordationis Hugonem Lincolnienſem epiſcopum, quem ſicut nobis plenarie conſtitit, diuini muneris largitas tam in vita, quam etiam poſt vitam mortalium exitum inſignium miraculorum multitudine illuſtrauit, ſanctorum catalogo adſcripſimus, vniuerſitatem veſtram monemus, & exhortamur in Domino, quatenus eius apud Deum patrocinia deuote implorentis: ad hæc ſtatuentes, vt die depoſitionis ipſius, eiuſdem feſtiuitas annis ſingulis deuote de cætero celebretur. Dat. Viterbij XII. kal. maij pontificatus noſtri anno IV.*

d Ex apud Par. hiſt. Angl. Hugo Epiſ. Lincoln. adſcriptus ſanctorũ catalogo.

50. A ſancto præſule ad impium Regem digredimur. Is erat Alfonſus Rex Luſitaniæ, qui ob impoſita eccleſijs inoleranda veſtigalia, ac alia ſcelera cenſuris perculſus ab archiepiſcopo Bracharenſi illum inſectabatur atque adeo officij regij ita ab Honorio commonitus eſt e.

e Ep. 256.

51. &c. *Honorius, &c.* Ernunc, Rex intellige, ſunt hæc opera catholici principis, an tyranni? Vtinam ſaltem exemplo Pharaonis Regis Ægypti, qui veri Dei notitiam non habebat, inter ſanctum diſcernere, & prophanum, ne ad ſubiugandas ſibi res eccleſiaſticas inhiares, cui cum per Ioſeph tota terra Ægypti fuerit ſubiugata, ſola terra ſacerdotum remanſit libera, & excepta: quin etiam ſacerdotibus ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. Vel vtinam Oxæ pœna te, ne ad ſancta manum extenderes, terruiſſet, qui pro eo quod arcæ inclinare manum appoſuit, vt ſuſtentaret eandem, percuſſus

Rex Luſit. arguitur oppreſſiſſe eccleſiaſticos.

cussus obijt, Domino vicisente; cum ex culpa simili similem, immo ex grauiori grauiorem debeas formidare vindictam. Sed ad hæc cur in archiepiscopum, virum vtique literatura, & honestate conspicuum, desæuisti? Nonne Nathan propheta Dauid Regem corripuit, increpando; & Isaias Ezechiæ dixit: Morieris tu, & non vives; & tamen neuter inde iniuriam peruulit, sed honorem? Et quidem quantum eumdem archiepiscopum intendis grauius persequi, tantum sibi causam das gratiæ ac gloriæ potioris, cum beati sint, qui persecutionem propter iustitiam patiuntur; sed præter periculum animæ, quod quasi serio tibi paras, famam tuam enormius dehonestas, multis dicentibus: Ecce homo qui sibi Deum non posuit adiutorem, sed speuit in multitudine diuitiarum suarum & in sua præualuit vanitate. *Dat. Laterani* XI. *kal. ianuarij pontificatus nostri anno* V. At de his hactenus: dicendum nunc de orientalibus rebus.

Ioan. Rex Ieroſol. Pelusio in regnum restituit.

55. 56 Perlatum est ad Apostolicam sedem Ioannem Ierosolymorum Regem, Damiata ad ciuitatem Accaronensem cum suis se subduxisse: veritus autem Honorius ne ciusmodi profectio Christianæ rei periculum aliquod crearet, ad ipsum in officio continendum hasce ad eum literas misit [a].

[a] *Lib. ep. 26.*

Honorius, &c. Audiuimus te secessisse a partibus Damiatæ, & ad ciuitatem Accon. collectis tuis viribus accessisse, quod si eo proposito, & consideratione fecisti, vt paganorum partes illas infestantium incursibus obuies, & conatus elidas, tuam commendamus in Domino prouidentiam, maximè si Christiani a parte illa vsque adeo infestantur, quòd tanto videantur auxilio indigere. Porro aliàs regiam magnificentiam non deceret alijs pro fide Christiana pugnantibus, te vacare quieti, vel negocijs specialibus occupari. Illud profecto credere non velemus, quòd quidam somniant, te contra regnum Armeniæ velle arma mouere, cum credamus tantam esse in regia serenitate prudentiam, quòd perspicuè vides, quantum periculum, quanta iactura, quanta confusio per hoc euenire posset fidelibus constitutis in partibus orientis, ac toti populo Christiano, & quantum Apostolicæ sedi, & vniuersis fidelibus te redderes odiosum, si nunc totius orbis Christiani viribus pro succursu tuo, & terræ sanctæ concursis, tu communi vtilitate posthabita intenderes speciali, quæ nisi communi promota feliciter, non posset stabiliter promoueri. [Monet eum interiecta anathematis pœna ne in Armenios arma vertat.] *Datum apud Vrbem veterem* III. *id. augusti pontificatus nostri anno* V.

Exciratur ab Honor. ad copta prosequenda.

Pretensa ab illo nonulla in Armenia iura.

57 Sanè Ioannem Regem Armeniæ regnum ad vxorem suam iure hereditario pertinere contendisse, apostolicum diploma [b] ostendit: namque Pontifex supplicitet ab eo rogatus, vti regnum ipsi confirmaret suum illi ius auctoritate apostolica firmauit, IV. nonas februarij pontificatus anno IV. hoc ipso scilicet. Verum Raymundum Antiochiæ principem & crucesignatum, idem Armeniæ regnum ad se spectare censuisse, atque ideo nuncio ad Honorium misso petijsse, vti Pelagius Albanensis episcopus, & Apostolicæ sedis orientalibus in oris apud exercitum Christianum legatus, regni insignia sibi conferret, ostendunt literæ [c] ipsiusmet Pontificis, qui rem totam legato permisit.

[b] *Lib. 4. ep. 163.*

[c] *Rom. l. 5. ep. 363.*

58 Hoc interim spatio, quo in statu res nostræ in oriente essent collocatæ, missæ a Petro de Monte Acuto magistro militum templi, qui aderat, ad episcopum Elyensem hæ literæ docent: *Noueritis quod in primo passagio post captionem prædictam apud Damiatam tot peregrini applicuerunt, quod una cum residuo remanentis exercitus possit sufficere ad munitionem Damiatæ, & defensionem castrorum. Dominus quidem legatus vnà cum clero promotionem exercitus Iesu Christi præoptans populum pluries ac diligenter admonuit de faciendo equitatu super infideles; sed barones exercitus, tam transmarini, quam cismarini considerantes, quod gentes exercitus ad munitiones dictarum ciuitatum & castrorum, & ad progressum faciendum vlterius ad Christianitatis vtilitatem non possent sufficere, in hoc consentire noluerant. Soldanus enim Babyloniæ cum infinita perfidorum multitudine non longe a Damiata castrametatus super vtrumque fluminis brachium pontes construxit, ad impediendum Christianorum progressum. Qui cum tanta multitudine ibidem expectat armatorum, quod maximum periculum de vlterius equitando fidelibus immineret: ceruntamen ciuitatem prædictam & castra fossatis, & litus vndique munimus, expectantes a Domino consolari per subsidium nobis aduenies in futurum.* Et infra.

Lit. Templar. magistri de Ægyptiacarum rerum statu.

Saraceni magnis viribus Christianorum progressum abrumpêt.

59 *Expectauimus iam diu Imperatorem & nobiles alios, per quos sperauimus releuari, in quorum aduentu opus multorum manibus inchoatum ad finem sperabamus perducere optatum. Si vero de spe succursus huius in proxima ætate, quod absit, frustraremur, vtraque terra Syria videlicet & Ægyptiaca illa, quæ nuper est acquisita, quam illa, qua diu possessa est, in casu dubio sunt constituta. Nos itaque et alia gentes cismarinæ tot & tantis sumptibus in exequendis Iesu Christi negotijs adeo pregrauamur, quod ad consuetas expensas non sufficimus, nisi diuina clementia, & fidelium virorum subsidio nobis in proxima succurratur.* *Dat. Accon. XII. kal. octobris.*

Querela illius de Friderici mora.

IESV CHRISTI Annus 1221. Indict. 4.

HONORII PP. III. anno 5. FRIDERICI II IMP. 2. ROBERTI IMPERAT. 1.

1 INcubuit omni studio, opera, & solicitudine Honorius, vt occidentales ad submittenda orienti auxilia adduceret, atque Conradum capellanum ac pœnitentiarium suum episcopum Hildesemensem renunciatum excitauit, ne immunctum sibi prædicationis munus negligeret [a], Saxoniæ verò ducem [b], vt auxilio ipsum iuuaret solicitauit.

[a] *Lib. 6. ep. 15 16.*

[b] *Lib. ep. 11.*

Vgolinolegationem in Italia pro conficiendis crucesignatorum copijs munus datum.

2. *&c.* In Italia verò præcipuum in comparandis crucesignatorum copijs munus iniunxit Vgolino episcopo Ostiensi, cui gratulatus est Fridericus illud ei onus impositum: vtque verisimile princeps religionis laruam induere solebat, a studium crucesignatæ expeditionis prouehendæ præ se tulit, cum ab ea animo abhorreret. Verum cum alios ad ineundum iter accenderet, ipse profectionis tempus segniore mora fallebat; qua in re Honorius grauissimis hisce querelis cunctantem vrsit.

Obiurgatur Fridericus ab Honorio rem Christianam negligere.

6 *Honorius, &c.* Multi murmurant, multi clamant, quod postponis exequi votum tuum, at vt velle illud exequi videaris, galeas, quas fecer as

feceras præparari, detinens, quasi tecum in tuo comitatu ducturus easdem; quæ si forsitan nunc transirent, magnum possent conferre auxilium exercitui Christiano, qui eo indiget vehementer. Vt igitur hoc a te opprobrium auferas, nec nos facias ab hominibus lacerari, qui dilationem voti nobis præcipue imputantes contra nos iurant incessanter, immo vt illi complaceas, cuius te obsequio deuouisti, serenitatem tuam rogamus, monemus, & hortamur attente, obsecrantes per dominum Iesum Christum, quatenus ei, qui est veritas, verax existens causam eius in veritate pertractes. *Dat. Laterani id. iuny pontificatus nostri anno v.*

Si nolit proficisci mutat cæteros.

Quadraginta triremium classem mittit Præfecti illius.

7. 8 Pontificijs literis acceptis Fridericus se, vt apostolico imperio pareret, quadraginta triremes, quas instructas habebat, comitem terræ sanctæ subsidio misisse, Melfensemque comitem & Catanensem episcopum classi præfecisse respondit: cui rescribens a Pontifex XIII. kalendas augusti id sibi acceptissimum fuisse testatus est: at si ipsius consilij fuerat non proficisci, debuisse prius triremes mittere, cum magnas vtilitates Christianis parere potuissent, nunc verò tantum ex ijs commodum sperari non posse; nec falsò rem coniecit Honorius, nil enim aliud præclari egere, quam vt tristi deditionis Peluſij spectaculo interessent: nam nonnullorum temeritate, quos imprudens ardor agebat, præterita trophæa excitata repente conciderunt.

a Ep. 769.

Refcribit Honorius metuere, ne sero missa sint auxilia.

9 Submiserat Fridericus, antequam quadraginta illas triremes mitteret, ducem Bauariæ b, cumque is Peluſium secundis ventis contendisset, eòque mox Ioannes Ierosolymorum Rex cum flore Christianæ iuuentutis se statim contulisset, proposuit in militari consilio Bauarus mirari Imperatorem ipsos tanciu marcescere otio, nec præclarum aliquod facinus in hostem ausos: mouenda Peluſio castra, penetranda Ægypti interiora, victoriamque latius circumferendam, neque agitata deliberatum est in hostem signa attollere.

b Ep. 183.

c Godef. in annal. hoc ann. d Par. hist. Angl.

10 Ingentibus sane viribus Christianos bellum aggressos refert c Godefridus, & ad ducenta millia hominum Peluſio egressos (quanquam Albericus in suis apud Parisium d literis longe minorem numerum colligat) ac secundum Nilum partim terra partim flumine versus Cairum iter magnis animis incepisse: quibus iam milliaria quatuordecim circiter progressis obuij Saraceni, qua flumen in duo diuortia se findit, strenue obstitere. Sequutam nostrorum cladem ita narrat qui interfuit Petrus de Monteacuto Templariorum princeps: *Post festum Apostolorum Petri & Pauli dominus Rex, & legatus, totusque exercitus Christianus tam per flumina, quàm per terram ordinate procedentes, inuenerunt soldanum, & cum eo inimicos crucis innumeros; sed tamen ante faciem eius fugientes. Sicque processum est sine damno, donec peruentum fuit ad tentoria soldani, flumine tamen medio, quod nequiuit exercitus pertransire, sed in ripa fluminis fixit tentoria, præparans pontes ad faciendum transitum ad soldanum. Itaque flumen Taphneos a magno flumine Nili se diuisum, a castris soldani nos separauit.*

Occurrit soldanus Propulsantur. Occupat vlteriorem ripam fluminis.

11 *Cumque ibidem moram faceremus, recesserunt ab exercitu multi non licentiati, ita quod in decem millibus armatorum, & amplius fuit exercitus diminutus. Soldanus interim per vallum antiquitus factum, galeas, & galiones, Nilo descen-*

Multi e Christiano rũ castris abeunt.

se, misit in flumen ad impediendum nauigium nostrum: ne nobis victualibus defitutis a Damiata venirent alimenta, cum per terram, prohibentibus Saracenis, venire minime potuissent. His addit Godefridus a Saracenos a terrestri exercitu egregie propulsatos in nostram classem furorem vertisse, atque ad sopringentas, & quinquaginta naues igne Græco vsisse: *Intercluſa itaque via tam terræ, quam fluminis, ad necessaria nobis deferenda, habuit consilium exercitus de reditu faciendo: sed fratres soldani Seraph & Coradinus, soldani Alapiæ, & Damasci, atque soldani alij, Camels videlicet, & Haman, & Coilambar, cum Regibus paganorum quamplurimis, & multitudine paganorum, qui in eius subsidium aduenerant, nobis reditum denegabant.*

a Godefr. in annal.

Exusta nostra classis, Intercluſi nostri, eò meatus.

12 *Exercitus tamen noster de nocte recedens, & per terram, amisit victualia, quæ ferebat in flumine, & homines multos, quia excrescente Nilo soldanus fecit aquam derivari per meatus occultos & canales riuulosque antiquitus constitutos, ad impediendum regressum populi Christiani. Cum igitur in paludibus sommarias, supellectilia, cistellas, currusque ac omnia fere necessaria exercitus Christi amisisset, nec vltra procedere, vel reuerti, aut alicubi confugere potuisset, victualibus defitutus, nec pugnam facere cum soldano propter lacum medium, inter aquas inclusus, sicut piscis reti includitur: fecit inuitus, & in angaria positus pactum de reddenda Damiata soldano, & esclauis eius, qui inueniri poterant in Tyro & Achon, pro vera cruce, & pro esclauis Christianis regnorum Babylonie & Damasci.*

Reditum cogitant Christiani Bellicæ Saracenicæ artes.

Vincuntur ab hoc non armis Christiani.

13 *Nos igitur cum aliis nunciis, de communi legatione totius exercitus, Damiatam adiuimus, populo ciuitatis pactiones nobis inimicas omnibus ostendentes, quæ episcopo Achonensi, cancellario, & Henrico comiti de Malta, quos ibidem inuenimus, plurimum displicebant. Voluerunt enim ciuitatem defendere, quod nos multum approbaremus, si viriliter fieri potuisset. Malimus quidem in carcere perpetuo detrudi, quàm ciuitas incredulis redderetur; sed &c.* Perguntenim literæ ipsos atque alios proceres, qui Peluſij in præsidio erant, sustinere obsidionem in animum induxisse; sed cum exploraſſent vires sibi ad eam tuendam deesse, demum deditioni assensisse: barbarum verò stetisse pactis, atque annorum octo iuratis inducijs diebus quindecim exercitum Christianum pane & polenta sustentasse.

Deditionis conditiones.

14. &c. Audita Peluſij deditione Gualterus iuris præfectus in regno Siciliæ, ac Melitensis comes illius classis duces, quam Fridericus, dum fallaces moras trahebat, tarde submiserat, confusi sunt; traditque Richardus b Gualterum ob deditam Damiatam iras Imperatoris metuentem Venetias se subduxisse, comitem verò in Siciliam reductum a Friderico coniectum in carcerem, suaque ditione exutum fuisse; addiitque Regem Ierosolymitanum, Pelagium legatum, ac patriarcham, cæterosque dato a soldano præsidio Acconem adductos fuisse.

b Rich. de S. Germ. in chron. hoc ann.

17 Consensere ita exitus dictis Petri de Monteacuto, qui priori anno acquisitas subactasque a nostris Syriæ Ægyptique terras in maximum periculum ac discrimen adductum iri prædixerat, si auxilij a Friderico Imperatore æstate inequitari ferendi spes Christianos elusisset: quos etiam Honorius hoc anno eidem principi, cuius mores conquestus, hisce verbis obiecerat e: *Certè nobis tuis grauiter dicetis Christianam exercitum*

e Hon. l. 6. ep. 2.

Annal. Eccl.

Causa mali Friderici negligentia. *Ib. ep. 61.*

fefelliſſe, ita quod ſubtui expectatione ſuccurſus in magno eſt hodie diſcrimine conſtituus. Ve non ſit mirum, ſi Pontifex idem totius cladis culpam in ipſum deriuet, atque hæc exprobret.

18 *Honorius, &c.* Mœrore plenas tibi cogimur literas deſtinare; quia noſtram animam acerbi doloris gladius pertranſiuit; adhuc ineſſanter concidimur vulnere ſuper vulnus: cum flebilis caſus exercitus Chriſtiani nos dolore intolerabili ſauciaueris; *Et infra*: Ecce noui doloris vulnere ſauciamur, clamante contra nos vniuerſo populo Chriſtiano, & nobis ruinam prætenti exercitus imputante, ac publicis improperante clamoribus, quod totum orbem confudimus Chriſtianum, eo quod te, ſicut nouerat, tranſire non compulimus in ſubſidium terræ ſanctæ, culpam tuam in nos penitus refundendo, & vtique non prorſus immerito, quia reuera cum tibi nimis detulimus, reliquimus Chriſtianum exercitum ſub periculo caſus, quem hodie deploramus, *& infra*.

Lugubres Honorij de illo quæ ſcribit.

19 Quam ſolemniter, & quam publice in tua coronatione promiſeris, te in ſuccurſum dicti exercitus tranſiturum, cùm arim nouerunt, & etiam tranſmarinj. Vnde propter expectationem tui ſubſidij, quod etiam per literas tuas promiſiſti exercitui ſæpe dicto, refutata eſt compoſitio, per quam Ieroſolymitana ciuitas reſtituebatur cultui Chriſtiano; ac demum tota Chriſtianitas paſſa eſt illius confuſionem opprobrij, quod nulla poterit oblitione deleri,

Duces alij ex alijs more exprobratur. Ob ſpem ſduentus Frid non recepit ex oblatæ pacis legibus Hieroſolyma.

20 Quid mirum, ſi contra nos, & contra te murmuret, immo clamet populus Chriſtianus, ſi credit, & dicit nos tibi dediſſe licentiam remanendi, ac per hoc nobis imputans totum malum, quod accidit, nos & Romanam eccleſiam pro re inaudita lacerare contumelijs non deſiſtis? Certe ſi hoc tecum digne meditatione penſaueris, recognoſces in te grauis culpæ periculum, nec ante lætitia lætaberis, quam feceris aliquid, per quod ſatisfeciſſe Deo & hominibus videaris. Expergicere igitur, expergicere ſereniſſime princeps, & ad vindicandam iniuriam Chriſti, & nominis Chriſtiani accingere totis viribus, toto corde, *Nonnullique imperfecti*.

Ingentes anathemæ contra Anglj.

21. 22 Illud autem noluimus te latere, quod ſi nec Chriſtianæ fidei zelo, nec noſtris exhortationibus excitatus, in negocio, quod abſit, fueris tepidus memoraro, nos tibi non parcemus vlterius, nec ſaluti noſtræ, ac vtilitati totius populi Chriſtiani te amplius præferemus; quinimmo te tanquam voti proprij contemptorem excommunicatum ſolemniter publicabimus; idque per totum Chriſtianum orbem faciemus in confuſionem tuam publice nunciari. *Dat. Laterani* XIII, *kal. decembris pontificatus noſtri anno* VI. Hactenus de Syriacis Ægyptiacisque rebus: nunc ad Conſtantinopolitanas nos conuertamus,

Robertus Imperium Conſtantinop. adipiſcitur.

23. &c. Capeſſiuit hoc anno imperij orientalis habenas Robertus Petri antea comitis Antiſſiodorenſis, atque Ioles Auguſtæ filius, qui ad conſecranda egregio aliquo facinore regni auſpicia, eccleſiarum iura defendenda ſuſcepit, atque initam duobus abhinc annis opera Ioannis Cardinalis Columnæ, Apoſtolicæ ſedis legati eccleſiam inter & principes illos concordiam confirmauit: huiuſmodi porrò conciliatæ concordiæ exemplum extat in apoſtolicis literis ad

Eccleſiarum iura confirmat.

patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, cæteroſque eccleſiaſticos viros anno inſequenti datis a, quibus ſummus Pontifex ad eandem concordiam auctoritatem etiam ſuam adiunxit. a *Ib. ep. 285.*

27. &c. Quod ad patriarcham Conſtantinopolitanum attinet; erat is Matthæus, quem hoc anno illi eccleſiæ præfecit Honorius, quippe qui, cum electores eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, vita functo patriarcha, in ſucceſſore deligendo diſſiderent, ab illis per nuncios ad Apoſtolicam ſedem procuratorio nomine miſſos rogatus, patriarcham creauit b epiſcopum Equilinum, cui Matthæi nomen impoſitum erat. Sed ab orientalibus ad occidentales res veniamus. Matthæus ab Eccleſia Equilina ad patriarch. Conſtant. traductus. b *Lib. 5. ep. 397.*

34. &c. Laceratum videbatur multorum dominatione regnum Friderico, atque ad arces & oppida, quæ ipſius leges accipere renuerant, in ſuam poteſtatem redigenda animum atque arma conuertit, vt chronicon S. Germani affirmat c: Soram, quam Richardus olim Innocentij Papæ frater tenebat, erijuit, ſuæque violatoolim oato ſacramento, vti ſupra d indicauimus, ditioni ſubiecit: Boianum & Celanum recepit, effuſoque armorum terrore omnibus iugum iniecit, inque Siciliam tranſiens ſolemnia totius regni comitia egit, ac plures leges inblaſphemos, aleatores, detractoreſque alienæ famæ tulit: vetuit meretrices cum honeſtis fœminis ad balnea accedere & intra vrbium ſepta habitare: vt Iudæi præferrent ſigna, quibus a Chriſtianis diſcernerentur, pœnis grauioribus imperauit. Siculorum nobilium potentiam Friderico eruunt. c *Ric. de S. Germ. an 1221.* d *An. Chr. 1208.* Leges condit.

39 Deleti fuerunt hoc anno piratæ Dalmatiæ ab Acconio ſubdiacono & capellano pontificio, quem Honorius decreuit Apoſtolicæ ſedis legatum, cuius geſta Thomas archidiaconus e ita refert: *Conuocauit totum Dalmatiam & Croatiam in adiutorium ſuum contra hæreticos & piratas, faciens indulgentias omnibus, quicunque zelo diuino fuccenſi in perſonis vel expenſis ad tam interitum laborarent: tunc congregato multo nauali exercitu & aereſti cœpit eos vndique impugnare; in tantum enim Almiſſanos in mari & terra eos inſequendo contriuit, vt defecti viribus deſperarent vlterius ſe poſſe reſiſtere. Venerunt ergo & corruentes ad pedes legati pacem & miſericordiam humiliter implorabant, promittentes omnem emendationem & obedientiam ad eius beneplacita & mandata: quos legatus ſuſcipiens fecit eos piraticas naues exterere promittentes interpoſito iuramento, vt a Chriſtiana infeſtatione ceſſarent.* Subdit auctor legatum ſe in Boſnam contuliſſe, ac pro fide catholica aſſerenda plura ad erſus hæreticos geſſiſſe. e *Thom. archidiac. Spalat. in hiſt. Pont. Salonitan.* Geſtus ab Acconio Legato ad uerſus Piratas bellum. Redacti ad officia.

40 Hoc anno defunctus traditur in Germania religioſiſſimus presbyter Stippo nomine, de quo hæc Cæſarius f: *Vt autem noueris non eſſe curandum quacunque morte iuſtus moriatur, idem Stippo, cum in annis laboraret anno præterito*, ſcribebat auctor, vt ipſe § teſtatur: inſequenti anno, *meteris rapta in cerebrum, totus fuſſus eſt phreneticus, ita vt multas blaſphemias euomeret. Defuncto eo, atque ſepulto, Dominus meritis eius voluit oſtendere, miracula ad eius tumbam dignatus eſt operari: infirmi, ſicut audiui, ſuper illam dormiunt, & ſani ſurgunt.* f *Caſ. l. 12. c. 16.* Stippo vir ſanctiſſimus in phrenefi moritur. g *Lib. 10. cap. 48.*

41 In Gallia cum recrudeſceret in dies Albigenſis hæreſis, excitati nonnulli viri ardentes pietate, diuinæque amplificandæ gloriæ cupiditate

rate, postulauere ab Honorio facultatem instituendi in Narbonensi prouincia religiosorum equitum ordinis, qui Templariorum in oriente contra Saracenos certantium exemplo ad confirmandam fidem catholicam, excindendam hæresim, immunitatemque ecclesiasticam seruandam arma tractarent. Laudauit pium consilium Honorius, ac Portuensi episcopo Apostolicæ sedis legato eiusmodi ordinis militaris condendi, modò alicuius sacræ familiæ disciplinæ approbatæ se addiceret, auctoritatem dedit [a].

Agitatum de instituendo militari ordine aduersus Albigenses.

42. &c. Impliciti tum erant infectique Albigensium partibus Auenionenses, ad quos bello edomandos Honorius legato præcepit, vt Arausiæ comiti, qui in eos arma erat moturus, præsto esset. Cum autem Fuxensis [b] & Conuenarum comites, eorumque filij, tum maxime Raymundus alterius Raymundi Tolosani olim comitis filiastrem Christianam admodum labefactarent, illos grauissimis literis ab eorum patrocinio est conatus auocare [c]. Raymundo iumori in primis denuntiauit, ni ad officium rediret, illa ditionis parte, qua ex sedis Apostolicæ benignitate donatus fuerat, exutum iri, proposuit, vtque ipsius pater ob detectionem a fide Tolosa, comitatusque iure excidisset, cuius si sequeretur exempla, pares exitus pertimescendos sciret.

[a] Pium. 5. ep. 699. Aurasiæ comes Auenionensib⁹ bellum inferre parat.

Proceres Albigensium studiosi.

[b] Ib ep. 682. [c] Ep. 688.

45. Tandem in contumacem hominem pontificia monita ipsemet sibi animaduertere, atque huiusmodi sententiam in illum ab Apostolica sedis legato iam ante latam firmam hisce literis iussit [d] esse.

Abrogatâ illi ab Ap. sede in ade pro principatu ius. [d] Lib. 6. ep. 43.

Honorius, &c. Cum dilectus filius noster B. tituli sanctorum Ioannis & Pauli presbyter Cardinalis tunc Apostolicæ sedis legatus attendens, quod Raymundus filius Raymundi, quondam comitis Tolosani, non solum imitabatur patris malitiam, sed etiam anteibat, sententialiter eidem abdicauerit omne ius, quod in terra, quam dicti patris sui fuerat, vel erat, in legatione Cardinalis prædicti videbatur habere: nos eiusdē Cardinalis sententiam, sicut iuste lata est, & in ipsius Cardinalis literis plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus, &c. *Dat. Laterani* VIII. *kal. nouembris pontificatus nostri anno* VI.

Pontificia in conuertendis infidel. studium.

46. &c. Hac decernebat in Gallijs, vt firmissimus fidei propugnator ac vindex ad excindēdas hæreseon sentes, cum apostolico illo quo traducēdi ad Christi cultu cuctas barbaras nationes flagrabat ardēre studio, datis encyclicis literis ad variarū gentium archiepiscopos, & abbates, submittere iussit sacerdotes virtute conspicuos quibus inferendæ infidelibus euangelij lucis auctoritatem tribueret.

Vetat legato Hon. Alexandrū regni insignibus redimire. Anglus assentitur. [e] Lib. 5. ep. 719.

49. &c. Inter hæc Alexandro Scotorum Rego regni insignia sibi ab Iacobo capellano Apostolicæ sedis in Anglia legato dari postulante, Pontifex a legato consultus respondit [e], imponendæ illi coronæ prouinciam ad ipsum non spectare, cum Scotus Anglorum Regis vectigalis putaretur, caueretque, ne tantam rem sine Regis Angliæ consensu aggrederetur.

Ius S Dominici obitus.

52 Hoc anno B. Dominicus ordinis Prædicatorum conditor Bononiæ vitam fine sanctissimo clausit VIII. idus augusti, cum piam hanc orationem ad circumstantes fratres habuisset: *Ita vsque in hanc horam carne incorruptum me Dei misericordia seruauit, illibatam virginitatis munditiam custodiuit; qua vt etiam in vobis inuiolata permaneat, fœminarum omnium suspecta vrbate consortia: ea retenta seruate Christi vitæ paupertate*

[e] Haed. 5. ep. 137 & seqq. apud Surium 4.

Sacra monita fodalibus a moriturо data.

te gratus Christo, & bona fama odore fructuosus erit proximis. Subdit auctor nonnullis interiectis pium hoc testamentum ab eo conditum: *Hæc sunt, fratres & filij charissimi, quæ vobis hereditario iure possidenda relinquo. Charitas sit in vobis, humilitatem sectemini, paupertati voluntariæ studete, &c.* Celebratæ illius exequiæ fuere ab Vgolino Cardinale Apostolicæ sedis legato, qui in pontificatu Gregorij IX. nomen adeptus est, sacrumque immortalitatis pignus suis manibus, vt qui summam sanctitatis opinionem de eo conceperat, sepulturæ mandauit, ac deinde sacram actionem de miraculis a viro sancto editis confici iussit.

Traditus sepulturæ ab Vgolino postea pontifice.

53 Eodem anno Ambrosius infantulus Senensis, cui postea ordinem Prædicatorum ingresso insignes virtutes editaque miracula beati nomen pepererunt, cum ab ortu oris deformitate membrorumque contractione ac distorsione laboraret, in templo S. Magdalenæ cum tabernaculum, in quo sacræ reliquiæ conditæ erant, ter Iesu nomen acclamando contigisset, repente magna omnium admiratione venustatem oris & naturalem membrorum symmetriam diuinitus est adeptus, vt m. s. annales Senenses, mihi ab Alexandro VII. communicati pluribus referunt.

Sigism. Titius vol. 2. p. 2. pag. 49.

Sacrarum reliquiarū diuina vis.

Ostensa in B. Ambrosio Sacerdonio.

IESV CHRISTI
Annus 1222.

Indict. 10.

HONORII PP. III. anno 6. FRIDERICI IMP. OCC. 3. ROBERTI IMP. OR. 2.

1. &c. PRo lapsis Syriæ rebus instaurandis habitum est Verulis in Campania colloquium inter Honorium III. ac Fridericum Imperatorem, decretumque ab ipsis, vt Veronæ Christianorum omnium principum amplissimi conuentus haberentur, quibus de terra sancta recuperanda, perdomandisque Saracenis ageretur; demum Imperatorem a Pontifice data illi iurataque fide, quod certo tempore exercitum in Syriam duceret, refert S. Germani chronicon, in Siciliam aduolasse, vt Mirabetti Saracenorum ducis insulam infestantis conatus comprimeret.

Colloquiū de rebus Syriæ.

Mirabetus Sarac. reprimitur

5 Cæterum quamquam illud colloquium non Veronæ, vt affirmat chronicon Elnonense, celebratum fuit, in Campania tamen anno insequenti habitum est, cui tum patriarcham tum Regem Ierosolymitanum interfuisse, apostolicæ literæ a eodem anno exaratæ admonent. Interim Honorius, vt Fridericum ad promissa perficienda incitaret, illum, vxoremque, ac filium vna cum imperio, Siciliæ regno, vniuersisque eius iuribus in Apostolicæ sedis fidem & clientelam recepit, atque ad vniuersos Germaniæ antistites scripsit [b], caueret ne quisquam Friderici res, quandiu in expeditione Ierosolymitana versaretur, imaderet, minueret, perturbaret: atque ipsi singuli, si opus foret, iniquorum hominum audaciam censuris ecclesiasticis coercerent. Ostentabat sane Fridericus ingens instaurandæ rei Christianæ desiderium, siue tum reipsa diuino studio arderet, qui postmodum in eo refixerit, siue vt ex huiusmodi inanium promissorum pompa gloriam apud homines colligeret, vel sua etiam commoda, ad quæ sectanda artibus valebat, aucuparetur: cuius literæ c his temporibus ad Honorium datæ in-

[a] Lib. 7. ep. 176. Arripitur Frid. inducias Ap.

[b] Lib. 6. ep. 350.

Præfert se deo redituro regrādi ad bellī consilium.

[c] Extat. l. 6. Hon. ep. 81.

censi pietate principis animum ac speciem præferunt.

6, &c. Erectus in spem excitandæ afflictæ rei Christianæ, contundendæque infidelium potentiæ Honorius, incendebat quosque viros principes ac nobiles [a], vt se ad delendam acceptam ignominiam compararent; pollicebatur illis apostolicum patrocinium: recusabat autem eos voti religione soluere, qui se bello sacro deuouissent, inter quos Brabantiæ ducem varias excusationes obtendentem profectionem parare, iussit.

a Lib. 7. ep. 49.

16, &c. Gerebat tum magno terrore bellum aduersus Robertum Imperatorem, ac ditionis suæ limitem latius proferebat Theodorus Comnenus, vir lubricæ fidei atque astibus instructissimus, qui vt antea simulata pietate ad auertendum a se ob iniectum in vincula Petrum Imperatorem Latinorum occidentalium imminens grauissimum bellum, supplex ad Ecclesiam confugerat, fueratque ab Honorio fidelium consortio aggregatus tectusque apostolico patrocinio; ita vbi eam procellam dissipatam vidit, ac Latinorum Constantinopolitanorum vires depressas, lacessere ipsos cœpit: quamobrem anathemate percussus contempta religione victorias maiori apparatu circumtulit; quem ideo Honorius in literis salute negata, sed meliora consilia precatus ad pacis fœdera cum Roberto pangenda adhortatus est b, simulque laudi tribuit, quod blande humaniterque Ioannem Cardinalem habuisset.

Theodor. Comnen. ad pacem cum Roberto ineundam solicitatus.
b Lib. 7. ep. 44.

24 Hoc anno, defuncto Theodoro Lascari Ioannes Ducas Batazes siue Vatacius dictus, apud Græcos in imperio successit: cum enim Theodorus imperium arripuisset anno quarto supra millesimum ducentesimum, vt Niceta Choniata testatur c, Nicephorus vero Gregoras d ipsum octodecim annos in imperio affirmet exegisse, Ioannis ingressus in hunc annum coniiciendus videtur: qui Ioannes Irene Theodori filiam in matrimonium ducta, ab eo successor designatus fuerat, quique vir præstanti ingenio, animi constantia & morum grauitate insignis ab auctore prædicatur. Instinxisse ipsum Roberto sub sui imperij initijs magnam cladem scribit Nicephorus Gregoras e. Alexius enim & Isaacius, qui Lascari sanguine erant coniunctiores, quam Ioannes affinitate successor quæsitus, fremontes ira, sibi imperium transmissum non fuisse, se ad Robertum contulere, promissisque pellexere, vt Ioannem ad transfundendum in ipsos imperium bello peteret; sed cum instructa classe exercitus in Asiam traductus esset in mediterranea loca, quæ paulo ante Henricus Imperator Latinis subiecerat, progresso Ioanne Vatacio florentissimis cinctus copijs occurrit, initoque prælio Latinos fudit, ac mox circumiectæ Græcorum vrbes occasionem aucupatæ excusso Latinorum iugo, vltro in Ioannis fidem ac potestatem venere, atque ex eo Latinorum res admodum fractas, Græcorum vero se extulisse scribit auctor,

Theodor. Lascaris Nicenus Imp. moritur.
c Nicet. chr. in Alexio Angelo l. 3.
d Greg. l. 1. Ioannes Ducas in Imperio succedit.
e Nicephor. Greg. hist. lib. 1. Alexius & Isaacius ad Robertum se conferunt.
Ioanni Duci bellum mouent. Profligantur ac Robertus plura in Asia loca amittit.

25 Debilitatæ quoque sunt in Thessalia Latinorum res; nam Theodorus Angelus potiundi imperij ambitione æstuans, cum Demetrius Thessalonicæ Rex ad contrahenda auxilia venisset in Italiam, vt Gregoras scribit f, occasione vsus, expugnatis pluribus arcibus vrbibusque, Thessalonicam regni principem in suam potestatem redegit, ac mox ea victoria elatus imperialia insignia corripere meditatus, cum Thessalonicensem archiepiscopum, vrbis ipsum redimiret, adducere non potuisset, ea a Bulgariæ archiepiscopo eblanditus, Imperatorem se dixit. Ita quatuor imperia ex collapso orientali erupere, Constantinopolitanum Latinorum, Dauidum Comnenorum Trapezuntinum, Lascarorum Nicænum, Thessalicum Angelorum, quæ demum ob imbecillitatem funditus conciderunt, breui autem istud postremum fuit: hoc vero anno cœpisse a expugnatamque Thessalonicam e pontificijs literis ad Tornacensem episcopum datis, atque ex Nicephora Gregora colligitur; iam vero ad occidentalium res nos conferamus.

Demetrius Rex Thessal. in Italiam venit.
f Niceph. Greg. l. 1. Theodor. illius regnum occupat.
Imperialia insignia corripit.
a Hon. l. 4. ep. 280.

26, &c. Recuperandorum imperij iurium specie nonnulli Germani proceres res italicas turbare moliti sunt: tyrannidem enim per id temporis in ducatu Spoletano, Romanæ ecclesiæ ditioni obnoxio, occupare molliebatur Bertoldus filius Conradi olim ducis, de quo suo loco memorauimus, eique præsto erat Gonzalinus aulæ imperialis dapifer, quorum iniquis studijs Pontifex ecclesiasticæ immunitatis custos & vindex illico obuiam ire decreuit, ac legationem ad Fridericum missa, ipsum etiam atque etiam rogauit, vt nequissimorum hominum conatus intringat. Constant hæc ex eiusdem Friderici literis, quibus tum Honorio b Papæ, tum sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus c ostendere nititur, hæc iniussu suo ab illis tentata esse, atque egerrime a se ferri.

Bertoldus Spolet. ducatum affectat.
Opponit illi se Honorius.
b Reg. Hon. l. 7. ep. 42.
c lib. ep. 41.

44 In Gallia Albigenses hæretici furori in catholicos frena laxauere, ad quos contundendos Honorius Ludouicum Regem his sententijs d excitauit.

Albigensium hæres in Gallijs rec rudescit.
d Lib. 6. ep. 383. 385.

45, 46 *Honorius, &c.* Scire, inquit, debes fili charissime, quod secularis potestas tenetur rebelles gladio materiali comprimere, quos spiritualis gladius non potest a sua malitia cohibere; & quod principes terrarum debent purgare malis hominibus terras suas, ad quod etiam si negligentes extiterint a sancta Ecclesia de iure possunt compelli. Cum igitur alijs principibus scribamus, vt purgent ab hæreticis terras suas, & pestis illa in regno tuo solito acrius inualescat, vt iam videantur inimici fidei, quod dolentes referimus, prævalere, & infideles de fidelibus triumphare, tuam decet excellentiam, si honori tuo, & saluti animæ tuæ vis, sicut teneris, consulere, dictos hæreticos de regno tuo cum ipsorum fautoribus tam potenter, quam celeriter expugnare; ne si diutius differas, fides ibi omnino pereat, *Et infra*

47 Pro certo autem scias, quod Raymundum quondam Tolosanum comitem, & filium eius cum eorum fautoribus dudum excommunicauimus, nec ad emendationem, licet benigne admoniti, volunt, vt debent, sed contumaciter in sua malitia perseuerant. *Dat. Alatri* 11. *id. maij pontificatus nostri anno* VI. Hactenus ad Regem Pontifex: cuius etiam de vigesima cogenda atque ad bellum aduersus hæreticos conferenda plures epistolæ e extant.

e Ep. 378. 382. 383.

48 Quod ad Raymundum seniorem pertinet; ille hoc eodem anno repentina morte augusto mense ereptus est, ecclesiastica sepultura priuatus, qua nondum Bernardi tempore donatus erat, qui hæc omnia literis consignauit f, quique eum Ecclesiæ Dei aduersarium & sathanam appellat. Cæterum ab eo edita aliqua pietatis signa, refert Guillelmus de Podio Laurentij g: *Do*

Raym. senioris mors infausta.
f Bern. in libro Rom. Pont. & Cem. Tolos. ann. 1222.
g Guill. de Podio Laur. in chr. c. 34.

mino,

A morituro edita aliqua pietatis signa

mino, inquit, *Iordano S. Saturnini abbate occurrente sibi manus extendit, motum deuotionis ostendens, ex supernenientibus fratribus hospitalis S. Ioannis protecto sibi desuper pallio cum cruce ipsum osculabatur, & subito expirauit.* Ob ea signa pœnitentiæ mota postea lis est an sepultura ecclesiastica donandus esset, non tamen causa obtenta est. Eo extincto Raymundus filius de pace cum comite Montisfortis pangenda agitare cœpit, de qua scripsit etiam Honorius tum ad Regem, tum ad episcopum Portuensem a.

Care: sepultura.

a *Lib. 7. ep. 23.*

Inquiritur de vita & mirac. B. Steph. Dien. ep.

49 Rogatus etiam Pontifex ab episcopo Diensi, vti sanctis ascriberet Stephanum eius decessorem, qui innumeris miraculis coruscaret, & ad cuius tumulum maximi hominum concursus ex varijs Christiani orbis regionibus fierent, episcopum Portuensem legatum, de quo paulo ante memoraui, diligentissime iussit b inquirere de illius vita, obitu, rebus admirandis ante & post mortem editis, & circumstantijs aljis; seque certiorem facere: apposita est apostolicis literis dies nona kal. nouembris. Antea vero ineunte anno abbati & conuentui Molismensibus permiserat c, vt beatum Robertum, cuius reliquiæ apud ipsos extabant, cuiusque opera, res miræ patrabantur, solemni in eadem ecclesia ritu ceremonijsque colerent. Inde paucis interiectis diebus, corpus S. Vgonis ab Innocentio secundo inter sanctos relati, in honorificentiorem locum transferendi potestatem fecit d.

b *Ep. 27.*

c *Lib. 6 ep. 132.* B. Roberto sanctorũ cultus exhiberi permittitur.

Translatio S. Vgonis.

d *lib. ep. 170.*

50. 51 Postremo illud de rebus Hispanicis addendum videtur: cum Lusitanus Rex hostili furore archiepiscopum Bracharensem infestaretur, Honorium regias iras emollire atque ad religionem officij principem ferocientem reuocare conatum esse hisce monitis.

Lusitanum emollire tentat.

Honorius, &c. Quantò sub omnipotenti manu Dei humiliaueris te obnixius, tantò meberis gloriosius sublimari; certus omnino, quòd nunquam aliàs absolutionis beneficium poteris obtinere. Alioquin patens erit te a Domino, quasi de industria, recessisse, nolleque intelligere vias eius; dum maledictionem, veluti aquam bibens, facto, etsi non voce, videris asserere: Vanus est, qui seruit Deo, & quod emolumentum ijs, qui mandata eius faciagunt custodire?

51 Nos quoque non solum prædictas sententias; [nimirum anathematis in ipsum, ac nonnullos alios & ecclesiastici interdicti in loca antea lata,] faciemus frequentius publicari, donec prædicto archiepiscopo, & alijs iniuriam passis congrue fuerit satisfactum, verum etiam crescente contumacia tua seuerius contra te, tam spiritualiter, quam temporaliter procedemus, terram tuam, prout in alijs literis tibi fuimus comminati, exponendo Regibus, & principibus occupandam, ita quod cedat in ius perpetuum occupantium, & fideles tuos a fidelitatis debito absoluendo, & omnes, qui tibi adhæserint, excommunicationis vinculo innodando. *Dat. Ala-*
ni XVI, *kal. iulij pontificatus nostri an-*
no VI.

Iniectæ illi spinæ de regno ad exteros deferendo.

1. 2 CElebratum est de redintegranda Ierosolymitana re militare concilium in Campania, cui Honorius Romanus Pontifex, patriarcha Ierosolymitanus, Fridericus Imperator, Ioannes Rex Ierosolymorum, ac religiosorum equitum magistri, alijque viri principes interfuerunt. Extant de tanto præclarissimorum virorum conuentu, deque ferendo subsidio Honorij ad Philippum Francorum Regem binæ literæ a, ex quarum posterioribus hæc asserimus.

Celebre in ampliabitum colloquiũ de re Ierosol. instauranda.

a *Hon. l. 7. ep. 1. f. 176*

3 *Honorius, &c.* Ecce ipsius [nempe Domini] inspiratione, vt firmiter credimus, charissimus in Christo filius noster Fridericus illustris Romanorum Imperator, semper Augustus & Rex Siciliæ, omissis multis arduisque negotijs, quorum onus honorem imperialis celsitudinis sequebatur, venit ad nos in Campaniam nobiscum de prædictæ terræ subsidio tractaturus, ibique præsentibus venerabili fratre nostro patriarcha, & charissimo in Christo filio nostro Ioanne illustri Rege Ierosolymitano, Bethlehemitano episcopo, magistro Hospitalis, præceptore Templi, & magistro domus Theutonicorum, ac alijs, quos ad tractatus huiusmodi e diuersis mundi partibus credidimus adhibendos, singulis, quæ natura negotij requirebat, diligenti meditatione pensatis, idem Imperator ad nostrum beneplacitum, & consilium prædictorum transfretandi terminum in festo B. Ioannis Baptistæ post biennium proximo futuro prompta voluntate suscepit, corporale super hoc exhibens spontaneus iuramentum.

Pollicetur Fridericus in Syriam expeditionem ductu rum.

4. &c. Denique vt ad id plenius suum manifestaret affectum, & plus fidei daretur negotio, ac omnino suspicionis contrariæ scrupulus tolleretur, ad instantiam patriarchæ prædicti, & aliorum orientalium in nostra, & fratrum nostrorum præsencia, & multitudinis hominum, qui ad colloquium venerant, se ducturum in vxorem legitimam filiam Regis eiusdem, iurisiurandi religione firmauit, &c. [Eum horratur omnibusque precibus rogat, vt arma cum Friderico pro recuperanda Ierosolyma cum illius armis conurgat.] *Dat. Laterani.* Subditur in pontificio regesto alias eodem exemplo, nonnullis verbis immutatis, Regibus Pannoniæ, Angliæ atque alijs missas esse, quibus consentanea scribit inter cæteros Richardus b.

Filiam Regis Hierosol. sibi despondet.

b *Rich de S. Germ. in chron ann. 1222. 1223.*

7 Quod attinet ad pactas nuptias inter Fridericum (cuius vxorem Constantiam Aragonum Regis filiam superiori anno postremum diem obijsse indicat Stadensis, affirmatque Richardus c) & Isabellam Ioannis Ierosolymitani Regis filiam; ademit Pontifex cognationis impedimentum, quod inter eosdem intercedebat, data ad Fridericum apostolico diplomate d. Celebratas vero Brandusij nuptias anno MCCXXV scribit Richardus.

c *Rich de S. Germ. in chron.*

Constantiæ mors.

d *Hon. l. 8 ep. 7.*

8 Porro de Ioannis ad Pontificem aduentu memorant plures auctores, quos non operæ est recensere: illumque non solum ab Honorio benigne exceptum, verum muneribus quoque donatum, & in Angliam dimissum referunt cum alijs nouatores e. Et quidem auctor est Matthæus Parisius f Ioannem Brennum Ierosolymitanum Regem,

Io Reg. Hier in Angl. appulsus.

e *Cent. 3. c. 0. col. 990.*

f *Par bill. Angl. ann. 1223.*

Regem, ſub octaua Apoſtolorum Petri & Pauli in Angliam ſubſidia petitum veniſſe; inde in Gallias regreſſum ſolemni pompæ interfuiſſe, in qua Philippo vita functo, Ludouicus regijs inſignibus decoratus eſt, vt anonymus auctor a, Antoninus b, & alij affirmant.

a Anonym. in geſt. Lud 8.
b Ant. 3 p. tit. 19. c. 3. § 6.

9 Incendere etiam magis ad cœpta conſilia vrgenda Honorium triſtes Nicolai Alexandrini patriarchæ literæ, quibus miſeram Chriſtianorum in Ægypto commorantium, quos Saraceni recuperati Peluſij victoria elati intolerabili ſeruitutis iugo atterebant, conditionem exprimebat, Pontificiſque atque occidentalium miſericordiam implorabat, tum non contemnenda pro debellanda Ægypto conſilia ſuggerebat.

Chriſtiani in Aegypto a Saracenis opprimuntur.

10 *Miſerere*, inquiebat, *domine, miſerere noſtri, veni, & libera nos pater noſter ſpiritalis. Sicuti ſancti ante aduentum Chriſti expectabant redemptionem, & liberationem a Chriſto ſaluatore, ita expectamus aduentum filij veſtri Imperatoris, & non ſolum nos expectamus hanc gratiam, ſed etiam venegati plus quam decem millia, qui diſperſi ſunt per terras Saracenorum. Hoc non eſt omittendum, ſed ſemper in corde tenendum, qualiter eum venire, facere debeat dominus Imperator. Hæc eſt via ſaluationis, & ſanitatis, & ſine perditione, annuente Domino; ſcilicet galea, & naues, quotacunque fuerint, per flumen Raſceti intrent, & ad villam, quæ ſita eſt in inſula fluminis, quæ vocatur Foba, ibi applicent. & ſic Domino concedente habebunt totam terram Ægypti ſine perditione. Flumen Raſcetum eſt profundum, & altum, & latum, & dicta inſula plena omnibus bonis, ſicut lator præſentium fidelis, & familiaris noſter poterit vobis narrare, cognouimus eum prudentem, & diſcretum ſuper hoc, & ob hanc cauſam vobis eum miſimus. Vnum quidem peſſimum factum fuit in terra Ægypti ad dedecus Chriſtianorum, ſcilicet pro ſacto Damiatæ, quod c. xv. eccleſiæ facta fuerunt deſtructæ. Per virentem in ſecula non mentior. Valeat manus, veſtra ſuper inimicos crucis Chriſti. Sarateni, qui dicuntur molena, ideſt domini, qui ante Saladinum regnum Ægypti tenuerunt, veſtræ ſanctitati ſupplicant, & rogant per Deum, vt feſtinetis mittere, quem miſſuri eſtis, quia tota terra Ægypti veſtra eſt. Valete.* Quam vero ſedulò poſtulatum præſidium Honorius pararet, ea quæ diximus ſatis ſuperque oſtendunt.

Suggerit conſilia pro inuadenda Aegypto.

11. 12 Nec tantum ad repellendam Chriſtianorum illorum ſub Saracenis gementium miſeram ſeruitutem, ſed ad catholicos etiam Græcorum ſchiſmaticorum tyrannide in orientali imperio liberandos tuendoſque, ipſe occidentalibus in regionibus tanquam claſſicum cecinit. Inuaſerant illi per id tempus Theſſalonicenſe regnum, quo circa Demetrius Rex, vti ſuperiori anno vidimus, ad Romanum Pontificem opem poſtulatum confugerat, qui miſſis ad cunctos Chriſtifideles apoſtolicis literis c ipſos cohortatus eſt, vt in crucelignatorum numerum venirent, cum Guillelmo marchione Montiſerrati, pulſi Regis fratre, ad recuperandum Theſſalonicæ regnum, in Græciam profecturi.

Imperium Conſt. lacteratur a ſchiſmaticis.
c Hon. l. 7. ep. 147.
Guilelmus marchio Montiſerr fratrem ſuum inſtituere nititur.

13 Incubuit etiam Pontifex ad Theodori vires debilitandas ſubducendaque auxilia, quæ illi Latini afferebant, atque ideo fidelium cœtu pulſum promulgari iuſſit d, venitque Latinos arma, equos, annonam, milites, idque genus alia in eiuſdem Theodori loca nauibus vel triremibus inuehere. At de his hactenus.

Auxilia Theodoro ſubmitti vetita
d Ep. 148.

14 Iam ad Fridericum redeamus, qui certiorem in primis Pontificem fecit a de pace cum comite Thomaſio Celanenſi, eiuſque ſocijs, cum quibus bellum geſſerat, a ſe confecta: cuius etiam conditiones ab ipſo confirmandas aprilis menſe exeunte miſit. Fuiſſe vero Romanæ eccleſiæ opera potiſſimum compoſitam tradit Richardus b. Deinde oratorem ſuum ad Honorium miſit poſtulatum, vt duo ex ijs, quos ipſe renuntiabat, eccleſijs Capuanæ & Auerſanæ, paſtore viduatis epiſcopi præficerentur: cumque Pontifex in aduentum aliquorum Cardinalium remiſiſſet, eaque de re ad principem ipſum ſcripſiſſet, orator non modò apoſtolicas literas inſolenter reſpuit, verum etiam verba eiuſdem principis nomine in Apoſtolicam ſedem in ſacro conſiſtorio temere atque audacter effudit. Quæ vero illa fuerint, e Pontificis iuſte de ijs conquerentis, præmonentiſque Fridericum nomiſi ſummo ſuo malo cum Eccleſia diſſenſurum, literis c accipiamus.

Fridericus cum Celani comite pacem init.
a Lib. 7. ep. 218. 219. 230.
b Rich. de S. Germ. hoc ann.

Ingerit ſe admouendis eccleſiarum ad mm. epiſcopis.

c lib. ep. 194.

15. 16 *Honorius, &c.* Dixit, [nimirum orator,] nos tibi protectionem dediſſe, quæ non erat protectio, ſed deſtructio appellanda, vtpote tendens, prout idem ſubinſulit, ad perſonæ tuæ perditionem, & regni: & adiecit vt, quandoquidem nolebamus a te nominatos recipere, nullos ad prætatas mutaremus eccleſias, quia non reciperes aliquos, nec recipi ſuſtineres a nobis ad ipſas eccleſias deſtinatos.

Inſolenter acta a Frid. oratore verba.

Sane non ſatis ſano, vt cum pace tua loquamur, fuiſti vſus conſilio, quando mandaſti talia dici nobis, quia ſic innuiſti te, quod non credimus, eſſe paratum & promptum ad rumpendum inter nos & te vinculum charitatis: *Et infra.*

17 Quid enim? non obtinebimus eam iuriſdictionem, vel poteſtatem in regno Siciliæ, quam in Franciæ, Angliæ, Hiſpaniæ, ac cæteris Chriſtianorum regnis, & in ipſo imperio noſcimur obtinere? Nunquid in regno Siciliæ minus auctoritatis, vel poteſtatis habebimus, qui in eo tanquam ſedis Apoſtolicæ patrimonio plus iuris, & iuriſdictionis habemus?

Quantum vigebat tunc temporis Rō. Pontificis auctoritas.

18 Quid conaris aggredi, quid meditaris incipere, ſeductus talibus conſilijs, & animatus tuæ calore, & robore iuuentutis? An credis eſſe prudentiam vel conſilium, aut potentiam contra Deum; & eius timore poſtpoſito ſperas te poſſe prævalere aduerſus eriam Eccleſiam, cum qua promiſit ſe vſque ad conſummationem ſeculi permanſurum? Si contemnis noſtris acquieſcere monitis, domeſticis ſaltem acquieſcas exemplis, tecum ipſe recogitans manum Domini abbreuiatam non eſſe, vt non poſſit erigere, ac deprimere, perdere, ac ſaluare.

Nemo aduerſus Eccleſiam felix.

19. &c. Denique vt tibi conſulamus, quantum ad præſentem articulum, bona fide conſilij noſtri eſt, vt literas tuas ſeorſum nobis, & ſeorſum fratribus ſine dilatione tranſmittas, per quas ſi forte prætatus nuntius tuus de mandato tuo vſus non fuit prædictorum aſperitate verborum, huiuſmodi culpam a te remoueas, & refundas in nuntium ſæpedictum. Quod ſi forte ipſum verba eadem dicere inconſulto motu animi præcepiſti, non te pudeat culpam tuam agnoſcere, & eam reuerenter, vt decet, excuſare, certus quod & nos, & fratres noſtri te ſincera in Domi-

Salubre a Pontif. conſilium datum.

Domino charitate diligimus, & gerimus firmiter in proposito, quantum cum Deo & honestate possumus, ea semper efficere, quæ tuæ placere debeant voluntati, & inter te, ac Apostolicam sedem pacem, & charitatem perpetuam conseruare. *Dat. Signiæ* v. *kal. iulij pontificatus nostri anno* VII. Quidnam vero ad hæc Fridericus responsi reddiderit, parum exploratum est: at consentaneis otijs iniuriam deleuisse inde conijcimus, quod similes querelas minime repetitas reperimus, immo extat in libro priuilegiorum Romanæ ecclesiæ exemplum iurisiurandi, quo Fridericus atque Henricus Rex eius filius se in potestatem sedis Apostolicæ futuros hoc anno polliciti sunt, nihilque mali aduersus Romanam ecclesiam vnquam molituros.

Frid. regi Henr. fil. siaem ecclesiæ astringunt.

23 24 Sed ad boreales regiones deflectamus; præsules principesque Daniæ Henricum comitem Zverinensem apud Apostolicam sedem læsæ maiestatis reum detulere, qui Vvaldomarum Regem, ac dominum suum vulneratum, captumque vna cum filio in carcerem coniecisset, atque inclusum teneret. Quare iustissime commotus Pontifex, præsertim cum Rex Romanæ ecclesiæ vectigalis & obsequentissimus esset, omni cum solicitudine a comitis tyrannide vindicandum, pristinæque asserendum dignitati statuit, cui rei argumento sunt plures pontificiæ literæ hoc anno datæ, præcipue vero ad archiepiscopum Colonensem [a], ex quibus hæc decerpsi.

Regem Daniæ oppressum defendendum suscipit Hon.

[a] Lib. 1. ep. 82.

Colonensi archiepiscopo.

25. &c. Omnes Reges, & principes tangere debet tam enorme flagitium, eo quod alijs attentandi contra dominos suos similia tribuere potuit incentiuum, audentibus hoc exemplo præsumere, quæ constitem prædictum audierint præsumpsisse. Sane licet apostolatus officium * vos vniuersos constituat debitores, dicto tamen Regi specialis ratio, non vna, sed multiplex nos astringit; ita quod sine læsione famæ nostræ, ac etiam conscientiæ, sibi non possemus in tam grauis articuli necessitate deesse. Primo enim regnum Daciæ specialiter ad Romanam spectat ecclesiam, & ad specialis ditionis indicium ei esse noscitur censuale; idemque Rex, sicut & prædecessores sui se Apostolicæ sedi fidelem semper exhibuit, & deuotum: vnde si eadem ipsum in hoc casu, quod absit, deficeret, se non solum ingratum, sed indignum quoque fidelitatis, & deuotionis huiusmodi exhiberet. Accedit & alia ratio, non inualida, sed quæ sola sufficeret nos ad ipsius Regis subuentionem inducere, etiamsi rationes deficerent supradictæ. Idem enim Rex, etsi pro subsidio terræ sanctæ non baiulat signum crucis in publico, illud tamen ad nostram exhortationem susceptum baiulat in occulto, certa nobis promissione facta, quod ipse, vel filius eius in ipsius terræ sanctæ succursum transfretabit in instanti passagio generali. Et si forsan neuter ipsorum personaliter transfretare potuerit, illuc centum vel ad minus quinquaginta milites destinabit; vnde patet cuilibet volenti veritatem oculo rationis inspicere, quod saepedicto Regi tenemur, saltem sicut alijs crucesignatis, adesse, &c. *Dat. Laterani kal. nouembris anno* VIII.

Quæ rationes mouerint Hon. ad suscip. Regis tutelam.

* nos vniuersis

Dania sedis Apost. stipendiaria.

Excitatur Imp. ad ferendam Vvaldemaro opem.

26. &c. Excitauit ijsdem literis [b] ad ferendam Regi opem episcopos Lubecensem, Vverdensem, ac Fridericum Imperatorem, cui præter cætera proposuit imperialem decere prouidentiam, Regi in vltimo discrimine posito opem auxiliumque ferre, ac dignum in sceleratum hominem talia moliri ausum iustitiæ exemplum statuere, quo improbis a scelere submouendis timor injceretur. Dauidem Amalecitæ nuntianti Regem Saulem, ipsius inimicorum persecutorem, a se interfectum, atque inde præmia expectanti, respondisse [a]; *Quare non timuisti* [a] 2. *Reg.* 1. *mittere manum tuam, vt occideres Christum Domini?* illumque statim suis interimendum tradidisse, quò regiam maiestatem reuereri mortales discerent, neque impias suis Regibus manus inferre auderent; non ideo tamen hæc ipsi suggerere, vt eomitem morte afficeret, cum illud consilium ab Apostolicæ sedis mansuetudine abhorreret; verum suadere, vti Rex afflicto Regi subleuato esset, sanguini tamen fundendo temperaret. Vt vero solutus vinculis fuerit, suo loco dicetur.

[b] Reg. post concil. Lat.

27 Interea Gallicæ res ob interitum Philippi Regis lugubres extitere, de quo hæc Rigordus [b]: *Anno ab incarnatione Domini* MCCXXIII. *pridie id. iulij obiit Philippus Rex Francorum illustris apud castrum, quod vocatur Medunta. Qui sensu & industria vir prudentissimus virtute strenuus, gestis magnificus, fama præclarus, victoriosus in bellis, ac triumphis multis & magnis plurimum gloriosus, ius & potentiam regni Francorum mirabiliter dilatauit, & regalem fiscum ampliauit in multis. Multos etiam præclaros principes terris, militibus, armis, & opibus prapotentes regno suo & sibi grauiter aduersantes debellauit viriliter, & domuit.* De acquisitis ab illo aulæ Gallicæ prouincijs ait Iordanus [c]: *Probitate mira regno suo multos adiecerat comitatus, scilicet Viromandinensem, Bellomontensem, Pontiuensem, Alencenensem, Cenomanensem, Turonensem, Andegauensem, Pictauensem.* Addit Rigordus de eiusdem Regis pietate ac singulari in Ecclesiam studio.

Philipp. Reg. Gall. mors.

[b] Rig. de gest. Phil. Franc. Reg. Guill. Brit. Phil. l. 1. Anonym. de gest. Lud. God. in ann. Matth. Par. hist. Angl. Rich. de S. Germ. in chr. & Iord. MS. Vatic.

Præclare illius virtutes.

[c] Iord. MS. bibl. Vat.

Adiecta ab eo aulæ Gallicæ comitatus

34. 35 *Vergens in senium proprio filio suo primogenito non pepercit, quin cum mitteret his aduersus hæreticos Albigenses cum magnis sumptibus, & expensis. Et alia, tam in vita sua, quam in suo decessu multa largitus est ad eiusdem negotij Albigensis subsidium, & inuamen. Præterea dando pauperibus, & dona plurima charitatiue per loca varia dispergendo, eleemosynarum suæ largissimus seminator: sepultus autem est in ecclesia beati Dionysij, &c.*

De illius testamento

36. 37 Successit in regno Philippo Ludouicus VIII. eius filius primogenitus ex Isabella filia (vt tradit auctor anonymus [d]) Balduini Hannoniæ comitis susceptus, de quo hæc Iordanus notat: *in hoc vidit regnum ad stirpem Caroli Imperatoris, de quo originem habuit ex parte matris.* Is verò VIII. id. augusti die Rhemis a Guillelmo archiepiscopo cum vxore Blancha in Ioannis Regis Ierosolymitani multorumque principum conspectu, accepit regiæ ornamenta dignitatis, cum annos sex & triginta natus esset.

Ludouicus Philip. maior natu filius Galli sceptrum capescit.

[d] Anonym. de gest. Lud. Iord. MS. bibl. Vat.

Rhemis regia inunctione delibutus vna cum Regina Blancha

38 Cum noui Regis fama ad Honorij aures peruenisset, literas misit, quibus magnum se ex Philippi ad eum se obitu dolorem haurire significauit; regiamque illi dignitatem gratulatus [e] ad sectandas maiorum virtutes prouocauit adiecit vero in ijsdem literis inter alia Pontifex firmiter se credere Philippum ad meliora euocatum, quibus verbis indi-

Honor. ad eum lit.

[e] Hon. l. 8. ep. 77.

indicauit fortasse visum, quod de salute Philippi anima cœlitus; obiectum cecinit Guillelmus Brito, qui de loco ac tempore, quibus illud contigit, hæc habet.

Cœleste visum de Philippi animæ statu.

Tempore magnanimi, quo Regis humatio facta est,
-- Signiga tunc Papa moram faciebat in vrbe.*

*Signina

Signia scilicet notissima Hernicorum in Latio ciuitate, vbi tum Honorius agebat, plurescque epistolas [a] a XIII. kal. iulij ad III. non. septembris dedit. Pergit Guillelmus inculta & agresti quidem musa, sed veritatis amantissima, enarrare virum prænobilem Iacobum nomine, pontificij pœnitentiarij hospitem in extremum vitæ discrimen adductum sacro ad supremam luctam oleo inunctum, cum mors immineret, obiecto cœlesti viso fuisse recreatum; in quo S. Dionysius purpurea veste decorus atque ingenti circumfusus splendore, cui præibant angeli albo amictu, sequebatur vero Regis Philippi anima veste ignea induta, se obtulit: cumque illi significasset se Dionysium esse, illum vero Philippum Regem, qui e viuis discesserat, atque in purgatorijs flammis ad crimina expiancia versabatur, adiecit, adiret Pontificem, moneretque, vt pro Regis anima incruentum missæ sacrificium offerret. Expauescenti ad iussa, respondentique, se morti proximum esse, vires nec animum suppetere, vt ea Pontifici referret, atque etiam insanum habitum iri; S. Dionysium omnem ex illius animo metum blandis verbis depulisse, ac repente in pristinam eum valetudinem restituisse; atque ægrum confirmatis viribus morboque liberum exilijsse a lecto, & Pontifici visa retulisse, fidemque acceptæ diuinitus valetudinis argumento fecisse.

[a] *Lib. 7. ep. 167. & deperdit.*

Æger in rei veritatis argumentum valetudini restitutus.

39 Quod ad synodum, quam Rigordus ab Conrado episcopo Portuensi Apostolicæ sedis legato Parisijs hoc anno in Albigenses habitam testatur; eius etiam Guillelmus modo recensitus, & ex Tilio nouatores [b] meminere. Aliud quoque concilium indixit Conradus eiusdem sedis legatus apud Senonas celebrandum aduersus Albigenses, qui in deterius ruentes eo audaciæ ac dementiæ erant deuoluti, vt quemdam in Sclauonia improbissimum hominem antipapam salutarent, de quo ita in literis encyclicis legatus questus est: *Ecce quod vidimus, loquimur: & quod scimus, testificamur. Ille homo perditus, qui extollitur super omne quod colitur, aut quod dicitur Deus, iam habet perfidia sua præambulum hæresiarcham, quem hæretici Albigenses papam suum appellant, habitantem in finibus Bulgarorum, Croatiæ, & Dalmatiæ, iuxta Hungarorum nationem. Ad eum confluunt hæretici Albigenses, vt ad eorum consulta respondeat. Etenim de Carcassona oriundus vocet illius antipapæ gerens Bartholomæus hæreticorum episcopus funestam ei exhibendo reuerentiam, sedem, & locum concessit in villa, quæ Pouia appellatur, & seipsum transtulit in partes Tolosanas.*

Conradus Portuen. episc. Senonas synodũ aduersus Albigen. celebrat, [b] *Cæs. 13. f. 9. col. 854*

Creatus ab iis Antipapa.

40 *Iste Bartholomæus in literarum suarum vndique discurrentium tenore se in primo salutationis alloquio intitulat in hunc modum: Bartholomæus seruus seruorum sanctæ Fidei tali salutem. Ipse etiam inter alias enormitates creat episcopos, & ecclesias perfide ordinare contendit, &c.*

41. &c. Cæterum Pontifex Deo fretus nec animo, nec consilio defuit: Almaricum enim militiæ ducem ad constantiam hortatus, Gallica auxilia illi pollicitus est, ad quæ elicienda hæc Ludouico Regi proposuit,

Solicitudo Honorij aduersus Albig.

Honorius, &c. præceptum a Domino legitur: *Si audieris in vna ex ciuitatibus, quas dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare, illic dicentes: Eamus, & seruiamus dijs alienis, quos non nostis, pones illos in ore gladij, & igni ciuitatem incendes*; Nimirum, etsi pro immensis susceptis in hoc seculo beneficijs Deo, a quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, tenearis in multis, ad hoc tamen illi reputare te debes fortius obligatum, vt pro ipso in fidei subuersores, a quibus blasphematur, animosus insurgas, & pro catholica puritate, quam de partibus illis attendentes dæmoniorum doctrinis eiecisse noscuntur, viriliter te opponas, &c. *Datum Laterani* XIX. *kal. ianuarij pontificatus nostri anno* VIII.

44. 45 Pridie verò eius diei alias ad ipsum Regem literas [a] dederat, quibus eum laudibus effert, ipso regni sui exordio contestatum, vt Portuensis episcopus coram se, & Cardinalibus retulerat, malle se rei suæ iniuriam inferri, quam pati catholicam religionem ab Albigensibus oppugnatam, suis opem non ferentibus, detrimenti quidquam accipere. Præterea ipsum commendat decem argenti marcharum millia, ex largitionibus Philippi patris sui relicta, catholicis subsidio misisse. His addimus extare in veteri m. s. [b] insigne pietatis Ludouici VIII. & sacri pro excindenda hæresi ardoris monumentum; nam susceptis post Philippi Regis patris obitum regni gubernaculis, datis ad Nemausenses literis iussit damnatos hæreseos ab episcopo proscribi, bonisque euerti; tum hæreticos proposito capientibus præmio diligentissime inquiri, contemnentes anathema bonis exui, ac decumas sine fraude sacerdotibus pendendas imperauit; quod decretum hac temporis nota consignatum est. *Actum anno gratiæ* MCCXXIII. *mense aprili.*

[a] *Ep. 44. 45* Egregia Ludouici Regis vox.

[b] *Mss. epist. Ludouicenses.* Lud VIII sanctio contra hæreticos.

46 Præclaram etiam hoc tempore depellendæ Albigensium pesti, quæ penetrarat in Hispaniam, operam dedisse Ferdinandum Castellæ ac Legionis Regem scribit Mariana; tantoque ardore iniectarum, vt tormentis exagitandos curaret: qui etiam quasi victimarius ignem arsuris regia manu ac ligna subijceret. Tantum in eo improbitatis odium, tantumque tuendi in Hispania religionis splendoris desiderium erat, ex quo & populorum gratiam promeruit, diuinumque patrocinium sibi conciliauit, vt hoc ipso anno egregie de Mauris, relatis pluribus spolijs, triumpharit, Regemque Baziæ Mahomadem ad sua excipienda imperata compulerit. Sed de Ferrando ob ecclesiastica iura occupata increpito extant plures literæ; vt enim principum laudes celebrandæ, ita nec tacenda ab historico vitia videntur.

Ferdinandus in Hisp. Albig infestatur. *Mariana. l. 12. de reb. Hisp. c. 18.* A suris manu propria ignē subijcit. Triũphat de Saracenis.

47 Iam regnum Angliæ narratione nostra lustrandum. Auctor est Parisius nuncios Regis ab vrbe reuersos apostolicas literas ad archiepiscopos Angliæ eorumque suffraganeos episcopos detulisse, quibus ipse ætatis legitimæ ad regimen requisitæ declarabatur: principes vero Angliæ cæterique viri regijs arcibus præfecti, aliarumque rerum custodes, eas nulla interposita mora Henrico restituere iubebantur. Quod maxima illorum pars iniquius tulit, atque in Regem conspirare ausa, nouas res moliri, armaque capere, quam Regi, quæ tenerent, reddere maluit. At præcipue Regi infestus Norvalliæ princeps, qui ab eo lapsus defecerat; quocirca Honorius Stephano Cantuariensi archiepiscopo S. R. E. Cardinali eius-

Angliæ res. Iubentur præfecti arcium eas Henrico Reg. restituere.

Norvalliæ princeps censu is plectatur

eiuſque ſuffraganeis illius anathemate percellendi prouinciam dedit a.

a Ep. 66.

Guillelmi archiep. Eboracen. prodigia inquiri iuſſit Honorius.

48 Efflorescebat tum in Anglia magna cœleſtium prodigiorum gloria Guillelmus archiepiſcopus Eboracenſis, quorum veritatem diligentius explorari iuſſit Pontifex, ac teſtium dicta in publicas tabulas referri, vt ſanctis annumerari poſſet b: qua de re ad epiſcopum Elyenſem duoſque Ciſtercienſis familiæ abbates ſcripſit.

b Ep. 127. Agitatur de Ioan. Vincentino SS. catalogo adſcribendo.

49 Poſt hæc ſubditur in pontificio regeſto, idem ad epiſcopum Patauinum duoſque religioſos viros ſcriptum, de Ioanne epiſcopo Vicentino ab impijs hominibus pro tuenda eccleſiaſtica libertate gladijs confoſſo, de quo cœlitum numero adſcribendo epiſcopus, clerus, ac populus Vicentini Honorium per literas, nuntioſque ſuos enixe rogarant.

50. &c. Cæterum quemadmodum Ioannes epiſcopus Vicentinus eccleſiaſticæ libertatis tuendæ gratia iam ante ab impijs cæſus obierat, ita pro eiuſdem propugnatione A.. Cathenenſis in Scotia epiſcopus nuper a perfidis parricidis fuit interemptus. Quod cum ab epiſcopis illis accepiſſet Honorius, magno ſceleris horrore perfuſus, commotuſque grauiter in mortalium peſſimos animaduertendum cenſuit, Regemque in ipſos, quem ob demonſtratum vindictæ expetendæ ſtudium laudibus ornauit, vehementius incendit, vt tantæ illatæ Deo Eccleſiæque iniuriæ vltor eſſet: teſtes huius rei ſunt apoſtolicæ literæ ad Scotiæ epiſcopos miſſæ c.

A.. epiſc. Cathenen. in Scot. cæſus. Rex Scotorum illius necem vlciſcitur.

c Hon. ep. 75

55 Poſtremo illud addendum videtur, Honorium Pontificem hoc anno confirmaſſe apoſtolico diplomate d conceptam a S. Franciſco religioſæ diſciplinæ formulam.

d Lib. 2. ep. 261.

Corroborata ab Honorio Minorum diſciplina.

Honorius, &c. Ordinis veſtri, [Minoritas alloquitur,] regulam a bonæ memoriæ Innocentio Papa prædeceſſore noſtro approbatam annotatam præſentibus auctoritate vobis apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Quæ talis eſt: In nomine Domini incipit vita Minorum fratrum. Regula, & vita minorum fratrum hæc eſt, ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum euangelium obſeruare, viuendo in obedientia ſine proprio, & caſtitate. Frater Franciſcus promittit obedientiam, & reuerentiam domino Papæ Honorio, ac ſucceſſoribus eius canonice intrantibus, & eccleſiæ Romanæ, & alij fratres teneantur fratri Franciſco, & eius ſucceſſoribus obedire. De ijs, qui volunt vitam iſtam accipere, & qualiter recipi debeant, &c. *Dat. Laterani* III. *kal. decembris anno* VIII. Accepiſſe eam diſciplinæ religioſæ formulam poſt plures diuinas illuſtrationes refert S. Bonauentura e, qui etiam de ſtigmatibus illi diuinitus penultimo vitæ anno, qui in proximum incidit, impreſſis hæc refert: *Cum Seraphicis deſideriorum ardoribus ſurſum ageretur in Deum & compaſſiua dulcedine in eum transformaretur, qui ex charitate nimia voluit crucifigi, quodam mane eũ eſſet feſtum exaltationis ſanctæ Crucis dum oraret in latere montis, vidit Seraph vnum ſex alas habentem tam igneas quam ſplendidas de cœlorum ſublimitate deſcendere, eumque volatu celerrimo peruenisſet in aeris locum viro Dei propinquum, apparuit inter alas effigies hominis crucifixi in modum crucis manus & pedes extenſos habentis & cruci affixos, duæ alæ ſuper caput ipſius elenabantur, duæ ad volandum extendebantur, duæ vero totum velabant corpus. Hoc videns vehementer obſtupuit, mixtumque*

e S. Bonau. in vit. S. Franc. c. 4.

Cœleſte viſum obiit cum S. Franciſco.

merore gaudium cor eius incurrit; & paulo poſt intellexit tandem ex hoc Domino reuelante, quod ideo huiuſmodi viſio ſic diuina prouidentia ſuis fuerat præſentata conſpectibus, vt amicus Chriſti præſcirent ſe non per martyrium carnis, ſed per incendium mentis totum in Chriſti crucifixi ſimilitudinem transformandum. Diſparens igitur viſio mirabilem in corde ipſius reliquit ardorem, ſed & in carne non minus mirabilem ſignorum impreſſit effigiem. Statim namque in manibus eius & pedibus apparere cœperunt ſigna clauorum quemadmodum paulo ante in effigie illa viri crucifixi videbantur clauorum capitibus in interiori parte manuum & ſuperiori pedum apparentibus, & eorum acuminibus exiſtentibus ex aduerſo, eruntque clauorum capita in manibus & pedibus rotunda & nigra, ipſa vero acumina retorta & quaſi repercuſſa, quæ de ipſa carne ſurgentia ipſam carnem excedebant: dextrum quoque latus quaſi lancea transfixum rubra cicatrice obductum erat, quod ſæpe ſanguinem ſacrum effundens tunicam & femoralia reſpergebat. Viſa ſunt a pluribus hæc ſacra ſtigmata, quorum fides nondum inſpecta eſſe poſſit, vt refert S. Bonauentura: qui etiã addit ſe id ex Alexandri IV. Pontificis ore audiuiſſe, teſtaturq; illa ab ipſo conſpecta fuiſſe, de ijs vero a Gregorio IX. encyclicæ ad fideles literæ ſcriptæ ſunt: cœleſtis autem viſi ſeries ab ipſo S. Franciſco ad Chriſti gloriam ſodalibus relata fuit.

Quid eo ſignificatum.

Stigmata illi diuinitus impreſſa.

Viſa ab Alex. IV.

IESV CHRISTI

Annus 1224.

Indict. 12.

HONORII PP. III. FRIDERICI II. IMP. OC. 5.
annus 8. ROBERTI IMP. CRIEN. 4.

1 HOnorius euangelicos præcones in plures occidentis prouincias, Germaniamque maxime, ex qua ingentia auxilia elicienda erant, proficiſci iuſſit, vt diuini verbi claſſico magnanimi quique viri excitati ſub crucis ſignis conſcriberentur. Ac ne ob acceptam vltimam cladem languerent fidelium animi, datis ad Germaniæ præſules literis monuit a id diuinæ prouidentiæ factum conſilio, quæ ex aduerſis rebus triumphos nouit elicere.

Miſſi pro excit. ad bellum ſac populis præcones euangel.

a Hon. l. 8. ep. 404.

2 *Honorius, &c.* O quot, quot ſunt hodie delicati, qui ſatisfactionem iniunctæ ſibi, vel iniungendæ pœnitentiæ metuentes, tanquam in profundum peccatorum venirent penitus deſperabant, & nunc gratia diuina præuenti, prouide cogitantes, quod non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam ſibi feliciter reuelandam, animas ſuas, quas interdum pro patria, & nonnunquam pro fratribus & amicis periculoſe poſuerant, pro Chriſto ſalubriter ponere ſtatuerunt, qui pro ſe poſitam in vitam cuſtodit æternam! O quot, quot, qui ſe ad menſam illius diuitis ſediſſe, qui eſt dies ſuper filios hominum, recolentes, & cupientes eidem ei apponere, quæ apposuerat idem eis, ſumpto ſalutaris calice paſſionis, cum palma martyrij ad regna cœleſtia peruenerunt, in perpetuum cum martyribus regnaturi! O quot, quot cupientes viſitare terram, in qua pedes Chriſti ſteterunt, in corde contrito, & humiliato ſpiritu, ante, vel poſt conſummationem peregrinationis arreptæ carnis morte præuenti ad ſupernam patriam euolarunt, & gloriantur in cruce confeſ-

confessorum ! Et hæc omnia idem Dominus operatur, qui dat virtutem, & præmia elargitur, gratiæ gloriam superaddens. Quis ergo tam duro corde poterit Christo non compati, qui das sibi compatientibus congregare? vel quis ei non militabit ad tempus, qui pro nobis in cruce suis stipendijs militauit? vel quis ei non ministrabit libenter, qui vult vbi est ipse, suos esse ministros? aut quis se, vel sua illi negabit, sine quo nihil potest existere, vel haberi? absit, vt pretiosiorem animam se ipso habeat Christianus, qui iam non tantum sibi viuere debet, sed ei, qui est mortuus & surrexit.]

3 Subdit Fridericum Imperatorem, cuius literas acceperat, ducendæ sacræ expeditioni se deuouisse, quem in tanto, tamque iusto bello Portuensis ppic. in Germ. leg. A. S. missus deserere turpissimum esset: missos a se concionatores ad proponenda in sacris suggestis indulgentiarum præmia; obeundaque in Germania legationis Portuensi episcopo Cardinali prouinciam datam, cui meritos honores fieri, atque ad promouendam Christi causam præsidio esse iubet.

4 5 Quod ad Friderici literas spectat, quibus Pontifici significarat se toto animo ad parandam in orientem protectionem incumbere; eas fuisse arbitramur, quæ ea de re ab Imperatore missæ in regesto pontificio extant, in quibus deinstructa classe hæc traduntur: *Vt de apparatu nostro pateat vniuersis, centum galeas in portubus regni nostri, si necesse fuerit, habere confidimus preparatas; quinquaginta vero vsseria nouiter per regnum nostrum præcepimus fabricari, singulaquidem quadraginta milites cum totidem destrariis portatura*, pauciisque interiectis, *præter naues, & vassella alia infinita, quæ per regnum, & alibi de poterimus sufficienter habere*. De quinquaginta hisce nauigijs ad exscensum faciendum, exponendasque in terra copias a Friderico comparatis, scribit Godefridus a tantæ ea fuisse magnitudinis, vt non solùm in ijs duo equorum equitumque millia, verùm insuper aliorum armatorum millia decem transuehi possent.

Apparat. Friderici in bellum sacrum.

a God. ybi sup.

6. 7 Addidit Fridericus se in Germaniam Hermannum equestris familiæ Theutonicæ magistrum misisse, vt copias conflaret, Regique Hungaro ac proceribus stipendia se promisisse; de Gallis vero & Anglis iubiecit.

8. &c. *Magnates regnorum Francie & Anglie, sicut predicti Regis*, nempe Ierusalem, *insinuatione cognouimus, nullam videntur voluntatem habere de crucis negotio assumendo, nisi prius, vt decuit inter vtrumque regnum ea fuerit in longanum treuga firmata, quò secure ire valeant, & redire*. Sane quantum pangendis Gallum inter & Anglum inducijs, studij operæque hoc anno Honorius collocarit, indices sunt grauissimæ ad Ludouicum ea de re literæ datæ de quibus infrius dicetur; *Plerique verò de potentioribus Anglie, qui proficere possent in seruitio Iesu Christi, & alias assumpserant signum crucis, præcendunt se a vobis de crucis ministerio absolutos, & sic pauci, vel nulli sunt, qui per omnes prouincias illas, quas dictus Rex dicitur peragrasse, velint se ad crucis ministerium preparare*. Verùm hæc a Friderico ad segnitiem suam tegendam per simulationem iactata ex pontificis epistolis conuincitur: Pontifici enim solemne fuit neminem nisi exorta noua causa, reque diligentissimè cognita probataque, voti vinculo absoluere. Subijcit Fridericus: *Nos igitur tanti negotij zelo ducti*

Quid de Gallis & Anglis subdole obijciat Friderico.

prædicto Regi, nimirum Ierosolymitano, *morem per literas nostras in partibus illis persuasimus longiorem, quem nihilominus per apostolicas literas de mora in illis partibus faciendo pro crucis negotio promouendo expedit animari*, & infra.

12 *Erit itaque sanctitatis vestræ per Alemanniam, Hungariam & regna finitima, necnon in Franciam, Angliam, & cæteras partes orbis, tam sufficientes, & idoneas delegare personas, & illa præfanda remissionis, & indulgentia auctoritate munitas, qua ad crucis negotium promouendum audiri debeant, & timeri. Legatum etiam specialem pro treuga inter Francorum & Anglorum Reges tractanda pariter, & firmanda dignemini destinare, quo licite possint & iuste sirenni predictorum virj regnorum ad Dei seruitium se conferre, taliter super cæteris circumstantijs negotij prouidere dignetur, quod desidia, vel remissa negligentia qualibet, sicut hactenus non mirtur, quia nos, quoad nostram spectat, & imperij solicitudinem, per effectum, & effectum ostenamus euidenter, qualiter tantum perficere negotium intendamus, tali & tetra super hoc testimonium habituri. Cæterum, qua dictus magister ex parte nostra vestra sanctitati proponet, firmiter credere debeatis, iniungentes nihilominus ei, vt iniunctam sibi tanti legationem negotij propensius exequatur. Datum Caiete v. die martij duodecima indictione.*

Rogat Honorius in Gall. & Angl. legatos mittat ad concilandos Reg.

13 Non sprenit monita filij mitissimus parens, qui Conradum sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalem non modo legatum suum, vti vidimus, in Germaniam, verum in Gallias etiam, datis alijs ad Ludouicum Regem vnà cum scriptis ad se ab Imperatore literis, misit a, quò ad inducias cum Anglo ineundas ipsum adduceret. Rogatus quidem Philippus Rex ab Honorio anno superiore erat pollicitus se instaurandi belli sacri intuitu inducias producturum, diuinamque gloriam sua vtilitati anteleturum; sed morte oppressus rem ad exitum perducere non potuerat, quare Honorius Ludouicum ipsius filium, quem sceptrum Gallorum accepisse diximus, iterum ad patris promissa perficienda inducere est conatus.

Admissæ ab Honorio illius preces.

a Ib. ep. 3 & Conrad. Card. leg. in Gall. mittitur.

14. &c. At Ludouicus non modo pontificis petitis de producendis inducijs non annuit, verum bellum atrox in Anglum mouit, vti Honorius literis apud ipsum questus b est, conflatoque exercitu in Henrici Regis terras Gallicæ antè stipendiarias, quarum iure ipsius parentem Ioannem, antequam in lucem susceptus esset Henricus, ex Gallorum procerum sententia excidisse contendebat, incurrit, atque e castris Honorio in Pictauiam ad eam Gallico imperio restituendam subijciendamq; se consuluisse rescripsit c. Sane Ludouicum hoc anno cum ingenti exercitu Rupellam Pictauiæ portum Alnensium vrbem principem, quò Anglorum Reges eorumque copiæ ad regionem illam propugnandam appellere consueuerant, obsidione cinxisse, ac postridie kal. augusti in deditionem accepisse, indeque Pictauium nullo negotio in suam potestatem redegisse, tradunt ex antiquioribus, vt recentiores prætereamus, Matthæus Parisius d, atque anonymus eiusdem Regis gestorum scriptor e: expugnata vero Rupella Petrachorios, Lemouicos, aliasque vrbes ac prouincias, quæ in Garumnæ littus excurrunt, antea Anglo obnoxias in Ludouici Regis potestatem venisse. Hæc de

Respuit Ludouicus Pontificis monita de inducijs cũ Anglo producendis.

b Lib. 9. ep. 2

c Apud Rain. t. 13. ep. 18.

Rupellam in suã redigit potestatem, d Matth. Par. hist. Angl. hoc ann.

e Anonym. de gest. Ludou. Reg. eod. ann. Plures alias vrbes & prouincias Anglo eripit.

Ludo-

Ludouico Rege, occasione literarum Friderici diximus, cætera prosecuturi, cum de Gallicis rebus agemus.

17 Interea Honorius, vt ad res terræ sanctæ regrediamur, a Georgianorum Regina legationem, hasque literas accepit.

Apud Rer. l. 8. ep. 432. *Sanctissimo a Papa patri, ac domino omnium Christianorum, tenenti sedem B. Petri; Russutona humilis Regina de * Aneguia devota ancilla & filia sua, & inclinato capite ad pedes, salutem.*

* *Aneguia*

Significat Regis mortem.

Significamus sanctitati tuæ, quod frater meus Rex * Vrgianorum mortuus est, & regnum eius remansit mihi. Modo venimus benedictionem vestram super nos, & super Christianos nobis subiectos. Peruenit ad nos magnum consilium tuum, & mandatum per legatum, qui erat apud Damiatam, quod frater meus veniret in subsidium Christianorum, & ipse erat in proposito, & apparatu veniendi; & si vos audistis, illi mali homines Tatari intrauerunt terram nostram, & multa damna intulerunt genti nostræ, & interfecerunt VI. millia de nostris, & nos non cauebamus ab ipsis, quia credebamus eos Christianos esse: sed postea quam intellexim̃us eos non esse bonos Christianos, collectis viribus insurreximus in eos & interfecimus XXV. millia de illis, & cepimus multos ex illis, & reliquos fugauimus de terra nostra, & propter hoc remansit, quod non venimus ad mandatum legati.

* Georgianorum Paranti̇ auxilia Terræ S. Georgianis Tartaros irruisse. Vicisse initio. Postea ad 25. mil. Tartar. cæsa.

Pollicetur auxilia cõtra Sarac. missuram.

18. &c. Quia vero modo intelleximus, quod Imperator de mandato tuo nunc debet in Syriam transfretare ad liberationem terræ sanctæ, plurimum gaudemus. Vnde faciatis nos scire, quando transire debuerit Imperator, & nos mittemus Ioannem comestabulum nostrum cum toto exercitu nostro in auxilium Christianorum, & liberationem sancti sepulchri, ad locum, quem mandaueritis ei venire. Et facimus vos scire, quod dictus comestabulus noster, & quamplures alij nobiles de regno nostro acceperunt crucem, & expectant passagium. Vnde supplicamus tibi, & petimus a sanctitate tua, quatenus tu mittas literas, & benedictionem tuam nobis Christianis, qui sumus in oriente. Latori præsentium dilecto nostro Dauid episcopo de Hanij credas, tanquam ab ore nostro audires, & habeas nos recommendatos in orationibus tuis sanctis.] Ioannes porro magister equitum, de quo Regina memorat, literas etiam suas, eandem sententiam complectentes, plenasque humanitatis officijque ad Pontificem misit b, in quibus præterea affirmat, Tartaros sex illa Georgianorum millia primum interfecisse, quod per speciem religionis prælato crucis vexillo ipsos decepissent: cæterum fraude detecta, ad viginti quinque equitum millia ex illis interneciõe delera; ac se, qui crucesignatorum militiæ cum plurimis alijs principibus viris antea nomen dederat, quadraginta bellatorum millia adducturum.

b *Lib. 8. ep. 433.*

Rescribit Reginæ Georgian. Honorius

21, 22 His acceptis literis Honorius Reginæ fidem ac studium erga Romanam ecclesiam & sacrosancta Ierosolymitana loca meritis laudibus extulit: magnum sibi dolorem eius fratris obitum attulisse significat, regnumque pacatum ac tranquillum Reginæ gratulatur: ipsum de proxima Friderici Imperatoris protectione, deque amplissima delictorum venia terræ sanctæ opem ferentibus concessa certiorem fecit c.

c ibid. ep. 434

23 Vt verò in comparandis ad restituendum regnum Ierosolymitanum subsidijs adeo solicitum Pontificem vidimus, non minus ille curam ad propugnandas imperij Constantinopolitani res adhibuit; eoque magis, quod maximi interesset ad restituendas res Syriacas, profligandosque Saracenos, imperium illud a Latinis obtineri; atque in primis Ludouicum Francorum Regem enixè est precatus, vti Roberto Imperatori consobrino suo festina opportunaque auxilia submitteret. Indices sunt ad Reginam Blancham eius vxorem literæ ea de re datæ a.

Laborat pro tuendo Imperio Constantinop. auxilijs.

a *Ep. 442.*

24. &c. Præterea cum Theodorus Comnenus, de quo priori anno memorauimus, Thessalonicense regnum occupasset, maioraque moliretur, Honorius ad arcendam tyrannidaudaciam, Guillelmum Montisferrati marchionem Demetrij Thessalonicensis Regis fratrem, virum strenuum, iamque a se ad id, vt vidimus, delectum, amplioribus adhuc auxilijs fulcire nisus est, atque dimidiam bonorum ecclesiasticorum partem, excepta sacra supellectili in Constantinopolitano imperio in vsus militares sumptus deriuari iussit b. At do legato deque Guillelmo rursus anno insequenti nobis sermo recurret; nunc nonnulla de Ciliciæ rebus addemus.

Marchio Montisferr. in Theod. Com. en. pro recuperando Thess. regno expeditionem vrget

b *Lib. 8. ep. 288 &c.*

Restituens suis sedib. pr. fulib. incumbit Hon.

27 Expulerant Armenij Tarsensem & Mamistanum archiepiscopos, cæterosque earum regionũ Latinos clericos, ad quos in sua loca restituendos Honorius pontificium studium interposuit; cumque ea de re ad Armeniorum catholicu scripsisset, vt suam auctoritatem in illis ad suas ecclesias reuocandis adhiberet, pontificijs monitis aures non præbuerat: quare Honorius Ierosolimytani patriarchæ suffraganeis episcopis, vt vim precibus coniungeret, imperauit.

Quæ leges pro liberãdo Rege Daniæ ab Herman propositæ. Albertus Regis nepos illas respuit.

28. 29 Conradi etiam Cardinalis episcopi Portuensis legati sui, atque Hermanni magistri Hospitalis Theutonicorum Friderici Imperatoris oratoris opera e vinculis eximere conatus est Honorius Vvaldemarum Danorum Regem, in quibus ab Henrico comite ipsius vectigali per summum scelus habebatur; iamque erat pacis formula confecta, vt Rex quæ ad imperij ius pertinebant, redderet, a Friderico regni insignia acciperet, & centum marcharum millia, vt solueretur vinculis, se daturum polliceretur. Verum Albertus comes Verlemundensis Regis ipsius fratris filius, alijque Daniæ proceres efferatis ira animis recessere, atque ingentem pecuniæ vim ad redimendum Regem allatam secum retulerunt: postridieque Albertus rem acie decernere statuit, prælioque post diem Christi natalem inito, ab hora diei prima ad vesperam magna vtrinque cæde certatum: denique Albertus vnà cum pluribus alijs nobilibus comprehensus, cum Rege auunculo in custodiam traditus fuit. Demum Vvaldemarum auro se redemisse tradit Krantzius c.

Bello auspicatum nece rare; atque capitur in prælio eodemque carcere cũ auunculo includitur.

c *Crantzius Dan. l. 7. c. 18. 19. Guill. Roschild. abb SS. catal. adscribitur.*

30. &c. Maximis ea tempestate calamitatibus Dania Rege capto attrita iacebat: illa vero populis ipsis supererat, B. Guillelmum Roschildensem abbatem in vltimo discrimine positis opem cœlitus laturum, cum innumera illius miracula certissimum fidei ac spei pignus viderentur. Quorum pia studia, consiliaque fouens Romanus Pontifex, illi hoc anno sanctorum honorem cultumque, datis ad vniuersos Christi fideles apostolicis literis d, decreuit.

d *Lib. 8. ep. 208.*

Guill. ep. Mutin. in septentr. plagas pro euang. dissemnando legatus mittitur,

38 Hoc anno exeunte Honorius Guillelmum episcopum Mutinensem summæ probitatis virum in boreales plagas legati dignitate auctum misit, vt Liuoniæ Prussieque regiones euangelij iacto semine excoleret, de quo hæc ad regionum illarum præsules ac populos scripsit.

Honorius, &c. Ecce a ad euangelizandum in partibus illis [Liuoniæ scilicet ac Prussiæ, quarum paulo ante Pontifex meminerat] eligimus venerabilem fratrem nostrum Guillelmum Mutinensem episcopum, vel potius nobis quasi dicentibus, quem mittemus, & quis ibit nobis, idem cum Isaia obtulit se mittendum, qui honestate vitæ, conuersatione religionis, & eruditione scientiæ præditus, nec ignorans, quod nullum Deo sacrificium sit acceptius, quam lucrum quærere animarum, totum ad id se totaliter impendit, exemplum bonorum operum ponendo se ipsum, prout non tam argumentis probabilibus, quam experimentis euidentibus clarius lucet patet. Quare commisso sibi plene legationis officio, tam in prædictis regionibus, quam in Holzeten. Hestonia, Semagallia, Samblandia, Curlandia, Vvirlandia, & in insulis Gulandiæ, Burgundomliæ, Riuæ, Gothlandiæ, ipsum ad partes illas prouidimus destinandum, &c. *Dat. Laterani* 11. *kal. ianuarij pontificatus nostri anno* IX.

a *Lib. 9 ep.* 229.

39. &c. Non ad inferendum solum Curlandiæ, Gothlandiæ, aliisque septentrionalibus regionibus & insulis euangelium, sed ad Albigensem quoque impietatem extinguendam, quæ Narbonensem Galliam corruperat, adhibuit studia Honorius, a quo excitatus Ludouicus Francorum Rex Raymundum comitem Tolosanum armorum terrore ad officium compulit, vt indicant pontificiæ literæ ad Magalonensem episcopum datæ, quibus exposuit Raymundum ac socios in concordiam admissos, modo clero rapta restituerent, & hæreticos peruicaces aut impietatis conuictos merito supplicio afficerent. At de his hactenus: iam Anglicas res percurramus.

Rex Franciæ Honorij impulsu Albig. compescit

47. &c. Illustrabatur etiam Anglia B. Guillelmi archiepiscopi Eboracensis miraculis, ob quorum famam de illis diligentissime inquiri iussum fuerat, perlatisque ad Apostolicam sedem de ijs publicis tabulis, cum nonnulla desiderarentur, hæc ad episcopum Elyensem, duosque diœcesis Eboracensis abbates scripsit b.

De Guillelmo SS. albo asscribendo agitatum.

b *Ep.* 402.

Honorius, &c. Relationem inquisitionis, factæ a vobis de mandato nostro super miraculis B. Guillelmi, perspeximus diligenter. Sed licet apud vos multa, & magna miracula fint forte probata, nequaquam tamen apud nos super ijs plenè potuit ex vestra relatione constare, cum in ea nequaquam dicta testium sint expressa, per quæ nobis veritatis posset fieri certitudo, quamuis in relatione contineatur eadem, quod per tales, & tales, talia, & talia miracula sint probata. Vt igitur, quod in hoc negligenter omissum est, per subsequentem diligentiam emendetur, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vel dicta testium receptorum sub vestris sigillis per fideles nuntios ad nostram præsentiam destineris, vel inquisitionem solemnem iterum faciences, nobis plane, ac plenarie, quæ singuli testium dispositerint, rescribatis, *Dat. Laterani* III. *id. aprilis pontificatus nostri anno* VIII. Eademque sententia ad archiepiscopum Eboracensem & capitulum apostolicæ literæ missæ sunt c. Hæc præterire noluimus, vt videat lector quantam in huiusmodi rebus maturitatem consilij Romani Pontifices adhibere consueuerint.

Quanta prudentia de SS. miraculis inquirat Ecclesia.

c *Reg. post eund. ep.*

Hoc anno Beneoicta Massæ & Calaris toparchiam in Sardinia beneficentiæ Romanæ ecclesiæ acceptam solemni ritu retulit, qua de re editæ sunt publicæ tabulæ III. non. decembris huius anni consignatæ a.

Sardinia sedis Apo. beneficiaria.

a *Ext. apud Honor. III. l. 9. ep. 344.*

Iudict. 13.

IESV CHRISTI
Annus 1225.

HONORII PP. III. FRIDERICI II. IMP. OCC. 6. annus 9. ROBERTI IMP. ORIENT. 5.

1, 2, NArrat Richardus de S. Germano, Fridericum imminente die, qua in colloquio cum Pontifice Verulis habito in orientem expeditionem se ducturum sacramento spopondérat, Ioannem Regem Ierosolymitanum misisse, ad Honorium, vt ab eo profectionis tempus prorogandum flagitaret, eorumque precibus Pontificem assensisse; ac duos misisse Cardinales nimirum Pelagium Albanensem episcopum, & G. tit. S. Martini presbyterum, qui nonnullas leges proponerent Friderico, quas si violari contingeret, anathemate perculsum iri pronunciarent: eas vero a Friderico excogitatas oblatasque Pontifici ostendum apostolicæ literæ, quibus postquam expectationem, delusas spes, iactatas in ipsum atque Apostolicam sedem ob grauiores moras voces improbas, exposuit, cum hortatur vt legatos humaniter excipiat, imperiaque ijs commissa capessat.

Ioannes Rex Ier. in Sicil. trajicit. Mittitur a Frid. Imp. ad Honor.

3. &c. Quod ad leges Friderico impositas attinet; afferuntur ea a Richardo. Intra duorum annorum spatium mense augusto complendum copias in terram sanctam ductaret: mille equites biennio in eius subsidium sustineret; centum nauium classem compararet, quinquaginta triremes egregie instructas in eius portibus teneret interea duobus militibus equitum eorumque comitatui pro singulis equitibus tribus equis superatis traiectum daret. Quas leges sibi impositas, atque adstante procerum corona perfectas seruaturum se sacramento nuncupato spopondit, atque anathematis poenas, ni faceret, contracturum se admisit, Raynalduisque Spoleti dux iureiurando sese Friderici nomine deuinxit; ac tunc Cardinales sacramento Verulis dato Imperatorem liberarunt. Adiectas alias leges fuisse ex Friderici literis ad Pontificem exaratis a constat.

Quibus legibus prorogata profectionis dies Friderico.

Friderici de ijs lit. a *Ext. apud Hon. l. 60. ep. 8. & in lib. conf. M. S. Vat.*

9 Non instaurandis modo Syriacis rebus, verum etiam fulciendo Constantinopolitano Imperio destinatum ab Honorio est: Guillelmum enim Montisferrati comitem vna cum Nicolao episcopo Reginensi A. S. L. cum magna ac delecta militum manu Latinis subsidio misit, eaque de re tum ad Robertum Imperatorem b tum ad eius principes c, quos ad signa cum Græcis schismaticis, ac nostrorum infestissimis hostibus, summa vi conferenda adhortatur; tum etiam ad archiepiscopos d, cæterosque orientalis imperij præsules, quos ob amissam Thessalonicam mœrentes atque afflictos bono animo iubet esse, literas dedit. Verum strenui illius principis consilia mors oppressit, quam Richardus e in hunc annum conijcit: *Mense*, inquit, *septembri marchio Montisferrati in Romania naturali morte defunctus est*.

Marchio Montisf. auxilia Imp. Cónst. adducit.

b *Ep* 218. c *Ep.* 153. d *Ep.* 295. 306.

Morbo opprimitur.

e *Rich. de S. Ger. hoc anno.*

Hoc

Fridericus comes in Engelbert arch. Colon. coniurat.

10 Hoc anno Fridericus comes Isenbergensis, S. Engelbertum archiepiscopum Colonensem cognatum suum, a quo paterna charitate peramanter corripiebatur, maudito crudelitatis genere neci tradidit, de quo hæc Cæsarius a:

Quam benigne cum inimicis se gesserit.

11 *Dominum*, inquit, *episcopus literas indicii mortis sua accepit, quas cum legisset, in ignem mittens pedibus conculcauit, ne discordia seminarium fierent inter ipsum & cognatum suum comitem Fridericum. Recitauit tamen eas episcopo Mindensi, qui præsens erat, cui cum diceret ille: Cane tibi domine propter Deum non solum tua causa, sed etiam pro utilitate ecclesiæ nostræ, & totius terræ salute; respondit ille: Angustia mihi sunt undique, & quid mihi faciendum Dominus nouit, prorsus ignoro. Væ mihi si tacuero: si autem eis proposuero, dicent, immo annues, & cognatis de me conquerentur, quòd parricidij crimen eis impingam. Non solum de Friderico, sed etiam de Godefrido, & Vuillelmo fratribus suis suspicio fuit, & adiecit: Ego ab hac hora corpus, & animam meam diuinæ committo prouidentiæ.* Subinde verò ad templum quoddam sacrandum cum procederet Engelbertus, pellectus in insidias, a parricidis adeo crudeliter est confossus atque laniatus, vt nulla in corpore pars ad excipiendum nouum vulnus integra superesset.

Martyrij illius genus.

Hæc pluribus Cæsarius, qui de martyrij tempore subdit: *Passus est autem beatus martyr anno gratiæ millesimo ducentesimo vigesimo quinto, mensis nouembris die septimo, anno pontificatus sui decimo, sub Honorio Papa III. imperante Friderico II.*

12 Ipsum porro Engelbertum cælesti gloria potiri, qui pro Ecclesia defendenda sæuissime trucidatus fuerat, plura miracula declararunt, quæ ab eodem auctore sunt enarrata, sed in primis præclarum vitium, septimo a martyrij die sacerdoti nomine Ludouico canonico regulari, viro probo, rem diuinam pro eius anima facienti obiectum, quod auctor hisce verbis refert a: *Cum dictis secretis post Sanctus, canonem inchoaret, ecce sanctum episcopum pontificalibus indutum vultu hilari sacro altari adstare videt: & cum crucis signa exprimeret super panem, & calicem, beatus pontifex per totum canonem sacerdoti se conformans eodem modo, & eisdem vicibus sancta consignauit dexteram elevans. Cum autem ventum esset ad eum locum, vbi defuncti nominantur, & eum sacerdos nominasset, ex læto sacramento ait illi episcopus: Frater non est necesse, vt inter mortuos me nomines, sum enim cum Deo, & choro martyrum gaudio fruor ineffabili; & adiecit: Noueris pro certo quòd omnes illi, qui me occiderunt, vel quorum consilio occisus sum, male peribunt, idque citius quam credi possit. His dictis disparuit. Ludouicus verò missa completa, omnibus quæ viderat, indicauit, testem Deum adhibens ita se habere.*

a *Cæs. l. 8. c. 10.* Cælestis de illius felicitate obiectum visū.

13. 14 Interea Henricus b Bonnensis præpositus post nonam diem, qua martyr occubuit, archiepiscopus Colonensis creatur: quo in episcopali sede, vti mos erat, considente, Engelberti ministri eius interulam respersam sanguine in illius sinum coniecere, vt cædem prædecessoris vindicaret.

b *Cæs. loc. cit. c. 11.* Bonnensis præp. in arch. Colon. illi succedit.

15. &c. Illud interim non prætermittimus, Honorium, vt refert Cæsarius, tristi nuncio de cæde archiepiscopi accepto valde commotum, flentemque affirmasse, illum plures Germaniæ principes Apostolicam sedem incusso metu reuereri coegisse, ac propter reuerentiam summi Pontificis interfectum fuisse; quòd Romana ecclesia profitetur, dum anniuersariam martyris memoriam ijs verbis prosecuta est, ac veneratur a: *Colonia S. Engelberti episcopi, qui pro defensione ecclesiastica libertatis, & Romana ecclesiæ obedientia martyrium subire non dubitauit.*

a *Mar. Rom. die 7. nou.*

18. &c. Cum autem in Germania nostra versetur narratio, addendum videtur Vvaldemarum Daniæ Regem hoc anno e vinculis emissum fuisse, vt docent Stadensis b, & Godefridus c, ac literæ sequenti anno scriptæ ab Honorio indicant, quibus Pontifex obsides relaxari, ac pecunias pro eo redimendo datas restitui religiosissime iussit.

Vvaldem. Rex Daniæ liberatus restituitur.

b *Stad. in chron.*

c *God. f. in annal.*

21. &c. Quod ad Pannoniæ res attinet; cum Andreas Rex archiepiscopo Colocensi largitus esset Bosnæ loca, quæ ab hæretica prauitate purgasset, rogatus Pontifex huiusmodi regium beneficium in suo robore manere decreuit d.

Tradita Colocen. archiep loca quæ in Bosna hæreticis eripuerat.

d *Lib. 9. ep. 329.*

22 Tum Belam Hungarici sceptri designatum successorem auctoritate instruxit, vt ad vindicandum in suum splendorem Hungariæ regnum, bona regia ab Andrea ipsius parente iam ante abalienata ad regiæ coronæ ius reuocaret.

Illustri viro Belæ iuueni Regi.

1 Intellecto iam dudum, quod charissimus in Christo filius noster illustris Rex Hungariæ pater tuus alienationes quasdam fecerit in præiudicium regni sui, & contra Regis honorem; nos super hoc paterna affectione consulere cupientes, eidem Regi dirigimus scripta nostra, vt alienationes prædictas, non obstante iuramento, si quod fecit de non reuocandis eisdem, studeat reuocare; quia cum teneatur & in coronatione sua iurauerit etiam iura regni sui, & honorem coronæ illibata seruare, illicitum profecto fuit, si præstitit de non reuocandis alienationibus huiusmodi iuramentum, & propterea penitus non seruandum. Quocirca serenitatem tuam monemus, & hortamur attente, quatenus in ea regni parte, quam ex ordinatione patris tui habes, alienationes easdem reuocare procures, iuramento de ipsis non reuocandis a patre tuo, vel a te præstito non obstante: quin potius de iuratione incauta condignam pœnitentiam agere non omittas. *Datum Reate id. iulij pontificatus nostri anno* IX.

Abalienata ab Andrea Rege reuocantur.

Sacramenta seruandorum regni iurium in regum inunctione data ceteris derogat.

23. &c. Explicabat ea tempestate egregia Christianæ in proximos charitatis exempla Belæ soror B. Elizabeth Lantgrauij Thuringiæ vxor, de qua vitæ illius scriptor hæc narrat: *Nongenti quotidie mendici sub oculis eius alebantur, exceptis, quos per latissimam ditionis suæ prouinciem pascebat absens, apud quos omnes tanta beneficia indefessæ humanitatis posuit, vt redditus fingesque locupletissimi principatus vehementer exantlauerit, distractis nonnunquam & corporis sui ornamentis, atque in pretia collectis, ne Christi membra fame rubescerent.* Nonnullisque interiectis, subdit Lantgrauium sanctissimæ mulieris virum aliquot post menses ex Apulia reuersum œconomorum querelas excepisse, causantium Elizabeth nimias opes in eleemosynas prodigere; quibus ipse respondit, sinerent vxorem suam largitiones facere, modo arces sibi saluæ manerent: victum non defuturum, quandiu ipsa egenorum inopiam leuasset. Porro dira fame annum hunc pressum luxisse, frugesque omnes corruptas fuisse medicat Albertus Stadensis e, cum

S. Elis. Belæ sororis sequentium temporum fama liberalitas.

Probantur a viro illi eleemosynæ.

e *Stad. in chron. hoc an*

ẽdm etiam a S. Engelberto archiepiſcopo Colonienſi frumento in Maguntina prouincia ingenti copia comparato, indeque nauibus vecto indigentibus ſubuentum, vti Cæſarius in eius geſtis prodit a.

a apud Surium 6. die 7. nouemb. c. 8.

38. &c. Inter hæc creuerat audacia ac viribus principum virorum armis ſuſtentata Albigenſium hæreſis: ad quam excindendam Honorius Romanum S. Angeli diaconum Cardinalem Apoſtolicæ ſedis legatum miſit, ſtuduitque diſtricta in Anglos Francorum arma in Albigenſes vertere, atque ideo grauiſſimum aliud munus eidem legato impoſuit, vt Ludouicum Francorum Regem, qui ſubactis anno ſuperiore prouincijs ad Garumnam excurrentibus, Anglos tota Aquitania depellere meditabatur, ad inducias Henrico concedendas flecteret b: eaque de re ad Ludouicum hæc ſcripſit c.

Demanda tum legato conciliandarum induciarũ inter Anglos & Gallos. b ep. 187. c ep. 169.

Honosius, &c. Iam obliti ſumus numeri literarum, quas pro chariſſimo in Chriſto filio noſtro Henrico illuſtri Rege Anglorum tibi direximus, rogantes & obſecrantes, ac petentes pro munere ſpeciali, primum vt treugas olim inter claræ memoriæ Philippum Regem Franciæ patrem tuum, ac patrem eiuſdem Regis Angliæ initas prorogares; ac deinde illis, te preces noſtras obaudiente, finitis, vt non inuaderes terram eius, nec quietem regnorum Franciæ, ac Angliæ perturbando, terræ Sanctæ ſubſidium impedires. Tu vero dicti Regis terram nihilominus inuaſiſti, contemptis precibus, obſecrationibus, & petitionibus noſtris, & contempto etiam ſtatuto de pace, &c. *Et infra.*

31 Sicut autem ex noſtrarum dulcedine literarum ad deuotionem, & humilitatem profeciſſe debueras, ita videris in contemptus, & elationis vitium corruiſſe; & quantum Romana eccleſia mater tua materna nunc affectione te roget, ſic tuus elatus videtur animus contra eam, quaſi reputes impoſſibile, quod & tu neceſſe aliquando habeas eidem, mutato ſtatu temporum, ſupplicare. Noli nimis huic tranquillitati confidere, momento mare turbatur, & mutatur tempus a mane ad veſperas, & quid futura dies pariet, ignoratur. Innumera ſunt exempla populorum, & Regum, qui in rebus bellicis nunc ſuperiores, nunc inferiores, diſpoſitione diuina vices alternante, fuerunt; ſed vt de multis vnum recens, & celebre proferamus, recolendæ memoriæ Otho Romanorum Imperator, & viribus corporis & induſtria militari præcellens Romanum pacifice obtinebat imperium, & ab aquilone ad auſtrum erat, ſicuti noſti, formidabile nomen eius. Inflatus ergo ſpiritu ſuperbiæ, ac ſuper ſeipſum eleuans, prædictum Imperatorem (nimirum Fridericum) tunc pupillum exterminare decreuit, iamque fere totum inuaſerat regnum eius, iam ipſi pupillo nulla ſpes eſſe relicta, niſi dumtaxat in fugæ præſidio videbatur, & eam ipſam præcludere feritas moliebatur hoſtilis. Cui tunc veriſimile, immo cui poſſibile videbatur, quod adoleſcentulus virium, & virorum, ac opum auxilio deſtitutus, hoſti tam valido, tam feroci eſſet non ſolùm regnum, quod vt præmiſimus occupauerat, verùm etiam ipſum imperium erepturus? Et tamen faciente illo, qui ſuperbis reſiſtit, & qui poſuit mari terminum, vltra quem intumeſcere non audeant fluctus eius, ille qui ſic potens, ſicque terribilis iniuſte regnum inuaſerat ſæpedictum, illud trepidante fu-

Monet qd felicibus armorum ſucceſſibus efferatur.

Othonis exemplum proponit.

Vt a Friderico quem regno exuere moliebatur fuerit imperio ſpoliatus.

ga deſeruit, & eo, quem ſic immuniter fuerat perſecutus, ipſum iuſto Dei iudicio perſequente, imperium quoque, ſicut eſt manifeſtum, amiſit, & Apoſtolicæ ſedi, cuius preces, & commonitiones in inuaſione dicti regni contempſerat, poſtea frequenter ſupplicationes, & preces ſupplex, humiliſque porrexit.

32 Denique, vt de domeſticis tibi proponamus exemplum, inclytæ recordationis Richardus Rex Angliæ, cuius nunc ſucceſſorem perſequeris, cœpit olim bello laceſſere claræ memoriæ patrem tuum, multoque ſuperior viribus, & opibus videbatur, adeo quòd eius prævalente, ac vrgente potentia, ipſe pater tuus contra eam eccleſiæ Romanæ præſidium implorauit: quæ ſemper indigne oppreſſis ſubuenire deſiderans, auctoritatis ſuæ obſtaculum interiecit, ipſumque Regem Angliæ vellet nollet treugas cùm ipſo patre tuo inire canonica ſeueritate coegit. Ecce regnum Angliæ, quod tunc perſequebatur, tuam ab eo perſecutionem verſa vice nunc patitur, & ab eo, quòd tunc temporis infeſtabat, hoc tempore infeſtatur. Sic ludit in humanis diuina potentia rebus. Sic victorem a victo ſuperari ſæpe videmus. Nec iſta ideo dicimus, quod talia tibi eſſe timenda credamus, ſed tamen quæ acciderunt, accidere adhuc poſſunt: quare debes taliter erga Romanam eccleſiam in proſperitate te gerere, vt ſi quid aduerſi, quod Deus auertat, ingruerit, eius fiducialiter, & ſine rubore poſſis auxilium implorare.

Anglorum potentia quæ in Rich. acta poſtea defecit.

33 Nec indignari debet tua ſublimitas, vel moueri, ſi Apoſtolica ſedes de conceſſa ſibi a Deo plenitudine poteſtatis, nunc ſtudet te a prædicti Regis infeſtatione compeſcere, cum prædeceſſorem ipſius ab infeſtatione clariſſimi genitoris tui, olim ſicut prædiximus, ſtuduerit coercere. Quæ enim pro ſæpedicto patre tuo maturo, & potentiſſimo Rege canonicam cenſuram exercuit, cur non illam pro adoleſcentulo Rege Angliæ in caſu omnino ſimili exercebit? Nemo potentiæ tuæ ſuadeat, quòd non ſit noſtrum in hac parte obuiare iniuriæ dicti Regis, eò quòd res, de quibus agitur, conſtat exiſtere feudales; cum Hieremiæ prophetæ, qui ſunt de ſacerdotibus Anathot, fuerit dictum a Domino: *Ecce conſtitui te ſuper gentem, & regna, vt euellas & deſtruas, ædifices atque plantes*; ſicque pateat, quòd ad Romanum Pontificem, qui ſacerdotij obtinet principatum, ſpectat omne peccatum mortale euellere, quòd interdum fieri ſine coercitione non poteſt: reſtat vt & rebelles debeat coercere.

Ne grauetur idem Henrico præſtari officium quod antea Philippo exhibitum eſt.

34 &c. Cum ergo eredaris in ſæpedictum Regem Angliæ manifeſte peccare, nos ad quos omnis cenſura peccati attinere dignoſcitur, qua conſcientia poſſumus obturare aures clamoribus dicti Regis inculcantis nobis iugiter querimoniam de peccato, quod committis in ipſum; & officij noſtri debitum aſſidue implorantis, ac obſecrantis, vt ſi nos ſua non mouet iniuria, moueat ſaltem ſtatuti ſæpedicti contemptus, quod violas, & infringis in graue diſpendium ſubſidij terræ ſanctæ? Vides quod coarctamur grauiter e duobus, dum nec ſine multa mentis amaritudine poſſumus in te dilectiſſimum, ac chariſſimum filium gladium canonicæ ſeueritatis exercere, nec ſæpe dicti Regis vlterius obaudire clamores, quos in aures Domini ſabaoth credimus introire. Quare licet a te toties iam repulſi, adhuc tamen pulſamus ad oſtium

Ex eo bello terræ S. auxilia aduerſi.

cordis

cordis tui, ſerenitatem tuam rogamus attentius, & obnixius obtecrantes, quatenus nos de hoc articulo quaſi cuiuſdam perplexitatis eripias, reſtituendo prædicto Regi terram eius, a te vel tuis contra tot preces noſtras, & contra ſtatutum ſæpe dictum inualam, & ab eius iniuria quieſcendo, ius, quod te habere contra eum proponis, legitime proſecuturus tempore competenti, quo terræ ſanctæ ſuccurſum, qui per Reges, & regnum Franciæ conſueuit promoueri, potiſſimum non diſturbes. Alioquin quantumcunque tuæ velimus ſublimitati deferre, tuumque euitare ſcandalum cupiamus, non poterimus tamen vlterius Regi deeſſe prædicto, cum nec deferendum ſit homini contra Deum, nec iuſtitia ſit propter ſcandalum deſerenda. Cum ergo dilectum filium noſtrum R... S. Angeli diaconum Cardinalē Apoſtolicæ ſedis legatum ad regnum tuum propter hoc, aliaque negotia deſtinemus, ſic & ijs quæ tibi ſcribimus, & ijs quæ tibi viua voce proponet, aures tuas, & animum reuerenter inclines, quod nec nos, nec ipſe contra te procedere, quod omnino vitare cupimus, tua ſtante duritia compellamur.] Fregere Ludouici animum mixta imperijs Honorij preces, felicius enim ſumpta in Anglos arma aduerſus Albigenſes hæreticos conuerit, vt Richardus a teſtatur.

Ludou. in Albig. arma vertit.

a *Ric de S. Germ. in chro. M. S.*

37 Præclarum edidit beatiſſima Virgo ſuæ in eos, qui ipſius cultui addicti ſunt, ſingularis clientelæ miraculum; quam hiſtoriam Matthæus Pariſius his verbis proſequitur b: *Per idem tempus Willelmus comes Sarisberienſis, qui cum comite Richardo militauerat in partibus tranſmarinis, ad Angliam tranſiturus nauem intrauit. Sed cum longe maris periculo, & ventorum turbinibus per dies plurimos, & noctes in varias diuerſas tolleretur, cum ipſis nautis, & aliis omnibus, qui in naui erant, de vita deſperatus, omnibus preciosis, & quæcunque in auro, vel argento aut preciosis veſtibus poſſidebat, fluctibus relictis, omniſit, vt ſicut ad vitam vndus intrauit temporalem, ſic ab omni honore terreno ſpoliatus, ad patriam tranſiret æternam. Et cum in ſuprema eſſet deſperatione conſtitutus, viſus eſt cereus ingens & magno ſplendore coruſcans ab omnibus, qui in naui periclitabantur, in ſummitate mali, & iuxta cereum ſtantem viderunt puellam quandam nimia pulchritudine decoratam, quæ lumen cerei, quod, nocturnas tenebras illuſtrabat, a ventorum pluuiarumque inuentium robore conſeruare præclarum. Ex hac quoque cæleſtis viſione claritatis, tam comes ipſe, quam nauta omnes ſecuritate concepta, diuinum ſibi adeſſe auxilium confidebant. Et cum vniuerſi, qui in naui erant, quid hæc viſio portenderet, ignorarent, ſolus Willelmus comes prafatus huius benignitatis gratiam B. Mariæ virgini aſſignauit. Siquidem comes ſapeditus die, qua primo donatus cingulo militari, cereum vnum ante altare beatiſſimæ Matris Dei aſſignauit, vt ad miſſam, quæ diebus ſingulis in honorem eiuſdem Dei genitricis cum horis canonicis deuote ſolet decantari, ingiter arderet, vt pro lumine temporali lucem commutaret æternam.*

b *Par hiſt. Angl. hoc anno.* Sarisberien. comes e naufragio ope Virginis ereptus.

Vt B. Virgo clientũ ſuorum oſtia compenſet.

38 Ingenti etiam admiratione dignum videtur, quod auctor adijcit: *Eodem anno in vrbe Legrecaſtrenſi obiit puella quædam incluſa religioſa, quæ per ſeptennium ante obitum nullum omnino guſtauit cibum, niſi quod diebus dominicis corporis & ſanguinis Domini communionem accepit. Quod miraculum cum ad audientiam Hugonis Lincolnienſis epiſcopi peruenſſet, fidem non adhibuit veritati, ſed incredulus plane, fecit per dies quindecim preſbyteris & clericis ineſtimabilem præſtitam arctæ mansi obſeruari cuſtodiæ, quouſque compertum fuit illam in toto termino memorato nullo vſum fuiſſe corporis nutrimento. Faciem quoque ſemper habuit vt lilium candidiſſimum roſeoque rubore perfuſam, ad inditium puritatis & mundiciæ virginalis.* Hæc Pariſius. At non incredulitati, ſed prudentiæ adſcribenda eſt cautela ab Hugone adhibita ad probandum, vt monet B. Ioannes Apoſtolus d, an ſpiritus ex Deo eſſet.

Religioſa fœmina ſola euch. veſcitur.

d 1. Ioan. 4.

39. 40 Eodem anno Honorius Laurentio archiepiſcopo Dublinenſi ſanctorum honorem cultumque decreuit b, dato ad cunctos Rhotomagenſis prouinciæ Chriſti fideles diplomate c, in quo miracula a Deo edita eiuſdem ſancti meritis ita perſtringit.

S. Laurent. Dublin. archiep. SS. catalogo adſcribitur.

b Hon. l. 10. ep. 22.

c Gal. mirabilior to 1. in Hib. III. conſt. 7.

Honorius, &c. Per depoſitiones vero teſtium prædictorum conſtitit euidenter, ſanctam vitam eiuſdem eſſe tot ſequentibus miraculis comprobatam, quod non paruam texet hiſtoriam, qui velit ea ſingula ſcribere ſeriatim. Sed vt prætereamus, quod clauci greſſum, cæci viſum, ſurdi auditum, muti loquelam, leproſi mundationem, & varijs afflicti languoribus ſanitatem ad inuocationem eius nominis receperunt, & ea ſola, quæ inter cætera emicuerunt miracula, breuiter perſtringamus, idem ſanctus immo Dominus ob ipſius merita glorioſa, ſeptem mortuos, quorum vnus triduanus erat, mirifice ſuſcitauit, &c. *Datum Reate* 111. *id. decembris.*

A puerilis cultus huius ſancti totũ admiratus. Ingentia illius ope patrata miracula.

41 In Hiſpania exagitabat Ferdinandus Caſtellæ Rex B. Segobienſem electum, atque illius eccleſiæ adminiſtrationem deturbare nitebatur, quod ſe inconſulto epiſcopus fuiſſet deſignatus; reque ab archiepiſcopo Toletano nonnullisque ſuffraganeis eius ad ſedem Apoſtolicam delata, Honorius electum iniuria a Rege diuexari pronuntiauit, ac inſepta eiuſdem electi cauſa nihil eſt Regem ab illo infectando abſtinere, monuitque non leue ea in re ſuſcipere dedecus, ac diuinam inde maieſtatem, cuius beneficio ceptis potiebatur, exaſperare.

Rex Caſt. Segobienſ. electum exagitat.

42. 43 Gerebatur tũc bellũ in Mauros, quos fractos indicat Richardus ijs verbis: *Reges Hiſpaniæ terrã Miramomelini occupant*, eos Ferdinandum Caſtellæ ac Iacobum Aragonii fuiſſe Mariana ait: Ferdinandum quidem ad prima veris ſigna in Beticam irruiſſe, Sodarumque oppido Illiturgi, & Tuccis ea expeditione captis exercitum ætate grauem ſpolijs hoſtium abdunſſe: Aragonium vero tanto metu oppreſſiſſe Zeicum Valentiæ Regem, vt ad obtinendam pacem quintam vectigalium, quæ Valentiæ & Murciæ pendebantur, partem obtulerit, eoque fœdere inito Pennulæ obſidionem ſoluiſſe. Cum vero laceſſitos a Ferdinando Saracenos accepiſſet Honorius ad augendos illius animos continendoſque in ipſius fide ſubditos eum clientela apoſtolica communiuit e: tum vt non excurſionibus tantum, ſed conſtanti bello hoſtem oppugnaret monuit, ſeque ob rem feliciter cœptam Deo gratias egiſſe ſignificauit. Legationis vero in Hiſpania munus aduerſus Saracenos iniunxit Liddienſi electo, cuius etiam patrocinium admiſit f, eique archiepiſcopos Compoſtellanum, & Bracarenſem ſocios addidit.

Rio. M. S. in chron. M. rian. de r. b. Hiſp. l. 13. c. 11. Zeitus Valentiæ Rex a Iacobo R. Aragõ ſtipendiarius factus.

Rex Hon. Ferdinandũ ad profligandos Saracenos ex Hiſpania.

e *Lib. 10. ep. 6.*

f *Ep. 16.*

44 &c. Cum vero inuoluæ ſuperſtitionum erroribus nationes non tam Regum ferro, quam

euan-

euangelicorum præconum diuino verbo Christo subijci consueuerint, non suffecit Honorio Hispanos in Saracenos ad euertendam eorum tyrannidem concitare, nisi viros pietate insignes ad ipsorum mentes euangelij luce collustrandas mitteret; atque adeo ex Prædicatorum & Minorum fratrum viris lectissimis propagandæ religionis prouincia data a est, ac Dominico & Martino Prædicatoribus auctoritas tributa, vt in Miramomelini terris disseminando euangelio operam nauarent,

a Ib. ep. 99. 100. 101.

Hæretici in Insubria gratiantur

47. &c. Per id tempus hæretici apud Insubres, ac Brixianos maxime, adeo potentia, opibus, audaciaque creuerant, vt orthodoxos grauissimis iniurijs afficerent: quorum insolentiam Honorius per Brixiæ Mutinæque episcopos comprimendam curauit. Permouit etiam Honorius Fredericum Imperatorem, qui tum Patauij principum Italorum solemnes cœtus cogebat, vt sanctissimas leges b ad excindendam hæreticam impietatem ferret, quæ postea ab Innocentio IV. confirmatæ c fuerunt; quorum præcipua pars hæc est: *Horum*, inquit Imperator, *sectæ veteribus, vel ne in publicum prodeant non sunt notata nominibus, vel quòd est forte nefandius non contenta, vt vel ab Ario Arriani, aut a Nestorio Nestoriani, aut a similibus similes nuncupentur: sed in exemplum martyrum, qui pro fide catholica martyria subierunt, Patarenos se nominant velut expositos passioni. Huiusmodi miseri Patareni a quibus abest sancta credulitas diuinitatis æterna sub uno contextu nequitiæ simul tres offendunt, Deum videlicet, proximum & seipsos: Deum dum Dei filium non agnoscunt; decipiunt proximos dum ipsis sub spe spiritualis alimoniæ hæresicæ pranitatis oblectamenta ministrant; crudeliter etiam sauiunt in seipsos, dum post animarum dispendium, corpora denique fœnera mortis illecebris, quam per aquisitionem veræ & veræ fidei possent euasire; vitæ prodigi & uecis improuida sectatores inuoluunt & quod est ipso dicto dirissimum superstites etiam non terrentur exemplo. Contra tales sibi, deo & hominibus sic infestos continere non possumus motus nostros*, &c infra: *Statuimus in primis, vetrimen hæreseos, & damnatæ sectæ cuiuslibet quocumque nomine censeantur sectatores, prout veteribus legibus est inditum, inter publica crimina numerentur, immo crimine læsæ maiestatis nostræ debet horribilius iudicari, quod in diuina maiestatis iniuriam agitur attentatum, quamuis iudicij potestate alterum alteri non excellat, nam sicuti perduellionis crimen personas adimit damnatorum & bona, & damnant post obitum memoriam defunctorum, sic & in predicto crimine, quo Patareni notantur, per omnia volumus obseruari, &c. Dat. Paduæ XXI. februarij duodecima indictione.*

b Extat apud Ignoc. l. 12. ep. cap. 47.

c Ibid.

Patareni pseudomartyres sur id nomen sibi inlusere

Pœnæ in eos constitutæ,

50 Claudimus hunc annum allata in medium sanctione, quam eodem anno edidit Honorius ad frænum injiciendum improborum hominum temeritati, quæ eò proruperat, vt etiam sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales iniurijs afficere non vereretur, in quos grauissimæ pœnæ decretæ fuerunt,

51. &c. *Honorius, &c.* Si quis in hoc sacrilegij genus irrepserit, quod sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalem fuerit hostiliter insecutus, vel percusserit, aut ceperit, vel socius fuerit facientis, aut fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit, aut consilium dederit vel fauorem, aut postea receptauerit, vel defensauerit scienter eundem; sicut reus læsæ criminis maiestatis perpetuo sit

Pœnæ fulminatæ in eos qui Cardinales iniurijs afficiunt.

infamis, diffidatus nihilominus, & banditus, sit intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad alicuius bona ex testamento, vel ab intestato vocetur, quatenus ab omni successione repulsus, publicaque repulsa confusus minus inueniat suæ malitiæ successorem. Fiant habitationes eius desertæ, & vt non sit qui eas inhabitet, dentur cuncta ipsius ædificia in ruinam, & vt perpetuæ notam infamiæ perpetua ruina testetur, nullo tempore reparentur. Nullus ei debita reddere, nullus respondere in iudicio teneatur. Quidquid etiam in bonis inuenietur ipsius, fisci vel reipublicæ dominio applicetur, vt ex illis nil transmittat ad posteros, sed potius cum ipso quodammodo damnentur & sua. Si qua vero feuda, locationes, officium, vel beneficium spirituale, vel temporale ab aliquibus ecclesijs obtinet, fit eis ipso iure priuatus; quæ sic libere ad ecclesias reuertantur, quod ecclesiarum rectores de ipsis pro sua voluntate disponant: Quòd si filium habet clericum, non prælatum, ecclesiasticum beneficium obtinentem, illo priuetur spe collationis alterius omnino sublata &c. Constitutæ sunt aliæ in reorum posteros graues pœnæ, quæ breuitatis studio prætereundæ sunt. *Dat. Reate duodecimo kal. decembris pontificatus nostri anno* X.

55 Ex paulo ante allatis aliisque Honorij literis constat ipsum hoc anno pluribus mensibus Reate commoratum, ibique cathedralem ecclesiam rim solemni sacrasse veruste tabulæ exemplum a Baronio relictum his verbis declarat: *In nomine Domini amen. Anno eiusdem* MCCXXV. *indictione* XIII. V. *id. septembris tempore Honorij III. Papæ pontificatus anno eius decimo, consecrata est maior ecclesia Reatina, ab ipso domino Honorio cum talibus episcopis, videlicet, Ostiensi, Albanensi, Prænestino, Sabinensi & aliis Cardinalibus, & aliis episcopis partium diuersarum ad honorem beatæ Mariæ semper virginis*, &c. Inde sacræ recensentur reliquiæ sub ara maxima reconditæ; denique peccatorum indulgentiæ eam ecclesiam adeuntibus a Pontifice tributæ.

Reatina ecclesia ab Honorio consecrata.

IESV CHRISTI
Annus 1226. Indict. 14

HONORII PP. III. annus . 10. FRIDERICI II. IMP. 7. ROBERTI IMPERAT. 6.

1 FRidericus magno armorum terrore non ad figenda apud Saracenos crucis trophæa, sed ad subijciendos sibi Insubres expeditionem contecit, vt narrat Richardus a: *Imperator de Apulia venit in terram laboris & relicta apud Salernum in castello Terracinæ Imperatrice coniuge sua, ipse in Apuliam redit, vbi Henricum de Morr. magistrum iustitiarium capitaneum statuit regni sui, & ipse Piscaram se contulit, ac exinde in ducatum Spoleti peruenient, hominibus ducatus ipsius per suas præcepit literas, vt secum in Lombardiam debeant proficisci. Quod cum facere ipsi renuerent præter Papæ mandatum, cui tenebantur, Imperator ad eos literas iteras graniores, quas illi de ducatu ad Papam remittunt: quas ipse Papa moleste ferens, quod homines Ecclesiæ sub certa pœna vocabat Cæsar ad expeditionem, suas ad eum literas dirigit. Quas ipse Imperator graues reputans, rescribit ei quasi de pari; & quia in rescripto ipse suam*

a Ric. de S Germ. in chron.

Clientes ecclesiæ in cuslis pœnis ad sua signa euocat Frid. Corripitur ob id ab Honor. aliisque vicif sim literis repungit Honorium

ſuam voluntatem ſatis Imperator voluit declarare, duxit ipſe Papa ſibi aſperius reſcribendum.

Obiecta ab illo diſſoluit Pontifex.

2. 3 Extant eæ in regeſto pontificio grauiſſimæ Honorij literæ, quibus Friderici clientes Eccleſiæ ſibi inbijcere meditantis ſuaque in Eccleſiam collata beneficia efferentis, inſolentiam tregit. Illud ſane non admirationem modo, ſed ſtuporem rem ſuis ponderibus librantiaffere poteſt, adeo ſecundarum rerum ſucceſſus Imperatoris animum corrupiſſe perſtrinxiſſeque mentis oculos, vt qui regnum Siciliæ clientelæ apoſtolicæ beneficio contra hoſtium potentiam atque improbitatem tenuerat, imperium Romanorum Pontificum auctoritate fuerat aſſecutus, recenter Cardinalium ſtudio dotali Ieroſolymorum regno auctus eſſet, tantorum beneficiorum immemor ob reſtitutas Apoſtolicæ ſedi nonnullas terras relata Eccleſiæ beneficia iactaret, ſuamque munificentiam cum

Eius ingratitudo.

veterum Imperatorum liberalitate non æquaret modo, verum pompaticis etiam verbis efferret; atque ob id ius Romanæ eccleſiæ inuadere ſibi impune licere putatet. Sed Honorium ipſum audire præſtat.

Frederico Romanorum Imperatori ſemper Auguſto, & Regi Sicilie.

4 Circa tutelam tui, a claræ memoriæ Imperatrice Conſtantia Regina Siciliæ Apoſtolicæ ſedi relictam, a beneficiorum gratia excipis, ſi tutelæ fit debito ſatisfactum, eo quòd fas inducebat, vt fieret, & nefas ſi deficeret, notaretur. Verum cum nullus neceſſitatis articulus tunc vrgeret Eccleſiam, vt in te, qui eras omni ſuffragio deſtitutus, ocus non leue miſciperet tutelæ, ſuſceptio, quæ a gratia ſumpſit exordium, habere te debuit de protectionis debito non ingratum, ſaltem vt tutrici notam, non ſolum ſuſpectæ, ſed etiam fraudulentæ adminiſtrationis non

Alijs Friderici querelis adiecit ſus Innocentium III. dolenter reſpondet Honorius.

nitereris impingere, dicens quod Eccleſia nomine defenſorum hoſtes immiſerat Apuliæ. Habebat præterea diffamationis adiectio, quod quem tutrix Eccleſia debuit promouere, deiecit, erigens in paterna ſede hominem alienum, qui non contentus imperio ad regnum nihilominus aſpirauit. Et quidem non ideſ hactenus habuit tua confeſſio, non id vique nunc continebat tuarum ſeries literarum, quibus poſt Deum totum aſcribebas matris Eccleſiæ ſtudio, totum attribuebas eiuſdem nutricis laboribus quicquid eras, & etiam quod viuebas, [plures hac de re ipſius Friderici literas ſupra retulimus.] Vnde igitur iſtis tam contraria, tam noucila proceſſit opinio? Vnde præſumptio tam aduerſa, tam repentina prorupit? [Nonnulliſque interiectis:] Sunt ne iſta ſubſidia, quæ promittebas Eccleſiæ, ſi neceſſitas immmeret? Eſt hic retributionis affectus, quem offerebas, ſi gratiamen occurreret? Non id mater expectauit a filio, non id nutrix ſperare debuit a pupillo. Ha Deus! quæ in tali filio alijs ſpei reliquiæ relinquuntur, ſi mater tam diligens deſperare cogatur! Ha Deus, quæ de tali pupillo fragmenta fauoris cæteri colligent, ſi nutrix tam vtilis iaculis detractionis imperitur? Ha Deus! quot & quantos labores amiſit Eccleſia, ſi palmes, quem multo ſudore plantauit, & coluit, in amaritudinem vitis conuertitur alienæ, cum ſit minoris diſpendij nullos fructus producere, quam nocuos. Oh, quam vberes lacrymas, quam amaras ſolicis reconciliationis prædeceſſor noſter Innocentius pro te fudit! Oh, quanta ſolicitudine laborauit, vt te a nocentium

eriperet manibus, inſidiantium laqueis liberaret, & quaſi de mortis faucibus extorqueret! Ecce quid retributionis eidem imperialis liberalitas afferat; ecce quid regalis magnificentia recompenſet, dum pupilli vitæ inſidiator occultus dicitur, & bonorum tacitus ſpoliator. Recogita, recogita, fili chariſſime, ac infra claustra pectoris frequenti meditatione reuolue, quàm paruum, quàmque depreſſum te ille ſummus Pontifex poſt obitum matris accepit, & quàm grandem, quamque promotum in ſua morte reliquit.

5 Porro, vt credimus, tenellæ infantiæ nondum finem attigeras, cum impius Mercualdus tui nominis detractor, perfidus, auiduſque tuorum inuaſor regni Siciliæ metas aggreſſus, vtraque manus inuationis extendens, montem Caſinum obſedit, & inſultibus multis impetijt, exercens ſui robur exercitus ad ſperatum exterminium captionis. Sed in hoc Eccleſiæ ſolicitudo non defuit, quæ per duos Cardinales cum multis militibus, & expenſis non modicis, efficacem manum auxilij porrexit obſeſſis, vires inuaſoris debilitans, & conatus obſidentis eliden. Cumque obſidionis exitus exultantis non reſponderet affectui, & prorogata ſpe defenſionis ad alios reſiſtendi animum reſumerent comicini, ſe iniquus ille in Siciliam tranſtulit, vt ibi, ſi de perſona Regis deſiderij ſui finem attingeret, ad regni faſtigium ſine difficultatis obſtaculo peruenire. Sed nec ibi protectionis ſolitæ dexteram ſubtraxit Eccleſia, mittens illuc bonæ memoriæ C.... tit. S. Laurentij presbyterum Cardinalem, nobili viro comite Iacobo conſobrino præfati prædeceſſoris noſtri multis aſſociato militibus, in tui ſubſidium nihilominus deſtinato. Alius etiam Cardinalis tibi poſtmodum extitit deputatus, qui tuis vtilitatibus non remiſſus, ibi diem clauſit extremum; conſequenter alio ſubſtituto, vt ſolicitudinis debitæ plenitudo circa tuæ perſonæ cuſtodiam non deeſſet.

6 Interea Diopuldi malitia, longe lateque diffuſa, ſic ſe per partes Apuliæ, ac terræ laboris extenderat, tantumque receperat incrementi, quod obtenta de P.... quondam comite Celani victoria, pro maiori fere parte homines regionis ſuo applicabat arbitrio, ſuoque dominio addicebat in aliquos ſicut poterant reſiſtentes, eo crudelius debacchando, quo minus de paucorum, & humilium timebat repagulo, qui de multorum, & ſublimium viribus triumpharat. Cumque in partibus illis non haberet Eccleſia quem erigeret contra illum, multoſque ſumptus amiſerit in hominibus regionis, quæ pro te iam fecit expenſas multorum millium vnciarum, recepto ad opus tui a Gualtero comite quondam Brerenſi fidelitatis publico iuramento, ipſum miſit in regnum, vt per eum elati confringeret cornua inimici. Nunquid hoc fuit commiſſum perdere puerum? Nunquid hoc fuit creditum ſpoliare pupillum? [Et paulo poſt ſubdit.]

7. &c. Circa hominem alienum, quem in ſede patris tui (ſi tamen patris ſedes dici debeat, quæ non ſucceſſionis, ſed electionis iure defertur) erectum fuiſſe prædixeras, tua prudenter aduerſus Eccleſiam ſubſtitiſſet inuectio, eò quòd veritas negata de publicis minus relinquit fidei de occultis. Nullum enim angulum latet imperij, quod Imperatore Henrico defuncto, quidam olim Philippo quondam duci Sueuiæ, ac

Friderici querelis de electo ad Imperii Othone reſpondetur.

Othoni postmodum Imperatori diuisis voluntatibus adhæserunt. Et licet idem Philippus nomen tuum primò prætenderit, ad se postea conuertit negotium; sic illud succedentibus prosperis suis vtilitatibus applicans, quòd non iam de iure dubitabat imperij, sed spem ad occupationem regni Siciliæ proroqabat, L. quondam Vvormatiensem episcopum ad hoc mittens. In his etiam tuo subsidio Apostolicæ sedis prouidentia non defecit; sic illi per memoratum C. Cardinalem & nonnullos vassallos Ecclesiæ resistens in Marchia, quod conatus contriuit aduersos, & interdictus est hostibus etiam ad primos regni fines accessus. Philippo tandem sublato de medio, Othoni, quem omnium principum roborata consensibus præsentabat electio, nec expediuit, nec licuit diadema imperij denegari, qui procul dubio, vt scripsisti, subito factus ingratus, tergum non faciem vertit Ecclesiæ, immemor receptorum. Sed quamuis eam multis prouocarit offensis, dissimulabat illas vtcunque misericordis Ecclesiæ patientia consuera. Sed postquam ad tuam prorupit iniuriam, in te quasi in pupilla oculi tactum contrarium ferre non potuit, multas vias excogitans, quibus pleno remedio suo posset subuenire minori. O quàm proximus eras periculis! O quàm paratus ad casum! Quapropter inuocauit Ecclesia illius auxilium, qui superbis resistit, & dat humilibus gratiam; qui imperat mari & ventis, & cessat tempestas, qui deponit potentes de sede, ac ponit humiles in sublimi. Inuocauit etiam principum corda fidelium, pusillos & magnos solicitans, vt ei ad tui relleuationem collapsi manum porrigerent adiutricem. Obtinuit tandem diuina potentia ingrati conatibus, faciens in te cum Ecclesia signum in bonum, vt elato cadente tu surgeres, & potenter debilitato tu posses. Arguit enim illum sua malitia, suaque auersio increpauit, quoniam iuste Dei iudicio propria perdidit, qui auare cupiuerat aliena: & tu, cui regni tui vix extrema remanserant, illius omnino imperium obtineres. Hæc vtique salutis remedia cum auxilio principum, cuius prouidentiæ virtute præambula tibi prouidit mater Ecclesia; talia beneficia puero contulit & adulto: *& infra*.

Exprobratur Friderico Ioan. regno expulso,

11. &c. Ad hæc de viro egregio socero tuo, si ad nostram peruenisset notitiam, quod de ijs, quæ tibi facere debuit, omisisset, nostra eum non præteriret mentio, quem tibi desideramus acceptum, & te illi potissime gratiosum. In quo mouet multorum corda miratio, quod cum consueuerint alij crescere ex affinitate maiorum, iste non sine multorum scandalo, non sine terræ sanctæ dispendio, non sine tui nominis læsione decreuisse videtur. [Discordiæ inter Ioannem Regem Ierosolymitanum ac Fridericum exortæ meminit Richardus [a], cuius cautam Iordanus indicat his verbis: *Desponsata puella*, Isabella scilicet, *Imperator patrem requisiuit, vt regna & regalia iura resignat; stupefactus ille obedit*; nec mirum, vt qui a genero eam iniuriam non expectarat, ac reliqua vita dotali vxoris regno potiturum sperabat, nec fugæ locus erat, vt ex angustijs, in quas se coniecerat, explicaret: alium vero nonnulli vitæ discrimen vna cum Gualterio nepote ex altero Gualterio & Tancredi filia prognato adijsse, cum Fridericus conflatam in se ab ijs coniurationem suspicatus esset: addit Iordanus Ioannem regno Ierosolymitano exutum in Gallias se contulisse. Indignum huiusmodi in Ioannem iacinus his verbis Friderico exprobrare pergit Honorius;] Et quidem his similia magnificorum principum gesta non contemnit, sublimium mores ignorant, liberalium largitas non acceptat. Non sic illius terræ procuratur vtilitas, non sic ad eius subsidium bellatores strenui aduocantur, &c. *Dat. Laterani*,

[a] *Rich. e S. Germ. in libro Iord. M. S. bibl. Vat.*

14 &c. Puduit Fridericum Pontificem optime de se meritum iniuste lacessiuisse, ac veritus ne, si iustas in se Apostolicæ sedis iras conciaret, res suas labefactaret, tumida verba in contemptu obsequij officiorumque significationem conuertit. De allatis enim a nobis literis locutus Ricardus, addit: *Propter quod Imperator, vt ipsius placaret animum, rescribit humiliter in omni subtilitate*. At quamuis ab Spoletanis adiecto pœnarum terrore tanquam imperij clientibus ad sua signa euocandis compellendisque destiterit, hæsit tamen in animo infixus iustæ obiurgationis dolor, eoque non dissentiente ipsius fatelles Tancredus de Campelio facinorosorum manu, quam a Bertolco Friderici duce acceperat, stipatus publicas vias obsedit, plures ex familia Pontificis spoliauit: tum alios ad eadem Apostolicam venientes recedentesque, non sine grauissima Pontificiæ auctoritatis iniuria, cepit, exuit, ac sauciauit: quibus permotus Honorius mox Imperatorem literis admonuit, facinorosos homines, qui ipsius iussu, vt omnium ferebat fama, latrocinia exercebant, coerceret; non enim leuem inde imperiali celsitudini dedecoris labem aspergi.

Frangit arrogantiam Frider.

Officiosis lit. mulcere studet Honorius.

Fouet interea grassatores.

Lib. 10. ep. 334.

17 Paruisse Honorio videtur Fridericus, suosq; milites reprehdisse, re in se pontificias iras asperaret, cum ad perficienda sua consilia ipsius opera egeret. Versabat ille animo, vt indicauimus, Insubres opprimere, quos pro libertate tuenda constantes obsequentes experiebatur; eumque Rauennæ, vbi dominicæ resurrectionis festum transegit, cum amicis colloquia habuisset, vt illos blandissimis verbis ad suum obsequium pelliceret, nec res e sententia succederet, ad eos qua vi, qua artibus opprimendos se conuertit. Celebrandi erant publici cœtus, vt in ijs de cogendis ad Ierosolymitanam expeditionem, quam promouebat Pontifex, viribus stipendijsque agitaretur, pulcherrimaque visa est occasio euocandi ad ea e Germania cum exercitu filij, vt coniunctis viribus Insubres armis transgeret, si sponte non flecterentur: nec vitebatur ipsos ob religionem Ierosolymitanæ rei, de qua instauranda deliberandum erat, filium aditu prohibituros. Compositis igitur ita rebus suis Rauenna mouisse, quò venienti filio in Insubria occurreret. Richardus ait, ac Friderici iter ita describit,

Frideric artes.

Memorab. Patauin. l. 1

Henr. filii e Germa. Cremonæ euocat.

Rich. vbi sup.

18. *A Rauenna discedens exinde Faventiam, qua sibi aduersa erat, iter habens, apud castrum S. Ioannis in territorio Bononiensi posuit castra sua, ipsum parte sui exercitus per ciuitatem Bononiæ præmittit. Exinde vero se Imolam contulit, vbi tandiu moram fecit, donec sicut prius fuerat, eam fecit aggeribus communiri, & procedens inde versus Parmam dirigit iter suum*. Sed conceptæ subijciendæ Insubriæ spes Fridericum fefellerunt; subdit enim auctor Henricum Regem numerosoiu cinctum exercitu Veronam vsque progressum esse: sed Insubres contractis maximis copijs obuiam factos, iter, ne penetraret Insubriam, abru-

Henricus a fœderatis Verona propulsatur.

abrupisse. Vt clusas artes Fridericus, sequo illius potiundæ spe delectum vidit, ingemi aduersus perduelles ira succensus in literis sæpius, vt grauissimum crimen Insubribus obiecit, vementem ad patris amplexum filium arcuisse.

19 Subdit Richardus: *Imperator Cremonam vadit, ibique diebus paucis faciens moram, cum se ciuitas Veronensis cum Mediolano & aliis subscriptis ciuitatibus ipsi Imperatori contrarys confœderasset, ad burgum S. Dominini se contulit; ibique sibi coadsistentibus quibusdam prælatis & principibus Alemanniæ, ac proceribus regni sui contra ciuitates illas sibi contrarias, videlicet Mediolanum, Veronam, Placentiam, Vercellum, Laudam, Alexandriam, Tarusinum, Paduam, Vicentiam, Tauriam, Nouariam, Mantuam, Brixiam, Bononiam & Faentiam diffidationis emulgauit edictum, quod cæteris sibi fauentibus ciuitatibus præcipit obseruari.* Subiungit auctor ea discordia in bellum apertum versa, Henricum in Germaniam regredi coactum, Tridentinam vrbem sibi obsistentem Hannus deleuisse: Fridericum vero ad comparandas maiores copias redijsse.

Que vrbes aduersus Imp. coierint.

Honorij ad conciliandam inter eos pacem studia.

20. &c. Attulit eius belli fama grauissimum dolorem Honorio, qui omni opera ac studio contendebat, vt Christianorum arma ad recuperandas Ierosolymas detenocendamque religionem contra Mahometanam superstitionem verterentur: moxque legatorum opera ac literis Insubres & Fridericum ad conciliandam pacem vrgere cœpit, nec se difficilem illi admittendæ Fridericus præbuit: exaratis enim Fogiæ literis, quibus de accepta ab illis iniuria, vtque ijdem celebrandum de conficienda Asiatica expeditione conuentum disturbassent, grauissime conquestus, addidit se pro eo, quo teneri se aiebat, soluendi voti ac vindicandarum Christi iniuriarum desiderio suas obliuioni tradere, remque totam Pontificis & Cardinalium arbitrio committere.

Recusante illud munus Honorio vrget admittere Fridericus

23. 24 Pontificis nimirum opera ac religionis metu ad suum obsequium Insubres adductum iri sperabat, quos armorum terrore non perculisset. Verum Honorius, quamquam omnem operam vt ad concordiam rem adduceret conferebat, graue tamen se onus suscepturum putauit, si arbitri partes ad dirimendam controuersiam admitteret: atque etiam verebatur, ne postea Fridericus, quæ ab ipso statuerentur, infringeret temeraretue: quam iustam suspicionem Imperator repetitis literis a amouere conatus est, eumque precibus impulit, vt relictam ipsius arbitrio causam decideret.

a Ext. in reg. Honor. l. 1. ep. 436

Consentiunt Longob. rem. ab Ap sede definiri lib ep. 437 438. 439.

25. &c. Permisere etiam Pontificis arbitrio sua Insubres iura, atque ob id fœderatæ vrbes procuratores instituere; qua de re publicæ tabulæ editæ in regesto ii pontificio asseruantur: demumque mitigatis ita animis redintegrata ab Apostolica sede concordia est, dictis Insubribus ijs legibus, quas Richardus affert, vt quadringentos egregie instructos milites Friderico in terram sanctam profecturo ipsorum stipendijs sustentandos submitterent; Imperator verò omnem iniuriam ijs donaret. Quæ verò Richardus breuiter perstrinxit, ea Pontifex illius concordiæ auctor & arbiter exactius describit in suis literis, quas Insubrium præfectis ineunte anno sequenti transmisit: tum etiam causas affert, quibus ad mouendum in eos bellum fuisse concitatum Fridericum præsefferebat, nimirum hæreticam labem apud eos ingraueiscere, quæ quidem quantum Brixiæ inualuisset, iam ante diximus: oppressu viros ecclesiasticos, terræ sanctæ expeditioni aduersatos, atque ob coitiones, quas inter se fecerant, pœnas a sceleratis reperi non posse. Verum hæc a Friderico iactata, ac non pietatis, sed augendæ potentiæ studio ipsis subigere meditatum postea patuit.

Contendit ab Honor. Frid. re. Imperij iura in Insubria inuadantur a Lud. Reg.

30. &c. Vt Imperatoris iura in Insubria asserere studuit Pontifex; ita ne in Prouincia atque Archatensi regno quouis pio obtentu inuaderentur, animum adiecit. Mouerat aduersus hæreticos bellum Ludouicus Galliarum Rex; cumque eo bello Raymundus, qui pluria in Prouincia loca fiduciario iure ab imperio Romano obtinebat, peteretur, metuebat Fridericus, ne Galliarum Rex excindendæ hæreseos specie eas vrbes Albigensi labe infectas eriperet imperio, Galliarumque regno adiungeret, literisque Honorium belli in Albigenses sacri auctorem interpellauit, vt vrbes obnoxiæ imperio, quæ armis crucesignatorum occupatæ essent, restituerentur sibi, vel legati apostolici fidei committerentur: cui Pontifex rescripsit humanissime a, se nunquam imminui passurum iura imperij, cuius amplitudinem potius augeri cupiret: datum logato munus, vt quæ ad illud spectarent, prælidiario milite munita in fide & clientela Ecclesiæ præsulum opera contineret, vt postea Imperatori, cum fidei causa confirmata esset, restituerentur.

a Lib. 11. ep. 385.

Vt Ludou. Fran. Rex Hon. studio in Albigenses mouerit.

34. &c. Insederat altissime pontificio pectori, vt Albigensium hæresim funditus deleret: quamuis vero extincto seniore Raymundo ipsius filius eiusdem nominis Francorum Regis potentiæ metu ad Ecclesiæ misericordiam supplex confugisset, atque amantissimè ea lege tuitet exceptus, vt hæreticos insectaretur, suaque ditione depelleret, hæresim tamen impune grassari patiebatur: quare Romani legati opera Ludouico Francorum Rege ad illum exuendum comitatu excitato, Honorius hoc anno Anglorum Regem, quem non leuis angebat cura fiduciarias terras, quas Raymundus ab ipso obtinebat, a Francorum Rege ob hæreseos labem occupatum iri, atque ideo ad ineundum cum hæreticis fœdus, imminentemque hostem, a quo iam multis vrbibus fuisset spoliatus, lacessendum propendebat, literis grauissimis monuit, ne Francorum Regem in Albigensi bello occupatum lacesseret, Raymundoue vlla auxilia submitteret.

Pont. Honorius vetat ne Lud. bello Albig. occupatus lacessat.

38 *Honorius*, &c. Nec per te, vel fratrem tuum, aut alios guerram moueas dicto Regi, quandiu institerit negotio fidei, & seruitio Iesu Christi, ne te quod absit, impediente negotium huiusmodi Rex ipse cum prælatis, & baronibus Franciæ secum accinctis ab hæreticorum exterminio ad aliud se conuertat: & nos dum super hoc excusari non posses, & noram exinde indeuotionis incurreres, paternum tibi fauorem, qui aliis deuotioni tuæ tempore opportuno non deerit, impendere nequeamus. Caterum nos, qui non solum parati sumus tuam conseruare iustitiam, sed gratiam tibi, quantum cum Deo possumus, exhibere, sic cuximus prouidendum, vt quidquid contingat de hæreticis, & terra ipsorum fieri, saluum sit ius tuum, & aliorum catholicorum, secundum statuta concilij supradicti. *Dat. Laterani v. kal. may anno decimo.*

Promittit ipsius iura integra fu tura.

39 Caterum de Albigenſi bello hæc tradit Bernardus Guido a: *Anno Domini* MCCXXVI. *tempore verno, quo ſolent Reges ad bella procedere, benedictus a Deo dominus Ludouicus Rex Franciæ egreſſus eſt cum exercitu innumerabili crucis ſignaculo inſignito vnà cum domino Romano legato ſibi aſſidue adhærente; verſus Lugdunum dirigit iter ſuum eligens terræ planitiem quadrigis accommodam, & flumen Rhodani nauigio portandis copijs opportunum, quibus venientibus ex villis, & oppidis, quæ erant comitis Toloſani, conſules occurrebant, & Regi fortalitia tradebant, & ad ſuum dabant obſides voluntatem; quos etiam ciues Auenionenſes datis obſidibus præuenerunt.*

a Bern. in chron. Lud. Fran. Regis in Albig. expeditio.

Plures ciuitates in illius obſequium cõcurrunt.

40 Subdit auctor pentecoſtes pernigilio cum traiecto Rhodano Rex ac legatus imminerent, Auenionenſes hæreticos ſubito terrore repletos (augebat b metum ipſorum impietas, cum ſeptem annis cenſuras apoſtolicas, quibus percuſſi fuerant, contempſiſſent) venientibus contra fidem datam portas occluſiſſe, nec Regi niſi cum paucis ingreſſum permittere voluiſſe: his vero Regem indignatum, Auenionem mox obſidione cingere, ac muros quatere cœpiſſe, & viciſſim obſeſſos pertinaciſſime ſe defendere. Pergit Bernardus; *Interim autem præmittitur a legato & a Rege dominus Petrus Amelij archiepiſcopus Narbonenſis verſus partes Toloſanas, vt inuitaret ad pacem Eccleſiæ, qui præueniens eos caſtra & bonas villas & dominos eorum, pacem Eccleſiæ & Regis promittens quoque eis, confœderauit Eccleſiæ atque Regi.* Et infra; *Claues etiam Carcaſſonæ Regi a ciuibus in exercitum deferuntur; comes etiam Fuxi, Rogerius Bernardi pacem requiſiuit. Sed illa vice qualem voluerat, non inuenit. Interea ciues Auenionenſes, quorum dominus ſuperbiam humiliare decreuerat, per hanc viam tribus menſibus expugnati, ſeque in viribus impares cognoſcentes, ſub certis conditionibus ſuam legato & Regi liberant ciuitatem pridie idus ſeptembris, quinque tamen mirorum & pœnis aliis ſunt mulctati.* Subijcit epidemiam in exercitu graſſatam, multos extinxiſſe, ac diuinæ fuiſſe prouidentiæ, vt dedition em tam cito vrbs faceret, cum elapſis diebus quindecim Durantia fluuius ita inrumuerit, vt effuſis extra ripas aquis planitiem, in qua poſita erant caſtra, inundarit. Subdit auctor.

Ad deditionem cõpellitur ac mœnia ſolo æquantur.

b Anonym. Lud. vit. geſt.

In Auerniam recedit.

41 *Capta itaque Auenione, Rex verſus Biterrim & Carcaſſonam dirigit iter ſuum, legato comitante: nec deerat venerabilis Fulco epiſcopus Toloſanus, qui dum eſſent in exercitu, aut in itinere, nemo pro ſua largitate noſſe poterat exulaſſe. Et erat quippe pro ſua bonitatis fama, & laboris, quem pro fide ſuſtinuerat, omnibus venerandus. Cum autem peruenijſſet Apamiam Rex, ibi multa conſilio Cardinalis legati ad honorem Dei, & libertatis Eccleſiæ ordinauit, & maxime contra contemptores clauium Eccleſiæ animaduertens, eo ſtatuto neceſſario, & ſalubri, de quo ſit mentio in concilio Narbonenſi, inſequenti mox quadrageſima celebrato, quod incipit; Feliciis recordationis.* Vbi Bernardus varia Regis itinera accuratiſſime deſcripſit, atque Regem, Galliæ Narbonenſi aliiſque terris, qua vi, qua dedition e in fidem acceptis (omnia enim caſtra ad quatuor a Toloſa leucas ſubegit) Hymbertum de Belloioco cum magnis copijs præfeciſſe prouinciæ, contendiſſeque vnà cum legato in Alueinos exposuit; ſubdit vt ipſum poſt tot parta ex hoſtibus fidei trophæa, maiora meditantem mors oppreſſerit; *Præuentus autem Rex egritudine apud montem Panſerium præſentis vitæ curſum complenit Domino volente* VI. *id. nouembris anno Domini prætaxato* MCCXXVI. *regni vero ſui anno tertio, cuius erat propoſitum reuerti ad terras Albigenſes, & Toloſanas in vere, ſi viueres, ſubſequenti.*

Peragrat plures vrbes quæ ipſius iugum accipiunt.

Fert leges Apamiæ in auctoritatis pont. contemptores.

Morte opprimitur.

42 Meminit de eodem principe Richardus a, quem veneno, cum ſe ad Toloſam expugnandam compararet, necatum increbuiſſe tradit; cui etiam in eo conſentit Pariſius b, ſed errat, dum a Campaniæ comite illi propinatum fingit, ac Reginæ Blanchæ pijſſimæ fœminæ adulterij notam aſpergit: at vitæ Ludouici auctor anonymus affirmat Campanum inuito Rege e caſtris longo ante abſceſſiſſe, qui etiam egregium elogium tanto principi aſcribit, quod prætereire nullatenus poſſumus: *Vir vtique catholicus, & mire ſanctitatis omnibus diebus vitæ ſe non maculauit, priusquam cum vnica vxore ſua ſibi legitimo matrimonio copulata. Corpus vero viri ſui ad Eccleſiam B. Dionyſij in Francia tranſferentes, cum iuxta patrem ſuum Philippum Regem Auguſtum honorifice ſepelierunt.* Quibus verbis auctor hiſtoriæ ſuæ finem imponit. His addit c Guillelmus de Podio Laurentij, tanta Ludouicum caſtitatis laude nituiſſe, vt ideo mortuus ſit, quod fœdari recuſarit: *Præuentus*, inquit, *Rex agritudine, quam vt poſtea dictum fuit, geſtabat occultam apud montem Panſerium præſentis vitæ curſum complenit. Domino ſic volente, tempore autumnali, cuius erat propoſitum reuerti ad terras illas vere, ſi viueret, ſubſequenti: erat autem, quod reticari poſſet, vt dicebatur vſu fœminæ agritudo, quod ſicut audiui a viro fide digno referri, ſentiens vir nobilis Arcambaldus de Borbonio, qui in eius erat ſocietate, poſſe iuuari Regem amplexu fœminæ, quæſitam virginem ſpecioſam ac generoſam, atque edoctam qualiter Regi ſe offerret & loqueretur, quod non libidinis deſiderio, ſed audita infirmitatis auxilio aduenijſſet, dormiente Rege a cubicularijs eius de die fecit in thalamum introduci; quam Rex euigilans cum audiſſet aſpirantem quæſiuit, quæ eſſet, & qualiter introiſſet; quæ, ſicut edocta erat, ad quid aduenerat referens: cui gratiatus Rex ait, non ita erit, puella, non enim peccabimus mortaliter vllo modo; & conuocato dicto viro domino Arcambaldo mandauit eam honorifice maritari: Rex autem iſte & re & nomine dignus alios regere, qui tanta virtute ſe regebat; qui ſi poſſibile eſſet mortem corporalem per peccatum noluit euitare,*

a Rich. in chron. M S. b Par. hiſt. Angl. Anonym. vitæ Ludou. auctor.

Ipſius egregium elogium.

c Guill. de Podio Laur. in chron. c. 46.

Maluit mori quam fœdari.

43. &c. Eandem etiam ſingularis continentiæ laudem attribuit Ludouico Iordanus d. Adeo diuini fuiſſe conſilij videtur, vt ex ſanctiſſimo coniugio filius ſanctiſſimus eiuſdem nominis, nimirum S. Ludouicus efflorereceret, quem Iordanus dominica prima aduentus hoc anno Rhemis regia vnctione delibutum memorat. Redimitum vero diademate a Iacobo Sueſſionenſi epiſcopo, vacante Rhemenſi ſede refert e Nangius. Sed iam e Gallicis rebus ad Anglicanas traducenda eſt oratio.

d Iord. M. S. bibl. Vat. Ludouic. IX. maior natu filius ſuccedit regno.

e Nang. de geſt. Lud. Franc. Reg.

47 Refert hoc anno Pariſius ſingulare in Richardo Dunelmenſi epiſcopo diuinæ vindictæ exemplum, qui cum viros religioſos hoſtili odio exagitaret atque inſectaretur, repentina morte extinctus eſt, cœleſteſque iras antea ipſi, in commiſſorum criminum pœniteret, ab Ioanne Rege olim defuncto viro cuidam religioſo ſe obij.

Diuinæ vltionis exẽplũ in epiſc. viros religioſos inſectantem. Is præmonitus non reſipuerat.

obijcient, intercanus his verbis refert: *Dicebamus ante mortem eius, Rex quondam Anglorum Iohannes apparuit in vestibus ordinis nostri Cisterciensis, de habitu eiusdem monachis, de sancto etiam, apud Thinetenses nuper commorante, qui familiaris fuerat Regibus Anglorum, tam Regi Richardo, quam huic Iohanni.* Et infra: *Adfuit ei Rex profanis in vestibus regalibus, de pane obtulerat, qui imperialis vulgariter appellatur, quem manibus recognouerat, ac memoriter recolens, quod mouerat fuisset, stipendium hausit de eo quotiens sibi libuit. Vnde Rex: ita me habeas, quod nemo prius: nam hac nocte, qua vidi intuleras, nihil dubitaui sanè & pondere se, vt nullus, qui in seculo viuit, illa tangere sufficeret pro ardore, vel propter ponderositatem portare, quin protinus moreretur. Sed tamen per Dei clementiam spero & gratiam ineffabilem, & filij mei Henrici largam eleemosynarum distributionem, meum seruitij diuini honorem, quem Domino deuotus impendit, me quandoque misericordiam adepturum. Quaso igitur obnixius fraternitatem tuam, vt dicas Richardo de Marisco, nunc Dunelmensi episcopo, quod nisi ante mortem suam vitam correxerit flagitiosam, & eam per penitentiam & satisfactionem condignam emendauerit, sedes eius, quæ in inferno est, eum expectat properantem.*

Obiectum viro pio visum de Io. Regis Ang. animæ quibus pœn. torquebatur.

Insignis comitis Saresb. pœnitentia.

48 Feliciori longe exitu, vitam clausisse Saresberiensem comitem scribit idem auctor, quem morte imminente singulare pœnitentiæ Christianæ exemplum dedisse narrat: *Inualescente, inquit, demum agritudine, cum certissima sua mortis indicia cognouisset, fecit episcopum ciuitatis ad se venire, vt ea quæ Christiani sunt, in confessione & viatico susciperet, & legitimum de rebus habitis conficeret testamentum. Intrante autem episcopo thalamum, in quo iacebat comes nudus omnino præter femoralia contra eum corpus Domini ferentem, ex lecto prosiliens, asperrimumque laqueum circa collum connectens, cum ingenti lacrymarum effusione se prostrauit in pauimentum, summi Regis se esse proditorem contestans; nec de loco moueri voluit, nisi facta confessione, & vinifici sacramenti percepta communione, vt se fuisse seruum offenderet creatoris; & sic per dies aliquot in suprema perseuerans pœnitentia, spiritum suo tradidit Redemptori. Contigit autem quod dum de castello ad nouam ecclesiam per vnum milliare corpus eius ad inumulandum portaretur, cerei, qui cum cruce & thuribulo de more portabantur, accensi, inter pluuiarum effusiones, & ventorum turbines lumen continuum in itinere ministrabant, vt aperte ostenderent, comitem tam ardua pœnitentem ad lucis filios pertinere.*

Guill. arch. Ebor. in SS. numerum refertur.

49 Coniungimus pijssimo pœnitenti sanctissimum præsulem, quem hoc anno Honorius Papa in sanctorum numero collocauit, nimirum Guillelmum archiepiscopum Eboracensem, de quo Card. Baronius, noisque ex eo suo loco memorauimus a: extat ea de re apostolicum diploma b ad Anglicanum clerum missum, ex quo hæc decerpsi.

a An. 1140. nu. 15. 16. b Hon. l. 10. ep. 237.

Honorius, &c. Cum præter alia miracula, quæ longum esset per singula enarrari, sepulchrum eius olei vbertate pinguescat, quo ægri quamplures inuncti a suis infirmitatibus sunt sanati; & quod non est prætermittendum silentio, tres mortuos mirifice suscitarit, & quinque cæcos illuminans, vni ex eis, qui in duello denictus & vndique damnificatus, cum ad sepulchrum ipsius sancti clamaret instanter & peteret confidenter, vt oculos restitueret, quibus iniuste ipsum sciebat orbatum, alios nouos oculos reddiderit mirabili nouitate; ipsum de communi fratrum nostrorum & aliorum prælatorum, qui præsentes erant, consilio, adscripsimus, vel potius adscriptum denunciamus sanctorum catalogo confessorum, statuentes, vt in anniuersario eius annuum festum solemniter celebretur. *Dat. Laterani xv. kal. aprilis pontificatus nostri anno x.*

Quantis miraculis effulserit

50 Hoc anno S. Franciscus, cuius virtutes admirationi orbi vniuerso fuere, ex hac vita in cœlum feliciter migrauit a; de quo hæc S. Bonauentura in eius vita b: *Spiritus ille sacer domum æternitatis ingrediens, fontesque vitæ hausit plenario gloriosus effectus expressa quodam in corpore futuræ gloriæ signa reliquit, vt caro illa sanctissima, quæ crucifixa cum vitijs in nouam iam creaturam transierat, vt passionis Christi effigiem priuilegij singularitate præferret, & nouitate miraculi resurrectionis speciem præmonstraret. Cernebantur quidem in membris illis felicibus claui ex ipsa carne virtute diuina mirifice fabrefacti, sicque carni eidem innati, quod dum a parte qualibet premerentur protinus quasi nervi contumi & duri ad partem oppositam resultabant. Immota quoque fuit patentius in ipsius corpore non inflicta humanitus, neque facta plaga vulneris lateralis instar vulnerati lateris Saluatoris, quod redemptionis & regenerationis humanæ in ipso Redemptore nostro protulit sacramentum. Erat autem similitudo clauorum nigra quasi ferrum, vulnus autem lateris rubrum & ad orbicularitatem quandam carnis concisione redactum rosa quædam pulcherrima videbatur: caro vero ipsius reliqua, quæ prius tam ex infirmitate quam ex natura ad nigredinem declinabat, candore nimio nitescens illius secunda stola pulchritudinem prætendebat.* Et infra.

a Par. hist. Angl. ann. 1226. b Cap. 15.

Stigmata S. Francisci forma.

Fama diffusa miraculi accurrens populus confluebat ad locum, vt id cernerent oculis, quod a ratione dubium omne repelleret, & affectione gaudium cumularet. Admissi sunt igitur assistentes Assisinates cives quamplurimi ad stigmata illa contemplanda oculis & labijs osculanda: omnis autem ex eis miles literatus quidem & prudens Hieronymus nomine, vir vtique famosus & celeber, cum de huiusmodi sacris signis dubitasset, effetque incredulus quasi Thomas, ferentius & audacius coram fratribus & alijs ciuibus monebat manus, sanctique manus & pedes & latus manibus propriis contrectabat, vt dum vulnerum Christi veracia illa signa palpando contingeret, de sui & omnium cordibus omne dubietatis vulnus amputaret: propter quod & ipse inter alios huius veritatis tam certitudinaliter agnita testis constans postmodum effectus est, & tactis sacrosanctis sacramento firmauit. Nonnullis interiectis pium S. Francisci obitum ita consignat idem S. Bonauentura: *Transijt autem venerabilis frater ex huius mundi naufragio anno dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo sexto, quarto non. octobris die sabbati in sero, sepultus in die dominico.* Ex pluribus vero, quæ sanctus auctor de ipso enarrat, hæc nobis pro instituto in medio ponere sufficerit, quibus extremam vitæ ipsius sanctissimæ finem describit.

Ea palam ab Assisinatibus conspecta.

Ad sanctam Mariam de Portiuncula se portari postulauit, quatenus vbi acceperat spiritum gratiæ, ibi redderet spiritum vitæ. Quo cum fuisset perductus, vt veritatis exemplo monstraret, quod nihil erat illi commune cum mundo, in illa infirmitate tam graui, qua omnem languorem concluserat, super nudam humum se totum nudatum in spiritus feruore

Quæritur in eo sub extremo vitæ actu pœnitentiæ studium fuerit.

uere prostrauit, quatenus hora illa extrema, in qua poterat adhuc hostis insidiari, nudus inuentus cum nudo. Decubuus sic in terra, fascina uestis deposita, faciem soliti more leuauit in cælum, & intendens illi gloria totus, manu sinistra dextri lateris uulnus, ne videretur, obtexit, & ait ad fratres: Ego quod meum est feci, quod uestrum est Christus edoceat. Illacrymantibus autem socijs sancti, qui miro fuerant compassionis telo percussi, unus ex eis, quem uir Dei guardianum suum esse dicebat, uotum ipsius diuina inspiratione cognoscens, festinus surrexit; & acceptam cum chordula & semoralibus tunicam pauperculo Christi obtulit, dicens: Hæc tibi tanquam pauperi commodo, & in accipies illa obedientia sancta mandato. Gaudet ex hoc uir sanctus & iubilat pra lætitia cordis, quoniam fidem tenuisse dominica paupertati usque in finem se uidit; palmasque leuans ad cælum Christum suum magnificat, pro eo quod exoneratus ab omnibus liber uadit ad ipsum. Et infra:

Sacra ab eo data sodalibus monita.

51 *Circumsedentibus uero omnibus fratribus, extendit super eos manus in modum crucis brachijs cancellatis, pro eo quod hoc signum semper amabat; & omnibus fratribus tam præsentibus, quam absentibus in crucifixi uirtute ac nomine benedixit. Insuper & addicit: Valete filij omnes in timore Domini, & permanete in eo semper, & quoniam futura tentatio & tribulatio appropinquat, felices qui perseuerabunt in bis, quæ cæperunt. Ego uero ad Deum propero, cuius gratia uos omnes commendo. Suani huiusmodi admonitione completa, iussit Dei uir charissimus euangeliorum sibi codicem appertari, & euangelium secundum Ioannem, quod incipit ab eo loco: Ante diem festum paschæ, sibi legi proposuit. Ipse uero prout potuit in huius psalmi uocem erupit: Voce mea ad Dominum clamaui, uoce mea ad Dominum deprecatus sum; & ad finem usque complenit: Me, inquit, expectant iusti, donec retribuas mihi. Tandem cunctis completis in eum mysterij anima illa sanctissima carne soluta & in abyssum diuinæ charitatis absorpta, beatus uir obdormiuit in Domino.* Qui plura de S. Francisco, eiusque familia cupiat, Lucam Vvaddingum ea latius prosecutum consulat.

Spiritum sanctissime Deo reddit.

S. Engelbertus in Germania miraculis coruscat.

52. &c. Dum sanctissimi illius confessoris miraculis fulgeret Italia, pluribus etiam Germania sacris Engelberti, pro libertate ecclesiastica anno superiori cæsi, prodigijs, quæ Cæsarius a recenset, illustrabatur. Illud vero inter cætera non silendum, ipsius uiscera quatuordecim ab eius cæde euolutis hebdomadibus e terra retosta, corruptionis expertia, ac nullo fœdo odore imbuta reperta fuisse, adeo ut e corpore recens occiso extracta viderentur; eaque sacra pompa ante aram templi principem condita fuisse prosequitur fusius idem auctor: tum ut graui rotæ supplicio affectus fuerit Fridericus comes Isemburgensis, qui sanctum archiepiscopum trucidarat, cæterique flagitij illius participes pœnas dederint.

a *Cæs. in eius vita apud Sur. to. 6. die 7. nouemb.*

Eius viscera corruptionis immunia inuenta.

Necis auctor in rotam agitur *Herd M. S. bibl. Vat.*

Rerum Ieros. status.

Fridericus regni sacri possessionem init.

Germani arcem munitam Saracenis eripiunt.

53. &c. Quo porro statu Syriacæ res fuerint, significat Iordanus b: exuto a Friderico Ioanne Brenensi Rege sceptro Ierosolymitano Hugonem de monte Beliart administrandis terræ sanctæ rebus præfectum fuisse: missum etiam Thomam, qui magnam existimationem nominis sui aduentu collegit; ac tum a Germanis arcem munitissimam, cui Montisfortis nomen erat, expugnatam fuisse. Meminit etiam Richardus c nonnulla au-

c *Ric. M. S. in chron.*

xilia a Friderico submissa. Cæterum terræ sanctæ damnum attulit Christianorum principum orientalium dissensio, inter quos Tripolitanus comes ob immensa flagitia, bellumque in Antiochenos gestum anathemate percussus est: quem cum Fridericus fidelium communioni restitui posceret, Honorius Papa, quamuis Imperatori annuere atque inter se Christianos coniungere percuperet, cum oratores comitis nonnulla, quæ ab equitate penitus abhorrebant, postularent, legesque iustissimas ab Apostolica sede propositas admittere recusarent, Fridericum vt a fundendis pro Tripolitano precibus absisteret literis monuit a.

Tripol. comes anathemate defixus.

Renuit Hon. iustis de causis absoluere.

a *Lib. 10. ep. 168.*

Cum igitur comes Apostolicæ sedis decreto obtemperare recusaret, Honorius anathematis sententia contumacem iterum percussit, eiusque terras interdicto subiecit, datis ad archiepiscopos Nicosiensem & Cæsariensem, atque ad abbatem montis Oliueti literis b.

Renouata in contumacem edicta.

b *Ep. 169.*

IESV CHRISTI
Annus 1227.

Indict. 15.

GREGORII PP. IX. anno 1. FRIDERICI IMP. OCC. 8. ROBERTI IMP. OR. 7.

1 ANgebat Pontificis animum non leuis dolor, Ioannem Regem, quem ad collocandam Imperatori in matrimonium filiam impulerat, vt Romano imperio Sicilia regnoque Ierosolymitano coniunctis soldani Babylonici potentia paribus Christiani principis viribus frangeretur, contra omnium spes atque expectationem regni Ierosolymitani administratione, qua ad vitam potiri deberat, a genero improbe fuisse exutum: quare Fridericum grauissimis literis hortatus est c vt socerum in priorem gratiam admitteret, regnique Ierosolymitani gubernaculis admoueret; ex quibus hæc delibanda visa sunt.

Honorius Ioan. Regem priori dignitati restituere nititur.

c *Raynal. to. 13. ad ann. 1226.*

2 *Honorius, &c.* Omnes qui hæc audiunt, vehementer admirantur, & dicunt: Quæ hæc est imperialis industriæ prouidentia, alienasse a se tantæ prudentiæ, tantæ strenuitatis, tantæ industriæ, tanti consilij virum, & tanto sibi vinculo copulatum, de quo poterat, tanquam de semetipso confidere, cuius honorem, & statum deberet proprium reputare? Cui fiducialius poterit regnum Ierosolymitanum committere? quis fidelibus ibi existentibus gratiosior? quis terribilior infidelibus? quis vtilior toti negotio terræ sanctæ? Ecce si nulla sibi esset affinitate coniunctus, deberet tamen propter strenuitatem, & industriam eius, & propter eam, quam habet gratiam hominum, notitiamque locorum sibi regnum committere supradictum. Sed etsi simplicem militem in socerum assumpsisset, deberet eum decorare regia dignitate. An pulchrius sibi est militis generum esse, quam Regis? an pulchrius erit filijs, quos ex filia dicti Regis suscipiet, auum militem habere, quam Regem? Hæc, & similia parui loquuntur & magni, admirantes super huiusmodi facto, & illud, vt loquamur verius, detestantes.

Commendat Ioannis fidem vitæ tutesque.

3 Nobis quoque, ac fratribus nostris insultatur a multis, eo quod huius affinitatis mediatores extitimus, ipsaque Regis depressio nobis quodammodo imputatur. Denique per factum

Significat necessariã ad terræ S. res fore ei reconciliationem.

inter

inter se, & ipsum Regem diffidium multorum devotio circa terræ sanctæ subsidium, vt dicitur, refrigescit, quam facies recalescere, si ad ipsum Regem tuum, vt decet, vultum, & animum curaueris serenare, &c. *Datum Laterani* VI. *kal. februarij pontificatus nostri anno vndecimo*.

Frid. preces Honorij respuit.

4 Fundebat Honorius cassas apud infidum principem voces, qui nulla Christianæ rei cura mouebatur; sed omnia ad sua commoda referebat. Cumque duriorem illius animum emollire non posset, ne Ioannem Regem, qui ab ipso excitus in Italiam venerat, perlustrarat Hispanias, Angliam peragrarat, percurrerat Gallias, Germaniam obierat, vt occidentales principes ad promouenda Honorij consilia incitaret, ac nulla laborum præmia, quam regni iacturam retulerat, detineret, pontificij principatus partem administrandam ei contulit, vt regium in calamitate decus seruaret: qua de re ad commissos illius curæ populos has literas misit a.

Ioannes Rex ab Hon. ditionis pontificiæ parti præficitur.

a *Rad. l.* 11. *c.* 497.

5 *Honorius, &c.* Charissimi in Christo filij nostri Ioannis Ierosolymitani Regis illustris strenuitatem, industriamque pensantes, simulque firmam spem, fiduciamque tenentes, quod per eiusdem Regis prudentiam, inter vos poterunt sedari discordiæ, custodiri stratæ, seruari iustitia, & alia, quæ ad vestram vtilitatem, & tranquillitatem pertinent vtiliter prouideri; totum patrimonium, quod habet Romana ecclesia a Radicofano vsque Romam, excepta marchia Anconitana, ducatu Spoleti, Reate, ac Sabinia, curæ, regimini, & custodiæ ipsius Regis duximus committendum, tenendum, custodiendum, & seruandum, quamdiu de nostra, & ecclesiæ Romanæ fuerit voluntate, nominatim Radicotanum, Preconam, Aquapendentem, Monentiasconem, Martam, Valentanum, Insulam, Martan. cum alijs locis, quæ ab olim contiuerunt iurisdictioni castellani Montisbasconis subesse; Montaltum, Centumcellas, Cornetum, Perusium, Vrbemueterem, Tudertum, Balneoregium, Viterbium, Narniam, sanctum Geminum, Strunconum, saluis prouentibus dilecto filio nobili viro Petro * Capucio consanguineo & ostiario nostro concessis: Tuscanam, Ottam, Ameliam, Nepe, ciuitatem Castellanam, Gallesium, saluis prouentibus concessis dilecto filio nostro Ægidio SS. Cosmæ & Damiani diacono Cardinali; Sutrium, & alia, quæ ipsa ecclesia Romana habet, vel tenet intra terminos prænotatos, cum pertinentijs suis, & iuribus vniuersis, &c. *Dat. Laterani* VI. *kal. februarij anno* XI.

* Capocio

6 Quamuis ea Regis Ioannis calamitas res Ierosolymitanas admodum labefactaret, proueheudæ indictæ sacræ expeditioni institit Honorius, atque Insubribus ineunte anno pacis cum Friderico conficiendæ leges dixit, quas anno superiori attulimus. Cumque ij fœderatarum ciuitatum literas de seruandis, quæ sibi iniuncta fuerant, mittere distulissent, acriter ipsos perstrinxit b.

Instat Pont. confirmandæ inter Long. & Frid. concordiæ.

b *Ib.* p. 480

7 Ne vero ob Insubriæ rumores in adornanda Syriaca profectione Germani reperent, Hermannum Theutonici equestris ordinis magistrum misit, literisque significauit sedatos esse Insubriæ tumultus, atque adeo omnes, qui voto Ierosolymitano se astrinxerant, itineri se accingere imperauit c: quo argumento ad Andream Hungariæ Regem, ac Lantgrauium Turingiæ scripsit d, quos eodem literarum exemplo ad conscendendas mense augusto naues expeditos, atque in procinctu esse iussit. Paruit Honorio Lantgrauius, de quo, vt vitam in apparatus bellici laboribus pie profuderit, plura dicenda erunt: iam reliqua ad Honorium spectantia prosequamur.

Vrget Germanos crucesignatos parent se Ier. itineri.

c *Ep.* 462. d *Reg. post eund. ep.*

Ea de re ad Lantg. Thur. lit. Mensis augusti ad traiectionem indictus. Christiana fides in sept. oris ampliata.

8 &c. Efflorescebat adeo in septentrionalibus regionibus Christiana religio, vt Russiæ Reges ad Mutinensem episcopum Apostolicæ sedis legatum oratores miserint, quo ipsum ad asserendam regionibus suis euangelij lucem pellicerent; paratos se ad catholicam fidem recipiendam, atque etiam tum erroribus inuolutos ob præconum euangelicorum inopiam iacuisse: quo felici nuntio accepto Pontifex Russiæ Regibus iactum consilium gratulatus est a, eorumque preces admissas sum, hac lege accita: *Interim pacem cum Christianis de Livonia, & Estonia firmam haberent, non impedirent profectum fidei Christianæ, ne diuinam, & apostolicæ sedis incurratis offensam, qua facile de vobis posset, quando vult, sumere vltionem, &c. Dat. Laterani* XVI. *kal. februarij pontificatus nostri anno* XI.

Russiæ Reges illi se aggregari postulant.

a *Ep.* 483.

12 Inter hæc dum reipublicæ Christianæ gerendæ, contra impios fidei defendendæ gloriæ Christi Ecclesiæque lare amplificandæ vigilantissimus Pontifex nauabat operam, maiora cogitantem plurimis fidelium lacrymis, ab vniuerso orbe Christiano complorata mors illum abstulit. Ipsam eam hoc anno contigisse, non modo qui eius ætui historiam literis mandauere, vt Conradus abbas Vrspergensis b, Albertus Stadensis c, Matthæus Parisius d, cæterique e affirmarunt; verum Gregorius quoque Honorij successor testatur, diemque illius, nimirum XV. kal. aprilis notat. Cum ergo Honorius creatus fuerit Pontifex XV. kal. augusti, vti suo loco ostendimus, diem verò obierit XV. kal. aprilis, ipsum Petri cathedram annos decem, ac menses octo tenuisse dicere necesse est. De eodem Pontifice subdunt acta: *Hic ecclesiam S. Laurentij extra muros, & basilicam, quæ dicitur sancta sanctorum, renouauit, decretales compilauit.* Eas S. Antoninus f breuiter recenset, quæ plures iuris canonici libros exornant. De hoc etiam Pontifice, præter ea, quæ supra in medium attuli, iudicem Romanorum Pontificum ab ipso collectum testatur Cardinalis Baronius g, quem in peruetusto Vaticano codice ego similiter inspexi. Postremo Honorium in basilica S. Mariæ maioris fuisse tumulo conditum docent acta, de quibus paulo antè memorauimus.

Honorij obit. mors.

b *Vsp. in chron.* c *Stad. in chron.* d *Par. hist. Angl.* e *Godef. in annal. metrol. Paxon in chron. aliique.*

f *Antonin. p. 3. hist. tit. 18. c. 9. §. 6.*

Nonnulla Honorij gesta.

g *Bar. ann. 1216. n. 1.*

13 Vita itaque functo Honorio III. Gregorius eius nominis nonus Cardinalium omnium voluntate, quamuis inuitus, sufficitur: cuius electionem expolituri, illa primum percensenda existimamus, quæ de eius primordijs gestisque ante pontificatum in vitæ actis enarrantur. Extant hæc ad calcem antiqui codicis Vaticani, qui liber centum inscribitur, cuius auctoris verba, prout occasio seriesque temporum dabit, annalibus inseremus; ille vero ita historicæ suæ narrationis exordium duxit: *Hic natione Campanus de Anagnia, nobiliori eiusdem prouincia ciuitate, patre de comitibus Signiæ felicis memoriæ dominum Innocentium Papam III. consanguinitatis tertio gradu attingens, matre vero de potentioribus Anagninis exortus. forma decorus & pernenustus aspectu, perspicacis ingenij, & fidelis memoriæ prærogatiua dotatus, liberalium * atque virinsque iuris peritia eminenter instructus, flauius eloquen-*

Honorio succedit in pontificatu Gregorius IX.

Illius genus ac patria.

* artium

tiæ

Eiusdem virtutes ac munera

tia Tulliana, sacra pagina diligens obseruator & doctor, zelator fidei, disciplina virtutis, rectitudo iustitia, solatium miserorum, religionis planator & cultor, castitatis amator, & totius sanctitatis exemplar: de capellania domini Innocentij Papæ III. in honorando collegio, in Cardinalem S. Eustachij modica interiectione promotus, non multo post in Ostiensem episcopum ordinatus. Et sane ipsum ex episcopo Ostiensi creatum Pontificem in compertò est apud omnes tum veteres tum recentiores auctores: ornant cæteras eius laudes Pœnitentium & Minorum sacra instituta confirmata, tum plura condita monasteria, de quibus auctor.

Optime de B. Francisco, & eius familia erat meritus.

14 *Apud Anagniam vero, ad gloriosæ Virginis gloriam, in paterno prædio Florensis ordinis dictum de Gloria nobile monasterium statuit, stipe magnifica decoratum, & pingui possessione dotatum, ibidem aliud constituens in B. Martini confessoris honorem. In Velitrensi diœcesi venerandum monasterium de Myrteto: in porta ciuitatis Anagniæ ad vsum pauperum hospitale multarum possessionum largitione dotatum erexit. Graues Romanorum discordias, per quas multorum excidia timebantur, ad insperatæ pacis concordiam futurus pius pater solicitudine reducebat, ciuitatem Ostiam turribus muniuit & muris, sumptibus & laboribus magnis, de manibus occupantium potenter ereptam.* Pergit vitæ scriptor de ipso dicere.

Vt electus fuerit Rò. Pontifex.

15 *Qui tandem defuncto piæ memoriæ Honorio III. sexta feria, hebdomade vero maioris quadragesimæ quinta, de communi, & impræmeditata fratrum concordia, non minus electione canonica, quam diuina inspiratione, lacrymabili, & clamosa contradictione recusans, inter votiuas eligentium manus, pia vestium laceratione græssatus, in domo B. Gregorij, Gregorius eius imitator assumitur apud septem solia.* Locus ille septem solia appellatus, vti Baronius a docet, erat ex aduerso templi S. Gregorij inter montem Palatinum, & cliuum Scauri longo, ac multiplici columnarum ordine exornatus, septem desuper impositis soliis, quibus celsæ turris species exhibebatur; in cuius vertice eminebat ecclesia, quemadmodum in mole Adriana S. Angeli templum olim situm erat, eademque nuncupata S. Luciæ ad septem solia inter Vrbis diaconias numerabatur: *Summi Pontificij * solium fratrum instantia desuper ascendens, demum vero Romanis exultantibus populis ac clero iubilante præ gaudio, irruentibus etiam caternatim vtriusque sexus hominibus, pontificali decoratus infula, in Lateranensi palatio magnifice cathedratur. Tum lugubres vestes mutauit ecclesia, & vrbis semidiruta mœnia pristinum receperunt fulgorem.* Ijs de Gregorij electione consensu omnium, ipso summa vi resistente, respondent illa, quæ Pontifex idem in literis enarrat. Cæterùm S. Franciscum, iam ante ipsi sacræ Minorum familiæ dilatandæ studiosissimo præcixisse, ad summam pontificatus dignitatem euocatum iri, S. Bonauentura, S. Antonius b, alijque tradunt: De pallio vero, ac thyara duplice corona raciente, & ducta equestri pompa vitæ auctor hæc addit.

a Bar. to. 12 ann. 1084. nu. 5.

Vt pontificis

Ea dignitas antea a D. Franc. illi præfagita.

b Antonin. 3 part. tit. 19 c. 3 De accepto ab eo pallio.

16 *Sequenti autem dominica die sanctissimi Benedicti, pater benedictus prælatorum comitatus obsequijs, assistente innumerabili multitudine Romanorum in principis Apostolorum basilica venerandus princeps magnifico suscepit tripudio, ex Apostolicæ sedis more, susceptit pallium pleno potestatis insigne: itaque missarum peractis solemnibus summus Pontifex gemmis circumtectus & auro, ad palatium Lateranense processit. Die vero resurrectionis dominicæ subsequentis missarum mysterijs in Virginis gloriosa basilica solemniter celebratis reuertitur cum tripudio coronatus. Feria quidem secunda in albis in prædicta Petri basilica, dominis missarum officijs reuerenter expletis duplici diademate coronatus, sub fulgoris specie in Cherubins transfiguratus aspectum, inter purpuratam venerabilium Cardinalium, clericorum, & prælatorum comitiuam innumeram, insignibus papalibus præcedentibus, equo in phaleris pretiosis euectus, per almæ Vrbis miranda mœnia, pater Vrbis & orbis deducitur admirandus. Hinc cantica concrepant, inde præconia populi iubilantis exurgunt, & per vicos singulos clamosum resonat* Kyrie eleyson. *Aureis argenteisque platea distinguitur tapetis, pictis in Ægypto constrata, & tinctis Indiæ coloribus ordinate compositis, diuersorum aromatum suauitate fragrabat. Tubarum clangore turba concutitur, se certatim mutuis clamoribus exhortando, iudices & tabelliones cappis fulgebant sericis, aureis vestibus legione procerum decorata. Græcorum atque Hebræorum caterua non modica, Christi vicario suis * linguis & ritibus laudis munia persoluebant, & pueriles linguæ garrulitas procaci festinitate cantabat: sicque incredibili multitudine populi cum palmis & floribus præcedente, senatore ac præfecto vrbis almifica non equis euectis, sed pedibus pontificalis equi lora trahentibus, sub arcuatis plateatum ordinibus micantium syderum imitantibus speciem, sanctissimus Pontifex perducitur ad patriarchium Lateranense.* Solennis hæc pompa, qua Romani nouum Pontificem a basilica Vaticana Lateranum sunt prosecuti, celebratæ præteritis temporibus in pari casu magnificentiæ a Cardinale Baronio descriptæ similitudinem extitit, vt perspicere facile poteit, qui eius annales euoluerit.

Vt diplici diademate fuerit redimitus.

* Idiomatibus

Que pompa Lateranum deducitur.

17 Cæterum Gregorius, vbi primum pontificatum auspicatus est, Christiani orbis præsules, vti mos erat, de sua electione certiores fecit suis literis, quarum præcipuam partem asserimus.

De sua promotione encyclicas literas mittit.

Gregorius, &c. Bonæ memoriæ Honorius Papa prædecessore nostro xv. kal. aprilis soluto debito carnis, de præsenti sæculo nequam erepto, & incrastinum iuxta morem celebratis exequijs, & ipsius corpore ad tumulum deportato, vnà cum fratribus nostris ad eligendum conuenimus successorem: & missa, vt moris est, in honorem sancti Spiritus deuote, ac solemniter celebrata, post aliquantulum tractatum de substitutione Pontificis, omnes pariter ad imbecillitatem nostram, quasi diuinitus inspirati, oculos direxerunt, & nobis renuentibus, & inuitis cum multa instantia, & etiam violentia conati sunt humeris nostris imponere onus illud; cuius grauitatem pertimescendo non modicum non posse portare, licet sufficere fuerimus plurimum reluctati, metuentes tamen ne videremur inspirationi diuinæ resistere, tandem submisimus humeros ad portandum sperantes in eo, qui iugum suum suaue misericordia tua facit, & onus leue præ dulci charitate quod ipse, qui vota fratrum aspirando præuenit, adiuuando etiam prosequetur, &c. Ipsis narratur, vt gubernandis ecclesijs ac saluti animarum procurandæ strenuam operam nauent: tum præcipit, vt intentata censurarum religione omnes crucesignatos ad incundum iter Ierosolymitanum perpellant:] *Dat. Laterani x. kal. aprilis pontificatus nostri anno* 1.

Quo die obierit Honorius.

Vt electus fuerit Gregorius.

Nil

Mittendæ expeditioni ad recuperandam terram S. incumbit.

18 Nil porro altius Gregorij menti impressum, quam bellica vndique contracta auxilia, ad loca sancta aduersus Mahumethicæ fœditatis, impietatisque sectatores mittere; propterea que Fredericum Imperatorem ad Syriacam expeditionem vrsit.

19 Adhortatus etiam est cæteros principes ac maxime Francorum, Anglorumque Reges, vt auxiliares copias mitterent [a], atque eam ob causam, nimirum vt omnia sacræ expeditionis impedimenta amoueret, ad firmandam pacem omni studio incubuit: ad quam Fridericus Insubresque, Honorij prædecessoris sui diligentia adducti fuerant, quemadmodum anni huius exordio vidimus, ac literæ docent a Friderico [b] Mesianæ kal. februarij datæ.

[a] *Ib. cp. 3.* Submouēdis ijs quę disturbare sacram expeditionē possent incumbit.

[b] *Greg. l. 1. ep. 11.*

20. &c. Ad Fridericum vero ipsum Gualonem Prædicatorum familiæ alumnum misit Pontifex, vt consilia sua exponeret, elegantibusque ac grauissimis literis a voluptatum corporearum vinculis se expedire, & animum ad mentis delicias traducere, tum ad Christiani Imperatoris partes egregie obeundas hortatus est, atque intinctibus cælareis designata mysteria ita expressit [c].

Friderici ad pietatē hortatur.

[c] *Lib. 2. ep. 142.*

Friderico Imperatori.

21 Quinque insignia imperialis celsitudinis culmini deputata, cum ipsorum mysterijs cupimus stylo ferreo in cordis tui vngue adamantino depingere, quod nulla possit oblivione deleri. Crux vbi est lignum Domini, & lancea vbi clauus eius confixit, ante te in processionibus solemnibus deportantur: coronam auream cum lapidibus pretiosis gestas in capite, sceptrum in dextera, pomum tenes aureum in sinistra: vt crux Dominicæ passionis, & memoria acerbissimi cruciatus tibi semper ante oculos mentis tuæ incontumelijs verborum, iniuriarium opprobrijs flagellis, & plagis, lacerationc spinarum, transfixione clauorum; prudenter attendens in quantis te oporteat Domino respondere. Lanceam considera diligenter, cuius acumen latus eius aperuit, de quo Christus largiter sacramenta tuæ salutis effudit: fixa est porta angusta, quę te ducit ad vitam, de qua non substantia solida, sed liquor tantum exiuit, vt dolor acutus sit in te, & veræ contritionis acumen, quod est clauis, quæ portam tibi aperit paradisi, quam non potest intrare solidum aliquid, nec anima indurata, sed liquefacta in fornace amoris, & camino feruidæ charitatis.

Imperialiū insignium mysteria explicat. Quid signi ficet crux.

Quid lancea,

De triplici corona qua exemplo Christi fuit redimitus.

23. &c. Corona autem triplici coronaris, sicut & Christus extitit triplici diademate coronatus, a matre, nouerca, & a patre: a matre corona gratiæ, per quam infirmitatem nostræ mortalitatis assumpsit: a nouerca corona iustitiæ, per quam genus humanum sanguinis pretio sui redemit: a patre corona gloriæ, ad dexteram enim suam ipsum in regno gloriæ collocauit. Tu autem similiter in Germania coronaris a matre, cuius lacte nutritus es, & feliciter educatus, corona gratiæ, quam non ex debito iustitiæ, sed ex libera electione principum nosceris assecutus: a nouerca coronatus es in Liguria, quæ solet aliquando in imperio nouercare, corona iustitiæ, quæ debetur iuris necessitate: tertia coronaris a patre, scilicet summo Pontifice, quæ est gloriæ, quæ te omnibus mundi potestatibus anteponit, vt gloria, & honore super omnes mundi principes sublimeris. Coronam igitur gratiæ portes in hoc exilio, vt corona iustitiæ tibi in iudicio reponatur, & examinandus a iudice sermones tuos in præsenti disponas, quibus ad arguentem te valeas respondere; & tandem corona immarcessibilis gloriæ coroneris in regno, quod nunquam vllo tempore corrumpetur. Sceptrum iustitiæ portes in dextera, quæ grauis est ad puniendum iniquos: in sinistra pomum aureum initio carens & fine, quod est misericordiæ, cui regnum promittitur sempiternum; quæ extenta debet esse ad liberandum oppressos, & miseros consolandos, quia iudicium sine misericordia multum destituitur, si vnum sine altero teneatur.] Pijs Pontificis votis non respondit Fridericus; florentissimum enim cruce insignitorum exercitum dissoluit, ne fœdas delitias, in quas se totum effuderat, ad suscipiendos pro Christo labores bellicos, abijcere cogeretur.

Sceptrum iustitiam denotat.

Pomum aureū misericordiā designat.

26 Peruenerat in Apuliam mense iunio, vt Richardus narrat, Lantgrauius Thuringiæ præpotenti succinctus exercitu, quem e Germania eduxerat, vt terræ sanctæ subsidio proficisceretur: confluxerat etiam ex alijs regnis ac prouincijs magna militum multitudo, adeo vt ex sola Anglia ad sexaginta millia profectos dicat Parisius: agebantur enim diuino ardore, visis cœlestibus, prodigijs, de quibus auctor ait: *In nocte*, inquit, *natiuitatis B. Ioannis Baptistæ ostendit se Dominus in firmamento crucifixum, quod perspicue apparuit in cruce lucidissima corpus dominicum clauis & lancea perforatum, nec non cruore respersum, vt fidelibus suis patenter ostenderet Saluator mundi ex hac populorum deuotione se fuisse propitiatum.* Cœlestia huiusmodi visa pluribus alijs obiecta narrat auctor idem, & consimilia etiam Vrspergensis [b], Stero, & Godefridus [c] recensent: vt vero susceptæ de recuperanda terra sancta spes omnium expectationem fefellerint, prosequamur.

Lantgrauius Thuringiæ cruce insignitas copias in Apuliam ducit. Innumeri fideles accingunt se itineri.

[a] *Parisius.*

Obiecta in cælo Christi in cruce pendentis imagine excitantur

[b] *Vrsperg. in chron.*

[c] *Stero & Godefr. in annal.*

27 Afflixit admodum Christianam rem Ludouici Lantgrauij eximij ducis mors improuisa, & epidemia, quæ exercitum crucesignatorum ex parte depasta est; de qua hæc Richardus: *Pars crucesignatorum non modica in Apulia, superueniente infirmitate, cecidit per mortis occasum. Imperator tamen cum Lantgranio & reliquis crucesignatis se parat ad transitum, ita quod in die natiuitatis B. Virginis a Brundusio transfretans venit Hydruntum, & spem faciens iis, quos præmiserat, de transitu suo, morari apud Hydruntum ex causa necessaria voluit.* Fuisse has notarij principis artes constat, qui inani spe suspensa Christiani orbis vota eludebat, atque interius illustrabitur moras illas funestas duxisse, vt occasionem dissipandæ expeditionis aucuparetur, vti contigit [a] quam sceleris maculam idem auctor, irrato erga suum principem studio tegere, & facinus colorare nititur; subdit enim: *Vbi*, Hydruntī nimirum, *casu accidente dictus Lantgrauius obijt, & ipse tunc Imperator, sicut disposuerat, superueniente ægritudine non transiit.*

Verſæ in contrariū fidelium spes.

Epidemia in exercitu grassatur.

Fridericus profectionem procrastinat.

[a] *Parisius.*

Fingit morbum votumque infringit. Lantgrauij mors.

28 Non fuit vera hæc, sed simulata Friderici ægritudo; immo tulit fama ipsum veneno interemisse Lantgrauium, atque exercitum crucesignatum in locis, in quibus corruptus erat aer, detinuisse eo consilio, vt grassantibus ex intemperie morbis dissolueretur, ipseque perfidiam suam in casum inopinatum detinaret, vt gestorum Gregorij scriptor tradit, cui etiam com-

Veneno sublatus creditur.

pilationis chronologicæ auctor consentit, Ludouicum Lantgrauium veneno sublatum percrebuisse.

Gregorij in perfidâ principem iustâ irâ.

29 Cognita Friderici consuetis artibus, simulatoque morbo Ecclesiæ severitatem eludere meditantis perfidia, Gregorius periurum principem anathemate se denunciasse pronuntiauit, non iræ ardore, vt subijcit Richardus, sed pio iustitiæ studio accensus; *Festo S. Michaelis archangeli*, inquit vitæ scriptor, *in maiori ecclesia, pontificalibus de more indutus, assistentibus venerabilibus fratribus Cardinalibus, archiepiscopis, episcopis, & aliarum ecclesiarum prælatis, sermonem exorsus est huiusmodi; Necesse est, vt veniant scandala, Cum archangelus de dracone triumphans, &c. Fridericum Imperatorem frequenti monitione præmissa votum exequi recusantem excommunicatum publice nunciauit. Qui sententiam excommunicationis a felicis memoriæ Honorio Papa III. latam, cui * publice se subiecit, incurrerat pro eo quod voluntarie signo crucis assumpto in terra sancta subsidium termino, quem sibi præfixerat * ante S. Germanum in venerabilium patrum Pelagij Albanensis episcopi, & Gualonis tituli S. Martini presbyteri Cardinalium manibus proprio iuramento firmato, iuxta imperialem, prout tenebatur, magnificentiam non transiuit.*

Solemni ritu denunctum anathemate pronûciat.

* spontè

* apud

30, &c. De Friderico anathemate ob periurium insigne irrito agunt hoc anno Conradus Vrspergensis a, Richardus b, Henricus Stero c, Godefridus d monachus, Bernardus e, & alij; suntque de his apostolicæ Gregorij literæ ad Marsicanum, Thearinum, Pœnensem, Aprutinum, aliosque regionum illarum episcopos datæ f, quæ rerum ordinem ab sede Apostolica cum Friderico gestarum exponunt, principisque perfidiam omnibus ostendunt, & patefaciunt, ex quibus hæc decerpsi.

Scripsit lit. ad epis. cur censuris ipsum defixerit.

a Vrsperg. in chron. b Ric. de S. Ger. in chr. c Sicc. in ann. apud Can. antiq. lect. tom. 3. p. 350. d Godef. in annal. e Bernardus Rom. Pont. f Lib. 1. ep. 377.

34 *Gregorius*, &c. Cum ad eius frequentem instantiam multa crucesignatorum millia, per excommunicationis sententiam coarctata, in termino destinato ad portum Brundusij properassent, quia gratiam suam Imperator subtraxerat ciuitatibus fere omnibus in portubus constitutis, & idem a prædecessore nostro, ac nobis frequentius monitus, vt diligenter pararet omnia, & fideliter, quæ proposuerat, adimpleret, ipse omnium promissorum, quæ Apostolicæ sedi, & crucesignatis per literas suas fecerat de sponsione passagij, necessariorum & victus, & suæ salutis immemor, tandiu in æstiui feruoris incendio in regione mortis, & aeris corruptela detinuit exercitum Christianum, quòd non solùm magna pars plebis, verum etiam non modica multitudo nobilium, & magnatum, pestilentia, sitis ariditate, ardoris incendio, ac multis incommoditatibus expirauit. Inter quos defecerunt nobilis vir * Antegrauius, & episcopus Augustensis. Pars vero non minima infirmitate grauata regrediens in vijs, & siluis, montibus, planitijs, & speluncis occubuit iam ex parte. De Siffridi Augustensis episcopi atque Ludouici Lantgrauij pluriumque crucesignatorum lugubri morte agunt abbas Vrspergensis g, atque inter cæteros Theodoricus h in vita beatæ Elizabeth, qui omnibus sacramentis a patriarcha Ierosolymitano communitum pie animam efflasse ait, atque ad cœlestis Ierusalem portum cum in terrenam contenderet, peruenisse. Pergit Pontifex.]

Vt omnia sacramenta ac promissa infringeret.

Exercitum crucesignatum exitio exposuerit

* Lantgrauius

g Vrsperg. in chron. h Theod. l. 4 apud Sur. to. 5. die 19 nouem.

35 Sane reliqui vix Imperatoris obtenta licentia, licet galeæ, calendræ, ac naues sufficientes ad transitum victualium, hominum, & equorum, vt promiserat, non adessent, in festo tamen natiuitatis beatæ Virginis, cum iam temporis instantia immineret, vt naues a transmarinis partibus inciperent remeare, sulcare maria inchoarunt, se pro nomine Iesu Christi discrimini committentes, ac credentes Imperatorem comitaturum eorum vestigium secuturum. Idem vero euacuatis promissionibus, ruptis vinculis, quibus tenebatur astrictus, calcato timore diuino, contempta reuerentia Iesu Christi, censura ecclesiastica vilipensa, derelicto exercitu Christiano, exposita infidelibus terra sancta, deuotione populi Christiani abiecta, in summ & totius Christianitatis opprobrium, retrorsum abijt attractus & illectus ad continuas delicias regni sui, abiectionem corporis sui friuolis excusationibus, vt dicitur, gestiens palliare.

Qui super fuerant male instructi proficiscuntur

Fridericabiecta Christi causa delitijs se dedit.

Pontificis querelæ de Christiani exercitus.

36 Attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor Apostolicæ sedis matris vestræ, sic crudeliter, & toties decepta a filio, in quo locauerat in hoc facto fiduciam spei suæ, in quem tot beneficiorum abundantiam cumulauerat, dissimulans interim, ne occasione inuenta se auerteret a terræ sanctæ subsidio, exilia præsulum, spoliationes, captiuitates, & iniurias multiplices, quas ecclesijs, religiosis, & clericis irrogauit, & obaudiens querelas multiplices pauperum popularium, & nobilium patrimonij Ecclesiæ clamantium contra ipsum, quas in aures Domini Sabaoth credimus introisse. Et quamuis Romana ecclesia dilectat filium tanta educatum diligentia, & magnificentia exaltatum, nunc sic viliter sine marte victum, absque hoste prostratum, in tantæ confusionis opprobrium, tam ignominiosè deiectum, non mirus gemit exterminium exercitus Christiani, qui non inimicorum gladijs, vel virtute defecit, sed calamitate tam miserabili est consumptus. Gemit etiam, quod pars residua bellatorum exposita maris periculis, & fluctibus tempestatum, absque duce, præceptore, vel principe ducitur quò ignorat.

Deplorat Greg. occasione Frid. non receptas antea Ierosolymas

37. 38 Plangit insuper excidium terræ sanctæ, quam nunc eripi de paganorum manibus sperabamus, quam olim, vt asseritur, recuperasset exercitus Christianus per concambium Damiatæ; nisi ei semel & iterum imperialibus fuisset literis interdictum. Qui etiam non fuisset conclusus in manibus paganorum, si galearum Imperatoris subsidium tunc fuisset, vt ex parte sua promissum extiterat & fieri potuit, subsecutum; nec Damiata perdita, quæ, vt asseritur, suo tradita nuntio, & aquilis imperialibus insignita, eadem die crudeliter expoliata per suos deserta viliter ac ignominiosè per ipsos fuit infidelibus restituta. *Et infra*.

39 Porro ne tanquam canes muti non valentes latrare videamur deterre homini contra Deum, non sumentes vltionem de illo, qui tantam ruinam in Dei populo procurauit, Imperatorem Fridericum, qui nec transfretauit in termino, nec illuc in taxatis passagijs præscriptam pecuniam destinauit, nec cuxit mille milites per biennium tenendos ibidem ad suum pro subsidio terræ sanctæ, sed in his tribus articulis manifeste deficiens, in excommunicationis descriptæ laqueum vltroneus se ingessit, excommunicatum, quanquam inuiti, publice nuntiauimus, & mandamus ab omnibus arctius euitari, per vos & alios

Præcipit episcopi Friderici e cœtu fidelium pulsum, vt per iurium promulgent.

aliòs ecclesiarum prælatos ipsum excommunicatum præcipientes publice nuntiari, contra ipsum, si contumacia eius exegerit, grauius processuri. *Datum Anagniæ VI. idus octobris pontificatus nostri anno primo.* Fuere vero ex encyclicæ literæ [a], quas etiam Parisius affert anno sequenti.

a alb. ep. 178

Solicitatur ad pœnitentiam Sathi.

40. &c. Fridericus, vt pontificiam seueritatem eluderet, ad solitas artes confugit, misitque oratores ad Gregorium, qui tædium excutiarent: sed illorum fucos despexit Pontifex, nulloque imperatoriæ indignationis ac potentiæ terrore ad dissimulandam Christi, Ecclesiæ, ac sacrilegam iniuriam, frangi se passus est. Nec minus studij diligentiæque adhibuit, vt ipsum paternis monitis ad officium reuocaret: extant enim apostolicæ literæ [b], quibus ipsum adhortatur, vt in Ecclesiæ sinum sine mora reuertatur, tandemque funesta illa vincula abrumpat, quibus non sine increibili suo dolore tenebatur.

b lib. ep. 165

Despicit pontificia monita Frid.

45 Repulit ille paterna monita (vt verebatur Gregorius) & in deteriora prolapsus, veteribusque flagitijs nouis cumulatis, ira in Pontificem effundere, arcanaque contra eum & aculeatas literas calumnijs contumelijsque refertas spargere ac disseminare cœpit, quarum plures extant apud Petrum de Vineis, qui Friderico a secretis erat, ac nonnullæ a Parisio afferuntur, de quibus etiam Richardus meminit: ea vero apertæ falsitatis coarguuntur, non tantum ob illa, quæ Pontifex certissimis conspicuisque argumentis infersus afferendis demonstrat, verum etiam ob auctorum, qui illis floruere temporibus, fide dignissima testimonia, qui pene omnes Fridericum virijs inquinatissimum fuisse literis prodiderunt. Iam vero superius a nobis dictis Parisij cæteroquin Romanis Pontificibus iniquissimi, testimonium adducere visum, qui de expeditione sacra a Friderico turpiter deserta hæc ait: *Quod factum imperatoris damnasse nimis redundauit in dedecus, & in præiudicium totius negotij crucifixi. Ob hanc ergo causam iuxta multorum opinionem ostendat se, vt prædictum est, mundi Saluator in cruce clauis confixum & cruore consperssum populo Christiano; quasi singulis & vniuersis super iniuria sibi ab imperatore illata quereretur.*

Literas in Pontificem dacijs, & calumnijs refertas spargit.

Grauc Parisij aduersus Frid. testimonium.

46 Proditaitaque a Friderico Christi causa dissoluta que expeditione, orientales Christiani animis consternati perhorruerunt, atque ex ijs, qui ex varijs partibus concurrerant, aduentus Imperatoris spe defraudari, vltra quadraginta millia lectissimorum militum in ijsdem nauibus, in quibus venerant, recesserunt. Cumque cæteri ad reditum se compararent, nisi induciæ cum Saracenis abrumperentur; habito militari consilio, cum hinc non leue periculum, si lacesserentur hostis, immineret, inde metus non abesset, ne redeuntibus crucesignatis barbari in Christianos incurrerent; tum etiam rei bene gerendæ occasionem Saracenorum discordia præberet Coradino ab Alapia Hamani & Camele soldanis bello appetito, demum re mature discussa deliberatum est Ierosolymas tentare: prius vero Cæsaream, deinde Ioppem magnis operibus muniendas, vt ijs arcibus firmatis, instructisque omnibus necessarijs, ac sequenti æstate nouis ex occidente viribus collectis in barbaros, ad recuperandam sanctam ciuitatem, crucis signa attollerentur. De quibus omnibus Ierosolymitanus patriarcha, qui ad eam sedem e Valentina ecclesia traductus a hoc ipso anno fuerat, idemque sedis Apostolicæ legatus creatus, Cæsariensis, Nazarenensis, & Narbonensis archiepiscopi, Vvintoniensis & Exoniensis episcopi, ac religiosorum equitum magistri literas ad Gregorium misere [b], quas ipse in alijs ad Christifideles missis inseruit, omnesque ad induendam crucem inundumque iter excitauit.

Deiectus Syriæ res.

Maxima crucesignatorũ pars in occidentem reuertitur.

Alij de inuadendis Saracenis deliberant.

a Eod. l. 12 ep. 56.

b Extant apud Par. hist. Angl.

47 Scripserat etiam antea alias ad redintegrandam sacram expeditionem ad Germanos principes literas, quibus pari studio ipsos hortatus est, vt eo maioribus animis ad arma ad fidem defendendam prosilirent, quo magis illius causa a Friderico, in quo Ecclesia spem suam collocarat, deserta afflictaque videatur, & crucis hostis petulantius insolescat: æquitati ac rationi consentaneum esse, vt quam a Deo vitam accepere, pro ipsius amore, amplificandaque eius gloria generose profundant; terramque sanctam Christi sanguine imbutam olim, & consecratam, in pristinam restituant libertatem.

Greg. fideles excitat ad sacrum bellum integrandũ.

48 Cum in Germaniam defluxerit oratio, nonnulla nobis de beata Elizabeth, quæ ibi, vt pulcherrima sanctitatis gemma emicabat, atque in viri obitu maxima virtutis exempla præbuit, dicenda sunt. Cum nuntij in Thuringiam Ludouici Lantgrauij Turingiæ, eiusdemque Hassiæ & Saxoniæ principis ac palatini comitis mortem attulissent, prudentissime consultum est, ne temere tam acerbus casus vxoris aures feriret, quare satius visum, ad tam graue nuntium opportuno solatio deliniendum, vt Lantgrauij mater Sophia, quæ filium extinctum lugebat, nurui nuntium referret. Quæ varijs illam verbis permulcere cœpit, bonoque animo iussit esse, si quid aduersi viro contigisset. Quæ verba Elizabeth de viri captiuitate interpretata forti animo subiecit [c]: *Si captiuus detinetur frater meus*, his enim verbis mollioribus eum appellabat, *spero diuina ac nostra, & amicorum opera liberatum iri. Cui Sophia: Extinctus est. Tunc illa ingenti dolore percita exclamat: mortuus, mortuus ergo mihi pariter mundus, ac pereunt quidquid in mundo mihi adblandiri possit*; ac mox præ dolore, emota mente, ingenti vlulatu lacrymisque effusis, palatium in quantam excurrebat longitudinem celerrime eundo, parieti adhæsit, e quo secutæ eam matronæ madentem lacrymis, tristissimas voces abrumpentem auulserunt. Nec multò post Henricus defuncti Lantgrauij frater, per summum nefas, non modò principatum nepotibus debitum inuasit, verum & illam eiectam palatio ad summam inopiam redegit.

De B. Elizabeth.

c Theod. l. 4 c. 1 apud Henr. Canis. antiq. lect. to. 5 pag. 176.

Vt viri mortem luxerit.

A Ieuirovna cum filijs turpiter ejicitur

49 Deturbata ex rerum florentissimo statu in abiectissimum Elizabeth, non excidit animo, sed prima ipsa nocte, qua pulsa fuerat, sese ad Minorum ecclesiam contulit, exorauitque, vt illi, *Te Deum laudamus*; decantarent, quasi in tam atroci rerum conuersione triumpharet. Quæ vero postea acerbissima incommoda, ac mala perpessa fuerit, vtque reuersi viri pramebiles, qui cum Lantgrauio sacram expeditionem susceperant, acriter in Henricum inuecti, compulerint Elizabeth palatio excipere, quæ tandem spretis mundi opibus fronte ijs sese exuit, & in pristinam egestatem collapsa mundanorum hominum ludibrijs fuerit appetita, eius vitæ auctor Theodoricus est pluribus prosecutus, subditque: *Dominus Papa Gregorius IX. apostolicis eam scri-*

Mira illius patientia.

Seculi pompam despicit.

In cliente Iam Apost. sedis suscipitur.

ptis consolans, sanctorum quoque exempla ei proponens, & vitam æternam pollicens, ipsam ad castitatis perseverantiam, & patientiæ constantiam benigne, ac paterne hortabatur, personam ipsius, & bona sub protectione sedis Apostolicæ recipiens speciali; qui etiam magistro Conrado sacerdoti deuoto, & viro coram Deo & hominibus comprobato, eam suis literis diligentius recommendans, eandem sibi instituit defensorem. Vt verò sanctissima mulier ijs aduersis rebus non dejecta, sed ad celsissimum pietatis Christianæ apicem fuerit excitata, atque ob vitæ merita, & insignia miracula sanctorum numero adscripta, suo loco dicetur,

Cumani ad fidem Christianã conuersi.

50. 51 Cæterum spectat ad Hungariæ gloriam non modo beatam Elizabeth tulisse, verum etiam Cumanos Strigoniensis archiepiscopi opera ad Christum pellectos esse, ac luce euangelij collustratos, Traductum ad Christi cultum a gentilitia superstitione fuisse Bratum ducem Cumanorum vna cum pluribus barbaris a S. Dominici alumnis, refert Surius a: initiatum etiam fuisse baptismalibus sacris ducem Bemborch vna cum mille familiæ suæ viris, eundemque ducem discessurum e viuis felicem Christianorum sortem insigni prodigio conspexisse; *Cum postea*, inquiunt acta manuscripta, *supremum traheret spiritum dixit ad fratres, qui illi morienti aderant: Discedant a me Cumani omnes a fide Christi alieni; video enim circa illos dæmones terribiles: soli fratres maneant & Cumani baptizati, conspicio enim apud me fratres martyrio affectos, qui me expectant, vt secum perducant ad gaudia, quæ prædixerunt; atque his dictis cum ingenti lætitia spiritum tradidit.* Ex Cumanorum conuersionis ad Christum optatissimo nuntio gaudio completus Pontifex his literis b archiepiscopo est gratulatus,

a Surius. 8. in vit. S. Dominici ex cod. M.S. Ducis Cumanorum pia mors.

Obiectum morituro cœleste visum.

b Lib. 1. ep. 39.

Gregorius, &c. Nuper per literas tuas nobis transmissas accepimus, quod Iesus Christus Deus, ac dominus noster, super gentem Cumanorum clementer respiciens, eis saluationis ostium aperuit his diebus: aliqui enim nobiles gentis illius per te ad baptismi gratiam peruenerunt, & quidam princeps Boriz nomine de terra illorum cum omnibus sibi subditis per ministerium tuum fidem desiderat suscipere Christianam; propter quod vnicum filium suum vna cum fratribus prædicatoribus, messis dominicæ operarijs interra prædicta, adire specialiter destinauit, &c. *Dat. Anagniæ 11. Kal. Augusti pontificatus nostri anno primo.* Hæc Pontifex; qui pari studio adducendorum ad Christum septentrionalium infidelium in literis ad Vvratislauiensem episcopum datis Syvantopelkum laudibus commendauit c ob extructas Prædicatorum familiæ alumnis ædes in vrbe, cui Gdank nomen est, vt in finitimos barbaros ad subijciendos illos Christi imperio velut ex arce quadam excurrere possent. Laudatur etiam Syvantopelkus ob pium illud factum a Longino d: sed pariter ob cruentam ab eo in suum principem factam conjurationem, ac scelere partam sibi Pomeraniam in crimen vocatur,

Ex de re lit. ad Strigon. archi.

c Lib. 1. ep. 31.

d Longin. l. 7. hist. Pol.

52 In Gallijs erupit hoc anno fœderatorum principum, Hugonis nimirum Marchiæ, Theobaldi Campaniæ, ac Petri Britanniæ comitum aduersus Ludouicum Regem coniuratio. Ferebant illi iniquo animo Regi puero subesse, cuius etiam consecrationis regiæ pompam cohonestare, fideique sacramento se illi addicere recusarant:

Nang. in gest. S. Lud. Mota a nonnullis procerib. in D. Lud. rebellio.

tum indignabantur Blancham Reginam, Hispanam genere, regnum administrare: sed breui illa principum audacia concidit; generoso enim ardore accensus regius adolescens Romano legato apostolico, ac Boloniæ comite patruo stipatus, antequam factio coaleseeret, in rebelles mouit, Campaniæ comitem illius adnentu territum ad officium adegit; dein Marchiæ ac Britanniæ comitibus, vt iuris ordinem seruaret, diem dixit, qui cum initio non paruissent, tertiò repetito eodem imperio, sibi metuentes obtemperarunt.

Illius virtute ac felicitate cõprimuntur

53. &c. Cum felicibus initijs Regis Ludouici potentia se efferret, Anglorum Regem, qui fœdus cum ijs proceribus inierat, ingens metus inuasit, ne reliquam Aquitaniam ipsi Gallus eriperet; cum præcipue eò plurium vergerent consilia, bellum in Anglos ad ipsos e rota Galliæ deturbandos verrendum videri. Quod cum præsensisset Gregorius, qui Anglorum Regem Ecclesiæ stipendiarium tuebatur, vt amissa recuperaret, Ludouicum ab eo consilio abducere suis literis est conatus, atque ad restituendas Anglis prouincias, quæ a patre comparatæ fuerant, solicitauit a; cui tamen ob ærarij difficultates attributæ ab eo sunt sacerdotales decimæ, quæ Ludouico VIII. Albigensis belli causa decretæ fuerant, cum maxime Narbonensis Galliæ hæretici tumultuarentur; ad quos obterendos nouus Rex studia & arma deuouerat.

Anglis erroris est,

Abducere eũ nititur a bello Angl.

a Lib. 1. ep. 86.

61 Receperant autem hæretici ex morte Ludouici VIII. strenuissimi domitoris animos, atque huius anni mense februario Guidonem comitem Montisfortis, Simonis illius præclarissimi fidei defensoris, cuius tot egregia prælia narrauimus suis locis, fratrem illiso in caput malleo prope Apamiæ, vt deplorat Bernardus, interfecerant.

Guido e MontefortiabAlbig interimitur.

62. &c. Susceptam vero a parente sacri inhæreticos gerendi belli prouinciam persecutus S. Ludouicus, multis secundis prælijs Albigenses Hymberti de Belloioco ducis opera, cui plures præsules se coniunxere, fatigauit. Cum vero Hymbertus munitam a Raymundo arcem obsidione cingeret, faceta hæc historia contigit, quam Bernardus narrat: *Erant in exercitu ex parte Regis & Ecclesiæ cum domino Hymberto dominus Petrus Amelij archiepiscopus Narbonensis, & dominus Fulco episcopus Tolosanus, quem quodam die transeuntem cum pluribus circa villam, illi de intus clamantes diabolorum episcopum infideliter vocitabant. Dicunt enim hæretici infideles catholicos & ministros Romanæ ecclesiæ esse diabolos, & ipsam Ecclesiam sathanæ synagogam. Et tunc qui cum ipso erant: Audistis, inquunt, quia vos appellant diabolorum episcopum? vtique respondit episcopus, & verum dicunt, quoniam ipsi sunt diaboli & ego sum episcopus illorum.* Addit auctor b, vt catholicorum virtute edomita fuerit obsessorum impudentia, arceque expugnata arce hæreticorum diaconus ac socij in ignem conjecti fuerint; deinde instructis agminibus catholici ad Tolosanum agrum vastandum, vineasque extendendas fuerint progressi. Quæ clades Tolosanorum animos ac superbiam admodum fregit. Non silenda vero nostrorum pietas, qui singulis diebus summo mane, antequam tractarent arma, pie diuinis mysterijs intererant; & optime quidem, cum sæpius edocuisset experien-

Quæ gesta in Albig.

Hæretici rebelles in præsules insolentiæ.

Reprehensi facete in ipsos verborum cõtumelia.

b Bern. in chron. Tolosanus ager vastatur a catholicis.

Mysterijs diuinis quotidie interesse quantum prosit.

rientia precibus magis, quam armis hæreticos debellari.

IESV CHRISTI
Annus 1228.

Initit. I.

Gregorii PP. IX. Friderici II. Imp. Occ. 9. annus 2. Roberti Imp. Orient. 8.

1. a *Gregorius, inquiunt eius acta, prælatorum Lombardiæ, Tusciæ, totius patrimonij, ac Apuliæ & aliorum, qui pro suarum persecutione causarum ad curiam venerant, conuocata ad concilium multitudine, post habitu profundi sermonis decursum: Quis mihi tribuet auditores, &c. respondentibus singulis vota sua... qualiter contra dictum imperatorem procederet, ordinauit, &c.* At quomodo summus Pontifex in Fridericum anathematis sententiam in cœna Domini tulerit, docent eius literæ ad Apulos præsules missæ, quibus refert quantam operam diligentiamque sedes Apostolica adhibuisset, quo illum ad officium adduceret, vti continentibus totius orbis Christiani votis, tandiu expetitam, orientisque afflictis rebus restituendis adeo permeceſſariam expeditionem conficeret, vtque ille iuramento, quo se ad eam suscipiendam alligarat, violato, alijsque grauissimis flagitijs cumulatis, ex Ecclesiæ pijssimis manibus, in suum caput excommunicationis fulmen excorserit, quarum exemplum a. infra scriptum est.

Frid. anat. percellitur in concilio a Greg. celebrato.

a *Greg. l. 1. ep. 180.*

2 *Gregorius, &c.* Nos olim viso, quod Fredericus Romanorum Imperator salutem propriam negligebat, dum salubre votum, quod Deo vouerat additis iuramentis, detrectabat exoluere, non sine detrimento fidei, & graui scandalo totius populi Christiani: *Et infra.*

Quas ob causas cēsuris fuerit deſixus. Ob nō ſer natum trāſfretandi ſacramentū. Violata promiſſa quibus in eo caſu ſe adſtrinxerat.

3 Ne videremur deferre homini contra Deum, ecce iustitiam in iudicium conuertentes, in proximo præterito festo cœnæ Dominicæ, in prædictum Imperatorem excommunicationis sententiam solemniter duximus promulgandam, tum pro eo quod, vt præmissum est, non transfretauit in subsidium terræ sanctæ, nec promissum numerum militum in expensis suis venuit, vel transmisit, nec pecuniam quam promiserat destinauit; tum quia venerabilem fratrem nostrum Tarentinum archiepiscopum ad sedem propriam accedere non permittens, eum populum suum non patitur vilitare; tum etiam quia Templarios, Hospitalarios bonis mobilibus & immobilibus, quæ habebant in regno, tenere spoliauit; & quia compositionem factam inter ipsum, & comitem Celanensem, & Raynaldum de Auersa, pro cuius obseruatione Romana ecclesia ad precum eius instantiam fideiussit, seruare contempnit, & quia comitem Rogerium crucesignatum sub Apostolicæ sedis protectione receptum, comitatu, & alijs terris indebite spoliauit, & filium eius in captiuitate detentum ad mandatum apostolicum sæpius iteratum reddere denegauit.

Tarentinus arch. ſua ſede eiectus Spoliatos bonis Templarios. Fractas cō dita leges cum Rayn. & Cel. com. initas.

Rogerium comitem contra fidē oppreſſum Intentatam hæreticorū pœnæ ſi ſacrorū interdictū violarit.

4 Adiecimus quoque, vt loca qualiber, ad quæ ipse peruenerit, ecclesiastico subiaceant interdicto. *Et paulo post:* Illud etiam non duximus omittendum, quod si de cætero se officijs diuinis ingesserit, contra eum tanquam contra hæreticum, & clauium Ecclesiæ contemptorem, seueritate debita procedemus. Et ab ecclesiarum, & ecclesiasticarum personarum oppressionibus non desiterit, aut non cessauerit a communicatione ecclesiasticæ libertatis, vel excommunicatione contempta, redire non curauerit ad mandatum Ecclesiæ, omnes qui sunt ei fidelitatis iuramento astricti, & specialiter homines regni, a iuramento, quo sibi tenentur, absoluemus & denuntiabimus absolutos, quia iuxta decretum felicis recordationis Vrbani Papæ II. prædecessoris nostri, fidelitatem, quam homines Christiano principi iurauerint, Deo eiusque sanctis aduersanti, & eorum præcepta calcanti, nulla auctoritate persoluere cohibentur. Et si non cessauerit ab oppressione pupillorum, orphanorum, & viduarum seu nobilium & aliorum hominum regni vel eius destructione, quod ad Romanam ecclesiam specialiter noscitur pertinere, pro quo etiam prædecessoribus nostris & ecclesiæ Romanæ iuramentum fidelitatis exhibuit, & homagium præstitit; merito poterit formidare, se iure feudi priuandum. Ideoque vniuersitatem vestram monemus attente, per apostolica vobis scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus singuli prædictam sententiam solemniter publicantes denuntietis eam singulis diebus dominicis, & festiuis.]

Iuribus regni Sicil. eccl. vectigalis exitum iri.

5 At Fridericus anathemate a summo Pontifice percussus, non est reuersus, vt in Isaia, a legitur, ad percutientem se; sed odio iraque efferatus, noua in eius perniciem moliri cœpit, ac magnis muneribus & maioribus promissis ad studium sui perduxit nonnullos Romanos, qui exuta omni verecundia Christi vicarium, dum in basilica S. Petri sacrum faciebat, sibilis appetiere, ac verba insana in eum effuderunt, vti pontificia acta lugent. Quamuis autem huiusce modi tumultus paulo post compressus videretur, crescente tamen Friderici persecutione, nouis seditionibus commotus, Pontifex ex Vrbe discedere compulsus est: quæ eius temporis scriptor Richardus b paucis est complexus; Conradus vero abbas Vrspergensis c, qui similiter ijs temporibus viguit, quamuis in superiorem annum conjecerit, fusius historiæ mandauit.

a *Isai 9.* Hæret. in pertinacia obſtinatus Frid. In Greg. Romanos concitat.

b *Rich. de S. Germ. in chron.*

c *Vrsperg. in chron.*

6 *Imperator conuocauit ad se de ciuibus Romanis potentissimos, & nobilissimos de familia eorum, qui dicuntur Frangentes panem, & de alijs, ad quos præcipue respectum habebat populus Romanus: habuitque cum illis tractatum, qualiter eos faceret vassallos imperij, & vt sibi faciant hominium, & fideliter assistant in omnibus causis. Iussit itaque eosdem sub certa æstimatione pretij & census computare, quantum valeant omnes res ipsorum immobiles, quas habebant in ciuitate, tam in ædificijs, quam in agris & vinetis, & mancipijs, & alijs rebus. Quo facto, omnes res illas dato pretio comparauit ab eis, & easdem res ipsis in feudum concessit, ratione fidelitatis, quam deberent sibi, & imperio. Quocirca ijdem reuersi, cum Papa rursus excommunicaret Imperatorem, fecerunt, vt a populo pelleretur turpiter extra ciuitatem; vnde apud Perusium eo anno & sequenti ibi permansit.* Quibus similia de Pontifice Vrbe pulso ac Perusium se recipiente scribunt Albertus Stadensis d, Matthæus Parisius e aliique post eos.

Qua arte ipſorum principuos corroperit

Eiicitur ex vrbe Pontif.

d *Stad. in chron. ann. 1229.*

e *Par. hiſt. Angl. ann. 1228.*

Perusium ſe confert

7 Qua vero ratione adductus Pontifex Perusium potius, quam ad ditionis Ecclesiæ locum

alium

diam sese contulerit, declarat ipsius vitæ auctor, dum ait maximas discordias in ea ciuitate fuisse concitatas: quas vt compesceret Gregorius, primum eam pronunciam Ioanni de Columna tit. S. Praxedis presbytero Cardinali dedit, ac postea eò ipse profectus, qua solebat charitate diuisos ciues amplexus, paternoque sinu exceptos conciliauit.

Missi ad Frid. viri religiosi vt paternis monitis ad ordinem adducant. a *Ib. ep. 19.*

8 Roma egressus Gregorius, vbi Reate peruenit, Fridericum persecutorem suum paternis literis a monuit, hortatusque est, vt sumpta improba consilia abijceret, duos se ex religiosa Minorum familia ad eum mittere, qui ipsum sanioribus præceptis imbuerent, atque ad mentem Christiano dignam principe induendam incitarent.

9 *Non multo post*, inquiunt acta, *paucorum comitatus vestigio, vsti nihilominus & iurauenti transgressor, non Imperator, sed verus pirata transiuit.* De eius transmarina profectione sit mentio in literis tum ab eodem Friderico b tum a magistro e. Ierosolymitanæ domus Theutem eorum ad Gregorium missis, aguntque abbas Vrspergensis d, Albertus Stadensis e, Godefridus f, Matthæus Parisius g, & Henricus Stero h, qui præterea tradit Augustam parturis doloribus oppressam decessisse e vitis, quod Australis chronici auctor etiam atque ante eos Richardus i affirmant. Pergunt acta: *Vbique hujusdem tregnis, immo collusionibus initis cum soldano, cuncta sancta, quæ longinquitus suspirabat aduentum, seruit ignominiosius Agarenis, quam prius violentia pathabat, consensu erant & auctoritate Imperatoris, & templo Domini spante traditio cultoribus Mahometi, pactum iniuit cum Assyrijs, sancta profituens cuilibet transeunti.* De his anno insequenti ex literis eiusdem anni regesto inferius erit agendum.

b *Ep. reg. Greg. 12. ep. 31.*
c *Ib. ep. 23. anno seq.*
d *Vrsperg. in chron.*
e *Stad. in chron.*
f *God. in ann.*
g *Paris. hist. Angl.*
h *Stero in annal.*
i *Rich. de S. Germ. in chron.*

Intime cũ Saracenis fœdus init Pontificj ducũ opera bellum infert. k *Landum* Immaniter ab eo lanicum in sacerdotes

10. 11 *Vt autem domum Domini, & eius ecclesiam pari conditione subigeret, ad sua infidelitatis indicium, Raynaldum* k *Ludum ducis Conradi filium regni Siciliæ reliquit vicarium, quin potius exactorem nequitiæ præconcepta, cuius obstetricante audacia manu eductus est solubet ille tortuosus. Nam ipse a suo sic catholico principe acceptis epistolis, & mandato, vt si quos inueniret catholicæ Ecclesiæ filios & deuotos crudeli morte damnaret, sana manu nec impunita, postmodum se extendit ad sancta, sacerdotes, diaconos, & subdiaconos primatione ignominia deboneslant, Cuius frater Bertoldus apostatæ vndique spoliatis ecclesijs, & sanctorum extumulatis corporibus, eorundem ordinum clericos in summi sacerdotij iniuriam, cuius sunt filij & heredes, effossis luminibus, demum turpissima suspendij morte damnauit, crudelis, blasphemus, illudens se totam missam pariter suspendisse minister impius; in Christi ministros crudelis animaduersione succensus, eo nihilominus suscepta crudelitatis exitia exequente, & demum Cæsaris vrgente nequitia, quam dira concitabat barbaries, & marchiam Anconitanam iure dominij per Romanam ecclesiam antiqua traditione possessam, non minus nequiter quam potenter ingressus, montem Vlmi, Maceratam, & quasdam alias ipsius prouincia terras incolarum sic volente perfidia occupauit, patrimonij reliqui & ducatus fideles precio corrumpere molitus & fraude, * vt patris præsentia cautela existeret filiorum. Idem Raynaldus etiam Perusinis, inter quos tunc Romana degebat ecclesia, grandem obtulit nummorum quantitatem.* Nonnullis interiectis addit, Conradum eodem tempore Fulginium inuasisse in ducatu Spoletano, & Gregorium misisse cum exercitu Ioannem tit. S. Praxedis in Picenum, Pandulphum vero in regnum Neapolitanum, quem per Ceperanum anno proximo ineunte transisse testatur Richardus de S. Germano a. De eius vero gestis hæc tradit Gregorij vitæ scriptor.

a *Rich. in chron. ann. 1229.* Fridericiani a Pandulpho victi.

13 *Castrum insula cuiusdam, in Campanæ finibus expugnauit: quo capto præruptæ montanæ munitissimi monasterij Casinensis ascendens maiorem iniustiarium, & regni nobiliores in Arabum multitudine grandi, qui potenti manu ad defensionem loci concurrerant, paucis associatus iudicibus Dei iudicio euidenter deuicit, castro nihilominus sub eodem manente iniustiario designato. Et quia non est in conspectu Domini differentia in multis pugnare, vel in paucis, paucorum vestigijs inaccessas munitiones expugnans, infra breue tempus vsque ad Capuam obtinuit ciuitates, & castra, propter quod predictus vicarius de Marchia fugitiuus abscessit, aliena relinquens, vt propria custodiret.* Hæc bellica facinora tanta felicitate confecta a pontificio exercitu, amplissima oratione ad annum sequentem collata, quo gesta fuere, prosequitur, captaque loca, & ad deditionem coacta pellectaue enumerat; additque Pelagium Albanensem episcopum Apostolicæ sedis legatum operam in eo suam contulisse, ac Franciscanæ familiæ religiosos viros a Raynaldo regno pulsos, quod literas pontificias ad solicitandos ad defectionem præsules ipsis attulissent.

13. &c. His de pontificio exercitu locutus claues in signis pictas pratulisse addit: *Papalis exercitus, qui clauium signa gerebat.* Ex quibus colligitur claues olim in vexillis adumbratas gestari consueuisse, qui mos ad hæc tempora deflexit: qui vero sub lignis erant, clauum pariter imagine insigniri fuisse videntur; cum passim Richardus clauesignatos appellet.

Claues in signis ecclesiæ etiã olim præferri solitæ

16. 17 Queritur Gregorius literis b ad Genuenses datis de Raynaldo filio Conradi olim ducis Spoletani, ipsum iniquissimi principis voluntati obsecutum, S. Petri patrimonio excursionibus factis, Saracenorum impia succinctum manu, ingentia damna intulisse, & Christi sacerdotes alioque ecclesiasticos viros partim atrocibus iniurijs affectos mutilasse, partim in crucem egisse, partim alijs supplicijs enecasse.

b *Id. ibid. 66.* Queritur Pontifex apud Genuen. de iniurijs sibi illatis.

18. 19 Tum cunctos Tusciæ episcopos certiores fecit c, vti Fridericum sacris eieciſſet, imperioque exuisset, omnibus fidei sacramento olim ipsi præstito absolutis, ac Raynaldum & Bertoldum præcipuos Friderici administros ac satellites, aliosque eiusdem sceleris participes, a fidelium communione remouisset, omnibusque eos dignitatibus, ac præfecturis deiectos, alijs pœnis ecclesiasticis affecisset.

c *Ep. 61.*

20 Inter hæc Pontifex pro delenda Albigensi hæresi ad Ludouicum Francorum Regem, in cuius adolescentia iam tum futuræ sanctitatis illustria signa emicabant, hæc scripsit d.

Incumbit Greg. Albig. oppressi mendæ hæresi.

d *Ep. 44.*

Gregorius, &c. Negotium, quod agitur aduersus Albigenses hæreticos, negotium est pacis, & fidei orthodoxæ, pro qua semper stetit regnum Francorum tanquam in ipsius soliditate fundatum; & progenitores tui personas posuerunt & bona, causam ad honorem Dei, ac regni prædicti gloriam prosequentes, ita quod eius de-

notio

D. Ludoui cum ad id excitat.

notio vniuerso mundo specialiter existere nunciatur. Huiusmodi autem deuotionis feruore succensus, recordationis inclytæ pater tuus tanquam verus Israelita profecturus est negotium memoratum, & illud feliciter prosequendo, de terrenis ad superna migrauit.

Paternum exemplum proponit.

21 &c. Tu quoque imitator deuotionis eiusdem, primitias tuas eidem negotio dicare cœpisti, charitatis zelo submittens viriliter humeros, vt posses perficere, quod a patre tuo laudabiliter extirit inchoatum. Super quo omnipotentem Dominum collaudamus, qui tibi tam pium inspirauit affectum, & suppliciter deprecamur, vt felicem exitum per suam misericordiam largiatur. Et quidem cum principes terrarum iurgare debeant malis omnibus terras suas, magnificentiam * decuit, vt cer, & marum apponeres ad profligandam de partibus Albigensium hæreticam prauitatem, quæ cum sint intra terminos regni tui, famæ tuæ, ac honori expedit, vt tam potenter, quam celeriter pestem extirpes eandem, ne ficcius differas, fides ibi omnino depereat, & terra, quam tenent catholici, amittatur, ac pestis huiusmodi ad loca magis proxima se transfundat. Denique Nabuchodonosor Rex legitur decreuisse, vt periret quicunque blasphemaret Deum Sidrac, Misac, & Abdenago, & domus eius etiam interiret. Si ergo Rex alienigena, ne Deus Israel blasphemaretur, defuit, tu princeps Christiane, & Christianissimorum progenitorum successor, & heres, cui forte Dominus alto & secreto suo iudicio consummationem negotij reseruauit, contra blasphemos ipsius deuoti principis officium non implebis? &c.]

* regiam

Vt Albigẽsis hæresis a S. Lud. fuerit deleta.

24 Excisa demum est Albigensium hæresis, quæ toties crucesignatorum ferro succisa multiplici iobole fœcundior pullularat. Nec vacat res miraculo, Regis pueri terrore sublatam, quæ strenuissimorum ducum bellicam virtutem debilitarat, vt iure inter cæteros clarissimos Reges deleta Albigensis hæresis ac diuino cultui restituta Narbonensis Gallia S. Ludouicum efferat: vt vero felicissime res confecta fuerit, ex Bernardo accipiamus. Miserat Romanus sedis Apostolicæ

Oblata a legato pax Tolosanis.

legatus ad Tolosanos Eliam abbatem Grandisiluæ, vt ipsos ad redintegrandam cum Ecclesia pacem inuitaret: qui superioribus cladibus fracti, atque florentissimæ crucesignatorum expeditionis, quæ in eos conficiebatur, nisi Ecclesiæ damnata hæresi imperia acciperent, metu perculsi ad paciscendas inducias, vt colloquium de pace haberetur, descenderunt. Indicto igitur Meldis conuentu, quo Raymundus ac Tolosanorum oratores se contulere, ac forma pacis cum legato & episcopis concepta, ad Ludouicum Regem Parisios itum est, & coram ipso confirmata, ac tum ab eodem sancto Rege ad hæreticos ad Christi & Ecclesiæ obsequium ab impietate reuocandos edita sanctio a, in Narbonensi, Arelatensi, Ruthenensi, Albiensi, Caturcensi, Agennensique prouincijs postea promulgata, qua assertum est ius ecclesiasticum, ac proscripti qui hæreticis credere, vel eos tecto excipere, vel defendere auderent; atque hæ pœnæ ijs, qui contra tenderent, inflictæ: *Si quis contra prædicta facere præsumpserit, nec ad testimonium, nec ad honorem aliquem de cætero admittatur, nec possit facere testamentum, nec successionem alicuius hereditatis habere, omnia bona ipsius mobilia & immobilia, quæ sunt ipso facto publicata, decernimus*

Pro extranda cõuẽtus Meldis habit. Confirmata coram Rege Lud.

a Ext. apud Greg. ix l. 2. pag 90. extat etiam simil. apud Franc. Duchesne to. 5. hist. Franc. Sanctio edita cõtra hæreticos a S. Lud.

ad ipsum, vel ad posteritatem ipsius vllatenus reuersura. Statuimus etiam & mandamus, vt barones terræ & baillini nostri, & alij subditi nostri præsentes & futuri solliciti sint & intenti terram purgare hæreticis & hæretica fœditate, præcipientes quod prædictos diligenter ipsos inuestigare studeant, & fideliter inuenire. & cum eos inuenerint præsentent sine mora dispendio personis ecclesiasticis superius memoratis, vt eis præsentibus de errore & hæresi condemnatis, omni odio, prece, pretio, timore, gratia & amore postpositis de ipsis festinate faciant, quæ debebunt. In grassatores etiam, qui Ruptarij dicebantur, tum in censuratum ecclesiasticarum & anathematis contemptores, & in eos, qui decumas sacerdotibus pendere abnuerent pœnæ constitutæ; qua sanctio hac temporis nota consignata est: *Actum Parisijs anno gratiæ* MCCXXVIII. *mense aprili.* Vtinam pius ille S. Ludouici indelenda hæresi ardor in eius posteris ad expurgandas peste hæretica Gallias reuiuiscat, par certe eos manebit gloria, qui sanctissimæ eius exempla imitabuntur. Qua re feliciter confecta Raymundus fidelium cœtui solemni ritu est aggregatus, de quo hæc prædictus auctor a.

Imperata eorum inquisitio.

Pœnæ in Ruptarios latæ.

a Bernard. Abbas Rom. Pont.

Raymundo in ecclesiã admissus.

25 *Reconciliatus fuit Raymundus vltimus tomes, & qui tam eo erant excommunicationis sententia innodati, in die parasceues sanctæ in fine præcedentis anni Domini prætaxati* MCCXVII. *incohante vero anno Domini* MCCXVIII. ab incarnati enim Verbi diuini die annos auspicatus Bernardus, *eratque putas videre tantum virum, qui tanto tempore tot & tantis nationibus potuerat resistisse, duci nudum in camisia & braccis & nudis pedibus ad altare. Erant autem præsentes ad hoc duo Romanæ ecclesiæ Cardinales, vnus legatus in regno Franciæ, & alius in regno Angliæ episcopus Portuensis.* Persequitur auctor, quibus conditionibus pax Raymundo a Rege concessa fuerit.

Qui ritus seruatus &.

26 *In primis inuenis Ludouici Regis auspicijs de tam prolixa guerra comitis Tolosani sic Deus eius puritiam honorauit, quod de pluribus conditionibus in prædicta pace obtentis & contentis vnaquæque sola per se sufficeret quasi redemptionis pretium, si Rex eundem comitem inuenisset aduersum se in campestri prælio, & cepisset; vt est quod Tolosam & episcopatum Tolosanum, sibi in vita concessum tantum, nulli posset hæredi suo relinquere, nullosque eius hæres, vel filia vllum posset sibi ius reclamare, nisi sola ex ipsa filia vnica nomine Ioanna, & fratre eiusdem Ludouici Regis domini Alfonsi tantummodo defendentes. Item sufficeret ad pœnitentiam eius esse quinquennio vltra mare. Item quod se ad soluendum* XXVII. *marcharum argenti millia obligauit. Item quod totam aliam terram vltra episcopatum Tolosanum versus orientem infra Rhodanum & vltra Regis acquitanni, & Ecclesiæ, ac dimisit; secundo de cæteris, quorum se supposuit grauitatibus, quibus si captus esset, mitissimus plurimum videretur, vt quod factum fuit, factum credatur non per homines, sed per Deum.* Fusius expressæ singula leges continentur in publicis literis a Raymundo comite Tolosano promulgatis, quæ ad Gregorium b transmissæ fuerunt, in quibus obsequium Romanæ ecclesiæ sanctissime spopondit, seque ad excindendam hæresim, colendam publicam pacem, censurarum & anathematum contemptores coercendos, dandam operam, vt decumæ ecclesijs pen-

Initæ cũ Raymundo concordiæ leges.

b Ext. apud Greg. ix l. 2. pag 84. Ext. etiam alia similes apud Franc. Duchesne to. 5. hist. Franc.

deren-

Note fores Parisiensis ecclesiæ cū citat in hæreticos leges a Raymundo,

derentur, damna clero & monachis illata resarcienda, triginta vrbium munitarum æquanda solo mœnia, atque ad plura alia superius a Bernardo commemorata obstrinxit; in quarum literarum calce hæc adiecta sunt: *Omnia vero supradicta promisimus & iuramus solemniter ante fores ecclesiæ Parisiensis domino Romano Dei gratia S. Angeli diacono Cardinali Apostolicæ sedis legato prædicto nomine ecclesiæ Romanæ, & Rege prefato astantibus, & venerabilibus patribus domino Ottone S. Nicolai in carcere Tulliano diacono Cardinali Apostolicæ sedis legato tunc existente in Dacia, Senonensi & Narbonensi archiepiscopis, Parisiensi, Æduensi, Nemausensi, Magalonensi, & Tolosano episcopis.* Adscripta est demum dies XI. aprilis huius anni,

[a] *Guill. de Podio Laur. in chron.*

[b] *Petrus episc. Lodev.*

[c] *Bern in chron. Rom. Pont.*

Tolosani ecclesiæ conciliati.

27 Referunt Guillelmus [a] de Podio Laurentij, Petrus [b] episcopus Lodouensis, ac Bernardus [c], vt Tolosa Romanæ ecclesiæ iulio mense conciliata fuerit, templaque in ea aperiri iussa a Petro de Collemedio, qui legati apostolici vices gerebat, atque interim in Regis; obstate & custodia Raymundus remanserit, donec propugnacula Tolosæ diruerentur, cæteræque arces præfectis regijs dederentur; cum Ioanna comitis filia Alfonso Pictauiæ comiti nupsisset: qua re perfecta e custodia dimissum Raymundum, ac secutum legatum cum exercitu crucesignato, vt armis pertinaces edomaret, si quis concordiæ initæ leges temerare auderet. Celebratum postea est a legato Tolosæ concilium, cui Narbonensis, Bituricensis, Burdegalensis, Auxitanus archiepiscopi, ac magnus præsulum numerus; tum Tolosanus comes vnà cum proceribus vrbisq; illius consulibus interfuerunt, pacisq; confectæ leges iterum a comite ac suis solemni sacramento confirmatæ. Porro acta eiusdem concilij Tolosani mihi communicata fuere a Francisco Bosquetto dignissimo episcopo Montispessulani, in quibus acerbissima inquisitio decreta est in hæreticos, omniaque eorum latibula lustrari iussa, domus in quibus inuenirentur dirui imperatæ, ac fideles ad mutuam opem pro capiendis hæreticis ferendam obstricti; si qui vero resipiscerent hæretici, ij duabus crucibus configurari iussi, atque ab eorum filijs damnandæ hæreseos præscripta forma. Præterea sacra exomologesis ter in anno, vt proprio sacerdoti fieret imperata, libri noui, ac veteris testamenti ob frequentes corruptelas laicis prohibiti; decimæ sacerdotibus atque ecclesijs pendi iussæ, libertas ecclesiastica asserta, diuinorum officiorum commendata celebritas, ac leges de coercendis seditiosis, & coniurationibus rusticorum comprimendis promulgatæ, quas mox ad exitum perductas narrat Bernardus hisce verbis.

Synodus Tolosæ a legato celebrata,

Acta concilij Tolosani *MS. epist. Lod. pag.* 22

Perquisitæ hæreticorum latebræ.

Imperata confessio ter in anno.

28 *Fuit in ipso concilio Guillelmus de Solario (fuerat hæreticus vestitus, & sponte sua recesserat ab hæreticis) restitutus ad famam, vt eius testimonium valeret contra illos, de quibus noverat veritatem. Qua inquisitio sic fuit ordinata, vt singuli episcopi, qui aderant, testes, quos producebat Tolosanus episcopus, examinarent, & eorum dicta in scriptis redacta eidem episcopo redderent conservanda.* Et infra: *Transiuitque legatus inde Rhodanum & apud Auraſam cum Cisalpinis archiepiscopis, & episcopis, & prælatis suum concilium celebrauit, & literas pœnitentiarum, quas ordinauerat contra vota de hæresi, quos tollere de inquisitione inuenerat, transmisit episcopo Tolosano de castro Monarcy, vbi erat* IV. *kal. ianuarij: quas episcopus Tolosanus reuersus vocatis eis in ecclesia S. Iacobi publicauit.*

Insignis hæreticus ad fidem conuersus.

Instituta in suspectos de hæresi quæstio.

Habitum Auraſiæ a legato ad id concilium.

Tolosę instituta academia.

29. &c. Refloruit itaque religio, ac ne errores ob doctorum virorum inopiam facile gliscerent, de instituenda Tolosæ academia actum est, iussuque, vti conuenerat, Raymundus stipendia magistris attribuere.

B. Franc. a Greg. SS. catalogo Assisij adscriptus.

31. &c. Hoc anno Gregorius, vt vitæ ipsius auctor testatur, B. Franciscum vitæ sanctitate in toto orbe Christiano illustrem, in numerum sanctorum adscripsit; qua de re hæc Albertus abbas Stadensis narrat: *Papa Gregorius veniens Assisium, canonizauit ibi in conspectu maximæ multitudinis, quæ de diuersis regionibus confluxerat, B. Franciscum, sic dicens alta voce: Ad laudem & ad gloriam omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & gloriosæ virginis Mariæ, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli; ad honorem ecclesiæ Romanæ, beatissimum patrem Franciscum, quem Dominus glorificauit in cœlis, venerantes in terris, de consilio fratrum nostrorum & aliorum prælatorum in catalogo decreuimus sanctorum adnotandum, & festum in die obitus sui celebrari. Statim Cardinales, Te Deum laudamus, incipiunt, & populi in laudes voces deprimunt. Papa de solio descendit, & cum Cardinalibus sanctum corpus leuauit de tumba.* Inter alia miracula, quæ Deus implorata serui sui S. Francisci ope edidit, reticendum hoc non est, nimirum cuiem Alefiensem ob hæreseos crimen Romæ iussu Gregorij IX. captum, ac traditum episcopo Tyburtino custodiendum, cum in carcere a flagitio conuersus B. Francisci opem imploraret, die quo illius festum annuũ agebatur ante crepusculum a S. Francisco diruptis vinculis, & aperto carcere egredi iussus est: sed cum rei nouitate stupens clamaret, a custodibus excitatus tentus; reque nuntiata Pontifici, & coram eo & Cardinalibus vinculis, vti fracta erant, allatis, liber dimissus est, laudesque Deo persolutæ.

Rius canonizat. fernatus.

Conuersus ab hæresi liberatur a S. Fran.

Roberti Imp. mors.

39 Hoc anno Imperatorem Robertum Constantinopolitanum e viuis sublatum esse, filiumque paruulum, videlicet Balduinum iuniorem nondum ferendo oneri parem, heredem reliquisse scribit Matthæus Parisius [a]. Cæterum pro sustinendo imperio Ioannem Brennensem olim Ierosolymorum Regem desponsa Balduino filia creatum Imperatorem fuisse Pontificiæ literæ testantur.

IESV CHRISTI
Annus 1229.

Indict. 2.

GREGORII PP. IX. anno 3. FRIDERICI II. IMP. 10. IOANNIS IMPERAT. 1.

Fridericus cum Sult. Babyl. exin tiale fœdus coit.

1 PEpigit cum soldano Babyloniæ Fridericus, obtrita præstiti iuramenti religione, indignam Christianæque reipublicæ pernitiosissimam pacem, de qua Gregorius in literis ad Mediolanensem archiepiscopum & prouinciæ præsules datis ita conquestus est.

Ea de re ad Mediol. archiep.

2 *Gregorius, &c.* Ea quæ Fridericus dictus Imperator egit in partibus transmarinis, ideo vobis hactenus intimare distulimus, quia speramus, quod venerabilis frater noster patriarcha Apostolicæ sedis legatus, & templi, & hospitalis magistri Ierosolymitani & alij principes, & barones de partibus illis nobis illa plenius

nius intimabunt, & tunc certius ea vobis poterimus declarare. Sed ne interim vobis ſuggeri valeant falſa pro veris, ea quæ dictus Fridericus, & H.. magiſter domus Theutonicorum nobis ſuis literis intimarunt, vobis duximus referenda. Idem enim Fridericus cum ſoldano Babyloniæ, qui Ieruſalem vel circumpoſitam regionem nec de facto, nec de iure tenebat, irrequiſito ſoldano Damaſci, qui terram detinebat eandem, talem iniit pactionem: Videlicet, vt templum Domini Chriſto dicatum cuſtodiant Saraceni, & ſeruent obſeruantias ritus ſui, & ſic idem in Ieruſalem dirura ſere penitus, & deſerta ſe ſolemniter, vel potius inaniter coronauit. Sed patriarcha, & magiſtri prædicti, necnon quamplures alij zelum Dei habentes, nullatenus conſenſerunt huiuſmodi pactioni, quin potius idem patriarcha ciuitatem Ieruſalem eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto; ita quod ibi nullum diuinum officium celebretur. Quare patet expreſſe, quod idem Fridericus, quantum in eo eſt, confudit enormiter cauſam Chriſti, & populi Chriſtiani, dum, quod horrendum eſt dictu & ſtupendum auditu, conuentionem Chriſti ad Belial penitus impoſſibilem geſtiens concinnare ſanctum expoſuit prophanandum, vt in templo Domini celebretur memoria Machometi, & illius perditiſſimi lex deteſtabilis prædicetur, qui legem Chriſti, quantum in ipſo fuit, euacuauit in partibus orientis. Ne ſubditi veſtri aliquo ſuper his circumueniantur errore, vniuerſitatem veſtram monemus, & hortamur attente per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus hæc ipſis fideliter exponatis; adijcientes quæ ſecundum Deum honori Eccleſiæ videritis expedire. *Dat. Perusij id. iunij pontificatus noſtri anno* 1, 2.

Vt Ieroſolymas ab iis Sarac. ad quos nullum ius ſpectabat redemerit. Templum Dom. Machometis cultu prophanandū reliquerit.

3 Non multo poſt Gregorius Geroldi patriarchæ Ieroſolymitani, legatique apoſtolici triſtes literas a accepit, quibus ille Friderici ignauiam & proditionem, ac rei Chriſtianæ luctuoſum ſtatum expoſuit.

a *Ext. apud Greg. l. 3. ep. 34.*

Geroldi patr. de ſtatu terræ & ad Greg. lit.

Sanctiſſimo in Chriſto patri & domino Gregorio diuina prouidentia ſummo Pontifici, &c.

Sciat ſanctitas veſtra, quod circa feſtum B. Clementis Imperator Ioppen profectus eſt de Accon, ipſumque ſecutus eſt exercitus Chriſtianus. Ipſo autem illuc perueniente, ac incipiente munire, peregrini ad circumadiacentia caſalia cucurrerunt pro victualibus perquirendis; quod audiens ſoldanus, qui prope erat cum ſuo exercitu, male reſpondit nuntijs Imperatoris, qui iam de Accon fuerant ad eundem, & dixit quod durante tractatu pacis, Ioppen non debuiſſet cauſa munitionis faciendæ veniſſe, nec frangi ſua caſalia debuiſſe; propter quæ memoratos nuntios cum indignatione & confuſione remiſit. Ad hæc Imperator omnia, quæ peregrini ceperant a caſalibus antedictis, fecit reſtitui, & ipſa caſalia cum omnibus aſſidari, ſoldanum incipiens ſic placare. *Paucisque interiectis verbis*: Ad hæc Imperator remiſit ſuum notarium ad ſoldanum pro tractatu pacis iterum inchoando: qui male receptus a ſoldano ſtatim ab eo receſſit, ſuitque in ſuo reditu a Saracenis tractatus turpiter, & bonis omnibus ſpoliatus.

Escurrunt in Sarac. terras cruce ſignati.

Prædas barbaris iubet reſtitui Frid.

Sua arma Soldano tranſmittit. Pollicetur nunquam in eum reſumpturū.

4 Poſtmodum non ſine graui ſcandalo peregrinorum, ac mira confuſione idem notarius eſt remiſſus, mittens ſoldano arma ſua propria, loricam ſcilicet, galeam, & gladium, atque man-

dans, ſicut fuit nobis pro certo relatum, quod faceret de ipſo Imperatore quidquid vellet, quia nunquam contra eum de cætero ſe armaret. Ad quod nihil reſpondit ſoldanus, vilipendens omnia quæ fiebant. *Et infra*: Tractatus pacis, qui modo ſupradicto in confuſionem totius Chriſtianitatis fuerat diſſolutus, fuit confuſione duplici denuo inchoatus. Quo durante capiebantur noſtri miſeri peregrini, & interficiebantur indifferenter, & ſecundum quod intelleximus veraciter, ſic bene amiſimus pluſquam quingentos de noſtris, & vt verum fateamur, poſtquam Syriam Imperator intrauit, a ſuis, vel ab illis de exercitu Chriſtiano capti vel interfecti Saraceni numerum denarium non attingunt: immo quidam in exercitu fuit captus, qui ſtatim liberatus, claris veſtibus indutus, & ſic honorifice eſt ſoldano remiſſus, ita quod illi, qui eum ex parte Imperatoris conducebant, fuerint a Saracenis in via bonis omnibus ſpoliati, vixque mortem euadere potuerunt.

Interpellat turpiter infideles de pace.

Diſſimulat Chriſtianorum cædes

Saracenis munificū, Chriſtianis iniquū ſe præbet.

5 Nec illud ſilendum eſt, quod ad maius dedecus Chriſtianitatis cedere viſum fuit: Imperator rogauit ſoldanum, vt per Saracenos ſuos in ipſius Imperatoris expenſis Chriſtianum exercitum faceret cuſtodiri; quod cum ordinatum a ſoldano fuiſſet, quia de lupis erant paſtores effecti, multi de noſtris ſub illa confidentia occiderunt, & quod cum maxima verecundia referimus & rubore, Imperatori ſoldanus audiens quod ſecundum morem Saracenicum ſe haberet, miſit cantatrices, quæ & ſaltatrices dicuntur, & ioculatores, perſonas quidem non ſolum infames, verum etiam de quibus inter Chriſtianos haberi mentio non deberet: cum quibus idem princeps huius mundi vigilijs, potationibus, & indumentis, & omni more ſaracenico ſe gerebat. Erga Saracenos non ſolum largus extitit ſed effuſor, ac ſi emere vellet pacem, quam obtinere non poterat violentia, vel timore. [Fridericum Saracenis addictiſſimum fuiſſe, eorumque mores imbuiſſe, teſtes ſunt eius ævi auctores, & nos ſuo loco oſtendemus.]

Exercitum Chriſtianū infidelibus cuſtodiendum committit. Quantum id noſtris exitiale fuerit.

Saracenos mores & cultum induit.

6 Sane longe ante natiuitatem Domini præcepit biſcottum fieri, & galeas, & omnia vaſa ſua parari: quod audientes Saraceni, licet eum antea non timerent, ipſum tamen amplius contempſerunt. Denique in dominica ſeptuageſimæ pacis volens publicare tractatum, qui vſque tunc admodum fuerat occultatus, vocauit ad ſe circiter quatuor de maioribus Syriæ, eiſque intimauit, quod adeo pauper erat, & quod ibi non poterat moram trahere longiorem, quia iam ſibi deficiebant expenſæ, vt conſilia eorum eo facilius ad ſuum propoſitum, ac deſiderium inclinaret. Cum autem de paupertate prologum perfeciſſet, aperuit eis, quod ſoldanus offerebat ei ciuitatem ſanctam, retento ſibi templo Domini, quod a Saracenis cuſtodiri debebat, vt illud ſine tributo intrare poſſent libere Saraceni, qui illuc vellent cauſa peregrinationis venire, & quod ciuitatem poterat firmare Bethleem, & duo minima caſalia, quæ ſunt inter Bethleem ſupra ſtratam, & Ieruſalem: caſalia quæ ſunt inter Ieruſalem recto itinere vſque Ioppen, Nazareth, & duo caſalia modica, quæ ſunt inter Nazareth & Accon recto itinere Tyrum cum quibuſdam pertinentijs ſuis, quod non debebat munari, Sydonem cum plano, & duo caſalia modica, quæ ſunt in plano. Et ſciendum quod patriarchæ extra ciuitatem non reſtituitur vnus paſſus terræ, nec domui

Tractatū pacis paucis proceribus aperit.

Ieroſolymas recipit & quibus legib.

mui ſepulchri Dominici, nec hoſpitali S. Ioannis, nec de Latina, nec de Ioſaphat, non de templo Domini, nec montis Oliueti, nec montis Sion abbatibus, vt breuius dicamus, nihil reſtituitur extra ciuitatem, præter ea, quæ ſunt ſuperius nominata, quæ tamen non ſunt de caſalibus, quæ ad aliquem pertineant de corpore ciuitatis, niſi domui templi, ad quam aliqua pertinent ex eis, quæ ſunt inter Ieruſalem, & Ioppen; caſalia verò, quæ reſtituta dicuntur, pauca ſunt numero, nec plurimum commendanda valore: *Vt infra*.

Procerum conſilia reſpuit.

7 Imperator clam nemine de terra præſente, præſentibus nuntijs ſoldani, iurauit ſe ſeruaturum ea quæ continebantur in quadam charta clauſa, quæ nunquam coram aliquo peregrino, nec aliquo de terra lecta fuit, vel aperta, nec coram nuntijs ſoldani ab ipſo Imperatore, baronibus vel magiſtris recitata, nec ab ipſo manifeſtata ſoldano; & ſoldanus contentus fuit ſolo principis iuramento.

Fœderis leges occultas tenet.

Sultanus Damaſc. negat ijs pacis conditionibus ſtare.

8. &c. His peractis magiſter Alemannorum, comes Thomaſius, & dominus Sydonis iuerunt ad ſoldanum Babyloniæ, vt ſuper conuentionibus initis reciperent ſacramentum ab ipſo: quo recepto iuit dominus Sydonis ad ſoldanum Damaſci, vt ab eo ſimiliter reciperet ſacramentum. Sed idem ſoldanus iam præſenſerat, quod ſoldanus Babyloniæ, & Seraphius auunculi eius cum exhæredare penitus intendebant, & inter ſe diuidere terram ſuam; propter quod ſe in Damaſcum recepit, & aduocatis ſuis, eis viriliter * aſſiſtere conabatur. Qui treugam iurare noluit vllo modo, dicens quòd ſoldanus Babyloniæ auunculus ſuus terram ipſius Chriſtianis ſine conſenſu ſuo reddere de iure non poterat, nec debebat.

* reſiſtere

Queritur ab auunculo iniuſte ſua ditione exui.

13 Et ecce vnanimiter ſabbatho dominicæ, qua cantatur: *Oculi mei*, ſunt cum principe ciuitatem ingreſſi, qui ſummo mane ipſo die dominico ſepulchrum intrauit, veſtibuſque indutus regalibus, capiti ſuo impoſuit diadema. Quo facto magiſter Alemannorum ſurrexit, & ſermonem longum, & prolixum primo in Theutonico, & poſtea in Gallico ad nobiles, & populum inchoauit, & ſicut nobis relatum fuit, exoperando, immo exaltando principem, & Eccleſiam, ſalua gratia ſua, multipliciter onerando. In fine ſermonis, nobiles pro munienda ciuitate ad ſubſidium operis inuitauit. Imperator oblationes ſepulchri Dominici, & aliarum eccleſiarum inuitis canonicis & expulſis, recipi faciebat per ſeculares milites operis occaſione prædicti. Poſt prandium ciuitatem exiit, ad ſe venire faciens venerabiles viros Vvintonen. & Exonienſem epiſcopos, & magiſtrum hoſpitalis S. Ioannis, præceptorem domus militiæ templi, magiſtro templi abſente, habito cum magiſtro Alemannorum conſilio, per eundem magiſtrum primo ab eis pro facienda munitione adutorium requiſiuit. Qui reſponderunt, quod ſuper hoc habere ſpatium deliberandi volebant, ſecundo habito conſilio cum magiſtro, quæſiuit ab eis conſilium per eundem magiſtrum, vtrum ſibi expediret facere nunticnem prædictam, & quod ſuper hoc ei in craſtino illius dominicæ reſponderent.

Vt Fridericus ſibi coronam Ieroſol. imponeret.

Deliberat de munien. dâ Ieroſ.

Eludit promiſſa.

14 Aduenientе autem craſtino ſummo diluculo ciuitatem exiuit cum tota familia ſua, mirantibus omnibus, conſtitutus in itinere recedendi. Quod audientes illi, qui ſuper prædicto verbo ei die illa reſpondere debebant, feſtinanter acceſſerunt ad ipſum vnanimiter reſpondentes fratres templi, quod ſi vellet munire, ſicut promiſerat, ciuitatem, ipſi eum ad id faciendum taliter adiuuare curarent, quod domus templi apud Deum & homines redderetur ſuper hoc merito commendanda. Qui reſpondit quod volebat ſuper hoc habere tractatum, aliàs pleniorem. Sicque recedens ab eis, in ciuitate nemine ſalutato, ipſo die verſus Ioppen ita celeriter feſtinauit, quod vix, qui eum ſequi valeret, inuenit, &c. *Dat. Acton* VII *kal. martij*.

Non permittit firmari propugnaculis a Templarijs.

Grauiſſime de eodem intempeſtiuo Friderici Ieroſolymas munire propugnaculis detrectãtis receſſu expoſtulat in alijs literis a patriarcha: fuerant enim, vt vidimus, a Coradino in Damiatæ obſeſſæ vltionem æquata ſolo Ieroſolymæ mœniæ, ac ſi vrbs firmiſſimis aggeribus muriſque cincta tum fuiſſet, cum ad vrgendum opus feruerent Chriſtianorum animi, oblata poſtea occaſione Saraceni facilius templo Domini deturbari potuiſſent.

a *Extant apud Pariſ. hoc ann.*

15. &c. Ad maiorem veritati, quam plures obſcurare niſi ſunt, affundendam lucem, impij fœderis capita, quæ e Saracena in vulgarem Gallicam linguam verſa patriarcha ad ſummum Pontificem miſit b, additis ad ſingula animaduerſionibus Latinis, ad intamiam perniciemque illius magis oſtendendam, nos Latino ſermone adduximus in annalibus prolixioribus, vbi lector ea inſpicere poterit.

b *Ext. ibid. poſt cand. ep.*

22 At Fridericus adeo male de Eccleſia meritus, quaſi celeberrimum triumphum de hoſte retuliſſet, laureatas literas ad Chriſtianos principes ſcripſit, quas Pariſius ad Henricum III. Anglorum Regem miſſas refert c, quæ ita conſignatæ ſunt: *Dat. apud ciuitatem ſanctam Ieruſalem die* XVII. *menſis martij anno Domini* MCCXXIX. Die vero inſequenti ad Gregorium alias dedit, quibus multis mendacijs tucata veritate, quaſi rei geſtæ gloriam nulla vnquam deletura eſſet obliuio, ipſum ad occinendas Deo laudes, perfundendumque lætitia animum excitabat, atque ampullata verba ad iactantiæ pompam ſimulatæ pietate effudit.

Ioannis Friderici deturpi inito fœdere in Ægantia.

c *Extant apud Par. hiſt. Angl. hoc ann.*

23. &c. Verum non ad inanem lætitiam ijs fallacibus fucis Pontificem pellexit, ſed ad veros gemitus ob Chriſti cauſam fœdiſſime deſertam compulit, vt demonſtrant triſtes literæ ad ducem Auſtriæ ſcriptæ d: quibus conqueſtus eſt Fridericum Babyloniæ ſoldano Mahometis mancipio gladium, quem ex ara S. Petri ſtringendum in impios acceperat, obtuliſſe, patriarchale templum Mahometanis polluendum conceſſiſſe, Antiochiam, Tripolim, atque alias Chriſtianorum arces hoſti expugnandas permiſiſſe; tum ſe ad Chriſtianorum in Saracenos expeditiones diſturbandas obſtrinxiſſe.

Quæ in re geſta improbarit Greg. inſit ad Auſtr. ducem. d *Lib. 3. ep 38.*

31 Ex dictis igitur patet Fridericum non diuini amoris aut amplificandæ fidei, lucrandarumue indulgentiarum gratia, vt cæteri principes Chriſtiani conſueuerant, ſed ad recuperanda ſua profectum, atque ob Siculum bellum, percuſſo turpi fœdere, reditum acceleraſſe; nec tamen ob id in Gregorium rei culpa verti poteſt, cum, vt ſupra diximus, ad tuenda ſua diuellendoſque ex pontificia ditione Friderici duces bellum in regnum Neapolitanum transferre coactus eſſet; atque adeo in Fridericum ipſum, vt totius mali auctorem conijcienda eſt, qui temere bellum Pontifici intulerit: cum maximè eius opera tum

Quam iniſte in Neap. regnũ arma converterit Gregorius

ad

ad submittendas illi ex occidente auxiliares crucesignatorum copias egeret, quibus fultus & regni Ierosolymitani loca amissa recuperare, ac nouas etiam barbarorum terras sibi comparare potuisset.

Ioannes Rex Ierosol in eo bello suam Ecclesiæ operam commendat.

32 Amiserat vero occasione illius discordiæ plura in Sicilia cis Pharum loca, quæ partim ob grauissima, quibus opprimebamur, vectigalia in pontificias partes transfugerant, partim ad deditionem armorum terrore compulsa aut capta impetu fuerant. In quo bello a Ioannes Rex Ierosolymitanus strenuam Ecclesiæ aduersus generum, a quo regno per summam iniuriam deiectus fuerat, operam contulit; atque inter cæteras vrbes, Friderico in Apuliam regresso, Caietam vna cum Pelagio legato Albanensi expugnarat: ad cuius vrbis ciues, nec non Sucssanos, ac Soranos extant data a Gregorio literæ, quibus ipsos prærogatiuis pluribus exornat b, vt imperij ecclesiastici fuauitatem experirentur. Sed cum ijs viribus pontificij non pollerent, vt Friderico resistere possent, breui, quæ peperetam, amisere, neque in Campaniam recipere sum coacti. Quibus inflatus victorijs Fridericus ad noua auxilia eliciencia literas iactantia plenas ad Insubres scripsit, quas Richardus affert. Consentiunt alij auctores, vt Conradus abbas Vrspergensis c Matthæus Parisius d, Godefridus e alijque, Fridericum castra a pontificijs ciuibus capta tensim in suam potestatem redigere cœpisse; præterea consilia in Pontificem struere, aspereque Ecclesiam persequi. Quare Gregorius, vt naufragantem Petri nauiculam varijque intumescentibus procellis concussam, ab imminenti periculo liberaret, scriptis ad plures diligentissime literis, mixtis precibus imperijs, ad ferendam opem communeque discutiendum discrimen eit adhortatus f in primis fœderatas Insubriæ ciuitates, quas Fridericus a Pontificis studio diuellere, atque in suas partes trahere conabatur, vt milites omnibus rebus instructos ad se mitterent, quò Friderici conatus posset infringere, ne obtrita Ecclesiæ maiestate, periculum in eos redundaret.

a Rich. in chron. Caietam vna cum Pelagio expugnat.

b Lib. 3. ep. 26 26. 28. 29. 31. Reuersus Frid. plura amissa loca recuperat.

c Vrsperg. in chron. d Paris. hist. Angl. e Godef. in annal. In Greg. atrociter insurgit.

f Lib. 3. ep. 33. 36.

33. 34 Languebant in submittendis auxilijs Insubres; quare repetitis Gregorius ad archiepiscopum Mediolanensem & Gualonem g familiarem suum literis grauiter questus est h Mediolanenses adeo suppetias afferre cistulisse, vt interea Fridericus, auctis viribus contra Ecclesiam insolentius grassatus esset; monuitque ni quamprimum idonea subsidia comparauint, illum postea in ipsorum perniciem, quam a capitibus suis facile lata ope Ecclesiæ propulsare possent, impetum facturum, vel se aliter desertis desertoribus Ecclesiæ, rebus suis consulturum.

g De eo Sigon. l. 17. h Ib ep 66. Longobardos in subsidium euocat incertaque filiorum legatione Greg.

35. 36 Ad retundendum imminentem hostem non ex Italia modo, verum ex Germania, Gallijs, Anglia, alijsque prouincijs auxilia excitiuit. Namque in Germania Albertum ducem Austriæ aduersus Fridericum solicitauit i: coegit l in Anglia, Hibernia, & Vvallia ad sustinendos belli sumptus pecuniarum subsidia Stephanus pontificius nuntius: dimissi in varias prouincias ad flagitandam opem legati apostolici, inter quos Othonem S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum Cardinalem, in Germaniam & Dariam magna cum auctoritate missum, in Fridericum commouisse populos Godefridus m refert: tum euocatis Gallijs plures antistites, ipsique copias auxiliares adducere: cum enim

Quæsita e pluribus regnis subsidia.

i Lib. 3. ep. 38. l Par. hist. Angl.

m Godefrid. annal.

episcoporum magni interesset, vt ipsi Ecclesiæ libertatem gloriamque tuerentur, illis obiecta præstiti iuramenti religione imperauit a, vti confiatis copijs ad defendendam Ecclesiam properarent. a Ib. ep. 64.

37. &c. Ad reprimendam denique Friderici tyrannidem, omnes ipsius subditos præstiti illi sacramenti religione absoluit, eamque tacti rationem adiecit, neminem ad seruandam apertо Dei & Ecclesiæ hosti fidem astringi b, vt inlatæ hoc anno aduersus ipsum aliosq; Ecclesiæ hostes anathematis sententiæ forma videri posset. Ij vero fuere præter Fridericum Raynaldus quondam Conradi ducis Spoleti filius, qui Picenum occuparat; Bertoldus, qui castrum S. Quirici detinebat, ac bello vexabat Ecclesiam; nonnulli Romani proceres, qui Fridericianis partibus adhæserant; Fuxensis comes, & vicecomes Biterrensis Albigensis hæreseos rei; Theodorus Comnianus Epiri princeps, qui Thessalonicense regnum inuaserat; Vbaldus Pisanus, qui in Sardiniam Ecclesiæ fiduciariam irruperat eiusque partem violenter detinebat. b Lib. 3. ep. 46.

Frid. pacem a Gregorio flagitat

42 Incessit Fridericum metus, ne calamitas, quam in Othone viderat, si diutius in pertinacia obfirmatus peritaret, ipsum opprimeret, ac vectigales populi excusso seruitutis iugo alium principem salutarent, & Christiani Reges ad Ecclesiæ causam propugnandam contorgerent, adeptisque regnis exuerent. Quare submittere se Pontificis imperijs, atque in eius gratiam & amicitiam redire optare se literis significauit c: quas Gregorius ad Insubres transmisit examinandas, vt quid illis in re grauissima momenti agendum videretur, consulerent. Nec literas modo, sed & oratores quoque suos ad Pontificem pacem postulatum ire iussit, de quibus gestorum Gregorij anonymus scriptor: *Anno*, inquit, *eiusdem tertio dictus Imperator de partibus transmarinis regressus, per venerabilem Messanensem archiepiscopum, & magistrum Theutonicorum veniam postulat, promittit emendam, pro seruanda fidei cautione offert ciuitates & castra: quod tandem summus Pontifex multorum instantia deuictus assumit, &c.* c Ib ep. 75. Pontifex Longobardos fœderatos consulit.

43 His adijcienda videntur, quæ eiusmodi de rebus Conradus Vrspergensis literis consignauit d: *Super causis vero, quæ inter ipsum*, nimirum Fridericum, *& Papam vertebantur, diffiniendis, aduocauit principes Alemanniæ, qui venerunt in Italiam, videlicet patriarcha Aquileiensis, archiepiscopus Salzburgensis, episcopus Ratisponensis, Luipoldus dux Austriæ, & dux Dalmatiæ, & Histriæ: quibus aduenientibus, Imperatore manente apud Capuam, tractatum est de pace, & concordia inter imperium & Sacerdotium, & regnum Siciliæ, & absolutione Imperatoris. Multis aliis quoque mediantibus tam de curia Romana, quam etiam Italiæ, & Alemanniæ, sane hæc compositio cum non posset perfici eo anno, dilata est vsque in annum sequentem.* Hisque verbis Vrspergensis historiam absoluit. d Vrsperg. in fin. chro.

44 Pacem igitur orante Friderico, atque ad eam Gregorio inclinante, vt qui ob pontificiam clementiam fundi humanum sanguinem perhorresceret, facile pax deinde confecta est; qua enim mansuetudine præditus esset, satis ostendit, cum aliquibus hostibus Ecclesiæ captis a suis, quicrudelitate atque ira efferati ipsos mutilarant, ijs acceptis, pietatis doloriisque sensu commotus, Inclinat ad pacem Gregorius quia a crudelitate abhorrebat.

monuit graniſſime Albanenſem epiſcopum Apoſtolicæ ſedis legatum, ne ita ſanguinem humanum fundi pateretur a, miſericordiamque inſitam & innatam Eccleſiæ ſeruare iuſſit.

a 11. ep. 14.

Commendat legato clementiâ cum hoſtibus.

45 *Gregorius, &c.* Fraternitatem tuam rogandam duximus, & hortandam, per apoſtolica tibi ſcripta firmiter præcipiendo mandantes, quatenus illos, quos in manus exercitus Ieſu Chriſti de cætero dextera exaltantis concluſerit, ſine omni occiſione, detruncatione, vel mutilatione membrorum, quæ penitus abhorremus, ſic caute facias cuſtodiri, vt plus libertatis habere ſe gaudeant ſic captiui, quam ſub Ægyptiaca ſeruitute, in ſeruilis libertatis titulo more ſolito ſeruire vlterius Pharaoni, miniſtris & alijs, qui præſunt in exercitu; ſub obtentu gratiæ noſtræ, nec non & pœna pecuniaria, quam videris expedire, diſtrictius inhibendo, ne ſimilia deinceps in ipſo exercitu aliquis attentare præſumat. Sic enim ab obloquutoribus detractorum famam Eccleſiæ, ac noſtram intendimus ſuper huiuſmodi conſeruare illæſam, quod nec conſcientia famam negligat, nec infamia odorem vitæ, ac ſuauitatem abſorbens titulum conſcientiæ ſub falſæ opinionis nubigine captioſa denigret. *Datum Perusij* xiv. *kal. iunij pontificatus noſtri anno* iii. Hactenus ad Pelagium Gregorius.

Ioannes Rex Ieroſ ad Imp. prænot. eius casus.

46, &c. Cum Pelagio epiſcopo Albanenſi Apoſtolicæ ſedis legato in illa Siciliæ citerioris expeditione adiunctum fuiſſe Ioannem Regem Ieroſolymitanum ac plura egregia facinora edidiſſe ex Richardo antea dixerimus, addendum videtur, vt amplißimum hoc anno nauatæ Eccleſiæ operæ virtutiſque bellicæ præmium reportarit. Delatum illi nimirum eſt Conſtantinopolitanum imperium b, cum Balduinus II. a Roberto ſcepiri heres relictus, illi ſuſtentando prudentia atque ætate impar eſſet, ea tamen lege, vt filiam Balduino matrimonio iungeret, ac diadema e viuis exceſſurus genero transfunderet. Ita qui Imperatoris generi perfidia regno exutus fuerat, alterius generi Imperatoris beneficio imperium orientale eſt conſecutus: qua de re agit Georgius Logotheta, extantque ea de re publicæ tabulæ confectæ quæ apoſtolica auctoritate confirmatæ ſunt, & Ioannis Regis literis promulgatæ. Ioannem porro Cæſaris nomine contentum, ab imperatorio titulo magna cum modeſtia laude abſtinuiſſe tradunt plerique ſcriptores. Verum alij hiſtorici Conſtantinopolitanarum rerum peritiores, Ioannem Imperatorem creatum conſentiunt, inter quos Gualterius archiepiſcopus Senonenſis c Balduini familiari conſuetudine vſus Ioannem ſolemni ritu imperatorio diademate redimitum teſtatur: *Videntes*, inquit, *Latini proceres Græciæ miſerabile diſcrimen, quod a ſchiſmatica Græcorum gente multis in locis innatum pro maiori parte fuerat violenter occupatum, multa deliberant vigilantia, quod eis poſt Deum implorandum ſit auxilium, vel vnde ſperare valeant anguſtijs ſuis ſolatium exhibendum. Tandem communi conſilio tam nobilium quam minorum per auctoritatem ſanctæ memoriæ Gregorij Papæ IX. Ioannes de Brenna vir approbatæ virtutis, qui propter egregia probitatis induſtriam, nec non & deuota Chriſtianitatis merita prius regnum Ieroſolymitanum adeptus fuerat, ad impertiendum huic tanti doloris plagæ remedium electus eſt concorditer aduocatus; deſponſata enim Maria prædicti Ioannis filia eidem heredi imperij Balduino, ipſe Ioannes imperij Conſtanti-*

a Georg. Logoth. hiſt. interprete Leon. Allatio.

b Gualter. archiep. Senon. apud Franc. Ducheſne p. 5.

Ioannes de Brenna creatus Imp. Conſtantinop.

nopolitani nec non ipſius heredis adminiſtrationem ſuſcepit & curam: non ſolum autem adminiſtrator generalis Romaniæ factus eſt, ſed coronatus ſolemniter & ad vitam ſuam Imperator vocatus, ſeruata eidem Balduino genero ſuo, cum ad ætatem veniret legitimam imperij dignitate. Ex deſcriptis nimirum legibus Perußij pontificia auctoritate confirmatis Balduinus annos imperij non niſi ab obitu Ioannis numerauit; immo diſerte Gregorius IX. Ioannem in literis Imperatorem appellare conſuepit; cum Balduinum non Imperatorem ſed nobilem virum heredem imperij vocaret; atque adeo re in accuratius examen adducta Ioannis Brennensis imperij anni configendi viſi ſunt.

Solemnis imperatorio corona redimitur.

49 Coegerat ſane temporum neceſſitas Conſtantinopolitanos ad ſuſcipiendum labans imperium, propulſandoque hoſtes pertinaciſſimos Ioannem ſibi præficere, cum hinc Ioannes Ducas, dictus Vatacius, ipſos vrgeret, illinc Theodorus Comnenus atrociſſime infeſtaret; quare Gregorium anathemate hoc ipſo anno Theodorum omneſque ipſius partibus implicitos, quique arma auxiliaque ſubmitterent, perculiſſe vidimus; illum vero ſpretis cenſuris pontificijs Friderici amicitiam magnis muneribus eblandiuntem refert Richardus: ex quibus videtur Græcos Ioannis Regis fortitudinem veritos, fœdus cum Friderico, quem ſocero intenſiſſimum nouerant, coijſſe.

Cur Ioannem Conſtantinopolitani eiciuerint.

Theodorus Comnenus Friderico ſibi conciliat.

50 Prætermittendum vero non eſt quod Georgius Logotheta de Theodoro Comneno ſcribit, illum vtpote inconſtantis ac lubricæ fidei principem, qui ſæpe inſiurandum negligeret violaretque, demum a Ioanne Aſane Bulgarorum Rege, quem iniuſte laceſſiuerat, victum captumque d non ſine diuinæ Numinis vindicta fuiſſe.

In Aſanē contra datam fidem bellum mouet.

d Georg. ubi ſup.

51. &c. Addit auctor victorem clementia vſum iræ cædique temperaſſe. Edoctum ſorte parentis ſui Caloiannis, de quo plura nos ſuis locis diximus, calamitatis exemplo, qui cum ferinam in Romanos (ita appellitare conſuenit Georgius ſuos Græcos) barbariem exercuiſſet, & ſe Romæoctenum nuncuparet, vt olim Baſilius Imperator ob maximas Bulgarorum ſtrages editas Bulgaroctoni cognomen ſibi peperierat, triſti poſtea morte a Deo affectum tulit fama; obiecto nimirum in ſomnijs armato homine, qui haſta latus eius confodere viſus eſt, lateriali morbo periiſſe, vt Georgius Logotheta e enarrat: qui addit Theodorum perhumaniter a Ioanne habitum, cum nouas res in carcere moliretur, a victore oculis orbatum eſſe; quod etiam Nicephorus e Gregoras tradit: rem vero geſtam ſequenti anno aprili menſe conſignat Richardus d. Verum ab orientalibus rebus ad occidentales digrediamur.

Illum capit Aſanes. Clementer ſe gerit. Theodorū noua molientem obcœcat.

e Georg. l. 3. c. Nicephor. Greg. l. 9. d Rich. a S. Ger. in hoc

56 Cum varios tumultus conflarent in Gallijs principes viri, atque ad amplificandi maiestatis ſuam noua aduerſus Ludouicum Regem annis minorem Reginamque conſilia inirent, Gregorius, vt ad eas ſeditiones compeſcendas incumberent, epiſcopis Siluanectenſi, Aurelianenſi, & Meldenſi apoſtolico pro imperio præcepit e. Quibus etiam literis ſe Regem & Reginam in clientelam ſuam admiſiſſe profitetur. His congruunt, quæ ſcribit Nangius, intuliſſe nimirum anno ſuperiori atrox bellum Marchiæ & Britanniæ comites Campaniæ comiti ob detectas ab ipſo, quas parauerant Regi inſi-

Laboranti intellino bello Gallia incumbit Pontifex.

e Greg. l. 3. ep. 90. 91.

dias

dias, secutasque illius partes; sed regia virtute propulsatos.

Quod ad Regem attinet; ait Guilermus Nangius [a], illum comparato ingenti exercitu aduersus Petrum Armoricum comitem mouisse, qui intolerabili superbia elatus, aduersus Regem iterum conserrexerat, eiusque terras hostiliter varijs excursionibus inuaserat; tandemque ab Rege repressum ac perdomitum, sicque fractos alios pariter viros nobiles ad officium reuocatos. Adductus etiam est ad officium & obsequium Ecclesiæ a sancto Rege Rogerius Fuxi comes, ac precipuas arces pro fide oppigneranda potestati b Romani S. Angeli diaconi Cardinalis permisit.

[a] *Nangius de gest. Lud. Franc. Reg. hoc ann.* Petrus Britonum comes debellatur a D. Lud.

[b] *Greg. l. 2. ep. 91. Iud. ep. 84. c Tud. hist. Hisp.* Episc Sabin. legat* in Hisp. * *Papæ*

57 *Post hæc*, inquit Lucas Tudensis [c], *venerandissimus pater Ioannes Sabinensis episcopus Apostolicæ sedis legatus missus est in Hispaniam a gloriosissimo * Papæ Gregorio: hic inter cætera, quæ iste gessit, Reges Hispanos contra Sarracenos fiducit incitare.* De rebus verò tum ab Alfonso Rege Legionensi, tum a Fernando eius filio Castellæ Rege hoc anno gestis subdit: *Rex Legionensis Adelfonsus cum exercitu suo, & parte exercitus filij sui Regis Fernandi, obsedit Caceres oppidum fortissimum barbarorum, & cepit ipsum: fecit etiam largissimus Rex quædam memoria dignum pra Regibus, qui fuerant ante ipsum, nam adunauit omnes iudices regni sui, vt non acciperent ab aliquo parum vel magnum donum: ipse quidem eis de suo erario omnes abundanter faciebat expensas, ne iudices populi dona peruerterent, iudicium & iustitia haberetur. Nobilis filius autem eius Rex Castellæ Fernandus ingressus est terram Maurorum cum exercitu magno, & multas strages faciens, arbores, vineas, segetes & cuncta, quæ erant in circuitu, ferro & flamma vastauit.* Vt vero Christiani nominis hostes nefandissimi profligati fuerint, anno insequenti ex eodem auctore, atque ex pontificijs literis erit exponendum.

Alphonsi Rex Legio cum filio Fernando in Sarac. signa attollit.

58 Inter hæc cum Iacobus Rex oratoris opera expetijsset, vti pontificijs manibus diademate cingeretur, Gregorius hæc ei rescripsit [d].

Illustri Regi Aragonum.

Gratias agimus gratiarum omnium largitori, quod, sicut accepimus & vtique accepimus, ipso menti tuæ timorem sui nominis & amorem misericorditer inspirante, ab eo qui solus habet in regno hominum potestatem, dignitatis regiæ gloriam recognoscens, sponsam eius Ecclesiam, & personas ecclesiasticas honorificentia debita veneraris, & Apostolicæ sedis, & nostris beneplacitis prompta fide, promtaque deuotione te offerens, & exponens voluntate nobis, & actione desideras complacere. Cæterum supplicationes placidas, & honestas, quas super suscipiendo de manibus nostris regio diademate per dilectum filium Ioannem Buchados nuntium tuum tua nobilis sublimitas destinauit, benigne recepimus, & gratanter.

Rex Arag. flagitat regio diademate pontificijs manibus redimiri. [d] *Greg. l. 3. ep. 9.*

59 Verum quia omnia bona in tempore suo, & vt fiant petita munera gratiora, differuntur interdum, vt opportunius conferantur; nos varias turbines nunc imitantes, sicut conuenit, attendentes, ex quibus tanto negotio multa incommoda possent euenire, commodius tempus prouidimus expectandum, quo res auctore Domino sine obice prospere dirigatur, & omnibus in bonum cooperantibus, optatum sortiatur effectum. Quocirca serenitatem regiam rogamus in Domino, & monemus, quatenus pro tali dilatione minime mouearis, cum præsto simus ad gratiam tibi tam in hoc, quam in alijs exhibendam: sed breui, vt confidimus, tempore securus expectans, cum expedire videris, fiducialiter nos requiras, cum & nos interim quæ opportuna sunt, solicite disponamus, &c. *Datum Perusij v. kalendas maij pontificatus nostri anno* III.

Rex differt in tempus cõmodius.

60 Præterea consultus ab Argentinensi episcopo Pontifex, num puer quadriennis in patris iam Christianis sacris imbuti domo, an apud matrem in Iudaismo pertinacem educari deberet, respondit [a] in tantarem fidei, vt apud patrem Christiana religione instituendus alueretur. Cumque Cumani vna cum suo duce Strigoniensis archiepiscopi opera Christianam nuper religionem amplexi essent, Pontifex ingenti perfusus gaudio ea de re ijdem in fidem ac patrocinium sedis Apostolicæ recepit [b], eiusque gentis episcopum soli Romano Pontifici obnoxium esse iussit [c].

Iudæorum filij conuerso altero parente ab eo educandi. [a] *Ib. ep. 83.* [b] *Ib. ep. 58.*

61 Eodem anno insigne miraculum Deus Florentiæ, ad corporis Domini in sanctissimo eucharistiæ sacramento illustrandam veritatem edidit: cum enim huius anni MCCXXX. trigesimo die decembris, sacerdos ecclesiæ S. Ambrosij, nomine Vguccionius, peracto incruento missæ sacrificio calicem non benedeterssisset, siue setatis ingrauescentis debilitate, siue incuria, dicque insequenti calicem cum manu cepisset, in illo splendidum ac purpureum cruorem inspexit, eumque omnes monasterij illius virgines Deo dicatæ, quique interuere, tum episcopus omnisque clerus ingenti admiratione pietateque pertinis animis sum contemplati: dein Florentini, qui certatim confluxere, videndus propositus est. E calice postmodum is sanguis, in crystallinam ampullam transfusus, etiam hodie cum ingenti pietatis testi, ad spectandum proponitur. Hæc Ricordanus Malespina vulgari sermone Italico.

[c] *Ib. ep. 58.* Sacrati calicis vini species in veri sanguinis formam diuinitus versa.

IESV CHRISTI
Annus 1230.

GREGORII PP. IX. FRIDERICI IMP. OCC. 11. Indict. 5. annus 4. IOANNIS IMP. OR. 2.

1 ROmani diuinæ vindictæ terrore & metu concitati Gregorium in vrbem Perusio excitum magna honoris pompa ad placandas cœlestes iras susceperunt. Deferuus enim Dominus iniurias vicarij sui, quem illi Ecclesiæ libertate violata, ecclesiasticis viris, alijsque patrimonij S. Petri obnoxijs varijs malis atque oneribus attritis, acriter infectari, ac duorum fere annorum spatio Perusij quasi in exilio versari compulerant, in eos animaduertere cœperat, ac tanquam altero diluuio ipsos obruere velle videretur, tantam imbrium copiam effuderat, vt ijs, inflatus Tyberis extra ripas effusus, influeret in domos Vrbis, immo ad ipsa tecta excresceret, hominesque & iumenta raperet, commotus corruemperet: quin etiam ad malorum cumulum ingentem fluuius immanium serpentium vim intra vrbem euomuit, quæ computrescens infecto aere funestam luem intulit. Quibus prodigijs permoti Romani, ad Pontificis pedes coniugem, vtque in

Pontifex a Romanis in Vrbem euocatur.

Diuina vltio ipsos ad officia compellit.

Tyberis elatio horrenda.

Lues Vrbem depascitur.

Collaudat illius consilia Greg.

in Vrbem rediret, supplicibus precibus contenderunt. Narrat ea Gregorij gestorum scriptor.

Tractatus pacis Gregorium inter & Fridericum agitatur.

3 Subdit auctor Rheginum archiepiscopum & magistrum religiosi Theutonicorum equitum ordinis Roma, quò ad tractandam pacem se contulerant, digressos Fridericum apud Precicanam conuenisse, ac paulo post in vrbem reuersos, quò Austriæ, Charinthiæ, & Morauiæ duces ac patriarcham Aquileiensem & Salisburgensem archiepiscopum ad concilianda Gregorium inter & Fridericum concordiam confluxisse ait. Cuius etiam initi fœderis historiam idem pontificiorum gestorum scriptor paucis verbis complectitur: vbi enim Fridericum ex oriente redijsse, ac legatos Gregorio Papæ archiepiscopum Messanensem & Hermannum magistrum Theutonicorum ad firmandam pacem misisse, nonnullaque oppida ad fidem suam cautionis vice obligandam obtulisse narrauit, adiecit: *Quod tamen sumens Pontifex multorum instantia deuictus assumit per venerabilium virum Cardinalium obsequium studiosum cum fictione firmata, & sigillo imperiali testimonij communita: terram demum tot acquisitam laboribus eidem quasi nouæ infeudationis conceditur, in signum dominij, quibusdam sibi munitionibus reservatis, quas eidem postmodum adictis conditionibus commendauit, nec dum ipsius vulnere solidato recessit.*

Frid. iuramento pollicetur im pertij Ap. parituru.

4 Missi propterea ab Romano Pontifice legati Ioannes episcopus Sabinensis nuper ex Hispania regressus, & Thomas tit. S. Sabinæ presbyter Cardinalis, vt conficiendæ pacj viam munirent; quorum iussu Fridericus iureiurando solemni se obstrinxit in ijs omnibus se pariturum Ecclesiæ, ob quæ cœtu fidelium eiectus esset; tum eorum omnium iniurias voluntaria obliuione delecturum, qui bello inter ipsum Ecclesiamque exardescente, Ecclesiæ adhæsissent, nec vnquam aliquam ab ijs vltionem expeturum, itemque omnes antea ob id latas sententias reuocaturum, neque ecclesiasticam ditionem inuasurum; cuius sacramenti forma suis concepta verbis in regesto extat a.

Accepas iniurias omnibus remissurũ.

a Lib. 3. ep. 161.

De restituendis Friderico partibus bello vrbib' ereptis.

5. 6 Agitarum præterea est de ineunda ratione, qua vrbes, quæ deserto Friderico partes Ecclesiæ fuerant amplexæ, in Imperatoris potestatem redirent, ad quæ perficiendæ annus est definitus, quod tempus etiam de vtriusque partis consensu produci posset.

7. &c. His constitutis ac de sarciendis Ecclesiæ iniurijs nuncupato sacramento Fridericus die S. Augustino sacra a Cardinale Sabinensi censuris absolutus est.

11. 12 Cum hæc ad summum Pontificem vti fuerant gesta, essent perlata, ingenti gaudio affectus instar euangelici patris in venientis prodigi amplexus prosiliensque, percepto lætitiæ indices literas, ac pietatis charitatisque paternæ eximijs notis aspersas ad Fridericum dedit b, in quibus hisce illum monitis instruxit.

b Ibid. pag. 165.

Pontificis lit. ad Frid. gratulatorias de cõparata Ecclesiæ gratia.

Gregorius, &c. Salutis & honoris tui profectum sinceris affectibus cupientes, Altissimi misericordiam humiliter imploramus, vt qui te reuocauit ad vitam, det virtutis constantiam reuocato, quatenus vbi abundauit delictum, abunder & gratia, & præcedens lapsus te reddat in omnibus cautiorem; quia proculdubio non est amor, qui possit æquari materno, vel vllus efficacior erga te, quam Ecclesiæ affectus gratiæ valeat inueniri. Ipse quoque, fili charissime, parti tuæ adesto solicitus, ne de cætero patiaris te abduci, vel seduci prauis consilijs peruersorum, qui non quæ tua, sed quæ sua sunt, inique quærentes, fascinare te gestiunt, vt exasperes matrem tuam, &c. *Dat. Anagniæ v. kal. septembris pontificatus nostri anno* IV.

A

Aliæ ad Franc. Regẽ de Frid. fidelium cœtui aggregato. a Lib. 3. p. 166.

13. 14 Tum rei gestæ, tandemque optatæ pacis confirmatæ, S. Ludouicum Francorum Regem festis literis fecit certiorem a, addiditque: *Celsitudinem regiam rogamus, monemus, & hortamur in Domino, quatenus magnificans Dominum ex corde vbi secum, supplicitèr postules ab eodem, vt pacem continuet, & confirmet, aliaque conseruationi pacis cooperari modis, quibus poteris non desistas, ita quod propitiationem diuinam ex hoc vberius merearis, & nos sinceritatem tuam possimus merito commendare.*

Fridericus Pontifice Anagniæ inuisit. b Ric. de S. Germ. in chr. hoc ann.

15. 16 Fridericus autem quo acceptæ beneficij memorem ac gratum animum erga Pontificem explicaret, Anagniæ commorantem, pulcherrimo comitatu stipatus inuisit: de quibus hæc Richardus b: *Prima die septembris Cæsar inuitatus a Papa cum esset in castris in prato Anagniæ magnifice comitatus a Cardinalibus & nobilioribus ciuitatis intrauit Anagniam: & eo die cum Papa sedit in mensa, & solus cum solo, magistro tamen Theutonicorum præsente, in papali camera consilio longo se tenuere diu: ac die lunæ sequenti cum gratia Papæ & Cardinalium in castra reuersus est.*

Sæuit in subditos qui Pontificis fuerãt. c Stad. in chron. d Pan. hist. Angl. e Stero in ann. apud Canis. ant. lect. to. 3. p. 260. f Godef. in annal. g Libr. Salisb. apud Ces. to. 6. ann. 1261. chr. Austriæ & Ang. & alij. S. Greg. l. 6 ep. 21.

17 Agunt de confecta pace veteres scriptores Albertus Stadensis c, Matthæus Parisius d, Henricus Stero e, Godefridus f, aliique g. Verum infixa Friderici animo odia breui recruduere: improborum enim hominum consilijs subornatus, in nonnullos imperio suo subditos, qui Pontificis partibus studuerant, violato sacramento sæuijt. Quibus auditis Pontifex, hæc ad ipsum rescripsit h.

Placare illis Fridericus Greg

Gregorius, &c. Imperialem celsitudinem rogamus, monemus, & hortamur in domino, adiuramus per dominum Iesum Christum, qui præfert misericordiam holocaustis, quatenus prudenter attendens, quod melior est patiens viro forti, & per patientiam viri doctrina cognoscitur, misericordia, cui cæteræ virtutes humiliter obsequuntur, te permittas salubriter superari, cum nunquam alias felicius valeas triumphare; dimittensque debitoribus tuis ex corde, illum, cui omnia debes, tibi constituas meritò debitorem: & tam nostro, quàm tuo pudori prouide consulens, nos tibi reddas ex hoc specialiter obligatos: quia si secus, quod dominus auertat, ageres, non possemus nos non reputare confusos, quia non deessent, qui nobis fiduciam, quam de te concepimus, mordaciter exprobrarent. *Datum Anagniæ id. octobris pontificatus nostri anno* IV.

Redit in Vrbem Pontifex.

18. &c. His Anagniæ peractis: *Summus Pontifex*, inquit eius vitæ scriptor, *propinquante iam hyeme ad Vrbem rediit, a Romano populo congaudente susceptus.* Consentit Richardus, qui mense nouembri a senatore reuocatum ait; additque vitæ auctor: *Tunc in Lateranensi palatio domos construxit altissimas, & palatium nobile pauperum vsibus deputatum: Romanis beneficia grandia elargitur.*

Later palatium amplificat.

22. &c. Hoc anno VIII. kalendij solemni ritu translatum est Assisij sacrum S. Francisci corpus,

pus, ac plures virtutes cœleſtes diuinitus editæ fuerunt, vt narrat S. Bonauentura, qui hæc ſubdit [a]: *Sicut vir iſte beatus mirandis virtutum ſignis in vita claruerat, ſic a die tranſitus ſui vſque in præſens per diuerſas mundi partes præclaris miraculorum prodigijs diuina ſe potentia glorificare coruſcat; nam cæcis & ſurdis, mutis & claudis, hydropicis & paralyticis, dæmoniacis, & leproſis, naufragis, & captiuis ipſius meritis remedia conferuntur, omnibuſque morbis, neceſſitatibus, & periculis ſubuenitur: ſed & multis mortuis mirifice ſuſcitatis innoteſcit fidelibus, mirificans ſanctum ſuum magnificentia virtutis Altiſſimi.* Cum autem inter ſodales Franciſcanæ familiæ plures controuerſiæ ortæ eſſent, eas Gregorius IX. diremit [b], & in primis de mandato in vitæ mortiſque comitio ſodalibus dato pronuntiauit, ad illud ſodales ſine eorum conſenſu obſtringi non potuiſſe; ac deconſilijs euangelicis reſpondit ipſos ad ea tantum lege teneri, quæ in religioſæ vitæ formula ipſis tradita continerentur; quod vero ad proprietatem prohibitam ſpectaret, declarauit ſupellectilis domeſticæ vel librorum vſum ea non prohiberi.

[a] S. Bonau. in vit. S. Franc. c. 15 Tràslatio reliquiarũ S. Franc. celebrata Aſſiſij. In ea plura miracula edita.

[b] Greg. l. 9. ep. 73. Dubia circa regulã S. Franc. ſoluta a Greg.

Actum de B. Virgilio conſecrando nomine

26. 27 Rogatus Pontifex, vt beatum Virgilium epiſcopum olim Salisburgenſem miraculis clarum in ſanctorum numero collocaret, epiſcopo Brixienſi ac nonnullis Ciſtercienſis familiæ abbatibus Patauienſis diœceſis veritatis admirabilium rerum diuinitus illius beneficio editarum inquirendæ munus impoſuit [c], eaque diligenter diſcuſſa literis ſe tacerent certiorem.

[c] Greg. l. 4. ep. 58.

Herboldus a B. Elizabetha ad vitam ſanctiorem traductus, d Theod. Tur. vit. S. Eliſ. apud Canis. ant. lect. t. 3. p. 203.

28. 29 Hoc interim ſpatio ea admiranda contigere, quæ de S. Elizabeth Andreæ Regis Hungarorum filia in monumenta contulit Theodoricus Thuringius [d]: *Venit ad eam aliquando matrona nobilis Gertrudis de Leindbach viſitandi gratia, & cum ea adoleſcens quidam Bertholdus nomine ſeculariter indutus, quem ſeculi contemptrix Elizabeth ad ſe vocans, dixit illi: Videris nimis indeſerete te habere: & quare non ſernis creatori tuo? Reſpondit iuuenis: O domina mea, ſupplico vobis, vt oretis pro me, vt Dominus det mihi gratiam ſuam ſeruandi ei. At illa: Velleſne, ait, quod ego orarem pro te? Et ille: Vellem quidem! Et ipſa inquit: Oportet, vt te ad gratiam Dei habilites, ſimiliter orando; & ego pro te libenter orabo. Moxque pronolutis genibus in loco competenti monaſterij in Vrede, vbi tunc erat, cœpit orare pro iuuene; ipſeque iuuenis alta voce clamare dicens: O domina ceſſate ab oratione. At illa inſtabat feruentius. Poſtmodum iuuenis altius vociferari cœpit dicens: O domina ceſſate ab oratione, quia iam deficio. Nimio namque calore accenſus iuuenis ſudabat & fumebat, & brachia totumque corpus huc & illuc tanquam demens iactabat. Tunc domina ipſius feruentes, & duæ beatæ Elizabeth ancillæ accurrentes tenuerunt eum, & inuenerunt eum totum incaluiſſe, veſteſque nimio ſudore madidas; ſæpius autem iterans clamorem, tandem dixit: In nomine Domini oro, vt ceſſetis ab oratione, quia iam igne conſumor: & quæ tenebant eum, vix calorem manibus poterant tolerare. Mox autem, vt ceſſauit oratio, refrigeratus eſt. Accidit itaque hoc mirum anno ante mortem Dei famulæ, & iuuenis ad ordinem fratrum Minorum ſe transtulit ſic attractus. Contigit hoc frequentius & alijs, pro quibus ipſa Dominum exorabat. Diſcite quo charitatis ardore ferebat, quæ calore ſuo finxum ſeculari concupiſcentia ſiccat, & ad amorem æternitatis inflammat.* Sed de his hactenus: ſuperest, vt ea percurramus, quæ in Gallia & Hiſpania ſunt peracta.

[d] Theod. Tur. vit. S. Eliſ. apud Canis. ant. lect. t. 3. p. 203.

30 Adducta in diſcrimen grauiſſimum Gallia videbatur, ni Deus ſanctum Regem ſua prouidentia texiſſet; de bello enim periculoſiſſimo diuinitus ſedato hæc Bernardus a: *Anno Domini* MCCXXX. *Theobaldus comes Campaniæ, item comes Britanniæ, item comes Marchiæ, & Raymundus vltimus comes Toloſæ cum Rege anglie contra S. Ludouicum Regem Francia conuenerunt, ſed agente Deo pij Regis viribus ſunt repulſi.* Addit auctor coacto præſulum concilio Clarinum Carcaſſonæ epiſcopum miſſum ad pontificiam aulam obtinuiſſe, vt legatus ſedis Apoſtolicæ ad componendas res daretur, eamque prouinciam Tornacenſi epiſcopo datam fuiſſe; tum de legato ſubdit: *Cum veniſſet, conuenit comitem Toloſanum Raymundum vltimum ſuper illis articulis emendandis, qui dicebantur contra pacem nuper factam Pariſijs eſſe commiſſi: vnde fuit aries aſſignata apud Caſtrum nouum in eccleſia Petræ Albæ omnibus, qui cauſas haberent conquerendi, vt ſcriptis comiti traderentur; ipſe enim promiſit, quantum in ipſo erat, omnia emendare.* hæc Bernardus. Celebrauit vero idem legatus Biterris concilium [b], in quo ad excindendas hæreſcos reliquias ſanxit, vt cuilibet catholico manus iniicere in hæreticum, eumque ad epiſcopum adducere liceret; tum iuſſi ſinguli diebus feſtis eccleſiam parrochialem adire, vt parochus ſuſpectos de hæreſi dignoſceret. Recuſis igitur Raymundi, qui rebellionem fecerat, aliorumque hoſtium conatibus, habitum colloquium ſcribit Pariſius, in quo pax pacta; ſanciunque, vt Campaniæ comes diſſidij illius præcipua fax Ieroſolymitanam peregrinationem ſuſciperet, vt cum centum equitibus contra hoſtes crucifixi dimicaret. At Rex Reginaque mater ſacramento ſolemni ſeſe obſtrinxere, ſingulis iura ſua ſeruaturos, iuſtitiamque ex veterum conſuetudinum ratione adminiſtraturos. Addit idem auctor Anglorum Regem, comparato ingenti exercitu, traiectoque in Britanniam minorem ad petendum bello Francum ſeſe accinxiſſe, eiuſque aduentus, ac bellici apparatus fama excitum Ludouicum Regem, coactis copijs, eius impetus eluſiſſe, adeo vt ſumma vi pecuniarum effuſa abſumptaque, nulla alia re præclare geſta Angliam repetierit.

[a] Bern. chr. Rom. Pont. Qui in ſanctum Regẽ Ludouic. contionem fecerint Tornac. ep creatus in Gall Nar. legatus ad emendãda quæ aduerſus rem catholicam erant patrata.

[b] Biterren. concilij acta. b Ext. alia to. 3. biſt. Franc. pag. 417.

Cur in Gallia eccl. hã parœcialem diebus feſtis populus adire iubeatur.

Item Anglorũ Rex transfretat in Britanniam minorem. Propulſatur a D. Lud.

31 Reliquum iam eſt, vt quemadmodum anno ſuperiori fuimus polliciti, de victorijs aduerſus Chriſtiani nominis hoſtes in Hiſpania diuinitus relatis ſermonem inſtituamus. Eas hiſtoriæ ita exactiſſime mandauit Lucas Tudenſis [c] antiquus auctor & veritatis ſtudioſiſſimus: *Adephonſus Rex Legionenſis obſedit ciuitatem Emeritam, & cepit eam. Erat tunc temporis quidam barbarus inſignis nomine Abenſuitan, qui expulit Almaſadas ab Hiſpania, & factus eſt Rex barbarorum. Hic a ſuis vocabatur Rex virtutis: congregato magno exercitu Maurorum innumerabili, venit pugnaturus cum Adephonſo Rege Legionenſi, qui erat ei obuiam cum paucis. Sed Rex Adephonſus, vt erat fortis & animoſus, fecit exercitum ſuum de nocte contra Saracenos, flumen Guadiana tranſire. Fixerant Saraceni tentoria cuncta caſtrorum a longe, & viderunt primo mane noſtrorum acies paratas ad bellum, & ipſi ordinauerunt acies ſuas ad prælium parantes. Fuit Dominus cum Rege Adephonſo, & populo Chriſtiano, & in congreſſione*

[c] Luc Tud. chro. Hiſp. Io. Mariana l. 12. c. 15. & alij.

Hiſpani Reges Saracenos bello petunt.

Emerita ab Alfonſo Rege Legion. capitur.

Abenſuit Sarac. Rex prælio vincitur.

ſtone ipſius belli tanta Saracenorum millia proſtrata ſunt, quod multa barbarorum oppida remanſerunt vacua, omnibus habitantibus eorum extinctis. In ipſo bello Abenſuitan Rex barbarorum Badalocij expugnatur. *fuit graviter vulneratus. Tunc Rex Adephonſus e victoria reuerſus obſedit Badalocium, & poſt paucos dies capit ipſum. Dimiſerant Saraceni Elnet, & caſtra alia plura, ſe fuga committentes, qua Chriſtiani populauerunt, cum vacua reperiſſent. Reuerſus eſt Rex Adephonſus cum multis ſpoliis, & victoria magna, laudans Deum & beatum Iacobum, qui ſibi de inimicis dedit tam nobiliter triumphare: ſiquidem in ipſo bello viſibiliter apparuit B. Iacobus cum multitudine militum albatorum, qui Saracenos in manu valida proſternebant. Beatus etiam confeſſor Iſidorus quibuſdam apparuit Terore antequam Enciſa aperetur & bellum fieret, & dixit eis ſe ad auxilium Adephonſi Regis cum ſanctorum exercitu properare, & quod ſibi dictam traderet ciuitatem & de Saracenis prælietur campalem triumphum.*

S.Iacob. & Iſidorus pugnaſſe in fidei hoſtes crediti

32 Interea dum Rex pia ac fortia contra barbaros conſilia agitabat, reportatis de illis triumphis decorus, onuſtuſque palmis, e viuis, vt ait Tudenſis, ſublatus eſt: *Rex autem Adephonſus multam victualium, & bellici apparatus copiam præparauit, vt ſtatim veniret ad euertendas vrbes & oppida barbarorum; ſed cum cauſa orationis ad eccleſiam ſedis ſancti Iacobi Apoſtoli properaret, in Galicia in loco, qui dicitur Villa noua Delemos, graviter ægrotauit, & accepta ab epiſcopis panitentia, & corporis & ſanguinis Dei Sacramento morte pretioſa deceſſit, & in eccleſia B. Iacobi Apoſtoli iuxta patrem ſuum eſt honorifice tumulatus* [2]. *Rex regnum feliciter quadraginta duobus annis, obiit æra* 1268. is eſt annus Chriſti MCCXXX. in quem etiam Rodericus ea tempeſtate archiepiſcopus Toletanus, ipſius Adelfonſi obitum alijque contulere a.

Regis Alfonſi mors

e Ioſephi

a Io. Marian. l. 13. c. 5.

33. &c. Subijcit etiam Tudenſis, perlato eius mortis nuntio Fernandum filium, qui bellum cum Mauris gerebat, Legionem ad paternum ſceptrum ſuſcipiendum prouolaſſe, atque interea Gallos & Aſtures aliosque ſeditionem commouiſſe; ac miraculum egregium recenſet in Didaco viro præclaro editum, nempe illum cum praua in Fernandum conſilia molitus, turrim atque eccleſiam S. Iſidori occupaſſet, mox adeo graui ægritudine implicitum eſſe, vt oculi emicare foras, & ex orbibus ſuis erupturi ingenti dolore viderentur, auſique facinoris pœnitentem priſtinæ valetudini reſtiturum. Reliqua Fernandi inſignia facinora complectitur Tudenſis, inter quæ Vbeda capta, ac idem Rex Abenhut Mahometanus fuſus & fugatus, reportata opima ſpolia, caſtrum S. Stephani, aliaque expugnata loca, ac regnum Berengariæ matris opera pulcherrime compoſitum, celebrantur.

Fernandus Rex Caſtel. paterno Legionis regno ſuccedit. Didacus in eum rebellat.

Inſignia Regis Fernan. facinora.

36 Per idem tempus aduerſus Saracenos Aragonum Rex bello certabat, ipſiſque Maioricam eripuerat b, ac nuper ab Romano Pontifice poſtularat, vti eccleſiam cathedralem ibi erigeret. Gregorius regijs votis reſpondere paratus cum eſſet, vectigalia prius ab eo dotis nomine eidem eccleſiæ attribuenda decreuit c, quibus epiſcopus & canonici ſuſtentari poſſent,

Maiorica a Iacobo Rege Saracenis erepta

b Ord. vbi ſup. Ioan. Marian. l. 13. c. 14.

c Greg. l. 4. ep. 91.

Petitis de epiſc. ſede ibi erigenda annuit Gregorius ſi eccleſiam dotarit.

37 De excitata Maioricana ſede, deque Balearium expugnatione agit pluribus Hieronymus Surita d, qui Saracenum Regem captum, eiuſque filium Chriſtiana ſacra ſuſcepiſſe, increbuiſſeque S. Georgij virtute inſulæ principem vrbem expugnatam, atque in ipſa irruptione candido cultu ac ſplendiſſimo fulgentem barbaros hoſtes obterere, ac primum omnium in vrbem penetrare viſum ſcribit, additque pridie kalend. ianuarij huius anni expugnatam fuiſſe, cui Ioannes Mariana a in eo, ac Bernardus Guido b conſentiunt.

d Surit. in Iacob. Rege l. 3. c. 8. 9.

a Io. Marian. de reb. Hiſp. l. 13 c. 14. b Ber. chron. Rom. Pont. an. 1319.

IESV CHRISTI
Annus 1231.

Indict. 4.

GREGORII PP. III. FRIDERICI II. IMP. OC. 12. annus 5. IOANNIS IMP. ORIEN. 3.

Exacti fidei iuſſores ad fidem Frid. aſtringendam.

1. 2 GRegorius Pontifex maximus ad confoedam anno ſuperiore cum Friderico Imperatore pacem firmius ſtabiliendam fideiuſſores, qui ſacramento ſolemni partes Eccleſiæ aduerſus Imperatorem, ſi is a promiſſis reſiliret, amplecturos ſe obſtringerent, ab eo exegit; a quo etiam e contendit, vti Templarios & Hoſpitalarios, quos iterum bonis expoliauerat, exagitare deſineret, receptiſque in gratiam priſtina bona reſtitueret; ipſumque præterea hortatus eſt, ne regni Neapolitani ſubditos, qui a cauſa Eccleſiæ ſteriſſent, in Syriam trajicere compelleret, ne in exilium eos agere videretur, neue d moleſtia Inſubres afficeret.

Templarij ab ipſo exagitati.

e Greg. l. 5. ep. 82.

d Lib. 5 ep. 76.

3. &c. Quemadmodum ergo Inſubres commendauit Friderico, vt ab eorum iniuria ſibi temperaret, ita ipſos grauiſſime monuit, vti ſua Friderico præſtarent officia, atque a Vercellenſi & Brixiano epiſcopis ex concepta facta cum Imperatore pacis formula ſacramento adigi iuſſit e. Iiſdem etiam epiſcopis, atque electo Mantuano prouinciam dedit, vt cum Fridericus conuentum habere cum filio, ac Germaniæ principibus flagitaret, Inſubribus ſuaderent, ne Germanos arceret aditu in Italiam, quo facto ſanctum fœdus violare viderentur.

e lib. ep. 2.

Latæ iniquiores clericis a Frid. leges

9. 10 Cumque Fridericus iniquiores leges eccleſiaſticis impoſuiſſet, mox Gregorius Capuanum archiepiſcopum qui improbarum ferendarum legum auctor extiterat, perſtrinxit f. Imperatoremque, vt eas reſcinderet, oratione grauiſſima eſt adhortatus g.

f Lib. 5. ep. 91.

g Lib. 5. ep. 91.

Gregorius, &c. Intelleximus ſiquidem quod vel proprio motu, vel ſeductus inconſultis conſilijs peruerſorum, nouas edere conſtitutiones intendis, ex quibus neceſſario ſequitur, vt dicaris Eccleſiæ perſecutor, & obruitor publicæ libertatis, ſicque tibi contrarius contra te tuis viribus moliaris. *Et infra*: Sane ſi ad id ex te forte moueris, timemus multum * de gratia tibi eſſe ſubtractum, dum ſic patenter famam propriam negligis & ſalutem: ſi vero impulſus ab alijs, miramur, quod talibus conſiliarijs acquieſcis, qui ſpiritu vexati nequitiæ te intendunt Deo, & hominibus conſtituere inimicum, vt taceamus alia, potius ſilentio intelligenda quam verbo: quæ vtinam a te tacite intellecta fortius in auribus cordis ſonent, quatenus quieti tuæ, ac famæ noſtræ prouide conſulens, vtrumque ab increpationibus populi ſeruet immunem. Cum enim montes pacem ſuſceperint, cur pauperes populi debent eſſe pacis expertes, vt in pace amaritudo amariſſima ſit eorum? Aut quis poſſet indurato corde vlulatus, quos quodammodo præuidemus, tot fletuum obaudire?

Iubentur a Pontifice reuocari.

* Dei gratiam tibi eſſe ſubtractam.

dire? &c. *Dat. Reate III. non. iulij pontificatus nostri anno* V.

Apostolicis monitis exulceratur Imp.

10 Asperarunt hæc monita Friderici animum, qui blandissimis assentatorum lenocinijs affluens, quasi grauior iniuria, proposito ob oculos ipsius vitio, inflicta esset, exarsit, acerbiusque de severitate pontificia expostulauit. Quibus ad Gregorium perlatis, tanquam pius pater exulceratum eius animum lenioribus verbis placare ac permulcere studuit a: instruxitque, vt asperiora amantissimi patris monita mollissimis adulatorum blanditijs præterre deberet: *Et si quidem*, ait, *exterit aspera increpatio, non fuit publica, sed priuata; non clamosis vocibus, sed literis expressa secretis, quæ vix vnquam ad scribentis affectum sufficiunt exprimendum.*

a *Lib. 5. ep. 100.* Placare illum studet Greg.

Queritur Frid. Reg. ler. nomē in lit. prætermissum

11. 12 Cumque insuper Fridericus questus esset, summum Pontificem inter cæteros honorum titulos, quibus ornari soleret, Regis Ierosolymitani insigne nomen in literis suis prætermisisse, respondit Gregorius b id non factum ad imminuendum ipsius honorem, quem augere potius, & amplificare cuperet; sed alias ob causas, quæ ipsi a Rhegiensi archiepiscopo aperiri potuissent. Tum hortatur terram sanctam tueatur, excindat hæreticos, populus iuste moderetur, ablata bona Templarijs, atque Hospitalarijs restituat, eosque regia benuolentia complectatur.

b *lib. ep. 114*

Serpit hæresis in pluribus Italiæ locis

Insignis ad eam exstinguendā Greg. diligentia.

13 Excitauit ideo Fridericum Gregorius, ad excindendos hæreticos, cum Patarenorum luem grassatam latius compertum esset: non enim modo Insubriam, & citeriorem Siciliam inuecerat, sed ipsum quoque puritatis catholicæ domicilium, Romam videlicet contaminare aggressa erat: ad quam delendam Pontifex legum seuerirarem adhibuit, vt vitæ illius scriptor testatur. Rei gestæ tempus consignat hisce verbis Richardus: *Eodem mense*, februario nimirum, *nonnulli Patarenorum in Vrbe inuenti sunt: quorum alij sunt igne cremati, cum inconuertibiles essent, alij donec pœniteant, sunt ad Cassinensem ecclesiam, & apud Casas directi.*

Pertinacissimi flāmis injecti.

Latæ in hæret. a Greg. leges,

14. 15 Ne recrudesceret in posterum malum, ac fidei catholicæ puritatem corrumperet, tulit Gregorius nouas leges aduersus perditissimos homines, atque anathematis fulmine percussit. siue illi Patareni, Cathari, Pauperes de Lugduno, alioue infelici nomine notarentur; sanxitque, vt cum ab Ecclesia damnati essent, raperentur ad tribunalia iudicum, vt meritis pœnis afficerentur: qui vero clericatu essent insigniti, ea prius dignitate exuerentur: cæterum si in scelere deprehensos flagitij pœniteret, perpetuo incarcere ad illud expiandum asseruarentur c.

c *Cap. excommunicamus de hæret.*

16. &c. Imitati Pontificis pium ardorem senatus populusque Romanus seueras leges contra huiusmodi hæreticos condidere, quas ad commendandum illorum in tuenda fide studium adduximus in annalibus prolixioribus. Insubriam maxime contaminarat hæresis, cui alendæ nimia libertas non parum fauerat. Ad quam comprimendam Fridericus nō sine magna laude eius criminis conuictos imperatorio edicto flaminis tradi, vel si ad aliorum terrorem vitæ reseruandi viderentur, linguis, quibus blasphema euomuissent, amputari iussit. Cuius edicti acerbi, sed iustissimi, exemplum e regesto pontificio d in ijsdem annalibus attulimus. Et sane Fridericum ab Romano Pontifice aduersus hæreticos incitatum, scriptæ ab ipso ad Gregorium

Senat. Populusq; Roman exemplo Greg. infectantur hæreticos

Fridericus vetera in hæret. edicta renouat.

d *Lib. 4. ep 103.*

literæ testantur, quibus se ad Italiæ hæreticos profligandos, extirpandosque pro apostolicis eius adhortationibus profilire decreuisse ait a: quem in Sicilia infectatum hæreticos, ac misisse Neapolim Rheginum archiepiscopum, vt in eos inquireret, ac plures in vincula coniectos, vt meritis pœnis addicerentur, tradit Richardus b.

a *Ex. apud Greg. l. 4. ep. 221.*

b *Rich. in chron. an.* Patauini in Ezelinū hæreticum insurgunt

20. &c. Excitata etiam in cæteris Italiæ prouincijs fidelium religio ad delendam hæresim, inter quos Patauini magnis laudibus ornati c a Gregorio, vt qui pio ardore accensi in Ezelinum ea tyrannia iniustum profligissent: ad quem in castra Ecclesiæ traducendum in præfixo literis titulo: *Spiritum consilij sanioris*, precatus, vt errores abijceret monuit d, earumque exemplum misit ad Ezelini filios Ezelinum iuniorem & Albericum, quia paterno scelere abhorrere præsentiebant, ac ne auitis opibus excideret, vltro Gregorio miserum parentem in tenebrorum fidei manus se traditurus erant pollicebantur, si obfirmatus in flagitio perstaret: quibus Pontifex significauit illorum cauta, quos putaret Dei vero cultui addictos, quid grauius se in ipsorum patrem statuere distulisse, ne paterna calamitate inuolherentur, cum hæreseos crimen (vt ait) instar criminis læsæ maiestatis filios exheredet: adiecitque preces & imperia, vt summa diligentia parentem ab hæresi atque hæreticorum studio deterrerent, ac si monita respuerent, vt sibi consulerent saluti, illum, vti ipsi promerentur, ad pontificium tribunal rapiendum traderent. Nec mirum cuiquam videri potest datum hoc filijs aduersus parentem consilium, cum diuini Numinis, a quo nominatur omnis paternitas, cauta humanis affectibus debeat anteferri.

c *Ep. 110.* Ezelini filij parentē tradere vim cum offerunt vt se suaque in tuto collocent.

Iubentur pro ipsa pertinere; a rem ad eam hanc adducere nō possunt.

23. &c. In cæteris etiam regnis hæreticos meritis pœnis affici iussit Gregorius: quo argumento Bituricensi & Antissiodorensi episcopis literas dedit, vt in impios, qui oppidum, cui a Charitate nomen inditum est, admodum infecerant, animadverterent. Tanta vero fuit hæreticorum impietas, vt palam Filio Dei eiusque operibus renunciare & non perhorrescerent.

Quæsiti etiam ad hoc plurimi in Gallijs hæretici.

Caterum in Gallijs occubuit hoc anno e eximius hæreticorum expugnator, ac fidei strenuissimus defensor, insignis sanctitate Fulco episcopus Tolosanus, de quo nos plura, qui cum eam ecclesiam oppressam ab hæreticis, atque ob ipsius eorum improbitate mutatam accepisset, demum ijs profligatis vindicatam in libertatem, auctam bonis, ac pietate florentem reliquit, & in monasterio Grandis siluæ Cisterciensis ordinis, in quo institutis monasticis exercitus fuerat, sepultus est.

d *Greg. l. 6. ep. 227.* e *Hæres. ebrem.* Tolos. ep. Tolos hæreticor expugnator moritur.

33 Quo etiam tempore S. Antonius, beatum Patauij finem vitæ fecit, de quo multa Lucas Vvadingus, quæ ab ipso peti possunt. Satis nobis erit hæc ex eius gestis f præclarissimo que exitu delibare: *Paulatim autem increscente ægritudine ad extrema festinauit: cumque nonnihil quieuisset, facta confessione hymnum illum de B. Maria: O gloriosa domina; canere cœpit, deinde sublatis oculis aliquandiu sursum diligentissime intentos eos tenuit. Cum autem interrogaretur, requidnam ita aspiceret, respondit: Video Dominum meum. Cernentes igitur fratres, qui aderant, felicem eius exitum adesse, e proximo sacram vnctionem ei impendere voluerunt. Vt autem vidit sanctus vir fratrem ex more sacrum oleum apportantem, intuens in eum, ait illi: Hanc vnctionem ego habeo intra me.* Porro lector et seruet

S. Antonij e Lusitania ad Italiam nauigatio mors.

f *Ex Ant. apud Sur. 13 iunij.*

Extrema vnctione illiditur.

inter ea verba, quæ vir sanctus etiam mors imminere prodidit, extremæ vnctionis sacramentum, quod hostes a fidei his B. Anconij verbis truncis mutilisque allatis putidum oleum per summum contemptum appellarunt, non respuisse, sed tantummodo ad salutem non necessarium innuisse: *Bisi autem necesse non est hanc extrinsecus adhibeas, & placet tamen, & vtilis est. Suscepit igitur sanctam vnctionem, extensisque manibus, & palmis iunctis, psalmos, quos penitentiales vocant, cum fratribus perlegit. Inde quasi dimidia elapsa hora inter manus adstantium dormienti similis leniter expirauit, & anima illi sanctissima carnis ergastulo absoluta in abyssum claritatis absorpta est. Corpus plane dormire videbatur, manibus in candorem, & colorem prisinum mutatis, & membris omnibus ad nutum contrectantium flexibilibus. Agebatur tunc a Christi incarnatione annus* MCCXXXI. *& dies iunij* XIII. Hæc auctor pluraque alia subijcit de visis rebus admirandis, quibus Deus seruum suum illustrauit.

a Monasterij cens. l. 3. c. 10. col. 1176. Refelluntur Nouatores qui sanctum virum eam respuisse aiunt.

34 Eodem anno sanctissimam animam Deo reddidit B. Elizabeth regia Hungarorum stirpe progenita, cuius felicissimam mortem Theodoricus ita describit b: *Apparens ei in visu Dominus vocauit eam, dulciter loquens ei: Veni dilecta mea in præparata tibi tabernacula ab æterno. Iam verò tunc agrotauit vir Dei magister Conradus de oppido Maiburg sacerdos, & graui infirmitatis molestia torquebatur, & introiuit ad eum visitandum infirmorum consolatrix Dei famula Elisabeth. Factum est autem dum fabularentur inuicem, interrogauit eum sacerdos infirmus dicens: Quomodo, mi domina, & filia, post mortem meam fatum tuum proponis ordinare? Tunc Dei famula de morte sacerdotis nil respondens, sui ipsius obitum eidem indubitanter prædixit, quem Spiritu sancto præcognouerat reuelante. Et ecce die quarta post hæc verba, ægritudinem Dei famula incidit, in qua ex hac luce subtracta mortem perdidit, & vitam æternam adijt.*

b Thrud. l. 8. c. 1. 2. 3. 4. apud Canis. ant. lect. to. 5. pag. 306. 307. 308. Elizabeth mortem suam præsagit.

35 *Cumque per dies duodecim, & amplius in ægritudine Dei famula laborasset, assidens eius lecto decumbentis die quadam vna ex ancillis eius aquinoca, audiuit quasi intus guttur eius vocem dulcissimam. Post pusillum conuertens se ad ancillam (tacuerat enim ad parietem versus) dixit: Vbi es dilecta mea? Respondit ancilla: Adsum, & admirata: O domina quam dulciter cantasti! Quæsiuit ergo ab ancilla si quid audisset. Et dixit: Etiam. At illa: Dico tibi, quod inter me, & parietem cantula quædam mihi iucundissime cantauit, cuius dulcedine excitata oportebat & me cantare. Tertia verò die eius obitum præcedente, iussit a se omnes seculares excludi personas, nec etiam nobiles, quæ ad eam frequenter visitandi gratia venerant, ad se voluit intromitti. Requisita vero, cur aduenientes excluderet, circumsidentibus suum stratum dixit: Volo de extremo districti iudicij examine, & de meo omnipotente iudice meditari.*

Diuinis delitijs mira natura assistit.

36 Addit auctor, vt omnes vitæ nexus sacra confessione apud sacerdotem expiarit, ac magno pietatis sensu perfusa sanctissimo viatico communita, suauissimas voces immotis labris magno miraculo e gutture effuderit, ac scisciata, quid rei esset, subiecerit num aliquos secum diuinas laudes decantantes audirent; ac postremo adijcit: *Tandem iubilando requieuit & quasi suauiter obdormiens inclinato capite expirauit.* Vt vero eius exequiæ magna cleri, ac religiosorum virorum frequentia ingentique populorum concursu celebratæ fuerint, refert idem auctor, ac locum, & tempus his verbis contignat: *Acta sunt hæc apud oppidum Hassiæ Marpurg in capella xenodochij pauperum, quod ipsa nobilis Regis filia, Christique famula eximia S. Elizabeth suis sumptibus construxerat, anno incarnationis dominicæ* MCCXXXI. *mense nouembris: quarto die obitus eius terra condita est migrante anima ad requiem æternam, &c.* Nonnullaque recenset miracula, quibus ancillæ suæ merita Deus in luce collocauit, quibusque permotus Gregorius IX. eam in sanctorum numerum retulit, qua de re suo loco dicendum erit.

Sacramentis rite procurata pie moritur.

De eius sepultura.

37. &c. Nec modo Elizabeth sanctitate, sed etiam Lucæ Strigoniensis archiepiscopi miraculis his temporibus Pannonia effulsit. Is antea morum insigni probitate efflouerat, atque e viuis erepsus plures varijs morbis implicitos, & calamitatibus inuolutos liberarat. Quæ cum ad summum Pontificem essent perlata, vt sanctis illum annumeraret, ipse pro apostolico munere summa adhibita diligentia, episcopum Cenadiensem vna cum duobus alijs religiosis viris rei veritatem inquirere, ac miraculorum testibus sacramento adactis discutere iussit a.

Lucæ Strigon. archi. miraculis fulget. De illo SS catalogo annumerando inquiri iubet Gregor.

a Lib. 5. ep. 128.

42 Emerierant his temporibus ex superstitionum erroribus, quibus tot seculis implicati fuerant, Pomerani plures ac Pozolucenses, Christique fidem amplexi ad Ecclesiæ sinum confugerant; quin etiam Prædicatorum familiæ alumnos, qui ijs nationibus euangelij lumine collustrandis operam dabant officijs pluribus erant prosecuti. Quapropter summus Pontifex ex apostolico officio neophytos, qua par erat paterna benenolentia b, in suam clientelam admisit.

Pomerani Christo dant nomen.

43. &c. Efflorescebat feliciter in ijs regionibus septemtrionalibus Christiana religio, sequelare diffundebat; non enim modo plures insanam idolorum superstitionem damnarant, verum etiam Russiæ Rex, qui Græcorum ritus pluresque errores sectatus & ab Ecclesia discissus fuerat, eos depellere ac Romanæ ecclesiæ sese submittere cupiebat; quo prospero nuntio Gregorius ingenti gaudio affectus has ad ipsum literas dedit c.

b L. 9. ep. 97. Russiæ Rex a Græcorum schismate discedere meditatur.

c Lib. 9. ep. 99.

Gregorius, &c. Cum venerabili fratre nostro episcopo Prutenorum referente te intellexerimus esse principem Christianum, sed obseruantem Græcorum ac Prutenorum mores & ritus, ac facientem in regno tuo ab alijs obseruari, diuina tamen gratia inspirante, volentem accedere ad deuotionem, & obedientiam Apostolicæ sedis & nostram, nos intimis affectibus ficientes animæ tuæ salutem, tuumque profectum, commodum, & honorem, serenitatem tuam monemus, & hortamur in Domino, quatenus sanam doctrinam non abnuens venerabiliter amplexari ritus & mores Christianorum Latinorum deuote suscipias & obserues, te regnumque tuum pro amore Christi submittendo suaui dominio Romanæ ecclesiæ matris vniuersorum fidelium, quæ te vt magnum in Ecclesia Dei principem habere proponit, & diligere vt filium specialem: vberius enim erga te senties gratiam Apostolicæ sedis, & nostram, si relinquens iter deuium per ostensam tibi viam rectitudinis gradiaris nosque tibi, & regno tuo benigni fauoris præsidium efficaciter impendemus. *Dat. Reate* XV. *kal. augusti pontificatus nostri anno* V.

Solicitatur a Greg. ad pia perficienda eius filia.

49 At non ita latendi materiam præbuere patri optimo nonnulli catholici principes; inter quos

Oppressa in Castella libert. eccl asserere studet.

quos Ferdinandus Castellæ Rex lata iniquissima lege præcepit, ne quis in Calaguritanam cathedralem, monasteria, piaque loca eius diœceseos prædia conferret, atque impertita ecclesiæ sine sua, vel aui facultate obtenta, regio fisco addixerat. Iudæos etiam nimio fauore prosecutus, signa, quibus ex præscripto concilij Lateranensis distincti erant, abijcere, atque vsuris in parrochiales ecclesias grassari permiserat. Quare Pontifex Burgensi episcopo & Calaguritano decano iniunxit a, vt Regem a cœptis auocarent, ne egregias laudes fœdioribus his rerum macularet.

a Lib. 5. ep. 20.

Plura sane eximia facinora Ferdinandum in amplificandis regni sui, ac religionis limitibus fecisse vidimus, atque hoc ipso tempore expeditionem in Saracenos conficiebat, paucis namque diebus post datas eiusmodi literas archiepiscopo Toletano præcepit, vt contra barbaros cum dicto Castellæ Rege prosiliret, atque ituro exercitui indulgentiarum præmia largiretur b.

Ferdinandus mouet.

b Ep. 22.

Dignitas eccl in Lusitania obsolescit.

50. &c. Obsoleuerat in Lusitania longe infelicius, quam in Castella, immunitas ecclesiastica: inuenili quippe audacia, siue ministrorum consilijs insanis abreptus Rex grauissimo iugo Ecclesiam oppresserat; veteris enim sanctionis prætextu, qua mulierem cum clerico inuentam capiendam sancitum erat, regij ministri per summam iniuriam nocturnorum clericorum domos infringebant, aeni pecunias darent, eorum tamen, siue criminis participes essent, siue non, nauseabant; contra alij, qui annua tributa pendebant, quamuis scelestissime viuerent, ab episcopo repelli non poterant: ecclesiastica tribunalia euertebat, e fidelium cœtu electos non dechinabat, Iudæosque publicis muneribus præfecerat. Quæ vt coerceret Gregorius, episcopos Atturicensem & Lucensem operam, vt tot malis mederentur, nauare iussit. Atque hæc occidentalibus de rebus ad hunc annum spectantibus dicta sint: de orientalibus nunc est agendum.

Nefaria in ea fuisse pręcensuit. dines Aboleri a Greg. iussę

Significatur Pontifici a Friderico irruptio Regis Persarum in Syriam.

Regis Persarum in Syriam irruptio.

c Lib. 4. ep. 97.

53. 54 Significarat Pontifici Persarum in Syriam irruptionem Fridericus, qui oratores ad Gregorium miserat, vt ab ipso auxilia ad defendendum regnum Ierosolymitanum eliceret, seque ad conficiendam Asiaticam expeditionem diuini Numinis instinctu excitatum ostenderat. Cuius literis acceptis respondit Gregorius c, vt reliquas regni Ierosolymitani arces muniret ad impetus barbarorum propulsandos, seque interea omnes principes Christianos ac populos ad cogendum ingentem exercitum inducturum.

Pontificis responsum

Excitat ur fideles ad crucem sin Persas indicendam.

d Lib. 5. ep. 29.

Obiurgat Greg. Babyl. Sultanum eò tra datam fidē nonnullos Christianos vinculis mancipasse.

55 Excitaunt itaque, vt erat ei pollicitus encyclicis literis d, vniuersos Christianos, vt animis in Persas Syriæ ingruentes caperent, hostemque partis pluribus victorijs exultantem, imminentemque sanctis locis propulsarent.

56 Præterea Templariorum magistrum, bello Persico imminente finitimos barbaros lacessere, induciasque cum illis initas violare voluit, vti spreto præfecti a Friderico regni Ierosolymitani imperio tentauerat, ne ex eo grauius periculum rei Christianæ crearetur, viresque ad retundendos Persarum impetus debilitarentur. Cumque pertatum esset soldanum Babyloniæ mercatores Anconitanos, qui apud Alexandriam fide ab eo publice data degebant, iptius nullo bonis exutos, aut in seruitutem coniectos, Pontifex barbarum principem graui oratione redarguit e, iura gentium turpissime violasse, hortatusque est, vt tantum a se dedecus amo-

e Lib. 5. ep. 115.

ueret, ipsosque e seruitute in libertatem vindicaret.

Nec modo Asiaticas res, verum etiam Constantinopolitanas tueri nitus est, vt ostendunt eius literæ ac Strigoniensem archiepiscopum datæ, quibus ipsum hortatur a, vt nonnullos principes ad defendendum Constantinopolitanum imperium excitaret.

Constantinop. res curat.

a Lib. 5 ep. 73.

57 Comparato in Gallijs exercitu Ioannem e Brenna olim Ierosolymitanum Regem, quem antea ad orientalis imperij sceptra vocatum vidimus, hoc anno ineunte in Italiam venisse, scribit Richardus: cumque Perusij subsitisset, Pontificem Reate conuenisse subdit auctor, ac deinde Venetijs copias imposuisse nauibus & Constantinopolim applicuisse.

Ioannes Ierosol. Rex e Gallijs in Ital. ad Pōtificem contendit.

IESV CHRISTI
Annus 1232.

Indict. 3.

GREGORII PP. IX. FRIDERICI IMP. OCC. 13.
annus 6. IOANNIS IMP. ORIENT. 4.

1 AMplificata religione per extremas septentrionis oras, episcopus Semigallicensis, qui antea egregium in colustrandis euangelij luce populis operam nauauerat, apostolici legati dignitate insignitus est hoc diplomate b.

Christiana fides in septentrionalibus regionibus amplificata.

b Greg. l. 5. ep. 172.

2 *Gregorius, &c.* Eo in gratia collata tibi a Domino laudis celebrati, quo ea meliores & fructus prouenium graniores, cum non esset lucerna ponenda sub modio, sed supra candelabrum, vt tenebras malorum illuminet, collocanda, te in Semigallicensem episcopum manibus nostris duximus consecrandum: indubitatam quoque de te gerentes fiduciam, vtpote non tam argumentis, quam euidentibus experimentis instructi, quod animarum salutem, & Christiani cultus situs incrementum, ad quæ potens es in opere, ac sermone, concesso tibi in Liuonia, Gothlandia, Vrlandia, Heitonia, Semigallia, Curlandia, & cæteris neophytorum & paganorum prouincijs, & multis circumpositis legationis officio pro fidei finibus dilatandis; fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus in locis eisdem libere Christum annunties, corrigendo personas ecclesiasticas, & ecclesias reformando. Instituas quoque in eis, & inde amoueas, cum opus fuerit, abbates, priores aliosque subditos, & personatus habentes, promouens ad ordines clericos; electionem episcoporum confirmans, eisque consecrationis, & abbatibus benedictionis munus impendens, cum expedierit & videris opportunum. &c. *Dat. Reate v. kal. februarij pontificatus nostri anno v.*

Creatur ep. Semigallensis.

Legatia apostolica munere augetur.

3. &c. Inter cæteros populos, qui infames dæmonum superstitiones abiecere, Curonij vna cum Lammechino Rege sese Ecclesiæ aggregarunt: ad quorum ornandam pietatem varia ipsis priuilegia Apostolica sedes erogauit c, inter quæ id adiectum, vt nec Daniæ regno, nec Sueciæ subijcerentur, sed perpetua libertate, modo a fide non deficiserent, potirentur. Illud tamen onus ipsis impositum, vt ad expeditiones pro Christianorum terris defendendis, religionemque proferendas conficiendas se conferrent.

Curonij Christiana sacra amplectuntur

c Lib. 6. ep. 185.

6. 7 Legem de capessendis ad tuendam fidem armis ob id summus Pontifex indixit, quod plures ijs temporibus in regionibus illis, gentilitijs erroribus imbuti, aduersus Christianos

Pruteni Christianorum hostes

furore inaudito coniurarent, eorumque sanguinem immanissime effunderent. Ad quorum comprimendam insaniam, cum sacre Theutonicorum familie religiosi equites strenue ad bellum se accinxissent, nec ferendis tamen illorum impressionibus viribus numeroque pares esse possent, certior de ijs factus Gregorius Papa, Christianos expeditionem sacram contra illos promulgare, ac Boemos, qui Ierosolymitanum iter voverant, commutato voto, aduersus Prutenos signa attollere iussit, vt testantur apostolice ad dictos equites date litere a, vt fideles ad tam pium opus pro concione inflammarent, in quibus horrenda ethnicorum facinora describit.

a Rad. f. 3. ep. 163.

Gregorius, &c. Ex literis venerabilium fratrum nostrorum Mazouiensis, Vvratislauiensis episcoporum, & capitulorum suorum, necnon prudentium virorum relatu percepimus, quod pagani Pruteni verum Deum, & dominum Iesum Christum agnoscere respuentes, vltra decem millia villarum in Prussie confinio positarum, claustra, & ecclesias plurimas combusserunt. Quare ad cultum diuini nominis preterquam in siluis, in quibus multi de fidelibus latitant, locus hodie non habetur; ipsi etiam plusquam viginti millia Christianorum in occisione gladij posuerunt, & ignominiosa morte damnarunt, & adhuc de fidelibus vltra quinque millia detinentes in compede seruituris, reliquos habitatores Mazouie, Cuianie, & Pomeranie instanter perdere moliuntur, iuuenes, quos capiunt, continuis, & horrendis laboribus consumendo, virgines pro ridiculo floribus coronatas in ignem demonijs immolant; senes occidunt, pueros necant, quosdam infigendo verubus, quosdam ad arbores allidendo. Quid vltra? ipsi ferarum more humanum sanguinem sitientes in contumeliam Creatoris, quem multi eorum post receptam baptismi gratiam reliquerunt, luci tenebras preferendo, illa fidelibus infligunt iacula tormentorum, que stuporem afferunt cogitata, & potius fletus materiam offerunt, quam relatus. &c. [Correpturis arma in tam iusta causa indulgentiarum premia pollicetur.] *Dat. Reate x. kal. februarij pontificatus nostri anno v.*

Feriuntur illorum crudelitas.

Sediughi in Prussiep si prouincia grassatur.

8 Neque humaniores Pruteris erant in Bremensi archiepiscopatu Stedinghi demonum superstitione fascinati, de quibus hec Pontifex in literis ad episcopos Mindensem, Lubecensem, & Racemburgensem missis b.

b Lib. 6 ep. 151.

Gregorius, &c. Quasi de ferinis vberibus fuerint enutriti, nulli parcunt sexui, vel etati. Quid vltra? effundentes sanguinem sicut aquam, clericos, & religiosos feruli more laceram, & quosdam ad instar crucis affigunt parieti in opprobrium Crucifixi. Ipsi etiam, vt expressione maiori se perfidos indicent & diuine potentie contemptores, salutis nostre viaticum, quo vita tribuitur & mors tollitur peccatorum, horribilius quam deceat exprimi, pertractantes, quorum responsa demonum, simulacra cerea faciunt, & in suis spurcitijs erroneas consulunt pythonissas, alia peruersitatis opera perpetrantes, que stuporem inferunt meditata, & fletus materiam potius offerunt, quam relatus. &c. [Hortatur eosdem episcopos, vt populos ad arma capienda defendendæ religionis gratia contra nefarios demonis cultores pro concione incitent, ac premia indulgentiarum expeditionem suscepturis proponant.] *Dat. Anagnie v. kal. nouembris pontificatus nostri anno vi.*

Solicitati ad arma aduersus ipsos fideles.

De Stedingis ait Stadensis a, archiepiscopum Bremensem castrum Shtere ad frenandos eorum impetus extruxisse, ac statim ab ipsis euersum; subditque defuncto hoc anno Chuipro abbate Stadensi in eius locum se fuisse subrogatum. Cæterum in Austria nefandum impietatis flagitium plures infecerat, ad quod excindendum viros religiosos incumbere iussit b Gregorius: Argentinensi similiter episcopo precepit, vt in clericos hæreseos nota inustos eadem seueritate atque in laicos animaduerteret: plures vero hæreses in Germania hoc anno detectas, earumque sectatores flammis iniectos tradit Godefridus c.

a Stad. in chron. hoc ann.

Plures hæreses emergunt in Germania

b Ib. ep. 79. &c. Ep. 144.

c Godef. in annal.

9. &c. Dum vero perditi hæretici suas in Germania errorum tenebras offundere nitebantur diuino consilio factum est, vt eodem tempore plurium miraculorum, quæ sanctorum opera ad eas discutiendas parrabantur, fulgore radiaret: de sancti enim Gothardi translatione, doque eius rebus admirandis hæc auctor additionum ad Lambertum: *S. Gothardus anno dominicæ incarnationis millesimo centesimo primo minus vno die, dictis anni, nimirum* MCCXXXII. *die vltimo* IV. *non. may in Hildensheim e terra leuatur, cuius signorum admirabilis magnitudine omnis Germania illustrata lætatur.* Effulgebat etiam ijsdem temporibus B. Elizabeth pluribus miraculis, ingentiaque beneficia Deus eos, qui se illius precibus commendabant, afficiebat: quorum fama cum latius percrebuisset, Gregorius Conrado Marpurgensi, atque archiepiscopo Maguntino, & abbati de Berbarch mandata dederat d, vt cœlestia illa prodigia ad sepulchrum ipsius edita certius inquirerent, testibusque adhibitis redacta in tabulas publicas, sigillisque communita per nuncios, cum imperatum esset, ad Apostolicam sedem transmitterent.

S. Gothardi translatio.

B. Elizabethmiraculorum gloria coruscat.

d Lib. 6. ep. 121.

12. &c. In Hungaria S. Elizabeth pater Andreas nimia facilitate, vel inertia Iudæos aliosque infideles multitudine, opibus, & potentia adeo excrescere siuerat, vt Christiani plures a fide deficerent: quare Robertus archiepiscopus Strigoniensis interdicto Hungariam perculit, Regem vt resipisceret monuit, ac præcipuos illius ministros, qui grauissimis etiam sese sceleribus inquinarant, cœtu fidelium abegit; vtque late interdicti sententiæ vires adderet, Iacobum electum Prænestinum A. S. L. & alios conspicuos regni illius episcopos exorauit, vt publicis literis vniuersos Christifideles facerent certiores, se diploma e summi Pontificis, quo ipsi auctoritas ferendæ interdicti sententiæ data esset, recognouisse. Roganti archiepiscopo morem gessere prælules, & apostolicas literas, quibus Regem hortabatur ad tollenda ea mala sedulo incumberet, inseruere, atque adiecere Regem ijs permotum sanctionem ad componendum regni statum edidisse, quam pariter ijdem episcopi literis suis adiunxere.

Religio Christiana in Hungaria in discrimen adducta.

e An. Chr. 1231. ex reg. Greg. l. 4. ep. 124.

23. &c. At licet Iudæi & Saraceni comprimi, publicisque muneribus submoueri ab Andrea Rege iussi essent, non tamen regia edicta ad exitum sunt perducta, cum principes & magnates ijs non parerent: itaque meruit postea Pannonia ob commissam in fouendis infidelibus crimen, infidelium horrenda excursione inundari, qui (vt inferius enarrabitur) floremissimum regnum in vastam solitudinem redegerunt. Aberat sane Andreas longe a S. Stephani in coercendis infidelibus roborandis annis, qui ob eos populos ad diuinum cultum compulsos Hungarie apostoli nomen meruerat,

rat, ac diuino præsidio fultus potentissimos hostes debellarat.

Atrox facinus a nõ nullis improbis in Angl. tentatum contra Pont. auctorit.

37. &c. In Anglia non modo clerus depressus, sed in ipsius etiam apostolicæ dignitatis dedecus atrox facinus patratum est. Nonnulli enim Angli exasperati odio atq, inuidia ob sacerdotia exteri, qui Itali ex Matthæo Parisio videntur fuisse, attributa pontificum cursorem interceptum gladijs concidere, Gregorijque diplomata sacrilego contemptu laniata pedibus conculcarunt: nec tamen præsules Angli in tanti flagitij auctores conspirexerant, sed ignauo silentio rem dissimulabant: quare Gregorius acrioribus literis Eboracensem archiepiscopum cæterosque episcopos perstrinxit, iniustique reos anathemate solemni ritu percelli.

31 Excitatam quidem superiori anno grauissimam in Anglia aduersus Italicos clericos, qui in eo regno sacerdotijs opimis potiebantur, tempestatem tradit Parisius, ac nonnullas literas minaces a coniuratis exaratas ac toto regno sparsas refert, vt facto impetu Anglia deturbarentur.

Obiectum cælestis visum de tribus tantũ animabus vno die purgatorijs flãmis ereptis.

Non prætermittendum vero est, quod idem auctor de paucis animabus e purgatorijs flammis vno die in cœlum receptis, vt Rossensi episcopo in cœlesti viso obiectum fuerat, scribit: *Sub eisdem diebus*, inquit, *Henricus Rossensis episcopus, cum in sabbato quo cantatur: Sitientes venite ad aquas; apud Sidingeburnam, præsente Cantuariensi electo ordines celebrasset solemnes, astante clero & populo, fiducialiter cum sermonem faceret protestatus est dicens: Gaudete omnes in Domino fratres, qui hic præsentes estis, scientes indubitanter, quod vno & eodem die exierunt de purgatorio Rex quondam Anglorum Richardus, & Stephanus Cantuariensis archiepiscopus, cum vno capellano eiusdem archiepiscopi, ad conspectum diuinæ maiestatis, & eadem die nunquã tres illi de locis pœnalibus exierunt. Et vt his dictis meis fidem adhibeatis pleniſſimam & certam, quia mihi & cæteris alij tertiam vicem hoc per visionem reuelatum est, ita manifeste, quod ab animo meo omnis dubitationis ambiguitas remouetur*, &c. Idem de Stephano ex igne purgatorio cleri suffragijs liberato indicant nouatores [a].

[a] Cent. 13. col. 1116. Crucifixi imago capite annuit illi qui hosti pepercerat.

32 Subijcit Parisius facta Richardi Regis mentione, pium illius opus, quo Deum placari potuisse existimat. Cum enim exsultans eques ira in parentis interficiem, ad eum trucidandum irrueret, alterque per Crucifixum obsecrasset, vt vitæ parceret, mortuique ijs atque emollitus districtum ensem in vaginam condidisset, ac postea ob venationem contra regias leges exercitam in exilium pulsus bonisque exutus, post multos annos in Normannia ecclesiam ingressus ad Richardi Regis misericordiam implorandam, vt sibi patria eiecto amissa bona restitueret, interea que temporis cum sæpius prouolueretur genibus, peteretque a Deo, vt regium pectus emolliret, contigit, vt quoties genua submittebat, toties Christi e cruce pendentis imago in ara exposita caput inflecteret: quo conspecto ingenti miraculo Richardus Rex euocatum equitem squallore obsitum, percontatus est, quod Deo gratissimum opus aliquando se fecisse putaret, eoque subijciente parentis interfectori veniam per Crucifixi vulnera exoranti ignouisse, audita rei serie & causa exilij, in patriam, pristinos honores, fortunasque restituit. Hæc prolixiori oratione prosequitur auctor, subijcitque: *Et hæc misericordia, quam fecit pius Rex Richardus cum alijs huius operibus ipsum, vt credimus, a periculis damnationis & cruciatus citius liberauit.*

B Anton. fulget miraculis.

33 Suspexit hoc anno Italia B. Antonium. Vlissiponensem tot tantisque cœlestibus prodigijs Patauij inclarescere, vt nondum ab illius felicissimo obitu euoluto anno Gregorius diuinæ voluntatis nutus secutus, illum solemni ritu in sanctorum albo collocarit; de quo Richardus [a], & alij veteres scriptores de his plura Lucas Vvaddingus, ad quem tmore nostro cupidum lectorem reijcimus. Satis nobis fuerit ex apostolicis literis de S. Antonio cœlitum numero adiecto, exaratis [b] hæc delibare.

[a] Rich. in chron.

[b] Greg. l. 6. ep. 18.

34. &c. *Gregorius, &c.* Sanctæ memoriæ B. Antonius de ordine fratrum Minorum, qui olim degens in seculo magnis pollebat meritis, nunc viuens in cœlo multis coruscat miraculis, vt eius sanctitas certis indicijs comprobetur, &c. [Vbi subiecit significantibus Patauinis maxima miracula, quæ diuinum Numen apud eius sepulchrum ederet, data episcopo Patauino nonnullisq; viris religiosis prouinciam, vt ea in publicas tabulas referrent, addit:] Nuper autem tam per relationem prædictorum episcopi, & priorum, quam per depositiones testium super hoc receptorum, de ipsius virtutibus, & miraculorum insignijs certiores effecti, & experti aliq ando per nos ipsos sanctitatem vitæ, & admirabilem conuersationem ipsius, vtpote qui apud nos fuit aliquandiu laudabiliter conuersatus, eisdem episcopo, potestate ac communi prædictis per solemnes nuntios suos, & literas nobis cum instantia denuo supplicantibus, quod eundem fratrem sanctorum catalogo adscribere curaremus, vt auctoritate, ficut conuenit, apostolica dignus honor illi exhiberetur in terris, qui ficut claris signis & euidentibus argumentis apparet, honoratur in cœlis, ipsum qui corporaliter dissolutus cum Christo esse meruit in cœlestibus, ne illius honori, & debito, & gloriæ detrahere quodammodo videremur, si glorificatum a domino permitteremus vlterius humana deuotione priuari, de fratrum nostrorum consilio, & prælatorum omnium, tunc apud sedem Apostolicam existentium, catalogo sanctorum duximus adscribendum, &c.] *Dat. Spoleti* 111. *non. iunij pontificatus nostri anno* VI. Spoleto Anagniam mense augusto profectus Gregorius in ea vrbe ob Romanas turbas hyemem duxit: exortis pariter in alia ditione ecclesiastica tumultibus infestis Fridericus, cum externa specie opem Pontifici polliceretur, clandestinis artibus seditiones auxit; nec ab eo Pontifex vlla alia auxilia, quam magnifica verba elicuit,

Friderici seditiones in ditione ecclesiast. fouet.

Et Saracenos.

43. 44 Iactabat etiam vafer princeps sacro se hæreticos excindendi desiderio flagrare; ob quod pium consilium laudibus ornatus est [c]: sed longe hæreticis nequiores Saracenos fouebat; quocirca illi Pontifex non sine ingenti dolore id crimen obiecit [d]: *Quia*, inquit, *nimietas libertatis, quam Saracenis eisdem diceris indulsisse, damnosa Christianis de vicinia perhibetur, & venis pluribus audientibus in horrorem, sublimitati tuæ placeat taliter ipsorum præsumptiones eludere, quod vel in parte non audeant suorum corda fidelium perturbare, præsertim cum Redemptori nostro quædam iniuria fieri videretur, si gelial filij, seruitutis perpetuæ compede comprimendi, filios lucis in finibus nostris impeterent, vel libertate*

[c] Ep. 180.

[d] Ep. 184.

pares

pares se damnabiliter æstimarent. Dat. *Anagniæ* III. *non. decembris pontificatus nostri anno* VI.

5 Quanto rei Christianæ damno Fridericus Saracenos Nuceriam munire permiserit, nobis posteritati lugendum erit: quem quidem in perditissimos homines studio proclivem fuisse superius vidimus, atque adeo soldanus Babylonicus cum erga suæ superstitionis homines bene affectum nosset, illum sæpius per oratores salutabat, ingentibusq ue muneribus ad adstringendam magis illius amicitiam afficiebat, vt narrat Richardus a; additque Berythi regulum in Syria aduersus Fridericum armis mouisse, illique Ptolemaidem eripuisse; exasperarat enim in se Fridericus iustas illius iras, cum in expeditione Asiatica, vt dictum est, blandissimis verbis ad se euocatum productis post cœnam armatis satellitibus Berythi domino cedere iussit. Nouo igitur moliente Berythi regulo extulit in eum signa imperialium castrorum præfectus, sed victum acie Richardus addit: *Eodem mense*, nimirum maio, *Ioannes de Baruch cum marescalco Imperatoris congrediens in partibus Syriæ ipsum deiecit in campo, & multos cepit ex suis.* Et infra subijcit, vt Fridericus ijs acceptis mox ad comparandum exercitum se accinxerit, cum Ptolemais contrarijs difficilia studijs partim hosti, partim sibi adhæreret. Sed paulo post mense augusto exercitum dissolutum, ac milites ad suos dimissos adijcit. E quibus vinci cur discordiam studio Pontificis sopitam fuisse: ad illam enim extinguendam Gregorium strenue incubuisse ostendunt eius literæ b ad Geroldum patriarcham Ierosolymitanum, quem Fridericus in crimen motæ seditionis vocabat: illum enim Pontifex accersiuit in occidentem, ac ni proximo traiectus tempore veniret legationis interdixit munere: *Quia vero*, inquit, *nonnunquam mittens in missio notatur, nos nolentes Ecclesiam alicuius facto confundi, præsentium tibi auctoritate mandamus, quatenus si ad nos in passagio proximo venire non poteris, iniuncto tibi legationis officio non vteris.* Dat. *Reate* VII. *kal. augusti anno* VI.

45 Abrogatum igitur est Geroldo legati apostolici munus, transmissumque patriarchæ Antiocheno, vt ea auctoritate instructus aduersas partes ad pacem adduceret, rerumque nouarum cupidos censuris perculleret: neque ijs contentus, Hospitalarios equites, vt ad seditiones illas contra Fridericum commotas comprimendas incumberent, incitauit c. E quibus lectori conspicuum esse possit, Pontificem maius studium ad Friderici res tuendas adhibere non potuisse. Hæc de Syris: iam ad Græcorum res nos conferamus.

46. &c. Hoc anno nonnullorum Minorum fratrum occasione, de coniungenda Latinæ Græcorum ecclesia agitatum est; eaque de re Germanus Græcorum archiepiscopus, qui Niceæ Bythiniæ morabatur, ad summum Pontificem scripsit d: quibus literis quamuis specimen aliquod pietatis præferre videretur, cuperetque, vt in eandem fidem, & concordiam ambæ ecclesiæ coalescerent, carpsit tamen audace stylo, veteriqne imbuto odio Romanam ecclesiam, quasi illa se a Græca distraxisset, Pontificemque ad controuersiam decidendam, quisnam populus, Latinus an Græcus a capite Christo discissus diuulsusque esset, ad scripturarum auctoritatem prouocauit: grauiores alias querelas, calumnias verius, affectata eloquentia exaggerauit, Pontificem vetuisse Deum Græco ritu coli, persecutionemque in Cypro aduersus Græcos concitasse, adeo vt Græcorum aliqui post longum carceris squalorem flammis absumpti essent, quos ille illustrem martyrij palmam accepisse gloriatur: verum hæc a veritate, ecclesiæque Romanæ consuetudine prorsus aliena, quis non videat illum falso effutijsse?

50. 51 Eodem quoque argumento Germanus ad Cardinales literas dedit a, quibus non tam Romanæ ecclesiæ gratiam colligere velle, quam Græcorum res amplificare, atque ostentare ritus ostendit, dum populos, qui Græcæ ecclesiæ morem gererent, Æthiopas, Syros, Hiberos, Lazos, Alanos, Gothos, Chazaros, Assaros, Russos, Bulgaros commemorauit; in quibus superioribus literis, quod sese Romanæ ecclesiæ velut matri & magistræ subijcere vellet, nec verbum inseruit, sed tantum ad Deum preces, vt vtramque coniungeret ecclesiam fudit.

Accepta Pontifex honorificentissime eius legatione, nuntios alios ad sanciendum sacrum fœdus, atque orientales ad eam connectionem adducendos, mittere in animum induxit, idque suis significauit literis b, quibus Petri primatum firmissimis argumentis confirmauit: tum de seruitute Græcæ ecclesiæ sub schismaticis Imperatoribus hæc addidit.

52. 53 *Cum Græcorum ecclesia a Romana sedis vnitate recessit, statim priuilegio earum ecclesiastica libertatis; & quæ fuerat libera, facta est secularis potestatis ancilla, vt iusto Dei iudicio, quæ noluit recognoscere diuinum in Petro primatum, toleret iniuste seculare dominium, sub quo non modice contremens, paulatim decidens, fidem informem profitens, & a fraterna charitate repellens, licentius per cœtum licentia non refrenata discurrit, vt sine alicuius reprehensione licitum sub illicito palliaret, &c.* Hortatur denique eum, vt in sinum catholicæ Ecclesiæ se recipiat, subditque: *Sed si Græcorum ecclesia pacienter sustineat, vt tuis verbis vtamur, verba quæ mordeant, præter animarum pericula, quæ ex earum scissura prouenerunt baculus & pronunus, satis eis vexatio dedisse debuerat intellectum, in quorum manibus ordo ecclesiasticus per aduersas orientis nationes in diuersa partium confunditur, ecclesiastica libertas deprimitur, & sacerdotalis dignitas concutiatur, nec est qui consoletur eam ex omnibus charis eius, quia tanquam acephali ad caput Ecclesiæ recurrere contempserunt. Reuertere igitur Samaritis, reuertere, reuertere, vt intuemur te, quia recte tunc poterit frater a fratre saluari, si filius, qui omnia consumpsit dissolute viuendo, a Domino inspiratus surgat, & dicat: Pater peccaui in cælum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Tunc enim pater non vt mercenario, sed vt filio reuertenti occurrens primam stolam proferet, occidetque vitulum saginatum, & generale conuiuium faciens vniuersis Christifidelibus cum exultatione annuntiabit, & gaudio, quod & frater & filius, qui mortuus fuerat, iam reuixit, & drachma, quæ perierat, est inuenta: & sit te in gremio matris Ecclesiæ cum honore recepto veritatem manifeste videbis in speculo puritatis, quam Ecclesia Latina seruat in fidei vnitate, quæ non recipit maculam neque rugam.* Dat. *Reate* VII. *kal. augusti pontificatus nostri anno* VI.

Tenta-

a Richardus ibidem.

Acconitani Berythi regulum recipiunt.

Friderici præfectus ab eo acie vincitur.

b Ib. pp. 65. Patriarch. Ier accusatur discordiæ illius incentor fuisse,

c Ep. 14.

De coniungenda Græcorum Ecclesia cum Romana agitatur.

d Apud Sirg. tom. 3. p. 18.

Germani Græc. patriarchæ lit. ea de re ad Greg.

Græci ob negatum Petro primatum libertatem amisere,

Ad resipiscendum hortatur.

54 Tentatam antea Græcæ cum Romana ecclesia coniunctionem superius vidimus, antequam a Latinis Constantinopolis expugnaretur, cum Innocentius III. Ioannem Camaterum ad concilium inuitauit; sed cum ille primatum sedis Apostolicæ agnoscere recusaret, perfidiæ pœnas paulo post tulit, eiectusque Constantinopoli est; deinde patriarcha Græci caruere, donec Theodorus Lascaris arrepto Niceæ imperio Michaelem Antyrianum eligi iussit, cui in dignitate Manuel Philosophus, Manuelique Germanus, de quo modo egimus, successere; quæ de patriarcharum schismaticorum serie indicare hac occasione visum est.

M. S. Greg. bibl Vatic.

55 Dum Græci Asiatici de ineundo cum Romana ecclesia fœdere agitabant, Manuel Comnenus, qui despotam atque etiam Regem Thessalonicæ agebat, non modo hærendi in sinu Ecclesiæ, verum etiam suam illi ditionem fiduciario iure addicendi consilium præstetulit. Cui rescripsit Gregorius a pium consilium sedi Apostolicæ gratum acceptumque fore, si illud ad exitum perduxisset. Successerat is patri Theodoro Comneno capto in acie a Bulgarorum Rege, atque ob molitas in carcere res nouas oculis orbato, vt superius vidimus, in Thessaliæ atque Epiri principatu: at diu illum retinere non potuit, nam Theodorus ab Asane liberatus fœdido cultu Thessalonicam ingressus ciues ad defectionem solicitauit, ac Manuelem captum in exilium pepulit.

Manuel Comnen. Thessalon principatū arripit.

Vectigalē se Ap. Sedi statuere meditatur. a Lib. 6. ep. 3

IESV CHRISTI
Indict. 6. **Annus 1233.**

GREGORII PP. IX. FRIDERICI II. IMP. OCC. 14. annus 7. IOANNIS IMP. ORIENT. 5.

1. &c. MAgna animorum contentione, euentuque irrito, de conciliandæ Romanæ Græcorum ecclesiæ, atque exitiali schismate extinguendo agitatum est hoc anno, quo ad cœptum optatissimæ coniunctionis tractatum promouendum, totque annis diuisos animos coniungendos operam nauaturus Gregorius, ad Germanum patriarcham literas [b] dedit, quibus schismaticum ad se pellicere, erroresque discutere est conatus: in ijs enim Romanum Pontificem vtroque gladio, humana nimirum ac diuina auctoritate pollere, Christi domini in terris vices gerere, a quo Græci ingenti suo damno defciuissent; cum ritus Romanæ ecclesiæ in corpore Christi in pane azymo consecrando sanctissimos esse demonstrauit, hortatus denique ad Ecclesiæ castra, damnato schismate, cum omnibus populis auctoritati suæ obnoxijs se conferret.

Greg. reuocare nititur patriarcham Græc. ad Rom. eccl. b Greg. l. 7. ep. 111. ext. etiam apud Paris. ann. 1237. Ea de re lit. ad ipsū date.

5 Ad tantum tamque arduum opus perficiendum duo ex sacra Dominici, totidemque ex Sancti Francisci familijs fratres ad illum misit, quos magna pompa omnique lætitiæ significatione exceptos fuisse testantur ipsi in rei gestæ historia c, quam a se conscriptam Pontifici exposuere; quæ omnia in libro contiuum contenta, e quo ad huius narrationis texendam seriem nonnulla sunt delibanda.

E Prædic. & Min familijs ad rem tractā dam electi

c Extat in lib. conf. M. S. Vatic.

6 Scribunt itaque, vt post quasdam contentiones, scisitantibus legatis, quæ tandem causæ Græcos, qui olim, vt cæteræ toto orbe diffusæ nationes, Romanæ ecclesiæ paruissent, sese ab illius coniunctione atque obsequio diuulsissent; post multa quæsita verborum diffugia: *Habito concilio tale dederunt responsum: Dicimus, quod duæ sunt causæ. Vna est de processione Spiritus sancti, alia de sacramento azymi. Ad hoc respondimus sic: Si ista sunt causæ, & non alia, quare vos subtraxistis obedientiam ecclesiæ Romanæ? Videamus si hæ sint, vel debeant esse sufficientes causa tantæ inobedientiæ.*

Exquirunt causas a Græcis ob quas a R. Eccl. recesserunt

Duas afferunt Græci, & quæ illę fuerint

7. 8 Ad remouendas eas difficultates, interiecto duorum dierum interuallo, in palatio imperatorio certatum est de processione Spiritus sancti, atque an Niceno symbolo aliquid addi a Latinis iure potuisset. In quo legati Græcos tum ipsorum exemplo retudere, qui in concilio Constantinopolitano secundo, plura symbolo Niceno adiecissent: tum eo argumento conuicere, quod liceret credere, quæ vera essent; quæ credere, ea scribere, canere, prædicare liceret: tumque testimonijs patrum etiam Græcorum veritas processionis Spiritus sancti etiam a Filio explicata est.

Disceptatur de processione Spir. S. a Filio.

9 Cum fides catholica de processione Spiritus sancti Græcorum patrum, ac maxime S. Cyrilli dictis in schismaticorum cœtu a nuntijs illustrata, nitidissimis radijs oculos perfidorum ferret, significauere nuntij ad alteram de sacramento Eucharistiæ a Latinis in azymo confici solitæ quæstionem deueniendum videri: quibus captato effugio Germanus subiunxit, cogendam esse Græcorum synodum, nec se sine aliorum patriarcharum consensu discutere aliquid in re adeo ardua, vel deliberare posse: quare nuntij flagitauere a Vatacio, vt ipsis recedendi facultatem permitteret; quæ vero ille de ineunda coniungendæ cum Romana Græcorum ecclesiæ ratione quæsierit, his verbis exponunt: *Cœpit Imperator conferre nobiscum: Sub qua forma posset patriarcha & ecclesia Græcorum reconciliari ecclesiæ Romanæ. Ad quod dominus tale responsum: Sic modo posset reconciliari, si crederet hoc, quod credit ecclesia Romana & prædicaret; utrum cantaret, vel non, non faceret magnam vim, credimus ecclesiam Romanam & obediret ei eadem modo & in illis, in quibus obediunt ante schisma. Et adiecit Imperator: Si dominus patriarcha velit obedire ecclesiæ Romanæ restituet ei dominus Papa ius suum. Ad hæc respondimus hoc modo: Si patriarcha obedientiam, & ea quæ matri suæ solvat, credimus quod misericordiam maiorem inueniet, quam credat, coram domino Papa, & ista ecclesia Romana & assumpta licentia recessimus a Nicea, & venimus Constantinopolim.*

Instant nūcij vt de Eucharistia agatur

Negat Germanus rē nisi in suo cōcilio agendā.

Seiscitatur a nuntijs Vatacius num sua patriarchę iura restituenda sint si ad Rom. Eccl. redierit

Quod responsum a nuntijs. Nicea se Constantinopolim conferunt.

10. 11 Hæsere in vrbe regia apostolici nuntij, vt si forte interea aliqua concordiæ ratio proponeretur, operam suam ad rem prouehendam conferrent: cumque Germanus suos ad synodum conuocasset, nuncios apostolicos, vt Lascharam venirent, inuitauit; at illi quamquam sæpius testati erant ad nullum concilium, sed tantummodo ad patriarcham Nicenum, vt placide de Græcis ad ecclesiæ Romanæ communionem reuocandis tractaretur se missos, nihilominus congregato grauissimis de causis Latinorum præsulum Constantinopolitanique Imperatoris consilio, eò sese contulere. Cumque accessissent ad synodum & coram Græcis præsulibus aduentus causam gesto-

Vocantur ad synodū

Conſilio Imp Cōſt. & prælatis eo ſe conferunt.

gestorumque Nicæ rationem exposuissent, institere vt de sacramento Eucharistiæ ageretur: at illi iterum quæstionem de Spiritus sancti processione ingerere, dein varias artes ad legatos irretiendos instruere, ineptis interrogatiunculis lacessere, tempusque nugis terere: quorum improbitate exasperati nuntij, magna libertate animi ipsis causas obiecere, ob quas quæstionem de azymo aggredi recularent, ac palam ipsorum perfidiam in oculis ita defixere: *Iam perpendimus, quod male sentitis de Sacramento nostro in azymo, primo per scripta vestra, quæ plena sunt hac hæresi. Secundo quia ad quæstionem factam de Sacramento non audetis respondere, ne pateat hæresis vestra. Tertio quia facta vestra istud probant, abluitis enim altaria vestra, postquam celebrauere Latinus in eis. Quarto quia Latinos venientes ad sacramenta vestra compellitis apostatare, & abiurare sacramenta ecclesiæ Romanæ. Quinto quod dominum Papam eiecistis de dyptichis vestris: sed scimus, quia nullum ejcitis nisi excommunicatum, & hæreticum. Sexto quia semel in anno excommunicatis eum, vt nobis retulerunt quidam, qui audierunt.*

Molimur Græci ipsos technis suis ab ea retinere. Refugiunt tractare de Azymo Quæ nuntij obiecerint.

12 Soluta itaque ea sessione, exulceratis admodum animis, iactisque plurimis a Græcis verborum contumelijs, quas nuntij consueta constantia refregere, tum dissentientes conciliare cupiens Imperator, in palatio concilium celebrari voluit, illique interesse, vt motus omnes pacaret; primaque sessione tractatum, an corpus Christi in azymis confici possit; & Græcis omnino id negantibus, legati petiere, vt illud in scriptis traderent, vicissimque Græci a legatis poposcere, vt Spiritum sanctum a Filio procedere in scripto sibi porrigerent, atque ita discessum: proximaque sessione producta vtrinque sunt scripta, quæ tam propositionem ipsam, tum præcipua argumenta complectebantur, publiceque lecta inuicemque contradita fuere. Subdunt acta.

Quæstio de Eucharistia azymo conficienda agitatur coram Imperatore.

13 *Ait Imperator: Quomodo ergo poterimus facere pacem? Respondimus: Si modum vultis scire, breuiter dicimus vobis. De corpore Christi ita dicimus, quod oportebit vos firmiter credere, & alijs predicare, quod corpus Christi confici possit in azymis, sicut in fermentato, & omnes libri, quos vestri scripserunt contra fidem, damnentur, & comburantur. De Spiritu sancto ita dicimus, quod oportebit vos credere Spiritum sanctum procedere a Filio, sicut a Patre, & istud necesse, vt predicetur in populo. Quod autem canteris istud in symbolo vestro, nisi velitis, non compellet vos dominus Papa, condemnatis & combustis omnibus libris, qui huic capitulo sunt contrarij. Quod audiens Imperator grauiter tulit, & ait: Iam non audio formam pacis; & ideo conuocatis prælatis, annunciabo eis, quæ audiui a vobis. Quod cum audissent, indignati sunt, & conuersi in seditionem contra vos.*

Quid responderint nuntij Vatacio nefaria proponēti.

Alia a Vatacio perpetrata.

14 Verum Ioannem Vatacium aliam cum Romana ecclesia ineundæ concordiæ rationem excogitasse, atque ad eam, si ab Romano Pontifice admitteretur, synodum Græcorum traxisse refert Michael Palæologus apud Pachymerium a: *Comperiens*, inquit, *quod sub Ioanne Duca in ipsa synodo sanctum fuerat, quod si finem facerent auxiliares copias Latinis, qui Constantinopoli erant mittendi, sic & nostri parati fuissent cum illis concelebrare, & mentionem Pontificis facere: &c.* Eo certe spectabam Vatacij consilia, vt illius coniunctionis beneficio occidentalium auxilijs destitutos Constantinopolitanos sibi subijceret.

a Pachym. l. 5.

15. &c. Dissoluta igitur est nullo fructu ea synodus, immo exasperari magis vtrinque sunt animi: quæ res ingrata admodum Imperatori fuit, qui aduersas partes sine animorum exulceratione abscedere exoptabat. Cumque nuntij reditum pararent, ac schismaticorum scriptum hæresim continens secum deferrent, Græcorum chartophylax vi adhibita illud abstulit, ac fidei formam de processione Spiritus sancti a nuntijs traditam reddidit, quem nuntij illam seruare iusserunt: cupere enim sedem Apostolicam, vt omnes populi, quæ ipsa credat, teneant, ac profiteantur. Ita pia Pontificis studia ad patriarcham aliosque Græcos in viam reducendos adhibita ad irritum cecidere, vt literis postea ad Fridericum datis a tentatur: qui non schismaticos modo atque hæreticos ad coniunctionem Romanæ ecclesiæ adducere, verum Saracenos etiam missis ad ipsos nonnullis Minoritis, qui decerpta e prophetis sacra oracula ad fidei Christianæ veritatem in luce collocandam exponerent, ad veræ religionis cultum traducere tentauit. Quo argumento ad soldanum Damascenum b, tum ad Caliphium c Baldacenum, ac Miramamolinum d Africæ, vt ipsos ad lucem euangelij euocaret, scripsit.

Dissoluitur exasperatis vtriusque animis ecclesiarū coniunctionis tractatus.

a Greg. l. 12. ep. 413. Conatur Greg. sub. Damasc. ad Christi fidem traducere.
b Lib. 6. ep. 295.
c Lib. 7. ep. 129.
d Reg. poss. eius. ep.

24. 25 Cum pontificium studium ad collustrandos euangelica luce remotissimarum orientis terrarum infideles se diffudisse viderimus, prætermittenda non est silentio nauata ab illo opera, vt Saracenos, qui Lucriæ in Apulia agebant, intanda Mahometi superstitione irretitos ad fidem adduceret; Imperatorem enim monuit e, vt qua vi qua amore, ipsos ad deponendos errores adigeret, ac Dominicanæ familiæ religiosos viros ac exponenda ipsis diuina oracula missos tueretur: Acceptis Gregorij literis Fridericus, pietatis gloriam aucupaturus, operam suam detulit ei, iactauitque industria sua plures iam Saracenos exuta impuri Mahometis superstitione Christianam religionem amplexos, ac diligentiam omnem se adhibiturum, quo Dei, & Ecclesiæ in dies gloria effloresceret.

Excitat Frid. vt Saracen. Lucerinos ad Christi cultum adducat.

e Eod. l. 7. ep. 50.

26 Verum vt qui Pontificem inanibus promissis illudere consuerit, cum a Gregorio ad comprimendos rebellium conatus in auxilium euocaretur, ad quod ferendum ob dignitatem imperij & acceptum beneficentia ecclesiæ Siciliæ regnum obstrictus erat, se in Siciliam contulit exortos in ea motus causatus. Et sane Fridericum Messanam profectum, captosque ibi rebelles partim suspendio, partim flammis necasse a Richardo f, Godefrido g, alijsque traditum est. Cæterum Ecclesiæ hostes, de quibus dictæ literæ memorant, Romanos fuisse, res superiori anno dictæ, tum ex Gregorij actis, tum ex regesto satis illustrare videntur, quæ etiam acta de Friderico hæc tradunt: *Quo Fridericus Imperator predictus apud S. Germanum certa relatione comperto*, nimirum Romanos odijs in Pontificem efferatos ob castrum Fumonis munitissimum ab ipso recuperatum coniurasse, *qui fidele defensionis præsidium ecclesiæ Romanæ promiserat, vt iuramento, & vassallagij obligatione tenebatur, & fidei, & maiestatis oblitus, Messanam properans, nullo persequente discessit, hostibus tacitis fauoris auxilium ex cessione daturus.*

f Rich. a S. Germ. in chron. hoc anno.
g Godef. in annal. eod. anno.

Excitatus a Greg. in auxil. contra Romanos Messanā auolat. Cur Romani signa in Greg. extulerint.

27 At Pontifex licet se cinctum periculis, hosti-

Ad eos pacandos Romam se cõferre decernit.

hostibusque videret, generoso ardere succensus, Romam contendere decreuit, quò contiatas seditiones comprimeret, laborantique ciuitati opem ferret: accidit, vt cum primum pedem inferre visus, singulari miraculo mollirentur statim Romanorum pectora, odijsque positis, ad ipsius pedes sese abijcerent, ingentique pompa in vrbe exciperent; quæ auctor anonymus, collaudans Pontificis constantia sic prosequitur: *Fratres ad hoc consilium diuidentur, dum pauci Vrbis ingressum, plures accessum in Tusciam summo Pontifici suaderent: sed Christi vicarius, cui temporis breuitas ad eludendas Romanorum impetus facultatem virium denegabat, existens Anagnia cum Apostolicæ sedis honore exitium patria sustinere non poterat inuitissimus, nec absque præsidatus auctoritatis insuetæ prouinciam deserere poterat fugitiuus: magistri autem vocem secutus & actus, trepidantium fratrum animos humili responsione collidens ait: Vos fugam capietis, & ego vadam immolari pro vobis; & persecutoribus similitudine quæstionis occurrens: Si me quæritis, sinite hos abire; zelo iustitiæ, ac fidei feruore succensus, fortis athleta sanguinem ponere pro commissa (pro se libertate paratus, Vrbem fœmentum bestiarum intrepidus, & constanter ingreditur, a Romano populo vniuersim obuiam concurrente, incredibili veneratione susceptus. Restitit, & ab humana possibilitate remota, vt bestes proposito crudelitatis armati, auasto pastoris accessu, protinus ferocitatis animum immutauerint in deuotionis affectum, & ora consumelia feritatis laxata, in organa diuinæ laudis composita, patrum Patri præconia personabant: nec his Pater contentus assuetis inanis, quæ solent apud eos venalitatis argumenta monstrare, ipsorum esurien non modica pecunia refectione placauit.* His addit Richardus a antequam Pontifex Romam accederet, senatorem Vrbis alijs proceribus stipatum Anagniam veniisse, flagitasseque omnibus precibus, vt Romam regrederetur. Hexumque eorum votis nonnullorum Cardinalium comitatu cinctum, alijs Anagniæ consistentibus, redijsse. Sed non diu pax tenuit, iterum enim recrudescente veteri discordia Romani seditiones nouas moliri, & commouere cœperunt. Qui vt imminenti periculo sese subduceret, ingratam Vrbem deserere, alioque transfugere coactus est, de quibus anno sequenti.

Maior Cardinalium pars ad cõsilium dãnat.

Egregia ad ipsos Pontificis sententia.

Micigãtur eius aduẽtu Romani.

Pontificẽ magnifice excipiunt. a Rich. de S. Germ. ciro

Parum est tenuis concordia.

28. &c. Nec tumultus modo in pontificia ditione, verum etiam in Insubria concitati: quamuis enim antea diligentissima cura Pontifex Insubres inter atque Imperatorem, vt vidimus, pacem conciliare, atque omni adhibita opera confirmare esset conatus, eruperant tamen nouæ difficultates: quocirca Gregorius Fridericum b, & Insubres c, vt Romam legatos ad pacem agitandam perficiendamque mitterent est adhortatus d, ac monuit, vt statutis antea conditionibus starent. Ac ne ex discordia bellum apertum Ecclesiæque exitiale emergeret, egit apud vtrosque, vt compromisso in Iacobum Præneslinum electum, & Cardinalem S. Nicolai in carcere Tulliano facto, iura sua Ecclesiæ definienda permitterent: quæ cum apostolica interposita auctoritate Pontifex pronunciret componeretque, de his ad Fridericum scripsit, & eius ac filij Regis literas, quæ gesta & gerenda rata haberent, flagitauit. Cui Fridericus le magistrum Theutonicorum, cum primum recepisset, ad ipsum, vt ea de re ageret, missurum respondit e. Interim aculeatas, ac querimoniarum plenas literas f ad Orientem epiſcopum misit, quibus primum illum fecit certiorem, quæ sibi ab Pontifice scripta ac responsa essent, tum questus est, iniurias tantas, quibus ab Insubribus esset lacessitus, Rauennæ nimirum indicta comitia ab ijs discussa, abruptos ad patrem filio aditus, plures Germanos nobiles contumelijs affectos, non resarciri damna quæ Pontificis arbitrio permisissent, rem ita ab illo compositam, vt sui imperijque honoris oblitus videretur. Demum rogat, vt illis consuleret, ne si fama rei gestæ emanaret, cæteri principes arbitrario Ecclesiæ iudicio sese committere deterrerentur. De quibus omnibus edoctus Pontifex, literis g ad Imperatorem scriptis purgauit se, eiusque querimonias de re pro Insubribus decisa retudit, conceptaque sinistras suspiciones ex illius animo depellere conatus, ostendit, si tuendæ ecclesiasticæ libertatis gratia asperiorem se præbuisset, id ipsius salutis causa ex summo amore emanasse, ac secuta ingentia in eum beneficia commemorat, vt non querelarum, sed gratiarum materiam sibi oblatam esse cognoscerct.

a Lib ep 267
b Ep. 268. Queritur Fridericus sibi laso a Longobardis non fieri satis.

c Ep. 269. Accusat Pontificẽ animum in eos malugentem.

32 Demonstrauit verò Pontifex in Caietanis ad Friderici obsequium, a quo maxime abhorrebant, adducendis d. sui in illum studij ac fidei sinceritatem. Verebantur illi, ne postquam Friderici imperio se submisissent, illius sæuitiam experirentur: ad quem metum ex eorum animo euellendum pollicitus e est Fridericus acceptas ab ijs iniurias obsecutas Ecclesiæ partes æterna obliuione deleturum, cauitque edicto imperatorio, ne quis vllam ijs molestiam in Sicilia Romanoue imperio inferret. Quos quidem hoc anno ad illius obedientiam reuocatos refert memoria dignum monumentum, quod in libro censuum Vaticanæ bibliothecæ extat. Verum quamuis Imperator Caietanos in pristinam gratiam receptutum spopondisset, non vitus est tamen fidem seruare, cum Richardus f affirmet Imperatorem misisse in eam vrbem Hectorem de monte Frusulo, qui ipsam creandorum consulum auctoritate dignitateque orbauit, ac vectigalia noua ciuibus imposuit.

Caieta a Greg. ad Fri. obsequium adducitur.
a Leo l. 7. ep. 211.

e Extant. ib. ep 212. Pollicetur Caietan. Frid. omnias pratetitas non vlturum.

Promissa parum curat.
f Rich. chro hoc ann.

33. 34 Vltionis quidem Fridericum auidum extitisse, varijsque prætextibus, & criminibus subornatis in eos desæuire solitum, in quos odium animo concepisset, non superius modo recensita, verum a nobis dicenda ostendunt. Cum enim ad excindendos hæreticos ingenti arcere studio præsertulisset g, constituisset que, vt in singulis prouincijs ac locis insignibus iudex vna cum antisti exercendæ in eos quæstioni præesset, atque ob susceptum pium, vt videbatur consilium, a Gregorio collaudatus esset, vindictæ occasionem aucuparus, plerosque insontes catholicos, qui in ipsius iras incurrerant, crimine hæreseos accusatos flammis magno omnium dolore & offensione tradi iussit: quare illum Gregorius grauissime monuit h, vt delendis hæreticis, non perdendis catholicis studeret.

g Apud Greg ep. 243. Sibi exosos pœnas habuit

h Ib ep 244. Actor inter Florentinos, & Senenses bellum

35 Grauissimum pariter dolorem percepit ex Florentinorum ac Senensium calamitatibus, qui eo efferati malis cladibus se atterebant. Cuius belli causas retexens Ricordanus i Malespina, scribit Senenses anno superiori montem Politianum, cuius cives cum Florentinis suendæ

i Ricord Malesp Hist Flor. c 179. & 10. Vi l. l. 6. c. 9.

Insubriæ tumultus pacare nititur Greg

b Lib. 6. ep. 258.
c Ib. ep. 259
d Lib 7. ep. 146.

libertatis gratia coitionem fecerant, obsediſſe-
Illius cauſa. itiuſque propugnacula funditus euertiſſe: Florentinos verò ea re lacessitos hoc anno in Senenſem agrum irrupiſſe, atque oppidum nobile excidiſſe. Ad eos conciliandos, emergentiaque inde mala compescenda intentus Pontifex, ad Ioannem e Prædicatorum familia spectatæ sanctitatis virum miraculisque editis conspicuum hanc
a Lib.7.ep. 69. scripsit a: *Præcipere tibi volumus, qui spiritu Dei duceris, cui nos obedire tenemur, sed optamus, vt tibi ab illo in quo per ministerium tuum Iauuentinum multitudo respirat, potius inspiretur, hanc veritusque ciuitatis vniuersitati, quæ iam periisse videntur, facere gratiam, ne irreparabilem nobiscum pariter compellaris flere iacturam. Dat. Laterani* XV. *kal. maij anno* VII.

Defigun-tur anathe mate flo-rentini. 36 Verum prætor Floreminus eiusque consiliarij nec pacem firmare, nec inducias inire voluere, quorum peruicacia iuste commotus summus Pontifex, archiepiscopum Pisanum anathematis in eos sententiam promulgare iussit a: atroci verò adeo bello Senenses sunt insectati, vt demum ad poscendam pacem, reficiendumque suis sumptibus montem Politianum compulerint.

a Ep. 301.

Gratulatur Ioanni Greg. ob res admirandas ab eo patratas. 37. 38 Gratulatus verò est Ioanni b Pontifex ob res, quas Deus eius beneficio ad Ecclesiæ suæ amplificandam gloriam patrabat. Verum inter ea collata diuinitus beneficia, quibus apud populos sanctitatis famam compararat, arcano consilio permisit Dominus exercendæ ipsius virtutis gratia aliquos contumelijs illum lacerare: quibus acceptis Pontifex ad ferendas pro Christo animo constanti iniurias hortatus est c, neque enim ijs se appeti innocentem mirari debere, cum ipse Dominus maioribus ab inuidis exceptus esset. Quantas vero Deus cœlestes virtutes opera Ioannis ediderit, hæ Pontificis ad eum missæ literæ ostendunt d,

b Ep. 330. 369.

Ab improbis exagitatur Ioannes.

c Ep. 287.

d Greg. IX. l. 7. p. 130.

Gregorius, &c. Gratias agimus Iesu Christo bonorum omnium largiteri, cuius sunt ista miracula, quod ministros suos ideo in facie Pharaonis & seruorum eius per signa & portenta mirificat, vt filios Israel de terra Gessen, in qua multiplicati sunt, exire post Dominum detrectantes, per hoc ad promissionis certitudinem & gloriam suæ visionis accendat; quapropter ad orationum vota conuertimur & adorantes super fastigium virgæ eius, quæ percutit & medetur, fideliter petimus, vt gratiam, quam magnificauit facere in mirabilibus semper tecum ad laudem sui nominis & salutem fidelium animarum augeat & conseruet, &c. *Dat. Laterani* VII. *kal. iunij anno* VII. Hactenus de Ioanne Vicentino; iam ab eo, ad beatum Dominicum familiæ, in qua vitam religiosam colebat, conditorem digrediamur.

Gratulatur Ioanni Vicentino literæ.

39 Cum non modo clarissima, dum vixit, miracula edidisset, verum innumeris etiã alijs prodigijs illius Deus sepulchrum in dies illustraret, Pontifex vt ad actionem de eo sanctis ascribendo maturè pro rei grauitate incumberet, archidiacono Bononiensi, ac duobus alijs prouinciam dedit e, vt omni affectu depositio in illius vitam ac miracula adactis iureiurando testibus diligentissime inquirerent. Celebrata vero est reliquiarum eius translatio solemni ritu, atque ex eius sepulchro diuinus odor spirauit, vt vetera monumenta testantur f hisce verbis: *Eleuato lapide egressus est odor suauis & delectabilis, vt non tam sepulchrum, quam cella sentiretur aromatum plasse-*

B. Dominicus miraculis coruscat, & eius sep. sanctificatio. Inquisitio circa eius vitam & miracula, f M. S. Bibl. Vat. sign. n. 218. cod. f. 6. c. 6. vsq. 8 D. mens. aput Sur. die 4. Aug.

ratque tam magnus & ingens, quod omnium, qui aderant, sensus totamque ecclesiam adimplerent, incognitus fere & ineffabilis omni rei naturali & aromata superans vniuersa. Tunc archiepiscopus cum episcopis, & omnes, qui aderant ilaritate & gaudio repleti ad terram se cum deuotione & lachrymis prostrauerunt, laudantes Deum, qui glorificauit sanctum suum. Reuoluto vero penitus superiori saxo grandi, inuenerunt capsam solidam clausam studiose clauis ferreis & firmatam, in qua exanime corpus iacuerat sacrosanctum: qua dum manifestata est, odor ille dulcis & bonus auctus & inclinantes se circumstantes osculati sunt capsam, atque fluuius lachrymarum impetus Dei laetificans ciuitatem. Ereptis inde clauis ferreis, quibus firmata fuerat arca, inextimabilis odor cum abundantia de sacrosanctis ossibus expirauit. Tunc magister Iordanus aliique fratres cum multa deuotione & reuerentia de veteri capsa tollentes ossa sacra in noua, quam præparauerant, posuerunt, clausamque & firmatam claui quam tenebat potestas Bononiensis & tenet, idem magister & Prouincialis Stephanus coram omnibus vsque ad sepulchrum marmoreum transtulerunt. Mane facto præsentibus archiepiscopo aliisque episcopis cum fratribus & multis aliis aperta denuo & reserata fuit arca pristinum effundens odorem, & per manus episcoporum deposita fuit capsa cum ossibus in nouo sepulchro ferris & clauibus obserato. Deinde quasi in octauo die post potestas Bononiensis cum multis honoratis ciuibus ad instantiam eorum, qui translationi non interfuerant, sepulchrum iterum aperuit, vt a deuotis filijs sacrosancta reliquiæ viderentur. Tunc dulcis magister Iordanus pijssimum prædecessoris sui caput pijssimis manibus tenens filius obtulit osculandum. Erant trecenti & vltra fratres, qui ad hoc sanctitatis osculum accedentes, eum de quo superius dictum est suauitatis odorem inenarrabilem perceperunt. Remansit autem facer odor ille postmodum multo tempore in priori sepulchro & in rebus in eo positis, in vestimentis quoque & in manibus eorum, qui sacras reliquias contigerant, & vsque hodie in ossibus sacris mirabiliter perseuerat. Facta est autem hæc translatio anno Domini MCCXXXIII. *indictione* VI. *pontificatus domini Gregorij IX. anno* IX. VI. *domini Friderici Imperatoris Romanorum, & confirmationis ordinis anno* XVII.

E sepulchro S. Dominici cœlestis odor diffatur.

Præsulum eò sententium præsentia.

Trecenti religiosi eum odorem sentiere.

40 Efflorescebant hac tempestate ab eo conditæ familiæ viri magnæ sanctitatis opinione, Christique gloriam in populis e vitiorum cœno erigendis, insectandisque hæreticis late circumferebant, quorum eximios labores datis ad eos, qui ad generalia comitia conuenerant, literis a commendauit, ac sponte currentibus ad coronam vitæ adipiscendam stimulos admouit. Lacessiti verò sunt interdum grauissimis iniurijs, atque etiam vulneribus periti ob defensam strenue fidem; quorum causam magna cura suscepit Pontifex, & vt aduersus Placentinum prætorem eiusque studiosos, qui illius familiæ religiosos viros ob traductos pro concione hæreticos sauciarant, ecclesiasticarum legum seueritatem iussit adhiberi b, ac Placentinos illum e vinculis, in quæ coniectus fuerat, laxasse obiurgauit c: commendauitque d archiepiscopum clerumque Mediolanensem tum Prædicatoribus, tum Minoritis in expugnanda hæresi impigre desudantibus fuisse. Instituta e vero fuit ad domandam ferro hæresim militia Iesu Christi, quam viri nobiles certa-

a Lib. 7. ep. 70. Prædicatores in insectandis hæreticis egregia diligentia.

b Lib. ep. 328 335.

c Ep. 378.

d Ep. 372.

e Greg. l. 8. ep. 385.

Institutæ Iesu Christi militiæ contra hæreticos.

certatim professi sunt, qui episcopis nuncupato voto se obstringebant pro tuenda libertate ecclesiastica, atque excindenda hæresi se ad pontificium imperium arma expedituros, quibus Gregorius ita gratulatus est a.

a Lib 7 ep. 368.

Gregorius, &c. Vos velut filij Ioarim ijdem exultationis Domini in monte Modin, qui diiudicationis Domini dicitur, conscendentes, super intemperatorum multitudine contristati dixisse videmini: *Si non pugnauerimus pro iustificationibus nostris, cuius desperamus*; & docentes vos eo, qui dat significationem se metuentibus, vt ab arcus facie fugiant, sorti viribus Ecclesiæ fidelium congregata & ei cunctis in lege voluntarijs, & qui mala tulerunt sociatus, mori potius quam vestræ gentis & sanctorum mala cernere eligentes, peccatores in ira & in indignatione nequissimos percussistis, deiectionem pij populi erigentes, &c. *Dat. Laterani* IV *idus decembris anno* VIII.

Illius Elogium.

41. 42 Cæterum non modo Pontifex ad hæresim in Italia, sed in regionibus quoque borealibus, & Gallijs eliciendam incubuit. Vnde a Germanicis petamus exordium, ad archiepiscopos atque episcopos scripsit b contra eos hæreticos, qui errores damnabant, vt incusso pœnarum terrore sese liberarent, & in eam postea defigebant. Cumque Scadingorum hæresis serperet, quæ dæmone magistro vigebat, qui diuersis formis in secretis eorum scholis inuebat, vbi turpissima, & horrenda auditu nagitia patrabantur, Pontifex contrari crucesignatos exercitus iussit ad eam pestem excindendam, cuius hæditatem ita describit.

b Lib. 6 ep. 355.

Stedinghorum horrenda hæresis

43 *Gregorius, &c.* Huius pestis initia talia perferuntur: nam cum nouitius in ea quisquam recipitur, & perditorum primitus scholas intrat, apparet ei species quædam ranæ, quam butonem consueuerunt aliqui nominare: hanc quidam a posterioribus, & quidam in ore damnabiliter osculantes, linguam bestiæ intra ora sua recipiunt, & saliuam. Hæc apparet interdum indebita quantitate, & quandoque in modum anseris, vel anatis, plerumque furni etiam quantitatem assumit: demum nouitio procedenti occurrit miri palloris homo, nigerrimos habens oculos, adeo extenuatus & macer, quod consumptis carnibus sola cutis relicta videtur ossibus superducta: hunc nouitius osculatur, & sentit frigidum sicut glaciem, & post osculum catholicæ memoris fidei de ipsius corde totaliter euanescit. Ad conuiuium postmodum discumbentibus, & surgentibus completo ipso conuiuio, per quandam statuam, quæ in scholis huiusmodi esse solet, descendit retrorsum ad modum canis mediocris gattus niger rerecta cauda, quem a posterioribus primo nouitius, post magister, deinde singuli per ordinem osculantur, qui tamen digni sunt, & perfecti: imperfecti verò, qui se dignos non reputant, pacem recipiunt a magistro, & quique singulis per loca sua positis, dictisque quibusdam carminibus, ac versus gattum capitibus inclinatis: Parce nobis, dicit magister, & proximo cuique hoc præcipit, respondente tertio ac dicente: Scimus magister: quartus ait: Et nos obedire debemus; & his ita peractis extinguuntur candelæ, & proceditur ad turpissimum opus luxuriæ. [Et infra, vbi horrenda libidinum genera ab his patrari solita attulit.]

Exercitia eorum tyrocinia.

Quibus formis dæmon se ijs exhibeat.

Horrenda eorum facinora in corpus Christi.

44. 45 Completo vero tam nefandissimo sce-

lere, & candelis iterum reaccensis, singulisque in suo ordine constitutis, de obscuro scholarum angulo, quo non carent perditissimi hominum, quidam homo procedit a renibus sursum fulgens, & sole clarior, sicut dicunt, deorsum hispidus sicut gattus, cuius fulgor illuminat totum locum; tunc magister excerpens aliquid de veste nouicij, fulgido illi dicit: Magister hoc mihi datum tibi do; illo fulgido respondente: Bene mihi seruisti pluries, & melius seruies, tuæ committo custodiæ, quod dedisti, & his dictis protinus euanescit. Corpus etiam Domini singulis annis in pascha de manu recipiunt sacerdotis, & illud ad domus suas in ore portantes in latrinam proijciunt, in contumeliam Redemptoris. Ad hæc intelligentissimi omnium miserorum gubernantem cælestia pollutis labijs blasphemantes, asserunt delirando calorum dominum violenter contra iustitiam, & dolose Luciferum in inferos detrusisse. In hunc etiam credunt miseri, & ipsum affirmant cælestium conditorem, & adhuc ad suam gloriam præcipitato Domino rediturum, per quem cum eodem, & non ante ipsum se sperant æternam beatitudinem habituros. Omnia Deo placita non agenda fatentur, & potius agenda quæ odit, &c. *Dat Laterani idus nouembris anno* VII.

46. &c. Superioribus consentanea mandauit historiæ anno sequenti Albertus Stadensis a; sed quos Pontifex Scethincos b ipse Scedingos appellat, eorumque errores, quibus erant implicitis, ac scelera enumerat: dum ab Henrico duce Brabantiæ, & Florentino comite Hollandiæ nauatam contra eos egregiam operam anno sequenti commemorat: *Ipsi*, inquit, *doctrina matris Ecclesiæ penitus vilipensa, ipsius libertatem conculcauerunt, nulli parentes sexui vel ætati. Quæsierunt responsa dæmonum, simulacra fecerunt cerea, consulentes etiam in suis spurcitijs erroneas pythonissas, & quod deterius est, omnibus viaticum salutis æternæ, horribilius, quam deceat exprimi, pertractantes: clericos etiam & religiosos impie lacerantes cruciabant omni genere tormentorum. Nec propria eis sufficit perditio, sed omnes, quos poterant, & maxime rusticos, in foueam suæ perfidiæ secum trahere nitebantur.* Quibus tradita a Godefrido in annalibus, alijsque respondent c.

a Stadens. in chron.
b Ead. ep. 386.

Dux Brabant. & Holland. in eos excitati.

49 Perlatum est ad Romanum Pontificem Iudæos in Germania mancipia Christiana detinere, circumcidere, atque ad Iudaismi superstitionem suscipiendam compellere, ipsos publicis officijs præfici, quorum occasione in Christifideles efferati sæuirent; nutrices ac famulas Christianas domi alere, quas ijs sceleribus contaminent, quæ audientes horrore perfunduntur posse nisi denique contra ea quæ in concilio generali statuta fuerant nullum signum circumferre, quo a fidelibus discerni distinguique possent. Quocirca Gregorius, vt tantis malis mederetur, archiepiscopis, episcopis, cæterisque Germaniæ præsulibus imperauit c, ne Christi sanguine redemptos ii Redemptoris contumeliam a Iudæis subijci seruituti, neue de religione cum ijs disceptare paterentur, opemque magistratuum ad comprimendam infidelium hominum insolentiam implorarent.

Iudæi in Germania grassantur

iubentur a præsulibus comprimi.

c Lib 6 ep. 359.

50. &c. Inualuerant eadem in Pannonia mala, ad quæ abolenda ab Strigoniensi archiepiscopo magno ardore certatum anno superiori est: quæ cum inueterata essent, excidendus ijs etiam

hoc anno a Iacobo Cardinale Prænestino episcopo (quem auctor a vitæ Gregorij ab ipso, cum Reate morabatur, ex abbate trium fontium ad eam euectum dignitatem tradit) legationis apostolicæ munere aucto, atque Andrea Rege, Hungarisque flagitantibus a Pontifice misso b desudatum est, ac post varia de reuocanda in pristinum statum immunitate ecclesiastica, coercendisque infidelibus agitata consilia. Demum Rex Andreas ad ponendum tot malis modum sacramento c se astrinxit, vt in eius literis ad Iacobum ipsum legatum datis patet, quibus Iudæos ac Saracenos publicis munetibus depelli, signoque a Christianis distingui, tum eorum licentiam comprimi, libertatem vero ecclesiasticam restitui iussit, tum matrimonia fidelium cum infidelibus, intentata ambobus seruitutis pœna, prohibuit.

a Anonym. auct. vit. Greg.

b Ep. 271. Iacobus Præneſt. ep legatus in Hungar. miſſus.

c Lucr. cen ſuum Vat. bibl.

Ad tollenda ea mala Rex iurameto ſe deuincit.

54 Adacti etiam sacramento a Iacobo legato ad hæc seruanda Bela Andreæ filius natu maximus sceptri Hungarici heres, & Colomanus Rex & dux Sclauoniæ, tum omnes proceres, ac magistratus Hungari; cuius iurisiurandi formæ certis conceptæ verbis in eodem Vaticano m.s. extant. Renouarum pariter vetus edictum antea ab Andreæ superioribus annis factum, in quo dignitati clericorum consulebatur, ne ad tribunalia iudicum laicorum traherentur, quod Iacobus legatus, ac Robertus Strigoniensis archiepiscopus literis suis inseruerunt.

Eorum iureiurando filij reges proceresque ſe ſtringunt

Flagitante verò eodem Rege a sede Apostolica, vt Lucam archiepiscopum Strigoniensem, qui vitus pijs operibus, ac post obitum diuinis prodigijs effloruerat, sanctis annumeraret, Iacobo legato imposuit, vt de miraculis ab eo editis inquireret.

De B. Luca Strig. arch. miracula inquiritur.

55 Coniungendus sancto archiepiscopo sanctus alter archiepiscopus, Virgilius nimirum Salisburgensis videtur, de quo hæc Richardus d: *Mense iunio de quodam S. Virgilio miracula multa in scriptis redacta de Alemannia missa sunt ad dominum Papam.* Institutam antea de miraculis eius precibus patratis sacram quæstionem vidimus, atque hoc ipso anno cœlitum catalogo aggregatum fuisse tradit Stero e, ac demonstrat pontificium diploma f.

§ Virgilius SS. catalogo adſcribitur.

d Richb e S. Germ. in chron.

e Henr Ster in annal. apud Canis. antiq. lect. to. 1. pag. 262

f Lib. 7. ep. 189.

56 Contra vero cum Gregorius certissimis argumentis comperisset Bosnæ episcopum, e pastore in carnificem versum, traditos suæ curæ populos vesanæ doctrinæ veneno interimere, prædicto Iacobo in Pannonia legato imposuit g, vt ad expurgandam ea face regionem, hæreticum hominem e gradu pelleret. Bosnæ vero ducem, qui damnata hæresi ad Ecclesiæ castra se contulerat, accepit h in clientelam, ac Regi Colomano, ne illius iura inuaderet, iniunxit i.

g Ead. l. 7. ep. 164.

h Ibid. ep. 292.

i Lib. 8. ep. 232.

57 Iniectos etiam Poloniæ tumultus tradit Ioannes Longinus l, nimirum maioris Poloniæ proceres ob ingentia priuilegia, quibus ecclesiam Vvladislaus Otho dux decorasset, inuidiæ stimulis agitatos insidias ipsi struxisse, quas cum ille discussisset, apertam rebellionem fecisse, coniuratioeque cum Henrico cum barba appellato, infensissimo illius hoste conflata, nequicquam S. Hedvvige eiusdem Henrici vxore renitente, ipsum præpotenti instructum exercitu maiorem Poloniam inuasisse, ac Vvladislaum cognita suorum perfidia, ad ducem Pomeraniæ Svvantopelkum socerum confugisse. Cæterum adeo ingrauescebat in Polonia procerum potentia, vt in tyrannidem degeneraret, pauperesque sub illorum iugo misere ingemiscerent, ac nonnulli quadam desperatione adducti ad Ruthenorum perfidiam desciscerent. Quorum propterea insolentiam frænari ab episcopis iussit Gregorius, præcepitque b ad tuendam fidem, ne catholicæ mulieres Ruthenis matrimonio iungerentur, cum ob thori commercium contingeret, plures a viris subornatas iterato baptismate inquinari c, erroribusque Ruthenorum irretiri; tum Dominicanos excolendis ijs populis confutandisque hæretibus, ac Ruthenis monachis ad religiosa instituta reuocandis intendere iussit d.

l Ioan. Long. hiſt. Polon. an. 1233.

Vvladiſlaꝰ Poloniæ dux in fugam a conjuratis cõpulſus.

a Ib. ep. 337 338.

b Ep. 310.

c Ep. 372. 373.

d Lib. 7. ep. 304.

58 Eorundem Prædicatorum opera vsus est Pontifex ad Pruthenos fide Christiana imbuendos. Significarant illi se Christiana sacra suscipere in animum induxisse: quibus magno ex sperata illorum conuersione gaudio affectus Pontifex gratulatus, vt euangelium exciperent est adhortatus, vtque oratores ad sedem Apostolicam mitterent, quo tanta res ad exitum felicius perduci posset. At perfidi iuerant pietatis speciem, cum se ab Cruciferis Theutonicis victos profligatosque lugerent: ac breui fraus patuit, cum Prussiæ episcopum suscipiendi ab eo baptismi specie excitum obtruncatis ijs, qui ijsum flij abant, in vincula conicere, ad quos ædemandos crucesignati concitati sunt.

Pruthenī fingunt ſe amplecten dę fidei de fiderio teneri.

L. 6. ep. 232.

Prussiæ epiſc. magna perfidia conijciunt in vincula.

59. &c. Hoc anno Raymundus comes pontificijs monitis obsecutus, principis catholici specimen egregium edit; habito enim episcoporum procerumque solemni conuentu leueras leges aduersus hæreticos edidit, quas Papyrius Maſſonus e ex antiquis membranis typis mandauit.

e Papyr. Maſſon. annal. l. 3. p. 198 cap. 8 ſecund.

63 Quo tẽpore postulantibus Viennensi archiepiscopo & episcopis suffraganeis a Gregorio, vt Stephanum Dietdem olim episcopum maximis miraculis effulgentem in sanctorum numerum referret, archiepiscopo Ebredunensi, & episcopo Vapincensi, atque Vallisclusensis abbati Cisterciensis ordinis imposuit f, vt iuxta adhibita diligentia de miraculis, quæ post illius mortem patrata fuissent, inquirerent, cum ad aliquem sanctis adscribendum probitas & cœlestium prodigiorum veritas desiderentur.

Le Steph. Dien. epiſc. miraculis inquirit iubet Greg.

f Ep. 392.

64 Effulgere hoc anno cœpit in Cantuariensi sede totius Angliæ clarissimum lumen B. Eadmundus e Saresberiensi canonico & sacri ærarij præfecto ad eam dignitatem euectus, in qua velut in celsiori loco sanctitatis suæ radios latius diffudit. Extant in pontificio regesto de eo Gregorij literæ g ad Cantuariensis ecclesiæ suffraganeos episcopos datæ, quibus morum honestate conspicuum, perpolitum literarum scientia, ac rerum gerendarum industria præditum appellat, reiectisque cæteris ipsius electionem confirmat.

B Eadmũdus ad Cãtuar. archiep promouetur.

g Greg. l. 6. ep. 230. 231

IESV CHRISTI
Annus 1234.

GREGORII PP. IX. FRIDERICI Imp. Occ. 15. annus 8. IOANNIS Imp. Or. 6. Indict. 7.

1. 2 ELati animis Romani nouam meditati condere in ruinis Ecclesiæ rempublicam Gregorium Vrbe exire coegerunt, atque oratoꝝ

Romanis Gregorij rebellionẽ mouent.

Digitized by Google

cratores ad trahendos ad defectionem populos in Etruriam ac finitimas regiones misere, qui cum a subditis Ecclesiæ ingentem pecuniarum vim corraliſſent, celsiſſimam turrim in oppido, cui Mons altus nomen est, in occupati dominatus argumentum extruxerunt. At Pontifex cum se Reate recepisset, senatorem Vrbis, eiusque consiliarios illius defectionis auctores anathemate percuſſit [a], & ad retundendos Romanorum conatus studia convertit. Qua diſſensione cognita Fridericus Imperator, vt sibi animum Pontificis conciliaret, quo eius opera ad rebellem filium Henricum imperium affectantem comprimendum vteretur, Reate profectus, se suaque omnia impense deferre præstitit: quare a Gregorio regia magnificentia exceptus fuit, ac licet anceps, & dubia eius fides timeretur, gerendi aduersus Romanos perduelles belli prouincia illi data est, atque legatus S. Mariæ in Cosmedin diaconus Cardinalis coniunctus. At breui Fridericus artes suas, condinaque intus scelera aperuit, cum deserta sine vlla Pontificis causa, diſſolutoque exercitu, ac suo honori fœdiſſima impressa macula, in Neapolitanum regnum se proripuit: quæ omnia ampliori studio anonymus Gregorij gestorum auctor prosequitur.

[a] Lib. 2. ep. 167.

Friderici noua perfidia.

3. &c. De Henrici defectione, Pontifex in literis [b] suis nec non Godefridus [c], Richardusque [d] meminere, quorum posterius rem ita configrat: *Hoc anno, quod Henricus Rex contra Imperatorem patrem suum sacrilegium in Alemannia fecerit fama fuit.* Accinctus autem: *Mense maij Imperator per S. Germanum habens transitum, apud Reate ad Papam venit, ducens secum Conradum filium suum, & se ad seruitium Ecclesiæ exponens contra Romanos.* Tradit vero pluribus gestorum Gregorij scriptor, vt gerendi in Romanos belli prouinciam ambiuerit Fridericus, ac demum solitis artibus omnium expectationem eluserit: *De concepta*, inquit, *nequitia in partus veneratos erumpens, legatus infidus, & corruptibilis executor deformans prætoris solium eminens Imperatoriam maiestatem, violato prioris fidei fœdere, mutatus in bestiam, bestijs se coniunxit, recessus sui diem certis cautionibus statuens, omnimoda iuris in inanimitate præmissa in sua quidem apertioris infidelitatis indicium, cor secreta familiaritate pertractans, venerabatur in publicum, & muneribus honorabat, non minus in hoc pusillanimitatis opprobrio, quam infidelitate notandus: his maiestatis titulum in efficium venaturæ commutans, non armis decoratus, & legibus, sed canibus, & animum garrulitate munitus falsus de Imperatore venator, excellentiam sceptri in ferarum venabula commutauit, & hostium vindicta postposita in capturam animi solicitabat aquilas triumphales. Sic igitur decurso temporis spatio, quo matris causam indecorus filius consecutus, accessit Romanis in die illa, quam idem sibi præfixerat, exeuntibus ex conditione castro Raspampani, quod a ruina solæ ipsius præseruauit agnitio obsidione relicta illicentiato exercitu, & gladijs exposito Romanorum, fama prodigus, & honoris, fugitiuus abscessit, proditionis maculam timoris mendacio cupiens colorare. Illa siquidem velocitate fugatis triumphalibus aquilis vehebatur, vt de dicto castro eadem die, quasi hostibus terga petentibus, delatus in regnum, non equitasse, sed volasse verius crederetur.*

[b] Greg. ann. 12. 9.
[c] God. in annal. hoc anno.
[d] Rich. de S. Germ. in chron.

Ambit Pontificem in Romanos mouet.

Fridericus Pontificis causam turpiter deserit.

6. &c. Enarrata Friderici in Romanum Pontificem perfidia egregiam ac bonis Ecclesiæ, qui in Viterbiensem agrum irruperant, victoriam per quosdam nobiles Germanos diuinitus concessam ita recenset: *Tam Perusium adijt summus Pater, vbi auditum deplorat infidelitatis eventum dolores ingeminat mater Ecclesia, de filio patris, de patre delatore prodit totus orbis in fabulam, alium negotium tanta solicitudine procuratum, tam turpi collusione coarctatum. Sed Dei filius sponsus Ecclesiæ resumpsit contra draconis insidias * sponte causam: nam vt sponsa vitarius Ecclesiæ solicitus gubernator cadenti negotio manum subuentionis apponens, quosdam Theutonicos nobiles libertatis ecclesiasticæ zelatores decreuit apud Viterbium pro defensione patrimonij retinere, qui Romanos de sua præsumentes virtute, ad ipsius ciuitatis incidendas vineas, & arbores, in grani multitudine properantes, congressu audacissimo fugauerunt, non paucis captis, & interfectis vtrinque, victoriam tamen, & liberationem patriæ de cælo non ab homine consecuti. Insequendo per Vrbis confinia vsque ad Camporum rotundum, qui ab Vrbe decem miliaribus distat, discurrentes totam Sabinam a Romanis ciuibus occupatam absque contradictionis obiaculo ad Ecclesiæ dominium reduxerant, Romanis sic diuina animaduersione percussis, vt dum alienos terminos quærerent, suorum defensione carerent.* De Gregorio Perusium profecto, deque Romanis Pontificem apud Viterbium bello petentibus, & circumiacentes regiones flammis vastare enitentibus, ac postremo fusis fugatisque, agit etiam Matthæus Parisius [a]; confirmatque Richardus [b] soluta ab Imperatore Raspampani obsidione Romanos id oppidum munitiſſe, atque inde facta eruptione ad portas Viterbij cum equitatu occurriſſe, sed cladem maximam a Theutonicis interceptos accepiſſe, partimque cæsos, partim captos, nonnullos tamen Theutonicos in prælio cecidiſſe, cum hosti desperatio fecisset animos, iraſque effera ſſet. Hos porro Theutonicos non cæsareos fuiſſe certum est, sed ij, de quibus acta meminere. In hoc bello a Gallis, & Hiſpanis præsulibus Gregorius nummaria subsidia postulauit [c], quæ ab ijs serius præstita, contectoque iam bello restituta a Gregorio ipso meminit eius vita auctor.

Nonnullos Germanos Pont. pro defendendo patrimonio coducit. * sponsa

Romani ab his magna strage delecti.

[a] Par. hiſt. Angl. hoc anno.
[b] Rich. in chron.

[c] Lib. 8 ep. 394. & reg post cand. ep.

10. &c. De sedatis hisce tumultibus agit Richardus anno sequenti. Antequam vero illi palam erumperent, Gregorius imminentem tempestatem præsagiens, ac Romanorum animos ad rebellionem inclinare videns, ad infringenda illorum comilia, qui pontificium imperium euertere molichantur, sanctionem apostolicam edidit [d], qua statuit nulla ditionis pontificiæ loca alienari posse, pluraque ipsorum nomina expressit, vt illa affectantium cupiditatem extingueret.

Renouata a Gregor. constitutio de non abalienandis Ecclesiæ bonis.

[d] Lib. ep. 469 extat in bullar.

16 Delendæ etiam in Prouincia Albigensis hæreseos, quæ sæpius amputata crucesignatorum ferro pullulabat, pio studio adductus Ludouico Gallorum Regi, qui sancti titulum præclaris virtutibus promeruit, facultatem dedit, vt ecclesiastica lege soluta, Margaretam comitis Prouinciæ filiam sibi matrimonio iungeret: *Cum fratribus*, inquit, *nostris deliberatione habita diligenti, de ipsorum consilio serenitati regiæ auctoritate præsentium concedimus, disponendo vt cum dicta nobi-*

Impedimentum S. Ludouici vt cum Margareta cōtrahat coll. Pont.

nobili, si velis, contrahere valeas, impedimento huiusmodi non obstante. Dat. Laterani IV. *non. ianuarij pontificatus nostri anno* VII.

17 Praeterire hoc loco non possumus silentio, Gregorium archiepiscopis & episcopis Galliarum dedisse imperia, ne patere vlla prostibula paterentur, in quibus ludo & comessationi, ac licentiae apertus erat campus, blasphemiae fundebantur voces, ac funesta fiebant animarum naufragia; & medium dominos, qui eas meretriculis locabant censuris ecclesiasticis percelli iussos.

Greg. IX. l. 8. ep. 235. Meretrici ludi in Gallia prohibiti.

18 Ludouicum praeterea Gregorius ad pacis foedera cum Anglo ineunda incitauit [a], rogauitque vt donec firma pax inter ipsos coalescere posset, inducias in triennium produceret, cum id maxime terrae sanctae rebus conduceret.

Incumbit Francis Anglisque ad pacem adducendis

[a] *Greg. l. 7. ep. 545.*

19 Adductas autem tum in graue discrimen Henrici res, Parisius [b] testatur, cum foeda ciuilis belli tempestas in Anglia conflata fuisset; ad quam sedandam Pontifex incubuit [c]: cuius belli faces imprudentia sua in se accendisse Anglorumq; animos efferasse scribit auctor, cum exteros, nimirũ Pictauenses, depulsis alijs, muneribus publicis praefecisset. Commendat verò eiusdem Henrici clementiam, qui cum Richardum comitem hostem infensissimum in Hibernia casum audisset, eius necem lacrymis est prosecutus, ac pro filius anima diuina mysteria celebrari, atque eleemosynas in pauperes liberaliter effundi iussit.

Laborat intestinis discordijs Anglia.

[b] *Paris. hist. Angl. ann.* 1233. & 1234.

[c] *Greg. l. 7. ep. 547. 568 & l. 8. ep. 723.*

20. &c. Eadem benignitate vsus plures ab exilio reuocauit, interque caeteros Hubertum Cantiae comitem, qui accepti beneficij gaudio affectus dixit: *O Iesu saluator crucifixe, quem cruentatis in cruce vulneribus aliquando conspexi, & in crastino festiuum admonitum tuae pereri effigiei, eandem venerando nunc mihi vestra gratia tempore opportuno gratam rependisti vicissitudinem.* Ad quae illustranda verba, refert Parisius [d] flagrante sub Ioanne Rege ciuili bello Anglia, noctu Christum e cruce pendentem sese Huberto videndum obtulisse, monuisseque, vt ea specie ipsius auxilium imploraturo operam non deesset. Sequenti vero die cum miles turibundus in ecclesiam ad eam spoliandam irrupisset, sacerdos correpta Crucifixi effigie lacrymabundus comiti occurrit, obtestans vt ecclesiam a direptione atque excidio vindicaret. Quo spectaculo emollitus, ac veneratus sacram imaginem, milites sacrilegos omnia, quae ecclesiae eripuerant, restituere coegit: ob quod pium facinus Hubertus in Regis gratiam admitti meruisse arbitrabatur. Diuinam porro opem Henrico ob eam in suos hostes mansuetudinem, ac liberalitatem in pauperes non defuisse indicat celebratum Leolini principis Northvvalliae dictum [e]: Plus timeo eleemosynas Regis, quam totam eius militiam. Et quidem potentius expansae ad caelum pauperum, quam militum ferro armatae manus hostes saepe attriuere.

Reuocat Henr. ab exilio Hubertum Cantiae comitem.

[d] *Paris. hic ann.* Acceptum beneficium tribuit Hubertus diuinae prouidentiae.

Celebre dictum Leolini de Henrici eleemosyna.

[e] *Lib. 8. ep. 142.*

24. 25 Hoc anno Gregorius B. Dominicum Praedicatorum familiae conditorem, sanctitate ac miraculis toto orbe clarissimum, in sanctorum ordine reposuit: qua de re extant literae ad cunctos ecclesiarum praesules datae [e].

B. Dominicus SS. catalogo adjicitur.

[e] Greg. opera S. Raym. Penniafort. decretales conficit.

26 Neque silentio praetereundum videtur, non vulgari a diuina prouidentia affectum munere Gregorium, cum sanctissimorum virorum, qui illius seculi clarissima lumina extitere, vt Dominici, Francisci, Antonij dicti Patauini, familiari consuetudine est potitus: quibus annumerandus S. Raymundus Penniafortius Praedicatorum familiae alumnus, capellanus pontificius ac poenitentiarius, vir sacris litteris egregie excultus, ac diuini & humani iuris consultissimus, cuius opera decretales Romanorum Pontificum litteras, varijs concilijs atque libris sparsas, in volumen vnum pluribus additis collegit, quas idem Gregorius hoc anno promulgauit, eo in iudicijs seruari, & in gymnasijs publice doceri iussit [a]; quo argumento extant ad Parisiensis academiae doctores non. septembris huius anni Spoleti datae: ad quam vrbem, Reate discedens, se contulerat, vt cum Friderico Imperatore, ac praesulibus de parando in Saracenos bello consilia agitaret [b].

Greg. IX. decretales conficit.

[a] *Greg. l. 8. ep. 218.*

[b] *l. 8. ep. 183.*

27 Indixisse Gregorium Spoleti vniuerso orbi Christiano sacram aduersus infideles Asiaticos conficiendam expeditionem, tradit vitae pontificiae scriptor [c]. Illum porro magna consilij maturitate crucis signa ad recuperanda alia ab infidelibus occupata loca attollenda deliberasse, atque antistitum conuentum, cui patriarchae Constantinopolitanus, Antiochenus, atque Ierosolymitanus vna cum Imperatore arma vertere in Saracenos sponsione interfuerunt, coegisse testatur Pontifex in literis ad Syros scriptis [d].

Promulgata aduers. infideles sacra expeditio.

[c] *Anon. vit. Greg.*

[d] *Ep. 183. ep. 304.*

28. 29 Pellicere sane anno superiori apostolicis literis, vt vidimus, ad Christi cultum soldanum Damascenum, Caliphium Baldacenum, ac Miramamolinum Africanum pertentarat: sed cum eorum duritia non verbis, sed ferro perrumpenda videretur, ad glorioßissimum, & arduum opus aggrediendum Christianos principes, atque inter caeteros S. Ludouicum hisce literis solicitauit.

30 *Gregorius, &c.* Tuum expetit, & expectat auxilium negotium Iesu Christi, & expertam domus tuae potentiam, quasi iure successorio desiderat terra sancta, vt propagata deuotione parentum in filios, per te velut deuoticnis haeredem subueniatur in tantae necessitatis articulo Crucifixo. Cum igitur illius vices geramus in terris, licet immeriti, qui peccata nostra pro nobis pertulit super lignum, & per hoc nobis incumbat excitare fideles ad praelium Domini praeliandum, & treugae inter charissimum in Christo filium nostrum Fredericum, & soldanum initae in proximo compleantur, ac per hoc, ne inueniatur populus Christianus imparatus, vbique praedicari mandauerimus verbum crucis, vt ad tantae felicitatis brauium tollat fidelis quilibet crucem suam, & sequatur vexillum gloriae summi Regis, regalem excellentiam monemus, & hortamur attente, ac in remissionem iniungimus peccatorum, obsecrantes per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & per aspersionem sanguinis Iesu Christi, quatenus ad vlciscendas iniurias Christi tui accingas te viriliter, & potenter, vt in generali passagio, quod Romana ecclesia duxerit praefigendum, per te vel tuos magnanimiter succurrere valeas illi terrae, &c. [Addit alias preces, vt inducias longiores vel pacem cum Rege Angliae pangat, de quo iam a nobis paulo ante dictum est; se pariter omnes principes Christianos ad colendam pacem, dum sacra tenebit expeditio, astrinxisse.] *Datum Perusij* VIII. *id. nouembris pontificatus nostri anno* VIII.

Ad eam solicitatus S. Ludouicus.

Exci-

Et alij principes.

31. 32 Excitati pariter plures ecclesiastici proceres præpotentes, patriarcha nimirum Aquileiensis, Maguntinus, Treuerensis, Salisburgensis, Pragensis, Leodiensis, Patauiensis, Metensis, Constantiensis, Monasteriensis, Basilieusis, aliique plures episcopi, & abbates, tum alij imperij principes laici, Rex Boemiæ, Lantgrauius Thuringiæ, Austriæ, & Styriæ, Bauariæ, Saxoniæ, Lotaringiæ, Limburgi, Brabantiæ duces, plurique marchiones comitesque solicitati a, vt proximo futuro martio egregijs instructi copijs iter susciperent.

a Lib. 8. ep. 333. & reg poss. eund. ep.

33. &c. Simili studio incubuit Pontifex ad sedandas Insubriæ confœderatarumque vrbium dissensiones, ne illæ Fridericum a gerendo bello sacro distraherent. Succedere e sententia ea pacis actio videbatur, sed illam postea noui excitati motus abrupere, ac pariter expeditionis sacræ in Saracenos consilia pontificia euerterunt, de quibus suo loco: iam ex Insubricis rebus ad Hungaricas digrediamur.

Pontificias partes affert Greg. pro Longobardos inter & Frid. astringenda concordia.

Vetera in Hungaria mala non emendata.

36. 37 Desudatum armis superioribus magno studio, & contentione fuerat, ad restituendam in pristinum splendorem dignitatem ecclesiasticam, vindicanda iura, & coercendos infideles, qui in Christianos grassabantur. Cumque Andreas Rex ad ecclesiarum iura asserenda, damnaque ijs illata resarcienda sacramento se astrinxisset, promissis non steterat, seque anathematis vinculis irretierat: quem Pontifex ad damnanda nefaria eorum, qui a cœptis ipsum reuocarant, consilia, & quæ magna laude promiserat maiori gloria perficienda b est adhortatus.

b Ib. ep. 198

38. 39 Andreæ etiam maiorem nato filium, Belam scilicet Regem Pontifex regauit vt c, Vvalachos schismaticos in Cumanorum episcopatu agentes comprimeret, vti se facturum iam ante Iacobo Cardinali Prænestino electo Apostolicæ sedis legato fuerat pollicitus.

c Ep. 213. Admoneatur Bela Vvalach. schismaticos coerceat.

40 Caterum extat in libro censuum a nobis supra laudato forma iurisiurandi, quo Bela Rex catholicæ fidei hostes, & eos qui Romanæ ecclesiæ imperijs sese subducerent, e ditione sua vel excindendos & ejciendos, vel ad eiusdem ecclesiæ obsequium compulsurum iureiurando spopondit.

Iusiurandū Belæ de Ecclesiæ hostibus profligandis.

41 Nanabat tum egregie operam ad excindendos e Dalmatia hæreticos Belæ frater Colomanus Rex, cui d alijsque e sub eius signis in eo bello sacro certantibus Gregorius Papa apostolicam clientelam promisit, atque ad cœpta vrgenda accendere est conatus f.

Coloman⁹ in Dalmat. hæreticos infectatur. d Epist. l. 8 ep. 152. e Ep. 151. f Lib. ep. 155

42. 43 Decertabat eodem tempore in Germania aduersus hæreticos alios omnium deterrimos, Stedingos nimirum, archiepiscopus Bremensis, qui vna cum Henrico Brabantiæ duce, ac Florentino comite Hollandiæ, alijsque viris nobilissimis crucesignatis, nefarios dæmonum cultores bello feliciter profligauit. Rem gestam narrat Alt ertus abbas Stadensis g, qui ea tempestate in illis regionibus floruit; *illi*, nempe Stadinghi, *insipientes, & maligni euenerunt in cogitationibus suis, quia ab exercitu Domini opprimuntur, hastis perfossi, gladijs percussi, equorum pedibus conculcati, & in manus Domini inualuit super eos, vt in breui spacio eorum v.. millia interierint. Plurimi ex eis fuga præsidium postulantes, in proxima fouea, & in Vvisera se submerserunt; si qui euaserunt, sub cali ventis quatuor sunt*

Crucesignatæ acies.

g Stad. in chron. ann. præced.

Stadinghi an sex mil. ha in prælio cæsi.

dispersi. Huius etiam victoriæ Parisius a alijque meminere.

a Par. hist. Ang. l. Iu Prutheno. ethnicos arma versa.

44 Debellatis Stedinghis in Pruthenos ethnicos arma crucesignatorum vertere facilius Gregorio fuit, vniuersosque Christifideles in castris Prussiæ agentes apostolicis literis contra fidei hostes incendit, & earum regionum neophytos ad præcepta diuina religiosissime colenda h atque ad seruandam in aduersis rebus bellicisque laboribus subeundis constantiam excitauit c.

h Lib. ep. 232.

c Lib. 8 ep. 231. Vvilellm. ep. Mutini in Prussiā legatus mittitur.

45. &c. Ad confirmandos in suscepta fide Christiana eosdem populos Vvillelmum episcopum Mutinensem in eas regiones misit, atque in eum legati apostolici in Liuonia, Prussia, Gothlandia, Vvinlandia, Estonia, Semigallia, Curlandia, alijsque circumpositis continentis insularumque prouincijs, antea episcopo Semigallæ impositum onus transfudit d, eique tribuit auctoritatem e, vt episcopatus coniungere vel diuidere, præficere episcopos & consecrare, vel iam initiatos ad alias ecclesias traducere posset.

d Lib. 9. ep. 317. e Ib. ep 555.

49 Pugnatum acerrime est in Hispania cum Saracenis, partæque a Christianis illustres victoriæ, quibus acceptis Gregorius, gratijs ingentibus Deo actis, illos vehementius accendit f, vt Regi Lusitano grauissimum bellum aduersus crudelissimos fidei hostes paranti præsto essent cunctis eo profecturis alias se indulgentias elargiri, quæ a concilio œcumenico terræ sanctæ opem ferentibus tribuerentur.

f Lib. 8. ep. 272. Rex Lusitaniæ in Sar. acies comparat.

50. 51. Nec Lusitanus modo, verum Ferdinandus quoque Castellæ, ac Legionis Rex bello cum Saracenis certabat, ijsque profligatis plura loca recuperabat, vti rerum Hispanicarum scriptores g, atque hæ Gregorij literæ ad archiepiscopum Toletanum hoc anno datæ testantur h.

g Luc. Tudens. hist. Hisp. Rod. Tol. l. 9. c. 15 16. Io Mariā. l. 12 c. 17. & alij. h Greg ep. 137.

Gregorius, &c. Vt gregi dominico non desit cura pastoris, sed populus per pastoralem solicitudinem numero, & merito credentium populus augeatur, & Christi fides suscipiat incrementum, mandamus quatenus in ciuitatibus tuæ prouinciæ, [eroptis nimirum Saracenis,] quæ sedem episcopalem antiquitus habuerunt, & aptæ nunc esse noscuntur ad pontificalem honorem, studeas auctoritate nostra viros idoneos in episcopos promouere, sicut discretio tua videris expedire. *Dat. Reate vi. kal. iulij, pontificatus nostri anno viii.*

52 Excessit e viuis viii. id. aprilis huius anni Sanctius Rex Nauarræ, a quo Iacobus Aragonum Rex in filium cooptatus fuerat. Celebrata mutuo ita fuerat ea adoptio, sanciraque arctissimo fœdere, vt qui prior obiret, alterum hæredem sceptri relinqueret, magno, vt ait Mariana, ludibrio, cum Iacobus ætate florens proleque auctus, alter morbo annisque grauis liberis careret, quæ tamen rario excogitata excludendi regni successione Theobaldi oprima tum visa est. At Theobaldus Campaniæ comes Blanchæ Sanctij Sororis filius, ad quem regni successio iure spectabat, mox audita auunculi morte, in Nauarram prouolauit, regijsque insignibus Pompeiopoli est insignitus, in quem Aragoniæ Rex cum bellum meditaretur, ne discordia in aperta prælia erumperet, Gregorius i Calagurritano, & Caluatensi episcopis, ac duobus Cisterciensibus abbatibus, de Berola & Olina imposuit, vt pontificio nomine dissentientes

Sanctii Regis Nauarræ mors.

Theobaldus nepos illi succedit. i Lib. 8. epist. ep 213.

Reges

Reges conciliarent. Ex quibus videtur Gregorius sua diligentia illud bellum sedasse, Regemque Aragonum ab infestanda Nauarra abduxisse.

IESV CHRISTI

Indict. 6. **Annus 1235.**

GREGORII PP. III. FRIDERICI II. IMP. Oc. 16. annus 9. IOANNIS IMP. ORIEN. 7.

Romani in Pontificem rebellionem moliuntur.

1 EXcitarunt ingentes seditionum motus, hoc ineunte anno, Romani, atque ira efferati fidissimos Ecclesiæ clientes, vt eos suæ subijcerent seruituti, atrociter sunt insectari: inter quos Velletrenses sanctos eorum impetus ob egregiam in Pontificem seruatam fidem atque constantiam exceperunt.

Velletrenses Pontifici seruant fidem.

2. &c. Tandem verò illa seditionum tempestas sedata est, deque pace agitari cœptum, legesque hæ datæ, ne clerici, atque ij, qui e pontificia, vel Cardinalium familia essent, ad tribunal profanum raperentur, vllisue pœnis sistere se compellerentur: ne pariter, qui ad lustranca Apostolorum limina Romam venirent, ad iudicem laicum traherentur: nullum vectigal ecclesijs virisque ecclesiasticis siue in Vrbe, siue in agro imponerent: pacem cum Imperatore cum Anagnis, Signinis, Velletrensibus, Viterbiensibus, Campanis, & alijs, qui Pontificias partes fouissent, religiose colerent: qui e patrimonio essent, amplius ad Capitolium non raperentur. Extat in eodem regesto nuncupati sacramenti forma a, quo Malabranca senator ad perita a Pontifice implenda, & capita pacis proposita religiose seruanda se obstrinxit.

Pacis conditiones.

a Ib. lib. 9. Inepodæ pacis certiorem Fridericum reddit Gregor.

7 Dum de pace hæc cum Romanis agebat Pontifex, Fridericum, qui gerendi illius belli curam admiserat, turpissimeque, vt vidimus, cum Rispampani obsidionem soluit, deseruerat, certiorem fecit, cui ille defendendæ Ecclesiæ studium suo more præstitit b.

Frid. in Germ aduersus Henr. fil. expeditio.

b Ib. lib. ep. 130. c Stad. in chron. hoc ann. Prag. hist. anil. eod. ann. d Greg. l. 9. pp. 172. e Ric. de S. Germ. in chron. f Godef. in annal. hoc ann. Greg. l. 9. ep. 172. Conijcitur in carcere a Frid. g Stad. in chron. h Rich. de S Germ in chron. i Prag. hist. incert. auct. Nauel. loc. cit. Pondul. Coltenut. & alij.

8. 9. Conficiebat cum temporis Fridericus expeditionem in filium Henricum Regem, qui ipsi Germanicum diadema eripere moliebatur, vti Albertus Stadensis c, fragmenti historici incertus auctor, alijque recentiores affirmant, ac Gregorij Papæ gesta literaque testantur: quamobrem Pontifex contumacem principem censuris comprimere nisus, archiepiscopi Salisburgensis opera anathematis sententia perculit d.

10 Cæterum profecto in Germaniam Friderico, cum vires suas Henricus paternis imperes cerneret, velle se illi submittere præstulit, receptusque a Friderico in gratiam est, vt Richardus g & Godefridus f docent, literæque Gregorij ostendunt, quibus Ratisponensi imperatorij sigilli præfecto vt Henricum anathematis vinculis irretitum ex canonum præscripto solueret, iniunxit.

11 Non remisit Fridericus acceptam iniuriam filio, sed siue impia in patrem consilia agitare cœpisset, siue sinistram sine causa de filio pater opinionem concepisset, siue alia de causa ipsum regno exuit, atque in Italiam ne apud Brutios, vti Stadensis g ait, sed potius Apulos, vt affirmant Richardus h, & alij i, custodiendum misit; vbi Henricum etiam anno proximo mortem oppetijsse legitur in fragmento incerti historici: nec defuere, qui nec a patre traditum existimarent, de quibus fusius prædicti auctores a. In locum porro Henrici Fridericus alium filium, cui Conrado nomen erat, ad Germanici regni apicem postea extulit.

a Stad. Cod. Matth. Par. hist. Angl. Elmag. chr. Frag. hist. incert. auct. Nauel. Pol. dul. Sigon. & alij rec. Studet Pont. Longob. adducere ad pacem cum Imp.

12 Nec Germanos modo perduellionem Henrici secutos in Friderici fidem reuocare studuit Pontifex, verum operam etiam omnem, vt Insubriæ tumultus comprimeret, collocauit: eo enim spectabant, vt supra indicauimus, pontificia consilia, vt pace inter clientes imperij reuocata, arma in Saracenos verterentur; qua de re ad Insubriæ, Flaminiæ, & marchiæ Taruisinæ præsules scripsit b, ac patriarcham Antiochenum, cui legati sedis Apostolicæ munus, ad componendam discordiam iniunxerat, honorifice excipere, eiusque consilijs parere iussit.

b Eod. l. 9. ep. 78.

13. &c. Institit etiam, vt Fridericum ad concordiam flecteret, qui quamuis antea, vt dictum est, controuersiam Pontificis iudicio dirimendam permisisset, recrudescentibus nouis dissensionibus a cœptis resilierat: quare Pontifex datis Perusij v. kal. augusti literis proceres, ecclesiasticos, ac laicos, & qui in aula imperatoria auctoritate florebant, solicitauit c, vt vrgerent Fridericum, vt quemadmodum cœperat, totam controuersiam ad Pontificis arbitrium reijceret: non enim expeditionem sacram aduersus infideles conficere posse, nisi populi in concordiam redintegrentur. Assensit Gregorio Imperator, ac ne res diutius protraheretur, eam legem adiecit, vt controuersia proximo natalis Christi die, adiecta in compromisso triginta millium marcharum mulcta, dirimeretur; & si Insubres pontificiæ sententiæ stare respuerent, anathemate percellerentur.

Vrget Fridericum controuersiam in suum arbitrium conferat.

c Ep. 169.

Assentitur Imp. sed tempus angustiorib' terminis circumscribit.

14. &c. Per hæc tempora B. Elizabeth Andreæ Regis Hungarorum filia, sanctitate ac miraculis toti orbi Christiano conspicua, in sanctorum numerum ab Romano Pontifice solemni ritu relata est, vt Theodoricus Thuringius in eius gestis d, & ipsius vitæ auctor apud Surium e testantur, extantque ea de re Gregorij literæ f, in quibus miracula eius precibus a Deo edita perstringit: *Dicta*, inquit, *sanctæ meritis, quæ dum carnis clausa carcere tenerentur, pauper spiritu, mitis mente, propria vel potius aliena peccata deplorans, iustitiam sitiens, misericordiæ dedita, munda corde, vere pacifica, mœrita persecutionibus, & opprobrijs extitit laetissima; vita mortuis, lumen cæcis, auditus surdis, verbum mutis, & gressus claudis, calesti dextera conferuntur.*

B. Elizabeth SS. numero ritu solemni apposita.

d Apud Cauisium t. 3. p. 3. elias, Alton apud Sur. 19. Nou. e 6. die 19. nouemb. f Greg. l. 9. ep. 91. extat etiam apud Bull. to. 1. Greg. IX. aijs apud Wading. & alios.

15. &c. Vt vero sacrum eius corpus a Siffrido Maguntino antistite sublatum e terra, ad illustrandam eximiam ipsius in pauperes misericordiam diuinitus eleo manaret, ac Fridericus Imperator illi coronam micantem auro ac gemmis obtulerit, narrat Theodoricus; verum anno sequenti translatum solemni pompa Friderico præsente sacrum corpus anonymus auctor g de Lantgrauijs scribit, qui etiam Henricum Thuringiæ Lantgrauium, Gregorij Papæ iussu, templum beatæ Elizabeth, cui, dum inter mortales agebat, negotium exhibuerat, nomini sacrum extruxisse docet h.

Illustria patrata miracula. Translatio reliquiarum S. Elizab.

g Hist. Lant. c. 47.

h Ib. c. 46.

35 In Hispania hoc anno educta est aduersus Mauros

Yuica Tarracon. archiepiscopo ea comparatur.

Maurps classis, ac designati archiepiscopi Tarraconensis virtute expugnatam eam insulam Balearium minimam dictam Ebusum vel Yuicam scribit Surita a, ac Tarraconensi archiepiscopo obnoxiam constitutam. Quo autē studio Saracenos domuerat & religionis, cuhùm auxerat archiepiscopus, excindendæ hæreti operam nauauit, cui sedem Apostolicam consulenti b, quomodo cum pluribus hæreticis, in sua detectis diœcesi, atque in Ecclesiæ gratiam gestiui admittique cupientibus sese gerere deberet, hæc respondit c Gregorius: *Satis tolerari posset, vt sic reuertentibus post abiuratam hæresim pœnitentia salutaris, prout magis vel minus culpa qualitas postulat, iniungatur*; addiditque d relapsos, quamuis noxæ pœniteret, in carcere tamen perpetuo asseruandos.

a Surit. l. 3. cap. 20.

b Lib. 8. ep. 425.

c Bod. l. 9. ep. 38.

d Lib. ep. 39.

Rex Tunet. ad Greg. oratores mittit.

36 Cum de barbaris mentio inciderit, prætermittendum non est, Gregorium a nonnullis Saracenorum Regibus acceptis oratoribus, ac literis, amplificandæ religionis studio occasionem aucupatum, ipsos ad Christi cultum pellicere conatum esse, atque ad Tunetanum Regem fide Christiana instruendum ministrum ordinis Minorum in Mauritania degentium misisse.

Sultani Iconij ad Pont. legatum.

37. 38 Nec minus elaborauit, vt Alatinum, soldanum Iconij, qui ad sedem Apostolicam literas dederat e, ad Christum adduceret, ad quem apostolicos se nuntios missurum est pollicitus.

e Ext. apud Greg. l. 8. ep. 443.

Tractat de inemdo eum ipso fœdere.

39 Interpellatum autem ab eo Pontificem de pangendo fœdere, ex oratione soldani nomine a Ioanne Gabria ad Pontificem f habita constat: ex qua hæc delibanda visa sunt. Ego, inquit, *Ioannes Gabra seruus & nuntius domini mei soldani Iconij adoro, & osculor vestigia sanctorum pedum sanctitatis tuæ, & notifico atque expono sanctitati tuæ ex parte domini mei ea, quæ mihi præcepit vobis orctenus exponenda. In primis vult idem dominus meus, vt habeat sanctitatem vestram amicam, sicut habet Theutonicorum dominum Fredericum cum cautione iuramenti, & vt mittas nuntium tuum ad eundem dominum meum, vt iuret iacm dominus meus. Et si hoc factum fuerit inter vestros, paratus est idem dominus meus iurare vos, & pugnare vobiscum ad recuperandum Ierusalem, & omnes terras, quas habuerunt Christiani in tempore Saladini: & quando volueris mittere ad eum nuntium tuum, paratus est idem dominus meus adimplere prædicta.*

f Bod. l. 9. ep. 38.

De fœrendo Christianis subsidio pro recuperanda Syria.

40 Sensisse optime de Christiana fide Alatinus videtur, cum se Christianis aduersus Saracenos coniungere cuperet, atque aperte significat Gregorij vitæ auctor his verbis: *Recepit ibidem*, nimirum Perusij, *soldani Iconij & Barbacij Græcorum principis honorabiles nuncios in signum subiectionis indictum pretiosa dona portantes, per quos tam ore quam literis Christianæ religionis subire cultorem, & redire ad vnitatem catholicæ Ecclesiæ postulabant. Cuius propositum*, soldani scilicet, *princeps ille sic catholicus*, de Vatacio schismatico videtur loqui, *impedivit salutis* * *Ecclesiæ præmium in commodum temporale commutans, & cultore Christi ritus præferens Machometi*. Pollicitum Pontifici Vatacium Græcos ad Romanæ ecclesiæ obsequium adducere, si nulla Constantinopolitanis auxilia subministraret, ex Pachymerio supra diximus, atque hoc ipsum ea legatione flagitasse probabile est, cum omnes impetus ad obruendos Latinos, qui erant in Gracia, conuerteret: sed Gregorium prudenter eam conditionem repulisse, ne Apostolicæ sedis stu-

* alterna

dioſos deſereret, & Graci Conſtantinopoli poſiti ad perfidiam deſciſcerent. Deiectus ipſe ſua Vatacius non retardatus eſt a tentanda, vt dicetur inferius, Conſtantinopoli; ipſiuſque culpa ſoldanus Alatinus ſuſceptum Latina ſacra amplectendi conſilium ad exitum non perduxit. Interea illo ſoldani Iconij felici nuntio delectatus Gregorius, ne apoſtolico deeſſet muneri, illum ad fidem Chriſtianam ſuſcipiendam prouocauit, ſeque legatos Apoſtolicos tranſmiſſurum eſſe pollicitus a.

a Bod. l. 8. ep. 78. Apoſtolicæ curæ pro dilatāda in Syria religione. Acconen. & Templ. Friderico conciliare ſtudet Greg.

41. &c. Incendit igitur Gregorium maior recuperandæ Syriæ ſpes atque cupiditas, cum Saracenus princeps ad ſubmittendas aduerſus alios Saracenos auxiliares copias ſe offerret. Ne vero Chriſtianorum Syrorum diſſenſiones, qui aduerſus Fridericum conſurrexerant, gerendæ rei occaſionem arriperent, Hoſpitalarios, Templarios, ac religioſos equites Theutonicos hortatus eſt, vt ii Ioannes Ibellinus atque Acconenſes, qui ſe illius partibus addixerant, Tyrum aliamue regni Hieroſolymitani arcem obſidione cingere molirentur, ipſorum conatus retarquarent, eo enim ſibi altius animo inſidere Friderici inimicitiæ, quò ab ijs oris remotior eſſet, ac diſcordia rei Chriſtianæ exitium graue allatura timeretur.

Encycl. Greg. lit. pro apparanda ſacra in Ter. S expeditione.

46. &c. Quanto porro arderet deſiderio promouendæ diuinæ gloriæ, atque e manibus impiorum eripiendæ terræ ſanctæ Gregorius, præter ſuperius dicta oſtendunt literæ b, quibus Chriſtianam iuuentutem ad induendam crucem pro concione inflammari iuſſit, tum ad Rhemenſem archiepiſcopum, aliosque ei bis præſules datæ c, quibus eos monuit, vt populos ad ſuas pro ſacra expeditione conflanda opes, prout ſua quemque moueret pietas, conferendas incitarent.

b Ep. 81. & 244. 185. ſord. M.S. V. 1. bibl. t. ep. 135 & 1.2. feſt cand ep.

49 Deuouere ſe bello ſacro plerique principes, inter quos Theobaldus Nauarræ Rex & Campaniæ comes, in quo multa futuræ virtutis ſigna emicabant, prima armorum tyrocinia in Chriſti deferendo nomine conſecrare ſtatuit: ſed cum nonnulli aduerſus ipſum varias facerent cauſiones, atque a ſuſcepto conſilio retardarent, Gregorius abbati de Iremio alijſque præcepit d, vt cenſuris nouarum rerum ſtudioſos coercerent.

Theobald. Rex Nauar. ſe bello ſacro deuouet.

d Bod. l. 9. ep 300.

50. &c. Solicitauit e præterea Theobaldum Regem Gregorius, vt imperio Conſtantinopolitano in diſcrimen adducto opem afferret, cum eo a ſchismaticis euerſo non ſine magna difficultate auxilia terræ ſanctæ mitti poſſent, atque Herardum de Chatenay, & alios proceres Gallos, qui Ioannem aut Balduinum conſanguinitate attingerent, impelleret, vt abiecta omni mora, mouta cruce, auxilio Conſtantinopolim pergerent. Iuſſus etiam Senonenſis archiepiſcopus ad parandas crucefignatorum copias incumbere; ſed cum ea auxilia ſegniora fore timerentur, Bulgaris & Græcis cum nouis exercitibus imminentibus, Pontifex ex Pannonia cliciendas alia promptiora auxilia arbitratus, Strigonienſi & Colocenſi archiepiſcopis imposuit, vt Hungaros, qui ſe ferendo terræ ſanctæ ſubſidio aſtrinxeram, commutato ad Conſtantinopolitano imperio ferendam opem voto, proficiſci iuberent, ac plures ad ſuſcipiendam crucem in eo rerum diſcrimine excitarent f.

e Ep. poſt ep. 313. Illum excitat ad ferendā imperio Conſtantinop. opem.

Plures alij Principes, arma capere iuſſit.

f Poſt epiſt 115.

51. 52 Adductæ tum erant in ſummum diſcrimen Conſtantinopolitanorum res, cum

Coniectæ in extrem. discrimen Constanti nop. res.

Ioannes Ducas a Latinis, qui in Asiam excurrerant, lacessitus, percusso cum Asane Bulgarorum Rege armorum fœdere, magno exercitu comparato, Callipolim inuasit; eaque elatus victoria Constantinopolim infestis signis petijt: quam formidandam hostium irruptionem Georgius Logotheta describit; turpissimam vero eorum fugam, ac partam diuina ope a Ioanne Brennensi victoriam silentio prætermittit. Integra igitur huius historiæ veritas e literis a hisce ponti ficijs petenda est.

Ioannes Ducas & Asanes in gentem vastitatem inferunt.

a Lib. 9. ep. 313.

Bela Regi Hungariæ illustri,

53 Sicut pro certo didicimus, Vatacius & Asanus Schismatici nuper inter se iniquitatis inito fœdere, terram charissimi in Christo filij nostri Imperatoris illustris cum maxima Græcorum multitudine hostiliter inuadentes, & capientes Gallipolim, omnes habitatores ipsius crudeli gladio differentia sexus, vel ætatis non habita jugularunt: & deinde in forti manu Constantinopolim obsidentes, eam credebantur capere, nisi a Deo liberata fuisset desuper adiuuante. Nam idem Imperator, [is erat Ioannes Brennensis,] attendens quod Domino, quo protegente contra quinque Reges Abraham victoriam habuit, & solus Jonathas de viginti Philisthæorum millibus eos interficiens triumphauit, non est difficile, vt saluet in multitudine vel in paucis, cenum & sexaginta militibus tantum sociatus contra dictos Græcos cum quadraginta & octo aciebus procedentes ad bellum certamen aggrediens, aduersus eos triumphum obtinuit, & ipsorum alios ensi deuorandos exposuit, alijs solis tribus aciebus fuga præsidio liberatis, carceri mancipauit: quando nedum ab huiusmodi reuerso victoria viginti quatuor naues hostium dictam Constantinopolim applicantes, vt eam caperent, rapinis ac incendio deuastarent, Constantinopolitanorum ciuium manibus Dominus tradidit; sed aliquos ex hominibus in eis morantibus, fuga velox intercipi, & propinquum receptaculum non permisit.

Illustres Ioannis imperatoris de schismatici parte victoriæ. Vatacium & Asanem cū exigua equitum manu profligat.

Hostium classem fugat.

54 Dicti vero Vatacius & Asanus, noui roboris exercitus instituentes, spem nihilominus de triumpho concipiunt, & de nouo ciuitate Constantinopolitana obsessa, se ad debellandum eundem Imperatorem iterato, cum infinitis armatorum millibus accinxerunt: propter quod a nobis extitit cum instantia postulatum, vt ad incursum Constantinopolitani imperij apostolicæ dignaremur prouisionis auxilium impartiri. Nos igitur attendentes, quod ipsius conseruatio imperij specialiter pertinet ad promotionem fidei in terra sancta, de qua non nisi per partes Romaniæ liber reditus peregrinorum habetur, & si, quod absit, dictum imperium dominio Græcorum, qui magis Latinos odiunt quam pagani, subijcitur, de facili eiusdem terræ diuisionem sequeretur; cesitudinem regiam monendam duximus attente, & hortandam, quatenus cum eo leuius & citius prafato imperio per homines Hungariæ subueniri valeat, qui ei viciniores existunt, ob reuerentiam Iesu Christi, Apostolicæ sedis, & nostram, sicut animæ tuæ salutem desideras, ad subueniendum prafato imperio regium studeas auxilium & consilium impartiri, ita quod exinde supernæ gloriæ merearis particeps effici, & per tui auxilij interuentum dictum valeat imperium liberari, &c. *Dat. Viterbij* XVII. *kal. Ianuarij.*

Nouū bellum in Latinos apparant schismatici.

Rogat Belam Reg. Greg. in auxilium Lat. prosurrat.

IESV CHRISTI

Annus 1236.

Indict. 9.

GREGORII PP. IX. annus 10. FRID. II. IMP. OCC. 17. IOANNIS IMP. OR. 8.

Impendia Longobardicum bellum sopire nititur Gregorius

1, 2 INiecta est a Friderico Insubriæ funesti, ac luctuosi belli fax, quæ tam atrox incendium excitauit, vt pluribus annis extingui non potuerit. Cuius periculi terrorem imminere cum videret Gregorius, ac sacram expeditionem, quam aduersus Saracenos indixerat, dissoluendam, curas omnes incendit, quò Insubres ac Fridericum, vt dictum est, conciliaret. Permiserant ijs quidem sedi Apostolicæ dirimendam controuersiam, sed varijs iniectis difficultatibus apostolicam solicitudinem etiam tum eluserant, extremoque superiori anno Imperator compromissum nonnullis conditionibus admiserat, vt facile res perduci ad exitum non posset; quare ab illo contendit a Gregorius, appositas eas literis leges remoueret, nec faciles ijs aures daret, qui vt ex dissensionibus ad se vtilitatem aliquam derinarent, nouis ipsum bellis implicare conarentur, perfectaque ea re facilius apparatum bellicum in Saracenos adornari posse; iam plures Reges ac populos ea de causa positis mutuis odijs ad bellum sacrum suscipiendum strenue sese accinxisse: nec par esse, vt dictas orbi Christiano induciarum leges infringat, quæ flagitante ipso ex patriarcharum trium consilio promulgatæ fuerant,

a Greg. l. 10 ep. 1. Præmonet Fridericū ne implicari se alijs finat.

Respuit Fric. pacis consilia.

3 At Imperator Insubrium fœderatarumque vrbium iniurias amplius se ferre non posse Gregorio literis significauit; atque adeò enixe precibus contendere, si pacis imperio honestas ac vtiles leges accipere recusarent, sibi aduersus eos bellum paranti auxilio esset. Quibus acceptis Pontifex monuit b, caueret ne Italiam armatus peteret, Insubresque lacesseret bello, cum nondum inducię ad sacram expeditionem conficiendam illis permissæ effluxissent: rem omnem ad sedis Apostolicæ arbitrium reuocaret; illam ex æquo inter eos exortas controuersias compositurum: de quibus Parisius c. Hoc vero rescripsisse Fridericum refert cum alijs Sigonius d,

b Auct. anon. vit. Greg.

c Apud Paris. Angl. hist. ann. d Sigon. l. 18

Italia hereditas est mea, & hoc notum est toti orbi. Anhelare ad aliena, nimirum Saracenorum terras amplificandæ religionis causa inuadere, *& propria relinquere ambitiosum esset & enorme, præsertim cum Italicorum, præsertim Mediolanensium me iniurijs lacessiuit insolentia, in nullo mihi debitum exhibens reuerentiam. Præterea Christianus sum, & qualiscunque seruus indignus Christi, accinctus ad Crucis inimicos debellandos. Cum igitur tot hæreses non tantum pullulent, immo fœteant in Italia, & iam zizaniæ segetes inepiant suffocare per ciuitates Italicas, præcipue Mediolanensium, transire ad Saracenos hostiliter expugnandos, & illos incorrectos permanere, esset vulnus infixo ferro fomentis superficialibus delinire, & cicatricem deformem, non medelam procurare. Item solus sum & homo sum, nec ad tantum laborem sufficio, vt inimicos crucis sine magno comitatu adeam debellaturus incredulos, qui tot sunt & tam fortes, expugnando. Iterum cum sine thesauris magnis ad tam arduum negotium consurgere per me non sufficiam, opes eiusdem terra in opem, & vltionem Crucifixi conuertere destinans,*

Totius Italiæ dominationi inhiat.

abun-

abundat equidem Italia armis, equis, & opibus, hoc terra nouit vniuersa.

a Apud Sig. ibid.

4 Ex quibus alijs liqueris a Friderici animum totius Italiæ dominationi auide inhiantem, ac varijs coloribus pietatis ardentem ambitionem, ac superbiam tegentem conspicere est: ambitiosissimque consilium colorare egregie putabat, si diceret Italiæ demum totius, Germaniæ, Siciliæ, Syriæque viribus accinctum Saracenos facile euersurum: qua vero arte politica sit vius describit ita vitæ Gregorij auctor.

5 *Prius vires viribus prudenter examinans, eos per Apostolicæ sedis oraculum obtinuit admoneri, quorum nuncijs cum legatis principis ad Christi vicarium cum instrumentis de vtro transmissis, in eius tandem arbitrio cum adiectione pœnæ per monumenta publica extitit compromissum: licet finem non ceperit examinatum iudicium tergiuersatione partium calumnias ingerente. Qui tandem petijt in Lombardiam sedis Apostolicæ destinari legatum, cuius iudicio celerius suorum quæstio finiretur. Ad quod venerabilis pater episcopus Prænestinus, cui præter illa omnia, quæ Pontificis conditioni debentur, & hoc quæ regularis adiecit disciplina, zelus fidei, rectitudo iustitiæ, ac feruor libertatis Ecclesiæ suffragantur, cum plena legationis officio destinatur.*

Iacobus Præneſt. ep. ad conciliandam diſcordiã miſſus,

6. 7 Is erat Iacobus ex abbate Cisterciensi trium fontium Vrbis in Cardinalium numerum adscitus, vt suis locis ex Gregorij actis inferuimus, quem Friderico, vt virum integerrimum, cui certissime committere res suas, ac fidere posset, commendauit b. Ac ne ad pacem conficiendam aliquid præterminteret, archiepiscopos Mediolanensem, Rauennatem, & suffraganeos episcopos monuit c, vt omnes vires suas ad eam sanciendam conferrent.

b Greg. l. 10. ep. 103. Iuſſi Longobardiæ præſules conficiendæ pacis incumbere.

8. &c. Cæterum episcopum Prænestinum Apostolicæ sedis legatum non ea, qua par erat, benignitate habuit Fridericus: virum enim sacerdotali constantia præditum cum suas in partes, & consilia ambitiosa pertrahere non posset, despexit, contumelijsque ac minis exceptum a se tacessere iussit d. Illum porro suo munere inea re pro dignitate perfunctum ex pontificijs literis e constat, quibus nonis aprilis huius anni adducendæ inter eos concordiæ omnisque dissensionis materiæ radicitus euellendæ Asculano episcopo prouincia data erat, ac Placentini f illius dictis & consilijs obtemperare iussi. Ingrata vero ea res fuit Friderico, qui dissentientes opprimendi occasionem sibi datam arbitrabatur, literasque ad Pontificem querelis in Iacobum Prænestinum refertas, quibus etiam præstiti Insubribus aduersus imperium Romanum fauoris notam sedi Apostolicæ asperserat, scripsit g: quibus lectis Gregorius obiecta legato diluit, studijque erga Insubres suspicionem amouit.

c Ib ep. 94 A Friderico repulsã patitur legatus.

d Vita Greg. auct.
e Lib. 10. ep. 7. & 8. & 10
f Ib. ep. 9. 11. 1. Ob Placentinos ad mutuã eõcordiam adductos illius odiũ incurrerat Ib. ep. 253.

12 Irruperat iam in Italiam Fridericus ob perduelles in Germania superiori anno domitos elatus animo, conceptæque ob veteres iniurias in Insubres exercendæ vltionis cupidus, quem Isabella Imperatrice & Conrado filio in Germania relictis, egregio succinctum exercitu h Richardus & Parisius i retetunt; Veronam, quæ orta seditione ad illius partes antea se traduxerat, peruenisse, indeque Cremonam accessisse: sed Mediolanenses ad quinquaginta hominum millia in eum eduxisse; deinde grauissimi senis consilijs Mediolanum exercitum, vt mœnia tuo-

Irrumpit in Longob. Frider.

h Rich. de S. Germ. in chron.
i Paris. hiſt. Angl. Mediolanenſes cũ exercitu obuiã eunt

rentur, ne, si prælio victi essent, in extremum exitium res suas conijcerent, cœpisse: at Imperatorem Vincentiam sibi resistentem nouembri mense cepisse, illiusque partem flammis delesse. Expugnauit quoque nonnullas alias arces, ac signa ad cingendum obsidione Mediolanum conuertebat, cum Austriæ dux Germaniæ res miscere adeo cœpit, vt exercitu a suis Imperator illuc omissis Mediolanensibus, traducere exercitum sit coactus, qua occasione vsi Mediolanenses amissas arces recuperarunt.

Recedunt mutato cõsilio ad tuenda mœnia Vincentiæ flãmis exusta a Frid. Rebellat in Germania Austriæ dux.

13 Nouo illo bello implicitus Fridericus, vt demittere tastum erat solitus mox atque aduersa ingruebant, ne pluribus hostibus distraheretur, Gregorium rogauit, vt negotium pacis cum Mediolanensibus redintegraret: nec Pontifex eius preces respuit, quamuis ille antea Prænestinum episcopum ad pacem pangendam incumbentem turpiter, vt vidimus, repulisset; qua de re hæc Gregorij vitæ auctor: *Post lapsum temporis*, nimirum vrgente hoc anno post obiectam Iacobo Cardinali repulsam, *ad ipsius Imperatoris instantiam venerabiles patres Ostiensem & Thomasinum S. Sabinæ presbyterum Cardinalem, quorum virtutes merita vitæ protestantur & fama, in partes eosdem cum potestate simili summus Pontifex destinauit.* Verum cum legati postea ad Fridericum se contulissent, similem repulsam, quam episcopus Prænestinus passus erat, tulere, vt sequenti anno dicetur, cum rerum conuerso statu Austriæ ducem præcipiti parta victoria debellasset, quem vniuersa ditione exuisse ait Parisius.

Rogat. Frid. Gregorĩ tractatum pacis redintegret cũ Longobardis.

Miſſi ad rẽ tractandã duo Card. legati.

14. &c. Hic vero omittendum non est, Friderico tot illustribus paterni in eum studij notis, totq; beneficijs a Gregorio affecto, Petri Frangipanis opera seditionem in Vrbe aduersus Gregorium concitasse, de qua Richardus: *Hoc anno Petrus Frangipane pro parte Imperatoris guerram mouit contra Papam & senatorem, & seditio facta est multa in populo.* Subornatos quidem a Friderico pecunijs Romanos fuisse queritur Gregorius in literis a, quibus ipsum ad Constantini magni, & cæterorum piorum principum exempla pronocauit, aliaque plura ab ipso obiecta refellit. Arguerat illum antea Gregorius grauiore iugo viros ecclesiasticos in Sicilia opprimere, ingentes ab ijs pecunias abradere, ad tribunalia profana rapere, ecclesijs pastores intrudere, libertatis iuriumque Ecclesiæ defensores partim in exilium pellere, partim bonis spoliare, pluraque alia damna & iniurias inferre; pacem initam violari, Ecclesiæ studiosos maiori quam cæteros malorum mole obruere, Saracenos inualescere, rudera ecclesiarum ad Mahometis templa extruenda transferre b.

Seditio Vrbe inſtigante Frid. concitata.

a Lib. 10. ep. 193. Obiurgatur Frid. ob Eccl. Siciliæ oppreſſas.

17 His acceptis Imperator non leuiter exasperatus, eas querelas partim eluere, partim eludere, partim a se in ministros detorquere, atque in ijs quæ ad electiones spectarent, id ius a prædecessoribus Regibus ad se transfusum contendere: cumque non pauci perditissimi adulatores, cognito Imperatoris alienato a Gregorio animo, rixas nouas serere coniunctionemque pristinam discindere studerent, subornatus illorum assentationibus & querimonijs Imperator plures literas e acerbiore stylo ad Pontificem scripsit, quibus & Gregorium querelis onerauit, & sibi ab eodem Pontifice obiecta retundere, eius animum aculeatis verbis repungere, vsurpataque iura

b Lib. 9 ep. 198. Obiecta purgare nititur Frid. Repungit Pontificẽ.

c Apud Greg. l. 10 ep. 10. 15252.

defendere, ac male gesta conquisitis facis colorare conatus est. Sed Gregorium refellentem obiecta, denique conuincentem criminis Fridericum in apologeticis literis audiamus a.

a Lib. 10. ep. 253.

18. &c. *Gregorius, &c.* Ex illo tuarum literarum tenore manifesto colligitur, qui pro iurium conseruatione tuorum te nonnulla immutasse circa ecclesias, & tibi super non restituenda eis possessione ablata nostrum in facto ciuitatis Castellanæ suffragari magisterium suffragatur, cui in causa tua superioris debueris expetijsse, & expectasse iudicium: nisi forte vulgus respondeat, quod iuxta placitum terminos regum transgrederis, dum contra ius aggrederis officia sacerdotum. Qualiter autem contra conscientiam nostram, vt asseris, denegans tibi possessionis ciuitatis predictæ intentionis tuæ opituletur restitutio, non videmus; cum ciues Castellani qui sese tibi violato sacramento fidei, ignorante Ecclesia prodiderunt, excellentiæ tuæ nullum ius per hoc in seipsis acquirere, nullum nobis circa possessionem, cum iurisdictionem ciuitatis & ciuium quasi possideret Ecclesia, prodendo potuerunt præiudicium generare; male namque agitur cum dominijs prædiorum, si tanto precario possidentibus non requiritur possessionis initium, leges possessionum euertere, & extraneis iura conferre valeant possessorum: *Et infra*.

Ex Castel. proditione nullum ius adipisci potuisse.

22 Vincula vero nepotis Regis Tunesi, si ea recta acie considerationis inspiceres, in quantam iuris, & diuini nominis contumeliam compeditum alligent plene scires. [De eorum in vinculis Tunetani Regis nepote, qui ad Pontificem, vt Christiana sacra amplecteretur, iter inierat, locutus vitæ Gregorij auctor, aculeata hac sententia Fridericum carpsit: *Nuper Regis Tunesi fratrem * ad sedem Apostolicam accedentem sacramentum Baptismatis recepturum, detentione iam longa prohibuit, in vota persecutus alterius, quod in suo factum apostata desiderat.*]

Regis Tunesi nepotem, pro suscipiendo baptismate venientem vinculis mancipasse.

* nepotem

23. 24 Quia indigne seductus asseritur, qui ad notitiam veræ fidei, aliquo inducente, vel Deo potius inspirante vocatur; aperte colligitur, & idem clara multorum voce vtinam non dicatur, quod apostolos & discipulos veritatis non sine magistri iniuria manifesta inuis seductores, qui inimicos crucis Christi ad agnitionem lucis eternæ monitis inuitarunt salutaribus, & imitam. Et ex eo tacite asseris non debere Deo contra hominem obediri, quod dictum nepotem credis debuisse prædicti Regis licentiam præstolari, cum tibi non liceat ignorare, quod tantus est fauor Baptismatis, vt etiam seruos sicut a iugo criminis, sic inuitis dominis infidelibus, & eos conuerti nolentibus, a catena eximat seruitutis.

Corripitur a Greg.

25 Ex eo autem non modicam notam indeuotionis incuris, quod nobis & fratribus nostris sacrilegij maculam conaris impingere, quia nos, quibus a te ecclesiæ ac ecclesiastica beneficia conferuntur, reputantes indignos de tuo videmur iudicio disputare, non attendens quod sacerdotes Christi regum & principum omnium fidelium patres, & magistri censentur. Nonne miserabilis insaniæ esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum conetur arguere, a quibus non solum in terris, sed in cælis sese ligari posse institutione diuina docetur?

Detrahere suæ propriæ dignitati.

Præmissa quoque quantumcumque sint grauia, quantumcumque a iuris tramite sint remota, minora tamen in oculis nostris respectu illius iniuriæ reputantur, quæ Creatori nostro in hoc euidentius irrogatur, quod, turbis vndecumque collectis, Crucifixi fidem & nomen publice predicari, ne qua ex hoc tuo contingant regno dispendia, non permittens, recuperationem terræ sanctæ & crucis negotium impedis: ad cuius consummationem contra consilium tuum, de bonis tuorum conferri fidelium interdicis. Quocirca consitudinem tuam rogandam duximus & monendam, quatenus sub potenti manu Dei, cui clara sunt abscondita tenebrarum; sic humiliari procures, & omnes sponsæ suæ iniurias studeas emendare, quod te taliter exaltasse eum nequaquam pœniteat, & suæ maiestatis oculos a tuis processibus non auertat, nosque de imperialibus profectibus postimus non immerito in Domino gloriari. *Datum Reate x. kal. nouembris pontificatus nostri anno x.*

Illius iniuria non ita grauis, quam Dei.

Magno scelere praecones euangelicos ne sacras habeant conciones prohiberi.

Correptum a Gregorio Fridericum non ex iracundiæ sed charitatis ardore ipsius operademonstrarunt, quibus Friderici iura dignitatemque asserebat: inter quæ reticendum non est discordiam Fridericum inter & ciues Acconenses aliosque regni Ierosolymitani subditos pontificia opera ex æquo bonoque compositam fuisse. [Cum enim oratores vtriusque partis ad sedem apostolicam venissent, lata est a Gregorio proximo anno decretoria sententia a, vt Acconenses Frederico & Conrado parerent, ijsque regni Ierosolymitani possessio restitueretur.] Hactenus de Friderici rebus.

a Greg. IX. l. 9 ep. 390.

26. 27 Hoc anno Ludouicus Ferretanus comes, qui se ad Apostolicam sedē contulerat, vt censuris, quibus irretitus erat, liberaretur, lethali morbo correptus in ancipiti vitæ discrimine a pontificijs pœnitentiarijs absolutus, ex sensu pietatis, quo pertusus erat, ditionem suam, exceptis duobus oppidis, quæ legauit vxori, Romanæ ecclesiæ testamento reliquit. Qua de re confectum instrumentum in libro II censuum extat. Hæc de Ludouico comite sufficerint, iam e pœnitente pio ad sanctum confessorem digrediamur.

Ludouicus Ferretan. obiens legat Ecclesiæ suam ditionem.

b Lib. cens. Vat. bibl. fol. 5.

28 Effulgente in dies sanctitatis Beneuenti Minoritæ multis confirmatæ miraculis gloria, clerus ac populus Cornetanus oratoribus suis ad Apostolicam sedem missis supplices ab ea petiere, vt testium dicta de admirandis illius rebus gestis, diuinisque prodigijs ad ipsius sepulchrum editis, in tabulas publicas quo sanctorum numero adderetur, referri iuberet: quibus Gregorius datis ad Amalphitanum, ac Venusinum episcopos literis c, sacram de illius vitæ sanctitate ac miraculis quæstionem instituere iussit. Vt vero maiorem consilij maturitatem in re tanta afferret Pontifex, alijs viris probitate dignitateque conspicuis iterum inquirendi de viri sancti miraculis prouinciam dedit d.

Beneuentus Minoritæ miraculis claruit.

c Eod. l. 10. ep. 2.

Quæstio de eius sanctitate instituta.

d Lib. ep. 93.

29. 30 Cum in sanctorum virorum historia stylus decurrat, superioribus B. Iordani supremi ordinis Prædicatorū magistri mari submersi tumus adijcere visum est, cuius corpus vndarum in littus excurrentium impetu eiectum est, de quo hæc tradit S. Lutgardis vitæ auctor e: *Non diu post beatæ memoriæ Iordanus magister ordinis Prædicatorum, cum diu magno flagrasset desiderio inuisendi terram sanctam, inde rediens per mare, occulto Dei iudicio cum magna hominum multitudine & duobus fratribus Dominicanis submersus est: mox-que a summo*

B. Iordanus mari mergitur.

e Conuiv. apud Surium in vit. S. Lutgardis l. 3 c. 2.

Illius corpus columna ignea illustratum.

famine tali fulgitio vsque ad nauem illam, in- que extinctus iacebat, maxima ignis columna quinque horarum spatio diuinitus accensa de nocte apparuit: cumque sacrum corpus littus attigisset, tali lampas tertiò super illud, & quarto super sepulchrum eius Geraldum resplenduit, atque ita lampas recedens nube excepta est. Huius rei testes fuere Christiani catholici, Graci schismatici, & gentiles: corpus autem eius mirifice fragrans, a fidelibus curatum est. Addit Leander [a] eius vitæ scriptor non illam modo cælestem lucem sacro corpori affulsisse, verum & cruces in ipsius sociorumque corporibus emicuisse, ac denum sepulchro condito Iordani corpore per multos dies sepelientium manus suauissimum odorem spirasse; sanctissimam quoque illius animam B. Lutgardi virgini Deo sacræ sese obiecisse, quod etiam refert Cantipratensis. Nec modo B. Lutgardi felix anima a fragili corpore iam segregata videndam sese obtulit, verum etiam pijssimo viro angelorum manibus inter Apostolorum, ac propheratum lætissimos ac triumphales choros sublimis efferri visa est. Hæc de B. Iordano dicta sint: iam ad Galliarum res nos conuertamus.

Proiectum ad littus suauissimũ odorem efflat.

[a] *Leand. in vit. B. Iord. apud Sur. 7. die 13 Feb.*

31. &c. Tulerat iniquiorem legem aduersus præsulum auctoritatem procerum consilio, politicorumque artibus subornatus Ludouicus Francorum Rex, qua præceperat, ne subditi ad ecclesiasticorum tribunalia ad dicendam causam accersiti comparerent, & si ob contumaciam censurarum pœnis afficerentur, eorum bona, qui eas infixissent, vel infligendas curassent, forensi satellitio, donec reuocatæ essent, occuparentur. At ne dignitas ecclesiastica, atque auctoritas ea lege admodum depressa obsoleseeret, tuendæ illius sacro ardore incitatus Gregorius grauissimis literis Ludouico Regi, Caroli magni, Theodosij, ac Valentiniani Imperatorum, qui adeo episcoporum auctoritatem extulerant, nec suæ tamen maiestatis obscurarant splendorem, sed auxerant, exempla proposuit b; monuit, vt editas eas leges cum libertate ecclesiastica pugnantes rescinderet; denique latam ab Honorio sententiam obiecit, qua huiusmodi legum conditores anathematis laqueis se irretiebant.

Late in Gallijs ad euertenda eccleſiaſt. tribunalia iniquæ leges.

[b] *Lib. 9. ep. 284.*

36. &c. *Cum*, inquit, *olim felicis recordationis Honorius Papa predecessor noster in omnes aliqua statuta contra Ecclesiæ libertatem edentes, nisi infra quos menses statuta ipsa reuocent, excommunicationis sententiam tulerit, & super hoc canonem lata sententia promulgarit, nos ipsius tenorem tibi, ne id tuam serenitatem lateat, duximus transmittendum, &c. Dat. Viterbij xv. kal. martij pontificatus nostri anno ix.* Assensit facile apostolicis monitis Rex pius, quem etiam vrsit precibus Gregorius, vt cœptum excidendiarum hæreticos reliquiarum in Tolosana prouincia opus perficeret, ac Raymundum comitem Tolosanum ad promissa complenda compelleret.

Significat Regi cenſuras ab Honorio ſanctas legum conditoribus inflictas.

39. &c. Adstrinxerat is se iureiurando, dum Parisijs pacem cum Francorum Rege atque Ecclesia pepigit, ad excidendam hæresim, ducendumque exercitum in terram sanctam; verum commota Tolosæ in sacræ fidei censores seditione ab ijs, qui hæresi infecti erant, nec exorienti malo congruis adhibitis remedijs, idem comes ob non coercitum illorum furorem a promissis deficere atque hæreticos fouere visus est; quare Pontifex grauibus hisce monitis illum increpuit [c].

Concitata Tolosæ aduersus fidei inquisit. seditio. Raymundus a Pont increpitus vt hæresis fautor

[c] *Lib. 10. ep. 58.*

42. &c. *Gregorius*, &c. Tu, qui iuxta formam prædictorum concilij & pacis ecclesias & viros ecclesiasticos defendere, iura & libertates ipsorum integre conseruare, ac ad confutandos hæreticos efficax præbere consilium, & eos capientibus certam soluere pecuniæ quantitatem, nec non magistris Tolosæ regentibus vsque ad certum tempus annis singulis exhibere salarium, ac cum pluribus burgensibus, & militibus terræ tuæ in terra sancta transfretare subsidium iuramento præstito tenebaris; salarium ipsum prædictis magistris, propter quod præfatum studium dicitur dissolutum, subtrahens & formas iniquas statutis nostris, & iuri contrarias circa hæreticorum inquisitionem ad eorum fauorem postulans obseruari, inquisitionem hæreticorum multipliciter impedis, & plures in terra tua hæreticos condemnatos publice habitare permittis, & eis aliunde ad terram ipsam confugientibus securum refugium exhibens, suspectos & diffamatos de hæresi consiliarios & familiares tecum habens, ipsos ad publica promouere officia in prædictis contra dicta statuta, vel pacem, ac præpositum iuramentum venire, & sicut ex considerationibus factorum tuorum conijcitur, hæreticorum fautorem, receptatorem, defensorem, & eorum fautoribus non veritus te fauorabilem exhibere, super his sæpe monitus corrigere non curasti; ex quo plures iniquitatis filij sumentes audaciam, nonnullos sacerdotes, & alios viros catholicos, qui zelo fidei persequebantur hæreticos, in iniuriam diuini nominis occiderunt: multi etiam perditionis filij abnegata fide catholica se constituerunt hæreticos: nonnulli contumelias, & damna grania ecclesijs, ecclesiasticis, cæteriſque catholicis viris negotium fidei prosequentibus multipliciter intulerunt; tuque pluries requisitus vindictam iustitiæ noluisti in malefactores huiusmodi exercere, &c. *Dat. Viterbij xv. kal. maij pontificatus nostri anno x.* De ea re legatum Pontifex admonuit [a] iniunxitq; ei, vt Tolosana studia instauraret, edicta ac leges, quæ libertatem ecclesiasticam infringerent, rescinderet, suspectos vel infamiæ hæreseos nota inustos, a publicis consilijs remoueret: ac data alijs literis [b] prouincia est Tolosanorum hæreticorum domos eueriti iuberet.

Pacis tractatum violaſſe.

Creuiſſe ex ipſius prauo exẽplo perfidis audaciam.

[a] *Reg. post cand. ep.*

[b] *Ead. l. 10. ep. 115.*

45. Francorum porro Regem enixius orauit [c], vt tradita sibi a Deo potentia, ad comitem consulesque Tolosanos compellendos ad promissa scelera emendanda vteretur, & ad hæreticam prosligandam ferme operam conferret [d]. Tum admonuit, vt comitem ipsum, ad trajiciendum proximo mense martio in Ierosolymitana loca cogeret; fratremque Alfonsum cui Raymundi filia desponsa fuerat ad Tolosani comitatus administrationem suscipiendam mitteret.

[c] *Id. ibid.* Domus quibus recepti hæretici excindi iuſſæ

[d] *Ep. 66.* Rogatus Rex vt mittat Alfonſum fratrem ad comitatũ Tol. adminiſtrandũ.

46. &c. Adscribunt porro iure historici tanti Regis incensæ pietati diuinæ prouidentiæ miraculum, quo illum hoc anno ex periculosissimis illius vitæ paratis insidijs eripuit [e]: cum enim princeps Arsacidarum siue Assasinorum, qui præcelsis montium iugis insident, eaque munitissima loca in Antiochiæ ac Damasci finibus incolunt, nonnullos sicarios in Gallias misisset, vt sanctum Regem, cuius fama iam sui terrorem Saracenis incusserat, trucidarent, Deus crudelis tyranni pectus emollijt, vt mutato consilio oratores submitteret, qui Regem Ludouicum structarum insidiarum admonerent. Quæsiti itaque sicarij, & comprehensi; non illos tamen merito supplicio, sed muneribus singulari Christianæ

Arſacid. Rex ſicarios ad occid. Lud. mittit.

[e] *N. ng. de geſt. S. Lud. Bernar. in libro Reg. Franc. hoc anno.* Mutato conſilio illum periculi admonet.

Singularis S. Lud. in seruos clementia.

stianæ mansuetudinis exemplo affectos addit Nangius his verbis: *Quibus visis Rex exultans præ gaudio vtrosque muneribus honorauit: deindè Regi Harsuidarum xenia regalia, & donaquamplurima pretiosa in signum pacis & amicitiæ deleganit.*

Corduba a Ferd. Rege Castellæ erepta Saracenis.

57. 58 Quod ad Hispanicas res attinet, eo hoc anno florentissimæ extiterunt; infectabatur enim Saracenos ferro flammaque Ferdinandus Castellæ ac Legionis Rex, qui diuino auxilio corroboratus amplissimam vrbem Cordubam expugnauit, ac veteribus titulis Biatiæ & Cordubæ Regis titulum adiecit. Cum partæ autem victoriæ fama ad sedem Apostolicam manasset, actæ mox Deo gratiæ a Gregorio, qui amplificandorum latius Ecclesiæ finium studio Hispanis præsalibus prouinciam dedit a, vt fideles ad exturbandos Hispania Saracenos inflammarent, ac præmia indulgentiarum armis captutis daturisque subsidia proponerent.

a Greg. l. 10. ep. 214.

59. 60 Expugnatas alias præter Cordubam arces vrbesque fuisse refert Lucas Tudensis, cuius auctoris felicem hanc expeditionem describentis verba delibanda sunt b: *Tandem laboribus multis, & fame victi Sarareni Regi glorioso Fernando Cordubam ciuitatem inclytam tradiderunt; & ipsi Saraceni recedentes se aliis Agarenorum oppidis contulerunt. Ingressus est Rex Fernandus Cordubam cum gloria & lætitia magna, & eliminata omni spurcitia Mahumeti, pontifices sacri in festo Apostolorum Petri & Pauli ad honorem Domini nostri Iesu Christi, & genitricis eius Reginæ cælorum Mariæ in eadem vrbe diuina mysteria peregerunt, &c.* Subdit Ferdinandum repertis campanis, quas olim Almanzor Rex Cordubæ, facta in Galliciam irruptione, ab ecclesia Iacobo Apostolo sacra rapuerat, in signum victoriæ Saracenorum humeris Compostellam reportari iussisse, addiitque: *Capta est ciuitas Cordubensis anno MCCLXXIV. & reuersus est inclytus Rex Fernandus Toletum cum victoria & gloria magna. O quam beatus est ille Rex, qui abstulit opprobrium Hispanorum, euertens solum barbarorum, & restituens ecclesiæ sancti Iacobi Apostoli campanas suas cum magno honore, quæ multo tempore fuerant Corduba ob iniuriam & opprobrium nominis Christiani. Acquisiuit etiam Rex Fernandus Turgelim, sanctam crucem, Alhange, Monter, & quædam alia castra.* Hisque Tudensis historiæ finem adiecit, cui Rodericus c Toletanus eius ætui scriptor nobilis, Mariana d alijque rerum Hispanicarum scriptores consentiunt. Nec minus defensæ domi quam foris propagatæ religionis gloria effloruit Ferdinandus: cum enim aliquos Palentiæ hæretica lue infectos deprehendisset, candenti ferro æternis infamiæ notis in vultu inuri iussit; ij vero calamitatis illius sensu ad pœnitentiam ducti conciliari Ecclesiæ, solusque anathemate demisse flagitarunt: quam prouinciam Gregorius Palentino episcopo dedit e.

b Luc. Tud. in chr. rer. Hisp.

Plura alia loca de Sarac. pta. a.

c Rod. Tol. l. 9. c. 16. 17.

d Mariana l. 12. c. 17.

Ferdinandus hæreticos candenti ferro inuri iubet

e Lib. 10. ep. 182.

61. &c. Non in meridionalibus modo regionibus, verum in septentrionalibus etiam amplificata religio: tot enim in Prussia populi illatum euangelij lumen admisere, vt plures iam in ea instirui episcopatus possent; quo accepto Gregorius Guillelmo episcopo quondam Mutinensi Apostolicæ sedis legato præcepit f, vt de nonnullorum consilio limites cuique episcopatui præscriberet ac definiret, tum g Dominicana familia tres religiosos viros ad eos populos exolendos, informandosque Christiana pietate, episcopalibus sacris initiaret, tum sacram militiam in barbaros Christi hostes infensissimos promulgaret.

f Ep. 88. Amplificata in Prussia Christiana religio.

65 Concurrere plures tuendi Christiani nominis sacra cupiditate pellecti, quorum partem sanguinem pro Christi nomine superioribus bello infidelibus diuinæ prouidentiæ arcano consilio profudisse refert Stadensis a: *Hoc anno facta est maxima strages peregrinorum in Liuonia circa festum Mauritij.* Potuit calamitatem hanc parere funesta Christianorum dissensio: orta enim grauissima contentio inter Daniæ Regem, fratresque militiæ Christi, cuiusdam arcis Renaliæ in Liuonia sitæ occasione, quæ cum primum a Dano e manibus ethnicorum ansa, deinde in seruitutem hostium recidisset, religiosi equites Theutonici eo initio arcem obsidione cinctam in suam potestatem redegissent, atque ideo eam Daniæ Rex, vt sui quondam iuris ab ipsis repeteret, illique occupatam restituere negarent: ad ea dissensionum tollenda semina, Gregorius reddi Dano, expensisque a fratribus factas refundi iussit: qua de re extant b literæ ad Guillelmum episcopum olim Mutinensem, cui etiam inunxit, vt inquireret c contra Poloniæ principes, qui ecclesias nequiter opprimebant.

Christianæ copiæ ab infidel. in Liuonia profligatæ a Stad. memorat.

Exitialis inter Regem Daniæ & Crucigeros discordia sublata a Greg.

a Stad. ad an. 1236.

b Lib. 10. ep. 30.

c Ep. 127.

66 Expositis etiam pradæ in Pannonia ecclesiasticis viris subuenit Gregorius, cum Bela Rex, spretis sororis suæ sanctæ Elizabeth exemplis, improborum hominum consilijs seductus auaras manus in opes ecclesiasticas injiceret, bonaque Cistercienti ordini partim hospitali Ierosolymitano, partim militiæ Templi, partim S. Lazari ac S. Sampsonis religiosis viris maiorum liberalitate concessa inuaderet: quare tantam iniuriam non æquo animo laturus Pontifex, ne eiusdem sceleris, si ignauo silentio præteriret, particeps videretur, grauissimis literis tantum crimen in oculis illi dixit d, censurarumque terrorem, ni male capta emendaret, intentauit.

Bela Hung. Rex ob bona Eccl. occupata corripitur

d Lib. 9. ep. 346.

67 Vt vero prænaricatoribus emendandis principibus nanauit operam Pontifex, sic ijs, qui pietatis laude florerent, amplectendis iuuandisque facilem se ac liberalem præbuit: ita Zibislaum banum Bosnensem, qui puram ac illibatam fidem, vicinis principibus hæretica impietate contaminatis, seruabat, in suam clientelam recepit e, deque his Strigoniensem archiepiscopum, ac suffraganeos episcopos fecit certiores f, ijsdemque Asanis Bulgarorum Regis, Vatacio Græco infestissimo Latinorum hosti fœdere juncti anathemate percellendi, si ab impia societate diuellere non possent, prouinciam dedit g.

Zibislaus Bosnen. ob religionis studiū cōmendatus a Pont.

e Ep. 185.

f Ep. 184. 186. Intentata Asani censura ni se a Vatacij societate diuellat.

68 Abrupisse Asanem initum cum Vatacio Græcorum Imperatore fœdus scribit Georgius Acropolita Logothera, non quidem intentati pontificio iussu anathematis, sed nimiæ Vatacij potentiæ metu, ne si ille Constantinopoli potiretur, postea in ipsum arma verteret, cum nonnullas Græcorum imperij propincias occupasset,

g Ep. 94. Asanes a Vatacio diffidit.

IESV CHRISTI
Annus 1237.

Indict. 10. GREGORII PP. IX. FRIDERICI IMP. OCC. 18. annus 11. IOANNIS IMP. ORIENT. 9.

Insubrium mutuis cladibus attrita.

1. Occ. CRuentarunt Insubriam populi conuersis in se inuicem gladijs, quos stringere in hostes fidei debuerant; quare debilitatis fidelium viribus schismatici in Gracia, Saraceni in Syria Ecclesiam magnis cladibus attriuerunt; cum nullas muneris apostolici partes; retermisit Gregorius, vt emergens malum remoueret, indictamque annis preteritis expeditionem sacram vrgeret: Ostiensem enim episcopum, ac Thomam S. Sabinæ presbyterum Card. nales legatos, quos extremo superiori anno miserat, tum pacandis a Insubria, marchiæ Taruitinæ, ac Romaniolæ populis, tum concordiæ inter Insubres, ac Fridericum conciliandæ studere iussit; verum secundis rebus elatior Fridericus eos repulit.

Fallacia Friderici postulata.

alib. 11. ep. 80.

7. 8 Arrisere quidem Friderico felicia belli principia, quanquam postea tristes & funestos exitus habuerunt: magna ille strage Mediolanenses ad flumen Olei deleuit, de qua extant apud Petrum de Vineis triumphales Friderici ad Pontificem & Cardinales missæ literæ, quibus Richardus a assentitus refert, Imperatorem victrici cinctum exercitu montem Clarum in Brixiano episcopatu cepisse, direptumque incendisse: perculsos metu Brixianos in auxilium suum Mediolanenses excisuisse, qui comparatis maximis copijs in Imperatorem castra mouere; sed quanta clade casi protigatique temeritatis pœnas luerint, cum omnibus precibus a Pontifice solicitari, vt concordiam cum Friderico iurent, rem adeo extraxere, vt agitandæ illius tempus re infecta labi permiserint, describit Petrus b de Vineis tumido atque eleganti stylo.

a Rich. in chron. Montem clarum expugnat. Mediolanenses brixianis opē ferant.

Delentur magna clade.

b Petr. de Vineis ep. 23.

9. &c. Verum eam victoriam multo cruore Friderico constitisse docent nonnulli scriptores, tantumque in conflictu efferatis vtrinque animis militum suorum numerum aut ferro cæsum, aut sauciatum vulneribus, vt expugnandi Mediolani ipse delectus, Cremonam, vt reficeret, confirmaretque exercitum, regressus sit; Mediolanenses vero redintegratis viribus, bellum Friderico denuntiasse: si præditus animo esset, aperte non furtiue rem ageret, ac non structis latronum more insidijs, sed libero campo, vt solent magni duces, bello decerneret. Cæterum captorum, & cæsorum numerum ad decem millia excurrisse scripsit Fridericus ad Henricum Angliæ Regem: ex quo Richardus, qui eadem mandauit historiæ, accepisse videtur; adijcitque Laudam insequenti post partam hanc victoriam mense Friderico se dedidisse.

Non incruenta Friderico fuit.

Quæ arte Romanos a Pontifice retrahere studeat.

12. &c. Captum porro Mediolanensium carrocium ad ostentationem victoriæ Fridericus, vt scribit Richardus, ad Romanos transmisit, nimirum vt suæ potentiæ admirationem concitaret, atque a Pontificis obsequio ad suam seruitutem alliceret; non enim hunc illi defuisse animum, præter superiori anno dicta indicat Gregorij vitæ auctor, Ioannem Cencium senatorem, qui post grauissimas dissensiones in Ioannis Poli locum, vti Richardus d refert, subrogatus fuerat, induxisse, vt Pontificem aditu in Vrbem arceret, sed missa ab Romanis solemni legatione ad suam sedem re-

d Rich. in chron.

nocatus, atque ingenti pompa, effundente sese illi obuiam, atque iusta acclamante populo, exceptus est. Cuius reditum præclari instar triumphi gestorum scriptor post ingrati inuidique Imperatoris conflata ad prosperos eos confundendos successus consilia describit.

Rex Aragonū bello Valentinos Mauros aggredi parat.

24. 25 Per ea tempora Iacobus Aragonum Rex cruce aduersus Saracenos induerat, atque Valentiam nobilissimam Hispaniæ vrbem oppugnare decreuerat, consilijque sui participem Apostolicam sedem fecerat: quare Gregorius curis suis ad rem adeo præclaram conuersis, concionatores populos ad sacrum bellum suscipiendum, subsidiaque conferenda incitare iussit, deque ijs ad episcopum Barchinonensem, ac Vuillelmum ecclesiæ Tarraconensis procuratorem, tum ad Narbonensem archiepiscopum ac suffraganeos episcopos diploma dedit a. Duxisse e Gallijs auxiliares copias Petrum Amalium Narbonensem archiepiscopum ad vrgendam Valentiæ obsidionem, ac plures etiam ex Anglia in Iacobi castra confluxisse scribit Surita b,

a lib. ep. 348 353.

b Surit. l. 3. annal. Arag c. 30.

26. &c. Cum vero Aragonum Rex, qui ob illatam Cæsaraugustano episcopo grauiorem injuriam anathemate se inuoluerat, grauissima ægritudine implicitus esset, vrente conscientia facti veniam petijt, cœtuique fidelium restituendus ad sedem Apostolicam supplex confugit, vt quid sibi agendum foret imperaret, quo omnes ex animo religionis aculeos amoueret. Quamobrem Pontifex sanctissimo viro Raymundo ordinis Prædicatorum, capellano ac pœnitentiario suo præcepit c vt præscripta forma Regem absolueret.

c Lib. 11. ep. 335.

Cum vero nonnullis hæreticis in montis Pessulani fines se recipientibus ad eam delendam infamiam eluendamque consules populusque oratorum opera Pontifici exposuissent, semper se pro fide catholica tuenda strenue gessisse, ac paratos ipsius imperijs illius pestis reliquias excindere, ijs acceptis Gregorius Viennensi archiepiscopo præcepit d, vt eos, qui sponte ad Ecclesiæ misericordiam confugerent, admitteret, atque in alios seueritatem animaduersionis adhiberet, ne sontes & insontes eadem pœna involueret.

d Lib. 10. ep. 384. In hæreticos qui Montempessulanū infecerant inquiri iubet.

34. &c. Porro Raymundus Tolosanus comes, qui deprecatore Galliæ Rege sacræ militiæ in Saracenos imperatæ tempus extrahi obtinuerat, Massilienſium, qui excusso Berengarij Prouinciæ comitis iugo ad ipsum defecerant, bello se implicuit, partesque illorum contra Berengarium defendendas suscepit. Quo accepto Gregorius tulit grauissime ipsum arma, quibus ad expiandā crimina Saracenos impugnare debebat, aduersus Christianos vertisse: quare Galliarum Regem rogauit vt illum e a Massilienſibus defendendis auocaret: cum præsertim eo se implicaret bello odio Prouincialis comitis, quod olim in bello Albigensi cum Ludouico Rege ipsius parente ad obsidendam Auenionem copias suas conjunxisset,

Massilienſes in comitē Proum. rebellionem mouent.

e Lib. 11. ep. 101. Instar Gregor. apud S. Ludou. vt Raymundum a cœptis abducat.

37 Cæterum Raymundum oratores ad Pontificem decreuisse, vt veniam ob libertatem ecclesiasticam violatam f posceret, atque in ijs, quæ ad sanciendam pacem, tuendum fidei splendorem, ac nonnullis alijs, ob quæ ipsius fama lædebatur, sedis Apostolicæ voluntati se accommodaret, indicant literæ ad eundem archiepiscopum v. kal. augusti huius anni datæ.

Raymundus pontificis voluntatibus se accommodat.

f Lib. ep. 169

38 His adiungendum videtur, Gregorium Othoni Cardinali partes dedisse g, vt ad conciliandam inter Francorum & Anglorum Reges

g Lib. 11. ep. 27.

pacem

Otho Card. legatus in Angliam mittitur.

pacem incumberet. Mittebat illum Pontifex in Angliam, summa legati apostolici auctoritate instructum, ad redintegrandum ecclesiasticæ dignitatis decus, moresque excolendos; quo argumento extant literæ ad Angliæ, Vvalliæ, & Hiberniæ præsules, quibus de impositio illi a sede Apostolica onere certiores fecit a.

a Lib. 10. ep. 368.

39. 40 Paruisse apostolicis iussis Anglicanos præsules colligitur ex Parisio b, qui legati in Angliam aduentum describit, ac refert plures antistites ad eum excipiendum, cum e naui in terram exscensum faceret, in littus obuiam prodisse. Excepit pariter honorificentissime legatum Henricus, cui Gregorius debitam erga illum obseruantiam literis c commendarat; præsulum enim, ac principum agmine stipatum obuiam officij causa Othoni occurrisse, ac solemni pompa cohortatasse, narrat auctor d: *Rex autem vsque ad confinium maris occurrit, & inclinato ad genua eius capite vsque ad interiora regni cum deduxit officiose*, &c. Porro non exercendæ modo in Anglia, Vvallia & Hibernia legationis apostolicæ prouincia, sed in Scotia etiam data erat e.

b Par. hist. Angl. hoc ann.

Honorificentissime excipitur a Rege ac præsulibus.

c Greg. l. 10 ep. 369.

d Par. hist. Angl.

e Lib. 11. ep. 49.

41. &c. Alijs vero literis Scotiæ Regem hortatus est, vt pacem cum Henrico, ad quem simili argumento scripsit, & fœdus iaceret: tum legatum omni studio in confirmanda inter eos principes pace contendere iussit g. Illum vero in Anglia proceres dissentientes in concordiam industria sua adduxisse, docet Parisius h: deinde omnibus Angliæ præsulibus imperasse, vt octo dierum a B. Martini festo decurrentium spatio, Londinum confluerent, vt tum pontificium diploma, quo tibi legationis in ijs regionibus munus erat iniunctum, audirent; tum ad emendandos collapsos mores, restituendamque disciplinam ac dignitatem ecclesiasticam pristino splendori, se præsente in concilio ageretur: dein post multa interiecta iubijcit auctor, vt legatus editum, ac magnifice adornatum solium in ecclesia S. Pauli Londini sacra excitari iusserit, ac præfixo die præeuntibus archiepiscopis Cantuariensi & Eboracensi solemnis supplicationis instructo agmine solium conscenderit, atque ipsi sedenti a dextera Cantuariensis, a sinistra Eboracensis adstiterint.

f Ib. ep. 2. & reg. post eund. ep.

g Ib. ep. 1.

h Par. hist. Angl.

Celebrat Londini concilium.

44. &c. Primus concilij illius canon sancitus est de ecclesijs ab episcopis consecrandis, qui mos sacer obsoleuisse in Anglia per summam præsulum incuriam videbatur, atque adeo ad illum restituendum decretum est, vt cathedrales ecclesiæ, conuentuales, ac parochiales, quarum fabrica perfecta esset, intra biennium dicarentur, ac ni fieret, ea loca interdicto subijcerentur: cum enim id olim seruatum esset, vt templum, in quo pecudes tantummodo mactarentur, solemni ritu dicaretur, quanto potiori iure id in Christianorum ecclesijs religiose seruandum, in quibus ipse Dei Filius incruente æterno Patri litatur? Expressus quoque sacramentorum numerus, in quibus veluti vasis cœlestibus salutis nostræ remedia, ac diuinæ gratiæ opes continerentur. Inter cæteros vero abusus nonnulli sacerdotes pro excipiendis confessionibus pecunias extorquebant; statutum propterea, vt qui ea se labe contaminarent, sacerdotio suo ab episcopis submouerentur.

De consecrandis ecclesijs.

47 Quò autem ecclesiarum rectores ad residendum compellerentur, promulgatum eos, qui plura sacerdotia, quibus animarum cura coniuncta esset, grauissimo animæ suæ periculo ac damno, ni ab sede Apostolica facultatem obtinuissent, detinere. Compescere etiam clericorum luxum visum est, qui abiecto habitu ecclesiastico, culti ad delicias, ac phaleratis equis subuecti incedebant; quare subtractis ipsis sacerdotiorum redditibus ad modestiam reuocari sunt iussi.

De reuocandis ad veterem pietatem ecclesiasticis

48. 49 Ad excindendum etiam impudicitiæ vitium, quo nonnulli sese contaminarant, decretum vt qui concubinas vel in suis domibus alienissime alerent, ni eas dimitterent intra mensem, dignitate deijcerentur, ac præsules diligenter in eos inquirerent. No latrones porro regionem infestam habere possent, anathematis sententia in eos lata est, qui huiusmodi publicos grassatores fouerent, vel in suas domos reciperent.

50. &c. Adnexa sunt alia plura capita ad causas ecclesiastici fori cum integritate tractandas: dictæque procuratoribus, notarijs, aduocatis, sigillorum præfectis salutares leges, quarum legendarum cupidos ad Parisium remittimus. Ijsque die tertio perfectis, subdit auctor legatum solemni pompa hymnum, cui initium est: *Te Deum laudamus*; assurgentibus omnibus concinere cœpisse, & antiphonam; quæ ab his verbis inchoatur: *In viam pacis*; decantasse: atque ita concilium solutum ac dimissum fuisse.

Richardi Dunelmen pia mors.

58. 59 Absolnamus Anglicanas res allata insignis gestarum rerum gloria episcopi Dunelmensis, Richardi scilicet felici morte a: cum enim illam imminere tibi præuideret, sacram ad populum habuit concionem; ingrauescenteque morbo, sequenti die iterum apud populum est concionatus, vt eum ad pietatem inflammaret: denique compositis rebus suis cum vehere completorij preces funderet, inter ea verba: *In pace in idipsum dormiam & requiescam*; animam emisit.

a Par. hist. Angl. hoc ann.

De veritate Stigmatum S. Francisci ad Germanos scribit Pont.

60 Ardebant tum Germaniæ populi singulari in S. Franciscum pietate, quam eximia ab ipso edita miracula incenderant; inter quæ hoc memorat Pontifex b: *Grande ac singulare miraculum, quo ipsum sanctorum splendor & gloria dominus Iesus Christus mirabiliter decorauit, vniuersitati vestræ tenore præsentium non indigne duximus exprimendum; videlicet quod idem sanctus, cum adhuc spatium præsentis vitæ peragueret, & postquam illud feliciter consummauit, manibus, lateri, ac pedibus speciem stigmatum diuinitus exinde insignitus, &c. Dat. Viterbij* 11. *kal. aprilis*. Perstrinxit e vero grauissimis verbis Olomucensem episcopum, qui veritati tanti miraculi fidem detrahebat, negabatque sancti viri imaginem cum sacris stigmatum vestigijs adumbrandam esse. Qui plura de his velit, Baronium d consulat in notis ad martyrologium Romanum xv. kal. octobris quo die rei adeo admirandæ memoria in Ecclesia celebratur. Iam nos ex diuinæ bonitatis illustri miraculo ad seueritatis illius insigne prodigium sermonem traducamus:

b Ep. 14.

Arguit ep. Olomuc. negantem cum ijs sacris notis delineandum.

c Ep. 19.

d Bar. in mart. Rom.

61 Formidandum Deus hoc anno iustitiæ exemplum in Miecislao Poloniæ duce ob directa orphanorum & viduarum bona statuit, cuius historiam Ioannes Longinus describit his verbis e: *Dum quasdam viduas & orphanos præter æquitatem & iustitiam spoliasset, & vaccis eorum mactatis substantijsque occupatis conuiuium splendidum ex illis, optimatibus & militibus Cuiauensibus præparasset, & in illo opipare * vsurus consedisset, inter prandendum & conuiuandum (iustissimo*

Miecislaus dux Polon diuinitus a muribus corrosus.

e Long hist. Pol. l. 6.

* esurus

Deo

Deò enormia ſua peccata præſenti & tranſacta vindicante) mures infiniti conuenerunt, ipſumque deuorare cœperunt. Qui immanem periculum declinaturus, nauim conſcendens ad aquas & flumina perrexit, quibus nequaquam ſuffragantibus, a muribus illum per omnes vndas & maria infectantibus miſerabiliter conſumptus & deuoratus eſt; documentum non inutile iniuria viduis & orphanis inferendæ poſteris præſiturus. Eadem Chromerus [a] & alij rerum Polonicarum ſcriptores.

[a] Chr. l. 8.

62 Aliter geſſere ſe quam infelix Miecislaus alij Poloniæ duces Vvratislauiæ Cuiauiæ, atque Henricus cum barba Sleſiæ, quorum poſtremus ingentia bona, nimirum oppidum Cazimiers in maiori Polonia, cum ditione ad id ſpectante, aliaque loca duodecim in Lubecenſem eccleſiam liberaliſſime contulit. Beleslaus vero Pudicus Cracouienſis ac Sandomirienſis dux, conſilijs Grizimislauæ duciſſæ matris piiſſimæ fœminæ ſolicitatus, vocatis Praga Minoritis, pulcherrimo atque eleganti opere eccleſiam, ac monaſterium ipſis excitauit, quamuis ex annis puerilibus nondum exijſſet, quæ proſequitur Longinus [b].

[b] Long. in hiſt. Pol.

63. &c. In Liuonia hoc anno religioſi militiæ Chriſti equites, exercitu crucesignatorum comparato, cum ethnicis circumiacentibus ſigna contulere, a quibus, vt tradit Albertus Stadenſis [c], ingentem cladem acrepere, immunquo literæ apoſtolicæ: cuius ſtragis occaſione, in qua magiſter crucigerorum, & quinquaginta equites religioſi fortiter, ac glorioſe occubuerunt, flebilibus literis a Pontifice expetiere, vt fratres hoſpitalis S. Mariæ Theutonicorum Ieroſolimitani ordini ſuo aggregaret. Quorum precibus flexus Gregorius, illos dicto ordini coniunxit, adeo vt ex duobus vnus militaris ordo coaleſceret, eaque de re epiſcopis Rigenſi, Tarbatenſi, & Oſidienſi ſcripſit [d]: affulgebat enim ſpes præclara, vt huiuſmodi coniunctione Chriſtiana religio latius efflorescere, neophyti facilius defendi, hoſteſque fidei Chriſtianæ edomari poſſent: tum Vvillelmo olim Mutinenſi epiſcopo præcepit, vti concordiam inter Regem Daniæ, ac dicti religioſi ordinis equites conciliaret, ne ſi de ea ditione inter ſe diſceptarent, damna Chriſtianæ rei ingentia inferrentur.

[c] Stad. in chron. ann. 1236. Crucigeri equites magna ſtrage ab infidelibus deleti.

[d] Greg. l. 11 ep. 64.

66. 67 Coniungendi ſane inter ſe fuerunt arctiori fœdere ſeptentrionales Chriſtiani, quo barbari inſitam animis crudelitatem in fideles atrocius effuderunt; ac Teueſtini Chriſtianis antea ſacris initiati abiecta religione ad impietatem deſciuerunt, & Chriſtianum cultum funditus delere cæco furore meditati, facta in Sueciam excurſione paruulos cæleſti lauacro expiatos enecare, quoſdam adultæ ætatis, extractis prius entrailsque barbara immanitate viſceribus, dæmonibus litare, ſacerdotibus eruere oculos, membra crudeliter obtruncare, flammiſque injcere non perhorruerunt: quibus auditis Gregorius Vpſalenſem archiepiſcopum, ac ſuffraganeos epiſcopos operam diligenter nauare iuſſit [e], vt ſacra aduerſus impios apoſtatas militia colligeretur.

Teneſtini a fide deficiunt.

Crudelitatem exercent in Chriſtianos.

[e] Ep. 311.

68 Quatiebat graui bello Conſtantinopolitanum Imperium Vatacius ſchiſmaticus, pluribuſque vrbibus in ſuam poteſtatem redactis, Conſtantinopoli ferro flammaque armatus imminebat: ad quem Gregorij extant datæ literæ [f], vt ipſum a cœptis abduceret, atque ad iungendas cum cæteris Chriſtianis aduerſus Saracenos armis flectoret. Sed cum preces apoſtolicas reſpueret, Pontifex quem grauis cura angebat, ne euerſo Conſtantinopolitano imperio Syria, vti contigit, extremo exitio fieret, ad conflandas in occidente auxiliares copias nonnullos præſules, vt Burdegalenſem [a] archiepiſcopum in Aquitania, Vvintonienſem [b] in Anglia, atque alios, pro concione iuuentutem Chriſtianam ad accipiendam crucem incendere iuſſit [c]. Dedere itaque plures ſacræ in Græcos militiæ nomen; inter quos fuere conſpicui nobilitate Burgundiæ dux, ac Matiſconenſis comes; indictæque ab ſede Apoſtolica ad profectionem aggrediendam kalendæ martiæ ſequentis anni. Quo argumento Pariſienſium Dominicanorum magiſtro literæ [d], ac partes datæ, vt moneret crucefignatos, vt ſe ad iter ſtato tempore impigre compararent.

[a] Ep. 289. [b] Ib. ep 295 296. 297.

[c] Ep. 272.

[d] Ep. 288.

69 Ingentia ſimiliter pontificia opera in Pannonia, Blachia, & Bulgaria, e quibus facilius educi exercitus poterat, ad retundendos Græcos auxilia cogebantur: Aſanes enim, cui nimia Vatacij potentia ſuſpecta eſſe cœperat, ſe ab illius coniunctione diuulſerat, ſcriptiſque ad Romanum Pontificem literis magnum erga ſedem Apoſtolicam ſtudium præſeculit, atque in Bulgariam legatum mitti flagitauit, vt cum eo deruendo Conſtantinopolitano imperio conſilia agitaret. Quo nuncio lætus Gregorius, vt ſchiſma, quo plures Bulgari irretiti erant deleret, atque Aſanis opera aut Vatacium ad catholicæ Eccleſiæ coniunctionem adduceret, vel eius imperus debilitaret, Perufinum epiſcopum legati apoſtolici munere auctum in Bulgariam miſit, deque illi iniuncto munere cœptiſque vrgendis literas ad Aſanem dedit [e], ex quibus hæc delibamus.

Aſanes bulg. Rex, ſe Latinis conitungit.

Perufinus epiſc. ad Vatacium miſſus.

[e] Ind. l. 11. ep. 96.

70 *Gregorius, &c.* Nobilitatem tuam rogandam duximus attentius & monendam, mandantes quatenus eundem epiſcopum, cum ad te venerit, immo nos in ipſo verius, benigne recipiens & honeſte pertractans, quæ tibi ex parte nostra duxerit exponenda, credere ſtudeas & efficaciter adimplere. Interim autem taliter elabores, præſtando chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ioanni Conſtantinopolitano Imperatori illuſtri conſilium, auxilium & fauorem, quod te catholicum principem, & Apoſtolicæ ſedis deuotum filium, & fidelem operum exhibitione demonſtres, ac nos ſinceritatis tuæ zelum poſſimus in Domino merito commendare. *Dat. Viterbij XII kal. iunij anno XI.* Ipſique aliis etiam literis [f] commendauit, certioremque fecit, ingentes crucesignatas copias quamprimum affuturas, ſeque illi ad comprimendos Græcos coniuncturas.

[f] Ib. ep. 1. 3

71. &c. Cumque legatus idem terras Belæ Pannoniæ Regis peragraturus eſſet, illum Regi, vt benigne acciperet, commendauit [g]; cum maxime id conſilium agitaret, vt imperium Conſtantinopolitanum a Græcorum vi atque inuaſione Latinis aſſereretur, quo terræ ſanctæ recuperandæ facilior aditus muniretur: quas preces alijs literis repetijt [h], quibus Bolcebium olim epiſcopum Perufino ad legationem obeundam coniunxiſſe ſignificauit: tum archiepiſcopo Colocenſi, ac ſuffraganeis præſulibus imminxit [i], vt legatis inuictis ad crucesignatam militiam comparandam pro defendendo imperio operam nauarent.

[g] Ep. 28.

[h] Ep. 110. Comendatur Regi Hung.

[i] Ep. 111.

74. &c. Sed multos exitus ea legatio habuit, ob Bulgarorum inconſtantiam; Aſanes enim, vt

a Georg. Logot. hist. Cæſar. imp Tzurulum cum Latinis obſidet

ſcribit Georgius a Logotheta, cum arma vna cum Latinis coniunxiſſet, irrupiſſetque in Græcos, atque arcem munitiſſimam, cui Tzurulo nomen erat, obſidione cingeret, repentinis vxoris Hungaræ, filij, & epiſcopi Trinobi cumulatis funeribus perculſus in regnum abſceſſit, iterumque defecit ad Græcos. Soli itaque in caſtris relicti Latini, cum eluſos obſeſſorum conſtantia impetus viderent, remouere exercitum coacti ſunt.

Vrge: Fridericum Pont. in Terram S. ducat.

80 Commoti pietate Chriſtianorum animi, ad terram ſanctam e Mahumetanorum manibus liberandam, ingentibus collectis copijs ſummum Pontificem rogauere, vt Fridericum impelleret, vel ad ferendum ipſis auxilium & commeatus ſuppeditandos, aperiendoſque portus, vel vt ipſe ijs ſeſe coniungere, ac ducem præbere dignaretur. Quare Gregorius literas ad illum ad tam pium opus inflammandum, ac virum Ciſtercienſis familiæ pietate præſtantem miſit b, ex quibus hæc afferimus.

b Epiſt. l. 11. ep. 284.

81. 82. *Gregorius, &c.* Nunquid non merito nobis iraſcitur Dominus, ſi eius gladium a ſuorum hoſtium ſanguine prohibemus? Numquid ſi ex culpa noſtra dominicus gladius in vaginam reuertitur, iterum ſecundum humanæ diſpoſitionis beneplacitum exeretur? Legimus enim quod ſponſa, quæ pulſanti ſponſo peſſulum oſtij non ſtatim aperuit, eo declinante, quæſiuit illum poſtmodum, nec inuenit. Quocirca ſerenitatem tuam rogandam duximus attentius, & monendam, quatenus id ad examen imperialis prouidentiæ referens, & proceſſurum ex dilatione diſpendium, & ex proceſſu commodum prouenturum, in libra rationis appendens, in hac parte cruceſignatis eiſdem aſſentias, & eis in nauigijs, portubus, victualibus & alijs ad paſſagium opportunis conſilium, auxilium tribuas & fauorem, vt ſicut eiuſdem terræ liberatio tuum, & dilecti filij noſtri nobilis viri Conradi nati tui reſpicit honorem & commodum, ſic te præcipuum in numero ſentiat adiutorem, &c. *Dat. Laterani* IV. *non. nouembris anno* XI.

c Ep. 287.

83, &c. Porro ad Senonenſem & Rothomagenſem archiepiſcopos ſcripſit c ſi Fridericus ad profectionem parandam adduci non poſſet, Francos cruce inſignitos etiam ſacramento iucundo itineri obſtrictos ad ſequentem annum rem differre iuberent.

87 Hoc interim ſpatio perlati ex oriente felices religionis ſucceſſus omnium animos incredibili gaudio compleuere; Iacobitarum enim patriarcha cæleſti lumine colluſtratus, diſcuſſis hæreſeos tenebris, ac damnatis erroribus, catholicorum inſtituta ſectatus eſt, vt veteres ſcriptores Godefridus d, Matthæus e Pariſius, alique tradunt. Nos vero rem geſtam a Philippo Dominicanorum in terra ſancta priore, qui non mediocrem operam in id attulit, adductis in medium quas ad Pontificem dedit literis f, accipiemus: *Patriarcha*, inquit, *Iacobitarum orientalium, vir quidem venerabilis ſcientia, moribus, & ætate, cum maximo comitatu archiepiſcoporum, epiſcoporum, necnon & monachorum ſuæ gentis hoc anno venit adorare in Ieruſalem. Cui verbum catholicæ fidei exponentes, ad tantum diuina cooperante gratia peruenimus, vt in ramis palmarum, in proceſſione ſolemni, qua die illain deſcenſu montis Oliueti in Hieruſalem fieri conſueuit, obedientiam ſanctæ Romanæ eccleſiæ promitteret & iuraret, omnem pariter hæreſim abiurando; & confeſſionem ſuam nobis tradidit in literis Chaldaïs & Arabicis in teſtimonium ſempiternum. Ad hoc etiam & habitum noſtrum recepit in receſſu. Ipſe præeſt Chaldæis, Medis, & Perſis, & Armenis; quas terras Tartari pro magna parte iam vaſtauerunt; & in alijs regnis in tantum dilatatur eius prælatio, quod ſeptuaginta prouincias ei obediunt, in quibus habitant innumerabiles Chriſtiani, ſerui tamen & tributarij Saracenis, exceptis monachis, quos liberos dimittunt a tributo. Secundum eandem formam fecerunt duo archiepiſcopi, vnus Iacobinus de Ægypto, & alius, Neſtorianus in oriente, &c.*

Rom. Pontificis obſequio ſe ſubjecit.

88 Optatiſſimo nuntio accepto Pontifex, ingenti qua par erat lætitia, ex diuina amplificata gloria, affectus, humaniſſimas literas ad patriarcham dedit a, eumque hortatus eſt daret operam, vt commiſſi ſuæ curæ populi ipſius veſtigia ſecuti ad Eccleſiæ ſinum ſe conferrent.

a Greg. l. 11 ep. 172.

Redeunti ad ſinum Romi Eccl gratulatur Pont.

89 Verum ſubijcit Pariſius, Iacobitarum patriarcham Tartarorum timore perculſum hæc præſtitiſſe; quorum excurſionibus perterritus, antea ad Saracenos auxilia petiturus confugerat, repulſamque ab ijs paſſum, ad catholicorum ritus, vt ab ijs auxilia eliceret, confugiſſe: ſed cum omnia tuta proſpero ſucceſſu ſibi affulgere cerneret, ſuorum neſarijs impulſum conſilijs, a fide catholica turpiſſime reſiliſſe.

Prolabitur iterum ad ſchiſma Iac. patr.

90 De Iacobitis a Iacobo de Vitriaco b ac Matthæo Pariſio traditur Iudaicis ritibus cõtaminatos filios circumcidiſſe, noxas non ſacerdotibus, ſed Deo ſoli confiteri thure in ignẽ iniecto ſolitos; contra quorum errorem plura ex ſcripturis ſacris petita ſubdit Pariſius c. Præterea e Iacobitis multi infantibus ante baptiſma, candente ferro crucis ſignum in fronte, vel genis, aut temporibus inurebant: denique Euthychis de vna in Chriſto natura hæreſim ſectabantur.

b Iac. Vitr. hiſt. orient. c. 76. 77.

c Par. hiſt. Angl. ann. 1237. & alij.

91 Hoc anno S. Raymundus Nonnatus ordinis redemptionis de Mercede ita dictus, quod in vtero extinctæ matris die integro ſeruatus fuiſſet, vteroque diſſecto viuus ac ſeptimeſtris in lucem prodiiſſet; cum Algerij in Africa pro redimendis captiuis libertatem oppigneraſſet, ac plures Hæbræos Mauroſque ad Chriſtum conuerteret, fuſtibus immaniter præſidis iuſſu contuſus eſt: cumque in prædicando Chriſti nomine perſtaret, cæſus eſt flagris per compita, eiuſque labra, quod ſanctiſſimum Ieſu Chriſti nomen celebrarent, conſuta ferreaque conſtricta ſera, cuius clauim barbarus ſecum detulit iuſſu ſancto Chriſti confeſſore onerari vinculis atque in tenebricoſam carcerem conijci. Lapſo biduo acceſſere carceris cuſtodes, quem in eceſtatim raptum comperere erecto brachio, atque hæc verba muro inſcripta indicante: *Ne auferas de ore meo verbum veritatis.* Mox, inſpectantibus barbaris, cathenæ, quibus conſtrictus erat, nection ſera, quæ os obſtrinxerat, in terram cecidere, pioque ardore hæc verba protulit: *In æternum Domine permanet verbum tuum.* Aſcripſere cuſtodes miraculum arti magicæ, ac fuſtibus diuerberarunt, ignitis acubus conſuere labra feramque ori indidere; diuinum tamen miraculum quamuis premere ſilentio conſtituiſſent, euulgarunt; quo nonnulli infideles permoti impietatem deſeruere. Manſit in eo carcere octo menſibus, ita vt recurrente tertio quoque die diſſuerentur ipſi labra, atque ſera ferrea detraheretur, vt ſumpto cibo vitam ſuſtentaret, in quo ſupplicio Chriſti in

d M. S. vetus archiuj ord. Redemptionis B. Mariæ. Grauiſſima ſupplicia, ro fide tolerata a S. Raymundo Nonnato.

Miracula in carcere edita.

Euulgata a barbaris ipſis.

cruce

cruce pendentis cruciarus recolebat.

Creatur Cardinalis a Greg IX.

Audita confessoris fama Gregorius illum Cardinalem diaconum S. Eustachij creauit: qui redemptus auro & Barcinonem reuersus magnificentissima pompa a ciuibus exceptus est. De cardinalitio honore ei debito meminere plerique scriptores a ex vetustis monumentis, necnon Vrbanus VIII. b in sacrarum precum formula, quo illius memoriam a socialibus S. Mariæ redemptionis captiuorum recolendam sanxit.

a Volaterr. antropogr. lib. 22. Bern. Varg. & alij. b Bull. in Vrb. VIII. const. 52.

IESV CHRISTI
Annus 1238.

Indict. 11.

GREGORII PP. IX. FRIDERICI II. IMP. OCC. 19. annus 12. IOANNIS IMP. CRIENT. 10.

Constantinopolis premitur a Vatacio.

1. 2 COnstantinopolitanum imperium ob Vatacij tyrannidem quotidie maioribus angustijs premebatur: non enim modo tunicitas clades vrbibus, vastitatem agris, populis strages interebat, verum Constantinopolitanos intercludis commeatibus in summam rei frumentariæ inopiam, ac discrimen extremum adduxerat. Quibus malis vt occurreret Gregorius, catholici orbis principes, ac populos ad ferenda labanti Latinorum in oriente imperio auxilia literis & legationibus omni studio incitauit: in primis namque hoc anno ineunte Petrum Britanniæ comitem, qui magnas copias suo iussu coegerat, hortatus est a, vt recurrente B. Ioannis Baptistæ festo die traijceret.

Britanniæ comes auxilium pro imperio apparat. *a Greg. l. 11 ep. 351.*

3. &c. At ne interim, dum hæc ob itinerum longa interualla tardiora terret auxilia, Constantinopolitana res corrueret, Philippum clericum pontificium in Græciam misit d, vt ex omnibus viris ecclesiasticis Patracensis, Corinthiensis, Thebani, atque Atheniensis archiepiscopatuum tertiam vectigalium, ac bonorum mobilium partem in Constantinopolitarorum subsidium conferendam colligeret. Augebat Constantinopolitanorum terrorem Vatacijque potentiam Alanes, qui solita perfidia relictis Latinorum partibus, quibus se coniunxerat, ad Græcos schismaticos, vt supra indicaui, iterum defciuerat.

d Ep. 358. Tertia vectigalium ecclesiasticorum in Græcia pars attributa Balduino.

Alanes in Latinos coniurat.

6. &c. Ad Constantinopolitanum itaque fulciendum imperium, retundendos Alanis conatus, ac tuendam in oriente, quæ periclitabatur, fidem catholicam, Pontifex Belam Hungariæ Regem permouere studuit e, vt contra Bulgarum signa attolleret: & quo facilius ad id pelliceret, Bulgariam illi ad eam occupandam expositam esse iussit, atque indulgentiarum præmia adiecit, & Hungaros præsules maiori dignitate spectabiles ad eam expeditionem regium animum incitare voluit.

Pontifex Hungar Regem in Bulgarum solicitat. *e Rod. l. 13. pp. 373.*

10 Verum cum Balduinus nonnulla in Bulgariam veluti imperij Constantinopolitani vectigalem, tum ob ereptas Constantinopolitano imperio aliquas prouincias iura ad se spectare contenderet, nec Hungarus expeditionem nisi lite composita susceptrurus esset, Pontifex datis ad Balduinum heredem imperij literis f monuit, vt iura, quæ se in Bulgarum habere contendebat, sedi Apostolicæ permitteret, ac scripto firmata transmitteret, vt imperio tot hostibus circumfuso promptissima auxilia afferrentur.

Admonetur Balduinus sua in Bulgar iura dimittere. *f Ep. 314.*

11. &c. Pontificis ergo & aliorum præsulum precibus solicitatus Bela, ingentibusque propositis præmijs erectus, quamuis cum Asane ac Vatacio arctioribus affinitatis vinculis irretitus esset; ne in tanta re ecclesiæ Romanæ deesse videretur, inferendi Asani belli prouinciam nomine Apostolicæ sedis admisit, ac nonnulla a Pontifice sibi concedi petijt. Primum illud ac grauioris momenti fuit, vt sibi legationis dignitas, exemplo S. Stephani conferretur, atque in Asanis ditione dioeceseon terminos circumscribere, episcopos ponere, parochias instituere liceret; anathematis sententia in Pannoniam inuadentes, quandiu in expeditione occupatus esset, terreretur; atque Pannonia in Apostolicæ sedis clientelam acciperetur.

Hungarus bellum Bulgaro mouet. Ipsius ob id petita a sede Apost

17 Quibus literis a acceptis Gregorius Regem laudibus ob pium studium, quod in fidei causa propugnanda ostendebat, ornauit, eiusque votis facilem se præbuit: ac negauit legati dignitatem & munus in terris Asanis ipsi imponi posse, ne rei ecclesiasticæ damnum aliquod afferret: tum addicit hæc.

a Greg. l. 12. ep. 211. Pontifex legati dignitatem petenti Hungaro conferre abnuit.

Gregorius, &c. Etsi non id, quod ad literam petitur, idem tamen tibi de fratrum nostrorum consilio concedimus in effectu: vt videlicet possis assumere quemcumque malueris de archiepiscopis, vel episcopis regni tui, qui nostra licentia auctoritate præmissa de tuo consilio exequatur; cui venerabilis frater noster episcopus Perusinus Apostolicæ sedis legatus de speciali mandato nostro, quod ei diriginus, eadem exequendi tribuet potestatem. Et quia personam quam intendis assumere ignoramus, illam nobis regia mansuetudo significet, vt ei super hoc nostras literas destinemus.

Legatum tamen ab eo eligi permittit.

18 Cæterum quia indignum esset, vt dum militas Regi regum, aliquod regni tui dispendium patiaris, in omnes, qui postquam te accinxeris ad prætatum negotium exequendum, quamdiu in prosecutione ipsius fueris, regnum ipsum inuaserint, & contra te diabolo conspirauerint instigante, excommunicationis sententiam promulgamus; quam per archiepiscopos & episcopos Hungariæ ac fratres Prædicatores & Minores per totam Hungariam, ac regna & loca vicina, &c. *Dat. Anagniæ v. id. augusti Pontificatus nostri anno* XII.

Significat dacam sententiæ contra raptores promulgandæ in Bulg. crucesign. expeditionis pronunciam.

19. 20. Postularat etiam Pannoniæ Rex, vt crux in hostem progressuro præiret, cuius aspectu terrorem hostibus incutere & suis animos addere posset; nec pia eius petita repulit Gregorius b: *Seruitati*, inquit, *tuæ præsentium auctoritate concedimus, vt postquam te accinxeris ad præmissum negotium prosequendum, salutifera crucis signum tam in eundo, quam morando & redeundo ante te ac huiusmodi exercitum Domini facias baiulari. Dat. Anagniæ* VI. *id. augusti pontificatus nostri anno* XII. Præterea Hungariæ præsules reliquosque ecclesiasticos viros monuit c, vt Regi pro fide glorioſe pugnaturo adituroque discrimina, indictis populo solemnibus supplicationibus, suis apud Deum precibus ac sacrificijs non deessent.

Concedit vt crux exercitui præferatur *b Ep. 216.*

21 Terruit Asanem Hungarorum in Bulgariam irrumpere meditantium bellicus apparatus, atque ad Latinorum partes contra Græcos se traduxit, Balduinoque cum maximo exercitu venienti iter per Bulgariam, vt in Græciam penetraret, aperuit, vt inferius ex Georgio Logotheta videbitur. Agit de Balduini in occidentem aduentu Partitus, quem in Angliam ad auxilia eliciendia hoc anno vere traiecisse ait, atque

c Ep. 217. Indictæ pro sacro bello in terris publicæ preces. Asanes Latinorum in eo iterum ad eorum partes se confert. Balduinus in Angliã auxilia quæ secum ferens se confert.

Henricum grauiter admodum tuliſſe ipſum regnum ingreſſum: cumque ille ſe excuſaret, ad opem exorandam defendendi imperij cauſa, non ad turbandam Angliam veniſſe, honorificentiſſime Londini exceptum. Tradunt pariter Flandriæ a annales ipſum in Belgio & Campania magnas opes ex vectigalibus boniſque coegiſſe, Namurcenſem comitatum Ludouici Regis auxilio aduerſus comitem Viennenſem ſibi aſſeruiſſe, ac ſpineam Domini coronam aliaque noſtræ redemptionis inſignia magno pretio oppignerāſſe Venetis: eò enim extrema rerum anguſtia ipſum compulerat, vt illa catholicis diſtraheret, ne in ſchiſmaticorum poteſtatem vna cum imperio venirent; quæ S. Ludouicus, vt deſcribit Nangius b, magnis opibus redemit, atque in regia æde ſacra Parilijs magnifice extructa collocauit, ducta prius ſacra pompa, in qua, vt ait Gualtherus c archiepiſcopus Senonenſis: *Rex, nudis pedibus ſola indutus tunica cum fratre ſuo Roberto comite, humiliato ſimiliter, ſacrum onus humeris ſuis ſuſcepit deportandum.*

a *Meyer. in annal. Fland. an.* 1217. Pretioſiſſima dominicæ paſſionis monumenta oppignerat Venetis.

b *Nang. in vit. S. Lud. ann. ſeq.*

c *Gualth. arch. Sen. apud Franc. Duchеſ. to. 5 hiſt. Franc.* Redimuntur magno pretio a S. Ludou. Gregor. Balduino in compariādo exercitu ſuos.

22 Nec defuit Balduino Pontifex, immo omnem operam ad comparanda militum ſtipendiorumque ſubſidia contulit, ac Viennenſem inprimis archiepiſcopum Apoſtolicæ ſedis legatum, Lugdunenſem, Biſuntinum, Bituricenſem archiepiſcopos; atque epiſcopos Cameracenſem, Tullenſem, Metenſem, Leodienſem, ac Virdunenſem Chriſtianam iuuentutem ad induendam in ſchiſmaticos orientales crucem pro concionibus ſacris, propoſitis ampliſſimis indulgentijs, quæ in terram ſanctam iuris in œcumenico concilio conceſſæ erant, incitare iuſſit d: tum ex ſacro ærario, quod pro eiuſdem terræ ſanctæ ſubſidio collectum erat, partem Balduino ad inſtruendas copias tradidit.

d *Lib. 12. ep. 10. & reg. poſt eund. epiſt.*

23. 24 Egit e etiam cum S. Ludouico Rege, vt Gallicani præſules trigeſimam Balduino ad annos tres penderent, propoſuitque rem fore Deo gratiſſimam, ſi illud imperium e ſchiſmaticorum potentia eriperetur, qui mox illud varijs hæreſibus inquinaturi eſſent, ac barbaris ad opprimendam Syriam iter facilius aperturi.

e *lib. 311.*

Pontifex rogat Frid ut cruceſignatos iuuet.

25 Cumque plures cruceſignatæ militiæ nomen aſcripſiſſent, ad contractas copias in orientem traducendas Fridericum rogauit, vt ipſos ad ſuſcepta conſilia perficienda adiuuaret, ac liberum per terras Romani imperij aditum daret: eoque difficiliorem ſe præbente, inſtitit iterum ne tantam omni ſuo ſæculum infamiamque inferret, ac ne impedito interclusoque ſubſidio fauere ſchiſmaticis videretur; atque hæc inter alia ad ipſum ſcripſit f.

f *Lib. 12. ep. 413.*

Gregorius, &c. Cum, ſicut intelleximus, precibus noſtris obicem difficultatis opponas, imperialem celſitudinem ſicut iterum ſic attentius rogandam duximus & monendam, quatenus prudenter attendens, quod huiuſmodi dea negando tranſitum apud Deum animæ, ac apud homines famæ tuæ, eo quod dictos ſchiſmaticos in ſuo videreris errore fouere, incurreres detrimentum; cruceſignatis Conſtantinopolitanæ ciuitati ſuccurrentibus per terram præfatam & imperium tranſitum concedas liberum & ſecurum. Alioquin ſcire te conuenit quod Eccleſia non poſſet conniuentibus oculis pertranſire, quod in ſubuerſionem fidei catholicæ contingeret attentari, &c. *Dat. Laurani XVI. kal. aprilis pontificatus noſtri anno* XI.

Ei in ſtudium pro eccleſia orientali.

26 Hungariæ pariter Regem ſuis literis exorauit g ne viam cruceſignatis abrūperet, ſed benuolum ſe ac facilem impertiret. Regem etiam Colomanum Belæ Pannoniæ Regis fratrem, ac ducem Sclauoniæ monuit b, vt nobilem virum Balduinum heredem imperij Romaniæ, qui in occidente collectas copias tranſtierre in orientem meditabatur, alioſque viros principes, qui ſtrenue bello ſacro ſeſe accinxerant, merita benuolentia complecteretur, iuuaret conſilio, reſque neceſſarias ſuppeditaret: ipſum eo facto ſumenam ab Eccleſia gratiam inturum.

g *alib. p. 448.*

h *Lib. 12. p. 314.* Greg. Hūgarum exorat Balduino redeunti aditum daret.

27. &c. Porro Balduinum profectionem ſuam cum alijs in proximum annum diſtuliſſe oſtendunt Gregorij literæ c ad Peloponeſi & Achaiæ archiepiſcopos decimo kal. februarij inſequentis anni ſcriptæ, quibus ſignificat breui ſe ducum opera in orientem egregias copias directurum, moxque Balduinum cum alio exercitu ſubſecuturum: quare tertiam illius anni eccleſiaſticorum vectigalium partem in Conſtantinopolitani imperij auxilia conuertere inſſit. Id etiam ex alijs ad Balduinum literis hoc anno decembris menſe datis colligi videtur: Gregorius enim eius precibus permotus conceſſerat d, vt ſi in itinere, quod per Pannoniam facturus erat, ſacramentum aliquod vi extortum, quod Conſtantinopolitani imperij dignitati detraheret, forte nuncuparet, nulla illius religione teneretur.

c *Lib. 12. p. 370.*

d *Ep. 322.* Greg. ſi quod a Bald. extorqueatur ſacramentum irritū eſſe iubet.

36. &c. Cæterum prætermittendum ſilentio non viſum eſt, quod refert Pariſius, Saracenorum ſoldanum præpotentem ampliſſima bona Chriſtianorum xenodochio moriturum reliquiſſe, omnia mancipia Chriſtiana donaſſe libertate: quem egregie erga religionem affectum, atque etiam Friderico Imperatori Chriſtiana ſacra ſe amplexurum ſignificaſſe refert: illum vero Ægyptium luiſſe ex Iordano colligitur, qui ingentia inde inter Saracenos bella exorta narrat e.

Sultanus Ægypt. a Chriſtianis non alienus moritur.

e *Iord. M. S. Vat. ſign. n. 1960.*

45. 46 Triumphauit hoc anno in Hiſpania Chriſtiana religio, defixo in Valentina vrbe barbarorum regia glorioſo crucis vexillo: cum enim Iacobus ſuorum atque Gallorum & Anglorum auxiliaribus copijs, qui indutæ cruce a Gregorio promulgari iuſſa, ad tantæ expeditionis famam confluxerant, ſuccinctus regiam vrbem Valentiam obſidione cinxiſſet, propulſatis ſæpius magna ſtrage, quoties erumperent, hoſtibus, claſſeque Tunetana, quæ barbaris opem latura appulerat, profligata, eo Zaenum Regem compulit, vt vrbem inopia commeatuum laborantem dederet, Aragoniique arbitrio permitteret. Diſceſſere quinquaginta barbarorum millia, vbique expiatis Chriſtiano ritu templis & creato epiſcopo, noui incolæ Chriſtiani ſucceſſere. Eam victoriam delibat Pariſius f, Mariana g vero fuſius deſcribit, qui etiam victoriam a Bernardo antea partam refert. Tanti vero triumphi fama ſequenti ineunte anno ad ſedem Apoſtolicam peruenit, ex quo felici nuncio ingenti gaudio perfuſus Gregorius amplificandæ rei Chriſtianæ ſtudio, atque ad defendendum ac retinendum Valentinum regnum Catalanos, Gallos, & Ligures, vt eo ſe conferrent propoſitis indulgentiarum præmijs incitauit h.

Auxilia Africana propulſata

Vrbs dedi tione capitur.

f *Mar. hiſt. Angl.*

g *Marian. de reb. Hiſp. l. 13. c. 19.*

47 Cumulauit noua gloria partę victorię decus Iacobus: in eccleſijs enim excitādis in ijs terris quæ tandiu ſuperſtitione Mahumetana inquinatæ luxerant, ſtudium contulit; illique gratiam relaturus pro rauata Eccleſiæ egregia opera, Gregorius ius patronatus in eas confirmauit i.

h *Greg. l. 12. ep. 363.* Cordūæ a Iac. in Valentino regno Eccleſiæ.

i *lib. ep. 365.*

Erectu-

Pontifex vetat ne quis Reg Lusit. absoluere audeat. *a Lib. 11. ep. 388.*

48. &c. Erecturus interea Gregorius in Lusitania iacentem ecclesiasticam libertatem, quam Rex ille admodum attriuerat, archiepiscopo Bracharensi alijsque eius regni præsulibus scriptit a, ne quis iustissimi anathematis vinculis constrictum Regem, nisi impertita ab sede Apostolica facultate, absoluere tentaret. Verum cum nonnulli ecclesiastici viri sue obliti dignitatis, cum Rego communicare auderent, Aurien si episcopo munus iniunxit b, vt, ne cum illo nisi in licitis communicarent, interdiceret. Paruit denique pontificijs imperijs Rex, atque ipsius frater Ferrandus ad sedem Apostolicam crimina expiaturus accessit.

Iubet ecclesiasticos eius familiaritate abstinere. *b Lib. 11. ep. 22.*

Proceres Nauarræ in regiam iniuriam fœdera inter se ineunt. Iubentur a Pontifice ea dissolue re. *c Lib. 11. ep. 54.*

51 In Nauarra fecerant viri nobiles quædam inter se fœdera, quæ non parum regiæ dignitati detrahebant: cumque immineret periculum, ne si Theobaldus, qui Asiatico in Saracenos bello se deuouerat, arma ad eam expeditionem dissipandam capesseret, propagandæ fidei maximus obex poneretur, Pontifex abduci a cœptis proceres, ac mutua iuramenta dissolui iussit c, atque anathematis sententiam, si in ea mente perstarent, a præsulibus ferri. Similia fœdera aduersus Iacobum in Aragonia magno illius damno inita fuerant, ad quæ conuellenda Gregorius operam suam contulit, atque episcopos anathematis sententiam aduersus fœderatos renouare iussit d: ne porro in eo regno atque Nauarræ hæreseos lues serperet, Oscensi electo e, ac Minorum in Nauarra ministro in ijs regnis aduersus hæreticos inquirendi prouinciam dedit f.

d Lib. 11. ep. 382. e Lib. ep. 338.

f Lib. 12. ep. 15.

Inquisitio in Nauarra contra hæreticos. Animaduersum in eos igne ferroque in Gallijs

52 Cum ad apostolicam in defendis hæreticis solicitudinem defluxerit oratio, nonnulla eo spectantia a nobis, dum Gallicas res exponeremus, dedita opera prætermissa opportune congerenda videntur. Exercebat ea tempestate in Belgio, ac Francorum regno acerbissimam quæstionem Robertus ordinis Prædicatorum sacræ fidei censor, vir austeri spiritus, quem S. Ludouicus impietatis odio, regia auctoritate fulciebat, ac plures ea labe inquinatos cremari iussit. Sed cum postea Robertus mutato in furorem pio studio infames sontesque pari pœna percelleret, munere deturbatum perpetuoque carcere pontificio iussu frenatum refert Paribus g. Ad huiusmodi etiam euellenda zizania Soranus episcopus Apostolicæ sedis legatus studium contulit, quem Pontifex magna diligentia dare operam atque obseruare iussit h, ne episcopi criminis hæresis suspectis ecclesijs præficerentur. Cumque Raymundus comes Tolosanus varias ob causas, tum quod hæreticis faniset, anathematis censura perculsus veniam supplex flagitaret, adactum iureiurando præterita emendatum iri, in gratiam Ecclesiæ admitti i iussit.

g Par. hist. Angl.

h Ep. 223.

i Ep. 224.

Bosnenses hæretici a Colomano exagati. *l Lib. 11. ep. 353.*

53 In Bosna, vbi Albigensium hæresis plures suo veneno infecerat, Colomanus Ruthenorum Rex, Sclauoniæque dux eximiam in excindenda ea peste operam collocauit, cuius ardentem pietatem meritis laudibus extulit Gregorius, eumque paternis literis hortatus l est vt cœpta feliciter persequeretur.

54 Reuocatam suorum armorum potentia ad veræ religionis cultum Bosnam fuisse scripserat Colomanus Gregorio, qui vt fidem magnis laboribus in ijs regionibus satam excoleret, Cumanorum antistiti præcepit m, vt nouum episcopum Bosnensi ecclesiæ præficeret, qui sua diligentia gregem dominicum seruaret & augeret; cumque tanto muneri pares virtutes habere posset

m Ep. 53.

Bosnæ ep. legatus creatur. *a Lib. ep. 352.*

Petuntur bello a crucesignatis Hungar. Bosnenses hæretici. *b Lib. 12. ep. 4.*

Prædicatorum ordinis alumnus videretur, illum quamuis obluctantem eidem ecclesiæ apostolica auctoritate præfecerit.

55 Obeundæ præterea in illis regionibus apostolicæ legationis nouo episcopo onus imposuit a, præcepitque, vt Pannones ad sacrum nomen militiæ dandum suis cohortationibus permoueret, vt hæreticos, qui Bosnæ infederant, atque in scelere obfirmati perstabant, delerent: cæterum eos, qui arma in ipsos gererent, in fidis Apostolicæ clientelam suscipiendos atque amplissimas indulgentias sibi comparaturos.

56. 57 Fatiscebat sub effrenata principum Polonorum potentia Ecclesia: ad quam pristinæ libertati asserendam Gregorius Conradum b Mazouiæ & Lancitiæ, Henricum c Zleziæ & Cracouiæ duces, alioſque proceres grauissimis literis ab ecclesijs opprimendis sibi temperare iussit: alijsque repetitis literis eundem Henricum S. Hedvvigis filium hortatus est d, vt diuino timori assuesceret mature, virtutes animo insereret felici sobole in secuturos annos propagandas: agnosceret a summo Numine, cuius ministros colere & obseruare deberet, amplissimam illam dignitatem in se deriuatam: sarciret a patre illata ecclesiæ Gnesnensi damna: ni faceret hæc, interminatus est.

c Lib. 12. ep. 172. d Lib. 12. ep. 1-7.

Repressa a principib. Poloniæ libertas ecclesiastica. Gregorij in ea re studia

58 *Alioquin non immerito poteris formidare, vt iam dictum patrem tuum, qui ob huiusmodi oppressiones vinculo fuit excommunicationis astrictus, exhumari de cœmeterio ecclesiæ faciunt, & sententias, quas archiepiscopus memoratus & suffraganei sui ob defensionem iurium ecclesiarum suarum & ecclesiasticæ libertatis in te, ac terram tuam rite duxerint promulgandas, inuiolabiliter obseruauerint. Alias contra te spiritualiter & temporaliter iuxta tuorum meritorum exigentiam ubilibet processuri. Dat. Laterani* VIII. *kal. iunij pontificatus nostri anno* XII.

59 Henricus cum barba istius Henrici pater, ad quem Pontifex scripsit, hoc anno obijt, cuius piam mortem a Longino e describitur. Cæterum si aspersa aliqua ipsius nomini labes ob ecclesiam Gnesnensem affictam videtur, hac excusatione detergi potest, ipsum in ea opinione fuisse, vt ius suum iuste persequi arbitraretur; vel ministros illius nomine (quod sæpius colligendæ principum gratiæ, ac deriuandi ad se alicuius quæstus causa facere solent) ecclesiam illam oppressisse: ipsum enim Longinus vt virum summæ modestiæ laudat, qui seculi fastu protrito non gemmis, auro, sericisue vestibus radiare ambiret, sed laneo vestitu contentus, conculcatisque delitijs demissionem Christianam ac cœlibatum coleret: audito vero eius obitu S. Hedvvigem tantam præseruisse constantiam animi, vt omnibus alijs in lacrymas solutis siccos oculos teneret, vtpote cuius voluntas in omnibus cum diuina consentiret.

e Long hist. Pol. 16. & alij post eum.

Henrici pietas in Ecclesiam Gnesn. excusantur.

Pie moritur.

60. &c. *Nonnullas sanctimoniales*, inquit Longinus, *obitum Henrici ducis prædicti tam ingenti mœrore, vt pene mortuæ viderentur, prosequentes corripuit, asserens iniquum & scelestum esse tam inconsuetum & immoderato mœrore voluntati diuinæ & eius beneplacito aduersari.* Narrat S. Hedvvigis vitæ auctor ipsam imminentem viri mortem præsagijsse, diuinoque afflatam spiritu prædixisse, si e Legnicensi oppido discederet, de vita quoque decessurum, qui periculi metu tribus annis se continuit: cumque ad oppidum, cui Sefines nomen inditum, se

Vt ipsa mortem S. Hedvvigis consecuta sit.

se contulisset, breui correptum morbo mortem oppetijsse.

Bruno ep. Herbipol. miraculis coruscat.

63 Per id tempus Brunonis Herbipolensis episcopi sanctitatis fama longe lateque increbrescebat, pluraque cælestia prodigia ad eius sepulchrum edebantur: quibus illius vrbis episcopus, clerus, populusque permoti supplices literas ad Pontificem maximum misere postulatum, vt de admirandis eius rebus testium dicta in tabulas publicas referri iuberet. Ad quorum vota, ac preces flexus Gregorius hæc duobus abbatibus Cistercienſis familiæ Herbipolensis diœcesis, Dominicanorum & Herbipolensium priori præcepit a: *Mandamus quatenus accitis vobis viris religiosis, & Dominum timentibus, de virtute morum & veritate signorum, operibus videlicet, & miraculis diligentissime inquirentes depositiones testium receptorum sub sigillis vestris inclusas vsque ad nostrum beneplacitum fideliter conservetis, &c. Datum Laterani* XI. *kalend. maij anno* XII.

a Lib. 3. ep. 96.

Insigne in viro religioso crucem amantissimo miraculum.

64 Illustratam etiam per ea tempora ferunt Germaniam insigni pietate Vvolmari Prædicatorum Argentinensium prioris, qui cum pectori crucis signum frequentissime imprimere soleret, magno miraculo crucem in osse pectoris pulcherrime efformatam gestasse post mortem apparuit, de quo Thomas Cantipratensis oculatus testis hæc prodidit b: *Erat autem crux (vt ipse ad hanc videndum quadraginta millibus laborans & latis vidi oculis meis) in ossis medio ex substantia ossea ad spissitudinem eminentissimam elevata, tribus superioribus brachijs æqualis longitudinis, & inferiori brachio decentissime longiori: extremitates vero trium brachiorum superiorum instar repandi lilij recurvatæ, & brachium inferius, quasi trunco deberet infigi, exaratum habebat. Quid igitur in signo corporea crucis in osse pectoris, nisi mortis Christi in mente prius habita stigmata passionis, &c.*

b Thom. Cantip. l. 1. c. 23. n. 6.

Raymundi Peniafortij sanctitas.

65. &c. Florebat tum Prædicatorum ordo viris sanctitate, ac virtutibus præclaris, cuius administrationem supremam sanctissimus vir Raymundus Peniafortius per hoc tempus suscepit, atque doctrina & miraculorum splendore in Dei Ecclesia emicuit.

69. 70 Varia hoc anno colloquia inita sunt de pace inter Fridericum & Mediolanenses conciliandæ, cum in anceps discrimen Insubria adducta esset; sed Fridericus secundis insolescens supplices repulit c: Præter enim præpotentem exercitum, quo succinctus erat, atque superiori anno victoriam ingentem retulerat, Conradus Rex principibus stipatus e Germania mense iulio huius anni magnas copias cum patre conjunxisse refert Richardus. De amplissimis pacis conditionibus ab Ostiensi episcopo & Thoma tit. S. Sabinæ presbytero Cardinali oblatis Friderico meminit Gregorius in apologeticis contra Friderici calumnias literis d.

c Greg. apud Matt. Paris. in hist. Angl. Fridericus pacem petentibus Mediolanensibus repudiat.

d Greg. l. 13 pag. 150. extat apud Par. hist. Angl.

71. &c. Quod ad Brixiæ obsidionem spectat, quam magno pudore soluere coactus est Fridericus; ait monachus Pataninus, illum vbionem in Mediolanenses meditatum, prius Brixiones ipsorum fœderatos aggressum, a mense iulio vsque ad diem S. Michaeli sacrum apud Brixiam castrametatum: cui Richardus consentit, additque Imperatorem mense augusto ex Insubria ad Pontificem, agentem Anagniæ, Panormitanum archiepiscopum, episcopum Rhegium, iudicem Tadæum de Suessa & Rogerium Porcastellam oratores misisse, vt de concordia inter Ecclesiam & imperium conciliandæ agitarent: cum ijs vero pontificio nomine archiepiscopum Messanensem, vt Friderico pontificias voluntates exponeret, discessisse. At versurus princeps dum pacis osculum Christi vicario porrigeret, Romanos largitionibus subornabat, vt proditionem in Gregorium conflaret, de quo Gregorij vitæ auctor.

Brixiam obsidione cogit conatu irrito

74 Interea flagitarat Venetorum dux, vt Gregorius ipsum, ac rempublicam in B. Petri clientelam acciperet, quod Pontifex collaudato eorum in Romanam ecclesiam commendatoque studio præstitit a.

Veneti in clientelam sedis Ap. admissi.

a Lib. 12. ep. 325.

IESV CHRISTI
Annus 1239.

Indict. 12.

GREGORII PP. IX. FRIDERICI IMP. OCC. 20. annus 13. IOANNIS IMP. OR. 11.

1 COmmota est atrox in Romanam ecclesiam persecutionis tempestas opera Friderici a Gregorio iustissime anathemate percussi. Monuerat ante paterne contumacem principem Pontifex, vt commissa scelera emendaret: cumque ille suauissima monita, additasque preces eluderet, ac vetera crimina nouis cumularet, tandem compulsus est severitatis animaduersionem in eum adhibere, ipsumque imperatoria exuere dignitate, ac loca, in quibus ageret, interdicto subijcere. Latæ porro sententiæ forma in regesto pontificio, tum apud Albericum Stadensem b, Matthæum Parisium, alioſque iacet; cuius primaria causa hæc fuit.

Fridericus anathemate a Greg. percellitur.

b Alber. Stad. in chro. Pontif. Angl. Sigon. de regn. Ital. l. 18.

2 *Pro eo quod contra Romanam Ecclesiam seditionem monit in Vrbe, per quod intendit Pontificem, & fratres a sua sede repellere contra priuilegia dignitatis & honoris Apostolicæ sedis; contra libertatem ecclesiasticam, contra iuramentum, quo super hoc tenetur Ecclesiæ, temere veniendo.* Arsisse ea ambitione Fridericum, vt Romam sibi subijceret, suaque Pontificem ditione spoliaret, ipse in suis literis c, quibus Italiam suam hæreditatem esse iactabat, tum in alijs ad Romanos, quibus Romam sui imperij caput, a qua Romani Imperatoris nomen traheret, seque Vrbis auctorem, ac benefactorem populi Romani appellat, tenerique ad Romanorum honorem defendendum, vicissimque ipsos ad Romani Imperatoris nomen tuendum deuinctos ait; tum in familiari sermone; ex quo plures ab ipso alienatos scribit monachus Pataninus, non d obscure indicabat: sed illustrius non ambiguis conatibus, ac pluribus in Vrbe seditionibus concitatis in lucem superba consilia prodebat; ideoque iam antea illi exprobrarat e Gregorius a veterum Imperatorum pietate ipsum defecisse, qui collatum ab iis Christi vicario principatum inuadere moliretur, de quo postea questus est in apologeticis literis f. Aliæ cauſæ promulgati anathematis hę fuere.

c Greg. l. 13 pag. 150.

d Monach. Pad. chron. lib. 2. ann. 1242.

e Greg. l. 10 ep. 253.

f Greg. l. 13 pag. 150.

3 *Item pro eo quod non permittit quasdam cathedrales ecclesias & alias vacantes ecclesias in regno reparari, & hac occasione periclitatur libertas Ecclesiæ, perit fides, quia non est, qui proponat verbum Dei, nec qui regat animas deficiente pastore. Item quod in regno clerici capiuntur, incarcerantur, proscribuntur & occidunter.* Deuinxisse se

Viduatas pastoribus ecclesias.

eo crimine auaritia obcoecatum Fridericum refert vitæ eiusdem Pontificis Gregorij auctor, vt ecclesiarum opes diriperet.

4 De Sicula vero ecclesia tyrannice a Friderico arrrita iactatas graues fuisse antea in eum querimonias in pontificijs literis superius vidimus: at non emendasse scelera, immo nouis cumulasse ac Neroniana immanitate in præsules, ecclesiasticos viros, monachos, aliosque erga Ecclesiam egregie affectos sæuijsse describit anonymus vitæ Gregorij auctor.

Prophanata numinis templa.

5 *Item quod in regno ecclesiæ Domino consecrata destruuntur & profanantur.* De euersis a Friderico ac prophanatis templis ita vitæ Gregorij auctor queritur. *In ciuitate Nuceriæ, in qua ecclesiis Christi cultoribus cultores intulit Mahumeti, opere regio construxit palatium, in cuius parte cathedralis ecclesia ipso mediante destructa, vbi titulus altaris extiterat, ille Christianissimus Fredericus palatij purgamenta substituit, & vbi Filius Dei mediator in ara labes hominis purgaturus, filius hominis in contumeliam Creatoris ventris immunditiam positurus accedit.* Et infra: *Est etiam quod causam non minoris doloris adiciat, dum Saraceni auidi Christiani sanguinis effusores impune perimunt Christianos; & si defensionis præsidio, vel inopinatis euentibus occiditur Saracenus, qui causam dedit damnatur ad mortem, & nullis de ipso inuentis præsumptionis inditijs illi grani pœna multantur, in quorum confinio inuenitur ortus.* Nec minus probat religionis Christianæ hostem Fridericum fuisse id quod sequitur.

6 *Item pro eo quod nepotem Regis Tunisi venientem ad Romanam ecclesiam pro suscipiendo baptismatis sacramento detinet, nec venire permittit. Item pro eo quod Petrum Saracenum ciuem Romanum ex parte Regis Anglie ad sedem apostolicam venientem cepit & detinet carceri mancipatum.* De capto nepote Regis Tunetani magno religionis Christianæ opprobrio supra dictum est a: quod autem ad Petrum Saracenum attinet, coniecerat illum in vincula Fridericus, cum suspicareretur ab Anglorum Rege ad confiandam cum Pontifice aduersus ipsum coitionem missum.

a An. 1236. nu. 11.

7 *Item pro eo quod terras Ecclesiæ occupauit contra iuramentum, quo super hoc tenetur Ecclesiæ, temere veniendo.* Quæ fuerint illa ditionis pontificiæ Friderico erepta Ecclesiæ, explicat in literis b alijs encyclicis, ac gesta Gregorij exprimunt: *Vt autem maiori pœna se reddat obnoxium, quo culpam in terminos laxiores immittit ad Ecclesiæ terras & ecclesiarum bona sacrilegas manus extendens, Ferrariam, Pigonegam, Bondenum, Massam Lunensis diœcesis, & terram Sardiniæ contra iuramentum super his conseruandis præstitum occupauit.*

Ditionis pontificiæ loca occupata.

b Lib. 13. pag. 149.

8 *Item pro eo quod terras quorundam nobilium de regno, quas Ecclesia tenebat, ad manus suas occupauit & denasiauit. Item pro eo quod quasdam ecclesias cathedrales fere bonis omnibus spoliauit. Item pro eo quod multa ecclesia cathedrales & alia ecclesiæ, ac monasteria de regno pro inquisitione facrunt fere bonis omnibus spoliata.* Adducitur in Gregorij gestis locorum, arcium & oppidorum series, quæ Fridericus eripuit ecclesijs, atque in suam potestatem redegit.

Siculorum laicorum & ecclesiasticorum bona direpta.

9 *Item pro eo quod Templarii & Hospitalarij in regno mobilibus & immobilibus spoliati non sunt iuxta tenorem pacis integre restituti. Item pro eo quod exactiones contra formam pacis ab ecclesijs & monasterijs per ipsum extorquentur in regno. Item pro eo quod in regno prælati ecclesiarum & abbates Cisterciensis & aliorum ordinum compelluntur dare summam pecuniæ per singulos menses pro constructione castrorum* a. Et paulo post.

Templarios virosque religiosos inuisis oneribus obruit.

a Ann. 1238 nu. 2. Pontificiarum partium studiosos cõtra pacis leges proscriptos.

10 *Item pro eo quod contra tenorem pacis hi, qui adhæserunt Ecclesiæ, bonis omnibus spoliati exulare coguntur tanquam proscripti, vxoribus & liberis captiuatis.* Obiurgatum sæpius b a Gregorio vidimus Fridericum, conceptum in eos odium effundere; quem vindictæ cupiditate aduersus innocentes ferocientem describit anonymus auctor.

b Ann. 1239. nu. 37. ann. 1241. nu. 30. ann. 1235. nu. 32. 33.

11 *Item pro eo quod ipse impedivit negotium terræ sanctæ & recuperationem imperij Romaniæ.* Increpuerat diu ante Fridericum Pontifex ob prohibitos sacros concionatores, ne publice de Deo verba facerent, ac populos ad induendam contra Schismaticos & Saracenos crucem incenderent, ad quod tegendum flagitium apologiam texuerat c.

Impedita recuperandæ Terræ S. reuocandoq; Imp. Constantinop. auxilia.

c Extant hæ Frederici et lit. apud Greg. I. 10. ep. 258.

12 Adductis itaque omnibus ijs causis, ob quas iustissime anathematis pœna mulctatus erat, Pontifex omnes Friderici subditos officij ac sacramenti, quo illi deuincti erant, religione absoluit; promulgauitque de gesto male vectigali regno ipsum se in ius vocaturum.

13 Præsenserat Fridericus vrente criminum conscientia a Gregorio anathema, cuius minæ grauissimæ intentatæ, ni commissa improbe in Ecclesiam emendaret, incussum iri; literasque ad Cardinales irarum plenas decima die martij vndecima indictione Podonij consignatas antea scripserat d.

Fridericus præsentiêa in se anathema cõminatorias literas scribit.

d Extant apud Petr. de Vineis Matt. Par. hist. Angl.

14 &c. At non terruere Gregorium feroces eius minæ, sed quam sacro palmarum die sententiam tulerat in Lateranenti basilica, die cœnæ Domini renouauit, vt superbe queritur in suis ad Richardum Cornubiæ comitem missis literis e Fridericus; ex quo conciliari possunt auctores, qui de promulgatæ sententiæ die dissentire inter se videntur, dum alij die cœnæ Domini, vt Stadensis & Richardus f, alij, vt Parisius g, & monachus Parauinus, die palmarum depulsum e cœtu fidelium Fridericum docent: lapsisque nonnullis diebus vniuersos orbis Christiani præsules sententiam in Fridericum latam promulgare encyclicis literis h iussit.

e Ext. apud Petr. de Vin. & Par. hist. Angl. hoc ann.

f Rich. in chron. Stad. in chron.

g Par. hist. Angl. mon. Pad. chron. lib. 1.

h Lib 13. pag. 149.

17 Addit vitæ Gregorij scriptor: *Tunc Cæsar ipse casus leuioribus citra meritum deliquentis non sub Christi humiliatus vicario, sed super omne id quod Deus dicitur, ac colitur, elatus, correptionis diuinæ medelam in sua nequitia recordatione non sentiens elatus ex verbo Fredericus frendens & fremens absorbet iram, nec lata sententia repriat sonare clangorem: fallus curaffet in semita, vngulam equi dentibus detractionis aggreditur, vt famam deijciat ascensoris: palliat culpam, proponit calumniam, innocentiam sub verborum colore mentitur.* Valebat ipse eloquentia, cuius fucis & coloribus flagitia sibi formare præfidebat: ac Petri de Vineis ea laude præstantis operam etiam adhibuit: e veteribus enim monumentis refert Sigonius i illum, cum in celebri S. Iustinæ monasterio Patauij versaretur, acceptato de lata in se anathematis sententia nuntio, præcipitem concionem conuocasse; cumque imperatorium solium conscendisset, aduersus Gregorium querelas effundere cœpisse, sequeiniuste fidelium cœtu depulsum.

In eum effundit calumnias.

i Sigon. de regn. Ital. l. 16. ann.

18. &c. Mirum sane Fridericum post tot graues antea adductas causas iactare solitum sine causa ab Romano Pontifice anathematis nota iniustum,

Pingit ipsa nes latæ in se sententiæ causas

ſium, ſparſiſſeque literas referras calumnijs, de quibus auctor vitæ Gregorij: *Quadam falſa literarum congerie per vrbem & orbis terminos matris pudicitiam lacerat filius abortiuus*. Et infra.

23 *Et quidem terroribus terrores inuectit, vias quærit, conſilia diſcutit, congeſtis vndique ſumptibus præmunitur, vt dominam gentium Chriſti ſponſam conſtitutam ſuper gentes & regna ſuis detrahat conatibus in ruinam, confundat proſtitutionis iniuria, & ponat ſeruitutis opprobrio deſolatam*. Cõminatur aperte ſanctum dare canibus: id eſt Saracenis, quorum ingentes copias furoris ſtrenuos adminiſtros ſibi allegerat, *& venerandam principis Apoſtolorum baſilicam in præſepe reducere inmentorum: ſacroſanctum altare ſupracorpus Apoſtoli mirifice collocatum equorum vſibus poſiturus*.

Cõminatur ſacra omnia profanare.

24 *Quin etiam Eccleſiæ Principem in illum immergere gloriatur egeſtatis iniuriam, vt cinerem pro corona ſuſcipiat, ſpicas pro pane vellicet, & pro equorum candidata gloria cogatur quærere ſubingale: in illum nihilominus eas producturus vindictas, quibus in primos erumpentis Eccleſiæ filios gentilitatis tempore Cæſares vti ſolent*, &c.

Chriſti vicarium ad extremam egeſtatem & ignominiam redigere.

25 Superioribus calumnijs, ac minis atrocibus ad exercendam auctoritatem pontificiam impia dogmata adiecit. Negauit in primis ea Romanum Pontificem valere auctoritate, vt ipſum ab Eccleſia poſſet depellere; atque in eam audaciam prorupit, vt ſacraneina magno ſacrilegio ſibi anathematis ſententia damnato porrigi iuberet; de quo hæc idem auctor: *Diuina myſteria, quæ prius, vt non verum incantantis audiret, concluſis auribus fugiebat, prohibitus frequentare præſumit ore pollutus, proteſtans nullam ligandi atque ſoluendi datam poteſtatem Chriſti vicario*.

Commini-ſcitur, hæreſes.

Conuellit pontificiã auctoritatem.

26. &c. Cum hæc & alia tam aduerſus Chriſti vicarium quam Dominum maieſtatis Fridericus euomeret, Pontifex vt aduerſus venena antidotum pararet, ſcriptis ad omnes præſules, Reges, ac principes Chriſtianos literis a execrandas illius hæreſes in lucem produxit, vt citius elideretur.

a *Lib. 13. pag. 150. & ſeq. extant apud Paiſ.*

Gregorius, &c. Vnum eſt de quo, etſi pro homine perdito ſit dolendum, lætari non modicum, & Deo rogratiari debetis, quod volente Domino, qui diutius occultari non patitur umbram mortis, iſte qui gaudet ſe nominari præambulum antichriſti, non expectans propinquum ſuæ confuſioni iudicium, manibus proprijs effoſſo ſuarum abominationum pariete per dictas literas eius ſuarum producit in lucem opera tenebrarum, in eis conſtanter proponens, quod per nos tanquam Chriſti vicarium vinculo excommunicationis aſtringi non potuit. Sicque affirmans non eſſe apud Eccleſiam a Domino beato Petro, & eius ſucceſſoribus ligandi, atque ſoluendi traditam poteſtatem, dum hæreſim aſſerit, proprio ſibi argumento concludit, conſequenter oſtendens, quod male ſentiat de cæteris fidei orthodoxæ articulis, dum Eccleſiæ, ſuper quam fides fundata conſiſtit, auferre nititur conceſſum verbo Dei priuilegium poteſtatis. Sed quia minus bene ab aliquibus credi poſſet, quod le verbis, illaqueauerit oris ſui, probationes in fidei victoriam ſunt parare, quod iſte Rex peſtilentiæ, a tribus baratatoribus, vt eius verbis vtamur, ſcilicet Chriſto Ieſu, Moyſe, & Mahometo totum mundum fuiſſe deceptum, & duobus eorum in gloria mortuis, ipium Ieſum in ligno ſuſpenſum manifeſte proponens. Inſuper diſucida voce affirmare, vel potius mentiri præſumpſit, quod

Poſt ejus hæreſes Principibus Chriſtianis palam facit.

Horrẽdã blaſphemia. voces in Chriſtianam fidem eſſutit.

omnes fatui ſunt, qui credunt nasci de Virgine Deum, qui creauit naturam, & omnia potuiſſe, hanc hæreſim illo errore confirmans, quod nullus nasci potuit, cuius conceptum viri & mulieris coniunctio non præceſſit: & homo nihil debet aliud credere, niſi quod poteſt vi & ratione naturæ probare. Hæc & alia multa, quibus verbis & factis catholicam fidem impugnauit, & impugnat, ſuo loco & tempore, ſicut decet & expedit, manifeſte poterunt comprobari, &c. *Datum Laterani kal. iulij pontificatus noſtri anno* XIII.

Meditatur in eum Põtifex inquiſitionem exercere.

29 Nec impietate Friderico cedere veſani nonnulli illius ſectatores, qui in ethnicorum errores prolapſi diuinitatem, terreni Imperatoris maieſtate meturi videbantur: quorum nonnulli Romæ reperti ea labe inquinati; ſed breui diuinum in eos Numen animaduertit, vt anonymus vitæ Gregorij ſcriptor enarrat: *Cum*, inquit, *ſummum Pontificem apud Anagniam eſtate media clementior aura ſuſciperet, Romanus populus in aſſumptionis gloriosæ Virginis vigilia Saluatoris imaginem per Vrbis vicos ex antiqua conſuetudine deduxit: quæ dum in atrio poneretur eccleſiæ, quæ S. Maria noua vocatur, quaſi quietis beneficium receptura, blaſphemis quibuſdam conductis Friderici pradicti ſacrilega voce clamantibus: Ecce ſaluator, veniat imperator; turris in ignominiam ſponſæ Chriſti de ſanguine pauperum & lacrymis viduarum e vicino erecta, mox euerſa funditus blaſphemantium multitudinem iudicio diuinæ vltionis oppreſſit, vt quaſi non ſuſtinens Saluatoris iniuriam inſenſibilis creatura, creatori de hoſtium vindicta ſeruiret, & elementa muta cognoſcerent, quem rationale animal non cognouit, ac iniuriam in ſuo ſuſceptam vicario Saluator ipſe tranſire non videretur inultam.*

Diuina vindicta exemplum in nonnullos Friderianos.

Frangipania turris ſubito euerſa blaſphemos obruit.

30 &c. Edidit aliud iuſtitiæ ſuæ in ſectarium Friderici ſatellitem exemplum: namque cum tyrannus in omnes eccleſiaſticos, ac religioſos viros regni Siciliæ, quos partim exilio, partim vectigalibus mulctabat, ac depellebat eccleſijs, quas expilabat & profanabat, crudeliſſimam perſecutionem commouiſſet, Caſſinenſe monaſterium eiectis pene omnibus monachis, facinoroſorum hominum præſidio occupatum eſt; vbi inſigne prodigium contigiſſe narratur, eorum enim vnus, cum poſt patrata multa ſacrilegia monachum tranſeuntem vrina proluiſſet, mox horrenda lepra percuſſus eſt. Nonnullis interiectis ſubdit auctor.

Excitata a Frid. in res eccleſiaſt. & religioſos perſecutio

33 *Occupare patrimonium tentat*, de Friderico loquitur, *quod tenetur defendere iuramento, aurum ſoluit, appendit argentum, nationes inuitat, vt petram euertant Eccleſiæ, quam Dominus poſuit*. Hæc ille. Immiſiſſe vero menſe ſeptembri in Picenum Entium filium cum exercitu tradit Richardus qui eum Henricum vocat: *Henricus Rex Galluræ naturalis filius Imperatoris in marchiam Anconitanam venit, contra quem mittitur a Gregorio Papa Ioannes de Columna Cardinalis*. Addit auctor Gregorium Anagnia Romam reuerſum magnificentiſſimeque exceptum a Romanis in octauis B. Martini, Entium & omnes ipſius partibus implicitos ob factam in ditionem pontificiam irruptionem anathemate perculiſſe.

Patrimonium occupare tẽtat.

Entium in marchiam immittit. Ioã. olum Card illi cum exerc oppoſitus. Greg. Entium ferit anathemate.

34. 35 Deſcribit idem auctor alia Friderici bella contra Inſubres: cepiſſe menſe iulio in epiſcopatu Bononiendi Plumacium, flammiſque deleuiſſe, ac pernigilio aſſumptionis Deiparæ in eodem epiſcopatu oppidum, cui Crepacor nomen eſt,

Quæ geſſerit in Long Frid Flammis delet Crepacorum.

Digitized by Google

eſt, exuſſiſſe, reuocatumque ab Inſubriæ præfectis & vrbibus, quæ partibus ipſius ſtudebant, in Mediolanenſem agrum irrupiſſe: ſed Mediolanenſes inſtructis agminibus ipſi obuios factos eius conatus retardaſſe.

Arguit Theutonicos equites Hoſp. ſtudere Friderico.

36 Ad reuocandos pariter ad officium religioſos equites domus S. Mariæ Theutonicorum, qui Frederici partes erant amplexi, iuſtiſſimas illis minas intendit a ſi in tyranni obſequio perſtarent, omnia priuilegia ipſis conceſſa ſe reciſſurum. Turpiſſimum ſane, Eccleſiam tum eos aduerſarios paſſam, qui ingentibus ab ea beneficijs erant affecti: quam fœdiſſimam maculam concepit Elias ſupremus Minoritarum miniſter, vir ambitione tumidus, atque ab inſtituta a S. Franciſco diſciplina abhorrens; de quo hæc Richardus b: *Frater Elias qui in eccleſia S. Franciſci apud Aſſiſium magiſter ordinis fratrum Minorum extiterat, proeo quod apud Gregorium Papam delatus a fratribus, quod male adminiſtraſſet, eum Papa ab adminiſtratione remouit, in odium Papæ Imperatori adhæſit.*

Helias Minorit. exauctoratus Pontificis odio deficit ad Frid.

a Ep. 74.

b Rich. in chron.

37 Defecere c contra alij ab Friderico, vt Rauennates, quorum vrbem Veneti prætidiario milite munitam defendendam ſuſceperunt: tum Guecillus de Camino, atque Albericus de Romano coitione facta Taruiſium, depulſo Iacobo Mora Friderici præfecto, occuparunt.

c Monach. Padebron. lib. 1.

Rauenna a Venetis erepta.

Taruiſium ab Alberico e Rom. occupatâ.

38. 39 Accenſo igitur bello in Italia inteſtino cum mala maiora impenderent, Pontifex ad elicienda ex occidente auxilia Iacobum epiſcopum Præneſtinum legatum miſit, qui vt Friderici tyrannidem, a quo antea itinere prohibitus fuerat, dum illi in Prouincia aduerſus Albigenſium reliquias legatio demandata erat, declinaret, peregrini cultum induit; de quo hæc Richardus d: *Præneſtinus epiſcopus legatus a Papa ad principes mittitur occidentis, qui ſpecie peregrini cum vno tantum ſocio per terram vſque Ianuam vadit, & in nauigio tranſfretauit.* Meminit eiuſdem legationis Nangius e.

Iacobus Card. mutato habitu in Gallias ad imploranda auxilia cum dit.

d Rich. in chron. hoc ann.

e Nangius in geſt. S. Lud. Pariſ. hiſt. Angl.

40. &c. Ceterum Gallicos præſules Iacobi legati opera magna e vectigalibus eccleſiaſticis ſtipendia Pontifici ad tolerandos in Fridericū belli ſumptus ſuppeditaſſe ſcribit Pariſius, pariterque in Anglia clerum Othonis legati induſtria ac Regis conſilijs incitatum ingentia pro Gregorio ſubſidia coegiſſe, de quo etiam Fridericus plurimum in literis f ad Henricum miſſis queſtus eſt. Hiſpaniarum vero Reges quamuis eximie erga Romanam eccleſiam affecti eſſent, continuis tamen Saracenorum bellis impliciti ſtudia ſua literis tantum explicare potuerunt: ex quibus Ferdinandus Caſtellæ Rex accepta Eccleſiæ & imperij ex pontificijs literis diſſenſione, magno ſe dolore affectum ſignificauit Gregorio, atque oratorem ſolertem tranſmiſit, vt de redintegranda concordia ageret cum Friderico; ac literas amoris & obſeruantiæ notis inſignes exarauit g.

Suppedita ta a Gallis Angliſque nonnulla Pont. auxilia.

f Ext. apud Petr. e Vin. & Par.

Ferd. Rex Caſtel. oratorem mittit pro redintegranda inter Pont. & Frid. concordia.

g Ext. apud Greg. reg. 14. ep. 38.

46. &c. Prætereundum hic non videtur, Ferdinandi ſtudio, Salamanticenſem academiam efloreſcere hoc anno cœpiſſe h, cum eam ab Alfonſo auo Palentiæ conſtitutam in eam vrbem traduxiſſet, cuius amœnitas literarum cupidos eo facile pellectura videretur.

Salamanica academia inſtituta a Ferdinando.

h Mar. l. 13 de reb. Hiſp. c. 1.

60. &c. Reſloruit in Luſitania ſplendor eccleſiaſticæ dignitatis, quæ ſuperiori anno Regis & Fernandi ipſius fratris effrænata licentia admodum labefactata fuerat: Ioannes enim decanus Vlyſiponenſis tantis affectus ab ijs iniurijs eccleſiam illam libere adminiſtrandam ſuſcepit, iuſſique i a Gregorio Rex, clerus, ac populus debita obſeruantia colere & complecti nouum epiſcopum: At Ferrandus de Serpa Alfonſi olim Regis Luſitani filius, qui immani in Ioannem tunc electum furore percitus, maximis ſeſe ſceleribus contaminarat, illius affines patrio ſolo exegerat, bona eccleſiaſtica expilarat, profanarat altaria, clericorum ſanguinem fuderat, alios verberibus, vulneribus alios, aliiſque grauiſſimis iniurijs affecerat, diuino ſpiritu afflatus, ob tot commiſſa flagitia vrente conſcientia Romam venit, vt veniam criminum ad Pontificis pedes abiectus ſupplex flagitaret, atque anathematis vinculis, quibus erat irretitus, abſolueretur. Cuius ſcelera Gregorius venia delcuit, ea tamen lege, vt ad damna illata reſarcienda, ac pœnitentiam ſeueriorem peragendam adſtringeret, quæ literis ad epiſcopum Oxomenſem miſſis expoſuit a.

Ferrandus e Serpa fugitiorum veniam a Pont. poſtulat.

i Lib. 13. ep. 184 & reg. ſeq. eand. ep.

a Lib. 13. ep. 183.

64 Accepit etiam a Ferrando Gregorius fidei ſacramentum, quo ille ſeſe Romanis Pontificibus ad Eccleſiæ iura in regno Luſitano defendenda, atque ad obſeruandum & colendum ſedis Apoſtolicæ legatum deuinxit b. Ad meliorem itaque mentem reuerſum apoſtolicis beneficijs complexus Gregorius in ſuam illum clientelam recepit c: cumque inter eas pœnas, quas ipſi ad expianda patrata ſcelera impoſuerat, hoc dediſſet imperium, vt tribus annis in Saracenos bellum gereret; ijs qui ſub regijs ſignis aduerſus illos meruiſſent, ſeu eleemoſynas in tam pium opus contuliſſent, indulgentias eſt elargitus d: Luſitanis præterea epiſcopis poteſtatem fecit e cenſuris ob iniectas eccleſiaſticis viris manus irretitos ſoluendi, qui arma aduerſus fidei hoſtes induerent: archiepiſcopo Compoſtellano præcepit f, vti Luſitaniæ præſules alioſque eccleſiaſticos omni ſtudio impelleret, vt Ferrandum Saracenis bellum inferentem opibus ſuis iuuarent. Ferrando quoque permiſit g, vt quas e Saracenorum terris, cum in eas excurreret, prædas abduxiſſet, atque etiam nonnulla bona ſua, exceptis tantum ferro, equis, armis, ac ligno ad conficiendas triremes apto, quibus Chriſtianos poſſent lædere, Saracenis diſtrahere poſſet ad redimendos captiuos. Ita ille potentiam, quam antea ad infectandos Chriſti miniſtros effuderat, ad expiandum crimen fortiter in illius hoſtes conuertit.

Sacramento adigitur ad tuenda pontificia in Luſitania iura.

b Ib. ep. 183.

c Ep. 155.

d Ep. 157. 161.

e Ep. 158.

f Ep. 159.

g Ib. 177.

65. &c. Huic regio pœnitenti præpotentem alium principem, nimirum Lantgrauium Thuringiæ coniungamus; de quo Gregorius ad Hildeſemenſem ac Merſeburgenſem epiſcopos hæc ſcripſit h.

Lantgrauius Thuringiæ priuitę genus ſectatur.

h Ep. 101.

Gregorius, &c. Gaudemus in Domino quod, ſicut accepimus, eo miſericorditer inſpirante, dilectus filius nobilis vir Lantgrauius Turingiæ, & quidam alij terræ ſuæ a noxijs retrahi, & dirigi ad ſalutaria cupientes adinſtar fratrum, qui dicuntur de pœnitentia, elegerunt cum vitijs & concupiſcentijs ſuis crucifigere carnem ſuam, vt ſub temporalis vitæ compendio Regi militantes æterno, ab eo cæleſtis beatitudinis ſtipendia conſequantur. Dignum igitur reputantes, vt tales prærogatiua gaudeant gratiæ ſpecialis, mandamus quatenus eis fauorabiliter aſſiſtentes, non permittatis ipſos contra pium eorum propoſitum ab aliquibus temere moleſtari, ne in tam digno Domini famulatu valeant impediri. *Dat. Anagniæ* VII. *kal. auguſti pontificatus noſtri anno* XIII.

In clientelam apoſt. accipitur.

68 In Polonia Boleslaus Pudicus Cracouiæ dux

Boleslaui voris exẽplo virginitatem colit.

dux hoc anno, vt tradunt annales Polonici, vxorem duxit Kingam siue Kunegundem Belæ Regis Hungariæ filiam insignem sanctitate, formæ pulchritudine, ac morum elegantia conspicuam virginem, quæ virum ad colendam pudicitiam exemplo suo pellexit, vnde Pudici gloriosum nomen sibi peperit. Non caruere miraculo sanctæ illius virginis vitæ primordia, vt notat Longinus [a], qui præclarissimum hoc de illa narrat: *In primis, quibus in lucem infantula edebatur, horis non ab ejulatu & lacrymis, vt cæteri infantes, sed a Gabrielica denunciatione suos auspicata est ortus. Clarum enim, articulatum & sonoram: Ave Regina cælorum: in idiomate Hungarico edidit vocem. Quartis insuper & sextis, feriis semel tantummodo sugere vbera contenta, præsulem bonum Nicolaum in ipsa infantia emulabatur.*

[a] Long. l. 6.

Kinga eius vxor nascendo virginem saluat.

69 Conciliatam illorum purissimorum coniugum societatem Salomeæ Regis Colomani vxoris opera scribit Longinus [b], vt quæ virtutes Kunegundis eximias exploratas haberet: ipsam vero Salomeam Reginam pariter cum viro Colomano coluisse virginitatem scribunt nonnulli [c], quam laudem pium principem egregio asserendæ in suum splendiorem fidei studio cumulasse docent pontificiæ literæ, quibus Gregorius cum diligentem illius operam didicisset, quam in excindendis e Bosna delendisque hæreticis, fide catholica amplificanda, diuini Numinis augenda gloria collocaret, magnis eum laudibus ornauit, incitauitque vt bene cœpta felicius prosequeretur [d].

[b] Long. vbi sup.

[c] Cbro. l. 3.

Gratulatur Colomano Regi haeresim in Bosna delenti.

[d] Lib. 11. ep. 176.

70. &c. Explicuit quoque Gregorius pro asserenda in Gallijs contra hæreticos fide pontificium ardorem: Iacobum enim Prænestinum episcopum, de quo superius a nobis mentio facta est, non ad comparanda modo auxilia, verum etiam ad rem Albigensem componendam misit; neque enim ita malum sanatum, vt non interdum recrudesceret; atque hoc anno hæreticos adeo se efferre ausos scribit Nangius [e], vt etiam munitiones, quas obtinebant Franci, obsidere tentarint. Ad quos debellandos missum ait Ioannem de Bellomonte magno succinctum exercitu, illumque arcem munitissimam, cui mons Regalis nomen erat, obsidione cepisse, moxque loca alia hæreticorum magna celeritate ac fortitudine in suam potestatem redegisse.

[e] Nang. in vit. S Lud. Compressæ in Gallijs nonnullæ Albigensium reliquiæ.

78. 79 Comparabatur hoc tempore in Gallijs ingens crucesignatorum exercitus: quorum alij ad Constantinopolitanum imperium contra schismaticos, alij in Syriam aduersus Saracenos iter carpebant; sed cum Gregorius ob ingrauescentem schismaticorum potentiam promptiora Constantinopoli auxilia submittenda arbitraretur, huius anni initio conficiendæ expeditioni maximo studio operam dedit [f], ac nonnullos, qui se bello Syriaco deuouerant, vt Achaiæ principem, ijsdem propositis indulgentiarum præmijs aduersus Vatacium arma vertere iussit [g]; tum nonnulla pecuniarum subsidia, quæ crucesignatis in Syriam profecturis addicta in stipendia fuerant, ad Balduinum deriuari: quæ res ingrata admodum Theobaldo Regi Nauarræ sacræ expeditionis duci, alijsque proceribus eius signa secuturis accidit, quocirca apud Pontificem grauissime sunt conquesti, videri terræ sanctæ curas abiecisse, dum opes quæ ad id conferendæ erant, alio auerteret. Quibus Gregorius eam sinistræ opinionis nubeculam ex eorum animis deterit, se

Geminant Galli in Græciam & Syriam expeditionem suscepturi,

[f] Lib. 12. ep. 170.

[g] Ib. ep. 168

Queritur Rex Nauarræ iter Syriacum segnius agi a Pont.

videlicet ad tuendum Constantinopolitanum imperium propterea incumbere, quod amisso eo, sacrorum locorum laborantium periculis facile consuli non posset: eosque demum ad suscepta pia consilia strenue perficienda, incitauit [a].

ald. ep. 399

80. 81 Maturare reditum in orientem conatum Balduinum ob auditam Ioannis Brennentis Imperatoris mortem, narrat Gualterus Communs [b] archiepiscopus Senonensis, qui Balduini familiaritate vsus est, hisce verbis: *Dum in partibus Gallicanis moram faceret hereditatis propriæ*, nempe comitatus Namurcensis & Curbineri, *& in perendo subsidio soliciti plurimum esset intentus de partibus Romaniæ susceptæ nuntium, qui aures eius & animum subitis rumoribus perculit & turbauit; nuncians enim, prout res erat, virum illustrem Ioannem Imperatorem socerum suum iuxta naturæ debitum subiisse vitæ mortali: statum etiam Constantinopolitanæ ciuitatis, & terræ alterius; si quem extra muros eiusdem vrbis habebat, ita per incursus hostium arctatum penitus & oppressum, quòd vix ad campos pateret aditus.* Porro Ioannem Brennensem Imperatorem, ac duorum Imperatorum orientis atque occidentis socerum multa prospera & aduersa passum, cœlestibus vitijs admonitum, vt depolito imperatorio fastu Minorum ordini se aggregaret, purpuramque imperialem cum Franciscana veste commutaret Iordanus narrat, confirmatque Vvaddinghus: in extremo vero eo morbo pia hæc verba reperisse idem Iordanus refert [c]: *O dulcissime Iesu Christe, vtinam ego, qui delitiose in pompa sæculi vitæ vestibus pretiosis indutus, sic possem, sicut affecto, in hoc humili habitu cum sacco ad collum eleemosynas petendo ostiatim tuæ sanctæ paupertatis & humilitatis sequi vestigia.*

[b] Gualter. archiep. Senonen. in hist. 10.

Balduinus audita morte Ioh. Bren Imp iter in orientem maturat.

[c] Iord M S. bibl. vatic. Vvadding. in annal. Minor ann. 1240. Ioannis morientis pia verba.

Gessisse illum re vera imperatorios apices certissime constat non modo ex supradictis, sed etiam ex Gregorio Pontifice [d], qui illum Imperatorem & Balduinum virum nobilem eodem orationis contextu in literis dicere solitus fuit: cõstat quoq; ex interruntijs apostolicis, qui ad Vatacium & Germanum patriarcham missi in suæ legationis gestæ historia [e] Ioannem similiter Imperatorem appellant: constat demum ex ipso Balduino, qui in diplomatibus imperij sui annos a morte Ioannis Brennensis numerum ab hoc anno tantum contignat: si qui vero contraria scribunt historici, vel ij errore lapsi sunt ex tumore falso, vel ex insito in Ioannem odio scripsere, vt Georgius Logotheta, qui Ioannis dignitatem ac res ab illo præclare gestas ductus liuore extenuat, vt alibi demonstratum est.

[d] Greg. l. 11 ep. 95. & l. 12 ep. 314

[e] Ext. in lib. conf. vat. bibliot.

Ducius porro est hoc anno a Balduino II. Imperatore florentissimus exercitus, quem Georgius Logotheta refert [f] ex Gallia eduxisse sexaginta bellatorum millia, perque Germaniam ac Pannoniam & Bulgariam irrupisse in Græciam, coniunctisque sibi Bulgaris Tzurulum expugnasse; præterea Ioannis Vatacij classem nauali prælio a Latina profligatam fuisse: licet enim Græca classis triginta uriremibus egregie instructis comparata esset, tamen tredecim Latinorum triremes tredecim alias Græcas conserto prælio cum viris & armamentis cepisse impetu, aliasque fugasse. Addit demum auctor Ioannem Vatacium arte vsum, atque Asanem Bulgarorum Regem iterum a Latinis partibus ad suas abduxisse, ex cuius defectione Constantinopolitanæ res labefactatæ fuerunt. Adducta quoque erat in discrimen a Sara-

Balduinus exercitum ex Gallia in Orient. ducit.

[f] Georg. Logoth. Tzurulum expugnat.

cenis

cenis Ierosolymitana res, ad quam restituendam Theobaldus Nauarræ Rex cum validissimis copijs e Massiliensi portu hoc anno soluit, vt refert Richardus de S. Germano a.

a *Richard. annal. m.s.*

IESV CHRISTI
annus 1240.

Indict. 13. GREGORII PP. III. annus 14. FRIDER. II. IMP. OCC. 21. BALDVINI II. IMP. OR. 2.

1 FRidericus Romanæ ecclesiæ ditionem vastare atque inuadere aggressus, infesta signa ad Viterbium vsque circumtulit. Cuius animaduersa audacia Gregorius Papa, vt illius furorem comprimeret, iterum ad præsules scribere coactus est, illum vinculis anathematis irretitum, omnesque fidei sacramento subditos absolutos promulgaret, vt cum populos sibi obnoxios desciscere videret, Apostolicam sedem opprimere detineret. Verum scribit Stadensis archiepiscopos & episcopos Theutonicos se apud Pontificem, ne id facerent, excusasse, vtque ad pacem cum principe conciliandam descenderet postulasse: in Gallijs tamen ac Dania solemni ritu id peractum est. Addit Parisius illam etiam in Anglia sententiam publice lectam fuisse, ac Fridericum missis legatis ac literis b querelas multiplices apud Regem effudisse, spretis affinitatis vinculis nomen suum adeo fœde laniari ac publice traduci passum esse, atque etiam inconsulte thesauros ad mittenda capitali suo hosti subsidia exhausisse; cum maxime ipsius causa ageretur, ne Pontifex principibus ac Regibus seruitutis iugum imponeret. At Henricus perniciosis ijs consilijs subornari se non passus, coacto suorum consilio, ita eius querelas retudit, se præ cæteris orbis principibus ad capessenda alacrius Pontificis, cui fiduciario iure obstrictus esset, imperia teneri.

Detrectat Germ. præsules lata in Frider. sententiam promulgare.

In Dania, Gallia, Anglia, solemni ritu iecta.

b *Recitat eas Paris. hist. Angl.* Queritur Frid. de Henr. Angliæ Rege Pontificias partes efferre.

2 Porro Gregorius cum aduersus se intolerabili peruicacia ferocientem Fridericum, ac noua in dies Ecclesiæ conflare pericula videret, illum solio deturbare imperiumque in alium principem, scriptis ad electores literis, vt nouum sibi Imperatorem præficerent, transfundere est conatus, ne sub illius tyrannide Christiana respublica diutius ingemisceret. Verum a principibus aliquos Papæ rescripsisse Stadensis ait, non esse pontificiarum partium Imperatorem adepta exuere dignitate, sed tantummodo electum a principibus imperij ornamentis insignire. Qua in re illi pontificia iura parum æqua lance librarunt; cum non modo ratio, verum exemplis pluribus, quæ ex Baronio peti possint, testetur antiquitas summum Pontificem ea potestate pollere, vt principes tyrannos e culmine imperatoriæ regiæue dignitatis deijcere possit, cum ingens aliquod animarum saluti ex eorum prauo regimine discrimen imminet, vel illi datam, dum solemni apparatu diademate redimitus fuit, fidem, ac sanctissime tactis altaribus nuncupata sacramenta insigni perfidia labefactant. Quæ omnia in Friderico concurrisse liquet, cum innumeras ille clades Christianis moribus, ecclesiarum libertati, pontificijique iuribus intulisset; foueret Saracenos, Crucifixi bona raperet, clericos innoxios trucidaret, ditionem pontificiam inuaderet, hæresi sese inquinaret, fidem frangeret, sacramenta toties data violaret, atque a Christo

Scribit Greg. ad principes electores nouum sibi Imp. præficiant.

Respondet nonnulli non esse Pontifici electum exuere imperio sed ornamentis Imp. induere. Refellitur ea sententia.

institutam potestatem, Petroque collatam euertere niteretur, vt illorum temporum historia fidem facit.

3. 4 Interea ille populos, qua promissis corrumpere, qua metu percellere, atque in suas partes contra Pontificem pellicere studebat, vtque fert humana conditio, alij ipsius fraudibus succubuere, vt Aretini & Senenses, alij, vt Florentini egregio animi robore induti, sese omnibus periculis pro Ecclesiæ dignitate obiecere, aduersus quos Fridericus laxatis iræ habenis suum virus effudit.

Senenses a Florentinis diuexati Frider. cũ in auxiliũ euocant.

5. &c. In Piceno etiam immisso Enio filio notho turbas Fridericus excitauit, cuius partes Auximani & Fulginates secuti sunt: verum Recinetenses, Spoletini, Assisinates, Perusini ac Tudertini in fidei constantia spreto hoste perstiterunt. Firmissimi velut columnæ immobiles, vt ait Gregorius, ac præ cæteris Spoletani, rapinas & incendia bonorum suorum pro tuendo matris Ecclesiæ honore æquo animo sustinuerunt.

In Piceno aliqui populi ad eũ deficiunt.

9. &c. At si Spoletani ob suam in fide Constantiam laudes iustissime promeruere, non minore infamia Viterbienses prodita Pontificis causa sese aspersere, qui Fridericum iam Fulginio in Apuliam se subducere meditantem summo Ecclesiæ damno nec minore iniuria excluerunt, ac finitimos populos traxere ad defectionem, adeo, vt tradat Gregorij vitæ auctor, summum Pontificem circum vndique periculis, ac Fridericiano exercitu circumfusum ad diuina auxilia confugisse; & solemni indicta supplicatione, principum Apostolorum capita per Vrbem circumtulisse, sacraque pietate accendisse Romanos, vt damnatis tyranni partibus triumphali crucis signo sese insignirent. Exarsit inde magis Fridericiana persecutio, quam describit idem auctor, subditque: *Vbi blasphemantium, quæ conuenerat, multitudo censu corrupta cæsareo, facunda exhortatione sermonis, & negotij nouitate conuersa triumphum matris Ecclesiæ proclamabat in sui conuulneris iniuriam, crucis munita præsidio, charactere depresso antichristi, Romanis cuiuique conditionis & sexus pro tutela ecclesiastica libertatis assumentibus primus signum crucis erexit.*

Viterbienses Friderico adhærent.

Ad crucis inuendã Romanos excitat Greg. Romani pluies a Friderico arcta cor ripti repẽte animis mutati arma corripiunt. Vetat Frid. interdicta mortis pœna crucem gestare. Horrenda Frid. crudelitas in eos, qui se crucem consignant.

13. 14 *Ex hoc furentis immanitas proposito desperationis accensa, sit Deo contraria, & in Redemptoris iniuriam armatur; horrendum procedit de prætorio crudelitatis edictum, per quod crucis gestantes characterem pœnis subjiciuntur atrocibus: alij candentis ferri stigmate ad modum crucis in fronte consignati; alij membrorum fœda mutilatione deformes: quidam amputantur coronis sacri ordinis improperium redditi; multi exusti flammarum incendijs: nonnulli vero in loco crucis clauis crudeliter perforati, in grauem infœlicitatis indicium, ac publicam contumeliam crucifixi. Sacerdotes quidam vexillo crucis venerandæ munitis in alto palearum * culmo ligati expositi crucis suæ ignem recusantes deponere, suppositio igne concremantur, qui supra modum conditionis humanæ intrepidi: Te Deum laudamus, voce valida & constantia inuicta decantantes, ipsius hymni sequentia vsque ad: Te martyrum candidatus laudat exercitus; profecti, vndique iam flammis crebrescentibus obsiti inter ipsius versiculi verba animam sanctissimam Christo reddiderunt, pro cuius nomine tyranni sœuitiam & ignis incendia non expauerunt.* Cum porro Fridericus Romanos

* *comodo* Sacerdotes in medijs flãmis quibus obgestam crucem erant iniecti Deo laudes concinunt.

Fridericus regnum Neap. ſe recipit.

cruce inſignitos aduerſus ſuam tyrannidem in arma proſilijſſe conſpiceret, Vrbis potiundæ ſpe abiecta in regnum Neapolitanum menſe martio ſe contulit, vt refert Richardus; traditque ingentem illum pecuniarum vim ab eccleſiaſticis Siculis abraſiſſe, vt Eccleſiam oppugnaret, comparatiſque nouis copijs Beneuentanos aggreſſum. Pertentaſſe etiam eam ciuitatem ſcribit geſtorum Gregorij ſcriptor: & ipſum a ciuibus, quos in fide Romanæ eccleſiæ conſtantes reperit, non ſine clade propulſatum.

Extrema gſtate Beneuentum jubet obſidione cingi.

15. 16 At quamquam Fridericus irrito conatu exercitum inde tunc remouit, menſe tamen auguſto fatigatos ob agrorum vaſtitatem, quæ vere illata fuerat, arctiori obſidione a Siculis cingi ipſſiſſe Richardus, de quo paulo ante memorauj, teſtatur. Nec minus illi impigre ad ſuſtinendos hoſtium impetus ſe accinxere.

17. 18 Cum vero ea ciuitas vndique hoſtibus cincta eſſet, nec vllæ auxiliares copiæ ad ſoluendam obſidionem eſſent ſubmiſſæ, ſequentis anni menſe aprili ad dedition em compulſam ſcribit Richardus a. Huius vero anni inclinante vere Fridericus, vt conſilia ſua Beneuentanorum fide, atque in Eccleſiam conſtanti animo eluſa vidit, intecta ſigna conflato ex diuerſis nationibus exercitu in Campaniam traduxit, & qua vi qua fraudibus graſſari cœpit; quos metu concutere non poſſet, promiſſis ingentibus delinire. Verum id truſtra, cum & viribus belicis & conſtantia atque integritate munitos reperiſſet: quare mox in Picenum mouit, vt incautos eos populos laceſſeret bello, atque opprimeret, vt narrat vitæ Gregorij auctor; hiſque hiſtoriæ ſuæ finem impoſuit, qui collatis pontificijs literis, & ſcriptorum probatiſſimæ fidei monumentis comparatis, veritatis amantiſſimus fuiſſe reperitur. Quæ porro tyrannus extendæ Romanæ eccleſiæ inhians geſſerit, perſtringit Richardus, ipſum, vbi per Picenum ſigna circumtuliſſet, irrupiſſe in Flaminiam, ac Fauentiam menſe auguſto obſidione cinxiſſe, quam ſequenti anno cepiſſe ſcribit.

Irrumpit in Romaniolam. Fauentiã obſidet.

19 Temperarunt ſecundos Friderici ſucceſſus nonnulli aduerſi caſus; Gregorius enim de Montelongo Apoſtolicæ ſedis legatus fœderatorum Inſubrum ac Venetorum auxilijs ſuccinctus Ferrariã recuperauit. Meminit illius obſidionis Richardus quod menſe aprili huius anni factum ait: Patauinus b vero monachus poſt menſium quatuor ſpatium expugnatam ſcribit. At Salinguerra, victoris arbitrio ſe permittere coactus, a Iacobo Teupulo Venetorum duce abductus in vincula ægritudine animi ſenioque octogenarius poſtea exaruit. Vertiſſe porro in Fridericum arma Venetos ad frangendam illius tyrannidem, cum ſub iugum eos mittere meditaretur, ex eius literis colligitur, in quibus ipſos perduelles appellat c.

Ferraria obſidione a legato ap. capitur

a Rich. in chron. ann. 1241. Cõſcripto potẽtiex ercitu Frid. Campaniã frustrã ogn ſit.

b Mon. Pad. chron. l. 1.

20. 21 Extulere præterea ſe aduerſus tyrannum nonnulli imperij principes, qui deteudendas partes pontificias ſuſcepere, inter quos Prouinciæ comes Arelatenſiſque archiepiſcopus ciuium ſtudijs fultus Friderico bellum indixere; quos Pontifex ad tuendam Eccleſiæ libertatem a Prænestino epiſcopo legato collectis in ijs prouincijs pecunijs iuuari iuſſit d. Alexandrini pariter pontificias partes ſunt ſecuti, quorum vrbem olim ab Alexandro Papa epiſcopalis ſedis ornamento ad Apoſtolorum principis, cuius nomini erat ſacra, decoratam exutamque ea dignitate ab' Innocentio, in priſtinum ſplendorem reſtituit. Sed ex funeſto Fridericiano bello ad nonnullos pijſſimos viros, de quibus in ſanctorum ordinem referendis agitatum eſt, narrationem traducamus.

c Ep. ad Mar. Par. hiſt. Angl Prouinciæ comes & Arel. arch deficiunt a Frid.

d Lib. 13. ep. 228. lib. 14. ep. 30. Alexandrini ad post partes transferũt. Ob eximium in Eccl. ſtudium epiſcopali ſede inſigniti.

22 Illuſtrabat Italiam hoc tempore miraculorum ſplendore Ambroſius Minorita, atque adeo ingentes populorum concurſus ad colendum eius ſepulcrum fiebant vt Vrbeuetani coacto concilio, ſummum Pontificem rogandum duxerint, vt illum in cælitum albo collocaret, cuius ſanctitatis tot præclara ſigna affulgerent; quare a, priori S. Ioannis de Platæa Vrbeuetani ordinis S. Auguſtini prouinciam dedit, vt quæ a ſancto viro patrata prodigia dicerentur, diligenter diſcuteret. Alijs vero literis inquirendi formam, omniumq; circumſtantiarum cuiuſque editi miraculi explorandarum rationem præſcripſit b. Plura eius miracula recenſet Lucas Vvaddingus c.

Ambroſius Minorita miraculis clarus.

a Ib. ep. 41.

b Ep. 42.

c Vvading. annal. Minor. an. 1.

23. &c. Coniungendus Carthuſiani ordinis religioſus vir, vitæ ſanctitate inſignis Oddo nomine, viſus eſt, qui cum iamdiu ante ſanctiſſime obijſſet, Marſiam per hæc lugubria tempora maximis miraculis colluſtrauit, de quo acta hæc referunt: *Pridie quam moreretur, diem & horam ſui obitus prænuncianit; cumque in lecto iam moribundus decumberet, hæc verba dicens auditus eſt: Expecta me, inquit, Domine, ecce ad te venio. Interrogatus autem a quodam ex aſtantibus quemnam alloqueretur: Iam enim, inquit, regem meum video, iam in conſpectu eius aſſiſto. Mox de ſtrato erectus elenatis & extenſis in crucis formam manibus expiranit die XIV. ianuarij, vt plurimi teſtium aſſeruerunt, tametſi in feſtinitate ſancti Mauri (quæ ſequenti die celebratur) vnus illum obiiſſe contendit.* Nec minus memoria celebrandum, dum ſepulchro condendus erat, illud contigit, vt alterius in eo quondam humati oſſa ſponte maxima cum ſpectantium admiratione, quaſi locum darent, in angulum ſeſe ſubduxerint. Cum vero Deus Oddonis ſanctitatem illuſtrare vellet, illius anima tribus noctibus ſplendore circumfuſa inſomnis archipresbytero loci Oderiſio ſeſe obiecit, iuſſitque abbatiſſam monaſterij monere vt ipſius corpus in loco honorificentiore poneret: anno MCCXXXIX. idem corpus omni corruptionis expers inuentum, ſuauiſſimum odorem ſpirauit, ac tum innumera eius beneficio miracula edita.

Pia eius mors.

Eius corpus corruptionis expers inuentum. Patrata ab eo miracula.

26. &c. In Hiſpania auctam admodum rem Chriſtianam hoc anno refert Mariana d, atque Hudielem Regem Murciæ Alhamaris metu, cui ſe imparem ſentiebat, in Ferdinandi Regis fidem ſe contuliſſe, Murciæque arcem ab Alfonſo Ferdinandi filio, præſidijs magna feſtinatione occupatam, ne, vt anceps barbarorum eſt fides, alia conſilia ſuſciperent. In Valentino etiam regno præclare a Chriſtianis certatum eſt, qui cum arcem Chium obſidione cinxiſſent, concurrentibus mox eo hoſtibus tanta multitudine, vt noſtros numero longe ſuperarent, diuino præſidio muniri glorioſiſſimam victoriam retulerunt. Cæleſtis vero auxilij ipſis ſubmiſſi, Chriſtique in ſanctiſſimo Eucharitiæ ſacramento præſentiæ illuſtre ſignum a Numine editum; cum enim ſacerdos diuina perageret myſteria, atque ſex numero hoſtias conſecraſſet, vt totidem ducibus exercitus, qui intererant, & Eucharitia refici, antequam inirent prælium, peroptabant, porrigeret, elato ad capienda in hoſtem irrumpentem arma clamore, omnibuſque ad pugnam conuo-

Murciæ arx Regi Caſtellæ a barbaris tradita.

d Marian. de reb Hiſp. l. 13. c. 2.

lanti-

Insigne de veritate sacramenti euch. miraculum.

tantibus, corporalibus diuinas hostias inuolutas recondidisset, partaque victoria ipsas venerabundus inspexisset, corporalia purissimo sanguine perfusa, atque hærentes illi hostias vidit, quæ Darocam in Aragonia, vbi venerationi fidelium sunt expositæ, translatæ fuere: de quo celeberrimo miraculo nonnulla manuscripta apud nos extant.

Promulgata aduersus infideles Estoniam infestantes sacra expeditio.

34 Inter hæc consulturus Gregorius Estoniæ neophytis, qui cum abiecta dæmonum superstitione veræ religionis cultum suscepissent, a finitimis populis adhuc teterrima mentis caligine bello impetiri non leues illorum excursionibus clades acceperant; archiepiscopo Lundensi ac suffraganeis episcopis sacri canendi classici, cogendarumque crucesignatarum copiarum ad retundendos impiorum hominum impetus, propositis indulgentiarum æternæque acquirendæ gloriæ præmijs, prouinciam dedit a.

a Ib. ep. 185

Episcopũ Prussiæ cõtra equites Teuton. defendit Greg.

35 Vt vero aduersus fidei hostes, neophytos Gregorius defendendos suscepit, ita episcopi Prussiæ clientelam, qui a barbaris captus sub duræ seruitutis iugo gemebat, eiusque ecclesiæ patrocinium arripuit; maximeque grauicribus eius querelis contra Theutonicos equites religiosos, qui nefarijs sceleribus, summo fidei detrimento, sese contaminarant, permotus est: accusati enim illi fuere Prutenos a fide Christiana amplectenda abducere, quo durius eos vexarent, neophytos ob eorum crudelitatem a fide, ad pristinam superstitionem defecisse; aduersus Prussiæ episcopum ingratos se admodum gessisse; post enim accepta plura beneficia, ac possessiones ingentes, cum ad iura episcopatus tuenda sacramento se deuinxissent, ea iam inuadere non vereri: nonnullos nobiles Prutenos bello captos, quos cum episcopo permutare poterant, liberos dimisisse: neophytum insignem nobilitate antea episcopo obsidem datum, quod pecunias ipsis nollet trãdere, per summum scelus necasse, ac vectigalia ecclesiæ atq. episcopi occupasse. Tam atrocia ergo facinora non æque ferens Pontifex, scriptis ad Mindensem episcopum literis, vt cœpta emendarent, irrogataque sarcirent damna, operam ipsum dare pro imperio apostolico iussit b.

b Ib. ep. 17.

Dux Lanciciæ patrati criminis pœnitentiã agit

36. 37 Dux etiam Lanciciæ immanissimo flagitio sese deuinxerat, interempto per summam sæuitiam Ioanne ecclesiarum Plocensis ac Vvratislauiensis scholastico, quem præcipiti iracundiæ æstu abreptus suspendio damnauerat: cuius flagitij causa a Petro archiepiscopo Gnesnensi anathemate perculsus publice fuerat, eiusque ditio interdicto supposita: cumque ille grauiora metueret, ad pœnitentiæ asylum confugiens, in sacro indicto conuentu crimen rite expiaturum magnanimi demissione spopondit. Cui iniunctum est vt oppidum Lonix aliasque possessiones ad id spectantes Gnesnensi ecclesiæ traderet, ita tamen vt nummum aureum duci in supremi dominij signum annis singulis persolueret, ecclesijsque Vvratislauiensi, Plocensi, & Cuiauiensi certa iura ac bona conferret; præterea absolutionem impertitam a summo Pontifice confirmandam supplex deposceret. Quibus impensis cum paruisset, a Gregorio flagitauit, vt absolutionem firmam ac ratam haberet. Cum autem ethnici ipsius terris imminerent, ac ob longa viarum interualla Romam conferre se non posset, Pontifex Vvratislauiensi episcopo, & Gerardo Cracouiensi canonico iniunxit c, vt

c Ep. 151.

pro criminis immanitate pœnas dignas ei infligerent.

38. 6ec. Verum si pœnitentis principis lacrymæ Pontifici gratæ exitere, non minori gaudio Regis ac Reginæ Georgianorum, Romanæ ecclesiæ sese conungere cupientium literæ illius animum lætitia perfuderunt. Fuit enim diuinæ prouidentiæ insigne exemplum, vt eo tempore, quo plerique Fridericianæ persecutionis impetu abrepti in Italia ac Germania funesto schismate ab ecclesia Romana seiungebantur; tum principes ac populi ignoti, totque interuallis locorum submoti ad sacrum illius gremium connolarent. Georgiana enim Regina Rusudes, ac Dauid eius filius per hæc tempora Ecclesiæ se imperijs submisere, atque auxilium a Pontifice contra Tartarorum impetus expetierunt, qui primum victores funestas clades ac vastitatem immanem Georgiæ intulere; sed tandem victi pœnas fusi Christiani sanguinis luerunt. Eo igitur nuncio mixtis mœrore gaudijs accepto respondit Gregorius, crucesignatas copias in Georgiam mittendas comparari non posse, cum in Ecclesiam Fridericus grauem procellam excitasset, & bella inter Christianos aleret: ferendi auxilij occasionem ob tanta locorum interualla eluere, antequam Tartaricæ irruptionis rumor peruenisset: si e Syria in Georgiam auxilia submitti cogitaret, interiectos Saracenos obicem posituros; demum Ecclesiam in Syria ab Saracenis, in Hispania a Mauris, in Italia ac Germania a pseudochristianis impugnari: quod vero de conungenda Romanæ Georgianorum ecclesia attineret; se ad id perficiendum aliquos ex Prædicatorum familia pietate ac literis conspicuos viros mittere, atque ad eos populos in suscepta mente confirmandos, & Romanæ ecclesiæ in eorum oculis collocandam maiestatem, cui omnes Christianos ad salutem adipiscendam subesse par esset, fortissimis argumentis Petri primatum ostendit a, tum addidit: *Oportet*, inquit, *fily charissimi, vt & vos & cæteri vestræ iurisdictioni subiecti Romanum Pontificem B. Petri successorem, & Christi vicarium patrem & caput fidei nostræ humiliter agnoscentes & dolentes, quod id bonum præteritis temporibus non fecistis; ei & ecclesiæ Romanæ vestri & in vs, quæ ad salutem animarum vestrarum, quam & nihil aliud postulamus a vobis, obedire curetis, &c.*

Georgia a Tartaris infestata.

Regina Rusudes auxilia a Gregorio poscit.

a Lib. 13. ep. 198.

47 Hoc anno Gregorius episcopum Nameticensem conspicuæ virtutis, spectataque doctrinæ virum ecclesiæ Ierosolymitanæ a se præfectum cum apostolicis literis b ad patriarchatus illius archiepiscopos cæterosque præsules datis misit.

Nameticensis episc. ad patr. Ierosol. translatus

b Ep. 54.

48 Confluxerant plures ex occidente in Syriam copiæ, quas extremo superiori anno Theobaldus Nauarræ Rex ductarat, ac præclara rei gerendæ affulgebat spes, si inanis gloriæ cupido Christianos principes non distinuisset: scribit enim Nangius c Britanniæ comitem aliosque missis exploratoribus in circumiecta Damasco loca, excurrisse, prædamque ingentem in castra auexisse: at Henricum comitem de Barro, Richardum de Caluo monte, & Anselmum de Iniula, bellica laude præclaros, parta a Britanno gloriæ æmulos, non communicato cum illo consilio, in Gazensem agrum irrupisse; sed hoste in eos incurrente, cæsos ac deletos, paucitumque tantummodo nonnullis nobilioribus, qui in seruitutem abducti sub iugo Saracenorum luxe-

c Nang. de gest. S. Lud. Reg. ann. præced.

Britanniæ comes plura e Sarac. spolia auehit. Alij principes eius gloriæ æmuli irrũpunt in Saracenas atque extrema clade fusi.

luxere, de quibus Nangius: *Igitur*, inquit, *quia vanis laudibus temporalis militiæ inhiantes, sicut mos est hodie militibus nostris, non attenderunt, vt deceret, congrue commodum terræ sanctæ, a communi consilio recedentes, iusto Dei iudicio cesserunt; & quia non habuerunt sapientiam, propter suam insipientiam perierunt.*

49 Perculsi eo aduerso casu Christiani fluctuabant, cum Richardus Cornubiæ comes magno cum exercitu, quem ex Anglia eduxerat, appulit [a], & iacentes omnium animos excitauit. Agitatum mox de asserendis in libertatem Christianis, aut redintegrando in Saracenos bello, qui demum ad incertos illius euentus declinandos ad eam concordiæ pactionem venere, vt captiui in pristinam restituerentur libertatem. Affert Parisius Richardi comitis literas ad Deueniæ comitem aliosque proceres datas, quibus in miserando rerum statu iacentem terram sanctam se reperisse ait: Christianos mutuis inter se odijs diffidere, ac nonnullos principes superbia tumidos in perniciem terræ vires conuertere, quas aduersus Saracenos impendere debuissent: Nauarræ Regem ac Britanniæ comitem imminente ipsius aduentu abscessisse, ac fucatas inducias cum soldano Nazer pepigisse: erigendis proinde terræ sanctæ collapsis rebus dare operam difficillimum fuisse, cum aliorum auxilio destitutus esset: se tamen honestas inducias cum soldano Babyloniæ pepigisse, solutos vinculis viros nobiles, omnesque in gesto a Francis bello vtrinque in libertatem vindicatos: nonnullas Christianis terras redditas in muniendis, instaurandisque oppidis nauatam operam, ac se proximam Ascaloni arcem, ac firmissimam duplici cinctam muro extruxisse; quæ maximo Christianis vsui tum ad erumpendum in hostium terras, tum ad Christianorum defendendas futura erat; ingressumque rebus perfectis mare post multa tædia tolerata ad Siciliam appulisse, & mœrore pressum fuisse, dum discordiam ardere, ac nonnullos Anglos præsules captos audisset: se vero Romam contendere, vt paci redintegrandæ ac liberandis captis operam nauet. Quæ omnia licet hoc anno gesta non sint, congerere tamen ex occasione voluimus. Iam ad superiora redeamus.

[a] *Par. hist. Angl.* Richardus Cornubiæ comes in Terram S. appellit.

50 Peruaserat in occidentem cladis acceptæ fama, ac Fridericus vt existimationem colligeret, literas ad soldanos Damasci & Babylonis dedit, quibus edixit humaniter captiuos haberent ac præcipue nobilitate spectabiles: ni facerent, graues incussit minas, se contra ipsos totius imperij vires adducturum. Quamobrem Romanorum beneuolentiam, ac plurium, qui in eius fide fluctuabant, conciliauit, atque aduersus Pontificem irritauit. Verum concussa tot aduersis Syria respirare tandem cœpit: Hermanni enim militiæ Templi præfecti literæ allatæ a Parisio fidem faciunt, Damasci soldanum omnes terras vltra Iordanem sitas Christianis restituisse, atque arctissimum cum ijs fœdus aduersus Babylonij impetus fecisse, ne pacem cum illo pangerent, ni Damascenus consentiret; nec vice versa Damascenus conficeret, ni Christianus approbaret: id porro fœdus illum exoptasse non terrore Christianorum, sed diuino instinctu adductum; tum etiam spem iniecisse fore, vt abiecta Mahometica superstitione Christianæ religioni nomen daret.

Eius rei gestæ.

Sultanus Damascen cũ Christ. aduersus Babylon. fœdus scit

51 Cum ad terram sanctam e manibus impiorum liberandam teneri a Latinis Constantinopolitanum imperium maximi interesse probe nosset Pontifex, ad submittendas illius subsidio copias intentus, vt eidem nutanti imperio contra Vatacij tyranni impetus, qui Græcorum opibus & armis fultus plures iam ciuitates in suam redegerat potestatem, opportune succurreret, magistrum ordinis Prædicatorum in Hungariam literis admonuit [a], vt tum ipse tum sui, qui in diuino verbo promulgando eloquentia pollerent, Hungaros ad ferendum rei Constantinopolitanæ auxilium concitarent; & eorum vota, qui ad petendam terram sanctam se adstrinxissent, cum altera expeditione commutarent, cum imperio illo corruente Syria ruinæ proxima videretur.

Solicitati Hungari ad bellum schismaticis Græcis inferendũ.

[a] Ep. 2.

Perculsus Hungarorum potentia Vatacius, vt seruire tempori atque artes astruere, vbi arma non valebant, nouerat, significauit Belæ Regi sacro se trahendæ in Romani Pontificis obsequium Græcorum ecclesiæ desiderio teneri: quo lætus nuncio Gregorius sequenti ineunte anno rescripsit [b] eidem Regi, dispiceret quid Græci, vt in fide contineri possent, pollicerentur. At Vatacij optimum consilium ad exitum non fuisse perductum argumento sunt aliæ Gregorij literæ postea ad Bernardum subdiaconum suum xv. kal. augusti sequentis anni datæ [c], in quibus illum Dei Ecclesiæque hostem appellat.

Vatacius præsefert Rom. Ecclesiæ cum iunctionẽ ambire.

[b] *Lib.* 14. *ep.* 221.

[c] *Lib.* 15. *ep.* 103.

52. &c. Cæterum reuocandorum ad Romanæ ecclesiæ coniunctionem Græcorum cura, cum iam sæpius de eo agitatum esset, vna ex illis arduis rebus esse potuit, ad quas concilium œcumenicum extrema huius anni æstate indixit Gregorius. Deuinctus præterea censuris ob concitatam in Ecclesiam persecutionem Fridericus ad Christianos Reges, ac præsules prouocarat, quos suæ causæ iudices admissurum præseferebat. Vrgebant alia etiam Ecclesiam mala urgentia, & grauiorum metus impendebat, cum Tartari deletis infidelibus populis ad Christianos exscindendos se accingerent, ac plures iam clades intulissent Georgianis. Agitabat denique Pontifex ad diuinam augendam gloriam plura consilia, ad quæ perducenda synodum cogendam censuit: vtque præsules ex omnibus regnis atque prouincijs venire facilius possent, Fridericum de inducijs interpellauit, qui ijs assentire recusauit, nisi a cogenda synodo abstineret, atque insuper ab ijsdem Insubres excluderentur, vt literis suis Henrico Anglorum Regi significauit. Ijs enim oppressis versutus princeps sperabat facilius destituram illorum auxilio Ecclesiam se in seruitutem redacturum. At perstitit in synodi cogendæ sententia Gregorius. Encyclicis ergo ille literis omnes Christiani orbis præsules proxima Christi resurgentis celebritate ad se venire iussit, quæ in regesto pontificio archiepiscopo Senonensi inscriptæ sunt, tum etiam Reges principesque, vt ad concilium accederent ipsi, vel mitterent oratores, inuitati.

Greg. concilij œcumenicum indicit.

55. 56 Percrebuerat indictæ synodi fama populosque sui expectatione commouerat; sed maxime Fridericum non mediocri metu affecit: ardente enim admissorum in Ecclesiam scelerum conscientia, se in futuro concilio exutum iri imperio arbitrabatur. Quare ad discutiendam synodum intentus, quæ non modo ad iusto supplicio percellenda eius crimina, verum ad Ecclesiæ quoque emarcescentem morum pulchritudinem reuocandam, ad prauos vius delendos, ad

Fridericus concilium terroribus discutere nititur.

excin-

excindendas hæreſeon reliquias, ad conficiendam contra Saracenos expeditionem, ad Tartarorum impetus propulſandos cogi iuſtiſſime poterat: ſparſis per orbem Chriſtianum literis terrores ac minas in eos, qui ſe itineri accingerent, circumtulit: infeſta venientibus futura itinera, cum in ea ſynodo habenda aduerſus ipſum coniuratio eſſet, ac non de concilianda pace, ſed bello inferendo agendum dicerent.

57. 58 Deterrebant plures a ſuſcipiendo itinere graniores Friderici minæ, quæ ſequenti anno longe maiori furore in præſules, quos mari cepit, ſeſe effuderunt. ſed Gregorius, quem rei triſtis exitus latebat, ad confirmandos ad conſtantiam præſules paulo poſt alias literas dedit [a], ne ob grauiora pericula, quibus Eccleſia iactabatur, Friderici minis frangi ſe paterentur.

[a] Lib. 14. pag. 49.

59. 60 Reuocatum ex Anglia Othonem legatum Cardinalem, vt ſynodo intereſſet, ſcribit Pariſius [b], qui de B. Eadmundo archiepiſcopo Cantuarienſi addit, cum per ea tempora eccleſias ſpoliari, ac libertatem proteri lugeret, atque etiam in Regis odium adductus eſſet, voluntarium exilium elegiſſe, profectumque in Gallias animum ad cæleſtium rerum contemplationem liberius quam antea, omnibus aliis curis exutum, in Pontiniacenſi monaſterio, in quo olim S. Thomas martyr Cantuarienſis commoratus tot palmas collegerat, intendiſſe: vbi iam corpore ſpontanea ſui macerratione attritus, contumptus vigilijs, exanimatus ieiunijs, pijſque alijs laboribus debilitatus, cum ad ſalubriorem excipiendam auram medicorum iuſſu ad villam Soyſſy delatus, ac dyſſenteriæ morbo correptus, puram ab huius mundi labe & contagione animam Deo reddidit; de cuius funere hæc idem auctor monumentis mandauit.

B. Eadmundus voluntario exilio Gallias petit.

[b] Pariſ. hiſt. Angl. hoc anno.

Eius obitus.

Miraculis inclareſcit

61 *Contigit inter itinerandum, dum ſacrum corpus portaretur, propter famam ſanctitatis ipſius, vt illuc confluerent agrotantes, ſanitatem a Chriſto ipſius precibus facilius poſtulantes; & factum eſt quod eundem vna die ter dignatus eſt Dominus manifeſte meritis ipſius ſancti exigentibus, miraculis præclaris, & titulo ſanctitatis inſignire.*

[c] Vita S. Raymundi, ex veteribus monum.

S. Raymundi pius obitus.

62 Hoc anno S. Raymundus, [c] Nonnatus Cardinalis S. Euſtachij, cum a Gregorio IX. Romam vocaretur ad affines Cardonæ comites profectus correptuſque lethali febri, cum a parocho Euchariſtiæ ſacramentum poſceret, iſque longiores moras interponeret, ab angelis religioſam pompam agentibus ritu eccleſiaſtico procuratus eſt ſacro viatico, mirantibus cunctis agmen illud religioſum cum diſcederet vicinum flumen ſicco pede calcaſſe: ſanctiſſimam deinde efflauit animam inter ſacras preces. Inclaruit poſt mortem maximis miraculis, ob quæ ſeruato ordine iudiciario in ſanctorum albo a Petro de Luna antipapa eſt collocatus, ac poſtmodum ab Vrbano VIII. vt ſanctus confeſſor Cardinalis coli iuſſus eſt, ac demum ab Alexandro VII. martyrologio Romano adſcriptus.

Sacro viatico ab Angelis munitus.

Primū ab antipapa deio a veris Pontificibus ſanctis adſcriptus.

* * *

IESV CHRISTI

Annus 1241.

Indict. 14.

GREGORII PP. III. FRIDERICI II. IMP. OC. 22. annus 15. BALDVINI II. IMP. OR. 3.

1. &c. LAceſſiuerant cæleſte Numen ſuis criminibus ſeptentrionales populi, ad quæ punienda, ſacro prouidentiæ arcano, ab vltimis terrarum oris excitæ gentes moribus incognitæ, barbarie immanes, ſordidiſſimæ aſpectu, repentina eruptione ſeſe effudere.

Tartarorū horrendæ excurſiones.

4 Ingreſſa igitur gens effera in Ruſſiam [a], Ruthenorum metropolim Kion vrbem ampliſſimam funditus deleunt, totaque Ruſſia direpta, cæſiſque principibus ingentem prædam abduxere, vt tuto eam loco conderent: reuerſique præcipites Sandomiriam expugnarunt, ac viros religioſos & magnum vtriuſque ſexus nobilium, atque ignobilium numerum, qui eo confugerant, trucidarunt. Dum oneſti ſpolijs recibant in Ruſſiam, Vvaradimirus Cracouienſis palatinus in eos impetum fortiſſimum fecit. Iuſi initio Tartari, captiuorumque multitudo in propinquas ſyluas fuga ſe recepit; ſed vbi exiguas Polonorum copias aduertere, reintegrato exercitu, Polonos numero oppreſſere; ingenti tamen ſuorum ſtrage perculſi in Ruſſiam receſſere, & nouis collectis copijs Poloniam iterum aggreſſi, eam vaſtauere. Aduerſus hoſtem Vvaradimirus copias raptim comparauit, & cum nobilitatis Cracouiensis lectiſſimo flore ac Sandomirientium reliquijs Tartaris occurrit: prima barbarorum aciem arcuri illa impreſſione fracta pedem retulit: inde conglobatis turmis irruerunt barbari, teloſque iam noſtros partim occidere, partim in fugam vertere; ex qua clade tantus terror Polonos inuaſit, vt in alias regiones & abditiſſima loca fugerent; ac Boleslaus Pudicus Cracouiæ ac Sandomiriæ dux cum matre & coniuge primum Pannoniam verſus, inde in Moraniam ad monaſterium Ciſtercienſe fugerit. Interea Tartari Cracouiam progreſſi & ciuibus vacuam repertam diripiunt, incenduntque.

[a] Per. hiſt. Angl. Nang in geſtis S. Lud. Sicero Annal. apud Canis. antiq. lect. tom. 1. p. 166. Longin. hiſt. Pol. l. 7. Bonfin. rerū Hung. dec. 2. l. 6. Matt. de Sarmat. l. 1. Cromm. lib. 8.

Ruſſiam & Poloniam vaſtant.

Vvaradimirus ſuus.

Secundo præbo iecrum profligatus.

Boleslaus Pudicus fuga ſibi conſulit.

Cracouia incenſa.

5 Contendere mox Vvratislauiam populis, atque opibus refertam: ſed Poloni pretioſis omnibus & commeatu in arcem exportatis, vrbi flammas iniecerunt, ne hoſtis illi inſideret: iamque cincta obſidione arx in periculum adducta erat, cum Czeslao viro ſanctiſſimo Dominicanæ familiæ in preces demiſſo, columna ignea e cælo lapſa & ipſius capiti imminente, tantus ſplendor in circumiectas late regiones eſt effuſus, vt omnium oculos perſtringeret, perculſoſque terrore barbaros fugam capeſſere cogeret. Vvratislauia protugi in Legnicam infeſta ſigna extulere, quo plures populos confluxiſſe didicerant.

Vvratislauia Czeſlai ope diuinitus liberata.

6 Interea S. Hedvviges deſerto monaſterio, in quo religioſam vitam excolebat cum virginibus Deo deuotis, tuto loco ſe recepit, ipſiuſque filius e Polonia maiori, ac Szleſia copias contrahebat. Concurrere ad illum plures proceres, & alij cruce inſigniti: iam enim contra Tartaros apoſtolica auctoritate velut contra communes Chriſtianorum hoſtes crucis ſigna explicabantur, & ſacri concionatores fideles in arma incitabant: ac licet S. Hedvviges, diuino ſpiritu edocta, filium ipſum in acie mortem oppeti-

Henricus dux in Tartaros ducit.

turum

Illius cladem a S. Hedvvige ipſius matre prædicitur.

ed by Google

iurum sciret, & Christianum exercitum deletum iri, vt sanctæ cuidam ac fidissimæ virgini prædixit, non tamen vultus serenitatem deiecit, sed immota & constans suam voluntatem diuinæ prouidentiæ arcanis consilijs accommodabat. Immo Henricum vt animose Christiani populi defendendi gratia in Tartarum prosiliret, spe æternæ comparandæ gloriæ inflammabat. Succinctus ergo Christiano exercitu religiosissimus princeps, a matris virtute non degener, suburbana oppidi Legnicensis prætergressus, quatuor vel, vt tradunt alij, quinque acies instruxit; in eo enim agmina diuisi Tartari, sed longe maiori numero, vt vnum eorum agmen omnibus Christianis copijs multitudine præstaret. Hostium tamen numerus generosos Polonos non terruit: iamque prima nostrorum acies magno impetu cum hoste congressa, primos Tartarorum ordines hastis confecerat, & gladijs cominus agi cœptum est; tumque barbarorum sagittarij Christianos circumegere, ac tantum telorum imbrem effudere, vt reliquæ Polonorum copiæ sine magno discrimine auxilio ire non possent. Proinde confixi sagittis primi cecidere, nonnulli ad reliquum Polonorum exercitum confugere: inde duo Christianorum agmina cum tribus barbarorum concurrere, magnamque illorum stragem ediderunt.

Primo impetu hostes fraßi.

7 Terga dantibus Tartaris ex illorum acie quidam erupit, qui huic inde celerrimo cursu inter vtrumque exercitum discurrens terribili voce, Polonica lingua intonuit: *Fugite, fugite*; Tartarica vero Tartaros ad pugnam constantiamque incendebat: qua voce perterritus Miecislaus Opolienfis dux tertio agmini præfectus non hostem sed amicum ex pietate esse vociferatum arbitratus, deserto prælio magnam militum manum, eorum maxime qui ipsi parebant, in fugam vertit. Qua re visa oculis, ac perlata, Henricus dux ingemiscens ait: *Prob dolor! magna nobis calamitas inflicta est*; non fregit tamen egregios ipsius animos ignaua aliorum fuga, sed quartam aciem, quam ipse ductabat, in tres Tartarorum acies a prioribus Polonis impulsas & concussas inuit, easque terga dare coegit.

Bellicum Tartarorũ stratagema

Constãtia Henrici.

8. 9 At quartum hostium agmen omnium maximum laborantibus Tartaris succurrit, atque in Polonos formidabili impetu irrupit. Verum Christianis fortiter ipsos excipientibus atrox pugna commissa est, in qua Tartarorum audacissimis cæsis parum aberat, quin Poloni victoriam reportarent: iam enim ad fugam spectabant barbari; cum ex hostibus quidam maximum præferens vexillum, in quo depicta erat Græca litera X. atque in hastilis acie summa præfixum erat caput teterrimum, e cuius mento hispida atque horrida barba pendebat, cœpit fortius signum adhibitis incantationibus quatere; atque illico dæmonis opera sulphureus vapor erumpere, fœtidissima nebula nostris offundi, stupere Christiani, omnis illorum virtus marcescere, languere animi, rigere seniamimes, arma abijcere, vel ignaue tractare. Contra Tartarus antea fractus redintegrata acie, collectisque viribus in nostros dæmonum arte fascinatos irruere, sœuire ferro & cædem horrendam edere. Inter alios Bolcslaus marchionis Morauiæ filius, & Pompo Hesternus cruciferorum Prussiæ supremus magister mortem oppetiere: Henricus dux strenuissime dimicans hasta confossus, plurefque alij nobiles Poloni fortissime pariter occubuerunt. At præstat hoc loco ea inferre, quæ in vita S. Hedvvigis Poloniæ ducissæ eius matris refert auctor a summæ fidei apud Surium b, qui ea ex gestis sanctæ mulieris diligentissime conscriptis, atque in Trebnicensi monasterio asseruatis, olimque oblatis Pontifici decerpsit.

Magicæ artes adhibent Tartari.

a *Vit. S. Hedu. c. 3.* b *Sur. to. 5. die 15. octo.*

10 *Vbi*, inquit, *comperit filium suum Henricum ducem a Tartaris in prælio occisum, sine vllis lacrymis, atque sine vllo doloris signo filiam suam abbatissam Trebnicensem, & nurum suam eius Henrici coniugem præ nimio dolore prope exanimatas his verbis consolabatur: Voluntas Dei est, & nobis gratum esse debet quidquid vult Deus & illi placet. Eadem hora exultante spiritu eius in Domino in cælum sublatis oculis & manibus: Gratias, inquit, tibi ago Domine, quod talem mihi dedisti filium, qui me dum vixit semper amauit, & magnam mihi præstitit reuerentiam; nec vnquam mihi vlla in re molestus fuit: & quamuis libenter admodum vellem eum habere superstitem, attamen multo gratulor ei, quod profuso sanguine tibi creatori suo iam est coniunctus in cælis. Ego eius animam tibi Domine Deus accurate commendo, &c.* Narrat idem auctor c, vt triennio antequam hac clade Henricus dux deleretur, ipsius cædem prædixerit, atque antequam cædis eius nuntius peruenire ad ipsam potuisset, diuinitus cognouerit.

S. Hedvvigis in ferẽda filij morte inuicta animus.

c *Ibid.*

11. 12 Pessumdederant Poloniam Tartari, cum ad agendas nouas prædas in Morauiam signa conuertere, grassarique sunt libere cædibus, rapinis, incendijs, cum nullus eorum furori occurreret. Vvenceslaus enim Boemiæ Rex suis diffisus viribus in tutis ac munitissimis locis se continebat, scriptisque ad finitimos principes literis eos hortatus est, vt hosti furenti breui ad ipsos penetraturo, ni auxilium ferrent, comparatis maximis copijs sese opponerent. Inter eos Saxoniæ palatinus in auxilium accitus Brabantiæ ducem socerum missis literis d rogauit, vt copias colligeret, & citissime ad ferendam opem prosiliret.

Morauiam Tartari populãtur.

d *Extant apud Mat. hist. Angl. hoc ann.*

13 Inter hæc ad placandum diuinum Numen indicta vbique ieiunia, solemnes supplicationes celebratæ, effusæ preces, crucis signa explicata, incitatique ad defendendum Christianum nomen in arma populi. Et fane insignis fuit omnium ætatum memoria celebranda S. Ludouici vox, quam suis annalibus inseruit Parisius. Perculsa nuntij terrore Regina Blancha, imminens Tartarorum periculum filio aperuit; cui Rex sanctissimus hisce grauissimis verbis: *Erigat nos*, inquit, *mater, cæleste solatium, quia si perueniant ipsi, vel nos ipsos, quos vocamus Tartaros, ad suas Tartareas sedes, vnde exierunt, retrudemus, vel ipsi nos omnes ad cælum subuehent.*

Placare precibus Deum nituntur Christiani

Egregia vox S. Ludouici in tartaros.

14 Scribit Nangius e præferoces illos populos, quamuis præteritarum victoriarum successibus elatos, Hungarorum veritos potentiam, dæmonum oracula popposcisse antequam signa inferrent, qui ita Deo Hungaros pœnis meritis afficere meditante, hoc responsum dederunt, quod refert auctor: *Ite securi, quia spiritus discordiæ & incredulitatis vos precedent, quia turbati Hungari vobis non præualebunt: sicque factum est: ante introitum enim ipsorum Rex & principes, clerus & populus inuicem diffidebant, & ideo parare se noluerunt; vnde pauore concussi hinc inde fugientes ad multa millia occisi sunt.*

Tartari in Hungar. irrupturi dæmones cõsulunt.

e *Nang. in gest. S. Lud.*

Ab ijs ad vastandam Hung. confirmati.

Laxa-

Vera Hungaricæ excidionis causa populi scelera.

15 Laxatas a diuina iustitia eo tempore malignis spiritibus habenas ad plectenda Christianorum crimina ex ijs colligitur. Ac sane si quis vastatæ Pannoniæ causas alrius perscrutetur, non Cumanos, vt Hungari, non Hungarorum discordiam, non Palatini imprudentiam, non ignauiam Belæ, sed potius Hungarici populi scelera accusabit: quæ in omnes inundasse visa, cum monachi ipsi nefando se vitio contaminarent. Extant enim Gregorij literæ a, quibus ante cladem precibus Belæ solicitatus archiepiscopo Strigoniensi prouinciam dederat, vt monasteria Benedictinæ familiæ lustraret, ac monachos, qui tanquam scurræ vagabantur ac flagitia, ad quæ mens ipsa horret, admittebant, coerceret: & paulo post diuini furoris virga Pannoniam percussit.

a Ib. ep. 217 Quantis & quam nefandis contaminata esset Hungaria.

16. 17 Diuisos in tres formidandos exercitus Tartaros fuisse scribit in suis ad Regem Angliæ literis b Fridericus. Et sane antea, cum Tartarorum rumor increbresceret, vastata Ruthena hostis limiti immineret, Bela collectis maximis copijs comitem Palatinum miserat, vt montium claustra insideret, aditumque hosti præcluderet, plures falso iactarum rumorem, vti sæpe euenerat, putabant: alij de industria sparsum, vt episcopi ad concilium a Pontifice exciti a suscipiendo itinere abducerentur. Budam se Rex. Bela contulit, indictisque regni comitijs decretum, vt omnes ad propulsandum hostem strenue sese compararent. Interim irrumpit hostis id. martij, & Palatinum resistentem fundit fugatque, ac per Pannoniam victor excurrens nullam quinque dierum itinere infert vastitatem, ne commeatuum inopia in reditu laboraret: inde nullo sexus, ætatis, conditionis discrimine strages immensas edit: quoties Hungari manus cum ipso conseruere, toties profligati.

b Ex. apud Par. hist. Angl. hoc ann.

Bathyßarbarum dux Palatinũ delet. Io ingressu vastitate abstinet. In recessu omnia ferro flammaque delet.

18. 19 Cum irruptionis in Pannoniam Tartaricæ, ac primæ illius cladis nuntius ad sedem Apostolicam peruenisset, Gregorius magno dolore affectus Regem Belam hortatus est, vt fortiter pro Christiano nomine dimicaret: indulgentiarum præmia ad bellum profecturis tribuit, quæ interram sanctam iturj acciperentur: atque ad sequenda crucis signa populos excitari iussit, quod non Stadensis c modo, sed literæ etiam pontificiæ d testamur.

Allato prima cladis nuntio Gregor. indulgentias crucem in Tartaros accepturis promulgat.

c Stad. in chron. ann. 1241. d Lib. 15. ep. 79.

20 Inter hæc Bela & Colomanus, collectis raptim validissimis copijs, ad coercendos hostium progressus Tartaris occurrerant: sed cum ingentem exercitum angustiori loco compressissent, inito cum hoste certamine in fugam acti sunt, & exercitus ad interneccionem cæsus; atque inter cæteros Colomanus Rhutenorum Rex idemque Sclauoniæ dux, maximarum virtutum princeps, singulari in excindendis hæreticis studio inflammatus, quique perpetuam cum vxore Regina Salomea virginitatem coluerat, occulto Dei iudicio interemptus, vt tradit Stadensis e, atque indicat Longinus f. Occubuere pariter in prælio plures antistites, inter quos archiepiscopi Strigoniensis & Colocensis, atque episcopi Iaurien sis, Transiluanus, ac Nitriensis pro omnibus animas fortissime tradiderunt: qui per pagos ad templa confugerant, exusti: duorum dierum itinere constrata cadaueribus terra cruoreque imbuta cernebatur. Vastitatem hanc a Tartaris effectam describit lugubri stylo Thomas g archidiaconus Spalatinus, obseruatque Hungaros deli-

Bela & Colomanꝰ prælio a Tartaris profligati. Colomanꝰ in acie cæsus.

e Stad. in chron. f Long. in hist. Pol. Occumbũt plures antistites.

Hungari prius victi a vitijs quam a Tartaris.

g Tom. archid. Spalatin. in chron. Salonitan. epis.

rijs ac vitijs fuisse prius victos, quam a Tartaris vincerentur; addirque præter cruentas stragcs editas a Tartaris partem maximam exercitus palude mersam. Parta victoria Tartari oppidanos & vrbium ciues, qui deditionem faciebant exutos vestibus ne macularentur perfosso leuiter corde necabant, fœminas ad obsequia idoneas seruabant, quas tamen Tartaræ vel ob insignem oris venustatem zelotypiæ perculsæ trucidabant, vel naso mutilabant & auribus; pueros vero crudelitati puerorum Tartarorum laniandos exponebant, vt sæuire ac sitire Christianum sanguinem discerent: clerus sacro agmine instructo misericordiam poscere ausus obtruncatus est: Bela vero Rex vna cum vxore ac Stephano filio præcipiti fuga in maritimas regiones se subduxit. Cum tantam cladem lugeret religiosus vir accepit diuinitus eam ob populi & cleri, ac trium præcipue præsulum scelera a Deo vindice permissam fuisse.

Tartarorũ in captos immanitas.

21. &c. Dedere tantæ cladi non leuem causam Cumani, qui cum a Tartaris sedibus pulsi, ab Hungaris perhumaniter excepti fuissent, irrumpentibus postea in regnum Tartaris Hungarum Cumanos accusarunt hostem in Hungariam traxisse, eo argumento adducti, quod plures Cumani in Tartarorum exercitu viderentur: cooruaque ditione Cumanorum princeps Cutenes obtruncatus cecidit. Inde in alios Cumanos versus furor, qui mox cum Tartaris percusso fœdere, in Hungaros conceptum furorem euomuere, adeo vt quoties Hungarum contoderent, vlciscendæ principis sui cædis auidi, his vocibus infremerent: *Hoc tibi Cutenes vnimus infligit.*

Cumani ob Cutenẽ principem ab Hungaris occisũ crudelissime lęsunt.

24 Dum Pannonia sub excidio barbarorũ lugebat, eximium hoc Christianæ charitatis exemplũ pius sacerdos ord. Prædicatorum præbuit: *Dux quidam a in Hungaria potentissimus, relictis in principatu filijs, ordinem Prædicatorum intrauit: erat autem sufficienter literis imbutus, & facilis est egregius ac deuotissimus prædicator. Irruentibus ergo Tartaris, & priore domus cum fratribus fugiente, petiuit idem frater, quondam dux, vt in solatium dimitteretur debilium populorum, dicens se confectum senio, & etiamsi non occideretur a Tartaris, in proximo tamen moriturum. Permissus ergo remansit in domo fratrum, & admonitione dulcissima pauperibus & debilibus, qui fugam inire non poterant, ad patientiam confortans, ipse vsque ad irruptionem barbarorum promus in oratione & lacrymis in ecclesia in modum crucis extensus ante altare iacebat, & sic ab impijs est occisus.*

a Cantipr. l. 2 c. 44 n. 2. Egregium præ nobilis viri religiosi facinus vitam pro alijs exponẽtis.

A Tartaris obtruncatur.

25. 26 *Recedentibus ergo Tartaris ad domum fratres reuersi sunt, & fratrem quondam ducem lanceis terebratis pedibus & manibus, atque confossis omnibus membris, & cerebro excusso de capite, coram altari, vt dictum est, inuenerunt: quo piaculo cum cuncti fratres nimium ad lacrymas mouerentur, quidam pra ceteris horrens ingemuit, dicens: Tu Domine Deus quare tantum virum tam iniqua morte & pessima passus es interire? Cumque in luctu, lacrymis, & redargutione iudiciorum Dei, tribus diebus & noctibus fere ieiunus & sine somno penitus permaneret, tandem in excessu mentis raptus, vidit occisum, quem fleuerat, dicentem sibi: Nonne oportuit Christum pati & ita intrare in gloriam suam? Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et*

Commorantem ob illius cædem de diuina prouidentia corripit.

hæc dicens disparuit : fratrique querulam diuinæ indicia, quæ inscrutabilia sunt, verborum breuitate & auctoritate satisfecit. Hæc Cantipratensis.

Condolet Belæ cladi Gregor. a *Lib. 15. ep. 108.*

27. 28 Tartarum cladium nuntius Pontificem acerbissimo dolore affecit : & ad mitigandum Regis Hungariæ ex amisso regno mœrorem, consolatorias literas ad eum dedit a, quibus iacentem animum erigere est conatus, promisitque si Fridericus redire in Ecclesiæ sinum vellet, se ad pacem admittendam paratissimum ; ac tum operam ad ipsum regno restituendum conferturum.

29 Redintegrandæ præterea cum Friderico concordiæ maximo se teneri desiderio significauit b Gregorius Charinthiæ duci, quo ad restituendum Regem Hungariæ, ac propulsandos Tartaros omnium arma verterentur, modo Fridericus læsæ Ecclesiæ facere satis non detrectaret. At ille felicibus successibus elatus opprimendæ Ecclesiæ, ac ditionis pontificiæ in suam potestatem redigendæ occasionem sibi porrectam arbitratus, dum Tartari fines Christianorum populabantur, maiori furore in Pontificem accensus est, ipsumque literis vt Tartaricæ irruptionis causam in inuidiam apud omnes vocabat. Quam porro falso discordiæ causam & crimen a se in Pontificem derivaret, superius a nobis probatum est. Immo, vt refert Parisius c, communis fama increbuit Tartaros a Friderico, in perniciem Christianorum efferatos, siue vt eorum ope Ecclesiam euerteret, vel vt immisso crudelissimo hoste Pontifex demurbandi ex imperio ipsius consilia abiiceret, cum non dissoluendæ, sed potius ad repellendos barbaros fidelium omnium vires coniungendæ essent, vel ne Hungari, quos Pontifex exaratis pridie id. febr. literis d ad crucem aduersus Fridericum induendam excitari propositis indulgentiarum præmijs iusserat, Tartarico bello impliciti arma in ipsum mouere possent.

b *Ib. ep. 91.*

Detrectat pacem Fridericus. Pontificē vt causam discordiæ in inuidiā vocat.

c *Par. hist. Ang.* Eximiæ Tartaros ad Christianorum excidium creditus.

d *Lib. 14. ep. 117.*

30. 31 Dabat sinistræ de Friderico suspicioni locum nota eius impietas, tum quod imminente Germaniæ extremo exitio signa in barbaros attollere detrectaret : quamuis enim literis suis Christianos principes ad capessenda in Tartaros arma hortaretur, seque ijs in tam præclaro bello ducem futurum polliceretur, verbis aduersus infideles pugnare contentus, ipse ad clientes Romanæ ecclesiæ obterendos Tartaricum furorem exercebat, vt dicetur inferius ex Richardo qui tradit Hungarum Frederici opem imploraſſe.

Bela supremum Hungariæ dominium pollicetur Friderico si ab eo regno restitutus sit. Insignis Friderici vecordia bellum iustissimum non suscipientis.

32 *Ipse*, inquit, *Rex Hungariæ significauit eiusdem Imperatori per Vatiensem episcopum legatum suum, & per literas suas, per quas se ipsum & regnum suum Hungariæ suæ promittit subiicere ditioni, dummodo per ipsum Imperatorem ab ipsis Tartaris protectionis suæ maximum deferatur.* Insignem tum præstitit vecordiam Fridericus, qui cum arrepta Regis Belæ contra Tartaros clientela amplissimi regni supremum dominium sibi comparare posset, dum in Gregorio vexando & occupandis aliquot illius vrbibus ac locis tempus absumit, spoliandæque sua ditione Ecclesiæ ipe inoleſcit, idoneam propagandi inste imperij occasionem elabi passus est.

e *Ext. in MS Vall. bibl.*

33. 34 Meminit ille oblati sibi a Bela retento iure fiduciario Hungarici regni in literis e ad principes datis, quibus significat se audito Vatiensi episcopo, Regis Pannoniæ contra Tartaros imperij auxilia implorantis oratore, Romam ad conficiendam cum Gregorio pacem, quo tantum opus facilius susciperet, se accedere.

35. &c. Solicitarum ardentissimis precibus Fridericum Germaniæ principes, vt ex Italia cum exercitu ad retundendos hostes Christiani nominis & imperij procurreret. At princeps perfidus quasi extrema imminens Germaniæ pernicies se non tangeret, varias causas effingebat, ne Italia exiret, quas afferebat Germanis principibus ; ac modo aiebat se redacta in suam potestatem Italia vniuersa fortiorem in Tartaros signa directurum : modo fingebat morari se adhuc in Italia, ne si re imperfecta abscederet, partas victorias effunderet. Adiecit aliam non suscepti in Tartaros belli causam, qua Pontifici magnam conflabat apud populos inuidiam, ne si in barbaros signa conuerteret, a Gregorio, si eo bello implicitus esset, infestis armis peteretur. Cæterum quæ & quanta mala Ecclesiæ intulerit, ob quorum magnitudinem oppressus mœrore Christi vicarius obierit, dicetur inferius, vbi primum ab eodem Pontifice gesta delibauerimus.

Solicitat a principibus Imperij, vt in Germaniā contra Tartaros procurrat pro crastinas.

Quas mora causas afferat. In se absēt sem versurum arma Pontificē si moueret in Tartaros.

41. 42 Cum Norvvegiæ Rex, qui profectionis Asiaticæ voti reus tenebatur, ob longa locorum interualla, populi egestatem, interiacentium nationum linguæ inscitiam, non sine maximo incommodo votum perfungere posset, Gregorius illius votum in sacram septentrionalium ethnicorum expeditionem conuertit, atque etiam clientela apostolica est prosecutus a. Capessiuerat, vt videtur, recenter regni Norvvegiæ habenas, cum Nidrosiensis archiepiscopus atque alij antistites tum temporis flagitarint a Gregorio, vti Norvvegiæ Rex, quamuis illegitimis natalibus procreatus, regijs insignibus patrio more ornari posset : at in re grauissima Pontifex nonnullos religiosos viros de patriæ consuetudine inquirere, seque certiorem facere iussit b. Aquinus enim Rex, quem ex coniugio iusto susceperat, siue correptus mania, siue adolescentis crimine aliquo lacessitus, vt refert Cranzius, e medio sustulerat, regnumque naturali filio reliquerat.

Florebat tum in Norvuegia Augustini olim Nidrosiensis archiepiscopi sanctitatis fama, maximisque miraculis illustrata Regem ac præsules Norvvegos excitarat, vt a Gregorio in sanctorum ordinem referri expeterent, qui vt in re tanti ponderis mature deliberaret ; abbatibus Taurinensi, Cisterciensi, & Holmensi S. Benedicti, & fratrum Prædicatorum Nidrosiensium priori prouinciam dedit, vt sancti viri miracula ad ecclesiasticum examen reuocarent, seque de re tota facerent certiorem.

Regis Norvveg votum permutat Pāt

a *Lib. 14. ep. 109.* Rogatur vt Regem licet ex impuris natalibus orti regijs insignibus redimiri iubeat. Inquirit de patriæ consuetudine præcipit.

b *Lib. 15. ep. 112.* Flagitant a Gregorio Norvvegiæ proceres vt Augustin. Nidr. archiepi SS. numero adscribatur.

43. &c. In Hispania cum Lusitaniæ Rex, comparata ingenti classe ac pedestri collecto exercitu, arma in Christiani nominis aduersarios verteret, egregio illius studio collaudato Gregorius Lusitanos apostolicis literis solicitauit d, vt spe æternæ adipiscendæ gloriæ, operam conficiendæ illi expeditioni darent, in qua amplissimas indulgentias certissime erant consecuturi.

c *Ib. ep. 32.* Rex Lusitaniæ bellum in Sarracenos parat.

d *Lib. 14. ep. 122.*

46 Percurrendæ iam nobis superfunt clades, quas hoc anno intulit Fridericus : subegit mense aprili ducum opera Benauentum : eodemque ferme tempore ipse Faventiam longa obsidione maceratam commeatuum inopia ; similiterque Spoletum, tunc tentato, sed frustra, Assisio, cuius agrum vastauit, ad deditionem compulit.

Beneuentum a Frid ducibus expugnatum.

Vt

Ærarium rapinis & sacrilegijs reficit.

47. &c. Vt vero grauem inopiam raptis ecclesiarum thesauris sacrilegus princeps depulerit, significat Richardus: *Thesauri*, inquit, *omnes ecclesiarum regni iussu Andreæ de Cicala a porta Raseti vsque ad fines regni capiuntur: ij apud S. Germanum in ecclesia S. Mariæ terræ eiusdem congregantur & reponuntur; quorum custodia deputati sunt duodecim de ditioribus & melioribus hominibus ipsius terræ, quando altare B. Benedicti adornatum* [a] *& altera tabula argentea altaris B. Mariæ, & icona cum smaltis, quæ super altare fuerat B. Benedicti, & omnis alius thesaurus ipsius monasterij in auro, argento, pannis sericis, & lapidibus pretiosis, nec non & aliarum ecclesiarum terræ ipsius monasterij, ad S. Germanum in predicta ecclesia S. Mariæ portatur & deponitur: cuius thesauri capti ab ecclesijs regni pars pretio redimitur, & pars reliqua apud S. Mariam de Crypta ferrata ad principem deportatur.* Nonnullisque interiectis prosequitur, vt Fridericus e prædone in mercatorem mutatus mense octobri omnes præsules ad redimenda pecunia sacra ornamenta ab ecclesijs direpta adegerit. Hæc Richardus eorum omnium spectator.

Auro to-lutum

Neque illius auaritiæ cessit crudelitas, maiore enim scelere aliorum præsulum, quos e pluribus regnis Christi vicarius ad synodum euocabat, sanguinem effudit, quam Siculorum præsulum opes exhauserat. De qua clade antequam agamus, nonnulla nobis ad rei historiam illustrandam præmittenda sunt.

De vocata a Greg. Synodo.

Perculsus a Gregorio anathemate Fridericus, ad illius saeuitatem eludendam, vt antea indicatum est, magno Pontificis contemptu ad futurum synodum prouocarat: qua de re ad plures principes scripsit, ne omnino ab Ecclesiæ obsequio discessisse videretur [a], cui vt inanem pertinaciæ speciem Gregorius eriperet, tum & plura ad diuinam gloriam spectantia in generali patrum conuentu agitaret, concilium indixit [b]. At mox tyrannus Ecclesiæ patribus se submittere dedignatus, mutato oppugnandi Pontificis modo, ad disturbandum concilium conatus omnes intendit.

a Ext. apud Par. ann. 1239. Vt Fridericus ad eã prouocalit initio.

Recusarit postea cõgregari.

b Ext. apud Par. hist. Angl. ann. 1240. Ad deducendos oc cid. regnorum præsules classẽ Ianuæ cõficiendam iubet. Gregorio e Romania legato ea prouincia imposita.

53 Non latebant Pontificem nefaria Friderici consilia, illum omnes conatus ad intercipiendos præsules conuersurum, & propterea ad eludendos frangendosque tyranni impetus Gregorio de Romania legato præceperat, vt florentissimam classem Genuæ ad præsules, qui ex Hispania, Anglia, Gallijs, alijsque locis ad concilium conuenturi erant, euehendos conduceret, atque omnibus ad propulsandos hostes necessarijs adornandam curaret. Extant plures eo argumento in pontificio regesto literæ c tum ad legatum sedis Apostolicæ, tum ad Genuensium magistratus, atque alios missæ, vicissimque ad Pontificem datæ.

c Lib. 14. pag. 56. 57. 58. 59. Præmonet ipsum parari venientibus a Frid. insidias. Iubet classẽ augeri. d Lib. 14. ep. 55. Promissis tyranni diffisus maritimo itinere tendunt.

Cum vero Fridericus magnam aliam classem ex Siculis & Pisanis ad intercipiendos mari præsules conficeret, Pontifex legatum Genuæ agentem comparatarum a Friderico virium monuit [d], vt præpotentem adeo classem, cui sustinendæ par non esset hostis, pararet: sed ille, vt questus postea est Gregorius, salubri consilio vsus non est.

54 Interea Fridericus ira & odio in Pontificem & episcopos illius imperijs obtemperantes efferatus Entio filio inotho, qui regios Sardiniæ sedis Apostolicæ fiduciariæ titulos inuaserat rei maritimæ præfecto præcepit, vt comparata quamprimum potentissima classe Siculorum & Pisanorum opera, legatos præsules caperet, cæderet, fluctibus mergeret. Venienti ergo Genuensium classi Fridericiani occurrere, ac maximo in eam impetu irruerunt. Fit initio prælium atrox: tres Pisanorum captæ triremes: deinde ingrauescente pugna tuti Genuenses, ac nonnulli præsules cæsi vtrinque mersi: quæ Richardus [a] his fere verbis historiæ suæ commendauit.

a Rich. S. Germ. in chron.

55 *Mense maio in festo inuentionis S. Crucis, galeæ imperiales cum galeis Genuensium conflictum habentes, nonnullos prælatos occidentales, qui erant in eis, habita victoria de Genuensibus, ceperunt & duxerunt apud Pisas captiuos, cum duobus legatis, Præneſtino scilicet episcopo, & Oddone S. Nicolai in carcere Tulliano diacono Cardinalibus, de quorum mandato veniebant ad Papam: inter quos fuerunt Cisterciensis & Clarauallensis abbates, necnon Rothomagensis archiepiscopus, & alij. De galeis quoque Genuensium captæ sunt vltra viginti, & nonnulli Genuensium in eis, & quamplures sunt sponte ob metus causam in mari submersi, qui omnes postea Imperatore mandante, tam prælati, quam alij cum legatis ipsis in regnum apud Neapolim per mare in captionem ducti sunt, & in custodiam per regni castella transmissi.*

Legati ap. & præsules partim capti partim mari mersi.

56.57 De captis legatis agunt etiam alij; ex antiquioribus Albertus Stadensis [b], monachus Patauinus [c], ac recentiores innumeri. Dignum vero memoria est quod Ptolemæus Lucẽsis [d] alijque obseruant, Pisanos, qui Friderico ad præsules capiendos cædendosque operam nauarant, in eodem loco, ad Meloram scilicet, postea a Genuensibus ingenti clade tusos: demumque accidit concitata in eorum capita diuina ira, vt florens ea respublica continuis malis & cladibus ex eo tempore attrita euersa tandem corciderit; ferierit etiam diuinæ vltionis virgam in carceris situ Entius; nec diuinam iustitiam Fridericus declinarit, qui eo successu propero elatus, illi simillimus quem propheta [e] arguit: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* triumphales literas ad Anglorum Regem, alioſque principes misit [f].

b Stad. in chron. c Monach. Pad. chron. lib. 2. d Ptol. Lucen. in annal. ann. 1242. & alij. Ruina in Pisano Entium & Frid. vltio. e Ps. 51.

58. &c. Effugere ex Fridericianorum crudelissimis manibus nonnulli præsules, nimirum archiepiscopi Arelatensis ac Tarraconensis, & episcopi Asturicensis, Auriensis, Salamanticensis, Portugalensis, & Placentinus, qui funestam cladem Pontifici significarunt [g]: idemque fecerant Genuenses [h], qui ipsius dolorem celare sunt conati, omnemque operam suam ei detulerunt, animosque adiecere ne ob aduersos rei euentus a concilio conuocando desisteret, immo generosius aduersus tyrannum consurgeret, in quo ob præclarum erga Ecclesiam studium laude æterna dignissimos sese ostenderunt.

f Ext. in M. S. bibl. Vat. & apud Paris. hist. Angl. hoc ann. Præsules qui e clade effugerant tristẽ nuntium ad Gregor. mittunt. g Matth. Paris. ex dict. apud Greg. l. 15. ep. 55. h Lib. ep. 56.

64. &c. Perlato ad sedem Apostolicam tristi nuntio, Gregorius populorum catholicorum dolorem mollire literis studuit; vtque in fide Romanæ ecclesiæ constantes perstarent hortatus est. Extant eius ad Venetos, Insubres, Bononienses, & alios literæ [i] in quibus inconstantiam Friderici traducit, qui cum mitio concilium cogi flagitasset, mutata mente primum literis, deinde armis conscientiæ improbæ terrore actus, disturbare aggressus sit, ac præsules in seruitutem abduxerit: ex quibus literis pauca hæc verba delibamus.

i Ead. l. 15. ep. 48.

Gregorius, &c. Fridericus dictus Imperator, Ecclesiæ persecutor, directus olim fratribus

nostris & ecclesiarum prælatis, ac principibus orbis literis, petijt conuocari concilium, vt ibi de meritis cognoscerotur ipsius: nosque tandem de fratrum eorundem consilio prælatos, & Regum ac principum nuntios ad sedem Apostolicam duximus conuocandos. Sed idem hoc intellecto, quia terroris sonitus impiorum auribus semper inest, eo quod læsa conscientia sæua præsumit, subsequenter alias liuoras contrarias destinauit, & requiter se humilians examen concilij requirendo interiora sua plena dolo scripturæ varietate detexit. *Dat. Laterani* XV. *kal. iunij pontificatus nostri anno* XV.

Fridérici crudelitas in prælules quos mari ceperat. *a Par hist. Angl. hoc ann.*

¶ 67. 68 Cæterum Cardinales legatos aliosque præsules captos Friderici iussu Neapolim perductos, multis atritos incommodis in atro carcere inclusos, nullo tantorum patrum dignitatis habito discrimine, fame, siti, squallore, æstu, aliisque malis innumeris maxima ex parte emarcuisse tradit Parisius a; Pontifex autem præsulibus, quantum dolorem ex ipsorum seruitute accepisset, significauit literis suis, eorumque mœrorem lenire hortarique ad constantiam studuit.

Gregorius, &c. episcopo Penestrino, Othoni S. Nicolai in carcere Tulliano diacono Cardinali, Auxitano, Burdegalensi & Rothomagensi archiepiscopis; Nemausensi, Carcassonensi, Agatbensi, Papiensi, Astensi, & Terdonensi episcopis; Cluniacensi, Cisterciensi, Clarauallensi, de pietate Dei, & Viscensi abbatibus, Gregorio de Romania subdiacono & capellano nostro, decanis, præpositis, cæterisque vinctis in Domino.

69 Vix diebus istis de vobis aliqua potuisset contigisse prosperitas, quæ si fuisset grata singulis vel acceptabilis vniuersis, quin plures varia de ipsa dicerent, & diuersa sentirent. Consequens est igitur, vt de aduersitate lugubri, quæ permissione diuina vobis nuper accidisse dignoscitur, multiformis opinionis & tractatus materia iuxta varietates affectuum apud aliquos habeatur, super quo nec admiratio vobis incumbere, nec vestra debet turbari sinceritas aut mouere constantia: cum licet, vt scitis, sic dispositum sit humani natura generis, quod cunctis sermo tribuitur, & paucis animi sapientia indulgetur, sit nobis & intelligentium menti perspicuum, quod vos Dei & Apostolicæ sedis honorem, ac salutem vniuersalis Ecclesiæ, nec non obedientiæ meritum, sub qua omnium constitit summa virtutum, habendo præ oculis de veniendo propere cum adiuncta vobis multitudine deuotorum ad sinum matris Ecclesiæ, omni diligentia desudatis: quanquam id fuisse postpositum digne possit, & debeat deplorari, quod Gregorio de Romania informatus per literas nostras de partis aduersæ potentia, tot, cum potuerit, iuxta mandatum nostrum galeas non habuit, quod hostium elisis insultibus transitus vester, Christo præuio, ab omni discrimine fieret expeditus.

Queritur de Greg. e Romania potentiore classem vt iussus erat non] confecisse.

70. &c. Cum itaque fratres venerabiles, vestrarum lucerna virtutum non sub modio lateat, sed super candelabrum coram omnibus reluceat, vos in contemptum, vanitatem & falsas insanias obloquentium deducentes, ac respirantes in illo, qui corde mitis & humilis circa suos afflictioni deditos affectum gerit continuæ pietatis, de nobis & fratribus nostris illam credulitatem geratis assidue, quod etsi a vobis situ loci differamus & vinculis, sic tamen reddimur pœnæ participes, quod in suspiria sæpe diffundimur, & lacrymis multoties madidamur: licet in eo nobis

Significat quantum dolorem ex eorum vinculis hauserit.

sicut & vobis consolatio multa proueniat, quod de ineffabili clementia Redemptoris fiduciam gerimus, vt qui suo sanguine plantauit Ecclesiam, & eam in alrum per electorum suorum tribulationem sustulit, super ipsam benignitatis suæ faciem per mundi latitudinem illustrabit; nobis interim & eisdem fratribus vos sicut compassionis affectibus, sic & orationum subsidijs prosequentibus, vt pater misericordiarum, & Deus totius consolationis vobis pro suo nomine patientibus captiuitatis opprobrium, gloriosæ Virginis & beatorum Apostolorum meritis so in miserationis affluentia tribuat gratiosum; detque nobis vt circa tranquillitatem Ecclesiæ & orbis pacem, iuxta quod pie ac laudabiliter per vestras literas suasistis, ita prouidere possimus, vt post tristitiæ turbinem serenum lætitiæ subsequi valeat, & catholica fides, quæ prout ex literis & relatu fide dignorum accepimus, per incursum gentis horridæ (his verbis immanes illæ Tartarorum, quorum antea nomen ac furor occidentales latuerat, irruptiones indicantur) vltra quam credi posset impetitur, ad maiestatis superna gloriam & salutem fidelium immolabiliter conseruetur. Caterum cum vos nobis in Christo charissimos geramus] assidue in visceribus charitatis, ac vix diem præterire possimus, quin statum vestrum nobis cum fletibus imaginaria visio repræsentet, in vobis super eo] admiratio locum non habeat, quod nec scripta vel nuntium sinceritati vestræ direximus, nec dolor vester fuit in aliquo prouisionis nostræ remedio mitigatus; præsertim cum sicut nouit scrutator omnium, id non prætextu occupationis vel negligentiæ postpositum fuerit, sed ex eo potissime, quia probabilis nobis timor inerat, quod super huiusmodi visitationis debito nostrum desiderium sortiri nequiret effectum. *Datum Laterani* XVIII. *kal. iunij pontificatus nostri anno* XV.

Instat apud Frid. S. Ludou. vt Gallos præsules liberet. *a Nang. in Gestis S. Lud.*

76. &c. Adhibuisse suam ad liberandos vinculis Gallicanos patres auctoritatem S. Ludouicum refert Nangius a, atque oratores ad tyrannum misisse; cumque ille regias preces respuisset, literis b grauissimis bello se eum petiturum, ni præsules vinculis eriperet, minatus est: *Nam regnum*, inquit, *Francia non est adeo debilitatum viribus, quod se vestris permittat calcaribus perurgeri.* Refert Nangius Fridericum perculsum timore, ne in se Gallorum arma verteret, præsules Gallicanos e vinculis dimisisse.

b Extant in M. S. Vall.

79 Quantum vero e dissipata Gemensium classe, captisque præsulibus Fridericus in superbiam elatus ad opprimendam Ecclesiam creuerit animis, ipse in suis indicat literis c, in quibus exaggerata victoria, addit: *Consilium eundi Bononiam renocantes propensiori consilio versus Romam victricia castra nostra, conuertimus, vbi sub vexillis potentiæ nostræ nos exclamat fortuna felitior, per quam reliquiæ, si quæ sunt nostrorum rebellium consternantur.*

Vt Frid. parta de Genuen. victoria Romam oppugnare cogitarit. *c Extant vbi sup.*

80 Subdit partam a suis nouam victoriam, nimirum Mediolanenses a Ticinensibus fusos fugatosque fuisse. Quod ad conceptam ab illo iactatamque Romæ in suam potestatem redigendæ spem attinet; quamuis rem sæpius hoc anno pertentarit, toties a cœptis absistere est coactus.

Fridericiani Ianuam teria inuadere parat Occupatam aliquot dictionis] pontif. vrbes a Frid. Romam frustra tentat *d Stadens. chron.*

81. &c. Inter hæc aduersa Gregorius curis grauioribus fessus, ac senectute, in qua viuidæ iuuentutis robur & constantiam seruarat, iam] confectus e viuis discessit, vt tradunt Stadensis d, Pa-

Gregorius senio confectus obit

risius,

a Parisiens. Angl.
b Rich. vbi sup.
c Monach. Pad. in chron. l. 1. d Vuestmonast. sine loci nom.
e Bern. in chron. & cum pluribus Baron. in annis M. S.

rinus a, Richardus b, Patauinus c monachus alijque, quorum nomina recensere supernaceum esset. Proxime annos centum attigisse Parisius ac Vvestmonasterienſis d testantur. Pontificatum tenuit annis quatuordecim, mensibus quinque: creatus enim fuit anno salutis Christianæ MCCXXVII. XIII. kal. aprilis e vel proximis diebus vt alij: obijt vero XII. kal. septembris vt testatur Richardus.

85 Persolutis iustis Pontifici, de successore deligendo inter Cardinales agitatum, de quibus ait Richardus: *Et tunc*, nimirum Fridericus dum Cryptæ ferratæ metatus castra adiacentia Romæ loca vastabat, *de Gregorio Papa, quod obierit Romæ XXI. augusti, pro certo accepit, de cuius licentia Cardinales omnes qui extra Vrbem fuerant, pro electione Papæ faciendo ad Vrbem redeunt.* Et infra: *Cardinales, qui in Vrbe ad Papæ electionem conuenerant, per senatorem & Romanos apud Septisolium includuntur, vt ad creandum Papam inuiti procedant.* Cum vero dicat auctor Cardinales omnes, qui extra Vrbem morabantur, facta ab eo potestate Romam ad eligendum Pontificem reuersos, indicare videtur, quod expresse affirmat Parisius de Iacobo Prænestino episcopo & Othone Cardinalibus, dum sacra comitia describit, Cardinales numero pauciores duos ad Fridericum legatos misisse, qui ab ipso flagitarent, vt Prænestinum episcopum & Othonem laxaret vinculis, atque ad eligendum Pontificem Romam venire permitteret: qui precibus Richardi Cornubiæ comitis nexus, ea lege permisit, vt post electum Pontificem ad carcerem redirent, ni Otho Pontifex salutaretur, cumque apud septem solia conuenissent, decem tantum numero fuisse, atque in contrarias sententias distractos, quinque ex ipsis Galfridum Mediolanensem elegisse, tres vero Romanum salutasse: cumque apostolica ferret sanctio habendum eum legitimum, in quem duæ partes confluxissent, dissensionem factam; Fridericum vero Galfridi partibus adhæsisse. Caterum sub hæc tempora Robertum Cardinalem apud septem solia non sine veneni suspicione extinctum, Cardinalem vero Columnam a Romanis, quod faueret Imperatori, captum, in carcerem condirum, eiusque arces & loca funditus euersa. Meminit de eodem Vvestmonasterienſis f, qui discordiæ inter Pontificem & Imperatorem fautorem fuisse ait, eiusque mortem anno MCCXLIV. collocat.

Frid. vinctos Cardinales relaxat.

f Vuestmon. sine hist. an. 1244.

86 Cum vero Cardinales in eligendo summo Pontifice diffiderent, Otho ad carcerem est reuersus, ne dati Friderico obsides male haberentur, cuius fidem & constantiam laudasse Fridericum ait Parisius, in carcerem tamen illum cuius suspiciebat virtutem, iterum misisse: non enim leuiter infenso in eum erat animo, quod ipsum in Anglia anathemate perculisset.

Galfridus Mediol. creatur Pont. & Cælestinus appellatur
g Stad. in chron.
h Par. hist. Angl.
i Mon. Patau. in chron. l. 2.
k Sicco in annal.
l Extat inter alia gesta Rom. Pont. apud nos.
m Rich. de S. Germ. in chron.

87 Demum Cardinales post diuturnas dissensiones inflictis tandem diuina ope animis elegerunt Galfridum Mediolanensem, quem integerrimi mores ac scientia Apostolica sede dignum reddidere, qui Cælestinus IV. nomen accipit, vt Stadensis g ac Parisius h referunt, quorum posterior obijsse ait ob efferatam senectutem intra sexdecim dies. At monachus Patauinus i auctor etiam antiquus, Sicco k & alij, decem & octo dies Cælestini pontificatui tribuunt; Bernardus & eius m. s. vitæ m auctor XVII. Richardus n vero hæc de Cælestino prodit: *Mense octobris Gosfredus Mediolanensis in Cælestinum Papam eligitur. Mense nouembris Cælestinus Papa Romæ apud S. Petrum obijt.* In cuius basilica etiam sepultum fuisse legitur in eius m. s. vita, confirmatque Bernardus a: *Et de Cardinalibus quidem eo insepulto de Vrbe fugerunt & contulerunt se Anagniam.*

Exorta lis conclaui de creando Pontifice dissensio.

Sepelitur apud S. Petrum. Card. Anagniam se conferunt.
altera chro. Rom. Pont.

Hæc Richardus, qui de Imperatrice mense decembri apud Fogiam defuncta & Andriæ mandata sepulturæ subijcit. Erat hæc Isabella Anglorum Regis soror, quem Fridericus literis suis eadem de re certiorem fecit. Sed ab impio principe ad sanctorum miracula narrationem traducamus.

Isabella Imperatricis mors.

Insignia ad reliquias S. Edmundi patrata miracula.

Per hæc tempora tanta Deus prodigia ad sacra B. Edmundi Cantuariensis archiepiscopi lipsana edere cœpit, vt paria quodammodo ijs fierent, quæ Apostolorum temporibus patrabantur: quocirca populorum commota pietas celeberrimo concursu Pontiniacum confluebat, ac Rex Henricus loculum ex auro elegantissimo opere conflari iussit, in quo sacrum pignus collocaretur.

b Baron. in mort. ad 29. iul.

88 In Gallijs hoc anno S. Vvillelmus episcopus Briocensis in cælum migrauit, cuius b res præclare gestas monumentis consignauit Goceridus Caluus Bituricensis archiepiscopus, qui biennio euoluto illius corpus omnis corruptionis expers repertum testatur. Eo munere sanctissimum corpus diuina prouidentia decorauit, ob seruatam virginei candoris illibatam puritatem. Idem auctor refert ipsum morti proximum sacerdotem, qui ipsi a confessionibus erat, ita compellasse: *Frater ago gratias pro me Deo, qui me usque hodie mundum peccato carnis per suam gratiam custodiuit.* Vt vero sanctorum numero ab Innocentio IV. adscriptus fuerit, suo loco dicetur.

Felix mors S. Vvillelmi episc. Briocensis

De illius integritate

89 Longe dispari mortis genere eodem anno Bernardus Conuenarum comes infelix Albigensium defensor, qui in Ecclesiam arma tulerat, dum opipare prandebat, e mensa ad diuinum tribunal raptus est c, vt repentino improuisoque mortis genere hæreticorum fautor Raymundus senior olim occubuerat: tum etiam Rogerius Bernardi comes Fuxensis Ecclesiæ hostis hoc anno perijit; vt qui simul coniunctis armis animisque crudelissime in catholicos fuerant debacchati, eodem tempore æterno iudici sisterentur.

Conuenarum & : qui comites repentina morte extincti.
c Ex ms. chro. Rom. Pont.

Detunctum eodem tempore Vvaldemarum Daniæ Regem, Ericumque filium successisse scribit Albertus Stadensis d, cui Parisius e consentit; Crantzius f vero eius obitum in sequentem annum retulit. Armorum gloria effloruit, quæ aduersus ethnicos in Scythia, Frisia, & Russia gesserat: septem episcopatuum terras, totidem episcopis institui iussis, bello ereptas sibi popererat: non eadem tamen felicitate armorum iam senex vsus. Quo extincto Angli magno periculi ab eo imminentis terrore liberati; Danique, quorum virtus bellica in ingens decus sese extulerat, mutuis inter se bellis attriti depressique sunt: cum enim Vvaldemari primogenitus non diu patri superfuisset, successit Ericus, cui frater Abel nomine ætate minor bellum crudele mouit, ac multis annis concussa sede ac suorum manibus laniata Dania luxit.

Vvaldemari regis Dan. mors
d Stad. in anno.
e Par. hist. Angl. hoc ann.
f Crantz. hist. Dan. lib. 7.
Præclara illius gesta

IESV

IESV CHRISTI

Annus 1242.

Indict. 11. SEDES VACAT FRIDERICI II.IMP.OCC.23. BALDVINI II. IMP.OR.4.

1. &c. ANnus hic Romanæ ecclesiæ orbatæ Pontifice luctuosus extitit; cum Fridericus hostis illius infensissimus Cardinales aliquot carcere inclusos teneret, aliquos, quos aduersari sibi arbitrabatur, minis percelleret, alios in fugam ageret, alios promissis allectos suis partibus irretijsset, & ad noui Pontificis electionem discutiendam, sacrilegos conatus adhiberet. Atque hæc de his Albertus abbas Stadensis tradat, adducamus a: *Anno*, inquit, *Domini* MCCXLII. *duobus annis sedes papalis vacauit*, non supputatis scilicet ijs diebus paucis quibus Cælestinus IV. Pontifex apparuit, *Cardinalibus inter se discordantibus, & quibusdam Romam intrare non audentibus: vnde contigit, vt se inuicem frequentius vocarent ad electionem, & etiam ipsi tam inter se quam ab alijs multas controuersias & insolentias sustinerent.* Sane verisimile est nonnullos Cardinales studiosos Friderici tumultus ingentes conciuisse, ac principem successu rerum tumidum eorum opera aliquem suarum partium sedi Apostolicæ præficere conatum fuisse. Et quidem Paritius b refert Romanæ aulæ dignitatem ac splendorem adeo defloruisse, vt Ecclesia suo Pontifice viduata vix sex septemue Cardinales Romæ remanerent, alijs e medio sublatis, alijs aduersa valetudine implicitis, alijs in remotioribus partibus inter amicos & cognates delitescentibus, ac tum locorum interuallis tum animis disiunctos & discrepantes sententijs fuisse, in quos inuectus est Fridericus quem pij ardoris specie superbe conceptum virus euomuisse certissimum est.

a Stad. in Sbron. Dissident inter se de eligendo Pont. Cardinales,

b Par. hist. Angl. ann. 1243.

4. &c. Misisse quoque Fridericum mense februario ad Cardinales oratores, qui de pace cum Ecclesia conficienda agitarent, scribit Richardus. Cum vero conciliata concordia non fuerit, ac Fridericus armorum potentiam ad reliquam ditionem pontificiam inuadendam effuderit, colligitur huiusmodi pacis leges proposuisse, vt ecclesiam Romanam suæ seruituti subijcere meditaretur. Vt porro illam bello acerrime fuerit infectatus, significat Richardus dum ait: *Mense maij Andreas de Cicala regni capitaneus iussu Cæsaris congregato exercitu, iam militum quam seruientium de regno super Reate vadit, quem exterius totam denastat. Dux Spoleti pro parte Imperatoris super Narniam vadit, & quam potest facit in exterioribus vastitatem.* Et paucis interiectis: *Eodem mense exercitus imperialis de Marchia vadit super Asculum, & ipsam ciuitatem obsidet exterius & denastat.* Potitum vero ea arce subijcit inferius: *Mense iunio Asculum se reddit & venit ad mandatum imperatoris.* Subiungit vt tyrannus eo elatus successu Romam, cuius inuadendæ summa cupidine arcebat, obsidione pertentarit, ac neglexerit supremum Pannoniæ dominium, seruato Regi Belæ fiduciario iure, capessere, Tartarosque e regno innumeris cladibus, ac malis attrito depellere.

Frider. mittit oratores ad Card. pro tractanda pace. Tractatus pacis dissoluitur.

Ditionem Eccl. vastat.

Asculum ad deditionem compellit.

7 Quantis vero hoc anno malis barbarorum feritate oppressa Hungaria ingemuerit, describit Thomas e archidiaconus Spalatinus, cui omnino consentit Ioannes Longinus; Bathy duce supremo Tartarorum cum parte exercitus in Strigoniensibus campis amœnissimis castra metante, Caydanum correpta exercitus parte Strigonium obsidione cinxisse, & vrbe atque arce potitum furorem effuso Christiano sanguine satiasse, opimaque spolia retulisse: deinde impetus in Albam regalem conuertisse, sed præsidiariorum militum ciuiumque virtute propulsatum, alio diuertisse: Belam vero Regem Hungaris principibus, ac præsulibus cinctum se illius furori subduxisse, quem cum Tartarus assequi non posset, penetrato Illyrico inermem Hungarorum turmam trucidauit, indeque in Seruiam & Bulgariam signa conuertit.

c Thom. archid. Spalat. in hist. Pont. Salonitan

Strigonium a Caydano expugnatum direptumq; Belam insequutus Tartari quacumq; pergit,

8. &c. At Bela cognito exploratorum opera Tartarorum recessu, collectis animis amissum regnum recuperare paulatim cœpit. Quo tempore sæua adeo incessit fames, vti scribit Nangius, vt superstites mortuorum cadauera edere non perhorresceret; immundaque animalia, canes, teles, aliaque huiusmodi ad tolerandam famem quærerentur; nec minus feras cadauerum humanorum, quæ degustarant, illecebris illectas in vinos grassatas, absumptisque ad colendos agros iumentis, homines boum initar ad proscindendam terram aratrum ducere coactos refert Ioannes Longinus a.

Nangius ingestis S. Ludou. Horrenda fame laborant Hungarorum reliquiæ.

a Longi. l. 7.

11 Cæterum non Hungari modo, vt emendarentur, virga diuini furoris percussi, sed plures alij populi ad septentrionem submoti cælestis vltionis acerbitatem senserunt; ait enim Iordanus b: MCCXLII. *in partibus aquilonis Tartari vastant Russiam, Cassariam, Sueuaniam, Gothiam, Ziquiam, Alaniam, Poloniam & cætera regna vsque ad* XXX. *& vsque ad fines Theutoniæ prosiliunt.* Nec modo Christiani, sed infideles etiam, atque inter eos Turcæ magnis cladibus attritos refert Nangius c, qui non prætereundum silentio egregium duorum Christianorum factum d, quos Tartari in Turcarum vrbe, cui Arsanga nomen est, ceperant, adducit: cum enim omnes ciues violato fœdere, quibus salutem vitæ erant polliciti, trucidassent, duos Francos Christianos vitæ reseruarunt; cumque nonnullos, qui bellicam Francorum virtutem pugnandique modum admodum commendariacceperant, cupido incessisset, vt illos inter se gladiatorum more pugnantes intuerentur, a procerum Tartarorum consilio visum est, vt egregie armis instructi equestri pugna inter se dimicare iuberentur. Sed illi communicato inter se consilio crudelem barbarorum expectationem fefellere: mox enim vbi equis impositi, armisque muniti fuere, concitatis equis in Tartaros impetum fecere, quorum quindecim, sauciatis alijs triginta, peremerunt, antequam ab ijs vndique circumuenti interfici possent. De Tartaris hactenus: iam ad res Gallicas progrediamur.

b Iord. Mf. Vat sign. n 1960. Vastata a Tartaris plura regna.

c Nang. in gestis S. Lud.

d Id. ibid.

Egregium duorum Christianorum facinus quos inter se Tartari dimicare iusserant.

12 Præceperat anno superiori S. Ludouicus Hugoni Marchiæ comiti, vt Alfonso suo fratri nouo Pictauiæ comiti, eius ditionis gratia, quam in Pictauia obtinebat, clientelaris officij spontionem deferret: quippe Ioanna comitis Tolosani filia, fratri nuptui tradita, ipsi Aueruniam, Pictauiam, aliaque de Albigensibus parta loca contulerat. At comes Marchiæ, consilijs vxoris suæ Regis Anglorum matris, olimque Reginæ subornatus, ac fretus Anglorum potentia & armis, facta imperia detrectabat, eamque rem suæ contrariam dignitati arbitrabatur. Sed breui Ludouici armorum vim sensit, eiusque potentiæ succubuit. Et sane Nangius, qui S. Regis

Exorta in Gallia turbæ. Detrectat Marchiæ comes Alphonso Pictauiæ comiti fidem obligare.

Bellum illi infert S. Ludou.

gis gesta conscripsit, prodit Isabellam alteram Iezabelem, fremente ira quod maritus Francorum armis resistere non posset, iamque pluribus arcibus exutus esset, ingens scelus muliebri furore meditatam, ac plures e suis onustos muneribus quasi ad Regis colligendam gratiam ad ipsius aulam misisse, venenoque instruxisse, vt Regem ac fratres de medio tollerent: at Deum tantum scelus elisisse, eosque cum veneno deprehensos in carcerem coniectos.

Isabella Regina ictum Regem ac fratres veneno tollere molitur. Euocat in auxilium viri Henricum Regē Angliæ frātris fuit. Santones se Regi Ludouico dedunt.

13. Scribunt etiam a Regem Anglorum subsidio comiti Marchiæ cum exercitu cucurrisse, atque apud Santonas commissum prælium, in quo tandem attriti Angli, atque eorum Rex in fugam versus cum S. Ludouici impetum sustinere non posset. Receperat se vna cum comite Santonas: sed quia tutum se insequente victore non putabat, abscessit: ciues vero deditione facta, impositum ab Rege Francorum præsidium admisere.

a Nang. vbi suo Annali hist. S. Lud. p. 8. & alij.

14. &c. Tantam adeptus victoriam S. Ludouicus non elatus est superbia, quod malum victoribus familiare, sed armis comparata iam maxima comitis rebelis ditionis parte, egregium modestiæ exemplum præbuit, cumque Angliæ Regis famæ ob rem male gestam in Gallica aula detraheretur, hac voce aulicos repressit; *Noli te ipsius famam lacessere, vel iis ludibriis me in ipsius odium vocare: ipsius eleemosyna ac diuina sacrificia omnium periculorum terrore, hominumque contemptu illum vindicabunt.*

Detrahentes nonnullos de Henr. Rege reprimit S. Lud commēdatis Henr. eleemosynis.

17. &c. Gesto feliciter eo bello S. Ludouicum expeditionem in Raymundum Tolosanum comitem meditatum, a consensu præsulum ecclesiasticorum vectigalium vigesimam ad delendas Albigensium reliquias, cum hæc pestis sæpius recrudesceret, ac virorum religiosorum cæsorum ab hæreticis necem vindicandam obtinuisse refert Parisius b: quo tempore Raymundum comitem ad Fridericum Amalphim se contulisse scribit Richardus c. Qua porro constantia Christi martyres illatam sibi ab hæreticis necem exceperint, & inter carnificum fremitus Deo laudes decantarint, sic describit Bernardus c: *Anno*, inquit, *Domini* MCCXLII. IV. *kal. iunij in nocte* * *assumptionis Dominæ frater Guillelmus Ar. dj ordinis Prædicatorum, deuotus, constans, atque inuictissimus* * *hæreticorum cum duobus fratribus suis socijs ordinis fratrum Prædicatorum, & frater Stephanus collega inquisitoris cum socio suo ordinis fratrum Minorum, & Raymundus scriptor archidiaconi Lauaurensis ecclesiæ Tolosanæ, & prior Anmonetti monachus de Clusa, & Petrus Arnaldi notarius inquisitionis, cum alijs tribus apud Antonetum Tolosanæ diœcesis contra hæreticos fidei pe fensiores in aula ipsius comitis ab inimicis Dei & fidei hæreticorum credentibus fuerunt pro fide atrociter interfecti, cantantes: Te Deum laudamus, de mandato baiuli dicti comitis, qui eos illuc duxerat*: & nonnullis interiectis verbis: *Glorificauit autem suos miraculis martyres suos Dominus, qua alibi scripta habentur; & amplius glorificasset, sed incredulitas illorum a quibus & inter quos passi sunt, sicut probabiliter creditur, impedit.*

b Par. hist. Angl. hoc ann.

c Bern. chro. Rom. Pont. * assensus * contra hæreticos

Viri religiosi ab Albigensibus interfecti. Illorum constantia

Miracula post mortē eorum cant. Henrici Regis Frid primogeniti mors.

20. &c. In Apulia hoc anno: *Henricus primogenitus Imperatoris*, inquit Richardus d, *tentus apud Martoranum naturali morte defungitur*. At non defuere qui ipsius mortem a parente procuratam existimarint e. Verum sive id scelus admiserit, vel ab eo abhorreret, extinctum filium planxit. Absoluimus hunc annum rebus

d Pol. Lucc. in annal. an. 1245.

e Rich in chro. hoc ann ex stat etiam in Ms. S. Inter. Friderici.

terræ sanctæ quæ diuino præsidio confirmatæ fuerunt: tradit enim, Parisius a Templarios cœlesti ope fultos præclaram de hostibus victoriam retulisse.

Tēplarij Sarracenos profligant a Par. hist. Angl. hoc ann.

IESV CHRISTI
Annus 1243.

Indict. 8.

INNOCENTII PP. IV. FRIDER. IMP. OCC. 24. annus 1. BALDVINI II. IMP. OR. 5.

1 DAram sibi, Romana ecclesia suo Pontifice viduata, opportunam eiusdem ecclesiæ Vrbisque in suam potestatem redigendæ occasionem arbitratus Fridericus, cinctus magnis copijs, e Sicilia citeriore in Campaniam irruptione facta, infesta signa in Romanos extulit, vt scribit Richardus b eius tragediæ spectator.

Fridericus Romam obsidione occupare tentat. b Rich. in chro. hoc an.

2. &c. Temisse porro duos menses Vrbis obsidionem tradit Prolemæus Lucensis c, quibus consentit Parisius d qui Fridericum obsidendæ Vrbis alium colorem prætendisse ait, Romanos sua ambitione, ac discordia creationem noui Pontificis disturbasse: illos vero culpam in Cardinales animis ac locis segregatos, ac discrepantes coniecisse, fremuisque se aduersus illius impetus detinuisse: interea Fridericum edicto tamisse, vt posset ones & ecclesiæ Cardinalium & ditionis pontificiæ vrbes delerentur; eoque tempore Albam præ nobilem vrbem ab Saracenis vastatam, ac nullo discrimine in omnes sæuitum, ipsasque ecclesias direptas, ac sacra omnia profanata; demum principum precibus frangi se passus est, vt Cardinales, quos Amalphitanus carcer tenebat laxaret.

c Ptol. Luc. in annal. hoc ann. d Par. hist. Angl. eod. ann. Quas fremendi causas prætēderit.

3 Igitur Anagniæ cum conuenissent sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales, communibus suffragijs Sinibaldum Caietanum Pontificem renuntiarunt: cuius creationem mense iunio celebratam refert Richardus. Diem vero mensis quo electus & sacris pontificalibus initiatus est, notat Parisius his verbis: *Ipso quoque anno*, hoc scilicet, *die natiuitatis S. Ioannis Baptistæ creatus est in Papam dominus Sinibaldus Cardinalis postquam vacauerat sedes papalis per annum & nouem menses, & die Apostolorum Petri & Pauli confirmatus & consecratus est: & vocatum est nomen eius Innocentius IV.* Ex his perspicuum est Innocentium IV. hoc anno solium apostolicum conscendisse, atque demonstrant eius literæ, vt superuacaneum existimemus scriptores alios, qui idem affirmant, enumerare, ex quibus eorum error depellitur, qui ad annum superiorem e vel prorsus sequentem f electionem Innocentij contulere.

Sinibald' Card Anagniæ in Pont. eligitur. Innocentij IV. nomen sibi imponit.

e Monach. Pad chron. l. 1. Dugos. hist Pol. l. 7 & alij. f Alb. Stad. in chron. Biond dec. 2 l. 7 Cranz. hist Saxon. l. 8. c. 1. & alij.

4 De electionis die idem plerique alij, qui tamen non tertio, sed quarto kal. iulias consecratum tradunt, ac sedem antea annum vnum, menses octo, dies quindecim vacasse, ipsumque Pontificem annos vndecim menses quinque dies quinque sedisse testantur. Scribit Henricus Stero g Sinibaldum, quem ipse Symbaldum appellat, antequam Romanus Pontifex salutaretur, sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconum Cardinalem extitisse: ceteri tamen pene omnes presbyterum nominant, quamuis nonnulli S. Martini h, & alij S. Laurentij in Lucina titulo insignitum affirmant;

g Stero in annal. apud Canis. antiq lect. tom. 3 p. 167. h Guill. Nang. in gest. S. Lud.

Genus e comitibus Lauaniæ duxerat.

ment; quam posteriorem sententiam Gregorij IX. literæ ad ipsum, tum Piceni præfectum, datæ confirmant a. Ipsum vero nobili Flisicorum Lauaniæ comitum genere ortum omnes consentiunt.

a *Greg.IX. l. 14.ep.109*

7. &c. Porro hic nouus Pontifex de sua creatione vniuersos Christi fideles encyclicis literis, vt moris erat, IV. non. iulij Anagniæ datis certiores fecit, quæ in ipsius regesto b Rhemensi archiepiscopo ac

b *Inn. IV. l.1.ep.1.*

suffraganeis inscriptæ sunt: quibus enixe commendauit, pacem ardentissimis precibus a Deo flagitatem, atque vt barbarorum furorem a Christiano populo auerteret.

10. &c. Interea Fridericus cum accepisset Innocentium ad solium apostolicum euectum, lætitiam præsetulit, vt testatur Richardus, qui de pontificia creatione locutus subdit: *Quo audito Imperator, qui tunc erat Melfiæ, vbique per regnum laudes iussit Domino debitas decantari.* Tum de missis ab illo oratoribus subijcit: *Mense iulio Imperator ad Papam missis apud Anagniam Bernardum Panormitanum archiepiscopum, magistrum Petrum de Vinea, & magistrum Tadæum de Suessa pro bono pacis, a quo benigne satis recepti sunt, & benignum ad principem retulerunt responsum.* Extant eius literæ in bibliotheca nostra c fucati amoris notis ad eblandiendam illius gratiam aspersæ, quas tum vt tantum honorem recens adeptum Innocentio gratularetur, mittit, in quibus perstricta Romana ecclesia, quam nouercam non matrem antea se sensisse queritur, meliores sibi spes sub eo Pontifice, qui e nobilibus imperio suo obnoxijs originem duxerit, affulgere, filijque Ecclesiæ optatum nomen sibi restitutum iri gloriatur. Tum subdit: *Datum est enim vobis e cælo Innocentij prædestinata forte vocabulum, quod per vos nocentia subtrahi consultius innuat, & pie videat innocentiam conservari.*

Gratulatur illi de obtento Ap. dignitatis gradu Frid.

c *In MS. Vaticæ sign. lit. B mal. 1. 1.*

Eiusdem de eo lit.

13. &c. Conciliandæ pacis studio Innocentius legationem ad Fridericum ipsum horum temporũ turbinem ac facem decreuit, quam P. Rothomagensi archiepiscopo, Vvillelmo olim episcopo Mutinensi viro sanctitate, atque amplitudinis rebus gestis & legationibus in Germania ac septentrionalibus regnis clarissimo, ac Guillelmo S. Facundi abbati, quem a Ferdinando Rege Castellæ & Legionis commotæ inter Fridericum & Gregorium dissensionis initio ad faciendam confirmandamque concordiam missum antea vidimus d commisit: qui omnes postea in Cardinalium collegium cooptati fuere, quemadmodum in sententia percipitur, quam Innocentius in Lugdunensi synodo aduersus tyrannum tulit. Extant monita e apostolica legatis tradita, quibus ad rem cum Friderico gerendam instruerentur. In primis significarent Friderico desiderio magno redintegrandæ pacis Pontificem teneri: poscerent ab ipso, vt captos præsules in pristinam libertatem restitueret: scicitarentur qua ratione in ijs facere satis in animo haberet, pro quibus anathemate percussus esset: si Ecclesia iniuria aliqua ipsum affecerit, quam non intulisse putabat, ad eam farciendam parattissimam, ac tum concilium œcumenicum coactum iri, in quo omnes principes suos oratores mittere rogabuntur, vt mutuo omnes irrogatæ iniuriæ resarciantur.

Innocentius legatos ad Frid pro tractãda pace mittit.

d *An. 1239.*

e *Tom. 1. p. 84.*

16. &c. Quid vero legati apud principem egerint, quidue ab ipso responsi acceperint, missis ad legatos literis f significauit; quibus ipsos vti eius iras emollituri querelasque refutaturi essent, erudiuit Pontifex. Questus in primis fuerat legatum, vti poposcerat, ex Insubria non reuocatum: sperabat enim Fridericus absente legato Insubres in suam potestatem redactum iri, cum plures ex ijs suis partibus addictos haberet, maximaque vigerent inter reliquos discordiæ, quas nisi legatus sæpius sedasset, vt commune periculum propulsarent, sub Friderici potentia succubuissent: cui responsum est eos sine proditione deseri non posse, ni prius cum ipsis pacem inducias ue sanxisset. Cumulabat alias querelas, Prænestinum episcopum Cardinalem, ac nonnullos prælules a se liberatos, Salinguerram vero in vinculis a pontificijs teneri; responsumque est a Pontifice illum Venetijs detineri, cum in perduellionis flagranti crimine comprehensus esset: cumque post alia quereretur suos oratores in pontificium conspectum magno imperatoriæ maiestatis contemptu non admissos; facti ratio ita reddita est.

Friderici de Innoc. querelæ.

f *Ib. ep. 89*

Postulat Frid vt legatus ex Insubria reuocetur.

21. *Ad hæc princeps ipse mirari non debet, si suos non admisimus nuntios ad nostram præsentiam destinatos, cum nunquam Romanus Pontifex excommunicatos scienter vel fiat, antequam absolutionis beneficium iuxta formam Ecclesiæ consequantur*; verum postea IV. nonas septembris anathemate solutos, vt ad agitandas pacis leges admitti in conspectum pontificium possent, ostendunt Innocentij literæ g. *Dat. Anagniæ VII. non. septembris anno I.*

Non est moris Pontificum Rom. excõmunicatos in conspectum admittere.

g *Ep.93.*

22. Cæterum sedis Apostolicæ apud Insubres legatus, quem Fridericus, vt modo audiuimus, ijs partibus ren oueri poscebat, erat Gregorius de Montelongo Romanæ ecclesiæ subdiaconus & notarius, qui non modo e prouincia non est reuocatus, sed in suscepto etiam gestoq; maxima cum laude munere pertitare iussus h, quem in primis de ijs quæ Ecclesiam inter ac Fridericum etiam tum acta erant, certiorem fecit i; oratores nempe a Friderico ad agitandam pacem missos, eosque benevole exceptos: se enim ad pacem propendere, tum vel maxime vt lacessendæ calumnijs Ecclesiæ occasionem principi adimat: missasque a se Friderico pacis conficiendæ leges; eas vero ab ipso repudiatas, retumque alios oratores, qui fœderis alia capita neque Ecclesiæ nec fœderatorum ipsius dignitati conuenientia attulere, missos: ea vero se constanter respuisse.

h *Ep.136.*

i *Ep.137.*

Certiorem facit Pontifex Gregorium e Montelongo de tractatu pacis incundo.

Eodem argumento Pontifex datis ad Tarusinos literis k pollicitus est cum Friderico fœdus se non iniurum, ni illius leges ipsorum dignitati vtilitatique conducerent. Cumque patriarcha Aquileiensis bellum ipsis intulisset, atque circumpositos agros hostili furore exussisset, illum Innocentius grauissime monuit, indignum omnino videri, vt qui pro Ecclesia fortissime opponere se debuisset, eam in eius clientibus oppugnaret. Tum Gregorio de Montelongo legato prouinciam dedit l vt illum, ni desisteret, censuris percelleret.

k *Ep. 136.*

l *Ep.212.*

23. Cæterum non obscuris indicijs cælestibus ostensum mortalibus, non discordiam pacatum iri sed bellum atrocius imminere, vt Richardus prodit his verbis: *Eodem mense*, iulio scilicet, quo oratores de componenda pace a Friderico missos dixerat, *discursus siderum de nocte visus est in festo S. Iacobi, ita vt vnum contra alterum quasi hostem insurgerent & inter se hostiliter dimicarent.* Consueuisse diuinam prouidentiam signis similibus populos ad exp iranda lacrymis crimina, atque iras cælestes auertendas præmonere, docent plura exempla annalibus a Cardinali Baronio & a nobis suis locis inserta. Addit auctor de tactis

Cælestia prodigia imminentis belli præsagia.

paulo

Viterbienses Friderici iugum excutiunt.

paulo post Viterbij tumultibus: *Tunc ciuitas Viterbij, procurante magistro Raynerio Cardinale venit ad mandatum Ecclesiæ mense augusto comite Simone Tbeatino pro Imperatore se tenente in ea: quo audito Imperator mox sine mora periculo se personaliter contulit mense septembri ad succursum prædicti comitis, & ad recuperationem ciuitatis ipsius: qui congregato exercitu copioso obsedit eam, & statutis machinis non minus quam viribus dire satis impugnans eandem: qui cum in nullo proficeret, recepto & libero dimisso comite prædicto & suis qui cum eo erant, ab obsidione recessit.*

Venientē cum exercitu propulsant.

24. &c. Quibus congruunt quæ a Parisio de illo Viterbiensi bello traduntur a. Narrat enim Viterbienses, & finitimos populos Friderici præfidiarias copias accitis Romanorum auxilijs oppressisse; mox ea defectione audita Fridericum Tiburtum plenum in Viterbienses magno impetu venisse; sed tandem male ab ijs Romanisque habitum terga vertere coactum, ac Pisas se recepisse. Creuisse vero pontificijs animos, & eorum partibus plures, inter quos Montisferrati & Malaspinæ marchiones, Vercellenses, Alexandrinos enumerat, sese aggregasse. Præter cæteros Sardi ad Ecclesiæ obsequium redierunt b, ac Adelasia Turritana domina, quæ Vbaldo viro Pisano dynasta moriente ob nuptias cum Entio Friderici notho filio contra Gregorij supremi illius domini imperia confectas anathemate se deuinxerat, veniam supplicibus votis, flagitauit; cuius absoluendæ prouinciam Innocentius Arboreæ archiepiscopo dedit c.

a *Matt. Par hist. Angl. hoc ann.*

b *Ep.204.* Adelasia Turritana Reginæ absolui dimisse postulat.

c *Ep.205.*

Innocentius magno honore a Romanis excipitur.

28. &c. Contulit se interea Anagnia Romam Innocentius, ac magna celebritate ab Romanis exceptus est: *Ad quem*, inquit Richardus, *Raymundus Tolosanus comes*, quem superiori anno, in Apuliam accessisse ad Fridericum dixerat, *vadit tractans inter ipsum & Imperatorem bonum pacis*; quibus verbis historiæ suæ accuratissimus scriptor finem imposuit, coronidis autem vice adnexa sunt hæc: *Hucusque Richardus notarius de S. Germano huius historiæ auctor, hasque peruenit relationes, quæ suo tempore contigerant.*

Religiosi Prussiæ equites præclare aduersus infideles se gerunt.

32. 33 Præclara hoc anno Christiani, ac maxime religiosi S. Mariæ Theutonicorum equites, in Prussia facinora edidere, ac latius circumtulere victorias, magnumque terræ tractum comparauere; duæ agrorum partes fratribus, qui sumptus belli sufficerant, attributæ, tertia ecclesiæ eius loci collata a legato apostolico; cui diuidendarum diœcesium, finiumque illarum circumscribendarum auctoritatem commisit Innocentius: ostendunt id apostolicæ literæ ad Prussiæ episcopum datæ, in quibus alienata ab ipso iura rescidit, ac similia in posterum audere vetuit.

Excolēdis Christiana religione infidelibus instat Pont.

34 Cæterum qua cura ac solicitudine dederit operam Innocentius, vt perdomitas eas barbaras gentes, Christiana religione excoleret, tum noua subsidia ex finitimis Christianis regionibus colligeret, quò cœpta victoria latius proterrentur, demonstrant literæ d tum ad priorem ac magistrum, vt vocant, prouincialem fratrum Prædicatorum in Germania, tum ad alios missæ e, quibus idoneos ac doctissimos ad euangelium promulgandum viros submittere iussit, quos recentiorum votorum auctoritate instructos esse voluit, tum vt partas a Christo opes ad placandam diuinam iustitiam, expiandaque crimina effunderent ijs, qui vel arma capesserent, vel alios suis sumptibus in bello sacro alerent: *Deuotionem tuam rogamus & hortamur in Domino, per apostolica tibi scripta mandantes, ac in remissionem peccaminum iniungentes, quatenus priores & fratres tui ordinis constitutos in Magdeburgensi & Bremensi prouincijs, Ratisponensi, Patauiensi, Alberstatensi & Verdensi diœcesibus huiusmodi negotio, quaque possessa difficultate, depetere studeas, & eosdem attentius exhortari, quod assumpto sanctæ prædicationis officio propter Dominum fideles dictarum prouinciarum & diœcesum ad nimiam charitatem, qua Christus nos dilexit & diligit, respectum habere & ei retribuere aliquid pro omnibus, quæ tribuit ipse illis; pijs exhortationibus, secundum datam sibi a Deo prudentiam, studeant informare diligenter, solicite petituri, vt ipsi redempti pretio glorioso, in quos tanquam viros Christianos & catholicos cadere opprobria exprobantium Christo debent, seruiliter & potenter accingant tanquam zelum Dei habentes ad ampliandum gloriam crucifixi, & liberandum proximos de manibus paganorum profecturi, & acturi secundum fratrum consilia prædictorum; ita quod & ipsis præmium debeatur æternum, & infideles non possint, quod impune Christi nomen impugnauerint, gloriari. Dat. Anagniæ IX. kal. octobris anno I.*

d *Ep.162.*

e *Rer. post eccl. ep. & ep. 162.*

35 Nec minorem operam ad fidem in ijs locis, in quibus sata erat, tuendam, quam in alijs, vbi nunquam, viguerat, propagandam, collocandam censuit: & quo studio inueteratam superstitionem in Liuonia & Prussia excindere, eo hæresim in Croatia & Dalmatia enascentem euellere studuit. Tam ardui & illustris operis partes Vvaliensi episcopo in Strigoniensem archiepiscopum postulato, imposuit a; præcipitque, vt vbi humana vi opus foret, principum auctoritatem contra diuinæ contemptores adhiberet.

Et profligandis in Illyrico hæreticis.

a *Eod. l. 1. ep. 19.*

36. 37 Interea funesti imminentium Tartarorum rumores Hungaros concusserant, qui lugubres literas dedere ad Innocentium, vt Christiano nomini in ijs regionibus defendendo curas conferret: moxque ille patriarchæ Aquileiensi prouinciam dedit b, vt Germaniæ populos sub crucis signis conscriberet; quos idoneos ad habendas pro accipienda militari cruce conciones putaret, sibi adsciscret; comparatoque demum exercitu, Pannoniæ periclitanti contra Tartaros succurreretur.

Implorant Hungari aduersus Tartaros Pontificis auxilium.

b *Ib. ep. 30.*

38. &c. Amisit hoc anno Polonia sanctitatis gemmam, continentiæ speculum, Hedvvigem ducissam Vvratislauiensem Henrici cum barbatolim vxorem, quæ raro exemplo in maritali thoro plurium virginum merita superauit; & quo illustrius de mundi delitijs triumpharet, Tzebnicense monasterium Cistercienstium virginum a se conditum ingressa mirabile vitæ genus duxit, vnde diuinum Numen, ad illustranda ex voluntaria corporis maceratione comparata merita, nitidissimum ac lucidissimum mortuum eius corpus reddidit; quod etiam ipsa antequam e vita discederet prædixit. Quando vero sanctorum numero adiecta fuerit, suo loco dicetur.

Pia S. Hedvvigis mors.

Diuina in ecclesiarū spoliatorē vindicta.

42 Affert hoc anno editum in Anglia diuinæ iustitiæ exemplum Parisius c in sacrarum opum, ac vectigalium ecclesiæ S. Albano martyri sacræ inuasorem Radulphum Cheinduit dictum, quamuis iustitiæ misericordia temperat asserit: *Cum*

c *Par. hist. Angl. hoc anno.*

per triennium, inquit, *sententia vinculis innodatus claues Ecclesiæ procaciter contempsisset erecta cervice, in palatio Vvestmonasteriensi multis dixit conuocatis: Ita de monachis S. Albani, ita de ipsis. Tam diu, tam sæpe, tam efficaciter me excommunicarunt, quod impinguatum, incrassatum, & dilatatum, vix me mea sella continet equitantem. Quo dicto, infirmatus & debilitatus, nec non & desperatus demum est subito, sed vix palpitans, & iam spiritum extremum letiferos singultus, oregmon pronocantis, experat exhalando protrahere; cum interuentu martyris S. Albani benignissimi dispensante Domino, qui neminem vult perire, sed potius conuerti, suspirans ab alto, quosdam monachorum, quos melius nouerat, festinanter iussit accersiri; qui de transgressoribus eorum, secundum sui arbitrium, satisfactionis acciperent plenitudinem: quod & benigne fecerunt. Et me in abyssum desperationis morientem immersus, damnandus periret, præstita cautione de iustitia super damnis & iniurijs ab eo illatis faciendæ, sibi beneficium absolutionis impenderunt. Similiter & alij quamplures libertatis Ecclesiæ eiusdem prædicti martyris inuasores & perturbatores, tam milites potentes, quam alij, in breui tempore simili, vel maiori pœna, non sine indicio miraculosæ vltionis, grauiter subiacuere.*

Giennium aliaq; loca a Ferdinãdo Saracenis erepta

43. 44. In Hispania Ferdinandus Castellæ Rex in Maurorum fines longissime excurrit, obuijsque enastaris, in ipsius Granatæ conspectu agrum exussit: tum Giennium vrbem Mauricæ ditionis, vt gentis propugnaculum esset, situ, mœnibus, milite, opera, trumento, armis munitissimam circumsidet. Tenuerat menses octo obsidio, cum seditione inter Mauros ardente Granatæ Rex, de vita regnoque periclitans, Ferdinandi Regis fœdus & clientelam expeturus, fide publica accepta in castra se Christianorum contulit. Conuentum est, vt regnum a Ferdinando fiduciario iure teneret, vectigalia Granatæ inter Ferdinandum atque ipsum æqua parte diuiderentur, vocaretur ad regni comitia vt beneficiarius, Giennumque ad deditionem continuo compelleret. Ita vrbs fortissima in Christianorum potestatem venit, templisque rite expiatis, grates solemni pompa Deo actæ, ac nouus in ea vrbe episcopus constitutus: quæ Ioannes Mariana a, quidquid dissentiant alij, ad hunc annum refert, quo Rodericus Toletanus b suæ Hispanicæ historiæ finem statuit, vt ex postremis eius verbis constat.

a *Ioann. Marian. de reb. Hisp. l.13.c.3.*
b *Rod. Tol. l.9.c.19.*

45 Sub hoc anno Balduinum imperatoriam vnctione fuisse sacratum, ex ipsius sanctione colligitur, qua Thessalonicensis regni occupati a Græcis iura Helenæ Demetrij olim Regis & marchionis Montisferrati neptj, quæ Vvillelmum Euboeæ regulum virum duxerat, confirmauit c. Quam rem gestam anno Christi MCCXLIII. imperij vero sui primo consignat: cum vero alias literas d ad Blancham Galliæ Reginam hoc anno datas nonis augusti de affinitate cum soldano Iconij iungenda quarto imperij anno consignet, colligitur illum in ijs annos a morte Ioannis Imperatoris numerasse.

Balduinus Imp. Constantinop. consecratur.
c *Inserta est in ep. 636. Innocentij IV. lib.1.*
d *Extat in ep. hist. Franc. auctore Duchesne pag. 426.*

46. &c. De Thessalonicensi regno scribit Georgius Logothera e varijs moribus concussum, donec penitus in Ioanne Theodori Comneni cæci, qui post carcerem Bulgaricum orbitatemque oculorum pulso fratre Manuele regnum recuperarat filio, dissolutum est. Quibus verò artibus Vatacius Nicænus Imperator, ægre ferens Ioannem filium Theodori acepta purpura agentem Imperatorem, ijs insignibus spoliarit, supremumque regni dominium ad se deriuarit, describit idem auctor.

Varia Thessalonici regni vices
e *Georg. Logoth. inter Scr. Byzant.*

49. &c. Cæterum adeo hoc tempore potentiâ Vatacij inualuisse tradit Parisius a, vt Balduinum Imperatorem exhaustum opibus, cinctumq, periculis ad Fridericum confugisse ad illius opem implorandam dicat; illumque sua auctoritate cohibuisse Græcos, atque inducias inter eos ad annum fecisse: anno vero sequenti filiam Vatacio schismatico in matrimonio magno vtique fidei catholicæ damno iunxisse: quod crimen ipsi postea Innocentius obiecit. Cæterum quæ ad sustentandum labans imperium egerit Pontifex, prosequamur. In primis Constantinopolitanum patriarcham gerenda in Christiano exercitu sedis Apostolicæ legati dignitate ornauit ea b lege, vt si legatus e latere eo pergeret, obseruantiæ erga in Romanum Pontificem, quamdiu degeret in ijs locis, huiusmodi munus deponeret. Deinde ad colligenda pecuniæ subsidia pro sufficiendis militi stipendijs intentus, datis ad archiepiscopos, ac reliquos præsules imperio orientali obnoxios literis c, certam auri vim in bellicos sumptus conuertere, reluctantesque censuris adigi ad solutionem iussit.

Balduinus ad Frider. confugit.
a *Par. hist. Angl.*

Fridericus Vatacio schismatico filiam vxorem tradit.

b *Lib.1.ep.8*

Confulit Cõstantin. Imperio Innocẽtius
c *lib.ep.22.*

IESV CHRISTI
Annus 1244. Indict. 2.

INNOCENTII PP.IV.FRIDERICI IMP.OC.25. annus 2. BALDVINI IMP. OR. 6.

IMmanis ac victrix Tartarorum gens per ingentia locorum spatia diffusa, populosque innumeros complexa, si in occidente aliquantulum reprimi vila est, in oriente latius armorum terrorem circumtulit d; in Persidem magno impetu vastatis quibusque obuijs atque exciis oppositis exercitibus irrupit, peruasit alias regiones; iamque imminebat Choraſminis ferocissimæ nationi, quæ rubri maris littora, qua Arabiæ ea parte Erythræo sinu perfunditur, accolebat, ac periculi timore perculsa, relictis pristinis sedibus, nouas terras quærebat: infecta erat Mahumetica superstitione; ab alijs tamen Saracenis ob immanitatem excluſa, ad soldanum Babylonium Christifidelium hostem atrocissimum se contulit: quibus persuasit Babylonius, vt vicinorum Christianorum terras inuaderent, se ipsis auxilio futurum; ita Choraſminos, quos in suo regno perrimuerat, in Ieroſolymitanum auertit.

Tartari in oriente late victorias prosequuntur.
d *Par. hist. Angl. hac anno.*

Choraſmini ab ijs suis sedibus eiecti.

Immittentur a Sultano Babylonio in Christianos Syros

2. &c. Irrupere igitur improuisi, tantumque metum intulere, vt sancta ciuitas, in quam innumera Christianorum omnis sexus, ætatis, & conditionis turba ad peruſtranda redemptionis nostræ veneranda vestigia confluxerat, primo illorũ aduentu oppressa in lugubre fidelium sepulchrum conuersa fuerit. Quæ verò causa illi populorum concursui occasionem dedisset, significat Fridericus in suis literis e, additque soldanum Babylonium ob mitam a Christianis aduersus ipsum cum Damasci & Crachi soldanis armorum societatem, de qua suo loco diximus, efferatum barbaros in nostros concitasse.

e *Extant in M. S. Vall. Oles.*

7 Fœderatos nostrorum Saracenos soldanorum Damasci & Crachi ditionis, singulari in ea calamitate aduersus Christianos perfidia vsos deplo-

deplorant G.. de Castro nouo religiosi equitis literæ a: cum enim inito cum ijs fœdere aduersus Babylonium communem hostem præsidentes per eorum terras fugam, vt suæ consulerent saluti, caperent, illi insito religionis Christianæ odio incautos contrucidarunt. Addunt superioribus eadem literæ Chorasminos cæsis ijs, qui in sancta ciuitate restiterant, hac arte vsos ad alios e fuga reuocandos, vt asportatis opibus potirentur: Christianorum signa, quæ repererant in vrbe, extulisse, ijsque conspectis, qui fugerant, arbitratos partam ab ijs, qui remanserant, de barbaris victoriam, mutuis se sermonibus ad redditum, quamuis Templariorum magister, qui cum acie equitum versus Ioppem se recipiebat, ab eo consilio abducere niteretur, cohortatos; in feroces hostium manus ob relictarum opum cupiditatem incidisse.

a *Extant apud Par. hist. Angl. hoc ann.*

Chorasminorum dolis e fuga Christiani reuocantur.

8 De profanato innumeris Christianorum cædibus sepulchro dominico a Chorasminis, quos Grossomos appellat, Nangius ait b sacrum illud vaticinium c tum impletum: *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum; posuerunt morticinia seruorum tuorum, escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ: effuderunt sanguinem tanquam aquam in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret.* Eadem continent lugubres a Roberto patriarcha Apostolicæ sedis legato, alijsque prælulibus & proceribus Syris ad Galliæ & Angliæ episcopos missæ literæ d, quæ immania sacrilegia in sepulchro Domini alijsque locis sacris patrata ita describunt.

b *Guill. Nang. in gest. S. Lud.* c *Psal. 78.*

d *Extant apud Par. hist. Angl. hoc ann.*

Sepulchri dominici a barbaris prophanatum.

9 *Prænominati perfidissimi Israelitarum ciuitatem intrantes, quasi populo destitutam, Christianos qui ibi remanserant, seque infra ecclesiam sepulchri Dominici receperant, ante ipsum sepulchrum euisceranerunt vniuersos, & decapitantes sacerdotes, qui in altaribus celebrabant, dicebant ad inuicem: Hic effundamus sanguinem populi Christiani, vbi vnum libauerunt ad honorem Dei sui, quem hic dicunt fuisse sepultum suspensum.* Subijciunt literæ intanda alia impiorum scelera, vt sepulchri dominici ornamenta, ad sepulchrum Mahometi decorandum transtulerint.

Induunt crucem fideles in Chorasminos.

10. 11 Tanta immanitas cladi superstites incitauit, vt arma ad suorum fusum sanguinem vindicandum sumerent: explicata crucis signa, certatim cantur nomina: patriarcha voce, nutu, lacrymis omnes inflammat: concurritur in hostem: pertinacissimis animis dimicatum: innumeri Christiani occumbunt: multo plures ex barbaris casi: tenuit integrum diem atrocissima pugna, donec nox calentes ira animos prælium dirimere coegit. Redintegratum iterum postea prælium, in quo obruti hostium numero Christiani conciti, ac profligati sunt, vt G. de Castro nouo religiosi equitis literæ describunt e.

e *Extant apud Par. vbi sup.*

12 Dedisse magnos hosti ad referendam victoriam animos, Saracenorum, qui a Damasci & Crachi solitanis in auxilium nostrorum, quibus fœdere iuncti erant, submissi fuerunt, ignauiam aut perfidiam, patriarchæ literæ f significant; ipsos nimirum primo congressu a Chorasminis dissipatos in fugam se coniecisse. At Christiani, quos Christi amor coniunxerat, adeo generose in media pericula penetrarunt, vt non nisi numero paucissimi suæ saluti consulere dignati sint: cuius rei cauiam inquirentibus victoribus hæc reddita est a captis in acie: *Maluimus mori in bello casi corporibus & animabus*

f *Ext. apud eund. Par.*

Fœderati Christianorum Saraceni primo congressu terga dãt.

Audaces pugnantium Christianorum voces.

glorificatis, quam turpiter cedere fugitiui.

13 Qui ex eo prælio fuga euasere, Ascalonem vna cum patriarcha & Ierosolymitani regni equitum magistro se recepere: patriarcha vero mox madidas lacrymis literas ad Regem Cypri ac principem Antiochenum misit, vt auxilia ab ijs ad prohibendas hostium excursiones, tuendasque reliquias Christianorum implorarent. Cumque tutum se in ea arce non putaret, Acconem, quo fidelium multitudo ex varijs locis confugerat, se contulit: atque ex ea vrbe ad occidentales supplices literas scripsit a, quibus auxilia flagitauit, significauitque vt Chorasmini victores maximam terræ sanctæ partem partiti inter se fuerint, vt Babylonici ijs coniuncti Acconem obsidione cingere moliantur, vt iam Ascalonem oppugnent, Christianosque delere ex Syria meditentur.

Patriarcha ab orientalibus & occidentalibus Christianis auxilia implorat.

a *Apud Par. vbi sup.*

14 In hac Syriæ calamitate innumeri æterna præmia sunt consecuti, inter quos Ioppensis comes ab hostibus captus, ad arcis Ioppensis conspectum adductus brachijs suspensus est, vt supplicij crudelitate Ioppenses ad misericordiam, atque ad deditionem flecteret; sed ille, spreta supplicij acerbitate, Ioppenses hortatus est, vt aduersus hostem fortissime se defenderent, nec pro suo capite tot ciuium Christianorum capita barbaro proderent. Delusus itaque ipsius constantia hostis sultano Ægyptio, qui ipsius sanguinem sitiebat, gratissimi muneris vice tradidit. Cæterum illum barbarus non plura supplicia in fructa concidi iussit, cuius postea reliquias S. Ludouicus cum in Syriam profectus est, vt debito honore seruarentur, Ptolemaidem transtulit. Vt vero Rex sanctissimus non sine singulari Dei prouidentia hoc anno sacro bello aduersus infideles se deuouerit, dicetur inferius; nunc reliquas orientalium res prosequamur.

Ioppensis comitis constantia singularis.

Crudelissimo mortis genere a barbaris occiditur.

15 Non feliciore Constantinopolitani imperij, quam Syriæ res loco stabant; fluctuabat enim hoc tempore graui bellorum turbine agitatum. Cuius tuendi cupidissimus Innocentius principes omnes Christianos arctissimo fœdere coniungere, atque in schismaticos classicum canere optabat; eoque ardentius, quo terræ sanctæ opportunum subsidium ea ratione pareretur, vti ostendunt literæ ad principem Achaiæ datæ b, quibus eum vti imperio orientali non defuturum auxilio, cum maxime ipsius res ex eo penderent, obsecrauit.

Constantinopolitanum Imperium in summum a Græcis periculum adductum.

b *Lib. 1. ep. 705.*

16 Venerat c iterum in occidentem Balduinus, vt ex literis pontificijs constat, summoque studio dabat operam, vt Fridericum ac Pontificem in concordiam adduceret, quo ijs curis liber Innocentius schismaticis comprimendis, ac propulsandis Saracenis operam dare posset. Conuenerat d cum Balduino Tolosanus comes studia sua ad componendam pacem, de qua, Friderici perfidia rupta, antequam agamus, nonnulla ad Tolosanum comitem spectantia, aliaque ab Innocentio, priusquam Gallias peteret gesta, perstringenda sunt.

c *lib. ep. 645. Par. hist. Angl.*

d *Innoc. 1. ep. 358. & Fridan hist. quæ ext. in M. S. Vatic. cod.*

Tolosano comiti terra Venusina a Pont. restituta.

17. &c. Contulisse se ad sedem Apostolicam, vt supra indicauimus, Raymundum Tolosæ comitem, & diu vel in pontificia, vel imperatoria aula versatum tradit Bernardus e, obtinuisseque, vt terra Venusina sibi restitueretur: fuisse etiam censuris, quibus a nonnullis fratribus Prædicatoribus fuerat irretitus, liberatum, testantur Pontificis literæ f, cum S. Ludouicus, qui multum apud Innocentium gratia poterat,

e *Bern. in chron. Rom. Rom.*

f *Lib. 1. ep. 696.*

suam auctoritatem adhibuisse. Ex quo apparet S. Regem, qui audita religiosorum virorum a præfecto comitis patrata cæde, bellum pro defendenda fidei causa pararat, Raymundo cum crimen a se remoueret conciliatum. Restituto itaque cœtui fidelium Raymundo, cum prius sacramento adactus fuisset, crimen, si iusta de causa (contrarium enim contendebat) censuris implicitus esset, rite expiaturum, Innocentius a de re-tota pium Regem, ac Galliarum archiepiscopos & episcopos b certiores fecit.

a Inn. l. 1. pp. 358. b Innoc. l. 1 ep. 462.

20. Hæc Egit vero idem Raymundus comes Tolosanus vna cum Baldvino Imperatore Constantinopolitano concordiæ interpretem inter Fridericum Imperatorem ac Pontificem; iamque ambo rem eo adduxerant, vt Fridericus sacramento omnia Ecclesiæ imperia sponderet libentissime exceptura; ijs omnibus, quarum causa anathemate a Gregorio perculsus fuerat, factura satis; ac damna ecclesiasticis ante & post latam sententiam facta repensura: Sed vir inconstans paulo post pontificia imperia obtriuit. Quo animaduerso Innocentius mox principes omnes de re gesta fecit certiores, vt suæ causæ æquitati aduersus tyrannum adessent: inter quos Lantgrauio Turingiæ Apostolicæ sedis studiosissimo, qui postea aduersus Friderici tyrannidem Imperator renunciatus fuit c, omnia exposuit, tum addit: *Expedit vt negotium fidei per te laudabiliter inchoatum promptius exequaris, vt exinde vberior tibi crescat cumulus meritorum, & Apostolicam sedem ad incrementum tui nominis & honoris fortius habeas obligatam; nos enim in proposito gerimus, quod te in dicto negotio minime deseremus.* Ad confirmandas partes suas nonnullos Cardinales nobilitate ac gestis insignes renuntiauit, vt refert Parisius.

Fridericum concordiâ cum Pontifice pollicetur. Ab eo resilit.

c Ep. 695.

Cæsar Innoc. ad suas confirmandas partes decem Cardinales.

21. *Die S. Trinitatis volens dominus Papa partem suam melius roborare, quia paucos sui laboris socios & solicitudinis habuerit participes, creauit decem Cardinales, videlicet magistrum Ioannem de Toleto natione Anglicum, & quosdam alios moribus & sanguine præclaros.* Hæc auctor. Profecto Octavianum ex procuratore Bononiensis ecclesiæ in amplissimum patrum collegium cooptatum, ac S. Mariæ in via lata diaconum Cardinalem creatum, testatur Innocentius supra dictis literis hoc anno VIII. & 19. kal. iunij exaratis d. Iacobum sanctæ Romanæ ecclesiæ vicecancellarium nepotem suum, vt in registri pontificij apposita in margine nota indicat; qui vt refert Sigonius, adolescens diuino spiritu ictus Prædicatoribus se aggregarat, illi sedi præfecit, in qua ita se præclare gessit, vt mutuis imbutos odijs ciues inter se conciliarit: sed ad Fridericum redeamus.

d Lib. 1. ep. 715. 749.

22. 23 Parisius Pontificem recrudescente vetere discordia cum omnibus Cardinalibus Tiseni e perrexisse, vt commodius, quo propius de pace redintegranda ageretur; indeque cum Sutrium Apostolorum Petri & Pauli pernigilio venisset, Imperatorem sublata iam pœnitentiæ larua, & conuenta violantem petijsse, vt prius anathemate solueretur; alioquin se promissa non seruaturum. Quod cum ab æquitate ac legum ordine abhorrere responderet Pontifex, grauior contentio exarsit; ac tum certo nuntio accepit Innocentius paratas sibi insidias, atque Imperatoris satellites nocte in eum venturos. Quorum impetus conciliaque antecurrens Ciuitatem vetulam se nocte proripuit: cuius fugam Parisius, non sine aspersis improbe ei salibus, describit.

e Ep. 735.

Obiectus a Frid. abrupti pendi tractatus pretextus. Structæ ab illo insidiæ

Genuam fugit Pontifex.

24 Verum fugitiuus Pontifex cum hostili impio furori cessisset, Genuâ cum socijs mari petens honorificentissime a Genuensibus exceptus est: *Quantibus*, inquit, *omnibus & conclamantibus: Benedictus qui venit in nomine Domini. Quibus & ipsi respondebant: Anima nostra sicut passer erepta de laqueo venantium laqueus contritus est, & nos liberati sumus.*

25 Vbi Pontificem Fridericus ipsius furori sese subduxisse accepit, exanduit illico, nec leuium curarum ancipiti æstu fluctuabat; cum antea redacto in suam potestatem Pontifice meditatus esset leges Ecclesiæ, quas vellet, imponere, spesque suas euanuisse videret, ac pertimesceret, ne ille Christianos principes in ipsius perniciem concitaret. Quò vero tacti inuidiam in Pontificem deriuaret, literas ad Regem Angliæ dedit, quibus acerbe questus est, iniquo admodum se velut contumacem apud principes ac populos traduci; quasdam vrbes arcesque obtinere atque occupare voluisse Innocentium, de quibus exploratum non esset an ad Ecclesiam vel imperium spectarent: poposcisse, vt ij in libertatem vindicarentur, quos in vinculis tenebat, antequam censuris solueretur; paratissimum se ad conficiendam pacem, optareque Galliæ & Angliæ Regibus controuersiam totam dirimendam committere: quibus disturbare cogendam ab Innocentio synodum, atque principes pontificiæ causæ iudices constituere nitebatur. Iras verò maxime ac minaces voces in suos clientes euomuit, qui itinera Innocentio non abrupissent, prædamque, vt aiebat, præclaram ignauia sua e manibus euolare passi essent; tum vias omnes, quæ ex Italia in Gallias ducunt, custodijs diligentissime sepiri ac munii iussit. Quo facto manifesti Ecclesiæ persecutoris nomen infame apud omnes sibi peperit: fefellere tamen ipsius insidias Otho Portuensis episcopus Cardinalis, qui ex diacono Cardinale S. Nicolai in carcere Tulliano ad eam dignitatem superiori anno promotus fuerat, atque alij, qui per Insubres arrepto itinere marchionis Montisferrati & aliorum principum opera Genuam ad Pontificem se contulere.

Facti inuidiam deriuat in Pont. Fridericus

Male audit apud omnes. Nonnulli Cardinales elusis illius insidijs ad Pontificem se conferunt.

26 Cæterum cum Genuæ diutius tuto manere non posset, periculumque esset ne Fridericum ferocem animis atque armis prapotentem ad eam vrbem opprimendam alliceret, Astam fortissimo Genuensium exercitu stipatus perrexit; quæ vrbs, & Alexandria, aliæque non paucæ, cognita Friderici tyrannide, ab eo defciuere. Indefeliciter Fridericianis prædonibus, qui vias obsederant, ehulis Lugdunum contendit; vt tum scriptores, tum pontificiæ literæ demonstrant.

Discedit Ianua Innocentius.

27 Antequam in Gallias perueniret Pontifex literas ad Cistercienses dedisse, qui tum illius sacri collegij solemnia comitia obibant, narrat Parisius a; quibus ipsos rogauit (magra enim ea tempestate ob sanctitatis opinionem auctoritate florebant) ab Rege exposcerent, vt Romanum Pontificem Christi domini in terris vices gerentem, Imperatoris tyrannidem fugientem, benigne exciperet: accessisse verò ad ipsorum comitia, quæ imminente S. Michaelis festo die facienda erant, vt se eorum apud Deum precibus commendaret, S. Ludouicum cum Regina matre Blancha, ac fratribus Pictauiensi & Atrebatensi comitibus; locique religione tactos ait ex equis longissimo teli a monasterio iactu desilijsse: tum abbates, qui ad comitia conuenerant, adornato religioso agmine, Regi obuiam prodijsse, atque ad monasterium adduxisse: Regem obseruantiæ ergo

Cistercienses flagitat a S. Ludou. vt Pontificé Gallijs excipiat.

a Par. hist. Angl. hoc anno.

Rex ad Cistercienses comitia se confert.

by Google

ergo matri honorificentiorem locum, dextrum scilicet detulisse. Captata porro occasione Cistercienses genibus nixos omnibus precibus, effusoque lacrymarum imbre petijsse, vt Pontificem ab iniurijs tyranni vindicaret, ac peramanter ad se confugientem exciperet maiorum exemplo, qui Alexandro alterius Friderici tyrannidem fugienti Galliarum asylum aperuissent: & tum sanctum Regem, vti summa obseruãtia religiosos monachos prosequebatur, genibus prouolutum pollicitum se Pontifici auxilio & benevolentia non defuturum.

Eorũ precibus S. Rex annuit.

38 Non lapsum erat post hæc multum tẽporis, cum aduersa ægritudine implicitus S. Ludouicus decubuit a; iamque crescente in dies mali pertinacia, & medicorum artes ac remedia eludente, extremis cum morte viribus colluctabatur, cum diuino munere recreatus gestanda in Saracenos crucis voto se obstrinxit, quæ describit Nangius b; subdiqque vt magna pompa ac pietatis sensu instructa solemnis supplicatio fit, in qua sacræ martyrum reliquiæ erant elatæ; ac paulatim vi morbi se remittente prisinæ diuinaope valetudini plane fuerit restitutus. His addit Matthæus Parisius, Blancham Reginam matrem, in extremis mortis vitæque comminijs laboranti filio, iamque sensu pene destituto, crucem Christi, coronam spineam, aliasque reliquias admouisse. Consentientia scribit Vvestmonasterienſis c, qui hæc Reginæ Blanchæ sacra, ea pignora admouentis exanimi filio verba adduxit: *Non nobis domine Christe, non nobis; sed nomini tuo da gloriam. Salua hodie regnum Francie & coronam, quam hactenus gratia tua sustinuisti. Monstra virtutem horum insignium, qua in terra post te reliquisti, in magno iudicio apparitura; in quibus confidentes gloriamur: Mira res! Rex statim ofcitans, tibias & brachia ad se trahens, halitum faciens & suspirans, se signo crucis signari postulauit, vouens se in terram sanctam aditurum.*

Rex morbo lethali periclitatur.
a *Vin. Vinc. Lud. auct. apud Sur. c. 5. to. 4. die 25. aug. Guill. Nang. de gest. S. Lud. an. 1244. Bern. Guidon. Rom. Pont. eod. ann. atq; alij.*
b *Nang. vbi sup.*
Admotæ moribũdo spineæ Domini coronæ & crucis portio.
c *Vvestmonast. hyst. hoc ann.*
Vouet bellum sacrũ.

39. &c. Condidisse porro religiosissimum principem eleganti opere in regia sacraria, vt pretiosissima redempti humani generis instrumenta honorificentissimo loco reponeret: vectigalia amplissima attribuisse, quibus sacerdotes diuino cultui addicendi sustentarentur, testantur Innocentij literæ d, quibus hoc anno tanti Regis pietatem ornauit: atque ad decorandam priuilegijs apostolicis loci sanctitatem decreuit, vt nullus nisi obtenta ab Apostolica sede singulari facultate sacellum interdicto subijcere, vel sacerdotes in eo diuinum cultum celebraturos percellere anathemate posset.

d *Lib. 1. ep. 716.*

43. &c. In Anglia publicæ res magni belli metu, atque horrore turbidæ paulo post ad pristinam serenitatem reductæ fuere: tradit enim Parisius maximum inter Henricum Angliæ, atque Alexandrum Scotiæ Reges obortum bellum, Henricoque Scotiam petere meditanti conscripto florentissimo exercitu obuiam perrexisse Alexandrum, adeo, vt præter equites, centum millia peditum sub signis numeraret, tamque funesto conflictu imminente, in quo sanguis plurimus fundendus timebatur, agitatum de pace; eaque feliciter confecta ambos Reges ab armis discessisse: pacis vero sancitæ leges ad Romanum Pontificem transmissas, vt eas apostolica auctoritate sanctiores efficeret, vt Alexandri ac principum regni ad Innocentium literæ a Parisio allatæ ostenderunt. Inter cæteras verò ea princeps extitit, vt Scotiæ Rex fiduciario iure regiæ Anglorum aulæ teneretur, nec vnquam fœdus aliquod contra Henricum heredesque coiturus esset nili iniuste grauaretur.

Alexãder Rex Scotiæ expeditionem in Henricũ parat.

Renocata inter eos principes pax. Ex petitu ab Innoc. vt illius leges confirmaret.

51 Laborabat per idem tempus grauissimo bello Polonia a, cum Conradus Maloniæ dux, qui cum Cracouiensis ducatus nepoti Boleslao Pudico eripiendi cupiditate, tum eluendæ superiori anno acceptæ ignominiæ desiderio actus, Prutthenorum, Lituanorum, ac Iacsvvingorum auxilijs fretus irrupit; maximaque illata vastitate, qua nullo discrimine in ecclesias atque profanas domos flamma sæuitum est, Boleslao subditos populos eius potentiam reformidantes, ad se pellexit.

Conradus Maloniæ dux Boleslaum pudicum bello petit.
a *Long. hist. Pol. l. 7. hoc ann.*

52. 53 Nec pacatior erat Prussia, in quam cum Austriæ princeps dilarandæ fidei studio accersus expeditionem conficeret, Pontifex illius signa secuturis sacra stipendia ad delendas reliquas criminum maculas contulit b, quæ ex œcumenici concilij liberalitate terram sanctam petentibus proposita fuerant.

Dux Austriæ expeditionem in Prussiã cogitat.
b *Li. 1. ep. 740.*

54. &c. Hoc tempore Adolphus Holsatiæ comes contemptis terrenis opibus immensis, vt diuinas compararet, religiosæ vitæ apud Franciscanos sese addixerat: qui cum incredibili suscipiendi sacerdotij conficiendique Christi corporis desiderio teneretur, Romam se contulit, vt a Pontifice impedimentis, quibus erat irretitus, solueretur. Annuit eius voluntati Innocentius ac petitam potestatem ei dedit apostolicis literis, quas Albertus Stadensis c in suos annales contulit: tanto vero pietatis sensu ac gaudio perfusum eo obtento fuisse, ait Albertus Crantzius d, ac si regno florentissimo potitus esset, monasterium suis manibus partim, partim eleemosynis condidisse, quas ipse a subditis quoniam suis demisse deposcebat; de quo hæc Albertus Crantzius: *Cum multum solicite laboraret in erectione dicti monasterij in oppido Kyl, ibat ostiatim lac in hydria mendicans, vt haberent operarij & fratres, quo inter laborandum per æstum reficerentur. Media iam platea, vbi declinare aliter non poterat, ibat hydriam baiulans lacte plenam: & cum obuios habuisset filios sublimes in equis comitum more secularium, passus est humanius aliquid, vt rubore cœperit perfundi. Sed ille infremuit, & robur mentis aduocans, cum adhuc in conspectu essent filij, hydriam leuatam super caput euertit, sese totum a vertice lacte perfundens, dixitque: Infelix erubuisti Christi paupertiem baiulare lac in manibus: nunc vel in capite ostende quid portaueris.* Facienus Crantzius, ex quo hæc recentiores catholici e, ac nouatores f hausere.

Adolphus Holsatiæ comes S. Franc. disciplinam amplectitur.
c *Stad. in chron. ann. 1244.*
d *Crantz. Sax. l. 6. c. 7*
Pietate floret.
Egregium contemptũ mundi ab illo editũ factum.
e *Redus. l. 7 Vvas hoc ann. & alij*
f *Cent. 13. c. 6. col. 668*

IESV CHRISTI
Annus 1245. Indict. 2.

INNOCENTII PP. IV. FRIDER. II. IMP. OC. 26.
annus 3. BALDVINI II. IMP. OR. 7.

1 TVtissimo Galliarum asylo receptus Innocentius aduersus ecclesiæ Romanæ ac persecutorem suum vires & animos collegit, ibique œcumenicam conuocauit synodum, ad quam sacros præsules, Reges ac principes excitat, vt salubria consilia ad terræ sanctæ lapsas res erigendas, ad Tartaros propulsandos, ad schismaticos ab imperij

Innocentius in Gallijs concilium conuocat.

periſ Conſtantinopolitani excremo extirio auertendos depromeret ; tum maxime vt Friderici cauſam in auguſtiſſimo illo Eccleſiæ ſenatu agitaret : cui propterea diem dixit , vt vel ipſe ad diluenda obiecta ſcelera , reſpondendum iret , vel procuratores mitteret . a

a Lib. 2. ep. 1

3. &c. Quæ vero , antequam patres Lugdunum confluerent , Pontifex aduerſus illum in dies atrocius in Eccleſiam graſſantem decreuerit , prodit Pariſius b hiſce verbis : *Quadrageſimali tempore ingrediente fecit dominus Papa iterato excommunicare Imperatorem per totam Franciam , propter quaſdam nouas inuaſiones , quas fecerat in ſuos conſanguineos , & perſonas eccleſiaſticas* . Hæc ille . Sed quamuis contumacioſiſſimum principem cenſuris percuſſerit , ex alia tamen parte nauare operam non deſtitit , vt ipſius animum inflecteret , atque in priſtinam Eccleſiæ gratiam reuocaret . Teſtes ſunt pontificiæ ad patriarcham Antiochenum ſcriptæ literæ c , quibus affirmat ſe Fridericum , ſi præſules vinculis laxarit , terraſque Eccleſiæ occupatas , antequam celebretur concilium , reſtituerit , in gratiam recepturum . Contempſit ſuperbus princeps oblatam Eccleſiæ gratiam ; ſeque & alios ſumma imprudentia extremorum malorum , quæ facile præuidere ac depellere poterat , abyſſo mergere , quam prætermiſſa filij officia Eccleſiæ deferre maluit .

Antequã illud celebre Frid. percellit anathemate.

b Par hiſt. quã hos an

c Lib. 2. ep. 6 Pacem Friderico offert quam contemnit

5. 6 Vt vero Friderico Pontifex , antequam illum imperij culmine euerteret , paternum ſinum , ſi iuratas pacis leges ſeruare vellet , explicuit , ita Sanctium Luſitaniæ Regem , qui inertiæ labe regij nominis gloriam inficiebat , prius ſaluberrimis monitis corripuit , quam publicæ rei adminiſtrationem Alfonſo ipſius fratri committeret , vt imminentem calamitatem prompto remedio , quod facillimum erat , propulſaret . Grauiſſimæ illi obijciebantur querelæ , pati impune eccleſiaſticam dignitatem obteri , labefactari ipſius iura , conuenta inter eum ac Gregorium IX. connelli .

Præmonet Sanctium Reg vt publicis malis medeatur.

7 *Innocentius* , &c. Quia ſic in regno a quibuslibet tuis ſubditis impune delinquitur , barones alijque ipſius regni nobiles & ignobiles , ſumpto ex hoc delinquendi auſu , matrimonia contrahere in gradu prohibito , bona eccleſiaſtica recipere , ac alia quamplura mala , olim a bonæ memoriæ Sabinenſi epiſcopo tunc in partibus illis Apoſtolicæ ſedis legato ſub anathematis interminatione prohibita , committere non verentur : & tam ipſi quam plures alij de regno præfato diuerſarum excommunicationum innodati laqueis , per deuia deſperationis errantes , in contemptum clauium diuinis ſe officijs irreuerenter ingerunt , & eccleſiaſticis ſacramentis ; ac in ſubuerſionem catholicæ fidei plures eorum de ipſius articulis auctoritates tam noui , quam veteris teſtamenti temere , non ſine fermento prauitatis hæreticæ , in ſuarum & aliorum animarum periculum exponendo , te diſſimulante , non metuunt diſputare : & nonnulli de regno ipſo eccleſiarum & monaſteriorum patroni , & alij aſſerentes ſe patronos , cum non ſint , locorum ipſorum , & ab eis illegitime geniti in bonis dictarum eccleſiarum & eorundem monaſteriorum crudeliter debacchantes , eccleſias ipſas & monaſteria eadem ad tantam inopiam redegerunt , quod eis nequeuntibus proprios ſuſtentare miniſtros ; quinimo aliquibus ex ipſis ſeruitorum ſolatio deſtitutis , & aliorum clauſtris , refectorijs cæteriſque officinis , equorum ſtabulis & proſtibulis quorumlibet perſonarum vilium deputaris ; diuini nominis & religionis cultus exinde penitus eſt ſublatus , bonis illorum omnibus in direptionem expoſitis , & in prædam .

Improborum licentiam impune graſſari ſinuit.

6 Cæterum caſtra , villas , poſſeſſiones , & alia iura regalia deperire permittens perſonarum tam eccleſiaſticarum , quam ſecularium , nobilium & ignobilium , occiſiones nefarias , dum religioni non parcitur , nec ſexui , vel ætati ; rapinas , inceſtus raptuſque monialium & ſecularium mulierum ; ruſticorum & clericorum , ac negotiatorum tormenta grauia , quæ ipſis a nonnullis regni prædicti pro extorquenda ab ipſis pecunia infliguntur ; eccleſiarum & cœmeteriorum violationes & incendia , fractiones treugarum , & alia enormia , quæ a tibi ſubiectis libere committuntur , ſcienter toleras : quin potius tot tantiſque malis , dum ea præteris impunita , conſentire videris , & pandis aditum ad peiora . Terras inſuper & alia Chriſtianorum bona in confinio Saracenorum poſita non defendens , ea infidelibus occupanda relinquis . Et licet a ſupradictis prælatis , vt ad corrigenda præmiſſa pluraque alia nefanda , quorum cognoſa narratio faſtidium generaret , ardenter , vt teneris , aſſurgeres , monitus fueris diligenter ; tu tamen eorum monitionibus obauditis , id hactenus efficere neglexiſti .

Regni limitem aduerſus Saracenorum excurſiones non defendi .

9. 10 Nos igitur eidem regno ſuper tam miſerabili ſtatu paterno condolentes affectu , & cupientes ipſum a tot reſpirare anguſtijs , totque oppreſſionibus releuari ; ſerenitatem regiam monemus , rogamus , & hortamur attente in remiſſionem tibi peccaminum iniungentes , quatenus prudenter conſiderans , quod ſi omnipotens Dominus tuam ſuper ijs negligentiam ad tempus forte ſuſtineat , poſtremo tamen ſi in te , ac tuis contemnas errata corrigere , illam & hic impunitam non deſeret , & in futuro nihilominus vliſcetur grauius ; ſic ad corrigenda præmiſſa ſolerter & feruenter exurgas , vt culpas ſubditorum , tuas per reprobabilem patientiam non efficias : ſed in te ac ipſis proberis odire malitiam & diligere bonitatem , & de perſona tua grata de cætero auctore Domino audiamus . Quod ſi forte , quod non credimus , fueris circa hæc corrigenda remiſſus , nequaquam tolerare ſedes Apoſtolica poterit , quin ſuper ijs ad ſalutem tuam dictique regni commode remedium adhibeat opportunum , &c. *Datum Lugduni* XIII. *kal. aprilis anno* 11.

Inertiæ ipſius nonnalitiæ hæc mala tribuit Pont.

Intentata illi minat .

11 Poſtridie eius diei , quo hæc ad Sanctium ſcripſit , datis ad Colmanum in Bulgaria imperantem literis a , vbi de primatu Romanæ eccleſiæ multa diſſerit , ipſum ad Eccleſiæ gremium peramanter inuitauit : *Si forte* , inquit , *excuſare te volueris , dicens hæc nequaquam fieri poſſe ſine concilio generali , reſpondemus , quod ad congregandum concilium ad requiſitionem tuam & Græciæ , & Bulgariæ prælatorum offerimus nos benevolos & paratos , recipientes vos veſtroſque procuratores & nuncios cum honore & cordis lætitia ; & reſtituemus corpori Eccleſiæ ſuæ membra , proferentes ſtolam primam , occidemus vitulum ſaginatum , generale conuiuium faciemus vniuerſis Chriſtifidelibus ; & annuntiabimus cum exultatione & gaudio , quod Eccleſia catholica ſuo decore , vt a principio , eſt induta , tanquam vitis abundans , cuius filij ſunt vt nouella olivarum in circuitu menſæ ſedentes expectando , vt occurrat ſalutari ſuo domino Ieſu*

Solicitat Pont. Regem Bulgar. ad Eccleſ. Rom. coniunctionem.

a Lib. 2. ep. 10.

Offert cõcilium generale.

Iesu Christo, &c. Dat. Lugduni XII. *kal. aprilis anno* II.

a Georg. Log in hist. Constantinop. Leon. Allat. interp. Ad conuersionem ecclesiarũ inclinabat Calmanus Blumc. vbi sup.

12. &c. Agitasse Colmarum siue Callimarum, ita enim Georgius a Logothera eum appellat, de coniungenda cum Romana Bulgarorum ecclesia, Caloioannis frater, atque Asanis patris exemplo, quamquam illi icto cum ea fœdere mox nimia leuitate defecere, salubria consilia ex appositis hisce in literarum b apostolicarum calce verbis elicitur: *Cum super praedictis*, nimirum ecclesiarum coniunctione, *& specialiter de eis, quæ ad pacem pertinent, tractatum habeas fructuosum*. At non potuisse ob immaturam mortem ea perducere ex dicto Georgio constat: florentem enim pubere ætate principem annos natum octodecim siue naturali morbo, siue clam parato veneno, vt ferebat rumor, extinctum tradit; eoque accepto nuncio Vatacium Serras, Melenicum, atque Rhodopes montis oppida, qua vi qua dolo subegisse; Bulgarorum vero nouum Regem felici Græcorum progressu perculsum, ea lege pacem eblandituum, vt Vatacius partis esset contentus.

Mors illi consilia euersit.

Vatacius Serras oppugnat.

Innocentij studium in adducẽdis ad Christi cultum gentilibus

15. &c. Sacro illo & apostolico studio succensus Innocentius, quo schismaticos in Ecclesiam reuocare nisus, gentiles superstitionibus imbutos ad Christi ouile adducere conatus est. Insignes erant inter eos Tartari gentium multitudine, prouinciarum, quas subegerant numero, opum potentia, morum ferocitate, victoriarum partarum gloria, vesanæque superstitionis tenebris inuoluti. Ad quos euangelij luce collustrandos nonnullos Minoritas in subeundis huiusmodi pro Christo laboribus ac periculis fortissimos quisque misit: tum literas c apostolicas exarauit, in quibus præcipua religionis nostræ, vt eam amplecterentur, mysteria explicuit; vt nimirum primus parens ceciderit, vt Verbum diuinum ad illum e casu erigendum, pœnisque eripiendum, humanos artus virtute diuini Spiritus in vtero Virginis induerit, vt Christus euangelium miraculis illustrarit, vt pro redimendo humano genere cruorem effuderit, vt se ad vitam propria virtute excitarit, vt suas in terris vices Petro eiusque successoribus demandarit; atque adeo officij sui religione seductum ipsos ad suscipienda baptismi sacra amantissime solicitare.

c Lib. 2. ep. 12.

Ad clemẽtiam adducere nituntur.

18. 19 Ad mitigandam etiam eius populi ferociam, qui grauissimas calamitates, vt vidimus, Christianis attulerat, ac maiores importaturus in posterum, quo magis potentia, armorumque peritia, & opibus creuisset, videbatur, alias ad Tartaros literas dedit d, quibus admonuit, ne ita in eiusdem naturæ consortes fœuirent; imitarentur superiorum spirituum mutuam coniunctionem, vel saltem ipsa ratione carentia bruta animantia, quæ tesi immanitate ferarum suo generi parcunt; vel ipsa sensus expertia mundi elementa, quæ mutuo fœdere inter se consentiunt.

d Ibid. 13.

e Vinc. Bellouac. spec. hist. l. 31 c. 2. Quæ gesserint ac viderint apud Tartaros nuncij.

20 Obiere e magna in perferendis diuturni itineris laboribus constantia, ac Tartarorum barbarie toleranda, impositum legationis munus interuntij apostolici: ex quibus Ioannes de Plano Carpio de Tartarorum situ, forma, moribus, consuetudinibus, legibus, superstitione, victorijs, pugnandi genere, opibus, ac potentia librum conscripsit, ex quo plura apud Vincentium Bellouacensem collecta sunt. Peruenere vero illi sequenti anno ad solemnem Tartarorum conuentum, vbi nouus Imperator est renuntiatus, in quo, ad imperatorium solium euehendo adhibitos ritus ita describit a.

a Ibi. 13. Cuyne Tartarum creatus Imperator.

21. 22 *Anno Domini* MCCXLVI. *Cuyne, qui & Gogcham, idest, Imperator, vel Rex, sublimatus est in Tartarorum regno: omnes siquidem illorum barones congregati quandam sedem auream in loco supradicto medio posuerunt, supra quam ipsum Gog sedere fecerunt; coram eo gladium posuerunt dicentes: Volumus & rogamus, atque præcipimus, vt dominaris omnibus nobis: at ille dixit eis: Si me vultis super vos regnare, nunquid potestis vnusquisque quod vobis præcepero facere, quemcunque vocauero venire, quemcunque voluero mittere pergere, quemcunque occidi præcepero occidere? responderunt: Vtique. Ergo, inquit, erit mei sermo de cætero gladius meus erit; omnesque communiter ei consenserunt. Post hoc autem filtrum quoddam in terra statuerunt, ipsumque vnius desuper sedem fecerunt, dicentes: Vide sursum & agnosce Deum, ac respice filtrum, in quo sedes deorsum. Si bene regnum tuum rexeris, si largus fueris, iustitiamque seruare dilexeris, ac principes tuos vnumquemque secundum dignitatem suam honoraueris, magnificus regnabis: totusque mundus tua subiacebit dominationi, & quodcunque desiderabit cor tuum, dabit Deus tibi: si autem e contrario feceris, miser & abiectus eris, adeoque pauper, vt nec tibi permittatur filtrum, in quo nunc sedes. Hoc dicto idem barones uxorem Gog cum ipso super filtrum sedere fecerunt, sicque ambos sedentes a terra sursum in aera leuauerunt, atque Imperatorem & Imperatricem omnium Tartarorum voce publica & clamorosa eosdem protestati sunt. Postea multitudinem infinitam auri & argenti, & lapides pretiosos, & quæcunque remanserant a Chagadadam coram Imperatore nouo apportari fecerunt, eique dominium supra omnia illa plenarium concesserunt: ipse verò, prout ei placuit, vnicuique principum distribuit, fibique residuum seruari præcepit. Duebant etiam nobis*, inducitur nimirum Ioannes nuncius pontificius, *firmiter asserendo Christiani, qui erant de familia eius, quod deberet fieri Christianus, cuius signum erat, quod ipse clericos Christianos tenebat, & expensas eis dabat: habebat etiam semper capellam Christianorum ante ostium tentorium suum, vbi tantus clericus publice & aperte, ac pulsans ad horas, vt cæteri Christiani, secundum mores Græcorum, quantacunque sit ibi multitudo Tartarorum, vel etiam aliorum hominum; hoc tamen non faciunt alij ancillæ ipsorum.* Hæc ille.

Ritus in ea celebri tate obseruati.

Oblata illi munera.

Bene sentire visus Cuyne de religione Christiana

23 At quamuis hic Imperator de religione Christiana præclare sentire, missosque ab Romano Pontifice nuncios non illiberaliter excepisse videretur: *Cum omnibus suis principibus*, subdit auctor, *erexit vexillum contra Ecclesiam Dei, ac Romanum imperium, ac contra omnia regna Christianorum, & populos occidentis; nisi forte esset, quod esset, facerent ea quæ mandabat domino Papæ, atque potentibus & omnibus Christianorum populis, videlicet vt ipsi subdantur eis: nam excepta Christianitate nulla est terra in orbe quam timeant, & idcirco contra nos ad pugnam se præparant.*

Occidentẽ sibi subiicere est meditatus.

24 Reliquum iam est, vt de Lugdunensi synodo agamus: & sane, quod ad illius celebratæ tempus attinet; nonnulli in superiorem b, alij in sequentem annum c contulere; verum ex cæteris antiquioribus scriptoribus, atque ex Innocentij literis ab ipso in Fridericum ex synodo promulgatis (de quibus infra) erroris arguuntur. Synodi porro acta in pauciora verba coegit Albertus Staden-

De Lugdunensi concilio.

b Paul. Ldg. chr. Cisn. & Io. Trith. in suis chr. Chlond. dec. l. 7. Crãtz. Sax. l. 8. c. 12. & alij.

a Stad. in chron. hoc ann.

Stadensis a eius temporis auctor, alijque; fusius vero exposuit Matthæus Parisius b: *Circa*, inquit, *ætatis medium congregati sunt Lugduni ex totius fere Christianitatis latitudine prælati venerabiles, vel eorum idonei, Imperatoris quoque & multorum principum, aliorumque procuratores, secundum papalis mandati tenorem, concilium celebraturi.* Et infra.

b Par. hist. Angl. hoc ann.

Prima sessio.

25 *Dum autem dominus Papa multos iam prælatos, licet tamen non omnes, vidisset congregatos, die lunæ proxima post festum nativitatis S. Ioannis Baptistæ intravit dominus Papa cum fratribus Cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis & alijs prælatis ad concilium convocatis, simul & procuratoribus absentium tam principum, quam prælatorum, in refectorium religiosorum S. Iusti apud Lugdunum. Fuerunt itaque ibidem absque Cardinalibus duo patriarchæ, scilicet Constantinopolitanus, qui & Antiochenus, & patriarcha Aquileiæ, qui & Venetia.* Verum tres patriarchas enumerant alij c: *Imperator quoque Constantinopolitanus, comes etiam Tolosanus, & procuratores Angliæ, comes Bigod cum sociis suis nobilibus, archiepiscopi vero & episcopi centum & quadraginta.*

Tres patriarchæ affuere.

c Stero tr. annal. apud Canis. antiq lect. tom. 3. p. 267. & alij

Constantinop. patriarchæ aduersum Græcos querelæ.

26 Pergit Parisius, vt Constantinopolitanus patriarcha in eo venerabili cœtu proposuerit ecclesiæ suæ calamitates, adeo illius antiquum splendorem obsoleuisse, extinctamque pene maiestatem, vt cum triginta olim suffraganeos obtinuisset episcopos, iã vix tres numeraret; præterea adiecerit Græcos & alios Romanæ ecclesiæ hostes Constantinopolitanum imperium ad ipsas vrbis regias portas per vim occupasse. Deinde illatum sermonem de reponendo inter sanctos Edmundo Cantuariensi archiepiscopo miraculis claro, sed Innocentium ob ardua alia negotia rem in aliud tempus distulisse.

Fridericus ingentia promittit concilij patribus vt Ecclesiæ gratiã sibi comparet.

27 Tum recensет auctor, vt Thadæus Suessanus eximiæ eloquentiæ vir, belli iurisque peritus, palatij imperialis iudex, & Friderici procurator ad obtinendam illi Ecclesiæ gratiam, promissis ingentibus patrum mentes perstringere conatus sit, iactaritque Fridericum Græcorum imperium ad ecclesiæ Romanæ coniunctionem reuocaturum, Tartaros, Chorasminos, Saracenos, alioſque Christiani nominis hostes bello petiturum; terræ sanctæ res, quæ in maximum discrimen adductæ erant, in pristinum splendorem restituturum, eamque expeditionem suis sumptibus, se ducem oraturum; erepta Romanæ ecclesiæ redditurum, ac pro illatis damnis iniurijsque facturum satis. Splendida erant promissa, atque Ecclesiæ vtilia videbantur, sed fucis plena, quæ subodoratus Innocentius nuda sibi & vana verba dari non est passus: addit enim de eo Parisius.

Quid ad ill. a respõderit Innocentius.

28 *Ad quæ omnia respondit dominus Papa dicens exclamando: O quam multa & quam magna sunt promissa! nunquam vel nusquam tamen adimpleta, vel adimplenda. Sed & hæc nunc confiat sunt promissa, vt securis iam ad radicem posita, illuso concilio, & soluto per dilationem auertatur. Pacem super in anima sua inratam, secundum formam præfati sacramenti teneat, & acquiesco. Et si concederem sibi postulata, & resilire vellet, nec aliud spero, quis nunc pro eo cauens fideiuberet, vt cogeret resilientem?* Adijcit idem Parisius Thadæum Pontificis verbis subdidisse, daturum Fridericum duos fidelissimos fideiussores, Anglorum & Francorum Reges; atque Innocentium admittere recusasse, ne si Fridericus pacta infringeret, cum non aliud de eius inconstantia tot argumentis probata sperandum esset, in eos Reges animaduertere equitas cogeret: ac tunc Ecclesia tres potentissimos principes, quibus in Christiano orbe potentia pares alij non sunt, hostes experiretur. Sed neque commissam Thadæo auctoritatem ad hæc se extendisse, vnde non sine mœrore conticescere coactus est.

Beritens. episc. calamitates Terræ S. exponit.

a Extant apud Par. hist. Angl.

Tum Gualtrannus Beritensis episcopus a Syriæ Christianis missus, vt occidentalium auxilia imploraret, lugubres literas a concilio porrexit, quæ ab Arnulpho ordinis Prædicatorum fratre perlectæ patres ad lacrymas coegerunt. Ex vero sunt quarum anno superiore, cum de illata a Chorasminis clade ageremus, meminimus. His porro perfectis prior sessio dimissa est.

Secunda sessio. Pontificis ad patres concilij oratio.

29 Inchoaram alteram feria quarta sequenti ait Parisius, atque Innocentium pontificalibus ornamentis indutum, ac singulos suæ dignitatis infulis decoros ecclesiam S. Ioannis subijisse, ac diuini Spiritus implorata ope, litanijs subsecutis & alijs rite peractis, Pontificem orare cœpisse in ea verba: *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus*; ac voce crebris intercisa gemitibus, infixa altissimo pectore acerbissimi doloris, ex funestis Ecclesiæ calamitatibus impressis, accepti vulnera cum patientis in cruce Domini vulneribus contulisse b: *Comparauit*, inquit Parisius, *quinque dolores suos maximos quinq; vulneribus & plagis Crucifixi. Vnum de inhumanis & feraliter Christianitatem vastantibus Tartaris: alium, quem pro schismate Romana, ideſt, Græca ecclesia.* E paulo inferius: *Alium pro serpigine monarum horrisum, stili nec Paterinorum, Bugarorum, Ioninianorum, & aliorum schismatum, sectarum; & errorum, qua iam multas ciuitates Christianitatis, præcipue tamen Lombardiæ, subrependo maculauit. Alium, de terra sancta: in qua Chorosmini detestabiles domos Templi & Hospitalis, ciuitatem quoque Hierusalem & alias multas Christianorum ciuitates, cum magno Christiani sanguinis profluuio, vsque ad internecionem, solo tenus diruendo, destruxerunt. Alium vero de principe, ideſt, Imperatore; qui, cum esse teneretur summus secularium œconomus, & protector Ecclesiæ, hostis factus familiaris Ecclesiæ Christi efficax & validus factus est inimicus, & ministrorum eius aduersarius iam manifestus.*

b Paris. ubi sup.

Cœptos animo dolores cum vulneribus Crucifixi confert.

Conqueritur de Tartaris.

Schismaticis.

Hæreticis.

Chorasminis.

Et Friderico.

30 *Et prosecutus dominus Papa materiam hanc quantum videbatur expedire, cunctos audientes dolore compassionis salubriter sanciauit: exitus enim aquarum deduxerunt oculi eius, & singultus sermonem prorumperunt. In fine autem prædicationis suæ proposuit enormitates Imperatoris Friderici, scilicet hæresim, sacrilegium, & inter alia mala, quod ciuitatem quandam in Christianitate construxerat nouam fortem & magnam, quam Saracenis populauerat, ipsorum vsus, sed potius habitans, ritibus & superstitionibus, spreto Christianorum concilio & religione: familiaritatemque specialem contraxerat, vt asserebat, cum soldano Babiloniæ, & quibusdam alijs Saracenorum primatibus; distractusque & obscenis illectus illecebris, concubitu mulierculariarum, vel potius meretricularum Saracenicarum, indifferenter & imprudenter pollubebatur. Imponebatque ei multiplex periurium; & quod spreto veritatis tenore, nunquam pacta, nusquam promissa conseruabat. Super quibus, vt magis hæc audientes certificaret, signorum Imperialium de auro appensione communitas ostendit epistolas multas & multi-*

Inter cætera obijcit Nuceriam Saracenis condidisse.

Eorum ritus amplexum.

Creberrima periuria.

De iis aperte ipsũ conuincit.

multiplices, quibus euidenter arguit, & redarguit ipsum Imperatorem super periurio.

Frid. orator Thadæus Pontificis dicta refellere aggreditur irrito conatu.

31 Subijcit Thadæum audacter ad refellenda Pontificis dicta sese obiecisse, Innocentijque literas produxisse, quæ eius dictis dissentirent: sed cum diligentissime essent expensæ, & quibusdam conditionibus temperatæ, quas nunquam Fridericus impleuerat; contra Fridericianæ absolutæ repertæ, nec promissis stetisse Fridericum periurij conuictum. Quod scelus Thadæus, vt poterat, fucatis rationibus amouere nitebatur, accusabatque Innocentium promissa alia non seruasse. Demum post varias altercationes, in quibus inepte obiectum crimen hæreseos diluere eo argumento contendebat, quod vsurarios Fridericus in suæ ditionis terris versari non permitteret, quasi si ea labe careret, alijs maioribus inquinatus non esset; inducias petijsse, vt admonitus Fridericus ire ad concilium posset: tandem verò Regum Francorum & Anglorum annitentibus oratoribus, duarum hebdomadarum spatium ferme concessum: ac Fridericum, de tota re certiorem factum, respuisse concilio se sistere, tanquam ab imperatoria dignitate abhorreret, concilio se subijcere, quo facto Anglorum multorumque aliorum animos, qui ipsi studebant, a se abalienauit, atque a toto orbe Christiano, vt contumax ac perduellis Ecclesiæ est existimatus.

Inducix Friderico datæ vt accederet ad concilium.

Spernit se illi subijcere.

Periurij conuincitur.

Demõstratur Fœdifragus.

Arguitur sacrilegij.

De hæreſi ſuſpectus obſurgatur

Ducis Austriæ filia respuit Friderici nuptias ni consortio fidelium restituatur.

32 Redierat Thadæus, nec nisi funesta pro Friderico præsagiebat, cum etiam per eos dies idem Fridericus, qui ducis Austriæ filiam ad confirmandam suam potentiam in vxorem flagitarat; iamque propediem res perficienda videretur, ab ea constanter repulsus est, ni communioni Ecclesiæ restitueretur, quod imperij gradu euertendus timeretur, ipsaque perculsi anathemate sponsi amplexus horreret.

Tertia sessio. Pontifex sententiã laturo prouocat Fred orator ad concilium celebrius.

Coacta igitur tertia sessione, cum obiecta purgare non posset, ac ferendam ab Innocentio sententiam præsentiret, ad concilium aliud solemnius prouocauit, quod nec omnes præsules eorumue procuratores, nec principum omnium consistere videret. Cui Pontifex subiecit se facere illud, nec iam magis præsules, qui ex vniuersis orbis Christiani oris confluxissent, ac diutius vt Fridericus submitteret se Ecclesiæ, expectassent, grauandos videri: quod ad absentes spectaret; ipsos ab eo vinculis irretitos teneri, nec vlterius differendam sententiam, cum indignum sit, vt cuiquam fraus sua ac scelus patrocinetur.

Vt Fridericus ad pacem amanter inuitatus fuerit.

33. &c. Pontificiæ huius sententiæ præcipua capita hæc sunt: Fridericum missis legatis solicitatum ab Innocentio de pace cum Ecclesia redintegranda liberandisque Cardinalibus, episcopis, & alijs qui vocati ad concilium in triremibus capti fuerant, maxime cum antequam Innocentius ad pontificatum eueheretur, eos a se in libertatem restitutum iri spopondisset: propositum ipsi fuisse quod si vlla in re ipsum lasisset Ecclesia, vt querebatur, ex Regum & præsulum consilio iniuriam sarcitum iri; cum tamen in pertinacia obdurauisse: ac licet die cœnæ dominicæ sacra proxime exacta, ararorum opera præsente Imperatore Constantinopolitano, esset sacramento pollicitus, se imperijs Ecclesiæ obtemperaturum, illum tamen promissa non compleuisse neque illata Ecclesiæ damna sarciuisse, atque ideo ob ingentia eius flagitia decretoriam ineum sententiam ferendam sanxit Innocentius veluti in periurum, fœdifragum, sacrilegum, atque hæreseos suspicione conspicuis argumentis infamem: periurum quidem demonstrauit, cum sacramentum fidei pro concesso regni Siciliæ iure fiduciario præstitum Innocentio III. iterum Honorio III. exhibitum, iterumque cum imperiali corona redimitus esset, confirmatum fregisset, intentatis crudelibus minis Gregorio IX. & Cardinalibus, atque Othone & Iacobo legatis Cardinalibus captis & impie in carcerem coniectis; tum negata ligandi soluendique potestate Pontifici a Christo concessa, occupatis ditionis ecclesiasticæ pluribus vrbibus ac locis. Fœdifragum quoque Fridericum demonstrauit Innocentius cum fœdus inter Ecclesiam imperiumque præsentibus Ioanne de Abbatisvilla & Thomasio Cardinalibus ritesancitum ac sacramento corroboratum, quod mandatis Ecclesiæ obsecuturus esset, infregisset, ac Siculam ecclesiam oppressisset. Sacrilegij quoque reum Fridericum demonstrauit, quod misso Enio filio cum instructa classe Portuensem & Præneſtinum episcopos Cardinales, atque alios præsules ad concilium a Gregorio IX. vocatos cepisset, exuisset omnibus bonis, per Siciliam cum ignominia circumduxisset, ac demum in carcerem condidisset, cuius squallore & incommodis plures consumpti defecissent. Hæreseos denique suspicione iusta infamem grauibus & illustribus argumentis conuicit, quod anathemate a Gregorio percussus iactasset pontificia anathemata se non vereri, ac diuina coram se celebrari vel potius profanari iussisset; quod Saracenis amicitia coniunctissimus esset, & eorum ritus amplecteretur, ac Saracenis in quotidianis obsequijs vteretur; tum more Saracenico imperatrici eunuchos, quos ipse exsecari serio iusserat, custodes daret, & cum soldano confecta pace Mahometis execrandum nomen in templo Domini Ierosolymitano proclamari die ac nocte permisisset. Assasinorum opera ducem Bauariæ Ecclesiæ studiosum trucidasset, infidelium obsequijs horrendis contra fideles vteretur, Vatacio schismatico Ecclesiæ hosti fœdere & affinitate tradita ei in vxorem filia se coniunxisset: Christiani principis mores abiecisset, euertisset ecclesias, monachos attriuisset, nullam vero ecclesiam, nullum xenodochium extruxisset, vectigalia Romanæ ecclesiæ debita pendere abstitisset, ac demum clerum Siculum misere oppressum in seruilem pene conditionem redegisset: ob quæ flagitia hæc sententia lata est a Pontifice.

Parere ecclesiæ promiserat nec promissa complenerat. Quæ scelera obiecta sint hoc capite,

45 *Innocentius, &c.* Nos itaque super præmissis, & quampluribus alijs eius nefandis & execrandis excessibus ac flagitijs, cum fratribus nostris cardinalibus & sacrosancto concilio deliberatione præhabita matura & diligenti; cum domini nostri Iesu Christi vices, licet immeriti, teneamus in terris, nobisque in B. Petri Apostoli persona sit dictum: *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, &c.* memoratum principem, qui se imperio & regnis, omnique denique honore, ac dignitate reddidit tam indignum; quique propter suas iniquitates atque scelera a Deo, ne regnet vel imperet, est abiectus; suis ligatum peccatis a Deo abiectum, omnique honore ac dignitate priuatum a Domino ostendimus ac denuntiamus, & nihilominus sententiando priuamus; omnesque, qui ei iuramento fidelitatis aliquo modo tenentur astricti, vel obligati, a iuramento huiusmodi perpetuo absoluimus & liberamus; auctoritate apostolica firmiter & strictim inhibendo, ne quisquam de cætero sibi tanquam Imperatori vel Regi pareat, vel quomodo-

Iure Imperij deturbatur.

Subditos sacramenti religione absoluit Innoc.

libet parere intendat: decernendo quoslibet, qui deinceps ei velut Imperatori vel regi consilium, vel auxilium præstiterint, seu fauorem, ipso facto excommunicationis vinculo subiacere; illi autem, ad quos in eodem imperio, Imperatoris spectat electio, eligant libere alium in eius locum successorem. De præfato vero Siciliæ regno prouidere curabimus, cum eorundem fratrum nostrorum Cardinalium consilio, sicut viderimus expedire. *Datum Lugduni* XVI. *kal. augusti pontificatus nostri anno* III.

Censur. in omnes illius sequaces denuncit.

46 Eandem sententiam adducit Parisius; qui ea lata Thadæum Suessanum ac Matthæum de Ocra Friderici procuratores pudore suffusos, ac pectora ex nimio dolore tundentes abscessisse ait. Cumque iam omnes concilij patres accensas faces manibus gestarent, atque eas immersuri atque extincturi essent, Thadæum ingemuisse, atque ea verba repetijsse: *Dies illa dies iræ, calamitatis & miseriæ*; nec falsus vates: ex eo enim tempore omnia mala in Fridericum inundarunt, atque eius genus funesto mortis genere funditus sustulerunt.

Frider. exinde omnibus malis obrutus.

47.48 Licet autem Fridericus regio & imperatorio nomine exutus sit, lectorem tamen monitum volumus, nos illius annos, dum vixit, ad consignanda tempora annalibus Baronij more apposituros. Cæterum concilij collector ex Innocentij regesto sanctiones quasdam seu decreta refert huiusmodi titulis prænotata: *De rescriptis; de electione, & electi potestate: de officio & potestate iudicis delegati: de iudicijs, & de litis contestatione; de dolo & contumacia: de rescriptis: de eo, qui mittitur in possessionem causa rei seruanda: de confessis: de appellationibus & recusationibus: de sententia excommunicationis; de vsuris*; quo decreto ecclesijs consulitur, ne ære alieno opprimantur: *De subsidio Constantinopolitani imperij*; vbi Pontifex, conceptum animo dolorem ex imperij illius laceratione exposuit; quantaque dedecoris labes inferretur Ecclesiæ, si a schismaticis illud obrui pateretur.

Fideles ad conferendas impendio conitãr & Terræ S. opes excitari iussi.

49 Quo vero populi in eiusdem imperij ac terræ sanctæ subsidium excitarentur; præsules admonuit, vt Christianos suæ curæ & fidei commissos pro concione hortarentur, vel cum pœnam aliquam ad crimina diluenda infligerent, pijs monitis adducerent, vt proposita ob oculis Christi detendenda gloria, suas opes in terræ sanctæ, vel imperij Constantinopolitani auxilia conuerterent.

Decreta concilij ad propulsandos Tartaros.

50 Cum Tartari Christiani nominis omnium infensissimi hostes essent, nec tam suæ Christianos subijcere seruituti, quam funditus delere meditarentur, Christique domini cultum extinguere, cum iam excursionibus Poloniam, Russiam, Pannoniam, aliasque Christianorum regiones nullo sexus ætatisue discrimine pessumdedissent, atque ijs protritis, ad alias prosilire cogitarent; Pontifex sanxit vt omnes aditus, per quos ea gens penetrare posse videretur, diligentissime munirentur, extruerentur propugnacula, vt dum in ijs oppugnandis hostis distineretur, ipsorum irruptionis admonita sedes Apostolica, toti orbi Christiano auxilia imperaret, vt collectis omnium viribus commune periculum propulsaretur.

De ornanda expeditione in Saracenos.

51. 52 Ad collapsas verò terræ sanctæ res redintegrandas, indicta est crucesignatorum expeditio: qui sacro accepto signo se bello deuouissent, iussi certum in locum opportuno tempore confluere, vt apostolica prece lustrati alacriter mare traijcerent: studerent pietati: si quo peccato conscientiam macularent, mox illud pœnitentia eluerent, vt veri Christi milites effecti, cœlestique virtute induti felicius in hostem dimicarent: qui nobilitate diuitijsque pollerent, superuacaneis sumptibus abstinerent, quo in meliores vsus opes conuerterent, eoque facto plena criminum condonatione potirentur.

Vetita hæ studia.

53.54 Vetitum quoque, ne naues quadriennio in Saracenorum portus ad inuehendas commutandasue merces ducerentur, quo plures transfretaturis supperetent, atque hosti commoda non leuia, quæ ex ijs eliceret, subducerentur. Hæ studia quoque eo potissimum tempore, quo sacra conficeretur expeditio, vetita. Cumque tanti belli consilium perduci non posset, ni principes mutuo pacis fœdere astricti eo tempore tenerentur, hæc iussit Innocentius: *Statuimus, vt per quadriennium in toto orbe Christiano pax generaliter obseruetur, ita quod per ecclesiarum prælatos discordantes reducantur ad plenam pacem, aut firmam treugam inuiolabiliter obseruandam; & qui acquiescere forte contempserint, per excommunicationem in personas, & interdictum in terras arctissime compellantur, nisi tanta fuerit iniuriarum malitia, quod ipsi non gaudere debeant tali pace.* Sunt qui tradunt octauas 8 natiuitatis B. Mariæ virginis illic primum institutas: alij tamen aiunt b, ibi duntaxat statutum, vti B. Virginis octauæ a clero ac religiosis viris solemni ritu celebrarentur.

Instituta sacer dies octauus a natali Virginis festo recurrens. a *Longi. hist. Pol. l. 7. an. 1245. Blond. l. 7. ead. ann. collect. cent. hist. huius conc. Auctor addit. ad Vincen. c. 1. idē tribuit Innoc. IV.* b *Compil. chron. hoc ann.*

55. 56 Eadem in synodo cum Angli literis omnium nomine exaratis, quas historiæ suæ adiecit Parisius, atque oratorum suorum opera devectigali, quod Ioannes Rex pro Romana ecclesia inuitis eius regni populis (vti iactabant) imposuerat; deque frequentibus pecuniarum exactionibus, quas Pontifices præter consuetum B. Petri denarium imperabant, vehementius expostulassent, easque in posterum minime se passuros affirmarent, repulsi ab Innocentio fuere. Solicitatos porro Anglos in Pontificem a Friderico tradit anno superiori: qui ipsis pollicebatur daturum se operam, vt Anglia sedis Apostolicæ fiduciaria amplius non esset; vtque illius iugum excuterent, hortabatur. Cæterum eiusmodi Anglorum querimoniæ fortasse Innocentio occasionem præbuere, sacrosancta comprobante synodo, nonnullas eius rei principum literas c de Apostolicæ sedis iuribus & prærogatiuis legendas proponere: inter quas in primis eas attulit, quibus Ioannes Rex regna sua Romanæ ecclesiæ vectigalia constituit.

Queruntur Angli a Romana curia nimium grauari. c *Extant in m. s. Vall.* Lecta in concilio donatio facta de Regno Angliæ.

57 His adiecit iurisiurandi formam, quo Massæ marchio idemque Calaritanus iudex eiusque vxor Innocentio III. se deuinxerant. Denique nonnullæ annexuntur d aliæ Hungarorum Regis literæ ad Innocentium III. Honorium III. & Gregorium IX. Quæ literæ a Ioanne de Amolio archidiacono Foroiulienſi sacræ apostolicæ cameræ clerico vnà cum pluribus alijs, Benedicti XII. iussu collectæ fuere, atque autenticis scriptis mandatæ; quæ Assisij in Romanæ ecclesiæ tabulario tum asseruabantur, ac publicis probatisque monumentis summa cum diligentia consignatæ, vt ipsemet Ioannes retulit, reliquit.

Iuramenti forma præstiti a Parasene regulo Calaritano. d *Extant in eod. cod. Vallicel.*

58. &c. Vbi Fridericus inaudijt in Lugdunensi concilio Christi vicarium, de imperio ipsum deiecisse, vehementissime excanduit: atque furoris primo impetu pene mente captus acerbas

Fridericus audita Innoc. sententia iracundia exæstuat.

voces

voces emisit, & circumstantes accenso iracundia vultu, micantibus & toruis oculis intuitus, quæsiuit vbinam suæ essent opes, vbi tot pretiosissimæ coronæ gemmis auroque distinctæ; ijsque in conspectu suo mox allatis, vnam capiti imposuit. Eius vesaniam describit Parisius a: *Ex tunc igitur efficacius & vigilantius, vt dominum Papam gravaret, in thesauris, consanguineis, & amicis eius damna & injurias irrogavit.* Moxque literas ad principes Christianos, vt suum illis virus affiaret, misit; in quibus calumnias plures in Pontificem atque Ecclesiæ præsules iactauit: suasitque vt ecclesiasticorum opes diriperent, ditiores eximium illud opus charitatis futurum, si diuitiæ malorum causæ ijs eriperentur, atque ad antiquam egestatem, in qua tot miracula patrabant, adducerentur: ea in re Iuliano apostatæ simillimus, qui cum opes Christianorum expilaret, flagitium colorare arbitrabatur, si impie effutiret æquum non esse, vt Christiani Christo paupere ditiores essent. Eiusmodi literæ extant apud Petrum de Vineis, in manuscripto codice bibliothecæ nostræ, quas etiam Parisius attulit.

a *Parisius Angl hoc ann.*

Literas atroces scribit aduersus Innoc.

62. &c. Cumque impiæ huiusmodi literæ in lucem prodijssent, tantum abest, vt Fridericus Francorum atque Anglorum Regum, cæterorumque principum animos sibi conciliaret, vt eos magis a se auerteret. Patuit enim, vt inquit Parisius, luce ipsa illustrius, Fridericum dignitatem Ecclesiæ, quam ipse nunquam auxerat, sed alij magno ipsius dolore Imperatores amplificarant, infringere ac labefactare conatum esse, & hoc ipso hæresis suspicione vehementi apud omnes laborasse, atque ipsius prudentiæ & sapientiæ famam, quam apud populum præteritis rebus collegerat, eo facto obscuratam omnino fuisse: res vero pontificias sese admodum extulisse. Subdit Parisius perlectis pontificijs literis, viros pios Friderici partes execratos, Innocentio maximis animis studuisse, atque a Deo omnibus precibus petijsse, ne Ecclesiam suam a persecutore conculcari, labefactarique vnquam pateretur. Quibus ipse morem gerere visus est; euanescente enim tyranni terrore, plures populi atque inter eos Tarusini b impositum ceruicibus iugum excussere.

Ex ijs literis magnâ dedecus suscepit.

b *Tom. 3. ep. 56.*

66 Damnatas etiam Friderici partes Pisanos deserere cupidos, atque Ecclesiæ pro captis præsulibus, occupatisque Lucensis ecclesiæ oppidis facere satis paratissimos, Pisanus archiepiscopus significauit c Innocentio: qui sic ipsi respondit.

Pisani in Ecclesiæ gratiam recipi postulant.

c *Lib. 4. ep. cur. 1.*

Innocentius, &c. Fraternitati tuæ per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus si dicti ciues de stando, & parendo præcise, & absolute super captione, & spoliatione prælatorum aliorumque, præscriptis ecclesiæ mandatis & nostris, sufficientem tibi præstiterint nostro nomine cautionem; & quod Apostolicæ sedi cum alijs sibi fidelibus adhærebunt; si castra illa ecclesiæ Lucanæ prædictæ, quæ tenent, alicui ecclesiæ Romanæ assignauerint Cardinali, quem ipsi duxerint eligendum, per eum tandiu detinenda, donec vtrum ea pertineant ad iam dictam Lucanam ecclesiam, vel ad ipsos legitime cognoscatur: prælatis ciuibus super excommunicatione præmissa iuxta formam Ecclesiæ beneficium absolutionis impendas, & prælibati relaxes sententiam interdicti. *Dat. Lugduni XVII. kal. septembris anno III.*]

Quæ leges ad eum ob eandem propositæ.

Vercellenses vero, qui in fide atque obser-

uantia sedis Apostolicæ ita constantes perstiterant, vt nec minis labefactari, nec iniuriarum acerbitate diuelli ab Ecclesiæ partibus potuissent, singulari affectu complexus Pontifex, in clientelam sedis eiusdem recepit a, ac nundinas solemnes, quas edictis suis Fridericus Taurinum transtulerat, rescissis eiusmodi sanctionibus, statuit Vercellis celebratum iri: tum pœnas a tyranno in eam vrbem ciuesque decretas abolendas censuit. Iam ab eo ad alium principem, qui ob aliena flagitia, nimiamque socordiam pontificia sententia non quidem regno, sed publicæ rei administratione remotus est, narrationem traducamus.

a *Lib. 2. ep. 173.* Confellit Innoc. decretum Frid nundinas Vercellis Taurinum transferentis.

67. &c. Is erat Sanctius Rex Lusitaniæ Mentiæ Lupæ irretitus amoribus adeo, vt vulgus iniectam illi carminibus & veneficio amentiam existimasse Mariana scribat b; quem Innocentius seruato ordine iudiciario, cum nullis artibus ad regium munus obeundum adduci potuisset, a publicæ rei administratione amouendum existimauit, iustitiæque exercendæ atque armorum auctoritatem ipsius fratri Alfonso, virtutibus quidem ornatissimo, sed quem ambitione id consectatum exitus docuit, ad præterita emendanda, regnumque ab exitio vindicandum committendam: ita tamen vt regio nomine abstineret; quod seruari integrum Sancio, atque in filios, si quos ille susciperet, transfundendum sanxit: Lusitanosque imperia apostolica, quibus eorum saluti, ac regni dignitati consulebat, vt capesserent vt cohortatus c, rum addidit.

Sanctius Rex Regni administratione orbatus.

b *Mariana de reb. Hisp. l. 13.*

c *Lib. 3. ep. cur. 29.*

71 *Venerabili fratri nostro Bracharensi archiepiscopo & episcopo Colimbriensi damus nostris literis in præceptis, vt vos ad id monitione præmissa, per censuras ecclesiasticas appellatione remota compellat. Per hoc autem non intendimus memorato Regi, vel ipsius legitimo filio, si quem habuerit, prædictum regnum adimere, sed potius sibi & eidem regno destructioni exposito ac vobis ipsis in vita eiusdem Regis per solicitudinem, & prudentiam comitis consulere supradicti. Dat. Lugduni IX. kal. augusti anno III.*

Decernit Pont salua regni iura penes Sanctium eiusque filium remanere.

72. 73 Agit de his Ioannes Mariana d, qui Lusitaniæ proceres contendisse ab Innocentio ait, vt Sanctius regno pelleretur: sed tamen obtinuisse, vt Alfonsus Sanctij nomine, donec vixisset, rempublicam gubernaret. Addit Alfonsum, qui Mathildem in Gallia Bononiæ comitem vxorem duxerat, pontificia auctoritate ac procerum ecclesiasticorum studijs fretum centinuo leui conatu rempublicam administrandam suscepisse: Sanctium vero cum populos certatim in fratrem inclinare, eique obedientiam deferre e videret, fugam capessiuisse, demumque ad Ferdinandum Castellæ Regem se recepisse. Inde Mentia repudiata, quæ ipsi eam calamitatem peperera, cuius nuptias Pontificem damnasse vidimus, Castellani filium vxorem duxisse, ac pollicitum Lusitaniam beneficiario iure, si in regnum restitueretur, Castellæ submissurum: verum eius conatus Alfonsus frater diligentia sua elusit.

d *Mariana de reb. Hisp. l. 13. c. 4.*

Sanctius Lusitania depellitur. *ekal. apud Per. de Luna ms. Valent. hist.*

74 Consenuit porro Toleti inglorius Sanctius ea calamitate ob spreta toties Romanorum Pontificum salubria monita: de cuius obitus anno dissentiunt auctores; Mariana vero post hæc lapso decimo tertio detunctum tradit, cum regium nomen quatuor & triginta annis gessisset; eoque sublato, qui etiam tum in ipsius

Confugit ad Regem Castellæ.

fide perstiterant, Alfonso se dedidere. Hæc de Sancio sufficerint: reliquas Hispanicas res coniungamus,

Rex Zale Christianæ sacra amplecti cogitat.

75 Proposuere sedi Apostolicæ religiosi equites S. Iacobi Regem Zale tanto suscipiendi sacri baptismatis desiderio teneri, vt etiam ad propagandam in Africa latius Christi fidem, euellendamque Mahumeticam superstitionem regnum in ipsos transfundere meditaretur: quibus Innocentius illius regni recipiendi, finitimasque regiones, quæ ad nullum Christianum principem, spectabant, suo imperio adiungendi, ecclesias ac xenodochia extruendi auctoritatem tribuit a; ipsoque sedis Apostolicæ illius regni nomine, quadraginta marabutinorum censu impositio, vectigales deuinxit. Mirum sane quo tempore Christianus princeps impius Fridericus ob alia scelera, tum quod in Saracenorum mores delaberetur, deiici imperio meruit, Africæ Saracenum Regem baptismi suscipiendi cupidum religiosis equitibus, quo fidem Christi propagaret latius, regno cedere meditatum.

a *Ep.151.*

Valentina academia a Iacobo Rege excitata.

76. 77 Quo etiam tempore Rex Aragonum Valentiæ gymnasium condidit, cuius consilium laudibus est prosecutus Innocentius, amplissimisque prærogatiuis, vt pontificiæ literæ tum ad ipsum b tum ad episcopum Helenensem c datæ demonstrant, insigniuit. Eaque ratione impulsus ad Tolosanam academiam, vbi literarum gloria efflorescebat, decorandam, omnia ipsius priuilegia sua auctoritate corroborauit d. Quid agerct interim in Gallijs Innocentius, prosequamur.

b Iun.l. 3. ep. 7. & 8. c Lib.ep. 9.

d *Ep.155. 156.*

78. 79 Tradit Parisius Innocentium Cluniacum contendisse, vt in Ludouici Francorum Regis congressum veniret, quo pariter lapsis aliquot diebus post festum circiter S. Andreæ, Rege ipso cum matre Blancha accedentibus, septem diebus remotis omnibus arbitris secreta consilia conuulisse: creditum tamen de pace Ecclesiæ inter & imperium redintegranda potissime agitatum. At S. Regem Lugduni Romanum Pontificem conuenisse affirmat illius gestorum scriptor; refertque, vt S. Ludouicus instructis egregie quatuor agminibus magna pompa ac magnificentia, adeout spectantium oculos admiratione percelleret, Lugdunum ingressus sit. Et nonnullis in hanc sententiam interiectis verbis subdit: *Ipse autem Rex nobilissimus cum incredibili, & gloriosa multitudine militum regni sui quarto agmine procedens Lugdunum sic introiuit: ad quem locum vniuersalis ecclesia Pontifex summus accesserat, vt ibidem cum dicto Rege de negotijs sanctæ matris Ecclesiæ loqueretur; habitoque inter eos secreto & latente consilio, idem Rex serenissimus benedictione a summo Pontifice percepta, eique humiliter valedicto in Franciam remeauit.* Hæc ipse. Alij vero recentiores e, cæterique vtrumque affirmant, nimirum Ludouicum Cluniacum primo ad Innocentium Papam, inde Lugdunum ad sacram synodum profectum; ibique se suumque regnum Ecclesiæ ac Pontificis obsequijs deuouisse.

S Ludou. Pontifex Lugduni adit.

e *Ricord. Malespin. hist. Flor. c.137. Io. Villan. l.8. c.25 &c.* Proponit sedi Apost Hūg. Rex Friderici promissis nō stetisse atque adeo Hungariā Imperiovt vectigalē non subijciendum.

80. 81 Iam e Gallicis rebus ad Hungaricas nos conuertamus. Proposuit sedi Apostolicæ Hungariæ Rex se, quo tempore Pannoniæ Tartarorum excursionibus vastatæ fuerunt, ne penitus excinderentur, populique reliquias ab hostis potentia eripere posset, ea conditione fiduciario iure regnum illud imperio subdidisse, si certo tempore Fridericus, vel ipsius filius ad defendendam Pannoniam fortissimo cum exercitu accessisset: qui cum conditionem appositam non impleuissent, ad præstanda clientis officia se non teneri: ne tamen occasionem ex ea re aucupatus Fridericus, imperio subdere Hungariam moliretur, futuraque bella auerterentur, sedes Apostolica prouideret. Explorata ergo re Innocentius sanxit a Hungariam Romano imperio non esse subiectam, tum quod Fridericus pacta non seruasset, tum quod reliquorum Christianorum more ad propulsandos nominis Christiani hostes teneretur, vt taxis stipendijs ad capienda arma terendaque auxilia conducendus non esset: propterea se apostolica auctoritate, adhibito Cardinalium consilio, pretensa ex huiusmodi clientelari exhibito officio omnia iura irrita ac inania futura pronunciare. Barbaros vero recessisse, nec latius protulisse victorias ob Octoday Tartarorum Imperatoris veneno extincti necem scribit Simoni b Minorita ad Tartaros ab Innocentio missus.

a *Lib.3. ep. 38.*

b *Apud Vincent Speculi hist. l.13. c. 33. & 34.*

82. &c. Ab Hungaricis ad Polonicas & Prutthenicas res transeamus. Svvantopelkus Pomeraniæ dux, politicas artes secutus religionem omnem conculcarat; vt delatum a Letoinis Pruthenis & Laezuuingis, qui ad pristinam dæmonum superstitionem relapsi erant, principatum aduersus Cruciferos capesceret: quem a scelere Innocentius abducere nisus est c, ne Prussiam & Culmensem prouinciam in clientelam sedis Apostolicæ acceptas malis artibus affectaret.

Svvantopelkus fœdera cum infidelibus aduersus Christianos coit.

c *Lib.2. ep. 285. & 287.*

87. &c. Cum etiam Gnesnensem archiepiscopum & suffraganeos episcopos in impium hominem, qui Pruthenis ac Lituanis antea repressis audiderat animos, vt ipso duce in fratres S. Mariæ Theutonicorum, a quibus contusi fuerant, audacter prosilirent, consurgere iussit d, vtque ducem officij sui admonerent, contemnentem monita solemni ritu anathemate percellerent; ac si incussas anathematis pœnas ludibrio haberet, vt iam ab octo annis fidelium cœtu depulsus Ecclesiæ auctoritatem contempserat, auxilia principum aduersus eum implorarent: decretum ad eos sedandos motus legatum abbatem Messanensem nomine Opizonem tradit idem Longinus, quem egregie perfunctum munere ait, peragrataque Polonia in Prussiam & Pomeraniam se contulisse, ac Svvantopelkum Pomeraniæ ducem Casimiro Cuiauiæ duci & cruciferis sacramento pollicentem cum Pruthenis & barbaris aduersus Christianos non coniuraturum, nec vlla publica, vel occulta commercia initurum, censuris, quibus erat irretitus, absoluisse; redactisque in vnum vectigalibus, quæ in Polonia beato Petro solumtur, ad Innocentium esse reuersum.

Imposita Gnesnen. arch. prouincia vt Svvantopelk. anathemate percelleret.

d *Lib.2. ep. 288.*

Concordia inter Svvantopelk. & cruciferos redintegrat.

92. 93 Protendit etiam curas apostolicas Innocentius ad defendendum contra ingruentes ethnicos barbaros Estoniam; eximiumque Daniæ Regis militarem ardorem, qui ad eam prouinciam ab illorum grassationibus ac seruitute vindicandam arma corripuerat, collaudauit e. Ne quis porro in Dania turbas excitaret, dum sacro bello Rex esset implicitus, Danum in B. Petri clientelam accepit f.

Excitat Innoc. Regē Daniæ ad defendendam cōtra barbaros Estoniam.

e *Lib.2. ep. 345. 346.*

f *Lib.ep. 346 347.*

94. 95 Superest vt de ijs, quæ ad terram sanctam attinent, disseramus. Exposuerat in Lugdunensi, vt vidimus, synodo Berytensis episcopus Christianorum Syriæ orator calamitates, quibus illa felix olim regio affecta fuerat: excisas a Chorasminis Ierosolymas, profanatum

Res terræ sanctæ.

Domi-

Bertensis epiſc. in Angliam trajicit pro elicien dis auxilijs nullo effectu,

Domini ſepulchrum, Chriſtianos ſine vllo diſcrimine trucidaros; ac Pontificem ad indicendum ſacrum in barbaros bellum permouerat. Indeperagratis Gallijs, vbi nobiles ac plebeios ſponte ad induendam contra infideles crucem excitatos magis incendit, in Angliam traiecit, vt Anglos pari ſtudio inflammaret. Sed a Rege illiberaliter acceptus abſcedere re infecta eſt coactus; parum vero ideo Angli Syrorum miſerijs commoti videntur, cum illi violatis inducijs, quas Richardus Cornubiæ comes cum Babylonijs percuſſerat, eam ſibi calamitatem peperiſſe dicerentur, vt in ſuis exprobrat literis a Fridericus.

a Ext. in eius m. ſ. Vatic. bibl.

96 Cæterum Choraſmini a Babylonio inciti in noſtros non modo ſuperiori anno Heroſolymas oppreſſere, aliaque ingentia mala intulere; verum hoc anno Damaſcenum ſoldanum Chriſtianorum fœderatum aggreſſi regiam ipſius vrbem Damaſcum, vt ſcribit Pariſius b, expugnarunt; adeo vt auctis viribus ad totius Syriæ dominium aſpirarent. Ad comprimendas ergo Choraſminorum ac Babyloniorum victorias, recuperandaque amiſſa Chriſtifideles in arma ſacra concitati. De Germanis quidem hæc refert Albertus Stadenſis c: *Papa per totam terram Theutonie lugubrem literam principibus eccleſiaſticis deſtinauit, conquerens flebiliter, quod a gente quadam Saracena, quam Choraſminorum populum appellauit, ſepulchrum Domini eſſet enormiter violatum, ita vt plurimi, immo fere omnes hanc literam audientes intellexerint venerabile monumentum Domini ab eiſdem infidelibus deſtructum funditus & euerſum, & locum ſanctum in planitiem iam redactum: & in eadem litera fideles ſolicitari præcipit, vt ſe crucis inſigniant character contra ipſos.* Hæc ille. At non in Germaniam modo, verum in alias quoque Chriſtiani orbis regiones tranſmiſſæ ex litera; tum decretæ plures legationes, virique pij ad conficiendam ſacram expeditionem deſtinati, inter quos Otho Tuſculanus epiſcopus mox a perfecta ſynodo Lugdunenſi in Francorum Regis aulam ſe contulit: cuius ſtrenua opera non modo ſanctus Rex, ſed plures alij principes bello ſacro ſe accinxere; vt refert Nangius d.

Otho cardinalis legatus in Gallia.

b Par. hiſt. Angl. Damaſco potiuntur Choraſmini.

Pontificis ſtudiũ pro recuperandis Heroſolymis.

c Stad in chron. ann. 1245.

d Nang. in geſtis S. Lud. Franc. Regis ed. an. Solemnia comitia Pariſijs habita.

97 *Eodem anno infra octauas ſancti Dionyſij conuocauit Rex Francorum Ludouicus grande Pariſijs parlamentum, in quo prædictus legatus & plures regni Francie archiepiſcopi, pontifices, & abbates, barones quoque, & comites affuere, & tunc ad præfati legati predicationem & Chriſtianiſſimi Francie Regis Ludouici exhortationem Iubellus Rhemorum archiepiſcopus, Philippus Bituricenſis archiepiſcopus, Robertus Belnacenſis, Garnerus Laudunenſis, Guillermus Aurelianenſis epiſcopi; dominus Robertus frater Regis Francie, comes Atrebatenſis vir clariſſimus, Hugo de Caſtellione comes ſancti Pauli, & Bleſenſis, Galiberus nepos eius, Ioannes de Piarris vir nobilis, Petrus comes Britannie, Ioannes filius eius, Hugo comes Marchie, Ioannes Montisfortis, Radulphus de Couciaco, & multi alij tam clerici, quam laici, etſi non omnes ſimul, proceſſu tamen temporis ſignum crucis dominice aſſumpſerunt.*

Sacro bello ſolemni ritu ſe deuouet S. Lud.

e Par hiſt. Angl. hoc ann. Pium & facetũ illius in confignãda cruce regia familia factum.

98 Affert Pariſius e pium ac venuſtum hoc S. Ludouici facinus: *Appropinquante & imminente præclara dominice natiuitatis feſtiuitate, quamplures mutatoria recentia, que vulgariter nouas robas appellamus, magnates ſuis domeſticis diſtribuere conſueuerunt; dominus Rex Francorum crucis ſignifer officium predicatoris procuratoriſque negotij Crucifixi nouo modo ſibi aſſumens, capas cum ſuis pertinentijs de preciofiſſimo panno multo plures, quam moris habuit, cum pellibus variis imponendis ſibi fecit comparari; & de ſubtili auriphrygio factas in locis caparum humeralibus cruces ſibi opere furtiuo ac nocturno prudenter curauit & imperauit: & mane cum adhuc ſol nondum oriretur, milites capatos capis regijs ſibi fecit cum ipſo Rege miſſam audituros comparere. Quod cum feciſſent, & mane ne ſomnolentia aut pigritie redarguerentur in Eccleſia miſſis celebrandis intereſſent, quilibet in alterius humeris crucis inſignem ſignaculum intuetur: fit iocunda admiratio, ac tandem comperiunt, quod pie ſophiſticatos deceperit eos dominus Rex, nouum & nunquam auditum iniens predicatoris officium, factus potius realis predicator quam verbalis. Cumque eis indecens ac turpe, immo indignum videretur ipſas cruces deponere, ipſum nec tamen derifum cum iocunda lacrymarum effuſione facientes, dominum Regem Francorum propter hoc factum peregrinatorum venatorem, & hominum nouum vocauerunt piſcatorem.*

99 Meminit etiam ſuſceptæ a S. Rege ſacræ militiæ Cantipratanus, qui oſtentum crucis in cælo diuinitus expreſſæ enarrat: *Ego fidelium nouiſſimus, antiquum peſſimus Ludouicus Francorum Rex anno ab Incarnatione Domini* MCCXLVI. *crucem tranſmarinam ſuſciperet, crucem in cælo ex clariſſimo & ſtellato lumine vidi; nec recolo me decentius & operoſius formatam crucem vnquam ſub aliqua materia, vel figura vidiſſe: ocleno habere cunctos crucem ipſam in longitudine, mihi plenilſime viſum eſt. Serenum cælum erat valde, & ſine aliqua nube in aliqua parte ſui: ſub noſtro horizonte cælum erat coloris vnius.* Hæc Cantipratenſis.

Th. Cantipr. l. 2. c. 3. n. 9.

* MCC XLI.

IESV CHRISTI
Annus 1246. Indict. 4.

INNOCENTII PP. IV. FRIDER. II. IMP. OCC. 27. annus 4. BALDVINI II. IMP. CR. 8.

1. 2 AFfulſit meliorum ſpes ſub noui Romanorum Regis auſpicijs. Iſtuit Henricus Lantgrauius Thuringiæ S. Elizabeth leuir, qui nõ imperatorij diadematis fulgore pertinctus, ſed liberandæ a perſecutoris tyrannide Eccleſiæ ſtudio inflammatus, arduum opus, periculis plenum ſuſcepit. Reſpuit aliquandiu delatum honorem; tandemque pontificijs precibus victus aſſenſit. Extant Innocentij ad principes electores datæ literæ, quibus iniunxit a, vt cum vacaret rectore imperium, diuino præſidio freti Turingium ad Eccleſiæ & imperij defenſionem paratum in Regem Romanorum imperiale poſtea faſtigium adepturum eligerent.

Hortatur Inn. principes electores vt Lãgrauium Turing. imp. ſaluteut.

a Inn. l. 3. ep. cur. 4.

3 Abhorrebant a creando nouo Rege Romanorum Boemiæ Rex, Bauariæ, Brabantiæ, Brunſuici & Saxoniæ duces, Miſniæ & Brandeburgi marchiones, quos b monuit Pontifex, vt paribus animis in renuntiando futuro Imperatore conſentirent.

b Reg. poſt ſeq. ep.

4 5 Diuelli a tyranni partibus ex ijs plures non potuere, verum ab alijs proceribus præcipuequo eccleſiaſticis ſtrenue adeo nauata opera, vt Henricus idem Lantgrauius Turingiæ e Caroli magni, vt ferunt, ſtirpe procreatus, ſingulari pieta-

Henricus Lantg. au. Thuring. Rom. rex ſaluatur.

pietate conſpicuus Rex Romanorum fuerit ſalutatus : cuius rei geſtæ tempus & locum ita conſignat Stadenſis a : *Anno Domini* MCCXLVI. *Henricus Lantgranius Thuringiæ iuxta Herbipolim in aſcenſione Domini a Maguntino & Colonienſi, & quibuſdam principibus in Regem eligitur*. Pernaſit mox rei fama ad Pontificem, qui ingenti gaudio perfuſus grates ingentes Deo egit ; ac Maguntino archiepiſcopo, qui rem diligenter prouexerat, & de noui Regis creatione fecerat eum certiorem b, collaudato eximio ipſius ſtudio, gratulatus eſt, Lantgrauium Turingiæ magno conſenſu principes ad imperium extuliſſe ; iniunxitque, vt quoſcumque poſſet ad illius partes pelliceret, vtque ab omnibus fulciretur incumberet : proximum Romanæ eccleſiæ auxilium non defuturum.

a Alberic. Stad. in chron.

b Lib. 3. ep. cur. 24.

6. &c. Miſiſſe paulo poſt nouum Regem ad Innocentium ſuos oratores, vt Apoſtolicæ ſedi obedientiam deferret ; exceptoſque perhumaniter, pontificiæ ad ipſum ſcriptæ literæ c oſtendunt. Tum Pontifex Ferrarienſem electum legati apoſtolici dignitate auctum in Germaniam miſit d, ſummaque auctoritate ſtatuendi, quæ e re Eccleſiæ fore arbitraretur, inſtruxit. Decreuerat iam, antequam Henricus imperium capeſſeret, eam legationem : ipſique Ferrarienſi electo iniunxerat, vt Germanos eccleſiaſtica vel ciuili dignitate ſpectabiles, incuſſo cenſurarum, pellendique ipſos ex honorum gradu terrore, obtemperare ei, qui electus fuiſſet, compelleret e.

Henrici oratores ab Inn. excepti.

c Lib 4. ep. cur. 25.

d Inn. l. 4. ep. cur. 3.

Demandata Ferrarienſi electo prouincia Germanos in noui Regis obſequia adigendi.

e Ib. ep. 6.

9. 10 Diffuderat iam ſe creati noui Romanorum Regis fama, nec leuiter Fridericum terruerat, ne vti ipſe Othonem a ſummo Pontifice adiutus imperio deturbarat ; ita ab Henrico Eccleſiæ præſidio ſuffulto exueretur : quare ne mora noui Regis res creſcerent, Conrado filio præceperat, vt collectas raptim copias, ad eum opprimendum duceret. Paruit Friderico Conradus, ſed in to cum Henrico prælio fuſus fugatuſque eſt. Pugnatum eſſe prope Francofurtum ait Stadenſis f ; regia quippe comitia ea in vrbe indixerat Henricus, quo cum ſe florentiſſimo exercitu ſuccinctus conferret, auſus eſt Conradus ipſi occurrere, eumque laceſſere : at mox temeritatis pœnas, amiſſo exercitu, luit ; ingens ſuorum ſtrages edita, pluresque viri nobiles, centuriones, tribuni, ac præfecti in victoris poteſtatem venere. His conſentanea tradunt alij g hiſtorici, & confirmare videntur Henrici literæ, quas ad Rauennatem archiepiſcopum dedit h, quibus felicium ſucceſſuum certiorem facit, vt in Sueuiam mouere cœperit, mandatque vt a Friderico ex Romaniola, Fauentia, Rauenna, Arimino, alijſque vrbibus & oppidis electos colligat, commodis ipſorum conſulat, atque ad recuperanda de hoſte amiſſa incendat : ſe quamprimum quid ex ipſius & Inſubrum re fuerit, oratorum opera ſignificaturum. Veniebat Germania in noui Imperatoris fidem ac poteſtatem, certatimque vrbes ſeſe illi dedebant, penituſque, vt teſtatur monachus Patauinus i, Conradum Germania pepulliſſet, tranquilloque eſſet potitus imperio, niſi Bauariæ dux acceptæ iniuriæ immemor, cum eius parentem Aſſaſinorum opera Fridericus peremiſſet ; quod facinus crudele ab Innocentio obiectum Friderico in lata aduerſus ipſum ſententia vidimus ; accepta clade perculſum Conradum recreaſſet, reſque ipſius affictas reſtituiſſet. Trithemius k in Italiam fugatum tradidit,

f Stad. in chron.

g Paris. loc. cit. frag. hiſt. incert. auct. Mon. Pat. chron. l. 2.

h Apud Hier. Rub. hiſt. Rauen. l. 6.

i Monach. Patau. chron. vbi ſup.

Conrādus ad ducem Baua ic confugit.

k Trithem. in chron.

11. &c. Quo vero ſtudio Innocentium in Germania legati opera ad firmandum Henrici ſolium incubuiſſe vidimus, ita ad potentiam Friderici, ſynodi ſententia abdicati imperio, in Italia ac Sicilia infringendam illud conferebat. Ad quod perficiendum duos Cardinales Stephanum tit. ſanctæ Mariæ Tranſtyberim presbyterum, ac Raynerium ſanctæ Mariæ in Coſmedin diaconum legatos ſumma auctoritate munitos miſit ; & quidquid gererent ratum ſe habiturum pontificio diplomate declarauit a. Apoſtolicas quoque ad Siciliæ præſules, proceres, ac populos literas miſit b, ad quorum conciliandam gratiam, ipſoſque in Fridericum concitandos, eam inter cæteras demandatæ legationis rationem ſignificauit, ſe erga ipſos pietate motum, quod tandiu ſub Friderici tyrannide ingemiſcerent ; ad eos in priſtinam libertatem vindicandos, atque in Romanæ eccleſiæ gratiam reſtituendos, prouinciam illam Cardinalibus dediſſe.

Duos Cardinales legatos in Siciliam mittit Innocentius.

a Lib. 3. ep. cur. 22.

b Ib. ep. 8.

14. 15 Pontificijs literis excitati Siculi, ac legatorum ope freti diuturna vincula abrupere, ac pro Eccleſiæ dignitate, ſuaque defendenda ſalute, ac libertate, ſtrenue in Fridericum Theobaldo duce arma capeſſiuere : quibus Innocentius ea de re gratulatus eſt c pollicitus pro regno a Friderici tyrannide vindicando omnem le operam adhibiturum.

Siculi a Friderico deficiunt.

c Ib. ep. 17. 18.

16 Implicito ciuili bello Friderico, atque arma in Siculos vertente, Innocentius Picenos, Spoletanos, Tuſcos Romanæ eccleſiæ clientes, qui tyranni potentia oppreſſi lugebant, propoſito Siculorum exemplo ac excutiendum ſeruitutis iugum hortatus eſt d : tum alios, qui in fide perſtiterant, ad erigendos animos, impulſo iam in ruinam Friderico, vireſque confirmandas ſolicitauit : quo argumento datis literis e Romanis ſpem iniecit, fore vt communi hoſte a ſuis deſtituto, priſtina Italiæ pax, Eccleſiæ dignitas, felicitas populorum reflores ceret. Hæc in Gallijs Pontifex. Iam videamus quid in Italia ipſius perſecutor gereret.

d Ib. ep. 15. 16.

e Ib. ep. 12.

17. &c. Vrebat maxime Fridericum, non modo honore ſe concilij ſententia dejectum, ſed etiam hæreſecs infamia aſperſum iudicatum eſſe, iamque ipſius exiſtimationem apud omnes laborare. Quocirca ad eluendam labem plures ad Chriſtianos principes literas miſit f, quibus perfidiam ſuam colorare nitebatur. Tum e fidiſſimorum conſilio has artes inſtruxit : archiepiſcopum Panormitanum, epiſcopum Papienſem, Caſſinenſem, Cauenſem, Caſanouæ abbates, ac Rolandum, & Nicolaum Prædicatorum ordinis, quid ipſe de Chriſtianæ fidei ſymbolo alijſque articulis ac myſterijs religionis ſentiret, a ſe quærere diligentius & excutere iuſſit. Quo peracto, atque inſtrumento confecto procuratores ipſos inſtituit, vt coram Romano Pontifice iureiurando ſeſe deuincirent, vocatum ad examen Fridericum recte circa omnia fidei capita cum omnibus Chriſtianis conſentire, ac longe ab hæreſi abhorrere. Ingrate illi admodum excepti ; quod depulſi e fidelium cœtu hominis procuratores agerent ; ob quod facinus non tam audiendi quam afficiendi pœnis videbantur ; ſed cum pure Chriſtiani hominis nuntios ſe dicerent, data eſt prouincia expendendæ rei tribus ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, qui eam purgationem lucilem & inanem pronuntiarunt : cum nulla ipſis inſtituendi illius examinis auctoritas eſſet demandata ; quare repu-

Qua arte vſus Fridericus ad depellendam hæreſeos notā.

f Extans apud Petr. de Vin.

repudiata huiusmodi purgatione indixit Friderico, vt si rite purgare se & committere examini vellet, adiret sedem Apostolicam sine armorum strepitu ac terrore, modico comitatu stipatus: tum ipsi cum suis cautionem idoneam se consecutum: nullam iniuriam, molestiamque irrogatum iri.

Respuit pontificia imperia Fridericus

22. &c. At longe ab ea animi demissione vir improbus aberat, vt se Apostolicæ sedi ad subeundum fidei examen committere vellet: eos namque orationes ad crodulas tantummodo hominum mentes eludendas miserat: non enim tumorem animi ipsum posuisse literis ad a Anglos datis satis aperuit, in quibus Pontificem in odium adducere fucata oratione nititur; quæ apologia rem mature perpendenti, aspersa passim mendacia, proteruiamque detegenti non tam apologia quam illius accusatio habenda videtur.

a Apud Pet. e Vin. m.s. Vallic. ep. 3 Par. hist. Angl. hoc ann.

S. Ludouicus pro pace inter Frider. & Innoc. conciliandæ operâ nauat.

24. &c. Non ita literis suis principum oculos perstrinxerat Fridericus, quin Ecclesiæ æquitatem intuerentur, atque ad eam fouendam contra tyrannum animis propenderent; quocirca callidus princeps, cum in publicum odium adduci se videret, ad conciliandos auersos a se animos finxit scelerum se pœnitere, ac redire in gratiam cum Ecclesia percupere. Susceptique S. Ludouicus Rex pacis inter ipsum ac Innocentium conciliandæ prouinciam, ac dedit ad Innocentium literas b, vt redeuntem illum in gratiam reciperet. Agnouit illico Innocentius Friderici dolos, qui ficte pacem, quo tutius grassaretur, expetebat; ac sancto Regi gratias egit c, quod se pacis & concordiæ futurum interpretem obtulisset: sciret tamen se ante celebratum concilium nullam cum Cardinalibus ad pacem componendam prætermisisse; atque ideo ex præteritis, illius conficiendæ spem omnem ereptam videri; cum tamen Ecclesia nullum venientem abigere soleat, se salutem Friderici exoptare, eumque in fidelium consortium admissurum. Cæterum S. Regem Pontificis rationibus acquieuisse, iusteque in Fridericum pacis simulatorem & auctorem belli commotum, sequenti anno videbitur: sed a Friderico ad Russorum principem, qui subditos ad ecclesiæ Romanæ coniunctionem adduxit, dum ille quos poterat ab ea diuellebat, sermonem conuertamus.

b Par. hist. Angl.

c Lib. 4. ep. 32.

Russi ad Ecclesiæ Rom. coniunctionẽ traducti. *a Lang. hist. Pol. l. 7. hoc ann.*

28. 29 Catholicis se aggregarunt Russi hoc anno, qui licet antea euangelica luce essent collustrati, in Græcorum tamen schismate atque erroribus mersi iacuerant. Id autem Longinus d non tam Danielis ipsorum principis pietati, quam ambitioni tribuit: cum enim amplissimis opibus subditarum gentium multitudine polleret, ducis nomine abiecto ad regiam dignitatem assurgere in animum induxit: quam vt obtineret, oratores ad Opizonem abbatem de Mezano in Polonia legatum maxima auctoritate ab sede Apostolica instructum misit; obtulitque se populos sibi subditos ad Romanæ ecclesiæ obsequium adducturum, viresque ad propulsandos Tartaros cum cæteris catholicis coniuncturum, si regium sibi diadema imponeret: illum vero & diuinæ gloriæ amplificandæ & illustrandæ legationis suæ cupidum, renitentibus Polonis præsulibus, quos inuidia agi putabat, regijs ornamentis Danielem sacramento adactum se suosq; Apost. sedi obsequentes futuros induisse. Meminere apud Vincentium a de promota ab Opizone cum Rom. ecclesia coniunctione Russorum Minoritæ, qui gesta apud Tartarorum Imperatorem legatione rediere: exceptos enim magna lætitiæ & gratulationis significatione a Daniele & Vvasilone eius fratre aiunt; tum subijciunt: *medio tempore inter se, & cum episcopis cæterisque probis viris, super his, quæ locuti fueramus eisdem in processu nostro ad Tartaros consilium habentes responderunt nobis communiter dicentes, quod dominum Papam habere vellent in specialem dominum & in patrem, sanctam quoque Romanam ecclesiam in dominam & magistram: confirmantes etiam omnia quæ prius de hac materia per abbatem suum transmiserant: & super hoc etiam nobiscum ad dominum Papam nuncios suos & literas transmiserunt.* Verum antequam ij ad sedem Apostolicam venirent, lætissimo primo nuncio excitatus Innocentius, Prussiæ archiepiscopum, quem ex Armachana ad illam sedem ineunte anno transtulerat b, Apostolicæ sedis legati dignitate ornatum ad Russios misit c, redeuntibusque ad Ecclesiæ coniunctionem pontificijs literis lauste precatus est.

a Apud Vinc. Bellou. spec. hist. l. 31 c. 39.

b Ann. l. 3. ep. 377.

c lib. ep. 476.

Hortatur Russorum Regem ad propulsandos Tartaros.

30. 31 Præterea Russorum Regem est hortatus d, vt legato gratia & opera non deesset, & ad retundendos Tartarorum impetus consilium auxiliumque daret: ita enim immortalem apud homines gloriam, atque apud Deum immensa sibi præmia pariturum. Legato vero suo in Russia, quo felicius religionis causam promoueret, iniunxit, vt lectissimos quosque viros scientiæ ac virtutum laude conspicuos, episcopos Russis præficeret, aliaque illi apostolica beneficia impertitus est.

d lib. reg. 158 eund. ep.

Religioni in Russia propagandæ incumbit. Sabinensis ep. Card. in Norvvegiam legatus missus.

32 Flagitante quoque per hæc tempora Yaquino Norvvegiæ Rege, vt Innocentius legatum apostolicum in ipsius regnum mitteret, Vvillelmum Sabinensem episcopum eo muneri ornauit Pontifex: quem Regi, vt virtutibus cumulatissimum, rescriptis omni officio refertis literis e commendauit; meritisque etiam laudibus egregium ipsius Regis in sedem Apostolicam studium extulit. Nec modo Vvillelmo gerendæ in Norvvegia, sed etiam Suecia legationis officium iniunctum.

e Lib. 4. ep. 189.

Data illi induendi regijs ornamentis Haquini prouincia.

33 Inter cæteras vero causas, quæ Yaquinum ad postulandum legatum impulerant, eam principem existimo, vt solemni ipsum pompa corona redimiret; in literis enim apostolicis f, quibus legatio Sabinensi episcopo commissa, iussus est præsulum nobiliumque cœtum indicere, eoque coacto vice Romani Pontificis Norvvegiæ Regem corona insignire. Rem perfectam esse anno insequenti narrat Parisius g.

f lib. ep. cur. 32.

g Par. hist. Angl. ann. 1247.

Natalium illius labẽ ad insuetã dignitatẽ delet.

34 Impuris natalibus procreatus erat Haquinus, sed eam labem maximis laudibus, virtutumque ornamentis tegebat: quare Innocentius ob egregias eius animi dotes, tum ob præclara ipsius patris erga Apostolicam sedem merita, tum ob eximiam a Norvvegiæ Regibus propagandæ Christi atque Ecclesiæ gloriæ nauatam operam adductus est, vt diplomate apostolico natalium maculam deleret h; atque ad conscendendum solium regium, quod vnum videbatur obstaculum, amoueret: omnia ipsius acta regia legitima futura sanciret; & in ipsius posteros capessendi sceptri iura transfunderet.

h Lib. 4. ep. 221.

Eorũ dux regijs ornamentis a legato indutus.

Bello sacro se deuouentem in protectionem suscipit.

35. 36 Acceptis ab Ecclesia beneficijs respondit præstantissimus Rex: ad tuendum enim illius splendorem & elidendam in extremis orientis

tis oris Saracenorum tyrannidem crucesignatæ militiæ se deuouit: illum enim propterea, vxorem, filios, omniaque sua in sedis Apostolicæ clientela fore sanxit Innocentius a, donec in ea expeditione versaretur. Concessam etiam illi a Pontifice tertiam pro bellico apparatu, militumque stipendijs ecclesiasticorum vectigalium partem refert Parisius b: additque S. Ludouicum, accepto pij illius consilij nuncio, oratoribus ad eum missis, vt copias cum suis coniungeret solicitasse, pollicitumque se ipsum, vtpote maritimis viribus pollentem, classi suæ ac parti exercitus præfecturum: Haquinum verò, cum moueret Norvvegos moribus & lingua a Gallijs discrepantes facile rixas cum ijs commissuros, & rei Christianæ maximum inde damnum illaturi, de oblatis liberaliter gratias egisse, censuisseque tutius fore, si ipsi seorsim exercitum ducerent, regium tamen diploma, quo ipsius securitati, cum per Gallias iter haberet, caueretur, expetijsse, ac verbis amplissimis obtinuisse. Sed ne impietatem in proximis suæ ditioni locis dominari permitteret, qui ad eam in terra sancta oppugnandam tot locorum interualla erat penetraturus, expetijt a sede Apostolica sibi potestatem dari, vt ethnicos edomaret, qui in ipsius regni confinio idolorum cultui erant mancipati, atque ad proscribendam superstitionem armis cogeret. Cuius pijs votis obsecutus est Innocentius c.

a Alb. ep. 223

b Par. hist. Angl. ann. 1247.

Excitat ad finitimos infideles edomãdos

c Ibid. ep. 227.

37.&c. In Hungaria archiepiscopus Colocensis Apostolicæ sedis legatus, meditatũ aduersus hæreticos, qui Bosnam infecerant, crucis suscipiendæ consilium Pontifici significauit. Qui eo collaudato d crucem transmisit, addito hoc sacro imperio: *In remissionem tuorum tibi iniungimus peccatorum, quatenus obillius remissionem, qui in eodem signo mortis amaræ subiuit tormentum, vt humanum genus de mortis faucibus liberaret; dictum signum humeris tuis affigens, illud semper in corde geras, votum huiusmodi exequendo virtiliter & potenter.*

d Ep. 55. Crucem transmittit Pont. Colocensi arch. aduersus Bosn. hæreticos.

40 In Hispania Alfonsus Regis Castellæ ac Legionis maior natu filius in Saracenos bellum mouit; quem hoc anno plura loca barbaris in Murciæ regno eripisse, ac Ferdinandum patrem Oringim amplissimam vrbem subegisse scribit Surita e: Mariana f vero addit Alfonsum Carmonam ad pendenda annua vectigalia compulisse: & Constantinam, Reynam, Loram in suam potestatem redegisse.

Alfonsus Regis Castellæ maior natu filius in Maures expeditionẽ parat.

e Surita annal. to. 3. c. 43.

f Mariana de rebus Hisp. l. 13. c. 3.

41.42 Concussa est hoc tẽpore grauissimo bello Lusitania: Regis enim frater Bononiæ comes pontificia auctoritate regni administratione suscepta, resistentes sibi bello perijt, ac plures vrbes, & oppida ac propugnacula in suam potestatem adduxit. Inter quæ nonnulla fuere, quæ Lusitaniæ Rex Alfonso Castellæ Regis filio liberaliter contulerat: quam sibi illatam iniuriam cum Pontifici exponeret, rescripsit Innocentius g, commissam Alfonso regni administrationem non vt regnum fratri vel eius filio, si quem esset susceprurus, eriperet, sed Lusitaniam a malis quibus premebatur vindicaret.

Queritur Sanctius Rex ab Alfonso electum.

g Ibid. l. 3, ep. 193.

43. &c In Aragonia Iacobus Rex a Therasia Vidaura pellice incitatus Gerundensi episcopo, aduersanti ne prius matrimonium rescinderetur, linguam crudeliter abscidit: excusantem vero crimen nouo crimine, scilicet confictis in episcopum calumnijs, Pontifex ita admonuit officij.

Iacobus Rex Aragon. Gerũdensi episc linguam ablcindit. Hortatur eum Innoc ad pœnitentiam.

Regi Aragonum spiritum consilij sanioris.

Dilectum filium fratrem Desiderium penitentiarium nostrum, virum prouidum & discretum, ad te pro salute tua, quam feruenter appetimus, specialiter destinamus; vt idem, exprobrata tui granitate reatus, consilium tibi super hoc tribuat salutare. Nam quis tanquam princeps catholicus excessum sic detestabilem commisisse recolitur, & tam atroces tamque sacrilegas manus in Christum Domini extendisse? Qua itaque ira, vel furore inflammari adeo potuisti, vt regia prorsus maturitate deposita tanta laxareris facilitate, vt in virum religiosum, venerabilem Christi ministrum, pontificali dignitate præditum irreuerenter irruens, linguam eius prædicationis ministerio, & officio ligandi animas, & soluendi, ac diuinæ laudis deputatam iubilo, vel verius dedicatam, abiecto timore Domini, cuius idem episcopus fungi legatione noscitur, tam enormi diminutione faceres deformari? Qua iniuria, vel offensa sic tua debuit commoueri constantia, vt in tuum olim spiritualem patrem, tuæque medicum animæ huiusmodi tyrannidem exercores? Et quidem si etiam contra te in aliquo deliquisset, tibi penitus non licebat exinde sumere vltionem: sed illius profecto super hoc erat iudicium requirendum, qui suus dominus est & iudex.

47 Redeas ad teipsum, & considerans in amaritudine spiritus huius immanitatem criminis, humiliare coram cælesti Rege, per quem regnas in terris; studens ipsum, quem contra te nimium prouocasti, condigna satisfactione placare: prædicto nihilominus episcopo & alijs eiusdem regni prælatis veram cordis contritionem de tanto commisso per affectum congruæ pœnitentiæ demonstrando, vt liquida tuæ mentis compunctio ipsos ad parcendum moueat, & ad rogandum etiam pro te animos attrahat eorundem: sicque veniam a Iesu Christo consequi, & ipsius reconciliari Ecclesiæ merearis. *Et infra.*

Non igitur differas, sed acceleres pœnitere, aperiens in hac parte iam dicti pœnitentiarij consilijs aures tuas; securus quod, etsi hoc agere forte contemnas, nos tamen non omittemus, etiam te inuito, quantumcunque magnitudini regali displiceat, tuam procurare salutem. Speramus enim, quod ille, qui conuerti & viuere desiderat peccatores, quæ prius bene gessisti respiciens, tui recordari dignabitur, tibique cogitandi, quæ recta sunt & agendi gratiam largietur, vt tandem tu rationis superante iudicio, recognoscens quod pater filium, quem diligit, corripit & castigat, ad pœnitentiam conuertaris. *Datum Lugduni* x. *kalend. iulij anno* 11.

48 Paruit pontificijs monitis, vt refert Mariana a, Iacobus Rex, ac Valentinum episcopum ad veniam poscendam, paratumque se ad dandas pro crimine expiando pœnas, quæ a Pontifice decernerentur, exhibendum ad sedem Apostolicam misit. Audita legatione Innocentius Desiderio legato causæ cognitionem commisit, ac potestate conciliandi Regis Ecclesiæ, vbi scelus rite expiaturum se sacramento esset pollicitus, instruxit. Subdit auctor ex tabularijs Benefaciani monasterij, vt Iacobus in solemni episcoporum conuentu Ilerdæ habito, Christiana demissione genibus prouolutus, impositas a præsulibus pœnas magna doloris significatione admiserit: Benefacianum monasterium in Dertusæ montibus ad crimen perduxerit, atque argenti centum & quadra-

a Mariana de reb. Hisp. l. 13. c. 6. Paret Pontificis monitis.

ginta

ginta pondo annua pro Ciſtercienſibus ſuſtentandis tribuerit; Valentiæ xenodochium extruxerit, Gerundenſi templo vectigalia conceſſerit, vt ſacerdos quotidie ſacris pro Regis & poſterorum ſalute operaretur. At de Hiſpanicis rebus ſatis.

Edmund. Cantuar. arch. SS. catalogo adſcribitur

49 Hoc anno Edmundum Cantuarienſem archiepiſcopum ab Innocentio Papa Lugdini ſanctorum numero aſcriptum referunt Pariſius a, Bernardus b, Guillelmus Nangius c, ac Longinus d. Cæterum extat apoſtolicum diploma e de eodem Edmundo inter ſanctos relato, in quo Pontifex patrata diuinitus eius precibus miracula ita recenſet, vt cæcis viſus reſtitutus, vt leproſi lethalique morbo impliciti priſtinæ valetudini redditi; tum vero vt vitam ſanctiſſime duxerit, carnis aculeos ciliciis, ieiunijs, ac vigilijs attriuerit; gregem ſanctiſſime pauerit, atque ingentes in pauperes eleemoſynas effuderit, nil in terra præter Dominum quæ fuiſſe prorſus, deque miraculis ab eo editis hac addit Pontifex: *Cæcis lumen reſtituit &, quod glorioſius, de cuiuſdam oculis innate cæcitatis tenebras infuſi viſus perſpicuitate fugauit. Alij, cuius linguam natura diuina taciturnitate ligauerat, liberam loquendi tribuit facultatem. Leproſam quandam, ſquammis lepræ max decidentibus, ſubita & mirabili abſterſione mundauit. Tremula paralytici membra firmauit conſolidatione nervorum: contractis artuum extenſione ſubuenit. Tumentem hydropiſim corporis extenuatione curauit; & quandam ſimilis ætatis veteri gibbo nimis inflexam reſtituit, erecta ſurſum eius faciæ, ſanitati. His & alijs quampluribus coruſcauit miraculis manifeſtis, quorum ſerium auximus præſentibus inſerendum. Conualeſcit ex ipſis fides catholica, Iudæorum pertinacia erubeſcit, confunditur hæreticorum fallacia, & obſtupeſcit ignorantia paganorum.* Datum Lugduni III. id. ianuarij pontificatus noſtri anno IV.

a Matth. Par. hiſt. Angl.
b Bercebrum Rom. Pont.
c Guill. Nang. de geſt. S Lud. & Io. Long. hiſt. Pol. l. 7
De illius virtutibus.
d Apud Voſſ. mon. ſtor. hiſt. hoc anno.

Felix S. Lungardis obitus.

50 Hoc denique anno, quo egregio præſuli ſanctorum honorem cultumq; decretum vidimus, S. Lungardem in beatorum ſedes emigraſſe teſtatur Thomas Cantipratenſis e, qui eius res præclare geſtas conſcripſit: *Cum iam*, inquit, *mortis hora adeſſet, oculos in cælum fixit, & munita roboreis ſacramentis in medio iuuenculanum nympharum, admixtis cæleſtis exercitus principibus pſallentibus, felix anima ad liberas auras ſuperna Hieruſalem exultans & lætabunda euolauit ſub veſperam, anno a Chriſti incarnatione* MCCXLVI. *decimoſexto kal. iulij indictione* IV. *ætatis ſuæ anno* LXIV. Hæc ille. Porro Lungardis virginis nomen eodem die in eccleſiaſticas tabulas f relatum eſt.

f Martyr. Rō 16. iun.
Res terræ ſanctæ.

51 Supereſt vt res orientales delibemus: de quibus tradit Pariſius h Templarios atque Hoſpitalarios quibuſdam precibus ac ieiunijs, pro terræ ſanctæ a Deo obtinenda liberatione, communi voto ſeſe aſtrinxiſſe: ac pro eripiendis e ſeruitute magiſtris nonnullique fratribus, ad ſoldanum Babyloniæ oratores miſiſſe, eoſque ab hoſte contemptui habitos, ac repulſam paſſos, terræ ſanctæ incolas, emergentibus inter Saracenos nouis odijs & diſſidijs, paululum recreatos, ſed a ſoldano Ægyptio Damaſco porro improuiſa demum irruptione oppreſſos ex Iordano i colligitur: *Eodem anno*, nimirum MCCXLVI. *ſoldanus Damaſci a ſoldano Alapiæ fratre incarceratur. Hæc audiens ſoldanus Ægypti veniens occupauit Damaſcum, Calamelam, & Maubeth.*

h Par. hiſt. Angl.
Inſtitutæ publicæ a religioſis equitibus preces.
i Iord. m.ſ. bibl. Vatic. ſignat. num. 1960. in chro. hoc an
Soldani Ægypti in Syriam irruptio.
Antiocheni a barbaris vallati

Deinde Chriſtianorum, terram percurrens, omnia munimenta nuper erecta per Regem Nauarræ, comitem Britanniæ, & comitem Cornubiæ deiecit; caſtrum ſcilicet Tyberiadis, Aſcalonem, &c. Tunc Turchemani pra cunctis deſpectiores Antiochiæ caſalia depopulantur; qui nec ciuitatibus nec caſtris vtuntur, nec lucris inhiant: ſolis animalibus contentantur, & tentorijs vtuntur de phitro. Hos Antiocheni contemnentes, dum inordinate procedunt, ab ordinatis pluuies ſuperantur, & facti ſunt Antiochenis formidini.

52. 53 Vt hæc atque alia imminentia mala auerteret Innocentius, opportunumque S. Ludouico conficiendæ expeditionis ad afflictas res excitandas tempus conciliaret, ſoldanum Babylonium de pace interpellauit: quem etiam pellicieni ad Chriſti cultum barbari principis cupiditas mouit, vt ex ſcriptis a ſoldano e Græco in Latinum verſis literis a videre eſt: quibus ſignificauit Innocentio, rem eam ſine Friderici aſſenſu, cuius amicitiam veterem, qua parenti ſuo fuerat coniunctiſſimus, religioſiſſime colebat, perficere non poſſe; deque ea re ad oratorem ſuum in Friderici aula agentem literas miſſurum.

Interpellat Innocentius ſoldanum Babylonem de pace.

e Ext. apud Innocen. ep. cur 29. apud Sand. vit. Inp. & Cranz. Metrop lib. 8. c. 14.

54 Superioribus Syrorum malis addit Pariſius Tartaros, pluribus Saracenorum principibus domitis, latius victorias protuliſſe; ac Regem Armeniæ, Antiochenum principem, & alios proceres Chriſtianos vectigales feciſſe. Quibus conſentanea apud Vincentium Bellouacenſem de Rege minoris Armeniæ leguntur: Ingruentibus igitur vndique ad opprimendos orientales Chriſtianos barbaris, Innocentius mendæ fidei ſtudio ad ſacrum ſubſidium comparandum incubuit: ac tum Friſiæ epiſcopos, tum epiſcopum Tuſculanum Apoſtolicæ ſedis legatum monuit, vt crucelignatos ad trajiciendum in Syriam cum Gallorum Rege paratos eſſe iuberent; reluctantes cenſuris compellerent, ni forte ijs impedimenta implicita eſſent, vt eorum vota commutanda viderentur.

Rex Armeniæ & princeps Antiochiæ ſe Tartarorū vectigales conſtituūt.
Vbert. hiſt. l. 23 c. 19.
Innocentij cura pro Aſiatica expeditione promouenda.
c Inn. l. 4. ep. 59. & 234.

IESV CHRISTI
Annus 1247. Indict. 9.

INNOCENTII PP. IV. FRIDER. IMP. OCC 28.
annus 5. BALDVINI II. IMP. OR. 9.

EXcitatæ ſuperioris anni victoria a Lantgravio parta Eccleſiæ res, eius morte depreſſæ fuerunt: rurſuſque Pontificis diligentia ſuffecto in extincti Lantgrauij locum Vvillelmo Hollandiæ comite, creatio & confirmatæ. Recenſet quidem Pariſius d tradas repentino caſu Eccleſiæ adhærentium partes: cum enim ſecundo rerum ſucceſſu vteretur Lantgrauius, vtque regijs ornamentis inſigniretur, Aquiſgranum cum exercitu peteret, Conradum Friderici filium cum egregijs copijs obuiam accurriſſe, & quindecim militum millibus in inſidijs locatis, prælio Lantgrauium laceſſiuiſſe: qui cum iam tota exercitus mole Conradum obteneret, hoſtes alij ſigno edito procurrere, atque victores incautos oppreſſere. Mox Conradum reportatæ victoriæ terrorem late circumtuliſſe, in Lantgrauij ſectatores omne crudelitatis genus exercuiſſe: Lantgrauium

d Par hiſt. Angl.
Henricus Romanorum Rex a Conrado ex inſidijs fuſus.

Magnum ſui deſiderium moriens relinquit.

verò, qui die sequenti diadema excepturum se arbitrabatur, mœrore ac luctu consumptum. Verum alij nullam cladis huiusmodi mentionem fecere, vnde fictionis suspicione non carere videtur. Henrici sane obitum hoc anno accidisse, præter magnæ auctoritatis historicos testes, Stadensem a, qui addit ducem Brabantiæ mox filiæ nomine, quæ Henrico nupserat, Thuringiæ administrationem cepisse, Parisium b, fragmenti historici incertum auctorem, Siffridum c, Patauinum monachum d, Vvillermum Nangium e, historiæ de Lantgrauijs scriptorem f, atque alios g plerosque; ex Innocentij literis, de quibus infra, manifeste colligitur. Eum vero principem dignis imperio virtutibus ac laudibus ornatissimum, ac S. Elizabeth leuirum fuisse, in Lantgrauiorum historia & chronico Citizensi traditur: quamuis Trithemius h illius filium extitisse affirmet.

a Stad. in chron.
b Paris hist. Angl.
c Siffrid. ep. lib. 3.
d Monach. Pad. chr. l. 3.
e Vvill. Nang. in gest. S. Lud.
f Hist. Lantgrau. c. 31.
g Addit ad Lamb. anna Colmar. & alij.
h Trithem. in chron.

2. 3 Quid porro Innocentius accepto de morte Henrici tristi nuncio egerit, refert Albertus Stadensis, qui primum de legato in Germaniam misso, hæc scribit: *Papa Henricum Lantgrauium mortuum intelligens, Petrum * Capucium de Aurelio * diaconum Cardinalem misit in Thuringiam.* Innocentium hoc anno id. martij legationis in Germania, Dania, Polonia, ac Pomerania gerendæ munus illi imposuisse ostendunt ad Germanos principes diuina, vel humana auctoritate conspicuos, ea de re literæ datæ i.

* Capocium * ad velum aureum
Petrus Capocius Card in Germaniam legatus mittitur,
i Inn. l. 5. ep. 52.

4. 5 Non diuturnum postea fuit in Germania interregnum: agente enim Innocentio, ac Petro Capocio Cardinale legato rem vrgente, Vvillelmus Hollandiæ comes opibus, ætate, viribus florentissimus, multorum principum affinitate atque amicitia suffultus, in Romanorum Regem electus est, ac mox sacramento fidei plures sese illi astrinxerunt; Saxoniæ tamen ducem nonnullosque alios ab ea electione abhorruisse tradit Parisius k. A quibus parum discrepant, quæ incertus fragmenti historici auctor prodit, metu plures principes perhorruisse sceptrum Germaniæ contra Friderici & Conradi potentiam suscipere, ac refugientibus alijs, ne suo sanguine oblatam purpuram cruentarent, Brabantiæ ducem suum ex sorore nepotem gerendo imperio obtulisse. Celebratam Vvillelmi Hollandiæ comitis quinto post diem S. Michaeli sacrum recurrente electionem affirmat Stadensis, qui de nuata a legato in conuentu principum celebrando egregia opera hæc tradit m: *Euocatis archiepiscopis, & episcopis, quos potuit, concilium prope Coloniam celebrauit. Et feria quinta post Michaelis *, Vvillelmus frater comitis Hollandiæ a quibusdam episcopis & comitibus in Nussia in Regem Romanorum ad gubernandum imperium est electus.* Cæterum Vvillelmum hoc anno Regem Romanorum ad euertendam Friderici, & Conradi tyrannidem salutatum non modo consentiunt auctores alij, sed pontificiæ literæ n ad Maguntinum archiepiscopum & suffraganeos episcopos; tum ad alios præsules ac principes scriptæ patefaciunt.

k Par. hist. Angl. hoc ann.
* fortasse In eo Vvillelmus comes Hollandiæ Rex salutatus.
m Stad. in chron. hoc ann.
n Lib. 5. ep. 122.

6 Eorum principum exemplo adducti populi, Conradi depulso iugo Vvillelmum Regem salutarunt: erga quem præ cæteris egregie affecti Colonienses fuere, quos ob id valde o Innocentius commendauit; tum alios populos aduersus Fridericum propositis sacris indulgentijs eiusdem Vvillelmi partes sequi iussit, ac præsules in illius verba sacramento adigi.

Gratulatur Colonienſibus Pont. ob egregium in Vvillelmum fauorem.
o Ib. ep. 17.

7. 8 Respuere iussa apostolica nonnulli, inter quos Magdeburgensis archiepiscopus, Patauiensis & Hildingensis episcopi fuerunt, qui Friderici partes ardentissime efferebant; ad quas confirmandas magis Magdeburgensis pro conciliando inter Saxoniæ ducis filiam & Fridericum matrimonio interceſſerat; cuius rei occasione Saxo, Bauarus, Missnensis, Austriaci, Styri, alijque viri nobiles copias maximas conflabant: quorum impetus incussa censurarum religione coercere conatus est Innocentius datis ea de re ad legatum literis a.

a lib. ep. 38.

9 Quæ vero ex eiusmodi aduersarum partium bellico apparatu sint secuta, describit Parisius b, legatum Colonensis archiepiscopi fultum auxilio collecto fortissimo exercitu, quem stipendijs a laicis fidelibus atque ecclesiasticis ad Ecclesiæ iura tuenda suppeditatis, alebat, aduersus Conradum duxisse, illiusque ita fregisse vires omnes, vt Germania discedere coegerit: sed postea id contigisse non leui argumento est, qui auctor etiam historiæ suæ Friderici impium tacitus mandauit. Ait enim illum mœrore ingenti ob res suas depressas in Germania perfusum, cum noui Imperatoris potentiam efflorescere videret, insidias vitæ Innocentij parauisse, quosdamque profligatos milites pro eo trucidando corrupisse: alteram quidem coniurationem, quam Vvalterus de Ocra Friderici clericus, ac præcipuus consiliarius fecerat, ab altero sceleris conscio, diuinæ prouidentiæ consilio paucos post dies lethali morbo correpto, cum ad meditatum scelus in extremis iam constituturus horreret, detectam esse; alteram vero duos Italos milites Lugduni captos aperuisse, vique tormentorum conspirationis participes indicasse. Quibus periculis liberatus Pontifex gratias Deo agens ea Apostoli c verba occinere potuit: *Dominus mihi astitit, & confortauit me: & liberatus sum de ore leonis.*

b Par. hist. Angl. hoc ann.
Immissi a Friderico sicarij ad tollendum e medio Pontificem.
Diuina in coniuratis detegendis prouidentia.
c 2. Tim. 4

10 Cum occultas insidias euanuisse cerneret Fridericus, vim apertam adhibendam censuit, comparatoque maximo exercitu Gallias ad opprimendum Pontificem bello aggredi statuit. Taurinū pretergressus minaces aquilas in Gallos attollebat, cum Innocentij consanguinei, vt ait monachus Patauinus d, vnà cum ijs, qui Parma electi Placentiæ sedes fixerant, captata occasione, dum Entius Friderici in Italia legatus cum exercitu Cremonensium Quinorianum Brixiæ castrum obsidione tenebat, Parmam populari cum ijs coitione facta mense iunio ingressi, prætore nec tradito Fridericianos pepulerunt: quibus mox Gregorius de Montelongo cum Mediolanensibus & Placentinis, & comes S. Bonifacij cum Mantuanis auxilia tulere, vrbemque aggeribus & cæteris necessarijs rebus celeri opere munierunt. Terruit Fridericum Parmensium detectio, ac veritus, ne si vlterius signa inferret, Italiæ reliquæ vrbes ac Sicilia ipsius iugum e suis ceruicibus depellerent, prætermissa Gallicana expeditione, reflexit iter, iraque exæstuans cum exercitu eodem atque Ezelini auxilijs, Parmam obsidione cinxit, suscepto consilio nunquam inde castra remouere, nisi Parmam deleuisset; nouamque in circuitu vrbem, cui, inanibus præsagijs fretus, imposuit Victoriæ nomen, condidit e.

Taurinum prætergreditur Fridericus. Parmam aggreditur.
d Monach. Pad. chron. l. 1. hoc ann.
e Mon. Pad. chron. l. 1. hoc ann. Paris. hist. Angl. eo ann. Ricord. hist. Florent. c. 138. Iac. Vitod. chron. l. 6. c. 35.

11 Meminit incepti a se versus Lugdunum itineris Fridericus in literis f, quibus non ad opprimendum Pontificem Galliasque inuadendas, sed ad veterem discordiam dissipandam eo contendisse mentitur: si enim pacis conciliandæ cupiditas illum agebat, cur præscriptas ab Innocentio superiori anno leges, vt sine exercitu fide publi-

f Extat apud Petr. de Vin. l. 5 Vatic. bibl.

Parma obsidione cingit.

publica accepta accederet, non seruabat? Addidit se Parmam rapto exercitu obsidione cinxisse, ac breui expugnaturum; indeque ad conterendas circa Lugdunum, vt ait, belli reliquias iturum; cum maximo Germania sub Conradi filij potentia procumbat. Vt vero ille spe sua frustratus fuerit, amissisque in Parmensi obsidione copijs fractus ac profligatus, sequenti anno dicetur.

S. Ludou. a Frid. lacessitus bellū illi inferre meditatur.

12. &c. Cæterum S. Ludouicus Francorum Rex, quem tam strenue operam ad reuocandum in gratiam Ecclesiæ Fridericum nauasse vidimus; vbi sæua illius consilia perspexit, atque Ecclesiam Friderici tyrannide innumeris mersam calamitatibus lugere; decreuit prædecessorum cumulaturus gloriam bello illum petere, atque ad restituendum Romanæ ecclesiæ Christi vicarium, exercitum in Italiam ducere. Susceptum ergo pium consilium Innocentio exposuit, ac sua & Francorum arma ad retundendam hostis audaciam obtulit. Cuius officij magnitudine recreatus, atque ingenti voluptate perfusus Pontifex, maximas sanctissimo Regi gratias egit a: flagitauit tamen ne vel in Italiam exercitum duceret, mittoretue; nisi noua ab Apostolica sede prouincia data. Similique argumento gratiarum & officij plenas ad comites, Atrebatensem, Pictauensem, atque Andegauensem, Robertum nimirum, Adelfonsum & Carolum S. Ludouici fratres, magnæ virtutis & ingentium animorum principes, qui Innocentio suam quoque operam liberaliter detulerant, misit b.

Armorum potentiam Pontifici offert.

a *Lib. 4. ep. cur. 134.*

Fratres S. Ludouici se Pontificis obsequijs aduersus Fridericum deuouent.

b *lib. ep. 127.*

13. Nec generosissimi modo ij principes fundere pro vicarij Christi causa sanguinem paratissimi erant, ac bello cum Friderico decernere; verum ipsorum quoque mater Regina Blancha, muliebrē sexum virilibus virtutibus supergressa, rapere exercitum ad defendendum Pontificem, alpes superare, lacessere Fridericum, agitabat. Cui studium ardens proponenti literas Innocentius scripsit c, ex quibus pauca hæc verba decerpsi.

Regina Blanca mater S. Lud. offert se Pontifici stipatam filijs ducturam in Italiam contra tyrannum copias.

c *lib. ep. 125.*

Innocentius, &c. Vocibus gementis Ecclesiæ sicut cognouimus, sic Regis æterni benignitas suum inclinauit auditum, vt charissimo in Christo filio nostro illustri Rege, ac dilectis filijs nobilibus viris comitibus natis tuis disponentibus magnificum Ecclesiæ personaliter præstare succursum; tu inflammata igne sancti Spiritus de regio corde proculeris, quod teipsam velles cum exercitu ad iter accingere, vt posses Ecclesiæ magnifice subuenire: *Et infra.*

Reddita illi ab Inno gratia.

16. Volumus tamen quod nec prædictus Rex, vel tu, aut aliquis filiorum tuorum pro succursu præstando ipsi Ecclesiæ se accingant ad iter, quousque super hoc sibi, & ipsis per nostrum nuntium, vel speciales literas votum sedis Apostolicæ declaretur, *Dat. Lugduni xv. kal. iulij anno IV.*

Rogat ne exercitum nisi insia tratin iter ad Italiam.

17. Tantis auctus viribus erat tyrannus, vt non vnius regni tantummodo armis petendus videretur, sed collectis ex vniuerso orbe Christiano copijs obruendus: quare Pontificem omnes principes in Fridericum commouere conatum ait Parisius d, atque legatos in Germaniam, Italiam, Hispaniam, Norvvegiam misisse, vt proposita amplissima criminum venia, in arma sacra populos in illum concitarent. De legatis in Germaniam & Norvvegiam missis, Petro scilicet S. Georgij ad velum aureum diacono Cardinale, & Sabinensi episcopo supra egimus, reliquum iam est vt de alijs sermonem instituamus.

d *Par. hist. Angl. hoc an*

Creauit igitur Italiæ legatum Octauianum S. Mariæ in via lata diaconum Cardinalem, vti apostolicæ ostendunt literæ, quas de munere ei imposito hoc anno aprilis mense ineunte ad ipsum a atque ad Italiæ præsules b, principes viros, ac populos misit. Hic vero Friderici artes præterire silentio non possumus, cum fideles ad excutiendum seruitutis iugum, ac depellendam ipsius tyrannidem arma capere intueretur, falsos rumores disseminasse, de pace inter se atque Innocentium agitari, vt inflammatus eorum ardor pacis expectatione deferuesceret, atque ipse incautos circumuenire & opprimere posset: reique factum certiorem Innocentium literis suis hominis perfidiam in luce collocasse.

Octauian. Card. creatur legat. in Italiam.

a *Inn. l. 4. ep. cur. 83.*
b *lib. ep. 82. 84. 85. 88.*

18. 19. Miserat anno superiori Innocentius desiderium piscatorium sacerdotem, vt Iacobi Aragonum Regis audax & sacrilegum facinus castigaret, qui hoc anno in Lusitaniam profecturi nissus vt regum ius Sancio Regi in Castella exulanti assereretur. Contundebat feliciter tunc in Hispanijs infidelium potentiam Ferdinandus Castellæ Rex, cui Hispalim Christianorum dirioni adijcere meditanti, Innocentius tertiæ partis decimarum medietatem ab ecclesiasticis illi ad triennium persolui iussit c; meritisque laudibus illius propagandæ fidei studium exornauit. De Hispali porro a Ferdinando obsidione cincta pluribus agit Mariana d.

Desiderij in Lusitaniam legatum mittit.

Hispalis a Ferdinando Rege Castellæ obsessa.

c *lib. ep. 541.*

20. Hoc anno allatam equitis Templarij opera in Angliam sanguinis dominici in cruce effusi portionem patriarchæ Ierosolymitani archiepiscoporum, episcoporum, magistrorum templi & hospitalis, aliorumque plurium testimonio, & sigillo confirmatam, munitamque, in vase crystallino reconditam, & a Rege Henrico magna cum religionis pompa susceptam tradit Parisius e: atque Henricum ea in re Heraclij Imperatoris, ac S. Ludouici, qui crucem dominicam maxime coluere, exempla imitatum; subditque: *Ipse rex venit, & cum summo honore, & reuerentia, ac timore accipiens illud vasculum cum thesauro memorato, tulit illud ferens in propatulo super faciem suam, ipse pedes, habens humilem habitum, scilicet pauperem capam sine capucio, præcedentibus vestitis prædictis*, nimirum Londinensis cleri religioso agmine egregie instructo atque eleganter adornato, *sine pausatione vsque ad ecclesiam Veteri, que distat ab ecclesia sancti Pauli circiter vno milliari. Nec prætermittendum, quod ambabus manibus illud deferens, cum per stratam salebrosam & inæqualem pergeret, semper vel in cælum vel in ipsum vas lumina tenebat defixa: supportabatur autem palla per quatuor hastas; supportabantque duo coadiutores brachia sua, ne in tanto forte labore deficeret, &c. Demum illud quasi donum impretiabile & quod Angliam illustrauerat, donauit & obtulit Deo & ecclesiæ sancti Petri Veteri, & charo suo Edmundo & sacro conuentui, qui ibidem Deo & sanctis suis ministrant.* De portione sanguinis Christi, qui tempore passionis dominicæ e sacro illius corpore defluxit, reperta Mantuæ, atque illius veritate Caroli magni precibus a Leone III. indagata, comprobataque refert Baronius f.

Instructa magna pompa solemni supplicatione ab Henrico Rege in ecclesiam S. Pauli translata.

De simili sanguine reperto Mantuæ.

e *Par. hist. Angl. hoc ann.*
f *Bar. annal. to. 9. ann. 80. n. 1.*

21. Superioribus addit Parisius g sacras B. Edmundi exuuias magna pompa in ædes monachorum Cisterciensium translatas; celebritatemque Ludouicum Francorum Regem principumcorona succinctum ac matrem ipsius Blancham, cuius pietatem in fundendis precibus commendat, cohonestasse: cuius translatio-

Celebrata S. Edmundi translatio.

g *Par. hist. Angl. hoc ann.*

mis meminit etiam ſancti Ludouici geſtorum ſcriptor a: tum ſubdit Parisius: *Sciendumque eſt, immo toti mundo prædicandum, quod totum corpus eius integrum inuentum eſt, & incorruptum, & odoriferum &, quod mirabilius eſt in mortuo, cum omnibus membris flexibile, vt ſolet eſſe in dormiente: capilli eius & veſtimenta inuiolatum colore & ſubſtantia.*

a *Guill. Nang. eod. anno.* Eius corpus incorruptum inuentum.

22. 23 Sanctiſſimo maioris Britanniæ archiepiſcopo ſanctitate & miraculis illuſtrem epiſcopum, minoris Britanniæ ornamentum & decus, Guillelmum Briocenſem coniungemus, quem hoc anno Pontifex in ſanctorum numerum ſolemni ritu aſcripſit: deque illi decreto cultu, ampliſſimiſque laudibus, & cœleſtibus virtutibus implorato eius apud Deum ſuffragio editis literas ad Turonenſem archiepiſcopum & ſuffraganeos dedit b.

Guillelmus Briocen. epiſc. ſanctitate inſignis.

b *Ann. t. 13. p. 552.*

24 Flagitauere per eadem tempora Herbipolenſes epiſcopus & clerus, vt Brunonem, qui eam olim eccleſiam rexerat, tumque illuſtrabat miraculis, ſanctis annumeraret. Quibus permotus Innocentius Ciſtercienſibus nonnullis abbatibus prouinciam dedit c, vt admirandas res eius, teſtium ſacramento confirmatas, in tabulas publicas referrent, ſeque de tota re facerent certiorem. At de his hactenus. Iam ad ſeptentrionalia regna narratio conuertenda eſt.

Brunoni Herbipol epiſc. miraculis clarus.

c *Ib. ep. 354* De iis inquiri iubet Innocentius.

25 Infeſtantibus Poloniam ethnicis barbaris, qui in Cracouiæ & Sandomiriæ prouincias excurſiones faciebant; ac pro innata aduerſus Chriſtianos immanitate cædibus & flammis obuia quæque miſcere conſueuerant; Innocentius Cracouienſis epiſcopi aliorumque concionatorum opera Chriſti fideles, propoſita criminum venia, ad gerenda ſub Boleſlai Pudici ducis Cracouienſis auſpicijs arma incitari iuſſit d. Fatigauit illum etiam diutino bello, vt tradit Ioannes Longinus e, Conradus Mazouiæ dux, qui aliarum prouinciarum ditione auctus, cœca regnandi libidine, totius Poloniæ dominationi inhiabat, ac maxime nepotem ſuum Boleſlaum iniquo bello lacceſſebat; ſed tandem hoc anno illius conſilia mors obruit, cuius filij paternæ ambitionis heredes, nondum perſolutis parentis exequijs, ad relictas ſibi terras partiendas ferro flammiſque concurrere. Recreatus vero eſt extincto hoſte Boleſlaus, aduerſus quem Conradus, violatis conſanguinitatis legibus, Pruthenos ac Lituanos ſæpius concitarat.

Fideles cõtra barbaros Poloniam infeſtantes excitati.

d *Lib. 4. ep. 150.*

e *Long hiſt. Pol. lib 7. Cromer l. 8.* Conradus dux Mazouiæ Poloniæ fax mortem extinctus.

Non immunes bello aliæ Poloniæ partes fuere. Cuiauia enim a Svvantopelko Pomeraniæ duce vaſtata, qui vario euentu magnis illatis acceptiſque cladibus cum cruciferis bellum geſſit f. Coniuncti erant Pomerano Pruſſiæ neophyti: religioſis vero equitibus Poloniæ & Cuiauiæ duces adhærebant. Ad quam diſcordiam ſedandam, e qua plura religioni Chriſtianæ damna imerebantur, Innocentius Iacobum archidiaconum Leodienſem, qui poſtea accepto Vrbani IV. nomine Eccleſiæ præfuit, legati munere auctum miſit, vt inducias, obiecta cenſurarum religione, aduerſis partibus tandiu obſeruandas indiceret, donec pro tota re componenda imperia pontificia excepiſſent.

f *Id. Long. lib. & Cromer l. 8.* Cuiauia a Svvantopelko vaſtatur. Ad diſcordiam ſopiendam Iacobus legatus miſſus.

26 Trepidanti etiam Pannoniæ, quæ ad imminentium Tartarorum rumores metu horrebat, non defuit ſummus Pontifex: rogatus enim a Bela Rege, vt ſibi auxilia ſubmitteret, cum rumores hoſtilis aduentus increbreſcerent, pollicitus g eſt ſe omnes ad terræ ſanctæ, atque imperij Conſtantinopolitani reparandas res cruce inſignitos, alioſque plures illuc directurum, vbi certam ipſo famam futuræ hoſtilis impreſſionis accepiſſet; cum inea re totius Chriſtiani nominis cauſa ageretur. Strigonienſi vero & Colocenſi archiepiſcopis iniunxit a, vt munitiſſima loca excitarent, ad quæ ipſi una cum populis, barbaris ingruentibus, confugere poſſent. Nullo etiam officij genere, aut ſtudij prætermiſſo, quod ad vtilitatem eiuſdem Regis ſpectaret; cum pro ducatu Auſtriæ ſibi aſſerendo Hungariæ Rex bellum ageret, eumque principatum Fridericus imperio exurus occupare niteretur; hortatus b eſt Innocentius Vvillelmum Romanorum Regem, vt contra Fridericum Hungaro opem ferret. Interfectus enim fuerat anno ſuperiore alter Fridericus Auſtriæ dux, vti produnt rerum Germanicarum ſcriptores c, e quibus Albertus Stadenſis hæc ſcriptis mandauit: *Dux auſtriæ contra Regem Hungariæ conflictu habito occubuit, & ducatum ſine hærede reliquit.* Extincta itaque ducum Auſtriæ ſtirpe maſcula, cum Margareta poſtremi ducis ſoror, Henrici olim Regis Romanorum & Turingiæ Lantgrauij vidua, ampla in principatum iura obtineret, illam Pontifex cælibem vitam meditantem, iuſtiſſimis cauſis permotus a ſuſcepto ſeruandæ caſtitatis conſilio abduxit, ac marchionis Miſnenſis fratri, qui Vvillelmi Romanorum Regis nepos erat, communis boni cauſa nubere ſollicitauit d: vt vero Premislao Regis Boemiæ filio nupſerit e, dicetur interius. Sed noſtra ad Hungarum, a quo deflexit, recurrat oratio. Egregiam Rex ad excindendos e Boſna hæreticos operam nauare cœperat: ad quod perficiendum ſuſceptum opus illum Innocentius incendit, fecitque certiorem, ſe nihil de Boſna niſi ex ipſius conſilio, atque aſſenſu decreturum.

a *Ib. ep. 42.*

b *Ib. ep. 40.* Dux Auſt. a Bela prælio victus exulque. c *Alber. Stad chron. ann. 1246. Sifrid in annal. apud Canis. ant. lect. to. 1. pag. 167. chr. Auſtr. & alij.* Auſtriam ſibi ſubijcere meditãte Frederico honestatur Vvillelmum Pont vt Belæ ſa uent.

d *Lib. 4. ep. cur. 79.*

e *Sifrid in annal. apud Canis. ant. lect. to. 1. pag. 172.* Infectatur Bela Boſnenſes hæreticos. Reginæ Hungariæ ſtudet Vatacium ad Pontificis obſequium pellicere.

27 Nec Pannoniæ modo Rex ad proferendam Chriſti gloriam, delendoſque hæreticos feliciter incumbebat; verum etiam Regina ad traducendos ſchiſmaticos ad eccleſiæ Romanæ obſequium glorioſiſſime deſudabat. Cui Innocentius, acceptis eius perhumaniter oratoribus, gratias egit f ad Vatacium & Græcos a ſchiſmate abducendos ſtudium collocaſſe; hortatuſque eſt, vt quamprimum viros prudentia ac doctrina ſpectatiſſimos pro re perficienda ad Vatacium legaret.

f *Lib. 6 ep. cur. 38.*

28 Euanuit poſtea ea ſpes: ſed diuini Numinis pietas beneficium, quod reſpuit Vatacius, alijs Regibus ac populis, qui Græcorum ritus & errores ſectabantur, contulit: damnato enim ſchiſmate Daniel Ruſſorum Rex, ſuperiori anno Romanæ eccleſiæ filijs aggregari flagitarat. Quo lato nuncio voluptate incredibili affectus Pontifex, archiepiſcopo Pruſſiæ, Liuoniæ, & Eſtoniæ Apoſtolicæ ſedis legato iniunxerat g, vt in eas regiones ſe conferret: cui noua hoc anno dedit imperia, ſi Regem, principes, & præſules eo ſacro deſiderio tactos, atque in ſuscepto conſilio conſtantes reperiret, in filiorum Romanæ eccleſiæ numerum ipſos admitteret.

Daniel Ruſſorum Rex ad eccleſiæ Rõ. coniunctionem reuertitur.

g *Lib. 5. ep. 188.*

29 Nec Daniel modo Ruſſiæ, ſed Vvaſilico etiam Laudemeriæ Rex ipſius frater ad ſinum Eccleſiæ, abruptis ſchiſmatis vinculis, quibus tandiu fuerat irretitus, ſe recepit. Quos Pontifex vt arctius beneficio aliquo inſigni ſibi deuinciret, ipſos in B. Petri clientelam admiſit h: Ruſſorum vero Regi Danieli conceſſit i, vt qui Romanæ eccleſiæ non repugnarent ritus in ipſius regno ſeruarentur; ac fermentato pane pro conficiendo Chriſti domini corpore ſacerdotes vterentur.

Vvaſilico Rex Laudemeriæ Eccl Rom ſe commigit.

h *Ib. ep. 189*

i *Ep. 194.*

Hæc

Innocentij in conuertendis populi studium.

30. 31 Hæc Innocentius ad Russos in ecclesiæ Romanæ obedientia confirmandos, qui vt pariter alios ichismaticos populos quamuis in extremis orientis oris agentes, ad Ecclesiæ sinum reuocare est conatus; viroſq; religiosos propagandę fidei studio ardentes, ac doctrina pollentes legationis apostolicæ munere auctos transmisit: inter quos Laurentio ordinis tũ Minoritæ pœnitentiario suo prouinciam ampliſſimam in oriente dedit [a]: deq; ea scripsit [b] etiam ad Antiochenum Græcorum patriarcham, Catholicum Armeniorum, & Maronitarum patriarcham, quos legaro ad consilia sua, quæ ad diuinam gloriam amplificandam spectabant, opem ferre iussit; adiecitque ni facerent, latas se a legato sententias ratas habiturum: alijs vero literis Laurentium ipsum monuit ne post susceptum Græcorum patrocinium Ierosolymitani patriarchæ iuribus detraheret: acceperat enim Græcos suæ auctoritati obnoxios, arrepta occasione, ipsius imperio se subducere meditari; ac definiuit qua ratione se ipse in ea re gerere deberet.

Legatum mittit in orientem

[a] *Lib. 4. ep. cap. 132.*
[b] *ib. ep. 130 & l. 5. ep. cap. 3.*

Qui frustra ea crebris legationib. ad orientales schismaticos fe cuti.

32. &c. Solicitati ab apostolicis legatis, qui annis superioribus crebro fuerant missi, ac literis pontificijs Iacobitarum, & Nestorianorum patriarchæ, vt sub vno summo capite Christi vicario cum occidentalibus Christianis coalescerent; rogarique vt suæ fidei formam transmitterent; officio, ad quod peramanter illecti erant, non defuerunt. Ex quibus orientis Catholicon, agnito Petri eiusque successoris Romani Pontificis primatu, literas [c] ea de re ad Innocentium misit, quæ huius anni regesto pontificio insertæ sunt.

[c] *Ext. apud Inn. l. 4. ep. cap. 119.*

36. &c. Procliuem etiam se ad Romanæ ecclesiæ coniunctionem exhibuit Ignatius Iacobitarum orientalium præsul, atque vbi exposuit quanto honore ac lætitiæ significatione apostolicas literas accepisset, fidei suæ formam subiecit, quæ catholicæ veritati consentit, si veterem Armeniorum circa sacramentum confirmationis errorem, quo irretitus tenebatur, exceperis. Qui cum a concilijs & patribus, ac recentioribus theologis abunde sit conuictus, in eo retinendo non commorandum. Adiecta est in regesto pontificio alia fidei formula edita a Ioanne Iacobitarum orientalium primate, in qua se cum Romana ecclesia de fide sentire profitetur est.

43. &c. Nec Iacobitæ modo Innocentij votis in adducendis ad mutuam coniunctionem fidelibus, sed etiam Nestoriani consentire, vt archiepiscopi Nitibini literæ patefaciunt [d], quibus Nestorij errores damnat. Sed de his satis: iam de bellico in Asiam apparatu, qui a Gallis instruebatur, deque Syriæ rebus agamus.

[d] *Ext. ibid. ep. 121.*

Syriæ lugubris status.

55 Afflicta fuerat maximis calamitatibus Syria, cum Fridericus sacris eiectus, & imperio exutus non modo illi non succurreret, sed ob dissensiones ipsius vires admodum debilitaret: traduxerat enim illius regni dominium Innocentius ob Conradi, ad quem iure materno spectabat perfidiam, in Cypri Regem, quem hortatus est ne animo deficeret, sed Syriam, contemptis periculis ac laboribus, sibi ex fidei hostium manibus vindicaret.

S. Ludouicus pro eo instaurando exercitum parat. Præclarũ illius facinus.

56 Parabantur sane ex occidente ingentia subsidia: quippe Ludouicus Francorum Rex transmarino sese bello non minus religiosè quam fortiter accingebat; vt enim diuinam gratiam colligeret: *Missis*, inquit Parisius, *fratribus Prædicatoribus, & Minoribus per totum regnum suum, vt diligenter inquirerent, fecit etiam per baillivos perscrutari, quod si aliquis iniustitor vel iniuriam passus vnquam, quicunque alius in aliqua accommodatione coactã, vel extorsione pecuniæ vel victualium, vt solet, per regios exactores proferret scriptum, vel talliam vel testimonium vel inueniret, vel quomodolibet aliter legitime probaret: quia paratus erat omnia restituere: quod et ita factum est.* Hæc auctor.

Iuuit etiam pium Regis consilium Innocentius: ad augendas enim regias copias, exposcente illo, Petro S. Georgij ad velum aureum diacono Cardinali in Germania legato iniunxit [a], ne vota Ierosolymitanæ protectionis permutari, neue concionatores ad recipiendum crucis symbolum incitare populos vetari permitteret. Incenderat eadem pia cupido Anglos defendendæ terræ sanctæ, quorum plures crucesignatæ militiæ nomen dedisse testatur Parisius [b].

[a] *Lib. 5. ep. 33.*

Angli crucem induunt.

[b] *Mat. Par. hist. Angl. hoc ann.*

57. &c. Explicuerat antea egregie pium ardorem Pontifex, cum pro summo, quo flagrabat, traducendarum omnium barbararum gentium ad Christi cultum desiderio, legatos ad Saracenorum soldanos misit, vt eos euangelij luce collustraret: quam legationem religiosis e Prædicatorum familiæ alumnis commiserat. Sed barbari vitiorum pondere oppressi ad lucem aspiciendam oculos non extulere, atque Innocentio literas [c], licet honorificas ob splendidos titulos, quibus eum ornauere, blasphemijs tamen aspersas misere. Extant ea in regesto pontificio, inter quas primæ occurrunt a Salchino exaratæ, vbi post comprobatam philosophicis argumentis vnicam diuinitatem; ad astruendam sacrilegam superstitionem, Christum dominum vt prophetam humana conditione non augustiorem collaudat, ac temere effutit omnia diuina munera in reliquos propheras sparsa in suum Mahometum confluxisse: idque non argumentis grauibus, quæ habere non poterat, sed mera impostoris assertione, qui ad circumueniendum simplicem populum cælos se penetrasse, atque ab ipso Deo edoctum fuisse iactabat.

Vt Innoc. Saracenorum principibus fidei Christianę veritatem proposuerit.

[c] *Ext. apud Innoc. l. 4. ep. cap. 119.*

69. &c. Allatam a Prædicatoribus fratribus euangelij lucem similiter non admisit soldanus Ismael, quamuis eos humaniter excepisset: qua de re Pontifici, qui vt indicant, ad Christi cultum ipsum traducere studuerat, humanissimis verbis rescripsit. At soldanus Dauid in impietate, obstinatior vitus est; cumque argute & eleganter in literis de diuinitate more philosophi disseruisset, dein stulte & impie Moysi & domino Iesu nefaria comparatione scelestum Mahometum æquauit: grates tamen egit sibi ab Innocentio fuisse expostas, quæ ipsius saluti conducere arbitratus esset; atque e superstitionis & flagitiorum cœno excitari neglexit.

Soldanus Ismael ad Christi cultum prouocat: is rescribit Pontifici.

Soldanus Dauid ad Christiana sacra inuitatus respondet Innocentio.

77 Nec illustrandæ veritati deerat Numen, ac miraculorum luce tenebras superstitionis Mahumeticæ fugabat; ex quibus hæc repetenda visa sunt: *Anno Domini* MCCXLVII. *mense iunio*, inquit Nangius [d], *accidit miraculum quoddam apud Iconium Turquia ciuitatem in loco communi, vbi crux erat sculpta in quodam palatio. Quidam enim loculator ibi stabat, & in facie omnium astantium cum vrso ludebat: vrsus autem lenato crate super crucem prope ipsum existente minxit, statimque omnibus videntibus ibidem expirauit. Cumque Christiani astantes super id, quod acciderat, Dominum benedicerent atque laudarent, quidam Saracenus indignatus est valde, quod ibi super miraculo facto Christum attollebant. Ideoque ascendens in impe-*

Insignia de virtute crucis prodigia.

[d] *Nang. de gest. S. Lud.*

Vrsus crucem vrina casu proluens repente moritur.

Saracenо manus qua percusserat crucé exaresçit. Alter infidelis in ipso ejiciendæ in illâ vrinæ conatu exanimatus pro cumbit.

impetu, tanquam in contemptum ipsius crucis & Christianorum, cum manu crucem percussit; statimque brachium eius cum tota manu, qua illam percusserat, totaliter exaruit. Iterumque Saracenus quidam alius ebrietati vacans, illamque Christianorum admirationem & laudem vilipendens continuo quasi amens a potatione surrexit; & in contemptum Christianitatis super crucem mingere volens, morte subitanea percussus interiit; sicque Christianorum multitudine Dominum magnificante super tribus miraculis iam ibidem ostensis, quidam Græcus inspiratione diuina inflammatus, accessit ad baiulum ciuitatis, rogans vt illum locum, vbi crux predicta erat insculpta, venderet, in quo ad honorem Dei & sanctæ crucis ecclesiam permitteret ædificare, pro quo etiam, si id sibi facere concederet, promisit quod viginti duo millia soldanorum soldano daret. Quod episcopus Turquorum audiens fieri omnibus modis, quibus potuit, impedivit. Hæc Nangius, quæ etiam apud Vincentium Bellouacensem a leguntur.

a *Spec. hist. l. 31. c. 53.*

Religiosi viri ad Tartaros convertendos missi.

78 Sed a Turcis transeamus ad Tartaros, quos etiam ad Christianorum religionem suscipiendam inducere moliebatur Pontifex, atq; ad ipsos vt vastissimorum regnorũ dominos, alios in septentrionalem Tartariam, alios in Persidem, Indiasque Prædicentores ac Minoritas miserat: de primis iam egimus, vt apud Chamum sua legatione sint perfuncti; alij vero cum Saracenorum mediæ regiones penetrandæ essent, hoc anno ad Tartaros Persidi imperantes peruenere, quorum res apud ipsos gestas ex Simone apud Vincentium Bellouacensem b decerpemus: *Anno Domini* MCCXLVII. *in die translationis B Dominici primi patris ordinis Prædicatorum, frater Ascelinus a domino Papa, sicut iam supradictum est, missus cum sociis suis perueni in exercitum Tartarorum, & huc in Persidę vbi erat exercitus ille sub Bayothnoy principe. Quod audiens idem princeps in tentorio suo sedens in vestimento deaurato, suis quoque baronibus in sericis vestibus pretiosis ac deauratis circumstantibus, misit ad dictos fratres quosdam ex eisdem baronibus cum suo Ægyptio id est principali consiliario, & interpretibus; qui præmisso salutationis eulogio dicunt eis: Cuius nuncij estis? frater autem Ascelinus principalis domini Papæ nuncius respondit pro omnibus: Ego sum domini Papæ nuntius, qui apud Christianos maior dignitate omni homine reputatur; & ab eisdem illi tanquam patri & domino reuerentia exhibetur. In hoc verbo illi quamplurimum indignati dixerunt: Quomodo superbe loquentes dicitis, quod Papa dominus vester sit maior omni homine? Nunquid scit ille quod Cham sit Dei filius, & quoniam Bayothnoy & Batho sint principes eius, sicque nomina eorũ diuulgantur & multiplicantur vbique?*

b *Spec. hist. l. 31. c. 20.*

Res ab ijs gestæ.

Indignantur Tartari Pontificé a maiori dignitate omni homine reputari.

79 Addit his Tartarorum verbis subiecisse Ascelinum latere Pontificem, qui Cham vel Batho aut Bayothnoy essent, quorum nomina si resciuisset, illa in literis suis expressisset: accepisse vero quandam gentem, cui Tartarorum nomen esset, comparatis maximis copijs ex oriente erupisse, nullaque sexus ætatisue habita ratione, plures populos deleuisse; ad quorum mitigandam crudelitatem ad primum Tartarorum exercitum se transmissum, quò illius principem moneret, vt ab hominum cædibus temperaret patrataque scelera expiaret, vt ferebant pontificiæ literæ; demum Tartaros post nonnulla dolo quæsita, Ascelino ac socijs hæc proposuisse: *Si vultis domini nostri faciem videre, & ei domini vestri literas præsentare, oportet vt cum adoretis tanquam filium Dei regnantem super terram, trina prius ante ipsum facienda genuflexione; sic enim præcepit nobis Cham regnans super terram filius Dei, vt principes suos Bayothnoy & Batho ab omnibus hos adeuntibus faciamus sicut semetipsum adorari: quod & vsque nunc fecimus, & in perpetuum firmiter obseruare proponimus.*

Quę exegerint cultum a nuncijs apostolicis principi barbaro exhiberi.

80 Cum ad hæc verba æstuarent nuncij apostolici, quid tandem Tartari huiusmodi cultus specie exigerent, a Guichardo Cremonensi viro religioso, diu inter Georgianos atque Armenios versato, morumque Tartarorum perito ita edocti sunt: *De idololatria exhibenda Bayothnoy nullatenus formidetis, quia non hanc sibi petit a vobis fieri, sed in signum subiectionis domini Papæ, totiusque Romanæ ecclesiæ mandato Cham subijciendæ, hanc sibi, quam audistis, reuerentiam omnibus ad se venientibus nuncijs consuetam exhiberi.* Deliberarunt igitur nuncij quid in eo rerum statu agendum foret, atque in eam sententiam itum est, fundendum potius sanguinem, quam Tartarorum principi sponte huiusmodi venerationis signa exhibere, ne Giorgiani, Armenij, Græci, Persiæ, alijque orientales populi illo exemplo offenderentur; Tartarique ad spem subijciendæ suæ dominationi Romanæ ecclesiæ erigerentur. Quorum audito consilio efferatus odio iraque barbarus nuncios apostolicos capitali sententia damnauit. Sed non sine Dei prouidentia ex imminenti periculo erepti sunt: iterumque barbari de Chami & Pontificis dignitate certarunt, quorum argumenta hæc fuere.

Respuunt nuncij ad id salutationis genus se demittere.

Quę obiecerint barbari cõtra Pontificis dignitatẽ.

81 *Qua fronte vos Christiani omnes audetis dicere, quod Papa sit omni homine maior dignitate? Quis enim vnquam audiuit quod Papa vester tot & tanta regna sibi acquisierit, quot & quanta filius Dei Cham, Deo sibi largiente, hoc acquisiuit? quis vnquam tam longe lateque diffundi audiuit nomen Papæ, sicut & nomen Cham in orbe terrarum iam diffunditur, & dilatatur, ac timetur vbique? Iam enim ab ortu solis vsque ad mare mediterraneum, & vsque ad Ponticum, Deo iubente, dominatur; & vbique in his terminis nomen eius magnum ac celebre in eis habitantibus timetur, & honoratur. Cham ergo maior est Papa vestro, & omni homine, potentia, gloria sibi a Deo datis, & acquisitionis dignitate.* Cum hæc refellere Ascelinus pontificius nuntius aggressus esset, ac B. Petro a summo Rege regum concessam auctoritatem victarum non ferro, sed crucis ligno, gentium multitudinem imperiumque ad extrema conflagrandi orbis tempora firmum permansurum enuclearet; illius rationes, vtpote hominis sensibus addicti, nec fide euangelica collustrati, capere non potuerunt. Demum vbi nuncij grauissimas ærumnas apud Tartaros pertulissent, ægre vt dimitterentur obtinuere: atque literas a fastu turgidas a Baiothnoy ad Pontificem accepere.

a *Ex. vide sup.*

IESV CHRISTI
Annus 1248.

INNOCENTII PP. IV. FRIDERICI IMP. OC. 29. annus 6. BALDVINI IMP. OR. 10.

1. &c. INter ceteras leges, quas impius Fredericus sedis Apostolicæ contemptor tulerat,

Fridericus fert iniquas leges aduersus ecclesiasticos.

lerat, eam clericis pijs indixit, vt si quis ad Romani Pontificis imperium, legatiue ipsius, sacra peragere vel populis sacramenta porrigere respueret, sacerdotij sui redditibus, in eorum vtilitatem, qui sibi inseruirent, diriuandis; tum paternis bonis, ad coniunctos deuoluendis, exueretur, praeterea in exilium pelleretur. Vbi iniquissimam legem promulgatam audijt Innocentius, Germaniae a Italiaeque b praesules encyclicis literis certiores fecit, Fridericum iterum anathemate percussum, ac si in peruicacia perstiterit, maioribus poenis afficiendum, fouentesque legum in eos, qui ipsi studuerint, ad hibendam eos promulgare iussit.

a Inn. l. 5. ep. cur. 44.
b Reg. post cand. ep.

Saeuum in ipsum & Conradū bellū propositis indulgentijs promulgari iubet.

7 Huiusmodi censurarum fulmina, vt verba inania contemnebat Fridericus: quare cum frangendum armis obfirmatum in scelere cerneret Innocentius, Frisingensi, Patauiensi, & Ratisponensi episcopis, alijsque imperauit c, vt in vrbibus ac diocesibus suis fideles ad induendam crucem, capiendaque in Fridericum & Conradum arma, vti aduersus crudeles fidei euersores, propositis diuinis praemijs, incitarent,

c Lib. 5. ep. 81.

d Ib. ep. 809 810. 811. e Ibid. 813 814.

8 Ijsdem quoque praesulibus d & quibusdam e alijs praecepit Innocentius, vt nonnullos Germaniae viros principes, qui res Friderici tuebantur, censurarum terrore ab illius obsequio auellerent: similemque prouinciam Ratisponensi & Misnensi episcopis dedit f; vt Boemiae proceres, qui abiecta, quam susceperant in Fridericum, cruce, reuersique ad vomitum, vt loquitur Pontifex, illius partibus se irretierant, ad Ecclesiae castra reuocarent: qui si ipsorum monitis metu Vvenceslai Regis, qui pontificias partes egregie tuebatur, parere detrectarent, cauerent eorum securitati, nullum ipsis a Rege periculum creatum iri: si vero necdum veniae spe ac pignore dato flecti possent, anathemate publice percussos, eorumque ditionem interdicto ecclesiastico suppositam, adeo vt baptismi paruulis ac morituris poenitentiae sacra tantum conferrentur, edicerent: tum ad perfringendam eorum peruicaciam regiam potentiam implorarent. E quibus graues in Boemia seditiones conciratas, atque a proceribus in Ecclesiae studiosissimum Vvenceslaum, vt testatur Pontifex, factam coniuratione colligitur.

f Ib. ep. 814

Bohemiae proceres ad Fridericum deficiunt.

Innocentij in ijs ad officium reuocādis studium.

Vvenceslaus Rex Pontifici adhaeret.

9. &c. Refert quidem Longinus g, rebellasse in parentem Premislaum dominandi cupidine incensum; pellectisque in suas partes nobilibus, illum regno cedere ac sceptrum in ipsum, retento sibi trium oppidorum dominatu, transmittere compulisse: sed cum diuina iustitia foedum adeo filij in parentem scelus impune abire non sit passa, breui rerum conuerta facie, Premislaum, dum Earsonem strenuum ducem immunitissima arce ob singularem in Vvenceslaum fidei constantiam obsidione cingebat, facta nocte intempesta eruptione profligatum, ac Vvenceslaum collectis nouis viribus regnum recuperasse, filium veniam flagnantem in carcerem misisse, praecipuesque coniurationis praeteritae auctores saeuo supplicij genere perimi iussisse. Inter caeteros Stiborio, qui inter Boemos ingenti sapientiae gloria florebat, atque adeo, vt refert Longinus, sibi praefidebat, vt a Deo posse in consilium vocari gloriaretur, trabe caput collisum. Premislaus vero castigato ita fastu in parentis gratiam a proceribus restitutus Moraviae principatu contentus esse iussus. Ita in Boemia Fridericianae partes oppressis flagitij auctoribus penitus conciderunt.

g Longin. hist. Pol. l. 7. hoc ann.

Regno dejectus a filio iterum illud recuperat.

Coniurationis auctores cęsi

Stiborii de sapientia sua praefidentis iustum supplicium.

14 Felicem etiam in Germania exitum Innocentij consilia sunt assecuta; innumerabiles enim crucesignatorum copiae ab Apostolicae sedis legato atque archiepiscopo Colonensi comparatae Aquisgranum, quae duris Friderici & Conradi militis praesidiario munitum esset, post arctissimam & diutinam obsidionem expugnarunt, atque in ea vrbe Vvillelmus omnium sanctorum festo die ritu solemni regni insignia accepit. Haec pluribus Matthaeus Parisius a eius temporis scriptor; quibus consentanea tradunt fragmenti historici incertus auctor, Siffridus b, atque alij; ex quibus redarguas Trithemium c & nouatores d, qui haec sequenti anno peracta ex illo affirmant. Caeterum nouus Romanorum Rex Innocentio Papae fidei sacramento se deuinxit, atque omnia Ecclesiae priuilegia ab alijs Imperatoribus concessa, vt eius hoc anno exaratae literae testantur, quae in libro priuilegiorum Romanae ecclesiae extant e, confirmauit. Addit dictus Parisius non approbatam a multis huiusmodi regiam consecrationem ob desideratos in ea nonnullos electores, vt Saxoniae & Bauariae duces, qui ab ea dissenserunt.

Aquisgranum Vvillelmus Cōrado eripit.

In ea vrbe solemni ritu corona redimitur.

a Par. hist. Angl. hoc ann.
b Siffr. epist. lib. 2.
c Trith. Hirsaug. chron.
d Cent. 13. c. col. 683
e Baron. in notis m.s.

Priuilegia Rō. Eccl. confirmat.

15 Felicibus Vvillelmi Regis successibus territus Conradus, ad confirmandam parentis tyrannidem & euertendam Pontificis auctoritatem optimum ratus, si haereticos reperet, qui suis erroribus populum irretirent, atque ab Ecclesia abductos in suo obsequio continerent, tacinorosis pseudoprophetis frena laxauit: quorum falsae doctrinae summa, vt ex Alberto Stadensi f, qui ea narrat, haec erat: sacerdotem, letali crimine obstrictum, corpus Christi conficere non posse, nec praesules huiusmodi labe infectos ligandi, atque soluendi potestatem obtinere (qui error postea a Ioanne Vvicleffo instauratus est) interdici sacris populos non posse: diuina contra quaelibet imperia pontificia frequentasse: monastica militaria abhorrere a vera sanctitate, atque iniustitiae & sceleris macula non carere: Romanum Pontificem & episcopos haereli inquinari. Subdit Stadensis.

f Stad. chron. ann. 1248.

Haeretici in Germania exorti

Nefandi eorum errores.

16 *Istos haereticos fouit & defendit Conradus filius Friderici Imperatoris quondam, & patrem suum, se per talia venena credidit defensare. Sed res lapsa est in contrarium, quia catholicis praedicatoribus audacter resistentibus, & fideles exhortantibus, liberi & ministeriales a Conrado recesserunt, ita quod quasi exul & profugus de Suevia in Bauaria moraretur.*

Conradus haereticorum patrocinium suscipit.

17 Nec felicius per id tempus in Italia res Friderico succesisse; cum enim Parmae obsidioni, quam mensibus sex cum toto sui exercitus robore vnà cum Ezelino de Romano oppugnarat, insisteret; & vrbem nouam, quam Victoriae nomine felices rerum exitus sibi male ominatus insigniverat, anno superiori, vt vidimus, condidisset; atque ob nimiam hiemis saeuitiam partem exercitus in hiberna misisset, Parmenses nactu eruptione facta, hostium castra aggressi, multis ex ijs caesis, nobilissimum de Friderico triumphum retulerunt, quae monachus Pataunus his verbis expressit g: *Anno Domini* MCCXLVIII. *Friderico in Victoria residente, in medio februario, legatus*, Gregorius scilicet de Montelongo, & *Parmenses, inito consilio de ciuitate vnanimiter exierunt; irruentesque in Victoriam, ipsam fere mora ceperunt, captamque protinus cremauerunt. Fridericus vero versus Cremonam fugam arripiens*

Parmenses facta eruptione hostem fundunt.

Victoriam vrbem incendunt.

g Monac. Pad. chron. lib.

vix

vix euasit : dimissis ibidem diuitijs infinitis. Parmenses autem, multis captis & occisis de ipsius exercitu, carrotium etiam a Cremonensibus habuerunt. Eadem de obsessa Parma & noua Victoriæ vrbe capta incensaque narrant Matthæus Parisius a, Ricordanus Malaspina b, Ioannes Villanus c, Iordanus d, ac plerique recentiores.

a *Par. hist. Angl. ann. 1247. & 1248.*
b *Ricord. hist. Flor. c.138.*
c *Io. Vill. l. 6. c. 35. & alij.*
d *Iord. in f. Var. bibl. Mss. n. 1960.*

18. 19 Addit Parisius vnà cum alijs trucidatum Thadæum imperialis palatij iudicem, virum eloquentiæ laude florentissimum, cui Fridericus exercitus curam atque thesauri sui custodiam crediderat; atque illius necem Fridericum acerbissime luxisse. Illummet fuisse existimamus, qui in Lugdunensi concilio Friderici causam defendit. Luit merito pœnas crudelitatis suæ Thadæus; scribit enim de eo Parisius e, cum Parmenses facta eruptione propulsati ab hoste magna clade, partimque capti fuissent, suasisse Friderico, vt in castris proclamari iuberet nullum Parmensem vitæ aut carceri reseruandum, sed mox capite ampurandum. Addit etiam cum Parmenses acti in desperationem missis oratoribus Fridericum ad misericordiam flectere pertentassent, Thadæi consilio immaniter imprudenterque repulsos fuisse: *Immisericors*, inquit, *Fredericus iracundia succensus, & in arrogantiam elevatus viscera misericordiæ clausit exorantibus; nec miseris aurem benignitatis alicuius, quod Deo displicuit, dignabatur commodare; sed ipsis sub occulto & aculeato consilio, remandauit ironice, vt parcerent prudenter sua viderentur annona, quia nunquam plus vita comite Frederici comesturi: & hæc asperitas a Thadæo creditur emanasse.*

e *Par. hist. Angl. ann. 1249.*
Diuinæ in Thadæum iustitiæ exemplum ob crudelitatem in Parmenses

20. 21 Accepto clarissimæ victoriæ nuntio tradunt f Innocentium gaudio ingenti affectum dixisse.

f *Par. hist. Angl. hoc ann.*

Ad laudem Christi Victoria victa fuisti.

De Victoria exulta elegans carmen. Aretinus episc. triduo ante acceptam cladem in castris Friderici crudeliter interfectis.

Delenda sane flammis erat vrbs tyranni crudelissimi sedes, vlciscente suorum iniurias Deo: in qua tertio, antequam cuerteretur, die Marcellinus episcopus Aretinus ab hostibus captus, ac diuturno maceratus carcere Friderici sententia, ob Ecclesiæ partes strenue aduersus eius tyrannidem defensas, damnatus est, & carnificum Saracenorum, hi enim erant fidissimi tyranni administri, manibus traditus innumeris probris onustus, ac magno religionis Christianæ ludibrio raptatus est; vt Cardinalis Raynerius in literis suis g apud Parisium deplorat.

g *Extant apud Par. hist. Angl. ann. 1249.*

22. &c. Freti Friderici potentia in alijs locis Saraceni multa impia patratum scelera in religionis Christianæ contemptum, inter quæ hoc indignissimum commemorat idem Cardinalis: *Nuper apud Narniam Saraceni, multis cernentibus, ad caudam sutingalis traxerunt imaginem Crucifixi, & beatæ Mariæ, & aliorum sanctorum: deinde, fuccisis Crucifixi cruribus & brachijs, ipsum sibi & alias imagines in clypeos adaptabant, vt in bello Christiani eas ejpetere cogerentur iaculis & sagittis.* Iam ad precipuum Friderici administrum, ac scelerum participem Ezelinum de Romano sermonem conuertamus.

Saracenorum blasphema sacuora,

Ezelinus hæreticos graui suspicione infamis.

25. 26 Exeruit hoc eodem anno Innocentius aduersus illum cœnæ dominicæ die censuras ecclesiasticas, vti pontificiæ literæ h ad præsules Insubriæ, marchiæ Taruisinæ, atque Æmiliæ docent. Constituerat antea in eum sacros censores, cum hæreseos infamia aspersus esset; ad quam a se depellendam nuntios ad sedem Apostolicam miserat, qui sacramento solemni cæsareo nomine se obstringerent, recte illum de fide catholica sentire: sed cum nec ab episcopo Sabinensi, qui auditor nuntijs datus fuerat, neque a Pontifice ea purgatio esset admissa, cum rei grauitas præsentem reum desideraret, illi Innocentius diem kal. augusti ad purgandum se præfixit; cauitque illius securitati. Sed venire contempsit vt declarat Innocentius.

h *Lib. 5. ep. cur. 45.*

Vocatur in iudicio a Pontifice

27. &c. Ad euellendas etiam in Gallijs Albigensis hæreseos propagines pontifex Agennensem episcopum in Tolosanos hæreticos inquirere, atque animaduertere iussit a: qua in re morem se gerere ait Tolosano comiti, qui vt ipsedi Apostolicæ significarat, hæreticam nequitiam in sua ditione funditus deleri, euellique radicitus exoptabat; ob quem pium ardorem summis illum laudibus commendauit.

Pontificia in euellendis Albigensium reliquijs opera.

a *Lib. 5. ep. 819, 820.*

30 Hoc anno S. Ludouicus Galliæ Rex sacras pro liberanda Syria copias duxit, quæ licet tristem exitum fortitæ videantur, fuisse tamen Deo auctore, cuius adoranda non scrutanda sunt consilia, susceptam, nonnulla prodigia ostendunt, quæ auctor anonymus recenset: *Anno salutis millesimo ducentesimo quadragesimo octauo crux predicabatur in diœcesi Colonensis pago, quem vulgo Bedonfrisium vocant: ibi tum mense maio feria sexta ante pentecosten tres cruces videbantur in aere; vna candida versus aquilonem, altera eiusdem coloris ad austrum, tertia colore medio, in qua cernebatur suspensi hominis effigies extensis brachijs, & capite inclinato, atque in manus, & pedes eius adacti claui; eaque medium tenebat inter alias locum, in quibus nulla cernebatur hominis figura.*

Crucifixi in cælo cõspecta effigies.

31 *Alio tempore in Enchusen Frisiæ oppido, cum illic predicaretur crux, alia crucis forma iuxta solem apparuit colore cæruleo, quam multi viderunt. In Traiectensi quoque diœcesi in Doccum, vbi S. Bonifacius martyr trucidatus fuit, crux visa est in eiusdem martyris festo die, ingens sane, & albi coloris; perinde, ac si trabi altera trabs transuersim artificiose impacta esset. Creduntur autem bis apparuisse cruces, ne quis ambigeret de primæ apparitione.* Paucis vero interiectis verbis, de D. Ludouici profectione instituto sermone, hæc addit: *Rex Ludouicus sexta feria a pentecoste iter transmarinum suscepit, multis eum e Lutetia cum processionibus vsque ad S. Antonium deducentibus. Fuerunt cum eo Odo Tusculanus episcopus Apostolicæ Sedis legatus, & duo fratres Regis, Robertus comes Atrebatensis & Carolus Andegauensis comes cum vxoribus suis, & multis Franciæ episcopis & nobilibus. Erat quidem etiam Alfonsus comes Pictauiensis Regis frater crucesignatus; sed eo anno cum Blancha Regina matre ob regni tuitionem mansit domi. Die quinta & vicesima augusti Rex cum suis in nauim ingressus biduo sustinuit ventos * secundos. Vigesimo octauo augusti die a portu soluens, Christo duce, prospere nauigans, paulo ante B. Matthæi festas nocte ad Cyprum appulit.* Hæc auctor, quæ ijsdem pene verbis Nangius, qui hoc seculo floruit, atque ex eo Bernardus b alijque, vt consueuerunt, decerpsere.

Alia prodigia tunc temporis visa.

* *aduersus*

b *Ber. chro. Reg. Franc. Vinc. spec. hist. l. 31. c. 99. & alij.*

32 Tradit porro Nangius Regem secundo Lugdunum, vt summum Pontificem viseret, se contulisse; atque apostolica benedictione ab Innocentio sancta omnia illi precante donatum, mauri studio ad cœpta perficienda inflammatum perrexisse. Dignissimum vero atque æterna celebrandum memoria egregium modestiæ exemplum Regis pijssimi, quod narrat idem Nangius *: illum

Singularis S. Lud. in castigando vestium luxu modestia

c *Nang. in vit. S. Lud.*

illum ex eo tempore, quo transmarinæ expeditioni se deuouerat, nunquam purpura aut pretiosis vestibus indutum: quæ cum in pauperes erogari solerent, ne ea res ipsis fraudi esset, præcepisse vt quadam vis pecuniæ ijs insuper traderetur: tum in reliquo omni apparatu luxum regum castigasse. Scrubas nimirum summa religione Pontificum monita, qui toties crucesignatus inania ornamenta abijcere, vt opes in armis optimis, vel egentium leuandis incommodis collocarent, fuerant adhortati.

33 Cum secundis auris vela fecisset idem Rex, procerum consilio ad insulam Cyprum applicuit a; ac propter varias causas, tum quod magna copiarum pars nondum appulisset, ac tormenta bellica ad expugnandum hostem deessent, ad festum paschæ protectionem in Saracenes distulit. Nec frustra consumptum tempus; Rex enim Cypri atque insulæ viri principes ad concordiam adducti, qui omnes odia & inimicitias posuere. Legati quoque apostolici opera Græcos inter & Latinos Cyprios dissensiones sedatæ, ac Græcus archiepiscopus, qui se a Latini archiepiscopi obsequio subduxerat, ad id est reuersus; atq; alij, qui anathemate percelli fuerant, in Ecclesiæ gratiam restituti. Et ad gaudij publici cumulum Saraceni plures, qui in vinculis tenebantur, post ardentissimas eorum preces, sacris baptismalibus lustrati: sed hanc lætitiam plurium ducum, comitum, & aliorum nobilium, qui alieni cœli solique intemperiem ferre non poterant, crebra funera turbauere.

34. 35 Dum sanctius Rex Cypri agebat, ac bello sacro necessaria comparabat, Henricus illius insulæ Rex Ierosolymitanique regni dominus vna cum proceribus, vt refert Nangius b, crucem induit, seque S. Ludouicum aduersus Saracenos secuturum sacramento adstrinxit. Cuius expeditionis fama totum orientem peragrauit, vtque Saracenos terrore perculit, ita Christianos magna spe atque expectatione erexit: nam soldanus Babyloniæ, vt scribit idem auctor, qui inimicitias cum Damasceno habebat, ac per Christianorum terras in eius ditionem irrumpere parabat, ea fama accepta consilium reuocauit, submisitque sicarios, qui Gallorum Regem ferro aut veneno necarent, quorum aliqui in meditato scelere comprehensi. Armeniæ vero Rex suos ad Francorum Regem oratores, in quibus Armeniorum archiepiscopus erat, misit; omniaque illi studia & officia humanissime detulit. Excepti sunt ij honorificentissime a S. Ludouico, qui cum audijsset Armenium inter & principem Antiochenum discordias exortas, pactis ad biennium inducijs, ne res Christiana ex ijs affligeretur, eas composuit. Nec Armenius & Antiochenus modo, sed etiam Ercalthay magnarum apud Tartaros opum atque auctoritatis oratores ad sanctum Regem cum literis Persico & Arabico idiomate conscriptis misit, quas ab Andrea religiosæ Prædicatorum familiæ viro ex ijs, quos Pontifex ad Tartaros legarat, traductas c in Latinum sermonem ad Reginam Blancham transmisit.

36 Addunt Nangius & alij, oratores Chami Tartari Imperatoris hæc exposuisse: *Dixerunt quod ille, qui nunc agit in sceptris, Hyocay nomine matrem habuit Christianam, Regis, qui Presbyter Ioannes vocatur, filiam: ad cuius exhortationem, & eiusdam episcopi sanctissimi, qui Malassias vocatur, suscepit sacramentum baptismi, & cum eo XVIII. filij Regum & plures alij, maxime capitanei.* His

a Nang. in eius gest.

Discordias inter proceres & Regem conciliat. Græcos Cyprios ad Rom. Ecclesiæ obsequium adducit.

Plures Saracenos ad baptismi sacra pelli cit.

Henric. Rex Cypri se vna cũ procerib' cruce consignat.

b Nang. vbi sup.

Sultan. Babylon. vitæ S. Lud. insidias parat.

Inducijs inter Regem Armen. & princ. Antioch. conciliatæ.

Ercalthay Tartarorũ princeps ad eum oratores mittit.

c Ext. apud Vinc. Bellouac. l. 31. c. 91. & Nang. in gest. S. Lud.

Tartari a Malassia episc. conuersi.

d Anonym. auct. ex vet. ms. Marid. de reb. Hisp. l. 13. c. 7.

diffentit d a Cantipratensis, qui nulla ratione Chamum ad Christianam religionem, quamquam illius mater pietate exculta esset, adduci potuisse a Prædicatoribus scribit b.

37 Non caruisse omnino eam legationem Tartarorum aliqua fraudis suspicione ex ijs colligitur, quæ nuncij apostolici anno superiori ad Bayothnoi missi retulere: multis enim interrogationibus a Tartaris, vt occidentalium consilia explorarent, atque ipsos circumuenirent, aiunt fuisse lacessitos e.

38. &c. Cæterum S. Ludouicus adhibito prudentissimorum, vt refert Nangius, virorum consilio, oratores tum ad Erchaltay in finibus Persidis orientalibus imperantem, tum ad Chamum decreuit: ad quorum incendendam pietatem sanctissimæ crucis particulas transmisit. Adiecit quoque pretiosum e purpura conopæum, phrygio opere intertextum, in quo omnia, quæ Christus dominus pertulerat, supplicia, elegantissimo artis lenocinio expressa ac descripta erant, vt ex dominicæ passionis memoria. Imperator Tartarus in diuino amore confirmaretur: addiditque suas literas Odo Cardinalis legatus apostolicus ad Regem Cham, eius matrem, atque Ercalthay datas, quibus significabat magno ex eorum ad Christum accessione ecclesiam Romanam gaudio perfusam esse.

44 &c. Hoc eodem anno adiuncta est Christiano imperio, vt traditur in veteri chronico d, Hispalis Ferdinandi Regis Castellæ virtute, quem tradit Mariana sexdecim in obsidione menses consumpsisse; ijsque conditionibus in deditionem accepisse, vt Rex Maurus cuiusque, asportata omni supellectile quo vellent, incolumes abirent. Luciferitano, Azanaltarachio, ac Niebla oppidis retentis, reliquæ arces & oppida victoribus traderentur. Igitur centum Maurorum millibus promiscui sexus atque ætatis vrbe egressis, quorum pars in Africam traiecit, pars per alia Hispaniæ loca & vrbes dissipata est; Rex solemni supplicatione & apparatu Hispalim ingressus in templo maximo, quod ritu Christiano expiatum est, sacris interfuit: quæ celebritas a Gutterio Tolerano archiepiscopo, qui in Ioannis mense nilio defuncti locum suffectus fuerat, peracta est. Raymundus vero Losana Hispalensi vbi archiepiscopus est impositus. Sed ad Regem Castellæ redeamus.

47. &c. Cum Ferdinandus & Alfonsus religionis Christianæ limites latius proferrent, ipsos adhortatus est e Innocentius, vt regia magnificentia episcopales sedes in ijs terris, quas Saracenis eripuerant, locupletarent: cum maxime ecclesiastici viri suas opes in militum stipendia liberaliter contulissent.

Pia ad Tartaros munera transmittit S. Ludou. Tum oratores alios ad Ercalthay alios ad Chamũ Odo Card. A. S. L. eos literis ad fidei constantiã hortatur.

Hispalis a Rege Ferdinando Castell. ex pugnata.

Ferd. Alfonsus q; fœlicitate ad locupletandas ecclesias Saracenis ereptas.

e Lib. 3. p. 732.

IESV CHRISTI

Annus 1249.

Indict. 7.

INNOCENTII PP. IV. FRIDER. II. IMP. OC. 30.
annus 7. BALDVINI II. IMP. OR. 11.

1. &c. Scribit Nangius f sabbato ab ascensione Domini proximo in Christiano exercitu, qui iam mare erat ingressus, promulgatum, Pelusium in Nili faucibus situm bello petitum iri, vt Ægyptus, ex qua Saraceni in terram sanctam acies educere consueuerant, opprimeretur;

f Nang. de gest. Lud. Reg. hoc an. Christiani in Ægyptum signa cõuertunt.

Nilum oppugnatur.

tur. Non defuerat Saracenis animus vel militare consilium: Nili enim ostia triremibus ac nauibus egregio instructis sepserant: tum littus equitatu ac magnis copijs ad propulsandos Christianos, ne ex sconsum in terram facerent, cinxerant. Cumque ob nimiam maris planitiem cymbæ ad siccum pertingere non possent, desilijt a in aquas cum armis Rex, eius exemplo magno ardore toto exercitu pariter defluente; quamuis Saraceni continuo densissimis telis eos arcere litore conarentur. Mox Christiani in barbaros procurrere, ac pugnante cum ijs diuino Numine pauci ex ipsis fauciati; magna vero illorum strages edita; inter quos nonnulli etiam præcipui duces ceciderunt. Eodem die, qui in classe remanserant, non minus strenue se gessere: barbarorum enim, qui fluminis ostia obsederant, triremes repulerunt.

a Ionuill. in hist. S. Lud. 2 par. Iord. in ſ Vat. tab sign. num. 1960 hoc ann.

Infideles magna strage propulsati.

Barbarorũ classis repulsa.

Refert Ionuillæus b eo ipso tempore, quo exfcensus e nauibus in terram iactus est, arreptitium hominem ad templum, cui beatæ Mariæ Tortosanæ nomen inditum; in quo ara prima, vt refertur, Virgini sacrata maximis ad eam patratis miraculis celebratissima est, adductum, dum alij in preces effusi a B. Virgine petebant, vt dæmonem e corpore illius depelleret; subito exclamasse f *Non hic Virgo præsens est: in Ægyptum se contulit, vt Gallorum Regi, & Christianis, qui hodie in terram exscendent aduersus gentiles, qui stant in equis ad prælium armis instructi, auxilium ferat.* Diem vero, quo hæc dæmon protulerat consignatam, ac legato postea dum vna cum Rege versabatur, delatam: ex cuius ore rem se accepisse auctor affirmat. Quamuis porro dæmon rem in iocum detorserit; credendum tamen est B. Virginem suis apud Deum precibus singulari tum ad frangendos hostes præsidio Christianis fuisse. Propulsatis igitur diuina ope hostibus, cum Rex vna cum crucesignatis in litore castra contra Pelusium, vulgo Damiatam, locasset, Deus pro suis prælium in vrbe confecit: tantum enim terrorem infidelibus iniecit, vt ea nocte ac sequenti dominica ex vrbe, quamuis munitissima, propugnaculis & aggeribus circumdata, commeatu, armis, milite, opibusque refertissima effugerint: quæ ne in Christianorum potestatem venirent, iniecto igne absumere conati sunt: vt nemini dubium esset eos non humanis, sed diuinis viribus depulsos esse: ac iure tantum triumphum Gaufridus c de Belloloco miraculo ascribat: cui Ionuillæus d consentit, nostrosque Israelitis olim in terram promissionis inductis comparat.

b Ioinuill in hist. S. Lud. par. 2.

Pelusio diffugiunt hostes.

c Gaufrid. à Belloloc. in vit. S. Lud. c. 25.

d Ionuill. vbi sup.

4 Cum ea res a nostris exploratorum opera cognita esset, missum est ab Rege præsidium, & flammæ ne grassarentur restinctæ, tum solemni ritu actæ Deo gratiæ: *Legatus Pontificis*, inquit vitæ S. Ludouici auctor, *cum patriarcha Ierosolymitano, cum archiepiscopis, episcopis & magna parte eorum qui conuenerant; itemque Ludouicus Rex cum paruulis aliis, nudis pedibus, præsente Rege Cypri cum non paucis nobilibus, in vrbem ingressi sunt. Cumque legatus eadem quamdam prophanatam reconciliasset, & gratias egisset Deo, in honorem sanctissimæ Matris Dei ab eodem legato sacrificium oblatum est. Rex autem constituit Deo bene volente illic canonicorum instituere collegium, qui Domino seruirent. Capta est Damiata, quam alij Eliopolim vocant; anno ab orbe redempto millesimo ducentesimo quadragesimo nono.* Consentiunt alij auctores eodem anno a Christianis expugnatam, Ionuillæus a, Nangius b, Parisius c, Stadensis d, Stero e, Patauinus monachus f, Siffridus g, Iordanus h, Vincentius i, Bernardus l, & alij antiquiores; eum etiam recentiores, in quibus ipsi nouatores m.

a Ionuill. in hist. S. Lud. par. 2.
b Nang. de gest. Lud. Franc. Reg.
c Matt. Par hist. Angl.
d Alb. Stad. in chron.
e Stero in annal.
f Monach. Pad. chr. l. 8
g Siff. epis. lib. 2.
h Iord. in ſ Vat. bibl. vbi sup.
i Vinc. spec. hist. l. 31. c. 97. 98.
l Bern. chr. Rom. Pont. in Cent. 13 c. 2 col. 15.

Cur post tantam victoriam vlterius non fuerint progressi Christiani.

5. 6 Obtenta adeo facile munitissima Ægypti arce, nonnulli auctores erant, vt mox ad occupandam regionem excurreretur; sed repugnarunt alij prudentiores, cum reuocarent in memoriam simili casu perditum Christianorum exercitum, cum diffractis Nili molibus barbarorum arte in depressiores campos fluuius effusus esset; atque ideo expectandum vt illius alueus, qui tunc aquis turgebat, detumesceret; eumque is demum esset transacta æstate, nouæque crucesignatæ copiæ ab Alfonso Pictauiæ comite regio fratre adductæ essent, nouembris vicesimo die, nauali, ac terrestri instructis exercitibus, præsidio validissimo Damiatæ relicto contra Massoram siue Pharamiam, quo Ægyptiorum vires confluxerant, progressi sunt Christiani: qui toto itinere Saracenos obuiam factos magna clade fuderunt: commissoque etiam ante Christi natalem prælio, victoria Christianis stetit, aduersarij cæsi ferro, Niloue hausti periere; tum etiam fluuius Thaneos, cuius alueus altior erat, duce Ægyptio superatus. Hactenus Christianorum res, quæ etiam ex soldani morte auctæ videbantur, votis respondere. Vt vero sequenti anno euersæ ac peßundatæ fuerint, ne luctum ante tempus accersamus, suo loco dicemus.

Depresso Nili alueo Aegyptum ulteriorem penetrant Christiani. Fluuium Thaneos superant. Infideles fundunt. Comparata in occidente auxilia.

n Par. hist. Angl. hoc ann.

7 Non minus operæ nauabat eodem tempore Pontifex, vt ex occidente Christianorum exercitui, qui in Ægypto Christi religionem profitebat, supplementa mitteret: scribit enim Parisius n, eum in Angliam Prædicatores ac Minores fratres, vt populos ad sequenda crucis signa pro concione concitarent, ac præmia indulgentiarum crucem accepturis proponerent, misisse: quibus obuiam clerus linteatus, composito agmine religioso præeunte signo crucis cum effusa plebe occurrebat; atque ita factum vt plures orientali profectioni se deuouerent: quod in cæteris quoque occidentis regnis ac prouincijs accidisse colligi videtur.

Celebrata est Pontiniaci in Gallijs IV. idus iunij, vt refert Parisius, secunda reliquiarum B. Edmundi Cãtuariensis archiepiscopi translatio, eiusq; corpus omnis corruptionis expers in feretro ex auro & argento elegamer conflato, ac gemmis adornato collocatum est, ad quam celebritatem ex Anglia & Gallia magni concursus populi facti.

Celebrata secunda B. Edmundi translatio.

8 Eodem anno, vt scribunt Guillelmus de Podio Laurentij o & alij p, V. kal. octobris Raymundus vltimus Tolosatium comes, qui anno præcedenti se ad expeditionem Ierosolymitanam compararat, atque Massilia paratis omnibus, iter reflexerat, Æmiliani febre implicitus e vita discessit omnibus Ecclesiæ sacramentis rite acceptis munitus. Eius corpus ad monasterium fontis Ebraudi iuxta matrem Ioannam Anglorum Regis filiam sepeliendum delatum est. Ita comitatus Tolosanus ad generum ipsius Alfonsum comitem Pictauiæ peruenit; eoque sine liberis decedente ad Reges Gallorum deuolutus. Describit Guillelmus a podio Laurentij ab eo editum principis catholici in hæresi excindenda egregium specimen.

o Guill. a Podio Laur. chron. loc. cit. cap. 23.
p Ber. chron. Rom. Pont. Raymundus vltimus Tolosatium comes moritur.

9 *Eiusdemque*, inquit, *diebus circiter octoginta credentium hæreticorum in iudicio coram se confessos de hæresi, aut conuictos apud Agennum in loco, qui dicitur*

Hæretici flammis damnati.

dicitur Berlaigas, fecit incendio consumi. Nonnullisque interiectis, vt correptus febri crimina apud pium sacerdotem expiarit, subijcit: *Ingrediens corpore Christi saluatoris, exiens de lecto, quamuis multum debilis esset, in medio domus occurris; & in solo communicans flexis genibus, non in lecto.* Ipsum porro amicitia Innocentio Papæ coniunctissimum fuisse scribit Parisius a, atque ad hostes Ecclesiæ oppugnandos, & maxime Sabaudiæ comitem francendum thesaurum ab eo accepisse, quem ad Pontificem, cum iam in mortis discrimine se constitutum agnosceret, transmisit.

Magna pietate Eucharistiam ante mortem suscipit.

a *Par. hist. Angl. hoc ann.*

Christianus Siffredo in Mag. arch. succedit.

Mortuus quoque est hoc anno Siffridus Maguntinus archiepiscopus, quem magnum Friderici aduersarium vocant Parisius & alij, atque in eius locum Christianus illius Ecclesiæ præpositus suffectus est b, qui eodem anno pallio est decoratus.

b *Conrad. epist. Mag. Siffepist.* a *Par. & alij*

Alexandri Regis Scotiæ mors.

10. 11 De vita etiam decessisse eodem anno Alexandrum Regem Scotiæ tradit Parisius c, dum Oenum Argetheliæ inter Scotiam & Orc dem interiacentis insulæ dominum bello persequeretur: cuius mortem in diuinæ iustitiæ exemplum vertit his verbis: *Rex antequam exiens de naui equum valeret ascendere, quasi vitione morbo subito & lethali percussus est. Et volens innocentem exhæredare, inter manus magnatum suorum ex improuiso cum ipsa ambitione vitæ spiritum exhalauit.* Hæc auctor, qui tum scribebat: a quo dissonat Hector Boethius d, qui Alexandri mortem humanæ tantum conditioni tribuit: addirque Alexandrum III. parentis sceptrum anno ætatis nono accepisse, ac non sine procerum contentione regia inunctione delibutum. Hac de Scoticis rebus sufficerint: ad Italicas nos conferamus.

c *Par. hist. Angl. hoc ann.*

d *Boet. Scot. hist. l. 13.*

Succedit Alex. filius eo nomine III.

12 Sensit per hæc tempora Fridericus, qui, vt ait Parisius e, Herode, Iuda, & Nerone deterior existimabatur, vltrices iras diuini Numinis, quæ cum anno præterito effundere se in illum cœpissent, hoc anno magis auctæ, tandem sequenti penitus obruerunt. Ex filijs enim ipsius alter Henricus nomine in Apulia obijt; alter Entius Sardiniæ tyrannus, cum Cremonensibus & Regiensibus stipatus Bononiensium agrum vastabat, fusus, captus, & in carcerem conditus est f. Extant apud Petrum de Vineis g Friderici ad Bononienses de capto Entio literæ, quibus mixtis minis ac blanditijs ad emittendum filium eorum constantiam infringere molitur. Sed Bononienses nec minis, nec promissis frangi potuerunt: atque ita in carceris horrore Entius contabuit, daturus documentum posteris fallacem esse persecutorum Ecclesiæ felicitatem.

e *Par. hist. Angl. hoc ann.*

Entius a Bononiensibus capitur.

f *Monac. Pad. et ro. l. 1. hoc ann.*

g *Pet. Ide Vin. l. 1. ep. 8. Vall. bibl.*

Fridericus sacro igne torquetur.

13 At non in filijs modo, verum in seipso diuinas iras expertus: morbo enim h, qui lupus ac sacer ignis dicitur, vexari cœpit, vt viuus arderet, qui tot sacerdotes flammis iniecerat i. Atque ad malorum cumulum, in fidissimorum suspicionem, tanquam sibi insidias instruerent, venit: accusatum enim proditionis Petrum de Vineis, huius sæculi Achitophelem, magnæ virum scientiæ & eloquentiæ, sed scelestissimæ conscientiæ, oculis orbauit l. Tradunt nonnulli a crimine huiusmodi purum extitisse, sed ab æmulis eius auctoritatis & gloriæ in inuidiam adductum, ac postquam in ostentum calamitatis per Italiam circumductus esset, Pisanis, qui odio maximo in eum ardebant, tradi iussum: eoque accepto Petrum, ne hostium moreretur arbitrio, cum columnæ alligatus esset, illi caput allisisse. Ita perijt infelix,

h *Par hist. Angl. hoc ann*

i *Apud annal. vit. Greg. IX.*

Petrus e Vineis ob correcti veneni suspicionem oculis orbatus.

l *Par. vbi sup.*

Ex desperatione in rabiem actus sibi mortem infert.

qui eloquentiam suam in Romanos Pontifices exacuerat, ac iustas ab eo pœnas accepit, quem assentationibus suis corruperat. Fuit is Italus genere, Capua oriundus, cuius ingenij extant monumenta.

Diuina in eum vltio.

IESV CHRISTI

Annus 1250.

Indict. 8.

INNOCENTII PP. IV. FRIDER. II. IMP. OCC. 31. annus 8. BALDVINI II. IMP. OR. 12.

1. &c. PRæfectus a vrbis, cui Cayri nomen est, vindicta in soldanum exæstuans, ob ipsius fratrem ignominiosæ neci traditum, qui adeo facile commissum suæ fidei Pelusium expugnari esset passus, Templarios nonnullos equites e carcere eductos ad Galliarum Regem pergere iussit, atque vrgere, vt cum victrici exercitu Cayrum contenderet, se maxima suscipiendæ Christianæ religionis cupiditate ardere, vrbemque totius Ægypti principem rerum omnium copia affluentem illi traditurum. Ea spe ducti Christiani soldano pacem exposcenti, & Ierosolymam, ac terræ sanctæ loca Christianis erepta restituere pollicenti, modo sibi Pelusium redderetur, inducias tandiu cum eo pacisci recusarunt b: confectisque aliquot in itinere versus Cayrum feliciter prælijs, Robertus c Atrebatensis comes S. Ludouici Regis frater successu prospero elatus, cum Saracenos aduersam fluminis ripam obsidentes in fugam versos inueretur, laxis habenis fugientes in Massoram vrbem est insecutus: nulloque ordine permixti fugientibus Christiani ingressi sunt. Tum barbari conspicati Christianos numero sibi impares, secunda enim & tertia acies nondum flumen traiecerant; collectis animis excitisque nouis auxilijs resistere Christianis cœperunt, lapidibus e tectis obruere, eijcere ex vrbe, ac demum magnam illorum stragem edere: inter quos occubuit idem Atrebatensis comes S. Ludouici frater. Postris autem ad Massoram Christianorum castris omnia acerbiora pronaque in exitium fieri cœpta, cum exercitus hostilis augeretur, nostris commeatus essent intercluti, & epidemia grassaretur. Itaque Rex inito cum suis consilio, Massoræ obsidionem soluere redireque Pelusium decreuit. Pars ergo vna cum ægrotis, nauibus imposita, vt secundo flumine delaberetur: quorum plures in piratarum potestatem ceciderunt, atque post atrox prælium, igne Græco ab Saracenis iniecto conflagrarunt: alij terrestri itinere compositio agmine redibant, cum hostes nostros insecuti in extremam aciem, quæ ob præcipitem recessum pontes, vt erat iussa, non diffregerat, impetum fecerunt; ac Deo ita permittente maximam Christianorum stragem ediderc: cæteri vinculis mancipati, inter quos Rex vna cum fratribus Carolo Andegauensi, & Alfonso Pictauiensi comitibus capti. Illius cladis causam in notarij præconis, Marcelli nomine, proditionem refert Ionuillæus d. Cum enim fracta nostrorum extrema acie, secunda fortissime cum hoste dimicaret, ancipite adhuc victoria, scelestus vir ad singulos ordines inclamare cœpit, vt protinus deditionem facerent, si Regem saluum vellent, hostium enim gladijs, si restitissent diutius, concidendum: eneruatoque mox omnium animos arma posuisse. Poterat sanctus Rex fuga saluti sue consulere, cum parata esset naus ac plures ipsum vrgerent precibus, vt abiret; saluo enim

a *Par. hist. Angl. hoc ann.*

Præfectus Cayri defectionem a Saracenis molitur.

b *Id. ibid. Ionuill. in hist. S. Lud. a Par.*

Respuunt Christiani amplissimas pacis conditiones a tuta no oblatas.

Flumium superat. Robertus Atrebat. comes hostes fundit. Massoram ingreditur vna cum fugientib⁹

Ingentis contra hos auxilia.

Ægri nauibus impositi Græco igne exusti a barbaris.

Extremũ nostrorum agmen pontem non abrumpit.

c *Ionuill. hist S. Lud. par 2.*

Saracenis inclamat Christianos delere S. Lud. vna cum alijs capitur.

Eius constantia.

enim ipso & incolumi afflictas Christianorum res restitutum iri; sed constantissime renuit suos deserere.

Saracenorum crudelitas & impietas.

5 Reportata de Christianis victoria, die v. aprilis, inflati animis Saraceni crudelitatem, quam ira furorque accenderant, exercuere; nec in viuos modo, sed in mortuos etiam sæuiere; quorum corpora, brachijs cruribusque amputatis, præmia ipsis soldano proponente, deformarunt: & quasi de Christo domino triumphassent, ipsius pendentis e cruce imaginem religionis nostræ odio atque opprobrio inspectantibus Christianis, flagris cæciderunt, fœdarunt spurtis, lacerarunt manibus, pedibus conculcarunt; vt iam hæretici æui nostri, qui similia flagitia perpetrant, habuisse olim Mahumetanos, quorum exempla imitarentur, gloriari possint. Mollivit tamen crudelem barbari animum diuinum Numen, vt S. Regem liberaliter tractaret: qui cum ea morbi contagione, qua exercitum conflictarat perdiderat que, laboraret; adeo vt modica illius vitæ spes, eludente medicorum nostrorum industriam mali pertinacia, superesset; medicorum suorum opera, qui in curandis simillimis morbis longe peritiores erant, in pristinam valetudinem est restitutus, vt diuinæ prouidentiæ consilia in aduersis etiam suspicienda sint: quod Gaufridus de Belloloco iustis ponderibus librat a, addiitque: *Ita quod de ipso, atque de suis potuit vere dici: Et dedit b eos in misericordias, in conspectu omnium qui ceperant eos.*

Diuina prouidentia in curãdo S. Rege ægro Saracenorum opera.

a Gaufrid. de Bello loco in vita S. Lud. c. 25 b Ps. 105.

6 7 Ad recuperandum sane Pelusium barbari graues illi initio minas incusserunt: quanta vero constantia animi barbaricos terrores exceperit, atque improba pro ipso redimendo postulata repulerit, ita describit Guillelmus Carnotensis c: *Nequaquam consensisset eis reddi Damiatam, si eam potuisset retinere tunc temporis Christiani: prius enim illuc miserat, & sibi relatum inde fuerat, quod si obsiderent eam Saraceni, non poterant contra tanti roboris exercitus tunc defendi. Sed nec propter duras eorum oppositiones & comminationes aliquantulum flecti potuit, vel induci, vt aliquid promitteret, concederet, aut iuraret, quod in aliquod Christianitatis detrimentum cederet, aut suæ constantiæ læsionem. Mirantibus cunctis qui aderant, magnatibus etiam Christianis qualiter tam fieret, tam imperterritus erat: cum ipsi non modicum terrerentur. Ipse quidem tanquam vir iustus in Domino confidebat, & ideo non timebat iuxta illud sapientis: Iustus quasi leo confidens absque terrore erit.* Addit auctor de constanti in aduersis eiusdem Regis pietate d.

c Guill. Carnot. de vit. & mir. S. Lud.

d Guill. de vita & mir. S. Lud.

8 *Non est omnino tegendum silentio, quod cum captus fuisset ab hostibus in Ægypto, quandiu detentus est in carcere, nunquam a solita deuotione, & diuina laude cessauit. Nam quantumcumque in illo graui ergastulo carceris arctaretur, diuinum tamen officium, secundum morem Parisiensis ecclesiæ, matutinas scilicet, & horas canonicas tam de die, quam de B. Virgine, & totum officium missæ, absque sacramenti consecratione assidue cum uno presbytero fratre Predicatore, qui sciebat Arabicum, me adiuncto sibi tunc temporis clerico suo, ipsis etiam Saracenis custodibus eius audientibus, iugiter exsoluebat deuoto corde & ore, horis competentibus, habens ibi breuiarium capelle sue, quod ei Saraceni post captionem eius pro xenio presentauerunt, & missale.* Sed ad institutam, a qua digressi sumus, narrationem reuertamur.

Singularis illius in angustijs carceris pietas.

9 *Egit apud Regem*, inquit eius vitæ scriptor a, *sultanus minacibus verbis de pacifcendis induciis, de restituenda Damiata, de præstandis dammis, farciendisque sumptibus, quos fecisset ipse a capta Damiata. Tandem iuita sunt inducia decennales bis centuplicibus: vt sultanus Regem Ludouicum & captiuos Christianos omnes e suis ditionibus liberos a se dimitat; vt Christiani restituant loca aliquot terra sancta: porro Rex Ludouicus restituat Damiatam, & pro factis in illud bellum impensis octo millia byzantiorum; reddatque captiuos Saracenos omnes.* Quod de octo millibus byzantiorum auri scribit auctor; mendum irreplit, atque octingenta reponenda sunt: scribit enim Ionuillæus b soldanum pro restituendis libertati Christianis decies centena millia petijsse, consentisseque S. Ludouicum pro suis tantum auri refusum iri; pro se vero liberando, cum pecunia æstimandus non esset, Pelusium Ægyptijs redditum iri: eaque agendi sinceritate obstupefactum admiratione soldanum, ducenta millia aureorum e summa remisisse. Pergit auctor.

a Anon. vit. S. Lud. apud Sur. to. 4. die 25 aug. De eo rectmendo agitur.

b Ionuill. hist. S. Lud. par. 2. Quibus legibus inita concordia.

10 *His consiliis inuitis sultanus, dum cum exercitu proficiscitur, a quibusdam e suis fraudatim gladijs concidituv.* Conjurasse in soldanum prefectos Ægyptios ob erepta sibi dignitatum insignia, quæ in alios contulerat, quos ex oriente adduxerat, refert Ionuillæus c: tum metu se incitatos, ne Pelusio potitus, ipsos partæ in capiendo Francorum Rege gloriæ inuidia stimulatus lenta morte in carceribus conficeret, vt ipsius auus eo pramij genere affecerat prefectum exercitus atque alios duces, qui Berensem & Montisfortis comites profligarant. Addit idem auctor nonnullos Ægyptios iactasse, cruentas ideo soldano manus intulisse, cum Francorum Regem obtento Pelusio trucidaturus esset: res vero tota arcanis potius diuinæ prouidentiæ iudicijs ascribenda, vt etiam Guillelmus perpendit d.

Sultanus a suis necatur.

Quæ causa ipsos impulerit ad id faciendi.

c Ionuil. in hist. S. Lud. par. 2.

11 Adiungit superioribus Ionuillæus e, cæso soldano, Aegyptios anee Ludouici tentorium festos turbarum clangores edidisse; ac S. Regi præfectos Aegyptios diu inter se de salutando ipso Babyloniæ Rege contulisse significatum, parumque abfuisse vt sceptrum Babylonicum illi non traderent: eaque tantum de causa ab eo consilio reuocatos, quod omnium, quos vnquam vidisset, Christianorum fidei ac religioni addictissimum suspicerent: quoties enim e tentorio discederet, crucem flexis genibus induere & crucis signo totum corpus munire. Addit auctor Regem a se aliquando scisciratum, num putaret admittendum ab ipso sceptrum Babilonicum, si illud ei tradidissent, seque negante cum adeo immanitate efferati essent, vt paulo ante Regem suum trucidassent, adiecisse non tamen a se repudiatum iri. Propagandæ enim fidei Christianæ cupidissimus sanctus Rex omnium periculorum terrores, modo diuinam augeret gloriam, protriuisset. Acceptæ cladis fama Pontifex animo consternatus est, ac pijs literis sanctum Regem solaturus de diuinis judicijs ita disseruit f.

d Guill. vbi sup. e Ionuill. vbi sup. Deliberãt Ægyptij de saluando ipso Babyloniæ & Aegypti Rege.

Ob ipsius summam religionẽ deterriti.

Ludouico Regi illustri.

f Ext. apud Franc. Duchesn. to. 5. hist. Franc.

Licear, quæso domine Iesu, seruorum tuorum seruo scisciari paulisper quod tam aspere pugnandum fuit in Christo tuo Christianissimo principum, tibi se & suos & sua in tanto feruore fidei exponente; aut quid duxisti tam seuere plectendum in deuotissimo populorum populo ducem suum tanta promptitudine in præceptorum tuorum laboribus subiequente? Ostende clemens pater, ostende ne fidelium tuorum deuotio ruat in scan-

Innoc. ad S. Lud. cõsolatoria de Occultis diuinis iudicijs.

scandalo, tibique cordi fuerit severius vindicandi, si punire voluisti zelo animadversionis congruæ peccatores, aut probare justorum constantiam gloriosius coronandam: si enim decreuisti eos ideo tanto tribulationis igne purgandos, vt fierent parato sibi inenarrabilis mercedis, quam merita supplicum & vota præcellit, præmio digniores, tibi laus, tibi actio gratiarum, qui per hoc signatus es prorogare laborantibus fructum, quem eis spes prodictior edidisset: si autem punire tam acriter quam temporaliter voluisti tuorum vel ingratitudinem vel peccatum misericorditer cum illis dispensans, ne perpetuo damnarentur, quis dixerit tuum hoc quantumlibet durum in hominibus, iniquum esse iudicium, qui terrenum habent & sordidum fundamentum, & coinquinatione ineuitabili domos luteas habitantes, cum luna non sit munda in conspectu tuo, & in stellis repereris prauitatem? Intende, Rex inclyte, Dei potentia Damiatam Ægypti ianuam, quæ vix humanis laboribus obtineri multo tempore potuisset, miraculosa facilitate in manibus tuis dedit, in quo forte & ijs, quos tecum disposuit de hostium futura decipula eruendos benigna miseratione prouidit, vt liberandis opportunum redemptionis præmium non deesset. Sed quis scit si congratulantium quisquam successibus, vel aliorum fidelium animis ex hoc in iactantiam erectis humanam homini aliquatenus & non totaliter nomini Domini gloriam arrogaret? Cessemus igitur a curiositate inquisitionis huius, quæ forsitan venia opus habet, & confiteamur in humilitate spiritus domino Deo nostro benedicentes nomen ipsius excellentissimæ potestatis, & cantemus ei in consolatione vberi in gaudio spiritus, & dicamus: *Omnia, quæ fecisti nobis Domine, in vero iudicio fecisti.* Vicisti qui vincis per incommutabilem tuæ iustitiæ veritatem, cum a superbæ societatis ignorantia in iustitia iudicaris, &c. [Excitauit deinde ad constantiam in aduersis sanctum Regem regnumque Ierosolymitanum, vt ab hostis furore illum vindicaret, commendauit.] *Datum Legduni* 14. *idus augusti anno* VIII.

Sed iusta & adoranda.

In aduersis etiam Deo agendæ gratiæ.

Vt vero singulari prouidentia ex truculentissimis hostibus liberatus sit, ex Guillelmo excipiamus: *Post diem tertium*, nimirum a sultani cæso, *facta est liberatio regis & suorum magnatum valde celebris & solemnis, Domino exercituum sic mirabiliter ordinante: vt qui paulo ante dominum suum infidelem soldanum tam pompose, & in superbiam de nostra subiectione elatum, tam viliter interfecerant, & proiecerant tanquam putridum & immundum; captiuum Regem, & humilem, summum aduersarium, & Christi fidelem, tam honorabiliter redderent liberatum omnino. Sic enim per sapientem prædictum fuerat: Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo.*

Diuina in victore cæso victoq; liberando prouidentia.

a Ioinvill. vbi sup.

12 Non defuere, vt refert Ioinvillæus a, nonnulli infidi, qui obtento Pelusio (quod postea solo æquatum aiunt, ne amplius bellorum causa esset) de occidendo Rege & cæteris Christianis agitarent. Inter quos vir scelestus producto alcorano legebat dominum vt pupillam oculi obseruandum, hostem vero Mahumeticæ religionis necandum, atque inferebat admissam in occiso soldano sceleris labem Christianorum Regis sanguine eluendam: sed demum, Deo suorum miserente, deliberatum pactorum legibus Christianos in libertatem restituendos: quæ porro sint secuta, vitæ S. Ludouici auctor sic exponit b.

b Anonym. S. Lud. auct. apud Sur. to. 4. die 25. aug.

Ad certum diem Damiata illis redditur: Rex & fratres eius & nobiles Francie, ditionis Ierosolymitane, & Cypri & cuncte dimittuntur. Sperabat iam pius Rex fore vt etiam reliqui captiui, tam conuentum erat, a Saracenis dimitterentur: sed cum diu expectasset, ex duodecim millibus agre quadringentos recepit, impij illis Saraceni fidem iureiurando firmatam violantibus: qui etiam de cæteris nihil voluere remittere. Et quod est longe immanius, egregios quosdam iuuenes Christianos e captiuis illis coegerunt impurissimi Mahometis professi sectam, Christiana religione abiurata. Imposuerant enim nudos cujes cernicibus eorum, & si qui nollent eis consentire, illos ingulabant. Ex ijs quidam imbecilliores a Christo ad Mahometum defecerunt: alij coronas martyrij contempta morte, reportarunt. Eadem Nangius a.

a Nang. de gest. S. Lud. b Apud Ioinvil. vbi sup. Anonymi vit. S. Lud. Nang. vbi sup. c Ioinvill. in vit. S. Lud. d Gaufr. de bello loca in vita S. Lud. e Nang. de gest. Lud. Reg. f Chron. chr. Reg. Franc. g Iord. m. s. Va. sign. n. 1960. h Stad. in chr. Lec. ang. i Monac. Pad. in chr. l. 2. l Par. hist. Angl. hoc ann. m Io. Vill. l. 6 c. 37. n Guill. de Podio Laur. chr. c. 49. o Ext. in nostr. Ioinvil. additis.

Deliberat S. Lud. in Syria consistere. Alphonsû & Caroli fratres in Gallias trâsmittit.

13. &c. Cum Saracenos datam fidem infringere sanctus Rex cerneret, agitato cum suis consilio deliberauit quid sibi agendum videretur: si enim discederet, maximum periculum impendebat, ne Christianos terræ sanctæ auxilio omni destitutos Saraceni inuaderent, perderentque: si remaneret, spes non exigua rei bene gerendæ affulgebat, cum inter Aegyptios & Halapianum soldanum maxima discordia exorta esset: quare demum remanere decreuit b, ac fratres suos Alfonsum & Carolum ad leuandam Reginæ matris dolorem in Gallias dimittere; qui ventis vsi felicibus in patriam pernenere. Agunt de ijs Ioinvillæus c S. Ludouici in ea expeditione socius, Gaufridus de Belloloco d, qui sancto Regi a confessionibus erat, Guillelmus Nangius e, Bernardus f, qui Nangij dicta delibauit, Iordanus g, Albertus Stadensis h monachus Parauinus i, Matthæus Parisius l, Ioannes Villanius m, Guillelmus de Podio Laurentij n, & alij veteres ac recentiores. Ijs consentiunt S. Ludouici literæ o.

26. &c. Cum peruenisset in occidentem accepta cladis rumor, omnia regna catholica horrore concussit; maxime vero Gallias vbi matres filios, vxores viros, virgines fratres & consanguineos vlulatibus exposcebant: eoque prorumpebat infandus dolor, vt nefarias voces in diuinam prouidentiam laxaret. Nec deerant viri pij, qui singultus hos comprimere, ac lacrymas detergere niterentur, inculcarentque casus in tam iusta causa Christianos ea potiri felicitate, vt ij luctus ipsis admodum ingrati essent, cum martyrum palmis decori in cœlum euolassent. Similimis verbis repressum plurimorum dolorem scribit Parisius p, qui egregium matronæ constantiæ exemplum, matris nimirum Vvillelmi de Longa spatha, regij Anglorum generis, vbi illius mortis nuntium accepit, adducit: *Memor*, inquit, *visionis, quam viderat, gloriosæ de filio suo eo tempore, quo ipse martyr, vt prædictum, occubuit manifestus, elacri spiritu inuictis manibus, & flenis genibus prorupit in hanc Dei laudem Christo valde complacentem: O domine mi Iesu Christe gratias tibi ago, qui de corpore mei indignæ peccatricis talem ac tantum filium voluisti procreari: quem tam manifesti martyrij corona dignatus es redimire. Spero vtique quod ipsius patrocinio citius ad culmen cælestis patriæ promouebor.* Quod vere fuerit cæleste visum piissimæ fœminæ obiectum enarrat auctor his verbis q: *Nocte hoc prælium*, nimirum primum quod ad Massoram commissum est, *antecedente visum filio matri sua nobilissima domina comitissa ac abbatissa de Acoca Hala nomine, quod cælo aperto susceptus est quidem miles omnibus armis redimitus, cuius clypeum cum perpetuam cognouisset, stupefacta scisitabatur, quisnam esset ipse, qui ascendens*

p Par. hist. Angl. hoc ann. Insignis principis fœminæ constantia audita Vvillelmi filij nece.

q Id. ibid.

dens ab angelis ad tantum susceipitabatur gloriam, cuius vestes spolia; & responsum fuerat voce manifesta & articulata: Vvillelmus filius tuus. Notate igitur nocte illa, visio illa postea patuit declarata.

Luxit præ cæteris hanc cladem Innocentius IV. in literis encyclicis ad Rothomagensem archiepiscopũ & alios Galliæ præsules missis, in quibus rem gestam ita enarrat a: *Cum Rex contra Soldanum Damasci & Babylonia suo exercitu comitante processisset, tandem clare memoria Roberto comite Atrebatensi germano Regis eiusdem, & magistro & fratribus dicte militie templi Ierosolymitani, & aliis quam multis commilitonibus validum cum Saracenis committentibus bellum, & post non modicum Saracenorum ipsorum excidium in bello ipso non absque salutaris triumpho martyrij palmis exadentibus intentatis, prefatus Rex cum exercitu constanter insisteret, furorem irruentium sustinuit paganorum, qui sic illico terra & fluminis transitus arctauerant, quod idem exercitus defectum victualium patiebatur extremum: propter cuius intolerabilem tolerantiam, & pro suorum multitudine infirmorum vehementer obstupuit, nec potuit non vereri, quoniam urgentibus undique incommodis premebatur; cumque mutuis congressibus fieret hinc inde ruina maxima pugnatorum, demum innumerabilitate hostium prevalente Christiana militia agmina fere penitus corruere, dictusque Rex cum his, qui secum superauerant hostilium populorum circumstantium vallo cinctus & coangustatus nimium, coactus est ad ultimum refugium reflexere Damietam, & eo postea ingresso nauigium ad recessum, non nullos de suis, qui in ciuitate ipsa in lectis agritudinis decumbebant, & alios, qui nauali carnere presidio, indifferenter manu inimica peremit: non adfuit illis defensionis brachium, nec pro eis locus refugij est inuentus. Ab Domine Deus vbi sunt inclyti athleta tui, vbi robusti pugiles, vbi propugnatores electi, qui fide fulgentes, feruentes deuotione & experientia precipui, ad tuum prelium contra tui blasphemos nominis salutifice crucis armis insignibus se accinxerant prelaturum? & infra. Nequaquam ambigimus quin hi feliciter concluserint dies suos, quin tu Domine pro quo dormitionem acceperunt in vitam eos transtuleris absque termino duraturam, &c.*

a Ext. apud Fran. Duch to. 5. hist. Franc.

Cladis ac cæpæ narratio exposita a Pontifice.

27. 28 Non deerrauit ea strages Christianos principes a sacra in terram sanctam profectione; sed maiori pietatis ardore accendit: illum nimirum palmarum campum, atque obtinendj martyrij locum videri. Alfonsus enim Castellæ & Henricus Angliæ Reges cum maxima procerum multitudine defendendæ Christi causæ ac religioni inducta cruce se deuouerunt. Quo vero dolore ex tristi illo nuntio confossus fuerit, quaue diligentia ad redintegrandas Christianorum res vius Pontifex, referre superuacaneum esset. Dolemus epistolas regesti septimi anni, quæ maxima ex parte ad hunc annum pertinent, non reperiri, cum historiam ornare ac locupletare potuissent. Nec reuocari in dubium debet ipsum Reginam Blancham iussu conectam recreare studuisse, atque auxilia in orientem transmittere.

Vt cõmeatus nostris fuerint interclusi.

Pelusium hosti relictum. Hostium perfidia.

Henricus Angliæ & Alphõsus Castellæ Reges Syriacã proficionem vouent.

29. 30 Emersit interea b in Gallijs Pastorellorum secta, quæ specie se induendæ crucis & conficiendæ pro vindicanda S. Ludouici seruitute ac fuso sanguine Christiano expeditionis multa flagitia patrauit; quorum dux ficti apostata Hungarus senex, qui Babyloniæ soldano, incuria superstitione Mahumetica, operæ pollicitus, se ipsi infinitam Christianorum multitudinem

Pastorelli exorti in Gallijs grauissima mala inferunt.

b Nang. & Par. an. seq Iord. in hist Vat sæc 13. & alij.

prodituram. Callebat ipse Germanicum, Gallicum, Latinum, & Saracenicum idioma, suisque præstigijs, pretensa religionis larua, suos circumscripserat; cum reipsa religionem perdere, atque ecclesiasticos trucidare meditaretur. Edidit Aureliani magnum sacerdotum & religiosorum virorum stragem, ac plura Biturigibus mala inflixit; cumque in laicos pariter & ecclesiasticos sæuire cœpisset, a Bituricensibus eum, insequentibus, dum progrederetur, interceptus cum suorum audacissimis obtruncatus est: omnisque illa multitudo partim cæsa, partim dissipata, partim veræ crucesignatorum militiæ nomen dedit.

Cæso seditionis auctore dissipati.

31. 32 Inter hæc Fridericus cum Auenione & Arelato occupatis Galliæ terrorem inferret, Florentiolæ in Apulia obijt die S. Luciæ sacro. Et quidem hoc anno extinctum infelicem principem testantur Parisius a, Stadensis b, monachus Pataunus c, fragmenti historici incertus auctor alijque: sed omnium instar Innocentius in literis, sequenti anno ineunte exaratis. Recensem aliqui fuisse tam illius mortem, atque vitæ quam duxerat respondentem: nimirum a Manfredo notho filio, impositio cri puluino, suffocatum d: atque ita exutum imperio, perculsum ab Ecclesia anathemate, sine pœnitentia, nullisque munitum sacramentis manu parricidæ oppressum.

Friderici mors.

a Id. ibid. b Stad. in chron. c Mon. Pad in chron. d. 1. A Manfredo præfocatur chrõnicer auct. de præclaris Franc. facinoribꝰ. Dubiæ an in morte pœnituerit auctorum sentẽtiæ.

33. &c. Verum alij ipsum pœnituisse scelerum extremo vitæ tempore, atque Ecclesiæ a Panormitano archiepiscopo conciliatum, riteque sacramentis expiatum, vt Stadensis e, & Siffridus f, atque ex Crantzio nouatores g tradunt: Parisius h vero tanta eum pœnitentiæ signa præ se tulisse ait, vt cum censuris ecclesiasticis solutus esset, Cisterciensium habitum religiosum induerit, atque ingentis patratorum criminum doloris, & Christianæ animi demissionis exempla prabuerit. Inter quæ Vvillelmus de Podio Laurentij hæc affert i: *Suum in fine recognoscens errorem exhiberi sibi in morte funera imperialia, & plangi etiam interdixit, quod Ecclesiæ inobediens fuerit & rebellis.* Quæ Bernardus k & Iordanus m ex ipso hausere. Eliciuntur etiam aliqua illius pœnitentiæ signa ex testamento n, quo supremam voluntatem expressit; vt ponderat Cardinalis Baronius o, qui illius præcipuum caput affert, quo erepta Ecclesiæ terræ ac iura occupata restitui iussa sunt, additque: *Sicque illud propheticum p de inimicis Ecclesiæ: Sanctifica illos in die occisionis; huic impio tyranno magno Dei misericordia concessum, vt nouissimo elogio, quæ pij principis essent, præstare posset.* Hæc Baronius. Magna pompa a Manfredo in montis Regalis ecclesia sepultum scribunt q Ricordanus & Ioannes Villanus. Vt vero ex eius morte res Ecclesiæ, quæ depressæ erant, assurrexerint, sequenti anno dicemus.

e Ex. apud Par. anno 1251. f Baron XIIIo. annal. ann. Christ 1250. num. 82. g Ioan. Trit. in chron. Hirsaug. h Ricord & Io. Villan. ubi sup. Abelis in Ericum Regem proditio.

38 In Dania dux Abel Ericum Regem fratrem maiorem natu circumuentum insidijs cepit, atque in paratam cymbam conjecit, quam in medias aquas impelli iussit, vt securi fratrem feriret, ferroque omnium corpus aqua submergeret. Non expauit ad periculum Rex, sed vt narrat Albertus Stadensis r, ad mortem Christiano viro dignam se comparauit: *Rex*, inquit, *cum mortem inexitabilem vidit, sacerdotem petijt, & obtinuit: & facta confessione, vt dicunt, intime decollatori flagitium indulsit, & iam decollandus dixit: Frater meus, sicut ante Deum ben merui, iurpem*

r Alb. Stad in chron. hoc ann. Erici in morte cõstantia.

interim mihi ingens mortem: sed ipso si se non emendauerit, sentiet torporem. Illud contigit in nocte Laurentij. Non multo post corpus inuentum, ab a Prædicatoribus ipso ferro onustum, & capite adhuc ad collum pendente. Sepelierunt eum Prædicatores in ecclesia sua Slesvic. Hæc Stadensis, cui Siffridus a, Bernardus b, Ioannes Longinus c, & alij consonant.

a Siffrid. lib. 2. b Bern. chr. Rom. Pont. c Long. hist. Pol. l. 7. d Crantz. Dan. hist. l. 7. c. 21.

39 Addit Krantzius d Erici Regis corpus quamuis ferro onustum in littus electum diuinitus fuisse eoque sepulchro condito, miracula edita fuisse. Corripuit mox Abel imbutum fraterno cruore Danis sceptrum, verum non diu sceleris præmio potiri licuit, anno enim proximo vel altero a Frisijs, quos reprimere nitebatur, occisus occubuit, ac Lago, qui Abel in necando Erico consenserat, peritor interfectus cælestis iræ exemplum extitit.

Nefarius in electionibus præsulum mos sublatus in Suecia.

40 Suscepta erat improba apud Suecos consuetudo, vt episcopi non a canonicorum collegio eligerentur, sed ad nutum Regis ac procerum loci, tum ad tumultuantis populi confusas voces instituerentur: quem morem cum episcopus Sabinensis Apostolicæ sedis legatus a canonicis institutis abhorrere comperisset, commouit, simulque vt in ecclesijs cathedralibus, in quibus nulla essent adhuc canonicorum collegia, præsul, & quinque canonici instituerentur, a quibus vacuo episcopali solio episcopus designaretur: cuius acta Innocentius, datis ad Vpsalensem archiepiscopum & suffraganeos episcopos, ac Suecia clerum literis, confirmauit e.

e Ian. l. 8. ep. 205.

Græci Cypri ad Eccles. Rō. obsequium traducti.

41. &c. Hoc tempore Cyptij Græci plures schismatici Innocentio Paræ se subiecerunt, ac nonnulla ipsis beneficia exposcentibus, vt suæ factionis præsules quatuordecim episcopatibus, vt antea consueuerant, præficerent, non iubesset Latinis præsulibus, sed pari cum ipsis libertate sedi Apostolicæ tantum essent obnoxij, Pontifex liberaliter permisit; nonnullaque alia, quæ ad conciliandam cæterorum Græcorum gratiam, vt eorum exemplo ad communionem pelliceretur, pertinebant, adiecit; atque hæc episcopo Tusculano mandata dedit f.

f Ib. ep. 19.

Innocentius, &c. Mandamus quatenus prælatorum, & aliorum prudentum virorum, quos sine scrupulo suspicionis videris consulendos, communicato consilio, super præmissis, quæ ab eisdem archiepiscopo Græcorum, eiusque suffraganeis postulantur, & alijs eorum iustis desiderijs statuere, ac disponere prouidendo, & ordinando auctoritate nostra procures, quod eorum intentioni pro animarum salute, Ecclesiæ pace perpetua, ac salutaribus catholicæ obedientiæ incrementis videris conuenire. *Dat. Lugduni* XII. *kal. augusti anno* VIII.

Albania in Eccles. Rom. obsequium procumbit.

g Ib. ep. 62.

42. 43 Adiunxere se Romanæ ecclesiæ eodem tempore nonnullæ prouinciæ, quæ Græci schismatis, quo tenebantur, vincula disfregere; vt se in libertatem filiorum Dei assererent. Præstitit facem inter cæteros populis suis Albaniæ episcopus, qui nemini extra Romanam ecclesiam salutem patere agnouit g.

Aliæ prouinciæ Ecclesiæ imperio adiectæ.

h Ib. ep. 61.

46 Nec Albania modo, verum Vnuia & Philoc prouinciæ, quæ latissime excurrunt, damnato Græcorum schismate, sedi Apostolicæ se submiserunt. Quo lato nuncio completus gaudio Innocentius priuiario Prædicatorum in Hungaria magistro munus imposuit h, vt in eas regiones socios ad instruendos populos, ac traducendos ad ecclesiæ Romanæ obsequia, mitteret; quos etiam ea auctoritate, quæ ad augustius illud munus obeundum necessaria erat, instruxit.

47 Illustri vero miraculo Deus hoc anno catholicæ fidei veritatem in Germania collustrauit, dum sacram Eucharistiam, a tacinorosis hominibus in lacunam prope Erfurtum proiectam, omni corruptionis labe prorsus expertem post quinque menses fidelibus ostendit: contigit vero vt cum mense ianuario omnes aquæ gelu concretæ essent, illa tamen lacunæ pars liquida maneret; in qua etiam pius diaconus ibratus dixit se noctu perpetuum lumen vidisse. Subdit auctor a de inuenta his signis Eucharistia: *Hic igitur Eucharistiam illi, quos quasisse dicebam, inuenerunt, & quidem in linteolo integro & sicco. Re tanta cognita Christianus archiepiscopus, qui in ea vrbe fors tunc erat, clerum populumque totum solemni cum processione illinc duxit, augustissimum Domini corpus sustulit, & in B. Virginis templo venerabunde posuit. Optimus autem vir Vlricus Vierling, ne diuini operis interiret sensim, vt in omnibus rebus fit, memoria, impensis non paruis, prout etiam nunc apparet, curauit.*

a Sifrid. Mogunt. cor. ser. l. 5. Insigne de Eucharistia miraculum.

48 Confudit quoque diuinum Numen Iudæorum perfidiam ingentibus miraculis, quæ ostendit in illustrando martyre suo Dominico puero septemni, quem illi Cesaraugustæ ex immenso, quo flagrabant in Christum odio, parieti clauis confixerant, latusque hasta crudelissime transfoderant: cum enim ad tegendum scelus sacrum corpus in littore sepelire cum curassent, noctu clarissimo fulgore locus radiauit. Quod prodigio commoti Christiani eo accurrere; indeque erutas sacras reliquias magna religiosa pompa in princeps templum extulere: vbi plura miracula patrata sunt. Quibus visis Iudæus Moses Albayhuzetus; qui innocentem puerum rapuerat, Christo nomen dedit. Caterum portenderat martyri Deus gloriosissimum illud mortis genus, cum ex materno vtero crucis humero dextro, corona vero figura capiti impressa decorum inlucem prodire voluit. Hæc pluribus Hieronymus Blancha b ex primarij templi, vt aiunt, tabulario decerpta.

Puerulus a Iudæis in Hispania conuiuis miraculis quæsitus.

Crucem impressam humero non sentiens gestarat.

b Blanca comm. rer. Aragon. in Fasc. Reg. Initiata de Antonij Min. miraculis noua quæstio

49 Coniungemus gloriosis martyris funeri, vel potius triumpho, sanctissimos confessores, de quibus cœlitum albo adijciendis cum summo Pontifice hoc anno actum est. Florescebat indies apud Vrbeuetanos Ambrosij Minoritæ, qui pijssime vitam duxerat, gloria, magnisque miraculis, quæ ediderat, hæreticorum perfidia retusa fuerat; quare institere apud Innocentium Vrbeuetani, vt sanctorum numero illum ascriberet, atque acta Gregorij IX. iussu conscripta transmisere: sed cum Pontifex, qui instituendi de patratis eius imp lorata opera miraculis examinis prouinciam Vrbeuetano & Suanensi episcopis, ac priori S. Ioannis Vrbeuetani iniunxerat, non seruatum in omnibus Ecclesiæ morem comperisset, iussit c iterum, quæ dicebantur patrata prodigia, diligenter discutere: easdemque literas, paucis immutatis, misit ad Vrbeuetanos d: tradidit porro sacris censoribus formam e, ex qua omnes miraculorum circumstantias etiam discussuri. Cum vero hæ literæ Lugduni IV. nondecembris Innocentij pontificatus anno VIII. exaratæ sint, dicendum recentiorem auctorem hallucinatum, qui eas ad sequentem annum retert: tunc enim Innocentius nonum in pontificatu agebat, nec in Gallijs, sed in Italia, vt dicemus, versabatur.

c Lib. 8. ep. 194.

d Reg post tom. 1. p. 1. ep. 195

Propo-

Augustin. Nidrosien ep. miraculis clarus.

50 Propositum etiam sedi Apostolicæ rursum fuit hoc anno, Augustinum Nidrosiensem episcopum, de quo supra memoravimus, post mortem multis miraculis effulsisse, dignumque omnino videri, cui sanctorum cultus decerneretur: Innocentiusque, Bergensi episcopo ac duobus Prædicatorum ordinis prioribus præcepit a, vt summa maturitate consilij & diligentia de eius rebus gestis ac miraculis, quæ ipsius precibus patrata fama circumferebat, inquirerent. Agitatum quoque de B. Stanislao Cracouiensi episcopo in martyrum catalogo collocando: atque ad rem vrgendam Polonos hoc anno ad Innocentium oratores Lugdunum misisse scribit Longinus b, cum iam Polonia illius sanctissimi viri suffragijs maxima a Deo beneficia, & cælestia contra Tartaros auxilia consecuta esset: qua in re prouehenda Boleslaus Pudicus, & Prandothas episcopus eximium studium collocarunt. Vt vero Innocentius prouinciam nonnullis episcopis, quæ terebantur edita prodigia in disquisitionem vocandi dederit, suo loco dicemus.

a Ioan. l. 8. ep. 215.

De Stanislao Craco. ep. sanctis ann. umerã do agitatũ & Longin. hist. Pol. l. 7

b

51 Contendere præterea sequenti anno magnis precibus ab Innocentio Mantuani, vt Ioannem Bonum, eremitarum ordinis, in sanctorum numerum referret. Quare Pontifex, vt rei poscebat grauitas, Mutinensi episcopo, priori S. Marci, & præposito Mantuanæ ecclesiæ imposuit c, vt sacrum examen de rebus illius gestis, editisque miraculis instituerent: atque in rogandis testibus seruandam formam præscripsit d, quæ illi prorsus consentit, quam in simili Ambrosij serui Dei causa ad Vrbeuetanum, ac Suanensem episcopos miserat. Illos porro, vti ipsi erant, publica acta summa fide confeciſſe, comperisseque Ioannem, dum in viuis agebat, & post mortem, miraculis claruisse, eoque adhibito apud Deum deprecatore mortuum ad vitam reuocatum; ac plura alia prodigia edita, refert Sixtus IV. Pontifex, qui ipsi sanctorum cultum ac veneration em decreuit e.

Ioannis Boni vita & miracula ad examen reuocata.

c Lib. ep. 520.

d Ep. 523.

e Bull. Sixt. IV. quæ incip. licet B. Aug. vnius exemplum exst. in nostra hist. m.s. signata lit. Q.

IESV CHRISTI
annus 1251.

INNOCENTII PP. IV. VACAT IMP. OCCID. 1°
annus 9. BALDVINI II. IMP. OR. 13.

Indict. 9.

1. 2 LVgduno, vbi tanquam in munitissimo asylo Friderici tyrannidem eluserat, in Italiam reuersus est Innocentius. Verum antequam e Gallijs discederet, pluribus literis fluctuantes Fridericianorum animos pertentauit, vt ipsos in Ecclesiæ triumphantis obsequium pelliceret; ac maxime Siculos sedis Apostolicæ clientes ad officium reuocare studuit; tum alios, qui in fide constantes extiterant, confirmare: iniunxitque partes Petro S. Georgij ad velum aureum diacono Cardinali, quem ex Germanica legatione reuocauerat, vt diligenter Siculorum voluntates, ac populorum f consilia exploraret, num sponte in Ecclesiæ potestatem redituri viderentur; an adeo in pertinacia obduruissent, vt non nisi vi & armis essent infringendi: vt secum statueret an exercitu cinctus Italiam ingrederetur ad hostium omnes conatus obterendos; an vero sine militari strepitu reditum adornaret.

Innocentius audita Friderici morte in Italiam reditum meditatur.

f Imol. l. 8. ep. cur. 2.

3. 4 Missis vero ad Siculos episcopos literis gratulatus est, sublato de medio tyranno, funestam ipsos seruitutem, sub qua tandiu ingemuerant, euasisse, maximo se ex illorum præteritis angustijs dolore affectum; & agitare animo, legato præcunte, ipsorum prouinciam adire, vt postulato eorum consilio, omnibus incommodis remedium adhibere, atque ex eorum cernicibus intolerabile iugum depellere possit.

g Ib. ep. 1. Præsules ad recuperandam libertatem excitat.

5 Passus est tamen in Sicilia nonnullos antistites aduersarios Pontifex, quamuis tuendæ eorum dignitatis adeo cupidum se demonstrasset, coniunctaque cum pontificia esset ipsorum causa; & inter cæteros Panormitanum archiepiscopum, quem hortatus est a, vt male gesta insigni aliquo officio redimeret: quos posset ad Ecclesiæ obsequium traheret, ac Barensi archiepiscopo, pro rebus Siculis misso, strenue operam daret.

Panormit. archiepisc. pontificijs partibus aduersatur.

a Ibid. l. 8. ep. cur. 23.

6. &c. Ita Manfredi conatus, qui sibi Siciliæ administrationem arrogabat, seque Conradi proregem gerebat, reautem vera tyrannidem moliebatur, debilitare conabatur Innocentius. Ac ne ex Germania submitterentur illi auxilia, Germanos præsules intentato anathemate vetuit b, cuilibet Siciliæ regnum affectanti auxilia ferre, eiusue partibus se irretire. Iam quantum studij collocarit Innocentius, vt deiecto Conrado Vvillelmum efferret, inuenamur.

Manfredi tyrannidẽ in Sicilia affectãs. Comprimendo illi incumbit Pont.

b Ep. 11.

9. &c. Pollicitus in primis est Vvillelmo imperatoria ornamenta conferre, illumque ad fidei erga Ecclesiam constantiam excitauit, vt exaratæ xv. kal. martij ea de re ostendunt literæ c. Confirmauit etiam die cænæ dominicæ, vt testatur Stero d, in magna episcoporum corona regnum Germaniæ Guillelmo: Conradum vero, vt docet Parisius e, imperium affectantem anathemate perculit, iussuque apostolico Hugo legatus tit. S. Sabinæ presbyter Cardinalis in Germania idem præstitit, vt scribit Siffridus f; & obiecta religione omnes ad obtemperandum Guillelmo perducere est conatus.

Imp. Vvillelmo imperialia ornamẽta pollicetur.

c Inn. l. 8. ep. cur. 15.

d Ster. in annal. apud Canis. antiq. lect. to. 1. p. 270.

e Par. hist. Angl.

f Siffr. ep. lib. 1.

Conradũ anathemate percellit.

12 Dum fideles magnis animis ad comprimendam Conradi tyrannidem consurgebant, Christianus Maguntinus archiepiscopus, quem alij Conradum vocant, inertiæ accusatus, cum ad defendendam armis Ecclesiæ causam segnior esset, gra[illegible] deturbatus est ab Hugone legato Apostolico presbytero Cardinale tit. S. Sabinæ ordinis S. Dominici; cuius extant elegantes elucubrationes in sacra biblia.

13 Eodem anno Guillelmus Sabinensis episcopus pijssime e vita discessit, cum obiecto cæleſti mortem diuinitus ante præsagijsset, seque ad eam constanter Christiano more comparasset, de quo hæc narrat Parisius g; *Anni sub eiusdem tempore episcopus Sabinensis Vvillelmus, vir quidem sanctus, Romanæque Ecclesiæ Cardinalis, qui in Suecia, & Norvvegia paucis ante elapsis annis existens legatus, Regem Haconem Norvvegiæ, vt prædictum, coronauerat, cum quadam nocte sanus, & incolumis in strato suo dormiret, vidit in visione nocturna, quod Otho Cardinalis, qui paulo ante obierat, sedit in quodam concilio generali papaloso nimis: & cum superuenisset prædictus Vvillelmus, nec aliquis ei assurrexisset, nec daret locum sessionis, solus Otho, assurgens ei, palam dixit ipsi: Amice, ascende superius: locum tibi sessuro reseruaui. Erant nempe ipsi duo reuerendum viuerent amicissimi. Vvillelmus autem, cum euigilaret, commotus est vehementer; & datum est ei desuper scire, quoniam infra tertium diem ab hoc seculo foret migraturus. Illico igitur adijt Papam, & accepta licentia, & benedictione, dixit: Vale domine mi, vocat enim me Dominus*

Guillelmi ep. Sabinẽ sis piamois.

g Par. hist. Angl. loc ann.

ab

ab hoc ſeculo ; & eodem modo vale dicens omnibus fratribus , & amicis ſuis , rediit devotus valde ad hoſpitium ſuum . Mirabantur autem omnes ſuper his , & fuerunt qui derriderent eum , dicentes quoniam ſenuit , & delirauit : quia ſanum eum videbant , & nullam in corpore habentem laſionem : Ipſe autem Vvillelmus , diſpoſitis in domo ſua cum deliberatione diſponendis , & multis patefactis prædicta viſione ; laudabili fine in craſtino ab huius mundi tranſiit incolatu . De Vvillelmo olim epiſcopo Mutinenſi nos plura ſuperius.

Hoc etiam anno obijt Senis B. Andreas de Galerānis ſanctitate & miraculis illuſtris, qui ad ſanctiorem vitam ab impia conuerſus eſt inſigni prodigio: cum enim patrato homicidio crimen ſacra exhomologeſi non expiaret , via cum equo , quo vehebatur in ſublime raptus fuit a quodam ſpiritu atra nube circumfuſo per longum itineris interuallum ; e quo diſcrimine implorata Virginis ope ereptus , ac ſenſim terræ reſtitutus eſt : quo perculſus caſu deflendis anteactæ vitæ ſceleribus, exercendiſque pijs operibus , & Chriſtianæ demiſſioni ſe totum addixit . Tam eximio autem lachrymarum dono præditus fuit , vt locum , in quo orabat, madefaceret non aliter, quam ſi non modica aqua in eo fuiſſet profuſa . Pia vero eius opera , maxime in pauperum ægrorumque obſequio miraculis a Deo comprobata fuerunt adeo ; vt Chriſtum peregrini ſpecie excipere meruerit , & panis pauperum vſui conſecratus diuinitus multiplicatus fuerit, atque cœleſti lumine noctu, dum orabat circumtuſus viſus fuerit : qua vero hora ſpiritum Deo reddidit, conſpecta eſt eius facies veluti niue alba candeſcere & redolentibus floribus conſperſa , poſt mortem vero multis miraculis inclaruit . Hæc & alia pluribus Sigiſmundus Titius in mſs. hiſtoria Senenſi, quam Alexander VII. benigne mihi communicauit .

14 His tuneribus coniungendum hoc aliud adoleſcentis prænobilis videtur , qui cum primo infelici exitu vitam clauſiſſet , B. Virginis ope , cuius cultui addictiſſimus erat , ad vitam reuocatus , expiatis apud ſacerdotem criminibus , feliciſſime iterum animam efflauit : quod narrat Thomas Cantipratenſis a his verbis : *Quid de triplici quinquagena in ſalutatione verſus angelici , Ave Maria ; anno ab incarnatione Domini* MCCLI. *contigerit referamus : Vidi & cognoui iuuenem in Brabantiæ partibus generoſum : qui , quamuis eſſet totaliter ſeculo deditus , B. tamen Virgini devotus quotidie tres dictas quinquagenas in ſalutationibus exolnebat . Infirmatus autem ad extremæ perdullus eſt : cumque per horas diei plurimas mortuus iacuiſſet , reuixit ſubito , & ſorori moniali , quæ iuxta ſe ſedebat , inclamauit , dicens : Soror ecce redij : cito aduocari facias ſacerdotem . Mirantibus omnibus presbyter aduocatur ; & in magna cordis lætitia palam omnibus confitetur dicens : Ad tribunal Chriſti indicis raptus, cum in tribus maxime a dæmonibus accuſarer , ferriqué deberet ſententia contra me , piiſſima Chriſti mater rogauit filium , vt ad corpus reducerer , locum pœnitentiæ ſuſcepturus . Nec mora , factum eſt vt rogauit . Vnum de peccatis erat pro quo damnandus eram , quia decimas de bonis , & agris meis ſacerdoti ſubtraxeram . Secundum erat , quod cum ſodalibus meis piſces quorumdam religioſorum furto ſubtraxeram . Tertium erat , quod ſegetes & fruges pauperum cum canibus venaticis vagabundus deſtruxeram .* Et paulo infra : *Hæc cum coram omnibus loquereturs quidam ex aſſiſtentibus reſpondit : Et cur , inquit , pro damno iſto extremo damnandus eras , cum nos omnes illud vobis puro corde remiſeriimus ? Et ille : Mihi quidem veſtra remiſſio nequaquam ſuffecerat , eum copioſior eſſem vobis in iniurijs refundendis , quam vos mihi in iniurijs dimittendis . Et his dictis reſtituenda damna protinus aſſignauit . Sicque diſponens rebus & domui in ſpe & pace mirabili ſpiritum exhalauit .* Hæc Cantipratenſis. Iam ad Innocentium, a quo digreſſa eſt oratio, redeamus .

15. &c. Cum Lugduno diſceſſum adornaret, vt egregium aliquod grati animi ſignum in ciues , qui ſumma veneratione ipſum erant proſecuti , explicaret, eos fortunaſque in ſedis Apoſtolicæ patrocinium accepit, de quo ad ipſos literas dedit a .

18 &c. Cum in Italiam reditum meditari Pontificem Regina Blancha accepiſſet , quæ agente in Syria ſanctiſſimo ipſius filio regni gubernacula tractabat , miſſo oratore regni vires Innocentio , & Cardinalium collegio obtulit, ad ipſum Romanæ ſedi contra hoſtium omnium conatus reſtituendam; ac ſignificauit optare ſe , quamuis ex præterita valetudine recreata omnino non eſſet , Lugdunum petere , vt cum ipſo magnas res conferre , atque apoſtolica prece luſtrari poſſet . Quam Pontifex , poſt collaudatum eximium illius regnique Francorum in Apoſtolicam ſedem ſtudium , a ſuſcipiendo itinere reuocauit , cum valetudinis diſcrimen , ex qua tot populorum ſalus pendebat , aditura eſſet , eaque res ipſius diſceſſum , qui matuandus erat , retardatura eſſet b .

23. &c. Eadem , qua Regina Blancha , videndi Pontificis cupiditate flagrabat Henricus Anglorum Rex , qui ſuis literis ſignificarat Innocentio, ſe Lugdunum ea de cauſa profecturum . Cui Pontifex , commendatis egregijs eius animi virtutibus, reſpondit c eodem ſe illius conſpectu fruendi deſiderio teneri ; ſed ob arduam rerum ſibi incumbentem molem morari in Gallijs diutius non poſſe ; tum addidit : *Licet autem ad præſens adimpleri nequeant vota noſtra , ſperamus tamen quod fiet commodius alias , in tuo videlicet acceſſu , vel receſſu de tranſmarinis partibus, aut forſan ex alia cauſa , quam Dominus procurabit .* Ex quibus conſtat Henricum , quod ſuperiore anno diximus , facto bello ſe deuouiſſe .

26 &c. Tradit Pariſius d ſolicitatum ab Alfonſo Caſtellæ & Legionis ſceptrorum herede , ne Gallis ſe coniungeret , ſed ad ipſum potius accederet : ſe illi in ea peregrinatione ſocium additurum : eumque commeatu , armis , claſſe , cæteriſque neceſſarijs inſtructurum . Et quidem ipſum maximam claſſem in Cantabriæ littoribus tunc comparaſſe , atque Africam inuadere meditatum ſcribit Mariana e. Subdit Pariſius Alfonſi nuncium retuliſſe , capta Hiſpali , quam Sibellam vocat , quidquid fere terrarum ad mare vſque excurreret, Caſtellani imperio adiunctum ; ſed mortem Regis Ferdinandi immaturam omnia iptius Alfonſi Henricique conſilia euertiſſe : *Huius* , inquit Pariſius , *mandati tenore gaudium ſuſcepimus , honorem ſuſcepturi , niſi mors immatura ipſum Regem magnificum * A.. de medio ſuſtuliſſet . Eodem enim anno in fata conceſſit omnibus Chriſtianis deplorandus : veruntamen filios ſtrenuiſſimos ne moriturus penitus moreretur , Domino diſpenſante ; regno ſuo poſt ſe reliquit gubernando.* Diſſentiunt a Pariſio Surita f & Mariana g , dum illum obijſſe affirmant ad tertium kal. iunij ſalutis anno MCCLII. cum regnaſſet in Caſtella annos triginta quatuor , menſes vndecim , dies tres & viginti : vir , vt Mariana ſubdit , omnibus animæ & corporis dotibus præditus,

Pia eius vita & mors .

In vita, & poſt mortem miraculis claruit.

Adoleſcẽs e morte ad expianda crimina ad vitam reuocatur.

a Sigiſm. Titius to. 1 p. 2 Senen. hiſt. in ms. ſub Alex VII.

Prodigium quo B. Andreas Galeran. a flagitio conuerſus.

b Cantip. l. 2 c. 29. n. 8.

Diſceſſus Lugduno Pontifex in clientelam ap. ciues accipit

a Lic. 8 ep. 317.

Regina Blanca Pontifici rediturο Galliarum vires offert.

b Ib. ep. 60.

Henricus Angl. Rex Pontifici videndi ipſius pia cupiditate teneri ſignificat.

c Lic. 8. ep. 68.

d Par. hiſt. Angl. hoc ann.

Inuitatur Henricus ab Alphõſo Regis Caſtellæ filio vt potius cum Hiſpanis quam Gallis arma coniungat

e Lo. Mariã de reb Hiſp. l. 13. c. 8.

* Ferdinandi

Regis Ferdinandi mors profectionis Aſiaticæ ſuſceptæ ab Alfonſo conſilia diuertit.

f Surit l. 3. annal. c. 48

g Mar. vbi ſup.

ditus, morum probitate tanta, vt sancti cognomen adeptus sit. Alfonsum vero filium heredem sceptri reliquit, qui magna virtutum exempla regni sui principio præbuit.

Ferdinãdi elogia.

Lugduno discedit Pontifex.

30 &c. Ardebat interim Italia videndi suauissimi parentis desiderio, illiusque expectatione suspensa erat; cum Innocentius feria IV. paschalis hebdomadæ cum sacro Cardinalium collegio, Lugdunensi electo, magna prænobilium virorum multitudine & copijs egregie instructis stipatus, ad rerundendos Fridericianorum conatus, atque eludendas insidias Alpes transgressus est. Cui venienti Insubriæ principes ac populos magno sensu pietatis delibutos, & omni obseruantiæ significatione se effudisse, tradit monachus Parauinus a; ac Genuam feliciſſime, superatis omnibus periculis, attigisse; qua in vrbe mensem circiter ad decimum Kal. iulias commoratum plures ex ea literæ demonstrant. Consignatæ sunt illius loci & temporis notæ ex literis, quibus ad delendam hæresim, quæ imperante tyranno in Insubria creuerat, consores fidei creauit ex ordine Prædicatorum Viuianum Bergomensem & Petrum Veronensem, qui proximo anno martyrij palmam in eo munere collegit.

a Monach. Pad. chro. l. 1. hoc anno Ianuam feliciter ingreditur

34. 35 *Innocentius, &c.* Olim, dum viuebat perfidus ille tyrannus, non potuit libere contra huiusmodi pestem, præcipue in ipsa Italia, eo impediente, procedi, cum non impugnaret, sed foueret potius pestem ipsam: de qua cum euidenter haberetur suspectus, exigentibus nihilominus alijs multis, & enormibus suis excessibus, fuit a nobis in Lugdunensi concilio condemnatus. Ideoque discretioni vestræ per apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, in remissionem vestrorum peccatorum iniungentes, quatenus huiusmodi fidei negotium, quod principaliter refidet cordi nostro, totis assumentes affectibus, & feruentibus animis prosequentes Cremonam personaliter accedatis; cum & per alias ciuitates, & alia loca Lombardiæ discretos alios ad exequendum idem negotium duxerimus deputandos; & ad extirpandam de ciuitate ipsa & eius districtu hæreticam prauitatem solicite ac efficaciter, præhabito diœcesano concilio laborantes, si quos ibidem prauitate ipsa culpabiles inueneritis, vel infectos, seu etiam infamatos, nisi examinati velint absolute mandatis Ecclesiæ obedire, contra ipsos, & receptatores, defensores, ac fautores eorum, humano timore postposito, iuxta sanctiones canonicas auctoritate apostolica procedatis, inuocato ad hoc contra eos, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, contradictores, &c. *Dat. Ianuæ id. iunij anno* VIII.

Hæresis ob Friderici tyranni dem propagata.

Instituta aduersus Ezelinum de hæresi suspectum quæstio.

36. 37 Grassabatur quoque in marchia Tarusina mali labes, atque adeo eam regionem infecerat, vt monachus Patauinus in suis ad annum sequentem annalibus hæc de Ezelino Fridericianæ persecutionis administro, qui in ea prouincia non tam dominatum, quam carnificinam exercebat, tradiderit: *In diebus eius cessauit prædicatio, obmutuit confessio peccatorum, & deuotio fidei est extincta.* Ne ergo sub illius improbissimi tyrannij immanitate religio excingueretur, cum hæresis infamiæ nota inustus esset, illum Innocentius ad sedis Apostolicæ tribunal accersiuerat, vt de imposito crimine se purgaret, fideique suæ rationem redderet. At Ezelinus missis oratoribus, qui pro ipso responderent, præsens accedere detrectauit; sed cum rei grauitas præsentem virum exposceret, Pontifex Taruisino episcopo & priori Prædicatorum Mantuanorum munus iniunxit b, vt denunciarent ipsum omnibus pœnis in hæreticos latis subiectum iri, nisi intra proximas kalendas augusti sanctæ sedi se sisteret; atque excipiendis illius imperijs se submitteret: si vero parere recusaret, promulgarent ab omnibus vt hæresi inquinatum declinandum, expositum inuasuris illius corpus, & bona direptioni patere, atque crucesignatorum copias in eum ac sectatores immittendas.

b Reg. post cand. ep.

38. &c. Agebat adhuc Genuæ Innocentius, cum ex Sicilia a Caserta & Acerrarum comitibus, tum Neapolitanis & Capuanis ciuibus sedi Apostolicæ addictissimis oratores accepit, atque ad ornandam insignibus prærogatiuis ipsorum fidem hæc scripsit a.

a Lib. 8. ep. 77.

Innocentius, &c. Illam omnino libertatem in assumendis potestatibus, & statutis edendis, ac alijs, quam fideles nostri de patrimonio B. Petri habere noscuntur, auctoritate apostolica concedentes; præsentium tenore scire vos volumus, & pro certo tenere, quod in ijs, quæ vestro expedire cognoscimus honori, benigni semper & benenoli vobis, tanquam peculiaribus eiusdem Ecclesiæ filijs, existemus; & in nostro ad partes illas aduentu, qui erit in proximo, Deo duce, probitatem vestram in omnibus respicientibus ciuitatis vestræ profectum, curabimus fauorabiliter exaudire. *Datum Iauuæ x. kal. iulij an.* VIII. quæ etiam literæ ad Capuanos transmissæ b.

Nonnulli Siculi proceres & Neapolitani oratores ad Innocẽtium transmittunt. Excipiuntur amantissime atque ad meliorum spẽ excitantur

b Reg. post cand. ep.

41 Non Neapolitanos modo & Capuanos, verum etiam Andrienses, Fogitanos, ac Barolitanos ad pontificias partes se conuertisse meminit antiquus rerum a Conrado & Manfredo gestarum scriptor c. Verum illum populorum ad libertatem aspirantium repentina conuersione perculsum, quam regni administrationem susceperat, abijcere deliberasse; atque ad res suas stabiliendas, deserto Conrado, cum marchione de Frimborch suos oratores ad Innocentium misisse, vt in illius gratiam admitteretur, ac relictum sibi a Friderico principatum assereret, ex pontificijs literis d constat, quibus Petro S. Georgij ad velum aureum diacono Cardinali præcepit, vt communicato cum Acerrarum Casertæque comitibus, & Capuanis ac Neapolitanis consilio, Tarentinum principatum Manfredo, Andriæ comitatum marchioni fiduciario iure traderet, atque eos in verba Romanæ ecclesiæ iurare adigeret.

c Anonym. anecd. de rebus Conradi & Manfredi. Manfredi populorũ defectione perculsus pontificiã gratiam ambit.

d Eod. l. & ep. cur. 1.

42 Respuit Manfredus fiduciarium se Apostolicæ sedis profiteri, cum nouas interea vires collegisset, ac præfecturæ Siciliæ, quam pro Conrado gerebat, retenta dignitate acerrimum illius vindicem & hostem Ecclesiæ se præbuit. Exponit enim pluribus anonymus gestorum illius scriptor e, vt Germanicas copias, quæ ob stipendiorum defectum ab eius partibus desciscere moliebantur, erogatis pecunijs in sua fide confirmarit, atque Andriam, quæ ad pontificias partes transfugerat, primo impetu oppresserit; inde Nuceriam profectus Fogitanos, qui defectionis consilia inibant, seque aggeribus cœperant communire, ad deditionem compulsos, propugnacula recens excitata solo æquare coegerit: tum Barolum facta impressione expugnarit, eiusque mœnia euerterit. Quo expugnationis Baroli die Auellinum a marchione de Honebruch copiarum illius præfecto captum addit; ijsq; victorijs perculsos Siculos, Capuanis, & Neapolitanis exceptis, ad quos oppugnandos se accinxit, in illius potestatem venisse.

Refibijt a suscepto consilio:

e Anonym. anecd. de reb Conradi & Manfredi.

Andriam opprimit. Fogianã euertit,

Barolum expugnat. Auellum sibi subijcit, Neapolitanum agrũ vastat.

Aç

Ac sane Neapolitanos diuturna cinxisse obsidione, & circumiacentes agros ferro, flammaque vastasse, cum ipsos vi frangere non posset, fusius describit: quam soluere sequenti anno est coactus, vt venienti Conrado occurreret, de cuius in Siciliam appulsu suo loco dicetur. Iam pontificium iter recenseamus.

Innocentij itinera.

43 Describit illud breuiter monachus Patauinus hisce verbis: *Circa pascha exiens de Lugduno venit ad Ianuensem ciuitatem, vbi omnes magnates Lombardiæ, qui viam Ecclesiæ sectabantur, ei in reuerentiam occurrerunt. Deinde venit Mediolanum, & recuperata Laudensi, transiens per Lombardiam festinanter, Perusium properauit.* Exceptum porro Mediolani ingenti apparatu a ciuibus obuiam effusis tradit Parisius a.

a Par. hist. Angl. hoc ann. Mon. Pad. chron. l. 2. hoc ann.

44. &c. Dum Mediolani versabatur Pontifex, Culmenti episcopo imperia dedit b, vt Mendogum, siue Mindaugum Lutauniæ Regem, qui tanto pietatis ardore ad Christi cultum a gentilitio errore cum multis, se contulerat, vt regni supremum imperium S. Petro deferret, eiusque successorum beneficiarium se profiteretur, regijs insignibus pontificio nomine exornaret, adiecta hac lege: *Ita tamen*, inquit, *quod ipse, ac successores sui, regnum prædictum & prefatas terras, quæ ad suarum precum instantiam in ius, & proprietatem beati Petri suscepimus, se ab Apostolica sede tenere perpetuo recognoscant. Contradictores autem si qui fuerint, vel rebelles, monitione præmissa per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compescas. Dat. Mediolani* XVII. *kal. augusti anno* IX. Ad conuertendos vero reliquos Lituanos plures episcopi incumbere iussi: At defervbuit cito, ille pietatis ardor, quem præ se tulerat Mindaugus, siue laruam religionis tantummodo tunc induisset, siue postea bonâ mente in melas detorserit.

Lithuani ad Ecclesiam Rom. confugiunt. Lithuania sedis Ap. fit beneficiaria.

b Iun. l. 9. ep. 3.

49 Cum duobus ibi mensibus, vt ex ascripta literis pontificijs die colligitur, egisset, Perusium se contulit b, in qua vrbe dum consistebat, Octauiano S. Mariæ in via lata diacono Cardinali legationis munus in Italia, patriarchatu Aquileiensi, atque Æmilia imposuit; datisque ad earum prouinciarum antistites literis, legato suo auxilium ferre iussit c. Hactenus de occidentalibus rebus; nunc orientales delibemus.

b Par. hist. Angl. hoc ann. & mon. Pad. chron. l. 2. hoc ann. c Lib. 9. ep. 5.

50 Refert Ionuillæus Regem Ludouicum dum Ptolemaidæ versabatur, muneribus ab Assasinorum principe donatum vicissim alia munera, & Yuonem Prædicatorum ordinis, vt ad Christi cultum barbarum alliceret, destinasse. E cuius ore excepisse addit auctor, cum hæc Regi referret, quoties barbarus incederet, præferre armigerum securim manubrio argenteo, cui plures gladioli acutissimi erant infixi, adornatam, atque alta inclamare voce: *Abscedite, fugite ante illius ora, qui Regum mortem in suis manibus circumfert.*

Assasinorum principis iactantia. Yuo relig. Prad. ad eos barbarum missus. Regina Blanca ad Ludouicum transmittit. Pecuniæ vis. Perit fluctibus.

51 Operiebatur porro Ptolemaidæ S. Rex noua ex occidente auxilia ad afflictas res reuintegrandas, contigitque vt ingens pecuniæ vis, quam Regina Blancha ad soluendam reliquam redemptionem miserat, hausta fluctibus naui periret: quo aduerso casu audito S. Ludouicus egregiam vocem fudit, quam Parisius d, ad commendandam illius constantiam, scriptis commendauit: *Quod cum audisset*, inquit, *Rex Francorum Christianissimus ait: Nec hæc nec alia quælibet aduersitas a charitate Christi me poterit separare. Et sic Rex magnanimus alios quos vidit pusillanimes confortauit, vt secundus Iob vere possit censeri; infideles etiam miseri suam admirabantur constantiam.* Quibus addit Gaufridus e.

d Par. hist. Angl. ann. 1252. Egregia in eo aduerso casu S. Lud sententia. Gaufrid. e Bello loco in vita S. Lud. c. 26.

52.53 *Mansum est in terra sancta per annos quinque vel circa: nec mora sine fruit inanis & vacua. Nam in spatio illo cum magnis sumptibus ædificauit Cæsaream muris fortissimis in circuitu ciuitatis. Eodem modo Ioppen, & Sidonem. Multa insuper posuit in ampliando & fortificando muros ciuitatis Achon.* Silere hic non possumus pium sanctissimi Regis facinus, quod Guillelmus Carnotensis his verbis narrat a: *Illud non silendum, quod humilitatem & feruorem fidei Regis ipsius commendat plurimum, quod cum veniens Sidonem audisset de Christianis illuc missis, qui ciuitatem ipsam readificare inceperant, interfectis ibidem a Damascenorum exercitu, quod multa corpora, atque membra eorum iacebant in littore penitus insepulta, accessit ad locum Rex pius antequam cibum sumeret, vna cum venerabili patre bonæ memoriæ domino Odone Tusculano episcopo Apostolicæ sedis legato. Et cum alij, qui aderant, quasi quandam abominationem, & horrorem haberent leuandi corpora, & truncata membra, & iam quasi feteutrida contrectandi, sine etiam ossa tangendi; ipse magnanimus & deuotus Rex, quasi nihil abominationis huius sentiens, & a mane vsque ad meridiem ibidem, ac si esset in cella aromatica conuersans; propriis manibus ipse etiam intestina & horrida membra Christianorum, quos vere martyres reputabat, sic benigne leuabat a terra, sic dolenter contrectans & colligens ponebat in vasculis ad locum sepultura, quem propecastra parari fecerat, deportanda, quod omnes, qui aderant, & quamplures, qui præ abominatione fugerunt, mirabantur humilitatem & magnanimitatem ipsius.*

a Guill. Car de vit. & mirac. S. Lud. Putrida Christianorum cadauera apud Sidonem propriis manibus lepelit.

54 Tum perfecto eo pio officio Sidonem, euersam a barbaris, magnis molibus instauratam, ac munitam propugnaculis scribit Ionuillæus: & Cæsaream Philippi, quamuis triplici cinctam muro, ab eodem non minus forti, quam pio imperio expugnatam: alteram vero Cæsaream iam antea ab ipso iustis operibus firmatam, cuius reficiendis mœnibus dum inistebat vocatum in iudicium equitem in lupanari deprehensum refert, atque a S. Rege præsente se hanc latam sententiam, vel vt per regia castra a meretrice, ligato ad genitalia tunc nudus circumferretur: vel equo, armis, ac supellectile multatus castris turpiter pelleretur. Qua data illi optione, rebus omnibus amissis, ejici mahuisse, eaque mox pœna affectum cæteris irrumandæ incontinentiæ exemplo extitisse. Tantus erat in Rege pudicitiæ amor, vt eam non solum in se religiosissime coleret, verum in suis militibus, quos ad fundendum pro Christo sanguinem in eam expeditionem duxerat, summam continentiam exigeret. Militaris quippe licentia abesse longe debebat ab exercitu, ex quo plures martyres prodiere,

Sidonem instaurat. Cæsaream Philippi expugnat. Alteram Cæsaream propugnaculis munit.

Illius fœueritas in equitem in lupanari deprehensum.

55 Instaurata Cæsarea, Joppen ad excipienda illius propugnacula illum se contulisse tradit idem auctor: vbi dum in aggeribus faciendis, mœnibusque constituendis occupatus erat, ipsi significatum addit, [illegible] Damascenum [illegible] sequitatis primore, vt Ierosolymas adiret, permissurum; sed ab eo consilio a proceribus reuocatum, non enim ipsius dignitati consentaneum videri, vt vrbem impiorum potestati discessus relinqueret. At si sepulchrum Dominicum intrare non potuit, Nazarethanam tamen domum, in qua diuinæ incarnationis mysterium peractum est, adijt. Describit Gaufridus de Bello loco b, quo tendu pietatis peruius eam peregrinationem obierit, cuius verba exscribenda censemus ad eum Re-

Ioppen reficit. Deliberati an Ierosolymis S. Sepulchrum instaurare sit Consiliarij dissuadent.

b Gaufr. e Bello loco in vit. S. Lud. c. 22. ex eoque Nang. in gest. S. Lud.

Eis pietatem in luce collocandam,

Quo pietati Senis Nazaret. domum adierit,

56 *Nec silendum arbitror quam humiliter, quam catholice se habuit Rex deuotus in peregrinatione, quam fecit de Acon in sanctam ac deuotam ciuitatem Nazareth. Nam in vigilia annuntiationis Dominicæ iuit, indutus ad carnem cilicio, de Sephora, vbi ea nocte iacuerat, in Cana Galilææ. Inde per montem Thabor; inde eadem vigilia descendit in Nazareth. Cum autem a longe locum sanctum videret, descendens de equo flexis genibus deprotissimè adorauit; & sic pedes incessit, donec humiliter ciuitatem sanctam, & pium locum incarnationis intrauit. Eo die in pane & aqua deuote ieiunauit, quamuis plurimum laborasset. Quam deuote ibidem se habuerit, quam solemniter & gloriosè festum celebrari vesperas, matutinas, missam & cætera, quæ ad solemnitatem tam celebrem pertinebant, testes esse possunt, qui affuerunt: de quibus nonnullis attestari veraciter, sine errore potuerunt, quod postquam Filius Dei in eodem loco de gloriosa Virgine carnem assumpsit, nunquam tam solemne, tamque deuotum officium fuerit ibi factum. Ibidem deuotus Rex, missam altari annuntiationis celebratæ, sacratæ communionem accepit, & dominus Odo Tusculanus apostolicæ sedis legatus ad maius altare ecclesiæ missam solemnem celebrauit, & sermonem deuotum fecit.*

57 Absoluimus hunc annum pio Rudolphi Habspurgensis comitis facinore, cui diuinum Numen ob donatum sacerdoti, Eucharistiam in salebroso loco deferenti, equum, præmij ergo Germanicum imperium, quo adhuc eius posteri potiuntur, contulit a; anno MCCLI. inquit veteris, m. s. auctor, *Rudolphus comes in Habspurg iuxta Brug in Ergouu, vir timens Deum, die quodam optimo sedens equo, transeunte cum quodam sacerdote, sacerdotem quendam sacramentum Eucharistiæ ad infirmum gestantem, præcedente ministro, obuium habuit; qui comes ait: Cur hoc domine tam digne sacrata euectus, asperam & lubricum iter non equitatis? Et ille: Non habeo, inquit, præbendam valoris tanti, ut possim equum comparare. Et comes: Accipite hunc meum equum, & dimittat pro Dei honore transire. Compunctus in hoc facto sacrista itineris, & ipse suum caballum sacerdotis dedit ministro. Cumque venissent ad quendam riuulum, cui Deus hoc reuelauerat, inter alia audierunt ab ea: Domine, inquit, Rudolphe, vos hodie honorastis Deum in equo, ecce Deus largus remunerator infra triginta annos vos honorabit, & ad magnum honorem ascendetis. Factus est enim postea Imperator post triginta duos annos*, Confirmat Serarius hanc historiam adductis plurium scriptorum auctoritatibus, vt merito fides miraculo detrahi non possit,

a Serar. rer. Mogunt. l. 5. in Gerardo 2. ex m. s. Rudolphus Habspurg comes, sacerdoti Euch. deferenti equum donat.

Præmij ergo a Numine Germanico donatur imperio.

IESV CHRISTI
Annus 1252.

Indict. 10. **Innocentii PP. IV. Vacant Imp. Occid. 2. annus 10. Baldvini Imp. Or. 14.**

1 GEmebat infelix Sicilia sub intolerabili iugo, quod iam olim cervicibus populorum Fridericus imposuerat, atque in dies filiorum ipsius, ac ministrorum crudelitate ingraueſcebat; ecclesiasticorum vero conditio longe infelicissima erat, cum direptioni improborum ipsorum bona exposita essent, cum Innocentius Papa ad infringendam potium temeritatem omnia Fridrici vetera decreta, quibus libertas ecclesiastica euerbatur, consulit 2.

a Lib. 10 ep. cap. 9. fine ep. Iniustæ leges Friderici ab Innoc reiectæ.

3. &c. parum audita est legum vox inter fragores armorum: Manfredus enim Tarentino principatu, ac Siciliæ legatione a Friderico donatus, Siculos in suo obsequio continebat, ac sibi aduersantes Neapolitanos arctiori obsidione vrgebat, quorum vastatis agris, audito aduentus Conradi nuncio castra remouit, vt venientem excipere, regnique administrationem in eum transfunderet, vt rerum ab ipso gestarum scriptor exponit b. Flagrabat pariter hoc tempore ciuili bello Etruria; hinc enim Pisani ac Senenses Fridericianas partes, hinc Florentini & Lucenses pontificias ferro flammaque vexabantur. Ad confirmandos vero Ecclesiæ clientes legatos in Etruriam summa auctoritate instructos Albanensem episcopum, & Guillelmum sancti Eustachij diaconum Cardinalem mittit Innocentius, vt Fridericianos ad pontificias partes pelliceret c: at ij Lucenses adorti eos affecere magna clade: Florentini vero Pisanis victoribus occurrere; & inito prælio Pisanos ipsos fudere, ac paulo post de Senensibus victoriam retulere d.

b Annym. anon. in Ms. de reb. Conrad. & Manfr. Duo legati Cardinales in Hetruriam missi.

c Lib. 10. ep. cap. 7.

d Ricordan. hist. Flor. c. 150. 152. Io. Vill. l. 6. c. 50. & 53.

6 Hoc anno appetente vere Perusij auxit Innocentius sacri senatus numerum creatis septem Cardinalibus, vt Paritius testatur e. Præterea nonnullos alios, vt Turonensem archiepiscopum, Mantuanum, Verulanum, & Bartholomæum S. Dominici religiosa disciplina excultum sacris pontificalibus initiasse f.

e Par. hist. Angl. hoc ann.

f Lib. 9. ep. 174. 217. 243. 285.

7. § Flagitauere ab Innocentio Viterbienses, vt pijssimam virginem, cui Rosæ nomen erat, quæ dum vixit egregijs virtutibus præluxerat, ac post mortem magnis miraculis claruerat, inter sanctorum ordine reponeret, atque ad religiosum examen eos, qui illius suffragijs magna a Deo beneficia comparasse affirmabant, euocari iuberet, vt in publicas tabulas referrentur. Quam in re consilij maturitatem soliram adhibiturus, priori Prædicatorum & S. Xisti Viterbiensis archipresbytero censorum munus imposuit g. Similem prouinciam Spoletano & Eugubino episcopis de perscrutandis, atque in acta publica redigendis Simonis Minoritæ gestis, cuius opera plura prodigia patrata circumferebantur, Spoletanorum adductus precibus, dedit h. Sed a pio viro ad impium quem Pontifex coercere nisus est narrationem conuertamus.

B. Rosa miraculis clara.

De illa sanctis annumeranda agitatum.

g Lib. ep. 240 Examen de miraculis Simonis Minoritæ.

h Lib. 9. ep. 334.

9 Is erat Ezelinus de Romano qui non Fridericiana modo, sed etiam, vt supra indicaui, hæreticæ labe infectus erat, & apostolicum iudicium variis artibus eluserat: cui Pontifex i, ne inanes perfidiæ colores, ac periculi metum obtenderet, permisit, vt in Insubria, marchia Tarusina, aut Germania locum deligeret, vbi tuto ecclesiastico solio se sisteret.

Ezelinus tyrannus hæreti infamis.

i Lib 9. ep. cap. 12.

10 Contempsit vir Improbus Pontificis imperia, ac paulo post factæ in se a Marchianis coniurationis suspicione efferatus crudelitatem Neronianam exercuit, quam monachus Patauinus describit l subijcitque: *Residere sub Ezelini tyrannide intolerabile; effugere impossibile videbatur, quod nequissimus dæmon fossatis magnis districtum sum circumdederat, & super ipsa fecerat speculas, quas Marchiani muras appellabant, in quibus erant diu noctuque speculatores, qui nec intrare, nec exire aliquos permittebant. Si quis in fuga deprehensus fuisset, sine audientia oculis, vel pedibus & manibus priuabatur, nec aliqua cum posset excusatio liberare, &c.*

Respuit Pontificis imperia.

l Monach. Pad. ubi sup.

Eius crudelitas.

Freti

11. &c. Freti illius potentia, atque auctoritate hæretici in Marchia, alijsque finitimis regionibus grassabantur: Friderici enim ac sectatorum id consilium fuerat, Saracenis, hæreticis, nefarijsque alijs sectis, quæ ex omnium vitiorum colluuione emerserant, frena laxare, quo eorum opera, & insolentia in Christi vicarium vterentur: atque ideo tum apud Mediolanenses aliosque Insubres ob intestina bella hæresis admodum propagabatur. At Pontifex ad euellendum enascens zizania ex agro dominico, censores fidei plerisque in locis instituerat: atque anno superiori inter cæteros Petro Veronensium Prædicatorum magistro defendendæ religionis causæ contra hæreticos prouinciam, vt vidimus, dederat. Qui vir diuinus, cum pium studium quo flagrabat, in hæreticos explicare cœpisset, eorum odium, quorum salutem sitiebat, in se concitauit, atque hoc anno a ab ijs crudelissime gladijs transfossus martyrij palmam adeptus est: qui pene mortuus symbolum fidei, quod infans nunquam propter patrui blandimenta abnegarat, repetiuit.

Petrus Veronensis exercendæ quæstionis in hæreticos fremens incumbit.

a Cantip. l. 1 c. 5. n. 2.

15 Inoluit ob eius mortem Innocentius, ac maiori pia ira in hæreticos exarsit. Paucis enim post diebus, nimirum id. maij, pontificatus sui anno nono plures sanctiones aduersus hæreticos, eorumque fautores a magistratibus vrbium locorumque, & prouinciarum præcipuis seruandas promulgauit b.

Pontifex ex eius morte magno dolore afficitur

b Bull. t. 1. in Inn. IV.

16 Gloriosissimo martyri sacram virginem coniungimus de qua hac Trithemius c: *Hoc anno obijt deuotissima Christi virgo Iutta* XIV. *kal. aprilis, quæ olim fuerat pedissequa B. Elizabeth Lantgrauia Turingorum. Hæc sancta virgo multis & signis & miraculis, tam in vita, quam post mortem claruit: & omnium virtutum domina sua, dum adhuc viueret, conscia & cooperatrix semper fidelissima fuit; eiusque sanctissimam conuersationem, qua in tantum præualuit, in omnibus imitari studuit, pauperumque singularis aduocatrix fuit.* Hactenus auctor, atque ex eo recentiores. Cum vero in Germanicam virginem inciderit oratio, nunc Germanicas res decurramus.

c Trithem. in chr. Sponheim hoc an. Iutta S. Elizabeth pedissequa sanctitate clara.

17. &c. Celebratis Francofurdi solemnibus comitijs, Romanorum Rex Guillelmus, assentientibus imperij principibus, eorum omnium bona vectigalia aute Germaniæ ad imperium reuocarat, qui intra euolutum ab acceptis Aquisgrani regijs ornamentis annum, clientum, ac stipendiariorum debita officia ipsi non detulissent. Quam sententiam Innocentius, eiusdem Regis precibus adductus, confirmauit d, ac Fuldensi abbati munxit e, vt apostolica auctoritate legis seueritas in reos adhiberetur. In eo ordinum conuentu aduersus Conradum Friderici filium imperium sibi arrogantem plura statuta: iusque omne in Sueuiam, quam obtinebat, illi abrogatum: cui decreto regio Innocentius pontificium robur adiecit f.

Vvillelm' Rex Francofurdi procerum bona publicat qui euoluerent se anno il li fidē non obligaisset.

d Lib. 10. ep. 252.

e Reg. pell. eand. ep.

Abrogatus Conrado Suenia principatus a Vvillelmo.

f Lib. 10. ep. 416.

22. 23 Hoc anno Haquinus Norvvegiæ Rex, induta cruce terræ sanctæ subsidium ferre decreuit: cuius eximium factum magnis laudibus commendauit g Innocentius, atque illius ditionem in clientelam apostolicam accepit h.

Rex Norvvegiæ in Syriā trāsfretaturus in clientelam apost. accipitur.

g Eod. l. 10. ep. 251.

h Ib ep. 250.

24. &c. Henricus quoque Anglorum Rex expeditionis in terram sanctam conficiendæ speciem præ se ferebat, cum Innocentius pietatem illius magis excitare, ac studium promouere omnibus modis contendit; adsciuit i illum in apostolicam clientelam, ac Londinensem & Cistercien sem episcopos conseruandæ publicæ paci dare operam, censuisque perturbatores percellere iussit k, atque ad conciliandam illi diuinam gratiam, solemnes supplicationes in Anglia, Hibernia, & Vasconia indixit imperauitque l.

Henricus a Pontifice ad maturādum bellicum apparatum excitatur.

Solemnes preces pro eo institutæ.

i Lib. 10. ep. 82. & 214.

k Eod. ep. 182.

l Ann. Burt. & Ann. p. 2.

28 Quod ad Ierosolymitani regni statum attinet; solicitatus, vt Ioinuillæus testis oculatus refert, a soldano Damasceno S. Ludouicus c, vt cum eo armorum societatem aduersus Ægyptiarum copiarum præfectos coiret, respondit illius oratoribus, se primum ipsis denuntiaturum num promissis stare, ac violatas inducias redintegrare vellent, & si petita respuerent, cum ipso arma ad soldani Babylonici vindicandam iniuriam se coniunctiurum. Missus itaque oratoribus ad Ægyptios proceres, vt de illatis iniurijs expostularent, illi se facturos satis polliciti sunt, si aduersus soldanum Damascenum opera non defuturum spoponderet; ac tum omnes captiuos e vinculis absoluere. His vero non contentus pius Rex flagitauit, vt sibi Christianorum capita, quæ a Montfortij, & Barensis comitum cladis tempore pro mœnibus Gazarorum affixa pendebant, vna cum omni iuuentute, quam terroribus ad fidem Christi damnandam adegerant, mitterentur: tum ducenta millia auri pondo, quæ nondum erant persoluta, remitterent. At Ægyptij peritis omnibus assentire, ac missis oratoribus conuenere, vt Ioppe do inundo foedere agitaretur. Soldanus vero Damascenus copias, vt Ægyptijs iter Ioppense impediret, immisit; & collecto maximo exercitu in Ægyptum irrupit; commissoque prælio cruentissimo, in quo altera Damascenorum acies ab Ægyptijs cæsa, Ægyptiorum vero altera deleta a Damascenis, soldanus grauissimis vulneribus acceptis fugius Gazaram se recepit: cum Ægyptij belli exitum pertimescentes, missis oratoribus pacem cum eodem soldano pepigere: atque ita sanctus Rex ab vtraque parte delusus pacis inducarumque beneficio potiri non potuit.

Sultanus Damascenus S. Lud. de foedere interpellat. Quid ab ipso respōsum. Quas leges Ægyptijs ipsius amicitiam ambientibus imposuerit. Damascenus Ægyptijs oratoribus iter ad S. Lud. abrumpit. Cruento prælio cū Ægyptijs dimicat. Saracemi inter se pacem cocūt S. Lud. ab vtraq; parte delusus.

c Ioinuill. hist. S. Lud. p. 2.

29 Incredibili ille traducendæ in sanctis locis reliquæ vitæ, religionisque amplificandæ cupiditate ardebat, cum Regina Blancha ipsius mater, cui regni administrationem crediderat, extremo hoc anno occubuit: cuius egregias laudes Gaufridus de Belloloco his verbis celebrauit d: *Solerti prouidentia matris eius, quæ tota virago semper extitit, & fœmineæ cogitationi ac sexui masculinum animum ingeniter inferebat, perturbatores regni semper confusi succubuerunt. Nec prætereundum de quodam religioso, qui a falsis relatoribus audierat, quod dominus hic Rex ante matrimonium suum concubinas habebat, cum quibus quandoque peccabat consciente vel dissimulante matre sua. Quod cum illo religiosus cum multa admiratione, quasi eam redarguendo domina Regina dixisset: illa super hac falsitate se & filium humiliter excusauit. verbum laudabile subinferens, videlicet, quod si dilectus filius suus Rex, quem super omnes creaturas mortales diligebat, infirmaretur ad mortem, & diceretur ei, quod moreretur, semel peccando cum uxore non sua, prius permitteret ipsum mori, quam semel peccando mortaliter ipsum offendere creatorem. Hoc ego ab ore ipsius domini Regis audiui.*

d Gaufrid. de Bello loco in vit. S. Lud. c. 4.

Regina Blāca prīs filium Regem morti quam peccato succūbere optat.

Non minus eximia virtutum exempla imminente morte illum præbuisse, quam inprospera valetudine, significat Parisius, his ice verbis e: *Videns mortem imminere, corpus suum leguit ad sepeliendum domui sanctimonialium apud Pontoyse, quam ipsa a fundamentis magnifice construxerat. Fuit autem sanctimo-*

e Par. hist. Angl. hoc ann.

Pia illius mors. Sanctimonialium disciplinam amplectitur.

Eimonialis professa velata ante mortem: & supra velum apposita est corona, & vestita est reginaliter: & sic sepulta est, vt decuit, redimita. Quibus verbis auctor indicat, quod alij plures testantur, ipsam lethali implicitam morbo religiosæ vitæ se deuouisse.

30. 31 Quantum vero amantissimæ matris obitus nuntius in Syriam sequenti anno delatus S. Ludouico dolorem attulerit vix credi potest [a]. *Quo audito* inquit Gaufridus, *Rex eiulans alta voce & in lacrymas resolutus, coram altari genua flexit: & manibus iunctis, ac deuotissime plorans ait: Gratias ago tibi domine Deus, qui dilectissimam matrem ac dominam, quandiu bonitati tuæ placuit, mihi commodasti: & nunc Domine per corporalem mortem eam tibi secundum tuum beneplacitum accepisti. Verum est Domine quod ego nuper eam super omnes mortales creaturas, prout bene meruerat, diligebam: sed ex quo beneplacitum est ante te, sit nomen Domini benedictum in secula, amen.* Et infra, vbi auctor expositi illum magno pietatis sensu diuinum officium, remotis arbitris, in oratorio pro defunctæ matris anima exoluisse, subiungit: *Fidissimus filius extitit anima piæ matris: nam infinitas missas, & multiplicium orationum deuota suffragia in religiosorum collegijs impetrauit, &c.*

32. 33 E Gallicis rebus ad Hispanicas nos conferimus. Acceperat recenter Castellæ ac Legionis sceptra Alfonsus: qui cum præclaro aliquo facinore regni auspicia insignire cuperet, bellum in Africam traducere est meditatus; vtque rem suam ex Saracenorum discordia augeret, amplificaretque Christianum nomen, cum nonnullis barbaris fœdus pepigit, alijs bellum intulit. Extant enim Innocentij ad ipsum literæ [b] IV. non. octobris anno pontificatus x. datæ, quibus ea fœdera cum Saracenis inunda, quæ ad Dei gloriam, & Ecclesiæ honorem redundent, confirmaturum pollicetur: eodemque die Carthaginensi & Zamorensi episcopis significauit [c], vt Regi contra Africanos Saracenos profecturo viros religiosos ad sacramenta ministranda subsidio mitterent,

[a] Ionuill. in vit. S. Lud. c. 2. Gaufri. vbi sup. & Nang. Acerbe illius morte plangit S. Ludouic.

Ipsius diligentia in conciliandis ipsi pretium fuit.

Alphonsus Rex Castellæ & Legionis Africanæ expeditioni incumbit. Ineundi cū Saracenis aliquibus fœderis potestatē obtinet.

[b] Ep. 157.

[c] Ep. 178.

IESV CHRISTI
Annus 1253.

Indict. 11.

INNOCENTII PP. IV. VACANT. IMP. OCCID. 3. annus 11. BALDVINI II. IMP. OR. 15.

Conradus Siciliæ potitur.

1 REcruduit Fridericiana persecutio in filio Conrado, qui non modo paternis immanitatem æquare, sed superare visus, Apuliam, Siciliamque veloci victoria subegit, Neapolim, Beneuentum, & Capuam, quæ pontificiæ clientelæ se addixerant, arctissima cinctas obsidione ad deditionem compulit, nullisque concordiæ legibus seruatis mœnibus exuit. Quos felices Conradi, quem stipabat Manfredus, progressus anonymus auctor ipsius Manfredi studiosissimus, describit [d]: eidemque consentit auctor chronicon Cauense [e]. Elatum tantis successibus Conradum, viros pios ac probos, Pontificis studiosos, bonis spoliatos in exilium pepulisse; quos Innocentius perhumaniter excepit, exilijque ipsorum incommoda deinire paterna prouidentia satagit, vt ostendunt ipsius literæ [f], deuexo iam anno ad electum Neapolitanum datæ, quibus ei præcepit, vt ciues Neapolitanos, quos tyrannus patria deturbarat, colligeret, eorumque malis mederetur.

[d] Anonym. auct. ms. f. de rebus Manfredi.

[e] Chronic. Cauense ms. f.

Aduersantes sibi opprimit.

[f] Lib. 11. ep. 301.

2. &c. At ne Conradus reliquos clientes Ecclesiæ perderet, Pontifex ad frænandam illius tyrannidem, cum Italia sustinendo bello ciuili non sufficeret, externa auxilia implorauit, & Carolo Andegauiæ & Prouinciæ comiti Siciliam e Conradi manibus eripiendam obtulit, misso in Gallias Alberto notario, quem legati apostolici dignitate auxit [a].

Externa auxilia implorat Innocentius.

[a] Lib. 10. ep. cur. 39. Tractatus caret exitu

5 Non potuit tunc ea res ad exitum perduci, cum Galliarum Rex Ludouicus in oriente ageret; nec tunc ex Gallijs educere exercitum liceret, ne regnum viribus bellicis exhaustum prædæ exponeretur, ac potius Gallorum arma ad instaurandam in Syria rem Christianam sanctus Rex conuertere meditaretur, & ob id magno animorum æstu nouas crucesignatorum copias expectaret. Tentasse Pontificem anno superiori Richardi fratris Anglorum Regis, comitis Cornubiæ animum, qui magnis opibus florebat, scribit Parisius [b]; Albertumque in Angliam ob id traiecisse narrat: ac demum re in consilium adducta, Richardum siue Conradi potentiam, siue consanguinitatis iura, quibus Henricum nepotem attingebat, violare veritum, regnum oblatum respuisse.

Solicitatur Cornubiæ comes ad Siciliæ regnum capessendum

[b] Par. hist. Angl. hoc ann.

6 Dum victor in Sicilia Conradus sæuiebat, conuersæ sunt curæ pontificiæ in Germaniam, vt Guillelmi Regis partes efferret, & Hugonem S. Sabinæ presbyterum Cardinalem opera, consilioque Regi Guillelmo adesse iussit [c]: ac præsulum, qui eloquentiæ laude, & auctoritate florebant, vt Guillelmi Cichensis ordinis Prædicatorum, ac Ioannis Sambiensis Minorum industria est vsus, vt populos ad nomen sacræ militiæ dandum contra Conradum incitaret; eoque argumento datæ ad illos literæ, quibus arma sumpturis opesue in militum stipendia suppeditaturis, indulgentiarum præmia attribuit [d]. Hunc vero Ioannem postea ex Sambiensi ad Lubecensem sedem traduxit [e]. Inter plures autem alios, quos pietatis amor incendit, Henricus Lotaringiæ ac Brabantiæ dux, ad vindicandam ab impiorum tyrannide Dei Ecclesiam, se obstrinxit.

Excitati in Germania aduersus Conradi fideles.

[c] Lib. 10. ep. 634. 790.

[d] Ib. ep. 447 448. 465.

[e] Ib. ep. 793 & l. 11. ep. 490.

Dux Brabantiæ Lotharingiæque pacem pontificias amplectitur.

7. &c. Retulit hoc anno Guillelmus insignem victoriam de Belgis, qui a Flandriæ comitissa in Hollandiam comparata maxima classe immissi fuerant; ac partim cæsi, partim in vincula abducti: ex quibus magna, vt ait Stadensis [f], pecuniæ vis concta est. Cui auctori consentit Parisius [g], qui in comitissam vt malorum omnium causam inuehitur. Fuisse vero diuinitus Belgas attritos ad frangendam eorum superbiam indicat Thomas Camipratensis [h] ex cœlesti responso, dato viro sanctissimo: *Antequam*, inquit, *in Valatria sub Rege Villelmo moderatore Romanorum, a comite Florentio, & Zelandensibus Flamingorum exercitus ferretur, oranti cuidam pro dicta gente, ideſt, pro Flamingis, in oratione responsum est: Sine superbos humiliari. Quod tertia post die factum inspeximus; licet tamen multi cum eis, & in eis occisi fuerint, qui talem nullo modo mortem meruerunt.*

[f] Stad. in chron. ann. 1253.

[g] Par. hist. Angl. ann. seq. Siffrid. epist. 1. ann. 1253. & alij.

[h] Camip. l. 2. c. 2. n. 4.

Belgæ a Guillelmo Rege profligati. Ea clades diuinitus ostensa.

10 Hoc anno Innocentius, Petrum ordinis Prædicatorum anno superiori ab hæreticis martyrio affectum, cum innumeris miraculis certa comparatæ ab illo æternæ felicitatis argumenta illustrata efflorescerent, numero sanctorum solemni ritu ascripsit, vt Thomas [i] Lentinus patriarcha Hierosolymitanus, martyri coæuus, in eius vita prodidit. Extant ea de re typis cusæ Innocentij literæ [k], in quibus, cumulato amplissimis laudibus

Petrus ordinis Prædicatorum SS. catalogo appositus.

[i] Apud Sur. 29. apr.

[k] Extat. in bullar. to. 1. in Innoc. IV.

bus ſancto viro, patrata illius opera diuina prodigia adducit; quibus recenſitis hæc ſubiicit de hæreticis ab impietate ad fidem reuocatis.

Hæretici abiurata perfidia ad eccleſiam reuocati.

11. 12 *Ad hæc magna hæreticorum & ipſorum credentium multitudo, cum tantam fidei aduerterent efficaciam, & ad eam tot certis & apertis ſignorum indicijs, tanquam quibuſdam clamantibus præconibus vocarentur; nec poſſent quaſi tam validæ illorum inſtantiæ non parere, ad ipſius lucem fidei de ſui erroris nubilo eſt conuerſa: Quid plura? his & quam multis alijs miraculis glorioſis magnificauit Dominus ſanctum ſuum, & colendum exhibuit vniuerſis, &c. Dat. Peruſij IX. kal. aprilis anno X.*

13 Celebrata igitur Peruſij beati Petri martyris memoriæ conſecratione, ſummus Pontifex Aſſiſium contendit, vbi ſanctiſſimam Chriſti famulam ac virginem Claram ad ſponſum proxime migraturam inuiſit, vt iam ante illi virgini cœlitus prænunciatum erat. Quæ ex ipſo auctore præſtat decerpere, qui eius res geſtas, ab Alexandro IV. iuſſus, monumentis mandauit a: *Dominus Papa cum Cardinalibus de Peruſio tranſiit Aſſiſium, vt de tranſitu ſanctæ præoſtenſa viſio ſortiretur effectum, quo viſo prædictum fuerat Claram non antea ex hac vita exceſſuram, quam Dominus cum ſuis diſcipulis veniſſet.* vt paulo ante idem auctor narrat, ſubiungitque: *Ipſe namque ſummus Pontifex vltra hominem, citraque Deum exiſtens, perſonam Domini repræſentat, cui in templo militantis Eccleſiæ familiarius hærent velut diſcipuli domini Cardinales.* Et paucis interiectis verbis: *Artubus itaque ſacris veteri morbo detritis, nouæ cumulantur debilitas, quæ & proximam vocationem ad Dominum indicat, & ſanitatis perpetuæ viam parat. Feſtinat ſanctæ memoriæ Innocentius IV. vnà cum Cardinalibus viſitare Chriſti ancillam, & cuius vltra fœminas noſtri temporis probauerat vitam, mortem non dubitat papali præſentia venerandam. Ingreſſus monaſterium pergit ad lectulum, & infirmantis ori manum applicat oſculandam: quam illa gratiſſime ſuſcepit, & peccem Apoſtolici ſumma cum reuerentia oſculandam expoſcit. Aſcenſo ligneo ſcabello curialis dominus dignanter pedem accommodat. Super quem illa, ſurſum & deorſum inculcans oſcula, vultum reuerenter aclinat. Petit exinde a ſummo Pontifice vnlin angelico remiſſionem omnium peccatorum; qui cum diceret: Vtinam ego tanta venia indigerem; perfecta abſolutionis munus, & ampla benedictionis gratiam impertire feſtinat. Recedentibus autem omnibus, quia die illa manu prouincialis miniſtri ſacram receperat hoſtiam, ſublevatis in cælum oculis, & iunctis ad Deum manibus, cum lacrymis ait ſuis ſororibus: Laudate Dominum filiola mea, quia tale beneficium hodie Chriſtus mihi eſt dignatus tribuere, quod cælum, & terra non ſufficeret compenſare: ipſum hodie recepi altiſſimum, & eius vicarium videre commerui.* Et infra.

Felix B. Claræ mors.

14. &c. *In craſtino B. Laurentij egreditur anima illa ſanctiſſima præmio perpetuo laurcanda: temploque carnis ſoluto ſpiritus feliciter migranit ad aſtra.* De eius vero funere ſubdit: *Commouetur die ſequenti curia tota. Chriſti vicarius cum Cardinalibus accedit ad locum, totaque ciuitas verſus ſanctum Damianum dirigit greſſus ſuos. Ventum erat ad celebrandum diuina, cum fratribus incipientibus officium mortuorum, repente dominus Papa officium de virginibus, non de mortuis fieri debere proloquitur, vt prius eam canonizare videretur, quam corpus traditum eſſet ſepultura. Reſpondente autem viro eminentiſſimo domino Oſtienſi moroſius in his ſore agendum, miſſa de mortuis celebratur. Conſidente poſtmodum ſummo Pontifice, Cardinalium quoque & prælatorum cœtu, Oſtienſis epiſcopus, de vanitate vanitatum ſumpta dicendi materia, vanitatis egregiam contemptricem nobili ſermone commendat. Circumdant illico ſanctum funus deuota dignatione presbyteri Cardinales, & circa virginis corpus ſolita officia complent: Tandem nec tutum eſſe cenſetur, nec dignum, vt tam pretioſum pignus tam longe diſtet a ciuibus. Leuatur cum hymnis & laudibus, cum tubarum clangore, ac iubilatione ſolemni ad ſanctum Gregorium honorifice deportatur: nam & illic locus ille eſt, vbi S. patris Franciſci corpus primo conditum fuerat, vt qui viam vitæ viuenti parauerat, etiam morienti locum quodam præſagio præpararet.* Quæ & alia fuſius Lucas Vvaddinghus a proſequitur: nobis hæc perſtrinxiſſe ſufficerit: ad decretos tum B. Stanislao Cracouienſi epiſcopo ſacros honores, noſtra properat oratio.

a Luc. Vvad au. Min to. 2 an. 1253. n. 30. & ſeq

17 Ioannes Gaietanus, tit. ſancti Laurentij in Lucina presbyter Cardinalis, cui teſtium de patratis miraculis diſcutiendorum prouincia erat commiſſa, eo rem adduxerat, vt propediem confecta videretur: cum nouæ difficultates exortæ. At demum, inſigni miraculo, valetudine moribundo Reginaldo epiſcopo Oſtienſi, qui Innocentio quarto in Petri ſede Alexandri quarti accepto nomine ſucceſſit, a Stanislao ſe illi viſendum præbente ac cœleſti luce radiante, reddita, Pontifex miraculi magnitudine perculſus, moras omnes abiecit, illumque ritu ſolemni ſanctorum numero aggregauit. Prodigium tantum enarrat Longinus b.

Reginald⁹ Oſtienſis epiſc. a B. Stanislao valetudini reſtitutus,

b Long. hiſt. Pol. l. 7. an. 1253.

18. &c. Tum ſubdit inſigne aliud miraculum: *Natali*, inquit, *domina noſtra excellentiſſimæ virginis Mariæ adueniente die, adoleſcens quidam ex Aſſiſio in ipſo articulo canonizationis prafata defunctus ad eccleſiam S. Franciſci parentibus, fratribus, & neceſſarys magno eiulatu mortuum illum lugentibus, inferebatur aut tumulandus, aut meritis ſancti canonizandi viuificandus. Propinquis ita & cognatis pro eius reſuſcitatione obſecrationes & voces exiſtentibus, Innocentius Papa ante altare, cui inſiſtebat proſtratus, fudit cum fiducia orationem ſuam in hæc verba: O pater & clementiſsime domine, ſi ea, quæ de beato Stanislao Cracouienſi epiſcopo martyre tuo, in noſtro conſpectu ſunt enarrata, vera per omnia quemadmodum humana habet credulitas, probantur, declara quæſo hodierna die nouum ſanctum a me canonizandum nouo ſigno. Vix Pontifex ſummus orandi fecerat finem, & mortuus nunciatur illi ſurrexiſſe. Tunc itaque mirum in modum & ſtupentibus & gaudentibus, ardentesque cereos & luminaria accenſa, vt eccleſiam arſiſſe putares, geſtantibus, ſummus Pontifex miſſarum ſolemnia proſequitur. Quibus expletis ſermone in longum de vita, martyrio, & miraculis B. Stanislai recitato, ambone conſcenſo, virum beatiſſimum Stanislaum, glorioſum martyrem Cracouienſem pontificem canonizat, & ſanctorum catalogo aſcribit, mandans eius feſtum* VIII. *idus maij ab vniuerſa catholica Eccleſia inter præclaras martyrum feſtiuitates cum debita veneratione venerari; &c.* Hæc Longinus, atque ex ipſo Cromerus c. Iam reliquas res Polonicas coniungamus.

Adoleſcēs defunctus B Stanislai precibus e morte ad vitā excitatus.

c Crom. de reb. geſt. Pol. l. 9.

21. 22 Trepidarunt hoc tempore Polonia finitimæque regiones Tartaricæ excurſionis ingenti metu: quos cum a Ruſſiæ Rege Innocentius imminere accepiſſet; tuendæ rei Chriſtia-

Imminente Tartarorum metu ſeptentrionales crucē inſigniri iubet Pontifex.

ſtianæ cupiditate incenſus, Mezanenſem abbatem, impoſito illi legationis munere, in Poloniam miſit a, vt Chriſtianos ad retundendos barbarorum impetus cruce muniret: eoque argumento ad Polonos, Ruſſos, Boemos, Moratios, Sarbios, & Pomeranos literas encyclicas miſit b.

a Lib. 10. reg poſt ep cur. 85.
b Lib. ep. cur. 85.

23. &c. *Innocentius, &c.* Tollat fideliter quilibet crucem ſuam, ſequens in ſplendore armorum Domini vexillum gloriæ ſummi Regis, ad huiuſmodi ſaltem abolendam verecundiæ maculam, quæ vobis adſcribitur, quod nunc miſerabiliter infidelibus terga datis, quibus nomen veſtrum eſſe terribile conſueuit. Vt autem nihil omnino deſit ad tam ſalubre negocium proſequendum, omnibus, qui ab ipſo commoniti contra prædictos Tartaros receperint ſignum crucis, illam ſuorum peccatorum veniam, illudque priuilegium elargimur, quæ accedentibus in terræ ſanctæ ſubſidium conceduntur: *Dat. Aſſiſij* 11. *id. maij anno* x.

Dedit etiam eidem abbati Mezanenſi prouinciam c, vt Polonorum, qui a ſuſceptæ ab ipſis fidei tempore ſedis Apoſtolicæ vectigales erant effecti, iuribus contra omnium, vel etiam Vvillelmi Romanorum Regis conatus defendendis operam nauaret.

c Lib. 10. ep. 693.

32. &c. Statuit hoc anno Deus inſigne iuſtitiæ ſuæ in eccleſiarum direptores exemplum in atrociſſimo illarum hoſte Othone duce Bauariæ Conradi ſocero, de quo hæc Auguſtenſes annales d: *Otho dux in principio ſui regiminis ſeuerus index & princeps manſuetus, poſtea propter fauorem, quem impendere videbatur Friderico quondam Imperatori, & Conrado filio eius, ab Innocentio Papa IV. & epiſcopis iamdiu & ſæpe excommunicatus; perſequi cepit clerum: & mala malis addens, in vigilia S. Andreæ apoſtoli, cum in ſero cum vxore & familiaribus ſuis valde iocundus fuiſſet, præſentem vitam ſubitanea morte finit. Eodem tempore, menſe nouembri famoſus ille prædicator frater Bertholdus in Lantzhut prædicationis officium exercebat, & morabatur in caſtro cum duce prædicto, cupiens eum inducere ad obedientiam Eccleſiæ, & ſuum erga eccleſias & clerum animum mitigare. Tunc ſupernenit quidam pauper ruſticellus aſſerens ſe in nocte præterita * feſtum Michaelis raptum & ductum ad tribunal iudicis cuiuſdam: vbi audiuiſſet & vidiſſet, quod ad querimoniam ſanctorum ſententia mortis data eſſet in Othonem ducem, & cæteros principes pacis turbatores & eccleſiarum ac pauperum vaſtatores. Aſſerebat etiam, quod ſub pœna mortis a ſanctis ex parte Dei eſſet iniunctum, vt hæc duci & aliis principibus nuntiare deberet: quod ſi non admitteretur, deberet aliis prodere. Is igitur homulus, cum non fuiſſet admiſſus ad præſentiam ducis, prædicto fratri Bertholdo & aliis nuntiauit, &c.*

Otho dux Bauariæ diuino iuſtitiæ exemplo moritur.
d Chron. Aug. hoc ann.

Illius mors homini ruſtico diuinitus prænuntiata.

* feſti

41. &c. Hoc anno IV. non. aprilis, vt ait Pariſius e, clariſſimum Angliæ lumen Richardus Ciceſtrenſis epiſcopus, ſanctitate & doctrina inſignis, beati olim Edmundi Cantuarienſis archiepiſcopi clericus, ac familiaritate ipſi coniunctiſſimus, quem ſanctus archiepiſcopus ſuis conſilijs adhibere conſueuerat, & illi eccleſiæ præficiendum prædixerat, extinctum eſt, vt cælo fulgeret, quamquam multis poſt mortem miraculis Angliam illuſtrauit: quæ Rodulphus Ciceſtrenſis duobus libris, vnà cum cæteris eius rebus geſtis, eſt proſecutus: illa vero in arctum ab incerto auctore recollecta Surius in lucem edidit f. Dabat porro operam vir ſanctus magno ardore incitatus

e Lib. 11. ap. 249.
Richardus Ciceſtrenſis epiſcopus moritur.

Miraculis effulget.

f Sur. 10. 2. die 3. apr.

dis ad ſequenda crucis ſigna populis, cum ad accipienda laborum præmia in cælum eſt receptus.

44. 45 In Hiſpania meditatam a patre Ferdinando in Africam expeditionem Alfonſus Caſtellæ & Legionis Rex vrgebat; iamque ab elapſis retro annis ad parandam in Cantabrico littore claſſem incubuerat, cum Romanum Pontificem hoc anno roganit, vt viris pijs munus demandaret ad ſolicitandos pro concione populos, vt in arma ſacra proſilirent; tum crucem ſumpturis e ſacro Chriſti meritorum ærario indulgentias liberaliter largiretur. Cuius pijs deſiderijs reſpondit Innocentius, atque Prædicatorum & Minoritarum in Caſtella præfectis prouinciam dedit a, vt vel ipſi populos ad ſequenda crucis ſigna incitarent, vel ſuorum, qui pietate & eloquentia valerent, operam ad id adhiberent; atque profecturis, ſtipendiaue ſuppeditaturis criminum veniam largirentur.

Alfonſus in Africâ ducere expeditionẽ parat. Illius ſigna ſecuturis propoſitæ indulgentiæ.

a Ep. 355.

46 De Luſitanis rebus illud occurrit, Innocentium, ne regni illius, Eccleſiæ vectigalis effecti, memoria lapſu temporum obſoleſceret, publico diplomate b prædeceſſoris Lucij II. literas promulgaſſe, quibus affirmatur, vt Alfonſus Portugalenſis dux ob accepta a Deo beneficia, partaque de infidelibus victorias, Chriſto ſe, ſuaque conſecrarit, atque eius vicarij ſe ſtipendiarium, promiſſo quatuor vnciarum auri vectigali, conſtituerit. Meminit harum Lucij II. literarum Innocentius III. c in ſuis ad Sanctium I. Regem Luſitaniæ, quibus in mentem reuocauit Alfonſum Luſitaniæ ducem ad pendendum quatuor vnciarum auri vectigal ſe ſuoſque obſtrinxiſſe: qui poſtea ob præclaras de Saracenis partas victorias ab Alexandro III. regia dignitate decoratus, regnum Luſitanum ſedi Apoſtolicæ iure fiduciario, ob accepta a Deo ingentia beneficia, ſubiecit. De his Cardinalis Baronius d, qui pluribus vetuſtis monumentis rem probat; adducitque alias Innocentij III. literas ad Alfonſum II. quibus ipſi regnum, vt ſedis Apoſtolicæ fiduciarium confirmauit, & duas marchas auri ab eodem Alfonſo Sanctij ſucceſſore cenſus nomine oblatas admiſit: quarum etiam nos literarum præcipuam partem ſuo loco edidimus in annalibus prolixioribus e.

b Lib. 10. ep cur. 18.
Vt Luſitania eccleſiæ vectigalis fuerit conſtituta.
c Lib. 1. ep. 59. vide ſup an. 1198. n. 35.
d Baron. an. Chr. 1179. n. 16. & 17
e An. Chr. 1212. n. 38.

47 In Nauarra Theobaldus Rex octauo iulij die ſceptrum Theobaldo filio moriens reliquit f: qui vt ob ſtudium inſtaurandæ rei Chriſtianæ in Syria magnam laudem pepererat, ita non leui macula ob eccleſiaſtica oppreſſa iura nomen ſuum inquinauit g.

f Surit. annal. t. 3. c. 48
g Mariana de reb. Hiſp. l. 13. c. 9.

48 Propagandæ latius inter Orientales religionis ſtudio Innocentius proficiſci iuſſit plures religioſos Prædicatores ad inſtruendos fide Chriſtiana Saracenos, paganos, Græcos, Bulgaros, Cumanos, Æthiopas, Syros, Iberos, Alanos, Gazaros, Scythas, Tartaros, Zichos, Rhutenos, Iacobitas, Nubianos, Neſtorianos, Georgianos, Armenos, Indos, Moſcelitas, Hungaros maioris Hungariæ, Chriſtianos captiuos, alioſque populos a fide catholica aberrantes in ſinum Eccleſiæ reuocandos. Iniunxit etiam munus Odoni Cardinali epiſcopo Tuſculano A. S. L. Innocentius vt e Prædicatorum & Minorum ordinibus viros pietate & doctrina conſpicuos epiſcopos crearet, qui fidem Chriſtianam inter Tartaros diſſeminarent, atque auctoritatem ipſis tribueret, vt eorum prouinciarum Chriſtianos, nondum in religione corroboratos, ſeruandis ieiuniorum legibus abſolue

S. Ludouici adductæ precibus ad Tartaros prædicatores mittit.

re,

re, ac matrimonij in gradibus canonibus tantum pontificijs vetiti, contrahendi potestatem tribuere posset. Ad quod S. Ludouici precibus, qui amplificandi Christiani nominis modos omnes studiosissime exquirebat, eaque de causa oratores ad Tartaros miserat, adductus est.

[a] *Lib. 10. ep. 502.*

50. 51 Versabatur ille adhuc in Syria sanctus Rex ad Christianam rem, quæ in magnum discrimen adducta erat, sustentandam: Saraceni enim Damasceni atque Ægyptij & Babylonij, vt ex Ioinuillæo [b] diximus, potitis odijs inter se conciliati sunt, bellique molem in Christianos verterunt, & excursionibus in eorum terras factis, obuia quæque ferro flammaque vastauerunt. Quo tristi nuncio perculsus Pontifex operam dedit, vt in Gallijs sub Alfonso Pictauiæ comite sancti Regis fratre, qui crucem induerat, expeditio conficeretur, & Gallos flebilibus literis solicitauit, vt auxilio procurrerent suo Regi, ne penitus res Christiana in Syria interiret: prouinciam vero Prædicatorum Parisiensium præfecto dedit [c], vt sacras conciones de accipienda cruce, ac paranda Ierosolymitana profectione haberet.

[b] *Ioinuil. hist. S. Lud. p. 2.*

Pictauiæ comes ad ferendaSyriæ auxilia solicitatus

[c] *Lib. 10 ep. 612.*

52 Exasperarant sane diuini Numinis iustissimas iras immania orientalium Christianorum scelera, quos Mahometica labes non parum infecerat, cum in nummis Ptolemaide, vel Tripoli percussis execrandum Mahometis nomen insculperent, vel annos etiam infelicissimi illius natalis ritu Saracenico consignarent; non inani præsagio illas vrbes a Mahometanis deletum iri, quorum superstitionem æmulari videbantur. Tantum netas Tusculanus episcopus sedis Apostolicæ legatus pœnis ecclesiasticis vellere conatus [d] est, cuius sententiam Pontifex dato ad ipsum diplomate sua mox auctoritate corroborauit.

Saracenis ex consuetudine Tripoli & Acconе inducix.

[d] *Ib. ep. 479*

IESV CHRISTI
Annus 1254.

Indict. 12.

INNOCENTII PP. IV. VACANT. IMP. OCC. 4. annus 12. BALDVINI II. IMP. OR. 16.

1. &c. SAttachus Tartarorum Rex diuino collustratus lumine, atque baptismalibus sacris ablutus Ioannem presbyterum ad Innocentium transmisit, vt supremum in terris Christi vicarium agnosceret. Quam ob rem ingenti gaudio pertulus Pontifex, Sattacho ipsi gratulatus est Christianam fidem vna cum alijs amplexum, omnes criminum sordes baptismo detersisse; paternique amoris notis insignibus literis [e] ad formandos ex diuina lege mores, sectandas virtutes, diuinam amplificandam gloriam, subditosque ad Christi cultum adducendos excitauit; ex quibus pauca hæc excerpsi.

Sattach Tartarorũ Rex Christianos ritus amplectitur.

[e] *Lib. 11 ep. 510.*

4 *Fili amantissime nobis, in Domino tuam celsitudinem obiecramus, quatenus in fide, spe, ac dilectione Creatoris, & Saluatoris nostri, qui te vocauit in gratiam suam, suscepit ad misericordiam, elegit ad gloriam, per meditationem legis ipsius assiduam, & voluntariam disciplinam mandatorum eius, studeas exerceri. Illa quæ summa seruare solicitus, in illis versare quotidie, & in ipsis viarum Dei semitas inuestiga, vt per hæc qualiter te Deo placere oporteat eruditus, in potentias Dei, cum te de infirmitate mortalis corporis educi contigerit, inducaris. &c. Dat. Anagniæ 11. kal. septembris anno XII.*

Innocentij ad eũ literæ.

5 Differimus hæc apud alios Tartaros ac Turcas religionis Christianæ pari studio incitatus, religiosos viros ▪ prædicatorum familia ad Turchiæ soldanum misit, quem apostolicis literis a vero Dei cultu imbuere conatus est, ac de Verbo diuino humana carne induto pro redimendo humano genere, deque Christi in cælum ascensu magnificentissimo, Apostolis per orbem missis, Petrique primatu instruxit.

Turcarum Soldanum ad religionem Christianam inuitat Pontifex.

[a] *Lib. 10. ep. cur. 28.*

6. &c. Venisse hoc anno nonnullos Græcos proceres ad sedem Apostolicam, vt catholicis dogmatibus imbuerentur, tradit Parisius [b], quos grauem de processione Spiritus sancti quæstionem proposuisse ait: demum post illustratam multis argumentis veritatem, orthodoxa fide institutos Pontificis Romani obsequio se addixisse, ac maximis muneribus vestibusque pretiosissimis ab Innocentio decoratos. Et tane Innocentium, vt Græcos ad Romanæ ecclesiæ coniunctionem pelliceret, studium collocasse, atque ipsis in ijs, quæ cum fide, & bonis moribus non pugnarent, se accommodasse, ex eius literis [c] ad Tusculanum episcopum Apostolicæ sedis legatum missis colligitur: in quibus ardens antiqui schismatis abolendi desiderium suum explicuit, ac nonnullas controuersias, quas Græci, & Latini inter se habebant, diremit [d].

[b] *Par. hist. Angl. hoc ann.* Nonnulli proceres Græci schisma abiurant.

[c] *Lib. 11 ep. 495. 502.* Iactitas Græcos Cyprum inter & Latinos controuersias diremit Innocentius.

[d] *Bad. ep. 502. quæ extant in bulla. in Inn. IV.* Eximium S. Ludouici studium in conuertendis infidelibus.

11. 12 Cum autem hoc anno amplificatam barbararum gentium, ac schismaticorum conuersione Ecclesiam viderimus, nonnulla hic de pluribus Saracenis a S. Ludouico ad Christum pelectis videntur delibanda. Ostendisse sanctum Regem in tam præclaro opere eximium ardorem, dum in Syria morabatur, testatur Gaufridus, qui cæteris egregijs illius factoribus hoc adijcit [e]: *Insuper in mora illius spatio Saraceni multi ad ipsum pro Christianitate suscipienda venerunt, quos gaudenter recipiebat & baptizari faciebat, & in fide Christi instrui diligenter: & eos in omnibus propriis sumptibus sustentabat, & in Franciam secum adduxit, & ipsis & vxoribus ac pueris eorum, quandiu viuerent, prouisionem assignauit: Sclauos & multos Saracenos, siue gentiles de proprio emi fecit & baptizari, & prouisionem eis similiter assignauit.* His consentit Parisius, dum infideles plures virtutum S. Ludouici splendore perculsos, damnata Mahumetica superstitione, Christianorum numero se aggregasse scribit.

[e] *Gaufr. de Belloloco in vit. S. Lud. c. 27.*

13 Excitum porro pijssimum Regem Ludouicum a terra sancta, cui defendendæ contra infidelium conatus vitam addicere decreuerat, magna Francorum proceruin contentione discessumque hoc anno maturasse testantur ▪ auctores. Describit eius reditum Gaufridus de Belloloco, & ex eo Nangius & alij.

[f] *Par. hist. Angl. hoc ann.* Cur in Gallias reditum maturarit S. Lud.

14. &c. *Nauem*, inquit Gaufridus [g], *ascensurus ex deuotione sua, fecit poni in naui corpus domini Iesu Christi pro communicandis infirmis, ac pro seipso, & suis, quando sibi expedire videretur. Et quia alij peregrini, quantumcumque magni, hoc facere non solebant. obtinuit super hoc a domino legato licentiam specialem. Hunc autem sacrum thesaurum in loco naui dignissimo & conuenientissimo fecit poni, & pretiosum tabernaculum ibi erigi, pannisque sericis, & aureis cooperiri. Fecit insuper ibidem altare collocari; & decenter ornari, vbi quotidie diuinum officium solemniter audiebat, videlicet omnes horas canonicas, & præter canonem, qua pertinebant ad missam sacerdote & ministris sacris vestibus indutis secundum quod congruebat diei. Diligens erat valde circa infirmos, quod haberent necessaria, secundum quod eorum*

[g] *Gaufr. de Belloloco in vit. S. Lud. c. 28. Paris. hist. Angl. hoc ann. Nang. de gest. S. Lud. Franc. Reg. Barthol. Cron. Rom. Pont. Chr. Colmar eod. ann. & alij.*

Obtinet a legato vt in naui regia sanctissimum Sacramentũ exponatur

rum infirmitas exigebat, scilicet sacram communionem, & vnctionem extremam. Mortuis vero debitas exequias a capellanis suis exhiberi faciebat.

ald. lib 5. 30

Subdit auctor a, vt sanctum Regem non fefellerit firmissima illa spes, quam in Christo itineris duce, collocarat, ac precibus suise periculo grauissimo, vnà cum omnibus vectoribus, sit ereptus.

Miles in mare lapsus in vndis a B. Virgine sustentatur.

17 Subiungit Ionuillæus ingens se miraculum suis oculis conspexisse; equitem nimirum e naui prænobilis Prouincialis Aragonij nomine labente gressu in vndas excidisse; cumque ventus impleret vela, ac nauicula ad eum excipiendum deesset, in extremo discrimine destiturum; tum conspectum ab ijs, qui in regia naui erant vno milliari & amplius longe ab ea, e qua lapsus erat, dissitum; nec tamen vllo modo brachia pedesue agitantem, sed immobilem hærere: cumque propius ad eum accessissent, ex vndis eripuisse: illum vero casus seriem exposuisse; interrogatumque cur nec ad nandum brachia commouisset, nec auxilium nautarum imploraisset, subiecisse, se dum præceps ruebat B. Virginem inclamasse, illamque ipsum humeris in aquis, donec regia nauis accessisset, sustinuisse.

Guarf. de Bello loco in vita S. Lud. c. 23.

18 Prætereundum hic non videtur, quod refert Gaufridus b de Belloloco, pijssimum Regem solicitam curam adhibuisse, vt naute dum mare tranquillum arridebat, doctrina Christiana imbuerentur, atque hæc de illius, in ijs ad sacram exomologesim faciendam adducendis, studio afferit: *Voluit insuper, quod nauta prædicti singuli confiterentur sacerdotibus ad hoc electis; & ad hoc ipsemet ore suo exhortationem fecit eisdem valde salutarem & efficacem, persuadens ipsis & exprimens, quam frequenter essent in mortis periculo propter maris discrimina repentina. Inter cætera autem dixit eis verbum notabile & memoria dignum; videlicet quod si interim, dum vnus nautarum confiteretur peccata sua, nauis officio suo forsitan indigeret: Ego, inquit Rex, libenter manum meam apponam, sine ad chordam trahendam, sine ad aliquid aliud faciendum. Nec fuit inanis ipsius exhortatio: nam nonnulli nauta tunc fuerunt confessi, qui per annos plurimos nunquam confessi fuerant.*

Nautas excitat S. Ludou. ad præparandam confessionem.

Notanda illius vox.

19. &c. Appulit demum Ludouicus saluus & incolumis in Gallias, ac peragrato regno Lutetiam peruenit, vbi S. Dionysij Gallorum patroni sepulchrum pretiosis donis exornauit. His adijcit Parisius sanctum Regem crucem non exuisse, vt qui susceptum vindicandæ e Saracenorum manibus Syriæ consilium non abiecisset; sed præsentibus periculis coactus intermisisset. Addit auctor grauissimam sancti Ludouici sententiam, qui dum in familiari sermone cum Henrico Angliæ Rege de initis a se periculis ac perlaris ad diuinam proferendam gloriam in Asia & Ægypto laboribus loquebatur, subdidit: *Si omnia mihi euenerunt aduersa, grates tibi refero altissime: reuersus autem ad meipsum, & ad cor meum regressus & ingressus, plus gaudeo de patientia quam mihi Dominus per suam gratiam concessit, quam si totus mihi mundus subderetur.* Sed de Gallicis rebus satis, ad Hispanicas digrediamur.

Appellit in Gallias

Crucem non exuit.

Singularis illius patientia.

24 Meditabatur per id tempus expeditionem conficere aduersus Saracenos Africæ Alfonsus Rex Castellæ ac Legionis: cuius præclara consilia, vt efferret Innocentius, a sacris concionatoribus classicum in barbaros cani, & Christianam iuuentutem ad crucem suscipiendam excitari iussit: quam vt prærogatiuis ad id pelliceret, inter cæteras clientela apostolica ornauit a.

Alfonsus expeditionē in Africam cogitat.

a Lib. 12. ep. 128.

25. &c. Quo etiam tempore muniit Pontifex apostolica clientela Theobaldum b Nauarræ, & Iacobum c Aragoniæ Reges, quos hoc anno arctissimum inter se fœdus percussisse, atque armorum societatem sanxisse scribit Surita d. Cæterum incubuisse Iacobo grauissimi in Mauros, qui in Valentino regno considebant, belli molem addit auctor, ac Regem, Alascraci Saracenorum principis coniuratione detecta, infoeles omnes regno eijcere meditatum scribit e, & cognito illius consilio barbaros ex desperatione collectis animis, atque rabie efferatos bellum crudele mouisse; demum Iacobi bellicum robur veritos, in eas leges conuenisse, vt saluis rebus regno excederent: illorum porro numerum, qui bello idonei essent, fœminis ac pueris exceptis, ad sexaginta millia hominum ascendisse; seque in Granatense regnum & alias Saracenorum terras recepisse. Hæc de Hispanicis rebus suffecerint: ad septentrionales iam nos conteramus.

b Lib. 11. ep. 705.
c Lib. 12. ep. 217.
d Surit. 3. ann. c. 49.
e Eod. l. c. 50
Mauri Valentino regno ab Rege Aragonij eiecti.

29 Propagaram hoc tempore Tetrici crucigerorum equitum magistri virtute, in finitimas prouincias religionem Christianam, ac maiorem Bartham & Galandam infidelibus ereptas, e literis pontificijs f constat, quibus Culmensi, Pomezanensi, & Vvarmiensi episcopis data prouincia est, vt religiosis equitibus in earum terrarum dominio obtinendo præsidio essent, centuriisque inuasores percellerent.

Bartha & Galanda Christiano imperio a Tetrico adiunctæ.

f Inn. l. 11. ep. 776.

30 Effulsit hoc tempore Dania cælestibus prodigijs, quæ diuinum Numen ad piorum hominum solatium B. Nicolai Canuti, olim Regis Daniæ filij opera explicabat: Danorumque precibus solicitatus Innocentius, ne viri sanctissimi gloriam obsolescere pateretur, illumque consecraret, vt solitam consilij maturitatem in re grauissima adhiberet, Slevvicensi, ac Vviburgensi episcopis, & abbati de Cara insula Cisterciensis ordinis, miraculorum, quæ ad illius sepulchrum edita ferebantur, verigatis indagandæ prouinciam dedit g.

Nicolaus Canuti Regis Danię filius miraculis conspicuus.

g Lib. 12. ep. 70.

31 In Boemia cum Rex Othacherus regia corona rediniri optaret, idque munus spectaret ad Maguntinum archiepiscopum, qui ab Hugonetio. S. Sabinæ presbytero Cardinali deuinctus anathemate erat, Pontifex a Boemo Rege consultus, Neapolitano electo hæc imperia dedit.

Magūtino arch. anathemate deuincto consulit Pontificem Bohem. Rex a quo inaugendus sit.

Innocentius, &c. Volumus, & præsentium tibi auctoritate mandamus, quod eidem archiepiscopo, vt libere ad coronationem eiusdem Regis possit procedere, absolutionis beneficium, dummodo satisfaciat super ijs, pro quibus excommunicatus habetur, iuxta Ecclesiæ formam exhibere procures. Quod si recusauerit satisfacere, tu dilecto filio capitulo Maguntino auctoritate nostra præcipias, vt ipsi loco archiepiscopi, & ecclesiæ Maguntinæ nomine, per aliquem de suffraganeis ipsius ecclesiæ Regem eundem faciant coronare: & si præfati capitulum noluerint efficere, tu hoc vni de suffraganeis ipsius, vel alicui alij pontifici, quem ad id idoneum fore cognoueris, eadem auctoritate committas, qui eiusdem archiepiscopi vice coronationis ipsius officium, seu ministerium exequatur. *Dat. Laterani* VI. *id. aprilis anno* XI.

32 Adduxerat porro Pontificem ad imponendum electo Neapolitano legationis apostolicæ in Pannonia, Boemia, Austria, Styria, & Morauia gerendæ munus, ardens conciliandæ inter Belam &

Hungaros inter & Bohemos crudele bellum.

Otha-

Othacherum Reges, qui se diuturno bello confecerant, pacis desiderium: quem propterea præsulibus eorum regnorum ac prouinciarum commendauit [a]. Cumque legatus iter in prouinciam iniisset, venientibus ad sedem Apostolicam Zagabriensi episcopo & religioso viro Minorita oratoribus, qui Belæ Regis nomine, quem Innocentius ad dicendam causam festo natali sancti Ioannis Baptistæ vocarat, referrent Pontifici, Hungarum ad redintegrandam pacem, fideique sedis Apostolicæ prouincias arces, ob quas facta erat contentio, committendas, si Othacherus suas pariter Pontifici custodiendas traderet, paratissimum; legatum ex suscepto itinere reuocauit, munusque impositum datis Anagniæ III. id. iulij literis abrogauit [b].

[a] Lib. 11. ep. 170. & ep. cur. 30.

[b] Lib. 12. ep. cur. 4. extat apud Wadding. to. 2. & in eius regest Felici concordia sopitur bellū

33 Sedatum denique bellum tradit Henricus Stero [c] his verbis: *Bela Rex Hungariæ, qui iam plus quam per biennium Austriam, Styriam, & Moraviam vastaverat, multis millibus hominum interfectis & in captivitatem abductis, concordiam facit cum Othachero duce, recipiens ducatum Styriæ, suaque potestati subiiciens terram ipsam. Ipse autem Othacherus in tribus suis principatibus, videlicet Bohemia, Moravia, & Austria tanquam princeps omni probitate præclarus, inopinatam & optimam pacem facit, vadens in hyeme subsequenti in Prussiam crucesignatus: & magnam partem ipsius terræ cultui subdidit Christiano.*

[c] Sicro in annal. apud Canis. antiq. lect. to. 1. pag. 274. chron. Austr. ad. ann.

34 Cum intestino adhuc alio bello Germania arderet, quæ hinc a Vvillelmo Rege, inde a Conradi sectatoribus lacerabatur, Innocentius ad Vvillelmi partes efferendas, Petrum sancti Georgij ad velum aureum diaconum Cardinalem legauit, instruxitque auctoritate, vt eos, qui Conradi partes deserrent, fidelium communioni restitueret, illatas ab ijs Ecclesiæ iniurias remitteret, & conscriberet in rebelles exercitum: de qua illi data prouincia ad cunctos Germaniæ proceres scripsit [d].

Othacherus arma aduersus infideles Prussos vertit. Petrus S. Georgij diac. Card. in Germ. missus.

[d] Lib. 12. ep. cur. 20.

35 Adhibuit porro Innocentius seueritatem aduersus Ezelinum præcipuum Conradi in Italia ducem, & consiliorum Friderici nequissimum olim participem: qui cum grauissimis argumentis hæresis suspicione infectus esset, atque ad purgandum crimen sæpius vocatus in iudicium sedem Apostolicam eluisset, obque contumaciam anathemate percussus obfirmato animo censuras ecclesiasticas pluribus annis sprevisset; demum hoc anno die cenæ Domini hæresis crimine damnatus, & omnibus hæreticorum pœnis pontificia sententia irretitus est. Cuius scelera, atque inhumanam crudelitatem ita describit Pontifex [e].

Ezelinus ob hæresis crimen in iudicium accersitus.

[e] Lib. 11. ep. cur. 9.

36. &c. *Innocentius, &c.* Eius effera crudelitas sic in omnes exarsit, vt nec fortunæ, nec vitæ pepercerit etiam amicorum, nec sexum miseratus fuerit in quibuslibet, vel ætatem; nec alicuius religionis, vel ordinis vereatur honorem, cæcans parvulos innocentes, adultos nequiter perimens, diuersis excogitatis in eos generibus tormentorum; &, quod puderosum est cogitare vel eloqui, horrido sectionis impiæ cultro tam fœminas, vt dicitur, eunuchizante quam mares, spem futuræ prolis occidens in superstitibus occisorum, vt ex intentione quodammodo fiat eorum etiam, quos adhuc de lumbis natura non protulit, homicida. Quis ergo dubiter eum in hominibus non tantum personas persequi, sed naturam? Quis ambigat illum, quasi non hominem, humani generis tore publicum inimicum? [Hæc a Pontifice non iracundiæ in hostem ardore, sed minora tyranni sceleribus iactata cognoscet, qui feralia eius gesta apud monachum Patauinum perlegerit.] *Dat. Laterani V. kal. aprilis anno XI.* Præceptum etiam est omnibus præsulibus [a], vt Ezelinum hæreseos damnatum crimine diuulgarent, omnesque illius studiosos propositis hæreticorum sectatoribus pœnis, percellerent. Extant quoque ad Albericum ipsius fratrem eo argumento literæ, quibus bona Ezelini, quem pœnis hæreticorum subiecerat, in eum transfudit; Vvillelmique Regis Romanorum sententiam, qua ipsum perduellionis damnarat, omnibusque vectigalibus imperij terris exuerat, confirmauit [b]. De Ezelino satis: iam ab eo ad Conradum hæresis suspicione inquinatū sermonē conuertamus.

[a] Reg. pont. cand. ep.

Ezelini bona Alberico adiudicata.

[b] Lib. 11. p. 624. Conradus in iudicio ab Innoc. vocatus.

41 Indixerat illi Pontifex peremptorium diem, vt obiecta crimina coram sede Apostolica purgaret: qui missis oratoribus ea diluere est conatus. Cum vero illius in sinum Ecclesiæ reuocandi summo desiderio Innocentius teneretur, Montisfortis & Sabaudiæ comitum precibus adductus dictam illi diem ad rem totam facilius componendam prorogauit; qua de re diploma edidit [c]. Quid vero gestum sit condicta die nobis exploratum non est.

[c] Lib. 11. ep cur. 6.

42. 43 Obiecisse porro Conrado inter cætera atrocia facinora Innocentium Henrici fratris necem, refert Parisius [d]: atque multis argumentis Conradum sceleris fœcitatem diluere conatum: *Papa*, inquit, *graviter eum accusanti respondit, dicens quod in eius obitu partem sui corporis reputat amisisse potissimam. Sed re vera quidam flagitiosissimus Ioannes Morus ipsum potionatum, & adhuc sub morte palpitantem quodam manutergio strangulauit. Rex autem Conradus post mortem dicti fratris sui nunquam, vt antea, vultum ostendit serenum.* Adhæsit Conrado illius criminis infamia, cum suspicioni pateret locus illum, vt Siciliam testamento, vt vidimus, Henrico relictam sine metu obineret, e medio sustulisse: sed diu flagitij præmio potiri non licuit; nec Ioannes Morus diuinam fœcitatem euasit: tradit enim Conradi ac Manfredi rerum gestarum scriptor [e] eo hoc ipso anno conuersis rebus, a Saracenis, quos habebat comites fidissimos, obtruncatum.

Henrici violenta mors Conrado obiecta.

[d] Par. hist. Anglic. hoc ann.

Illius fœcitatis causa.

Ad confirmandum præterea in Sicilia dominatum Conradum Manfredi potentiam debilitasse, depressisseque admodum narrat idem anonymus auctor; verum alio pectore conceptum dolorem pressisse Manfredum, vt facilius ledere posset.

[e] Anonym. qui in I. de reb. Con. ad Manfr.

44 Ingraviscebat quidem adeo Conradi potentia, vt nisi repentina mors illius consilia oppressisset, Romanam ecclesiam, atque omnes illius clientes fœderatosque in discrimen adducturus timeretur. Igitur vt memorat Siculorum sui temporis rerum scriptor, *cum esset circa annos ætatis XXVI. in triumphorum suorum primordijs acerbo mortis fato succubuit. Mortuus est autem idem Rex XXI. mensis maij anno Domini MCCLIV. XII. indictione superstite sibi filio nomine Conradino duorum iam annorum ex Elizabeth Regina suscepto.* Ex quibus atque e pontificijs literis refellendi nonnulli, qui Conradi obitum in superiores annos conulere.

Signa in Germaniā aduersus Vvillelmū conuertere meditantur.

In expeditione moritur Conradus filio relicto.

45 Quod ad eius mortis genus spectat; indicat Parisius partim e concepto ob sibi atrocissima obiecta scelera dolore, partim veneno contabuisse. Præbitum illi iussu Manfredi, qui tyrannidem affectabat, scribit Ricordanus [f], quem Ioannes Villanus [g], & nonnulli alij sequuntur, ac languenti clystere inditum tradit. Certe mutuæ quæ intercesserant odia, illataque Manfredo iniuriæ, de quibus paulo ante memorauimus, tentati facinoris suspicioni locum dedere. Dicebatur de

Creditur Manfredi venenum illi porrexisse.

[f] Ricord. hist. flor. c. 1. 6.

[g] Io Vill. l. 6. c. 46.

vita non expiatis sacra confessione criminibus, atque anathematis vinculis irretitum scribunt a ijdem Ricordanus & Ioannes Villanus b: iusto Dei iudicio, vt sacerdotum ministerio extremo vitæ tempore, e quo pendebat æternitas, ad soluendos censurarum nexus, atque ejuenda scelera careret, quos ob defensam Ecclesiæ causam acerrimis etiam tormentis aliquando confecisset,

a Ricord. & Io. Vill. ubi sup.
b Ia. ibid.

46 Politicarum tamen rerum non oblitus, cum agnosceret, pontificiam clientelam Conradino filio perneceſſariam, subiecit Innocentij IV. patrocinio filium, regnique procuratorem delignauit Bertholdum marchionem de Honebruch, qui fidei sacramentum ab vtriusque Siciliæ proceribus Conradini nomine exegit,

Manfredi aliorumq; procerum coitio dissoluitur. Principatus Tarentinus aliæque terræ ipsi confirmantur.

47 Explicuit Innocentius in Conradinum apostolicam clementiam, atque regnum Ierosolymitanum, cuius dominium in Henricum Cypri Regem, vt supra vidimus, ob Conradi de Ecclesia male meriti scelera, ne res Christiana in oriente funditus euerteretur, translatum fuerat, atque Sueuiæ principatum, quo ipsius pater dejectus erat, & controuersa in Siciliam jura ita asseruit c.

Regnum Ierosolym. & Sueuiæ principatū Conradino cōmunicat.

c Inn. I. ep. post ep. 205

Innocentius, &c. Regnum Ierosolymitanum, & ducatum Sueuiæ, & alia jura sua, vbicunque illa, siue in regno Siciliæ siue alibi habeat, integra & illæsa sibi, deliberatione cum fratribus nostris habita, proponimus & volumus conseruare, & permittimus, quod vniuersi de ipso regno Siciliæ in serie iuramenti fidelitatis, quod nobis, & Ecclesiæ Romanæ præstabunt, possint adijcere, Conradi pueri jure salvo. Ideo autem hæc vobis insinuamus & scribimus, vt ex tenore præsentium notitia, & certitudo de ijs in posterum habeatur.]

48 Vt Siciliæ porro regnum, cui Manfredus dominandi cupidine allectus inhiabat, ad Ecclesiam reuocaret, Guillelmum S. Eustachij diaconum Cardinalem Apostolicæ sedis legatum cum amplissima auctoritate, vel ad rebellium pertinaciam comprimendam, vel aliorum studia alliciendа suppeditandaue militi stipendia misit d, datisque ad Siculos præsules literis e tum ecclesiasticis, ac laicis sacerdotia, aut vectigales ecclesiarum possessiones eripi iussit, qui Manfredi sectatorum partes tuerentur,

Guillelmū mit S. Eustachij diac. Card. in Siciliam cum exercitu legatus missus.

d Eod. l. 13. ep. cur. 12.
e Ib. ep. 11. & 13.

49. 50 Plures Siculos, quos diuturna Friderici & Conradi tyrannis fatigarat, ad pontificias partes traductos indicat rerum Sicularum scriptor ſ: qui subdit, mox certatim populis in Ecclesiæ testatem venientibus, perculsum marchionem Honebruchensem, regni administrationem, quam pro Conradino susceperat, in Manfredum contulisse.

f Anonym. auct. rerum Conrad. & Manfr.

Siculi ad Pontificias partes trāsiungunt.

51. &c. Ad euertendam interea improborum defectionem, ac Manfredi tyrannidem, Innocentius Anagniæ, quo se, vt propius consuleret Siculæ rei, contulerat, festo assumptæ in cælum Virginis die aduersus Manfredum, marchionem de Honebruch, Conradum de Antiochia, atque alios coniuratos, incusso censurarum, aliarumque grauissimarum pœnarum, ac mulctæ fortunarum, & dignitatum terrore, publica acta, seruato iuris ordine, confecit: quos euoluto ad natalem Deiparæ diem temporis spatio in fidem Ecclesiæ redire iussit. Cumque ijs minis frangi nondum potuissent, itaro die ecclesiasticis ipsos censuris perculit, atque omnibus vectigalibus, bonis, & juribus exuit; quæ de re ad Vvillelmum Romanorum Regem literas dedit g, vt bona, quæ marchio de Honebruch, alijque factionis Siculæ participes obtinerent in Germania, in alios transferret, alijsque grauibus pœnis, vt Cæsareæ maiestati vtile esset, afficeret. Dissolutam breui Siculorum procerum coitionem Pontificis diligentia ex prædicto Manfredi rerum gestarum scriptore colligitur.

Pontifex Manfredū & alios ob iurata ad vsurpatā regni administrationem resiguendam in iudicij accersit. Grauium pœnarum terrorem incutit. Vvillelmū Regem solicitat vt bonis exuat.

g Lib. 12. ep. sup. 41.

56. &c. Cæterum Manfredum suis viribus diffidentem se tempori accommodasse, ac pontificiam clementiam, ne res suas omnino euerteret, eblanditum, e pontificijs literis constat: quibus Innocentius principatum Tarentinum, Graviniæ & Tricarici comitatus, Honorem montis S. Angeli a Friderico sibi relictos confirmauit: præterea Andrieusem comitatum adiecit: & Caluanum Lanceam ipsius auunculum in Cardinalium consessu, dato annuo, ampliſſima ea ditione induit: rum sententias, quibus illius dignitas ob rebellionem infringeretur, rescidit, atque apostolicam clientelam est pollicitus a.

a Lib. 12. ep. 205.

61 His illectus beneficijs Manfredus, venienti in Siciliam Pontifici occurrit, vtque suum studium commendaret, stratoris etiam officium exhibuisse, rerum ab illo gestarum scriptor his verbis tradit b: *Ad maiorem sui deuotionem ad sacrosanctam Ecclesiam ostendendam, Princeps summo Pontifici obuium processit, vsque ad Ceperanum, & Papa regnum intrante, princeps stratoris ei officium exhibens, frenum tenuit quousque ad portam Gariglani transiret. In ipso autem ingressu Papa in regnum, res mira contigit: nam crux, quæ ante summum Pontificem de consuetudine dignitatis apostolicæ ferebatur, capitulo funis crucem circumplectente confisso, de manu illius, qui ipsam portabat, statim post transitum pontis in terram cecidit.*

Venienti in Siciliā Innocētio occurrit.

b Anonym. auct. ut s. de reb Conrad. & Manfr.

Stratoris officia illi exhibet.

62 Exceptus itaque magno honore a citerioribus Siculis Innocentius Capuam se contulit, vbi ipsum plurium ciuitatum oratores adiere, quos in clientes admisit. Eo enim argumento ad Melfienses extant hæ literæ c: *Sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, temporibus claræ memoriæ omnium regum Siciliæ semper de demanio extitistis. Cum autem per speciales nuncios, propter hoc ad præsentiam nostram destinatos, nobis fidelitatis debita præstiteritis iramentum, nos supplicationibus vestris annuentes, præsentium auctoritate statuimus, vt vos, & prædicta ciuitas in deuotione sedis Apostolicæ permanentes, de nostro, & ecclesiæ Romanæ demanio, sicut fuistis temporibus eorundem regum, in perpetuum existatis. Nulli, &c. Dat. Capuæ x. kal. nouembris, anno x t t.* Transmisse ad alios paucis immutatis eadem literæ d, quibus a sede tantum Apostolica jura petere iussi sunt, eiusque clientelæ commendati.

Capuam proficiscitur Innoc.

c lib. ep. 267. Plures populos benefica exor nat.

d Ep. 264.

63 Paucis vero ante diebus ad pelliciendos ad officium reliquos Siculos, vt pontificij imperij suauitatem experirentur, ac vincula, quibus tandiu crudelissime constricti ingemuerant, dissoluerent, misso diplomate ad omnes Siculi regni ordines grauiora a Frederico & Conrado imposita vectigalia abrogauit e, & erepta ab ijs ecclesijs, proceribus, atque alijs quibuscumque, jura & bona restituenda sanxit. Præterea ipsorum patrocinium sumpsit fitum veteres probas consuetudines, iura, prærogatiuas, libertatesque redintegrauit.

Grauiora a Frid. & Conrad, imposita vectigalia abolet.

e Ep. 276.

f Ep. 276.

64 His Capuæ gestis Innocentius Neapolim profectus, plures proceres ac populos ad obedientiam deferendam venientes benigne excepit. Inter quos Ioannem Morum g, & Guillelmum Cynardum ampliſſimis beneficijs affecit, atque Alifanos h, vt maiori libertate potirentur, Romanæ tantum Ecclesiæ dominio subijciendos statuit,

Capua Neapolim se confert.

g Ep. 284. 337. 353.

h Ep. 295.

Acce-

Messanenses atque alios plures prærogatiuis auget.

Accepti pariter in apostolicam clientelam Messanenses, restitutique in pristinam libertatem; redintegrata vetera iura, eademque reipublicæ forma, quæ apud Neapolitanos, & Capuanos floreret, ipsis permissa; qua de re ad Petrum Ruffum Siciliæ & Calabriæ præfectum, de quo ex rerum a Manfredo gestarum scriptore memoranimus, literæ datæ a.

a Ep. 189.

Manfredus a Pontifice desciscit & ob quas causas.

65. 66 Efflorueranr secundis successibus pontificiæ res, cum funesta conuersione ob Manfredi perduellionem, atque Innocentij immaturam mortem funditus conciderunt. Defectionis Manfredi causas afferens gestarum ab illo rerum scriptor b exulceratum Manfredi animum ob nimiam a legato apostolico, nimirum Guillelmo S. Eustachij diacono Cardinale, quem iuuenem, & Pontificis consanguineum fuisse ait, exercitam auctoritatem: ac adactos iure Siculos sacramento fidei in Pontificis verba exploratum est, cum regnum ad sedem Apostolicam, vt literæ Innocentij testantur, iure reuersum esset: neque Conradinus illud posset iuste capessere, nisi ab sede Apostolica illud accepisset. Defuit itaque Manfredo ob fidem a Siculis nomine Ecclesiæ acceptam iusta rebellandi occasio, sceluisque inani prætextu colorauit; si enim ab ipsis Regibus Siciliæ, vt in Friderico vidimus, Ecclesia sacramentum fidei exegit, multo magis a principe inferioris dignitatis accipiendum fuit.

b Anonym. Vitæ manuscr. Conradi & Manfr.

67. &c. Interea cum Pontifex extremo morbo implicitus Theani subsisteret, Manfredus a Saracenis Nuceriæ exceptus thesauros, qui in regia Nucerina a Frederico, & Conrado, atque Odone & Ioanne Moro marchionibus reconditi erant, inuasit, eosque liberaliter, ad pelliciendum militem, spargere cœpit: adeo vt maxima equitum & peditum multitudo, tum Germani maxime, ad eum vndique confluxerint, ac plures e Bertoldi marchionis ac legati apostolici exercitu, audita illius liberalitate, ac ipsum transfugerint, auctaque potentia magnum sui terrorem circumferre cœperit, marchionem Odonem pontificij exercitus præfectum fugerit, impetuque ceperit Fogiam: ex cuius expugnatione tantum metum legatus sedis Apostolicæ conceperit, vt Troia, in qua versabatur, nocte discedens, relictis impedimentis præcipiti fuga Neapolim contenderit, de quo hæc subijcit: *Tantus Cardinalibus & alijs de Romana curia ex illa victoria principis timor accessit, quod viso legato & marchione omnes volnere de Neapoli recedere, & in Campaniam redire: ad magnam autem instantiam & reconfortationem marchionis ipsius fleterunt in unum collecti ad electionem noui summi Pontificis*, &c. Sed ad Innocentij obitum veniamus.

Magnas opes Nuceriæ repesit. Ijs militē ad se allicit.

Odonem pontificij exercitus ducem profligat.

Innocentium recenter e vita abisse reperit.

Contigisse VIII. id. decembris scribit Parisius c, vt mittamus cæteros, qui longius a veritate aberrant: at Stero d certius rem assequitur, dum septimum decembris diem collocat; consentitque cum Alexandro IV. qui in encyclicis literis e eodem die mortem Innocentij contignat.

c Par. hist. Anglo hoc ann.
d Stero in ann. apud Cauis. ant. lect. to. 1. pag. 374
e Alex. IV. l. 1. ep. 2.

70 Extinctum cœlesti vltione refert Cantipratensis f ob Prædicatorum & Minorum fratrum priuilegia rescissa, repentinaque percussum paralysi vocis officium ad mortem vsque amisisse. Sed hæc aliaque huiusmodi conficta fuisse, quiuis prudens animaduertere poterit; idque mendacium facile dissoluitur.

f Theo. Cantip. l. 2. c. 20 n. 21.

Conficta de Innocētij morte fabula.

71. 72 Mendacij porro conuincitur, quod de vocis officio amisso refert ex fallaci fama Cantipratensis, cum tradant scriptores ipsum astantium consanguineorum mortem suam imminentem plus æquo lugentium pusillanimitatem increpuisse a; ac sæpius ea verba morti proximum repetijsse b. *Domine propter iniquitatem corripuisti hominem*; quæ ab alio etiam quouis Christi cultore demisse dicenda, ac sæpe sæpiusque iteranda essent. Ex humana ergo infirmitate, non diuina vindicta, vt effutiunt, decessisse quæ supra indicauimus ex rerum a Manfredo gestarum antiquo scriptore confirmant: cum antequam Capuam perueniret, aduersa valetudine implicitum Theani decubuisse affirmet.

a Par. hist. Angl. hoc ann.
b Monach. Padul. ad eund. ann.

73. 74 Facessat ergo inuidorum temeritas, quæ tanti Pontificis existimationem lauare non perhorruit. Obgannire etiam desinant nouatores, qui ex sola mentiendi libidine, & existimationis Romanorum Pontificum, quo maiori virtutum splendore effulserint, lacerandæ causa, libidinis crimen Innocentio aspergunt c, quo sane si laborasset, nec Parisius, nec alij sedis Apostolicæ hostes illud silentio dissimulassent. Verum si illi S. Francisco ac B. Claræ, quos nota atque illustrata maximis miraculis sanctitas omni criminis suspicione exemit, id flagitium imponere non sunt veriti d, mirum videri non debet, si in Innocentium maledicentiæ virus euomuere: in cuius quidem consignando mortis tempore non minus, quam vita traducenda a veritate aberrarint, dum anno MCCLXXIII. mense ianuario subita morte oppressum imperite scripsere e.

Calumniæ nouatorū diluuntur.

c Cent. 13. c. 7. col. 734

d Ib. col. 710

e Cap. 10. col. 997. & 998.

75 Accidit hoc anno insigne miraculum, quod diuinum Numen ad comprobandam illustrandamque præsentiæ Christi in Eucharistia veritatem in Belgio edidit: cuius oculatus testis extitit Thomas Cantipratensis, qui rem singularem historiæ his verbis mandauit f: *Oppidum Duacense amplum, & magnum est inter Cameracum a dextris vix, & Atrebatum, nobilissimas ciuitates. Hic in ecclesia S. Amati episcopi, cum sacerdos in pascha, communicato populo, corpus Christi super nudam terram * stupidus inuenisset, & flexis genibus eleuare tentasset, mox per se in aera sublenatum, panniculo, quo consecratos digitos sacerdos detergere solet, inhæsit. Clamant ergo presbyter, canonicos vocat: occurrunt illi, spectant in panno corpus viuificum in specie faciei venustissimi pueri, & mox conuocato populo ad spectaculum præsentatur, & indifferenter nulli tanta celitus visio denegatur: Hæc cum audissem, fax a vulgante, veni in oppidum quod prædixi. Accessi ad decanum ecclesiæ, cui optime notus eram, petij videre miraculum: annuens ille, præcepit vt fieret: aperta est theca, concurrit populus, moxque vbi pixis reuoluitur, clamant omnes: Ecce iam video, ecce conspicio Saluatorem. Stabam ergo attonitus nihil videns, nisi tantum speciem panis albissimi, nihil quidem conscius mihi, quare sacrosanctum corpus cum cæteris non viderem. Nec dum mecum ista volubam, cum ecce vidi faciem in mensuram ætatis plenitudinis Christi spineam habentem in capite coronam, & duas guttas sanguinis de fronte ex vtraque parte nasi per faciem descendentes. Mox igitur genibus flexis cum lacrymis adorani. Surgens autem, nec coronam in capite, nec sanguinem vidi, sed faciem hominis super omnem effigiem honestatam*, &c. Signa faciei postea describit, tum subdit: *Eam autem diuersi, diuersimode sub vnius horæ spacio videre solebant. Alij in cruce extensum, alij quasi ad iudicium venientem; plerique, & hoc ex magna parte, sub pueri forma.*

f Cantipr. l. 2. c. 40.

* *stupefactus*

TOM. XIV.

ALEXANDER PAPA IV.

Reginal. ep. Ostiens. creatus Pont. Alexãder IV. appellatus. Eius gen. & patria. a Paris. hist. Angl. hoc ann. & alij

1. &c. EXegerat Ecclesia integros dies tredecim in orbitate, ac luctu, cum Neapoli Cardinales ingenti metu ob acceptam a Mantredo apud Fogiam cladem trepidantes paribus votis Raynaldum siue Reginaldum episcopum Ostiensem XII. kal. ianuarij, ad pontificiæ dignitatis apicem, ob egregia virtutum ornamenta ipsi indita, Alexandri IV. nomine, euexerunt: non disparem prædecessoribus, quos sanguine attigerat a, nimirum Innocentio III. ac Gregorio IX. cum genus ex præclarissima Comitum Signiæ stirpe, patre Philippo Anagniæ traxerit, vbi diu versatus, & inter ecclesiæ illius canonicos meruit b. Silere non potuit eius laudes Matthæus Parisius c, quamquam ex insito in Romanos Pontifices odio ad eas obscurandas non leuem nimiæ facilitatis in blandimentis adulatorum excipiendis, paruum asperfit.

b Alex. l. 4. ep. 234.
c Paris. ubi sup.

IESV CHRISTI
Annus 1255.

Indict. 13.

ALEXANDRI PP. IV. VACANT. IMP. II. OCC. 5. annus 1. BALDVINI II. IMP. OR. 17.

1. &c. CONfirmauit arreptam tyrannidem Manfredus, plurimaque loca sub eius imperium, qua metu, qua vi, qua turpi defectione concesserunt. Ad cuius comprimendos progressus Alexander, vt fluctuantem Siciliam in Ecclesiæ fide contineret, Octauianum S. Mariæ in via lata diaconum Cardinalem legatum sedis Apostolicæ creauit: vt dictus rerum Sicularum auctor scribit, & pontificiæ ostendunt literæ. Tum Bertoldum marchionem Honebruchensem magistri castrorum dignitate iam ante ab Innocentio IV. ornatum, in eo munere, apostolico diplomate confirmauit d. Dum verò a Bertoldo marchione, ac legato Octauiano ingentes militum delectus fiebant, molliores viæ ad reuocandum ad officium Manfredum tentatæ sunt, cum non nisi multo cruore fuso tyrannis illius in dies ingraueſcens frangi posset, quas rerum Sicularum auctor anonymus prosequitur. Obseruat autem idem scriptor pontificios duces inanibus de pace colloquijs distractos, rerum gerendarum tempora male consumpsisse, Manfredum vero res suas auxisse audacia, cumque signa victricia versus Neapolim conuersurus esset: audita acceptæ in Hydruntina prouincia cladis fama, cum Manfredus Lancia ab ipso præfectus, a Brundusinis oelerus esset, atque hostis Nerito esset potitus, in ancipites curas distractum, an versus Neapolim tenderet; demum in Brundusinos mouisse, vt simul imminenti periculo occurreret, Pontificisque voluntati deserto Guardiæ oppido obsecutus videretur: Brundusinum vero agrum, cum vrbem obsidione iusta cingere non posset, populatum; tum multa loca ac maiorem Calabriæ partem sibi subegisse. Interea pontificium exercitum duce Bertoldo ad Fogiam vsque progressum, addit auctor, vt Manfredo viam ad Luceriam Saracenorum intercluderet; Manfredum vero per medias hostium terras nemine cum ipso congredi ausо Luceriam penetrasse, ac tum legatum apostolicum, vt obsidione Lucerię inclu-

Octauianus Card. ad Manfredi progressus reprimendos creatus legatus, Bertoldus Seneschalli Siciliæ munere ornatus. d lib. ep. 198

Tentatæ pro reuocando ad officium Manfredo molles viæ

Quomodo a consilio de opprimendo Neapoli Pontifice reuocatur.

Legatus Manfredū obsidet.

sum Manfredum cingeret, meditatum: sed grassantibus in exercitu morbis, ac Bertoldo comite, qui defectionis consilia cum Mantredo agitarat, & cum nonnullis copijs Fogiam redibat, profligato, ac penuria commeatuum ingraueſcente agitasse de concordia, quæ his legibus sancita est, vt Manfredus Conradini nepotis Regis nomine administrationem regni gereret, terram vero laboris Ecclesia retineret.

Concordiam cum tyranno init.

8. 9 Non admissam ab Alexandro eam concordiam refert idem auctor, ac ex Parisio a atque Herefordiensis episcopi literis colligitur, ipsum Innocentij IV. exemplo Siciliæ regnum a Friderici posteris ob pristinam perduellionem in regiam Anglorum familiam sedis Apostolicæ studiosissimam transferre meditatum: Bononiensem enim episcopum rebus adhuc integris, ac legato potenti adeo exercitu succincto, vt facile Manfredus obruendus crederetur, in Angliam misisse constat, vt collato annulo solemni ritu Edmundum Henrici Regis filium florentissimo regno induceret; confirmatoque edita publica instrumenta b regnum illud iam ante Edmundo ab Innocentio IV. Alberti notarij opera oblatum, admissumque ab Henrico, qui ad temperandas illius donationis leges c Petrum Herefordiensem episcopum, & Ioannem Mansel arbitros delegit: verum non seruauit promissa Henricus, atque ideo Romanus Pontifex, cum Anglus Siciliam sibi subijcere negligeret, ad Carolum Andium comitem confugit, qui prælio cruentissimo Manfredum deleuit: sed de his suis locis; ac de Siculis rebus, deque Manfredo hactenus. Iam ab eo ad tyrannum alium sæuissimum, Ecclesiæque hostem intentissimum, marchiæ Taruisinæ incubantem, sermonem conuertamus.

Repudiata ab Alexandro.

a Par. hist. Angl. Edmundus Regis Angliæ filius in Siculi regni possessionem vocatus.

b Extant in lib. priuil. Rom. Eccles. 2. pag. 113. & mss. Vallic. sign. B. XIII. pag. 57.

c Indicantur in Annalib. Promissa ab eo non seruata.

10. &c. Furebat adeo in Ecclesiam Ezelinus tantumque reliquis vicinis principibus incusserat terrorem, vt marchio Atestinus, alijque principes viri ad sedem Apostolicam supplices confugerint, vt legatum contra potentissimi hostis tyrannidem apostolica auctoritate munitum mitteret. Quorum flexus precibus, Philippo Rauennati archiepiscopo designato gerendæ legationis prouinciam dedit d. Arduum plenumque periculi consilium erat, cum in eum res ageretur, qui parcere nesciret; cuius non modo in eos, qui sese illi opponerent, effusa crudelitas esset, sed in suos etiam sæuiret, anno enim sequenti Bontrauersum socerum, eiusque filios obiecto proditionis crimine, in carcerem terrimum coniecit, ac fame necauit. In Arnoldum etiam S. Iustinæ abbatem tyrannidem exercuit e, quem diuturno carcere, modico tantum pane furfuraceo, & aqua modicissima suppeditatis, macerauit: vbi octo annis & amplius vir sanctissimus exemplo constantiæ adeo egregio versatus est, vt ipsorum etiam satellitum emolliret pectora, atque ad sui amorem venerationemque excitaret. Cum vero iam septuagenario mors immineret, ardentes duæ cælo faces pluribus inspectantibus delapsæ tamdiu carceri, in quo inclusus tenebatur, incubuere, donec felix anima corpore soluta in cælum euolauit. Nec minus insigne miraculum quinquaginta ab obitu diebus contigit: cum enim in loco honorificentiori eius corpus collocandum visum esset, non modo feretro aperto nullum grauiorem odorem sensibus affauit, sed ne quidem vllam corruptionis notam, magno seruatæ virginitatis argumento, præ se tulit, ieuisque tantum labecula oculis aspersa visa est.

Ezelinus fœderatos Ecclesiæ opprimit.

Philippus Rauen. archiep. in eum legatus creatur. d Lib. 2 ep. 7

Ezelini in suos Sæuitia.

In sanctissimum abb. Arnoldum.

e Mon. Pad. chron. l. 2. & Bonif. hist. Tarusiod. 5

20. &c. Sed ab Arnoldo viro sanctissimo ad B. Cla-

Clara sanctarum virginum catalogo apponitur.

B. Claram S. Francisci præceptis exultam, annalem virentis, ordinisque pauperum dominarum S. Damiani conditricis nunc stylum conuertamus, quam hoc anno secundo a felici eius obitu Alexander Pontifex ob innumera eius beneficio parrata a Deo miracula in sanctarum virginum ordine reposuit, cuius res præclaras gestas recenset idem Pontifex in apostolico diplomate a, ex quo pauca hæc delibamus: *Cum*, inquit, *in extremis ageret, candidas beatarum virginum cœtus micantibus coronis armatus, in quo una ex ipsis eminentior, & fulgidior apparebat, visus est demum intrare, vbi eadem Christi famula decumbebat, & vsque ad lectum eius procedere, & circa eam quasi visitationis officium, ac consolationis solamen, quodam humanitatis studio exhibere.* Subiungit plura prodigia ad sepulchrum edita, obtentaque ipsius opera a Deo beneficia, ob quæ diligentissimo examine explorata ac discussa ipsam, adhibitis in consilium Cardinalibus ac præsulibus, sanctis annumerauerit, ac felicem illius memoriam pridie idus augusti ritu ecclesiastico recolendam decreuerit.

a Extat in Bullar. in Alex. IV.

Virginum chorus morituram concinit.

25 Flagitatum etiam ante ab Alexandri decessore fuerat, vt Augustinum Nidrosiensem archiepiscopum, qui miraculis in Norvvegia effloresceret, sanctorum numero adscriberet, atque Innocentius Bergensi episcopo ac duobus alijs publica de ijs acta conficiendi auctoritatem tradiderat: qui cum desideratam in re grauissimi momenti diligentiam non adhibuissent, Alexander iterum Stauangrensi episcopo, ac duobus S. Benedicti, & S. Augustini abbatibus partes dedit b, vt ex præscripta ab Innocentio forma accuratissime rei veritatem explorarent.

Quanta maturitas consilij in sanctorum cultu cuipiam decernendo adhibeatur. Exemplū in Augustino Nidrosiensi.

b Ep. 585.

26 Eadem diligentia ad reuocanda ad examen cœlestia prodigia, quæ Nicolai Canuti Regis Daniæ filij opera edita fama erat, incubuit: adductus enim Danorum precibus, qui iam ante ab Innocentio IV. contenderant, illum vt illustrem miraculorum gloria in sanctorum numerum referret, Vviburgensi episcopo, alijsque munus iniunxit c, vt sacram de illius vitæ sanctitate patratisque miraculis quæstionem instituerent.

Aliud in Nicolao Canuti Regis Daniæ filio.

c Ep. 790.

27. &c. Nec minus circumspecto consilio editum in S. Francisco sacrorum stigmatum miraculum, exemplo Gregorij IX. d encyclicis ad orbis Christiani præsules literis e confirmauit. Ita vero in manibus pedibusque exarata erant, vt caro intumorem diuinitus excrescens clauorum imaginem ad viuum adumbraret. Ad quod tegendum prodigium beatus vir promissas manicas, vestemque ad terram defluentem gestabat. Qua verò lateri vulneris dominici imago impressa erat, ita habat, vt ex eo humor manaret, atque ob id socios latere non potuerit. Cæterum ne quis inauditum miraculum vt inane commentum respueret, tanti prodigij Pontifex testem se producit, cum ante adeptam Petri sedem folici eius consuetudine esset vsus: *Sane*, inquit, *prefato sancto hac certius asserentes, indoctas fabulas, seu vana inuentionis deliramenta non sequimur; cum ea nobis dudum nota fuerit plenior fides rerum, quando videlicet in minoribus constituti confessoris eiusdem familiarem meruimus habere notitiam: prefati predecessoris nostri*, nimirum Gregorij IX. *domesticis obsequijs tunc temporis insistendo, &c.* Hactenus de ijs, quæ ad pietatis cultum spectant: iam ad tuendum fidei splendorem gesta afferamus.

d Vid. tom. XIII. ann. Chr. 1237. n. 60.

e Ext. apud Vvad. hoc ann. n. 6.

De S. Francisci stigmatibus.

Reprimi iussi qui de tanto miraculo detraxerint.

31. 32 Ad excindendos hæreticos, qui in Liguria & Insubria clam virus suum diffuderant, strenuam operam dare censores fidei iussit Alexander, qui ab ijs de nonnullis in sanctione Innocentij exortis dubijs consultus respondit, oppidanis vel ciuibus ducentarum marcharum argenti mulctam intentari posse, ni delitescentes hæreticos in iudicium producerent: quærentibus etiam de ministris forensibus, qui in cognoscendis fidei causis adhibendi erant, deque pœnis infligendis ijs, qui hæreticos in iudicium non raperent, hæc respondit a: *Possunt predicti officiales communitati, burgo & ville precipere sub pœna & banno vsque ad ducentas marchas argenti, & vltra ad arbitrium potestatis loci eiusdem, quod potestati, vel diocesano, aut eius vicario, seu inquisitoribus hereticorum præsentabunt infra præfigendum eis terminum competentem, omnes hereticos, & hereticas, quos sibi dicti officiales duxerint assignandos, & potestas loci a non seruantibus pœnam huiusmodi exigere teneatur.*

Alexandri studium in excindendis hæreticis.

a Ext. in bull. in Alex. IV.

Pœna in hæreticos occultantes.

33. &c. Creati quoque in Gallijs alij censores fidei, S. Ludouici gratia, in quo explicuit egregium exemplum pijssimi principis tuendæ fidei dignitatis cupidissimi, posterisque imitandum reliquit: cum enim reuersus a Syriaca expeditione religionis decus obsolescere in regno comperisset, fœdatam hæretica labe coronam gestare abnuit; studiumque omne in amplificanda diuina gloria, & asserenda suo splendori religione contulit; ac regijs precibus vrsit Alexandrum, vt cognitores causarum fidei ad abolendum hoc opprobrium crearet: cui Pontifex diplomate amplissimo assensit b. Institisse sanctissimi Regis vestigijs intuendis fidei censoribus in vniuerso Francorum regno excurrente multo tempore posteros Reges viduri sumus, donec aliqui ab illius pietate degeneres, sublatis sacris tribunalibus, quæ sancti Regis studio fuerant constituta, impietati liberas habenas infeliciter laxauere: ex quo quantum incendium, paucorum cruore facile restinguendum, excitatum sit, tamdiu hæreticorum ferro laniata Francia testatur, alterumque supparem religione S. Ludouico, qui sacræ fidei tribunalia in Gallijs restituat, piorum vota expectant. Porro prætereundum non est Alexandrum decem dierum indulgentiam impertitum esse c ijs, qui pro sancto Rege, dum vitam ducebat, aut post eius mortem decem annorum spatio excurrente, suas ad Deum preces, expiata pœnitentiæ sacramento conscientia, fudissent.

S. Ludouici in tuenda fide pio ardor.

Instituti in Gallia censores fidei.

b Lib. I. ep. 752. Relictum a S. Lud. exemplum quod posteri Reges imitentur.

c Lib. I. ep. 349.

48 Vt egregiæ S. Ludouici virtutes singularibus prærogatiuis, laudibusque exornaria Christi vicario meruerunt! ita Alfonsus III. Rex Lusitaniæ ob impudicitiæ vitium apostolica censura notari meruit. Abiecerat ipse Bononiæ comitissam, quam ante acceptum regnum vt legitimam coniugem coluerat, atque adulterij crimine se contaminare non perhorruerat: qua iniuria lacessita comitissa a sede Apostolica contendit, vt diuortium inter se virumque adulterum pronunciaret: qua de re Alexander ad Compostellanum archiepiscopum scripsit d.

Apostolica seueritas in Regem Lusitaniæ.

Adulterij a Regina accusatus

d Ep. 400.

Alexander, &c. Fraternitati tuæ per apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus eumdem Regem auctoritate nostra citare procures, vt infra quatuor mensium spatium post citationem tuam * negocium huiusmodi contingentibus, quod ordo dictauerit rationis. Diem autem citationis, & formam, & quicquid in ijs feceris, per tuas nobis literas harum continentes seriem studeas fideliter intimare. *Dat. Neapoli* 11 *id. maii pontificatus nostri anno* 1.

* apud sedem Ap. comparet acceptur. in

Confi-

Alphõſus Rex Caſtellæ Africã bello aggredi meditatur.

a Ep. 397.

49. 50 Conficiebat tum in Hiſpania contra Africanos infideles expeditionem Alionſus alter Caſtellæ ac Legionis Rex, qui ob eximium propagandæ religionis Chriſtianæ ardorem auguſto Zelatoris fidei catholicæ titulo inſigniri a Pontifice meruit. Prouinciam vero dedit Alexander Lupo Marrochitano epiſcopo, vt Hiſpanos ad profitendam religioſam, accepto crucis ſymbolo, militiam pro concione incitaret, atque eos, qui opes ſuas ad ferenda ſubſidia conferrent, vel arma pro Chriſti gloria augenda caperent, peccatorum venia, quæ a concilio œcumenico profectionem in terram ſanctam ornantibus tribueretur, potituros promulgaret.

Religio in Hiſpania a Rege pro pagata,

a Ep. 703.

51 Cæterum propagandæ in Hiſpania fidei, excindendæque impiæ ſuperſtitionis Mahometis egregiam nauerat operam Caſtellæ Rex, perdomitis enim hoſtibus Carthaginem, Siluam, ac Pacium Chriſtiano imperio adiunxerat, atque ijs ad populos pietate excolendos tres eccleſias cathedrales exeitarat, quarum diœceſeon limites cum nondum definiti eſſent, nec qui antiquitus fuiſſent memoria vlla extaret, cum iam tot ſeculis, infelicibus ijs terris Mahometica ſuperſtitio incubuiſſet, Pontifex eidem Lupo munus iniunxit a, vt exeitis ijs, ad quos de finibus epiſcopatuum ſpectaret, pro ſua prudentia eos circumſcriberet.

Alphõſus gem lectã riam in regno reſtituit. Salamantina academia locupletata.

b Ep. 692.

Alphõſus repetit ducatum Sueuiæ.

c Ep. 527.

Conradino adhærent Sueui

52, 53 Ad cumulandas autem Regis Caſtellæ laudes addimus, illum ita armorum gloria excelluiſſe, vt etiam augendæ amplificandæque rei literariæ animum applicaret. In publicis enim præſulum totiuſque nobilitatis cœtibus ad Salamanticenſem academiam ſtabiliendam ampliſſima ſtipendia profeſſoribus conſtitui b. Explicuit etiam erga Alfonſum Alexander ſuum ſtudium, vt ducatum Sueuiæ, quem materna hereditatis titulo ad ſe ſpectare contendebat, obtineret: cum enim oratores ad ſua repetenda iura in Sueuiam mittere deliberaret, literas apoſtolicas ad præſules ac proceres Suenos dedit c, quibus hortatus eſt, vt regijs oratoribus conſilio & opera adeſſent. Hæſere Sueui aduerſus Alfonſum Conradino, cum iura in eum principatum ampliſſima obtineret.

Frifij a Vvill. Rege Rom. perdomiti

54. &c. Delapſi ad res Germanicas non prætermimus triumphaſſe Vvillelmum Romanorum Regem de Frifijs perduellibus, qui ipſius potentiæ terrore adacti iugum accepere. At non diu partis Vvillelmo potiri licuit: Germaniaque in bella ciuilia, e quibus emerſiſſe videbatur, iterum conieeta eſt.

Rex Lituaniæ poſcit ab Alex. vt filium Regem inungi iubeat.

d Ep. 220.

Annuit eius precibus Pont.

57. 58 Inter hæc flagitauit ab Alexandro Lectouiæ Rex, vt filio regia ornamenta auctoritate apoſtolica conferri iuberet: ac Pontifex, vt ipſius ſtudium erga Eccleſiam, cui exuſſis ethnicorum erroribus ſe aggregarat, aleret, ita ei reſcripſit d; *Tuis ſupplicationibus inclinati, excellentia tua, vt quem malueris Latinum epiſcopum pacem, & communionem Apoſtolica ſedis habentem, tibi aduocare liceat, qui dilectum filium nobilem virum natum tuum ad honorem Dei, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ in Regem Lectonie auctoritate noſtra coronet, tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo, &c. Dat. Neapoli* II. *non. martij anno* I.

Quis fuerit is Rex Lectouiæ.

In eam adducor opinionem Lectouiæ Regem, qui ſuperſtitione exuta Chriſtianorum numero nomen aſcripſit, eundem fuiſſe ac Lituaniæ (quam vulgo Litavv appellant: quo etiam nomine vium Pontificem repetimus) Andreæ Theutonici ordinis magiſtri opera baptiſmo initiatum. At qui propagandæ fidei ſpecimen præ ſe tulerat, breui a pietate defecit, atque arma in Chriſtianos vertit, vt

Receſſit a fide,

tradunt Matthias Michouius *a*, ac Martinus Cromerus *b*, qui addit illum paulo ante hanc defectionem pontificio iuſſu a Rigenſi archiepiſcopo & epiſcopo Dulmenſi diademate cinctum fuiſſe.

a Mich. l. 3 c. 14.
b Crom. l. 9.

In Pol. Pont. Sacrum belli promulgat. *Lib. 1. ep. 564.*

59 Audita barbarorum in Poloniam irruptione, Alexander Papa, populos ad religioſam militiam conuocari iuſſit, literis e, ex quibus hæc delibauimus: *Nuper ad audientiam noſtram peruenit, quod Lituani, & Ieutuiſones ac nonnulli alij ethnici*, pauciſque interiectis, *Poloniam, & quaſdam alias vicinas prouincias hoſtiliter inuadentes, multos ex populo Chriſtiano morti, & infinitos captiuitati dederunt, non parcendo ſexui vel ætati; & nec adhuc fidelium ſaturati cruore, ad impugnandum cum alijs paganis, & infidelibus Poloniam, & regiones finitimas, conflatis in vnum viribus ſe accingunt, &c. Dat. Anagnia* VIII. *id. auguſti anno* I.

In Poloniam irruptio.

e Ep. 564.

60 Pari ſtudio d accenſi ſunt præſules ſeptentrionales, vt fideles ad ſacra arma ad edomandos impios homines expedienda concitarent; præſtoque fuit laboranti Pruſſiæ, ac Poloniæ Primislaus, ſiue Othocarus Bœmiæ Rex, cuius virtute amplificati latius religionis Chriſtianæ fines: cum enim inducias cum Bela Hungariæ Rege pepigiſſet, ſacræ cruceſignatorum militiæ, Opiſonis abbatis in Polonia, Pruſſiaque Apoſtolicæ ſedis internuncij opera, aſcriptus; incitatiſque earum regionum exemplo ſuo principibus, florentiſſimo ſuccinctus exercitu, ac Brunone Pragenſi epiſcopo, alijſque præſulibus ſecum adductis, Pruſſiam inuaſit: ac verſis in fugam Prutenis paganis, Sambienſes ad deditionem compulſos, atque a Brunone ſacris baptiſmalibus initiatos ſuo nomine donauit. Extructa etiam duo munitiſſima oppida, ad paganorum impetus ſuſtinendos, propulſandoſque. Nec fruſtra initum conſilium, vbi enim Chriſtianus exercitus abſceſſit, mox hoſtes furore in Sambienſes perciti, quod deditionem feciſſent, ferro flammaque graſſari cœperunt. De quibus pluribus Longinus e, Michouius f, Cromerus g, Dubrauius, alijque agunt.

Othocarus Rex Bohem. in eos ſigna attollit.

Infideles ab eo protriti. Sambienſes ad baptiſmalia ſacra adacti.

Arces excitatæ.

Lituani Sambienſes affligunt.

e Longin. l. 7. hoc an.
f Michou. l. 3. c. 14.
g Dubr. hiſt. Bohem. l. 3.

61. &c. At vbi Othocarus inaudijt Sambienſes, qui ipſius armis ad Chriſtiana ſacra adacti fuerant, a barbaris pietatis odio crudeliſſime diuexatos, iterum crucis ſymbolum induit, vt conſtat ex Pontificis literis quibus eum plurimum commendauit, excitauitque ad fidem fortiter defendendam. Adiunctæ tum Chriſti imperio fuere Vvathlandia, Ingria, & Carelia abiectis ſuperſtitionibus, quibus addictæ erant. Ad quarum prouinciarum ethnicos Chriſtianis ſacris imbuendos, ac religionem conſtabiliendam Alexander archiepiſcopo Rigenſi tribuit auctoritatem *h*, vt epiſcopum illis præficeret.

Prouinciæ ad Chriſti fidem traductæ.

h Lib. ep. 543.

65. 66 In Pomerania hoc anno inquit Ioannes Longinus *i*: *Iacobus archidiaconus Leodienſis apoſtolicus nuncius & legatus, qui in Romanum Pontificem poſtea promotus Vrbanus IV. vocabatur, in Pruſſiam veniens atrox bellum vndecim annis inter Suantopelkonem Pomeraniæ ducem, & Cruciferos fratres geſtum interciſit, & per æquas conditiones pacem perpetuam ordinat, quæ a parte vtraque fuit deinceps & cuſtodita, & ſeruata.* Geſta autem a Iacobo tanta felicitate legatione ſeptentrionali, Pontifex auguſtiorem aliam in oriente illi demandare decreuit *k*.

Iacobi legati opera bellum.

i Longin. hiſt. Pol. hoc ann.

k Ep. 112.

Alexander, &c. Tibi, quem earum habemus tuorum exigentia meritorum, plenæ legationis officium tam in prouincia Ieroſolymitana, quam etiam in exercitu Chriſtiano, vbicunque pro ſubſidio terræ ſanctæ in dicta prouincia fueris, de fratrum

Alia illi legatio in Oriente demandata.

trum noſtrorum conſilio duximus committendum: firmam ſpem, fiduciamque tenentes, vt cum ſemper dilexeris iuſtitiam, & iniquitatem oderis, tibique præſto ſit iudicium rationis, recta reges, & diriges indirecta, aſperaque conuertes in plana: *Et infra*. Si vero alium legatum de latere noſtro ad partes illas deſtinari contigerit, volumus, vt ob præfatæ Sedis reuerentiam non exequatis præmiſſæ legationis officium, eodem legato inibi exiſtente. *Dat. Laterani* VII. *id. decembris anno* I. Scripſit a ea dere ad orientales Alexander, quos legatum meritis officijs proſequi, operamque ſuam in ea terra diuino cruore conſecrata defendenda cum ipſo coniungere iuſſit.

Si alius legatus accesserit abrogata hac auctoritate.

a Ep. 767.

67. &c. Quod ad rem Chriſtianam in Syria ſpectat; exiguæ ſuperioribus bellis attritæ fidelium ſupererant reliquiæ, vndique innumeris periculis circumfuſæ: non enim modo Corſimini ac Turquemanni, Deo ſcelera Chriſtiani populi in ijs regionibus arcano conſilio vlciſcente, tueſtas clades inuleranr; verum etiam Saraceni, viribus opibuſque florentes, cum exiguum Chriſtianorum numerum contemnerent, ſpe totius potiundæ regionis concepta, inducias pacemue iniro aſpernabantur; cum probe noſſent eos, a quibus ſubmittenda auxilia eſſent, vaſtiſſimo terrarum interuallo ſubmotos eſſe, ac ſi Chriſtianus exercitus eo adnolaret, breuiſſimo tempore ſparſum, ac diſſipatum iri. Quare terræ ſanctæ præſules, proceres, atque alij agitato ad Saracenos propulſandos conſilio, cenſuerunt prompto atque expedito ſtipendiariorum exercitu opus eſſe, ita vt cum aliqui ex ijs deſiderati eſſent, alij mox ſupplemento accederent: quare Alexandrum rogauere, vt principes Chriſtianos ad opes ſuas, pro ſumptibus ijs bellicis tolerandis, alendoque, ac ſuſtentando milite conferendas incitaret. Pontifex igitur terræ ſanctæ calamitatibus permotus, vt optimum ſibi propoſitum conſilium ad exitum perduceret, Caſtellæ ac Legionis Regi lugubrem Syriæ ſtatum ob oculos poſuit b, eumque ſolicitauit, vt liberalitatem ſuam ad eas ſuſtinendas copias, quæ ſemper ad propulandum in hoſtem paratæ forent, explicaret, ſuoque exemplo alios ad id perficiendum commoueret: quas literas fuiſſe encyclicas, & ad alios principes miſſas, coniectura eſt.

Lugubris Syriæ ſtatus.

b Lib. 1. ep. 344.

73 Præterea toto orbe Chriſtiano ſubſidiariæ pecuniæ, nimirum ab eccleſijs atque monaſterijs vigeſimæ cogebantur, vt literæ ad Etruriæ quæſtores ſcriptæ demonſtrant. Nec reuocari in dubium poteſt, quin ex omnibus prouincijs ſimilia ſubſidia peterentur. Cæterum bellicæ illæ minæ, confectis inducijs, euanuere. Sed a Syriacis rebus ad Conſtantinopolitanas narrationem conuertamus.

74 Fluctuabat orientis imperium, Græcorum viribus & armis in ſummum diſcrimen adductum, iam enim adeo eorum potentia exereuerat, vt afflictis impulſiſque Latinorum rebus, ſummum terrorem afferret. Ad quas ſuſtentandas, confirmandaſque Pontifex conuerſis curis, hoc anno c epiſcopo Argolicenſi alijſque præſulibus præcepit, vt Achaiæ ac Peloponneſo laborantibus ſuccurrerent, ſuaſque ad ſubſidia comparanda opes conferrent, cum ipſorum maxime res ageretur, ne communi ruina obruerentur: ſi qui vero abnuerent, cenſuris percellerentur.

Conſtantinopolitani imperij res concuſſæ.

c Lib. 1. ep. 29.

75 Vt autem Græcorum res delibemus, prodit Gregoras, d Ioannem Ducam repentino morbo, dum Niceam petebat, correptum, voce interclusa, ſenſibuſque abalienatis mortuo ſimillimum tribus diebus iacuiſſe; & quamuis poſtea recreari ac mor-

Ioan. Ducæ Imperatoris morbus & mors.

d Georg. l. 2.

bo conualeſcere eſſet viſus, eludente tamen mali pertinacia medicorum remedia, adeo ſæue conflictatum, vt læpius exanimatus repente corrueret, terræque magno humanæ imbecillitatis exemplo allideretur, & eodem anno e viuis diſceſſiſſe: *Diem ſuum*, inquit, Georgius Acrepolita Logotheta a, *obiit extremum* III. *id. nouembris, ſexaginta & duos annos natus, vt qui illius res exactius poſſidebant, dixere. Ex his triginta tres probe integreque regnauerat. Leni animo fuit, ſemperque ſe humaniorem præbebat; familiares parcius munerabatur, exteros, eoſque, qui tanquam legati ad eum veniſſent, magnificentioribus donationibus, vt ab eis laudaretur, afficiebat. Amoribus muliebribus, poſtquam eius vxor Irene Imperatrix ex hac vita exceſſerat, & poſtiſſimum Marceſinæ, quæ ex Italia venerat, Annæ quidem Imperatricis ex Alemannia vxoris pediſſequa, ſed qua poſtea in amore eius fuerat, deditus; e cuius amore ita ipſe pendebat, vt illi coccineos calceos geſtare permiſerit, & ſagum, & frænum non alterius coloris induſerit: plures illi famulos quam vera domina donauerit, aliaque quamplurima libidinibus præſtiterit.*

a Georg. Log thet. Conſtit. Leunc Allat interpret. Virtutes illius ac vitia.

76. 77 Addit Gregoras b, cum aliquando ipſius pellex regio faſtu turgida eccleſiam ingredi pararet, Blemmydem, qui illi præerat, fores occludi ipſi iuſſiſſe, ne vel inceſſu eccleſiæ ſolum polluerer; cumque illa acceptæ iniuriæ dolore ardens, apud Imperatorem quereretur, ſpretam ipſius maieſtatem, aſſentatores etiam incitarent ad vindictam; illium ſuborſis lacrymis criminum dolore percitum ſubiiciſſe. *Quid me aduerſus inſtum irritatis? ſi ego ſcandalum imperio probroſa vita non intuliſſem; hanc iniuriam ac dedecus non excepiſſem.* Extant ea de re Nicephori Blemmydæ, de quo ſupra memorauimus, viri catholici literæ, quas poſt eiectam ſacris Marceſinam ad Græcos ſcripſit d.

b Greg. l. 2. ſub fin. Digna principe aduerſus adulatores vitiorum vox.

c An. Chr. 1233. n. 7. & d Cod. Vat. in Aſſignat. n. 176.

78 Addemus ad huius anni calcem ſæuum facinus, quod Iudæi in Hugone puero octenni Chriſtiano Lincolniæ commiſere, intercepto enim puero, ex omnibus Angliæ vrbibus Iudæos maxime conſpicuos exciuere; ex ipſis vnum creauere, qui tamquam in ſcena, Pilati perſonam referret, alij tortorum officia ſuſcepere, illatiſque puero omnibus probris, quæ ſacra recenſet hiſtoria, crudeliſſime verberibus illum cædere, ſpineam coronam impreſſere capiti, egere in crucem, potauere felle, ac denique latus mortuo lancea tranſuerberauere. Ad cumulum improbitatis, & flagitij, viſcera auulſere, vt eorum beneficio incantationes magicas exercerent: vtque ſcelus tantum lateret Chriſtianos, corpus terra diligentiſſime obruerunt. Sed vindex Deus rem patefecit. Euomuit terra innocens corpus, quod honorificentiori ſepulchro dignum erat; & quoties illud condere Iudæi tentauere, toties poſtea ſequenti die ſeſe proterebat. Horrere metu perfidi cœpere, ac ne a Chriſtianis conſpicerentur, in puteum abiecere. Interea pueri mater dolore agitata filium quærebat, certiorque facta puerum in Iudei domum ingreſſum eſſe, irrumpit, ſcrutatur, atque in puteum oculos conjicit; cruentum illico filij corpus adſpicit, preſſoque intus dolore ad iudicem aduolat; capitur ædium dominus, rei ſeriem fatetur, atque equorum caudis alligatus laniatur: nonaginta Iudæi Londinum in vincula abducti vt iuſto ſupplicio afficerentur.

Iudæorum immanitas in Hugone puerum. Par. hiſt. Angl. hoc ann.

Flagitium diuinitus patefactum.

Senes ſupplicio traditi.

IESV CHRISTI
Annus 1256.

Iudic. 14

ALEXANDRI PP. IV. annus 2. VACAT IMP. BALDVINI II. IMP. OR. 18.

Vvillelmi Reg. expedito in Frisiam. *Addit. Stad in chr. Par. hist. Angl. Suffr. in ep. 3. 2. Sterin annal. apud Conif to. 3. pag. 276. Annal. Dom Colon Addit ad Lamb. Long. hist. Pol. l. 3. & plures alij.*

1, &c. INfelix Vvillelmi Romanorum Regis obitus magnam rerum conuersionem attulit. Consentiunt enim auctores a hoc luctuosissimo anno Vvillelmum Frisiorum iniurijs lacessitum, cum eorum terras fortissimo cinctus exercitu subegisset, dum victor effuso in fugam hoste rediret, ex compertis insidijs in palustri loco ac densa arundine horrenti, vndique a Frisonibus circumfusum, desertumque a suis misere occubuisse. Peperit illius cædes vniuersæ rei Christianæ grauissimum exitium: cuius tristi accepto nuntio Alexander, mox ad illos, ad quos eligendi Regis prouincia pertineret, literas scripsit, vt operam eligendo strenuo principi nauarent, ne quem ex Fridericiana stirpe progenitum eligerent, cui insitum a natura quodammodo in Romanam ecclesiam odium esset. Demonstrant hoc literæ ad Maguntinum b archiepiscopum missæ c, quarum hæc pauca sunt pars præcipua.

Pontifex pro subrogando Rege solicitudo. *b Alex. l. 2. ep. 353. extat etiam in Bullar. in Alex. IV. c Reg. post edit. ep.*

2, *Alexander, &c.* De Conrado puero nato quondam Conradi prædicti Friderici filij est præcauendum omnino, ne vllo modo intendatur ad eum, nec nominetur ad hoc, nec aliquatenus eligatur: maxime cum propter infantiam, nimiumque defectum ætatis sit ad ista prorsus inhabilis, ac ineligibilis penitus puer ipse: nec ius, quod ex electione prouenire, vel consurgere consueuit, sibi posset competere, nec in sua cadere, vel retineri persona: *Et infra,*

Monet ne Conradinus eligatur,

6 Ideoque fraternitatem tuam monemus, rogamus, & hortamur attente, ac per apostolica tibi scripta in virtute obedientiæ sub debito fidelitatis, quo nobis & ecclesiæ Romanæ teneris, ac sub pœna excommunicationis, quam ex nunc ipsa proferimus, districte præcipiendo mandamus, quatenus præfatum Conradum puerum nullatenus in Regem eligas, nec nomines, neque consentias in eumdem, ita quod excommunicatus existas, si contra mandatum nostrum facere vel venire præsumpseris, & eumdem Conradum nominaueris, vel elegeris, aut in ipsum consenseris, seu opem, vel operam, consilium, auxilium, vel fauorem, vt eligatur impenderis, scias te prius excommunicationi ligatum. Alijs vero electoribus tuis tam ecclesiasticis, quam secularibus auctoritate nostra firmiter inhibeas, ne ipsum ad hoc nomine, vel eligant, nec in eum consentiant, promulgando eadem auctoritate in eos excommunicationis sententiam, si contra hanc tuam inhibitionem venire temptauerint, immo nostram. Ita quod si eum nominare vel eligere, aut in ipsum consentire præsumpserint, noscant se prius excommunicationis vinculo innodatos, vt ex hoc ipso, si de prædicto puero quicquam in hac parte attentatum fuerit, sit prorsus vacuum, irritum, & inane, *Datum Anagniæ v. kal. augusti anno* 11. Eademque verborum forma literæ, vt in regesto subditur, ad Treuirensem & Colonien. archiepiscopos missæ fuere.

Anathema intentat si Conradinum eligẽdum consenserit.

Iubet eare tos electores interpsa cad. pœna deligere.

Externi principes ad Germ. imp vocati

7, 8 Discissi in contraria studia electores, cum in Germano principe ad imperium euehendo consentire non possent, externum quæsiuere, atque alij Richardum Cornubiæ comitem, alij Alfonsum Castellæ ac Legionis Regem, vt suo loco differetur, elegerunt: ex qua dissensione magni bellorum tumultus in Germania facti. Auxere turbas Germanicas Gerardi archiepiscopi Maguntini vincula: illum enim hoc anno ab Alberti ducis Brunsvvicensis præfecto captum scribit additionum ad Lambertum auctor d.

Gerardus arch. Magunt. capt. ab hostib.

d Addit. alia ad Lamb.

9. &c. Simili nefario scelere in Silesia Boleslaum ducem Thomam episcopum Vvratislauiensem vna cum præposito, & canonico Eccardo in vincula abduxisse, tradunt Ioannes Longinus b, Matthias Michouias c, & alij, narratque Pontifex in literis ad Goosnensem archiepiscopum, & Cracouiensem, Vvratislauiensemque episcopos missis d; quibus ab Alexandro data fuere mandata, vt censuris ecclesiasticis ducem percellerent.

Boleslaus dux Silesiæ epis. Vvrat. vincu. his tradit. *b Long. hist Pol. l. 7. hoc an. c Mich. l. 3. c. 48. d Alex. l. 2. ep. 477.*

18 Editum est in Gallia miraculum, quo præsentiæ Christi in Eucharistia veritas confirmata est. Celebrabantur in aulæ regiæ sacello diuina mysteria, peractaque consecratione Christus dominus sub formosissimi pueri specie videndum sese omnibus obiecit. Actum e circumstantibus vnus rogat sacerdotem, vt tantisper sacram Eucharistiam teneat, dum Regem euocat. Mox venit ad S. Ludouicum i hortatur vt ad videndum miraculum accurrat. At ille: Irent qui carerent fide, se quotidie ipsum præsentem in Eucharistia oculis fidei intueri. Simile responsum a Simone Montfortio in simili occasione datum ex S. Ludouici ore se excepisse refert Ioinillarus e: cum enim ad Albigensium hæresim euertendam Christus in altari se videndum obtulisset, solicitatus Montfortius, vt ad intuendum miraculum ad ecclesiam prouolaret, subdicit: *Accurrant incredduli Albigenses, vt oculis fidei nostra mysteria suspiciant.*

Christus in Euchar se videndã præbet. Insignis S. Ludouici de ea fide Memoranda ejusdẽ vox.

e Ioinill. in vit. S. Lud.

19 Per hæc tempora nonnulli Parisiensis academiæ doctores, nouarum rerum cupidi, atque odio aduersus regulares, qui sanctioris vitæ instituta sectabantur, imbuti, violatis Pontificum sanctionibus illos exagitare, publicis scholis submouere, inuidiamque ipsis sparsis calumnijs conflare cœperunt. At Pontifex suscepto religiosorum virorum patrocinio, datis ad episcopum Parisiensem literis f, eos in consortium academiæ admitti iussit: illos vero, qui decreta apostolica niterentur infringere, sacerdotijs exui; iniquas conuentiones cum Prædicatoribus fratribus initas rescindi: apostolicas vero literas, quarum priuilegijs cesserant religiosorum ordinum alumni, vim suam retinere. Verum recrudescentibus odijs male sopitis, animisque exulceratis, nonnulli scientia excultissimi doctores, quorum princeps erat Guillelmus de S. Amore, academiæ nomine ad Pontificem missi, vt coram Apostolica sede disceptarent. Grauem certe tum tempestatem contra paupertatis euangelicæ sectatores commotam, testatur S. Antoninus g, quæ ab Alexandro IV. sedata est. Extant ipsius Pontificis literæ pro mendicantibus ordinibus typis cusæ vna cum B. Thomæ Aquinatis tractatu pro ijsdem ordinibus, in quo etiam Guillelmi de S. Amore argumenta confutantur. Inscribitur liber: *Declaratio & defensio priuilegiorum mendicantium.* Guillelmum porro maleuolentia in illos suffusum, librum elaborasse erroribus infectum, & a vera pietate abhorrentem, tradunt auctores; atque ideo a Pontifice, cuius etiam vellicare auctoritatem erat ausus, damnatum ac flammis iniectum: quibus de rebus agit Ptolemæus Lucensis in historia ecclesiastica; qui de alio libro hæretico exusto hæc subdit dum de Alexandro Papa loquitur h.

Turbæ in Parisien. academia aduersus religiosos.

f Lib. 1. ep. 446.

Sedantur a Pontif.

Guillelm. a S. Amore Mendicantium hostis.

g Ant. 3. p. hist. tit. 19. c. 7.

Refellitur a S. Tho.

Eius libri exusti.

h Ptolem. Lucen. hist. eccl. l. 22. c. 13.

20. &c. *Hic etiam alium libellum comburi fecit, in quo asserebatur, quod lex Euangelij nemi-*

nem

Noua lex spiritus ficta ex Ioachimi libris enata

mini ad perfectum ducebat, sed lex Spiritus: vnde sic se habebat lex Euangelij ad legem Spiritus, sicut lex vetus ad legem gratiæ: & quod lex euangelica Christi in mille ducentis sexaginta annis vacuari debebat, & lex spiritus subintrare. Quæ quidem secta pessima originem traxit ex verbis Ioachim & libris eius, & multos habuit tunc temporis sectatores sub quadam specie sanctitatis. Sed dictus Alexander extirpauit de terra; vnde primo fecit in publico consistorio comburi: qui liber vocabatur a sectatoribus suis Euangelium æternum. Contra imitatores autem huius sectæ dictus Pontifex durum fecit processum.

Damnata ab Alex.

24 Porro de aduersarijs id refert Cantipratensis [a]: *Dicti magistri*, nimirum Parisienses, *fratrum aduersarij, dignitatibus & beneficijs omnibus sunt priuati, donec iurauerunt, mandato domini Papæ cessuri, reuocare Parisijs & in alijs ciuitatibus, & locis verecunda prædicationis eorum quidquid contra dictorum fratrum ordines implicite vel explicite emanassent.* Addit, vnum ex ijs quatuor doctoribus, Christianum nomine Bellouacensem imminente morte causam, quæ ipsos concitasset, aperuisse: *Amarissime*, inquit [b], *corde contristat recognouit se & complices suos contra dictos ordines habuisse, nisi quod illis æquari in scientia non valerent: & ob hoc eas parupenderent auditores.* Et addidit: *Quoniam*, ait, *nihil habeo, quod vobis pro iniuria grani illata refundam, in signum tamen, quod ex corde pœnitet, corpus meum apud vos fratres Prædicatores tradendum sepulturæ relinquo.* De Guilielmo vero in suis erroribus pertinacissimo rursum nobis inferius erit agendum.

[a] Cantipr. l. 2. c. 10. n. 23. Vvillelmi foci; ad dicta reuocâda adacti.

[b] Ib. n. 27. Orta ex inuidia cõtentionis origo.

S. Richardus episc. Cicestrensis.

25 Illustrabat Angliam per hæc tempora innumeris miraculis ad sepulchrum a Deo patratis Richardus episcopus Cicestrensis, qui a S. Edmundo pietate excultus vitam sanctissimam duxerat, innumeraq; post mortem miracula ediderat [c]. Quibus acceptis Pontifex permotus precibus Henrici Regis & episcoporum Angliæ, qui vt sanctorum numero ascriberetur flagitabant, Vvigornensi episcopo alijsq; vt res eius admiranda in examen adducerent, hæc mandata dedit [d]: *Discretioni vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, de fratrum nostrorum consilio per apostolica scripta mandamus, quatenus de vita, & miraculis ipsius diligenter & solicite inquirentes, quæ inueneritis, nobis per vestras literas fideliter intimetis. Non obstante si fratribus vestri ordinis filij, prior, & frater Adam a sede Apostolica sit indultum, quod de causis, quæ ipsis a Sede committuntur eadem, cognoscere minime teneantur. Dat. Anagniæ x. kal. iulij anno secundo.*

[c] Paris hist. Angl. ann. 1255.

[d] Ib. ep. 320. De illius miraculis

Solemnes in Anglia conuentus a Vvestmon. Flor. hist. hoc ann. Anathema in violatores iurium eccl.

26. &c. In Anglia quoque celebrati e sunt publici conuentus, in quibus archiepiscopus Cantuariensis Bonifacius, Anglicano clero cuncto, coram Rege ac proceribus anathematis sententiam in eos tulit, qui ecclesiastica iura labefactarent: *Auctoritate Dei Patris omnipotentis, & Filij, & Spiritus sancti, & gloriosæ Dei Genitricis semperque virginis Mariæ, beatorum Apostolorum Petri & Pauli, omniumque Apostolorum, B. Thomæ archiepiscopi & martyris, & omnium sanctorum martyrum, B. Eduardi Regis Angliæ, omniumque confessorum, anathematizamus, & a liminibus sanctæ matris Ecclesiæ sequestramus omnes illos, qui amodo scienter & malitiose ecclesias & libertates priuauerunt suo iure. Item omnes, &c.* percelluntur anathemate, qui probas Angliæ consuetudines, antiquas libertates, vel iura ecclesiastica infringerent, ac non modo qui leges contrarias ferrent, verum etiam exscriberent, vel suaderent, eadem pœna percussi. Subdit Vvest-

Alexander Scot. Rex.

monasteriensis Henricum, magna pompa venientem in Angliam Alexandrum Scotiæ Regem generum vna cum coniuge excepisse, de quibus etiam agit furio Paribus [a].

[a] Par hist. Angl. hoc ann.

Susciptendæ Asiaticæ expeditionis pium ardorem præferebat Henricus, cuius consilium, vt vrgeret Pontifex, Rostannum subdiaconum in Aquitaniam ad eam pacandam legatum misit [b], cui burdegalensem & Auxitanum archiepiscopos, aliosque præsules obtemperare iussit. Præterea agitabat Henricus ipse comparandæ armis Edmundo filio Siciliæ consilia, quæ dum post ampliſſima promissa Pontifici data turpi segnitie conficiscere patiebatur, insula sub Manfredi tyrannide, exceptis paucissimis arcibus, succubuit; cuius deiectionis historiam Sicularum rerum auctor anonymus prosequitur, Manfredum creasse Fridericum Lanceam auunculum in Calabria & Sicilia proregem, eumque, exceptis duabus arcibus S. Christina & Bubalino, Calabriam sibi subiecisse: ac missis in insulam Siciliæ exploratoribus plures subornasse: multasque vrbes ac viros nobiles ad Manfredum oratores misisse, deque insula in eius fidem adducenda agitasse. Tum de Ruffino Minorita Siciliæ prolegato, de quo extant apud Vvaddingum plures literæ, subdit: *Factum ipso vicario procurante*, Friderico scilicet Lancea, *quod crescente parte principis, & inualescente captus fuit in Panormo prædictus legatus, & alij sequaces eius: sicque ciuitas Panormitana capto legato, & alijs rebellium fuga lapsis, alijs captis, ad mandatum principis redierunt. Factus est in Sicilia exercitus pro parte principis hac illac discurrens, & cum timore exercitus multi coacti ad partem principis reuersi sunt: quidam etiam voluntarie venerunt, &c.* Conuertis autem rebus detuere Henrico animi & vires ad Siciliam armis comparandam, cum ob itinerum longissimos tractus atque Manfredi potentiam nimis ingrauescentem ab ea expeditione, quam in se magna religione susceperat, aggredienda deterreretur.

[a] Panormũ ad Manfredum defecisse.

[b] Alex. l. 2. ep. 460.

Rex Angl segniter de Siciliæ filio comparanda consilia agitat Manfredi in Calabria progressus.

Expeditionem Siculam intermittit Henricus.

38 Non modo Manfredi tyrannidem in Sicilia, verum etiam Ezelini sæuitiam Ecclesia sustinebat in Insubria; contra quem designatus Ravennas episcopus creatus ob Alexandro legatus, longe felicius quam Octauianus Cardinalis rem gessit. Mouerat tyrannus aduersus Mantuanos, qui nugum ipsius e suis cernicibus depulerant, vtque amisso fidei lumine ineptis astrologorum vaticinijs addictus erat, positis castris ipsos fidera consulere iussit [c]: fortilegijs enim addictum monachus Paduinus notat. Pronuntiarant insani astrologi, ac forte de industria, vt animarent militem, tempus opportunissimum, quo in Mantuanos irrumperet Ezelinus; eoque responso sui confirmati Mantuæ agros vastauere. Non prædixerant astrologi Ezelino expugnationem Patauinæ vrbis, quæ a legato apostolico cruceatis copijs succincto, Venetorumque subsidijs fulto, dum ille in Mantuanorum terris furebat, obsessa, atque ad pontificias partes traducta est: mox aperti carceres, in quibus plures innocentes diu luxerant [d], Andelisius vrbis præfectus in ea rerum conuersione fuga præcipiti meritis sese pœnis subduxit.

[c] Monach. Paduan. hist. l. 2.

Ezelinus Ecclesiam oppugnat,

Patauium ei ereptũ.

39. &c. Peruaserat rei gestæ fama, atque Ezelinum horrore perfuderat; cum ipse e Mantuanis relictis, Veronam aduolat, ac duodecim millia Patauinorum, qui in vrbe agebant, proditionis accusatos rabie efferatus in carceres coniecit, ac partim fame, partim supplicijs enecauit, crudeliqne edicto imperauit, vt fugientibus Patauinis pedes manusque amputarentur: nec minus inhumani satellites iussa immania peregere; adeo vt funes-

[d] Append. Andr. Dandol.

[e] Monach. Pad. vbi sup.

Barbaries Ezelini in Patauinos

stis mutilatorum vocibus aura personaret. Vrebat Ezelinum cura, qua tandem arte Patauium recuperaret, ac primum Vicentini eius implicita partibus, cum flumen alio auertere ac derivare niterentur, legati Apostolici diligentia interceptis, cæsi sunt: postea Ezelinus pudorem expiaturus irasque saturaturus, Patauium obsidione cingit, sed licet longe maiores copias adduxisset, quam legatus numeraret, tamen cum illius virtute omnes suos conatus eluisos ac fractos videret, re infecta soluere obsidionem coactus est. Hæc de Italicis rebus sufficerint; iam orientales perstringamus.

Frustra Patauium tentat.

45. 46 Alexandrum hoc anno ad incitandos Christifideles, vt in terræ sanctæ subsidium arma caperent, incubuisse, tradit Albertus Stadensis a, qui paucis post hæc interiectis verbis chronico suo finem imposuit. Fulciendæ enim erant nouis auxilijs Syriacæ res, ne penitus concideret, quarum lugubrem statum indicat Pontifex in literis b ad patriarcham Antiochenum datis 111. id. februarij; adeo, inquit, *Turcomanni, & alij Christiani nostri minis inimici bellorum vexam Antiochenam continuis bellorum incursibus detriuerunt, quod quidquid extra ciuitatem Antiochenam, & castrum Cursam, quod est Antiochenæ ecclesiæ speciale, consistit. supposuerunt fere totaliter vastitati.* Ne vero barbari latius proferrent victorias, muniendis arcibus data opera. Cumque in Ioppe propugnaculis præsidioque militari firmanda comes Ioppensis sua protudisset, Pontifex Iacobo patriarchæ dedit imperia, vt mille marchas ex ijs sexdecim millibus byzantiorum Saracenorum, quæ apud Templarios Ptolemaide in belli sacri sumptus asseruabantur, comiti numerandas curaret: *Circa negotium*, inquit, *terræ sanctæ nobilis vir comes Ioppensis tanto affectu ducitur, quod ipse, sicut accepimus, pro custodia castri Ioppensis non solum omnia bona sua mobilia, & non modicam partem sui patrimonij tam expendit, sed etiam graui propter hoc premitur sortis debitorum.*

Fideles ad Syriacum bellum accendi iussi, a Stad. in chron. hoc anno.

b Lib. ep. 102. Patr. Antiocch. A. S. L.

Antiochenus principatus a Turcomannis ex parte occupatus.

c Lib. pag. 407. Ioppensis comitis leuata inopia,

47. 48. Apostolica etiam studia Alexander ad Græcos ab schismate; in quo tot seculis demersi iacuerant, in Ecclesiam reuocandos, adhibuit, atque ideo ad tantum peragendum opus, quod cum ipsius prædecessore Innocentio a Caloioanne fuse Vatacio agitatum fuerat, episcopum Vrbeuetanum legati dignitate auctum, rei cum ipsis transigendæ auctoritate instructum, ad Theodorum Imperatorem misit d: si communionem illam perficeret, de cogendo œcumenico concilio cum ijs deceneret. Qua vero ratione se gerere deberet, in apostolicis expressit literis, singulasque conditiones, ad quas descensurus, ac paulatim deflexurus esset, circumscripsit, tum quid antea cum Innocentio tractatum edocuit.

Alexandri cura pro reducendis ad Ecclesiam Græcis.

Legatio ad Theod. Imp. missa d Ib. p. 395.

Alexander, &c. Hæc sunt recognitionis, & petitionis capitula, quæ dudum Quisicensis & Sardensis archiepiscopi, & Angelus comes, ac Theophylactus magnus interpres ex parte quondam Caloioannis Imperatoris, & ecclesiæ Græcorum felicis recordationis Innocentio Papæ prædecessori nostro, & sedi Apostolicæ obtulerunt. Videlicet, Romanæ sedi, eiusque summo Pontifici præ cæteris patriarchalibus sedibus summi recognitionem, ac professionem in Ecclesia catholica principatus. Secundo, canonicam obedientiam prædicto prædecessori, eiusque successoribus canonice intrantibus exhibendam. Tertio, prærogatiuam appellandi Romanam Ecclesiam, cum sacræ personæ ecclesiasticæ Græcorum a superioribus suis crediderint se grauari. Quarto, liberum recursum ad sedem Romanam in quæstionibus, quas inter prælatos, & alias personas ecclesiasticas Græcas contigerit suboriri. Quinto, obedientiam quoque in sententijs, quas Romanus Pontifex sacris non aduersas canonibus promulgabit. Sexto, in concilijs insuper eidem Pontifici primam sedem, & primam subscribendi vicem, cum subscriptiones fuerint faciendæ. Septimo, in quæstionibus fidei, siquæ ibidem fortassis emerserint, præ alijs dare sententiam, suæque voluntatis proferre iudicium, quod, dummodo euangelicis & canonicis non obniti instituris, obedienter ceteri suscipient, & sequentur. Octauo, in alijs vero ecclesiasticarum personarum causis, & negotijs, quæ in concilijs tractabuntur, sententijs, quas Romani Pontificis dictabit auctoritas, dummodo sacrorum non aduersentur conciliorum decretis, cæteri acquiescent.

Oblata ab Imp. pro obtinenda coniunctione cum Rom. eccl. Primatum illius supremum agnoscebat.

49 Ad hæc ijdem nuncij sepodicto Caloioanni Constantinopolitanæ ciuitatis imperium, & patriarchis Græcis ibidem, & alibi patriarchalium sedium iura restitui petierunt, ac Imperatorem, & patriarchas Latinos ab eisdem ciuitate, ac sedibus amouerit, Antiocheno patriarcha in illa ecclesia, dum viueret, tolerato. Sane oblationem, professionemque præmissas felicis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster de fratrum suorum consilio nobis tunc in minori officio constitutis, vt per huiusmodi benignitatis assensum desiderabili tantæ reconciliationis incremento, tota lætaretur fidelium vniuersitas, approbauit, sperans quod postquam prædicta ecclesia in materne pacis amplexum dante Domino redijsset, oblationis ac professionis suæ terminos per liberam dilectionis latitudinem ampliaret.

Primam in concilijs sedem debar. Peremdus in causis fidei sententiã admittebat. Quæ deposceret ab ecclesia Rom. Restitui sibi Constantinopolim. Et Græcis patriarchales ecclesias. Admissa ab Innoc. IV. oblata a Caloioanne.

Permittebat vt Græci ad eam prouocarent.

50. 51 Verum cum inter alia hoc prædictæ oblationis, & professionis series contineret, vt post concilium, & reformationem vniformitatis Romanus Pontifex ante alios habeat dare sententiam, quod vtique verbum ex proponentium expositio declarauit, vt videlicet si de aliquo articulo fidei in concilio forte quæratur, quicquid super eo dixerit Romanæ sedis antistes, dummodo euangelicis, vel apostolicis non obuiet traditionibus, in eo cæteri sibi obediant; eiusque auctoritatem sequantur; idem prædecessor satis absonum reputauit, quod in concilio celebrando ille solus articulus symboli Nicænæ synodi, in quo de processione sancti Spiritus Græca ecclesia aliquantulum a Romana dissonare videtur, per præfatos nuncios a Romani Pontificis excipiebatur iudicio, adijcientes, quod diffinitioni eius in concilio Græca non acquiesceret ecclesia, nisi quod diffinitum esset per scripturæ auctenticæ testimonium, vel diuinum oraculum comprobaret. Non enim videbatur rationabilis causa, qua Græca ecclesia mouebatur, vt diffiniendi potestatem, quam Romanum Pontificem habere non negat in cæteris fidei articulis, velit eum in hoc vno articulo non habere. Verumtamen, ne aliquod ex hoc reconciliationem ipsius ecclesiæ impedimentum, vel obstaculum impediret, prædecessor ipse concessit, in concilio imminenti tenorem prædicti symboli adiectione qualibet, nisi forte de mutua conuenientia, quam, sicut confidimus, reconciliationis inducet concordia, non mutari, sed in ea forma penes Græcam ecclesiam remanere, quam dicta synodus promulgauit, dummodo de fidei Trinitatis fide Græca ecclesia in omnibus catholice sentiat cum Romana.

Græcorũ dolus,

De imperij Constantinopolitani controuersia quid respõsum.

52. &c. Porro de imperij negotio ijdem nuncij hoc receperunt ab eodem prædecessore responsum, quod super eo non vocato Imperatore Latino contra ipsum iuris

iuris ratio non pateretur aliquid diffiniri, quia diffinitio irrita videretur, nisi aduersus citatum confessum procederet, vel conuictum. Sed vt nihil de ipsa quæ reconciliationi orientalis ecclesiæ cooperetur, omitteret, paratum se obtulit ad compositionem inter præfatum Caloioannem, & Imperatorem eundem interponere studiosius partes suas, confidens eas per iuum studium prouenire: si autem placita partium in compositione conuenire non possent, offerebat super hoc idem prædecessor eidem Caloioanni exactum iustitiæ complementum, ius eius prosecuturus fauore quo posset, vt iustum pro suo voto iudicium reportaret. Considerare namque debebat, ac tenere pro certo, quod ecclesia Romana in iudicialis conditionis examine foueret tanto fauorabilius causam suam, quanto maiorem de ipsius, quam alterius deuotione, atque potentia eadem ecclesia, si eum vt carissimum & sublimem filium Deus daret suo gremio contineri, poterat habere profectum; ad cuius tutelam Christianis sunt distributæ principibus administrationes secularium dignitatum, &c.]

a Georg Logoth in hist. Constantin. Leone Allatio interp. De Theodoro Imp.

56 De missis ad Theodorum Græcorum Imperatorem a Romano Pontifice legatis meminit Georgius Logotheta a, quos infecto negotio redijsse indicat. Capessiuerat ille recenter imperium, ac defuncto superioris anni mense nouembri Vatacio successerat, vt ex eodem auctore colligitur, cuius primas res gestas, vt salutatus Imperator fuerit, fœdus cum Turcis finitimis renouarit, ac Manueli patriarchæ defuncto Blemmydam, quem sensisse cum Latinis supra vidimus, subrogare cogitarit, eoque respuente oblatam dignitatem, Arsenium euexerit, quo illius ingenij facilitate abuteretur, describit.

IESV CHRISTI
Annus 1257.

Indict. 15.

ALEXANDRI PP. IV. VACANT. IMP. OCCID. 7. annus 3. BALDVINI IMP. ORIEN. 19.

Exorta inter electores Imperij discordia.

1. &c. ADmoniti iussique erant, vt antea vidimus, principes electores, ne in locum Vvillelmi interfecti Conradinum Friderici II. ex filio nepotem, tum ob generis, tum ætatis vitium reipublicæ gubernaculis admouerent, perucrantque ij dictis apostolicis: sed in contrarias partes distracti, alij Richardo Cornubiæ comiti Henrici Anglorum Regis fratri, alij Alfonso Castellæ & Legionis Regi imperium detulere: dignissimi ambo principes imperio, ob egregias virtutes, quibus ornati erant, præclaraque facinora edita, quorum fama ad remotissimas orbis oras penetrarat, si ipsorum alter cunctis suffragijs fuisset electus. Vt vero vterque designatus fuerit Romanorum Rex dicetur inferius, tum ex ijs, quæ ipsorum oratores in Pontificio consistorio retulere, tum ex apostolicis literis, de quibus suis locis memorabimus.

Richard. & Alfonsus Reges designati.

b Par. hist. Angl. hoc ann.

6 Scribit Parisius b archiepiscopum Colonien sem pluresque Germaniæ proceres in Angliam solemnes oratores, ac literas mississe ad Richardum, quibus ad capessendum Germaniæ regnum hortabantur. Versabatur tum cum Rege nobilitatis Anglicanæ flore cincto, cum ab oratoribus illi significatum est electorum suffragia in eum confluxisse; hinc perstringebat oculos diadematis oblati fulgor, hinc vltimorum Germaniæ Regum Lantgrauij, Henrici, & Vvillelmi comitis Hollandiæ intelix casus terrorem incutiebat; tum etiam Richardi præsentia Angliæ omnino necessaria videbatur. At Rex Anglus, cum suspensos expectatione omnium animos cerneret, Richardum hortatus est vt honorem diuinitus atque humanitus oblatum acciperet: si respueret dignitatem, diuinæ repugnaturum voluntati: maximam inde gloriam in Anglos redundare, atque Anglis & Germanis fretum pulla pericula formidaturum.

Germani oratores ad Rich. missi.

Archiep. Coloniensis in Angliam aduentus.

7. Quo vero Richardus de Germanorum principum voluntate certior fieret, in Germaniam oratores ad explorandam eorum studia misit, quorum plures optime erga eum se affectos obtinuit. Quinetiam Conradus Coloniensis archiepiscopus magno procerum numero stipatus in Angliam venit, vt Richardum ad petendam Germaniam incenderet: omnia ipsi cessura feliciter, populosque ac principes eius imperia excepturos. Londini etiam publico, ac solemni ritu fidem suam sacramento astrinxit, eiusque exemplo alij proceres in ipsius verba iureiurando adacti. Explicuit in eos regiam magnificentiam Richardus, atque inter alia mithram egregio opere laminis aureis textam, ac lapillis pretiosis distinctam Conrado contulit: quam cum capiti imposuisset, vrbane subiecit, se ipsius capiti regiam coronam impositurum.

Richardo Aquisgrani diademate insignitus.

8. &c. Adductus Aquisgranum Richardus cum exercitu a Coloniensi archiepiscopo in Regem Romanorum sacratus est, similiterque ipsius vxor Sancia regio diademate redimita. Hæc de Richardo Parisius.

Alfonsus finitimorum Regum vires sibi cæcilia t.

Interea Alfonsus Castellæ ac Legionis Rex delatum ab alijs principibus Germaniæ regnum admiserat, certiorque factus Richardum ab alijs proceribus Regem Romanorum salutatum, atque etiam Aquisgrani corona cinctum, imperij maximam partem in suam potestatem redegisse, Galliæ, Nauarræ, Aragoniæ Regum gratia fretus, hutusque eorum promissis, a quibus electus fuerat, totius Hispaniæ & Galliarum vires in Germaniam inducere, ac Richardum depellere meditabatur. Cum vero vterque princeps ad suas corroborandas partes Pontificis gratiam colligere maximi interesse probe nosset, missis oratoribus singuli dedere operam, vt se imperatorijs insignibus, reiecto annulo vt illegitime electo, ornare vellet: sed Pontificem ne pax disturbaretur, longiores ex Cardinalium consilio moras traxisse refert Monachus Patauinus, ne in tanta tamque implicata tantorum principum controuersia rem definiret.

Æmuli Reges certatim Pontificis gratiam ambiunt.

Alexander in longius tempus rem extrahit.

12 Edidit Bocmiæ Rex Premislaus egregium religionis exemplum, qui cum accepisset hæresim in Bocmiæ & Poloniæ confinijs pullulare, ad eam excindendam pestem Alexandrum solicitauit a, vt strenuos censores fidei præficeret. Commissa est ea prouincia Bartholomæo de Brouna & Lamberto Theotonico ordinis Minorum, quos pietatis professio in illius hostes sacro æstu inflammabat.

a Alex. ep. 165.

Othocarus Rex instituit in regno censores fidei postulat.

13. &c. Extinctum est hoc anno XV. augusti Poloniæ lumen, Hyacinthus nimirum, siue Iacicus, aut Iaczko, ijs enim nominibus ab historicis Polonis appellatur, Dominicanæ familiæ vir sanctissimus, qui Polonis ac Russis Christiana pietate imbuendis egregiam operam nauauit; effulsitque maximis miraculis, e quibus illud recensent Longinus, b iniecta ipsum flumini veste, cum tribus socijs inspectantibus, atque admiratione obstupefactis Vissegradensibus, sicco pede traiecisse: qui demum post diligenti examine discussa collata a Deo eius precibus beneficia, sacro ritu in sanctorum ordinem a Clemente VIII. anno MDXCIV. repositus est.

S. Hyacinthi pia mors.

b Longin. hist. Pol. l. 7 hoc ann. Michou. l. 3 c. 5. Cromer lib. 9.

A Clem. VIII. SS. catalogo adiectus 1594.

16 S. Hyacinti sacro funeri felicem coniungamus obitum

Premislai ducis Posnan. pia mors.

obitum Poloni principis, nimirum Premislaui ducis Posnaniensis, de quo mandauit hec historiæ Ioannes Longinus a, *Hic inter Polonia principes mitissimus sui temporis & supra ætatem prudens, duas precipue virtutes continentiam & iustitiam summa cura, summoque studio sectatus, cilicina veste in diebus quadragesima, vt caro seruiret spiritui, & cereuisia parum sapida, aut vino hymphato vtebatur. In pronuncianda vero sententia, & lite dirimenda tam modestus, tam iustus, vt vtraque pars eius probaret decretum. Nemo illum vidit vnquam aut ebrium, aut iratum, aut gestu, indumento, sermone, aut opere superbum. Sacro cœna die duodecim pauperum abluvis & osculatis pedibus, quemlibet nouo panno vestiebat: media nocte, quod illi cæremoniale iam, & quasi ex debiti necessitate consuetudinarium factum fuerat, dum a familiaribus quiescere putaretur, consurgens cursum horarum Virginis gloriosæ, quibus finitis, psalmos aliquos & orationes, quas didicerat, depromebat. Contulit ecclesiæ Gnesnensi villam Czirnelin, Posnaniensi Bur, præter libertates, quibus vtramque baronibus ei aduersantibus, magnis prærogatiuis extulerat.*

a Long hist. Pol. l. 7. hoc anno.

Eius elogia.

Boleslaus sæuus Vvratislaui episcopum tenet in vinculis. Sacra in eum expeditio indicta,

17. &c. Longe a tanti viri probitate aberat Boleslaus Legnicensis dux, qui ob captum inhumaniter Thomam Vvratislauiensem episcopum Sæui nomen traxerat, atque adhuc eundem præsulem carcere inclusum tenebat; cum Pontifex Gneinensi & Magdeburgensi archiepiscopis dedit imperia, vt crucis signa infesta aduersus illum pro restituendo libertati episcopo attollerent, populosque ad sacram expeditionem in tyrannum, ecclesiasticas spernentem censuras, accingendos curarent.

b Mich l. 3. c. 3. Long. vbi sup. In dignis pactionibus Thomam liberat. Thomas pusillanimitatis increpitus.

20 Temperatum b bello est, cum Boleslaus ad eludendam imminentem vltionem Thomam episcopum vinculis laxauit: sed ad indignas pactiones adactum, ob quas increpitus est Thomas a præsulibus, qui se bello sacro in ducem accinxerant, tyranni minis ac terroribus de gradu constantiæ deijci se passum esse, fuæque causæ æquitatem, atque Ecclesiæ iura prodidisse: ansam etiam cæteris principibus præbuisse, vt similia ac Boleslaus in episcopos scelera perpetrarent. Spoponderat nimirum duo marcharum millia Boleslao, ac decimarum manipularium iure, improbissimo exemplo, cesserat. Vbi Longinus, qui hæc narrat, exclamat, non iam mirum videri debere Silesiæ duces, quibus Polonia iure debebatur, regno deturbatos, cum spoliaris sæpius ecclesijs, manibusque in Christos Domini iniectis, tam grauibus se crimimbus onerarint. Lætus ea præda Boleslaus, eiusque suauitate ad simile audendum facinus illectus, fratrem Glogouiensi ducatu exuere meditatur: blandis eum vocibus ac simulatis humanitatis officijs ad se vocat: at ille, cum sibi insidias comparari audisset, alijs artibus fratris fraudes eludere aggreditur: lectissimam militum manum accipit, cuius partem in siluis proximis latere iubet, ipse cum reliqua ad Boleslaum pergit; qui cum armatos egregie instruxisset, atque pro turribus & muris collocasset, vt facilius pelliceret in insidias, ad fratrem descenderat: at mox ab illo captus abducitur, ac duo marcharum millia, quæ ab episcopo extorserat, diuino iudicio pro se liberando soluere coactus est. At de his satis.

Divina in Duces Silesiæ vltio.

Boles. dū fratrem spoliare tentat capitur.

21. &c. Ad comprimendam audaciam & crudelitatem Lituanorum, Iacruingorum, aliorumque hostium Ecclesiæ, quos vel schismatis, vel infidelitatis nequitia in pios efferarat, Alexander c Bartholomæo Minoritæ Boemo promulgandæ religiosæ militiæ prouinciam dedit, quem Boemiæ, Austriæ, Poloniæ, Moraniæque præsulibus, vt conficiendæ sacræ illi expeditioni operam darent, commendauit d. Accensi porro ita sunt Gnesnensis archiepiscopi, tum Bartholomæi, aliorumque concionatorum opera pio ardore fideles, vt Casimirus Lanciciæ & Cuiauiæ dux, alijque plures Poloniæ, Austriæ, & Moraniæ proceres accepto crucis symbolo bello sacro aduersus Lituanos se deuouerint: quos Alexander apostolico patrocinio præmijsque indulgentiarum donauit b.

c Alex. l. 3. ep. 310. Sacrum bellum in barbaros.

d alib. ep. 308 Casimirus dux alijq religiosæ militiæ dant nomen.

b Ep. c. Danieli Rex Russiæ a fide deficit.

26. &c. Nec ad Lituanos modo frangendos, qui rei Christianæ non leuia damna intulerant, incubuit Alexander, verum etiam ad Russiæ Regem Danielem ad officium reuocandum apostolicam solicitudinem intendit. Aggregarat ille antea sese Christo, vt dictum est, atque etiam post baptismi sacra unctus fuerat, regioque diademate Pontificio iussu redimitus: sed postea, suadente humani generis hoste, ab Ecclesia fœdissime defecerat: quem Alexander mollibus primum verbis ad pietatem adducere est conatus: tum ni salubribus monitis pareret, graviores minas armorumque terrorem ipsi incussit c.

alib. ep. 110. Daniæ epi scopor. cōcilium,

29. 30 In Dania libertate ecclesiastica obsolescente ob maximos bellorum motus, quibus quassata fuerat, ac nonnullorum procerum ingraescente adeo tyrannide, vt regia etiam auctoritate non reprimerentur, earum regionum episcopi, ad tuendam dignitatem coacto concilio has leges tulere d: *Cum ecclesiæ Daciana adeo grani persecutioni sit exposita tyrannorum, quod episcopi, qui se pro domo Dei murum obiciunt defensionis, etiam in præsentia domini Regis in ipsorum personas non verentur minas iniuriosas inferre, qua satis probabiliter sunt timenda, cum clerus secularis defensione videatur carere, penitus potestatis, ac illorum superbia a metu regio libera, & secura in malum possit ascendere, quantum velit, sanxit præsentis concilij auctoritas, vt quicumque episcoporum infra terminos regni Daciæ mala captione de mandato domini Regis sine eius consensu, vel consensu, vel alicuius nobilis qui manet infra fines prædicti regni, captus fuerit, vel membrum amiserit, aut atrocem iniuriam in persona sua passus fuerit, ipso facto, dummodo probabiliter præsumi possit hoc de voluntate domini Regis processisse, ac dubium non sit ipsum hoc faciliter corrigere posse, in toto regno diuina sint officia interdicta. Si vero aliquod prædictorum alicui episcoporum illorum fuerit per aliquem potentem, qui manet extra regnum Dacia, & ex conjecturis conjici aliquo modo hoc ex Regis, vel principum, siue nobilium regni Dacia consilio prouenisse, eo ipso eiusdem episcopi diœcesis a celebratione mysteriorum sileat diuinorum. Et si Rex admonitus per duos episcopos, vel quoscumque clericos sua diœcesis cistuleris, vel non curauerit taliter laso infra mensem iustitiam exhibere, regnum ipsum vsque ad condignam satisfactionem habeatur a diuinis suspensum. Prohibemus etiam sub excommunicationis pœna, ne aliquis presbyter, seu cappellanus alicuius nobilis, durantibus prædictorum interdictorum sententijs, ipsis nobilibus præsentibus, aut aliquo alio in curijs dictorum nobilium, vel alias publice, vel private diuina celebrare præsumat: quod qui fecerit, sciat se excommunicationis sententiam incurrisse, &c.* Flagitarunt Dani præsules ab Alexandro, vt hæc edicta synodalia apostolica muniret auctoritate, quæ Pontifex, vt æquitati consentanea corroborauit, adiecta solita formula. *Nulli nostræ confirmationis, &c. Dat. Viterbij v. non. octobris anno III.*

d Extat apud Alex. l. 3. ep. 274. Latæ ab ijs leges.

Censuræ ecclesiasticæ ab ijs distinctæ.

Suam illis addit auctoritatē Alexan.

31 Reliquere etiam hoc anno præclarum solicitudi-

Bellũ Danos inter & Norvegos.

a Par. hist. Angl. hoc anno.

cudinis pastoralis exemplum orbi Christiano Daniæ, & Norvvegiæ amissitæ [a]: cum enim regni vtriusque Reges ad bellum concitatos viderent, iamque aliqua prælia mari commissa essent, vergerentque ad mutuam internecionem populorum animi; commissarum sibi a Deo ouium seruandarum pio ardore accensi tantum adhibuere studium, vt paulo post crumpens belli flamma restincta sit.

Alexãder Rex Scot. op. S Andreæ diuexat.

32. In Scotia ecclesiastica libertas non parum læsa erat in Gamelino S. Andreæ episcopo per summam iniuriam ab Alexandro III. Rege, qui ob iuuentutem facile ab improbis circumueniri potuerat, e sua sede depulso: ad quem in pristinam restituendum dignitatem Pontifex sanctionem edidit [b], ac Godefridum, vt rem perficeret, in Scotiam [c] legauit. Non minorem vero iniuriam hoc anno a suis accepisse Scotum Regem; quam antea fecerat Gamelino, refert Parisius [d], dum ait proceres ob exteros ad honores adscitos ab Alexandro abalienatos, conflata conspiratione incautum in regia oppressisse, ac vinculis astrinxisse.

b Lib. 3. ep. 640.

c Reg. post eund. ep.

A suis comijcitur in vincula.

d Par. hist. Angl. hoc ann.

33. &c. Aliam Boethius coniurationis causam adducit [e], cum male in pueritia sua administrati regni rationes exigere, ac populum ab iniustis iniurijs vindicare meditaretur, proceres, quibus administratio credita fuerat, in ius vocasse, hostesque, cum non comparuissent, declarasse: hos vero ex familia Cumenia opibus, & virorum numero ac potentia florentissima fatos, duce Vvaltero, scelcris pœnas maiori scelere effugere meditatos. Collecta itaque militum manu, agentem Kynrossiæ Regem cepisse, atque ad Sterlingum perductum custodiæ tradidisse; ac tum abiecto regio metu regnum regere aggressos. Verum coniurationis auctor Vvalterus, qui humanum iudicium cuncta putabat, diuinum non effugit; veneno enim ab vxore necatur, quæ amoribus cuiusdam infimæ sortis hominis se irretiri passa, fortunis omnibus amissis, in Angliam fugere coacta est. Sublato itaque factionis duce ceteri ab Rege tento in vinculis non ægre veniam impetrarunt. Hactenus de Scoticis rebus, iam ad Anglicanas transeamus.

Coniurationis princeps veneno necat' ab vxore.

e Boet. hist. Scot. l. 13.

38. Decreuit ad Pontificem oratores amplissimos Edmundus Henrici Regis secundus natu filius, qui regios Siciliæ titulos Apostolicæ sedis beneficio acceperat, vt de impetrato regno pactiones sibi æquiores referret: quâ de re extant eiusdem literæ inter. s. libro tabularij Vaticani inscripto libro priuilegiorum Romanæ ecclesiæ [f], de quo supra memorauimus, in tomos tres ingentes diuiso, in quibus illustrissima Regum, & Pontificum monumenta continentur.

Edmundus fil. Regis Angl. oratores ad Alex. mittit.

f Lib. primus Rom. eccl. T. 2. pag. 162

34. &c. At Pontifex extremo anno in Angliam misit legatum apostolicum Arlotum nomine, vt cum Rege illo de vindicanda e manibus Manfredi Siciliæ agitaret, quare vt ad promissa exequenda ictie Anglus accingeret, præscripti temporis angustias iustulit, ac produxit ad proximas iulij kalendas, & collata in Edmundum iura beneficiaria redintegrauit.

Arlotus A. S. L. in Angliam missus.

42. &c. Misit etiam in Angliam Alexander archiepiscopum Messanensem legationis munere insignitum [g], summa ipsi auctoritate tributa: cuius obeundæ causam cum arcanam dicat Parisius, ad rem Siciliæ prouehendam missum coniectura est. Habitis certe solemnibus regni comitijs Rex Edmundum filium Appulo cultu indutum in publico conspectu produxit, astantesque obsecrauit, vt opera, fortunisque suis ad regnum Siciliæ adolescenti regio comparandum non parcerent: adiecitque se Apostolicæ sedis gratia fretum, fultumque Anglicanæ eccle-

g Par. ubi sup.

Inanes Henrici Regis conatus pro comparanda Sicilia.

sia, quod sperabat, subsidio, ad florentissimum illud regnum ex tyranni manibus eripiendum obstrinxisse. Eo vero tempore Rustannum antea in Anglia legationis dignitate ornatum, iudicio apud Pontificem postulatum, in administrando munere improbè se gessisse, collectaque apud Regem principesque gratia ad cumulandas in Anglia opes per summam auaritiam abusum esse, atque ideo a Pontifice omni dignitate exutum, refert idem auctor. Verum vt vt res fuerit, is certe postea, abiectis opibus, paupertatem euangelicam in Franciscana familia est lectatus.

Rustanum ob gestam male legationem vocatus in iudicium.

Franciscanus se addicit.

57. Hoc anno Alexander pijs precibus Theobaldi Campaniæ comitis ac Nauarræ Regis inductus Pampilonensi episcopo prouinciam dedit, vt Theobaldum ipsum sacro oleo vngeret, ac regijs insignibus ornaret, atque etiam secuturis ætatibus apostolica auctoritate ei, ac successoribus ius, munusque imponendi Regibus Nauarræ diadematis conuulit: Hactenus de occidentalium rebus; iam ad orientales sermonem conuertamus.

Pampilonensi episcopo concessum ius inungendi Nauarræ Regis.

58. 59 Attriti fuere in oriente a Tartaris per ea tempora Saraceni, quorum præcipites victorias his verbis Parisius perstringit: *Fracta sunt, eisdem Tartaris multitudo gentium in tributum, fœcundi videlicet, admirabiles, & principes etiam califhi*; subditque eo successu elatos iugum Christianis imponere meditatos [a], multique ea de causa oratoribus, templarios atque Hospitalarios consilium inter se in re grauissima contulisse, ac demum dato hoc responso, quod refert auctor, Tartaros repulisse; *Respondemus, quod non se Dei obsequio mancipato habitu vt deliciose viuerent, mancipauimus, sed vt potius pro Christo morerentur, qui in ipsa terra pro humani generis reparatione mortis supplicium non renuit tolerare. Veniant igitur Tartari dæmones Tartarei, & seruos Christi ad defensionem legis Christiane in campum contra eos inuenient ad prælia præparatos.* De excisis Assasinis ait; *Circa lo eiusdem anni Tartari detestabiles Assasinos detestabiliores, quos Cultelliferos appellamus, destruxerunt.* Describit paulo amplius Assasinorum excidium Aytonus Curchi princeps, regia Armeniorum stirpe oriundus, qui hisce temporibus vixit, vt ipse testatur: ac deinde ætate prouectior rerum orientalium, ac præcipue Tartarorum historiam Clementis V. gratia, quem ad instaurandam in Syria religionem expeditionemque sacram conficiendam vrgebat, composuit: ac vbi pluribus recensuit, vt Tartari aduersus Saracenos ab Aytono Armeniæ Rege concitari fuerint, ac Mango Chan Imperator fratrem Haolonum fortissimo succinctum exercitu in Saracenos emiserit, subijcit [b]: *Haolonus cum suo exercitu copioso inuasit regiones, & terras vndique: & antequam sex mensium spatium labcretur, totum regnum Persarum, quia carebat domino & rectore, fuit faciliter subiugatum: cepitque Haolonus absque resistentia omnes terras vsque ad terram Assasinorum. Isti vero Assasini sunt homines infideles, nullam habentes legem, vel fidem, nisi sicut eorum princeps, & dominus instruebat, qui sex montium vulgariter dicebatur: ad cuius beneplacitum, & mandatum morti se ponit, & faciliter offerebant. Habebant enim prefati assasini quoddam inexpugnabile castrum, quod Tigado dicebatur. Erat autem illud castrum omnibus necessarijs præmunitum, & ita forte, quod a nulla parte timebat insultum. Præcepit itaque Haolonus cuidam duci, assumeret decem millia Tartarorum, quæ dimisit in custodia regni Persarum, quod subiugauerat, vt est dictum; qui castrum illud obsideret, & quousque illud caperet,*

Tartæ a Tartar de Saracenis, ingentes victoriæ.

a Par. hist. Angl. hoc ann. Marin. Sanut. l. 3. p. 13 c. 7. Sanut. l. 3. p. 1 c. 7.

Tartari Christianos Syros sibi felicitere affectãt. Religiosorum equitum sociis vox.

b Ayton hist. orient. c. 24.

Persis subacta a Tartaris.

non

Diuersa Tigadi ob fidio;

non discederet ullo modo. Vnde predicti Tartari in obsidione illius castri steterunt per viginti septem annorum spatium tam hyeme, quam estate. Finaliter vero Assasini reddiderunt castrum propter defectum uestium, & non propter penuriam victualium, vel alia ratione.

60 Consentiunt etiam alij ab ijsdem Tartaris fuisse deletos, sed de expugnatæ illorum principis arcis firmissimæ, Tigado dictæ, tempore dissentiunt, dum viginti septem annis obsidione cinctam Aytonus a, & Sanutus scribunt, alij tribus annis tantum oppugnatam tradunt. De populo illo hæc memoriæ tradidit Iacobus Vitriacensis b: *In prouincia Phœnicis circa fines ciuitatis Enteradensis, quæ hodie vulgariter appellatur Tortosa, quidam populus seorsum, & montibus undique circumclusus inhabitat, habens castella decem fortissima, & propter uiarum angustias, & rupes inaccessibiles inexpugnabilia, cum suburbanis, & uallibus omnium fructuum, & frugum fertilitate fecundissimis, & amœnitate iucundis. Horum autem hominum, qui Assasini nuncupantur, quadraginta millium numerum excedere dicitur multitudo. Præficiunt autem sibi capitaneum, non successione hereditaria, sed meritorum prærogatiua, quem ipsi Veterem, seu Senem appellant, non tam prouecta ætatis ratione, quam prudentia, & ætatis præeminentia. Primus autem & summus infaustæ religionis eorum abbas: & locus, unde principium habuerunt, a quo in Syriam uenerunt, in partibus est orientalibus valde remotis uersus ciuitatem Baldacensem, & partes Persidis pronincia, &c.* Tum subdit quanto principem honore prosequantur, vtque illi pueros in locis amœnissimis, & omni deliciarum genere affluentibus educandos curet, quos ea opinione imbuit, longe maioribus delicijs in altera vita perituros, si in exequendis principis imperijs occubuerint: ita vero instructos ad Christianos principes trucidandos submittat,

a *Ayt. & Sanu. vbi sup. Iacob. Vitr. ibid. orient. c. 14.*

Quæ fuerint Assasinorum sedes.

Ingens impostura principis Assasinorũ

61 De eorum religione refert ipsos Mahumeticæ superstitioni addictos esse, aliquando tamen eorum principem diuina luce collustratum, deliramenta Mahometis sprevisse, atque oratorem ex procerum consensu misisse ad Regem Ierosolymorum, eumque de pace postulasse; seque vna cum suis Christiana sacra suscepturum spopondisse: sed cum orator pacta concordia rediret in patriam, ab iniquo Christiano equite trucidatum fuisse, ac sacrum colloquium prorsus dissolutum. Solicitari postea sæpius ad Christiana sacra amplectenda fuere, ac demum S. Ludouicus paucis ante annis, dum in terra sancta versabatur, operam dederat c, vt ipsos ad Christi fidem adducerent: sed illi, cum diuinam lucem admittere respuerent, & crimina criminibus cumularent, a diuina iustitia penitus excisi fuere: atque orbis nefanda hominum pestc, qui triumpho ducebant Regum, ac principum carnifices agere, liberatus est. At de Assasinis hæc sufficerint; ad alios Saracenos populos a Tartaris profligatos stylum conuertamus.

c *Tauris. an. Christ. 1251. n. 50.*

62. &c. Subactam ab Haolono etiam Turquiam docet Aytonus, cui consentiunt ea, quæ narrat Georgius Logotheta d: irrupisse per ea tempora Tartaros in Turcas Græcorum Asiaticorum finitimos, ac vectigales effecisse: tum addit Michaëlem Palæologum ob iactatas a Theodoro Imperatore minas apud barbaros profugum; copiarum parti præfectum oppositam Tartarorum aciem fregisse; sed Persæ principis proditione Tartaros demum victoriam retulisse. Subdit auctor Tartarorum de Turcis partæ victoriæ nuncio exterritum Theodorum Imperatorem, ad comprimendos eorum impetus in orientem aduolasse cum exercitu, seque ab eodem in occidentalibus partibus ad nonnullas res componendas relictum, deque legatis Alexandri Pontificis a se dimissis hæc adijcit: *Egressus ipse Thessalonicam Berroeam proficiscor, vbi & summi Pontificis legati nunorabantur, quos imperatorio mandato dimissurus eram, ibi propter legatorum dimissionem aliaque nonnulla negotia paruum cunctatus.* Missum ad Theodorum ab Alexandro episcopum Vrbenetanum, vt de Græcorum ecclesiæ cum Romana coniunctione ageret, superius a vidimus; vbi conciliandæ illius capita Græcis pontificio nomine proponenda attulimus; sed nimia schismaticorum pertinacia cœpta concordia perduci ad exitum non potuit, quæ demum cum Theodori successore Palæologo, etsi parum firma, coaluit: sed ad Georgium Logothetam redeamus, qui vbi nonnulla de turbis, quas Michael Ætoliæ princeps concitarat, nosque superius leniter attigimus, disseruit, subijcit Soldanum ex regno profugum ejectum a Tartaris ad Theodorum, qui in orientem procurrerat, vt imperio, cui Tartaricus terror impendebat, consuleret, se contulisse,

d *Georg. Logoth. in hist. Constantin. Imp. Dilatat. imperii.*

Tartari in currunt in Turcos. Theodorus ob Tartaricam victoriam in orientem regressus.

Pontificij cum nunciis dimissi.

ann. 1258

IESV CHRISTI
Annus 1258.

Indict. 1.

ALEXANDRI PP. IV. annus 4. VACANT. IMP. OCCID. 8. BALDVINI II. IMP. OR. 20.

1. 1 ALexander, ad cohibendum Ezelini furorem latam olim in eum anathematis sententiam renouauit b, & fratrem Albericum, nouum illius crudelitatis satellitem, qui ab Ecclesiæ castris transfugerat, eadem pœna perculit: sed ne irrogatas ab sede Apostolica censuratum pœnas contemnerent, Pontifex ex Cardinalium consilio, omnia ipsorum mancipia, quorum ingens erat numerus, cum filijs ac nepotibus, si ad Ecclesiæ obsequia redirent, in libertatem vindicauit.

b *Alex. l. 4. ep. 170.*

Ezelinus, & Albericus pontificios vexãt

3. 4 Interea discissi in contraria studia Brixiani fluctuabant. Et quidem ij, qui partibus Ecclesiæ fauebant, cum metuerent ne aduersa pars Brixiam Ezelino proderet, intempesta nocte sumptis armis in inimicos prosiliere, eosque captos in carcerem coniecere. Aduolarunt mox Brixiam legatus, marchio Atestinus, & S. Bonifacij comes Mantuano flore succinctus, rebusque omnibus compositis recessere. Quibus enarratis monachus Patauinus grauiter in Ezelini superstitionem inuehitur c, qui ineptis ariolorum promissis versutijsque se deludi patiebatur: Interiectis autem tribus mensibus non leuem cladem accepit Ezelinus in Bassiano agro. Mixti vero aduersis fuere prosperi illi successus: Crema enim, hostium Ecclesiæ iugum accepit. Elati ijs Cremonenses Brixianos lacessiuere, atque Ezelini consilijs adducti, sultique armis, nonulla ipsorum oppida cepere. Mouebat aduersus hostem legatus cum exercitu, aduentuque Ezelini fusus captusque est; ac Brixiam solo terrore hostis obruit.

Gibellini Brixiam pulsi.

c *Monac. Patauin. chron. l. 2.*

Ezelini in astrologia superstitio

Guelphi Crema ejecti.

Cremonenses Brixianis bellum inferunt.

Legatus captus. & Brixia subacta.

5. 6 Grauiores etiam turbæ aduersus Christi vicarium Romæ excitatæ, quibus Manfredi fautores faces subiecere: præcipuum seditionis auctorem obscuræ sortis hominem fuisse magistrum pistorum refert d Parisius, qui populum in senatorem, aspersa illi nimij in patritios studij inuidia, concitauit. Commota plebecula ad carcerem, in quo Brancaleo Manfredianæ factionis tenebatur, procurrit, vinculis absoluit, salutat senatorem; qui æstuans ira in omnes,

Seditio Romæ excitata.

d *Par. hist. Angl. hoc ann.*

Pontificis fuga.

tes; qui eius captiuitati causam præbuerant, deseruijt, Annibalenses, aliosque aduersarios pepulit Vrbe, aut suspendio damnauit. Perculit anathemate furentem Brancaleonem, sociosque Alexander; sed illi Pontificem & Cardinales furori effrenato sese subducere, ac Viterbium profugere coegerunt. Nec tyranni furor hic substitit; propositis enim penis grauissimis exercitum Vrbe educit, vt Aragniam Pontificis patriam deleret; quare Anagnientium lacrymis permotus Alexander Brancaleonem de pace pangenda solicitauit, qua ille admissa, Manfredi sedere potentiam confirmauit. Sed non diu diuina prouidentia parto honore potiri perduellem permisit, eodem enim anno extinctus est: cuius caput populus rebellis honoris ergo, quod potentiorum capita decussisset, in pretiosissimo vase collocatum, impositumque columnæ [marmoreæ impie est venerarus: seuatorem vero, quamuis oratorum opera vetitus ne quem sine Pontificis assensu sibi præficeret, Brancaleonis auunculum, spreta auctoritate pontificia, salutauit.

Brancaleonis mortui caput a perduellibus cultum.

7 Iactabatur graui bello reliqua Italiæ pars ac Sicilia, cum Manfredus opprimendæ illi inhiaret, & qua vi, qua promissis, qua fraudibus coeca regnandi cupidine inflammatus tyrannidem confirmaret. Nos rei gestæ seriem ex laudato sæpius a nobis m.s. a decerpemus. Perstiterant hactenus in Pontificis fide tres munitissimæ arces, Placia, Aydona, & vrbs S. Ioannis, quæ Manfredi impetus arteisque eluserant: sed cum externis auxilijs destitutæ essent, sub Friderici Lancæ Manfredi ducis potentia succubuerunt. Placia enim, valida hostium in mœnia impressione facta, demum expugnata, saeuitum est ferro in primarios, qui Pontifici constantissime adhæserant, parcitum multitudini, vt eo clementiæ exemplo vicini ad obtemperandum tyranno allicerentur: quæ res successit: sententia, Aydonensibus mox sub Manfredi iugo se demittentibus: Ciuitas vero S. Ioannis situ tortissima, cum aliquandiu illius imperia detrectasset, ob illatam agris vastitatem ad deditionem compulsa est: atque ita Siciliæ insula, Tarentinus principatus, Apulia, & Campania Felix sub Manfredi imperium concessere.

Sicilia a Manfredo erepta Pō tifici.

a Anonym. auct. de reb Sicul.

Placia vastata a Manfr.

Alia loca iugum accipiunt.

8. &c. Confirmatis viribus suis Manfredus, qui ad regnum subijciendum Conradini nepotis iura a se capitis sui periculo defendi, iactauerat, vt eo iustitiæ fuco populos subornaret, rerum potitus noua instruere consilia cœpit b, vt abrecto proregis nomine sceptrum ac diadema arriperet, cuius subdolas artes ex eius gestis in lucem producemus c: *Tum*, inquiunt, *regno sic in pace stabilito, princeps Manfredus in Siciliam ire decreuit: ingressusque Siciliam, paucis diebus Messanæ moratus, ad ciuitatem Panormitanam proficiscitur, viam faciens per ciuitatem castri Ioannis: in qua ciuitate dum esset, vidit ruinas castri, quod a ciuibus ipsius terræ destructum fuerat vsque ad solum. Attendens autem quod ciuitas ipsa nullo modo bene regi poterat sine castro, ipsum protinus castrum reædificari præcepit: & quia magnum opus erat, nec poterat sic cito, vt expediebat, per homines ipsius loci tantum reædificari, omnibus simul ciuitatibus Siciliæ onus reparationis ipsius castri distribuit, vt onus ipsum per omnes diuisum leuius a singulis portaretur. Interim autem dum in Siciliam princeps iret, venit rumor in regnum, quod nepos eius Rex Conradus filius quondam Regis Conradi primi in Alemannia obijsset.* Sparsus is fuerat Manfredi arte, qui tyrannidem affectabat, quem his dolis vsum refert Riccordanus d, in solemni ordinum Siciliæ conuentu finxisse Conradinum graui adeo morbo correptum, vt regendis populis nunquam idoneus futurus esset, atque in eo rerum statu consilia procerum flagitasse: auctores vero ipsos extitisse, vt oratores in Germaniam ad rem explorandam mitteret; ac si morbo succumberet, sceptrum acciperet. Missos itaque ad Conradinum seu Reginam Elizabeth muneribus pretiosissimis, onustos oratores in Sueuiam; cumque Conradini mater ab oratoribus sibi timeret flagitantibus, vt Conradinum, qui inter plures coætaneos colludebat, salutari permitteret, magna honoris significatione supposititio puero, qui eius iussu Conradinum agebat, pretiosissima dona atque inter cætera conditos fructus veneno infectos obtulisse, ijsque degustatis paulo post puerum extinctum. Siculos vero oratores contentis itineribus e Germania abiecisse, peruenisse Venetias, ac disseminata falso Conradini, quem necasse putabant, morte, triremem pullis velis, ac toto apparatu pullato adornari iussisse, ipsos etiam incessisse atratos. Cumque in Apuliam applicuissent, vt erant a Manfredo edocti, magnam doloris significationem præ se tulisse; ac tum Siculos Conradinum vt extinctum planxisse, Manfredumque & amicos simulato luctui indulsisse. Ijs itaque dolis circumuenti Siculi Manfredum Regem salutarunt, vt anonymus prosequitur: *Quo rumore audito*, nimirum mortis Conradini, *comites & alij magnates regni, prælati etiam ecclesiarum in Sicilia ad principem profecti sunt: singularum quoque magnarum ciuitatum nuntij ex parte ciuitatum suarum ad eundem principem perrexerunt, vnanimiter omnes præsentes ab eo, vt ipse princeps, qui vsque tunc pro parte prædicti Regis Conradi & sua regnum rexerat, & in tanta pace constituerat, ipsius regni gubernaculum & coronam tanquam Rex & ipsius regni verus hæres acciperet. Quæ petitione vnanimiter sibi facta ab omnibus idem princeps per concordem omnium comitum & magnatum, ac etiam prælatorum regni electionem in Regem electus, coronam regni Siciliæ in maiori ecclesia Panormitana, iuxta consuetudinem & ritum prædecessorum suorum regni Siciliæ, solemniter accepit anno dominicæ incarnationis* MCCLVIII. XI. *die mensis aug. indict.* I.

Vt illum veneno ne care conatus sit.

Deceptí Siculi Mā fredum Regem salutant.

Panormi regni ornamentis insignitur.

11 Cum auctor indicet proceres Siculos Manfredum existimasse verum regni heredem, quod falsum omnino erat, etiamsi Conradinus re ipsa interijsset, videtur ipsos alia tabula a Manfredo atque amicis iactata corruptos, quam Parisius a dissem inatam scribit, ne obscœni natales ad accipiendum sceptrum Manfredo obessent: illius scilicet matrem, quæ Manfredum ex furtiuo Friderici concubitu susceperat, cum finis vitæ suæ adesset, Fridericum per sacra omnia exorasse, vti se in matrimonium duceret, ne anteactæ vitæ culpæ salutem animæ in periculum adducerent: eam rem Imperatori fraudi non tore, cum extremos spiritus proxime efflatura esset, sibi vero & animæ saluti summo emolumento futuram: flexumque illius lacrymis Fridericum, qui tunc coniuge carebat, assensisse; eaque ratione Manfredo ad paternam hereditatem titulum comparatum. Arrepta itaque a Manfredo tyrannide, cum rei fama in Germania emanasset, missus a Conradino est in Siciliam orator, qui tyranni fraudes detegeret, ac Siculos ad Regis pueri obsequium reuocaret. De oratoribus Conradini, Reginæ, ducisque Bauariæ nomine missis, meminit Matthæus Spinellus b, eosque in publicis comitijs auditos, ac tenem abbatem conspicuum auctoritate diuulgasse, mentitos, qui Conradini mortis famam spartissent, Manfredumque obsecrasse, vt regijs insignibus abstineret: ad hæc Manfredum subiecisse, amissum a Conradino regnum, se vero illud armorum vi e duorum Pontificum manibus auulsisse, nec Pontifices passuros fuisse, vt Germani

Fabula a Manfredo disseminata ad tegend natalium labē.

a Par. hist. angl. hoc ann.

b Matth. Spinell. e Iuuenatio in annal. sicul. ann. 1256.

Rumor de morte Cōradini

d Ricord. Malesp. hist. Flor. c. 146.

mari eo amplius regno potirentur; se vero ad vitam sceptrum gestaturum, ac dein transmissurum in Conradinum: matrem vero praeclare consulturam, si filium educandum moribusque Italicis imbuendum ad se transmitteret, filij enim loco sibi futurum. Quo porro consilio haec postrema adderet, quivis de tyranno facile intelliget. Addit auctor Manfredum ingentia ad ducem Bauariae Conradini avunculum sibi conciliandum munera misisse. Caeterum importunum Conradini oratorem suae obsistentem tyrannidi Manfredus interceptum obtruncauit: qua etiam de causa in iudicium ab sede Apostolica vocatum, Vrbani IV. ostendunt literae.

Conradini orator tyrannicidatus.

12. &c. Verum quamuis in eo Rege salutando consenserint Siculi, nullum ipsi ius ad regnum, Ecclesiae fiduciarium, conferre potuerunt, cum sua Pontifici iura eripere, atque in alium pro libidine transferre non possent; & regnum ad Edmundum Henrici Anglorum Regis filium, legati pontificij opera eo inductum ornatumque, spectabat; atque ad agitanda pro eo recuperando consilia Arlocum anno superiori exeunte, pridie idus decembris, vt ex eius literis a vidimus [a], in Angliam peruenisse ingenti pompa & comitatu tradit Paritius; ac cum dissidionibus arceret Anglia, prudenter abscessit. Sed res alias in Italia gestas prosequamur,

Manfredi nulla obtainuisse iura ostenditur.

Intermissa Angl. expeditio in Siciliam.

a Alex l. 3. ep. 161. b An. cap. 1257.

29. &c. Narrat Folieta c belli atrocis Genuenses inter ac Pisanos exorti causas, Calaritani agri regulum, vt vires aduersus Arborensem toparcham Pisanorum fouere subnixum confirmaret, castro Sardiniae Genuenses donasse, sed demum ab Arborenti iudice arctiori obsidione deuicto eo municipio, Genuenses in S. Giliam inductos, vt ex ea arce ad amissa recuperanda erumperent: quibus similia tradit Bizarrus d. At Pisani comparato exercitu, S. Giliam castris cinxere: cumque ex eo bello ingentium malorum materies scaturiret, Alexander post multos adhibitos pro sedanda discordia labores ab aduersis factionibus pacis arbiter renunciatus, duos religiosos equites creatos nuncios apostolicos in Sardiniam legauit e, vt pontificio nomine b. S. Giliae praefecturam gererent, donec controuersia aequitate dirempta foret.

Genuēses gerunt bellum cū Pisanis.

c Fol. hist. Genu. l. 4.

d Bizar. l. 2 de bello Pisano.

Pontifex controuersiae arbiter designatus

e Lil. 4. ep. 3 post ep. 173

32. &c. Adhibiti sunt Templarij restinguendo huic bello, cum ex eo accensae essent faces, quae in Syria luctuosissimum incendium excitarunt: efferati enim Genuenses ac Pisani mutuis odijs, vbicumque, siue terra, siue mari in occidente, vel in oriente simul pugnabant, trahebantque in praelium foederatos, maximeque Veneti ob singularem cum Genuensibus aemulationem Pisanis accesserant, atque Ptolemaide alijsque in portubus simultates gesserant f; ex quibus diffidijs extrema regno Ierosolymitano clades imminebat: cum non modo hostium armis peteretur, verum etiam eorum viribus, quibus illius defendendi munus incumbebat, laniaretur. His itaque & alijs impendentibus malis remedium aliquod allaturus Christi vicarius, Messanensem archiepiscopum in orientem misit, ac Pisanos, Genuenses, & Venetos mutuo fundendo sanguini parcere iussit g apostolicis literis.

f Ib. ep. 145 Bella in Syria inter eosdē accensa.

g Ib. ep. 173

37. &c. His consentiunt, quae de pontificio studio in conciliandis Genuensibus, ac Venetis, eorumque foederatis adhibito refert Andreas Dandalus h; sed ex infelici Genuensium apud Tyrum clade, quae tum obtigit, discordias pristinas recruduisse. Coniectos fortuito casu, atque e priuata inimicientium duorum homunculorum rixa Venetos ac Genuenses in bellum hoc atrocissimum, refert continuator belli sacri i, cui Genuenses historici assentiunt; concitatum nimirum in Genuensium vico apud Ptolemaidem tumultum ad tribulis Genuensis elatos clamores ab aemulo Veneto fauciati. Describit Andreas a Dandalus secutum subinde infaustum in Syriaco mari praelium, ducibus Andrea Zeno & Laurentio Teupulo aduersus Rostium Turcimanum Genuensem, ex quo concordia ab Alexandro tacta dissoluta est: *Bello*, inquit, *peracto Veneti victoriam habuerunt, & XXV. Ianuensium galeas, caeteris in Tyro fugientibus, viriliter ceperunt, & in Acbon redeuntes cum praeda bonorum eorum, ac turribus munitissimam destruxerunt, cunctaque aedificia: & Tyri commorantes de caetero non portabant vexillum in suis nauigijs venientes ad portum Acbon, nec de caetero ibi curiam, vel* [*] *praeconem habuerunt*. Vicissim ob Pisanorum auxilia Venetos refert is, qui historiae sacrae appendicem adiecit; ijsque contemanea [b] scribit monachus Patauinus eius temporis auctor.

h Andr. Dand. in Reg. Zeno.

i Contin. bell. sacr. l. 4. c. 11. & 12. Bizar. de bell. Ven. Folieg. l. 4.

a Andr. Dand. in Reg. Zeno. Genuenses praelio nauali deleti a Venetis.

* al. praetorem

b Mon. Pad. chron. l. 2. hoc ann.

40. 41 Amissa est ob haec turbas rei praeclare gerendae aduersus Saracenos occasio, dum Tartari ab Ayrono Rege Armeniae concitati Mahometanos magnis cladibus affligebant, de quibus haec tradit: Ayronis scriptor c. *Obsedit*, nimirum Haolonus, *ciuitatem Baldach, in qua erat Califbus, qui magister erat & doctor sectae perfidi Mahumeti, fecitque Haolonus ad exercitum conuocari triginta millia Tartarorum, qui erant in regno Turquia: & postquam congregauit vndique gentem suam, iussit fieri ante ipsum ciuitatis, quae velociter absque nimio mora dispendio fuit capta. Califbus quidem captus vinus additus fuit ante praesentiam Haolonis, & inuenta fuerunt in Baldach tanta diuitia, quod vix credendum esset esse totidem in reliquo huius mundi. Capta autem fuit ciuitas Baldach anno Domini* MCCLVIII. *Postquam* d, *Haolonus de ciuitate Baldach fecit omnia, quae volebat, iussitque Califbum ante se addui, & praecepit, quod ante se totum eius thesaurum poneret: tunc vero Haolonus interrogauit Califbum dicens: cognoscis ne totum fuisse tuum quod vides? vtique ait ille. Haolonus dixit: Quare tu tanto thesauro non conuocabas stipendiarios & vicinos, vt te, & terram tuam tueremur a potentia Tartarorum? At ille respondit: Quoniam credebam sufficere gentem meam. Tunc dixit Haolonus Califbo: Tu dicteris doctor omnium credentium in falsa secta Mahometi, & a tuis muneribus. Talis ergo magister, & tantus* [*] *aliorum ciborum cibari non debet: vnde tibi damus in cibum illa omnia pretiosa, quae tantum dilexisti, & cum magna auiditate custodisti. Et praecepit ponere Califbum in vna camera, & ante ipsum proijci margaritas, & aurum, vt de illis comederet quantum vellet, & praecepit ne aliquis cibus daretur, aut potus alius propinaretur eidem: & sic morte pessima miserrime, & auarus miserabilem vitam finiuit, nec vnquam Califbus postea exitit in Baldach.*

c Obsedis, nimirum Haolonus, ciuitatem Baldach, in qua erat Califbus, qui magister erat & doctor sectae perfidi Mahumeti, fecitque Haolonus ad exercitum conuocari triginta millia Tartarorum, qui erant in regno Turquia; & postquam congregauit vndique gentem suam, iussit fieri ante ipsius ciuitatis, quae velociter absque nimio mora dispendio fuit capta. Califbus quidem captus vinus additus fuit ante praesentiam Haolonis, & inuenta fuerunt in Baldach tanta diuitia, quod vix credendum esset esse totidem in reliquo huius mundi. Capta autem fuit ciuitas Baldach anno Domini MCCLVIII. Postquam d, Haolonus de ciuitate Baldach fecit omnia, quae volebat, iussitque Califbum ante se addui, & praecepit, quod ante se totum eius thesaurum ponere: tunc vero Haolonus interrogauit Califbum dicens: cognoscis ne totum fuisse tuum quod vides? vtique ait ille. Haolonus dixit: Quare tu tanto thesauro non conuocabas stipendiarios & vicinos, vt te, & terram tuam tueremur a potentia Tartarorum? At ille respondit: Quoniam credebam sufficere gentem meam. Tunc dixit Haolonus Califbo: Tu dicteris doctor omnium credentium in falsa secta Mahometi, & a tuis muneribus. Talis ergo magister, & tantus [*] aliorum ciborum cibari non debet: vnde tibi damus in cibum illa omnia pretiosa, quae tantum dilexisti, & cum magna auiditate custodisti. Et praecepit ponere Califbum in vna camera, & ante ipsum proijci margaritas, & aurum, vt de illis comederet quantum vellet, & praecepit ne aliquis cibus daretur, aut potus alius propinaretur eidem: & sic morte pessima miserrime, & auarus miserabilem vitam finiuit, nec vnquam Califbus postea exitit in Baldach.

c Hist. orient. c. 26. Saraceni a Tartaris caesi. Baldach imperia capitur.

* alijs cibis

d Cap. 26. Auari Caliphi supplicium.

42. Potitus Babylone Halaonus Tartarus Christianos clementer fouit, Saracenos vero graniore seruitute preffit, ac Mahometis fana diruit, illius enim vxor Christiana pietate exculta fuit. His consentanea hoc anno de religione Christiana Reginae Tartarorum beneficio amplificata, euersisque Mahometis profanis templis, tum de necato caliphio refert Sanutus e.

e Marian. Sanut. l. 3. p. 13. c. 7.

IESV CHRISTI
Annus 1259.

Indict. 2.

ALEXANDRI PP. IV. VACANT. IMP. II. OCC. 9. anno 5. BALDVINI II. IMP. OR. 21.

1 EZelinus horum temporum Nero, infensissimus Ecclesiæ, ac totius pene humani generis hostis, monitum illud diuinum, quod longo secundarum rerum successu turgidus spreuerat: *Ne dixeris a, peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor*; inficiciter tandem est expertus. Sustinuit diutissime Deus perditissimi hominis improbitatem, cum ad aliquorum punienda scelera, exercendamque suorum constantiam eius opera vteretur: vbi vero completæ fuere iniquitates Amorrhæi, tunc vindictæ suæ iras in eum diffudit. Oppressérat ille anno superiori suo pauore Brixiam, atque in suam potestatem redegerat b sed vnde clara trophea sibi posuisse videbatur, inde mali atque exitij sui causa emersit: ea enim vrbe potitus, Palauicinum & Cremonenses, quos victoriæ, & laborum socios habuerat, consortes dominationis habere recusauit, Brixiaque exclusit: at illi illatæ iniuriæ vlciscendæ cupidi, concepta intus consilia breui aperuere, ac missis ad marchionem Atestinum & Mantuanos oratoribus, armorum societatem cum ipsis contra eundem Ezelinum couere. Egregiam quoque Boso de Doharia nauauit operam, vt Mediolanenses Cremonensibus conciliaret. Constabatur itaque procella grauissima, magno terrore in Ezelinum eruptura, cum ille alias artes nonnullis Mediolanensibus subornatis, ad totius lubricæ vrbem principem opprimendam instituebat: iamque velut ad certissimam prædam aduolabat, cum Mediolanensium dux admonitus, qui aduersus Ezelinum mouerat, ad occupanda eius contina Mediolanum præcurrit, fluctuantes ciuium confirmat animos, tum tyrannum in fugam vertit.

a Ecclef. 5.

b Mon. Pad. libro 1. 2. Bonif. hist. Tarui. l. 5. & alij.

Ezelinus victoriæ socios Brixiæ pellit. Constata inde in eum conspiratio.

2. &c. Interea Cremonenses, Mantuani, alijque socij, coniunctis armis, insequuntur tyrannum: qui Adduam fluuium vado traiecerat, cum pontem ab hoste occupatum frustra tentasset, acceptoque vulnere propulsatus esset: tumque marchio Palauicinus, Boso de Doaria Cremonensibus succinctus, marchio Atestinus cum Mantuanis, & Ferrariensibus ingenti animorum ardore in eum proliere. Nec diu tanti prælij molem sustinere potuit Ezelini exercitus, partim a crucesignatis cæsus, partim mox dissipatus: & inter præclarissima spolia Ezelinus ipse captus, iucundissimum in bello multitudini videbatur spectaculum, vinctum illum intueri, qui sui antea terrorem aspectu solo armatis incusserat: atque ad id vndique populi velut ad immane monstrum, ac sæuissimum carnificem aspiciendum, concurrebant. Adductus Succinum a Cremonensibus, delibatis iam in hac vita futurorum supplitiorum doloribus, tum ex accepto in oppugnando Adduæ ponte vulnere iacta temere a milite sagitta, sed a Numine diuini in eius pedem directa, tum mœrore ac senio, septuaginta annos emensus, exanimis. Infelix quidem mortis genus, si humana spectentur, at eo longe infelicius ac funestius, quod qui viuus Dei erat oblitus, moriturus suæ salutis immemor exitit: quique ab Ecclesia ob scelera anathemate ictus, pontificiam auctoritatem spreuerat, moriens ecclesiastica sacramenta execraretur. Meminit de tyranni morte funesta c Ptolemæus Lucensis, quam diuinæ iustitiæ illatas Ecclesiæ iniu-

Ezelini exercitus cæsus.

Tyrannus ab hostib⁹ captus.

Impia eius mors.

c Ptol. Luc. hist. eccl. l. 22. c. 24.

rias vindicanti, ascribit: accuratius autem eiusdem tyranni mores describit, ac vitam monachus Patauinus a. Percrebuerat late triste Ezelini casus fama, cum Albericus eius frater, qui Taruisinos b opprimebat, saluti suæ metuens, ex ea vrbe diffugit: quam Veneti admoto exercitu obtinere, quique patriæ depulsi tyranni tyrannis fuerant, reducti.

a Mon. Pad. citato l. 2.

Taruisini Alberici tyrannide depulsa, Veneti accedunt.

b Bonif. hist. Taru. l. 5.

5. &c. Excusso squalidæ Ezelini tyrannidis iugo, recreari cœpit Ecclesia: cumque Palauicinus, Boso, Cremonenses, alijque populi antea ab ea anathemate percussi, qui aduersus Ezelinum fœdus percusserant, non rite a quodam monacho absoluti fuissent, Alexander Ebredunensi episcopo A. S. L. partes imposuit e, vt si illi in fide Ecclesiæ perstare in animum induxissent, fœdera cum Manfredo olim principe Tarentino, alijsque Romanæ ecclesiæ hostibus rumperent, atque illata damna refarcirent, apostolica auctoritate Ecclesiæ conciliaret. Ex monumento enim peruetusto d in quo fœderis illius facti a Palauicino, Bosone, & Cremonensibus cum marchione Atestino, Mantuanis, ac Mediolanensibus, contra Ezelinum leges descriptæ sunt, ea recensetur, vt Manfredum tanquam Siciliæ Regem legitimum & amicum haberent, atque ad eum in Pontificis gratiam restituendum operam nauaturos sponderent: cuius fœderis conditio, cum Romanæ ecclesiæ iuribus aduersaretur, qua ferebatur, vt imaforem Siciliæ pro Rege legitimo colerent, eam rescindendam censuit: ac Manfredi societati renuntiaret, si fidelium numero aggregari vellent iussit: cui nonnulli parentes, fuerunt a legato absolutiones quos Papienses, qui partes Friderici acerrime, dum vixerat, ac postea eius tyrannidis successorum defenderant, ad Ecclesiam rediere: quos Pontifex a Papiensi episcopo, alijsque prælatis, vt sacris restituerentur præcepit e.

d Extant m.s. apud nos.

Papienses Ecclesiæ conciliati.

e Ib. ep. 59.

10. &c. At Vbertus marchio Palauicinus nouæ dominatus occupandi cupidus, cum Brixianos morte Ezelini contrarijs studijs fluctuantes videret, conciliandæ inter eos amicitiæ specie, in eorum vrbem, ac gratiam aliquorum sollerter se insinuauit; atque alterius partis studia amplexus, contrariam profligauit, pepulitque, ac vrbem in suam potestatem redegit: atque Ezelini improba exempla sectatus, tyrannidem exercere cœpit. Versabatur adhuc in carcere archiepiscopus Rauennas A. S. L. in quem ab Ezelino coniectus fuerat: ipsum vero Palauicinus non modo vinculis absoluere, Alexandro suam auctoritatem adhibente, renuit; verum arctiori custodia teneri iussit. Sed legatus, egregia arte suspenso e carcere fune sese in terram demisit, atque in paratum equum insiliens, concitatissimo cursu Patauium se recepit; quæ monachus Patauinus f fusius narrat. Gessisse sane Palauicinum aduersus Ecclesiam intensum animum, quamuis in debellando Ezelino strenuam operam nauasset, non ex his modo, sed ex Sicularum rerum anonymo scriptore constat g, quem Manfredi partes sectatum esse, atque ab eo præfectum Liguriæ, aliosque alijs prouincijs aiit.

Tyrannidem exercet in Rauennatem arch. Qua arte ab archiepiscopo superata, libertas.

f Mon. Pad. libro 3. Cur Palauicinus Manfredo adhæserit f. g In hist. m. de Manf. sive Sicula Ricor. hist. dor. 1163. & 1164 & alij.

11. &c. Hoc anno Pontifex restituendæ in pristinum decus ecclesiasticæ disciplinæ studio, cū veteris sanctitatis pulchritudo emarcesceret in clero catholico, encyclicis literis archiepiscopos & episcopos, abbates, aliosque ecclesiarum præsules officij admonuit h. Quo vero maiori auctoritate instructi impudicos percellere possent, præcepit, vt omni prouocatione ad sedem Apostolicam abiecta, in concubinarios ecclesiasticarum legum seueritatem adhiberent.

Restituendis collapsis moribus operam dat Pontif.

h Lib. 5. ep. 87.

27. &c. Grauioribus quoque literis Parisiensis magistros academiæ perstrinxit, Guillelmum de S.

Corripit Parisienses academicos subornatos a Guillelmo de S. Amore.

Amore prauarũ opinionum erroribus infectum ipſos admiſiſſe, eique ſtudia ſua impendiſſe: vnde graues in monachos inimicitias ab eo ſubornati plures ſuſceperant: quali enim defenſæ academiæ cauſa, non ob ſcelera ſua fuiſſet cenſura apoſtolica perculſus, ad redintegrandam illius dignitatem ſeſe adſtrinxerant: iam enim ſacerdotijs exutus fuerat, ac doctorum albo Pontificis auctoritate eraſus. Poſtremo addit Pontifex: *Præfatus vero Guillelmus, pro quo per nonnullos nuncios ſupplicaſtis, ſi conuenientia humilitatis & pœnitentiæ ſigna monſtrauerit, per quæ appareat a via ſua prauitatis conuerſus, poterit apoſtolicæ ſedis non ſolum miſericordiam, ſed & plura gratiam promereri, &c.* Dat paterna monita vt remotis iurgijs pacem colant, præcipitq; ne Prædicatores Minoreſue fratres iniuria afficiant. *Dat. Anagniæ v. id. iulij anno v.* Præterea epiſcopo Pariſienſi a iniunxit, vt magiſtris illis ſignificaret, ipſos contemptas pontificijs ſanctionibus pœnas ſubituros, ſi vel monaſticæ profeſſionis viros a ſuo cõſortio amouere, vel ſe ab eorum ſocietate, quod in idem recideret, ſubducere affectarent: academiæ vero Pariſienſi denunciaret, eos ſententia anathematis perculſum iri, ſi commercium aliquod cum Guilielmo de S. Amore haberent, ac literas ab ipſo priuatim aut publice exciperent, mitterentue, ne diſcordiarum noua fax animis injiceretur. Hæc fuere Pontificis ad capiendas vulpeculas, quæ vineam Domini demoliri nitebantur, ſtudia: nunc de alijs grauioribus curis ad arcendos feros apros, qui eandem vaſtare minitabantur, diſſeramus.

Si eum ſagitij pœnituerit miſericordiæ ſedem Ap. viuam.

a Ib. ep. 197 ext. apud Vvad. hoc ann. n. 6.

Intentatæ cenſuræ.

31 Impendebat occidenti Tartaricus furor, atque impetu toto in Hungariam irrumpere, & ad alias orbis Chriſtiani prouincias populandas penetrare parabat. Quo vero Tartarus ſuperbis ſæuiſſimiſque conſilijs viam muniret, miſſis ad Belam Pannoniæ Regem oratoribus, illius gratiam colligere, ac ſibi arctiſſimo fœderis vinculo illum deuincire conatus eſt, vt eius nimirum opera ad ſubjiciendum imperio ſuo reliquum Chriſtianum orbem vteretur. Propoſuit ergo optionem, vt vel filio ſuo Tartarorum Regis filiam vxorem acciperet, vel filiam ſuam ipſius filio coniugem deſponderet; eoque ſancito fœdere cum fortiſſimo Hungarorum exercitu Tartaris ſeſe coniungeret, præiretque ad Chriſtianos excindendos, ac demum quintam ſpoliorum partem, quæ de hoſtibus referrentur, recepturum: & ni oblatæ amicitiæ leges acciperet, crudeliſſimi belli terrorem incuſſit. Perculſus metu Bela, qui Tartarorum excurſione tot malis olim obrutus fuerat, ad Alexandrum oratores miſit, propoſitaque imminentis mali formidine, obſecrauit, vt promptiſſimum auxilium ferret laboranti Hungariæ ac de Gregorio IX. queſtus eſt, eum Pannoniam in alia Tartarorum irruptione deſeruiſſe: ſe quidem facile poſſe impendens malum vitare, ſi oblatas a Tartaro pacis & amicitiæ leges admitteret.

Tartari occidentem ſibi ſubiicere meditatur.

Belam Regem Hungariæ ſibi tentant adjungere.

32, &c. Accepto triſti nuntio Alexander, Gregorium deceſſorem excuſauit b, ſi Friderician o bello implicitus, ac rerum mole obrutus auxilia non ſubmiſiſſet: adeo repentino impetu hoſtem irrupiſſe, vt prius illata clades fuiſſet, quam illius acceptæ fama peruenire potuiſſet. Tum quod ad leges fœderis propoſitas attinet, fœdiſſimas illas atque adeo funeſtas, vt ex ſola ipſarum cognitione horrore perfundatur animus; præterea ſi eas admittere vellet, in ancipiti verſari diſcrimine, an crudelis & infidus barbarus eas eſſet ſeruaturus; hortatus denique eſt, vt impium fœdus generoſe reſpueret: ſpem ſuam in Deo, cuius cauſa ageretur, collocaret: non defuturum illi cæleſte auxilium: atque vniuerſum orbem Chriſtianum ad propulſandum commune

Pontificis pro Hungaro commendo cura.

b Ib. ep. 191

periculum vires ſuas coniuncturum, ſedemque Apoſtolicam tot Reges fortiſſimos, regnaque floreniſſima ad arcendum Tartarum excitaturam. Querelas quoque alias obiecerat Bela, quas Alexander repulit, omnemque illarum ſuſpicionem literis ad Belam ipſum datis amouit. Perhorruere Chriſtianus orbis ingruentium Tartarorum metu, ſed diuina clementia flagellum intentaſſe, minaſque obiecſſe contenta, immania barbarorum conſilia diſcuſſit, quæ felicius ad delendos in oriente Saracenos conuerſa viſuri ſumus.

Ludonic. S. Ludouici filius moritur.

a Nang. de geſt. S. Lud.

b Id. ibid.

47. &c. Hoc anno Ludonicum maiorem natu S. Ludouici Francorum Regis filium extinctum, atque adeo fefelliſſe præclaras ſpes, quas Franci de eo conceperant, refert Nangius a. accidiſſe vero id dum Henricus Angliæ Rex in Gallijs verſabatur, qui etiam feretro regios humeros in efferendo funere ſuppoſuit b.

Theodori Laſcaris Græcorum Imp. mors.

53, 54 Obiiſſe quoq; hoc anno Theodorum II. Laſcarim ex Georgio Logotheta colligitur, cum annis quatuor relictum a Vatacio patre imperium moderatus eſſet: reliquit Ioannem filium nondum octennem ſceptri ſucceſſorem; cui Arſenium patriarcham ac Muzalonem obſcuro genere natum, ſed ipſi chariſſimum, tutores inſtituit. Sed veritus Muzalo ne honos inuidiam principum atque exitium ſibi crearet, in media procerum corona impoſito munere abdicare ſe voluit: at illi non permiſerunt, ac iureiurando ſeſe aſtrinxere, nunquam illi opera, fide, conſilio defuturos; nondum tamen nouem dies ab Imperatoris funere effluxerant, cum nonnulli potentiores inuidia perciti in eum coniurarunt, atque in ipſo templo ad ſacram menſam cum duobus fratribus fugientem obtruncauere. Sublato ita tutore Imperatoris pueri, de ſubrogando altero agitatur.

Muzalo tutor Ioan. filij Theodori cæſus in templo.

Deliberat Græci de præficiendo reipublicæ ſtruo viro. Michael Palæolog. electus.

55, 56 Florebat inter cæteros proceres Græcos ſanguinis, rerumque geſtarum dignitate Palæologus, cui principes habenas imperij moderandas commiſere, donec Ioannes ad maturam ætatem peruenisſet, inſignibus tamen imperij illum abſtinere iuſſere c.

c Pachym. in hiſt. Conſt. Andron. & Greg. l. 3. Pachym. hiſt Græc. l. 1. & Geor Lagor. in hiſt. Conſtantino.

57 At paulo poſt d ipſius ſtudioſi, indicto ordinum conuentu, propoſuere indignum videri, eũ dignitate regiæ proxima carere, qui regni habenas moderaretur, atque adeo deſpotæ titulo tum ab imperij herede Ioanne, tum a patriarcha decorarum: denique dum bellum a Michaele deſpotæ atque Achaiæ principe gerebatur circa Magneſiam, a militibus clypeo eſatum, ſalutatum Imperatorem; eoque audito patriarcham Arſenium ingenti timore perfuſum, ne quid periculi eiuſdem Ioannis vitæ crearetur, tam illum quam cæteros anathemate percellere meditatum: ſed mutato conſilio Palæologum kal. decembris ſacramento adegiſſe, pupillo Ioanni nec vitam nec imperium ſe adempturum; verum antequam mentis effluereret, ſenatus & cleri ſententijs impulſum non ſine ingenti leuitatis nota, ipſi Palæologo diadema impoſuiſſe: non tamen illi perpetuum decreuiſſe imperium, ſed iureiurando deuinxiſſe, vtro adulto Theodori filio ſolio & ſceptro ceſſurum.

Eius artes pro tyrannide arripienda. Arſenius patriarchæ inconſtantia.

Vana Palæologi promiſſa.

58. &c. Timuere mox ſapientes, quibus Ioannes Laſcaris curæ erat, ne, vti euenit, purpuræ fulgor ita Palæologi oculos perſtringeret, vt Ioannem pupillum non imperio modo, ſed etiam vita vel oculis orbaret e: neque inanis fuit eorum timor, vt exitus probauit.

d Pachym. eod. lib.

Hoſpitalior & Tẽpiarior. daſſembo.

61 Quod ad terræ ſanctæ res attinet f; concitante humani generis hoſte imbutos mutuo odio ex inſana æmulatione concepto animos, Hoſpitala-

e Pachym. eod. lib.

f Alex. l. 3. ep. 152.

a Alex. 4. ep. 172.

rij tantam Templariorum stragem ediderè a, vt vix acceptæ cladis nuncius, superesset. Commoti mox qui in occidente versabantur, ad fusum fratrum sanguinem vlciscendum, in orientem confluxere. Tum ne opulentissimas possessiones ac domos amitterent, post funestas adeo calamitates, ac discordias quid aliud expectari potuit, quam quod diuinum oraculum comminatur? *Omne* b *regnum in se ipsum diuisum desolabitur, & domus super domum cadet.* Porro de Hospitalariorum cultu hanc sancita ab Alexandro: *Galeatos vigas deferentes bellis autem sine in pralijs crucem impelli & alijs superinsignijs militaribus, qua sint coloris rubei, & in quibus etiam crux albi coloris sit in vestri vexilli modum assuta.*

b Luc. 11.

c Alex. dis. 9. 172.

IESV CHRISTI
Annus 1260.

Indict. 3.

ALEXANDRI PP. IV. VACANT. IMP. OCCID. 10. annus 6. BALDVINI II. IMP. OR. 22.

IN Occiderat superiori mense decembri die e Graecia Peloponnesi ordine, vt Matthaeus Spinellus d de Iuuenatio Mantredi eques enarrat, quo Pontifex inter Mantredumque sororum concordiæ interpres esset, eo consilio, vt Manfredus arma in Graeciam aduersus Palæologum schismaticum imperij pro Ioanne Lascari moderatorem conuerteret (de quo bello nobis, inuius adhuc, dum erit) ac Pontifex superioribus bellis tectus, cum ingentia mala, quæ Saraceni Mantredi stipendiarij religioni Christianæ in Italia inferebant, perpenderet, ac Siculorum citeriorum vlteriorumque, qui ob defensas Ecclesiæ partes patria bonisque dejecti erant, misereretur, Manfredi oratori eas leges foederis dixit, vt exules bonis restituerentur, ac Saraceni vti religionis hostes a Mantredo ipso pellerentur.

d Mat. Spin. in annal. ms. De pace inter Alex. & Manfr. agitatum.

Postulata Pontificis.

Repulsa a Manfredo.

2 Verum tyrannus, cum iustis postulatis annuere debuisset, a Deo auersus, atque in Saracenis spem omnem collocans, non Saracenos se eiecturum, sed tantam aliam eorum multitudinem, quanta erat stipatus, accersiturum respondit: ac dicta impia factis implenit; addit namque auctor adeo ingentem Saracenorum, qui ex Africa venerant, multitudinem in Tarentino portu vigesima sexta maij die exercitum fecisse, vt Barentis & Hydruntinus agri ea colluuie complerentur. Excibat ex Africa Manfredus Christi hostes, vt Christi vicarium crudelius vexaret, iactataque olim a Friderico patre minas, sanctuarium Domini genibus a se profligatum iri, renouaret: Saracenos enim decima iulij die in Campaniam effudit, a quibus quam impie sacra sint procurata, non attinet dicere. Aduersum quos Belgij comes exercitus est, de quo sequenti anno. Manfredus vero mense septembri cinctus exercitu in Picenum atque Æmiliam irrupit, grauesque tumultus concitauit. Susceperat nimirum Gibellinæ factionis patrocinium, cuius ope ad vniuersæ Italiæ dominatum contendebat; Etruriam etiam, profligatis Guelphis Ecclesiæ foederatis, graui turbine paulo ante concussit.

Saraceni excisi ex Africa. Immissi in ditionem ecclesiasticam.

Manfredi in Marchiam irruptio.

Gibellinæ factionis patrocinium ab eo susceptum.

3. 4 Dediderant se Manfredo Senenses, cum a Florentinis acrius infestarentur, nonnullaque clades ab ijs accepissent: ad quas vlciscendas Iordanum Manfredi ducem cum octingentis equitibus exceperant. Non ijs tamen auxiliaribus copijs Manfredi, quæ Senensibus se coniunxerant, perterriti Florentini, aduersus Senenses eodem mense angusto castra mouere; quam expeditionem anonymus auctor Gibellinæ factionis ita describit a: *Eodem quoque tempore ciuitas Florentina cum parte Guelphorum, &c. ad obsidionem ciuitatis Senensis, commorante ibi memorato Iordano comite cum stipendiarijs regijs, viriliter præsumpsit accedere, factaque ibi mora, quam voluit, & vsque ad ciuitatem eandem, ingenti depopulatione peracta, exercitu numeroso, qui armatorum triginta millia continebat, ad inuadendum vias montis Alcini, quem vulgaliter & alijs apperiunt montem Florentini prædicti nunc in eorum potestate tenebant, per territorium Senarum prope ciuitatem eandem ad duo fere milliaria superbe processerunt, qui per aliam tutiorem viam illinc indemnes accedere potuissent. Viriliter irruentes;* nimirum Senenses una cum Manfredi militibus; *ipsos*, nempe Florentinos, *commissis hinc inde conflictibus expugnauerunt. In cuius expugnationis euentu sic potentia Florentina defloratæ emarcuit & defecit, quod ex eis eorumque complicibus præter occisos gladio, quorum non fuit numerus, perscriptus captiuorum solummodo, quos regius carcer astrinxit, quindecim millia & vltra numero computantur.* Prostratio itaque reipublicæ flore reliqui, qui Florentiæ hæserant, timore perterriti victori portas aperuerunt.

a Anonym. Sen. ms. edit. Nang. in gest. 3. Lud. Ioc. an Rer. Ital. Flor. c. 167. Io. Vill. l. 6. c. 8. & seq. Fl. Lucin. l. 12. c. 17. Florentinorum expeditio in Senenses.

Cæsi magna strage Florentini.

5 Secundis huius tyranni successibus infelices alterius tyranni marchiæ Tarvisinæ, Albérici nimirum fratris Ezelini, exitus opponamus, ex quibus discere Mantredus potuit diuturnam non esse improbam felicitatem. Rapuerat b sæpius Albericus e parentum gremio virgines, & vxores a viris arripuerat, vt libidinem saturaret; pari quoque crudelitate humani fundendi sanguinis auidissimus, quam maximum omnibus terrorem iniecerat: sed tandem, cum ad castrum S. Zenonis se recepisset, Patauini, Vicentini, & Tarvisini obsidione eum cinxere, ac post mensium quatuor oppugnationem, a suis in hostium potestatem cum vxore, filijs ex, ac duabus filiabus redactus est, ac per Tarvisij plateas raptatus, gladijs in frustra concisus, ac demum flammis absumptus. Nec victorum ira infontium liberorum sanguini temperauit, quos pariter cum eius vxore interemit. Ira intra vndecim mensium spatium diuino iudicio Ezelinus atque Albericus, quorum potentia cælo æquata miseris videbatur, misere perierunt, omnisque eorum progenies deleta est. At ab impij hominis supplicio ad voluntarias piorum pœnas ad crimina expianda susceptas digrediamur.

Manfredi iugum accipiunt.

b Mon. Pad. chron. l. 5. Ianif. hist. Tarvis. l. 5. hoc ann. & alij. Alberici tyranni supplicium.

6 Insuetæ pœnitentiæ feruentissimo spiritu concussam totam Italiam, quæ in flagitiorum cœno antea volutabatur, ac populos se flagellis publice cædere cœpisse, narrat monachus Patauinus c: *In tantum*, inquit, *timor Christi irruit super eos, quod nobiles pariter & ignobiles, senes & iuuenes, infantes etiam quinque annorum nudi per plateas ciuitatum, apertis tantundem pudendis, depositis verecundijs, bini processionaliter incedebant; singuli flagellum in manibus de corrigijs contextum, & cum gemitu & ploratu se acriter super scapulis vsque ad effusionem sanguinis verberantes: & effusis fontibus lacrymarum, ac si corporalibus oculis ipsam Saluatoris cernerent passionem, misericordiam Dei & Genitricis eius auxilium implorabant.* Et infra,

Flagellantium secta vt exorta.

c Chron. l. 3.

7 *Siluerunt tunc temporis omnia musica instrumenta, & amatoria cantilena: sola cantio pœnitentium lugubris audiebatur vbique, tam in ciuitatibus quam in villis: ad cuius flebilem modulationem corda saxea mouebantur, & obstinatorum oculi se a lacrymis non poterant continere.*

Plura ab ijs expiatæ virtutum exempla.

8. hoc. Penetrauit Flagellantium secta in Germaniam

Flagellantes in hæresim lapsi

nium, vt tradunt monachus Patauinus & Henricus Stero: desciuit autem postmodum ea pœnitentium pietas in hæresim fœdissimam, quodque cum tanta sanctitatis pompa pulcherrimum initium duxisse videbatur, dæmonis arte in scelus & flagitium abijt.

a Siffrid. in ep. ii. l. 3. ann. seq. Eorum errores.

Siffridus a enim hæc de hæresi, quam perditissimi quidam, qui sese ijs aggregarunt, simplicibus, & credulis mentibus affinxere: *Multa millia Flagellantium prodierunt in mundum, dicentes neminem ab omnibus peccatis absolui, si in tali secta per mensem non versaretur.* Et Ioannes Longinus tradit b, ipsos inter cæteros errores, quamuis sacris ordinibus non initiatos, confessionis sacramentum sibi mutuo impertiri sacrilege affectasse; tum etiam affirmasse, posse se parentum atque amicorum animabus damnatis eo pœnitentiæ genere maximũ solatium afferre: sed episcoporum ac principum diligentia breui in Polonia extinctam, ac pariter alibi ferro ac flamma excisam. Repullulasse eosdem errores inter Flagellantes nondum lapso abhinc seculo, viuri sumus interius.

b Long. hist. Pol. l. 7.

Albertus Magnus creatus episc. Ratisponensis

15 Florebat tum in Germania doctrinæ splendore præclarus Albertus magnus, qui hoc anno Ratisponensi episcopatui ab Alexandro præfectus est: c qui postea eo honore vltro cessit, cum onus curæ tot animarum pie formidaret. Qui plura de eo cupit I candrum d consulat.

c Alex. l. 6. ep. 20. & post eund. ep. d Leand. l. 3.

Funesti magicæ artis exitus.

16 Eodem anno funestum in Germania exemplum orbi datum est, quanto magicæ artes periculo ac lugubri exitu exercerentur. Retexit illud hisce verbis Siffridus: *In Friberga ciuitate, quidam scholaris amore cuiusdam puellæ nimium stimulatus, consilium atque suffragium a quodam nigromantico promissa pecunia requisiuit, vt sibi puellam impetret: ille autem in quoddam cellarium eundem scholarem secum ducens, & sphæras ac figuras (vt assolent) circum se super pauimentum describens, cœpit legere coniurationes diabolicas. Postquam autem multa phantasmata diaboli se vtriusque oculis ingessissent, tandem diabolus in forma dictæ puellæ apparuit, seque illi in eius amore ardere cuncta exhibebat. Ille cœco amore ductus, cum manum extra sphæram extenderet, volens amasiam suam deprehendere, statim a dæmonio arreptus, & ab eo parietibus cellarij allisus & conquassatus, super nigromanticam illam est proiectus mortuus. Tunc ille fere exanimis factus inde se mouere non potuit, sed toto residuo illius noctis mortuum super se prostratum sustinens voces edebat miserabiles. Mane multi de ciuitate audito huiusmodi clamoribus conturbati, & territi conuenerunt, & ipsum inde semimortuum eduxerunt.* Sed iam Germanicarum rerum statum exponamus.

Siffrid. in ep. ii. l. 3. ann. seq.

17. &c. Dum Germania Alfonsi Richardique factionibus discissa fluctuabat, agitata fuisse consilia refert Longinus e de vtroque principe ab iure imperij depellendo, cum nec communibus suffragijs designati, nec Germania oriundi essent; coniectasque in Primislaum omnium spes fuisse; illum vero superbia turgidum delatum honorem cum extremo rerum suarum exitio, vt docebit rerum exitus, respuisse, iactasseque apud suos Boemicam coronam imperatoria futuram superiorem.

e Long. hist. Pol. l. 7. & Dubr. hist. Bohem. l. 17. Imperium Regi Bohem. oblatum.

Nondum regiæ ornamenta dignitatis Primislaus acceperat, quibus cum indui solemni ritu pararet, nec tamen Moguntinus archiepiscopus, ac quem Reges Boemiæ sacro oleo liniendi ius spectabat (is erat Vvernerus Gerardi vita functi successor f) apostolica auctoritate confirmatus esset, Pontificem consuluit Primislaus, vt decerneret a quibus regiæ cõsecrationis solemnia peragenda essent: cuius iussis desiderijs assensum est g, ac Pragensi Olomucensique episcopis iniunctum, vt vocata præsulum eorum apostolica auctoritate Primislaum sacrarent: tantum tamen est Moguntinæ ecclesiæ iura ex eo non labefactatum iri.

f Sever. Mogunt. apud rer. Germ. t. 1. Regiæ inaugurationem suscipere meditatur

g Alex. l. 6. ep. 258.

21 Addit Longinus a Primislaum ipsum, qui eriam Othocarus vocatus reperitur, vxorem repudiasse, atque ad monasterium, inducta Belæ Hungarorum Regis sorore, ablegasse, quod seruandæ pudicitiæ voto sese ipsa, antequam nuberet, adstrinxisse diceretur: de quibus excusatoriæ ab Othocaro ad sedem Apostolicam datæ postea literæ b. Non leuem sane gloriæ suæ effusæ libidinis labem impressit, quippe Nicolaum filium ac filias duas, dum matrimonio coniunctus erat, ex soluta suscepit, quos iustorum natalium honore ornari studuit; ad quod obtinendum sedem Apostolicam deprecatus; vt sua auctoritate id decus ipsis conferret; quæ concessit c, vt publica munera, honores, principatus gererent, in regnum tamen Boemiæ sibi ex eo ius aliquod comparare, vel affectare vetuit. Cæterum de Primislai sine Othocari bello cum Hungaris paulo post gesto dicendum erit: nunc tristes Prussorum sub barbarico ferro pereuntium eiulatus nos ad se vocant.

a Long. hist. Pol. l. 7. Sordidiores Regia Bohemæ mores.

b Ext. lib. prim. Reg. Eccles. 1. pag. 253. Nothus filius stor. natal. iura impetrat.

c Lib. 6. ep. 115.

Christiani in Prussia cæsi.

22 Excitarant in monte, cui S. Georgij nomen est, arcem Crucigeri, qua re Prutheni infideles ac Lituani lacessiri, collectis maximis copijs occurrentes sibi duos Prussiæ & Liuoniæ, quos ducebant Crucigeri, exercitus, certamine inito, in Curlandia celeuere, nonnullasque arces vrgente fame ad deditionem compulere: non leui tamen strage ipsorum eorum, victores postea repressi fuerunt. Sparso ad sedem Apostolicam Christianorum cladis nuncio, indoluit Pontifex, datisque ad Theutonicos religiosos Liuoniæ, ac Prussiæ equites apostolicis literis, dedit, vt crucis signa in fidei hostes attollerentur, populique ad arma capienda incitarentur.

d Ib. ep. 23

23 Necdum a tantis calamitatibus septentrionales Christiani respirarunt: cum Mendok siue Mendolphus Lituaniæ princeps, hoc anno ingenti collecto exercitu in Christianorum terras irruit, ac primum Mazouiam rebellionis nomine vastauit, Plocensem vrbem ciuibus desertam incendit; dein conuerso in Prussiam furore, quoscumque reperit catholicos crudelissime necauit; plures vrbes recens extructas excidit, & crucigeris se in arcibus continentibus, ingentem armentorum multitudinem spoliaque innumera abduxit: captos vero Christianos auehere in seruitutem dedignatus, horrendam eorum stragem edidit.

Mazouia & Lituani vastata.

Iugentes ab ijs strages edita.

24 Non sufficerat Christianis tot cladibus ab ethnicis acceri (in quibus tamen maximo ijs erat solatio, honesta accipere pro fide vulnera, mortique pro Christo melioris adipiscendæ vitæ spe occumbere) nisi mutuis armis concurrerent, fusumque inuicem sanguinem funderent. Hoc enim anno Hungari Boemique magno animorum ardore prælio congressi sunt, in quo vtriusque regni lectissimus flos miserrime periit, Boemique cruentam victoriam retulere. Bellum illud mouisse Othocarum Regem Boemiæ refert Stero e, quod moleste ferret a Bela Rege coactum olim fuisse Styria cedere, quam ad se vna cum Austria attinere contendebat. Demum pax inter eos, coniuncta vt dictum est affinitate, coaluit. De eo bello agunt S. Antoninus f, continuator Parisij, alijque.

Hungari & Bohemi de Styria dimicant.

e Stero in annal. apud Leib. t. 1. pag. 289. Dubr. hist. Bohem. l. 17. Pax inter eos affinitatibus firmata.

f Ant. p. 3. tit. 19. c. 7. §. 6.

25 Coegit Hungarum fœdus paciscI cum Boemo imminentium Tartarorum terror, cum ij ante bellum indixissent, atque iam signis victricibus peruasissent Poloniam, cui maximas clades inpulere: Sandomiriæ enim g arque eius arce expugnatis, in-

g Long. hist. Pol. l. 7. Chron. l. 9. Nouiomag. ex quo cent. 13. c. 16. col. 1345.

nume-

numeros ferè peremtis, reliquam multitudinem, fœminis elegantiori forma præditis, atque adolescentibus seruituti ipsa morte funestiori reseruatis, in proximum finitimum pecudum more impulere, ac mersere. Inde per circumpositа loca excurrentes multam prædam auerrere, Rutenorumque amicitia, & auxilio freti, Polonia salui discessere. Ferebat tamen, Casimirum Cuiauiæ ducem Tartaros ad excidium illud faciendum solicitasse: quare cæteri Poloniæ duces maxima ipsi damna iniuriasque reuulerunt.

Polonia euastata à Tartaris.

26 Nec è septentrione modo ad subijcienda sibi Christiana regna imminebant Tartari, verum in oriente magnum terrorem incutiebant, ne Christifideles obruerent: nota enim erat eorum ambitio, qua ad vniuersi orbis monarchiam aspirabant; tum immensa eorundem potentia timorem generabat: Subdanos enim, sub quorum armis totes succubuerant Christiani, obtinuerant rapidissimis victorijs, quas hoc anno partas persigit Sanutus a: *Tartari*, inquit, *violenter irrumpentes ceperunt Aleppum, Hamam, Calamelam, & Damascum, exuentes sanctas fidei filios sibi obuiam Saracenos: inierunt deinde regnum Ierusalem, &c.* Hæc fusius describit Aytonus b, vt post Caliphium Baldacensem necatum Haolonus Tartarorum Rex Margonis Can Imperatoris frater de Regni Armeniæ consilio Halappiam, deinde Syriam expugnarit: *Postquam Haolonus*, inquit, *requieuit per spatium trium annorum, nimirum capta Baldacensi vrbe, tunc misit ad Regem Armeniæ, quod veniret cum gente sua ad ciuitatem Robais in regno Mesopotamiæ, quoniam intendebat ire ad terram sanctam, vt illam redderet Christianis. Vidit Rex Aytonus bonæ memoriæ iter suum arripuit cum magno exercitu armatorum virorum equitum & peditum comitiua, quia tunc temporis regnum Armeniæ in tam prospero statu erat, quod facere poterat duodecim millia equitum, & quadraginta millia peditum armatorum: ego qui hoc tempore meo vidi, possum perhibere testimonium veritati.* Cumque Rex Armeniæ venisset, sicut mandauerat Haolonus, & super negotio terræ sanctæ simul colloquium habuisset, ait Rex Armeniæ Haolono: *Domine, Soldanus Halappi tenet totius regni Syriæ principatum, in quo quidem regno sancta Ierosolymitana ciuitas inuenitur, & postquam intenditis terram sanctam acquirere, sicut mihi videtur, primitus est Halappi ciuitas obsidenda, quæ totius regni Syriæ est caput & magistra: nam si ciuitas Halappi vestro subditur dominio, alias terras omnes poteritis facilius obtinere.*

Deliberat Olao de restitutione Hierosolyma Christianis. Audita Magonis morte reuocatur.

a Marin. Sanut. l. 3. p. 12. c. 5.

b Aytonus hist. orient. l. 3. c. 28.

Rex Armeniæ vires cum Tartaris coniungit &c.

Consilio vertendos impetus in Halappiã.

27 *Consilium itaque Regis Armeniæ placuit Haolono, vnde fecit obsidere ciuitatem Halappi, quæ erat fortissima ciuitas muris circummunita, habitata, plena copijs, & diuitijs opulenta. Haolonus quoque cum meatibus subterraneis, cum onagris, crcubis & balistis, & alijs generibus armorum varijs, & diuersis ingenijs fecit vndique sic viriliter ciuitatem, quod licet inexpugnabilis videretur, ipsam tamen violenter nouem dierum termino occupauit. In ipsa quidem ciuitate Halappi tantam diuitiarum multitudinem inuenerunt, quod vix esset credendum. Erat autem quoddam castrum in medio ciuitatis, quod se tenuit per vndecim dies, postquam ciuitas iam extiterat occupata: idemmet vero per meatus subterraneos fuit captum, & capta fuit ciuitas Halappi, & deinde regnum Syriæ per Haolonum anno Domini* * MCCXL. Irrepsisse in numerorum ordinem errorem conspicuum est ex superius dictis, ac legendum MCCLX. in quo alij auctores consentiunt. Cæterum hæc victoria alia cumulata est, Damasco in Tartarorum potestatem redacto, vt auctor prosequitur c. Hoc uli itaque impressione, Halappia ex consilio Armeniæ Regis

Halappia impetu capta ab Haolono.

Syria sub iugum missa MCCLX

c Ib. c. 29.

28 Cum in Damasci expugnatione vxorem & filios captos accepisset Halappianus soldanus flectere ad clementiam victorem posse arbitratus, se ad illum contulit; sed fallaci spe illinis in Persicem ablegatus est, ne Syriam intestaret; ac Regi Armeniæ plures arces, quas Saraceni occuparant, restituit, principique Antiochiæ prisca iura asseruit. Meditatum etiam Haolonum terram sanctam Christianis restituere, sed inopino casu ab incœptis reuocatum memorat Aytonus: *Cum*, inquit, *intendere set se transferre ad regnum Ierosolymitanum, vt terram sanctam liberaret de manibus paganorum, & illam restitueret Christianis, ecce nuntius venit tertia die, nona ferens de obitu fratris sui, & narrauit, qualiter post obitum Mango Can vacuerat imperium Tartarorum, quod eius quotidie præstolabatur aduentum, vt ipsum poneret in loco fratris sui. Haolonus quidem intellectis rumoribus de obitu fratris sui inæstimabilis fuit tristitia circumdatus, vnde vltrius non processit: sed ordinauit quendam suum ducem nomine Guiboga, & dimisit ipsum cum decem millibus Tartarorum in custodiam regni Syriæ, & præcepit, quod terram sanctam acquireret, & restitueret Christianis. Quo facto Haolonus festinanter recessit versus partes orientis.* Quibus consentanea Ioannes a Villanus, & Marinus Sanutus b tradunt c.

a Io. Vill. l. 6. c. 61. b Sanut. l. 3. p. 13 c. 7.

29. &c Addictum fuisse Christianis Haolonum, siue Olaonem, quo nomine a Sanuto vocatur, atque etiam optime de fide nostra sensisse, & Christo, a quo victorias amplissimas de Mahometanis retulerat, nomen dare meditatum, atque etiam a Romano Pontifice, vt supremo in terris Christi vicario baptismalia sacra misso oratore flagitasse, docent insignes literæ ad Olaonem ipsum a Sancto datæ c. Et quidem ficem illum Christianam professum esse refert Aytonus d: ascribendum vero eti hominum peccatis, si diuinis consilijs exitus non responderint. At Olaono in orientem abeunte, cum Guiboga eius præfecto, qui Ierosolymitanum regnum Christianis restituere erat iussus, male gesta res; eiusque arma in nostros fortuito casu prouocata sunt, vt Aytonus recenset e: *Guiboga, quem Haolonus dimiserat in regno Syriæ, et in prouincia Palæstinæ, terras illas tenuit pacifice, et diligebat multum Christianos: nam ipse fuerat de progenie trium Regum, qui venerunt nativitatem Domini adorare. Cumque dictus Guiboga solicite laboraret, vt terram sanctam reduceret in potestatem Christianorum, ecce diabolus inter ipsum et Christianos aliarum partium semen scandali et discordiæ seminauit: et hoc accidit tali modo. In terra enim de Belfortis, quæ est de dominio ciuitatis Sydonienſis, erant plures villæ, in quibus Saraceni certum censum Tartaris exhibebant: vnde accidit, quod certi homines Sydonis, et de Belfortis congregati in vnum, iuerunt ad villas Saracenorum et casalia, et depredauerunt eos, plures interfecerunt Saracenos, alios vero cum magna multitudine bestiarum ducebant cum præda. Quidam vero nepos Guiboga, qui ibi prope morabatur, cum parua equitum comitiua secutus fuit celeriter Christianos, qui talia fuerant operati, vt diceret ex parte auunculi sui quod dimitterent prædam. Quidam ex ipsis Christianis irruerunt in eum, et occiderunt eum, et quosdam alios Tartaros cum eodem, et noluerunt restituere prædam. Quando Guiboga intellexit, quod Christiani interfecerant nepotem suum tali modo, confestim equitauit, et cepit ciuitatem Sydonienſem, et destruxit magnam partem murorum, paucos perdidit Christianos, qui ad insulam fugerant:*

c Vallic. m. f. fign. in C. n. 49. p. 81. d Hist. Orient. c. 32.

e Ib. c. 30.

Olaonis præfectus.

Christianis fauet.

Suscipit ex inopino casu cum ijs simultates.

Sydonem euertit.

nunquam tamen postea de Christianis Syria Tartari fiduciam habuerunt, neque Christiani de Tartaris sunt consisi.

a Sanut. l. 3 p. 12. c. 5. Christianorum Palæstinæ trepidatio. Implorant occidentalium opẽ.

34. 35 His consentientia de Sydone expugnata a Tartaris, nostrorumque trepidatione scribit Marinus Sanutus a. Permoti eo metu Christiani Syri, missis nuncijs ac literis Reges occidentales ad arma auxiliaria expedienda solicitarunt: legatum enim ea de causa in Angliam oratorem esse, narrat Vvestmonasteriensis b, additque retulisse solitos Tartaros in prima acie omnes exteros belloque captos exponere, vt hostis in his occidendis fatigetur; nec viros modo, sed fœminas ante retroue sagittandi peritissimas esse. Gallos pariter a Pontifice excitatos, vt laboranti terræ sanctæ subsidia pararent, Nangius recenset c.

b Vvest. Flor hist. hoc ann.

c Nang. in gest. S. Lud.

36. &c. Cæterum quod de Antiochia & Armenia sub iugum missis ait auctor, non de bello ijs illato intelligendum est, sed Aytonum Regem Armeniæ vna cum genero principe Antiochiæ, dum occidentales mutuis discordijs impliciti non ferebant auxilia, se Tartarici imperij vectigales sponte constituisse, vt eorum armis a Saracenorum tyrannide vindicarentur, vt ex Aytono scriptore accuratissimo vidimus: quare Saraceni postea ob concitatos in se Tartaros efferati, primum in Armeniam, & Antiochiam, Guiboga iam victo, iras effuderunt; de quibus suis locis.

Trib. principum expeditio aduersus Palæologum.

51. &c. Interea Angelus Michael despota Epiri atque Ætoliæ captum iam cum Theodoro Imperatore, dum vinebat, bellum gerere in Palæologum pergebat, fretusque Manfredi Siciliæ tyranni, ac Guillelmi Vvillarduini Achaiæ & Peloponnesi principis, quibus filias matrimonio iunxerat, affinitate ac potentia, latius terminos principatus protulerat: aduersus quem sebastocrator a Palæologo missus, cum rem strenue gerere cœpisset, Michael adductus in discrimen auxilia a Manfredo Vvillarduinoque amplissima contraxit. His addit Nicephorus Gregoras, arte & dolo potentissimum exercitũ dissipatum a Palæologi ducibus quãuis longe viribus inferiores essent, ac dictu Villarduinum Achaiæ & Peloponnesi principem in fugam versum sub palearum aceruo se condidisse, sed indeductum agnitumque a militibus, quod anteriores dentes insigni magnitudine prominerent. Afflixit eaclades in Græcia Latinorum res adeo, vt Palæologus in spem occupandæ Constantinopolis elatus vires omnes dolosque ad eam sibi subijciendam adhibuerit. Vt vero Alexij Strategopuli, quem ob partam de Michaele despota & Vvillarduino principe victoriam Cæsaris dignitate insignierat, sequentis anni æstate Constantinopolim dolo, & prodizione obtinuerit, inferius dicetur.

IESV CHRISTI annus 1261.

Indict. 4.

ALEXANDRI PP. IV. VACAT IMPER. OCCID. 11. annus 7. MICH. PALAEL. IMP. OR. 1.

Alexandri in fidei hostes studia.

1. &c. MAgno ardore aduersus fidei hostes septentrionales, præcipuo horrarore Alexandro Pontifice dimicatum est; sed succubuere sub barbarorum funestis victorijs Christiani, nonnullæque Prussiæ arces munitissimæ in ethnicorum potestatem cecidere. Concurrerant sub crucis signa generosissimi ex Polonia, Germania, Prussiaque milites, vt clades, quas antea vidimus a Mendolpho apostata Lituano Rege illatas, vicissentur: festoque purificatæ Deiparæ die exercitus Christianus in barbarum mouit a: primo impetu in hostilem regionem facto, omnia obuia ferro flammaque deleta. Cumque barbarus suis diffisus viribus in interiora sese subduxisset, Christianæ copiæ, meditullium regionis penetraturæ, quadrigas impedimentaque cum parua militum manu ad ea seruanda reliquere: quo per exploratores cognito ethnici, collectis ingentibus turmis in sarcinas irruunt, castrisque facili pugna potiuntur. Peruenere cladis nuncij ad nostros, qui mox regressi in hostem spolijs incubentem protolant. Conseritur pugna aspertima: plures initio barbari cadunt: inde fluctuat victoria, ac demum arcano diuini Numinis, nostrorum lacinora vicuri, consilio Christianus exercitus fusus fugatusque. Parta victoria ethnici, sorte sæpius iactata, ac ter in Christianum Magdeburgo oriundum cadente, illum ritu sacrilego, equo insidentem ad grates dijs suis referendas concremarunt. Acceptæ huiusmodi a paganis clades malorum impendentium malorum prælagia futura videbantur, ac Pontificem non leui mœrore affecerunt.

a Long. hist. Pol. l. 7. Expeditio facta in Lituanos. Diuisus Christianus exercitus. Impedimenta potiti barbari. Fideles profligant.

4 Obruebat eum immensa negotiorum moles, atque ad leuandas curas, si cum pluribus eas partiretur, explicandaque in difficillimis rebus consilia, vniuersæ Ecclesiæ vtilitatibus consulturus, indixerat concilium Romæ quintadecima die post festum paschæ celebrandum: sed cum imminentium Tartarorum rumores increbrescerent, dilatum est, ne illius occasione bellico in eos apparatui aliquod impedimentum iniiceretur: nec fallus rumor: magno enim terrore irrupere in Pannoniam. Verum Deus attriti toties populi sui miseratus, victoriam ad Christianos conuertit: fusique sunt magna strage Tartari, atque ad quinquaginta duo millia cæsi. Patuit tum omnibus quam egregie rebus suis consulant principes, qui Christi vicarij monita pie excipiunt. Solicitatus fuerat, vt diximus, a Tartaris Hungarus, vt societatem cum ipsis, ad edomandum orbem Christianum coiret, ac filiam Tartarici sceptri heredi desponderet; sed is Apostolicæ sedis consilijs obsecutus, collocata in Deo spe, superbas infidelium minas ac pollicitationes sprenit, demumque glorioßissimum triumphum de barbaris reportauit.

Indictum Romæ concilium. Extractũ in longius tempus. Profligati in Hungaria Tartari.

5. 6 Feliei eo nuncio accepto Alexander, metuens, vt Vvestmonasteriensis b ait, ne Tartari ad eluendam ignominiam maiori postea impetu, maioribusque viribus succincti in Christianorum terras penetrarent, ad concilium iterum præsules confluere iussit, vt ad comparandas copias, ad eorum reprimendos impetus agitaretur: celebrata vero in Anglia concilia narrat idem auctor, in quibus populi ad crimina lacrymis expianda, seruanda ieiunia, fundendas preces, misericordiamque a Deo eliciendam incitati, vt Tartaricam rabiem ab ipsis propulsaret: coacta quoque Maguntiæ a Vverneto archiepiscopo, atque ab alijs præsulibus eadem de causa in suis diœcesibus prouincialia concilia iubente Alexandro Pontifice: quod etiam testatur Vrbanus IV. vt dicetur anno insequenti: *Præterea eodem anno*, inquit Henricus Stero c, *dominus Alexander Papa direxit literas Regibus & ducibus, archiepiscopis & episcopis, & vniuersis principibus Christianis hortando ipsos, vt contra horrendam rabiem Tartarorum consilijs & armis se præmunire deberent; nam idem Tartari, denuntiis iam & delectis omnibus Regibus, et regnis Saracenorum in partibus transmarinis, Antiochiæ, ac alijs Christianorum partis, terrorem tam validum incusserunt, vt ad dictos*

b Vvest. Flor hist. hoc ann. Celebrata concilia pro repellendis Tartaris in Anglia. Et in Germania.

c Stero in annal. hoc ann.

Concilij Viterbij indictum,

dos Papam et Reges supplices, et frequentes legationes dirigerent pro succursu. Vnde cum super hoc negotio concilium in palatio Apostolorum Petri, et Pauli habendum Viterbij indixisset, ipse VIII. *kal. iunij diem clausit extremum.*

7 Alexander igitur expletis omnibus optimi Pontificis numeris excessit e vita hoc anno, vt antiqui pene omnes auctores tradunt, Vrbanique infra indicandæ literæ potestaciunt, de sua electione ad cunctos Ecclesiæ præsules datæ a: de cuius obitu inter cæteros exactius hæc Matthæus Vvestmonasterienſis b: *Eodem anno in festo S. Vrbani Papæ et martyris, quod fuit* VIII. *kal. iunij, obiit Papa Alexander*: consentiuntque Nangius c, ipsum annos sex, menses quinque, dies totidem summum pontificatum tenuisse dicendum est, renunciatus quippe fuit Pontifex XII. kal. ianuarij anno MCCLXI. Quibus erroris Longinus d arguitur, dum ait, annis septem, & mensibus duobus sedisse. Supersoribus consensit Ptolemæus Lucensis e: adiungque ſe *Hic Pontifex hanc famam habuit, quod fuerit vir magnæ humilitatis et pietatis*. Quod vero ad interpontificij tempus spectat; illud ita consignat dictus Vvestmonasteriensis: *Cessauit Romanus pontificatus tribus mensibus & binis circiter hebdomadis*. Longioris in electione celebranda morę causam refert Sicularum rerum antiquus scriptor g: *Cum*, inquit, *inter eos, vertiginis spiritu & inuidiæ liuore suffuso non possent in aliquo de gremio conuenire, contigit quod Ierosolimitanus patriarcha natione Burgundus*; Trecensem alij fuisse consentiunt, ac Iacobum Pantaleonem dictum, *qui tunc ad curiam ipsam pro ecclesiæ suæ promouendis negotijs accesserat, concorditer ad apicem apostolicæ dignitatis assumptus fuit. Itaque factus de petitore concessor, de subdito dominus, de filio, pater, Papa Vrbanus IV. meruit nominari*. Nec discrepant ab his monachus Patauinus h, Ptolemæus Lucensis i, Longinus l, ac Theodoricus Vallicolor m, qui accuratius cæteris rem describit, atque Cardinalium, qui tum octo tantum erant nomina ita recenset.

Illi Pontifices, prior Odo, Stephanus alter,
Gallicus iste fuit, Hungarus alter erat.
Toique sacerdotes: genuisse Sabaudia primum
Dicitur Hugonem, qui Iacobita fuit.

Is erat Hugo Dominicanæ familiæ alumnus.

Alter quem genuit Cisterciis ordo Ioannes
Nomine, natalis anglia terra sibi.
Ipsi tenuit Richardus et Octauianus,
Progenie clarus fuit uterque satis.
Romanus primus, Tuscus fuit Octauianus.
Hic aberat mundi fata sequente patre.
Romanus patria ternus Lenita Ioannes,
Otbobonus quartus Ianua terra fibi.

Eorum nomina.

Hi in varias distracti sententias Iacobum patriarcham Ierosolymitanum ad pontificatum euexere.

Iacobus Patriarcha Ierosolymit. creatur Papa Vrb. Gesta antea ab eo munera.

8. 9 Primitias describunt illius ęui scriptores nimirum fuisse patria Trecensem ignobili quidem patre, vt pote veteramentario sutore genitum, sed veram nobilitatem virtutibus & doctrina comparasse, comparatamque excoluisse; hisque ornamentis decorum Laudunensem archidiaconatum adeptum, deinde promotum in archidiaconum Leodiensem a Pontifice internuntium creatum, tum ad septentrionalia regna, iterumque in Germaniam ad Vvillelmi Regis partes efferendas missum, & ab hoste in vincula coniectum diuinitus liberatum esse, ac postea Virdunensi episcopatu donatum ad patriarchales Ierosolymitanos apices prouectum, demum ob eximias virtutes ad summum pontificatum peruenisse & Iacobi nomen cum Vrbani IV. nomine commutasse. His consentit Theodoricus Vallicolor a, qui primos honorum gradus in Laudunensi ecclesia adeptos describit.

10. &c. Suspexit quidem Vrbanus diuinæ prouidentiæ consilia, quæ ipsum per tot gradus prouexerat, in literis encyclicis ad prælules, ac principes datis, illique tot honorum incrementa ascripsit: ac ne sub oneris b mole fatisceret, Christifidelium apud Deum preces enixe implorauit, ac S. Ludouicum Galliæ, Theobaldum Nauarræ Reges & alios principes sacris beneficijs ornauit.

22 Quam egregie de Ecclesia meruerant ij principes, tam male meruit Manfredus; qui Saracenorum exercitum in Campaniam infudit: quam cum vastarent infideles, Vrbanus mox accepta solemni ritu pontificia tiara, ad comprimendas hostiles grassationes crucesignatas copias comparauit, ac perfidos homines expulit: quibus consentiunt appendicis Parisio adiectæ auctor c, Bernardus Guido d ac Ioannes Longinus e. His addimus ex Matthæo Spinello f, Neapolitanorum oratores tertia septembris die huius anni Manfredum rogasse, vt pacem cum Pontifice redintegraret; Neapolim enim sacrorum vsu mulctatam: ac tum Manfredum subiecisse, non sua, seu Romani Pontificis, qui ipsum regno (nimirum flagitio inuaso) deturbare niteretur, culpa bellum geri: missurum se Neapolim trecentos Saracenos, qui sacerdotes omnes ad sacra peragenda adigerent; detrectantes, ad triremem damnatum iri: tum vero oratores tyranni flagitium execratos orasse, ne Saracenos Neapolim mitteret: non enim a ciuibus intra portas excipiendos; ac tum Manfredum his auditis exanduisse: cum vero Neapolis in discrimen adducta esset, ne ad libertatem aspiraret, Iosfredum ad eam in fide Manfredi continendam missum. Sed ab occidentalibus rebus ad orientales stylum traducimus.

26 Diu nutans Latinorum in oriente imperium, tandem hoc anno corruit; quodque in Balduino coeperat, in altero Balduino interijt. Funesto casu Latinus exercitus sui florem g Constantinopoli vna cum Iustiniano patriarcha versus Pontum Euxinum ad obsidendam Daphnusiam eduxerant. Denudata itaque præsidio suo ciuitate regia, Græcisque, qui Latinos sibi dominari animo iniquiore ferebant, referta, Alexius Cæsar captata occasione in aliquos Græcos incurrens, qui condendis frugibus dabant operam, quique Constantinopoli erant oriundi, eos ad defectionem solicitat: qui deliniti promissis spondent se vigiles cæsuros nocte, ac portam, quæ Deiparæ fontanæ ædes spectabat, effracturos; significant etiam patere cuniculum, per quem quinquaginta armati irrumpere ad excubias trucidandas possent.

27. 28 Nec segnius confectum est facinus, quam audacter meditatum, quod a Georgio Logotheta h describitur, nimirum Græcos proditione nocte Constantinopolim ingressos, mox tectis faces iniecisse ad perterre faciendos ciues, atque in ea perturbatione territum Balduinum cum Francis in fugæ salutis spem posuisse. Consonat etiam monachus Patauinus i illius temporis scriptor, qui tradit Latinorum classem, quæ Daphnusia soluerat, Latinos ex incendio & Græcorum gladijs fugientes illius diei vespere ac nocte insequenti excepisse, tantumque fuisse illorum numerum, vt præ commeatus inopia maxima eorum pars fame exaruerit, antequam ad Euboeam siue Nigropontum appellere possent.

29. 30 Tradit Gregoras, ad amplificandam suorum victoriæ pompam, Alexij Cæsaris copias ad octingentos tantum milites ascendisse, quibus fretus vrbem regiam cepit, quam tres Græcorum Imperato-

a *Thom. Vallic. in eleg. apud Masseu. l. 5 in Vrb. IV.*

b *Lib. 1. ep. 1. 22. 26. 27 29 &c.* Manfredi Saracenorum exercitum immittit in Pont.

c *Continuat. Par. hist. Angl.*
d *Bern. Guid. in chron. Rom. Pont.*
e *Long. hist. Pol. hoc anno.*
f *Mat. Spinel. m. s. hoc ann.* Sacerdotes diuina prophanare recusantes detrudi ad triremes a Saracenis iubet.

Capta a Græcis Constantinopolis.

Vt Ciues genere Græci proditionem cum hoste conflarint.

g *Logoth. in hist. Constantinop. Leon. Allat. inter.* Balduinus fugit.
h *Men. Pad. chron. l. 3.* Pars eorum, qui in naues euasere, fame extincta. Gregoras reclamatur de numero exercitus.

ratores maximis exercitibus succincti frustra tentassent. Verum longe maiores copias duxisse Alexium videtur, cum Vrbanus in literis suis a Palæologum dicat numerosum exercitum ad occupandam prodi-
a Vrb. IV, l. 1. ep. 129. tione Constantinopolim immisisse. Vbi tanæ rei fama ad Palæologum ipsum Græcorum Imperatorem peruenisset, repente Constantinopolim aduolauit cum exercitu raptim collecto, vt suis opem ferret, si forte Latini Daphnusia reuersi cum ijs congrederentur.

b Georg. Lac. vbi sup. 31. 32 Refert Georgius Logotheta b, vt Palæologus Constantinopolim ingrediens magnæ pietatis specimen dederit. At quam longe a vera pietate animus abesset, res quæ paulo post gessit patefecerunt: cum enim Ioannem, cui sceptrum debebatur, adolescere, ac non dubia virtutis signa prodere videret, vt exueret timorem, ne sibi diadema aliquando eriperet, aduri ipsi oculos igneo crepitaculo, vt tradit Pachymerius c, iussit, duasque illius sorores Theodoram filiam Theodori Lascaris Latino non admodum prænobili, qui casu Constantinopolim aduenerat, despondit; alteram Irenem Vigintimilio comiti Genuensi in Italiam auehendam vxorem tradidit, ne quis Græcorum ob regium Lascarorum sanguinem imperio inhiaret.

Ioannes Lascaris oculis orbat.

c Pachymer. hist. Græc. l. 3.

Arsenius Palæologû ferit anathemate.

33 Audito Palæologi facinore Arsenius, cui moriens Theodorus Lascaris filium commendarat, iustam anathematis sententiam in Palæologum tulit, qui aliquot diebus simulata animi demissione diuinis abstinuit, animaduersaque patriarchæ constantia, de gradu dignitatis, subornatis criminibus, eum deturbauit, coactoque conciliabulo in palatio imperatorio, ipsum falsis insimulandum criminibus, damnandum, atque in exilium pellendum curauit, in illius locum subrogato Germano Adrianopolitano episcopo, vetere amicitia sibi coniunctissimo.

Alexius aduersus Epiri despotam mittitur.

34 Secundarum rerum cursu elatus Palæologus proferre vlterius terminos imperij cogitabat, Alexiumque Cæsarem, cuius opera, vt dixi, Constantinopolim ceperat, post decretum atque exhibitum illi triumphum, aduersus Michaelem Ætoliæ atque Epiri despotam multis copijs stipatum misit: qui aduerso casu profligatus, amisso exercitu, in hostis potestatem deuenit; & ipse in seruitutem est adductus, qui imperium Constantinopolitanum Palæologo comparauerat.

In acie capitur. Galata fit Pera. Genuensibus tradita.

35 Cæterum potiti Constantinopoli Græci omnes ciues Latini generis eiecere, ne forte aliorum exemplo vrbem aliquando proderent: quorum cum ingens multitudo esset, ex aduersa Bosphori Thracij parte circa Galatam, Pisanis, Venetis ac Genuensibus locum ad inhabitandum attribuere, qui in celeberrimum emporium ob mercium inuehendarum opportunitatem & immunitatem vectigalium effloruit, vbi suos quique magistratus, Veneti baiulum, Pisani consulem, Genuenses potestatem haberent; immunem vero ait Gregoras d portum promisisse Genuensibus Palæologum, si eorum ope Constantinopolim obtineret, atque eorum gratia id præstitisse, quamuis sine ipsorum opera eam recepisset. Verum Nangius affirmat e Genuenses ocio percitos in Veneros Græcis ad occupandam Constantinopolim opem tulisse: quorum fano ac Venetorum funestæ dissensiones in Syria etiam rem Christianam attriuerunt.

d Greg. l. 4.

e Nang. in reb. esl. S. Lud. an. 25

Cardinalium creatio.

36 Hoc anno decembri ineunte auctus est ab Vrbano senatus Cardinalium, inter quos adlecti sunt Guido Grossus archiepiscopus Narbonensis, qui Clementis IV. accepto nomine Vrbano successit, in cardinalatu vero Sabinensis episcopus renuntiatus est; Iacobus Sabellus Romanus creatus diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin, pontificatum vero postea adeptus Honorij IV. nomen gessit; reliqui, Henricus archiepiscopus Ebredunensis, qui Ostiensi episcopatu ornatus est, & Rodulphus episcopus Ebroicensis creatus episcopus Albanensis: presbyteri vero Cardinales renunciati sunt Simon de Monte Silice in agro Patauino, atque ideo dictus Patauinus SS. Silnestri & Martini tit. Equitij; Antherus Treuensis Vrbani nepos tit. S. Praxedis alij diaconi fuere Gotfredus Alexinus, Henricus, S. Georgij in Velabro, & Vbertus Senensis S. Eustachij. De hac Cardinalium creatione meminit his verbis monachus Patauinus: *Ille*, inquit a, *quarto mense sui pontificatus numerum Cardinalium ampliauit, praclaros viros vita & scientia insignes ad tam sanctum collegium promouendo, de quorum numero diuina prouidentia faciente extitit vir benignissimus Simon de monte Silice canonicus Paduanus, quem tam formæ corporis, quam nobilitate generis, & gratiosis moribus, & multiplici scientia diuina gratia decorauit.* At cum nonnullæ ad sedem Apostolicam querelæ de Simone, vt colligi videtur, delatæ essent, sanxit b Vrbanus, vt antequam in presbyterorum promotus esset, nec cardinalatus insignia gestaret, nec consilijs Cardinalium se immisceret, aliosue ipsis attributos redditus ad se deriuaret; quid vero de ipsius dignitate decernendum foret, se suo tempore definiturum. Cæterum discussa re Simonis famæ pristinus splendor assertus est.

a Mon. Pad. chron. l. 3. hoc an. & Bern. vbi sup. Simoni Patauino renunciatus Card. postulatus in dicio.

Quid de ipso sanctum sit.

b Lib. 1. ep. 33.

IESV CHRISTI
Annus 1362.

Indict. 5.

VRBANI PP. IV. annus 1. VACANT. IMP. OCCID. 12. MIC. PALÆOL. IMP. OR. 2.

1, &c. ALfonsus Castellæ Rex ab Vrbano Pontifice per literas perq. oratores suos postulauit, vt se ad suscipiendum imperatorium diadema vocaret: cui rescripsit Vrbanus c perplexam admodum, atque inuolutam causæ æquitatem, cum ex aduerso Richardus imperium sibi deberi contenderet, atque ideo de vtriusque jure diligentius se cogniturum.

Alfonso Regi circa imperium data ab Vrb. responsa.

c Vrb. l. 1. ep. 91 & m. f. Vall. fig. n. 6. 49 pag. 1

4. &c. Dum contrarijs inter se discissi studijs Germaniæ principes pro Richardo Alfonsoque contendebant, nonnulli Germaniam se pacaturos arbitrabantur, si vtroque depulso ad Conradinum imperium deferrent; quæ res cum Ecclesiæ maximæ iniuriæ ac periculo verteretur, Boemiæ Rex, pro suo in Apostolicam sedem egregio studio, missis oratoribus, Vrbanum monuit quid nonnulli electores molirentur. Vrbanus ergo gratijs ei actis de electorum consilijs sibi detectis, prædecessorum exemplum sectatus, rescripsit d, ne vnquam Conradinum ad Germaniæ regnum imperiumue euehere consentiret eademque archiepiscopis Maguntino, Treuirensi, Coloniensique mandata dedit e: *Nos*, inquit post alia plura, *in omnes electores, qui præmissum puerum ad hoc nominare, vel optare, consilium, auxilium, vel fauorem, vt eligatur, dare præsumpserint, excommunicationis sententiam duximus promulgandam; quam statim per illos, antequam ad nominationem, vel electionem aliquem aliquo tempore procedatur, reliquis suis coelectoribus præcipimus innotari: quod si non fecerint eo ipso se nouerint excommunica-*

Rem vetat Pontifex.

d Lib. 1. ep. 102.

e Ib. ep. 107

Renouatæ superiores censuræ in eligentes Conradinum.

munitionis laqueo innodatos. Ideoque serenitatem tuam rogamus, & hortamur attente, quatenus huiusmodi processum nostrum prudenter considerans, & discutiens sapienter, sic illum semper habeas ante oculos tuæ mentis, vt si vllo vnquam tempore electioni faciendæ de Rege Romanorum te interesse contigerit, attente prouideas, ne huiusmodi excommunicationum sententijs quomodolibet innodaris, nominando, vel eligendo præfatum puerum, aut exhibendo adhoc vt eligatur, consilium, auxilium, vel fauorem. Dat. Viterbij III. non. iunij anno 1.

Manfredi Regis Arag. affinitatem affectat.

9. &c. Agitabat ita in Germania Conradinus sibi viam munire ad imperium, cum Manfredus, qui ficta illius morte Siciliam inuaserat, veritus re regno tandem pelleretur, quo suam tyrannidem stabiliret, cum Aragonum Rege per legatos egit de filia cum Aragonij primogenito matrimonio coniungenda; petieratque vt ipsum cum Pontifice Vrbano conciliaret. Ijs ergo Manfredi promissis pollectus Aragonius ad Pontificem de eo in ipsius gratiam restituendo scripserat, seque ad pacem eam pangendam Romam profecturum. Cui Vrbanus respondit desineret agere interpretem pro infido tyranno, qui post Tarentinum principatum ipsi ab Ecclesia nullis eius meritis concessum, Ecclesiæ ditionem inuasisset, Saracenis sese coniunxisset, ad catholicos Ecclesiæ studiosos proterendos Siciliam conficta Conradini nepotis morte occupasset, principes nonnullos fraudibus suffulsisset, ecclesiasque vexasset: demum Regem ipsum ab illius affinitatis contrahendæ mente nisus abducere, quantam labem suo generi ex eo inferret, proposuit a, e quibus dicta superius de Manfredi tyrannide confirmantur.

Vrbani lit ad Reg. Arag.

a Lib. 32. epist. Vall. fragm. C. 49. pag. 3.

16. 17 Vt porro Aragonum Rex ob suam in contrahenda cum Manfredo affinitate facilitatem, illius enim ambitionem inferendæ in domum aliquando Siculæ coronæ spes titillabat, perfricitus est, ita S. Ludouicus summas a Pontifice laudes promeruit, qui cum iam amotis consanguinitatis impedimentis Alexandri IV. auctoritate, Aragonum Regis filiam Isabellam Philippo filio vxorem accipere in animum induxisset, atque etiam sponsalia apud Claramontem in Aruernia maxima pompa celebrari iussisset, accepto tamen nuntio Aragonium affinitate sese cum Manfredo Ecclesiæ hoste deuinxisse, atque illius filiam maiori natu filio vxorem dedisse, a cœptis desilijt: eam enim maculam Rex Ecclesiæ amantissimus, tuendæque illius dignitatis studiosissimus, suscipere in se noluit, vt iungere cum ijs affinitatem diceretur, qui cum Ecclesiæ hostibus fœdus pepigissent. Egregium factum Vrbanus commendauit, ac de singulari pro tuenda in aduersis Ecclesia studio hæc scripsit b.

S. Ludou. cœpta cũ Iacobo rege affinitatem abrũpit.

b M. S. Valli. sign. lit. C. nu. 49. pag. 3.

18. 19 *Sicut Petrus, Iacobus, & Ioannes a Domino in montem excelsum assumpti, & post transfigurationem ipsius apparentibus illis Moyse & Elia, tandem voce Patris audita timentes in faciem ceciderunt, sed tacti, & amicis per ipsum consolationis eloquijs, ne timerent suos leuantes oculos neminem nisi solum Iesum vidisse leguntur; sic nos & præditi fratres, ingruentibus frequenter diuersarum procellarum fluctibus, multiplicibus turbinibus tempestatum, qua in huius mundi pelago multoties concutiunt Petri nauem, in altitudine cogitationis erecti leuemus in circuitu nostra considerationis aciem: sed in vrgentium necessitatum articulis efficaciter Ecclesiæ assistentem te solum singulariter inuocemus, &c.*

Ob id ab Vrb laudatur.

Eique amplissima gratia refertur.

20. &c. Præclaram vero gratiam Pontifex S. Ludouico sedis Apostolicæ studiosissimo retulit: de transfundendo enim in eius fratrem Carolum regno Siciliæ, cui Manfredus Aragonij affinitate elatus incubabat, meditata a prædecessoribus consilia perducere decreuit: Alberto namque notario suo iniunxit a, vt cum Carolo Prouinciæ comite de Sicilia ipsi tradenda ageret, nil tamen, nisi sede Apostolica facta certiore, definiret. Iam enim Edmundus ab Alexandro eo regno, vt vidimus, inuitus iuo iure ceciderat, cum Henricus Angliæ Rex ipsius pater pactas cum Pontifice leges non seruasset, neque, vti in se grauissimis adiectis pœnis admiserat, expeditionem ad Manfredum detrudendum confecisset. Cum vero Siciliæ regnum Francis deferret Albertus internuncius, S. Ludouicus, cuius puriſſima conscientia ne minimam quidem labeculam pati poterat, nonnullam sensit religionem, num aliqua iniustitiæ species subesset Siciliam admittere, cum si ab illius iure Conradinus vere excidisset, iam in Edmundum Angliæ Regis filium translatum esset: ad Constantinopolitanum vero imperium ac terram sanctam defendendam, de quibus etiam erat agitatum, sese vltro obtulit. Quo accepto Pontifex Albertum notarium monere iussit Regem, vt eam conscientiam poneret, nullam iniustitiam subesse, remque a Cardinalibus atque a se discussam; prafideret potius summam a Deo gratiam co tacto initurum.

a Lib. 2 ep. 8 Pan. Luc. l. 22. hist. eccl. c. 25 Transferẽdi in imperẽ Galli cam regni Sicul consilia meditatur. M. S. Vall. sign. lit. C. n. 49 pag. 142.

Richard. ep. Cicestrensis sãctis adscriptus. b Theodor. Valicolor. in Vrb. vita apud Mafson l. 5. & alij.

23. &c. Hoc anno Vrbanus inter sanctos retulit b B. Richardum episcopum Cicestrensem, cuius miraculorum gloria cum late peruagata esset, Anglia Regis precumque precibus adductus Alexander editas eius opera diuinitus admirandas res in publicas tabulas referri, atque examine ecclesiastico discuti iusserat. Inter cæteras eius virtutes, mira corporis integritate enituisse refert Vrbanus in diplomate pontificio, atque ita in suscepto certamine constantem extitisse, vt cum frater, vt ipsum ad prænobilis puellæ coniugium adduceret, primogenituræ iura, ac patrimonium in eum retundere cuperet, numquam inflecti, ac blandientis voluptatis illecebris, bonorumque ostentatione subornari potuerit: B. Edmundi archiepiscopi, cui summa familiaritate coniunctus fuit, in regenda ecclesia Cantuariensi curas, leuauit; tum ad eadem Cicestrensem euectus, vt virtutum micantes radios vndique diffuderit, carnemque asperrimo vitæ genere edomarit, enarrat Pontifex c, tum subeat de illius liberalitate erga pauperes diuinitus commendatis: *Quodam*, inquit, *ætatis tempore ad eiusdem beati viri elemosynam inopinata concurrente inopum copia, panem qui ad nonagenia refectionem pauperum distributione solita æstimatus, occurrentis multitudinis vix pars minima concurrebat in numero, vnus panis qui de cælo descendit, ad ipsius benedictionem sic abundare fecit in tantum, quod præter existimationem æstantium refectis abunde fere tribus millibus pauperum, confectas recipientium portiones, de superna abundantia pietatis superabundauerunt partes, quæ secundum eandem distributionem centum adhuc pauperes refecissent. Hic, resolutionis sui corporis tempore propinquante, per plures dies ante horam mortis certam, licet ipsa nihil incertius, facti subsecuta veritate dictum certificante prædixit.* Adeit eius corpus post mortem miro nitore fulsisse, imploratoque ipsius apud Deum suffragio plures cœlestes virtutes editas fuisse.

Vt caducas opes abiecerit.

c Extant apud lit. in ecc. Vallic. sign. C. nu. 49 pag. 118 & in Bull. in Vrb. IV.

Mortem suam prædixerit.

27 S. Richardo Angliæ clarissimo lumini nouum Germaniæ decus Vlricum Racemburgensem episcopum coniungemus, quem virtutibus præsertim effusa in pauperes liberalitate non dispar Numen pari miraculo exornauit. Rem narrat Albertus Crantzius d: *Granarium*, inquit, *suum plenum farina & frumento totum in manus pauperum exhausit, ita vt nihil sibi ac familiæ reseruaret. Superuenere*

d Crantz. metrop. l. 8. c. 39. Vlricus epilc Racẽburgen.

rere pauperes, qui sternofymam efflagitarent: pecu-
nio procuratore instit, vt pauperibus consuleret dans
quidquid superesset: erat enim annona carissima insignis,
& fames valida super terram. Procurator scitus gra-
nerium exactum respondit nihil superesse, quo pau-
peres consolaretur, sed omnia in similes vsus dispen-
sa. Fiducia plenus dixit illi episcopus: Vade & vi-
de si forte vel modicum supersit, vt non vacui discedant
pauperes. Vade in nomine Domini, & da eis: pau-
cisque interiectis verbis: *Mira res, & veterum mi-*
raculis merito comparanda: granarium aperuit, &
frumento atque farina plenum reperit, & pauperibus
abundanter elargitur. Vbi inusitata res gesta Pontifi-
ci, resolutus in lacrymas Deo omnium largitori lar-
gas gratias persoluit. Hæc Cranzius, atque ex eo
pontifices a; qui quidem, vt animales homines non percipientes quæ sunt spiritus Dei addunt: *Si*
modo credere fas est. Verum non abbreuiatam in miraculis patrandis manum Domini sensit Polonia in B. Hedvvige, cuius sanctitatis gloria innumeris miraculis, quæ quotidie patrabantur, adeo excreuit, vt Poloniæ proceres ad Vrbanum IV. oratores legauerint b, qui ab ipso flagitarent, vt eam cœlitum numero ascriberet; quibus auditis, vt maturius deliberaret, Vvolmiro Vvaladislauiensi episcopo, ac Dominicanorum præfecto prouinciali munus imposuit, vt de illius miraculis diligenter inquirerent.

Quã Deo grata essent eius in pauperes liberalitas miraculo ostensum.

a Cent. 13. c. 10 col. 1098. Centuriatorum impietas.

Instituitur de S. Hedvvigis miraculis religiosum examen.

b Long. hist. Pol. l. 7. hoc ann.

28. &c. Extinctum est hoc anno Franciscanæ familiæ lumen B. Ægydius e S. Francisci quondam socius, quem allocutum esse vidisseque felicem iam putabat S. Bonauentura. Singulari veneratione Romanam ecclesiam est prosecutus, & audiens fratrem Eliam ab ea ad Fridericum II. defeciisse, statim suborti lacrymis magno dolore percitus in terram se prostrauit, atque in puluere volutatus est, dictitans velle se quãtum posset in terram deprimere, cum ille infelix, dum in sublime tendere nitebatur, miserè corruisset. Adeo diuinarum rerum contemplatione capiebatur, vt solo paradisi audito nomine extra sensus ipsius animus euocaretur.

B. Ægidij mortuus.

c Luc. Wad. in annal.

33. &c. In oriente Græci schismatici catholicos admodum afflixerant: Palæologus namque Balduino Imperatore Constantinopolitano dejecto, depulsoque regia vrbe, vt reliquum imperium in suam potestatem redigeret, annelabat: nec tamen aduersis casibus Balduinus animo defecit nec consilio; sed cum Venetis coniunctis armis ad recuperandam Constantinopolim expeditionem conficiebat; nec illi Vrbanus auxilio defuit; Minoritis enim imperauit c, vt incitandis ad arma sacra populis nauarent operam, pro Constantinopoli a Græcorum manibus eripienda, indulgentiasque proefecturis pollicerentur, quas pro terræ sanctæ subsidio bellum suscepturi consequerentur: ex Cardinalium enim consilio ad S. Ludouicum Francorum Regem Andream archidiaconum Paphensem misit, vt ipsum ad restituendum Imperio Balduinum, Ecclesiæque iacturam sarciendam inciteret; literisque e certiorem fecit, Venetos, classem maximam instruere, Moreæ atque Achaiæ principes pedestrem exercitum terra additurros.

Schismaticorum portenta dicta.

Balduinus Imp. auxilia comparat.

c Lib. 2. ep. 129.

43. &c. Imperatori etiam Constantinopolitano, nimirum Balduino tribuit f, vt consilio Rhotomagensis archiepiscopi atque episcopi Agennensis ex ijs pecuniis, quas in Gallijs collegissent, partem principibus, ducibus, alijsque nobilibus virjs tribuere posset, quos ad ferendas imperio suppetias pellexisset.

Hortatur fideles Pontifex vt illius signa sequantur.

f Ep. 30.

Per Cardinales creat.

52. Celebrata est hoc anno secunda Cardinalium creatio, in qua quatuor presbyteri renunciati, duo vero diaconi; presbyteri fuere Guillelmus archidiaconus Rhemensis tit. S. Marci; Simon de Bria tit. S. Cæciliæ, qui in pontificatu Martini IV. nomen accepit; Guido abbas Cistercien sis tit. S. Laurentij in Lucina; Hannibaldus Romanus ordinis Prædicatorum tit. basilicæ duodecim Apostolorum; diaconi vero creati sunt Iordanus Terracinensis SS. Cosmæ & Damiani, ac Matthæus Vrsinus Romanus S. Mariæ in portica.

IESV CHRISTI
Annus 1263.

Indict. 4.

VRBANI PP. IV. VACANT. IMPER. OCCID. 13. annus 2. MICH. PALÆOL. IMP. OR. 3.

1. &c. ANnus hic ob calamitates ab Saracenis illatas, Græcorum in Constantinopolitano Imperio grassationem, tumultus imperij occidentalis ex principum discordijs, Manfredi in regno Siculo ferocientem tyrannidem, luctuosissimus, ingentes Romano Pontifici labores & curas attulit; vtque historiam a calamitosissimo terræ sanctæ statu exordiamur, tristem rerum faciem, lamentamque a Tartaris ac Babylonijs Syriam proponemus. Improuisam Saracenorum irruptionem Sanutus hisce verbis describit: a *Bendochar cum tri-*
ginta millibus equitum venit ante Ptolemaidam XIV.
die aprilis. Sequenti die impetuose nimis vsque ad por-
tas ciuitatis prosilyt, viridaria combussit, fuitque ci-
uitas in periculo magno valde. Ex infra; *Eodem quo-*
que mense Saraceni destruxerunt monasterium Bethlemi-
ticum. Ex his Vrbanus ingenti affectus dolore lugubres ad S. Ludouicum literas b dedit, quo eum ad defendendam terram sanctam inciteret; ex quibus hæc decerpsimus.

Clades rei Christianæ inflictæ.

a Sanut. l. 3. p. 12. c. 6. Sultani in Palæstinã irruptio.

b Vrb. l. 2. ep. 206. Extat etiam in pont. Vatic. sign. lit. C. n. 49 f. 50.

5. &c. *Vrbanus &c.* Ecce etenim dum diuina prouidentia in Saracenorum perfidiam Tartarici glacij vltionem, quasi sui virgam furoris exercens, totam terram Alapia vsque Ierusalem eorum spurcitia purgauisset, & tandem Tartaris exterminatis, exinde, fidelibus in partibus illis solum hostis Babylonius superesset, eisque adeo videretur arridere prosperitas, vt abbreuiatis viribus hostium, immo etiam ipsis hostibus pro magna parte deletis, ad recuperanda deperdita spes pateret, & prosperi status redintegratio sponderetur; Christianis negligentibus causam Christi, perfidus soldanus Babyloniæ treugarum & pactorum fide, quam cum Christianis ipsis inierat, infideliter violata, cum exercitu copioso, quem in graui multitudine congregarat, castrametatus inter montem Thabor & Naim, & tota Christianorum terra vsque ad portas Accon occupata hostiliter, & inter admiratos suos pro libito distributa, per varios nuntios a Christianæ fidei cultoribus, aditus, soliciratus multi; liciter & solicite requisitus in aliquo inclinari non potuit, nec moueri.] Prosequitur lacrymis maderenti stylo describere quas clades Babylonius Christianis intulerit, vt Nazaret non occuparit modo, sed etiam euerterit, vt ecclesiam montis Thabor per summum religionis nostræ contemptum solo æquarit, vt alia sacra templa excinderit ac funestarit, vt planitiem Acconensem vsserit, plures arces ceperit, Acconem in summam rerum inopiam ac periculum adduxerit, diuinaque tantummodo prouidentia muniti pauci crucesignati fortissime eius impetus excepterint ac propulerint: & quamuis hostis abscesserit, maioris tamen belli motum impendere, & quam primum maioribus copijs instructiorem rediturum. Proinde

Excidium Saracenos Syros Tartari ac postea ipsi deleturi. Diuina ea re prouidentiæ consilio male vsi Christiani.

Grauissima a Babylonijs illata clades.

exire

enixe illum hortatur, vt ad defendendam religionem, ac loca sancta tot diuinis mysterijs consecrata ab infidelium contumelijs excidioque vindicanda, prosiliat.

Tartari Latinos sibi subijcere seruituti affectant. a Sanut. l. 3. p. 13. c. 6.

14. 15 Non Saracenorum modo, verum Tartarorum etiam excursionibus patuisse Palæstinam deplorat Pontifex, cum, quamuis ipsos Antiochiæ obsidionem superiori anno pulsis Saracenis soluisse referat Sanutus a, atque Armenijs fauisse, ea causa subierat, quod ipsorum vectigales se constituissent: Latini vero, qui erant in Syria, aberant longe ab eorum subeunda seruitute, ac Bethlemitanus episcopus b anathematis sententiam tulerat in illos, qui se ipsis subijcerent. Quorum grauem & intolerabilem tyrannidem indicat idem Pontifex in literis ad Ægydium archiepiscopum Tyrensem datis, quem ad comparandas crucesignatas copias legatum crearat, quibus ipsum ad eos propulsandos accendit c; imposuitque ei munus, vt in Gallia Christifidelibus religiosam militiam professuris symbolum crucis conferret: ad quorum pietatem sacris præmijs incitandam veniam criminum, arma capturis, vel stipem erogaturis impertitus est.

b Vrb. l. 3. ep. 155.

c Lib. 2. ep. 235.

16 Quam vero Tyrensi archiepiscopo in Gallijs prouinciam iniunxit, alijs etiam præsulibus, ad rem gerendam idoneis alijs in locis, vt Vualtero episcopo Vvigornienſi d in Anglia, episcopo S. Andreæ e in Scotia, archiepiscopo Niuariensi in Dania f, ac plurimis archiepiscopis atque episcopis in cæteris regnis g imposuit; tum beneficijs apostolicis cruce insignitos est prosecutus h. Vacabat pastore Ierosolimitana sedes, ex quo ab eius ecclesiæ administratione Vrbanus, ad tenenda totius orbis Christiani gubernacula traductus, solium apostolicum conscenderat: atque adeo, episcopum Agennensem ad eius sedis dignitatem transtulit i, ac legationis gerendæ in Syria, Armenia, Cypro, Antiocheno principatu, multisque adiacentibus partes iniunxit l, eiusque muneris insignibus decorauit m: quæ tamen tunc esset depositurus, si Cardinalis legatus præsens ijs locis adesset.

d Lib. 2. ep. 259. & l. 3. ep. 69. 71. 75.
e Ibid. l. 3. ep. 70.
f Lib. ep. 19.
g Reg. post eund. ep. 69
h Ib. ep. 70. 72. 73.
Vuillelm. episc. Agennen. sit patriarcha Ierosol.
i Lib. 2. ep. 92. 93.
l Lib. ep. 104 10.
m Ep. 106.

17. &c. Vrebant etiam Pontificis animum præter Syriæ tuendæ consilium, curæ aliæ grauissimæ pro recuperando Constantinopolitano imperio. Verum obstabant eius desiderijs Genuenses, qui tum odio in Venetos inflammati, tum Græcorum promissis allecti Palæologo iese contra Balduinum ac Venetos coniunxerant, atque anathemate ideo perculsi in pertinacia hærebant. Igitur Vrbanus senatum populumque Genuensem hortatus est, vt eiusmodi fœdus, cuius causa sacris erant interdicti, dissoluerent, & quo eos vrgeret acrius, Turritanum archiepiscopum legationis munere auctum ad eos misit, vt a incusso anathemate, vrbisque archiepiscopali dignitate exuendæ terrore a ferendo Palæologo auxilio, abduceret: demum addidit preces & imperia, vt pro conficienda cum Venetis pace Genuenses excurrentis vnius mensis spatio oratores ad sedem Apostolicam mitterent.

Genuēses Venetorū odio schismaticis fauent. Anathemate perculsi Minatur Pont. archiepiscopalem dignitatem ablaturum

22 Quamuis vero Palæologus Latinos bello persequeretur, instabat tamen apud Pontificem, vt Græcorum ecclesiam Romanæ coniungeret, siue pertimesceret, ne sacra Latinorum expeditio conficeretur, ac principibus catholicis pro restituendo Balduino arma sumentibus, sustinendæ belli moli imparem se fore diffideret; siue diuinæ misericordiæ radijs collustratus, schisma abolere percuperet: literas ad Pontificem dedit o, quarum argumentum recenset idem Pontifex in suis ad illum missis, ex quibus hæc deliabamus.

Palæolog. Pontificis gratiam ambit.

o Theodor. Vallic. in Vrb. apud Masſan. l.

Palæologo Imperatori Græcorum illustri viam agnoscere veritatis.

23 In literis ipsis in primo vtique salutationis alloquio nos Papam veteris Romæ, throni Apostolici successorem, & spiritualem tui patrem imperij recognoscens, deinde de charitate vtilia subiunxisti, dicens quod imperium tuum charitatem libenter amplectens, ac habens zelum Dei, & zelum pacis & concordiæ bonum, te ad mittendum dictos nuntios, & prædictas literas præparauit. Scripsisti etiam, quod nos, qui patres sumus, ad te, quem asseris nostrum deuotissimum filium, paterni affectus viscera nullatenus aperimus, quantumcumque tu filius nos diligas sicut patrem. Nam licet statim capta Constantinopolitana vrbe alias nobis epistolares literas miseris eandem intentionem, idemque propositum continentes; nihilominus tamen propter ardens tuum in hoc desiderium, prædictos nuntios cum huiusmodi literis mittere decreuisti, postulans vt circa priorem vnitatem in Dei Ecclesia renouandam pater filio coniungatur; quoniam si hoc Dominus ex alto permiserit, nullus pro certo præsumet contra ipsum Ecclesiã superbire; quia nec rex, nec princeps aliquis apostolicæ audebit resistere iussioni.

Honorum tituli a Palæolog. de Iure Pontificis.

24 &c. Adiecisti quoque, quod imperium tuum multo tunc dolore turbatum, intellecto quod nos contra Ianuenses, pro eo quod se tibi vinculo confœderationis astrinxerunt, excommunicationis duxeramus sententiam promulgandam apud ipsos, vt ab huiusmodi confœderatione discedant, præceptis & monitis apostolicis insistendo, & *infra*. In eisdem literis videbaris appetere, vt hinc inde inimicitiæ dissoluerentur, abijcerentur scandala, & omne remoueretur obstaculum, ad quod pedes suos possent offendere Christiani: præsertim cum tu, sicut asseris, in toto desideres mentis affectu; & si nos ad hoc ex corde velimus intendere, nihil est, quod tantum bonum valeat prohibere: sed cum nos, qui patres sumus, te in hoc debuerimus implendo patris officium præuenisse; tu nos in hac parte præueniens, pacem nobis & concordiam obtulisti, propter quod ad consummationem tractatus huiusmodi reputabis nos amplius obligatos; expresse protestans, imperium tuum id, quod in eo est, iam laudabiliter expleuisse, ac posse dicere coram Deo & angelis eius, qualiter cucurristi ad patrem tanquam filius, patris amator, debitam nobis habitudinem, & conuenientem honorem ac dispositionem sponte ac liberaliter offerendo; vnde si filium curientem pater repelleret, imperium tuum se de hoc coram Deo & eius angelis excusaret. [Quibus subijcit Vrbanus decretos fuisse apocrisiarios viros industria & pietate conspicuos ex ordine Minorum ad Palæologum, sed ab itinere retardatos, cum ille Guillelmo Villarduino Achaiæ principi ac reliquis Latinis atrox bellum intulisset; creditumque fuisse illum a cœptis resiliisse: verum si in pia mente redintegrandæ veteris coniunctionis perstiterit, internuntios Minoritas ad eum redituros: tum addit.]

Questus erat Genuenses ob iunctum cum ipso fœdus anathema se percussos. Concordiam Græcos inter & Latinos flagitasse.

28. &c. Ex zelo tamen sinceriſſimæ charitatis proculdubio procedere noueris, quod te & cunctos populos, quos tuum regit & gubernat imperium, vt ad veritatem redeatis catholicam, totis anhelamus affectibus, & vos, vt ad sinum matris Ecclesiæ conuertamini, promptis desiderijs inuitamus: quoniam huiusmodi vnio siue connexio salutaris, si placeret Altissimo, quod nostris & tuis temporibus fieret, cordi nostro inæstimabilis gaudij rorem infunderet, & anxiæ propter hoc nostræ mentis ardorem affluentis lætitiæ refrigeraret irriguo, nostrumque animum panem salutis & fructum animarum desiderabiliter appetentem, pabulo reficeret charitatis.

Prouocat Græcos ad mutuam cum Latinis charitatem.

Tunc

Tunc enim nobis & ipſi Eccleſiæ proueniret magnum & deſiderabile ſalutare, cum videremus varias gentium nationes ſub eiuſdem obſeruantia fidei in vnum acceptabilem Chriſto populum congregatas. Tunc etiam exultatione nimia hilareſceret totus orbis, quia valde bonum & iucundum exiſteret fratres ſimul in domo Domini habitare. Hæc inquam, domus eſt Eccleſia Chriſti firmiter ædificata, & bene fundata ſupra firmam petram fidei orthodoxæ, quam ipſe Chriſtus ſuo fundauit ſanguine precioſo, & in qua multitudini credentium eſt cor vnum & anima vna: vnus Deus, vna fides, & vnum baptiſma: & in qua etiam tota fidelium multitudo vni corpori comparatur, dicente Apoſtolo: *Multi vnum corpus ſumus in Chriſto*. Cuius quidem corporis vnitas a Spiritus vnitate procedit, qui etſi ſit vnus, pro ſuo tamen arbitrio membris ipſius Eccleſiæ diuerſitatem influit gratiarum. Propter quod idem Apoſtolus enumeratis Spiritus ſancti donis ait: *Hæc autem operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens ſingulis prout vult*. Et poſt pauca ſubiunxit: *In vno Spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus*. Hæc quidem eccleſiaſtici corporis vnitas, per inconſutilem Domini tunicam, quæ diuiſis alijs vestibus, vni tantum ceſſit in ſortem, non immerito figuratur. Hanc vnitatem piſcina probatica deſignauit, in qua vnus tantummodo ſanabatur, extra ipſam languentium multitudine remanente: quoniam in huius vnitatis circuitu impij ambulant, & in eam intrare renuunt, vt ſanentur. Hanc etiam vnitatem commendat ſponſus in canticis dicens: *Vna eſt columba mea: vna perfecta mea*; quamquam; lures reginas adoleſcentulas, & concubinas eſſe deſcribat. [Vt vero Reges ex delato Pontifici obſequio nullum regiæ dignitatis damnum patiantur, immo regios honores ſibi aſſerant, ita deſcribit.]

Commendatam in euangelio fuiſſe.

Laudatam in canticis

33 Reges quoque catholici, cum inter ipſos aliquid diſſenſionis emergit, vel cum vaſſalli eorum præſumunt contra eos calcaneum rebellionis erigere, mox habent ad portum Eccleſiæ prædictæ recurſum, eiuſque ſalubre conſilium & auxilium implorantes, tranquillitatis & pacis remedia infallibiliter ab ipſa recipiunt; tacitque vt inter diſcordes & turbatos eorum animos ſerena concordia, & concors ſerenitas reformetur, ſedentur ſeditiones a ſubditis concitatæ, & litigantium clamores queruli conticeſcant. Præterea circa heredes paruulos regnorum huiuſmodi, ſi quos, parentibus eorum Regibus deficientibus, in pupillari ætate remanere contigerit, eadem Romana eccleſia piæ matris aſſumit officium, ac diligenter & vtiliter ipſorum gerit regimen & tutelam: eorum hereditates & regna, cum neceſſitas imminet, etiam ſuis, proprijs ſumptibus, a quibuslibet inuaſoribus & occupatoribus defendendo. Hæc autem & alia quamplura refugia inuenerunt ſemper, & inueniunt apud eandem Eccleſiam fidelia & obedientia ſibi regna, & Reges & principes orthodoxi. Vnde ſi tu, quod feruenter appetimus, inſpiratus a Domino ad eius obedientiam recta mentis intentione redires; tanto promptiora fauoris & præſidij iuuamina tuum in illa inueniet imperium in tua tuorumque heredum defenſione, ac exaltatione perpetua, quanto feruentioribus deſiderijs eadem Eccleſia feſta paſchalia tuæ iucundæ conuerſionis expectat; quantoque attentioribus ſtudijs te ad eius vtilitatem conuerſum in ſuæ charitatis amore ac gratia retineret; *Et infra*.

Eodem. Apoſt. in rebus tropidis Regum catholicorum alijs eſſe.

34 &c. Ad eandem Eccleſiam ſi in ſpiritu humilitatis redieris, non ſolum auxilium Ianuenſium, quorum amicitiam nos tibi ſubtrahere velle conqueſeris, & aliorum fidelium Latinorum potentiam, verumetiam ſi opportunum fuerit, vires omnium orthodoxorum Regum, ac principum orbis terræ, in tuum, tuique ſolij fulcimentum conflare, ac prouocare ſtudebimus inter te & ipſos indiſſolubilis fœdera dilectionis ad laudem, & gloriam diuini nominis & Chriſtianæ religionis augmentum. Sed quamdiu ipſi Romanæ eccleſiæ inobediens, & throno Apoſtolico indeuotus extiteris, ſalua conſcientia ſuſtinere non poſſumus, quod dicti Ianuenſes, vel alij quicumque Latini tibi auxilium præbeant vel fauorem, cum ſit prorſus incongruum, vt obedientiæ filij cum filijs inobedientiæ per alicuius confœderationis commercium miſceamur; præſertim cum poſſet per tale commercium ſtatus inobedientium fortius ad inobedientiam roborari. Poſſet etiam de facili puritas filiorum obedientium ex ſocia conuerſatione, & familiaritate, quam cum inobedientibus contrahunt, in ſinceris eorum moribus maculari, &c. *Dat. apud Vrbemueterem v. kal. auguſti pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Promiſſa auxilia ſi ad Eccleſiæ vnionē accedat.

Catholicorum cum ſchiſmaticis indignæ coniunctiones.

37 Auctoritatem tribuit Vrbanus a ordinis Minorum fratribus, quos tantæ obeundæ legationis munere decorarat, vt veniam darent Græcis, qui Eccleſiæ ſeſe aggregarent, atque inter ſuos agere & cum ijs communicare permitterent: ſi qui clerici Eccleſiæ ſe ſubmitterent, prærogatiuis clericorum potirentur, alijſque pluribus ad ſoluendas cenſuras, & propagandam pietatem priuilegijs auxit. Cum vero antea Vrbanum Palæologo indixiſſe viderimus, ne Villarduinum Achaiæ principem bello peteret; ita viciſſim iſtum apoſtolicis literis bellum Palæologo inferre, aut in Græcorum ditionem irrumpere, graſſariue vetuit b: monuit legationem a ſe ad Palæologum mitti; vtque Romanæ ſedis apocriſiarios debitis officijs proſequeretur, imperauit c, ac regionum earundem proceres ad id præſtandum eſt cohortatus.

a *Lib. ep. 185* Apocriſiarij Apoſtolici ad cōcliandos Græcos pluribus inſtructi prærogatiuis.

Vetat Vrbanus Achaiæ principem Palæologo bellum inferre.

b *Ep. 188.*

c *Ep. 189.*

38 Dum hæc agebantur, Alfonſus Caſtellæ Rex ac Richardus Anglus de imperio occidentali apud Apoſtolicam ſedem certabant. Extat publicum monumentum, quo Alfonſus procuratores inſtituit, vt a Pontifice inſignia imperij depoſcerent, contenderentque occupantis conditionem meliorem eſſe non debere, vtque ſua in imperium iura defenderent, agerent ac reſponderent; & quidquid ſuo nomine actum foret, ratum ſe habiturum chirographo & ſigillo regio confirmauit d. Exceptis perhumaniter auditiſque Caſtellani oratoribus, reſcripſit Pontifex e, ab ipſis quid in tanto negotio decretum eſſet, accepturum; atque oratorum fidem ac diligentiam collaudauit.

Alphōſus & Richardus electi certant de Imperio.

d *Lib. arm. Rom. Eccl. to. 2 pag. 249. m. f. Vallic. lib. 3 c. XII. pag. 212.*

e *Latine ex ſcript. Vall. ſign. in C. n. 49. pag. 6*

39. &c. Cum iam diutius Eccleſia expectaſſet, vt principes ipſi æmuli imperij controuerſiam tranſigerent, atque etiam tum Romani Pontifices conciliatorum munus fruſtra geſſiſſent, Vrbanus ingruentium malorum mole coactus, iudicis partes aſſumere compulſus eſt. Fluctuabat enim miſere Germania, dum certo rectore carebat, inteſtinæ diſſenſiones lacerabant populos, iuſtitia iacebat, homines impij vindicis Imperatoris terrore ſoluti libere atque impune ſcelera committebant; obſoleſcebat religionis ac diſciplinæ eccleſiaſticæ decus: eccleſia etiam Romana, cincta vndique hoſtibus aduocato ac defenſore carebat. Prænobilem ergo controuerſiam, in qua de imperio agebatur, diutius mediatus Vrbanus, in deliberationem adduxit in primis, quo titulo Alfonſus Richarduſque inſigniendi in actis publicis viderentur: ac denique cum hinc Richardus ab Alexandro in Romanorum Regem electus ire ius ad eum datis literis vocatus eſſet, atque etiam Aquiſgrani diademate redimitus; hinc Alfonſo maior principum

Petita an nuere differt Vrbanus, ac legatum in Caſtellam mittit.

Dirimendam cauſa ſuſcipit. Si electi inter ſe conſentire nō potuerint.

munerus imperium detuliſſet; vtrumque in apoſtolicis literis in Romanorum Regem electus appellare decreuit a.

a Lib. 2. ep. 220. Ext. in cod. bib. Vat. lic. fig. Jin. C. n. 19. pag. 11.

Concipit in Vrbanū iras Richardus.

43. 44 Pupugit ea res admodum Richardum, cum huiuſmodi pontificiam ſententiam Alfonſi gratia editam videret: numquam enim antea Apoſtolica ſedes Alfonſum in Romanorum Regem electi titulo inſigniuerat, quo tamen Richardus ab Alexandro fuerat orratus. Nec defuere qui Richardum exaſperarent, inſuſurrarentque, ſi ſuperſtes vitæ diutius fuiſſet Alexander, ipſum imperij inſignia certiſſime conſecuturum: iniuriam ipſi delato Alfonſo eo titulo illatam: ſicque Pontificem apud Richardum inſuſpicionem adduxerant, Regi Caſtellæ ſtudere; quam Vrbanus detergere ex eius animo ſuis literis nititur b: rem definiri nondum potuiſſe, cum tantis implicita eſſet difficultatibus: nec moleſte ferre debuiſſe, ſi Caſtellæ Rex titulo electi in Regem Romanorum eſſet decoratus. Ex quibus literis hæc afferenda viſa ſunt.

b Ep. 221. & ead. cod. Vat. lic. pag. 12.

45 *Vrbanus, &c.* Cum memoratus Rex, ſicut præmittitur, legitime ſe concendat electum, & nobis adhuc ius partium ſit incertum; pro eo maxime, quod, ſicut per alias literas tuæ magnitudini directas exprimitur, coram nobis vel prædeceſſore patrato, vt coram iudice, nondum niſi nouiſſime aliquid propoſitum extitit vel peritum; æquitas iuſtitiæ non permiſit, denominatione in Romanorum Regem electi tam ſolemniter tibi conceſſa, ipſam ſupradicto Regi ſuis procuratoribus inſtanter, vt ſaltem æqualiter vel concederetur vel denegaretur inſtantibus, & ſuper hoc iuſtitiam ſibi petentibus exhiberi; non ſine graui materia ſcandali denegare: maxime cum per intitulationem huiuſmodi non intelligatur alterutrius accreſcere iuri, vel detrahi, donec de ipſius iuris meritis finaliter pateat, & doceatur aperte, in cuius perſona electi deſcriptio, cum electionis veritate concurrat. Quæſumus itaque, fili, non accommodes aures malenolis, qui tuam forte quærerent in tua turbatione quietem, & in alienis diſſendijs ſua lucra venantur, &c. *Dat. apud Vrbemueterem 11. kal. ſeptembris.*

Vrgente Alphonſo æquitati deeſſe non potuiſſe reſpondit Vrbanus.

46. &c. Et quia non aberat ſuſpicio rem demum in bellum erupturam, tentandam iterum inter vtrumque concordiam viſum, quos vt inſecteret, legatos in Hiſpaniam & Angliam miſit. Ne tamen iudicis æqui partibus deeſſet, ſi paterna illi monita reſpuiſſent, peremptorium cauſæ decidendæ diem ſextum kal. maij indixit, miſſis ea de re eodem exemplo ad Alfonſum ac Richardum literis c.

Verumque electum Vrbanus in ſui dicta vocat.

c Vib. l. 2. ep. 21. & ead. cod. Vat. lic. C. 49. pag. 7.

Cur producta controuerſia.

61. &c. Retardarunt Anglicanæ turbæ, quibus Richardus impliciius erat, ne imperij controuerſia dirimeretur, de quibus inferius. Scripſiſſe vero eodem argumento Vrbanum ad Alfonſum Caſtellæ Regem, vt ſuam viciſſim cauſam tueretur, abunde colligitur: quem quidem parta rebus in Hiſpania geſtis gloria admodum commendabat. Retulerat ipſe de Saracenis Hiſpanicis plures victorias, ac late Chriſtianum nomen amplificarat: atque hoc ipſo anno Mahomadem Granatæ & Hudielem Murciæ Reges, qui in ipſum coitionem fecerant, ac Marrocio auxilia exciterant, contudit d. Intentum bello Maurico Pontifex ſummis laudibus decorauit in ea epiſtola, qua ipſius pium conſilium eligendæ in templo S. Cruci ſacro ſepulturæ in inſula Gaditana, quæ in freto Herculeo iacet, collaudauit, præcepitque eo flagitante auctoritate apoſtolica, vt nullus, ſi in eo conſilio perſtaret, opponere ſe auderet. Susceperat ideo huiuſmodi conſilium eximius princeps, quia ea inſula muadendæ Africæ ob commodiſſimum portum magni rei Chriſtianæ momenti videretur, ac ſi ipſius manes in ea iacerent inſula, ea re Hiſpanos Reges ad ipſam a Saracenis defendendam excitatum iri: quare Gaditanum oppidum, vt Saracenis terrorem inijceret, altiſſimis mœnibus fortiſſimiſque propugnaculis muniuit. Sed ab Hiſpanicis rebus ad Italicas nos conuertamus.

Alphōſus Maures Reges cōpriuit.

d Marian. de reb. Hiſp. l. 13. c. 15.

Sequentibus regia caſtra vectigalis immunitatem ſpondet.

Cur ſepulchri locū a Gaditanis delegerit.

64. &c. Non ſubiecerat modo ſuæ tyrannidi Siciliam Manfredus, verum confirmatis viribus Italiæ quoque dominatum affectabat, ac Picenum, aliaſque ditionis eccleſiaſticæ terras inuaſerat: quem vt coerceret Pontifex, legibus primum agendum cenſuit. Inde erat ei diem anno ſuperiori, vt ſe Apoſtolicæ ſedi ad obiecta diluenda crimina ſiſteret; ac de Ariana ciuitate exciſa, plurium virorum crudeliſſima nece, effuſo multorum innoxio ſanguine, oratore Conradini per inſidias trucidato, contempta eccleſiaſtica auctoritate, coactis ad diuina coram excommunicatis facienda ſacerdotibus, impenſo Saracenis tauore, vectigalibus attritis populis, exhauſtiſque pauperum opibus purgaret. At Manfredus ſiue vt Pontificis ſtudia inanibus officijs ac ficta animi demiſſione eluderet, ſiue eius gratiam colligere ad auertenda imminentia pericula cuperet, propoſuit oratorum opera velle ſe in tanto negotio non procuratorio nomine, ſed præſentem reſpondere; Verum Vrbanus, ne quas vafer & improbus vir inſidias arteſque inſtrueret, nonnullas ipſi leges, ſi accederet, præſcripſit, quas ſi infringeret, denunciauit tutum iter ſibi non futurum; aliarumque pœnarum minas ei intendit a. Dicte vero illi ſuere eæ leges ne Picenum hoſtili excurſione vexaret, ſacramentoque ſe coram internuntio obſtringeret, terras ditionis eccleſiaſticæ ſe non inuaſurum; ne vltra octingentos viros, quorum centum tantum armati eſſent, duceret, atque octiduo ſolum in eccleſiaſtica ditione moraretur, niſi vlterius commorandi facultas illi eſſet data.

Rex Italicæ.

Manfredus ad dicendam cauſam a Pontifice vocatus,

a Ep. 13.

72 Non admiſit dictas ſibi leges Manfredus, vt teſtatur Theodoricus Vallicolor b. Perrexit itaque callidus tyrannus Pontificem infectari bello, miſcere Vrbem tumultibus, eiusque dominium affectare: Picenum vexare, in patrimonium B. Petri irrumpere, immo etiam Vrbanum ſuæ tyrannidi ſubijcere molitum narrat idem Theodoricus: atque ob id Ioannem Marcium, qui Saracenorum & aliorum impiorum exercitui præerat, Apuenſem vrbem opprimere conatum, vt adiunctis ſibi Etruſcis Gibellinis, ac Petro de Vico, & Germanis, Vrbemueterem, vbi Pontifex & Cardinales verſabantur, expugnaret. Addit Theodoricus infana conſilia a diuino Numine diſſipata, Ioannemque Marcium inſigni clade affectum a crucefignatis, fugatumque.

b Theod. Vall. apud Maſſon. de Ep. Ic. Vrb. lib. 3. Manfredus fidem violat.

73. &c. Cecidiſſe c, ſub Manfredi tyrannidem Florentinos ſuperius vidimus, cum cæſo eorum exercitu conſternata plebs victoris iugum accepit; quæ etiam clade Lucenſes, qui vna cum Florentinis ſocijs expugnandarum Senarum ſpe profecti d fuerant, inuoluti; ac plures ex ipſis ſtrenui milites in captiuorum numerum, qui ad quatuor millia aſcenderat e, venerant f: in quos Senenſes victionis cupidine efferati g crudeliores ſe præbuere; diris enim ipſos carceribus macerarunt, vtque grauiori ac intolerabili ære ſe redimerent compulere. Vrbanus igitur, tum partium ſtudio, cum Lucenſes Eccleſiæ cauſam in Manfredum tuerentur; tum apoſtolici muneris religione ductus, grauiſſimis literis, quarum poſtremam partem affero, Senenſes adhortari niſus eſt h, vt clementia ac manſuetudine in illos vterentur: *Alioqui, cum eiſdem captiuis nos deeſſe non deceat, mercatores ac alios ciues veſtros, & ipſorum debita per varias mundi prouincias mandabimus*

c S. Ant. 3. p. tit. 19. c. 7. §. 4.

d Id. ib. §. 3.

e Ib. §. 4.

f Io. Villan. l. 6. c. 87.

g M. f. Vall. fig. lit. C. n. 49. pag. 143

h Ext. ibid.

Digitized by Google

bimus detineri, ac ipſis captiuis pro eiſdem exactionibus de prafatis debitis ſatisfieri faciemus ad plenum: & contra vos ac ciuitatem veſtram, tam per priuationem bonorum & priuilegiorum, commune veſtrum, ſeu ſingulares perſonas contingentium, quam alias ſpiritualiter & temporaliter, prout expedire viderimus, procedemus, &c. Similia minitatus eſt Piſanis Vrbanus a, vt ipſos ab infectandis Lucenſibus, viribus ex accepta dicta clade attritis, abduceret, atque a Manfredi partibus ad Eccleſiam reuocaret: additque eorum vrbem archiepiſcopali dignitate exutum iri, ni iuſtis imperijs obſequerentur. Verum ipſi obduruere b in pertinacia, a quibus Lucenſes atroci bello petitos, ac pluribus attritos cladibus docet Ricordanus Maleſpina c, ac demum ſuccubuiſſe, atque ad Manfredi partes deſciuiſſe d ſubdit, cum cineti vndiq ue hoſtibus eſſent, & iam pluribus oppidis ab hoſte ſpoliati, tum vt captiuos a Senenſibus in vinculis tentos reciperent.

a *Ext. apoſt. lit. in m. ſ. Vall. C. 49. pag. 143.*
b *Lib. 3. ep. 1.*
c *Ricor. hiſt. Flor. c. 173*
d *Vill. l. 6. c. 184. 185. 186. 187.*

Detrectat Piſani apoſtolica imperia.

78. 79 Depreſſa adeo eccleſiaſtica res erat, ac Pontificis fœderati Manfredi potentia in eas adducti anguſtias, vt cinctus vndique periculis Vrbanus e externa auxilia euocarit. Prouinciam anno ſuperiori datam Alberto notario nuncio apoſtolico vidimus, vt cum Carolo Andegauiæ comite de transfundendis in ipſum Siculi regni legibus agitaret; nil tamen cum ipſo ſtatueret: cumque ferocientem in dies Manfredum atque Eccleſiam infectantem, ac Saracenos audacia & ſcelere inualeſcere in Apulia videret, Cardinalium, archiepiſcoporum, & epiſcoporum ſynodum, vt refert Ricordanus f, coegit, ac Manfredi ſceleribus expoſitis ex patrum conſilio Carolum Siciliæ Regem deſignauit ea lege, vt Eccleſiam ab hoſtium ſuorum iniurijs vindicaret, regnumque armis tyranno eriperet.

e *Vrb. l. 3. ep. cur. 10.*

Accerſere externa auxilia meditatur Pontifex.

Legauit itaque Cuſentinum archiepiſcopum ad S. Ludouicum Francorum, & Henricum g Anglorum Reges: ad Gallum quidem, vt ipſum ad mittendum exercitu valido ſuccinctum fratrem permoueret: ad alterum vero, ne æmulationis ſtudio rem disturbaret, obſiſteretque vna cum Edmundo filio, quem Siculo regno ab Alexandro IV. certis legibus donatum vidimus, ne regni illius iura, quæ tueri non poterant, in Carolum Andegauiæ & Prouinciæ comitem transferrentur. Graues enim ij querelas effuderant, eripi Anglicanæ genti poſt tot profuſos ſumptus ſceptrum Siculum, vt in Gallos transferretur: quos Vrbanus blande admonuit h iactatas iniuria eas querelas, totiuſque Sicularum rerum ſucceſſus ſeriem expoſuit, acceptas conditiones ipſos non impleuiſſe, adeo autem Manfredi tyrannidem augeri, atque opprimi Eccleſiam, vt illa diutius ſtrenuo defenſore carere non poſſit.

Vrbanus Siciliæ regnum in fratrem S. Lud. transfert.

f *Ricord. c. 175.*
g *Lib. ep. 161 & 162.*

Cuſentinus archiep. in Galliam & Angliam mittit.

80. &c. Vix morbi diſcrimen euaſerat Henricus cum ciuilium bellorum vndique cinctum ſe periculis vidit: quæ demum ipſum omnia comparandæ Siciliæ conſilia abijcere coegerunt. Fuiſſe mali occaſionem referunt auctores, quod Henricus Rex latas Oxonij i anno ſuperiori leges regio iureiurando confirmatas, mutata voluntate, vt regiæ dignitati auctoritatique aduerſantes reſcindere niteretur: quæ res adeo proceres ac populos in ipſum efferauit, vt arma ceperint. Cum vero Richardus Cornubiæ comes Rex Romanorum electus periculoſiſſimam diſſenſionem diſſimularet, nec fratri ad rebelles comprimendos opem ferret, increbuit rumor in curia pontificia Richardum belli illius impulſorem eſſe: cum plerique ſentirent neminem arma in Regem auſurum ſumere, vel mutire, ſi Richardus, qui maximis in Anglia opibus ac potentia florebat, fraternam cauſam ſuſciperet. Qua fama addutus Vrbanus graues ad ipſum literas dedit a, maximum ſuo nomini dedecus allaturum, ſi fratris ſolium euerti pateretur, nec quantocyus periclitanti opem terret: ipſum quidem ſententiam ſe non poſſe adduci, vt qui fratrem a primis annis ſummo amore coluiſſet, tunc illum abieciſſe arbitraretur.

h *Vrb. l. 3. ep. cur. 10. Ad ferendam fratri opem ipſi Pontifex excitat.*

Paret monitis Apoſt. Richardus Simon Leyceſtr. comes illius belli fax.

83 Deterſit Richardus factis egregijs aſperſam ſibi conſpirationis in fratrem notam, monitiſque pontificijs excitatus arma in conuiuaros capeſſiuit: ſed dum vna cum Henrico perdendis hoſtibus auidus inhiabat, eorum furorem ſenſit: at de his poſtea. Præcipua vero eiuſmodi belli ciuilis fax Simon de Monteforti Leyceſtriæ comes, non Anglorum, ſed Francorum nobili ſtemmate ortus Simonis illius Monfortij, *viri*, vt ait Nangius b, *Chriſtianiſſimi & aque in armis ſtrenuiſſimi filius, qui in expugnando Albigenſium hæreticam pranitatem in obſidione Toloſa ciuitatis ictu mangonelli interiit, & ad Dominum tamquam martyr, vt creditur, tranſmigrauit*; ſed longe ab illius pietate degener: illum enim armis rem Chriſtianam auxiſſe vidimus; filius vero pulſus in exilium e Gallijs, & ingratus in Henricum Regem, cuius ſororem vxorem duxerat, perturbata bello ciuili Anglia, rei Chriſtianæ maximam cladem intulit, ac bellum ſacrilegio exorſus, primo impetu Petrum Herefordienſem epiſcopum in eccleſia cepit, atque ideo Vrbani iuſſu c a Cantuarienſi archiepiſcopo anathemate eſt perculſus. Nec vllas partes prætermiſit Pontifex, vt Simonem ad officium pelliceret: increpuit enim literis d, ipſum tantos tumultus in Anglia concitaſſe, reſciditque e inita ab ipſo cum alijs coniuratis fœdera: cumque Guillelmus archidiaconus ſedandis tumultibus auctoritate par non eſſet, Guidonem Cardinalem legatum miſit, remque ſignificauit S. Ludouico Francorum Regi, ac rogauit f, vt regiam auctoritatem in profligando eo bello adhiberet: Reginam etiam Margaritam eſt adhortatus, vt virum ardentius ad id incitaret. Geſſit morem Pontifici ſanctus Rex, vtpote diuino amore incenſus, qui non alere inter finitimos diſcordias, ſed ipſos mutua pace coniungere nitebatur, parteſque arbitri inter Henricum Regem & proceres Anglos ſuſcepit g: vt vero proceres illius ſententiæ parere detrectarint, ſequenti anno dicetur. Iam de legato in Angliam miſſo, coeptam narrationem proſequamur.

i *Vall. vbi ſup. & alij.*

Reſcindit coniuratorum fœdera

d *Lib. 3. ep. 188.*
e *Lib. 2. ep. 207.*

Mittit legatū Cardin. in Angl.

Rogat S. Lud. operā ad ſopiendā diſcordiam impetrat.

f *Lib. 3. ep. 189.*
g *Veſtus. in flor. hiſt. Theod. Vall. vbi ſup. & alij.*

84. &c. Commiſſum igitur eſt tantæ legationis munus Guidoni epiſcopo Sabinenſi h, qui poſtea ſummum pontificatum accepto Clementis nomine geſſit, quemque Theodoricus Vallicolor ea laude exornat, vt in rebus politicis verſatiſſimum, diuiniſque addictiſſimum dicat. Vt vero legatus a perduellibus aditu in Angliam prohibitus fuerit, ſequenti anno dicetur: nunc ad ſeptentrionales res digredimur.

Guido epiſ. Sabin. eam legationē obit.

h *Lib. 3. ep. 184. 185.*

87. 88. In Pruſſia barbari potiti victoria, arcem munitiſſimam cruciferis eripuere, atque in vicinas terras ad agendas prædas excurrere. Recreata vero i eſt Polonia ex diuturnis Lituanorum graſſationibus, quorum proceres aduerſus Mendolphum ſummum regionis principem coniurauere, cum nimia illius potentia ſuam infringi arbitrarentur. Cœpere primum in vulgus ipſius geſta traducere, quod ad Chriſtianorum ſacra, abiectis patrijs ritibus, ſe contuliſſet, ac Lituaniæ iura ad exteros, cruciferos ſcilicet, traduxiſſet: conflataque hoc modo illi populi inuidia in apertum facinus erupere. Conſpirationis princeps inter cæteros potentia & opibus florentiſſimus Mendolphi nepos erat, qui ipſum quieſcentem ex inſidijs obtruncauit, eiuſque filijs, quos capere potuit, trucidatis, tyrannidem inuaſit.

Pruteni Cruciferos aggrediuntur.

i *Long hiſt. Pol. l. 7. hoc ann.*

De Mendolpho Lituanorum principe.

An

Impoſita ab Vrbano epiſc. Cracouienſi prouincia baptiſmi Lituanis impertiẽdi *a Lib. 3. ep. 79.*

An Mendolphus apoſtaſiæ ſuæ Deo vindice eos, a quibus ſubornatus fuerat, carnifices expertus pœnas fuerit; an vero iterum ad Chriſtianorum amplectendam religionem animum applicuiſſet, non bene nobis exploratum; conjectura tamen eſt redijſſe ad fidem, cum hoc anno Vrbanus Cracouienſi epiſcopo referenti Lituanos Chriſtiana religione imbui cupere, baptiſmi ijs populis impertiendi prouinciam dederit a. Deſciuere a pio conſilio Lituani, quos atrox bellum geſſiſſe cum Chriſtianis, donec eorum barbaries diuina clementia mollita eſt, ſuis locis viſuri ſumus. Hic addemus inſigne miraculum, quod in viri ſancti lingua accidit, quæ euangelium Chriſti magna cum laude pradicarat.

b S. Anton. p. tit. 23. c. 4 §. 6. Vad. in annal. Min. T. 2. hoc ann. n. 14.

89 Exhumabantur S. Antonij b vulgo de Padua nuncupati oſſa, vt ſolemni pompa in recens templum, ad illius honorem a Patauinis ob liberatam illius precibus Ezelini tyrannide vrbem condirum, transferrentur; cum cæteris conlun pris carnibus ipſius lingua corruptionis omnis expers, natiuoque rubore perfuſa inuenta eſt: quam in manus pie ſuſcipiens qui Minorum familiæ præerat (is erat Bonauentura ſanctorum poſtea catalogo adiectus) in hæc verba admirabundus erupit: *O lingua benedicta, quæ ſemper Deum benedixiſti, & alios benedicere feciſti, nunc manifeſte apparet, quanti meriti fuiſti*; eamque Patauinis proceribus pretioſa theca includendam eo miraculo attonitis tradidit.

Lingua S. Antonij corruptionis expers

IESV CHRISTI
Annus 1264.

Indict. 5.

VRBANI PP. IV. annus 3. VACANT. IMP. OCCID. 14. MICH. PALÆOL. IMP. OR. 4.

1. 2. INeunte anno Vrbanus, cum Manfredum atque præcipuos illius tyrannidis adminiſtros Vbertum Palauicinum marchionem, Richardum Caſertanum, & Thomam Acerrarum comites adeo omnem ex animo pietatem exuiſſe videret, vt eccleſiaſticæ pœnæ pro ijs ad officium adigendis conſtitutæ, haberentur ludibrio, nec parum apud probos deflorerceret pietas, diuinuſque cultus exoleſceret; lati ſuperiore anno inclinante eccleſiaſtici interdicti ſeueritatem ita temperanoam cenſuit c, vt in templis ſine auguniori pompa, obſeratis foribus, eiectiſque ijs, qui anathemate deuincti eſſent, ſacramenta miniſtrari, diumaque peragi myſteria liceret. Ad frangendos vero armis impios, quos cæleſtium armorum terror non perculerat, ne perichranti deeſſet Eccleſiæ, eiuſque clientibus, Pontifex, ad Carolum Andegauiæ & Pronincia comitem S. Ludouici Regis fratrem animum conuertit. Cæterum Siciliam primo delatam ab Vrbano S. Ludouico, vt eam armis vni filiorum compararet, ipſumque officioſiſſime reſpuiſſe; conſenſiſſe tamen vt Carolus frater idem regnum admitteret, ad quod e Manfredi tyrannide eruendum operam ſuam vireique eſt pollicitus, probant Vrbani literæ, quas ad Reginam Francorum ſcripſit, d quibus rogauit, vt cum Carolo pacem compoſita de iuribus Prouinciæ controuerſia, conficeret, quo laboranti Eccleſiæ opitulari poſſet.

Late ſuperioni anno cenſuræ ad priora gratiam mitigatæ.

c Vrb. l. 3. ep. 33.

Frangere armis aggreditur Vrbanus quos cenſuris non potuit.

d Cod. m. f. Bibl. Vatic. n. 1196. pag. 18. Rogauit Carolum Andegauiæ & Vrbis ſenatorem creari.

3. &c. Dum vero cum Prouinciæ atque Andegauiæ comite de conditionibus transfundendæ in illum Siciliæ agitaretur, Romani Carolum Vrbis ſenatorem creauere: quæ res non ita ſedi Apoſtolicæ grata extitit, quod euocatis Romam exteris principibus Pontificum majeſtas imminuenda, ſummaque ipſorum in Vrbe auctoritas labefactanda ſenatoris huiuſmodi potentia timeretur. Verum qui nunquam infocundo rerum ſucceſſu, vel leuiori premente neceſſitate, ita ad magiſtratum Vrbis gerendum exteros principes exciri paſſus eſſet Pontifex; ob ingruentia tamen mala, quibus vndique cingebatur, adhibitis in conſilium Cardinalibus, ad aliquas pactiones venit a, quibus ipſi ſenatoriam dignitatem non perpetuam, vt Romani detulerant, ſed ad certum tempus permiſit. Aſſenſit pontificijs monitis Carolus; eoque facilius ad præſcriptas in ſuſcipiendo ad tempus magiſtratu leges admittendas adductus eſt, quo illum ingens muniendæ ſibi ad Siculum ſolium viæ ſpes tirillabat. Extant plures in pontificio regeſto literæ ab Vrbano ea de re exaratæ.

In eo iura pontificia violant.

Vrbanus tempori ſe accommodat.

a Vrb. l. 3. ep. cur. 84.

Obſequitur Vrbano Carolus

Ibi ep. 85. 86 87. 88. 92-94.

12 Admiſiſſe oblatum aduerſus Manfredum munus Carolum, refert Nangius b, qui ſuperiora a nobis e pontificio regeſto recenſita pancis verbis complectitur: impulſum vero fuiſſe Carolum ad eam ſuſcipiendam prouinciam, quamuis arduam & plenam periculis, ab illius vxore Beatrice, quæ Reginæ nomen exoptabat, ne tribus ſororibus Regnis inferior videretur e, refert monachus Patauinus. Rara Berengarij Prouinciæ comitis felicitas extitit, vt cum prole maſcula careret, quatuor filiæ, quas ſuſceperat, totidem Regibus, nimirum Ludouico Francorum, Henrico Anglorum, Richardo electo Romanorum, Carolo Siciliæ & Ieruſalem in matrimonio fuerint collocatæ.

Suſcepit Carolus comparandæ ſibi armis Siciliæ prouinciã.

b Nang. in geſt. S. Lud.

Vxor in eam rem ſtimulos ei admouet.

c Alem. Padebro. lib. 1. Hiſtam hiſt Lond. in Hen. c. 6.

13. 14 At Manfredus imminentis belli terrore captus, atque ira & furore æſtuans, gemino exercitu ex ſceleratiſſimis quibuſque collecto, pontificiam in Tuſcia dictionem, vbi agebat Vrbanus, ac ducatum Spoletanum aggreſſus, grauiſſima pericula attulit, quæ Pontifex ipſe ſcriptis ad S. Ludouicum Francorum Regem literis d, lugubri oratione deſcribit; tum ſubait: *Verum quia cæleſtis altitudo conſilii liberationem prædictæ Eccleſiæ tibi tuæque Chriſtianiſſimæ domui reſeruauit, & velle videtur, vt ingens oneris eius, & ſcelerum exactoris eius per tui regni potentiam ſuperentur; esse dilectum filium noſtrum Simonem tit. S. Caciliæ presbyterum Cardinalem ad Chriſtianiſſimum regnum tuum pro negotio dicti regni Siciliæ (a quo vtique regno panditur omne malum) ipſius Eccleſiæ, & tantorum periculorum cauſa procedit in perſonam memorati comitis, in quem ſua deuotionis & ſtrenuitatis penſatis meritis oculos mentis noſtræ direximus, auctore Domino, pronouendo, commiſſo ei plena legationis officio, de fratrum noſtrorum conſilio deſtinamus, &c.* Addit preces, vt afflictæ miſereatur Eccleſiæ, atque ad eam ex Manfredi tyrannide liberandam viribus incumbat. *Dat. apud Vrbemueterem v. non. maij anno 11 1.*

Rara comitis Prouinciæ felicitas quatuor filias totidem Regibus de ſponſatis.

d Lib. 3. ep. cur 95.

Manfredus ob promiſſam Carolo Siciliam in Vrbanum effudit.

Legatum mittit ad S. Lud. ſignificat.

15. 16 Ad reprimendos interea Manfredi conatus Pontifex, dum externa expectabat auxilia, tres legatos cum ampliſſima poteſtate creauit, Simonem nimirum tit. S. Martini presbyterum appellatum Patauinum in Piceno e, ad lapſas res ob cladem a comite Iordano Manfredi duce Simon electo Veronenſi pontificio prælidi illatam, in qua in hoſtium ſeruitutem fuerat adductus, inſtaurandas; Matthæum S. Mariæ in portico diaconum in patrimonio B. Petri in Tuſcia f ad Petri de Vico, qui Germanico equitatu a Manfredo accepto graſſabatur, impetus reprimendos: atque Ottobonum S. Adriani diaconum in Perufino comitatu g, cum ampliſſima in pluribus prouincijs legatorum poteſtate præfecit.

e Lib. 3. ep. 23. Theod. Valic. in vita Vrb. apud Maff. vbi ſup.

f Vrb. l. 3. ep. cur 161. &c.

Tres Cardinales legati creati

g Ib. ep. 145 146.

17. 18 Concurrere in auxilium Pontificis fideles, maximaque eorum multitudo crucem induit; ac nemnem pene fuiſſe in curia apoſtolica, qui ſe

triumphali illo symbolo non insigniret, refert Theodoricus a. Nec defuit Ecclesiæ suæ sponsæ Christus, qui insigni miraculo Saracenicarum copiarum ducem blasphemum velut alterum Pharaonem submersit; cuius historiæ veritatem ex Gregorio decano Baiocassium b, qui Vrbani vitam conscripsit, decerpimus: *Cum*, inquit, *quidam Manfredus nomine, Friderici quondam Imperatoris filius, vt dicebat, contra mandatum Ecclesiæ, & violenter, pro qua etiam violentia idem cum suis fautoribus fuerat excommunicatus, regnum teneret Siciliæ occupatum, & sua potentia terram patrimonij B. Petri intenderet occupare; pro cuius occupatione quendam magnum exercitum Saracenorum, & quamplurimum infidelium vsque ad castrum Arronis Spoletanensis diœcesis destinauit; idem dominus Vrbanus venerandus Pontifex, sicut erat prouidus, verbo prædicationis per se proposito; in cuius ore tantam Deus gloriam infundebat, quod quilibet ipsum deuote audiens verbum recipiebat, & radicabat introrsum: Christianorum multitudinem tam ingentem per suam prædicationem conuertit, quod contra prædictum exercitum infidelium innumera fidelium crucesignatorum ad se multitudo accurrit. Et cum magno equorum armatorum, & apparatu rerum in bello vtilium copia eisdem infidelibus obuiantes, sperabant cum eisdem in bello congredi, & dicta Ecclesiæ vincere inimicos: sed Omnipotens suam & Ecclesiæ suæ causam agi conspiciens, non in viribus hominum vel equorum victoriam habere voluit; sed potius elegit se dominum magnis, & miris prodigijs demonstrare. Nam dux exercitus eorundem infidelium Perceualdus, vocatus de Africa, cum magnas minas faceret contra Deum, & ipsum Christum in suis confabulationibus blasphemaret; ac cum quodam fasto quandam paruam aquam, & in profunditate modicam pertransiret in magno dextrario phaleris & multis superbitionibus decorato, vt eandem patrimonij terram intraret; diuina faciente clementia, dextrarius ipse subito in eadem aqua cecidit: & mox sessor eiusdem tam miro modo est nequiter suffocatus, quod idem Perceualdus, nec eius dextrarius videri postea potuerint, vel etiam inueniri. Quod mirum eius exercitus, & gens videns, illatim eorum cordibus virtute diuina compotis, se dederunt in fugam sine duce & ordine; vnus alterum non exspectans, die & nocte per deuia fugientes ad eiusdem regni terminos, non sine magno timore, & metu corporum redierunt. Quos cum prædicti fideles & crucesignati insecuti fuissent, ceperunt innumeros, & quamplures armis & gladio peremerunt. O mira misericordia Dei Patris, qua sic suam defendit Ecclesiam, quod non bello, sed tantis reddit eximijs victorijs insignitam.* Ascribit etiam diuino miraculo eiusdem Perciualli infidelium ducis Negræ aquis absorpti mortem Theodoricus c Vallicolor carmine incompto, vbi Manfredum e Campania fugatum, post aliquas hostiles ad Romam occupandam irruptiones Perciualdum immisisse ad Pontificem obruendum apud Vrbemueterem recensuit; subditque vt Vrbanus infidelium terrore cinctus, dum Vrbeuetere morabatur, fideles propositis indulgentiarum præmijs ad Ecclesiam accepto crucis symbolo euendam accenderit; ingentique comparato exercitu crucesignatorum, de Saracenis alijsque Christiano nomine indignis Manfredianis, Perciualli Negra mersi infelici imperitu perculsis, gloriosissimam diuina ope victoriam reportarit.

19 Texit eadem diuina prouidentia Pontificem aduersus impetus Germanici equitatus, quem Petrus de Vico, ad redigendum in seruitutem B. Petri patrimonium, a Manfredo acceperat: de cuius excursionibus, & rebellium perfidia tristes sunt Vrbani querelæ in literis, quas hoc anno ad Matthæum S. Mariæ in Porticu diaconum Cardinalem Apostolicæ sedis legatum v. id. augusti scripsit d. At non impune crimen Germanicæ illæ copiæ tulere, quæ magna ex parte conciæ sunt e apud castrum Bledæ a Pandulpho Anguillariæ comite: qui tamen dum fugientes hostes insequebatur, ab ijs captus est.

20. &c. Cum aperta vis non succederet, scelus dolo hostis aggressus est; non enim patrimonium modo B. Petri, verum circumiecta Vrbis quoque loca, Ostiam, Sutrium, Tybur, ac Romam ipsam, sibi subijcere Manfredus est meditatus. Vsus est ad perducenda nefaria consilia Petri de Vico, qui diuturnum bellum cum Pandulpho Anguillariæ comite agebat, Vrbisque præfecturam affectabat, perfidia: quem acceptis a Manfredo nonnullis Germanicis copijs Sutrium improuiso aduentu oppressisse, Siculorum rerum auctor anonymus refert e; verum a Gontelino, quem Carolus præmiserat, vt senatoris vices gereret, Sutrio magna clade depulsus est, atque in oppido, cui Vico nomen inditum, obsessus: sed ex obsidio missis a Manfredo suppetijs soluta fuit; ac plures, Romani Petrum de Vico penitus delere detrectarunt, vt narrat anonymus auctor. Et sane infectos tyranni partibus fuisse plures Romanos, non solum ex eodem auctore, sed etiam ex Vrbani literis constat: inter quos Richardus Annibaldus a maiorum fide degener a Pontifice ad tyrannum defecit, Ostiamque occupauit. Adhibuisse quidem omnes conatus Manfredianarum partium Romanos, vt Carolum, cuius aduentus terror impendebat, aditu prohiberent, testatur Siculorum rerum scriptor anonymus, qui etiam Manfredum Tyburtinos exercitus sui mole obruere meditatum indicat d.

24. 25 Fracti sunt tyranni conatus, cum Pontifex Tyburtinos ad constantiam confirmasset e. Dissoluta pariter illa prodicio, quam Petrus de Vico ad subijciendam Manfredo Romam cum aliquot perfidiæ socijs conflarat; & hostes, qui ad insulam in medio Tyberi sitam penetrarant, a Gontelino proclamatore Gallo casi captiue, Petro de Vico cum tribus socijs vix effugiente: in quo bellico facinore Ioannes Sabellus Carolo Regi addictissimus eximiam virtutem ostendit. His consentanea scribit Theodoricus Vallicolor f de coniuratione ab Ecclesiæ hostibus facta ad Vrbem opprimendam, diuinæque prouidentiæ tribuit illam a populo Romano pactatam, discussamque fuisse.

26 Hoc porro calamitosissimo tempore, quo grassari immissos a Manfredo Saracenos, aliosque impios ecclesias immanibus sacrilegijs violasse in patrimonio B. Petri vidimus; Deus insigne miraculum edidit, vt homines ad sanctissimi Eucharistiæ sacramenti venerationem excitaret, de quo hæc memorat S. Antoninus g: *Tunc cum curia residebat Vrbanus in Vrbeueteri, vbi in loco non multum distanti apud Vulsinium, in quadam ecclesia sacerdote celebrante miraculum factum est ex ipso sacramento: nam cum post confectionem sacramenti gutta aliqua sanguinis ex calice profluxisset in corporale, sacerdos ad occultandum defectum sua negligentia cooperuit partem corporalis pluribus plicis hoc faciens. Sed reperto est per omnes plicas illas transisse, & reliquisse ibi rubeam admodum sanguinis formam hostia in pluribus partibus corporalis: quod quidem corporale ad perpetuam rei memoriam in ecclesia cathedrali Vrbisueteris pro reliquijs reseruatum est; & aliquando populo ostenditur cum magna veneratione.*

27 Præbuit tantum prodigium Vrbano occasionem instituendæ quinta feria, ab octaua pentecostes recur-

a *Theod. Vall apud Maff l 3.*

b *Greg. de can. apud eund.*

Sacra milicia in Manfredum ind dicta.

Perciualdus Orianus Saracenorum dux.

c *Theod. Vall. lib. 3 c. 10.*

Aquis submersus.

Vrbanum Petrus de Vico oppugnat.

d *Lib. 3 c. 10.*

e *Anonym. auct. ubi sup.*

f *Theod. Vall. ubi sup.*

Conuratio ad vrbem Pontifici eripiendam.

Siculi. rerum auct. anonym.

Richardus Annibaldus Ostiam occupat.

Manfredus Tyburtinos immittit.

Anonym. auct. ubi sup.

c Lib. 3 c. 41.

Romam potestate sibi subijcere meditatur.

Insigne in Vrbeueteri agro edictum miraculum.

g *3. Anton. p. tit. 19. c. 13 § 1.*

Sacramentales vini species in sanguinem versæ.

Festi Corporis Domini ab Vrbano in

recurrente festiuitatis, seque permotum alijs etiam grauissimis rationibus ipse testatur, vt nimirum re-pescente aliquorum de tanto Sacramento fide, instructa ingenti pompa illius celebritate, hominum impiorum perfidia pudore confunderetur, atq; accenderetur bonorum pietas. Ec quamuis institutio corporis & sanguinis dominici sub sacris speciebus in cruento missæ sacrificio feria quinta hebdomadæ sanctioris recolatur; quia tamen Ecclesia tum in plangenda Domini acerbissima morte pijs ritibus occupata est, non iniuriam huius medios expromendæ pro tanto beneficio lætitiæ eam vacare posse in diplomate apostolico edisserit a.

a Lib. 3. ep. 160. extat etiam in Bullar. in Vrb. IV. Cælestevisum S. Iulianæ obiectum.

28. 29 Gerebat Vrbanus archidiaconatum in Leodiensi ecclesia, cum S. Iuliana virgo diuino lumine collustrata, tum illi, tum alijs viris pietate & doctrina conspicuis, diuinam de solemnitate institutæ a Christo Eucharistiæ peragenda voluntatem aperuit: cui diuinitus obiectam hanc speciem Chapeauillus canonicus Leodiensis in suo tractatu de origine festi corporis Domini refert ex *Tempore iuuentutis suæ, quoties Christi virgo Iuliana orationi incumbebat, magnum ei signum & mirabile apparebat. Apparebat*, inquam, *ei luna in splendore, cum aliquantula tamen sui spharici corporis fractione: quam cum multo tempore conspexisset, mirabatur multum, ignorans quid illi portenderet. Tunc*, inquit, *reuelauit ei Christus in luna præsentem Ecclesiam; in luna autem fractione defectum vnius solemnitatis in Ecclesia figurari, quam adhuc colebat in terris a suis fidelibus celebrari.* Cum illa demisse de se sentiens arduam prouinciam suscipere expauesceret, demum rem totam inter alios Roberto episcopo Leodiensi detexit: qui vocato theologorum concilio, ac dein synodo coacta, in sua diœcesi solemnem diem instituit: cuius literæ ad eodem auctore afferuntur: oraculum autem de ea celebritate in vniuerso orbe propaganda ab Vrbano impletum est.

b Hoefm. in Henrico Gueld. c. 6. & Io. Chapeau in not. ad Hoefm. e Iac. Chap. in tract. de vera orig. fest. corp. Dom. c. 2. Illius explicatio. Vt Roberti epis. Leodien. id festum corporis Domini celebrauit, d Ib. c. 6.

30. 31 Egregium vero Vrbanus Christianæ mansuetudinis exemplum in remittendis hostibus iniurijs dedit; nam cum ab Innocentio IV. in Germaniam internuncius missus esset, ab Hermanno viro nobili militum multitudine succincto equis & opibus spoliatus conjectusque in carcerem fuisset, ac B. Virginis ope ex eo liberatus, demum pontificatu parto memor diligi inimicos a Christo illos, centuris omnibus solui resipiscentes iussit, condonataque iniuria etiam farciendi illari damni immunitatem ijs dedit. Quibus literis adscripta est hæc temporis nota. *Dat. apud Vrbemueterem* VII. *id. iulij anno* III. Ascripta hisce literis, atque alijs pluribus dies Vrbanum commoratum Vrbeuetere docet, vbi biennium egisse Theodoricus addit: sed demum hoc ipso anno, cum Vrbeuetani quandam Ecclesiæ arcem inuasissent, ingruerentque hostes, Perusium se contulit; qua de re nobis agendum erit, cum de illius morte disseremus inferius. Nunc ad res Anglicanas transimus.

Vrbani in hostes clementia.

32. 33 Egregio virtutis exemplo S. Ludouicus, quamuis Angliam Franciæ æmulam esse non ignoraret, bellumque in Gallias, quoties intestinis vacaret dissidijs, traducere consueuisse, regnique limites aucupata occasione proferre latius posset; comparandæ tamen sibi æternæ gloriæ amplificandæque, quam perituræ facileque auidior, Anglum inter eiusque proceres pacem conciliauit e: cuius facti gloriam Vrbanus commendauit, sententiamque pro Anglorum Rege Ambiani in celeberrimis procerum conuentibus latam corroborauit. Agebatur, vt indicauimus supra, an Rex Angliæ sanctas Oxoniæ leges seruare teneretur, quas ille regiæ maiestati aduersas, ac per vim extortas, atque ideo infringendas

S. Ludouici in pacanda Angliæ studium.

e Lib. 3. ep. 32. 33.

contendebat: quin etiam summus Pontifex dati tunc sacramenti religione illum solutum erat a: verum nobiles suæ libertatis, vel potius augendæ potentiæ, regiæque imminuendæ auidissimi, illum datam fidem violare non posse affirmabant. At non diu tenuit in Anglia ea pax: nouarum enim rerum cupidi proceres, cum ex regia auctoritate pristino splendori restituta rescissis legibus, quas per vim & metum ab Henrico Oxonij extorserant, suam imminui ac labefactari interpretarentur, Leycestriæ & Glouerniæ comitibus præcipuis belli facibus, arma capessiuerunt; commissoque prælio, dum Eduardus Londinenses in fugam auersos maternæ iniuriæ vlciscendæ causa longius prosequitur, ex eius absentia debilitato regio exercitu, cum maxima eius pars ad diripienda rebellium castra sese effudisset, occasionem aucupata regias copias perrupere: atque in ardentissimo conflictu Henricum ac Richardum cepere: quos legatus, excitis nonullis ex Anglia episcopis, anathemate perculit, Angliamque interdicto subiecit.

a Ib. ep. 56. 62.

Anglor. procerum ab Rege defectio.

Henricus & Richardus in rebellũ manus incidunt.

34 Simile quoque flagitium Nauarræ proceres tentauere; atque coacto concilio, percussoque fœdere a suis quemdam elegere, cui iureiurando morem gerere sese deuinxere. Quæ res cum regiam auctoritatem elideret, Pontifex defendendas Nauarræ Regis partes suscepit, atque archiepiscopo Burdegalensi prouinciam dedit b, vt ad iniquum fœdus dissoluendum incumberet.

Nauarræ proceres coitionem ineunt in Regem. Vrbani iussu dissoluta.

b Lib. 3. ep. 97

35. 36 Fremebant tum maritimæ Hispaniæ Africæ obiectæ partes Saracenico bello; & Alfonsus procerum Angliæ, qui imperij æmulum incarcerem incluserant, causæ defendendæ intuens, arma ad propulsandos Mauros c, qui ex Africa ingentes copias Hispaniæ inuexerant, conuertere coactus d est. Exciuerat Afros Mahomad Alhamar Rex Granatæ Castellanæ aulæ fiduciarius, qui communicatis cum Hudiele Murciæ Rege defectionis consilijs, Christianorum iugum a certaminibus deprellere conatus est. Attulere ingentes prima irruptione Christianis clades Saraceni: ad quos comprimendos Alfonsus Hispalim, raptim collecto exercitu, se contulit, commissoque prælio maximam eorum stragem edidit, multoque Christiano cruore fteti. victoria. Exciuit in auxilium Aragonum Regem Iacobum, qui in Mauros egregia virtutis bellicæ facinora explicuit, Murciamque expugnauit: de qua parta victoria suo loco interius dicetur e.

Africani in Hispanias irrupunt.

c Io. Mariã de reb. Hisp. l. 13. c. 15 d Mon. Pad bro. l. 3.

A Mahomade & Hudiele Mauris Regibus excitis.

Iusi prælio ab Alf. Castellæ Rege.

Iacobus Rex Arag in belli societatem venit.

37. &c. Inter hæc instabat Alfonsus, magna contentione apud sedem Apostolicam, vt insigne imperatorium sibi decerneretur. Præfixerat, vt vidimus, peremptorium terminum Pontifex electis Regibus ad dicendam causam: & quidem Alfonsi oratores, qui antea apostolicum iudicium subire recusarant, affuere: Richardi vero, qui admiserant, non venere: quod cum ob subitos bellorum ingruentium motus, quibus Anglia fluctuabat, ipsomet Richardo capto a perduellibus, accidisset, Pontifex dicendæ causæ diem protrahendum decreuit f: *Iuribus*, inquit, *partium, & ipso negotio in omnibus & per omnia in eo statu, in quo nunc sunt, omnino manentibus, terminum vsque ad annum, computandum a festo B. Andreæ Apostoli venturo proximo prorogamus, præmissum interim nullo modo negligituri negotium: sed sicut in votis gerimus, sic illi cum diligentia vacaturi, quod etiam si medio tempore, Domino fauente sermoni, ad expediendum ipsum, vel alia in illo, vt circa illud ordinanda competens via patuerit, ad ea, illo qui potest nostrum dirigente processum, prout expedire videbimus, procedemus.* Consentiunt his, quæ scribit Theodoricus Vallicolor g.

Quem terminum cõstituerit eis Pont.

f Ib. ep. 314 Extat etiam in dicto Cod Vall. pag. 13.

g Theod. Vall. in vit Vrb.

44 Ad Septentrionem gestum est bellum feliciter aduersus infideles Ruthenos, Lituanos, eorumque foederatos; ad quorum frenandum furorem sacram militiam Pontifex, dato crucis symbolo, indixit: atque Othocaro Regi omnes Rhutenorum & Lituanorum terras armis comparandas apostolica auctoritate attribuit b, modo nullus catholicus ius in illas haberet.

a Dubr. hist. Bohem. l. 17 Accendit Othocarū Reg. Bohem. in infideles Pont.

b Ead. ep. 670.

45 Excitatum refert Dubrauius c apostolicis monitis Othocarum crucis signum accepisse in Ruthenos & Lituanos, atque vna cum Austriacis Morauisque, Brunone Olomucensi episcopo, & Othone marchione Brandeburgensi sororis suæ filio, quadrato agmine in hostem Prussiam infestantem mouisse; quem cum primo impetu fregisset, victos ad Christiana sacra amplectenda adegisse. Addit auctor de baptismo magna pompa duobus Pruthenorum ducibus impertito: *Duces primum a Brunone episcopo aqua & chrismate linguntur, quorum alterum Rex de more e lauacro suscipit, alterum Otho Brandeburgensis: atque vterque nomen suum suscepto imponit, Rex sunm Othocarum, Otho item suum Othonem vocans: amboſque Rex veste ex serico candida auroque interexta indnit, & ut amicos consalutat. Post hos ea sacra multitudo certatim ad fontem sacrum properabat, non ex eo loco tantum, sed ex tota insuper Prussia, quam Rex vsque ad mare victor peragrauit:* Subdit vrbem Montemregalem, in maris littore ad Pruthenos in officio continendos magnis operibus a Rege conditam; & aliam a Brunone episcopo, cui suum nomen indidit, vt in ea episcopus præesset: atque Othocarum, ijs glorioſissime perfectis, iactare solitum, se a mari Adriatico ad oceanum Boemiæ terminos protulisse.

c Dubr. l. 17 Eximia Othocari facinora in Prussia.

Victi barbari baptismo lustrati

Extructæ ab Othocaro arces Bohemia ab eo amplificata.

46 Simili religionis Christianæ amplificandæ studio Boleslaum Pudicum Cracouiæ ducem aduersus Iaczuingos sacra arma suscepisse, Longinus refert d: quo bello Iaczuingorum gentem ita deletam tradit, vt ipsorum nomen suis temporibus omnino interijsset, Massouiæ, Russiæ, ac Lituaniæ terras conterminas incolebat, serpiusque in Boleslai Pudici Cracouiensis & Sandomiriensis ducis ditionem magno terrore excurrebat: quæ res principem ad nationis ferociſsimæ exitium perpulit: cujus etiam loca Pontifex, cum eam sub lugum misisset, ob illius perfidiam concesserat. Erant ij ad bellum audaces, laudisque apud suos comparandæ auidissimi: vnde cum eorum gesta, qui fortiter occubuissent, decantari apud ipsos solerent, ea spe immortalatis gloriæ incitati, quælibet adibant discrimina, nullam quamuis iniquam pugnam detrectabant; adeo vt decem ex ipsis centum Christianos lacesserent, aut vincere, aut mori paratissimi. Quare cum numero obruendi essent, maximo exercitu succinctus in eorum terras Boleslaus irrupit, in quem Barbarorum dux Comath aciem eduxit, initoque prælio anceps diu extitit victoria; demum barbari, fugere nescij, Polonorum gladijs conciti fuere. Supererat imbellis colonorum multitudo, quos omnes Boleslaus inueterata capitis sententia baptismi sacra amplecti iussit: alij ad Lituanos fugere, alij in Poloniam concesserē; gentisque nomen extinctum est.

d Long. hist. Pol. l. 7. hoc anno. Iaczuingi infideles a Boleslao Pudico profligati.

Exitium penitus barbaræ gentis procurat.

47 Erecta etiam in Lituania Christiana res: nam Stroynath tyrannus Christianorum hostis, qui Mendilpho anno superiori occiso principatum corripuerat, cruore partum, cruore amisit: Voyslak enim Mendolphi filius, qui in Russia disciplinam monasticam colebat, patris necem vlturus in Lituaniam venit, insidijsque tyranno positis e medio ipsum sustulit; & quamuis monachus atronsus esset, coronam tamen cruentam sibi imposuit,

Eiecto tyranno Lituan. tyrannus ex sus. Long. hist. Pol. l. 7. hoc anno Voyslak monachus paternum regnum sibi vindicat.

48. &c. Quod ad Tartaros spectat, quos vna cum Lituanis, ac Rhutenis Poloniæ & Prussiæ magnas clades intulisse, ex pontificijs literis datis ad Boemiæ Regem constat; moliebantur exitium aliquod Christianæ reipublicæ interre: vtque sua felicius consilia ad exitum perducerent, Hungarorum Regis affinitatem iterum expetebant, vt eius fulti potentia, atque aditu in Christianorum terras excurrendi libero dato, Europam suæ tyrannidi subijcere possent. Quo accepto Vrbanus Belam literis apostolicis monit a, ne ea affinitate genus præclarissimum foedaret; tum ad Stephanum eius filium, vt ab ea longe abhorreret; tum ad regni præsules, vt ad rem disturbandam incumberent, scripsit.

Vt Tartari Hungaros sibi fœdere deuincti ne vastentur

Pontificii pro abrumpendo eo tractatu studium.

a Lib. 3. pontificat. ep. 111.

51. &c. Discussa sunt ea Tartarorum foedera, atque Hungari ad excipiendos eorum impetus, se comparārunt. Obtinuit vero a Bela Regina Hungariæ, pijssima fœmina, vt arcem munitissimam in montis supercilio construeret, quo pauperes, ac vidua, quoties Tartari irrumperent in Pannoniam, confugere possent: infestabatur enim hisce temporibus Tartarorum excursionibus Hungaria: cuius arcis donationem ab Rege factam Pontifex sua auctoritate communiuit b. Nec modo Tartari, verum etiam Cumani, qui in eodem regno versabantur, grauiora mala ac damna fidei Christianæ inferebant. Quare Vrbanus Strigoniensi & Colocensi archiepiscopis canendi in eos sacri classici, & cruceata signa explicandi prouinciam dedit c, vt eos, qui baptismo abluti essent, Christiano ritu viuere cogerent, alios ad baptismi sacra suscipienda inducerent. Confudit pia hæc consilia ciuilis discordia; in regia enim familia exarsere adeo odia, vt Bela ac Stephanus primogenitus, improborum suffurris odio efferati, aduersis exercitibus concurrere meditarentur, ac Stephanus filius Cumanorum auxilia sibi adscisceret, Bela excire alios barbaros cogitarent: quibus permotus Pontifex Regem patrem flebilibus literis hortatus est d, vt discordiarum semina suffocaret: misereretur Hungariæ, quæ ab ethnicis conculcanda erat; arma in Saracenos, non in propria viscera vertenda: illa incendia instinctu dæmonis excitari; perstrinxitque e alijs literis Vrbanus Stephanum Regis Belæ filium, arma in parentem vertisse; ac ne impietatis nota afficeretur patri obsequentem esse iussit. Valuere adeo pontificia studia, vt Bela ac Stephanus prima naturæ fœdera redintegrarint f. Rem vero memorabilem hoc argumento narrat Thomas Cantipratensis g, Reginæ Hungariæ Deum oranti, vt virum ac filium ad bellum paratos in concordiam reduceret, B. Ioannem episcopum Bossinensem se videndum obiecisse, ipsiusque preces cælo exceptas significasse. Atque hæc de rebus Hungaricis sufficerint: iam ad Græcas orationem traducimus.

b Ead. lib. pag. 336. Religiosa in Cumanos indicta militia

c Ib. pag. 337. Vrbani pro sopienda Bela & Stephani filij discordia studia.

d Ib. ep. 112

e Vrb. l. 3. post ep. 112 Stephanū iubet patrē obsequi

f Ib. pag. 338.

g Lib. 2. c. 57. n. 59. Conciliata inter Belā & Steph. concordia. Promissa a B. Ia. Bossinensi Reginæ Hung. Reliquias Latinorū ex oriente meditantur excindere Græci.

56. 57. Ferociebant Græci ex capta Constantinopoli, ac totos impetus ad delendas Latinorum reliquias conuertebant: maxime vero occupandæ Achaiæ animis armisque inhiabant, in quam sæpius excurrere. Præsulum ergo aliorumque precibus solicitatus Vrbanus, Traiectensi, Coronensi h, atque Argolicensi i episcopis iniunxit, vt spa aliorumque opera ad recipiendam crucem populos pro contione incenderent; iamque affulgere videbantur præclaræ spes, cum Genuenses a Palæologi fœdere abducti essent, atque etiam triremes, quas Græcis submiserant, reuocassent, ad quod pontificijs imperijs adacti fuere: atque Vrbanus certior factus, Genuensi archiepiscopo præcepit l, vt vrbem interdicto solueret, quo ob factam cum schismaticis armorum societatem per

Vrbanus epist. Traiectensi præcipit, vt minas religiosam indicat.

h Ib. ep. 191

i Reg. post eund. ep.

Genuenses iussum cū Palæologo fœdus dissoluunt.

l Lib. 3. ep. cap. 42.

culpa

Fidelium eorum ressumi.

cuisa fuerat, cautionesque idoneas a Genuensibus postularet. Redintegrandæ vero inter eos ac Venetos pacis, quæ maximo rei Christianæ detrimento dissoluta fuerat, cupidissimus Pontifex literas tum ad Genuenses a tum ad Raynerium Zenum Venetorum ducem b pro ea conciliandæ misit c. Legatum quoque ad rem felicius conficiendam ad vtriusque reipublicæ senatum, nimirum Ambrosium Vrbevetanum Dominicanæ familiæ virum insignem ire iussit, quem maximæ sanctitatis opinione floruisse refert Leander d.

a Ann. 38. b Reg. pag. and. ep. 16. ep. 137.

c Land. l. 5 Palæologus sibi metuens, petit Rom. ecclesiæ se gregari.

58 Inter hæc siue firmandi Constantinopolitani solij causa, seu vera pietate ductus Palæologus, maximo se coniungendæ Græcorum ecclesiæ cum Latina desiderio flagrare præ se terebat; ex quo Pontifex, conciliandis contrarijs dogmatibus & schismaticis reuocandis intentus, belli suscepta in eum consilia abiecit, nec crucesignatorum copias ad repetendum imperium Baldumo subministrauit. Immissis vero ad Vrbanum literis e significauit, se posterioris anni præterita hyeme Crotonensem episcopum, Græcum quidem genere, sed in Romanæ ecclesiæ sinu educatum Constantinopolim excisuisse, vt sibi Latinorum fidem enuclearet: magnum se ex illius sermonibus gaudium hausisse, conuenire Romanæ ecclesiæ dogmata Græcæ dogmatibus consona; mittere se ad ipsum Crotonensem episcopum, qui ardentem eius ad pacem conficiendam, promerendamque Romanæ ecclesiæ gratiam animum significaret, interque cætera hæc pie consultus est.

e Ext. apud Urb. l. 3. ep. cur. 34. Fatetur Græcos partes Latinorum dogmatib. conuenire

59. 60. *Recte percepimus, & corde & animo illustrati inuenimus sanctam Dei ecclesiam Romanam non alienatam a nobis in diuinis pia fidei dogmatibus; sed ea sere nobiscum sentientem, & consentaneam. Præsidens namque præsul eiusdem ecclesiæ doctrinam, & sanctorum patrum eius, videlicet S. Syluestri Papæ, Damasi, Cælestini, Agathonis, Adriani, Leonis maioris, & minoris, Gregorij dialogi, Hilarij Pictauensis, Ambrosij Mediolanensis, Augustini Hipponensis Africæ, Hieronymi, Fulgentij, & aliorum expositiones, & dogmata recta fidei referauit nostro Imperio, sicut isti sancti exposuerunt prædicta: quæ inuenimus concordantia sermonibus sanctorum patrum eius, videlicet Athanasij Alexandrini, Basilij Cæsarea Cappadociæ, Gregorij magni Theologi, Gregorij Nyssæni, Ioannis Chrysostomi cum vtroque Cyrillo, & similia sapientes omnino: quæ cum omni fide purissima percepimus, tenemus, credimus & tenemus: nec non & omnia sacramenta eiusdem ecclesiæ Romanæ veneramur, effectum credentes habere ea in animabus iustis, quæ Deo coniunguntur, coniungentur, ac confirmantur. Cæterum vestram sanctam paternitatem rogamus, quatenus sicut princeps omnium sacerdotum, & vniuersalis doctor catholicæ Ecclesiæ, solicitetis continua promptitudine ad reuniendum eandem Ecclesiam amodo, cui loco b. ati Petri Deus præcipue vos præfecit, quia iam & nostram tranquillitatem ad hoc peragendum paratam sanctitas vestra habet, ipsi matri nostræ Ecclesiæ omnes gentes, & patriarchalis sedes extento diuinæ potentiæ brachio nostri imperij, ac omnes nationes ad deuotionem, & obedientiam & amorem eiusdem Ecclesiæ nostri tranquilli imperij potentia subiugabit.*

61. &c. Acceptis Palæologi literis perfusus gaudio Vrbanus, ad rem tot seculorum contentionibus votis expetitam, atque Ecclesiæ amplificandæ maxime vtilem promouendam, ne segniter se gerere, vel ansam calumniatoribus dare videretur, viros doctrina exquisitissimos, peritiaque rerum instructissimos Gerardum & Raynerium ordinis Minorum fratres cum eodem episcopo Crotonensi dimisit, ac Palæologo pios stimulos addidit, vt ad Græcos Romanæ ec-

Vrbanus ad eũ doctos viros mittit.

clesiæ coniungendos strenue incumberet.

65. &c. Magno quidem animorum ardore deperducenda ad exitum vtriusque ecclesiæ coniunctione agitarum; sed ij omnes labores tum incassum iuere: Palæologus enim, qui se in grauiora discrimina coniectum intimis rem ardentius vrserat, vbi periculis se liberatum vidit, rem in longius tempus extraxit. Ingentia illum sane adisse pericula, testatur Gregoras a; Constantinus enim Bulgarorum Rex ab vxore Ioannis Lascaris excæcati furore ad vindictam excitatus; atque soldani Azatinis, qui ad Aenum oppidum amandatus erat, promissis illectus, in Thraciam, coniunctis sibi Scythis, copias effudit, omnibusque vastatis parum abiuit quin Palæologum e Thessalia recedentem caperet, nisi ille anteuertens hostis consilia, superatis montibus, qui iuxta Ganos sunt, ad maritimam oram accurrisset: inuentisque duabus triremibus Latinis, ijsque exceptus Constantinopolim redijsset. Sed a Græcis ad Palæstinos sermonem conuertamus.

a Greg. l. 4. Palæolog. a Rege Bulgar. indisserenter adductus.

68 Adducti erant in maximum discrimen a Bendocdare soldano Babylonio, ob partam de Tartarorum duce victoriam ferociente; in quem cum Haolonus Rex Christianorum Asiaticorum succinctus copijs signa attolleret, magno rei Christianæ exitio ab hominibus demigrauit: sed Aytonum audiamus; *Quando*, inquit, *Haolonus intellexit de soldano Ægypti, qui regnum Syriæ inuaserat, & fugauerat gentem suam, continuo suum exercitum congregauit, & misit ad Regem Armeniæ, & ad Regem Georgiæ, & ad alios Christianos partium orientis, vt venirent parati contra soldanum Ægypti & alios Saracenos. Cumque Haolonus iam suum exercitum congregasset, inuasit eum quædam infirmitas, quæ eum deseruit per spatium quindecim dierum: & ex illa infirmitate obijt Haolonus: cuius rei causa terra sancta negotium, iam inceptum, fuit totaliter perturbatum post obitum Haoloni. Abaga filius eius tenuit dominium patris sui & regnat Cobila Can Imperatorem auunculum suum, vt ipsum in dominio suo confirmaret: & hoc fecit libenter, vnde vocatus fuit Abaga, & cepit dominari anno Domini* MCCLXIV.

Palæstinæ motus.

Haolonus signa vertit in Saracenos.

Morbo extinguitur.

Abaga filius ei succedit.

69 Affectum egregie Abagam fuisse erga Christianos, ac de armorum fœdere ad excindendos Saracenos iucundo cum fidelibus agitasse consilia, viluri sunt vs inferius. At Bendocdar soldanus, dum fingit in Tartaros, non in Christianos ductare exercitum, blandis verborum lenocinijs Cæsarienses decepit; atque ita dolo hoc anno Cæsaream in suam redegit potestatem b.

Cæsarea dolo capta.

b Sanut. lib. 3. p. 8. bibl. max. fig. n 1960. & alij.

70 Eodem anno Vrbanus Papa, dum omnibus modis terræ sanctæ rebus consulere nitebatur, finem vitæ fecit; de quo hæc tradit Gregorius decanus c in historia de Vrbani gestis conscripta: *Hic Vrbanus patrum pater, mitis, pius, benignus, munificus, gratiosus, & omni bonitate referens texit ecclesiam Romanam annis tribus mensibus duobus*, altero scilicet finito, altero autem per quatuor dies incepto, *& obijt in ciuitate Perusina: & quieuit in ecclesia cathedrali eiusdem ciuitatis eiusdem, quæ B. Laurentij ecclesia est vocata. In cuius obitu, quia mire vixit & miraculose in Ecclesia Dei, vt dictum est habuit incrementa, magnum mirum apparuit: nam per tres menses, antequam de hoc mundo migrasset ad Dominum, quadam stellæ cometes continue vsque ad diem obitus hominibus est ostensa, qualis nunquam visa dignoscitur temporibus retro actis: quæ, dicto Pontifice in Domino dormiente, vlterius non est visa per aliquem. Per quod signum creditur & speratur, quod ad cæli transierit sanctas mansiones, propter quod sidus dignoscitur miraculose commotum.* Sedisse vero annos tres, mensem vnum,

Vrbani mors. Cometes eius obitũ pręcedit c Greg. de Mass. lib. 3.

Gesti pontificatus tempus.

vrum, dies quatuor liquido constat, cum anno MCCLXI. festo decollationis S. Ioannis Baptistæ, die nimirum IV. kal. septembris pontificium solium contenderit, atque e vita VI. non. octobris discesserit, vt testatur Clemens eius successor in literis encyclicis de inito pontificatu, quarum potiorem partem nos anno proximo ineunte afferemus. Gerendarum rerum peritia floruisse munera a prædecessoribus ei imposita, torque honorum emensi gradus probant. Præterea inter cætera templa quæ magnifice construxit vel instauranit, in fundo paternæ domus ecclesiam in S. Vrbani honorem condidit, vt testatur Clemens a quartus in literis ad decanum & canonicos in eâ Trecis institutos, quam pluribus prærogariuis ad decorandam decessoris memoriam insigniuit.

Paterna domus Trecis in ecclesiã versa.

a Clem. l. 1. ep. 146. ext. in formul. Marin. Ebuli pag. 8. Theod. Val. lic. in Vrb. vit. Greg. dec. vbi sup.

71. 72 Præsetuliſſe ingentem lætitiam ex Vrbani morte Manfredum ac sectatores, tradit Ricordanus b. Et quidem Senenses, qui illius factione erant infecti, dum Romana ecclesia suo Pontifice viduata erat, exercitum ad Vrbemuererem promouisse, atque hostili furore grassatos in patrimonio B. Petri, ostendunt Cardinalium literæ c, quibus eos intentata iudiciaria seueritate compescere nisi sunt, sprenare illi Cardinalium iusta imperia; sed eorum insolentia non impune abijt: sequenti enim anno a Gallis repressi, maximisque damnis affecti fuere, vt Clemens IV. Otrobono d S. Adriani diacono Cardinali significauit.

b Ricord. bist. flor. c. 175.

Senenses vacante se de Vrbem veterem tentant.

c Ext in m. Vat. sign. lit. C. n. 49. pag. 193.

d Clem. IV. l. 2 ep. 74.

IESV CHRISTI
Annus 1265.

Indict. 8.

CLEMENTIS PP. IV. VACANT. IMP. OCCID. 15.
annus 1. MICH. PALEOL. IMP. OR. 5.

Guido Sabinen. ep. Card. Postea electus Clemens IV. vocatus.

e Prol. Luc. l. 22. c. 29.

Eius primordia.

1 ANno Domini MCCLXV. inquit, Ptolemæus Lucensis e *Clemens* IV. *in cathedra Petri sedet. Vacauit Ecclesia tunc post mortem Vrbani mensibus* V. *Hic natione Prouincialis de villa S. Aegidij vocatus Guido Fulcodij sedit annis tribus, mensibus nouem, diebus viginti quatuor; & vacauit etiam annis duobus & mensibus nouem.* Paucisque interiectis, *Hunc communiter historici sic describunt, quod fuerat vir magna probitatis & exempli, quia omnem statum mundi expertus est; & in quolibet virtuose se habuit & gratiose: primo quidem vxoratus filios, quos habuit, in cultu enutriuit diuino; aduocatus in vtroque iure in curia Regis Ludouici sancti gratiam habuit in conspectu eius; vnde & ipsum de suo secreto fecit consilio: mortua vero coniuge, vitam clericalem assumpsit, & in breui tempore factus est propter sua merita Aniciensis episcopus, inde assumitur in archiepiscopum Narbonensem propter exempla virtutum, quas videbamus in ipso.* De episcopatu Aniciensi f & Narbonensi g archiepiscopatu gestis testes sunt eiusdem Clementis literæ, quibus apostolica studia in eas ecclesias explicat; atque etiam in postremis addit e Narbonensi prouincia originem se traxisse. Pergit Ptolemæus Lucensis h: *Propter quæ omnia*, nimirum eximia virtutum ornamenta, *Vrbanus predecessor suus Cardinalem Sabinensem fecit, ac tandem ab eodem Papa Vrbano in Angliam legatus mittitur propter turbationē inter Regem Henricum & comitem Simonem Montisfortis, Exulem in Francia, quia in Angliam transire non potuit, eligitur in Papam: sed scrutinio retento mittitur pro ipso a collegio.* Hæc Ptolemæus, quibus consentanea Iordanus i ijsdem fere verbis affert: consentiunt quoque Bernardus Guido k, Martinus Polonus a, &c, vt alios omittamus, appendicis Parisio adiectæ auctor, verbisque parum ab eo discrepat.

f Clem. l. 3. ep. 158.

g Lib. 3. ep. 31.

h Ptol. Luc. hist. eccl. l. 22. c. 30.

i Iord. in sibi Vat. libr. Rom. Pont.

a Mart. Pol. l. 3. in Clem. 4. 5. Anon. Sæc. XIV. ap. eund. c. 1.

Clementis pater pietate conspicuus. Charusianis se addixerat.

2 Vt vero eximijs virtutibus fulsit, quibus omnium amorem admirationemque sibi conciliauit, ac tot honorum gradus est assecutus, ita patrem sapientissimum habuit non tam verbis, quam exemplis, qui eum virtutibus ac literis perpoliuit: adeo enim præstanti fuit religione ac pietate, vt contemptis humanæ vitæ delitijs, aspernimo vitæ genere, Charusianorum familiam ingressus, sese addixerit; & magna sanctitatis opinione ac fama apud homines collecta, diem extremum pijssime clauserit, vt e Clementis ipsius literis l elicitur.

b Clem. l. 4. ep. cap. 10.

3 Omauit cæteras virtutes singulari modestia: profectus enim Perusium sine pompa, simulato, vt volunt c, cultu, impositum sibi onus excutere eo studio conatus est, quo cæteri dignitatum fulgore perstricti eas ambiunt; vtque Longinus d scribit: *Vix cum lacrymis Cardinalium vinci potuit*; ac domum, ne diuinæ prouidentiæ reluctari videretur, summum pontificatum, omnibus exultantibus, siens ipse ac mœstus admisit. Redimirus paulo post solemni ritu pontificia tiara encyclicas ad orbis catholici præsules acceptis pro insigni & stemmate apostolico: ijsdem decessoris verbis e: FAC MECVM DOMINE SIGNVM IN BONVM; de susceptis Ecclesiæ gubernaculis literas dedit f: atque ad implorandam diuinam opem pro ijs egregie moderandis incitauit, ex quibus hæc afferimus.

c Long. hist. Pol. l. 7. Perusinum sine pompa se confert nouus Pont.

d Prol. Luc. hist. eccl. l. 22. c. 30. & alij.

Solicitæ frustra Cardinales alium designent Pontificem.

4. 5 *Clemens, &c.* Felicis recordationis Vrbano Papa predecessore nostro VI. non. octobris viam vniuersæ carnis ingressio, & sicut de largissima Dei pietate confidimus, post labores ad præmium euocato; tamique patris defuncti corpore, prout est iuris & moris, cum honore & reuerentia ecclesiasticæ tradito sepulturæ; episcopi, presbyteri, & diaconi Cardinales habito super futuri Pontificis electione tractatu, in nos tandem, licet immeritos, de legatione, quam susceperamus in Angliam, redeuntes, & per aliqua terrarum spatia ab Apostolica sede remotos, suos oculos iniecerunt, nos in ecclesiæ Romanæ Pontificem eligentes. Cumque demum Perusium venissemus, & insufficientiæ nostræ multiplicis non ignari, tam importabilis oneris ferre sarcinam, tamque eminentis honoris fastigium conscendere merito formidantes, demum ad concordium fratrum instantiam, tanto suppositimus oneri humeros imbecilles, solicitudinem nostram proijcientes in illum, & in eo figentes anchoram spei nostræ, qui dat lasso virtutem, & ijs, qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat, infirma mundi nonnumquam eligens, vt ad sui nominis gloriam fortia quæque confundat &c. *Dat. Perusij* VIII. *kal. martij anno* I.

e Fer. Martini pag. 5.

f Clem. l. 1. ep. 4. qua ext. etiam in cod. ser. pag. 18. num. 167.

Vrbani prædecessoris mortis tempus

6. &c. Certiores facti Christiani Reges g Clementem in Vrbani locum successisse, de adepta dignitate sunt ei gratulati; nimirum S. Ludouicus Galliarum, Bela Pannoniæ, Iacobus Aragonum, Theobaldus Nauarræ, Alfonsus Castellæ & Legionis Reges; tum plures Reginæ: quibus singulis suas dedit literas h, quæ sane miram rerum humanarum despicientiam ac sanctitatem spirant: *Illud scias*, inquit in literis ad sanctissimum Regem Francorum Ludouicum datis, *quod in suscepto regimine nec bonos nos erigit in superbiam, quem onus importabile comitatur, nec dissoluunt delitiæ, quas conflictus curarum eliminat; nec diuitiæ sibi subijciunt, quas nunquam nobis permisimus dominari: imo quod læsi referimus, quem seruum habere nequeunt, & comitem dedignantur. &c. Dat. Perusij* VIII. *id. maij anno* I.

Reges Galliarum Pannoniæ & alij Clemẽti gratulãtur.

g Reg. post eund. ep.

Pię Clemẽtis ad eos literæ.

h To. 2. ep. 7

Egregia de opum contemptu sententia.

Qui

10 Qui autem honores opesque sibi non optabat, deriuare in sanguine tibi coniunctissimos contempsit; atque ideo non acquiescens carni & sanguini ipsos in priori conditione perstare voluit. Hæc enim nepoti, qui iam summos honores sibi augurabatur, rescripsit a.

a To.1.ep. 348.

Petro Grosso de S. Ægydio.

Nepotem pristina fortuna eō tentum esse iubet. Hortatur ad mundi contemptum.

Multis de nostra promotione gaudentibus, nos soli sumus, qui certius immensitatem oneris experimur: & ideo quod alijs gaudium, nobis metum subministrat & fletum. Sane vt scias qualiter his anditis debeas te habere, scire te volumus, quod humilior debes esse: neque enim quod nos vehementer humiliat, nostros debet extollere; maxime cum honor seculi momentaneus sicut ros transeat maturinus. Nec ad nos te, vel fratrem tuum, vel de nostris aliquem venire volumus sine speciali mandato: quia spe sua frustratos, si secus præsumerent oporteret redire confusos. Sed nec in tuæ sororis nuptijs gradum quæras propter nos altiorem: quia nec nos haberes propitios, nec in aliquo adiutores. Si tamen eam cum filio simplicis militis deiponlauerit, in trecentis turonensibus argenti tibi proponimus subuenire: & si altiorem quæras, nec a nobis denarium speres vnum: & hoc ipsum secretissimum esse volumus, & tibi & matri solummodo esse notum. Illud etiam scias, quod nullum nullamque de sanguine nostro sub nostræ sublimitatis obtentu inflari volumus: sed tam Mabiliam, quam Caciliam illos viros habere volumus, quos haberent, si essemus in simplici clericatu. Giliam visita, & dic ei, quod locum non mutet; sed remaneat apud Sutam, & omnem maturitatem & habitus honestatem obseruet; & preces pro aliquo non præsumat assumere: nam & ei pro quo fierent essent inutiles, & ipsis qui rogauerint damnosæ: & si per aliquos ex hac causa munera offeramus, ea respuat, si vult nostram gratiam obtinere. *Dat. Perusij in die Perpetuæ & Felicitatis.* Subduntur in regesto hæc verba: *In suæ creationis principio.* Susceptam eam piam mentem ipsum postea non potuisse, quamuis facile filias claritissimis viris collocare in matrimonio potuisset, ex S. Antonino constat b, cuius hæc verba sunt: *Dicitur in laudem tanti viri, quod cum duas filias nubiles haberet, & nuptui tradere quæreret; non tamen de patrimonio Crucifixi, sed tantum de proprio, quod non maximum erat, eas dotare vellet; attendentes ad diuitias pontificales seu Ecclesiæ, cum de illis nil expectare valerent, illas innuptas dimiserunt: vnde & meliori sponso domino Iesu Christo traditæ sunt in virginitate Deo obsequentes.*

Vetat suos vllas ipsi preces cōmendaritias porrigere.

b S. Ant. 3. p. tit. 20 c. 1. §. 11.

11 Cæterum suscepto apostolico munere aduersus Manfredi tyrannidem primas curas conuertit, quo perdomito reliqua felicius instauraret perficeretque; ac susceptæ de transferendo in Carolum Andegauiæ & Prouinciæ comitem regno Siculo ab antecessore consilia vrgere cœpit; & Simoni tituli S. Caciliæ presbytero Cardinali Apostolicæ sedis legato iniunctum ab Vrbano in Gallijs munus confirmauit c: vtque cruce insignitos pro conficienda expeditione Ierosolymitana absolueret nuncupato voto, cum non tanta Syriæ instaret necessitas, illudque cum Sicula conuerteret, potestatem fecit; ac S. Ludouicum Regem Francorum ad porrigendam liberaliter fratri operam est adhortatus d: cum ex eo Francorum gloria, Italiæ pax, Ecclesiæ decus, Constantinopolitani imperij salus, terræque sanctæ libertas penderent.

Manfredi tyrannidē edomare aggrediturPontifex. Simonem Card. mā commissa ab Vrb. legatione cō firmat. Crucesignatos & gna Caroli sequi iubet.

c Clem. l. 3. ep. 1. & l. 1. ep. 2. m. f. Vall. fig. 1. C. n. 49. pag. 14. e Sicul. per. anonym. conf. Pral. Luc. eccl. l. 22. c. 31. Nang. in gest. S. Lud. Maffon. in Lud. IX. & alij.

12. &c. Aggressus est Carolus e maximis animis susceptam defendendæ Ecclesiæ prouinciam: quamuis enim Manfredus alpes Palauicini opera præcluderet, cum Pisanis mari pararet insidias, Tyberinas fauces fucibus, & saxis obstruere meretur, mare etiā procellis armatum coniurasse videretur, ille tamen, dictitans a virtutem fortuna superiorem, superatis omnibus periculis Romam feria quarta ante pentecosten, classe inuectus peruenit b, atque a ciuibus honorificentissime exceptus senatoriam dignitatem adijt. Sed cum pontificium ius læsisset ob plures e Gallica nobilitate in Lateranense palatium ad id inhabitandum inductos, a Clemente perstringi c meruit; qui mox, amantissimi filij more, parenti charissimo obsequentis, errorem demissione delcuit. Paucis vero post diebus pontificio iussu ab Annibaldo basilicæ duodecim Apostolorum presbytero, Richardo S. Angeli, Ioanne S. Nicolai in carcere Tulliano, & Iacobo S. Mariæ in Cosmedin diaconis Cardinalibus in Lateranensi basilica Siculi iceptui iuribus, factis solemnibus pactionibus, acceptoque vexillo d ornatus est: quarum præcipuæ tuere, vt deficiente herede legitimo regni ius ad Ecclesiam reuocaretur, nec regnum cum imperio Germanico vel maiori Etruriæ vel Insubriæ parte coniungere posset; annuum vectigal octo millium vnciarum auri recurrente festo die S. Petri, Pontifici penderet, ac si promissis deesset, regio iure excideret.

Caroli in Vrbem ingressus. Suos in Lateranē. palatium inducit.

a Record. Malesp. hist. flor. c. 171. Io. Vill. l. 7. cap. 3.

b Cle. To. 2. ep. 18.

c Ib. ep. 21. Acriter a Clem. corripitur. Carolus veniam poscit.

d Ib. ep. 63.

13 Constitutum præterea est, vt recurrente tertio quoque anno equum eximium albi coloris Carolus, & successores offerant Pontifici, accepti pontificia liberalitate Siculi regni ergo: tum vt trecentos equites egregie armis instructos trimestri integro, laborante bello ditione ecclesiastica, regijs sumptibus in Ecclesiæ obsequio sustentent; idque officium, si ita Pontifici visum sit, cum maritimis auxilijs commutent. Bencuentum eiusque agrum, suis limitibus ex apostolico placito definiendum, Ecclesiæ reseruatum censeant: atque ad eam instaurandam vrbem necessariam materiem æquo pretio suppeditent. Ad ecclesiasticum vero ius asserendum in Sicilia id cautum est, vt omnia bona mobilia vel immobilia restituantur ecclesijs, quæ a tyrannis erepta essent: tum in creandis præsulibus libertas nullatenus violetur.

Sicilia sceptro donatur.

Equus albi coloris recurrente triennio offerendus a Regibus Siculis.

Seruandū ius ecclesiasticum. Leges pro territorum tyrannorū abolendæ.

14 Conuentum etiam est, vt iniquæ leges a Friderico, Conrado, ac Manfredo, qui tyrannidem antea exercuere, aduersus ecclesiasticam dignitatem latæ abrogentur: ac veteres a Guillelmo II, Siciliæ Rege promulgatæ, quæ ad ecclesiarum, vel populi commoda spectant, restituantur. Adiecta quoque ea lex, vt Carolus ac successores Siciliæ Reges nullum fœdus cum gentilibus, Saracenis, schismaticis, & catholicis aduersus Romanam ecclesiam ineant possint: tum de exercitu in hostem conflando, ac regio deconuentis superioribus diplomate edendo conflictum est: *Actum Romæ apud Lateranum in basilica Saluatoris, quæ appellatur Constantiniana ante sacratissimum altare ipsius basilicæ* IV. *kal. iunij anno Domini* MCCLXV. *pontificatus vero prædicti domini Clementis Papæ IV. anno* I.

Guillelmi II. restitutē da.

15 Perfecta ea celebritate Carolus, missis ad Clementem literis, regio nomine veteres titulos exornauit: de quo rescribens ei Pontifex est gratulatus e. Quo vero maior Carolo auctoritas conciliaretur, de eo solemni ritu regijs insignibus ornando agitatum est: neque enim spes aberat Siculos facile deserto tyranno illius obsequijs se addituros: designata deinde est f dies sacra epiphaniæ Domini proxime apparentis anni, ita flagitante Carolo, quem extremo hoc anno Clemens certiorem fecit g, se Albanensi episcopo & quatuor diaconis Cardinalibus iniunxisse, vt ipsum & vxorem dignitatis regiæ ornamentis insignirent, atque ob pa-

Clemens de accepto regio nomine Carolo gratulatur.

e Ib ep. 73. 77.

f Ib ep. 126 Ad regiā inuectionem Cardinales designati.

g Lib. 1. ep. 26.

cia,

ctis, quæ ipsum inter ac Pontificem intercederent, clientelare obsequium ac munus Cardinalibus deferret; cum nec facile adire Pontificem, nec Pontifex Romam sine grauiori incommodo conferre se posset.

Manfredus Ecclesiam in magna angustia coniicit.

22. &c. Cum nouum ac legitimum Regem aduersus suam tyrannidem assurgere videret Manfredus, in summas angustias Ecclesiam coniecit. Exhaustum erat pontificium erarium, consumptum superioribus bellis; quocirca S. Ludouici Francorum Regis opem Clemens implorauit a, exposuitq; quanto furore Manfredus ob exercitum Carolum Ecclesiam cōcutere niteretur: *Et tempora*, inquit, *qualitas, & perurgens nos cogit necessitas tua, fili charissime, magnitudinem excitare ad compatiendum Ecclesiæ matri tuæ, quam licet aliquibus retro temporibus nunc ex uno latere, nunc ex alio vel bella finitima, vel remota concusserint; iam Domino permittente, quasi quatuor ventis cali in maris medio confligentibus, undique concurrentia mala perturbant, & ad partem quamcunque se verterit, pater regnum tuum a Domino benedictum, quod pro sua pietate Dominus conseruet, audit continuos ecclesiarum gemitus, oppressiones pauperum, scissuras principum, tumultus frementium populorum: videt colla caluari fidelium & exaltari cornua iniquorum.*

a *Ead. T. 2. ep. 43.* S. Ludouici opem implorat Clemens.

Exponit Franciam sedis Ap. asylū esse.

25. Decreuerat Manfredus non irruentem in regnum Carolum expectare, sed vltro adoriri, atque Vrbe exturbare; polliebat enim ingentibus viribus, ac vicinas nonnullas arces tenebat. De quo ancipiti discrimine hæc Clemens ad Ottobonum S. Adriani diaconum Cardinalem scripsit b: *Manfredus cum suo exercitu Saracenorum & aliorum infidelium venit Cellas, & si Vrbi appropinquauerit, quod non creditur, timemus de congressu cum charissimo in Christo filio nostro Rege, qui in hoc animosior, quam velimus, nulla poterit ratione compesci. Dat. Perusij XIV. kal. augusti anno 1.* Adductis ira in extremum discrimen rebus, Pontifex Cardinalibus, qui in Vrbe versabantur, dedit imperia, vt Carolum ab ineundo vniuerso certamine absterrerent c. Magna prudentia eluios fuisse Manfredi impetus, rerum exitus edocuit: tyrannus enim, cum ad certamen Carolum elicere non potuisset, traudesque dissipatas vidisset, in citeriorem Siciliam se recepit. Cuius recessum Clemens dicto Ottobono S. Adriani diacono Cardinali Piceni præfecto significauit d.

Manfredi Carolum adoriri.

b *Ep. 44.*

Vetat Pontifex Carolum cum Manfredo dimicare.

c *Ep. 42.*

Irriti Manfredi conatus.

d *Ib. ep. 94.*

26. 27 Præstolabatur Carolus ex Clementis consilio auxiliares Gallorum copias, quas Pontifex propositis indulgentiarum præmijs ad Manfredum Ecclesiæ persecutorem reprimendum euocabat: Bituricensi enim, Narbonensi, ac Senonensi archiepiscopis pandendi sacra signa, militesque cruce insigniendi mandata dederat e.

Sacra expeditio in Gallijs promulgata contra Manfredū.

e Lib. 1. ep. 97.

28. &c. Excitī itaque pontificijs clamoribus Galli crucesignati Italiam parabant ingredi: quos cum Palauicinus Manfredi dux, alijque Gibellini insubriæ aditu arcere molirentur; Pontifex religiosam militiam in pluribus Italiæ prouincijs ad sternendum venientibus facilius iter promulgari iussit f: creatique ea de causa in Insubria ad rem prouehendam legati primum Cusentinus g archiepiscopus, deinde Simon tit. S. Martini presbyter Cardinalis. Commota vero Gallorum aduentu Italia, plures Florentini h traducti sunt in partes Ecclesiæ; tum Brixiani i, Anibaldus l & Petrus m de Vico Romani patritij, qui Ostiam & Centumcellas occuparant n; Reatinenses, ac Fulginates o, quorum vrbs episcopalis sedis dignitati restituta. Sed de Italicis rebus hactenus; nunc ad Hispanicas stylum conuertamus,

Gallici exercitus in Italiam aduentus.

f Lib. 1. ep. 260. 161. 162. 163. 167. 169.

g To. 2. ep. 54 l. 1. ep. 6. Plures ad Ecclesiæ partes reuocati.

h Lib. 1. ep. 143.

i Ep. 169.

l Ib. ep. cur. 12.

m Lib. 1. ep. 84.

n Ib. ep. cur. 7.

o Ib. ep. 18.

31 Misit Iacobus Aragonū Rex nonulla Clementi munera, amoris & obseruantiæ gratia, qui post actas tanto Regi gratias, obiecit a ecclesias ab eo afflictas gemere, nec ipsum obtenta ab illis auxilia, ad oppugnandos nimirum Murcianos Saracenos, de quibus paulo inferius erit nobis sermo, promeruisse, quamdiu eam seruitutem ipsis imponeret: tum paterne admonuit, vt in pristinam ipsas restitueret libertatem, se enim, ni pareat, ad salutaria magis, quam iucunda sibi remedia adhibenda ex officij apostolici religione tandem adactum iri.

Iacobus Rex Arag. Mulcere muneribus Pontificē frustra nititur.

a To. 2. pp. 57.

32. &c. Instabat ille b apud sedem Apostolicam, vt Clemens apparatum bellicum aduersus Saracenos instruenti ex ecclesiarum regni vectigalibus subsidiarium aurum conferret; Africani enim Saraceni a Granatensi & Murciano Regibus, Castellani stipendiarijs ac perduellibus, exciti in Hispanias, cum magna classe inuecti funestas Christianorum clades ediderant: aduersus quos Iacobus Aragonius, qui maximis & grauissimis bellis Saracenos contuderat, se accinxit, significauitque Pontifici induendæ crucis consilium. Mouebat enim illum Christiani nominis defendendi studium, imminens regno suo periculum; tum iuuandi Castellani generis sui pietas, in quem belli moles vergebat. Collaudauit mox eius mentem Pontifex, ac literis c apostolicis ad crucem, vt moris erat, humeris affigendam Aragonios, Tarraconenses, Valentinos, ac Baleares excitauit. Magnam vero in eo bello suæ virtutis expectationem admirationemque concitauit Petrus Iacobi maior natu filius, qui vbi Saracenos Africanos Murciæ congregatos esse audiuit, sumptis armis Murciā obsidione cinxit; qua de re Clemens cū ei gratulatus d: at ille postea cruentus Ecclesiæ proditor euasit, vt suis locis viuri sumus.

Granata & Murcia Reges Africanos in Hisp. accersiunt.

b Marian. l. 13. c. 15.

c Lib. 4. ep. 81.

Iacobi maior natu filius in Murciā copias promouet.

d To. 2. ep. 88 89

36 Incumbebat porro præcipua huius belli moles Alfonso Castellæ & Legionis Regi, cui vt cæleste præsidium conciliaret Pontifex, omnibus qui pro ipso, atque exercitu preces funderent, indulgentiarum præmia est impertitus. Ad comparandas vero pro retundendis aduersariorum infidelium conatibus copias Hispalensi archiepiscopo promulgandæ sacræ militiæ prouinciam dedit e: tum etiam pro stipendijs centesimam omnium vectigalium ecclesiasticorum colligere, suamque operam contra Africanos Saracenos ducturo Alfonso præbere iussit f. Perdomitum ab eo Regem Granatæ refert Prolemæus Lucensis g, ac de vectigalibus illi impositis id memorandum refert: *Hic etiam Regem Granata multum humiliauit, & in ipso augmentauit tributum, quia tempore patris soluebat pro tributo omni die millemarabutinos Regi: sed per istud augmentum in die veneris pro reuerentia crucis, vt duo millia darent.*

Alfonsus Rex Castell. in Sarac. se cōparat.

Pontificis ad promouendā Alfonsi expeditionem beneficia.

e Ib. p. 13.

f Lib. ep. 14. & 125.

g Ptol. Luc. l. 24. c. 28.

37. 38 Nec Africani modo Saraceni Christianos hoc tempore in occidente inuaserant, bellumque in Hispanias intulerant; verum etiam Asiatici in oriente Christifideles terræ sanctæ adorti infidijs sæuis cladibus obruerunt; soldanus enim Ægyptius capta dolo superiori anno, vt vidimus, Cæsarea, versique in Arsuf belli mole, eam arcem hoc anno grauissima obsidione expugnauit: ex quo, cum manifeste Christianorum res labare cœpissent, datum imminentis exitij præsagium narrat Sanutus h: *Eodem anno vltimo aprilis captum est castrum Arsuf. Ab oriente enim Ptolemaida visum est clarum signum, quasi ensis longitudinis lanceæ, percutere turrim ecclesiæ S. Crucis. Fuerunt quoque capti aut mortui Hospitalarij nonaginta: & qui in castro erant vniuersi circa mille ducti sunt in captiuitate Babylonia.* Ferociens ea victoria Bendocdar Ægypti & Babyloniæ

Orientales Saraceni rem Christianam attentant.

Expugnatio arcis Arsuf.

h Sanut. l. 3. p. 12. c. 9.

Imminentis cladis præsagium

solda-

Soldani Babylonij progressus in Syria.

soldanus latius arma flammamque circumtulit: pluribusq; expugnatis Christianorum arcibus, Ptolemaidi magnum excidij terrorem incussit. Illo lugubri casu Clemens grauissimo est affectus dolore, quem eo magis exacerbatum orientalibus significauit a, quo ob occidentis tumultus tanta auxilia, quanta percuperet, comparari non posse: nec tamen ijs se defuturum spopondit, additque Tyrensem archiepiscopum ad instruendas crucesignatas copias missum in Gallias, seque tum Gallos proceres, tum alios fideles ad bellum sacrum suscipiendum concitaturum.

a Ext. eius lit. in cod. bibl. Vatic. sign. lit. C. nu. 49 pag. 15.

Lugubris in Asia Christianorum status.

39 Interea soldanus Babylonius, ad alias inuadendas arces spe erectus, Azoto admouit exercitum, cinctumque obsidione cepit, cuertitque: in cuius excidio duo millia Christianorum, immo plures exquisitissimis supplicijs, vitam pro Christo constanter & gloriose protudisse Sifridus refert b. Tristem hunc casum ita deplorat Pontifex in literis consolatorijs ad Palæstinos datis c: *Quod permittente Domino iniquitatis filius, post obtentum Cæsaream & euersum, obtinuit nihilominus & Azotum, captiuatis ex Dei populo pluribus, & non paucis, vt fertur, occisis, prout per literas vestras recepimus, nostrum, & fratrum nostrorum animos ineffabili merore perfudit; cum stragem populi Christiani nec audire sine cordis amaritudine, nec auditam recolere sine tristitia valeamus, &c. Datum Perusij* VIII. *kal. augusti anno* I.

b Sifrid. epis. l. 2. c 10. 2. p. 47.

40 Cum promptissimis auxilijs ad reprimendos furentis hostis impetus opus esset, dum arma parabat occidens, Pontifex Ayronum Armeniæ Regem ad ferendum subsidium impellere conatus est d: proposuitque illi ob oculos calamitosissimum Syriæ statum; ac præcipue Hospitalarios, quorum virtutem erat expertus, maxima ex parte apud Azotum deletos; vbi plures Christiani in seruitutem abducti, immo & crudelissimæ neci ob professam constanter Christi fidem traditi erant. Paruisse Armeniæ Regem Clementis precibus, colligitur ex literis ad Palæologum datis, quibus ipsum illius exemplo ad sacrum bellum inflammare nisus est.

d Ib. p. 48. ext. etiam in formul. Mar. Ebuli pag. 10. Plures pro fide martyrium passi. Excitat Pont ad ferendam opem Armeniæ Regem. Palæologum Græc Imp commouere in Saracenos nititur.

41 Nec Aytonus modo Armeniæ Rex pro defendendis Syrorum reliquijs suppetias tulit, verum etiam Cypriæ regiæ procurator, qui Hugone Rege impubere post Reginæ Placentiæ obitum publicam rem administrabat, cum valida manu ad Ptolemaidem propugnandam accurrit, vt refert Sanutus e: *Hugo*, inquit, *de Lisignano bellum Cypri cum pulchra militia in die B. Georgij Ptolemaidem duxit sic lum* MCCLXV. *Erat autem tunc militia regni Cypri magni valoris, magnaque prudentia: fuerunt autem in eius societate* CXXX. *milites & alij equites.* Fulta itaque hisce alijsque auxilijs hac vice intentatum discrimen euasit. Verum in alias arces Christianorum repentina irruptione virium molem effudisse, ac Neapolim Samariæ sibi subijcere meditatum, luget Clemens in literis ad S. Ludouicum missis, cuius opem enixe implorauit f: *Licet*, inquit, *post strages fidelium varias & multiplicatas in habitatores ipsius ætate præterita, post proditoriam occupationem Cæsareæ metropolis Palæstinæ, post valde damnosam euersionem Arsurij & destructionem aliorum locorum partium prædictarum, Babylonica persecutionis instantia remissa diebus aliquibus videretur, in remissione tamen huiusmodi persecutio eadem non otiosa, sed eo magis insidiosa & periculosa delituit, quo interim collectis undique viribus & multiplicatis insidijs intensior quasi e vestigio insurrexerit. Siquidem, prout habet literarum super de terra illa missarum, & nuntiorum inde venientium infausta relatio, nefandissimus soldanus Babylonia, persecutionis & persecutorum Christiani nominis dux & incitator infestus, necessarijs bellatorum vsibus medio tempore præparatis vberius, & ipsorum inexistimabili multitudine congregata; tempora solita & ijs in illis partibus apta prænotans; ex Ægypto egressus instructior, & Neapolim Samariæ, præmissa magna exercitus sui parte ad abolendum de terra illa Christianum nomen & cultum, imo ad omnino exterminandum exinde modicum Christianitatis residuum ardenti suspiras desiderio, & proposito demandato festinat, &c.*

Opem S. Ludouici implorat.

f Extant. in Cod. Vatic. sign. lit. C. n. 49 pag. 79.

42 Pergit tristem Christianarum rerum statum describere: vtque eos, qui crucem induerunt, ad iter aggrediendum promoueat, exorat: similimisque sententijs Theobaldum Nauarræ, Othocarum Boemiæ Reges, Alfonsum Pictauiæ comitem, Brunsuici, Saxoniæ, Bauariæ duces, aliosque Germaniæ ac Poloniæ principes ad comparandas subsidiarias copias; tum vero præ cæteris Ortonem marchionem Brandeburgensem, qui egregium virtutis specimen contra fidei hostes septentrionales ediderat, militiamque religiosam in Saracenos Asiaticos accepto crucis symbolo erat professus, vt crucesignatum exercitum duceret, est adhortatus. Præterea sacris concionatoribus dedit imperia, vt Christianam iuuentutem in Gallijs, Germania, Polonia, Dania, ad sacræ militiæ nomen dandum accenderent; quo argumento insignes sunt ex literæ, quibus Christum dominum e cruce pendentem suorumque opem ad hostium propulsandas iniurias implorantem adducit a, imminensque extremi excidij ab Ægyptio eodemque Babylonio volcano discrimen ita exponit.

a Formul. Mar. Ebuli in f. arch. Vat. pag. 666.

Pia Clementis ad fideles exhortatio.

43. &c. *Clemens, &c.* Sicut nuper rumoribus infaustis accepimus, sicut missi de partibus illis nubij lacrymabiliter nobis exposuerunt & literæ, pusillus grex fidelium transmarinus, qui diuina illum protegente gratia olim Tartarici gladij furorem euaserat, & Babylonis hactenus impetus superarat; nunc Babylonicæ persecutionis dolus inuoluitur, eius opprimitur fraudibus, illius succumbit insultibus, & viribus conculcatur. Egressa est enim cruenta & horribilis bestia ex Ægypto nefandissimus ille soldanus Babyloniæ, hostis Christianitatis infestus, populo Christiano velut vrsus insidians, & quasi leonis impetu desæniens in eundem, vt illum vel decipiat fraudis insidijs, vel fortitudine perimat, & violentia pugnatorum extinguat: quorum graui multitudini congregata, in partes Syriæ insidiosus ac violentus ijs diebus insilijt, & in Cæsaream nobilem Christianorum metropolim Palæstinæ, demandatis eidem nuncijs verba pacifica locutus, in dolo subito irruens eam, fugatis exinde incolis & profligatis mœnibus, detinet miserabiliter occupatam. Ex quo in suo superbiæ spiritu spem ad alia occupanda protendens, Peregni * & Cayphæ castrum violenter inuasit, ac eodem castro Cayphæ omnino destructo, reliquum vexauit incendijs, & diuersis impugnationibus fatigauit: & tandem spe de illius occupatione concepta, sola illius, qui bella conterit, virtute frustratus, Cæsaream redijt: & a conceptæ iniquitatis proposito non desistens, conatus est Acconensem ciuitatem, præparato etiam ad hoc nauali exercitu, obsidere: illamque iam, sicut ex ijs, quæ ijdem nuncij & literæ asseuerabant, verisimilius credimus, & proculdubio timemus, obsedit: vt ipsa, quæ in ijsdem partibus singulare quasi robur Christianitatis existit, exterminata, pro libito cætera Christianorum loca partim earumdem facile deleat, & inibi Christianæ religionis cultus totaliter deleatur, &c.]

* Peregrini

47 Coacta fuisse ingentia in occidente auxilia sequenti anno visuri sumus. Tantorum vero successuum, quibus Bendocdar rem Christianam magna ex

parte in Syria delenit, tandem Aytonius a & Sanutus b ascribunt bellis, quibus Bendocdar Abaghan Tartarorum in Perside Regem Olaonis, quem fuisse Christianum vidimus, filium implicuit: *Quis semper*, de Abagha loquitur Aytonius, *guerram habuit cum vicinis, & propter hoc soldanus fuit longo tempore in quiete, & ex hoc Saracenorum potentia multum crevit; Tartari vero, qui exudere poterant de terris Tartarorum, fugiebant ad soldanum, ut evitarent grania onera, quæ eis Tartari imponebant; propterea soldanus fecit quamdam magnam sagacitatem, quia misit nuncios suos per mare ad Tartaros in regno Cumanie & regno Russie, & fecit cum illis Tartaris compositionem & pactum, videlicet quod quandocumque Abagan moveret guerram contra terram Ægypti, quod ipsi invaderent terram suam: & promisit dare magna dona eis. Et hoc modo Abaga non potuit invadere terram Ægypti, & soldanus sine contradictione cuiuspiam potuit invadere Christianos, & terras Syrie fortiter occupare.*

a Ayton. hist. ori. nt c. 39. b Sanut. l. 3. p. 13. c. 8.

Bendocdar Abaghæ plures hostes concitat.

Soldanus Syriam occupat.

48. &c. Vt Persidis Tartari fauchant Christianis, cum eorum opem ad Saracenos sibi subijciendos reprimendosve necessariam putarent, ita alij septentionales Tartari, communis statutis trophæis superbi, genitumque innumerarum omnii spolijs, iterum excursionibus suis Pannoniam, atterere meditabantur. Nec defecit animus Hungarum; sed audito increbrescentis bellici apparatus rumore, ad sustinendos eorum conatus se accingere decreuit. Cum vero infinitis hostium copijs, suis tantum viribus fretus, obsistere non posse crederet, Clementem rogauit, vt apostolicum præsidium ipsi ferret. Is igitur, Colocensi & Strigoniensi archiepiscopis præcepit vt ad crucis dominicæ signum accipiendum vocarent populos in Hungaria, Polonia, Austria, Carinthia, Boemia, marchionatum Brandeburgensi, præmiaque indulgentiarum, pro sacra concione, proponerent c.

Septentrionalis Tartarus Hungariam invadere cogitat.

c Lib. 1. ep. 112.

51. Nec pacatior erat Dania; quamuis enim eo penetraturi infideles non timerentur, suorum tamen discordijs lacerata gemebat. Tractabantur illius sceptra imbellibus Erici Regis pueri manibus; qui ferendæ regiæ dignitati impar ætate erat, grauiaque difficultates natæ erant inter Reginam matrem ac præsules: quare serpenti malo, antequam magis confirmaretur, remedium Clemens adhibiturus, eo Guidonem tit. S. Laurentij in Lucina presbyterum Cardinalem legatum misit d, eiusque legationem in Suetiam quoque & in Bremensem, Magdeburgensem, Salzburgensem, & Gneznensem prouincias exerceri voluit.

Danis intestino bello laborat.

Guidonis Card. legatio in Daniam.

d Ib. ep. 89.

52. &c. Meminit de Guidone Ioannes Magnus in Suecorum & Gothorum historia, illumque hoc ipso anno ad Calmariam peruenisse ait e. Gessit vero is strenue impositum sibi onus, ac fluctuantes Danos in Erici Regis continuit fide, qui postea confirmata potentia, beneficiorum ab Alexandro, Vrbano, & Clemente Romanis pontificibus defensoribus ac propugnatoribus suis acceptorum immemor infestari præsules, & ius ecclesiasticum violare cepit. Quibus perceptis Clemens grauissimis sententijs ingrati illum animi vitij arguit f, & vt Guidonis Cardinalis salubribus consilijs obsequeretur admonuit: ac ni libertatem ecclesiasticam in pristinum statum restitueret, eamque contra proceruin iniurias tueretur, censurarum pœnas minauit.

e Mag. l. 19 c. 30.

f Ex l. epist. iij. in m. s. Vall. C n. 69. pag. 27.

57. Obsecutum postea apostolicis monitis, iussique Ericum ex regijs literis suo loco videbimus g; tum ex Cranzio h colligitur, qui tradit Guidonem Cardinalem Danicis rebus compositis, ecclesiasticum interdictum, quod annis nouem ob archiepiscopum Vpsalensem in vincula coniectum tenuerat, sustulisse: ac dein Regem Ericum longeua pace potitum. Quæ etsi hoc anno gesta non putamus, vt instituram tamen de Guidonis legatione narrationem persequamur, coniungenda fuerunt.

g Ann. Chr. 1269.

h Cranz. Dan. l. 7. c. 34.

58, 59. Quod ad Germaniam spectat, in cuius parte ampliſſima Guidoni Cardinali legati munus commissum vidimus; discordijs principum laborabat: & Richardo a Simone Leycestriæ comite in aciem capto, Alfonso bello Maurico implicito, occeps de imperio controuersia extrahebatur: ac Pontifex supremus illius iudex de vtroq; ab iure imperij depellendo, & tertio ad imperatorium fastigium euehendo, agitare cepit; neque enim ingentibus malis, quæ in Ecclesiam redundabant, occurri secus poterat: ac propterea hæc Archiepiscopo Hispalensi dedit mandata a.

Et in Germaniam.

a n. 2. 49. 19.

Clemens, &c. Volumus, & mandamus, vt cum tibi visum fuerit opportunum, familiariter conferas cum eodem, nempe Alfonso, vt honesto modo a negotio Romani imperij discedere sibi placeat, ex quo multa subijt onera, nec aliquem reportauit honorem. Nec est leuis offensio Saluatoris negotium Romanæ ecclesiæ impedire, ex quo fructus aliquis non speretur: tale tamumque præsertim, quo bene disposito, reflorceret procul dubio status orbis: quo in ijs desolatione manente, naufragatur ex parte maxima populus Christianus. Nec agimus de eius aduersario præterendo, qui captiuus ab alio detinetur; sed de tertio potius ad exaltationem fidei, cum nostra, prout iuris est, prouidentia assumendo; quem timemus a principibus Alemanniæ contra Deum in sedis Apostolicæ præiudicium, ipsiusque Regis & aduersarij contemptum non tam eligi, quam ipsendi. Quidquid autem super ijs feceris vel inueneris, nobis rescribere sine more dispendio non postponas.]

60. &c. Sed iam ad tragicos Angliæ casus sermonem traducamus, in quibus Henricum Regem inanes titulos gerentem a Simone de Monteforti habitum ludibrio, iterumque Simone eo sublato restitutum videbimus. Misertus Pontifex tristem Anglicanarum rerum sortem, quam apud Mattheum Vvestmonasteriensem elegantes descriptam b lector poterit intueri, Ottobono S. Andriani diacono Card. qui postea accepto Adriani nomine Ecclesiæ præfuit, legationis in Anglia, Vvallia, Scotia, & Hibernia gerendæ munus contulit c.

Ottobon. Card. legatus in Angliam.

b Vvestm. flor. hist. hoc ann.

c Clem. l. 1. ep. 38. d Ib. ep. 53.

65 Præterea ei iniunxit d, vt viros principes ecclesiasticos ac laicos ad obsequia sacramento solemni confirmata Regi deferenda adduceret, conflata inter eos impia fœdera dissolueret, iniqua iuramenta, quibus Rex, Regina, filijque adacti fuerant, compelleret; præsules ac proceres, incusso censurarum, ac bonorum honorumque iacturæ terrore, ad officium cogeret; tum maxime præsules, quorum plures perduellium partibus erant fœdissime irretiti, obeundo munere interdiceret, ipsisque ad dicendam apud apostolica subsellia causam terminum peremptorium præfigeret: ac si in peruicacia perstarent, in eos pœnarum ecclesiasticarum severitatem adhiberet.

Data ad rebelles Angliæ percellendos auctoritas.

66. &c. Timeri etiam iure poterat, ne perduelles legatum Angliæ adiu arcerent: quocirca decreuit Pontifex e, vt si ad partes legationi exercendæ commissas appellere non posset, extra ipsarum limitem munere ijo fungeretur: si vero pateret in Angliam accessus, diuino præsidio fultus ingrederetur, & regno laboranti succurreret, atque ad Regis & filiorum libertatem ac dignitatem asserendam incumberet. Et quia infringenda facile sine armorum potentia

e Lib. 1. ep. 52.

Religiosis in eos militiam indici iubet.

tuncia rebellium pertinacia non videbatur, ipſum exponere crucis ſigna, copiaſque cruciatas tum in Anglia, tum in ditione Angliæ Regis cismarina, atque etiam in Germania, ſi opus foret, parare iuſſit: ſi qua vero vrgeret neceſſitas, ad Francorum Regem confugeret, quem ſuam erga ipſum benignitatem oſtenſurum, atque Henrico opem laturum ſperabat. Vt autem legato faueret idem Francorum Rex, atque ad vindicandũ a ſeruitute Anglorum Regem operam nauaret, literas ad ipſum dedit a, quibus propoſito procerum ac nonnullorum præſulum ſcelere, qui regiam dignitatem omnino conuellere molirentur, ac ſacramenta iniqua a Richardo, Henrico, ac maiori natu filio extorſerant; adegerantque ipſos profiteri, id nulla neceſſitate adductos præſtitiſſe; quæ ſi ſeruarent, turpiſſimæ ſeruituti ſe ſubijcerent, ſi reſiluerent, amittendæ regiæ dignitatis pœnis ſe implicarent; hortatus eſt, vt opem illis afferret; ipſius enim & cæterorum Regum omnium cauſam in eorum cauſa contineri.

S. Ludoui cum hortatur Pontifex vt Henrico opẽ ferat. a Extant in reg. bibl. Vatt. sign. lit. C. n. 49. pag. 156.

69 Miſiſſe S. Ludouicum copias in Henrici auxilium probabili argumento eſt, cum Matthæus Vveſtmonaſterienſis b dicat Simonem Montisfortis, increbreſcente venientium Gallorum rumore, vt ipſis occurreret progreſſum eſſe: cumq; nõ leui crucelignatorum manu in Angliam legatus appuliſſe videtur. Certe perueniſſe in Angliam Ottobonum, ſummumque munus ſtrenue obire cœpiſſe idem Vveſtmonaſterienſis & additæ Pariſio appendicis auctor affirmant; quorum prior locutus de Clemente, qui ex legatione Anglicana ad accipienda Eccleſiæ vniuerſæ gubernacula reuocatus fuerat, hæc tradit: *Deſtinauit in Angliam per conſilium Cardinalium Ottobonum S. Adriani Cardinalem, qui cum ruberit in Angliam veniens indumentis, in eccleſia Vveſtmonaſterienſi congregato concilio, feſti mandata apoſtolica publicari; qui ſua legationis fungens officio ſententiam in Regis aduerſarios fulminauit.*

Submittit S. Ludouicus Regi Anglorũ auxilia. b Vveſt. flor. hiſt. a Continuator Pariſ. in hiſt. Angl.

Ottobon' legatus perduelles Angliæ denunciat anathemate.

70 Quod ad ſententiam Pontificis ſpectat, quam auctor a legato promulgatam ait; reperimus in Clementis regeſto pontificium edictum c id. ſeptembris conſcriptum, quo repetita altius rerum, dum legationem gerebat, geſtarum memoria, addit inito ſummo pontificatu, cum perduelles ad officium redire contemnerent, ex purpuratorum patrum ſacri ſenatus conſilio die cœnæ Domini conſtitutas antea cenſurarum pœnas ratas ſe habuiſſe promulgatoque ſe apoſtolica auctoritate impia omnia fœdera & iuramenta, quibus coniurati deuincti eſſent, diſſoluere; & omnia pariter ſacramenta, quæ per vim ac dolos ab Henrico atque Eduardo expreſſerant, reſcindere.

c Lib. 1. epiſt. 19. Quæ cenſuræ a Clemente latæ in proceres Anglos.

71 Cæterum cum in edicto ſuperiori elapſi ex hoſtium manibus Eduardi mentionem faciat Pontifex, prætereundum non eſt ipſum ſponte ſpe pangendæ pacis Montfortio in obſidem ſe dediſſe, ac Montfortium, vt refert Vveſtmonaſterienſis, eo primum Douarias, deinde Herefordiæ in cuſtodiam tradito, atque Henrico per Angliam circumducto, arces occupaſſe, relictoque vacuo regis nomine, regiam auctoritatem ſibi arrogaſſe; ac demum Anglia eo pacto in ſuam poteſtatem redacta, ad ſeruandæ iuratæ pacis capita difficillimum ſe præbuiſſe: dum vero ita palam iter ſibi ad tyrannidem muniret, plurium animos a ſe abalienaſſe. Interea Eduardus exercendi in Herefordienſi campo equi ſpecie concitatiſſimo curſu ex cuſtodum conſpectu auolauit.

Qua arte Eduardus ex rebellium manibus euaſerit.

72. 73. Attulit Angliæ felicem rerum conuerſionem Eduardi fuga: mox enim partim Simonis ſuperbia ac tyrannide feſſi, partim regia clementate permoti, partim religione atque Pontificis imperijs acti, ad Eduardi ſigna plures egregij duces militeſque prouolauere: de qua procerum Angliæ diſſentione meminit Clemens in literis a ad Ottobonum Cardinalem datis. Accepit paulo poſt quas meruerat pœnas Simon: collatis enim cum Eduardo, qui paulo ante ipſius filium die S. Petri vinculis ſacra fuderat, ſignis vna cum Henrico filio, ac Petro de Montefort cum pluribus alijs e prima nobilitate, quos idem rebellionis crimen inſecerat, cecidit in acie. Occumbente porro Simone comite tot emicuiſſe fulgura, tot mugiſſe tonitrua, tantamque offuſam caliginem ait auctor, qui b Pariſio appendicem adiecit, vt plures ſtupore procellerentur. Hæc diuinæ iræ in Simonem anathematis ac grauiſſimorum criminum reum, contemptoremque eccleſiaſticæ poteſtatis, potius argumenta credenda ſunt, quam quod idem eius ſtudioſiſſimus auctor inepte fingit, ipſum poſt mortem nonnullis miraculis tulliſſe, quæ Regum metu & inuidia obſcurata fuerint. Caruit corpus eius vti anathemate perculſi eccleſiaſtica ſepultura. Cæterum Henricus Rex, qui coactus a Simone contra filium pugnabat, ſanciatus eſt: ſed vulnerum leuitas remedia admiſit. Profiliit in patris amplexus Eduardus, illumque in regiam dignitatem reſtituit.

Plures a Simone ad Eduardum tranſfugiunt. a num. 2. p. 44.

Simon cũ duobus filijs in acie cecidit.

b Continuat. Par. in hiſt. Angl.

Patrem a Regem libertati reſtituit.

74. &c. Edocuerat belli turbo Pontificem quanti intereſſet ad regnum Angliæ ſuo reſtituendum ſplendori, præficere eccleſiæ antiſtites prudentia & ſanctitate conſpicuos: atque ideo cum Eboracenſis obijſſet, Bonauenturam Minoritam, vitæ ſanctitate ac doctrinæ ſplendore radiantem, illi eccleſiæ quamuis Italum, præficere conſtituit, cuius eximias virtutes ſummis laudibus effert, vt ex literis ad ipſum ea de re datis c patet. At reſpuit vir ſanctus delatam dignitatem: cui virtutis atque Chriſtianæ demiſſionis exemplum ſimillimum edidit S. Thomas Aquinas, vt refert S. Antoninus d: *Cum*, inquit, *dominus Clemens Papa IIII.* * *qui eundem eharum habebat, archiepiſcopatum Neapolitanum cum additione reddituum S. Petri ad aram ſibi obtuliſſet, bullamque miſiſſet, ſanctus doctor dignitatem recipere, & reditus poſſidere penitus recuſauit: & quod non promoueret eum ad ſimilia vlterius, humiliter exoranit.* Repudiaſſe etiam antea honores ampliſſimos ab Vrbano ſibi delatos inter cæteras eius laudes occinit Eccleſia e.

S. Bonauẽtura a Clemente eccleſiæ Eboracenſi præficitur.

c Lib. 1 ep. 10.

Oblatam dignitatẽ reſpuit.

d S. Anton. 2. p. c. 7. §. 10 & alij.

* IV.

S. Thomas vocatus ad honores eccleſ. ijs ſe ſubducit.

e Offic. S. Tho. lect. 6. & plures auctores.

IESV CHRISTI
Annus 1266.

Indict. 2.

CLEMENTIS PP. IV. VACANT. IMP. OCCID. 16.
annus 2. MICH. PALEOL. IMP. OR. 6.

1. &c. DVm expeditionem in Manfredum tyrannum conficiebat Carolus, viſum eſt Clementi Papæ ipſum, ac Beatricem vxorem regio diademate ſolemni pompa inſignientios, quo Siculis exulibus maiores animi adderentur, tyrannique auctoritas apud alios obſoleſceret: quod die epiphaniæ ſacra a quinque Cardinalibus, quibus id, vt anno ſuperiori diximus, erat impoſitum, perfectum fuiſſe ex publicis actis tunc confectis conſtat, quæ hac temporis nota conſignata ſunt. *Actum Romæ in predicta baſilica*, nempe Principis Apoſtolorum, VI. *ianuarij in feſto videlicet epiphanis Domini, nona indictione, anno Domini*, nimirum incarnati, MCCLXV. *pontificatus vero predicti domini Clementis Papæ IV. anno* 1. Ad explicandam autem regiam liberalitatem, Carolus baſilicæ Vaticanæ a-

De Caroli & Beatricis regia inauguratione.

Sacro Epiphaniæ die res perfecta.

Caroli liberalitas in baſilicã Vatic.

vncias auri in annos singulos attribuit, vt schedæ Baronij, quæ apud nos extant, fidem faciunt. Vt vero felicius ea expeditio succederet, Clemens Rodulphum Cardinalem episcopum Albanensem in Siciliam legauit, eique prouinciam cruce insigniendi militem, ac populos ad arma sacra in Manfredum concitandi dedit a.

a *lib. ep. 53.* Rodulpho Card. Indicenda in Manfredū religiosæ militiæ partes imposita.

8 Dum ergo hinc legatus pontificia freta auctoritate Siculos in Manfredum armabat, hinc Carolus florentissimum exercitum colligebat, Manfredus atroces ac minaces literas ad Pontificem scripsit: cuius vesaniam Clemens ita refregit.

Manfredi atroces Pōtifici minæ ipcusæ.

Clemens, &c. Venit Carolus Deo & hominibus totus charus, olen enim totum significat lingua Græca, non vt sibi ius rapiat alienum, sed vt Ecclesiæ iura prosequens, & honorem eius promoueat, & suum pariter inquirat commodum; iuxta prouidentiam sibi factam, ex indulgentia apostolicæ largitatis. Quod si viam difficultas obijcit, si terrarum marisque conclusio, si Saracenorum, excommunicatorum promiscua multitudo, si cuiuslibet barbaræ nationis admistio; potens est Deus aperire clausa, colligata dissoluere, & in paucis multos subijcere; *Et infra*; Iam in publicum prodijt sortis armatus, iam ad radicem posita est securis: nunc mundi iudicium imminet, vt fortis eijci debeat princeps mundi; & si secus Dominus disposuerit (quod non creditur a fidelibus) qui Dei sunt, ad omnia parati flagella quidquid ei placuerit æquanimiter tolerabunt: viluit enim terra his qui cælum animo concupiscunt. [Sane aptari potuit Clementi, innumeris presso augustijs, diuinum illud oraculum b: Iustus quasi leo confidens absque terrore erit; illudque c: Non contristabit iustum quidquid illi acciderit. Pergit sanctissimus Pontifex;] Vnum scio, quod qui Romanam regit ecclesiam, in Domino figens anchoram spei suæ, neminem vult decipere, nullius delectatur excidio, nec in sanguinis effusione lætatur: sed pacem, sicut potest, inquirit; & quoniam in te quæsitam, inuenire non potuit, in suo querit opposito, licet coactus. Stabilitum quidem a suo prædecessore negotium promouens, sicut debuit, eundem Carolum sublimauit in Regem, quia sanctum & terribile nomen eius, & regio diademate dignum.]

b Prou. 28, c Ib. 12.

9 Nec falso Pontifex sanctissimus futura præsagijt; Deus enim tamdiu laceratæ Ecclesiæ miserus, vicarium suum, prostrato extremoque tyranno, erexit; & Campania in citeriorem Siciliam signa traduxit Carolus nemine obuio; cum Manfredus ipsius aduentus terrore perfusus, tuendi limitis abiecta cura, in loca interiora se subduxisset, Cuius expeditionis historiam, & Manfredi æstus Siculorum rerum anonymus auctor ita describit d: *Manfredus flatus sui huiusmodi ventura flagella præsentiens: & velut in estuā, ac alto terroris inuolucro positus ignorat penitus vbi venientibus hostibus se opponat, vbi sis obstacula præparet, vbi obsistat eisdem, Et dum ad resistendum propterea flumen repetit, vt per se facta impedimenta sint talia, quod hostes in oppositum constanti nequeant se manualiter ingere; nunc Capuam, nunc Caperanum, & tandem Beneuentum festinus, discurrendo, gressus dirigit & reuoluit; quamlibet enim terrarum huiusmodi alta fluminis ripa fortificat, ac profundi defossum aggeris roborat. Sed præsitus ad malum obstinatus Manfredus, qui apud Caperanum gentis suæ resistentiam ordinare debebat, passus regni vacuos & sine custodia munitiones reliquit, vt liber ad regnum aditus pateat inimicis.* Id Caserti comitis, incestum vxori a Manfredo sororio illatum vlciscentis, defectione accidisse aiunt e,

In Siciliā citeriorem irrumpit Carolus.

d *M. Anonym. de reb. Sic.* Manfredi consilium terror pdimit.

Ob incestum illatū sorori deseritur a Caserta comite.

e *Ricord. hist. flor. c. 179. Summont. Neap. l. 2. & alij.*

Addit vero plura dictus auctor de arce munitissima, cui Roccha romen inditum, & S. Germano impetu capta, cæsisque Saracenis præsidiarijs.

Firmissimæ arces expugnatæ a Gallis:

10 Penetrauit mox Carolus interiora, per Alifanos aspera montium loca transgressus: atque vbi in hostis conspectum venit consilia militaria agitauit cum suis, an mox cum hoste confligendum esset? & certantibus alijs fessum militem recreandum, alijs contendentibus ex eo animos hosti auctum iri; Gilo comestabilis palam edixit, quidquid decreuerint alij, se cum Roberto Flandrisq; in hostem ducturum: se bene de Deo summo Ecclesiæ præside, cuius erant defensores, sperare. Vicit ergo illius sententia, instructisque agminibus, promotus in hostem exercitus. Ferunt a Manfredum sibi metuentem de pace Carolum interpellasse; idque responsum elicuisse oratores: *Referte hæc Soldano Lucrie: vel ego illum hac die detrudam ad inferos; vel ille me ad cælos euehet.* Et quidem Carolus Manfredum iure soldani nota perstrinxit, cum Saracenis esset addictissimus, eorumque superstitione in consulendis astrologis & ariolis inquinatus, vt Sicularum rerum auctor anonymus obseruat b: Qui etiam pugnæ ordinem ac singulos euentus describit: at nobis sufficerit rem paucioribus verbis perstringere.

Roberto Flandriæ comes pugnæ auctor.

a *Summont. hist. Neap. lib. 2.* Generosā Caroli responsum datum Mānfredo, Manfredi in consulēdis de pugnæ exitu Astrologis superstitio b *Anonym. de reb Sic. m. s. Ricord. hist. flor. c. 180. Mon. Pad. vbi sup. Nang. in gest. S. Lud. Piol. Luc. hist. eccles. l. 22. c. 32. Surm. l. 3. annal. c. 69.* & alij Manfredus victus & casus.

11. 12 Primæ aduersæ acies e ardentissimis animis, magna sanguinis copia vtrinque fusa pugnauere; cumque suos pene fluctuantes videret Carolus, inuocato diuino Numine, cum circumfusis globis in hostem prouolauit, oppositos hostium cuneos impulit, euertit, dissipauit. Cumque fusi hostes Beneuentum profugerent, infecuti eos Galli permixti fugientibus ingressi, vrbem cepere. Capti innumeri, inter quos Manfredi vxor Comneni Græcorum principis filia, dum, audita viri morte, vna cum filijs fugam ornabat, abducta in vincula, atque arce munitissima iussu Caroli, inclusa. Tanta vero fuit casorum strages, vt terra eorum maderet sanguine, & campi occisorum cadaueribus constrati cernerentur. Cecidit in tertio agmine inter medios Manfredus, qui flagitiorum suorum satellites, eo, permittente Deo, collegerat vt pari supplicio delerentur: ac post biduum inter suorum cadauera illius corpus repertum ecclesiastica sepultura caruit, cum infelix princeps anathematis vinculis irretitus occubuisset; illud tamen Carolus in pontis Beneuentani capite terræ mandari iussit. Contigit huius victoriæ tempus Bernardus Guido his verbis; *Prælium factum fuit* IV. *kal. martij feria* VI. *in campo ante ciuitatem Beneuentanam anno Domini prætaxato* MCCLXV. *secundum illos, qui annos dominicæ incarnationis incipiunt in annunciatione Domini computare; secundum autem illos, qui in natali Domini incipiunt computare, dicitur* MCCLXVI.

Quo die parta victoria.

Adduci plura & cumulari ad superiora comprobanda auctorum testimonia possent; sed omnium instar testium vnus sufficerit Carolus, qui laureatas hasce literas de parta diuina ope victoria ad Clementem dedit d,

d *Extant. apud Clem. IV. l. 2. ep. 151*

Sanctissimo in Christo patri, ac domino Clementi, diuina prouidentia, sacrosanctæ Romanæ ac vniuersalis Ecclesiæ summo Pontifici, Carolus Dei gratia, &c. cum omni reuerentia & honore debita pedum oscula beatorum.

13 Multum meis reputans successibus adijci, si Romana mater ecclesia de felicibus filij processibus, in quibus sua causa prouehitur, certa fiat; ecce significo vobis ad gaudium, quod postquam Manfredus publicus hostis, victus olim apud S. Germanum; a Capua quoque, vbi se iactabat velle resistere, confusus abscessit; accepi quod idem hostis

Triumphales Caroli ad Pontificem literæ.

cum

cum suarum reliquijs virium, quæ de S. Germano per fugam euaserunt, profugus per terram Laboris se transtulit Beneuentum. Ego ac meas continuando dietas, Palisanos & Theleſinos campos contra hostem ipsum, omisso itinere Capuæ, duxi in cælestis virtute præsidij procedendum. Sicque factum est, quod die veneris vigesima sexta præsentis mensis februarij, quodam desiderio perueniendi citius Beneuentum meum meorumque animos stimulante; ac viarum & passuum multorum difficultatibus & asperitatibus, quales vix transiueramus antea, superatis; ad montem quendam perueni, vnde subiectus & admodum patens campus ordinatas iam hostium acies ostendebat. Propter quod ego, licet equos commilitonum meorum præ malitia & longitudine itineris cognoscerem plurimum fatigatos, & propterea ad sustinendum pondus prælij minus aptos; instructis tamen meis in illius nomine, cuius agebatur negotium, aciebus, ex aduerso ad pugnam processi. Et quamuis per magnam horam fuerit vtrimque pugnatum, cedentibus tamen diuinæ potentiæ, non meis viribus, duabus prioribus hostium aciebus, omnes aliæ, cum non confiderent aggredientium posse impetum sustinere, se fugæ remedio commiserunt: factaque est in ipso prælio hostium tanta strages, quod celant campum oculis superiacentia corpora occisorum. Nec tamen omnes fugientes fugæ refugium saluos fecit: quin maior pars fugientium in gladio nostrorum, ipsos persequentium, cum eo copiosius ceciderunt, quo disperlius fugiendo nec vnus tuebatur alterum, nec eis locus, ad quem confugerent, apparebat.

14. &c. Magnum ergo numerum captiuorum ad carcerem nostrum huiusmodi bellicus aduentus adduxit: inter quos Iordanus & Bartholomæus dictus Simplex, qui nomen sibi comitum hactenus vsurparant, eorumque fratres, nec non & Perusinus de Florentia perfidissimæ Gibellinæ factionis auctor in vinculis detinentur. De ijs, qui de primoribus partis aduersæ in prælio corruerunt, certam nondum habentes notitiam, nihil vobis exprimimus propter festinatam præsentium missionem: licet Galuanus & Henrisnetus dicti comites mihi a pluribus asserantur in ipso prælio corruisse. De Manfredo vero vtrum ceciderit in conflictu, vel captus fuerit, aut euaserit, certum adhuc aliquid non habetur: dextrarius tamen armatus, cui insedisse dicitur, & quem habemus, sui casus affert non modicum argumentum. Hæc igitur, quæ de manu Domini me suscepisse cognosco, ideo beatitudini vestræ denuntio, vt omnipotenti Deo, qui per ministerium meum Ecclesiæ causam prosequitur, deuotas pro tanto triumpho gratias referentes, certam spem & fiduciam habeatis, quod eradicaris de regno Siciliæ scandalis & seminarijs scandalorum, illud ad antiquam & consuetam deuotionem Romanæ ecclesiæ plene reducam ad laudem & gloriam diuini nominis, exaltationem & pacem ipsius ecclesiæ, & incolarum eiusdem regni statum prosperum & tranquillum. *Datum Beneuenti, &c.* Quibus literis ingenti perfusus est lætitia Clemens; vtque de tanta relata victoria triumphanti est gratulatus, ita de vrbe Beneuentana ab eius exercitu direpta grauissime est conquestus [a]; cum ea ditionis pontificiæ esset: alijsque literis ad episcopum Albanensem Apostolicæ sedis legatum missis easdem querelas ingeminauit [b], ac monere Carolum iussit, vti ausis eiusmodi abstineret.

Beneuentum a Gallis vastatũ queritur Pont.

[a] *to. 2. ep. 168.*
[b] *Lib. ep. 166*

17. &c. Extincto ita Manfredo, Carolus breui hostiũ reliquias præcipitĩ victoria consumpsit: qui superarant, Manfredi sectatores partim ferro deleuit, partim ad se pellexit. Saracenos etiam contudit, ac Luceriam eorum munitissimam arcem, vel potius prædonum speluncam, sentinamque omnium vitiorum, a Friderico conditam, a Manfredo posteauctam, vt suæ improbitati apud mortalium impijssimos paratissimum asylum haberent, ad deditionem compulit [a]. Triumphatori ergo Siciliæ, Ecclesiæque defensori Carolo Clemens gratulabundus literas dedit [b], immensis ipsum cumulauit laudibus, & quanta cum beneuolentia complecteretur, quantaque voluptate ex lætissimo nuncio fuisset perfusus significauit.

Luceria Saracenorum expugnata.

[a] *Nang. de reb gest. S. Lud.*
[b] *to. 2. ep. 221.*

22. &c. Nec Siciliæ modo victorijs Caroli abrepta iam in Ecclesiæ sinum redierat; verum plures etiam alij Italiæ populi [c], qui se eidem Ecclesiæ, cum Manfredus viueret, subduxerant, non leui concepto metu, ne Clemens e Sicilia victorem in ipsos incitaret, certatim eius gratiam petiere: quos felices Ecclesiæ progressus Pontifex Ortobono S. Adriani Cardinali ita expressit [d]: *Ecce apud nos illa maris elationes mirabiles siluerunt, prostrata superbia, quæ cæli verticem tangere videbatur. Charissimus in Christo filius Rex Siciliæ illustris tenet pacifice totum regnum, illius hominis pestilentis cadauer putridum, vxorem, liberos obitumque & thesaurum. Marchia ad nos redijt: Florentini, Pistorienses, Senenses, & Pisani ad mandata venerunt. Vberti Palauicini, & Placentinorum habemus nuntios, & Cremonensium expectamus, qui volunt facere illud idem, & de Ianuensibus aliquam spem habemus. Dat. Viterbij* VIII. *id. may anno* 11. Receptum porro in Ecclesiæ gratiam marchionem Palauicinum Clemens in literis ad Francorum Regem datis [e] testatur; atque alios plures, vt Conradum de Antiochia dictum cum ipsa in gratiam redijsse: verum in Vrbe creatis duobus senatoribus noui motus exorti; ad quos compescendos Clemens Simonem tit. S. Cæciliæ presbyterum Cardinalem Apostolicæ sedis legatum his literis incumbere iussit [f]: *Ecce Romana ecclesia sua reddita libertati, in sua conuersa iam viscera nescit ordinem, nescit legem. Duo facti sunt senatores prædones & fures, intus & extra libere debacchantur; angemur enim ab ijsdem præcipue propter debita, quæ tu nosti, pro quibus obligata possessiones ecclesiarum Vrbis existunt; & nisi subuenias, ad casum labimur graniorem, Si qua ergo tibi compassio, si qua viscera pietatis, patri subueni, matri succurre & de ore leonum nos libera rugientium. Datum Viterbij* XVII. *kalendij anno* 11.

Plures Italiæ populi Ecclesiæ conciliat.

[c] *Glaber. l. 1. ep. 162. & l. 2. ep. alter. 3 & seqq. post eund. ep. & Mon. Pad. in chro. l. 2. Leonar. Aret. in hist. Florent. S. Ant. 3 p. tit. 20. c. 1. §. 4. & alij & To. 2. ep. 213.*

Successus e Caroli victoria secuti.

[d] *to. 2. ep. 202.*

Romæ noui motus.

[e] *Lib. 2. ep. 202.*
[f] *to. 2. ep. 206.*

25. &c. In Hispania aduersus Granatæ & Murciæ Reges, qui Afros antea excieuerant, Alfonsus Castellæ, & Iacobus Aragonum Reges castra mouere; dumque oppugnabat Granatensem Castellanus, Aragonius captis anno superiori ardenti & rapida victoria [g] Villena, Elda Orcelis, alijsque non ignobilibus oppidis, hoc anno Murciam vrbem regiam florentissimo exercitu crucesignatorum cinxit (Pontificis quippe studio, adducta in periculum Hispania, fideles ad crucem accipiendam concionatorum opera induxerat [h]) crumpentesque initio Mauros plurimis leuibus prælijs fudit, ac demum vrbem, etsi firmo munitam præsidio, ad deditionem compulit [i]. Nec minorem fidei quam fortitudinis laudem sibi peperit, cum Murciam ipsam Regi Castellano restituit, qui pariter Granatenses, habito colloquio certis conditionibus, quas recenset Mariana, ad obsequia adduxit. Cæterum adeo prosperi successus nuncio lætus Clemens Papa Iacobo de ijs præclare gestis gratulatus est [m]. Sed, pro pudor! qui bellicis laboribus frangi non poterat, voluptatum lenocinijs emollitus, a pellicis blanditijs vincebatur; quare ipsum Clemens,

Hispania bello Mauricio infesta.

[g] *Marian. de reb Hisp. l. 13. c. 15.*
[h] *Sur. ann. l. 3. c. 70. & indict. l. 2.*
[i] *Mar. vbi sup. Surit. indic. l. 2. & l. 3. annal. c. 6.*
[m] *to. 2. ep. 215.*

Se vinci libidine fingit.

Manfredi næ reliquiæ debellatæ.

mens, vt nobiliorem de se victoriam triumphatis carnis illecebris reportaret, grauissimis verbis adhortatus est.

Excusat se Iacobus apud Pontificem lepra infectum.

28 Obtendebat sceleri cum colorem Iacobus, Therasiam coniugem lepra inquinatam, contractumque cum ea matrimonium dissolui flagitabat. Repulit constanter sanctissimus Pontifex nefaria petita, apostolicis literis, quarum a initium est: *Quos Deus coniunxit, Dei vicarius quomodo separet?*

a alib. p. 146 b Extant in mss Vallic. bibl. sign. lit. C. n. 49. pag. 99 & apud Sur. in hist.

29. &c. Instruxit alijs literis b Pontifex eundem Regem salubribus monitis, vt Dei cultum amplificaret, Saracenos omnes e sua ditione excinderet, qui regno suo exitio esse possent: ne funestum Mahometi nomen extolli ab ijs pateretur: tenues Valentinæ ecclesiæ opes augeret: Iudæos submoueret dignitatibus, ac sceleratum illum iusta pœna afficeret, qui post habitam coram ipso de religione concertationem, vt trophæum errori erigeret, librum compesuerat, ac plura illius exemplaria in varia loca transmiserat: ita enim Dei gratiam, ac partos in terris triumphos cœlestibus cumulaturum.

Alfonsi Regis Castellæ res gestæ in Mauros. Marian. l. 23. c. 15.

34. 35 Alfonsus ex Castellæ interea res cum Mauris Granatensibus composuit, Murciamq; videndæ illius studio, se contulit. Cui in itinere Hudiel Rex obuius, implorans eius clementiam, agros tantummodo ad sustentandam vitam obtinuit: regium vero nomen, in Mahomadem Abenhuri ad Almeriam interfecti fratrem translatum, tertia tantum vectigalium parte illi attributa: reliqua in Castellæ fiscum inferri iussa. Quæ res non ita fidelibus grata, cum malum penitus excisum non esset, nec superstitio ex ijs locis euulsa. Pro relata vero victoria eximius princeps gratias Deo actuus, Soriam Oxomensis diœcesis episcopatu insigniri flagitauit c, eamque ecclesiam ingentibus opibus auxit. Eiusdem etiam Regis gratia Abulensi episcopo dedit imperia Clemens d, vt sedem episcopalem ex vrbe Sydone, quam Alfonsus Saracenis eripuerat, ad Gaditanam insulam traduceret.

c Lib. 1. ep. 163. d Lib. 1. ep. 203.

36. &c. Districtus in Hispania Alfonsus Mauricis bellis ciuilia Germanorum bella pacare non poterat; nec Richardus tumultuante Anglia tantæ molis sceptrum sibi asserere ac sustentare poterat, atque ideo Clemens, cum nosset plures Germanos proceres ad Conradinum euehendum ad imperium conspirare, litem dirimere constituit, atque Alfonso cum Richardo Cæsaribus electis feriam sextam recurrentem a proximo die epiphaniæ sacro pro excipienda sententia in controuerso iure indixit.

Alfonsi Regis Castellæ res gestæ in Mauros.

40 Interea florentissima de Ruthenis parta victoria, triumphauit hoc anno Polonia e duce palatino Cracouiensi, arctisque sunt adeo ea victoria Russi, vt longo post tempore nullas, vt consueuerant, in Poloniam irruptiones fecerint. Cuius gloria cœlesti Numini, omnium iudicio, ascripta; quod Longinus his verbis testatur f: *Omnium autem hominum iudicio triumphus iste tunc de Ruthenis relatus non humanis viribus, cum hostes plus quam in quadruplo excedentes habuerint; sed sola propitiatione diuina, & suffragijs Ecclesiæ pro gente Polonica sedulius & impensius tunc sacrificijs, precibus, lacrymis & obsecrationibus interpellantis; maximeq; tamen meritis B. Kingæ Boleslai ducis consortis creditus est prouenisse: cui oranti, & incolumitatem victoriamque Polonorum genti de cælo dari interpellanti, duo viri in albis vestimentis astiterunt: quorum oraculo de futura victoria, Polonis propter suas intercessiones conferenda, certior facta est: & hi sunt Gerwasius & Protasius a nonnullis æstimati.* Recentem victoriam altera cumulauere: Russiam enim iterum glomerati diripuere, Russosque occurrere ausos profligauere; confecta nouo luctu Russia, subla-

e Long. hist. pol. l. 7. hoc an. Cromer. de reb. Polon. 19

Adscripta nomini victoria Polonorum de Ruthenis.

f Long. ubi sup.

Alia res ei cumulata.

to e viuis Daniele Rege, qui Romanum & Leonem principatus successores reliquit. Defecerat is ab Romana ecclesia, a qua regium nomen fuerat eblanditus: illumque apostasiæ suæ Alexandrum acerrimis literis arguisse vidimus a; quas ex Cracouiensis ecclesiæ tabulario erutas Longinus b in hunc modum coniecit. Fregerant Poloni Russorum audaciam: sed Lituani, Ruthenique elatos ob superiorem victoriam ipsorum animos compressere; contracto enim exercitu, se Masouiæ intulerunt, eamque partem, quæ integra manserat, fœdissime vastauerunt: ac præteroces eo successu barbari, Crucigeros equites adorti, magna strage ipsos fudere.

Lituani fideles profligant. Danielis Regis Russ fata mors.

41 Eodem tempore Christianorum res in terra sancta maximum discrimen adierunt. Describit Sanutus c Bendocdaris soldani varias excursiones, ac secundos in expugnando Saphetto successus, barbaramque in trucidandis ijs, qui fidem damnare detrectabant, crudelitatem: *Bendocdar*, inquit, MCCLXVI. *primo iunij venit ante Ptolemaidem, ibique octo diebus immoratus est. Ibi nihil agens ad castrum Montisfortis nona die accessit: & ibi nihil agens ad castrum Saphet se contulit, obtinuitque* XXIV. *die mensis; & contra deditionis pacta præter castellanum cunctos occidit; obtento tum castro post solis occasum misit admiratum, suadens vt Saracenorum legem susciperent: alioqui gladio cuncti perirent. At vniuersi duorum fratrum Hinorum, qui aderant, monitis tota nocte confortati, martyrium potius elegerunt, quam Christi negare fidem; fluebatque sanguis per montis decliuum quasi aqua riuulus: fuerunt autem vltra septuaginta. Post hos vero fratrem Iacobum de Podio & fratrem Ieremiam, quia cæteros in fide firmauerunt, & priorem Templariorum exoriari fecerunt, deinde fustigari, postremo ad locum cæterorum deducti capite casi sunt. Fecit autem soldanus locum materia circumdari, quia noctibus super corpora splendebat lux, etiam cernentibus Saracenis.*

a Ann. 1257 b Long. ubi sup. c Sanut. l. 3. p. 12. c. 8.

Asperæ Christianorum res in Syria.

Ptolemais tentata a Saracen. Saphet ab ijs expugnatum. Christiani martyrio affecti.

42. &c. Expugnatam arcem, cui Saphet nomen inditum, consentit Siffridus d, & equites S. Mariæ Theutonicorum, alioque Christianos ad duo millia & eo amplius exceptis octo infelicissimis, qui ad Mahometum defeciuere, ob professam Christi fidem martyrij palmam collegisse. Deplorat eius arcis excidium Clemens in literis ad Cardinales diaconos Richardum e S. Angeli in Sicilia, & Ottobonum S. Adriani in Anglia legatos missis: cui etiam vt in Anglia sacram in soldanum militiam promulgarer, ac si ciuilis discordia id non pateretur, in Arelatensi, Viennensi, & Narbonensi prouincijs crucis symbolo fideles insigniret, iniunxit: quibus pariter de rebus ad eundem Richardum Cardinalem scripsit f. Paratum se ad ferendam Syriæ laboranti opem exhibuisse Carolum ex alijs Clementis literis colligitur, quibus sancto Regi Francorum hæc significat: *Ad sustentationem terræ sanctæ in passagio mensis martij cum legati subsidio elabores, ita videlicet, quod balistarij pedites vsque ad duo millia ad ciuitatem transeant Accouensem, & nos vna cum dicto Rege Siciliæ, dante Domino, procurabimus, quod* XXX. *galeæ transeant dictam ciuitatem, & adiacentem maritimam contra Soldani potentiam defensura &c.* Data sunt ea de causa legato apostolico, qui agebat in Gallijs, imperia g, vt ad expeditionem maturandam incumberet.

d Siffr. ep. 11. 12 hac pars. e Tom. ep. 270. & 271

Triginta triremes auxiliares infert Clemens.

f Ead. ep. 270.

g Ib. p. 248

45. 46 Interea Clemens Syros admonuit, breui auxilia ipsis affutura: explicita esse in occidente crucis signa, Gallosque sublato iam Manfredo, in terram sanctam traiecturos: plures etiam Germanos proceres, Lucemburgi & Iuliaci comites, episcopum Leodiensem, aliosque nobilitate præcipuos appulsuros h. Duo vero longinqua parantur auxilia,

h Ib. p. 238

a Sanut. 3 p. 12. c. 8. Turci nostros profligant.

lia, Syriacæ res depressæ sunt, vt refert Sanutus a: extincto scilicet Ptolemaide Nigrensi comite, Hugonem Lisiniacum cum exercitu versus Tyberiadem signa extulisse, cumque prima acies longius a secunda promota esset, a Turcis cæsam fuisse.

Armenia euastata a Bendocdare, Aytoni Regis filij de Iect.

47 Nec Syria modo, verum Armenia euastata a Saracenis; qua de re hæc Aytonus Regis eiusdem nominis consanguineus scribit b: *Benedocdar soldanus Aegypti ita extitit fortunatus, quod postea regnum Armenia conquassauit. Nam accidit, quod Rex Armenia cum magna gente iuerat ad Tartaros & soldanus, hoc sciens cogitauit inuadere regnum Armenia, vnde assist quemdam capitaneum suum loco sui, cui tradidit gentem suam. Filij autem Regis Armenia, scientes Saracenorum aduentum, congregatis omnibus, qui poterant arma ferre in confinibus viriliter pugnam inierunt: finaliter tamen fuit Armenorum exercitus debellatus, ex duobus filijs Regis alter fuit captus, alius vero occisus in bello.* Extant de his consolatoriæ Pontificis ad Aytonum literæ c, quibus ipsum ad constantiã erigit: *Saraceni itaque per regnum Armenia discurrentes, ferro totam plamtem deuastarunt, & bona infinita inde asportarunt in Christianorum maximum detrimentum. Exinde vero inimicorum potentia multum creuit, & Regis Armenia posse fuit mirabiliter diminutum.* At de his iterum nobis inferius agendum erit.

b Aytonus hist. orient. c. 33.

c In form. Mar. Rhuli m. s. archiv. Vat. pag. 14

IESV CHRISTI
annus 1267.

Iodict. 10.

CLEMENTIS PP. IV. VACANT. IMP. OCCID. 17.
annus 3. MICH. PALAEOL. IMP. OR. 7.

Conradinus in Siciliam expeditionem meditatur. Plures ad defectionem in Italia pellicit.

a Reg. 2. p. 314.

1 CConradinus Friderici nepos ex Conrado filio, præferox adolescens, cũ decimũ sextum ætatis annum tantummodo attigisset, Siciliam, quam hereditario iure debirã sibi contendebat, inuadere meditatus, Italos suorum opera ac Siculos solicitare ad defectionem cœpit, nobilitate præcipuos onerare promissis, suosque instituere vicarios, vt honoribus delatis eos sibi facilius denunciret: de quo Clemens in literis ad Florentinos datis a queritur.

Conradini progressus in Italia.

e Mon. Pad. chron. l. 3. Ricord. hist. Flor. c. 190. Io. Villa. l. 7. c. 23. Iord. m. s. vat. bibl. Pisi. Luc. hist. eccles. l. 22. c. 34.

2 Ingressum illum Italiam magno succinctum equitatu, ac duce Bauariæ & comite Tirolensi stipatum, consentiunt auctores e: ijs vero abscedentibus in Germaniam, traducto Veronæ trimestri, magna rerum angustia pressum, dissipato numerum fere exercitu, Papiam contendisse non sine magno discrimine, cum a Mediolanensibus deleri facile posset: de quibus datæ ad Rauennatem archiepiscopum legatum apostolicum, qui in Insubriam erat missus, extant literæ f. Huius porro progressus enarrat Pontifex sic ad Othocarum Regem Boemiæ scribens g.

f l. 2. ep. 168.

g lib. ep. 448.

Solicitatur Rex Boemiæ ne cum illius auunculis fœdus ineat.

Clemens, &c. Ecce, fili charissime, pandere tibi cogimur conatus fatuos adolescentis stolidi Conradini, qui vocatus a perfidis in Italiam, proficiscens primo venit Veronam, inde comulit se Papiam, nitens subuertere, prout fertur, opus nobile, quod in diebus nostris voluit Dominus operari, charissimum in Christo filium nostrum Carolum Regem Siciliæ illustrem mirabiliter promouens & sublimans. Sane tua non credat sublimitas, quod eundem prætuleri posse credamus; sed hæc tibi scribenda duximus, vt eius scias stultitiam & suorum insaniam vicinorum ducum Bauariæ, qui cum puero puerliter sentientes, ductum eum ad Ligures, potiusne seductum in hoc periculo dimiserunt: *Et infra.* Caterum quia de tua bonitate confidimus, sinceritatem tuam rogandam duximus & hortandam, quatenus hoc quod parat infidelium machinatio contra matrem tuam sanctam Romanam ecclesiam, tibi displicerat, &c. *Dat. Viterbij III. kal. martij anno III.*

4 Contecit a postea Othocarus pacem cum ducibus Bauariæ; quæ res magnum terrorem attulit, ne Conradini, vti euenit, partes in dies confirmarentur. Vsurpanti vero, regios Siciliæ titulos Clemens diem dixit b, vt æquitate, non armis iris suum disceptaret: atque Viterbij in ecclesia cathedrali XVIII. kal. maij in eum sententiam, adstante circumfusa populij multitudine, promulgauit: ac postea testo basilicæ SS. Apostolorum Petri & Pauli die, iterumque VI. e kal. decembris iussa pontificia spernentem anathemate perculit c, cœptisque iussit absistere, incussis grauioribus minis, regno Ierosolymitano exuum iri, atque omnes eius subditos nuncupati ipsi sacramenti religione liberandos. Carolum vero, cuius dignitatem hostes Ecclesiæ euertere moliebantur, nouis auxit honorum titulis; ac pacis publicæ in Etruria seruatorem, donec interregnum tuisset, creauit: eo tum publico edicto causas promulgauit, ob quas ad præficiendum Tusciæ Carolum adductus esset, ob veteres nimirum confirmatasque discordias, quibus ea prouincia exagitabatur.

a lib. ep. 390

b Lib. 3. ep. cur. 17. Fert. Pont. in Conrad. sententiã. Percellit anathemate.

Regno Ierosolym. aliaque ditione exuere minatur

c lib. 2. ep. 403.

d lib. ep. 18.

e Lib. 5. ep. 1 cur. 5. & 8. & lib. 2. ep. 3 4. Mon. Pat. chron. l. Villan. l. 7 c. 2. Pto. Luc. hist. eccl. l. 22. c. 32. Iord. m. s. vat. bibl. an 1266.

5 Initunctum potissimum Carolo publicæ pacis conseruatoris & arbitri munus a Clemente fuit in Romani imperij prouincia, vt Gibellinos, qui in eum coniurabant, edomaret: quare Guelphis, quorum præcipui Florentini erant, præcepit, vt ipsi opem ferrent.

Carolus Rex, suscepit Pacificatorij munus.

f Lib. primi Rom. eccl. to. 2. pag. 348. & Cod. m. s. Vallic. sign. D. 8. 12. pag. 369 g Mon. Pad. chron. l. 3. Ricord. ann. flor. c. 185. Villan. l. 7. cap. 21.

6. &c. Confirmata iterum aduho iam arbitra auctoritas Carolo, cum ipse Viterbium ad Pontificem se contulisset; ac sacramento solemni pactus est, euoluto triennio Etruriæ administratione se abiturum: & si nondum eo elapso dirempta esset imperij controuersia, nouo Regi Romanorum ab sede Apostolica confirmato, omnes Tusciæ arces a se restituturum iri; si quo dictis non staret, anathematis & interdicti pœnas in se suscepit: quibus de rebus autea bulla a Carolo edita est f. Obtemperasse illi Etruscos referunt monachus Paranimus & Ricordanus, & Ioannes Villanus, excepris Senensibus, Pisanis, ac Podij Bonizi oppidanis, nec impune rebellionem tulisse: in ipsos enim Carolum castra mouisse, Senensium agros ferro flammaque vastasse, Podium Bonizi arcem munitissimam subegisse: tum in Pisanos infesta signa fustulisse, succendisse portum, euertisseque turres. Extant Clementis ad Pisanos datæ literæ h: quos obiurgat, capessere auros arma contra Carolum.

In rebelles Carolus bellum mouet.

h lo. 2. ep. 315.

Pisanorum querelæ a Pontifice retusæ.

Senenses reducti ad officium.

7 At dum Rex Siculus Tusciam ad fidem Ecclesiæ addicendam cogebat, tumultuata est Sicilia: Saraceni enim Luceriæ tum a Conradino excitati, tum quia iniquiore animo impositum ceruicibus iugum ferebant, absentis Caroli occasionem aucupati, rebellionem mouere i. Geminabant terrorem Africani qui ad impugnandam Siciliam inuecti erant: adduxerant enim ipsos Manfrediani exules, qui in Africam profugerant, cum quibus alij proditores ciuilijs ac scelere consentiebant. Idcirco vrbit acrius Clemens Carolum Regem l, vt ad eos propulsandos procurreret; tum Hospitalarios equites, quos sacri ordinis instituta pugnare tantummodo contra paganos iubebant, etiam contra veteres Manfredianos proditores, etti Christianos, strenue dimicare iussit m, eaque instituti religione liberauit. Quamuis vero Pontifex ad comprimendas turbas, auctores censuris feriret n,

Saraceni rebellionẽ in Carolũ mouent.

Africani in auxilium a perduellibus excit.

i Libel. ep. Cic. pag. 53. l to. 2. ep. 276.

m lib. ep. 382.

n lib. ep. 359

Senen-

Scenses a fide defciuerunt, & Carolus difficillimo implicitus eſt bello, cum modo in Etruriam diſcurrere cum exercitu, modo in Siciliam ſigna flectere ad naſcentes motus ſedandos iterum iterumque cogeretur.

Henricus Vrbis ſenator in Carolum coniurat.

13. &c. Auxere ſuperbia pericula Gualuani Lancex, & aliorum perfidia, qui Manfredo cæſo in gratiam cum Eccleſia reuocati, ac ſolum cenſuris Conradini partes extulere; tum inſignis Henrici fratris Regis Caſtellæ proditio; creatus enim primum a populo tumultuaria concione Vrbis ſenator, in hoſtem verſus, Caroli odio, immani ſcelere Conradini duces in Vrbem induxit. Depingit illum ſuis coloribus præ cæteris ſicularum rerum auctor anonymus a, vique ad ſenatoriam dignitatem euectus ſit, quaſue irarum cauſas conceperit in conſanguineum Carolum, accurate deſcribit b. Vrebat illum inuidia ex ſollicitate ipſius Caroli concepta: tum accenſa ira quod Sardiniæ regnum exambitum illi denegatum eſſet, tum Conradini ſtudio comparandi alicuius principatus ſpe incitabatur.

a Nang. in geſt. de reb. S. Lud. b Author anonym. de reb. Sicul.

Romanos ad defectionem trahit.

17. &c. Exorientem diſcordiam Clemens diſſipare nitus eſt, atque Henricum conciliare Carolo ſtuduit. At is in furorem actus, beneficiorum immemor, non modo Conradini partes extulit, verum etiam Romanos ſuo veneno infecit: exercitoque in Vrbem Galuano Conradini ſigna explicuit, ac pontificiarum partium proceres infectatus eſt hoſtili furore, aut dolo oppreſſit; in Capitolium enim vocatos agitandi pro publica re conſilij ſpecie cepit, & conjecit in carcerem; cumque Raynaldus Vrſinus fraudem ſuſpicatus ſe in arce Marini continuiſſet, illum bello petijt, frendenſque eluſos conatus, in Vrbem redijt; quem fruſtra Clemens ad officium reuocare conatus eſt.

De diriméda Alfonſum inter ac Rich. imperij controuerſia.

22. &c. Veterem porro de imperio controuerſiam ſtatuit Clemens definire, atque electis ante præfixerat diem ad experiendum iudicio. Et ſane Richardus Henricum filium maiorem natu publicis tabulis ad probandam ſuæ cauſæ æquitatem munitum miſerat: Alfonſus vero Rodulpho partes ſuas defendendas demandarat; qui tamen nullis inſtrumentis, ſed nudis tantum verbis illuſtrem eſſe cauſæ ſuæ iuſtitiam contendebat: quod grauius tulit Clemens, atque alio præfixo die, nimirum feſto omnium Sanctorum, Alfonſum imprudentiæ perſtrinxit c, atque argumenta ſuæ cauſæ ſcriptis authenticis confirmata depromere iuſſit: quod tamen arduum erat, cum eo in Etruria Syluenſi epiſcopo oratore inſtrumenta perijſſent, nec facile poſſent reſtitui: itaque Clemens ad audiendos teſtes Francofurtum in Germania, in Gallijs Pariſios, in Italia Bononiam, in Hiſpania Burgos deſignauit.

c Lib. 3. ep. 104. & Cod. Vatt. fign. lit. C. n. 49. pag. 81.

97. &c. Querenti vero Regi, brenem terminum ſibi in tanta cauſa præfixum, ſubiecit d Pontifex, breuem videri non debere, ſi ingentia diſcrimina, quæ ex interregno emergerent, regia mente agitaret. Nec diſſimulauit ipſi Richardum potioribus iuribus ad imperium niti, quippe qui a Colonienſi archiepiſcopo Aquiſgrani argentea corona fuiſſet veteri inſtituto redimitus; ac pari exemplo olim Innocentium III. poſt Henrici VI. obitum Philippo & Othone diſcordibus ſuffragijs electis, ea maxime de cauſa Othonem confirmaſſe Regem Romanorum, quod Aquiſgrani inſignibus regijs a Colonienſi fuiſſet exornatus, ac plura e regeſto Innocentij teſtimonia depromſit e.

d Lib. 4. p. 387.

Significat Alfonſo Richardū ponore ſe inniti. e Ep. 2. pag. 339.

31. 32 Optabat ſanctiſſimus Pontifex Alfonſum ab affectando imperio deducere, cum ea etiam de cauſa Rex domandis Saracenis vacare omnino non poſſet. Inter cæteros vero, qui cruce contra Saracenos ſe inſigniuere, archiepiſcopus Toletanus a Clemente magnis laudibus ornatus eſt f; atque ij, qui ſub eius ſignis mererentur, multis priuilegijs indulgentijſque donati: qua de re vid. iulias ad ipſum datæ literæ. Nec ita multo poſt Alfonſus Regem Granatæ proditorem feliciſſime perdomuit, atque in ſpem maximam referendæ de alijs barbaris certiſſimæ victoriæ euectus eſt; cui Clemens ijſdem literis, quarum paulo ante mentionem fecimus, tami parti triumphi gloriam eſt gratulatus g.

Signa in Saracenos attollit Alfonſus. Archiep. Toletan. caſtra regia ſequitur. f Lib. 3. ep. 49.

33 Partæ ex victis Saracenis ab Alfonſo h gloriæ communicabat Rex Aragonum, cuius virtute Murciam captam vidimus, ſed longe pietatis laude erat inferior; Berengariæ enim fœdis amoribus irretitus in flagitio volutabatur: vrebat tamen eum reparandæ terræ ſanctæ religioſa cupiditas: atque obſequium Apoſtolicæ ſedi deferenti ita reſcripſit Pontifex ſanctiſſimus i.

Rex Granatæ perdomitus ab Alfonſo a To. 2. ep. 380. Iacobus Rex Aragonum ſignificat Pontifici expeditionis Syriacæ votum. h An. 1266. i To. 2. ep. 191.

Clemens, &c. Tuæ ſerenitatis literas recepimus inter alia continentes, quod ad transfretandum in terræ ſanctæ ſubſidium pro vindicanda Crucifixi iniuria te diſponere proponebas. [Sollicitarum fuiſſe Iacobum Regem a Tartarorum Chami oratoribus, vt bellum Syriacum pro recuperando ſepulchro dominico ſuſciperet; ac tum ipſum, tum Paleologum Græcorum Imperatorem illi auxilia pollicitos, refert Surita d:] Quod licet cum gaudio receperimus, ſcire tamen te volumus, quod illius obſequium Crucifixus non recipit, qui inceſtuoſo contubernio ſe commaculans, in ſe ipſum iterum crucifigit. Ideoque ſerenitatem tuam, ſicut alias, ſic & nunc iterato familiariter rogamus, monemus, & hortamur attente, quatenus nobilem mulierem Berengariam, quam in carnale commercium, non abſque nota inceſtus, & ſalutis tuæ diſcrimine admiſiſti, a te prorſus abijcias; nec ei vlterius copula miſcearis carnali: aliter enim complacere non poteris Crucifixo, nec iniurias eius redimere, ſi ab eius iniurijs ipſe noueris abſtinere. Inſuper autem ſcire te volumus, niſi noſtris monitis acquieueris, nos te ad dimittendam eandem per cenſuram eccleſiaſticam compulſuros. *Dat. Vterbij*, XVII. *kal. februarij anno* II. Tulit inquiori animo pontificias obiurgationes Iacobus, atque illorum inſtar, qui ſua a medico attrectari vulnera pati non poſſunt, querelas effudit: cui Clemens apoſtolica conſtantia reſcripſit e, deſineret latcinire, nec ferret grauiter ſe paterno amore corripi.

Reſpondet Clem. vt prius Berengariam pellicem abijciat. d Surit. l. 3. annal. c. 74.

Fert æque correptionem. e Lib. Clem. pag. 53.

34 Hoc ipſo anno, quo Hiſpania compreſſis Granatenſibus Saracenis triumphauit, Anglia etiam ex immenſis calamitatibus, quibus tot annis merſa iacuerat, caput extulit. Antequam tamen pax optatiſſima confirmaretur, a Gilberto Glouerniæ comite nonnihil turbata eſt; is enim, dum Henricus perduelles Remeſiæ edomabat, inſigni proditione Londinum quaſi Regi auxilium laturus, occupauit f; ac legato, nimirum Ottobono Cardinali qui in arce Londinenſi habitabat, vt eam dederet, edixit. At is comitem ad officium fruſtra adducere conatus, perturbatores regni anathemate deuinxit, Londinum & contigua loca interdicto ſubiecit, atque ad defendendam contra hoſtem arcem ſe comparauit. Interea Eduardus triginta millibus militum ſuccinctus, patri ſuppetias laturus, aduolauit: creſcenteque indies exercitu regio, ac Londinum accedente, perduelles in Regis fidem ac poteſtatem venere. Cuius concordiæ felix nuntius Pontificem ingenti affecit lætitia,

Londinum quaſi Regi auxilium laturus, occupauit f; ac legato, nimirum Ottobono Cardinali qui in arce Londinenſi habitabat, vt eam dederet, edixit. At is comitem ad officium fruſtra adducere conatus, perturbatores regni anathemate deuinxit, Londinum & contigua loca interdicto ſubiecit, atque ad defendendam contra hoſtem arcem ſe comparauit. Interea Eduardus triginta millibus militum ſuccinctus, patri ſuppetias laturus aduolauit: creſcenteque indies exercitu regio, ac Londinum accedente, perduelles in Regis fidem ac poteſtatem venere. Cuius concordiæ felix nuntius Pontificem ingenti affecit lætitia,

f Vvood. Flo hiſt. ann. 1267.

Ab Eduardo ad obſequium adigitur.

35 Cum optime adminiſtrandæ vniuerſæ Eccleſiæ Clemens operam dabat, ſparſus naſcentis hæreſeos rumor illum perculit, delatumque ipſi eſt, Narbonenſem archiepiſcopum viro nobili dixiſſe, Chriſti domini corpus non vere, ſed velut in ſigno

Archiep. Narbon. in cr men hæreſeos vocatus.

tantum-

Negasse Christum in Eucharistia nisi velut sub signo cõsistere.
a To.2.ep. 391.

tantummodo in angustissimo altaris Sacramento contineri, atque adiecisse eiusmodi opinionem celebrem esse Parisijs. Quæ fama eo grauiori Pontificem dolore perculit, quo magis illi ancitiri amicitia erat coniunctus. Vt tamen exquireret veritatem, literas ad eum dedit a, quibus præcepit, vt si talia infana verba protulisset, contrarijs dictis scriptisque reuocaret.

b Ext. ib. pag. 446. Texit apologiam archiepisc. Transubstantiationẽ latetur.

36. &c. Exclamauit, pontificijs acceptis literis archiepiscopus, impositam sibi ab inimicis teterrimam calumniam: atque apologeticum libellum ad Clementem misit b, in quo pluribus argumentis mysterij veritatem explicuit, corroborauitque, & omnia sua dicta censuræ Romanæ ecclesiæ subiecit; ex quo hæc delibamus: *Verum corpus Christi, quod sic sumitur, & quod inuisibile est in altari, vt & dicit Augustinus, visibiliter in cælo, quia in forma humana; sed in altari inuisibiliter, scilicet in forma panis humana, quod sub speciebus panis & vini operitur. Vbicunque in altari celebretur, integrum est, & non per partes discerptum, vt illi dixerunt, qui retro abierunt. Verus ergo Deus & verus homo est in hoc Sacramento, quod est corpus Christi plenum gratia & diuina maiestate, rerum veritatem & naturam in se continens, mystica consecratione panis in corpus, & vinum in sanguinem substantialiter conuersum vi verbi diuini, & secreta potestate creaturam mutantis in memoriam dominicæ passionis.* Et infra: *Non vt asseruerunt hæresis prima falsi Christi discipuli, vt signatum solum in signo, vel sub signo a veritatis tramite, & orthodoxa fide catholica recedentes per errorem.*

39 Iam cœperat dæmon afflare velanum illum errorem, quem diu ante Berengarius sparserat; de quo fuse Cardinalis Baronius in Annalibus suis agit c. Serpebat etiam hæc hæresis in Germania: in Vallicellano enim codice mss. extant literæ d, quibus Pontifex Bremensem archiepiscopum perstringit, eo errore pestifero imbutum Thidericum Bauarum Hamburgensem canonicum virus spargentem inerter ferre, atque ecclesiasticis illum censuris percellere, cogereq; eandem hæresim palam damnare iubet.

c Baron. in Annal. ann. 1004. nu. 7. an. 1035. n. 1. & ann. 1050. n. 1. &c. n. 11. &c.
d Cod. Vall. bibl. sign. lit. C. n. 49. pag 202.

40. &c. Hoc anno Polonia nouo lumine collustrata est, ascripta solemni ritu a Clemente in sanctorum numerum Hedvvige ducissa. Actum iam antea ea de re sæpius fuerat, ac Pontificibus rem extrahentibus, quo veritas miraculorum, ac sanctitatis illustrius clarescceret, defatigati Polonorum oratores erant: inter quos Salomon archidiaconus Cracouiensis e, ob id mœrore confectus, dum quiescebat, obiecta ipsi in somnis Hedvvige, ab ea recreatus est, dicmque accepit, quo tanta celebritas perficienda foret: qui ideo vna cum socijs egregie animatus, rem eo ardore vrsit, vt Clemens, edito vitæ ac miraculorum B. Hedvvigis libello, solemni pompa in cœlitum numero illam collocarit: quadre extat apostolicum diploma f.

Salomon a B. Edvvige docetur quando SS. e catalogo ascribenda sit.
e Vinc. Kiel. Pol. ad ann. 1266. vs. Matth. Mecou. l. 3. c. 56.
Nobilitatem generis ornat virtutibus. Clem. Hedvvigem in SS. albo collocat.
f Extat in Bullar. in Clem. IV.

46. 47. Dum noua institutæ S. Hedvvigis celebritate Polonia exultabat, armorum sacrorum stre pitu tremebat Boemia: Rex enim Othocarus cruceatæ militiæ contra Lituanos aliosque barbaros, qui Tartaris coniuncti præteritas calamitates septentrionalibus Christianis inuexerant, se deuouit; quem Clemens apostolica auctoritate beneficio affecit, vt Lotharingiam, quæ regijs titulis insignita fuerat g, Mindota regio diademate post receptum baptisma pontificia auctoritate redimito, eoque proditione interfecto, ad impietatem defecerat, armis subijceret, & omnia, quæ pro religione amplificanda viderentur necessaria, constitueret perficeretque.

Othocarus in Lituanos bellum suscepit.
g Lib. 3. ep. 439.

48 Superauit Boemi Regis, qui finitimos bar-

S. Ludouicus cum tribus filijs expeditionem in Syriam vouet.
a To. 2. ep. 320.

baros subijcere Ecclesiæ statuerat, pium ardorem S. Ludouicus Francorum Rex, qui se ad profligandam Saracenicam superstitionem Christo hoc anno addixit vna cum tribus filijs, vt in primo iuuentutis flore pro Christo arma gerere, ac fundere sanguinem discerent. Accepit augustum crucis signum festo annunciationis dominicæ die, vt Clemens Papa Ottobono Cardinali in Anglia legato significauit a: *Scire te volumus quod in die annunciationis dominicæ charissimus in Christo filius Ludouicus Rex illustris Francie cum tribus filijs suis Philippo, Ioanne, & Petro crucem assumpsit: & cum eo Atrebatensis, Britannia, Flandria, Alegij, & quidam alij comites, barones, milites in magno numero, qui per Dei gratiam de die in diem augentur. Tempus passagij nondum scitur: sed subsidium militum ad terra sanctã subsidium interim destinatur.* Agitasse diu animo eam expeditionem sanctum Ludouicum, & Clementi secretiorum nunciorum opera se illius suscipiendæ desiderio teneri significasse, tradit Nangius b, & Pontificem re diu deliberata assensisse. Insalueraut enim viribus & animis adeo Saraceni, totoque excursionibus & præliis lacessebant Christianos, tot arces oppidaque deleuerant, vt amplius illorum impetus, quæ supererant, reliquiæ sustinere non possent, ni præsenti ac potentissimo auxilio sulcirentur. Consentit Nangio Gaufridus de Belloloco c, qui sancto Regi a confessionibus erat, quique Gregorij Papæ X. iussu d præclara eius gesta, conscripsit. Extulit magnis laudibus Pontifex sancti Regis pium studium, quo ad instaurandam rem Christianam, ac Numinis hostes proterendos ardebat; incendirque magis hisce literis e.

Plures principes illius exẽplo crucẽ induunt.
b Nang. in vit. gest. S. Lud.
c Gaufr. a Belloloc. vit. S. Lud. c. 37.
d Greg. X. l. 1 ep. 8.
e Clem. 3. ep. 33.

49 *Clemens, &c.* Tu olim terræ sanctæ pressuras oculo clementis propitiationis aduertens, illam crucis assumpto signaculo personaliter visitasti, & inibi tam in te quam tuis grauissima personarum, & rerum dispendia pertulisti. Nunc autem ipsam solum durius affligi conspiciens, quam manus Agarenorum impia vsque ad intima lacerat & eneruat, motus ergo ipsam internæ compassionis affectu; & ad vindicandam Redemptoris iniuriam, qui terram eamdem in proprium sibi patrimonium prælegit, tanquam princeps victoriosus exurgens, vt misereris illius regionis oppressæ, cuius miserendi tempus aduenisse speratur; huiusmodi crucis signaculum cum tribus liberis tuis, & copiosa nostrum fidelium tam baronum quam militum, & aliorum multitudine resumpsisti, personaliter illuc in breui, dante Domino, profecturus. Super quo laudes, & gratias Altissimo, qui hoc tibi dignoscitur inspirasse, referimus; simulque clementiam, vt votum tuum pio dignetur fauore prosequi, suppliciter exoramus, &c. *Dat. Viterbij III. non. maij anno III.*

Theobaldi Rex Nauarræ cum cem induit. Alfonsus Tolosæ & Pictauiæ comes eid militiæ adscitus.
f Reg. l. ep. 335.
g Nang. in gest. S. Lud. ad an. 1268.

50. &c. Excitauit exemplo suo S. Ludouicus Theobaldum generum Regem Nauarræ, vt restauret Clemens in literis ad Tartarorum principem datis (de quo paulo infra) tum fratrem suum Alfonsum Pictauiæ & Tolosæ comitem, qui sacro crucis symbolo recepto terræ sanctæ reparandæ se deuouit, quem Clemens ad consilium ad exitum perducendum accendit f: Tantis principibus plures alij opibus & nobilitate florentissimi Galli, vt Robertus comes Atrebati, Guido comes Flandriæ, Icarnes filius comitis Britanniæ, qui filiam Regis Anglix vxorem duxerat, sese teste Nangio g coniunxerunt. Ad prouehenda vero pia tanti Regis consilia, indicendamque religiosam militiam, Clemens Simonem tit. S. Cæciliæ presbyterum Cardinalem gentis legationis in conficienda re Sicula gloria celebrem, Apostolicæ sedis legati dignitate auctum misit, vt sacrum bellum indi-

Simoni Card. indicenda in Gallijs religiosæ militiæ data prouincia.

indiceret; literisque apostolicis Gallos ad Regis sui pulcherrimum exemplum sectandum incitaunt a. Agunt de hoc legato auctores; e quibus Gaufridus b refert rem dignam memoria; S. Ludouicum cum eodem legato agitasse de blasphemiæ crimine abolendo, & in solemni præsulum & procerum cœtu primum a legato dein a S. Rege acerrimas ac pias in blasphemos orationes atque omnium consentientibus votis aduersus illos pœnas constitutas.

a Ib. 3 ep. 32.
b Gaufr. e bello loc. ijn vit. S. Lud. c. 32. Nang in gest. S. Lud.
Agit cum legato Ap S. Ludouicus de pietate restituenda.

63 Addunt Gaufridus & Nangius laudandum seueritatis regiæ, non multo post a promulgato edicto, in quodam cui prædiuite blasphemiæ conuicto exemplum hoc statutum; *Post c edictum huiusmodi publicatum quidam ciuis Parisiensis conditionis mediocris, inhoneste valde iurando, blasphemauit in Deum; quem Rex iustus absque misericordia cauterizari præcepit in labijs ferro candenti in peccati sui memoriam sempiternam, & ad aliorum exemplum. Super quo cum multi secundum seculum sapientes propter hoc contra Regem verbis maledicis murmurarent, ait diens sæpe Rex magnus, & sciens esse scriptum; Beati eritis, cum maledixerint vobis homines; iuxta illud: Maledicent illi, & tu benedices; dixit verbum catholicum, videlicet quod desiderabat potius simile cauterium sibi in labijs esse factum, & quod timeret talem indecentiam sustinere, dummodo huiusmodi pernitiosum vitium de regno suo penitus tolleretur. Præterea cum tunc temporis ipse dominus Rex quoddam opus fieri præcepisset, quod communi vtilitati conferre non modicum videbatur super quo Parisijs a beneficiatis habentibus multas benedictiones habebat, dixit quod maiorem mercedem a Domino expectabat pro maledictionibus, quas occasione illius cauterij incurrerat, quam pro benedictionibus, quas habebat pro illo beneficio generali.* Sed ad institutam de expeditione sacra, cuius ille erat auctor præcipuus, narrationem redeamus.

Armenij a Sarac. magnis cladibus attriti
a 2. 2. ep. 327.
Palæologo conceptũ ex ijs dolorem significat Pontifici.
Statuum in blasphemos seueritatis exemplum.
c Idem ib. apud Gaufr. e bello loc. ijn vit. S. Lud. post cap. 32.
Maledicta in ipsum propterea iacta spernit S. Rex
Memoranda illius vox.

64 Non petita tantum ex Gallijs, verum ex alijs quoque regnis occidentalibus auxilia; Ottobonum enim in Anglia legatum Londini sacrum bellum pro reparanda terra sancta promulgasse, Vvaltmonasteriensis tradit d; ac tum inter alios Thealdum archidiaconum Eboracensem, qui postea sub Gregorij X. nomine Dei ecclesiam rexit, assumpta cruce trajecisse, suaque Longinus e mandauit historiæ, Guidonem Cisterciensis ordinis tit. S. Laurentij in Lucina presbyterum Cardinalē Apostolicæ sedis in Poloniā legatum qui etiam antea in Daciā legationem gesserat habito prælatorum concilio, de pia conficienda expeditione pro Christiano nomine tuendo, propulsandisque Saracenis edictum promulgasse: hortatumque Polonos, vt vires opesque in id conferrent: amplissimas proposuisse indulgentias, quas qui lucrari vellent, in arcas in ecclesijs expositas stipem pro bellicis sumptibus impendendam interchant; quod pariter in cæteris regnis ac prouincijs occidentalibus factum videtur,

Syriaca expeditio in plurib' regnis promulgata.
d Vvalt. Hemingford.
Ab Ottobono Card. in Angl.
e Long. l. 7. ad an. 1267. A Guid. Card. in Polonia,

65 Ad coniungendos autem fœdere Venetos ac Genuenses, ne res Syriaca grauiores iacturas paterentur, bellumque felicius geri posset, Pontificem ac S. Ludouicum summam operam nauasse, refert diarium Venetum f: ij enim populi maritimo se bello infectabantur. At quamuis Clemens & S. Ludouicus ipsos redigere in concordiam niterentur, nondum tamen exasperata odia iamque pepercerunt. Andreas vero Dandulus g Genuenses, pacis oblatas leges repudiasse, perstringit, addit que: *Post Hugonem Ierusalem & Cypri Regem Hugo de Lisignano consanguineus succedit*; quibus Iordanus consentanea tradit h. Sed ad Clementem pro restituendis regni Ierosolymitani rebus labentem, redeamus.

Ad Venetos & Genuenses reuocandos in concordiam frustra nauata opera.
f Diar. Venet. ap. Mutium l. 5 se cladibus Italorum.
g And. Dand. hist. Venet. c. 7. in Rer. Ital. Zeno.
h Iord. in f. Pal. fig. a. 1300.

66, 67 Non occidentem modo aduersus Saracenos commouebat, verum totum etiam orientem concitare nitebatur; Palæologo enim Imperatori Græcorum, qui ob cladem Armenijs inflictas a Saracenis magno se mœrore perfusum Clementi significarat, rescripsit a; si ex animo Christianum nomen in Armenia ab infidelibus deleri ingeret, caperet arma pro salute communi, coniungeretque se Ludouico Francorum Regi qui tribus cum filijs crucesignatæ militiæ nomen dederat, vt diutius bellum sacrum geri posset, nec Christianus miles ducem desideraret, dum occumbente aliquo, alius ductandis copijs succederet; si timeret tibi suisque a Latinis, posse imperium suum in tuto collocare, si Romanæ ecclesiæ Græcum coniungeret: sed de huiusmodi coniunctione paulo inferius agendum, ne cœptum de bello sacro sermonem abrumpamus.

68. 69 Adductam in extremum discrimen Armeniam, ac grauissimis cladibus ab infidelibus hisce temporibus attritam, aliæ etiam Clementis literæ docent, quibus Armeniæ Regem Pontificis fidem, ac Latinorum auxilia implorantem citissimi auxilij b spe, ipsius mœrorem minuere nitebatur, ac patriarcham Ierosolymitanum & Palæstinæ proceres excitauit, vt quibus posset auxilijs Regem ipsum fulcirent, nec defendendæ Antiochiæ deesset c.

Armeniæ Regem ab infidel. de pressum fo latur Clemens.
a ep. 2. ep. 328. exhortatorium. Matth. Westmonast. pag. 14. & 389.
b ep. 326.

70 Inter hæc Elchanes Apucha seu Abaga Tartarorum princeps nullo oratore significauit Clementi Papæ se Christum crucifixum colere; ac vna cum socero suo Latinos adiuturum: cui gratias agens ita rescripsit Pontifex d.

d Ead. ep. 2. ep. 367.

Clemens, &c. Gratias agimus Deo nostro, bonorum omnium largitori, quod tui cordis illuminauit oculos; & eumdem agnoscens, & eius Filium vnigenitum pro salute humani generis Crucifixum humiliter adorares, & crucis suæ vexillum reuerenter honorares. Ecce gaudes, vt asseris, de victoria, quam habuimus in regno Siciliæ, cuius Manfredus, naturalis filius Frederici quondam Imperatoris Romani temerarius occupator, per manum validam charissimi in Christo filij nostri Caroli, cui regnum idem concessimus, in bello campestri regno cecidit priuatus, & vita cum perfidorum Christianorum & Saracenorum multitudine copiosa. Ecce Reges Franciæ & Nauarræ cum multis comitibus & baronibus & militibus & alijs infinitis, terræ sanctæ negotium assumentes, crucis insigniti charactere, contra crucis & fidei inimicos se viriliter præparant, & potenter: iamque de regionibus alijs multi magni & parui eorum prouocantur exemplo, vt Christi nomen totis exaltent viribus, vt potentiam Saracenorum, sectam etiam & nomen extinguant.

Apuca Tartarorum Imp. significat Christũ colere.

De prostrato Mamtredo hausisse initium

71 Verum super his quæ scripsisti, quod videlicet similiter cum tuo socero adiuuare Latinos incœpisti, gratias tibi referimus copiosas. *Dat. Vrbeveteri an. III.* At vel desciuisse postea Abagham ad idolorum cultum, vel ad conciliandā sibi facilius in Saracenos occidentalium auxilia falso iactasse se Christum colere ex Aytono e & Sanuto f colligitur; quorum primi hæc verba sunt: *Abagan fuit prudens & dominium suum prospere gubernauit & fuit in omnibus fortunatus, præter in duobus, quia noluit effici Christianus, si cut extiterat pater suus: immo colebat idola & fidem dabat presbyteris idolatrie.* Secūdum subijcit auctor nēpe assiduus cum septentrionalibus Tartaris bellis fuisse implicitum, vt in Saracenos vertere arma non potuerit. Fuisse vero Christianis memoratu: quamobrem in Perside, Assyria, Media, Parthia religio propagata est. Nunc a Tartaris ad Græcos veniamus.

Vna cum socero Latinis auxilia laturũ in Saracen
e Ayton hist. orient. c. 32. f Sanut. l. 3. p. 3. c. 8.

72. &c. Missi fuerant antea ab Vrbano IV. nonnulli Minorum ordinis fratres apocrisiarij, qui vna cum

Nulli Papa a Græcis emendati. Reficta eorum acta. *a n. 2. ep. 333.*

b Lib 3. ep. cur. 1.

Manca & erronea a Græcis edita fidei professio.

cum Palæologo de reuocanda ad Romanæ obsequium Græca ecclesia ageret: sed tributæ sibi auctoritatis limites transgressi, ad nonnullas pactiones iniquiores descenderant: at eas rescidit Clemens, qui postea acceptis a Palæologo literis atque oratoribus, orthodoxæ fidei formulam ad ipsum hoc anno misit a, eo nimirum consilio; quod in litteris b ad Dominicanæ fidulitæ magistrum aperit: *Quia ex quibusdam indicijs, quæ per legatos & literas insinuant*, Græci dixerunt, *ad salubrem videntur reditum anhelare; nos probare si ex Deo sit spiritus cupientes, suæ professionis fidei, quam miserunt, accepta, quam in multis erroneam & in multis inuenimus diminutam, nuper eis in scriptis misimus, qua cum tota Latina ecclesia firmiter credimus & simpliciter confitemur.* Cæterum, collocata in luce fidei veritate, Pontifex Palæologum hortatus est, vt remotis ambagibus, sinceroque animo ecclesiarum coniunctionem redintegraret.

Patriarchã Græcũ facit Pontifex vt ecclesiarum redintegrãdæ comm. Christi operam det. *a Rad. l. 3 ep. cur. 2.*

80. &c. Cum ergo maximo desiderio coniungendæ cum Romana Græcæ ecclesiæ arderet sanctissimus Pontifex, alijs literis, ad Græcorum patriarcham datis, monuit c, vt ad tantam rem incumberet, e qua summa ad Christum gloria, ad animas salus, ad rempublicam felicitas redundaret; flectendoque, ac reducendo Palæologo operam nauaret.

Parisius Canaldulensis pietate insignis. *a Sur. 4. 3. & Ferrar. die 22. ipso.*

85. Postremo addemus sanctum virum Parisium d nomine Bononia oriundum, post exactos annum & VII. vel VI. annos, quorum longe maiorem partem in Canaldulensi familia, illustri omnium virtutum exemplo, duxerat, hoc anno ad meliorem vitam euolasse, pluribusque miraculis in vita ac post mortem inclaruisse: quius corpus, Tarnilij in templo sanctimonialium Canaldulensium, quibus multis annis a confessionibus extitit, ipsius nomini sacro conditum, magna religione colitur.

IESV CHRISTI
Annus 1268.

CLEMENTIS PP. IV. annus 4. — VACANT. IMP. OCCID. 18. MIC. PALÆOL. IMP. OR. 8.

Indict. II.

1 LVxit hic annus inopinam Clementis Pontificis optimi mortem. Vidit tamen prius ipse Ecclesiæ perduelles Conradinum, Henricum, aliosque Caroli armis victricibus consumptos; quorum potentia cum magis ac magis aucta Ecclesiam oppressura timeretur, momento euanuit: vt discant principes nunquam tuto oppugnari Ecclesiam petræ illi mysticæ innixam, ad quam tot Reges ac tyranni superba capita illisere. Sed antequam lugubres temerariorum principum exitus in historiæ luce collocentur, proiperos ac fallaces illorum successus percurramus.

Ecclesia non tuto oppugnata.

Pannda hæresis in fine Caroli. *a Clem. n. 3 ep. 375. 476.*

Saraceni Luceriæ in eum rebellant.

Fredericus Capetius in Siciliam inuehitur. *Ptolem. Luc. hist. eccl. l. 22. c. 34. Iacob. de Varag. in vit. Sanct. ex Sicul. ann. f.*

Sparsæ ad commouendos populos literæ.

2 Creatus iam antea in Etruria, vt dictum est, a Carolus publicæ pacis seruator, iterumque a Clemente in eo munere confirmatus e, populos in officio continebat, & Conradino, ne in prouinciam penetraret, iter præcludebat; cum ad ipsum ex Etruria diuertendum Saraceni Luceriæ in Apulia, superiori anno paulo repressi, furorem in vicinos effundere coeperunt; & Conradus Capicius, ac Fridericus Alfonsi Regis Castellæ atque Henrici Vrbis senatoris infidi frater, cum aliquot turmis Tuneto in Siciliæ insulam applicuere, populosque ad defectionem solicitarunt. Sparsisse Capicium plures literas, in quibus Regis Conradini proregem se vocitabat, ad populos subornandos refert Sicularum rerum auctor f.

3. &c. Insulanos vero ad eos defeciisse, exceptis infignibus vrbibus Panormo, Messana, Syracusis, dictus auctor addit, Perturbata ita Sicilia, ac nouis alijs motibus recrudescentibus, Clemens Carolum ex Etruria in Siculum regnum iter maturare iussit g, vt populos fluctuantes præsentia sua confirmaret.

Insignes vrbes in Caroli fide cõstãtes. *a n. 2. ep. 460. 462.*

Monetur Carolus vt redeat e Tuscia in Siciliam.

Sacrum in Sarac. bellum indictum. *b Lib ep. 434 c Lib 4. ep. cur. 1.*

Censuræ Siculi regni inuasoribus incussæ. *d Lib 2. ep. cur. 2. e l. 2. ep. 4. & 13. f Ep. 5. & 15. g Ep. 6. & 14. h Ep. 7. i Ep. 9. l Ep. 10.*

4. Paruit ille, statimque signa conuertit in Siculum regnum, ad cuius efferendas partes Pontifex in Saracenos sacrum bellum, propositis indulgentijs, & dato crucis symbolo indixit b: Siciliæ vlteriores citeriorisque inuasores anathemate solemni ritu perculit c; denique Conradinum Insubriam intentantem, meditantemque in Etruriam & Neapolitanum regnum irrumpere, ob spreta apostolica monita regno Ierosolymitano, ad eum maternæ successione spectante, excidisse pronunciauit, ac nisi intra mensis vnius spatium cœptis abstiteret, obtinendi vnquam imperij, vel alicuius regni iurium pœnam intendit: qua de re edictum promulgatum d est. Tulit alias anathematis interdictique sententias in alios sceleris participes, Pisanos e, Papienses f, Senenses g, Veronenses h, Firmanos i, & alios l; qui ad Conradini partes confluxerant. Spreuisse pontificia edicta Conradinum, Sicularum rerum auctor anonymus refert m quamquam enim impar viribus erat, Gibellinorum tamen studijs iretum inani victoriæ spe sibi lenocinatum.

Progressus illi lubrici in S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 1. §. 8. Ricord. hist. Flor. c. 190. Io. Vill. l. 7. c. 23. Man. Ped. chro l. 3. Ptol. Luc. hist. eccl. l. 22. c. 34. Iacob. de Varag. in vit. Sanct. ex Sicul. ann. f. Pat tibi. *m Man. Ped. vbi sup.*

5 Perrumpere recto itinere interiora Italiæ non est ausus, cum, vt ait S. Antoninus n, Bononienses, Rhegini, Mutinenses, & alij, qui cum Pontifice & Carolo sentiebant, Apennini insiderent iuga, & transitu arcere Germanos paratissimi essent; sed Papiam diuertit ad Ligures, ac dein Pisanorum conscensa classe Pisas applicuit. Cæterum auctos inde admodum hostium Ecclesiæ animos refert monachus Patauinus o: *De isto*, inquit, *lubrico cursu Conradini homines miratur: multi quoque eius egressum, & progressum in reprehensionem Regis Caroli nimis laudibus extollebant: sed Deus omnipotens, qui vsque ad tertiam & quartam generationem visitat iniquitatem patrum in filys imitantibus malos patres, aliter quam putabant homines, de adolescentulo disponebat.*

Contemptæ a Conradino censuræ ecclesiasticæ in se latæ. *n Sicul. ann. anonym. ad. m f.*

6 Ingressus ita arte potius quam viribus Etruriam Conradinus, ob Caroli absentiam primum furorem in Lucensem agrum Pisanorum gratia effudit p. At Pontifex, ad tuendos Ecclesiæ studiosos Guelfos legatum apostolicum misit q, qui illius conatus feliciter sustinuit. Dispar fuit prudentia Caroli in Etruria præfectus; qui dum ad intercludendum iter Conradino Aretium properabat, prope Laterinum Pontem ab Vbertinis, Senensibus, alijsque Gibellinis ex insidijs profligatus est.

Inuitus Carolus. *o Chron. n. 3 ap. 375. 476.*

Saraceni Luceriæ in eum rebellant.

Frederic. & Capetius in Siciliam inuehitur. *Ptolem. Luc. hist. eccl. l. 22. c. 34. Iacob. de Varag. in vit. Sanct. ex Sicul. ann. f.*

Luceriæ ager euastatur. *p Vill. l. 7. c. 33.*

7 Fracto sic Caroli exercitu, tutum iter ingressus Conradinus magno perduellium Ecclesiæ tripudio Senis exceptus, diebusque aliquot commoratus, Romam, vt cum Henrico senatore iungeret copias, perrexit; ac superbia elatus in conspectu Viterbij, vbi Clemens versabatur, vt ipsi insultaret, intruere acies non perhorruit. Illico perterrefacti plurimi ad Clementem, de salute penè actum arbitrati, procurrere: quibus, vt ait S. Antoninus r: *Papa vir sanctus orationibus & ieiunijs deditus, constans & intrepidus ait: Non oportet timere, quia omnis conatus eius vt fumus euanescet: quod & factum est.* Addunt nonnulli, Clementem e mœnibus Consistorium Suetum & Fridericum Austriacum in armis magnificè ostentantes dixisse, ipsos ficut victimas ad mortem duci; sine humana prudentia iuuenum temeritatem & Caroli militarem scientiam, aruspicesque perpenderet, siue id cælo præsciuisset.

Caroli præfectus ex insidijs deletus.

Conradinus Senis accedit.

In Viterbij conspectu insultat Clementis. Pontificis de temerario adolescentis oraculum. *S. Ant. 3 p. tit. 20. c. 5 §. 9.*

8. &c. Præuiderat Clemens imminentis Conradini conatus, atque ad eos excipiendos ac propulsan-

Viterbium aduersus illius impetus fortissimo munit præsidio.

dos Viterbium præsidio militari instruxerat; excitusque fidissimos & obsequentissimos Ecclesiæ clientes: adeo vt increbuerit rumor, tantas copias collegisse, vt Romanos perduelles ad officium armis reuocaret. Fuerant ij ab Henrico senatore proditore subornati: nec modo Conradini signa anno superiori in Vrbe attolli eram passi, verum illius oratores etiam hoc anno magnifice exceperunt; de quibus rebus sanctissimus Pontifex in iusta aduersum eos sententia grauissime conqueritur a; subditque de Henrico; *Monemus insuper memoratum Henricum, vt infra mensem post instans festum resurrectionis dominicæ humiliter ad nostra, & eiusdem Ecclesiæ mandata redeat; domosque nostras ecclesiæ S. Petri de Vrbe, & alia bona nostra & ipsius ecclesiæ Romanæ, quæ occupata detinet, libere, ac in pace dimittat; ab omni quoque offensa dilectorum filiorum nostrorum Ioannis S. Nicolai in carcere Tulliano, Matthæi S. Mariæ in portica diaconorum Cardinalium, & magistri Iordani eiusdem Cardinalis Ioannis fratris capellani nostri, cantoris Carnotensis abstinere procuret, de præmissis suis excessibus & offensis prædictis Cardinalibus, & capellano illatis satisfacturus plenarie, ac nostris & eiusdem Ecclesiæ beneplacitis pariturus, &c. Actum in palatio nostro Viterbiensi in die cœna Domini pontificatus nostri anno IV.*

a L. 4. ep. cur. 4. Henrici senatoris iceleræ, quibus iubetur abstinere.

b M. 2. ep. 464. Directa ab Henrico proditore sacraria in Vrbe.

35. &c. Pellicere mansuetudine ad officium studuit Henricum Pontifex b, proposita illi veniæ spe; at singulari illo clementiæ exemplo Henricus flecti non potuit; sed vt ex longo Saracenorum in Africa vsu eorum prauis moribus infectus fuerat, quemadmodum Siculorum rerum auctor anonymus refert, atrox facinus aggressus, ac Romæ militarem licentiam, qua in captis vrbibus victores impij vtuntur, exercere; perfringere adium sacrarum ostia, expilare thesauros diuino cultui consecratos, ac tyrannum præferocem agere aggressus est, de quo hæc idem scribit c: *Hic confringit sacrilegus ostia: hic sacristias violat sceleratus: hic fur violentus aperit cameras clericorum: inde pecuniam, inde argentea vasa & aurea, inde sacras vestes, & quæque pretiosa diripit, & asportat furtiue. Proh dolor! Lateranenses, S. Pauli, S. Sabæ, S. Basilij Anconis, S. Sabinæ & aliorum monasteriorum & ecclesiarum loca deplent & lugent suis disturbata depositis; & altis clamoribus conquerendo, pro voce dant gemitum, & per illum doloris ingentia suspiria & singultus, &c.* Sed ad Conradinum redeamus.

c Anonym. de reb. Sicul. auct.

Patrata ab eodem sacrilegia.

Conradini more triumphantium a Romanis admittitur d Stero m. annal. apud Caniſ. antiq. lect. to. 3. p. 299.

d Ptolem. Lucens. Hist. Eccl. l. 23. c. 37. Iord. in ſ. Vit. Urb. IV. Pipi Luc. in annal. hoc ann. & Bill. eccl. l. 22. c. 37. Iord. in ſ. Vit. Urb. IV. fig. n. 1969. Siculum ſuccenſet eum inuadit.

Diuina ipſum eundemque Henricum ſenatorem vltio.

38 Cecidere irrita Pontificis monita, ac spretæ eius querimoniæ, sine inflectere Romanos non posset, siue ij Henrici & Conradini potentiæ opponere sese nequirent. Caterum Conradinus tanta pompa ab Henrico senatore exceptus est in Vrbe, vt apparatus magnificentia, triumphantium Imperatorum fastum pene æquaret, atque in Capitolium perductus sit; de quo hæc Stero d: *Chunradus dux a Longobardis & Appulis expetitus, priori anno Italiam ingressus, adhærentibus & fauentibus sibi plurimis ciuitatibus, Romam ingreditur: vbi gloriose tanquam Imperator cum magno tripudio suscipitur, domino Papa tunc apud Viterbium existente.* Similia tradunt de eius in Vrbem aduentu Bernardus e, Ricordanus Malespina f, Villanus g, & S. Antoninus h: quibus monachus Patauinus i, Ptolemæus Lucensis k, ac Iordanus consentiunt.

e Bern. Guidon. Rom. Pont. f Ricord. Malesp. c. 192. g Io. Vill. l. 7. c. 35. h S. Ant. p. 3 tit. 20 c. 3. §. 9. i Alex. Pad. chron. l. 3. k Ptol. Luc. hiſt. eccl. l. 23. c. 37. Iord. in ſ. Vit. Urb. IV. Pipi Luc. in annal. fig. n. 1969.

39 Confluere Romam ex tota Italia studio partium incensi plures Ecclesiæ perduelles, paratisque maximis copijs, die XVIII. augusti in tanto terrore ac potentia in Apuliam mouit Conradinus, vt omnium existimatione certissimam victoriam relaturus videretur; sed diuina vltio sacrilegos ad supplicij lo-

cum reuera pergere patiebatur. Et quidem Henricus, qui rerum gestarum gloria antea maxime floruerat, ex quo sacras ædes diffregit, contraque fas omne deposita rapuit, adeo pristina felicitate est destitutus, vt quidquid moliretur, omnia ipsius consilia infelicissimos exitus haberent; quamuis arridere initio viderentur. Præclara ipsis rei gerendæ affulserat occasio, quod Carolus in comprimendis Nucerix Saracenis, alijsque proditoribus distineretur: sed mox accepta hostium irruptione, Nucerix obsidionem soluit, aduersique exercitus in Palentina planitie castra posuere.

Carolus Nucerix obsidionem soluit.

30 Dirimebat acies fluuius, ac pontem, qui vtramque ripam iungebat, defendebant Galli Prouinciales: quem cum Henricus senator, qui primum Conradini agmen ducebat, perrumpere frustra aliquandiu nisus esset, maxima cum suorum parte fluminis vadum superauit: atque a tergo Prouinciales aggressus, fregit. Præcipui e nobilitate cæsi, atque inter eos Henricus Cusentinus, qui regia arma induerat, hostium gladijs concisus occubuit, cum maiori in eum impetu vndique irruerent: cæteri sese in fugam coniecere, quos Henricus est insecutus. Profligata prima acie, Conradinus succinctus Germano milite in secundum Caroli agmen incurrit; cumque vagus, ac palabundus miles præda illectus iam excurreret per castra; tertium enim Caroli agmen non videbatur, arrepta occasione Carolus in Conradinum impetum fecit, Gallicæ nobilitatis flore cinctus, ac Germanos deleuit, fudituque. Conradinus e periculo celeri fuga auolauit. Interea dispergere se Caroli miles ad capienda spolia cœperat; sed Carolus illum continuit; Henricus enim adhuc vincendus supererat: instructaque acie gradum fixit. Redibat ab insequendis Prouincialibus Henricus triumphanti similis: qui vbi res mutatas, conuersamque prælij aleam vidit, mox stipare ac densare agmina cœpit: adeo vt difficile admodum perrumpendus videretur. Tunc Erardus Valeriacus bello exercitatissimus, qui diuina prouidentia cum pluribus alijs a terra sancta redierat, Siciliamque ante appulerat, Carolum monuit, astu magis & consilio, quam viribus Henricum debellandum: acceptisque aliquot equitum turmis, fugam simulare cœpit: ac tum deceptus Henricus eos fugere sui metu compulsos ratus, in Erardum laxis equorum habenis impetum fecit: quibus ita dispersis, in eos penetrauit facile Carolus: cum alij conuersa fronte, atque in vnum conglobati, cum Henrico fortissime dimicarent. Atque ita cum Henricus cæsos suos dissipatosque intueretur, sese in fugam dedit. Hæc plures historici a, quamplurima alia fusius afferunt, a nobis tædij vitandi gratia prætermissa.

Prælij historia.

Henricus senator prima Caroli agmina profligat.

Conradinus secundâ Caroli aciem perrumpit.

Ab extrema Caroli acie, dum colligit spolia, deiicitur, fugaque sibi consulit.

Incurrit Carolus in redeuntem Henricum.

Henricus denuo aciem.

Erardi Valeriaci dolus.

Dum fugâ simulat Henrici acies a Carolo perrumpitur.

a Ricordan. Hiſt. Sicul. c. 192. Iord. in ſ. Vit. hoc ſign. n. 1960. Nam. in vit. S. Lud. aſſerit plures alios.

31 Tantam victoriam non humana potentia, sed diuina ope partam ab omnibus creditum est: cum victus longe numero ac viribus victorem superasset; tum quod Clemens, vt ait Ioannes Villanus b, eam cœlitus accepisset: dum enim Viterbij concionabatur, quasi in diuinam ecstasim abreptus abalienato ab sensibus animo aliquandiu hæsit; tum inclamare cœpit: *Procurrite: capite hostes Ecclesiæ, qui fusi, ac fugati sunt.* Nec vllus relatæ victoriæ nuncius venisse ad eum poterat, cum plusquam centum milliaribus a loco, in quo pugna erat, distaret, eaque præcedenti decedente die, nimirum S. Bartholomæi pernigilio, reportata esset: quocirca ab omnibus, qui in aula pontificia erant, creditum diuino lumine Pontificem, qui vitæ erat sanctissimæ, collustratum hæc dixisse; sicque auctor etiam, qui Parisio appendicem adiecit; etsi liuore in Pontifices Romanos imbutus, a commendanda ipsius sanctitate, referendoque hoc ipsius ora cu-

Victoria Numini ab omnibus adscripta.

b Io. Vill. l. 7. c. 38. Clementis de ea parta oraculi

a Paris continuator an 1269. Iordan. in Vit. Vrb. fol. 1960. De ipsius vitæ sanctitate insigne testimonium.

oraculo comperire non potuit a: *Ipse*, inquit, *Papa ipse vigiliis, ieiuniis, & orationibus, ac aliis bonis operibus erat intentus, quod multas tribulationes, quas tunc sustinebat Ecclesia, Deus suis meritis crederet extinxisse. Quin enim, cum multi factum Regis Caroli pro desperato haberent, tum propter multitudinem exercitus Conradini, tum propter totius pene regni Sicilie rebellionem: in publico sermone sui eventum predixit.*

b Apud Cl. to. 2. p. 528 Caroli victoria.

32. 33 Paucis post diebus lætissima deportati triumphi de Ecclesiæ hostibus fama se diffudit: atque Carolus Rex ex agro Palentino, in quo victoriam gloriosissimam, quamvis non pauco suorum sanguine, compararat, laureatas literas ad Clementem dedit b, ex quibus hæc decerpsi: *Die mercurii, in octava nobilioris assumptionis B. Virginis, de cuius potissimo sperabam auxilio, de prato Quamili seras lacum Facini, & villa Auceni aciebus instructis, divina me gratia comitante, prorupi; demum ad quendam collem prope Albam, qui per duo parua milliaria distabat ab hostibus, ex quo campus Palentinus se explicat, iter meum prosequendo, perueni.* Et paulo post: *Sequenti autem die iamo, orto iam sole, hostes de locis ipsis recedentes, cœperunt prosequi vltra flumen, quod inter vtrumque decurrebat exercitum, infaustis eorum auspicijs nec satis. Quod ego diligenter aduertens, latitia preditus campi Palentini planitiem, aciebus distinctis & ordinatis ad prælium, in diuini nominis virtute descendi, procedens maioris gressibus, ex aduerso: & cum crederem eos vlterius progressuros, ipse castra sua super ripam fluminis prope villam Portum, suis tamen aciebus nullatenus dissolutis, prater spem meam & meorum omnium posuerunt: & iniecies quod & meus similiter castra metabatur exercitus, demum flumen subito cum magno impetu transierunt. Ego vero de diuino presidio vestrarumque orationum confisus sacrilo, inuocato Christi nomine, irrui ictiter & viriliter in eosdem. Postquam fuit acerrime vtrinque pugnatum, maiore parte hostium in ore gladij truncata, reliqui licet * pauci sustinere nostri molem exercitus non valentes, se fuga presidio commiserunt: quos mei, festinis gressibus insequentes, pro magna parte per montes & nemora peremerunt. Facta est hostium tanta strages, quod illa, qua in campo Beneuentano de alijs ecclesie persecutoribus facta fuit, huius respectu valde modica reputatur. De Conradino autem & Henrico senatore Vrbis, vtrum in bello conciderint, an per fugam euaserint, nulla in confectione presentium, que statim post victoriam scripta sunt, haberi potuit certitudo: verum equus, cui dictus senator insidebat, a meis, cum sint fessore fugerat, captus fuit. Datum in campo Palentino XXIII. die augusti XI. indictione anno IV.*

De loco pugnæ.

De stragis magnitudine.

Relatæ Numinis a Clemente gratiæ.

34 Vberrimas Deo grates Clemens retulit, Ecclesiæ suæ ferocissimos hostes attriuisse: aliosque etiam ad concinendas diuinas laudes, vt literæ ad Malatestam de Verulo datæ c testantur, concitauit, felicemque nuntium late circumtulit. Cæterum Conradinus atque Henricus in potestatem Caroli cecidere. vt Pontifex Cardinali episcopo Ostiensi significauit d: *Scire*, inquit, *te volumus, quod, sicut predilecti filij nostri * I. sanctorum Cosme & Damiani diaconi Cardinalis & aliorum multorum fide dignorum literas accepimus, charissimus in Christo filius noster Carolus illustris Rex Sicilie Conradinum & ducem Austrie, Galeatium & Gelictum eius filium, cum Henrico quondam senatore Vrbis, & Conrado de Antiochia tenet carceri mancipatos, &c. Datum Viterbij XVIII. kal. octobris anno IV.* Captis igitur hostibus atque in vincula coniectis, Carolus præcipere ex vniuersis regni ciuitatibus exciuit, vt quid in captivos consulendum esset, inter se agitarent: ij vero tanquam læsæ maiestatis reos plectendos capite censuerunt nonnullis tamen mitiora consulentibus, vt narrat Iordanus a: *Conradinum*, inquit, *& ducem Austria, Gerardum quoque comitem de Pisis de consilio sapientium, nonnullis tamen contradicentibus, in platea Neapoli capite truncari voluit.* In Conradino autem Sueuorum principum familia excisa est. Ipsum porro & socios apud sacerdotem crimina expiasse testatur Nangius b. Quibus Siffridus c consentanea historiæ suæ mandauit: *Capitalem*, inquit, *sententiam acceperunt: prius tamen confessione facta.*

a Iord. in f. Vit. Vrb. fol. n. 1690.

b Nang. ub sup.

c Siffr. ibi cap. 103.

Ea seueritate Carolus non modo illius ætatis hominum sed etiam futurorum sæculorum inuidiam & odia collegit; grauissimeque, vt testantur Ricordanus c & Ioannes Villanus d, a Pontifice increpitus est. At mitius egit Rex cum Henrico senatore, siue quod ipsi consanguinitate esset coniunctior; siue quod abbas Cassinentis, qui fugientem intercepérat, ea lege Carolo tradidisset, vt ab illius cæde temperaret, ne pœnam aliquam ex sacris canonibus contraheret; quare ipsum in arctissimum carcerem includere contentus fuit: qui vinculis Castellæ Regis precibus multis post annis solutus fuit. Senatoris vero dignitatem, quam gesserat Henricus, paulo post adeptam victoriam Carolus recepit, vt refert monachus Parauinus e: quem triumphatoris magnifici cultu Romam ingressum ait, atque a populo magnis applausibus exceptum: constitutoque alio, qui suus in Vrbe vices gereret, in Apuliam redisse.

c Ricor. ubi sup.

d Villan. ubi sup. Henricus senator carceri perpetuo addictus.

e Mon. Pad. chron. l. 3. Carolus senatoriâ dignitate expellit.

35 Pari felicitate ipsius duces contra rebelles Siculos rem peregere. Tota ea insula, vt supra diximus, exceptis Panormo ac Messana, Caputo fide Conrado de Antiochia, qui a Friderico Imperatore genus ducebat, se subiecerat: sed cum Galli ornata magnificè classe victoriæ partæ gloria elati appulissent, populi ac nobiles ad Caroli partes inclinare cœperunt, cinctusque obsidione Conradus captus est; erutisque primum ei oculis, postea supplicio damnatus. Insula vero perculsa metu, breui iugum Caroli accepit. Fœdatam tamen nunquam hostili sanguine victoriam retulerunt auctores: qui error cumulatus alio grauiore est; inuolescenti enim victoriarum occasione militi, atque administris licentiæ habenas immisit: quorum scelerum fama perculsus sanctissimus Pontifex, literas ad Carolum scripsit, ex quibus hæc delibanda iuuat visa.

Conradi de Antiochia supplicium. Sæuitum in alios. Ægerrime fert Pontifex nimis sanguinem fundi.

36 *Clemens*, &c. Miramur quidem, si tuis sæpe non insonet auribus, quantus est ibi afflictorum gemitus, vlulatus & clamor; quot & quanta ecclesiarum, & personarum ecclesiasticarum grauamina: quot oppressiones non solum soluratarum, sed & coniugatarum & virginum: quot pauperum spoliationes: quot diuitum concussiones: quot iniuriæ: quot calumniæ omnium: quot postremo depredationes vndique ac rapinæ. Profecto, fili, hæc nimis periculose dissimulas, nec sine multa indecentia & tui detrimento nominis pateris, prædictos officiales & familiares eorum, in priuatos tuos subditos sic latiuiendo sæuire, vt eis abundantibus de subditorum ipsorum iniurijs, tu per ipsos tuis fraudatus viribus, & odiosus reddaris omnibus; & propter ipsorum excessus, ea etiam in sua interdum conuertentium commoda, quæ in tuam deberent vtilitatem cedere, non solum vtiaris infamia, sed & paupertatis incommoditate premaris.]

Leuare oppressos iubet.

37. &c. Non occurrit Carolum his malis, vel ea postea recruduisse visuri sumus: quare tandem exasperati Siculi cruentam rebellionem fecere.

Per-

Data Siculis ob militum licentiam rebellandi occasio.

perstrictum etiam a Clemente Carolum fuisse pendente controuersia de Prouinciæ comitatu sacramentum fidei a Prouincialibus exegisse: in quo Carolus sanctissimo fratri, qui maiorem natu filiam Berengarij comitis vxorem duxerat, iusque suum, vt vidimus, ea de causa persequi intermiserat, vt frater Siciliam sibi subijceret; haud leuem iniuriam pro acceptis beneficijs intulit. Significauit vero Francorum Reginæ Pontifex a damnari a se, quæ Siciliæ Rex tentasset.

a p. n. 2. ep. 493.

Incitatus etiam pio ardore Pontifex afflicti Lusitani cleri patrocinium suscepit: Alfonsus enim Rex acerbam adeo tyrannidem exercebat, vt plures insignes præsules, interdicta sacris Lusitania, profugere coacti sint. Neque hi modo indigne habiti, verum obruti iniustis oneribus ac regiorum administrorum licentia populi: qui apud Clementem graues querelas effudere. Is vero ne muneri apostolico deesset, lenia prius adhibens remedia, Alfonsum hortatus est, vt susceptam maculam deleret, atque ad æterni Numinis, a quo pœnæ ac præmia Regibus expectanda sunt, gratiam virtutibus colligendam, se compararet. Cæterum ad redintegrandam in Lusitania rem ecclesiasticam missus est Apostolicæ sedis nuncius Folquinus canonicus Narbonensis, plurimaque instructus b ad munus gerendum auctoritate. Restitutus est sacrorum vsus Lusitaniæ, & censuræ ab episcopis Lusitanis incussæ ad semestre solutæ. Cæterum id malum iterum recruduisse, dicetur inferius: nunc de imperij rebus agendum est.

In Lusitania oppressa ecclesia Gallica liber tas.

b Lib. 4. ep. 61. 62. 64. 66.

42 Constituerat, vt supra dictum est, sanctissimus Pontifex, diem ad causam grauissimam, in qua de Romano Imperio agebatur, definiendam. Cæterum nonnullis ille prudentiæ laude præstantibus viris in Germania, Italia, Gallijs, & Hispania prouinciam dederat, vt indesignatis locis testium dicta excipierent, sed nulli ipsis testes ex neutra parte sese obtulerant: cumque præfixus dies peremptorius immineret, Alfonsus a Clemente contendit, vt illum differret in annum alterum, cum Siluensis episcopus, cui negotium commiserat, a præsidiarijs occisus esset, omniaque eius instrumenta perijissent; orator alter aduersa valetudine implicitus, in oppido, cui Podij Bonizi nomen erat, longa obsidione circumclusus fuisset. Rei æquitate adductus Pontifex terminum produxit a proximis kalendis iunij ad kalendas iunias anni insequentis c.

De controuersia Imperij inter Alfonsum Richardum.

c Lib. 4. ep. 70.

43. &c. Dum ita enascentibus nouis difficultatibus, quas repentini casus ingerebant, Romanus Pontifex sententiam de adiudicando alteri electorum imperio differret, Germaniæ principes tot moras iniquiore animo ferentes, grauissime conquesti sunt, sibi ab Alfonso ac Ricardo electis illusum esse, qui ita nullo certo rectore publicâ rem fluctuare paterentur; nec leuiter in sedem Apostolicam commoti, nondum sententiam tulisse, consilia de tertio eligendo agitarunt; Regemque Boemiæ interpellarunt, vt omnes mutuo consensu comitia noua, de eligendo nouo Romanorum Rege celebrarent. At ille, qui sedi Apostolicæ addictissimus erat, missis oratoribus, ne eam in tanta re offenderet, quid sibi agendum esset consulendam censuit. Cui Clemens rescribens sedis Apostolicæ integritatem atque felicitudinem in ea agitanda re proposuit d, vt illius iudicium subire electi recusassent, remque potius armis decernere statuissent: qua cura Alexander atque Vrbanus missis legatis in concordiam ipsos adiungere studuissent: vt præfixus ipsis peremptorius terminus fuisset; vt cum Vrbani consilia

Principes electores tulerunt iniquius dilationem in tot annos controuersiæ

d Eod. cod. Vall. pag. 20

Suadetur Otachare ne ob improbos ejus actus tertij eligat.

de controuersia dirimenda, Richardo a rebellibus in vinculis detento, mors importuna turbasset, ipse Pontifex creatus, ad eam decidendam studium diligentiamque conuerterit; sed repentini ac improuisi casus, Siluensi episcopo trucidato & Rodulpho Castellæ Regis procuratore morbo implicito, curas apostolicas retardarint: nec propter improuisos rerum exitus debere principes electores nouis suffragijs tertium euchere; cum ea iniuria in ipsorum dedecus, electorum Regum dignitatem, maiestatemque Romani Pontificis redundaret: in eo demum statu rem consistere vt ad kal. iunias insequentis anni terminus reiectus fuerit: se pontificia auctoritate præcipere, ne alium Imperatorem designare moliantur: rescindere & conuellere omnia, quæ male essent meditati: cæterum se egregium Regis Boemiæ animum collaudare, qui in tanta re, sede Apostolica inconsulta, nil tentandum censuisset: ipsius esse dignitatis, vt cum suffragia sua ab vno ad alium traduxisset, vtrumque non deserere, sed Apostolicæ sedis iudicium præstolari.

Augustinus arch. Nidrosiensis miraculis claruit.

48. &c. Per hæc tempora illustrauit ingentibus miraculis Christianæ religionis dignitatem diuinum Numen in septentrionalibus regionibus ope & precibus B. Augustini Nidrosiensis olim episcopi: quare eius ecclesiæ cleri pijs votis permotus Pontifex, Bergensi episcopo, & Tutrensi atque Holmensi Cisterciensis familiæ abbatibus prouinciam dedit e, vt religiosum examen de sancti viri præclare gestis ac miraculis, quod Innocentij iussu antea inchoatum atque intermissum postea fuerat, perficerent, quo solemni ritu in sanctorum numero poneretur. Sed ad conficiendam in Syriam ab occidentalibus expeditionem conuertimur.

e Lib. 4. ep. 71.

Veneti excusant, se arma cum S. Lodouico coniungere

51 Apparabat sacrum bellum S. Ludouicus, qui subeundis omnibus pro Christo laboribus regia constantia se deuouerat, solicitauitque Venetos, vt vires maritimas cum ipso aduersus impios fidei hostes coniungerent. At ij veriti, ne mercatoria rerum Ægypto iacturam aliquam pateretur, tantæ gloriæ participes esse sese excusarunt: Pontifex vero Clementius b impellere studuit, vt classem S. Ludouico offerrent.

b Ita. 2. ep. 538.

Angliæ principes crucesignati.

52 Nec Gallia modo in arma sacra S. Ludouici pio exemplo concitata erat, verum Clementis studio Anglia etiam, Castella, Lusitania, & Aragonia in dicti Saracenis belli fremitu circumsonabant. In Anglia quidem Eduardus atque Edmundus Henrici filij cruce insigniti ab Ottobono legato. Reuocatum porro a Pontifice ex Anglia Ottobonum nouis obiectum laboribus, atque in Hispanias missum videtur, cum ad ipsum pontificium literæ extent x. kal. iulias datæ c, vt Castellæ Regem ad reparandas terræ sanctæ res incenderet & confirmaret: ipseque Regem Aragoniæ ad subsidium eidem terræ conferendum solicitauit d. Eodem pio studio accensus Lusitaniæ Rex, Christi militiæ susceptæ crucis symbolo, se addixit: at, proh dolor! ij conatus ad irritum cecidere.

Excitati Hisp. Reges ad Syriam iuuandam.

c Ita. 2. ep. 510.

d Ita. 2. ep. 494

53 Adhibuisse summum studium Pontificem, vt Genuenses ac Venetos veteribus odijs in hanc expeditionem conciliaret, ac pariter vna cum Pontifice Reges crucesignatos, quorum antesignanus erat S. Ludouicus, operam missis oratoribus contulisse, refert Andreas Dandalus e: *Nec tamen*, inquit, *pertinaciam eorum Pontificis ac tantorum Regum auctoritate mollire potuisse*. Præcipitata ita est inexitium eiusdem tribus his populis Syria, cuius clades hoc anno illatas a soldano Bendocdare sic describit Sanutus f: *Bendocdar VII. die martij cepit Iaffam predictam, & tempore tregnarum multos ex peregrinis occidit, alios*

e Andr. Dand. hist. Venet. apud Murat. tom. 12. rer. Ital. fol. 1960.

f Sanut. lib. 3. part. 9. cap. 3. Vat. hist. fol. 1960. Acon tum tum. 2. Gest. Dei per Franc. lib. 5. cap. 32.

dedit

IESV CHRISTI
Annus 1269.

SEDIS VACANTIS annus 1. VACANT. IMP. OCCID. 19. MICH. PALÆOL. IMP. OR. 9. Indict. 12.

Antiochia a Saracenis excisa.

dedit conductum, multis prius expoliatis. XV. vero die aprilis cepit castrum de Belfort; & XXII. ejusdem mensis venit Ptolemaidam Hugo Rex Cypri. Tunc soldanus venit Tripolim, & destruxit viridaria: deinde Processit contra Antiochiam, & XXIX. maij civitatem absque ullo belli tumultu cepit; & post captionem usque ad XVII. millia personarum interfecta sunt, & ultra centum millia captivata sunt: & facta est civitas tam famosa quasi solitudo deserti. Cepit quoque portum Proboncelli juxta introitum Armenie. De Antiochia a Saracenis excisa consentiunt Sanuto alij historici, e quibus nonnulli tradunt patriarcham Antiochenum ordinis Prædicatorum, Christianum nomine, a barbaris ad aram indutum sacris vestibus trucidatum. Expugnandæ vero Antiochiæ occasionem aucupatum soldanum addit Ayronus a, cum Abaga Tartarorum in Perside Rex grauioribus bellis cum Tartaris septentrionalibus distractus subuenire opportuna Antiochiæ, quæ ipsius vectigalis erat, auxilia non potuisset.

a Ayro. hist. orien. c. 31.

54 Luxit etiam Ecclesia importunam sanctissimi Pontificis mortem, quem Deus hoc anno ex hac vita eripuit, siue ne tot orientis malis obrueretur, siue vt de victis in Italia crudelissimis Ecclesiæ hostibus, in cælo triumphum ageret: de cuius obitu hæc Bernardus Guido b: *Clemens Papa IV. vir totius prudentiæ pra cunctis generosis hominibus, obiit Viterbij, in vigilia B. Andreæ Apostoli, & mox fuitque sepultus in ecclesia fratrum Prædicatorum in Viterbio anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octauo.* Quod ad tempus festis attinet, hæc Baronius affert c: *Clemens IV. creatur* IX. *februarij, consecratur* VIII. *kal. martij, sedit annis* III. *mensibus* IX. *diebus* XXV. Ipsum hoc anno e viuis ereptum omnes auctores confirmant, vt eos adducere supersedendum sit; si Nouatores excipias, qui vt nullo rerum delectu ac iudicio centurias suas confarcinare solent, Clementis obitum ad annum MCCLXX. contulere. Cæterum præter id, quod superius a nobis significatum est, sublata illius precibus & eximijs ingentia mala, quibus Ecclesia premebatur; singulares illius dotes attingit Iordanus hisce verbis d: *Fuit vir benignus generaliter habitus, cantor delicatus, in concionando non habens socium, sibi auferens, cæteris pius.* Celebrat ipsius laudes Ptolemæus Lucensis e, ex veteri historico ita eas describens: *Generalis clericus fuit, viaticer iuristia summus, prædicator egregius, cantor pulcherrimus sine pari: carnes diu non comedit, asperrimo lecto est vsus, nec vestibus lineis ad carnem vtebatur: & sic sanctissimam vitam duxit nec inuenitur exaltasse patentes Deo dicatus.* His similia tradūt Iordanus, & Ioannes Longinus f cuius sunt hæc verba: *Vltima decembris die vir vitæ sanctissimæ Clemens Papa quartus insignis iurista & prædicator egregius, diu carnibus abstinens, asperrimo lecto, vestibus vero lineis ad carnem nunquam in papatu vtens, Viterbij moritur.*

b Bern. in chron. Rom. Pont. Clementis obitus.

c Baron. in scholiis.

d Iord. Ms. f. Vat. bibl. fig. n. 1960.

e Ptol. Luc. hist. eccl. l. 22. c. 38.

f Long. hist. Pol. l. 1.

55 Sanctissimi Pontificis funeri Salomeæ virginis sanctissimæ Galliciæ, seu Haliciensis Reginæ, Boleslai Pudici Cracouiæ ducis sororis, funus coniungemus. Nupserat illa Colomano, vt ait Longinus g, Haliciensi Regi: sed obscuris delitijs consentiente sponso, virginitatis florem integrum seruarat: quo mortuo, vt maiori libertate cælestium contemplationi se dederet, S. Claræ religiosa institura amplexa, cum duos ac triginta annos in asperrimo vitæ genere, continuo cilicio perdomitis carnis illecebris, duxisset, pie obijt magna sanctitatis existimatione illustris: quæ etiam multis miraculis effulsit, vt Longinus pluribus refert; eademque tradunt Michonias h, & Cromerus i, ac sacro oleo corpus virginis sudasse testantur.

g Long. hist. Pol. l. 7. hoc anno.

Salomea cum Rege Colomano virginitatem colit.

Eo extincto sanctimonialis effecta. Vitam duxit asperrimam.

h Mich. Ser Pol. l. 3. c. 37.

i Crom. l. 9. & alij.

1. &c. IAcebat in luctu Romana ecclesia, summo pastore viduata, cum illius mœror obellatis virtute Caroli Siciliæ Regis in Apulia infestissimis Christianæ fidei hostibus nonnihil recreatus est. Perfidæ gentis caput Luceria erat, firmissimis munita propugnaculis: nec modo superstitionis semina, verum & rebellionis fomes. Illam Rex obsidione cinctam, & vndique circumclusam, ne hostis excurreret, adeo fame attriuit, vt victoris arbitrio se dedere infideles compulsi fuerint. Pepercit iræ Carolus, ac victoriæ temperauit; eos tamen nequissimos Christianos, qui Saracenos ad sacrum impulerant, gladio peremit: alios vero venia donatos in plura loca ita dispersit, vt ipsorum vires penitus infregerit, omnemque in posterum rebellandi occasionem ademerit. Quæ res non singularis modo pro stabilienda publica pace, eliendisque omnino futuris inde periculis; sed pro misera gente ad Christi cultum traducenda, prudentiæ fuit; plures enim ex ijs, vt monachus Patauinus testatur a, cum iam suorum prana societate non corrumperentur, ad hauriendam euangelij lucem oculos extulere. His consentanea tradit Bernardus b, qui addit Saracenos ita perdomitos, vt ad clementiam a Rege obtinendam iniectis collo funibus, se ad illius pedes proferrent, suaque ei vexilla perferrent: quos ipse, vt in seruili conditione viuerent, vita donauit.

Nuceria obsidione cincta.

Inopia cō meatuum compulsa ad deditionem

Caroli fœcunditas in impios Christianos.

Saraceni subjecti seruituti. Plures ad baptismū traducti.

a Mon. Pad. chron. l. 3. & 4.

b Bern. in chron. Rom. Pont.

4 Proferre etiam latius in Græcia imperium meditatum Carolum, atque Achaiæ & Peloponnesi principatum posteris adimitate peperisse, refert Ptolemæus Lucensis c: *Hoc anno*, inquit, *Domini* MCCLXIX. *Carolus videns se in dominio prævalere, iam incipit versus orientem suam potentiam dilatare, Vnde matrimonium pro filio suo Philippo contrahit cum filia principis Achaia: ex quo matrimonio principatum acquirit. Tum constituto in Tuscia suo vicario domino Ioanne Bertaldi, & parte sua in dicta provincia prævalente, militiam mittit de Apulia contra Palæologum, quia imperium Constantinopolitanum non iusto titulo occupauerat, vt supra est dictum: cui aliquando bene cessit cum ipso, aliquando male.*

c Ptol. Luc. hist. eccl. l. 22. c. 40.

Philippus Caroli filius Achaiæ principis filiam vxorem ducit. Inde principatum dotalem obtinet.

5. &c. Dum vario eventu dimicaret cum Græcis schismaticis Carolus, ipsius frater Ludouicus Francorum Rex, protectionem in Syriam parabat: quem ad laborum & gloriæ societatē pellexisse Eduardum Anglici sceptri heredem, illiq; ingentem auri vim mutuasse adiectæ Parisio appendicis auctor refert. Cui profectioni Rex Aragonum se quoque accingebat; quod & Sanutus monumentis tradit d: *Eodem anno*, inquit, *Rex Aragonum ad terram sanctam veniebat successum, & quarta die valida tempestate exorta pene naufragium passus cum parte sioli redijt: pars vero altera, in qua erant duo eius filij illegitimi, putant Regem processisse, ad Ptolemaidam vsque pervenit. Rex autem pericula maris ac corporis perhorrescens, amplius transfretare noluit. Accidit autem, vt infans Regis prædicti prædictum immediate bellum cerneret, vellentque Christianis in auxilium proficisci: fuit tamen illi propter Turcorum multitudinem dissuasum.* Ita irrita cecidit Aragonum in Syriam experitio; ac præcipue, vt aiunt, meretricis artibus, cuius amoribus Iacobus erat irretitus, ignaue sumpta ex tempestate quam erat passus occasione. De quo hæc Bernardus scribit e: *Iacobus Rex Aragonum cum regio apparatu & multitudine*

Eduardus solicitatus a S. Lud. ad profectionem.

Alias Iacobus rex Aragon in Syriam nauigare parat.

d Sanut. l. 3. p. 12. c. 9. Iord. ms. f. Vat. sig. n. 1960.

e Bern. vbi sup. Sanct. l. 3. c. 7. c.

Pellicis suasu pium consilium abijcit.

Clementis IV. de eo oraculum.

tudine pugnatorum mare ingreditur in subsidium terræ sanctæ: & præmissa parte suorum, ipse rejicitur, vt dictum fuit, consilio mulieris: quem re vera Dominus in suum voluit holocaustum. Ita Clementis quarti dictum a verissimum repertum est, cum Iacobo, glorianti se arma sua Crucifixi obsequio consecrasse, respondit, Christum eius obsequio non egere, qui ipsum impudicis voluptatibus in suo corpore crucifigeret. Ad fulciendas vero facilius labentes res Syriacas proceres finitimum Cypri Regem Hugonem ad solium Ierosolymitanum euocarunt, vt refert Sanutus b pompa.

a 10.2. ep. 29.

b Sanut. l. 3. p. 12. c. 9. Armatæ acies in aere concurrere.

2. &c. Dum vero ita occidens sacri belli apparatum faciebat, in aere concurrere armatæ acies visæ sunt. Id vero ostentum sæpius in Polonia hoc anno obiectum, narrat Longinus c: *Duo*, inquit, *exercitus armati & equestres acriebus hostilibus & infestis inter se concurrere, & durum certamen gerere conspecti sunt: quod ne perniciem reipublicæ Polonorum portenderet, a devotis, & religiosis viris Deo omnipotenti supplicationes, & obsecrationes habitæ sunt:* hæc Longinus. Ijs similia, quæ in Machabæorum libris ostensa, & a magno Gregorio enarrata, cum Longobardi Italiam inuasuri essent, referuntur. Eiusmodi enim ostentis præmunire populis calamitates Deus consueuit, vt ad mollicndam lacrymis & precibus ipsius iram sese comparent: quemadmodum cecinit psalmographus d: *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant a facie arcus; vt liberentur dilecti tui.* Nec minora prodigia sequenti anno populos exterruisse tradit auctor: in Silesia nimirum Odram & Nissam fluuios tribus diebus cruenta aqua fluxisse, atque in eadem regione æstiuo tempore cælum sanguine pluisse,

c Long. hist. Pol. l. 3.

Iudicta ad placandū Numen solennes supplicationes

d Psal. 59.

Fluuij sanguineis aquis fluere visi.

IESV CHRISTI
Annus 1270.

SEDIS VACANTIS annus 2. VACAN. IMP. OCCID. 20. MICH. PALÆOL. IMP. OR. 10.

1. &c. EXterritus Palæologus ingenti bellico apparatu S. Ludouici Francorum Regis, ipsiusque fratris Caroli Regis Siciliæ, qui dominatum suum proferre in Græciam cœperat, potentia, ne coniunctis armis Balduinum Græcorum schismatis odio, Constantinopoli restituerent; S. Ludouico ad damnandum Græcorum schisma paratissimum se obtulit. Quippe nouerat ipsum orthodoxæ fidei propagandæ desiderio ardere; eumque omnium controuersiarum, quæ in redintegranda ecclesiarum coniunctione occurrerent, arbitrum delegit; memineritque Pachymerius e de oratoribus ea de causa missis. At Rex sanctus, qui vt cæteros principes reliquis virtutibus, ita demissione Christiana, atque in sedem Apostolicam obseruantia vincebat, id munus sibi arrogare recusauit; respondit que Græcorum Imperatori, preces suas ad sedem Apostolicam, vt in Ecclesiæ sinum admitteretur, adhibiturum. Optabat enim (vt antea vidimus agitatum) vt Palæologus nouo astrictus fœdere Græcorum arma in Saracenos verteret: tum ejus oratores ad Cardinalium collegium dimisit. Quibus exceptis senatus sacer S. Ludouico amplissimas grates ob nauatam operam reuocandis ad Ecclesiam catholicam schismaticis egit f, ac Rodulphum Apostolicæ sedis legatum in S. Ludouici castris certiorem factum de omnibus, quæ sub Vrbano IV. & Clemente IV. a pontificijs apocrisiarijs gesta essent cum Græcis, auctoritate ad rem cum ijs componendam instruxit hisce literis.

Palæologi Græcorū cum Rom. eccles. cōtrouersias S. Lud. permittit.

e Pachym. hist. Gr. l. 5.

Is iem te tam ad Cardinales refert f Ext. cor. sit in form. Mar. Ebul. pag. 9:

Demandata legato Apost pro unctia vt Græcos conciliet Ecclesiæ.

4 *Executionem prædicti negotij fraternitati vestræ præsentium tenore committimus, vt in ipso iuxta præmissarum eiusdem domini Papæ Clementis literarum tenorem; quem vobis sub sigillis nostris de verbo ad verbum sine immutatione aliqua destinamus; secundum datam vobis a Deo prudentiam procedentes, Imperatorem, clerum, & populum memoratos ad eiusdem fidei orthodoxæ professionem & acceptandam, & recipiendum ipsius ecclesiæ Romanæ primatum iuxta subscriptam formam, idoneis securitatibus & cautelis adhibitis, admittatis. Volumus siquidem quod in concilio de Græcis generaliter congregando, memoratus Imperator, patriarcha Græcorum, archiepiscopi, episcopi, archimandritæ, abbates, & alij ecclesiarum prælati, clerus & populus supradicti eandem fidei veritatem & primatum ecclesiæ Romanæ, iuxta seriem in præmissis literis eiusdem domini Papæ Clementis expressam; plene ac aperte hoc modo recognoscant, acceptent, & profitentur, præstito iuramento. Ego.. Græcorum Imperator, &c.* Subditur huiusmodi fidei & iurisiurandi formula. *Dat. Viterbij id. maij anno Domini* MCCLXX. *A postolica sede vacante.*

Decernunt Cardd vt Græci præscriptam ab Vrb. & Clem. fidei professionem edant

5. 6 Exaratæ hæ literæ videntur, antequam S. Ludouicus iter ad debellandos Saracenos ingrederetur: cuius profectionem describens Nangius a, ait S. Regem nauibus iam in portu aquarum mortuarum paratis vna cum filijs ac proceribus ad S. Dionysium patronum suum ex veteri Regum more accessisse; multisque fusis precibus beatis martyribus Dionysio, Rustico, & Eleutherio, ex altari S. Dionysij, ad quem Vexillum comitatus, quem Francorum Reges fiduciario titulo ab ea ecclesia accepere, vexillum signiferi iure, vt Vexillifini comites suscipere erant soliti, cum pera & baculo peregrinationis extulisse: tum de singulari eius animi Christiana demissione erga viros religiosos hæc prodit: *Ad capitulum monachorum illius ecclesiæ perueniens, ipsorum pro se & filijs suis orationum suffragia petiturus, tam humiliter cum ipsis in capitulo resedit, quod nec locum vbi pueri soliti sunt sedere, vt de loco abbatis & ceterorum monachorum taceam; sed gradum inferiorem de sex gradibus, per quos ad abbatis sedem ascenditur, sibi elegit: totumque regnum Franciæ martyrii Dionysij protectioni deputans, cum lacrymarum fluminibus tam nobilium quam populi circumstantis, prius sancti clavi, & Corona benedictione percepta, ab ecclesia est egressus.* Ingressus mare kalendis martij, atque alto inuectus cum esset, tempestate classis iactata est: ac maxima cum difficultate ad Calaritanum Sardiniæ portum appulit.

a Nang. de gest. S. Lud. S. Ludouici regno discessuri ad sanctos supplicatio.

Vexillum accipit.

Singularis in tanto Rege demissio.

Tempestate iactatur Appellit Sardiniam

7 Dum in eo portu consistebat, Rex Nauarræ, Alfonsus Pictauiæ & Guido b Flandriæ comites, Ioannes maior natu, comitis Britanniæ, alijque proceres applicuerunt: *Et venientibus*, inquit Gaufridus de Belloloco, *cunctis maioribus exercitus coram Rege, habitum est commune consilium, & confirmatum, quod prius irent ad expugnandum regnum Tunicij, antequam in terram sanctam siue in Ægyptum transirent. Rationes autem, quæ dominum Regem ad hoc plurimum induxerant, ad præsens, sicut credimus, expedit assignare propter admirationem & murmurationem multorum, quibus potius videbatur quod recto itinere ad succursum terræ sanctæ transire debuisset. Siquidem c antequam dominus Rex hanc crucem vltimam assumpsisset, multos nuncios receperat a Rege Tunicij: & similiter Rex noster plures nuncios remiserat ad eundem. Dabatur enim sibi a fide dignis intelligi, quod dictus Rex Tunicij bonam voluntatem ad fidem Christianam haberet, & valde de facili*

b Meyer. ann. Fland. l. 5. hoc anno m. Margareta Constantiæ. Illi adiunctæ copiæ.

c Hic. 4 K. Præseruerat Tunetanus suscipiendi baptismi desiderium

Quanto arderet zelo S. Ludouicus illius conuertendi.

facili posset fieri Christianus: dummodo occasionem honorabilem inueniret; & quod salvo honore suo & absque metu Saracenorum suorum hoc complere valeret. Vnde Rex catholicus cum multo desiderio quandoque dicebat: O si possem videre, quod fierem tanti filioli compater & patrinus! Et ob hoc sub spe ista aliquando voluit se transferre versus partes Carcassona & Narbona, quasi terram suam visitaturus; vt si dicto Regi Dominus inspiraret perficere quod proposuerat de suscipiendo baptismo, huic pio operi propinquior esse posset.

8. 9 *Hic non silendum arbitror, quod cum in ipso anno, quo pius Rex debuit vltimo transfretare, Rex Tunicij misisset ad eum solemnes nuntios; & in festo B. Dionysij Rex faceret quemdam Iudaeum famosum in ipsa ecclesia dicti B. Dionysij solemniter baptizari, ita quod Rex ipse cum multis magnatibus ipsum de sacro fonte leuaret; voluit quod dicti nuncij Regis Tunicij solemnitati illius baptismatis interessent. Quibus Rex vocatis ex magno affectu dixit: Dicite ex parte mea domino vestro Regi, quod ego tam vehementer salutem animae ipsius desiderio, quod vellem esse in carcere Saracenorum omnibus diebus vitae meae, ibidem claritatem solis non visurus de caetero, dummodo Rex vester & gens sua ex vero corde fierent Christiani.* Nonnullisque interiectis: *Cogitauit itaque, quod si tantus exercitus, tamque famosus apud Tunicium subito applicaret, dictus Rex Tunicij vix posset apud Saracenos suos tam rationabilem occasionem habere suscipiendi baptismum: videlicet vt per hoc posset mortem euadere tam sui ipsius, quam eorum qui secum vellent fieri Christiani: & sic etiam regnum suum sibi pacifice remaneret. Praeterea Regi dabatur intelligi, quod si omnino praedictus Rex nollet fieri Christianus, ciuitas Tunicij erat valde facilis ad capiendum; & per consequens tota terra. Suggerebatur insuper Regi, quod ciuitas illa plena erat argento & auro, ac diuitijs infinitis: vtpote quae a multis retro temporibus a nullo fuerat expugnata. Vnde sperabatur, quod si. Deo volente. dicta ciuitas a Christiano exercitu caperetur. ex thesauris ibidem inuentis posset acquisitioni & restaurationi terrae sanctae multum efficaciter subuenire. Caeterum cum de terra Tunicij venire soleret magnum subsidium soldano Babyloniae tam in equitaturis, quam in armis & bellatoribus in grauamen & nocumentum plurimum terrae sanctae: crediderunt barones nostri, quod si pestifera radix illa Tunicij posset penitus extirpari, ex hoc terra sancta & toti Christianitati vtilitas maxima proueniret. Cum igitur scriptum sit, quod vbi vnam propter alterum, ibi tantum alterum vnam, cum via apud Tunicium proprie aggressa fuerit ad honorem Christiani nominis ampliandum; & specialiter ad terrae sanctae vtilitatem, & faciliorem succursum; non videtur via apud Tunicium contraria voto crucis, sed potius vna & eadem: vtpote quoddam adminiculum & praeparatio ad terram sanctam citius & commodius restaurandam. Propter hos & quasdam alias rationes viam apud Tunicium aggressi sunt. Quod si aliter de via illa successit, quam a fidelibus speraretur, peccatis nostris, atque nobis occulto Dei iudicio debemus potius imputare.*

Si exitus consilio nō respondeuit cui res adscribenda sit.

Conceptæ de cōspectu

E Tuneti expugnatione rei christianæ amplificatio pendere visa.

10 Velis igitur datis ventis, in Africam classis inuehitur; exscensuque facto Carthago alterius celebratissimae Carthaginis ruinis impolita, leui conatu in Christianorum potestatem redigitur a. Inde ad cingendum obsidione Tunetum, quindecim milliaribus distitum, Christianus exercitus incumbit. Comparauit maximas copias barbarus, ac leuibus velitationibus nostros lacessere coeperunt, qui generose ipsorum impetus propulsauere; tardius tamen circa Tuneti expugnationem actum est, cum Rex sanctus vrbem non adoriri decreuisset, nisi Rex Carolus frater vna cum validissima, quam ornauerat, classe peruenisset. Interea ex aquae dulcis inopia, commeatuum corruptione, aeriisque intemperie, pestilentia exercitum Christianum inuasit: ac primum ignobiles grassari coepit, deinde proceres infecit. Augebant malum Saraceni, qui quoties ventus validior afflaret, magnum equorum numerum in altos arenae montes adducebant, eosque agitabant, vt sparsa equorum pedibus arena elata, atque impulsa vento nostrorum castra aspergeret, vnde aerem non leuiter inquinari contingebat, vt refert Ioannes Villanus a. E nobilitate primus Ioannes Tristannus Niuernensis comes S. Ludouici filius, morbo correptus, e viuis discessit: adeptus id nomen erat ex patris calamitate, cum eo anno quo ab Aegyptijs sanctus Rex in seruitutem abductus fuerat, natus esset. Deinde Radulphus b Cardinalis legatus episcopus Albanensis, de quo nos plura antea, occubuit: quodque ingentem luctum omnibus artulit, ipse S. Ludouicus lethali morbo correptus est. De hoc Tunetano bello, a S. Ludouico suscepto, ac lue in nostrorum castris grassata, meminit Pachymerius c, eamque ob relicta inhumata corpora auctam obseruat, dum ait a Palaeologo Imperatore carthophylacem Beccum & archimacorum Melitenioten (viros nimirum catholicos) ad Regem Francorum missos, vt Carolum fratrem Regem Siciliae ab inferendo Constantinopoli bello auerteret: sancto vero Rege (quem recti obseruantissimum fuisse schismaticus auctor testatur) morte oppresso, consilia, ob quae venerant, discussa: ea porro de orientali ecclesia, interprete ipso S. Ludouico, ad sedis Apostolicae obedientiam reuocanda fuisse, e superioribus Cardinalium literis colligi posse videtur. Caeterum pijssimus Rex iam praeclari operis praemia in caelo breui accepturus, diuinae prouidentiae tuam accommodans voluntatem, in diuinis laudibus totum morbi tempus consumebat, vt Nauarrae Rex, qui aderat, ad Tusculanum episcopum Cardinalem postea scriptit: cui alij fide dignissimi viri, qui similiter interfuere, vt Guillelmus Carnotensis, & Gaufridus de Bello loco consentiunt, e quorum postremo historiae veritatem petemus d.

Commeatuum inopia contagio in castris exorta.

a Io Vill. l. 7. c. 37.

Crebra nostrorum funera.

Ioannis Tristanni.

Et Radulphi Card. A. S. L.

b Albert Argent. in ann 1273.

S. Ludouici aegrotando.

c Pachym. hist. Graec. lib 5.

Accedunt ad ipsum e in Tuneta nis castris Graecorum oratores.

Cur is tractatus intermissus.

d Gaufr. vbi sup. c. 4.

11. *&c. Febre*, inquit, *continua infirmatus lecto decubuit. Et mulescente morbo, omnia ecclesiastica sacramenta Christianissime & deuotissime suscepit, sana mente & integro intellectu: ita quod cum ipsi sacramentum extremae vnctionis exhiberemus, & dicerentur septem psalmi cum litania, ipse in psalmis versus dicebat & in litania sanctos nominans, eorum suffragia deuotissime inuocabat. Cum autem iam signis euidentibus appropinquaret ad finem, de nullo erat solicitus, nisi de vs, quae ad solum Deum & exaltationem fidei Christianae proprie pertinebant: ita quod, cum iam non nisi submisse & cum grauamine loqui posset, nobis adstantibus & ad verba eius autem adhibentibus, vir Deo plenus & vere catholicus dicebat: Pro Deo studeamus quomodo fides catholica possit apud Tunicium praedicari, & plantari. O quis esset idoneus vt mitteretur ibi ad praedicandum! Et nominabat quendam fratrem ordinis Praedicatorum, qui alias illuc iuerat, & Regi Tunicij notus erat. Ecce qualiter verus Dei cultor, & fidei Christianae constans relator beatam vitam suam in confessione vera fidei consummauit. Cum autem virtus corporis eius atque sermonis paulatim deficeret, non cessabat tamen sanctorum sibi deuotorum, sicut eciti loquendo poterat, suffragia postulare, maxime autem beati Dionysij, specialis patroni regni sui; vnde in statu illo cum quodam susurro ipsum pluries replicantem audiuimus finem illius orationis, quo de*

Pie ecclesiastica sacramenta excipit S. Ludou.

In ancipiti mortis discrimine pro fidei amplificanda aestuat.

Carthago primo impetu capta,

a Gaufr. c. 42. 43 in vit. S. Lud. & Ioann. a Vat hist. fig. n. 960.

Suos Deo ardentissime commendat.

B. Dionysio canitur, scilicet: *Tribue nobis quæsumus Domine prospera mundi pro amore tuo despicere, & nulla eius aduersa formidare. Et hæc verba multoties iterabat. Similiter principium orationis de S. Iacobo Apostolo: Esto Domine plebis tuæ sanctificator & custos, pluries replicabat; & de alijs sanctis deuotam memoriam faciebat. Ad extremam igitur horam veniens Christi seruus, super stratum cinere respersum in modum crucis recubans, felicem spiritum reddidit Creatori: ea scilicet hora, qua Dei Filius pro mundi vita in cruce moriens expirauit. Migrauit autem ad Dominum in crastino B. Bartholomæi Apostoli circa nonam, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo 4.* Hactenus Gaufridus de Belloloco, qui etiam tradit sanctum Regem, cognita quasi cælitus imminente morte, successoribus sceptri Gallici saluberrima documenta b testamenti vice proposuisse: ac sermone Gallico, antequam morbo hoc lethali implicitus foret, in charta descripsisse; quæ Latinis verbis donata adducit.

Felix eius obitus. Documenta posteris testamenti vice relinquit.

a Gaufr. c. 14
b Ext. apud Fund. c. 15. Nang. de gest. S. Lud. Sur. in vit. eiusd. sancti 25. die aug. Gagnin. hist. Fran. in S. Lud. & alios.

18 Præclarissima etiam alia monita e scripsit. Rex sanctissimus ad Isabellam filiam, Reginam Nauarræ, quibus ad transferendum omnem in Deum amorem, ac potius ferenda alacriter exquisitissima supplicia, quam lethale crimen committendum; reuerentiam erga sacra, sæpius expiandam exomologeseos conscientiam, aliaque pietatis sectanda opera hortabatur. In quibus omnibus cum sanctitatis Christianissimi Regis splendor mire emicet, nonnulla alia ad eam in illustriori luce collocandam attexere placuit. Vtque in primis prætereamus Albigensium hæresim eius virtute ac studio excisam, Græcos schismaticos ipsius armorum terrore, ad eiusdem arbitrium Romanæ ecclesiæ se subijcere paratos obtulisse, præditum ingentibus adeo animis fuisse, vt in Asiam & Africam aduersus fidei hostes bellum traduxerit; qua laude a Pachymerio d Græco auctore celebratur; eiusdem auspicijs atque ope Romanam ecclesiam a Manfredi & Saracenorum Luceriæ tyrannide fuisse vindicatam; auctum adeo eius prudentia Gallicum nomen, armisque floruisse, vt Siciliam, deinde Pannoniam stirpis Gallicæ principes tenuerint: prouectam adeo rem literariam, vt Sorbonica academia suum illi decus debeat, cum is regijs studijs Ioannem Sorbonum, tanti auctorem operis, arctissime complexus sit e.

Infignia S. Lud. elogia.

a Pachym. hist. Græc. lib. 5.

Silentio prætereunda non sunt quæ de eo monumentis mandauit Gaufridus de Belloloco f: *Ego*, inquit, *quamuis insufficiens, dicti domini Regis confessor extiti per viginti annos, vel circa; & confessionem eius generalem audiui totiet, quod vices numerare vix scirem. Ad honorem igitur Dei dico, quod ipse per totam vitam suam nunquam aliquod peccatum mortale committi scienter, quod ego auderem iudicare mortale. Nec* g *omittendum, quod postquam de transmarinis partibus est reuersus, semper duos voluit confessores, vnum de ordine fratrum Minorum, & alium de ordine Prædicatorum; vt si vnum habere non posset, alium paratum haberet, & vt per hoc amorem ad vtrumque ordinem ostenderet & seruaret.* Consuesse h sexta quaque feria recurrente expiare sacra exhomologeseos conscientiam, & dein sacerdotis manu catenulis ferreis diuerberari, refert idem auctor; macerasse sæpius cilicio teneram carnem ad recolendam dominicam passionem; liberalem in pauperes, seque ad leprosorum etiam pedes abluendos abiecisse. De rerum vero cælestium contemplatione, ac singulari in fundendis precibus pietatis sensu hæc tradit i.

f Gaufr. de Belloloco.

Eximia in eo conscientiæ puritas.

g Cap. 16.

h Cap. 16. &c.

Aliæ ipsius virtutes.

i Cap. 21.

Quo studio ad diuina assurgebat.

19. &c. *Omnes horas canonicas, & etiam de B. Virgine cum eam quotidie audire volebat; etiam si eas in itinere equitando audire contingeret, nihilominus eas inter se & capellanum suum tam de die, quam de B. Virgine submisse dicebat. Insuper officium mortuorum quotidie cum nouem lectionibus, etiam in festis quantumcumque solemnibus, dicebat cum capellano suo. Raro accidebat, quin quotidie duas missas audiret; & frequenter tres, vel quatuor. Cum autem audiuisset, quod nobilium aliqui murmurabant super hoc, quod tot missas, tot sermones audiret; respondit, quod si in duplo tempore poneret in ludendo ad aleas, & cursendo per siluas pro venationibus & aucupijs, nemo super his loqueretur. Aliquando tempore in consuetudinem duxit circa mediam noctem surgere ad matutinas, a capellanis suis & clericis in capella cantandas; vt post matutinum rediens ante lectum suum quietum spatium orandi haberet. Sed cum ipsum nihilominus oporteret propter infantia negotia ad primam surgere satis mane, & ex his vigilijs corpus eius & caput maxime non modicum debilitari & grauari posset: acquiescit consilio & precibus diffentorum: videlicet, quod ad matutinas surgeret tali hora, quod post modicum spatium primam, & missas & horas earum continue posset audire.* Et infra: *Lacrymarum gratiam plurimum affectabat, & super hoc defectu confessori suo pie & humiliter conquerebatur, familiariter ei dicens, quod quando in litania dicebatur vt fontem lacrymarum nobis dones: deuote dicebat: O Domine fontem lacrymarum non audeo postulare, sed modica lacrymarum stilla mihi sufficerent ad cordis mei ariditatem & duritiam irrigandam. Aliquando etiam confessori suo familiariter vt ognomi, quod quandoque Dominus in oratione aliquas lacrymas sibi dedit; quas cum sentiret per genas suauiter ad os influere, non solum cordi, sed gustui suo dulcissime sapiebant. Congregationes religiosorum frequenter ac deuotissime visitabat: & ab eis pro se et amicis suis viuis ac defunctis piarum orationum et missarum suffragia humiliter et flexis genibus in capitulo stipulabatur. Fidelissimas erat ad orandum et faciendum orari pro familiaribus suis, seruientibus suis, et amicis defunctis.* His contentanea tradit Guillelmus Carnotensis a.

Singularis in tanto Rege Christiana demissio.

a Guill. Carnotens. in vit. S. Lud.

23 Peruulgato S. Regis obitu, acerbissimos fletus Christianus exercitus fudit: audacia vero, & animi creuere barbaris: qui ocyus compressi aduentu Caroli Siciliæ Regis fuere. Quam enim victoriam Rex sanctus non retulerat, volente diuino Numine ipsius patientiam exornare, vt pulchriorem triumphum in cælo ageret; fratri peperit. Atque etiam precibus suis, vt credi par est, a Deo obtinuit, vt vis morbi, quæ in castris serpebat, remitteret; ac lapso plurimo imbre frangeretur. Recreati Siculi Regis aduentu Christiam, ac plurium aliorum procerum; tum Philippo S. Ludouici filio Francorum Rege salutato, Tunetum arctiori obsidione cinctum est; hostisque, cum aliquando innumera multitudine erupisset, repressus a Francis. Tum Carolus, vt militari arte valebat, conserto prælio simulata fuga eos elicuit; quos postea, conuersa fronte maxima strage fudit. Quo tempore magna barbarorum multitudo, quæ fossas ingentes excauarat, vt in eas Christianos incautos alliceret, in eas, omnem aliam cogitationem metu adimente, prorui. In quam id propheticum b interqueri potuit: *Incidit in foueam quam fecit.* Poterat Tunetum expugnari; sed agente maxime Carolo, alijsque principibus, percussum cum barbaro fœdus his legibus, quas forcatus affert. c: *Promisit*, inquit, *Rex Tunecy, quod omnes Christiani in regno suo capti dimittentur; & quod, monasterijs ad honorem Christi in omnibus ciuitatibus regni illius constructis, fides Christi per Minores & Prædicatores libere prædicari valeat, & etiam*

Aduentu Caroli Siciliæ Regis recreati fideles.

Barbari, qui Tuneto erupuerant, deleti a Carolo.

Insidiæ, quas parabant Christianis, pependerunt.

b Isai 7.

Tunetanus Rex pacem expetit.

c Ioan. mon. Sanvictorin. an. 1260.

Caroli Regis Hispaniarum effectus.

per

per quoscunque alios; & quod baptizari volentes nullo modo prohiberentur. Factusque est tributarius Regi Carolo: nam paratis machinis, & alys necessarijs, per terram & per aquam Tunicium oppugnare disponebat. Hanc etiam conditionem adijcit monachus Patauinus a, ne cum bellum Saracenicum gereretur in terra sancta, tribus millibus militum stipendia daret. Cum vero iussus esset Tunetanus Rex Carolo Siciliæ Regi beneficiarius esse, ac tributum, quod alij Friderici Imperatoris tempore pendere solebant, persoluere: inde scutata ipsi inuidia est, quasi supremis ductus vngere requisset: cum si captiuum Tunetum esset, praeda cum alijs principibus diuidi debuisset. Id vero maxime damnauit Eduardus Angliæ Regis filius, qui post acceptas datasque pacis leges cum classe suorum appulerat, vt Vvestmonasteriensis b narrat.

a Nau. Pat. in chr. l. 3.

Carolus fuis potius commodis quam fidei causæ consuluisse accusatus.

Eduardus Anglici sceptri heres in Syriam vela facit

b Vvest. Flo. hist.

34 Sperari poterat ex soldani manibus terram sanctam liberandam, si cum Eduardo iuncta ille crucesignatorum exercitus in Syriam vela conuertisset: quem quidem cæleste Numen ob non perfectum votum percussisse visum est; cum enim Siciliam peteret, exorta tempestate classis magna pars hostilibus hausta est: ac maxima ex parte thesaurus a Tunetano Rege acceptus mari perijt: quibus de rebus agunt Matthæus Vvestmonasteriensis c, Iordanus d, Amoracchus Patauinus e, & alij. Nec malorum is finis extitit; ea enim funera nouis Theobaldi Regis Nauarræ, qui aduersa valetudine tentus Tuneto discesserat, funeribus, cum ad Drepani portum appulisset, cumulata fuerunt. Cuius vxor Isabella S. Ludouici filia, moribus regijs virtutibusque ornatissima, perpetuæ commentitiæ fidei addixit: & Nauarræ regnum, ac Briæ & Campaniæ comitatus Theobaldi frater Henricus capessiuit f. Quanco vero rei Christianæ damno Syriaca expeditio a Regibus intermissa, & repetitus occidens fuerit, dicetur inferius. Quo tempore adiectæ Parisio appendiciæ auctor air g, (quamuis male in annum sequentem referat) Anglorum naues iactatas quidem grauissime, sed incolumes seruatas: atque Eduardum, animaduersa diuina vltione, nouo peregrinæ Ierosolymitanæ expeditionis voto se adstrinxisse quàcunque superstes foret, etiam si ab alijs deseretur: & cum in Aconem vela recisset, feliciter ad seruandam vrbem, applicuisse.

c Mon. Rad. chro. l. 3. Theobaldi Regis Nauarræ mors.

d Iord. ibid. bibl. fgm. n. 3960.

e Comm. Patauin. sub an. 1271.

25, 26 Et quidem extremis rebus Eduardi aduentum saluti fuisse, cum ingenti obsidione pressa Ptolemais in eas angustias esset adducta, a Bendocdare, vt intra paucos dies deditionem factura esset, tradit Vvestmonasteriensis h. Defensam illius virtute ab extremo exitio testatur Gregorius X. in literis ad præsules Anglos i, quos ad subsidiarium illi Edmundoque fratri aurum conferendum intra pontificatu solicitauit. Delusum spe sua soldanum extremos impetus ad expugnandam Ptolemaidē effudisse, addit Matthæus Vvestmonasteriensis: quos cum Eduardi & obsessorum audacia & viribus frangi videret, belli molem alio conuertisse, ac duas arces ab eo erectas esse Hospitalarijs: cum non ijs polleret viribus Eduardus, vt cum hoste signa conferre posset. Ex quibus apparuit quam fuisset optandum, vt Galliarum & Siciliæ Reges cœptum bellum essent prosecuti, quo intermisso Gallicas res perturbatissimas, & Carolum aduersis casibus conflictatum visuri sumus.

b Vvest. Flo hist. ann. 1269

i M. f. Vall fgm. hist. C. n. 49.

Ptolemais virtute Eduardi obsidione liberata.

b Vvest. Flor hist. sub an. 1269.

27 Delectus porro concepta de Regibus ingenti spe Aytonus Armeniæ Rex, cum nec Abaga, qui Tartaris in Perside imperabat, auxilia ferre posset, pacem cum Bendocdare pro Liuone filio ex Ægyptiaco carcere redimendo iniquis legibus composuit; de quo alter Aytonus hæc historiæ tradidit a: *Rex vero Armeniæ, qui semper foluere conabatur ad destructionem infidelium non posse, intellectis infelicissimis rumoribus regni sui, fuit animo mirabiliter perturbatus: & die noctuque cogitabat qualiter Saracenos posset inferre grauamen: vnde multoties inducebat Abagan & Tartaros ad destructionem sectæ pessimi Mahumeti, & Christianorum subsidium & inuamen. Sed Abagan propter guerram, quam habebat quotidie cum vicinis, se sæpius excusabat. Rex Armeniæ vero, perpendens quod non poterat ad præsens habere subsidium Tartarorum, misit suos nuntios ad soldanum Ægypti, & treugas cum ipso iniuit, & firmauit, hoc faciens, vt de Saracenorum carceribus posset redimere natum suum. Vnde soldanus promisit Regi, quod si sibi redderet quendam suum socium nomine Sangolescar, qui captiuus penes Tartaros tenebatur: & sibi restitueret castra ciuitatis Halappi, quæ occupauerat tempore Haoloni; filium restitueret pristinæ libertati. Soldanus itaque restituit filium Regis, & recepit socium suum; & Rex restituit soldano castrum de Temprisck, & alia duo castra fecit dirui ad requisitionem soldani: & hoc modo filius Armeniæ Regis fuit de carceribus liberatus.*

a Ayton. hist. orien. c. 32. Ayton Rex Armen fœdus cum Bendocdare pacisci tur.

Liuonem filium redimit.

28 *Post hæc Rex Aytonus bonæ memoriæ, qui quadraginta quinque annis regnum tenuerat, & multa bona fecerat Christianis, regnum & dominium suum contulit & concessit filio suo Dn. * Tuneto de Ægypti carceribus liberato: & ipse renuntians pompis huius sæculi est religionem ingressus: & vocatus fuit Macarius mutato proprio nomine secundum consuetudinem Armenorum, qui quando ingrediuntur religionem, nouum faciunt sibi nomen. Et post modicum temporis spatium Rex Aytonus requieuit in pace anno Domini* MCCLXX. Consentit Iordanus b Aytono in consignando Aytoni Regis obitus tempore: nec tamen desunt qui ad septuagesimum secundum huius sæculi annum vitam propagasse dicant c. Sed ad Liuonem filium reuocamus, de quo ait Aytonus historicus: *Ille autem Rex Armeniæ supra nominatus fuit sapiens atque prudens, & suum regnum prouide gubernauit. Diuitius fuit valde tam a sua gente, quam a Tartaris; & ex toto animo studuit destruere Saracenos.* Hactenus de rebus orientalibus: nunc ad occidentales multis insignibus funeribus lugubres redeamus.

Trãsmisso illi sceptro religiosæ vitæ se addicit.

* Liuone Pie mortuo.

b Iord. m. f. Vat fgm. n. 960.

c Nau. l. 3. p. 12. c. 12. Ad. Mus. hist. orien. c. 34. Liuo fortiter in Saracenos dimicat.

d Stero apud Conis. antiq. lect. to. 1. pag. 300.

e Long hist. Pol. l. 7. hoc ann.

29 Planxit hoc anno Pannonia Belæ Regis fratris S. Elizabeth obitum, qui vel senio confectus, vel superioribus malis attritus in Bindensi ciuitate vitæ cessit d, ac Stephanum filium sceptri hæredem reliquit. Consentit Henrico Steroni de mortis tempore Longinus e, qui Boleslai Pudici Cracouiæ ducis socerum fuisse adijcit, & corpus eius Strigonij in fratrum Minorum templo, quod magnificentissime excitarat, conditum: quod cum inde ab archiepiscopo in ecclesiam principem traductum vi fuisset, lite ad summum Pontificem delata, pristino sepulchro restitui iussum est. Addit auctor Stephanum nouum Regem ad lustranda B. Stanislai Cracouiensis episcopi lumina perrexisse, atque a Boleslao leuiro ingenti pompa exceptum, ac vetus Hungaros inter & Polonos fœdus renouatum. Præter Longinum vero ac Steronem, Erphesfordensis f monachus, & Siffridus g de anno mortis Belæ conueniunt, a quibus Hungaricarum rerum scriptorem Bonfinium h miramur dissentire, qui eius mortis tempus in annum MCCLXXV. conijcit, quem Nouatores i, vt temere non discussis rebus omnia, quæ sese offerunt apud quosuis auctores, agglomerant, secuti sunt. At cum dicatur post Andream patrem annis triginta quinque regnasse, atque Andreæ obitus in annum Christi MCCXXXV. incurre-

Bela Regis mors. Stephanus Hungaricam coronam suscipit.

f Erphesf. mon. in addit. ad Lamb. Bert.

g Siffrid. in ep. c. 2.

h Bonfin. rer Hungar. dec. 1. l. 3. & alij.

i Cent. 13. c. 16. col. 1343.

Bonfinius ac Nouatores de Belæ mortis tempore conficti

IESV CHRISTI
Annus 1271.

Indict. 10.

SEDIS VACANTIS annus 3. VACANT. IMPER. OCCID. 21. MICH. PALEOL. IMP. OR. 11.

PEndebat anxia noui videndi Pontificis spe Ecclesia, atque interciſas ſuſpirijs voces fundere videbatur a; *Exurge quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem*; cum Deus totius orbis Christiani lacrymis permotus, Ecclesiæ ſuæ ſummum in terris paſtorem dedit. Sed antequam dicendo agamus, nonnulla præmittenda, quæ tempora præcurrere; ac primum de S. Ludouici exequijs dicendum, quæ hoc anno celebratæ fuere. Iuſſerat ipſe moriturus corpus ſuum a Gaufrido viro religioſo ad S. Dionyſij ædem deferri: ſed Chriſtianis Regibus viſum erat illius reliquias in noſtrorum caſtris firmiſſimum monumentum futuras: quarum pars Regi Carolo fratri tradita, vt Siciliam eo theſauro ditaret; altera a Philippo Rege filio in Gallias delata. De ea quidem, quæ in Sicilia condita, hæc tradit Gaufridus b.

a Pſal. 43.

S. Ludou. reliquiarū pars in Sicilia condita.

2 *Carnes corporis eius excoctas & ab oſſibus ſeparatas, nec non cor & inteſtina ipſius petijt, & impetrauit deuotus Rex Siciliæ a nepote ſuo Rege Philippo. Qui ſuſcipiens ſanctas reliquias, honorifice fecit eas in Siciliam deportari, & prope Paternum in nobili quadam & cathedrali abbatia præcepit recondi cum valde ſolemni atque deuota proceſſione totius cleri, ac populi terræ illius. Quando de Tunicio redeuntes, & Paternum tranſeuntes, dictam abbatiam, virg nobilem ac pulcherrimam viſitauimus, audiuimus a pluribus fide dignis, quod poſtquam ſacra reliquiæ ibi fuere receptæ, multa miracula ibidem, cooperante Domino, acciderunt. Denique cum quanto honore, deuotione, ac reuerentia ſuſcepta ſunt oſſa eius, quæ deuotiſſimus ipſius filius illuſtris Rex Philippus in reditu ſuo de Tunicio ſecum vbique deferri deuotiſſime faciebat; cum quanto deſiderio ac deuotione tam clerus, quam nobiles & populorum innumera multitudo cum ſolemnibus, ac deuotis proceſſionibus vndique concurrerent ad videndum, ſine tangendum loculum, in quo pretioſa eius reliquiæ portabantur, cum dominus Rex tranſitum faceret tam per Siciliam & Calabriam, quam per ſacram vrbem Romanam, & apud Viterbium, vbi tunc domini Cardinales morabantur ad eligendum ſummum Pontificem faciebant, nec non per Bononiam & ciuitates alias Lombardiæ; teſtes ſunt qui tunc aderant cum domino Rege præſentes.*

b Gaufr. Bel loco in vit. S. Lud. c. 47.

Patrata ibi diuinitus miracula. Pars alia a i bil. filio delata.

Quinta ve neratione cultæ ſunt in Italia.

3 Contulerant ſe Reges Philippus & Carolus Viterbium, vt Cardinales, qui maximo Chriſtianæ rei damno diuiſi inter ſeſe ſtudijs erant, ad dandum Eccleſiæ Dei paſtorem ſolicitarent; dumque ibi verſabantur, commiſſum eſt atrox facinus a Guidone de Monteforti Caroli Regis in Etruria præfecto; is enim Henricum Richardi deſignati Romanorum Regis maiorem natu filium in eccleſia orantem neſaria ſicariorum manu ſuccinctus trucidauit. Sed diuina vltio ſacrilegum lento gradu inſecuta eſt; ait enim Ptolemæus Lucenſis c: *Ex qua cauſa ab inde ſemper fuit infelix; & mala morte, copius a Rogerio de Loria, in Sicilia moritur. Vxor ſua facta eſt adultera, & filiæ ſuæ mortuæ ſunt ſine prole: & comitatus eius ipſa vixente totus eſt laceratus.* Verſum eſt crimini Regi Carolo, de Guidone Monforcio pœnas non ſumpſiſſe: quamquam Etruriæ præfecturam d ab eodem Carolo illi fuiſſe abrogatam conſtat. Sed de Guidone pœnitente iterum inferius:

Philippus & Carol. ſolicitant Cardd. vt Pontificem dent Eccleſiæ.

c Ptol. Luc. in annal. & hiſt. eccl. l. 22. c. 43. Diuina in Guidonem vindicta.

d Greg. Lat. c. 64.

nunc

Vaſtat Auſtriam.

a *Stero obi ſup.*

Vladiſl. Salisb. archiep. mors

b Stero apud Canſ. to. 1. pag. 200.

c Long. hiſt. Pol. l. 7.

Egregium ab eo dati caſtitatis exemplum

Margarita Hungara ſpretis Regū nuptiis ſanctiſſime vixit.

Admirandum eius conſilium ad reiiciendam vlcus ſoeditate animæ pulcritudinē

d Ser. to. 2. die 15. Iun.

Corpus ipſius exanime ſuauem odorem ſpirat.

30 Stephanum porro gerendo regno pares virtutes habuiſſe, refert Stero a, & circa feſtum S. Thomæ Apoſtoli, miſſo exercitu in Auſtriam, eam prouinciam, quæ Danubio perfuſa meridiem ſpectat, vaſtaſſe; ac multa hominum millia in ſeruitutem abduxiſſe. His ſimilia atque alia, ad illuſtrandam principis gloriam, affert Bonfinius b; additque ſi diu ei viuere licuiſſet, omnium iudicio optimum principem & clariſſimum futurum, atque inter alia præclara eius geſta Bulgariam debellaſſe, Regemque ſibi ſtipendiarium eſſe coegiſſe.

b Bonfin. de fid. l. 8. §

31 Cæterum funeſtus plane hic fuit annus inſignium virorum morte; præter enim tres Reges, S. Ludouicum Galliarum, Theobaldum Nauarræ, Belam Pannoniæ extinctos, plures alij conſpicui viri e viuis diſceſſere; inter quos annales Sterones c Vladiſlaum archiepiſcopum Salisburgenſem collocant; quibus aſſentitur Longinus d; recenſetque egregium hoc eius caſtitatis exemplum: *Dantē*, inquit, *huic Vladiſlao in adoleſcentia apud Patauium, alias Padua, literis operam, virgo decora forma a patre Patauino, cive quondam diuite, tunc vero inope, quæſtus turpis gratia adducta eſt. Cuius ille conditionem miſeratus, facinuſque proſus, & egenti patri ſubuenit, & virgini pudore ſeruato, etiam dotem contulit. Pro quo quidem opere a ſingulis Paduani ſtudij ſcholaribus celebratus eſt inſigni fama.*

c Stero apud Canſ. to. 1. pag. 200.

d Long. hiſt. Pol. l. 7.

32 E caſtiſſimi viri lugubri interitu ad virginis caſtiſſimæ ac ſanctiſſimæ obitum narrationem traducimus. Ea erat Margarita dicti Belæ Regis ac Mariæ Conſtantinopolitanæ filia, quæ cum a parentibus Deo, vt Tartarorum furorem ab Hungaris auerteret, deuota fuiſſet, tantis virtutibus emicuit, vt victimam oblatam gratiſſimam ei extitiſſe manifeſte conſtaret; ſuſcepti ſeruandæ caſtitatis conſilij adeo tenax fuit, vt oblatas tum Poloniæ ducis, tum Boëmiæ & Caroli Siciliæ Regum nuptias repudiarit, atque in monaſterij ſecreto receſſu religioſis laboribus ſe macerare, quam in eorum regum aula fulgere gemmis, deliciiſque affluere maluerit. Cumque puncupatum virginitatis votum obijcienti reſponſum eſſet, ſummum Pontificem eo voto ipſam liberaturum; ſubiecit ſibi alia remedia ad rem diſcutiendam ſupereſſe, nimirum mares abciſſuram, vt hominum amores ſuo ſanguine præfocaret. Quo etiam reſponſo vſa eſt e, cum rumor increbreſceret Tartaros, quorum libido nulli virgini parcere conſueuerat, immanere; *Certa ſum*, inquit, *deformato meo vultu, ac naribus labriſque preciſis, me non amorem ſed horrorem videntibus incuſſuram, animæque pulchritudinem foditiæ corporis redempturam.* Demonſtrauit etiam Deus integritatis ſponſæ ſuæ puritatem, cum extinctæ tantum ſplendorem contulit, vt ſpectantes admiratione obſtupeſcerent, atque ex eius corpore odor ſuauiſſimus, omnibus aromatibus fragrantior, afflaretur; qui etiam poſt tres menſes perceptus, cum ſepulchrale ſaxum ad ponendum marmor amouerentur,

e Ptol. Luc. in annal. & hiſt. eccl. l. 22. c. 43. Diuina in Guidonem vindicta.

a Guill. e Belloloco in vit. S. Lud. c. 48. Philippi Regis in Galliis ag gressus. Continuatio S. Lud. reliquiæ.

mark S. Ludouici funus efferentem in Gallias Philippum sequamur. De solemnibus, ei a Gallis honoribus tributis hæc refert Gaufridus a

4. &c. *Quod si per plateas terræ ossium sacrorum aliqui transeuntes tum tot & tantis honoribus ac pijs processionibus funera fidelibus populis professa non quis enarrare sufficiat, quando Rex illustris cum piis patris ossibus sanctis Francia regnum intrauit, & per ciuitates & castra regni sui transiuit? cum quam deuotis ac lacrymosis processionibus clerus ac religiosi sibi occurrerent, ac prout dignum erat pie susciperent, atque deuotissime prosequerentur cum inuocatione sacra atque deuota frequentia populorum?* Postrema b apud S. Dionysium in Francia. Et infra, *sepultus est anno Domini* MCCLXXI. *die veneris ante pentecosten.* Patrata a Deo plura miracula precibus S. Ludouici, eiusque ope implorata, dum sacræ exequiæ celebrantur, ac dein consecutis diebus, testatur Guilelmus Carnotensis c.

b Cap. 40. & Chron. S. Dion.

c Guillelm. Carnot. in vit. S. Lud. & Chro. S. Dio.

7. &c. Hoc anno Gregorium decimum summum Pontificem renunciatum, docent Henricus Sedro d, Ptolemæus Lucensis e, & alij. Celebrauerant sæpius Cardinales comitia, atque ob varias dissensiones demum omnem suam auctoritatem saluandi noui Christi vicarij in sex Cardinales, facto compromisso f refuderunt: nimirum Simonem tit. S. Martini, Guidonem tit. S. Laurentij in Lucina presbyteros; Richardum S. Angeli, Octauianum sanctæ Mariæ in via lata, Ioannem S. Nicolai in carcere Tulliano, & Iacobum S. Mariæ in Cosmedin diaconos Cardinales: qui accepta creandi Pontificis potestate, communibus suffragijs Thealdum, Placentinum patria, archidiaconum Leodiensem delegere g.

De Pontificis noui creatione.

d Sicro in annal. apud Cenis to. 1. antiq. lect. pag. 302.

e Ptol. Luc. in ann. & hist. eccles. l. 22. c. 43. & l. 23. c. 1.

f Cardinales dissentientes in sex e collegio compromittunt

g Ex form. Mar. Ebulon. f. apud Vat. pag. 8 n. 123.

13. &c. Designat Nangius creationis illius diem kalend. septembris celebratam his verbis: *Post biennem & nouem menses sedis Apostolicæ vacationem in festo S. Aegidij electus est* h *Theobaldus de Placentia archidiaconus Leodiensis in Papam, cum esset absens in transmarinis partibus apud Accon.* In quo edito compromissi decreto consentit. Cum itaque creatus sit Gregorius Pontifex hoc anno kal. septembris; Clemens vero IV. defunctus tradatur S. Andreæ Apostoli pervigilio, quod in vigesimum nonum diem nouembris incidit, iedem Apostolicam annos duos, menses nouem, dies duos vacasse dicendum est: quod etiam Cardinalis Baronius obseruauit i. De Gregorio hæc Ptolemæus Lucensis k: *Archidiaconus Leodiensis existens vltra mare in Papam eligitur vocatione Placentinus de genere Vicecomitum.* Consentit de patria ac stirpis nobilitate, vt alios omittam, Longinus l perperam tamen Simbaldum appellat. De eius dotibus hæc ex Ptolemeo Lucensi m prodit Ioannes Longinus n: *Mira vir in secularibus experientia, quamuis media literatura, non pecuniarum lucris, sed eleemosynarum in pauperes largitione operam dans: in consecratione autem Gregorius decimus appellatur.* Celebratissimum ob egregias virtutes fuisse consentit Pachymerius o auctor schismaticus, vt supra dixi, atque antequam sacris pontificalibus initiaretur abolendo Græcorum schismati nauasse operam. Decreta autem mox est amplissima a sacro Cardinalium collegio legatio ad renuntiatum Pontificem, qua nonnulli viri religiosi perfuncti sunt; missæque literæ, quibus ipsum p Syria ad se excuerunt.

Pontifice creant Gregorium X. Quo die celebrata electio.

h Theobaldum Nang. de gest. Phil. Reg.

Interpontificij tempus i

i Baron. in scbed.

k Ptol. in annal. hoc ann.

l Longin. hist. rel. l. 7. hoc ann.

De Gregorij X. vitæ ribus.

m Ptol. Luc. hist. eccl. l. 23. c. 4.

n Longin. vbi sup

o Georg. Pachym. hist. Græc. l. 5.

Missi ad ipsum agentem in Syria legati varij.

Grauibus argumentis adductus pontificatum admittit.

10 Non leui admiratione captus hæsit Thealdus coniectos in se Cardinalium oculos, qui neque cardinalitia, neque episcopali dignitate fulgeret: & quamuis initio, cum de se admodum demisse sentiret, respuere dignitatem meditaretur; tot tamen atque adeo grauibus argumentis & rationibus compulsus est, vt delatum honorem admiserit, ne diuinæ voluntati obluctari videretur: atque ad extinguendam discordiam, quæ tamdiu Ecclesiam afflixerat, in occidentem, superatis hybernis procellis, nauigarit. Ferunt q ab Eduardo Angliæ Regis filio magnifice res omnes suppeditatas fuisse. Quæstus vero est comiter Palæologus Græcorum Imperator b, Constantinopolim, vbi maxima pompa, & gratulatione excipiendus fuisse non dubium. Antequam porro mare ingrederetur, Syros ingentium auxiliorum spe ad retundendos Saracenorum impetus confirmasse sanctus r refert; addit que Christianos Saracenici belli mole obruros. Abaghan Tartarorum in Persice Regem concitasse in Bendocodarem ac Saracenos a Tartaris magnis cum cladibus deuictos; rum subdit: *Die vero, inquit, xxiii. nouembris dominus Odoardus & frater eius, Rex Cypri, & tres marchiones & peregrini cum peditibus iuerunt Cæsaream, vt demolirentur Græci. Euntes autem inuenerunt Turchemannos aduenisse, nihil suspicantes aduersi. Incautos igitur præcurrunt, & vsque ad mille quingentos interimunt, quinque millia animalium asportantes; propter lucrum dimittentes principale intentum de terra Græci. Præter quod a Saracenis memoris sunt reputati valoris; & soldanus ipse nuncios Regis Cypri, qui pro treugis obtinendis ad eum iuerant, responsum suum inferri, quia tot & tales in capienda sua munitione defecerant, vt verisimiliter nequaquam credere posset, eos apros ad Terræ Sanctæ regnum suis viribus occupandum.*

Nauigat hieme in occidentē.

p Vincent. Bellouac. hist. Quæritur Palæologus Constantinopolim non dimiserit.

q Apud Cæsar. l. 1. c. 37.

r Sanut. l. 3. p. 12. c. 13. Tartari in Bendocodarem Christianos concitati.

21. Quo tempore Iudæi in Germania atrox & clandestinum facinus patrarunt, quos miraculo conuictos affectos supplicio refert Cantipratensis d: *Miraculum*, inquit, *referam celeberrimum, quod anno præsenti ab incarnatione Domini* MCCLXXI. *factum est in villa Theutonia Pforzheim nomine. Contigit autem, vt quædam maligniſſima vetula Iudaïs familiaris effecta, puellam ei annorum septem orbatam parentibus vendere occidendam. Hanc igitur in secreto super plura puncta linteaminum obstructo ore eius in omnibus fere membrorum iuncturis vulnerarunt, maximo conamine sanguinem exprimentes, & in ipsis linteaminibus diligentissime recipientes. Hanc autem post tormenta defunctam, Iudæi in aquam fluuium prope oppidum proiecerunt, & super eam lapidum congeriem posuerunt. Tertia vero, vel quarta die per manum erectam ad cælum a piscatoribus est inuenta; & in oppidum deportata; horrentibus & clamantibus populis ab Iudæis impijs tantum flagitium esse perpetratum. Erat autem in vicino marchio de Baden; qui mox audito tanto piaculo perrexit ad corpus, flatimque ipsum corpus erectum residens tetendit manus ad principem, quasi vindictam sanguinis, vel forte misericordiam implorares. Post horæ vero dimidium iterum se deposuit defuncti more supinum. Adductis igitur ad hoc spectaculum impijs Iudæis, statim eruperunt omnia vulnera corporis, & in testimonium horrendæ necis copiosum sanguinem effuderunt. Mox clamor vulgi ad sidera tollitur, & in vindictam sceleris totaliter animatur. Ex quibusdam indicijs capta vetula & confitente; maxime cum filia eius parvula omnia prodiderit quia a puero & ebrio extorqueatur veritas. Iudæi quoque capti sunt, qui in puellam manus nefarias extenderunt, rotaique & suspensi sunt cum vetula: duo vero se mutuo ingularunt. Hæc nobis duo fratres ordinis Prædicatorum Raynerius & Aegidius, sicut illi qui in villa fuerunt post triduum, quo hæc gesta sunt veraciter retulerunt.*

Inuisis noctu rum præda ignarum expeditio. Superbum sultani responsum.

d Thom. Cantip. l. 2. c. 29. n. 16. Puella Christiana a Iudæis crucidata.

22. &c. Hoc anno sedatum est difficillimum bellum inter Orthocarum Boemiæ & Stephanum Hungariæ Reges, quod pluribus annis eorum arma-

Diuina in ap prehendendo scelere prouidentia. Examine, corpus spōte erigitur, manuq. e iustriam poscit.

Præsentibus reis e vulneribus sanguinem fundit.

Affecti supplicio flagitij auctores.

Sanctum Hungaros inter, & Boemos fœdus.

ma-

magno rei Christianæ damno exercuerat: æquo inter præcipuas fœderis leges constitutum, vt Styria Carinthia, & Carniola, sceptro Boemico obnoxiæ essent: nonnullisque archiepiscopis & episcopis munus inunctum, vt nascituras controuersias dirimerent, ac pacis violatores censuris ecclesiasticis compescerent: postremo decretum est vt ea omnia Romano Pontifici ab eo confirmanda proponerentur. Hæc & alia memoria dignissima ex ipsius Othocari Regis literis a patent; quibus respondet alia Stephani Regis Hungariæ eodem arguendo exarata b.

a Ext. apud Greg. X. l. 1. ep. 4. in lit. ad Steph. Reg. Hung. inserta.
b Ext. in forma Greg. litterarum ad Othocarum Regem Boemiæ ep. 6.

31 Compleuere promissa Pannoniæ & Boemiæ Reges: sequenti enim anno III. non. maij Gregorius huius fœderis pactiones confirmauit, ac literas Othocari ad Stephanum c, Stephanique ad Othocarum d, apostolico diplomate, quo eram corroboratæ, comprehensas transmisit: tum archiepiscopo Pragensi e & episcopo Olomucensi irrogandi solemni ritu in Regem Boemiæ; Strigoniensi f archiepiscopo & episcopo Vvaciensi in Hungarum, censurarum pœnas auctoritatem tribuit, si pactas fœderis leges infringerent. At de his hactenus.

c Greg. l. 1. ep. 4.
d ib. ep. 6.
e ib. ep. 5.
f ib. ep. 7.
Superiores pactiones Græcorum corroboratæ.

32 Luxit hoc anno Anglia Richardi Anglorum Regis fratris, atque electi Imperatoris obitum: qui quidem princeps ob virtutes egregias feliciori sorte dignus videbatur: expertus vero est regia diademata plures spinas, quam flosculos habere. Eius cor, inquit adiectæ Paulio appendicis auctor, *in ecclesia fratrum Minorum Oxonia, corpus vero in ecclesia monachorum Cisterciensis ordinis de Hailes, quam ipse propriis expensis extruxerat, sepelitur*, Data nonnullis præsulibus infodiendos animaduertendi auctoritas.

IESV CHRISTI
Annus 1272.

Indict. 17.

GREGORII PP. X. annus 1. VACANT. IMP. OCCID. 12. MICH. PALÆOL. IMP. OR. 12.

1 &c. INuexit non Italiæ modo, sed toti orbi Christiano publicam lætitiam Gregorij X. aduentus. Et sane ingenti expectatione suspensis omnium animis missi a Cardinalium collegio, aliisque principibus, tum præsertim a Romanis oratores venienti obuij occurrere, qui omnibus precibus, flagitarent, vt in Vrbem diuerteret: sed cum ille maxime ad reparandas terræ sanctæ res soldani Damasci ac Babylonis potentia attritas, incumbere optaret; ne longiore in Vrbe mora vel occupationum imminentium mole a sacro consilio retardaretur, recto itinere Viterbium, vbi coacti erant Cardinales, se contulit g. Vtque ex visis orientalium Christianorum calamitatibus altus dolor pontificio pectori inhæserat, primas apostolicas curas in tollendis cauendisque eorum malis posuit, vt testantur literæ h pontificiæ ante acceptam solemni ritu tiaram datæ i ad Eduardum Henrici Angliæ Regis filium, tum magno virtutis exemplo terræ sanctæ ruinas sustentantem; quibus præter superiora a nobis indicata significauit, ad auxilia subministranda concilium œcumenicum celebratum iri: præcesque addidit propositæ spe fœlicis immortalitatis, vt bellicos labores pro tuenda re Christiana sustineret.

Aduentus Gregorij X. in Italiam. Viterbium se confert & qua de causa. Instaurandis rebus Syr. incumbit.
g Greg. X. a ep. 21.
h X. 2. ep. 1. a & cod. Vall. bibl. Ang. lit. C. n. 49. pag. 23. a. 25.
i X. 2. ep. 21.

4. 5 Comparasse sane Gregorium classem duodecim triremium Syriæ subsidio mittendam docent ejus literæ ad Pisanos l, Genuenses m, Massilienses n & Venetos o datæ, quibus singulis tres militem & commeatu instructas ad Saracenorum piratarum impetus propulsandos quamocyus mittere iussit. Ad sustinendos vero sumptus ex piorum legatis pro re Christiana instauranda relictis pecuniam redigendam curauit a, quam non leuem fuisse constat, cum inter ceteros Ricardus Romanorum Rex electus octo millia vnciarum auri, Albanensis episcopus Cardinalis mille in sacro bello collocanda testamento reliquisset. Contrahere etiam fœnus egit ingens aliud ex a Philippo Francorum Rege, quem literis solicitauit b, ne Christi domini sanguine perfusa loca infidelium fastu sacrilego conculcari, ac reliquias Christianorum cædibus exponi pateretur: ideoque Corinthiensem archiepiscopum legatum ad illum misit.

a Ib. ep. 22. 23. & ex Vall. fragm. l. C. n. 49. pag. 111. Qua ratione confectum ex subsidiaria
b Lib. 1. ep. 21. 22.

l ib. ep. 15.
m Ep. 15.
n Ep. 16.
o ib. 12. & 13.

6. &c. Quæ porro a Corinthiensi archiepiscopo Regi exposita sint, ex literis ad Templariorum in Gallijs præfectos colligitur, quibus significat archiepiscopum ipsum pro contrahendis subsidijs ad Philippum legari; atque ex Cardinalium consilio sancitum, vt Templariorum prædia, oppida, ædesque ad viginti quinque millia marcharum, si opus foret, Regi oppignerentur, vt raptim auxiliares copiæ comparari possint: nec vero eam rem equitibus futuram oneri, cum diligentia apostolica ea nomina dissoluenda sint. Obsecutum pontificijs votis Philippum Galliarum Regem, ac petita viginti quinque millia marcharum Gregorio mutuo dedisse ostendunt Pontificis ea de re literæ c. Hactenus de ijs quæ Gregorius gessit antequam pontificalibus initijs solemni ritu decoraretur: iam de eius consecratione abrupta parumper Syriacarum rerum narratione agemus.

Templariorum bona pro contrahenda pecunia Regi Francorum oppignerata.
c Ext. in forma Vall. fragm. lit. C. n. 49. pag. 25. Romæ pontificalem tiaram accepit. Greg. de Greg. l. 1. ep. 1. & in cod. fo. pag. 12. ext. eiusdem in forma Vall. fragm. lit. C. n. 49. pag. 25. & ib. ep. 2. Ad Philippum Francorum Regem scribit. Percellit Greg. censuris detinentes merces ad Saracenos. l. 3. ep. 19.

9, &c. Illam itaque magnifico apparatu susceptura in Vrbem proficiscitur: atque effuso obuiam populo lætissimis vocibus exceptus, coniuncta celebritate sacra corona est redimitus: tertiaque die encyclicas de suscepto a se Ecclesiæ clauo, de more, misit ad Christiani orbis tũ præsules d, tum præcipes atque in primis ad Philippum Francorum Regem e; eumque salubribus præceptis ad sectanda imprimis a patribus virtutum vestigia, tuendam Ecclesiam, vitiaque e populis excindenda excitauit: tum ipsi apostolicam clientelam est pollicitus. Salutatis itaque principibus, ac benevolentia apostolica ipsis promissa, cœptum conficiendæ Ierosolymitanæ expeditionis ante accepta pontificatus insignia opus vrgere non desitit. Cum vero nonnulli Christiani, exuto omni pudore ac diuini Numinis metu, auaritiæ furijs perciti, arma atque alias merces, quibus lædebantur Christiani, Saracenis inuherent; Gregorius ad eos ab scelere deterrendos literas dedit. Laborabant inter cæteros ea infamia nonnulli Genuenses mercatores: ad quos comprimendos Pontifex summos inprimis reipublicæ Genuensis magistratus hortatus est f, vt tantum metas arcerent; vtque ipsis eam rem suaderet, fortissimum argumentum ex crudeli soldani facto duxit: cum enim infantulos in seruitutem abductos redimi permisisset, paulo post decretum conuulsit, dictitans eos postea milites eusuros, ac Saracenis bellum illaturos: si enim tenellæ ætati non pepercit, ne successu temporis corroborata, arma gestaret; quamo æquius ijsdem Saracenis vires succidere, atque ea adimere, quibus instructi tot Christianis mala infligere consueuerunt?

d Ext. in forma Vall. fragm. lit. C. n. 49. pag. 25.
e Greg. de Greg. l. 1. ep. 1. & in cod. fo. pag. 12. ext. eiusdem in forma Vall. fragm. lit. C. n. 49. pag. 25. & ib. ep. 2. Ad Philippum Francorum Regem scribit. Percellit Greg. censuris detinentes merces ad Saracenos. f. 3. ep. 19.

17 Ne vero Syria diutius patriarcha careret, Gregorius Thomam ex Cusentina archiepiscopali sede ad patriarchalem Ierosolymitanam, vt suas virtutes in difficiliori munere vtilius exerceret, traduxit g, & Cypri atque Armeniæ Reges, ac principem Antiochenum h, Templarios equites i, eorumque præfectum debitum ipsi obsequium præstare, & opem ferre, iussit: ac ne quid patriarchæ ad suum munus obeundum deesset, pallium ipsi transmisit,

Patriarcha Ierosolymitanus creat.
g Ep. 8.
h Reg. post. ep.
i lib. ep. 18.

a Ep. 34. b Cod. Vatic. 7. fol. 49. pag. 2.

Antiochiæ excidium peccatis adscriptũ.

Rex Cypri & Maria filia princ. Antioch. de regno Ierosolymitano contendunt. Lib. 2. ep. 3

Nazareno archiep. de vtriusque iuribus cognoscendi data potestas lib. ep. 101

d Lib. 1. ep. cur. 2. extat in cod. Vatic. pag. 66. & to. 3. concil. p. 2. ante Conc. Lugd. sub Greg. X. Concilij indictio Gregorius,

e Lib. 1. ep. cur. 3.

missit a, religiosissimeque imperauit b, vt Christianos Syros a vitijs abouceret, ne in se diuinas iras extremumque exitium verterent, cum familiare ob oculos excisæ Antiochiæ exemplum versaretur, quam non hostium potentia, sed effusa libido euerterat.

18 Quod ad Cypri Regem attinet, in pontificijs literis Ierosolymitani regni titulo exornatum; is erat Hugo de Lisiniano, cuius in id regnum iura certa omnino non erant: de quibus Maria domicella Boemundi principis Antiochem filia contendebat, & grauissime questa est, cum titulum a Gregorio tuisse collatum. Cui ita rescripsit sanctissimus Pontifex c.

Gregorius, &c. Tenore præsentium declaramus, quod nostræ intentionis non extitit, sicut nec esse debuit, nec existit, quod per intitulationem huiusmodi, seu denominationem in nostris literis appositam hactenus, vel in futurum forsitan apponendam, tibi quoad regnum Ierosolymitanum, quod ad te spectare asseris, præiudicium generetur. *Dat. Laterani id. aprilis anno 1.*

19. 20 Cum itaque grauis de eo regno concitanda discordia timeretur, quæ extremam terræ sanctæ cladem inferret, non armis, sed æquitate controuersiam dirimi iussit Gregorius: & vtraque parte corona ritu solemni redimiri expetente, imperauit d Nazareno archiepiscopo, atque alijs, vt Cypri Regem pontificio tribunali cum tabulis publicis de partis in regnum Ierosolymitanum iuribus se iuste præciperent. Transtulit postea Maria sua in regnum illud iura in Carolum Siciliæ Regem; vnde id nomen Siculis Regibus adiunctum est. Inane quidem; cum nec ipse Aragonio bello, & Siculorum defectione implicitus illud e Saracenorum tyrannide, vt concitatæ de illo spes pollicebantur, vindicare potuerit: alijque Reges, vmbra contenti, idem regnum hosti eripere non sint ausi.

21. &c. Interea Gregorius in ea cura & cogitatione versabatur, qua tandem ratione non modo afflictas terræ sanctæ res ab extrema pernicie liberaret, sed Saracenorum etiam potentiam prosterneret; ad Ecclesiæ coniunctionem Græcos adduceret, Christianam religionem diffunderet, deformatos nimium ecclesiasticorum mores perpoliret, primæuamque sanctitatis florem reuocaret. Arduam, & difficilem suscipiebat prouinciam, quam solus perficere non poterat; atque ideo consilio prius Cardinalium aliorumque prudentissimorum virorum adhibito, œcumenicam synodum indixit, cuius conuocandi encyclica litera d sunt Senonensi archiepiscopo, ac suffraganeis episcopis inscriptæ, in quibus hæc postremo adiecta: *Interim quoque per vos, & alios prudentes viros Deum timentes & habentes pra oculis omnia, qua correctionis & reformationis limam exposcunt, inquirentes subtiliter & conscribentes fideliter; eadem ad ipsius concilij notitiam deferatis. Et nos nihilominus varijs modis & vigil studium, & efficacem operam dare proponimus, vt omnia & alia in examen eiusdem deducta concilij, correctionem et directionem recipiant opportunam. Nullus igitur inobedientiæ notam, & canonicæ vltionis acrimoniam vitare desiderans, fallacium excusationum velamento se munias, vel ex impedimentis itinerum; qua Deumo prana in directa, & in vias planas sua omnipotentia conuertente aspera, cessabunt: frivola allegationis mumenta confingat, vt a tam sancti profecutione operis se subducat: sed occurrant singuli voluntarij ad id, quod et diuina congruis voluntati, et salutem animarum, ac vtilitatem respicit singulorum. Dat. Laterani 13. kal. aprilis pontificatus nostri anno 1.*

25. &c. Alia ad Francorum Regem data e,

Reges ad eam vocat

a Clem. to. 2. ep. 333. Palæologi Imp. pro coniunctione perficiẽda mutata.

b Greg. l. 1. ep. cur. 37.

c Ib. ep. 39. Patriarcha Constantin ad concilium vocatus.

d Ep. 38. Data legatis ad tractandum cum Græcis imperia.

e Ep. 40. Ep. 41. Carolus Siciliæ Rex Græcis libertum cõmercium iussus permittere.

f Lib. 1. ep. cur. 5. & cod. Vatic. sign. lit. C n. 49. pag. 16.

quibus, vt ad concilium veniret, rogatus est: tum solicitati cæteri Reges, ac principes, vt illud tam præsentia ornarent. In primis vero inuitatus Palæologus Græcorum Imperator, vt suos oratores mitteret pro expetita adeo orientalis cum Romana ecclesiæ coniunctione. Cœptum fuerat opus, vt vidimus, ab Vrbano & Clemente summis Pontificibus, quorum postremus literis a suis modum Imperatori præscripserat, quo ea res ad felicem exitum perduceretur. Transmiserat nimirum professionis fidei formam in certa capita discretam, quam professurus erat, ac Romanæ ecclesiæ primatum agniturus; quod pariter patriarcha, atque alij Græcorum præcipui præsules facere iubebantur. Quam viam Gregorius sibi vt optimam tenendam censuit, ac Palæologo scribenti, maximo se copulandæ vtriusque ecclesiæ desiderio ardere; vtque S. Ludouicum Francorum Regem pacis arbitrum constituisset, perque tutum Christi in cruce sanguinem esset obtestatus, vt eam prouinciam susciperet, quam si respueret, coram diuino tribunali rationem Numini tot periclitantium animarum reddituram; respondit b Francorum Regem prudenter censuisse id munus sibi arrogandum non esse: nunc vero opportunum perficiendæ rei tempus affulsisse: si ex animo eam coniunctionem expeteret, nauaret operam, & coram quatuor fratribus Minoritis, quos ad ipsum legabat, fidem catholicam ac Romanæ ecclesiæ primatum profiteretur, idemque a suis præstandum curaret: quo rite perfecto facile principum Latinorum amicitiam sibi conciliaturum, atque omnes dissentionum causas sublaturum iri, ac sedis Apostolicæ amplitudinem cum paternis studijs complexurum, piaque ipsius vota promoturum: ad hæc vero perficienda monuit, vt ante synodi œcumenicæ tempus apocrisiarios idoneis fultos mandatis mitteret, qui imperatorias literas de professa orthodoxa fide primatuque Romanæ ecclesiæ agnito aurea bulla obsignatas afferrent ac traderent.

30. &c. His Palæologum a schismate abducere nitebatur Gregorius; qui simillimis literis patriarchæ significauit c, kalendis maij anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto concilium ob vrgentissima Ecclesiæ negotia inchoatum; ad quod, vt cum præcipuis præsulibus Græcorum accederet, rogauit: prædictis vero internuncijs quemadmodum cum Imperatore se gerere deberent, præscripsit d, vt nimirum post editam fidei professionem ac primatum agnitum, ad id præstandum Græcos se adducturum sacramento polliceretur, tum imperatorijs apocrisiarijs diploma pontificium de fide publica tribueret e. Quo argumento sanctissimus Pontifex ad Carolum Siciliæ Regem literas dedit, quibus de cœpto a Græcorum cum Romana ecclesia coniunctionis negotio certiorem factum deprecatus est, vt Constantinopolitanis oratoribus itinera omnia aperiret, saluosque & inconsolumes tueretur. Sed ab orientali imperio ad occidentale narrationem conuertamus.

33. &c. Miserat Alfonsus, erepto ab hominibus Richardo imperij æmulo, ad summum Pontificem oratores, qui suo nomine flagitarent, vt ipsum ad imperatorium diadema solemni ritu conferendum vocaret, omniaque gesta, quæ ipsius detrahebant dignitati, rescinderet, cum seruatis omnibus iuris circumstantijs in Regem Romanorum electus esset: tum principes electores electionem aliquam nouam moliri vetaret. Denique ea re Apostolicæ sedis iudicio permissa publice professi sunt Castellæ Regis oratores, se ad eandem sedem, ne electores aliquid noui in ipsius damnum perpetrarent, prouocare. Quæ cum in Cardinalium senatu agitarentur, visum est f

deci-

decidi rem non posse, nisi Richardi electoribus exciris; cum enim integra eorum essent iura, posse ad electionem alterius conuenire. Quod si facerent, atque interea Pontifex Castellæ Regem corona redimiret, grauissimam discordiam oborituram, ac forte equitate cogente, latam sententiam rescissum iri. Cæterum quod Richardus mortem oppetijsset, nullum ipsius causæ nouum ius adiectum; ac nitare adhuc imperatoriam in illo dignitatem, si ab ipso principio non iustis suffragijs delata Alfonso fuisset. Querenti autem Alfonso, Etruriæ præfecturam magno imperatorij iuris damno concessam fuisse Carolo Siciliæ vtriusque Regi, respondit, episcopalis esse muneris pacem inter populos alere, fatoresque discordiarum monitis & auctoritate sua compescere; cumque Etruriæ & insubria imperatoria administratione essent destitutæ, iure Clementem seruandæ publicæ in Etruria paci Carolum Regem præfeciſſe, concessisseque vt delatam ab insubribus vrbium præfecturam & administrationem acciperet: cum vero de Alfonsi ad imperium iure non constaret, ea quæ a Clemente gesta essent reuocari non posse.

Submisse ab Alfonso in Insubriam copias.

39 Cum autem in Italiam post Richardi mortem Hispanas copias, qui Gibellinam factionem tuerentur, iuraque imperatoria occuparent, submisisset, Pontifex, qui pacis in Italia reuocandæ, bellique in Asiam transferendi desiderio summo tenebatur, Aquensi archiepiscopo Apostolicæ sedis legato hæc imperia dedit a: *Tam*, inquit, *contra incolas eiusdem prouinciæ*, de Insubria loquitur, *quam contra quoscumque Hispanos, Theutonicos, vel alios eandem prouinciam ad turbandam pacem ipsius ingredi præsumentes; et ipsorum audaciam per censuram ecclesiasticam, et alijs remedijs, de quibus expedire videris compescendi, plenam et liberam fraternitati tuæ tenore præsentium concedimus potestatem*, etc.

a Ext. eius lit. in cod. m.s. Vat. pag. 90.

Ad eas reprimendas cogitur a Gregorio legatus.

40. &c. Promouerat Pontificem ad creandum illum legatum infelix rerum Italicarum facies, vt bella pluſquam ciuilia ex Italia pelleret. Insubres enim in factiones diuisi mutuis se cædibus atterebant. Nec prouincia modo, sed ipsæ vrbes contrarijs studijs laniabantur: inter quas Placentia calamitatis exemplum extitit. Bononienses ac Veneti multis se conficiebant prælijs; iterumque Veneti ac Genuenses maritimum sibi bellum inferebant: Etruria Guelphorum ac Gibellinorum veteri ac familiari malo torquebatur. Quas dissensiones sanctissimus Pontifex, vt primum Italiam attigit, sedare in animum induxisse, legato in literis de iniuncto ei munere traditis significat.

Pacandis cæptum discordijs in Italia iussus incumbere.

Lib. 1. ep. 33

44. &c. Non ad Placentinos modo, & alios Insubriæ populos inter se conciliandos incumbebat b Aquensis archiepiscopus Apostolicæ sedis legatus; verum etiam inter Bononienses ac Venetos, eosdemque inter ac Genuenses pacem agitare cœperat: cuius adducendæ Gregorius cum maximo desiderio teneretur, earum vrbium oratores ad se euocandos duxit. Paruere ij apostolicis monitis Genuenses ac Veneti; atque Christi vicario interprete pacem, vt arma in Saracenos verterentur, pepigere; de quibus Andreas c Dandulus.

b M. f. Vall. hist. fg. lit. C. n. 49. 48 go.

Gregor. ad conciliandos Genuenses, Bononien. & Venetos incubit.

c And. Dand. hist. Ven. t. 30 c. 8. in Laur. Tempulo.

48. &c. Confirmauit hoc anno Gregorius pactiones superiori inter Stephanum Hungariæ, & Othocarum Boemiæ Reges, fœderis leges, datis ad Hungarum d & Boemum e literis; atque Strigoniensem & Vvaciensem Pannoniæ, Pragensem f & Olomucensem Boemiæ præsules ad seruandas eas leges, incusso censurarum metu, vtrumque principem compellere iussit. Sed parum tenuit ea pax; ac Stephano Rege hoc ipso anno, cum duobus regnasset, extincto, est rescissa. Reliquit ille duos liberos Ladislaum & Andream: quorum maior natu regio nomine infignitus, Andreas ducali dignitate donatus est. Exorto autem paulo post bello, tradit Stero a, facem prætulisse Henricum comitem, qui ab Stephano Rege adhuc superstite Hungaria electus, ad Regem Boemiæ confugerat; mortuoque Stephano, reuersus & in Ladislai noui Regis gratiam restitutus, Belam ducem Regis Ladislai auunculum ac Regis Boemiæ consobrinum proditionis in Ladislaum accusatum crudelissimo mortis genere in insula apud Budam trucidauit, eiusque membra in frusta concidit. Ex quo scelere Othocarus iracundia exæstuans pacem cum Hungaris compositam, atque a Gregorio corroboratam rupit; ac solemnibus Hungarorum oratoribus pacem flagitantibus, nullis precibus flecti potuit, sed collecto exercitu in limites Pannoniæ excurrit. Suam quidem auctoritatem pro leniendæ Boemiæ Regis iracundia, qui se læsum querebatur, adhibuisse Gregorium Papam, ex eius literis patet b, quibus recrudescentem discordiam, propositis ob oculos ingentibus malis, quæ ex bellis superioribus mata essent, tollere studuit; iuratas pacis leges coleret: si qua in re violata eius dignitas fuisset, Ladislaum ipsi facere satis paratissimum: non verti ipsi gloriæ pupillum, eumque ipsi affinitate coniunctum inuadere & opprimere; ac fratrem Carolum Siciliæ Regem, cuius in bello virtus celebratissima erat, cuiusque filia Isabella Ladislao nupserat, reuereretur.

Ladislaus filius sceptrum capessit.

a Stero in annal. apud Camis. antiq. lect. to. 2. pag. 302.

Henricus comes in Hung. reuersus accusatur proditionis.

Obtruncat Belam ducem.

Othocharus illius necem vlciscitur.

b Ext. in cit. cod. Vatic. pag. 89.

Eum admonet Gregor. vt pacem cum Hungaris seruet.

51. &c. Paternum igitur solium cum paulo ante conscendisset Ladislaus, summa expectatione pubescebat; cum Pontifex apostolicas ad eum literas paterni amoris significatione insignes dedit c; quibus salubribus cum monitis ad moderandum egregie regnum instruxit: *Si*, inquit, *pro patris de tua salute solicito, & eius salutaribus monitis acquieueris, regnum tuum ab ipso, per quem datur regnare principibus, recognoscens; ad eum, a quo bona cuncta procedunt, omnia tibi collata beneficia referes, illi inuentutis tuæ primitias offeres, ad ipsum fortitudinem tuam custodies, & reliqua vitæ tuæ tempora in continuatione salutaris propositi, & fiorum profectuum operum denuncbis, fauendo ecclesijs, ipsarum libertates & iura, nec non & ministros Dei personas ecclesiasticas confouendo.* Et infra: *Et hortamur in Domino, quatenus nihilominus consilio suadentes, quatenus et consiliarios et alios familiares tibi assumere studeas, qui te in semitas mandatorum Domini dirigant, non perueršis suggestionibus a via rectitudinis abstrahant, nec exemplis detestandis abducant; tuum statum pacificum diligant, tuos subditos foueant, et sua iura in alienis dispendijs non venentur*, etc. Non paruit pontificijs monitis Ladislaus; sed vitijs frena laxauit: in quem diuinam iustitiam seueritatis suæ exemplum statuisse, suo loco postea videbimus. Hactenus de Germanicis rebus; nunc ad Gallicas transeamus.

Nouum Regê Greg. præceptis salutiferrimis imbuit.

c Ext. eius lit. in cod. Vat. pag. 89.

Iubet a Numine sceptrum acceptum agnoscere.

Illius gloriam & ecclesias tueri.

Abhorrere a vitijs.

Fideles ad ministros sibi adhærere.

57. &c. Successerat sanctissimum parentis solio, ac Francorum sceptra tractare cœperat Philippus, vt supra indicaui, quem Pontifex proposita generis nobilitate ad imitandas S. Ludouici augustas virtutes, incendit d: *Hoc*, inquit, *tibi fili facile Deo adiuuante proueniet, si frequenter eiusdem tui patris verba sancta commemores: si laudabilia facta recenseas: si ante tui cordis obtutus commemoranda ipsius exempla præsentes: si peccatorum occasiones solerter effugias; si peccatores, qui te forsan oblectare cuperent, constanter effugant, nequaquam illorum oblectationibus acquiescas*, etc. Cum vero augeretur in dies Ludouici sanctitatis gloria, quam multis miraculis Deus illustrabat, Gregorius Gaufridus de Belloloco, qui, vt vidimus supra, sancto Regi a confessionibus fuerat, ac

Gregorius Franc. Regem ad patrias virtutes imitandas hortatur.

d Ext. eius lit. in cit. cod. Vall. pag. 25.

Voluptates fugere persuadet.

Gaufrido e Bellolo-co S. Lud. vitæ scribendæ præficiam imponit.

plura

a Vergil. de vit. ep. 8.

plura eius gesta viderat, prouinciam dedit a, vt ipsius vitam conscriberet: ne eximia tantarum virtutum exempla oblivione obscurarentur.

Scriptores vitæ S. Ludouici.

60 Obsecutus est iussis pontificijs Gaufridus, ac libellum de vita sancti Ludouici, qui omnium manibus circumferrur, conscripsit, e quo lectiora in annales suo loco contuli. Decerpsit etiam plura ex eo Nangius; Guilhelmus vero Carnotensis, qui sancti Regis præclara gesta oculis hauserat, postea nonulla digna memoria ab alio prætermissa scriptis mandauit: quo etiam auctore, dum de S. Ludouico egimus, vti sumus. Accuratissime etiam de eodem scripsit Ioinuillerus, quæ sibi exploratissima fuere, ac plures alij moderni, quos consulto præterimus. Sed a S. Rege Franco ad Anglum pietate manulum, ætateque supparem Henricum, quem filios suos Eduardum & Edmundum Christo pro defendenda in Syria fide consecrasse superius vidimus, sermonem traducamus.

Henrici Regis Angl. mors.

61 Discessisse eum ex hac vita post gestarum quinquaginta sex annis & amplius Anglorum sceptrum, Vvestmonasterienſis tradit b. Contraxerat c, vt ait auctor, qui Parisio appendicem adiecit, lethalem morbum, cum post iustas de Norvvicentibus, qui immani sacrilegio ecclesiam nobilissimam ex odio, quo in monachos, efferam exarsit, combusserant, acceptas pœnas redirent: sacramentisque Ecclesiæ communitus animam, pie admodum Deo reddidit. De eius in audiendo missæ sacrificio singulari pietate hæc tradit idem auctor d: *Hic Rex quantum in alijs secularibus patebat minus prudens, tanto apud Dominum maioris deuotionis polebat: singulis namque diebus tres missas cum nota audire solebat, ac cum sacerdos corpus Dominicum elevaret, manum sacerdotis tenere & illam osculari solebat.* Subijcit argutum eiusdem pijssimi Regis ad S. Ludouicum responsum, cum ipsum ad sacras concionis audiendas hortabatur: *Contigit aliquando sanctum Ludouicum Francorum Regem cum eo super hoc conferentem dicere, quod non semper missis, sed frequentius sermonibus audiendis esset vacandum. Cui facetæ vrbanitatis respondens ait, se malle amicum suum sæpius videre, quam de eo loquentem, etsi bona dicentem, audire.* Quod etiam præter alios referunt nouatores e.

b Vvestm. in Flor. hist. Continuat. Paris. hic anno Sanus. l. 3. p. 12. c. 12.

Singularis illius in audiendo missæ sacrificio pietas.

Argutum illius responsum ad S. Ludouicum.

c Cent. 13. c. 6. col. 624.

62 Consentit Vvestmonasteriensis f dictis supra de Henrici Regis vitæ probitate: *Qui quanta*, inquit, *fuerat innocentia, quanta patientia, quantaque deuotionis in obsequio Saluatoris, Dominus nouit, et qui ei fideliter adhæserunt: etinsuper quanti meriti in vita sua fuerat apud Deum, testantur post ipsius mortem miracula subsecuta.* Contulisse quidem ei plures victorias Deum, atque ex maximis periculis ob ipsius pietatem eripuisse, visum est. Effusæ etiam in pauperes liberalitatis fuisse, demonstrat illud S. Ludouici in eius laudem dictum g, eleemosynis suis ab omnibus periculis ereptum iri. Cuius oraculi veritas postea conspicua fuit, cum inter hostium manus lapsus, cinctusque periculis ex ijs felicissime, cæsis hostibus, euasit; probatque etiam aliud Leolini principis Vvalliæ dictum memorabile, se magis Henrici eleemosynas, quam ipsius exercitus formidare.

f Vvestm. Florileg. vbi sup. Thom. Walsingt. apud Matthæum Westm. Fertur miraculis coruscasse. Effusæ in pauperes eius eleemosynæ.

g Apud eum ibi in vita S. Lud.

63. &c. Obstrinxere fidem Angli h proceres absenti Eduardo: qui cum in bello sacro aduersus soldanum Babylonium vna cum fratre Edmundo opes suas consumpsisset, Gregorius ab ecclesiasticis Anglicanis ære iuuandos edixit; eum æquissimum esset, vt Crucifixi bonis eorum inopia leuaretur, qui sua pro Crucifixi obsequio & Christiano nomine gloriosissime prodegissent. Adornabat tum e Syria ingio Pontifice, reditum in occidentem Eduardus

h Continuat. Paris.

Eduardus vitæ discrimen adit.

a Vvestm. in Flor. hist. Continuat. Paris. hic anno Sanus. l. 3. p. 12. c. 12.

b Vvestm. Florileg.

c Extat inter vitas Vrbani IV. in Vat. Cod. num. 49. pag. 31.

fuiorum impulsus consilijs, vt a barbarorum insidijs sibi consuleret. Quem quidem, dum ad seruandas terræ sanctæ reliquias incumbebat, graue vitæ discrimen adijsse auctores a consentiunt; ex quibus hæc tradit Matthæus Vestmonasteriensis: *Eduardus in ciuitate Acon a quodam Assasino a soldano Babyloniæ in modum nunij directo cum cultello tonicato sauciatus est; sed cultellum extrahens de manibus Assasini eundem protinus interfecit.* Nec minori in mari fuit iubactus periculo: ac tempestate iactatus, applicuit Drepanum in Sicilia: quem Carolus Rex magnificentissime excepit b; moxque de illius accessu superaroque ab eo discrimine certiorem fecit Gregorium. Quibus acceptis sanctissimus Pontifex rescripsit c Carolo ingenti ex salute Eduardi gaudio fuisse affectum. Increbrescente vero rumore Eduardum apostolici conspectus petendi desiderio teneri, paterno amplexu e maris periculis barbarorumque insidijs rediuiuum excepturum seipsi significauit d. Deductus est sequenti anno ab Rege Carolo Viterbium, vbi Pontifex vna cum Cardinalibus agebat.

d Ib. pag. 36.

Gratulatur Pontifex incolumitati & periculo maris euasisse.

Cardinales creat viros doctos.

68. 69 Hoc anno auctum Cardinalium senatum a Gregorio refert Ptolemeus Lucensis e: *Hic*, inquit, *fecit ordinationem Cardinalium proborum virorum, inter quos duo fuerunt magistri in theologia, quorum vnus fuit de ordine fratrum Prædicatorum, quem ipse fecerat archiepiscopum Lugdunensem, et factus est Ostiensis, vocatusque est frater Petrus de Tarentasia, vir magnæ religionis et doctrina, qui multo tempore Parisius regit in theologica facultate. Scripsit super sententias, et multos libros biblie postillauit, specialiter epistolas Pauli.* Is postea ad summum Pontificatum euectus Innocentij V. nomen accepit. *Secundus fuit frater Bonauentura de ordine fratrum minorum, qui similiter fuit magister in theologia, et minister generalis dictorum fratrum, natione Tuscus, vita et doctrina admodum gratiosus; sed præcipue in sermone. Fecit scripta super sententias, et postillauit aliquos libros Biblie, sicut libros Salomonis et Iob, et epistolas Pauli: quem Gregorius assumpsit in episcopum Albanensem.*

e Ptol. Lucens. hist. eccl. l. 23.

Creatur Card. Quæ scripserit.

IESV CHRISTI
Annus 1273.

Indict. 1.

GREGORII PP. X. RODVLPHI ROM. REG. 1 annus 2. MICH. PALAEOL. IMP. OR. 13.

1. &c. Decreuit hoc anno Gregorius indictam a se synodum celebrare Lugduni in Gallijs. Non deerant rationes grauissimæ, quæ ab eo consilio ipsum abducturæ viderentur: Guelphorum enim & Gibellinorum factionibus nondum extinctis in discrimen adducebatur Italiæ ex summi pontificis absentia: tum ob longiora itinerum interualla sacro Cardinalium collegio, quorum plures ætate grauiore affecti erant, atque ipsi Gregorio magni subeundi erant labores. Verum cum potissime ob submittenda terræ sanctæ auxilia cogeretur, quæ a transalpinis maxime petenda & contrahenda essent, in eam sententiam adductus est, vt in ijs partibus concilium peragereturr. Qua de re Christiani orbis præsules literis encyclicis certiores fecit f.

De loco concilij designando.

f Greg. l. 2. ep. cur. 4 extat etiã in cod. Vall. sig. lit. C n. 49. pag. 56.

4 Cum literis suis Gregorius abbates omnes, priores, decanos, præpositos archidiaconos, & alios ecclesiarum præsules ad concilium conuocasset, modum aliquem statuendum censuit, ne sumptuum magni-

De nuntijs ecclesiarum mittendis ad concilium.

magnitudine grauarentur. Decreuit ergo vt e singulis diœcesibus abbas vnus, ab alijs abbatibus & prioribus eius prouincię pro excipiendis sacrosanctæ synodi imperijs procurator institueretur: idemque de præpositis, alijsque ecclesiarum non cathedralium præsulibus statuit. Opitabat vero maxime Pontifex, vt Reges Christiani præsentia sua concilium ornarent, quo ampliſſima contra Saracenos expeditio confici posset: quos ineris suis allicere est conatus. Extant sane illæ, quas ad Francorum, Castellæ a, atque Armeniæ Reges b misit.

a Ex d. conc. Vallic. pag. 43. b Ex p. 2. Armenij ad concilium venit. c Paul. Emil. in annal. Græci ad schism. extinguendum. Tartari ad fidem suscipiendã.

5 Nec Armenios modo, sed Græcos etiam, immo & nationes barbaras, ad excipiendos lucis euangelicæ radios conuocauit: de quibus hæc Ptolemæus Lucensis c: *Anno Domini* MCCLXXIII. *Gregorius X. concilium aduocat apud Lugdunum: ad quod concilium Græcos vocat & Ruscalegum requirit, qui Papam solicitauerat ad Latinorum concordiam & Græcorum, sicut euentus rei testimonium perhibet. Ad hoc etiam concilium vocantur barbaræ nationes, vt gens Tartarorum ad Christi fidem adduceretur, procurantibus religiosis personis, quæ fuerant ad nationes transmissæ.*

6 Cum vero in synodo excindere vitia, quæ in Ecclesiam irrepserant, improbas consuetudines, delere, Christianorum mores ad primæuum sanctitatis statum reuocare, meditaretur, pluribus archiepiscopis, atque episcopis scientia ac prudentia opinione florentissimis prouinciam dedit, vt solicite inquirerent, quæ emendanda in populo Christiano, vel in religiosis familijs viderentur: quæ a gentilibus, Iudæis, vel hæreticis immanerent pericula: tum, quæ congrua ijs remedia adhibenda essent suggererent: mitterentur oratores ante concilij indictum tempus mensibus sex, quo ea, qua par erat prudentia discussa & in concilio ipso ordine debito proponi possent. Ita electo d Compostellano vt in regno Legionensi id ageret, Hispalensi, Tarraconensi, Toletano, Cæsaraugustano, Segobiensi, Pampilonensi in reliqua Hispania: in Germania vero Olomucensi episcopo alijsque in cæteris Christiani orbis regnis ac prouincijs id iniunxit e. Egregie vero ea pertinctus inter cæteros Olomucensis: cuius literæ in arce S. Angeli recondite sunt, atque a Platina iussu Sixti IV. redactæ inter insignia monumenta f. Qua in re Pontificum Romanorum in euellendis ex vniuersa Ecclesia vitijs commendandum studium, ac sacra consuetudo obseruanda, qua, indicta œcumenica synodo, episcopi incommoda & offendicula in Ecclesia Dei exorta aliquot ante mensibus denunciare, & remedia illis adhibenda indicare iubebantur, quo ea maturius discussa, synodo, vt sententiam ferret, proponerentur: adeo vt quæ probanda reiudicandaue in concilijs, diu prudentia insignium virorum sagaci iudicio perpenderentur. Vt mirum videri iam non debeat, si concilia, in quibus de rebus adeo mole sua grauibus ac varietate distinctis agebatur, paucis sessionibus absolucrentur, quæ aliunde longo tempore, vt in examen vocarentur, seguissent. Porro ex Olomucensis episcopi literis pauca hæc (omissis breuitatis studio alijs) delibauimus.

d Libri, ep. concil. e Reg. post conc. ep. f Bl. Platin. Vall. fg. lit. B n. 12. pag. 548. & in Gregor.

Iniuncta præsulibus prouincia, vt quæ cęsura egęt in scripta redigant.

Quæritur Olomucen. ep. in Germania electores Regũ & præsulum contra eius edicti studijs.

7 *Quoniam*, inquit, *secundum Apostolum, periculosa tempora iam venerunt, in quibus homines seipsos amantes præponunt commodo reipublicæ rem priuatam; non solum in regno Alemannia, sed vbique hæc festis tantum insaluit, quod, quantum est, in hominibus sine spiritualibus, sine secularibus, horrendo ingressorum in Regum electionibus, & etiam prælatorum, aut tales eligunt, quos eis subesse potius oporteat quam præesse, aut in diuersos diuidant vota sua; duabus forsan de causis, vt plus emungant a pluribus quam ab vno; aut ideo, si valueris vnus procedere per viganum iniustitiæ contra ipsos, per alium defendantur. Ecce, pater & domine reuerende, exemplum huiusmodi coram vestris oculis & nostris, iam præteritum & iam instans præteritum in electione Regis Hispaniæ & comitis Ribaudi; & nunc Regis Hispaniæ & comitis Rodulphi.*

8 Consentiunt præsulis huius sagacissimi dictis nonnulli auctores, qui tradidere exteros principes a Germanis electos non tam ob præclaras virtutes, quibus florebant, quam vt ab ijs munera corraderent, ac minus eorum imperijs subessent, quibus ipsorum auctoritas ac potentia magis necessaria videretur. De altera vero electione, extincto, vt vidimus a, Richardo, celebrata, assentiuntur scriptores, qui Rodulphi electionem in hunc annum conijcere; inter quos Eberhardus Ahahensis, ecclesiæ Ratisponensis archidiaconus b. Iussi enim a Gregorio fuerant electores, vt in vno eligendo consentirent, darentque Ecclesiæ defensorem, vt tradunt Ricordanus, Malespina & Ioannes Villanus c: quibus addit Nauclerus d denunciasse Gregorium, ni Regem crearent, se apostolica auctoritate illum renunciaturum, itaque *electus est*, inquit Eberhardus, *Rudolphus comes de Habspurch in Romanum Regem, postea in Imperatorem consecrandus; qui Rudolphus statim exegit a principibus clericis ac laicis fidei iuramentum: quod cum recusarent propter sæpius dictum, ipse electus signum crucis accipiens, talia dixisse fertur: Ecce signum, in quo nos & totus mundus est redemptus, & hoc signo vtamur loco sæpiti: & deosculata cruce, omnes primates tam spirituales quam seculares ipsum crucem loco sæpiti osculantes, recipientes fouda, sibi fidelitatis iuramentum præstiterunt.* Paulo post autem Aquisgrani solemni pompa regijs intigoibus est redimitus.

a Ex d. conc. Vallic. pag. 43. b Ebrhard. in chro. bec. apud Canisium lect. ant. t. 1. pag. 507. c Ric. Malesp. hist. Flor. c. 198. c Pt. Pisl. 17. c. 43. d Naucler. gen. 43.

Quæ ansa ipsos ad id permouerant. Exemplum affert Alfonsi Rodulphique electionis.

Rodulphi elogia.

9 &c. Fuisse quidem Rodulphum numeris omnibus absolutissimum principem, fidem faciunt auctores, inter quos Sifridus hæc in eius laudem annalibus commendanda celebrauit: *Aliquis index diuisi & pauperi exstitit; ecclesias, hospitalia defendit & protexit. Cum videret molestes humilibus personis, secum loqui cupientibus accessum ad se prohibere, dixit: Per Deum date hominibus accedendi locum: non enim propter hos ad imperium sum electus, vt hominibus in ære præsidear.* Ferunt plura prælagia, quibus diuinam prouidentiam, non hominum nutu illum ad imperium extulisse demonstrarent; inter quæ illud in Colmariensibus e annalibus adnotatum, virum præclarum atque opulentum, cui de Clingenberg nomen erat, hoc cælesti viso imperaturum agnouisse. *Vidit*, inquiunt, *principes & electores imperij congregatos, & dicentes. Quicumque ex nobis hanc coronam leuare potuit, Rex ab omnibus habebitur. Singulis autem se probantibus, nullus eam leuare potuit eam. Tandem Rodulphus de Habspurg comes, coronam potenter eleuauit, seque coronauit. Quem omnes subsequens approbauit: eligitur enim in crastino Michaelis anno* MCCLXXIII. Addit eosdem Colmariensium annalium auctor f, contigisse aliud quiddam singulare, dum consuetorum in pernigilio festi omnium sanctorum imperij ornamentis cingebatur, nimirum nubem candidam in modum crucis efformatam in aere conspectam fuisse, eamque postea cruoris rubore induisse; reque adeo admiranda, quæ omnes obstupefactos tenuit, a principibus Rodulpho renunciata, dixisse: *si Dominus mihi vitam prosperitatemque dederit, transmarinas partes adibo, & pro peccatis meis maximi sanguinem meum consecrabo Domino Iesu Christo.* His consentanea tradit Ptolemæus Lucensis g de Rodulpho.

Adita facilem se omnibus exhibet.

e Colm. chr. part. alt. Eius electio cælesti viso prænunciata. Conspecta in cælo crux, dum regalibus insignibus cingitur.

f Colm. annal. hoc anno.

Expeditionem sanctam Rodulphus vouet.

g Ptol. Luc. hist. eccl. l. 23. c. 3.

dulpho : at postea Christi causam turpiter deseruit.

Insignis inter archiep. Nidrosien. & Magnum Regem Norvvegiæ controuersia.

19. 20 In Norvvegia Ioannes Nidrosiensis archiepiscopus a Gregorio admonitus inter cætera in episcoporum conuentibus de restituendis ecclesiarum iuribus agitatum iri, cum suæ sedis prærogatiuas obsolescisse perpenderet, quæ tamen sine maximo discrimine in pristinum statum reuocari non posse intelligebat, quippe qui contenderet Norvvegiæ regnum ecclesiæ Nidrosiensi olim obnoxium, Regemque non successione hereditaria, sed liberis suffragijs, quorum principum archiepiscopus Nidrosiensis obtineret, creandum; Magnus vero Rex Norvvegiæ contraria opponeret argumenta, publicæ pacis colendæ studio cum Magno ipso his pactionibus controuersiam composuit a, quibus & Regis & Ecclesiæ dignitati consulsit, nimirum vt si Norvvegiæ regnum inuito herede careret, Nidrosiensis archiepiscopus cum cæteris episcopis potiore ferendi suffragij iure niteretur; tum vt ecclesiastica tributalia restituerentur: præterea cudendæ minoris monetæ in eadem archiepiscopo asseruarentur: quas pactiones confirmatas apostolica auctoritate Gregorius sequenti anno VIII. kal. augusti, dum solemnes episcoporum conuentus Lugduni celebrabat. Sed antequam de Pontificis in Gallias profectione, atque in itinere ab eo gesta prosequamur, illa nobis præmittenda quæ priusquam inchoaret, pertecit.

a Ext. apud Greg. an. 3. pag. 153. in ser. ep. 38.

Eduardus Henrico in Angliæ regno succedit.

21 Extincti, vt vidimus, anno præterito Henrici Angliæ Regis lugubris nuncius ineuntis huius initio ad Pontificem peruenit; qui vt Eduardum magno dolore affectum ex acerba parentis optimi morte erigeret, atque ad constantiam excitaret, literas ad eum dedit b; cumque ex transmarina expeditione redijsse incolumem didicisset, bene ac fauste illi precatus vti ad se accederet, vt mutuo conspectu lætaretur, inuitauit.

b Ext. in cod. Vallic. sign. lit. C. n. 49. pag. 30.

Eduardus Rex occisi Henrici consobrini iustitiâ aduersus Guidonem potitur, c Lib. 1. ep. cur. 61. lib. 62. & 63

22. &c. Vbi ad Pontificem venit Eduardus, ab eo inter cætera enixe contendit, vt iudium Henrici maioris natu filij Richardi electi Romanorum Imperatoris sanguinem vlciscereturque, iustamque sententiam in Guidonem de Monteforti cædis auctorem ferret. At Guido cunctus vndique periculis, datis ad Gregorium literis, purgare tacitus nitus, excusauit se c, tutum atque integrum sibi non videri, Apostolicam sedem adire: ac postea repetitis literis inanes querelas in Gregorium effudit: ipsum erga se plus æquo ab Eduardo concitatum exasperatumque, ac nullo iuris seruato ordine sententijs atrocissimis obruisse. Sed iniquas sacrilegi querelas contemplit sanctissimus Pontifex, atque in illum ob immanitatem sceleris censurarum seueritatem adhibuit d: latas a Carolo Siciliæ Rege in ipsum sententias confirmauit; perculit anathemate; infamia damnauit: loca, in quibus præsens esset, subiecit interdicto: bonis exuit: omnem in vxoris ditionem auctoritatem ademit: eum capientibus exposuit; eius tamen vitæ parci iussit, edixitque ne quis ipsi tauaret. Perculsus harum legum acerbitate Guido, æstuque conscientiæ iactatus, ad suscipiendas omnes, quas Pontifex pœnas infligeret, sponte se submisit: de quo inferius.

d Greg. l. 2. ep. 64. Sententia in Guidonem lata.

Alfonsus Rex Lusitaniæ ob violatam eccl. libertatem correptus. e Lib. 2.

25 Antequam Gregorius Vrbeuetere vbi morabatur discederet, consulere libertati ecclesiasticæ in Lusitania studuit, Alfonsumque Regem illius euersorem grauissimis literis monuit e, vt eam in pristinum restitueret splendorem: nam inter alias atroces iniurias clero factas regij administri sacerdotum causas ad profanum tribunal auertebant; Iudæorum & Saracenorum bona, si Christo nomen darent, fisco addicebant, suisque iuribus ecclesias defraudabant: quæ literæ hac temporis nota consignatæ sunt. Dat.

quod Vrbeueterum vi kal. iunij pontificis nostri anno II.

26 Lapsis aliquot diebus, videlicet nonas iunias, religiosos viros, qui Prædicatoribus ac Minoritis Vlissiponensibus præerant, conferre se ad Regem, & ea capita, in quibus præsules opprimeret, pontificio nomine vt corrigeret, percensere iussit a, ac si pœnitentia ductus ea se emendaturum polliceretur, interdicti a præsulibus iram sententiamque septem mensis amoueret; ea tamen lege, vt intra menses quatuor ad sedem Apostolicam oratores mitteret: si vero parere respueret, regnum ipso iure, lapsis septem mensibus, interdicto pristino subijceretur. Verum iterum hoc malum recruduisse, libertatemque ecclesiasticam fuisse oppressam, viuit sumus infernus.

a Lib. 2. ep. 50. Interdictæ illi censuræ.

Gregorius Florentiæ petit.

27. &c. His gestis Vrbeuetere Gregorius, vt cæteris exemplum diligentiæ in suscipiendo itinere Lugdunensi ad celebrandam œcumenicam synodum daret, ineunte æstate profectus est Florentiam via cum Cardinalibus, Imperatore Constantinopolitano regia sede pulso, & Carolo Rege Siciliæ, pluribusque alijs procerum stipatus: extinguendæque Guelphæ & Gibellinæ factionis pio studio incitatus, vt omnium arma in communes fidei hostes verterentur, grauissima oratione partium signiferos inter se conciliare est conatus. Agunt de his pluribus Florentini historici b, extatque pontificium edictum, quo sanctam concordiam promulgauit c.

Gibellinos & Guelphos inter se cõciliat.

b Ricor. Malesp. Ist. Flor. c. 198. Io. Vill. l. 7. c. 43. & alij. c Ext. in annalib. Florentia interdicto supposita.

28. 31 At pia sanctissimi patris consilia Ioannes de Durfort Carolo in Etruria præfectus, vir iracundus impotens, effusis temere in Gibellinos animis contregit: quare Gregorius, qui sedere arctissime diffidentium animos adstringere properabat, iustissima ac pia indignatione exarsit, Florentiamque interdicti sententiæ subiecit. Extant quidem Gregorij Papæ ad Carolum literæ plenæ querelarum, postquam Florentia abscessit, datæ d: quibus obijcit Florentiam se ab illo rogatum, susceptis magnis laboribus pro adducendis in concordiam ciuibus, penisse; ex eoque itinere grauem se contraxisse morbum: cumque pacem attulisse & omnia probe composita reliquisse videretur, rem ad exitum non tuisse perductam; atque inde grauem inuidiam conflari tam ipsi, tum sedi Apostolicæ: Carolo quidem violatas fœderis leges; sedi vero Apostolicæ iniuriam impingi: quare curasse eam deleret maculam: quinquaginta obsidibus contentus esset: Gibellinos Florentiæ bonisque priuatis restitueret: illos ad obsequium præstandum paratissimos: virum pacis & concordiæ amantem, ad rem perficiendam in Etruriam mitteret. Sed pontificijs votis obtemperatum non est.

d Ad ſ Vall. sign. lit. C. n. 49. pag. 33.

Pisani in Ecclesiæ gratiam reuocati. e Lib. 2. ep. cur. 6. Episcopalis sedes Pisis restituta f Lib. 2. ep. 13 g Ext. Greg. lit. inserta instrumento ratificationis. Pisan. lib. priu. Rom. eccl. to. 2. pag. 314. Consultũ rebus Syriacis.

32. &c. Per hæc quoque tempora Pisani, qui pluries anathematis pœnam contraxerant ob secutas Conradini partes, in gratiam Ecclesiæ a Ioanne ordinis Prædicatorum admissi fuerunt. Quæ prouincia a Gregorio vt infra dicetur, dum adhuc Vrbeuetere versabatur, data est e: qui ne rigorem omnem exuisse videretur, archiepiscopalis sedis dignitatem a Clemente ademptam tunc non restituit, sed lapso post mense f, nimirum XII. kal. iulij, cum Florentiæ ageret conficiendæ Guelphorum paci operam naueret g.

Dum in oppido, cui sanctæ Crucis nomen est, diœceseos Florentinæ agebat Gregorius, acceptis a Philippo Rege Francorum literis, vt viros in rebus bellicis exercitatissimos in Syriam misisset, quirerum statum explorarent, quo necessaria subsidia mitteret, gratias egit, sua in ea re vota occupasse. Submissas etiam in Syriam aliquas subsidiarias copias, quæ in Gallijs comparatæ fuerant, refert hisce verbis Sanutus. h: *Olmerius de Termes* MCCLXXIII. VIII. *aprilis, ordens a Rege Francie ad ipsius Regis* stipen-

h Sanut. l. 3 pag. 12. c. 12.

stipendia duxit XXV. *equites & centum pedites ballistarios*. Et infra : *Venit quoque Ptolemaidam Regydius de Santi cum quadringentis ballistariis ad stipendium Ecclesiæ & Regis Franciæ : & post hunc Petrus Dameneis cum trecentis ballistariis ad conforme stipendium*. Confirmauit ijs auxilijs Pontifex Hugonem Cypri & Ierosolymorum Regem : deque concordia ipium inter ac proceres feliciſſime concilitata eſt gratulatus a.

a Ext. ejus lit. in cod. Vallic. sign. lit. C. n. 49. pag. 3.

Qua porro de cauſa ſuperioti anno inter Hugonem ac viros principes diſcordia exortaeſſet, vtque compoſita fuerit certis legibus, narrat Sanutus b : *Inter Regem*, inquit, *& milites Cypri diſcordia quædam emerſit, requirente Rege vt ſibi eum armis extra inſulam inferrent : illis vero e contra afferentibus, quia ad id nullatenus tenerentur : tandem quibuſdam moderatoribus conuenerunt, vt quatuor menſibus anni Regi ex inſula ſeruiant, vbi adeſſet perſonaliter aut filius Regis*.

b Sanut. l. 3. pars 8. c. 13.

Orthochgus expedi tionem Arſlaricam vouet.

37. &c. Addere etiam hoc loco viſum eſt, Orthocarum Boemiæ Regem profectionis Ieroſolymitanæ votum nuncupaſſe : cui pium deſiderium ſignificanti Pontifex gratulatus eſt c, non alio quam diuino ſpiritu ad ſanctum adeo conſilium ſuſcipiendum actiari potuiſſe, atque hiſce monitis illum inſtruxit : *Conſidera, princeps inclyte, conſidera & attende, ad quantum propter hoc tuæ gloriæ titulo, immo ad quantum ſalutis animæ tuæ compendium inuitaris. Conſidera, & excitatum in te a Domino ſpiritum ne extinguas, nec a quibuſcumque te a tam ſalutari propoſito retrahere volentibus patieris extingui ; ſed ſuſurrationibus, quæ ſunt ſua quærentibus, non quæ Chriſti, reſiſte viriliter : & vt non impingues pedem caueris oleum caput tuum, nequaquam ipſorum adulationibus acquieſces ; quin potius in ipſorum regali exordio regali conſtantia confutes eoſdem*.

c Cod. Vall. sign. lit. C. n. 49. pag. 44.

Alfonſus Rex Caſtellæ ſignificat Pontifici, de magnis cum ipſo rebus agitare vel le.

Eodem terræ ſanctæ liberandæ deſiderio incenſus viſus eſt Alfonſus Caſtellæ Rex, cuius literæ ad Pontificem, Camberiacum accedentem, peruenere ; quibus magna ſe teneri viſendi Pontificis cupiditate ſignificauit, vt cum ipſo de rebus arcanis, quæ ad terræ ſanctæ res inuaurandas, ac Græcos in Eccleſiæ ſinum trahendos ſpectabant, colloqueretur : cui Gregorius reſpondit d, vrgeri ſe concilij Lugdunenſis imminentis temporis anguſtijs ; mitteret virum fidiſſimum, qui hæc arcana aperiret ; vel ipſe Pontifex aliquem, qui ſibi a ſecretis erat, ad eum legaret ; ac ſi poſt concilium ea res perfici poſſe videretur, congreſſum ipſius iucundiſſimum ſibi futurum.

d Lib. 3. ep. 38.

Lugdunū peruenit Pontifex.

40 Poſt multas itineris ſuperatas difficultates Lugdunum ingreſſus Gregorius, haud multo poſt incommodis in itinere toleratis defeſſus morbo implicitus eſt, adeo vt in feſto dedicationis baſilicæ principis Apoſtolorum, miſſæ auguſtiſſimo ſacrificio demore intereſſe non potuerit. Iudicij tamen forma conſueta contra Eccleſiæ rebelles obſeruata e, ac ſententiæ a Clemente latæ in eos renouatæ.

Morbo implicitus.

e Lib. 1. ep. 5. Sententias in rebelles Eccleſiæ renouat.

Hiſtoriæ vero eccleſiaſticæ ſuſcepta a nobis ratio poſtulat, vt quæ Lugduni a Gregorio hoc anno effluente geſta fuere, in lucem collocemus. Acceperat ipſe Eduardum nouum Angliæ Regem regiæ conſecrationis pompam celebrandam eo tempore indixiſſe quod in œcumenicæ ſynodi tempus incurrebant : vnde Angliæ præſules, ne concilio intereſſent, abducebantur : quare Pontifex Eduardum monuit f, vt celebritatem illam vel maturaret, vel in aliud tempus differret, ne eius occaſione adeundæ ſynodi occaſio Anglicanis partibus eriperetur.

Rogat Eduardum vt inſtitutis regiæ pompam differat.

f Lib. 2. ep. 32.

41 Præterea ſignificauit g eidem, vt Guido de Monteforti, aduerſus quem Eduardus ipſe vltionem de caſo Henrico patruele popoſcerat, cenſuris implicitus flagitij veniam adhibitis pluribus interpretibus, oraſſet, repulſamque paſſus, tibi Florentia abeunti poenitentis cultu laqueo e collo pendente ad pedes accidiſſet, ſeque ad ſubeundas carceris pœnas paratum obtuliſſet.

Guidonis poenitentiam ſignificat Eduardo Greg.

42 *Gregorius, &c.* Cum nos contingeret ciuitatem Florentinam exire, idem Guido quaſi ad duo milliaria extra ciuitatem eamdem, necnon & quidam alij, quos ad hoc tibi comites habuit, depoſitis omnibus calceamentis, & veſtibus, præter camiſias, & temoralia, cum chordis ad colla, proſtratique in terram, ſe nobis in via exhibuere cum lacrymis : & ſubliſtentibus quampluribus, qui erant in noſtro tunc temporis comitatu, memoratus Guido cum eiulatu non modico profuſis lacrymis, inſtantis ſupplicationis verbis effuſis ſe alt & bas fine tenore, modo, vel conditione aliqua noſtris mandatis exponens, petebat humiliter, & ſupplicabat inſtanter, ſaltem vbicunque nobis placeret, in carcerem ſe detrudi, & in abſolutionis beneficio miſericordiæ ſibi ianuam aperiri ; nullo penitus adiecto in ſuis ſupplicationibus mediate, vel immediate porrectis, per quod alias derogari poſſet in aliquo prædicto proceſſui habito contra ipſum.

Vt nudo corpore, iniecto collo laqueo, veniam petierit.

43 Sed nec tunc huiuſmodi ſupplicationem ipſius duximus admittendam, nec reſponſum ipſe a nobis habuit aliquod : immo redarguimus potius alios aſſiſtentes eidem, quod in talibus nec loci, nec temporis competentiam obſeruarent. Verum vrgente tandem conſcientia, ne deeſſe iuſtitiæ videremur, & contra ipſius debitum Eccleſiæ claudere gremium redeunti ; de fratrum noſtrorum conſilio in hoc condeſcendimus inſtantiæ ſupplicantis. Mandauimus quidem per dilectum filium noſtrum Ricardum ſancti Angeli, & Io. ſancti Nicolai in carcere Tulliano diaconos Cardinales in Vrbe morantes, Guidoni præfato in terra eccleſiæ Romanæ in aliqua arce tuta locum carceris aſſignari, & proprer noſtram de partibus illis abſentiam, ipſum Guidonem per chariſſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum Siciliæ Regem illuſtrem, & alias perſonas idoneas inibi cum diligentia cuſtodiri : &c. *Dat. Lugduni* III. *kal. decembris anno* II.

Repulſam tum ſit paſſus.

Mandatus carceri fuerit.

Paruit Pontificis imperijs Guido, atque in arcem de Leuco in Mediolanenſi agro, carceris tædia ſqualoremque ſubiturus ſe contulit : ſpreuitque generoſe corporis ſeruitutem, vt anima vinculis anathematis abſolueretur. Conieto itaque in carcerem Guidone, ſanctiſſimus Pontifex, clementia temperaturus ſeueritatem, patriarchæ Aquileienſi ſequenti anno illius fidelium communioni reſtituendi partes ea lege dedit a, vt inflictæ tamen aliæ pœnæ ob patratum in Henrico inter aras cæio flagitium valerent.

a Lib. 3. ep. 14.

44. &c. Qua pietate Gregorius homicidæ ſacrilego reditum ad Eccleſiam non præcluſit, ad eam confugere meditanti Michaeli Palæologo paternum ſinum aperuit, atque ad rem perficiendam, & Græcos adducendos obuias difficultates temperauit. Cuius ad Gregorium demiſſionis Chriſtianæ ac religionis notis inſignes extant literæ, in quibus b de acceptis pontificijs literis maximo ſe gaudio perfuſum ſignificauit, multiſque laudibus & gratiarum actione Gregorium ob promotam eccleſiarum coniunctionem his verbis extulit.

Palæologo eccleſiæ Rom. aggregari poſtulat.

b Ext. ex reg. Greg. I. 11. pag. 94. n. 10.

Demiſſæ eius ad Gregorium literæ.

Sanctiſſimo & beatiſſimo dom. Gregorio Papæ &c.

Quia nobis fuit a vobis deſtinata epiſtola, quem ſupremum profitemur Pontificem, vtpote Apoſtolicæ ſedis ſucceſſorem & decus ; & etiam erga Imperium noſtrum affectuoſe diſpoſitum, paternalem obtinere affectum : quem nunquam lucernam lucentem

Ageoſcit illius primatum.

tem puritate conuersationis & vitæ diuinitus super maximam Pontificatus sedem, veluti super candelabrum Deus constituit, vt in omnibus finibus fulgeretis. Cuius opera, iuxta Sirach: *Sicut sol illuxit confpectu Domini: & oculi conspicui super vias eius*; cuius laudem lingua nostra tota die propterea meditatur. Secundario vero quia pacem Christianitatis & plenitudinis vnionem, quæ adest secundum Deum; quam nos etiam semper sitimus (nouit hoc pacis Deus) desiderare vestram paternitatem ipsa epistola deifice denotabat. Quæ nos etiam suadebat, vestram in hac parte agnoscere sanctitatem instantem cohortatricem boni huius, & cooperationem promptissimam & synceram, & dicere: *Ecce vir timens nomen Domini, in cuius ore lex veritatis consistit, & iniquitas in eius labijs non inuenitur: quoniam ambulat in pace directus.* Et iuxta magnum Eliam: *Cor restituit patris ad filium: & hominis ad proximum suum.* Huius gratia multo magis exaltati in his, vltra quam qui inuenit spolia multa, & illum, qui hoc perficit, non cognouimus alium præter Deum, cui iuste & digne ad grauatum acumen assurgere commonemur, dicentes: Magnificetur semper Dominus, quia erexit vos semper magnum Pontificem suorum seruorum pacem optantem, qui suum sanctissimum nomen inuocant indefesse: quonullique interiectis vt pro celebranda Græcorum synodo studia contulisset, aliquosque aduersantes pijs votis esset passus hæc subdidit.]

Commendat ingentibus laudibus ob pacis studium.

47 Beatitudo autem vestra, sanctissime domine, non aliter de nobis recogitet; nec aliquam hæsitationem habeat de consummatione negotij sæpedicti: sed omnem ambiguitatem & timorem eijcientes ab anima de consummatione & perfectione negotij sæpedicti, quod ad manus est, sicut iam ad præsens recipiet sanctitas vestra: tempus enim, in quo magis conuenit dispensari super Christianorum vtilitate communi, non aliud nunc quidem videtur, quam præsens. Ad quod nos quidem, ad vnum, conuenientes cooperatione Spiritus sancti, vbicunque voluerimus ambulare, in Deo faciemus virtutem, angulari lapide Christo, qui est caput Ecclesiæ, in quo omnis ædificatio ad templum sanctum in medio nostrum compaginata concrescit; iustam exinde promissionem habentes, & nos in pace indiruptibiliter coniungentes, non duo vel tres existimemur, sed milliana infinita & innumerabilia in ipsius nomine congregata.

Paratissimum se exhibet.

48. 49 Contra inimicos Dominicæ crucis diui Amos dictum bene & optime inducitur: *Occidet sol in eis in meridie*; sic opinantibus ex angustia cordis & obumbrabitur super terram eorum in die lumen & in meridie velut in nocte palpabunt: expugnatio erit eis, & totalis destructio: redemptio vero terræ sanctæ, & vltra alienigenæ non transibunt per eam. Ait Ioel magnus: *Ægyptus ad destructionem erit, & Idumæa ad campum perditionis.* Et sic tanquam ignis & flamma non Israelis domus apparebit. Domus vero Esau tanquam stipula, & consummabuntur iniqui; quoniam venerunt dies vindictæ iuxta dictum diui Oseæ, & dies retributionis eorum. Nos vero tota Christiana gens dicimus tuentibus orationibus vestris; virtutem a Deo accipientes: Dilatati erimus, & ad pristinum iterum venemus: si distantia enim nostra impijs superbiendi libertatem concessit, coadunatio vtique, & in vnum congregatio manifestissimum eis interitum præparabit.]

Spem iniecit ex eā coniunctione Saracenos perdomitum iri.

50 Alijs etiam literis a certiorem Gregorium fecit, se breui solemnes oratores ad synodum missurum; roganitque vt literis apostolicis daret operam vt omnia ipsis itinera tuta & libera forent, pe adeo

a *Extant. n. 11.* Gregorius Palæologū ad coniunctionem hortatur.

optata coniunctio alicuius improbitate atque inuidia euerteretur. Quibus acceptis ingenti gaudio affectus sanctissimus Pontifex, Palæologum ad constantiam excitauit a.

a *Lib. 2. ep. cur. 12.*

51 Imponemus huic anno finem, adducto Philippi Regis Francorum erga ecclesiam Romanam studij insigni argumento: cum enim comitatum Venuinum ab ea patruo Alfonso, qui Raymundi Tolosani comitis filia ducta in vxorem cum possederat vna cum reliqua ditione, transtulisset tenetque; nec deessent, qui vt iura sua defenderet Alfonsi Raymundique exemplo suaderent; flagrante legato pontificio, sponte comitatu cessit b, quem Romana ecclesia sibi iure debitum contendebat.

Reg. Frãc. comitatũ Venusiũ ecclesiæ tradit.

b *Nang. p. 13. 14. 15.*

IESV CHRISTI
Annus 1274.

Indict. 1.

GREGORII PP. X. RODVLPHI ROM. REG. 1.
annus 3. MIC. PALEOL. IMP. OR. 14.

1. INsignis est hic annus rerum in œcumenico concilio c Lugdunensi secundo gestarum maiestate. Inchoatum est 4. illud nonis maij huius anni feria secunda, in ecclesia S. Ioannis: cum ante omnibus præsulibus & capellanis suis Pontifex tricini ieiunij initium indixisset: de cuius exordio hæc actorum scriptor. *Dominus Papa circa horam missæ, descendens de camera sua in ipsam ecclesiam, præparato sibi faldistorio in choro, conducentibus eum duobus diaconis Cardinalibus, vt moris est, dixit tertiam & sextam, quia erat dies ieiunij. Quibus finitis, subdiaconus venit cum sandalibus, & calceauit eum, capellanis dicentibus psalmos conuersos circa ipsum. Et eo calceato, & loris manibus, diaconus & subdiaconus more solito induerunt eum omnibus vestimentis pontificalibus alos coloris, quæ inter pascha & ascensionem erat; & pallio, sicut si esset missam celebraturus. Et inde, præcedente cruce, ascendit pulpitum præparatum & ornatum, & sedit in faldistorio suo, ministrantibus sibi pro presbytero domino Simone tit. S. Martini, & diacono domino Othobono Cardinalibus & assistentibus sibi in eodem pulpito ipso domino Othobono S. Adriani, & domino Iacobo S. Maria in Cosmedin * S. Georgij ad velum aureum, Huberto S. Eustachij, Matthæo S. Maria in Portica diaconis Cardinalibus; etiam sedente iuxta eum domino Iacobo Rege Aragonum, assistentibus etiam sibi quibusdam capellanis superpelliceis indutis. Sedens idem summus Pontifex in faldistorio suo, fecit crucem super prælatos & concilium, qui sic sedebant ab opposito, & in eminentibus sedibus præparatis.*

c *Siffr. in ep. l. 2. Stero in annal. Et erat ch. apud Canis. antiq. lect. to. 3. p. 308. Nang. in vita gest. Phil. Reg. Malesp. c. 199. to. 8. Vill. l. 7. c. 44. Antonin. p. 3. tit. 20. c. 2. & c. 6. d Pand. Luc. hist. eccles. l. 23. c. 3.* Quo tempore inchoatũ fit Concilium et quo modo.

* Gotifredo

2 Fusis deinde precibus, ac Spiritus sancti numine implorato, orauit Pontifex in hæc verba: *Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar, & antequam moriar*, ac rationes adstantibus proposuit, quæ ipsum ad cogendam synodum impulissent: tum secundam sessionem in secundam sequentis hebdomadæ feriam indixit. Nec frustra consumptum tempus, quod medium inter sessionem vtramque effluebat: e qualibet enim prouincia archiepiscopum, episcopum, & abbatem ad se venire iussit, atque ab ijs omnium ecclesiarum prouentuum decimas ad sex annos pro submittendis terræ sanctæ auxilijs postulauit, obtinuitque; adeo vt a festo S. Ioannis Baptistæ eius anni tempus excurreret.

Pontificis ad patres oratio. Decimas sexennales pro re Syriaca instauranda postulat. Litera de aduentu Græcorum in concilio. Constitutiones editæ pro disciplina ecclesiastica seruanda.

4 Celebrata est secunda sessio decimo quinto kalend. maij, in qua nonnullis sanctionibus lectis

pro-

Primatum Rom. Pontificis.

Postulant non immutatum symbolum. Nec ritus veteres pios.

De Græcorum dissidijs.

Insignis hominis schismatici impudentia, Latinos hæreticos appellantis.

Potior multitudo pars schisma damnat.

Pontifex significat Palæologo Rom. eccl. fuisse aggregatum.

Flagitatis a patribus vt schisma Imperij sedetur.

a Formul. Mar. Ebuli pag. 153. Constabilita Rob. ecclesiæ iura concessa ab Imperatoribus.

b Collect. Platin. in mss. Vrsch. Vat. pag. 81. ad pag. 89. lib. privil. Rom. eccl. n. 1. pag. 376. in mss. Vall. libl. sign. D. 1. pag. 87. Othonis & Friderici privilegia a Rodulphi oratoribus confirmata.

c Ext. in lib. privil. Rom. eccl. Collect. Platin. & mss. Vallic. sign. in D, n. 1. ubi sup. Siculi regni iurib⁹ cautum.

d Collect. Platin. mss. Vat 10. 2, pag. 87. & 97. lib. priv. Rom. eccl. to. 1. pag. 9. mss. Vall. sign. lit. B. n. 12. pag. 558. Græci ad concil. Lugdun. accedunt.

e Ext. mss. in Vat. & apud S. Angelo & coll. Platin. mss. pag. 89. Spiritum sanctum procedere ex Patre Filioq; confitentur Transubstantiationem in Eucharistia ex azymo

1. &c. Consultum cum est occidentali imperio, non quidem in ipso concilio, sed Carcinatium consistorio, Missefant ad Gregorium Alfonsus Castellæ Rex, ac Rodulphus oratores, & quisque certabat officijs ac promissis, vt æmulo honore deiecto, imperio potiretur. At Pontifex, propositi sibi ob oculos Dei gloria, & populorum concordia, missis litigiorum ambagibus, quibus decessores tot annis se implicuerant; cum patrum concilij clamoribus vrgeretur a, vt lacerato consuleret imperio, Alfonsi oratores re infecta dimisit: Germanicos vero ad sacramenta Rodulphi nomine nuncupanda, ac priuilegia Romanæ ecclesiæ a veteribus concessa Imperatoribus confirmanda, admisit. Quæ vt maiori cum celebritate gerentur, adhibiti sunt principes ecclesiastici electores, alijque insignes Germani præsules, qui imperatoria diplomata perlegere: atque ad rem secuturis ætatibus mandandam solemnes tabulæ confectæ sunt, quæ in molis Adrianæ archiuo asseruantur, atque iussu Sixti IV. inter illustria monumenta, quæ ad Romanæ ecclesiæ dignitatem spectant, collectæ b. Perlectis autem Othonis IV. & Friderici II. priuilegijs & sacramentorum formulis, quibus se Romanis Pontificibus obstrinxerant; ne ijs pietate & studio in sedem Apostolicam Rodulphus inferior videretur, illius oratores idonea instructi auctoritate rata & sancta habitum iri iurati spoponderunt. De quo insigne monumentum c editum in eadem mole Adriana asseruatur.

11. 12 Vt consultum etiam esset Romanæ ecclesiæ iuribus in vtramque Siciliam, ne Imperator id regnum coniunctum imperio contenderet, affectaret ve vnquam; principum electorum, qui olim, adeunte imperium Frederico Siciliæ Rege, in Francofurtensibus comitiis pronuntiarant, Siculum regnum imperio obnoxium non esse, literæ confirmatæ sunt ab ijsdem Rodulphi oratoribus, ac tabulæ de ea re editæ d. De his vero hactenus: nunc de orientali imperio ad Romanæ ecclesiæ coniunctionem reuocato agemus.

13 Hæserant diu patres expectatione aduentus Græcorum suspensi; cum demum Palæologi Imperatoris, atque orientalium præsulum synodi oratores peruenere, ac præterita silentio controuersia, quæ de imperio cum Philippo Balduini II. olim Constantinopolitani Imperatoris filio Caroli Siciliæ Regis genero intercedebat, in sinum Romanæ ecclesiæ admitti supplices flagitarunt; ac reddidere Pontifici Imperatoris literas, quibus orthodoxam fidē ex præscripta ab Apostolica sede forma profitebatur e: quæ cum sit prolixior, sufficiet nobis excerpere controuersa fidei capita, quæ perspicuis verbis cum Latina ecclesia pie professus est.

14 *Credimus*, inquit, *& Spiritum sanctum, plenum & perfectum, verumque Deum ex Patre Filioque procedentem*. Tum de sacramento Eucharistiæ: *Ex azymo conficit Romana ecclesia, tenens et docens, quod in ipso sacramento panis vere transubstantiatur in corpus, et vinum in sanguinem Domini nostri Iesu Christi*. Subinde de primatu Romanæ ecclesiæ: *Ipsa quoque sancta Romana ecclesia summum & plenum primatum, & principatum super vniuersam Ecclesiam catholicam obtinet: quem se ab ipso Domino in B. Petro Apostolorum principe, sicut vertice, cum Romanus Pontifex ab successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter & humiliter recognoscit. Et sicut pra cæteris tenetur fidei veritatem defendere, sic & si quæ de fide fuborta fuerint quæstiones, suo debent iudicio definiri*. Et infra: *Confitentes vero hæc, & approbantes, & acceptantes, & promittentes obseruare, vt superius dictum est, regalem magnitudinem vestram, vt ecclesia nostra dicat sanctum symbolum, prout dicebat hoc ante schisma vsque in hodiernum diem, & quod permaneamus in ritibus nostris, quibus vtebamur ante schisma*. Quibus consentanea Andronicus suis literis est professus.

15, 16 Sane acerrimas contentiones factas fuisse inter Græcos refert Pachymerius a auctor schismaticus, cum ad ecclesiarum coniunctionem redintegrandam synodus coacta esset: adeo vt, cum Palæologus Imperator grauissimis sententijs ad eam ipsos pellicere, carthophylax suam de Latinis sententiam iussus depromere, annuente patriarcha Iosepho, imprudenter has voces protulerit: *Aliqui dicuntur & sunt: alij nec sunt neque dicuntur; hi dicuntur & non sunt; et rursus alij sunt quidem, sed non dicuntur: in horum numero collocandi Latini, qui hæretici non dicuntur, sed manifestis hæresibus sunt inquinati*. Addit Pachymerius, abscedente ex synodo illa Palæologo, cum grauiores ob proteruiam hominis, quem ipse laudat, iras concepisset, patriarcham & sectatores in eos, qui catholice sentiebant, vesparum more inuolasse. Quam quidem dissensionem animorum Græci præsules, qui ab impio patriarcha discessere, Gregorio significarunt: & celebrata synodo, se ad supremum illius in omnes ecclesias imperium agnoscendum communi conspiratione consensisse.

17, 18 Quibus dotibus homo pertinacissimus esset præditus, describit Nicephorus Gregoras b: *Iosephus*, inquit, *vir canus, qui longo tempore in monte Gallesio monachum egerat, Græcarum literarum plane rudis et nimium simplex*. Quid vero ad edomandam illius arrogantiam ac impietatem decretum sit, subdunt præsules Græci: *Nos autem, et nobiscum potentissimus Imperator, inuixtus illi a patriarchali sede recedenti omnino in vna forma solitudinis manere, quæ sunt Constantinopoli monasteriorum, donec nuncij ad vestram sanctitatem accedant, et audiant sermonem vestrum: et si magnitudo vestra ita recipiat, deligat certos delegatos cum nostris reuersis legatis*. Addunt sede motum iri patriarcham, si obduruerit in pertinacia, ecclesiæque Romanæ primatum agnoscere detrectarit. Quibus consentiunt quæ Nicephorus Gregoras de eo tradit c: *Patriarcha Iosephus ea concordia repudiata, sede sua cessit, nec multo post relicta vrbe se in archistrategi monasterium ad Bosphorum contulit*. Subiuncta est sacramenti forma, qua nuntius a concilij Constantinopolitani patribus missus sese obstricturus, fidemque orthodoxam professurus esset, ijsdemque est concepta verbis atque ea, quam Georgius acropolita Palæologi Imperatoris nomine nuncupauit. Præsulum etiam Constantinopolitanæ synodi, triginta sex nimirum Asiæ & Europæ metropolitanorum, ac suffraganeorum nomine orator simili iureiurando se obstrinxit. Quibus perfectis, præcinente Pontifice hymnum: *Te Deum laudamus*; denique Græcis Latinisque verbis fidei orthodoxæ forma, repetita bis professione processionis Spiritus sancti a Patre & Filio, decantata est.

19. &c. Quanto porro gaudio concilij Palæologus sinu Ecclesiæ exceptus fuisset, suis literis v. kal. augusti datis Lugduni expressit Pontifex d.

Gregorius, etc, Exulta filij, exulta & lætare in eo, qui est splendor lucis æternæ, diuinæ quædam emana-

a Ferm. Mar. Ebuli pag. 153. Constabilita Rob. ecclesiæ iura concessa ab Imperatoribus.

b Collect. Platin. in mss. Vrsch. Vat. pag. 81. ad pag. 89. lib. privil. Rom. eccl. n. 1. pag. 376. in mss. Vall. libl. sign. D. 1. pag. 87. Othonis & Friderici privilegia a Rodulphi oratoribus confirmata.

c Ext. in lib. privil. Rom. eccl. Collect. Platin. & mss. Vallic. sign. in D, n. 1. ubi sup. Siculi regni iurib⁹ cautum.

d Collect. Platin. mss. Vat 10. 2, pag. 87. & 97. lib. priv. Rom. eccl. to. 1. pag. 9. mss. Vall. sign. lit. B. n. 12. pag. 558. Græci ad concil. Lugdun. accedunt.

e Ext. mss. in Vat. & apud S. Angelo & coll. Platin. mss. pag. 89. Spiritum sanctum procedere ex Patre Filioq; confitentur Transubstantiationem in Eucharistia ex azymo

b Niceph. Græc. hist. Rom. l. 9. Quis fuerit Ioseph patriarcha

Monasterio vxlus ditur.

c Idem l. 5.

d Lab. 3. ep. 10. extat etiam in concil. Lugdun.

Qui sint sacrificij exhibitores perfecta & ecclesiæ non contraria.

emunctio clarioris: qui tuum sic animum suo lumine illustrauit, vt lumen veritatis intelligens, non solum redires ad illum, sed ad reducendum alijs quoque & promouendum effici mereris. Exulta & gaude talemac tantum tam datum tibi muneribus tuis effectum, vt & de quo ad finem vberioris ecclesiasticæ reditus inde habendum expectare valeas præmium, & de alijs per te redeuntibus tibi plurimos debeatur retributionis augmentum. Porrecta ergo, & quod capisti, solicitudine cum omni diligentia & solicitudine prosequaris; efficiendi pro posse datum operam, vt nec in aliquibus eiusdem schismatis reliquiæ qualescumque superstites, &c. *Dat. Lugduni v. kal. augusti anno 1.*

Andronico, heredi Imperij data moderna. a *Ioan. Cant. in Andron. c. 13.* b *Pachym. l. 5. c. 13.*

Eodem argumento ad Andronicum eius maiorem natu filium scripsit a. Horatus etiam paulo ante fuit b, vt curas omnes in traducendis ad Ecclesiam schismaticis alijs poneret, atque Imperatori consilio & opera adesset. Mox abbatem Cassinensem in orientem misit c, qui de inducijs inter Palæologum, Philippum Imperatorem Constantinopolitanum, eiusque socerum Carolum ineundis agitaret. Quæ vero deinde a Græcis gesta fuerint, subijciemus interim: nunc de Tartarorum Regis oratoribus dicamus.

Præsules Græci solicitati in populis ad coniunctionem adducendis studium explicant.

Abbas Cassinēsis missus in orientem ad tractandam inter Paleol. & Philippum pacem.

21 Producti fuere in superiori sessione quarta Abaghæ in Perside ac finitimis regnis imperantis oratores, lectæque eius de coniungendis cum Christianis aduersus Saracenos armis, propagandaque pietate literæ: quæ ingenti lætitia patrum animos complerunt, cum fidem Christianam felicissime inter barbaros disseminatum iri, enervandamque eorum armis Saracenorum tyrannidem, ac superstitionem, ipse affulgeret: commendabat enim armis Bendocdarem soldanum Abaghæ, atque occidentalium vires sibi coniungere optabat; cuius nonnulla facinora insignia ex Aytono ad illustrandam historiam perstringemus. Retulit ille soldanum Ægyptium, dum Abagha erat implicitus bello cum septentrionalibus, Turquiam Paruanæ præfecti proditione subegisse, reduntesque Abagha exercitum in Ægyptum reduxisse: concitis tamen a Tartaris extremis agminibus; deinde subactam ab Abagha Turquiam fuisse, eamque Lionti Armeniæ Regi oblatam, non tamen ab Armeno acceptam ob virium tenuitatem: tum subiit Aytonus.

Abagæ Regis Tartarorum ad concil. Lugdunense legati.

Nonnulla Abaghæ gesta.

Tartari domantur pulsi. Pollicentur Abaghæ Terram S. Christianorum armorū vi restituere. Abagha uxor baptismo insignitur Lugduni. *Hist. concil. Lugdun. 39. 2.*

22. 23 *Consuluit tamen Rex Armeniæ, vt Abaghæ de regno Turquiæ taliter ordinaret, antequam recederet, quod de rebellione vnius dubitaret, & nullo Saraceno daret dominium in Turquia. Abagha quidem acceptauit Regis consilium, & nunquam postea voluit quod Saraceni in illis terris dominium obtinerent. His itaque completis Rex Armeniæ requisiuit & rogauit, quod Abagha vellet intendere ad liberationem terræ sanctæ, & ipsam eruendam de manibus paganorum. Hoc Abagha promisit facere toto posse: & confixit, quod Rex nuntios suos misit ad Papam, & ad alios dominos & principes Christianorum pro subsidio terræ sanctæ.* Initiatus d est sacris baptismalibus Abaghæ orator vna cum duobus præmobilibus Tartaris a Petro Cardinale episcopo Ostiensi, qui postea in pontificatu Innocentij V. nomen accepit, paulo ante sessionis V. celebritatem: quos Gregorius pretiosissimis vestibus donauit. Datis vero iam ante ad Abagamliteris ipsum ad Christi cultum allicere conatus, legatos suos antequam Christianus exercitus in transmarinas plagas transportaretur, ad ipsum se missurum pollicitus est e. At de his hactenus: iam ad synodalem historiam redeamus.

d *Lib. 4. ep. cur 209. extat dilecto concil. Lugd.* Constitutiones de creatione Rom. Pont. editæ.

24. &c. Sessione quinta nonnullas sanctiones promulgauit Gregorius. Primum ad arcenda ex diuturno interpontificio mala, quæ Christianum orbē post Clemente IV. obitum afflixerant; corroborans sanctiones ab Alexandro alijsque Pontificibus, adiecit vt elapsis a Pontificis morte diebus decem, siue venirent Cardinales alij, siue non, secretum conclaue ingrederentur, qui singulos tantum clericos ac laicos, duosue, si alicuius id poscerent euidens necessitas, ad familiare obsequium adducerent; obseptis vndique omnibus alijs aditibus, vt cum nullo colloqui, neque literas ab aliquo recipere, incurrato in legis violatores anathemate, possent: cumque tres elapsi essent dies, sequentibus alijs quinque vno tantum ferculo contenti essent: quibus præteritis panis, vinum, & aqua ipsis tantummodo apponerentur; nec aliquid a pontificio ærario acciperent, donec Pontifex renuntiatus esset: supersedere etiam omnibus alijs negotijs iussit; ni forte aliqua adeo vrgens necessitas instaret, vt ipsi cælestique occurrendum videretur.

Sacramenta a Card. de eligendo aliquo data vt cauere. Cardinales Pontifici frustra obluctantur. Gregorius cum præfatis rem iancit. *Alibi præsul. Rom. eccles. I. V. c. 10. 3 pag. 281. & in I. Vall. fast. l. 8. n. 12 pag. 100 & 557.*

Hanc sanctionem cum ante Gregorius Cardinalibus ostendisset, duriorem sibi legem imponi questi sunt; & conuocatis paulo post in publicum erupit, cum Pontifex præsules sine Cardinalibus ad se euocasset; camera vero Cardinales præsidis limationis cogerentur, atque ab ijs consilium auxiliumque flagitarent. Sed Gregorius demum, vocatis præsulibus, primum obiecto anathemate consilia sua alijs pandere vetuit: sicque expositis, assensum ab ijs elicuit, qui etiam sigilla sanctioni appositure; sparsæque mox per regna & prouincias de his literæ, quæ extant in libro a priuilegiorum Romanæ ecclesiæ.

S. Bonauenturæ obitus. Petrus Ossinensis eius laudes celebrat. *b S. Ant. 3. p. tit. 24. c. 8. in prin.* c *Apud Sur. to. 4. die 14. iul.* d *Sim. Senens. bibl. lib. 4. Possev. Bellon. & alij. e In additam. ad Sicon. Sam. p. 2. tit. 2. c. 8. §.* S. Bonau. carmina dotes. insignis eius demissio. f *An. 1482. ex apostol. dipl. in bullar. to. 3. IV.* A Sixto IV. sanctorum catalogo appositus. g *Luc. Wad. in annal. Min. hoc an.* Preces a Greg. probatæ, & ab ijs quæ in mœrore Lugdun. obtinerant multa.

27 Cum vero interdum eligentium libertas pactis, alijue conuentionibus implicitis expressisue, infringi videret, diuini illis iudicij terrorem incussit; atque omnia huiusmodi fœdera, promissaque etiā sacramento confirmata conuulsit, vt in ea re data turpiter fidem non seruare laudi, non vitio vertendum sit.

28 Inter hæc extinctum est ingenti omnium luctu maximum collegij Cardinalium, immo totius Ecclesiæ Dei, quam sua sanctitate ac scientia illustrabat, lumen S. Bonauentura Cardinalis episcopus Albanensis, id. iulij: eodemque die, qui fuit dominicus, in ecclesiam fratrum Minorum sepeliendus delatus. Funebrem habuit eius laudationem Petrus de Tarantasia episcopus Ostiensis proposito argumento: *Dolco super te, frater mi Ionatha.* De ipso id retert S. Antoninus b: *Tanta bona indolis honestate pollebat, vt magnus ille Alexander de Ales supradictus diceret aliquando de ipso, quod videbatur Adam in eo non peccasse.* Eadem Martinus Sneffanus c ac Sixtus Senensis d, qui vt plures alij, librorum eius catalogum texit; in quibus pietate non minus artifici, quam doctrina rerum scitor experitur. Cæterum quamuis amplissimis naturæ & gratiæ donis esset ornatus; cum tamen demisse de se sensisse scribit sanctus Antoninus e, dum ait: *Cum per multos dies, se indignum communione corporis Christi reputans, minime celebrasset, Dominus humilitatem eius respiciens, cum vna die missam audisset deuotius, ad eius confortationem vnā de particulis hostiæ consecratæ, etiam pro sacerdote diuisæ, sola Domini ipsius, in os eiusdem generalis intrauit, & ipsum gustu suauissimo saginauit.*

29. 30 Illustrata est post mortem pluribus miraculis ipsius sanctitas, quæ toto orbe peruagata Sixtum IV. adduxit, vt solemnes ei sanctorum honores decerneret f. Qui plura de S. Bonauentura cupit, Vvaddingum g consulat. Cæterum Gregorius de illius quoque fama solicitus, si quas in purgatorijs flammis expiandas labes haberet, totius orbis præsulibus in sessione quinta imperauit, vt missam pro illius anima celebrarent; & aliam pro ijs, qui arrepto ad concilium itinere e viuis discessissent: ex quo

nume-

De S. Thoma exacto ad concilium.

a Antonin. tit. 23. c. 7. §. 11. Sur. in eius vit. 19. die 7. mar.

b Pol. Luc. hist. eccl. l. 23. c. 20. 21. 22. 24. Leand. de vir. illustr. ord. Praed. t. 1. Sixt. Sen. l. 4. bibl. Pos. sev. Bellar. & alij.

Scripta eius Rom. eccl. subijcit.

c Pol. l. 23. c. 10.

d Melaria e Reginaldus quod

Patratum in eo miraculum. Illustrata pluribus miraculis eius sanctitas.

e E. Ant. vbi sup. §. 13. edit. 1585. extat ea de re apost. diploma in bull. to. 22. Barn. in f Not. ad Mart. Rom. die 7. mart.

Eiusdem elogium. Vt ob ingentia miracula sanctorum ea talog. adiectus sit. Lata plura optima decreta in sessione v.

g Cap. Si forte Regest. Greg. pag. 104.

h Cap. scitis cunctis Reg. ibid.

Cap. Si ea inuasi Reg. pag. 197.

i Ibid.

m Cap. Absque tenore Reg.

n Diuersatis nat. Reg. p. 10.

o Cap. Vsurarum voraginem Reg. pag. 109.

p Cap. Decet domum Dei Reg. pag. 108.

numero extitit S. Thomas, quem ad synodum excierat Gregorius, cum illius sanctitatis doctrinaque gloria in Dei Ecclesia effloresceret, vt eius opera in sacro illo cœtu viderentur. Testatur hoc, vt alios omittamus, S. Antoninus a; qui ipsius doctrinam cœlesti voce confirmatam addit, nimirum Crucifixi voce illa: *Bene scripsisti de me Thoma.*

38 Agit de eius præclarissimis lucubrationibus inter alios innumeros Ptolemæus Lucensis b, ipsius discipulus, qui tradit ipsum morte imminente omnia scripta Ecclesiæ censuræ Christiana demissione subiecisse; ac miraculum insigne in eo patratum suis spectasse oculis refert c: *Ceterum quod vidi*, inquit, *de ipso ad indicium sanctitatis eius tacere non debeo. Cum enim ego cum ipso venirem de Roma, declinauit ad * Molambrium castrum domini Richardi Cardinalis: ibique prefatus doctor infirmatus est de tertiana, socius vero suus frater * Richardus de continua grani; & cum non apparerent in eo signa crisis, medici domini Richardi male iudicabant de ipso. Tunc venerabilis doctor recepit reliquias beate Agnetis, quas ex deuotione secum ferebat de Vrbe, & misit dicto fratri, quod super se poneret, & haberet fidem plenam in eis: quod & fecit, & curatus vltra spem omnium medicorum. Propter * quam dispositerat singulis annis facere festum solemne de ipsa cum bona refectione fratrum: quod & illo anno fecit Neapoli. Sequenti vero transijt ad Deum.* Ingentibus post mortem iussit miraculis, inter quæ non prætereundum, ex eius corpore omnis experte corruptionis suauissimum odorem effluisse d. Aucta vero deinde in dies eius gloria, a Ioanne XXII. sanctorum catalogo adiectus est e: cuius amplissima elogia hisce verbis Cardinalis Baronij f absolutimus: *Vix quisquam enarrare sufficeret, quot vir sanctissimus atque eruditissimus theologorum præconijs celebretur: quantumque eius illibate doctrine a sanctis patribus, in sancto œcumenico concilio confidentibus, fuerit acclamatum: itaque ob eam causam a sanctissime memorie Pio V. Romano Pontifice inter celebriores doctores Ecclesiæ fuit annumeratus, dum huius diei celebritatem ijsdem sacris solemnibus peragi voluit, quibus Bonifacius VIII. Papa sanctorum quatuor doctorum Gregorij, Ambrosij, Augustini, & Hieronymi festiuitates celebrandas constituit.* Sed ad sessionis quintæ historiam, a qua deflexit oratio, redeamus.

32 Præter sanctionem de Romani Pontificis electione edictum alias promulgauit Gregorius, quæ sexto decretalium libro inserta sunt, vt si g vitium aliquod insigne electo obijceretur, illud in disquisitionem vocaretur; ac si veritate esset destitutum; aduersario persequendæ vlterius causæ omnis facultas auferretur, deque accusatoribus pœnæ debitæ sumerentur: vincirentur anathemate h, qui clericos ob non electum, quem ab ijs flagitarant, infestarent, eorumue aut Ecclesiæ bona expilarent i. Ne a rebus diuinis possent canonici abstinere, antequam rationes ipsorum coram loci præsule tolli probatæ essent. Iussæ l eorum corruptelæ, qui cruces imagines que, cum cessabatur a diuinis, prostratas vrticis spinisque supponebant. Ne m anathematis vinculis soluti essent ij, qui absolutionem vi extorquerent; immo nouo anathemate irretiti. Ne bigami n tonsuram vel habitum clericalem deferre possint; aut priuilegio clericorum potiri. Ne o fœneratores in Christianorum terris habitare permittantur. Ne in ecclesijs p indigna loci maiestate parrentur. Intersint omnes quo decet religionis sensu missæ sacrificio, ac pronuntiato augustissimo nomine Iesu, caput ex pietate inflectant, &c.

33. 34 Habita est sexta eaque vltima sessio xvi. kal. augusti, in qua ob nimiam religiosarum familiarum varietatem, quæ in dies sobolescebant, nouum ordinem institui vetuit Pontifex, dissolutique iussit ea sodalitia, quæ ab Apostolica sede confirmata non fuissent. Tum iniectus est in præsules, qui populos exemplis prauis inficiebant; qui si vitæ sanctitate cæteris præluceret, sanctiones eas edere opus non esse; ac se in eos durius animaduersurum comminatus, horratus est vt ad detestandos mores sedulo incumberent; idoneos ecclesijs præficerent parochos: nec suis pastoribus vidua tamdiu lugere ecclesias paterentur, vnde grauissima damna in populos emanarent. Denique feliciter cœptum terræ sanctæ opus, Græcorum ærore ad exitum perductum gratulatus, Deoque fusis precibus ac laudibus decantatis concilium dissoluit: monque apostolicas curas ad perficienda omnia, quæ in synodo erant decreta, conuertit. Cum vero ad instaurandas Syriæ lapsas res maxime indicta fuisset, in bellicos apparatus animum intendit: ac Philippo Francorum Regi, qui ex Tunetana expeditione reuersus abiectum crucis symbolum resumpserat, seque iterum Asiaticæ accingebat, est gratulatus q.

35. 36 Ad prouehendum vero sacrum illud bellum sanctissimus Pontifex Gallicani cleri decimas sexennales Philippo attribuit r: tum Simonem tit. S. Cæciliæ presbyterum Cardinalem legatum in Gallijs creauit s, tribuitque auctoritatem, vt fideles cruce insigniret: ad quos in arma sacra concitandos grauissimis sententijs exposuit acquirendæ æternæ salutis compendium in fundendo pro tuenda Christi gloria, ac religione amplificanda sanguine propositum.

37. &c. Cum vero probe nosset Gregorius, humana omnes conatus inanes euasuros, si diuino auxilio destituerentur, crucesignatos a legato moneri t iussit, vt pijs operibus se addicerent, nec opes inluxu delicijsque consumerent; ornamenta virtutum quam vitium esse potiora; si affluerent bonis, cum egenis partirentur: neque in delicijs aucupandis collocanda stipendia, quæ ex ministrorum Christi vestigalibus comparata essent: similiterque ad comparanda ex alijs regnis & prouincijs auxilia est adhortatus ecclesiarum omnium præsules f, vti ad concitandos pro religione tuenda in arma sacra Christianos conciones haberent, atque amplissima proponerent indulgentiarum præmia ijs, qui suis sumptibus milites sustentarint; tum crucesignatos in clientelam apostolicam suscepit u.

44. &c. Lectissima quidem Christiana iuuentus pio incensa ardore sacræ militiæ nomen dabat: sed ij conatus inanes futuri videbantur, si duce Imperatore careret ea expeditio; vel si Germania inter contraria electorum Regum studia fluctuare sineretur. Electus quidem concordibus suffragijs erat Rudulphus, si Boemiæ Regem exceperis: sed alia ex parte Alfonsus contendebat iniquam eam electionem fuisse, ac penitus rescindendam, si sua legitima existisset auctoritas: eratque Othochari potentia, vt aliorum principum coniunctam potentiam (magnam enim Germaniæ partem interregni occasione sibi vendicarat) æquare videretur: quin etiam Italia ad Alfonsum magis quam Rodulphum spectabat. In quo ancipiti rerum discrimine Pontifex, vt Christianum orbem intestino malo eriperet, Alfonsum paterno affectu admouit g, vt ab ambiendo imperio desisteret: rem Christianam, quæ in periculum vocabatur, non pati, vt diutius ea controuersia produceretur: æquo ferret animo, si imperij vis sceptrum Germaniæ alteri transscriberet: longe ipsi maiorem gloriam

Sessio vi. Nouos ordines religiosos institui vetuit.

k Cap. Religiosam diuersitatem pag. 108.

Qui non approbati a sede Ap. dissolui iussi.

Monita præsulibus data. Gregorij studia pro adducendis in opus pijs consilijs.

Philippo Regi Francorum crucem induisse gratulatur.

l Lib. 3 ep. cur. 19.

Decimæ Galliarum illi attributæ.

r Ead. ep. & lib. ep. 17.

Missus in Gallias legatus.

Proponit crucesignatis indulgentias.

t Ead. l. 3. ep. cur. 51.

Quibus informandi monitis.

Contractus ex alijs regnis auxiliares copiæ.

u Ead. l. 3. ep. cur. 91.

Rodulphi inter & Alfonsum de imperio controuersia.

Othocharus fudet Alfonso.

Ad illum inclinatior pars.

g Ead. epist. Pal. ep. 43.

Pontifex aduersatur

gloriam comparandam, si suo commodo publici boni cautam anteferret demonstrauit.

47. &c. Durum admodum videri poterat Alfonso imperatorijs iuribus se exuere. Ad cuius rei remouendam difficultatem Fredulum interuncium pontificium docuit [a], qua ratione Alfonsum adducere deberet, vt imperio cederet: exponeret electores, excepto vno, nimirum Rege Boemiæ, Rodulphum elegisse, iamque Aquisgrani corona cinctum pacato imperio potiri: ingentem rei Christianæ cladem inferendam si pacem disturbaret. Si vero a prosecutione desisteret, decimas regni Castellæ in præsenti concilio ad sex annos decretas ipsi attributum iri ad Saracenos Hispaniæ facilius debellandos. Rogauit etiam Castellæ Reginam [b] virum precibus flecteret, vti pontificio arbitrio in causa imperij se committeret. De misso apostolico legato Iacobum etiam Aragonum Regem certiorem fecit [c], monuitque, vt pro affinitate, qua Alfonso coniunctus erat, generi cupiditatibus ne blandiretur; sed reiectis assentationum lenocinijs salubria ipsi consuleret.

54 Pontificiæ voluntati se accõmodasse Alfonsum, atque ad Gregorium accedere meditatum, ex alijs literis constat [d], quibus ipsius erga sedem Apostolicam studium & Christianam animi demissionem commendauit; rogauitque, vt de aduentus sui tempore faceret certiorem, quo se ad eum excipiendum decenti honoris pompa compararet:

55 His gestis Gregorius, cum Alfonsi iras molliore illa inita via sedasset, Rodulphum ex Cardinalium consilio regio nomine decorauit; quod paulo ante indictum Alfonso vidimus, vt ipsum ab affectando imperio reuocaret, præmissisque nonnullis excusationibus, cur tandiu regium illi nomen donare distulisset, admonuit [e], vt quæ par erat magnificentia, cum ad insignia imperij accipienda excitretur, se compararet.

56. 57 Præsagiebat Gregorius non leuia imminere discrimina, si imperialis consecratio produceretur: quare paulo post, ad firmandum eius solium scripsit [f], vt quamocyus ad accipiendum diadema veniret; prius tamen oratores mitteret, qui accessum suum præmunciarent, peterentque pro celebritate perficienda diem. Alijs vero literis ad Germaniæ proceres datis [g], eos hortatus est, vt cum ipsos imperij dignitas & confirmatio tangeret, suam illi stabiliendo stirpe nauarent operam, ac Rodulphum ad imperij ornamenta sumenda venientem stiparent, quo argumento insignes sunt, quæ ad Salisburgensem archiepiscopum scripta [h], quibus festum omnium sanctorum diem, proximo nimirum recurrentem anno, ad insignia imperatoria in basilica principis Apostolorum accipienda Rodulpho constitutum ait, seque omnium pene vocibus in concilio Lugdunensi ad collapsum diuturno interregno imperium instaurandum incitatum. Alias vero peculiares literas ad Othocarum Regem Boemiæ dedit Gregorius [i], quibus ipsum conciliare Rodulpho conabatur: quamuis enim bellum nondum indictum esset; non dubia tamen discordiæ signa dabantur.

58 Non paruit repetitis pontificijs monitis Othocarus, sed fœdera in Rodulphum coire, ac regiæ illius consecrationi obsistere nisus est: missisque ad Gregorium literis, præstita a maioribus suis officia sedi Apostolicæ commendauit. Cui Gregorius illa sibi alte hærere in animo rescripsit [k]; proinde optima se suggerere consilia, hortarique ne se suaque bellorum incertis eurntibus exponeret; sed pacem cum Rodulpho amicorum opera conficeret, ne fœdera contra ipsum pangeret, copiasque transmitteret in Italiam, non enim Apostolicam sedem id æquo animo vnquam lauturam, cui in Rodulphi causa eam se accommodare par esset.

59. &c. Non inane sanctissimi Pontificis fuit vaticinium: dum enim Rodulpho se opponit Boemus, eumque a terræ sanctæ ferendo auxilio retardat, sibi exitium constauit, victusque & captus in prælio misere trucidatus est, vt suo loco dicemus. Ferunt porro aliqui Boemiæ Regem ideo Rodulpho reluctatum, quod imperij coronam ambiret, inter quos Siffridus [a] ait Othocarum oratores cum ingentibus muneribus Pontifici misisse in Lugdunensi concilio, vt ab eo imperium obtineret, eaque Gregorium respuisse. Contra alij [b] ipsum non modo non affectasse, sed etiam sibi ab electoribus oblatum, contendentibus inter se Alfonso ac Richardo, dum ab expeditione Hungarica redibat, temere aspernatum esse: vt qui imperium non honori sed oneri fore putaret, seque Imperatori futuro ineptiturum. Eas vero belli causas affert Dubravius [c], Rodulphum Austriam & Carinthiam vt imperij fiduciarias repetijsse, tum more maiorum clientelaris officij sponsionem ab Othocaro exegisse: detrectasse vero Othocarum illam præstare ei, quem olim militaribus ordinibus, dum tenuiore fortuna vtebatur, præfecisset. Coortum est itaque atrox inter vtrumque bellum; ac parte Austriæ iam a Rodulpho occupata, communium amicorum opera pax redintegrata est; quæ breui postmodum dissoluta.

[a] Ex ann. ib. pag. 57. Quæ nuntijs data imperia.

[b] Ead. ed. Vallic. pag. 47. Solicitat Reginã, vt virum ad pontificiæ voluntates flectat. ibid.

[c] Iacobũ Regem Arag. vt salubria gener. o hortaretur. Ex ann. ib. pag. 46.

[d] Alfonsus Pontifici obsequi deliberat. De eo conueniendo agitat. [e] Ibid. pag. 44.

[f] Ead. pag. 44.

[g] Extat ead. pag. 44. Pontifex monet principes, vt Rod ad imperiale insigne accipiendũ eo mittantur.

[h] Extant ipsa scripta Mar. Scot. pag. 353. a. 1398

[i] Extant in eis cod. Vall sign. lit. C. n. 49. pag. 44. Rex Boemiæ infensus Rodulpho.

[k] Othocharus pontificia monita respuit. Ib. pag. 45.

[a] Siffr. epit. lib. 2. Alij oblatum temere aspernatum.

[b] Æneas Syl. in Eur. cap. 27.

[c] Dubrau. hist. Boem. lib 27.

IESV CHRISTI annus 1275. Indict. 3.

GREGORII PP. X. annus 4. RODVLPHI ROM. REG. 3. MICH. PALAEOL. IMP. OR. 15.

1 GRegorius Pontifex celebrato, vt vidimus, generali episcoporum conuentu Lugduni, vbi diu egerat, nimirum saltem ab XI. kal. decembris anni Christianæ salutis MCCLXXIII. ad pridie vsque id. mai huius anni, vt ex literis Vaticani regesti patet, protectionem in Italiam adornauit. Sed primum alia itinera subeunda, plureſque Galliarum vrbes lustrandæ fuerunt, vt cum Alfonso Rege Castellæ apud Belliquadrum, cum Rodulpho Rege Romanorum apud Lausannam colloquia iniret. Inde Sedunum peragrauit: tum Alpibus superatis Mediolanum, Placentiam, Florentiam venit, iamque Aretio vicinus laboribus fessus, atque onustus meritis, relicto sui ingenti desiderio, ad colligenda præmia pro nauata adeo egregie Christi gloriæ opera, in cælum euolauit: qua de re sequenti anno agendum erit, nunc quæ Lugduni atque in alijs vrbibus gessit, percurrat narratio.

Gregorii Lugduno abeuntis itinera.

2 Extant plures ipsius literæ ijs in locis, quæ, obibat exaratæ, in nostro codice Vallicellano [d], de quo sæpe fecimus supra mentionem, quę in regesto desiderantur & ex quibus nos nonnulla tanti Pontificis gesta memoratu digna asseremus. Consulturus igitur in primis Gregorius sedis Apostolicæ dignitati, tum ditioni ecclesiasticæ, atque Italiæ tranquillitati, quamuis Otho regij sigilli præfectus Rodulphi nomine in concilio Lugdunensi omnia ab Imperatoribus concessa priuilegia confirmasset, spopondissetque iterum ab illo post acceptã solemni ritu imperatoria insignia corroboratum iri, Gregorius tamen, asserendi iuris ecclesiastici solicitus, a Rodulpho exegit, vt ea, antequam ornamenta imperatorijs cinge-

[d] Cod bibliæ Vallicel sign. lit. C. n. 9.

Flagitat a Rodulpho, vt ante imperialis inunctionis sacra gesta ab oratoribus confirmet. extat ibid. pag. 48.

cingeretur, rata ac firma futura sacramento polliceretur.

Rodulphe ora oratad Pontif. missis,

3. 4 Misisse Cæsarem ad Pontificem insignes oratores, nimirum ducem de Teck & electum Basiliensem, qui ab eo depoſcerent, vt ornamentis imperij Rodulphum indueret, tradunt Colmarienſium Dominicanorum annales a. Quæ ex literis Pontificijs confirmantur, in quibus addit Gregorius b, eos poſtulasse, vt dominicæ aſcenſionis dies ad imperij diadema Rodulpho in baſilica principis Apoſtolorum imponendum, ſtatueretur: ijſdemque perſtringit Rodulphum, copias in Inſubriam nō tranſmiſiſſe, ſuoque auxilio Mediolanenſes deſtituiſſe: qui ſi ab aduerſarijs, nimirum Hiſpanis atq; Alfonſi Caſtellę Regis fautoribus Italis obruantur, inde ipſos in faſtum elatum iri; eius vero res deprimendas, ac forte numquam imperatorium diadema e pontificijs manibus adepturum: ſciret ſuarum rerum felicitatem in ceſaritate ſitam,

a Colmar. chron. hoc anno, & Pagi ibi ſup. Pertinguntur copiæ in Italiam ſubmiſſæ,

Agitat Rodulphus de fœdere cū Rege Carolo & duce Bauariæ iungendo, c Ibid. eod. anno.

5 Suaſerat etiam antea illi Gregorius, vti fœdera cum Rege Siciliæ Carolo alijſque ſanciret, vt eorum potentia ſui principatus auſpicijs corroboraret, Qui cum eſſet obſcurus Pontifici, atque etiam cum Ludouico duce Bauariæ affinitatem iungere decreuiſſet, Gregorius eſt gratulatus c. ipſum firmaſſe eo modo ſceptrum, ac vires ſuas auxiſſe,

Pacē inter Otthochar. & Rodulphū cōciliare ſtudet Pont.

6. &c. Cæterum quanto ex pactis ab illo fœderibus cum Carolo & alijs principibus gaudio eſt affectus Gregorius, tanto metu ob diſcordiam, quæ illi cum Otocharo Rege Boemiæ intercedebat, angebatur; præuidebat enim immenſa mala, quæ ex eo bello manatura erant, atque contra ex ea concordia rem Chriſtianam auctum iri: ac facile felicem exitum expeditionem, quæ pro terra ſancta liberanda conficiebantur, habituram, Quare repetitis literis d Otocharum eſt adhortatus, vt pacem cum Rodulpho redintegraret,

d Extant ib. pag. 48.

9. &c. Flecti ad concordiæ & pacis conſilia ſaluberrimis Pontificis monitis non potuit Boemus: ſed concepit ſiniſtram de Gregorio ſuorti in ſe animi, nimijque in Rodulphum hoſtem atque amulum ſtudij ſuſpicionem; cum Pontifex Rodulpho in rectis imperij iuribus non defuturum proteſtus eſſet: vtque pontificiam auctoritatem eluderet, ſuorum conſilijs ſubornatus oratoris opera denuntiauit Gregorio, ſe ab illius judicio prouocare; quæ quidem prouocatio, cum nulla ratione nixa atque inanis eſſet, Otocharum reprehendit Pontifex e prauis ſe conſilijs irretiri paſſum eſſe, hortatuſque eſt, vt ad pacem cum Rodulpho conciliandam animum conuerteret,

Otthochar. ſinistrā de Greg. ſuſpicionem concipit,

Ab eo prouocat.

e Lib. 4. epiſt. 206.

Hortatur eum Greg. ad pacem cū Rodulpho reconciliandam,

12 *ad cor, inclyte princeps, conuertere; ingredere conſilium rationis, & ipſius pacis conſilijs acquieſcens, patris pietatem imitare. Nos enim niſi quæ inconſulte acta ſunt, perſeuerantia patuerit animi fuiſſe iudicium, non deſiſtemus a cœpto; ſed tractatui concordiæ inter te ac Regem prædictum, pacis auctore præmio, ſic efficacius inſiſtemus, quod ipſo faciente, qui poteſt, non ſolum tibi & Regi prædicto, exinde quantum in nobis erit, ſtudia quietis affluent; ſed et Imperio toti tranquillitatis lenitas arridebit. Dat. Bellicadri* xi. *kal. auguſti anno* iv.

Otthochar. ſe Belliquadrum Gregorius,

13 Conulerat ſe Belliquadrum Gregorius, vt colloquium faceret cum Alfonſo Rege Caſtellæ & Legionis qui magna illud contentione expoſcebat. Intentus f, itaque Gallicæ profectioni, habitis Toleti regni conuentibus, commiſſa filio Ferdinando publicæ rei adminiſtratione, ſuperiori anno eunte Valentiam, inde Dertuſam, & Taraconem profectus, a Iacobo Rege Aragonum Barchinonem adductus natalem Chriſti in ea vrbe celebrauit.

f Lib. epiſt. 206.

Alfonſus Rex Caſtellæ eo ipſo tempore ſecundis, Magnifice a Rege Aragonū, loco ſuppar.

Vbi paucis poſt diebus, ineunte anno mille-

mo ſeptuageſimo quinto S. Raymundus Pennaforteus, genere Catalanus, e vita exceſſit; nimirum die epiphaniæ ſacro VIII. id. ianuarij, vt refert eius geſtorum ſcriptor a. Fuit vir ſanctitate ac doctrina præclarus. Doctrinæ quidem inſignia poſteris relicta ſunt monumenta, cum Gregorius IX. ipſius, vt viri in vtroque jure ſcientiæ laude florentiſſimi, opera ad decreta Pontificum in ordinem meliorem redigenda vſus ſit; eumque librum legendum in academijs propoſuerit. Scripſit etiam ſummam egregiam, quæ cum diu manuſcripta circumferretur, tandem typis mandata eſt. Qui ideo inter ſcriptores eccleſiaſticos jure merito ab auctoribus, qui de ijs agunt, recenſetur. Nec minor ſanctitas cum doctrina coniuncta erat, vt plura oſtenderunt ab ipſo patrata miracula: inter quæ ſulcatum ab ipſo in palſio non modo Balearicum mare, & quadraginta b mortuos ad vitam eius precibus excitatos non prætermittimus; ipſiuſque opera inſtitutos in Catalania fidei cenſores ad excindendos hæreticos, qui ex Narbonenſi Gallia in eas terras profugiebant. Curatum magna pompa illius funus, ac duorum Iacobi Aragoniæ, Alfonſique Caſtellæ & Legionis Regum præſentia cohoneſtatum, tradunt Surita c ac Mariana d. Quibus conſentiunt ea, quæ refert Clemens VIII. in diplomate e, quo ipſi ſanctorum honores, ineunte noſtro ſeculo, anno nimirum MDCI. decreuit. Poſtremo addimus, quod narrat Penia f, cum ex eius ſepulchro ſuauiſſimus odor efflauit: *Die* IV. *aprilis* MDCVI. *quo archiepiſcopus Terraconenſis, et epiſcopi Barchinonenſis et Vicenſis beati viri ſepulchrum explorauerunt, Ludouicus de Claramunt, qui ſexdecim annorum ſpacio olfactus faculate priuatus dum ſepulchrum aperiretur, interfuerat, olfactum recuperauerat) ſimulque ſuauiſſimum ex ſepulchro odorem prodeuntem ſenſerat. Eundem ſuauiſſimum ac pene celeſtem odorem multi teſtes ſenſerunt, &c.* Hactenus de S. Raymundo: nunc ad interriſſam de Alfonſo Caſtellæ Rege narrationem redeamus.

Intereſt B. Raymundi Penniafor. morti.

a Leander de vir. illuſtr. ord. Prædic. t. 1. & apud Surium 1. die 6. ianuar. Surii annal. t. 3. c. 94. & alij.

S. Raymundi doctrina monumenta.

b Leand. ubi ſup. Surius. l. j. ubi ſup.

c Ib. ibid. d Mariana. l. 13. c. 22. e Extat in bullar. Clem. VIII. f Penia in vit. S. Raymund. l. 2. c. 20.

Illius corpus ſuauē odorem ſpirat.

14 Addunt Surita & Mariana Iacobum Regem Alfonſi generi conſilia haud probaſſe, ac multis verbis a Belliquadrenſi cum Pontifice habendo colloquio abducere conatum; cum jam imperij cauſa Rodulpho adiudicata, Gregorium e ſententia diſceſſurum nulla ſpes eſſet, Alfonſum tamen, qua putabat florere gratia inixum fiducia, retrahi a ſuſcepto itinere non potuiſſe. De eo acturi colloquio, nonnulla ex pontificijs literis præmittenda ſunt; quæ ad viam illi ſternendam præceſſere. Poſtulanti Alfonſo annuerat Philippus Francorum Rex, vt ditionem ſuam huiuſmodi colloquij cauſa ingrederetur; ea tamen lege, vt armatum militem ſecum non duceret: quamobrem offenſus Caſtellæ Rex queſtus erat apud Pontificem, videri ſibi a Philippo contra dignitatem ſuam interdici, ne ſatellitio regio ſtipatus procederet; cui Gregorius non ita rem interpretandam reſpondit, literaſque a Rege Philippo Alfonſi gratia, quibus regij corporis ſtipatores nonnullaſque equitum turmas adducere permiſſum erat, obtinuit, quas ad Valentinū epiſcopū eidem Alfonſo tradendas miſit g. Quo vero Caſtellæ Regem venientem debitis officijs proſequeretur, archiepiſcopo Narbonenſi mandat excipiendi Regis, atque ad ſe deducendi, quæ par erat honorificentia, commiſit h. Ingreſſum Gallias octauo a paſchate die Alfonſum, ac toto vere & parte æſtiui temporis egiſſe Belliquadri cum Pontifice, refert Surita i: de familiari congreſſu Mariana meminit m, Regemque coram Gregorio in Cardinalium cœtu conqueſtum de Germanis, qui pendente ſua electionis controuerſia alium elegiſſent: ſi quod in ea dubium erat, mortuo nempe Rudolphi fabla-

Iacobus generum a colloq. bel Iquadrēſi abducere fruſtra tētat.

Datum Alfonſo, vt Gallias ingrederetur liberum commeatus ſyngrapha.

g Extat. Greg. lib. ad epiſt. Valen. in cod. Vatic. ſig. C. n. 49. pag. 118 & 119. & alij.

h Ib. p. 99.

i Surita l. 3. annal. c. 93. Pital. hiſt. eccl. l. 22. c. 3. & alij.

m Mariana hiſt. Hiſp. l. 13. c. 23.

Quæ egerit cum Pontifice.

subeundam esse: Hispaniam ob eruptiones barbarorum deserere antea non posse: nunc vero relicto in patria filio gemino prolis iam patre, imperium ipsius auspicijs capessiturum: tam obtestatum, ne inauspicate parta in eo statim sibi eripi patiantur. At Pontificem exuta exposuisse (quod factum antea abunde vidimus) cur nouum Augustum creare licuisset: Richardi obitu nullum ius illi additum: ipso sam cessisse Imperio: nullas vires contra Germanorum contentum pares fuisse: & Christianam rem in periculum adductum iri. Addit quidam Alfonsum, si expulsum pateret, alias spes tentasse, contendisseque Suetiæ principatum ad se maxime pertinere: movit eum a Rodolphio affectum iniuria, qui illum inuasisset: conquestum preterea Henricum fratrem teneri in vinculis a Carolo, ac Philippum Francorum Regem regni post Henrici mortem Nauarræ procurationem inuasisse: cum, repetitis antiquis iuribus, illud ad Castellanum coronam reuocare.

Exambiuerant post Henrici Regis mortem Nauarræum sceptrum finitimi Reges, ac Regem Aragonum inter olim a Sancio adoptionis, de qua a nobis suo loco est actum a, specie affectasse, plurimque in suas pellexisse partes; Surita refert hr Reginam vero vna cum filia Ioanna impubere inter medios tumultus, cum alij Castellano, Aragonio alij, alij Gallo fauerent, profugiede in Gallias, Philippus Rex Francorum contingendi Gallico illius regni cupidus, a Gregorio commendat, vt leges canonicas filij Ludouici & Ioannæ, qui tertio consanguinitatis gradu erant coniuncti, gratia foueret. Cæterum Pontifex, cum initio ab ea re ob aliorum Regum emulationem abhorreret, demum tandem rei Gallicæ studio allectus, vt Ioanna non Ludouico Gallici sceptri heredi, sed Philippo filio diceretur, quem tamen postea breui mortuo fratre, vtrumque sceptrum gestasse ius fasque iubebant, ne ab Alfonso Castellæ Rege, cumque Bellquadrensi colloquium erat initurus, importunis precibus de Ioanna alicui e nepotibus thoro iungenda trigaretur, mox Francorum Regi diplomata validit: de quibus in mandato Vallicellano extant Gregorij litera x. Adeptus ita in Nauarram iura Francorum Rex Philippus, tractis paulisper inducijs, cum armis subegit, vt Ptolemæus Lucensis in historia ecclesiastica refert d. Nunc redeo ad Alfonsum Castellæ Regem, qui ob hoc a Gallo grauissime est abalienatus, quidquid ea a Gregorio impetrata, præsertim altaris Pontificio dolore, quo inuasus est, e. [illegible] Regressus in Hispaniam, abiecta imperij insignia resumpsit f, figilloque imperatorio vsus est, eique ad Germaniæ & Italiæ fauorem principes scripsit, vt illius causam, adiectis Rodolphium meerentur: sui non fuisse consilij iuribus imperij cedere. Quibus acceptis Gregorius, cum Bellquadro Lausanam iter intenderet, vt cum Rodulpho Rege Romanorum ad congressum colloquiumque veniret, Hispalensi archiepiscopo prouinciam dedit g, vt incusto censurarum terrore illum Augusti nomine sigillique abstinere iuberet. Iniussum sibi mortuo obiit archiepiscopus, cui Alfonsus mouenti, ne Regis Romanorum nomen, cuius fore cesserat, contra fidem daret, magna rei Christianæ pernicie, affectaret, respondit de ea de re deliberaturum. De cuius responso certior factus Gregorius, repetitis imperij præcepit Hispalensi vt coeptis inflaret: quæ de re Viennæ IV. kal. octobris exstant exaratæ litteræ h.

16 Perfecit i demum archiepiscopus, vt Alfonsus nomen & insignia imperatoria poneret: cui decimæ ecclesiarum in sumptus belli Mauritici concessæ l. Adegit quidem ad id Alfonsum mutatus repente, in contrarium secundatum rerum status, gemina nimirum a Marrochianis & Granatensibus accepta clades. Agit pluribus de ea Africanorum in Hispanias irruptione Mariana, ac refert a vt Nunnius Lara tutando Bæticæ limiti præfectus, cum se arcis munitione tueri posset, hosti obuiam progressus barbarorum multitudine, quorum acies initio retuderat, obrutus sit magna suorum clade. Mense maio id prælium commissum: quo audito, mox dato crucis symbolo, archiepiscopus Toletanus exercitum collegit, vt lapsas res redintegraret, cui in Saracenos profilire meditanti Gregorius, Belliquadri cum esset, addidit b animos. Ad incendendum alliciendumque militem, criminum, quæ sacra confessione expiata essent, veniam amplissimam atq; alia priuilegia ipsius signa secuturis impertiuit. Erat is Sancius e Aragonum Regis filius, qui in acie a barbaris confossus est, mox illi amputatum caput, ac sinistra manus pontificio annulo insignis obtruncata. Cumulatæ ea cladi Ferdinandi sceptri heredis intempestiua morte, qui vt in præsenti ingentem luctum excitit, ita in futuru ingentium bellorum causas reliquit. Susceperat ex vxore Blancha S. Ludouici filia Alfonsum & Ferdinandum filios, quibus transmissam paterno iure regni hereditatem Sanctius patruus eripuit, contendens ad se, vt qui proximo gradu cognationis Alfonsum superstitem contingeret, regnum pertinere. Sed de secuto inde bello inter Gallos & Hispanos agetur interius: iam de Maurico instituum sermonem abioluimus.

17. 18. Contulit se in illius belli societatem Petrus Iacobi Regis Aragonum maior natu filius. Antequam vero in hostem pergeret, celebratis regni comitibus, Iacobus nepotis ex Petro filio dignitati consuluit, vt si in bello Maurico ille occumberet, Iacobo Alfonsus nepos, exclusis patruis ipsius Iacobi filijs, sceptro succederet: in ea re Ferdinando Castellæ principe ad repellenda bella longe cautiori.

21. &c. In Lusitania grauissima oborta erat lis inter Regem Alfonsum & clerum; cum ille prauis subornatus consilijs libertatem ecclesiasticam oppressisset, eiusque filius Sanctius Rex prava exempla esset imitatus: ac licet Alfonsus Bononiensis comes Sanctij frater, acceptis regni gubernaculis spopondisset, datasab Innocentio IV. leges pro restituendo iure ecclesiastico in pristinum dignitatem seruaturum, etiam regio portus promissæ fidei defuerat. Qua cognita iniuria, iussit Gregorius, vt Alfonsus Rex nouo sacramento se obstringeret; religione summa seruaturum se quæ in ea causa Honorius III. Gregorius IX. & Innocentius IV. constituerant; tum vt proceres, reteriique magistratum gerentes gesturi se fidem solemni iureiurando ad ea seruanda detinerent; nec non vt præsules, qui ob defensum ius ecclesiasticum e Lusitania in exilium profugerant, in patriam itaque pristinæ restituerentur: nisi ita fieret, ipse Gregorius anathematis pœnas regnique ecclesiastico interdicto subiciendi minas intendit. Si vero magistratus nuncupatum sacramentum infringerent, his pœnis affecti: *Assumendi in heredes, consiliarios, et alios officiales publicos; seu etiam assumpti, si earum, quæ inuenerint, fuerint transgressores, nisi exinde infra mensem satisfecerint competenter, laici eo ipso sententiam excommunicationis incurrant; clerici vero & eadem ligati sententia, & obtentis beneficijs sint priuati, & inhabiles ad alia obtinenda.*

28. &c. At non his repressa est Alfonsi Regis licentia, nec ob conceptam Gregorij mortem ea ad exitum perducta e. Extincto vero Alfonso, cum Dionysio successore agitatum a Martino IV. de ecclesiastica libertate tuenda in Lusitania, viuri sumus.

a Mariana l. 14 c. 1. Afrorum in Hispaniam irruptio.

Nunnius Lara declinat.

b Ead. ep. 10 Arch. Toletan. in acie ab impijs obtruncatus.

c Mariana l. 14 c. 1. Ferdinandus Cerdanus moritur. Illius frater nepotibus hereditatem præripere meditatur.

d Mariana l. 14 c. 1. In Lusitania libertas ecclesiastica oppressa.

e Mar. l. 14. c. 1. 21.

Contra voces Pontificem experitur.

An. Chr. 1234. n. 38. b Surius ibi, b.

c Gallia Christiana. Gloss. [illegible] & Fran. Lucas hist. eccles. Hispan. p. 6.

d Mariana. de reb. Hisp. l. 13. c. 22. f Surius. Mariana ibi. c. 22. Regum Imperij insignia. Pontifex illa reponere iubet.

g Ibid. ep. 107. 110.

Archiep. Hispalen. iussa apostolica exequitur.

h Ibid. ep. 108. Spondan. 1. 2. annal. c. 93. Mariana. l. 13. c. 21. i Lib. 4. ep. 120. 30.

Annal. Eccl.

Corripit Ioan. Regem Arragonū adulterum.

mus. Cum vero inciderit nobis tempus de apostolico studio in Regibus ad officium prædicandis, insigne sanctissimi Pontificis in Iacobo Rege Augustorum, qui voluptatum lenociniis corruptus alienam vxorem rapuerat, increpando exemplum asseremus. Proposuit a ei ob oculos eum quam hac ab egregijs illis suscipiendæ pro Christi fide Asiaticæ expeditionis, cui in Lugdunensi concilio se deuouerat, alienasse; tum facinoris fœditatem, cuius exemplo inficerentur subditi, diuinæ iustitiæ seueritatem, vitæ inconstantiam; denique censurarum ecclesiasticarum terrorem incussit.

a Extant apostol. in int. ad Vall. pag. 44.

Pontificia monita grauius accipit,

31. &c. Accepit animo iniquiori pontificia monita impudicus Rex, crimenque nouo excusare crimine non erubuit. At repetitis literis Pontifex illum vrgere non destitit b, vt e coeno emergeret; mortis periculum, denexa iam illius in senium ætate; diuina iudicia, si in flagitiosa vita discederet, intentare; denique censurarum ecclesiasticarum pœnas proponere. Extant eo argumento ad archiepiscopum Tarraconensem, atque episcopum Dertusensem literæ c, vt iniecto anathematis atque interdicti terrore ad adulteram ab eius consortio infausto dierum sparium diuellendam, ac viro restituendam incumberent.

b Lib. 4. ep. cur. 16. & ed. Vall. pag. 55.

Data archiep. Terracon. ea de re imperia.

c Ibid. ed. Vall. pag. 115.

Vienna Lausannæ contexit Greg.

35. 36 Hæc Vienna scribebat Gregorius, vnde intendit iter Lausanam, vt cum Rodulpho Rege Romanorum, a quo iam ante ad id sollicitatum vidimus, haberet colloquium d: *Perrexit*, inquit Bernardus e, nimirum Pontifex, *Viennæ Lausannam: vbi dictus Rodulphus Rex cum Regina vxore sua filiisque et filiabus suis veniens, iuramentum eidem Papæ fecit, et Romaniolam cum exarchatu Ravennæ ecclesiæ Romanæ restituit.* Eadem Ptolemæus Lucensis f. De Romaniola recuperata a Nicolao III. dicetur inferius,

d Ann. Dal. Lib. 6. c. 8. in Laur. Temp.

Gregorius vna cum Imp. & Regibus in Syriā proficisci constituit.

e Bern. in chron. Rom. Pont.

37 Fuisse porro illud sacramentum fidei, quo Romanorum Reges Christi vicario magna sui gloria se deuincire solent, ex Clementis V. sanctione g confirmatur, præstititque tum Gregorio Rodulphus, quem ab ipso exegisse Pontificem ipsum vidimus; vt nimirum promissa ab Othone alijsque oratoribus in concilio Lugdunensi confirmaret. In ecclesia enim Lausanensi cincto Cardinalium & principum corona Gregorio Rodulphus obedientiam solemni ritu h detulit; Ravennæque exarchatum, & alias Ecclesiæ terras se defensurum spopondit, nec sedi Apostolicæ, si ob decretos sibi Cæsarum spices bello peteretur, vnquam defuturum.

f Ptol. Luc. hist. eccl. l. 23. c. 40.

g Ext. Clementin. l. 2. c. Rom. Promissa Lugduni ab oratoribus confirmata a Rodulpho

h Ext. to. 3. primi Rom. eccles. pag. 199. & in f. cod. Vall. bibl. sign lit. D. n. 1. pag. 69. & in f. sig. lit. B. n. 12. pag. 137. & To. 1. pag. 302. & lib. primi Rom. eccl. to. 1. pag. 139. cod. in f. Vallic. sign. lit. B. n. 3. pag. 241.

38. &c. Recurrente proxima die, Rodulphus regio edicto promulgauit, se omnia iura ab aliis Imperatoribus collata corroborasse; sanxisse, vt præsulum electiones sumptus cum libertate celebrarentur; vtque prouocari in causis ecclesiasticis ad Romanum Pontificem posset; proscripsisse consuetudinem, quæ in antistitum morientium inuadendis fortunis irrepserat; operam denique suam ad hæreses excindendas pollicitum esse. Quæ quidem insignes literæ in molis Adrianæ archiuo reconditæ sunt, atque a Bartholomæo Platina inter illustria iussu Sixti IV. collecta monumenta descriptæ fuere i. Ad assecutā præterea Romanæ ecclesiæ in Siciliam iura Rodulphus vetus diploma principum imperij; qui Honorio III. sedente in Francofurtensibus conuentibus professi erant, Siciliam imperio coniunctam non esse, & ea confirmauerant, quæ Fridericus II. Innocentio III. spoponderat, corroborauit k:

Oriental. expeditioni se deuouet Rodulphus.

i Apud Nicol. III. l. 2. ep. 43. n. 13.

Annal. Domin. Cayet. ann. p. 1. hoc ann.

41 Suscepisse in Lausanensi congressu Rodulphum a pontificijs manibus crucem militiæ symbolum, referunt auctores, ex quibus Colmariensium annalium scriptor: *Rex*, inquit m, *accepit crucem, & Regina & comes Phitretensis, & comitissa, & plures nobiles, qui ad curiam Papæ pertenerunt.* Adductum vero Gregorij precibus Rodulphum, tradit Andreas Dandulus n. Arsisse eo quidem pio desiderio Gregorium, vt Imperatorem ac Reges Christianos secum in Asiam ad Saracenos debellandos adduceret, atque in locis sanctis extremum obiret diem, confentit Bernardus o.

42. &c. Interea colligendis pro apparatu conficiendo sexennalibus decimis intentus, dum Lausana digrediens cœptum in Italiam iter persecutus Heluetios adibat, aliquot diebus Seduni moratus, archiepiscopum Ebredunensem exigendis ijs a Germanis præfecit, ne illi, quibus id muneris iniungeret, in rem suam eas deriuarent, sacramento ipsos adigi iussit c. Cumque Seduno Mediolanum perrexisset XVIII. kal. decembris ad Virdunensem electum, cui decimarum cogendarum in ijs regionibus partes datæ erant, scripsit d, vt Eduardo coactas in Anglia, Hibernia, Vvallia, atque etiam e Scotia (si Regis Scotorum voluntas accederet) pro parandis ad bellum necessarijs decimas erogaret.

k Ann. Dal. Lib. 6. c. 8. in Laur. Temp.

l Rich. Mediol. c. 202. Flo. Vill. l. 7. c. 50.

Cur Florentinis infensus.

m Ann. Colmar. Lib. 6. c. 8. in Laur. Temp.

n Andr. Dand. Chron. p. 1. hoc ann.

o Bern. in chron. Rom. Pont.

p Ann. Dal. Lib. 6. c. 8. in Laur. Temp.

q Ann. Dal. Lib. 6. c. 8. in Laur. Temp.

r Ann. Dal. Lib. 6. c. 8. in Laur. Temp.

s Ann. Dal. Lib. 6. c. 8. in Laur. Temp.

t Ann. Dal. Lib. 6. c. 8. in Laur. Temp.

u Ann. Dal. Lib. 6. c. 8. in Laur. Temp.

v Ann. Dal. Lib. 6. c. 8. in Laur. Temp.

w Ann. Dal. Lib. 6. c. 8. in Laur. Temp.

x Ann. Dal. Lib. 6. c. 8. in Laur. Temp.

y Ann. Dal. Lib. 6. c. 8. in Laur. Temp.

z Ann. Dal. Lib. 6. c. 8. in Laur. Temp.

46. &c. Mediolano Placentiam adit; tum Florentiam perrexisse XVIII. decembris, tradit Ricordanus Malespina e, idque e literis pontificijs conijcitur. Addit vero Ioannes Villanus f, vna cum Ricordano, Gregorium ab ingrediendia Florentia abhorruisse, cum interdicto ob non seruatas pacis cum Gibellinis constitutas iuratasque leges suppositi essetarte tamen & industria adductum, cum ipsi Armi adeo intumuisse significarum esset, vt vadum traijci non posset: eumque conciliata ciuitate, ita ingressum, vt per pontem transiret, ciuesque apostolica benedictione donasse: verum discedentem sacris rerum eos interdixisse, atque hæc Psalmistæ g verba irato vultu vsurpasse: *In camo & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.* Subsistisse vero in ea vrbe videtur, cum Florentiæ datæ sint ab eo ad Carolum Siciliæ Regem literæ h, quibus Aretium se progressurum significat, rogatque Romam se conferat, vt ibi vel in alio congruo loco cum ipso colloqui possit.

Confregit eius consilia mors; apud Aretium enim, vt sequenti anno dicemus, sanctissime obijt. Cæterum præmittendum non videtur seriandarum omnium inter Christianos discordiarum studio incitatum Pontificem superiori anno Cassinensem abbatem ad Palæologum Græcorum Imperatorem transmisisse, vt fœdus inter ipsum Romanæ iam ecclesiæ aggregatum ac Regem Carolum Siciliæ Philippumque generum Augustum Constantinopolitanum conciliaret; qui cum iudicium a Michaele susceptum ad recurrentes alterius insequentis pepigisset, reuocatus e Græcia esse grauatum i.

e Ric. Malesp. c. 202.

f Flo. Vill. l. 7. c. 50.

g Psal. 31.

Data vrbe scribit Carolo Regi Sicil.

h Extant in cur. cod. Vall. C. 49. pag. 52.

Inuoc Greg. iussu inter Sic. Reg. & Imp. Græc. mediciz.

i Ibid. ed. Vall. pag. 184.

Græcorum res. Iosephus schism. patriarc. le de pulsus.

49 Capta superiori anno Græcorum cum Romana ecclesia coniunctio confirmata est; Iosephus enim, qui se Romano Pontifici anteferendum superbe contenderat, coacto episcoporum, qui sedi Apostolicæ se subiecerant, concilio, depulsus est hoc anno Constantinopolitano patriarchatu, cum veteres errores damnare abnuisset, vt in concilio Lugdunensi a Græcorum patrum synodo oratorum opera promissum vidimus. In cuius locum subrogatus est ingentium virtutum Ioannes Vecus catholicus, qui cum antea eloquentia sua fidem orthodoxam l, schismatis tenebris inuolutus, oppugnasset, demum veritatis luce collustratus, ad eam latius diffundendam, ac dilatandum schisma vires omnes conuertit. Ipsum perlectis Blemmydæ scriptis in carcere, in quem ob perfidiam fuerat coniectus, conuersum narrat Pachymerius, cui Nicephorus Gregorius consentit m. Ea

l Pachym. hist. l. 5. Ioan. Vecus catholicus subrogatus.

m Nicepb. Greg. hist. Rom. l. 5.

porro

porro Blemmydæ scripta, quorum meminit, eadem fuisse videntur, quæ tomi XXII. calci adiunximus, in quibus veterum Græcorum sanctorum patrum auctoritates ad illustrandam Spiritus sancti ex Patre Filioque processionem deprompta sunt.

Boamûdi principis Antiocheni mors. a Sanut. l. 3. p. 2. c. 14. b Sanut. l. 3. p. 2. c. 14.

50. &c. Obiisse Boamundum Antiochiæ (sed quam a barbaris occupatam luximus) principem, eundemque comitem Tripolitanum; ac post illius obitum graues dissensiones ob filij imbellem ætatem, correptamque a Tortosæ præsule illius tutelam concitatas, narrat Marinus Sanutus a. Interea vero dum Christiani arma in suamet viscera vertunt, Saraceni Tripolitanos male postea perdituri, in Armeniam irrupere, a quibus inflictas clades idem Sanutus b describit: *Eodem anno*, inquit, hoc nimirum, *Bendocdar, qui vocabatur Malec Madanar, peruertit planum Armeniæ, et percussit in eo gladio vltra viginti millia hominum, captiuos trahens sexum pueros et puellas vsque ad decem millia: equos vero, et animalia maiora et minora vsque ad trecenta millia.* Armenia a Bendocdare euastata.

Eadem ijsdem verbis Iordanus, sed cæterum numero discrepat, dum loco viginti millium ducenta millia trucidata affirmat c. Fuere ita in Christianos orientales Bendocdare, submissas ex occidente aliquas subsidiarias copias, refert idem auctor; & quidem opportune, cum Omerius de Termes, strenuissimus fidei propugnator, morte opetijsset; *ad superna*, vt ait, *Ecclesiæ*. Permouit etiam Pontifex ad submittendas auxiliares copias in Syriam Carolum Regem Siciliæ, vtrique vtrum Philippo Regi Francorum ad confirmandas Palestinæ res incumberet.

c Iord. m.s. sig. n. 1960. Submissæ in Syriam auxiliares turmæ.

IESV CHRISTI

Annus 1276.

GREGORII PP. X. RODVLPHI ROM. REG. 4. annus 5. MICH. PALEOL. IMP. OR. 16.

Indict. 4.

Quatuor Pontifices hoc anno sedent.

1 CRebris Romanorum Pontificum funeribus luctuosissimus extitisse hic annus: vidimus enim quatuor Pontifices, Gregorium XI. qui ex urbe ab hominibus demigrauit: Innocentium V. eius successorem: Adrianum V. ab Ioannem XXI. quidimiliter non diu superstes fuit. Lugubrem ergo aggressuris historiam Gregorius primo occurrit, qui cum in Gallijs ceruicis, Aretium peteret, morbo correptus, ingenti suæ clero desiderio, e vitis discessit, irreparabili etiam tanctæ damno, reliquam e Saracenorum manibus eripiendam cum Imperatore sacrando, ac Francorum, Angliæ, Siciliæ, Aragonum Regibus, alijsque principibus iturum euis erat profecturus. Quo sublato Reges priora abiecere consilia, Græci redijere ad schisma, catholicique populi dissensionibus discissi consecratæ Christo arma in se inuicem vertere. Sepultus est vir sanctus, Aretij effuso omnium luctu, vbi habemus illius corpus magna veneratione a pijs, vt paulo post dicemus, colitur.

Gregorius ab Aretio profectione morbo implicitus feliciter obit.

2. &c. Hoc in primis Gregorium exornat elogio S. Antonius d: *Erat vir zelator fidei & diuini cultus, ac deuotator particularium, & pacis amator.* Nec disparibus efferre eum commendationibus Leonardus Aretinus e: *Fuit*, inquit, *vir optimus & prouidentia sanctissimus.* Et infra: *Sepultus est Aretij summa cum veneratione. Multa virtutum illius corpus miracula postmodum subsecuta fidem eius sanctitatis indubiam prabuere*: quæ confirmat Ptolemæus f Lucensis. Quibus præclaris Græcorum patrum laudibus concilij Constantinopolitani insigne elogium adiungimus: ij enim in synodalibus literis a ad Ioannem XXI. datis, de solemnium coniunctione a Gregorio recens gratia locuti, ajunt hæc verba: *Tempore felicis memoriæ Gregorij illius vni: si tamen virum & non angelum eum oportet, felicem illum sanctissimum Papam decimum dicimus Gregorium.* Consentiunt Bernardus b & Longinus c, post mortem miraculis effulsisse, ac plures, qui se eius nomini atque apud Deum precibus commendarant, in pristinam valetudinem restitutos. Descripta est eorum miraculorum historia in vetusti charta pergamena, ad sepulchrum in sacello principis ecclesiæ Aretinæ affixa, ex qua posterioris ætatis memoriæ hæc commendata esse constat, nempe imploratis Gregorij X. apud Deum, suffragijs inuentum corpore rectum membrorum figuram recepisse, restitutum cæcæ mulieri oculorum vsum, surdis auditum, mutis loquelam reddiram; quæ prodigia virorum mulierumue, loci ac temporis circumstantijs distincta sunt. Ea vero renouere d Aretinos, vt decreto municipali sancirent, magistratus post anima peracta cereos, recurrente quotannis decima Ianuarij die, in Gregorij X. Pontificis sanctissimi honorem oblaturos: atque etiam aram principem e marmore B. Virgini, S. Donato, & Gregorio X. sacram eleganti cultu excitarens: in qua eiusdem Pontificis ligneum ac Virginis leuam pulchro opere adiunxit. Recolitur eius memoria in eiusdem ecclesiæ fastis 17 Ianuarij.

a Sanut. l. 3. p. 2. c. 14. b Bern. in chron. Rom. Pont. c Longin. hist. Pad. an. 1275. Miracula ab eo patrata. d Ex Bural. de ep. Aret. in Gallet. Decreti ibi homines ab Aretinis.

3 Agitatum postea fuit Ferdinandi II. magni Etruriæ ducis precibus ædente Vrbano VIII. de sanctorum honoribus illi decernendis, atque publica acta de eius miraculis instructa sunt; quibus discussis ab Romanæ rotæ auditoribus, comperta ac illustrata veritate, Pontifici h responsum dedere: *Hæc habuimus, beatissime pater, quæ de B. Gregorij decimi præstantibus vita, virtutibus, ac miraculis dicenda, inquirenda: ea quibus sæpe expensis, canonicæque confectis, ferri posse beatum eorum vtic censuimus in sanctorum numerum; modo sanctitas tua sciat cui traditæ sunt secretorum cælestium claues, hoc super re aperiat Christiano populo diuinitus oraculum, &c.* Iustitiæ dictum in sanctorum numerum referendo sacrum examen.

4 De obitu etiam Gregorij V vestmonasteriensis i Guillermus Nangius f, alijque agunt: quorum clericus in Saluatoris annum millesimum ducentesimum septuagesimum quintum conijciunt, cum Christi annos ab incarnato Verbi numerare consueuerint. Cum autem renunciatus fuisse, vt supra diximus, immunis Romæ kal. septembris anno millesimo ducentesimo septuagesimo primo, obierintque hoc anno die x. ianuarij, ipsum annos quatuor menses quatuor, dies decem pontificatum tenuisse uiuendum est.

e Vincent. Flor. hist. f Rad. de Coggesh. in chron. Phil. Franc. Reg. g Ric. Malesp. in hist. Flor. apud Murat. t. 8. rer. Ital. p. 1026. Petrus de Rom. tom. Petrus ex Tarantasia ille hac ætate [illegible] Vallisg. hist. C. n. 31. pag. 172. Viterbium iter intendit Romã adit nouus Pont. i Ant. 3. p. tit. 20. c. 3. in princ. k Bern. in chron. Rom. Pont.

INNOCENTIVS V.

15. 16 Sanctissimo patre vita functo, Cardinales ex vi sanctionis ab eo in concilio Lugdunensi de electione pontificis editæ, Aretij in conclaue inclusi, vigesimo primo mensis ianuarij, vt tradunt auctores g, festo S. Agnetis die, ad summi pontificatus apicem Petrum Tarantasiensem euexerunt; de quo inter alios hæc tradit Vallicellanum h in vitis pontificum habet: *Innocentius V. natione Burgundus de Tarantasia fuit anno Domini* MCCLXXV. Et mira: *Hic a pueritia in ordine fratrum Prædicatorum doctor in sacra scriptura eximius efficitur: demum in archiepiscopum Lugdunensem, et post in episcopum Ostiensem, tandem in summum Pontificem assumitur.*

17. 18 Non diu moratus est Aretij, adornato enim in Vrbem itinere inde abscessisse, Viterbiumque esse ingressum docet S. Antonius i, ac Bernardus affirmat k; dein Romæ in basilica S. Petri, sacra

Fines lit. de adepto Pontificatu.

a Ferrar. Mag. Ebdom. f. 141. pag. 46.

Quo die ad pontificatum euocatus sit.

Auxilia ad nefarios Sarracenos Hispaldecernit.

b Cod. Vat. fol. 5. 1. 6. n. 49 pag. 138.

Fideles ad militiam sacram excitat.

c Ead. pag. 138.

d Marian. l. 14. c. 2.

Abeniuzef suis pactis inducijs.

Marrochiū redit Iacobus Rex Aragonū morbum lethalem ex belli laboribus contrahit.

e Zurit. l. 3. ann. 1276. 25 ind. l. 2. Ioh. Vill. l. 8. c. 6. Ad Marian. l. 14. c. 3.

Petro Aragon. Iacobo Balear. regna reliquit.

Cisterciensium veste indutacrupina reliqua vitæ degere statuit.

Pia eius mors.

Iraiecus vocatus ad vitā Innoc. Concilium pax Locanos inter & Pisanos

f Marian. vbi sup.

g Ferr. Laz. in apend. ad hist. eccl. n. 1312 c. 19.

h Leonard. Aret. hist. Florent.

sacra tiara ornatum, atque inde Laterani se recepisse indicat. Inito itaque pontificatu, præsules cunctosque Christifideles encyclicis literis a adeptæ dignitatis fecit certiores, eorumque precibus se commendauit, quibus hæc de suæ electionis tempore ac modo prodit.

Innocentius, &c. Palatium, in quo prædecessor habitarat [nempe Aretij,] pridie ante festum beatæ Agnetis intrantes in ipso festo Summo mane missarum solemnijs in honorem S. Spiritus celebratis ex more, ipsiusque gratia votis inuocata supplicibus concorditer ad celebrandam electionem instantem scrutinij viam elegimus. Et assistente ipso benigno sapientiæ Spiritu, qui deuote se inuocantibus, ecce adsum, solet dicere inuocatus, cuius gratia, molimina tarditatis ignorat, primo celebrato & publicato scrutinio; quod tamen nequaquam aliud, sicut nec oportuit, est sectum; in humilitatem nostram, Dei prouidentia seu permissione mirabili, nobisque nimium terribili & stupenda, ijdem fratres nullo discordante, vnanimiter concordarunt; nobis ad summi apostolatus euocatis apicem, & ipsius onus, gigantheis etiam tremendum humeris, nostris debilibus imponentes, &c.]

16. &c. Adijt tunc Hispania discrimen ingens, cui laboranti consuluisse Innocentium indicant geminæ literæ, quas ab ipso tum Romæ datas puramus, quæ in Vallicellano codice ante alias Ioannis XXI. prefixæ sunt b; tantas enim Marrochitanus Rex ictō cum Granatensi fœdere copias adduxerat, vt initio magnas Christianis clades intulerit, ac maiores inuehere parabat, nisi sanctius præsidijs multis in locis dispositis, certamine detrectato victoris ferociam, repressisset. In rebus porro adeo trepidis Pontifex populos ad arma capienda pro Christiana causa apostolicis literis, pio studio incitauit c. Elisæ d sunt postea partiarim barbarorum vires, illorumque impetus mora resedit, cum salutari consilio vnius certaminis periculo regnum committere Alfonsus recusaret. Inducijs itaque cum Mauris ad biennium pactis & Abeniuzefus Algezira Marrochium copias transmisit.

23 In illius belli ardore Iacobus Aragonum Rex, cum ad comprimendos Mauros, qui in Valentino regno coniurationes passim fecerant, incumberet, fracto multis laboribus corpore, atque ex accepta a suis ad Lucenum ob præcipitem temeritatem magna clade, mœrore concepto, morbum contraxit, ac salute desperata, regnum Aragonum Petro maiori natu filio, Iacobo vero Balearicum regnum, Russinonis ac Montispessulani principatum reliquit. Planxit vero adeo acerbe antecessor vitæ fugitiæ, ob quæ a Clemente & Gregorio ipsum correptum vidimus, vt regio in filium translato, Cisterciensium veste purpuraque mutaret, atque ad Populetum cœnobium reliquam vitam exigere, eodemque in monasterio humari decerneret. Susceptis itaque rite omnibus sacramentis, sexagesimo tertio regni anno pie obijt; quem Surita f ac Mariana summis laudibus efferunt. Exitio fuit eius mors non Hispaniæ modo, sed etiam terræ sanctæ, cuius ruinis reparandis se addixisse in Lugdunensi concilio vidimus; sed de eo satis; iam ad Innocentium redeamus.

24 Scisse quoque discordijs Italiæ curam gessit: Florentinos sacris restituit, quos Gregorius interdicto perculerat: Pisanos Lucensesque mutuo cruentatos sanguine, legatorum suorum & Caroli oratorum opera, vt affirmant Ptolemæus g & Leonardus Aretinus h, qui Lucenses retulisse de Pisanis victoriam scit, inter se conciliauit. Non prætermittendum sed etiam videtur, conficiendæ in Italiam expeditionem Rodulpho Rege Romanorum, vt dissipata diuturno interregno Romani imperij iura recuperaret, atque insignibus imperatorijs, sibi a Gregorio X. promissis, ornaretur, venisse Innocentium i, misso ad ipsum Bernardo episcopo Albiensi designato, Italiam ingredi, antequam cum Carolo Siciliæ Rege controuersias omnes firmissimo fœdere sedasset, nouos bellorum discrimina, ac Guelphorum & Gibellinorum factiones in mutuas cædes concitaret. Qua in re Adrianum, Ioannem, ac Nicolaum successores illius vestigijs insistere visuri sumus.

25 Ingentia alia moliebatur Innocentius consilia ad rem Christianam defendendam augendamque; cum mors nimium vniuersæ acerba Ecclesiæ, quæ magnam de illius pontificatu expectationem concepetat, confregit; quod deplorat Bernardus Guido, subditque b: *Obijt autem Romæ, sepultus in ecclesia Lateranensi, anno Domini* MCCLXXVI. *vigesimo secundo die mensis iunij*. Sicque menses quinque, ac dies duos, vel vnum ex auctoribus commemoratis sedisse affirmandum est: dierum XVI. interuallum pontificium fuisse tradit Ptolemæus Lucensis c. Fuisse illum literis, ac diuinis præcipue, exultissimum ostendunt theologicæ ipsius lucubrationes in libros sententiarum, & epistolas S. Pauli in lucem editæ, vt S. Antoninus d, & alij e, qui de scriptoribus ecclesiasticis egere, tradunt.

ADRIANVS V.

26 Erepto ab hominibus Innocentio, electus est ad summum pontificatum XVI. idus iulij, vt Ricordanus Malespina, Ioannes Villanus, S. Antoninus f & alij affirmant, Ottobonus S. Adriani diaconus Cardinalis, qui ex sua cardinalitia diaconia Adriani V. nomen suscepit. Nec diu augustissimam illam dignitatem tenuit, infirma enim erat valetudine, qua breui consumptus occubuit. Fama gratulantibus sibi affinibus ob adeptum pontificatum respondisse: *Vtinam ad sanum Cardinalem, non moribundum Pontificem venissetis.* Paucis hisce verbis multa amplectitur de eo Bernardus Guido g: *Adrianus V. natione Genuensis fuit electus in Papam Romæ in palatio Lateranensi in mensi iulij anno Domini* MCCLXXVI. *seditque a die creationis suæ vsque diem obitus mensem vnum, dies* IX. *vacauit sedes diebus* XVIII. Idem de eius sedis tempore auctores de quibus paulo ante meminimus, ac Martinus Polonus tradunt: Baronius h tamen & alij triginta septem annum dierum sedisse affirmant. Pergit Bernardus i: *Ille Papa defuncto fuit Ottobonus supra Innocentij Papæ IV.* ex fratre nepotum, cui Theodisio nomen erat, prænobili Flischorum familia, *a qua prouentus fuerat in diaconum Cardinalem S. Adriani.* Cum porro eo tempore Rodulphus Romanorum Rex expeditionem in Italiam, vt dixi, ad recuperanda imperij iura, & diuinis augustalia suscipienda conficeret, publicæ Italiæ paci consulturus Adrianus episcopum Sabinensem, & Iordanem Gaietanum S. Nicolai in carcere Tulliano, & Iacobum S. Mariæ in Cosmedin diaconos Cardinales misit Viterbium, vt cum Rege Carolo, quem vt eo se conferret permouerat, controuersias inter ipsum ac Regem Romanorum subortas dirimerent, vt cessante prædicto Ioanne Gaietano Nicolai III. nomine mi prodificatur antiquissimi: quamquam ob immaturam Adriani Papæ mortem res eo extracta. Adiit de eodem Pontifice Iordanus: *Ille Rex pro sua creatione confirmanda Gregorij de schismate Cardinalium in electione Papæ suspensa, intendens eam aliter ordinare: sed morte præuentus non potuit.*

27 Pergit Bernardus: *Hic de Roma Viterbium veniens, quadraginta diebus a sua creatione secundum expie-*

Magnum sibi defectum moriens reliquit Innoc.

b Bern. in chron. Rom. Pont.

Quanto tempore sederit.

c Ptol. Luc. vbi sup.

d S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 3. in princ. Trith. de script. eccl. Sixt. Senens. in bibl. sanct. Posseu. in apparat. sacro in. 2. Bellarm. de script. eccles.

Ottobonus S. Adriani Card. subrogatus Innocentio.

f Ant. 3. p. tit. 20 c. 3. in princ. Patric. Genuens. Adriani nomen accipit.

g Bern. vbi sup.

h Baron. in subsed.

Gestis legationibus clarus fuerat & Innoc. IV. ante pos.

i Ex. eius in ms. Vallicell. Cod. pag. 61.

Confirmationem Gregorij de Card. circa electionem de ea re petam sibi tabam

explenit, nondumque promotus in sacerdotem, nec coronatus, nec consecratus Viterby moritur XVIII. *die mensis augusti, & in ecclesia fratrum Minorum sepelitur anno Domini* MCCLXXVI. Ipsum porro Viterbij defunctum sepulturamque non modo plerique auctores testantur, verum epistolæ quoque Ioannis XXI. successoris Adriani patefaciunt a. Exornat vero Adrianum eo elogio Sanutus b, fuisse ad instaurandas res Syriacas egregie animatum: *Adrianus Papa magnum*, inquit, *ostendit affectum ad succursum terræ*, nimirum sanctæ, *per Gregorium inchoatum: & misit patriarchæ* XII. *millia librarum Turonensium pro gelis construendis, vel alijs magis bonorum virorum judicio opportunis: scripsque literis multum confortauit incolas terræ sanctæ, & ad spem erexit magni auxilij. Sed in pontificatu viris non amplius* XXIX. *diebus.*

Viterbij moritur.

a Ioan. lib. ep. 1. & b Sanut. l. 3. p. 12. c. 15.

Orta Viterbij seditio in Cardinales.

28 Interpontificij illius decursu tumultuatum est Viterbij, atque a pluribus curiæ Romanæ administris, vis purpuratis patribus illata. Cum enim ab Adriano Gregoriana sanctio de electione Pontificis emendanda visa esset, idque Cardinalium cœtus promulgandum censuisset, non modo fides illorum assertioni detracta, sed etiam archiepiscopus Corinthiensis, cui a Cardinalibus eius rei palam in vulgus efferendæ data prouincia erat, male habitus est, atque a Viterbiensibus sacrum Cardinalium collegium in durioremque arctioremque custodiam conjectum fuit.

Petrus Iulian. Card. Tusc. Pontifex creatur.

c Ferm. Mauric. Ebulon. f. Vat. pag. 56. d M. f. Vall. de vit. Pont. fign. lit. C. n. 25. pag. 72. Lord. in f. Vat. sign. n. 1960. Bern. in chr. Rom. Pont. Hecht. in Io. Gabiens. Mart. Polon. l. 4. Marin. de reb. Hisp. l. 14. c. 2. & alij. d Prol. Luc. eccl. hist. lib. 2. c. 21. Constitutione Greg. vt rigidiorem remitteret.

IOANNES XXI.

29. 30 In ea rerum perturbatione Cardinales in Petrum Iulianum patria Lusitanum Tusculanum episcopum idibus septembris suffragia contulerunt; qui Ioannis XXI. nomen sibi ascivit; quamuis in Pontificum eius nominis serie vigesimus tantum esset dicendus: de quo inter plures alios c refert Ptolemæus Lucensis, illum literis egregie excultum fuisse, ac de re medica librum inscriptum thesaurum pauperum composuisse, quem percomem, & facillimum adire extitisse aiunt, addirque d: *Religiosos parum dilexit, & inde eidem, vt creditur, male cessit: vnde traditur historia quod eo tempore, quo cætera recidit super caput eius, quædam fulminauerat contra religiosos. Hic statim constitutionem per Gregorium X. de reclusione Cardinalium, suspensam per Adrianum, tenuerunt confitio, vt ferunt, domini Ioannis Gaietani, cuius nuta multa faciebat, eo quod principalis auctor fuerat suæ promotionis.* Paucis ab electione diebus euoluris XII. kal. octobris tiara pontificia redimitus decretum, quo Adrianus V. prædictam Gregorij sanctionem suspenderat, firmauit apostolico diplomate e: quod postea a Nicolao IV. XII. kal. maij pontificatus sui anno secundo fuit corroboratum f. Ascripta est huiusmodi literis pridie kal. octobris.

e Ext. in mod. m. f. Vat. sig. lit. C. n. 49. pag. 140. f Nic. IV. n. 1. i. 149. cap. 8.

31. &c. Quo etiam die ad comprimendam illorum temeritatem, qui seditionem, vt diximus, Viterbij conflarant, diploma edidit, ac sacrum tribunal instituit, cui facinoris commissi rei sisterent sese; & si id agere detrectarent, sacerdotiorum proventibus priuauit, atque in eos quæri, ecclesiasticisque pœnis pernicaces percelli iussit g. Cuius seditionis etiam in literis encyclicis ad cunctos Christifideles datis meminit: adeo vt initio celebrandæ electioni non leuem moram injiceret, qua sedata, arcano diuinæ prouidentiæ consilio ad moderandam Ecclesiam, quamuis tantæ se putaret imparem dignitati, electum fuisse certiores fecit h, quæ literæ nonis octobris consignatæ sunt.

g Ib. pag. 140. Ioannes XXI. scribit ad fideles de sua promotione hist. h Ioan. l. 1. ep. 1. Ferm. Mar. Ebulo pag. 2. an. 1331.

38. &c. Eadem die Viterbij, Carolus Siciliæ Rex stipendiarij principis, ob Siciliam, Apuliam, & Capuanum principatum, iure fiduciario ab Ecclesia obtenta, officia nouo Pontifici detulit. Qua de re confectæ publicæ tabulæ i, quæ in molis Adrianæ archivo asseruantur, atque a Platina iussu Sixti IV. inter insignia monumenta, quæ ad Romanæ ecclesiæ dignitatem spectant, sunt collocatæ k, & in pluribus cum ijs conueniunt, quæ a nobis indicata superius fuere, cum iure fiduciario Siculum sceptrum Carolo a Cardinalibus legatis transmissum est.

i Lib. 2. ep. 34. k M. f. Vat. coll. 1. lat. to. 1. pag. 113. Veronenses & Papien. centu. ris defini. l Lib. 1. ep. 153. Ioannes legatos ad Græc. Imp. mittit.

45 Decreuisse præterea Ioannem in orientem legationem ad Palæologum, ac Græcos in fide & obsequio Romanæ ecclesiæ continendos confirmandosque, tradit Bernardus l: *Hic misit legatos ad Paleologum*, sic ipse vocat Michaelem Græcorum Imperatorem, *si vellet obedire mandatis ecclesiæ Romanæ cum gente sua: fuerunt que missi duo episcopi, & fratres Salues de Burgo cum eis, qui optime recepti sunt ab eodem, & obtulit se ad omnia, quæ nuncij sui in concilio Lugdunensi promiserant, obseruanda.* Eadem Iordanus d & alij: sed de his anno sequenti. Inter hæc Philippus Galliæ Rex accepto crucis symbolo resistendo Syriæ Christi cultui arma deuouit, de quo Ioannes hæc ad Galliarum præsules scripsit.

Philippus Francorū Rex crucem sumpsit.

46 *Ioannes, &c.* Confidebamus ferventis charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Francorum illustris deuotionis affectum, quam ad terram sanctam ipsum habere manifestis indicijs profitetur; quoque mundi hujus delitiolis otijs, quibus assuere posset excellentia regia, vilipensis, sponte se ipsum abnegans, vnifice crucis assumpto signaculo, ipsius terræ negotium contra Christiani nominis inimicos magnanimiter assumpsit, personaliter in eius subsidium, Deo propitio, profecturus: eo negotium subuentionis opportunæ suffragijs libentius adiuuamus, quo ipsum in manu sua speramus felicius dirigendum. Expropter, vt idem Rex tanto negotio ipsum animosius prosequatur, quanto illud curæ nobis, & Apostolicæ sedi fore cognouerit per effectum; vniuersitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus crucesignatos laicos ciuitatum, vestrarum, diœcesium, & locorum, qui tempore passagij generalis in subsidium terræ sanctæ, votum Domino non reddentes, neglexerunt iuxta emissum votum, vel tardauerint transire tare; nisi id de Apostolicæ sedis, vel legati eius in Francia licentia sibi concessa dissulerint, aut eos impedimento legitimo contigerit detineri, contra eorum dominos seculares, ab eis pro tempore, a quo crucis signaculum assumpsisse dignoscuntur, tallias debitas exigentes, nullatenus defendatis. *Datum Viterbij Vid. decembris anno 1.*

Pontifex monet ant. stites, vt crucesignati ad expeditionem sese adornent.

47 At inflammatum egregio Francorum Regem ad arma sacra Saracenis Asiaticis inferenda, cœsta ipsum inter & Alfonsum Castellæ & Legionis Regem discordia, ob sororis filios potiundi sceptri Hispanici spe deturbatos, retardauit. Cumque ij, post plurima agitata, sed irrito conatu consilia, rem armis decernere constituissent; ex quo res Christiana, quæ ipsorum potentia allurgere atque efflorescere sperabatur, deprimi admodum necesse erat, dedit operam Ioannes, vt Francorum Regis iras molliret, proposuitque a longe maiora ipsum spectare; Syriam eius auxilio e præsentibus calamitatibus erigendam.

Philippus ob discordiam cum Rege Castellæ a cœptis reuocatus. Monetur a Pont. vt facilem se conciliandæ cum Rege Castellæ pacis exhibeat. a Ext. cit. in m. s. Vat. sig. lit. C. n. 49. pag. 52.

48 *Attendentes igitur*, inquit, *tam dispendiosum mundi periculum, vt specialiter terræ sanctæ, cuius lacrymæ singulariter ad te clamant: cum tuorum potentia virium ab incumbentibus sibi malis speret, fauente Domino, resurgendum; & capacitas tuæ mentis opportunum remedium adhibere: serenitatem regiam monemus, rogamus, & hortamur attente; ac obtestamur per aspersionem sanguinis Iesu Christi; quatenus attente recogitans, quod occasione turbationis huiusmodi negotiorum Dei, quæ te principaliter*

Vertenda esse in fidei hostes arma.

liter expellant & expetant promotorem, expeditio impeditur; & conpertens ad manſuetudinem, quod diſpoſitum videtur ad iram; animum regium ad pacis bonum & vnitatem concordie habilitet & diſponat. Et infra: *Ceterum ſi quod forſitan inter te ac ipſum Regem ſupererit queſtionis, ſedis apoſtolice ſolicitudo non deerit; ſed parata ſe offert ſuis non parcendo laboribus in ijs & alijs inter te ac dictum Regem pro viribus omnem fomitem diſſenſionis extinguere, ac vnitatem ſtudijs procurare ſolicitis, & fouere.* Dat. Viterbij id. octobris.

49 Non his animus Philippi Regis potuit deliniri, quem ſororis iniuria vrebat, ſed maximum exercitum, vt in Hiſpaniam duceret, comparauit. Non enim modo Gallos proceres, vt Vveſtmonaſterienſis ait a, in ſuis auxilium excitauerat; verum etiam Eduardum ob ſtipendiarias, quas Francorum Regum beneficio acceperat, prouincias, venire cum exercitu ad inuadendam Regis Caſtellæ ac Legionis ditionem iuſſerat. Quo illum nuncio admodum atrocitum, atque ancipitem fuiſſe tradit auctor, cum nec Philippo officia ſocietatis principis negare vellet, neque Alfonſum laceſſere, cuius ſororem Alienoram vxorem duxerat; cumq; alterno cogitationum æſtu fluctuaret, ſumpſiſſe conſilium ſignificandi Philippo, optare ſe amicitiam inter vtrumque redintegrare; ac ſi pacis leges Alfonſus reſpueret, arma in eum mouere non detrectaturum.

a *Vveſtm. in Flor. hiſt.* Eduardus a Francorum Rege aduerſus Caſtellanos in armorum ſocietatem vocatus. Comiter eo onere ſe exoluit.

50 Vt triſtem hunc annum a luctu ſumus auſpicati, ita funeſtiſſima Poloni nobilis ſeui & impij morte b concludemus; ex qua diſcant improbi ad patranda impune & effrænate ſcelera non ita ſibi de diuina miſericordia temere blandiri: *Vrgentibus*, inquit Longinus, *egram fratribus*, nimirum Prædicatoribus illius vxoris cura excitis, *ne qua deſperatione commiſſorum facinorum a confitendo & pœnitendo abſtraheretur, ejus diuinam, ſi confiteri & pœnitere vellet, pollicentibus, extremum edidit vocem: Fruſtra*, inquit, *ingeritis de confitendo monita propria exuto & ſpoliato arbitrio, etiam in dæmonum poteſtate conſiſtenti, a quorum cateruis ſupereminentibus torquendus & flagellandus iam appetor. Audita illico ſunt percuſſionis horrenda, ictus frequentes, & atrociſſima ex ſonitu, & colliſione atque reciprocatione flagellationum verba; & in agri corpore liuores, plagæ vulneraque a fratribus & alijs circumſtantibus viſibiliter ab inuiſibilibus ſatellitibus illata conſpecta; inter quæ ille infelix & execrandus homo, nec vocem, nec gemitum edens, miſerabiliter expirauit. In quo beatiſſimi Auguſtini ſermo pro diuino oraculo cuilibet peregrinanti ſe iucundus impleta eſt: Hæc eſt, inquit, iuſtiſſima lex Dei, vt qui viuendo obliuiſcebatur Dei, moriendo obliuiſcatur ſui.*

b Longhiſt. Pol. l. 7. hoc anno. Diuinæ iuſtitiæ inſectatum hominem inſigne exemplum. Anne mortem coquendus a dæmonib. permittitur?

IESV CHRISTI
Annus 1277.

Ioannes PP. XXI. Rodvlphi Roman. Rex 5. Mich. Paleol. Imp. Or. 17.

1 ORtum erat bellum atrox inter Caſtellæ & Francorum Reges, cum ex nimia Alfonſi facilitate atque propenſione in Sanctium ſecundum natu filium, qui Ferdinando fratre maiori natu, relictis duobus ex Philippi Francorum Regis ſorore liberis, extincto, regni ſucceſſionem affectaſſet; ſicque indicto nobilium ſolemni conuentu ſecundum illum pronuntiatum ſit, atque Ferdinandi filij ſpe ſucceſſionis dejecti,

2. &c. Viſa eſt ea res, vt ſcribunt Iordanus a, Nangius b, & alij, Philippo iniqua, cum patrum iura transfunderentur in filios; cum alia ſuberat ratio S. Ludouicum, dum filiam Ferdinando Alfonſi primogenito vxorem tradidit, ob iura, quæ in Caſtellam materno genere ſe habere contendebat, ita cum Alfonſo conuenille, vt qui ex eo matrimonio ſuſcepti eſſent liberi, ſceptrum Caſtellæ forent adepturi. Incendiſſe quoque iracundia Philippum aiunt, ſorori dotem redditam non fuiſſe, eamque, retentis liberis, magno cum ſaluris ipſorum diſcrimine, in Gallias dimiſiam, atque ob ea Francorum Regem bellum Alfonſo denunciaſſe. At Pontifex, cum eo bello conſilia expeditionis Ieroſolymitanæ in Lugdunenſi ſynodo agitata confringi intueretur; dum arma, quæ vertenda in Saracenum erant, Chriſtiano cruore imbuenda eſſent; auerſatus ſacinus propter inducias ab eadem ſacroſancta ſynodo vniuerſis principibus eo tempore indictas, Simoni Cardinali Apoſtolicæ ſedis legato dedit imperia c, vt Philippum a gerendo in Alfonſum bello integratis cenſuris deterreret,

a Iord. m.ſ. Vat. ſig. num. 1960. b Nang. obi ſup. & alij. Alfonſo Regi bellum Philippus minatur. Pontifex deplorat terræ ſanctæ ſubſidium diſturbari. c Iann. l. 2. ep. 35.

5 Ad extinguendam ergo erumpentem flammam, dum primos belli impetus Simon Cardinalis comprimebat, legationem ad vtroſque Reges in concordiam adducendos decreuit Pontifex, de qua hæc Iordanus d: *Miſit Ioannes Papa legatos ad Reges Franciæ & Caſtellæ fratrem Hieronymum generalem Minorum, qui poſtea fuit Nicolaus IV. & fratrem Ioannem de Vercellis magiſtrum Prædicatorum, vt eos concordarent.* Data ſunt a Ioanne ipſis imperia e, tributaque auctoritas, vt coitiones reſcinderent, ac pacis obſtacula remouerent. Grauioribus conciliandi vtriuſque Regis curis æſtuaſſe Ioannem probant alix literæ ad eoſdem datæ f, quibus ipſis in eos Reges, vel in alterum, tum in exercitus vibrandi cenſuras prouinciam impoſuit, ſi acies in prælium educerent; *Voti*, inquit, *noſtri & ſacroſanctæ matris Eccleſiæ ad id feruentis intentio vix poteſt aliquibus in hoc contenta eſſe remedijs; vix poteſt aliqua ſufficientia exiſtimare. Ideoque nouas ſolerter excogitat, excogitatis adijcit, & ea in optimum effectum deducere ſeueri executione feſtinat.* Et infra; *Si expedire videritis, Regi eoſdem, vel eorum vtrumlibet, ac ipſorum exercitus ſine gentes, ne alter inuadat alterum, vel quoquomodo inter ſe congrediantur hoſtiliter, per cenſuram eccleſiaſticam compeſcatis.*

d Iann. l. 2. ep. 125. e Ibid. ep. 126 f Marian. l. 14. de reb. Hiſp. c. 3.

6 Auxit eos tumultus Violantis Reginæ vxoris Alfonſi Caſtellæ diſceſſus, cui hoc anno data a Pontifice nonnulla priuilegia, vt ſepulturæ locum, in quo malit templo deligere g, tum in ſuppoſitis eccleſiaſtico interdicto vrbibus oppidiſue, ſacris intereſſe poſſit h: quam ideo ex Alfonſi regno ſe ſubduxiſſe tradit Mariana i, quod materno affectu in primogeniti filij liberos proclivis, haberi ludibrio eorum ætatem pati non poſſet, cum quibus, ne quid grauius illis accideret (patrui enim potentia & regnandi cupiditas ſuſpecta erat) ad Petrum fratrem Regem Aragonum perfugit. Cæterum tanta impotentia animi eam rem tulit Alfonſus, vt extremis ſupplicijs indiſceſſus Reginæ, quos credidit auctores fuiſſe: atque adeo illa ſororis fuga Petrum exaſperarat, vt parum ab inferendo Alfonſo bello abeſſet, vt inquit auctor, niſi illum Saracenorum inſoliti motus diſtraxiſſent: petenti ſane vxorem Alfonſo, reſpondit, Aragoniam omnibus perfugium tutum eſſe, multo magis ſorori.

g Iann. l. 2. ep. 125. h Ibid. ep. 126 i Marian. l. 14. de reb. Hiſp. c. 3.

7. &c. Irrupiſſe tunc ex Africa in Aragonum Regis terras Saracenos ex pontificijs literis ad Narbonenſem atque Arelatenſem archiepiſcopos datis perſpicuum eſt, quibus decimas in regno illius, & comitati-

mitatibus colligendas, ac terræ sanctæ subsidio in Lugdunensi concilio decoras, in Regis auxilium ad propulsandos Saracenos destinari Ioannes iussit a.

12. 13 Interea proterere ecclesiasticam libertatem non desistebat Lusitaniæ Rex, quem ideo ab Apostolica sede tusse perstrictum vidimus supra, quemque Ioannes monuit b, ne elegendorum præsulum iura pontificia invaderet: ad Apostolicæ sedis nimirum solicitudinem spectare, viros gerendo muneri pares præficere; nec sibi ex eo vllam iniuriæ nocam inuri putaret.

14. 15 Cæterum præter hæc recensita a nobis Ioannis gesta, multa alia præclara molitum esse, ex Nicolai III. literis constat. Ad conciliandos enim Alfonsum Castellæ & Legionis, ac Philippum Gallarum Reges legatos decreuerat; excruerat c Rodulphi Romanorum & Caroli Siciliæ Regum oratores, vt controuersias firmissimo fœdere dirimerent, antequam Rodulphus Italiam cum exercitu ingrederetur, ne fœdaras Guelforum Gibellinorumque faces accenderet. Abaghæ Tartarorum Regis oratores, quibus paulo interius agemus, susceperat d; præterea viros pietate & doctrina insignes ad euangelium disseminandum mittere, Græcorum ecclesiam validiore nexu astringere, & Palæologum inter & Carolum Philippumque nuncupatum Imperatorum Constantinopolitanum pacem componere e meditabatur. Accessisse igitur paulo ante ad sedem Apostolicam Tartarorum oratores, inde vero transmissos ad Francorum & Anglorum Reges, vt ipsos ad expeditionem Syriacam conficiendam promissis orientalium auxilijs accenderent, refert Nangius f.

16. 17 Porro Carolus Siciliæ Rex susceptis regni Hierosolymitani iuribus ipse ingentes sui concitabat, facile illius armis lapsas res restitutum iri. Qua exspectatione permota Ecclesia tacuit, vt Maria, ad quam iure hereditario Palæstinæ sceptrum attinebat, in ipsum, vt laceras regni partes redintegraret, iura transtuderit. Rem gestam describit Sanutus g, subditque, vt viri nobiles de fide Carolo obstringenda postulati, cum aliquandiu ob pretium Hugoni sacramentum rem extraxissent, demum in eiusdem Caroli Regis verba iurasse. Vt vero postea, cum Sicilia a Carolo defecisset, Cyprij Reges Palæstinæ regnum, exactis Caroli prætectis, arripuerint, pauciisque post annis eo fuerint a Saracenis spoliati, suis locis dicetur: nunc reliquas terræ sanctæ res prosequamur.

18 Extinctus est hoc anno immanissimus Christianorum hostis Bendocdar, a quo tot clades dictæ terræ sanctæ illatas luximus: *Eodem anno*, inquit Sanutus h, *Bendocdar Soldanus Babyloniæ, audiens quod Tartari quoddam eius castrum obsederant, vocatum Labuere super Euphraten, natando flumen pertransijt, & reperit sex mille Mugulos, qui illis multam intulere molestiam; & amissis copijs vulneratus Damascum rediit, & accedente ventris profluuio* XV. *aprilis extinctus est: super quo Christiani ineffabiliter lætati sunt. Successit autem illi filius Melequelsayt.* Addit Aytonus i post acceptam a Tartaris cladem veneno potatum Bendocdarem, eiusque filium non diu paternum sceptrum tenuisse, sed paulo post a tyranno Erfy solio fuisse depulsum. Exarsisse inde inter Saracenos tantam discordiam, vt cædibus passim se mutuo delerent, refert Nangius l ac Nicolaus Papa III. confirmat m. Ex quo egregia Christianis aperta erat occasio amissa ob superiores discordias recuperandi: sed tum ij etiam inter sese conflixere, illato imprudenter bello principi Antiocheno a Templariorum magistro, vti narrat Sanutus n. At de Syriacis rebus hactenus; nunc de Pontificis morte dicere aggrediamur.

19 Describit eam Ptolemæus Lucensis o, cameræ ruinis collisum fuisse, ac sexto die post casum expirasse Viterbij. Eadem præter alios Iordanus a, Martinus b Polonus, & Bernardus c tradunt: quorum postremus addit, Ioannem intra octauas pentecostes mense maij e vita sublatum, de quo hæc subdit Ptolemæus d: *Hoc habuit laudabile: quia cum summus Pontifex, & sua dignitas esset suprema, cum inferioribus non dedignabatur conuersari, qualiscunque esset status, dummodo esset literatus, siue pauper siue diues esset: & talibus fuit largus beneficijs, & pro amplectebatur affectu pariter & effectu.* Et paulo post: *Mortuus autem Viterbij, & in ecclesia S. Laurentij sepelitur: & tunc vacauit Ecclesia per sex menses, videlicet ab hebdomada pentecostes vsque ad festum Catharinæ anno Domini* MCCLXXVII. De interpontificij tempore consentiunt Iordanus e, Martinus f Polonus, & Cardinalis Baronius g, ac menses octo totidemque dies h sedisse.

20 De missis ab Ioanne Constantinopolim legatis hæc refert Ptolemæus Lucensis i: *Hic Ioannes legatos misit ad Palæologum ad ipsum requirendum, si paratus erat obedire Romanæ ecclesiæ cum sua gente. Et fuerunt duo episcopi, & alij solemnes viri religiosi ordinis fratrum Prædicatorum: qui omnes fuerunt ab ipso multum gratiosè recepti, offerens se ad omnia obseruanda, quæ nuncij sui in concilio Lugdunensi obseruanda iudicauerint, &c.* Similia traduntur a Iordano l.

21. &c. Peruenere, vacuo sacrosancto solio Michaelis Palæologi oratores, qui imperatorias literas attulere, quibus ille Iacobum Ferentium, Gautricum Taurinensem episcopes, & Raynerium ac Salumum e sacro Prædicatorum sodalitio apostolicos legatos a Ioanne XXI. missos peramanter se excepisse, atque ad cœptum ecclesiarum coniunctionis opus perficiendum corroborandumque incubuisse; confirmasse omnia Lugduni gesta, nouas de ijs literas cum filio Andronico confecisse, coactam fuisse patrum orientalium Constantinopoli synodum, eosque adiectis suis nominibus rem firmasse, tentabatur. Alias etiam literas ad Ioannem dedit, quæ non nisi ipso vita functo peruenere, quibus primum eas inseruit, quas Gregorio X. miserat, vbi orthodoxam fidei formam a Pontifice descriptam se firmissime tenere professus est: quam nos suo loco in annalibus prolixioribus attulimus n.

29. &c. Incubuisse etiam ad eandem ecclesiarum coniunctionem perficiendam Andronicum Palæologi in imperio consortem, omniaque corroborasse Constantinopoli; quo feliciter gesto in Turcas actolarat, ipse literis pietatis notis illustribus testatur o, quæ ad illius inconstantiam & perfidiam, dum in catholicos concitata persecutione, Græcos in vetus schisma & hæresim præcipites conicit, coarguendam afferuntur in ijsdem annalibus prolixioribus.

34 &c. Nec suo defuit officio Ioannes Veccus patriarcha Constantinopolitanus: celebrata enim Constantinopoli synodo Romanam ecclesiam omnium ecclesiarum matrem & fidei orthodoxæ magistram, Romanumque Pontificem summum omnium Christianorum pastorem agnouit: professus est Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere: sacramentum Eucharistiæ in azymo posse confici; tum alia fidei orthodoxæ dogmata vna cum orientalibus episcopis est amplexus, ac vetus schisma damnauit. Transmissum est ad sedem Apostolicam volumen, in quo concilij acta describta, tum synodales literæ adiectæ p.

40. &c. Præterea in eadem Constantinopolitana synodo Ioannes Veccus schismaticorum, perfidiam constanter intregit: subortum enim tum inter

Ioan. XXI. mors.

a Lib. 1. p. 103. Lusitaniæ Rex ecclesiasticam libertatem lædit.
b Cod. Vall. sig. lit. C. n. 49. pag. 66.
c Cod. Vall. sign. lit. C. n. 49. pag. 63.
d Nic. III. in Bull. ep. cur. 13. & 14. Viros religiosos ad Euangelium propagandum mittit Ioann.
e Ep. 144.
f Nang. in gest. Philip. & Sanut. l. 3. p. 12. c. 15. Iord. vbi sup. Andr. Dand. c. 9. Bosius l. 1. & alij. Maria Antiochena in Syriam iura in Caroli Regem Siciliæ transfundit. Rex Cypri insidijs Ptolemaidem recuperare molitur.
a Ptol. Luc. hist. eccl. l. 23. c. 22. De missa Ioanne ad Græcos a Catholicis legatis.
b Id. ibid.
c Ptol. Luc. hist. eccl. l. 23. c. 22.
d Ptol. Luc. hist. eccl. l. 23. c. 22.
e Iord. in f. Vat. sign. n. 1960. Pal. oggi Imp. & Andr. oratores Ecclesiæ vacante ad Cardinales accedunt. Mense apud Nic. III. l. 1. n. 1. & 10. Synod. Rom. eccl. f. 5. & 389. & Cod. Vall. sig. lit. B. n. 12. f. &c. 105.
f Martin. Pol. l. 4.
g Baron. sebast. in f. Vat. sign. l. 1.
h Ptol. Luc. hist. eccl. l. 23. c. 22. De missa Ioanne ad Græcos Catholicis legatis.
i Ptol. Luc. hist. eccl. l. 23. c. 22.
k Iord. in f. Vat. sign. n. 1960. Pal. oggi Imp. & Andr. oratores Ecclesiæ vacante ad Cardinales accedunt. Mense apud Nic. III. l. 1. n. 1. & 10. Synod. Rom. eccl. f. 5. & 389. & Cod. Vall. sig. lit. B. n. 12. f. &c. 105.
l Ann. Cler. 1276. n. 75. Andro imperatori matrimonium ratum habet
o Apud Nic. III. in Bull. l. 1. n. 1. f. 64. n. 2. & in Synod. Rom. eccl. f. 41. & f. Vat. sig. l. n. 12. pag. 69. & 105. & in f. D. ag 111. Selectiones episcopo. tum orientalium conuentus habiti Constantinopoli in ijs hæredes orthodoxa confirmabitur.
p Ext. apud Nic. III. in Bull. l. 1. pag. 69.

a Pachym. Græc. hist. l. 1. Nonnulli Græci in veteri schismate obdurant.

Græcos nouum schisma deplorat Pachymeres à auctor schismaticus, cum recurrente sacro Apostolorum Principi die coram Imperatore & Latinis oratoribus, Nicolao Chalcedonensi sacris operante, euangelium Latine & Græce perlectum esset; atque a diacono Papæ Gregorij summi apostolicæ, & œcumenicæ Ecclesiæ Pontificis mentio inter diuina sacra esset: cum enim plures se ab ecclesiæ Constantinopolitanæ coniunctione segregasse, atque a sacra synaxi retrahisse, præteritumque Arianorum schisma auctum. At qui a sanctissimo opere abhorruere, non sapientes ac sacrarum periti literarum, sed pernicaces hypocritæ, & mendiculi impostores extitere, qui vt theologiæ experies erant, ita mulierculatum instar conceptæ veteri sententiæ addictissimi, vt refert Nicephorus Gregoras b. Arripuere tum etiam nouandarum rerum occasionem Nicephorus Duca appellatus despota, & Ioannes Duca de Patra, in quorum dirione centum forsidi pseudomonachi cum paucis episcopis conciliabulum contra rem catholicam coegerunt c. Dum vero Palæologus aduersus perduelles parabat arma, Ioannes Veccus in Constantinopolitano concilio anathematis sententiam d in eos tulit, Incusse e etiam ijdem fuere a nuntijs apostolicis, qui versabantur Constantinopoli, ecclesiasticæ censuræ. At de his hactenus.

b Nicep. Greg hist. Rom. l. 5. init. Nicephorus despota & dux Patræ desciunt a Palæologo.

c apud Nic. Ild. p. 1. l. 1 pag. 191. n. 139.

d Ext. eius loc. in lib. prim. Rom. eccl. to. 3. pag. 279. & in s. Vall. hist. fig. lit. B. n. 18. pag. 297.

e Nic. III. to. 1. l. 1. ep. cur. 152.

Mortuo Ioanne Veneti Anconam male oppugnat.

43. &c. Post mortem vero Ioannis Papæ Veneti comparata classe, Anconam, vrbem sedis Apostolicæ dominio obnoxiam, oppugnarunt; cuius belli causas affert Andreas Dandalus Venetus auctor f his verbis: *Contra Anconam bellum inchoatum, quia Anconitani contra Venetorum edicta victualia per ostia fluminum riperia australis præsumpserunt deferre, nec admoniti resipiscere voluerunt.* Abducere Venetos cœptis enisi sunt Cardinales, & in memoriam reuocatis egregijs maiorum ergà Romanam ecclesiam studijs monuere g, vt si quid iniuriarum ab Anconitanis accepissent, id æquitate non armis dirimendum, atque ab sede Apostolica ius petere debuisse, ne relictam tibi a maioribus gloriam tanto facinore labefactarent: absisterent ab illius vrbis oppugnatione; ni facerent, sui esse officij Anconitanorum causam non deserere, atque in eorum auxilium studiosos Ecclesiæ concitare. Suscepit Ecclesiæ sponsæ suæ causam Deus: armasse enim in Venetos procellas ex Andrea Dandulo h colligitur: *Cæterum*, inquit, *capitaneus*, nempe Marcus Michael, *scuos portum Ancbonæ anchoras figunt, et vrbem acriter impugnant. Tandem circa exitum mensis ianuarij tempestas valida turbauit, et exercitus in mare secessit. Tunc galea Clugiensis rumpitur, et alia quinque in plagijs Senogalliæ impulsa confractæ sunt; tres quoque in Firmo, et cætera in Dalmatia pericula enasserunt. Naues quoque, quæ ad exercitum nauigabant, accedentes floluntq; inuenere secus Anconam non sanum iter prosequuntur. Tunc Anconitani, pluribus paratis galeis cum insignijs Venetorum ad naues veniunt, et duas ex improuiso capiunt, et reliquæ in Dalmatiam rediernnt, &c.*

f Dand. Ven. chron. to. 12. rer. Ital. col. 397. Venetæ classis vi procellæ missa.

47. &c. Dum hæc gerebantur, cõparabat se ad Italicum iter Rodulphus, vt imperij iura, quæ diuturno interregno periisse vel contenuisse videbantur, reuocaret. Non parum vero a Carolo, qui vicariam imperij præfecturam gerebat in Etruria, animo erat abalienatus, ac res in apertum bellum eruptura timebatur. Et licet a Romanis pontificibus Gregorio X. Innocentio V. Adriano V. Ioanne XXI. agitata res fuisset, vt ijdem principes mutuo concordiæ fœdere controuersias dirimerent; eiusmodi tamen consilia ob immaturam tot Pontificum mortem ad exitum perducta non fuerant; ac tum Cardinales, qui pontificiorum consiliorum participes extiterant,

Parat in Italiam expeditionem Rodulphus.

Rodulphum rogauere, ne exercitum in Italiam mitteret; neue ipse descenderet, antequam cœptum ineundi fœderis negotium perfectum esset, quod secus retardandum abrumpendumque timeretur. Præterea flagitarunt vt Pentapolim atque exarchatum Rauennæ Ecclesiæ restitueret. Ad quæ obtinenda Marcinum Cusanum e sacra Dominicana familia Rodulphum in Germania adire iussere a. Paruit a Rodulphus, & Conradum Minoritam misit, qui significaret se oratores ad conciliandam cum Rege Carolo controuersiam ad futurum Pontificem missurum.

a Hb pag. 67 a M. / cod. Vall fig. lit. C. n. 49. pag. 66.

53. 54 Interea cum Cardinales Gallicæ atque Italicæ nationis sui generis Pontificem creare contenderent, ac discordiam augeret nimia patrum libertas ob solutam Gregorij X. sanctionem, Viterbienses tantæ impatientes moræ, ipsos, qui tum octo numero erant, prætorio ciuitatis inclusere; ac desolato orbi patrem dare coegerunt; de quo hæc tradit Iordanus b: *Nicolaus natione Romanus de vrsinis electus est in festo B. Catharinæ Viterbij.* Et infra: *Proprium illi nomen fuit Ioannes Caietanus. Fuit diaconus Cardinalis tit. S. Nicolai in carcere Tulliano, moribus valde compositus & discretus. Cum esset puer, pater eius, qui erat de tertio ordine, tum B. Francisco obtulit: & B. Franciscus ait, quod non esset frater habitu, sed futurus defensor ordinis sui, & tandem dominus mundi.* Commendasse enixe ipsi infantulo suam familiam eundem sanctum diuino cultu stratum lumine addunt Franciscani annales: nec viri sancti expectationem exitus fefellit: ab Innocentio enim IV. diaconus Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano creatus Minorum familiæ patrocinium & procurationem suscepit d.

Cardinales inter se de creãdo Pontifice dissentiunt.

Extra conclaue liberius exeũt. Includuntur a Viterbiensibus.

b Nicol. de Ist. l. 1. ep. 1. Ioannes Caietan. Vrsinus eligitur Pontifex.

c Vad. in Annalib. 1. ann. 1242. n. 3 & in ann. 1277. d Iord vbi sup. Vad. in annal. hoc ann. n. 2. & alij. Viterbio se Romã confert.

Non diu substitit Viterbij Nicolaus, sed Romam se contulit, vt solemni ritu pontificalibus ornamentis cingeretur: vbi antequam ea celebraretur pompa literas pridie id. decembris ad Rodulphum Regem Romanorum misit, vt trepidanti Italiæ consuleret: eumque sũ adhortatus, vt viros pacis amantes mitteret: atque Innocentij Ioannis I. & Cardinalium collegijs exemplo, vt exarchatus Rauennæ ac Pentapolim Ecclesiæ restitueretur postulauit e. Confectam ijs legibus inter Carolum & Rodulphum pacem, vt Carolus Etruria cederet; ac pariter Rodulphum repetenti Pontifici exarchatum ac plures alias vrbes restituisse, sequenti anno videbimus: nunc de alijs pontificijs curis pro sedandis inter Reges bellis dicere pergamus.

Antè consecrationẽ Italiæ pacì consulit.

e Cit cod. Vallic. pag. 63.

55. &c. Cum instructum a Philippo Gallorum Rege in Alfonsum Castellanum belli apparatum rumore nuntio accepisset, concepto ingenti dolore mala imminentia consilio tollere decreuit Nicolaus, Regemque Philippum f monuit, ne Gallorum arma expugnandis Saracenis consecrata in catholicum principem verteret; ociisque rei componendæ prouincias legatis iniunxit: hortatusque est similimis literis g Alfonsum nouus Pontifex, vt ad pacem cum Philippo faciendam facilem se præberet: alijsque h ipsi inculcauit, vt Belli causam remoueret; eo enim expeditionem in Saracenos Africæ, qui Babylonijs armorum fœdere ad opprimendos Christianos Syros coniuncti erant, auerti questus est; tum maxime cum terra sancta magnam de illius bellica virtute auxilij spem concepisset. Eodem argumento scripsit ad Simonem tituli S. Cæciliæ presbyterum Cardinalem Apostolicæ sedis in Gallijs legatum i.

Legatum pro pace conficienda Philippum inter & Reg. Castell. mittit.

f Lib. 1. ep. cur. 3. & cod Vall. fig. lit. C. n. 49. pag. 51. g to. 1. l. 1. ep. cur. 4. & cod Vall. fig. lit. C. n. 49. pag. 51. h Eod. cod. ead. pag. 51 i to 1. l. 1. ep. cur. 5.

58. 59 Gesta a Nicolao fuere superiora, antequam pontificales insulas solemni ritu acciperet: quæ pompa exeunte anno die S. Stephano sacra celebrata, vt refert Ptolemæus l Lucensis, qui,

Nicol. rita qua die redimitus. l Ptol Luc. hist. eccl. l. 23. c. 26.

etiam

etiam alia plura de eo scitu digna addit, cuius verba afferenda visa sunt: *Anno*, inquit, *Domini* MCCLXXVII. *in festo S. Catharinæ Nicolaus III. in cathedra Petri sedit*; pauciſque interiectis: *Hic statim vadens Romam, ibique sacerdos factus, in basilica S. Petri, in festo B. Stephani, in die dominica, eodem anno coronatus est*. Et infra: *Hic fuit multum compositus in moribus; unde apud multos, Et composito appellabatur de pulchrioribus clericis mundi. Commendabatur etiam de magna prudentia & matura responsione. Religiosos multum dilexit & fouit, & specialiter fratres minores & Predicatores, sed in promotione Cardinalatus aqualiter se habuit .. Minores & Predicatores: quia duos Cardinales fecit de ordine Predicatorum, videlicet fratrem Latinum nepotem suum; filium sororis, qui fuit vir excellentis vitæ & egregius predicator, & factus est episcopus Ostiensis. Alius fuit frater Robertus de Bilibi magister in philosophia, et magister in theologia, et super vtramque doctrinam fecit optima scripta, sed præcipue super totam logicam nouam. Hic prior prouincialis in ordine suo, deinde factus est archiepiscopus Cantuariensis, et postea factus est episcopus Portuensis. Fecit et duos fratres Minores, vnus fuit frater Bentiuenga de Tuderto, quem habebat familiarem in domo sua, et confessorem, et inde factus est pœnitentiarius maior, et episcopus Albanensis. Alius fuit Ioannes*, qui postea fuit Nicolaus IV. Cum istis autem fuerunt alii quinque, inter quos vnus fuit dominus Iordanus germanus suus, vir magnæ excellentiæ et innocentiæ, et dominus Iacobus de Columna vir magnæ maturitatis et innocentiæ, et religionem amplexans. Hanc autem ordinationem celebrauit primo anno pontificatus sui, qui in sequentem incidit, Christi nimirum* MCCLXXVIII.

* Hieronymus. Inter hos fuit Hieronymus Minditus postea Nicol IV.

Encycl. de initio pont. Nic.

Post susceptam ritu solemni pontificiam thiaram Nicolaus decessorum more atque instituto, ineunte sequenti anno, encyclicas literas ad Christiani orbis præsules scripsit [a], quæ in hunc annum quo intuhis apostolicis est redimitus, conferendæ visæ sunt, ne eadem repetere cogamur:

a Nic. tom. 1. ep. 1. Sbirl. Vall. signat lit. C. nu. 49. pag. 65.

Nicolaus &c. Nuper felicis recordationis Ioanne Papa prædecessore nostro apud Viterbium, vbi tunc cum sua curia residebat, ab hac luce subtracto, & ipsius corpore in Viterbiensi ecclesia cum exequiarum solemnitate debita tumulato, tandem nos & fratres nostri, quibus nos tunc officij quo ad hoc annumerabat æqualitas, in palatio episcopali conuenimus, propensiorem diligentiam considerataæ prouisioni Ecclesiæ impensuri. Et quamquam ille, qui cœlesti dat concentui harmoniam, nos sub clausura eadem habitantes in vnum ad vtilem prouisionem ipsius Ecclesiæ obtinendam, prout singulorum habebat assertio, vnanimes tore suæ pietate concesserit; ad consummationem tamen prouisionis eiusdem, alto suo, & secreto consilio, dare aliquandiu distulit spiritum vnitatis; sed demum in die B. Catharinæ missarum solemnijs cum inuocatione sancti Spiritus celebratis, ijdem fratres in humilitatem nostram, vtinam non exorbitante iudicio, per viam scrutinij concordantes, nos tunc S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum Cardinalem ad conscendendam apostolicæ dignitatis speculam vnanimiter elegerunt; nobis vestem poderis vniuersum orbis ambitum continentem non offerentes tantummodo, sed etiam cum importuna instantia ingerentes, &c. *Datum Romæ apud S. Petrum* XVIII. *kal. febr. anno* 1.

Cardinales ab eo creati.

Vt defuncto Ioanne XXI. Card. de electione tractarint.

Dissenserint aliquandiu Cardinales.

Die sacro D. Cathar. suffragia in ipsum cœdulerint

b Ib. ep. 2. & post cand. Ferm. Ann. Eccl. pag. 27. n. 38. ed. Vall. n. 49. pag. 66.

60 Missæ sunt, immutatis nonnullis sententijs, eædem literæ ad Reges ac principes [b], quibus ijs humanissime officia pontificia detulit, ipsoique hortatus est i vt operam ad pietatem propagandam coniungerent. Inter cæteros vero Michaeli Palæologo Græcorum Imperatori porrectæ fuere sequenti anno: quibus ille acceptis, vt paribus cum Nicolao certaret officijs, humanitatis & obseruantiæ singularis notis illustres ad nouum Pontificem literas dedit [a]; vtque sibi apostolicam opem ad imperium egregie moderandum suppeditaret, his verbis est deprecatus: *Agnoscens*, inquit, *vos fore in diuinis sapientes, & secundum Christum, Dei & hominum mediatorem, nihilominus in humanis & omne quod extra spem admiratur, & omne quod sæpe accidit, & ante factum diligitur, & in fine beatificatur, & amplius diligitur affectanter ad se attrahens experientiam, dans & recipiens ad inuicem primæ affectionis effectum. Extendimus præterea, beatissime pater, animæ specialem affectum: nunc autem totum me ipsum sanctitati vestræ humiliter recommendo, & etiam repræsento, & inclino intellectualiter caput meum: & incumbens in sinu vestræ apostolicæ benedictionis, orationes posulo; & osculans manus sacras, apostolicam vestram sacram benedictionem assumo.* Et infra: *Et quia Dei nostri sunt opera, vos, qui vere in terris, quæ Dei sunt, Deo redditis, & in cælo non prætermittatis huiusmodi, pie pater: sed cognita veritate mihi deuoto filio vestræ apostolicæ sanctitatis, quæ sunt terreni Cæsaris vt excelso Cæsari persoluam cum fœnore, assistatis ope, benedictionibus, consilio, & fœnore, vt reprobantium opera vestro subsidio irritentur. Cælestis omnipotens Deus sanctitatis vestræ precessibus prabeat misericordiæ largitatem, vt per cuncta, quæ agitis, æterna gloria fruamini.*

a Nic. tom. 1. ep. 1. Sbirl. Vall. signat lit. C. nu. 49. pag. 65.

Imperatores & Reges ad populos probe regendos solicitati.

61. 62 Insignes etiam sunt Ioannis Vecci patriarchæ Græcorum catholici literæ [b], quibus Nicolao sedis Apostolicæ fastigium conscendisse ei gratulatus, earum initium est: *Recepimus literas vestras, o diuinissime domine pastorum pastor, omniumque præsul supereminens prælatorum. Nec est dicendum, quanta lætitia repleti simus; cognouimus namque, quod Deus bonorum omnium elargitor non magnificentia vestra sedem, sed sedi sanctitatem vestram potius condonauit, vt ipsa siquidem per vos decoraretur amplius, & ornaretur.*

b Ex. ibid. n. 158.

Synodales Græc. ad Nic. gratulatoriæ lit.

63 Absoluamus hunc annum rebus Gothicis. Diuinam in se attraxit Vvaldemarus Rex Gothorum & Suecorum vindictam: qui enim Iuthani vxoris tororem stupraret, implacabilesque simultates cum Magno fratre gesserat, ab eo Danicis auxilijs, quæ ab Erico Rege elicuerat, suffulto in Vvesgothia delatus est ob bellandi imperitiam *in villa Hona*, inquit Magnus e archiepiscopus Vpsalensis, *anno Domini* MCCLXXVII Cumque restituendi exercitus parum felicitus fugam arripuisset, in Vermelandia misso ab aduersarijs expeditissimo equitatu, est comprehensus. At cum a victore supplex vitam poscceret, Magnus fraterni arcris memor clementia in eum est vsus: *Statimque*, inquit auctor, *conuocatis proceribus & regni consiliarijs, assignauit ei totum regnum Gothorum, contentus in regno Sueonum, sopitis illius domesticæ discordiæ fomentis, regnare. Itaque restituta fratrum concordia, tota patria cumulatissimo gaudio affecta exultauit.* Regio itaque Magnus diademate a Folchone archiepiscopo Vpsalensi die sacro pentecostes est insignitus d. At non diu pax tenuit, cum Vvaldemarus postea Erico Regi Daniæ in Magnum se coniunxerit. Cæterum in his Ioanni Magno fides potius adhibenda videtur quam Crantzio e, qui tradit Magnum Regem dolo fratri Vvaldemaro regnum eripuisse, dum is pietatis studio sacram profectionem ad lustranda ecclesiarum limina peregre suscepisset. De Magno vero vt egregijs virtutibus exornato principe sermo nobis occurret interius.

Vvaldemarus Rex Sueciæ a fratre victus.

c Magn. hist. Goth. l. 19. c. 22.

d Id. l. 20. cap. 1.

e Alex. Crantz. Suec. l. 9. c. 24.

IESV CHRISTI
Annus 1278.

Indict. 6.

NICOLAII PP. III. RODVLPHI ROM. REG. 6, annus 1, MIC. PALÆOL. IMP. OR. 18.

Palæologus Imp. coniunctionem eccl. orient. in conc. Lugdun. initã confirmat,

1, &c. EXcitus superiori legatione Palæologus quæ, vt vidimus, celebrata synodo œcumenica Lugdunensi, decreta ad ipsum fuerat, vt gesta in ea admitteret confirmaretque; pontificijs iussis morem gesserat, ac sacramento rata semper se habiturum spoponderat; atque oratores & literas ad Ioannem XXI. miserat, quo inopina ruina elisо, successori ipsius Nicolao III. redditæ fuerunt. In ijs Græcus Imperator, vt ex pontificijs scriptis literis constat, Romani episcopi supremam in omnes ecclesias auctoritatem agnoscebat, deferebatque ei obedientiam, ac schisma ex tradita sibi illius condemnandi forma proscripsisse affirmabat, collocabatque omnem operam in reuocandis a perfidia Græcis; cui ob tantos illustri adeo fide ac religione partos de schismate triumphos gratulabundum Nicolaum rescribentem audiamus a.

a *Ex. apud Nicol. in 1 pag. 102. n. 159.*

4 *Nicolaus, &c.* Eia & tu, fili, qui tantum in te ac alijs, at præcipue in dilecto filio nobili viro Andronico natu tuo sic desideratis dedisti principium, tantum in sic accepto vtionis perutilis opere processisti: cum præsto tibi fateatis potentiam virtutis, nec promptum diffiteatis, aut diffiteri deceat animum; mitia opportune, immo si opus fuerit, etiam importunius insiste; insta, vt quæ in te ipso cœpisti feliciter, in prælatis & alijs etiam ore & opere compleantur; suppleantur omnino, quæ desunt: nec vlterius prætermittantur, aut differantur omissa. Cum igitur, sicut non solum famæ, verum etiam missorum dudum ad te nunciorum ipsius Ecclesiæ relatio perhibet, & veritas, & tua nihilominus assertio habeat, quod totaliter a te huiusmodi negotium, eiusque dependet consummata perfectio; tuæ decet esse solicitudinis, tuæ curæ, vt idem negotium celerem desideratæ, sed proculdubio nimium prorogatæ * consequatur effectum, &c. *Datum Viterby non. octobris anno 1.*

Sollicitatur a Nicolao ad cœpta corroborãda,

* confummationis

5, 6 Alijs etiam literis Nicolaus Andronico maiori natu Palæologi filio operam conciliandæ Romanæ Græcorum ecclesiæ ipsum nauasse gratulatus solicitauit b, vt studium ad ea, quæ deerant, supplenda conuerteret: tum patriarchæ Græco, cæterisque præsulibus significauit c, Apostolicam sedem ipsorum literas ingenti gaudio accepisse, quibus primatum Romanæ ecclesiæ agnoscere ac suscipere, spondere illi humillima obsequia, atque in concilio œcumenico gesta admittere exorabant: verum ad stabiliendam cœptam coniunctionem optare se, quam Palæologus & Andronicus fidei professionem a Romana ecclesia propositam ediderant, ipsi coram legatis apostolicis nuncuparent.

Andronicum eius filium hortatur Pont. ad ecclesiæ cum eius coniunctionem stabiliendam.

b *Ead. l. 3. ep. cap. 145 & lib. ep. 146*

Patriarcha Constantinop. solicitatus vt coram nuntijs Apost. schisma abiuret.

7, &c. Commendata inter cætera Apostolicæ sedis nuntijs ea res, vt a Græcis præsulibus sacramentum de damnato schismate, ac Romani Pontificis primatu agnoscendo exigerent, ac publicis tabulis id mandandum curarent; vt docent monita pontificia, quibus ad rem gerendam instructi sunt d. In ijs vero obseruatione dignissimum Palæologo flagitanti, vt vox, *Filioque*, in Græcorum symbolo non adderetur, nec permutarentur ritus, ne ex ea nouitate Græci tumultus concitarent, non assensisse, sed præcepisse adijci, quo Christifideles inter sese fide discrepare non viderentur. De ritibus vero iussit eos tantum qui Ecclesiæ puritatem inquinarent deleri. Iussi quoque sunt cum significare Græcis, mirari Romanam ecclesiam, cur ipsi, ob schisma pluribus censuris impliciti, nondum ab ijs absolui flagitarint, atque etiam post datum illi suum obsequium, in adepta dignitate confirmari non poposcerint; tum etiam inde occasionem non aucupari, vt Palæologum ad petendum Cardinalem legatum summa auctoritate ad perficiendam illam coniunctionem instructum expoſcar, de cuius iuribus excipiendisque illius ratione inquirant.

Iussi nuntij præsules adducere, vt cẽ suris absolui postulẽt

Sententiã non ferant in Caroli foederatos nisi rei catholicæ aduersentur.

12 Denique monet legatos ijs literis, vt in Græcos principes, qui ad Philippum & Carolum defciuere, censurarum sententias, vt vrgebat Palæologus, ob eam defectionem non ferant, ni certissime constiterit, eos intæ cum Romana ecclesia coniunctioni aduersari, ob quod tantum facinus censuris persellendi viderentur.

13, 14 Extant etiam Ogerij interpretis Latinæ linguæ, protonotarij Imperatoris Palæologi literæ ad Marcum & Marchetum nuntios datæ a, quibus iussi sunt referre Pontifici, post agnitum a Palæologo atque Andronico Romanæ ecclesiæ primatum, a nonnullis tumultus grauiores concitatos, ac Michalitij ducis Patræ filios factionis duces se præbuisse, atq; adeo efferatos, vt arma caperent, atque Imperatorem, patriarcham, & alios in Romanæ ecclesiæ sinum reuersos, hæreseos nota aspergerent: tum subdit, eos a Latinis, qui Thebas, Euboeam, ac Peloponesum obtinent, armis fuisse adiutos, sed diuina ope ab imperatorio exercitu profligatos: *Latini vero, inquit, qui sunt ad partes Thebarum, & Athenarum, & Nigripontis, & Moreæ non cessarunt adiuuare, & sibi ministrare auxilia quomodo contra partem domini mei Imperatoris, scilicet ipsis apostatis Michahore & bastardo. Misit autem dominus meus particularia ligna & particularem gentem in ipsos, & iuerunt ad partes Nigriponti, & inuenerunt Latinos, & debellarunt eos, & protexit Deus & vicerunt ipsos. Dominus autem meus Imperator aduocat super hoc Deum testem, quia hoc opus non videtur sibi quod factum fuisset de virtute illorum, quos misit imperium suum sanctum; sed quantum videtur sibi illi Latini debellati fuerunt a diuina virtute, eo quod anxiliabantur talibus excommunicatis, & inobedientibus, & blasphemantibus sanctam matrem Ecclesiam: nam & populi quantitas, qua debellauit ipsos Latinos, fuit ad comparationem illorum quasi modica; & nullo modo erat digna versus quantitatem & potentiam Latinorum.*

a *Ext. apud Nicol. in 1 pag. 102. n. 159.*

Excitatæ aduersus Palæol. ob schisma abiuratum turbæ.

15 De parta a Palæologo de Carolo Siciliæ Rege, qui Philippum generum in Constantinopolitanum imperium restituere moliebatur, insigni victoria meminit b Gregoras. Nullas vero apostolicæ solicitudinis partes prætermisit Nicolaus, vt Carolum Regem eiusque generum Philippum Imperatorem cum Palæologo conciliaret: periculum enim imperdebat, ne illud belli Græcos a Romana ecclesia abalienaret: cui rei etiam operam dederat Ioannes XXI. ac Palæologo Philippi & Caroli iura expoſuerat, vtq; ad incundam ad discrimina depellenda concordiam animum conuerteret hortatus erat. Sed hæc Palæologus dissimulârat silentio, quẽ Nicolaus exaratis literis c, vt ob fieri edita exempla pulcherrima erat gratulatus, ita ob iecta de agitanda pace monita perstrinxit, iussitque de ea re cum pontificijs legatis agere, vias omnes perficiendæ illius scrutari, atque oratores, excurrente quinque mensium spatio, ad sedem Apostolicam transmittere.

b *Gregoras hist. l. 5.*

Pontifex pro sopiendo eo bello diligentia.

c *Ead. in 1. l. 3. ep. 144. & ead Vallic. sign. ii C. n. 49 pag. 784*

16 Dedit inter cætera nuntijs apostolicis de ea re mandata Pontifex d, vt Palæologum ad incundas cum Philippo Imperatore & Carolo Rege inducias; tum

d *lib. ep. 152*

Ad firmitendam sedi Apost. controuersiam hortatur.

Carolus & Phil. vt mittant ad Pontif. oratores mouent.

tum ad controuersiam tocam sedi Apostolicæ permittendam adducerent: pariterque hortatus est Philippum a & Carolum b, vt pacis cum Palæologo inducijs oratores ad eandem sedem vt cum Palæologi oratoribus pacis agitarent consilia, mitterent; nec Græcis apocrisiarijs vllam interrent iniuriã, ac regio syngrapho per eorum terras libere commeare concederent c. At de his hactenus: nunc quæ ad collustrandos euangelij luce gentiles agitarit, afferamus.

a Ibid. ep. 34. & 35. b Ep. 36 & 113. & ead. in Vatic. pag. 12. c Ann. 1277. ead. Vatic. pag. 14.

Religio inter Tartaros propagata.

17. Accesserant antea ad Ioannem Abaghæ orientalium Tartarorum Regis oratores, qui in Cardinalium cœtu exposuerant, Abagham arma in Saracenos conuersurum, si Christianus exercitus in Syriam transiret: atque illum commeatu & rebus necessarijs instructurum: præterea magnum Chamum Quobley omnium Tartarorum Imperatorem, Christianis sacris iam initiarum, traducendi ad Christum filios desiderio teneri, optareque, vt sedes Apostolica nonnullos viros rerum diuinarum cognitione excultos mitteret, qui Tartaros docere ac baptismo abluere possent. Et quidem Ioannes aliquibus eam prouinciam iniunxerat, cum mors ipsius eiusmodi consilia discussit: electus vero ad pontificatum Nicolaus, ex Minorum familia lectissimos viros interendi Tartaris euangelij muneri præcit d hoc anno, literasque ad Abagham magni Chami nepotem scripsit.

d Ib. ep. 13.

Nicolaus ad Abagã scribit. Significauit aduentũ Quobley Imp. Christianis sacris initiatum.

18 *Nicolaus*, &c. Est quidem res ipsa digna lætitia, plena iubilo tota, diuinæ laudis extollendæ præconijs, quæ si tactis dicta frequentibus confirmentur, salutem tartarum continet animarum, videlicet, quod charissimi in Christo filij nostri Quobley magni Caani Imperatoris & moderatoris omnium Tartarorum illustris aduentus tui (qui iam ducum fuisse asseritur baptizatus) & tuis inhæret affectibus; personas aliquas ad vos per Romanam ecclesiam destinari, per quas in Christiana fide, vos, filij, populique vestri instrui valeatis; & ab eisdem prædicti filij vestri, & alij de vtriusque populo seu exercitu baptizari. Lætetur ergo mater Ecclesia, si sponso suo Iesu Christo, sua misericordi operante clementia, tot possit filios per baptismi lauacrum generare. Lætetur & pastor Ecclesiæ, si Christiana plebs suis temporibus tanti populi quasi infinito numero augeatur. Quid miri si cœtus exultet angelicus in tantarum perditarum animarum obtenta salute, cui secundum euangelicam veritatem, vnius peccatoris pœnitentia super nonaginta nouem iustis prædicatur acceptior? O nostra beata tempora, si diebus nostris tale, ac tantum gaudium possemus illi cælesti curiæ præsentare!

Pontificis de felici nuntio gratulatio.

19 Sane, quæ per easdem literas tua obtulit prompta deuotio, gratanter eorundem prædecessoris, & fratrum non immerito sensibus adhæserunt. Grandia enim sunt, immo maxima reputamus, quæ sic deuote porrigit, & sic prompte promittit tuæ celsitudinis magnitudo. Nec est verisimile, quin digitus Dei circa hoc operetur in te, quod tantus zelus ad negotium Christi cor tuum videtur accendere, vt te ipsum, populi tui robur, terram, ac victualia contra inimicos Christi deliberaueris exponenda. [Gessisse Abagham Cobilæ, siue Quebley Imperatoris nepotem bellum cum soldano Ægyptio, refert Sanutus e ac soldanum cum Tartaris Cumanis fœdus iniisse, vt se mutuo tuerentur: vnde argumento est Abagham alijs fœderibus, nimirum Christianorum aduersus Saracenos partes suas augere meditatum; fuisse vero insigni prudentia, parique in rebus gerendis felicitate.]

Abagham ad Christi cultum allicere studet.

e Sanut l. 3. p. 136. 8.

Super eo vero, quod de præfatis personis, per eamdem Ecclesiam transmittendis prædicti nuncij sub prædicta credentia retulerunt, dictus prædecessor grata tibi quamplurimum tua per eosdem nuncios facta requisitione commotus, certos nuncios propter hoc ad partes illas decreuerat destinare; quos ad id diligenter accinctos superuenens obitus prædecessoris eiusdem ab impositio eis itinere non indigne retraxit. Vnde nos post alicuius decursum temporis ipsius Christi vicarius, & beati Petri, disponente Domino, licet immeriti, successor effecti; super omnia, quæ nobis ex iniuncto incumbunt apostolatus officio ad tuam omniumque salutem, nostræ intentionis dirigimus aciem; ad hanc præcipue mentis nostræ firmamus affectum, circa eam diligenti studio, & studiosa diligentia vigilantes: vt errantes ad viam veritatis reducere, omnesque Deo lucrifacere nobis cooperante gratia valeamus. Vnde tibi de oblato succursu actiones referimus gratiarum, & quod super præmissis expediat, cum tempus aduerit, prout rerum & temporum exegerit qualitas, salubriter, dante Domino, disponemus.

De oblato aduersus Saracenos auxilio potentis. gratias agit.

Pro tua quoque, prædicti Caani, filiorum, populique tui, tua, populique tui procuranda salute seruitutis nostræ debitum exoluentes, fratres Gerardum de Prato, Antonium de Parma, Ioannem de S. Agatha, Andream de Florentia, & Matthæum de Arretio ordinis Minorum, latores præsentium, viros religione conspicuos, honestate vitæ pudicos, morum claritate decoros, & sacræ Scripturæ scientia præditos; vt tu, filij, populusque tui, ipsum Dominum Iesum Christum Saluatorem nostrum salutaribus eorum eruditionibus agnoscendo, ac ab eis illi ex vobis, qui nullum baptismum hactenus, vel non in forma debita receperunt, *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*; auctoritate nostra secundum ritum, quem in hoc eadem seruat Ecclesia Christi, baptismate baptizati nomen suum glorioſum, quod est super omne nomen, Christiane fidei obseruatione colatis; de fratrum nostrorum consilio duximus destinandos, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum kal. aprilis anno* 1.

Significat Minoritas ad Tartaros mittere.

20. 21 Respuit Abagha salubertima de suscipiendis baptismalibus sacris Pontificis monita, quem idolorum cultui mancipatum fuisse refert post Aytonum Marinus Sanutus a, dictumque est supra b. Longe felicior ipso extitit Quobley, quem auctor Cobilam vocat, cui Nicolaus apostolicis literis ob susceptam fidem gratulatus, atque ad eam in subditos populos diffundendam est cohortatus c, simulque legatos ad eum Minoritas, de quibus paulo ante memorauimus, ipsi commendauit. Ij vero pluribus priuilegijs a Pontifice exornati sunt d, vt datam prouinciam maiori auctoritate gererent.

ad Quobilam siue Quobley Imp. Pont. scribit. a Sanut. l. 3. p. 3. c. 8. b Ann. Chr. 1267. n. 70. c Ibid. l. 2. ep. cur. 14. d Ib. ep. 15. Inter Cumanos & Scythas religio diffusa a Minoritis.

22 Nonnulli etiam Hungari ex eadem familia diuini verbi semen inter Tartaros Scythas felicitet sparserant, ac plures gentilitijs erroribus inuolutos, ad Christi cultum traxerant: cumque nullus episcopus in ijs regionibus ageret, & ciuitas, quæ in Tartarorum limite sita erat, iamdiu delera esset, atq; ideo fratres Minores ad sacros ordines non possent promoueri; qui ijsdem fratribus in ijs regionibus præerat, exposuit Pontifici, episcopum in ijs partibus magnas vtilitates rei Christianæ allaturum. Quibus permotus Nicolaus Philippum episcopum Firmanum Apostolicæ sedis legatum instituere episcopum iussit e.

e Ann. l. 1. ep. 180. In Tartariæ limite episcopatus iussu Pont. institutus. Philippus episcopus Firmanus legatus in Hungaria, &c.

23 Quod attinet ad res Pannoniæ, e qua viri apostolici in Tartaros excurrebant; acuerlis populorum in Regem factionibus affectæ admodum ac lacerate erant: ad quas componendas Nicolaus Philippum episcopum Firmanum, cuius paulo ante memini, Apostolicæ sedis legatum creauit f, eique concessit, vt in Pannonia eo dignitatis insignia gestaret, quibus legati apostolici in transmarinis partibus decorarentur.

f Lib. 1. ep. cur. 91.

tur. Ea vero ornamenta in Polonia, Rama, Dalmatia, Seruja, Cumania, Galitia, Lodomeria ferre omnino vetuit, ad quas regiones illius legationem extendit. Decretam vero eam fuisse ad Hungariæ ciuiles motus, qui sub Rege Ladislao in effusam libidinem soluto exorti erant, indicat Pontifex in literis ad Philippum ipsum legatum datis.

Bellum ortum inter Gallos & Hisp. Missi ad illud sopiendum legati.

24 Angebant præterea Nicolaum curæ de sedandis alijs Christianorum principum bellis ciuilibus. Ardebat tum perniciale dissidium iam ame, vt vidimus, natum inter Philippum Francorum, qui sororis viduæ & pupillorum causam susceperat, & Alfonsum Castellæ Regem; ad quod sedandum transmiserat Ioannes XXI. Hieronymum Minorum, & Ioannem Prædicatorum summos præfectos ad Galliæ & Castellæ Reges conciliandos: cuius consilia Nicolaus successor prosequi instituit. Eosdem ergo ob perspectam ipsorum prudentiam iam dignitatibus auctos, Ioannes enim patriarcha Ierosolymitanus electus fuerat, Hieronymus numero Cardinalium a Nicolao ipsius pontificatus initio vna cum alijs octo aggregatus, vt diximus ex Ptolemæo Lucensi a; ac postea sub Nicolai IV. nomine, vt supra quoque indicauimus, summum pontificatum est aceptus; ad susceptam legationem ac præclare hactenus gestam iussit incumbere b; coniunxitque ijs Gerardum basilicæ duodecim Apostolorum presbyterum Cardinalem, cui præcepit, vt Tolosam, quam vrbem vt locum Regibus accommodum delegerat, se conferret, quo cum vtriusque Regis oratoribus de pace ageret. Tum Philippum c Francorum, Alfonsum Castellæ d Reges, ac Sanctium illius filium eiusmodi belli fontem, si pater grauiori morbo implicitus foret, oratores auctoritate ad dirimendam controuersiam munitos transmittere iussit.

a Ptol. Luc. in annal. & Bern in cho Rom. Pont. b tom. 1. f. 1 ep. cur. 20. 31 32, Gerardus Card. 336 adiunctus. c Ib sp. 42. & cod. Vall pag. 82. d Ib. p. 43. & cod Vall eod p ig. 83 Tolosam deligit Pōtif. ad tractatum pacis conferendum. Reges vt mittant oratores admonet, Philippus oratores eo transmittit.

25. &c. Obsecutus est pontificijs votis Philippus Francorum Rex, atque oratores dignitate & prudentia spectabiles Tolosam misit; sed Alfonsus leues inanes rationes causatus, oratores legare detrectauit, questus inter cætera, eam vrbem Gallicæ ditionis esse, nec parum detrahi Castellæ dignitati addidit, si in ea huiusmodi colloquium haberetur. Pupugit ea res admodum Nicolaum, ac de Alfonso in literis ad Philippum datis est conquestus: quem etiam, ne ob id in Alfonsum ipsum grauius commoueretur, mollibus verbis delinire est conatus: ac ne cœpta de pace actio ea de causa abrumperetur, instituit vt in Vasconiæ, tunc Anglo obnoxiæ, vrbe iniretur: eoque vt oratores suos mitteret, Philippum solicitauit e,

e Ead l. 1. ep. cur. 161. & cod Vall pag. 36.

31. &c. Iniectus est in f eundem Castellæ Regem Nicolaus alijs literis, ecclesiam Compostellanam oppressisse. Potiebatur ecclesia illa, S. Iacobi reliquijs nobilitata, prærogatiuis maximis; atque amplissima non diuini modo, sed humani etiam dicundi iuris auctoritate pollebat: qua re dignitatem suam infringi Alfonsus arbitratus, dominium illud ciuile adimere decreuit; repugnanteque archiepiscopo, filium cum exercitu aduersus eos, qui ecclesiæ Compostellanæ iura tuebantur, immisit. Querelæ mox sedi Apostolicæ delatæ, ac Nicolaus Alfonsum monuit, turpissimum videri egregium religionis in Hispania defensorem arma in nobilissimam ecclesiam vertisse, quæ etiam exteris summæ veneration esset; agnosceret veram principum gloriam in ecclesiarum augenda, non obterenda dignitate sitam: aliaque grauissima eo argumento attulit.

f Ead l. 1. ep. cur. 161. & cod Vall pag. 36. f 10. 1. f. 1, pag. 5. Compostellana Eccl. sia ab Alfonso oppressa.

41 Hoc anno atrox commissum prælium in Austria g, cum Othocarus Austriam, Styriam, & Carinthiam sibi ereptas dolens, violato inito fœdere, collectoque maximo exercitu in Austriam excurrit; illam enim prouinciam donationis iure a Margarita Austriæ ducis filia debitam contendebat a: contra Rodulphus negabat eam vt imperij stipendiariam abalienari iure potuisse. Describit Dubravius tanti belli causas his verbis b: *Vt arrogantiam Othogari infringeret*, nimirum Rodulphus, *dein vt Austriam illi adimeret, speciosissimis illum blandissimisque inuitat verbis, vt si palam pudeat, saltem secreto intra tentorium paucis coram arbitris debito per fidem Cæsari præstandam fungeretur officio: aliter namque stabilem inter ipsos perpetuamque amicitiam coire non posse, nisi exhibito fideli prius obsequio. Abominantem tursus Othogarum dignitatem suam Rodulpho submittere, persuadent proceres, non minus Cæsarem ob veterem familiaritatem, quam Regem sum respicientes, vt se fidei Cæsaris committat: quod cum ille facit, atque, vt mos habet, quinque vexilla Cæsari de manu sua offert, restituit duo illi dumtaxat, ac sibi tria, Austriæ videlicet, Charinthiæque, & Styriæ nomine retinet, quasi tutelæ interim titulo possideret, dum matrimonium recens conciliatum ad effectum perduceretur: deinde illas quoque regiones Vvenceslao Othogari filio pro dote accessuras.* Addit auctor nonulla de territorio arte exquisita dissiliente in partes, dum Othocarus flexo genu, fidem Rodulpho obstringebat, indeque concepto furore, quem auxit vxoris impotentia, vltionem expetere de Rodulpho decreuisse, irrupisseque in Austriam.

Bellum Rodulphi inter & Othochatum Regem de Austriæ dominio. a Ptol. Luc. in annal. hoc ann. b Dubr. hist Boem. l. 17. Pacta affinitate sopita fuerat.

42 Cum eo Rodulphus Rex aduolasset, stragem futuram horrens c, nuncios ad Othocarum misit, qui monerent vt prælio abstineret, cum proditoribus vndique septus esset. Ac reuera plures in ipsius exercitu erant eius criminis rei, quorum odia Boemus in se concitarat, vt ait Eberardus d, cum in eos nullo dignitatis habito discrimine, vim legum exerceret, ac ne grassarentur in populos, vti consueuerant, refrænaret. Ita vero præmonitus a Romanorum Rege præfectos castrorum, tribunos, alioqui proceres in suum tentorium excitos ita compellauit: egregiæ quidem ac probatæ ipsorum fidei certissimum semper se extitisse; at si quis in eum coniurationem fecisset, vel nefaria suscepisset consilia, inermem ipsum iam occideret, id enim longe satius futurum, quam si vna cum eo multa hominum millia funestæ cladi exponerentur: tum vero omnes vno ore fidissimos se illi semper futuros & quoduis discrimen adituros polliciti sunt.

c Long hist. Pol l. 7 hoc ann. Procerum coniuratio a Eberar. vti sup. Qua arte Othochetua eos sibi conciliare nitus sit. Defertus a suis in acie capitur Othocarus.

Concurrentibus die insequenti aduersis exercitibus, Othocarus, suis illum deserentibus, dum strenue inter medios hostium globos dimicabat, oppressus numero, captus est, moxque exutus armis: cum miles, cuius fratrem Othocarus peremerat, furens in eum irruit e, atque ad fraternam necem vlciscendam gladio in fronte cædit, ex quo vulnere infelix Rex toties a Romanis Pontificibus admonitus, vt ab armis desisteret, occubuit, ac diutius illius corpus iacuit inhumatum, quod fidelium consortio, a quo eiectus fuerat ante mortem vt ait Siffridus f, restituturus non fuisset: contraxerat enim, ob illatum Rodulpho bellum contra imperia apostolica censurarum pœnas. Præmium porro tantæ victoriæ non Austria modo fuit, quæ secundo natu filio a Rodulpho attributa g, eoque extincto, in maiorem natu Albertum transfusa; verum magna etiam Boemiæ pars, quam in suam potestatem redegit; quamque postea, petente Vvenceslao Othocari filio suppliciter pacem, reddidit: ad quam firmandam arcto necessitudinis vinculo filiam suam Gutham matrimonio ei iunxit h; de quibus agit etiam Ptolomæus Lucensis i,

In fronte cæditur gladio. e Chron. Dom Colen. pub. f Siffr. quis. lib. 2. Tristis ob sperata apostolica imperia eius exitus. Austria & Boemiæ pars illius imperium accipit. g Ptol. Luc. in annal. h Siffr. ubi sup. Pacem cū Vvenceslao init. i Ptol Luc. hist. eccl. m. s. l. 23. c. 25

De relata victoria gratulatur Rodulpho Pont.

a Lib. 1. ep. 48.

Confirmatio a Rodulpho Rom. ecclesiæ iura.

b Seruantur in arce S. Ang. & extant in coll. Plutei. n. 2. pag. 256. & n. 3. pag. 478. & n. 5. priuil. Rom. eccl. pag. 199. & mſ. Vallic. sign. lit. D. n. 1. pag. 70 & 88.

Quid gestum a Conrado oratore Rodulphi.

c Extant in coll. Plutei n. mſ. archiu. Vat. n. 1. pag. 116. 236. & n. 1 pag. 478. & lib. priu. RR. eccl. to. 3. pag. 212.

Violata a regijs administris promissa.

d Extat in arce S. Ang. & in coll. Plut. to. 1. pag. 178. & lib. priu. Rom. eccl. to. 1. pag. 91. cod. Vall. sig. lit. B. n. 12. pag. 16.

Relicta ea a Rodulpho Rege, vt inscio ipso gesta.

e Extant in mſ. Vat. lib. priuil. Rom. eccl. to. 1. pag. 92. & mſ. Vall. sign. lit. B. n. 12. pag. 26. fol. 1. l. 1. ep. cur. 38 & reg. post eâd ep.

f Lud. mſ. Vat. sig. n. 1960.

44. &c. De parta ea victoria enimio Pontifex in literis inclinando hoc anno ad Rodulphum missis a, quibus rogauit, vt vetera ab Imperatoribus concessa Romanæ ecclesiæ priuilegia, a principibus electoribus confirmanda curaret: qui antea, nempe inconsulto eodem anno, cum insignia imperatoria a Nicolao deposceret, de principatus pontificij iuribus corroborandis appellatus, publicis literis b professus est, se omnia Romanæ ecclesiæ priuilegia concessa ab Imperatoribus, ne pietate & studio in sedem Apostolicam ab ijs deficiceret, corroborasse; atque allegauit, vt Ecclesia vniuersæ illius ditionis, quæ ex huiusmodi diplomatibus ad eam spectare constaret, possessionem sibi vendicaret, mittereque ea de causa ad curiam apostolicam Conradum, qui in Cardinalium senatu regiam fidem ad hæc perficienda obstringeret.

47. &c. Hac auctoritate munitus Conradus Minorita, Rodulphi Regis Romanorum orator, coram Nicolao in sacro Cardinalium senatu omnia Romanæ ecclesiæ iura, quæ Otho regij sigilli præfectus, diuu Lugduni solemnes episcoporum conuentus habebatur, Gregorio integra ac illibata fore ſ, oponderat, omniaque alia ab ipso gesta confirmauit: ac regio nomine assensit, vt Nicolaus vniuersæ illius ditionis, quæ imperatorijs diplomatibus, tum ratis habitis, continebatur, possessionem iniret; vel armis, vel alijs mollioribus vijs in suam potestatem reuocaret; Rodulphumque ea omnia corroboraturum est pollicitus. Publicis demum tabulis c, quibus Othonis oratoris coram Gregorio X. acta erant comprehensa, perlectis, tum ea tum alias veterum Imperatorum donationes constabiliuit.

51. &c. At promissa a Conrado labefactata sunt: Rodulphus enim imperatorij scrinij præfectus ad recuperanda imperij in Italia iura missus, vt ea cæsareis diplomatibus comtabat, nonnullos Ecclesiæ clientes, Bononienses nimirum, Imolenses, Fauentinos, Foroliuienses, Foropopulienses, Cæsenates, Rauennates, Ariminenses, Vrbinates, pluresque alios pontificiæ ditionis in Regis Romanorum verba sacramento adegerat. At postulatus a Pontifice Rodulphus Augustus regijs rursum literis d iura eiusdem Romanæ ecclesiæ, quæ a Ludouici Imperatoris tempore Imperatorum Regumq; priuilegijs expressa erant, confirmauit: ac præcipuas pontificiæ ditionis terras percensuit, ne qua de ijs controuersia moueretur. Tum alium oratorem, nimirum Gotifredum, misit, qui non modo Conradi Minoritæ promissa corroboraret, verum etiam a prædicto Rodulpho gesta resciderent, illaque temere, inconsulta regia maiestate, tentata datis ad Nicolaum literis est professus. Cuius acceptis imperijs Gotifredus in Cardinalium consistorio coram Nicolao professus est, Rodulphum ab inuadendis Romanæ ecclesiæ iuribus abesse animo, ac regio nomine extorta ab Rodulpho sacramenta conuulsit. Quibus gestis Gotifredus, missis ad populos Romanæ ecclesiæ obnoxios e, quos cæsarei scrinij præfectus in verba Rodulphi iurare coegerat, literis præstiti sacramenti religione soluit, iussitque in Romanæ ecclesiæ fide, ac potestate perstare. Meminerunt de Rodulphi Regis literis, ac Fluminia a Nicolao ditioni pontificiæ adiuncta f, deque alijs Iordanus & Ptolemæus Lucensis g;

g Iord. mſ. Vat. sig. n. 1960.

h Lib. ep. 6.

61. &c. Postulatum h insuper est a Rodulpho, vt intra octo dies, post suscepta a Pontifice imperij ornamenta, omnia illa priuilegia se roboraturum polliceretur; operamque daturum, vt imperij proceres suam adderent auctoritatem. Præscripsit vero Rodulpho i Nicolaus formam, qua iura Romanæ ecclesiæ confirmaturus esset: atque constitut eriam Caroli iuribus; dum Rodulphum solemni sacramento adegit, se Carolum Regem bello non lacessiturum, nec Siciliam inuasurum. Ad iungendum autem inter eos Reges fœdus, Conradum Rodulphi oratorem, vt rem toties egregiam perficeret, penes se retinuit. Nec dissimilit Romanorum Rex: prædictum enim Conradum & Godefridum auctoritatem ad faciendas cum Carolo tertiæ pactiones, quas iniit, ac Nicolaum, vt illius interpres & arbiter esset his literis roganit a.

i Lib. ep. 15.

66. 67 Professum porro hoc anno solemni ritu Carolum Regem, Siciliæ quoque nomine, sui Apostolicæ addictam; fidemque Nicolao, vt iusto, ac supremo domino Romæ coram sede Apostolica adstrinxisse, ostendunt Caroli ipsius literæ b, quibus inter cætera spondet, nunquam se imperium cum Sicilia coniuncturum; quæ ijsdem omnino verbis concepta sunt, atque ex, quibus illum Ioanni XXI. fidem obligasse diximus c. Petijt deinde a Carolo Nicolaus, vt Etruria cederet, causatus, vt aiunt d, cum Rodulpho fœdus detrudere agi non posse.

b Lib. 2 ep. 76. Iord. mſ. Vat. sign. n. 1960. ac Pio Luc. hist. eccl. mſ. l. 23. c. 29. Ann. 3 p. tit. 20. §. 3 §. 2. 3.

68 At quamuis ea res grauiorem Siculo Regi dolorem afferret, vt eam tamen a Romano Pontifice acceperat dignitatem, ita illi restituit, literisque regijs, quem Etruriæ præfecerat, Raymundum de Roncellis prouincia abire, reddere obsides, atque ab arcibus præsidiarium militem reuocare iussit. Quo accepto lætus Nicolaus Latino Cardinali præcepit e, vt loca munita, atque arces reciperet: eodemque argumento missis ad dictum Raymundum regium in Etruria vicarium literis, Ostiensem episcopum in arces inducere iussit f.

c Extant in mſ. Vat. lib. priuil. Rom. eccl. to. 1. pag. 92. & mſ. Vall. sign. lit. B. n. 12. pag. 26. fol. 1. l. 1. ep. cur. 38 & reg. post eâd ep.

d Ext. in lib. priu. RR. eccl. mſ. Vat. pag. 91.

e Ext. in annal. Odor. Cori 1276. n. 83. & 84.

f lib. ep. 84.

69. &c. Nec Etruria modo, verum etiam Vrbis imperio quod senatorio nomine obtinebat, iussus Carolus discedere, alacriter paruit; inique admirationem ob singularem in tanta potentia erga Pontificem, auersamque suis commodis, modestiam concitasse, refert Iordanus g. *Papa*, inquit, *misit eisdem Cardinalem, qui patrocinium Regis tueretur super predictis sibi ablatis: & audito, quod Cardinalem honorifice recepisset, & modeste respondisset*, ait: *Fidelitatem Carolus habet a domo Francie, ingenii perspicacitatem a regno Hispanie*, Blancha enim matre Hispana erat natus, *discretionem verborum a frequentatione Romane curie*. Cum autem senatoris dignitate abiturus esset Carolus, Nicolaus ad pontificiam potentiam in Vrbe asserendam, tantione edita cauit h, ne in posterum id munus Regi vlli extero, Regibusue oriundo, principi, aut marchioni deferretur.

g Iord. mſ. Vat. sig. n. 1960.

Infigne dicto eo Nicolai dictum.

h Lib. 2 ep. 76. Iord. mſ. Vat. sign. n. 1960. ac Pio Luc. hist. eccl. mſ. l. 23. c. 29. Ann. 3 p. tit. 20. §. 3 §. 2. 3.

Hoc anno detestandum quidem facinus Tripoli patratum, vbi lex impura Mahometi e fastigio ecclesiæ militiæ templi maxima Christianorum offensione a Saracenis, qui eam Boamundi Tripolitani principis iussu inuaserant, promulgata est i, ciuisque vrbis episcopus ab Anteradenti episcopo crudeliter adeo excogitatus est, vt ob insidias vitæ suæ comparatas fugere compulsus fuerit. Quare Nicolaus Sydonis & Beriti episcopis, vt Anteradensem ad Romanam curiam venire iuberent edixit, iniunxitque Templarijs l, vt egregium copiarum numerum ad hostium propulsandos impetus instruerent.

Boamundi Tripolitani principis impietas.

i Lib. 1. ep. 102.

l Lib. ep. 164.

82. &c. Deuouerat Eduardus armorum suorum potentiam reparandis terræ sanctæ rebus, missisque ad Nicolaum oratoribus, symbolum crucis accepturum spopondit, si sacerdotiorū regni sui decimæ ad impetus bellicos tolerandos sibi tribuerentur. Cui Pontifex, ne sacræ opes frustra absumerentur, respondit m, ea lege ipsi decimas attributum iri, vt ad ipsas refundendas, si expeditionem non conficeret, se obstringeret.

Eduardus militiam sacra professurus, decimas a Nicolao postulat.

m Cod. Vall. sign. lit. C. n. 49.

IESV

IESV CHRISTI
Annus 1279.

Indict. 7.

NICOLAI PP. III. RODVLPHI ROM. REG. 7. annus 2. MICH. PALEOL. IMP. OR. 19.

1. 2 RElaturus Deo pro accepta dignitate gratiam Rodulphus Romanorum Rex, votisque Nicolai Papæ obsecutus, sedis Apostolicæ iura, & ea omnia, quæ a Conrado Minorita oratore suo in sacro Cardinalium senatu promissa vidimus, confirmauit: nec modo veterum Imperatorum donationes ratas habuit, verum ipsum contulit, gesta contraria rescidit, neque se vnquam eas repetiturum sacramento spopondit; tum etiam obstrinxit fidem suam superiora omnia se corroboraturum, postquam insignibus imperatorijs pontificia manu redimitus esset. Qua de re diploma promulgatum est a.

2. &c. Confirmata pariter a Rodulpho fuere, quæ ab alio oratore Gotifredo post Conradum fuerant promissa: cum enim regij sigilli præfectus, vt dixi, Æmilios, in Regis Romanorum verba sacramento adegisset, ac iuribus Romanæ ecclesiæ ea re detractum esset; Rodulphi iussu Gotifredus Æmiliæ vrbes ad ditionem ecclesiasticam spectare professus est, populosque allicere ad Ecclesiæ obedientiam studuit: ac monitus Rodulphus, vt ad dissidiorum omnes occasiones tollendas iterum Æmiliam, Bobium, Cæsenam, Forumpopuli, Forumliuij, Fauentiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, Adriam, Gabellum, Ariminum, Vrbinum, Montemferetrum, agrum Balnensem suis expressa nominibus seu Apostolicæ concederet, id amplissimo alio diplomate hac loci & temporis nota consignato penuexit. *Acta sunt hæc anno Domini* MCCLXXIX, *ind.* VII. *regnante domino Rodulpho Romanorum Rege glorioso, anno regni eius sexto. Dat. Vienne per manum magistri Gotfridi præpositi Solensis protonotarij nostri* XVI *kal. martij*.

3. 4 Nec sufficere Nicolao visum erat, vt Rodulphus hac regia auctoritate stabiliret, verum exegerat, vt principis imperij suo consensu firmarent: quibus cum anno superiori Pontifex formam nuncupandi iuramenti præscripsisset, hoc anno conceptis ijsdem verbis præstiterunt c. Edita præterea a singulis principibus electoribus diplomata colligitur; extant enim Ludouici d comitis Palatini Bauariæ ducis, tum aliæ e Othonis marchionis Brandeburgensis literæ ijsdem verbis atque superiores conceptæ.

5 Asserentibus ita Romanæ ecclesiæ iura principibus electoribus, & vna cum Rodulpho Rege Romanorum professis, Bononiam, aliasque Æmiliæ vrbes sedis Apostolicæ obnoxias esse, Nicolaus incubuit ad restituendum in ijs pristinum Ecclesiæ imperium; ad sedandas enim Bononiensium dissensiones Latinum Cardinalem sororis suæ filium legatum misit f.

6. 10 Spoponderat inter cætera capita, quæ a Rodulpho Nicolaus exegerat, illum non lacessiturum bello Carolum Regem Siciliæ. Grauiores enim inter vtrumque intercedebant controuersiæ, non solum ob Etruriæ principatum Pontificum studijs acceptum, de quo diximus supra, verum etiam ob Prouinciæ & Folkarquerij comitatus, quos Rodulphus veluti imperij fiduciarios, extincto sine prole mascula Raymundo Berengario Caroli socero, ad imperium redisse contendebat. Cumque ex bellico vtriusque principis congressu Italiæ & orbi Christiano periculum immineret; perfectum matrimonium, Clementiamque Rodulphi filiam Carolo Martello Regis Siciliæ ex filio nepoti nuptui traditam, scribit Ptolemæus Lucensis a.

Matrimonio perficitur.

11 Iniunctum vero est episcopo Tripolitano b, vt ad Rodulphum pro ineundo fœdere eum Carolo se conferret, atque a Pontifice hæ fœderis leges e constitutæ, vt Rodulphus Carolo ac posteris Prouinciæ & Forkalquerij comitatus iure fiduciario traderet; profiteretur tamen sui esse consilij Margaritæ Francorum Reginæ iuribus non detrahere, nec ad nuncupandum, nisi oratoris opera, fidei sacramentum obstringeret, vocaretue in iudicium: illatas præteritis Regibus Romanorum ob negata obsequia iniurias remitteret; neque ob defensam contra imperium Siciliam iudicium intenderet: pronuntiaret ardente inter imperium & Ecclesiam bello, Ecclesiæ partes a Carolo iure suscipi posse, exortaue inter Siciliæ Regem & imperium controuersia, eam non ferro, sed Pontificia sententia dirimendam. Dicta vero Regi Siciliæ lex est, ne imperij terras inuaderet: ac denuntiarunt Siculos tum ab illius fide iure discessuros.

Contendit a Rodulpho, vt Prouinciam iure fiduciario tradat.

12. &c. Cæterum Prouinciam hoc anno pretiosissimo thesauro, qui diutius latuerat, in lucem adducto nobilitatam, referunt auctores d; Caroli nimirum principis Salernitani Regis Siciliæ filij, qui in Prouinciam venerat, pia diligentia sacrum B. Mariæ Magdalenæ corpus in sacello, in quo S. Maximinus, vnus ex septuaginta Christi domini discipulis Aquensis episcopus tumulo condiderat, refossis omnibus sepulchris, quæ ibi posita erant, nono mensis decembris die repertum, atque reserato loculo suauissimum odorem effluisse, ait Bernardus Guido e.

16. &c. Porro Galli ad sacrum bellum conficiendum, summo conatu se comparabant, cum plura hastiludia, vulgo torneamenta nuncupata, in concilio Lateranensi vetita ediderunt: & quidem tanta pompa atque apparatu, vt duo nullia inuicem confligerint. Putabant nonnulli rem ludi & gloriæ, non criminis dandam, cum in ijs viri nobiles, ad propugnandam fidem, regnumque defendendum aptiores fierent; atque ideo rer in anno has pugnas confici Rex sanciuerat. Quæ lex etsi speciosa, grauiora mala inuehebat, cum in ijs pugnis non parum sanguinis fundi, ac lætitia publica in luctum verti soleret; tum magni sumptus profundi, qui in subsidium Ierosolymitanæ rei deriuari debuissent: quocirca ea res adeo seuere a summis Pontificibus vetita erat, vt qui in huiusmodi certamine mortem oppeterent, sepultura ecclesiastica ex Lateranensis concilij sanctis arcerentur. Agente itaque Simone tit. S. Cæciliæ Cardinale Apostolicæ sedis legato a Philippo Rege de hastiludijs lex reciditur proximo tamen tempore insigni inconstantia ludicræ pugnæ habitæ, dissimulante eodem Cardinale qui seuere a Nicolao inertiæ increpitus est f, iusiusque in eos omnes, qui in certamen descenderant, solemni ritu anathematis sententiam promulgare. Nec frustra concitabatur pio studio Nicolaus, cum in ludicra huiusmodi pugna tristem casum erarriet Nangius g, Robertum nimirum comitem Clarimontis malleorum ictibus ab aduersarijs, incalescentibus, vt fit, sensim ex ira animis, contusum adeo capite, ac debilitatum fuisse, vt in perpetuam amentiam, magno ob tanti principis iacturam damno inciderit. Ex quo tristi hastiludiorum exitu pontificij decreti æquitas illustrari potest, quo incensurarum apostolicarum contemptores suis literis innectus est h.

21. &c. Non segnius nauata opera est a Nicolao,

a *Asserunt. in) anno 5. Aug. & ann. apud Nic. III. loc. cit. & in vit. Nic. apud Ital. tom. 3. col. 399. & coll. Plat. to. 3. Vatican. pag. 138. & in Vallic. sign. lit. B. pag. 236 & in sign. lit. D. pag. 69.*

b *Extat ind. Nic. to 2. pag. 251. n. 14. & lib. priu. Rom. eccl. tom. 3. pag. 96.*

Principes electores eadem confirmant.

c *Asserunt ea lit. in arc. S. Angel. & ext. in lib. priu. Rom. eccl. to. 1. pag. 88. & in coll. Plat. to. 3. pag. 137.*

d *Lib. priu. Rom. eccl. to. 1. pag. 89.*

e *Asserunt, in arc. S. Aug. & ext. in lib. priu. Rom. eccl. to. 2. pag. 88. coll. Plat. to. 3. pag. 135. & cod. bibl. Vall. sig. lit. B. n. 14. pag. 59.*

f *Nic. to. 2. l. 2. ep. 18.*

Promouet Nicolaus pacem Rodulphum Aug. inter & Caroli Sicil. Regem.

Ptol. Luc. hist. eccl. l. 23. c. 35. 36. Baron. in not. ad Martyr. & alij.

Carolus Rex Sicil. D. Magdalenæ corp. inuenit.

Bern. Guid. chr. Rom. Pont.

Hastiludia iussu Regis Franc. celebrata.

Nang. in gest. Philip. Franc. Reg.

Tribus illorum ex his in Rob. no comit. Clarimontis.

h *to. 2. ann. 1279.*

Exortum inter Alfonsum Castellæ & Phil. Frãc. Reges bellum nondum sopitum.

lato, ne Galli susceptum in Saracenos bellicum ardorem in Hispanos conerterent: alebatur enim atrox discordia inter Alfonsum Castellæ & Philippum Galliarum Reges ob exclusos, vt suo loco vidimus, in publicis comitijs Ferdinandi primogeniti defuncti a regni successione filios. Et sane cum legati apostolici post susceptos magnos labores, vt Lurdegalæ vtriusque Regis oratores conuenirent, operam dedissent, infecta re, vtrinque exasperatis animis, discessere. Ex quo Pontifex magno dolore ob imminentia eorum Regum inter se bella affectus, Cardinales legatos ad se reuocandos censuit, vt ex ijs præsentibus rem certius cognosceret, maloque opportuna remedia adhiberet: egitque crebris apud Philippum literis a, tum apud Castellæ Regem, vt in concordiam eos adduceret, quorum posteriori grauia terræsanctæ pericula ex eo bello emascentia, aliaque mala ingentia propouit b.

a to. 2. fol. 2. ep. 28. 29. 30.
b l. 3. ep. 25.

24. &c. Nec modo huic bello faces admouerat Alfonsus, ac se paci difficilem exhibuerat, vt ijsdem literis queritur Pontifex; verum ecclesiasticorum ceruicibus iugum grauius imposuerat, eorumque fregerat dignitatem: quæ iniuriæ ijs illatæ septem capitibus distinctæ in regesto pontificio describuntur c; ad quas sarciendas Alfonsus, ac Sanctius grauissimis sententijs præmoniti sunt, missusque eam ob causam interrumpius Petrus episcopus Reatinus, cui mandata data, vt caueret acriter, ne Rex inanibus ipsum verbis ac promissis traduceret, sed vt patrata facinora rite expiaret: eliceret ab eo regium diploma, quo nullum ius in tertijs decimarum obtinere agnosceret, neque ecclesiasticos se fatigaturum in posterum polliceretur: idemque de vacantium ecclesiarum vectigalibus, & alijs iuribus præstaret; ac solemni sacramento ipsius fidem affringere niteretur.

Ecclesiasticum ius ab Alfonso violatum.

c to. 2. fol. 2. pag. 56. n. 10.

Petrus ep. Reatinus in Castellam missus. Monita ei tradita.

29 In Lusitania etiam labefactata admodum fuerat libertas ecclesiastica ab Alfonso Rege, quem obijsse ineunte martio huius anni, refert Antonius Brandanus d, ac morte imminente pœnituisse violati olim iuris ecclesiastici; plura iniuste a se occupata restituisse, filiumque Dionysium Lusitani sceptri heredem ad reiarcienda illata ecclesijs damna obtrinxisse: qua de re testes publicas literas ex Vlitiponensis ecclesiæ tabulario producit e; adducitque auctor eiusdem Regis testamentum, in quo multa pietatis signa præbuit: ad leuanda enim, quæ suorum subornatus consilijs fecerat damna plurimas ijs opes legauit: Pontifici vero Romano, quem suæ animæ & corporis dominum vocat, centum marchas argenti contulit, flagitauitque ab eo, vt apostolica auctoritate suprema voluntatis tabulas confirmaret.

Alfonsi Regis Lusitaniæ obitus.
d Brandan. monach. Lusit. l. 15. c. 37 & in appen.

e Id. ib. Pium testamentum condit.

30. &c. In Hungaria cum Ladislai Regis ignauia res Christiana in maximum periculum a Cumanis ethnicis adducta esset, opesque ecclesiasticæ passim diriperentur, excitatus tandem Rex a Philippo Apostolicæ sedis legato, promulgatis regijs literis se astrinxit f, Cumanos, quorum aliqui Christiana sacra susceperant, sed improba vita corruperant, ad baptismum se adacturum: e montuosis locis ac solitudinibus, in quibus Scythico more tentorijs fixis viuebant præda & cædibus, in oppida traducturum; si repugnarent, ducturum in eos exercitum: ablata ecclesijs bona restituturum iri; deleturum se hæreticos, libertatemque ecclesiasticam contra illius depretiores defensurum.

Cumani in Hungaria rem Christianã attingunt.

f Raynal. in simil.

34. 35 Celebrati sunt mense septembri ab eodem Apostolicæ sedis legato Budæ solemnes episcoporum conuentus ad fidem propagandam, ac primum sanctitatis florem in clero populoque reuocandum; in quo editæ sunt plures sanctiones g de corona, & tonsura gestandis, ac reliquo præsulum & ecclesiasticorum cultu ad modestiam redigendo; non exercendis indecoris artibus, non gerendis armis, mulieribus a suo commercio ablegandis, fundendis horarijs precibus, non faciendis coitionibus, celebrandis synodis, sacris initiandis ijs, quibus animarum cura mandata est, tuenda in præsulum electionibus ecclesiastica libertate, non adeundo laicorum iudicum tribunali; de sacrarum reliquiarum cultu, non alienandis ecclesiarum ornamentis, reddenda bonorum ecclesiasticorum administrationis ratione; non profanandis templis, abigendis meretricibus & concubinis, adulteris & incestuosis plectendis; tum multa alia ad mores expoliendos spectantia sancita sunt. Cuius concilij acta nobis ad calcem XIV. tomi reijcienda visa sunt: quæ quidem ideo videntur imperfecta, cum Ladislaus Hungariæ Rex ab impijs subornatus, sacram synodum disturbasset, ac Budensibus imperasset, vt patres vrbe pellerent, nec ad vitam sustentandam commeatus suppeditarent: cuius facinoris pœnitentem sequenti anno visuri sumus.

Quæ sint in ea decreta.

Synodus Budæ celebrata.
g Extat. apud Cod. Vat. in pag. 320 &c.

Is vero adeo in priori suscepto consilio tuendæ amplificandæque Christianæ fidei inconstans extitit, vt mox violato iureiurando Cumanos gentiles maximaomnium offensione impune grassari permiserit. Ad quem e perfidia abducendum, Nicolaus ac Regem Siciliæ atque ad Rodulphum Cæsarem, vt oratorum suorum opera ad resipiscendum adducerent, scripsit a: Regnum etiam Hungariæ solicitauit b, vt tantæ rei nauaret operam: præterea e episcopos Hungaros ac duces, proceresque cæteros, pio ardore pro religionis causa defendenda consurgerent. Legatum vero suum Philippum Firmanum episcopum non demittere animos, sed constantius ad religionem propugnandam incumbere iussit d, certioremque fecit eo argumento ad Pannoniæ Regem datis literis e. Qui quidem initio perditorum hominum subornatus consilijs, legatum regni aditu arcere conatus est, verum postea mentem mutare est visus, seque ad tuendam asserendamque religionem Christianam conuertere; quem Pontifex in ciuino cultu confirmare his verbis studuit.

Ladislaus violato sacramento Cumanorũ mores induit.

a to. 1. l. 2. ep. cur. to. 1. Reg. post cæna. ep. 1. Pontificia pro eo ad officiũ reuocãdo opera.
b l. 2. ep. 15. & 16.
c 16.
d l. 2. ep. 9.
e l. 3. ep. 7.

36. 37 *Nicolaus, &c.* Resumpsimus in mente lætitiam, gratamque audito, quod tu postmodum, ingressu dicti legati percepto, te ipsius inductis ombus & salutaribus monitis regali mansuetudine conformasti, & animum tuum ad omnipotentem Dominum, vt videbatur, deuote conuertens, dicta tibi per eundem legatum tam super obseruatione fidei ac decretorum & consuetudinum progenitorum tuorum, & conseruatione libertatis ecclesiasticæ; quam hæreticorum expulsione de regno prædicto seruare, ac in terris tuis seruari facere, super altare, tactis Euangelijs promisisti: quodque ipsius legati monita super liberatione Christianorum, quos Cumani & alij, pagani sub seruitute tenebant, benigne recolligens, quod Christianos a Cumanorum obsequijs retraheres, quod compelleres Cumanos ad habitandum in domibus solo fixis, & ex eis baptizatos potissime ad destructionem cogeres idolorum; nullumeriam infidelem, vel quem scires excommunicatione ligatum in officialem regium, vel familiarem admitteres, quod tam in re, quam in illis de regno tuo, dimisso paganorum abusu resumeres Christianorum habitum tam in vestibus quam capillis; Cumanos insuper restituere monasteria & ecclesias, occupata per ipsos; ac apostatas dicti regni ad ordines redire compelleres, cum ab eorum prælatis exitteres requisitus; & quædam alia directionem regni, & salutem cominentia status tui coram ligno crucis solemniter in altari, primo & iterum, regia fide data Hungarico more iura-

Iussus postea consilijs obtemperare.

Pollicitus liberæ ecclesiæ hæreticos pellere. Cumanos reprimere. eos ad fixas sedes & baptismum cogere. Athenarũ notatos honoribus non afficere.

Apostatas ad ordines relig reuocare.

iurati. [Nonnullis interiectis, quibus Pontifex carpit Regem Ladislaum eximijs cæptis destitisse, atque intregisse data sacramenta, inanique a legato prouocationis diffugio captaro, Christi fidem contra Cumanorum molimina non asseruisse, subdit,]

Nicolai pro eo ad officium adducendo studiũ.

38 Nos itaque more pastoris de commisso nobis grege dominico & salute tua, iuxta officij nostri debitum, ne videamur in te, ac regno prædicto negligere, quod in catholicis Christianis amamus, sedulo cogitantes: ac licet nondum ad nos ex parte tua super prosecutione appellationis huiusmodi, nuncij, seu procuratores tui venerint, præmissis absque intermissione temporis occurrentes, te, ne sub talibus nubibus cespitando præcipites, pastoris ministerio non adiutus; ad tuam, & regni tui salutem, sub spe summi patris promptis adhibitis studijs, præuenimus.

Ruere in exitium depõlitat.

39. &c. Attende igitur, Rex inclyte, cogita & reuolue, quo duceris, & a quibus; quid posthposueris; & cui, vel quibus inhæseris. Attende te ipsum, & vide quod dicitur, dum auditur, quod regalis domus Hungarica, quæ consueuit athletas Christi contra infideles producere, ac insurgere ad reprimendam astutiam barbarorum; & quæ viros enutriuit electos catholicæ fidei professores, Deum & matrem Ecclesiam reuerentes, cultores iustitiæ, religionis Christianæ seruatores præcipuos, & piorum operum sedulos sectatores; tali & tanto, quod ex præmissis colligitur, nefando contagio maculetur. Attende, quod in præsenti negotio agitur causa Christi, a quo non est appellationibus discrendum; nam ipse scrutator cordium judicat illos Deus, Quibus allegationibus te muries dum, vt dicitur, mendaciorum, & tot promissionum violator, maxime contra fidem, libertatem ecclesiasticam, in notorijs insuper, in eo etiam, quod est tempore perituru, contra renuntiationem tuam, ac salutem propriam, sub pallio talis appellationis inobediens coram Christi vicario præsentaris? Respuunt interdum in talibus appellationes nedum diuina sed humana Iudicia, Quibus te poteris apud iustum Iudicem excusare suffragijs, dum salutem tuam & regalis nominis famam postposuisse sic dicetis; & pateris, quod sub ruo prætextu in regno sic catholico, vnde conscripta sanctorum merita colit Ecclesia, fluctuet fides Christi? &c. *Datum Rome apud S. Petrum v. id. decembris anno 11.*

Clades a Lituanis illatæ.

a *Long. hist. Pol. l. 7. hoc anno.*

42, 43 Infelix etiam rerum Polonicarum status erat: barbaros enim Poloniæ magno terrore se infudisse, atque in Christianos debacchatos refert Ioannes Longinus a, addit quc hoc anno duos cruciferos equites a Lithuanis gentilibus, qui in Poloniam irruperant, captos flammisque expolitos, diuina virtute, barbaris miraculi magnitudine stupore perculsis, ereptos: *In particulari*, inquit, *quodam certamine & congressu cruciferi de Prussia de domo Theutonica a Lituanis gentilibus denicti, cum inter alios captiuos duos quoque offendissent cruciferos, eorumque exquisitis cruciatibus destinarent necandum. Propositum usque exequuti, primum in editiori arbore proprio equo alligatum viuum cum equo vna exemendum, altero coram in spectaculum adducto, dissecdunt; & igne ingenti extructo, equus quidem illico torrente igne videbatur vorarus & consumptus; super crucifero vero aperto cælo splendor celestis demissus, ignis ardorem in varias partes restringens, corpus cruciferi reddidit illæsum. Cælum tandem splendor ille, ex quo prodierat, repetijt, cum quo simul, & corpus cruciferi in similitudine virginis pulcherrimæ miratibus & stupentibus cunctis barbaris adeo, quod nec vllum corporis illius relinqueretur vestigium, conscendit.*

Duo religiosi equites inedi ignibus diuinitus erepti.

Verum dum perfidia Lituanica non virtute diuina id actum, sed carminibus & incantatione id procuratum censeret, alter superstites cruciferum arboris truncum per secures & cuneos violenter intrudentes incidunt; elisisque exussisque cuneis, arbore in suam naturam redeunte, durissima pressione ab arbore tortus, pyra extincta, vinus verberatur, flamc quoque suis quodam nimo candida colore, nunquam alias conspecta, de flamma medio ereptum deferre, attonitis supra modum barbaris, & Christianorum Deum magnum, suisque cultoribus benigna & propitia dona largientem profitentibus, visa est in cælum. Ita auctor,

Ne diuina ecclesiæ priuilegia floribus careant finc, pont. constitutio.

44. 45 Cum autem experientia compertum esset, quanta ecclesijs damna diuturna vacatio inuehcret, quanæ ex eo animarum strages, ecclesiasticorum bonorum iacturæ sequerentur; ad abscindendam malorum causam Nicolaus sanctionem edidit, qua in huiusmodi casibus ad sedem Apostolicam pro subrogandis præsulibus accedendum, quemadmodum etiam ante Gregorius, vt huic malo mederetur, decreuerat, statutum est a.

a *Ex. Greg. l. 1. ep. 13. & etiam in 6. Cupientes de elect. & de ord. ponit.*

46 Cum vero nonnulla in ijs controuersia emergere possent, ad ea illustranda sequenti anno insuper alteram Nicolaus adiecit b, qua astringi voluit eligentes & electos, postulantes & postulatos ab eo tempore quo editio sanctionis ad eos peruenire posset. De editis huisce decretis meminit Ptolemæus Lucensis c in historia ecclesiastica his verbis: *Hic etiam quandam formam circa electos tradidit, sive in concordia sive in discordia sint electi, quantum ad tempus sua presentationis, quam habes c. Cupientes. Multas enim constitutiones fecit fructuosas pro bono statu clericorum, prout in suis titulis continentur.*

b *Lud. l. 2. ep. cap. 13.*

c *Ptol. Luc. hist. l. 21. c. 29.*

47. 48 Adiungendum his visum est, Iohannem electum patriarcham Hierosolymitanum precibus a Pontifice elicuisse d, vt gerendi muneris liber renuntiaret, atque in illius locum Eliam suffectum e, & pallio exornatum f: præterea Nicolaum aduersus Regis Francorum, & principum Brabantiæ, ac Lotaringiæ, Burgundiæ, & Atrebati voluntates, Petrum episcopum Baiocensem insectantium, illius patrocinium arripuisse, Postulabatur is læsæ maiestatis ac improbe gestæ legationis, cum ad fatidicam anum Brabantinam pro explorando auctore veneficij, quo Ludouicus major natu Regis filius extinctus putabatur, missus esset, grauioribusque criminibus appetebatur: quæ cum non probarentur, negauit Pontifex constantissime, nisi de obiectis conuictum damnari posse.

d *Lib. 2. ep. 34.*

e *Ib. ep. 158*

f *Ib. ep. 159*

Petri Baiocen episc. cõtra proceres Gallos causa suscepta.

49. 50 Pari constantia, & integritate tuendam suscepit causam episcopi Tripolitani, quem Boamundus comes Tripolitanus, iniquis impulsus consilijs, vna cum Italis ac Templarijs affectum grauissimis iniurijs Tripoli pepulerat: profugumque ad sedem Apostolicam Germanicæ legationis munere exornatum, missumque ad Rodulphum, vt illum inter & Carolum Regem Siciliæ fœdus componeret, vidimus. Cum vero infelix princeps iuuentutem detorqueret ad scelera, ac religionem Christianam in discrimen conijceret, ne a Saracenis profligaretur, illum Pontifex literis acerrime perstrinxit g, ex quibus hæc delibamus.

Tripolitanus episc. a Boamundo principe exagitatus.

g *Ex. l. 2. ep. 118.*

Nicolaus, &c. Recordare quanta prædecessores tui exhibuerunt ecclesiæ Romanæ seruitia, quantaque illis prouenerunt ex ipsius Ecclesiæ studijs incrementa; & dum a prædecessorum ipsorum nobilitate per præmissos actus degenerasse conspexeris, & apostolicis te feciste beneficijs alienum, exuto vetere homine cum actibus suis; amotis etiam a te consiliarijs, qui tam prauis moribus tuam instruunt iuuentutem; nouum hominem, qui secundum

Deum

Prouocat Boamundum Pont. vt exemplo maiorum, qui Antiochiã amiserit, in Syriam.

Deum creatus est, per quem Creatori tuo & nobis placere valeas, induas: ne forte, quod absit, in ipsis operibus pertinaciter perseuerans, acriorem in te vindictam excipias, quam quidam predecessorum tuorum, ab ipsius Ecclesiæ deuotione recedens, in amissione ciuitatis Antiochenæ iusto Dei iudicio noscitur excepisse: cuius pœna transiuit in posteros, & in te, fili, patenter agnoscis, quandiu Antiochena ciuitas infidelibus subiacet, tuus scilicet titulus dominij principalis, &c. [Addit mixta precibus imperia, vt excurrente optimestri oratores ad farciendas ecclesiæ Tripolitanæ damna mittat: ac si in pertinacia obdurauerit minas intentat, diuinas humanasque pœnas se districturum, ac Templarios, Hospitalarios, & Theutonicos equites in ipsum concitaturum.] *Dat. Romæ apud S. Petrum kal. iunij anno 11.*

IESV CHRISTI
Annus 1280.

Iudict. 8.

NICOLAI PP. III. annus 3. RODVLPHI ROM. REG. 3. MICH. PALÆOL. IMP. OR. 20.

Ad pacem inter principes concilian. incumbit Pontif. a n. 2. b. 4. c. 7. b Ib. c. 8. c Ext. c. 7.

1. &c. NIcolaus Papa ad conciliandam, vti coperat, inter principes Christianos ac populos concordiam, omne studium suum extremo hoc pontificatus sui tempore adhibuit: ac Rodulphum Romanorum Regem solicitauit a, vt cum Siculo Rege firmam pacem pangeret, ac legari, quem ftrenue ad munus obeundum incumbere b iussit, monitis obtemperare: *Sereniratem*, inquit c, *regiam rogamus, & hortamur attente, quatenus eiusdem episcopi*, nimirum Tripolitani, *circa premissa suasionibus & consilijs regali mansuetudine acquiescens; & mentem nostram, ac eiusdem Regis affectum, nec minus effectum existere, & talis negotij consummatione, Deo propitio, inspiciens: sic premissa, qua vt accepimus quieti tuæ vtilia dignoscuntur, precordijs tuæ serenitatis ascribas, sic omnia, & singula obserues, & quieta ac prompte perficias, quod eis felici consummatione completis, de solicitudinibus & laboribus nostris in predictis adhibitis oblata gaudia, sine debita solicitudinibus ipsis imposito, colligamus: & tu, ac dictus Rex, & dilectus filius nobilis vir Carolus princeps Salernitanus primogenitus eius, regnaque ac terra vestra fœtus successibus ad laudem diuini nominis, iuxta nostra desideria, concurratis. Datum Romæ apud S. Petrum x. kal. februarij.* Assensit mox pontificijs monitis Rodulphus, vtque antea a Nicolao diutius agitatum fuerat, Provinciæ comitatum imperij fiduciarium Carolo tribuit. Ne vero Margaritæ Francorum Reginæ iuribus detraheret, professus est sui non esse consilij ea vllatenus labefactare; ac si in imperatoria aula iudicio experiri vellet, ex legum præscripto sententiam latum iri. Provinciali etiam clero sua omnia iura asserenda est policitus, edito diplomate eadem penitus verborum forma, qua a Benedicto Anagnino (qui postea, vt videtur, multos honorum gradus ob singularem peritiam emensus, adeptusque pontificatum Bonifacij VIII. nomen accepit) & Matthæo Cardinale, quibus describendarum concordiæ legum munus Nicolaus iniunxerat d, conceptum est. Donatus autem Carolus a Rodulpho Romanorum Rege Provinciæ & Folkarkerij comitatibus imperij fiduciarijs, vt diu ante interprete fœderis Nicolao conuentum erat, publicis tabulis spopondit e, imperij terras se non occupaturum, neque cum Rodulphi hostibus coitiones vllas vnquam facturum; ac si fidem infringeret, suis clientibus defectionem permisit.

Assentitur Rodolpho Pontifici. Descripta a Matthæo Card. & Benedicto Anagn. pactiones. d Ib. ep. 10. Profitetur Carolus Rex Siciliæ pacem cum imperio seruaturum. e Ext. apud Nic. tom. 3. pag. 101. n. 15. & Mart. IV. tom. 2. pag. 5. inferia ep. 18.

8 In Hungaria Christiana religio, quæ anno superiori in magnum discrimen adducta fuerat, interclusis præsulibus in Budam ingressu, ne celebrarent synodum indictam a Philippo legato apostolico, hoc anno refloruit: Rex enim a Pontifice tum a Rodulpho & Carolo Siculo redargutus commissum scelus agnouit: ad quod abolendum legato centum marchas annuas, quas egentium Hungarorum nomine reciperet, constituit a, vt xenodochium construeret, de quo Cardinalis Baronius b in mss. ad hunc annum notis: *Hoc anno*, inquit, *Ladislaus Rex Hungariæ pro crimine commisso in impediendo ecclesiasticam libertatem, recognoscens se reum, confessus est palam se prohibuisse prælatos regni sui, ne intrarent Budam tempore, quo Philippus legatus Apostolicus habuit synodum in Hungaria: qui in pœnitentiam ædificauit monasterium, cui donauit per manum dicti legati centum marchas argenti annuum. Habetur libro priuilegiorum Romanæ ecclesiæ.* Extant in codice Vaticano ea de re Ladislai literæ c.

a Ext. in cod. Vatic. sign. Ant. R. n. 12. pag. 30. b Baron. in schedis. Inuncta Ladislao extruendi xenodochij pœna. c Lib. prim. Rom. eccl. to. 2. pag. 82 collect. Plat. to. 2. pag. 319 cod. Vall. sign. lit. B. n. 12. pag. 31. ens, etiamsi recondite in arce S. Ang.

9 Ad restituendam pariter insuum splendorem religionem, quæ ob nefarios errores, qui in dies pullulabant in Pannonia, labefactabatur, Ladislaus regio edicto sanxit, leges omnes ab Apostolica sede ad excindendam hæreticam perfidiam latas (fuere autem hoc anno grauissimæ a Nicolao promulgatæ, quæ in bullario extant) suum robur habituras. Qua de re hæc Baronius d: *Mandauit in regno suo seruari per officiales suos omnes constitutiones, et statuta ecclesiastica contra hæreticos facta, in quibus obligauit se ac successores suos.* Insignis odeo Sanctio, secutu ris transmittenda ætatibus, ne fidei decus obsolesceret, edita, e prædicto Vaticano codice e a nobis decerpta est: cui nó absimilis Elizabeth Reginę Ladislai matris Machou & Bosnæ ducissæ sanctio ad luem hæreseos e suis ducatibus excindendam promulgata f; qua fidem suam ad seruanda omnia Romanæ ecclesiæ mandata pro tuenda in ijs oris religionis dignitate in viros impios obstrinxit.

d Baron. in schedis. e Lib. prim. Rom. eccl. to. 2. pag. 82 & collect. Plat. to. 2. pag. 35. & 173. affirmat inter eiusm. in arce S. Ang. Elizabethę Reginæ ea de re edictum.

10 At breui Ladislaus, quem effrænes libidines ad impietatem detorquebant, improborum actus stimulis in Philippum episcopum inique se gessit. Memanit quidem Longinus g electi Hungariæ Philippi, quem a Polonis honorificentissime exceptum ait: sed ille rem anno MCCLXXXII. collocat. Tradit vero idem auctor hoc anno Leonem Ruthenorum ducem occupandæ Poloniæ studio incensum, conducto e Tartaris magno exercitu irrupisse; ac Lesteonem Nigrum, collectis raptim copijs, etsi inferiorem numero, hostem aggressum, diuina potius quam humana virtute præclaram victoriam, octo millibus hostium cæsis, peperisse.

f Ext. in cas. & cod. to prim pag. 82. coll. Plat pag. 35. & 174. Ladislaus ad vomitū relapsus. g Long hist. Pol. l. 7. ann. 1282. Leo Rhutenorum dux in Polonia rumpit.

11 Hoc anno in Anglia translatas solemni pompa sacras S. Hugonis Lincolniensis episcopi reliquias h, tradit vitæ eius auctor: inuentum illius corpus pene integrum, adeo corruptionis immune, vt suauissimo odore omnes perfunderet; repertumque in loculo non paruam cælestis olei vim, quod ex eius corpore exudarat.

A Lesbone nigro magna classe deletus. h apud Sur. to. 6. die 17 nouemb. Syrorum orator ad Reginam a Sicilia missus. i to. 1. l. 3. ep. cap. 3. lib. ep. & cod. Vall. sign lit C. n. 49. pag. 76.

12 Eodem anno Pontifex Pontium Broetum, quem Templarij miserant ad sedem Apostolicam, vt Syriæ lugubrem conditionem exponeret, ad Alfonsum Castellæ Regem ire iussit, vt ipsum ad pacem, vel diuturnas indutias adgrtendas flecteret, ne eo bello Christianæ res penitus collaberentur: quo argumento tum ad Templarios ipsos i, tum ad Regem Castellæ scripsit l.

13. &c. Cum vero omnia egregia, tum maxime

Indictæ publicæ preces pro Franc & Cast. Regibus ad pacem fiendã cia.

pacis munera a diuina mana excipienda sint, censuit Nicolaus a, toto orbe Christiano publicas indicendas preces, atque orantibus sacras ex ecclesiastico ritu indulgentias proponendas, vt Deus vtriusque Regis animos ad concordiam inclinaret; eoque pacto contra soldanum Babyloniæ, qui impulsus in ruinam Christianorum orientalium res prosternere minabatur, expeditio comici posset.

a *Ib. cap. 5.*

In Vasconia frustra tractatur concordia.

18 Apostolicorum legatorum opera, consilijsque adducti Castellæ & Galliarum Reges, extra regni confinia in Vasconiam, Anglo tunc obnoxiam, se contulerant, vt propius de componenda controuersia agerent. Et quidem Alfonsus Baiona, Philippus apud montem Marsarum concedere: quibus Nicolaum per legatos indixisse tradit Nangius b, vt concordiam, salua vtriusque æquitate redintegrarent: cumque hinc inde internuncij commearent, recrudescentibus odijs, discussam rem fuisse, indeque Philippum Tolosam profectum: quo Petrus Aragonum Rex se contulit, ac summis honoribus omnique amoris significatione exceptus a Philippo & muneribus ingentibus cumulatus est; sed in Aragoniam regressus, vt tradit auctor, suborratus ab vxore Mariedi filia, atque Panormitanorum & Messanensium pollicitationibus illectus, coniurationem in Carolum Siciliæ Regem contexuit, quæ maximum orienti exitium attulit. Sed de his hactenus: iam nunc ad Græcorum res digredimur.

b *Nangi in Phil. Franc Reg.*

Andronicus Orthodoxa fidei formã ite. rum profitetur

19. &c, Professus est iterum Andronicus hoc anno publicis literis c Romanæ ecclesiæ semper se adhæsurum, fidemque orthodoxam pie culturum; cuius literæ conservatæ sunt hac temporis nota: *Præsens autem sacramentum actum est in nostra vrbe felici Constantinopolitana in nostro sacro imperiali palatio Blachernarum mense septembri indictione* VIII. *anno sexto milleno septimo centeno octuagesimo octauo*, hoc ipso nimirum Christianæ salutis MCCLXXX. *feliciter. Amen*. At Andronicũ breui infanda perfidia hæc omnia violasse visuri sumus: eiusq; literæ aliquot post Nicolai obitum diebus exaratæ sunt, cum nondum Constantinopolim pontificiæ mortis rumor affluxisset. in quibus id obseruandum, nec Andronicũ, nec Palæologum mentionem vllam fecisse de Nicolai postulatis, vt vox, *Filioque*, a Græcis in symbolo adijceretur; ac Græci præsules conceptam isidem verbis, quibus ab Romana ecclesia erat proposita, non autem alijs, vti vidimus, fidei formam profiterentur, seque ad eam seruandam solemni iureiurando obstringerent. Cæterum perpenere hæ literæ ad Martinum IV. quem sequenti anno ob iludia impensa schismaticis Palæologum perculisse anathemate vsuri sumus. Nunc ad Nicolaum, de cuius obitu meminimus, redeamus.

c *Pros. Luc. l. 23 Hist. eccl. c. 35 c Long. hist. Pol. l. 7. & alij*

Nicolaus apoplexia repente subitatus.

23. 24 Tradit hæc de ipso Ptolemæus Lucensis d: *Moritur apud Suricnum inter Viterbium: & tunc corpus eius transfertur Romam, & in basilica B. Petri in capella B. Nicolai, quam ipse ædificauerat, honorifice sepelitur anno Domini* MCCLXXX. *in octaua assumptionis*: His consentit Bernardus e: *Nicolaus*, inquit, *Papa III. in castro Suriano existens*; eo ad declinandos ardores æstiuos se receperat, *subito fatus apoplecticus sine loquela moritur in octaua assumptionis B. Mariæ virginis, cum tamen*, inquit Matthæus Vvestmonasteriensis f, *secundum benedictionem*, vt ait, *complexionis bonæ, & temperatum modum in viuendo, quem habebat, diutius viuere merito videretur. Fuit autem sepultus in capella S. Nicolai in basilica S. Petri die dominica tunc sequenti*. His accedunt, quæ Ricordanus g Nicolaum augusto mense vita functum tradit. De eo quoque hæc Longinus h: *Nicolaus Papa cum annis duobus, mensibus nouem, diebus tribus sedisset moritur*. At cum auctor

d *Bern in chro. Rom. Pont. hoc ann.*

e *Vvestm. Flor. hist. hoc ann.*

f *Record. hist Flor. c 207*

Pontificatus Nicolai tempus

g *Long hist. Pol l. 7 hoc ann.*

idem ipsum XXIII. *augusti e viuis excessisse confirmet*, ac Nicolaus, vt ex eius literis ostensum est, festo S. Catharinæ die, qui in VII. *kal. decembris* incidit, Pontifex renunciatus fuerit, aliquot dies ex eo tempore detrahendos constat, ac eum sedisse annis duobus, mensibus nouem minus duobus, diebus dicendum est; quod etiam Baronius confirmat a. Purissimis moribus, atque ab omni libidinis labe immunem fuisse scribit Ricordanus b, cui Ioannes Villanus c, & S. Antoninus d, alijque assentiuntur; quamuis in suos nimio propensum amore & congerenois in eos opibus studuisse dicam: neque aliam maculam, si ea infectus fuisset, dissimulassem. Vnde mendacissimos nouatores, quos paulo ante memorani, refellas, qui luxuriæ labem ipsi inferre niteutur e.

a *Baron. in schol.*
b *Ricord. hist. Flor. c. 204.*
c *Io. Vill. l. 7. c. 54.*
d *Ant. 3. p. tit. 20. c. 3. §. 3.*
e *Cens. 13. c. 10. col. 1008.*

25. &c. *Hic*, inquit Ptolemæus f, *Nicolaus III. multas nouitates fecit primo, quia apud S. Petrum ædificauit palatium multum solemne pontificale, vbi mandauit fieri domos pro omnibus officialibus suis, sed præcipue pro omnibus pœnitentiarijs, qui claudebantur sub vno cancello: vbi fecit fieri vnum viridarium de diuersis consitum arboribus, & magnæ amplitudinis, quam & muro cinxit amplissimo, fortissimo, & alto, ac turribus munito, quasi ciuitas esset. Hic ecclesiam B. Petri quasi totam renouauit, & numerum summorum Pontificum fecit describi secundum imagines in ecclesia B. Petri in loco eminenti, & B. Pauli, ac S. Ioannis de Laterano. Auxit multum diuinum cultum ecclesia B. Petri quantum ad numerum canonicorum, & augmentauit prebendas*. At de eo iam ante abunde actum est. De alijs ab eo excitatis ædificijs, auctoque ecclesiarum cultu adjit superioribus Ptolemæus Lucensis in historia Ecclesiastica.

f *Pros. Luc. l. 23 hist. eccl. c. 35.*

Decorata etiam Laterani basilica.

Hic etiam palatium Lateranense, quod de nouo Adrianus quintus inceperat, fecit perfici, nec non & sacram basilicam ad sancta sanctorum eximiis ramosam a solo terræ opere perpetuo inter ipsum per latera ecclesiæ marmore, ac in superiori parte retundis pilluris pulcherrimis ornata fundari iussit. Et infra: *Capitibus Apostolorum cum carne circumcisionis domini nostri Iesu Christi, capillis quoque beatæ virginis, & capite beatæ Agnetis, seorsum positis; quarum reliquiarum quælibet in propria capsa erant: & exinde manu eius propria in palatium ipsum nouum de nocte translatis, & custoditis ibidem per religiosas personas & fide etiam dignas, donec basilica fuit completa, commisit. Demum autem Romano populo vtriusque sexus generaliter, ac multis prælatis, & alijs innumeris gentibus concurrentibus personaliter, argenteas capsas ipsas eas reduxit in altare eiusdem basilicæ, quam pridie nonas iunij consecrauit. Multa virtuosa eidem attribuunt historici; quod magnus eleemosynarius, quod deuotissime celebrabat, & semper in missa flebat. De magna prudentia commendabatur, ac in omnibus actibus suis multum maturus, vacantes ecclesias super omnes prædecessores suos velocius expedijt. Notarios etiam vt Gregorius X. & Ioannes XXI. a se repulit; nullam eis audientiam dando.* In conferendis porro sacerdotijs, viros pios doctioribus præstitisse g refert Sansouinus, ac facti rationem addere solitum, nimirum doctrinam vitæ probitate destitutam venenum immedicabile esse. Et quidem testatur Ptolemæus Lucensis h, plures religiosos viros e Franciscana familia, quam mirifice dilexit, ab eo ad episcopales sedes promotos.

Reliquiæ sacræ in pretiosissimis loculis repositæ.

De eius eleemosyna.

Ex pietatis sensu inter sacra fundebat lacrymas

g *Sanson. de famil. Pap. l. 2*
h *Prol. Luc. hist. eccles. l. 23. c. 10.*

28 Post allata hæc elogia ipse nonnullis illum maculis aspergit, quas Bernardinus i Tonsi in m.s. Nicolai vita reliquit, in primisque suorum amantiorem (quod ab alijs obiectum dixi) extitisse l, iuspricionemque iniecisse duos nepotes Insubriæ, & Etruriæ creare Reges meditatum. De quibus condendis regnis hæc Iordanus m: *Tractabat quoque idem Pontifex*

i *Bern. Tonsi in s. vit Nicol. III. l. 1. n. 1. Luc. in s. l. 23. hist. eccl. c. 11. milet. in s. Vit. Nic. III. Sanson. de fam. Pap. l. 2.*

tifex cũ dicto Rege, nimirum Rodulpho *super nouitatibus faciendis in imperio, vt videlicet totum imperium in quatuor diuideretur partes, in regnum Alemanniæ, quod dabatur posteris Rodulphi perpetuum, in regnum Viennense, quod dabatur in dotem uxori Caroli Martelli filiæ dicti Rodulphi: de Italia vero præter regnum Siciliæ duo regna fiebant, vnum in Lombardia, aliud in Tuscia: sed interim Papa mortuus est.*

a *Vit. m.s. Vall. bibl. fig. in C n. 25. Nang. in gest. Phil. Mort. Pol. l. 4.* Seditiones in Vrbe exortæ.

Vbi mortis Nicolai fama Romæ increbuit, ingentes seditiones conflatas fuisse scribit Nangius a: Annibaldenses enim amicorum quibus ac potentia freti sese Vrsinis ita æquarunt, vt ex vtroque familiæ vnus eligeretur, ac senatorij munus ambo exercerent, quibus rempublicam geremibus, passim cædes editæ, & plurimaque alia flagitia impune patrata.

IESV CHRISTI
Annus 1281.

Indict. 9.

MARTINI PP. IV. annus 1. RODVLPHI ROM. REG. 9. MICH. PALÆOL. IMP. CR. 21.

Viterbij motus in Cardinales.

1. 2 GRegorij X. sanctionis de conclavi includendis Cardinalibus male intellectæ atque a Ioanne XXI. reuocatæ occasione, vt tradunt Iordanus b, Ricordanus Malespina c, Ioannes Villanus d, & alij, Viterbienses magistratus irruere in Cardinales nullo sacræ dignitatis respectu habito, eosque conclavi reclusere: Matthæum autem Rubeum S. Mariæ in portica, & Iordanum Vrsinum S. Eustachij diaconos Cardinales Vrsinos arcte & militari custodiæ tradiderunt. Addunt Honorij IV. literæ e Iordanum nonnullis constrictum pactionibus liberrati restituunt; at Matthæum arctissima custodia vexatum, ac panis tantum & aquæ ieiunio maceratum: *Non permittendo quod propinqui confessor accederet ad eundem; in temeritates alias diuersas & varias nihilominus prorumpendo in grandem diuinæ maiestatis offensam, Apostolicæ sedis, & Romanæ ac vniuersalis Ecclesiæ, nec non & nostram atque dictorum fratrum vehementem iniuriam & contemptum, magnumque scandalum populi Christiani, &c.* Hæc vero assentiente Carolo Siciliæ Rege gesta, quem auctæ Nicolai morte Viterbium se contulisse auctor est Ricordanus, quod prædicti Ioannes Villanus & S. Antoninus indicare videntur.

b *Blond. m.s. Vat. bibl. fig. n. 1960.* c *Rer. hist. Flor. c. 207 & 10. Vill. l. 7. c. 58.* d *Ioan. Vill. l. 7. c. 58.* e *Hon. IV. l. 1. ep. 18.*

Simon tit. S. Cæcil. Pontifex renuntiatus. Martini IV. nomen accipit.

3 Post eos motus Cardinales Simonem Cardinalem tit. S. Ceciliæ, virum ornatissimum virtutibus ad pontificatum euexere concordibus suffragijs, tantoque ardore animorum, vt respuenti pontificios apices, abrepta veste cardinalitia, vim illi intulerint f. Cessit itaque omnium votis Simon, ac Martini nomen accepit. Et quidem auulsum a terrenarum rerum amore testatur S. Antoninus, dum ait g: *Post vacationem sedis quinquemestrem electus fuit in Papã is, qui dictus est Martinus IV.* Secundus erat appellandus, verum confusis a vulgo Marini primi & secundi nominibus, quartus est dictus; *natione Gallicus, patria Turonensis*, Bria nimirum oriundus in agro Turonensi, *etsi non nobilis genere secundum carnem, tamen moribus generosus et magnanimus, et a cupiditate pro se, vel suis alienus, ecclesiasticique iuris zelator.* Addit sanctus auctor insigne exemplum, quo irretitum nimio in suos studio non tenuiter demonstrauit: *Cum germanus eius ad ipsum accessisset gratia visitationis et congratulationis, sperans aliquid forte ab eo magnum obtinere, quam citissime cum remisit ad propria cum modestis muneribus, et moderatis expensis, dicens quod qua habebat vt Papa, bona essent Ecclesiæ non sua, vnde nec dispergere vellet indiscrete donando.*

f *Ext. in scrin. Rom. eccl. m.s. Vat. to. 3. pag. 279. & m. s. Vall. fig. in B. n. 2 pag. 297.*

4 In sum sacro S. Petri cathedræ die electus missæ, referunt vitæ illius auctor a, atque is qui Martino Polono b appendicem adiecit, nonnullaque ante pontificatum gesta adiungunt his verbis: *Fuit per Vrbanum Papam IV. promotus ad Cardinalatum, et per eundem Vrbanum primo, et secundo per Gregorium Papam decimum in Franciam missus legatus, et per plures annos ibi legatus exitit.* His addit Iordanus c: *Et multas bonas ordinationes ibi dimisit firmatas in prouincialibus synodis per eum congregatis: in sanctitate autem fuit multum magnificus, religiosos dilexit, Minorum maxime et Prædicatorum.* Eadem cum Iordano Ptolemæus Lucensis d scribit. Antequam autem cardinalitia purpura ornatus esset, in Turonensi ecclesia sacri erarij præfectus & canonicus extitit, vt testantur eius literæ e chartario Turonensi ecclesiæ Maffonio e allatæ; quocirca grata mentis ergo in S. Martinum Turonensem, eius nomen sibi indidisse ferunt.

a *M. s. Vall. fig. in C n. 25. & n. 79.* b *Mart. Pol. l. 4. in Mart. IV.* Gesta ab eo antepontificatum nunc in basilica conscr. c *Iord. m.s. Vat. sign. n. 960 & alij.* d *Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 2.* e *Maffon. l. 3. in Mart. II vulgo IV.* Ex pietate in S. Martinum ep illius cognomen sibi imposuit.

5. &c. Orabat quidem Martinus in Vrbe solemni ritu pontificiæ ornamenta dignitatis sibi conferri, intestinosq; Vrbis motus seriare, atque ideo Latinum episcopum Ostiensem & Gottifredum S. Georgij ad velum aureum Cardinales misit; vt in literis ad Carolum Regem Siciliæ testatur: efferati enim mutuis odijs procerum animi (eos vero fuisse Annibaldenses & Vrsinos, qui ob nimiam sedente Nicolao collectam potentiam inuidiam sibi peperarant suprà dictum est) flecti tam citò ad concordiam non potuere; quapropter Martinus solemnem consecrationis pontificalis pompam Vrbeuetere peregit g. Eius vero e Viterbio discessus causam designat Ptolemæus Lucensis h, nimirum ob Vrsinos Cardinales a Viterbiensibus in custodiam conditos. De Martino tiara pontificia Vrbeuetere redimito agunt Bernardus i, Nangius l, & alij: idque etiam indicant encyclicæ literæ ex ea vrbe ad orbis Christiani præsules, quibus de susceptis a se Ecclesiæ catholicæ gubernaculis certiores eos factos monuit m, vt operam cum ipso in re Christiana agenda coniungerent, ac Deum precarentur, vt cælesti ope tanto muneri imparem fulciret.

Viterbienses sacrorum viri multitudi. i *Bern. m. chini. Rom. Pont.* k *Nang. in vit. Reg. Ph. Mart. Pol. l. 4. in Mart. IV. & alij.* l *n. 10. l. 1. c. xxi. etiam. in fr. Marin. Lib. 1. m. f. Vat. pag. 41.* m *Mari. Pol. l. 4. in Mart. IV.* Taddæus aduersus hostium conatus Montisferetro & Vrbino præficitur.

11 Paucis post diebus ab adepto pontificatu Viros insignes numero Cardinalium aggregauit; de quibus hæc in Martini Poloni appendice a tradita sunt historiæ: *Ordinationem in vigilia resurrectionis dominicæ proxime sequenti fecerunt, prædictum dominum Gerardum tit. sanctorum Apostolorum in Sabinensem, et prædictum dominum Hieronymum tit. S. Potentianæ Præneſtinum presbyterum Cardinalem episcopum; dominum Hugonem Anglicum tit. S. Laurentij in Lucina, dominum Gerasium tit. S. Martini in monte, dominum Gaufridum Burgundum tit. S. Susannæ, & dominum Ioannem Coletum tit. S. Ciriaci, Comitem Mediolanensem tit. SS. Marcellini & Petri in presbyteros, dominum vero Benedictum tit. S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum Cardinalem promouit*; eorum postremus in pontificatu Bonifacij VIII. nomen gessit.

12. 13 Amplificato Cardinalium senatu, ad tuendam ditionem ecclesiasticam, ac vindicandam e tyrannide Guidonis de Monteferetro Æmiliam consilia conuertit Martinus: Lambertatiorum enim Bononiensium factione inflatus Ir netarius prouinciam, nondum in sedis Apostolicæ obsequio confirmatam, sibi subijcere meditatus est, rerumque nouarum cupidos in suas partes pellicere: ad cuius reprimendos conatus Pontifex auxiliares copias ab Rege Carolo exciuit; tum ex Etruria terrisque Ecclesiæ obnoxijs exercitum confecit, in quo Ioann de Epa supremum impe-

A'o.2.pag.5 b Ricard. hist. Flor. c.207. c Io. Vill l.7 c.58. d S. Ant. p. tit. 20. c.4. e Iord. in f. Vat. sign. n. 1960. at vit Mart. IV. in f. Vallic. ibi sign. lit C. n. 25.

Profligati ecclesiæ hostes,

f Io. 2. pag. 16. g Iord. in f. Vat. sign. n. 1960. h Ext in lib. privil. Rom. eccl. in f. Vat to. 3. pag. 278. & in f. Vall. ibi; sign. lit B. n. 12. pag. 297.

imperium dedit a, vt pontificiæ ad eum datæ literæ demonstrant: quem Romaniolæ creasse comitem Ricordanus Malespina b, Ioannes Villanus c, & S. Antoninus d tradunt, ac Iordanus e etiam octingentis Gallis succinctum in Flaminiam aduersus Guidonem missum meminit. Duxit paulo post idem Iordanus de Epa in hostes aciem, victoriamque retulit, sed cladem etiam leuem accepit, quam victoriam est ei Pontifex gratulatus f, vtque strenue eos lacesseret, debellaretque ipsum incitauit.

14. &c. Nec modo Gallorum armis vsum Martinum ad Flaminiam in fidem reuocandam, verum ad Picenum etiam, Campaniam, ducatum Spoletanum, & patrimonium B. Petri in obsequio continenda; atque etiam ipsius Romanæ rei administrationem Carolo Regi Siciliæ tradidisse, refert Iordanus g. Rei gestæ seriem exponit Pontifex in literis ad eundem datis h, vt nimirum ad pontificiæ apicem dignitatis euectus, Latinum Ostiensem episcopum, & Gottifredum S. Georgij ad velum aureum diaconum Cardinales misisset, qui sedatis Romanorum dissensionibus, aditus faciles ad peragendam pontificalis consecrationis celebritatem compararent: obstinatis vero aduersæ factionis odijs, meliorem ad pacem turbatæ Vrbi restituendam iniri rationem non potuisse, quam, vt Romanæ rei gerendæ summa pontifici deferretur: ac tum Petrum de Comite, & Gentilem Vrsinum senatores designatos a Romano populo electores senatorium munus pontifici, non ob pontificatus apices, sed vt priuato viro obtulisse. Extant de his concordiæ tum publicæ tabulæ i. Admisit concordiæ studio Martinus oblatam dignitatem, quamuis exploratum esset spectare ad sedem Apostolicam supremum Vrbis imperium, ac præficiendi, deturbandiue senatoris auctoritatem, quod interius sæpius ostenderet. Vt vero accommodaret se impacato tempori, rescissa apostolica auctoritate Nicolai III. sanctione, qua cauebatur ne regiæ dignitati tastigio conspicuur publicæ rei gerendæ admoueretur, senatoris officium in Carolum Regem Siciliæ transtulit.

i Asserum. in arce S. Aug. & ext. in lib. priu. Rom. ec. to 3. pag. 279. Colloc. ibi pag. 169. & in f. Vall sig. lit. B. n. 12. pag. 297.

17 Cæterum quamuis Carolo senatoriam dignitatem Martinus contulerit, non tamen illi vicariam imperij in Etruria præfecturam restituit, sed sua Rodulpho iura asseruit; commendauit enim literis apostolicis Gurcensem episcopum & Rodulphum Regis Romanorum sigilli præfectum in ea prouincia vicarios a Germano Cæsare constituros, atque Etruriæ tum nobiles viros, magistratus vrbium oppidorumue Romani principatus vestigialium, ac populos ijs fidissime obsequi iussit k. De Italicis rebus satis: ad Gallicas nos conuertamus.

k in t. l. 1. ep. 9.

Hæretici & Iudæi ab ecclesiarum asylo repellendi

18 Glisebat tum in Gallijs immunitatis ecclesiasticæ prætextu prauisus, vt netarij homines, qui vel a fide defecerant, vel hæreseos nota erant labefactati, cum ad sacrum censorum fidei tribunal perduci metuerent, confugerent ad ecclesias, vt iusto supplicio se subducerent. Cum vero id in perniciem religionis redundaret, ac sceleri dari asylum videretur, decreuit sanctissimus Pontifex in huiusmodi priuilegium illis non concedendum.

l Lib. ep. 17 & 18.

S. Ludouici sanctitas miraculis inclaruit

19. &c. Cum vero clarissimis miraculis B. Ludouici sanctitatis gloria in dies floreret, Gallicani patres missi Carnotensi & Ambianensi episcopis flagitarunt a Martino, vt ritu illum ecclesiastico cælitum numero adscriberet. Gratissima res Pontifici fuit, qui iam antea iussus a Gregorio X. & Nicolao III. dum legationem Gallicam gerebat, de ijs vt pote maximis & conspicuis publica acta confecerat, verum accuratioris diligentiæ adhibendæ studio de miraculis ipsius principis quærendi, ac publicas conficiendi tabulas Rothomagensi archiepiscopo, atque Antissiodorensi & Spoletano episcopis prouinciam dedit a. Vt discussis postea diligenti examine S. Ludouici miraculis, sanctorum honores decreti illi fuerint, dicetur inferius.

a Lib. t. 9. §. 4. n. 85.

Palæologi ab ecclesia Rom. defecit.

25 Turbauit hoc anno Christianam rem in oriente Palæologi Græcorum Imperatoris defectio: qui enim antea magnam spem iniecerat, armasse in Saracenos cum occidentalibus Regibus conuersurum; schismaque damnauerat non modo in Lugdunensi concilio oratorum opera, verum etiam literis exeunte superiori anno exaratis, eoque religionis specioso ardore Ecclesiam ad retardandos Caroli Regis impetus permouerat, demum a sedis Apostolicæ obedientia deciuit. Ad cuius plectendam defectionem Martinus illum anathemate perculit b, religioseque Regibus, principibus, marchionibus, comitibus ceterisque omnibus imperauit, ne cum eo, donec anathemate deuinctus permaneret, societatem fœdusque inirent, ipsiue auxilium ferrent.

b Bullar. in Mart. IV.

26 Cæterum Palæologum manifeste se ab Ecclesiæ obsequio subduxisse testatur Martinus c: atque inde præclaram Carolo Regi Siciliæ, recuperandi imperij Constantinopolitani occasionem datam fuisse, nisi illum Siculi perduellione sua distraxissent. Ex quo elicitur non ob laras Caroli gratia, vt nonnulli putarunt, censuras factam Latinos inter & Græcos concordiam dissolutam fuisse, sed ob violatum a Græcis sancitum iam ante fœdus, ac Palæologi ab Ecclesia catholica defectionem Martinum in illos animaduertisse: certe si ob incussum temere Palæologo Caroli causa anathema Græcus Imperator ab ecclesia Romana defecisset, & coniurationem in Carolum conflasset, id Græci non prætermisissent silentio auctores.

c in t. l. 3. ep. cur. 11. & l. 4. ep. cur. 14.

Ioannes Procidæ Siciliæ rebellionis auctor.

27. 28 Coniurarat autem in Carolum Palæologus, vt imminens sibi ab eo periculum propulsaret; cum in eam conspirationem a Ioanne Procida adductus esset. Is enim ob secutas Manfredi partes insulæ eius nominis adiacentis Siciliæ dominio depulsus, inclita furens in Carolum, & pristinarum opum recuperandarum cupidus, Constantinopolim petijt: ac Palæologum nactus, proposuit Carolum potentissimam in eum classem adornare, nec sustinendis eius viribus parem esse posse; coniurare cum ipso Venetos, alios que potentissimos Italiæ populos: depellendæ tantæ pesti remedium vnum superesse, si intestinum Carolo bellum conflaretur: rem non videri difficilem: plures nobiles Siculos patria extorres, affines ad rebellionem allecturos: secuturum plebem, quæ iugo intolerabili atrira gemebat: Regem Aragonum, ad quem vxoris Constantiæ filiæ Manfredi titulo regnum pertinebat, pulcherrimæ occasioni non defuturum, atque insulam occupaturum: Palæologi esse opes in belli sumptus effundere, ac Regem Aragonum ad facinus sollicitare literis, suamque operam deferre. Assensit Ioannis consilio Palæologus, eumque vt rem promoueret, dimisit; qui facile ambitiosum Petri Regis Aragonum animum ad bellum in Gallos, a quibus auus & socer trucidati fuerant, accendit, vt refert Iordanus d qui subdit: *Dum vero paratur exercitus, Papa scribit ad suggestionem Regis Caroli Regi Aragoniæ, quærens cur paret exercitum: respondet ille, linguam sibi amputaturum, si secretum manifestare putaret.* Similia traduntur a Ptolemeo Lucensi e & a Ricordano & aliis. Vt vero coniuratio eruperit, sequenti anno dicetur.

Palæologi in Carolū incitat.

Subornat Petrum Regem Aragonum.

29 Interea translatæ sunt secundo S. Thomæ Aquinatis sacræ reliquiæ, ac non sine ingenti mi-

Intrat exercitum.

d Iord. in f. Vat sign. n. 1960.

Datum ab eo casus Pontifici exploranti responsum.

e Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 1. Ricord hist. Flor. c. 208.

raculo

raculo ipsius corpus omnis corruptionis expers in signum seruatæ perpetuæ castitatis inuentum est, suauissimo inde afflante odore.

30 Inter hæc Rex Ladislaus in Pannonia lacato cupiditatibus fræno, Cumanarum mulierculorum infamis amoribus irretitus; cum iura matrimonij, contempta vxore Caroli Siculi filia, violaret, ac rem Christianam in periculum adduceret, Philippo legato apostolico frustra admonitus, vt Cumanorum mores habitumque exueret, anathemate percussus est, vt scribit Longinus a: ac duo episcopi qui fœda illius opera prauis assentationibus mulcebant, dignitate deturbati: quare efferatus in vesanus Rex, missis satellitibus legatum, incussit mortis metu si rediret, eiecit. At regni proceres, iusto concitati studio asserendæ publicæ rei regiæque dignitatis tuendæ ad comprimendam Regis sui temerariam insolentiam illum comprehendere, depulsisque cum ignominia omnibus illius concubinis, in arce vna cum vxore, vt seruandis matrimonij legibus assuesceret, atque Hungariæ iustus hæres daretur, inclusere.

a Long. hist. Pol. l. 7.

Ladislaus Rex Hungariæ effusus in libidines.

A proceribus arce cum vxore includitur vt hæredem Hungariæ relinquat.

IESV CHRISTI
Annus 1282.

Indict. 10. MARTINI PP. IV. RODVLPHI ROM. REG. 10. annus 2. MICH. PALÆOL. IMP. OR. 22.

2. Eius. ABagha Tartarorum in Persidè regnisque finitimis Rex Mangodanior tra.rum maximo succinctum exercitu, cui Hetho Armeniæ Rex Christiano flore stipatus se coniunxit, in Saracenos immittit, tanto initio rerum secundarum successu, vt ingressi Syriam amplissimas terras victorijs peragrarint. vt Iorcarus narrat b: *Tartari*, inquit, *discurrunt vsque Calamelam & Alepum, cædentes omnes Saracenos obuium sibi factos. Soldanus autem Babyloniæ cum centum millibus equitum & totidem peditum occurrit eis, & conuenerunt in partibus Calamelæ.* Adoit auctor de tetici prælio cum Mahometanis inito: *Et in partem vnam irruit Rex Armeniæ, & per illas leuauas eam fugauit vsque ad Calamelam: & Tartari partem aliam debellauerunt, & per tres dietas cadendo insecuti sunt vsque ad ciuitatem Tairi.* Eadem cum Iordano Sanutus refert c, a quibus Ioannes Villanus d, Nangius e, & S. Antoninus f non dissentiunt; omnium vero accuratissime Aytonus princeps Curchi in rerum orientalium historia, quam Clementi V. obtulit, eam Saracenorum cladem recenset; vtque parti triumphi fructus Mangodanior intempestiua e castris fuga corruperit, & Armenij in ea expeditione, dum recedebant, grauissimis affecti fuit incommodis; ac demum Abagha dum ad Syriam subijciendam exercitum cogebat, veneno Saracenorum dolo hoc anno extinctus sit. *Et sic*, inquit, *obijt Abagha Can anno Domini* MCCLXXXII. *Abagha*, inquit Martinus Sanutus, *successit filius eius Tangodomor in pueritia baptizatus: sed Saracenus effectus Mahumeth Cham voluit appellari.*

Tartari in Saracenos bellum mouent.

b Iord. m.f. Vat. sign. n. 1960 Soldani copiarum numerus.

Victi acie Saraceni.

c San. l. 3. p. 12. c. 8. & p. 13. c. 8 ad Io Vill. l. 7. c. 72. e Nang. in hist. Phil. fS Ant. 3. p. m. 20. c. 4 §. 6.

Fœdissima Tangodomori apostasia.

3. 6 Post tristes superiores exitus reliqua Christianorum spes in Carolo Rege Ierusalem & Siciliæ supererat: is enim vna cum principe Salernitano, maiori natu filio, crucem induerat, atque ad eripiendum Saracenis sacrum illud regnum magna consilia agitabat. Extant enim Martini Pontificis literæ g paucis ante conuirationem Siculam diebus exaratæ, quibus ipsi decimas Sardiniæ atque regni Hungariæ ad sex annos, si tamen Ladislaus assenserit, concedit.

Carolus Rex Sicil. accepto crucis symbolo, Syriæ rebus instaurandis se accingit g Ma. l. 1. ep. 116.

4. &c. Licet vero decimæ attributæ fuerint Carolo pro instaurandis terræ sanctæ rebus, illum tamen agitasse animo prius imperium Constantinopolitanum restituere genero Philippo, tradunt Riconianus a, Ioannes Villanus b, & S. Antoninus c, deinde facili traiectu in Syriam impetum facere, eamque ex Saracenorum seruitute in libertatem vindicare. Confirmant id etiam Martini edicta d in Petrum Aragonium conscripta, in quibus vertit ei crimini, Carolum bello lacessitum fuisse, cum Constantinopolitano imperio immineret, ob manifestam Michaelis Palæologi ab Romana ecclesia defectionem: quem recurrentem cœtui communicare die, vtpote schismatis veteris defensorem, ac locos anathemate percussit, catholicosque omnes fœdera cum eo inire, auxiliaue ei ferre grauissimis interminatis pœnis vetuit, irritaque irrita iussit esse: tum die Christo cœlos conscendenti facta eadem sententias de Cardinalium consilio Vrbeueteri innouauit e: conceptaque postea fuit pene ijsdem verbis alia anathematis forma f, quæ in Palæologum apud montem Flaconis ante ecclesiam S. Flauiani recurrente festo dedicationis Principis Apostolorum promulgata est.

a Ric. Malesp. c. 206. b Io. Vill. l. 7. c. 57. c 3. Ant. 3. p. tit 20. c. 4 §. 1. d ep. 1. t. 3. ep. 1. e Lat. in Palæologum, scismaticum, anathema. f Ib. ep. 13. p. 105. Renouata vetustæ sententiæ formula.

5. 11 Erupit g vero hoc anno funestissima illa coniuratio Siculorum in Gallos pluribus annis comata, in qua immani crudelitatis exemplo tot Gallorum millia cæsa, ac pro signo ad cruentam exercendam carnificinam festus campanarum sonus ad vesperitinas Ecclesiæ preces populum conuocans, datus; vnde in trite proverbium vesper Siculus abijt. Tanto furori occasionem præter Regis Aragonum iniurias crebras, quas ipse Pontifex in sententia adnectus eum laxa exprobat, præbuerat populorum oppressio: non enim ad exercendam Siculorum tantitiam confictum id iactarumque dici potest, cum præter auctorum testimonia, Romanorum Pontificum literæ eius rei fidem faciant; non modo Nicolai III. h qui vxori Caroli templerat, vt virum ad leuandum Siculorum iugum hortaretur; verum etiam Clementis IV. natione Galli & Caroli amantissimi, qui populi calamitates in eius oculis literis mœstissimis deflexit i, vt ad ea emendanda mala studium diligentiamque conferret: illa autè onera atrocia non a Carolo primum inducta, sed a tyrannis, qui præcesserant, propagata testatur Honorius IV. in literis ad Gerardum episcopum Sabinensem missis k.

g Ma. l. 1. ep. 116. Coniuratio Siculorum in Gallos. Iacob. Malesp. hist. liber. 208 Nang. in Gest. Phil. Pulch. Reg. Franc. Pict. Ann. Mar. Pol. a Ber. chr. Vsperg. Iohannes Villani l. 7. c. 56. Sabellicus Enn. 9. l. 8. Sanut. p. 3. l. 2. c. 5. §. 3. §. 8.

h Nic. III. l. 1. ep. 26. Vnde dicitur vesper Siculus.

i Mart. IV. l. 1. epist. 6. Carolo omissa populorum pressura.

12 Porro immane Siculorum facinus ita recenset vitæ Martini scriptor m: *In regno*, inquit, *Sicil a Panormitani fuerunt in rabiem Gallicos, qui morabantur ibidem, omnes tam mares, quam feminas, ac senes & iuuenes in prædicti Regis contemptum occiderunt: & quod detestabilius fuit, latera aperientes mulierum, quæ dicebantur a Gallicis concepisse, partus eiciebant, antequam nascerentur.* Confirmantur hæc Martini Pontificis edictis in Siculos editis. *Deinde tota Sicilia sic rebellans Petrum Regem Aragoniæ in suum defensorem & dominum vocauerunt.*

k Conf. regni Siciliæ spiritualia. Carol. I. o Vinc. Luc. hist. eccles. l. 24. c. 5.

m M. f. Vat. sign. n. 15 & 79. Confossa ferro pectora vulnera. Latæ a Carolo ad leuandos populi tributa leges.

Perculsus Siculorum rebellione Carolus, cum ob eiectam a suis iniuriam iugum e cervicibus depulisse audiret, plures leges conscripsit, quibus obiecta sibi a coniuratis intulit, verum deficientes populos ad officium reuocaret, atque alios in obsequio contineret. Redacta est ea sanctio inter reliquas n. Siculi regni, atque ab his verbis incipit: *Post corruptionis amara discrimina.* In hac vero desinit: *Actum Neapoli anno Domini* MCCLXXXII. *mense iunij* X. *indictione* X. *indictione regnorum nostrorum Ierusalem anno* VI. *Siciliæ vero* XVII. Incitatos vero ad patrandum tantum facinus Siculos a Petro Rege Aragonum, qui vxoris Constantiæ, filiæ Manfredi tyranni impulsu ad regnum illud aspirabat, refert quoque Ptolemæus Lucensis o,

n Conf. regni Siciliæ spiritualia. Carol. I. o Vinc. Luc. hist. eccles. l. 24. c. 5.

Regis Aragonum fraudes.
a Iord. in f. Vat. sign. 1960.

cetus dolos, vt simulatam in Afros expeditionem susceperit, armorum molem in Siciliam conuersurus, ita Iordanus exponit a: *Tunc Rex Aragonum cum suo nauigio vadit in Africam versus Hipponum, quae vocatur Bona vulgariter appellatur, & aliquas regiones vastauit. Inde transit in Sardiniam, & prope castrum Castro applicat, ibique sua nauigia restaurat, & necessaria parat.* Eadem alij.

Iactum anathema in Panormitanos.
b Ex. in ann. Eberhardi apud Camisanum lect. ant. p. 319.

13. &c. Antequam in Siciliam Petrus ad confirmandos in perduellione Siculos irrumperet, Pontifex solemni dominicæ ascensionis festo die ex Cardinalium sacri senatus consilio anathematis sententiam in Panormitanos & eos omnes tulit b, qui Siciliam Romanæ ecclesiæ stipendiariam, iureque fiduciario Carolo traditam inuaderent, vel qui coniuratorum partibus irretiti opem aliquam ijs afferrent. Spreuere apostolica imperia Panormitani, & ad Martinum de Gallorum edita eade apologiam misere c, quæ hisce verbis exordium ducit: *Dum, sanctissime Pater patrum, loqui formidauimus, os in cælum ponere titubantes, ne taciturnitatis longa præscriptio peremptus delictum nostrarum videatur exaggerare culparum.* Pluribus interiectis conuitijs in Carolum & Gallos, quorum tyrannidem ad extenuandum perduellionis crimen proscindunt, hæc subdunt: *Cum nihil in terra legatur fieri sine causa, sicut bene nouit vester perspicuus intellectus scripturarum diligentior indagator, primare nos vestra misericordia non deberis. Scitis enim, quod illico post stragem scelerum ministrorum calitus destinatam, B. Petri vexillum leuauimus, & sanctam matrem ecclesiam Romanam innocentium protectricem...: sed quia nos indignos B. Petri & vestra gratia reputastis, ille qui manet desuper infallibilis speculator, cui cura est æqualis de omnibus tam maioribus quam pusillis, sicut lectio diuina testatur, alterum Petrum loco Petri affectuosius inuocari ex insperato in præsidium nostrum voluit cum paucis comitibus destinare, &c.* Ad coloranc. 1 Sperunt spost. imperia Panormitan. *c Ex ann. s. Bened. Casin. Ptoldens.*

Eorum fuci ad extenuandum scelus.

dum flagitium tribuere ijdem Panormitani diuinæ prouidentiæ Petri aduentum, cum is ex Ioannis Procidæ nefarijs agitatis consilijs prædæ maxime spe allectus esset. Cæterum expetitam initio a nonnullis Siculis clientelam pontificiam, testatur Martinus Papa, qui Petro Regi Aragonum dat crimini d, quod Siculorum sedis Apostolicæ nomen & auxilium adhuc implorantium tyrannidem arripuisset, illosque ab obedientia Ecclesiæ auertisset.

d Ioan. 1. l. 2. ep. cur. 11. Gerardus ep. Sabin. A.S.L. in Siciliam missus. *e Ib. ep. cur. 5.*

21 Instructum porro amplissima auctoritate Gerardum episcopum Cardinalem Sabinensem legatum in Siciliam missum fuisse a Martino Pontifice, vt populos ad officium reuocaret, testantur pontificiæ ad eum datæ literæ e.

Messanenses cum legato de concordia agitant. Obsessa Messana a Carolo. *f Iord. in f. Vat. sign. 1960.*

22 Excepere honorifice Messanenses legatum apostolicum, quo interprete Carolum, qui contractis raptim copijs pontificia aula digressus traiecerat in Siciliam, Messanam consternatam metu facile ad obsequium redigere potuisse tradunt, nisi propositas a Gerardo Cardinale concordiæ leges inconsulte repulisset, deinde cum vrbem impetu expugnare potuisset, irruentem intra mœnia militem, ne vastaretur, continuisset, vt Iordanus, testatur f; subditque Regem Aragonum applicuisse Panormum cum classe, atque subsidiarias copias Messanensibus misisse, ac soluram a Carolo obsidionem. Neque ita multo post Rogerius Auria instructa commeatibus Messana, plures Caroli naues, quæ in ora maritima erant expositæ, incendit g cepitque.

Caroli naues a Rogerio incensæ vel captæ. *g Iacc. Malesp. hist. Flo. c. 212. Io. Vill. l. 7. c. 70. m. f. de reb. Sic. Fr. cum Vbald. pag. 49. & alij.*

23. &c. Ad confirmandas lapsas Caroli res adduxisse e Gallijs Salernitanum principem mense octobri lectissimum nobilitatis florem Ioannes Villanis h ac vitæ Martini auctor i narrant: tum Martinus recurrente dedicationis, basilicæ principis Apostolorum festo die obiectas ijs, qui Siculis perduellibus studerent, censuras Petrum Regem Aragonum contraxisse pronuntiauit a: eique dedit imperia, vt Sicilia diffœderet, nec Regis Siciliæ titulum acciperet; nunquam signa illius partesue secuturis anathematis pœnam imposuit. Cumque percrebresceret Palæologum, firmata vna cum Petro Rege Aragonum conspiratione, Siculam tempestatem concitasse, illum Pontifex hac sententia innoluit b, monuitque vt a Regis Aragonum fœdere se diuelleret: ni ipse cæteriique parerent: *Ex nunc*, inquit, *personas eorum*, scilicet Petri Regis Aragonum, & Palæologi Imperatoris, *circa mortis & mutilationis periculum, & omnia bona mobilia exponimus aquibuslibet fidelibus libere occupanda, ipsasque feuda, census, & iuribus omnibus, quæ a Romana vel alijs quibuscunque tenent ecclesijs, priuilegijs, indulgentijs, & gratijs quibuslibet, ipsis ab eadem sede sub quauis forma concessis, apostolica auctoritate priuamus; vassallos eorum a iuramento fidelitatis, quo forsan tenentur eisdem, penitus absoluentes, &c.*

a n. 2. pag 11. Rex Arag. & secuturi illius partes censuris dafixi. *b Ibid.*

27. 28 Cæterum Siculis in rebellione obfirmatis, Calabri c defectionem aduersus Carolum sunt meditati, ad quos in officio continendos non parum ei desudandum fuit. Suam quoque contulit operam Martinus, vt insidias huiusmodi auerteret: atque ideo Gerardo episcopo Sabinensi, de quo paulo ante memoraui, iniunxit d, vt nonnullas arces ditionis pontificiæ, in regno Neapolitano sitas, Carolo Regi præsidio militari communiendas traderet; ipso tamen prius sacramento adacto, eas se arces, cum ab sede Apostolica iussus foret, restituturum.

Calabria in Caroli rebellionem medita tur. *c Nangi in gest. Pol Reg. Franc. d to 1. l. 2. ep. cur. 10.* Mart. IV. Guido comes Montisferreti nonnulla ditionis Eccl. loco occupat. *e to. 1. l. 1. ep. cur. 1. f Ib. ep. 3. g Ib. ep. 14.* Anathema ter percelebratur. Guidonis pertinacia Pontificis copias eò scindit. *h Iacc. Malesp. c. 225. Io. Vill. l. 7. c. 81. i M. f. Vall. bib. fig. lit. C. n. 25. & n. 79.*

29. 30 Passa est eodem tempore Romana ecclesia intestinum hostem Guidonem comitem Montisferetri, qui Forumliuium, Cæsenam, aliaq, loca occuparat, latiusque per summum ingrati animi virium tyrannidem propagare meditabatur: in quem ipsumque studiosos Martinus die cœnæ Domini e, festo ascensionis f, atque in celebritate dedicationis basilicæ Principis Apostolorum g anathematis sententiam tulit.

31. 32 At contempsit ille pontificias minas, vtque instructissimus erat militaribus artibus, contraria ac geminata proditione pontificias copias ex Gallis, atque Italis conflatas, partimque Forumliuij ingressas, partim in agro rei exitum præstolantes adortus, concisis prius a ciuibus equorum frenis, dum prædaturi pontificij per domos discurrebant, magna strage deleuit b: de qua clade vitæ Martini auctor i meminit. Sed anno sequenti compressa admodum est ipsius potentia, & Italia fere tota in fidem ac potestatem Ecclesiæ reuocata: ad quod perficiendum e Gallijs auxilia exciuit:

Leolinus Vvallix princeps Eduardo bellum infert. *Vvest. flo. hist. m. f. Val. bib. fig. lit. C. n. 25. & n. 79. m. Mart. IV.*

33 In Anglia hoc anno tumultus bellici a Leolino Vvallensium principe concitati l. Is enim vna cum fratre Dauide intempesta nocte Angliæ nonnulla oppida & arces aggressus, nullo ætatis sexusue discrimine, magna feritate dormientes plures interemit. Aduersus quem cum nonnulli ex Eduardi exercitu progressi, cum ex insula, cui Angleseie nomen est, fugerent, fluctibusque casu miserando hausti essent, adeo fastu inflati sunt Vallenses, vt inanibus Merlini vaticinijs treti, Leolino suaserint, ipsum breui diademate redimitum iri. Qua stulta opinione tumidus infelix princeps maximum eduxit exercitum, commissoque prælio deletus est, amputatumque caput Londinum deportatum, & in turre affixum palo est, atque hedera coronatum. Ex quo discant mortales non inuaticinijs inanibus spem ponere, sed diuinæ se committere prouidentiæ. Vvallenses vero funesto principis sui casu exterriti, se suaque Regis Eduardi arbitrio permiserunt.

Inanibus oraculis in superbiam efferrur. Vincitur & capite amputatur. Vvallenses Reg. Angliæ se submittunt.

Infelix

Alphonſus Rex Hiſp. ſtrologiæ iudiciariæ addictus fuimet eruditus parit.

34 Infelix etiam ob nimium vinis præfagijs fidem adhibuit Alfonſus Caſtellæ & Legionis Rex: is enim aſtrologiæ iudiciariæ addictiſſimus, cum ex huiuſmodi arte, quæ verum curioſorum hominum ludibrium eſt, regno exutum iri aliquando ſibi præfagijſſet, ex eo, vt ſcribit Mariana a, ſuſpicax, atque ex meru crudelis effectus, magnam eius odij partem concitauit, quæ illi eam peperit calamitatem. Cresceret adeo Sanctij ipſius filij potentia (in quem, vt vidimus, ille debita ex primogenito defuncto nepotibus regni iura transfuderat, quique omnium ordinum conciliandis voluntatibus impenſe ſtudebat) vt ium omnibus ipſius ſenectus contemptui patere videretur. Quod non ferens, ſiue etiam nepotum ſortem miſeratus, conſilia de ijs liberandis agitauit, ac Fredulum Ouetenſem epiſcopum prætextu alio ad Philippum Regem Francorum miſit, vt rem cum eo communicaret. Id itaque præſentiens Sanctius a patre defecit, conuentuque omnium ordinum Valliſoleti habito, ab Emanuele patruo, Alfonſo fratri infenſo, pronunciata publica ſententia, regno priuari iuſſit. Ita depulſus Rex Marrochitani Regis opem implorauit, qui illico ad augendas res ſuas cum exercitu affuit, partemque Hiſpaniæ populatus abſceſſit, cum Alfonſus timens ne a barbaro caperetur, ab eo ſe ſubduxiſſet. Tentato ita Saracenorum auxilio, Alfonſus in celebri conuentu Hiſpali octauo menſis nouembris die cocto, Sanctium regni ſucceſſione ſpoliauit. Affertur a Surita b pronunciata ab illo ſententia, qua etiam eiuſdem Sancij flagitia recenſentur.

Sanctius paternis execrationibus defixus regnique iure ſpoliatus. b Surit. indic. l. 2.

35 Implorauit mox Alfonſus Romani Pontificis opem, vt filium ad officium cogeret. Quæ vero a Martino fuit geſta infelicis patris gratia, ſequenti anno dicemus. Addimus nunc hoc anno e nuptias Elizabeth, omnibus virtutibus ornatiſſimæ Petri Aragonum Regis filiæ, cum Dionyſio Rege Luſitaniæ celebratas: quæ Regina tanta poſtea ſanctitate enituit, vt in numerum ſanctorum referri meruerit.

Lata ab Alfonſo in filium perduellionis ſententia. a Mariana l. 14. c. 5.

S. Eliſabetha Dionyſio Regi Luſit. nubit.

36. 37 Longe aberat ab illius ſanctitate Hungarus Rex Ladislaus, qui iuuentutis facibus inflammatus regia licentia turpibus voluptatibus ſe dediderat: ſed cum iam ad bonam frugem reuerti velle videretur, illum Pontifex adhortatus d eſt, vt gentilium mores habitumque exueret, aſſentatores expelleret, probos ſibi conſiliarios adhiberet, ſeque a ſanctis originem duxiſſe meminiſſet: ne vero de ſedis Apoſtolicæ in eum benevolentia diffideret; ac ſi quas ſubreptitias literas, quæ ipſius dignitatem regiam labefactarent, eius adminiſtri obtinuiſſent, ſciret eas irritas fore: non eſſe conſilij eiuſdem ſedis, ipſi officere; ſed potius illum omnibus officijs complexuram.

Ladislai Regis Hungari vita aurpis. d Pon. t. 1. l. 2. p. 86.

38 Pontificijs monitis ad officium reuocatus aliquanto tempore viſus Ladislaus, hoc certe anno, vt ſcribit Longinus e ingenti miraculo victoriam de hoſtibus fidei reportauit. Oldamirus enim Cumanorum dux, pro ſuis dimicante Numine, a Chriſtianis deletus, cum paucis ad Tartaros confugit; de quo hæc auctor: *Oldamir Comanorum dux in ſuperbam iactantiam elatus, & credens ſe vniuerſum Hungariæ regnum propter Vladiſlai Regis prauos & leues mores ſubacturum, Hungariam inuadit. Cui Vladiſlaus Hungariæ Rex circa lacum Hood occurrens, ſecum conflixit; & prælio acri inter vtroſque durante, tempeſtas ingens coorta, ora & vultus Comanorum verberans & obcæcans, magno adiumento Hungaris fuit, vt vincerent. Victus tandem ab Hungaris eſt Oldamir, & omnis ſuus exercitus, paucis, qui fugiendo ad Tartaros euaſerant exceptis, deletus.*

Oldamir Cumanorum dux Hungariã inuadere tentat. e Long. hiſt. Pol. hoc anno Fugit ad Tartaros.

39. 40 Nec minus præclaram victoriam Polonis hoc anno contra barbaros Deum conſuliſſe ſcribit auctor a. Iaczuingi antea a Polonis profligati, acceptam virtuti cladem Lituanis ſe communxerant, prædaque ingenti onuſti, ſatiata Chriſtiano ſanguine rabie, abceſſerant: cum Leſcho Niger Cracouiæ & Sandomiriæ dux, rapto tumultuario milite, hoſtem inſecuturus, cum in ſiluas & lacus ſe proripuiſſe comperiſſet, quid ageret incertus, cæleſti viſo per ſomnum erectus eſt, inſtruſque ab archangelo Michaele hoſtem inſequi, certiſſimam victoriam ipſum relaturum pollicito: promiſſiſque exitus conſentire; collatis enim ſignis capiui Poloni barbarica agmina confudere, ipſique canes abducti e Polonia in illos irruere adeo, vt Iaczuingi ad internecionem cæſi ſint; reliqui vero Lithuani aut varijs incommodis aut morte voluntaria maxima ex parte perierint. His addit Longinus b: *Mirum dictu & vix credibile, apud Polonorum exercitum ſcrupuloſius recenſitum, nemo repertus eſt in eo prælio, & in perſequendo cecidiſſe. Quæ res oraculum Leſkoni duci per quietem factum non fantaſticum, non humanum, ſed diuinum & cæleſte eo prodigio monſtrauit.*

a Long. vbi ſup. Chron. Pol. ver. ad. 11 & alij. Iazuges in Poloniam cum Lithuanis irrumpent.

b Long. vbi ſup.

Leſko dux & de hoſtium ſtrage, & ſui exercitus incolumitate; ſuorum inſuper, quos gentiles ex terra Lublinenſi captiuos duxerant, liberatione, Dei omnipotentiam glorificans, eiuſque laudes cum omni exercitu ſuo identidem reſonans, ſpolijs etiam hoſtium potitus, ouans in ſuos principatus redijt, ab eoque tempore beatum Michaelem ſui triumphi & ſucceſſuum felicium auctorem ſingulari proſequebatur veneratione & cultura. Ex Lituanorum quoque clade reuerſus in Lublin baſilicam parochialem S. Michaelis fundat, & eius nomini dicari procurat: quæ etiam in diem hanc beneficia angelica tunc collata Polonis, & cladem barbaricam atteſtatur; quibus conſentanea Michouius b Chromerus c, & Cardinalis Baronius d tradunt.

Inſigni miraculo nullus Polon⁹ in acie defideratus. b Michou. l. 3. c. 59. c Chron Pol. par. 4. 10. d Baron. in annot. m. ſ. ad an. ſuperiorem & alij Palatinus & Sandomirienſes ad officii reuocati. Dira in Polonia & Germania fames.

41 Cumulauit recentem victoriam altera Leſcho: nam cum Palatinus ac Sandomirienſes ad Conradum Maſouiæ ducem defeciſſent, in eos ducto exercitu, Conradum ambiguæ ſuorum fidei diffidentem in fugam auertit, auctoreſque defectionis venia donatos ſibi conciliauit. Præter hæc inteſtina externaque bella, dira fames non Poloniam modo, verum Boemiam quoque & Germaniam inuaſit e, adeo vt infelices matres etiam filios abſumerent: mox epidemia inſecuta in populos magna clade graſſata eſt.

e Long. vbi ſup.

IESV CHRISTI
Annus 1283. Indict. 11

MARTINI PP. IV. RODVLPHI ROMAN. REG. 11.
annus 3. MICH. PALÆOL. IMP. OR. 23.

1. &c. NIl reliquit Pontifex intentatum, quod Siculos ad eccleſiæ Romanæ obſequium reuocare potuiſſet: vtque rebellium peruicacia armorum ſaltem vi frangeretur, cunctis qui in prælio ſub Caroli ſignis occumberent, ampliſſimam criminum veniam propoſuit, quam ij, qui pro terra ſancta defendenda pugnando caderent, aſſequerentur, quamque a Gerardo Cardinale epiſcopo Sabinenſi Apoſtolicæ ſedis legato iuſſit promulgari f.

Pontificia cura pro Siculis ad officium reuocandis.

f Mart. to. 3 l. 1. ep. tur. 36. ext. etiã in formul. Lori Rhuli pag. 194. n. 1043.

5 Confluxerant ad Carolum e Gallijs ingentes copiæ ſub ducibus Salernitano principe, Petro Alenconio fratre Philippi Regis, Roberto Atrebati, Othelino Burgundiæ comitibus, alioque nobilitatis Gallicæ lectiſſimo flore; quibus auctus Carolus ſæpius tentato cum hoſte certamine, cum ad Siciliam oppugnandam omnibus viribus ſe compararet, Petrus Aragonius,

Excitæ e Gallijs ingentes copiæ.

Petri Regis Arragonis ad Francigenas Caroli Regis impetus.

a Iord. in f. Varfigen., 1960.

b Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 6.

Carolus ad certamen singulare prouocatus.

Imprudenter illud admittit.

nius, qui Siculos instabiles fore metuebat, cum nondum ipsius iugo assuessent, nec valebat opibus, vt diuturnus bellicos sumptus sustineret, militari astutia ad Caroli discutienda consilia, debilitandosque Gallorum primos impetus, quorum maximam partem, necesse erat in alieno solo ob aeris intemperiem morbo perire, Carolum ad singulare certamen in Vasconia iucundum prouocauit: de quo agunt Iordanus a, Ptolemæus Lucensis b, & alij.

6. &c. Pacta sunt ea certaminis leges, vt in subiecta prope Burdegalam planitie, centum equites armis omnibus instructi inuicem concurrerent, quo in numero duo Reges haberentur. Victoris præmium erat Sicilia, victus æterna infamia iniurendus, regio indignus nomine censendus, atque in posterum vnum tantum seruum in comitatu suo habiturus: detrectanti prælium par pœna proposita. Admisit insana Ieruitate certamen Carolus, relictoque in Calabria exercitu, cum quo si inuasisset Siciliam, edomare hostem potuisset, in Gallias contra Apostolicæ sedis imperia est profectus: non enim modo testatur Nangius sanctissimum Pontificem obiecto anathematis terrore Carolum ab incundo certamine abducere conatum; verum etiam promulgauit, vtriusque Regis pactiones vt nefarias se rescidisse damnasseque: *Sub pœna excommunicationis & commissionis processus cuiuslibet, quem contra eum quouis modo habere posset Ecclesia, ne ad executionem tam damnati certaminis tanquam nefandi procedat, & vniuersis ac singulis Christifidelibus, ne illa sibi prosequenda faueant, nec ipsi consilio, auxilio vel fauore in illis prosequendis assistant, duximus districtius inhibendum, &c. Dat. apud Vrbemueterem non. aprilis anno* 11. Cum vero in Aquitania, quæ tum Anglo parebat, committenda pugna esset, monuit Eduardum Angliæ Regem Pontifex: vt edicto caueret; ne Siciliæ & Aragoniæ Regibus ingrediendæ prouinciæ aditus permitteretur, neue certaminis spectator interesset, vt illius pugnæ legibus appositum erat. Qua de re mixta precibus imperia Eduardo data fuere c.

Martinij ad iniud dicutiendâ solicitudo.

Angliæ Rex admonitus ne Reges cõgredi permitteret.

c Ib. ep. extat apud Sur. ad h. a.

d Ib. ep. cur. 37.

Adhibuit denique Martinus omnia studia, vt Carolum ab improuido furiosoque consilio abduceret; imprudentiæ enim arguit d prouocationi certaminis assensisse, ac fraudes Aragonij aperuit, hac nimirum arte vsum, cum desperaret instimendis iptius conatibus parem esse posse, in longinquas terras e regno suo diuellere meditatum, vt fraudibus licentius grassaretur; deque misso a se ad eum legato hæc demum addit.

Card. ad eũ missus, vt sequatur ipsius consilia.

12 *Et idcirco dilectum filium nostrum Benedictum S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum Cardinalem*; is postea Cælestino, accepto Bonifacij VIII. nomine in pontificatu successit, *virum vtique profundi consilij, virum fidelem, occultatum, industrium, circumspectum, ac honoris tui, & exaltationis regiæ zelatorem fervidum, de fratrum nostrorum consilio destinamus, vt tibi circa præmissa (licet Ecclesia non incudat, nec velit aliquatenus sustinere, vt ad præmissa procedas) diligentius reserat mentem nostram, insuetæ & immensæ periculæ, quæ tua de regno Siciliæ ijs diebus absentia non tam verisimiliter comminatur, quam patenter ostendit, prudentius edisserat; & ad quantam tibi hac imprudentiam communiter imputentur, quæ facilius ab illis absque mora dispendio, & cuiuslibet contradictionis obiectu penitus desistendo, prædictis monitis, precibus, & exhortationibus nostris obtemperes & assibus acquiescas; exprimere non omittat. Datum apud Vrbemueterem* VIII. *id. februarij anno* 11. Nec modo Benedictus Cardinalis adhibitus, vt Carolum ad meliora reuocaret consilia, verum Ioanni tit. S. Cæciliæ presbytero Cardinali data e prouincia, vt pactiones a Regibus confectas irritas, atque anathema in eos, si ensc conferent, ac omnes qui fauerent scelerati, iatum in Gallijs promulgaret.

e Mart. l. 2 ep. cur. 5.

Regum pactiones a legato irritæ promulgatæ.

13 Tuendi inanis gloriæ splendoris, seruandæque perperam datæ fidei cupiditate occæcatus Carolus magno suo damno pontificia monita neglexit, seque in grauissimas calamitates præcipitem egit. Cuius exemplo infelici discant pij principes censuras ecclesiasticas non aspernari. Igitur die statuta, prima nimirum iunij, cum centum equitibus Burdegalæ in campum descendit, nec Aragonius deridens stultitiam Caroli, qui a perfido homine fidem exigeret, vsquam cum suis comparuit. Ferunt a Petrum serotino tempore vel nocte diem dictam præcedente, remotis arbitris, vt fidem seruare videretur, Burdegalæ senescalco se aperuisse, itaque abscessisse præcipiti fuga, cautum a Rege Gallorum, qui non longe a Burdegala cum nobilitate Gallica substiterat, insidias sibi comparari. Cum itaque nusquam visus esset Petrus aliquot diebus frustra expectatus, sero Carolus Aragonij fraudes, ac vera Pontificis monita agnouit, puerliter nimirum se delusum fuisse; bene gerendæ rei occasionem præteriisse, hostisque, cuius insidias erat expertus, artibus irretiri se passum esse pœnituit. At Philippus Rex copias in Aragoniam, qua parte Nauarram contingit, immisit b, quæ damna ingentia imparatis Aragonijs intulerunt.

Carolus magno suo damno Pont. monita neglegit.

Burdegalia se conuertit. ad ch. Mariesp. hist. Flor. Luc. in ann. & hist. eccl. l. 24. c. 7. Abr. in f. Varfigen. 1960. Bern. in chr. Rom. Pont. Nang in gest. Phil. Reg. in cler. hist. Sicul. in f. comites Vbald. Io. Vill. & S. Ant. ubi sup.

Petro Rege non cõparente, puerilitter se delusũ agnoscit.

Galli in Aragoniã signa efferunt.

b Nang in gest. Phil. e Io. Vill. l. 7. c. 86.

14. &c. Tradunt Ioannes Villanus e alijque Florentini historici, qui perperam Martinum ad certamen laudasse scribunt, euulgato nuntio Petrum Aragonium non comparuisse, perculisse illum anathemate, ac periurum promulgasse, euasisse honore regio, fideli nique coetu eos submouisse, qui ipsum Regem appellarent: Petrum vero facete se Aragonium equitem, duorum Regum patrem ac maris dominum inscripsisse. Quam vero in eo labantur, inde patet, cum pugna ad primum iunij diem denuntiata esset, sententia vero aduersus Petrum Aragonium mense martio lata fuerit d; vnde perpendi lector, quanti momenti sit ad detegendos historicorum errores temporum rationem habere.

Vera historiæ series in ferenda a Pont. aduersus Petrum Arag sententia

d Io. l. 2. ep. cur. 45.

Demõstratur Petrũ Regem Arag nullam in Siciliam iura obtinuisse.

Ceterum lata aduersus eum sententia Pontifex declarauit, vt nullum ius Aragonius in Siciliam sibi arrogare posset, ac primum quidem Iridesicum in concilio Lugdunensi ab Innocentio IV. regno etiam Siciliæ Ecclesiæ stipendiario vt, perduellem iure spoliatum, nec amissum ius in Conradum transfundere potuisse; hunc itaque iniustum possessorem, defuncto patre, extitisse: Manfredum vero, qui accepta Conradini clientela, regni habenas susceperat, ac postea confecta ejus morte tyrannidem arripuerat, nullo iure Regem esse potuisse, non aliquo a Friderico accepto, cum nullum obtineret, atque aliunde natalium infamia id vetaret: proinde iuste anathemaris pœna ab Alexandro IV. affectum, omnibusque honoribus exutum, in filiam suam aliquod in Siciliam ius non transfudisse, cuius prætextu Petrus Aragonius illud regnum, ad Ecclesiam reuersum concessumque Carolo, inuadere potuerit; Conradinum pariter, qui atrox bellum contra Carolum mouerat, a Clemente IV. iusta damnatum sententia.

24. &c. Lata itaque in Petrum Aragonium sententia, qua cœtu fidelium expulsus, & de omni regio honore deiectus est, misit e in Gallias Martinus Ioannem Colletum tit. S. Cæciliæ presbyterum Cardinalem, quem vna cum Carolo Rege profectum in Franciam Nangius f alijque scribunt: ad quem in regesto pontificio extant plures datæ literæ, quibus magnis illum prærogatiuis Pontifex decorauit, vt

Io. Colletus tit. S. Cæciliæ presbyt. Card. legatur in Gall. missus.

e Mart. l. 3. ep. cur. 3.

f Nang in gest. Phil.

auto-

Regnum Arag in Philippi Reg. filij a Pont. extra ductum.
a Io. 1. l. 3. ep. cap. 7.
b Iul. Lucc. hist. eccl. m. s. l. 24. c. 10.
c Iord. m. s. Vat. sign. n. 1960.
Regno Valent. Petr' a Pont. exuitur.
d Ib ep. 8.
e Ib. ep. 9.
Triennales decimæ Philippo Regi attributæ ad belli Arag sumptus toleandos.
f Nangius gest. Phil. Franc. Reg
Indicta religiosa proposito crucis symbolo, militia.
g Bod. l. 3. ep. cur. 10.
Petrus Aragon. Angiorum affinitatem ambit.
Martinus Eduardû assentiri vetat.
h Io. 2. pag. 53.
Petrus Aragonus Venetos sibi deuincire nititur.
i Io. 1. l. 3. ep. cur 23.
Opponit se illius conatibus Martinus.
k Bod. ep.

auctoritatem ipsius amplificaret. Ea vero ardua prouincia data ipsi est a, vt Petrum Aragonium anathemate denunctum in Gallijs promulgaret, atque Aragoniam imperato quingentarum librarum Turonensium censu nomine Romanæ ecclesiæ alieni ex Philippi filijs vectigalem traderet. Qua de re Ptolemæus Lucensis b, & Iordanus c.

35 Nec principatu modo Cataloniæ, regnoque Aragoniæ euertendum Petrum censuit Pontifex, verum etiam vt a Sicilia auelleret, illum regno Valentiæ spoliauit, cuius iura ad vnum e Philippi filijs transtulit d; quo argumento ad Ioannem Colletum legatum scripsit: eamque addicit legem, vt nisi excurrente designato tempore Valentiam sibi armis assereret, bellouе peteret, omni excideret iure, quod ad sedem Apostolicam redeundum declarauit. Quo quidem argumento ad cunctos Galliarum præsules missæ literæ e, quibus significauit iura regnis Aragoniæ a Petro ob suam perfidiam ad filium Galliarum Regis traducta; ad quæ perficienda decimæ triennales impositæ. His consensit Nangius f, additque circa Domini natalitia, celeberrimo conuentu omnium ordinum Parisijs habito, Philippum oblata a Pontifice admisisse, Colletumque pro concione Gallos ad crucis signum inuictum adhortatum. Et quidem extant ad Ioannem legatum datæ literæ g, vt præsules ad soluendas decimas cogere posset.

36. &c. At Petrus Aragonius, cum Pontificem sibi aduersantem, torque hostes conflari cerneret, contrahere vndique auxilia ac principum amicitiam sibi conciliare studebat. Ambiebat vero maxime Angliæ Regis affinitatem, atque illius filiam Alfonso maiori natu vxorem tradi oratorum opera deposcebat: sperabat enim, iuncta ea affinitate, Anglorum potentia impetus Gallorum, ne suam inuaderent ditionem, intringendos. Nec minorem Martinus eo animaduerso dedit operam, vt Eduardum a contrahenda affinitate cum Ecclesiæ hoste percusso anathemate, atque apostolica sententia regio honore exuto reuocaret, vt ex eius literis patet h.

39 Non minus ad confirmandas suas partes, Petrus literis & oratoribus principes solicitabat; inter quos Venetorum operam sibi perutilem arbitratus ipsorum amicitiam sibi comparare nisus est: cumque nonnulli florentissimæ illius reipublicæ fauere Aragonio viderentur, Pontifex episcopo Castellano munus iniunxit i, vt apostolicam sententiam in Petri Aragonij sectatores diuulgaret, ac Venetos, qui sentirent cum ipso, anathemate notatos pronuntiaret. Et quidem a Petro nonnullos Venetos subornatos queritur Pontifex k, atque auxilia quæ a nobilibus pontificij & Gallici nominis studiosis parabantur disturbata fuisse: *Nonnulli*, inquit, *de vniuersitate predicta*, nempe Veneta, *damnabiliter a laudabilibus predecessorum suorum semitis, sicut intelleximus, deuiantes, in eum prorumpant temeritatis audaciam, quod non solum memorate Petri contra predictam probationem nuncios vel literas recipere, ipsique mittere non verentur, verum etiam alios, ne contra Petrum & rebelles eosdem nobis, Ecclesiæ, ac Regi prefatis assistant, in nostrorum procedant auxilium contra illos malitiose impedire presumant, &c. Dat. apud Vrbemueterem* VI. *idib. iunii anno* III.

40 Obiecta nimirum fuerant plura obstacula ne Carolus princeps Salernitanus, qui expeditionem in Siciliæ insulam meditabatur, classem Venetijs posset instruere, militemque conducere. Ad quos sustentandos sumptus Martinus e pontificio erario ingentem vim auri miserat Bernardo Portuensi episcopo, quem ad Venetos, vt auxilia ab ijs

eliceret, legauerat: de quibus Carolum certiorem fecit a.

a Io. 2. pag. 91.

41 Cum vero principua mali labes ex acerbioribus vectigalibus, quæ Carolus tuendi regij iuris specie, exactorum nefaria secutus consilia, ac Friderici II. Imperatoris & Manfredi tyrannorum exempla, collegerat, medendi eidem malo serius solicitus, regio edicto sanxit b, ad populos, qui nondum defecerant, continendos in fide, alioseque ad officium pellicendos, libertatis leges, quæ viguerant moderante sceptrum Guillelmo II. sub quo Sicula res bonorum omnium affluentia floruerat, restitutum iri: ad quas quidem restituendas Carolum accepto pontificia liberalitate regno obstrictum vidimus, sed commodorum magis, quam fidei grauissimo suo damno rationem habuisse.

b Apud Mart. to. 1. l. 3. ep. cur 25 pag. 178
Pollicetur Carolus Guill. II. statua restituti iri.

42. &c. Acceptis etiam a parente abeunte in Gallias Siculi regni habenis Salernitanus princeps, ad mulcendos populos edixit, vt e singulis prouincijs spectatissimi viri ad Martinum IV. legarentur, vt de iustis consuetudinibus, quæ Guillelmi II. temporibus vigerant, quarum iam obsoleuerat memoria, æqui bonique consuleret, pluresque optimas leges c condidit, quæ extant in volumine iuris Siculi inscripto; *Constitutiones regni vtriusque Sicilie*; ex qua sanctione postea Honorius IV. præcipuas leges d, quæ ad tuendum ius ecclesiasticum spectabant decerpsit, eaque e sacri collegij Cardinalium consilio apostolica auctoritate confirmauit.

Late a Salern. principe leges. Quæ ex his specta bant ad rē ecc. confirmate ab Honorio.
c Extat in Const regni Sicilie
d Hon. IV. l. ep. 93.

46. 47 Recreati porro hac libertatis luce ecclesiastici, tum aliarum legum promulgatarum a Salernitano principe beneficio in meliorum rerum spem adducti Neapolitani, alijque insignes populi oratores ad Pontificem misere, deprecaturos, vt quæ essent ex libertatis leges pronuntiaret: professus quippe erat Carolus promulgata regia sanctione, pontificiæ sententiæ omnino se staturum. His auditis Martinus, dimissisque, ne in re obscura incertam ferret sententiam, quæsiturum se diligenter respondit, populosque citerioris Siciliæ meliorum spe erexit. Tum Gerardo episcopo Sabinensi Apostolicæ sedis legato prouinciam dedit, vt de libertate, qua Siculi Guillelmi II. tempore potiebamur, inquireret: eoque referente, ante Fridericum II. nulla vectigalia elicita Siculis consueuisse, niti ad propulsandum hostem instruendus exercitus, aut regiæ iniunctionis pompa celebranda, aut Regis filius baltheo militari donandus, aut filia in matrimonio collocanda foret, accuratius rem perquisitigare iussit e.

e Mart. to. 1. l. 3. ep. cur. 40.

48. &c. Dum ea in Sicilia gerebantur Guido de Monteferetro perdomitus, adactusque est ad implorandam Apostolicæ sedis gratiam; atq. Æmilia in ecclesiæ potestatē renocata f opera potissimum & virtute Ioannis Epe strenuissimi ducis: Martinus vero vt eam prouinciam cōcussam ciuili bello in pristinum statum restitueret, leniretque populos, Bernardum episcopum Portuensem in ea legatum creauit g.

f Ib pag. 61 & 62.
g Io. 1. l. 3. ep cap. 24.

51. 52 Interea Romani adeo re frumentaria premebantur, vt oratores ad Pontificem miserint, qui demissis eum verbis precarentur, vt populi laborantis fame misereretur: qui eorum misericordia motus magnam pecuniæ vim submisit, vt ex regno Siciliæ sibi annonam compararet h: atque ideo ad Salernitanum principem scripsit, vt frumentum ex Neapolitano regno efferri permitteret. Liberalitate etiam vsum in pauperes constat, qua illecti mopes vndique ad pontificiam aulam confluebant: quocirca plures literas tum ad patrimonij B. Petri præfectos, vrbemque magistratus scribere necesse fuit i, vt propter maximum paupe-

Laborat frumentaria annona Rom. populus.
h Reg. post eund. ep. 10. 1. pag. 69
Paupertum ad se confugientium curā gerit Pont.
i Ib pag. 68 & 55. & reg. pag. 108 ep.

rum concursum, qui ad curiam apostolicam confugebant, commeatus ampliores curiæ ipsi inferendos satagerent.

53 Nata fuisse hoc tempore grauiora Pisanos inter & Genuenses dissidia tradunt scriptores, de quibus Iachetus Malespina a, Ioannes Villanus b, S. Antoninus c, & alij scripsere. Belli causas indicat Ptolemæus Lucensis d his verbis: *Eodem tempore inchoata est guerra inter Ianuenses & Pisanos occasione insule Corsice, ex qua multa sunt & magna secuta mala.* Et quidem Pontifex paterna solicitudine dedit operam, vt dissentientes filios conciliaret. Testes literæ e ad magistratum populumque Pisanum, ad quos Rainonem Dominicanæ familiæ alumnum misit, iniunxitque vt oratores ad pontificiam aulam pro conficienda pace legarent. Quam vero magna reipublicæ suæ pernicie apostolica monita Pisani sprouerint, sequenti anno dicemus, vbi funesti illius belli exitum afferemus.

a Iach. hist. Flo. c. 216. b Io. Vill. l. 7 c. 83. c S. Ant. 3 p. tit. 20. c. 4 §. 7. d Ptol. Luc. hist. eccles. l. 24. c. 9. e 10. l. 2. ep. 229.

54 &c. Ciuili etiam bello laborabat Hispania, in qua Sanctius Alfonsum patrem regno depulerat: cuius calamitati vt succurreret Martinus, præsules Castellanos ac Legionenses, tum religiosorum equitum magistros Alfonso opem ferre iussit: non tamen petenti legatum apostolicum, qui in aduersarios anathematis sententiam terræ eorum interdicto subijceret, ob nonnullas, quas in literis exprimit, causas, concessit f. Cæterum reuocare ad Alfonsi obedientiam Hispanos, qui ab eo defecerant, conatus est, ac sacramentum, quo Sanctio se obstrinxerant, rescidit g: tum Francorum Regem, vt adducendæ in ijs regnis paci operam nauaret, hortatus est h. Sancius vero perduellionis in patrem scelus altero scelere cumulauit, coniuncta sibi matrimonio Maria, quam tertio consanguinitatis gradu attingebat: quem illegitimas nuptias dissoluere iussit Pontifex i.

Castella & Legio ciuili bello ardent.

f Ib. ep. aut. 35.

g Ib. ep. 31.

h Ib. ep. 33. Sancius vetitas legib° nuptias init.

i Ib. ep. 31. 34. 35.

Martinus, &c. Nobilitatem tuam monemus, rogamus, & hortamur attente, tibi per apostolica scripta districte precipiendo mandantes, quatenus si præmissam infamiam veritas comitetur, ad cor rediens, & acturus condignam pœnitentiam de tam grandi commisso, prædictam Mariam, qualibet occasione, contradictione, ac dilatione postposita, omnino dimittas, nec ei amplius in salutis tuæ dispendium & nominis detrimentum, cui supponas non immerito ex hoc communiter derogari, te damnabiliter commiscere præsumas: sciturus quod, nisi monitis nostris præcise parueris in hac parte, non solum ad excommunicationis sententiam & interdicti locorum, ad quemcumque perueneritis tu vel ipsa, sed ad alias pœnas spirituales & temporales contra te ac illam grauius, prout expedire viderimus, procedemus. *Dat. apud Vrbemueterem id. ianuarij anno 11.*

Lituani in Poloniam excurrunt.

j Long. hist. Pol. l. 7. hoc anno.

58, &c. In Polonia Lituani anno superiori diuina virtute ad Narem fluuium deleti, vindictæ cupiditate ardentes, hoc anno magno furore debacchati sunt: quos Lescho Niger, collecto raptim exercitu, dum præda onusti impediriori agmine abibant secutus, etsi paucioribus copijs cinctus, diuino implorato Numine, ac toto exercitu confessionis & Eucharistiæ sacramentis communito, magna clade deleuit, ac captiuos qui in silua ad arbores arctissime alligati fuerant vinculis, solutos libertati patriæque restituit.

Ducit in eos exercitum Lescho Niger, Milites Sacramento munit iubet. De hoste victoriam refert.

61. &c. Interea toto orbe Christiano, vt indictum in superiori concilio Lugdunensi fuerat, cogebantur decimæ a Pontifice, a quo plures literæ scriptæ sunt m, vt diligentia summa colligerentur, neque in rem cuiusuis conuerterentur. At eas nullo fructu dissipatas visuri sumus, cum nullus Rex expeditionem Asiaticam

m 41. 46. 58. 96. 122. 123 126. & 128 pag. 59. & 60.

confecerit. Nuncupati quidem Eduardus Anglorum Rex profectionis Ierosolymitanæ vori perrexisse flagitauit ab ea religione liberari, ac decimas Eadmundo fratri profecturo attribui: at petita illius indecora Martinus repulit a, subiecitque se in eam spem erigi, vt Deus ipsius animum immutaret.

Eduardus Anglorum Rex expeditionis Syriacæ consilia abijcit.

a 10. l. 2. ep. 227.

70 In Perside regnisque finitimis Mahumeth Cham Tartarorũ Rex immanem persecutionis procellam hoc tempore in Christianos excitauit, de quo hæc Aytonus narrat b: *Post obitum Abaga Can congregauerunt se Tartari, & constituerunt dominum super eos quendam fratrem Abaga, qui Tangodor vocatur, & alios fratres suos præcesserat. In diebus quidem iuuentutis sue datum fuit sibi baptismatis sacramentum, & vocatus fuit in baptismate Nicolaus; sed postquam fuit etate perfectus, propter societatem Saracenorum, quam dilexerat, effectus fuit pessimus Saracenus: & renuncians fidei Christiane, Mahumeth Can voluit se appellare, & toto conamine studuit facere, quod omnes Tartari conuerterentur ad sectam iniquitatis filij Mahumeti; & quibus violentiam inferre forsitan non audebat, dona, gratias, & honores conferebat. Tempore istius igitur Mahumeti Can conuersi fuerunt ad fidem Saracenorum Tartari infiniti, sicut hodie euidenter apparet. Precepit itaque ille filius diaboli Mahumetus omnes ecclesias Christianorum dirui. Et ne Christiani auderent amplius celebrare legem & dogmata Christi, faciebat publice predicari Mahumetem, & Christianos exules fecit ire, & in ciuitate Tauris fecit Christianorum ecclesias totaliter deuastari. Misit etiam suos nuncios ad soldanum Ægypti, & firmauit pacis & concordie secum fœdus, & promisit, quod omnes Christianos, qui in terris dominij sui erant, compellerentur ad Saracenos, aut capitibus priuarentur; vnde Saraceni fuerunt magna exultatione repleti, Christiani vero tristes & timidi incedebant, nec eis aliud restabat, nisi Dei misericordiam inuocare: videbant enim persecutionem Christianorum maiorem quam vnquam fuerat temporibus retroactis. Transmisit etiam predictus diabolus Mahumetes ad Regem Armenia, & ad Regem Georgia, & ad alios Christianos, vt ad ipsum accederent sine mora. Sed Christiani cogitauerunt potius mori in prælio, quam suis placere mandatis, quia nesciebant aliud remedium inuenire.* De sumpta ab eo diuinitus pœna dicetur inferius: nunc ad Græcos schismaticos sermonem conuertimus.

Tartaros Saracenica lue contaminat.

b Ayton. hist. orien. c. 37. Sanut. l. 3. p. 13. c. 8. Mahumet apostata.

Excitat in Perside persecutionem in Christianos.

71. 72 Attulit magnam rerum conuersionem Michaelis Palæologi mors, qui cum prope Lytimachiam auxiliares copias, quæ e Scythia venerant, iuxta pagum inter Pachomium & Allagem (locorum nomina) situm recenseret, tremore cordis correptus in extremum vitæ discrimen adductus est: qui cum mali pertinaciam remediorum vim ac medicorum peritiam eludere cerneret, percontatus, vt ait Gregoras c, quod nomen loco inditum esset, vbi Pachomium vocitari inaudiuit, de se actum exclamauit, seque vehementer cœpit incusare, quod cum ab oraculo, scilicet magico, pronunciatum accepisset, Pachomium in imperio successurum, honestum quendam virum Pachomium nomine, vt redderet imperio inutilem, cœca transfundendi ad suos imperij cupidine, oculis orbasset. Describit eius obitum Georgius Pachymerius d, fuisseque ipsum quoquaginta & octo annos vixisse, regnasse vero viginti quatuor, hocque anno vita functum esse: cui consentit in designanda temporis ratione Gregoras; ex quibus emendandi nonnulli auctores Latini, qui Palæologi mortem in posteriora tempora coniecerunt.

Palæolog° e tremore cordis moritur.

c Niceph. Greg. sub fin. l. 5. Vt quodi vaticinio delusus gaue faci nus amiserit.

d Pachym. hist. Græc. l. 6. Leon. Al latius rep.

73. 74 Addit Gregoras Palæologum initi ecclesiarum fœderis odio sepulturæ ecclesiasticæ honoribus caruis-

Ecclesiastica sepultura honoribus priuatur a schismaticis.

caruiſſe : *Imperator, inquit, illis in locis, quæ dixi, præter ſpem ſuam fato functus eſt anno ab orbe condito ſexies milleſimo ſeptingenteſimo nonageſimo primo, annos* LVIII. *natus. Felix eius Imperator Andronicus, quamuis adeſſet, patrem imperatorium ſepulturæ adeo non honorauit, vt ne plebeis quidem ſit dignatus. Præter quam quod ſuffo. vt mediæ pauci quidam cadauer procul a caſtris abductum multa terra obruerent, id modo cauens, ne imperatorium cadauer a feris diſcerperetur, In cunctis erat, quod dum viueret, a recta Eccleſiæ doctrina deſciuiſſet.* Ita fatur auctor ſchiſmaticus impiorum inſtar, qui lucem tenebras vocant. Eandem cauſam exprimit Iordanus a hiſce verbis : *Tunc factus eſt tumultus magnus in Conſtantinopoli per calogeros, exclamantes Paleologum non debere ſepeliri in cœmeterio, qui Latinis adhæſit : & uſque nunc inſepultus manet.* Ex his non leuis coniectura ſuboritur, Paleologum ſceleris, poſtquam a Martino anathemate ob ſtudia impenſa ſchiſmaticis deuinctus fuerat, pœnituiſſe. Conſtat ſane Paleologum, licet ob cenſuras, quibus fuerat perculſus, ira percitus diacono vetuiſſet impie, ne coram ſe Pontificis inter ſacra mentionem faceret ; irarum tamen impetum continuiſſe, ne editam eccleſiarum communionem penitus reſcinderet; nec Ioannem Veccum patriarcham catholicum, ſede pepuliſſe, vt Pachymerius teſtatur.

a Iord. m.ſ. Vat. ſign. n. 1960. Coniectura eſt, impenſi ſchiſmaticis ſtudij ipſum pœnituiſſe

IESV CHRISTI
Annus 1284.

Indict. 12. **MARTINI PP. IV. RODVLPHI ROM. REG. 12. annus 4. ANDRONICI IMP. ORIEN. 1.**

1. &c. MArtinus Papa omne in eo ſtudium collocauit, vt Petrum Aragonium Siculi regni inuaſorem comprimeret, prædamque ex eius manibus aelleret : atque ideo eum ſceleriſque conſcios cenſurarum eccleſiaſticarum pœna multauit, eaſque die cœnæ Domini, ac feſtorum aſcenſionis dominicæ b, & dedicationis baſilicæ Principis Apoſtolorum c renouauit, quas etiam vbique promulgari, tum maxime Genuæ vel in publico foro vel maiori eccleſia iuſſit d, vt ab Aragonio omnes abhorrerent. Cum vero Siculorum pertinacia frangi non potuiſſet, in eos (quod ſolet ſedis Apoſtolicæ in extremis rebus pertinacium eſſe) crucis ſigna attolli, atque in bello occumbentibus ampliſſimam peccatorum veniam proponere Gerardum Sabinenſem epiſcopum iuſſit e; præcepitque vt tum ipſe de induenda cruce ſacras conciones haberet, tum alijs id munus iniungeret f.

Cenſuræ in Petrum Arag. & Siculos renouatæ. b n.1. l. 4. ep. cur. 2. c 16. ep. 4. d 16. ep. 8. e Lib. 3. ep. cur. Religioſa in Siculos propoſito crucis ſymbolo militia. e Lib. 4. ep. cur. 22. f Lib. ep. 22. Gallos ad crucis ſigna attollenda in Aragonios excitat.

4. &c. Non ſegnius in Gallijs Colletus Cardinalis legatus, vt ait Nangius g, de capeſſenda aduerſus Aragonium cruce conciones habuit, quem in celeberrimo ordinum conuentu Carolo Valeſiorum comiti Regis Galliarum filio Aragonium ſceptrum contuliſſe ſcribunt idem Nangius h, & alij; Regemq; Francorum ad eripiendum Petro idem regnum armorum vi ſe obſtrinxiſſe : quæ pontificijs literis i, quibus Cardinalis confirmata geſta, & Aragonum Regis nomen Carolo adſcriptum, corroborantur. Neque Aragonij modo regni, verum etiam Valentini Pontifex regia in eumdem principem iura transfudit Ioannis tit. S. Cæciliæ presbyteri Cardinalis legati opera, cuius de perfecto mandato pontificio extant literæ k.

g Nang. in geſt. Phil. Reg. Franc. Quæ tranſegerit cum Regis Franc. filio Carolo. h Nang. in geſt. Phil. i Mart. l. 3. ep. cur. 12. k Lib. ep. 12. Carolus Salerni princeps Siciliæ inſulã inuadere parat.

13. Interea Carolus Salerni princeps bellũ aduerſus perduelles apparabat; cui Pontifex ingentem pecuniæ vim Sabinenſis epiſcopi & Berardi pontificij ærarij præfecti opera collectam tribuit m. Cumque princeps idem flagitaret, vt Ioannes de Epa pontificio ſuccinctus exercitu ſecum iret, Martinus morem ei geſſit. Sed quam triſtis caſus hanc Salernitani principis expeditionem, aliaque Caroli conſilia contuderit oppreſſeritque, ex Ptolemæo Lucenſi a accipiamus.

m n. 2. pag. 95. 105. 107

14. 15. *Superuenit*, inquit, *Rogerius de Loria admiralius Regis Aragonum, & quaſi in portu Neapolitano exiſtens bellum nauale petit. Ad quæ verba filius Regis Caroli, qui & Carolus vocabatur & princeps erat Salernitanus, & poſtea Rex, prouocatus galeas armari fecit, & ipſas aſcendit ad pugnandum : quod Cardinalis, qui erat ibidem legatus, eidem prohibuit. Ille autem non arquieſcente, legatus proteſtationem fecit per manum publicam, quod * circa ſuum conſilium facit, & voluntatem. Pugnans igitur cum Rogerio, in bello ſuccumbit, & in portu Neapolitano capitur cum multis galeis iuxta caſtrum S. Saluatoris. Poſt captionem principis coacti ſunt dare filiam Manfredi cum alijs captiuis, quia tentabat mortem eidem. Vbi conſidera diuinum iudicium, quia ab eo tempore quo Rex Carolus capit eſſet, nullum proſperum alium habuit, ſicut infra magis patebit. Captus igitur princeps cum ſuis concaptiuis in Siciliam ducitur.* Quo vero acerbum hunc caſum animo Carolus exceperit, narrat idem auctor b : *Veniens*, inquit, *verſus mare Piſanum per tranſeuntes nauicleros audiuit principem filium ſuum eſſe captum. Ille vero imperterritus ſtatim aduocat nobiles, quos ſecum habebat, & ſic ipſos alloquitur : Congratulamini, inquit, mihi, & congaudete mecum, quia hodie perdidimus vnum ſacerdotem, qui noſtrum impediebat regimen ac vigorem bellandi. Vnde nullo lamento facto, nec vllo luctu oſtenſo, ſic pertranſiit, tamquam ſi nihil eſſet.* Eadem iiſdem pene verbis refert Iordanus c, vt recentiores omittamus. Aucta inſtructaque claſſe conatus effundere in Siciliæ inſulam parabat: ſed dum agitur de liberando Salernitano principe, reſque Siculorum dolo extrahitur, conficiendæ expeditioni idoneum tempus effluxit, claſſemque ob imminentem hyemem in tutiores portus ſubducere coactus eſt. Vt vero in illius belli ardore morbo correptus e vita deceſſerit, anno inſequenti dicetur.

a Ptol. Luc. l. 24. c. 9. & 10. Princeps Salern. ad pugnam eliciatur.

b Eod. l. c. 11 Quo animo Carol. Rex filij caſum tulerit.

c Iord. m.ſ. Vat. ſign. n. 1960.

16. &c. Iniecerunt plures tumultus in dirionis eccleſiaſticę prouincias nonnulli ambitione auaritiaque viri perciti, inter quos Adinolphus d Campaniam turbauit; ſed Ioannes de Epa eum contudit. Poſuere e quoque ſuperbos ſpiritus & conciliati Eccleſiæ Perufini, qui ante conculcatis pontificijs iuſſis Fulginates bello petierant. Vrbeuetere vero cum Rainerius præfectus effrenata inſolentia Pontificem abire Perufium coegiſſet, ac dirum aliquid meditaretur in Guelphos, repente a factione contraria oppreſſus, f meritas ſceleris pœnas tulit f. Cur porro Pontifex non Romam ſed Perufium conceſſerit, diſſenſio Romanorum, qui mutuis odijs concitati inter ſeſe diſſidebant, ac parum religiose pontificia imperia colebant, cauſa extitit. Quare antequam eo ſe conferret, apoſtolicis monitis exortas diſcordias diſſipare eſt conatus g, ac nonnulla ad Vrbis regimen ſpectantia conſtituit, præfectorumque annonæ auctoritatem certis legibus temperauit.

d n. 1. pag. 79. 85. 88. e Ibid.

Rainerius ab Vrbeuetanis pulſus. f Id. ibid. Mutuis diſcordijs Romam laborant.

g n. 2. pag. 94.

20. Funeſtiora longe diſſidia Piſanos inter ac Genuenſes vigebant, quæ poſt acceptas & illatas primum leues aliquot clades, Piſanis demum, qui bello cauſam ante dederant, extremam calamitatem hoc anno inuexerunt h, non ſine diuinæ vindictæ exemplo, cum ea maris ora ſanguine Piſano rubuerit, in qua ij ante immani flagitio, tranſalpinos patres ad concilium excitos a Gregorio IX. vt morem gererent Friderico II. Romanæ eccleſiæ hoſti inueſtiliſſimo ceperant. De qua clade hæc tradit Ptolemæus Lucenſis i : *Fuit in bello hoc magna hominum ſtrages. & inter captos & mortuos pluſquam duodecim millia homi-*

Piſani a Genuenſibus victi. h Iacc. Malaſp. c. 216. 220. 221. 40. Vill. l. 7. c. 8. 9. 10. 97. S. Ant. 3 part. tit. 20. c. 4 § 13. 14. i Ptol. Luc. hiſt. eccl. m. l. 24. c. 18

hominum fuerunt: perdideruntque praterea alia nauigia XLIX. *galeas, praeter aliquas submersas in mari.* Ferunt Genuenses magna modestiæ laude tantam victoriam Deo ascripsisse, solomnes ad agendas grates supplicationes indixisse, multa sacra a sacerdotibus peragenda curasse, atque inanes pompas ducere contempsisse.

Genuenses modestè victoria vsi.

21. 22 In Germania emersit, insignis hoc anno impostor, qui se Fridericum II. pluribus iam antè annis, vt vidimus, mortuum ementiebatur, imperiumque affectabat; nec defuere, qui ipsius artibus irretiri se sinerent: sed anno inlequenti, vt Siffridus scribit a, comprehensus imposturæ pœnas luit.

Impostor in Germania se pro Friderico Imp. gerit.

a *Siffrid. epit. ex.* Vvestf. *Flor hist. Annal. Dom. Colm. & alij. ex. ep. 156.*

23. &c. Soluit hoc anno Pontifex Magni Sueciæ b Regis rogatu leges canonicas de gradibus consanguinitatis, vt Vlpho Holingerij principis filius Helenam Magni consanguineam ad concordiam reintituendam Sueciæ, grauesque discordias componendas matrimonio sibi iungeret. Nauasse Vlphonem Magno Sueciæ Regi egregiam operam ad Danos a Suecia pellendos, delendoque præsio, dum comessationi & crapulæ in Verendia indulgebant, retert Magnus archiepiscopus Vpsalensis c; adeo vt Vvaldemarus Magni frater, cui Gothiæ sceptrum reseruatum vidimus, quique exteros excluerat, victus acie in Daniam profugere sit coactus: qui deinde magno stipatum exercitu Ericum Danorum Regem in Vvestgothiam allexit, quæ a Danis ferro flammaque est vastata, detrectante Magno certaminis aleam subire. Demum Ericus in regnum reuersus, cum tractos impetus videret, fœdus cum eodem Magno Rege redintegrare constituit d, quod ijs pactionibus sancitum, vt Magnus debita Erico stipendia, cum Danorum opera Sueciam fratri bello eripuit, persolueret. Vt igitur firmius id fœdus confirmaretur, Birgerus Suecici sceptri heres, & Margarita Erici filia matrimonio iuncti sunt e, Pontifice Romano impedimentum consanguinitatis remouente f.

Syria Saracenorũ seruitus ex posita.

Eduardũ Angliæ Rex de ea defendẽda consilium agita.

Vecchus patriarcha Constantinopol. catholicus diuinitati cedit.

Iosephus illi sufficitur.

Cedere coactio Subrogator Greg. Cyprius. Multos patitur æmulos.

b *Ib. c. 6. f. 10. l. 4. ep. 1. c. 1.* Iudicium Dei in Cã Mahumet apostatam.

30 In oriente diuinæ animaduersionis exemplum editum in scelestum Christiani nominis persecutorem Mahumetum Can apostatam, quem Mahumetana superstitione Tartaros imbuisse vidimus, atque Argon egregie affectus erga diuina Pericum sceptrum suscepit; de quo hæc Aytonus narrat g: *Cum fideles Christiani in tanta essent cordis amaritudine positi quod mori potius quam viuere affectabant, ecce Deus qui speranies in se nullatenus derelinquit, consolamen transmisit Christianis omnibus: nam quidam frater istius Mahumeti, & quidam eius nepos nomine Argon fuerunt isti Mahumeto propter mala opera sua contrarij & rebelles, & significauerunt Gobila Can maiori Imperatori Tartarorum, qualiter iste Mahumetus, antecessorum suorum vestigijs derelictis, effectus fuerat pessimus Saracenus, Tartaros omnes quos poterat inducendo, vt efficerentur etiam Saraceni. Quo audito Can Imperator fuit plurimum perturbatus: unde Mahumeto præcipiendo mandauit, quatenus corrigere se deberet, & a malis operibus abstinere: alioquin procederet contra ipsum. Ipse quidem Mahumetus, mandato Imperatoris intellecto, ira & indignatione fuit repletus: & quia nullus erat, qui auderet suis voluntatibus contraire preter fratrem suum & prædictum nepotem suum Argonum, laborauit tantum diabolicus ille Mahumetus, quod fecit interfici fratrem suum, & de nepote suo Argono intendens facere illud idem, iuit cum exercitu copioso, vt ipsum caperet & teneret. Argon vero qui contra potentiam inimici non poterat bellicor apparere, montes petijt, & in quodam castrum fortissimum introiit. Idem vero iniquitatis filius Mahumetes dictum castrum obsedit, stans circumcirca cum suo exercitu infeliti: finaliter vero Argonus se reddidit Mahumeto cum pacis interiectis conditionibus; videlicet quod sibi et suum dominum seruaret.*

g *Ayton. hist Orient. c. 37. Sanut. l. 3. p. 13. c. 7. Io. Vill. l. 7. c. 99. S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 1. §. 6.*

31 *Postquam Mahumetus Can tenuit Argonum, tradidit eum constabulo suo et pluribus alijs magnatibus sub custodia concludendum: et dum reuerteretur ad ciuitatem Tauris, vbi dimiserat filios et vxores, dedit omnibus in mandatis, quod post ipsum incederent paulatim. Constabulo vero et quibusdam alijs, in quibus præcipue confidebat, iniit quatenus neposem suum occiderent, et occulte sibi caput afferrent. His itaque taliter ordinatis, feliciter præcepit eis Mahumetus. Inter illos vero, qui mandatum susceperant tanti sceleris adimplendi, inuentus fuit quidam potens vir, quem Abagha nutriuerat pater ipsius Argoni; qui pietate motus, armis susceptis, constabulum Mahumeti, et omnes suos sequaces nocte gladio iugulauit, et Argonum a mortis periculo liberauit, et constituit Argonum rectorem et dominum super omnes: unde alij timore, alij vero amore obedientes fuerunt suis beneplacitis & mandatis. His itaque sic peractis, Argonus cum comitiua suorum fidelium fuit persecutus celeriter Mahumetum; & antequam Tauris um perueniret, personaliter cepit illum, quem captum iussit per medium detruncari. Et sic fuit interfectus canis ille pessimus Mahumetus, inimicus fidei Christiana, antequam duorum annorum spatium in suo solio compleret.*

32 &c. Inde in Persida alijsque ad orientem submotis regionibus aucta est religio: sed in Syria Ægyptiorum & babyloniorum Saracenorum conatibus in maiora quotidie discrimina adducebatur: nec tamen in occidente aliqua expeditio conficiebatur; cogebantur quidem decimæ, sed earum partem plerique ad se traducebant: ex quibus Pontifex Lucenses a, Florentinos b, ac Pisanos c quosdam mercatores eius sceleris reos ad sedem Apostolicam accersiuit; pars alia in suscepto aduersus Siculos, Petrum Aragonium, rebellesque Ecclesiæ bello consumebatur. Nec principes, alijs impliciti, traijcere facile poterant: Rodulphus enim ad stabiliendam in Germania potentiam, ac propagandam in posteros incumbebat, Carolus Siculus in perduelles ducebat, mouebat Gallus in Aragonium: Castella intestino bello laborabat: Italia Pisanorum & Genuensium bello suspensa: Pontifex contemendis in officio clientibus suis occupatus. Solus Eduardus Anglorum Rex eam gloriam defendendæ terræ sanctæ præterebat; cui Pontifex id per literas est gratulatus d, ipsumque rogauit, vt adeo præclara suscepta consilia ad exitum perduceret: sed ea demum euanuere; nam cum petita nonulla grauiora e exigeret, quæ Romani Pontifices reijcerent, illeque ijs obtinendis instaret, nullum Syriæ auxilium attulit.

a *ib. pag. 100.* b *ib. pag. 104.* c *ib. pag. 109.* d *ib. l. 4. ep. 41.* e *Ext. apud Mart. ib. p. 10.*

44 Quod ad Græcorum res attinet; Andronico schismaticorum fautore rerum potito, Veccus patriarcha catholicus, vt schismaticorum furori se subduceret, ad monasterium confugit: in cuius locum Iosephus ætate grauis suffectus est; sed mox schismatici in varias inter se sectas discisi, cum plures ob Arsenij schismatici recentem memoriam, a quo Iosepho sacris interdictum dicebant, ab eo dissiderent, sedem relinquere coactus, paulo post obijt. Cæterum tanta inter Arsenij & Iosephi sectatores contentio facta est, vt cum illi dirimendæ nullus iudex par esse posse videretur, deliberarunt aduersæ partes in ignem libellos conijcere: vt eorum causa superior censeretur, quorum libellus flammarum vi non absumeretur: sed post multas tota nocte fusas preces, accenso in medio templo igne, libellos causæ suæ magno religionis superstitio,

f *Nic. Greg. l. 6.*

suspen-

Schismatici cum tentantes illusi.

Pseudosynodalium proteruia.

Georgius Cyprius monastico habitu indutus Gregorij nomen accepit.
a Niceph. Greg. l. 5.

Impietate ad patriarchatum irrepit.
b Io. Veccus apud Georg. Pach. hist. Graecor. l. 7.

Suspta de illis diuinitus vltio

Quantum fuerint meditati flagitium.

Produsti reorum in fidei defensores

c Georg. Pac. hist. Graecor. l. 7. interp. Leo Allat. l. 2. c. 2. de perp. consen.

Vecci patriarchæ catholicâ responsum

suspenso rei expectatione astantibus, in flammas coniecerunt: qui mox in cineres redacti, religionem in risum conuerterunt. Ita delusi schismatici, dum Numen diuinum, vt miracula ederet temere stulteque solicitarunt: quæ profecto extra catholicam Ecclesiam expectari nequeunt. Frustra igitur schismatici a Deo flagitabant, vt impia causa patrocinaretur, cum nec Arsenius nec Iosephus, sed Ioannes Veccus catholicus verus patriarcha Constantinopolitanus esset, quem merito colere debuissent; eo vero repudiato, intrusus est Georgius Cyprius, qui institutæ monasticæ professus Gregorij nomen sibi indidit, insignis impostor, qui cum antea, dum Palæologus Imperator ad ecclesiæ orientalis cum Romana inundam reuinctionem omnem conuertis studijs incumberet, magno ardore ad schismaticos ad Romanæ ecclesiæ obedientiam traducendos delusam: conuersis vero rebus, vbi Andronicus exercendæ fidei orthodoxæ operam dare vidit, inuadendi patriarchatus infandam cupidine percitus infestissimum Romanæ ecclesiæ hostem se professus est, quamuis in Latini ritu educatus fuisset [a].

45 Hoc impio figmento catholici præsules in templo Blachernarum exciti a schismaticis impie & crudeliter sacræ dignitatis ornamentis auectis verborum contumelia exuti, & alapis cæsi, ac templo pulsi fuerunt, ac de præsulum schismaticorum inhumanitate tristique exitu hæc author schismaticus silere non potuit: *Post verborum conuicia præsides inferioribus imperabant, vt direptos illis pileos humi abijcerent, ter acclamantes: Indignus es; alijs vero aliorum vestes exuere, easque a fimbria inuersas ad caput applicare, atque rursum ter acclamare iubebant: Indignus es. Deinde, alapis impositis, tanquam sacrario vi extrudere sacro loco. At humanus Iesus & seruator eiusmodi latronem admisit, & prodigiosæ pœnitentiæ, modo ipse voluisset, desiderauit & expectauit. Primo sane illi quidem, sed inanes tamen pœnas luerunt: neque enim nouerunt ipsorum legislatorum vllus in sua dignitate decessit: sed turpissime sunt pulsi sedibus, vt postea dicemus, prauæ animi agritudine vitam abruperunt.*

46 Spectabant eo impiorum consilia, vt de rixæ crimen non peregisse viderentur, obtensa iudiciorum specie Romanam ecclesiam, & orientales omnes, qui cum ea recte de processione Spiritus sancti sentiebant, damnarent: adducique in iudicium reorum instar tuere illustres confessores Ioannes Veccus patriarcha, & Constantinus Meletiniota, & Georgius Metochita archidiaconi, a quibus pseudopatriarcham orthodoxi dogmatis rationem exegisse, compellato Vecco, quid vero ab ijs responsum, refert hisce verbis Pachymerus [c]: *Interrogatus in sacris literis Spiritum sanctum exhiberi, dari, mitti, prouenire cum ex Patre per Filium; in annalibus etiam patribus Latinis procedere. Ait vero & magnus Damascenus Ioannes: Ea producitur per Verbum Spiritus, agnoscimus autem idem esse & productorem & causam.* Is Græcorum mos est, vt causæ nomine vice principij vtantur. Et infra: *Patrem causam per Filium Spiritus dicimus, cum productor in locum causæ accipiatur.* Veccum pariter, adductis similitudinibus lucis e radio & sole emanantis, ac fluminis e riuo & fonte derivati, processionem Spiritus sancti explicari declarasse, narrat idem auctor. Nec prætermittendum visum est, editum aureum opusculum a Ioanne Vecco, quo ex dictis sanctorum patrum lectissimis Spiritum sanctum a Patre & Filio procedere confirmatur.

47. &c. Cum respuerent veritatis catholicæ lucem admittere schismatici, & Veccum vrgerent, vt concordiæ, bello quouis funestioris, studio cum ipsis sentiret, respondit: *Spiritum ex Patre per Filium procedere dixit Synodus vniuersalis synodus.* Tradit Pachymerius, illum nullis terroribus frangi, nullis blanditijs ab Andronico emolliri potuisse, atque vna cum Metochita & Meliteniota in arcem S. Gregorij in tractu Asiaceno relegatum fuisse. Tulit ipse magna animi constantia vincula, atque ex diuturno carceris squalore moriturus, nuncupato testamento, testatus est, se non ob aliam causam, quam ob fidem catholicam professam in carcerem coniectum fuisse.

Exilium & vincula cõstanter cũ socijs tulit

53 Obijsse imperante Andronico in carcere, atque in eodem sepultum, refert Pachymerius [a], per contemptum, vt ipse interpretatur; vel ne potius egregij Christi confessoris corpus a catholicis meritis honoribus afficeretur. Laxatos dein carcere Meliteniotem & Metochitem, iterumque, cum magna constantia catholicum dogma propugnarent, vinculis constrictos, confirmat idem Pachymerius [b].

a Pachym. l. 9.

b Georg. Pachy. l. 3. c. 23. c. 15.

53 Quod ad Gregorium Cyprium, horum temporum facem & impietatis signiferum attinet; arcano Dei iudicio fede per nefas adepta cedere coactum, atque Andronici odia, cui assentandi studio pietatem omnem abiecerat, in se incendisse, ex Gregora [c] exploratum est, ac Pachymerio [d]. Hæc quamuis pluribus annis discreta, instituta oratione coniungenda fuerunt, ne eadem lapsus repetere cogeremur.

Georgius Cyprius pario scelere patriarchatum mouet.

c Greg. l. 4.

d Pachy. l. 8

IESV CHRISTI
annus 1285.

Indict. 13

HONORII PP. IV. annus 1. RODVLPHI ROM. REG. 13. ANDRONICI IMP. OR. 2.

1 HOc anno ineunte instruendæ classi, adornandoque bellico apparatui operam nauabat Carolus, cum in ægritudinem incidit, qua in dies ingrauescente, fusas iam ante, dum Burdegalam in Aquitania proficiscebatur, Pontifici preces repetijt [e], vt ad remouenda grauissima sanctione onera omnia, quibus populi arctos se fuisse querebantur, studia apostolica conferret: testamento regni Siculi (modo Romanus Pontifex assentiretur) procuratorem dixit [f] Robertum comitem Atrebatensem fratris filium, quem eo munere a Martino IV. vna cum legato exornatum diximus inferius. Cum itaque consuluisset regno, curas omnes ad diuina conuertit, ac *receptis*, vt ait Iordanus [g], *prius ecclesiasticis sacramentis, et cum fidei inuocatione nominis Christi*, Fogiæ in Apulia proxima ab epiphania die e vita migrauit [h]. Tribuit Ptolemæus Lucensis [i] ægritudinis & mortis causam nimio ex aduersis concepto dolori.

Carolus Rex in Siculi belli apparatu moritur.

e Martel. 4. op. cur. 23. f lib. p. 24. g Iord. in f. Pat. sign. n. 1960. 3 mon. mont. hist. Neap. l. 3. & alij.

h Chron. Suessan. ms. & Ptol. Luc. hist. eccl. ms. l. 24. c. 11.

Pia illius mors.

2 Cæterum tradit Ioannes Villanus [l] illum maximo pietatis sensu delibutum, cum ad se sacra Eucharistia allata esset, hæc verba protulisse: *Credo, Domine, te meum seruatorem esse, vtque misereris animæ meæ supplex deposco*; & S. Antoninus, *cum*, inquit, *magna deuotione sumptis ecclesiasticis sacramentis septimo ianuarij Deo reddidit spiritum, cuius corpus delatum Neapolim honorifice sepultum est in ecclesia archiepiscopali.* Quibus consentit chronicon Suessanum [m]. Dissipatam mox post eius mortem ingentem illam classem, quam idem Carolus ad recuperandam Siciliæ insulam compararat, refert Ptolemæus Lucensis [n].

l Io. Vill. l. 7. c. 94.

m Chron. Suessan. ms & Ptol. Luc. hist. eccl. ms. l. 24. c. 2.

De Caroli studio proleuandis grauaminibus quæ Siculis illata erant.

3. 4 Vinctus igitur ab hoste Carolus II. cum paternum regnum non posset moderari, Pontifex ad illud temperandum optimis legibus apostolicam solicitudinem applicuit, ac primum morientis Caroli & Neapolitani regni ordinum precibus impulsus,

Sabi-

Sabinenſem epiſcopum vrbium magiſtr tus, proceresque monere iuſſit a; vt mitterent oratores ad Apoſtolicam ſedem, cum quibus optima conſilia pro reſtituendo Guillelmi II. iure, ac tollendis publicis oneribus agitaret.

a Mart. l. 4 ep. cur. §.

5. &c. Interea Pontifex ad quem ſupremi in Siciliam imperij iure illius adminiſtrationem capeſſere veteri more & inſtituto, tum ex pactionibus cum Carolo primo confectis ſpectabat, Gerardum epiſcopum Sabinenſem Apoſtolicæ ſedis Legatũ, ac Robertum Atrebatenſem comitem regiæ Siculæ procuratores inſtituit, cum nondum Carolus Martellus Salernitani principis maior natu filius ad ætatem illi moderando parem adoleuiſſet. Acceptas ab his regni habenas meminit etiam chronici Sueſſani ſcriptor b. Præterea Robertum filiorum Caroli ſecundi, quorum maior natu Carolus Martellius c poſtea materno iure Hungariæ Rex, tunc duodecimum annum inierat, tutelam ſuſcepiſſe ſcribit Nangius, atque Appulos & Calabros, qui defectionem molirentur, in officio continuiſſe. Nec partes ſuas fœditer adhibuit Martinus, vt eorum conatus comprimeret, qui heredes Caroli deijcere molirentur d. Irruperat tunc in Aprutium nonnullis copijs ſuccinctus Conradus de Antiochia, antiquus Eccleſiæ hoſtis, ac nonnullas iam arces occuparat; cum Martinus ad eius frangendos conatus Ioannem de Epa pontificij exercitus ducem, eo mittendum cenſuit e: de cuius aduentu ad Andriæ ciues, quorum in ſernanda fide conſtantiam effert, confirmandos certiores fecit f: ac de hic ſatis.

b Chron. Sueſſan. an.

c Io. Vill. l. 7 c. 49. Appuli & Calabri molijti defectionem coercenti.

d Nang. pag. 196. Conradus de Antioc. in Aprutiũ irrumpit.

e Ib. pag. 117.

f Ib. pag. 116.

11. &c. Nunc Martini acerrimi iuris eccleſiaſtici defenſoris pia mors lugenda eſt, de qua hæc tradit Martini Poloni appendicis auctor g: *Die reſurrectionis Domini, qua fuit in die annuntiationis Virginis Mariæ, poſtquam celebraſſet, ſolitamque refectionem cum ſuis cappellanis ſumpſiſſet, arripuit eum infirmitas occulta, ex qua, licet ſe grauiter pati diceret, eius phyſici morbum & cauſam in eo nullam, nullumque mortis indicium aſſerebant eſſe. Ipſe vero die mercurij proxime ſequentis circa noctis horam quaſi ſextam debitum conditionis exoluens humanæ, ad Dominum, vt certis opinatur indicijs, tranſmigrauit: & vacauit ſedes quatuor diebus. Nam diuerſarum affluxit paſſionum, & ſpecialiter viſus, auditus, & loquela proſtrati iuxta feretrum, in quo extitit ſepultus, infra paucos dies videntibus & aſſiſtentibus clericis & laicis quamplurimis, multi ſunt ſanati: nec adhuc, quando fuit hæc ſcriptura protracta, XII. menſis maij ceſſabant ibidem miracula: verum immo diebus ſingulis occurrenti populoſæ fidelium multitudini miſericorditer a Domino largiuntur: & qui ſcripſit hæc, vidit ea.* Ijs conſentanea tradunt Nangius, & alij. Cum vero de tanti Pontificis obitus die auctorum ſententiæ diſcrepent, omnibus ea in re præferendus Honorius ipſius ſucceſſor, qui in literis ad Mediolanenſem archiepiſcopum, cæteroſque præſules de ſua electione datis h in XV. kal. aprilis incidiſſe teſtatur: cui plures alij conſentiunt. Atque ita Martinum, qui, vt vidimus VIII. kal. martias anno MCCLXXXI. ad ſolium pontificium eſt euectus, annos quatuor menſem vnum dies ſeptem ſedi ſe affirmandum eſt. Sepulturæ locum ſibi delegiſſe in templo Aſſiſij S. Francisco ſacro affirmat idem Pontifex Honorius, qui cum extremæ voluntatis executor a Martino relictus fuerit, adepta poſtea dignitate magiſtratibus ac populo Perusinis ſcripſit i, vt Martini corpus, qua par erat reuerentia, Aſſiſium deferendum curarent,

g Apud Mar. Pol. l. 4. in Mart. Martini mors.

Miracula operantur.

Quo die Martinus obierit.

h Honor. l. 1 ep. cur. §. Sedis illius tempus.

Aſſiſium. Aſſiſium. corpus ijſdem tranſlatum.

i Lib. 1. ep. 266.

14 Vita functo Martino Papa j Iacobus e nobiliſſima Sabellorum Romana familia ortus, S. Mariæ in Coſmedin diaconus Cardinalis IV. nonas aprilis, conſentientibus omnium animis in locum eius Perusij ſubſtituitur: qui mox in Vrbem ſe conferens, ſacris pontificalibus initiatus, ac papali tiara decoratus eſt, vt traditur hiſce verbis apud Martinum a Polonum: *Honorius IV. natione Romanus de Sabellenſibus, prius diaconus Cardinalis, electus fuit Perusij anno milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto, die ſecunda aprilis, & Romæ apud S. Petrum conſecratus & coronatus.* Et paucis interiectis verbis: *Hic fuit omnino homo temperatus, & magnus diſcretione; impeditus tamen corpore in pedibus & manibus, libenter vbique pacem quærens.* Quibus conſentanea ſcribuntur a Bernardo b, & Ptolemæo Lucenſi c qui hæc dicit: *Secundus hic natione Romanus de domo Sabellorum, qua antiquum genus erat in Vrbe, dictus dominus Iacobus de Sabello. Hic ſapiens homo fuit, nulli leſionis: ſed ſuis bene profectuus. Hic habuit fratrem multum prudentem & virum humanitatis non modicæ: ambo autem multum podagrati. Qui Honorius ita impeditus in manibus & pedibus, quod celebrare non poterat niſi cum quibuſdam inſtrumentis.* Et infra: *Statim creatus in Vrbem ſe transfert, & in monte Auentino iuxta ſanctam Sabinam magna fabricat palatia, & ibidem ſedem pontificalem conſtituit, totuſque ille mons renouatur in ædificijs.* Reſpondent ijs, quæ ab ipſo Pontifice in literis encyclicis de inito pontificatu exarata fuerunt. Sed primum nobis nonnulla de illius primordijs ſunt delibanda. Literis ipſum annis pluribus operam dediſſe in Pariſienſi academia, quæ ſcientiarum omnium gloria florebat, ipſemet teſtis eſt in pontificio diplomate miſſo ad Ioannem tit. S. Cæciliæ presbyterum Cardinalem Apoſtolicæ ſedis legatum, cui dirimendæ exortæ controuerſiæ inter eandem academiam & illius ſcholæ prefectum prouinciam demandauit d.

E Sabella ſtirpe oriũdus.

a Mart. Pol. l. 4. Honor. IV nomen accipit.

b Rer. in chron. Rom. Pont.

c Ptol. Luc. hiſt. eccl. l. 24. c. 13.

De ipſius exordijs. In Pariſiẽſi academia literis operam dedit.

d Lib. 1 ep. 263.

15. &c. Coniunctę vero pietatis cum literis monumentum illuſtre extitit monaſterium, ab eo in paterno fundo extructum, magniſque amplificatum opibus, quod anno MCCLXXXII. religioſis viris, qui S. Guillelmi ſacra inſtituta ſectabantur, contulit, vt in publicis tabulis eo anno confectis, ac poſtea anno MCCLXXXVI. ab ipſo apoſtolica auctoritate corroboratis e patet. Emenſus dein varios honorum gradus ſacra purpura ab Vrbano IV. ornatus eſt: ac demum ob perſpectas virtutes clauo Eccleſiæ admotus. Porro vbi aliquandiu pontificatu ſuſcepto Perusij verſatus eſſet, Romam ad pontificiam tiaram ſolemni excipiendam pompa ſe contulit, ac rite conſecratus, encyclicas literas ad Chriſtifideles ſcripſit f, quibus ita eos creationis ſuæ certiores fecit.

Monaſterium fundauit in paterno ſolo.

e Ib. ep. 431

Roman. profectus ſolemni ri tu conſecratur.

f Lib. 1. ep. cur. §.

19 *Honorius*, &c. Nuper quarto kal. aprilis felicis recordationis Martino Papa prædeceſſore noſtro, prudentiæ ac ſcientiæ, multarumque aliarum virtutum dono pollente, per naturalis mortis occaſum de nequam ſeculi huius anguſtijs liberato, & ipſius corpore cum debita exequiarum ſolemnitate ſepulto, prima die dicti menſis cum fratribus noſtris de quorum numero tunc eramus, libere nulla inclauſionis coactione præambula, quam aliquando in Eccleſiæ ipſius vacationibus damnabilis præſumpſit abuſus, conueninius ad tractandum de ſubſtituendi electione paſtoris. Et poſt miſſarum ſolemnia ex more in honorem ſancti Spiritus celebrata, tractatu aliquo habito, tandem in craſtinum ſcrutinij via electa concorditer, factoque ac publicato ſcrutinio, quod nec ſequens habuit, ſicut nec oportuit, nec præcedens, votorum fratrum eorumdem directorum in nos, eo tempore S. Mariæ in Coſmedin diaconum Cardinalem tanta eſt inuenta concordia, & de vnanimi eorum omnium voluntate adeo concors de nobis in ſummum Pontificem electio ſubſecuta, quod nos de tam grandi

De Martini more.

Cardinalium ſuffragijs in honorem, tũ S. Mariæ in Coſmed. diac. Card. collatis.

tamque

tamque inexpectata, immo & vobis omnino inopinata nouitate plus, quam verbis exprimere possimus, attoniti facti sumus, velut in mentis excessu. Filijs namque matris nostræ, ipsis videlicet ecclesiæ Romanæ communis matris & dominæ, Cardinalibus contra nos pugnantibus, vt vobis iugo apostolicæ seruitutis imposito, custodem nos in alienis vineis ponerent, qui ex nostrorum meditatione defectuum, nos nec propriæ custodiendæ sufficere humiliter confitemur; & post defectus eosdem, quos ipsis ad maioris voluntatis indicium quasi palpandos exponebamus, obiectos ad obtinendum super hoc consensum nostrum non solum importune instantibus, sed infeste. | Multisque interiectis subijcit:] Sicque humiliato spiritu oculos in excelsa leuantes ad cæli terræque factorem, a quo auxilium procedere confitetur veraciter eximius prophetarum; sub ipsius spe onus iniunctum, electioni præmissæ consentiendo, cum multo timore ac tremore subiuimus, de insufficientia nostra nimis, nihil vero de sua omnipotentia hæsitantes; sed apud ipsum deuotis supplicationibus insistentes, vt sicut memorato bellorum Dei belligero, in manu ipsius eiusdem Israelitici populi salute directa, optatum de hostibus tunc imminentibus dedit euentum; sic & in manibus nostris gregis sui, curæ nostræ commissi, salutem dirigat; & de dictarum Ecclesiæ, fidei terræque persecutoribus votiuum exitum sua pietate concedat, vt vertantur impij, & conuerti ad Dominum impij amplius non existant, de persecutoribus prosecutores effecti, Excelsi eos dextera immutante, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum* VIII. *kal. iunij pontificatus nostri anno* I.

22. &c. Misit ad nouum Pontificem Rodulphus Romanorum Rex cum literis a oratores suos, qui ab eo flagitarent, vt diem pro accipiendis imperij ornamentis constitueret: alijs autem literis, quibus Honorio de adepta omnium augustissima dignitate gratulabatur, pollicitus est se heredum Caroli Siciliæ Regis causam suscepturum, ob quam egregiam erga Ecclesiam voluntatem Pontifex grates egit b, ipsumque monuit, ne grauius ferret nonnullas decimas in Leodiensi, Metensi, Virdunensi, & Basiliensi episcopatibus esse concessas Philippo Francorum Regi, cum ille pro tuenda Ecclesiæ causa in Petrum Aragonium expeditionem suscepisset.

23 Quod ad Philippi in Aragoniam expeditionem conectam attinet, consentiunt auctores magno ipsum apparatu ac terrore bellum in Aragoniam mouisse, de quo hæc Iordanus c: *Eodem anno Rex Franciæ exercitum maximum parat, & vadit ad occupandum regnum Aragonum; propter quod Petrus Rex de Siciliæ in Aragoniam transijt. Legatus autem, qui tunc in Francia erat, crucem prædicans contra Aragonensem, & Catalanum, venit Perpinianum; & inde, fauente Rege Maioricarum, siue ex timore damni sui, siue ex amore, quia cognitus ei erat, transyt montes Pyrenæos.* Fauisse Iacobum Balearem Regem Philippo consensit Nangius d, ostenduntque pontificiæ literæ, illum Ecclesiæ partes aduersus fratrem secutum: a quo cum sibi timeret, ad muniendas arces in Aragoniæ limite sitas triennales decimas a Pontifice obtinuit. Addit Iordanus: *Quædam militia*, nimirum Gallicæ, *pars descendit in vallem Catholonia, quæ ebrium habuit Regem Aragonum cum sua militia; & cum pugnassent, multi vtrinque ceciderunt. Ibi quoque Rex Aragonum vulneratur, de quo vulnere tandem moritur.* Refert Ioannes Villanus e o funesto casu, dum vna cum meretrice impudice versabatur, nonnum curatis vulneribus apertisque, ebullientis sanguinis vi intelici morte occubuisse. Id etiam a nonnullis traditum scribit S. Antoninus f; non tamen eius rei meminere scriptores Hispani, quamquam Mariana a conscientiæ grauioribus aculeis ob censuras contractas extimulatum indicat, subditque: *Tametsi ea etiam religione a Tarraconensi præsule procuratus est sub mortem ecclesiæ Romanæ, cui parere recusarat, obedientiam conceptis verbis iurauit. Corpus ad S. Crucis cœnobium quod vicinis locis est sepultum. Filios reliquit Alfonsum natu maximum, quem paterni imperij heredem testamento dixit (de Sicilia regno mentio nulla) præterea Iacobum, Fridericum, Petrum.*

a *Marian. de reb. Hisp. l. 14. c. 9.*

24 At Aragonij Regis mortem celarunt, ne illius fama ad Gallos emanaret, territique populi victoris iugum acciperent, vt tradat Nangius b nuncium illius ad Gallos non peruenisse, etiam cum Gerundenses commeatus inopia adacti se Gallis dedidissent. In ea porro obsidione, quæ interitum meriem ducta est, ex aeris grauitate, atque ex putrescentium equorum fœtore exorta pestis in Gallorum exercitu grassata est; auctam vero scribit Mariana c ob violatum S. Narcisi sepulchrum & direpta donaria; ereptumque Gallorum ducibus consilium adeo, vt partem classis, quam conduxerant, ob nimios sumptus dimiserint, nec aliam vt par erat instruxerint. Secutam inde cladem describit Ptolemæus Lucensis d: *Rudrigus Delloria cum suis galeis nauale exercitum Regis Franciæ prope Narbonem fortiter inuadit, & omnes quasi galeas dicti Regis combussit, quia ipsas magistri curiæ propter anaritiam reliquerunt immunitas: vnde Rex Franciæ in infirmitate constitutus magnum dolorem concepit, ex quo & mors ipsius citius fuit accelerata, & si vixisset, vltionem sumpsisset de iis, qui curam habebant dicti nauigij.* Consentit Ptolemæo Iordanus e.

b *Nang. ubi sup.*

Pestis orta in Gallico exercitu, & quam ob causam.

c *Marian. de reb. Hisp. l. 14. c. 10.*

Imprudenter Galli partè classis dimittunt.

d *Ptol. Luc. l. 24. hist. eccl. c. 17*

e *Iord. in vit. Vatsign. n. 2960.*

25 Aduerso illo casu perculsus Philippus, cum in dies difficiliora fore præuideret, nec tam classis ad commeatus inferendos sui peteret, in Tholosanam prouinciam regredi decreuit, atque ex cæli inclemerie, aduersisque rebus concepto animi mœrore morbo implicitus adeo debilitatus est viribus, vt inlidere equo non posset. Recedenti tamen Pyrenæorum occupauere obuij Aragonij, vique iter aperiendum fuit: vbi post atrocissimum prælium, pugnabant enim Galli pro Regis sui libertate, qui lectica vehebatur, propulsari Aragonij; sed magno cruore stetit victoria, amissisque impedimentorum pars. Progressio Perpinianum magnis laboribus exercitu, Philippus perceptis (vt ait Nangius f) ecclesiasticis sacramentis obijt, suique ingens omnibus Gallis desiderium reliquit. Luxit illius, vt fortissimi Ecclesiæ defensoris, mortem Pontifex, cunctisque sacra indulgentiarum præmia proposuit, qui pro illius anima e flammis expiatorijs liberanda preces funderent, quo argumento ad totius orbis Christiani fideles literas sequenti anno misit g.

Philippus eius nominis maior natu filius ob oris elegantiam atque egregiam membrorum conformationem Pulcher dictus, Galliarum, & Nauarræ Ioannæ vxoris iure Rex sceptrum accepit. Quibus enarratis Nangius historiæ suæ finem adiecit.

E corporis animique agritudine obit.

f *Nang. ubi sup. & alij.*

Succedit illi Philippus filius Nauarræ Rex.

g *Lib. 2. ep. 94.*

26. &c. Afflictæ admodum Regis Francorum morte sunt Neapolitanæ res, quæ dum ille in Catalonia bellum gerebat, sese efferebant: plures enim Siculi victoris signa mox secuti, auditis Philippi in Aragoniam irruptionis rumoribus, ad officium reuersi sunt, quos Honorius censuris, quibus deuincti erant, a Gerardo episcopo Sabinensi Apostolicæ sedis legato absolui iussit h.

Siculorum rerum status.

h *Lib. 1. ep. cur. 10.*

Consultum etiam est regnicolis grauissimo iugo iam ante attritis ab Ecclesiæ hostibus intensissimis Friderico II. & Conrado ac Manfredo filijs, cum

a *Ext. in arce S. Ang. & in lib. pri mil. Rr. eccl. m. 2 pag. 341. & in collect. Iur. inscr. Sac. IV. edita Romæ pag. 184 aliq. in vol. Vat. sign. Int. 8. n. 22. pag. 33. & D. pag. 1.*

Pollicetur Caroli II. causam in Petrum Arag. suscepturum.

b *Iord. ep. cur 9.*

Philippus Franc. Rex bellum infert Arag.

c *Iord. m. s. Vat. sign. n. 2960. Ptol. Luc. hist. eccl. m. s. l. 24. c. 14. & alij*

d *Nang. in gest. Philip. Regis Sarm. in annal. l. 4. c. 71. & alij*

Rex Balearibus adhæret.

Caute ab Aragonija & Catalania celatur

e *Io Vill. l. 7. c. 100.*

f *S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 3. § 9. & alij*

Carolus primus vtriusque Siciliæ Rex impoſita onera nondum ſuſtuliſſet, nec reſtituiſſet libertates, quæ Guillelmi II. Siciliæ Regis temporibus vigerant, vt Clementem IV. inter & ipſum conuentum erat, cum Siculum regnum apoſtolica liberalitate iureque fiduciario traditum eſt. Ipſos itaque Siculos citeriores Honorius IV. ſummus Pontifex a durioribus oneribus in priſtinam libertatem aſſeruit a, datis æquiſſimis legibus, quarum hæ principes fuere, vt Regi cum hoſtis propulſandus eſt, liceat vectigal imponere clientibus ſuis, vel ad redimendam a ſeruitute regiam perſonam, vel ad ſumptus in conferendo principi regiæ familiæ baltheo militari tolerandos, vel ad dotem regiæ virgini nubili conſtituendam; conceſſum ſingulis Regibus, vt nouum monetæ genus ſemel tantum conflare liceat: in homicidijs clandeſtinis temperata legum acerbitas, de fontibus ita plectendis inquirendiſque; vt inſontes ea pœna non inuoluantur; vt naues ſumptu regio non priuatorum extruantur cum claſſis comparanda eſt: deſignatæ certo numero arces, quæ ad tuendam publicam quietem publico ſumptu reficiendæ ac muniendæ ſint: deque præſidijs militaribus imponendis cautum eſt a Pontifice ne populus ab ijs grauetur; ſancita publici commercij libertas; decretumque naufragis reſtituenda bona; coercita quoque regiorum ſtipendiariorum licentia; ne hoſpites tyrannide premant, vetiti regio nomine intercipi vel abripi neceſſarij ad vitam commeatus: impedita antea matrimoniorum libertas reſtituta: cauſæ inter fiſcum & priuates vertendæ, ſententia iuſta dirimi iuſſæ: ſublata præfectorum arcium onera: animalia regio nomine capi & auerti prohibita: monitus Rex Siculus, vt paſſis iniuriam liberum aditum ad eam exponendam præbeat: imperatum vt clientelam prolis a proceribus morientibus relictæ ſuſcipiant, tum quæ ſucceſſionis ratio in bonis fiduciarijs ſeruanda ſit præſcripta; noua ſeruitutis imponendæ inuenta proſcripta: facultas, conceſſa Siculis ſi opprimantur, prouocandi ad ſedem apoſtolicam, pœnæque Regibus præuaricaturis intentatæ; tum ſingulis Reges antequam regia dignitate induantur ad ſeruandas has leges obſtricti.

a Hon. l. 1. ep 92. pag 25. ext. a aut.

Lex pro Siculis data.

53. &c. Data ſunt porro mandata Gerardo epiſc. Sabinenſi Apoſtolicæ ſedis legato ab Honorio Papa b, vt eaſdem leges promulgaret in Neapolitano regno, ſeruaretque: quæ etiam imperia Roberto comiti Atrebatenſi baiulo, vt vocant, regni Siciliæ impoſita ſunt c; quæ completa fuiſſe & ad exitum perducta oportet ex litteræ ſequenti anno ad prouinciarum præſides miſſæ d, vt leges a Pontifice editas religioſiſſime colerent.

Data de ea promulganda imperia.
b Honor. l. 1 ep. 94.
Roberto regiæ Neapol. procuratori illâ obſeruari iubet.
c Reg. poſt eund. ep. 94 d Reg. Carol. II. ſign. n. 1291. fol. A. fol. 49. a tergo.

61. Violatæ poſtea non ſine graui iniuria fuere decurſu temporum indictæ ob Honorio leges ob varias rerum conuerſiones, vt queritur Summontius e. Cum enim inter alia conſtitutum ſit ab Romano Pontifice, non exigenda niſi certis de cauſis confueris vetuſtis temporibus, dum Guillelmi II. ius florebat, a Siculis vectigalia, exhauſtum ſæpius impune adminiſtrorum culpa populorum ſanguinem luget auctor f.

Vt fuerint ob varias conuerſiones temporatæ Honorij leges.
e Summont. hiſt. Neap. l. 3.
f Id. ibid.

62. &c. Cæterum Honorius ad pelliciendos ad officium Siciliæ inſulanos, alioſque rebelles, edixit g ſuperioris ſanctionis beneficio priuandos, ni quamprimum excuſſo Aragonio iugo in Caroli poſterorum fidem & clientelam redirent. Tum nonnullas leges a Carolo Salernitano principe Siculi regni herede latas ad eccleſiaſticum ius aſſerendum promulgatas confirmauit h: quæ a nobis antea ſuo loco indicatæ fuerunt. Præterea præficiendorum eccleſijs cathedralibus in regno paſtorum curam ſedi Apoſtolicæ, flagrante bello Siculo, reſeruauit i, ne a Caroli voluntate alieni ad dignitates eccleſiaſticas irreperet,

Beneficij conſtitutionis beneficio priuati.
g Hon. l. 1. ep. 96.
Perduelles Honorius per conſtitutionis
h Ib. p. 93.
Epiſcopatum ſeruis in Sicilia promiſſo reſeruata ſedi Apoſt.
i Eod. lib. ep. cur. 23.

67 Grauiſſime quoque in Inſubria violata erat eccleſiaſtica dignitas in Terdonenſi epiſcopo, qui ex inuidijs a facinoroſis hominibus necatus fuerat, culpa Guillelmi marchionis Montiſferrati, qui Terdonam expugnarat; Quibus auditis Honorius, hanc Conſtantienſi epiſcopo & Dominicanæ familiæ in Inſubria præfecto mandata dedit, vt veniam flagitanti has pœnas infligerent a.

Terdonæ Montiſferrati marchione impetu capta.
a Lib. 1. ep. 224.

68 *Honorius, &c.* Inter alia ſpecialiter imponatis eidem, quod dictus marchio a loco, in quo dictus epiſcopus captus extitit, vſque ad eccleſiam Terdonenſem, nudis pedibus, & a portis Vercellenſis, & Iporiensis, ac Albanenſis ciuitatum vſque ad cathedrales eccleſias ciuitatum ipſarum, pedes, nullum veſtimentum ſuper tunicam ferens, & capite diſcooperto, publice ac patenter accedat, ipſumque marchionem & poſteritatem ſuam auctoritate noſtra priuare curetis omni iure patronatus, vel alio & feudo, ac locationibus emphyteuticis & alijs, quæ ab ipſa Terdonenſi tenent eccleſia; ita quod ad eandem Terdonenſem eccleſiam libere deuoluantur; ac reddatis eadem auctoritate poſteritatem ipſam vſque ad quartam generationem inhabilem ad obtinendum eccleſiaſticum beneficium in dicta eccleſia Terdonenſi. Prælato quoque marchioni diſtricte præcipiatis, quod caſtra, poſſeſſiones, & terras ad prædictam eccleſiam Terdonenſem ſpectantia, quæ detinet occupata, eidem eccleſiæ integre reſtituere ſine qualibet difficultate procuret. Poſt hæc petitum abſolutionis beneficium iuxta formam Eccleſiæ hac vice auctoritate noſtra impendatis eidem, ſibique imponatis diſtrictius & mandetis, vt infra vnius anni ſpatium altare conſtrui faciat in dicta eccleſia Terdonenſi, & dotari de bonis ſuis, ex quorum prouentibus, duo presbyteri, quilibet eorum videlicet viginti quinque libras Gennenſes annis ſingulis percipere valeat, vt ibi continue circa ſeruitium cultus diuini morentur. Paſſagium quoque vltramarinum, vel peregrinatio..is iter ad eccleſiam S Iacobi Compoſtellani, prout & quando nos duxerimus diſponendum; & præter prædicta etiam tibi iniungatis ieiunia, orationes, & alia pia opera, prout iuxta qualitatem exceſſus animæ ſuæ ſaluti videritis expedire.

Pœnitentia publica Marchioni iniungenda.
Iuſſus marchio nudis pedibus tunica tantū amictus nonnullis in locis incedere.
Erepta Terdonēſi eccleſiæ reſtituere.
Condere altare, & quo ſacerdotia, leis dicata vectigalibus, inſtituere.

69. &c. Volumus inſuper quod marchione ipſo, vt præmittitur abſoluto, ex parte noſtra diſtricte præcipiatis eidem, quod intra annum, poſtquam excuſationes ipſæ ceſſauerint, ita quod tute poſſit apoſtolico ſe conſpectui præſentare, ad ſedem accedat eamdem mandata quæ tibi fieri contigerint, auditurus, & efficaciter impleturus. Quod ſi non fecerit ea, quæ ſuper conſtructione & dote altaris, vltramarino paſſagio, vel peregrinatione, & perſonali aduentu ad præfatam ſedem ſibi, vt præmittitur, duxeritis iniungenda, volumus vt ex tunc eo ipſo in eandem ſententiam, a qua ipſum abſolueritis reducatis eundem: ita quod, ſicut prius, pœnis, & pœnitentijs ſubiaceat iniungendis, niſi ſuper ijs ei per eandem ſedem aliter conſulatur. Per hæc autem, quæ dicto marchioni, non requirenti iudicium, ſed humiliter imploranti miſericordiam pœnitentiæ ſaluatoris, impoſui mandamus, ſecularibus principibus vel perſonis non adimimus facultatem vtendi, prout iuſtitia ſuadebit, contra ipſum legibus, quas aduerſus ſacrilegos catholici principes ediderunt. *Dat. Romæ apud S. Sabinam* XIII. *kal. ianuarij anno* 1.

Conſtituēdo tempore ad ſedē Apoſt. accedere.
Spernenti imperia obiecta pœna.

73 In Pannonia hoc anno, vt ſcribit Ioannes Longinus b Cumani acceptæ cladis vlciſcendæ cupiditate incenſi, Tartaros excitere: qui tanta multitudine ſe in Hungaricum regnum intudere, vt Ladiſlaus

b Long. l. 7. Card. Ben. in notis ad. fol. 487.

Cumani Tartaros in Hungariam euocant.

Ladislaus ob libidinem iusta clade sturi eus.

Tartarorũ exercitus peste absumptus.

Homines animalium inopia bigas trahere coacti.

Vvaldemarus Rex Suecie ob intemperiã regno orbatus.

ad an. Christ. 1277. n. 63.

Coniectus ad reprimẽda illius vitia in carcerem.

b Ex. apud Magnum hist. l. 20. c. 5.

Ibid. lib. c. 6.

Instituti in Sardinia censores fidei.

c Lib. 1. ep. 259.

Ægidius Romanus sua scripta reuocat.

d Ib. ep. 33.

Ægidij elogium.

e Bibl. SS. l. 6.

f Card. Bel. de script. eccl. ad an. 1200

Tartarorũ Imp. & Argon. Christianos Reges ad cõpungendas contra Saracenos vires solicitant.

stius dimicare cum illis perhorruerit. Graſſati itaque ferro, flamma, rapinis barbari furori frena libere laxauere, indeque in Conſtantinopolitani imperij terras irrupere, eaſque pariter vaſtauerunt. Meruit ſane Ladislaus diuina virga percuti, qui toties monitus turpiſſimam vitam non emendarat; eademque poena inuoluti Hungari, qui eius exemplo imbiberant mores Cumanorum, quos iuſte ſeruiſſimos carnifices ſenſerunt. Miſertus vero eſt populi Chriſtiani Deus, nec diu in ira miſericordias ſuas continuit: peſte enim atroci percuſſit Tartaros, adeo vt multis eorum millibus abſumptis, reliqui ex Hungaria ſe ſubduxerint. Cæterum in tantam inopiam ac vaſtitatem infelix terra redacta eſt, vt homines iumentorum inſtar aratra & bigas trahere cogerentur.

74 Grauem etiam poenam impudicitiæ ſuæ tulit Vvaldemarus Suetiæ Gotiæque Rex, qui non modo antea exutus fuerat regno Sueonum, quod in ipſius fratrem Magnum, vt ſupra vidimus [a], tructum eſt; ſed cum noua conſilia ad ſceptrum amiſſum recuperandum moliretur, atque mulierculorum amores inſanos perditiſſime ſectaretur, ab ordinum conuentu carceris poena damnatus eſt. Addit Ioannes Magnus [b] de Sueco Rege: *Magnus, habitis his literis a toto regni senatu, non ſtatim fratrem cuſtodiæ mancipauit: ſed in tertium annum, ſi forte mores ſuos emendaret, expectandum putauit.*

75 At de poenis impudicis a Deo hominibuſque irrogatis hæc ſufficerint: nunc quid in hæreſeos ſcelus a Romano Pontifice ſtatutum ſit, intueamur. Confluxerat hiſce temporibus magna hæreticorum in Sardiniam illuuies: cum enim nullus in ea inſula fidei cenſor eſſet, ex alijs regionibus depulſi viri impij, tuto ibi indulgere ſceleri poſſe arbitrati, illuc ſe contulerant: ſed ea re animaduerſa Honorius, inquirendi prouinciam in illos Minoritis dedit [c].

76 Addactus in ſuſpicionem a Pariſienſibus doctoribus Ægidius Auguſtinianæ familiæ inſignis theologus, ipſum non recte de nonnullis ſentire, poſt varias concertationes ad ſubſellia apoſtolica accerſitus Chriſtiana demiſſione Pontificio decreto ſe ſuaque ſcripta ſubmiſit. Iuſſus itaque eſt Pariſijs ea reuocare, quæ Sorbonicos magiſtros offenderant, atque a Stephano epiſcopo fuerant damnata, quæ vt in celeberrimo conuentu fierent, Honorius imperauit [d].

77. &c. Chriſtianæ demiſſionis Ægidius exemplum præbuit, ac Romanæ eccleſiæ doctrinæ pie adhæſit. Comuncta itaque virtutis & ſcientiæ laude, in dies efflorescens, ad Bituricenſem archiepiſcopatum eſt euectus: cuius elogium Sixtus [e] Senenſis paucis verbis perſtrinxit: *Ægidius archiepiſcopus Bituricenſis, patria Romanus, ex illuſtri familia Columna, prior quondam generalis ordinis Eremitarum, D. Thomæ Aquinatis diſcipulus, vir in diuinis ſcripturis eruditiſsimus, & in philoſophia Ariſtotelica nulli ſuo tempore ſecundus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, et ob doctrinæ conſtantiam. Fundatiſsimi cognomen adeptus. Scripſit in ſacras literas multas egregias explanationes, de quibus ferunturs. In Hexameron libri duo, etc.* Percenſet illius opera, de quibus Cardinalis Bellarminus [f], qui ipſius inter doctores eccleſiaſticos meminit magna cum laude. At de eo hactenus; nunc ad Syriacas res nos conferimus.

Egregia per id tempus euertendæ Saracenorum potentiæ ſe offerebat occaſio, antequam illi reliquias Chriſtiani nominis abſorberent, niſi mutuæ diſſenſiones, Siculorum rebellio, ac Petri Aragonij perfidia occidentem turbaſſent. Tartarorum enim in Scythia Imperator, & Argon in Perſide Rex hoc anno ad ſummum Pontificem, Francorum & Siciliæ Reges (nondum enim Caroli mortis nuntius ad eos peruenerat) ſcripſere, vt cum ipſis vires coniungerent, & ex parte vna Ægyptum ipſi inuaderent; ſe ex aduerſa copias ducturos: atque ita facili negotio Saracenos debellatum iri: ſummum Can Chriſtianis ſacris imbutum eſſe, atque exoptare vt ſuperſtitio Mahumetica deleretur, ac religio Chriſtiana efflorescere. Hunc Aytonus Changium Can appellat [a]: de quo ad imperium Tartaricum e fabro ferrario diuinitus erecto plura narrat Aytonus, ac promulgatam a nouo Imperatore hanc primam ſanctionem: *Primum*, inquit, *præceptum fuit, quod Tartari omnes crederent & obedirent Deo immortali, cuius nuncadeptus fuerat imperatoriam dignitatem: & hoc mandatum Tartari tenuerunt, & ex tunc cœperunt nomen Dei immortalis inuocare, & vſque hodie in omnibus eorum operibus Tartari inuocant nomen Domini; atque ita harum literarum exordium eſt: In Chriſti nomine Amen.*

Faber Tartarici Imperii conditor.

a Ayto. hiſt. Orient. c. 16.

Primum illius mandatum de colendo Numine.

82. &c. Migrauit hoc anno e rebus humanis ad immortalitatem B. Philippus Seruita, qui [b] Lutetia, vbi medicæ rei operam dederat, in patriam reuerſus, cum auguſtiſſimo miſſæ ſacrificio intereſſet, vbi ex actis Apoſtolorum hæc verba legi audiuit: *Philippe accede, & adiunge te ad currum iſtum*: in ecſtaſim raptus, in curru aureo beatiſſimam Virginem inſidentem ac ſibi pulli colonis monumenta porrigentem ſuſpexit: ac nocte inſequenti Seruitis ſe aggregare ab eadem Virgine iuſſus eſt. Edidit plura miracula, tum in Italia, tum in Germania, vbi ingentem animarum meſſem Chriſto collegit, longeque maioribus poſt mortem prodigijs effloruit: quare Leo X. vt de illo canonicas preces ſub ritu duplici x. kalend. ſeptembris perſolueremur, ſeruitis conceſſit.

B. Philippi Seruitæ pia mors.

b Ferar. die 18. aug. ex actis m. ſ.

Diuinitus ad vitam religioſam pellectus.

A Leone X. Beati nomine decoratus.

IESV CHRISTI
Annus 1286.

Indict. 14.

HONORII PP. IV. annus 2. RODVLPHI ROM. REG. 14. ANDRONICI IMP. ORIEN. 3.

1. &c. HOnorius, a quo Rodulphus, vt anno ſuperiori vidimus, imperij coronam flagitarat, iuſtis eius votis morem gerere decreuit: atque ad accipienda ornamenta imperatoria in baſilica S. Petri diem purificationi B. Virginis ſacrum conſtituit [c], ac ſi noua aliqua difficultas emergeret conſilio Ioannis Tuſculani epiſcopi Cardinalis, quem ipſius rogatu in Germaniam legabat, componendam: hortatus vero eſt Rodulphum, vt qua par erat pompa & apparatu ad celebritatis augendam maieſtatem ſe compararet.

Rodulphus ad imperiale inſigne accipiendum excitus ab Honorio

c Hon. l. 2. ep. 54.

8 In Trinacria Iacobus Siculam coronam, quam Alfonſus maior natu frater Gallico diſtractus bello, inque Aragonia contra Carolum Valeſium, quem a Martino IV. creatum Regem vidimus, defendunda curis implicitus tueri non poterat, corripuit [d]; de quo rerum Sicularum anonymus auctor hæc tradit [e]: *Anno ab incarnatione Domini* MCCLXXXVI. *in die purificationis Virginis conuenientibus ex propoſito maioribus, & ſyndicis omnium Siculorum, Iacobus filius Petri Regis Aragonum vigore teſtamenti genitoris ſui*, iniqui nimirum conſilique, *in Regem Siciliæ coronatur.* At Honorius in Iacobum ob ſuſceptam Siculam coronam, quæ iure ad Carolum pertinebat, decretoria anathematis ſententiam tulit, ac Siciliæ inſulam

Iacobus in Sicilia regia inſignia mutuat.

d Sanut. hiſt. l. 3. c. 5. alij.

e Ad ſummit Vbalde reb. Siculis pag. 58.

fitam & alia loca ad quæ accederet eccleſiaſtico interdicto ſubiecit.

a Hon. l. 2. ep. cur. 10. Epiſcopi, qui regia illum inunctione aſſecerant, poſtui ſi indicio.

9 Sprouere omnes e pontificia imperia; Iacobus enim non modo arreptos regios honores abijcere detrectauit, ſed ad firmandum ſolium ac tyrannidem proferendam Neapolitanum regnum bello concuſſit: nec Cephaludenſis & Neucaſtrenſis epiſcopi qui regia illum corona cinxerant, ad tribunal apoſtolicum accerſiti comparuerunt. Obfirmatos itaque in pertinacia, appetente dedicationis baſilicæ Principis Apoſtolorum celebritate, Honorius eos intentatas contraxiſſe pœnas promulgauit, atque hiſce cenſuris percuſſit *b*: *Cum Iacobus, tanquam ad alias nefarias, & opere deteſtando diſpoſitus, quin potius ad malorum profunda feſtinans, culpas culpis adijceret, & præſumptiones præſumptionibus conſeruet; ac dolos, fraudes, & iniquitates varias & diuerſas exerceat, poſſeſſiones inſulæ dictæ Siciliæ, partemque alteram dicti regni temerarijs conatibus impugnando; tum propter hos ac alias nequitias prauitates multiplices, auctamque ipſius contumaciam denuntiamus vinculo excommunicationis innexum: ac proceſſum huiuſmodi per nos contra eum & Conſtantiam, Siculos, aliaſque prædictos habitum approbamus, ratificamus, & etiam confirmamus, rebellionis eum auctoritate apoſtolica innodantes.* Et infra: *Cephaludenſem autem & Neucaſtrenſem, ac alios epiſcopos, & prælatos, qui eiuſdem Iacobi vnctioni & coronationi, vel veriùs execrationi præſumpſerunt perſonaliter intereſſe, quique citati, ſicut præmittitur, comparere coram nobis in prædicto termino vel poſt ipſum etiam contumaciter non curarunt, excommunicamus, ab adminiſtratione ſpiritualium, & temporalium ſuſpendentes &c.* Conſtituit iterum diem, qua canitur *Lætare Ieruſalem*, ad crimen purgandum: ac ſi indicium declinarint epiſcopali munere denuntiat exauctorandos: *Actum in Vrbe in prædicta eccleſia S. Sabinæ in die dedicationis baſilicæ Principis Apoſtolorum, pontificatus noſtri anno 11.*

b Eod. ſup. Ob contumaciam anathemate percuſſi

c Iord. m.ſ. Vat. fig. n. 1960. Baleares ſubactæ ab Alfonſo.

Superiora paucis complectitur Iordanus *c* his verbis: *Iacobus frater eius cum matre in Siciliam iuit. Honorius autem Papa ſententiam Martini contra Petrum, contra filios renouauit. Alfonſus vero contra Regem Maioricarum patruum ſuum, qui cum Eccleſia ſe tenebat, inſurrexit, & terras aliquas occupauit.* Inuectum claſſe ineunte hoc anno Alfonſum Iacobi fratrem e maiori Baleari inſula, quam ſuperiori anno ſubegerat, in Ebuſum, arcemque armis ſeptam compuliſſe ad deditionem; ac dein Cæſarauguſtæ regij honoris inſignia ſumpſiſſe, tradit Surita *d*.

d Surit. in Ind. l. 2. Ital. annal. l. 4. c. 24. & 26. & alij. Alfonſus Aragoni pontificias ſententias declinare nititur.

10. 11 Non tantam vero ac Iacobus in contemnendis iuſſis pontificijs contumaciam præ ſe tulit Alfonſus ipſe, illius frater maior natu, ad retinenda Aragoniæ & Valentiæ ſceptra, quæ a parente Petro, Martini IV. ſententia regia dignitate exuto, acceperat: veritus enim, ne apoſtolicarum cenſurarum religio, potentiæque Gallicæ terror populos moueret ad Caroli Valeſij, in quem Aragonij & Valentini regnorum, tum Barchinonenſis comitatus iura transfuſa erant, partes amplectendas, delmiendum Pontificem cenſuit, vt concuſſum ſuperiori bello ſolium confirmaret. Veniam igitur per literas deprecatus, ſi mox a paterno obitu oratores ad ſedem Apoſtolicam non miſiſſet, eoſque venturos eſt pollicitus. At Honorius recurrente cœnæ dominicæ die, qua impios homines ſacris interdicere publice conſueuere Romani Pontifices, ea obſequij ſpecie retardatus, edictum promulgauit *e*, quo iudiciariam in eum actionem ad feſtum dominicæ aſcenſionis diſtulit.

e Lib. 1. ep. cur. 18.

12 Illuxerat dominicæ aſcenſionis dies, necdum Alfonſi oratores ad aulam pontificum peruenerant; ſed cum iter aggreſſos fama eſſet, ac nonnullis iuſtis impedimentis implicitos teneri, ferendæ ſententiæ tempus iterum extraxit *a*. Veniſſe demum illos ad ſedem Apoſtolicam, oſtendit tradita ab Honorio publicæ fidei ſyngrapha *b*, qua reuerſuris ab aula pontificia liberos aditus aperiri in Aragoniam iuſſit. Haud tamen excuſationes Alfonſi in tuendo paterno regno, cuius iura edicto pontificio in Carolum Valeſium tradicta erant, admiſſæ: data enim Ioanni tit. S. Cæciliæ presbytero Cardinali prouincia *c*, vt ad Carolum in poſſeſſionem regni Aragonij, iure honorario ipſi ab Apoſtolica ſede tradiri, inducendum, eccleſiaſticos, qui Alfonſo ſtuderent, ſacrorum vſu ſacerdotiorumque veſtigalibus priuaret.

Impeditis oratoribus ferendæ ſententiæ diem iterũ extrahit.

a Lib. 2. ep. cur. 2.

b Ib. ep. 43. 44.

c Lib. 1. ep. 389.

13. &c. Dum Alfonſum inter & Carolum Valeſium de Aragoniæ regno certabatur, Eduardus Anglorum Rex pacis ineundæ interpres acceſſit, tum ob iura ſanguinis (ipſe & Carolus ſororum filij erant) tum vt parata Europa Syriacæ profectioni rurſus ſe compararet, vt narrant Ptolemæus Lucenſis *d*, & Iordanus *e*. Quæ autem poſt hæc ſint ſecuta, dicetur ſuo loco.

Eduardus Alfonſum & Caroli de regno Aragonio certantes conciliare meditatur.

d Ptol. Luc. hiſt. eccl. l. 24 c. 25.

e Iord. m.ſ. Vat. fig. n. 1960.

16. &c. Hoc anno, admiſſis iam in Eccleſiæ gratiam ab Honorio Venetis, cum ij pœnis grauioribus illos mulctaſſent, qui arma pro Eccleſia & Carolo geſſerant, vt illius legis reos, qua ſenatuconſulto cautum erat, ne quis inſcia republica exterorum principum caſtra ſequeretur, Pontifex, qui iam ſacrorum vſum ipſis certis legibus reſtitui iuſſerat, re ob nonnullas difficultates exorta, repetitis imperijs epiſcopo Caſtellano diſſoluendi interdicti authoritatem contulit ſ eo pacto, vt in legum codicem referrent, ſuperius ſenatuſconſultum aduerſus Eccleſiam & Carolum conditum non fuiſſe; ac pœnas ijs irrogatas, qui pro Eccleſia vel Carolo ſtipendia temere inconſulto fecerant, reſcinderent, pristinisque reſtituerent iuribus.

Veneti ob ſua cauſa ijſdem impliciti.

f Lib. 1. ep. 311.

19 Adiungendum hic videtur, Eccleſiæ pertinaciſſimum perſecutorem, Guidonem nimirum comitem Montisferetri in ipſius fidem ac poteſtatem eſſe reuerſum, veniamque flagitiorum ſuorum deprecatum *g*. Cum enim, ad Flaminiam occupandam, multum ſanguinis humani fudiſſet, innumeraque alia patraſſet ſcelera; iamque conuerſa rerum alea Faentiam & Ceruiam, quæ ſedi Apoſtolicæ conciliatæ erant, amiſiſſet, ſiue in deſperationem rerum meliorum adductus, ſiue violatæ toties Eccleſiæ maieſtatis pœnitens, Pontifici ſe ſubmiſit: qui ipſum in Pedemontem, ne turbas nouas excitaret, amandauit, atque duos ipſius filios obſides accepit: ita vniuerſa Flaminia pontificijs obſequijs ſe addixit, cui Honorius Guillelmum Durantium præfecit *h*.

Guido omnes Montisferetri ad Eccleſiæ obſequium reuocatus.

g Iachet. Maleſp. c. 227. 228. Io. Vill. l. 7. c. 107. S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 5. ante n. 1. & alij.

Romaniola aſſerta Eccleſiæ.

Henricus olim ſenator veniã poſcit ſcelerum.

h Lib. 1. ep. 297.

20 Admiſſus pariter in gratiam eſt Henricus Ferdinandi olim Regi Caſtellæ filius, cum illius ferocia diuturnis incommodis perdomita eſſet; veniamque præteritorum criminum factæ cum Conradino aduerſus Carolum conſpirationis, læſi iuris pontificij, expilatarumque eccleſiarum ſupplex depoſceret: datæque partes fuere Gerardo Cardinali legato *i*, vt reſipiſcentem eccleſiaſtica pœna pro expiando flagitio afficeret, eumque ad ſarcienda damna adigeret.

ib. ep. 315. Gadicẽſis epiſc. Ferdinandi olim principis filios liberat e Sanctij manibus.

i Lib. 2. ep. 358.

21 Motus etiam eſt Honorius miſericordia in Sugerium Gadicenſem epiſcopum, qui ob impenſam operam ad liberandos filios Ferdinandi maioris natu fratris Sanctij regnantis, in exilium pulſus fuerat; precibuſque Regis Francorum adductus Ioanni Cardinali legato manus iniecit *k*, vt ei quoſdam in nonnullis Galliarum monaſterijs prouentus ad trienniũ attribueret: illumque veſtigalibus eccleſiaſticis in Gallia ſuſtentari iuſſit donec eccleſiæ ſuæ tuiſſet reſtitutus. Relicti fuerant ij principes Alfonſus & Ferdinan-

dinandus, quorum saluti Sugerius episcopus consuluerat, substituti inter se relicti regni Castellani heredes ab auo Alfonso Rege, cuius mortem superiori anno ex Hispanicis annalibus conigisse tradit Mariana, illiusque elogium his verbis affert a.

a Marian. de reb. Hisp. l. 14. c. 7.

Alfonsi Regis Castellæ mors.

Hispali, inquit, *ex morbo defunctus est paenitentia atque Eucharistia de more procuratus ad* XI. *kal. maij, vt quidam tradunt. Certe salutis anno* MCCLXXXIV. *superiori nouembri mense testamentum mutuparat, in quo Alfonsum & Ferdinandum nepotes, inter se substitutos, regni heredes nominauit; & vtroque sine prole defuncto Philippum Galliæ Regem ad priores Castellæ Reges maternum genus referentem. De filis atque fratribus mentio nulla Sanctæ odio, in quem Francorum vires eo testamento mouebantur. Ioanni tamen filio sub mortem Hispalim & Pacem Augustam eo expetente, Iacobo Murciam legauit, vtriusque Regis nomine, sed vt Castellæ Regum beneficiarijs. In Calvaria monte cor sepeliri mandauit, loci religione sanctitateque adductus. Corpus Hispali sepultum est propè patris & matris sepulchra impensa monumenti non maxima neque necessaria, quoniam vita meruerat, vt duraret effetque immortale nomen. Maximus & prudentissimus Rex, si sibi sapere didicisset; felixque, nisi sub vitæ exitum multis calamitatibus esset vexatus, atque praclaras animi & corporis dotes anaritia, feritas, atque impotens dominatus fudassent. Primus Hispaniæ Regum vendendi itaque paciscendi vulgari Hispanorum lingua potestatem concessit, eius lingua nimirum, qua rudior erat, excolenda locupletandaque studio. Sacros bibliorum libros in maternam linguam vertendos curauit. Ex eo tempore in regijs diplomatibus, ac publicis tabulis Latina lingua, cuius antea vsus erat, desijt vsurpari: vnde paulatim litterarum ignoratio in nostram gentem, atque vtrumque ordinem inuasit.*

Cor in Calvariæ monte sepeliri iubet.

Latinæ linguæ vsum in re forensi primus abrogauit.

22. 23 Quod ad Blancham Alfonsi nurum, Ferdinandi maioris natu filij viduam, & Francorum Regis Philippi amitam attinet; ea erat S. Ludouici filia, quæ cum nuncium mundo, cuius spes infidas ac promissa fallacia etiam in conditione florentissima experta erat, remittere, seque monasterio includere decreuisset, Pontifex sacrum illius consilium collaudauit b.

Blanca S. Ludo. filia religiosæ vitæ se ad dicere meditatur.

b Lib. 2. ep. 140.

24 Conjecta est hoc anno Scotia in grauissima bellorum discrimina ob regiæ familiæ crebra funera, in primis Alexandri Scotici sceptri heredis, ac deinde Margaritæ Regi Norvvegorum nuptæ obitum. Deque miserando Alexandri mortis genere hæc refert Hector Boethius c: *In secundis*, inquit, *Alexandri nuptijs cum consuero nuptiarum more sponsus sponsam suam in thoro, subsequente magna feminarum virorumque nobilium caterua, duceret, extremus clausisse effigiei hominis mortui carne nudatis eius ossibus visa est: quam cum Rex caterique inspexissent attoniti paulum subsistentes, ac mox consternati tam malo omine ludis deinceps abstinuere.* Tradit idem auctor triste mortis genus, quo Alexander perijt: *Non sane diuturna ea fuit lætitia; nam eodem anno cum immaniter equo feroce ad Kyngorn veheretur, ac insolentius quibusdam motibus equum agitaret, ejectus in terram pronus, confracta infeliciter cervice, repente exanimatus est: sepultus vero in Dumfermelem anno regni trigesimo septimo, salutis vero humani generis supra millesimum atque ducentesimum sexto & octogesimo.* Iungendi mox Anglico Scotici sceptri cupiditate Eduardus Rex Alexandri neptem e Margarita Regina Norvvegiæ filio despondebat, cum illa vita functa supremi in Scotiam imperij specie illam subijcere meditatus est. Tum Iunices Baliolus, Robertusque Brusius, regiæ Scoticæ principes asserendi sibi regni studio atrocia bella gesserunt, de quibus pluribus inferius: nunc Anglicanas res prosequimur.

Regia Scotica funeribus plena. c Hect. Boet. Scot. hist. l. 13.

Scotiæ Rex equo deiectus cerui ceruicem allidit.

Secuta inde bella immania.

25. &c. In Anglia Iudæi in tantam audaciam prorupere, vt ob grauiora scelera, quæ magno religionis Christianæ dedecore patrabant, Honorius ad Cantuarienſem archiepiscopum, & suffraganeos scribere coactus sit d, vt ad comprimendos nefarios homines incumberent: nam relicta prophetarum lectione thalmudicæ doctrinæ impiæ operam dabant, simplices ad sabbatariam superstitionem allicichant, ac neophytos ad veterem perfidiam variis artibus corruptos reuocabant: amicitiæ etiam specie alios communionum elegantia delinitos in flagitia, contemptumque fidei Christianæ trahebant, duriſque etiam supplicijs Christianæ fidei professores afficere non perhorrescebant.

Iudæi in Anglia multa patrant flagitia. d Lib. 1. ep. 421.

28. &c. In Gallia sceptrum sustinere cœperat Philippum Audacis, vt diximus, maior natu filius eiusdem nominis, ob oris elegantiam Pulcher cognominatus, S. Ludouici nepos; cui Honorius, vt diuinam gratiam ad moderandum bene regnum conciliaret, nonnulla indulgentiarum præmia ijs, qui pro ipso ad Deum preces funderent, proposuit b. Is vero, susceptis regni insignibus, fratrem Carolum in regnum Aragoniæ, ab sede Apostolica concessum, inducere est aggressus: quocirca Honorius Ioanni Cardinali legato præcepit, vt si vtile fore putaret, arces, quas archiepiscopi, episcopi, aliique viri ecclesiastici in Aragonia obtinebant, Regi Philippo nomine præsidiario muniendas tradi iuberet, daretque operam, vt quas Martinus IV. decimas Philippo iam pro Aragonia armis comparanda attribuerat, ad quadriennium Regi nouo concederentur c.

Philippus Pulcher Rex Franc munguar.

b Lib. 1. ep. 371.

Fratrem Caroli um Regem Arag. in regni possessionem mittere meditatur. Decima illi ea de causa attributa ab Honorio. c Lib. 1. ep. 391. & 392.

32 In Dania hoc anno Ericus Rex a coniuratis ex insidijs cæsus est d, cuius sceptra Ericus filius accepit. Meminit illius cædis Magnus e archiepiscopus Vpsalensis, additque Ingeburgem Magni Regis Sueciæ filiam, Erico iuniori matrimonio iunctam, vt ea regna amicitiæ fœdera colerent; viciſſimque noui Regis sororem in Sueciam, vt Birgero paterni regni heredi nuberet, adductam. At hæc indicasse sufficerit: iam a septentrionalibus rebus ad meridionales sermonem traducamus.

Rex Danorum a coniuratis cæsus. d Chronic. Dan. l. 7. e Magnus hist. Sued. l. 20. c. 8.

33. &c. In Syria Christiani, quo perirent citius, Ierosolymitani regni reliquias laniarunt; atque Henricus Cypri Rex Ptolemaidem Carolo Siciliæ Regi eripuit; tum arcem, cui præfectus Caroli Regis cum Gallis præerat, ad deditionem compulit, vt refert Iordanus; subditque: *Ioannes Rex Cypri moritur* f, nempe anno superiori, *cui successit frater Henricus: qui* MCCLXXXVI. *intrauit Ptolemaidam cum pulchro floto, & gente recepta est: sed Hugo de Pelincin pro Rege Carolo ibi erat, & tenuit contra Regem castrum, & fecit intrare omnes, qui erant ibi ad stipendia pro Rege Franciæ, quorum erat capitaneus, exceptis paucis, qui amore Regis Henrici intrare noluerunt. Obsesso castro, quinta die Rex Henricus castrum obtinuit, & postea Tyri Rex Ierusalem coronatus est, dimisitque dominum Philippum de Ybelin annuentem sum baiulum Ptolemaidis.* Eadem a Marino Samuto referuntur.

f Iord. in fin. Vat. sign. n. 2960.

36. 37 Ad huius anni calcem congerere visum est, quæ Honorius ad religiosas familias in pristinam disciplinam reuocandas, excindendas nonnullas subnascentes sectas, quæ monastico habitu erant insignitæ, tum ad alias fouendas amplificandasque decreuerit; atque in primis: *Ordinem Carmelitarum*, inquit Ptolomæus Lucensis h, *solidauit, qui prius in concilio remanserat in suspenso. Tunc mantellos subuariatos mutauerunt in cappas albas.* His similia traduntur a Cardinale Baronio i: *Facta est*, inquit, *reformatio Carmelitarum: inter alia cappas variatas, quas portabant ex albo & nigro, in albas commutarunt.* Constitutum

g Samud. § 12. c. 19. Mucatus, Honorij iussu Carmelitarum cultus.

h Ptol. Luc. hist. eccl. mss. l. 24. c. 13.

i Baron. in not. m. s.

tutum id ab Honorio, quod varietate vestis religiosam gravitatem dedeceret, docet S. Antoninus a, subijcitque: *Eo tempore*, inquit, *cum fratres ordinis Carmelitarum deferrent habitum, qui minus convenire videbatur viris religiosis, scilicet cappam circulatam largis virgis albis, & grisei, quem habitum asserebant fuisse Heliæ prophetæ habitantis in monte Carmelo in Syria (quod tamen neque in sacra Scriptura, neque in authentica scriptura reperitur) Papa Honorius IV. propter majorem honestatem mandavit, habitum illum dimittere, & desuper cappas ex toto albas, et tunicas subtus griseas cum scapularibus assumere. Hi habuerunt initium sub quodam patriarcha Hierosolymitano, cum in Syria habitabant Christiani Hierosolymis, et in aliis multis civitatibus. Degebant autem in monte Carmelo ut eremitæ, et sub regula beati Basilij: sed Honorius III. confirmavit ordinem illum, et postmodum is Papa commisit Hugoni Cardinali ordinis Prædicatorum, ut adderet dictæ religioni quasdam constitutiones, quas in posterum observarent. Sed in processu temporis occupantibus Saracenis ex toto partes Syriæ, recedentes Carmelitæ de locis illis, dispersi per orbem in terris Christianorum ædificaverunt plurimos conventus ex eleemosynis fidelium collatis propter eorum devotam conversationem, et exemplarem. Aliqui tamen referunt, quod Soldanus Saracenorum, qui prius eos habebat in reverentia, propter Heliam prophetam, mutato habitu eis dato a Papa, in contemptum Papæ et fidelium fecit eos expelli de monte Carmelo, unde Carmelitæ dicuntur, non quod ab Helia habuerint initium.* His consentanea tradunt alij antiqui scriptores b pulsos etiã hac occasione fidei odio Carmelitas a barbaro, vt prævaricatores prophetici instituti, meminit Ioannes Villanus c: quos quidem tanta multitudine montem Carmelum incoluisse scribunt d, vt numerus ad septem millia & quingenta ascenderet, in quibus centum octoginta sacerdotio initiati forent. Cæterum de præscripta ijs religiosæ disciplinæ formula ab Alberto patriarcha Ierosolymitano, confirmataque ab Honorio III. extat pontificium diploma typis cusum e. At de Carmelitis hactenus.

a S. Antp. 3 p. tit. 20 c. 5. in princ.

E monte Carmelo ejecti.

b Ptol. Luc. vbi sup. Ip. Cypr. l. 3. c. 108. & alij de quorum pugnis bellis sac. l. 4. 5. & 17. seq.

Vbi in hac re in Hist. III sub fin. Apostolicorum ordo dissolutus ab Honor.

Vt perspecta horum virtute Honorius ipsorum res vehementer auxit, ita sectatus vestigia Gregorij X. qui in concilio Lugdunensi omnia religiosam vitam colentium sodalitia, quæ ab sede Apostolica confirmata non erant, dissolui jusserat, in mendiculos quosdam impostores, qui se Apostolicos ad immensam gloriolam aucupandam cognominabant, censuris animadvertit: cum nonnulli, maxime sub eo religioso habitu, hæresi aspersi inventi essent; præcepitque, vt ni eam vestem ponerent, conjicerentur in vincula, Christique fideles ijs eleemosynas dare vetarentur: si qui vero ex ipsis religiosæ vitæ amore tenerentur, approbaro a sede Apostolica religioso cœtui se aggregare iussit f.

f Lib. 1. ep. 306. ext in bullis Nic. V.

38 Absoluimus hunc annum felici ad æternitatem transitu g B. Ambrosij Sansedonij ordinis Prædicatorum, de quo Cardinalis Baronius in notis ad martyrologium Romanum: *migravit*, inquit, *ex hac vita anno Domini* MCCLXXXVI. *die* XX. *martij. Hunc martyrologio Romano adscribi sanctissimus Dominus noster Clemens merito præcepit*, hisce nimirum verbis: *Senis in Tuscia B. Ambrosij Senensis ordinis Prædicatorum sanctitate, prædicatione, & miraculis clari*

g Baron. in not. ad Mart. Rom. 20. mart. B. Ambrosius Sansedonius ord. Præd.

IESV CHRISTI
Annus 1287.

HONORII PP. IV. RODVLPHI ROM. REG. 15. Indict. 15.
annus 3. ANDRONICI IMP. ORIENT. 4.

1. Sic. TRadumerat adeo in flagitia mores impudicos Ladislaus Pannoniæ Rex, vt Cumanos, Tartaros, Neugerios, Saracenos in familiaritatem ascisceret, ac nil minus aberat, quam vt eorum vitijs imbutus religionem Christianam in Hungaria everteret. Nicolai itaque exemplo Honorius hæc præter alia ad ipsum scripsit a; vt vxorem regio thoro restitueret, ritusque paganorum, quos imbibisse fama erat, proscriberet; ac ni pareret, Strigoniensi archiepiscopo se provinciam dedisse, vt Hungaros ad sacra arma capienda in Saracenos, Neugerios, Cumanos, Tartaros aliosque gentiles religionis hostes, tum in omnes qui eos tuerent, concitaret. Similiterque plures Hungariæ proceres ecclesiastici & laici ad defendendum Christi nomen excitati b. Vt vero, Ladislao ob scelera pereunte, regnum Hungaricum multis laceratum bellis, demum a Ladislai a sorore pronepote regiæ Siculæ principe in splendorem pristinum fuerit restitutum, suo loco dicetur; nunc ad agitata de liberando Carolo consilia narrationem traducimus.

Lex Christiana in Hungaria periclitatur.

a Lab. 2. ep. 164.

b Reg. post annal. ep.

4. Sic. Suscepta pangendi fœderis provincia, Eduardus Anglorum Rex imposuerat iniquas adeo leges Carolo II. ac dignitati Ecclesiæ adversantes, vt constitutas pactiones Honorius ex Cardinalium consilio penitus rescinderit: quarum præcipuæ erant vt Siciliæ insula cum adiacentibus insulis, ac Tunetani regni vectigali, terrisque omnibus infra Rheginensis archiepiscopatus limites sitis Iacobo asserentur, Alfonso Aragoniæ jura redderentur, Carolus sedem Apostolicam ad ea rata habenda flecteret. aliæque adjectæ conditiones, quæ in literis c Honorij continentur.

Eduardus Rex Alionsum inter & Carolū fœdus pacisciture.

c Lib. 2. ep. cur. 47.

7 Inter hæc Robertus comes Atrebatensis regiæ Neapolitanæ procurator ad recuperandam Siciliam impetus vertit, cepitque Augustam, cumque magnam classem ad propagandam latius victoriam immitteret, Rogerius Loria Iacobi Aragonij classis præfectus obviam progressus, Gallosque incompositos adortus fudit, ac paulo post Augusta ad deditionem compulsa a Iacobo: de qua victoria hæc Iordanus d: *Galeæ regnicolarum euntes contra Siculos obviam habuerunt Rogerium de Loria, qui eas multo ingenio superavit, ubi erat comes Theatinus dictus Philippus filius comitis Flandriæ.* Captum inter ceteros proceres Guidonem Montisfortis comitem addunt Ptolemæus Lucensis e in historia ecclesiastica, Ioannes Villanus f, & S. Antoninus g: hunc vero e carcere numquam dimissum, ad ineundam ab Anglo Rege illi infestissimo gratiam; quamvis alij multo auro se redemerint, atque ita in carceris squalore interijsse, sed insigne virtutis exemplum eum dedisse nonnulli referunt h, cum nimirum in morbum rei veneræ vsu leuandum incidisset, ne se adulterio contaminaret, mortem vitæ prætulisse.

Robertus Atrebat. Siciliam recuperare tentat.

d Iord. in f. Vers. ann. 1660. Supr. annal. l. 4. c. 95.

Illius classis a Rogerio Loria profligata.

e Ptol. Luc. hist. eccl. in f. l. 24. c. 21.

f Jo. Vill. l. 7. c. 11.

g S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 5. §. 3.

8 Quod porro ad Eduardum de quo paulo ante memoratu attinet: scribit Vvestmonasteriensis i, ipsum graviori morbo implicitum, prope Burdegalam decubuisse, atque ab eo recreatum, crucem cum maxima hominum multitudine induisse: actum ab sedis Apostolicæ legato Christianorum exercitum crucesignatorum ducem creatum. At is postea lenissima ex causa devota Christo arma in Gallos convertit;

Guido de Montforti captus.

h Tho. Fanfoster. dacedes. l. 9.

Mavult mori quã fœdari adulterio. Eduardus Rex e morbo recreatus crucē indvit.

i Vv. flor. Flor. hist.

tit; atque interea Saraceni ad perdendam Syriam furorem auxere. Imminebant illi Tripoli, nobilissimæ Christianorum vrbi, in quam, Antiochia amissa, princeps regiam tradnxerat; cum Deus intentato extremo discrimine spatium peccatoribus, vt flagitia expiarent lachrymis, concessit, ac barbarorum impetus domestica clade retardauit, vt ex Iordano colligitur a: *Eodem*, inquit, *anno soldanus misit Letaratam ad recuperandum castrum, quod tenebat Sangolascar quo obtento habuit castrum Lisia. Præterea venit soldanus ad obsidendam Tripolim*: *sed interim filius eius moritur, & pra dolore desistit*. Consonat Iordano Marinus Sanutus, qui plura alia, ex quibus Syriacæ rei status perspicitur, adungit, ac inter alia Tripolitani comitis obitum, ex quo barbaris ad excindendam breui Tripolim creuit audacia: qua de re inferius; interea pontificium funus lugeamus.

a Iord. in s. Vat. sign. n. 1960. Sanut. 3. secr. fid. cruc. p. 12. c. 20.

9. 10 Absumpsit mors Honorium, magnaquæque pro gerenda bene republica Christiana cogitantem, de quo hæc Ptolemæus Lucensis b: *Anno domini* MCCLXXXVII. *Honorius moritur apud S. Sabinam, & in ecclesia beati Petri iuxta sepulchrum Nicolai III. honorifice sepelitur; quamuis cum adhuc viueret apud S. Sabinam continuum residentiam faceret, nisi infirmitate: quia tunc se Turonis cum curia transferebat. Sedit autē annis duobus et diebus aliquibus*, id est duobus, *& vacauit tunc Ecclesia a cena domini, quia tunc mortuus est Honorius, vsque ad cathedram S. Petri, in qua electus est Nicolaus* Sed de eo alias mo sequenti.

Honorij mors. b Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 19. Honor. vii. anno m. s. Val. fig. lat. C. n. 75. & Iord. in s. Vall. sign. n. 1960 Bern. in chr. Rom. Pont. & alij

11 In Polonia religionis Christianæ hostes Lituani, Prutheni, Samogitæ, Polonos oppressere. At Lesko Niger crucis signa in speciem contra barbaros vt ab fide Apostolica obtinuerat, extulit c: verum deinde non in gentiles, sed in Conradum Massouiæ ducem mouit, & consecrata Christo arma sanguine Christiano fœdauit; verum hoc non impune fecit; qui enim ob præclaras antea a se relatas victorias maximum apud omnes nomen adeptus fuerat, continuis postea cladibus acceptis infelix euasit; de quo Longinus d: *Grandem*, inquit, *dein Tartarorum inuasionem, postremo pestem & epidemiam in vniuersos grassatem; item famem, agrorum, & frumentorum allusionem, mortalitatem quadrupedum, mordacitatem bestiarum & luporum: varias insuper plagas Dei, sibi inuicem succedentes, pertulit: vt iam sibi quam posteris documento sit, & fuerit, ne quis de cætero Deo et sua religioni mentiatur, et illudat: et quod sine religione arma quantumcumque potentia non vincant*.

Lesko Niger in eos bellum sacrum mouere fingit Conuertit in Conradum impetus. Iusta de illo ob illusam religionem sancta a Numine vltio d Long. ubi sup. e Long. ubi sup.

12 De clade vero a Tartaris illata; scribit auctor e ipsos fame stimulatos in Poloniam immenso numero, locustarum more, se effudisse, quamuis tunc omnia gelu, & nimbis rigerent; Sandomiriam & Cracouiam frustra tentasse: deinde cum ex captiuis Leskonem in Hungariam cum Griphina vxore fuga se subduxisse accepissent, licentius ad agendas prædas incubuisse. Tribuendum autem insigni miraculo, barbaros a duobus monasterijs, altero S. Crucis nuncupato, altero in quod ducissa Kinga Boleslai olim Cracouiensis ducis dicti Pudici vxor cum duabus germanis Iolenta ducis Calissiensis, & Constantia Danislis Russiæ Regis viduis relictis, alijsque pluribus Deo deuotis virginibus, se receperat, immissio in Tartaros diuinitus terrore abstinuisse. Tantaque tunc illata vastitas fuit, vt præter senes, sacerdotes, lactentes trucidatos, apud ciuitatem Vvoldimiriensem præda partita ad viginti millia & eo amplius virginum iuuenicularum numerus ascenderit.

Alia Tartarorum in Poloniam excursio. Duo sanctimonialium monasteria diuinitus ex eorum crudelitate erepta. Ad viginti virginū millia abducunt in seruitutē. In Russia infecta a quæ a Tart. iusta de Russis Numinis vindicta.

13 Nec Poloni modo, sed etiam Rhuteni, quamuis fœderati, irruptionis huius Tartaricæ rabiem sensere: anno enim sequenti, vt scribit Longinus a, cum palam in eos grassari, quos in agendis in Polonia prædis socios habuerant, duces prohiberent, venenis artibusque magicis flumina, fontesque infecere: adeo vt pecudis acerbissima Russorum magnam partem deleuerit; iusto quidem Dei iudicio, cum ij Christianis sacris imbuti ad Christianos excindendos cum gentilibus arma coniunxissent.

a Long. ubi sup.

14. 15 Cæterum visum est diuinum Numen dicta barbarorum irruptione Polonos principes plectere, qui insana violandi iuris ecclesiastici, & sacrarum expilandarum opum cupidine episcopum diuexabāt. Et quidem inter alios Vvratislauiensem antistitem dux tanto furore est insectatus, vt Rathiboriam, in quam is perfugerat, exercitu cinxerit: impendentisque populo inlonti calamitatis commiseratione episcopus exul permotus, illius iras satiare suo sanguine, quam Rathiborienſibus optime meritis exitium parere potius ducens, vestibus sacris indutus in hostium castra perrexit. Vt vero Deus principem ad officium flexerit, sic describit Longinus: *Tyrannus*, inquit, *viso a longe aduentu, tāto vehementius diminutus perculsus est, vt de tabernaculo suo exiliens, in occursum pontificis ocyus procurreret, et cornuens pronus in terram quasi diuinum aliquod Numen in episcopo videns, et in spem illius æternum Pontificem venerans transgressionum suarum veniam precaretur. Quem Thomas episcopus ex terra eleuans, omnem se illi prauaricationem transactam, dummodo in ea contritione et deuotione perstiteret, obortis lachrymis spondet indulturum*. Subdit auctor iuxta legibus diremptam fuisse, pristinaque iura ecclesiæ restituta, atque sequenti anno ab Henrico duce ad expiandum in episcopo insectando crimen templum extructum.

Tomas ep Vvratislauien.

16. 17 Hoc anno, vt obseruat Cardinalis Baronius b S. Thomas episcopus Herefordensis, in cœlum migrauit: cuius sanctitatis gloria maximis postea miraculis fuit illustrata, vt narrat Matthæus Vvestmonasteriensis c, & auctor anonymus, qui ait apud Surium d: *Cum grauis extitisset contentio*, nimirum cum Ioanne Mirotina archiepiscopo Cantuariensi, *propter ecclesia Herefordensis iura, Romanum Pontificem adire decreuit, vt ab illo tantis molestijs opportuna remedia impetraret. Eo igitur tam longo & difficili itinere, non sine multo labore & corporis sui detrimento suscepto atque confecto Romam venit, & a Martino Pontifice honorifice acceptus est: rebusque & negotijs, quorum causa eo venerat, pro voto expeditis, dum in patriam redire contendit, morbo oppressus apud Florentinos iuxta Flosconis montem decessit e vita* VI. *non. octobris anno salutis millesimo ducentesimo octogesimo septimo*.

Pontificalibus vestibus amictus & lipacus clero, ad tyranni castra pergit Henricus dum mirus repente immutatus. Condita in rei memoriam ecclesia. S. Thomas epis Hereford. beat. in mart. ol. c Westm. Flor. hist. hoc ann. d Sur. to. 5. 2 die octob. ex Anonymo ausi.

18 Sanctissimo confessori Christi martyrem adiungimus, in quem Iudæi conceptum in Christianum nomen animi virus immanissime effuderunt. Vvernherus enim puer ab ijs Christi domini odio martyrio affectus Vvestaliæ, crudelissimisque supplicijs est laniatus: cuius corpus cum in criptam a fugientibus perfidis illis proiectum esset, noctu cælesti luce locus, in quo iacebat, a præsidiarijs militibus radiare visus, quæsitumque sacrum pignus ac repertum est; a quo suauissimus odor effabat, vt ex ms. codice narrat Surius, qui exercitijs ab impijs supplicijs descriptis subijcit post alia e: *Summa deuotione illatum est corpusculum in sancti Cuniberti sacellum, quod est in colle prope parochiam situm, atque ibi humatum est corona capiti imposita, in virginitatis testimonium: porro capiti suppositio pului nari serico violis impleto*. Et infra: *Omnipotens Deus illico sanctum pignus magnis & stupendis illustrauit miraculis, cæcis visus, surdis auditus, claudis gressus, mutis loquela, aridis, paralyticis, lusciis, & quibuslibet*

Iudæi in Germ. religionis odio pueros Christ. martyrio clam afficiunt. e Sur. to. 2. 19. april.

Quibuslibet alijs male affectis sanitas, & mortuis vita restituta est : immo vero vsque in præsens multifaria per martyrem suum Christus miracula operatur. Passus est sanctus puer, anno Christi MCCLXXXVIII. XIII. *kal. maij.* At Henricus a Stero illius martyrium in annum sequentem conijcit. De hoc vero chronicon Colmariense b tradit, ea de causa quadraginta Iudæos, & amplius cæsos a Christianis ; req; ad Rodulphum delata, supremum rabbinum in vincula coniectum, atque ad eum redimendum Iudæos viginti marcharum millia in Rodulphi sinum effudisse, Cæsareumque auri fulgore perstrictum, Christianos Vveselienses & Popardienses duobus millibus marcharum mulctasse.

a *Henr. Ster in annal.*
b *Chro Dominic. Colm par. ali.*
Iudæi quadraginta in vltionē cæsi.

Indict. 1.

IESV CHRISTI
Annus 1288.

NICOLAII PP. IV. RODVLPHI ROM. REG. 16.
annus 1. ANDRONICI IMP. OR. 5.

1 CVm defuncto, vt dictum est, Honorio Papa, sacer Cardinalium senatus, in palatio pontificio apud S. Sabinam coactus esset, ingraueſcente aeris intemperie, plures ex ipsis aduersa valetudine tentati sunt, ac nonnulli morbo periere c. Quam ob causam dissoluto conuentu, ad carpendas puriores auras purpurati patres discessere; qua de re Ptolemæus Lucensis hæc tradit : *Reclusserunt se Cardinales in S. Sabina : & quia in æstate locus infirmus erat, multi Cardinales infirmati sunt ibidem & mortui circa sex Cardinales vel septem, inter quos fuit dominus Iordanus de Vrsinis, dominus comes de Mediolano, dominus Hugo Anglicus, dominus Germasius Andegauensis, & decanus Pisanus, & dominus Antonius. Inde omnes redierunt ad propria.* Hieronymus vero in loco perstitit d incolumis, quem aiunt e ad depellendam aeris grauitatem, ea arte vsum, vt ardente licet medio æstu, plures ignes toro palatio accendi iuberet, vt si qua aeri inesset labes, flammis purgaretur. Sedata vero hyemis frigoribus epidemia, reuersi Cardinales, conspirātibus omnium voluntatibus, eundē Hieronymum Cardinalem episcopum Prænestinum, quem nonnulli Ioannem perperam vocant, elegerunt : qui grati animi ergo in Nicolaum tertium, a quo Cardinalium collegio ascitus fuerat, Nicolai IV. nomen accepit : atque ipso festo cathedræ S. Petri, nimirum VIII. *kal.* martij in Petri sede collocatum docent Bernardus f, Ioannes Villanus g & alij ; de quo ad apices papales euecto hæc Iordanus, paucis multa complexus, scribit h : *Nicolaus natione Marchianus de Asculo.* Et infra : *Hic vocatus est Hieronymus, magnus literatus, & valde religiosus. Factus fuit generalis Minorum, demum episcopus Penestrinus, postea Papa. Ad Cardinalatum promouit dominum Neapoleonem, dominum Petrum de Columna, generalem Minorum, fratrem Matthæum de Aquasparta, fratrem Hugonem magistrum in theologia ordinis Prædicatorum. Dominus autem Hieronymus cum esset Cardinalis, imminente electione summi Pontificis, clausis Cardinalibus in S. Sabina post mortem Honorij, cæteris propter infirmitatem locum fugientibus, solus ibi remansit, & sanus.*

Ob morbos Cardinales e cōclaui non renuntiato Pontifice exeunt.
c *Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 19. Long. hist. Pol. l. 7. hoc ann.*
Sex peste extincti.
d *Iord. in s. Vit. sign. n. 1960.*
e *Vvading. in annal.*
Hieron. Card. Prænest. ep. in depellend. contag. prudentia, Creatur Pontifex.
f *Bern. in chron. Rom. Pont.*
g *Io. Vill. l. 7. c. 218.*
h *Iord. in s. Vit. sign. n. 1960.*

Cardinales creati a Nicolao.

2. &c. Quod ad gesta ab eo ante pontificatum attinet; missum a Gregorio X. ad Græcos in obsequium Romanæ ecclesiæ pelliciendos, strenueque ad ecclesiarum conjunctionem redintegrandam incubuisse, tum pontificiæ, tum Michaelis Palæologi, & Andronici Imperatorum literæ satis ante loci indicatæ, testantur; interfuisseque celeberrimæ synodo Constantinopoli celebratæ, in qua schisma vetus a patribus Græcis damnatum est, atque vna cum alijs archiepiscopus Bulgarorum orthodoxum dogma ac Petri primatum est professus. Porro Nicolaus tum Hieronymus Asculanus vocatus, adeo egregie theologicis disciplinis perpolitus, & morum sanctitate magnæ coniuncta prudentiæ excultus fuerat, vt apud Minoritas summas dignitates gesserit, atque a Pontificibus vt vidimus, ad conciliandam pacem Philippum inter Francorum Alfonsumque Castellæ & Legionis Reges adhibitus fuerit : deinde Cardinalis S. Pudentianæ creatus : tum ad episcopatum Prænestinum traductus (quæ ipsemet repetit a,) demum ad summum pontificatum euectus ; cuius muneris curas inuitum se suscepisse in encyclicis literis ad præsules cæterosque datis profitetur b.

Inter Fræscanos vitā religiosam erat professus. Gesta ab eo ante Pontificatum.
a *Nicol. l. 1. ep. 1. extat etiam in form. Magn. Ebulon. s. arch. Vat. pag. 24. num. 149.*
b *Ibid.*

3 6 *Nicolaus, &c.* In quo admirationis magnitudine redditi, nec immerito, sumus attoniti, stupor nostrum animum hebetauit, & timor pariter tremorque concussit. Numquid enim non admiratione dignum, quod sic sumus præter, immo contra præditum nostrum tam salubre, ordinatumque propositum a desiderio quietis optatæ fraudati? Nam licet pastorale taliter indictum officium præmissam Mariæ partem a se nequaquam abijciat, quin potius contemplationi deuotæ vacare, ac instructioni diuinæ feruenter insistere assiduitate inuenta deposcat; verendum tamen, ne solicitudo connexa, eidem totius orbis curas innumeras & immensas indicens, deuotionem Mariæ præpediat, & secretum quietæ mentis dekrere pertæpe compellat, nec ad eam redeundi facile sit facultas. Nonne insuper stupore non vacuum, quod inter tot, & tantas eorumdem fratrum personas, vitæ ac famæ claritate pollentes, virtutibus redimitas, abundantes ad hæc vtilium sufficientia meritorum in præfidendo apostolico culmini, nostra indignitas, existimatione nostra merito postponenda, occulta Dei & pauenda nobis dignatione præfertur? Nonne duminuncti oneris molem attendimus, & nostram insufficientiam comparamus, digne inualescit timor, & tremor, ne sic premat, quod opprimat: sic opprimat, quod portantis debilitas molis eius immensitati succumbat? Nonne timendum ferum & tremendum, si summi Iudicis seueritas attendatur, & attente perpendatur, quod si rationem de talentis creditis exacturus veniat, nec ea inueniat in sibi gratum numerum excreuisse, seruum a bono torpentem opere quam seuerissime iudicabit?

Diuinam in se prouidentiam adorat.

7. &c. Hæc & alia plura, quæ prolixitatis vitandæ gratia subticet sermo succinctus, debilitatem nostram subducendam ab onere nostræ insufficientiæ imperfectum meū a subeundo totius mundi spirituali regimine difficultatis inexistimabilis compescendum, adeo efficaciter suggerebant, quod eorundem fratrum importunitati diuersarum excusationum obicem opponendo, qua potuimus reluctatione restitimus, aperte negantes electioni præmissæ præstare consensum, & tam ipsi, quam iuri nobis ea quæsito renuntiantes expresse. Verum fratres ijdem nostræ resistentiæ inuantius obuiantes, electione nihilominus repetita concordi, vt ei consentiremus, & initiere seruentius, & in virtute obedientiæ iniunxerunt. [Cæterum ne quis existimet hæc a nouo Pontifice per simulationem iactata fuisse, Henrici Rebdorfi c, qui proximo seculo scripsit, verba subijcimus : *Hic electus cum lacrymis resignauit : tertio compulsus ab omnibus Cardinalibus acquieuit.* Pergit nouus Pontifex.] Nos vero licet ex nostrorum defectuum conscientia diffidentes, confidentes tamen de illius omnipotentia, qui non solum eosdem sufficit supplere defectus, sed potens est facere gratiam abun-

Vt tantum onus a se excutere sit conatus.
c *Rebdorf. in annal.*

abundare: quamquam ad hoc nobis nequaquam merita ſupperant, vainam demerita non obſtitant, per fratres eoſdem noſtris excuſationibus non admiſſis, ne ſub obedientia matrem diutius eam contemnere pertinaciter, & mundi grauiter guerrarum multiplicatione diuulſi, terræque ſanctæ quaſi omni auxilio deſtitutæ pericula differendo, prouiſionem Eccleſiæ negligere cenſeremur; tandem acquieuimus eorundem fratrum inſtantiæ, ipſorum vrgente præcepto; collaque debilia iugo ſubmiſimus apoſtolicæ ſeruitutis, &c. [eorum ſe precibus commendat.] *Dat. Laterani* VII. *kal. martij pontificatus noſtri anno* I.

Ob ingentia rei Chriſtianę pericula demum aſſenſerit.

10. 11 Suſcepta igitur Eccleſiæ adminiſtratione Nicolaus, in componendas res Siculas, in quibus tot mala in Chriſtianam rempublicam redundarant, ac maiora in dies emergura timebantur, pontificias curas contulit; ac primum antequam meritam in Siculos ſententiam ferret, ſolemni eo ritu die cœnæ Domini admonuit a, vt ad Romanæ eccleſiæ obedientiam redirent: qui reſpuebant eius imperijs ſe ſubmittere, cum affulgente ſacro pentecoſtes die iterum Nicolaus ipſos & Iacobum ſeruato iudiciario ordine, propoſito publico edicto ad officium prouocauit b, & recurrentem S. Michaeli ſacrum dicam peremptorium dixit: ac ſi, exſtarent in contumacia, legum ſeueritatem obiecit. Actum antea fuerat, vt vidimus, de vindicando in libertatem Salernitano principe, atque in nonnullas leges Eduardi Anglorum Regis opera cum Alfonſo & Iacobo conuentum erat: quæ cum in ipſius Caroli capti & ſedis Apoſtolicæ opprobrium ac damnum redundarent, eas Honorius conualuerat; iterumque Cardinalium ſenatus, dum Romana eccleſia ſuo Pontifice viduata erat, propoſitas vt abhorrentes ab æquitate repudiarat c. Poſtea conſultus Nicolaus eaſdem repulit, quidue a prædeceſſore geſtum eſſet, Regi Francorum d, Ioanni tit. S. Cæciliæ presbytero Cardinali legato ſuo e, ac Mariæ f Caroli vxori. g ſignificauit: tum ad æquiores concordiæ leges referendas illius interpretem Eduardum Anglorum Regem ſolicitauit.

Siculi a Nicolao, vt redeant ad Eccleſiæ obſequium admoniti.

a *Lib.* 1. *ep. cur.* 1.

Denuntiatum iterũ Iacobo Siciliæ inuaſori, vt corpus abſtiliat.

b *Ed. l.* 1. *ep.* 30.

c *lib. ep.* 56.

Agitatæ pro liberãdo Carolo 11. concordiæ leges.

d *Lib.* 1. *ep. cur.* 2.

e *Reg. pal. and. ep.*

f *lib. ep.* 4.

g *Ep.* 56. 57 58.

h *Ep. cur.* 3.

i *lib. ep.* 7. & 8.

Intentatũ Alfonſo Arag. iudicium, ni Carolum liberet.

k *lib. ep. cur* 6. *Extatũ apud Sur. ind* l. 2.

Alfonſus oratores ad ſedem Ap. mittere conſtituit. Datur ijs liber commeatus.

m *ann. in. m. f. Vall. fig hi. l.* 12. *pag.* 386

n *Lib.* 1. *ep.* 69.

o *Ibid.*

p *lib. ep.* 71.

q *lib. ep.* 68.

r *Ioan. m. f. Vat fig. n.* 1960.

Quid a Pontifice ſupplicatum.

13 Vrgebant de liberando Carolo cæptam actionem vna cum Eduardo apud Alfonſum apoſtolici nuncij Bonifacius Rauennatium, & Petrus Montis Regalis archiepiſcopi; quos tamen Nicolaus perſtrinxit h, quod non patefeciſſent tunc Cardinalium collegio iniquas conditiones, quibus de abſoluendo vinculis Carolo agitabatur: ijſdemque ac Raynerio Prædicatorum familiæ alumno, quem ipſis in munere ſocium adiunxerat, imperauit i, vt Alfonſum iuberent adeſſe iudicio apud ſubſellia apoſtolica.

14 Cum vero Alfonſus ſupplex flagitaret, oratores ſuos a Pontifice audiri, ſeque obtemperaturum præ ſe ferret, Nicolaus eorum ſecuritati cauendum apoſtolico diplomate cenſuit, atque ad Carolum Valeſium, qui Aragonij regni titulo fuerat a Martino inſignitus, ſcripſit l, ne obicem poneret, quo in Alfonſum, ſi non pareret, excuſatio omnis adimi poſſet: eoque argumento ad Francorum m & Baleariũ n Reges, Ioannem tit. S. Cæciliæ presbyterum Cardinalem Apoſtolicæ ſedis legatum o, Carolum II tum p Prouinciæ præſidem q, atque omnes archiepiſcopos, epiſcopos r, abbates, comites, marchiones, vrbiumque magiſtratus ſcriptum eſt. Veniſſe illos demum ad ſedem Apoſtolicam extremo anno, ac pluribus Alfonſum purgare & Pontifici conciliare nuſos, refert Iordanus s, ac præcipua orationis ipſorum capita, & reſponſa apoſtolica, his verbis refert: *Circa natale Domini venerunt ad curiam nuncij Aragonum & Siciliæ in conſiſtorio excuſantes Alfonſum: quod nuncios poſt patris obitum ad Romanam curiam non miſiſſet, quia tunc tranſire non poterant propter guerras. Secundo dicebant eum innocuum, & in nullo conſcium factũ paterni. Tertio aſſeuerabant eum diu ante mortem patris regni poſſeſſionem habuiſſe, & ideo pacifice ſibi dimitti. Quarto ſe ad ſeruitium Eccleſiæ offerebat. De primo Papa non curauit. ad ſecundum reſpondit: Placeret nobis multum quod eſſet innocens: ſed contrarium oſtendit, mittens contra in terras Siciliæ gentem ſuam. Item non ſinebat interdictum Papæ in regno illo ſeruari, & quod Regis Maiorcarum Eccleſia adiutoris occupauerat terras. Item detinet principem Salerni innocentem; & quod in regno Aragoniæ nullum ius habebat, ſed Carolus frater Regis Francia. Parati tamen ſunus, ſi venerit, eum audire, & exhibere inſtitiæ complementum. Pro Siculis autem dixerunt, quod multum fuerant a Francis oppreſſi, & quod intendebant eos curialiter licentiare de Sicilia: ſed aliqui maligni in rot egerunt crudelia, quod bonis moris diſplicuit: & Conſtantiam excuſabant, quod oportuerat eam ſequi virum ſuum: ſic autem rogabat, vt vocatum a Siculis filium coronaret. Quibus verbis Papa aurem non præbuit: de concordia tractant.*

Reſponſa pontificis.

15 Duriores leges propoſitas ab Aragonijs Pontifex non admiſit, Philippoque Regi Francorum idibus ſeptembris ad biennium decimam conceſſit t, vt fratrem armorum vi in regnum Aragoniæ induceret: iterumque VII. kal. octobris Galliarum & aliarum prouinciarum decimas eccleſiaſtica ad triennium conſtitulit b. Cuius impendentis difficilis belli metus Alfonſum adducere potuit, vt Carolum e carcere educeret, cum Eduardus maxime ad id deprecator accederet.

Decimæ Regi Frãcia conceſſæ in Aragonium.

t *lib.* 1 *ep. cur.* 6.

16. &c. Deinde celebrato ſolemni apud Oleronem Regum colloquio Pontifice inconſulto, ſancitæ ſunt liberandi Caroli pactiones, vt is Pontificem Regemque Francorum Alfonſo Aragonio & Iacobo inſulæ Siciliæ inuaſori conciliaret. Itaque menſe nouembris in libertatem reſtitutus eſt, filijs obſidibus datis, nimirum Roberto & Ludouico, qui in ea ſeruitute iecit inſignis fundamenta ſanctitatis, ac poſtea cœlitum numerum auxit c.

b *lib ep* 48. Emiſſus e carcere Carolus.

c *Io. Villi. l.* 7. *c.* 124. *Surius ind. 3 nouemb l.* 3 *c.* 2. *S. Ant. & alij.*

24 In Hungaria adducebatur fides in grauiſſimum periculum; ad quod auertendum hæc mandata Strigonienſi archiepiſcopo Pontifex dedit.

25. 26 *Nicolaus, &c.* Fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi dicti Saraceni, Neugerij, & pagani damnatos ſuos conatus contra catholicos fidei profeſſores exercere voluerint, ne ipſorum imaleſcat temeritas in diſpendium fidei Chriſtianæ, contra prædictos Tartaros, Saracenos, Neugerios, & paganos, ac alios adhærentes eiſdem, vel eos in ijs quomodolibet confouentes, cuiuſcumque ſtatus aut conditionis exiſtiterint; omnibus Chriſtifidelibus per regnum Hungariæ, ac per Poloniam, Boemiam, Auſtriam, Stiriam, Carinthiam, Sclauoniam, & Iſtriam per te, vel per alium ſeu alios ſtudeas ſolicite proponere verbum crucis, & ad illam aſſumendam & proſequendam Chriſtianum populum de ipſis regno & terris huiuſmodi exhortari. *Datum Reate* VI. *id. auguſti anno* I. Admoti d quoque pij ſtimuli proceribus Hungariæ, Poloniæ ducibus, proceribus Sclauoniæ, duci Auſtriæ, Vvenceslao Boemiæ Rodulphoque Romanorum Regibus, vt arma pro aſſerendo in Pannonia Chriſtianæ religionis ſplendore in impios caperent.

In Hungaria fides periclitatur.

d *Ibid.*

27. 28 Permotus eodem pio ardore Nicolaus, ne fidei catholicæ cultus in nonnullis Galliarum prouincijs, quas Vvaldenſium lues infecerat, obſoleſceret, illarum magiſtratibus pratectiſque conſtitutas a Friderico Imperatore in hæreticos leges tranſmiſit e, vt in notatos ea infamia animaduerent.

Friderici I. ſanctiones in hæreticos.

e *lib. ep.* 260

Sclaues ad obsequium Eccles. allicere studet Nicolaus.

29. &c. Non minus studium a sanctissimo Pontifice nauatum est adducendis ad Ecclesiæ obedientiam Sclauis, quorum Regi Vrosio literis significauit [a], quanto desiderio salutis ipsius æternæ arderet, ac Marinum & Cyprianum Minoritas misit, vt ipsum sacris præceptis erudirent. Imperitabat Sclauis vna cum Vrosio Stephanus ipsius frater, quorum mater Helena recte de fide catholica sentiebat: quam Nicolaus literis suis hortatus est [b], vt Minorum fratrũ præceptis morem gereret, atque ad filios vna cum populis ipsis obnoxijs ad verum Christi cultum traducendos incumberet.

Helena Sclauor. Regina recte de fide cath. sentit

Diuini verbi præcones ad exteras gentes missi.

33 Egregiam hisce temporibus amplificandæ apud Tartaros orientales religioni Christianæ viri religioli, atque inter cæteros ordinis Minorum fodales operam dedere. Demonstrant id crebræ Pontificis literæ [c] tum ad ipsos, quibus anathemate percussos Ecclesiæ restituendi auctoritatem permisit; tum ad Yaulaham episcopum orientis [d], quibus ipsius erga Minoritas, in ijs regionibus euangelium promulgantes, eximiam voluntatem commendat: cui etiam fidei formam transmisit, qua sibi commissos populos erudiret; quam etiam formam Barsaumæ episcopo, qui ad sedem Apostolicam venerat, tradidit [e]. Gratulatus etiam Dionysio episcopo Tauritino in oriente [f], cum ex eius literis accepisset, ipsum fidem orthodoxam ab ijsdem religiosis viris propositam sectari, hortatus eum est, vt illa fidei forma populos imbueret, quam ipsi præscribebat. Ea porro fidei regula episcopis hisce degentibus apud Tartaros orientales transmissa ijsdem verbis concepta est [g], atque illa, quam Clemens IV. ad Palæologum Imperatorem misit, dum de aggregandis Romanæ ecclesiæ Græcis agebat.

[a] Lib. 1. ep. cur. 32.
[b] Lib. 1. ep. cur. 33.
[c] Lib. 1. ep. cur. 10.
[d] Lib. 1. ep. cur. 13.
[e] Lib. ep. cur. 14.
[f] Id ibid ep cur. 14.
[g] Ext. in annal. eccl. 1267. n. 75. & seq.

Præsules Asiaticos in fide orthod. instruit Nicol.

Religio Christiana propagata apud Tartaros.

34 35 Functi præterea apostolico munere apud Tartaros Ioannes Bonachias & Regis Tartarorũ interpretes, quibus Pontifex apostolicam benedictionem est impertitus [h]. Effloruit adeo, diuino excitante Numine, religio Christiana apud Tartaros, vt Elegages & Tuctanes Tartarorum Reginæ Christo nomen dederint, quas Nicolaus ea de re gratulatus est cohortatus [i], vt augendæ religioni studium impenderent. Solicitataque paribus adhortationibus Elegages Tartarorum similiter Regina ad constantiam in colenda fide Christiana, eamque latius proferendam.

[h] Lib. 1. ep. cur. 20.

Elegages & Tuctanes Reginæ fide exultæ.

[i] Lib. ep. cur. 16.

Hierololymis baptismi sacra suscipere Argon.

36 Egregie etiam se erga Christianam religionem affectum præbuit Argon Rex Tartarorum, suumque studium Pontifici oratorum opera significauit; optare nimirum sacro baptismate in ipsis Ierosolymis lustrari, vbi e tyrannide Saracenorum erepta fuissent: quem Nicolaus collaudato pio huiusmodi desiderio, hortatus est [l], ne vlterius sanctissimum suscipiendi baptismatis votum differret, cum id ipsius animæ saluti maxime conduceret,

Rex meditabatur.

[l] Lib. ep. cur. 17.

IESV CHRISTI
Anno 1289.

Indict. 2.

NICOLAI PP. IV. RODVLPHI ROM. REG. 17. annus 2. ANDRONICI IMP. ORIEN. 6.

Carolus II Siculum regnum capessit. [m] Chron. Suessan. & alij.

1, &c. CAROLUS II. Siciliæ Rex ex diutinio carcere emissus, e Gallijs in Italiam venit, salutatoque Romano Pontifice pro regno Siculo beneficiarij principis officia detulit; ac solemni postea ritu ab eo est corona recepimus [m]. Sunt nonnulli, qui hæc Romæ v. kalend. iunij die festo penthecostes peracta affirmant: verum fallit eos temporis ratio, cum tunc non Romæ [n], sed Reate Nicolaum egisse consignatæ eo in loco apostolicæ literæ [o] demonstrent. Adde, præter antiquiorum scriptorum auctoritatem ipsum Pontificem diplomate ad episcopum & clerum Reatinum dato [p] id testari. De ijs Cardinalis Baronius id refert ex libro priuilegiorum Romanæ ecclesiæ [q]: *Hoc anno Carolus Rex Siciliæ fecit homagium de ipso regno cum eisdem conditionibus, quas statuerat Clemens Papa patri eiusdem, quas ipse iuraverat.* Ex annalibus [r]: *Carolus II. eadem seruanda promisit Nicolao IV. quæ pollicitus fuerat Rex Carolus prædecessori Clementi Papæ IV. eisdem capitibus ac verbis superius recitatis, atque ex eadem bulla descriptis cum abrogatione omnium legum istius tyrannorum*; erant ij Fridericus II. Conradus, & Manfredus, vt etiam supra adnotauimus; *contra libertatem ecclesiasticam sanciuerunt. Quæ omnia repetita habentur atque descripta in bulla eiusdem Nicolai Papæ.* Confirmantur hæc publicis tabulis, quibus Siculum regnum beneficio, & auctoritate sedis Apostolicæ se accepisse professus est: ac singulæ leges, quibus se ac successores obstrinxit, & aliæ confectæ insertæ sunt apostolico diplomati [s].

[n] Summont. l. 3. hist. Neap. c. 2.
[o] Lib. 2. ep. 285.
[p] Nicol. l. 2. ep. 364.
[q] Baron. in anno m. s. chr. Suessan. m. s.
[r] An. 1197. n. 98.
[s] An. 1265 n. 14. ad 21 Friderici, Conradi, & Manfredi tyrannor. leges abrogat.

12, &c. Perfecta regiæ consecrationis pompa, ad recolendam acceptia Pontifice beneficij memoriam Carolus ecclesiæ Reatinæ, in qua regia acceperat ornamenta, annuas viginti vncias auri contulit: quæ de re hæc ad Aprutij præfectum & magistratus Sulmonenses scripsit [t]: *Reatinam ecclesiam, in qua olco sancto vncti, de manu summi Pontificis regale recepimus diadema, volentes debita gratitudine venerari, vt ad laudem diuini nominis nostræ coronationis memoria perpetua sit ibidem, redditum viginti vnciarum auri percipiendum annis singulis perpetuo de reddibus bailationis, aliorumque iurium demanij nostri ciuitatis Sulmonensis, ac distribuendum in eadem Reatina ecclesia episcopo & canonicis, qui hute ordinationi nostræ expressius consenserunt, gratiose duximus concedendum*, &c. Ingentibus vicissim ipsum a Nicolao Papa muneribus gemmisque ornatum, tradit Ioannes Villanus [u], plurimoque auro subsidiario donatum. Et quidem triennales illi decimæ ad recuperandam Siciliæ insulam attributæ fuere [x]: tum iniquiora pacta, quibus ad libertatem adipiscendam fuerat ab Aragonio obstrictus, a sanctissimo Pontifice rescissa, ac tam Carolus ipse quam Eduardus Angliæ Reges ac Prouinciales dati Alfonso iurisiurandi religione liberati: *Cum*, inquit [y], *conuentiones, promissiones, & inuestituræ promissa grauia in se producturæ pericula, & ex ijs quædam fere impossibiles, quædam alias indebita ac illicita, ac horrenda & abominanda fidelibus in grande præiudicium ipsius ecclesiæ ac prædicti Regis Siciliæ, vassalli eiusdem ecclesiæ specialis, per vim & metum contra bonos mores, ac alias perperam & inique præsumptuosius extortæ, & attentatæ noscantur*. Versum est [z] Alfonso Aragonio crimini, Apostolicæ sedi in restituenda Carolo libertate ipsum non paruisse, sed dolo & fraude grauioribus illum nexibus constrinxisse: quare Pontifex anathematis sententiam solemni ritu in eum tulit [a], ac Philippo Regi Francorum triennales sacerdotiorum decimas in Gallijs ad comparandam armorum vi Carolo fratri Aragoniam concessit [b]. Hactenus de rebus Siculis: nunc ad pontificium in tuendo in alijs regnis iure ecclesiastico pium studium sermonem traducimus.

[t] Ext. eius list. apud Nic. IV. l. 1 in ep. 364.

Viginti vncia auri annuæ ecclesiæ Reatinæ a Carolo traditæ.

[u] Ilo. Vill. l. 7 c. 129.
[x] Nicol. l. 2. ep. 350. & 360.
[y] Lib. ep. 680.

Promissa data Alfonso Arag. rescissa.

[z] Ead. ep. iactum in eum anathema.

[a] Lib. 2 ep. cur. 3.
[b] Lib. 1. ep. 261.

Francorũ Rex solicitatus ad Arag. expugnandã.

16 Labefactata fuerat admodum in Lusitania ecclesiastica dignitas, quam a Regibus obtritam vidimus: ac licet Sanctius cum finis ita accesset, cælestis Regis tribunal aditurus, actus conscientiæ stimulis in pristinum illam restituendam splendorem excitasset, obstrinxisset que ea religione filium Dionysium Lusitanorum Regem

Libertas eccles. eo cum in Lusit. lon splendori restituta.

here-

Missi a Rege Dion. oratores ad Pont.

heredem; haud tamen adhuc redintegrata erant ecclesiarum iura, & vniuersa Lusitania Gregorij X. sanctione constitutas ecclesiasticas censuras contraxerat: quamquam superiori anno Dionysius oratores ad sedem Apostolicam ad componendas interprete Pontifice de regio & ecclesiastico iure, quæ illum inter & præsules intercedebant, controuersias miserat, atq; auctoritate instruxerat a: *Noueritis*, inquit, *vniuersi præfatis procurationis seriem inspecturi, quod nos Dionysius Dei gratia Rex Portugalliæ & Algarbij constituimus, facimus, & ordinamus procuratores discretos viros Martinum Petri cantorem Elborensem, Ioannem Martini canonicum Colimbriensem latores præsentium, quemlibet eorum in solidum, ad tractandum, faciendum auctoritate apostolica pacem, compositionem, & concordiam cum prælatis regnorum nostrorum super negotio, quod geritur inter nos & ipsos, & ad confirmandum ipsam compositionem modis & pœnis, quos & quas viderint expedire vtilitati nostræ & regnorum nostrorum; & ad faciendum omnia alia & singula, quæ circa præmissa facienda occurrerint, & quodlibet præmissorum: ratum & firmum habituri quidquid per ipsos vel eorum alterum actum fuerit in præmissis. In cuius rei testimonium præsentem literam nostri sigilli munimine fecimus communiri. Datum Colimbriæ v. die iunij. Rege mandante Petro Ioannis notante era* MCCCXXVI. *anno* nimirum humanæ salutis MCCLXXXVI.

a Ext. inseritur literis Nic. IV. l. 1. ep. 50. Data illis ad componendam controuersiam auctoritas.

17. &c. Exceptis benevolentia apostolica Lusitani Regis oratoribus, Nicolaus mense februario archiepiscopum & episcopos Lusitanos potestate munivit b, vt cum ijs de facienda concordia agerent. Quadraginta erant controuersa capita, quibus læsum ius ecclesiasticum episcopi querebantur: quæ cum discussa essent, ad id regij oratores descendere, vt professi fuerint, Lusitanos Reges ab ijs iniurijs temperaturos. Qua de re coram Cardinalibus Latino Ostiensi episcopo, Petro tit. S. Marci presbytero, & Benedicto S. Nicolai in carcere Tulliano diacono diuini & humani iuris peritissimo, qui postea apices pontificios Bonifacij VIII. accepto nomine gessit, edita publica tabulæ, quibus spopondere regia vi vel administrorū Regis abbates vel abbatissas suis dignitatibus, vel clericos sacerdotijs non deturbatum iri: sacrarum censurarum vim non spernendam: sacerdotum iura asserenda: tertiam decimarum partem in reficiendis templis collocatum iri: non extorquendum a clero aurum subsidiarium: ecclesiasticos reos ab ecclesiastico iudice sententiam accepturos, iniuriasque illatas ecclesiasticis vindicatum iri: parochos in ecclesias vi non inducendos, creandosque magistratus, qui Deum timeant: non corradenda ab ecclesiasticis iniqua stipendia: præfectos arcium a rapinis continendos: Iudæos a publicis muneribus eijciendos, & aliquo signo a Christianis distinguendos.

b Instant Regis lit. apud Nicol. Luc. pag. 117. n. 50. Instructi etiam potestate a Pont. Lusitani præsules.

Capitula concordiæ

32. &c. Cum vero Lusitani Regis oratorum responsis præsules acquieuerint, nec enim regium obseruare honorem, sed iuri ecclesiastico consulere cupiebant; atque etiam oratores sponderent, Regem Dionysium promissa ab ipsis summa religione seruaturum, Pontifex conuenta inter ipsos apostolica auctoritate corroborauit. Quæ, ne facile a Regibus violarentur, censurarum pœnas, si ab his deficerent, proposuit c.

Conuenta inter eos confirmata a Nicolao

c Lib. 1. ep. cur. 16.

38. 39. His constitutis, Pontifex sacrorum vsum Lusitaniæ restituit, & omnibus, qui anathematis vinculis violatæ libertatis ecclesiasticæ causa deuincti erant, impetrandæ a sacerdotibus absolutionis facultatem contulit d; significauitque Dionysio Regi censuras benignitate apostolica dissolutas, quas ob transgressam Gregorij X. sanctionem contraxerat: ea tamen lege, vt excurrente quadrimestri spatio, sacramento sponderet se promissa ob oratoribus religiose seruaturum. Præterea a Prædicatorum ac Minorum fratrum præfectis munus iniunxit, vt Regem censuris exoluerent; ac formam literarum præscripsit, qua Rex ipse daret ob oratoribus fidei nunquam defuturum in solemnibus regni ordinum conuentibus promulgaturus esset. Antequam vero ex Hispanicis rebus nostra digrediatur narratio, quæ in Castella gerebantur, percurrenda sunt.

Sacrorum vsus Lusitaniæ redditus.

d Lib. 1. ep. cur. 108.

40 Instauraunt cum Philippo Francorum Rege pacem Sanctius Castellæ & Legionis Rex, cum ante diuturnum bellum cum ipso atque Alfonso patre suo ob Ferdinandi filios sceptri successione exclusos gestum esset. Quam rem Sancho mox Nicolao significante, deprecanteque vt quam tertio consanguinitatis gradu coniugem duxerat vxorem, sibi retinere liceret, sanctissimus Pontifex de contecta pace est gratulatus: ad petita vero respondit b, se nondum certi aliquid in ea re statuere posse.

Inita inter Sanctium Castellæ, & Philippum Francor. Reges concordia.

b Lib. 1. ep. 61.

41. &c. Iam ad res Gallicas sermonem conuertamus: vbi occurrit, monitum e etiam a Nicolao Philippum Francorum Regem, vt improbam legem rescinderet, qua cautum erat, ne episcopi procuratorum opera, sed præsentes in regia Gallica iudicio disceptarent: vnde & diuinus cultus obsolescebat in ecclesijs, & animarum saluti non leue detrimentum afferebatur.

c Lib. 2. ep. 127. Ecclesiasticos tuetur Nicol. in Gallia contra ea eorum. potentiam. Rodulphi ad ferendam opem archiepiscopo Colocensi solicitatus.

46. 47 Deposcebat hoc tempore Rodulphus, vt imperatoria ornamenta Pontificis manu acciperet, atque nunciorum opera significauit, vel appetente hyeme, vel æstate proxima in Italiam, si Pontifex assentiretur, venturum: cui Nicolaus internuncium mittendum censuit d, vt quæ facto opus erant adornaret e.

d Lib. 2. ep. cur. 10. & 11 eiusd ep. 10 Lescho Niger dux Cracou. mentitur.

48 In Polonia f Lescho Niger Cracouiensis, Sandomiriensis, & Siradiensis dux, superioribus cladibus, multisq; aduersis casibus vexatus, partim mœrore, partim morbo emarcuit. Quo defuncto, inter nobiles ac plebē pro eligendo principe discordia exorta est: Paulus enim episcopus Cracouiensis ac proceres conuentu habito Boleslaum Mazouiæ ducem præcere; plebs vero Henricum quartum Vvratislauiensem ducem euciuit; quem venientem cum exercitu ciues in Cracouiam induxere. Boleslaus vero se non ad principatum, sed ad bellum euocatum videns, reiectis nobilium precibus, qui eum in principatum restituere armorum vi meditabantur, in Mazouiam se recepit: atque ira nobiles, missis oratoribus, certis legibus Henricum ducem salutarunt.

f Long. in annal. l. 7 Cranz. lib. Conradum Mazouiæ ducem a nobilibus ad principatū vocatus. Ab Vratislauiæ duce Henrico depellitur Greg. X. constitutio de includendis Cardd. in conclaui relicta.

49. 50 Traducenda nobis nunc est narratio ad nonnullas pontificias leges hoc anno a Nicolao editas. Reuocauit g in primis sanctionem a Gregorio X. in concilio Lugdunensi de electione Romani Pontificis quoad omnium illius capitum obseruationem, ac literas a Ioanne XXI. eo argumento Viterbij pridie kalendas octobris primo pontificatus anno exaratas confirmauit; sed quanto publicæ rei detrimento id factum, diuturnum a Nicolai morte interpontificium ostendet. Detrexit h etiam, vt cum Cardinales pontificij oneris partem in se susciperent, ecclesiæ prouentibus potirentur, adeo vt prouentus, quos in diuisione designat, in duas partes diuiderentur, quarum altera ad pontificium erarium, altera ad Cardinales spectaret. Meminit huius sanctionis Henricus Spondanus i, meritoque obtexat ipsam obsoleuisse grauissimas scilicet ob causas, cum aliunde Pontificum pia liberalitas Cardinales ad sustinendam dignitatem congruis vectigalibus instruere soleat.

g Lib. 2. ep. cur. 1.

h Lib. 2. ep. cur. 17.

i Spond. in annal. to. 1. an. 1292. n. 4 ex regest. consist. Rom. Leon. Card. Aragon. Obtrectatio ea confutatur.

51. &c. Prætermittendum hic non ducimus, extitisse apostolica auctoritate hoc anno Nicolaum apud monrem Pessulanum academiam, quæ hactenus ma-

xima ſcientiæ laude & gloria effloruit; de qua apoſtolicum diploma datum eſt [a].

55. &c. Nunc quid ad gentiles ad Chriſti cultum traducendos, reuocandos in Eccleſiæ ſinum ſchiſmaticos, alioſque in remotiſſimis orientis oris pietate excolendos hoc anno Chriſti vicarius geſſerit, dicere aggrediamur.

Iacobitarum patriarcha ad fidem orthod. inuitatus.

Iacobitarum in primis patriarcham, quem pijs operibus deditum didicerat, ac ſodalitij Franciſcani fratrem, qui in oriente ad reducendos ad Eccleſiam populos incumbebant, ſtudioſum eſt adhortatus [b], vt catholicam fidem amplecteretur. Excitati ſimillimis literis [c] Neſtorianorum, Georgianorum, Armeniorum patriarchæ; archiepiſcopus Æthiopum, alijque eorum regnorum Aſiæ & Africæ præſules, ad orthodoxam fidem profitendam, commiſſoſque greges Romanæ eccleſiæ coniungendos; atque inter cæteros Taurifij epiſcopus Dionyſius, quem ad fidem catholicam colendam, vti cœperat, excitauit, cuique eandem fidei formulam miſit [d], quam anno ſuperiori tranſmiſerat, vt ipſam in oculis ſemper defixam gereret, eaque imbueret populos. Cum vero ad populos conuertendos maximi interſit Regum exemplum, Pontifex, vt omnes ad Chriſtum pelliceret, plures literas apoſtolicas ad Armeniæ, Georgiæ, Hiberiæ, Æthiopiæ, & Tartariæ Reges dedit: vtque ab Ayrono Armenio ducamus initium; recenter ille paternum ſceptrum acceperat, atque erga Romanam eccleſiam optime affectum ſe demonſtrarat: quem Nicolaus ſinu amantiſſimo excepit [e], fideique formam ad eum tranſmiſit.

Armeniæ Rex cum Rom. eccleſia communione potitus.

58. &c. Hortatus etiam eſt [f] Mariam ſororem Reginæ Armeniæ, vt in fide catholica, quam ſemper ipſam profeſſam acceperat, conſtans permaneret: *Hortamur*, inquit, *nobilitatem tuam, et exitamus in domino Ieſu Chriſto, quatenus mentis oculis erectis ad Deum, et ad ſalutis opera directo propoſito, ad obſeruationem fidei Chriſtiane, diſtaque proſecutionem continuam vnionis efficaciter et reuerenter intendas, aliaque ſtudeas exercere ſolicite, que diuine ſint placite Maieſtati; ad obſeruationem et proſecutionem eaſdem iuxta datam tibi a Domino gratiam cæteros inducendo.* Eademque literarum ſententia fuit, quas ad Torcſum Regis Armeniæ fratrem & alios dedit [g]. Egregia quoque opera ad legem Chriſtianam ſeruandam [h], atque Eccleſiæ conciliandam coniunctionem literis ſolicitauit Æthiopas Neſtorianos, Georgianos, atque Hiberos; cumque & Tartari orientales ad excipiendam Chriſtianam fidem, quæ apud ipſos feliciſſime propagabatur, eſſent comparati, Nicolaus, ne apoſtolico muneri deeſſet, ipſorum Regem ad Chriſtiana ſacra allicere niſus eſt, quem bene erga Chriſtianos affectum acceperat, ac poſt religionis Chriſtianæ multa comulata encomia, vitæ fragilitatem ei propoſuit, vt omni abiecta mora ad baptiſmum pro æterna ſalute adipiſcenda prouolaret.

Religio inter Tartaros diffunditur.

62. &c. Nec Argon modo, ſed etiam Cobyla Chan ſummus Tartarorum Imperator in Chriſtianam fidem adeo propenſus erat, vt idem Argon legatis ad Pontificem Romanum oratoribus Latinos ſacerdotes ad illum deſtinari flagitarit. Quo nuncio ingenti gaudio perfuſus Nicolaus Ioannem de monte Coruino alioſque Minoritas tranſmiſit, & Chamum eſt adhortatus [i], vt fidem, quam Romana tenet eccleſia, amplecteretur.

Petiti a Rom. eccleſ. ſacerdotes, vt Tartaros Chriſtianis ſacris imbuant.

65. &c. Dum ita inter ethnicos concionatorum euangelicorum ſudoribus exculta religio Chriſtiana feliciter efflorescebat, maximam in terra ſancta a Saracenis cladem accepit. Nullæ copiæ in Syriam traijciebant, ex quo rebellio Siculorū ingentem illam Caroli I. expeditionem diſturbarat; quæ decretæ ad contrahenda auxilia decimæ, vel diſſipatæ vel in bellis contra Siculos, Aragonios, atque Eccleſiæ perduelles collocatæ: vnde inclinatæ hoc tempore Syriæ res fadiſſime procubuerunt: ſoldanus enim Ægypti ac Babyloniæ Tripolim magno cinctum exercitu tanta vi die nocteque oppugnauit, vt tandē eam ceperit [k], diripuerit, incenderit, ac ne vnquam a Chriſtianis inſtaurari poſſet, funditus euerterit. Ingens itaque edita a religionis hoſtibus Chriſtianorum ſtrages; interfectis ex ijs ad ſeptem millia, pauci, qui mari euaſerant, Acconem confugerunt. Adiecit barbarus immanitati contumeliam: ſacras namque imagines in religionis dedecus ad caudas equorum alligatas per vrbem raptari iuſſit. Agunt de his plurimi auctores [l]. Extant quoque ijſdem de rebus Pontificis literæ kal. ſeptembris exaratæ, quibus epiſcopo Tripolitano concitandi pro concione in arma ſacra Chriſtiani populi prouinciam dedit [m]: *Tibi*, inquit, *predicationem crucis in Sclauonia & marchia Tarui ſine partibus, ac in Venetiarum & Ferrarienſi ciuitatibus, ac earum, & marchia Anconitana, ac Romaniola ripariis contra Saracenos eoſdem preſentium auctoritate committimus, &c.*

Funditus ab eo euerſa.

Sacræ imagines a Sarac. impie raptatæ.

68. 69 Imminebat victor barbarus Chriſtianorum reliquijs, cum Henricus Ieroſolymorum & Cypri Rex inducias a ſoldano flagitauit, quas ille conceſſit, ne occidentem in ſe nimijs progreſſibus concitaret. Quibus pactis Henricum abijſſe in Cyprum, refert Sanutus [n]: *Ipſo tempore Rex*, inquit, *Henricus exiſtēs Ptolemaide firmauit treguam cum ſoldano, & ex vtraque parte iuramento firmata in Cyprum rediit de menſe auguſti, Almericum fratrem relinquens ad cuſtodiam ciuitatis.* Intregiſſe poſtea eas inducias Chriſtianos, ac Saracenos in ſe efferaſſe viſuri ſumus, cum noui militum delectus in Syriam ſubmiſſi eſſent, ad quos eliciendos Ioannem Grelli oratorem ad Nicolaum ſe contuliſſe narrat auctor: *Ioannes autem de Grelli pro parte Regis & Surianorum iuit ad Nicolaum IV. qui prius vocatus eſt frater Hieronymus, & fuit generalis ordinis Minorum, expoſiturus miſerrimum terra ſtatum, & quod etiam infra menia ciuitatis minime eſſent tuti, petiturus quoque auxilium.* Contendit is a Pontifice, vt viginti triremes rebus omnibus inſtructas ex decimarum pecunia ad annum mitteret: cuius votis Nicolaus morem geſſit, vt ex literis ad patriarcham Ieroſolymitanum [o], ac paucis mutatis ad Cypri Regem [p], alioſque viros principes miſſis patet.

Missi ad Pont. Syriæ oratores.

[a] *Lib. 2. ep. 564.*
[b] *Lib. 2. ep. cur. 48. Extat etiam in form. Mar. Ebuli in f. arch. Vat. pag. 316. n. 3173. Mitt. c Reg. poſt eund. ep. 48, Dionyſ. epiſc. Tauriſidem Rom. ſequitur.*
[d] *Lib. 2. ep. 49.*
[e] *Lib. ep. cur. 50. & form Mar. Ebuli pag. 327. n. 3175.*
[f] *Ib. ep. 51. Maria ſoror Reginæ Armen ob conſtantiam in fide Rom. eccl. commendata.*
[g] *Reg. poſt eund. ep. & ep. 52. & 153.*
[h] *Reg. poſt eund. ep.*
[i] *Reg. poſt eund. ep.*
[k] *In Syria capta a ſoldano Tripolis.*
[l] *Lib. 2. ep. cur. 55. Formul. Mar. Ebuli pag. 328. n. 3179.*
[m] *Lib. 2. ep. cur. 64. Data epiſcopo Tripolit. ſacræ militiæ promulgādæ auctoritas.*
[n] *Sanut. l. 3. p. 12. c. 10. Ayton. hiſt. Orient. c. 52.*
[o] *Epiſtem. bel. ſacri auct. & alij.*
[p] *Lib. 2. ep. cur. 64.*

IESV CHRISTI
annus 1290.

NICOLAI PP. IV. annus 3. RODVLPHI ROM. REG. 18. ANDRONICI IMP. OR. 7. Indict. 3.

NIcolaus ex ſuperiori clade Tripolitana horrore perfuſus, metuens ne victor barbarus Babylonius religionem in ijs regionibus funditus euerteret, conatus omnes ad conficiendam expeditionem ac ſubmittenda auxilia adhibuit. Sacrum ergo claſſicum pro defendendo Chriſtiano nomine cecinit [a], vt ſcribit Bernardus; atque ad vniuerſos fideles miſſis encyclicis literis incendendos [b] funeſtum terræ ſanctæ ſtatum in omnium oculis defixit; quos ad capeſſenda arma, propoſitis indulgentiarum præmijs excitauit. Ex quibus literis hæc delibanda viſa ſunt.

Nicolaus prompta auxilia in Syria ſubmittere ſtudet.

2. &c. *Nicolaus, &c.* Egreſſa ex Ægypto damnati generis beſtia iræ plena, impijſſimus videlicet ſolda-

[a] *Bern. in chron. Rom. Pont.*
[b] *Lib. 2. ep. cur. 74.*

Tripolis funestum excidium exponit.

soldanus Babyloniæ non solum incredulus, sed & credentium perfidus inimicus, & eos persequentium dux & incitator infestus, contumaci blasphemorum Dei, & persecutorum Christianæ fidei multitudine congregata, ciuitatem Tripolitanam inclytam, opulentam, ac innumerositate fidelium populosam, vt nequiret, sic potenter obsedit, & aliquandiu arcta obsidione grauatam, vexatam frequentibus diuersarum machinarum ictibus, importunis ac diris impetitam insultibus, occupauit: occuparam sic immaniter, sic subito exterminauit omnino, quod eius exterminium prę ipsius horrore lugere libet potius, quam narrare: cum sic horribile fuerit, sic etiam repentinum, quod paucis per fugæ remedium Domino miserante saluatis, multitudo tam habitatorum ciuitatis ipsius, quam aliorum, qui ad eiusdem soldani perfidiam propulsandam conuenerant in eadem, in tyranni prædicti manus incidit truculentas; quibus partim crudeli morte deletis, partim hostiliter captiuatis, vt diutius morianur; locis præcipue sacris in diuini contemptus augmentum igne consumptis, inter magnam ciuitatem & nullam exigui temporis spatium interuenit. Ex quo idem orthodoxæ fidei nefandissimus persecutor in nimiam erectus superbiam, comminatur aperte se, congregata longe maiori multitudine, aliisque ad vsum bellorum necessarijs præparatis, vberius ciuitatem Acconensem, & alia pauca loca, quæ Christianis in illis partibus remanserunt, celeriter inuasurum, vt cunctum exinde populum Christianum facile prorsus exterminet, illudque posteris virtutis suæ præconium & memoriale reliquat, quod sua potentia de partibus eisdem prorsus aboleuerit Christianæ religionis & nomen & cultum. Propter quod terra prædicta, fatali quasi addicta discrimini, clamat & eiulat, se diuinis & immensis pressuris oppressam, exterminatam incolis, euersam viribus, exanimatam opibus, ope desertam, necessarię aduersus tanti persecutoris, tantæque persecutionis instantiam, defensionis præsidio destitutam, &c. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem non. ianuarij anno* 11. Concitatos ad profitendam, accepto crucis symbolo, religiosam in Saracenos Asiaticos militiam Christifideles, ac plures, pro ardore accensos, triremibus viginti, quas Venetijs Pontifex instrui iusserat, traiecisse, refert Iordanus a. Verum ad irritum cecidere ij conatus; e viginti enim illis triremibus Ecclesiæ sumptu conductis, excensu Christianorum facto vix tredecim ballistis & milite instrui potuere; quare episcopus Tripolitanus, cui necessarię opes ad eas ornandas traditæ fuerant, repetundarum iudicio a Pontifice postulatus est b.

Fideles partim seruituti mancipatos, partim necatos ferro. Partim in templis ad quæ confugerant, religionis odio flammis exustos. Vt Ptolemaida excindere pararet.

a *Iord. m.f. Vat. sign. n.* 1960.

b *Lib. 3. ep. cur. 95.*

9. 10 Collabentibus ita Syriacis rebus, suppetiarum ferendarum sollicitus Nicolaus, misso Ioanne de Semesio Minorita apostolico pœnitentiario, Francorum Regis opem implorauit, vt terræ sanctæ Christi sanguine consecratæ patrocinium arriperet: ac submissis aliquot equitum turmis, & mariti mis auxilijs, Babyloniorum retunderet impetus, donec ex vniuersis occidentis regnis crucesignatus exercitus in orientem traduceretur. Sed is politicorum consilijs a præclaro opere abductus est, ne rebus iam in extremum pene discrimen adductis arduum bellum susciperet, ac Syriam ab ipso amissam aliquando probro verteretur. Quam ignominiæ suspicionem Pontifex delere ex eius animo suis literis est conatus c.

Francorum Rex ad submittendas auxiliares copias solicitatus.

c *Lib. 3. ep. cur. 108.*

11. &c. Sed cum tumidus superioribus victorijs soldanus ad Ptolemaidem obsidendam copias pararet, fractos illius impetus opportuna morte retert Sanutus d: *Cogitauit Melec Messor soldanus parare exercitum ad destruendum in terra Syria Christianorum reliquias, & mccxc. de mense octobris monit exercitum:* *sed qui Amorrhæos inde expellere voluit, nisi completa forent iniquitates eorum, adhuc patienter sustinuit, si forte ad pœnitentiam redeant de via sua mala; & mortuus est Messor in vinete, successitque illi filius vocatus Seraph. Cum vero carnalia cæteraque peccata continue augerentur in fœderibus fœderis baptismalis, nec de malis vellent conteri, nec per pœnitentiam ad viam redire iustitiæ, assumpsit Seraph paternum propositum eo ardentius commotus, quod* XIX. *Saracenos mercatores Ptolemaidæ in loco vocato Lafunda iuxta cambium contra fidem treguarum crucesignati gladio peremerunt, ac poscenti iustitia denegata sit.* Quibus consentanea ijsdem pene verbis refert Iordanus a.

Peccata exitij Syriæ causa.

d *Sanut. l. 3 p. 12. c. 11. Armen. hist. rerum. c. 53.*

a *Iord. m.f. Vat. sign. n.* 1960.

17. &c. Decreta est a Nicolao grauissima hoc anno legatio ad Francorum, Anglorum, & Aragonum Reges, quam Gerardus episcopus Sabinensis, & Benedictus Caietanus S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis obierunt: data enim ipsis prouincia est, vt acceptas a Philippo Francorum defuncto Rege decimas Syriæ rebus instaurandis elicerent: vt ostendunt pontificiæ literæ ad Philippum filium Regem missæ: quibus Nicolaus tam insignis legationis præcipuas causas expressit b: quibus aliam addit causam Bernardus c, dum missos ait ad sedandam simultatem, quæ inter Francorum & Anglorum Reges exorta erat: cui Iordanus assentitur d. Princeps porro causa in apostolico diplomate ad eosdem Cardinales e dato, alijsque ad Carolum Siciliæ f, Philippum Francorum g, Carolum Valesium Aragonum h Reges missis literis in medium adducta est: vt nimirum ad conficiendum facilius Siculum bellum verrendaque postea in Saracenos arma de Aragoniæ & Valentiæ regnis controuersiam inter Alfonsum & Carolum Valesium agitatam dirimerent, & acerbas fœderis pactiones, pro liberando Carolo Rege Siciliæ vi extortas, mitigarent.

Duo Cardinales ad transalpinos Reges missi.

b *Lib. 3. ep. cur. 36.*

c *Bern. in Chron. Rom. Pont.*

d *Iord. m.f. Vat. sign. n.* 1960.

20. &c. Edoardus de Gerardi & Benedicti Cardinalium legatorum aduentu Alfonsus Aragonius, confirmandi solij solicitus, vtque Gallorum arma a se auerteret, oratores ampliffima instruxit auctoritate, vt cum ijs de ineunda concordia cum Ecclesia, illiusque socijs Regibus, Carolo nimirum Valesio Aragoniæ renuntiato, Carolo Siciliæ, Philippo Francorum, tum etiam Iacobo patruo Balearium a se regno depulso pacisceretur; cum Nicolaus inter cæteras grauissimas causas, ob quas, & iamsi Carolus Rex Siciliæ deprecator accederet, Alfonsum tamen in gratiam admittere respuerat, factasque eundem inter & Carolum pactiones rescinderat, ea permotus esset, ne Regem Balearem, qui ob susceptas aduersus Petrum fratrem & nepotes Ecclesiæ partes regno eiectus fuerat, deseruisset: nec propterea Iacobo Aragoniæ & Valentiæ iura restituta visuri sumus, nisi Iacobo patruo Balearicum regnum redditum esset.

Oratores Aragoniæ ad Cardinales legatos mittit. Regnabalearium pacis tractatu comprehensus.

e *Lib. 3. ep. cur. 108.*

f *Lib. 3. ep. cur. 2.*

g *Reg. pasti tand. ep.*

h *Ibid.*

Præterea ad cogendum ad id Alfonsum, Philippo Regi Francorum, vt fratrem in Cataloniam, Aragoniam, & Valentiam induceret, attributæ erant decimæ non modo in Gallijs, verum in nonnullis etiam finitimis prouincijs Romano imperio obnoxijs. Quod cum Rodulphus Romanorum Rex in suam iniuriam interpretaretur, atque a nonnullis aduersus Francorum Regem incitaretur, quasi is imperij iura sibi vendicaret, Nicolaus Rodulphum mulcere literis studuit i, & causas ob quas id sedes Apostolica constituerat, nimirum ad comprimendos Aragonios Siciliæ inuasores, tuendamque Ecclesiæ dignitatem aperuit.

Francorum Regi decimæ ad fratrem in Aragoniã inducendũ attributæ in Gallijs.

i *Lib. 3. ep. cur. 47.*

23 Constituta hæc, vti vidimus, a Martino IV. vt Aragonios ab inuadenda Sicilia distraheret: quos etiam vt facilius diuelleret, legatos Cardinales, de quibus memorauj, ad restituendum in gratiam cum

Eccle-

Ecclesia Alfonsum missos a Nicolao diximus; cui ad officium redire velle prae se ferunt, vt paternum sinum missis Cardinalibus legatis aperuit, ira Iacobum Alfonsi fratrem, qui relictam a patre Siciliae tyrannidem corripuerat, promulgata comminatoria sententia [a], nisi vna cum Siculis resipisceret, perculit. Interea censurarum poenas affecti inere Neocastrensis & Cephaludensis episcopi [b], qui Iacobum regio contra fas diademate cinxerant; Carolo vero Regi ad recuperandam Siciliam Sardiniae & Corsicae decimae attributae [c].

[a] *Lib. ep. cur. 103.*

[b] *Ep. cur. 104.*

[c] *Lib. 3. ep. 411. 412. & post cons. ep. Ptolo. Vill. l. 7. c. 133. S. Antonin. 3. p. tit. 20. c. 5. §. 7. Chron. Sussan. in f. Summ. l. 3. & alij.*

24. 25 Caeterum vlterioris Siciliae dominatu non contentus Iacobus, proferendi in citeriorem imperij auidus hoc anno graue bellum in Carolum mouit [d]: cum enim Catanzarum in Calabria ad Iacobum defecisset, tuisseque a Roberto comite Atrebatensi obsidione cinctum, Iacobus cum triremibus quinquaginta, atque alijs pluribus nauibus facto exercitu obsidionem soluere conatus est; sed a Roberto cum caede repulsus, Caietam, vt inde Robertum duelleret, obsedit. Mox eo Carolus cum lectissimis copijs, quarum pars a Pontifice submissa erat, atque Robertus Atrebatensis comes cum equitatu prouolarunt, tantumque terroris Iacobo iniecere, vt is metuens, vel ne commeatus, qui mari inuehendi erant, deessent, vel ne hostium numero opprimeretur, inducias a Carolo postularit: quas ille, quamuis renuerent duces, qui bellum hoc vno praelio confici ac Iacobum capi posse, obruine arbitrabantur, in duos annos admisit: qua de causa postea a Bonifacio VIII. qui tum legatus erat pontificius, summae imprudentiae obiurgatus est [e], vt qui inconsulta sede Apostolica foedus inijsset, ac Robertus comes Atrebatensis alijque nobiles Galli in Carolum exasperati, in Gallias recesserunt. Is vero ad rempublicam reficiendam animum applicuit, atque in grati erga Caietanos animi signum, qui fortissime hosti restiterant, ipsos omnibus vectigalibus immunes ac liberos ad decennium esse iussit, quorum virtutem commendauit Pontifex, priuilegijsque ornasse reperitur; Berardoque Cardinali episcopo Praenestino praecepit [f], ne a Caietanis ob fidei in Carolum constantiam decimas pro Siculo bello exigeret. Hactenus de Siculis rebus: nunc ad ecclesiastici principatus res sermonem traducamus.

[d] *Ptolo. Vill. l. 7. c. 133. S. Antonin. 3. p. tit. 20. c. 5. §. 7. Chron. Sussan. in f. Summ. l. 3. & alij.*
Catanzarum ad Iacobum defecit.
A Roberto comite Atreb. obsidione cingitur.
Iacobus ab eodem pro stularus.
Caietam obsidet.
Inducitur in diserimen.
Carolus eum eo in ducias pacisci tur ad biennium.

[e] *Bon. VIII. l. 9. ep. cur. 72.*
Robertus dux ex ira eundia regno abscedit.
Caietani omnibus vectigalibus ad decennium liberi pronuntiati.

[f] *Lib. 3. ep. cur. 202.*

26. 27. Cum animaduertisset Nicolaus nimiam illam licentiam, qua nonnulli populi cum alijs contrahebant foedera, seditiones parere, ac subitas defectiones inuehere, huiusmodi coitiones incusso grauissimarum poenarum terrore fieri vetuit [g].

[g] *Lib. 3. ep. cur. 107.*

28. &c. Tuendi praeterea iuris ecclesiastici solicitus, cum illud in Gallijs regij admuniri principis armati potentia, admodum labefactarent, & clerum in seruitutem redigerent, Nicolaus Cardinales legatos Gerardum & Benedictum illi, rem integrando dare operam iussit, ac Philippum regij officij admonuit [h]. Ad asserendam in Anglia libertatem ecclesiasticam, quae admodum a magistratibus regijs laesa erat, Bartholomaeum episcopum Grossetanum ad Eduardum Regem legauit, quem vt suorum licentiam compesceret, literis apostolicis hortatus est [i].

[h] *Lib. 3. ep. cur. 32.*
Ecclesiarū iura Eduardus Rex in Anglia occupat.

[i] *Lib. 3. ep. cur. 46.*

37 In Scotia ingraescere interim turbae, regnumque a pluribus aemulis, qui affinitate vltimum Regem contingebant, ambiri coepit: qui tamen, vt litem dirimerent, vnanimi consensu publicisque eorum literis, quae apud Vualtinghamum extant [k], Eduardum Regem, vt supremum regni dominum, iudicem constituerunt, tanquam illum, cui sceptrum adiudicatum esset, eiusque successores Regis Angliae stipendiarios futuros. Eduardo itaque postea a Nicolao flagitante, vt quod ij principes decretum de ipsius sententia admittenda edidissent, apostolica auctoritate confirmaret, denegauit Pontifex [l], ne sedis Apostolicae in Scotiam iura labefactaret. Nec tamen coepto destitit Eduardus, qui, vt tradit Vvestmonasteriensis, cum rem discussisset, Scotiae sceptrum in Ioannem Baliolum, accepto ab eo fidei sacramento, transfudit, ac reges Scoti Angliae vectigales reddiri. Quae licet anno MCCXCI. perfecta historiae auctor mandarit, nos tamen, ne eadem repetenda essent, hic congessimus.

[k] *Walsing in Eduard. M. Chr. Bost. hist. Scot. l. 14.*
Exortae in Scotia graues seditiones.
Controuersiae arbiter delectus Eduardus agnitusque supremus Scotiae dominus.

[l] *Lib. 5. ep. cur. 1.*
Ioannis Baliali iura ab Eduardo potiora in regnum iudicata.
Benenatus ep. Eugub. in Hungar. legatus missus.

38 Inter haec in Pannonia Christiana religio in maximum discrimen venit ob Ladislai Regis vesaniam, qui Tartaris & Saracenis, quorum nefarios imbiberat mores, se addixit, neque a Nicolao III. & Honorio IV. increpitus e vitiorum se erexit caeno, quem tristem casum deplorat Nicolaus [c]: *Sua*, inquit, *salutis immemor*, nimirum Hungariae Rex, *ac proprij prodigus honoris & status, in demersae erroris, & a fide exhibitans, Tartarorum, Sarracenorum, Nengeriorum, & paganorum vesanos ritus amplectatur, cum quibus in dispendium fidei, & exterminium aulae regni horrendo foedere est coniunctus: quos etiam contra fideles in numero grani in regnum ipsum inducere non expauit.*

[c] *Nicol. ep. cur. 48.*

39 Infecisse etiam Ladislaum regium nomen immani alio scelere, fratricidio nimirum, scribit Longinus [d]: cum enim procerum studia in Andream ducem inclinarent, Ladislaus fratrem in suspicionem affectati regni adductum, ex insidijs de medio tollere est meditatus. Quibus cognitis Andreas in Poloniam transfugit ad materteram Cunegundem ducissam, foeminam vitae sanctitate illustrem, quae illum Premislao Cracouiae & maioris Poloniae duci commendauit: sed Ladislaus mox subornatos premissis sicarios iubmisit, qui fingerem se a Ladislao ob studia in Andream ad mortem quaesitos fugisse eaque de causa humaniter excepti, atque Andreae socij traditi, arrepta occasione, ipsum comprehenderunt ac flumine Nida immersere. Reperium vero a nautis cadauer, in monasterium, vbi agebat ducissa Cunegundis, delatum est. Subdit auctor ingens prodigium, nimirum sanctissimam ducissam, cum iam precibus suis ad vitam Andream excitasset, edoctam diuinitus ipsum sine lethalis criminis labe obijsse, ac si vixisset, peccatis pluribus inquinatum iri, rerum mox iudicem fuisse.

[d] *Long. hist. Pol. l. 7.*
Ladislaus in fratrem Andream iras graues concipit.
Fugienté in Poloniā opera sicariorum necat.
Cunegundis ducissa nepotem, ad vitam suis precibus reuocat.

40 *Pro cuius*, inquit, *a morte resuscitatione sanctimoniali importuni precibus deuota feruentissime supplicationis oratione in priuato oratorio insistens, res moniales varijs, & vitandis exauditis vocibus, videlicet Hertrudis, Aldegundis, & Gertrudiana ad oratorium praedictum, in quo & corpus praefati ducis Andreae iacebat examine, accurrunt, & videntes foeminam beatam Cunegundam splendore caelesti illustratam, etiam illam cum quibusdam personis, quarum neque effigiem neque personam videre soleant, colloquentem: quarentem quoque & responsa accipientem percipiunt. Vidint & in corpore Andreae ducis pridem vndis apud Chrobern suffocati filij Stephani Hungariae Regis vnificationis & resurrectionis signa: ad quod benedicta foemina Cunegundis Cracouiensis ducissa accedens, et pedes illius tangens, surgere illud prohibuit. Quiesce, inquit, quiesce, quoniam ita clementissimo tuo et meo Saluatori beneplacitum est, et tuae saluationi congruum, in pace. Et illico signis vitae ad imperiosa verba euanescentibus, funeris sui et mortis signa reddita sunt, corpusque sepulchro mandatum. Cum autem foemina benedicta Cunegundis per religiosas et de-*

et dominus fui ordinis fororem, cur mortuum corpus nepotis sui ducis Andreæ resurgere non fuisset, quæreretur: silentio multiformis vocibus absolvit quæstionem. A fororibus autem vicissim vexata super silentio quærentium molestiam evasura, tres fuisse causas dixisse sibi revelatas, propter quas mortuus ducis Andreæ caduser ad preces suas vivificatum non exiit, edixit: unam, quod mors illi salubris, et nullo peccato mortali pro ea vita irretito acciderat, cui si vita donaretur plerisque fletus erat inquinandus facinoribus: secundam, quia multus Christianorum sanguis sua occasione venebat fundendus: tertiam, quod vivificato illius in vulgarem gloriam apud Polonici et Hungarici generis populares homines, quæ meritum præteritorum operum benedicta femina mutilasset, verteretur.

Reditum mori iterũ iubet.

Diuina de Ladislao vltio.

41. &c. Nec diu Ladislaus nefarium crimen impune tulit: qui enim fratrem insidijs sustulerat, insidijs occubuit; atque in vltionem contemptæ religionis ab ipsis Cumanis, quos fidissimos habuerat, fuit trucidatus. De quo hæc apud Stero nem a: *Hoc anno dominus Ladislaus Rex Hungariæ sine hæredibus obiit.* Ipsum vero defunctum hoc ipso anno ex literis a Nicolao exaratis constat b. Ex quibus auctorum illorum sententia refellitur, qui vel in sequentem annum c, vel longe post in annum milletimum ducentesimum nonagesimum nonum d retulerunt.

a *Stero in annal. inter Script. Germ.*

Cædis illius tepus statuitur.

b *Lib. 3. ep. cur. 31. &c.*

c *Long. hist. Polon. an. 1291.*

d *Bonfin. Hung. dec. 1. l. 8. in fin.*

Cum autem hoc anno Ladislai mortis nuntius in pontificia aula percrebuisset, Carolus II. Siciliæ Rex iussit filium suum maiorem natu Hungarica corona solemni ritu Neapoli redimiri, cum ad illum materno iure spectaret: sed Andreas Venetus remotiore gradu Hungarica stirpe satus in solium irrepsit e. De quibus hæc S. Antoninus scribit f: *In Neapoli Rex fecit magnum solemnitatem, militem creans filium suum primogenitum vocatum Carolum Martellum; ac per legatum Papæ fecit eum coronari: nec reliquerat filium masculum, qui in eo regno succedere posset, nec alius erat hæres, nisi Regina Maria uxor Caroli Regis Siciliæ, et mater Caroli hujus Martelli.* Pauciqne interiectis: *Quidam tamen Andreassus nomine, de progenie,* scilicet Spuria, *genitus Regum Hungariæ, ingressus dictum regnum maiorem partem sibi acquisivit vi, vel voluntate se subjicientium ei, et fecit se fieri et vocari Regem Hungariæ.*

e *Bonf. Ioan. Bapt. Ign. l. 1. & alij dec. 2. l. 9.*

f *S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 6. §. 7.*

Henricus dux Vvratislau. veneno necatus.

44 In Polonia ob violatam ecclesiasticam libertatem, aliaque illata damna ex animi pœnitentiæ specimen dedit Henricus IV. Vvratislauiensis & Silesiæ dux, qui aduersa valetudine ex veneno a Silesiis propinato contracta hoc anno obijt. Cum enim morbi vim ingraueiscere sentiret, res suas partim ecclesijs, partim egenis, partim vxori distribuisse scribit Longinus g: at Pontifex in suis ad episcopum & clerum Vvratislauiensem datis literis refert h Henricum acerbissimo dolore animi tactum ob diuexatas a se & maioribus suis ecclesias publicis literis ereptas restitui iussisse, pristinamque ipsis libertatem concessisse: quæ omnia Pontifex ipse apostolica auctoritate corroborauit.

g *Long. hist. Pol. l. .*

h *Lib. 3. ep. 397.*

Ereptas ecclesijs iura restituit.

Magni Regis Suecię mors.

45 Nec caruit funeribus Gothia: Magnus enim Rex, vt refert alter Magnus i, cum eximia pietatis laude vita functus est: *Carrense*, inquit, *anno a nato Christo* MCCXC. *Rex Magnus, considerans vitæ suæ terminum adumisse, comites regni proceres ad se convocavit, eosque ex lecto ægritudinis, quo decumbebat, multis & salubrimis consilijs adhortatus est ad publicam & domesticam concordiam, ac pacem, quæ sola atque unica spes esset patriæ conservandæ.* Nonnullisque interiectis: *Hac exhortatione premissa, unum ex præsentium procerum numero Turgillum Canuti, reginæ dapiferum regni gubernaculis usque ad maturam filij sui Birgeri ætatem admovit, cui etiam præsentem*

i *Magn. hist. Gothor. & Suec. l. 10. c. 9.*

Birgero Turgillus tutor datus.

Regimen ac libertas sub multa verborum elegantia & gravitate per manus commendavit. Postremo, non sine affluentia lacrymis, veniam erratorum precatus, rogabat suum funus apud vasperes fratres S. Francisci in Stocholma sepeliri: sicque sumptis more Christiani principis Christiana fidei sacramentis, transitorij imperij solicitudinem æterna felicitate feliciter commutavit.

Magni pietas in extremo vitæ actu.

46 Plura pietatis Magni insignia monumenta recenset e auctor; atque inter alia monasterium virginum in honorem S. Clarę constructum, cui filiam septennem nondum egressam addixit: tum subdit: *Vix in ampliſſimo Gothorum & Suconum principatu ecclesia aut monasterium, immo vix sacellum, aut altare aliquod inveniebatur, quod non fuerat eius liberalitate ornatum, aut magnifice dotatum. Cæterum in clerum & ecclesiæ libertatem pio atque integerrimo studio ferebatur, summopere contendens, Christianum sacerdotium per omnes terminos imperij sui adeo felix efficere, ut nec Dani, nec Teutones, aut aliæ terræ liberaliores in Christi Ecclesiam videri potuissent. Fatendum tamen est inter eum & divum Brynolphum Scarensem episcopum, ex illustri Folchungorum familia natum, aliquando gravem controversiam incidisse: sed cum Rex multis argumentis confutavisset eius sanctimoniam, & vitæ integritatem, prostratus ad pedes eius supplicitur veniam impetravit.*

e *Lud. l. c. 7*

Vt filiam S. Clarę instituris addixerit.

Brynolphus Scaren episcopo magno ardore ius eccl. tuetur.

Vt Rex ad eius pedes veniam petiturus accederit.

47 Defuncto Magno, cum Birgerus sceptro sustinendo impar esset, gessit Turgillus pro dignitate regiæ Sueciæ procuratoris munus: arma enim Gothica consecrauit Christo, & in Carelios barbaros, qui Christianos sibi proximos sæuissime infectabantur, ac Sueciam multis irruptionibus infestarant, crucesignatum exercitum mouit, vt narrat dictus auctor b: addidique illos c deuictos ac sub iugum a Sueco missos, feliciter ad cultum veri Numinis traductos, ac baptismo iustratos fuisse a Petro episcopo Arosiensi; tum Careliæ situm, moresque his verbis describit: *Sunt autem Careli populi finitimi inter Moscouitas & Suecos, qui hactenus gentilitatis errore decepti idolis sacrificia offerebant, omniumque vicinorum Christianorum persecutores erant acerrimi & pertinaces. Hos igitur Suecos potenti manu aggressi superauerunt, atque regno Suecorum adiecerunt, erecto in eius confinibus munitissimo præsidio, videlicet oppido & castro Viburgensi contra insultum Sarmatarum et Moscouitarum: quæ omnia Turgillus consilio et prudentia Petri episcopi Arosiensis feliciter consummauit. Hic enim Petrus, cum esset in omnibus rebus gerendis prudentissimus, eodem tempore gemmam et memorabilem vtilitatem effecit: quippe totam Careliam baptizauit, tandemque munitissimis præsidijs confirmatam Suecorum imperio subiecit.*

b *Magn. hist. Goth. & Suec. l. 20. c. 10.*

c *Eadem l. 20. c. 11.*

Adiuncta Suecico Imperio Carelia.

48. &c. Inter hæc ad amplificandum in Africa Christianæ religionis cultum Nicolaus Castellæ & Lusitaniæ Regum precibus adductus Rodericum Minoritam ecclesiæ Marrochitanæ præfecit d; ac legationem in eas terras, Saracenorum erroribus infectas, decernendam ratus, id munus eidem Marrochitano episcopo iniunxit: quem datis literis ad nobiles Christianos, aliosque stipendiarios, qui in Tremisseno, Marrochitano, & Tunetano regnis versabantur, ipsis commendauit e, hortatusque eo est, vt vitæ exemplo, ac morum sanctitate Mauros ad religionem Christianam pelliceret.

Rodericus Minorita creatus Marrochitan. episc.

d *Lib. 2. ep. 771.*

e *Lib. 2. ep. 844. 845.*

54 Absoluamus hunc annum celebertimo prodigio, quod Deus Parisijs ad expugnandam eorum perfidiam, qui sanctissimi Eucharistiæ sacramenti detrahunt dignitati, edidit: *Eodem anno*, inquit S. Antoninus f, *insigne miraculum accidit Parisijs circa Eucharistiam: nam cum quidam Iudæus mutuasset*

f *S. Ant. 3. part. 20. c. 5. §. 2. Nauclerus Vrbs l. 7. col. 4. 144 Nauclerus gen. 44. & 49.*

suo

Insigne miraculū in Eucharistia ostēsum.

sub vsuris eidem mulieri certam quantitatem pecuniæ super pignus cuiusdam vestimenti sui; illa vt ea posset vestiri in paschate de propinquo aduenienti, accessit ad Iudæum ad consedendam tunicam suam. Sed perfidus Iudæus ausus est dicere mulieri: Si tu portas mihi corpus Christi, quod dicitis esse in hostia consecrata, ego tibi restituam vestem sine aliqua pecunia. At mulier cupiditate deuicta, plus amans pecuniam, quam animam, hoc ei promisit. Vnde die paschatis accedens ad communionem, in ore retinuit Sacramentum, non glutiens, nec purificationem sumens: sed recedens ab ecclesia Iudæo detulit. Qui vt perfidissimus & sacrilegus posuit Sacramentum in patella super ignem cum aqua bullienti: & cum Sacramentum illæsum permaneret, ille gladium accipiens, pluries percussit hostiam: indeque sanguis exiuit, quo aqua tincta effecta est rubea tota. Extrahens autem de patella, misit hostiam illam in aquam frigidam, quæ etiam tota effecta est rubea. Christiani autem peruenientes, vt acciperent ab eo sub vsuris, & domum intrantes eius, perpenderunt sacrilegium maximum Iudæi: hostia nempe per seipsam euolauit super quandam tabulam. Captus ergo Iudæus, confesso scelere, combustus est; & Sacramentum reuerenter acceptum a sacerdotibus cum multa deuotione fidelium & honore deportatum est ad ecclesiam, & ex domo Iudæi fabricata est ecclesia, & vocatur ecclesia Saluatoris Deliberante.

IESV CHRISTI
Annus 1291.

Indict. 4.

NICOLAI PP. IV. RODVLPHI ROM. REG. 19. annus 4. ANDRONICI IMP. ORIEN. 8.

1. &c. VRgebat Pontifex capta conficiendæ expeditionis consilia, atque omnibus Christi fidelibus apostolicis literis edixit [a], vt si quis pietatis sensus erga orientales a Saracenis oppressos in pectore resideret, si quis ardor bellicus nobilium animis inesset, signa Eduardi Anglorum Regis, eiusque exempla sequerentur; qui licet olim ab Assassino ex insidijs sauciatus esset, vitam tamen ob Dei amorem in nouæ pericula conijcere non verebatur.

[a] Lib. 4. ep. cur. 8.

Pro instauranda re Syriaca Pontifex expeditionem promouet.

6 At nimium sero parata sunt hæc auxilia, cum iam immensa Christianorum crimina diuinam iram adeo prouocassent, vt satius esset terram Christi domini sanguine imbutam & consecratam a Saracenis obtineri, quam ipsius Christi cultorum grauissimis sceleribus inquinari: & quæ superfuerat post tot clades Christianis Ptolemais, a recentioribus Accon dicta, excisarum aliarum vrbium scelera imitabatur, ac plena, vt deplorant auctores [b], mulierculis impudicissimis erat, quæ omni exuto pudore, lenocinijs suis perdendis animabus laquei dæmonum erant. Si vero humanæ illius excidij causæ spectentur, confluxerat in eam vrbem innumera Christianorum multitudo, qui post Antiochiam, Tripolim, & alias vrbes, arcesque expugnatas, & euersas eo confugerant, atque in varias factiones erat scissa [c]; illius dominatū inter se Rege Ierosolymitano & Cypri, Gallis, Venetis, Genuensibus, Pisanis, Anglis, Germanis, præfectis equitum templi & xenodochij S. Ioannis Ierosolymitani, alijsque sine ordine partientibus: ac ne maturandæ cladis deesset occasio, octodecim crucesignatorum millia, qui ad defendendam vrbem concurrerant, extremam illi perniciem attulerunt: cum enim nulla stipendia ad vitam sustentandam a ducibus elicere possent, in Saracenos excursiones, violatis inducijs, agere, prædas auehere, mercatores Saracenos Ptolemaidem venientes intercipere ac trucidare cœperunt. Qua de re soldanus conquestus, cum supplicium de violatoribus induciarum sumi non obtinuisset, furore exarsit; quas causas perstringit Ptolemæus Lucensis [a].

Saracen. inducię violatæ.

[a] Ptol. Luc. l. 24. c. 23.

7 Comparato itaque exercitu, Ptolemaidem obsidione cinxit, tantamque hominum multitudinem secum traxit, vt castra duodecim milliaria tenerent. Nec defecere initio animo Christiani, quamdiu animis inter se coniunctissimi sub Guillelmo de Belloioco Templariorum magistro supremo Christianarū copiarum duce coaluerunt: at vbi ille, dum brachium ad feriendum hostem exerebat, venenato telo a Saraceno vibrato in ipsa commissura transfixus occubuit cum eo omnia periere (in cuius strenui viri laudem exaratæ reperiuntur pontificiæ literæ [b], quibus illum Nicolaus Papa, cum nonnullis alijs pugnando in Saracenos martyris instar obijsse prædicat:) *Ex eius morte*, inquit S. Antoninus, *tota ciuitas commota est & contrita: & quia vbi multitudo ibi confusio, cum scilicet non inest ordo, ideo cum multorum essent ibi domina, & sine ordine orta inter eos discordia de custodia, cum omne regnum in se ipsum diuisum desoletur secundum doctrinam Christi, ideo deserta defensione ciuitatis quilibet conatus est euadere manus Saracenorum, ne caperetur.* Conglobatus hostis in vrbem victor irrupit: qui ad portum confugere, partim fluctibus hausti [c], cum orta tempestate nauigia appellere ad terram non possent; plurima Christianorum millia cæsa, spolia innumera pene relata, vrbs a barbaris funditus deleta. Quam cladem in literis luget Pontifex [d]: *Neque hoc accidit*, subdit S. Antoninus, *sine magno & iusto iudicio Dei: nam habitatores eius, & si nomine Christiani, re autem infidelibus erant deteriores, repleti omni iniquitate & lasciuia; ideo in præsenti Deus supplicia reddidit, ne in æternum eos puniret, qui in tam sæua morte ad Deum sunt reuersi; & ne impœnitentes ex eis diutius viuentes maiores sibi acquirerent cruciatus.*

[b] Lib. 4. ep. 391.

Saraceni vrbe vi potiti.

[c] Lib. 4. ep. cur. 61.

[d] Ead. ep. S. Ant. 3. tit. 20. c. 6. §. 9.

8. &c. Describunt eandem cladem Iordanus [e], Ptolemæus Lucensis [f], auctor epitomes bellorum sacrorum [g], & præter alios accuratissime Sanutus [h], qui singula in eo gesta suis temporibus distinguit. In quo excidio insigne virtutis exemplum editum ex sancto Antonino [i] afferimus.

[e] Iord. m. s. Vat. sign. n. 1960.

[f] Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 23.

[g] Apud Canis. antiq. lect. to. 6. pag. 278.

[h] San. l. 3. p. 12. c. 21. & Ant. 3. p. tit. 24. c. 9. § 11. & Vrsp. in annal. ex chro. antiq. ord. I Tit. 20. c. 6. § 9.

13 *Anno*, inquit, *Domini* MCCLXXXXI. *ciuitas Achon capta fuit per Saracenos, occisis ibi vel captis plusquam triginta*, alibi 1 habet LX. *millibus Christianorum vtriusque sexus. Cum autem esset Achone solemne monasterium S. Clarę sororum, & abbatissa captam ciuitatem audisset, & Saracenos intrasse, zelo castitatis virilis effecta omnes sorores ad capitulum conuocauit, & prima facto sermone salubri, ne a Saracenis deluderentur, omnes ad martyrium animauit, & ait: Filiæ mea & sorores contemnamus vitam istam; & vt immaculate sponso immaculato corde & corpore fortes in fide domino nostro Iesu Christo nos valeamus offerre, & pretio proprij sanguinis vitam interminabilem comparemus. quod me videritis facere, hoc & vos faciatis. Virilis ergo mulier gladio sno sibi nasum proprium mutilauit & fluente sanguine totam faciem cruentauit. Animantur sorores ad similia, & facies suas diuersimode vulnerantes ex cruore virgineo aspectum horribilem aspicientibus intulerunt. Quid plura? intrant Saraceni monasterium, euaginatis gladijs sanguinem Christianum sitientes. Occurrerunt virgines sacræ intrepide non decorem, sed horrorem canibus illis offerentes; qui primo videntes obstupuerunt, deinde horrentes omnes gladijs peremerunt. Nempe in eo quod se vulnerauerunt, nisi excusentur ex speciali instinctu Spiritus sancti hoc fecisse, secundum communem legem graniter peccassent.*

Insigne castitatis seruandæ exēplum.

sent. Fratres etiam Minores conuentus, qui ibi erat, interfecti sunt a Saracenis.

14. &c. Traxit secum Ptolemaidis excidium aliarum vrbium, & arcium iacturam, quas fideles in Syriaci maris ora obtinebant; cum victoris potentiæ impares se putarent. De Tyro quidem hæc Sanutus scribit a: *Eodem die, quo Ptolemaida capta est, Tyrij ciuitatem vacuam in vesperis relinquentes victoribus sine ictu gladij absque tumultu belli occupandam libere, ascensis nauibus, reliquerunt. In crastino vero Saraceni intrauerunt nemine prohibente, fecerunntque, quod libuit.*

a *Sanut. l. 3 p. 12. c. 22.* Tyrus a Christianis deserta

19. &c. Occidens e Syriæ excidio cō flemanus. Concussit terrore occidentem orientalium clades, planctuque omnia impleuit; cuius dolor præ cæteris communem Christianorum parentem confodit. Nicolaus itaque tristi nuncio fauciatus, mox imbutas lacrymis literas ad omnes principes Christianos scripsit, vt ipsos in Saracenos concitaret. Extant in primis ad Philippum Gallorum Regem datæ b, quibus deplorat Ptolemaidem quadraginta quatuor dierum oppugnatione captam, omnes obuios gladio cæsos, præterea plures, dum in naues euadere nitebantur, vndis absorptos, Tyrumque ex Acconis excidio tanto metu perculsam, vt deditionem hosti fecerit: tum omnibus precibus eum rogat, vt in extremo illo casu consentanea auxilia submittat. Adiecta est ijs literis hæc loci & temporis nota. *Dat. apud Vrbemueterem* x. *kal. septembris anno* IV. Tum postridie eius diei alijs repetitis literis c Regem ipsum adhortatus est, vt vel crucem pro re Syriaca recuperanda indueret, vel decimam parenti crucesignato concessam restitueret. Qua de re ad Parisiensem episcopum scripsit d, vt si Gallorum Rex crucis signa in Saracenos attollere respueret, collectas e decimis pecunias a patre acceptas refunderet.

b *Lib. 4 ep. cur. 51. & Form. Mar Ebulim. f. Vat. pag. 298. nu. 3052.*

c *Eod. l. 4. ep. cur. 52.*

d *Lib. ep. cur. 53. 54.* Genuenses in Saracenos concitare studet Nicolaus.

23. &c. Implorauit etiam Genuensium opem, quorum olim virtus in comparanda Christiano nomini Syria emicuerat, vt inimicitias cum Venetis ponerent, induciasque firmissimas pangerent; verterent arma in Saracenos, atque in ea republica leges in concilio Lugdunensi sancitas promulgarent, ac summa religione seruarent, quibus vetabatur, ne Christiani ad Saracenos arma, ligna ad constandas naues idonea, aliaue, quibus offendi Christiani possent, deferrent. Quo vero eorum animos ad hæc flecteret, funestum rerum Christianarum lapsum grauissimis verbis in eorum oculis defixit e.

e *Lib. ep. cur. 55.* Scriptæ eadem verborum forma ac Venetos lit.

24. 30 Eadem literarum sententia ad Venetos, quæ ad Genuenses missa f. Cum vero Veneti cum patriarcha Aquileiensi bellum gererent, Nicolaus ad eos conciliandos episcopum Vrbeueranum misit, vt ad recuperandam terram sanctam incumberent. Eam etiam Pontifex ad prompta paranda auxilia rationem inijt, vt in singulis prouincijs episcoporum concilia celebrarentur, in quibus ea de re decerneretur: quo argumento ad Mediolanensem archiepiscopum, ac suffraganeos episcopos datæ literæ g, adijciturque in regesto eam literarum formulam ad omnes alios archiepiscopos, primates, & patriarchas esse missam. Quibus ea consentiunt quæ in Salisburgensi chronico traduntur h, iussu nimirum pontificio Salisburgi habitum concilium prouinciale, visumque patribus fuisse, vt Templarij & Hospitalarij in religiosam vnam equitum familiam redigerentur; terebat enim fama, numquam Acconem expugnandam fuisse, si mutuum inter eos amicitiæ fœdus coaluisset; tum vt Romanorum Rex cum principibus ad ferendum terræ sanctæ auxilium exciretur, idque Romano Pontifici rescriptum: sed antequam oratores ad sedem Apostolicam venirent, Nicolaum obijsse. Quæ ijsdem verbis in Eberhardi annalibus i reperiuntur. Cæterum non-

f *Reg. post eund. ep. cur. 55.* Indicta a Nicolao prouincialia cōcilia.

g *Lib. ep. cur. 58. & in Form. Mar Ebulim. f. Vat. pag. 300. nu. 3057.*

h *Chr. Salisb. apud Canis. antiq lect. to. 6. pag. 1275.* De Templarijs Hospitalarijsque in vno ordine cōiungendis agitatum.

i *Eberardi annal. apud Canis. antiq lect. to. 1. p. 318.*

id Salisburgensium tantum patrum consilium fuit: Nicolaus enim Calaritano archiepiscopo in Sardinia iniunxit a, vt in prouinciali synodo de Hospitalarijs ac Templarijs in vnum ordinem redigendis ageret.

a *Lib. 4. ep. cur. 59. & in Form. Mar Ebulim f. Vat. pag. 301. nu. 3056.*

31 Data etiam archiepiscopis, primatibus, patriarchis vocandi ad crucis signa Christiani populi prouincia: qua de re literæ ad Rhemensem archiepiscopum scriptæ b in regesto leguntur, easque Eberardus etiam adducit; ac tradit Salisburgensem archiepiscopum Apostolicæ sedis legatum ipsas Henrico Ratisponensi transmisisse, munusque illi indicendæ expeditionis sacræ iniunxisse. Quid porro sua solicitudine perfecerit Nicolaus, describit Sanutus c, submissse viginti triremes, quibus se quindecim Cypriæ adiunxerint. Immo addit annalium Colmariensium auctor d, illum in terræ sanctæ subsidium sexaginta crucesignatorum millia misisse: quod vero addit illis omnibus suis sumptibus stipendia suppeditasse, intelligendum videtur decimas, quarum administrandarum summus praefectus erat, in eos fus derivasse.

b *Lib. 4. ep. cur. 56.*

c *Sanut. l. 3 p. 136. 1.*

d *Annal. Dom. Colm. anno seq.* Orientales Imperatores & Reges solicitati a Nicolao in Sarac.

32. &c. Nec solum principes occidentales in victores Saracenos commouere nisus est; verum etiam orientales e, vt Andronicum Græcorum Imperatorem, atque Armeniæ, Iberorum, & Georgianorum Reges, quos ad gerenda magno ardore animi pro defendendo Christiano nomine arma sacra solicitauit. Tum etiam Argonem Tartarorum Regem, cuius literas Chagani oratoris opera acceperat, ad suscipienda f quamprimum Christiana sacra, exercendaque in Saracenos Tartarorum arma est adhortatus, vt celerius Syria Christiano cultui restitui posset; iam enim Eduardum Angliæ Regem accepto crucis symbolo sacram militiam professum esse, fideleisque in omnibus prouincijs occidentis sacræ militiæ certatim nomen dare. Tum maxime ipsum commendauit, quod filium suum Nicolaum baptismo initiari permisisset, quem Pontifex recenter Christianorum cœtui aggregatum sacris monitis honatus est g, vt virtutum e cemplis præluceret cæteris Tartaris, eosque ad Christi cultum pelliceret; neque in vestium forma aut victu quidquam mutaret, quod offendiculum parere posset; tum formulam fidei orthodoxæ præscripsit. Acceperat is Nicolai nomen in baptismalibus sacris, cum antea Carbaganda appellaretur, fueratque ad Christi cultum pellectus a matre Erockaton piencissima fœmina, qua superstite Carbaganda in Christiana fide perstitit: ea vero vita functa, Saracenorum familiaritate inquinatus a religione defecit, vt referunt Aytonus h & Sanutus i. Augendæ vero diuinæ gloriæ cupidus Pontifex, solicitauit j alios duos Nicolai fratres Saronem & Cassianum ad Christianam religionem fratris exemplo suscipiendam. Cæterum Cassianus postea, vt viluit, iunctus, ambitione ductus m a Tartaris Mahumetana pestc infectis excitus aduersus Baydo Christianum Persicus Regem coniurauit, liberas tamen imperij habenas nactus rei Christianæ aduersus Saracenos fauit.

e *Lib. 4. ep. cur. 66. &c.* Argō Rex Tartaror.

f *Lib ep. cur. 31.*

Argonis filius baptizatus.

g *Lib. ep. cur 72.*

h *Ayton hist orient. c. 45. & Sanut. l. 3 c. 8.*

i *Lib. ep. 68. & reg. post eund. ep.*

m *Ayto. hist orient. c. 40. & 41. Sanut. l. 3 p. 13. c. 8*

37 Argonem porro, haud diu fuisse superstitem videtur: cum nulla postea illius mentio a nobis reperiatur: cuius mors, ingens damnum rei Christianæ intulit, cum expeditionem in Saracenos coniunctis sibi Georgiæ, & Armeniæ Regibus confecerit, vt refert Aytonus n, qui de successore in imperio addit: *Quidam frater eius nomine Regayto sibi successit, sed homo fuit nullius valoris.*

n *Ayto. hist orient. c. 38.* Georgium Bulgarorū Imperat. ad ecclesiæ Rom. communionem reuocare nitebatur Nicol.

38. &c. Vt vero conuertendorum ad Christum Tartarorum sacro studio ardere Nicolaum vidimus, ita non minorem operam cogendis in sinum Ecclesiæ schismaticis posuit. Georgium quidem Bulgarorum Imperatorem, ad amplectendam Romanæ ecclesiæ coniun-

coniunctionem iniranit a, grauissimisque sententijs ob oculos ei proposuit veram illam syncramque fidem, quam Romana teneret ecclesia, quæ nullis erroribus infici, nullis conatibus labefactari vnquam poterit, extra quam æterna salus comparari a nemine possit: ijsdemque literis fidei formulam inseruit; atque ad perficiendam huiusmodi optatissimam coniunctionem archiepiscopum Bulgarorum excitauit b, in memoriam reuocans, ipsum olim coram Palæologo Imperatore ad agnoscendam Romani Pontificis supremam auctoritatem sacramento se obstrinxisse. Eas porro ad Bulgaros ad Ecclesiæ gremium adducendos paræneticas literas scripsit Helenæ Reginæ Seruiæ precibus solicitatus, quæ Pontifici significarat se proxima æstate cum Georgio Imperatore de tanta re colloquium habituram; quam vt suscepto consilio diligentissime insisteret hortatus est c. Affecit eandem Reginam multis beneficijs Nicolaus, atque vna cum Stephano viro Rege in Apostolicæ sedis clientelam accepit d.

43. 44 Insignis sane Regis ac Reginæ Seruiæ ad seruandum religionis primæuum florem cupiditas extitit: qua enim cura Bulgaros ad Latinæ ecclesiæ obsequium pellicere studuerunt, ea hæreticos luem, quæ in Bosna eorum sceptris obnoxia serpebat, delere contenderunt, atque oratorum opera flagitarunt, vt fidei censores ad excindendos hæreticos constituerent, quod munus Minoritis Illyricis demandatum est.

45 Sed e Seruia in Pannoniam traducenda est narratio. Trucidato a Cumanis Ladislao, vt vidimus anno superiori, nulloque ex eo libero relicto, Hungaricarum rerum funestissimus erat status; cum hinc Cumani Tartarique regnum illud inuadere niterentur, hinc Rodulphus Romanorum Rex imperio obnoxium esse contenderet, illudque Alberto filio duci Austriæ iure fiduciario traderet; contra Romanus Pontifex sedis Apostolicæ regnum vectigale esse affirmaret, Carolus II. Siciliæ Rex illud filio suo Carolo Martello ex Ladislai sorore nato iure debitum proclamaret, id sibi denique Andreatius vendicaret. Vt porro Nicolaus in ea Hungarici regni iactatione se gesserit, intueamur. Iniunxit Ioanni episcopo Aelino legati apostolici munus e, eumque iussit Pannoniam petere, miseram illius conditionem diligenter circumspicere, atque rationes & modos explorare, quibus in pristinum florentem statum reuocari posset; eoque argumento ad regni præsules, quorum dignitas sub Ladislao oppressa fuerat, scripsit f, præcepitque vt legato opera non deessent g.

46 Cum vero Ladislaus non leui infamiæ nota inustus fuisset, atque etiam abnegatæ Christianæ fidei ob inita fœdera cum Tartaris cæterisque infidelibus, quorum familiaritate & sceleribus se inquinarat, neque ab Honorio monitus mores nefarios exuere fategorat, suspicione laboraret, Nicolaus legato suo iniunxit h, vt inquireret, num eo tempore, quo interemptus fuerat, ad fidem catholicam se conuertisset, ac sedem Apostolicam totius rei faceret certiorem. Mœrentem etiam ex viri morte Hungariæ Reginam apostolicis literis solari, atque ad constantiam excitare est conatus i: tum etiam legatum patrocinium illius suscipere iussit l.

47. &c. Ad comprimendas vero in Pannonia de sceptri successione seditiones, coercendosque Germanos principes, Rodulphum nimirum Regem eiusque filium Albertum Austriæ ducem, qui regnum illud affectabant, legato prouinciam dedit m, vt Apostolicæ sedis nomine ijs denuntiaret Hungariam ecclesiæ Romanæ fiduciariam esse, veteretque in eam aliquid illos moliri; incussis censuris potentiorum etiam principum temerarios conatus repressuramsque rem similiter archiepiscopis & episcopis, vt Romanæ ecclesiæ iura tuerentur, indicere iussit n. At Rodulphus iam spe Hungariam inuaserat, ac tanquam ex Cæsarum aula illud regnum penderet, Albertum filium illius Regem imperij fiduciarium creauerat, quem Nicolaus ob violata in ea re ecclesiæ Romanæ iura perstrinxit o, præcepitq; vt cœptis absisteret. Vt vero a Bonifacio VIII. Hungaricum sceptrum Carolo Siciliæ Regis nepoti aduersus æmulos adiudicatum sit, dicemus infra.

50 Inter hæc Rodulphus Romanorum Rex anno regni decimoseptimo e vita discessit: imperatoriam vtique dignitatem, quæ Pontificum Romanorum manibus confertur, adeptus non est; vt enim Ioannes Villanus notat p, firmandæ in Germania potentiæ suæ intentus, res Italicas spreuit, quam quidem adeo egregie stabiliuit, vt sua Austriam ac Sueuiæ partem hereditariam pepererit, illique Hungariam, vt vidimus, adiungere meditaretur. Cæterum hoc ipsum anno obijsse, Bernardus d, Ptolemæus Lucensis e, Siffridus f auctor historiæ de Langrauijs g, Stero h, Eberhardus i, Ioannes Villanus l, S. Antoninus m, Albertus Argentinensis, alijque consentiunt; quibus suum Cardinales Baronius q calculum in m. s. notis adijcit.

51 Eius funeri alterum regium funus Alfonsi Aragonij coniungendum videtur, quem dum ad conciliandam sibi Ecclesiæ gratiam incumbebat, interijsse Nicolaus Papa testatur r: cuius etiam mortem hoc anno Surita s, Mariana t alijque collocant, ac Pontificis dicta illustrant: ait enim ineunte februario a Cardinalibus, quos Nicolaus in Galliam legarat (ij Gerardus Parmensis episcopus Sabinensis, & Benedictus Caietanus diaconus Cardinalis erant) inter Galliæ & Aragoniæ Reges præsentibus Carolo II. Siculo atque vtriusque oratoribus fœdus percussum, dictasque has pacis leges. Veniam commissorum a Pontifice Alfonsus supplex posceret, vectigalisque nomine, vti proauus pactus erat, triginta auri vncias ecclesiæ Romanæ penderet. In Syriam belli sacri causa cum exercitu nauigaret: & quidem quod ad hoc spectat, annales Colmariensium u tradunt Nicolaum ardentissime vrsisse ipsum, vt crucem indueret, atque ob id omnium Aragoniæ ecclesiarum decimas ad triennium concessisse: verum eam pactionem Surita x prætermittit. Iussus quoque matrem fratremque ad restituendam Siciliam horrari, armis cogere Aragonios proceres, ac milites seuero edicto ex ea reuocare, atque obsides Carolo II. reddere. His conditionibus adiectum, vt Carolus Valesius concesso in Aragoniam a Pontifice iure actioneque decederet; cui ad reponendam gratiam Carolus filiam Clementiam, Andium & Cenomanorum comitatuum attributa dote, vxorem pactus est y: Pontifex vero Aragonium in gratiam reciperet, atque censuras e regno tolleret: Sed dum hæc Alfonsus ad exitum perducere parabat, importuno tempore mors eum oppressit.

52. &c. Tunc autem Iacobus Siciliæ tyrannus fratris successione auctus ac tumidus magis quam antea Ecclesiæ formidandus apparuit: ad cuius elidendos conatus, Pontifex, vt occupatum ab Alfonso Balearium regnum, quo Iacobus Rex principis Iacobi patruus ob Pontificis & Gallorum patres aduersus Petrum fratrem fecutas depulsus fuerat, eidem Iacobo Aragonio eriperetur, Maioricarum episcopum, atque alios præsules literis u hortatus est, vt in veteris Regis legitimi fidem redirent, ac nulla ratione alteri Iacobo tyranno Siculo sacramento se ob-

a Lib. 4 ep. cur. 21.

b Lib. 4. ep. cur 22. Solicitat Bulgaros. arcn. ad Sacramentū de agnoscē do Rom. ecclesiæ primatu seruandum

Helena Regina Seruiæ, vt ré vrgeret monita,

c Ib ep. cur. 20.

Stephanus Rex Seruiæ acceptus in clientelam Apost.

d Ep cur. 18 & reg. post eund. ep.

Seruiæ Rex in Bosnia cū fores fidei auctoritate Rom. ecclesiæ insti tui effagitat.

Hungariā affectant Tartari & Cumani. Rodulph. Rex Rom. & Albertus filius, Carolus Martellus Andreas Venetus. Ioannes ep. Æninus in Hung. legatus designatus a Nicolao.

e Lib 3. ep. cur. 113. & 121.

f Reg. post. eund. ep. 113.

g Ib. ep. cur 124. Inquire re iussus an Ladislaus a fide catholica alienus obiisset.

h Ib. ep. cur, 114.

i Ib. ep. cur. 118.

l Ib ep. cur. 117. Denuntiare Germanis principib. Hungariam sedis Apost. beneficiariā esse.

a Lib. ep. cur 116. Rodulph. Rex Rom Albertum filium Regem Hung creat.

b Lib. ep. cur, 118. Rodulph. Rex Rom. moritur nō accepto imperiali insigni.

c Io. Vill. l. 7. c. 145.

d Bern i in chro. Rom. Pont.

e Ptol. Luc. in annal.

f Siffr. epis. l. 2.

g Hist. de Lang.

h Stero in annal.

i Eberh. in annal.

l Io. Vill. vbi sup.

m S. Ant. 3 p. tit. 20. c. 6 §. 10.

n Raynal. in Actis.

o Lib. 4. ep. cur. 41.

p Surit l. 4. anno. 1292 & indic. 2

q Marian. l. 13. c. 14. Alfonsus Arago. ad firmandum ceptum fœdus cū Rege Frā cor. & Ecclesia init. Summont. in hist. l. 3. Concordiæ leges.

r Ann. Dom Com.

s Surit. ind l. 2. Carolus Valesius regni Aragonij iure & actione decedit. Andium & Cenom. comitatus recipit a Carolo.

t Surit. l. 4 ann. c. 121. Iacobus Sicilia inuasor in Aragon. regnū succedit.

u Ad l. 4. ep cur. 41. Hortatur Pont. Baleares, vt ad Regiā fidem redeant.

se obstringerent, sed potius ad arcendos eius impetus strenue se compararent: tum vt amittendæ hæreditariæ successionis metu ab affectando Siciliæ regno Iacobum Aragonium diuolleret, Aragonijs, Valentinis, Catalanis, ac Ceritanis præsulibus, ac populis vetuit propositis grauissimis pœnis ecclesiasticis, Iacobum regni successorem, cum censuris esset irretitus nec rite absolutus, Regem admittere. Parum valuere pontificia monita: accurrens enim Iacobus in Aragoniam, Cæsaraugustæ, vt scribunt Surita a, Mariana b, & alij, regias insulas suscepit.

Iacobus, cõtemptis apostolicis minis insigne regiũ Cæsaraugustæ accipit.
a Surit. indic. l. 2. hoc an. & l. 4. eum c. 123.
b Mariam. l. 14. c. 15.

56. &c. Attollere in eum signa moliebatur Philippus Francorum Rex, ac fratrem Carolum Valesium, qui Caroli & Alfonsi Regum gratia Aragonici regni iure & actione abscesserat, eo extincto, pristina iura repetentem Aragoniæ Regem imponere meditabatur; missisque ad Nicolaum oratoribus, flagitauit, vt sacram militiam aduersus Aragonios indiceret, ac decimas sexennales in sacri belli sumptus conferret. At Pontifex, qui Iacobum ad Ecclesiæ obsequium pellicere nitebatur, & ad declinanda bellorum mala rem æquitate potius, quam armis componere studebat, atque ob amissam recenter Syriam difficile bellum, quo aliud Asiaticum disturbaretur, non suscipiendum ratus, Philippi Regis petita in aliud tempus extraxit c, vtque rem æqui acciperet, facti rationem literis exposuit: Siculi vero belli conficiendi cupidus ab eo maximis contendit precibus d, vt Carolo II. tum ad retundendos hostium conatus, tum ad amissa recuperanda auxilia submitteret: tum Genuenses intentatis ecclesiasticis censuris a Siculorum amicitia ad iungendum cum Carolo fœdus reuocare nisus est.

c Ead. l. 4. ep. cur. 83.
d Ibap. cur 74.

59. &c. Nec Gallorum modo, sed etiam Genuensium auxilia Carolo Siculo comparare intendit: Rheginenli enim archiepiscopo, cui pronunciam cum reipublicæ proceribus de recuperanda Syria agitandi consilia dederat, iniunxit vt ad iuuandum etiam Carolum ipsos flecteret e, atque Genuenses, incusso censurarum terrore, a commercio cum Siculis exercendo reuocaret f: eam rem antea ipsis permissam, vt Siculos deinirent, atque ad obedientiam Ecclesiæ deferendam pellicerent; sed cum in peruicacia sint obfirmati, commercij commodis priuandos videri. Collegerant enimuero Siculi nouos in Carolum & Ecclesiam animos, cum Fridericus tyrannidem corripuisset, dum Iacobus frater ad Aragoniæ & Valentiæ sceptra sibi asserenda prouolasset, eademque Genuensibus ipsis mandata dedit g anno insequenti.

Genuẽses a Siculorũ studio abducere nituntur Pont.
e Ibap. cur. 76.
f Ep. cur. 75

67 Superest vt nonnulla de Pontificis studio in seditionibus populorum, quæ etiam tum Italiam laniarant, extinguendis asseramus. Eiecerant Brixiani ciuium partem, quos tanto sunt odio insectati, vt præceperint, ne quis cum ijs, aut nepotibus, vel ipsorum studiolis affinitatem contraheret. Quæ res cum æterna odia alitura esset, iniquam legem Pontifex diplomate rescidit h.

g Lib. 3. ep. cur. 4.
Brixiani eiectæ factionis odio vetant iungi inter ciues & exitiosos affinitates.
h Lib. 3. ep. 714.

68 Claudimus hunc annum insigni prodigio seculorum omnium futurorum admiratione ac prædicatione celebrando. Eodem hoc anno quo amissam Syriam luximus, contigit, vt fert traditio, sacram illam domum, in qua, salutante angelo, B. Virgo Christum Spiritus sancti virtute conceperat, olim ab Apostolis in sacelli formam redactam, in Europam ministerio angelorum translatam fuisse, atque Tersactum inter & Flumen Dalmatiæ oppida in montis leuiter assurgentis imminentisque Adriatico mari æquata planitie collocatam, quod loci spatium ab eo, vnde translata est, vastissimo interuallo distat: *Nec est*, vt cum Baronio l loquar, *quod quis de re gesta dubitet, qui memoria repetat illic dictum esse ab Angelo, non esse*

Nazarethana domus diuinitus e Syria in Dalmatiam trãslata.
i Bap. Mãt. Hier. angel. in epist. Laniss. de Maria Deipar. l. 25. Simon. l. 2. de illust. Ital. regione quinta.
l Baron. ann. 1. ad ann. Christi 9.

impossibile apud Deum omne verbum. Fidei Christianæ esse præsidit Christus, vt & montes Christianorum imperio e loco in locum transferrentur: præstiterunt hoc complures sancti, & inter alios Gregorius ille magnus cognomento Thaumaturgus: complura enim id generis certa auctorum fide reperiuntur miracula edita: sed in his modo non immorandum. Qui Nazareth inuiserunt, eiusdem domus situm eadem omnino mensura signatum inspexerunt, accolis quod factum est fideliter asseuerantibus.

69 Describit pluribus dignissimam fide historiam Tursellinus ex vetustis publicis monumentis, e quo hæc a nobis visa sunt delibanda: *VII. id.*, inquit, *maias Nicolao IV. Pontifice maximo, vt Illyrici annales perhibent, Deipara domus asportatur in Europam, eladem orientis tanto occidentis bono compensans.* Et infra: *Sunt qui facultates Ioachimi patris B. Mariæ spectantes, non tam domum eius, quam cubiculum patere a cetera fœminum domo. Me quidem haud pœnitet eorum sententia esse, quibus simul cubiculum fuisse & domum Virginis, id est, tecti paterni partem præcipuam placet. Argumento est, vt de fictilium armario, quod inibi visitur, ianua longe maior, quam pro modo cubiculi a cæteris ædibus separati. Nec Ioachimi fortuna mouere nos debent: Nicephorus quippe Callistus tradit, Deiparæ virginis parentes propter bellicos Iudæa tumultus ex oppido Bethlemo, anita fede, in Galilæam commigrasse, & Nazarethi domicilium collocasse; vt intelligamus hanc non auitam, sed paternam Virginis fuisse domum, parum fortasse dignam paternis opibus, cæterum vt temporis causa paratam haud sane incommodam, nec ab antiqua illius simplicitatis studio abhorrentem. Omnino talis est, vt eximiam illam B. Mariæ amœnam paupertatis spirare videatur. Sed sine illud cubiculum, sine domicilium Deiparæ fuit; certe ab Apostolis dedicatum, vt supra diximus, & in templi formam redactum Christiani deinceps excoluerunt ornauerantque. Hæc igitur ædes eius vi ac potestate, qui ad preces D. Gregorij Thaumaturgi montem olim sede sua motum alio transtulit, in gratiam cælitum Reginæ a fundamentis euulsa est, atque haud dubio Angelorum ministerio inde vsque a Galilæa, mirum dictu audituque, per ingentes terrarum marisque tractus in Dalmatiam translata: quippe id spatium patet amplius viciies centena passuum millia, Tersactum inter & Flumen (oppida sunt Dalmatiæ) leniter accliuis mons eminet, quo in summo æquata agri planities sedem efficit peramœnam, Adriatico imminentem mari.*

Nõ dẽtrahenda miraculo fides.
a Tursell. Lauret. hist. l. 1. c. 4.
Quo tempore res contigerit

In quo loco sita facta ædicula.

70 Æstuantibus Dalmatis, quæ illa tandem ædicula esset, vel vnde aduecta, Virgo Alexandro episcopo Tersactensi ægro morti proximo poscenti opem, nuncupato voto, cæleste hoc visum obiecit: *Intempesta* k *nocte somnum inter & vigilium Dei Parens repente cælo delapsa, cælestibus latera tegentibus, se illi obtulit, cubiculumque omne clarissima luce complenit. Mox benigne valin: Bono animo, inquit, esto fili. En vocata adsum, præsentem tibi optataque rei notitiam ferens. Sic igitur habeto, sacram ædem vestris nuper illatam finibus illam ipsam esse domum, vbi ego olim genita, vbi ferme educata sim. Hic ego archangeli Gabrielis nuncio Spiritus sancti opera diuinam concepi sobolem. Hic Verbum caro factum est. Ergo post nostrum excessum, domum talibus mysterijs insignem Apostoli consecrarunt celebrauntque, certatim rem diuinam inibi facitantes. Ara pariter cum ade allata ea ipsa est, quam Apostolus Petrus sacris initiauit. Christi crucifixi imago, quæ cernitur, olim ab Apostolis inibi posita: simulacrum porro cedrinum effigies nostra est, Luca euangelista manu, qui pro familiaritate, quæ illi nobiscum intercesserat, nostram similitudinem coloribus, quantum mortali fas erat, expressit. Hæc*

Affecti diuinis ad eã accedentes beneficijs.
k Cod. 3 ex annal. Flumen & Hier. ab Angelis

Deiparæ species Tersact. nsi episcopo obiecta.

Rei certitudinem facit.

igitur dilecta cælo domus, per tot ætates in Galilæa maximis honoribus culta, nunc demum, deficiente cum fide cultu, ex oppido Nazaretho ad vestras migrauit oras. Nec dubia fides: Deus facti auctor, apud quem impossibile non est omne verbum. Cæterum vt horum tu ipse fis testis, idem præcoque, famus esto. Tua ex longinquo morbo subita valetudo fidem miraculi facit. Hæc effata sublimis abit in cælum, cælesti quodam odore in tecto relicto. Ni vero non iudibrium sopitæ, aut ægræ mentis, sed veram fuisse speciem rei ostendit eventus. Protinus antistes, missa pauori lætitia exigilans, totus fudore fluere cœpit, depulsaque repente febri, valens ac vegetus surgit e lectulo. Mox non magis valetudine, quam Nazarena domus indicio lætus submittis genua, & oculos pariter, manusque in cælum tollens, Deo ac Deiparæ Virgini pro duplici beneficio multiplices grates egit.

Valetudinem ægro restituit,

Missi exploratores in Syriam.

71 Motus eo miraculo Nicolaus Frangipanius Dalmatiæ, Croatiæ, & Istriæ prætor ad indagandam auectæ a Syria sacræ domus veritatem fidos exploratores mittere Nazareth constituit. Quæ vero retulerint visa, ex annalibus Flumini oppidi & Hieronymo Angelita refert dictus auctor a: *impensas inquisitores compernant ex incolis non tam re, quam verbo Christianis domum natalem B. Virginis inde panlo ante sublatam.* Et infra; *Cernunt, eisdem monstrantibus, aream ubi sacrosancta domus steterat: cernunt fundamenta recentia sanctæ domus exulsa vestigia. Dimensi longitudinem ac latitudinem areæ, fundamentorumque crassitiem reperiunt omnia cum translata in Dalmatiam ædis, parietumque mensuris, quas ad id secum attulerant, prorsus congruere; tempus quoque angusti sacelli illinc ablati auctique in Illyricum conuenire. Ergo effusa cum lætitia & gratulatione demum reuulti Frangipanis prætoris exploratæ reuertuntur.* Vt vero angusta illa domus e Dalmatia in Marchiam Anconitanam postea deportata eadem sacra ædicula.

a *Eod. lib. c. 4.*

Visa congruere veritati testantur.

E Dalmatia in Marchiam Anconitanam postea deportata eadem sacra ædicula.

IESV CHRISTI
Annus 1292.

Indict. 1. SEDIS VACANTIS ADOLPHI ROMAN. REG. I. annus I. ANDRONICI IMP. ORIENT. 9.

Saraceni in Armenios impetus conantur.

1. 2 EIectis e Syria, vel seruitutis iugo oppressis Europæis, Saraceni victorias in vicina Christianorum regna proferre pararunt; & Armeniam, quæ occidentalium auxilijs armisque coniunctis munita eorum conatus infregerat, vndique armis ac periculis circumtuderunt. Illico Armenij supplices ad Romanum Pontificem ac principes Christianos manus tendere, vt opem Christi cultoribus, & eodem quo ipsi Redemptoris sanguine ablutis maturarent. Functi sunt legatione apud Nicolaum Armeniorum Regis nomine nonnulli eruinis Minorum fratres, & Gaufridus Comitissæ, quos Pontifex ad Galliarum Regem dimisit, vt ipsum ad fidei Christianæ in Asia periclitantis patrocinium suscipiendum permouerent, precesque apostolicas cum Syrorum Armeniorumque suspirijs coniunxit b. Sed parum valuere eæ preces apud Philippum, cum alijs bellis se implicuisse visuri simus. Porro Nicolaus Templariorum & Hospitalariorum equitum magistros, ac Rogerium de Thodinis classis Romanæ ecclesiæ pro Syria tuenda præfectum tutenes egregie instructas in Regis Armeniæ auxilium submittere iussit c. Tum etiam, ne vllo modo ad seruandas Christianorum reliquias numeri suo deesset, literis apostolicis fideles ad crucis signa excitat d, vt in Armeniam ad religionem defendendam contra impetus Saracenorum prouolarent.

Missi ad occidentalium auxilia implorauda ab Arm. Rege oratores.

b *Lib. 4. ep. cur. 85.*

c *Ib. ep. cur. 86. & 87.*

d *Ib. ep. cur. 82.*

3. 4 Profectos plures fideles sacram in Saracenos, accepto crucis symbolo, militiam, institutamque Pontificis iussu classem conscendisse, vt Ptolemaidis excidium vlciscerentur, lapsasque res instaurarent, refert Sanutus b: ac munitissimam Turcarum aream Quandelorum dictam tentasse iterum, sed irrito vt antea conatu: deinde inuectos in Ægyptum Alexandriam oppugnasse, sed nostrorum impetus eludere hostium peritia, recepisse se in Cyprum; *Cernens autem Seraph*, subdit Sanutus, *magnus ille persecutor nominis Christiani, post tantas victorias se ad bella iterum prouocari, vbi maxime erat ipsius dominij principatus, ira exarsit: & conuocatis admiraldis suis ait, quod capere vellet insulam Cypri, ter furisse replicans: Cypri, Cypri, Cypri. Propterea mandat parari centum galeas, vt opus hoc posset celeriter expediri. Illi sub eius arrogantia timidi promittunt iussa perficere.* Liberauit Cyprum ab imminenti periculo Deus, vt prosequitur Sanutus: *Post spatium vero dierum pauorum, eisdem vocatis iterum ait, quia cogitatio ascenderat in cor eius, post conquisitionem Cypri Baldacensem sibi subijcere regionem. Admiraldi videntes, quod tam ardua præsumeret, talibusque eos laboribus periculisque exponeret, eum tradere morti deliberant, perficiuntque: dum enim ille ad venationem pergeret, per insidias trucidatur.*

Adornata expeditio.

b *Sanut. l. 3. p. 13. c. 1.*

Seraph Sultan Cyprum expugnare meditatur.

Et Baldacensem regionem.

5 *Magna exinde inter admiraldos contentio oritur, quis eorum maior esse debeat; & in plures vota diuidunt, & tandem sedeyre principatum vi obtinuit; sed in cruento cum suis extinguitur. Simili forma Gothbega successit illi, quem Lesbin cum suis conformiter occidit. Qui similiter infra spatium dierum pauorum cum suis gladio percussus est, simulque Segay maximus admiraldus, qui Christianis multa male intulerat: ac per hunc modum omnes pene magni admiraldi regni Ægypti cum suis fautoribus interempti sunt. Eodem etiam anno vniuersus populus fame percussus est, ita vt maior pars inedia periret; secutaque est pestilentia grauis, quæ etiam dimeret, & qui erant in deliciis occupauit. Licet enim voluntatem Dei fecerint in desertores euangelicæ legis, propter quod & iusta fuit eorum potestas; voluntas tamen fuit iniqua, non enim seruire intendebant decori iustitiæ, sed Christianum nomen de terra eradere: vnde & destruxerunt ecclesias, per terram & lutum trahentes cruces & sanctorum imagines, & huiusmodi multa agentes, quæ vindictam cælestis Iudicis merito prouocarent.*

A coniuratis necatur. Barbari proceres Ægyptiũ regnum affectantes se mutuo trucidant.

Fame & peste Saraceni afflicti.

Diuina in eos ob deletum Christianum in Syria nomen vltio.

6. &c. In hac rerum conuersione præ se tulit Eduardus Christianæ rei in oriente redintegrandæ desiderium: sed superioribus non contentus, petijt omnium regnorum ac terrarum decimas, quorum principes in Syriam non proficiscerentur: tum omnes, qui voto protectionis obstricti essent, censurarum religione ad nauigandum adigerentur: demum Cardinalis legatus nuncius comes sibi tribueretur. At Nicolaus, collaudato pio ipsius studio respondit e decimas illas sine aliorum iniuria concedi non posse: ita vero liberaliter cum ipso egisse Ecclesiam, vt cæteri principes queri possint; decimas nimirum Vualliæ, Scotiæ, Hiberniæ, Angliæ ei attribuendas: illos, qui ad bellum futuri sunt idonei adactum iri; nec legatum defuturum, est pollicitus. At demum agitatæ toc annis sacræ expeditionis consilia Eduardus abiecit, expediendaque arma in Saracenos vertit in Gallos, vt sequenti anno dicetur: nunc cœptam de eo orationem prosequamur. Interea cum ægre ferret, Angliam sedis Apostolicæ vectigalem esse, vt iura illius clam infringeret, petijt, vt census, qui Romano Pontifici soluendus erat, a nonnullis ecclesijs,

Eduardus Rex Angl. crucesigna tus nouã a Nicolao exigit pro Asiatica expeditione conficienda.

e *Lib. 4. ep. cur. 88.*

quas

quas ob id bonis ampliſſimis augeret, penderetur. Sed Nicolaus id Eccleſiæ dignitati non congruere reſpondit [a].

a Lib. 1. ep. cur. 2.

17 Hæc inter ſummum Pontificem in moderando Chriſtiano orbe occupatum mors acerba abſtulit, atque Eccleſiam diu rectore orbatam in diſſentionum fluctus conjecit. De quo Iacobus [b] S. Georgij ad velum aureum diaconus Cardinalis: *Nicolaus*, inquit, *Papa IV. pontificatus ſui annum quintum agens, ipſiuſque quinti principio ſenio confectus Romæ obijt*; quinta nimirum aprilis huius anni die, vt ſcriptores tradunt. Exornat illum S. Antoninus e hoc nobili elogio, quod paucis verbis abſoluit: *Reputatus rectus homo & ſanctæ conuerſationis*. Prædium ſingulari religioſa demiſſione ſuiſſe, & factu vacuum, cum ad honores inuitus raptus eſt, idem ſanctus tradit [c]: *Cardinalis effectus humilitatis gloriam, quæ prius in eo relucebat, ita prudenter ſeruauit, vt miro modo communiter, & humiliter ageret, & honorem nihilominus dignitatis maturitate honeſtiſſima vetmeret. Confeſſus eſt ſæpe, multum tamen fabre, ſed certo vt dicebat ſermone, quod potius vellet equinum fratribus facere, quam Cardinalatus faſtigio præminere, ſeque aliter obſtitutum fuiſſe gradui illi, niſi offenſam ordinis timuiſſet*. Seruaſſe eandem animi modeſtiam in auguſtiſſimo honorum apice, nimirum pontificatu ipſo, teſtatur votus illius epitaphium humili olim ſepulchro inciſum: ex quo humili ſepulchro deinde a Felice Peretto de Monte alto Francicani inſtituti, tit. S. Hieronymi presbytero Cardinale, qui demum ſummi Pontificatus apices indito ſibi Sixti V. nomine geſſit, in nobilius mauſoleum illius cineres in eadem S. Mariæ maioris baſilica, vbi ſepultus iacebat, illati fuerunt.

b Hac S. Geor. ad vel. aur. diac. Card. lib. ant. alaſſ Vuell. Flor hiſt. hoc ann Ptol. Luc. hiſt. eccl. m. ſ. l. 24. c. 28. Mortuum Pontifex in eccleſia S. Mariæ maioris ſepelitur. Vitæ ſanctitate ſpe ſtabilis fuit.

c S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 7. in princ. d Tit. 24. c. 9. §. 7. Ab arrogãtia longe abhorrens Aſſertur a Vad. hoc ann. n. 6.

18. &c. Quid vero a Cardinalibus tradito ſepulturæ Pontifice geſtũ ſit, exponit idem Iacobus Cardinalis [e]: *Cardinales vero*, inquit, *numero duodecim Romani ſex, Italici quatuor, Gallici duo erant, qui Pontificis perſolutis obſequijs, propoſitoque clauſim inter eos, ſeclusis extraneis per Latinum tunc Oſtienſem epiſcopum Romana ſtirpe clarum exhortationis verbo perlucido, adeo haud concordes, vt nec loco conſiſtere eodem conuenirent, nec ante ſecundum annum, tertijque partem tertiam vacationis huiuſmodi antiſtitem ſummum crearent; ſed nunc vno, nunc alio Vrbis loco, vicibuſque interceptis pro electionis miniſterio conuenirebant*. Diſcordiæ præcipuam cauſam affert Ioannes Villanus [f], cum alij, quorum princeps erat Matthæus Rubeus Vrſinus, ſtudioſum Caroli Regis Siciliæ Pontificem creare vellent; altera vero pars, cuius antelignanus erat Iacobus Columna, contrarium affectaret. Quibus addit S. Antoninus [g]: *Et propter hoc, quærentibus illis quæ ſua & non quæ Ieſu Chriſti, tantum dilata eſt electio*. Pergit auctor vt S. Mariæ maioris ædibus ad S. Mariam, vbi olim Mineruæ templum ſurgebat, ſe receperint, viciſſimque ſibi mutua ambitione Cardinales obſtiterint, ne Pontifex renuntiaretur: recurrente feſto Apoſtolorum Petri & Pauli Romanos aſpera ſeditio inuicem ad prælia concitarit [h], Vrbemque rapinis, cruore, incendijs deformarit. Contentionis cauſa nimia erat inter æmulos proceres ſenatoriæ dignitatis adipiſcendæ ambitio: quæ mala morbi auxere accenſa æſtate, & Cardinales, vt ſaluti conſulerent, ex Vrbe diffugerunt. Sed de his iterum ſuo loco: nunc de nouo Cæſare creato hoc anno ſermonem inſtituamus.

e Iacob. S. Georg. diac. Card. in præf. De ſubrogando Põtif. diſſidẽt inter ſe Cardinales.

f Io. Vill. l. 7. c. 150. Diſſenſionis cauſa.

g S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 7 in princ. Romani de creando ſenatore inter ſe diſſidentes.

h Ibid. 3.

i Alber. Arg in chr Hiſt. Auſtral. hoc ann. Baron. in ſched. m. ſ. ad hunc ann. & alij. i Hiſt. Auſtral.

21 Defuncto, vt diximus, ſuperiori anno, atque Spiræ in regum monumento condito Rodulpho, cum de principe ad ſolium euehendo eſſet agitatum [i], diſſentiſſe electorum vota, atque Albertum Auſtriæ ducem ab alijs expetitum ferunt [k], ab alijs Vvenceslão Regi Boemiæ honorem delatum [l]; ſed eo per ſummam animi moderationem intra fines regni Boemiæ curas continente, molemque imperij in ſe ſuſcipere detrectante, demum verſa [m] omnium ſtudia in Adolphum Naſſouium, ſuſtinendæ regiæ maieſtati opibus imparem, ſed virtutum principe dignarum fama celebrem: *Virum*, ait Ptolemæus Lucenſis [n], *ſtrenuum in armis, ſed in potentia deficientem, tum quia pauca habebat introitus, tum quia non multum radicatus in parentela; ſed in corde totus fuit magnificus & virtute plenus*. Redimitum Germanica corona Aquiſgrani, recurrente die S. Ioannis Baptiſtæ natali ſacro, narrat Hocſemius [o], aguntque de eodem plures Germanici ſcriptores. Sed hæc nobis ſufficerint: iam pium nonnullorum ſanctorum obitum proſequamur.

k Alber. Arg. cbr. Auſtr. & alij.

l Dubrauius Boem. l. 18.

m Alber. Arg cbr. Auſtr. & alij.

n Ptol. Luc. l. 24. c. 26. Comitia principum pro creando Rege Rom. celebrata.

o Hocſem. l. 2 c. 17. Adolphus Naſſouius ad ſolium Germanicum euectus.

22 Migrauit hoc anno in cælum beata Kinga ſiue Chunegundis olim Boleslai Pudici Cracouienſis & Sandomirienſis ducis coniux, quæ in ipſo coniugio virginitatem, viro conſentiente, ſeruauit: *Cum annos tredecim*, inquit Ioannes Longinus, *in monaſterio Sandecenſi in magna abſtinentia & proprij corporis mortificatione exegiſſet, graui infirmitate anno prope uno vexata vigeſima quarta iulij deuotiſſime moritur, & in monaſterio Sandecenſi ſepelitur, diem & horam mortis ſuæ habens multo ante tempore diuina reuelatione præfiſtam. In hora tranſitus ſui felicis Chriſtianus canonicus Viſlicienſis, vir religioſus & deuotus, Viſlicia in oratione poſitus, vidit animam eius ex corpore egreſſam niueo candore in cælum, concentibus agminibus ſanctis, Regnum mundi, deferri. Quod cum admiratione magna cerneret, dictum illi eſt, animam beatæ Cunegundis eſſe in illo momento a corpore ſolutam. Quæ quidem viſio etiam pluribus alijs deuotis perſonis monſtrata eſt. Quemadmodum in vita pietas agni cæleſtis ſtupendis miraculis eam extulerat, ita & poſt felicem obitum amplioribus prodigijs varios curando languores, corruſcabat. Ab anno ſiquidem mortis ſuæ vſque ad annum Domini* MCCCCXX. *mentis ſuis octoginta mortui vitæ priſtinæ redditi ſunt, ſexaginta cæci illuminati, quindecim captiui a vinculis ſoluti, ſeptingenti inſuper homines vtriuſque ſexus a variis ægritudinibus curati*. De præclaris eius virtutibus, & mira in caſtigandis ſenſibus conſtantia inter regales delicias plura refert auctor.

p Ioannes Longinus l. 12. hiſt. Polon. Kinga ducta pie moritur. Illius anima triumpho in cælum inuehitur.

Canunt angeli hymnum et Regnum mundi.

Pluribus miraculis illuſtrata eius ſanctitas.

23 Obijt eodem anno, vt Cardinalis Baronius notat [q], B. Albertus Carmelita Siculus, miraculis illuſtris, quem aiunt aliquando ſicco pede torrentem calcaſſe, vt Iudæos liberaret; mox ereptos periculo in ipſa ripa torrentis baptiſmo luſtraſſe [r]. Conſenſit vitæ ſanctiſſimæ pia mors, in qua plurima virtutum exempla ipſum præbuiſſe, refert rerum geſtarum illius ſcriptor [s]: *Cum*, inquit, *mortis ſuæ tempus aduentare cognouiſſet, grani correptus morbo, rogauit Dominum, vt ipſum ad ſe euocare dignaretur. Vtebatur autem hac prædicandi formula: Si proprio Filio tuo non ſuam, ſed tuam mandaſti facere voluntatem, non mea Domine, ſed tua voluntas fiat. Ita ergo ille in orandi feruore poſitus, & quaſi mentis ecſtaſim patiens, audiuit vocem eiuſcemodi: Anima tua in ſanctorum confeſſorum conſortium admittetur, gaudijs perpetuo duraturis fruitura. Accitis ad ſe fratres, & exemplo ſanctorum patrum mitiſſima voce eos compellans: Cupio, inquit, diſſolui & eſſe cum Chriſto, addiditque tanquam vaticinans: Hoc ipſo die ſpiritus meus e carnis ergaſtulo liberabitur, & ad Dominum, qui creauit eum, dirigetur: eodem autem temporis puncto mecum patiter emigrabit ſoror mea. Quæ quidem aberat a loco, in quo tum erat vir ſanctus, ad ducenta & ſexaginta milliaria: compertumque eſt poſtea, de eius obitu vera Albertum prædixiſſe*. Et infra: *Inde ad extrema tendens, ſub-*

q Baron. in not ad mart. Rom. 7. aug. & in ſched. m. ſ. apud Sueto. 4. die 7. aug.

r B. Albert. Carmelitæ mors.

s Ibid. In extremo vitæ actu orationi incumbit.

latis

*latis in calum oculis, animam suam Deo & beatissimæ Matri eius commendauit, eorum implorans opem; & paulo post alta voce dixit; In manus tuas Domine commendo spiritum meum; quibus dictis a fratribus erantibus anima eius instar * nebulæ candidissimæ visa est uno volatu ex ore illius recta in cælos contendere. Corpus eius præclaro cilicio indutum in terra relictum est.* Suauissimum ex eo odorem effluri omnes sensere, & campanum æs nullo mouente signum eius obitus populo dedit.

Pie animã efflat.
* columbæ

IESV CHRISTI
Annus 1293.

Indict. 6.

SEDIS VACANTIS annus 2. ADOLPHI ROM. REG. 2. ANDRONICI IMP. OR. 10.

1. 2 IMpendebat schismatis periculum a ne tres Cardinales, qui Romæ versabantur, ad creandum Pontificem concurrerent, ac vicissim alij, qui plures numero erant, alium sibi præficerent: sed diuina tandem prouidentia factum est, vt Cardinales arbitrorum opera de celebranda Perusij electione conuenerint, vt refert Iacobus S. Georgij ad velum aureum Cardinalis b: qui addit c agente Perusij sacro Cardinalium senatu, Carolum extrema hyeme e Gallijs (quo profectum vidimus, vt fœdus cum Aragonio & Gallorum Rege & Carolo Valesiorum comite componeret, liberotque obsides Catalana custodia liberaret) in Italiam redeuntem vna cum Carolo Martello Hungariæ Rege maiori natu filio, qui patri obuiam ex Apulia procurrerat, Perusium veniisse, & Cardinales salutasse, hortatumque esse, vt quamprimum mœrenti Ecclesiæ patrem darent: collocatum vero fuisse medium inter primos Cardinales episcopos Carolum Siciliæ Regem, eiusque filium Hungariæ Regem inter duos priores diaconos refert.

a Iacobus Card. S. Georg. ad vel. aur. Cardinales Perusij pro celebranda electione eligunt.
b Ib. ibid.
c Ibid. Carolus II. vna cũ Carolo Martello Rege Hungar Cardinales rerusij hortatur ad creãdum Pontificem.

3. 4 Hoc anno dæmonum rabies ad perdendam rem Christianam funestum & atrox bellum Gallos inter & Anglos accendit. Cuius belli adeo obscura fuere principia d, vt ex aliquorum nautarum Normannorum & Anglorum, vtriorum, iurgijs originem traxerit. Ex iurgijs enim aucto furore Normanni aliquos Anglos morte affecere: eaque re audita Angli & Aquitani maritimi, adornata classe, aliam Gallorum partim cepere, partim mari mersere, victis ad vnum cæsis; atque inde in maritimam Francorum oram excursionibus actis, prædas auexere, ac Rupellam e magno impetu oppugnarunt: exindeque Reges auersi fuere ab inuicem animis. Monitus in primis a Philippo Rege Eduardus, ac iussus subditos comprimere, prædam restituere, quæ in ipsius regno inuenta esset, ac reos onustos vinculis mittere, vt supplicium de ipsis ex legibus sumeretur. Quæ imperia cum spreuisset Anglus, dies ei ad dicendam causam ex parium consilio constituta est: cuius rei diploma regium affert Vvestmonasteriensis f, in quo Philippi querelæ expressæ.

Gallos inter & Angl. Leues belli causæ.
d Vualsin. in Tpod. Neustriæ.
e Vvestm. Flor. hist.

Polludatus iudicio Eduardus a Philippo.
f Vvestm. ibid.

5 Pari infeliciter casu Veneti & Genuenses in oriente arma aduersus Saracenos ferenda in se inuicem verterunt, prelioque atrox apud Aiacium vrbem nobilem Armeniæ minoris, quæ olim Cilicia erat, commiserunt; in quo Veneti etsi viribus superiores succubuere, vt narrat Marinus Sanutus g.

Veneti & Genuenses in Oriente classes infestas committunt. Victi Veneti.
g Sanut. l. 3. p. 4. c. 14.

IESV CHRISTI
Annus 1294.

Indict. 7.

CELESTINVS PP. V. ADOLPHI ROM. REG. 3. ANDRONICI IMP. OR. 11.

Inter pontificij tempus. Petrus e Murrone eremita creatus Pontifex.

1. &c. CAruerat iam rectore Ecclesia annis duobus mensibus tribus, die vno (Nicolaus namque pridie nonas aprilis anno MCCXCII. naturæ concessisse traditur; Cælestinus vero, vt ex actis consistorialibus constat, creatus fuit quinta die mensis iulij huius anni) cum tandem Pontificem extra collegium quæsituere, ac repente mutatis animis diuinitus, vt visum est, affiati, Petrum de Murrone eremitam, nouæ religiosæ familiæ (quæ postea Cælestinorum dicta est) sectamis S. Benedicti instituta conditorem, in remota Apuliæ solitudine macerando corpori ac rebus cælestibus contemplandis intentum, elegerunt: de quo agunt Ptolemæus Lucensis a Iordanus b, Cælestini vitæ scriptor c, Bernardus d Martini Poloni appendicis auctor e, S. Antoninus f, Cardinalis Baronius g & alij; ex quibus Iacobus Cardinalis S. Georgij ad velum aureum versu cecinit Latinum Cardinalem expositisse Petrum eremitam cœlesti viso diuinitus monitum fuisse indicio Dei Cardinales labente bimestri pœnas daturos nisi Pontificem Ecclesiæ præficerent.

a Ptol. Luc. hist. eccl. tom. fol. 24. c. 29.
b Iord. in f. Vat. fig. n. 1960.
c Celest. PP. vita in f. Vat. bibl. fig. lit. C. n. 25. & 79.
d Bern. in chron. Rom. Pont.
e Mar. Pol. in append. f. 4.
f S. Ant. 3 p. tit. 20. c. 8. in princ.
g Baron. in notis m. f. ad hunc an.

5. &c. Addit idem auctor mox Cardinales, auditis Latini verbis, plures de egregijs Petri virtutibus sermones inter se contulisse, & quæsijsse num gerendo pontificatui iconens esset: atque omnium primum Latinum Cardinalem suffragio eum ornasse, mox alios suum adiecisse, distulisse nonnullos, donec Petrus Cardinalis qui morbo laborabat, consuleretur; eoque assentiente, ipsos quoque cæteris se adiunxisse: atque ita omnibus ingenti gaudio ac pietatis sensu delibutis, & lacrymis ob rei nouitatem ex oculis manantibus, a sacro collegio pronunciam Latino datam, vt Petrum omnium nomine eligeret. Similia continet decretum h, quod collegium ipsum edidit, vt facti rationem omnibus fidelibus exponeret; legauitque archiepiscopum Lugdunensem, Vrbeuetanum & Portuensem episcopos cum duobus ostarijs apostolicis, qui Cardinalium afferrent literas, quibus illum de sua electione certiorem factum rogauerunt vt eam ratum haberet, ipsos optatissima sua præsentia solaretur, atque ad excipiendum pontificatum adducerent.

Conferunt inter se de Petri virtutibus Cardinales.
h Ext. apud Mon. Cœlest. & Vend. hoc anno. n. 8 ex tab. mon. S. Spiritus de Magella

8. 9 Natus erat in Molisij comitatu, humili quidem genere, sed pietate conspicuo, atque ex materno vero secundinis in religiosæ vestis morem efformatis tectus prodierat i. Nec dubia post, cum adolesceret, pietatis ac futuræ virtutis signa dedit. Cumque literis operam dare iussus esset, non defuit dæmon, qui magnum aliquid de eo præsagiebat, conatus suos adhibere, vt ipsum ab earum studio abduceret: matri enim mentita vatis specie male illi si studeret futurũ persuadere est conatus. Sed defunctus pueri pater, mulieri cuidam præcepit l, vt vxorem serio moneret, ne filium a literarum studijs reuocaret. Quibus vero cœlestibus blanditijs puerum Deus ad sui amorem cultumque alliceret describit vitæ auctor m: *Erat puer iste simplicissimus adhuc, & iam primum breui in tempore psalterium didicerat legere, cum beatissimam Virginem & S. Ioannem Euangelistam stantes iuxta crucem Iesu sæpe videret, visus est ad ipsum descendere, eumque consolando psalmos cum ipso dulcissime decantare. Angelos quoque de cœlo lapsos, velut pædagogos suos eum instruendo, vidit in somnis sibi assistere, & si quid forte*

Natus e Murrone nunti) vt dignitatẽ oblatam administreret Dæmon ingens aliquid de eo præsagiens a studio literar. ipsũ abducere nititur fraudes illius a parentis anima dissolutæ.
i Iac. Card. S. Georg. ad vel. aur. cod. l. 2. c. 7.
l Pet. Card. de Alueca l. 1. c. 2. apud Sur. in 3. die 19. may.
m Id. ib. c. 3

Diuinæ erga eũ blãditiæ. Vt monasticũ institueret: sectarius fit.

forte puerili more cum fuit coetaneis minus decens aut dicere aut facere a diabolo tentatus fuisset, suaui cum increpatione piaque castigatione corripere. Puericiam egressus profectus in solitudinem corpus macerare, mentemque excolere virtutibus coepit, cum diuina prouidentia suo seruo suffragaretur, quæ inter cætera admiranda noctu edito diuinitus campanæ suauissimæ signo ad recitandum diuinarum precum excitabat. De cuius mira abstinentia ac vitæ genere Iacobus quoque Cardinalis tradit a illum Benedictini ordinis institutæ professum, ac solitariam vitam in eremo amplexum in duro ligno noctu membra refecisse, ferrea zona succinxisse lumbos, cilicio loricaque macerasse carnem, abstinuisse carnium vsu ac vino, ieiuniaque assidua coluisse adeo, vt quadragesimas sex solo pane & aqua contentus a fructibus, herbis & radicibus sibi temperans transigeret; noctes diebus in psalmis repetendis coniunxisse, texendis cilicijs pro sodalium vsu tempus terciisse, dein solis plantaginis vel caulium foliis & aqua pura victitasse, ac sanctitatis fama miraculisque claruisse. 8

a Iac. Card. l. 1. c. 7.

10 Ducentem igitur vitæ asperrimum gemie adiere oratores, ac venerandum senem inculta vest horridum, squallidum macie, tumentibus ex continuo lacrymarum profluuio palpebris conspicati, se ad illius pedes proiecere. Quibus ille attonitus vicissim ad eorum genua procidit. At illi exposita aduentus causa, & Cardinalium suffragijs e scripto prolatis, vix a colendæ solitudinis suscepto consilio Petrum abducere, atque eius constantiam in respuenda summa dignitate infringere potuerunt. Scribit Petrarcha augustissimæ dignitati fuga se subducere meditatum, e qua illum accurrentium populorum retraxit pietas b. Cum itaque sancto viro Romanæ ecclesiæ nuncij alijque pij viri diuini iudicij metum incuterent, atque inter cæteros Petrus Columna diaconus Cardinalis, qui eo iniussus prouolarat, instaret, ne diuinæ voluntati reluctaretur pontificium munus admisit. Mox qui aderant genibus prouoluti, pedibus oscula supplices dedere, ac magnifico comitatu deduxere: Carolus enim Martellus Hungariæ Rex, vt Iacobus refert eo accurrerat c. Suscepto autem summo Pontificatu tantum a fastu abfuit, vt ne quidem equum conscendere, sed asinum exemplo Christi voluerit, cuius potius sapientiæ quam humanæ conformandum se arbitrabatur: atque in ea pompa quam describit d, Aquilam Regibus Siciliæ & Pannoniæ asini frena tenentibus est ingressus.

Tentat fugā Petrus.

b Petrar. de vir. illu. in fest. 3. c. 18.

c Iac. Card. l. 2. c. 4. & l. 3. c. 1.

Negat equo, sed tantum asino vehi.

d Ibidem. Siciliæ & Hung. Regibus asini frena tenentibus, Aquilam ingreditur.

11. &c. Non defuere qui Cælestini consilium damnarent, cum ad seruandam Ecclesiæ maiestatem sanctissimi viri regiam pompam, a qua penitus alieni erant, passi essent. Et quidem Cardinales, ijdemque Reges, ab eo demissionis Christianæ consilio frustra reuocare conatos, narrat Petrus Cardinalis de Aliaco his verbis e: *Hoc*, inquit, *ab eo factum est non quidem superba singularitate, quasi alios, qui aliter fecerant, reprobare voluerit, sed singulari humilitate, qua a sancta rusticitatis monastica consuetudine nec facile nec cito auelli potuit. Hos quippe magnificos apparatus siue inequis, siue in vestibus ac alijs extrorsibus ornamentis, quos plerique pompas vocant, a tempore B. Siluestri Papæ sancti patres non solum summi Pontifices, sed & alij minores episcopi non ad suam, sed ad Christi & Ecclesiæ eius gloriam extollendam introduxisse credendi sunt: quos exterius cum temperantia moderamine obseruare, interius tamen seruata humilitate, non est vanitatis aut vitij, sed est virtutis ac meriti. Vnde graniter increpandi sunt illi, & precipue monachi, qui sub pretextu humilitatis propter huius consuetudinis obseruantiam statui episcopali superbe detrahunt: multa namque in alijs decent episcopos, quæ non decent monachos.* Non factum hoc ad Ecclesiæ iniuriam, sed honorem Deus miraculo ostendit; nam pater filium claudum ambobus pedibus gestans, cum illum asino quo nouus Pontifex descenderat imposuisset, sanum ac firmo gressu incedentem recepit; de quo meminit Vvestmonasteriensis a. Persuasus vero a Carolo Neapolitano Rege Aquilæ substitit Cælestinus, ac Perusio Cardinales ad se exciuit; eumque ij Aquilam confluxissent agitata de sacrando Pontifice consilia: quæ celebritas die decollato S. Ioanni Baptistæ sacro perfecta, vt refert Petrus de Aliaco Cardinalis b.

e Pet. de Aliac. l. 2. c. 11. Quibus exemplis Pontifices externam pompā fugerunt passi.

a Westm. Flor. hist. hoc ann.

b Pet. de Aliac. Card. l. 2. c. 12. Fiol. Luc. l. 24. c. 29.

16 Auxisse postea Cælestinum Cardinalium numerum, consentiunt historici c; septem nimirum Gallos, Italos vero quinque sacra purpura donasse testatur Iacobus Cardinalis d: quorum nonnulla nomina recenset Ptolemæus Lucensis e hic inquiens: *Fecit autem post hoc ad petitionem Regis vnam magnam ordinationem Cardinalium, inter quos tres fuerunt de regno, videlicet dominus Landulphus de Neapoli, vnus de ordine suo, qui vocatus est dominus Thomas, tertius fuit autem archiepiscopus Beneuentanus, qui ante fuerat abbas Montiscassini: fecit & cancellarium Regis dominum Guillelmum de Pergamo: fecit & dominum Ioannem Monachi & archiepiscopum Lugdunensem, ac archiepiscopum Biturrensem, primus vocatus dominus Beraldus de Glocbo, & factus est Albanensis, secundus factus est Penestrinus.*

c Iac. Card. l. 3. c. 9.

d Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 29. Cardinales creat.

17. 18 Offendit ea res admodum, atque abalienauit aliorum Cardinalium animos, quorum consilium Cælestinus sprevisse videbatur. Exasperauit etiam eos magis, dum ob diuturnum ecclesiasticum interregnum superioresque seditiones, Gregorij X. decretum de Cardinalibus in conclaui continendis iustis de causis, quas diuturni interpontificij incommoda ostendebant, renouauit. Similiter ingratum ipsis extitit illum non Romam, sed Neapolim petijsse: tum archiepiscopum Beneuentanum, post cœnam creatum Cardinalem fuisse g: adeoque contentio exarsit, vt archiepiscopus dignitate discedere coactus sit; qua postea ex antiquo ritu donatus est h. Nec tacite de sanctissimo Pontifice queri, ac mussitare cœperunt inter se, vt de viro gerendarum rerum imperito, qui siluas tantum & scopulos colere assuetus esset, adepto honore indignum: quotidie plures ad dignitates ecclesiasticas obrepere, qui ijs gerendis impti essent. Iniecta i ergo ob hæc viro sancto ab ijs religio, qui se otij sacri delitijs, quas olim delibarat, priuari ægerrime ferebat, ac rerum diuinarum contemplandarum desiderium eo impulit, vt Cardinale Iacobo teste ad pontificiam dignitatem deponendam tota animi contentione incubuerit. Reficiebatur enim adeo sacrarum rerum cogitatione, vt appetente dominici aduentus tempore, pontificiæ curiæ administrationem in tres Cardinales transfuderit: ipse vero cella humili in palatio se incluserit l, vt soli Deo vacaret, tum discordias Cardinalium de se obmurmurantium sedaret. Ipsum enim proditum fuisse ab improbis curiæ administris, quos vrebat auaritia, ac diplomata ad plurium gratiā contra fas elicita, atque inde creatam sancto Pontifici inuidiam, indicat Ptolemæus Lucensis m.

f Iac. Card. l. 3. c. 9.

g Ibi. c. 10. Commoti in sanctum Pont. Cardinales.

h Bal. cap.

Gregorij decretum de includēdis conclaui Cardinalibus renouat.

i Ptol. Luc. in annal. Sanctus Pōtifex in festo omnium natalicio ab hominū cōmercio diuinis animum applicaturus se subduxit.

l Iac. Card. l. 3. c. 11.

m Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 31.

19. 20 Cum vero etiam tum inauditum esset, vt Pontifex Rom. sponte de statu dignitatis recessisset, & cæteros præsules, abbates, episcopos, archiepiscopos, patriarchas id quidem, petita ab illo facultate præstare posse, at Pontificem summum id agere non posse videri, cum nullum in terris superiorem agnoscat; doctissimorum virorum consilia, ac nonnullorum præcipue Cardinalium explorauit, reque multum agitata, augustissimum eius, sed ipsi intoleran-

Deliberat pontificatum abijcere.

lerandum, excutere decreuit. Edira ergo sanctione, assentientibus Cardinalibus, Romanum Pontificem munere abire volentem posse, pronunciauit a, ad tollendam ambiguitatem. Sequenti vero die S. Luciæ sacro promulgatæ legis auctoritate vsus, cultuque pontificio ornatus, Cardinalium cinctus corona, imperatoque ijs silentio, ne dicentem abrumperent, scriptum protulit, ex quo allatis abdicandi honoris causis, imparibus gerendæ dignitati virtutibus, longa atque infirma senecta, incomptis moribus, inculto dicendi genere, imperitia rerum gerendarum, defectu experientiæ, tenuitate ingenij, iudicij inopia, quæ magno Christianæ humiliatis exemplo exaggerauit, pontificatu se exuit. Fuisse Benedictum Caietanũ Cardinalem scripti auctorem existimatum est. Et sane ipsum deponendæ pontificiæ dignitatis præcipuũ suasorem extitisse præter alios docet Ptolemæus Lucensis b.

a Cap. Quoniam. 11. de renunc. in 6 Sanctionẽ edit. Rom. Pont. se abdicare posse pontificatu. Allatum Clementis exemplum Inaudito dimissionis genere se vt ineptũ ad gerendum pontificatum accusat.

b Ptol. Luc. l. 24. hist. eccl. c. 33.

21 Obsecrasse ipsum Cardinales per sacra omnia, vt quantocyus Pontificem in locum suum subrogarent, ne Christiana respublica in discrimen adduceretur, tradit Vvestmonasterien sis c. Et quidem solitas dissensiones renouata Gregorij X. sanctione præuerterat sapienter. Virum sanctũ magis ad effundendas lacrymas mouisse Cardinales, addit auctor, cum pontificio ornatu abiecto hirsuta & horrenti veste indutus apparuisset. De insueto adeo facinore, quo, vt ait Iordanus d, *prabuit humilitatis exemplum stupendum cunctis, imitabile paucis*; varie sunt locuti auctores. Nonnulli temere rationem illius in degeneris & abiecti animi vitium, alij in tranquillitatis studium, alij in demissionis Christianæ amorem contulerunt: ac sane Bernardus acutissime attigit, dum abdicationem huiusmodi maiori admiratione dignam, quam electionem fuisse affirmat e.

c Vvestm. Flor. hist.

d Iord. in. l. Parad. n. 1960.

22 Ne vero quis male ipsum pontificatu abijsse arbitraretur, non minus postea miraculis, quam ante effulsit; hæc enim tradit vitæ auctor f: *Vt inter exsultationem huius facti, & ipsius laudem & admirationem nulli dubio mentis iudicio fluitarent, quod prima die post eius renunciationem Dominus per eum facere dignatus est, certum indicium fuit. Nam cum post eius missam quidam claudus membris contractis sese ad pedes ipsius proiecisset, accepta ab eo benedictione, sanus erectus est: quod profecto non fieret, si quod ab eo gestum erat tamquam indignum Dominus reprobaret.* Eandem abdicationem, vt virtutis heroicæ exemplum, commendauit postea Clemens V. g qui ipsum in sanctorum numerum solemni ritu retulit: vt mittam S. Antoninum, qui refert, Petrarcham factum collaudasse, ac Dantis leuitati illius opponit grauitatem. Ex eo vero atque alijs supra dictis refelluntur nonnulla inepta, apocrypha, & fabulosa de voce ab impostore per tubam oblongiorem noctu immissa, atque alia quæ a nonnullis recentioribus historiæ fuere incaute mandata, quæque nouatores in centuriam tertiamdecimam contulere h; impudentissimi vero mortalium non erubuere sanctissimum Cælestinum hypocrisis damnare.

Bern. in. chr. Rom. Pont.

f Pet. de Alcia. Card. l. 2. c. 13. apud Sur. to. 3. die 19. maij. Proximo a pontificatu dimisso die claudũ benedictione curat. Commendatum est a Clemente V. demissionis illius exẽplum.

g Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 35.

h Cens. 13. c. 7. col. 736 & c. 10. col. 1012. Refelluntur nouatores.

23 Orbata igitur ob voluntariam Cælestini abdicationem suo rectore Ecclesia, postquam is mensibus quinque, diebus nouem pontificatum tenuisset, Cardinales ex renouata a sancto viro Gregorij X. lege conclaui inclusi, demum Benedictum Caietanum patria Anagninum, Luitfredi Caietani filium, presbyterum Cardinalem tit. SS. Siluestri & Martini, consentientibus vocis Pontificem creauerunt; in cuius electione seruatos ritus refert Iacobus S. Georgij ad velum aureum Cardinalis i. Describit eius dotes S. Antoninus his verbis k: *Nobilis secundum sæculum, vir vtique prudens & literatus, & magni animi, zelator magnus, & conseruator iurium Ecclesiæ.* Factus vitio vulgo notatur ab historicis l, ex quibus Iordanus b vbi nonnulla de singulari illius industria peritiaque dixit, subiungit: *Sed ex hoc factus est fastuosus & arrogans, omnium contemptibus: unde facilus Pontifex predecessorum suorum Nicolai & Celestini gratias reuocauit.* Præuntiasse S. Cælestinum Bonifacio pontificatum, scribit Iacobus Cardinalis c, idque se ex ipsius Bonifacij & aliorum ore accepisse; additque in curia apostolica paulo post a sua abdicatione remoratum, vt anteactæ vitæ errata sacra exhomologesi apud Bonifacium expiaret d. Cæterum Bonifacius de Cælestino in custodiam dando versabat consilia: ipse autem vti doli expers de repetenda solitudine quo sine strepitu aulico contemplationi rerum cœlestium liberius se daret, cogitabat. At de Cælestini fuga anno sequenti.

Creatur Pont. Bonifacius VIII

i Lec Card. l. 2. de consecr. Bonif. c...

k S. Ant. tit. 20. c. 8. §. 2.

a Ptol. Luc. ead. loc. 36. Ia Vill. l. 1. c. 6. Vita Bonif. scrip. ap. S. Vali, figu. lu. C. n. 2 & 79. Dini Comp. chr. m. f. l. 1. Petr. l. 2. de vita solit. fel. 3. c. 28 & alij. b Iord. m. f. Vat. figu. n. 1960.

Præuntiatus Bonifacio Pontificatus.

c Luc. Card. l. 2. de canon. S. Cel. c. 18.

d Ead. lib. c. 19.

24 Nobilitata est hoc anno Italia augustissimo munere sacra Deiparæ ædes Nazarethana, quæ ante annos tres ac menses septem in Dalmatia constiterat. Qua de causa in Picenum superato Adriatico mari transuecta fuerit, haud plane constat: maxime certe inde ædi sacræ dignitas conciliata est; diuini enim alicuius in ea inesse conspicuum fuit. Cum ita locum mutasse compertum est, Frangipanius Illyrici prætor similem ædem in eodem, vbi subsiterat, loco condidit, vt refert historiæ Lauretanæ scriptor e; in cuius fronte hæc verba inscripta: HIC EST LOCVS, IN QVO OLIM FVIT SANCTISSIMA DOMVS B. VIRGINIS DE LAVRETO, QVAE NVNC IN RECINETI PARTIBVS COLITVR. Consedit noctu in silua Recinetensis agri passus mille circiter a mari dissita, quæ ad nobilem matronam Lauretam nomine pertinebat, atque inde Lauretanæ domus nomen traxit: quod insigne prodigium dictus auctor susius enarrat f. Vt vero ex hoc loco in collem proximum atque iterum in alium deportata fuerit, sequenti anno dicetur.

e Turs. l. 1. hist. Laur. c. 9. Insigne Nicolai Frangipanij de domo Lauretana testimonium In Lauretæ matronæ agro prouinciæ Marchiæ Ancon. cõsidet.

f Ead. l. c. 6. Aquitaniã Philippus Eduardo eripit.

25 In Gallijs bellum atrox gestum, cuius causas anno superiori Eduardum inter & Philippum enatas vidimus. Cum enim Eduardus ex statuta die ad dicendã vexatæ populationi Galliarũ oræ maritimę causam non affuisset, Philippus Rex ipsum Aquitaniæ ducatu, cuius nomine fiduciarium se erat profitus, edicto priuauit, ad quam prouinciam recipiendã maximum immisit exercitũ: quod inique gestu aiunt, cum tunc Angliæ Rex Edmũdi fratris opera, Ioãna & Maria Reginis Franciæ fœderis interpretibus, illatas Gallico nomini iniurias, permissis Regis Gallorum fidei sex arcibus ac datis pluribus obsidibus, sarciret; sponderetque Philippus Rex edictum in Eduardum de reuocanda ad Gallicam coronam Aquitania se abrogaturum; tum etiam Eduardus Philippum ad dirimendas familiari colloquio controuersias aditurus esset, atque ideo Angli pacis, cuius Reginæ erant interpretes, expectatione a bellico apparatu minus instructi essent. Porro repente Philippum dolo & vi Aquitaniam imparatam armis & milite subegisse, queruntur Angli historici g: de quo bello hæc Ptolemæus Lucensis addit h: *Suo autem tempore*, nimirum Cælestini, *guerra inter Regem Anglia & Regem Francia multum fervet, & multa mala sunt commissa in mari; & in terra prævalet Rex Francia & circa partes Vasconia: in mari autem Rex Anglia cum adiutorio Baionensium. Huius autem guerra occasione inchoata est discordia inter Regem Francia & comitem Flandria, eo quod comes contraxerat parentelam cum Rege Anglia, dans filiam filio Regis Anglia, Rege Francia irrequisito; qua de causa pater & filia longo tempore fuerunt deleati Parisijs.* Exijt deinde fuga comes, turbasque ingentes excitauit. Impulsus quoque ab Eduardo Adolphus Rex Romanorum, cuius gratiam magnis muneribus Anglus emerat, vt Philippo bellum inferret: is vero, vt causam

g Vvestm. Flor. mss. & alij. Vvestm. n. Eduardo I. sub ann. 1295.

h Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 35.

præ-

IESV CHRISTI
Annus 1295.

BONIFACII PP. VIII. annus 1. · ADOLPHI ROM. REG. 4. · ANDRONICI IMP. OR. 12. · Indict. 8.

1. &c. BOnifacius electus Neapoli summus Pontifex, quamuis precibus a Carolo vrgeretur, vt Neapoli consisteret, pontificij decoris esse arbitratus Romæ insignia dignitatis accipere, in Vrbem Regibus Siciliæ & Hungariæ stipatus a venit, magnoque plausu & apparatu a ciuibus receptus est: consecratusque in basilica S. Petri, in qua celebritate seruati ritus a Iacobo Stephanesco cardinalitia dignitate aucto a Bonifacio stricta oratione describti sunt, tum vt extra limina eiusdem basilicæ pontificia corona fuerit redimitus, nec non qua pompa ex ecclesia S. Petri Lateranum triumphantium more petierit, vtque Romani varios arcus magnifice, qua iter erat, adornarint; tum vt Siciliæ & Hungariæ Reges coronis regijs reduniti epulanti Pontifici inierunt, ac primas ferculis ab ipsis appositis, inter Cardinales mensæ accubuerint.

a Ptol. Lucens. hist. eccl. l. 24. c. 9. Alex Card. de coronat. Bonif. l. 2. c. 7.

Bonifacius Romæ cõsecratur.

7. &c. Perfecta pompa Bonifacius b, ad præsules catholicos, Reges, principes, cæterosque datis literis c, certiores eos fecit, vt Cælestino sponte iustis de causis pontificatu se abdicante, abdicationemque admittente Cardinalium collegio, communibus suffragijs ad summum pontificatum electus esset; adiecitque preces, vt diuina illi præsidia ad gerendum arduum munus, moderandaque probe Ecclesiæ gubernacula pijs orationibus compararet.

b Fermul. Mar. Ebulo m. s. Vat. pag. 56. & Encyclicas de sua promotione literas scribit. c Ptol. Lucens. hist. eccl. l. 24. c. 9.

11 At licet Bonifacius catholicæ rei administrationem a se susceptam toto orbe vulgaret, haud tamen defuere d pertinaces viri, qui negarent, initum ab ipso legibus pontificatum: itaque anxius ex Petri de Murrone fuga perquisitum diligentissime ad se deduci iussit: quæ pluribus Petrus de Aliaco Cardinalis enarrat, ex quo nonnulla memoria & admiratione dignissima repetemus: *O miranda*, inquit, *& miseranda persecutio: ipse corporis viribus destitutus, & propter vltimam senectutem otio & quieti, quam itinerum labori habilior, ad partes Apuliæ in obscuram syluam, vbi quidam serui Dei habitari dicebantur, per loca abscondita & ignota, vno tantum fratre comitante, latitandi causa fugere coguntur. Sed quod stupendum est, quamuis mutato habitu consueto vilissima chlamyde indutus, alijs quoque, quibus poterat modis absconditus incederet; tamen quocumque pergeret, agnoscebatur: quandoque a pueris, quandoque a promectis viris, qui numquam eum viderant, proprio nomine vocabatur. Cumque in silua cum fratribus tempore quadragesimæ remansisset, supervenientibus illis, qui vt inuenirent & captiuum ducerent, persequebantur eum, inde abire compulsus est: & videns se in illis partibus occultari non posse, mare transire disposuit; paratoque vehiculo, sed male prospero vento, cum per quindecim milliaria nauigasset, ad terram iterum impellitur, & iuxta ciuitatem, cui nomen Vestia est, applicuit.* Tribuit rem miraculo Iacobus Cardinalis e, Petrum nimirum de Murrone abditos recessus adire, seque in Græciam subducere decreuisse, ne cuipiam schismatis causam daret; sed cum nauim conscendisset, concitato tempestatibus mari ventisque reflantibus, ter nauim in littus repulsam, nautasque ex beati viri veneranda canitie aspectuque spirante sanctitatem suspicatos illum esse Cælestinum expontificem, famaque increbrescente populos ad illum venerandum certatim confluxisse.

d Ferd. m. s. Vat. sign. n. 1960. Petr. de Aliaco l. 1. c. 5 apud Surium die 19 maij. Cælestinus se fugæ subducit.

Deductum magna veneratione Pontificis & Regis Caroli iussu a patriarcha Ierosolymitano, consentit

Parat trajicere in Græcium.

e Iac. Card. de canonic. Petri de Murrone l. 1. c. 4.

Anauris cognoscitur.

Petrus

a Eber. apud Canis. ant. lect pag. 329. b Bon. VIII l. 1. ep. 98. Indicit illi bellum Adolphus Rex Rom.

pretexeret, regnum Arelatense ac spineam Christi coronam per oratores repetijsse refert Eberhardus a: verum ex Bonifacij VIII literis b ad Philippum Regem Francorum missis non iniustam, iudice Pontifice, de Burgundiæ comitatu, qui a Rodulpho Rege defecerat, litem mouisse colligitur: *Amantissime*, inquit, *fili, considera quis Rex quisue princeps regnum tuum non impugnatus a te, vel non offensus impugnat. Nonne Rex Romanorum fuisse occupatas a te tuisque predecessoribus, seu occupatas teneri ciuitates & terras, seu limites ad imperium pertinentes cum instantia conquerentur, & specialiter Burgundiæ comitatum, quod notum est forefeudum descendens ab imperio & recognoscendum ab ipso? Nonne charissimus in Christo filius noster Rex Angliæ illustris de nonnullis terris Guasconiæ asserit illud idem? Nunquid super ijs dicti Reges denegant stare iuri? &c.* At de his iterum infernus.

Fraticellorum & Bizoch. hæresis exoritur. c Iord. m. s. Vat. sign. n. 1960. d Baron. ex eo in syllo m. s. pag. 400. Petrus Macerat. & Petrus de Forosempron. illius auctores. Damnabat conuentuales. A Cælestino obtinet eremitica institutum sequi. Delirabat Nicol. IV pontificatum ereptum diuinitus. e S. Ant. 3 p. tit. 24. c. 9.

16 Emergere hoc anno cœpisse nefariam Fraticellorum & Bizochorum hæresim, referunt Iordanus c & Cardinalis Baronius d, auctoribus duobus Minoritis apostatis, quos S. Cælestini simplicitati illusisse, cum virus obtenta sanctitatis larua tegerent; atque ab eo obtinuisse, vt eremiticam vitam colerent. Quæ vero venena suis præberent, quaue inde secuta sint, ex eodem Iordano petamus: MCCXCIV. *Petrus de Macerata, & Petrus de Forosempronio apostata fuerunt ordinis Minorum & hæretici. His petentibus eremitice viuere, vt regulam B. Francisci ad literam seruare possent, Cælestinus ius puræ, sed periculosæ simplicitate concessit, & sibi adhærentibus: quibus plures apostatæ adhæserunt, qui statum communitatis condemnabant & declarationes regulæ, & vocabant se fratres S. Francisci, seculares autem vocauerunt bizocos & fraticellos, vel vocatores. Hi dogmatizabant, quod nullus summorum Pontificum regulam S. Francisci declarare potuit. Item quod Angelus abstulit a Nicolao IV.* cœperat is in hos nouatores animaduertere e, *auctoritatem papatus, & ab illo tempore non fuit Papa in Ecclesia, nec verus prælatus, vel sacerdos nisi inter eos solum; & quod ipsi soli sint in via Dei, & vera ecclesia: & mutauerunt secundo sibi nomina. Vocauerunt se primus Liberatus, secundus Angelus dictus, quia se fingebat reuelationes angelicas habere.*

Michael Andr. filius Mariam Ayroni Reg. Armen. sororem duxit. Diuina de Ayrono ob nuptias cum schismat. fœdera vltio. f Sanud. l. 3. p. 13. c. 2. Sebath. Armen. sceptrum illi eripit.

27 Postremo vt aliquid de Græcorum rebus dicamus, addimus Michaelem Andronici Imperatoris filium, eius iussu a Constantinopolitano patriarcha schismatico corona redimitum non Balduini Constantinopolitano imperio exacti a filio neptem ob grauiora Caroli petita, sed Mariam Regis Armeniæ sororem vxorem duxisse. Meruit forte Ayrotus Armenius, ob inita cum schismaticis fœdera a Deo plecti, quæ enim ipsi ac toti Armeniæ mala earum nuptiarum occasione allata fuerint, ita describit Marinus Sanutus f; nimirum dum ipse Mariam sororem Constantinopolim magno apparatu duceret, fratrem Sebath Armeniæ sceptrum corripuisse: *Christiani*, inquit auctor, *transmarini, licet impiorum cladibus lacerati, in Armenia maxima scandala concitant inter se: cum enim Ayron Rex Armeniæ Constantinopolim pergeret, quia filius Andronici eius sororem desponsauerat, ducens secum fratrem Thoros, Sebath alter frater regni diadema sibi imposuit* MCCXCIV. *ex eo motus, quod Ayron numquam coronari voluit, sed magis fratrum Minorum sumpsisset habitum, & frater Ioannes ex tunc communiter vocaretur. Cum igitur redijsset Ayron ab Armenis repellitur. Cognita causa in Cyprum primo, dein in Constantinopolim nauigat, & inde pergit ad Tartaros, vt de fratre ponat querelam: sed hunc ille præuenit, & ad gratiam capiendam Tartaram duxit vxorem.*

Affinitatē contrahit cum Tartaris.

a Pet. de Alia. l. 1. c. 16

Petrus de Aliaco a, tantos vero populorum concursus ad eum factos, vt noctu clam iter carpere cogeretur: suadere illi nonnulli conati, vt Pontificis nomen iterum acciperet, quibus vt antea constantissime restitit affirmans id quod iuste fecerat, si non fecisset, voluntarie se esse facturum: Deus vero illius sanctitatem, postquam Bonifacio traditus est, insigni miraculo illustrauit, vt memorat Petrus de Aliaco.

Impia obsilia reijcit.

Reducitur ad Bonifacium.

Patrat miracula.

13 *Postquam*, inquit, *a regalibus nuncijs camerario Papa traditus Campaniam intrauerat, de nocte occultissime in Anagniam missus prope cameram Papæ in quodam domo arctissimè reclusus est. Quo in loco, vt quantus esset, qui ibi captiuus tenebatur, ostenderet, voluit Dominus hoc cum miraculo declarare. Erat in illa Papæ curia archiepiscopus: Consentinus tam intolerabili dolore calculi, variaque grauatus infirmitate, vt eo a medicis derelicto, ipse & omnes, qui eum videbant, de ipsius corporali salute desperarent; iamque familia eius & sibi vestes lugubres, & magistro suo paranerat exequias; dum ille deuotas preces Deo fundens, per sancti viri merita salutis auxilium postulabat: & ecce subito oratione facta perfecte sanus effectus est, ac ita plene conualuit, vt sequenti die hoc domino Thomæ, quem pater ille sanctus de ordine suo Cardinalem assumpserat, ad Dei & serui sui gloriam nuncianet.* Reuocatum prudenter ex fuga, traditumque custodiæ indicat Ptolemæus Lucensis b: *Inuentum*, inquit, *ipsum reduxerunt, ac in custodia ponitur & tenetur, præcauendo scandalo Romanæ ecclesiæ, quia apud aliquos murmurabatur an cedere potuisset: & sic poterat schisma in Ecclesia generari.* His etiam consentanea mandauit historiæ hisce verbis Iordanus c: *In custodia posuit ad cautelam vitandi diffidij: aliqui murmurabant quod cedere papatui non posset.*

b Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 35.

c Iord. ubi sup. d Iac. Card. in pref. & l. 1. de comm. c. 5.

Traditur custodiæ.

13 Addit Iacobus Cardinalis d S. Georgij ad velum aureum, perhumane habitum e Bonifacio, persuasumque, vt in Fumonis arce in Campania sita consisteret; concessosque illi ex suo ordine aliquos religiosos viros, cum quibus diuinis rebus vacaret, atque omnia illi opipare subministrata: sed virum sanctum, sacri propositi tenacem, a deliuijs alienum, parce admodum cum suis oblatis vsum, totum se rerum cælestium contemplationi e addixisse; nec dissentit Ptolemæus Lucensis f. At Petrus de Aliaco Cardinalis in Cælestini vita acerbe admodum a Bonifacio habitum fuisse tradit g, atque ab illo contra sententiam Cardinalium, qui libertatem permittendam censebant vt in solitudine ageret, in arctissimum carcerem condirum: *Missus est*, inquit, *ad castrum Fumonis, & fortissimæ turri reclusus: & adhibitis sex militibus, & aliis triginta satellitibus ad eius custodiam die noctuque ita tenebatur arctatus, vt nulli hominum ad eum patere posset accessus. Petijt autem vt duo sibi darentur fratres, cum quibus diuinum ageret officium: qui ei concessi, illius carceris angustiam diu ferre non valentes, inde extrahebantur infirmi: erat enim tanta turris arctatio, vt vir sanctus vbi habebat pedes, dum missam celebraret, ibi caput reclinaret dum dormiendo quæsceret.* Subdit auctor multa in Bonifacium conuicia, queriturq; in que virum innocentem, paulo ante Christi vicarium, ac Regum & principum communem patrem, tam tetro carcere damnasse.

e Idem de Cælest. vit. l. 1. c. 5. f Ptol. Luc. c. 36. g Lib. 2. c. 19

Magna animi constantia sese carceris angustijs. h Lib. 2. c. 8

14. 15 Tulit vir Dei summa animi constantia carceris tædia, neque ex illius vnquam ore querela vlla erupit; vtque vitam sanctissime duxerat, ita fine sanctissimo ornauit: *Appropinquante*, inquit auctor h, *mortis suæ agone, eximum suum psalmis & orationibus quantum poterat, aduersus diaboli insidias munire studebat; & vt secum in eis assidue vacarent, fratres suos instanter & humiliter hortabatur: vnde cum ipsi in diuinis pariter perseuerarent laudibus, ipse die sabbati hora vespertina, eo dicente psalmum; Laudate Dominum in sanctis eius: statim completo versu, Omnis spiritus laudet Dominum; cum flatu tenuissimo emisit spiritum, cum sanctis & beatis spiritibus Deum in perpetuum laudaturus.* Illustrauit illius sanctitatem insigni miraculo Deus, quod enarrare pergit idem Cardinalis Aliacensis a: *Quidam milites, qui eum custodiebant in carcere, tam Papa quam alijs pluribus retulerunt, quod a feria sexta vsque ad horam mortis eius viderunt ante ianuam cameræ eius crucem coloris aurei, non affixam alicubi, sed mirabiliter pendentem in aere: quo miraculoso crucis signo patenter ostensum est, penitentiam, quam ille per carnis mortificationem ingiter portauerat, Domino placuisse.* De quo miraculo, deque pia eius morte similia cecinit Iacobus Cardinalis b, subditque de eadem cruce.

Crucis reuelatio pro digium ante carceris ianuã conspectum. a Id. l. 2. c. 19. b Iac. Card. de canonic. Petri de Mur. l. 1. c. 6.

Hunc decet memoremq; crucis memoremq; laborum:
Hunc que crucifixum mundo, mundumque vicissim.

Conspectam illius animam sublimem in cælum efferri a Roberto Salentino viri sancti discipulo, qui ab eo, dum pontificatum tenebat, oblatos ecclesiasticos honores respuerat, retert Petrarcha c. Hoc vero anno MCCXCV. XIV. kal. iunij Petrum sanctissimam vitam clausisse, Iacobus Cardinalis refert d: *Catholice*, inquit, *sancte, religioseque defunctus, terram cælo, calamitatem felicitate, mortem vitæ commutauit: Ferentini in loco suæ ordinis fratrum sepultus reuerenter.* Præfuisse celebrandis exequijs Cardinalem a Pontifice missum, atque eundem Bonifacium Romæ diuinam rem pro eo peregisse, idem tradit e, effulsisseque ingentibus post mortem miraculis carminibus suis prosequitur f; ac de Cælestino hactenus: ad Bonifacium nunc properat narratio.

c Petr. de vit. solit. l. 2. sect. 3. c. 18. Petr. de Alia. l. 2. de vit. S. Cæles. c. 19. Sepelitur Ferentini. d Iac. Card. in præfat. operis. e Id. l. 2. de canonic. c. 8 Pet. de Alia Card. l. 2. c. 18. & l. 3. c. 12. f Io. Card. l. 3. c. 12. & 13.

16. &c. Hoc anno exegit a Carolo Rege Pontifex clientelarem sponsionem pro Siciliæ regno ac terris citra Pharum, formulamque sponsionis apostolicis literis, ne qua illam deleret obliuio, inseruit gi quæ in molis Adrianæ tabulario asseruantur. Ad Caroli autem in administrando regno leuandas curas, mulcendosque religione populos commisit g amplissimum Landulpho S. Angeli diacono Cardinali legati apostolici in Sicilia munus, eumque pluribus prærogatiuis auxit i. Cum vero postea Carolus Martellus, iure materno Hungariæ Rex, a patre Carolo, qui in Gallias abierat l, relictus regni Siculi vicarius Neapoli, in ipso ætatis flore, dum eximiam de se spem omnibus dabat, obijsset, Bonifacius administrando regno eundem Landulphum Cardinalem, & Philippum Caroli II. Regis filium principem Tarentinum præfecit. At paulo post & Cardinalis legati, & Philippi principis consilijs adductus, cum sperareturmelius publicæ rei consultum iri, si Maria Regina procuratio regni deferretur, illam eo munere exornauit m.

g Lib. 1. ep. 117. ext. in molis Adrianæ arch. & inter collect. Platinam S. Vat. l. 1. pag. 64. & pag. 273. Lib. prim Rom. eccl. to 2. pag. 209. to. 3. pag. 11 153. 228. & nostri mss. sign. lit. D. 1. f. 94. & B 12. f. 264. h Lib. 1. ep. cur. 47. i Lib. ob ep. 47. ad 71. l Pandul. Collen. l. 5. bell. Neap. Carolus Martell. Hung. Rex moritur. m Lib. 1. ep. 129.

20. &c. Discessisse e regno Carolum, vt fœderis cum Aragonio compositi leges ad exitum perduceret, refert Ioannes Villanus n. Qua etiam causa Guillelmus tit. S. Clementis presbyter Cardinalis in Gallias missus, vt nascituras dissidiorum causas sua prudentia remoueret: cui imperatum o, vt ad explicanda optima in perplexis rebus consilia animum ad Deum conuerteret, atque in omnibus consectaretur æquitatem: *Sicut te oraculo vinæ vocis instruximus, vbicunque circa explicationem tractatus eiusdem*, nimirum inter Philippum Francorum, Carolum Siciliæ Reges, Carolum Alanconij & Valesij comitem & Iacobum Aragonum, *si aliquis se nodus dubitationis ingesserit, quod te forsitan in perplexo deduceret, oculos conuertens ad Christum, quantum cum ipso poteris conformes tuæ conscientiæ gressum ad id potius, quod*

Guill. Card. dat mittitur ad reformandum fœdus inter Reges

prædicta perfectioni proficiat, quam quod ipsam per obstaculum alicuius ingressi præpedij aliquo modo lædat. Nosti quidem, quod in ijs, quæ facta contingunt, de iuris prouidentia determinatio certa non traditur; sed ins dicentis, & exequentis prouidentia committuntur. In præmissis ergo vbi præcipue casus emerserit, qui per commissionem factas tibi, & informationes nostras videatur omissus, sicte geras tractabilem & humanum, quod rigorem mansuetudine tua promisio temperet, & ad æquitatis dulcedinem per modestos & explicitos terminos circumspectio prouida secum gratia humana amabilitatis inclinet. Dat. *Anagnia.* II. *kal. iulij anno* I. Iussus præterea est Guillelmus a dare operam, vt Carolus Valesiorum comes vitium tolleret, quod irrepserat in literas, quibus acceptis beneficentia pontificia Aragoniæ & Valentiæ regnis, Cataloniæque principatu cesserat; eoque emendato, abeuntis suo iure abdicationem ecclesiæ Romanæ nomine admittere & confirmare. Quod ad dictum fœdus attinet, de eo hæc tradit Iordanus b: *Alfonso Rege Aragoniæ defuncto, successit ei Iacobus maior Siciliæ, & facta pace cum Carolo vnam de filiabus eius accepit: sed Fridericus alter frater Siciliam occupauit eodem anno.*

a *Ib. ep. 216* Carolus Valesius actione & iure in Aragoniam cedit.

b *Iord. in vit. Bonif. VIII. apud Rayn. an. 1296.*

c *M. S. Frider. com. Ybal. pag. 25. Marian. hist. Hisp. l. 14. c. 17. Pandulph. Collen. hist. Neap. l. 5. Summ. l. 3. Faxar. post. dec. l. 9. c. 2. & alij.*

Iac. Rex Arag. cedit Siciliæ iure.

Descripta sunt ab anonymo c rerum Sicularum auctore illius pactiones: *Inter ipsum*, inquit, *& Carolum pax & concordia facta extitit & formata: cuius pacis tractatu Iacobus, recognoscens insulam Siciliæ iniuste tenere, ipsam omino asseruit, omnique iuri, si quod in ea & regno prætendebat habere, Romanæ ecclesiæ & Carolo II. sponte renunciauit & cessit: promisitque eisdem Carolum II. bona fide & absque dolo in ipsum insulam possessionem inducere corporalem: & præterea interdictum, cui regnum Aragoniæ totaque terra ipsius Iacobi erat suppositum, extitit penitus relaxatum. Pro cuius pacis obseruantia firmiori, inter ipsum Iacobum, & dominam Blanchan ipsius Caroli II. filiam, interque Robertum eiusdem Caroli primogenitum & dominam Yolendam ipsius Iacobi sororem matrimonia solemniter sunt contracta.* Adiecta etiã alia leges fuere, quarum princeps ea erat, vt Carolus Valesiorum comes, accepta Apostolica sedis beneficentia in Aragoniam & Valentiam, & Cathaloniam iura Pontifici permitteret; ac tum Bonifacius, vt supremus eorum regnorum dominus, illa Iacobo Regi in gratiam ecclesiæ reuocato restituit, vt ex pontificio diplomate d constat.

d *Lib. 1. ep. 284.*

24. Tum abrogauit censuras, quibus Aragonia pridem fuerat; atque vniuersi clerici, expolcente Iacobo, sententijs anathematis, interdicti, irregularitatis, suspensionis, & alijs pœnis soluti sunt, atque in pristinam dignitatem, vt in ecclesijs monasterijsque eligi, & postulari possent, restituti e. Ad compensandam porro iacturam Siciliæ, qua cedebat Iacobus, aiunt Surita f ac Mariana g, a Bonifacio Sardiniam & Corsicam ex arcano fuisse promissas, sicque factum, vt qui fœdus illud exitiale Aragoniæ quærebantur, vtilissimum agnoscerent; Sardiniam enim recepere Aragonij, atque immensam pecuniarum vim; nec tamen Siciliam amisere, quam suis artibus tenuerunt, & demum Galli ac Bonifacius fuerunt delusi.

Censura in Arag. lata dissoluta.

e *Lib. 1. ep. 160.*

f *Surit. l. 5. cap. 9.*

g *Mariana l. 14. c. 17. Bandinus & Corsicę regna ex arcano Iacobo promissa. Pontifex & Carolus a Iacobo circumuenti.*

De Iacobo Rege Maioricarum petitum de regno Aragonum.

25. &c. Magna vero contentione inter Philippi Regis & Iacobi oratores certatum de restituendo in statum pristinum Rege Maioricarum Iacobo, alterius Iacobi Aragonij patruo, qui ob belli societatem cum Gallo initam ab Aragonijs regno depulsus fuerat. Cumque negarent Iacobi oratores, ea se auctoritate munitos fuisse, Bonifacius apud Iacobum Aragonum institit h, vt patruum restitueret: eamque ob causam conuulsit i decretum Catalanorum, quo iubactis armorum vi Balearibus insulis fuerant, vt

Ib. ep. 163.

i Ep. 163.

Barchinonensis comitatus ditioni obnoxiæ forent: at egregium eorumdem facinus, cum Saracenos omnes ijs insulis pepulerunt, confirmauit a.

a *Ibid.* Fredericũ mulcere studet Pontifex.

28. &c. Ne vero Fridericus aut Petrus Iacobi fratres initum fœdus confunderent, Iacobum qui pactus erat, eos ex Siciliæ insula a se reuocatum iri, nec Siculos auxilio consilioue adiuturum, vrsit vt conuenta exequeretur. Diuelli ex inguni præda haud sine magnis difficultatibus poterat Fridericus; cui spopondit Bonifacius splendidas Catharinæ Imperatricis Constantinopolitanæ nuptias, dotaleque Imperium communibus armis schismatico Andronico eripiendum: vtque ab Augusta assensum eliceret, suis literis illi proposuit auitam hereditatem eo coniugio recuperatum iri, Græcos ad obsequium Ecclesiæ adigendos, ac pace reddita Siciliæ, principibus fœdere coniunctis arma in religionis hostes vertenda, instauranda quę in Syria rei Christianæ præclaras spes affulgere. verum non perfectam rem, inferius videbimus.

Spes illi proposita.

31. Non defuere mox, qui ad optatissimam pacem disturbandam conatus suos conuerterent: ad quos coercendos Bonifacius solemni ritu anathematis sententiam tulit; contra vero indulgentiarum præmia ijs proposuit, qui apud Deum preces funderent, vt ad exitum perduceretur, vel ad id suum operam contulissent: quæ Friderico significauit, atque ad rem perficiendam iam Blancham Caroli filiam in Cataloniam pergere, missosque ad Camariuam Imperatricem legatos, quo eam in Italiam adducerent, vt ipsi desponderetur. Qui porro ij fuerint, qui pacem impedire niterentur notat Mariana l. Siculos extitisse, qui proditos se ex illo fœdere exclamarunt, ac veteri odio in Gallos imbuti mortem potius, quam eorum iugum pati, in animum induxerunt.

Bonifacius pacem reuocare nititur.

b *Mar. hist. Hisp. l. 14. 17. Cancellier. decad. post l. 9. c. 2.*

32. &c. Interea Pontifex ad eos placandos Franciscum Messanensem archiepiscopum misit, eumque Friderico commendauit c, hortatus vt omnia, quæ ad perficiendam concordiam conducerent, promoueret.

c *Lib. 1. ep. cxv. 99.*

36. Misit præterea Bonifacius ad Reginam Constantiam, ac Fridericum religiosum virum e Prædicatorum familia, vt de nonnullis ad concordiam spectantibus capitibus cum ijs ageret, quem Ioanni Procidæ d & Rogerio Lauriæ e summa auctoritate in aula Sicula florentibus, commendauit. Cæterum hoc anno inclinante turbari res cœpere, & in bellum vt antea erumpere, cum Fridericus pacis consilia deseruisset; cuius perfidiam indicat m. s. rerum Sicularum his verbis f: *Cum prædicto domino nostro summo Pontifice facto colloquio, inde recedens, ad insulam Siciliæ rediit memoratam; in qua propter dicti Iacobi cessionem incipiens proprio nomine dominari, titulum, vt infra scribitur, sibi sumpsit, videlicet: Fridericus infans illustris Regis Aragonum & Siciliæ filius, eiusdem regni Siciliæ dominus.* His gradibus Fridericus sibi iter ad solium muniebat, vt visuri sumus. Porro in suspicionem adductus est Ioannes Procida, ne qui fuerat omnium malorum auctor, præteritis, quæ inuexerat, nondum satiatus ad Pontificis voluntatem non flecteretur, sed contra potius Siculos exasperare niteretur: quare postea a Bonifacio insula excedere iussus est g. Rogerium Lauriam spectatissimum, auctoritate & rebus gestis apud Siculos ducem ad partes Ecclesiæ pellexerat Bonifacius magnis beneficijs. Et quidem creare inter Saracenos principem constituit, atque insulas obiacentes Africæ Gerbam nimirum & Cherchinas, quas ille barbaris eripuerat, iure fiduciario h sedis Apostolicæ liberalitate possidendas attribuit, &

d *Lib. 1. ep. 197.*

e *Reg. post cam. ep.* Ioannes Procida pacandas res exaspe rat.

f *M. s. rerum Sicul. com. Ybal de reb Sic. pag. 28.* Vrget Constantiam Pont. vt Friderici filium ad pacem adducat.

Gerba insula obiacentes Africæ data Rogerio Lauriæ.

g *Lib. 1. ep. cxv. 159.*

lib. pag. 51

sacramento in Pontificis verba interpretis operasedegit.

37 Absoluimus Siculae res insigni facinore Caroli Siciliae Regis, qui Neapolitani regni opprobrium sustulit, Saracenorum Luceriae reliquijs dissipatis, cum iam antea a Carolo I. subacti, sed vt ritu auito viuerent permissi fuissent: excindendae vero Saracenicae huius pestis e Neapolitano regno prouincia data est Ioanni Pipino, de quo Summontius e regio archivo haec affert a: *Ioannes Pipinus de Barolo miles magister rationalis curiae destinatus ad depopulationem Luceriae: cuius industria, conflante diuina potentia dextera, confusa est Saracenorum praecogitata nequitia, conculcata proteruia, & ipsius terra depopulatio subsecuta* b. Abolitum tunc est infame Luceriae Saracenorum nomen & Ciuitas S. Mariae nuncupari coepit; actumque Carolum Regem diuino instinctu in promouenda Christi gloria praedicat Benedictus XI. sanctitate & miraculis clarus, laudatque ecclesiam cathedralem amplissimis dicatam sacerdotijs condidisse. Hactenus de rebus Siculis; instituti ratio iam exigit, vt alias res Italicas prosequamur.

Saraceni Luceriae abolitu.

a Summont. hist. Neap. l. 3.

b Ben. XI. p. 919

38 Infederat altae Bonifacij menti, pace firmissima Christianos omnes constrictos ad Christi defendendum nomen conuertere: quare cum Genuenses ac Veneti alterius potentiae aemuli Christianam rem bellis continuis admodum affligerent, vtrique populo Bonifacius inducias apostolica auctoritate indixit c, vtque oratores ad se componendi foederis gratia mitterent, solicitauit. Exiam etiam aliae d ad Venetos datae, quibus rogauit, vt compromisso publico cause suae iura pro conciliandâ illos inter ac Genuenses pace sedi Apostolicae permitterent. Parere pontificijs monitis Veneti; quorum pietatem Pontifex collaudauit e: sed Genuenses, rerum gerendarum spe elati, classem ingentem in Venetos instruxere. Ne ergo Venetis ipsorum pietas detrimento verteretur, permisit Bonifacius f, vt ad repellendum hostem se compararent.

Veneti & Genuenses mutuo se bello appetunt.

c Lib. 1. ep. cur. 117. d lib. ep. cur. 88.

e Ep. 128. f Ep. 158. f Ep. 127.

39 Senserè vero mox Genuenses Dei iras ob ipsius vicarij spreta consilia, eorumque potentia sensim defloruit, vt narrat Ioannes Villanus g. Cum enim classem florentissimam triremium ac nauium numero ornassent, Messanam praeteruecti, vt Venetias inuaderent, mutuis dissensionibus inter se subortis, Genuam repetere coacti, magno furore die noctuque se inuicem contrucidare coeperunt, iniectae rectis taces partem vrbis littori obiectam ac plura magnifica palatia absumpsere. Ita qui pacem adeo Christiano orbi necessariam respuerant, ferro se inuicem confecere h. Demum cum furor ille paululum minuisset, fallaces inducias pepigere: qui etiam Auriae & Spinolarum factionis erant, pluribus ex Liguria & Insubria in suum auxilium excitis Grimaldos demum Guelphosque alios vrbe pepulerunt.

Stolus Genuensis ob spreta Pontificia monita.

g Io. Vill. l. 8. c. 14.

Eorum classis nulla regalia dissoluta.

Intestino se bello cõficiunt.

h Bocat. & Bizar. Genuens. hist. l. 5. ac Belle l. 6.

Gibellina factio Guelphas Genua pellit.

i Bonf. l. 1. ep. cur. 4. l. 10. ep. cur. 60.

40 Nec Genuenses modo ac Veneti inter sese dissidebant, verum laborabant quoque grauioribus dissensionibus Flaminiae populi, ecclesiae Romanae clientes; ad quas componendas Rizardus Feretranus missus i, iussusque est l, censuris soluere sectatores Guidonis comitis Montisferetri, qui diu cum Ecclesia bellum gesserat, atque in defectionem plures vrbes & oppida traxerat, Caelestino autem V. ad pontificatum euecto, supplex ad eum confugerat, ac sacramento praestito, datisque cautionibus in gratiam restitutus fuerat: cui Bonifacius, cum illius ambigua esset fides, imperauit m ne Forolivij, Caesenae, aliorumque locorum, quae ab Apostolica sede creandorum magistratuum auctoritate

Turbae in Flaminia exortae. Vid Guido Montisferetri comes ad Caelestini obsequium procubuere.

l Bod. l. 1. ep. cur. 141.

privata fuerant, administrationem susciperet. Flagrabat etiam intestino bello Insubria: Ioannes enim Montisferrati marchio Terdonenses, Papienses, Alexandrinos, aliosque populos, societate armorum coniunctos, continuis praelijs lacessebat. Vt ergo Bonifacius tot malis mederetur, Raynerium eo legatum misit a, qui imperaret b inducias, & aduersas partes inter sese conciliaret, quibus praeciperet, vt oratores ad sedem Apostolicam mitterent ad controuersiam non furore, sed iure decidendam; imperatumque etiam Mediolanensibus fuit c, vt indictas iudicias obseruarent.

Montisferrati marchio cum Papien. & Alexandrinis bellum gerit.

a Ep. cur. 85 Ambae partes ad tractandam concordiã mittere oratores iuss.

b Ep. 86. c Ep. 87.

41 Longe grauiores curas ponere compulsus est Bonifacius in redintegranda inter principes transalpinos pace: Ecuardus enim atque Adolphus pellectis ad defectionem nonnullis Belgij principibus, in Philippum Francorum Regem, qui Iacobum Aragonium in societatem traxerat coniurarant. Gallica vero arma in Aquitaniam versa sunt, cum Regis Francorum, Ecuardum iudicio postulantis edictum exeunte superiori anno promulgatum spretum fuisset, vt refert Iordanus d: *Contempto*, inquit, *mandato, Rex Franciae per suum constabularium fecit immania sua totam fugare Vasconiam, ad regni sui feuda pertinentem, & Regem Angliae ad suum parlamentum citauit. Interea Ioannes comes Armeniae coepit vastare terras & gentes Regis Franciae, nec correptus desistere voluit. Vnde Rex misit Carolum comitem Valesij, cuius impetum Ioannes non ferens, ad eum supplex accessit, & ad Regem perductus de omnibus satisfecit. Eduardus vero exationes personales contemnens, misisse dicitur Regi Franciae, quod ei quitabat quidquid ex eius feudo tenebat, intendens illud, & alia plura sine homagio possidere.* Haec alij tradunt, nosque supra indicauimus. Quae cum rem Christianam admodum turbarent, Christi vicarius vt ardua consilia ad exitum perduceret, Berardo Albanensi & Simoni Praenestino episcopis Cardinalibus legationis munus iniunxit e, vt studium omne ad conciliandos eos Reges verterent: quos summa auctoritate ad dissoluenda quaecumque sacramenta ac foedera, paci conficiendae aduersa, omnauit.

Prosperi in Angl. Cardin. honorifice excepti ab Eduardo.

d Iord. in f. Varfagn. 1960 Tho. Walsi. Ypodig. Neustriae. Paul. Aemil. in Philip. & alij

Ad illud sopiendum Bonifaci Albanen. & Praenest. epil. mittit

e Lib. 1. ep. cur. 2. Prol. Lus. hist. eccl. l. 2. c. 36. Walsingh. in Eduardo & alij.

42. &c. Decretae huius legationis mentionem facit Matthaeus Vvestmonasterienſis f, atque hoc anno in Angliam duos Cardinales appulisse scribit, maximoque honore exceptos a Rege Eduardo, atque in conuictu magnifico Vvestmonasterij habito nonis augusti, Eadmundum Regis fratrem ac Ioannem Lacy belli exordium exponisse, & qua ratione Eduardus spondendi clientelaris officij munus in alium transtulisset; tum flagitantibus Cardinalibus vt pax conciliaretur; Eduardum ipsum respondisse, non consulto Adolpho Romanorum Rege id sibi integrum non esse: tum Cardinales poposcisse inducias, neque eas obtentas fuisse, demque institisse vt interea classis in Gallos non immitteretur; ac peritis pariter frustratos Anglia abiisse. Non propterea tamen dimisit animos Bonifacius, quamuis tot difficultates ingruerent: verum legatis iterum iniunxit g, vt conuentiones ac iuramenta, quae paci adducendae aduersarentur, robore carere iuberent, ac peeras non seruantibus appositas irritas esse pronunciarent: censurarum etiam terrorem vbi necessarium foret, pertinacibus incuteremt. Tum repetitis literis apud Adolphum Romanorum, Philippum Gallorum, Eduardum Anglorum Reges instituit h, vt ad pacem conficiendam exulceratos animos accenderet: integrum pertinax, Christianos principes populos mutuis caedibus obijcere: obscurare ipsos regiminis nomen, seque Saracenorum & schismaticorum ludibrio exponere; violari mare-

f Vvestm. Flor. Hist. Hist. Lus. vbi sup.

Solicitatos de pace Eduardus inconsulto Rege Rõ. negasse inire pollet. Iudicias respuit. Alia Cardinalium postulata eludit.

g Ibid. ep. cur. 175. Bonifacius ipsum & alios Reges vrget, vt paci animos accõmodent.

h Ibid. ep. cur. 170. & post eund. ep.

flatem

statem æterni Numinis, deleri Christianam religionem, perire animas, corpora contrucidari, opes exhauriri. Quo argumento insignes sunt datæ ad Eduardum, quibus deplorat [a], ipsum consecratæ ab ineunte adolescentia arma vertisse in Christi cultores, quo potissime tempore collapsa in Syria religio instauranda esset. Perstrictus etiam est Adolphus Cæsar [b], intempestiua mouere bella in Gallos, quæ rem Christianam labefactarent: missique ad eum placandum Reginensis archiepiscopus & episcopus Senensis, nec tuendis imperij iuribus detuturam sedem Apostolicam pollicitus est Bonifacius: *Tu*, inquit, *ea, quæ personam tuam, & imperium ipsum tangunt, per eos seriose nobis studeas intimare, vt ex eorum relationibus informati plenius & instructi curemus illud super hoc adhibere remedium, per quod eiusdem iura imperij ad tui honoris & exaltationis augmentum illæsa & integra conseruentur. Dat. Velletri* x. *kal. iunij anno* 1. Inter hæc Adolphus, missis oratoribus, pluribus verborum officijs studia sua sedi Apostolicæ detulit: cui, actis gratijs, Pontifex rescripsit [c], vt verba ornaret operibus, pacemque cum Francorum Rege componeret, coleretque. Extant etiam grauissimæ aliæ Bonifacij ad Adolphum missæ literæ [d], quibus eum paterne obiurgat, a maiorum gloria defecisse, illumque bellum ex leuissimis causis oborsum accersisse magis, cum tamen ad pacem orbi Christiano afferendam electus esset; quodque maximum ipsi decus afferret, ad nocendum Christiano principi bellum mercede conductum fuisse. Deponeret suscepta in Galliarum Regem peruersa consilia, nec aliquid in ijs Christianæ reipublicæ angustijs, nouaret; cum ex eo maxime dignitatis suæ incrementa labefactaret, sedisque Apostolicæ studia ab se abalienaret. Comparasse quidem Adolphum ingentes copias ad Gallias inuadendas tradunt [e]: verum is apparatus dissolutus est, dissipataque illius copiæ, quod facile ob indictas a Bonifacio induciæ contingere potuit. Extant enim pontificiæ literæ, quibus Reginensis archiepiscopus atque episcopus Senensis iussi sunt, impositis grauissimis censuris Christianos Reges ac principes adigere, vt ab armis temperarent, cum id bellum in totius Christianæ reipublicæ perniciem verteretur.

47. 48 Spectabant eo Pontificis consilia, vt occidentalibus principibus, arctissimo fœdere coniunctis, Christianorum arma ad Christi nomen ab opprobrio gentilium vindicandum, delendam Mahumetis superstitionem, ac religionem & cultum veri Numinis amplificandum verterentur; Syria Christi vestigijs nobilitata, ac tot fidelium sanguine imbuta ipsius Christi imperio adiungeretur. Hic vero percurrenda sunt, quæ hoc anno ad illas regiones pertinent.

Cùm res Asiatica non leues clades ab ijs acciperet, qui quæstus cupiditate excæcati subsidia Saracenis ferebant, Bonifacius grauissimas pœnas improbissimis hominibus, qui equos, arma, naues, triremes, ac ligna ijs pangendis idonea adducerent; quinc torquendis machinis, exercendæ piraticæ, alijsue, quibus res Christiana lederetur, operam nauarent [g]; incussasque a Nicolao IV. atque vtroque concilio Lugdunensi renouauit; criminum nexu absolui vetuit, ni adeo flagitiose pœnas opes redderent, corpora seruituti supposita, atque ijsdem pœnis subiecti, qui e portubus merces huiusmodi exire sinerent, consentirentue. Imperatum archiepiscopis atque episcopis, vt magistratus ad hæc in legum suarum codicem referenda adducerent; adiecitque vt fideles ad huiusmodi improbos homines capiendos incumberent, atque ipsa facti infamia dictis pœnis rei astricti essent.

49. &c. In Perside, quæ Tartarorum ditioni parebat, religio Christiana grauissimam cladem accepit: Cassanus enim, vt tradit Ioannes Villanus [a], Argonis filius Saracenorum opibus precibusque corruptus, in Baidonem Chamum patruum Christianorum amantissimum coniurauit; collectoque maximo exercitu, ipsum prælio commisso fudit, occidit quæ ac Persidc potitus Saracenos iouit: & Christianos extriuit: sed mutato postea animo, rem Christianam auxit: quibus consentanea a S. Antonino [b], Sanuto [c], & Ayrono [d] traduntur. Vt porro egregius princeps bellum susceperit in Saracenos, cum quo occidentales Reges, inter se certantes, iungere arma magno religionis damno prætermiserint, inferius dicetur: nunc res hispanas pertractamus.

55 In Hispania exhibuit insigne Christianæ constantiæ exemplum Alfonsus Tariffæ præfectus Hispanus [e], cuius filius vnicus a Saracenis Africanis captus, cum ante mœnia ostentaretur in oculis patris iugulandus, ni arx dederetur, negauit constans pater se admissurum scelus, ne si certum quidem filij iugulandi essent: & gladio proiecto e muro, ad prandium interritus abijt. Inde cum Ioannes Castellæ Regis frater, qui Saracenis copijs a Marrochitano Rege acceptis præerat, puerum trucidari iussisset, excitato ingenti militum non ferentium scelus vlulatu, prosilijt e mensa ad arma Alfonsus, rarus ab hoste impetum in vrbem fieri: cognitaque causa, filij nimirum cædi, nulla turbati animi significatione data, ad vxorem & prandium redijt. At barbari cum reputarent bellum cum eo agi, qui morte filij non flecteretur, vt officio discederet, fracti animis, ac victoria desperata, in Africam redierunt.

56 Hoc anno Bonifacium ad augendam pietatem instituit, vt Apostolorum & Euangelistarum, tum quatuor doctorum Latinæ ecclesiæ Gregorij, Ambrosij, Augustini, ac Hieronymi, recurrentibus annis singulis ritu duplici memoria recoleretur. Quibus addendum visum est, insigni miraculo in Polonia plures Iudæos ad Christum conuersos, vt narrat Ioannes Longinus [f].

57 *Hoc anno*, inquit [f], *in quarto mense apud Iudæos, qui dicitur Chaser, vltima die ipsius mensis (in qua die prædixerunt Rabini Iudæorum, quod Iudæi debebant habere signum redemptionis suæ a Deo miraculose factum, ad quorum proclamationem omnes Iudæi fecerunt suas pœnitentias in ieiunijs multis, cum satisfactionibus, eleemosynis, quæ si ad Deum reuersi, orantes, vt sibi prædictum signum suæ salutis ostenderet) in quo anno, mense, & die assignatis intrauerunt synagogas suas ad orandum Deum indutis syndonibus albis lineis seu fericis, prout est moris apud eos, in die expiationis, fœlices in die decima mensis septimi. Et tunc altissimo Deo cooperante, qui nullum tempus sine bonitatis suæ testimonio reliquit, in syndonibus, quæ seruabantur, apparuerunt signa crucis in omnibus, & vbicumque erant, etiam in illis syndonibus, quæ condebantur in suis apothecis. Quo signo viso, multi eorundem fuere turbati: quorum quidam dicebant, quod hoc fuerat factum diabolica arte, nimirum cum prædicesserint eorum de Christo maxima miracula facientc: In Belzebub ejicit dæmonia; Matthæi nono capitulo, id ipsum dicebant. Nonnulli dubitabant non audentes loqui, nec aliquid circa hoc indicare. Alij vero crediderunt hoc signum fuisse veri Christi crucifixi, & disposuerunt se ad eius fidem cum baptismo recipiendam. Ifi tamen fuerunt pauci.*

58 Excitati etiam eodem anno fideles ad Christi & Deiparæ cultum impensiorem pluribus miraculis; ac sacra ædicula, in qua Verbum æternum de Vir-

gine

[a] Post eand. ep. 170.

[b] Ead. ep. 170.

Promittit Adolpho Pont. salua Imperij iura futura.

[c] Lib. ep. cur. 171.

Arguit Adolphum Bonif. temere se bello implicuisse

[d] Ead. l. 1. ep. cur. 175.

[e] Chron. Dom. Colm. Ebern. in annal. S. Ant. 3 p. tit. 20. c. 8. §. 7. Adolphi copiæ re infecta dissolutæ.

[f] Lib. 1. ep. cur. 172.

Rumores a Bonifacio in mercis vectigal Saracenis inferentes, censura.

[g] Ep. cur. 83

Cassanus a Sarac. subornatus, patruum Baydonē necat.

[a] Io. Vill. l. 8. c. 15.

[b] S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 8. §. 8.

[c] Sanut. l. 3. p. 13. c. 8.

[d] Ayto hist. Orient. c. 40

[e] Marian. l. 1. c. 16. Alfonsus Tariffæ præfectus filium vnicum iugulari patitur, quin arcem Saracenis dedat.

Conflictus duplicis festi a Apost. Euang. & doctorum.

[f] Long. lib. 11. l. 7. Conspectum est in Iudæorum templis vestibus hinc inde cruci

Multi ad cultum Christi adducti.

Collata diuinitus Deipara ope multa beneficia.

gine humanam induit naturam, sæpius sedes suas diuinitus mutauit, demum in eo loco consedit, in quo nunc piorum veneration[i] exposita patet; nam cum nemus in quo primum sita erat latrocinijs cædibusque peregrinorum aduenarium infestatum esset, translata est ab Angelis octauo mense in collem proximum mille passibus Recineto propiorem, non longe a via militari; sed cum duo fratres, quibus is locus erat communis contracta de lucri partitione rixa singulari certamine litem dirimere pararent, diuinitus in alium collem sacrum sacellum transportatum est; atque in ipsa via militari, quæ ducit ad portum Recinetensem secundo a mari milliari collocatum. His addit Turfellinus: *Stetit sacra domus in colle fratrum paucos scilicet menses: constat quippe nondum vertente anno post eius in Italiam aduentum in eo colle, vbi nunc visitur, consedisse. Ita in agro Recinetensi ter intra anni vnius spatium siue accolarum vitio, seu potius diuino consilio sedem mutauit. Intra quinquennium vero post eius e Galilæa discessum quatuor loca suis vestigijs nobilitauit. Nec tamen mutatis locis religionem mutauit; sed magis magisque auxit.* Et infra: *Verum cuiusmodi opus fuit ad fidem tam insolito inauditoque antea miraculo affirmandam eiusdem miraculi frequentatio; vt rem per se incredibilem crebra intra paucos annos loci mutatio credibilem faceret. Qui enim ambigerent deinde mortales, an domus illa e Galilæa esset aduecta, cum eandem illi ipsi audissent suo ano ex Illyrico in Picenum migrasse; qui vidissent in ipso Piceno intra spatium vix mille passuum anno nondum circumacto ter mutasse sedem locumque? Incidit quippe tertia hæc & postrema migratio in annum a Christo nato MCCXCV, qui adventum sacræ domus in Italiam est consecutus.*

Translatio frequens domus Lauretanæ

Diuina prouidentia ad conciliandam singulari miraculo fidem

IESV CHRISTI
annus 1296.

Indict. 9.

BONIFACII PP. VIII. ADOLPHI ROM. REG. 5. annus 2. ANDRONICI IMP. OR. 13.

1. 2 BOnifacius ad sedandas turbas quibus ditio ecclesiastica valde exagitabatur, Petrum S. Mariæ nouæ diaconum Cardinalem publicæ pacis arbitri dignitate auxit, legatumque in Tuscia, Flaminia, marchia Taruisina, Aquileiensi patriarchatu, prouincia Rauennate, Piceno, Bononiensi, Ferrariensi ac Veneta ciuitatibus, earum diœcesibus, alijsque circumpositis regionibus creatum summa ad obeundum munus auctoritate decorauit a, vt ostendit pontificium diploma hac nota loci ac temporis consignatum. *Dat. Romæ apud S. Petrum* v. *kal. maij anno* II. Antea vero episcopum Papiensem, cui prouinciæ cura commissa, omnium ordinum oratores pro firmando fœdere mittere iussit b; ac Guidoni montis Feretri comiti, e cuius nutu magna prouinciæ pars pendebat, hæc mandata dedit: *Nobilitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus, infra kal. martij proximo futuras compartas personaliter, coram nobis, vt te ac alijs nobilibus & personis huiusmodi in curia nostra præsentibus, nos per te ac illos de prædictarum partium conditionibus informati, tractare, ordinare, disponere, & prouidere possimus ea, quæ ad vestrum & aliarum ipsarum partium bonum, statum, tranquillitatem, & pacem viderimus expedire. Dat. apud S. Petrum* VII. *kal. februarij anno* II.

Petrus S. Mariæ diac. Card. pacis fœrator ac legatus creatus.

a *Lib. sup. cur. 43.*

Orta in Æmilia turba. Exciti ad eas cõponẽdas oratores.

b *Lib. ep. cur. 1.*

Guido Montisferetri comes euocatus ad sedem Apost.

3 Paruit Pontifici Guido, & ad præterita delenda flagitia, dato rebus humanis repudio, sanctioris vitæ institutis se addicere constituit. Cuius pium consilium collaudauit Bonifacius, illique, qui Anconitanis Franciscanis præerat, præcepit a, vt in sodalitium suum volentem admitteret: *Dilectus filius nobilis vir Guido comes Montisfeltri, tam per seipsum, quam per fide dignas personas aperiens votum sum, nobis pluries intimare curauit, quod ipse veneratus ad eos desideras & proponis pro diluendis peccatis suis, quibus Deum & Romanam ecclesiam matrem suam offendit, sub religionis habitu finire in Dei seruitio dies tuos: maxime cum coniugis tuæ, prout dicitur, volentis votum emittere perpetuæ castitatis, ad hoc accedat assensus.* Et infra: *Quocirca discretioni tuæ præsentium tenore committimus & mandamus, quatenus ad eundem nobilem te personaliter, si in huiusmodi proposito, sicut credimus, perseuerans religionem velis intrare, recipias, & facias in manibus & per manus tuas omnia, quæ circa emissionem votorum & celebrationem diuorij prædictorum coniugum, receptionem ipsius Guidonis ad religionem, & prædictorum dispositionem ipsorum mobilium requirentur, & alia, quæ circa id videris facienda; nobis per tuas literas referpturus, &c. Dat. Anagniæ* X. *kal. augusti pontificatus nostri anno* II. Professum esse Franciscanæ disciplinæ formulam, sæpiusque calcasse, cuius cupiditate tantum sanguinem luderat, Guidonem, refert Rauennatium historia, atque in m.s. Friderici comitis Vbaldini traditur his verbis b: *Guido ex nobilissimis comitibus de Montefeltro strennus dux bellorum, cum iam declinasset ad senium, anno Domini* MCCXCVII. *spretis honoribus secularibus, indut dentissimi Francisci habitum, in quo terminum vitæ dedit.* Hæc de Guidone de Montefetro, celeberrimo his temporibus Gibellinorum duce, sufficerint.

a *Extat apud Vgol hoc anno 9. ex arch. Ancon. Minor.* Deliberat mundi fastum calcare.

S. Francisci institutum se addicit.

b *M. s. Frid. com. Vbald. de vitis duc. Mont. in Bonif. & in Guidone.*

4. 5 Cæterũ Pisani, qui antea ob concessa illi, dum hostis erat Ecclesiæ & censuris irretitus, reipublicæ gubernacula sacrorum vsu priuati fuerant, pertinacia destitere: & quo arctiori vinculo se Apostolicæ sedi coniungerent, vrbis administrationem Bonifacio contulere, & quatuor millia librarum stipendium pro sustinendis magistratus oneribus dare decreuerunt c. Admisit delatum honorem Pontifex, suaque ad Pisanam rempublicam gerendam vices comiti de Collevallis Elizæ tradidit.

Pisani in gratiam ecclesiæ reuocati. Præficiunt reipub. gubernaculis Bonifacius.

c *Ptolem. Luc. & Bonif. l. 2. ep. cur. 11.*

6 Promulgata, vt vidimus, anno superiori actione de pace, Siculi oratores ad Iacobum Aragoniæ Regem decreuerant d, vt ipsum ab inito fœdere abducerent, quorum princeps ita e legationem exposuit: *Si vera fuerant, quæ de renuntiatione Siciliæ fama retulerat, sciscitatur. Rex, cum respondisset in conspectu omnium, rem sic esse: Catbaldus vnus ex nunciis in hæc verba prorupit: O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus. Cum dixisset hæc, vna omnes, qui venerant syndici & cominatus eorum, abscindentes a pectoribus vestes suas, in luctu & lamentationibus Regis atrium compleuerunt.* Cum ita ad misericordiam aut cupiditatem lacerassent vestes, & constantem tamen ipsi cœpto consilio repetissent, postulauere, vt sibi Regem creare liceret; arcesque ipsi datas restitueret, ne hostibus expositi essent. Quibus Iacobus arces reddidit ijs se pollicitus, verbisque subdolis fuatit, vt Fridericum fratrem crearent principem, vt refert Surita f. Reuersis itaque oratoribus in Siciliam, omnium ordinum conuentus celeberrimi Panormi habiti sunt, & in ijs Fridericus insulæ princeps fuit renuntiatus.

d *M. s. de reb. Sic. p. 47. Surit. l. 5. annal. c. 13. Fazell. 9. post dec. c. 2.*

e *M. s. Frid. com. Vbald. l. 1. pag. 60.*

7. &c. Inter nouas hasce Siciliæ conuersiones Bonifacius, ad mulcendos Siculorum animos literas omnibus amoris notis plenas misit, significauitque g Iacobum Aragonum Regem ex inita fœderis legibus Siciliam sedi Apostolicæ, ad cuius supremum dominium spectabat, restituisse, ac pariter ex Regis Caroli auctori-

f *Surit. ann. c. 13. m. s. de reb. Sic. pag. 28.* Mulcere nititur Siculos Bonifacius.

g *Lib. 2 ep. cur. 164. extat in actis S. Ang. & inter collect. m. s. Latini sub titulo Sicilia IV. extat pag. 229.*

ſcoritate illius ſe adminiſtrationem gerere decreuiſſe, maliſque quibus erant immerſi eripere. poſcerent ergo quem vellent Cardinalem legatum, ipſum ſe ad eos ſumma inſtructum auctoritate ad temperandum optime publicum ſtatum, cenſuraſque diſſoluendas miſſurum; aliaſque eodem die ad Fridericum ſcripſit [a], quibus ipſum ad conſilia pacis inflectere oſt conatus, ac primum ſignificauit quid Catharina Conſtaminopolitana Imperatrix oratoribus, qui de matrimonio cum ipſo contrahendo illam interpellarant, reſpondiſſet: parum decere connubio iungi prænobiles adeo perſonas, & nullam ditionem certam, in qua conſiſterent, obtinerent; ea vero comparata, dum Græcia recuperaretur, ſe Pontificis voluntatibus accommodaturam; atque ideo, ne bene cœpta labefactentur, nonos ſe legatos ad rem perficiendam miſiſſe: proinde expectaret tantiſper, atque impetus ſuos comprimeret.

[a] *Lib. ep. cbr* 162. Fridericũ, vt paci tractatæ aſſentiatur pellicere nititur.

Solicitat Conſtantiæ Reginam, vt illũ ad pacem adducat.

10. &c. Eadem ſententia Bonifacius ad Conſtantiam Reginam Aragonum literas [b] dedit, paucis immutatis verbis, vt filium ad pacem conficiendam induceret: ſedem Apoſtolicam promiſſa impleturam: mitti ad Imperatricem alteram legationem, daretque operam, vt Fridericus promiſſis ſtaret.

[b] *Ext. in lib. priu. Rom. eccl. to. 1. pag. 222. & in m. f. Vall. ſig. lit. B. n. 12. pag. 559* [c] *M. f. Fred. cum Vbald. l. 2 ſub fin.* Nuntij Apoſtolici Meſſanenſibus optãdas quaſq; concordiæ leges offerunt. Repulſam paſſi. Petri Anſalonis feros reſpõſum.

Interea pontificij legati Meſſanam applicuere, qui vt repulſam paſſi fuerint narrat m.s. [c] de rebus Siculis. De Bonifacio enim de Calamandrana equite, qui epiſcopo Vrgellenſi adiunctus erat comes, locutus addit: *Caput illico forenſibus verbum proponens, tenſamque aduentus eius Meſſanenſibus intimans, eosque, vt illum in ciuitatem ſuſciperent, audituri ſolemnia gaudia, quæ gerebat. Hic Bonifacius, candidas membranas, quas vulgo pergamena vocant, rudes atque omni ſcriptura carentes, pontificali ſolum bulla munitas, quemadmodum Siculis pretendebat, vt communicato conſilio in eis ſcriberent abſolutiones, remiſſiones, immunitates, exemptiones, fora, conſuetudines, conuentiones, libertates, aut alia quæcunque ſimilia ſub alijs quibuſcunque vocabulis elegiſſent.* Et infra: *Meſſanenſes annuntiabus Rogerio de Lauria & Vmiaguerra de Palicio, & alijs magnis viris, qui tum aderant, longe aliter legationis cauſam intelligunt, & contra: Timeo Danaos & dona ferentes; opponunt. Petrus de Anſalone, &* infra, *omnes Siculos ne coronaretur Fridericus in regem Siciliæ conueniſſe reſponuit,* mutarunt poſtea ſententiam, *atque educens enſem hæc pauca ſubiunxit: Siculi non membranis, ſed gladio pacem quærunt, tibique ea vniuerſam Siciliam aſſerat, ſub pœna mortis edicunt.* His conſentanea refert Surita [d]. At inſolentiæ illius cruentas pœnas dediſſe Siculos, magna clade accepta videbitur inferius: Bonifacius enim ob ſpreta apoſtolica imperia Jacobum Aragonum Regem, vt ad ſe pergeret, rogaſſe ſcribit Surita [f], quo ipſos illius opera ad obſequium reuocaret: hiſque pontificiæ literæ conſentiunt [g], quibus Jacobum ſolicitat, vt aduentum maturet, monetque Carolum eius ſocerum affuturum, omnibus Chriſtianis ac terræ ſanctæ huiuſmodi colloquium vtiliſſimum fore.

[d] *Surit. annal. l. 5. c. 16* [e] *Cap. 38.* [f] *Lib. 5. c. 17* Dilectus ſpe Bonifacius Jacobum Regẽ Arag. ad ſe vocat. [g] *Lib. 2 ep. cur. 5.* [h] *Surit. l. 5. annal. c. 29. de reb. Sic. m. f. Fred. cum Vbal. pag. 62. Mariana l. 14 c. 17. Fazel. poſt. dec. 1 9. c. 3. Summon. hiſt. Neap. lib. 3.* Fridericus regiam inãugurationem ſuſcipit. [i] *Eod. m. f. pag. 28.*

14 Enarrare pergit Surita [h] Fridericum die paſchæ peruigilio magna pompa e palatio ad eccleſiam principem deductum fuiſſe, vt eam noctem infundendis ad Deum precibus duceret: ac die ſequenti regia corona redimitum fuiſſe. Ita vafer princeps religionem ad ſimplicem circumueniendum populum affectabat. Quibus etiam Sicularum rerum anonymus auctor [i] conſentit his verbis: *Anno Domini* MCCXCV. nimirum incarnationis exeunte, *idem Fridericus die* XXV. *menſis martij in felici vrbe Panormi regni Sicilia diadema ſuſcepit; & anno ſue coronationis primo in Calabriam potenti manu tranſiens, a terra ſua ci-*

uitate Rhegij vſque ad portum Roſeti ſua ſubjecit ditioni. Cum vero Bonifacius admiſſi ſceleris tamam audiſſet, dominicæ aſcenſionis die ſolemni ritu geſta Siculorum reſcidit, regio nomine Fridericum abiicere inſſit, eique & alijs, qui ad corripiendam tyrannidem conſilio, vel opera iuuiſſent, excurrentem a feſto Apoſtolorum octauum diem ad dicendam apud Apoſtolicam ſedem cauſam peremptorium dixit, ac ni parerent, eccleſiaſticæ ſeueritatis, tum aliarum pœnarum terrorem incuſſit [a].

Intentatæ illi ac ſceleris conſcijs iudicium.

[a] *Lib. 2. ep. cur. 37.*

15. Spreuere pontificias minas Siculi: quare Bonifacius acta publica in eos conſcripta, pœnaſque intentatas encæniorum baſilicæ Principis Apoſtolorum die renouauit [b]: cumque in fidem ac poteſtatem Eccleſiæ nulquam eſſent redituri, niſi vi & armis frangerentur, Carolus ſpe ſua deluſus ad bellum ſe comparauit. Cæterum deerant opes, cum ex fœdere cum Iacobo iniro maximam eum auri vim profudiſſet, cui Bonifacius non deſinit, non enim modo ſoluendi cenſus diem extraxit [c], verum quinque millia vnciarum auri ſubmiſit [d]. Præterea remiſit e Siculi Regis gratia ex edicti ſanctionis rigore, qua cauerat, ne principes a præſulibus inconſulta ſede Apoſtolica pecuniarum ſubſidia cogerent: cum enim id bellum in Eccleſiæ hoſtes gereretur, vitium eſt eccleſiaſticas opes in eo iuſte conſumendas: atque epiſcopo Maſſilienſi inuaxit [f], vt decimas Regi Carolo pro antruenda claſſe perſolueret.

[b] *Lib. 2. ep. cur. 100.* Late in eos cenſuræ. Carolus in Siculos ad bellum ſe comparat. [c] *Ep. 218. dño eod.* [d] *Ep. 576.* Permittit Pont. ipſi ab eccleſiaſticis ſubſidia elicere. Attributũ ei decimas [f] *Ep. eod.* Ita S. Ludouicus Caroli filius regni iure ſe abdicat. S. Franciſci inſtituta amplectitur. [g] *S. Ant. 3. p. tit. 24. c. 4 in prin.*

16 Dum tot belli apparatus ad recuperandam Siciliæ inſulam fiebant a Carolo, ſuperſtes maior natu ipſius filius Ludouicus inſigne ſpernendarum humanarum rerum exemplum orbi Chriſtiano dedit: paternorum enim ſucceſſione regnorum ac principatuum iuribus ſe abdicauit, vt S. Francici paupertatem profiteretur. De quo hæc S. Antoninus [g]: *Ardens de Catalonia votum, quod de intrando ordinem Minorum, cum erat obſes, fecerat, in conuentu fratrum de monte Peſſulano dicti ordinis adimplere voluit: ſed ceruens quod timore patris fratres eum recipere nollent, votum ipſum ſolemniter iteranit. Cum vacante eccleſia Toloſana Papa Bonifacius VIII. ei ſuaderet, vt promiſſioni de ſe facta de dicta eccleſia aſſenſum præberet, reſpondit ſe hoc numquam facturum, niſi prius votum de ſuſcipiendo habitu minorum adimpleſſet: quod & fecit: nam habitum ordinis humiliter ſuſcepit, & profeſſionem expreſſam tunc in manibus miniſtri generalis fecit. Quo facto predicta promiſſioni ſuum præbendo aſſenſum, mandatis apoſtolicis obedinit, & iuri primogenitura, ratione cuius in regno Sicilia habebat ſucceder e, renuntiauit.* Rem geſtam hoc anno e pontificij libris [h] colligitur, quibus epiſcopus Toloſanus creatus eſt: cui cum ætas ad ſuſcipienda ſacra epiſcopalia deeſſet, Pontifex ob inſignes virtutes, quæ in ipſo emicabant, legis canonicæ impedimentum remouit. Auctus epiſcopali dignitate, obſtrictuſque cæleſtibus rebus arctiori vinculo, maiora virtutum exempla præbuit, maximoque in pauperes ſingularem humanitatem. Miras in eo habebat ſanctitas illecebras, vt omnes Chriſto lucrifaceret, vt addit memoratus S. Antoninus [i]: *Videntes*, inquit, *iuuenes ad ſui exemplũ trahit*

[h] *Lib. 2. ep. 670.* Creatur epiſcopus Toloſanus [i] *Eod. c. 4.* Iuuenes ad ſui exẽplũ trahit

17 Philippus Francorum & Eduardus Anglorum Reges

Reges pertinaciſſimis animis mutuo ſe bello atterebant; quod Guidonis Flandriæ, ac Barenſis comitum a Gallo, Scotorumque defectione ab Anglo magis accenſum eſt. Et quidem quod ad Scotum ſpectat; is ad aſtringendum arctius cum Gallis fœdus Ioannam Caroli Valeſiorum comitis filiam Eduardo filio deſponderat: cumque Anglorum Rex acceptam iniuriam vlciſci pararet, ille literis ſuis a denunciauit ei bellum, nec vnquam ipſi regnum Scotiæ acceptum relaturum. Scotici tumultus breui ſedati b: cum Ioannes Baliolus Rex ſuorum proditione Eduardo traditus eſſet. Cæterum Ioannem Baliolum decus regium amiſiſſe VIII. id. aprilis tradit Vveſtmonaſterienſis, illoque bello ſexaginta millia Scotorum abſumpta affirmat. Ea præmia retulit Scotus, cum bello Gallico ſe implicuiſſet: nec diſparibus affectus Flander, qui Anglo ſe conjunxerat. Auctor eſt Joannes Villanus, Belgicos tumultus factos, quod cum Guido filiam Eduardi Regis filio inconſulto Francorum Rege deſpondiſſet, Philippum indigne ferentem c Belgam hoſti ſuo affinitate ſe iunxiſſe, ipſum Pariſios vna cum filia ad aulã regiam exciuiſſe, ac ne Anglo principi nuberet, imperaſſe; eaque paulo poſt defuncta, Guidonem paucis ſtipatum in Belgium ſe propripuiſſe, populos in Philippum commouiſſe, atque ex Germania auxilia exciuiſſe. Ijs conſentiunt alij auctores, e quibus Iordanus d hæc habet: *Eodem anno Guido comes Flandriæ per Robertum filium deceptus, vt fertur, Regi Franciæ mandauit ſe nil ab eo tenere in feudum.* Arguitur imprudentiæ a Meyero, domitumque ſequenti anno viſuri ſumus.

a *Ext apud Vvaltg. in Ypod. Neuſtriæ.*
b *Iord. m.ſ. Vat ſign. 1960.*
c *Vill. l. 8 c. 19. Bouſſem l. 12. c. 22. Dan. 3 p. ſtr. 20. c. 8. §. 6. Meyer. annal. Fland. §. 10 & alij* Qua de cauſa in Gallos Flandri concitati.
d *Iord. m.ſ. Vat. ſign. n. 1960.*

18. 19 Interea Bonifacius nullum optimi Pontificis officium, vt Chriſtianos eos principes ad concordiam reuocaret, prætermiſit. Lugebat ijs bellis Chriſtianam rem deprimi, creſcere hoſtium Eccleſiæ potentiam, religionem in oriente extingui, neque vllas copias ad recuperãdam Syriam mitti poſſe; maximas populorum ſtrages fieri, viros eccleſiaſticos prædæ expoſitos eſſe, cum principes belli occaſione magnam pecuniarum vim emungerent. Quare cum ante Berardum Albanenſem & Simonem Prænestinum epiſcopos Cardinales ad pacem inter Reges conciliandam miſiſſet, hoc anno præcepit e, vt apoſtolica auctoritate vtrumque Regem induciis pacifci iuberent ob ingentia, quæ e bello manabant mala: cum populorum ingentes ſtrages fierent, eccleſiaſtici prædæ expoſiti eſſent, denique Chriſtianum nomen in Syria extingueretur: *Dudum*, inquit, *ab inſtanti tunc feſto natiuitatis beati Ioannis Baptiſtæ proximo præterito vſque ad annum vnum completum, Romanorum, Franciæ ac Angliæ Regibus auctoritate apoſtolica ſub pœna excommunicationis, quam ex tunc in ſcienter venientes contra profuimus expreſſe, indiximus ab eis per idem tempus firmiter obſeruandas, prout in literis noſtris inde confectis plenius continetur.* Et infra: *Treugas ab inſtanti feſto natiuitatis beati Ioannis Baptiſtæ proximo futuro, in quo prædictarum treugarum dudum indictarum firmetur terminus, vſque ad biennium completum eadem auctoritate iam dictis Romanorum, Franciæ, ac Angliæ Regibus prorogamus, & de nouo indicimus, eaſque præcipimus inuiolabiliter obſeruari ſub eadem excommunicationis pœna, quam ex nunc in illos, qui ſcienter contrauenerint, promulgamus, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum id. auguſti anno 11.*

e *Lib. 2. ep. 30. 87. 88.* De induciis inter Adolph. Philipp. & Eduard. Reges indictis.

20 Ne vero recrudeſceret bellum, ſi Adolphus imperij vires in Philippum conuerteret, Maguntino Colonienſi, Treuirenſi archiepiſcopis, ac Metenſi epiſcopo partes impoſuit f., vt ipſum ab huiuſmodi conſilijs auocarent, ac ſi perſtaret in ſententia, nulla ipſi auxilia ſuppeditarent: non valere in ea re cuiuſcumque ſacramenti religionem, quo ſe Adolpho vel Eduardo aſtrinxiſſent: nauaturum ſe operam, vt ſi quæ læſa ſint imperij iura reſtituantur: contendebat enim Adolphus Burgundiæ comitatum imperij vectigalem a Gallis iniuria occupatum teneri, vt ex alijs Bonifacij literis ad Philippum datis conſtat.

Legati Cardinales ad diſſentientes Fran & Angl. Reges concilliandos incumbere iuſſi.
f *Lib. 2. ep. 30. 87. 88.*
Anathemate violaturis incurrit Bonifacius.
Germani præſules Adolphũ a bello abduxere inſi. f *Ep. cur 25 & reg. poſt eand. ep.*

21 Grauiſſimis etiam literis niſus eſt Pontifex Adolphum a ſuſcepto conſilio reuocare: propoſuitque a ob oculos Romanorum Regis eſſe Eccleſiam tueri, atque in impios homines arma vertere, nec poſſe fidei hoſtium impetus propulſari; ſed religionem adductum iri in diſcrimen, ſi alienis bellis ſe inuolueret. Quo vero potentius frænum ad coercendos illius conatus injiceret Bonifacius, incuſſo grauiſſimarum cenſurarum terrore armis temperare iuſſit b: tum Francorum & Anglorum Reges vt ſit c, vt controuerſias æquitate dirimi paterentur, mitterentque oratores ad ſedem Apoſtolicam, tuturam concordiæ interpretem, cuius iudicio rem permitterent.

a *Ead. l. 29. ep. cur. 92.*
b *Ep. cur. 88*
c *Ib. ep. 90. 91.*

22 Inter hæc, cum hi principes ob grauiſſimos ſumptus, qui in bello profundendi erant, alijque (ardebat namq; diſcordijs occidens) in viros eccleſiaſticos graſſarentur, ex Cardinalium conſilio ſanctionem edidit d, qua interdixit præſulibus, clericis, ac religioſis ordinibus vectigalia, decimam, vel vigeſimam, aut centeſimam ſub quocumque mutui, doni, aut ſubſidij non inę aliqua quæſito tuco, & colore non accepta facultate a ſede Apoſtolica principibus ſoluere; ſoluentibus vero atque exigentibus, aut in locis ſacris depoſita occupantibus, anathematis pœnam propoſuit, ac legatis apoſtolicis Albanenſi & Præneſtino epiſcopis miſimit e, vt eam ſanctionem in Gallijs & Anglia promulgarent, ac præſules ad ipſam ſeruandam adigerent.

Eccleſiaſtici a principibus ob nimias exactiones oppreſſi.
d *Ead. l. 2. ep cur. 12. ext. c. cleric. cis laic de immun. Eccl. in 6.*
Veteri vſu præſtare principib' ſubſidia ſine Apoſtolicæ ſedis facultate.
e *Lib. 1. ep. cur. 89.*

23 Effudere graues in eandem ſanctionem querelas policiti, quam cum in ſenſum iniquiorem detorquerent, ſoluta fuiſſe a Bonifacio pluribus alijs ſanctionibus exorta ambigua videbimus poſtea. Iuſte vero editam ab ipſo refert Iordanus f, qui de exactis acerbiſſimis vectigalibus in Gallijs hæc tradit: *Rex Franciæ propter guerras graues exactionem pecuniarum poſuit, quæ malatolta vocabatur: & primo ſuper mercatores tantum, poſtea centeſimam, poſtea quinquageſimam tam a ſecularibus quam a clericis recepit; propter quod Bonifacius in Reges & principes, a clericis & eccleſijs talia auferentes abſque Papæ licentia, ſententiam excommunicationis tulit.* Vexatum æque atrociter in Anglia clerum conſentiunt Angli hiſtorici. Et quidem refert Vveſtmonaſterienſis g, dum Angliæ Rex ingentes belli inſtruebat apparatus, non ad Mahumeticum, ſed Chriſtianum ſanguinem fundendum, a populo amplitſimam pecuniam elicuiſſe: a clero autem repulſam paſſum: tum quæ ſint confecuta ſubdit: *Rex indixit eis tempus conſultandi ſuper meliori reſponſo. Quæ voluntati gratus, acceptando. Interim fecit Rex ſigillari omnia eccleſiaſticorum oſtia horreorum quæ dum fierent, mandauit archiepiſcopus*, is erat Robertus Cantuarienſis, *bullam apoſtolicam, inhibentem ſub pœna excommunicationis, aliquam collectam ex eccleſiaſticis prouentibus Regi vel cuiuis alij principi concedi, per cathedrales baſilicas diuulgari.* Pluribuſque interiectis, de habita Synodo addit Eduardum aduerſus epiſcopos & clerum licentiæ tetrenum ſuis indigne laxaſſe, ac bona eccleſiaſtica fuiſſe occupata. Huius vero ſceleris veniam Eduardum fluentibus ex oculis lacrymis a clero flagitaſſe publice, ſequenti anno dicemus.

f *Iord. m.ſ. Vat. ſign. n. 1960.*
Vexati clerici in Anglia.
g *Vveſtm. Flor. hiſt. hoc ann.*

Nec

Philipi Rex Franc. ex sup. constitutione in Bonifacium commouetur.

24. &c. Nec minus ea sanctio pupugit alios principes, quorum licentia coercebatur, ac præ cæteris Philippum Francorum Regem, cum sibi ea ecclesiasticorum subsidia eripi putaret, quæ ad sustinendam belli grauissimi molem, in se Germania, Anglia, ac Belgio coniurantibus, erant necessaria; qui ad repungendum Bonifacium, subducendasque curiæ Romanæ opes, quæ ex Gallijs confluebant, causatus Gallias, opibus ad alias prouincias ac sæpius ad hostes deportatis, exhauriri, atque ad inopiam redigi, legem tulit, ne quis ex regno pecunias, gemmas, equos, aliaque nonnulla efferret. Attulit ea res grauiorem Bonifacio dolorem, vt ex eius literis querelarum plenis liquet: atque hæc prima origo discordiarum, quæ postea Bonifacium inter & Philippum exortæ fuerunt. Interea post grauia monita, quibus ipsum ad sectanda maiorum, qui adeo ecclesiasticam libertatem auxerant, exempla excitauit [a], obiecit non carere ipsum ingrati animi vitio, qui post impensos a se summos labores in deterrendo ab inuadendis Gallijs Romanorum Rege hanc vicem rependeret: attenderet quomodo starent ipsius ac suorum res, non solum si aduersariam sedem Apostolicam experiretur, sed etiam si ab ipsa tantummodo desereretur: Germanis, Anglis, Hispanis, Gallias cingi, torque sustinendis hostibus impares futuras: perpenderet offensos ab se finitimos Reges, Anglum Vasconiam sibi ereptam repetere, Germanum præter cætera comitatum Burgundiæ annexum olim imperio reposcere, neque ipsos sententiam sedis Apostolicæ recusare: non sui fuisse consilij subsidia ecclesiarum illi ad tuendum regnum eripere, cum pro eo defendendo cruces & calices potius Apostolica sedes consumptura esset. Demum hortatus est ne se improbis consilijs circumueniri ac subornari pateretur, seque episcopum Viuariensem ad ea componenda mittere significauit. Non destitere propterea politici eandem de tuenda ecclesiastici ordinis immunitate sanctionem rodere: ac licet Philippus Rex officij monitus legem de pecunia e regno non efferenda in Italiam rescinderit, eam tamen postea cum grauiores recrudescerent discordiæ, renouauit: de quibus suis locis inferius.

Vetat pecunias e regno extrahi.

Hæc prima origo discordiar. inter Bonif. & Philippum.

[a] *Lib. 2 ep. cur. 98.*

35 Hoc anno decreta est in Syriam & Dalmatiam memoranda legatio a Picenis ad explorandam deuectæ diuinitus in agrum Recinetensem Nazarethanæ domus, in qua Virgo Christum Spiritus sancti opera concepit, veritatem. Permoti ad id fuere monitis Pauli de Sylua pij eremitæ, cui Deipara per speciem obiecta id narrarat; tum sedium pluries mutatarum miraculo, tum Dalmatarum sibi ereptam profitentium suspiritijs, vti Horatius Turselinus historiæ Lauretanæ scriptor accuratissimus exponit [b]. *Nazarethũ vt venere, inquit, natalē B. Mariæ inquirunt domum. De Christianis, qui qualescunque superessent in medio nationis prauæ sedulo scisciantur. Ab his edocti, quæ vigente adhuc Christiana re in Syria, partim ipsi a maioribus acceperant, partim suis ipsimet oculis viderant, ad optatum ducuntur locum. Reperiunt aream cum fundamentis annulsa domus in solo relictis, qua intentiore cura dimensi, omnia omnino cum Illyricis vestigijs adisque Lauretana forma ac parietibus conuenire comperiunt*: & paulo post. *Rem omnem in publicas tabulas referre placuit, additis sexdecim legatorum nominibus testimoniisque, quo res testatior ad posteros foret. Earum literarum exempla, in priuatorum ædibus asseruata, ad nostram vsque ætatem peruenerunt. Hæc autem per legatos cognita sunt anno a Virginis partu* MCCXCVI.

Missi ad Nazareth. domus veritatem indagandam exploratores.

[b] *Her. Turs l. 1 hist. Laur et c. 12. ex prop. Turs. & Her Angelis.*

Profectio in Syriam

Quæ visa retulerint.

IESV CHRISTI annus 1297. Indict. 10.

BONIFACII PP. VIII. ADOLPHI ROM. REG. 6. 3. ANDRONICI IMP. OR. 14.

IAcobus Aragonum Rex parto anno superiori regno Murciæ clarus a Romam applicuit; atque ingenti apparatu ac magnificentia a Bonifacio exceptus est: vtque antea insularum Sardiniæ & Corsicæ iurium potiundarum spem illi iniectam vidimus, ita demum votorum compos factus, coniunctis ijs principatibus, ad summam potentiam effloruit. Confluxisse etiam Romam Carolum Siciliæ Regem, Constantiam [b] Reginam Iacobi matrem, vna cum Ioanne Prochita ac Rogerio Lauria, qui a Friderico defecerant, eosque censuris quibus irretiti fuerant, solutos fuisse scribunt auctores [c]: cum magna pompa Roberti Caroli Regis filij vna cum Iolanta Iacobi sorore nuptias celebratas: Fridericum vero in illud Regum Pontificisque colloquium non modo venire respuisse, sed ad Siciliæ tyrannidem confirmandam incubuisse; ad quem inde diuellendum agitata a Regibus ac Pontifice consilia.

[a] *Surit. l. 5. c. 22. Mari. l. 15. c. 1.* Celebre colloquiũ Siciliæ & Arag. Regib. Romæ celebratum cum Bonifacio.

[b] *Surit. l. 5. annal. c. 28. & ind. l. 2. & alij.*

[c] *Io. Vill. l. 8 c. 18 S. Ant 3. p. tit. 20. c. 8. §. 5. Sur ind. l. 2 Summon. l. 3 & alij.*

2. &c. Addit Surita leges quibus Sardinia & Corsica insulæ ab sede Apost. Regi Aragonum eiusque posteris tradita fuerint, quæ ex regestis [d] pontificijs afferuntur in annalibus prolixioribus: quarum præcipuę hæ fuere, vt regnum illud Aragonij Reges Pontifici, vt supremo domino acceptũ referrent, ac militare vectigal centum cataphractorũ equitum, quingentorũ peditum aduersus hostes pontificios repræsentarent; quod iustis legibus, cum nuali vectigali si fors ita exigeret, commutari posset. Nummarium etiam vectigal duarum millium marcharum impositum, ac pœnæ ei, qui soluendo deforet, plures constitutæ. Sancitum etiam Sardicum regnum non diiungendum ab Aragonio, atque ad Romanæ ecclesiæ ius deficiente naturali & legitimo herede rediturum. Descripti quoque varij eorum qui successuri essent gradus, veritumque Sardiniæ Corsicæque regnum in plures heredes diuidi: hæcque sacramenti Pontifici præstandi præscripta formula consueta.

Indict. 10. Fridericus ad illud ac cedere detrectauit. Agitatum de recuperanda Siciliæ insula. Sardinia & Corsica Iacobo iure beneficiario tradita

[d] *Ext. l. 3. Bonif. VIII ep. cur. 37. & in arch. mon. Adrian & lib prim. Rom. eccl. to 1 pag 427. to 2. pag. 122. 290. 356. & to 3 pag. 05. & inter collect. mss. Vatic. iussu Six. IV edita to 1. pag. 244. & in m. s. Vallic. sign. lit. D. n. 1. pag. 33.*

7. &c. Ego Iacobus Dei & Apostolicæ sedis gratia Rex Sardiniæ & Corsicæ plenum vassallagium, fidelitatem, & ligium homagium faciens, & iramentum præstans pro dicto regno Sardiniæ & Corsicæ, ab hac hora in antea fidelis & obediens ero beato Petro, domino meo domino Bonifacio diuina prouidentia Papæ VIII. suisque successoribus canonice intrantibus, sanctæque apostolicæ Romanæ ecclesiæ. Non ero in consilio, aut consensu, vel facto vt vitam perdant aut membrum, aut capiantur mala captione. Consilium, quod mihi credituri sunt per se, aut per nuncios suos, siue per literas ad eorum damnum, me sciente, nemini pandam: & si sciuero fieri, vel procurari, siue tractari aliquid, quod sit in ipsorum damnum, illud pro posse impediam: & si impedire non possem, illud eis significare curabo. Papatum Romanum & Regalia S. Petri tam in regno prædicto, quam alibi existentia adiutor eis ero ad retinendum & defendendum, ac recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem. Vniuersas & singulas conditiones, modos, seu formas, & tenores contentos in literis concessionis dicti regni Sardiniæ & Corsicæ, ac omnia & singula, quæ continentur in eisdem literis, plenarie adimplebo, & inuiolabiliter obseruabo, nec vllo vnquam tempore veniam contra illa. Sic me Deus adiuuet & hæc sancta Dei euangelia.

Sacramentum Pontifici redditum pro regno Corsicæ & Sardiniæ Insularum.

17. &c. Adiecta est illi Sardiniæ & Corsicæ donationi ea lex, vt si ad recuperandam Siciliam alijs concederentur Apostolicæ sedi viderentur, id intra omnium sanctorum festum ei præstare liceret a. Præter quas insulas Iacobo traditas, Bonifacius ipsum Christiani exercitus in orientem traiecturi ducem b creauit: vt enim Sicilia perduellis Christianas ibi res labefactarat, ita in spem veniebat Pontifex, vt si in Ecclesiæ sinum rediret, tunc omnium principum Christianorum arma in Saracenos vertere posset: magnæque Aragonijs gloriæ fuit, vt sedes Apostolica ipsorum Regem Christianarum copiarum ducem eligeret. Cæterum astrinxit se Iacobus in Christiani nominis patrocinium triremes aduersus infideles egregijs rebus omnibus instructurum: Bonifacius vero omnia ipsius bona in sedis Apostolicæ clientelã suscepit; cunctosq; illorum inuasores atheiendos anathematis pœna, ac terras eorum interdicto subijciendas decreuit. Præterea Ilerdensi, & Cæsaraugustano episcopis prouinciam dedit c, vt Regis Aragonum, in apostolicum patrocinium suscepti res defenderent. Scribit Surita d, hæc Bonifacium recuperandæ Siciliæ studio perfecisse, vt Aragonios & Catalanos omnes a Friderico ea arte abduceret, illiusque opera ad Siciliam expugnandam vteretur. Sed potissime Pontificem ad id adductum constat, vt Sicilia coniuncta Ecclesiæ Christiani nominis fines proferret, terrasque orientales recenti clade a Saracenis occupatas vero Dei cultui restitueret.

Adiecta conditio.
a Lib. 3. ep. cur. 29.
Iacobus crucesignati exercitus dux creatus,
b Ib. ep. cur. 30.
In clientelam sedis Apost. susceptus.
c Ep. cur. 33
d Surit. l. 3. annal. c. 33.

25 Nondum is Iacobum patruum Regem Balearium, qui regno suorum proditione ob susceptas, vti supra dictum est, Ecclesiæ & Gallorum partes depulsus fuerat, in solium restituerat, vt ex fœderis legibus erat conuentum: qua de re Philippo Francorum Rege conquerente, vrgenteque Bonifacium, vt ni Iacobus, excurrente condicto temporis spatio, promissa perficeret, censuris ipsum percelleret; Pontifex, qui ad natalitia Domini rem extraxerat, voeis regijs obsecuturum se esse pollicitus, si Iacobus fidei defuisset. Vt spoponderat Aragonius, fidem exoluit; patruo enim Balearium regnum sequenti anno reddidit e, atque initum ipsum inter & Galliarum Regem fœdus coaluit. Cum etiam Castellæ res impacatæ essent, Pontifex ad componendos illius motus internuntium apostolicum mittit: ac de his hactenus. Nunc de graui Columnensium cum Pontifice discordia agendum est.

Transerũ Rex pro restituendo regno Balearico Iacobo studet.
e Surit. anno l. 5. c. 34.
f Lib. 3. ep. cur. 78.
Exorta Pontificem inter & Columnenses discordia.
g Iord. ms. Vat. sign. 1960. Piol. Luc. hist. sec. l. 24. c. 2. Anal. append. ad Marc. Pol. l. 4. Vit. Bonif. m. s. Vall. sig. lit. C. n. 25. & n. 79. Io. Vill. l. 8. c. 21. Ann. 3 p. tit. 20. c. 8. §. 41 & alij. d Ex ms. auct. S. Ang. lib. prim. Rer. eccl. to. 2. pag. 170. inter collect. Plat. m. s. Vat. to. 1. pag. 294. m s Vall. sign. lit. B. n. 1. pag. 139.
h Vit. Bonif. m. s Vall. publ. sign. lit C. n. 25. & n. 75.
* fuisse

26, &c. Attulit illa magnum schismatis terrorem, qui postea immissis in Columnenses crucesignatis euanuit. Indicatur ab historicis g varias illius causas intercessisse, in quibus non moramur, maxime cum, ijs prætermissis, hanc Bonifacius mali causam inde manasse promulgarit, Fridericum Siciliæ tyrannum Iacobum & Petrum Cardinales Columnas ad rebellionis consilia pellexisse, atque ipsos ad nouandas res crebris nuntijs solicitasse; quos cum illi magno Ecclesiæ damno exciperent, atque vna cum eiusdem Ecclesiæ hostibus defectionem molirentur, se ad tollenda imminentia mala ac tuendam patriæ concordiam, ab ijs arces, quas tenebant, repetijsse: quas cum illi tradere respuerint, pontificijsque impetijs fuerint obluctati, ipsos anathematis nota inuitos, atq; omnibus honoribus deiectos fuisse. Quibus de rebus agẽs hæc vitæ Bonifacij auctor tradit h: *Dominus Iacobus & Petrus de Columna patruus & nepos Cardinales, videntes contra se motum Papam, libellum conficiunt famosum contra ipsum, quem ad multas partes dirigunt, asserentes in coetu ipsum non esse Papam, sed solummodo Caelestinum *: vnde citati a Bonifacio Papa non auxerunt comparendum, & facti sunt contumaces. Ob quam causam tandem fuerunt per eum in consistorio tamquam sibismatici condemnati, & priuati capellis rubeis, & omnibus beneficijs ecclesiasticis & omni Cardinalatus usuli commodo & honore. Insuper bona ipsorum, & filiorum Ioannis de Columna, videlicet Agapiti & Stephani & Sciarra fuerunt pariter confiscata.* Repetita nimirum sententia, qua ex pœnæ iam ante, ob impensa perduellibus Siculis ac Friderico studia constitutæ ob tentatum schisma confirmatæ sunt i.

Card. Columnenses detrahunt pontificatui Bonifacij. Cardinalatu priuantur.
i Bonif. l. 3. ep. cur 8.
k Cap. ad succidendos ext. de schis. in 6.
l Vit. Bonif. m. s. Vall. sig. lit. C. n. 25. & n. 79.

27 Edita quoque est in illos sanctio, quæ inserta fuit in sexto decretalium libro k, cuius meminit eius vitæ scriptor l: *In die*, inquit, *ascensionis Domini ipse Papa constitutionem edidit decretalem extra de schismaticis lib. VI. Ad succidendos*, &c. Sextum porro decretalium hoc anno editum a Bonifacio refert his verbis idem auctor: *Eodem anno scilicet V. non. maij, idem Bonifacius Papa fecit publicari sextum librum decretalium, quem per tres magnos & solemnes viros fecerat compilari, plura noua constituens in eodem.* Eos fuisse Guillelmũ archiepiscopum Ebredunensem, Berengarium episcopum Biterrensem, & Richardum Senensem sanctæ Rom. ecclesiæ, vt aiunt, vicecancellarium, narrat Bonifacius in literis ad Bononienses, quæ operi præfixæ sunt: sed ad institutum de Columnensibus sermonem redeamus. Datæ mox fuere censoribus fidei partes d, vt in Columnenses sentiensque cum ipsis in hæreticos constitutarum sacrarum legum seueritatem adhiberent: eumque nec his terroribus cederent, immo Friderici tyranni insulæ Siciliæ oratores ad turbandam Romanam rem intra Prænestina mœnia admitterent, sancitæ in eos pœnæ testo dedicationis basilicæ Principis Apostolorum recurrente rata habitæ e, ac tertio irrogatæ fuerunt.

Bonifacij sententia.
Lib. 3 ep. cur. 44. 80. 81. 83. & ep. com. 329. 487.
Iulli fidei censores in Columnenses agere.
e Ep. cur. 83

28 Dum Romanus Pontifex, qui principes ad pacem reuocare susceperat, gerendo in Columnenses bello implicitus erat, exortum in Gallijs bellum auctum, exasperatumque est; Anglus enim in Belgium cum exercitu traiecit; sed antequam discrimini se committeret, flagitasse a clero Anglicano publice magnaque cum animi demissione veniam criminis, quod in permittendis extorsionibus cultæ ab ipsis Bonifacianæ sarcionis odio paruerat, refert Vvestmonasteriensis f, tum subdit: *Admisso*, inquit, *archiepiscopo Cantuariensi in gratiam Regis, atque reddito sibi baronia sua, pridie idus iulij ante magnam aulam regiam Vvestmonasterij elevatus Rex super gradum ligneum cum filio suo & archiepiscopo, nec non comite Vvarwic, coram ea astante populo; erumpentibus lachrymis, veniam de commissis humillime postulauit, dicens se minus bene & tranquille, quam Regem decuerat, ipsos vexisse: portiunculas facultatum suarum, quas sibi dederant, seu quas ministri eius ipso inscio extorserant, ideo accepisse, vt iniurioſos hostium conatus, sitientium sanguinem Anglicanum, sumpta reipublicæ paruula massa quietius possidenda potentius expugnaret; & addens: Ecce expositurus meipsum discrimini propter vos peto, si rediero, suscipiatis me velut in præsentia habetis, & ablata omnia reddam vobis: quod si non rediero, in Regem vestrum meum filium conuertetis.* Vrgebatur a Guidone Flandriæ comite fœderato, vt collapsis rebus (Belgæ enim magna clade attriti fuerant g) ferret opem, eoque Adolphus Romanorum Rex progredi cum copijs erat pollicitus, vt coniunctis exercitibus Gallias inuaderent: sed is fidem Eduardo datam fefellit, siue vt aiunt maiori pecuniarum vi a Gallis accepta suscepturn auaritia bellum damnasset, siue nouis turbis in Germania excitatis occupatus esset: sunt enim qui tradunt h, Philippum cum Alberto Austriæ duce affinitatem iungere pollicitum, tum magnis pecunijs

Venam a clero poscit.
f Vvestm. Flor. hist. hoc ann.
Pollicitus erat Adolphus copias cum Eduardo coniũgere fidem Eduardo fregit.
g Io. Vill. l. 8. c. 20. Ann. 3 p. tit. 20. §. 6. Meyer. annal. Fland. l. 10. hoc ann. & alij.
h Io. Vill. sup. c. 20.

ac

ac promissis erectum contra Adolphum concitasse. At Vvalsinghamus propulsatum prouidentia pontificia imminens Gallijs periculum hisce verbis refert a: *Papa Bonifacius scripsit interim principibus Alemannie, vt Regem Romanorum Adulphum, qui nuper confederatus fuerat regi Anglie, ne transiret in Flandriam in auxilium Regis Anglie, bellis quibus posset inquietarent, & ab invasione Gallorum modis omnibus impedirent.* Distracto Adolpho, re se Anglo Regi in Flandriam coniungeret, facilius Francorum Rex Guidonem comitem perdomuit, pluribus de illo relatis victorijs, terrisque in potestatem suam redactis: ac demum opera Pontificis & Caroli Siciliæ Regis, qui eius rogatu in Gallias profectus est, cui Philippum & Eduardum consanguineos adducendi in concordiam prouinciam dederat b, inducie in biennium pactæ; de quibus Iordanus c alijq; agunt, inter quos Vvalsinghamus d, qui meminit ab Eduardo Rege missos ad Pontificem oratores, cui controuersiam omnem, vt æquo pacis arbitro, permitterent. Latam ab eo sententiam inferius dicetur.

a *Vvalsing. in Ypod. Neustriæ hoc ann.*

b *Io. Vill. cod. c. 20. Meyer l. 10 in annal. c Iord. in f. Vatsign. n. 1960. Meyer. vbi sup. d Vvalsing in Ypodig. Neustr. Aegid Roya in annal. Belg.*

43. &c. Fuit Philippi rebus in eo difficillimo bello Bonifacius; qui cum ob editam anno superiori sanctionem exulceratum Regis animum fuisse accepisset, atque interpretatum velle Pontificem decimarum subsidia ipsi eripere, promulgauit nouo diplomate superiori sanctione, non vetari præsules, ne Regem in asperrimo illo bello, quod Belgij comitis detectio magis incenderat, iuuarent e. Quod ad sanctionem vindicandi ex laicorum tyrannide cleri pio ardore editam spectat, cuius acerbitate exulceratus Francorũ Rex aurum e regno auehi vetuerat, cum illam detorqueret in sensum iniquiorem nonnulli tricarũ auidiores, Pontifex subortã dubia hac sanctione tollit f.

Bonifacius, &c. Quia eius est interpretari, cuius est condere, ad cautelam tuam heredumq; tuorũ humana declaratione decernimus, quod si prælatus aliquis, vel quæuis alia persona ecclesiastica regni cui, cuiuscumque dignitatis, status, ordinis, aut conditionis existat, voluntarie, sine impressione aliqua expressa vel tacita, aut coactionis impulsu donum aut mutuum tibi dare aut præstare voluerit, dum tamen sub exactionis nomine, vel taillie, aut cuiuslibet supradicti muneris, aut sub quota hoc non fiat generaliter, vel in fraudem, licet ad id forsan tua vel tuorum officialium curialis requisitio, & amica procedat, te, officiales ipsos, prælatos, & ecclesiasticas personas ipsa constitutio non astringat; quodque ad feuda siue regalia, quæ ijdem prælati & personæ ecclesiasticæ sub tuo dominio tenere noscuntur in his quæ tibi de illis tenentur & debent, & clericos vxoratos, prout sani iuris intellectus admittit, ac illos, qui in fraudem causa virandorum munerum clericale schema recipiunt, se ipsius constitutionis sententia non extendat: & in necessitatis articulo, prout necessitatem iura diffiniunt, vbi euidens esset in mora periculum per te vel tuos nuncios ad sedem Apostolicam recurrendi, si a prælatis & personis ecclesiasticis memoratis per te ac officiales tuos subsidium competens petas & habeas, te ac ipsos ex eiusdem constitutionis verbis, vel sententia declaramus luculde non teneri.]

f *Ep. cur. 5. ext. etiã in Sext. l. 3. de immun. eccle. Clerici & ep. cur.* Pontificia constitutio de libertate ecclesiastica. Subortã dubia illustrantur.

51. 52 Accepere æquioti animo pontificiam sanctionem ceteri Reges, ex quibus Vvenceslaus Boemiæ Rex; solemni pompa regio diademate cingendus, flagitauit a Pontifice, vt cum ingentes sumptus ad regium decus in ea celebritate sustentandum facturus esset, sanctionem de non cogendo a clero subsidiario auro ipsius gratia solueret. Cui Bonifacius respondit g, sanctionis illius acerbitatem in simili casu mollendam, atque data ab sede Apostolica facultate congrua subsidia a præsulibus collatum iri. Scribit Siffridus a, festo Pentecostes die, Regem Boemiæ Vvenceslaum Pragæ maximo apparatu, quem principes imperij ac Poloniæ sua præsentia cohonestarunt, corona redimitum: sed lætitiam in luctum versam, Guota, alias Gutta siue Iutta, Rodulphi filia ex partus doloribus, post editum in lucem filium Vvenceslaum nomine, defuncta: in ea vero solemni pompa principes electores vna cum archiepiscopo Maguntino ac Rege Boemiæ defectionis ab Adolpho consilia agitasse b: at ea de re nos iterum inferius. His addimus, Bonifacium Regis Vvenceslai, imbecilli valetudine affecti precibus permotum, legem de obseruanda quadragesimali soluisse c, feria sexta & sabbato ac S. Matthiæ peruigilio exceptis, cum ex illius salute Boemici regni salus penderet; subdiditque: *Prouiso quod idem Rex illis in occulto & moderate vescatur.* Ex his perpendi potest vetus Ecclesiæ disciplina, percellendaque corruptela nostri temporis, quo cum gula tot miseros Christianos egerit in hæresim præcipites, adeo pluros etiam orthodoxos decipit, vt lenocinij potius quam necessitatis causa, plerumque vetitos cibos sibi permittendos arbitrentur: sed his missis, ad insignem controuersiam, quæ Neapolitano regno minitabatur excidium, ni a Pontifice in suo fomite dirempta fuisset, sermonem traducimus.

a *Siffrid. epit. l. 2. Stero Alah. in annal. hoc ann. Hist. Austral. eod. ann.* Guota Regina e partu moritur

b *Idibid.*

c *Lib. 3. ep. 91.*

53 Extincto, vt dictum est, Carolo Martello, qui paterno iure vtriusque Siciliæ sceptro, materno vero Hungarico successurus erat, suborta quæstio est, vtrum huius filius Carolus, Caroli II. nepos, an vero Robertus tertius natu filius Siculum sceptrum post obitum parentis accepturus esset. Ambigua erant vtrinque iura, & contraria in regnis pluribus exempla. Consulitur porro Bonifacius, a quo ob supremum in Siciliam imperium controuersia dirimenda erat, solemnes dati apostolica liberalitate regni tabulas interpretatus est d, vt is primogenitus censendus foret, qui proximo sanguinis gradu Regem contingeret, habitaque ætatis ac sexus ratione sceptrum capesceret. Successisse ob hanc sanctionem Robertum Carolo II superstitum maiorem natu filium visuri sumus: Caroli vero Martelli filius, aui regno exclusus, auia iure Hungaricum regnum postea adeptus est. Cæterum recruduisse eam litem inferius suo loco videbitur; nunc insignem aliam de summo in Lugdunensem dirionem imperio commotam controuersiam adiungamus.

Rex Siciliæ Pontificem de regni successione consulit.

d *lib. ep. 318*

54 Exarsit e hoc anno Lugduni grane dissidium inter ciues atque archiepiscopum, cum ciues ad Galliarum Regem in litibus prouocari posse contenderent, archiepiscopus vero supremam in exercenda iustitia auctoritatem ad se pertinere contenderet, atque ob id ciues, quorum causam tuebatur Galliarum Rex, deuinciret anathemate, & vrbem interdicto percelleret. Ad dirimendam ergo quæstionem Bonifacius primum interdicti religionem amoueri iussit f, atque anathemate deuinctos sacris restituit; exacto tamen sacramento, ipsos sedis Apostolicæ imperia excepturos. Tum vt archiepiscopus ad aulam Pontificiam se conferret, ciues vero & principis ecclesiæ canonicorum collegium ad disceptandã causam procuratores mitterent imperauit g. At demum rem totam postea ad Francorum Regis gratiam a Clemente V. compositam iturus sumus.

Lugdunen archiepus gat. a suo tribunali ad aulam Gallicam prouocari posse.

e *Lib. 3. ep. cur. 67.* Asserũtur ciues regia chẽtela tecti. Censu is ab illo orta contentione, defixi.

f *Eod. ep.* Dissolui censuras iubet Bonif.

g *Lib. 3. ep. 379.* De ea iterum cognoscere instituit

55 Nunc ad pontificium in excindendis hæreticis studium digredimur. Serpente in dies magis Fraticellorum secta, qui indura sanctitatis persona simplices ad impietatem pelliciebant, Pontifex tuendi gregis dominici solicitus, Matthæo ordinis Minorum fratri prouinciam dedit h, vt in laruatas illas sanctioris instituti simias legibus animaduerteret. Damnatam a

Fraticellorum hæresis grassatur.

h *lib. ep. 170*

Posci Rex Boemiæ a clero auxiliaris pecuniæ exigẽdæ potestatem.

g *lib. ep. 89.*

Impietas insigna Fraticellorum.

Bonifacio impiam Fraticellorum sectam, memorat Iordanus dum ait a: *Bonifacius damnauit sectam Fraticellorum siue Bizochorum dictorum; & cum inquireret contra eos per inquisitores, recesserunt de Vrbe in Siciliam, & ibi, postquam satis comederunt & biberunt, surrexerunt ludere, & tubis arundineis tubicinare, dicentes: Exultet Ecclesia meretrix, exultet: & fractis tubis, & vno calice in contemptum Romanæ ecclesiæ, transierunt in Græciam, & suos errores ibi publicarunt. Papa autem prædictus mandauit patriarchæ Constantinopolitano, & archiepiscopis Patracensi & Athoniensi, vt contra eos & eorum receptatores & fautores procederent, & in Achaiam se receperunt. Tunc temporis frater de Bodicis de prouincia Prouincie fugit cum libris Petri Ioannis de Biterris, & in ecclesia S. Petri Romæ per quinque Biguinos & tredecim mulieres in Papam electus est, & fuit cum Angelo & Liberato & eorum complicibus.* Narrat Prateolus b de Fraticellis damnatis a Bonifacio, laruatam eorum sanctitatem in stupra horrenda defecisse; atque adeo speciosas quasque mulierculas seducere maxime amissos, vt promiscuos cum ijs concubitus in damnatis conuenticulis exercerent.

a Iord in f. Vat sign. n. 1960. Baron in scbed. m.s.

Fugiunt in Græciam Antipapa creatus a meretriculis.

b Prateol. in catch. hær. l. 6.

De Petro Ioanne.

56. 57 Quod ad Petri Ioannis Oliui Biterrensis doctrinam attinet; grauiora offendicula ordini sancti Francisci eum inuexisse, refert S. Antoninus c. Aliqua errorum eius capita in concilio Viennensi a Clemente V, damnata fuerunt. Cum vero alij postea eiusdem pestiferi commentarij emanassent in publicum, fuisse illos apostolica censura notatos a Ioanne XXII. obseruat Nicolaus Eymericus in directorio inquisitionis d: eiusque percenset e hæreses, quibus suadere annitebatur, Romanam ecclesiam, quæ sancta & apostolica a pijs nominatur, ob affluentiam opum Babylonia meretrice in Apocalypsi prænotatam destruendamque mentiebatur, atque alia blasphema, quæ stylus horret, euomebat. Quorum librorum auctoritate ex Iordano & Baronio vidimus paulo ante, mulierculas tredecim cum quinque Biguinis Pontificem nouum orbi dare meditatas f, vt nouam ecclesiam spiritualem reiecta Romana, quam carnalem putabant, excitarent; quare ab directorij indicis auctore Fraticellorum hæresiarcha nuncupatur his verbis: *Petrus Ioannes hæresiarcha, caput Begardorum, damnatus, exhumatus, & combustus cum suis operibus.* Iniecta fuisse flammis eius ossa vna cum donarijs, quæ a simplicibus ad tumulum appensa fuerant, consentit Penna g. Verum longe aliter nonnulli alij sensere, atque etiam fulsisse miraculis ex Angelo Clareno Petri Ioannis socio tradidere h: ac Angelum inter Fraticellos signiferum impietatis fuisse, qui profugit in Græciam vt instæ censorum fidei seueritati se subduceret, ex dictis a Iordano i & ex Cardinale Baronio l colligitur; pariterque conijcitur ex Eymerico, iactata illa Petri Ioannis miracula fuisse vel simplicium ludibria, aut hæreticorum mendacia: ipsumque Petrum Ioannem apud Fraterculos multa de diuinis visis sibi obiectis effutijsse, Eymericus tradit, vir maximæ fidei & auctoritatis, vt qui eo tempore, quo vigebat adhuc secta Fraticellorum Pontificum iussu in eos in ditione Regis Aragonum animaduerteret. Is ergo de sparsa inter sectatores Petri Ioannis fama hæc habet m: *Dicunt & asseuerant, quod tota doctrina & scriptura fratris Petri Ioannis olim de ordine Minorum est vera & catholica, & eandem credunt, & dicunt fuisse ei a Domino reuelatam: & dicunt fratrem Petrum Ioannem hoc ipsum, dum viuebat, suis familiaribus reuelasse.* Et infra: *Dicunt aliqui ex eis, eundem fratrem Petrum Ioannem veritatem tenuisse, & dixisse in eo, quod dixit & tenuit, quod Christus viuebat quando fuit pendens in ligno sanctæ crucis, dicentes quod anima Christi secundum rei veritatem adhuc erat in corpore: sed quia Christus erat multum exanimatus, ideo aspicientibus mortuus videbatur. Matthæus autem euangelista scripsit, quod Christus tunc vivus erat, quia secundum rei veritatem ita erat: sed ecclesia abrasit hoc de euangelio Matthæi, ne Ioanni euangelistæ contrarius videretur.* Sed ab impijs pseudomonachis, qui emendatæ sanctitatis speciem præferebant, ad veræ & expressæ sanctitatis exemplum narrationem traducamus.

c Sum. p. 3. tit. 24. c. 9. §. 12. Illius doctrina.

Damnata ab Ecclesia.

d Direct. in quæst. 2. p. q. 9. & 13 Blasphemias in eâ voces effutit.

e Direct. in q. 2. p. 4. 9. & 15. Sectarios natus est.

f Pen. in comp. 11. inq. 26. 2. 9 direct. inq.

g Prateol. in annal. hoc ann. n 35. &c. Ab ipsorum cultus.

h Iord m.s. Vat sign. n. 1960.

i Baron. in scbed. m.s. quæ apud me exi. De his vid. sup. an Chr. 1294. n. 26

m Direct. in quæst. 2. p. q. 15. Magnis ortus elogijs ab impijs.

58, &c. Eodem anno Pontifex a sanctorum numero ascripsit Ludouicum IX. Galliarum Regem (cuius nos eximia facinora atque exempla sanctitatis suis locis inseruimus) cum iam a pluribus Pontificibus instituta de cœlitum cultu illi decernendo sacra actio intermissa ac repetita fuisset, vt ex concione a Bonifacio Papa habita b constat.

Infignis hæresis ab eo conficta.

Lud. IX. Fræc. Rex sanctorum catalogo adiectus.

a Iord. m.s. Vat. sign. n. 1960.

b Ser. 1. Rom VIII. de S. Lud. apud Vchemuerem in fasto S. Laur. ext. in append. vitæ S. Lud a Gall. Car mel. conscripte Sur. to. 4. die 19. aug. Bar. in not. ad martyr. Vsuard. in annal. ex coeno S. Lud script B. Ludou. episc. Tolos pij mors.

68 Quo etiam anno migrauit in cœlum e eiusdem Regis sanctissimi ex fratre Carolo Rege Siciliæ pronepos S. Ludouicus Tolosanus episcopus postea a Ioanne XXII. inter cœlites relatus; de cuius exitu hæc Iordanus d: *Grani, de qua decessit, infirmitate grauatus, puram suo more confessionem præmisit, patientissime infirmitatem sustinens. Orationi continue deditus requirebat sæpius crucem Christi, missasque in camera audire volebat. Postremo, patentibus medicis abesse periculum, ipse autem extremum sibi imminere agonem, & orationem illam: Domine Deus omnipotens, qui ad principium huius diei, &c. sæpius replicabat; & conuersus ad quendam fratrem ait: Vos non creditis, quod mori debeam, & tamen statim videbitis. Et ex tunc amplius locutus non est: sed tam dulciter & quiete emisit spiritum, quod vix hora aduerti potuit, qua expirauit. Et factus est post mortem pulchrior, quam ante infirmitatem fuerat, & astantibus dormiens non mortuus videbatur. Sanctissimum autem corpus eius, iuxta quod decreuerat, Massiliam deportatum est. Ibi cum ageretur exequia, in capite chori cum habitu & mantello pulchra & lata facie visus est a seneschalco Prouincia milite veridico & celebri, & domino R. de Banso vicario Massilia. Et dicto: Requiescat in pace; inde quidem disparuit, sed angelicis sociatus est choris. Post felicem vero transitum capit continuo multis fulgere miraculis; inter cætera autem XV. mortui rediere ad vitam.* Prætermittere non possumus insigne castimoniæ exemplum, quod de eo S. Antonimus ex Aluaro refert e: *Corde, inquit, & corpore purissimus de sua iustitia & continentia non confidebat. sed cautus ad custodiam castitatis ita erat, vt friuola mulierum colloquia, etiam de sua parentela, refugeret. Vnde refert frater Aluarus magnus doctor eiusdem ordinis in libro de planctu Ecclesiæ, quod cum ipse S. Ludouicus, de longinquo Neapolim veniens, Regina matri sua, qua ibi morari trahebat; reuerentiam exhiberet; illa, viso eo, gaudio magno ranisa amplexata est eum, & more Gallico ipsum voluit osculari: sed pudicus iuuenis faciem suam, ne eam oscularetur, auertit. Ad quem mater: Numquid ego non sum, fili charissime, mater tua, quæ te licite possum osculari? At ille virgo, Scio, ait, domina mea Regina, quod mater mea es, & mulier, quam ferno Dei non expedit osculari.*

c S. Ant. 3. p. tit. 23. c. 4. §. 1. Insigne illius castimoniæ exemplum.

69 Hoc anno B. Margareta Cortonensis ex impura olim vita ad puriſſimam a Christo traducta, in cœlum post defleta rite crimina migrauit; de qua hæc narrat Ferarius f: *Margarita, Laniani agri Perusini pago nata, carnis illecebris dedita, nobili cuidam, illi seruiens, adhæsit. Cum is, domo secedens, castellum secum duxisset: illa sola domum post aliquot dies rediens, ac gemens Margaritam veste apprehensa extra domum pertrahere conabatur: Quæ admirans castellum sequitur, donec ad quandam lignorum congeriem veniens, castel-*

Margarita Cortonensis diuinitus ad melioremvitam reuocata.

f Ferrar. in catal. sanct. Italiæ die 22. feb. & ea ex alijs. Vsuard. in annal. Mart. 22. hoc ann. n. 22. &c.

cutella subsistit, ligna respiciens & attingens, quasi dominam, vt ea amoueret, monens. Margarita itaque, cum aliquot ligna amouisset, dominum suum mortuum, iamque vermibus scaturientem videt. Quo spectaculo adeo commota est, vt omissa vita paulisper domum paternam repetierit: sed a patre, nouerca persuasione, domo ejecta, ad orationem, qua se Deo commendabat, confugiens, interim vt Cortonam ad fratres Minores se conferat, admonetur. Eo profecta, vitam aggreditur valde asperam assiduis vigilijs, ieiunijs, orationibus, cilicio indutaibumi cubans, & lachrymas sapissime profundens. Cum aliquandiu ita degens vera penitentia signa non dubia dedisset, a fratribus Minoribus habitum, quem Tertiariorum vocant, diu expetitum obtinuit. Cumque in eorundem ecclesia ante Crucifixi imaginem ferventius oraret, dominum Iesum Christum illam: Quid vis misera? allocutum, eamque: Nil aliud praeter te Domine, respondisse ferunt.

Penitentia delicias voluntarijs cruciatib° expiat.

Solitudinis amans, fleri, orare, ieiunare, meditari, quæ ad corporalem consolationem facerent, fugere, delicias suas esse putabat. Et infra: *Cum terminum vitæ, qui ei a Christo Domino prænunciatus fuerat, instaret, anno Domini* MCCXCVII. *hoc est vigesimo ab eius conversione,* VIII. *kal. martij sanctissime ad quem dilexit evolauit. Corpus eius in ecclesia Minorum integrum adhuc asseruatur. Multis autem post mortem miraculis claruit: mortuos enim inter alia decem ad vitam reuocasse, visum cæcis sex, loquelam tribus reddidisse, contractos quinque, dæmoniacos quatuor curasse fertur.* His addit Vvaddinghus a, insignia illa miracula, partim coram Neapolitano Vrsino Cardinale sancti Adriani Apostolicæ sedis legato in Italia Clemente V. Pontifice, partim coram alijs grauissimis viris descripta & probata fuisse, ac Leonem X. Cortonensibus permisisse, vt festum illius diem agitarem, & reliquias venerarentur; ac demum Vrbanum VIII. Margaritam catalogo beatarum mulierum apposuisse.

Insignia illius vox. Eiusdem pia mors. Claret miraculis.

a *Wad. in annal. Min. n. 38.*

70. Claudimus hunc annum sacris indulgentijs stationum Vrbis, a Bonifacio confirmatis, de quibus hæc tradit Cardinalis Baronius b: *Bonifacius stationes Vrbis confirmauit, additisque singulis diebus dies centum indulgentiæ, vt habetur libro priuilegiorum Romanæ ecclesiæ* c.

In bestarû seminariû albo describitur.

b *Bar. in not. in f.*

c *Extat in archiuio S. Angeli in libro priuil. Rom. eccles. f. Vat. n. 1. pag. 6 inter collect. Plat. in f. Vat. n. 1. pag. 29. & pag. 133 & apud Pa-pebr. in fin.*

IESV CHRISTI
Annus 1298.

Indict. 11.

BONIFACII PP. VIII. ADOLPHI ROM. REG. 7. annus 4. ANDRONICI IMP. OR. 15.

1 BOnifacius studia sua, vti cœperat, ad exitiale bellum inter Anglorum, Romanorum, & Francorum Reges sedandum interposuit. Fuit pontificijs consilijs, Reges mutuis bellis fatigatos fuisse: Angli quidem, grauissimis ab Eduardo attriti vectigalibus, dum is aberat, ordinum cœtu habito constituerunt, ne Reges noua in posterum vectigalia sine ordinum assensu imperarent, vt Polydorus Virgilius d narrat. Nec minus ingemiscebant Galli, vt vidimus, sub tributorum, quæ Philippus imposuerat, grauitate; pluresque a Gallo principes desciuerant, vertendaque erant potius ad sua tuenda quam rapienda aliena Regum consilia. Post multa itaque hinc inde agitata, tandem principes decreuerunt e, vt Pontificem totius controuersiæ arbitrum eligerent. Ingentes tamen difficultates hisce concordiæ auspicijs se obiecere, Belgij quippe & Barri comites, tum Burgundiæ proceres eo bello impliciti, cum Eduardo dato mutuo sacramento conuenerant, numquam sine fœderatis pacem cum Gallo confecturos: sed ea difficultas sobertia Bonifacij sublata.

Angli ob bellum vectigalibus frui

d *Polyd. Virg. l. 23. Vvalsingh. in Epodig. Neust. ann. sup.*

Galli pariter oppressi.

e *Lib. 4. ep. 415.*

Galli proceres, qui a Philippo defecerant qua forma reconciliati.

2. &c. Obstabat etiam Adolphum Eduardumque inter iniri fœderis leges eam addidisse, neutrum sine altero pariter vnquam pacem admissurum: atque adeo Anglorum Regis oratoribus significantibus, nondum pacis conficiendæ integram potestatem sibi factam, cum Adolphi Augusti oratores abessent; Bonifacius ita eam difficultatem intregit. Decreuit eam rem obstaculo esse non debere, cum præsideret Adolphum pontificiæ sententiæ non repugnaturum, vinque sacramenti rescidit, vt sine ipso compromissum ederent. Neque Angli, quorum causa ab Adolpho etiam post acceptas pecunias abiecta fuerat, dissentire: atque ita in Bonifacium non ratione pontificiæ dignitatis, sed notæ probitatis, neque vt in iudicem, sed vt peramantem pacis conciliatorem compromiserunt, vt e publicis tabulis a constat. Quibus promulgatis lata est a Pontifice sententia atque in primis imperatæ induciæ, & pax sancita ijs legibus, vt Isabella Philippi Regis filia Eduardo iuniori connubio iungeretur: quæ rapta essent ab Anglo maritimis grassationibus restitui Gallo iussa, ac vicissim Aquitaniam Anglo reddendam pronuntiatum, ita vt supremum Galli Regis in eam imperium asseratur, ac ni Reges cuncta inter se controuersiarum capita sedauerint, decretum ea a Pontifice diremptum iri.

Adolphi Regis R. 6. nulla habita ratio.

Qua forma in Bonif. & Franco. & Angl. Regibus compromissum fit.

a *Ext apud Bonif. ib. pag. 107. ep. 43.*

7. 8 Transmittit pridie kal. iulij Bonifacius b facta a se concordiæ leges ad Philippum Francorum & Eduardum Anglorum Reges, hortatusque est, vt eas religiose colerent, exegitque vt tum Philippus c terras, quas Anglorum Rex ante susceptum bellum obtinuerat in Aquitania, tum Eduardus d quas in Gallijs bello subegisset, Arnaldo Tolosano e episcopo pontificio nomine custodiendas traderent, quo de his, vt visum ipsi esset, decerneret. Obiecuuos Francorum & Anglorum Reges sententiæ pontificiæ ex Iordano & alijs Gallis & Anglis scriptoribus constat, dum Bonifacij auctoritate atque industria in mutuam pacem adductos consentiunt. Cum vero ad firmandum fœdus pronuntiasset Bonifacius, Eduardum iuniorem, Anglici loeperi heredem, atque Isabellam Philippi Francorum Regis filiam matrimonio coniungendos, perficiendæque rei plura obstarent; Guidonem in primis Belgi; comitem Anglo iureiurando se obstrinxisse, ipsius filio maiorem natu filiam vxorem traditurum; pontificijs voluntatibus sese accommodante Guidone, Bonifacius iniras eas pactiones rescidit f: tum legem de consanguinitatis gradibus Eduardi & Isabellæ gratia solvit g.

b *Ibid.*

c *Ep. 235.*

d *Ib. ep. 236*

e *Ib. & ep. 257.*

Apost. nuntius controuersiarum arcium custodiam suscipit.

Soluta ad Eduard. & Isabellæ gratiã lex de grad. consanguinitatis.

f *Lib. 4. ep. 415.*

g *Ib. ep. 234*

9. 10 At, vt incerti sunt rerum futurarum exitus, conciliatæ ex nuptiæ, vt arctissimum Gallos inter & Anglos fœdus sanciretur, atrocissimis bellis facem prætulerunt, Eduardo III. matris Isabellæ iure ad Gallicam coronam contra Valesiam stirpem nitente; de quibus suis locis inferius agemus. Interea Eduardo Philippoque Regibus affinitatum nexibus adstrictis, conuertit Bonifacius studia h, vt bellicos tragores, ab Adolpho in Philippum Eduardi gratia concitatos, sedaret. Edicto itaque apostolico interdixit, ne Romanorum & Francorum Reges mutuo se bello lacesserent, alterue in alterius regni fines irrumperet.

Enata ex eo coniugio atrox bellorum occasio.

h *Ib. ep. 418*

11. 12 Cessatum bello est i a Gallis ac Germanis; excitataque in Germania nouæ rerum conuersiones Adolphum non ad inuadendas Gallias, sed sua tuenda vires conuertere coegerunt. Qui enim ab Eduardo concitatus in Philippum fuerat, præpotentem æmulum Albertum ducem Austriæ, plurium principum fretum studijs, in se consurgere expauit,

i *Chron. Col. hoc ann.*

Abro-

13 Abrogatum fuisse Adolpho imperium ob spreta sapientum consilia peruersamque publicæ rei administrationem inducto ordine iudiciario Maguntiæ a Moguntino, Brandeburgensi & Saxone, qui idonea auctoritate ab alijs electoribus se instructos præferebant; in illiusque locum Albertum suffectum tradit Australis historia. Cæterum ait etiam chronici Colmariensis auctor a, imperij vrbes non Alberto sed Adolpho adhæsisse, atque ideo Adolphi exercitum florentem & validum fuisse, vt Alberti copias viribus longe superaret: sed inito prælio, cum Adolphus regijs insignibus decorus sub vexillo imperatorio inter primos incurrisset, Alberti exercitum in se vnum attraxisse: ita enim Austriacus præcoperat, vt prælij moles in Regem incumberet, isque vnus omnium gladijs & telis peteretur; eo prostrato partam victoriam fore: ac Albertum insignia mutasse ne dignosceretur: quæ cum alteri commisisset, illum ab hostibus in æstu certaminis trucidatum b. De quo prælio hæc inter alios scribit Hoclemius c: *Anno domini* MCCXCVIII. *Adolphus Romanorum Rex contra ducem Austriæ Albertum, Rodulphi Regis filium & monoculum, secunda die mensis iulij cum multis nobilibus cecidit interemptus.* Sepulturæ traditus est d in cœnobio Rosembal; eiusque filius, qui patrem in discrimine deserere detrectarat e, ab hoste captus f. His consentanea de Adolpho interfecto tradunt Iordanus, Australis historia, vitæ Bonifacij auctor g, Ptolemæus Lucensis h in historia ecclesiastica, Bernardus, Sifridus, Strero, Vvestmonasteriensis, Eberhardus, chronicon Colmariense, alijque plures.

a Dom. Colmar. annal. vbi sup.

Aduersas committitur acies.

Adolphus in prælio occumbit.

b Vill. l. 8 c. 22 Ant. 5. p. 111. 20 c. 8 §. 10. Bern. Guidon. Rom. Pont. Ptol. Luc. in ann. Siffr. epit. l. 2 Strro inter scriptt. Germ. Vvestmonast. Flor. hist. Everh. apud Can. ant. lect. to. 1 pag. 354. & præter alios Nauclerus gen. 23. c. 16 col. 1352.

c Hoclem. l. 1 de epis. Leod. c. 22. in Hugone Cabil. d Hist. Austr. Chron. Colm. f Chr. Austr. g Ext. ann. f. Vall. sign. lit. C. n. 24. & n. 79.

e Ptol. Luc. hist. eccl. ann. 1298. l. 24. c. 37.

Albertus post Adolphi necem iterum electus Rex Rom. a principib.

f Hist. Austr. hoc ann.

g Ptol. Luc. hist. eccl. ann. 1298. l. 24. c. 37.

14. 15 Cæso Adolpho, Albertus, vt solium firmaret, cum se legibus Regem non creatum nollet, principes vt ipsum in comitijs Francofurtensibus Romanorum Regem renuntiarent, adduxit, de quo Australis historia ait: *albertus*, inquit, *electus, resignata electione per triduum, apud Frankefurt in vigilia B. Laurentij ab omnibus electoribus in Romanorum Regem secundario est electus: qui subito Aquisgrani gloriose coronatur.* Qua de re hæc Ptolæmeus Lucensis h: *Albertus predictus dux Austriæ, filius quondam prædicti Rodulphi Regis, fuit electus in Regem Alemanniæ ab electoribus congregatis Aquisgrani, anno Domini* MCCXCVIII. *misitque solemnes nuncios ad Bonifacium Papam VIII. pro confirmatione electionis sue: quam idem Bonifacius Papa primo multis iuris & facti rationibus allegatis repulit prima vice, & asserit nullam esse.*

16. &c. Electo itaque ad regnum Alberto, pacata Germania est, ac sublata quam Adolphus mouerat imperij cum regno Gallorum controuersia. Tum etiam Anglis Gallisque fœdere iunctis nonnulli in spem venere Christianorum arma in Saracenos conuersum iri (ea postea euanuit) cum iam renouandi sacri belli occasionem iniceret Sembat Armeniæ Rex, qui missis ad Bonifacium oratoribus, ac proposito suo erga sedem Apostolicam studio, vrgebat, vt sibi vndique Saracenis, ac periculis cincto, auxilia submitteret; inde nimirum amissam terram sanctam recuperari posse: cui rescribens Pontifex in spem ingentis subsidij eum erexit m. Verum spes suæ, ac tristes rerum exitus, aliaque ex alijs exorta bella Bonifacium fefellerunt: cum Christiani a mutuis interendis cædibus abduci non potuerint: atque hoc ipso anno Genuenses & Venetæ, quorum opera Saracenorum barbaries tundi consueuerat, prope insulam Dalmatiæ adiacentem concurrere, cruentaque potiti victoria Genuenses, plurimas Venetorum triremes ceperunt, vt narrat Ioannes Villanus n. Quibus consentanea tradunt a Sanuto.

Armeniam Saraceni vastant.

m Lib. 4. ep. 261.

Occidentalium discordiæ spes eorum tollitur.

n Io. Vill. l. 8. c. 34.

19 Nec ad Bonifacium modo, sed ad Francorum quoque & Anglorum Reges suos legauit oratores Sembat, vt ipsos ad ferendam laboranti Armeniæ opem, retundendosque infidelium impetus excitaret: quos Bonifacius literis suis, vt iustissimam causam amplecterentur, permouere est conatus. De Sembat, qui sceptrum Armeniæ scelere fratri Aytono eripuerat, hoc narrat Marinus Sanutus a: *In reditu*, nempe a Tartaria, *fratres Aytonem & Thoros capiens*, fuerant ij proditi a Tartaris, a quibus auxilia eblandiri nitebantur, *& cunctis bonis expolians, in Armeniam duxit, Thoros cum chorda arcus stricto gutture suffocari fecit, & visum Aytoni quem ille nutu Dei recuperauit. Quod attendens Constans quartus frater, indoluit vehementer: & aggressus Regem Sembat personaliter cepit, & carceri mancipauit, & Aythonem libertati restituit. Ille liber effectus ambos fratres sub tuta custodia misit ad Constantinopolitanum Imperatorem, rogans ne eos finiret euagari.*

Solicitat Francorũ, & Angl. Reges ad ferendam Armeniæ opem.

a Lib. 4. ep. 262. & reg. post eund. ep. Sembat tyrannus Aythonum orbat oculis. Restitutus Aytono visus diuinitus.

Regnum recuperat.

20. 21 Nunc Armeniæ rebus adiungemus, Gregorium catholicon Armeniorum professum esse, soluendarum canonicarum legum de consanguinitatis gradibus auctoritatem ad Romanum Pontificem, supremum sacrorum antistitem, spectare: ac principem Sembat, & Isabellam Guidonis Foppensis comitis filiam a Stephano prædecessore suo, qui id ius sibi arrogarat, illusos, a Bonifacio contendisse, vt in contracto vitio matrimonio perstare liceret. Ex qua occasione Bonifacius edito diplomate pronunciauit b, solum in terris Christi vicarium, B. Petri cathedræ insidentem, consanguinitatis impedimenta remouendi potestate valere. Iam susceptum in Columnenses bellum paucis perstringimus.

b Lib. 4. ep. 268. Auctoritas solemnis legis de grad. consang. ad quem spectet.

22 Conscripsit in eos plura edicta c Bonifacius; eumque ipsi arcis Prænestinæ propugnaculis se tuerentur, ac valida præsidia compararent, indicere iam ante militiæ sacræ legatum Matthæum Cardinalem Portuensem episcopum creauit: vtque ad illam milites alliceret, indulgentias sacras, in Syriam contra Saracenos profecturis olim propositas, in Columnenses præliaturis contulit d: vt vero hostes oppresserit, dicetur postea. Iam nonnulla ipsius in benevolos sacra beneficia collata addimus. In primis Reginæ Siciliæ Margaritæ, Caroli I. viduæ, ad conciliandam conscientiæ serenitatem hæc permisit e: *Tuis supplicationibus inclinati, tibi vt omnem pecuniam, quam te minus licite a quibuscumque recepisse commemoras, si inueniri non possint quibus eisdem pecunia restituta fit facienda, possis de tui confessoris consilio in vsus infirmorum & pauperum erogare, auctoritate presentium indulgemus.* Huic simile est aliud, ad pietatem spectans f: *Tuis supplicationibus inclinati devotioni tue auctoritate presentium indulgemus, vt monasteria monialium quarumcumque ordinum, cum quatuor bonestis matronis devotionis causa ter in anno ingredi valeas; dummodo tu & eadem matrona in eisdem monasteriis non edatis, nec pernocteris.* Pertinet etiam ad res Siculas, Pontificem pluribus instruisse g apud Carolum Regem ac Robertum maiorem natu e superstitibus Regis Siciliæ filijs, Calabriæ ducem, vt Ioanni de Procida sua bona, vt antea fuerat promissum, restituerentur.

c Lib. 4. ep. 269. & 99. Ioannem Procidam priuatis bonis restitui iubet Bonifacius.

d Io. Vill. l. 8. c. 23. Ann. 3. p. tit. 20. c. 8 §. 7. Siffr. epit. l. 2. Pro. Luc. hoc ann. & alij

e Lib. 4. ep. 269. Margaritæ Caroli I. viduæ concessa sacra beneficia.

f Ib. ep. 266.

23. Interea concussa est hoc anno Italia ingentibus terræ motibus, adeo vt in pluribus locis templa, tecta, palatia corruerent, ac præcipue ea clade afflictas has vrbes Reate, Spoletum, Pistorium recenset Ioannes Villanus h: additque ea fuisse calamitatum præsagia, quæ postea Italiam meserunt. *Anno* MCCIC. inquit Bernardus i, *Bonifacio Papa*

g Lib. 98. & 99.

h Io. Vill. l. 8. c. 25. Ann. 3. p. tit. 20. c. 8 §. 7. Siffr. epit. l. 2. Pro. Luc. hoc ann. & alij

i Bern. chro. Rom. Pont. hoc ann. Mar. Pol. l. 4.

Reate

Reate cum ſua curia reſidente, dominica prima aduentus Domini in feſto B. Andreæ Apoſtoli incepit Reate, & in vicinis partibus vehemens terræmotus, qualem & quantum nullus tunc viuens viderat prius: diruitque multa ædificia in pleriſque locis, multiſque pereuntibus, multiſque diebus & noctibus perdurauit, non quidem continue, ſed per plures vices pariter in die & in nocte, timoremque non modicum incuſſit Papæ, & Cardinalibus, & toti curiæ. Confugitque Papa ad clauſtrum fratrum Prædicatorum Reate, qui in altiori & ſolidiori loco poſiti erant, vbi in clauſtri prato facto tentorioło feſtinanter de ſubtilibus aſſeribus conquieuit. Homines vero de nocte ibant & fugiebant ad campos, ſub die manentes, ne ædificia ſuper ſe corruerent formidantes, in timore magno expectantes: cadebantque paſſim homines & animalia, cum terra tremeret, & motibus naturæ inſolitis. Subdit auctor Bonifacium eadem hebdomada prima aduenere Nicolaum Prædicatorum & Ioannem Minorum ſummos præfectos, ac Petrum Hiſpanum Cardinalatu decoraſſe: is vero Nicolaus vir pietate & doctrina excultiſſimus, primum S. Sabinæ presbyter Cardinalis creatus, deinde ad Oſtienſem epiſcopatum promotus, demum accepto Benedicti XI. nomine Bonifacio in pontificatu ſucceſſit; de quo hæc refert S. Antoninus a: *Nonus generalis ordinis fuit frater Nicolaus de Tarraſio. Hic in pace & humilitate ordinem rexit duobus annis cum dimidio, magnus amator & ſectator communitatis. Hic venerabilis pater dominus & magiſter quandoque retulit de ſcripto, qui nouerat plenius veritatem, quod decimoquarto ætatis ſuæ anno ingreſſus eſt ordinem, in quo quatuordecim annis primis ſtuduit & profecit magnifice, & alijs quatuordecim ſequentibus exercuit officium lectoriæ, & quatuordecim alijs annis in prælationis officio in ordine laborauit & in magiſterio ordinis generali fuit aſſumptus ad cardinalatum, ex quo demum ad papatum.*

Bonifacius Reate ex eo in periculum adductus.

Tres viros inſignes Cardinales creat. Nicolaus Prædic. magiſter in pontificatu poſtea ſucceſſit Bonifacio.

a *Ant. 3 p. tit. 23. c. 12.* Vt ſe in religioſo ſodalitio geſſerit.

IESV CHRISTI
Annus 1299.

Indict. 12

BONIFACII PP. VIII. ALBERTI ROM. REG. I. annus 5. ANDRONICI IMP. OR. 16.

Incitatus in Siculos Iacobus Rex Aragon.

1 CVm Pontifex Iacobum Aragonum Regem ad perſoluenda ſocero promiſſa, ac Friderico cum iuſto bello ex arrepta tyrannide depellendum permouiſſet, illi ad ſuſtinendos ſumptus bellicos decimas Aragoniæ, Valentiæ, Cataloniæ, Balearium, aliarumque terrarum, Sardinia & Corſica exceptis, attribuit, ac Friderico & Siculis perdomitis b, Eccleſiam vires omnes ad inſtaurandas res Aſiaticas conuerſuram ſpem dedit. Ad quæ promouenda conſilia ſignificauit Aragonio, Valentino, Balearico, & Catalano clero ſacerdotiorum decimas Iacobo Regi conceſſas.

b *Lib. 5. ep. 108.* Attributæ in ſumptus bellicos decimæ. Promiſſa clientela Apoſtolica.

2 3 Suſcepit præterea Bonifacius Iacobū in apoſtolicam clientelam c, prohibuitque, ne quis Chriſtianus princeps infeſta illius terris ſigna inferret, cum Siculo bello implicitus cauſam Eccleſiæ tueretur. Cæterum Iacobus cum triremibus triginta Neapolim applicuit, coniunctiſque alijs Caroli Regis ſoceri ipſius, in Siciliam vela fecit. Nec defuit animus Friderico ipſius fratri vt imminentis belli molem ſuſtineret: inſtructa enim claſſe, cui Fridericum Oriam præfecit, in Iacobum fratrem, qui in inſulam excenſum facere parabat, magna audacia inuectus, prælium conſeruit, in quo magna clade attritus eſt Rogerij maxime Lauriæ, qui Iacobi claſſi præerat, inſigni virtute ac felicitate. Capta ſunt Siculorum ſex millia, triremes viginti duæ in victorum poteſtatem venere; ipſa etiam triremis, in qua Fridericus vehebatur, in Aragonum poteſtatem ceciderat, eoque prælio confecta res, Siciliaque recuperata videbatur: ſed victum Aragonij ex patriæ amore incolumem dimiſerunt. Hæc pluribus Ioannes Villanus a, m. s. b vetus de rebus Siculis, Ptolemæus Lucenſis c, S. Antoninus d, Surita e, Sumontius f, Fazellus g, & alij. Deinde Iacobus victoriæ perſequendæ, atque occaſioni debellandæ Siciliæ defuit, cum qui poterat ea clade conſternatos Siculos armis victricibus ad imperium Eccleſiæ cogere, in Aragoniam ſuſcepto victoriæ labore, ac parta gloria ſed neglecto fructu, intempeſtiue receſſit. Qua de re poſtea graues querelas Bonifacius effudit h.

c *Lib. 5. ep. 106 207.* Iacobus Rex Arag cum Neapolitana claſſem iūgit. Fridericus maxima claſſe ſuſus

4 5 Deſtitutus a genero Carolus exciſis auxilijs victoriam perſequi in miſſo filio principe Tarentino eſt meditatus, a quo eum conſilio abducere niſus eſt ob ducis militiſque imperitiam Bonifacius. Cum poſtea excitis auxilijs copias auxiſſet Carolus, idē Tarentinus princeps ipſius filius in Siciliam traijcere eſt meditatus. Quo audito conſilio, cum Bonifacius imperdentem illius principis cladem animaduerteret, Carolo Regi i, vt cum temerario conatu abduceret præcepit.

Nec imminentis mali coniectura Bonifacium fefellit; cum enim Tarentinus princeps cum triremibus quadraginta expoſito in Siciliam exercitu poſt nonnulla feliciter geſta, dum ad munitæ arcis obſidionem incumbebat, a Friderico ad pugnam lacceſſitus, temere ad illam exiens, atque ex equo claua deiectus, captus eſt k; parte exercitus ex Neapolitanis conflata non confertis cum hoſte manibus ex prælio ſe fuga ſubducente. Qua re audita poſtea Bonifacius ardentibus literis ob derrectata apoſtolica iuſſa Carolum increpuit l m.

Felicior Tarentino principe extitit in bello ipſius frater Robertus Calabriæ dux, qui plura loca munitiſſima, quæ in m. s. veteri de rebus Siculis enumerantur, atque ipſam Cataniam ad deditionem pellexit n.

6. &c. Adhibuit hoc anno Bonifacius in Columnenſes cæteroſque ſectatores ſcueritatem eccleſiaſticam, ac pœnas alias irrogauit, ſcriptaque de ijs acta publica renouauit o; tum in Præneſtinos, qui ab Romana eccleſia defciuerant, promulgauit, vt vrbem epiſcopali dignitate muriſque exutam & deletam arario fulcaſſet, atque aliam condidiſſet ciuitatis Papalis nomine, quam epiſcopatu Cardinalitio potiturum decreuit.

9. 10 Hoc etiam anno Ericus Daniæ Rex eiuſque frater Chriſtophorus cum patrati ſceleris in Lundenſem archiepiſcopum iniuria in vincula abductum ipſos penituerit, flagitarunt a Bonifacio, vt cenſuris eccleſiaſticis, quibus fuerant irretiti, ſoluerentur; qui prouinciam dedit p Yſarno Apoſtolicæ ſedis nuntio, vt eos in fidelium communionem reſtitueret. Seruandæ vero in ijs regionibus pacis ſtudio Pontifex matrimonium Regis in vetito gradu contractum cum Inieburge Birgeri Regis Sueciæ ſorore firmum eſſe iuſſit q, cum ſi diſſolueretur, grauiſſimorum cum Suecis bellorum periculum immineret.

11 Infeſtantibus per ea tempora ethnicis Chriſtianos Eſtoniæ, qui Daniæ Regi erant obnoxij, Bonifacius Rigenſi archiepiſcopo, & Tharbacenſi Oſilienſique epiſcopis iniunxit r, vt Danos contra barbaros pugnaturos omni opera ac ſtudio iuuarent, nec

a *Io. Vill. l. 8. c. 29.* b *M. ſ. vet. de reb. Sic. pag. 38.* c *Ptol. Luc. in annal.* d *Ant. 3. p. tit. 20. c. 8. § 1.* e *Sur. in d. l. 2. & l. 3. an nalic. 38.* f *Summont. hiſt. Neap. l. 3.* g *Fazell. poſt dec. 1. § c. 3.* Parta ea victoria Iacobus, cum Siculos cogere ad officiū poſſet, intēpeſtiue abiit ſitr.

h *Lib. 6. ep. 74.* Auctis eo pijs Philippum principe Tarent. tranſmiſit.

i *Ep. 59. reg poſt eand. ep.* Philippus traijcit in Siciliam exercitum feliciter initio rem geſſit.

k *Surit. l. 5. c. 49.* Ab hoſte captus.

l *Lib. 6. ep. 72.* Catania a Roberto recuperata.

m *M. ſ. vet. pag. 29. Surit. in dict. l. 2. & l. 5. annal. c. 41. Fazell. poſter. dec. 1. 9. c. 3.*

n *Lib. 5. ep. 57. 58. 67.* Bellum Columnenſe.

o Erici Regis Daniæ oratores miſſi ad ſedem Ap. a comite Hānoniæ male accepti.

p *Ep. 157. Cranz. Daniel. 7. c. 24* Lex de cōiugijs ſoluta ad Erici Regis gratiam.

q *Ep. 159.*

r *Lib. 5. ep. 64.*

nec religionem Christianam labefactari in ijs regionibus paterentur.

12. 13 Intulerant etiam infideles Pannoniæ atrociſſimas clades, ac florentiſſimum olim regnum in ſolitudinem redegerant, cum ad conuingendas aduerſus religionis hoſtes in Hungaria Chriſtianorum vires confirmandaſque Bonifacius, cum alij, vt dictum eſt, Carolum Ladislai poſtremi Regis e ſorore adhuc ſuperſtite pronepotem, alij Andream Venetum remotiorem gradu ad ſolium vocarent, eam inijt concordiæ rationem, vt Carolum Regem habendum cenſuerit [a]; Andreæ vero regni Hungarici adminiſtrationem confirmarit [b]: quod facile ex literis ipſius colligitur, cùm in ijs Carolum Regis Hungariæ nomine exornet, Andream vero non Regem appellet, ſed addat hæc verba: *Qui ſtex Hungariæ nominatur*; atque a proceribus Hungaris illius imperia in regno adminiſtrando ſuſcipi iuſſerit, incuſſo etiam ijs cenſurarum terrore, ſi Andreæ parere detrectaſſent. Quas cum Ioannes comes Caſtriferrei contraxiſſet, poſcereq; veniam, Pontifex Gregorio electo Strigonienſi partes dedit vt illum cenſuris liberaret [c]. Excitum ab Hungaris Carolum, conſentit Bonfinius [d], quorum principes ait Ioannem & Henricum Banos fuiſſe, quos perperam coniuratos in Andream vocat, additque flagitantibus ijs a Pontifice Carolum Regem, in Cardinalium conſiſtorio Hungaricam coronam illi adiudicatam, huiuſque decreti auctoritate ipſum regni poſſeſſionem accepiſſe. Nunc ad turbas Scoticas ſermonem traducamus.

Diſcordia Andream inter & Carolum conciliata.

[a] Ep. 65. [b] Ep. 92.

[c] Lib. 5. ep. 466.

[d] Bonif. dec. 11. l. 9.

14. &c. Mouebat in Scotiam magno armorum terrore Eduardus, vt illud regnum, quod Angliæ ſtipendiarium contendebat, ſuæ ditioni ſubijceret: captiſque nonnullis oppidis, viros quoſdam eccleſiaſticos in carcerem coniecerat, quorum aliqui ex incommodis, quæ erant paſſi, diem obierant. Quæ res vbi ad Bonifacium peruenit, mox tuendi iuris pontificij, quod ſedes Apoſtolica in Scotiam obtinet, cupidus, Eduardo prolixioribus literis oſtendit [e], Scotiam Angliæ nullo modo ſtipendiariam eſſe: ac ſi aliqui principes, quibus regni erat commiſſa cuſtodia, aliquid Scotiæ libertati contrarium tentaſſent, ea vt vi & metu, qui in virum conſtantem caderet, extorta penitus conuellenda & abroganda eſſe; eodemque argumento ad Cantuarienſem archiepiſcopum literas dedit [f], quibus illum Eduardum Regem monere iuſſit, vt præſules & clericos vinculis abſolueret, ſuoſque e Scotia adminiſtros reuocaret; ac ſi aliquod in Scotiam ius obtinere contenderet, cauſam apud ſedem Apoſtolicam diſceptaret.

Cur Eduard. Angliæ Rex bellū Scotiæ intulerit.

[e] Lib. 5. ep. 466. Suſcipit Scotorum cauſam Bonif. atque Eduardum bello abſtinere iubet.

[f] Ep. 465.

20 Affert Vveſtmonaſterienſis [g] Bonifacij ad Anglorum Regem datas literas, tum quas ad archiepiſcopum Cantuarienſem miſit, tum eiuſdem archiepiſcopi ad Bonifacium ſcriptas, quibus iniunctum ſibi munus non ſine multis laboribus, magnaque cum honoris & obſeruantiæ ſignificatione impleuiſſe ac Regem apoſtolicas literas accepiſſe certiorem facit. Addit auctor Regem, perlectis Bonifacij literis, archiepiſcopo interpretis opera ſignificaſſe, rem Scoticam, de cuius ſupremo dominio agebatur, non tantum ipſum, ſed vniuerſos etiam Anglos attingere, proinde Pontifici ſine procerum conſilio reſpondere non poſſe; deinde e Scotia reuocato exercitu Lincolniæ ordinum conuentum coegiſſe. Licet vero hunc conuentum anno tantum MCCCI. celebratum colligatur ex anno, qui regijs & procerum literis ad Pontificem datis adſcriptus eſt; ad proſequendam tamen inſtituram narrationem, quid ex illo procerum conuentu Bonifacio reſponſum ſit, afferemus. In ſuis ergo literis Eduardus demonſtrare nititur Bonifacio

Porrecta Eduardo literæ in Scotia & Cantuar. archiep.

[g] Vveſt. Flo. hiſt. ad ann. 1301.

Eduardi reſponſum

Celebrati Lincolniæ ordinum conuentus

longa ſerie Regum Scotorum, qui vetuſtis ac recentibus ætatibus clientum officia domiſſe Anglorum Regibus præſtiterunt, Scotiam Angliæ ſtipendiariam eſſe: vltimum vero Scotorum Regem Ioannem fidei ſacramento pariter ſe ipſi obſtrinxiſſe, violataque poſtea fide in Angliam hoſtili furore excurriſſe; inter cætera immania flagitia natos cum puerperis trucidaſſe, ac ducentos infimæ ætatis clericos incluſos vinos concremaſſe: plura alia ſcelera Scotos in ipſum molitos; demum ſe feliciter victoriam de Scotis retuliſſe, regnumque illud cedente ſibi Ioanne vt ſupremo domino, Angliæ adiunxiſſe; cæterum poſtea, ſi qui præſules ac proceres Scotiæ rebellarunt, ſe tanquam ipſorum Regem vltionem de perduellibus expetiſſe.

Scotiam Angliæ ob noxiā eſſe contendit Eduar. Rex.

21. &c. Cæterum Eduardus Ioannem Baliolū olim Regem Scotiæ pontificijs precibus flexus e cuſtodia laxauit, permiſitque epiſcopi Vicentini Apoſtolicæ ſedis nuntij teſtati. Baliolus vero ſolemni iureiurando ſe obſtrinxit, e loco, in quo verſaretur, deſignato ſine Pontificis voluntate non diſceſſurum, ne ſi abiret in Scotiam noua bella concitaret.

Ioannes Baliolus vinculis laxatus.

32. &c. Finem imponimus occidētalibus huius anni rebus; iijs, quæ Bonifacius circa Lateranenſem, ac Vaticanam baſilicas ſtatuit. In primis igitur cum Lateranēſis eccleſiæ canonici ordinis S. Auguſtini a primæuo pietatis flore deſciuiſſent, atque etiam bona eccleſiæ diſſipari paterentur, Bonifacius monaſticæ diſciplinæ profeſſores ſubmoueri, & clericos ſubrogari ex Cardinalium ſententia iuſſit [a], pluribuſque prærogatiuis eiuſdem eccleſiæ eos ornauit [b]: S. Petri autem baſilicam nouis ſacerdotijs amplificauit, vt maiori ſacra pompa ac religione diuinus cultus in ipſa celebraretur. Ad hunc enim annum hæc notat in ſuis ſchedis Cardinalis Baronius [c]: *Bonifacius VIII. inter alia eius inſignia opera multa præſtitit baſilica Vaticana; nam ampliauit numerum canonicorum, vt qui antea erant* XXII. *eſſent triginta.. & viginti addidit clericos, quos clericos chori voluit nominari. Addidit & .. beneficiatos ad numerum* XXX. *vt eſſent* XXXV. *prædijs, caſtris .. & alijs eandem baſilicam ditauit, prout habetur in appendice ad martyrologium ipſius baſilicæ ſub die* III. *id. octobris: deditque eidem eccleſiæ indulgentiam centeſimi iubilæi.* Sed de iubileo anno ſequenti: nunc de orientalibus rebus dicendum eſt.

Lateran. baſilicæ canonicis eō ceſſa primi legis.

[a] Ep. 475. [b] Ep. 470 471. 472. 473 476. Baſilica S. Petri ſacerdotijs & veſtigalibus aucta a Bonif.

[c] Baron. in annal. m.ſ.

37. 38 Quod ad orientales res ſpectat; ſuperarat adhuc Latinis Chriſtianis Cyprus, vnde belli ſacri in Syriam traducendi, atque amiſſi Teroſolymitani regni recuperandi ſpes aliqua affulgebat, ſed diſſenſio Henricum Regem ac Templarios inuicem exaſperarat. Ad quam ſedandam, tum ad illos coercendos, qui Alexandrinis merces veritas deferebant, Bonifacius decreuit [d], vt veſtigal ſingulorum capitibus impoſitum vt deteſtandum ſeruituris genus abrogaretur, vtque eccleſiaſtici & religioſi equites cuiuſcumque oneris immunitate potirentur; vtque Rex ſingulos ordines regni debito honore proſequeretur: cumque antea lege veritum eſſet Hoſpitalaris & Templarijs, quorum potentiam, ne in regno nimis aſſurgeret verebatur Rex, immobilia bona ſine Regis & ſedis Apoſtolicæ conſenſu adipiſci, illum monuit Pontifex ne legem ſeuere adeo interpretaretur, vt non aliquas ijs domos, quo habitarent commodius, extruere liceret: tum hortatus eſt [e], vt beneuolentia eos complecteretur, quorum in bello peritiam magno ſibi emolumento eſſe cognoſceret.

Inteſtinis diſcordijs laborat Cyprus.

[d] Lib. 5. ep. 234.

[e] Ep. 180. Miſſi a Pont. viri religioſi ad fidem propagandam in oriente.

39. &c. Hoc anno miſit Chriſti vicarius ad Tartaros aliaſque gentes, nondum euangelij luce colluſtratas, nonnullos ex S. Dominici inſtituto fratres, qui

qui fidem Christi late disseminarent, vt ex pontificijs ad eos datis literis a liquet, quibus inserta quædam priuilegia, vt maiori auctoritate tam præclarum munus obirent.

a Ep. 2.

43 Amplificatam admodum inter Tartaros his temporibus Christianam religionem, atque Persidis Regem Cassanum siue Cassianum, quem a Nicolao IV. Pontifice literis solicitatum ad sacra baptismalia accipienda b vidimus; quique ambitione ductus Baydonem Regayri successorem Christianum Regem vita & imperio orbarat; firmato solio, rei Christianæ fauisse, ac Mahumetanos infectatum, testatur Aytonus: *Multa*, inquit, *fecit in vita sua ad commodum Christianorum, sicut in sequentibus audietis. Et primo destruxit quamplures magnates, qui suadebant ei vt Saracenorum fidei adhæreret, & persequerentur vndique Christianos.* Subdit, hoc anno eunte, susceptam vna cum Armeniæ & Georgiæ Regibus Christianis, ad terram sanctam Christi restituendam cultui, in Saracenos expeditionem. Ad quam ab Aytono Armeniæ Rege, qui S. Francisci sanctiorem disciplinam professus Ioannes apellari voluit, incitatum, vt de Saracenis, qui Armeniam vastabant, iustam vltionem sumeret, tradunt ijsdem verbis Marinus Sanutus c, & Iordanus d, MCCXCIX. *Saraceni Armeniam discurrerunt, castra & loca fortissima occupantes. Rex autem frater Ioannes, se suosque in montibus saluans, in arcto positus Tartarorum implorat auxilium, eosque contra Saracenos instigat, ostendens plurimam habituros pradam: nec verendas eorum acies auro argentoque fulgentes, in quibus plus lucri quam periculi inuenirent.*

b Vesl. Flor hist. hoc ann

Cassanus firmato solio Mahometanos infectatur.

c Sanut l. 3 p. 13. c. 2.

d Iord. in s. Varsign. 1960.

44. &c. Solicitatus igitur ab Armenio Cassanus soldano Melecnaser bellum mouit. De cuius Cassani florentissimo equitatu e Perside educto refert Ioannes Villanus e, qui rem a Florentino horum oculato teste acceperat, illum ad ducenta equitum millia, coniunctis fœderatorum Regum, Georgiæ nimirum & Armeniæ copijs, eduxisse. Quibus consentanea a S. Antonino historiæ commendata sunt: *Cassanus*, inquit f, *Imperator Tartarorum venit in Syriam contra soldanum Babylonia secum copias ducens ducentorum millium Tartarorum inter equites & pedites ex conductu Regis Armenie & Regis Georgie, qui erant inimici Saracenorum, & ipsi Reges erant Christiani, ad recuperandam terram sanctam & auferendam a Saracenis. Hoc autem cum cognouisset soldanus, ex Ægypto descendit in Syriam cum centum millibus equitum Saracenorum absque alia multitudine innumerabili de Syria eum adiuuante, & sibi muicem occurrentes, pugnam horribilem inierunt inter se demum cessit victoria Cassano imperatori Tartarorum ex industria & sagacitate pugnandi. Nam ipse cum non modica parte & fortiori suorum equitum descendentes de equis in pedibus steterunt quousque Saraceni emittendo continuo sagittas euacuarunt pharetras suas, &c.* Additque Cassanum alia militari arte vsum ne Saraceni telis, quæ Tartari iaculati essent, retorquere in Tartaros possent, telorumque cuspis in sauciatis corporibus hæreret. Accuratissime vero hanc expeditionem in Mahometanæ sectæ cultores susceptam a Cassano ac memoria dignissima princeps Curchi Aytonus, qui in ea gerebat arma, describit: fusos nimirum ingenti prælio Saracenos prope ciuitatem Syriæ, cui Hames nomen est, cum Tartari Sagittarum iaculandarum peritia præstantiores, irruentes priores Saracenos confixissent sagittis eminus, atq; in secunda & tertia acie propterea ordines confusi fuissent: ac victoriâ die mercurij ante natalitia Domini de Melecnaser soldano reportatam consignat Aytonus; additque horum omnium testis oculatus, data fuisse a Cassano imperia Regi Armeniæ ac duci strenuissimo, cui Molay nomen erat, vt cum quadraginta millibus expeditorum Tartarorum fugientem soldanum persequerentur; verum illum comprehendere non potuisse: plures tamen Saracenos a Christianis montis Libani accolis fuisse trucidatos, & Cassanum soldani ditione magna ex parte ac thesauro potitum, cumque mox inter milites mira liberalitate partitum: mox ad Damascum obsidendum castra mouisse, ac Damascenos ingenti terrore pertusos oratores ad eum demulcendum cum amplissimis muneribus misisse, atque exercitui commeatus suppeditasse, ac deditionis ei ba fecisse: quibus feliciter gestis Cassanum oratores ad Bonifacium ac Reges occidentales decreuisse addit, vt exercitum ad recipiendam Syriam Christianoq; cultui restituendam, ac Saracenum imperium excindendum mitterent. Vt vero Cassanus reflectere signa in Persidem coactus sit, & Christiani Syriam recuperare sine prælio, ingenti suo damno & dedecore omiserint, adeo vt iterum in Saracenorum recciderit potestatem, sequenti anno dicemus: nunc claudemus hunc annum insigni prodigio, quod in Germania editum narrat Siffridus a.

In eos Rex Tartarorum concitatus

e Io. Vill. l. 8. c. 35.

f Ant. 3 p. tit. 20. c. 8. §. 1.

Eos deuincit.

g Ayton. hist. orient. c. 41

a Siffr. epit. l. 1. Iudæus Eucharistiam emit.

47 MCCXCIX. *Iudæi*, inquit, *perfidissimi corpus Christi sacrum in nocte sanctæ Paschatis emptum a custode ecclesia in ciuitate Franconiæ, quæ Roetingen dicitur, per diuersas ciuitates & castella alijs Iudæis distribuerunt. Quædam religiosa mulieres, quæ sacras vigilias ad tumulum Crucifixi obseruabant (sicut moris est in Theutonia) cum hora matutinarum, de ecclesia prodeuntes, irent ad excitandum ecclesiæ presbyterum, vt Crucifixum de monumento ante matutinas secundum consuetudinem sublenaret, viderunt super domum Iudæi, qui Sacramentum emerat, duo rutilare luminaria: eumque attonitæ starent, & secum quærerent, superueniens presbyter interrogat, quid conferant: vidensque cum ipsis luminaria, compertoque, quod Iudæus cum custode in ecclesia fuisset, & iuxta altare, cante vocat iudicem ciuitatis, & quosdam de ciuibus. Qui, irruentes in domum Iudæi, ipsum & custodem ecclesiæ ceperunt: qui statim coacti facinus perpetratum confessi sunt.*

Illius ædibus cœlestes faces immitere visæ.

Ita vero, vt dictum est, idem corpus Christi per diuersas Iudæorum dispersum fuerat mansiones: qui sacrilegum corpus Christi sanctissimum aculeis & subulis pungentes, & in mortariolis tundentes, & per illas puncturas & tunsiones sanguinem eius conspicientes, tandem in diuersis locis sub terra suffoderunt. Sed Deus omnipotens Sacramentum salutis, multis miraculis prodentibus, suis fidelibus propalauit. Quapropter Christiani insurgentes contra Iudæos, eos per diuersas ciuitates & loca turmatim occiderunt. Contigit vt multi Iudæi ad quoddam castrum confugerent, vt se ibidem defensarent: eumque Christiani ad expugnandum dictum castrum forti manu conuenissent, & illudiam vallassent, quædam virgo Iudæa de eodem castro importunis clamoribus rogabat Christianos, vt ipsam inde eriperent & baptizarent. Iudæis ipsam deorsum trahentibus & increpantibus, illa de manibus eorum elapsa, de altitudine castri se præcipitem dedit. Sed ecce mirum in modum ipsa, quasi manibus angelicis portaretur, illæsa descendit: & mox ad fidem Christi & baptisma confugit. Meminit etiam Eberhardus I. de hac Iudæorum strage, cum percrebuisset fama, ipsos Christi corpus contudisse, atque ex eo diuinitus cruorem fluxisse: quam rem superiori anno consignat.

Ictus Eucharistia sanguis effluit

Iudæi necati.

Virgo Iudæa, baptismum postulans, illæsa e turri cadit.

b Eberhard apud Canis. antiq. lect. to. 1. pag. 335.

* *

IESV CHRISTI
Annus 1300.

BONIFACII PP.VIII. ALBERTI ROMAN.REG.2, annus 6. ANDRONICI IMP.OR.17.

1. &c. ANnus iubilæus, id est, remissionis criminum, quæ post detectos rite sacerdoti conscientiæ sinus Apostolorum basilicas adituris proponitur, maiestate illustris affulsit, de quo Iacobus diaconus Cardinalis S. Georgij ad velum aureum a stricta & soluta oratione conscripsit, narratque veteri traditione a maioribus accepta dimanasse ad posteros; proposita esse indulgentiarum præmia ijs, qui recurrente centesimo anno ad recolendam Christi pro humani generis salute nati memoriam basilicam Vaticanam certo dierum numero pie lustrarent, reperposque senes centesimum annum egressos, qui superiori sæculo celebritati interfuissent: Bonifacium vero confertam populi ad basilicam Vaticanam ea de causa concurrentis multitudinem admiratum ad augendum pietatis studiũ diploma edidisse, auctor in calce operis repetit, ac tum in huius anni regesto pontificio b, tum inter extrauagantes exrat c, ex quo hæc delibanda visa sunt.

Annus Iubilæi celebratus a Bonif. nona pompa & magnificentia. *alex. Cardgar. de Iub.*

Bonifacius, &c. De omnipotentis Dei misericordia, & eorundem Apostolorum eius meritis & auctoritate confisi, de fratrum nostrorum consilio & apostolicæ plenitudine potestatis, omnibus in præsenti anno millesimo trecentesimo a festo natiuitatis domini nostri Iesu Christi præterito proxime inchoato, & in quolibet anno centesimo secuturo, ad basilicas ipsas accedentibus reuerenter, vere pœnitentibus & confessis; vel qui vere pœnitebunt & confitebuntur, in huiusmodi præsenti, & quolibet centesimo secuturo annis, non solum plenam & largiorem, immo plenissimam omnium suorum concedimus veniam peccatorum; statuentes, vt qui voluerint huiusmodi indulgentiæ a nobis concessæ fore participes, si fuerint Romani, ad minus triginta diebus continuis vel interpolatis, & saltem semel in die: si vero peregrini fuerint aut forenses, modo simili diebus quindecim ad basilicas easdem accedant. Vnusquisque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficacius consequetur, qui basilicas ipsas amplius & deuotius frequentabit. Nulli ergo, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum* VIII. *kal. martij pontificatus nostri anno* VI. Exceptum est secunda gratulatione id diploma, inspectaque prima anni iubilei luce populi, vt ait Iacobus Cardinalis d, iubilare cœperunt. Quo vero pietatis ardore Romani Apostolorum basilicas inuiserent, describit auctor e: *Nec mora*, inquit, *totus orbis caput Roma, ciuitatis populus, nullo sexus vel ætatis, dum pubertatis annos exegisset, discrimine, ad suorum patronorum basilicas, quod dictum internallum finem accepisset, cursitabat.*

Cõstituitur dierum numerus ad lustrandas ecclesias. *alex. Card. lib. de iubil. cap. 4.*

e Eod. cap. Qua pietate sacras ædes lustrãdas.

6 Incredibilem porro hominum multitudinem non modo ex Italia, Sicilia, Sardinia, Corsica; sed Gallijs, Hispania, Anglia, Germania, Hungaria concurrisse; nec solum iuuenes ac vegetæ ætatis, sed etiam septuagenarios & infirmos, qui lecticis deferebantur, confluxisse addit auctor f. Inter quos præclaro spectaculo fuit Sabaudus quidam senex, non humili genere ortus, a filijs allatus, qui centenarium annum transilierat, quique præteriti centesimi memor erat g. Tradit his consentanea Ioannes Villanus h, qui tunc Romam profectus, veterum historicorum exemplo, qui Romanas res scripsere, historiæ Florentinæ conscribendæ, cum tunc ipsius patria in dies potentia cresceret, consilium cepisse ait: addiditque tantam fidelium multitudinem Romam conuenisse, vt præter Romanos ducenta peregrinorum millia in Vrbe viderit. A quo Iordanus i, vitæ Bonifacij k scriptor, Ptolemæus Lucensis l, Bernardus Guido m, non discrepant. Annalium vero Colmariensium scriptor hæc digna memoratu historiæ mandauit n: *Bonifacius Papa rationem iubilei omnibus venientibus Romam tanta absolutionis beneficia contulit, quod tantus fuisse concursus Romam, vt sæpius vna die sint egressi trigenta millia hominum, pariterque ingressi, vt communiter pauperes retulerunt.*

b Lib. 6. tit. 9.
c Extrag. Antiquo. De pœnit. & rem. miss.

f Ib. c. 6. Senex. qui iubilæo ab Innoc. III. celebrato interfuerat Romam deductus.
g Ib. c. 7. Ioannes Vill. Romam veniens, scribendæ Flor. hist. consilium suscipit.
h Io. Vill. l. 8. c. 36. Ann. 3. p. tit. 20. c. 8. §. 11.

i Apud Iac. Card. de iub. in fin.
k Art. apud Iac. Card. ep. & in lib. pont. in 6.
l Ptol. Luc. in hist. eccl. l. 23. & c. 36. & in annal.
m Bern. in chron. Rom. Pont.
n Dom. Col. chron.

7 His addit Cardinalis Baronius o tantam, quæ confluxit, multitudinem omnium rerum copia abundasse: *Innumerabilis*, inquit, *Christiani populi multitudo ad obtinendam omnium peccatorum remissionem plenissimam Apostolorum limina visitarunt: & quia sicut arena maris Christianus populus confluebat ad Vrbem, nullo modo credi potuit, quod tantus populus satiari potuisset: sed Dei cooperante gratia, tanta fuit abundantia victualium, quod quanto magis populus multiplicabatur, tanto alimoniarum copia redundabat, & vilius alimenta venalia vendebantur. Insuper anno præsidio in Apostolorum basilicis diuersis languoribus sunt curati quamplures. Exibant autem dæmonia a multis clamantia & dicentia, quod non solum Apostoli Petrus & Paulus eos ejiciebant de corporibus quæ inuaserant, sed multitudinem animarum populi Christiani, qui eorum facientibus peccatis, laqueis diabolicæ fraudis se tradiderant, impetrauerant a Iesu Christo, ab eorum faucibus liberari; & plusquam publice clamabant, quod dictorum Apostolorum meritis omnes animæ in purgatorio non solum a pœnis liberatæ fuerint, sed etiam gloriam æternam meruerint obtinere.* Hæc Baronius ex codice bibliothecæ Vaticanæ. Consentit obiectum cœleste clerico ecclesiæ B. Georgij, cui præerat Iacobus Cardinalis g, qui illud memoriæ tradidit, ostensum. Cum enim Virginem Filium gestantem supplex, vt sibi videbatur adoraret, hæc verba excepit: *Omnibus miseratus indulsit Deus. Ad quam ille: Num mihi? Subiecit Mater; duriusque posti mordam infix: Omnibus miserans mansit Deus viuis & mortuis*, ita nimirum vt par est ad diuinam gratiam comparatis: *Substratus iterum: Num mihi? Cui nec iam responso dato, ne forsan aliqua peccati labe fœdaretur trepidanti, subiunxit: Indulsit omnibus mortuis & viuis miserans Deus, tibique.*

o Bar. ad an. 1300.
g Iac. Card. loco cit.

8. 9 Nec prætereunda videntur, quæ scribit idem auctor h, creuisse opibus ex peregrinorum muneribus Apostolorum Petri & Pauli altaria, atque quinquaginta, & eo amplius auri florenorum millia retulisse, eaque non ex magnis auri vel argenti donis, sed ex tenuiori ære oblato conflata; subditque: *Denarii oblata denique dispensantur: cestris, cajalibus, prædijs ex eo pecunia, ipso summo Pontifice iubente, ad ius & proprietatem basilicarum comparandis, ac deinde ex ipsorum reditibus, diuinis Apostolorumque augendis cultibus, officijsque.* Efflorente autem iubilei anno, cum plures partim iter ingressi e vita discessissent, partim dierum numerum, ad lustranda templa præscriptum, implere non potuissent, Bonifacius ex apostolica clementia ijsdem indulgentiarum præmijs sanxit potituros i.

h Iac. Card. c. 9. Ingentes oblationes Apostolis factæ. Exeuntis anni extremo die data a Bonif. indul.

i Apud Iac. Card. de iub. in fin.

10 Exclusi porro a comparandis hisce indulgentiarum præmijs fuere ij omnes, qui Saracenis vetitas merces inferrent, vel Friderici tyranni Siculi partibus irretiti, eiusque signa secuturi, vel Ecclesiæ hostibus se coniuncturi, receptuique Columnenses essent: quam rem Pontifex ipsis calendis martijs apostolico diplomate promulgauit l. Et quidem ad frangendam Siculorum pertinaciam grauissimis Fridericum partiumque ipsius studiosos censuris perculit m, atque

l Iac. Card. ep. & in lib. pont. in 6. Genuẽses Friderico Aragonẽse fauent.
m Lib. 6. ep. cap. 13.

que inter cæteros Genuenſes, qui cum eo fœdus inierant.

11. &c. Commouit pœnarum terror Spinulas Genuenſes, alioſque Siculorum rebellium fœderatos: cumque oratores ad ſedem Apoſtolicam, de pangendo fœdere cum Caroli Regis oratoribus agitaturos, miſiſſent a, ijque ornarent diſceſſum, iterum Bonifacius, datis ad Genuenſes literis, propoſuit b, quantum decus ex facta cum Eccleſia concordia colligerent, quibuſue malis, prouocata inſe tum Numinis diuini tum ſedis Apoſtolicæ ira, ſi adhæreſcerent Friderico inſulæ Siciliæ tyranno, ſe ipſos vrbemque ſuam obijcerent: iniunxit c vero Porcherto Spinulæ, viro pietate doctrinaque inſigni, vt concordiæ capita Genuenſium ſummo magiſtratui & conſilio offerret, vtque ea ſuſciperent, nauaret operam: quod ſequenti anno perfectum tradit Genuenſis d hiſtoria.

a Ead. l.6. ep.cur.15. b Ep.cur.16 chp.cur.17 d Folier. Ianuen. hiſt. l.6. Bizar. lib.3.

Fridericus Carolum Regem de pace ineũda interpellat.

15. 16 Interea Fridericus ad confirmandas res ſuas, cum Philippum Caroli Regis filium in vinculis teneret, de pace ineunda Carolum interpellauit, qui cum ipſius oratores excepiſſet, nec tamen Bonifacium de ijs certiorem feciſſet, Pontifex intentatis grauiſſimis pœnis, edixit e, ne inconſulta ſede Apoſtolica cum hoſte aget: ni pareret, ſe cum Friderico ineundi fœderis vias quæſiturum.

e Lib 5. ep. cur.72. Excipit illius oratores Carolus.

17. 18 Reſponderunt facta promiſſis, Regem enim Aragonum grauiſſimis literis ſolicitauit Pontifex f, vt inſtructam egregie auxiliarem claſſem ad reſtituendam ſocero Siciliæ inſulam ſubmitteret: tum graues adiecit querelas, ipſum in Aragoniam, parta antea victoria, ſe recepiſſe: cum vniuerſa inſula, illius potentiæ terrore fracta, ad officium rediturafuiſſet. Vrſit denique, vt clientes ſuos, qui ſub Friderico ſtipendia facerent, reuocaret ab illius obſequio, atque oratores inſulanorum, qui Carolo ſe ſubmiſerant, benigne exciperet, ac maritimis auxilijs muniret.

Rex Aragonum ad ferendam Carolo opem ſolicitatus. f Ibid. ep. cur.74.

19 Geſſiſſe illum morem apoſtolicis precibus, refert Surita g, ac regio edicto Aragonios & Catalanos intentata bonorum mulcta ex inſula Siciliæ reuocaſſe: tum etiam claſſem ad redigendam in ſoceri poteſtatem Siciliæ inſulam ornaſſe; cui Rogerius Loria præfectus ad Pontiæ inſulæ oram Siculos magno prælio deleuit h. Sed contra terreſtri certamine inſulani ſuperiores fuere i, ac Regis Carolicopias duce Blaſco Alagone fudere, Gualteriumque Brenenem comitem ceperunt.

Pontificijs voluntatibus ſe accommodat Iacobus. g Surit. annal. l.5. c.42

20. 21 Suſpenſa itaque dubijs ſucceſſibus victoria, Bonifacius non ingentia modo ex Genuenſibus & Aragonia, verum ex Gallijs quoque ſubſidia comparare niſus eſt: Robertum enim Atrebatenſem comitem ad vindicandas eccleſiæ Romanæ iniurias, decimis illi in nonnullis ipſius ditionis diœceſibus conceſſis l, ſolicitauit. Alijs etiam literis m permiſit, vt eaſdem decimas ad triennium colligeret: tum etiam malis artibus, vſuris nimirum & rapinis, quæſitas opes, quarum domini iuſti non reperirentur, in eiuſdem apparatus bellici ſumptus deriuaret n. Præterea Carolum Valeſium Galliarum Regis fratrem excuſit, tum vt eius opera aduerſus Siculos, tum ad comprimendas exorientes in Italia factiones verteretur: quem etiam vt alliceret obtinendi imperij ſpem ei dediſſe ferunt o, vtque gerendo bello neceſſaria adornaret, decimas Galliarum nonnullarumque imperij prouinciarum attribuit: ſed exitus conſilijs non conſentire, vt dicetur inis locis.

h Ib.c.46.& m ſ. de reb. Sic pag.86. i Ibidem. Comparata a Bonif vndique ingentia auxilia. k Roberto comiti Atrebat. in Siculos ſe accingenti attributæ decimæ. l Lib.6. ep. cur.21 m Ep.43.& 24. n Ep.22. Exercitus aduerſus Siculos Carolus Valeſius. Et factiones Italicas. o Io Vill. l.8.c.42. Iniecta illi imperij ſpes.

22. &c. Emerſere eodem tempore in Etruria Alborum ac Nigrorum perdiſſimæ factiones, quæ in alias Italiæ partes ſerpere cœperunt; ad quas ſedandas, & alias plurium Italiæ prouinciarum res componendas, Matthæus Aquaſpartanus epiſcopus Portuenſis miſſus a Bonifacio eſt. Scribit Villanus a, illum Florentiam menſe iunio huius anni acceſſiſſe, magniſque honoribus exceptum: cumque reſpirando vrbis ſtatui ſtudium applicare cœpiſſet, exortis nouis odijs, aduerſas voluntates conciliare non potuiſſe; quod Dinus Compagnus oculatus teſtis confirmat b.

a Io. Vill. l. 8.c.19. Legati ad Florentines concilandos ſtudia. b Din Comp. l.3. hiſt. c Siff. epiſt. l.2 & alij. Principes electores eccleſiaſtici in Albertum coniurant.

25, &c. Excitatas quoque in Germania hoc tempore maximas turbas, ſcribit Siffridus c, ac tres electores principes archiepiſcopos Gerardum Maguntinum, Treuirenſem Adolphi occiſi Regis fratrem, & Colonienſem aduerſus Albertum conſpiraſſe. Quibus addit Henricus Rebdorfenſis d, eos principes, facta in Albertum coniuratione, Rodulphum ducem, eundemque comitem Palatinum excluſiſſe, contendiſſeque ad Palatinum comitem ex ſuſcepta inueterata conſuetudine ſpectare, vt in controuerſijs, quæ in Romanorum Regem mouentur, tamquam iudex ſententiam ferat: intentaſſe Alberto capitale crimen ob Adolphum Regem interfectum, atque ideo a gubernaculis imperij remouendum: at Albertum, comparato mox maximo exercitu, electores armorum vi ad ſua imperia accipienda coegiſſe.

d Henr. Rebdorf in ann Caſi Adolphi indicium illi intendit. Armorum vi ad Alberti obſequium reuocati.

33. &c. Hoc anno, cum orientalium Chriſtianorum Regum reportatæ de Saracenis victoriæ tanta in occidente increbuiſſet, conficiendæ in terram ſanctam expeditionis conſilium Bonifacius ſuſcepit, eaque occaſione ad cogendas ex toto orbe Chriſtiano decimas incubuit; quo argumento plures extant literæ e. Cæterum parum pontificijs deſiderijs principum ſtudium reſponuit; Ioannes tamen Britanniæ dux, pietate incenſus, ſacro bello ſe deuouit, quem Pontifex literis ſuis magnis laudibus extulit f. Duxiſſe illum in Syriam crucefignatum exercitum non reperio, ac facile ab arduo conſilio deterritum arbitror, cum nouas Syriæ euerſiones intellexiſſet: hoc enim anno Caſſanus, cum mente ac animo euolutis apud Damaſcum reſtas bello vires recreaſſet: *ecce*, inquit Aytonus, *rumores venerunt de quodam ſuo conſanguineo nomine Baydo, qui ingreſſus fuerat regnum Perſarum, damna Caſano plurima inferendo: & quia dubitabatur ne deteriùs faceret, conſultum fuit Caſano, quod ad propria remearet. His itaque rumoribus ſuſcitatis, Caſanus præcepit maiori duci ſui exercitus, qui vocabatur Cotuloſſa, quod cum parte exercitus ad cuſtodiam regni Syriæ remaneret, & Molay ac alijs Tartaris, qui erant in terra Gazara, mandaret, quod obedirent Cotuloſſa, quem dimiſerat loco ſui. Poſt hæc ordinauit Caſanus bannos & retiones ſuper qualibet ciuitate, & tradidit ciuitatem Damaſci * Capchirk proditori ſuperius nominato, nondum enim Caſanus cognouerat velle ſuum. Poſtea vocari fecit ad ſe Regem Armeniæ, & ſuum ſibi referauit receſſum, dicens: Libenter tradidiſſemus terras, quas acquiſiuimus, cuſtodiendas Chriſtianis, ſi veniſſent, & ſi venerint, Cotuloſſa dabimus in mandatis, quod eis reſtituat omnes terras, quas hactenus tenuerant, & ad reparationem caſtrorum det eis ſubſidium opportunum.*

e Lib 6.ep. 104.adita Io: dux Britan ab expeditione Syriæ reuocatus. f Ib.ep.178. Syrię conuerſiones.

* al. Calphack Dat imperia, vt Chriſtianis reſtituatur Paleſtina.

His omnibus ſic completis, Caſanus arripuit iter ſuum, tendens verſus Meſopotamiam: cumque ad flumen Eupraten peruenifſet, mandauit Cotuloſſa vt dimiſſis Molay viginti millibus Tartaris, ad eum cum reſiduo exercitu accedere feſtinaret. Cotuloſſa quidem fecit, ſicut receperat in mandatis: vnde Molay ſtetit in cuſtodia regni Syriæ pro Caſano: & ſuadente Capchirk proditore, Molay ſe tranſtulit verſus partes Ieroſolimitanas in quodam loco nominato Gaur, vbi pabula pro equis & alia neceſſaria inueniret. Aeſtiuo vero tempore adueniente, Capchirk præfatus, qui erga Caſanum ſæpedictum conceperat falſitatem, occulte miſit ad Soldanum, quod redderet ſibi Damaſcum, &

Molay Hieroſolymas tenuit.

Damaſci defectio.

alias terras, quas Casanus & Tartari occupauerunt in Regno Syriæ. Et Soldanus promisit Capchick, quod sua, qua promiserat, adimpleret, sibi daret perpetuo dominium ciuitatis Damasci, & de thesauro suo ejus magnam partem, & sororem suam sibi traderet in uxorem. Et ita post modicum temporis spatium Capchick, rebellis effectus, fecit omnia castra Tartaris rebellare; spes enim illorum erat apta aliud tempus, in quo Tartari non poterant equitare, regno suis subsidium impertire. Quando Melay vidit, quod omnes terræ rebelles facte fuerunt, non fuit ausus fugere cum tam modica gentium quantitate: unde per viam breuiorem se transtulit ad regnum Mesopotamiæ, & notificauit Casano omnia, quæ in regno Syriæ euenerant seriatim. Casanus vero tunc non potuit aliud facere per æstum temporis: sed veniente tempore hyemali super litora fluminis Euphratis sunm fecit maximum apparatum. Quæ dein fine secuta, sequenti anno dicetur: nunc reliquas orientis res coniungimus.

Tartarorũ e Syria fuga.

36. 37 Erupisse per hæc tempora tunesta Turcarum imperij initia Laonicus Chalcondylas a Atheniensis, & Cardinalis Baronius b obiernant. Post soldanum enim Azanem pulsum Asia a Tartaris, Turci Græcis, a quibus in aduersis excepti cultique fuerant c, improbam gratiam retulerunt, grauisque intulerunt clades, quas describit Nicephorus Gregoras, nimirum Turcas cum nullus exercitus Græcorum in Asia staret, Græcos Asiaticos subegisse, eorumque prouincias inter se partitos esse hoc modo: *Carmano Alisurio*, inquit, *pleraq; mediterranea Phrygiæ obuenerunt vsque ad Philadelphiam, & proxime Antiochiam, ad Mæandrum fluuium sitam. Quidquid inde est Smyrnam vsque & ad interiorem Ioniæ oram Sarchani cuidam obuenit. Nam Magnesiam Priene, & Ephesum alius nomine Sajan interceperat. A Lydia & Aetholia vsque ad Mysiam ad Hellespontum sitam, Calames & filius eius Cerasus obtinebant. Qua circa Olympum sunt & Bithyniam omnem Atman a fluuio Sangario ad Paphlagoniam vsque Amurij filij inter se partiti sunt.* Hæc Gregoras, qui Atman vocat, quem Chalcondilas d Ottomanem appellat: in cuius successoribus reliquorum principatus postea coaluere, atque ita is Turcarum primus Rex collocatur, qui Prusiam Mysiæ vrbem fame subegit, atque in ea regiam constituit: tum ad stabiliendum regnum vertis studijs, prætorianos milites lectissimos sibi comparauit, quos ianuas siue portas appellauit: suique terrorem adeo omnibus incussit, vt ad exequenda ipsius imperia mox impigre prouolarent. Auxere prosperos barbarorum successus Græcorum discordiæ, cum Andronicus Michaelis filius senioris Andronici nepos, pellectis in defectionem pluribus, auo suo per vim & nefas sceptrum eripere meditaretur; ita enim Turcæ resistente nemine, Asiaticos Græcos oppressere, atque inrantam hodie potentiam Christianorum ignauia assurexere, vt oppressa Christiani orbis parte iam reliquam perditidient, ni impios illorum conatus Deus reprimeret.

a Nicephor. Greg. hist. l. 7. Turcicum imperium oritur.

b Baron. in annis m.f. c Nic. Greg. hist. l. 7.

d Laonic. Chalcond. de reb. Turcicis l. 1. Prusa ab Ottomano subacta regia Turcarum sedes facta. Græcorũ schism. discordiæ barbaris sugendæ potentiæ occasionẽ iniecere,

IESV CHRISTI
Annus 1301.

Indict. 14. BONIFACII PP.VIII. ALBERTI ROM. REG. 3. annus 7. ANDRONICI IMP. OR. 18.

e Ieremi. c. 1 1. 2 BOnifacius illius diuini oraculi: *Ecce e constitui te super gentes, & super regna, vt euellas & destruas, & ædifices & plantes*; non immemor, Albertum Germanici imperij, ac Boemum regni Hungarici inuasores in iudicium vocauit: & Maguntino, Colonienſi, ac Treuirensi archiepiscopis prouinciam Alberto deruntiandi dedit a, vt oratores suos ad sedem Apostolicam mitteret ad impositum sibi læsæ maiestatis crimen, quo cæso Adolpho Romanorum Rege se deuinxerat, purgandum; ac si pontificia imperia respueret, illius subditos sacramenti religione liberatum iri, Romanumque Pontificem diuinarum humanarumque legum pœnas ipsi irrogaturum: eodemque argumento ad cæteros principes electores literas dedit b.

Postulati iudicio a Bonif. duo Reges.

a Bonif. 7 ep. cur. 5.

3 Paruisse iussis apostolicis principes electores ecclesiasticos, ex Henrico Rebdorfio colligitur c; ait enim: *Circa festum B. Michaelis dux Rodolphus & comes Palatinus prafatus ab electoribus Imperij Moguntinensi, Colonienſi, & Treuirensi archiepiscopis vocatus fuit ad Rhenum contra prafatum Regem Albertum: vnde idem principes contra ipsum Albertum conspiraverant, eligentes ipsum Rodolphum pro iudice, & asserentes ad comitem Palatinum pertinere, quod sit officium Palatina dignitatis ex quadam consuetudine de causis cognoscere, quæ ipsi Regi mouebantur. Quare contra Regem proposuerunt, quod dominum suum proprium, scilicet Regem Adolphum occidisset, ideo Rex esse non posset, & ad depositionem ipsius cogitabant.* Ad perducenda porro suscepta consilia Bonifacius Angelum episcopum Nepesinum, legati apostolici auctoritate instructum, in Germaniam misit, quem ad munus strenue obeundum hortatus est d. Infectatus etiam est Alberti studiosos, vt ex literis ad Constantiensem & Basilieusem episcopos missis constat e. Vt vero Bonifacius Alberti electionem post biennium confirmarit, quo eius operæ aduersum Galliarum Regem vteretur, dicetur inferius Nunc ad Hungaricas Res sermonem traducimus,

b Reg. post cand. ep. c Henr. Rebdor. in ann. Obsequuntur pontificijs imperijs.

Nepesinus episc. in Germ. missus legatus d Lib. 7. ep. cur. 11. e Ibid. cur. 12.

4 &c. Cum Hungari, alij Carolum Caroli II. Siciliæ Regis ex Carolo Martello primogenito defuncto nepotem, cui archiepiscopus Strigonienſis regiam coronam impoſuerat, Regem saluarent: alij Regis Boemiæ filium elegissent, illumque f a Colocensi archiepiscopo corona rediniri curassent, atque ita interstino bello Hungaria laboraret, & barbarorum insidijs ac periculis cingeretur; Bonifacius Ostiensem episcopum, legati a latere dignitate auctum, in Pannoniam misit g; munusque illud etiam in Polonia, Dalmatia, Croatia, Rascia, Seruia, Lodomeria, Galatia, & Cumania, ita gerere iussit, vt tamen in Hungaria tantum insignibus, quibus in transmarina expeditione Cardinales legari ornari solerent, vteretur.

f Ferum. c. 1 Ptolem. Lucens. hist. eccl. l. 24. c. 9. Nonnulli proceres Hung. filiũ Reg. Boem. eo cant. g Lib. 7 ep. cur. 15. Colocensis archiep. legato adhæretur. h Ep. cur. 78 Postulatur iudicio apud sedem Apost.

7. &c. Profectus in Pannoniam legatus, cum regnum ingressurus esset, Colocensis archiepiscopus Vvenceslaum iuniorem Regis Boemiæ filium corona Hungarica cingere ausus est. Quo accepto facinore, Bonifacius legato prouinciam dedit h, vt incusso amittendæ dignitatis terrore sedi Apostolicæ illum se sistere iuberet, vt obiecta sibi crimina diluceret. Hæc vero ipsi maxime imposita sunt, coronandi Regis munus sibi non debitum inuasisse: illum diademate ornasse, qui nulla successionis iura obtineret: si quid dubij in eligendo Rege visum esset, sedem Apostolicam consulendam fuisse: remtentasse, cum iam Carolus Siculi Regis nepos a Strigonienſi electus regia corona fuisset redimitus: iura sedis Apostolicæ, ad quam Hungaria ex Stephani primi Regis concessione iure stipendiario pertineret, infregisse.

i Ep. cur. 77 Vvenceslaum Regem Boem. hortatur Bonifacius vt Hungarico regno abstineat.

10 Similliinas querelas apud Regem Boemiæ effudit i, vtitque vt sua sponte, quæ minus prudenter tentata erant, reuocaret: perpenderet, quo tandem

eandem successionis iure vel titulo filius sceptrum Hungaricum sibi arrogaret: temeritatem Colocensis archiepiscopi, qui Regis consecrandi prouinciam ad se non spectantem affectarat, nullum ipsi ius tribuere: regni illius supremum imperium ad Romanum Pontificem spectare, atque in ea controuersia excipienda eius iussa: labefactatum iam Tartarorum & Cumanorum armis iacere illud regnum, quod amea efflouerat, ac magis iam hoc temerario facto lacerandum: si qua iura sibi in Pannonia aut prouincijs sibi vindicet, coram sede Apostolica disceptet; ea omnia integra atque illibata seruatum iri.

11. &c. Inter hæc cum emergerent in dies noui tyranni, qui ditionem pontificiam discerperent, ad eos comprimendos, atque in officio populos continendos, præpotentis alicuius ducis operam sibi necessariam a duxit. In eam rem iam ante elegerat Carolum Valesium Philippi Galliarum Regis fratrem Andium comitem, qui hoc anno in Italiam florentissimo stipatus exercitu venit, vt ingentia consilia, quæ agitabat, ad exitum perduceret, atque a Bonifacio magnis honoribus exceptus est. Creauit illum in primis pontificiarum copiarum ducem, vt non modo perduelles Ecclesiæ in ecclesiastico principatu debellaret, verum etiam eos, qui ipsius Ecclesiæ ficitimos oppugnarent, coerceret: de quo ipsi iniuncto munere diploma exaratum b. Præterea vt maiori auctoritate Carolum decoraret, Æmiliæ comitatus, Britenorij, aliorumque locorum circumiacentium, Spoletini ducatus, Massæ Trabariæ, terræ S. Agathæ, ac marchiæ Anconitanæ administrationem ei contulit c, ac proceres, vrbiumque & oppidorum magistratus, vt ipsius imperijs parerent præcepit d, quem tandem auxit e, ex sacri senatus consilio, in ea Etruriæ parte, quæ imperio obnoxia erat, pacis publicæ arbitri iam ante a Clemente IV. instituta dignitate, vt eam prouinciam Alborum & Nigrorum, qui Guelphis & Gibellinis permixti erant, factionibus laceratam pacaret. Tum Matthæum episcopum Portuensem legatum in eadem Etruria creauit f, vt diuina humanaque auctoritate coniunctis, prouinciæ facilius in concordiam redigerentur. Scribunt Ioannes Villanus g & alij, veniente cum exercitu Carolo, quem plures Florentini, Etrusci, ac Flaminij exules factionis Guelphæ & Nigræ stipabant, Florentiam ancipiti motu concussam, fuctuasseque num ipsi armis obsisterent, an peramanter excipierent: cumque is ad conciliandas aduersas partes se venisse testaretur, publicæ rei gubernacula illi permisisse recreauisse tamen maiores motus, conspirationesque in Carolum conflatas magna Albæ factionis inuidia, quæ admodum ob id depressa, pulsaque est in exilium. Inter cæteros Albarum partium Dantes Aligerius ejectus, qui aduersa sua forte literis se dedidit, magnaque poeticæ artis laude apud Italos effloruit.

17 Admissus h etiam est in gratiam Conradus Spinula, qui insulanis Siciliæ & Aragonijs maxime fauerat, ac dein partibus Ecclesiæ accesserat; datoque Porcherto Spinulæ Minoritæ, qui ecclesiam Genuensem administrandam susceperat, prouinciam, vt ipsum censuris, quas contraxerat, solueret: tum Genuenses sacramento adigeret, nulla auxilia Friderico contra Carolum præstituros. Verum alij moderandis reipublicæ gubernaculis admoti, eos qui huiusmodi sacramento se deuinxerant, publicis muneribus deiecere, atque ab ecclesiasticis contendere, vt ipsos fidelium communione segregarent. Sed cum tam audax magistratuum facinus pernicioso exemplo esset, Bonifacius munus Porcherto commisit i, vt reipublicæ proceres ad ea decreta renocanda permouerent, ac si imperia detrectarent, ipsos in iudicium apud sedem Apostolicam vocaret.

18. &c. Hoc anno Maria Regina Castellæ oratores ad Bonifacium misit, vt filios e Sancio a se susceptos legitimorum natalium dignitate ornaret. Erant ij Fernandus, qui in paterna regna successerat, Petrus, Philippus, Isabella, ac Beatrix quos Pontifex iustorum natalium honore ac prærogatiua decorauit, siue ad bella ciuilia sedanda, siue Sanctium iuste regnum gessisse censeret, cum ipse pari exemplo in Siciliæ successione Caroli II. non illius primogenitii filium, sed ex superstitibus liberis tantum maiorem natu antepositum viderimus, siue alias ipsum ad id rationes permouerent.

24 Quocirca anno præcepit Bonifacius a, ex sacri senatus consilio, ne in patriarchalibus sedibus Constantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, atque Ierosolymitana, quamdiu sub schismaticorum aut infidelium iugo ex ecclesia lugerent, ipsarum canonici inconsulta sede Apostolica patriarcham eligerent; ac si quid contra id pertentarent, illud auctoritate apostolica consulsit. Huic decreto occasionem dedit b, sublato e viuis Petro patriarcha Constantinopolitano Latino, abientibus cæteris canonicis, vnum qui reliquus erat, electionem patriarchæ celebrasse, quamuis electus postea ius suum, si quod obtinuisset, Pontificis arbitrio permisisset.

25 Eodem anno seueritas in hæreticos adhibita est, non in viuos modo, sed in sepultorum etiam cadauera. Tradit Bernardus c, Armanni, siue Hermanni cuiusdam hæretici corpus, quod sanctorum honoribus annis triginta supra vnum Ferrariæ ab imperita plebecula cultum fuerat, sacræ fidei censorum iussu exhumarunt, ac publice combustum fuisse; eiusque aram, quæ magnifice adornata erat, euersam & dissectam fuisse; qua de re meminit etiam Iordanus d. Eodemque anno: *Venit*, inquit, *annalium Dominicanorum Colmariensium* scriptor e, *de Anglia virgo decora valde, pariterque facunda, dicens Spiritum sanctum incarnatum in redemptionem mulierum; & baptizauit mulieres in nomine Patris, Filij, ac sui. Quæ mortua dudum fuit in Mediolanum, ibi & cremata.*

26 Aucta sunt hoc anno grauissimæ inter Pontificem & Francorum Regem discordiæ semina: cum etiam tum Bonifacius Gallicum genus maximis afficisset beneficijs, & Adolphum Romanorum Regem, ne Eduardo Anglorum Regi & Guidoni Belgij comiti coniunctus Gallias occuparet, opportune repressisset f; vires opesque ad subijciendam Gallis Siciliæ insulam contulisset g, Carolum Philippi Regis fratrem imperij vicarium h in Etruria, ac ditione ecclesiastica præfectum i creasset; eucherequo illum ex nonnullorum sententia ad occidentale imperium l, & certe ad orientale m eripiendum Græcis, promouere anniteretur, vt Gallorum armis sul us Syriam Christi cultui restitueret: quod ob Cassani Regis Persidis erga Christianos studia facillimum videbatur; Philippumque ad glorioſissimam vrgeret expeditionem n: repente, malorum impulsore diabolo, non sine graui Philippi Regis & administrorum culpa, perniciale partum est dissidium ex his initijs. Inuadebat Philippus, politicorum subornatus consilijs, ecclesiarum iura o non modo in Rhemensi p, Carnutensi q, Laudunensi r, Pictauiensi s; sed maxime in Lugdunensi t, Narbonensi u, Appamiensi x, quarum trium postremarum præsules ad Philippi tempora earum vrbium dominatu potiebantur. Contigit vero vt Bernardus Appamiensis episcopus, qui magnam litem de Appamiarum imperio cum Rege & Rogerio Fuxi comite habuerat y, in crimen vocatus z sit, inter

Carolus Valesius magnis honoribus a Bonifacio exceptus.

b Ead. ep. Parere iussi illius in perijs vrbis magistratus.

c Ep. cur. 71 d Reg. post cond. ep. e Ep. cur. 70 Dio Comp. in Sebast. Pacandæ Etruriæ partes ipsi impositæ.

f Ep. cur. 111. Progressus Florentiâ cum exercitu Carolus magna pompa excipitur. Dantes Aligerius multatur inter cæteros exilio.

g Io. Vill. l. 8. c. 48. h Ann. 1301. n. 10. c. 8. i Ann. 1301. n. 15. & alij

k Ep. cur. 121.

l Ep. cur. 1.

Sancij Castellæ Regis filij natalium dignitate a Bonifacio donati. Patriarchalium canonici inconsulto Rom. Pont. patriarchas designare vetiti.

a Lib. 7. ep. cur. 22. Ext. vnam in extrauag. sanctæ Romanæ Ecclesiæ De elect. b Ibid. c Bern. in chro. Rom. Pont. d Iord. in s. Vat. fgm. p. 960. e Annal. Domin. Colm. hoc ann. f Ann. 1296. n. 18 19. 20 27. g Ann. 1295. n. 20. & seq. an. 1296. n. 7. & seq. an. 1297. n. 1. & s. q. ad 25 an. 1298. n. 1. & seqq. ann. 1031. n. 15. h Bonif. l. 7. ep. 10. i Lib. ep. 89. & 71. Io. Vill. l. 8 c. 61. S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 8. §. 10. m Iord. vbi sup. Bonif. l. 7. ep. cur. 101. n Lib. ep. 328 Iord. in s. Vat. fgm. n. 1960. Io. Vill. S. Ant. vbi sup. p Ann. 1299. n. 23. 24. q Ann. 1290 n. 29. r Lib. 4. ep. 259. s Lib. 4. ep. 471. t Lib 3. ep. 67. & l. 4. ep 325. 327 & Ann 1290 n 29. u Ann 1300. n. 37. & Ben XI. ep. con. 6 30. x Ann. 1295. n 52. y Lib. & An. 1299 n. 25. z Lib. 7 ep. 328 Iord. vbi sup.

Philippiæ Bonifacij diſſidia,

inter alia iactaſſe Appamias Gallicæ coronæ non obnoxias eſſe ; ac pluribus dicterijs famam regiam proſciciſſe : forma quidem Philippum cæteris antecellere, ſed virtutibus vacuum eſſe. Quibus laceſſitus Rex, violata eccleſiaſtici ordinis immunitate, immiſſo ſatellitio epiſcopum honeſte ad ſe deduci iuſſit a ; deinde archiepiſcopo Narbonenſi cuſtodiendum tradidit, veluti læſæ maieſtatis reum ; atque accuſationis capita in Appamienſem epiſcopum ad Bonifacium miſit b.

a Lib 7. ep. cur. 109.

b Eod. l. 7. ep. 328.

27. 28 Cenſuit Bonifacius hæc a calumniatoribus ad regendum ſcelus conficta in epiſcopum : atque aſſerendæ immunitatis eccleſiaſticæ cupidus, Philippo denuntiauit c, ipſum cenſuras contraxiſſe, ni alias graniores facti rationes afferret ; præcepitque, vt præſulem Appamienſem dimitti ex Narbonenſis archiepiſcopi cuſtodia, atque ad ſedem Apoſtolicam venire permitteret : reſtitueret eccleſiæ Appamienſi occupata bona, nec in poſterum ſacras opes diriperet. Denique ſubdidit : *Nos eum dicto archiepiſcopo damus per alias noſtras literas à in mandatis, vt eundem epiſcopum liberet, & ad nos venire permittat, non obſtante cuſtodia, quam a te de eo dicitur recepiſſe.* Dat. *Lateran. non. decembris anno* VII.

Inuncta archiep. Narbon. prouincia vt Ep. Appamien. cauſam cognoſcat.

c Ep. eur. 109. Iord. vbi ſup. & alij.

d Lib 8 ep. cur 110.

28. 29. 30 Præterea *Philippus*, inquit S. Antoninus e, *epiſcopatus vacantes cum eſſent, bona epiſcoporum diripiebat, & inueſtituras eorum fieri volebat. Quamobrem Bonifacius, vt magnanimus & audax, neminem timens, cepit contra eum agere tamquam inimicum Eccleſiæ, & ad efficacius procedendum vocauit per literas apoſtolicas & nuncios ſpeciales omnes epiſcopos & prælatos Franciæ ad Vrbem ad celebrandum concilium.* Extant eæ literæ f, e quibus conſtat, Bonifacium non modo cleri, ſed populi etiam Gallici, cum plus æquo a Philippo grauaretur, libertati conſulere voluiſſe, aliaque mala ingentia abolere ; hiſce enim verbis concepta fuere apoſtolica imperia.

e Ant. 3 p. tit. 20. c. 8. §. 10. Io. Vil. l. 8. c. 62. Paul. Aemil. in Phil. Pul. & alij.

f Lib. 7 ep. cur. 103. Aggreditur Bonifacius oppreſſæ omnium prudum libertati conſulere.

Bonifacius, &c. Vos fratres archiepiſcopi & epiſcopi, nec non electi, doctores, & magiſtri, perſonaliter ; vos vero capitula per procuratores idoneos cum ſufficienti mandato, & informatos plenius, noſtro vos conſpectui præſentetis, vt ſuper præmiſſis & ea contingentibus veſtra poſſimus habere conſilia, qui apud eundem Regem ſuſpicione careatis, & ſibi & regno accepti eſtis & grati, & diligitis ipſum Regem ; nec non tractare, dirigere, & ſtatuere, procedere tacere, & ordinare quæ ad honorem Dei & Apoſtolicæ ſedis, augmentum catholicæ fidei, conſeruationem eccleſiaſticæ libertatis, ac reformationem Regis & regni, correctionem præteritorum exceſſuum, & bonum regimen regni eiuſdem viderimus expedire. *Dat. Lateran. nonadecembris anno* VII. Cum vero Philippus Rex, prærogatiuarum ipſi ac deceſſoribus ſuis, ab ſede Apoſtolica conceſſarum ſpecie, ius eccleſiaſticum politicorum conſilio obtereret, Pontifex eas omnes ſibi exponi, atque ad id tempus carere viribus iuſſit : ac Philippum, ne id grauate acciperet, monuit g.

g Prærogatiuas a ſe Ap. Regi Franc. conceſſas ad tempus ſolui renuntiat. g Ep. cur. eod. h Ant. 3 p. tit 20. c. 8. § 7. Paul. Aemil. in Phil. Pulc. & alij. i Sanuto. l. 3. j Paul. Aem. vbi ſup.

31 Denique cum inſtaurare Chriſti cultum in Syria percuperet, ac Guiſcardum Caſſani Tartarorum in Perſida Regis oratorem ad iungenda cum ipſo in Mahumetaros arma occidentis excepiſſet ; quem etiam a Caſſano ad Francorum Regem miſſum referunt auctores h, tum ad Carolum Siciliæ Regem perrexiſſe ex vetuſto regij tabularij regeſto ſcribit Summontius i ; omni ſtudio, & contentione Francorum Regem ad ſacram conficiendam expeditionem adducere ſuis literis l niſus eſt. Huiuſmodi vero apoſtolicæ literæ Philippo Regi, qui a ſuis aſſentatoribus depraui, non moneri officij conſueuerat, ingratæ adeo extitere, vt iras grauiſſimas conceperit in Bonifacium ; ac poſtea a Clemente V. obtinuerit, vt ex quoque litere ex regeſto pontificio maiori ex parte, in qua nimirum grauioribus imperijs, aut iuſtis minis, vel aſperiore verbo percellebatur, exponebanturque eius facinora, eraderentur : de quibus raſuris extant in regeſto publicæ tabulæ.

Spreta a Phil. monita apoſtolica.

32. &c. Ea quæ magno pietatis ſtudio Pontifex pro Gallorum bono, ac fide amplificanda conſtituerat, a Philippo Rege diſturbata fuere ; veritoſque præſules ad concilium venire dicturi ſumus inferius : ſpretaque pariter ab eo, improborum politicorum, apoſtolica monita in alienos ſenſus diſtorquentium, conſilio, rerum terræ ſanctæ inſtauratio, vt deplorat S. Antoninus a. Principibus autem occidentalibus Syriæ recuperationem, amplificationemque religionis non curantibus, miraculo ac prodigio fuit, imbelles mulieres, diuino amore incenſas, Chriſti cultum Paleſtinæ reſtituere aggreſſas eſſe. Fuerunt ex Genuenſes matronæ præclarum facinus digniſſimæ, vt earum memoria nulla vnquam temporis obliuione deleatur. Ad comparandam enim claſſem bona ſua contulere, atque etiam ipſarum aliquæ, magna conſtantia, vt ſe militum obſequijs deuouerent, obuia omnia pericula penetrarunt. Traxere alias etiam mulieres præclaro illo exemplo, quæ monilia & gemmas diſtraxere, vt militem ad defendendam Chriſti cauſam in Saracenum armarent ; quarum conſilium Bonifacius valde collaudauit b. Præfecti illius claſſis fuere Benedictus Zachariæ, Lanfrancus Tarrarus, Iacobus Lomellinus, & Ioannes Blanchus, ad quos Pontifex hæc ſcripſit c : *Nobilitatem veſtram monemus, rogamus, hortamur attente, obſecrantes in Filio Dei Patris, quatenus cum dictarum mulierum ſubſidio aperiatis viſcera pietatis ad dicta terra ſuccurſum, ſicut athleta ſtrenui Crucifixi, vt in preſenti diuinam conſequamini gratiam, & in futuro gloriam ſempiternam.* Alijs vero literis eos hortatus eſt d, vt non ſua, ſed quæ Ieſu Chriſti in ea expeditione quærerent.

a Ant. 3 p. tit. 20. c 8. §. 8. Matronæ Genuenſes muliebrem ornatū ad claſſem in Saracenos inſtruendā diſtrahunt Magna Regum infamia, tam glorioſo opere a fœminis ſuperari. b Lib. 7 ep. cur. 61. Genuenſi claſſi præfecti. c Ep. cur 58 Excitati ad rē ſtrenue gerendam. d Ep. cur. 60

35 Ad plures in arma concitandos pro Chriſtiana religione tuenda, boniſque in tam pium opus conferendis, prouinciam dedit Porcherto Spinulæ Minoritæ eccleſiæ Genuenſis adminiſtratori (quem poſtea ob præclaras eius virtutes, Genuenſi archiepiſcopatui reſtituit e) vt Genuenſibus ſignificaret, petita a prænobilibus illis viris, ac matronis fuiſſe ab Apoſtolica ſede admiſſa f, populos pro concione ad ſequenda crucis ſigna induceret, aliorumque ad id operam adhiberet : tum vt profecturos in terram ſanctam apoſtolica auctoritate cruce inſigniret : quibus omnibus conſuera indulgentiarum præmia conceſſit.

Porchetto Minoritæ Genuenſi archiepiſcopatui reſtituto. Aſiaticam expeditionem promouere iuſſus. e Ep. 186. & 189. f Ep. eur. 57

36 Quæ vero geſta ſint a Caſſano & alijs Chriſtianis hoc anno, ita refert Aythonus g : *Tranſmiſit Cotuloſſam cum triginta millibus equitibus Tartaris, & præcepit, quod quando ad partes Antiochiæ peruenirent, Regem Armeniæ contractaret et alios Chriſtianos partium orientis et Cypri, et adiungeret eos ſibi : et dum Caſſanus cum robore ſui exercitus ſequeretur, in regnum Syriæ introiret. Predictus itaque Cotuloſſa fecit ſicut habuit in mandatis.* Et infra : *Cum parati eſſent voluntaria Chriſti ſeruitia adimplere, eccenumer venit de quadam infirmitate Caſſani, qua taliter vexabatur quod de conualeſcentia medici totaliter deſperabant : vnde Cotuloſſa cum ſuis Tartaris rediit ad Caſanum : Rex etiam reuerſus fuit in Armeniam, et alij Chriſtiani, qui venerant ad inſulam Anteradruſem, redierunt in Cyprum : et ob hanc cauſam inceptum terra ſancta negotium fuit totaliter derelictum. Hoc accidit anno Domini* MCCCI. His conſentanea referuntur a Sanuto h.

Caſanus orientales Chriſtianos cōgregat in Saracenos. g Ayton. hiſt orien. c. 41. In procinctu morbo tentatur. h Sanut. l. 3. p. 13. c 10. De amplexa a Caſano Chriſti fide plurimi ſententiæ. i Veſſ. Flo hiſt ann. 1299.

37 Quod porro ad Caſanum ſpectat ; ſuſcepiſſe illum Chriſtiana ſacra teſtantur Vvettmonaſterienſis i,

Ioan-

a Io. Vill. l. 8. c. 35. b Vualsing. in Eduar. 1. c. Ant. 3. p. tit. 20. c. 8. §. 9.

Ioannes Villanus a, Vualsinghamus b, S. Antoninus c, ex quorum vltimo piam historiam referemus: *Quando ille Cassanus fuit creatus Imperator Tartarorum, fecit inquirere inter omnes mulieres, quæ esset omnium speciosior, vt illam sibi acciperet in vxorem, non attendens nec ad thesauros, nec ad alia huiusmodi. Et cum destinassent plurimos per partes orientis ad hoc perquirendum, tandem compertum est & indicatum, quod filia Regis Armenia esset pulchrior omnibus. Hac igitur postulata a Cassano, pater assensum præbuit, si puella hoc gratum foret. Illa vt prudens, pudica, & Iesu Christi deuota, respondit se paratam patri obedire in hoc; ita tamen si sibi libertas daretur colendi Iesum Christum suo modo, quamuis Cassanus tunc esset paganus: & acceptauit conditionem Cassanus per oratores suos. Quamobrem Rex Armenia misit filiam suam ad Cassanum, associatam cum germano suo religioso viro, & cum alijs religiosis & nobilibus viris ac mulieribus, vt eam in vxorem haberet: quæ cum applicuisset, multum complacuit sibi in ea. Ex qua cito filium suscepit, sed ita deformem & turpem, vt vix in eo humanitas appareret.*

Vt infigni miraculo ad Christi pellectus fit.

Cassanus super hoc consilium sumens cum Satrapis, & sapientibus suis collatione simul facta, ab eis responsum accepit, hoc ideo accidisse, quia ex adulterio conceperat, & ideo ipsam cremandam esse cum prole sua. Determinatione ea facta, quamuis hoc graue esset Cassano propter amorem ad illam conceptum, populus quoque ciuitatis condoleret, cum regus ad hoc pararetur, sibique significata fuisset mors sua, postulauit ille hanc sibi gratiam fieri, vt more Christianorum sibi iuxta confessionem facere, & communionem sacram suscipere, & filium illum suum baptizari. Quibus peractis, & paruulo illo baptizato in debita forma, subito puer mutatus est in alterum, & apparuit ita pulcher & gratiosus, sicut quicumque alius in orbe reperiri posset. Ex tam euidenti prodigio nimis lætificatus Cassanus, non solum nunquam esse voluit vxorem suam cum prole a morte; sed eam quoque Imperatricem decreuit, & cum magna solemnitate ipse cum innumerabili populo Tartarorum credentes in Christum, baptismum susceperunt: & in testimonium veritatis prædictorum quidam Florentinus origine, nutritus in partibus illis a pueritia, destinatus fuit orator cum pluribus Tartaris ad referendum ista domino Papa Bonifacio, & principibus fidelium.

Illius filius monstruosus, suscepto baptismo, elegantem formam accipit.

Miramur rem adeo insignem ab Aytono Sanuto, qui accuratius res Tartarorum tradidere historiæ, prætermissam fuisse: certe id constat ex eodem Aytono, qui sæpius in exercitu aduersus Saracenos cum Casano versatus d est, magno illum terræ sanctæ Christianis restituendæ, & Mahumeticæ superstitionis delendæ desiderio flagrasse.

d Aytonhist. orient. c. 44.

IESV CHRISTI
Annus 1302.

Indict. 15.

BONIFACII PP. VIII. ALBERTI ROM. REG. 4. annus 8. ANDRONICI IMP. ORIEN. 19.

Carolus Andiu comes belli Siculi dux Robertus dux Calabriæ expeditionis socius.

1 EXperti sunt vltima, conatumque omnem adhibuere in Siculos Carolus Rex Neapolitanus, ac Bonifacius Papa, qui Carolum Andium comitem ex Etruria vocauit, atque in Siculos Gallico & ecclesiastico succinctum exercitu concitauit e.

e Lib. 8. ep. cur. 25. f Pict. Luc. in annal. g Io. Vill. l. 8. c. 49. h Ant. 3. p. tit. 20. c. 8. §. 6. & alij.

2. &c. Inuectus itaque vna cum Roberto Calabriæ duce Carolus comes maxima classe, qui in Neapolitano portu a Rege parata fuerat, vt Ptolemæus Lucensis f, Ioannes Villanus g, S. Antoninus h, alijque narrant, exscensu in Siciliam facto, aduentus sui terrore insulam concussit, atque initio feliciter bellum circumtulit. Cuius viribus Fridericus cum se impares videret, prælio cum eo decernere, quamuis lacessitus, reculauit; sed militari consilio ipsius exercitum solerti fuga fatigauit, partim illius commeatus intercepit. Quocirca Carolus a fratre Rege ob Belgarum defectionem excitus, Robertum Calabriæ ducem ad agitandum cum Friderico de pace flexit, Pontifice & Carolo Rege inscijs, quæ hisce legibus fallacibus concepta fuit, vt Fredericus insulæ Siciliæ cum adiacentibus insulis, quoad superstes esset, regnum teneret ab omni vectigali nummario & militari immune, atque Eleonoram Caroli Regis filiam matrimonio sibi iungeret, vtque illi parta in insula loca restituerentur Frederico, qui inani sponsione lactauit Carolum Regem se extincto Siciliæ regnum ipsi a filijs suis restitutum iri. Euolutis post aliquot diebus, Saccam inter & Calatabillotam initum inter Fridericum, Carolum, ac Robertum principes colloquium, in quo ambiguæ nonnullæ pactiones illustratæ ac firmatæ. Sancitum vt Fredericus insulæ Siciliæ vel Trinacriæ Rex prout Carolo Regi visum esset diceretur. Conuentum præterea, vt Carolus Siciliæ Rex cum Romano Pontifice ageret, vt Friderico possessione insulæ Siciliæ abituro, ac posteris regnum Sardiniæ, vel Cypri, aliudue tantarum opum, atque amplitudinis traderetur; adiectæque nonnullæ aliæ iniquiores leges Friderici gratia compositæ, quas sequenti anno temperatas rescissasue viuiri sumus.

Fridericus eius impetus eludit & motam frangit. Petitus in Gallorum castris grassata.

An Frid. Siciliæ vel Trinacriæ Rex inferendus sit Car. Regis arbitrio relictum.

5. &c. Solicitatus mox Bonifacius a Friderici oratoribus, vt sancito fœderi robur adijceret, quamuis Regem Carolum delusum non ignoraret, siue diuturno fatigatus bello, cum omnes conatus frustra consumptos intueretur, iamque magnæ ipsum inter ac Philippum Galliarum Regem discordiæ gliscerent; Fridericum in gratiam admisit: initas vero pactiones, cum in ijs Romanæ ecclesiæ iuribus consultum non esset, ac nonnulla ab æquitate abhorrentia continerent, ni corrigerentur, ab sede Apostolica confirmari non posse respondit: atque ad id literis suis pluribus paterni amoris notis aspersis, ipsum adducere enisus est a, ac Guillelmum archiepiscopum Salernitanum & Vbertum episcopum delignatos ad eum misit.

Bonifacius ad confirmandum initum fœdus solicitatus.

a Lib. 8. ep. cur. 73.

8. &c. Quibus etiam alijs literis dedit partes b, vt Fridericum laris a Pontifice legatiue censurarum sententijs ritu solemni absoluerent, hac tamen lege, vt is pontificijs voluntatibus in redigenda ad meliorem formam actione de pace se accommodaret: Data præterea ijsdem nuntijs prouincia, vt Siculos, Catalanos, Aragonios, aliosue, qui ob susceptas Friderici & Siculorum perduellium partes censuras contraxerant, eo religionis nexu soluerent c. Sed ad subortas Pontificem inter ac Francorum Regem controuersias sermonem conuertimus.

b Ibid. lib. ep. cur. 74.

c Ib. ep. 75.

11 Exciterat extremo anno superiori, vt vidimus; Bonifacius præsules ac doctores Gallicos ad concilium, vt immunitati ordinis ecclesiastici, alijsque regni ordinibus a Philippo Rege & administris oppressis consuleret, ac malis mederetur. Pupugit ea res Philippum, qui mox vocare in inuidiam Pontificem apud Gallos aggressus est, criminarique illum eo facto supremum Galliarum imperium inuadere. Vtque ampliora odia Christi vicario, regiorum administrorum flagitia impune patrari solita reprimere meditanti, crearet, actis ordinum conuentibus, scisciatum esse, cui tandem, an sibi Regi, an Pontifici fiduciarias terras acceptas referrent, narrat Iordanus d: De habito huiusmodi ordinum cœtu meminit etiam vitæ Bonifacij scriptor e, ac secu-

Bonifacius adductus in inuidiam apud Gallos.

d Iord. in f. Vaisign n. 1690. e Mf. f. Vall. sign. in C. n. 25. & n. 79.

Præsules Galli regijs terroribus fracti.

secutam perturbationem in regno addit. Præsules vero regia potentia territi, qui antea Bonifacium, vt malis regni occurreret, sollicitarant, pontificiam causam prodidere, quærentes [a] quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, vt obtineat idem Iordanus [b]. Extant eorum literæ ad Pontificem (in m. s. Vaticano [c], ex quibus patet, ipsos non indicti concilij iustas causas aduersus regios administros, gesta pontificia in pranam partem argutijs policitis detorquentes, vt par erat, defendisse; sed contra in Bonifacium de suscepto reuocandæ in Gallias æquitatis, curandæque regiæ salutis consilio querelas fudisse.

[a] *Ibid.*
[b] *Iord. in f. Vat. sign. n. 1960.*
[c] *M. s. bibl. Vat. sign. n. 4177. pag. 6*

12 Extant insignes Bonifacij literæ apud Hocsemium [d], in quibus conqueritur, præsules Gallicanos de adeunda sede Apostolica se excusasse, pluraque in Parisiensibus conuentibus a Petro Flote regio consiliario schismatica iactata fuisse; denique illos hortatur, vt spretis politicorum minis ad tuendam Ecclesiæ dignitatem ad concilium se conferant. Quamuis vero Bonifacius Gallicanos præsules Dei & Ecclesiæ causam, ob peruersa politicorum murmura minacia & argutias, deseruisse animaduerteret; haud tamen indictum concilium dissoluendum ipsi visum est, quod 111. kal. nouembris cæptum esse scribit eius vitæ auctor [e].

[d] *Ext. Hocsem. l. c. 29 in Theobald.*

Celebrata a Bonifacio synodus.

[e] *Vita Bonif. script. in f. Vall. ſign. lit. C n. 25. & n. 79*

13 Ex eo concilio videtur emanasse insignis sanctio, qua Bonifacius ad apostolicam auctoritatem constabiliendam, ac politicorum superbas [f] & impias argutias compescendas pronuntiauit [g] Petri cathedra, sine hæreseos crimine negari non posse, omnes Christianos Romano Pontifici subesse, cuius extrema verba subiungo: *Porro subesse Romano Pontifici * omni humanæ creaturæ declaramus, dicimus, & diffinimus omnino esse de necessitate salutis. Dat. Laterani XIV. kal. decembris anno VIII.* Torsit adeo hæc sanctio Francorum Regem, vt Clemens V. ad acerbum eius ingenium placandum hæc statuerit [g]: *Regi, & regno per definitionem, et declarationem bonæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit*, Vnam sanctam, *nullum volumus, vel intendimus præiudicium generari; nec quod per illam Rex, regnum, et regnicolæ præfati amplius ecclesiæ sint subiecti Romanæ, quam antea existebant.* Hæc Clemens. At cum Bonifacius nil ea sanctione mouarit, veteresque Romani Pontifices, cum ita Dei gloria, & reipublicæ Christianæ necessitas posceret, non in alijs modo regnis ac Romano imperio, sed in Gallijs etiam sceptra a stirpe in stirpem transtulerint, vt in annalibus suis ostendit Cardinalis Baronius; constat Clementem Bonifacij sanctioni nil detraxisse,

[f] *Lib. 8. ep. cur. 52. ext. etiam inter extrauag. de maior. & obed. cap. vnam sanctam.*
Sancit omnes Christianos Pontifici subesse.
Omnem humanam creaturam.
Conqueritur de ea sanctione Philippus.
[g] *Extrauag. meruit c. 2. de priuil.*

[h] *Henr. Rebdor. & alij.*
Tacito nomine censuris deficxus.
[i] *Lib. 8. ep. cur. 41.*
Carolus Andium comes pollicetur, fratrem Pontifici conciliatum.
[l] *Bonif. l. 9. ep. cur. 16.*
Ioannes tit. ss. Marcellini & Petri presb. Card. legatus missus in Gallias.
[m] *Lib. 8. ep. cur. 13.*

14 Cæterum Pontifex erga Philippum, etsi ab officio optimi principis discedentem, moderate admodum se gessit. Cum enim Philippus præsules accessu ad sedem Apostolicam arceret, non illum expresso nomine (quamuis contrarium perperam nonnulli auctores scripserint [h]) censuris affecit, sed forma generali, quæ omnes vniuersim complectebatur, ex veteri more, Romam adeuntibus iniuriam inferentes anathemate percutit festo dicatæ i Principis Apostolorum basilicæ die,

15 Redigere ad officium, sacrarum penarum metu obiecto, Philippum studebat, vtque nullas communis Christianorum parentis partes praetermitteret, atque etiam Carolus Andium comes, e Sicilia in Gallias ad fratrem Regem rediturus nouas turbas compositurum sponderet [l], mox a Romana synodo celebrata, Ioannem tit. SS. Marcellini & Petri presbyterum Cardinalem in Gallias, deuexo iam anno, legatum misit [m], cum eo ipsum munere ob egregias suas virtutes strenue perfuncturum speraret. Potissimum vero potestatem ei attribuit, vt Galliarum Regem, qui se anathematis & censurarum vinculis deuinxerat, solueret [a].

[a] *Ib. ep. cur. 70.*

16. 17 Spreuit Philippus culpæ in Pontificem & ecclesiasticos commissæ veniam petere, vt sequenti anno videbimus. Sed quid inter hæc ei accidit? Rebellantibus Belgis, qui ob grauiora imposita vectigalia, quæ rogatus iam ante Rex tollere detrectarat, post cæsos populari seditione Gallos, inhumanam factam carnificinam in eos qui in ipsorum vrbibus morabantur, Atrebati comes [b] cum Gallicæ nobilitatis delibato flore in Brugenses perduellionis auctores duxit; cumque præcipiti militari furore equitatus Gallicus in pedestres Belgarum turmas, qui nullo equitatu muniti erant, se effudisset, in fossum arte ab hostibus comparatum corruit, densatisq; imprudenter, atq; elidentibus sese agminibus a Belgis Galli trucidati sunt. Ascribit [c] diuinæ Iustitiæ S. Antoninus Roberti comitis mortem, vt qui diploma apostolicū indigne in ignem coniecisset. Circumferente autem se illius victoriæ non tam hostium fortitudine, quam diuini Numinis arcana voluntate relatæ fama, mox alij Belgæ, quos in officio terror continuerat, sumptis armis, Gallos ex vrbibus iuis & municipijs pepulerunt. Acceptæ cladis dolorem & ignominiam vlturus Galliarum Rex, potentissimo succinctus exercitu in Belgium ad redintegrandas amissas res prouolauit: sed cum exhaustæ laboribus & fame copiæ in dies debilitarentur, recedere inglorius coactus est [d], cum Belgæ ad tuendam libertatem animis coniunctissimi essent.

[b] *Henr. Rebdor. in Chron. Sponh. hoc ann. Ioan. Vill. l. 8. c. 56.*
[c] *S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 8. §. 15 Vide Diuinæ in Robertum comitem iustitiæ exemplum. Vsq. Flo. hist. Io. Vill. l. 8. c. 55. Paul. Aemil. in Fil. Meyer. in annal. Fland. & alij.*
[d] *Io. Vill. l. 8. c. 58. & alij.*
Philippus in eos ducit exercitum, ac recedere cogitur.

18 Nec leuibus turbis concussa fluctuabat Germania, cum Moguntinus, Colonienſis, ac Treuirensis archiepiscopi, vna cum Palatino comite Rodulpho & Bauariæ duce societate inita, ab Alberto deciuissent, atque in eos Albertus superioris Germaniæ vires effudisset: primum enim comitis Palatini ditionem ferro flammaque euertit; deinde in Moguntinum duxit, atque ad pacis accipiendas leges compulit, quas hoc anno sanctas Austrialis [e] historia, Rebdorfius [f], & alij tradunt; quasque ex datis Bonifacij literis sequenti anno constabilitas colligitur, quo nimirum Alberto imperium asseruit. Præclarum vero miraculum accidisse narrant Trithemius [g] & Serarius [h], dum Moguntiacus principatus vastabatur. *Erat*, inquit, *eo tempore in ipsa ecclesia* scilicet monasterij Birgionensis *ante introitum chori, qui fuit in inferioribus super terram non elevatus, vt modo, ad meridiem versus claustrum, altare in honore S. Catharinæ virginis & martyris consecratum; super quod in muro artificialiter excauata imago beatissimæ Dei genitricis virginis Mariæ satis decenter fuit depicta, coronam habens in capite, in qua erant quatuor lapides crystalli, muro & coronæ artificialiter infixi, & quintus in pectore ipsius imaginis. Cum ergo fures illi nihil in ecclesia reperissent, vnus eorum, ne omnino vacuus abiret, altare prædictum ascendit, & effodere de corona Virginis ipsos crystalles cæpit: cui alter increpando dixit: Quid facis, o miser? desine spoliare Matrem misericordiæ, per quam, si nobis salus contingere debet, & non per aliam, gratiam poterimus inuenire. Cuius increpationem sacrilegus & impius ille contemnens, posteaquam crystallos de corona effoderat quatuor, etiam quintum de pectore sacræ Virginis effodere cæpit. Mira res accidit; mox vt impius ille sacrum pectus violare præsumpsit, imago sudare per totum cæpit. Quo viso sacrilegus aliquantulum horruit, sed obduratus in malitia, a cæpto crimine non cessauit. Euulsit ergo de sacro pectore imaginis lapidem: quo euulso, mox sanguis lacte mixtus, de ipso*

[e] *Austr. hist. hoc ann.*
[f] *Henr. Rebdor. in ann. hoc ann.*
[g] *Tritem. in chron. Sponh. hoc ann.*
[h] *Serar. Mogunt. rer. l. 3. in Gerardo.*
Diuina de sacrilego vltio.
Imago Deiparæ læsa fluit diuinitus sanguine.

ipſo vulnere in magna copia ſecutus, erupit. Quo viſo infelix ille totus inhorruit, proſilienſque de altare, pulverem in eccleſia collegit, & vnimus imaginis, ne fluereꝛ ſanguis cum lacte, obſtruere capit. Quanto autem obſtruere ſacra Virginis pectus vulneratum amplius conabatur, tanto maiore experatione lac cum ſanguine emanauit. His viſis, impius ille de eccleſia curſim exijt, & currens ad Nahum fluuium velut amens factus, præcipitans ſemetipſum ſubmerſit. At vero ſocius eius confeſtim aufugit; qui tamen poſtea reuerſus rei ordinem magiſtro ac monachis dicti cœnobij narrauit. Superueniens autem ſacerdos quidam, qui eo die ibidem celebrauerat, et videns miraculum tantæ nouitatis, corporale ante imaginem explicuit, et lac cum ſanguine profluente collegit. Hunc vero ſanguinem cum lacte in vitreo vaſe conſeruatum vſque in præſentem diem in ſupellectile cœnobio vidimus, quem etiam manibus propriis ad petitionem abbatiſſæ de veteri vaſe confractio in vitreum nouum tranſpoſuimus. Publicato autem confeſtim miraculo, Rex Albertus, qui adhuc fuit in oppido Bingen, cum cæteris principibus ad monaſterium S. Ruperti acceſſit: videntque tam horrendum ſacinus, obſtupuit: & pro reſtauratione cœnobij in honorem B. Virginis multa dona contulit. In memoriam vero huius miraculi capella in honorem Dei Genitricis ibidem conſtructa eſt, in qua imago ſuper altare ſupius interea renouata cernitur.

Eccleſia in qua miraculum contigit magnis opibus ab Alberto aucta.

19. &c. Ardebat eodem tempore bellis ciuilibus Pannonia, & Chriſtianorum diſcordijs diuertebatur, quę infidelium excurſionibus attrita vix e tot cladibus aſſurgere poterat, dum Vvenceslaus iunior Regis Boemiæ filius, electionis, Carolus vero ſucceſſionis iure freti, miſerum regnum inter ſe armis & igni partirentur. Cui malo crescenti, confirmantique ſese in dies, remedium adhibiturus Pontifex, miſerat iam ante legatum Cardinalem; ac muneris apoſtolici, & ſuprem in Hungariam dominij cauſa, controuerſium æquitate diuinitus decreuit; atque ad Boemiæ Regem ſcripſit a, vt ſi quæ iura in Pannoniam contenderet, non illa vi perſequeretur, ſed in Romana aula diſceptaret. Cumque idem Rex ſibi Regis Poloniæ titulum arrogaret, grauiter ipſum arguit, miſitque illum abijcere. Extant quoque datæ ad legatum Cardinalem literæ b, de decreto ad ſubſidia apoſtolica ſeqpa Hungarici annuis diebusque preſtanda, tradit Auſtralis hiſtoria c.

Vvenceſlaus iunior electionis & Carolus ſucceſſionis iure de Hungaria certant.

a *Lib. 8. ep. cur. 27.*

b *Lib. ep. cur. 28.*

c *Auſtr. hiſt. hoc ann. Heur. Rebdo in annal.*

19. &c. Hoc anno habitum in Hiſpania epiſcoporum conuentum prouinciæ Toletanæ, actionum moderatore Gonſaluo Toletano præſule, in nobili municipio Pennafidis nomine ad Durum ſito, ſcribit Ioannes Mariana d, atque legum in eo editarum capita pertringit. Decretum in eo eſt, vt clerici, qui diebus ſingulis preces horarias canonicas nullo iuſto impedimento diſtricti, Deo perſoluere prætermitterent, nec moniti culpam emendarent, ſacerdotij redituum parte priuarentur, vel munere exercendo interdicerentur. Secunda lex in clericos concubinarios, incuſſis acrioribus pœnis, lata. Tertia vero ſanctione de gradu ſacerdotali deiecti, qui ægrotantibus ſacramenta exomologeſeos & Euchariſtiæ non contuliſſerint.

c *Auſtr. hiſt. hoc ann. Heur. Rebdo in annal.* Concilium a Toletan. archiep. celebratum.

d *Mariana de reb. Hiſp. l. 15. c. 3.* Decreta in eos, qui preces, ſacerdotibus ineũbras, nõ fundũt. Et in amoribus impuris irretitos.

IESV CHRISTI annus 1303. Indict. 1.

BONIFACII PP. VIII. ALBERTI ROM. REG. 5. annus 9. ANDRONICI IMP. OR. 20.

1. &c. CONfirmauit Bonifacius a Alberto Germanicum ſceptrum, quamuis antea ipſum vt Adolphi Regis cædis auctorem ac tædiſragum, iudicio poſtulaſſet b, ſiue illi coronam ſine maxima populorum ſtrage & Chriſtiani orbis periculo eripi non poſſe præuideret, ſiue contra Francorum Regis ſibi aduerſantis potentiam fortiſſimum propugnatorem comparare meditaretur. Extant de his literæ pontificiæ, quibus in gratiam eum admiſit, regiumqpe ipſius ſolium firmauit c, ex quibus hæc viſa ſunt delibanda.

a *Lib 9. ep. cap. 22.* Albertus confirmatur a Pontifice Rex Rom.

b *Lib. 7. ep. cur 5. & lib praual. Rom. eccl. to. 1. pag 8.*

c *Lib. 9. ep. cur. 22.*

5. 6. *Bonifacius, &c.* Ad gloriam omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & beatæ ac gloriosæ ſemperque virginis Mariæ, beatorum quoque Apoſtolorum Petri, & Pauli; & ad honorem & exaltationem ſanctæ Romanæ eccleſiæ ac imperij, & proſperum ſtatum mundi; de fratrum noſtrorum conſilio, præſente quoque prælatorum & aliorum copioſa multitudine curialium, auctoritate apoſtolica, & de apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, te in ſpecialem filium noſtrum recipimus & eccleſiæ memoratæ, ac in regem Romanorum aſſumimus, in Imperatorem, auctore Domino, promouendum: volentes & ſtatuentes, vt de cætero talis filius Rexque Romanorum exiſtas, in Imperatorem, vt præmittitur, promouendus; & quod pro tali ab alijs habearis, tibique ſicut Romanorum Regi electo legitime, & Aquiſgrani coronato, obediri debere ab omnibus, & ſingulis ſacro Romano ſubiectis Imperio, ſicut pareri ſolet & debet prædeceſſoribus tuis Romanorum Regibus, legitime intrantibus, & a prælata ſede hactenus approbatis: ſupplentes omnem defectum, ſi quis aut ratione primæ, aut ratione tuæ vel tuorum electorum perjuratum, ſeu ex quauis alia ratione vel cauſa, ſiue quocunque modo in huiuſmodi tua electione, coronatione, ac adminiſtratione fuiſſe noſcatur. Omnia inſuper & ſingula per te vel alios de mandato tuo facta & habita in adminiſtratione prædicta, quæ alias iuſta & licita extitiſſent, ita valere decernimus & tenere, ſicut ſi adminiſtratio ipſa tibi competijſſe legitime noſceretur.

Q. a verbotum forma Rex Rom. confirmatus.

7 Scriptis eadem verborum forma literis ad clientes Romani imperij, Alberto vt iuſto Regi Romanorum, ad imperialem apicem euehendo, obſequi iubet d. Tum principes electores Colonienſem, Treuirenſem, Mogontinum archiepiſcopos, Vvenceslaum Regem Boemiæ, ducem Saxoniæ, marchionem Brandeburgenſem, comitem Palatinum Rheni, eundemque Bauariæ ducem eſt adhortatus e, vt in agnoſcendo Rege Romanorum Alberto pontificijs voluntatibus ſe accommodarent: ea enim in re ſummam ab Apoſtolica ſede gratiam inituros. Vt vero Alberti armis & potentia aduerſus Gallorum Regem aduerſarium ſuum vteretur, omnia fœdera, quæ ille antea cum Regibus ac principibus fecerat reſcidit f: tum eumdem monuit g, vt illata antea eccleſiaſticis damna ſarciret, eorumque iura in priſtinam amplitudinem reſtitueret.

Romani Imperij populi Alberto obſequium iuſſi.

d *Reg. poſt cand ep.*

e *Id. ibid.* Electores principes ad id ſolicitati.

f *Lib. 9. ep cur 22.*

g *Lib. ep. cur. 23.*

8. &c. Illum porro Pontifici officia a Regibus Romanorum præſtanda detuliſſe obſeruat Cardinalis Baronius in mſs. notis ad hunc annum h: *Albertus*, inquit, *Imperator per ſuas literas, datas Norimberga ſub hoc anno, fecit homagium Papæ, & iuramentum*

h *Baron in ſchedis mſ.*

fidelitatis, confirmauitque omnia priuilegia & donationes factas de terris per predecessores; fuitque ab ipso Pontifice confirmatus in Imperatorem, vt habetur libro priuilegiorum Romanæ ecclesiæ. Extant ex Alberti literæ a, quibus etiam Romanum imperium ab sede Apostolica traductum in Germanos agnoscit, atque ab ea Romanorũ Reges & Imperatores ad coercendos viros improbos instructos auctoritate profitetur, seque ad Romanæ ecclesiæ dignitatem aduersus quoscumque hostes armis tuendam obstringit; quæ in mollis Adrianæ tabulario asseruantur, atque a Platina Sixti IV. iussu inter insignia monumenta relatæ sunt.

a *Extant in arc. S. Ang. arch. & in priu. Rom. eccl. to. 1. pag. 25. & inter epist. Pisan. to. 1. pag. 161. & ex parte apud Baron. to. 10. an. 996. n. 48. Raun. Dom. Col. libr. Etymolog. hoc anno.*

Albertus Vvenceslao Boemiæ bellum infert, Carolus Hung. Rex cum Alberto copias coniungit. Cumani ſæginam humanam habent in deliciis. Sumptu de ijs ab Alberto vltio Sententia de regno Hungarico in Caroli gratiam contra Vvenceslaum iuniorẽ lata.

15 Intulisse hoc anno bellum Regi Boemiæ Albertum, tradunt auctores b, in eaque expeditione Regem Hungariæ, nimirum Carolum, egregijs Hungarorum copijs ac viginti millibus ethnicis succinctũ secum duxisse: ethnicos vero, vti moris est, quacumque excurrere, immanissimas clades populis attulisse, ac pueruIos Christianos pedibus manibusque amputatis, sale conditos voraſſe, Albertumque amplius scelus non ferentem, immisso in eos Germanico exercitu, ex ijs decem millia trucidasse, reliquos dissipasse, nullogue alio edito facinore in Austriam se recepisse.

b *Dubr. hist. Boem. l. 18. & alij.*

16. &c. Ad dirimendam porro controuersiam, ob quam Carolus ac Vvenceslaus de Pannonia certabant, num in eo regno electionis an successionis iura potiora essent, Bonifacius cum iam aduersas partes fiſtere se Apostolicæ sedi ad disceptandam causam, excipiendamque sententiam iussisset; ac Maria quidem Regina & Carolus ipsius ex maiore natu filio nepos suos oratores ad Romanam aulam misissent; Vvenceslaus Rex Boemiæ, qui iam ante ab Romanis Pontificibus Hungaricum sceptrum Mariæ filio ac nepoti delatum non ignorabat, vel diffidebat causæ æquitati, oratores misit non ad exponenda & defendenda sua iura, sed ad iudicium eludendum, declinandumque. At Bonifacius Boemi excusationibus a concepta mente deduci non potuit; atque ex Cardinalium senatus consilio regnum illud Carolo adiudicauit, pronuntiauitque c in Hungaria successionis non electionis iura valere; cum illius Caroli pater ab Apostolica sede Rex Hungariæ habitus fuisset. Tum Hungaros incusso anathematis terrore, Mariæ & Carolo parere iussit, illamque Reginam Hungariæ, hunc vero Regem in publicis tabulis inscribendum sanxit: fidei sacramenta Vvenceslao Regis Boemiæ filio præstita apostolica auctoritate conuulsit; denique, vt omnem Regi Boemiæ querendi occasionem adimeret, quatuor mensium spatium pro termino peremptorio illi præfixit, vt si quæ iura in Pannoniam contenderet, ea exponeret; ita tamen, vt possessionis ius apud Carolum resideret.

c *Lib. 9. ep. cur. 33.*

Sententia a Colocẽsi archiep. & epiſc. Zagrab. denunciati iussa Regi Boemiæ.

22 Ne vero Boemus prætexere posset, hanc suam cognitionem fugisse, quamuis sententia in publico Cardinalium prælatumque cœtu, oratoribus ipsius præsentibus, lata esset; Colocensi archiepiscopo & Zagrabiensi episcopo præcepit d, vt decretum hoc, quod ijs transmisit, in prouincijs ac locis Boemiæ conterminis, atque eius ditioni proximis promulgarent, vt Regi venire in dubium non posset, illius famam ad se non pertinuisse. Versabantur tum in Sicilia citeriori hi prælules, apud Regem Hungari animi legatione iuncti, ac reditum in patriam adornabant, cum literas pontificias accepere, contentisque itineribus regressi in Pannoniam apostolicis imperijs se paruisse rescripsere e.

d *Lib. ep. cur. 34.*

Rescribũt ij prælules Bonifacio. e *Epist. eod. lib. in vnd. n. f. 161. Vall. sig. lit. l. 11. pag. 544.*

23 Præterea, omnibus Hungariæ ordinibus encyclicis literis, religiosissime imperauit f, vt Mariæ & Carolo obtemperarent, atque ad eos omnia regia vectigalia derimerent; vetuitque inuentata anathemata

f *Lib. 9. ep. cur. 36.*

Latæ ad Hungaros lit. vt Regis Caroli partes sequantur.

tis pœna Vvenceslao obsequi, aut societatem vllam cum ipso facere; datam ab ijs fidem rescidit; denique apostolicæ sententiæ stare iussit. Carolum autem Hungariæ Regem hortatus est, vt a teneris annis virtutibus assuesceret, e susceptis enim laboribus maximos laudis fructus collecturum; neque illi apostolico se patrocinio defuturum est pollicitus a. Cæterum Hungaros paruisse Pontifici, ac Vvenceslai, iunioris Regis Boemiæ filij partes deseruisse, ex auctoribus b colligitur; adeo vt tradant, repente Hungaros conciliatos Carolo; cumque Vvenceslaum vndique periculis circumfusum esset, Regem Boemiæ, contracto exercitu, aduolasse in Pannoniam, filium e discrimine ereptum in Boemiam reduxisse, iuribusque controuersijs cessisse.

a *Ibi p. cur. 37.*
b *Dubr. hist. Boem. l. 18. & alij.*

Fœderis, inter Carolũ Siciliæ & Fredericum Trinacr. Reges initi, leges a Bonif. temperatæ.

24. &c. Vt pro firmando Caroli regio diademate, atque bellorum turbinibus in Hungaria comprimendis summam operam nauasse vidimus Bonifacium; ita ad aui Caroli Siciliæ Regis iura asserenda, tumsedandos bellorum motus, qui Siciliam tot annis quassarant, animum adiecit. Informis erat pax, vt loquitur Bonifacius, confecta inter Carolum Valesiorum comitem ac Fridericum Regem, atque in ecclesiæ Romanæ & Caroli Regis damnum vertebatur: cuius proinde leges temperandas censuit, decreuitque c consentiente Friderico, vt quamuis inter fœderis leges ea appolita esset, ipsum pro Siciliæ insula alijsque adiacentibus nomini ad præstanda vlla stipendia deuinctum iri, Ecclesiæ fiduciarium se profiteretur, atque vectigalis nomine tria millia vnciarum auri quotannis penderet, & centum equites in eiusdem Ecclesiæ obsequium, quoties iussus esset, egregie instructos submitteret. Tum plura Caroli gratia sanxit, atque inter alia, vt nulla annorum præscriptio ad Trinacriæ imperium a posteris Friderici retinendum valeret.

c *Lib. 9. ep. cur. 31.*

Consultũ iuribus Rom. ecclesiæ.

28 Præterea visus in Carolum clementia statuit, vt ex octo millibus vnciarum auri, census nomine pendendis, tribus deductis persoluendis a Friderico, quinque tantum millia penderet; atque ex trecentis submittendis equitibus, ac suis stipendijs in castris pontificijs sustentandis, ducentos tantum submitteret: de quibus ad Carolum literæ datæ d.

d *Eod. l. 9. ep. cur. 32.*

29 Scribit Hieronymus Surita e, confecto bello Siculo, Iacobum Aragoniæ Regem redigendarum in suam potestatem Corsicæ & Sardiniæ insularum consilium suscepisse; quamuis enim antea ijs a Bonifacio indutus fuisset, Pisanos tamen ac Genuenses maiori parte earum potitos; ac Bonifacium ad muniendum rei assequendæ iter, Raymundum episcopum Valentinum sedis Apostolicæ legatum creasse, vt proceres, ac populos ad Ecclesiæ voluntatem pelliceret, atque ad obedientiam Regi Aragonum deferendam flecteret. Consentiunt ijs literæ pontificiæ ad Valentinum episcopum f datæ, quibus id ei munus iniunctum est; tum ad Sardos & Corsos g, vt Regis Aragonum clientelæ se committerent; tum denique ad Pisanos h & Genuenses i, vt vtriusque insulæ imperium Iacobo Regi restituerent. Cum vero vtraque respublica tueri armis sua iura parata esset, retardata tunc illius expeditionis consilia scribit Surita l, cum Iacobus Rex meuueret, ne a Castellæ Rege bello peteretur; ac prius de Murciano regno controuersiam sedandam visam.

e *Surit. ann. l. 5. c. 60.*

Iacobus Rex Arag. Sardiniæ & Corsicæ sibi subijciendarum consilium suscipit.

f *Lib. 9. ep. 87. ad 91.*
g *Reg. post ep. 87.*
h *Lib. ep. 91.*
i *Reg. post cand. ep.* Datæ ad Genuen. eod. lit. Mutatis studijs expeditionẽ differt Aragonius.
l *Surit. ann. l. 5. c. 62.*

30. &c. Cum in Hispaniæ res incurrerit narratio, prætermittere non possum, Ferdinandum Castellæ Regem, qui ob ecclesiastica vectigalia vacantium sacerdotiorum fucato custodiæ nomine, ex repetita vetere & iniqua consuetudine direpta censuris fuerat irretitus, veniam popposcisse, ac Toletano archiepiscopo datam prouinciam m, vt eo religionis nexu illum solueret.

m *Lib. 9. ep. cur. 136.*

Quod

Ioannes Card. de Sopienda commouetur ad inuet Pont. & Philipp. agita t.

a Lib. 9. ep. 16.

b M. s. Vat sign. n. 4177 pag. 7.

Capita cõcordiæ Philippo proponenda.

34 Quod ad magnam illam & arduam rerum molem, ob quam Ioannes Cardinalis presbyter tit. SS. Marcellini & Petri in Gallias legatus fuerat, attinet, ex pontificij regesti libris a & ms. alio Vaticano b constat, sedandæ superiori anno exortæ controuersiæ protinciam ipsi datam, traditaque rerum capita, Francorum Regi proponenda: expositæ enim imprimis Pontificis querelæ de intercluso præsulibus ad sedem Apostolicam itinere: significatum sacerdotiorum conferendorum ius ad Pontificem spectare, mittendorum ad quæuis regna & imperia legatorum & internuntiorum non postulato principum consensu auctoritate pollere: ecclesiasticorum vectigalium administrationem, exigendarumque decumarum ius ad eundem spectare; nec Regi vel principibus occupare bona ecclesiastica licere, vel vetare censuratum sententias a præsulibus ferri: reparandam esse iniuriam exustione pontificiarum literarum illatam: non expilanda vacantium ecclesiarum bona; restituendum episcopis gladij spiritualis vsum: non cudendam dolo monetam inferioris pretij: pristina iura ecclesiæ Lugdunensi restituenda.

c Superiori ep. 16. Responsa Philippi & Bonifacij.

35 Cum hæc Philippo Regi proposita fuissent, ad singula e suorum consilio respondit c. De quibus responsis hæc Bonifacius ad Carolum Valesium comitem, Philippi Regis fratrem, qui concordiæ interpretem se toto spoponderat, scripsit: *Nolumus te latere, quod nisi Rex ipse responsiones huiusmodi sic corrigat & emendet, quod exinde merito contemnemur, cum contra Deum non sit homini deferendum, contra Regem eumdem spiritualiter & temporaliter, prout expedire viderimus, procedemus. Dat. Laterani* VI. *kal. martij anno* IX. Non flexit hisce minis summus Pontifex Regem, sed irritauit amplius, intolerandumque videbatur regio consilio, controuersum Lugdunensem principatum a Gallica corona Bonifacij sententia euelli.

Res in atrocem diſcordiam erumpit.

Interea cum maledicta in se spargi in Gallijs ab aduersarijs accepisset Bonifacius, pridie kal. maij Albertum Regem Romanorum confirmarium aduersus Philippum hoc anno solicitauit d. Qua re vulgata: *Philippus Rex*, inquit Nogaret Bonifacij auctor, *suum concilium Parisijs conuocauit, omnes prælatos, comites quoque & barones personaliter, totiusque communitatis regni per procuratores idoneos, ad se Parisios venire perurgens, consilium & auxilium ab eisdem contra omnes homines petiturus, specialiter contra Papam Bonifacium intentis ferebatur, fuitque rumor magnus in toto regno, turbatio cordium, & confusio rerum. Multi autem, qui videbantur esse columnæ Ecclesiæ, mutati sunt odio, aut quocunque motu alio sunt concussi, & pauci inuenti sunt, qui constanter steterint in aperto. Fuerunt quæ in ipso concilio, Parisijs in ecclesia B. Mariæ congregato, publice obiecta crimina ipsi Papæ, & tanquam hæresis, nec non suo prædecessore vivente ingressus illegitimus & intrusio ad papatum, & quod ei parendum non esset tanquam heretico & intruso: fuitque studium contra ipsum Papam prouocatio ad concilium generale. Debuit mittentur per regnum ad civitates & collegia regni nuncij ad publicandum in ecclesijs & collegijs prædicta, & ad peruigendum personas ecclesiasticas & religiosas quascunque, vt appellationibus & processibus huiusmodi interessent; fuitque contra ipsum Papam facta publicatio vtilibet criminum obiectorum.* Ea crimina per calumniam conficta fuisse exploratum ex politicorum consilio, ne Bonifacij imperia audiremur a Gallis e, antequam se is ab obiectis criminibus purgasset.

d Bonif. l. 9. ep. cur. 21.

Conflata conuiuratio in Pont.

Iactatæ de fauis calumnie.

e Anagnini in Philip.

36 Sic. Auditis illis calumnijs in se confictis; obiecto hæreseos crimine, prouocatione ad concilium, alijsque perperam gestis XIII. iunij in ædibus Parisiensibus conuenimus, plura edicta ad improborum hominum audaciam retundendam conscripsit a; in quibus cum multa aduersus Philippum sanciret, illa Clementis V. iussu erasa e regesto fuere, relictis ijs tantummodo, quibus Bonifacius obiectum sibi hæreseos crimen diluebat, traditam a Christo defendebat auctoritatem, temeritatemque prouocationis ad concilium facte redarguebat. Suspensa vero tunc Gallia ingentis alicuius periculi terrore laborabat b, cum illius hostes ob ortam inter Regem & Bonifacium discordiam magis ferocirent, complurisque ambigerent, an Regi an Pontifici obtemperandum esset. Maxime exagitati fuere theologiæ & iuris vtriusque doctores, quorum aliqui, cum regijs voluntatibus se accommodare detrectarent, in exilium pulsi c sunt: in alios vero Bonifacius commotus diplomate pontificio vetuit d, quemquam ab ipsis laurea doctorali insigniri, donec Philippus Rex in gratiam cum Ecclesia redijsset.

a Lib. 9. ep. cum 39. seq.

b Ep. cur. 55 Philippus Rex sibi aduersantes exilio afficit.

c Lib. ep. 56.

d Ibid.

40 Quæ enim iactati procella ecclesiarum præsules, quorum nonnulli in Regis sententiam deflexere: constantiores regno amandati. Quo accepto Bonifacius, ad suas partes confirmandas vacantibus ecclesijs præsules imponendi munus sedi Apostolicæ reseruauit e, donec Philippus ipsi conciliatus fuisset.

e Ep. 57.

Capitur Bonifac. P.

41 Intentus scribendis edictis Bonifacius ab hostium insidijs non cauit, atque in eorum cecidit f potestatem, ab Anagninis inter quos degebat, proditus rapinarum spe. Ipsum autem pontificalia ornamenta induisse, & Christi e cruce pendentis effigiem amplexum manibus, vt honeste moreretur, cum irruptionem hostium sensisse, Prolemæus Lucensis g, & Iordanus h, scribunt, quibus etiam Ioannes Villanus i & S. Antoninus l consentiunt, cuius verba repetimus: *Animadverterunt*, inquit, *ciuitatem captam & palatium suum, indicauit se mortuum; sed vt magnanimus & imperterritus ait: Ex quo proditorie sicut Ipse Christus captus fuit, & deditus in manibus inimicorum, vt occidar, vt Papa mori decreuit. Et fecit se parari vestibus sacris cum pallio seu amicto B. Petri, & corona aurea a Constantino Siluestro Papa collata, & cum clauibus, & cruce in manibus resedit vt papali diuino. Ad quem accedens dictus Sciarra cum alijs suis inimicis, verbis contumeliosis aggressi sunt Pontificem, & deriserunt circumstantes eum, & familiares eius, qui cum ipso remanserant. Inter alios cum illusit dominus Guilielmus de Langharesto, qui pro Rege Francie tradium dixerat captura Pontificis, & minatus est ei, quod ligatum ipsum duceret Lugdunum, vt in generali concilio solemniter deponeretur. Cui Papa, non corde defecit, respondit: Patienter feram, me condemnari & damnari & deponi per Patarenos, cuiusmodi ipse erat cum progenitoribus suis, vt Patarenis igne combustis. Quibus verbis confusus dominus Guilielmus cum tulore reticuit. Domino autem disponente ob dignationem Apostolica sedis, nemo ex inimicis eius ausus fuit mittere in eum manus, sed indutum sacris vestibus dimiserunt sub honesta custodia, & ipsi insistebant prædæ, diripientes thesaurum eius & Ecclesiæ quem in palatio Papæ inuenerant.*

f Iacob. Card. de Sancto Geor. Petri de Mure. c. 12 Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 36. Iord. ms. Vat. sign. n. 1960. Io. Vill. l. 8. c. 63. S. Anto. 3. p. tit. 20. c. 8. § 21 vit. Bonif. m. s. sign. lit. C. n. 21. & n. 9 Martin Pol. l. 4. & alij.

g Ptol. Luc. hist. eccl. ms. l. 24. c. 36.

h Iord. ms. Vat. sign. n. 1960. ita Vill. l. 8. c. 63.

i S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 8. § 21.

Eius inter hostes constantia.

Refringit minas.

Ab Anagninis liberatur.

Permansit Pontifex ipse custoditus tribus diebus: tertia autem die surrexit a custodia liber sine precibus alicuius aut procuratione, Domino illustrante & velamen sua cæca ingratitudinis a populo Anagnino auferente. Recognoscentes ergo errorem suum cives Anagnia, cum populo arma corripuerunt in fauorem auxilitis, clamantes per vrbem: Viuat Papa, & moriantur proditores: & discurrentes per ciuitatem Anagniam eiecerunt Sciarram de Columna suosque complices de ea, plurimis ex eis captis, & alijs occisis. Liberatus igitur Pontifex Bonifacius cum familia sua, dolore nimis absorptus ex tanto dedecore, cum tota curia inde discedens, Romam

Romam ducitur.

venerauit ad S. Petrum, disponens concilium conuocare ob iniurias sibi & Ecclesiæ factas vindicandam contra Regem Franciæ.

42 Deductum Romam fuisse a Matthæo Cardinale Vrsino magno clientum comitatu obseruat Cardinalis Baronius [a]; additque Iacobus S. Georgij [b] ad velum aureum diaconus Cardinalis maxima pompa & armorum apparatu exceptum a Romanis: adeo vt rarsquam tanta gloria fulgere sit visus. Verum acceptæ iniuriæ dolore breui confectus obijt, vt idem auctor, horum omnium spectator, historiæ mandauit, subditque illum antequam animam efflaret, Romanæ ecclesiæ fidem professum pluraq; alia pietatis, exempla dedisse.

[a] Baron. in not. ad Abbed. b 12. Card. S. Georg. ad vel. aur. l. 2 de canonis. S. Petri de Mutio.

Diuina de Philippo Rege vltio

43 Bonifacio vita functo, quamquam visus est Galliarum Rex ex imminenti liberari periculo, quod Bonifacius in eum conflasset, non tamen diuinas iras euasit, cum ipse plura aduersa expertus plenam dedecore domum regiam luxerit [c], tristique occubuerit mortis genere: eius vero stirps, qua florentissima erat, breui exaruerit, sceptrumque in Caroli Valesiaci filios traductum fuerit. Cæterum scribit S. Antoninus [d] capto Bonifacio nuntios contentis itineribus, vt de re gratissima ad Philippum missos, ac tum ab episcopo Morianensi diuinam vltionem prænuntiatam fuisse: *Vt hoc*, inquit, *exemplo cæteri illud obseruent oraculum: Nolite tangere Christos meos* [e]. *Qui enim vos tanget (ait Deus per prophetam* [f]*) tangit quasi pupillam oculi mei.*

[c] Io. Vill. l. 8. c. 64. Paul. Æmil. ac Guguin. in Phil. Pulch. & alij.

[d] S. Ant. tit. 20. c. 8. §. 21.

[e] Ps. 104.

[f] Zachar. 2.

Anagniæ magnis cladibus diuinitus afflictæ

Diuinæ quoque animaduersionis editum in Anagninos argumentum, quamuis, liberato Bonifacio, cæcisque proditoribus, crimen expiasse videri potuissent: ea enim ciuitas, quæ antea populorum frequentia, opibusque affluebat, adeo postea afflicta diuinitus attritaque est, vt cum de tot calamitatum causa in publico vrbis concilio quæreretur, responsum fuerit, sæuire in eos Numen diuinum ob patrum proditionem, cum ob id anathemate irretiti nunquam rite expiari fuissent, vt ex Alexandro Bononiensi refert Papyrius Massonus [g].

[g] Papy. Mass. in vit. Bonif. VIII.

44 Scripsere nonnulli auctores indigna admodum de Bonifacio, vt qui ab hostibus iactata inconsulte literis mandarint, interque alia ex dolore actum in rabiem, & proprias carnes rosisse: quorum mendacia vel ex ipsa corporis, quod post trecentos annos corruptionis expers inuentum est, inspectione patuerunt: cum enim in S. Petri basilicæ sacello, quod eximio cultu condiderat, vt viuens cupiuerat, sepultus fuisset, atque Paulo V. Pontifici ex Cardinalium consilio visum esset veterem S. Petri a Constantino extructæ basilicæ partem, quæ supererat vetustate inclinatis parietibus collabentem demoliri, vt magnifico opere reficeretur, sacellum S. Bonifacio sacrum, in quo huius Bonifacij sepulcrum erat, euertendum fuit, illiusque corpus corruptionis immune magna astantium admiratione repertum est, vt publicæ tabulæ tunc in Vrbe ad rei memoriam transfundendam posteritati a Grimoaldo notario confectæ testentur. Quod ad gesti ab eo pontificatus tempus attinet; illud Cardinalis Baronius ita consignat [h]: *Sedit annis octo, mensibus nouem, diebus* XVIII. Renunciatus enim fuit Pontifex, vt vidimus, IX. kal. ianuarij, ipso nimirum natalis Domini priuilegio, anno MCCXCIV. obijt vero hoc anno V. id. octobris: quod etiam ex Iacobi Cardinalis carmine colligitur.

Bonifacij corpus post trecentos annos corruptionis expers inuentum. Quib' moribus præditus fuerit

[h] Baron. in not. ad Mart. & alij plures. Nicolaus Ostiens. ep. Bonifacio subrogat' [i] Io. Vill. hist. Flor. l. 8. c. 66. Prol. Luc. hist. eccles. l. 24. c. 38.

BENEDICTVS PAPA XI.

45 Orba pastore Ecclesia, purpurati patres, ad quos creandi Romani Pontificis munus spectabat, in Vaticanum palatium, vbi extremum diem Bonifacius obierat, ad sacra comitia celebranda conuenere: pauciique, vt refert Ioannes Villanus [i], lapsis diebus communibus votis in eligendo Nicolao episcopo Ostiensi, non sine Dei arcano consilio, ob egregia virtutum signa, quæ in ipso emicabant, conuenere. Expauit ad delatæ dignitatis maiestatem vir sanctus, Christiana animi demissione insignis: ne tamen Ecclesiam in seditionum fluctus conijceret, onus pontificium admisit, Benedictique XI. (quamuis si res ad accuratius examen reuocetur, decimus nuncupandus sit) nomen accepit. De cuius tum obscuris initijs tum incrementis, e quibus ad augustissimum dignitatum omnium apicem assurrexit, hæc sanctus Antoninus affert [a]: *Is primo vocatus est Nicolaus, qui in seculo fuit vilissimæ conditionis de Treuisio (alias Tarusio) & inde Venetias accessit, pueros docens in grammaticalibus, vt paupertatem suam sustentaret. Ingressus autem ordinem Prædicatorum, non segniter conuersatus, virtutibus & scientia se dedit, vt in modico tempore doctissimus euaserit, magnæ memoriæ, & acris ingenij, omnibus amabilis. Et in ordine per omnes dignitates gradatim ascendens, ex subpriore prior effectus, ex priorato conuentuali ad prouincialem ascendens; inde in magistrum ordinis generalem electus, a Bonifacio VIII. propter scientiam & probitatem suam inter cardines terræ constitutus, demum cathedram Petri ascendit.*

Benedicti XI. nomen accepit. De illius primordijs ignobilis genere patria Tarusinus fuit.

[a] S. Ant. tit. 20. c. 9. in princ. Grammaticâ docuit Venetijs. Prædicatorum ordinem ingressus. Ob præclaras virtutes varios honorum grad' emensus.

46 His consentientia Ioannes Villanus [b] in Florentina historia, ac Ioannes Bonifacius [c] in Tarusina tradunt, quorum postremus hæc de illius natalibus scribit: ex Boccasio de Boccasinis notario Tarusij oriundum, emensis apud Dominicanæ familiæ religiosos viros pluribus honorum gradibus, ac doctissimis in Psalterium, Iob, atque Apocalypsim commentarijs editis, insigni cum virtutis ac scientiæ laude floreret, a Bonifacio in numerum Cardinalium cooptatum, ornatumque S. Sabinæ titulo, Ostiensi postea episcopatui adnotum fuisse. Impositam illi difficillimam prouinciam pacandæ Hungariæ, quæ intestino atque externo bello conflictabatur, superius vidimus [d]: in ea legatione, in qua plurimos labores pertulit, ab ipso Vvenceslaum Regem Boemiæ vna cum filio, qui Hungarici regni insignia arripuerat, & Carolum iudicio postulatos [e]: remeasseque ad aulam pontificiam Bonifacio inter hostium minas & tumultus intrepide adstitisse vna cum Petro Hispano, ne grauius aliquid in eum hostis moliretur. Ob ea vero aliaque ornamenta virtutum ad solium apostolicum electus, vt prudentia singulari erat præditus, mox sedauit Vrbis intestina bella, vt Iacobus Cardinalis cecinit [f]. At præstat ipsum Pontificem, post acceptas apostolicas intulas de suis primordijs differentem, audire in literis encyclicis [g] ad Christiani orbis præsules de electione sua datis.

[b] Io. Vill. vbi sup.

[c] Ioan. f. Tarusin. l. 46. Creatus presbyt. S. Sabinæ ex magistro Prædicat. Ex ea dignitate ad Ostiensem episcopatum evectus.

[d] Ann. Chr. 1301. n. 40. &c.

[e] Henr. Rebdorf. in annal. 1302. n. 9.

[f] Iac. Card. S. Georg. ad vel. aur. l. 2. de canonic. Coelest. c. 12.

[g] Ep. 1.

47. 48 *Benedictus, &c.* Nuper felicis recordationis Bonifacio Papa VIII. prædecessore nostro, sicut Domino placuit, de hac luce subtracto; & sicut speramus, post labores impensos ad præmium euocato, eiusque corpore cum exequiarum solemnitate debita tradito ecclesiasticæ sepulturæ, Nos tunc, vt prætangitur, episcopus Ostiensis, cæterique tratres nostri episcopi, presbyteri, & diaconi sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales ad tractandum de Romani substitutione Pontificis in palatio S. Petri de Vrbe, in quo decesserat pridem ipse, conuenimus: nobisque ac ipsis ad id eligentibus per viam procedere scrutinij, contigit illo faciente, qui concordiam diligit, quod vnico tacto ac publicato scrutinio, tanta finaliter in votis eorundem fratrum est inuenta concordia, quod per eos de nobis, licet immeritis, fuit ad apostolatus officium XI. kal. nouembris proxime futuri electio celebrata. In quo præ admirationis magnitudine redditi, nec immerito, sumus attoniti: stupor nostrum animum hebetauit, eumque timor & tremor pari-

Communibus Cardinalium suffragijs Pontifex proclamatus fit. Imparem se oneri agnoscens Pontificatum recusare.

pariter donauerunt, &c. *Dat. Laterani kal. nouembris anno 1.*

Transmissæ ad Reges eædem literæ.

49 Eodem exemplo ad cæteros præsules, ac Reges & principes missæ eæ literæ a: quæ antequam in Trinacriam peruenirent, Fredericus illius Rex ad renunciandum in sacris comitijs Pontifici literas b scripserat, in quibus contra pactiones cum Rege Carolo Siciliæ factos, atque ab sede Apostolica confirmata, adeptæ regiæ dignitatis annos non a confectæ pacis tempore, quo sedis Apostolicæ beneficentia insignia regia gesserat; sed ab eo quo tyrannidem corripuerat, non sine graui Ecclesiæ contemptu computarat: cum non sedis Apostolicæ clementia, verum armorum potentia regnum se obtinuisse ostentaret. Monuit itaque improuidum principem nouus Pontifex, vt male ausa emendaret, verbisque studij & obseruantiæ in sedem Apostolicam plenis opera accommodaret.

Fridericus Rex Trinacr. in lit. regni: annos non a confecta pace, sed arrepta tyrannide numerat.

50. &c. Cum inter cæteras initi fœderis cum Bonifacio VIII. leges Fridericus Apostolicæ sedis stipendiarium se profiteretur, atque ad clientis principis officia nouis Pontificibus præstanda obstrictus esset, Conrado Auriæ imposuerat, vt Benedicto fidem regio nomine præstaret. Qui suscepto munere perfunctus conceptam suis verbis sacramenti formam, insertamque apostolicis literis nuncupauit c; cuius præcipua capita hæc fuere: in primis acceptum retulit regnum pontificiæ liberalitati: tria millia vnciarum auri census nomine annua spopondit, vectigal etiam militare centum equitum: cæterorum interimestre tempus; pollicitus est ecclesiæ hostes & amicos cum Pontifice habiturum; ecclesiarum immunitates asserturum; permissurum vt commeatus e Siciliæ portubus inferendi Romæ libere exeant; tum fœdus sancitum cū Carolo II. sancte religioseque culturum; pœnas vero ex concordiæ formulis pontificioque decreto in sacrilegum constitutas si fœdus infringeret admisit, contemsitque & repugit Siciliæ iura post Friderici mortem, ad Carolum vel eius successores redituta, neque ex possessione vltra præscriptionem valituram.

Conrado Auriæ fidei Benedicto, vt supremo domino, obstringendæ prouinciæ imponit.

c *Ep.* cap. 131. Fridericus quibus capitibus Pontifici fidem promittit.

54 Intregit postea sacramenta Fridericus, occupatamque ab ipso Siciliæ insulam restituere posteri detrectarunt: de pendendo vero trium millium vnciarum auri vectigali Romanæ ecclesiæ promissam fidem non impleuerat hoc anno, pœnisque anathematis non se irretierat modo, verum sacrorum iustitium in regnum magna rei diuinæ iniuria adduxerat. Veniam porro facti poscentem, atque expiandi criminis voluntatem præferentem Pontifex clementia apostolica visus d, piorum societati restituit, ac ne diuinus cultus obsoleseeret, templa aperiri iussit, pensitandique vectigalis, cui tunc soluendo ob exhaustum ærarium non erat, diem ad kal. maias anni proximi extraxit ea lege, vt si officio deesset statæ die, pristinas censuras contraheret.

Ob non solutum census debitum erat excommunicatus & anathemate.

d *Ep.* cap. 14

55. 56 Eadem benignitate visus est in Carolum II. Siciliæ Regem, cui persoluendi census diem a festo omnium sanctorum ad natalitia Domini extraxit e: eumque is post ejectos Luceria Saracenos ecclesiam principem, vt diuinum cultum in ea instauraret, vectigalibus locupletasset, Benedictus hoc eum beneficio affecit: *Præsentandi personas idoneas episcopo ad decanatum, archidiaconatum, & cantoriam, & confirmandi vice apostolica meditatem prebendarum eiusdem ecclesia cum vacauerint; personas similiter ad eas obtinendas idoneas, constitutionibus quibuscumque contrarijs nequaquam obstantibus, tibi & successoribus ipsis in perpetuum apostolica auctoritate concedimus de potestatis plenitudine facultatem, &c. Dat. Laterani XVI. kal. decembris anno 1.*

e *Ep.* cap. 13 Caroli Regis Sic. præclara facinora.

57 Vt vero sanctissimus Pontifex hos alioquin principes beneficijs ornauit, a, ita in contumaces seueritatem adhibuit: ac ne qui patrati atrocissimi in Bonifacium VIII. sceleris præmio ac spolijs superbirent, solemni ritu anathematis sententiam in eos omnes tulit b, qui statо tempore omnia, quæ ad ipsos ex directo Aragniæ pontificio thesauro peruenerant, non restituissent. Quam sententiam accensis facibus, & campanis pulsatis promulgandam edixit, ac Bernardum Roiardi archidiaconum Xantonensem ad amissa recuperanda in Campaniam misit c: cui etiam, vt seueritatem clementia temperaret, absoluendi eos, qui raptas opes redderent, potestatem dedit.

Thesauri Bonifacij direptum recuperare nititur Benedict.

a *lib.* 6. 27. 30.

b *Ep.* cap. 1.

c *Ep.* cap. 11

58 Dignam etiam apostolico studio solicitudinem exercuit in orientem, atque alias schismaticorum prouincias, in quibus ob diuturnum schisma vitiorum semes excreuerant: adeo enim obsoleuerat diuinus cultus, ac sanctorum patrum institura impune contemebatur, & labefactabatur euangelica lex, vt, quemadmodum deplorat Pontifex, ecclesiæ d forma ac pulchritudo in terris Andronici Imperatoris Græcorum & Orosij Regis Seruiæ illiusque fratris ac matris Helenæ ditione penitus marcuisse videretur. Vt igitur tot animarum strages, atque ingentibus alijs malis, quæ ex schismate omnium scelerum fonte emanarant, occurreret Christi vicarius, Martinum Antibarensem archiepiscopum, vt in Seruia alijque Græcorum circumiacentibus prouincijs ad ea emendanda incumberet, auctoritate apostolica instruxit e.

Orientali ecclesiæ prospicere studet Bened.

d *Ep.* 149.

e *Ead. ep.* 149.

59 Vt vero Ecclesiam ibi in pristinum splendorem restitueret, ac Seruios ad Romanæ ecclesiæ communionem reuocaret, cum accepisset Regis Orosij animo primum abrumpendi Græci schismatis desiderium cœlitus infusum, ipsum ac sacra vota complenda, subditosque ad sedis Apostolicæ obedientiam alliciendos, propositis cœlestibus præmijs, excitare studuit f. Accepit etiam Helenam Regiam Seruiæ, quæ præclaram fidei orthodoxæ amplificandæ operam dabat, in apostolicam clientelam g. Fuerant iam ante Seruij Romanæ ecclesiæ obsequentes, vt in Innocentio III. h atque in Honorio III. i vidimus, ad quem Stephanus Rex totius Seruiæ, Dioclæ, Tribuniæ, Dalmatiæ, atque Ohblumiæ otficiorum plenas literas ad pristinam cum ecclesia Romana communionem confirmandam misit.

Orosius Seruiæ Rex de schismate abrumpendo agit

f *Ep.* 115.

g *Ep.* 117.

h *An.* 1204. n. 45.

i *An.* 1220. n. 37.

60 Quod ad imperij orientalis statum attinet; quassata eius basi, religione nimirum orthodoxa, moribusque cleri & populi turpiter corruptis k, infideles Turcæ, vicissitudine scelera diuino Numine, eam imperij partem, quæ in Asiam excurrebat, populabantur, cum Andronici precibus, compositio bello Siculo, auxiliare Aragonicorum & Catalanorum agmen duce Rogerio Florio Brundusino Constantinopolim appulerit, magnificeque exceptum ab Imperatore, in Turcas, qui Philadelphiam obsidione cinxerant, immissum est. A quibus partam insignem victoriam, narrat Gregoras m: *Nam cum Turci*, inquit, *Latinorum disciplinam militarem, armorumque splendorem, & ferocem impetum vidissent, metu perterriti non modo procul ab vrbe, sed pene vltra veteres Romanorum fines fugerunt.* Vt vero postea illi, meritis ab Andronico fraudati stipendijs, prædas egerint apud Græcos, deplorat auctor n.

Graci imperij insignia relinquas Turcæ dilapsi

Militaris societas cõtra Turcas

k *Ep.* cap. 149.

l *Ep.* cap. 149.

m *Niceph. Greg. l.7. Sanut. ind. lib. 2.*

Parta de ijs victoria

n *Id. Greg. ibid.*

Syriæ res.

61. &c. Hoc anno Tartari Armenijque, fidei propagandæ cupidi, aduersus Saracenos ad excindendam Mahometis superstitionem, ingentem expeditionem confecerunt: quam & illius exitum ex Ayrono o, qui Regis Armeniæ consanguinei castra sequebatur, describere operæ pretium visum est. Is ergo narrat Saracenos Tartarorum in Syriam irruptionem formidantes

o *Ayton. hist. orien. c. 44. Sanut. l. 3. p. 13. c. 8.*

dantes, omnia pabula in munitissimas arces transtulisse, atque agros vastasse, eoque compertо Casanum, castra in Euphratis ripa posuisse, exciuisseque Regem Armeniæ, vt proximo vere dum tellus herbas iumentis præbet, in hostem signa moueret, dumque in procinctu liberandæ Syriæ staret, Baydonem Sathanæ impulsu in Casani regnum excurrisse, ad quem propulsandum Casanus retro signa flexit; sed Coruloßam ducem quadraginta millibus Tartarorum equitum succinctum Regi Armeniæ coniunxit, a quibus vrbs insignis, cui in Syria Hames nomen est, capta fuit. Prouocatus quoque est ab ijs soldanus ad certamen; sed eo in campum descendere detrectante, in Damasceram planitiem se contulere, in quam derimaria aquis a Damascenis exercitus maximum discrimen adijt; adeo vt Christiani & Tartari turpi fuga trans Euphratem se recipere coacti sint; tum subdit Aytonne: *Ego frater Aytonus, huius historiæ compilator, præsens fui: & si forte super hac materia loquor prolixius, quam decet, mihi quæso venia tribuatur: nam hoc facio, vt in casu similis similia discrimina valeant reminisci: rebus enim consulte actis, consuuerunt fines laudabiles obtinere; & e contra, quæ improuide fiunt, optatis successibus sapius carent. Postquam itaque Rex Armeniæ flumen Euphratem pertransiuit, non sine damno suorum, decreuit ire ad Casanum, antequam ad regnum Armeniæ remearet. Vnde recto tramite perrexit ad ciuitatem Nimine, in qua Casanus tunc residebat; & Casanus Regem suscepit honorifice & benigne, & super amissionibus atque damnis Regi plurimum est compassus: vnde eidem fecit gratiam specialem; nam sibi concessit mille Tartaros, qui suis expensis semper essent pauci in custodia regni sui, & de regno Turquie præcepit Casanus certam quantitatem pecunie Regi dare, de qua posset almus mille equites stipendiarius ad suum placitum retinere. Rex igitur, accepta licentia, ad regnum Armeniæ est reuersus, & Casanus ei iniunxit, quod prudenter vigilares circa custodiam regni sui, quousque ad subsidium terræ sanctæ personaliter, dante Domino, posset ire.*

Aython historicus spectator fugæ Christianorum.

64 Absoluimus hunc annum insigni diuinæ in Iudæos, qui Christi domini odio carnificinam immanem in puero Christiano exercuerant, vltionis exemplo. Lugubrem historiam narrat hisce verbis Sifridus a: MCCCIII. *Iudæi perfidi effusioni sanguinis Christiani assueti, scitum quendam puerum scholarem, Conradum nomine, filium cuiusdam militis in Voeisensebæ ciuitate Turingiæ multis cruciatibus affligentes, et sectis omnibus neruis et venis, parum sanguinem tunc eliciuntes, ante festum paschatis crudeliter occiderunt. Sed Deus omnipotens, qui gloriosus est in sanctis suis, innocentis pueri necem occultari non sustinens, et homicidas perdidit, et martyrium innocentis multis miraculis decorauit. Cum enim dicti Iudæi puerum occisum occulte per plura loca Turingiæ ducerent ad tumulandum, Deo opponente, vbique abscondere valuerunt; inde ipsum reducentes ad prædictam ciuitatem Voeisensebam, in quadam turre suspenderunt. Tandem, tam crudelis homicidio prodito, et rei veritate compertа, milites de castro prosilientes, et omnes ejusdem ciuitatis, reliquumque vulgus vna cum marchione Friderico filio Lantgrauij Turingiæ Alberti repugnantes tur-*

a Siff. l. 3. Conradus puer a Iudæis cæsus

Diuina in eos vltio.

matim occidere.

1884.

Indict. 1.

Italia contrarijs ingenijs fortunis. Adducendæ publicæ paci studet Bened.

a Bern. in chron. Rom. Pont. Dinus Compagnus in mss. chr. l. 3. Io. Vill. lib. 8. c. 69. Leonar. Aret. hist. Flor. l. 4. S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 9. §. 1.

b Bened. ep. cur. 68. & 69. Plurimam auctoritatem legatum Italiæ creat c Ep. cur. 70. ad fin. d Dinus Compag. l. 3. Florentiæ legatus magno honore excipitur. Veterem reipub. formam restituit. e Io. Vill. l. 8. c. 69. Leon. Aret. hist. Flor. l. 4. f S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 9. §. 1. g Dinus Compag. Leonar. Aret. S. Ant. ubi sup. Deformata incendio Florentia. Vocantur in iudicium a Pontif. h Ep. cur. 190. i Dinus Compagnus. l. 3. Io. Vill. l. 8. c. 72. Leon. Aret. ubi sup. l Idem ib. Patritij Florentini Perusium ad veniam exorandam se conferunt ac ipsum ad eos vltro decre Dandoli in Petro Gradenico.

IESV CHRISTI annus 1304.

BENEDICTVS PP. XI. ALBERTI ROM. REGIS 6. ANDRONICI IMP. OR. 21.

L. 2 ARdebant intestino bello Etruria, Æmilia, marchia Taruisina, aliæque Italiæ prouinciæ, ac præter Guelphorum Gibellinorumque veteres factiones, Alborum & Nigrorum, de quibus supra memorauimus, odia ad mutuam ipsorum internecionem accenderat. Ad quæ extinguenda bella, eosque populos mutuo amore coniungendos Nicolaum virum magni ingenij, qui inter Prædicatores religiosa disciplina excultus a rerum gerendarum peritia florebat, ac superiori anno exeunte in Cardinalium collegium cooptatus, e Spoletana sede ad Ostiensem a Benedicto traductus fuerat, publicæ pacis arbitrum ac vindicem creauit b. Quo vero maiorem legato ad gerendam pro dignitate prouinciam auctoritatem conciliaret, | luribus ipsum prærogatiuis ornauit c.

3 Peruenisse ipsum Florentiam decima martij die anni MCCC. II. scribunt Dinus Compagnus d, & Ioannes Villanus e ab incarnati Verbi die numeratis annis: liberasque ipsi a populo restituendæ in meliorem statum reipublicæ habenas traditas fuisse, eaque instructum auctoritate conciliandis dissentientibus ciuibus operam nauasse; veteres reipublicæ magistratus, diuiso in nouemdecim tribus populo, quibus totidem præfecit signiferos, restituisse f. Confirmato ita plebis statu, Albos & Gibellinos exules in vrbem reuocare aggressus: sed pacis hostes graues in eum tumultus varijs dolis & occulta proditione concitarunt, quorum furore perterritus Cardinalis quarta die iunij huius anni fuga saluti suæ consulere coactus, Perusium ad Pontificem se contulit: cuius recessum cædes maximæ, ac sæua incendia sunt secuta g: ita vt simul misera vrbs ciuium sanguine maderet, & conflagraret flammis.

4 Sec. Grauissimum dolorem percepit Pontifex e Florentinorum latronibus, qui eo magis efferati esse visi, quo in reprimendo illorum furore delusum fuerat: tum grauissimæ legato apostolico illatæ iniuriæ in ipsius vicarij Christi contemptum redundarant. Igitur ne tantum crimen impune abiret, neue effrænata in posterum improbitas sese efferret, Florentinos ipsos procuratorum suorum opera tū nobilissimos patritios, quibus illi seditioni faces iniecerant, ad dicendam causam apostolico tribunali se sistere iussit h. Accersiti itaque i ad tribunal apostolicum Florentinorum proceres, ne intentatum rebellibus anathema contraherent, Perusium magna stipati clientela ad excusandum apud Benedictum sacinus se contulere. Quo tempore Gibellinæ Albæque factionis duces, collectis raptim ingentibus copijs, Florentiam impetu expugnare perrexerunt l. Adductus vero est in inuidiam legatus, illud consilium Gibellinis suggessisse, dum suis ducibus ea ciuitas erat: qui mox, audita discriminis fama, Florentiam se præcipitare, maiorique ac antea furore ciues se laniare perrexere. Sedata est felicius a Benedicto discordia inter Venetos & Patauinos, vt indicat Venetarum rerum scriptor m, dum in Petri Gradenici Venetorum ducis gestis sine sulo cruore compositam Benedicti studio dissensionem ait.

5 Ingentes tum bellorum motus in Gallijs extitere n: Philippus enim Rex indignatus Belgas magnum exhausisse, assiduis initis inducijs, terrestres ac maritimas vires in arresidit. Delecta fuit a Gallica classe, cui præerat Raymerius Grimoaldus Genuen-

Galli maritimo prælio vincêt Flandros. Pax inter Flandros & Gallos inita.
a S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 5.

nuensis Belgæ, & Guido comes captus. Ea Belgarum clades maritima terrestri alia ad montem Paboli exeunte mense septembri cumulata est. Sequenti a parta victoria die Philippus Rex Insulam obsidione cinxit; sed pax sancita est his legibus, quas S. Antoninus ex antiquioribus affert a: *Vt Flandrenses sua libertate gauderent, eis dominus suis antiquis & captiuis redditis, ac ipsi Regi darent ducenta millia parisiensium intra certum tempus: ac etiam Flandrenses Regi dimitterent illam partem Flandriæ, quæ est vltra fluuium Liscia, vel Lisa versus Francium.*

Quibus legibus.
Liberius chr. Rom. Pont. c. 84 f. Vall. fig. lit. C. n. 25. & n. 79. Mart. Pol. l. 4. & alij.

9. &c. Nec modo sedarum hoc anno Belgicum bellum, quod Gallias valde afflixerat; verum sedata etiam dissensio est, quæ tamdiu Philippum Regem inter ac sedem Apostolicam magno rei Christianæ damno intercesserat, vt referunt Bernardus b & alij c. Et quidem Philippus creato Benedicto amplissimos oratores, qui de componenda superiori discordia agerent, legauit. Excepti sunt a Benedicto regij oratores rerum gerendarum peritia insignes benuole d, Gallique censuris omnibus, quas ob gesta in Bonifacium contraxerant, soluti expressis his causis.

d B. ned. ep. cur 135.

Benedictus &c. Attendentes vtilitates & commoda, quæ ex eodem regno, dum in ipsius Ecclesiæ deuotione perstitit, Ecclesiæ prædictæ prouenerunt, quodque propter euitandum scandalum, præsertim vbi multitudo delinquit, seueritati est aliquid detrahendum; sperantes insuper, quod Rex & incolæ memorati tanto Deum & dictam Ecclesiam studebunt per amplius & deuotius reuereri, quanto eadem Ecclesia misericordius & gratiosius egerit cum eisdem &c. *Dat. Perusij* III. *id. may anno* I.

Quæ Benedictum rationes flexerint ad clementiã eã Gallis.

Data quoque tuere plura alia a Benedicto diplomata ad Gallos priuilegijs amplissimis asserendos, quibus expresse Philippus Rex censuris est solutus e: ipsumque præterea ornauit priuilegijs concessis ab antecessoribus suis, quæ, cum Bonifacius ardente discordia consuluisset pluribus diplomatibus redintegrata tuere f: sicut etiam academijs conferendæ laureæ doctoralis abrogatum a Bonifacio ius restitutum g: clericis ad honores ecclesiasticos patefactus h aditus.

e Ib. ep. cur. 145.
f Ep. cur. 1. & ep. 143. ad 162.
g Ib. ep. cur 147.
h Ib. ep. cur. 148.

13. &c. Cum vero supplices veniam popposcissent Petrus & Iacobus Columnenses, in eos ita clementia est vsus, vt neruum ecclesiasticæ disciplinæ non dissolueret, hisce x. kal. ianuarij superioris anni sanciris i: *Eis quamis alia, * quam prefatarum depositionis a cardinalatibus, priuationis beneficiorum & ecclesiarum, confiscationis bonorum & iurium, quæ dictis ciuibus, nempe Romanis, seu alijs sunt concessa, & inhabilitatis ad papatum sententia sine pœna absolui, reuocamus, &c.* In Sciarram vero Columnam, Guillelmum Nogaretum, & alios viros improbos, qui Bonifacium ceperant, seueritatem adhibuit, vt Bernardus hisce verbis testatur l: *Benedictus Papa denunciauit excommunicatos publice et in scriptis actores sceleris, et captionis predecessoris sui Bonifacij Papæ VIII. nominatim et expresse Guillelmum de Nogareto, Sciarram de Columna, et quosdam alios nominatim, et generaliter omnes alios complices captionis, et factoris cum eisdem, quæ ipse Benedictus Papa fide viderat oculata*; ille enim astitit tum Bonifacio, vt vidimus, ipseque indicat in pontificio diplomate aduersum eos conscripto m.

i Ep. cur. 35 exs. etiam inter extra vag. cap. Dudum. De schism. *præterquã quod*

Proditores qui ceperant Bonifacium, iudicio postulati.
l Bern. in chr. R. Pon. Piol. Luc. hist. eccl. m. f. l. 24. c. 38. & in Vit. Ben. m. f. in bibl. nostra sign. lit. C. n. 25. & n. 79. Mart. Pol. l. 4. ord. m. f. Pat. sign. n. 1960. & alij.

16. 17 Dum Perusij versabatur Benedictus, eo accessisse Iacobi II. Regis Aragonum oratores, nimirum Vitalem de Villanoua, & Guillelmum de Ceria, vt regio nomine ob acceptas iure, fiduciario a Bonifacio VIII. Sardiniam & Corsicam insulas sedi Apostolicæ sacramento fidei se obstringerent: excep-

Missi ad Benedictũ a Iacobo Rege oratores.

tosque perhumaniter a Pontifice quinta iunij die huius anni in publico Cardinalium consistorio cliens relarem sponsionem præstitisse refert Surita a. Illustratur hæc Clementis V. literis, qui elapsis duobus post annis, promulgauit b Iacobum Regem Benedicto XI. oratorum opera, quibus regio diplomate eam prouinciam dederat, acceptam iure fiduciario Sardiniam Pontifici retulisse: quamuis inopina Benedicti morte rei gestæ acta publica conscribi non potuerint.

a Surit. lib 5. annal. c 65. & ind. l. 2. hoc ann.
b Clem. V. l. 1. ep. 258.

18. &c. Acceperat iam ante Benedictus Friderici Regis Trinacriæ oratores, qui sedi Apostolicæ illius nomine Trinacriæ regnum iure fiduciario illum obtinere professi erant. Qua re perfecta, significauit Pontifex Friderico, se ipsi literas per oratores transmisisse, quibus sacramenti forma concepta continebatur, ex qua Auria Regiæ classis præfectus obedientiam ipsius nomine sedi Apostolicæ detulerat; adiecitque vt ex ea electo Cephaludensi fidem astringeret, nisi gesta vellet rescindere. Videbatur enim ab initis antea pactionibus discedere, nec Trinacriæ Regis nomine contentus, Siciliæ Regis nomen affectarat: ex quibus atque alijs cum nouorum bellorum periculum immineret, Fridericum monuit c, vt sancti fœderis legibus staret, monitisque apostolicis faciles aures daret.

Trinacriæ Rex gesta ab oratoribus confirmare iussus.
c Ep cur. 36

Benedictus, &c. Attende igitur in ijs quanta te, fili Charissime, sinceritate prosequimur, quam recum via simplici ambulamus: te enim per clausas literas pij patris affectu monemus in secreto salubriter per transmissam formam eorum, quæ facere debes: benigne, ne periculum aliquod incurras, instruimus, & per prædictas alias olim & nunc tibi directas tuo statui, vt ex earum lectione perdendere poteris, paterna solicitudine prouidemus, &c. *Dat. Laterani* VIII. *id. ianuarii anno* I. Extant aliæ ad Fridericum kal. iulij datæ d, quibus ob acceptam anni superioris vectigalis partem illi cauit.

Admonetur mitto fœderi stare.
d Ep. cur. 171.

23. &c. *Hoc anno*, inquit Cardinalis Baronius e, *ante obitum Benedicti episcopus orientalium scripsit literas Chaldaice ad ipsum Benedictum Romanum Pontificem, quibus fidem catholicam esse professus, fatetur-que Romanam ecclesiam esse caput omnium ecclesiarum. Habetur libro priuilegiorum Romana ecclesiæ; habentur illic ipsa litera*, quæ hoc titulo prænotatæ sunt. *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen. Sanctissimo Patri nostro domino Benedicto aduena & peregrinus Hyabalaha, qui per gratiam domini nostri Iesu Christi factus fuit Ysaicus & Patriarcha totius orientis, petit a sanctitate vestra benedictionem, et inclinat vobis cum humili salutatione in charitate Domini nostri Iesu Christi*: hacque temporis ac loci nota consignatæ sunt: *Scriptum feria secunda in crastino pentecostes* XVIII. *die mensis maij* MCCXV. *ab Alexandro Rege in ciuitate Maraga regno Persarum.*

e Baron. in notis m. s.

27. &c. Obijsse hoc tempore Cassanum Persidis Regem, qui tanto ardore cultui Christiano restituere Syriam exoptauerat, luget Aytonus f: atque ex eo ob successoris Carbagandæ apostasiam impietatem inualuisse inter Tartaros, & Armeniam a Saracenis infestatam esse: *Rex Armenia ad terram suam rediit*, nimirum ab expeditione, superiori anno suscepta in Saracenos, *sed postquam ibi applicuit, parum habuit de quiete. Post hæc vero, sicut Deo placuit, Casanus fuit quadam grani infirmitate detentus: et quia sapienter in vita sua egerat, voluit etiam vltimo commendari, vnde suum sapienter condidit testamentum, et sibi instituit heredem et successorem Carbagandam fratrem suum. Postquam ordinauit prudenter ea quæ erant ordinanda circa negotium regni sui, et domus suæ, fecit pulchras constitutiones et leges, quas*

f Ayton. hist orient. c. 45. Cassani obitus.

suis

Carbaganda frater Perſicum ſceptrum capeſcit.

A fide deficit.

ſuus dimiſit in numeriam; quæ quidem a Tartaris ſumme obſervantur. Poſt hæc Caſanus diem clauſit extremum, et ſucceſſit ſibi in regno Carbaganda frater ſuus. Iſte Carbaganda fuit filius cuiuſdam bonæ memoriæ domina, quæ fuit vocata Erokaren, quæ fuit Chriſti devotiſſima & fidelis, & quamdiu vixit, faciebat ſibi divina officia quotidie celebrari, & tenebat Chriſtianum presbyterum & ſacellum: unde iſte Carbaganda fuit baptizatus & nominatus in ſuo baptiſmate Nicolaus: & quamdiu mater eius vixit, in fide Chriſtianorum permanſit: ſed poſt obitum domine matris ſuæ dilexit ſocietatem Saracenorum: unde fidem Chriſtianorum reliſta, adhæſit ſecta perfidi Mahumeti. Rex vero Armenia de obitu Caſani fuit plurimum perturbatus: nam per hoc inimici fuerunt in magna ſuperbia elevati, &c.

Mortuo Pontifice diſſipatum conſilium rei Syriacæ.

a Ip. cap. 221.
f Ep. cap. 125.
g Ep. cap. 158.

31. &c. Eodem anno Benedictus cooptato in Cardinalium collegium Gualterio Anglo presbytero tit. S. Sabinæ in locum Guilielmi Angli, qui vna cum Nicolao Prateni ſuperiori anno renunciatus Cardinalis obierat (qui omnes in ordine Prædicatorum, vt ipſemet Pontifex, religioſam diſciplinam erant profeſſi) Peruſij deceſſit; qua partim in vrbe, vt ex aſcripta ſuperioribus literis die, partim Romæ commoratum conſtat: confirmatque Bernardus, & auctor qui ad Martinum Polonum appendicem adiecit, alijque, ipſum celebrato paſchate Romam Peruſium aulam apoſtolicam traduxiſſe. Ex ſane extant in ipſius regeſto literæ apud S. Petrum Romæ vi. id. aprilis datæ a, tum apud Flaiconis montem b xvi i. kal. maij, tum Peruſij c vi. id. maij, vbi plures alias exarauit. Tenuerat Petri ſedem menſes octo, dies xvii. vt tradunt ijdem auctores d, & alij: creatum enim xi. kal. nouembris ſuperioris anni in encyclicis de ſua electione literis e ipſe affirmat, obitumque nonis iulij ſcriptores teſtantur, ex quibus Bernardus f hæc affert: *Hic Benedictus obiit in Perusio nonis iulij pontificatus ſui anno primo, ſepultuſque fuit in eccleſia fratrum Prædicatorum Perusij extra altare anno Domini* MCCCIV. *vbi divina virtus & bonitas eiuſdem (gratia Benedicti, & nomine) merita ſæpe euidentibus miraculis declarare: maxime in dæmonibus expellendis de corporibus obſeſſorum, & in multis infirmitatibus, & languoribus propulſandis quorundam: non pauca euidentia & probata alibi ſcripta memoriæ ſunt mandata.* De editis miraculis alij plures conſentiunt g, e quibus Ioannes Bonfacius h, ait eo mortuo concurriſſe Perusinos, ac plures morbis varijs implicitos illuc ſe deferendos curaſſe ob conceptam de ipſius ſanctitate exiſtimationem; ac tum ad eius ſeretrum patrata diuinitus plura miracula; ægrotis reoditam ſanitatem, reſtitutum cæcis oculorum lumen, energumenos dæmonibus liberatos. S. Antonini vero de Benedicto teſtimonium inſigne eſt i: *De hoc Benedicto legi in chronicis ordinis quindecim miracula fidei teſtimonio comprobata. meritis eius facta de diverſis infirmitatibus, quorum infirmorum nomina, & locorum deſcribuntur, & inſuper alia, quæ ob breuitatem dimitto.* Reiciuntur illa vel ſaltem ſimilia a Leandro l.

b Bern. chr. Rom. Pont. appendicis ad Martin. Pol. apud Ant. & alij.
c Pen. ap. Vi. Quanto tempore in ſummo Pontificatu ſederit.
d Ant. 3. p. tit. 20. c. 9. in princ. S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 11. in prin. Leand. de iuris illuſtrand. Prad. l. 3. in Bened. Bzouius l. 7. de ſignis eccl. c. 1. ſig. 25. pag. 152. & anno, & alij
e Bonif. lib. 8. Turriſ. l. 6.
f Anton. tit. 23. c. 11. in prin.
g Leand. l. 3. de viris illuſtr. Prad. in Bened. XI.
h Dom. Gyp. chr. m. f. l. 3. Ia. Vill. l. 8. & 80 S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 9. in prin. & alij.
i Bonif. ubi ſup.

Illuſtrata miraculis ingentibus tanti Pont. ſanctitas.

32. Quanto autem in pretio Benedictus apud omnes fuerit, ex ſolemni illius exequiarum pompa, quæ Perusij celebrata fuit, facile colligitur. Nam ſacrum funus ab vniuerſo clero, & populo, ac Cardinalibus, qui tum aderant, ſtipatum, ad templum Prædicatorum delatum eſt, vbi ſolemnibus ritibus ſepultum. Ad ſepulchrum vero, quod ſtatim ſplendidum, & magnificum extructum fuit, ingens hominum multitudo confluxit, vt ſe illi commendaret, & ſuffragia pro eius anima exoluerent. Quæ cum ita eſſent, Clemens V. Pontifex, qui Benedicto ſucceſſit, ſtatuit, vt ſolemnes exequiæ, quæ Perusij celebratæ fuerant, Romæ quoque fierent, quod & factum eſt. Nam Cardinales, qui Romæ aderant, ſolemnes exequias Benedicto in templo S. Sabinæ, cui præfuerat, celebrarunt, vt ex Bernardo, & Ioanne Villano conſtat.

33. Quod ad genus obitus ſpectat; veneno ficubus aſperſo necatum tradunt m. Nulla vero fere pompa ſepulchro humili, vt ipſe ex deminutione Chriſtiana inſtituerat, tradidit in eccleſia Prædicatorum ſcribit Bonfacius n: quamuis poſtea ab ipſius memoriæ cultoribus politiſſimo marmore ſepulchrum elegans fuerit extructum. Et quidem inſigne in eo terrenarum rerum, & gloriæ contemptus diuus in pontificio tulligio eminebat, exemplum referit o S. Antoninus: *Narratur*, inquit, *de eo, quod cum mater eius pauperula adhuc ſuperſtes acceſſiſſet Perusium ad eum viſitandum, poſtquam applicuit, induta fuit ſericis ab amicis, vt decere videbatur, vtpote tanti principis mater. Cum ergo capiata hora ingredi deberet ad filium, interrogauit Papa ipſe filius quibus veſtibus eſſet operta. Reſponſum eſt ei, quia ſericis ob honorem Apoſtolicæ ſedis. At ille: Non eſt, inquit, hæc mater mea: ipſa enim mater mea pauperula mulier eſt, quid ſit ſericum ignorans; nec voluit eam dimittere ad ſe videndum. Quamobrem hoc audiens pia mater, illis depoſitis veſtibus, eſt humilibus induta. Cumque hoc Benedictus Papa audiſſet, dixit: Hæc eſt mater mea; veniat; & ingreſſam in oſculo ſancto amplexatus eſt eam.*

Infigne de miſſionis exemplum

k Ann. 3. p. tit. 20. c. 9. in prin. Leand. de vir. illuſtr. Prad. l. 3. Bonif. hiſt. Turriſ. l. 6.
l Leand. l. 3. de vir. illuſtr. Prad. in Bened. XI.
m Dom. Gyp. chr. m. f. l. 3. Ia. Vill. l. 8. & 80 S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 9. in prin. & alij.
n Bonif. ubi ſup.
o Ant. 3. p. tit. 20. c. 9. in prin. Leand. de vir. illuſtr. Prad. l. 3. Bonif. hiſt. Turriſ. l. 6.

34. Perſolutis Benedicto iuſtis, Cardinales conclaue ingreſſi, pugnantibus diſtracti ſententijs inter ſe diſſidere cœperunt: quibus de rebus cæteris prolixius & accuratius egit Ioannes Villanus a: cuius narrationem in Latinum, vti conſueuit, ſermonem S. Antoninus rem ab exordio ipſo nitide exponens, conuertit b. De rebus alijs in conclaui geſtis anno inſequenti dicetur.

Cardinalium de Pont. diſſentio.

a Io. Vill. l. 8. c. 40. b S. Ant. 3. p. tit. 21. c. 1. Baron. in m. f. ſcbed. ad hunc an & alij.

TOM. XV.

IESV CHRISTI
Annus 1305.

Indict. 3.

CLEMENTIS PP. V. annus 1. ALBERTI ROM. REGIS 7. ANDRONICI IMP. OR. 22.

1. DEfuncto Benedicto XI. Cardinales ab illius exemplis alieni, in duas factiones diuiſi, cum in deſignando ſanctiſſimi Pontificis ſucceſſore in aliquo ex purpuratorum collegio conuenire non poſſent, demum dum pars altera alteram circumuenire nititur, ac non Eccleſiæ, ſed ſuam, ſuorumque rem agit, archiepiſcopum Burdegalenſem Romanum Pontificem dixere. Qua de re S. Antoninus c ex Ioanne Villano hæc refert: *Vna dierum Cardinalis Prateniſis dominus Nicolaus, vir valde ſagax & experientiſſimus, ait ſecreto domino Cardinali de Gaetanis domino Franciſco: Nos magnum malum facimus, & Eccleſiæ detrimentum, vnde populi ſcandalizantur, non prouidendo de paſtore. At ille: Per me non ſtat, inquit. Tunc Prateniſis: Si bonum medium ad hanc rem efficiendam inuenirem, placeretne tibi? Reſpondit: Placebit vtique. Ego, ait Prateniſis, cogitani hunc modum tenendum, vt videlicet vna pars collegij Cardinalium eligeret tres ex vltramontanis idoneis ad papatum prælatis, prout eis videretur; & altera pars teneretur intra quadraginta dies vnum ex illis tribus propoſitis eligere, prout eis placeret, & ille Papa intelligeretur canonice electus & eſſet. Placuit domino Franciſco forma prædicta, perſuaſitque ſequacibus ſuis hunc modum accipiare; ita tamen, quod ipſi haberent proponere ſex nominare illos tres; intendentes tales aſſumere, qui fuiſſent amici olim Bonifacij, & Regi Franciæ parum offecti; & Prateniſis partem ſuam induxit ad id efficiendum, intendens & ipſe taliter prouidere quod haberent ſibi propitium & benevolum & Regi amicum.*

Vt ſciſſi in contrarias partes Cardd. Pontificatum ad Gallos traduxerint.

c D. Ant. p. 3 t. 21. c. 1.

Nicolai Card. Prateni dolus.

3. *Facta igitur hac conventione & ſolemni ſtipulatione per ſcripturam firmata, pars illa, quæ dominum Franciſcum ſequebatur, nominauit tres archiepiſcopos Gallicos eis familiares & Regi Franciæ infenſos, inter quos fuit * Raymundus Burdegalenſis archiepiſcopus, qui creatus fuerat archiepiſcopus a Bonifacio Papa, nec Regis amicus propter offenſas factas ſuis conſanguineis in Vaſconia per dominum Carolum Valeſianum. Illis igitur tribus nominatis, alia parte ſecreto ad inuicem* conſe-

Nouæ eligendi Pont. conuentio

Dum fictio altera alteri nectit dolos, vtraque delufa eſt.

a Bernard. dus

Tres archiep. Gall. a Bonifacianæ factionis alijs propoſiti.

a Bertrando dum Monitus Philippus Rex, vt Burdeg. arch. sibi denunciet.

conferente, perſuaſit Pratenſis ſagax & induſtrius, vt a *Raymundum Burdegalenſem decerneret praeligendum, nulli hoc inſinuando: & ante electionem velociſſime Regi Franciae per literas intimaret negotium. & quia illum Burdegalenſem, quem procuraret reconciliandum ſibi & amicum fieri, ſi ſibi placeret, Papam faceret.* Interiectis pluribus de colloquio inter Regem & Burdegalenſem archiepiſcopum habito, & promiſſo a Rege pontificatu, pluribuſque officijs Regi promiſſis ſubdit.

Mandat ſtudioſis ſuis Cardd. vt archiep. Burdeg. eligant.

4 *Tunc Rex oſculatus eſt eum. Iſta ſunt, ait, gratia, quas a te requiro. Prima eſt, vt me perfide reconcilies Eccleſiae ſacroſanctae, relaxando & veniam dando de adiutorio dato in captura Bonifacij Papae. Secunda eſt, vt cenſuras excommunicationis amoueas contra me, & meos ſequaces prolatas. Tertia eſt, quod mihi concedas omnes decimas regni per quinquennium in reparationem expenſarum militarum in bello iuſto contra Flandrenſes. Quarta quod promittas mihi caſſare, & ad nihilum reducere memoriam Bonifacij Papae. Quinta quod reſtituas honorem & dignitatem Cardinalatus domino Iacobo & domino Petro Columnenſibus ablatam eis per Bonifacium, & reponas eos in ſtatum priſtinum, cum eis etiam creando aliquos Cardinales amicos meos. Sextam mihi reſerno exprimendam loco & tempore ſuo arduam & magnam. At archiepiſcopus omnia ſeruare promiſit cum iurriurando ſuper venerabile Euchariſtiae ſacramentum: & ad confirmationem praedictorum archiepiſcopus dedit Regi obſides germanum ſuum & duos nepotes. Rex autem contra iuraui ſe operam dare ut, vt Papa eligeretur: ſicque diſceſſerunt ab inuicem amici facti cum magno gaudio, re occulta alijs, & ſolum manifeſtata reconciliatione facta, & pace inter Carolum & archiepiſcopum. Reuerſus ergo Pariſios Rex ſubito reſcripſit Pratenſi Cardinali & ſocijs, quod geſtum erat.* Et infra.

Ad iniqua pacta adducit Pontificem.

Congregatis igitur omnibus Cardinalibus, Pratenſis prius propoſita authoritate ſacra ſcriptura ad materiam congruente, poſt orationem ſuam vice omnium elegit in Papam dominum Raymundum Burdegalenſem archiepiſcopum: ſicque cum gaudio acceptatus fuit ab omnibus, & populo pronunciatus, Deo gratias & laudes referendo. Ignorabat adhuc pars altera quod geſtum fuiſſet occulte circa Burdegalenſem factum amicum Regis, quem adhuc inimicum exiſtimabant. Diuulgatione igitur facta ab extra per ciuitatem, contendebant familia Cardinalium & aliorum magnatum, afferentes quemlibet electum ſibi amicum & benenolum.

Bonifacianus eò alijs in eligendo arch. Burdeg. cõſentiunt.

5. &c. Haec ex Ioanne Villano S. Antoninus: & certe turpis alicuius foederis inter Clementem & Regem initi ſuſpicionem iniecit illud effuſum poſtea in Philippum ſtudium. Quod ad patrium genus, aliaque noui Pontificis primordia attinet, haec Bernardus memoriae tradidit a: *Clemens V. natione Vaſco de loco, qui Vlandrau dicitur, Burdegalenſis diœceſis erimdus, & patre Beraudo milite, fuit electus in Papam in Peruſio in vigilia pentecoſtes, qui fuit nonis iunij MCCCV. Hic prius vocabatur Bertrandus del Got, ſeu de Gotho. Hic fuit primo epiſcopus Conuenarum, factus per prouiſionem Bonifacij Papae VIII. anno Domini MCCXCV. fuit Conuenarum epiſcopus annis quinque, & exinde tranſtulit ipſum idem Bonifacius Papa in Burdegalenſem archiepiſcopum paulo ante natale Domini anno eiuſdem Domini MCCXCIX. vbi iam ſederat archiepiſcopus annis quaſi ſex.* His conſona Ptolemaeus b Lucenſis hiſtoriae eccleſiaſticae tradidit, atque etiam conſentiunt Clementis c literae. Luſtrabat tum prouinciam, atque in Pictauienſi diœceſi verſabatur, cum accepto de ſua electione nuncio: *Redyt*, vt ſubdit Bernardus d, *Burdegalam idibus menſis iulij ſubſequentis, receptuſque fuit Burdegala perſonaliter a toto clero & populo cum ingenti gaudio & honore totius ciuitatis, & patriae, vndique concurrentibus baronibus & prelatis. Adhuc tamen more tantum archiepiſcopi ſe gerebat vt prius, electionis ſuae decreto nondum recepto, quod poſtea miſſum ſibi a Cardinalibus de Peruſio recepit in Burdegala in craſtino S. Mariae Magdalenae ſecrete: ſed palam et publice ſequenti die XI. kal. auguſti in preſentia prelatorum et magnatum in Burdegalenſi eccleſia cathedrali, vbi ſedens in cathedra vocari Clemens voluit et elegit, et ex tunc cepit agere et ſe gerere ſicut Papa.* Superioribus conſentanea hiſtoriae monumentis confignant eius vitae m.s. auctor a, Ioannes Villanus b, S. Antoninus, alijque, quorum catalogum texere ſuperuacaneum eſſet. Porro decretum Cardinalium de Clementis electione extat in m.s. codice Vaticano c; eidemque decreto addidere Cardinales literas, ad quas Pontifici deſignato Burdegalam perferendas oratores legarunt, vt narrat S. Antoninus d, tres nimirum eccleſiaſticos viros, vt ex ipſis Cardinalium literis e conſtat, quibus omnibus ab eo precibus periere, vt Clementis IV. & Gregorij X. exemplo, qui ſanctitate emicuere, quorum alter ex Syriaca peregrinatione, alter ex Anglicana legatione ad Cardinales, accepto electionis nuncio, magnis itineribus ad curiam ſe contuliſſent, Burdegala Peruſium veniret, ac pluribus grauiſſimis rationibus ipſum ad id hortati ſunt: qui magno rei Chriſtianae malo Italicum iter aggredi noluit, ſed Cardinales in Gallias exciuit.

Vt publice electio ni decretũ reciperet. Clementis inuitè ſibi indiderit.

a Bernard. Rom. Pont. Clementis patria, & genus.

8. &c. *De Burdegala*, ait Bernardus f, *receſſit; in fine ſequentis menſis auguſti verſus Lugdunum direxit greſſus ſuos, pertranſiens per Agennum et Toloſam et montem Peſſulanum.* In eam vrbem Clementem protectum, vt cum Rege Aragonum in colloquium veniret, ex Surita g colligitur. Iacobum itaque, vt antea Bonifacij clientem Sardiniae & Corſicae nomine praeſens ſe profeſſus erat, ita nunc apud Montempeſſulanum id officij Clementi praeſtitiſſe exploratum eſt, teſte ipſo Rege, cuius haec verba ſunt: *Nuper in monte Peſſulano nos vobis preſentialiter detulimus homagium*; qua de re idem Rex Montepeſſulano Perpinianum regreſſus literas regias, vt Corſicae & Sardiniae regnis donationis legibus a Bonifacio conſtitutis cautum erat, ad Clementem dedit h.

Geſta ab illo dignitate.

b Ptol. Luc. hiſt. eccl. l. 24. c. 39.

e Lib. 3 ſup. cur. 6

d Bern. chr. Rom. Pont. & m.ſ. bibl. Vat. ſign. n. 3765. in Clem. V.

Clementi Sardiniae & Corſicę regna ſolenni ritu accepta reſert Rex Arag.

f Bern. chronico Rom. Pont.

g Surit. anno 1305. lib. 6. c. 68. in Iacob. II.

h Ex Ptolem. Luc. hiſt. eccl. l. 24. c. 39. & in l. prim. Rom. cl. n. pag. 149. & in m.ſ. Vall. ſign. lit. B. n. 12. pag. 393 & S. Ant. 3. part. tit. 22. c. 1

11. 12 E monte Peſſulano iter Lugdunum verſus, vt pontificalem thiaram acciperet, intendit, eoque Cardinales ſe conferre iuſſerat: ait enim ex Ioanne Villano S. Antoninus i: *Mandauit Cardinalibus omnibus per literas, vt ſine mora accederent Lugdunum Galliae, vt intereſſent coronationi ſuae. Similiter etiam vocari fecit Regem Franciae, Regem Angliae, & Regem Aragoniae, & alios principes vltramontanos. Ex hac autem vocatione maior pars Cardinalium grauamen ſumpſerunt, praecipue Italorum, exiſtimantes ſe deceptos, cum crederent ipſum Romam profecturum pro ſui coronatione. Vnde & dominus Matthaus de Vrſinis, qui prior erat Cardinalium vt antiquior, et quaſi inuitus Vrbem dimittebat, percipiens de dolo ſuae partis illato dixit Cardinali Pratenſi: Aſſecutus es voluntatem tuam in ducendo curiam vltra montes; ſed tarde reuertetur curia in Italiam, agnoſco enim conditionem Vaſconum.*

Solicitatur a Cardinalibus, vt in Italiam ſe transferat. Diſcedit Burdegala

i Bern. chron. Rom. Pont. Eius itinera.

13 Lugdunum quoque Philippus Francorum Rex, ac plures principes amplißima itipati clientela, vt celebritatis pompam viderent cohoneſtarentque, confluxere, de qua haec Bernardus l: *Vbi Philippus Rex Franciae fuit praeſens cum ſua nobili comitiua, cumque de loco coronationis procederet coronatus cum comitiua papali pariter et regali, concurrentibus et comprimentibus ſe turbis, vt viderent tanquam Regem Salomonem in ſuo diademate coronatum, depulſa macerie*

Lugdunum vt Tranſalp. Reges coronationi ſuae intereſſent.

l Bern. chr. Rom. Pont. & m.ſ. bibl. Vat. ſign. n. 3715 & Bio. ſem. l. 1. c. 29.

Inopino casu confunditur celebritas. Excussa e Clem. capite tiara papali.

eiusdem muri non magni corruit prope Papam, et etiam circumstantes, ceciditque ibi corona de capite eius; et in casu avulsus fuit carbunculus pretiosus, cuius pretium dicebatur sex millia florenorum, et ipse Papa depositus est de equo, sed minime fuit lesus. Fuerunt tunc de circumstantibus usque ad duodecim sic collisi, quod infra paucos dies obierunt: inter quos unus fuit maior et precipuus dux Britannie Iohannes, qui sic collisus paucis diebus superuiuens diem clausit extremum. Tenuisse aiunt a tum equi Pontificis frena Britannum cum Carolo Regis Francorum fratre, cum antea Philippus itineris aliquo tractu stratoris munere functus esset, ac tum a latere Pontificis obequitaret, nec periculi immunem fuisse. Addit de eius fratre Bernardus; *Frater vero Regis Francie dominus Carolus fuit grauiter, sed non lethaliter conquassatus, ex quibus mirati sunt uniuersi, & more vulgi plurima prasagiebant.* Versam fuisse rem malo omini tradunt etiam auctores alij.

Duc Britanniæ extinctus *a Vvest. Flor. ipse.* Philippus Rex antea stratoris munere erat functus.

Accessit lugubre aliud prælagium.

Adijsse id periculum Pontificem, festo die S. Clementis, cuius gerebat nomen, ac neuam casu fratre accepisse calamitatem Vvestmonasterienſis hisce verbis testatur: *Papa mirabiliter saluatus est; quod infortunium alicuius futuri mali prognosticum plurima gens notauit. Die S. Clementis, cum Papa primo missarum solemnia celebrasset, post prandium orta lite & mota pugna inter clientes Papæ & Cardinalium, unus de fratribus summi Pontificis occisus est. Alterum fratrem suum cinxit Rex Francie balibeo militari, & multam aliam munificentiam in ciuitatibus & castellis suis contulit Papa Rex Francorum, per quod in omnibus negotiis suis expediendis gratiam multam promeruit & fauorem. Rex autem Anglorum*, is erat Eduardus, *misit domino Papæ signala viensilia, quibus ministrarent ei in camera & in mensa omnia auro purissimo per episcopos regni sui, videlicet Lichfeldensem & Wigornensem, & comitem Lincolniæ.*

Angl. Rex Clem. supellectilē auream confert.

14 Quod de effuso Clementis in Philippum Francorum Regem studio ait auctor, id sane Clemens factus insignibus demonstrauit. In primis in Cardinalium numerum Columnenses Iacobum & Petrum restituit, alioſque regis fidissimos aggregauit, de quibus Bernardus *b*: *Eodem*, inquit, *anno Domini pontificatus quoque sui anno primo in aduentu Domini subsequenti* XVIII. *kal. ianuarij in Lugduno fecit x. nouos Cardinales, inter quos fuerunt Petrus de Capella Tolosanus episcopus postmodum Prænestinus, Berengarius Fredoli Biterrensis episcopus, postmodum Tusculanus, Arnaldus de Cantalupo electus Eurdegalensis, frater Thomas Anglicus magister in Theologia tit. S. Sabinæ, frater Nicolaus de Francauilla confessor Regis Francie tit. S. Eusebij, ambo de ordine Prædicatorum presbyteri Cardinales, Stephanus archidiaconus Brugensis cancellarius Regis Francie, Guillelmus Arrufati, Arnaldus de Pelagrua, Remundus del Got seu de Gotho nepos Papæ, Petrus * Arnaldi Bearnensis abbas S. Crucis Burdegalensis, cui non fuerunt anni attributi in Cardinalatu, sed obiit infra annum. Item duos veteres renouando, quos olim Bonifacius Papa VIII. deposuerat, ipse reposuit in Cardinalatu, Iacobum & Petrum de Columna, patruum silicet et nepotem.* Recenset accuratius horum titulos & nomina ex Vaticanis monumentis Felix *c* Contelorius,

b Bern. Guid. *in vit. & in s. bibl. Vat. sig. n. 3765. item Luc. Lect. eccl. s. t. 24. c. 39.*

Prima Cardinalium creatio.

Illorum nomina.

* al. Raspaldi.

Iacobus & Petrus Columnenses Cardinalitij numero restituti.

c Contel. in vit. et gest. Bened. Clem V. ex Ms. Lud. Cinc. in Clem V. Vvenceslaus Boem. Rex moritur.

15. &c. Reliquit ingens sui desiderium Boemis omnibus hoc anno Vvenceslaus Boemiæ ac Poloniæ Rex, dignis principe virtutibus excultissimus, quem prodigijs cœlestibus adeptæ felicis immortalitatis signa dedisse refert Æneas Syluius *d*, qui postea ad summum Pontificatum accepto Pij nomine euectus fuit: *Fuerat*, inquit, *mansuetus et clementissimus princeps, et admirandæ opinione sanctitatis, qua postea vel mirandis confirmata traditur. Ioanni Brixiensi episcopo, si vera est fama, per quietem apparens, cum eum flentem tristemque reperisset, interrogauit quanam esset causa mœstitiæ: dicenti, se mortem eius æquo animo ferre non posse, incredulitatem exprobrauit, qui suis eloquijs fidem non adhiberet, in quibus hæc verba posuisset aliquando legisse: Cum te consumpsum puncris, eris vt lucifer, et habebis fiduciam, proposita tibi spe, et defossus securus dormies, requiesces, nec erit qui te exterreat, et deprecabuntur faciem tuam plurimi; subimgensque, parum esse eius fidem atque manem, si mortem sanctorum miseram putaret, repente disparuit. Episcopus excitatus verba quidem sibi dicta memoriter tenuit, sed vbinam scripta essent in sacro codice penitus ignorauit; euoluto autem concordantiarum libro, vndecimo apud Iob capitulo quod quærebat inuenit. Ad tumulum autem eius insignis latro cum accessisset, exprobrans mortuo vnam, lapideam statuam super sepulchrum iacenti colaphum impressit; nec mora, cruciatu percussus impetratis sua pœnis dedit. Statua postmodum in sacrario erecta est, et alia ænea loco eius reposita, Ioannis Barbantini egregij statuarij nobile opus.* Successit ipsi Vvenceslaus filius a paternis virtutibus degener, qui egregia præcepta, quibus a parente morituro, Ioanne Pragensi & Theodorico Olomucensi præsulibus præsentibus, instructus fuerat, contempsit, quocirca cum pater accepto vno lætro regno duo florentissima regna ob egregias virtutes reliquisset, ipse ob flagitia & quibus regnis & vita in ætatis flore exutus est.

Videndum se episcopo obijcit.

Monet Sanctorū mortem non lugendam.

Sacri tumuli violator statua, cruciatu percussus.

Succedit in Boem. & Pol. regnis Vvenceslaus junior

18 *Eodem anno*, inquit S. Antoninus *a*, *in comitatu Nouariensi provincia Longobardiæ exorta est quædam hæresis pessima, cuius auctor fuit quidam frater Dulcinus vocatus, qui non erat religiosus alicuius regulæ approbatæ, sed lupus sub pelle ouina habitum religiosi, Hic zizaniam disseminans in medio tritici pessimorum errorum, & inter cæteros asserens, quod omnia debeant esse communia, etiam mulieres ad commixtionem, quod quidem peccatum nonerat, sed actus charitatis; & quod Papa & Cardinales, cæteriquæ prælati ecclesiarum non erant veri pastores Ecclesiæ, cum non seruarent vitam euangelicam: sed ipse erat verus apostolus Christi dignus papatu, cum pluribus aliis articulis falsitatis; multos secum populares vtriusque sexus, vilis tamen conditionis ad illam hæresim attraxit, quos ad numerum quatuor millium, qui habitabant in montibus & locis syluestribus, vt animalia bruta. Cum autem deficiebant eis victualia, prædabantur vndecunque habere potuissent, tanquam omnia forent communia. Per duos autem annos permansit talis congregatio hæreticorum. Sed quia, vt ait Saluator, omnis plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur, ideo ad nihilum redacta est; & tedio tactis paupertatis & incommoderum, qui eum sequebantur, multi eum dimiserunt ad fidem reuersi. Demum captus ipse hæresiarcha cum quadam Margarita socia suæ erroris per Nouarenses, combusti fuerunt cum multis alijs vtriusque sexus perseuerantibus in pertinacia sua.* Sed de eius supplicio, ac religiosa militia Clementis iussu adversus impuriſſimos homines indicta rursum inferius.

a S. Ant. p. 3 tit. 21. c. 2. §. 1. Bar. in n. f. Sched. ad hanc an. Dulcinus hæresiarcha infanda disseminat.

19. 20 Dum epicureus ille pseudomonachus voluptatum lenocinijs simplicem populum fœdissimis erroribus irretiebat, Ioannes de monte Coruino ex ordine Minorum Apostolicæ sedis nuntius in orientem euangelium apud Tartaros propagabat *b*, cuius præclara gesta ac labores pro Christi fide amplificanda susceptos ex ipsius literis *c* percipiuntur. Narrat in primis, vt Taurisio Persarum regia profectus anno MCCXCII. penetrarit in Indiam, & ecclesiam S. Thomæ sacram lustrarit, & centum circiter infideles ad Christi cultum eo in loco traduxerit: deinde ad

Ioannes Minorita fidē apud Tartaros prædicat.

b Vvad. an. 10. 3. hoc an. n. 9. & seq. *c* Extat ms. apud Oderic. Forojul. & ex eo apud Vvad. eod. an. n. 10

Cataÿ

Tartarorum imperium excurrerit, adieritque magnum Cham, & porrectis pontificiæ literis ad Christiana sacra eum pellicere pertentarit: sed ipsum priscis erroribus inuolutum oculos ad euangelij lucem non extulisse, Christianos tamen regijs studijs afficisse. Addit Ioannes se duos iam annos in Chami regia versari, appetitumque fuisse calumnijs a nonnullis Nestorianis liuore in eum imbutis, quasi missa a Pontifice ad Chamum munera trucidato in India socio inuasisset: sed ex eo discrimine feliciter erepsum, affectosque supplicio calumniatores. Tum subijcit, vt Tartari ad excipiendos diuinos fatus parati sint, conditaque fuerit a se Cambalensis ecclesia. Recurret iterum mentio de Ioanne de monte Coruino, quem eiusdem ecclesiæ Cambalensis, cuius erat conditor, creatum archiepiscopum a Clemente visuri sumus.

Aytonus iussu Clementis historiam scribit.

12 De Tartarorum rebus gestis, deque propagata apud eos Christiana religione edidit nobilem commentarium Aythonus princeps Curchi Regisque Armeniæ consanguineus, qui eundem Latinis verbis reddidum Clementi obtulit, vt ipsum ad conficiendam pro recuperanda Palæstina sacram expeditionem incitaret; quique hoc anno in Cypro post varia cum Saracenis gesta prælia, monastica disciplinæ sese addixit, vt ipse narrat a.

a Ayton. hist. orient. c. 46.

IESV CHRISTI
Annus 1306.

Clementis PP. V. Alberti Rom. Regis 8. annus 2. Andronici Imp. Or. 23.

Indict. 4.

1 COmposuit Clemens litem arduam de subiectis Pontifici Romano Regibus, quæ Bonifacium inter & Philippum Regem Francorum intercesserat, vniuersa re in pristinum statum restituta: *Regi*, inquit, *& regno per diffinitionem & declarationem bonæ memoriæ Bonifacij Papæ* VIII. *predecessoris nostri, qua incipit: Vnam sanctam: nullum volumus, vel intendimus præiudicium generari: nec quod per illam Rex, regnum, & regnicolæ prælibati amplius ecclesiæ fini subiecti Romanæ, quam antea existebant: sed omnia intelligantur in eodem esse statu, quo erant ante diffinitionem prefatam tam quantum ad ecclesiam, quam etiam ad Regem, regnum, & regnicolas superius nominatos.* Præterea tum reuocata alia Bonifacij sanctione quæ incipit: *Ne clericis*, hæc constituit b: *Illud contra quoscumque laicos exigentes, seu extorquentes ab ecclesijs ecclesiasticisque personis tallias, seu collectas, aut exactiones quascumque, vel dantes ad id faciendum consilium, auxilium, vel fauorem*; *nec non & circa præstandas subuentiones laicis ab ecclesiarum prælatis & alijs viris ecclesiasticis inuiolabiliter obseruari; quod super his a predecessoribus nostris in Lateranensi & [2] generalibus concilijs, quæ nos sub obtestatione diuini iudicij præcipimus obseruari districte & salubriter est prouisum.* Dat. *Lugduni kal. febr.*

b Cle. l. 3. tit. 3. c. 1. & 2. & 3. ep. cum. 753. 945. 813. Extorto-res decimarū ac participes tantum centuris demnati. c alijs

2. &c. Sanciuit plura alia, dum Lugduni morabatur, Clemens, quæ ad componendum orbem Christianum, amplificandamque Ecclesiam pertinebant: atque in primis Benedicti XI. qui pio studio flagrans Græcorum schismaticorum perfidiam domare armis duce Carolo Valesiorum comite in animum induxerat, inhæsurus vestigijs, pactus est cum eodem comite, vt susceptum eripiendi ipsis orientalis imperij consilium perduceret; cum illud Catharinæ ipsius vxori Balduini a Michaele Palæologo depulsi nepti debitum esset, atque inde diuina gloria dilatanda, proferendique Ecclesiæ limites essent: Carolo, itaque, & omnibus alijs crucis symbolum suscepturis illa indulgentiarum præmia proposuit a quæ vere iandiu opem laturi consequebantur: vtque facilius bellicos sumptus in ea expeditione ornanda profundendos toleraret, ecclesiasticorum vectigalium decimas in Gallijs obuenturas ad biennium ipsi attribuit. Excitati etiam ad sacri belli societatem Veneti b, quorum res in imperioe Grecorum manibus eripiendo agerentur, eum ad ipsos quarta illius pars, atque alterius quartæ partis dimidia ex pactis olim cum Balduino conuentis pertineret.

a Ib. pag. 210. Decimæ attributæ.

b Ib. pag. 43 q. anno 210.

6 &c. Dum prope Lugdunum Clemens agebat apud S. Genesium, Robertus c dux Calabriæ, qui anno superiori Pistorienti obsidione pontificio iussu discesserat, parentis Caroli II. Regis Siciliæ nomine mense februario Siciliæ regnum apostolicæ beneficentiæ, ac liberalitati solemni ritu acceptum retulit. A quo clientelares honores sibi exhibitos ita admisit Clemens, vt Romani Pontificis iuribus consulturum sanxerit; Siciliæ nimirum Reges ad præstandum illius officium ad apostolicam aulam euocari posse; ac literas exegit, quibus Carolus gesta a Roberto filio rata haberet. Assensit Carolus iuuenis peritiæ, insertisque Roberti filij literis de clientis a se præstitis officijs, singula ab eo gesta confirmauit, dato Neapoli ad Clementem regio diplomate d.

c Io. Villa. p. 6. 42. Robertus dux Calab. Pontificem patrono nomine fidē obstringit.

9 Profectus est deinde Niuernum, vbi datæ VIII. id. aprilis literæ ad Antonium Dunelmensem episcopum, indeque Bituriges adijt. De quo itinere hæc Bernardus e: *Papa de Lugduno receptus rediit Burdegalam, transiens per Bituricem & Lemouicas, vbi fuit in festo sancti Georgij, & Patragoram, sedeque in Burdegalia cum sua curia illo anno.*

d Extat in lib. primo Rom. edit. pag. 127. & in Turre S. Ang. & inter Collect. Plat. st. 1. pag. 05.

10 11 Hoc anno *in mense martij*, ait idē Bernardus f, *Clemens Papa confirmauit Regem Aragonum in Regno Sardiniæ; ditiusque Rex iuranit*, hoc est procuratorum suorum opera, *Papa fidelitatem pro dicto regno, promittens sub iuramento, ascendere dictam insulam in mense septembri tunc proxime venturi.* Extant ea de re tum Iacobi Regis g, tum Clementis h sponsionem clientelarem admirentis literæ. Vt vero Iacobus Rex Sardiniam & Corticam ex infidelium manibus eriperet, vectigalium ecclesiasticorum, quæ in terris Regi obnoxijs percipierentur, decimas in ijs regnis, quibus potiebatur, ad biennium ipsi attribuit i.

e Bern. chr. Rom Pont. & in S. Vat. cib. sign. ms. 3705.

f Bern. chr. Rom. Pont. Vossian. flor. hist.

Rex Arag. Sardiniæ regni nomine fidem Clementi obligat.

g Apud Cl. 1. t. ep. 258.

h Ead. ep. Datæ Iacobo pro cōparanda Sardiniæ decimæ.

i Lib. 1. ep. cum. 40.

12 Permouerat Pontificem, vt in literis IV. non. iulij eo argumento conscriptis constat, ea ratio ad ecclesiasticas opes in sumptus pro Sardinia & Corsica recuperandis conuertendas, vt Iacobus eo regno aucto potentiam suam veluti classis Christianæ præfectus maiori terrore aduersus Saracenos explicaret: agitasse enim cum de peractis Syriæ rebus instaurandis consilia, demonstrant inter cætera literæ ad Hospitalariorum equitum magistrum datæ l, quem veluti transmarinarum rerum peritissimum ad sedem Apostolicam, vt ea de re cum ipso, ac Templariorum ordinis principe conferret, excitat. Vrgebant namque Clementem Cypri & Armeniæ Reges, vt orientali ecclesiæ in periculum a Saracenis adductæ opitularetur. De Ierosolymitanis equitibus, de quibus paulo ante memoraui, hæc tradit Bernardus m: *Anno Domini* MCCCVI. *Hospitalarij cum exercitu Christianorum oppugnare cœperunt insulam Rhodi cum circum adiacentibus insulis circiter quinque, quæ ab infidelibus Turcis inhabitabantur sub domino Imperatoris Constantinopolitani. Ceperunt autem statim ab initio aliquas insulas & castella, steteruntque in pugna & conflictu obsidentes pariter & obsessi annis quatuor contra Turcos, & obtinuerunt finaliter Christiani.*

l Lib. 1. ep. 176. Mol. rur Clemens in Syria Christianā rem instaurare. Hospitalarij Rhodi oppugnationem aggressi.

m Ptolem. in Hist. Eccles. Rom. Pont.

13. &c. Erexit eodem tempore Clemens orientales Christianos, quos finitimi Saraceni occidentalium ope destitutos continuis excursionibus, de quibus Iordanus a meminit, lacessebant; inter quos Leonem Regem Armeniæ, eiusque patruos, tum alios qui bellum assidue gerebant cum fidei hostibus, adhortatus est, ne animo deficerent; de conficienda enim occidentalium expeditione agi, atque interea vere proximo aliquot egregio instructas copias auxiliares ad eos traiecturas. Hæc est literarum pontificiarum inscriptio; *Venerabili b fratri Gregorio patriarchæ, & charissimo in Christo filio Leoni Regi Armenorum illustri, nobilibus viris, filio Ioanni ordinis Minorum gubernatori terræ Armenorum dilectum, Vxiano & Almacho patruis Regis eiusdem.* Cæterum de Ioanne Leonis Regis patruo addenda videntur, quæ de eo refert S. Antoninus c; *Rex*, inquit, *Armeniæ Ioannes amisso regno nepoti suo Leoni ex magna devotione ordinem Minorum intravit, sed quia vastata regnum infidelis Turci insurgebant, & diffus Leo resistere eis non valebat, relicto fidei successu anno cum habitu suo assumpsit, & infideles quamplurimos fugat & prostravit, demum ab infidelibus occisus fuit.* De iungendo, pro Armenijs contra Mahometanos auxiliari exercitu actum est: sed pia ea consilia ob intestina occidentalium dissidia discussa sunt: in Eduardum enim Angliæ Regem Robertus Brusius affectato Scotiæ regno, rebellionem fecit, atque Ioanni Cumeino apud Dumfrens IV. id. februarij in choro fratrum Minorum tum forte agenti, qui Eduardo Roberti consilia aperuerat, prodire fidei increpito gladium infixit, quem repentis vulneribus socij conceptæ. Inde ea cruentatus cæde in Scotiam profectus mense aprilis huius anni regale diadema, quod sibi hereditario iure debitum, adiudicatumque ab Eduardo perperam Ioanni Baliolo contendebat, sumpsit; collectisque raptim copijs, ad deturbandos Scotia Anglos se accinxit. Verum ab Eduardi dolis gemino prælio deiectus magna suorum strage, quorum toto regno publica cædes & proscriptio fiebat, in silvas & antra compulsus d est.

Hoc etiam anno, vt narrat Ioannes Magnus archiepiscopus Vpsalensis e, Suecia intestino bello implicita est; exeunte enim septembri Birgerus Rex ab Erico & Vvaldemaro fratribus interceptus est, ac Gothiæ Sueciæque imperium ipsis permittere coactus. Inde atrox bellum exarsit; cum duces Sueciam & Gothiam vnius anni spatio sibi subiecissent; Ericus vero Daniæ Rex Birgerum Suecia Regem pristinæ libertati, ac dignitati asserere niteretur.

16 Non minoribus malis Boemia involuta, quam Suecia, hoc anno luxit cæso Vvenceslao III. Boemiæ Rege, de quo hæc Sifridus f; *Rex Boemiæ Vvenceslaus III. nondum coronatus, occisus est fraudulenter a quodam milite, provocantibus quibusdam baronibus regni sui. Hic cum esset adolescens vix sexdecim annorum, & nuniter duxisset filiam cuiusdam ducis Poloniæ in vxorem, eodem anno nuptiarum sic miserabiliter peremptus est, non relinquens heredem regni. Tunc barones dicti regni elegerunt sibi Regem ducem Carinthiæ sororium scilicet prafati Regis occisi, inconsulto tamen rege Romanorum, cuius interest conservare dictum regnum. igitur Rex Romanorum Albertus forti manu intravit in Boemiam, & constituit ibi Regem filium suum Rodolphum ducem Austriæ, dans ei vxorem Reginam Boemiæ, videlicet Elizabetham Regis Vvenceslai II. viduam. Sic ergo regnum Boemiæ ad Theutonicos translatum est.* His consentanea scribit Dubravius g, additque Vvenceslaum perditorum morum fuisse, ac iuvenili infama regia bona in helluones & compotatores profudisse, plerasque arces vili pretio distraxisse, deinde non refuso illo repetere voluisse. Regnasse porro duobus tantum annis affirmat ab obitu patris, atque adeo cum Vvenceslaus senior superiori anno obierit, filij interitum in sequentem conjecisse videtur. Verum certissime constat, antequam Clemens literas apostolicas ad confirmandum Carolo Regis Siciliæ nepoti Hungariæ regnum anno sequenti IV. id. augusti exararet, fuisse defunctum h.

a Iord. m.s. cit. Vat. lib. Vat. sign. n. 1962. c. 23. Armenij a Saracenis bello appetiti.

b Ex epist. Vved. n. 3. bet ann. 26. ex Vat. reg. huius ann. c 5. Ant. 3. p. tit. 24. c. 8. §. 21. De Ioanne Leonis fratre.

c Lib. 2. cit. Robert. Brusius Anglos bello aggreditur prælio gemino victus.

d Vertlin. Vvoling. Bonfin. Rerum Hungar. vbi sup.

e Magn. Goth. Suecorum, l. 11. c. 7. Alb. Krant. l. 5. c. 26.

f Sifrid. a Balnhusen. Refertur ad Albertum Regis Rom. Rex Rodolphi filius a eo Rex Boemiæ constitutus.

g Dubrav. hist. l. 29. Vt Vvenceslaus ex insidijs cæsus.

h Liber ep. 305. Poloni in creando principe divisi.

17 Ex hac vero Vvenceslai morte non modo in Boemia, vt diximus, verum in Polonia, cuius regios titulos sibi vendicabat, magnæ rerum conversiones secutæ b; Vladislaus enim Loctious, qui post Vvenceslai senioris mortem Cracoviensem principatum, Boemis ejectis, recuperat, ac iuniore Vvenceslao in Polonicæ expeditionis comitia caso, molliora omnia ad regnum sumpenandum vertit. Congregati autem ad obeunda comitia, e Polonica gente principem sibi constituere aggressi sunt, sed studijs discrepantes, alij maiori numero Vladislaum sibi præfecere, alij vt Posnanienses & Calisienses Henrico duci Glogouiensi se subiecere, cui Vvladislaus bellum intulit, progressusque in Pomeraniam, eam sue ditioni adjunxit: in qua tamen postea magnæ defectiones secutæ, bellorumque ingentium semina pullularunt.

b Michael. c. 6. Cromer.

18 Liberata est Gallia eodem anno magna luedamnatis nimirum perpetuo exilio Iudæis, quos etiam spoliatos bonis omnibus Philippi Regis iussu scribunt Iordanus alijsque i eaque arte Regem magnas opes cumulasse.

Iudei regno Francorum pulsi.

i Iord. chron. n. 3. Vsserius ibi sup. n. 1960. Albertinus ad ann. Mar. Rom. ad id. sept.

19 Eodem anno ad immortalitatem e cœlum S. Nicolaus Tolentinas, qui in pueritia Christum in eucharistia e videre consueuerat, & Eremitarum S. Augustini instituta amplexus, omni virtutum genere & prodigijs inclaruerat, cuius felicissimum mortis genus S. Antoninus his describit e verbis: *Per sex menses ante obitum eius omni nocte ante matutinas exercitus corporalibus canum angelicum eum Dominus faciebat audire, & cum esset in ultima ægritudine, quidam visitantes eum a diversis languoribus sanati sunt. Morti appropinquans, vocatis fratribus, sic eos alloquitur: Quamvis nihil mihi conscius sim, tamen non in hoc iustificatum me esse sentio, seu cognosco, & ideo si quem læsi, si in aliquo quempiam offendi, vos ipsi indicate, & delictis parcite, vt dimittantur & vobis delicta vestra. A priore petijt absolutionem, & omnia ecclesiæ sacramenta, quæ devotissime suscepit. Deinde rogavit, vt crux poneretur ante oculos eius, vt continue aspicere posset eam. Salutans & multipliciter se illi commendans, exhilaratusque ait: Dominus meus Iesus Christus, sua matri inhærens & beato Augustino, mihi dixit, Exge serue bone & fidelis intra in gaudium domini tui. Demum orantibus fratribus, directis oculis ad crucem ait: In manus tuas Domine commendo spiritum meum; sicque anima sancta feliciter in cælum evolavit. Post mortem eius & sepulturam multa miracula ad invocationem nominis eius facta sunt, cæci multi illuminati sunt, claudi plures erecti sunt, surdi auditum receperunt, loquelam muti non pauci, & quod maximum est, sex mortui resuscitati per merita eius, quorum nomina & loca & modus describitur in legenda eius, sed ob brevitatem dimitto. Captiui quidam carceres confregerunt, alij in mari naufragium.*

Pius S. Nicolai Tolent. mors. e S. Ant. 3. p. tit. 24. c. 10. Surius 10. Sept. Mombr. 2. Bar. in mart. Rom. ad 4. id. sept.

Puer Christum in Eucharistia conspicit.

Augustinianis se adscribit.

Audit concentus angelicos.

Recreatur cælestibus visis.

Post mortem miraculis effulget.

IESV CHRISTI
Annus 1307.

Iubil. 9.

CLEMENTIS PP. V. annus 3. ALBERTI ROM. REGIS 9. ANDRONICI IMP. OR. 24.

Præcipua res hoc anno gesta. Agitarum de recuperanda Syria.

1 Digressus est Burdegala Pictauium Clemens, quo Francorum, Nauarræ, & Siciliæ Reges, Belgij comes, & Carolus Valesiorum dux grauissimis de rebus colloquium habiturus ipsum conuenere, scilicet nimirum de instaurando in Syria re Christiana, vt restaurat Aythonus a Regis Armeniæ consanguineus, qui missus ob id a Carbanda Rege Tartarorum oratores refert, eoramque a Pontifice, vti supra indicauimus, vt de Syriacarum ac Tartaricarum rerum statu scriberet, hi oriam, quæ typis cusa est, edidit, in qua hæc grauissima exponit: *Erit enim tempus acceptabile Christicolis a Domino dimissorum, nam Tartari offerunt se parates Christianis dare subsidium & iuuamen toto posse contra perfidos Sarracenos: & ob hanc causam Rex Tartarorum Carbanda speciales nuntios destinauit, qui fratris sui Casani vestigijs inhærendo, offert se expensurum libentissime posse suum ad subuersionem & totalem destructionem inimicorum nominis Iesu Christi. Et tempore quidem ipso cum auxilio Tartarorum terra sancta recuperari posset, & vt quam Ægypti absque magno discrimine facilius subiugari. Deceret igitur Christianos dare subsidium terræ sanctæ & absque tardiuate.* De propagata inter Tartaros Christiana religione, vtque ab ea etiam Carbandas ad superstitionem Mahumeticam defecerit, memorant auctores. Nunc de agitata Asiatica expeditionis consilijs institutam narrationem prosequamur.

Carolus Rex Siciliæ Syriæ expeditionem suscipit

a *Lib. 2. ep. cur. 23. lib. primi. Rom. eccl. to. 3. pag. 163. & 183. & m. f. Vall. fol. 2. n. 12. pag. 528.*

4 5 Obstrinxit se ad ea perducenda præter alios Reges Carolus II. Siculus, qui Hierosolymitani regni titulos gerebat, vel suum e filijs se missurum spopondit, siue ad comparandam armis Syriam a Saracenis occupatam, seu partam a Tartaris recipiendam, vt constat ex literis b, quibus illum Clemens ingenti auri vi, qua Romanæ ecclesiæ obstrictus erat, liberauit ea lege, vt trecentos cataphractos equites, quorum singuli tres equos ducerent, dum gereretur id bellum aleret; Tartari enim Romano Pontifici spopondérant se ex Saracenorum seruitute Syriam erepturos, eamque imperio Latino restituturos. De Saracenis hoc anno feliciter triumphatum ab Armenijs, refert Iordanus c: ex septem enim Saracenorum millibus, qui ad Tarsum hostili furore excurrerant, vix trecentos fuga euasisse, eaque percitos clade inducias pepigisse.

b *Lond. chr. m. f. Vat. fol. m. 196. c. 23. de Tart.*

6 Nec modo de propugnanda Armenia, Syriaque a tyrannide Saracenorum vindicanda actum est, verum etiam Constantinopolitano imperio schismaticis eripiendo, ex quo ingentis ad religionem in Asia instaurandam præsidij spes affulgebat d. Inierat ob id fœdus cum Venetis Carolus Andegauiæ comes, idemque dux Valesiorum, qui vxoris Catharinæ, Balduini II. Imperatoris Constantinopolitani neptis iura ab Andronico Paleologo occupata recuperare, atq; orientale imperium in Ecclesiæ sinum reuocare meditabatur, ac Pontifex fideles ad religiosam militiam accepto crucis symbolo profitendam, propositis indulgentiarum præmijs, excitari iussit e, ipsos enim optime de Ecclesia merituros: *Profecto*, inquit, *ad ipsum imperium, de filiorum alienorum eripiendum manibus, ipse fidei zelus debet corda fidelium velut ignis accendere; nam si, quod Deus auertat, prefatum imperium ad Turcos, Saracenos, & infideles alios, qui assidue Andronicum prefatum impugnant, deuenire contingeret, grauis dispendium & confusionem grauissimam reciperet mater Ecclesia, utique religio Christiana, &c. Dat. Burdegalis VI. idus martij anno II.* Quam iusta hæc decerneret Clemens, tristis rerum eurrus edocuit. Ad sustinendos vero illius contra schismaticos fieri belli sumptus decimæ imperatæ, iussique præsules concitandæ in arma iuuentuti Christianæ manare operam f.

d *M. Sanct. Vat. de reb. Tart. Armen. Schism. pag. 1. c. 2. & 4.*

e *Dec. 5 ea de causa impositæ. Vide sup. 273. Friderico a Rege Trinacriæ ad bellum societate inuitatus. c Land. l. 2. ep. 161. d Ib. ep. 164. & m. f. Sanct. Vat. de reb. Tart. Armen. & Schism. pag. 5 exhinc in eam usque cum de sanct. excom.*

7 Allicere etiam studuit ad armorum societatem cum Carolo comite Fridericum Trinacriæ Regem, ei totius insulæ decimas biennio colligendas, si conscripsisset exercitum & cum classe regia ad factum bellum in Græcos proficisceretur, dari voluit: qui dum iter non susciperet, præsules, quibus decimarum cogendarum prouincia commissa est, eas Caroli comitis numerare iussit g. Denique, vt nihil pontificiarum partium in Caroli comitis prouehendo consilio prætermitteret Clemens, Andronicum in schismatis scelere obfirmatum anathemate percutit h, atque ad euellendos ab illius societate catholicos, fidelium communione depulit omnes, qui cum ipso sentirent conuentionesque eiam iureiurando sanctas conuulsit.

e *S. Ant. 3. p. tit. 23. c. 6. §. 1.*

8 Ad vertenda igitur in orientem occidentis arma Pontifex tollere bellorum ciuilium causas, initaque ante fœdera arctiori firmare nexu aggressus est i. Ad asserendam in primis in Gallijs concordiam, tradit S. Antoninus k eo consilio Philippum Regem ac Robertum Belgij comitem conuenisse Clementem, vt confectam iam ante inter ipsos pacem, qua diuturno ac perniciosissimo bello finis erat impositus, auctoritate apostolica corroborarent. Extat de ea confirmanda Viennæ exaratum diploma Clementis l.

Pacis fœdera Francos inter & Belgas confirmat Pont.

f *Lib. 2. ep. 257.*

9 6 Actum etiam est in eodem conuentu de faciendo inter Eduardum Anglorum & Philippum Francorum Reges fœdere, cuius gratia Parisienses cœtus etiam celebratos testatur Bernardus. Ad pangendam sane pacem, quæ Pontificis in Gallia, & Angliæ Reges propensissimi animo intidebat, missus fuerat g superiori decembri anno Petrus Cardinalis episcopus Ostiensis: meminitque de eo Vrsimonasteriensis h, & Sabinensem vocat, quem magnus in Anglia exceptum honoribus ait: impositam vero prouinciam feliciter obiit, arctiorique nexu inducias, coniungendis nimirum matrimonio Eduardo iuniore & Isabella Philippi filia, firmatum est: ijsque constitutis fœderibus, Philippum Francorum Regem, quem terroribus plenum calumnijs prouocationem in Gallijs aduersus Bonifacium diuulgasse vidimus, vt iusto flagitium commississe videretur, certendille, vt prædecessoris memoriam hæreseos crimine damnaret, eiusque corpus, quod diuina prouidentia trecentos, vt vidimus, post annos omnis corruptionis expers seruauit, flammis daret, docet Ioannes Villarus i: cuius narrationem S. Antoninus l latinis verbis donatam historiæ commendauit; respondisse nimirum Clementem ex consilio Cardinalis Prænestis œcumenicam synodum Viennæ celebrandam, in qua Rex obiecta aduersus Bonifacium crimina proponeret, vt ab vniuersali Ecclesia decretoria sententia ferretur. Ex pontificijs vero literis constat rogatum a Clemente fuisse Philippum, vt cœptis accusandi Bonifacij consilijs absisteret, cum ea res publicam Christiani imperij pacem confunderet, illumque pontificio consilio assensisse, atque a Clemente omnibus sententijs & censuris, quibus ob proditionem in Bonifacium conflatam se deuinxerat, solutum fuisse; Guilielmum vero Nogaretum, qui Bonifacium ceperat, in gratiam Ecclesiæ admissum ea lege, vt quinquennali flexu cum militaribus copijs bellum in Saracenos suo sumptu gereret.

g *Chron. f. Vat. fol. m. 196. c. 23. de Tart.*

h *Vrsperg. hist. hoc anno Iax annotate dem. fa.*

i *Io. Vill. l. 8. c. 91.*

k *S. Ant. 3. p. tit. 23. c. 1. §. 2.*

Philippus Rex execrandum scelus nimia vlciscendi libidine concipit.

l *Ibid.*

10 Cum Pictauio Parisios esset reuersus Rex exagitan-

Pontificis iussa orientalem historicus scribit Missi a Carbanda Rege Tartarorum oratores ad impugnda ch. Christianæ rem.

Perpendit periculum ne in Turcorum regnatur potestate.

a *M. Sanct. Vat. de reb. Tart. Armen. & Schism. pag. 1. c. 1. & 3.* Meditanti Carolo Valef. comuni recuperare Const. imperium fauet Clē.

e *Lib. 2. ep. 273.*

Templarij apostasiæ accusati,

gitandos discruciandosque supplicijs Templarios fuis coepit ob immania defectionis a Christo, magicæque crimina ab accusatoribus iis obiecta. Eos autem regia quidem opera; sed pontificio imperio non ex leuibus coniecturis, sed grauissimis argumentis captos, & magno numero adiunctos ad Pontificem, ac pluribus vicibus tum ex arcano tum palam eadem fassos crimina, eaque acerbe planxisse demonstrant Clementis edicta publica, in quibus ita fatur,

Vt quilo inquisitione ea exp reſſa ſit ſcelerum conſilio.

Clemens, &c. Præsentatis nobis eisdem personis non paruo, sed grandi numero, non lenis, sed magnæ auctoritatis viris, olim in ordine supradicto sacerdotibus, præceptoribus, militibus, seruientibus, per eorum confessiones & depositiones spontaneas libere factas coram nobis, & fratribus nostris in secreto prius, & postmodum coram nobis, totoque collegio fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium, patuit manifeste, quoad personas ipsas confitentes, dicta crimina & scelera esse vera, ijdemque confitentes omnes & singuli suum humiliter recognoscentes errorem, nostram & Apostolicæ sedis non iustitiam, sed misericordiam & veniam implorarunt. Quibus cum omni humilitate & reuerentia, & proprij eorum recognitione erroris omnino persistentibus pro absolutione ab excommunicationis sententia, quam ex huiusmodi hæresis reatibus & sceleribus incurrerant, ipsis misericorditer impendenda; nos, qui licet indigni, vicarij simus illius [a], misericordiæ super omnia opera eius existunt, & quia Romana mater ecclesia non claudit, prout nec claudere debet, gremium redeuntibus; facta a prædictis confitentibus cum humilitate & reuerentia abiuratione huiusmodi hæreseos secundum canonicas sanctiones, eis iuxta formam ecclesiæ fecimus munus absolutionis impendi, potestate iniungendi eis propterea salutarem pœnitentiam nobis & dictæ sedi, seu quibus id committendum duxerimus, specialiter reseruata, &c. *Datum Tolosæ* 111. *kalend. ianuarij pontificatus nostri anno* IV. At de his, deque seruato a Pontifice in Templarios iudiciorum ordine proximis angis dicturi sumus. Non leuiter vero ea res expeditionis Syriacæ consilia retardauit, cum Templariorum opera eam aggredi Clemens constituisset.

Fa sæpius confitentes reperta.

Data venia crimina abiurant ibus.

a cuius

13 Obfuere etiam admodum secutæ in Anglia rerum conuersiones ob Eduardi senioris mortem, quam hoc anno media æstate contigisse scribit Vvestmonasterienſis a, qui de maxima ab illo confecta expeditione aduersus Robertum Brusium, quem Scotiæ regnum inuasisse ait, locutus, conflictisque aduersus Scotos pluribus feliciter prælijs, quibus ipsos magnis attriuit cladibus, ac noui Regis fratres captos extremo affecit supplicio, Roberto in paludes ac loca nemoribus obsita depulso, subdit b: *Cepit Rex vexari dysenteria*; pauciſque interiectis: *Præsenti vita valefaciens, dies suos in bono, & annos suos in gloria consummauit. Regnauit autem annis triginta quatuor, mensibus septem, diebus viginti uno, completisque ætatis suæ annos sexaginta octo, & dies viginti.* Decreuisse ipsum bellum Syriacum, quod tunc Clemens cum multis Regibus, principibusque occidentalibus, atque etiam cum Carbanda Rege Tartarorum agitabat, gerere, tradit Vvalsingha-mus c.

a *Vvestm. hist. flor.* Scoti magnis cladibus aterriti ab Eduardo seniore

b *Vvestl. Vvals. in Eduard. ipse alij.* Illi mors Regni tempus

c *Vvalsin. in Eduar. II.* Eduardus iunior patri succedit.

14 Hoc eodem anno, quo Eduardus II. Rex Anglorum sceptrum accepit, Ludouicus Hutinus, Philippi Galliarum Regis filius natu maior Ioannæ matris superiori anno vita functæ titulo Nauarriæ corona est redimitus: qui cum ad ineundam regni possessionem, adigendosque in sua verba sacramento Nauarros proficisceretur, flagitauit a Clemente, vt in præiudicium, quo regni princeps ciuitas Pompeiopolis, vigente inter episcopum & iustitiæ præfectos dissensione, perculsa fuerat, amoueretur; quod pontificia clementia viribus carere iussit a, donec ille in ea vrbe versaretur. Exceptum a Nauarris fausta procerum, ac populi acclamatione refert S. Antoninus b, 1306 &c. Finitum eodem anno est Caroli Regis Hungariæ solium a Clemente, qui insignem sanctionem aduersus Othonem ducem Bauariæ æmulum edidit, vt Hungariam ciuilibus bellis laniatam pristinæ paci restitueret, & Carolo Regi, qui Mariæ auiæ Stephani Pannoniæ Regis filiæ, ac Ladislai sororis iure legitima successione sceptrum sibi debitum contendebat, dignitatem regiam asereret. Profecto iam ante Bonifacius, cum Vvenceslaus Boemiæ Rex electionis iure illud affectaret, seruatis iudiciorum legibus sanxerat, non electionis, sed successionis iura in Hungariæ regno spectanda, neque Hungaros electione celebrata legitimi heredis iuribus detrahere potuisse; ac Vvenceslaum regno Hungarico abstinere iusserat. Cum vero extincto Vvenceslao seniore Hungari seditiosi Othonem ducem Bauariæ exciuissent ad regnum, idque bellis ciuilibus concussum extremo exitio pateret, Clemens Bauarum, neque ab eo, ad quem consecrationis regiæ ius spectaret, corona redimitum, neque vllo successionis iure suffultum, incusso censurarum terrore, regno, quod inuaserat, abscedere, ac iura sua apud sedem Apostolicam disceptare iussit d.

a *Lib. 2. ep. cxv., 88.*

b *S. Ant. 3. p. tit. 21. c. 1. §. 2. Paul. Æm. in Phil. pulc. Cagnin. in eod.* Hungaricum regni Carolo Martello contra Bauarie ducem adiudicatum.

15 Ac ne quid ad tuendas Caroli Regis partes componendamque fluctuantem Pannoniam Clemens prætermitteret, cum religio in continendis in officio populis, vel ad obsequium adducendis rebellibus plurimum possit, Gemilem tit. S. Martini in montibus presbyterum Cardinalem, legationis in illo regno, ac finitimis prouincijs obeundæ munere auctum misit d. Quo argumento insigne est diploma e Pictauis pridie kal. augusti datum ad Hungaros, Polonos, Dalmatas, Croatas, Ramos, Seruios, Lodomerios, Galatios, Cumanos, apud quos deplorat vt florentissimum Hungariæ regnum seditionum procellis iactatum fluctuarit, defloruerit illius dignitas; in eo religionis cultus exoleuerit, templorum incendijs, vrbium excidijs, ædibus populorum fœdatum sit: ad quæ tollenda mala, in pristinumque Pannoniam splendorem restituendam, cum eo se conferre non possit, significat legatum summa auctoritate ornatum, rerumque gerendarum peritia, alijsque virtutibus insignem, nimirum Gemilem Cardinalem mittere, quem vt debito honore afficiant, eius excipiant imperia, & vbi opus fuerit, opem ipsi ferant, adhortatur; Albertumque Regem Romanorum, vt legato auxilio esse velit, solicitauit f: Cardinalem plurima auctoritate, multisque priuilegijs decorauit g: inter quæ permisit, vt Minoritas, quos in familiam suam adscisceret, si ad episcopales sedes gerendas, dum legationem obibat, eligerentur, ecclesiarum regimini admoueret h. Peruenisse proximo anno legatum ipsum in Pannoniam, atque omnes illius motus sedasse, Hungarosque ad deferendam Carolo obedientiam adegisse; Othonem vero Bauariæ ducem captum, retrusumque in carcere, donec potestati regiæ cessit, referunt scriptores i.

c Lib. 2. ep. Gentilis Card. legatus in Hungar. missus.

d *Lib. 2. ep. cxv. 87.*

e *Reg. pont. ann. 1307.*

16 &c. Interea Pontifex archiepiscoporum Arelatensis, Ebredunensis & Aquensis, ac suffraganeorum episcoporum, tum ciuium Massiliensium precibus adductus, Guidoni Xantonensi, & Raymundo Lectorensi episcopis partes dedit l, vt patrata Ludouici episcopi Tolosani Caroli Pannoniæ Regis patrui & Caroli II. Siciliæ Regis filij ope miracula ad sacrum examen reuocarent, quo de ijs sanctorum numero ascribendo agitaretur. Consulat lector cupidus Clementis de ea re decretum, quo ingentes aliæ luces

f Legatis in eam incolarum commendat.

Solicitatur Albert. Rex Rom ne legato opera desit.

Reg. cxv. 31 & 41 ep. 28. ad 30.

g *Lib. 2. ep. 39.*

i *Thur. in chr. p. 2. c. 89 Bonif. acc. 2. 69 & alij.*

l *Lib. 2. ep. cxv. 283.* De S. Ludouico Episcopo sanctit. adscribendo agitatus.

rescis-

Google

reciſſe ſunt nunc germanicas res perſtringimus.

26 Parto ſuperiori anno Alberti patris Cæſaris beneficentia Boemiæ regno, haud diu poſtea eſt Rudolphus a Auſtriacus: dyſenteria enim ex fugacium fructuum eſu correptus, Pragamque relatus vitæ functus eſt. Certatum deinde in regni comitijs magno ardore eſt de Rege Boemiæ præficiendo. Quo accepto Albertus Germaniæ Rex bellum in Boemiam ſuſcepit: verum a Cuthnentibus propulſatus, appetente hyeme copiarum partem reliquit in munitionibus, partem in Auſtriam deduxit; primo vere maiorem bellicum apparatum facturus. Sed illius conatus inopina mors a Ioanne nepote illata oppreſſit, ac proximo anno Boemiæ regnum Henricus Charinthius Annæ vxoris iure repetiuit.

a Dubrau. hiſt. Boem. l. 19. & alij. Rudolphi Regis Boemiæ obitus

Henricus Charinthius regno reſtituitur

27. 28 Interim præterеundum non eſt, Clementem ad aſſerendam pontificiam auctoritatem, ac geſta ante ſuſceptam tiaram apoſtolicam corroboranda, ſanctionem edidiſſe, qua promulgauit *b*, eodem valere robore, quæ ante, vel poſt ſolemni ritu acceptas papales infulas decreta eſſent: eademque ab Innocentio III. ſtatura *c*, vt omnem dubij ſcrupulum adimeret, vel diplomata antea data infringere meditantium temeritatem coerceret. Cui ſanctioni aliam addimus, quam in eodem Peſſicenſi ſeceſſu edidit, poſtquam e difficili morbo conualuiſſet: graui enim religione animum premi ſenſerat, dum aduerſa tentatus valetudine tibi vacabat, ob plures eccleſias patriarchales, archiepiſcopales, epiſcopales, tum monaſteria ſuis deſtituta paſtoribus aliorum cuſtodiæ & patrocinio commendata: quarum eccleſiarum & monaſteriorum iura ab his diſſipabantur, vtpote qui opibus tantum ſacris inhiarent; diuinique cultus ſplendorem obſoleſcere paterentur. Ad euellendum itaque illum ex animo ſtimulum, commendas omnes (vt vocant) abrogauit *d*.

Geſta ante papales in Iulas ſuſceptas valere decernitur

b Lib. 2. epiſt cur. 18. ext. inter extrau. de ſen. excom.

c Anno Chriſti 1198. n. 18. Alia Clementis conſtitutio.

Sacerdotia &c. in compendium tradita revocat Clem

d Lib. 2. epiſt cur. 23.

29 Nec tantum conditas olim eccleſias, ne eiuſmodi mercenariorum vitio peſſum irent, tueri Pontifici curæ fuit; verum ad nouas in oriente condendas ſolicitudine apoſtolica incubuit. Tartaros ex Aytono & Clementis literis ſuperius, dum de expeditionis Syriacæ conſilijs egimus, erga Chriſtianam religionem præclare affectos vidimus, ac Pontifex hoc anno Ioannem de monte Coruino, diſſeminandæ fidei ſtudio incenſum, qui in Tartaria plures infideles ad Chriſtianam fidem ſuſcipiendam pellexerat, archiepiſcopum Cambalienſem in Cathay regno creauit *e*; ſi nonnullos alios laborum & gloriæ futuros participes ſubmiſit, quos archiepiſcopi Cambalienſis inſtituit ſuffraganeos, & ſacris epiſcopalibus initiari iuſſit. Tanti viri, quibus auguſta adeo tenebricoſo orienti euangelicæ lucis inferendæ prouincia data eſt, fuere Andreas de Peruſio, Nicolaus de Bantra, Gerardus, Vlricus, Sayfuſtordf, Peregrinus de Caſtello, Guillelmus de Villanoua Minorum fratres ordinis, quorum nomina digna immortalitate ſilentio præterire non potuimus. Ad quos ſingulos literæ datæ *f*.

Religio apud Tartaros propagata.

e Ibid. epiſt. cur. 46.

f Lib. 2. epiſt cur. 652.

30 De hac epiſcoporum creatione, celebrata a Clemente pro inferendo Tartaris Catayenſibus euangelio, Odoricus Foroiulienſis *g*, atque ex eo Vvaddinghus in Minorum annalibus meminere: affert autem Odoricus partem diplomatis pontificij ad Ioannem de monte Coruino, fidei Chriſtianæ apud Tartaros propagatorem & Cambalienſis eccleſiæ conditorem dati, alteriuſque partis ſententiam adducit: qua nimirum Clemens Ioannem archiepiſcopum Tartariæ omnibus epiſcopis & præſulibus earum partium præficit ea lege, vt ſe Romano Pontifici obnoxium profiteatur, atque ab eo vſum pallij accipiat: tum dandi eccleſijs, ſacrandique epiſcopos, ſacerdotes & clericos auctoritate inſtruit: demum ob eccleſias ſtructas, & noui veteriſque teſtamenti in ijs depicta myſteria, vt eorum aſpectu imperiti populi ad Numinis cultum alliciantur, commendat. Et ſcripſit etiam dictus Odoricus pontificium diploma ad Chamagnum Tartarorum miſſum, quo illum ad euellendam veterem ſuperſtitionem, & ſacra Chriſtiana ſuſcipienda ſolicitat; tum ob regia ſtudia in ſacerdotes Chriſtianos collata gratulatur *a*.

g M. ſ. Odorici Foroiul. & ex eo Vvadding. to. 3. hoc ann. n. 4. & ſeqq. Cambalienſis archiepiſc. priuilegia. Commenduntur ob ſacras imagines in templo locatas

Chan Tartarorum ad fidem Chriſtianam amplectendam ſolicitatus.

a Ext. apud Odor. Foroiul. & Vvadding. hoc ann. n. 11.

IESV CHRISTI
Annus 1308.

Indict. 6.

CLEMENTIS PP. V. ALBERTI ROMAN. REG. 10.
annus 4. ANDRONICI IMP. OR. 25.

1. &c. ANNO *Domini* MCCCVIII. *menſe auguſti*, inquit Bernardus Guido *b*, *Papa Clemens ad vniuerſa Chriſtianitatis tam regna, quam climata litteras apoſtolicas deſtinauit, vt videlicet Templarij caperentur; & contra ſingulares perſonas illius ordinis per diœceſanos cum adiunctis ſibi perſonis religioſis inquiſitio fieret ſuper articulis redditis contra ipſos. & inducerentur in ſingulis prouincijs in metropolitano concilio aqua lance. Fuerunt inſuper per Papam delegati viri ſpectabiles & inſignes in diuerſis partibus Chriſtianitatis ſuperintendentes, qui de toto ordine inquirerent, vt poſſet illius ordinis reformatio debita, vel totalis electio fieri in proximo futuro concilio generali.* Conſentiunt Bernardi dictis apoſtolicæ literæ *c* ad cunctos eccleſiarum præſules miſſæ.

Templarij comprehenſi.

b Ber. chron. Rom. Pont. & m. ſ. Vat. bibl. ſignat. num. 3765 in Clem. V.

c Clem. lib. 3 poſt ep. eum ſub.

4. &c. De Templariorum equeſtri ordine ſtatuendum duxit in concilio œcumenico, Viennæ in Delphinatu ad kal. octobria euoluendo biennio poſt celebrando, ad quod Philippum Francorum, Eduardum Angliæ, Carolum Siciliæ, eiuſdemque ex filio nepotem Carolum Hungariæ, Fridericum Trinacriæ, Iacobum Aragonum, Fernandum Caſtellæ ac Legionis, Dionyſium Luſitaniæ, Ludouicum Nauarræ, Iacobum Balearium, Henricum Cypri, tum Boemiæ, Daniæ, Sueciæ, Norwegiæ Reges rogauit vt venirent. In ea enim ſynodo de fidei incorrupta puritate aduerſus nouas, quæ pullulabant, hæreſes, ac ſancienda diſciplina eccleſiaſtica; de vindicanda ex Saracenorum tyrannide Paleſtina, inſtaurandaque in ea religione Chriſtiana decernendum fore. Dedit etiam mandata Pontifex archiepiſcopis, vt de ijs, quæ cenſura notanda eſſent, ad œcumenici concilij patres referrent. In huiuſmodi autem literis *d* de Templarijs locutus hæc præter alia teſtatur.

Indictum Viennenſe concilium.

Vocati ad illud Reges.

d Lib. 3. epiſt cur. 58. ext. etiam in bull. & præfixa oſt ad Vienn. concil.

Clemens, &c. Quidam miles eiuſdem ordinis magnæ nobilitatis, & qui non leuis opinionis in dicto ordine habebatur, coram nobis ſecreto depoſuit iuratus, quod in receptione fratrum præfati ordinis hæc conſuetudo, vel verius corruptela ſeruatur: quod ad recipientis vel ab eo deputati ſuggeſtionem qui recipitur, Chriſtum Ieſum negat, & ſuper crucem ſibi oſtenſam ſpuit in vituperium Crucifixi, & quædam faciunt recipiens & receptus, quæ licita non ſunt, & obuiant aliter eorum honeſtati prout ipſe tunc confeſſus fuit coram nobis. *Et infra*: Magiſter & præceptor Franciæ, terræ vltramarinæ, Normandiæ, Aquitaniæ, ac Pictauiæ coram ipſis tribus Cardinalibus, præſentibus quatuor tabellionibus publicis & multis alijs bonis viris, ad ſancta Dei euangelia ab eis corporaliter tacta præſtito iuramento, quod ſuper præmiſſis omnibus meram, & plenam dicerent veritatem, coram ipſis ſingulariter libere, ac ſponte abſque coactione qualibet & timore

Secreta Templarij de Chriſto abiurato confeſſio Pontifici facta.

re

Templariorum confessio recepta de Christo cruce. re depoſuerunt, & confeſſi fuerunt inter cetera Chriſti abnegationem, & ſpuitionem ſuper crucem, cum in ordine templi recepti fuerunt: & quidam ex eis ſe ſub eadem forma, ſcilicet cum abnegatione Chriſti & ſpuitione ſuper crucem, fratres multos recepiſſe. Sunt etiam quidam ex eis quædam alia horribilia & inhoneſta confeſſi, quæ vt eorum ad preſens parcamus verecundiæ, ſubticemus &c. *Dat. Pictauis* 11. *id. auguſti pontificatus noſtri anno* 111. Indicta autem eſt a omnibus & ſingulis Templarijs dies, vt in hoc concilio procuratorum opera ad dicendam de obiectis ordini cauſam comparerent: ac Petro epiſcopo Cardinali Præneſtino, cui magiſtri ordinis & præceptorum Franciæ, Aquitaniæ, Normanniæ, Pictauiæ, ac Prouinciæ cuſtodia commiſſa erat, datum negotium, vt ipſos coram Viennenſi concilio ad accipiendam ſententiam produceret b. At de Templarijs hactenus. Nunc ad impiorum Dulcinum einſque ſectatores, diuino iudicio iuſtis affectos ſupplicijs, ſermonem conferimus.

a Lib. 3. epiſt cur. 23.

b Eod. epiſt.

Dicta apud concilium Templariorum ordini dies.

Infanda noua hæreſcos dogmata.

9 Effutiebat ille legem Spiritus ſancti euangelicæ legi ſucceſſiſſe, illamque amoris & charitatis appellabat: & ad fornicationes exercendas ex charitate ſuos inſtruebat, eoque lenocinio proram in vitia vtriuſque ſexus multitudinem ad ſe pellexerat. Quæ cum in dies augeretur, Clementis iuſſu ſacra in eam militia indicta eſt duce epiſcopo Vercellenſi, a quo hæreſim eam exciſam narrat Bernardus c. *Accidit*, inquit, *quod propter intenſa frigora multi, qui erant in dictis montibus*, ſcilicet Nouarienſibus, *fame & frigore deficientes a viribus & a vita, in ſuis erroribus perierunt. Aſcendentes autem fuelel de exercitu ceperunt ibidem Dulcinum, & cum eo centum quinquaginta perſonas: mortuorum fame & frigore cum interfectis gladio quadringenti, & amplius ſunt inuenti. Cum eodem quoque Dulcino fuit capta Margarita non tam malefica, quam haretica conſors eius in ſcelere & errore.* Ex infra *Tandem facta fuit debita executio iuſtitiæ de eiſdem per curiam ſecularem; fuitque dicta Margarita ante Dulcini oculos membratim concisa; deinde & ipſe Dulcinus membratim inciditur, & amborum oſſa & membra omnia pariter comburuntur cum quibuſdam aliis ſuis complicibus, prout eorum ſcelera merebantur*: His conſentanea tradunt nonnulli Vaticanum d, Ioannes Villanus e, S. Antoninus f, & alij g, qui eundem hæreſiarcham vna cum alijs vtriuſque ſexus eiuſdem perfidiæ conſcijs a Nouarienſibus flammis iniectum ſcribunt.

c Ber. chron. Rom. Pon. & m. ſ. Vatic. bibl. ſignat. n. 3705.

Parta de ijs victoria

Sumptum de Dulcino ſupplicium

d M. ſ. Vatic bibl. ſignat. n 3 65. in Clem. V. e. 6. Villani l. 8 c. 84.

f Ant. 1. p. tit 21 c. 1. §. 1.

g Sabell. enn l. 7. & alij.

10. 11 Defluximus ad res Italicas, quæ multis populorum motibus turbidæ ingentia poſtea mala ſecuturis annis peperere. Vtque ab vrbanis inchoemus, verſum eſt triſti præſagio a Romanis, ſacroſanctam Lateranenſem baſilicam ſequentino incendio conflagraſſe h, vt refert Bernardus. Eluxit autem ea in calamitate diuina prouidentia: cum enim volitantium flammarum globi obuia quæque depaſcerent, ædiculæ ſacræ, cui Sancta ſanctorum ob pretioſiſſimas conditas in ea reliquias nomen erat, pepercere, vt S. Antoninus teſtatur i: *Ipſo*, inquit, *anno menſe * iunij, ignis a caſu ſuccenſus eſt in palatio S. Ioannis Lateranenſis in Vrbe, combuſſitque omnes habitationes canonicorum eius, & totam eccleſiam, & domos omnes per circuitum. Solum remanſit illeſa capella, quæ dicitur Sancta ſanctorum, quæ teſtimonia erat, & ibi capita Apoſtolorum Petri & Pauli cum reliquijs aliorum ſanctorum quieſcebant: vnde maxima iactura ſecuta eſt ex rebus conſumptis ibi ab igne, & ad ſitus deſtructis.* Librat iuſtis ponderibus Clemens prodigium illud diuinæ miſericordiæ, quæ ſi ea perire, quæ humana induſtria, vel opibus refici poterant, paſſa eſt, auguſtiſſima tamen religionis noſtræ monumenta, vt altare ligneum, in quo S. Petrus ſacra peregit (ex cuius inſpectione hæretici noſtri temporis, qui diuinum ſacrificium reijciunt, conuinci poſſunt) aliaſque pretioſiſſimas reliquias, quarum iactura irreparabilis fuiſſet, corripi flammis, quæ marmora abſumebant, argentumque liquefecerant, non permiſerit; vt e pontificijs literis a ad Iacobum Columnam diaconum Cardinalem datis conſtat. De his meminit Bernardus ac ſubdit b: *Fecerunt clerus & populus proceſſiones ad Dei miſericordiam, & gratiam implorandam; hincque in Vrbe ſedantur diſcordiæ, paces fiant, viri quoque timorati, ac mulieres deuotæ Romanorum effumant lamentum, ſigna penitentiæ demonſtrantes: ad reparationem vero eccleſiæ omnes ſolicite dant operam, mutuo ſe hortantes.* Collaudauit Clemens pium atque egregium Romanorum erga res ſacras ſtudium, qui inſtructis agminibus religioſis, ſe ſuagris orabant, repertis ſuſpirijs diuinam clementiam implorabant, adibant religioſa loca, ac faſtu poſito, nullo dignitatis, ſexus, ætatis diſcrimine ſacram Lateranenſem baſilicam inſtaurabant. Reſtituendæ igitur in priſtinum ſplendorem baſilicæ Lateranenſis ſolicitus Clemens, Chriſtifideles propoſitis indulgentijs ad molitionem operis erogata ſtipe promouendam allexit c: tum citerioris vlterioriſque Siciliæ Reges vectigales ligna idonea ſuppeditare iuſſit d. Ipſum etiam ingentem pecuniarum vim conſuliſſe, ac baſilicam maiori elegantia ac magnificentia, quam antea perfectam fuiſſe, teſtantur ſcriptores e.

a Lib. 3. epiſt cur. 33.

b Ber. chron. Rom. Pont. & m. ſ. Vat. ſign. n. 3765

Iratũ Numen mulcere pijs operibus ſtuduit populus.

c Bed. l. 3. ep. cur. 37. a Ib. ep cur. 39. e Vill. l. 8 c. 97. Bern. chron. Rom. Pont. Anton. vbi ſup.

12. 13 Dum Clemens moram in Gallijs diuturniorem trahebat, tacti ſunt ob illius abſentiam grauiſſimi tumultus: rebellarunt enim Anconitani, Aſculani, alijque Piceni populi, qui armorum ſocietatem iniere Poncello Vrſino duce, vt ſe ab imperio ſedis Apoſtolicæ ſubducerent: ijſque etiam nonnulli viri prænobiles ſe coniunxere.

Ob translationem ſedis in Gallia ingentium bellorum initia in ditione eccl. Ferrarienſes ſe in libertatem vindicant.

14. 15 Eodem quoque tempore Ferrarienſes poſt Azonis mortem f, cum Franciſcus illius frater ac Friſcus Azonis nothus filius inter ſe de principatus ſucceſſione contendebant, tumultuari ſunt, ac marchiones Atteſtinos eiecere. Quam occaſionem recuperandæ Ferrariæ præclaram ſibi obiectam arbitratus Clemens illos ob depulſam ceruicibus iugum gratulatus, verbis amantiſſimis ad ſedis Apoſtolicæ, cui erant obnoxij, obſequium allicere ſtuduit g. Imminebant occupandæ illi vrbi Veneti, ad quorum artes frangendas Clemens Arnaldum abbatem Tutellenſem & Onuſtium Trebanum Meldenſis eccleſiæ decanum nuntios apoſtolicos ad Ferrarienſes miſit h, qui perfuncti ſunt ſtrenue munere, ac Romanæ eccleſiæ nomine dominium ac poſſeſſionem Ferrariæ inire: coram enim ipſis patritij plebeijque ſolenni ritu Romano Pontifici obnoxios ſe eſſe profeſſi ſunt, creati rogante populo ab ijs magiſtratus, acceptæ claues ciuitatis, ac milites præſidiarij impoſiti, adminiſtrata eorum nomine iuſtitia, atque in Maſſa Piſcalia totoque Ferrarienſi tractu arcibus præfecti dati; cum Veneti Ferrariam in ſuam poteſtatem redigere ſunt meditati, ac miſſo cum exercitu, bellicis machinis inſtructo, Ioanne Superantio, iura Eccleſiæ imaſere i expugnauere arcem, cui Thedaldi nomen eſt, Ferrariæ ſuburbia, pontem, quo fluuij vtraque ripa iungebatur, turrimque illi impoſitam occuparunt.

a Lib. 3. epiſt cur. 33.

b Ber. chron. Rom. Pont. & m. ſ. Vat. ſign. n. 3765

Iratũ Numen mulcere pijs operibus ſtuduit populus.

c Bed. l. 3. ep. cur. 37. a Ib. ep cur. 39. e Vill. l. 8 c. 97. Bern. chron. Rom. Pont. Anton. vbi ſup.

Ob translationem ſedis in Gallia ingentium bellorum initia in ditione eccl. Ferrarienſes ſe in libertatem vindicant.

Azone mortuo de principatu contenditur *Fiorau. hiſt lib. 1. c. 9. Pigna de princip. Eſtenſium. l. 4.*

g Lib 3. poſt ep. cur. 26.

Ad Ferrarienſes miſſi nuntij.

h Ib ep. 26. i M. ſ. Vatic. bibl. ſignat. n 397 p. 78 Clem. in bul. Venetan ty pog var. an. 1606.

Ferrariæ poſſeſſio nomine Romæ eccleſiæ ineunt. Veneti Ferrariam ſibi ſubijcere molitur. *l Pigna l. 4. Sabellicenſis 9. 3 7 & alij*

Ferrariam oppugnant Nonnulli potiuntur propugnaculis.

16. &c. Cum hoſtilis illius irruptionis in Ferrarienſem agrum a Venetis factæ rumor ad ſedem Apoſtolicam peruenifſet, Pontifex Ferrarienſi epiſcopo, ac nuntijs, de quibus paulo ante memoraui, impoſuit m, vt Venetos blandiſſimis monitis ad ra-

m Lib. 4. epiſt cur. 4.

ta

pta reſtituenda inciterent: ac ni euoluto decem dierum ſpatio dictis audientes tuiſſent, ipſos anathemate percellerent, cenſuraſque in locis comitatus Ferrarienſis, in quibus viſum eſſet, ſolemni ritu promulgari iuberent. Inuaſere interea Ferrariam Veneti, atque ab ſenatu Venero Ioannes Superantius vrbis prætor reipublicæ nomine creatus eſt. Quibus laceſſiti iniurijs Arnaldus abbas & Honuphrius de Trebis decanus apoſtolica auctoritate Petrum Gradenicum ducem, ſenatum Venetum, eorumque adminiſtros anathemate, ac ditionem Venetam interdicto eccleſiaſtico perculere. Vt vero Veneti a legato inde pulſi fuerint, dicetur anno ſequenti: nunc reliquas res proſequamur.

Obiecta illis cenſura

Anathemate damnati

19. &c. In Germania conſcendit cæſareum ſolium Henricus Lucemburgi dux, cum, vt ſupra indicauimus, Albertus Rex a nepote, cui ditionis hereditariæ portem eripuerat, vita & regno exutus fuiſſet; de cuius cæde hæc Bernardus tradit a: *Anno Domini* MCCCVIII. *fuit occiſus Albertus Rex Alemannia a nepote ſuo filio fratris ſui*, cui Ioannem nomen fuiſſe teſtantur alij; *cuius cauſa fertur, quia omnia dabat filijs, & de ipſo parum curabat*. Auctor vero, qui Martino Polono b appendicem adiecit, iuuenem furore ob ducatum Sueuiæ ſibi præreptum in patruum fuiſſe incitatum dicit. Alberto ſublato, Germani principes Francofurtum ad creandum nouum Regem confluxere, communique animorum & votorum conſpiratione in Lucemburgenſi comite conſenſere. Deſcibit præter innumeros alios c accurate huius electionis modum Albertinus Muſſatus d nobilis Patauinus, Henrico Imperatori charus, qui commentarium de rebus ab eo geſtis ipſi inſcripſit. Cur vero Germani, in varias factiones in huiuſmodi comitijs diſtrahi ſoliti, tanta conſenſione animorum Henricum ſuffragijs ſuis ornauerint, non modo ob egregias virtutes, quæ in ipſo emicabant, adductos, ſed maxime ad Gallorum Romanum imperium ſibi olim a Germanis ereptum recuperare meditantium euertendæ conſilia rem accelerauſſe; cum a Pontifice, qui Eccleſiam a Gallis, ſi in tantam euaderent potentiam, in ſeruitutem redactum iri metuebat, Nicolai Cardinalis Pratenſis ſuaſu moniti eſſent, Philippum Regem omnes impetus ad Carolum fratrem euehendum ad imperium conuerſurum, ni eius conſilia accelerata electione eluderent, diffuſe & accurate narrat Ioannes Villanus e eius ætui ſcriptor, quem S. Antoninus, paucis immutatis, Latinis verbis reddidit f. At de his hactenus.

Albertus Rex Rom. a nepote exſul.

aBer. chron. Rom. Pont. & m. f. Vat. bibl. ſig. num. 3705.

b Mart. Pol. l. 4. hiſt. cap.

c Pol. Lucens hiſt. eccl. l. 24 cap. 39. Bernard. ſup. geſtis Clem. lord. m. f. Vat. bibl. ſig. n. 1960. hiſt. Langr. Thuring. c. 83. & alij.

Henricus Lucemburgenſis comes a principibus eligitur.

d Alb. Muſſ. Patau. m. f. Vat. bibl. ſig. n. 1962. l. 1. c. 2. & in Vill. lib. cap. 101. Annal. Colm. ad ann. 1308. l. 1. c. 1. Iac. a Thur. 2 p. chron. cap. 89. Bonfin. dec. 2. l. 9. Roman. epit. rer. Hung. indit. 18.

Conciliati Carolo omnes, qui antea erant aduerſati.

e Thur. 2 p. chron. c. 89. f Rauzan. ind. 18. Bz. miſcel. c. lib. 9.

Vrſius Raſciæ Rex pro expedienda Rom. eccleſiæ cõiunctione mittit oratores ad Clementẽ.

21. &c. *Clemens, &c.* Quæ vero circa reditum tuum ad vnionem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac ſchiſma eminus protugandum exigimus, inferius annotantur. Imprimis quod ſymbolum Niceni concilij: *Credo in vnum Deum*, in eccleſijs regni tui & terrarum tibi ſubiectarum in ea parte, vbi de Spiritus ſancti proceſſione in eo agitur, canetur publice, dum miſſarum ſolemnia celebrantur, & ſic etiam doceatur populus: *Esse Spiritum ſanctum Dominum & viuificantem, qui ex Patre Filioque procedit*. Et quod tu, prælati, clerus, calogeri, & populus dicti regni tui profiteamini Romanum Pontificem eſſe Chriſti vicarium, & beati Petri Apoſtoli ſucceſſorem, eamque poteſtatem habere ligandi atque ſoluendi, quem idem Apoſtolus noſcitur habuiſſe; ac ipſam etiam Romanam eccleſiam ſuper omnes obtinere primatum & etiam principatum: quodque tu pro te & pro populo tuo obedientiam & reuerentiam eidem promittas eccleſiæ, ac prælati eiuſdem ipſa iurent, omni ſchiſmate primitus abiurato: & quod archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, archimandritæ regni tui per electionem canonicam eligantur, &c [Data eſt obeundæ illius legationis prouincia Ægydio patriarchæ Gradenſi, ac Lapo Prædicatorum & Arrantio Minorum ordinum procuratoribus, vt Raſciæ Regem in communionem piorum reſtituerent, vexillumque Romanæ eccleſiæ in hoſtes fidei attollendum conferrent; tum ſacerdotibus dominicum corpus in fermentato conficiendum permitterent.] Agit de ea legatione Bernardus b, quam hoc anno decretam affirmat: ſubditque Vroſium legatos apoſtolicos debita obſeruantia proſecutum, pia tamen vota, ne matrem fratremque in ſe concitaret, ad eorum non perduxiſſe.

vincula meditatus, iam ante Marcum Lucani & Tryphonem Michaelis oratores ad Clementem miſerat, vt conciliandæ cum Romana eccleſia coniunctionis, quo flagrabat, deſiderium exponerent, viroſque exposcerent doctrina exultos ad ſubditos populos inſtruendos informandoſque fide catholica: tum etiam vexillum ab Apoſtolica ſede flagitarent, quod aduerſus nominis Chriſtiani hoſtes præferrent. Quo felici nuntio recreatus Clemens, Ægydium patriarcham Gradenſem, atque e Prædicatorum & Minorum ordinibus viros lectiſſimos miſit; præſcripſitque fidei formulam, quam ipſe Rex cæterique Raſciani profiteri eſſent, quæ ab his verbis ducit exordium a: *Credimus in ſanctam Trinitatem, &c.* conceptaque eſt iſdem verbis atque ea, quæ a Clemente IV. & Gregorio X. Græcis, Ruſſis, Tartaris, & alijs populis fidelium conſortio aggregandis propoſita eſt: quibus hæc addidit Clemens ad coniunctionem Raſcinæ eccleſiæ cum Romana redintegrandam.

a Lib. 3. epiſt. cur. 21. & m. f. bibl. Vat. ſignat. n. 3914. p. 82.

22. &c. Hoc anno Hungari diuturno bello ciuili feſſi in concordiam ſe redegere g, indictis a Gentile Cardinale legato omnium ordinum regni comitijs celeberrimis, in quibus cum legatus ipſe Carolum Regem ex Maria Stephani Regis filia duxiſſe genus demonſtraſſet, omnes etiam illi, qui antea Carolo erant aduerſati, atque Vvenceslao, deinde Othoni Bauaro, iterumque Boemo adhæſerant, ipſum teſtis vocibus Regem ſalutauere, eique obedientiam detulere. Ita demum lata iam ante in regni Hungarici controuerſia apoſtolica ſententia de potioribus ſucceſſionis quam electionis iuribus admiſſa eſt. Agit de his, præter Thuroſium h & Ranzanium i, accurate Bonfinius l, addiditque Carolum reſtituto a Ladislao vayuoda Tranſiluano, ſacro diademate, quo olim S. Stephanus a Romano Pontifice donatus fuerat, apud Albam Regalem ſolemni ritu fuiſſe redimitum.

30. 31 Nec minus operæ ad Tartaros ad Chriſti obſequium pelliciendos, quam Raſcios a ſchiſmate abducendos a Clemente impenſum eſt: ad quos hoc anno Guillelmum de Villanoua Minoritam, a ſe Cambalienſis in Tartaria archiepiſcopalis ſedis ſuffraganeum epiſcopum creatum, tranſmittit o, vt in ijs regionibus fidem Chriſtianam propagaret, quæ iam latius emicare cœperat. Affectos quidem egregie in rem Chriſtianam Tartaros fuiſſe probat inſignis illa Olgetucani Regis Tartarorum ad Clementem legatio, qua expoſuerat, ſe ad euertendam Saracenorum in Aſia tyrannidem arma cum Chriſtianis coniuncturum, ac præter ingentes commeatus & ducenta equorum millia, quæ ex circumpoſitis Armeniæ prouincijs educturus eſſet, mox atque occidentales in Syriam appulliſſent, in eorum auxilium centum millibus equitum ſuccinctum ſe venturum. Quæ vbi accepit Pontifex, datis ad Olgetucanum literis gratulatus ei eſt d, tam pium deſiderium in ipſius pectus ab Spiritu ſancto immiſſum;

Clemẽs in dicit, vt proceſſio Spiritus ſancti ex Patre & Filio in ſymbolo decantetur.

Profitetur Rom. Pont. primatum.

b Ber. chr. Rer. Pont. & m. f. Vat. bibl. ſig. num. 3705.

Legationũ Tutores in caſſum conſilium, &c.

Legati a Pontif. ad Tartaros miſſi.

Tartarorum Rex ingentia Pontif. ad recuperandã Syriam pollicetur auxilia.

d Lib. 3. epiſt. cur. 11.

missum ; vtque quamprimum Christiana sacra susciperet, excitauit : proposuit in primis Syriam olim Christi cultui addictam fuisse, ipsiusque etiam sacro sanguine purpuratam, neque ab alijs quam ijs, qui æterni Numinis veri cultores essent, incolendam : quamprimum vero confecta foret occidentalium expeditio, eum de ea certiorem factum iri pollicitus est.

Auxiliares copias in oriente ad debilitandos Saracenorũ impetus decernit

32. &c. Vt facta Regi Tartarorum promissa perficeret Clemens, ad parandum in occidente sacrum bellum incubuit, plurimique Reges ac principes pio recuperandæ terræ sanctæ ardore sunt accensi ; inter quos Philippus Francorum Rex magnas spes Pontifici iniecit, se in Saracenos armorum potentiam conuersurum ; sed cũ longo apparatu opus esset, atque haud leue periculum immineret, ne Saraceni debilitatas orientalium Christianorum vires opprimerent, Armeniamque & Cyprum, quæ barbarorum furori superfuerant obruerent, præmittenda censuit cataphractos mille equites, & quatuor peditum millia, vt futuro exercitui viam munirent, Cypriosque & Armenios aduersus hostilium impetus confirmarent. Quas copias antequam Templariorum scelera patefierent, ijs ducibus atque Hospitalarijs conficere decreuerat : sed cum iudicio postulati essent, ex Hospitalarijs solummodo contrahendas decreuit. Quo argumento ad supremum ordinis illius equestris magistrum literas dedit [a], ipsisque stipendia ex ærario pontificio, ac Regis Francorum liberalitate suppeditatum iri spopondit.

Galliarum Rex in eorũ gratiã parat. [a] Rod. lib. 3. epist. 436.

33 Galliarum etiam Regem, quem in operis ardui ac gloriæ societatem adducere cupiebat, rogauit [b] vt Hospitalarijs facilem se & benignum impertiretur : permitteret vt ex ipsius regno arma & commeatus educerent, ac vectigalia pro efferendis rebus necessarijs remitteret, vt imperaret subditis, ne equos, arma, lignaue ad naues construendas Saracenis inuehent, quibus hostes rem Christianam perfundant. Tunc Cyprus adeo studijs contrarijs fluctuabat, vt pateret exitio, cum Henricus Rex & ipsius frater Almaricus Tyri princeps de regni administratione contenderent : adeoque controuersia exarsit, vt Rex oratorum opera Apostolicæ sedis auxilium imploraret, expostularetque, iniuste sibi relicta tantum regij nominis vmbra, rerum administrationem creptam, & custodia obsessum teneri. Quibus Almaricus respondebat, fratrem graniore implicitum morbo adeo sub regni mole succubuisse, vt sceleri frena laxaret, eoque assentiente, ac procerum consilio regni se habenas accepisse. Cumque regij oratores confectas ea de re literas vi & metu extortas subinferrent, Clemens Thebarum archiepiscopum ac Raymundum de Pinibus capellanum pontificium legatos in Cyprum decreuit [c], vt ad adducendos in mutuam concordiam Henricum & Almaricum incumberent, ac si pax inter eos coalescere non posset, totius rei circumstantias explorarent, sedique Apostolicæ exponerent, vt æquam sententiam ferret.

[b] Ibid. epist. 434.

Hortatur eum Pont. vt subditos ab insequendis mercibus Saracenis arcere pergat, Henricus Rex Cypri & Almaricus frater de regni administratione inter se certant.

Pontifex controuersiam dirimere conatur. [c] Lib. 3. epist. cap. 8. Datæ ea de re ad nuntios Apostol.

34. 35 Concussæ his dissensionibus Cypro spe & cupiditate impiebant Saracenis ad quorum impetus propulsandos cum Henricus Rex Famagustam nudatam mœnibus cingere propugnaculis, ac magnis molibus munire decreuisset, iniquo consilij Clementem certiorem fecisset ; Pontifex eam rem magno rei Christianæ commodo vertendam perpendens, Cyprumque aduersus Saracenos firmandam, vt ex ea insula in fidei hostes ad recuperandam terram sanctam irrumpi posset, apostolico diplomate omnibus ijs, qui expiata sacra confessione conscientia ad promouendum opus, in quod magni sumptus profundendi erant, sibi eam conferrent centum dierum indulgentiam proposuit [d]. Porro Cypri Regem fuisse proximo anno

Henricus Famagustã stimare propugnac. cuius deliberat.

Stipem ad opus perficiendum collaturis indulgentias proponit Clemens. [d] Lib. 3. epist. 500.

pulsum in Armeniam, ac deinde in regnum reuocatum a suis, exceptumque summo gaudio refert Sanutus [e]. [e] Sanut. l. 3. p. 3 c. 11.

IESV CHRISTI
Annus 1309.

Indict. 7.

CLEMENTIS PP.V. HENRICI ROMAN. REG. 1. annus 5. ANDRONICI IMP. ORIEN. 26.

1. &c. RECedens de Tolosa, inquit Bernardus Guido de Clemente loquens, *declinauit ad sedem S. Bertrandi confessoris diœcesis, quæ dicitur Conuenarum : vbi in festo B. Marcelli Papæ, scilicet XVI. kal. februarij corpus sacrum S. Bertrandi episcopi confessoris, cuius ipse fuit consors in nomine, & successor in sede, de loco, in quo prius erat, in ecclesiam transtulit pretiosam, quam ad hoc idem Papa Clemens prius fecerat suis sumptibus fabricari. magnam quoque concessit indulgentiam visitantibus ibidem sacras confessoris reliquias annuatim.* Hæc Bernardus, quæ etiam in m. s. Clementis rebus gestis [b] ijsdem pene verbis leguntur, confirmanturque literis apostolicis [c], quibus sancti præsulis laudes celebrantur ; quibus literis adiecta est hæc loci ac temporis nota, *Datum Conuenis XVII. kal. februarij anno IV.*

Bern. Guid. Hist. Pont. MS. Vat. codi. pag. 376. de S. Bertrãdi Conuen. episcopi translatione celebrata, a Clem.

[b] Ext. apud mei figli lib. 1. n. 25. et lib. 4. epist. com. 332.

4 5 Conuenis Auenionem se contulit, vbi, *ad instantiam Regis Francia & suorum*, ait idem auctor, *in publico consistorio pronuntiauit, vt liceret prosequi volentibus procedere contra memoriam Bonifacij Papæ VIII. defuncti.* Extat ea de re Clementis diploma [d], quo expositum, se a Philippo Lugduni primum, deinde Pictauij postulatum, vt ab sede Apostolica iudicium de crimine hæreseos Bonifacio impositi institueretur. Et quamuis nullatenus, vti debebat, putaret Bonifacium ex catholicis parentibus ortum, qui Martino IV. & Adriano V. in legationibus ab ijs gestis operam nauarat, dein munera curiæ exercuerat, tum Cardinalatu fuerat exornatus, susceptoque pontificatu hæreses insectatus fuerat, & dogma catholicum confirmarat, hæreseos tabe inquinatum fuisse ; ob decus tamen sedis Apostolicæ, & ad Ecclesiæ puritatem asserendam protestis est, accusatoribus, vt suas probationes afferrent, diem dixisse. Guillelmus itaque Nogaretus & Guillelmus Plasianus Bonifacij accusatores miriique calumniarum artifices suas accusationes in publica acta redegere, quæ porrexerunt Clementi, extantque in tabulario Vaticano Romam Auenione translata, ex quibus eorum impostorum impietas arguitur. Exhorruit Christianus orbis ad rei adeo insolentis famam, & Castellæ atque Aragoniæ Reges Catolici missis, vt refert Surita [e], oratoribus apud Clementem questi sunt, iniectam fidelibus offensionem, quorum aures pias ferre non possent, Romanum Pontificem in crimen hæreseos adduci. Nec Hispani modo, verum Germani quoque, Belgæ, & Itali, vt refert Albertinus Mussatus [f], Philippi Regis consilia execrati sunt : ob idque potissimum Henricus Rex Romanorum magnis studijs prouectus, vt illius vim reprimeret, vt dicetur inferius. Cæterum Clemens cum ex eo iudicio nullam sedi Apostolicæ notam aspersum iri præuideret, ac Bonifacij memoriam, quam obtrectatores obscurare nitebantur, illustrandam, in suscepta sententia perstitit.

[d] Bern. Guid. Hist. Pont. MS. Vat. codi. pag. 376. de Clem. V. Clemens Philippo Rege vrgẽte accusandi Bonifacij potestatem facit.

[e] Surit. lib. 7. 49 annal. c. 5. c. 87. Fideles ex Bonifacij accusatione scandalum patiũt.

6 Proretinenda etiam Ferraria monuit Venetos, vt vrbem illam oppugnare detinerent sed cum ipsius preces incassum essent missæ, ac Ioannes Superantius

[f] Iulio Mussato l. 1. c. 3.

patri-

Veneti ana themate defixi.
a Lib. 4. epist. cur. 84. m. f. Vat. bibl. sig. n. 3977. pag. 373. cat. ipsis cusa inter monitoria & declarationes excom. contra Venetos.

patritius Venetus submissus cum exercitu Ferrariæ præfecturam, pulsis intermuntijs apostolicis, qui vrbem ad obsequium Ecclesiæ reduxerant, & alijs magistratibus pontificijs, occupasset, Pontifex graues censuras Petro Gradenico duci venetorum, Ioanni Superantio, Vitali Michaeli præfectis, senatui, alijsque Venetis omnium ordinum irrogauit a. Extat id iudiciarium edictum die cœnæ dominicæ pontificatus anno IV. contignatum in pontificio regesto, & anno huius seculi sexto ex typographia Vaticana excusum.

Sacrũ bellum in Venetos indictum.

7. 8. Cum edictis pontificijs vim & arma opponerent Veneti, religiosam in eos militiam Pontifex, dato crucis symbolo, ac propositis Ecclesiæ signa secuturis præmijs indulgentiarum, quæ arma in Saracenos gerentibus concedi erant solita, indixit b, Arnaldumque de Palagrua S. Mariæ diaconum Cardinalem sacro bello præfecit. Vt vero crucesignatis succinctus copijs Ferrariam recuperarit, hisce verbis describit Bernardus c: *Fuit missus legatus a latere Papæ dominus Arnaldus de Pelagrua diaconus Cardinalis, in Italiam festinant, & subsecuta est hominum magna strages: fuitque capta & recuperata Ferraria per legatum in sequenti mense augusti in festo S. Augustini, non sine multo effuso sanguine Ferrariensium & Venetorum in prælio iuxta Padum: Fertur autem numerus occisorum hominum una die VI. millia exceptis mortibus plurimorum, qua præcesserant, & postmodum ibidem & alibi sunt secuta.* Assentiumur Bernardo m. s. Vaticanum d. Ioannes Villanus e, S. Antoninus f, & alij. Fauisse vero ecclesiasticis copijs ciues ex m. s. diario colligitur, in quo refertur Vitalem Michaelem creatum a Venetis Ferrariæ præfectum a Ferrariensibus pulsum esse: additque Villarus, Venetos, cum vrbem obsidione cingere molirentur, nondum amissa arce, cui Thedalci nomen est, apud Francolinum cæsos: cuius insignis victoriæ partem Florentinis ascribit S. Antoninus, arcemque recuperatam subiit.

Ferraria Venetis erepta a Card. legato.
b Lib. 4. epist. cur. 84.
ellor. chr. Rh Pon. hoc. ann. d. M. f. Vat. bibl. sig. n. 3765. m. Clem. V.
ste. Vill. l. 8 c. 103.
stant p. 1. tit 21. c. 2. ante §. 1.
Bern. l. de Rb. imp. m. f. Vat. bibl. sig. n. 3043. & n. 3765. m. Clem. V. lor chr. m. f. Vat sig. n. 1960. c. 238. de imp. Henr.
Sicc. in annal. Ptol. Luc. hist. eccl. m. f. l. 24. c. 40. & alij.

Henricus Imp. Aquisgrani coronatus.
bant. 3 part. tit 21. c. 2. n. princip.
l. Lib. 4. epist. cum. 571.
l Alb. Muss. l. 1. c. 3.
uller de imper. Rom. in Henric. m. f. Vat. bibl. sig. n. 3043. Pol. Luc. hist. eccl. m. f. l. 24. c. 40. m. f. Vat. bibl. sign. num. 3765. de Rb. I. & in Cle. V. nsist. mare S. Ang. Chr. l. 8 ep. cur. 75. l. prin. Rb. eccl. l. 3. p. 81. & m. f. Vall. sig. lu. l. 8 n. 12. p. 43. rep. in arch. Ambros. autogr. anno 1194. n. 24

9. 10 Inter hæc redimitus g fuerat corona Aquisgrani anno ineunte Henricus, antea Luxemburgensis comes, Romanorum Rex, ipso epiphaniæ sacro die: quam ei contulisse Henricum Colonensem archiepiscopum ait S. Antoninus h. Qua celebritate pertecta more maiorum ad i imperatorium nomen eblandiendum, asserendumque partum ex electorum suffragatione in solium Romanum ius, oratores ad Pontificem legauit. Excitatum ad id Henricum fuisse stimulis gloriæ, vt Italicum regnum adipisceretur, imperiumque tot annis squalore obtitum pristino splendori restitueret; tum a Gibellinarum partium sectatoribus permotum, pontificizque benevolentiæ aura, cum Philippus Rex Francorum ob impositas Bonifacio calumnias, motamque de cremando eius corpore litem, Clementis & Cardinalium animos a se abalienasset; refert Albertinus Mussatus l. Perfuncti sunt eo munere m Batilienſis & Curiensis episcopi, Delphinus Viennæ, ac Sabaudiæ, Namurci, & Sarapontis comites, quibus Henricus insignes reuerentiæ & amoris notis literas tradidit n, quibus Clementem deprecabatur, vt sibi manibus pontificijs diadema contingere: vtque petita obtineret, significabat, se oratoribus iniunxisse, vt regio nomine conceptum quibus vellet verbis fidei sacramentum nuncuparent.

11. &c. Confecere mandata oratores, atque in medio purpuratorum patrum consessu a Clemente flagitarunt, vt Henricum Regem Romanorum approbaret. Pontifex vero seruato maiorum ordine designatum Regem vt gerendo sceptro virtutibus parem, atque ad imperatorium fastigium euehendum confirmauit, tempusque ad eum diademate cingendum constituit, nimirum ab euoluto a festo proximo purificatæ Virginis biennio recurrente diem, vt referunt Iordanus a, Bernardus b, Ptolemæus Lucensis c, ac Stero d. Apostolica sponsione secundo applausu accepta, Regis Romanorum oratores se Pontifici paratos exhibuere, vt Henrici nomine fidem sacramento denuncirent: qua de re publicæ tabulæ conscriptæ e.

l Vat. chron. m. f. Vat. sig. n. 1960. sp. 230. de imp. H. n.
oder. de Rb. imp. m. f. Vat. b. sig. num. 3043. & chr. Rb. eod. ipsi Lucens. hist. m. f. ... 40. dstero in tab. in annal.
nomitr. ll. in gne imperat. Clemens. chartas ar. S. Ang. & l. pr. n. Rom. & c. 1 sp. Sto & int. collect. t. 1. p. 212. & m. f. l. ail sig. lu. n. 12 p. 48 f. ex. in l prin. Rom. ec c. l. 1 p. 192 & in m. f. Vall. sig. lu. l. n. 12 p. 49.

17 Cœperat Pannonia latis a legato apostolico optimis legibus in pristinum splendorem reuocari sub Rege Carolo, cum illius auus paternus eius nominis secundus Siciliæ Rex ab hominibus demigrauit, de quo hæc Bernardus g: *Anno Domini* MCCCX. *quinta die introitus maii obiit Carolus II. Rex Siciliæ, comesque Pronunciæ, filius quondam primi* Caroli *Regis Siciliæ, regni sui, computando ab obitu patris sui*, XXV. Quibus consentanea tradunt Iordanus f, Ioannes Villanus h, & S. Antoninus i, illumque in senectutis laudes regias incommentiæ vitio l foedasse, sed parcendum est credere diuinam misericordiam sanctissimi ipsius filij Ludouici, qui fastu regio conculcato S. Francisci humilitatem sectatus erat, precibus placatam flexisse Carolum ad expianda lachrymis scelera: pro cuius etiam anima leuanda illius vxor Regina Maria plurimas preces apud Deum effudit, obtinuitque a Clemente Papa sequenti anno, vt fideles ad præstandum illud viro pietatis officium pelliceret, inculgentiarum præmia ijs erogari m, qui Deum deprecarentur vt illius animam pœnis purgatorijs liberaret.

Corona regia Hungarica curtancta vocata Caroli Regia sicilia more.
g Ser. chr. Rb. rum. m. f. Vat. bibl. sig. n. 3765.
h ord. m. f. Vat. bibl. sig. n. 1960. sp. 234.
sio. Vill. l. 8 c. 103.
f ant. 3 p. tit 21. c. 9. § 1. m. Ia. Vil. ob sup. Cal. bis Neap. l. 5.

18. &c. Exorta est extincto Carolo haud leuis de regni successione inter Robertum Caroli tertium natu filium & Carolum Hungariæ Regem, quem Siculi regni iura, vtpote ex Carolo Martello maiori natu Regis Siciliæ filio oriundum respiciebant. Sed Bonifacij VIII. sanctio aduersabatur Carolo, qua ad sedanda bella imminentia a Carolo II. Rege consultus statuerat n, vt is Siculo sceptro succederet, qui proximo gradu Regem Siculum eo tempore, quo e vita discederet, habita in eodem gradu ætatis ratione, attingere compertus esset. Cum vero S. Ludouicus episcopus Tolosanus secundus natu detuncto Carolo Martello melioris regni spe caducum sceptrum immortali commutasset, Roberti causa vicit n Clementis Pontificis auctoritate, cum id Siculæ rei con

Facer erat S. Ludouici epiſc Indulgentiæ pro illius a.i.ma oraturis cœlestæ
n Lib. 4. epist. cum. 206.
Controuersia de Siculi sceptri successione inter Robertum & Carol. Reg.
n Anna. tom. ann. Chr. 1297. n. 13.
Robertus Siciliæ potitur.
ori. ini Coll. l. 5. bis Neap.

ducerer, tum ob Roberti sapientiam ac scientiam militarem, tum ne Carolus, qui vix Hungarico regno sufficeret, alterius regni mole obrueretur; cum maxime ea regna diuincta essent, bellisque grauissimis sæpius fluctuarent? De noui Regis auspicijs hæc Bernardus a: *Successit in regno & comitatu Roberto filius eius, qui fuit coronatus & vnctus in Regem per Clementem Papam V. apud Auinionem duodecima prima sequentis augusti anno Domini præterito.* Adstipulantur his Iordanus b alijque auctores. De Roberti tamen successione in regno Siculo dissentit a Bernardo Ioannes Villanus c in designando perfectæ regiæ inunctionis die, dum ait Robertum iunio mense Neapoli magno procerum comitatu, triremiumque apparatu in Prouinciam vectum ad Clementem se contulisse, atque ab eo festo Deiparæ natalitio die diademate solenni ritu exornatum. Constat certe ex Roberti literis ipsum die vigesima sexta mensis augusti huius anni Auenione Pontificis beneficio atque auctoritate Siculum sceptrum capessere professum esse, ac pollicitum d iuramento interposito se ei fidum & obsequentem semper futurum. Promulgatæ etiam a Clemente literæ apostolicæ e de Roberto donato iure beneficiario Siculo regno ex pactionibus inter Carolum I. ipsius auum ac Romanos Pontifices confectis, ad rei gestæ memoriam temporum oblitione vindicandam.

a *Ner. chr. Rer. Pis. in f. Vat. sign. & ms 3675.* Regia inauctione a Clemente linitur. b *Iord. in f. Vat. sign. ms 1960.* c *Vil. l. 8 c. 113.* d *Ext. apud Clem. l. 4. op. com. 999. & in arce S. Ang. in Liprini. lib. eccl. p. 3. p. 297. inter Coll. Plut. to. 19. 335. & in ms. Pall. bib. Ang. lit. B. an 13. pag. 119.* Io illi verba iurat. e *Lib. 4. epist. com. 977.*

33 Refert vero Surita f sopitas tum a Iacobo Rege Aragonum nonnullas controuersias, quæ Robertum inter ac Fridericum vertebantur, atque ob eo promptiorem, vt Fridericus arces, quas in Calabria teneret, Roberto restitueret: Robertus arcem, cui Iachi nomen est, in Catanensi tractu cederet Friderico, Tuneranus Rex Roberti ac successorum feudiarius censeretur.

f *Sur. lib. 5. c. 75.* Conuentiones inter Robertum ac Friderici Reges oppositæ. Tuneranus Rex Regis Siculi stipendiarius *Glo: Vil. l. 8 c. 93.* g *Ins. 3 p. tit. 21. c. 3. ante §. 1.* Iacob Rex Arag. acceptis pecuniis Sardiniæ expeditionem differt. Bellum in Mauros transfert. h *Mariana l. 14 c. 9.*

24. Quod ad Iacobi eorum Regum arbitri res speciat; hæc tradit ex Ioanne Villano g S. Antoninus h: *Eodem anno, cum Rex Aragonum se præpararet ad inuadendam & capiendam insulam Sardiniam, & iam requisisset Florentinos & Lucenses in auxiliorum suum contra Pisanos, qui illam insulam possidere videbantur, ipsi Pisani miserunt oratores suos ad Regem Aragonum in tribus galeis cum multa pecunia, qua recepta ab executione talis propositi desistit ex toto.* Porro Iacobus a Sardico bello, pro cuius sustinendis sumptibus decimas sacerdotalium vectigalium illi attributas a Clemente antea dictum est, abduci facile potuit, cum in Granatenses Saracenos iuita cum Ferdinando Rege Castellæ armorum societate, atque illius sorore Eleonora Iacobo maiori natu filio desponsa, belli molem vertere cogitaret. Amplissimam delendi ex Hispania Saracenici nominis datam fuisse occasionem narrat Mariana i, cum Granatenses Malacitani reguli, qui Rege luminibus orbato rempublicam gerebat, non ferentes imperium, ciuilibus dissentionibus fluctuarent. Aborrabes enim e Marrocij Regum sanguine satus, regnandi cupidus, Almeriam occupauit: qua pulsus, cum Septam cogitaret, Christianos Reges in auxilium excitit.

25, 26 Contulere l Reges Catholici cum Pontifice missis oratoribus sacra fidei propagandæ consilia, quæ plurimum Clemens exultit, diuinisque præmijs fideles ad sequenda Regum signa pellicere est conatus. In primis enim datis ad Valentinum episcopum VIII. kal. maij literis, indicendi in Aragonia aduersus Granatenses belli sacri, crucisque symbolum religiosam militiam professuris conferendi potestatem fecit: quibus etiam indulgentiarum præmia Syriacum iter aggredientibus attributa ad delendas noxarum reliquias e sacro Christi erario

propositis a, si intra excurrens proximum triennium vnius anni spatio contra infideles terra marique bello certarent: quo sacro munere etiam eos potiri voluit b, qui vel milites submitterent, vel stipem erogarent. Contulit etiam eidem Regi ad tolerandos belli sacri sumptus vectigalium ecclesiasticorum, quæ in Catalania regnisque Valentiæ & Aragoniæ colligerentur, decimas triennales: ijsdemque officijs prosecutus est Pontifex Ferdinandum Regem Castellæ, Aragonij in ea expeditione Granatensi socium; attribuit c enim in crucesignatorum stipendia regnorum illius decimas ecclesiasticas; qua de re dare ad Castellæ clerum extant literæ tum Gundisaluum archiepiscopum Toletanum ad Granatensem expeditionem promouendam legatum sedis Apostolicæ creauit in Ferdinandi regnis d.

a *l. 4. epist. com. 94.* b *Lib. 4. epist. com. 319.* Iacobi Regis signa in Sar. secuturis indulgentia proposita. Decimæ Iacobo in ea expeditionem attributæ. Concessæ etiam Regi Ferdinando decimæ Castellæ. c *lib. 4. p. 368.* Gundisalmo Tol. archiepiscopo creatus sedis Apost. legatus. d *Lib. 4. epist. com. 369.* Res gestæ in eo bello. e *lib. 4. epist. com. 93. Sand. t. 1. de reb. Hisp. p. 9. Sur. ind. 1 ad hoc ann.* Tarifa de ditione accepta.

27. &c. Gesta est initio res magnis animis: capta enim est Septa a Iouberto Castelli noui vicecomite (is esse videtur Iaspertus vicecomes Regis Castellæ classis præfectus, qui a Toletano, & Zamorensi antistitibus collectas decimas ad Granatense terra mariq; oppugnandum regnum, cum Ferdinando libitum esset, Clemens numerari iussit e,) Septæ præda Aragonijs cessit, vrbs ex fœdere Aborrabi, qui in Regem Granatensem Christianos concitarat, tradita f: inde Heraclea Calpi monti imposita, vulgo Tariffa dicta, ad deditionem compulsa. His elati victorijs Christiani, præcipuas duas vrbes, Algeziram Castellani, Aragonij Almeriam, obsidione cinxere, quibus subactis adiungendi Christi imperio Granatensis regni magna spes affulgebat. Et quidem Iacobus Rex ita Almeriam bello fatigabat, vt omnes in illius potestatem cito venturam putarent; sed discordia intempestiua illius expeditionis fructum corripuit.

Discordia inter Castellæ principes exorta.

28 Ioannes enim & Ioannes Manuel regiæ Castellæ principes a Ferdinando animis dissidere cœpere, cum Ioannem Nunnium & Lupum Harum sibi infensos apud Regem fiorere gratia & auctoritate, sua vero infringi ac sperni consilia indignarentur. Cuerebatur etiam Ioannes Tariffam, vt Ferdinandus sponderat, sibi non tradi, immo imperatum, vt si eam arcem adiret, interficeretur. Quibus exasperatus e regijs castris in proripuit, plureque secum traxit proceres, nec vllis precibus flecti potuit, vt in obsidione persisteret: cumque Ferdinandus dissipari exercitum inuereretur, obsidionem Algeziræ soluit. Quo accepto Iacobus, qui Almeriam in summas angustias adduxerat, cum belli molem in se versum iri cerneret, inito cum Rege Granatensi fœdere, ac liberatis mancipijs Christianis abscessit sequenti inuite anno, inglorio sane tantæ expeditionis exitu.

Ferd. Rex inuitet Algeziræ obsidionem solut. Iacob. Rex Arag. pari dedecore Almeria abscedit.

33. &c. Anceps etiam hoc anno extitit alia Christianorum in orientales Saracenos expeditio, quæ ab Hospitalarijs ad muniendum iter securum alteri solenni, quam Pontifex meditabatur, cœpta est. Creatus in exercitu legatus Apostolicæ sedis Petrus episcopus Ruthenensis, daraque illi in oriente religiosam militiam professuros crucis symbolo insigniendi auctoritas pontificio diplomate. Ingressus est autem septembri mense mare legatus apostolicus vna g cum Hospitalariorum magistro Fulcone Villareto, tantaque e diuersis regnis, maxime e Germania, crucesignatorum multitudo confluxit, vt illam classis, quæ comparata ad transfretandum erat, capere non potuerit.

Exercitus in orientem aduersus Saracenos transmissus.

g *Bos hist. equit. Hierosol. p. 212.* Crucesignatorum multitudini ne sat defuere

Hoc denique anno in Anglia Eduardus Rex solemni ritu corona redimitus h exercitum duxit aduersus Robertum Brusium, qui post partam superiori anno de Ioanne Cuminio victoriam vires suas admodum in Scotia auxerat: sed ob innatam segnitiem, partimque ob commeatuum inopiam,

h *Walsingh. in Edvar.*

eundem

eundem exercitum e Scotia nulla re gesta renocauit a; quocirca Scoti, qui e iam tum ipsi hæserant, ab eo ad Robertum defecere, cui quoque plures vrbes, desperata Anglica ope, seſe dediderunt: quamobrem Robertus adeo vires suas confirmauit in Scotia, vt ex ea diuelli non potuerit; quinetiam Angliam magnis cladibus attriuerit, vt suis locis narrabitur.

a Hoff. Bost. hist. Scot. lib 14. Buchan. hist. Scot. lib Eduardi expeditio in Scotiam dissoluta. Confirmata Scotorum res.

IESV CHRISTI
anno 1310.

Indict. 8.

CLEMENTIS PP.V. HENRICI ROMAN. REGIS 2. anno 6. ANDRONICI IMP. OR. 27.

1. SVspensa erat vniuersa Italia expectatione aduentus Henrici Romanorum Regis, quem Ioannes Villanus b iter aggressum ait, vt suscepta Mediolani ferrea corona, atque aurea Romæ redimitus, pacato occidente, sacrani pro instaurandis in Syria Christianis rebus expeditionem conficeret. Cumularat etiam eum illius vota felices rerum exitus, nec Germanicas res modo composuit, verum etiam Ioannem filium Regem Boemis dedit. Versum est Henrico Charinthio crimini, Boemiam Romani imperij beneficiariam contra maiorum instituta Romanorum Regis auctoritate non accepisse, debitaque illi officia post triennium non præstitisse; tum Elizabeth coniugis sororem ad indignas nuptias, quo regnum sibi asseret, compellere voluisse, hanc vero cum Ioannes Cæsaris filius sibi despondisset Spiræ egregio succinctus exercitu, Boemorumque studijs fultus regnum, pulsis Charinthijs, adeptus a Petro Moguntino, suffraganibus Ioanne Pragensi & Petro Lomicio Olomucensi præsulibus, solemni pompa Pragæ regio diademate est insignitus.

b Vill. lib. 9 cap. 1.

eleganter Henrici Regis Rom. filius creatus Rex Boemiæ. Boemi Henricum Charinth. pellunt. Quæ ipsi obiecta. Elizabeth Vvenceslai soror Ioannis de Spôta. Ioannes a Petro Moguntino Archiepo coronat rediuiuus. Henr. Rex in Italiam venire apparat.

2. &c. At Henricus cum Italici itineris, vt imperatoria corona a Clemente vel Cardinalibus legatis redimiretur, consilium a, eruisset sedi Apostolicæ, Pontifex ad nouada Romanæ ecclesiæ iura, datis ad eundem Henricum literis, suis conceptam verbis sacramenti formam ei proposuit, ex quo fidem obstricturus esset nuncijs apostolicis antequam Italiam ingrederetur. Illius vero iurisiurandi Ecclesiæ nomine admittendi prouinciam Balduino archiepiscopo Treuirensi & Ioanni de Molans scholastico onus imposuit e quo eos perfunctos fuisse testatur Henricus ipse datis Lausanæ ad Clementem hoc eodem anno vnd. octobris literis d, quibus profitetur, se coram ipsis Romano Pontifici fidem suum obligasse, manumque sacrosanctis euangelijs religionis ergo admouisse, ac spopondisse se fidem catholicam defensurum, perditurum hæreticos, ditionis ecclesiasticæ iura asseruturum, clientesque pontificios tutaturum.

a Clem. Lib. 5 ep. cur. 57. Adest in arc S. Ang. Lyrin Ro. scrin 3 p. 139. coll. Plat. to. 1 p. 331. & m.s. Vall. fig. lat. B. b. 12. pag 366. & figu. in D. n. 1 p. 63. & lib. cit pag. 349.

b Vide Vill. 9 cap. 1. Italicæ vrbes ad Hæc oratores mittunt.

c Ibid. c 3 dat 3 id. oct. ex. a. f. 4. Vsc. in Henr. & alij

8 Dum Lausanæ agebat, commissa Ioanni Regi Boemiæ, vt docet Ioannes Villanus e, Germaniæ administratione, Italorum legationes opperiebatur, exercitumque comparabat, confluxere ad ipsum ex omnibus pene Italiæ vrbibus Romano imperio obnoxijs oratores, atque ingentia munera obtulere. Inter quos Pisani sexaginta aurecrum millia pro ornando bellico apparatu dedere f, æqualem pecuniarum vim imperatorio ærario cum Pisas ingressus esset, inferre polliciti. His studijs subnectus Henricus de Italia suo subijcienda imperio ingentes spes concepit, iunxitque fœdera cum pluribus principibus, qui Philippo Regi Francorum erant infensi.

e Villan. ibid. c 3

f Vide Mussat. lib. 1 rub. 4 Mediolani a Turriano restitutum Henrico.

9. &c. Clemens quoque, cum putaret Henricum officij beneficiorumque futurum memorem, ac redactis in concordiam proceribus aduersarum factionum, quæ discerpebant Italiam, Christianam religionem aduersus fidei hostes, Romanamque ecclesiam tutaturum, Italos omni contentione sollicitauit, vt eundem Regem admitterent. Quo argumento ad Genuenses, quamuis illi iam ante tessi Friderici tyrannide iugum cæsareum a suis ceruicibus depulissent, cum tamen intestinis tum dissentionibus laborarent, Clemens vt eos ad noui Cæsaris pacis spem præferentis obsequium pelliceret, apostolicas literas scripsit a.

a Lib 5 epist com. 39.

15. 16 Pariterque Florentinos, Mediolanenses, aliosque Italiæ populos Romani imperij vectigales clientesque, quorum catalogus in regesto pontificio texitur, solicitauit vt Henricum venientem excepterent, debitisque officijs prosequerentur, cum ad lacerandam bellis ciuilibus Italiam, fessos animos mutua pace coniungendos se venire pellicerentur b. Arnaldo autem S. Mariæ in portica diacono Cardinali, creato in Italia sedis Apostolicæ legato, dedit mandata: vt venienti occurreret, eumque comitaretur. Nec legati modo opera est vsus Clemens, vt Henricus ab Italis perhonorifice susciperetur, verum etiam patriarcham Aquileiensem, ac Genuensem, Florentinum, Pisanum, & Mediolanensem antistites in eiusdem Regis obsequium pellicere est conatus; commendauitque vt in adducenda concordia ac fœnanais sed totis Henrico studerent: similiterque scripsit ad Germaniæ præsules dignitate conspicuos, vt venientem ad reponenda imperij iura, & accipienda imperatoris ornamenta Henricum stipparent. Liberauit se eo onere Arnaldus Ferrariensibus conuersionibus implicitus, vtque facile in Italiam aditus muniret Henrico Pontifex, Thomam tit. S. Sabinæ presbyterum Cardinalem subrogauit e legationis in Insubria, Liguria, Etruria, ecclesiastica ditione, marchia Tarusina, Dalmatia, Sardinia, & Corsica gerendæ auctoritate instructum, vt illi comitem itineris se adiungeret, consilijque optimus informaret.

b Lib epist. 60

Præsules in fauores Itali sentire cū Henr. nranuti

Thomas presbyter Card. creatus A. S. Sab. cap. cur, 62.

17 Sed illius aduentu Gibellinorum & Guelphorum factiones, quas sedare animo agitabat, magis recruduere. Guelpharum enim partium viri principes, qui in vrbibus publicam rem administrabant, cum Gibellinos augeri animis viderent, ne gradu deijcerentur, pertimuere. Adducit in crimen accensi funesti belli suos Florentinos Ioannes Villanus d: cum enim primum in publico concilio, quemadmodum ipsos ad concordiam cum Henrico cohortatum Pontificem vidimus, decreuissent ad illum Lausanam oratores mittere, iamque necessarius in eam rem apparatus fieret, nonnullos proceres, qui reipublicæ gubernaculis admoti erant, sui honoris & commodi quam publicæ pacis studiosiores, rem discussisse. Consensit S. Antoninus e, qui Henricum ad Guelphos & Gibellinos conciliandos, pacandamque Italiam specimen præ se tulisse testatur. Mouit ipse Lausana sub autumnum parte copiarum succinctus, ad quem confluxere plures ex Etruria atque Insubria viri nobiles, ac Pontifex Lucam de Fisco Cardinalem legatum decreuit, vt Cæsarem sociaret, illique ad imperatoria iura asserenda studeret; cuius & Matthæi Vicecomitis opera Henricus Mediolani exceptus est. Describit Mussatus f, vt Henricus magnum discrimen adierit, ne a Guidone Turriano, ac socijs Insubria pelleretur: demum diu vexatus Turrianus, aduentuque regio & Matthæi Vicecomitis ac sectatorum factionis, Mediolanensiumque detectionis terrore perculsis vrbis imperium illi restituerit: tum Lodis, creuisse exinde Henrici nomen auctoritatemque, vt Insubria ferme vniuersa fidem nuncupato sacramento ei præstiterit, atque etiam Alexandriam, qua Roberti Regis præsidiario milite tenebatur, illi paruisse: Bononienses vero publico edicto ijs, qui cæsareum nomen voca-

d Ibid 9 p. 315 a. 1. c. 2. §. 9

Venienti Henr. aucta Italicæ turba.

Florentini primū Henrico parere deliberant, dein resiliunt. d Vide Vill. 9 cap. 7.

vocarent capitale ſupplicium intendiſſe.

18. &c. Feciſſe id iure Bononienſes certum eſt, cum non imperij ſed Romanæ eccleſiæ clientes eſſent, & cohiberent perduelles, qui nouarum rerum ſtudio ad Henricum deſciſcere, ac veteres inter imperium & Eccleſiam diſſentiones inſtaurare moliebantur. Ad quos etiam comprimendos præfecit Æmiliæ Pontifex a Robertum Regem Siciliæ, vt regia potentia ſeditioſos in officio contineret. Quo argumento extant literæ b ad omnes eius prouinciæ ordines datæ, quibus ipſos Roberto obſequentes eſſe iubet. Tum ea etiam ratione Roberti res firmabat, ne facile illum Henricus adoriretur bello, ac potius, cum ipſo pacem ad conſtabiliendas res ſuas paciſceretur. Ornatus eo munere Robertus grates egit Pontifici, atque Arnaldo de Palagrua Auenionem repetenti fidem ſacramento deuinxit, pollicitus prouinciæ poteſtatem a ſe ad iuſſa apoſtolica reſtitutum iri. Conſignatæ ſunt Roberti ea de re literæ c hac loci ac temporis nota: *Datum Florentie per Bartholomeum de Capua militem logotheram, & protonotarium regni Sicilie anno Domini milleſimo treceteſimo decimo, die ſeptimo octobris none indictionis, regnorum nostrorum anno ſecundo.*

Æmiliæ adminiſtratio Roberto Sic Regi tradita. a Lib.7.epiſt cur.18. b Reg. poſt cond.epiſt. cExtat in arc S.Aug.& inter coll.Plat iuſſu Sixti IV.edita to 3.p.319. & in m.ſ Vall ſign lit.D.n 4.pag.81.

21. &c. Peruenerat aliquot ante diebus Florentiam Robertus Rex, quem ciues prætorem vrbis renuntiarunt d, ſubitoitque Florentiæ ad xx. kal. nouembris: quo tempore conciliandis diſſentientibus inter ſe Guelphis operam dedit: quam uis odiorum pertinacia regiam induſtriam eluerit: poſtea vero Henricus ingreſſus Romam, non minus illam, quam cæteras imperij vrbes tributis eximere tentauit, ditionis eccleſiaſticæ vaſtauit agros, tumultus iniecit vrbibus pontificijs, vniuerſam Italiam in Germaniæ prouinciam redigere meditatus: huius vero cauſa conciratæ quidem anno incunte Romæ graniores ſeditiones, quæ e procerum mutuis odijs emerſere.

Robertus Florentiæ præturam accipit. d Io:Vill.l.9 c.8.&l.3.p tit.11.cap.3 §.4. Henrici in Clement é perfidia. Diſſentiones in vrbe concitatæ.

29 Erupit eodem anno facta a nonnullis profligatis viris periculoſiſſima conſpiratio ad Ferrariam ab Eccleſiæ obſequio diuellendam, auctore Salinguerra: perductaque ad intelicem exitum fuiſſet, inquit Ioannes Villanus e, ni Arnaldus de Pelagrua S. Mariæ in portico diaconus Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legatus Bononiensium ſtipatus copijs, eo prouolaſſet. ſtudioſorum enim Eccleſiæ illius præſentia confirmati animi, aduerſariorumque debilitati: cumque is ſpecie ſedandæ diſcordiæ vrbis conſilium in arce, cui Thedaldi nomen eſt, coegiſſet, triginta ſex e præcipuis, qui tacem ſeditioni ſubiecerant, comprehenſos ſuſpendio necari iuſſit, cuius ſupplicij terror cæteris frænum iniecit.

Coniura to Ferrariçin pontificios conflata. e Io Vill.l.9 c.4.Pig.l 4 Illiusauctores necati ſuſpendio ſto:Vill.l.9 cap.2, Alber Muſſ.de Gli poſt Henr.l.2 c.1. Diario Venet. m.ſ. Guill.& Al brig.Cortuſ. l.1.c.10.Ho miſt 7.

30 Diſcuſſa f eſt eodem tempore Venetijs infelici pariter perduellium exitu coniuratio, in Petrum Gradenicum ducem facta: is enim aſpero prælio coniunctis bonis ciuibus coniuratos proſtrauit, quorum princeps Boemundus Theupulus in fuga fractis ſaxo a fœmina ceruicibus perijt, ac Baduarium coniurationis maximum fuiſorem Patauio venientem intercepit, & capite plecti iuſſit.

Boamundus Theupulus Venet.con jurat in ſe natum f Ext. in l. prin Rll.eccl it.3.p. 218. Extetiã in arc S Angel & inter coll Plat & inſu Sixt.IV. edita t.1 p. 346. & in m.ſ.Vall,ſig lio B.n.11. p 176 & ly pis cuſa ex typog Vat. ſuper muris & clar ca ſtro Venet.

31. &c. Eripuit quidem Venetam rempublicam Deus ingenti periculo, cuius iras paucis autem mentibus flexerant, miſſis ad ſedem Apoſtolicam oratoribus, vt in fidelium conſortio templiſque reſtitui ſupplices poſtularent, commiſſumque ob inanem Ferrariam facinus expiarent. Datam eam prouinciam Carolo Quirino & Franciſco Dandulo patritijs docent confectæ ea de re publicæ tabulæ g: oratores autem ipſos in publico conſiſtorio, præſente circumfuſa populi multitudine, pontificijs imperijs in illatis damnis atque iniurijs farciendis paritu-

ros ſacramento ſpopondiſſe, veniamque & priſtinam gratiam Eccleſiæ popoſciſſe, teſtatur Pontifex in literis lapſo abhinc triennio exaratis a, quibus cenſuras diſſoluit: ſublata enim fuit actio de pace, cum Petrus Gradenicus dux, a quo erant miſſi, e viuis ereptus eſſet.

Impoſtaie Veneti in Card.conſiſtorio miſericordiam Pont. a Lib.8.epiſt cur.120.

37. 38 Interea importunis Philippi Francorum Regis precibus, vt ex Bernardo ſuperiori anno retulimus, fatigatus Clemens, cum in publico conſiſtorio accuſandæ Bonifacij memoriæ obtrectatoribus libertatem conceſſiſſet, hoc anno ad controuerſiam dirimendam quæſitores inſtituit b, qui teſtium dicta exciperent, atque in publica monumenta redigerent, vt ex ijs iudiciaria actio inſtrui, reique veritas in luce collocari poſſet. Ne vero Bonifacij columniatores alijue hoſtes Romanæ eccleſiæ obgannirent, agitatam molliter illius cauſam, teſteſue metu repreſſos, ne teſtimonia contra eundem Bonifacium dicerent, Clemens publico edicto omnibus, qui aduerſus Bonifacij famam teſtari vellent apud tribunal pontificium, aut quæſitores in ea cauſa conſtitutos facultatem conceſſit c, vetuitque vllam ijs vim iniuriamue inferri, intentato anathemate vniuerſis ſine vllo dignitatis diſcrimine, qui huiuſmodi teſtes vexarent, vel ne teſtimonia perhiberent, clàm palamue obſiſterent. Vt vero poſt interrogatos teſtes Romæ, in Campania, in Etruria, Auenione, Pariſijs, vindicata ſit a calumnijs Bonifacij memoria, ac publice theologicis argumentis, iuriſque ciuilis, & canonicis legibus comprobata innocentia, dicetur inferius. Nunc reliqua huius anni proſequimur.

Retardata ob ducis mortem eorum reconciliatio. De Bonifacij fama vertitur in dicium. b Extin eius lit.m.ſ.arch. Vat.ex mum.allatis Auen ad Vr bi ann.1613 c Lib.5.epiſt cur.42.

39. Per id tempus Lutetiæ fœdi errores ab Arnaldo de Villanoua Valentinæ diœceſi oriundo inſigni phyſico diſſeminati, quem Ioannes Villanus d inter cæteros ait, inepte affirmaſſe extremum iudicij diem imminere, atque excurrente decimo quarto ſeculo, anno illius ſeptuageſimo ſexto circiter futurum, eaque de re librum detortis in ſuam ſententiam plurimis Danielis ac ſibyllæ Erythreæ vaticinijs compoſuiſſe: in quem cum a cenſoribus ſacræ fidei ex legibus agi cœptum eſſet, fuga ſe ad Fridericum Regem Trinacriæ propipuiſſe. Commemorat eius errores Nicolaus Eymericus e in directorio. Extat vero in m. s. f reperto in archiuo palatij Auenionenſis anno MXXCIV. gerente legationem Auenionenſem Octauio Aquauiua Cardinale, ac dein Romam allato fidei orthodoxæ formula, quam Arnaldus Villanouanus damnatis aduerſis erroribus profeſſus eſt. His addit S. Antoninus g: *Cum miſſus fuiſſet a Friderico Rege Sicilie orator ad Papam, in mari mortuus eſt.*

Arnaldus de Villanoua errores diſſeminat. d Io:Vill.l.9 c.3.Ant.3 p. tit.21 cap.2 §.8. e Nicol Eym 2. p. direct. quæſt.11. f Extat in ſ. arch. Vatic. auenion. Mortuique ſitorum in Trinacria fugit. g Ant.3.p.tit 21.c 2.§.de Ex ea rediturus ad pont.ſluctibus perit.

40 *Eodem anno Domini* MCCCX. *quinto idus maij feria ſecunda*, ait Bernardus h Guido, *per archiepiſcopum Senonenſem cum ſuis ſuffraganeis in concilio prouinciali Pariſius coadunato fuerunt ſententiati, & indicati ex propriis confeſſionibus quinquaginta quatuor Templarij, & relicti curie ſeculari tanquam impenitentes ſuper nefanda & profana profeſſione ſua: & ſequenti die martis quarto idus maij in feſto SS. Nerei & Achillei fuerunt per ſecularem curiam domini Regis igni traditi & combuſti: & poſt paucos dies fuerunt ibidem quatuor alij ſimiliter indicati. Item paulo poſt inframenſem in alio concilio prouinciali, celebrato in Sinuncto per archiepiſcopum Rhemenſem cum ſuffraganeis ſuis, fuerunt nouem alij Templarij eadem cauſa in modo ſimili pariter ſententiati, & conſequenter per ſecularem curiam concremati: Vnum autem inſuper dum fuit, quod omnes & ſinguli ſigillatim confeſſiones ſuas, quas prius fecerant in iudicio, & iurati confeſſi fuerant dicere veritatem, penitus retractarunt, dicentes ſe falſa dixiſſe prius, & ſe fuiſſe mentitos, nullam*

Mortuorum memoria falſa dixiſſe conteſtantur.

h Ber.chr.Rll Pon.m.ſ Vat.tabl.ſig n.3765 Incendi flammis quinquaginta octo templarij. Alij eodem affecti ſupplicio.

lum super hoc reddentes causam aliam, nisi vim vel metum tormentorum, quod de se talia fassi essent.

Concilium Vienn. ad sequentem annum extractum.

41. 42 Cum vero Templariorum causa nondum ita mature discussa esset, vt de ijs in concilio futuro certi aliquid statui posset, œcumenicam synodum, quam Viennæ in Gallijs celebrandam kal. octobris huius anni indixerat Clemens, ad alias sequenti anno recurrentes prorogauit de Cardinalium consilio: qua de re encyclicas literas [a] ad archiepiscopos & episcopos dedit, quæ in regesto pontificio Nicosiensi archiepiscopo inscriptæ occurrunt, pridie non. aprilis anno pontificatus v. consignatæ. Neque enim modo in Germania, in Moguntino scilicet & Treuirensi concilijs prouincialibus Templarij absoluti fuerant, sed etiam in Italia in celebrata Bononiæ synodo, cum obiecta constanter pernegarent, omni noxa liberi fuerunt renuntiati, vt Hieronymus Rubeus [b] narrat. Date etiam eo argumento ad Philippum Galliarum, Eduardum Angliæ, Robertum Siciliæ, Iacobum Aragonum, Ferdinandum Castellæ & Legionis, Iacobum Balearium, Ludouicum Nauarræ, Dionysium Lusitaniæ, Carolum Hungariæ, Henricum Romanorum, Aquinum Norvvegiæ, Henricum Cypri, Fridericum Trinacriæ, tum Daniæ & Suecię Reges literæ [c], quibus rogauit, vt statio tempore ad idem concilium pergerent; sed ad Bernardi narrationes redeamus.

[a] Lib.5.epist. cur.18. & post edd.ep. & 1.conc.3. p.2.in conc. Vien.

[b] Rub.hist. Raven l.6.

[c] Reg.pol.ep cur.18.

43. &c. *Insuper*, inquit [d], *assumptionis B.Mariæ virginis exercitus Christianorum cum Hospitalarijs obtinuerunt insulam Rhodi, quæ erat caput & metropolis totius regionis & insularum vicinarum*; vnde Rhodiorum equitum nomen accepere. Explicuisse fertur [e] in eo sacro bello egregium virtutem militarem Amedeus Sabaudiæ dux in propulsandis infidelium conatibus, qui ad eam recuperandam classe inuecti erant duce Ottomanno Rege Turcarum, indeque magni cognomentum adeptus: ad cuius triumphi laudem transundendam posteris crucem, albam & quatuor harum literarum F.E.R.T. quæ harum vocum initiales sunt, *Fortitudo eius Rhodum tenuit*, symbolum gentilitio scuto præferri voluit.

[d] Ber.chron. Rom.Pont.ge st. Clem.V ubi sup cho. Pis.m.f Vat bibl.pgo nu 3763. hoc anno inc.lam V.Iord.m.f. Vat.pgo.nu 2960.

[e] Ilof.p.2.hist ger.lib.1.

47 Auctus est exeunte hoc anno sacrum Cardinalium collegium a Clemente, de quo hæc Bernardus [f]: *Anno Domini* MCCCXI. *Clemens Papa pontificatus sui anno sexto in sabbato quatuor temporum, in adventu scilicet* XIIII. *kal. Ianuarij in Ariminen. fecit secundum ordinationem quinque Cardinalium: fuerunt quoque tunc assumpti in Cardinales Arnaldus de Fleuguerijs archiepiscopus Auxitanensis in episcopum Sabinensem, Bertrandus de Bordis episcopus Albiensis & camerarius Papæ, qui obijt infra annum sequens mense septembris, Arnaldus Novelli abbas Fontisfrigidi Cisterciensis ordinis cancellarius in presbyteros Cardinales; Raimundus vero Guillelmi de Fargis nepos Papæ ex sorore, Bernardus de Garro* [*] *de S. Liberata nepos Papæ ex consanguinea Germana in diaconos Cardinales, qui nondum erant subdiaconi ordinati.* Quibus consentiunt ea, quæ Felix Contelorius ex libro obligationum decerpsit [g] & alij tradunt.

[f] Ber.chron. Rom. Pont. Cardinales creati.

[*] al. Gann.

[g] Contel.in clemb. Card in Clem.V. secūda creat Card.

IESV CHRISTI
annus 1311.

Indict.9.

CLEMENTIS PP.V. HENRICI ROMAN. REG.3. annus 7. ANDRONICI IMP. OR.28.

Henricus corona Mediolani redimitur.

1. &c. HEnricus Romanorum Rex ferrea corona Mediolani solemni ritu fuit redimitus, quam ipsi quidem archiepiscopum Mediolanensem hoc anno conuiuisse testatur Bernardus [a], de cuius moribus & consilijs hæc obseruabat Albertinus Mussatus [b], qui a Patauinis ad celebritatem orator missus e interfuit: *magnanimitatem comitatur mansuetudo verecundiæ, & diuini cultus ingens studiositas, cuiusquam cum subiectis pacis impatiens, Gibelinæ Guelfæue partium mentes abhorrens, cunctis absoluto amplectens imperio.* At licet Henricus affectaret tum ad vniuersos alliciendos ad obsequium, in neutram partem Gibellinam Guelphamue promiorem videri; plures tamen Guelphi, ne prætura vrbium ac magistratu pellerentur a Gibellinis, diffisi sunt Henrico. A Florentinis enim eorumque fœderatis oratores ad Henricum pro celebranda imperatoriæ consecrationis celebritate non esse legatos Ioannes Villanus & S. Antoninus tradunt [c], Henricumque adducendis in mutuam concordiam Mediolanensibus studuisse: Matthæum Vicecomitem eiusque sectatores restituisse patriæ; mox tamen inter Vicecomites ac Turrianos ferro flammaque certatum; cum enim magistratus vectigal ab Henrico impositum a ciuibus in foro exigeret, a quodam arma conclamante temere emissa vox, multitudinem in eadem voces exacuit, & mox coorta seditio. Prætoriæ cohortes armis instructæ ad eam comprimendam procurrere, tactæ plurimæ strages, præcipue a Galeatio Matthæi filio æmulos quosque opprimente: Turriani, post asperrimam pugnam fusi. Is Gibellinæ factionis in Guelpham furor Italiam tumultibus, incendijs, cædibus, rapinis complcuit, ijsque malis demum Henricus & eius frater Goleramus inuoluti perierunt.

[a] Ber.chron. Rom.Pont. ge st. Clem.V ubi sup cho. Pis.m.f Vat bibl.pgo nu 3763. hoc anno inc.lam V.Iord.m.f. Vat.pgo.nu 2960. & alij

[b] A.b.Mussi. l.1. cap 9. Guil.Tal eri, Paul.Æ l.1.c.12.

Sedition Mediolani coorta.

5 Interea Genuenses e Imperatori se submisere, Vicentia Aymonis Gebennensis episcopi & Caii Scaligeri opera Patauinæ ditioni erepta: quin etiam ipsummet Patauium, quod iam multo ante diuulsum fuerat ab imperio, inque Romanæ ecclesiæ clientelam demigrarat, Clementis iussu Henrico & imperio restitutum est, sacramento fidei a ciuibus Aymoni episcopo Gebennensi nuncupato, vt narrat Albertinus [f]. Exceptos Taruisij [g] etiam cæsareos oratores, cum prius Petrum Gradenicum ducem ac senatum Venetum, non vt clientes imperij, cuius legibus soluti essent, sed socios ad eblandiendam pro imperatoria consecratione promouenda opem petitum adijssent.

[c] Iord.vbi sup Patauium Henrico paret.

[f] Albert. lib.3 cap 11. [g] Iord. m.f. Vat.

6. &c. Secundis hisce successibus vsus Henricus, cum vniuersa ferme Insubria ipsius iugum accepisset, ac tum Brixiam quateret, oratores ad Clementem misit, qui rogarent, vt cum Viennensi concilio celebrando cessaretur, ad conferenda illi imperatoria insignia Cardinales decerneret: cuius preces admittendas ratus Pontifex, eam prouinciam quinque Cardinalibus, nimirum Arnaldo de Palagrua Sabinensi, Leonardo Albanensi, ac Nicolao Ostiensi episcopis, tum Francisco & Lucæ diaconis Cardinalibus dedit [h]: inter quos singula munia erit partitus, qua de re Albertinus Mussatus [i], qui subdit: *Disceptatione in consistorio habita quisnam eorum ad eam dignitatem præferendus foret, allegante Ostiensi, quod cum Papam coronare summ esset, sic & consequenter Imperatorem, Sabinensis ex aduerso dissabat, certum esse vt Imperatorum coronationibus Sabinensis semper Papæ proximior coronam vrgeat officiosior alijs, illic præsertim. Sicque Papa pronuntiante obtentum est, vt Sabinensis illo fungatur officio, cæteris præsit.*

Henricus urget, vt Cardinales ad conferendum insigne imperiale designet. Quinque Cardinales ad destinati.

[h] Lib.6.epist com 753.

[i] Albert.lib.4 cap.1.

19. &c. Monuit literis [k] ea de re Henricum Romanorum Regem, vt postquam solemni ritu imperatoria ornamenta accepisset, eadem sacramenti forma, qua iam ante anno superiori Balduino archiepiscopo Treuirensi & magistro de Molans suam obligauerat fidem ad tuenda Ecclesiæ iura, Cardinalibus

Ostiensis & Sabinensis episcopi de corona imponenda certant.

[k] Lib.6.epist com 753.

Renouare iuramenta ab oratoribus præstita iubet Henricus

Ib. ep. 753. De Arnaldo Cardin. creato sedis Apost. legato in Italia.

libus, legato & nuncio apostolicis præstaret. Præterea iniunxit a Arnaldo Sabinensi legato, & Nicolao Ostiensi nuncio, vt ab Henrico, postquam imperatorijs insulis redimitus esset, exigerent, vt literas huiusmodi publice ederet, ratasque haberet, ac præstita sacramenta de tuenda sedis Apostolicæ dignitate confirmaret: ob exploratam ipsorum fidem tantæ rei curam ipsismet delegasse: pariterque ad eos literarum, quas ab Henrico imperatorio diademate exornato repetituri essent, exemplum transmisit. Cum vero Florentini atque alij partium Guelpharum duces Henrici consecrationem disturbare molirentur, Pontifex dictum Arnaldum episcopum Sabinensem Apostolicæ sedis legatum in Etruria, Liguria, Insubria, marchia Taruisina, pluribusque alijs prouincijs, quas in literis ad eum datis designat, ad sedandos Italicos motus, ac muniendum designato Imperatori iter, creauit:

Henric. ob defectionē vrbium, ab itinere versus Romam distrahitur

22 Quæ porro post datam Arnaldo & alijs Cardinalibus pacandæ Italiæ, Henricique imperatoriacorona decorandi prouinciam (neque enim hoc anno ob populorum defectionem Romam iter intendere Rex potuit) gesta sint, enarrat Mussatus *b*: nimirum Sabinensem atque Ostiensem episcopos Brixianos adijsse, increpuisseque quod pontificijs imperijs atque Henrico Cæsari aduersarentur; eorumque prætorem respondisse agnosci quidem summam Romano Pontifici a Deo tribuam potestatem, & Imperatorem officij nomine singularem mundi ministrum; sed Henricum non Imperatorem esse, sed expilatorem, Guelphos ab eo pelli in exilium, populorum sanguinem exugi; Gibellinos vero ad tyrannidem exercendam excoli, Friderici schisma accendi: testes huius rei Mediolanum, Parmam, Veronam, Mantuam, Taruisium. Ita Cardinales re infecta abiere.

b Mussat. lib. 4 cap. 2 Cardinales legati Brixianos nituntur ad Henrici ob sequii defectionem.

Magnæ apud Brixiam fuere vtrinque clades

23. 24 Extracta obsidione Colerannus Henrici frater telo transfixus *c*, pestisque ex cæsorum equorum cadaueribus coorta, quatuor & septuaginta duces insignes, septingentos super septem millia hastatorum militum, & e plebe numerum infinitum absumpsit *d*. In Brixiam etiam proserpens miseros ciues depasta est. Inter quas angustias Lucas Fliscus Cardinalis interpretem concordiæ opportune se exhibuit *e*, quamquam postea Henricus, qui conferendæ eidem coronæ temporis angustijs vrgebatur, nonnulla promissa Cardinali facta violauit. Brixiam Cardinalis Flisci opera in Henrici ditionem ac potestatem adductam Iordanus *f*, Ptolomæus Lucensis *g*, Ioannes Villanus *h*, & alij; consentiunt: paulo post tamen pristinos mores recruduisse, narrat Iordanus *i*. Porro Henricus præfectis in Mediolano Matthæo Vicecomite, Veronæ Cane Scaligero, Mantuæ Passerino, Parmæ Guiberto Corrigiano, Genuam se contulit, atque a ciuibus magnis honoribus, reluctante nemine, mense octobri exceptus est *k*. Sed ad Pontificem redeamus.

c Lib. 3. c. 6

d Lib. 4. c. 8. Brixia Lucæ Flisci Card. operaHenrico se submittit.

e Ibid. cap. 9.

f Iord. in f. Vat. signat. num. 960.

g Ptol. Lucen. hist. eccl. in f. l. 24. c. 40.

h Io: Vill. l. 9 cap. 19.

i M. f. Vatic. bibl. signat. num. 1040. in Hist. Vill. Hier. vbi supra Io: Vill. l. 9 cap. 19 usq. ad 23. Aug. Inf. Hist. Eccl. l. 4. tit. 6. c. 5. & L.

Philippus Franc. Rex cupit Bonifacij crimine liberare suos,

25. &c. Tollendæ grauissimæ controuersiæ, quæ inter Philippum Regem Francorum & Bonifacium exstiterat, studio Clemens latas in eum a Bonifacio censuras ita deleri voluit, vt publica in Regem acta edita e commentarijs pontificijs eradi iusserit, pronuntiauitque eũ omnino purum fuisse ab eo crimine, cuius labe aspersus ferebatur, nimirum suis administris imperasse, vt Bonifacium in custodiam conjicerent. Quod vero attinebat ad intentatũ ab eodem Rege aduersus illius memoriam iudicium, quo pseudopontificatus, hæreleos, ac plurium flagitiorum notam illi impegerat, atque apud Benedictum XI. & Clementem institerat, vt sententiam ferret, an ille legitimus sedisset Pontifex, an e Pontificum albo eradendus esset; declarauit non inchoatum odio Regẽ, sed pio studio adductum ex sapientum ac doctorum virorum consilio huiusmodi iudicium intendisse, pontificijsque solicitatum precibus, cum aduersarij ab indicendo illi coniurationis in Bonifacium ac direpti Ecclesiæ thesauri iudicio rogati discederent, totam controuersiam sedi Apostolicæ atque Ecclesiæ permisisse: *Papa vero*, inquit Bernardus *a*, dum hæc enarrat, *suscepit super se negotium examinandum, & finaliter terminandum.*

Bonifacij in Gallos sententiæ a pontifice rescissæ eiusdem.

Vsum ea industria in conciliandis aduersis partibus Clementem, ne grauiora mala, quæ antea manarant, recrudescerent, atque alia maiora consilia, quæ ad amplificandam Dei gloriam cogitabat disturbarentur, ipse testatur. Suscepta igitur dirimendæ totius causæ prouincia, detersit a Francorum Rege omnem maculam ac notam, qua ob gestas cum Bonifacio simultates inustus fuisset: quibus de rebus diploma amplissimum edidit *a*, cuius exordium a Francorum regni præclaris encomijs auspicatus est: nil vero grauius consuluit in Bonifacij memoriam, quam paulatim consenescente inuidia in suum splendorem restitutum iri arbitrabatur.

Lata a Clemente sententia.

a Lib. 6. epist. cur. 32.

32. &c. Porro in edicti calce adiecit Clemens, cum rerum experientia doceat, imminentia pericula discutere, sui esse consilij præteritorum memoriam penitus abolere, ne forte malum aliquando recrudesceret: atque adeo prædictas sanctiones, priuilegiorum declarationes, reuocationes, suspensiones, anathematis, interdicti ecclesiastici, abrogatæue dignitatis sententias, aliasue publicas tabulas e Pontificum regestis legumue codicibus ex sacri Cardinalium senatus consilio deleuisse; atque intentato ecclesiastico fulmine ab omnibus cuiuscumque ecclesiasticæ, etiam cardinalitiæ vel regiæ dignitatis, sexus, conditionis, intra menses quatuor illarum exempla flammis dari, vel e libris suis abradi iubere, neque cuiquam vllas prærogatiuas in ea re ad eludendum hoc pontificium imperium suffragaturas. Hæc licet a Clemente magna religione decreta sint, haud tamen omnes paruere: nam in primis Galli prouocationis a Bonifacio ad concilium conceptæ a Philippo formulam, in qua terrimæ illæ afflatæ a serpente antiquo calumniæ aduersus Pontificem purissimum ab hæresi, immo religionis perspicuum asserorem descriptæ erant, vt maximum telum aduersus auctoritatem Pontificum in suis scrinijs condiderunt *b*: quod postea, cum a suo pseudopontifice Petro de Luna prouocatum ad concilium, in publicas tabulas retulere. At contra Bonifacij memoriæ cultores, indignati Clementem plus æquo in Regem pronum studio, earum literarum Bonifacij exemplo clam asseruarunt, vt illius innocentia apud posteros enitesceret, & paterent causæ, ob quas tanto furore Philippus percitus fuit, inflammatusque a suis senatoribus, vt Pontificis, a quo censura apostolica perculsus fuerat, memoriam infectaretur, atque extincti spolia flammis exurenda deposceret, quia nimirum admonitus fuerat ipsum subesse apostolico culmini in ijs, quæ ad animæ salutem spectant: pressis grauiori jugo Gallis Deum ledere: monitum officij scelera non emendasse: conterendorum sacerdotiorum ius sibi præter fas arrogare: viros ecclesiasticos profano tribunali subijcere, inuadere sacras opes, censurarum ferendarum libertatem clero adimere: Lugduni, quod episcopo erat obnoxium, imperium arripuisse: vacantium ecclesiarum census occupasse: aditus ad sedem Apostolicam intercluisse: monetam corrupisse: ab aui & patris virtutibus deciuisse, regni administrationem aquioribus legibus non temperasse. Patet etiam ex ijs ideo in rabiem efferatos Philippi regis administros, quod eorum fraudes Bonifacius Philippo aperiret, illumque moneret, vt ab eorum improbitate cauerer,

b Extat in l. 9 de schismate in f. Vat. pag. 2.

Propagatę posteris a Bonifacij studiosis.

ret,

ret, sciret enim eos prætextu regio opes Gallorum expilare, ac viduas pupillosque opprimere: ij vero facile Philippum in Pontificem commouere, cum maxime Bonifacius Lugdunensis ecclesiæ iura asserturus, regni Francorum limites dij lomare pontificio describtisset. Enitescit autem potissimum innocentia Bonifacij ex ipsius apologia tum primum edita, cum Philippus in furorem actus ad concilium, vt sedis Apostolicæ auctoritatem deluderet, prouocauit.

50 Porro Clemens, cum ad redintegrandum inter Romanam ecclesiam regiamque Gallicam pristinum tædus, hæc & alia in ijs dissentionum fluctibus gesta abolenda sanxisset, demum ad depellendam veritatis luce aspersam Bonifacij memoriæ infamiam confecta in ea lite monumenta, quæ Philippum ac filios non tangerent, salua esse iussit; tum etiam pronunciauit, non comprehendi absolutoria sententia Guillelmum de Nogareto, Sciarram de Columna, eorumque socios, nec non Anagninos, qui inuadendo palatio pontificio ac thesauro expilando operam dederant, cum decreuisset de ijs alia ratione statuere. Visus vero est in eos clementia apostolica [a], dum omnibus vinculis, quibus erant irretiti, exoluit; impositis ad crimen expiandum nonnullis pœnis; ac Guillelmo de Nogareto sacram peregrinationem Compostellanam, tum etiam ad plures alias ædes B. Virgini sacras in varijs Galliarum prouincijs imperauit: tum in proxima Syriaca protectione eximio equitum numero succinctum arma in Saracenos gerere iussit.

Qui e sententia absolutionis excepti.

[a] Lib. 6. epist. cur. 31. Anagnini Regis Phil. sequaces pœnis exempti.

51. &c. Cum ij, qui Bonifacio hæreseos crimen obiecerant, ac iureiurando se id probari posse affirmauerant, non tamen ita, vt in iudicio aduersarios agerent, sed vt rei veritas illustraretur; atque alij, qui vindicandam ab hæreseos labe Bonifacij memoriam susceperant, cœptis desti tissent, remque totam sedis Apostolicæ arbitrio permisissent, vt ex Regis, denuntiatorum, defensorumque literis patebat; Clemens tamen fidelibus omnibus cauendum censuit [b], ita se admisisse illos a persequenda lite discedere, vt omnium, qui aliquid aduersus Bonifacium vel pro eo defendendo vellent afferre, dicta benigne ab Apostolica sede exceptum iri declararet.

Promulgat Clem. omnes, qui contra Bonif. deponere voluerint audiendos.

[b] Ibid. epist. cur. 38.

54. &c. Interea instructis ijs, quæ celebrando concilio præmittenda erant, Viennam se contulit Pontifex, Præfixoque tempore synodum inchoauit, de cuius actis hæc habet m. s. bibliothecæ Vaticanæ [c]: *Actum est de statu militiæ Templariorum, de facto Bonifacij VIII. de expeditione contra Saracenos, de reformatione Ecclesiæ: præcipue autem actum est de Templarijs, de quorum extinctione videtur modeste loquendum, ita vt non conferatur culpa in Pontificem, cum constet ipsum & concilium fecisse iudicium secundum allegata & probata.* His Bernardus consentit [d], quamuis Bonifacianam litem silentio prætereat: *Fuitque prima sessio concilij inchoata* XVII. *kal. nouembris sabbato ante festum B. Luca.* Et infra: *Post prædictam vero sessionem inter colloquia & tractatus deductum est tempus per totam hyemem subsequentem.* Ij quæ de tempore inchoatæ synodi refert Bernardus, adstipulantur, præter Ptolomæum Lucensem in historia ecclesiastica, Clementis literæ e XII. kal. nouembris huius anni die consignatæ. Quod ad patrum numerum, qui ad illud ex varijs orbis partibus confluxere, attinet; trecentos & eo amplius episcopos interfuisse præter præsules alios refert S. Antoninus [f]: Extat porro in Vaticana bibliotheca de rebus in eo gestis m. s. in quo habitæ a Pontifice coram patribus coactæ synodi causas exponente orationis argumentum hisce verbis delibatur [g]: *Anno Domini* MCCCXI. *congregato concilio generali Vienne per sanctissimum dominum Clementem Papam V. mense Octobri, in prima sessione sua, quæ fuit decima sexta die ipsius mensis, primo proposito verbo Domini, assumpto themate: In concilio iustorum & congregatione magna opera Domini; in omni verbo eius exposuit dictus Papa tres causas, propter quas ipse duxerat concilium congregandum. Prima fuit pro negotio Templariorum & ordine eorum qui super variis hæresibus & nefandis erroribus fuerunt graviter & multipliciter infamati, & multi processus & inquisitiones contra eos facti. Secunda propter succursum & subsidium terræ sanctæ. Tertia pro reformatione morum, & reformatione status ecclesiastici.*

Celebratū Viennense concilium.

[c] Mss. Vat. sign. n. 6418. de dic. Vien. pag. 243.

[d] Ber. chr. Rs Pont. in l. de conc. m. s. Vat. sign. nu. 2043. gesta m. s. Clem. V. Vall. Vien. Ptol. Luc. hist. eccl. m. s. l. 24. c. 39. m. s. Vat. bibl. sign. nu. 3763. in Clem. V. hoc ann.

[e] Lib. 6. epist. cur. 128.

[f] Ant. 3 p. tit. 24. c. 3. num.

66. &c. Et quidem restituendæ in pristinum nitorem disciplinæ ecclesiasticæ eo grauior instabat necessitas, quod nonullæ tetrissimæ hæreses, recenter ex inferis eruperant: quidam enim ex infanda, vt videtur, Dulcini propagine voluptatum illecebris irretiti, vetanam doctrinam in lubria diffundere cœperant, æque adeo humanis sensibus blandiebantur, vt effrænatam & effusam in omne luxuriæ genus licentiam spiritum libertatis euangelicæ appellarent. Ad quam delendam pestem, ne illius contagio latius serperet, Pontifex antea hoc ipso anno, Rainerio episcopo Cremonensi prouinciam dederat [b], vt aduersus eiusmodi hominum hecem legum canonicarum severitatem adhiberet: tum multa oracula S. Petri aduersus hoice hæreticos, libertatis specie ad scelerum licentiam sectatores suos pellicientes depromptit, quibus talium hæreticorum artes ac flagitia Spiritus sanctus prædixit: *superbi*, inquit, *vanitatis loquentes, pellicient in desideriis carnis luxuria eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur: libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis: a quo enim quisque superatur, huius & seruus est.* Subdit Pontifex: *O libertas omni durior seruitute! O libertas non nominanda libertas! Libertas vero vtique illa summa libertas, in qua eius seruitus comprobatur, cui seruire regnare est. Cur non attenditur? cur non pensatur? an non discutitur quod Apostolus de hoc exclamat, ad Galatas? dicens* [c]: *Vtinam abscindantur qui vos conturbant. Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantummodo libertatem in occasionem carnis detis.* E vestigioque subiungit: *Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis; caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcumque vultis, illa faciatis.* Multisque in eam sententiam interiectis addit: *Non est igitur a Spiritu Domini talis libertas, nam incoinquinatus Spiritus Domini & suauis, humanus, benignus, amans bonum, & qui nihil benefacere vetet: in Spiritu enim Domini peccatum dimittitur, non peccatur. Sed talis libertas est a spiritu tenebrarum, a spiritu malo, qui vexabat Saul, spiritu immundo, qui egrediens ab homine impellit eum assumere septem alios spiritus nequiores se: colubro tortuoso, qui & tortuose incedit, & tortuose suadet incedere suos: spiritu, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum: spiritu diaboli, qui nunc vt aspis, nunc vt basiliscus venenum diffundit, vt leo deuorat, insidiatur vt draco: spiritu iniquo illius, qui prostratus est, draco magnus & serpens antiquus, qui vocatur diabolus & Sathanas, qui seduxit orbem suis seductionibus vniuersum, &c. Dat. Anagniæ kal. aprilis anno sexto.*

Sparsa hæc reſis in omne libidinū genus etiuſa.

[b] Lib. 8. epist. cur. 36.

Vesanæ illius libertatis execratio.

[c] Gal. 5. Libertas euangelica non in effræna carnis licentia, sed integritate cōstat.

Illius libertatis auctorem dæmonem esse.

71 Meminit de impuris eiusmodi lenonibus hæreticis Ioannes Cardinalis Turrecremata [d], ac Geraldi Segarelli, eiusque discipuli Dulcini, paucis ante annis affecti supplicio, sectatores ait; perueretebant enim plures illecebra huius dogmatis sordidissimi, nimirum

[d] Turrecrem. summa eccl. p. 2. l. 4. c. 37 impia hæreticorum vaſania.

mirum fornicationes & adulteria commissa ad sedandam tentationem non esse peccatum, Idem vero hæretici hanc blasphemam vocem in Romanam ecclesiam vomebant; *Ecclesia Romana est illa meretrix, quæ a fide Christi apostatauit, de qua scribit Ioannes in apocalypsi*. Addebant plura alia conuitia in Pontificem, Cardinales, ac præsules Romanæ ecclesiæ, quos a Christo honore deiectos effutiebant. Ex quibus sapiens lector perpendere poterit, quam impuri fuerint nouatorum signiferi, qui in Romanam ecclesiam furorem effuderunt. Superiora vero ex publicis iudiciarijs actis a fidei censoribus hoc tempore conscriptis perita testatur Turrecremata, qui plures alios errores his affines enumerat, cui etiam consentit Eymericus a.

Eorundem in Romanã ecclesiã impietas.

a Eymer. 3. p. direct. q. 12. Lituanorũ in Christianos grassatio.

72 Hoc anno infideles Lituani duce Videne in Prussiam magno furore irruperunt, eamque late populati barbariem in sacra præcipue effudere, atque Eucharistiam impijs pedibus in religionis opprobrium protriuerunt. Onusti deinde spolijs, abducta in seruitutem ingenti Christifidelium multitudine, in Lituaniam abibant; *Cum*, inquit Matthias Michouias b, *in limitibus in vna syluarum captiuos inter suos diuisuros flabat*, dux nempe Lituanorum, *& coram virginibus, quæ absque viris & cæteris mulieribus mille quadringenta * numerum explebant, sacramentum Eucharistiæ, ex terris Prussiæ in sacrario allatum, profana manu exertum ante pedes virginum proijciens, sputissimo ore conspuens, & pedibus conculcans, interrogabat vbi esset Deus earum, qui ei resistere non valeret, neque suis cultoribus auxiliari. Non autem diuina maiestas blasphemiam istiu: altera siquidem die in diluculo, quæ fuit dies martis VIII. idus aprilis, Henricus de Plosk magister Prussiæ cum octuaginta fratribus cruciferis & forti aliarum gentium exercitu ducem & exercitum Lituanicum in eisdem finibus consecutum conflixit, & ad extremum vicit, singulos vsque in paludosum agens, aut vndis suffocans. Ex tanto autem Lituanorum exercitu nemo præter ducem & duos eius comites, qui & ipse in capite vulneratus aufugit. In memoriam tam famosi triumphi cruciferi, domum reuersi, monasterium sanctimonialium in Thorun fabricarunt & dotarunt.*

b Michou. l. 4. c. 13.

* quadringentorum.

Eucharistia conculcata a barbaris.

Diuina in eos vltio.

73 Eodem anno concitata est grauis discordia inter Venetos & Carolum Hungariæ Regem, cum Iadertini, qui diu Venetis obtemperarant ad Hungarum defciuissent, ac permouissent, vt Venetos de soluenda Iadera oppugnatione postularet: cui Petrus Gradenicus dux, de perduellium correpta clientela questus, Veneti in eam vrbem iuris vetustatem firmitatemque proponit c: adddicque Iadertinos sine causa rebellionem fecisse: demum a Venetis obtritum iri. Haud leui impedimento fuit noua illa Venetorum cum Rege Hungariæ dissentio ne Veneti expeditionem cum Carolo Valesiorum duce ad eripiendum Andronico Constantinopolitanum imperium conficerent. In tantam porro seruitutem sub schismatico Imperatore redacta erat Græcorum ecclesia, vt patriarchas velut theatrales imponeret deponeretque. Hoc enim ipso anno deturbato Athanasio Niphonem Cyzicenum ad patriarchale solium euexit d, cui electo successit Ioannes Glycas, idemque Theodoro Metochiti locum cedit. Hic deinde pulsus insulas reliquit Gerasimo, qui ijs parum potitus, monasteriumque repetere coactus transfusos in Italiam honores indoluit. Hæc ferebant quotidie ludibria patriarchæ Græci, indignique ab indignis trucebantur, qui si Romanæ ecclesiæ iuissent coniuncti & veram libertatem & honorum firmitatem essent consecuti. Quam vero miser esset aliarum Græcarum ecclesiarum status, facile colligitur

Iadera ad Hungaros defectio.

c Ext. eius Iur. in appid ad hist. m. f. ona. Dand. Mistra Græcor. eccl. sub schism. Imp. seruitus.

d Nicephor. Greg. l. 7. Patriarch. Constantinop. temere institui desinique

cum earum princeps ioc ludibrijs quotidie expositæ essent,

74. Obsolescente ita apud Græcos schismaticos religionis dignitate, diuina prouidentia illam apud Tartaros amplificabat. Quæ res Pontificem impulit, vt nonnullos ordinis Minorum fratres crearet episcopos, atque in Tartariam ad collustrandos euangelij luce barbaros legaret; Ioannes enim de monte Coruino a Clemente ex ea familia in archiepiscopum Cambaliensem adlectus strenuam adeo operam in Tartaris Christiano cultu imbuendis collocarat, vt præclara diuinæ augendæ gloriæ spes affulgeret: ac ne colligendæ albescenti iam messi operæ deessent, suffraganeos ipsi episcopos Thomam, Hieronymum, ac Petrum Florentinos laboris ac gloriæ socios adiunxit a, plurimisque auxit priuilegijs, vt ea de re diploma pontificium XI. kal. martij anno VI. exaratum docet b.

Missi e Minoritis nõnulli ad Tartaros.

a Lib. 6. epist. cur. 16. Reg. pol. ibi quisti.

b Ead. epist. cur. 16.

IESV CHRISTI
Annus 1312.

Indict. 10.

CLEMENTIS PP. V. HENRICI IMP. OCCIDENT. 4. annus 8. ANDRONICI IMP. OR. 29.

1. &c. MENSE martij, inquit Bernardus Guidonis c, *feria IV. in hebdomada sancta XI. kal. aprilis summus Pontifex, multis prælatis cum Cardinalibus coram se in primato consistorio conuocatis, per prouisionis potius quam condemnationis viam ordinem Templariorum cassauit, & penitus annullauit, personis ac bonis eiusdem ordinis ordinationi suæ & ecclesiæ reseruatis. Mense aprilis tertia die introitus eiusdem mensis, anno incarnationis dominicæ iam notato* MCCCXII. *fuit secunda sessio concilij celebrata, in qua predicta cassatio ordinis Templariorum extitit per summum Pontificem concilio mediante publice promulgata, presente Rege Franciæ Philippo, cui negotium erat cordi, ac domino Carolo fratre suo, & tribus eiusdem Regis filijs, scilicet Ludouico primogenito Regis Nauarræ, Philippo & Carolo: sicque annihilatus est ordo templi post annos circiter centum octoginta quatuor, quibus militauerat impugnatus & dilatatus diuitijs, multis libertatibus & priuilegijs sedis Apostolicæ communitus.* Edidit postmodum Clemens apostolicam ea de re sanctionem d, qua vniuerso orbi, ac futuris seculis transmittere voluit, quæ ipsum causæ ad equestrem illum ordinem extinguendum impulissent, suntque ea de quibus supra memoratum est.

c Bern. in chr. Rom. Pont. bocann. Piol Luc. l. 24. c. 39. & m. s. bibl. Vat. sig. num. 3765. Mart. Pol. 4. & alij. Templar. equester ordo extinctus.

Centum & octoginta quatuor annis viguerat.

d Lib. 7. epist. cur. 31.

5. &c. Disceptatum in concilio est e acerrime quid de possessionibus Templariorum amplissimis constitueretur: vicitque pontificia sententia, vt Templariorum bona, quibus potitos anno MCCCVIII. mense octobri, quo veluti signo dato conjecti in custodiam fuerant, constaret, ad Hospitalarios transferentur, vt ijs aucti diuitijs rem Christianam latius proferrent. Excepta f tamen ea bonorum pars, quæ in Hispania erat, cum Aragoniæ, Castellæ, Lusitaniæ, ac Balearium Reges, qui ferme continua cum Saracenis, extremo ipsorum finibus imminentibus finiti bella gerebant, Templariorum bona in ipsorum regnis constituta in sacri aduersus infideles belli sumptus vertenda contenderent. At ne Rhodij equites ingentes illas opes in vitiorum pompam verterent, ac Templariorum exemplo, abiecto armorum vsu delicijs soluerentur, Pontifex inclinante anno edixit g, vt omnium eorum bonorum vectigalia annua redigerentur ad calculos, ac statueretur quot religiosi equi-

e Epist. cur. 144. cas. 3 conc. p. 2 in cas. Vienn. Disceptatum an nouus ordo creandus foret.

Vicit opinio non creandum.

f Ib. & l. 7. ep. cur. 106. & reg. pol. ibi sup. Bern. chr. Rom. Pont.

g Lib. 6. epist. cur. 78.

ites

tes egregie armis instructi in transmarinis partibus ad loca sancta recuperanda sustentari possent.

Quid de Templarijs statuerit. Bellar. Rom. Pont.

9 Quid vero de equitibus ipsis sancitum sit, describit accuratius Bernardus a: *De personis*, inquit, *Templariorum sic extitit ordinatum, vt in quibusdam nominatim expressis dispositioni sedis apostolicæ reservatis, cæteri omnes iudicio & dispositioni conciliorum provincialium in singulis provincijs sunt relicti, quantumuis iuxta diuersitatem conditionum ipsorum cum eis per eadem concilia procedatur: ita videlicet, quod vel qui supererroribus, exigente iustitia, fuerint absoluti, de bonis prafati quondam ordinis, vnde iuxta status sui decentiam sustentari valeant, ministretur: circa eos autem, qui de prafatis erroribus fuerunt confessi, confiscatis eorum conditionibus, modoque confessionis pensato, rigor iustitia cum affluenti misericordia mitigetur: circa impœnitentes vero & relapsos, si qui inuenti fuerint, iustitia aut censura canonica obseruetur.* Hactenus de Templarijs, ad quorum etiam expendendam causam præterum fuisse indictum Viennense concilium vidimus.

Inde reperti e bonis ordinis stipendia accepere. Sontes pœnis relegatis.

10. &c. Iam quid de Bonifacij memoria, quam Philippus Francorum Rex hæresos labe aspergebat, detersum sit, videamus; & primum quidem, quod ad eius pontificatum spectat, plures viri docti illum in dubium reuocarant, cum diceptarent, Cælestinum V. abdicare se summo sacerdotio non potuisse. Præcipuus difficultatis cardo in eo vertebatur, vt ex Columnensium Cardinalium literis constat; *Papatus a solo Deo est, & quæ a Deo vel ab alio superiori committuntur, a nullo possunt inferiori remoueri.* Prouocabantque ad concilium œcumenicum. Cumque Bonifacius concilium non coegisset, ratus Cardinalium decretum ad id sufficisse, demum in Viennensi concilio controuersia definita est magno rei Christianæ bono, cum altero post sæculo maiores turbas, vbi de excidendo via cessionis schismate agebatur, paritura fuisset.

Vt Bonifacij pontificatus fuerit adductus in controuersiã a Columnensibus.

Bonifacij ex Ecclesia memoria damnata in concilio.

Aucta a Phil. Rege

13. &c. Auxerat hanc in Bonifacium litem Philippus Rex Francorum, cumulatis fœdissimis in eundem multiplicium hæresum calumnijs. Quam ob rem iudicij illius molem Clemente in se, vt diximus, suscipiente, post varios anfractus iudiciarios, interrogatos Romæ, tum in Campania, Etruria & Gallijs idoneorum quæstorum opera testes, compertum est eas calumnias a malevolis confictas fuisse: quæ Philippo, qui parum valebat prudentia, quocirca regni administrationem alieno nutui permittebat, persuaderi potuerunt, & in circulis regiorum assentatorum mussitari: sed in concilio Viennensi coram trecentis patribus, qui totius orbis Christiani erant lumina, discussæ sunt eiusmodi calumniarum tenebræ, vt S. Antoninus hisce verbis testatur b: *Cum Clemens*, & infra, *de delenda memoria Bonifacij ex Ecclesia, cum prælatis consilij tractaret, quia Rex illum hæreticum fuisse probare intendebat, concilium nullo modo assentiri voluit, sed contrarium declarauit, scilicet ipsum fuisse catholicum & indubitatum Pontificem.*

b Ant. 3 p. tit. 21. cap. 3 in princ. Pronuntiatur, ipsum verum & catholicũ fuisse Pontificem.

17 Vt detersa est a Bonifacio omnis hæresos suspicio & macula a Viennensi concilio, ita ab eodem damnati sunt nonnullorum impurissimorum hypocritarum, qui Germaniam suo veneno infecerant, fœdissimi errores, & qui adeo cum omni ratione atque honestate pugnant, vt mirum sit homines in tantam vesaniam actos, vt colerent vitia sanctitatis specie, atque humanis sensibus æternam metirentur felicitatem. Beguinorum & Beguardorum ijs nomen erat: an illud a pestifera secta auctore, an ab alia causa deriuatum, parum exploratum est. Eorum errores recenset Clemens, ac damnat in apostolica sanctione in concilio promulgata a; ex qua etiam Aluarus Pelagius ex ordine Minorum episcopus Siluensis, qui aduersus hos hæreticos sæpius scuto fidei & gladio spiritus se concertasse testatur, eosdem errores enumerat, confutatque. Præcipui erant hi b, hominem eum perfectionis gradum comparare posse, vt peccatum committere amplius non posset, neque in gratia proficere: errorem hunc astruebant stulto hoc sophismate, cum ii proficere semper possit Christo perfectiorem euasurum. Huic infano errori grauiorem cum ratione pugnantem coniungebant; acquisito eo supremo perfectionis gradu non macerandum ieiunijs corpus, neque orandum, sed laxandas liberas cupiditatibus habenas, cum ex spiritus imperio perfecte sint subiecta. Addebant præterea eos, qui ad summum illius perfectionis apicem proiecti fuerint, penitus liberos euasisse, neque mortalis hominis imperijs astringi posse; tum intellectualem quamlibet naturam naturaliter beatam esse, nec supernaturali lumine gloriæ ad Deum intuendum opus esse: effutiebant quoque Beguardi imperfectionis esse virtutum actibus sese exercere, luxuriæque actus peccati omnis expertes, cum maxime incalescente sanguine ad eos natura inclinet: denique Eucharistiæ sacramentum inter diuina latriæ cultu prosequi dedignabantur; ne, vt aiebant, ex altissimo contemplandæ diuinitatis fastigio ad contemplandam colendamque passionem humanitatis Christi se deprimerent. Hos autem hæreticos delusos fuisse specie sanctitatis a dæmone, atque in vitiorum cœnum præcipites immersos, narrat Aluarus his exemplis.

a Cle. ad nostrũ de hæret.

Eorum errores.

b Aluar. Pel. epist. Silu. pl. mist. eccl. in 2. c. 52. Sotus. Turrec. de eccl. p. 2. l. 4. c. 6. S. Ant. 3. p. tit. 21. c. 3. §. 2. fin. in not. ad conc. Vien.

In Vrbe in quodam monasterio sanctimonialium S. Laurentij Panisperna, in quo illo tempore manebam, erat quidam Theutonicus, qui malum spiritualis videbatur: mihi fuit accusatus de illo errore, quod corpus Christi non adorabat, quando eleuabatur, & in predicatione tetigi istum errorem contra Begardos, de quorum numero ipse erat, & tunc aderat, quem correxi ad partem de illo errore; qui nullam partem habebat, quando tangebam in meis predicationibus illos Beguardos, quia lupus erat in fabula, nec me libenter videbat: vili habitu se tegebat, & lacrymas habebat. Sæpe diabolus apparentes lacrymas administrat & rapinas (scripsi supra S. Fœminarum cap. 45. in ista secunda parte) & se contemplatiuum & gustantem reputabat. Insignis est ea, quam memorat historia, & confirmat plures hoc tempore hæreticos inani sanctitatis specimine a dæmone delusos: *Vnam*, inquit c, *ego sequens habentem raptum ad placitum & fornicantem in occulto ad libitum, cuius post mortem eius filiam vidi monachari, quam de fornicario habuerat, qua mihi illud fassus reuelauit matris, quam longo tempore pro sancta deceptus honorauerat, & multa illi loco, vbi ipsa stabat, quando eram in sæculo, dederam pro deuotione, quam ad eam habebam: in qua fui deceptus cum plurimis aliis de illa prouincia; nec ego solus & alij inferiores, sed multi prælati & sancti religiosi, & multi etiam Cardinales: in qua se transfigurauerat angelus tenebrarum in angelum lucis* 11. *Cor.* xi. xxvi. *quæst.* v. *Episcopi.* Eiusmodi hypocritarum illius temporis flagitia perstringit Clemens, dum post recensitos superiores Beguardorum errores subdit d: *Nonnulla etiam alia sub simulata quadam sanctitatis specie dicunt, faciunt, & committunt, qua oculos diuina maiestatis offendunt, & grauem in se continent periculum animarum.*

Da hypocrita, qui Euch. non adorabat.

Vt illusus esset a dæmone.

c Lib. 3. c. 45. De meretrice ecstasea diabolica patiente.

d Cle. ad nostr. de hæret. De hypocritarum eius temporis spurcitijs. Instaurata corporis Domini celebritas a Clem.

18. 19 Porro ad hæreticorum errores depellendos, tum ad obsolescentem sensim fidelium pietatem excitandam Clemens Vrbani IV. de seruanda ac magna instruenda pompa festi corporis Domini feria quinta ab octaua pentecostes recurrente celebritate diploma renouauit, suisque inseruit literis e.

e Clem. fi Dominum de relig. & ven. sanctiss.

In eodem Concilio Petrus Ioannis Olivi Minorita damnatus a, qui praeter alios errores ex alijs haereſiarchis petitos male circa generationem Verbi ſenſerat, & Chriſtum dominum adhuc vivum lancea perfoſſum eſſe finxerat, ac Ioannem evangeliſtam invertiſſe ordinem hiſtoriæ, Similiter eorum error proſcriptus b, qui veram aquam ex Chriſti mortui latere fluxiſſe negaverant, quam inſigni miraculo fluxiſſe ita inter alios Theophilactus in Ioannem confirmat: *Milites*, inquit, *gentiles, vt Iudæis placerent, lanceam Chriſto, circa corpus exanime contumelias intulerunt; ſed contumelia in ſignum prodijt: ſanguinem enim & aquam de corpore extincto manare miraculoſum eſt.* Iactatum etiam fuerat a praedicto Petro Ioannis Olivi, animam rationalem formam humani corporis non eſſe. Qui error, cum veritati catholicæ aduerſaretur, diſertis verbis ſublatus.

a Clem. fidei cat. ac ſum. Trith. Guid. Carſ. ſum. de error. Petri Io. Io: Turr. ſum. de eccl. p 3. c. 4. c. 36 Bzov. 2. p. d. reſ. c. 15. Pegan com. 40 Ann 3 p. tit. 21. c. 3. §. 1. b Ibid.

Petri Ioan Olivi errores damnati.

10 Diſceptantibus etiam nonnullis theologis, an infantibus, dum baptiſmo luſtrantur, infundantur virtutes habituales, affirmatiuam partem vt conſonam dictis ſanctorum eligendam ſancitum eſt. Nunc reliqua concilij Viennenſis geſta percurrimus.

Sancita inquiſitio in haereticos.

11 Ad delendas haereſeon veterum peſtes, vel novas, quas emergere contingeret, extinguendas, ſacræ fidei cenſoribus atque epiſcopis tributa a concilio plurima auctoritas c, vt in notatos ea labe animadverterent, & carceres ad eos tenendos in vinculis conſtrui iuſſum eſt. Repreſſi etiam Saraceni, qui in Chriſtianorum locis, praeſertim in Hiſpania, Mahometis nomen execrandum certis horis e locis celſioribus inclamabant; ac principes catholici offenſionem adeo grauem tollere, & peregrinationes ſuperſtitioſas ad Mahometis ſepulchrum, incuſſo poenarum metu prohibere iuſſi d. Quo vero Chriſtiana religio inter infideles latius propagaretur, atque in Eccleſia Dei viri docti, qui Hebraicam & Chaldaicam linguas ad conuincendos Iudaeos, Arabicam ad Saracenos eruditos callerent, praeſto eſſent, ſancitum eſt e, vt publica earum linguarum gymnaſia in omnibus locis, in quibus aula pontificia verſaretur, tum in florentiſſimis academijs Bononienſi in Italia, in Gallijs Pariſienſi, Oxonienſi in Anglia, in Hiſpania Salmanticenſi, aperirentur.

c Clem. multorum de haer Saraceni in Hiſp. reprimi iubetur. d Clem. cedit de Iudaeor & Sarac. Ling. Hebraica & Arabica ſcholae aperiri iuſſae. e Clem. inter de magiſtris Iuſumptus belli ſacri indicti ſexennales decimae. f Lib. 8. epiſt cur. 112. & 125. g Lib 7. epiſt com. 31. Philippus Rex Franc ad orientalia ſuſcipiendam expedit. ſe obſtringit. h Ptolem. in hiſt rerum Eccl. Anſ. 3. p. tit. 21. c. 2. §. 8. i Lib. 8. poſt ep. cur. 125. & ep. cl. 78. k Lib. 6 poſt ep cur. 127. Eccleſiaſtica diſciplina reſtituta in Clem. Ferragnus de ex eſſ praelat. pleb. & Clem. ad noſtra de cenſibus. l Clem. Diuerſorum 1. de vita & pon cler. m Item Quamquam in eod q Clo. Ne in vſu de fi. in mm.

22 At cum non verbis modo, ſed etiam armis defendenda eſſet religio, atque infidelium Chriſtianos opprimentium retundenda perfidia, inclinarentque omnium vota, vt terra ſancta e Saracenorum poteſtate eriperetur; affulgeret etiam ſpes, ex inſula Rhodo recepta ſubacta in Syriam magno fructu rei Chriſtianae bellum illatum iri, indicta eſt f expeditio ſacra; decretaque g a patribus ſexennales decimae ex omnibus eccleſiaſticis vectigalibus in ſacri belli ſumptus redigendae. Alebant ſane ingentia recuperandae Paleſtinae conſilia Reges, atque inter caeteros Henricus h Romanorum Imperator magnas dabat ſpes; Philippus vero Francorum, Eduardus Anglorum, Ludouicus Nauarrorum Reges, vt teſtatur Pontifex, in concilio coram patribus poſt ſexennium in Syriam ducturos exercitum ſe obſtrinxere i: quod publico edicto k promulgatum.

23. 24 Ad reſtituendam autem eccleſiaſticam diſciplinam plura a patribus decreta, & qui caeteros cenſura notarent, omnium primi a ſe ipſis ea, quae aliorum offenderent oculos, amouere iuſſi. Caſtigati itaque praeſulum exceſſus m, atque ij repreſſi antiſtites n, qui monachos opprimerent. Clerici ab indignis muneribus, gerendiſque armis abducti o, iuſſi decoro veſtitu incedere p. Reuocati etiam ad ſanctioris vitae genus monachi q.

25 Aſcriptum in eodem concilio ſanctorum numero Ludouicum filium Caroli II. Siciliae Regis & Roberti Regis fratrem, affirmat S. Antoninus a: ſed rem tantummodo agitatam, demum a Ioanne XXII. b perfectam anno MCCCXVII. ſuo loco videbimus c. Tum vero magna ſanctitatis fama ac miraculorum gloria illum noruiſſe, ex eodem auctore d conſtat. Hactenus de geſtis rebus in concilio Viennenſi, quod ſeptem mentibus productum, ac tribus tantum perfectum ſeſſionibus, narrat idem Bernardus.

De Ludouico epiſcop Toloſano ſanctis annumerando agitatum. a Ant. 3. p. tit 21. c. 3. ante §. 1. b Vit. XXII. t. 1. 1. ep ſec. 139 c Annal tom 15 an. 1317 num. 9. d Ant. loc. cit Nonnulla patribus concilij cõceſſa. e Lib. 7. epiſt cur 88.

26. 27. Diſſoluta Viennenſi ſynodo, Clemens nonnullis priuilegijs patres, qui ipſi interfuerant, ornare voluit; contra vero illos, qui inertia vel alijs iniuſtis cauſis non venerant, poenis affecit: quos eccleſiarum ingreſſu Clemens interdixit, donec a ſede Apoſtolica in gratiam eſſent reſtituti, quade re ſanctionem edidit e.

Diſcordiae in Angl. inter Eduardū & proceres exortae.

28 Lapſis poſt ſolutam ſynodum paucis diebus ad Eduardum Angliae Regem & Anglos proceres in concordiam adducendos legationem ampliſſimam decreuit f, qua Arnaldus tit. S. Priſcae presbyter Cardinalis, & Arnaldus epiſcopus Pictauienſis perfuncti, quibus ea prouincia data. Intercluſiſſe nuntijs apoſtolicis, ne in Angliam traijcerent, iter perducles queritur in literis anno proximo exaratis Pontifex g: quos quidem aduerſus Regem tum ob Gaueſtonium quendam in regiam reuocatum, euectumque ad ſummos honores concitatos, tum etiam ingentia priuilegia ab inuito principe armis extorquere molitos, Vualſingamus refert h.

Aditus in Angliam nuncij a bellibus prohibiti. f Lib. 8. epiſt cur. 31. & 36. g Vualſin. g. hiſt. de reb. Angl. Controuertia de Lugduni dominio inter Regem Fran. & archiep. com poſita. h Ibi. ado. Reg Ven. & m. ſ. Vat. Aſſiſi. Ag nus. 3765. in Clem V. Muſſ. lib. 5. cap. 3.

29 Quod ad res Gallicas ſpectat; praetereundum non eſt, compoſitam hoc anno fuiſſe veterem illam de Lugduni dominio inter Francorum Reges ac Lugdunenſes archiepiſcopos controuerſiam, eiuſdemque vrbis liberum imperium Philippo ceſſiſſe. *Super quo*, inquit Bernardus i, *prius Clemens Papa conſultus per archiepiſcopum conſenſum non praebuit, nec diſſenſum; ſed reliquit archiepiſcopum in manu conſilij ſui.*

Hinc Henricus repudiata Roberti Regis affinitate ſuis rebus exitium parit. i Id. ib. cap. 7 Cum Fred Rege Trinac. foedus con. a Lib. 3. c. 4. n Iord. m. ſ. Vat. ſigmat. n. 1960. o Ptol. Lucen hiſt eccl. m. ſ. l. 24. c. 40. p Vill. l. 9 cap. 39. q Muſſ. lib. 8 cap. 1. Henrici in vrbem ner

30. 31 Interea cum Clemens Vienna Auenionem protectus hareret in Gallijs, veteres Guelphorum ac Gibellinorum diſſenſiones in Italia recruduere, de quibus Albertinus Mutiatus re altius repetita, narrat vt Roberti Regis orator Ricciardus Gambacaſa Henricum Genuae acierit, illum de foedere & affinitate iungenda poſtulaturus, atque ab Henrico Gibellinae partis ſtudio repulſam tulerit.

32. 33 Obſtitit Henrico non innixiſſe foedus cum Roberto Rege, & item de Prouinciae, Folxalquerij, Pedemontijque comitatibus imperij fiduciarijs non compoſuiſſe; quin potius cum Frederico Rege Trinacriae, cuius oratorem Gaſianum Lanceam magnis Genuae excepit l honoribus, ſocietatem pepigiſſe, animumque ad Guelpham factionem attendam adiecciſſe; ſuſpicatus enim Robertus ſibi ab Henrico parari exitium, vbi Guelphos ſubegiſſet, eorum partes tuendas ſuſcepit: tum fratrem ſuum Ioannem Romam ſuccinctum multo equitatu ſubmiſit, quo Vrbis aditum Vrſinorum opera praecludendum, celebritatemque auguſtalis conſecrationis diſturbandam curaret: cum ille Genua claſſe inſtructa ſoluit m, ac Piſas applicuit, deinde Romam venit, cuius itinera atque in Vrbem ingreſſum praeter Iordanum n, Ptolemaeum o Lucenſem, Ioannem Villanum p Albertinus Mutiatus ita deſcribit q: *Summa ſpe alacritatis ex Romanorum factionibus, dies noctesque perambulans per plombinum ac Maritimam, kalendarum maiarum die occidente ſole Viterbium petijt, comiter a prafecto vrbis & Anguillaria comite ſuſceptus. Hunc Cardinales cum caeteris equitatus multa defeſſi celeritate viaque grauedine ſubſequebantur: vtque poterant, qui molis dicitur, quem occupandum Ioannes Roberti Regis Apulia frater ſtatuerat, quod & Caſar ipſe praſenſe-*

ſanxerat, ipſi præcuparet, iter nolle maturauit. Et infra; *Sabbato autem ſero nonas maias ibidem ſubſiſtens, in dominicam ſequentem luce prima Romanorum cohortes Columnenſibus præcijs cum multa plebis caterua, horum fautores, qui imperij partes agebant, obuiam cum exultationibus multis exiere, clero multo concinente, per Columnenſium portales introitus induxere.*

Vrbs in Vrbē ſit inducta.

34 Potitus ea vrbis parte Henricus, cum in aliam in qua baſilica S. Petri aſſurgit, vbi auguſtali inſigni ornandus & ſacrandus erat, permeare non poſſet, mollibus verbis hoſtes internunciorum opera deliuire pertentatſe, refert auctor a, conſultumque ea de re Robertum Regem reſponſum dediſſe, ſe Etruſcis & inſubribus fœderatis decſſe non poſſe, neque ad pacem affinitate ſanciendam paratum. Excitarat has vniuerſas turbas Henricus, totoque hoſtes ſibi conſciuerat, repudiatis Clementis monitis b & hortationibus, qui ipſi primum ad cæſareos apices euecto conſulucrat, vt filiam Roberti Regis filio natu maximo in matrimonium collocaret: quod cum aſpernatus eſſet Henricus, & fœdus cum Friderico Rege Trinacriæ Roberti hoſte pepigiſſet, præuertit Robertus Henricum ipſi moliri exitium: quam ob rem ad eum deprimendum vires intendit, vt ad iungendam affinitatem cogeret. At Henricus Neapolitano inhians regno imperioque Italiæ, aleam facere maluit, vt ſubdit Muſſatus c. Plura in vrbe conſerta ſunt cruenta certamina tuentibus Vrbis Pontificis Robertique Regis nomen aduerſus Henricum ipſum; aſperrimumque omnium fuiſſe narrat Ioannes Villanus d, vigeſima ſexta die menſis maij initum, in quo copiæ cæſareæ redacto in ſuam poteſtatem Capitolio ad pontem Tyberis iungentem ripas, cui S. Angeli nomen eſt, duce epiſcopo Leodienſi excurrere, ſed regiæ ac Florentinæ turmæ viarum compendijs tanto impetu a latere incurrere, vt caſamentibus cæſorum viæ repletæ ſint, ac Leodienſis epiſcopus, cum a victore abduceretur, a Catalano occiſi fratris dolorem vicifcente intertectus.

a *Ibid. cap. 2.*

b *Reperta ea de re Clem. lit. in arch. Anin. pal. ſexp. leg.*

Oſtan. Card. Aquauiua an. 1294. nu. 341. Prælium in Vrbe initū

c *Muſſ. l. 8. c. 3. Ptol. Luc. hiſt. eccl. m. ſ. l. 24. cap. 6 Ioa. m. ſ. Vat. ſign. n. 1960 dict. Vill. l. 9 cap. 42.*

35. &c. Perculti eo aduerſo prælio Henrici ſocij, plures eum deſeruere: quocirca ipſe ad maturandam in Lateranenſi baſilica conſecrationem ſuam ſtudia conuertit; cumque Cardinales a conferenda aurea corona, quæ Romæ Auguſtis datur ſe excuſarent, quod in pontificio diplomate fieret mentio baſilicæ S. Petri, in qua celebritas peragenda erat, Henricus Romanos factionis imperatoriæ ſtudioſos in ipſos concitauit. Itaque inuiti illatam ſibi vim contentati, imperij inſignia ei contulere, qui ſubſidiarium aurum Romanis vt ſtipendia militi ſolueret imperauit: vnde ſeditio in ipſum a Romanis commota: de quibus pluribus Muſſatus; illique conſentiunt Bernardus d, Iordanus e, Ptolomæus Lucenſis f, ac Rebdorfius g, qui addit; *Benedictionem imperialem a quibuſdam Cardinalibus de mandato domini Clementis Papæ V. adeptus, & iuramentum fidelitatis & obedientiæ tunc Eccleſiæ præſtitit*; quod a Cardinalibus in publicas tabulas h relatum & a Clemente publico diplomate, cum id negaſſet Henricus, confirmatum viſuri ſumus. Spectarunt vero præcipuæ in illo imperatorijs inſignijs ornando partes ad Arnaldum Sabinenſem epiſcopum, cum ob legationem adiunctam Pontificem repræſentaret, cui adeo diadematis imponendi munus datum, vt ex literis apoſtolicis conſtet. Iubebatur etiam Leonardus Albanenſis epiſcopus gladium tradere Imperatori, ſed hoc illi munus mors eripuit: ipſum enim & Franciſcum S. Luciæ diaconum Cardinalem ab hominibus demigraſſe, Henricus Imperator in literis i ad Ioannem Vvaldſanctem abbatem datis docet.

Henricus Imper. Romę coronatur.

d *Bern. in l. de Rom. Imp. m. ſ. Vat. bib. ſign. n. 1043 alter d. m. ſ. Vat. ſign. n. 1960.*

Arnaldus Sabin. epiſ. præcipuis partibus functus.

e *Ptol. Luc. hiſt. eccl. m. ſ. l. 24. c. 40.*

f *Rebdor. in ann. Io. Vill. l. 9. c. 42. & alij.*

g *Clem. Rom. de iur. iur. Ext. apud Corn. Veter. in lib. VII*

38. &c. Cum vero plura ante ac poſt imperatoriam conſecrationem Henricus officia, quæ ſoli Chriſti vicario ob illius maieſtatis faſtigium exhiberi debent, præſtare obſtrictus eſſet, quæ tum a Cardinalibus ſunt prætermiſſa, Clemens, Romanæ eccleſiæ iuribus conſulturus, literis ad Cardinales datis promulgarat a, ceteros Imperatores Romanis Pontificibus, cum ab ijs auguſtalibus inſignijs ornarentur, conſuera obſequia & officia deferre teneri: quæ ex literis ijſdem hæc fuiſſe conſtat, nimirum vt Romanorum Rex ante accepta dicta inſignia porta Collina Romam ingreſſus Pontifici in gradibus baſilicæ Principis apoſtolorum confiſtenti aurum oblaturus genibus prouolutus pedes deoſcularetur, templumque ingreſſus poſt confeſſionem, vt ait, in altari B. Petri factam (eam vero fuiſſe fidei Chriſtianæ profeſſionem indicat m. s. Vaticanum b in quo illius formula edita ab Henrico & promulgata continetur) receptus ad oſculum inter diaconos Cardinales Pontificis pectus oſcularetur; interque miſſarum ſolemnia ſacram Euchariſtiam excepturus, oſculum Pontificis ori porrigeret: peractiſque imperatoriæ conſecrationis ritibus, templo egreſſus, in equum aſcendenti Chriſti vicario ſtapedem paludamento imperatorio & diademate decorus teneret: tum arrepto equi fræno, ſtratoris munere fungeretur. Dederat etiam Cardinalibus prouinciam Clemens, quo Romanæ eccleſiæ iuribus caueret, vt Henricum ante & poſt accepta imperatoria ornamenta adigerent, vt pontificio decreto aſſenturetur, atque ab ipſo diploma elicerent, quo huiuſmodi ritus & officia, quæ vicißim Chriſti vicario præſtarent, continerentur. Aſſenſit ipſe iuſtis Pontificis & Cardinalium poſtulatis, vti vouerat, diuulgata ea de re ſanctione c, qua nuncupata fidei ſacramentum confirmauit, atque ad tuenda Eccleſiæ iura ſe obſtrinxit.

a *Lib. 6. epiſt. cum 714 & m. ſ. bibliotb. Vall. n. 383.* Plures ſolennes ritus ob Pontificis abſentiam prætermiſſi.

b *M. ſ. Vatic. bibl. ſignat. n. 3977.*

44. &c. Paulo poſt ſuperbia elatus nuncupatum ſacramentum ſpreuit, quaſi inania tantum verba officij gratia fudiſſet, nulla vero religione, vt pareret Pontifici, animum deuinxiſſet. Cum enim Pontifex, fœdandi inter Henricum & Robertum exorti belli cupidus, literas ad Cardinales, miſiſſet, in quibus aiebat d: *Quod cum ipſi Reges, eiuſdem Eccleſiæ ſpecialiſſimi filij, ſibi iuramento fidelitatis & alias multipliciter eſſent adſtricti, ipſius Eccleſiæ debeant eſſe promptiſſimi defenſores*, Henricus præceps in ſententiam, excitis multis tabellionibus, publicis tabulis conſignari iuſſit, nemini ſacramento fidei obſtrictum ſe teneri, ipſumque latere, an vnquam alij ſuorum deceſſorum Romanis Pontificibus fidem iureiurando obligaſſent. Sicque temere admodum præſtita ante & poſt acceptum auguſtale inſigne ſacramenta oblitioni dedit. Sed præſtat Henricum ipſum ſuis verbis arguere: is enim in literis ad Pontificem eadem de re datis hæc e profeſſus eſt ide ſuis oratoribus: *Conceſſimus eiſdem*, verba ſunt Henrici, *generalem & liberam poteſtatem ac ſpeciale mandatum*. Et infra; SEV PRAESTANDI IN ANIMAM, ET SVPER ANIMAM NOSTRAM DEBITAE VOBIS ET SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE FIDELITATIS ET CVIVSLIBET ALTERIVS GENERIS IVRAMENTVM.

c Sancit Henricus eam rem ſecutis Pontif. dantio nō ſuorum. *Cæſarianæ S. Aug. & l. prim. Reuiz. cl. to 5. p. 14. & p. 347. & inter coll. Plat. to. 1. p. 357. & in m. ſ. to Vall. ſigilla B. n. 2 p. 47. ita exſtant. Cir. 1309. nu. 10 & ſeq. Fabb. Muſ. l. 8. cap. 9.* Henricus dictus ab gallis.

47. At Henricum ira ira & vindictæ auiditas commouerant, vt parum ſacramentorum, quibus ſe deuinxerat, religionem curaret: Neapolitanumque regnum, immo totius Italiæ imperium ſibi ſubijcere moliretur. Cæterum non leuibus aduerſis rebus preſſus eſt poſt accepta imperatoria ornamenta, ita vt interclußis commeatibus, Roma XIII. kal. auguſti abſcedere & Tybur contendere ſit coactus f. Addit Muſſatus g Henricum, cum in Robertum Regem iras ſuas vertere non poſſet, ſigna in Etruriam

reflo-

d *Clem. Rom. de iur. iur. Ext. cap. 10.*

reflexiſſe, vt Gibellinorum coniunctis armis eam ſibi ſubijceret, atque ita infubribus rebellandi occaſionem adimeret, ſuſceptoque itinere per Sabinos & Vmbros Peruſinum agrum, quamuis pontificiæ ditionis eſſet, euaſtaſſe: ab Aretinis vero cupidiſſime exceptum ad Florentiam obſidendam prouolaſſe. Deſcribunt plu-
a Alb. Muſſ. 9. c. 2. 3. 4. 5 b Io: V. l. 6. 9 cap. 46. c Ann. 3. 9. tit 21, c. 2. §. 6. Robertus Rex a Florētinis reip præficitur.
ribus Muſſatus a, Ioannes Villanus b, S. Antoninus c, & alij varias Henrici ac Florentinorum expeditiones & prælia; tum Piſanorum a Magone Roberti Regis duce cladem acceptam: ſed hæc perſtrinxiſſe ſufficerit. Cum porro verſam in ſe belli molem viderent Florentini, crebriſque excurſionibus vaſtari agrum, reipublicæ gubernacula ad quinquennium Roberto Siciliæ Regi detulere: at de eo anno ſequenti. Iam ad Philippum ipſius fratrem Tarentinum principem, iuſtiore bello pro tuenda Chriſtiana religione ac ſchiſmaticorum conatibus reprimendis occupatum in Græcia, ſermonem conuertamus.

In Græcia ſchiſmatici catholicos opprimunt

48. &c. Adductam in ſummum diſcrimen in Græcia ac maxime in Achaia a ſchiſmaticis rem catholicam deplorat Pontifex in literis, quibus eundem Philippum ad eas prouincias ab imminenti periculo vindi-
d Lib. 7. epiſt. cam. 131. Clemēs auxilia, comparat.
candas accendit d. Certe adeo fidelium, qui hactenus poſt collapſum Conſtantinopolitanum imperium in Græcia hæſerant, fractæ res fuere, vt expauerit Pontifex, ne cogitata in Syriam expeditio diſturbaretur, atque ex ſexennalibus decimis in concilio Viennenſi pro recuperanda terra ſancta indictis triennales in Sicilia citeriori, Sardinia, Corſica, Creta, ac prouincijs Græciæ Latini iuris colligendas in Achaiæ ac fidelium finitimorum ſubſidium deriuarit e; quarum exigendarum prouinciam Arborenſi f archiepiſcopo in Sardinia, Neapolitano & Brunduſino in Sicilia, pluribuſque g epiſcopis dedit: cuius decreti cauſam in literis miſſis ad Philippum principem Tarentinum, cui ex decimæ ad inſtruendas copias conferendæ erant, expreſſit h, vt ſilicet catholici e ſchiſmaticorum conatibus vindicarentur, neue expeditio pro recuperanda Paleſtina in barbaros comparanda, diſtrahentibus Latinorum vires Græcis, turbaretur. Parare meditatum Philippum ipſum ad ferendam Achaiæ Chriſtifidelibus opem duo equitum millia, quatuorque millia peditum, ex literis pontificijs ad eum ſcriptis colligitur, quibus militiam religioſam accepto crucis ſymbolo profeſſuris eo numero, præmia indulgentiarum concedun-
e Ib. ep. cam. 131. f ap cam 138 & poſt eand epiſt. g Epiſt. 133. 134. 135. 136. 137. h Epiſt. eam. 135.
Et concedit indulgētias.
tur i: eumque pluribus ſacris beneficijs ornauit l.

i Epiſt. eam. 251 l Ep. 253. & 254. Petrus Palatinus in Reg. Hung coniurat. Percuſſus anathemate.
52 Hoc anno in Hungaria ciuiles turbas concitauit aduerſus Carolum Regem Matthæus Palatinus, quem Gentilis Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legatus anathemate ob patrata in Deum, atque in maieſtatem regiam & populum Hungaricum flagitia percuſſit; qua de re extat eiuſdem edictum ex archiuo Auenionenſi Romam delatum m. Porro de Matthæo hoc anno inſignem diuinitus a Carolo Rege partam victoriam, refert Thurotius n, cum pius Rex exercitus ſui milites ſacra exhomologeſi & Euchariſtiæ ſacramento muniri iuſſiſſet: neque euentu irrito, cum adeo atrox prælium ab irruptionis Tartaricæ tempore commiſſum non ſit in Pannonia. Fuſus itaque plurimus vtrinque cruor, & hoſtium duces in pugnæ ardore trucidati: Carolus Rex, caſo regio vexillifero, ſub cru-
m Ordin. 1324 n Thurocz. chr. p. 1. c. 90. Bonf. 2. l. 9.
Cruciferi prælio profligatur, Hiſpani Reges in Græc. bellum ſacrum ſuſcipiunt.
ciferorum ſigno pugnam conſeruit, ac poſtremo victoriam retulit: *Quod factum*, inquit Thurotius, *a Deo eſſe credimus & fatemur*. Firmatum inde eius eſt Hungaricum ſolium: vt vero poſtea in Seruiam & finitima ſchiſmaticorum regna victorias protulerit, ſuo loco dicetur.

53 In Hiſpania Saraceni Alcauderem oppidum Chriſtianis eripuerant, qua iniuria laceſſitus Ferdinandus Caſtellæ ac Legionis Rex, communicatis cum Luſitaniæ & Aragoniæ Regibus delendiſ Mauricorum nominis conſilijs, Petrum fratrem adulto vere præmiſit, vt comparatis copijs illud circumſideret, eoque poſt magno cinctus exercitu accurrit. Victi a ſunt barbari, atque oppidum in Chriſtianorum redactum poteſtatem. Pontificiæ extant de eo bello literæ ad Toletanum archiepiſcopum, quibus ipſum & crucefignatos, qui Regem Ferdinandum anno integro contra Granatenſes ſequerentur, criminum venia donare iuſſit b.
a Io. Mariā de reb. Hiſp. l. 15. c. 11.
b Lib. 7. epiſt cam. 65.

Affulſerat læta excindendæ ex Hiſpanijs ſuperſtitionis Mahumeticæ ſpes Ferdinandi auſpicijs felicibus: ſed formidabili, vt creditum eſt, diuinæ iuſtitiæ exemplo, repentina morte extinctus in lecto eſt repertus. Rem ex Mariana c referre placuit: *Carualij*, inquit, *fratres Petrus & Ioannes regio iuſſu comprehenſi, e vinculis more gentis cauſam dixere. Caſi ad Palentiam, cum regia noctu egrederetur, Benauidij viri primary legē maieſtatis poſtulati. Cædis auctor cognoſci non poterat, ſuſpicionibus multi exagitati: hi oppreſſi, neque iudicio conuicti, neque crimen fuit, qua maxima iudicorum labes eſt: de vicina rupe precipites dari iuſſi. Rex intractabilis erat, cum recens iniuria prouocabat, neque ira regi valens: aulici, vt fit, viris nobilibus exercendis eius offenſas acriter ſpeculabantur. Rapti ad ſupplicium diuum hominumque fidem teſtati ſe innocentes mori, quoniam regia aures obturate eſſent, ad Deum equiſſimum iudicem prouocare, Regique diem dicere ex eo die trigeſimum. Ea voces in præſentia pro vanis habita, caſu fortaſſe eſto, at mirabili certe euentu confirmata ſunt. Rex nulla pericli cura Alcandetem in caſtra abijt: ibi morbo tentatus grauiſſimo Gennium ſeſe retulit, quo tempore de oppido dedendo a Mauris mentio erat illata. Vis morbo indies augebatur. Rex cuius grauioribus impari valetudini, lætus tamen nuncio oppidi capti, nouæ irruptionis faciendæ conſilia explicabat: cum die iduis ſeptimo idus ſeptembris a prandio ſomno ſe dans, in ſtrato exanimatus repertus eſt. Obijt in ipſo ætatis flore annos natus quatuor & viginti, menſes nouem, in maximo curſu rerum ſuarum. Regnauit annis decem & ſeptem, quatuor menſibus, diebus decem & nouem. Cibi & potus intemperantia exitio fuit: alij diuini Numinis tum interpretabantur, quod a cæde patrata magno omnium mirantium die trigeſimum præciſe numerarint, vnde inter Caſtellæ Reges Ferdinandus in ius vocatus nuncupari cœpit.* Ea in diuinæ exemplū iuſtitiæ vera eſt.
c Mariana lib. 24. c. 18.
Quot annis Ferdinandus regnauit vixeritque. Vnde dictus Ferdinandus inuocatus dict. Mariana.

Succeſſit Alfonſus d illius filius, in cunis adhuc vagiens, Caſtellæ Rex: ob cuius imbecillem ætatem ciuilibus diſſidijs regnum fluctuauit.
d Alfonſus filius puer regnorum ſucceſſor.

54 Auctum eſt, exeunte anno, Cardinalium collegium ſolemni tertia aliorum nouem creatione x. kal. ianuarias, recurrentibus nimirum hybernæ tempeſtatis ieiunijs, a Clemente facta, quorum nomina recenſet Bernardus Guido e; Guillelmum nimirum de Mandagoto Aquenſem archiepiſcopum ad Prænestinam, Iacobum de Oſſa epiſcopum Auenionenſem Clementis in pontificatu ſucceſſorem futurum ad Portuenſem, Arnaldum de Auxio f Pictauienſem præſulem ad Albanenſem ſedes traductos. Reliqui ſex, quorum tres primi theologicæ ſcientiæ erant profeſſores, Guillelmus Petri de Godino Baionenſis ordinis Prædicatorij alumnus S. Ceciliæ, Vitalis de Furno Vazatenſis Minorita S. Martini in montibus, Michael de Beco Normannus S. Quirini decanus 6. Stephani in Cœlio monte, Berengarius Fredoli iunior epiſcopus Biterrenſis, SS. Nerei & Achillei, Raymundus S. Seueri abbas S. Pudentianæ Guillelmus Teſta Condomienſis S. Cyriaci titulos acceperunt,
e Ber. chr. Bz Pour in Cle V. Mar. Pol l. 4 Fel. Ott. in elench. Card. in Cle. creatione 3. ex lib. obligat. Cam. con. in vit Clem. f Ext de eo Cle. lu l. 8. ep cap. 36. 38.

IESV

IESV CHRISTI
Annus 1313.

Indict.11.

CLEMENTIS PP.V. HENRICI IMP.OCCIDENT.5. annus 9. ANDRONICI IMP. OR. 30.

1. &c. ADdixere a se, solemni pompa religiosæ in Saracenos Asiaticos militiæ tres Reges Philippus Galliæ, Eduardus Angliæ eius gener, ac Ludouicus Nauarræ eiusdem filius; quorum exempla sequuti proceres e manu Nicolai Cardinalis tit. S. Eusebij Apostolicæ sedis legati symbolum crucis accepere b.

a Clem. lib.8 ep cur.112. & 118.

Tres Reges crucis symbolum in Saracen. Asiaticos accipiunt.

b Lib.8 epist cur.112. & 118.

Viri nobiles addicti hastiludijs. Secuta inde mala in gentia.

7. &c. Verum vt procliuior ad malum natura, sanctissima quæque ad improbum vsum detorquet, plerique nobiles viri præsertim in Romani imperij locis, dum sacrum bellum parabatur, ludicris certaminibus, quasi in hostem proludere discerent, se dediderunt: at cum in huiusmodi hastiludijs crebræ cædes patrari consueuissent, atque mani vestium luxu opes absumerentur, Pontifex edicto apostolico solemnia hastiludia, torneamenta vulgo dicta, vetuit, & censurarum terrorem ijs omnibus, qui se illis quouis modo implicuissent, incussit c.

c Eod. lib. post ep. cur. 125.

Iudicio agit in Florentinos Hæresis.

d Vill. l.9 cap.48.

Damnat lege maiestatis, Robertum.

10. 11 Turbauit pia expeditionis Syriacæ consilia Henrici Cæsaris Robertique Regis dissentio, Henricus enim post leuiora in Florentina ditione inita prælia Pisas nono martij die reuertus Florentinos, lege maiestatis postulatos, grauioribus pœnis affecit d. Intendit etiam Roberto Siciliæ Regi iudicium.

12. &c. Securus quidem Robertus initio egregia Clementis in Henricum studia, cum illum Pontifici futurum addictissimum putaret, ingredienti Italiam fauit, illius amicitiam affinitatemque, interprete eodem Pontifice, exoptauit e; mittique Genuam oratorem, qui Cæsari Prouinciæ, Pedemontij, Folcaquerijque comitatus regio nomine acceptos ritu solemni referret. Sed cum Henricus eos comitatus beneficiarios asserere Roberto negasset f Genuæ, pollicitus Romæ illorum se iura donaturum, petitam affinitatem respueret, Astam iuris Pedemontani comitatus, qua Gibellinæ factionis opera erat potitus, non restitueret, euerteret g Guelphos Roberti socios, & cum eius hostibus coitiones faceret; suspicatus est Henricum aucta confirmataque potentia, controuersa vetera imperatoria iura, tot disceptata bellis, ab ipso repetiturum. Dolens itaque non prohibuisse ipsum ingressu Italiæ, vt stantibus adhuc Turrianis potuerat, apertum bellum mouit, vt maiores progressus abrumperet, eaque de causa Henricus illum vt rebellem prodiroremque imperij lege maiestatis damnauit, & Prouinciæ comitatu regnoque Siciliæ deturbandum, capitalique supplicio afficiendum decretoria sententia iarxit; in qua ferenda iustitiæ metas transgressus est, quippe Sicilia non imperij sed Apostolicæ sedis beneficiaria erat, Robertique iudex legitimus Pontifex, apud quem iudicium Regi intendendum foret; tum etiam quæ extra imperij fines commissa crimina obiecerat, non ab imperatoria sed pontificia auctoritate essent plectenda, vt illum arguit Clemens in apostolico edicto h, quo Henrici sententiam vt multis iniustam capitibus ad pontificium ius, quod Henricus inuaserat, asserendum rescidit.

e Cle. lib.ex arch. Annal. 345.

f Nangius. a.pm.44.

g Alb. Muss in gest. Henr. 7: Vill. l.9. c.9.15.

Iniusta in nonnullis capitibus sententia fuit.

h Clem. l. Pastoralis de sent. & re iud. c.

13 Flagitasse Philippum Galliæ Regem missis oratoribus a Clemente, vt potius latam ab Henrico in Robertum sententiam pontificia auctoritate abrogaret, quam rescindi ab Henrico iuberet, narrat Mussatus: præterea Clementem Philippi oratoribus respondisse, trea Cardinales legatos ad Henricum

Decreti tres Card. ad Henr.

ituros, vt imminentia ea bella repellerent: cumque validiora a Pontifice remedia adhiberi expostcerent Philippi oratores, Clementem tum ad tuendum Neapolitanum regnum Ecclesiæ vectigale, tum ne decreta in concilio Viennensi Philippo illius imperatore expeditio Syriaca diturbaretur, cum necesse esset Gallicana arma in Henricum auerti, anathemate omnes, nullo regiæ imperatoriæque dignitatis discrimine, percussisse i, qui bello citeriorem Siciliam adorirentur.

a Lib.8 epist cur.110 eadem apud Muss. l.4.6. cap.5.

Robertus hoc malo grauedinem aduertus.

b Vill l.9 cap.30.

14. 15 Non eo edicto apostolico Henricus Imperator ac Fridericus Rex a susceptis perdendi Roberti, inuadendæque Siciliæ consilijs reuocati sunt, sed ad bellum se comparare perrexere: Genuenses enim, vt gente Henrico, triremes imperatas instruxere k, ac præfecto classis Lamba Oria cum Pisanis in Siciliam citeriorem vela direxere: Fridericus vero Rex Trinacriæ præscripta die, quinta scilicet augusti, Messanam soluit, confecta quinquaginta triremium classe, atque in Calabria Rhegium & alia loca in suam potestatem redegit, ac plures aduersus Robertum rebellionem fecere. Ne autem huiusmodi Siculi Regis hostes pacatem ex animis, spretis censuris apostolicis, quæ in Siciliæ inuasores propositæ erant, eiecisse viderentur, pontificiam sententiam in eum sensum detorsere, non percelli anathemate eos, qui Robertum Regem lederent, modo ab inferendo regno vllo damno sibi temperarent. Ad quorum futiles cauillationes retellendas nouo diplomate VIII. idus septembris edito promulgauit Pontifex l, omnibus, qui Roberto aut Siculis vllam inferrent iniuriam, siue regia siue augustali dignitate polleret, quibus verbis Henricum & Fridericum designabat, anathema alasque poenas irrogari.

Fridericus Rex Trinacr. Rhegiū & alia Calabriæ loca occupat.

Pontificis sententiam cauillo eludit.

c Lib.8 post ep. cur.134.

24. 25 Eripuerat iam Deus imminenti periculo Robertum Regem Ecclesiæ studiosissimum sublato paucis ante diebus Henrico Imperatore infensissimo eius hoste, qui cum acceptarum nimis iniuriarum tenax iam a Christi vicario in Siciliæ regni sedis Apostolicæ vectigalis inuasores anathematis sententiam ipse meret, & censuras inani verborum fuco deludere arbitraretur, præterretque vltionem Christianæ reipublicæ parat, inopinata morte in ipso imperij limine curruque victoriarum extinctus est. Illum censuris deuinctum fuisse, neque ea religione solui potuisse, refert Bernardus d. Scripsere recentiores ipsum necatum veneno: & Albertinus Mussatus triplicem mortis causam adducit e, inter quas præcipua ea fuit, concepta nimirum in latere vomica, effuto scilicet in pleuram ex nimio æstu & labore sub ardenti cœlo sanguine, deinde ex captata perfrigeratione concreto. Obseruat vero idem auctor, licet Henrico addictissimus, ipsum dum cum Ecclesia sentit, secundis rebus positum: vbi vero in eam cornices extulit, repente vindicta diuina obrutum. Nullam etiam veneni Henrico propinati mentionem fecere Cortusij f, qui hæc tantummodo monumentis prodidere: *Infirmitate captus soluit debitum naturale*; non Ioannes Villanus scriptor candidissimus, suis Florentinis parcere non solitus, quidquam tale scriptis tradidit: non S. Antoninus, qui morbo Henrici obitum ascribit: non denique Ptolemæus Lucensis g, sed alius quis recentior illum eo additamento foedauit.

Robertus Rex periculo liberatus.

d Ber. libel. de Rom. imp. m. f. Par. lib fig. n 2043. e Muss. l.16. cap.6.

Henrici mortis genus.

f Guill. & Alberig. Cort. hist. l.1. c.21

g Ptol. Lucens hist. eccl. l.24 cap.40.

26 Commendat Henricum, vt multis virtutibus cumulatum principem, Ioannes Villanus h, atque ea laude exornat, neque in prosperis elatum lætitia, neque in aduersis dejectum mœrore fuisse: quibus S. Antoninus consentit. Vt magnis etiam virtutibus ornatum, cum ad imperium euectus est, a Pontifice commendatum vidimus: sed eas virtutes adepto iam imperio, nimio erga Christi vicarium fastu corrupit; non

h Vill. l.9 cap 48.

Datur illi vitio super bæ coitum. Pote gisse

non enim exigua eius labes fuit, spreuisse intentatum sibi anathema, & vectigale Romanæ ecclesiæ regnum, ipsamque ditionem ecclesiasticam inuaderemolitum. Et quidem refert Albertinus Mussatus a, ipsum ad Romam sibi subijciendam aspirasse, & inter proceres, dum apud Podium Bonizi in hybernis ageret, Romam suam iactitasse: atque etiam antea Romanis tributa imperasse vidimus. Cum præterea Iacobus Ioannis Arloti e stirpe Stephanesia tribunitiam inuasisset potestatem, vrbanisque munitionibus potitus proceres exagitaret, compertum est, Henricum facta cum eodem tribuno coitione, Vrbis imperium a Romana plebecula per seditionem eblandiri meditatum. Subdit auctor, proceres, pontificij nempe nominis assertores, cum sibi imminere exitium viderent, coniuratione facta, tribunum in Capitolio oppressisse. Præterea tradit b, Henricum indignatum Romanis pontificiarum partium sectatoribus, comminatum si ad Vrbem accessisset, *acerbis* in eos *effuturum supplicijs*; tum etiam Vrbeuetere grauem adeo concitasse dissensionem, vt Gibellini contra pontificios duobus diebus certauerint, intelici tamen exitu.

a *Muss. l. 12. cap. 6.*

Hæretici perfidia in assectando vrbis dominatu.

Iacobi Arloti tribuni cum eo coitio oppressa.

b *Lib. 1. de gest. Ital.*

27. 28 Refert etiam Henricum classis suæ præfecto ex arcano imperasse c, vt cum Terracinam appulisset vigesimo septimo ab Vrbe milliario, anchoras figeret, ipsumque præstolaretur: tum spe & cupiditate ad occupandum vniuersum regnum Neapolitanum beneficiarium sedis Apostolicæ Friderico Trinacriæ Rege socio anhelasse. Qua in re insigni periurij flagitio ille deuinxit, quippe qui susceperus augustale insigne Cardinalibus hæc sacramento ipoponderat: *Ego Henricus Rex Romanorum Imperator promitto, spondeo, & polliceor coram Deo & B. Petro, me de cætero protectorem & defensorem fore Pontificis & sanctæ Romanæ ecclesiæ in omnibus necessitatibus & vtilitatibus suis, custodiendo & conseruando possessiones & honores & iura eius, quantum diuino fultus adiutorio fuero, secundum scire & posse meum recta & pura fide. Sic me Deus adiuuet & hæc sancta Dei euangelia.*

Promissa sacramento violata ab hæret.

c *Sup. lib. 17 de gest. Hen. cap. 1.*

29. 30 Quæ porro mortuo Henrico sint secuta, narrat S. Antoninus d, tempestatem illam immanem, quam in Robertum Siciliæ Regem commouebat Henricus, repente sedatam, dissolutum imperatorium exercitum, Genuensium Pisanorumque classem dissipatam; inter quos postea magnæ rerum conuersiones contigere: Friderici Siculi pariter terrestres copias in Calabriam traductas in Trinacriam se subduxisse, maritimas disiectas irrito conatu domum redijsse: Gibellinos vero, qui in Etruria cum Henrico coitionem fecerant, e spe maxima in metum non minorem deturbatos: at contra Guelphos ex cladis extremæ terrore in pristinas libertatis spes assurrexisse describit eleganter Mussatus e. At de his hactenus: nunc ad Venetos digredimur.

d *Ant. 3. p. tit. 21. c. 8. §. 8.*

Mortuo Imp. illius sequaces cōsternati. Frid. rex copias Calabriæ abducit.

e *Muss. de gest. Ital. post mortem Henr. l. 1. c. 1. ad Ann. Christi 1310. num. 13.*

31. &c. Decreuerant f illi iam ante ob Ferrariam oppugnatam anno MCCCX. Carolum Quirinum & Franciscum Dandalum oratores; cumque actio de pace non leuibus implicita difficultatibus esset, ad triennium fuerat producta: cum interea morte obeunte Petro Gradenico, qui Ferrariam ditioni Venetæ adiungere erat molitus, Marinus Georgius anno huius seculi vndecimo vigesima tertia augusti die habenas reipublicæ capessiuit: cuius principatus toto tempore Venetam prouinciam censuris ecclesiasticis irretitam extitisse, refert g appendicis ad hist. Andr. Dandali additæ auctor, eoque post menses decem ac dies totidem infelici imperio ac vita abeunte, Ioannes Superantius die iulij decimatertia superioris anni dux renunciatus, vt eam labem eluere omnes neruos intendit. Demum composita controuersia Clemens censuras omnes, quibus

Venetos ob inuasam Ferrariam, ac sæpius bello tentatam deuinxerat, apostolica auctoritate dissoluit, dato ea de re ad eundem Ioannem Superantium ducem ac senatum diplomate a VII. kal. februarij consignato.

a *Clem. lib. 3 ep. com. 120. ex typis ex sa an. 1606 in Vat. typ. pag. inter monitoria & declar. Excōm. cont. Venet.*

Templarij combusti.

b *Mass. in Phil. Pulc.*

39 Hoc anno Templarij ordinis princeps & alius præcipuus eques, cum adacti agendæ pœnitentiæ essent, confessa antea reuocarunt, propterea que supplicio ignis vt relapsi perempti sunt; quos inique damnatos recentiores nonnulli suspicati sunt; addit que Massonus b horum cineres vt martyrum collectos a nonnullis: tum in eam abit sententiam, Templarios iniuste euersos, ac Philippum impietatis, Pontificem inclementiæ accusat. Sed is parum attendisse visus est adhibitam a Clemente & œcumenica synodo in abolendis Templarijs consilij maturitatem, testium grauissimorum multitudinem; tum maximum Templariorum numerum, quos nullo metu obiecto coram Pontifice & Cardinalibus defectionem a fide, aliaque scelera fassos, diximus suo loco. Porro Templariorum acta e iudiciaria, quæ seruatum in eos æquitatis & legum ordinem ostendunt, in molis Adrianæ archivo seruantur.

c *Exam. ann. S. Aug. ext. de cod. m.s. Vat. sign. n. 4011.*

40 Relatum fuisse inter sanctos Cœlestinum V. Romanum olim Pontificem, narrat Bernardus d: *Anno*, inquit, *Domini* MCCCXIII. *quinta die Maij in sabbato apud Anconionem, vbi tunc curia residebat, fuit frater Petrus de Murrone quondam Cœlestinus Papa V. canonizatus, & sub nomine S. Petri confessoris sanctorum confessorum catalogo annotatus per Clementem Papam V. pontificatus sui anno* VIII. *a transitu vero prefati S. Petri anno* XVII. *& eius festiuitas fuit instituta,* XIIII. *kal. Iunij celebranda, qua die exierat de hoc mundo.* Promulgauit Clemens apostolico diplomate decretos illi sanctorum honores in quo præcipua vitæ sanctissimæ exempla, editaque miracula perstrinxit.

Petrus de Murrone olim Cœlestinus V. sanctor. catal. appositus.

d *Ber. chr. Rit. Pont. & m.s. Vat. num. 3755 in Clem. V.*

IESV CHRISTI Annus 1314. Indict. 11.

SEDIS VACANTIS annus 1. VACANTIS IMP. OCCID. 1. ANDRONICI IMP. OR. 31.

1. &c. CVm ab obitu Henrici suo principe orbatum esset Romanum imperium, Pontifex ad quem de vacante imperio curæ spectant, Robertum Regem studiosissimum sedis Apostolicæ, quem anno superiori Vrbis senatorem designauerat, ac Ferrariæ, Æmiliæ, ditionisque ecclesiasticæ maximæ parti ad continendos in officio populos, ac reprimendos exultantes Gibellinos antea præfecerat, vicarium imperij in Italia, Genuensi ditione excepta, creauit e, vt terras imperio obnoxias sua prudentia moderaretur: obiecta tamen grauiorum censurarum religione ipsum obstrinxit, vt bimestri elapso, postquam creandus Romanorum Rex ab sede Apostolica fuisset in cæsareo fastigio confirmatus, acceptra gubernacula deponeret. Sed exorta in imperio dissentione ciuili, cum electi Reges recusarent Pontifici controuersiam æquitate dirimendam permittere; ac Ludouicus Bauarus, victo æmulo, Clementis successorem acerbo insectaretur odio, accidit vt Robertus vicariatum in Italia diutissime armis sibi asserere contenderit, nec nisi atrocibus bellis, quæ plures annos tenuere, fessus ex ea dignitate discesserit.

Robertus Rex Siciliæ creatus a Clemente in Italia imperij legatus.

e *L. 9. ep. 13. ex. ea lex in arc. S. Aug. m.s. in archivo ser. Ann.*

6 Neque Insubres modo, sed Etrusci quoque Gibellinæ factionis, quo magis res suas deiectas atque

Gibellinæ factionis duces Roberto infesti

que in exitium præcipites videre, eo maiori ardore in Robertum æmulosque conflixere: quorum præcipui Pisani duce Vguitione Fagiolano Lucenses oppressere a: ob quorum cladem perterriti Florentini Roberto Regi publicæ rei administrationem contulere b: qui mox Petrum fratrem cum egregia equitum manu ad reprimendum hostem submisit c.

a Ptol. Lucc. l. 9 c. 51. & 59. Ann. 3. p. lit. 21. 4. 1. § 5. b Villa c. 60. c Alb. Mus. l. 5. de gestis Ital. Ptol. Vill. edd. cap. 60. Ann. c. sup. §. 6.

7 Ipse vero ad recuperandam Trinacriam se comparabat d, exigendasque pœnas de Friderico Rege, qui veniente in Italiam Henrico Imperatore inducias secum initas integerat, atque in exitium ipsius coniurarat. Soluit Neapoli v. kal. augusti e, Philippo & Ioanne fratribus, atque alijs principibus viris stiparus. Sed cum munitissimam arcem insulæ mari imminentem vi expugnasset, ac Drepanum inde corruptis aliquot ciuibus se adepturum speraret, geminata proditione delusus est, vt redintegrare cum hoste inducias coactus, domum re infecta se receperit.

d Muss. de gest. Ital. l. 1 Ptol. Vill. c. 61 Roberti Regis in Trinacriã expeditio. e Alb. Muss. de gest. Ital. cap. 5. Ingens ab eo classis comparata Drepani expugnãdi occasionẽ amittit.

8 &c. Cæterum Fridericus Trinacriæ Rex non modo regnum a Roberti Regis inuasione tutatus est, verum Athenarum & Neopatriæ quoque ducatum sibi comparauit f: compositio enim inter Carolum II. ac Fridericum bello Siculo, Catalane & Aragoniæ copiæ duce Rogerio in armis strenuo in orientem, vt arma Christo aduersus Saracenos consecrarent, traiecerant. Irrupere in Thessaliam, e qua, vt eos diuellerent Græci, muneribus delinitos armis adiuuere, vt in catholicos generis Gallici, qui Boetiam, ac Peloponesum etiam tum teniuerant, ipsos traducerent. Obuiam ijs occurrit valido succinctus exercitu Gualtherus Brenna de veteri Gallica nobilitate Athenarum dux: sed in acie magno prælio, cæsus occubuit. Pontifex autem accepto vulnere, Catalanos & Aragonios, qui religiosam in Turcas militiam pro fide amplificanda vouerant, adeo fœde a suscepto deficiuntes consilio, vt arma ad catholicos opprimendos verterent, Iacobum Regem Aragonum grauibus literis monuit g, vt Catalanos ipsos regio pro imperio e Græcia deduceret: tum patriarcham Constantinopolitanum omni studio & opera iussit incumbere, vt eos monitis, precibus, & censurarum incudi religione, ad erepta restituenda Gualthero de Castellione cæsi Athenarum ducis leuiro regni Gallici equitum magistro prætectoque Athenarum adduceret.

f Ptol. Lucc. l. 24. c. 2. Vita Clem. V. Ann. Mediol. Ann. Forlin. Ann. Cæsen. Ann. Ianuens. Ann. Pisani. Ann. Florent. Ann. Bonon. Ann. Veron. Ann. Mutin. Ann. Regien. Ann. Parmens. Ann. Placent. Ann. Mantuan. Ann. Venet. Ann. Foroiul. Ann. Foroliuien. Ann. Cæsenat. Ann. Arimin. Ann. Ferrar. Ann. Estens

Electiones Ludouici & Friderici Ioanni oblatę non fuere.

non fuerunt, vt ille conqueſtus eſt. Paritor decretum de Friderico electo ad ſedem Apoſtolicam non transmiſſum a, quamuis illud Ioannes expeteret, ſuo loco dicetur.

a Ioa. p. 2. ep ſeq. p. 187.

25 Neque vero Hervvartus b adeo aſperè Ioannem ob non aſſerta Ludouico cæſarea iura paſſim carpſiſſet, ſi mature ſecum reputaſſet, Pontificem id niſi iudiciario ordine agere non debuiſſe: nam ſunt, qui indicant, quatuor tantum fuiſſe principes, de quorum auctoritate in deſignando Romanorum Rege non controuertebatur, nimirum tres archiepiſcopos & comitem Palatinum, atque a duobus ipſorum nempe Petro Moguntino & Balduino Treuirenſi Ludouicum; a totidem vero ſcilicet Henrico Colonienſi ac Rodulpho comite Palatino Fridericum fuiſſe electum, in quo par videbatur vtriuſque electi conditio. Cæteros vero electores Boemum, Saxonem, ac Brandeburgicum controuerſos ferunt: ducem Charintiæ ſe regno Boemico iniuria pulſum diſceptaſſe: Rodulphum Saxonem contra Ioannem eligendi Cæſaris ius ſibi aſſeruiſſe; alium ſimiliter principem cum marchione Brandeburgenſi de principatu certaſſe. Quibus de rebus Ioannes Villanus c, Albertinus Argentinenſis d, Robdorfius e, Cranzius f, aliique agunt. Ex his igitur patet Cæſaris creationem concordem non extitiſſe, litemque ab ſede Apoſtolica fuiſſe dirimendam: quanquam in eo Ludouici electio præſtabat, quod Brandeburgicus & Boemus principatuum poſſeſſione potirentur g.

b Herm. in Lud. Pan de ſenſ. l. 4 & Ioannis ad ueſtus Hervvarti apologia.

c Ioa. Villan. l. 9 c. 66. d Argent. in chr. & alij. e Robdorf. in chron. f Cranz. Sax. l. 9 c. 8. g Vill. cod. c. 66.

26 Luxere hoc anno Galliæ Philippi Regis mortem, de qua hæc Bernardus h; *Anno Domini* MCCC XIIII. *in vigilia B. Andreæ Apoſtoli, ſede Romana vacante, obiit Philippus Rex Franciæ anno currente* XXX. *regni ſui in caſtro de ſonie Eliendi, vbi natus fuerat in hunc mundum; ſuitque ſepultum corpus eius apud S. Dionyſium, cor vero ipſius apud Fyſſiacum in monaſterio ſanctimonialium, quod ipſe fundauerat, dum viuebat: cui ſucceſſit in regno filius eius primogenitus Ludouicus, qui tunc erat etiam Rex Nauarræ.* Verſum eſt in religionem ab Italis & Belgis ſcriptoribus i mortis, quo Philippus obijt, genus, diuinoque iudicio eum vltioni datum ob Bonifacium calumnijs teterrimis appetitum, vt narrat S. Antoninus k: nam de eo Galli veteres ſilentium tenent. *Anno*, inquit, *prædicto menſe nouembri de hac luce migrauit Rex Franciæ Philippus, qui regnauerat* XXIX. *annis. Mortem autem eius fuit ſatis inſolitam; nam, cum eſſet in quadam venatione, quidam aper inter cruras equi, quem equitabat Rex, ſe ingeſſit, ex quo Rex ex equo cadens paulo poſt mortuus eſt. Hic fuit pulcherrimus hominum temporis ſui, ſtatura magnus, & optime proportionata membra habebat: ſapiens & bonus in ſe ſecundum conditionem regiam: ſed quia nimis deditus erat delectationibus corporis, & præcipue venationibus, non tantum vacabat curæ regiminis, quantum expediebat, ſed alijs familiaribus ſuis negotia regni committebat; quibus cum nimis crederet in conſilijs, multa detrimenta inde ſecuta ſunt in regno. Poſt ſe autem reliquit tres filios, ſcilicet Ludouicum Regem Nauarræ, Philippum comitem Pictauenſem, & Carolum comitem Marchiæ. Omnes iſti fuerunt in medio tempore Reges Franciæ, ſuccedente altero alteri per mortem eorum. Omnes pulcherrimi viri erant, & male fortunati in vxoribus eorum: nam deprehenſa ſunt omnes in adulterio.* Nonnulliſque interiectis: *Ad hanc infelicitatem creduntur deuenuiſſe, vel quia conuaſerunt in gradibus prohibitis, vel potius propter nimiam iniuriam ſacrilegij perpetrati a patre Philippo in captura Bonifacij Papæ.* Vt vero illi ordine nullis relictis liberis ſceptro Gallico ſucceſſerint, quod Valeſiorum ducis filio ac poſteris tranſmiſſum eſt, ſuo loco dicetur. Cæterum apud plures inuenitur

h Ber. chron. Reg. Franc. & mſ. bibl. Vatic. n. 3765. in Cle. V. Paul Æmil. in Lud. Hut. Gagnin. in ead. Maff. in ead. Alcyer. in Rober. & alij.

i Iudæi in Gallias reuocati.

Ioannis Papæ XXII. de Philippi Pulchri obitu iudicium.

Philippi Pulchri mors.

Ioannis ad Philippi obitum elogium.

Illius virtutes & vitia.

a Ioa. p. 2. ep ſeq. p. 187.

ſimulatione a Philippo Pulchro nuncupatum expeditionis Syriacæ votum, atque a diuino Numine, cui illuſerat, percuſſum: quamobrem eius calamitas poſtea Philippo VI. a Pontifice ante oculos poſita, ne ſimili arte votum intingeret, non enim periurium impune laturum.

27 In Anglia Eduardus Rex b, cum Scoriam armis recuperare conſcripto, vt ferunt c, centum millium armatorum exercitu, moliretur, maxima clade a Scotis fuſus fugatuſque eſt. Laudat Vvalſinghamus Robertum Bruſium, virtutem egregiam militarem in eo bello oſtendiſſe, ac peditem præceſſiſſe exercitum, dato exemplo, ne quis de fuga cogitaret. Cæſi ſunt, captiue plures aurati Angli equites, inter quos Gilbertus Glouerniæ comes in ipſo pugnæ ardore occubuit. Ante huius cladis hiſtoriam præmittit auctor d rem non inuolucndam ſilentio: Eduardum Regem, cum non leuis controuerſia eſſet inter Elienſes & S. Albani monachos de Angliarum protomartyris reliquijs, quas ſinguli apud ſe religioſe aſſeruari contendebant, explorandæ veritatis deſiderio feretrum, in quo Elienſes ſacra lipſana condita putabant, coram ſe referri iuſſiſſe, ac non S. Albani repertum corpus, ſed pannum aſperſum cruore adeo viuidi coloris, ac ſi recenter effuſus eſſet,

b Walſin. in Eduar. loc. ann. Polyd. Verg. lib. 18. Boet. hiſtor. Scot. l. 14. c Buch. l. 8. Eduardus a Scotis magna clade fuſus.

d Walſing. vbi ſup. Elienſes in eam S. Albani corpus apud ſe condiſſe Anglorum Rex veritatem explorat.

IESV CHRISTI
annus 1315.

Iudict 13.

SEDIS VACANTIS annus 2. VACANTIS IMP. OCCID. 2. ANDRONICI IMP. OR. 32.

1 IAcuit in luctu Eccleſia, ſpo viduata paſtore, diſſidentibus Cardinalibus, *atque in diuerſis, vt ait Bernardus e, ciuitatibus & villis diſperſis, ſicque loco & propoſito diuiſis*; Romanum imperium duorum Cæſarum ambitio cruentauit: laniarunt Italiam funeſta Guelphorum Gibellinorumque nomina; fractiſque Gallos inter & Belgas inducijs, bellum redintegratum. In Etruria quidem magno ardore certatum eſt f inter Guelphos ac Gibellinos, quorum ſignifer Vguitio Fagiolanus Piſarum & Lucæ dominus, cum Florentinos propagandi imperij cupiditate magnis amicorum auxilijs fultus inuaderet, cingeretque obſidione montem Catinum, ij a Roberto Rege Siciliæ ſubſidiarias equeſtres copias ac Philippum Tarentinum principem, vt rei bellicæ præeſſet, poposcerunt. Secuti ſunt Philippum Carolus filius, ac Petrus Regis Philippique frater, qui vna cum Florentinis in acie ab hoſtibus cæſi ſunt, triſti admodum ac improuiſo caſu.

Cardinalium ecclesiæ damno ad concilium non redeunt.

e Ber. chron. Rom. Pont. f lib. Mſc. de geſt. Ital. l. 5. ſub fin. Corruſ. hiſt. l. 12. c. 24. Ioa. Vill. l. 9. cap. 69. & 70. Leonard. Aret. l. 5. ann. 1. p. tit. 21. cap. 1. §. 6.

Duo principes Siciliæ regiæ cæſi in acie.

2 Nec caruit etiam bello Germania inferior, cum Robertus Belgij comes Ludouico Francorum Regi dicto Hutino, fidem ſacramento obligare detrectaret, niſi primum arces a Philippo Rege in vltimo bello Belgico retentas reſtituiſſet: in eum enim Ludouicus mox a ſuſcepto inſigni regio eduxit exercitum in expeditionem, tanto apparatu, vt quindecim millia equitum numerarentur in Gallico exercitu, præter peditum innumeram multitudinem: ſed cum ad Liſam amnem promota caſtra eſſent, tanto imbre terra immaduit, vt cum luto non cum hoſte certandum fuerit, vniuerſaque expeditio diſſoluta ſit g, ad quam comparandam multæ prædæ actæ fuerant. Et quidem iniuſtos cogendæ bello tolerando neceſſariæ pecuniæ modos captaſſe Ludouicum, auctor fuit, dum ſubdit, ipſum oblata a Iudæis pecunia corruptum illos in regnum reſtituiſſe h, ex quo ob grauiora ſcelera, addictis

g Ber. chron. Reg. Franc. & mſ. bibl. Vatic. n. 3765. in Cle. V. Paul Æmil. in Lud. Hut. Gagnin. in ead. Maff. in ead. Alcyer. in Rober. & alij.

h Iudæi in Gallias reuocati. i Ber. & mſ. bibl. Vatic. vbi ſup.

dictis fisco eorum bonis, pulsi fuerant, ne Gallos nefaria consuetudine contaminarent.

Equitum Hospitalar expeditio in Ægei maris insulas.

3. 4. In oriente sulcasse mare hoc anno victrici classe Fulconem Villaretum, Hospitalarij ordinis equestris principem, ac plures insulas, interque alias Con Hippocratis patriam, vulgo Langon dictam, suo adiecisse imperio, refert Bosius a. Sed qui impetus vertere in Syriam debuisset, se aucupijs ac delitijs addixit.

a Bos hist. equit. Hier. p. 2. l. 1.

Raimundi Lulli martyrium.

5 Hoc anno Raymundum Lullum in Africa apud Bugiam promulgatæ fidei Christianæ, & conturatæ Mahumetanæ impietatis odio publici magistratus iussu post atroces iniurias & carceris squallorem, cum in constantia defendendæ veræ religionis perstaret, obiectum furenti plebi ac gladijs saxisque appetitum ex vulnerum dolore occubuisse referunt b: dumque eius corpus ex sepulchro marmoreo Franciscani templi, adhibitis testibus grauissimis, anno MDCXI. erutum est, quatuor ingentia vulnera in capite accepta conspecta c sunt. Porro vt de eius vita (nam & nonnulli d ante hæc tempora, alij postea eũ obijsse scribunt) ita de eius doctrina variæ sunt discrepantesque sententiæ e: id tamen animaduertendum est, plures libros pestiferos, veluti de inuocatione damonum, de secretis naturæ, de alchymia & metallorum metamorphosi a Raymundo Lullo iuniore rabbino, eodemque sub religiosa veste fidei apostata compositos alteri seniori Lullo ascriptos esse; vnde istius errorum infamia prioris existimatio inquinata. Cum vero in alijs Raymundi Lulli libris plura reperiantur, quæ a fide orthodoxa primo aspectu abhorreant, nisi in melioremsensum trahantur, quod operosa mole tentant editæ plures apologiæ, id dici potest illum quamuis errauerit, non tamen hæreticum fuisse, cum pertinaciam errori non coniunxerit: quamquam Lullistæ ingenia sub obsoletis verbis arcam latere contendunt, quos sugillat Mariana f, quod videre se fingant aut somnient quod non vident, & digito conentur ostendere quod nusquam est. Demum vero Gregorij XI. iussu de Raymundi Lulli erroribus g, an ij seniores an iuniores extiterint, habita iudiciaria actio cenlore fidei Aymerico.

b Wad. in annal. hoc ann. n. 3. & ex ant. m. s. arch. Balear. fol. n. 13.

Plures libri impij ipsi falso ascripti.

c Mariana l. de Mariana l. 25. cap. 5. anno 1311.

d Frat. debar l. 16. c. 2.

e Varie de eius doctrina sententię

f Mariana l. 25. cap. 1.

g Reprimatur eiusmodi error in directorio inquisitorum Aymer. 3. p. n. 49.

Indict. 14.

IESV CHRISTI
Annus 1316.

b Ber. chr. Rs Pis. & ex eo Bosq. & m. s. Vat. sign. num 3765. in Ioh. 22. Prol. Luc. hist. ec. l. m. s. l. 24. c. 42. & alij.

Lugdunum Regis Francorum fratris opera convenit Cardinales ibi: Vill. l. 9. cap. 79.

i Ant. 3 p. tit. 21. c. 4. ann. §. 1.

Vasconum Cardinalia ambitio dissidij causa.

m Ber. chron. Rs Pis. Ptol. Luc. in hist. eccl. m. s. l. 24. c. 42. m. s. Pontific. signat. n. 3765.

IOANNIS PP.XXII. VACANTIS IMP.OCCID.3. annus 1. ANDRONICI IMP. OR.33.

1 CArdinales, inquit Bernardus k, *steterunt diu si loco & proposito annis amplius quam duobus*, de Cardinalibus e Carpentoracensibus comitijs digressis loquitur, *fuerunique tractatus plures habiti per personas medias inter eos: quorum finis tandem fuit mediante domino Philippo comite Pictauiæ, postmodum vero Rege Francie & Nauarre. Qui congregati sunt in Lugduno pallis pranjs, quod non includerentur, & quod possent de Lugduno recedere quando vellent: quæ tamen fuerunt eis minime obseruata, quatenus pro maiori bono reipublicæ, quæ preferatur priuatæ, compellerentur Ecclesiæ prouidere.*

2 Pertinacissimarum dissensionum fontem & causam aperit ex Ioanne Villano i S. Antoninus l: *Multi*, inquit, *ex eis erant Guascones, & ij quærebant Guascionem habere Pontificem: qui vero erant ex Francia, Prouincia, & Italia Cardinales, illis non acquiescebant, alium quærentes, sine qui eis videretur Ecclesiæ Dei vtilior, sine qui eis foret fauorabilior. Demum Quadragesimo die*, subdit Bernardus m, *ab inclusione ipsorum, qua facta fuit in vigilia Apostolorum Petri & Pauli, ipsis tum quod tunc deberent includi, penitus nescientibus pariter & inuitis, tandem tractatu prahabito in prafatum dominum Ioannem omnes pariter consenserunt. Erat autem Cardinalis episcopus Portuensis, & Iacobus vocabatur: sed Ioannes exinde vocatum est nomen eius.*

Iacob' epis. Portuen. ad Põtificatũ euehitur.

3. 4 *Hic fuit*, inquit idem S. Antoninus, *natione Gallicus, generis sui infimæ conditionis, filius scilicet resartoris fossatorum, pauper temporalis substantia, sed diues ingenio & scientia; parvus corpore, sed magnus animo, qui nutritus est sub archiepiscopo Arelatensi magistro suo: quo sublato Rex*, Robertum Siciliæ Regem intelligit, *fecit eum loco eius cancellarium a suum, & postmodum factus est episcopus Auentionensis, & inde propter scientiam suam & prudentiam factus est Cardinalis.*

Dotes animi. Emensi honorum gradus.

5. &c. Addit Bernardus b: *Fuit coronatus more Pontificum Romanorum cum honore solemni nonis septembris, dominica prima mensis, Lugduni in ecclesia cathedrali.* Qua etiam die de suscepto pontificatu certiores fecit totius orbis Christiani præsules encyclicis literis c, quibus ipsos ad instruendos & pascendos probe populos, adhortatur: tum etiam immutata extrema earum calce transmissæ ad Ludouicum Bauarum ac Fridericum Austriacum electos tumultu & discordia in Romanorum Reges, Ioannem Boemiæ, Carolum Hungariæ, Ericum Daniæ, Birgerum Sueciæ, Eduardum Angliæ, Philippum Franciæ & Nauarræ administratorem, Alfonsum Castellæ, Dionysium Lusitaniæ, Iacobum Aragoniæ, Sanctium Balearium, Henricum Cypri, Ossinium Armeniæ, Fridericum Trinacriæ, ac Robertum Siciliæ Reges, quibus totius electionis suæ seriem exposuit; incitauitque, vt ad rem Christianam tuendam, ac decretam in concilio Viennenli expeditionem conficiendam cum apostolico suo studio consentirent.

a Alb. arg. in chr. Sicro Albacen. & alij.

Ludouici X. Regis mors.

10 Acceptis igitur Ecclesiæ gubernaculis Ioannes, primas apostolicas curas posuit in componendo Romano imperio, quod duorum Cæsarum Ludouici ac Fridrici exitiali ambitione fluctuabat, ac paternis vtrumque monitis ad pacem conficiendam inducere conatus est d, cæleste enim eo facto imperium promerituros. Nil pontificiæ exhortationes valuere, belloque ciuili Germania miserè attrita est, cuius clades accurate describunt Germanici scriptores e.

d Ann. l. p. 1. ep. 1. & post edd. ep. Ludouicus & Frider. ut imperio æmuli ad pacem toli citati.

e Ann. l. p. 1. ep. 1. & 4. Repudiata pontificia monita.

11. &c. Turbidæ etiam in Gallijs admodum res extitere Ludouici X. Galliæ & Nauarræ Regis obitu, de quo hæc Bernardus f: *Anno Domini* MCCCXVI. *sabbato infra octauas pentecostes, nonis iunij obiit Rex Francie Ludouicus regni sui anno secundo: fuitque corpus eius cum honore regio in monasterio S. Dionysij tumulatum, vnicam filiam suam relinquens ex prima vxore, secunda vero vxore domina Clementia remanente grauida & pregnante.* Suscepit g vero regni administrationem ac procurationem regij vteri Philippus Pictauiæ comes ipsius frater secundus natu, Longus ob proceritatem corporis dictus: dein Regina ipsa Clementia filium enixa est, cui in baptismalibus sacris Ioannis nomen inditum: sed *Gaudium*, inquit Bernardus h, *cito pertransiit, nam septimo die a natiuitate infans obiit, & abiit regnum sibi accipere sempiternum:*

f Ber. chron. Reg. Fr. & chr. Rs. Pont. & m. s. bibl. Vat. sign. num 3765. in Clem. V.

g Ber. ubi sup. & m. s. bibl. Vat. sign. num 3765. in Clem. V. fin.

Philippus Pictauiæ comes regni administrationem suscipit.

h Ber. ubi sup. & m. s. l. 1. Vat. sign. num 3765. in Clem. V. l. ep. sect. 37. 38. 39. 40. 42.

15 E crebris Regum Francorum funeribus graues discordias exortas, pontificiæ literæ i atque auctores docent l. Concitatum in primis in arma vniuersum Belgium: Robertus m enim ex Atrebatensium comitum stirpe, qui antea de comitatu Atrebatensi cum Mathilde Atrebati comitissa Philippo Pulchro olim Rege arbitro ac iudice contenderat, causaque cecidorat, Atrebatensem comitatum inua-

i Paul. Æmil. Gagnat. Mos. in Phil. Longo & a. m. tom. 1. ep. sect. 54. & 171.

Robertus princeps comitatum Atrebatensẽ inuadit

sit. Serpebat ea dissensio non in Gallicæ modo, verum in rei etiam Christianæ exitium, eum Philippus Longus conficiendæ, quam vouerat, expeditioni sacræ in Syriam se comparare, vt summopere optabat, non posset, vt grauissime questus est Ioannes a. Ad extinguendum itaque erumpens incendium Pontifex neruos omnes intendit, & abbatem S. Tiberij Agathensis diœcesis, ac Berengarium de Landora Prædicatorum familiæ magistrum ad dissentientes principes misit b.

a Ann. 1. p. 1. ep cur 8. Nuncios ad eum componendam mittit Pont. b 1 b. 1. p. cur. 18. & ep. 1. ep sec. 60. 61. 62. 63.

16. 17 Auxere Roberti Atrebatensis partem Robertus Belgij comes, de cuius defectione anno superiori memoraui c, nonnullique alij principes viri, quos Pontifex iniusta arma abijcere iussit, atque ad vertendum in hostem fidei ardorem illum bellicum est adhortatus d. Philippum vicissim monuit Ioannes e, vt in Robertum Atrebatensem, si ad officium rediret, clementia vteretur: ac Robertum alterum comitem, Belgasque pariter pristinæ gratiæ restitueret.

c Ann. 1315. num. 2. d Ann. 1. p. 1 ep. cur. 20. e 1 pon. 1. epist sec. 81.

18. Disceptarum porro in ordinum regni conuentu fuisse de regnorum successione, scribunt auctores f, cum Oddo Burgundiæ dux Ioanna pupillæ Ludouici Hutini e priori vxore auunculus contenderet, fraterno paternoque iure regna illi deberi; sed procerum consensu ex veteri lege Salica, qua feminæ a sceptro Gallico excluse, Francorum regnum Philippo patruo adiudicatum. De Nauarræ sceptro, cui fœminæ gentis iure succedunt, diuersa litis ratio erat; sed cum Ioannæ mater adulterij conuicta dubium partum effecisset, Philippus etiam Nauarræorum coronam capessiuit. Tradit Bernardus g, aulam apostolicam Lugduno Auenionem traductam, quique Cardinalium cœtui aggregati fuerint, describit, sic inquiens.

f Paul. Æmil in Lud. Hut fil. & a. Vt Ludouici Hutini filia exclusa sit a regnis Gall. & Nauarr.

19. &c. *De Lugduno circa finem mensis septembris sabbato recedens, peruenit Auinionem secunda die mensis octobris in sabbato, vbi prius futurum curiam publice fecerat proclamari. Hic fecit vnam ordinationem octo Cardinalium, quos assumpsit apud Auinionem feria VI, in ieiunys quatuor temporum aduentus Domini, scilicet XVI. kal. ianuary anno Domini MCCCXVI. quorum sunt nomina, quæ sequuntur. Dominus Bernardus de Caluneto, dudum Albiensis, tunc vero Aniciensis episcopus, quem fecit episcopum Portuensem, & nihilominus episcopatum Aniciensem tenendum commendauit eidem, anno quadragesimo primo episcopatus sui tunc fere completo. Item dominus Iacobus de Via de Caturco nepos Papæ ex sorore electus tunc Auguionensis, quem fecit presbyterum Cardinalem tit. SS. Ioannis & Pauli, & sibi episcopatum Auenionensem pariter commendauit.* Sed breuis eui exitisse Iacobum, atque in locum illius fratrem eiusdem a Ioanne subrogatum, docent literæ pontificiæ sequenti anno ad eundem Francorum Regem datæ h. Pergit Bernardus cæteros Cardinales recensere: *Item dominus * Galcelinus Ioannis de Caturco ciuitate, tunc vicecancellarius presbyter Cardinalis tit. SS. Marcellini & Petri. Item dominus Bertrandus de Potesta de castro nouo Ratery diœcesis Caturcensis presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli. Item dominus Bertrandus de Monte Fauentio, de predicto castro nouo Ratery diaconus Cardinalis tit. S. Mariæ in Aquiro. Item dominus Petrus de Rebleyo Gallicus cancellarius Regis Franciæ tit. sanctæ Susannæ presbyter Cardinalis.* Extant Ioannis literæ ad eum missæ, quibus virtutes, quæ in Cardinalibus desiderentur, describit i. *Item dominus Galhardus de Mota, Vasco natione, domini Clementis Papæ V. quondam ex neptæ nepos, diaconus Cardinalis tit. S. Luciæ. Item dominus Ioannes Gaytani Romanus de Vrsinis diaconus Cardinalis tit. S. Theodori.* Ex ijs porro constat, Ioannem nimio patriæ amore fuisse irretitum, cum tot Cardinales Gallos in sacrum collegium asciscret, nonnullique existimant, eum reipublicæ in Gallijs Apostolicæ sedis consilium suscepisse. Ipsum vero ad id Regis Francorum precibus permotum ac subornatum fuisse, Benedicti pseudopontificis oratores docuere a.

g Ber. chr. Reg. Fran. Piol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 42. & mss. bibl. Vat. sig. num. 3075. in Ioannes XXII. Cæsen. in vit. Cæsarum eius Cæsen. & alij

Qui Cardinales hoc anno a Ioanne creati.

23 Collocata ita sede Auenione, Ioannes ne Romæ oblitus videretur, Robertum Siciliæ Regem illi senatorem præfecit, vt ipsam in officio suo potentia contineret; eumque petendæ Auenionis pro clientali sponsione præstanda onere liberauit. Sane Roberti præsentiam valde necessariam Italiæ fuisse, indicat Ioannes Villanus k: plures enim ob acceptam anno superiori ab Vguitione cladem a Roberti amicitia, se remouerant. Sed versæ hoc anno res contrario exitu: victor enim Vguitio l, a Castrucio victus pulsusque Pisarum Lucæque pariter dominatu inopinate amisso, in Insubriam ad Scaligerum se subducere est coactus: quo ita electo Roberti Regis potentia in Etruria confirmata est m. At de his satis; iam ad res Anglicanas progrediamur.

a Ann. 1. p. 1. ep. sec. 53. k Ann. Flor. Vill. ex impress. Petri de Luna ad Reg. Franc. Rob. Rex creatur Vrbis senator. k Vill. l. 9. c. 74. Ann. 3. p. 111. 21. c. 1 §. 6. l Vguitio Pisarū & Lucæ dominio exuitur. l Vill. c. 6 & Ann. ubi sup. k Vill. l. 9. cap. 77.

24. &c. Implicitus grauissimo bello Eduardus Angliæ Rex, atque a Scotis, Roberto Bruso regnum sibi vindicante, cuius defectionem ab Rege Anglo suo loco consignauimus, pluribus cladibus acceptis siue agnosceret in se diuinas iras ob violata Romanæ ecclesiæ iura asperasse, siue vt Pontificis benevolentiam ad Scotos in ordinem redigendos, recuperandumque regnum illud sibi conciliaret, solemnes oratores ad Ioannem decreuit e, qui ipsius nomine sedi Apostolicæ se obstringerent, intermissum annis viginti quatuor vectigal mille marcharum pontificio fisco. vt Ioannem Regem olim constitutisse vidimus f, inferendum, persolutum iri, culpæque præteritæ, quam expiare pollicebatur, veniam flagitarent. Perfuncti sunt imposito sibi munere sequenti anno, orarores, ac veniam a Ioanne Pontifice petiere, si eensus pro Anglia & Hibernia debitus ab Eduardo parente ac filio exhaustis ob bella grauioria erario appensus non esset: ac mille marchas sterlingorum pro excurrente eo anno soluere, atque illa vigintiquatuor millia diuisis in sex annos æquis pensionibus, recurrente beato Michaeli sacra die soluenda ab Eduardo Rege spopondere. Quam rem publico diplomate diuulgatam g voluerunt.

e Ann. 2. ep. sec. 535. f Ann. 1313. n. 18. Intermissus a multis annis census ecclesiæ persoluitur.

27 Similiter hoc anno Iacobus Rex Aragonum oratores Portium episcopum Barchinonensem & Vitalem de Villanoua, virum nobilitate insignem, Auenionem misit, qui ipsius nomine, vt Sardiniæ & Corsicæ Regis stipendiarij ac Romanæ ecclesiæ vexillarij summique copiarum ducis, officia præstarent fidemque Romano Pontifici vt supremo in eas insulas domino obligarent, vt ferebat pontificium diploma, quo ea inter cæteras lege regna illa transmissa erant, vt vnius anni flexu vectigalem se Iacobus posteriue sedis Apostolicæ, præstita solemni ritu fide, profiterentur: quam prouinciam oratores sibi h datam, cum obituri essent, regias literas Pontifici porrexerunt.

g Ext. apud Ioan. p. 2 ep. ch. 1349. & lib. primit. Rom. eccl. to. 3. p. 396. & in arc. S. Angel. & inter coll. Plut. 1. 1 pag. 438. Indict. 15. Phil. Franc. Rex Rhemis inunctione regia delibutus. h Ber. chron. Reg. Franc.

IESV CHRISTI
annus 1317.

IOANNIS PP.XXII. VACANTIS IMP.OCCID.4. annus 2. ANDRONICI IMP. OR. 34.

1.2 SAcro oleo delibutus Rhemis ineunte anno Philippus Galliæ Rex, vt ex Bernardo i superius indi-

i Ber. chron. Reg. Franc.

Officia Pontifici defert.

indicatum est, susceptoque regio insigni regia mox officia Christi vicario detulit, regnique opes & armorum potentiam illius obsequijs se addicturum est pollicitus. Quem Ioannes adhortatus est a, vt promissa de colendo diuino amore, ac tuenda Christi Ecclesia religiose seruaret; tum vt abusum garriendi in ecclesijs aboleret.

a tom.2.ep. secr.40.

3. 4 *Ioannes, &c.* Nosti fili charissime, quod iuxta verbum nobilis citharœdi, decet domum Domini sanctitudo: nosti, quod ecclesiam vocari domum orationis ipsa veritas confuit, & temporalia negotia, quæ alibi geri licite poterant, inibi fieri non permittens, illos abinde eiecit. Sed an tu ecclesiam ipsam domum negotiationis, aut colloquutionis interdum officias paulisper attende: habet enim multorum assertio, nobis indubitanter implacida, quod tu, dum diuina & specialiter missarum solemnia in tui præsentia celebrantur, nunc isti nunc illi colloqueris & negotijs te frequenter impendens, quæ per Dei ministrum pro tua populique salute, ac expiatione peccatorum aguntur, vt condecet, non aduertis. Porro, dilectissime fili, talia beneplacito diuino fore contraria, tuæque indecentia maiestati, nequaquam ambigimus: vnde huiusmodi perniciosum abusum, tuis præsertim exulare temporibus affectamus, celsitudinem regiam exhortantes in Domino Iesu Christo, quatenus diuinum officium reuerenter audias & deuote: & quamdiu celebrationi illius intereris, deuotioni te totum præbens, humiliato spiritu & corde contrito sacratissimam passionem & alia immensa recogites tui beneficia Redemptoris, de cuius dono fateri debes, tibi fuisse concessum tantis oriri natalibus, tot abundare diuitijs, tot gratijs insigniri, & iure primogenituræ collocato, regiæ fieri celsitudinis successorem: & si eum forsitan offendisti, non adijcias iterum, sed tunc de pristinis vt tibi misericorditer dimittantur, humiliter deprecare. [Tum illum monet vt iam accepta regia consecratione regiam induceret grauitatem: priores gestus leuiores poneret; vteretur longiore epitogio more maiorum: &c.] *Datum &c. kalend. februarii.*

Quam turpe sit garrire in templo,

Vt in sacro diuina recolere mysteria debeat.

5 Instruxit etiam Philippum Ioannes vt Pontificum, Regum, principumque literas suis perlegeret oculis, non alijs legendas traderet, easque vel mox laniaret, aut tutiori loco reponeret: ita enim grauiora plura pericula prudenter declinari. Cumque Sancius Balearium, vulgo Maioricarum, Rex Gallicæ aulæ Montispessulani atque illius ditionis, quam baroniam vocant causa, fiduciarius Parisios se conferret, vt recens consecrato Francorum Regi fidem sacramento obstringeret, diuertit in itinere Auenionem, cumque Pontifice congressus, plurimum de iniurijs a Galliarum Regis administris illatis, suisque imminutis iuribus questus esset b; Ioannes ad sedandam discordiam Philippum monuit, vt Sancium, amicitia & consanguinitate coniunctissimum sibi, debitis officijs deuinciret, nec violari illius iura pateretur: quæ literæ nono aprilis die consignatæ.

Monetur Philip. principum literas suis perlegere oculis.

b tom.1. ep. secr.135.

c Ead.t.1.ep. secr.182.

6. &c. Abfuere a Sancij exemplo plerique proceres Gallici, qui Philippo Regi clientelaris officij sponsionem præstare detrectarunt c, ac Belga, Atrebas, Burgundus, Niuernensis, Andegauensis, Marchianus, Campani fœderati, & Regina Clementia in eum varijs de causis coniurarunt d: ad quas dissensiones remouendas, ne in funestum bellum erumperent, Pontifex nullum amantissimi patris officium prætermisit: atque in primis Philippum Francorum Regem, ne ob coniuratorum multitudinem animo deficeret, salubberrimis monitis erudiuit e. Ad discedentes veroab officij religione principes in ordinem redigendos, tum alios sanguine coniunctissimos, vt fratrem ac patruum Carolum Valesium, conciliandos grauissimis literis ad Regis obsequium pellicere studuit a, atque ad redintegrandum pristinum fœdus nuncios apostolicos legauit.

Nonnulli Galli principes a Philippo deficiunt.

d lib.ep.186. 187. & an. 2.p.2. epist. com.589.

e t.1.ep.secr. 190.& 310 & tom.2.ep. secr.54.

a t.1.ep.secr. 187.& 212

9. 10 Decretus est b sanctorum cultus Ludouico c Francorum & Siculorum Regum stirpe oriundo, S. Ludouici Regis ex fratre Carolo Rege Siciliæ abnepoti. Conert verumque inter se Ludouicum eleganti oratione Pontifex in literis ad Philippum Galliarum Regem datis, & verumque illi imitandum tanquam domesticum exemplum proponit c. Agunt de ea celebritate hoc anno vii. id. aprilis a Ioanne XXII. solemni ritu Auenione perfecta, Bernardus d, & Ptolemæus Lucensis e, qui Pontificem S. Ludouici magistrum fuisse obseruat. Singulari porro felicitati attribuendum est Mariæ Reginæ Siciliæ, S. Ludouici episcopi matri, inueri filium, unde aliqua orbis parte debellata, sed post calcatum regium fastum de parto cœlo triumphantem, atque vniuersæ Ecclesiæ, vt summa apud Deum florentem gratia, propositum: cui merito Regina gratulatus est Pontifex, de eius filio a se cœlitum munero aggregato f. Denique vniuersos Christifideles encyclicis literis g ad illius implorandæ suffragia excitauit, quibus sepulchrum religiose veneraturis indulgentiarum præmia proposuit h. Ad cuius illustrandam virtutum gloriam hæc delibanda censuimus: ipsum in aduersis rebus sanctitatis fundamenta iecisse: in septennali carcere diuinis scientijs operam dedisse: sacris sacerdotalibus initiatum singulis diebus peregisse diuina: voluntaria diuerberatione ac ieunijs corpus macerasse, Franciscanam disciplinam amplexum, episcopatu Tolosano donatum, illius opes in egenos effudisse, nunquam solum cum sola muliere colloquia miscuisse.

b Iord. m.f. Vat.sign nu 1960 Baron in not ad Mar R⁹.19 aug. & alij. Ludouicus epis. Tolo san SS. catalogo adiectus. Siciliæ sceptrum spreuerat.

c tom.2.epist. secr.53.

d Ber chr.R⁹ pon.& m.s. Vat.1151 fig nu 3765 in lo:xxii.

e Ptol.Lucen hist.eccl.to.f. l.24. c.22.

f Mariæ Reginæ felicitas, filium sanctis annumerati inueri. f tom.1 ep. secr.159.

g ann.1 p.1 ep.cur.136. h lib.ep.157. extat etiam in bullar. Præcipua illius vitæ acta. Alia ab eo gesta.

11 His additis Pontifex vt viginti quinque pauperes quotidie in sua domo reficeret, ijsque etiam flexo genu inseruiret: interdum xenodochia lustraret, luxum omnem a se abiecisset, magno pietatis exemplo episcopale obiret munus, Iudæos & Saracenos ad fidem alliceret; sanctissime demum obierit: deinde ad imprecata eius apud Deum suffragia cœlestes virtutes fuerint editæ, plures e morte ad vitam reuocati, mutis vocis vius, surdis auditus redditus; variorum morborum, quorum acerbitas omnia remedia eludebat, genere impliciris valetudo fuerit restituta: ob quæ confecratam eius memoriam promulgat, atque ipsius sepulchrum veneraturis nonnulla indulgentiarum præmia confert. Quæ literæ vii. id. aprilis pontificatus anno 1 consignatæ.

12. &c. Non illustrata modo hoc anno est Tolosana ecclesia S. Ludouici episcopi gloria & miraculis; verum etiam sede archiepiscopali, a Pontifice decorata, atque in eam rem illius amplissima diœcesis in sex episcopatus Montalbanensem, Riuensem, Lombiensem, Sanpapulensem, Vaurensem diuulsa i.

Tolosana sedes in archiepiscopalem exaltata.

i t.1.ep secr. 158.t.2.p.2 ep.96.& ep. secr 333.& an.2.p .ep. com.997.

15. 16 Diuulgandas hoc anno in academijs proposuisse Ioannem Clementis V. sanctiones, retulerunt Bernardus l & manuscripti m annales Romanorum Pontificum. Extant eo argumento apostolicæ literæ n ad Parisienses academicos kal.nouembris datæ, quibus præcepit, vt in iudicijs ac publicis scholis ijs vteretur: quæ etiam ad Bononienses missæ, & Clementinis sanctionibus præfixæ sunt. Sed a re literaria bellici fragores ad se sermonem reuocant,

l Ber.chron. Rom.Pont. m M.S Vat. bibl.signat. n 7615.

n Tom.1.ep. secr.749.

17. 18 Recruduit crudele inter Robertum Siciliæ & Fridericum Trinacriæ Reges bellum, cum inite inter eos inducie effluxissent. Agebatur Robertus ira in Fridericum, cum ille violata iam antea pace, & cum Henrico Imperatore coitione cõflata, facta in Calabriam irruptione, nonnullas arces eripuisset; nec Trinacrij

Belli inter Robertum Siciliæ & Fridericũ Trinac. Reges, causæ illius.

macrij Regis nomine contentus, Siculum sibi arrogaret a. Ad propulsandas calamitates inde orituras Ioannes partes Guillelmo episcopo Trecensi, ac Petro Textoris dedit b, vt Fridericum, si rapta restituere Roberto abnueret, percellerent anathemate, atque illius terras interdicto c ecclesiastico subijcerent.

a *Iom.1.ep. secr.443.*

b *Ib ep.107.*

c *Ep.108.*

Fridericū censuras sperneté Robertus armis infequitur.

19 Verum neque ea ratione Fridericus ad restituendas Roberto Calabriæ arces adduci potuit. Cum itaque non nisi armis frangendus esset, Robertus rem bello decertendam ratus, vt hostem e Trinacria, quam Carolo II. eripuerat, depelleret; atque etiam Calabriæ partem amissam recuperaret, comparauit sexaginta triremium ac plurium nauium maioris alnei classem, cui Thomam comitem Squillacij præfecit: is equitatu & peditatu egregie instructus, in insulam irrupit, ac furore hostili Panormitanum & Messanensem agros exussit. Maximam effecit d Roberti exercitus, diebus quindecim latissime discurrens, vastitatem. Friderico obuiam progredi non ausо, seque in arce, cui Giami nomen est, continente; adeo vt maiori clade, quam olim Caroli I. & II. Regum temporibus attrita sit; ac plerique senere Robertum, si anno sequenti similiter Trinacriam vastasset, facile Fredericum regno electum iri. Ea itaque depressum calamitate, ac maiora reformidantem pericula, pontificij interruntij ad inducias pangendas, raptaque in Calabria restituenda flexere.

Trinacriā quassat.

d *Io:Vill.l.9 c.12. Ann.ni 21.c.4. agit § 1. Fazel. post. Deuis. lib.9.*

Fridericus arce se cōtinet.

20. &c. Ad tollendam dissidij causam, atque odiorum somitem extinguendum Fridericus legatorum imperijs, & Iacobi Regis Aragonum ac S. Elizabeth Reginæ Lusitaniæ oratorum consilijs adductus, eam inijt rationem, vt Calabriæ arces, quas constituta antea a Pontifice anathematis pœna erat iustus Roberto Regi restituere, legatis traderet, vt Pontifex de ijs, prout suaderet æquitas, vel ei vel Roberto restituendis statueret: quæ de re publicæ tabulæ confectæ e.

Rhegium aliasque arces pontificię fidei cō mittit.

e *Extr. in l. prim. Rer eccl to.2. p.112. & in m.s. Vall.bibl fig.in.B nu. 12. pag.68. Oratores Roberto Rege missus, vt fidē clientelæ nomine deuincat Pontifici.*

21. &c. Professus est solemni ritu Robertus Siciliæ Rex hoc anno, se beneficio auctoritatequę sedis Apostolicæ Siculum regnum accepisse, ac fidem Bertrandi de Baucio comitis mortis Caueosi oratoris opera Pontifici sacramento obligauit. Tenebatur quidem religione officij ad aulam pontificiam, vt clientis obsequium præstaret Ecclesiæ, se conferre; sed cum bellico apparatu in Fridericum Regem Trinacriæ faciendo implicitus esset, Ioannes ita illius oratorem admisit, vt tamen Pontificum consuleret iuribus, ac publica monumenta ab eo exigeret, quibus profiteretur se Robertum ex confectis cum Carolo I. pactionibus obstringi vocatum ad sedem Apostolicam pergere, præsentemque Pontifici clientelarem sponsionem solemni ritu præstare; vel ad eum legatum apostolicum, qui ipsum sacramento fidei adigeret, mitti posse, atque ex ea pontificia indulgentia successores Reges nullum ius, quo detrahant pontificio, sibi arrogaturos. Assensit postulatis pontificijs orator, atque Ecclesiæ iuribus publicis tabulis f cauit.

f *Extat in arc S Ang & l. 3 prin Rer eccl. to.1.3.p.317 & inter coll Ital to.1 p. 378. & in m.s. Vall.bibl sign.lit.B.n. 12 pag.395*

Imperij vrbes in Italia tyrannis ex; obitæ.

27. 28 Quod ad reliquas Italicas res spectat; eum ob duorum Cæsarum electionem Italiæ ea pars quæ obnoxia Romano imperio erat, in contrarias scissa esset studia, ac plerique potentia & clientelis freti temere vicariorum augustalium dignitatem in Etruriæ & Insubriæ vrbibus affectarent, Pontifex, ad quem imperij principe suo viduati cura pertinet, tum vt vtilitati & paci publicæ, tum iuribus Apostolicæ sedis consuleret, sanctionem edidit g, qua vicarios, qui apostolico iniussu vrbium gubernacula occuparant, honore deiecit.

g *Lib.1.epist 60.70.*

29. 30 Meditabatur Ioannes Etruriæ, atque Insubriæ imperatorium vicariatum in Robertum Siciliæ Regem Clementis exemplo conferre; sed cum grauissimo in Fridericum Regem Trinacriæ bello, vt diximus, implicitus esset, rem distulit: firmatis autem inducijs, significauit h exeunte anno, se Clementis literas de vicariatu imperij ob illius mortem sigillo apostolico nondum obsignatas ad eum transmissurum; monuitque nulla ab ipso pro obeundo eo munere subsidia expetenda esse, cum non oneri, sed honori esset futura, eiusque auus Carolus I. gesto vicariatu Siculas res confirmasset. Creatum vero ineunte anno Robertum a Ioanne Vrbis senatorem, ac pontificiarum copiarum ducem, ostendunt ea de re literæ idibus ianuarij exaratæ b. Verum vi. id. aprilis Flaminiæ Ferrariæque administrationem internuntio pontificio Guillelmo episcopo Trecensi Regem ipsum tradere, suosque administros reuocare iussit. Excitata quippe Ferrariæ ingens fuerat seditio aduersus prætidiarios milites a Roberto impositos, qui non sine magna clade in arcem Thedaldi retrusi fuere. Eam quidem defectionem Albertinus Mussatus c regiorum administrorum licentiæ & latrocinijs ascribit, ac diuexatos Ferrarienses magistratuum auaritia queritur Ioannes: quocirca excitis Raynaldo, Azone, & Opizone marchionibus d pontificio imperio se subduxere, arcemque Thedaldi captam solo æquarunt. De Ferrariensium ad Atestinos defectione meminere scriptores e, extatque Ioannis XXII. edictum, quo Ferrariensibus perduellionis intendit iudicium, ac ni ad dicendam causam constituta die oratores mittant, grauissimarum pœnarum terrorem incussit f.

Vicariatū imperij in Italia Roberto pollicetur 10.

h *Iom.1. ep. secr.441.*

Creat cum Vrbis senatorem.

b *Epist.147. 148.*

Coorta Ferrariæ seditio.

c *Muss.m.s. Val signat. 1961.8 de gest. Ital.*

Illius imperium coarctant Atestini.

d *Io.10.1 ep. secr. 444. Io:Vill.l.9 c.83. Ann.3. p tit 21.c.4 ante §.1. P Bon Ang lib.4.*

Vocati in ius Ferrarienses.

31. 32 Quo vero facilius Ferrarienses ad officium adduceret, Bononiensem & Atrebatensem episcopos nuntios apostolicos Ferrariam legauit i, vt pontificia iussa perduellibus exponerent, sisterent eorum furorem, ecclesiasticas in pertinacia obfirmatis censuras obijcerent; nec diuinas modo, sed humanas etiam pœnas ijs irrogarent. Delinuti visi sunt ad monita apostolica Ferrariensium animi, illique maneijs pontificijs se obstrinxere, in Ioannis potestate & auctoritate futuros; atque etiam in ipsos, porrectis portarum clauibus, Ferrariæ imperium transtudere. Quem felicem successum Pontifex Roberto Regi deuoto iam anno, nempe id. decembris significauit k.

fand.3 epist car.202.

Legati ad eos missi.

i *Io.ep 206.*

Redit ad Ecclesię ob lequium Ferraria.

k *Iom.1.ep. secr.442.*

33. &c. Per idem tempus laniabatur bellis ciuilibus Insubria, quæ non modo discors ducorum principum Ludouici Bauari ac Friderici Austriaci electio, sed vetera quoque Guelphorum & Gibellinorum nomina peperarant. Ad quæ & alia imminentia mala sedanda Ioannes apostolico studio impulsus, viros religione præstantes misit l, nimirum Bertrandum de Turre Minoritam & Bernardum Guidonem Prædicatorem sacræ fidei in Gallijs consorem, eundemque, vt arbitror, Romanorum Pontificum ac Regum Francorum annalium scriptorem, non ob styli elegantiam, sed veritatis puritatem nobilissimum, cuius dicta pontificijs literis consentientia comperi: quos auctoritate ad dissoluendos omnes impietatis nexus, & coitiones sacramento confirmatas rescindendas muniuit l; tum etiam principibus Italis Romano imperio obnoxijs, ecclesiasticis ac laicis, impense commendauit m, vt salubertimis eorum monitis faciles se præberent.

Ciuili bello ardet Italia.

Nūtij apostolici ad ciuile bellum cōponendum missi.

l *Ann.1 p.8. ep. cur 58. 67.88. lib ep.89.*

mlb.ep 88. & non.1.ep. secr.93. n.m. 1.ep. secr.;72 Lo bin.ep.Fisc p.2.l.1.

35. 36 Miserat n hoc tempore Ossinius Rex Armeniorum ab sedem Apostolicam, Regesque occidentales oratores, quorum princeps erat Iacobus episcopus Cabanensis, vt ipsos ad expeditionem pro recuperanda Syria conficiendam incitaret; quos cum excepisset Pontifex, atque ad Philippum Francorum Regem dimisisset, significauit Ossinio Philippum ad

Ossinius Rex Armē principem aduersus Sa ac. implorat auxilium.

trans-

traducendum in Asiam exercitum egregie animatum. Et quidem Philippus pio ardebat instaurandæ rei Syriacæ desiderio: sed ab exortas in occidente turbas ipsum postea Ioannes ob eo consilio retardauit a.

a Tom. 2. p. 2 ep. secr. 54.

Sicus Rex Balearum in Saracenitimos classem eò parat.

37. &c. Lacessitus crebris infidelium Septensium maxime & aliorum Africanorum iniurijs Sancius Balearium insularum Rex ad propulsandos impiorum conatus exercitum comparauit: ad cuius sustinendos sumptus, Ioannes, vectigalium ecclesiasticorum decimas a Clemente V. in concilio Viennensi pro recuperanda Syria indictas detinuit.

A Dionysio Reg. Alfonsus filius dissidet.

41 Commotam in Lusitania periculosissimam dissensionem hoc anno, Hispanici auctores docent b, cum Alfonsus filius sceptri hæres Sanctium, impuris natalibus notatum apud patrem nimia auctoritate pollere indignaretur; adeoque recruduit ira, vt pari bellum indiceret, quem accusabat a filio legitimo in nothum sceptrum traducere meditari. Proceres in partes scissi: Conimbria Portusque ab Alfonso occupati sunt. Adhibuit Ioannes apostolicam operam, vt funestum bellum sedaret, anathematisque sententia eos omnes, qui turbarent rempublicam, ac Dionysio negotium facessirent, perculit.

b Mar. l. 15. c. 16. & alij.

Discordia erumpit in bellum.

Rebelles censuris percussit.

Excitatus Dionysius ad expiandas lacrymis præterita scelera Anglia bello implicata.

42. &c. Parem solicitudinem ad pacem in Anglia, Scotia, & Hibernia adducendam contulit Ioannes. Ardebant ea regna bello grauissimo, ex quo Robertus Brusius Scotiæ regnum, excusso Eduardi primi iugo, inuaserat: ac post grauissimas clades acceptas, illius defuncti filium parenti militari virtute ac peritia imparem, opprimebat. Ad extinguendum itaque atrox adeo incendium Pontifex inducias primum inter Eduardum Robertumque, obiectæ violatoribus censurarum religione indixit c: tum Gaucelinum tit. S. Marcellini & Petri presbyterum, ac Lucam S. Mariæ in via lata diaconum Cardinales legauit d, amplissimis mandatis instructos e: Eduardum f vero Regem ac Robertum g, quem non regio, sed magnifici viri titulo ornat, vt Cardinalium monitis obsequentes essent, admonuit.

Inducia inter Eduardum & Robertū Brusiū indictæ.

c Ann. 1317. n. 17. ep. cur. 278.

Cardd. legati missi.

Demandata ijs auctoritas.

d lib. ep. 243. 244. 246. 253. 254. 256. 259. 260.

e lib. ep. 272. 273.

f lib. ep. 276.

g lib. ep. 263.

47. 48 Non ad comprimendas modo turbas Cardinales legati h missi in Angliam, verum etiam ad recuperanda Romanæ ecclesiæ iura, quæ præteritis temporibus obsoleuerant; vtque sacramentum fidei ab Eduardo Rege acciperent. Quo argumento grauissimis literis ipsi proposuit i, vt Ioannis regis exemplo, qui Innocentio III. Angliam & Hiberniam ex pietatis sensu stipendiarias constituerat, fidemque sedi apostolicæ deuouerat, Cardinalibus clientis officia præstaret. Obsecutum pontificijs iussis Eduardum non constat: illum certe censum mille marcharum pro regnis Angliæ & Hiberniæ a Ioanne Rege constitutum ipsis idibus aprilis huius anni pontifici o erario intulisse, cuius media pars festo resurrectionis dominicæ, altera die S. Michaeli sacra pendenda erat, docet Ioannis syngrapha, qua de eo soluto Eduardo cauit l.

h lib. ep. 239 240. 275.

Solicitatus Eduardus, vt Carolinis legatis fidē cliētelæ nomine abiuret.

i An. 1317. n. 2. ep. cur. 342.

Census ab Eduardo persolutus

k An. 1317. n. 3. ep. cur. n. 3300

Exactus de mari S. Petri in Angl. Suecia & Norwegia.

& Polonia

m tom. 1. ep. secr. 100.

n ibid. ep. 97. 98.

o ibid. ep. 96 & 99.

p lib. ep. 101.

q lib. ep. 105.

49. 50 Neque illud hoc loco reticendum videtur Pontificem exigi iussisse m B. Petri denarium in Anglia, Vvallia, Hibernia, Suecia, Norwegia n, Dania o, & Polonia p. Cingebant vero Poloniam infideles populi ac schismatici Lituani & Rutheni, crebris in illud regnum finitimasque prouincias excursionibus infestissimi; quos Pontifex ad Christianam mansuetudinem ac fidem pellicere nisus est q, rum maxime Vitenem, quem bellum asperrimum cum Henrico magistro Prussiæ gessisse, ac mutuas clades intulisse accepisseque, referunr.

51. 52 In eo publico orbis malo, ac fremendibus tantis bellis regnis omnibus & prouincijs, pontificia aula discordiarum expers non extitit: instigati enim sunt nonnulli Cardinales, vt coniurationes aduersus Pontificem facerent. Sedata eorum Cardinalium dissensione impiorum vesania in tantum prorupit facinus, vt magicis artibus dæmonumque opera ipsum & nonnullos Cardinales morte afficere conaretur: sed diuina prouidentia immane flagitium oppressit; ac legibus actum est in maleficos: de quibus ita queritur Ioannes a.

Nonnulli Cardinales a Pont. abalienati.

Magi cõiurãt in Põt. & Cardd.

a Tom. 1. ep. secr. 374.

Vt cereas imagines fixerunt.

Ioannes &c. Non attento quod leges humanæ atrocius iudicant hominem veneno extinguere, quam gladio trucidare, potiones & venena mortifera præparari fecerunt, vt ex illorum propinatione nos & aliquos ex eisdem fratribus nostris extingueret. Et ne deficerent in sui mali executione propositi, propinationis habilitate negata, imagines cereas fecerunt sub nostro & ipsorum fratrum nominibus confici, vt magicis artibus, incantationibus veritis, ac dæmonum inuocationibus reprobatis adhibitis, vitam labefactarent infantium per punctionem imaginum prædictarum. Porro licet huiusmodi perfidi proditores conceperint dolum huiusmodi, & vt iniquitatem parerent, opportunitates quærere, suosque frequenter curauerunt pro viribus exercere conatus: ille tamen, in cuius potestate hominis & mors & vita consistit, misericorditer resistentiæ manum opposuit, & a nocere nitentibus innoxijs noceri non sinens, potiones & tres ex imaginibus antedictis ab insperato in manus nostras deuenire concessit, &c. *Bathelmay.* Instructa est ab ijs iudiciaria actio, redactaque in publicas tabulas hoc anno b, quæ in tabulario Auenionensis palatij gerente Venetinam legationem Octauio Aquauiua Cardinale reperta Romamque perlata anno MDXCIV.

b M. s. Vat. arch. signat. n. 19.

53. &c. Fascinatarum illarum imaginum præcipuos artifices fuisse Ioannem de Amanto medicum, barbitonsorem, ac plures aulæ pontificiæ clericos cultu dæmonum & commercio inquinatos, ex alijs literis colligitur: qui abiecto vero Numine, necromantiæ geomantiæque se addixerant: incluserant sæpius annulis, speculis, & circulis dæmones ad eliciendas vaticinationes: succubis abuti non perhorruerant; nec veneno modo, sed solis etiam verbis perdere homines posse affirmauerant. In quos Bartholomæus episcopus Foroiuliensis, ac Petrus Textor in iure canonico emeritus, legum severitatem adhibere iussi sunt c. Postulatum etiam iudicio maiestatis, ac necis paratæ d Pontifici Hugonem Geraldum episcopum Caturcensem, ferunt: quem plurimis alijs criminibus tordasse dignitatem ex apostolica in eum lata sententia e liquet. Ipsum deiectum f fuisse omni episcopali munere, in carcereque perpetuo ad crimen expiandum lacrymis conditum g ostendunt edicta pontificia. Verum e carcere a foro profano raptum illum ad supplicium & vico tractum, nudatum cute, ac flammis crematum, tradit Bernardus h.

Sceleris auctores.

c tom. 1. ep. secr. 310.

Geraldus episc. Caturc. lege maiestatis damnatus.

d Mart. Pol. append.

e Am. 1. p. 1. ep. com. 793.

f 1. 2. p. 2. ep. secr 360.

g lib. ep. 381 est extrem. diuinus ex op de pœnit. libr. chron. Rom. Pont.

h Extra in lib. Romana de relig. ab. Pseudomonachi coercit.

De variis Fraticellorum sectis.

56 Exeunte hoc anno, nimirum III. kal. ianuarias damnauit Pontifex i varias Fraticellorum sectas, quæ fucatæ pietatis lenocinio veram sanctitatem labefactabant; & apostatarum per orbem vagantium licentiam coercuit. Cum vero sæpius de Fraticellis mentio occursura sit, variæque sectæ eo nomine notatæ reperiantur, visum est eorum percensere discrimina, ne dum plerumque quasdam pseudominoritarum factiones perstringimus, putet aliquis alias hæreseon pestes, Fraticellorum nominis æquiuocatione deceptus, ex sacro Minorum ordine emersisse. Fraterculorum sectæ impurissimæ, quæ promiscuos concubitus permittebat, & infanticidio suum sacrabat antistitem, meminit

Ioan-

Ioannes Baptista Pigna a; illiusque conditorem ex vetustis monumentis refert Armannum Pungilupum Ferrariensem, cuius ossa refossa sepulchro, vndetrigesimo ab hæresiarchæ morte anno, eiusque memoriæ vestigia abolita vidimus anno Christi MCCCL. b.

a Pigna de Ducib. Estens. l. 3. Panev. in voce Fraticell.

b Annal. tom. XIV an. Chr. 1301. n. 25. c Alvar. Pelag. de planct. Eccl. l. 2. cap. 51.

57. &c. Alterius Fraticellorum sectæ meminit Alvarus Pelagius c, eosque cum Sarrabaytis, ideft pseudoeremitis, Begardis, Beguinis, Apostolicis, confundit; in eo enim consentiebant vniuersi, quod religioso cultu impietatem velarent, ipsosque graphice depingit, ac demum concludit: *Certum est, quod omnes prædicti aliquem modum ordinis sibi confingunt in habitu, in vita, & in congregatione: quidam ex eis in sua secta viuentes sub cuius colore mendicant, de nullo approbato ab Ecclesia ordine mendicantium existentes, contra Ecclesiam viuunt. Immo istis temporibus dominus Papa Ioannes XXII. contra omnes sic viuentes & eis fauentes excommunicationis sententiam promulgauit in quadam extranagante edita contra eos, quæ incipit* d, *Sanctus Romanus*.

Alia Fraticell. secta.

Damnatur a Ioanne.

d Extrav. Sanctus Rom. de relig. domib.

61 In hac porro sanctione obseruatur hos Fraticellos, qui religioso cultu sanctitatis laruam præferebant, triplicis ordinis fuisse; atque alios prætexuisse habitum se & vitæ mum ab episcopis aut ecclesiarum præsulibus accepisse; alios iactasse, se tertij ordinis S. Francisci penitentium vocari, habitum induisse; finxisse alios ordinem fratrum Minorum profiteri & S. Francisci regulam ad literam, vt dici solet, obseruare, obiecto eo fuco, ipsos a Cœlestino quinto huiusmodi vitæ & status priuilegium obtinuisse quamuis ea ratio non valeat, cum Bonifacius VIII. concessa a Cœlestino reciderit, ac posteriori decreto standum esset. Secuti vero pontificiarum sanctionum sententiam Fraticellorum nomine nunc maxime intelligimus Petri Ioannis Oliui sectatores, & alios pseudominores, qui S. Francisci instituta non ex pontificijs decretis, sed ex nefaria & delira interpretatione sua sectari voluerunt, & in varias prolapsi hæreses ab Ecclesia aberrarunt; in quos veri Minores pie consurrexere, donec ea pestis penitus excisa est. Nec vero hi pseudominoritæ omnes, siue fuerint ordinis Franciscani apostatæ & perduelles, siue ex profana multitudine ad eos se contulerint, eosdem penitus errores tenuere: quippe nonnulli etiam reperti, vt plangit Alvarus Pelagius e, qui Beguardorum impuritatem sectati sunt. Vt vero Fraticellorum turbam alij auxerint, vel nouam conflarint, qui posteriores Pontificum sanctiones impugnarunt duce apostata Michaele Cæsenate, dicetur inferius.

Quinam præcipue Fraticell. nomine indicentur.

e Alvar. Pelag. de plan. eccl. l. 2. c. 52 in Beguard. errore.

62 Hoc anno cum libri Arnaldi de Villanoua variis contaminati erroribus, quos sparserat, vulgi manibus tererentur, a Ioanne Longerio fidei censore & præposito Tarraconensi, ecclesia illa suo tum pastore orbata, habitis doctorum coetibus, damnati fuerunt: qui etiam inter hæreses, ex eius nefarijs scriptis decerptas, fluxe effutierat mundum anno MCCCXXV. defuturum: quæ accurate Aymericus f percenset, vt suo loco dictum est.

Arnaldi de Villanoua errores damnati.

f Idem 2. p. de reb. sing. qu. 21

Iudic. 1.

IESV CHRISTI
Annus 1318.

IOANNIS PP. XXII. VACANTIS IMP. OCCIDEN. 5. annus 3. ANDRONICI IMP. ORIEN. 35.

Tartarorū Imp. egregie in Christ. nos affectus.

1. &c. Missi sunt hoc anno plures antistites & euangelij præcones ad gentes pro fide latius proferenda: nutriti sacris ritibus Armenij; & Tartari ad Dei cultum admittendum inuitati. Imperabat Tartaris Vsbec, qui erga Christianos tegiam benuolentiam ostenderat adeo, vt sub illius auspicijs religio felicissime efflorescceret; cum nonnulli viri impij, diabolico instinctu concitati, ad progressus euangelij disturbandos barbaris affarunt, campanas, quæ ad diuina peragenda & congregandum ad sacras conciones populum pulsabantur, triste aliquod Tartaris omen portendere. Cuibus susurris in media barbarie simplex imperator suborratus, edicto pulsari illas vetuit. Vertebatur ea res in religionis nostræ dedecus, neque ita facile neophyti, vt pietate excolerentur, poterant conuocari. Qua de re certior factus Pontifex, ad Tartarorum Imperatorem, vt eiusmodi edictum rescinderet; tum ad Christifidem non parum, vt præterebat, in eam propensum pelliceret, literas dedit a.

a Idem 2. p. c. 40.

4. &c. Diffuderat sese non modo in Cambalensi vrbe imperiali, alijsque Scythiæ Asiaticæ oris religio; verum in Persidem etiam & Indijs: id vero Christi vicarium impulit, vt Soltaniensem eadem patriarchalem in Persida excitaret b; quæ fidelibus Tartarorum imperatori Persidis principi, Chaydo & Doha atque Indiarum & Æthiopiæ Regibus obnoxijs præesset; illique Francum Perusinum ordinis Prædicatorum præficeret c, ac laborum & gloriæ socios suffraganeos sex episcopos ex eodem ordine adiungeret d. Imposuit eidem Soltaniensi archiepiscopo e, vt si pluribus episcopis ad proferendos euangelij limites opus esset, ipsos excitis duobus catholicis antistitibus sacris pontificalibus initiaret auctoritate apostolica: quos cum e viuis excedere contigisset, vt Prædicatorum sodalitia earum partium ecclesiarum curam gererent, constituit.

Propagata in Persida religio.

b Ib. c. 61.

c Ib. c. 63. d Regest. pap. anno. eo. alibi.

7. &c. Neque ad Tartaros modo Pontifex præcones euangelicos ex ordine Prædicatorum; verum etiam ad alias nationes, toto orbe diffusas, veteriqne superstitione aut schismatis & hæresis erroribus imbutas, collustrandas diuina luce transmisit: quos ad excolendam vineam Domini instruxit auctoritate f, accenditque facio proferendi euangelij ardore. Desudatum est g adeo strenue ab ijs, qui antea in Armeniam missi fuerant, ad discutiendas errorum tenebras, quibus ij populi erant offusi, vt Armenij ad Romanæ ecclesiæ gremium fuerint reuocati. Quam quidem redintegratam cum Romana ecclesia Armeniorum coniunctionem, pontificiæ ad Ossinium Regem scriptæ literæ docent h: quibus ipsius oratores perhumaniter se excepisse significat, comperisseque Iacobum episcopum Cabanensem legationis principem in omnibus fidei articulis Latino dogmati consentientem, excepto eo capite, quo sacramentum confirmationis apud Armenios confertur a puro sacerdote, ab eodemque oleum, quo infirmi inungerentur, conficeratur; demum illi se seruatæ a Romana ecclesia fidei formulam, tradidisse, quæ maxima pietatis significatione accepta fuerit, monuitque vt sacramentum confirmationis conferri ab episcopo, & oleum extremæ vnctionis ab eodem sacrandum curaret.

Euangelici præcones ad gentes mitti.

f Ib. c. cum 62.

g Leand. l. 3. Mich. Pius. l. 1. de vitis ill. Prad. Redintegrata Armeniorum cum Romana ecclesia coniunctio.

h Bull. 1. apud Sur. 182.

13. 14 Nec Armenij modo, qui in Cilicia atque Armenia agebant, Romanæ ecclesiæ dogma sunt amplexi; verum alij etiam, qui a Saracenis suis pulsi sedibus in Taurica Chersoneso agebant, Caphensi episcopo Latino Romanæ ecclesiæ nomine obedientiam dederere: quibus id Pontifex gratulatus est, ipsosque instruxit, vt in diuinis mysterijs substantia panis & vini integris speciebus cum Christi corpore & sanguine commutaretur, & vino consecrando aqua modica affundenda esset, ac diuina ea re adumbrata mysteria aperuit i.

Armenijin Taurica Thersoneso agentes cū Rom. eccl. iungunt.

i Idem 2. p. 1. c. cap. 36.

15. 16 Ne vero facile fidei puritas inter Armenios exoleseeret, Pontifex aperienda in Armenia gym-

D. gymnasijs ad discendas latinas literas constituēdis agitatum.

nasia

nasia putauit, in quibus Armenij linguam Latinam discerent : vtque maior interpretum copia foret, data est ea fratribus Prædicatoribus prouincia, vt simul ad Armenios erudiendos incumberent ; quos Regi Ossinio commendauit a Ioannes, vt ipsis domicilia Aiacij, quæ in Ciliciæ extrema ora maritima sita est, constitueret.

a *Ib. ep. cur. 67.*

Ossinius Rex auxilia poscit.

b *tom. 1. epist. secr. 527.*

c *lib. ep. secr. 528.*

d *Epist. 36. alibi.*

Francorum Rex submissurum se auxilia pollicetur.

Discordias inter Cypr. & Armen. Reges sopire studet Pont.

Et Genuenses Henrico conciliare.

17 Ceterum contulere se Armeniorum oratores ad Robertum Siciliæ Regem b, Philippum principem Tarentinum c, ac Philippum Francorum Regem d, vt ipsos ad sacram in Asiam expeditionem concitarent. De quibus Ossinio rescripsit Pontifex e, Philippum Regem Belgico bello implicitum : sed fremuum ducem cum lectissimis copijs ipsi auxilio submissum iri : cum vero ea discordia, quæ Ossinio ipsi cum Henrico Cypri Rege intercedebat, magnam rei Christianæ perniciem afferat, internuntium apostolicum ad conciliandam inter eos pacem se legaturum. Gerebat etiam Cypri Rex alias cum Genuensibus inimicitias, quæ in bellum atrox erupissent, nisi pontificia solicitudo eas sedare studuisset. Quo argumento extant datæ tum ad Genuenses f, ne aduersus Cyprum classem immitterent ; tum ad Henricum g Regem, vt bello iniurijsque inferendis abstineret ; tum de pace inter eos agitari cœpta plures literæ. Hactenus de Asiaticis rebus, quæ si diuidijs non carebant, Europæ non minus eodem malo fluctuabant. Vtque a Belgico bello, de quo paulo ante, vt rebus orientalibus exitiali tacta mentio est, inchoemus.

e *Ib. ep. secr. 528.*

f *lib. ep. secr. 678. 679. 794.*

g *lib. ep. 677. 795.*

Inter Belgas & Francos exorti noui tumultus.

Regis Philippi Belgarumque oratores ad se vocat Ioannes.

h *tom. 1. epist. secr. 94.*

i *Ibid. 1. 2. ep. secr. 83.*

18. &c. Recrudescebant enim inter Philippum Francorum Regem ac Robertum comitem Flandriæ fœderatosque populos ætus discordia, ad quam sedandam missis intermuntijs Pontifex Belgas cohortatus est, ac Roberto comiti grauiora hæc monita proposuit h : *Considera brevitatem vitæ tuæ, cum iam senilem pervenieris ad ætatem, & omne, quod antiquatur & senescit prope interitum esse constet, & recogitans in amaritudine dies tuos, tui tandem incipias misereri, intuens paucis optanda consilia & quæ tuo accepta creatori putaueris impleturus, vt securus iudicem videat, quem redemptorem expectas. Considera & quanta posterum posteritatis tuæ imminere discrimina, si eam relinquas turbinibus aliorum & guerrarum fluctibus tumultuam, &c. Dat. Auinione III. kal. maij.* Proposuit etiam ei ac Belgis fœdere iunctis alijs literis Ioannes i, vt Reges Francorum a bello sacro distraxissent : creuisse interim animis soldanum Babylonium, pessum ijsse rem Christianam, tantique exitij & aliorum malorum, quæ inde emergerent, ni pacis consilia suscipierent, caulam ipsos deriuaturi.

Exprobrat Roberto rei Christianæ auctoris exitium.

Quid tunc tum de Belgis.

Bernardus Guido & Bertrandus e Turre ad pacem conciliandam missi.

19. &c. Flectere se ad iussa apostolica abnuit Robertus j comes, atque ideo sacrorum iustitium Belgio indictum est : cumque ille ecclesiasticæ seueritatis vim diuinis mysterijs celebrari iussis eluderet, Ioannes grauiorum illi pœnarum terrorem incussit m : demum eius pertinaciam fregit, vt inducias imperatas admitteret n : cumque de loco ac tempore ad pacem agitandam conuentum esset, Bernardum Guidonis censorem sacræ fidei in Gallijs ordinis Prædicatorum ac Bertrandum de Turre Minoritam, gesta anno superiori apud Insubres legatione celebres, XI V. kal. octobris creauit o Ioannes apostolicos nuntios, vt aduersas partes saluberrimis monitis ad pacem pangendam perpellerent.

j *Epist. 95. & Ead. epist. secr. 95. & ep. 96. ex 113.*

k *tom. 1. epist. secr. 691.*

Indictæ inter Eduardum & Robertum bini inducias.

l *tom. 1. epist. secr. 510*

Roberti deuinctus anathemate. Eius frater exitus in Hibernia.

m *tom. 1. epist. secr. 760.*

27. 28 Eluserat etiam tum apostolicam solicitudinem Scotos inter & Anglos odiorum pertinacia, ad quam infringendam Ioannes inducias indixit p : sed Robertum eas violasse ac sacris depulsum colligitur. Nec Robertum modo, verum etiam ipsius fratrem, qui Hiberniam occuparat, censuris irretitum docent pontificiæ literæ q. Nec vana in Hiberniam inuadentes ecclesiastica fulmina cecidere, cum hoc ipso anno cruentissimo prælio obstricti fuerint a. Seditionis princeps Eduardus erat Roberti Brusij frater, cuius exemplo Hibernicam coronam, vt ille Scoticam, corripuerat : qui in prælio captus gestati diadematis pœnas capite luit.

a *Vualsingh. ubi sup. Pactum de illo victoria gratulatur Regi Angl. Pont. De Roberto archiep. Cantuar. sanctorum numero colendo.*

b *tom. 1. epist. secr. 857. Item de S. Thoma Aquinate*

29 Expetijt ab sede Apostolica Thomas Lancastriæ comes, vt Robertum Cantuariensem archiepiscopum, vitæ sanctitate & miraculis celebrem in sanctorum ordinem reponeret. Cui respondit Ioannes b, nisi magna consilij maturitate rem perfici non posse : quam si promouendam curaret, in Cardinalium comitatorio, Anglicam cleri nomine rite admonitus in medium editis miraculis, exponendam curaret.

30 Is quidē sacer ritus in B. Thoma Aquinate in sanctorum numerum referendo seruatus est ; Regina enim Maria S. Ludouici episcopi mater, Philippus Tarentinus princeps, Ioannes Grauinæ comes, ac Neapolitana academia oratorum opera primo in purpuratorum patrum consessu illius vitæ sanctitatem, & diuinitus collata illius suffragijs beneficia exposuere ; ac Pontifex nonnullis Cardinalibus rem cognoscendam demandauit. Peregere illi adeo accurate iussa, vt decreti B. Thomæ sanctorum honores fuerint, de quo suo loco agetur : nunc res Siculas percurremus.

c *Ex Vill. Lg cap. 82.*

31 Initis c superiori anno Trecensis episcopi & Petri Textoris opera inducijs inter Fridericum Trinacriæ, & Robertum Siciliæ Reges ; ijsque ad firmandam pacem, si res ferret, ac sedem Apostolicam iter se aggressuros pollicitis, Fridericus quidem constituto tempore oratores misit d : quibus admissis Pontifex, cum Roberti Regis aduentum expectaret, Iacobum Regem Aragonum rogauit, vt suos mitteret oratores : sed tot moras traxit Robertus, vt Fridericus legatos suos ex aula pontificia reuocarit e. De Roberto porro, qui die constituta, vt promiserat, ad curiam pontificiam se non contulit, vehementer expostulauit Ioannes f, illum Regibus Aragonum & Trinacriæ, sedique Apostolicæ illusisse, neque in leue discrimen nō sedato periculosissimo bello, res suas adducere.

d *tom. 1. epist. secr. 595.*

Fridericus Trinacriæ Rex constituto tempore pro hirmanda cū Roberto Sicil. Rege pace orat. res ad leue Apost. mittit.

e *lib. ep. 682.*

f *1. 2. ep. secr. 669. & 686 694.*

32. &c. Implicitus erat Genuensi bello Robertus g, nec quamuis cum Pontifex vrgeret literis h, vt milite & commeatu communita Genua, ad aulam pontificiam accederet, nisi sequenti anno Genua discedere potuit. Ne vero illius belli flammam aleret inuisa Gibellinis potentia Roberti, qui Genuensis reipublicæ gubernacula pontificio nomine capessiuerat i ; illum Pontifex Genua, vbi ipsam necessarijs omnibus instruxisset, discedere iussit k : Peritrinxit vero non expectato pontificio imperio ipsummet eam prouinciam suscepisse. Genuensis vero belli occasione abrupta est pacis actio cœpta inter Robertum Siciliæ, & Fridericum Trinacriæ Reges.

g *1. ep. secr. 629*

h *1. ep. secr. 644. & 694*

Genuensi bello distinetur Robertus.

i *10. p. 694.*

Hist. lib. 1. 9 cap. 9.

35. &c. In Macedonia proceres ictō fœdere Vrosij Rasciæ & Seruiæ Regis iugum excussere, atque ad Ioannem pro redintegranda vetere cum Romana ecclesia coniunctione literas officiorum ac demissionis plenas dedere ; ad quos iuuandos Philippus princeps Tarentinus, Maladinus Bosnensis banus, & Carolus Hungariæ Rex pontificio hortatu studia viresque coniunxerunt.

Macedonia ab Vrosio defecit.

39. 40 In Lusitania ciuile bellum accensum est inter Dionysium Regem ac filium Alfonium m, cum Dionysius pellicis lenocinijs fascinatus nothum filium legitimo anteferret.

tom. 1. ep. secr. 501. & c.

41. 42 In Italia ob Pontificis absentiam graviores motus excitati. Pariebat sane crebras populorum defectiones nimia libertas, quam Ecclesiæ subditi in adscisendis sine apostolica auctoritate præfectis sibi arrogabant ; liberas enim ij publicæ rei habenas nacti, ad stabiliendam potentiam tyranni-

Præfecti a populis ita adsciscuntur inconsulto Pontifice.

dem occupabant: atque id in posterum fieri pluribus rescriptis [a] Ioannes vetuit.

[a] Ann. 1 p. 1 ep. cur. 187. & an. 3 p. 1 epist. cur. 36, 37.

43 Expositæ eram crebris diripientium rapinis hisce temporibus Germanicæ ecclesiæ ob continua Friderici Austriaci & Ludouici Bauari de imperio certantium prælia: sed leuior hæc erat, quam bonorum patiebantur, iactura, Illa grauior animarum, quæ turbulentis ijs temporibus profanis erroribus inficiebantur. Serpebat variis in locis, ac maxime in Boemia, Misnia, & Polonia fœdarum hæreseon lues, ad quam tollendam Ioannem præsules earum partium excitauit [b]; inter quos Ioannem Muscatam episcopum Cracouiensem, qui munus episcopale negligentius gerebat, vt ad nascens malum, quo par erat pio studio, excindendum incumberet adhortatus est.

Noua hæreses in Boem. & Polonia serpunt.

[b] Dubrau. l. 30. Lupac. Boem. ep. cur. 54.

44 Fuisse hæreticos, de quibus memorat in suis literis Pontifex, secta Dulcinianos, refert Dubrauius [c]; *hæc*, inquit, *laude dignum, quod nocturnis pernigilationibus ritu Dulcinianorum fraterculorum, de quibus supra commemorauimus, Pragæ occulte fieri incipientibus, in ipso statim introitu obstiterit: extinctisque quatuordecim viris mulieribusque hac dulcedine corruptelaque depranatis, reliquis cum metum iniecerit, vt bacchanalia facere desinerent, contenti posthac religione incorrupta a patribus accepta.* Datum id studio Romani Pontificis, qui Ioannem Regem Boemiæ, Vladislaum Cracouiensem, Boleslaum Lokrekum Vratislauiensem duces, & marchionem Misniæ adhortatus est, ne religionem nouis erroribus obsolescere & obscurari paterentur, ac sacræ fidei consortibus opera non deesse. Iniunctum id munus fuit [d] Peregrino Oppolensi & Nicolao Hippodinen. Prædicatoribus, Colon. & Hermanno Minoritis, ipsisque imperatum est, vt aduersus fontes pium ardorem explicarent [e], Præter Beguardos autem, quos in Germania incerto auctore pullulasse ex Aluaro Pelagio antea dictum est, aliam Lollardorum pestem grassatam ferunt. Et quidem vna cum Beguardis Lollardos emersisse, cum Henricus VII. sceptrum Germanicum suscepit, indicat Hocsemius [f] eius temporis auctor, Ex quo constat eos hallucinatos [g], qui ad posteriora longe tempora Lollardorum originem retulerunt, quod Vvicleffo primum suas spargente hæreses, Lollardorum nomen infame Vvicleffistis inditum vulgo fuerit; quare Vvalsingamus [h] passim Vvicleffistas Lollardos vocat. Cæterum de Lollardorum principe Vvaltero quodam hoc tempore nefaria dogmata disseminante per Germaniam, Austriam, & Boemiam meminere Trithemius [i], Sanderus [k], Genebrardus [l], & alij. Fœdissimi erant illorum hæreticorum errores aduersus missæ sacrificium, ac diuinitatem, & sacramenta; ac probos mores, & omnia Ecclesiæ præcepta eiusque præsules & administros contemnebant. Gloriari talibus patriarchis dæmonum fœderatis possunt huius sæculi nouatores, qui plura ab his venena hausere. Non tulit autem impune scelus sectæ princeps Vvalterus, quem Coloniæ exustum anno MCCCXIV. ferunt [m], cum hæresim, quam scriptis propagarat, tueretur pertinaciter. Vt vero dæmon impios illos in aperta scelera voluptatum lenocinio impulit, ita alios, qui pietatis studio addicti videbantur, adumbratæ sanctitatis fallaci specie delusit.

Principes Poloniæ in hæreticos a pont. concitati.

Instituti in impios fidei zelatores.

[d] Ann. 2 p. 1, ep. cur. 56. & 10. ep. 68. Germaniã infestant.

[e] Hocsem l. 2 c. 30-31. De Lollardorum origine.

[f] Hocsem l. 2 c. 30-31.

[g] Plateola in princ. hæres. Vvalsin. in Eduard. III.

[h] Vvalsingamus passim.

[i] Trith. chron. Hirsaug. [k] Sander. de vsit. l. 3 mon. pæreo. [l] Genebr. in chron.

45, &c. Signifer horum hypocritarum extitit Henricus de Ceua [o] Franciscanæ familiæ apostata, atque hæresiarcha, qui plures ex eo sacro ordine infecerat, Desciuerant ij adeo a B. Francisci institutis, quem suis, vt reuerentiam in Christi vicarium Cardinales, ac præsules religiosissime colerent, imperasse vidimus; atque in eam superbiam viri impij proruperant, vt duas fingerent ecclesias, alteram cæsuentem opibus & delicijs obsitamque sordibus, cui præesset Romanus Pontifex; alteram humanarum rerum inopia diuitem, ac virtutum omnium genere exornatam, quæ ipsi soli continerentur; negarent præsules vlla vel ad ius exercendum, vel diuina conficienda auctoritate pollere; virtutem sacramentorum a sacerdotis sanctitate pendere, iusiurandum sine crimine vsurpari non posse; Christi euangelium extinctum antea fuisse, atque in ipsis reuixisse & florere effutiebant. Vt vero netarias adeo hæreses Ioannes eliderent, eas singulas cumulatis pluribus diuinæ scripturæ oraculis retellit [a]. Tantarum hæreseon calumnias falso impactas his pseudominoritis contendit temere ex ingenijs coniecturis auctor recentior b, & a sodalibus contrafas accusatos, eo quod obsolescentem S. Francisci disciplinam suo splendori restitui cuperent.

Illius ætatis errorum errores.

[a] Ad. epist. 381, extra bull. in fasc. XXII. const. 3 [b] Mast. pract. nicol. c. 7. Contendunt falso nonnulli calumnijs appetitos.

Iudic. 2.

IESV CHRISTI
Annus 1319.

IOANNIS PP. XXII. VACANTIS IMP. OCCIDENT. 6. annus 4. ANDRONICI IMP. OR. 36.

1, &c. RESTITVTA est hoc anno Poloniæ intermissa regia dignitas, vt eo augustiore titulo insignita vires aduersus Tartarorum, Lituanorum, Ruthenorum, aliorumque barbarorum excursiones confirmaret, ac religionem Christianam tueri facilius, & felicius propagare posset. Vocabatur communibus Polonorum votis ad regium apicem Vvladislaus Lokrekus Vvladislauiæ, Cracouiæ, aliarumque prouinciarum dux, ditionis amplitudine, populorum numero, opum magnitudine inter eos florentissimus: decretique sunt a publicis ordinum comitijs oratores ad sedem Apostolicam, qui ab ea precibus contenderent, vt regio fastigio Vvladislaum ornaret. At Boemiæ Rex Ioannes suam dignitatem intringendam ratus, si Poloni regium decus recuperarent, cratores ad rem discutiendam misit, nonnulla in Poloniam iura obtendens, quæ cum æquitate non niti contenderent Poloni, atque Vvladislaum successione principatum adeptum, Pontifex, cuius supremum imperium agnoscebat Polonia, vt vtrisque consuleret, beneficium dilatit, ac Gnesnensem archiepiscopum atque episcopos suffragancos certiores fecit [c], Polonorum iura ea mora non labefactatum iri; tum hæc inliterarum extremo addidit: *Non intendentes per hoc iuri vestro & aliorum supplicantium predictorum preiudicium aliquod generari, quin illo sic vti, si, & quando vobis expedire videbitur valeatis, quod tamen cuiusquis alterius non ledatur.* Datum *Auinione XIII. kal. septembris anno tertio.*

De restituenda Poloniæ regia dignitate agitatum.

Vvladislaus Lokrecus Rex designatus.

Pontificis ad ea experta auctoritas.

Instauratus in Polonia regia dignitas.

[c] Ann. 1 p. 1. ep. cur. 165. Data Polonis suo iure vtendi facultas.

5, &c. Intellexere ex his, tum Gerardi episcopi, cui Pontifex ex arcano mentem aperuerat, literis Poloni, quid sibi agendum incumberet. Proximo itaque incunte anno regij fastigij honos apud eos reuocatus [d], ægre admodum rem ferente Ioanne Rege Boemiæ. Perstringit Romanum Pontificem Dubrauius [e], creato Poloniæ Rege Imperatoris partes ipsum sibi vindicasse; sed nulla certe Cæsaris iniuria id factum fuisset, cum Polonia imperio non esset obnoxia; quidni enim apud Polonos Pontifex regiam poterat reuocare dignitatem, qui iamante illam apud Hungaros, Armenios, Ruthenos, Bulgaros, Lituanos, & alios reuocarat, de quibus sparsa in Baronianis & nostris annalibus exempla repetere opus non est, cum ipsum etiam imperium restituisse occidenti constet: quæ iure facta docent pluribus theologi, qui temporalem potestatem ecclesiasticæ subiectam probant [f], Adde imperatoriam

Reflitus Dubrauij dicteria in Pontificem.

[d] Mat. Mich. chron. l. 4. ex Chron. l. 11. Dubrauius Boem. l. 30. [e] Dubrauius l. 30. [f] Turrecrem. de eccl. l. 1. c. 90. Bell. de R. Pont. l. 5. cl. 5 alij.

Tarui∫inis Scaligero & fœderatis bello appetiti.

auctoritatem, quæ ad hoc non erat neceſſaria, viduano ob Ludouici Bauari & Friderici Auſtriaci diſcordem electionem ſuo principe imperio, penes Romanum Pontificem fuiſſe: qua etiam Ioannem vſum conſtat, veluti in Rambaldi comitis ac Taruiſinorum cauſa, cum Henricus Goritiæ comes, Canis Scaliger prefectus Veronenſis, Vgucio Fagiolanus magiſter militum, & Guecellus de Camino inita armorum ſocietate extremo ſuperiori anno Taruiſium obſidione cinxiſſent [a], poſtulatum a Taruiſinis patrocinium ſuſcepit, quod nimirum imperatoria auctoritas ad iniuſte oppreſſos a potentiorum tyrannide vindicandos interregni tempore ad eum pertinebat. Diuturno vero Taruiſini bello attriti ſunt a Scaligero, donec interprete Goritiæ comite Friderici Auſtriaci deſignati diſcordibus ſuffragijs Regis Romanorum clientelæ ſe commendarunt [b]. Quam ob rem eraſperatus Scaliger cum Friderici æmulo Ludouico Bauaro fœdus pepigit: atque ita Germanicæ diſſentiones in Italiam inter cæſarei nominis ſtudioſos irrepſere.

[a] Corn∫. l. 2. 4. Bonif. hiſt Taruiſ l. 8. Suſcipit eorum clientelam Pont Taruiſini a Scalig bello attriti. Regis Romanor. clientelę ſe commendant.
[b] Corn∫. l. 2. cap. 4.

Gaucelini Card operâ Belgæ Philippo conciliati.

16. &c. Hoc anno eſt redintegrata, ac ſequenti confirmata a Pontifice concordia inter Philippum Francorum Regem & Belgas, Gaucelini tit. SS. Marcellini & Petri presbyteri Cardinalis, cenſurarum metum Belgis incutientis, præcipua opera: cuius belli curis ſolutus Philippus ad inſtaurandam in oriente rem Chriſtianam animum conuertit; cum ſuperiori anno ab Oſſinij Regis Armeniæ oratoribus ad id egregie animatus eſſet: quo argumento datæ ad Armenium extant literæ [c]. Sed tam ardua prouincia ſine aliorum Regum opera non ſuſcipienda ab ipſo Pontifici viſa eſt [d], cum impar illius potentia Saracenicæ videretur: non ſufficere pacatas eſſe Gallias, ſed reliquum orbem Chriſtianum ad mutuam pacem conficiendam inducendum: luniatum vero adeo bellis ciuilibus, vt ſine magno diſcrimine rem aggredi non poſſet.

[c] Ioan. 22. epiſt. ſecr. 371.
[d] Ioan. 22. epiſt. ſecr. 54.

Eduardus Rex bellũ ſacrum cogitat.

19. 20 Præſe etiam ferebat Eduardus Angliæ Rex ingens expeditionis illius aggrediendæ deinterim: cui Pontifex, commendata pia ciuſmodi voluntate, vt prius hoſtes, qui latebant pectore, vitia ſcilicet exanderet, reſcripſit [e]: excuteret diligenter conſcientiæ omnes ſinus; ne quam Numini diuino vel proximo iniuriam interret: ita enim ſedatis animi motibus, facile regni motus ſedaturum pacemque reuocaturum, ſine qua bellici Aſiatici conſilia nunquam ad exitum perducere poſſet.

[e] Ibid. epiſt. ſecr. 322.

21 Ingraueſcente autem inter illum ac Robertum Brutium bello Gaucelinus & Lucas Cardinales legati, cum ipſis tutum in Scotiam acceſſus non pateret, pontificias literas, quibus ad ponenda arma ſolicitabatur Robertus, tranſmiſere [f]. Quibus ille acceptis, rem cum ſuis in conſilio ſe acturum reſponditnuntijs vero Cardinalium a Scotis proceribus in ſcriptis reſponſum eſt, nullam actionem de pace ipſos admiſſuros, niſi Robertus regio nomine inſigniretur: cum Cardinales ne diſcordiæ malum vlterius gliſceret, inducias imperarunt. Cumque in Scotiam de ijs promulgandis literæ tranſmiſſæ eſſent, Robertoque allatæ, is nuntium intentata capitis pœna regno iuſſit abſcedere: ac poſtea Cardinalibus fallaci ſpe concordiæ aliquandiu delu∫is, Vvarwicum aliaque Regis Angliæ loca, effuſo multo humano ſanguine, in ſuam poteſtatem redegit. Cum itaque exploratum eſſet, eum pœnis adiectis ob temeratas inducias ſe implicuiſſe, Cardinales Scotiam ſacris interdixere. Verum antiſtitibus ſententiam contemnentibus, Pontifex quatuor Scotos præſules, qui Roberti partes efferebant, Vvillelmum S. Andreæ, Ducheldenſem, Henricum Arbodenſem, & Dauidem Morauienſem epiſcopos ad ſedem Apoſtolicam accerſiuit, tum vt meritæ a contumacibus pœnæ exigerentur, tum vt cum ipſis de pace afferenda Scotiæ, quæ belli malis attrita erat, ageret: ac ne inanibus excuſationibus ſe ab adeunda eadem ſede excuſarent, illorum ſaluti ſyngrapha liberi commeatus cautum iri pollicitus eſt.

[f] Ann. 4. p. 1. ep. cur. 18. Robertus Brul. pacẽ niſi regio titulo decoretur, reſpuit. Inducię inter ipſũ & Eduardum promulgatæ.

22. &c. Poſtulauit etiam iudicio Robertum Bruſium, vt recurrentibus inſequentis anni kalen. maij ſedi Apoſtolicæ ad dicendam cauſam ſe ſiſteret, euulgatis ea de re apoſtolicis literis [a]: vt vero ſequenti anno oratores ad diluenda obiecta, gratiamque Pontificis comparandam miſerit dicetur inferius. Quod vero ad Vvarwicum ab ipſo Regi Angliæ ereptum, illatasque cædes & agrorum populationes ſpectat; captum proditione fuiſſe, refert Vvalſingamus [b], coactumque Eduardum obſidionem ſoluere. Quibus Rex conflictatus malis biennales inducias cum Roberto pepigit. De agitata vero inter eos pace ſequenti anno dicetur: nunc ad Hiſpanicas res varijs inquietas tumultibus, ſtylum conuertamus.

[a] Ann. 4. p. 1 ep. cur 21. Paret Pontifici Robertus Bruſius. Vvarwico potiuntur Scoti.
[b] Walſingh. hiſt. Ang. Polyd. Virgil. in Eduar. I. l. Lucæ de geſt Scot. l. 8.

Peetrus Caſtella princeps ſtrenue in barbaros rem gerit.

23 Irrupere in Granatenſe regnum varijs agminibus Ioannes ac Petrus principes Caſtellanæ regiæ procuratores: Tiſarum a Petro expugnatum: reliqua prona ad victorem fuere. Ioannes illius facinoris gloria inuidiaque perſtrictus, maius aggredi atque ad principem regni vrbem penetrare conſtituit. Coniunctæ ad Alcaudetem copiæ collatæque: equitum nouem millia, peditum innumera multitudo: Toletanus & Hiſpalenſis archiepiſcopi tum religioſorum equitum magiſtri in caſtris erant. Perrupere illi in interiores terras, ingentique effecta vaſtitate, caſtra in Granatæ conſpectu poſuere, & nulla re alia geſta tertio die diſceſſere, & in reditu profligati ſunt a barbaris: Petrus princeps in ipſo belli ardore ſiti, ſole, labore, moleſtia repente concidit: Ioannes haud diſimili morte occubuit, atque hic luctuoſus Granatenſis illius expeditionis finis extitit. Barbari præferoces ea victoria in Chriſtianorum terras excurrere.

Ioannes auctus inuidia Granatã penetrat. Oſtentatis copijs recedit.

Ioannes & Petrus principes ex labore extincti.

Barbari in Caſtell. limitem excurrunt.

24 In Luſitania inſtitutus equeſter religioſus ordo ad comprimendas Saracenorum excurſiones, militiæ Ieſu Chriſti nomine inſignitus [c], eique Templariorum bona, quæ in regno illo extabant, tributa. Addit Ioannes Mariana [d], eam ſacram militiam in illo regno nobiliſſimam, geſtarum rerum gloria horuiſſe. Porro in Aragonia Iacobus Regis Aragonum filius ſceptri heres, in publicis comitijs, vxore Eleonora intacta in Caſtellam ad ſuos dimiſſa, & Calatrauæ habitu ſumpto ſe abdicauit: indeque regni ius proximo natu Alfonſo quæſitum. Certatum eſt multorum ſermonibus de re adeo noua, collaudantibus alijs, alijs damnantibus; demum licentia morum effrenata ad eam leuitati adſcribendam plures adduxit.

Equeſter religioſus ordo inſtitutus in Luſit.

[c] Ber. chr. Reg. Fæm. l. Vat. bibl. ſign. num 3761. in fo. xxxi. Stero Alcobac. in annal. hoc anno Mar. l. 15. de rebus Hiſp. c. 16. & Marian. eod. c. 16.

30. 31 Hoc anno celebrata eſt magna religionis pompa translatio reliquiarum S. Ludouici epiſcopi Toloſani, præſente illius fratre Roberto Siciliæ Rege: editaſque eiuſdem ſancti precibus plures cœleſtes virtutes, & reſtitutos valetudini ægrotos, narrat Iordanus e. Nec modo beatiſſimi huius confeſſoris ſanctitate illuſtrata eſt hoc tempore Franciſcana familia, verum in India etiam quatuor martyrum Thomæ, Iacobi, Demetrij, & Petri glorioſiſſima conſtantia: qui a Saracenis fidem orthodoxam in rogis comprobare iuſſi, non detrectarunt, offerentes pro cæteris Thoma vt annis prouectiore: cumque Saraceni Iacobum iuniorem delegiſſent, ille in medijs flammis illæſus perſtitit, collaudante Chriſtum vniuerſa multitudine Gentilium, viſoque miraculo

Maria Regina Alfõſi I. Lu ſitan. nyſio Regi Luſit. conciliare fruſtra nititur.

Iacobꝰ ſceptri Arag. hæres iura in fratrem renunciat e ſuis. Vat. bibl. ſign num 1960.

Mauritæ quatuor affecti martyrio.

Mahumetani magistratus clam præcones Christi martyrio affecere, ne plebs christiana sacra amplecteretur vt narrat idem Iordanus a.

a Iord. m.s. bib. Pal. sig. nu. 1960. c. 134.

Ind. 8. 3.

IESV CHRISTI
Annus 1320.

Ioannis PP. XXII. Vacantis Imp. Occiden. 7. annus 5. Andronici Imp. Or. 37.

Relata de Vrsio Rege schismat victoria; a Carolo Hung. Rege.

1. &c. AMplificata est in Rascia & Macedonia res catholica, parta Caroli Hungariæ Regis virtute glorioſissima victoria de Vrsio tyranno schismatico, qua regnum illud amplissimum ditioni eius adiunctum est. Remanserant tamen etiam tum in schismaticorum potestate maritima Macedoniæ loca; ad quæ expugnanda, ac parta retinenda, cum nouis viribus opus esset, Pontifex cuius auspicijs & consilijs bellum illud sacrum suscepturn erat, Hungariæ finitimos Reges ac principes orthodoxos, vt ad rem catholicam propagandam latius, confirmandamque

Friderici Austriac. ad iungenda cum Carolo arma solicitat Pont.

auxiliaribus copijs Carolum Regem iuuarent, solicitauit literis b, nimirum Fridericum Romanorum Regem designatum, Vladislaum Loketkum, quem Regis Poloniæ nomine exornat, Ioannem Regem Boemiæ, Luipoldum Austriæ, Henricum Carinthiæ duces, atque alios proceres c. Sed eos Reges alijs bellis implicitos vel nulla aut exigua auxilia Carolo submisisse, ex auctoribus d conijcitur.

b Ann. 4 p. 1. ep. cum 977 & regesti fasciculo ep.

Reges ac principes ad eiusdem belli societate vocati

c Reg. pasti cand. ep. Cibrum ver. Pal. 1. 1. 18 Rusif. dec. 2 l. 9 & alij.

6. Inde Christophorus Daniæ Rex,

d Ann. 4 p. 1. ep. cum. 589. & 1408.

Dilata eius coronatio.

f. bid. ep. cum 1408.

e Cranz. Dan. l. 7. Ericus Rex hereditarij sceptri illi eripere nitebatur.

Initus fratris opera regnum obtinuit,

7. Successerat e demortuo Erico fratri in regno Christophorus, nec sine magnis difficultatibus Daniæ gubernacula capessiuit: Ericus enim frater ipsum non modo patria pepulerat, verum ediderat, vt ob quædam scelera nunquam ad regnum gerendum admoueretur. Probabant nonnulli defuncti Regis supremam voluntatem, atque Ericum Sleuicensem ducem ad solium euehere nitebantur: alij vero illius conditionem miserti, cum fratri Erico ac patri Christophoro iure proximus succederet, & si qua flagitia dum iuuentute ardoret, admisisset, e superioribus calamitatibus, atque extincto ætatis feruore edoctum, ac probe sceptrum moderaturum arbitrati, præcipua Ioannis vterini fratris opera in regnum reuocarunt. Et sane Christophorum ob grauia facinora (sed quæ dum impijs fratris voluntatibus obsequebatur, parrarat) nimirum ob Ioannem archiepiscopum Lundensem coniectum in vincula h, ac quos presbyteros careeris diuturni squalore necatos anathemate notatum a Bonifacio Papa, ostendunt literæ pontificiæ, quibus annitente Elgero archiepiscopo Lundensi Ecclesiæ a Bernardo de monte Valrano Apostolicæ sedis internuntio conciliari iussus est.

f Ann. 4. ep. cum. 1404. Anathema contra eum.

8. 9 In Germania vetus ardebat de imperio dissensio, ac Pontifex vel in Fridericum, qui Guelphorum partes in Italia tuendas susceperat, vel ad imperium in Gallicum genus, vt nonnulli suspicati sunt, reuocandum propendere videbatur, iniitque cum Roberto Siciliæ & Philippo Francorum Regibus Guelphisque armorum fœdus, vt Gibellinos, qui Ludouici Bauari mendi specie vrbium ac prouinciarum dominia inuadebant, ac turbabant Italiam, in ordinem redigeret.

Robertus Rex multa sua imperij legatus.

10. &c. Confirmauit a itaque Robertum Regem imperij vicarium, iam ante a Clemente V. adsentiente Cardinalium senatu creatum in Insubria, vt Matthæum Vicecomitem euerteret, qui Genuam continuis oppugnationibus vrgebat, ac Mediolani, Ticini, Placentiæ, Vercellis, Nouocomi, Bergomi, Dertonæ, & Alexandriæ trium filiorum strenuorum ducum fultus potentia, regiam pene auctoritatem exercebat b. Roberto alter subrogatus est vicarius Philippus c Caroli Valesiorum comitis filius comes Cenomanensis, qui Gallicum postea sceptrum tenuit. Cum vero plures, qui sua commoda ex publicis incommodis ac malis aucupabantur, pontificia consilia discuterent, aliasque ex alijs fererent discordias, Pontifex Bertrandum de Poieto Cardinalem legatum in ijs prouincijs publicæ seruatorem pacis creauit d. At Philippus comes in Mortarensi agro a Vicecomitibus, longe validiori exercitu pollentibus, circumfusus salutem redemit fœdere, ornatusque ab ijs muneribus in Gallias se subduxit. Exinde Pontificis & Roberti res depressæ: Vercellenses a Vicecomitibus obsidione cincti sub hostium, quamuis obijcerentur his censuræ e, potentia succubuere.

a Ann. 4 p. 1 ep. cum 62. Pontificia consilia Matthæum Vicecom.

b Ric. Vill. l. 9 cap. 108. c Ann. ibid. Philippum comitis Valesij filium cum exercitu Gallico euocat.

d Bertrandus A. S. L. pacis publicæ seruator creatus, Ann. epist. cum. 146.

13 Ad vindicandum illum censuratum contemptum Ioannes intendit f Matthæo Vicecomiti iudicium hæreseos, cum illi Ecclesiæ auctoritas sacrorumque religio ludibrio esset. Postulatus etiam E. iudicio Raynaldus Passarinus, atque ad dicendam causam de Mantuæ vicariatu suscepto, interregni tempore, cum ad sedem Apostolicam imperij prouinciarum administratio spectaret, dies constituta; similiterque in ius ob correptam Veronæ præfecturam vocatus est Canis Scaliger b, cum illius gerendæ auctoritatem a sede Apostolica petere debuisset, ipsumque vna cum sectatoribus anathemate percelli iussit Pontifex. Spreuit eas censuras Scaliger, ac Patauij, quod magno exercitu cinctus, obsidionem vrgebat i; cum a Goritiæ comite, qui a Friderico Austriæ duce, atque Ludouici Bauari (in imperij causa æmulo, submissus erat ad Patauinos Guelpharum partium defendendos magna clade deletus præcipiti fuga sibi consuluit.

f Ann. 5 p. 1. ep. cur. 105. & 1. 3. Postulatur iudicio hæresis Matt. Vicecomes. f Ann. ep. cur. 95. 96. 104. g Reg. past. ep. cur. 96. Alij etiam tyranni in iudicium vocati. b Ric. Vill. l. 9. cap. 108 & ann. 5 p. 1 epist. cur. 99. Scaliger Patauium obsidet. i Ric. Vill. l. 9. cap. 19. Obsidionē soluere cogitur. Robertum inter & Friderer Reges bellum recrudescit.

14. &c. Cæterum belli huius occasione recruduit Fridericum inter Trinacriæ Robertumque Siciliæ Reges bellum, quod antea Romanorum Pontificum diligentia sopitum videbatur: cuius excitati incendij causam Ioannes Papa ex altius repetita, in Fridericum derivat. De eodem bello hoc anno inter Fridericum Trinacriæ & Robertum Siciliæ Reges gesto, refert Ioannes Villanus l, Fridericum magna comparata classe, cui Gibellinorum triremes præfecto Corrado Auria se coniunxere, Genuaque irrito conatu tentata, in Pschiam insulam vela fecisse; quam, cum miles vastaret, Roberti classem militum triremiumque numero florentissimam m, duce Raymundo Cardona hostem in fugam aduentu suo auertisse; additque elapsam Friderici classem repertisse Genuam, ac Trinactios finxisse reportatam de Roberti maritimo exercitu victoriam, vt obsessos ad deditionem eo metu adducerent: sed eorum impetus ciuium virtute propulsatos.

l Ric. Vill. l. 9. cap. 11. Genua a Gibellina classe tenta ta. m Ibid. cap. 12.

18. 19 Corripuit quoq; illius belli flamma ditionē ecclesiasticam, ac Ferrarienses, qui excitis Azone & Opizone marchionibus Atestinis, pontificiam arcem euerterant; dein monitu officij apostolico edicto Azo & Opizo, constitutis procuratoribus, tum Ferrarienses polliciti erant, vrbem ad clientelam obsequiumque Romani Pontificis vt iusti domini redituram

Ferrarienſium defectio.

rim; at demum in perduellione obduruerunt.

20. &c. Ciuilia hæc Italiæ bella retardarunt pia Philippi Regis consilia de educēda in Saracenos expeditione; Pontifex enim sēriebat vnius regni vires potētissimis soldanis impares esse, aucupandique videri tēpus commodius; cum Pastorellorum factio erupit; plebeculæ enim fax impatiēs tantarū morarū, imprudenti accensa studio, arma cepit a: ouium, armentorū, porcorūq; ductores concurrunt sub signa: religiosi, sacerdotesque multi eorum pietatem commendant: simplicibus rusticanis facinorosi quique se coniungunt, atque exclamant inuito reliquo orbe ad recuperandam terram sanctam profectionem se inituros. Cumque nullius ducis auctoritate regerētur, grassari armis, rapinis ac flamma cœpere; quos Pontifex censuris armisq; comprimi iussit.

a Bero in chron. Pand. Æmil. in Phil. V. & alij. Plura ac mire & crudeliter gesserunt Pastorelli.

Nec modo e Gallijs, sed ex alijs quoque regnis ea popularis fax capessiuerat arma: de Anglis enim Vvalsingamus a ait, plures transfretasse in Gallias; cumque in finitimas mediterraneo mari prouincias peruenissent, ac deessent naues, temerarium consilium abijcere coactos: Bernardus b vero, qui hæc oculis hausit, dissipatos illos testatur, cum ob grauia scelera ac direptiones agrorum (nullis enim stipendijs sustentatis nisi rapto viuere supererat) magistratus in se asperassent, ac pluribus ex ijs necatis suspendio, reliquos vt fumum euanuisse.

a Vualsing. in Edw. II.

b Ber. chron. Rom. Pont.

Breui dissipari.

24. &c. Tum in Aquitania accidisse ferunt, vt quingenti ex Iudæis in turrim se receperint, quibus circumsessis a Pastorellis cum nullum effugium pateret, de sua salute desperantes, iacta sorte, vnum elegere, qui reliquos strangularet; sed cum is ætate senex esse, iuuenem in ea crudeli carnificina socium popposcit: ij duo reliquos, voluntariæ morti se offerentes, ne in Pastorellorum manus incidерent, necauere. Qua perfecta re, senex a iuuene idem crudele popposcit officium; quo ille perfunctus, non sibi manus intulit, sed Pastorellis se dedidit, ac baptismo vna cum pueris superstitibus lustrari flagitauit: at ipsum ij, vt generis sui tortorem, supplicio affecere. Commorus ob Pastorellorum sæuitiam Pontifex, Iudæorum aduersus ipsos suscipere clientelam est compulsus, literisque c ad principes Christianos ac viros nobiles datis, armis a Pastorellorum feritate Iudæos defendere iussit.

Iudeorum voluntaria carnificina.

Susceptum a Pont. Iudæorum patrocinium.

c Ann. 4. p. 1. ep. cur. 952.

In ea porro persecutione a Pastorellis excitata plures Iudæi ad baptismi sacra perfugere d, quibus alijsque in posterum conuertendis vt consuleret Ioannes, editas antea superioribus annis sanctiones, vt a Iudaica superstitione ad fidem traducti bonorum iacturam, quæ antea obtinebant, non paterentur renouauit. Diuinæ porro iustitiæ a Pastorellis factæ strages ascribi poterit, si atrocia Iudæorum scelera, ac blasphemæ voces, quas in Christum & Virginem iactabant, perpendantur; vtque thalmudicis fabulis simplicem populum irretire niterentur. Ad quorum perfidiam tremendam Pontifex talmuth aboleri flammis, ac reliquas corruptelas, quas inuexerant tollendas constituit e. At de his hactenus: nunc reliqua ad hunc annum spectantia percurramus.

Plures ex ijs ad fidē conuersi.

d Ibid. cap. 815.

Renouata cōtra thalmud. alias veterum Pont. decreta.

e Ead. ann. 4 p. 1. ep. cur. 190.

32. 33 Debilitata in Hispania ex illata superiori anno a Granatensibus clade Christiana res fluctuabat, nec metus aberat Saracenos Africanos ea excitatos victoria magno agmine in illa regna irrupturos: ad quorum auertenda consilia propulsandosque conatus Pontifex operam dedit f, vt classis compararetur, quæ ipsos traiectu arceret. Attribuit itaque Dionysio Regi Lusitaniæ triennalem decimam ex sexennali in Viennensi cōcilio indicta, in illius classis sumptus conuertendam. Cum vero Dionysius ob effusa in Sanctum pontem filium studia Alfonsi filij arma in se conciasset, Ioannes ea dissidia componere studuit.

Classis ad arcendos Hispania Africanos comparata.

f Ann. 4. p. 1. ep. cur. 418.

34. 35 Plena turbarum etiam erat Castella a ob Ioannis & Petri principum in pupertate Alfonsi tutorum mortem, proceribus fidei obliris ad rerum fastigium annitentibus: cum enim Reginæ imbecillitas, grauissimis regni curis impar, plerisque contemptui esset, Ioannes Emanuel remotior stirpe, sed florens opibus regioque sanguine satus, regiæ procuratoris prouinciam inuasit iniuria, ac maximos motus excitauit; eoque discordia progressa, vt non prouinciæ modo, sed etiam vrbes factionibus scissæ magnos studio partium tumultus facerent: cum Romanus Pontifex de calamitoso adeo rerum statu certior factus, Ioannem Emanuelem apostolico imperio monuit, vt tutoris nomine abstineret: Compostellanoque & Tolerano archiepiscopis, atque episcopo Burgensi prouinciam dedit, vt ad sedandas b inter principes dissensiones summo studio incumberent, ac Ioannem c Emanuelem cœptis abduicerent: Guillelmo vero Cardinali prouinciam iniunxit d, exaratis 11. non. decembris literis, vt si princeps monitis ad munus, quod inuaserat, relinquendum flecti non posset, rescissis contrarijs prærogatiuis, intentato censurarum ecclesiasticarum terrore ad officium adduceret, omnesque coitiones ac fœdera, quæ concordiæ obsisterent, auctoritate apostolica conuelleret.

a Ex Mariā l. 13. c. 17. Castella in discrimen adducta.

Pontifex opem ferre satagit.

b Ann. 4. p. 1. ep. cur. 138. 119.

c Ann. 5. p. 1. ep. cur. 31.

Ioāne Manuel a ministratiōē abijcere recusat.

d Ann. 5. p. 1 ep. 2 n. 189.

Ioan. Manuel em ad officium reuocare nititur Pont. Scoticum in Anglos bellum.

e Ann. 4. p. 1 ep. cur. 318. 319. 320.

36 Iactabatur hæc inter Scotico bello Anglia; & licet Pontifex incendij flammam omni opera restinguere esset conatus, incussisset censuras e, ac seri sacra in Scotia vetuisset, indixisset etiam apostolica auctoritate inducias, vt earum beneficio facilius concordia reuocaretur; adeo tamen mutuo odio efferati erant animi, vt armis non abstinerent, ac præcipui Scoti superioribus elati victorijs in Angliam facta irruptione late regiones popularentur. Pontifex itaque cum antea nonnullos præsules ob violatum ecclesiasticum interdictum, atque Robertum Brusium ob non seruatas inducias illataque Angliæ clades, templa euersa, direptaue iudicio postulassent, neque ij die constituta ad dicendam causam coram sede Apostolica comparuissent, S. Andreæ, Dunchelmensem, Arbordensem, & Morauiensem antistites ob peracta non rite diuina, cum indictum sacrorum iuitium fuisset, damnatos contumaciæ, atque etiam Robertum Brusium ob spreta toties imperia apostolica anathemate percussit f.

Principi Scotiæ præsules notati anathemate.

f 1. p. 1. ep. fer. 553. & ep. fer. 554. & an. 4. ep. cur. 10. 2. & 1. 3 p. 2. ep. fer. 388.

37. &c. Contulere g se ad sedem Apostolicam proximo ab ea lata sententia tempore Roberti Brusij oratores, vt Pontificis ei animum conciliarent: ac propositis suæ causæ argumentis, peritaque si qua in re lapsi essent venia, flexere Ioannem, vt censuras ad anni insequentis kal. aprilis remitteret, vt excurrente illius temporis spatio Anglos inter & Scotos pax componi posset, ad quam agitandam dies fuerat constituta: at nouæ difficultates exortæ sunt, cum Pontifex Robertum regio nomine cohonestare detrectaret. Robertus enim nullam se pacis mentionem admissurum professus est, nisi regio nomine ornaretur, & ne literas quidem Pontificis, si eum titulum non ascriberet, excipere dignatus: adeo vt demum Ioannes concordiæ studio in literis regium titulum xii. kal. nouembris ascripserit h, professus se ea appellatione Eduardi iuribus, quæ in Scotiam obtineret, non detrahere. Datis etiam ad Robertum literis Clementis V. sanctionem illam insertuit, qua cautum erat, Romanum Pontificem non censendum cuiquam regiam dignitatem confirmare, quamuis vel literis id nomen adscribat, vel alia quauis ratione vt Regem pertractet. Delinire vero

Comes Brusio defert Pontifex.

g 1. 2. p. 1. ep. fer. 553. & ep. fer. 554. & an. 4. ep. cur. 10. 2. & 1. 3 p. 2. ep. fer. 388.

h 1. 2. p. 1. ep. fer. 404.

Eduar-

Edwardi animum studuit a, vt æqui bonique acciperet, si Robertum pacis studio regio nomine honestaret: nec fui consilij esse ipsius iuribus quidquam detrahere; sed cum rerum necessitas exposceret, in eam demum sententiam descendisse; assentiretur itaque optimo consilio, nec se aliquorum inanibus verbis subornari pateretur: atque adeo in dandis ab sede Apostolica huiusmodi literis conniueret.

a Ib. ep. 397. Edwardum Ioannes pontificij in hac re consilij admonet.

Delato itaque ea ratione Roberto Brusio regio nomine Pontifex biennales inducias inter Angliæ & Scotiæ Reges indixit b, eo loquendi genere vsus, cum antea c inter Eduardum Regem Angliæ & Robertum regentem regnum Scotiæ, vel gerentem d se pro Rege Scotiæ, dicere consueuisset. Eaque appellatione consentus Robertus, qui inducias a Pontifice imperatas literis, quibus regio nomine decoratus non fuerat, violarat e; has demum seruauit, vt ex Boethij dictis colligitur: ac demum Angliæ crudelissimo bello iactata conquieuit. Cæterum Eduardum hoc anno mille marcharum censum ob Angliæ & Hiberniæ regna sedis Apostolicæ beneficio obtenta pontificio ærario intulisse, Ioannis syngrapha de eo accepto VI. kal. iunij huius anni exaratum docet f.

b Ibid. epist. fecr. 394. c Ib. ep. 448. d Ann. 5 p. 1 ep. cur. 60. e 1, 2. epist. secr. 393. Biennales inducie inter Angliæ & Scotiæ Reges pro mulgatæ. Solutus ab Eduar. Angl & Hiber census. f Ann. 4. epist cur. 755.

43. &c. Collustrata hoc anno est nouo splendore gloriæ Anglia ascripto solemni ritu a Pontifice sanctis Thoma episcopo Herefordensi, de quo a nobis iam ante actum est g, & insigna sanctitatis argumenta ab Harpsfeldio referuntur h; *Illum*, inquit, *crebra & paucis annis ad centum sexaginta tria post obitum miracula mirifice orbi commendarunt*: De eodem Bernardus hæc tradit i: *Anno Domini* MCCCXX. XV. *kal. maii apud Auenionem canonizauit, & sacrorum confessorum catalogo annotauit cum solemnitate in huiusmodi consueta. S. Thomam episcopum Herfordensem a transitu eius anno* XXXVIII. *qui fuit vir nobilis generis, nobiliorque vita & moribus, preditus scientia & doctrina: doctor in decretis, & magister in theologica facultate. Cuius preclara & ingenia merita ingens fama virtutum tam precedentium, quam sequentium miraculorum longe lateque declarat; non solum in beneficijs & remedijs sanitatum, verum etiam pluribus mortuis eius meritis suscitatis, in quibus mirificauit Dominus sanctum suum, & colendum exhibuit vniuersis.* Extant in regesto pontificio literæ l eodem argumento exaratæ, quæ etiam in bullario typis mandatæ sunt, in quibus etiam Pontifex sanctissimi episcopi virtutes in luce collocat.

g Ann. Christi 1287. n. 16. h Harpsf. hist Ang. ecclesiast. sæc. 13. c. 21. Illos ebr. Rõ Pont & mss bibl. Vat. sign. 3765 in 8. xxii. Prol Luc. in hist. eccles. n. 42. & alij. i Ann. 4. p. 1. ep. cl. 1062. & bullar. in 8. xxii. ep. fin. 7.

50 Conditus est per hæc tempora nouus religiosorum virorum ordo, cui montis Oliueti nomen est, auctore B. Bernardo Senensi, de cuius instituta sacra disciplina agit Ferarius m; narratque Guidonj episcopo Tarlatino Deiparam albis indutam vestibus in somnio se obiecisse, recentemque congregationem ei commendasse, ipsumque inter diuina mysteria candida veste induisse imperata vitæ religiosæ a S. Benedicto traditæ formula.

Ordo montis Oliueti conditur. m Ferrar. cat. sanct. Ital. die 22. aug. ex chron. Oliuetan.

51 Editum hoc anno circiter ingens miraculum. Auinione implorata Virginis ope m.s. Vaticani auctor refert his verbis n: *Anno* MCCCXX. *vel circa Auinione, duobus pro crimine sodomia commisso vno iuuene & alio iuuene ignis incendio adiudicatis, eisque ad columnam ligatis & accensis, minor ille ad inuocationem B. Marie virginis, sine cremato, illesus exiuit; vnde dictus dominus Papa capellam in eodem loco construi fecit, & dotauit pro perpetuis capellanis: quam capellam de miraculis intitulauit.* Confirmant auctoris dicta Pontificiæ literæ o de condito sacello iuxta Auenionem in loco, cui Bestel nomen est, in quo beatissima Virgo ingens miraculum patrasse, multis illud spectantibus, ferebatur.

Adolescēs Virginis ope e rogo salutis exit. Conditum in eo loco sacellum. n Mss bibl. Vat sign. 3765 in 8. xxii. o 1 8. p. 1. ep. secr pag. 177

IESV CHRISTI Annus 1321. Indict. 6.

IOANNIS PP. XXII. annus 6. VACANTIS IMP. OCCID. 8. ANDRONICI IMP. OR. 38.

Fides propagata apud Tartaros.

1. &c. EFflorescente a apud Tartaros religione Christiana, quam Abuscanus Cosogani Aquilonaris Tartariæ Regis filius Hieronymi Caphensis episcopi opera amplexus erat, Romanus Pontifex, cum iam Hieronymus, postquam propagandæ latius apud infideles religionis Christianæ consilia cum sacro senatu contulisset, reditum ornaret, datis ad Abuscanum literis, piorum ipsum cœtui, exutis erroribus veteribus, so aggregasse gratulatus est b, vtque ad subditos ad euangelij lucem e superstitionis tenebris euocandos incumberet, est adhortatus: c tanto enim opere immortale decus ab ipso collectum iri. fauebat c etiam Christifidelium rebus Mussaydan Imperator Tartarorum, ac viros religiosos ordinis Minorum Petrum & Iacobum beneuolentia prosequebatur: qua de re Pontifex, vt barbarum ad Christi fidem pelliceret, gratias ei egit d, significauitque se in spem maximam induci, ipsum Christiana sacra suscepturum; vtque Tartaros, qui in suo imperio baptismalibus sacris initiati erant, haberet commendatos excitauit. Oprime etiam meritus de re Christiana videbatur Zopan Begilay aliorum Tartarorum Rex (ea enim natio, tum victarum gentium multitudine celeberrima, regna amplissima ad extremas vsque septemtrionis, meridiei, atque orientis oras obtinebat) ac Pontifex propagandæ religionis pio desiderio incensus, vt illius studium erga Christianos prolectaret, ad ipsum quoque scripsit e.

a Ann. 3. ep. secr. p. 87. & an. 6 p. 1. epist. cur. 34. Abuscanus Regis filius Christian. b An. 6. p. 1. ep cur. 40. & 3. epist. secr. pag. 87. c Ead. p. 87. & an. 6 p. 1 ep. cur. 34. Mussaydã Imp. Tart. in Christianos benefectus. d Ibid. Ad religionem eum allicere studet Pont. Item Zopã Begilay Regem. e 1. 3 ep. secr. p. 86. & an. 6 p. 1 ep. cur. 38.

4. &c. At quamuis Tartarorum Imperator ac Reges egregie erga Christianos affecti essent, non deerant tamen viri scelesti, qui vel maleuolentia suffusi, vel etiam dæmonum furijs perciti improbitatem exercerent in ipsos; quos vt in constantia Christi vicarius confirmaret, indulgentiarum præmia ijs proposuit f, qui ob susceptam fidem aliqua iniuria afficerentur, vel ad barbaros ad Christum adducendos incumberent, vel pronuntiata Christi ac Deiparæ nomina religioso corporis flexu prosequerentur.

Confirmat ipsos ad constantiam. Pro Christo cõmunitas parẽtibus indulgentias impertit. f 1. epist. secr. pag. 89.

11. &c. Pellicere etiam Armenios, qui in Tartarorum imperio versabantur, atque alios orientales ad Romanæ ecclesiæ obsequium studuit; vtque fidem a patribus acceptam incorruptam seruarent, ipsis conceptam eadem verborum forma professionem fidei, quam Armenijs alijs propositam vidimus præscripsit g: tum quid de purgatorio, non iterando baptismate, transubstantiatione in augustissimo missæ sacrificio, quidque de alijs sacramentis credendum obseruandumque esset, docuit h.

Armenios ad coniunctionẽ cum Rom. eccl. solicitat Ioannes. g Ann. Christo 1318 n. 10. & Annal. ad XIV. an. 1262 num. 75. h An. 8. p. 1. ep cur 22. exstat etiam in Mss Sarch. Vatic. de reb. Tartar. fide & scbis. pag. 81

15. 16 Hoc anno in exitium Græcorum res adduxit i ciuilis discordia, de imperij successione exorta. Andronicus enim senior in filium secundum natu Constantinum, nepote Andronico iuniore Michaelis primogeniti extincti filio excluso, transfundere imperium in animum induxit. Ob eam iniuriam efferatus ira iuuenis l, Constantinopoli fuga se subduxit: vtque in eum prona erant hominum studia, præpotentem exercitum collegit, aduersusque Constantinopolim castra mouit. Redintegrata pace communium amicorum opera, partitum inter auum & nepotem imperium. Sed non illa diu tenuit, iterumque in priores discordiarum fluctus coniectum imperium est: quibus dum agitabatur, excitis in auxilium Turcis inuadendæ Europæ patefactus est aditus.

Præcipitem in exitium Græcorum res. i Io. Cantacuz. l. 1. cap. 1. & seqq. Nicef. Greg. lib. 8. Georg. Pachym. l. 1. c. 110. Andronici filio eripere imperium molitur Andronicus. Iuuenum nepos bellum parat.

Turcas Andronicus senior in Europam vocat. Cantacuzen & Gregoras mutuo se dictis contrarij.

Andronic. senior schismatis fautor imperium orientale ruinæ obiecit.

Exitij Græcis imminentis præsagia.

a Greg. l. 8. Minoritæ duo ab hæreticis trucidati.

adictus. Differunt de eo bello ciuili pluribus Ioannes Cantacuzenus ac Nicephorus Gregoras, qui contrarijs studijs implicitè non minus inter se dictis quam alij armis pugnare videntur. Illud vero exploratum est, Andronicum seniorem, dum a Romana abhorret ecclesia, Turcasque vt amicos vocat, Græcorum imperium ruinæ obiecisse. Antequam autem eiusmodi bellum oboriretur, prodigium ingens Andronicum horrore perculisse, narrat Gregoras a, nimirum, intempesta nocte horribiles hinnitus editos ab equo picto, cui S. Georgij martyris effigies inlidebat, & columnam ante orientalem arcem pluribus diebus agitatam, omnibus ad spectaculum concurrentibus: sed de schismaticis hactenus.

17 Iam ad hæreticos narrationem traducimus, qui affecere martyrio hoc anno duos Minoritas Cathalanum Fabri & Paschalem, qui cum pio studio incorruptæ fidei acceptæ a patribus tuendæ in Valentinum Lugdunensis Galliæ municipium, cui Cabioli nomen est, se recepissent, vt de nonnullis in haresim relapsis & alijs ea infectis le cognoscerent, accensi furore homines impij coniuratione facta cum ijs, qui in oppido erant, noctu armati irrupere; ac sanctos viros adorti gladijs concidere: vtque furorem satiarent, lethalibus non contenti vulneribus, etiam vltra mortem sæuierunt. Luget tantam inmanitatem Pontifex in literis ad Valentinum & Viennensem episcopos datis b, quos in tanti flagitij auctores animaduertere iussit, atque ad tundendam improborum licentiam magistratuum ac nobilium virorum potentiam implorare. Martyrum corpora Valentiam sanctimonialis præcipua opera, quæ cælesti ipsorum viso valetudinem recuperauit, translata, & in sacello Minoritarum sepulchro mandata sunt: moxque cum multis miraculis eorum gloria effloreret, Pontifex Valentino episcopo, vt de ijs religiosum examen institueret, partes commisit c.

b Mun. 6. p. 2 ep. an. 41.

De miracu lis inquiri iubet Pont. c Ibid. epist. an. 43.

18. 19 Grassabantur eodem tempore in variis Christiani orbis partibus multi hypocritæ quorum alij mentito, vt supra indicatum est, sanctitatis habitu pura sancti Francisci instituta, vt sonabat vocum simplicitas, postpositis cuiusuis conquisiti sensus ambagibus, colere iactabant: atque ita spretis Pontificum circa eandem Franciscanam disciplinam decretis, commenta sua erroresque propagabant: quamuis hæc secta, quæ Cælestini V. auspicijs cœpisse ferebatur, postea a sede Apostolica damnata esset: alij tertij ordinis S. Francisci sacram tonsulam seruare præ se ferebant; sed cum graues errores apud eos pullularent (nonnulli enim ex ipsis ecclesiastica sacramenta ludibrio habebant) ac res in fidei & sacræ fratrum Minorum familia exitium vergebat, quare præsulibus ac fidei censoribus prouinciam dedit Pontifex, vt d ad dissipandam sectam illam incumberent.

Pestifera Bizochorum secta.

d An. 6. epist. cent. 189.

20. &c. Repressus a Romana ecclesia eodem tempore nouus error, quem Ioannes de Poliaco Parisiensis doctor ecclesiasticæ disciplinæ sanciendæ specie, re autem vera religiosorum ordinum ac pietatis odio insinuabat incautis: docebat enim e in scholis, spargebatque in populum exhomologeses apud monachos factas non rite expiare conscientias, nisi eadem crimina a fidelibus suis parochis iterum aperirentur; atque ad confirmandam sententiam in prauum sensum decretum Lateranense concilij, *Omnis vtriusque sexus*, detorquebat. Adducta est ea controuersia ad sedis Apostolicæ tribunal, iudiciaria dirimenda sententia; atque diutius a theologis, allatis hinc inde argumentis contrarijs, agitata: de qua insignem tum editum commentarium f e Vaticanis monumentis in lucem produximus in annalibus prolixioribus. Idemque

Ioannis de Poliaco error.

e Hist. Bicinl. m. f. Vat. sig. n. 4049. pag. 261.

Ingès inde lis exorta.

f M. f. Vat. bibl. sign. an. 4109. p. 265

præstiterunt Henricus Herueus a supremus ordinis Prædicatorum magister (egitque non tam monachorum, quam Ecclesiæ vniuersalis causam aduersus temerarium nouatorem & eius sectatores) Petrus Paludanus postea patriarcha Ierosolymitanus b, & alij.

a Extat in m. f. Vat. sign. n. 4109 pag. 196.

b Extat in eod. m. f. pag. 216

37. &c. Discussa diligentissime hac controuersia a doctoribus, vt dictum est, tum a præsulibus, nec non a Cardinalibus, & a Pontifice, demum lata est hæc iudiciaria sententia c.

Apostolica aduersus errores ioannis e Polia co sententia

c Extra Vat. electionis de hæret.

Ioannes, &c. Dudum, cum dilectum filium magistrum Ioannem de Poliaco sacræ theologiæ doctorem certis ex causis de fratrum nostrorum consilio ad nostram præsentiam vocauissemus, fide digna relatio ad nostrum perduxit auditum, quod ipse in quibusdam articulis tangentibus pœnitentiæ sacramentum non sobrie, sed perperam sapiebat, intrascriptos articulos, periculosos continentes errores, docens publice in suis prædicationibus & in scholis. Primo siquidem astruens, quod confessi fratribus, habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenentur eadem peccata, quæ confessi fuerant, iterum confiteri proprio sacerdoti. Secundo quod stante, *Omnis vtriusque sexus*, edicto in concilio generali, Romanus Pontifex non potest facere quod parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti confiteri, quem dicit esse parochialem curatum; immo nec Deus posset hoc facere, quia, vt dicebat, implicat contradictionem. Tertio quod Papa non potest dare potestatem generalem audiendi confessionem: immo nec Deus, quin confessus habenti licentiam teneantur eadem confiteri proprio sacerdoti, quem dicit esse, vt præmittitur, proprium curatum, &c. [Interiectis nonnullis, vt Ioannes de Poliaco a doctoribus conuictus argumentorum vi in Cardinalium sacro senatu opinionem malesanam reuocarit; sanxit hæc Ioannes:] Omnes articulos, & quemlibet eorum tanquam falsos & erroneos, & a doctrina sacra deuios auctoritate apostolica condemnamus, & reprobamus de fratrum nostrorum consilio; prædictorum doctrinam contrariam veram, & contrarium esse catholicum asserentes, scilicet quod illi, qui prædictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quam si ea alias confessi fuissent eorum proprio sacerdoti, iuxta concilium generale, &c. [Edixit deinde, Alexandri IV. & Clementis IV. secutus vestigia, ne quis eos errores amplius disseminare ac tueri auderet, Ioannemque de Poliaco publice in scholis & concionibus sacris priores errores damnare iussit.] *Dat. Auenione VIII. kalendas Augusti anno* V.

Reuocati fuere a Ioãne e Poliaco in senatu Cardd.

40. &c. Hoc anno Fridericus Trinacriæ Rex, violato solemni olim inito fœdere de restituendo post mortem regno Caroli posteris, Petrum filium coronæ redimiri d, ac proceres sacramento in illius verba adigi iussit. Ita ab Aragonijs parta Sardinia est fallaci pacis pollicitatione, nec Sicilia restituta, demumque aucto imperio Aragonio Galli Neapolitano regno depulsi.

d Dio. Vill. l. 9 c. 133. Sur. l. 6 c. 41.

Galli Neapoli depulsi.

43 In Anglia e, nimia Spenseriorum, qua apud Regem florebant gratia, atque iniusta principibus potentia, quam cumulatis in eos nouis opibus confirmarant, Hunfridum Herefordiensem, & Thomam ducem Lancastriæ ad eam euertendam concitauit: comparatis ij copijs Regem Eduardum, vt eos aula eijceret, adigere sunt aggressi. Peruenerant aliqua ad S. Albani cœnobium agmina, prædasque agere cœperant; cum Deus in eorum ductorem vltionis exemplum statuit: furore enim ac rabie inflammatus seipsum discerpsit, ac secundo a patrato flagitio die in oppido, cui Alysbury nomen, animam euomuit.

e Vualsingh. hist. Angl. in Eduard. II.

Anglipræceres in Eduardum conspirant.

Sacrilegi militis supplicium.

Duces

Duces Londinum aduolarunt cum exercitu, ac Regem, quamuis primum nomini secundum leges & iura acturum se in Spenserios pronunciasset, vt ipsos causa non cognita multaret exilio compulere; paxque redintegrata. Sed ea parum tenuit; cum enim Bartholomæus de Baletmere illius coniurationis particeps Reginam Isabellam in suam arcem admittere detrectasset, iudicatus hostis est, bellique prioris flamma in incendium atrox erupit, quod in sequentes annos grassatum postea videbitur. Iam Gallicas res perstringamus.

a t.3.p.1.ep. secr.pag.1. Francorũ Rex morbo ab expedit. Asiatica retardatur.

b Ead.pag.1

c Ibpag.14.

44. 45 Florebat placidissima pace Francorum regnum, atque in eum rerum statum agitata toties Asiaticæ expeditionis consilia perducta erant a, vt Philippus Rex firmum sacri belli suscipiendi animum haberet, ac profectionis diem Christi vicarius indicturus esset, toroque Christiano orbe promulgaturus, vt crucesignati ad portus maritimos confluerent, cum pia illa consilia aduersa Regis valetudo retardauit b. Pontificem itaque exorauit c Philippus, vt indicendam expeditionem a S. Martini festo ad recurrentem sequenti anno purificatæ Virginis solemnitatem extraheret: sed funesta rei Christianæ Regis mors ineunte sequenti anno eadem consilia dissipauit.

Thomas Aquinas miraculis inclaruit.

46 Efflorescente Thomæ Aquinatis sanctitatis gloria ob plura miracula eius beneficio patrata, tum etiam Reginæ Siciliæ Caroli II. relictæ vidua, ac filiorum principis Tarentini comitisque Gratinensis, atque Neapolitanæ academiæ precibus adductus, Anagnino & Terracinensi episcopis prouinciam dedit d, vt publica acta de illius miraculis conficerentur.

d Ann 5.p.2. ep. ch.1373. Raynaldus archiepisc. Rauennas pie moritur.

47 Nunc præsentem annum felici alterius viri sancti, Raynaldi scilicet Rauennatis archiepiscopi exitu claudemus, adductis in medium verbis Rauennatium rerum scriptoris cultissimi: *Anno*, inquit Hieronymus Rubeus e, MCCCXXI. *non absque luctu apud omnes sanctitatis opinione, quintodecimo kal. septembris tranquille decessit, in cælestem patriam euolauit omni vir laude merito cumulandus qui cum magnarum rerum humanarum vsu tractatoque religionem & pietatis rerumque æternarum earum continuam perpetuo habuit. Sepultus est in monumento ex marmore in æde Vrsiana: quod cum superioribus annis Iulius Fœtrius ab Rauenna Cardinalis Rauennatum archiepiscopus aperiri coram se mandasset, viri sancti cadauer, vt ipse mihi affirmauit Cardinalis, integrum ac pene recens promissa barba, statura procera, ingenua forma & specie ad dignitatem apposita inuentum est. Ad eius cadauer, cum adhuc in sepulchrum illatum non esset, multa miracula, & insequentibus etiam diebus & annis sunt facta &c.* Nonnulla recenset auctor.

e Hier.Rub. hist.Rau.l.6 & ex eod. Sur.to.VII. 18 aug. Ferrarien uero scrib.25.eod die.

Eius corp⁹ corruptionis expers inuentum.

Patrata eiusdem opera miracula.

flo.Vill.l 8 c.135. Dantis mors.

48 Rauennæ etiam obiisse hoc anno refert Ioannes Villanus Dantem Aligerium nobilem Florentinum patria extorrem, literis humanioribus, poesi Italica, & eloquentia clarum. Scripsit inter alia Latino sermone librum de monarchia, in quo multa aduersus supremam Pontificis auctoritatem, quam in Romanum imperium ex singulari translationis imperij iure, tum in omnia orbis regna & imperia indirecte non ad temporarium lucrum, sed ad salutem hominum accepit, multa garrire ausus est; iniecitque occasionem vt multi alij eo argumento scripserint. Confutat eius opinionem grauissimis argumentis S. Antonius g.

Scripsit de monarchia

g ant.3 p.tit 21 c.3.§.3.

IESV CHRISTI annus 1322.

Indict.1.

IOANNIS PP. XXII. VACANTIS IMP. OCCID. 9. annus 7. ANDRONICI IMP. OR. 39.

1 EDidit diuina iustitia a hoc anno insigne seueritatis iuæ exemplum in improbos idololatras Ecclesiæque hostes infensissimos Fridericum de Monteferetro ac facinoris socios; ad quorum reprimendam impietatem Pontifex superiori anno religiosam militiam, dato crucis symbolo, ac propositis indulgentijs indixerat, fideleque vt fœdam pestem e Christiano orbe depellerent, concitarat; de quibus hæc ex Ioanne Villano b S. Antoninus c: *Cum tunc dictum marchio, qui erat pro Ecclesia, cum copijs suis Recanatum impugnaret, & tunc comes Fridericus Vrbini existens, magnam talcam seu impositionem pecuniæ communitati indixisset, vt posset in succursum accedere cum stipendarijs episcopi Aretini & Castruccij Recanatum; Deo disponente, in detestationem & indicium illius Friderici subito populus Vrbinas tumultuans arma corripuit contra dictum Fridericum: qui impromissus se clausit in arce ciuitatis, & a populo obsessus, videns se non posse defendere vel euadere, se populo tradidit misericordiam postulans ab eo; & pro grata postulans se decapitari, & non magis illudi & crudeliore morte damnari. Descendens ergo de arce simul cum filio, se spolians & funem in gutture habens populo se obtulit misericordiam clamans. At populus irritatus contra eum, nulla misericordia motus est: sed ipsum interficiens cum filio, postea mortuum per terram traxerunt huc inde, vituperia multa circa illum inferentes: & quia in excommunicatione mortuus, ideo sepultura asini sepultus est, non ecclesiastica.*

a Ann.3.p.tit 21.c.4. Iidicti.

b Vill.ibid.

c Ann.ibid

Friderici comes Montisferetri misericordiã fictura peiit.

Trucidatur cum filio.

2. &c. Cuius maior natu filius Guido a paterno in Ecclesiam odio non degener, qui plures in Piceno motus excitarat, ex Vrbinatium manibus fuga lapsus, insequente illum diuina iustitia, in fidissimi clienti Ecclesiæ Cantis Gabrielis patritij Eugubini potestatem cecidit; a quo mox in vincula coniectus est: qua de re certior a Cante factus Pontifex, Guidonem Amelio Piceni præsidi tradi iussit d. Impositum e est alijs literis munus eidem Amelio abbati Tolosani monasterij S. Saturnini Piceni præsidi, vt in Guidonem Friderici filium aliosque rebellionis participes ex legum præscripto animaduerteret. Sumptum de ijs supplicium indicat S. Antonius f, dum addit: *Duo alij filij eius, fugientes ex Vrbino, Eugubij capti sunt, & alter Paruulus in Vrbino: & sic impletis iniquitatibus eorum de Montefeltro, qui semper fuerant rebelles & persecutores Ecclesiæ, exterminauit eos Deus de terra.* Similiter narrat Ioannes Villanus g Piceni præfectum, cæli apud Recinetum nepotis dolore percitum, vrbem in tantillas redegisse, ac mœnia funditus, obiecta ciuibus idololatriæ infamia, diruisse: eam rem crudelitati versam, cum Recinetenses, exso Friderico sponte electis præsidiarijs viro pontificio præfecto deditionem fecissent: diuinæ tamen sententiæ, grauissima illorum scelera vlciscenti ascriptam. Prona ad victoris obsequium reliqua fuere: Assilinates ad deditionem compulsi h, eorumque propugnacula solo æquata: Auximates i in ea rerum conuersione in Pontificis potestatem rediere, quamquam postea Lipacius paucis post mensibus Firmanorum armis Auximum Ecclesiæ eripuit l. Fanenses m ad pontificias partes traducti, ex quorum dissensionibus occasione sumpta, cum Ioannes Superantius Venetorum dux ecclesiasticæ ditionis iura affectaret, Pontifex cenlu-

Fius maior natu filius comprehẽsus.

d Ead.s.3.ep. secr p.106. eiusd.

Friderici excisa posteritas. Recipiũtur exules.

g Vill.l.9 c.142. Ann. ubi sup.

Assilinates compulsi ad deditionem.

h Vill.l.9 c.138.

i Ead lib.9. c.141.

Auximates ad Pont. imperia reuertuntur.

Illud c.161

Fanenses

m Ead. lib. c.139.

Incussæ Venetis mingrarum religionem obiecit Venetis, ac nisi male cœpta reuocarent, in eos Reges principesque se concitaturum, est comminatus [a].

a *l.3.ep.secr. pag.144.* Robertus Rex Sicil. a Florentinorum præfectura discedit.

5. &c. Inter has ditionis ecclesiasticæ seditiones præerat Vrbi Robertus Rex, qui illius administrationem acceperat a Pontifice, creatusque ab eo fuerat imperij in Insubria legatus, dum interregnum esset, ac magna vtrique belli moles aduersus Vicecomites Mediolanenses, qui id munus iniuria sibi arrogarant, incumbebat; iamque superioribus annis adhibiti conatus ad nihilum reciderant. Tentata itaque a Pontifice hoc anno noua consilia, atque inijsse cum Friderico Austriæ duce altero Rege Romanorum discordibus suffragijs electo fœdus, refert Ioannes Villanus [b], vt coniunctis copijs Matthæum Vicecomitem euerteret. Concitarat enim Ioannem aduersus Matthæum non accepta modo inuito ipso Insubriæ præfectura, oppugnatio Genuæ, Guelphorum & clientum Ecclesiæ depressio; verum etiam intolerabilis censurarum ecclesiasticarum contemptus, cleri oppressio, nefanda crudelitas & impietas, adeo vt Aycardus Mediolanensis archiepiscopus indecretoria aduersus eum sententia hoc crimine damnauerit: *De sacramentis*, inquit, *male sentiens, ac clavium & Ecclesiæ potestate, ipsaque contemptibiliter vilipendens, diutius fuitimunt plures excommunicationum sententias latas in ipsum*, & infra, *tam ab homine quam a iure; ac interdictum ecclesiasticum, cui prafata ciuitas Mediolanensis, ipsius Matthæi exigentibus culpis, suppositia fore dignoscitur, fecit multoties violari, lacerum corpora defunctorum in ecclesijs, & cœmeterijs pulsatis campanis, ministris ipsarum inuitis & renitentibus, faciens sepeliri: id idem fieri faciens in terris & locis, qua per filios suos detinet occupata, simili suppositis interdicto. Preterea Zacharinam filiam suam, quæ ipso præsente cum Richardino de Langusio in ecclesia facie publice per verba contraxerat de præsenti, nulla diuortij sententia precedente, alteri de facto, dicto Richardino viuente, matrimonialiter copulare præsumpsit.* Pergunt vertere crimini Matthæo, ipsum præsulum synodos religiosorumque cœtus celebrari, sacrasue haberi conciones vetuisse, neque obillius tyrannidem immanem sacramenta rite porrigi, aut vitia corripi, vel hæreses excindi potuisse; hæreticorum societate se inquinasse, eosque sibi in fidissimos administros asciuisse. Denique addunt dæmonum commercio vsum esse: *Dæmones preterea, quorum est seruus effectus, & cum quibus confœderationem fecisse videtur, desperatus de diuina potentia multoties execrabiliter inuocauit, & quæsiuit ab eis responsiones & consilia in agendis. Resurrectionem quoque corporum humanorum, quam fides catholica docet, & sancta Romana ecclesia profitetur & tenet, impie negat, dicitans a fidei veritate, &c.* Addita [d] sunt minis arma, hinc in eum Pontificis & Roberti Regis copiæ, inde Florentini, Bononienses, Senenses, alijque Guelphi fœderati conflurrexere [e]. Parre alia Aquileiensis patriarcha densis agminibus stipatus, atque Henricus Friderici Regis Romanorum designati frater cum equitatu grauioris armaturæ, aliaque crucesignatorum multitudine signa extulere.

Eius scelera.

Vt dæmoni esset addictus.

Quæ fierit illius responsa.

b *Io:Vill l.9 c.143. Ann 3 p.m. 21.c.9. §.13.*

c *l.3 ep secr. pag.156.* Cæsores fidei in Matthæum sententiam ferunt.

d *Ib.p.157. 158.*

e *Ib pag.186* Henricus Friderici Austr. frater in Matthæum arma vertit. Matthæus hostibus impar confugit ad dolos.

9. &c. At Matthæus cum Henrici potentiam formidaret, ipsum suis fraudibus mox irretire cœpit, oratoresque ad Fridericum Austriacum misit, blande exposituros, se imperij causam sustinere, atque ob illius defensam dignitatem bello petijsse, ac si Robertus Rex Insubria potiretur, Germanos Cæsares Italiæ aditu & imperio excludendos. His permotus Fridericus pontificium fœdus damnauit, fratremque ancupata rixandi occasione redire iussit. Inter hos tumultus exeunte iunio Matthæus Vicecomes nonagenario maior in schismate & hæresi, obijt [f]; atq; eius maior natu filius Galeatius, Mediolanensium ducem se dicit.

Fridericus & Henricus fratres capti a Lud.

f *Ben. lib.9. cap.151.*

Galeatius Mediolanensium ducem se dicit.

a *Rod l.c.180* Ab ipsis eijcitur.

Galeatius, dum interregnum esset, ac magna vtrique belli moles aduersus Vicecomites Mediolanenses, qui id munus iniuria sibi arrogarant, incumbebat; iamque superioribus annis adhibiti conatus ad nihilum reciderant. Tentata itaque a Pontifice hoc anno noua consilia, atque inijsse cum Friderico Austriæ duce altero Rege Romanorum discordibus suffragijs electo fœdus, refert Ioannes Villanus [b], vt coniunctis copijs Matthæum Vicecomitem euerteret. Concitarat enim Ioannem aduersus Matthæum non accepta modo inuito ipso Insubriæ præfectura, oppugnatio Genuæ, Guelphorum & clientum Ecclesiæ depressio; verum etiam intolerabilis censurarum ecclesiasticarum contemptus, cleri oppressio, nefanda crudelitas & impietas, adeo vt Aycardus Mediolanensis archiepiscopus indecretoria aduersus eum sententia hoc crimine damnauerit: *De sacramentis*, inquit, *male sentiens, ac clavium & Ecclesiæ potestate, ipsaque contemptibiliter vilipendens, diutius fuitimunt plures excommunicationum sententias latas in ipsum*, & infra, *tam ab homine quam a iure; ac interdictum ecclesiasticum, cui prafata ciuitas Mediolanensis, ipsius Matthæi exigentibus culpis, suppositia fore dignoscitur, fecit multoties violari, lacerum corpora defunctorum in ecclesijs, & cœmeterijs pulsatis campanis, ministris ipsarum inuitis & renitentibus, faciens sepeliri: id idem fieri faciens in terris & locis, qua per filios suos detinet occupata, simili suppositis interdicto. Preterea Zacharinam filiam suam, quæ ipso præsente cum Richardino de Langusio in ecclesia facie publice per verba contraxerat de præsenti, nulla diuortij sententia precedente, alteri de facto, dicto Richardino viuente, matrimonialiter copulare præsumpsit.* Pergunt vertere crimini Matthæo, ipsum præsulum synodos religiosorumque cœtus celebrari, sacrasue haberi conciones vetuisse, neque ob illius tyrannidem immanem sacramenta rite porrigi, aut vitia corripi, vel hæreses excindi potuisse; hæreticorum societate se inquinasse, eosque sibi in fidissimos administros asciuisse. Denique addunt dæmonum commercio vsum esse: *Dæmones preterea, quorum est seruus effectus, & cum quibus confœderationem fecisse videtur, desperatus de diuina potentia multoties execrabiliter inuocauit, & quæsiuit ab eis responsiones & consilia in agendis. Resurrectionem quoque corporum humanorum, quam fides catholica docet, & sancta Romana ecclesia profitetur & tenet, impie negat, dicitans a fidei veritate, &c.* Addita [d] sunt minis arma, hinc in eum Pontificis & Roberti Regis copiæ, inde Florentini, Bononienses, Senenses, alijque Guelphi fœderati conflurrexere [e]. Parre alia Aquileiensis patriarcha densis agminibus stipatus, atque Henricus Friderici Regis Romanorum designati frater cum equitatu grauioris armaturæ, aliaque crucesignatorum multitudine signa extulere.

9. &c. At Matthæus cum Henrici potentiam formidaret, ipsum suis fraudibus mox irretire cœpit, oratoresque ad Fridericum Austriacum misit, blande exposituros, se imperij causam sustinere, atque ob illius defensam dignitatem bello petijsse, ac si Robertus Rex Insubria potiretur, Germanos Cæsares Italiæ aditu & imperio excludendos. His permotus Fridericus pontificium fœdus damnauit, fratremque ancupata rixandi occasione redire iussit. Inter hos tumultus exeunte iunio Matthæus Vicecomes nonagenario maior in schismate & hæresi, obijt [f]; atq; eius maior natu filius Galeatius

12. 13 Dum Mediolanenses de recuperata libertate exultabant, agebantque de concordiæ legibus cum legato, Galeatij factio incautos oppressit: corruptis enim auro Germanis stipendiarijs, qui Galeatium Mediolano popularent, ipsum Lauda euocatum noctu in vrbem admisit [c]. Eiecti mox viri nobiles, ac populus, exeunte decembri, dominatum vrbis in Galeatium tristi rerum conuersione transfudit.

Galeatius Mediolanensium dux se dicit.

a *Rod l.c.180* Ab ipsis eijcitur.

b *l.3.ep.secr. pag.105.*

Exorta Mediolani noua factio Galeatium reuocat.

c *Io:Vill.9 c.163.*

14. 15 In Germania Ludouicus Bauariæ & Fridericus Austriæ duces Romanorum Reges designati, cum Romano Pontifici controuersiam dirimendam æquitate, vt par erat, permittere detrectarent, de imperio certaturi, incredibili animorum ardore aduersas acies, quæ ferme equestres erant, certamini commiserunt [d]. Polliebat amplioribus viribus Fridericus, cum Regis Hungariæ potentia fultus esset, ac Leopoldus [e] copias auxiliares ad ipsum adduceret. Sed Ludouicus re cognita, antequam ex copijs Friderico se coniungere possent, superato Æni fluminis vado, Fridericum ad pugnam elicuit: qui indignum ratus certamen detrectare, proxima auxilia, quibus auctus Ludouico superior erat cursurus, non expectauit. Commissa est cruenta pugna, quæ pene totum diem tenuit, in qua plura equitum millia perijsse feruntur. Parta demum a Ludouico victoria est, cuius gloria Friderico & Henrico fratribus, multisque alijs nobilibus captis aucta est, vt Stero [f] Altaemps, Rebdorfius [g], ms. [h] Vaticanum, alijque auctores Germanici & Itali consentiunt [i], qui Fridericum in arctissimam custodiam in arce, cui Trusin nomen est, traditum, atque in ea triennio tentum addunt. Cæterum Bauarus victor, de parto de æmulo triumpho Pontificem mox certiorem fecit: qui eum ad clementiam in Fridericum adhibendam hortatus est [k], atque operam apostolicam ad concordiam inter ipsos conciliandam obtulit. At non est vsus Ludouicus oblato a Pontifico ad conciliandam inter eos pacem studio, regnum sibi armis asserere posse arbitratus.

Galeatius Mediolanensium ducem se dicit.

a *Rod l.c.180* Ab ipsis eijcitur.

b *l.3.ep.secr. pag.105.*

Exorta Mediolani noua factio Galeatium reuocat.

c *Io:Vill.9 c.163.*

Ludouicus & Fridericus de imperio certant.

Ludouici Bauari solertia.

d *Io. lib.9. cap 174.*

e *Rebdorf.ap Alt. arg. in chron.*

Cruentum certamen ciuè tenuit.

f *Stero Altaempsi in annal.*

g *Hier.Rebd. in annal.*

Fridericus & Henricus fratres capti a Lud

h *Ms. bibl. Vat sign num 3769.*

i *Chr. Elwac Auct anon. Boior. lib.7: Mussat in Lud. Bau. & alij.*

Ludouicus certiorem de victoria Pont facit

l.3.ep.secr. p.158.259

16. &c. Hoc anno Pontifex archiepiscopum Compostellanum in Lusitaniam ad reintegrandam Regem inter ac filium concordiam apostolica munitum auctoritate misit [m], vt coitiones dissolueret, rescinderet iniusta sacramenta, perturbatores pacis censuris reprimeret, ineunda fœdera corroboraret; ac præsules Lusitanos, vt operam cum archiepiscopo coniungerent, monuit [n]. Ad conciliandam vero diuinam misericordiam, vt eos bellorum ciuilium fluctus compesceret, preces Deo in ea causa fusuris præmia indulgentiarum proposuit [o]. Præterea Dionysium grauissimis literis [p] etiam adhortatus, vt Compostellani archiepiscopi monitis pareret: Reginam sanctissimam, quæ non nisi ad pacem ac diuinam gloriam spectabat & Alfonsum [q] heredem in gratiam reciperet: Alfonsum Sancij non legitime natum cum Altonso conciliaret; nec tanta amoris significatione illum prosequeretur, vt alterius in nothum fratrem odia incenderet. Tum Alfonsum illegitimum reuereri [r] fratrem suum vt dominum ac Regem futurum [s], iussit: Altonsum vero legitimum heredem, vt lacessitum [t] grauioribus iniurijs patrem Compostellani archiepiscopi opera delinire studeret: ferret æquiori animo [u], si frater spurius ab illo ditaretur, neque enim decorum videri, si rerum inopia laboraret; ac si Reges in administros liberalitatem effundere soleant, non debere malis & iniquis accipere, si filio possessiones aliquas

Ludouicus oblatis a Pontifice studijs non vtitur

Archiepis. Compostella gus in Lusitaniâ missus.

m *l.3.ep.secr pag.26*

n *Ib.pag.68*

Postulatus Deo pro pace preces indulgentiæ propositæ.

o *Ib pag.69. p Ib pag.65. q Ib pag 64. r Ib pag.67. s Ib pag 64. t Ib pag 66. u Ib pag 63.*

compararet, cum maxime earum opum fultus præsidio præstandis illi obsequijs aptior futurus esset. Tum Reginam Elizabeth, quæ pulcherrima sanctitatis exempla in ijs aduersis rebus præbuit, hortatus est [a], vt pacem inter discordes conciliare omni studio niteretur. Obsequentissima ipsa erat Dionysio viro, etsi adultero & iniusto; quam maternum vicisse affectum, nec se implicuisse bello, sed illud sedare conatam, ex pontificijs literis vidimus. Demum præcipuis illius, vt par est credere, fulis apud Deum precibus concordia est redintegrata: Berengarius Compostellanus archiepiscopus acceptus perhonorifice; paritum illius monitis, compositæque omnes discordiæ [b].

a Ib pag. 64 & 66. B. Elizabetha rarum in virum adulterum coniugalis amoris exemplum.

b 15. pag 69. & 70. Ciuile bellum in Anglia. Pontificis pro eo studio laudium, Eduardus, coniuratos prælio fregit.

20 Flagrabat interea ciuili bello Anglia; proceres enim Humfrido Herefordiensi & Thomæ Lancastriæ comitibus coniurationis ducibus, Eduardo Regi ob nimiam Spenseriorum gratiam & potentiam inuisi erant: sed in apertum bellum erupit discordia, cum indicto apud Cicestriam conuentu Eduardus in hostes contraxit [c] ingentia auxilia, ac plures proceres sui terrore ad obsequium sibi præstandum compulit. Inde Humfridum & Thomam comites insectatus, exeunte martio, magna clade deleuit [d]. Humfridus Herefordiensis comes, dum ponte transibat, lancea perfossus occubuit: Thomas Lancastrius captus. Cuius victoriæ ab Eduardo partæ accepto nuntio Pontifex, qui rebelles flectere ad officium non potuerat, oppressos armis fuisse, Regi triumphi gloriam acceptam Deo referenti, est gratulatus [e], atque ecclesiarum iura, vt ea ab inuasoribus vindicaret, enixe commendauit.

c Vualsingh. in Eduard II. die. Vnd. 4. p. 137.

d 1. 3. ep. secr. pag 36. Victoriam crudelitate fordat Eduardus.

e 1. 3. ep. secr. pag. 36.

31 Fœdasse crudelitate victoriam Eduardum, ac Thomam Lancastrium & alios plures viros nobiles criminis socios capitis sententia damnasse, ferunt [f]. Neque eorum supplicio pacata Anglia; incumbebat enim illi Scotici belli moles, cum Robertus Rex a coniuratis concitatus in arma consurrexisset; in quo quidem bello studuit Eduardo Pontifex, atque archiepiscopum Cantuariensem & Vvintoniensem episcopum centurarum pœnas ijs, qui Angliam aut Hiberniam inuaderent, irrogatas diuulgare [g]; Dublinensem archiepiscopum [h] Roberto Brutio perduellionis iudicium mendere; Anglos denique Vvallenses & Hibernos præsules Eduardo sacerdotiorum decimas ad leuandos belli sumptus pendere [i] iussit. Comparauit in Scotos maximum exercitum Angliæ Rex, ac superiori elatus victoria Scotiam terra marique oppugnare constituit: sed cum imprudentissime necessarios commeatus sustentando exercitui non prouidisset, ingens ille exercitus dissipatus est [k], magna hominum multitudine (ad viginti millia ascendisse refert Ioannes Villanus [m]) fame morbo que consumpta; Rexque non sine magno dedecore regredi compulsus est.

f Io. Vill. & Vualsingh. ubi sup. Rex Eduardum bello petit, luetur Eduardi partes Pont.

g 1. 3. ep. secr. pag 37. & 16 pag. 9. Mouet in Scotiam Eduardus.

h 16 pag. 43. i Vualsingh. ubi sup.

k Io. Vill. l. 3. c. 160. Philippi Reg. trag. mors.

m Iuuen. chron. Reg. Franc. Paul. Æmil. in Phil. Long. Iust. in eius ep. secr. pag. 8.

33. &c. Hoc ineunte anno obijt Philippus Longus Francorum Rex, vt testatur Bernardus [o] consumptus diuturna ægritudine, in qua singularis patientiæ exempla dedit [o], pari pietate ecclesiasticis sacramentis ingenti immortalitatis spe munitus, Magnarum virtutum princeps, dignus S. Ludouici abnepos, cuius e templo bellum sacrum in Saracenos sine fictione erat redintegraturus (superioribus enim annis [p] sedato bello Belgico, ne dilectionem faceret, ob occidentis turbas inierat retardatus) in ipso conatu, cum Pontifex diem traiectionis constituturus [q] esset, relicto sui magno desiderio excessit e vita. Commendauit [r] moriens regnum Christi vicario, eiusque apud Deum preces ad expiandas reliquas criminum maculas implorauit. Nec pio defuisse Ioannem officio indicant literæ, quibus viginti dierum indulgentiam pijs pro illius anima pre-

o Illius elogia. p Ann. 1319 num. 17. q 3 ep. secr. f. 1 p. 1. ep. 3 Pontificis preces moriens imprimis orat. r Ib. p. secr. pag 6 Concessæ pro illius anima orantibus ad [illegible]

ces fundentibus impertijt [s]. Accepit post Philippum Galliæ ac Nauarræ sceptra frater Carolus Marchiæ comes. Significauit non sine lacrymis nouus Rex Philippi fratris obitum Pontifici, qui magnum ex eo dolorem percepit, atque ipsius [b] & Ioannæ [c] Reginæ viduæ luctum mulcere literis studuit. In ijs vero, quas ad Carolum dedit, fraternæ mortis occasione ipsum ad humanarum rerum despicientiam, & transfundendum ad cœlestia animum, ac mortis incerti exitus diuinique iudicij iugi meditatione vitæ rationem probe instituendam excitauit [d]. Ob egregia monita gratias ille egit Pontifici [e], atque ijs se obtemperaturum est pollicitus: tum etiam armorum potentiam suaque illi obsequia, accepto insigni regio, perhumaniter ac pie detulit [f] hortatusque est [f] alijs literis Carolum Valesiorum comitem Regis patruum, insigni prudentia, belli peritia singulari, statuque prouectum virum, vt nepoti ad regnum probe gerendum consilio & opera non deesset.

s Acta. 7 p. 2. epcaur 863.

b 1. 3. ep. secr. pag. 6.

c Ib. d. pag. 7

d Ead. ep p. 6

e 1. 3 ep. secr. pag. 10. Carolus Rex sua offert Pontifici offert.

f 1. 3 ep. secr pag 8. Pluribus exornatur priuilegijs

30. &c. Porro Carolus a Philippi fratris consilijs de bello sacro redintegrandis non alienus visus est: religiosæ enim militiæ iam ante nomen, accepto crucis symbolo, dederat, atque ob Saracenorum in Armeniam excursiones a Pontifice vrgebatur, vt extremo orientis exitio occurreret: quo argumento plures sunt datæ ad ipsum [g] ac patruum Carolum Valesiorum comitem [h] hortatoriæ literæ, in quibus Laiacij vrbis Armeniæ olim florentissimæ excidium, ac reliqui regni vastitatem deplorat.

g Ib p. 14. 15 Ib. & pag. 194 Armeniã Saraceni inuadunt.

Ioannes &c. Habet, fili charissime, literarum nuper missarum de Armeniæ partibus, & nuntiorum inde venientium infausta relatio, nostra vtique non indigne viscera saucians, & præcordia dure pungens, quod his diebus, inundante Saracenorum superbia suis finibus non contenta, & robore adunato Armeniæ regnum inuadens hostiliter, in redemptos Christi sanguine pretioso ingenita immanitate insurgere non expauit; ac in eos impræmeditatos & inscios ferociter irruens, multos eorum absque delectu sexus, ordinis, vel ætatis occupata & prorsus subuersa ciuitate de Laiacio, immaniter proh dolor! trucidauit. Nec his contenta, ad abolendum de terra illa Christianorum nomen & cultum, immo ad exterminandum omnino exinde Christianitatis residuum ardenti, sicut fertur, suspirat desiderio, & proposito damnando festinat; tanto certior, nisi peruersis eius restiterit misericordia diuina conatibus, de suæ iniquitatis concepto, quanto terræ præmissæ condirio, catholicorum mundi principum & aliorum fidelium non fulta suffragio, insufficientis resistentiæ veritimilitudinem repromittit, &c. *Dat. Anin. 3. kal. maij anno vi.* Legati sunt a Carolo Rege oratores; ad sedem Apostolicam, qui cum Ioanne de Asiatica expeditione agnarent: atque abeuntibus reliquis, comes Clarimontis eam ob causam in aula pontificia hæsit, pluraque habita ea de re colloquia. At consumpta verbis inanibus res est; nam Ioannem vrgebant bella Italica, & Carolus prætermisso bello sacro, Anglico se implicuit. Aquitaniæ imperium in illius clientela erat, atque ab Eduardo Regi Angliæ beneficio auctoritateque Gallicæ aulæ obtinebatur. Accepto itaque insigni regio, Carolum Regi Angliæ denuntiasse refert Vvalsingamus [i], vt de more in Gallias ad fidem solemni ritu, nouo Regi Aquitanici principatus beneficiarij nomine astringendam iret; inde ortum bellum, cum Eduardus non paruisset, vt suo loco dicetur.

Interea accepto Babylonius soldanus Gallorum apparatu, aduersus imminens bellum strenue se comparauit, & Armenios, ne Gallis se coniungerent, oppri-

Eiectum Laiacium.

Transmittit ad Pont. a Carolo Rege oratores pro tractanda Asiæ exped. 1. 16 pag. 18. & 20. Carolus, omisso bello sacro Anglicum suscipit.

i Vualsin in Ipod Neust Babylonij Turcas & Tartaros in Armenos concitant.

Mutua discordia debilitat Armeniorum vires.

opprimere est meditatus ; vtque perniciosa perficeret consilia, Tartaros, qui etiam tum Christianorum fœderati extiterant, & quorum auxilio res Christiana steterat in oriente, atque Aramanum Turcam nouis fœderibus sibi deuinxit. Sustinendis tot hostibus Saracenis, Tartaris, Turcis impar erat Armenia, dum illius etiam vires intestina discordia magis debilitauit a. Describit eas clades Pontifex hisce verbis.

alo. Vill. l. 9 c. 148. dni. 3 p. sit. 21. c. 3.

33 *Ioannes, &c.* Soldanus cum Tartaris, qui dudum per centum annos Armeniorum amici extiterant, per quos soliti erant se a Saracenis defendere, eisdem obstitere, illos etiam impugnare, & cum Aramano Turcomanorum domino pernicio sam amicitiam inijt, vt triplici fultus munimine a tribus partibus Armeniæ terram inuaderet; quo Armeniorum resistentiam præteritam minueret, eos aggrederetur securius, cautius immo seuerius conculcaret: quod effectus vicinior docuit, & pauor eorum proximus comminatur. Nam Damordas magnus & potens inter eos, qui Armeniæ adiacent, Tartaros, ætate vt fertur, iuuenis, moribus elatus; quique ob suam in Christi fideles nequitiam, detestanda facinora & odij virus effusum secundus a Saracenis dicitur Machometus; cui & si inchoata perfecerit, & suam in Christianos truculentiam consummabit, abominabile Dei Machometi nomen pollicentur, vt gaudeat, offerunt vt exultet (nam lætantur cum male fecerint & exultant in rebus pessimis) cum triginta millibus equitum, Armeniæ regnum inuasit, per viginti quinque dierum spatium, quibus in ipso discurrit vt hostis, depopulatus est, vastauit, incendit, & rapuit; boues quoque, oues & cetera eorum animalia abegit; agrorum sata virentia equorum suorum pabulis adeo consumpsit, quod semen eis, vnde deinceps sererent, non reliquit: *Et infra.*

Vt Babylonici Armenios delere sint meditati. Cõcitantur in eos Tartaros. Aramanũ Turcomanum instigant. Quid promiserint Damordæ Tartaro si Christianos exciderit. Vt in Armeniam irruerit. Eo discedente irruperit Haramanus ac Damordas expectetur rediturus.

34 Deinde post eiusdem Tartari Damordas de regno Armeniæ antedicto egressum, Prætatus Haramanus Turcomanorum dominus ipsius Damordas procuratione, quin potius nequam machinatione, cum magno exercitu idem Armeniæ iterato regnum inuasit, vastans & dissipans quod inuenit. Cumque eundem Damordas de die in diem rediturum expectent, cum tremore valido hostiliter, nec immerito, & terribilem eiusdem in Armeniam reditum reformidant, prout eorundem prælatorum, Regis, gubernatoris, baronum, & populi calamitates huiusmodi & nonnulla alia circa hæc continentes, transmisse nobis antedictæ literæ indicabant.

Abeunte Turcomano irruerit Babyloni.

Sed & soldanus idem prafata dudum machinata nequitia triplici volens Armenios contritione conterere, post memoratum illorum egressum, innumeram equitum & peditum multitudinem hostiliter in Armeniam Saracenorum immisit, quæ depopulata est reliqua, vastauit atque combussit Laiacium Armeniæ ciuitatem, locum vtique insignem cum suo inibi castro demoliens, & tandem nauali obsidione vel bello captum etiam eiusdem ciuitatis castrum fortissimum, in mari situm euertens. [His malis aliud imminens coniungit.]

Arcem maritimam Laiacij euertit.

35. &c. Effeminati, vt fertur, Ægyptij moliuntur, vt nauigent, galeas parant, iter in Cyprum intendunt; regnum quippe fidele, deuotum, Christianitati plurimum opportunum. Nam, vt eadem habebat relatio, soldanus ipse charissimum in Christo filium nostrum Henricum Regem Cypri illustrem, qui in tanto bellorum discrimine Armenis compassus, multos eorum ac aliorum fidelium de dicto regno Armeniæ & castro Marino Laiacij antedicto, missis nauigijs, vt mortis ijdem vitarent periculum, & inibi vtcumque sustentari valerent, in Cyprum fecit ad-

Cyprum sibi subijcere cogitent Ægyptij.

Hẽrico bellum a soldano denũciatum.

duci; diffidauit elatus. Sed: *Non sic impij, non sic; sed*, vt speramus in Domino, *tanquam puluis, quem proiicit ventus a facie terræ*; quia *nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit*: quod, nondum elapso triennio, in eodem regno Armeniæ contra soldani exercitum, qui depopulaturus Armeniam in graui multitudine fuerat, suæ clementia dignationis effecit; nam cum essent numero decem & octo millia equitum Saracenorum, Christiani ducenti vel circiter, quibus viuere Christus erat, & mori lucrum, in Saluatore nostro habentes fiduciam, in certis Armeniæ partibus, Saracenos aggredientes eosdem, sex millia ex eis equitum vel circa ceciderunt in bello, nonnullis eorum aliis in Christianorum seruitutem adductis; nunc etiam, qui solitus est mirabilia in suis operari fidelibus, misericors non desistit. Quippe, vt ex præfata relatione percepimus, post demolitionem Laiacij, euersionemque marini castri eiusdem, dum eadem soldani præmissa hostiliter equitum & pedirum in Armenia multitudo, sicut exultant victores capta præda, insolentius lætaretur, sexcenti Armeniæ milites, animo constantes & strenui, ter eadem die particulari conflictu cum longe pluribus eis, ex eadem multitudine tunc sibi vicissim succedentibus, hostibus habito, palmæ victoriam reportauit: adeo vt admiratus, qui eidem Saracenorum multitudini præerat, recollecto militum suorum exercitu, quatuor vel quinque milia equitum, computatis ijs, qui in pugna Laiacij & castri ex eis perierant, deesse priori suorum numero inueniret: nec mirum, nam: *Clamauerunt iusti ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos.* [Subdit Pontifex arcana esse Dei in suis arrigendis consilia: cumque hominibus pijs pro tuenda Christi gloria certissima præmia sint proposita, ipsos hortatus est, vt ad Armenios & Cyprios contra Saracenorum imperus defendendos arma caperent, cum quisque Christianus fusum Christianum sanguinem vlcisci teneatur, tum Armenia ab impiorum tyrannide vindicata, ad Syriam recuperandam via sterneretur, in quo sacro bello vitam profuturis immortales coronas comparandas exposuit, ac sacra indulgentiarum præmia vel sumpturis arma, vel stipem in sumptus bellicos collaturis est impertitus: quibus literis hæc temporis nota adiecta.] *Dat. Anagnie xiii. kal. ianuarij anno septimo.*

Nonnulla Armeniorũ fortia prælia.

40. Erexere se in medio Saracenici belli ardore Armenij in quorum auxilium a Cypro alijsque prouincijs fideles procurrere; conflatoque iusto exercitu, sanguinem pro Christiano nomine profundere parati, ad hostium excursiones reprimendas crucis signa extulere: quos immortalitatis spe ad mortem fortiter oppetendam, si opus foret, confirmauit ad constantiam Pontifex b, ac venia criminum commissorum reliquias, modo expiata primum rite conscientia esset, donauit b.

Cyprios ad Armenũ auxilium concurrentes venia criminũ donat Pont.

a l. 1. ep. secr. p. 160 & l. 7 p. 1. ep. cur. 7 9. & 10.

b Ibid. p. cur. 7. ep. 1. exhortatio ad fratres Archiep. Vat. pag. 1.

41. &c. Nec Cyprios c modo alios que populos concitare in soldanum Babylonium nisus est, verum Boissetham etiam Tartarum Imperatorem; ad quem datis literis d, vetera Tartaros inter & Christianos fœdera ad memoriam ipsi reuocauit, vtque Tartari Armenios sæpius a Turcarum & aliorum hostium irruptionibus atque oppressione vindicassent: precesque adiecit, vt Leoni Regi Armeniæ more maiorum opem ferret. Eum etiam pellicere ad Christiana sacra conatus est Ioannes, ipsumque ad vniuersi orbis conditorem, a quo potentiam sceptrumque omnium Tartarorum accepisset, agnoscendum excitauit. Plures illius maiores religionem Christianam erant amplexi, suos sæpius ad sedem Apostolicam oratores miserant, inierant cum Regibus Francorum fœdera, muneribus & officijs certarant inuicem. Ad redintegran-

c Ibid. p. 166.

d Tartarorũ Imp. solicitat. ẽ ad fœd. ad Armeniorũ clientelam fusciendam. Ipsum ad Christiana sacra allicere studet.

damiraque veterem amicitiam Pontifex, qui sperabat ex Tartarorum & Francorum mutuo fœdere, Saracenicum imperium facilius oppugnatum & euersum iri, Boysethanum Imperatorem ad mittendos ad sedem Apostolicam & Gallicam aulam oratores solicitauit a, remque eam sibi fore gratissimam significauit.

a Ib. p. 89. & an. 6. p. 1. ep. car 8.

Excitat Abulgani Tartarum principem ad religionem profitendam.

44. &c. Tuebatur in Aquilonari Tartaria religionem Christianam Abuscanus princeps, Regis Cotogani filius, cui superiori anno ob sacra Christiana amplexa Pontificem gratulatum vidimus, quem etiam hoc anno ad populos sua auctoritate ad Christum adducendos est adhortatus b; vtque cœlestibus præmijs ad pietatem principem neophytum accenderet, singulis diebus, quibus augustissimo missæ sacrificio interesset, viginti dierum indulgentiam concessit.

b An. 6. p. 1. ep. con. 179.

Rhodus vana tenta a ab Orchane.

47 Tentata est a Turcis per hæc tempora Rhodus insula, hostisque a Rhodijs equitibus magna clade profligatus c: cuius victoriæ gloria diuino Numini est ascribenda, cum barbarorum classis nauium octoginta & quatuor Rhodijs triremibus, & sex alijs Genuensibus, ac viginti maioris minorisue aluei nauibus circumsessa, vel in nostrorum potestatem venerit, vel fluctibus mersa sit, duce Gerardo de Pinibus ordinis Hospitalariorum vicario. Cumulata ea victoria maritima terrestri altera: decem enim Turcarum millia, quæ in Episcopia insula expolita fuerant, a victoribus capta, quorum pars cæsa, pars abducta in seruitutem.

c Cle. l. 4. l. 9 c. 1. P. Caro bell. sac. Hos l. 2. de Rhod fo. 57 & 59. Maritima de barbaris parta victoria. Alia terrestris.

Vlad. Vrosius Rascię Rex a Car. Rege Hug ad communionem ecclesię redit.

48 Alium præclarum de schismaticis triumphum egit Carolus Hungariæ Rex, atque Vrosium Regem Rasciæ ad suas leges suscipiendas, vt ait Ioannes Villanus d, compulit. Eas vero fuisse, vt damnato schismate Romanæ ecclesiæ se aggregaret, e pontificijs literis e colligitur, quibus ipsi ad officium redeunti fidei formula, quam erat professurus, præscribitur f. Fuisse vero a Rege Carolo impetratis odio bello petitum, cum Macedones pio recuperandæ Romanæ ecclesiæ coniunctionis desiderio arderent, maximumque eius sacri belli auctorem Christi vicarium extitisse, superius diximus.

d Io. Vill. l. 9 c. 175. e An. 1323. n. 14. & seq. f 3. ep. Ioan. pag. 160.

Catalani Christianos Turcis impie vendunt.

49 Inter hæc grauiori se contaminabat flagitio Catalana societas, quæ cum in orientem ad Turcas, vt vidimus, oppugnandos traiecisset, arma in fideles Gallici generis retorte verterat, ac piraticam exercebat in nostros; ciectoque ex animo omni pietatis & religionis sensu, Christianos quos intercipere poterant, diuendebant Turcis. Impiorum hominum antesignanus erat Alfonsus, cuius ad officium reuocandi prouincia patriarcha Constantinopolitano (Latino scilicet) & Patracensi archiepiscopo a Pontifice data est g, ipsisque præcepit vt eundem ducem, alios que singulos a tanto scelere deterreant; ac si eo se contaminare non perhorruerint, censuris ecclesiasticis deuinciant.

g Ib. p. 160. In ipsos animaduertere nihil potuit.

Graeci inter se dissentiunt.

50 Dum catholici eo furore suos in Gracia Turcis prædebant, a quibus demum perdendi erant, non minus Graeci schismatici ciuilibus dissensionibus suum accersebant exitium, vt in Turcarum prædam cederent: nec exhorruit Andronicus Imperator eos ex Asia, in qua religionem Christianam deleuerant, in Europam aduersus nepotem Andronicum iuniorem euocare h: qui tamen ab eo primo belli impetu Zurulum inter & Selybriam fracti, fugatique sunt. Ex qua clade Andronicus senior, Turcarum diffisus viribus, suorumque timens defectionem, pacem a nepote flagitauit. Cumque is a suis suaderetur i, vt auo eas leges imponeret, quibus constrictus mouere amplius bellum non posset, nimirum imperij parti, quam antea prior ætate

Andronicus senior Turcas aduersus nepotem euocat, iis debellatus pacem flagitat.

h Cant. hist. l. 1. c. 13. i Id. c. 14.

Andronicus iunior ad vniuersam imperij administrationem transit.

de pace obtinuerat, vltimo bello comparata loca adiungeret, is in contrariam versus sententiam ano vniuersi imperij administrationem reliquit. Iam a schismaticis ad hæreticos sermonem transferamus.

51. 52 Data est hoc anno Galliarum archiepiscopis & episcopis prouincia a, vt tertij ordinis S. Francisci fodalium causam cognoscerent, qui hæreseos crimine erat postulati: subdiditque Pontifex, vt ijs, quos a criminis labe puros inuenerint, nullam molestiam inligant, sed moneant, ne se aliorum erroribus vretiri atque inquinari patiantur: illos vero quos non sentire cum Ecclesia, sed hæresis macula aspersos deprehenderint, canonicis pœnis afficiant. Adhibitam in hos a præfatis iudicialem seueritatem, refert b m.s. Vat. his verbis: *Huius tempore Papa diuersis vicibus fuerunt combusti multi fratres Minores propter opinionem de paupertate euangelica, & multa fuerunt ordinata in diuersis locis.* In Germania conditus in carcerem est a Spirensi episcopo Franciscus de Lutra Minoritarum deierior, ingentium criminum reus, quem Pontifex deduci ad sedem Apostolicam, atque armato militi ne vincula euaderet, stipari iussit c.

a An. 6. p. 1. opus 52. Fratres Tertij ord. S. Franc. ex suspicione hæreseos vocati. Electi sontes, insontes absoluti iussi.

b m.s. bibliot. Vat. sign. num. 3. 95. in fo. xxii. Fr. de Lutra hæreticus.

c An. 6. p. 1 n. 169.

53, 54 Exorta hoc anno est controuersia de paupertate Christi & Apostolorum inter Minores & Prædicatores fratres (maximam in Ecclesia procellam paritura) ex leuibus iurgijs: Nicolaus enim pseudominorita ab ipso exordio rem altius repetens, scribit superiori anno, scilicet MCCCXXI. præfecturæ Michaelis anno VI. quendam Beguinum siue Bizochum, de qua secta iam ante a nobis dictum est, Narbonensis archiepiscopi & Ioannis Baluæ fidei censoris ordinis Prædicatorum imperio captum, & iudicio hæreseos postulatum fuisse; Beguinum vero inter alia affirmasse: *Quod Christus & Apostoli*, vt ait auctor, *viam perfectionis sequentes, nihil habuerunt iure proprietatis & dominij in speciali, nec etiam in communi.* Cum vero in ipsum iudiciariam actionem exerceret fidei censor, atque ad consilium religiosarum familiarum præpositos, & plures alios doctores congregasset; ex ijs Berengarius Tolom Minorita theologus negauit superiorem articulum de paupertate Christi & Apostolorum hæreticum esse; sed orthodoxum, atque in decretali Nicolai Papæ, *Exiit*, contineri contendit: dictum vero reuocare iussus, ad sedem Apostolicam prouocauit. Ex hac scintilla excitatum ingens incendium: cum enim Berengarius in sacro Cardinalium senatu proposuisset sententiam, pontificio iussu in custodiam traditus est, ac theologorum celeberrimi cœtus deinde congregati, vt controuersia dirimetur. Ac primum, vt accurate discuteretur anathematis pœna a Nicolao Papa obiecta disceptantibus de sua sanctione, remissa est, edita alia d, quæ iuri canonico est adiecta.

Eius origo.

Lis inter Prædicatores & Minor. ad sedem Apost. deuoluta.

Conuocati doctorum cœtus.

Nicolai Sanctio suspensa.

d Extat in extrau. Quia nonnunquam de verborum sig. &c.

Tum vero indigna suspicio non nullorum furorum vitio magnam Franciscanorum multitudinem peruasit, Ioannem in aduersariorum partes inclinare, atque in ordinis comitijs, quæ Perusij peragebantur, primas schismatis faces accendere: quippe eo prorupit illorum audacia ac temeritas, vt dum Apostolica sedes in agitanda definiendaque controuersia occupata erat, ipsi sententiam quam vniuersis fidelibus encyclicis literis proposuerint, quasi iam a Nicolao in decretali, *Exiit*, promulgatam: cum tamen ipse de ea quæstione, in qua plurima distinguenda Ioannes in suis sanctionibus illustrat, modo decretorio non esset locutus, vtque, si quid ambiguitatis in eius dictis esset, eius explanationem a Romano Pontifice petendam statuisset; non vero a Minorum præfecto & sodalibus, cum hi errare possent,

sam, non autem Christi vicarius e Petri cathedra sententiam laturus errare posset: *Si quid*, inquit Nicolaus, *ponit aliquem in his ambiguitatis incurrerit, ad culmen predicte sedis Apostolice deducatur, vt auctoritate apostolica sua in hoc manifestatur intentio*, CVI SOLI *concessum est in his statuta condere, & edita declarare*. Ita nonnulli Minoritæ aduersus hanc sanctionem fucata illius tuendæ specie, dum soluendi dubij Christi vicario præripere auctoritatem tentât prauaricati sunt; Quorum literas dictus Nicolaus Minorita affert, in quibus hæc fatentur a: *Concorditer & vnanimiter dicimus & fatemur, quod dicere et asserere, quod Christus viam perfectionis ostendens, et Apostoli eandem viam perfectionis sequentes, atque per exemplum in alios volentes perfecte viuere dominantes, nihil iure proprietatis, dominij, seu iuris proprij in specialis et in communi habuerunt, non est hereticum; sed sanum, catholicum, et fidele*. Vocem, *nihil*, si restringerent ad immobilia non errarent; sed ipsos definisse non modo quantum ad immobilia, sed etiam quantum ad mobilia constat; in quem sensum netarium Nicolai Papæ verba, quæ talia supponunt esse decretum fidei, detorquent.

a M.S. bibl. Vat. sign. num 4008. in p. 54. & m.s. 4010. pag. 2. ext. etiam apud Alvar. Pelag. de plan. eccl. l. 2 c. 62. & apud Fonda hoc an. n 52

Figmentũ instar oraculi propositum.

55 Damnata est postea a Pontifice eorum definitio, & censura hæreseos, scilicet in sensu Michaelis, Okami, & sociorum intento & pertinaciter propugnato, notata, vt refert Nicolaus b pseudominorita. Quocirca alij Minoritæ dixere, illam damnatam vt hæreticam *in quantum Michaelis Cesenatis fuit, non in quantum Minoritarum*. Et quidem recte, cum veri Minoritæ decernenti contrarium dogma Ecclesiæ adhærere patati essent, atque ideo non lapti sunt in hæresim. Cæterum auctor schismaticus sodalium impiam arrogantiam detegit, dum hac causa permotos addit: *Ex hoc sperantes, prefatum dominum Ioannem ad errores dispositum refrenare, ne de dicta quæstione in prænudicium predecessorum suorum & fidei attentaret oppositum definire*; quasi Christi vicarius, e Petri cathedra fidelibus dogma propoliturus errare posset, atque a Michaele & socijs e capitulo, vt vocant, corrigendus tuisset. Hæc mere schismatis & hæreseos initia, quæ Ecclesiam catholicam postea laniarunt. Discant religiosæ familiæ ex hoc doctissimorum virorum lapsu nocentius de sua doctrina sentire, nec fidei dirimendis controuersijs, ac muneri ad sedem Apostolicam pertinenti sese ingerere.

b M.S. bibl. Vat. sign. num 4008. pag. 4

Christus etiam præbens perfectis exemplum oculos habuit. Non est data a Nicolao adæquata interpretatio.

Admonitio ad religiosos ordines.

56. &c. Plura argumenta Cardinales, præsules, ac doctores illustrandæ veritatis gratia attulere, quæ horum cupidum lector in annalibus prolixioribus reperiet: ex ijs vero nonnulla delibanda visa sunt, quæ Nicolaus Columna Cardinalis in hoc argumento dixerit: *Constitutio*, inquit, *qua allegatur in contrarium, Exijt qui seminat; manifeste dicit quod Christus habuit loculos, infirmorum infirmitatibus condescendens: sed ex quacunque causa habuerit, habemus propositum, quia habuit loculos. Et forte dici posset, quod in hoc, scilicet in habenda loculos, non imperfectorum, sed perfectorum formam assumpsit; quia perfectionis et prouidentiæ fuit, suorum necessitatibus et egenis prouidere*. Et infra.

65. &c. Non ergo ita illa Nicolai Papæ verba: *Sic infirmorum personam Christus suscepit in loculis*; accipienda sunt, quasi adæquatam huius facti interpretationem ipse tradiderit, ac veluti in fidei iudicio decretoriam sententiam protulerit, adeo vt ab apostolica discedat perfectione, qui loculos habuerit, vti Fraticelli acceperunt: sed Nicolai mens & consilium spectanda sunt. Is ergo, cum Minoritas in tradita a beato Francisco monasticæ vitæ formula confirmare contenderet, eam primum protulit sententiam: *Dicimus quod abdicatio proprietatis omnium rerum non tam in speciali, quam etiam in communi propter Deum meritoria est et sancta; quam et Christus viam perfectionis ostendens docuit, et exemplo firmauit*. Quæ quidem sententia veritissima est, hac interpretatione temperata, *omnium rerum*, intelligę immobilium, vt Parisiensis a academia interpretata est; vel vt alij & doctores & episcopi & Cardinales sunt interpretati, *omnium rerum*; id est non necessariarum ad vitam: cum enim sustentatio imperetur a Deo, absolute necessaria ad vitæ sustentationem abdicari non possunt: *secundum*, inquit b Cardinalis Gaucellinus, *illud Hieronymi in epistola ad Rusticum monachum: Nudum Christum nudus sequere; sed non est nudum vestitus qui pauperem victum habet:, sine quo sustentari non potest*. Vel vt alij docuerunt, *abdicatio omnium rerum*, scilicet quoad curas nimias; quam explanationem adducit Bertrandus c tit. S. Mariæ in Aquiro Cardinalis.

a Parisien. fund. in fine tract. ext. in m.s. bibl. Vat. sign. n. 3 40. pag. 248.

b apud m.s. bibl. Vat. sig n. 3740 pag 90.

Vt intelligẽda sit ea sententia. c lib. pag. 96.

69. &c. Cum porro multæ de Minoritis querelæ ad sedem Apostolicam perferrentur, ipsos specie paupertatis apostolicæ, qua cæteris religionis ordinibus antecellere iactabant, confectari opes, & lites iniquas sedis Apostolicæ nomine, ad quam verbale & anigmaticum, vt ait Joannes, rerum quas possidebant, dominium ex Nicolai sanctione spectabat, intenderent, Ioannes sanctione, quæ inter extrauagantes a verbis, *Ad conditorem canonum*, exorditur, promulgata vi. id. decem.bris huius anni, dominium huiusmodi præter ea, quæ ad sacra spectant, restituit Minoritis, vetuitque eos pontificio nomine quenquam in litem adducere. Cuius tacti plures rationes attulit in eadem expressas sanctione. Ad sedandos vero conscientiarum motus Pontifex nonnulla alia, quæ erant a viris peritis controuersa, diremit, ac pronuntiauit, nuncupatum solemni ritu in suscipiendis ordinibus factis votum, contractum antea matrimonium etiam nequaquam cognita vxore, non dirimere d, nisi quis in religiosa aliqua familia tria vota solemni ritu profiteretur.

Nonnulla tum cõtrouersa illustrata.

d Conc. Trid. sess. 24 can. 6

IESV CHRISTI Annus 1323. Indict. 6.

IOANNIS PP.XXII. VACANTIS IMP. OCCID. 10. annus 8. ANDRONICI IMP. ORIEN. 40.

1. &c. EFfloresente in Scythia Asiatica Christiana religione, cum de ea optime sentiret Vsbec Tartarorum Imperator, Saraceni pietatis Christianæ hostes intentissimi, quos Damordam Regem Tartarum Mahumetica inficisse impietate, atque in Christianos efferasse, superiori anno vidimus, Imperatoris aures obsedere, ne campanas a Christianis ad diuina peragenda pulsari pateretur; tantaque eiusdem in vrbe Soldaya exarsere iracundia, vt concitata seditione Christianos pepulerint, eorumque templa diuini Numinis cultui consecrata, Mahumetico ritu profanarint. Quo accepto Christi vicarius, vt religionem ab impiorum iniuria vindicaret, Imperatorem barbarum ad reprimendos Saracenos, tum ad Christiana sacra amplectenda inducere apostolicis literis nisus est e.

Saraceni insectatur fideles inter Tartaros.

De ijs conqueritur Pont. apud Vsbec. Imp

e dat. 8 p. k. sept. com. 14.

5 Porro hoc anno Boysethan Imperator Tartarorum Perfidi dominantium a Pontifice excitatus, rei Christianæ a Saracenis in extremum adductæ exitium in Armenia, submissis subsidio nostris vigimi equitum millibus, dum occidentales mutuis se cædibus conficiebant, salutem attulit. Sed antequam de his agamus,

Tartari Christianis aduersus Saracenas in maximo momento fuere

Laborantibus Armeniæ opitulatur, Pont.

mus, quæ prius gesta percurramus. Adiutum plurimo ære a Pontifice Leonem Armeniæ Regem ad sustinendos belli Saracenici sumptus, docent inter cetera datæ ad Petrum patriarcham Constantinopolitanum & Geraldum Beneuentanum archidiaconum literæ a, quos trigima aureorum millia in rem Christianam periclitantem in Armenia vertere iussit; quantum vero dolorem ex illius vastitate accepisset, operamque ad cogenda auxilia contulisset, Armenios præsules literis suis certiores fecit b.

a t.3.ep.sec. pag.166.

b Ibid.p.167

6. &c. Victi prius a vitijs fuerant Armenij, quam a Saracenis vincerentur; ascriptaque est illata a barbaris vastitas diuinæ iustitiæ, quæ eorum tanquam sæuissimorum carnificum opera ad sumendas de orientalium Christianorum flagitijs pœnas vsa est: atque ideo, cum ad propulsandum hostem nullum potentius auxilium esset, quam iratum diuinum Numen morum conuersione ad misericordiam flectere, Pontifex eosdem præsules Armenios alijs literis ad fideles a vitijs deterrendos, muneriſque pastoralis partes strenue obeundas excitauit c. Emersere porro e tenebris perfidiæ Armeniæ inferioris populi, diuinaque tandem luce collustrati literas & oratores ad Romanum Pontificem misere, vt incorruptæ fidei formulam a sede Apostolica veluti purissimo fonte peterent. Magno itaque perfusus gaudio Ioannes ad reuocandos in gremium Ecclesiæ Armenios, qui in Perfide versabantur, incubuit; legauitque in Perfidem Guilelmum magnæ religionis virum, quem Soltaniensem archiepiscopum creauit; & Constantinum patriarcham Armeniorum ad, coniungendam cum archiepiscopo in ea re operam, omnemque curam animarum salute promouenda ponendam incitauit d.

Inflicta Armenis ob scelera clades.

c Ad an 7 p.1. ep cur.11. Armeniæ populi ad dogma orthodoxum reuersi.

d Idem 7.epist com.848. Tartarorū Imp. Armeniæ clientelā suscipit.

9. &c. Infigne hic in Armenios diuinæ prouidentiæ exemplum silere non possumus, quæ cum ad vindicandia eorum scelera Saracenos toleraſſet, ijs iam ad pietatis cultum reductis, ac præteritis sceleribus pœnitentia expiatis, misericordiæ non oblita, Tartaros in Armeniorum auxilium commouit. Repressa itaque hoc anno Saracenorum rabies, cum expertam toties Tartarorum potentiam formidaret, Solicitatum ad defendendos Armenios a Pontifice fuisse Bosseithan Imperatorem, superiori anno diximus. Contrarijs etiam studijs Tartari ac Saraceni, cum vtraque natio ad orbis imperium aspiraret, dissidebant. Addicta iam fuerat clientelæ nomine magno Chamo, vt supra indicaui, Armenia a Leone Rege, qui magnis cladibus eorum ope Saracenos attriuerat; ductuſque amplitudinis suæ & gloriæ tuendæ desiderio, Armeniorum suscepit patrocinium, ac soldanam Babylonium a lacessendis Armenijs imperij Tartarici clientibus sibi temperare iussit. Paruit mox soldanus, ac pacis leges e admisit; de qua Pontifex hæc ad Carolum Francorum Regem scripsit: *Cæterum*, inquit, *ad gaudium celsitudini regiæ nunciamus fidedignis relatibus nouiter accepisse, quod sub tributo annuo quinquaginta millium florenorum, soldano per Armenios more solito persoluendo, pax est inter eos pro annis quindecim reformata, et in eis partibus publicata: iamque Armenij propter guerram profugi ad propria sunt reuersi. Qua quidem pax ab Armenis acceptabilis reputatur, etc. Dat. Auinione id. nouembris anno* VIII. Agitasse Carolum Galliarum Regem consilia de expeditione in orientem, ad liberandam e Saracenorum tyrannide Armeniam, conficienda, ostendunt apostolicæ ad Leonem Regem Armeniæ, Ossirum comitem Curchi, atque omnes regni ordines missæ literæ f, quibus ipsos excitat ad constantiam, ac frangendos hostis impetus, dum Carolus Galliæ & Nauarræ Rex florentissimum in hostem exercitum comparabat,

e Extāt t.4. p.2. ep.secr. pag.89. Inuitat ad animos quindecim indictis inter Sar. & Arm

Vt Fr. Rex de orientali expedit. egerit

f t.3.ep.sec. pag.178.

14. &c. Hoc anno a Orosius Seruiæ Rex, veteris Græcorum schismatis damnandi desiderium explicuit: quem felicem nunium sedi Apostolicæ primus attulit Philippus Tarentinus princeps, cuius filiam Blancham Orosius vxorem deposcebat, armaque & regni vires Philippo ad recuperandum Constantinopolitanum imperium offerebat. At Philippus, vtpote singulari studio Ecclesiæ addictissimus, antequam affinitate cum Orosio se deuinciret, Christi vicarium consuluit: cui a Ioanne redditum hoc responsum: *Valde gratum et placidum gerimus, si alias de tua voluntate processerit matrimonium memoratum, dum tamen, prout ex ipsorum nunciorum tuorum narratione lateriter accepimus, prædictus Rex una cum clero nobilibus, et populo regni sui schismatica pranitatis detersa rubigine solidetur, vt cupere dicitur, in firma petra catholica fidei, integretur orthodoxa matris ecclesiæ vnitas, aliaque complent, quæ tua magnitudini pro faciliori acquisitione Constantinopolitani imperij obtulit, sicut habet nuntiorum assertio prædictorum.* Conuertit mox apostolicum studium Ioannes ad Seruiorum cum Romana ecclesia coniunctionem perficiendam: cumque Orosius Philippum ipsum rogasset, vt qua pollebat apud sedem Apostolicam gratia & auctoritate, nuntios apostolicos in Seruiam legandos curaret, qui obnoxios sibi populos fide catholica erudirent; Pontifex id munus iniunxit Bertrando Brundusino archiepiscopo, Bernardo de Parma canonico Aduersano, & Ioanni Dominici ordinis Prædicatorum theologo. Orosio vero Regi pararos venienti paternos amplexus significauit, fideique orthodoxæ formam, quam ipse, ac Seruij essent professuri, proposuit b, atque ab eo sacramentum hisce conceptum verbis nuncupari iussit: *Ego Orosius Rex Seruiæ suprascriptam fidei veritatem, prout plene lecta est et fideliter expesita, veram, sanctam, catholicam, et orthodoxam fidem esse cognosco: eam accepto, et corde ac ore profiteor; ipsamque, prout ea veraciter tenet, fideliter docet, et predicat sacrosancta Romana ecclesia, me inuiolabiliter seruaturum, et ipsa omni tempore perseueraturum; nec ab ea vllo vnquam tempore recessurum, nec quoquomodo deuiaturum, vel discrepaturum promitto. Primatum quoque ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, prout in premissa serie continetur, ad ipsius ecclesiæ obedientiam sponte veniens, fateor, recognosco, accepto, ac sponte suscipio: et me omnia premissa tam circa fidei veritatem, quam circa eiusdem ecclesiæ Romanæ primatum, et ipsorum recognitionem, acceptationem, susceptionem, obseruantiam, ac perseuerantiam seruaturum, prastito corporaliter iramento, promitto et confirmo. Sic me Deus adiuuet, et hæc sancta euangelia. Huic autem scripto, de mea recognitione, acceptatione, professione, susceptione, promissione, ac iuramenti prastatione sponte mea facto, lecto, et perlecto, sponte subscripsi et sigillum apponi feci.*

a ep.3.p.sec. pag.166. Seruiæ Rex ad Rō eccl. consiū dationem redit.

Missi a Pōte pro conciliādis eccles. Seruiæ oratores.

b Ibi p.163. Præscripta exigēdi ab Orosio sacramenti formula.

19. &c. Cumulata est illa de Orosio Seruiæ Rege, in Ecclesiæ sinum venire meditante, publica lætitia alia ingenti, nimirum Lituaniæ & Ruthenorum Regis Gedeminni, a dæmonum insana superstitione ad Dei cultum traducendi spe, quod Regi Francorum Pontifex hisce verbis significauit c: *Gedeminn, qui se Regem Lethonia & Ruthenorum intitulat, nobis nuper per suas literas intimauit, se desiderare intense cum suis regnicolis sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ subiacere vnitati; supplicans a nobis legatos sibi, qui eum ad fidem orthodoxam admittant, & illa salubriter instruant, destinari; super quibus per nuncios nostros plenius informari poterit regia celsitudo. Dat. Auin. VII. id. nouembris anno* VIII. Attulit pacem Liuoniæ & Prussiæ illius conuersionis specimen, cum pro fidei amplificatione religiosi equites infide-

Lithuan. & Ruthen. Rex ad fidem in speciem conuersus.

c t.3.p.2.ep. secr.pag.120.

Pactum inter ipsum & Crucigeros equites sacros.

les

les lacesserent, vel ab ijs bello peterentur: fœdusque Vilnæ hoc anno die dominico post euolutum a S. Michaeli sacrum diem compositum est, atque anno sequenti a Romano Pontifice confirmatum.

Fumariani Ethnici in Norvvegos barbariem exercent.

21 In Norvvegiæ limite nonnulli populi, quibus Fumar nomen est, dæmonum seruitute irretiti, Christianæ pietatis odio in eum furorem prorupere, vt in Norvvegiam excurrentes, ferinam barbariem in fideles exercuerint. Quo tristi nuncio ad sedem Apostolicam allato, Ioannes tuendæ religionis, propagandæque latius studio Norvvegos incitauit, vt in arma ad excindendam impietatem consurgerent; ac præmia indulgentiarum crucis signa secuturis, vel ære aut opera sacrum bellum promoturis contulit a.

a Ann.7.p.1. ep.cd.425.

22 Vt Norvvegos ad sacrum bellum aduersus infideles concitauit Ioannes, ita ad fideles a mutuo sibi bello inferendo abducendos operam contulit. Non leues illius causæ inter Christophorum Daniæ Regem atque Henricum principem Megalopolensem erant exortæ: Henricus enim negabat ditionem, cui Rostok nomen est, ad Danicum sceptrum spectantem, eiusque fidei ab Erico Rege Christophori fratre commendatam, restituere: cumque res ad arma vergeret, Pontifex nonnullis ecclesiasticis viris prouinciam imposuit b, vt Megalopolensi principi, causa cognita, censurarum religionem incuteret.

Christophor. Dan. Rex & Hëric. Magnopolë. princ de arce Rostok concendunt.

b Ib. p. 432.

Guecelo ecclesiæ Feltrinæ iura inuadit.

23 Adhibenda pontificiarum censurarum seueritas fuit aduersus Guecelonem Caminensem, quem impietas & ambitio aduersus Manfredum Feltriæ episcopum efferauit: cum enim Guecelo Feltriæ Belunique, & aliarum arcium, quas eripuerat Ecclesiæ, tyrannide deiectus esset, fictam amicitiam cum episcopo, interprete Henrico Goritiæ comite, iunxit: deinde colloquij specie in insidias pellectum, subornatis sicarijs trucidauit, ac manus impias eius sanguine imbuit. Illum itaque; cæteroſque parricidas Pontifex anathemate percelli iussit c, & agris priuauit, quos ab ecclesia iure fiduciario acceperat. Haud diu superfuit Guecelo sceleri, cum proximo anno perijsse referat Cortusiorum historia d.

c Ann.7.p.2. ep.cd.1384.

d Cortus.hist. l.3.c.25.

24. &c. Iactata est Italia superiorum bellorum ciuilium turbine: in ditione quidem pontificia crebræ populorum defectiones exortæ, cum a transalpinis præfectis se premi indignarentur. Genua a Gibellinis exulibus tentata obsidione e, sed nostu a Roberti Regis præsidiarijs copijs in hostem irrumpentibus liberata, ac suburbana a ciuibus recuperata. Præcipuus belli turbo Insubriam turbauit. Induxerat in animum Pontifex Galeatium Vicecomitem, quem hostem & hæresi contaminatum iudicarat, euertere; Regique Roberto imperatorij legati dignitatem antea attributam asserere. Coniunxere f ad rem perficiendam cum Pontifice & Roberto Rege vires fœderati Guelphi, complureſque e Germania, qui accepto crucis symbolo aduersus Ecclesiæ perduelles religiosam militiam erant professi, aduolarunt. Auctis hisce viribus Raymundus de Cardona Roberti copiarum dux, & Bertrandus Cardinalis Apostolicæ sedis legatus plura aduersus Galeatium & Matteum maxime ad flumen Adduam duo insignia secunda prælia fecere. Derrona a Raymundo ad deditionem compulsa g; Alexandria a legato Cardinale expugnata h. Collabenteque sensim Galeatij potentia, eiusque viribus in dies accisis a prædictis Raymundo Cardona & Bertrando Cardinale legato Gibellini nobiles, qui Matthæo Vicecomiti adhæserant, suæ potentiæ diffidere cœpere, atque ad res suas confirmandas Ecclesiæ gratiam ambire. Inter eos Canis Scaliger, ea lege a Pontifice in gratiam admissus, vt imperij vacantis administrationem ad Romanum Pontificem spectare publice agnosceret, eandem tamen præfecturam Romanæ ecclesiæ nomine gerere pergeret. Adducti vero eodem pontificiæ potentiæ terrore Passerinus Mantuanus princeps, Atestini marchiones Raynaldus, Opizo, Bertoldus, & Nicolaus, in sedis Apostolicæ fidem rediere. At paulo post Ludouicus Bauarus eos ad partes suas traduxit a, & Galeatij ac Mediolanensium, vt clientum imperij suscepto patrocinio, Pontificis Regisque Roberti conatus infringere aggressus est. Cumque Raymundus de Cardona Mediolanum ingenti obsidione premeret b, Passerinus & Scaliger auxilia testis Mediolanensibus attulere c; denique ob morbos, qui in castris grassabantur, soluta obsidio est.

Canis Scaliger ad eccl. partes se transferre meditatur.

e Ann.7.p.2. ep.cd.1384.

f Ann.7.p.2. ep.cd.1384.

g Ito Villan. c.189.

h Ecclesia c. 194.

Passerinus ab eccl. Rõ Mãtuan. vicariatum accipit.

Atestini marchiones in eiusdem ecclesiæ gratiã admitti.

Ann. Vill. l.9 c.195.

Galeatij & Mediol. patrocinium Ludou. Bauar. suscepit.

Gibellini Mediolano fere unt suppetias.

Ann. Vill. l.9 c.11. Chron. lib. cap 112.

Soluta obsidio.

Inde lis in Ludouicum Bauarum, qui pontificium & Roberti Regis exercitum Mediolano propulsasset, suscepta; ac legibus in eum agi cœptum est, & longe graniora mala sequuta. Præcipua accusationis capita hæc erant: Ludouicum discordibus electum suffragijs, antequam ea controuersia dirimeretur a sede Apostolica, imperij administrationem corripuisse: alterum vero, quod maxime Pontificis animum asperarat, Galeatij, quem hostem & hæresi contaminatum pronuntiarat sedes Apostolica, tum perduellium Ferrariensium patrocinium suscepisse.

Pontifex in Lud. Bauarum legibus agere contendit.

Quæ Ludouico obiecerit. Ann. Vill. l.9 c.227. et 4.ep.scr. p. 93. & Ludouici Bauari lib. XXII. p. 33.

30. &c. Itaque Ioannes octauo octobris die, vt refert Ioannes Villanus d, in Ludouicum Bauarum sententiam tulit e, in qua, proposita duorum Cæsarum controuersa electione, dirimendæ litis auctoritatem ad sedem Apostolicam spectasse, Ludouicum vi non legibus regium nomen sibi asserere affectasse, arripuisse regni administrationem, Briocburgensem principatum filio contulisse, cum Galeatio crimine hæreseos postulato ac perduellibus Ecclesiæ sensisse questus est: atque adeo intentato iudiciariæ seueritatis terrore eum admonuit, vt a Galeatij patrocinio abstineret, atque imperij administrationem poneret, donec ab Apostolica sede confirmata esset sua electio; constituto illi trimestri spatio, ecclesiasticos illi studere vetuit, ac sacramenta omnia Ludouico veluti Cæsari præstita consulsit donec pontificium suffragium promeruisset.

d Ann. Vill. l.9 c.227.

e 4.ep.scr. p. 93. & Ludouici Bauari lib. XXII. p. 33.

Ludouicus oratores ad Põt. mittit.

Consultati iudicij dies extrahi postulat.

31 Percrebuit proximo tempore pontificiæ sententiæ fama ad Bauarum, qui vt rebus suis consuleret, tres oratores ad sedem Apostolicam misit f, vt causas latæ sententiæ cognoscerent, diemque extrahi deposcerent.

f Extat. inter lit. inserta in 4.ep.scr. Ludou. XXII. pag. 107.

Ludouicus Bauarus mutat sententiam.

34. 35 Profectis iam ad Pontificem oratoribus de concordia acturis, Ludouicus improborum hominum subornatus consilijs vi & armis sua iura asserere, sibique aduersantis Pontificis hostem se profiteri maluit, quam demissione, vt cœperat, Christiana nascentem discordiam componere: atque ita spernere indictum a Pontifice iudicium decreuit; vtque facinus coloraret, accersitis tabellionibus ac testibus, exaratis xv. kal. ianuarij apologeticis literis, quibus singula a Ioanne obiecta conuincere nitebatur, contendit se potioribus electorum principum suffragijs creatum, atque Aquisgrani regia corona redimitum; exinde vero sine noua pontificia confirmatione ex veteri more iura imperatoria assecutum: neque illi ob nomen Regis Romanorum affectatum actionem intendendam, cum iam annis pluribus illud gessisset: Galeatio non ad tuendam hæresim, si qua inesset, sed ad Mediolanensem ditionem, quam oppugnabat hostis defendendam, opem tulisse. Postremo ad pontificia edicta eludenda suo & omnium cæsarei apicis studiosorum nomine ad concilium prouocauit.

Decernit iudicia nũ ordinem contemnere Scribit apologiam.

36 Cum vero is aduersus dignitatem Ecclesiæ plura gesserit, ea prætereri silentio historiæ lex non patitur: nec licet tradantur annalibus, exinde tamen incly-

De inclyta stirpe Bauarica.

inclytæ domus Bauaricæ gloria obſcuratur ; vti nulla labes Chriſto aſpergitur, etiamſi inter eius progenitores quiſpiam idololatra recenſeatur in euangelio; nec detrahitur Eccleſiæ ſanctitati, quamuis ex gentilibus genus traxerit, nec roſarum forma læditur, etiamſi raſcantur e ſpinis. Adde eo illuſtriorem eſſe ſtirpem Bauaricam, quo poſtrema hac ætate illius conſtantia & pietate ſtetit in Germania orthodoxa religio : qua in re præclaram Maximiliani virtutem nulla futura ætas conticeſcet. Candido ergo ſtylo, conſultum Bauaricæ domus ſplendori & dignitati volentes, quæ perperam a Ludouico geſta conſcribemus. Imperatoriæ ille dignitatis tuendæ cupidus, a politicis perſuaſus cæſarea iura a Ioanne Papa opprimi, captanſque diffugia ad pontificia edicta eludenda, ſuos & omnium cæſarei apicis ſtudioſorum nomine ad concilium prouocauit. Cæterum nomine concilij, ad quod prouocabat Ludouicus, non tam is ſolemnes epiſcoporum cœtus, quibus Pontifex præſidere ſolet, intelligebat ; quam paucorum conuenticulum, cui præeſſet ipſe Ludouicus, quod omni ſtudio congregare nimis eſt, vt in eo ſæuum aliquod ſchiſma crearet, vt docent illius geſta. Nunc reliqua hoc anno peracta proſequamur.

37 In Sardinia atrox in Piſanos conſpiratio confecta eſt a : Arboreæ enim toparcha, quem iudicem vocabant, facta cum Aragonijs coitione, Piſanis tota inſula ex condicto, in quos ſæuire potuit, obtruncatis, defecit ad Iacobum Regem Aragonum, qui illius inſulæ imperium clientelæ nomine a Romano Pontifice ea lege acceperat, vt Siciliæ inſulam Carolo II. relinqueret. Alfonſus vero filius ſceptri Aragonij heres, valida claſſe in inſulam inuectus, plura loca in ſuam poteſtatem redegit b.

a Io. Vill. l. 9 c. 97. Arboreæ regulus ad Aragonios defecit.

Alphonſus princeps Aragon. in Sardiniam claſſe inuehitur.

In Luſitania labefactata fuerat immunitas ordinis eccleſiaſtici, Dionyſio Rege de ſacerdotum crimin flagibus cognoſcendi ius ſibi arrogante, & iura eccleſiarum infringente : cuius ſceleris cum ſupplex veniam depoſceret, Pontifex partes dedit Gondiſalno Vliſſiponenſi epiſcopo abſoluendi Regis anathematis vinculis, quibus ſe irretierat, modo in poſterum ab huiuſmodi auſis ſibi temperaret.

b Eod. lib. cap 210. Dionyſium Rex Luſit. cenſuras contrahit.

38. &c, Extracta in hunc annum eſt exorta ſuperioribus annis controuerſia de paupertate euangelica, an Chriſtus & Apoſtoli ius & dominium in ea, quibus vſos eſſe diuina recenſet oracula, obtinerent ; an vero ſine iure ſimplicem & purum vſum, ab omni dominio ſeiunctum.

Controuerſia de paupertate Chriſti.

61 Fuerunt editi multi commentarij c, & concertationes habitæ ; cum omnium fere Cardinalium, epiſcoporum, doctorumque paucis exceptis, qui Pontificem decernentem ſecuturos ſe profitebantur, in eam concurrerent ſententiam, Chriſtum & Apoſtolos iure ea, quibus vti ſunt, habuiſſe : Pontifex in hac fidei controuerſia diuino, quod nunquam Eccleſiæ defuturum Chriſtus pollicitus eſt, præſidio fultus, e Petri cathedra decretoriam hanc tulit ſententiam d, quam per vniuerſum orbem Chriſtianum promulgari iuſſit.

c Ext. in ord. m.ſ. bibl. Vat ſign. n. 3740 B. v. chr. Rom. Pont.

Decretum fidei pro ſui tuitio e Petri cathedra.

d l. 4. ep. ſecr. p. 1. & m.ſ. ipſ. bibl. Vat ſig. n. 3705. in fo. XXII. ext. etiam inter extr. c. 4. tit. de verb. ſign.

Ioannes, etc. Cum inter nonnullos viros ſcholaſticos ſæpe contingat in dubium reuocari, vtrum pertinaciter affirmare, redemptorem noſtrum & dominum Ieſum Chriſtum, eiuſque Apoſtolos in ſpeciali non habuiſſe aliqua, nec in communi etiam, hæreticum ſit cenſendum, diuerſis diuerſa & aduerſa etiam ſentientibus circa illud ; nos huic concertationi finem imponere cupientes, aſſertionem huiuſmodi pertinacem, cum ſcripturæ ſacræ, quæ in plerisque locis ipſos nonnulla habuiſſe aſſerit, contradicat expreſſe, &c. *Et infra.* Rurſus in poſterum pertinaciter affirmare, quod Redemptori noſtro prædicto eiuſque Apoſtolis in ijs, quæ ipſos habuiſſe ſcriptura ſacra teſtatur, nequaquam ius ipſis vtendi, ſeu conſumendi competierit ; nec illa vendendi, ſeu donandi ius habuerunt, aut ex ipſis alia acquirendi, quæ tamen ipſos de præmiſſis feciſſe ſcriptura ſacra teſtatur, ſeu ipſos potuiſſe facere ſupponit aperte ; cum talis aſſertio ipſorum vſum, & geſta euidenter includat in præmiſſis non iuſta, quod vtique de vſu, geſtis, ſeu factis redemptoris noſtri Dei Filij ſentire nefas eſt ſcripturæ ſacræ contrarium, & doctrinæ catholicæ inimicum : aſſertionem ipſam pertinacem de fratrum eorundem conſilio deinceps erroneam fore cenſendam merito & hæreticam declaramus. Nulli ergo, &c. *Dat. Auin. 11. id. nouemb. pont. noſtri anno octauo.* Ex his conſignatum in extrauagantibus editis annum emendes.

Damnati hæreſeos negantem in Chriſto & Apoſtolis ius in rerũ vſu.

62. 63 Aſſenſere decernenti pontifici, ac ſuſceptam antea opinionem erroneam propugnatamque (ſine pertinacia tamen) exuerunt Vitalis & Bertrandus de Turre Cardinales Minoritæ, ac Berengarius epiſcopus Cardinalis Tuſculanus, nonnullique, qui plura ſcripta excutiendæ veritatis gratia ediderant. Inter quos eminebat ſcientia & doctrina Vitalis Cardinalis, qui tres libros a, detortis in ſuam ſententiam ſcripturis diuinis & ſanctorum patrum dictis confecit, cuius argumenta Ioannes Neapolitanus ordinis Prædicatorum inſignis theologus diſſoluit b. At Michael Cæſenas ſupremus ordinis Minorum præfectus, conceptum errorem non poſuit, perperamque intellectis Nicolai Papæ ſententijs, quas in prauum & obliquum ſenſum tractas velut decreta fidei obtrudebat, abutebatur in ſcriptis tum promulgatis.

Cardin. & epiſcopi Põt. decretum ampletuntur.

a Ext. in m.ſ. bibl. Vat ſig. n. 3740 p. 3. & c pag. 80. bib pag. 210.

b Minoritarum magiſter in errore pertinax.

64. 65 Auctum Thomam Aquinatem ſanctorum honoribus hoc anno conſignat m.s. Vaticanum his verbis c: *Anno Domini* MCCCXXIII. *xv. kal. auguſti Auinione canonizauit*, nimirum Pontifex *ſanctum Thomam de ordine Prædicatorum, quinquageſimo a felici eius tranſitu decurrente* : quæ confirmat Lernardus d. Meminere de ſanctorum cultu B. Thomæ decreto Ioannes Villanus e, S. Antoninus f, & alij. Extant de ijs, Ioannis encyclicæ literæ, in quibus præcipua viri ſancti geſta & poſt mortem eius ſuffragio patrata miracula deſcribuntur, ex quibus felicis eius obitus hiſtoria repetenda viſa eſt g.

Thomas Aquinas ſanctorum catalogo adjicitur.

c M.ſ. bibl. Vat ſign. num 3705. in Cl. liber. in chr. Rom. Põt. m.ſ. Vat bibl. ſign. n. 2043. Ptol. Lu. in hiſt. eccl. m.ſ. l. 24. c. 42.

d Io. Vill. l. 9 c. 218.

e Ann. 3. p. tit. 21. c. 3. §. 8.

f Ann. 3. p. 2. tit. 16. c. 1. §. 1.

66 *Ioannes, &c.* Cum infirmitate, de qua obijt, ſanctiſſimi Dei & domini noſtri Ieſu Chriſti corpus, in cibum ſumendum, ſibi vt viaticum deferretur, totus profuſus in lacrymas, & dulci amore eiuſdem animæ, aſſueta dulcedine Dei liquefacta, inter cætera multa & decora quæ protulit, hæc vel ſimilia fidei & deuotionis verba, toto illius monaſterij conuentu, multiſque dictorum Prædicatorum & Minorum ordinem aſſiſtentibus fratribus eructaſſe refertur : *Ego de iſto ſanctiſſimo corpore domini noſtri Ieſu Chriſti, & alijs ſacramentis multa dicui, multa ſcripſi in fide Ieſu Chriſti & ſanctæ Romanæ eccleſiæ, cuius correctioni cuncta ſubijcio, cuncta ſuppono.* Recepto deinde ab ipſo eodem viuifico ſacramento, cunctiſque alijs ſacramentis Eccleſiæ debita veneratione cum lacrymarum effuſione ſuſceptis, tertio die obdormiuit in Domino, cui credidit, quem amauit, & tota mentis affectione dilexit, &c. *Dat. Auin. xv. kal. auguſti pontificatus noſtri anno* VII.

Quam pie euchariſtiã perceperit. Qua de re ſcripſerat mortẽs Romanæ eccl. cenſuræ ſubijcit.

67 Inſtitere apud ſedem Apoſtolicam Guillelmus Bituricenſis archiepiſcopus, atque eius eccleſiæ canonicorum collegium, vt cum Deus pluribus miraculis Philippum, qui olim Bituribus præfuerat, ornaret, ipſi ſanctorum cultum decerneret ; qua de re antea ab Vrbano IV. & Clemente IV. actum fuerat : ſed cum in tanta re maturitas conſilij maxima adhibenda Ioanni videretur, Carnotenſi & Aurelianenſi

Miracula poſt mortẽ edita.

Philippus archiep. Bituricenſis miraculis clarus. Vrb. IV. & Clem IV. de ijs examen inſtitui juſſerant.

mensi episcopis ac Prædicatorum Bituricensium præfecto partes dedit a, vt de vita ac miraculis illius inquirerent. Meminit de Philippo archiepiscopo Bituricensi in Gallia Christiana Claudius Robertus b, quem beati titulo exornat, & septuagesimum primum in archiepiscoporum numero collocat: cuius insigne clementiæ exemplum in Hugonem episcopum Claramontensem refert: cum enim Innocentius IV. illi contumaciæ in Philippum damnato abrogasset episcopatum, vir egregius non prius e genibus voluit assurgere, quam summum Pontificem ad misericordiam in aduersarium admittendam flexisset.

a An. 8. p. 1. ep. com. 563.

Singulare benignitatis in ipso exemplum.

b Claud. Rob. Gall. Christ. in archiep. Bitur. p. mc. l. 3. c. 134.

68. 69. Claruisse hoc anno vitam Parisijs S. Eleazarum Ariani comitem ferunt c, vigesima septima septembris d die, dum pro Roberto Siciliæ Rege in aula Gallica oratorem agebat: qui vna cum vxore B. Delphina raro exemplo, licet eodem cum ipsa thoro vteretur, virginitatem tamen coluit. Cui aliquando de nimia apud Monem Pessulanum mora expostulanti hæc per literas respondit e: *Sanus corpore sum & sospes; si vero me videre cupis, quære me in vulnere lateris Christi; illic enim habito, & ibi me poteris inuenire, frustra alibi quæsiturus.* Datus is est a Roberto Rege Siciliæ ob singularem virtutum splendorem virtutis præceptor Carolo duci Calabriæ, Siculi regni heredi, vt eum probis moribus perpoliret. Neque frustra a viro sancto impensa opera fuit: cum enim Carolus, iuuenili abreptus leuitate, obscœna verba fundere & lasciuire solitus, ab Eleazaro correptus esset, ita illius monita impressit pectori, vt postmodum pudicitiæ legibus frænaret ora, neque impuros magna procerum admiratione a suis sermones laxari pateretur. Cum vero plurima polleret auctoritate in regia Neapolitana, illam in mendis inopum iuribus collocauit: quocirca patroni pauperum nomen vulgo illi inditum f. Deinde Lutetiam legatus g, vt vxorem Carolo ex stirpe Gallica regia compararet, prudenter munere perfunctus est, in medio regalis aulæ luxu animum ad res diuinas intendere solitus. Quo tempore ad alias cœlestes agni nuptias vocatus, pijssimo exitu ad immortalitatem migrauit. Describit h eius obitum antiquus auctor hisce verbis: *Sumpto dominico sacramento cum sacro oleo vngeretur, & versum illum diceretur: Per sanctam crucem & passionem tuam libera eum Domine; ipse eundem tertio repetiuit, & addidit: Hæc est spes mea: in hac volo mori. Ad extremum ius in agone positus, vultum pra se tulit valde terribilem; vnde colligi liceret eum in magno versari labore ob quædam illi obiecta, atque sub ainstmodicensi3u exclamauit: Magna est dæmonum vis, sed eam penitus euertunt virtus & merita sacrosanctæ incarnationis & passionis Iesu Christi. Et post paululum rursus exclamauit: Plane, inquit, vici. Post aliquantum temporis spatium cum ingenti clamore dixit: Totum me diuino iudicio committo: atque his dictis reparatus est vultus eius, & quodam rubore atque splendore multaque elegantia perfusus: atque ita reddidit spiritum; nec fuit vel minimum mutatus vultus eius, sed permansit serenus & pulcher. Obijt sanctus comes plenus virtutibus & operibus bonis anno salutis* MCCCXXIII. *v. kal. octobris.*

De S. Eleazaro comite.

c Sur to. 5. Bar. in not. ad mart. Rom. 27. sept.

d Sur. ib. cap. 23.

Pium illius ad vxorem responsum.

e Vt præceptor fuerit Caroli ducis Calab. sibi cap.

Patrocinium pauperum acceperit.

f Cap. 28.

g Cap. 32.

h Cap. 33.

Sepultus in cultu Franciscano primum est Parisijs in Minoritarum templo: ac dein Aptam translatæ eius reliquiæ, ad quas maximæ cœlestes virtutes editæ, ac vario morborum genere laborantibus valetudo diuinitus restituta: immo & mortui ad vitam reuocati. Quibus permotus Vrbanus V. sanctorum honores solemni ritu postea illi tribuit. i

Translatio reliquiarum S. Eleazari. Decreti illi sanctorum honores.

i Vrsd. in annal. Min. hoc ann. n. 39. & seq.

IESV CHRISTI
annus 1324. Indict. 7.

IOANNIS PP. XXII. VACANTIS IMP. OCCID. 11. annus 9. ANDRONICI IMP. OR. 41.

1. &c. LVdouici Bauari oratores, quos ille antea ad aulam pontificiam legauerat, vt obsequentem se Ecclesiæ, nec sentire cum hæreticis professeretur, ingressi purpuratorum patrum consistorium 8 v. nonas mensis ianuarij, Pontifici in solio considenti, supplicem libellum a porrexere, vt iudiciarium ordinem in sex menses extraheret. Mirum cuiquam videri posset, quomodo demissione Christiana, & obseruantia Pontificem delinire studuerit Ludouicus, qui paulo ante, vt vidimus b, concepta prouocationis formula Pontificem ipsum calumnia hæreseos appetiuerat, atque ab eius iudicio ad concilium œcumenicum appellauerat: quod Ludouici factum ignorans Ioannes, accepto eius libello supplice, rem indeliberationem cum Cardinalibus adduxit, ac publico consistorio VII. idus ianuarij congregato, præsentibus oratoribus obiecit, Ludouicum non cognita ab sede Apostolica electionis controuersia, contra decreta pontificia non electum in Regem, sed Regem se dixisse; Vicecomites hæreseos crimine postulatos iuratum esse, cum aurea ad eos exercendos venturum se in Italiam spopondisset: marchiones Atestinos & Ferrarienses Ecclesiæ perduelles in sua verba sacramento adegisse; vetera Ecclesiæ iura, quæ interregni tempore ac discordibus suffragijs duobus electis Regibus vicarios imperij creare solet, infregisse: ob quæ licet ipsi dies proroganda non esset, ad duos tamen illam menses proferre, non vt ab ipso gesta meretur, sed venia petita demisse emendaret. Quæ literæ affixæ fuerunt Autenionensis ecclesiæ foribus, & in Germaniam ad Frisingensem episcopum missæ c vt eas diuulgandas curaret, ne quem latere posset, quid inter Ludouici oratores ac sedem Apostolicam agitatum esset, ac dolo & calumniæ ora obstruerentur d.

Ludouici Bauari oratores ad sedem Apost. accessus.

a Ext. apud Ioan. 22. p. 1. ep. secr. pag. 107. & Ludouic. Bauar. bull. pag. 35.

b An. 1323. n. 34. &c.

Quæ respōsa fuit a Pontifice.

c Ibid.

d Rod. to. 4. p. 1. ep. secr. p. 110.

4. &c. Verum ipse, non impetrato, vt vidimus, sex mensium spatio, vt causam ageret, collecto suorum cœtu, constitutas sibi a Pontifice angustiores temporis metas edixit: se fidem catholicam colere, & Ecclesiæ decus semper asserturum; neque sibi conscium esse, se quapiam in re læsisse sedem Apostolicam, ac si læserit, factorum satis: profecturum Pontificem honoribus debitis, ac iura etiam imperij tuaturum; seque eadem coram Pontifice, cum se daret prima occasio, professurum: quæ Georgius Hervvartus suis concepta verbis ex veteribus monumentis affert e. At non verba Ludouici spectanda fuit, sed opera potissimum. Commotum vero iisse Pontificem indicat Albertinus Mussatus f, dum Italiæ tyrannorum, quos armis in Pontificem defendendos ob causas politicas suscepit Ludouicus, imperitatem describit: ait enim eos bona ecclesiastica inuasisse, ac stipendiarijs distribuisse, tum impia effecisse ad proterendam auctoritatem Ecclesiæ, atque anathemate defixos paria cum Saracenis & hæreticis sentisse. Iniquo vero Ludouicum datam Pontifici de ijs debellandis fidem intregisse, iudiciaria sententia in Galeatium paterno sectatorem impietatis lata indicat, in qua eius flagitia recensentur g. Extorsisse nimirum Matthæum & Galeatium tributa ab ecclesiasticis, exercuisse vna cum filijs Galeatio & Marco in eos sæuissimam tyrannidem; religiosas familias ne disciplinam monasticam excolerent turbasse: in ecclesias & monasteria viros & fœminas intruisse, mulierculas,

Cōtemnit Ludouicus die constituto comparere. Eius doli ad declinandum iudicium.

e Hervvart. ad ann. 1324. n. 40.

f Alb. Muss. in Lud. Bauar.

Italiæ tyrannos fouet. Matthæi & Galeatij Vicomitum facinora.

g to. 4. p. secr. pag. 126. & lib. variar. bullar. p. 25.

quibus fluuium intulerant, monasterijs per vim inclusisse, Vercellas expugnasse, & episcopum seruituti addixisse: ecclesiasticas censuras sprevisse ac sacra profanari iussisse; vita vero functo Matthæo Galeatium auxisse hæc flagitia, hostili furore infectatum episcopum & cæterum Placentinos; bonisque exuisse, sanctimonialibus vim intulisse, depositas in sacrarijs opes diripuisse, ecclesias incendisse, censuras sprevisse, legatum pontificium aditu in vrbem Mediolanensem arcuisse; episcopos ne suas lustrarent diœceses prohibuisse, publicam pacem sustulisse, demum vehementem hæreseos suspicionem de se concitasse, nimirum Matthæum mortuorum resurrectionem negasse, eiusque maternam auiam ob hæreseos crimen exustam; ex eodem genere materno Guillelmam dæmone delusam iactasse Spiritum sanctum in ipsius carne se induisse; & Galeatium eadem secta in virgem credentium fuisse irretitum, quamuis terrore & minis e iudicum seueritate euolarit: ob cumulata dein temporum fletu crimina auctamque suspicionem hæreseos Galeatium Marcum, Luchinum Ioannem ac Stephanum Matthæi filios decretoria sententia vt hæreticos damnasse pluries fuisse, quæ a Ioanne seruato iudiciorum ordine confirmata est.

a Io. Vill. l. 9. c. 9.

13. Decreta est etiã sacro expeditio in Vicecomites, cum iam februario exeunte pontificius exercitus ab auxiliaribus Ludouici Bauari copijs profligatus fuisset a, ejusque ductor Raymundus Cardona Mediolanum in vincula adductus. Qua iniuria & clade exulceratus Ioannes, Bauari legatos anathemate perculit b ob prætitra damnatis hæreseos auxilia: cum aduersus Bauarum ipsum iudiciorum ordinem vrsit, cum is in ius vocatus non cœpta emendasset, nec misisset procuratores, vt responderet in iudicio, vel controuersias pactione sedaret; sed expediret arma, & Romanæ ecclesiæ iura, occupato etiam supremo Ferrariæ imperio, inuaderet. Præterea contendebat Ioannes, interregnum esse creatis duobus Cæsaribus, donec lis a sede Apostolica dirimeretur: neque illam in acie, in qua iustus possit succumbere, sed in iudicio æquitate decidendam: proinde Robertum iure a Clemente V. legatum imperij in Insubria constitutum; ac ne munus illud exerceret, iniusto bello appetitum. Contra Ludouicus Bauarus rerum successu tumidus, legum voces & iudiciorum ordinem contemnebat: quæ res Pontifici acerbissima accidit, quippe qui iustitiæ tenax, & legum vindex Cæsarum discordibus suffragijs electorum controuersias in apostolico tribunali diiimi volebat: itaque in Ludouicum, in iudicio non comparentem, anathematis sententiam promulgauit c, tum illi trimestrem terminũ constituit, quo non Regis, sed electi in Regem nomen sibi tribueret, ac Mediolanensium Ferrariensiumque cliontelam deferret, & iniurias Ecclesiæ ob occupatum Ferrariæ imperium illatas farciret. Quæ sententia hac temporis nota consignata est. *Dat. Auenione x. kal. aprilis pontificatus anno* VIII.

b t. 4. p. 2. ep. secr. p. 1. 18. & lib. var. bull. pag. 16

Præcipua inter Pontificem ac Bauar. controuersia.

c Io. t. p. 149 sec. pag. 100 & lib. var. bull. pag. 28

Innocens Ludouico pœnas dicto perempto termino petit.

14. &c. Diceptabat contra publicis libellis Ludouicus, se iure & legibus cæsareos accepisse apices, ac Fridericum æmulum imparibus electum suffragijs: & si qua lis intercessisset, diremptam prælio, in quo ille sub victoris potestate succubuerat: nunquam etiam tum Reges discordibus suffragijs creatos in ius vocatos, si Reges se dixissent; consulenda in ea lite vetera Germanorum & imperij instituta: deinde graues querelas in Ioannem iudit; iactabat d illum nil aliud moliri, quam vt Germanis eriperet augustales apices, & Imperatoris creandi auctoritate ad se reuocata, electores principes terendi suffragij iure deturbaret. Nauarum ea in re Ludouico operam nonnulli nequam viri, qui cum ecclesiæ grauia publica concordiæ ex officij religione studere debuissent, augere discordiam ac Pontificem in inuidiam & odium apud electores principes adducere conabantur: a quorum calumnijs vt se Pontifex vindicaret, datis ad septemuiros literis e significauit, calumnias meras ab impijs spargi, neque ex edictis in Bauarum conscriptis septemuirum iuri & auctoritati detractum detrahendumue fore.

d Io. t. 4. p. 2. ep. secr. pag. 15 post med. epist.

18 Non deerant etiam Ludouico alie artes & illecebræ, vt aduersarios sibi conciliaret; multisque fucis ac blanditijs mulcere rentauit Leopoldum ducem, qui, cum sparsa de Pontifice figmenta aperuisset, de rei veritate est edoctus b. Tum fœderatos Ludouici Reges ac principes ab ipsius amicitia diuellere est conatus; interque eos Christophorum Regem Daniæ fecit certiorem c, Ludouicum cœptis non posse abduci; atque adeo ipsum non parum regium decus obscuraturum, si illius partibus se inici pateretur, in quem latæ sententiæ causas expressit. At Danus pontificijs monitis dissensit, contractaque cum Ludouico affinitate Ioannem rogauit, vt Ludouicum suo iure posisi fineret.

b Ib. pag. 70

c Ib. pag. 68 Queritur de Ludou. apud Rayn. Pontif.

19 Non ob Dani preces desistendum ius pontificium Ioanni visum est, nec Ludouicus admonitus supius flecti potuit, vt legibus cæsarei apicis contro uersiam dirimi assentiretur: immo iure in vi aperta constituto, pontificios varijs prælijs attriuit in Insubria ducum suorum opera: quæ Ioannes Villanus d alijsque accurate describunt; ac præter susceptum Vicecomitum iuris imperatorij specie patrocinium, etiam perduelles pontificios, qui ditionem ecclesiasticam laniabant, tuebatur. Inter hos marchiones Atestini Raynaldus & Opizo iudicaria sententia percussi, qui supremum Ferrariæ imperium a Pontifice ad Cæsarem transferre annisi erant, tum Adriam & Comaclum expugnarant. Itaque impositæ sunt patriarchæ Aquileiensi & Bertrando tit. S. Marcelli presbytero Cardinali partes e, vt bellum sacrum in Atestinos & Ferrarienses promoueret. Cæterum non potuere Ferrarienses rebelles edomari; immo Atestini marchiones, qui Ferrariam Ecclesiæ eripuerant, Argentam proditione f occuparunt.

Perduelles pontificis defensi a Lud.

d Io. Vill. l. 9. c. 59. c. 71

Sententia damnati.

e Ib. p. 130.

f Io. Vill. l. 9. c. 176. Raynaldus h. Rayn. l. 6. Guido epis. Aretin. tyrannus.

20 Passa est etiam Ecclesia plures alios hostes, atque inter cæteros acerbissimum persecutorem, qui defensor illius esse debuerat, Guidonem episcopum Aretinum, qui eius vrbis tyrannidem occupauerat, & Cæsarei nominis augendi tucata specie, ecclesiasticam ditionem Tipherno occupato acerbe vexauit; cuius præcipua flagitia recenset Ioannes g; vt Vrbinum aliasque vrbes a pontificia clientela abducere tentarit: tum Picentes perduelles fouerit, imperatumque illi est, vt a malo cœptis abstineret. Ac sprevit ille pontificis imperia, ac demum dextera diuini Numinis vindice percussus acerbe hæc crimina defleuit h, damnauitque Ludouici Bauari partes.

g Lib. var. bull. pag. 13

h Alb. Mus. in Lud. Bauaro.

21 Appropinquabat interea dies Ludouico Bauaro eidem constituta, qua nisi ad expiandã gesta aduersus pontificiam dignitatem iudicio Apostolicæ sedis se sisteret, omnibus ad imperium ex electione comparatis iuribus priuare ipsum Ioannes erat comminatus: eumque ille erepta Ecclesiæ iura restituere, suamue Pontifici causã permittere denegaret, amnisq; regiam asserere sibi dignitatem in animum induxisset; Ludouicum Ioannes iuribus omnibus, quibus sibi imperium vendicabat, vt contemptorem sanctæ sedis, iurium illius in re Ferrariensi inuasorem, atque hæreticorum Vicecomitum patronum exuit; cuius sententiæ præcipuam partem decerpimus.

Bauarus in priuatus cõsilijs obfirmatus.

22. &c. *Ioannes, &c.* Cum nec interim comparuerit, nec adhuc ipse compareat, nec aliquis alius pro eodem, de fratrum eorundem consilio præfatum

Etiãdẽ cõtumacia offenditur.

rum electum reputamus & declaramus merito contumacem ; eiusque contumaciam tam in non comparendo, quam in non acquiescendo nostris superius expressis salutaribus monitis & mandatis anctam considerantes attente, ne deinceps plures trahat in sui erroris deuium, ad quod sua tota ferri videtur intentio, & ne de tanta contumacia glorietur, si iustitia viterius differatur ; ommino nos tam temerarijs ausibus, tam periculosis excessibus, tamque obstinate malitie electi prefati ocyus cupientes occurrere, ne sero medicina ipsis procedentibus viterius preparetur ; attendentesque, quod ad excessus huiusmodi perpetrandos gloria tituli regij, quem sibi temere vsurpauit, intentius sibi tribuit, ac in ipsis perseuerandi fomentum periculose nimium subministrat ; hanc ad Dei honorem, & sancte Romane ecclesie, ac totius catholici populi quietem & pacem, eiusdemque electi salutem, prout & iustitia exigit, amputare volentes ; de fratrum ipsorum consilio memoratum electum, qui propter excessus notorios contemptus quoque ac superadditas obstinatas contumacias supradictas, tam in non comparendo sibi prefixis terminis, quam in non parendo nostris salutaribus preceptis & monitis supradictis, predictis regno & imperio reddidit multipliciter se indignum, quique propter suam proteruam ambitionem, & superbam proteruiam a Deo, ne regnet vel imperet, est abiectus ; ipsum Ludouicum ducem Bauarie omni iure, si quod sibi electione sua predicta competere seu competisse poterat, ac dominio priuatum denunciamus & offendimus ; nosque ipsum iure prefato sententiando priuatum declaramus, & priuamus. *Dat. Auinione v. id. iulij pontificatus nostri anno VIII.*

Omni iure ex electione quesito priuatur.

25 Adhibite porro seueritatis a Pontifice culpam tribuendam Ludouico, non modo dicta a nobis demonstrant, sed etiam Germanus auctor docet a: *Quia*, inquit, *idem Ludouicus confirmationem petere contempsit a Papa, dictus summus Pontifex, multis premissis processibus & sententijs, ipsum priuauit, et electionem eius cassam declarauit, multis penis alijs successu temporis adiectis.* Tulit publicus rumor b, nec vanum indicant Ioannis littere c date ad Francorum Regem deiecto solio Ludouico, agitatum de imperio transferendo ad Gallos, indictosque in confinibus imperij apud Barenses conuentus refert Ioannes Villanus d: sed cum solus Leopoldus dux Austrie accessisset, delusum Carolum Germanorum principum promissis non sine pudore abscessisse.

a M.f.bibl. Vat.sign.no 3765.in lo. XXII.

b Alb.Muf. in Lud bau Alb.Arg. in chr. Rebdorf in chron. c 1.5.ep.sacr pag 15. d Io.Vill.l. 9.c.248.

Carolus Francorũ Rex annititur ad imperium.

26. 27 Contendit Ludouicus Bauarus se contra fas a Ioanne honore depulsum fuisse, ac nomen cesareum iusque non dimittere constituit ; sed illud contra edicta pontificia sibi armis asserere : tum acceptæ, vt putabat, iniurie impatiens multa in pontificiam dignitatem molitus est e, cum Ioannes anathematis illum sententia, quam antea intentarat, ni poneret titulos, ineunte octobri perculit, ac foce hereseos crimine postulauit, constituto illi ad dicendam causam die peremptorio.

e Ead.p.40.

28. &c. Ad declinandam huius pontificij fulminis vim, celebratos in Germania mense octobri a Bauaro solemnes ordinum imperij conuentus, refert Ioannes Villanus f, in quibus graues de Ioanne Papa querelas effudit, atque a lata in se sententia ad concilium œcumenicum Rome celebrandum prouocauit. Deinde vindicte expetende cupiditate æstuans, ad eripiendam, si posset, illi tiaram apostolicam, qui sibi diadema imperiale eriperet, multa Ioanni obiecit, quibus indignum illum pontificatu contendebat ; eamque prouocationis formam mense nouembri ad aulam pontificiam misit ; ex qua grauissimi tumultus in Ecclesia sunt concitati. Vtebatur, vt ex Villano a colligitur, inexarandis illis netarijs scriptis Ioannis Iandumi & Martilij Patauini insignium philosophorum & astrologorum opera ; sed quos pluribus hæresibus contaminatos ait : extatque conceptus Ludouici Bauari nomine ab ijs libellus in m. s. codice bibliothecæ Vaticanæ a Nicolao Minorita schismatico compactus b, in quo ex improborum consilio hominum impium de Christi & Apostolorum paupertate dogma, quod nonnulli pseudominoritæ hypocritæ tuebantur, secutus, Romanum Pontificem, dum controuersiam dirimebat, hæresim promulgasse affirmauit.

f Io.Vill. l. 9.c.279. Bauarus a pontificia sententia ad cõcilũ prouocat.

In Ioannẽ plures eo nomine calumnias.

a Eod.l.cap 265 Quibus viris impijs vius sit ad netaria scripta componenda.

b Apud Nic Aton.m.f. bibl. Vat.sig n 4008.p.13.

31. &c. Exinde Ludouicus, quamuis non iniustam antea causam tueri pluribus cesarei nominis studiosis visus esset, tanto tamen piaculo iniquissimam prorsus reddidit, seque augustali iure exuit, dum Fraticellorum hæresim sanctione, *Cum inter nonnullos*, damnatam professus est, eamque suscepit amplificandam. Iuridicam itaque Pontifex in Ludouicum sententiam tulit, qua illum ob impugnatum Ecclesiæ dogma publice promulgatum, quod nimirum Christus & Apostoli in ijs, quibus ipsos diuinæ scripturæ testantur vsos, verum ius siue in speciali siue in communi obtinerent ; crimine hæreseos damnauit, ac pœnas in hæreticos staturas ipsum contraxisse sanxit c.

Post hæc Lud secundum iura exauctoratus.

Pontifex in eodẽ fidei decreto errare non potest.

c Ext.n.277 in arch. Anion.

Lata in eũ hac de causa sententia d Ext. de eo Lud. lat. reper. in arch. Anion.n.138

Pœnituit Ludouicũ sceleris.

Pœnituit d postea Ludouicum tanti sceleris in propugnanda Fraterculorum hæresi, laniandaque Pontificis fama perpetrati, atque hoc responso illud excusauit, gestum id Vdalrici scribæ inuidia, & improbitate, eumque scelus imminente morte fassum ; se vero armorum tantum, non theologicarum controuersiarum peritum esse. Cæterum Ioannes, cum hostes Ecclesiæ latius in dies virus suum diffundere, & Ludouicum principem subornasse conspiceret, ac palam dictis duabus prioribus sanctionibus impie detrahi, tertiam edidit e, quæ ab his verbis ducit exordium, *Quia quorundam*, & iuri canonico adiecta est, in qua grauibus rationibus a se antea promulgata confirmauit : cuius argumentum pontificiæ curiæ doctor in suo commentario, pro ea defendenda edito, accurate exponit f. Cum vero Ioannes in ea sanctione pronuntiasset iustum vsum a iure & dominio rerum non separari ; nonnulli ipsum errasse in controuersia ad fidem non spectante existimarunt ; inter quos numeratur Robertus Cardinalis Bellarminus g hoc deceptus argumento : *Quia*, inquit, *esse dominum non est posse rem destruere quocumque modo : sed posse libere destruere quando, vbi, quomodo quis voluerit ; & etiam donare, vendere, commutare, &c. Constat autem omnes veros religiosos habere vsum panis quem comedunt, & vini quod bibunt : nec tamen posse illa donare, vendere, mutare, projicere.* At ex hoc probatur tantum, non haberi a religioso viro plenum & liberum dominium ante vsum rei consumptibilis ; non vero in ipsa consumptione, quod haberi constat, cum nulli alteri remaneat, vt demonstrat pontificiæ sanctionis propugnator h hoc argumento : *Si res illa, qua quis vtitur, est alterius concedentis talem vsum rei ; aut concedit vsum rei, nihil retento in re, aut concedit vsum, retento dominio in re : si primo modo, sequitur quod concedens vsum concedit quidquid habet in re, & quantum ad vsum, & quantum ad ius : si autem ille, cuius dicitur res esse, concedit vsum talem retento dominio, hoc est impossibile, quia in re consumpta non remanet ius alicui.* Refellit deinde ineptum argumentum posse retineri ius abstrahendi ex ore, tum enim esset rei vsus incompletus, atque ideo ius incompletum ; subditque : *Patet quod monachus & filiusfamilias & seruus habent*

e l.5.p.1.ep. fact p.32.& 120.& p.2. p.19.& lib. variar.diuil. p.32.& ex. ir. Quia quorundam de verb.sign.

f M.f. bibl. Vat.sign n. 4869.p.21. Papales sãctiones oppugnatæ.

g Bellar l.4 de Rom.Põt cap 14. Bellarmini oppositio

h M.f.bibl. Vat.sign.no 4869 pag.5 Diluitur.

habent aliquale ius in rebus, quibus vtuntur: sed quia non habent plenum ius & liberum nomine suo, ideo tales non dicuntur esse capaces simpliciter iuris vel dominy in rebus, sicut etiam in religiosibus.

Porro mirum non est, si in ea quæstione legali de distinctione iuris ab vsu iusto rei consumptibilis plures Ioannis mentem non fint assecuti, cuius non videre commentarium: neque enim, vt Pontifex ipse docet a, res consumptibilis pro tempore, antequam destruatur, debet sumi: sed legaliter, vti etiam Nicolaus Papa acceperat, nimirum pro ipsa consumptione, in qua ius ab vsu distrahi non potest, nisi quis abutatur iniuste (quod de Christo sentire impium esset) vt aduersarij qui simplicem vsum facti sine vllo iure ipsi tribuebant, sentire voluerunt. Quod autem ad eam sanctionis partem, in qua Ioannes sanctionem, *Cum inter nonnullos* repetit; in ea Cardinalis Bellarminus, cæteriquo pij omnes cum Ioanne consentiunt, neque hic vvarum Ludouicum Bauarum rite excusat, cum Bellarminus Ioannem in re metaphysica ad fidem non spectante immerito perstringat erroris: Ludouicus vero non in ea modo quam ad fidem pertinere cum pseudominoricis falso contendebat; sed in alia ad fidem spectante non sine magno rei Christianæ detrimento, improbissimorum hominum artibus incitatus in speciem amplexus sit. At de his hactenus: nunc reliqua hoc anno gesta prosequamur.

a Io. in cum. *Quia vir re provat.* Res cõsumptibilis in superiori quæst. accipitur pro re quæ consumitur.

Sardinia ab Alfonso cõparata.

36. 37 Parta est hoc anno Sardinia ab Alfonso Aragonici sceptri herede, quam a Bonifacio VIII. iure beneficiario vna cum Corfica traditam Iacobo Regi vidimus, vt Siciliæ insulam Carolo II. restitueret: sed nullo compendio, cum Fridericus frater illam tenuerit. Gesta varia in eo Sardico bello prælia narrat Ioannes Villanus b: denique pacem inter Pisanos & Aragonios ea lege contectam, vt insula pareret Aragonijs. Caterum Calarim in Pisanorum potestate relictam, Mariana refert c.

b Io. Vill. l. 9. cap. 239.

c Marian. l. 13. cap 18. Nate inter Anglorum & Francorum Reges discordiæ.

38 Hoc anno exortas inter Eduardum Anglorum & Carolum Francorum Reges grauiores discordias, ex quibus in Aquitania atrox bellum accensum, & Angli magna illius ditionis parte Caroli Valesij armis depulsi, refert Vvalsingamus d. Obstrictus erat Eduardus, vt more maiorum Aquitanicum ducatum & comitatum Pontiniacensem beneficio & auctoritate aulæ Gallicæ obtinere solemni ritu profiteretur, & nouo Regi Carolo clientis officia deferret: cumque varias, vt illud onus excuteret, obtenderet causas, bellique imminueret periculum, Pontifex mendæ inter eos concordiæ solicitus, Eduardum monuit e, vt Francorum Regi clientelæ nomine fidem obligaret, omnesque difficiorum causas amputaret. Auertit aures pontificijs monitis Eduardus: quocirca Carolus Rex patruum Carolum Valesium magno succinctum exercitu immisit ad fiduciarias terras ab Anglo repetendas. Perfecit demum pluribus literis Pontifex f, vt Eduardus amplissimos oratores ad Carolum miserit, quem enixis rogauit g precibus, vt redintegrandæ Asiaticæ expeditionis, eo bello disturbandæ, studio, ac proximæ cum Eduardi primogenito ex Isabella sorore nepote suo coniunctionis intuitu, paci animum accommodaret.

d Vualsing. in Edmar. II Polyd Virg. l. 17. in fine Paul Æmil in Carol. IV Gogum. in hoc & alij, Cruciatur Eduardus ac. eptam refert Aquitaniam Carolo.

e l. 4. p. 2 ep. fer. p. 45.

f Ib ep. fer. p. 44, 45. 46, 51. 52. 53. & l. 5. p. 1. ep. fer. p. 3. & 18.

g Ead. tom. 5 pag. 4.

39. &c. Irrupisse eodem anno mense februario in Thraciam Tartaros Scythas e Gazaria & Russia cum innumero equitatu, atque ad Constantinopolim vastatis agris excurrisse, scribit Ioannes Villanus h. S. Antoninus vero trecenta equitum millia adduxisse, remque non incredibilem ait i, ac Græcorum centum quinquaginta millia vel necasse vel in seruitutem abduxisse; hancque addit sententiam: *Iusto autem Dei iudicio Græci sic flagellati sunt ab inimicis Dei, scilicet infidelibus, quia ipsi Græci facti sunt inimici Dei diuersis schismatibus & hæresibus, pluries ad veritatem redeuntes, & iterum ad vomitum reuertentes.* Perculsus his aduersis Andronicus Græcorum Imperator, cum etiam fama accepisset, occidentales principes, qui instaurandæ in Syria Christianæ religionis consilia agitabant, expeditionem ad imperium Constantinopolitanum sibi eripiendum meditari; de reuocandis ad Romanæ ecclesiæ communionem & obsequium Græcis agere cœpit. Quo tetrici rumore permotus Marinus Sanutus, qui se suaque diuino cultui in Syria redintegrando deuouerat, Andronico ipsi est id per literas a gratulatus, significauitque se cum Roberto Rege Siciliæ ac Gallis principibus & Cardinalibus ac præsulibus egisse, vt Græcorum prætermisso imperio, arma in Syriam verterentur: neque etiam pacis cum Carolo Valesiorum comite, qui dotalia ad imperium iura obtendebat, interpretem fore spopondit.

Andronic° de Græcis ad Ecclesiã reuocandis agitat.

a Sanut. ep. 7.

h Immanis. Tartarorũ in Græciã excursio.

h Io Vill. l. 9. c. 241.

i Ant. 3 p. tit 21. c. 5. §. 9.

42. &c. Quod ad Asiaticas res spectat; Leo Armeniæ Rex amplissimos oratores Basilium Tarsensem archiepiscopum atque auratos equites res in occidentem ad imploranda auxilia, miserumque orientalium Christianorum statum exprimendum misit: qui cum ad Carolum Francorum Regem se conferrent, Pontifex ipsos illi enixe datis nonis maij literis commendauit b. Diuturnæ Pontificis cum Ludouico Bauaro dissensiones, Italorum factiones, Francorum in suscipiendis cum finitimis bellis ardor, ac bellandi pro Christo post nuncupata toties vota segnities consilia de Asiatica expeditione contrahere.

b l. 4. p. 2 ep. fer. pag. 25 Cur pia cõsilia expeditionis Asiaticæ euanuerint.

45. &c. In septentrionalibus oris cum Gedeminius Lituaniæ ac partis Russiæ Rex ad Christiana sacra amplectenda comparatum se præferret, Pontifex internuntios apostolicos Bartholomæum episcopum Electensem ac Bernardum abbatem ad eum decreuit, fideique orthodoxæ formam literis insertam misit c. Refrixisse porro in egregie cœptis pium Gedeminnij ardorem, atque in veteribus tenebris inuolutum hæsisse, refert Crantzius. Sequenti anno Gedeminnium Regem filiam Vvladislai Lokteki Regis Poloniæ filio Casimiro, demissis pro dote captiuis Polonis iunxisse, illamque solemni ritu in Cracouiensi templo baptismalibus sacris initiatam Annæ nomen accepisse, tradunt auctores d: sanctum inde inter Polonos & Lituanos fœdus, ac finitimas prouincias, quæ Lituanico bello continuis vexatæ excursionibus, atque in solitudinem redactæ fuerant, reuocatis colonis excoli ac reflorescere cœpisse, tum vtrumque aduersus cruciferorum fœderatos excursiones fecisse; demumque diuina virtute periisse Gedeminnium, cæsumque ad Ploscouiam a Polono equite, refert Crantzius e, qui tamen Dauidem illum vocat.

c Ib ep. fer. p. 44, 45. 46.

d Michou. l. 4. c. 21. Cromer. l. 9. in Vitolon. Lasck. & alij. Captiui Poloni pro dote a Lithuanis dati.

e Crantz. Vandal. l. 8. c. 10. Cruciferi in ius vocati.

53 In Polonia Henricus dux Haleciæ & Posnaniæ, idemque Poloniæ heredem se gerens, datis ad Pontificem literis f Glogouiæ pernigilio S. Ioannis huius anni, professus est a se clientelæ nomine Romanæ ecclesiæ censum persolutum iri; quæ literæ in ms. codice Nicolai Cardinalis Aragonij extant: hisque aliæ adiectæ g Vvladislai Regis Poloniæ exaratæ Cracouiæ in pernigilio S. Trinitatis, quibus denarium S. Petri pensitandum pollicetur, poscitque vt apostolica auctoritate Polonis ad profitendam in Tartaros crucis accepto symbolo, religiosam militiam concitentur, atque auxilia ad eorum retundendos conatus efflagitat.

Polonia ecclesiæ vectigalis.

f Extat in ms. Nicol. Card. Aragon. sic in lat. C. p. 139.

g Ead. p. 139 & in alio ms. f.

54 Claudimus hunc annum insigni prodigio, quod ex Ioanne Villano narrat h S. Antoninus hisce verbis i: *In provincia Provincia in civitate dicta Alesio circa illud tempus hoc accidit mirum, vt referetur in chroni-*

h Io Vill. l. 9. c. 234.

i Ant. 3 p. tit 21. c. 5. §. 8. Animæ cuiuslibet defuncti regressus in domum.

chronico. Apparuit quidam spiritus, qui asserebat se esse animam cuiusdam, qui de propinquo mortuus fuerat in ciuitate illa: vtrum autem audiretur tantum, & non videretur; vel videretur, & in qua specie appareret, non clare haberur. Mira hic spiritus referebat de alia vita, & de purgatorio. Prior autem conuentus ordinis Predicatorum, qui erat in illa ciuitate, vir venerabilis conuersationis, accessit ad illum, occulte secum deferendo sacramentum corporis Christi ad obuiandum fraudibus diaboli, si forte esset opus eius: & cum dictus prior examinaret illum, & adiuraret in presentia plurimorum hominum, hoc cognoscens ille spiritus, dixit priori: Tu habes tecum verum Deum saluatorem mundi. Sub adiuratione vero inquisitus plura secreta manifestauit; addens demum, quod propter merita eius & fratrum eius haberet requiem.

Mira de altera vita narrat.

Cognoscit delata clã Eucharistiam.

Indict. 2.

IESV CHRISTI
Annus 1325.

Ioannis PP.XXII. Vacantis Imp. Occid. 12. annus 10. Andronici Imp. Or. 42.

Carolus Francor. Rex ad imperium aspirat. *a t.5.ep.secr pag.15.*

1. &c. ASpirabat ad occidentale imperium Carolus Francorum Rex a, eiusque causam Romanus Pontifex promouebat, cum spes affulgeret, ab eo optime rei Christianæ consultum iri. Dissipata tamen ea consilia, cum Ludouicus Bauarus fœdus cum Friderico ea lege, vt omni ad imperium iure discederet, iniit b mense aprili, restituitque libertati; quam concordiam ipsius fratres, excepto Leopoldo, admisisse refert Ioannes Villanus c. At Pontifex, cum solutum vinculis Fridericum audisset, Leopoldum est adhortatus d, ne fœdus cum Ludouico iungeret, neue in colloquium cum ipso saltem in loco suspecto veniret, datamue Regi Francorum fidem violaret; sed potius pontificiam sententiam, vltimo latam in Bauarum, diuulgandam curaret coram Friderico fratre: ad quem etiam Fridericum literas misit e, quibus de Ludouico imperatorio honore a se deiecto & censurarum pœnis affecto fit certior, & omni religionis, qua se ipsi deuinxisset, nexu soluitur. Qui tamen eidem Ludouico coniunctus hasit, ac Regem & principem suum professus f, socios & sectatores populos procereſque in Bauari obsequium publicis literis pellicere studuit. Cum vero contractas inter illos pactiones Leopoldus aperuisset Pontifici, Ioannes eas vt iniquas damnauit, contemnitque ipsos de ijs, quæ ad se non spectarent, pacifci non potuisse.

Ioannis eõ filium de imperio ad Gallos trãferendo. *a t.5.p.2.ep secr.p.254. b lb. p.211.*

c Io.Vill.l.9 c.294. d t.5.p.1.ep secr.pag.49

Damnatũ a Pontifice *e Ead.p.49.*

f Ib.pag.52

2. &c. Perstitit Leopoldus in suscepto cum Ioanne Papa, ac Francorũ & Siciliæ Regibus, Florentinisq; fœdere g: atque hoc ipso anno Ludouicum, dum Burgrauium obsidebat, fudit fugauitque h. Cum vero Pontifex Fridericum, qui vt vincula euaderet, sua ad imperium in Ludouicum iura transtuderat, pristinis iuribus ex electione quæsitis restituisset i; Bauarum vero vt hostem Ecclesiæ omni iure priuatum, ac sceptro indignum pronuntiasset, nonnulli Germani diuturnæ pertæsi discordiæ, missis oratoribus ad Auenionensem aulam, flagitarunt vt Fridericus, excurrente breui tempore, Rex Romanorum declararetur. Quibus respondit Ioannes, non oblatum sibi de Friderici electione decretum, neque illius iura discussa: quæ si proponerentur in iudicio, ex legibus sententiam se laturum, deque his Ioannem episcopum Argentinensem docuit l.

Adhæret Pontifici Leopoldus *g Io.Vill. l. 5.c 315. h Chron. Elwang.* Ludouicũ ad Burgrauii fudit. *i t.5.p.1. ep. secr.pag.49.* Flagitãt a Pontifice Germani, vt Fridericum Regẽ confirmet. Respondet Ioannes, nõ oblatũ electionis illi decretum. *l t.5.p.2.ep. secr p.256. b Rebdorfius annal. Alt. Arg. in chr.*

Non assensit æquissimo responso Albertus Austriæ dux, ac Pontifex apud Germanos in suspicionem adductus est m, ex innato in patriam studio illi imperium inferre moliri, apud quam summum iam sacerdotium peruenerat; ac repente mutata rerum facies est: nam & populi Australes ad Ludouici partes se contulere a: Albertus dux Ioannem Regem Boemiæ & Treuirensem archiepiscopum ad fœdus cum Ludouico & Friderico trahere studuit b: Bauarus & Austriacus electi partiri inter se imperium ducentes potius, quam si omnino ab eo excluderentur, sancito nouo fœdere (priori enim Ludouici gratia Fridericus regno abscesserat) c ad eas concordiæ pactiones venere d, vt alter Germanicum, Italicum alter regnum capesseret: ex quo cum pontificijs rebus ac fœderatis Guelphis haud dubium exitium immineret, Carolum Gallorum Regem in consectando imperio remissum animis fuisse incusauit e Ioannes. Non tamen Carolus excitatus est, vt ad subijciendum sibi imperium cum Germanis alijs benevolentia & promissis splendidis, cum alijs ferro, cum alijs auro certaret: de quo, deque Leopoldo duce Austriæ, qui Ludouici odio, ac fratris liberandi causa traducere ad Carolum imperium studuerat, narrat Murius f Leopoldum ipsum in Gallias se contulisse, & Carolum Regem vrsisse, vt Ludouico bellum inferret: res maximas geri facile posse: Germaniam a Bauaro notato anathemate defeciuisse; latiuram auxilia Hungariam. Sed plura erant, quæ Carolum Regem a consectando anxie imperio deterrerent. Multos quidem Germanos ad Carolum inclinasse, vt collapsam maiestatem imperij restitueret, maiorique terrore ac vi infideles adoriretur, scripsit Bertrando tit. S. Marcelli Apostolicæ sedis in Italia legato Marinus Sanutus g. Boemum porro Regem ac Balduinum archiepiscopum Treuirensem Gallorum Regi, ne eligeretur, aduersatos ait Rebdorfius h.

Ioannis cõsilium de imperio ad Gallos trãferendo. *a t.5.p.2.ep secr.p.254. b lb. p.211.*

c Io.Vill.l.9 c.294. d t.5.p.1.ep secr.pag.49

e Ead p.52. f Mur.libro Ger.l.24.

Leopoldus Francum incitat, vt imperium corripiat.

g Mar.San ep.17.

h Rebdorfius chron.

3. &c. Aucta vero est in Germania Ludouici Bauari potentia, cum marchionatu Brandeburgensi, cuius iure fiduciario filium induerat, potitus esset. Illius pariter factio inualuit in Italia, cum Vicecomites Mediolanenses arcem S. Domnini expugnassent, quam cum Bertrandus pontificius legatus obsidione premeret, Scaliger Veronensium, Passarinus Mantuanorum, atque Atestini marchiones Ferrarienſium prefecti, iuncta armorum societate, commeatus obsessis intercepere i; indeque Azo, vt Castruccio, qui Lucensibus dominabatur, aduersus Florentinos cum copijs opem ferret, occasionem nactus est l.

i Io.Vill.l.9 c.307. l Id.in Ann. 3.p tit.21.c. 6.§.4.

Conficiebat tum Carolus princeps vna cum patre ingentem aduersus Siciliæ insulam expeditionem: ad quam discutiendam Fridericus Roberti Regis vitæ struxit insidias m, ac subornasse nonnullos, qui classi faces subijcerent: sed, detecta proditione, de reis sumptum supplicium. Cum vero a Pontifice expetijsset Carolus dux, vt præmia indulgentiarum signa contra Fridericum secuturis concederet, eius preces non admisit Pontifex, repulsæque hanc rationem subiecit n: *Quia non præcesserunt processus nostri contra tanti emulum, per quos ad concedendum indulgentiam, quam olim felicis recordationis Martinus Papa predecessor noster contra Siculos & insulæ Siciliæ occupatores concessit, procedere cum nostra decentia valeamus, habeat nos tua nobilitas, quæsumus, super hoc excusatos, &c.*

Robertus Rex expeditionẽ cõparat in Trinacriã. *m Io.Vill.l. 9.c.281.*

Paratæ illi insidiæ a Friderico. *n t.5.p.1.ep secr.pag.59.*

11. Accepto illius belli apparatu Alfonsus comes Vrgellensis, Aragonici sceptri heres, viginti triremes ac sex naues instruxit, vt primum Sardicam rem curaret, ac deinde redintegrandæ inter Siciliæ & Trinacriæ Reges concordiæ ratione tentata, si voti compos non fieret, patruum Fridericum armis iuuaret. Aggressus est idem Carolus Calabriæ dux Siculum bellum, vt refert Ioannes Villanus o, magno apparatu ac terrore, mense maio: cumque aliquandiu contra-

Panormum frustra tentatum obsidione. *o Io.Vill.l.9 c.297.*

rijs,

tijs ventis fuisset agitatus, Panormum, frustra obsidione tentauit; idque mirum accidit, vt tertio a soluta obsidione die maxima moenium pars sponte corruerit; ex quo in quanto periculo Panormitanorum res versatæ fuerint, constitit. Messanam etiam incassum oppugnauit, oramque maritimam euastasse contentus praecipiti ætate reuersus est; cui de felici reditu Pontifex x. kal. nouembris est gratulatus a.

Messana incassum oppugnata.

a t. 5. p. 2. ep. fer. pag. 261 Pacè inter Franc. & Angl. Reges conciliare nititur Pont.

12. &c. Dedit maximo studio redintegrandæ pacis inter Carolum Francorum & Eduardum Angliæ Reges operam Pontifex b, cum quo suam Isabella Regina, vt coniugem fratri conciliaret, coniunxit: vtque facilius concordia coalesceret, pactæ superiori anno induciæ extractæ sunt c. Gratulatus etiam est kalend. aprilis Ioannes d Eduardo, Reginam in Gallias misisse; quæ adeo strenue ad rem perficiendam incubuit, vt sacro pentecostes festo pax composita sit e. His consentiunt quæ Ioannes Villanus f scribit, ijs legibus pacem confectam, vt Eduardus clientis officia Carolo Regi solemni ritu Aquitaniæ nomine exhiberet, & quæ parta bello a Carolo Valesio fuerant, a Gallis retinerentur. Verum, vt refert Vvalsingamus g, Eduardus in filium Aquitaniæ ducatum transfudit, vt fidem Carolo sacramento obligaret.

b t. 5. p. 1. ep. fer. pag. 9. c Ib. pag. 12. d Ib. pag. 21. e Ib. pag. 12. f Io. Vill. l. 9. c. 314. Quæ pactiones fuerint initæ. g Vualsing. in Edvardo II. Eduardus junior creatus dux Aquitaniæ

15. 16 In Lusitania Dionysius Rex hoc anno ineunte e viuis sublatus est, de quo ait Ioannes Mariana h: *Anno millesimo trecentesimo vigesimo quinto septimo nonas ianuarij Dionysius Lusitaniæ Rex Scalabri decessit; diuturno regno anno quadragesimo quinto nonem mensium dierum quinque; excelsa animi magnitudine & perpetua felicitate inter principes ea ætate inclytus. Domestica dissidia, implacabileque inter patrem & filium odium ad aliquam iniuriam extremæ ætate accesserunt. Corpus in Cisterciense monasterium illarum, quod eius impensa ab Olyssippone sex passuum millibus ab imo totum erat extructum: pietatis id argumentum est. Liberalitatem magnificentiamque animi multa oppida conditura, alia perpetua mœnium corona, aut alijs operibus munita indicant.* Successit Dionysio Alfonsus filius cognomento Fortis, quem e S. Elizabeth susceperat. Si quæ porro in vita Dionysius crimina violato iure ecclesiastico, commisisse, vel ætatis ardore in vetanos amores actum præcipitem diximus, sanctissimæ coniugis precibus obtenta cælesti gratia, ea magno sensu pœnitentiæ delibutus lacrymis deleuisse visus est, vt in consolatorijs ad sanctam Reginam literis Pontifex exponit i, dum ritu Christiano omnibus ecclesiasticis munitum sacramentis, concepta ingenti de alterius vitæ immortalitate spe migrasse ait. Superuixisse ferunt l Reginam Elizabeth annis vndecim, quibus se in omnium virtutum genere exercuit, adeo vt sanctitas vitæ ingentibus illustrata miraculis ipsi in triumphanti Ecclesia sanctorum felicitatem, atque in militanti cultum venerationemque pepererit. Erexit etiam ad constantiam scriptis eodem argumento literis m Pontifex Alfonsum Regem, cuius oratores ad aulam apostolicam in illo primo illius regni ingressu missos excepit n, ipsique viros ecclesiasticos, præsertim religiosos equestres ordines, ad tundendos Saracenos instituros, enixe commendauit o.

Dionysij Regis Lusit. mors.

Alfonsus filius succedit.

h Marian. l. 15. c. 18. S. Elizabeth post viri obitū diuinis rebus se totam addicit.

i t. 5. p. 1. ep. fer. pag. 39. S. Elizabethā de marit morte solatur Pontifex. l Marian. l. 15. c. 18. m t. 4. p. 2. ep. fer. pag. 39. n Ead. pag. o Ibid. Renouatū in Sardinia inter Pisanos & Aragonesbellū p Sur. l. 6. annal. c. 60. q Ead. l. 6. 60 Missus orator ad Pont. pro re Sardica.

17. &c Hoc anno Rex Aragonum bellum Sardicum redintegrauit p, proximoque totius insulæ liberam possessionem est adeptus: licet enim anno superiori pacem firmatam viderimus; ex quo tamen Alfonsus regni heres Sardinia classem soluerat Pisani & Catalani mutuis cædibus passim se conficere cœpere; ac Pisanis oratorum opera de iniurijs agentibus, Iacobus auxilia in Sardiniam submisit q, tum vt acquisita vltimo bello retineret, tum Fridericum aduersus Siciliæ Regem iuuaret. Missus vero a Iacobo Rege Bernardus de Boxados orator, qui coram Pontifice & Cardinalibus adiectas a Bonifacio in regni Sardiniæ donatione leges Iacobi nomine ratas habuit, ac pontificiam liberalitatem in remittendo ad decennium dimidio censu admisit, eaque de re publica edita monumenta a. Quod ad aliorum regnorum vectigalia sedi Apostolicæ pendenda spectat; solutum a Roberto Rege Siciliæ pontificia syngrapha docet b; tum etiam missos in Poloniam nuntios ad exigendum denarium S. Petri, commendatitiæ ad Vvladislaum Regem & Andream de Verulis ac Petrum de Aluernia datæ literæ ostendunt c.

a Ext. in lib. primit. Rom. eccles. t. 3. pag. 345. & in mss. lib. Vatic. sign. lat. B. n. 12. pag. 343. b t. 5. p. 2. ep. fer. p. 307. c t. 5. p. 1. ep. fer. p. 160.

20. &c. Interea recruduere de proprio Christi & Apostolorum controuersiæ, nonnullis hypocritis, quos malus agebat spiritus, detrahentibus sanctionibus apostolicis, quas superioribus annis editas vidimus: quibus illorum error, qui Christum dominum & Apostolos puro rerum vsu sine vllo iure potitos affirmabant, retellebatur d. Inter cæteros Vbertinus de Casali pseudominorita iudicio postulatus, cum lis apud sedem Apostolicam penderet, non obtenta facultate discessit, atque in vincula a Pontifice conijci iussus est. Verum ipse fœcritatem eluit, confugitque ad Ludouicum Bauarum, cui vna cum hæresiarcha Marsilio in concipienda aduersus Ioannem sententia, referciendaque hæretibus postea operam nauasse, refert Mussatus e; meminitque de eiusdem impijs scriptis aduersus decreta apostolica m. s. Vaticanum f. Vbertini g Casalis magister fuerat Petrus Ioannis Olini, damnatus proximo ineunte anno, factionis, quæ inter Minoritas spiritualium speciosum nomen sibi arrogabat princeps: hauserat h vero plurimam tæcem partim ex Vvaldensium lacunis, partim ex abbatis Ioachimi delirijs, accommodatis nempe S. Francisco blasphemis ijs encomijs, quæ Ioachimus in S. Benedictum temere effudisse terebatur, magnoque argumento est improbum hypocritam a cacodæmone in angelum lucis transformato delusum. Exant vero in m. s. tabulari Vaticani nonnulli articuli ex Petri Ioannis scriptis decerpti, ex quibus aperte constat impium hunc pseudopropheram effutijsse pontificatum a Romanis Pontificibus in fraterculos fuisse translatum, finxisse Apostolos nec in proprio nec in communi bona temporalia habuisse, impieque ipsis Apostolis S. Franciscum prætulisse. De Petri Ioannis Olini (cuius ossa iussu pontificio refossa ac proiecta sunt, ac donaria venerationis ergo appensa dissipata) erroribus plura habent Aymericus in directorio inquisitionis i, qui ex eiusdem commentarijs in apocalypsim blasphema illius in Ecclesiam conuitia recenset.

d t. 5. p. 2. ep. fer. p. 268. & pag. 275 Vbertus de Casali factionis signifer. e Muss. in Lud. Bau. f M. s. Vat. sig. n. 4010. in indice. g Marc. Oldoyn. p. 5. cap. 24. Magistro Petro Ioannis Olini erat vsus. Damnati Petri Ioannis cōmentar.) h Guid. epis. Elnen. sum. de hær. Petro. Nonnulli eius articuli iussu pontificio dissecti. i Aymer. directa. inquisit. p. 2. q. 26. Pseudoprophetiæ Petri Ioannis

16 Edoctus præterea a patre mendacij Petrus Ioannis pseudoprophetam agens, vaticinatus erat l, Pontificem & Ecclesiam euersum iri. Tum effutierat inter cætera fore, vt euangelium obsoleseeret inter Latinos, atque inter Græcos, Saracenos & Tartaros effloresceret: quæ cum etiam nonnulli iactarent apostatæ (nam & Fraticellos metu Bonifacij VIII. in orientem se subduxisse vidimus n.) imperauit Ioannes Papa edita sanctione, ne quis e religiosis ordinibus nisi a suis præsulibus missus inter infideles euangelium promulgaret.

l Eymer. sup. quæst. 9. m Annal. n. Viuian. 1297 n. 55. Vetiti monachi sine superiorū venia prædicare & orientem petere. Fraticelli blasphemiæ trāslatū in ipsos a Rom. ecclesia pontificatum.

27. &c. Infregit pontificium huiusmodi decretum pseudomonachorum audacia: plures enim ex Fraticellorum fœce, qui Romanam ecclesiam collapsam penitus, ac religionis & sanctitatis expertem ob amplissimas opes, quibus suæ dignitatis splendorem tuebatur, iactabant, penetrarunt in orientem, & Christifideles nonnullos hæresi antea damnata in-

fecere

fecere non Clementem V, non Ioannem XXII. non Benedictum XII. non quoscumque alios etiam Pontifices veros pastores fuisse, sed lucratam tantum & vmbratilem auctoritatem habuisse; veram autem firmamque auctoritatem a diuino Numine in ipsos, paucos numero & specie mendiculos, sed cœlestibus thesauris affluentes transfusam. Ad quorum reprimendam improbitatem, orientales fideles a Clemente VI. a moniti, vt ab ijs hypocritis scelestissimis cauerent, interius b visuri sumus.

a Cle VI. l. 2. ep. secr. 12. Ext. etiam in m.s arch. Vat. de reb. Ital. mem. pag. 11.

b Ann. Cbr. 1344.

31 Quod ad orientalium res spectat; refert Ioannes Villanus c, Ioannem Roberti Regis Siciliæ fratrem, Peloponensi siue Moreæ principem, comparata viginti quinque triremium classe, ad Cephaloniam appulisse; cumque comitem ataraxe cæsum reperisset, eas insulas sibi subiecisse, ac dominis rebellibus, Clarentiam appulisse feliciter. atque a cunctis maximo cum honore exceptum.

c Io. Vill. l. 9. c. 282. Ioānis principis felices in Græcia progressus.

IESV CHRISTI
Annus 1326.

Indict. 9.

Ioannis PP. XXII. Vacantis Imp. Occid. 13. annus 11. Andronici Imp. Orien. 43.

1. Dec. CVm discordiæ in Insubria atque Etruria in dies ingraueſcerent, nec Bertrandus Cardinalis legatus in eas prouincias missus ob negotiorum molem, quibus obruebatur, solicitudinem suam ad omnia, quæ occurrebant, interponere posset; Pontifex oneris partem Ioanni S. Theodori diacono Cardinali Vrsino imponendam censuit d, ipsumque creauit pacificatorem, siue publicæ pacis seruatorem in Etruria; quod munus amplissimum erat, ad factiosos ad concordiam adducendos reprimendosque et cum autem ille se Pisas contulisset, fuit a Pisanis honorifice exceptus habitusque, quo nomine gratus ipsis egit Pontifex f.

Ioannes Cardinalis Theodori legatus in Italiā missus.

d t. 5. p. 2. ep. secr. p. 359. & an. 10 p. 2. ep. cur. 5. Creatur pacificator in Etruria.

e Ib. p. 251. & an 10. p. 2. ep cur. §. 6 & 10. §. 1 ep secr. p. 59 Pisis excipitur.

2. Dec. Agense vero Pisis eodem legato, Castruccius Interminellus Lucchesium tyrannus, vt refert Ioannes Villanus g, missis ad eum literis pacem orauit: sed expectationem mox, comparatis clandestinis subsidijs eluit. Cæterum tristissima erat absente Pontifice rerum facies in ditione pontificia, quam in factiones discissi populi suo sanguine funestabant: inter quos turpi proditionis genere Auximani h Firmanos, dum lusibus & iocis indulgebant, contra fœdera inuasere, vrbemque sanguine & flammis deformarunt. Firmani se ad obsequium Ecclesiæ redituros spopondere i. Fabrianenses k etiam, quos a Malatesta contusos diximus, ad officium reuerti.

Castruccius ab eo postea in gratiā admissus

g Io. Vill. l. 9. c. 349.

h Ib. c. 340.

i t. 5. p. 2. ep. secr. p. 321.

k Ead. per. pag. 315. Pisis et Bauarū inter & Florentinos discordia exoritur.

67 Gerebantur ea in Italia, cum Pontifex initum inter imperij æmulos fœdus omni opera dissoluere nitebatur: scribensque ad Balduinum archiepiscopum Treuirensem inter cætera obiecit, plura a in eo contra electorum principum, ac Romani Pontificis dignitatem contineri.

a t. 5. p. 2. ep. secr. p. 354.

Iaunes, &c. Non sufficimus admirari, quod in cor alicuius prudentis, qui nostros processus contra Bauarum habitos nouerit, ascendere possit vel potuerit, quod concordia, quæ facta esse inter Australes & Bauarum dicitur, nobis grata sit vel accepta; præsertim cum illa concordia solis tribus ex ipsis, vel ad plus quatuor nota, omnibus alijs, prout fertur, occulta remanet & incerta. Ex quo probabiliter colligitur reproba & indecentia, ac iuri sanctæ Romanæ ecclesiæ & illorum, ad quos ius eligendi Regem assumendum in Imperatorem pertinet, obuia continere; præsertim cum Bauarus ijs, quæ Australes asserunt, non concordet: immo, vt fertur, in duabus congregationibus eligentium habitis pro parte sua ijs fuerit contradictum expressè. } De ijs duobus principum conuentibus in Germania, pro illius turbis componendis celebratis, agit Ioannes Villanus a, ac refert, emisso e carcere Friderico Austriaco exeunte superiori anno primum habitum, atque inter partes aduersas discordiam exortam, cum Leopoldus negaret consensurum se, vt frater iuribus imperij abscederet. Hoc vero anno aliud colloquium habitum, atque in eo agitatum, vt Ludouicus Bauarus in Italiam veniret ad insigne imperatorium accipiendum, ac Leopoldus ab eo vicarius imperij diceretur; Fridericus autem in Germania regio nomine potiretur: verum vrgentibus Pontifice ac Rege Francorum, principes imperij electores aduersatos, obiecisseque Fridericum sua in Ludouicum suffragia conferre sine noua electione non potuisse.

Habiti in Germania conuentus.

a Io. Vill. l. 9. c. 315.

Addit Ioannes Villanus b, Leopoldum, qui cum Roberto Siciliæ & Carolo Francorum Regibus ac Florentinis fœdus percusserat, vigesima septima februarij die, non sine veneni suspicione extinctum. Vocatur in crimen a nonnullis c petiere cum necromantis familiaritatis susceptæ, ac insano videndi dæmonis incensum desiderio, illum deformi aspectu magi operæ ibidem, ac mox ex horrore decubuisse morbo, ac phreneticum obijsse. Quæ si a calumniatoribus non iactata, qui magicarum artium sint fructus, tristes exitus ostendunt. Porro adulto anno Fridericus Austriacus, cum Pontificem abalienatum a Ludouico cerneret, asserendi sibi imperij spem concepit, atque vna cum fœderatis amplissimam suo, ac Moguntini & Colonensis archiepiscoporum nomine legationem decreuit, cuius princeps erat futurus Albertus Austriacus; sed ab his præmissi oratores auersum a confirmando eodem Friderico Ioannem & alia meditantem consilia comperere: molebantur nimirum Carolum IV. Regem Francorum euehere ad imperium, vt ex arcanis eius literis colligitur d: cæterum non Gallus, non Austriacus potiri imperio potuere, sed Ludouicus Bauarus vi & armis illud tenuit.

b Io. Vill. l. 9. c. 351.

Leopoldi ducis mors

c Alb. Arg. in chron. & add. ad Libert. antior.

Fridericus Austriacus imperium a Pont. eblandiri nititur.

d M. s. arch. Vaticani te xxi. pag. lit. A. pag. 321. Gallus & Austriacus votis delusi Magæ ebrietate manifestè casus.

8 Dum vero Pontifex censurarum seueritatem in Ludouicum Bauarum adhibet, atque ab episcopis promulgari iubet, crudele facinus in Bochardum archiepiscopum Magdeburgensem, qui cum Pontifice aduersus Bauarum ipsum sentiebat, admissum est: cuius tristem eadem describit Crantzius e. Ex pontificijs autem literis f certissime constat, Magdeburgenses sacris interdictos patrati sceleris in Bochardum acerbe pœnituisse, atque Othonem designatum archiepiscopum magnis honoribus, & demissis obsequijs prosecutos g: tum missis oratoribus ad sedem Apostolicam a commisso crimine tute expiari popposcisse, ac demum ad clementiam Ioannem quinto post anno flexisse: qui Magdeburgensibus eam pœnam imposuit h, vt sacellum in eo loco, in quo cæsus fuerat Bochardus construerent; vt in eo sacerdos pro archiepiscopi necati anima sacra quotidie perageret: in templo etiam principe quinque altaria Deo ponerent, vt in ijs pariter diuina ad placandum eidem cæso præsuli diuinum Numen celebrarentur; sanxitque vt Magdeburgenses singulis archipræsulibus successuris clientelarem sponsionem, fidemque suum sacramento obligarent.

e Cranz. Vandal. l. 8. c. 12. & 13. f t. 5 p. 2. ep. secr. pag. 45.

g An. 15 p. 4 ep com. 575.

h Ibid. Magdeburgēses veniā poscunt.

9 Hoc anno irrupit in marchionatum Brandeburgensem, quem Ludouicum Bauarum maiori natu filio contulisse vidimus, Vladislaus Rex Poloniæ auxilijs Lituanorum, cum quibus fœdus pepigerat, Ruthe-

Regis Poloniæ in marchio. Brandeburgēse irruptio.

Ruthenorum & Vvalachorum succinctus, ac maximam effecit vastitatem. Vtum ipsum esse acceptas a superioribus marchionibus iniurias, cum Premislaus Rex ab ijs cæsus esset, vastata Pomerania & vendica, refert Michovias a, atque infanda flagitia a barbaris in eo bello patrata, templa concremata, direpta monasteria, matronas & virgines violatas. Inter tot scelera editum est insigne a moniali virtutis facinus, quod narrat Chromerus b: *Memoratur*, inquit, *forte & præclarum monachæ, cuiusdam facinus, quæ capita a Litugno quopiam, cum ad stuprum trahe-retur, rogasset eum ne sibi vim faceret; mercedis autem loco promisit, se eum edoctura esse, qui corpus eius vulnerari nullo vnquam ferro posset; quod cum dissere-re ille percuperet, iugulum ei fortis puellæ præbuit, vt in ipsam eius rei periculum faceret. Credulus ille, stricto gladio, caput eius amputauit. Sic illa barbari libidinem eluit, stuprumque turpe honesto morte eua-sit.*

a Michov. l. 4. c. 9.

b Crom. l. 11 in Vladisl. Ludi. Vdal. l. 8. c. 13.

Septentrionalia regna ab infidelibus infestata.

10 Infestata sunt hisce temporibus Norvvegiæ, Sueticæ, & Gotiæ regna varijs ethnicorum excursionibus, Carelorum maxime & Ruthenorum. Ad quos propulsandos cum Magnus Rex sedis Apostolicæ auxilia imploraſſet, Pontifex mediam illi e vectigalibus ecclesiasticis collectæ, sexennalis decimæ, in Syriæ res conuertendæ, partem attribuit, ac nuntijs apostolicis Ioanni de Semne, & Bernardo de Ortolis partes dedit c, vt eam illi, explorata re de barbarorum irruptionibus, erogarent.

c t. 5 p. 2. ep sscr. p. 373.

Orta in Aquitania noua belli semina.

11. 12 Recruduere in Aquitania discordiæ, cum Francorum Rex partas vltimo bello terras retinere vellet, easque Anglus repeteret: quæ quidem vt restituerentur Eduardo iuniori duci Aquitaniæ Ioannes Guillelmum archiepiscopum Viennensem & H.. episcopum Aurasicanum internuntios apud Gallum dare operam iussit d. At cum erumperet in maius incendium dissensionis flamma ad diuinam opem implorandam publicas preces indixit Pontifex; quo argumento literas ad Galliarum & Angliæ archiepiscopos & episcopos dedit e, vt populos ad cœleste illud munus expetendum a Deo permouerent, ac preces, quæ inter diuina essent fundendæ, præscripsit.

d t. 5 p. 2. ep sscr. p. 219.

e t. 6 p. 2. ep. sscr. p. 2. et alia in m. s. tit. Vall. sig lu. C. nu. 27. pag. 65.

Dissensio inter Regem Reginaq; Angliæ.

13. &c. Auctæ sunt ex inter Reges illos discordiæ ex atroci inter Isabellam Reginam Angliæ Caroli sororem ac virum dissensione; cum enim illa antea ad Gallicam aulam componendæ pacis causa se contulisset, diutius in ea, quam vir cuperet, morata est: vocatam etiam in suspicionem turpis cum Rogerio de Mortuo mari consuetudinis nonnulli ferunt g. Ab oratoribus vero Regis Angliæ nomine in regnum redire iussa, negauit se reuersuram, ni Rex Hugonem Spenserium ejiceret exosum omnibus, qui regni administratione abutebatur h, & a quo fama i erat Regem in libidinum cœnum impelli, cuius perfidiæ nunquam se committeret. Respondit contra Isabellæ Eduardus, Spenserium nullas ei moliri insidias, sed meritis ipsam officijs prosecturum: atque ea de re Eduardo apud sedem Apostolicam expostulante, conquerente etiam Francorum Rege violatam a Regis Angliæ copijs in Vasconia pacem, & contestante malorum omnium, quæ fœditatis gotum culpa fierent, auctorem se non futurum, si sua armis iura tueretur; Pontifex adducta re in deliberationem cum Cardinalibus, Guillelmum archiepiscopum Viennensem & Hugonem episcopum Aurasicanum, qui e legatione redierant, vt inijs peritissimos, adiuncto Ioanne de Grandisono, iterum mittendos censuit k: eosque ad pacem Eduardum inter ac Isabellam reuocandam initit incumbere. Qua de re ad Francorum Regem m ac plures alios n tum Gallos tum Anglos scripsit. Denique Isabellam Reginam Regemque Eduardum pluribus literis varijs exaratis temporibus est adhortatus o, vt concordiam inter se redintegrarent. Agebat Eduardum præcipitem in mala nefarijs suis consilijs Hugo Spenserius, quem paulo ante memoraui, e cuius voluntatibus infelix princeps pendebat, eaque re omnium in se odia concitabat. Imminentia vero mala præsagiens Pontifex Hugonem monuit, si apostolicis consilijs morem non gereret, voluntatemque a se auersas conciliaret, ipsum demum sub aduersarum rerum mole succubiturum.

f t. 5 p. 2. ep. sscr. p. 204.

g Vvalsin. in Eduar. II. Meyer. hist Flandr. l. 12 h Io. Vill. c. 10. c. 7. i Vvalsing. vbi sup. Multa adeò inepta dicta a Pontifice nuncij.

k t. 5 p. 2. ep. sscr. p. 206. 213. & 219 l 6 p. 1 ep. sscr. p. 1. & 5. & an. 10. p. 1 ep. 50. 301. m t. 5 p. 2. ep sscr. p. 211. n ibi p. 204. p. 6 221. & t. 6 p. 1. ep sscr. p. 221

o t. 5 p. 2. ep. sscr. p. 219. Hugo Spenserius discordiarum auctor.

Isabella Regi bellum mouet.

16 Sprevit pontificia monita Spenserius, atque in tristo fallacis humanæ felicitatis exemplum versus, carnifices, qui ipsum omni supplicionum genere discruciarunt, ludibrium extitit; mulierumque Regem, quem suis lenocinijs corruperat, in exitium traxit. Describunt tragicam illam rerum conuersionem auctores b, nimirum Isabellam Reginam furentem in virum zelotypia, atque in Spenserios odio, Caroli Regis Francorum fratris ærario comitisque Hannoniæ, cuius filiam Philippam Eduardus filius vxorem acceperat, in Hollandia mense septembri octoginta nauium classem comparasse, & cum proceribus Anglis, quibus Spenserioris administratio exosa erat, coniuratione facta in Britanniam vela fecisse: vbi vero militari dolo, ac diuulgasse armorum fœdus pepigisse cum Scotis, sequi finitima eorum ora exscensum facturam; cumque his rumoribus delusus Rex Eduardus Londino in eas partes pergeret, haud procul a regia vrbe applicuisse, ac recto itinere contendisse Londinum, plura edicta in Spenserios spartisse, ac melioris administrationis spe populos deliniuisse; tum certatim omnes, atque inter alios Londinenses illius partibus annuisse, Regemque in Vvalliam persecutam: Eduardum autem cum se in extremum discrimen ab vxore adductum videret, nauiculam conscendisse, vt vna cum Hugone suo in Hiberniam euaderet; sed maris æstu ventisque contrarijs sæpius in terram reiectum: haud vero ita multo post a Lancastriæ comite, cuius parens Eduardi iussu capite truncatus fuerat; captum vna cum Hugone; ac tum Eduardum, cum se honorifice ab hostibus tractari videret, Hugoni metuentem, illum amplexu sibi adstrinxisse: sed agminum ductores dolo vsos finxisse, de arcanis quibusdam cum Rege se agitare velle: atque ita dimissum Hugonem, moxque raptum ad Isabellam Reginam, illiusque iussu patibulo suspensum, annulis genitalibus & in ignem iniectis, vnco tractum, atque in partes concisum. Is infelicis Spenserij exitus fuit. Rex autem Eduardus in custodiam traditus, ac tristi supplicio ad sequentem annum reseruatus. In ijs bellorum ciuilium motibus Ioannes apostolico muneri non defuit, vt ad Regem ac Reginam excunte septembri datæ ad pacem hortatiuæ literæ ostendunt c.

b Io Vill. l. 9. c. 7. Vvalsingh. vbi sup. & alij.

Hugonem ad supplicium rapi iubet. Regem Eduardum vinculis tradi.

c t. 6 p. 1. ep. sscr. pag. 22

17. &c. Agitatum etiam ab eo est d cum Iacobo Rege Aragonum de pace inter Robertum Siciliæ & Fridericum Trinacriæ Reges conficienda, quam Aragonius fratris studio vrgebat. Belli causam inter hos Reges eam notat Hieronymus Surita e, Fridericum ab armis quiescere negasse, nisi Trinacriæ regnum suis posteris permitteretur: quæ res cum antiqui fœderis a Carolo Valesio initi, confirmatique a Bonifacio VIII. legibus pugnabat: Robertum vero illud regnum ad se reuocare studuisse, factisque annis singulis populationibus adeo attriuisse Trinacriam, vt nil propius abesset, quam vt populi tot calamitatibus fessi se Roberto subijcerent: Regem autem Aragonum, fratris casu consternatum, de concilianda pace plura agitasse consilia, de commutanda certis legibus Trinacria cum Dyrrachij comitatu, ac suppeditandis vectigalibus

d t. 5 p. 2. ep. sscr. p. 234. De pace inter Siciliæ & Trinacriæ Reges agitatur. Belli inter Reges causa.

e Sur lib. 6. cap. 75.

galibus pro Albaniæ regno Friderico comparando, de Sardinia illi tradenda, de Murciæ regno & Granata ipsi conferendis ingessisse; sed graues in ijs difficultates subortas: cumque Friderico fratri auxilia submittere decerneret, a filio Alfonso reuocatum, ne ab Alfonso Rege Castellæ bello peteretur: Robertum vero se obtulisse Friderici posteris ampliſſimas opes traditurum, si regnum sibi Trinacriæ restitueret: tum mense maio classem immisisse in Trinacriam a, eamque expositis in terram copijs vastasse.

Trinacria hostili populatione vexata.

a Io. Vill. l. 9. c. 348.

Dum ea ornabatur classis, ineunte anno, insidiæ Caroli ducis Calabriæ vitæ paratæ sunt, quæ cum feliciter discussæ essent, Pontifex Robertum Regem ad adorandam diuinam prouidentiam excitauit b. Alijs etiam literis Carolum ad agendas Deo de insidijs superatis grates permouit c. Gerebant ij principes bellum cum hostibus, qui insidias, proditiones, & quidquid ignaua perfidia comminiscitur, genus putabant victoriæ: quocirca superiori etiam anno Neapoli atque antea Auenione Robertum insidijs aperitum vidimus.

b l. 5. p. 2. ep. ser. p. 263.

c Ibid. pag.

Andronic' reuocandæ ad Roman Græcor. ecclesiæ desiderio præsefert

26. &c. Inter hæc præseferebat d Andronicus Imperator Constantinopolitanus redintegrandæ cum Romana ecclesia coniunctionis desiderium, atque oratores ad Francorum Regem Carolum misit, quibus significabat, se pacem cum omnibus Christianis maximeque cum Gallis seruaturum, & alias ingentes spes & promissa ostentabat: de quibus vt certior fieret Carolus, Benedictum de Cunis Dominicanæ familiæ religiosum virum legandum censuit e: quem Pontifex ad Robertum Regem Siciliæ ac Philippum principem Tarentinum misit, vt quæ ipsis in tanta re gerenda visa essent, consulerent. De misso ad Andronicum Imperatorem Benedicto de Cunis, vt ipsum ac Græcos ad fidem orthodoxam alliceret, extant aliæ literæ f.

d Ex. p. 2. ep. ser. p. 266. & 372.

e Ead. pag. 266.

Missus ad Andronicum a Pont. interuntius.

f Ib. p. 372.

30 Proferebat se latius per id tempus in remotioribus orientis oris fides Christiana; atque in Tartaria Imperator missos a Romanis Pontificibus ad eos populos Christianis sacris imbuendos episcopos perhumaniter excepit, & ad sustentandam honeste vitam stipendia attribuit, vt Andreæ de Perusio episcopi e sacro Minorum ordine suffraganei archiepiscopi Cambaliensis ad Perusinorum Minorum præfectum literæ testantur g.

Amplificata apud Tartaros Christiana religio.

g Ex. apud Vv ad. p. 3. hoc an. n. 2.

Frater Andreas, &c. Sane in isto vasto imperio sunt gentes de omni natione, quæ sub cœlo est, & de omni secta, & conceditur omnibus & singulis viuere secundum sectam suam. Est enim hæc opinio apud eos, seu potius error, quod vnusquisque in sua secta saluatur; & nos prædicare possumus libere & secure: sed de Iudæis & Saracenis nemo conuertitur. De idololatris baptizantur quamplurimi, sed multi ex baptizatis non recte incedunt per viam Christianitatis. Quatuor nostri fratres martyrizati fuerunt in India a Saracenis, quorum vnus bis in ignem copiosum iniectus illæsus euasit; & tamen ad tam stupendum miraculum nullus est a sua perfidia permutatus, &c. *Dat. in Cayton anno Domini* MCCCXXVI. *in mense ianuarij.*

Omnes secta apud Tartaros tolerata.

31. 32 Hoc anno Placentini, permoti fama miraculorum Gregorij Papæ X. supplices a Ioanne XXII. flagitarunt, vt illi sanctorum honorem cultumque decerneret; quorum iustis precibus permotus Ioannes, vt in tanta re solitam consilij maturitatem adhiberet, Pisano archiepiscopo & episcopo Mutinensi prouinciam dedit h, vt de illius sanctitate & miraculis, adductis testibus, publica monumenta conficerent.

Gregorius X. miraculis clarus.

h Ann. 9. p. 2. ep. cum. n. 519

1 COrripere augustalia insignia meditatus Ludouicus Bauarus indixit a Tridenti mense februario suæ factionis comitia, in quibus plura perperam gessit, schismaticorumque & impiorum illuuiem ad se traxit, qui in eum prorupere furorem, vt supremum in terris Christianorum caput anathematis notarent infamia. Eminebant b inter cæteros impietate scelestissimi Ludouici Bauari assentatores Marsilius Patauinus theologicæ scientiæ improbus interpres, & Iandunus philosophicarum argutiarum nugarumque artifex, qui nouis hæresibus ex inferis excitatis, id vnum moliebantur, vt Ecclesiam Dei excinderent, vel cæsaream subijcerent seruituti.

Bauarus in Italiam a Gibellinis excitus.

a Io. Vill. l. 10. c. 17.

Tridenti suorum conuentus agit.

b T. 6. p. 3. ep. ser. p. 221.

Marsilius & Iandunus ad illius gratiã fugunt hæreses.

2. 3 Ingressus vero est Italiam magno Gibellinorum applausu Bauarus, quem redimitum magna pompa, exeunte maio die sacro pentecostes in æde Ambrosiana, refert Ioannes Villanus c: non quidem vt moris est, ab Aycardo Mediolanensi archiepiscopo; sed a Guidone Tarlato olim Aretino episcopatu deiecto & Bruciano percusso anathemate episcopis, qui dignitatem suis sceleribus inquinarant. Interfuere autem profanæ celebritati Gibellinæ factionis proceres: qua perfecta pompa colligendo in militum stipendia auro intentus Bauarus Galeatium, & eius filium ac fratres, pro quibus tuendis Pontificis hostem se professus erat, in vincula coniecit. Ascripta est, vt refert S. Antoninus d, huius tyranni calamitas diuinæ vltioni vt ab illo, quem excitarat ad deprimendam Ecclesiam, dominatu pelleretur. Sed nec minus Ludouicum ingrati animi vitio in eam laborasse subijcit.

Mediolani corona donatur Lud.

c Io. Vill. l. 10. c. 19. Ann. 3. p. tit. 21. c. 6. §. 5. Albert. Arg. in chron. Mutinæ lib. 14.

d Ann. 3. p. tit. 21. c. 6. §. 5.

4. 5 Pares a Ludouico Mediolano grauiores motus Romæ a populo nobilissimisque ciuibus excitati. Agebat e eos indignario, translatam Auenionem a Gallis Pontificibus Apostolicam sedem, amissoque veteris imperij splendore, ipsos summi sacerdotij dignitate carere: orbatam Pontificis & Cardinalium præsentia Vrbem in squalore iacere, ciuium numero minui, attenuari opibus; vetera ecclesiarum decora in rudera redigi. Ioannem itaque demissis primum precibus rogarunt, vt sedem Apostolicam Romæ restitueret. Quos Pontifex ad constantiam in recundendo Ludouico Bauaro est cohortatus, se opportuno tempore sedem ipsam Romam translaturum pollicitus.

e Ib. c. 20.

Romani vrgent Pontificem, vt in Vrbem veniat.

6. 7 At dum hæc scribebat Pontifex, Romani plurima nouarant in Vrbe f, atque in Ludouici partes propendebant, ne Vrbem ipsam cædibus ac direptioni exponerent; paratí tamen pro maiestate pontificia bellum gerere, si Ioannes sedem Apostolicam Romam reduceret. Quem vt permouerent magis, Matthæum Vrsinum ordinis tum Prædicatorum, postea creatum Cardinalem, oratorem decreuere, literasque g, vt reditum maturaret, instituere: quibus acceptis Pontifex, solitis verborum blandimentis opportuno se tempore Romam venturum, respondit h, grauissimeque expostulauit, ipsos inclinare in partes Ludouici, quem vt hæreticorum defensorem iuribus imperij priuasset, hostem Ecclesiæ iudicasset, principatu Bauariæ deiecisset, cui ob crimen hæreseos diem ad decretoriam sententiam audiendam constituisset: corrumpendam non esse fidei & constantiæ in sedem Apostolicam gloriam,

f Io. Vill. l. 10. c. 20. Missus ineptus orator, vt in Vrbe rediret.

g Ex. apud Io. 10. c. 9. p. 2. ep. ser. p. 3. Queritur Pont. nouum tum esse in Vrbe.

h Ead. pag. 3

riam, quam a maioribus acceperant; atque ideo hortatus, vt in priorem statum Vrbem restituerent.

8. &c. Sed iam curandæ publicæ salutis speciem in rebellionem eruperat a: Neapoleo Vrsinus & Sthephanus Columna, vt pontificiarum partium vindices, atque a Roberto Rege Siciliæ nuper creati aurati equites, ne illi Vrbem traderent, in exilium pulsi sunt: Siciliæ Regi Romæ senatori interdictus in Vrbem accessus: Sciarra Columna, Gibellinæ factionis vir, vrbanis rebus, adiunctis quinquaginta duobus viris, delectis quatuor ex singulis Vrbis regionibus, præfectus: ac tum, vt refert Ioannes Villanus b oratores iterum Auenionem misere, vt Pontificem Romam accerserent; exponerentque se, ni veniret, Ludouicum in Vrbem admissuros, suæque consulturos saluti. Sextus is erat dies a coronato Mediolani Ludouico, quo orarores decreti, missæque a Romanis literæ c, terror enim ipsos compleuerat; datique tantum tres oratoribus dies, vt in aula pontificia morarentur, ne alias ex alijs moras Ioannes traheret, repetitisque aduentus sui promissis eos eluderet. Quibus auditis oratoribus Pontifex, reque in consilium magna celeritate & maturitate cum Cardinalibus adducta, cum euoluto trium dierum spatio reditum adornarent, nec literæ, quibus ipsis respondere meditabatur, compositæ essent, recedendi facultatem impertijt; ac significauit se nuntiorum opera, quos citissime erat transmissurus, consilium suum expositurum. His posita vero literis Romanos in officio continere studuit, reditus in Vrbem moras excusauit d, tum ipsos arguit quod se acephalos appellassent.

a Io Vill. l. 10 c. 20. Pontificij magistratus pulsi. Roberto Regi abrogata senatoria dignitas a Rom. Sciarra Columna eâ sibi arrogat.

b Ead. cap. Oratores ad Pontificem missi a Romanis

c Ex apud Ioan. Vill. eo. ep. sect. 5.

Ioannes recusat. exit. abit.

d Ib. pag. 5. & 6.

12. 13 *Ioannes, &c.* Vtinam, dilectissimi filij, præmissa verba, scilicet quod si vos in sinistram declinare contingeret, haberemini apud Deum, &c. nec mente concepta, nec ore prolata, nec, quod est grauius, scripturæ tradita extitissent. Quomodo enim ab infidelitate scienter committenda potuistis petere, vt haberemini excusati? Quomodo creditis, quod Deus, cœlestis curia, Ecclesia, vel Christicolæ de tanto excessu, quantus esset ille, si in illum, quod absit, vos incidere contingeret, vos excusatos haberet? Preterea quomodo propter absentiam nostram vos acephalos dicere potuistis? Papæ namque præsentia nequaquam patrem ipsum vobis constituit, nec equidem absentia acephalum quemquam reddit: alioquin nobis in Vrbe morantibus, sequeretur, quod omnes Christicolæ alij possent acephali, quod veritati obuiat, reputari. Vtinam tunc memores fuissetis verbi Apostoli, quod ad laudem Romanorum ipsis scribens protulit dicens: *Gratias*, inquit, *ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur vniuerso mundo*. Credimus enim, quod si verbum apostolicum vestræ memoriæ occurrisset, verbum illud declinandi in sinistram de ore vestro nullatenus processisset: quod vtique vos in fide fluctuantes arguit, ac arundini vento agitatæ seu maris fluctui, quæ a vento mouetur & circumfertur, similes vos ostendit: nisi velimus dicere, quod desiderium ingens, quod habetis, vt in Vrbe curiam haberetis, vos ad proferendum illud impulit, non quod cor vestrum intrauerit tam detestabile verbum.]

Argui Pōt Rom. se dixisse acephalos.

Commixtio ad hostem ecclesiæ defectuos.

14 Cum his moribus Vrbs fluctuaret, Pontifex Ioannem Cardinalem Vrsinum Apostolicæ sedis legatum Romam, aut ad propiora loca se conferre iussit e, vt seditionem sedaret, ac dissentientes ad tuendas contra Bauarum Ecclesiæ partes conciliaret, & quinquaginta duos viros populumque f Romanum solicitauit, vt legato concordiam inter ipsos adducturo obsequerentur: tum patritios ac præ ceteris Neapoleonem Vrsinum a, Stephanum Columnam, Pandulphum comitem Anguillariæ b, & Annibaldum, Angelum episcopum Viterbiensem c pontificias vices Romæ gerentem, Abbatem S. Pauli, ac Ioannem Achaiæ d principem solicitauit, vt neruos omnes in reuocanda in pristinum statum Vrbe intenderent.

Ioannes Cardinalis in Vrbem missus profectus.

e Ead. pag. 5.

f Ead. pag.

Mittisse tum Robertum Siciliæ Regem fratrem suum Ioannem increbrescente de Ludouici aduentu fama, vt regni aditus ac Maritimæ, Campaniæque arces militi præsidiario muniret, refert Ioannes Villanus e: illumque Romam, vt ciues in pontificias partes traheret, vi ingredi parasse: repulsam passum Romanorum terras vastasse, atque etiam quinque Genuensium triremes quinto augusti die copisse Ostiam, ac fauces tyberinas obsedisse, vt commeatus Vrbi intercluderent: cum Romani nonnullas copias ad recuperandam Ostiam transmisere, quæ non sine cæde propulsatæ: Genuenses autem veriti, ne maioribus copijs impares essent, facibus Ostiæ injectis abscessere. Quo excidio efferati Romani, cœptam cum Roberto de concordia actionem abrupere.

a Ead. p. 4.

b Ib. pag. 5.

c Ib. pag. 7.

d Ead. pag. Io Achaiæ princeps ad concordiam pangendam solicitatus.

e Io. Vill. l. 10. c. 21. Repulsus Romanum agrum eua stat. Romani cæsi.

15. 16 Accedit interea, vt erat iussus, legatus Cardinalis: & eunte augusto cum Ioanne Achaiæ principe, atque exulibus Guelpharum partium Romanis Vrbem ingredi nititur irrito exitu, cum ij, qui arma pro pontificio nomine coniuraturos polliciti erant, se in Vrbe non commouissent, atque plurimus vndique populus ingrueret; exoriente luce suburbanis ignes injecit, vt Romanos a se insequendo retardaret: cuius incendij ope agmina ex Vrbe tuto educit. Vt vero Romani tactioni missis oratoribus, Bauarum in Vrbem excluerint, dicetur iterius.

Poscit legatus in Vrbem ingressum. Propulsatur. Suburbana incendit.

17 Interea penetrauit in Etruriam cum exercitu Ludouicus, cum mense augusto Irsubria castra mouisset, a Castrucio magnificentissime exceptus f, cumque Pisas cogitaret, eius oratores excluti sunt a ciuibus, qui proditionis metu Germanos pepulere, atque ad tolerandam obsidionem se accinxere. Concepit in eos graues iras Bauarus: tumque Guido Tarlatus olim episcopus Aretinus pro conciliandis Pisanis interceßit: quorum oratores cum sexaginta aureorum millia Ludouico sponderent ea lege vt Pisas prætergrederetur, indignante Bauaro in vincula conjecti sunt, ac mox Pisæ sexto septembris die cinctæ g obsidione, quæ ad mensem extracta est. Postea dissentio inter ciues exorta, vrbsque oppressa h metu ijs legibus tradita Ludouico, vt ipsi sexaginta millia aureorum penderent, Castrucius vero & exules vrbem non ingrederentur: sed tertio die magistratus adacti metu scripta fœdera exsisere, seque addixerunt in Ludouici seruitutem; qui præter illa sexaginta aureorum millia, alia centum millia, vt Romanum iter conficeret, exegit. Pœnituit tum eos spontaneæ deditionis, qui si constanter hostem mœnibus arcuissent, Bauarus obsidionis diuturnitate debilitatus conatus suos frustra consumpsisset: ex Pisarum autem expugnatione illius potentiæ terror omnes inuasit.

In Etruriâ Ludouicus Penetrat. A Pisanis excluditur

f Io Vill. l. 10. c. 30.

Pisæ ab eo obsessa.

g Ib. c. 35.

Exorto tumultu deditione capta.

h Ext de ea ipsorum. publ. apud Io. Vardati pag. 103.

18 Post hæc adeo clare se gerere cœpit, vt publice Pisis capitis sententiam latam in Robertum Siciliæ Regem ab Henrico VI. Imperatore, atque a Clemente V. reuocatam renouarit, vt narrat Pontifex in literis ad Carolum Francorum Regem ea de re scriptis i. Dum autem Pisis agebat Ludouicus, inter ipsius factionis principes, Castrucium scilicet & Guidonem exepiscopum Aretinum, orta contentio k: in Guidonis enim os ab altero obiectum est proditionis crimen,

Renouata a Ludo. Roberti Regem capitis sententia.

i n. 6. p. 3. & seq. pag. 193.

k Io. Vill. l. 10. c. 30.

Guido olim epiſc. Aret. a Caſtrucio accuſatus.

crimen, eiuſque culpa, qui ſuas copias non adduxiſſet, Florentiam expugnatam non fuiſſe, cum ipſe vna cum Azone Galeatij filio caſtra ad mœnia promouiſſet. Retorſit in Caſtrucium Guido perfidiæ infamiam, vt qui Vgocionem Fagiolanum Gibellinarum partium Piſarum & Lucæ principatu exuiſſet: nec ſe datam Florentinis inducıarum fidem frangere debuiſſe: cum vero Bauarus Caſtrucium non reprehendiſſet, Guido preſſo intus iniuriæ dolore, conſulendarum Aretinarum rerum ſpecie abſceſſit a Ludouico; graniſſimaque indignatione, atque ex ea morbo correptus, coram multis commiſſa a ſe in Pontificem Romanum crimina, ac Ludouicum vt hæreticum & hæreticorum fautorem execratus; conceptoque pio, ſi valetudinem recuperaret, defendendæ Eccleſiæ dignitatis deſiderio, vigeſima prima octobris die extinctus eſt, vt narrat Ioannes Villanus a: quibus conſentanea ſcribit S. Antoninus b, adductis in medium illius vitijs virtutibuſque.

Ex dolore morbum contrahit. Eiuratis Ludouici partibus moritur.

a Io. Vill. l. 10, c. 36.

b S. Ant. 3. p. tit. 21. c. 6. §. 5.

19. &c. Perculit eo tempore, nimirum vigeſima octobris die Ioannes exultantem ſecundis rebus Ludouicum Bauarum apoſtolica ſententia, quæ extat in codice c tabularij Vaticani, in qua obiecit Ludouicum diſcordibus ſuffragijs deſignatum Cæſarem oppugnaſſe publicis ſcriptis ſanctionem, quæ ab his verbis, *Cum inter*, ducit exordium, atque appendiſſe ſigillum libello, quo promulgabatur hæreſis, quod Chriſtus & Apoſtoli nullum ius in ijs rebus, quibus verentur, obtinerent, ſed ſimplicem vſum: fauiſſe præterea Marſilio Patauino ac Ioanni de Iandumo hæreſiarchis ad diſſeminandas eorum hæreſes, monitumque officij non reſipuiſſe, ac ſacra profanari cenſuris contemptus imperaſſe. Ob quæ flagitia illum notæ hæreſeos inuſſit, atque omnibus iuribus & bonis, cæſareæque dignitatis munere euertit. Data ſunt mox Germaniæ præſulibus iuſſa, vt Ludouicum hæreſeos ſententia damnatum promulgarent: quo argumento litteræ d plures ad Moguntinum archiepiſcopum ac ſuffraganeos epiſcopos, aliaſque miſſæ III. non. nouembris conſignatæ ſunt.

Ludouicus Bauarus ſententia damnatur.

c Io. 6. p. 3. ep. ſecr. pag. 70. & poſt eund. ep. & pag. 171. 173.

27. &c. Cum peſtifer Marſilij Iandunique liber, in vulgus emanaſſet, Pontifex ſeruandæ incorruptæ religionis ſtudio ductus, cum illis iudicium conſtituta die incendiſſet e, in eos obſtirmatos in contumacia x. kalen. nouembris decretoriam tulit ſententiam, ipſorumque hæreſes damnauit f. Iudæos enim qui Chriſtum Cæſaris ſtudio abnegarant imitati blaſphemarant, didrachma cenſus neceſſitate debiti a Chriſto perſolutum, ex quo inferebant omnia bona eccleſiaſtica iuris eſſe cæſarei: ex euangelicis vero oraculis demonſtrauit ex liberalitate non neceſſitate collatum. Primatum etiam pontificium euertere moliti erant, effurientes cum ſchiſmaticis, Petrum cæteris Apoſtolis auctoritate non præcelluiſſe; quorum vetama his ſententijs conſurata eſt.

e Io. 6. ep. ſecr. pag 221.

f Par. bull. pag. 76. & in append. lib. Marſil. in f. Vat. fig n. 3974. Marſilius & Iandunus hæreſiarchæ damnati.

30. &c. *Ioannes, &c.* Quod Chriſtus vicarium ſuum beatum Petrum conſtituerit, patet. Conſtat enim, quod Chriſtus officium paſtoris geſſit in terris. Hinc eſt quod in Ioanne ſe vocat paſtorem dicens: *Ego ſum paſtor bonus, &c.* Liquet etiam quod curam gregis ſui ante aſcenſionem beato Petro generalem commiſit, quando tibi illud Ioannis dixit: *Paſce oues meas, paſce agnos meos.* Vnde cum paſtor gregis dominici, ſcilicet Chriſtus, curam eiuſdem gregis beato Petro commiſerit; quin eum, quoad curam gregis ſuum vicarium fecerit, nullus debet in dubium reuocare. Hoc ille Imperator Chriſtianiſſimus Conſtantinus aliquando teſtatus eſt dicens: *Beatus Petrus videbatur in terris vicarius Dei Filij conſtitutus.* Ex hoc etiam ſequitur euidenter, quod Petrus caput vniuerſalis Eccleſiæ poteſt dici iuxta morem illum ſacræ ſcripturæ, quo rector alicuius multitudinis dicitur eſſe caput. Vnde legitur in Ioele *: *Congregabuntur filij Iuda & filij Iſrael pariter: & ponent ſibi caput vnum*; ideſt, rectorem. [Tertius impiorum hominum error fuit, muneris eſſe cæſarei creare vel gradu deturbare Pontificem: qui ſubiectis ſententijs conſutatus eſt:] Quod ad Imperatores Latinos non pertinuerit, nec pertineat inſtiturio ſupradicta, patet: imperium enim per Papam a Græcis translatum eſt in Latinos, nec plus iuris in ipſos, quam apud Græcos exiſteret, Papam ipſum transferentem legimus tranſtuliſſe: Græcis autem Imperatoribus, vt ex prædictis patet, talis non pertinebat inſtiturio; quare nec pertinere poterit ad Latinos. Et ſi dicatur, quod Papæ inſtiturio ad Latinos Imperatores pertinet ex conceſſione poſtea ipſis facta per ſummum Pontificem, vel ſummos Pontifices, eſt dicendum, quod nulla conceſſio facta per Papam aliquem Imperatori ſeu Imperatoribus debet intelligi, quod ipſi Imperatores Papam poſſent inſtituere ſeu eligere; ſed quod poſſent electioni ſummi Pontificis intereſſe. Et quod ſic conceſſiones illæ intelligi debeant, ſatis ex eo, quod in quodam capitulo legitur, vbi ſic dicitur: *Verum quia imperatores quandoque modum ſuum ignorantes, non in numero conſentientium, ſed potius diſtribuentium, immo exterminantium eſſe voluerunt, &c.* Item querimonia nunciorum Ludouici Imperatoris, quibus in Vrbe præſentibus electio de Papa Adriano II. ipſis non vocatis extitit celebrata, hoc ſimiliter probat: conquerebantur enim dicentes, quod cum preſentes eſſent, non fuerant inuitati: nec optatæ meruerunt electioni futuri præſulis intereſſe. Adhuc quia nonnulli Imperatores illo priuilegio abuſi fuerunt, ac frequenter in hæreticorum prolapſi perfidiam, & catholicæ matris eccleſiæ vnitatem fuerunt impugnare conati; ſtatuta ſanctorum patrum contra eos, vt ſe electioni Papæ non ingererent, prodierunt, ac vt anathematis innodaretur vinculo quiſquis eorum ſuffragio Eccleſiam obtineret. Nonnulli quoque Imperatores ducti religione mentis affectu ex abundanti, ſupradicto renunciauerunt priuilegio, vt patet ex tenore canonum ſuper hoc conditorum, per quos & non alios probatur conceſſio antedicta. *Et infra.* Præterea, quomodo Imperator principem clericorum deſtituere poterit, vel punire, cum etiam ſecundum imperiales leges id in ſimplici clerico nequeat exercere? Audiant inſuper iſti perfidi homines quid circa hoc nonnulli catholici principes ſenſerint, & quid duxerint ſancicndum.

Reſelluntur ex ſcripturæ ora culis.

Inſtitutio Pontificia non ſpectat ad Imperat. An fuerit conceſſa aliquibus Imp. p. Pontificis inſtituco. Oſtenditur non conceſſam.

* Oſea.

Theodoſius quidem & Arcadius Imperatores catholici expreſſe ſanxerunt, quod nullus epiſcoporum, ſiue eorum qui Eccleſiæ neceſſitatibus ſeruiunt, ad ordinariorum ſiue extraordinariorum iudicium pertrahantur: *Habent enim illi ſuos iudices, nec quicquam eis cum legibus eſt commune.* Item Imperator Conſtantinus, cum querelam clericorum quorundam coram ſe deferendam conſpiceret, dixit: *Vos a nemine laicorum poteſtis iudicari, qui Dei ſolius eſtis iudicio reſeruati.* [Quarto effutierant illi hæretici parem eſſe omnium ſacerdotum cum Pontifice & epiſcopis dignitatem, eamque graduum diſtinctionem a Cæſare diſcretam; quibus ſic reſponſum eſt:] Audiant iſti peruerſi homines, quod Iuſtinianus Imperator catholicus ſuper hoc dixit; cum enim circa gradus prædictos epiſcoporum, eorumque ſuperioritatem & ſubiectionem conſtituiſſet aliqua, ſubiunxit dicens: *Nam hoc ſecundum ſacrarum regularum explanationem, apoſtolicamque traditionem conſtituimus.* Ex quibus colligitur euidenter, non ab Imperatore diſtinctionem & auctoritatem pontificum originaliter & principaliter, ſed ab auctoritate apoſtolica proceſſiſſe;

Imperatorum teſtimonia ab ipſis pontifices non poſſe exaborari.

De hierarchia eccleſiaſtica.

Imperatoremque, vt illa seruarentur melius, iuxta statuta apostolica eadem statuisse. [Quorum addiderunt impostores errorem, memorati Ecclesiam etiam vniuersalem neminem punire posse punitione coactiua. Quorum vesania multis exemplis retracta est tum hoc Apostoli oraculo:] *Quid vultis? in virga ad vos veniam, an in charitate, & in spiritu mansuetudinis?* [Definit demum Marsilium & Iandunum decretoria sententia, atque hæreseos infamia cum sequacibus omnibus inussit, sanxitque poenis inhæreticos propositis afficiendos.] *Dat. Auinione x kal. nouembris pontificatus nostri anno* XII. Meminit de hac sanctione Turrecremata a, ac prædictas hæreses Marsilij & Iandini perstringit; scripsitque aduersus eosdem Aluarus Pelagius in suo collyrio b aduersus hæreses, tum in libro de planctu Ecclesiæ. Sed redeamus ad Ludouicum, cuius gratia nefarij assentatores tot finxere hæreses.

a Turrec. summ. de eccl. l. 4. p. 2. c. 37.
b Ext. m. s. in bibl. Vat. fig. n. 1129. p. 5.

38 Exeunte anno eduxit Pisis exercitum c, cum a Pisano populo & clero auri vim in militum stipendia exegisset, & Castrucio aliquot diebus expectato a Romanis Gibellinis solicitatus d, vt castra moueret, ne Vrsini ac Robertus Rex fluctuantem populum in suas partes traherent, Vrbemque occuparent; vigesimo primo decembris versus Romam per maritimam oram iter intendit non sine maximis difficultatibus. Peruenit Viterbium secunda ianuarij die e insequentis anni Ludouicus, quo se mox Castrucius cum lectissima militum manu contulit.

c Io. Vill. l. 10. c. 49.
d Cap. 49. Mouet versus Romã exercitu Ludou.
e Io. Vill. l. 10. c. 49. Iacobus Rex Arag. suam aduersus Lud operam offert.

39. &c. Dum secundis rebus vrebatur Ludouicus, partesque Ecclesiæ prosternebat, Petrus princeps Iacobi Regis Aragonum filius, pio ardore accensus, suam Pontifici operam aduersus Bauarum detulit: cuius egregia in Ecclesiam studia commendauit Ioannes, temporeque opportuno eius se adhibiturum operam rescripsit f. Porro ab hominibus demigrauit mense octobri, vt refert Ioannes Villanus g, vel nouembri ineunte, vt Hispani auctores affirmant, Iacobus ipse Rex Aragonum, magnis quidem, vt aiunt, virtutibus ornatus, & pacis belliquæ artibus decorus, cuius peritia in rebus ingentibus se explicuit. Laudat ipsum Ioannes Mariana h litibus intentum fuisse, ac Radam iurisconsultum insignem, cum illius argutijs equitas opprimeretur, regno pepulisse. Sexaginta sex annorum fuisse tradit Surita i.

f ep. 6. p. 1. ep. secr. pag. 40.
g Io. Vill. l. 10. c. 45. Iacobi Regis mors.
h Marian. l. 15. c. 19. Illius elogium.
i Sur. l. 6. c. 75.

42 Inter hæc in Lusitania Elizabeth sanctissima Regina, pijs operibus se totam addicebat l, magnoque sumptu xenodochium exercendæ in pauperes misericordiæ causa, accepta ab sede Apostolica potestate, condidit, situm proximo intervallo a religiosis ædibus, quas antea, Conimbricæ in Claristarum vsum extruxerat.

S. Elizabeth Regina.
l An. 13. p. 1 ep. 120 Vasc. in annal. hoc ann. n. 18, 19.

43 Aberat ab his S. Elizabeth Reginæ Lusitaniæ virtutum exemplis Isabella Regina Angliæ, quæ Eduardum Regem maritum suum conijciendum in vincula curauerat m. Denique infelix Rex Eduardus in publicis totius regni ordinum conuentibus gradu regio deturbatus est n, regnumque in Eduardum filium translatum. Neque hic finem habuere calamitates miseri principis, quem tibi exitium ob contempta pontificia monita accersiuisse vidimus, in arctissimam enim custodiam traditus est: cumque nonnulli de eo liberando cogitarent, in vinculis fuit extinctus. Tulit rumor acerbissimo eoque ignominiosissimo supplicij genere discruciatum, ne vlla in corpore violentæ mortis nota appareret, adacto nimirum in anum tubo ductili, traiectoque vsta ignito, quo exusta sint viscera. Nouo autem Angliæ Regi Pontifex VI. idus nouembris huius anni de adepto regno gratulatus, optimis præceptis illum imbuit, ita ce-

Anglorum Regna Regem in vinculis tenet n Vosius. in Edward. II.
Conuent' ordinum contra Regem celebrati.
m Idem in eod. Eduardus senior in vinculis extinctus.

perum caducum moderaretur, vt immortale sibi compararet.

44. &c. Quo etiam tempore pluribus extulit laudibus Ioannes a Caroli Francorum Regis eximium in tuendis viris ecclesiasticis, ac reprimendaeorum, qui ipsi intenti essent temeritate, studium: Ioannamque Reginam vxorem permouit b, vt ipsum ad ecclesiasticorum venerationem, Dei cultum, pia opera, atque alia exempla virtutum vrgeret. Inuidit quidem dæmon pij Regis felicitati, qui administros suos ad parandas illius vitæ magicis artibus insidias impulit, de quibus Pontifex his verbis queritur c: *Nonnulli perditionis filij & iniquitatis alumni, detestanda factionis nefarijs operationibus damnabiliter intendentes, quasdam sub figura seu typario regio conflari imagines plumbeas, vel etiam lapideas fabricarunt, seu fabricari fecerunt, vt magicis artibus horrenda maleficia, incantationes, & commocationes dæmonum, & alia execranda & prohibita opera exercerent.* Tantorum flagitiorum auctores nonnulli clerici accusati: qui cum a regijs administris in carcerem conditi essent, atque ad ecclesiasticum tribunal de eorum causa cognoscere spectaret, Pontifex Guillelmo episcopo Sabinensi, Petro tit. S. Susannæ, ac Bertrando S. Mariæ in Aquiro diacono Cardinalibus munus iniunxit d, vt clericorum eorundem causam discutierent, iudicesque ea de re darent. Per illa quidem tempora dæmones curiositatis lenocinio plures Christianos ad magicas artes allexisse, seque phialis, speculis, sigillis, alijsque rebus vinciendos curasse constat. Tantum enim tamque lugubrem fidelium lapsum deplorat his verbis Ioannes e: *Dolenter aduertimus, quod etiam cum nostrorum turbatione visceruum cogitamus, quamplures esse solo nomine Christianos, qui relicto primo veritatis lumine, tanta erroris caligine obnubilantur, quod cum morte fœdus ineunt, & pactum faciunt cum inferno: dæmonibus namque immolant, bos adorant, fabricant, ac fabricari procurant imaginet, annulum, vel speculum, vel phialam, vel rem quamcumque aliam magica ad dæmones inibi alligandos. Ab his petunt responsa, ab his recipiunt, & pro implendis prauis suis desiderijs auxilia postulant: pro re fœtidissima fœtidam exhibent oblationem. Proh dolor! huiusmodi morbus pestifer, nunc per mundum solito amplius conualescens, successiue grauiter infecit Christi gregem.* Obiectum est anathema ijs, qui nefarias huiusmodi artes exercerent; ac sancitum, vt poenis in hæreticos constitutis afficerentur, omnesque libelli de arte magica conscripti excurrente octiduo flammis abolerentur, inflictumque anathema ijs, qui ipsos seruarent.

a to. 6. p. 3. ep. secr. pag. 191.
b Ead. ep. Structæ magicis artibus Carolo Regi insidiæ.
c Ib. pag. 179. In nonnullos clericos mali auctores a Pont. inquiri iussit.
d Ead. pag. Plures magicis artibus infecti.
e Ext. in bullar. in Io. XXII. const. 13.

52. &c. Depulit f hoc anno imperatorio solio Andronicum seniorem iunior Andronicus nepos. Conflata vero in eum est proditio Spiritui sancto in Apostolos igneis linguis deuoluto die sacro, quemadmodum Cantacuzenus notat g; vt nimirum ob perfidiam negare ex Filio Spiritus sancti processionis plecti constaret: noctuque admotis mœnibus scalis, adiuuantibus proditoribus, ac porta ab ijs, qui subierant vrbem, patefacta Constantinopolis capta est quarta & vigesima die mensis maij. Porro itaque rerum Andronico iuniore, ac solo habenas imperij tractante, ciuilia bella, quibus Constantinopolitanum imperium agitatum fuerat, quieuere.

Andronicus senior pulsus solio. Die S. Spiritui sacro prodita Constantinopolis.
f Cantac. l. 1. c. 59. Nic. Greg. l. 9.
g Cantac. l. 1. c. 58.

51 Exeunte anno, recurrentibus quatuor temporũ ieiunijs, Pontifex decem nouos Cardinales laborum socios renuntiauit h, quorum nomina eius vitæ auctor i recenset his verbis: *Hic dominus summus Pontifex pontificatus sui anno* XII. *dominicæ incarnationis* MCCCXXVII. *feria* VI. *quatuor temporum, ad-*

Cardinalis creatio
h Io. 6. p. 1. ep. secr. pag. 193.
i Ber. ebron. Rom. Pont. m. s. Pat. bibl. fig. n. 2040.

uentus

uentus videlicet, xv. kal. ianuarij fecit tertium ordinationem decem Cardinalium, quos assumpsit; videlicet Ioannem de Conuenis archiepiscopum Tolosanum, Anibaldum Gaitanum Romanum archiepiscopum Neapolitanum; Iacobum Cisterciensis ordinis magistrum in Theologia episcopum Mirapiscensem; Raymundum Rutenensis diœcesis episcopum S. Pauli; Petrum de Mortomari Lemouicensis diœcesis episcopum Antissiodorensem; Petrum de Capis episcopum Carnotensem; fratrem Matthæum de Vrsinis Romanum de ordine Prædicatorum magistrum in theologia archiepiscopum Sipontinum; Petrum de Toleto Hispanum episcopum Carthaginis vel Murcia; Ioannem de Columna Romanum; Vbertum de Puteo de Montepessulano. Erant ij viri insignes, qui illustribus virtutum exemplis in Ecclesia præluxerant: e quibus Iacobus Nouelli Mirapiscensis Ioanni in pontificatu accepto Benedicti nomine successit, magna & doctrinæ & probitatis laude conspicuus.

Iacobus Mirapisc. ep Card. creatus po stea Bened XII. dictus *a Apud Sur so. 4.*

56 Obijsse ferunt [a] hoc anno B. Rochum, cuius sanctitas cœlestibus beneficijs in eos, qui pestepercussi illius apud Deum suffragia implorarunt, collatis inclaruit. Eius gesta Franciscus Diedus, Petrus Pinus, Claudius de Rota, Ludouicus Malduras [b], & Crantzius [c] conscripsere. Silencio autem dissimulandum non est, nonnulla in eius gestis apud Surium fictitia reperiri. In eo omnes consentiunt, ipsum in Italica peregrinatione in xenodochijs famulatum peste laborantibus, & plerosque crucis signo ab eo iustratos valetudini restitutos. Demum sanctitatis illius fama apud patres concilij Constantiensis celebrata est, quorum decreto ad propulsandam huic honores sanctis debiti eidem habiti fuere [d]: nim, solemni supplicatione indicta, imaginem ipsius, instructo agmine religioso, per vrbem ingenti pompa circumtulerunt: quo peracto pestis fuit depulsa: indeque exemplum sumptum, vt vbique locorum eius venerandæ imagines expositæ, & sacella templaque ad eius memoriam diuino Numini posita fuerint.

Mors S. Rochi.

b Ib.

c Crantz. in Metrop. Saxon. l. 9. c. 25.

d Aub. sup. citati & Bar in not. ad 16. aug. A Constantien. synodo decreti illi Sti honores.

IESV CHRISTI
Annus 1328.

Indict. 11.

IOANNIS PP.XXII. VACANTIS IMP. OCCID. 15.
annus 13. ANDRONICI IMP. OR. 45.

Progressus Lud. in Vrbem tendentis.

1 PEnetrarat Ludouicus Bauarus ineunte anno cum Germanico & Italico Gibellinorum exercitu in ditionis ecclesiasticæ terras, ac Viterbium iam a Siluestro Gatta ad defectionem adductum, secundo ianuarij die peruenerat [e], cum Romani aduersarum factionum ac spei metusque æstu incerto agitati, oratores Viterbium ad eum misere, vt fœderis cum ipso leges componerent. At Sciarra Columna & Iacobus Sabellus, ac Theobaldus de sancto Eustachio Ludouico missis nuntijs ex arcano significarunt, vt spretis Romanorum oratorum dictis, iter in Vrbem maturaret, ea enim votisque ipsum certissime potiturum. Qua spe elatus Ludouicus Bauarus mox signa moueri iussit. Septimo itaque ianuarij die, attonitis ex illius improuiso aduentu Romanis, exceptus [f] est. Traditum mox illi Vrbis & arcium imperium addunt [g], dum boni quique ingemuere, vt publicis postea tabulis professos videbimus.

e Io. Vill. l. 10. c. 49. Datum a proditoribus Lud. consilium. *f Io. Vill. & Muss. in Lud. Bau. Bern. in lib. de Imp. Rom. ms. f. bibl. Vat. de Rom. Pont. sign. n. 3765.*

g Cortus. hist. l. 3 c. 11 Cleri & religiosor. pars præcipua Vrbe diffugit.

2 Interea e clero & religiosis ordinibus prudentia & sanctitate præcipui in fugam se conuertere: sacratissima Veronica, in qua Christi domini pergentis ad crucis supplicium diuino miraculo expressa effigies, a basilica Vaticana canonico, ne a schismaticis & hæreticis indigne conspiceretur, absconsa, indictumque sacrorum iustitium. Celebrata a Ludouico in Capitolio magna pompa comitia, in quibus ipse Romanorum Rex est salutatus, creatusque a populo ad annum Vrbis senator & copiarum vrbanarum dux, denique decretum, imperatorio diademate ipsum cingendum. Hæc pluribus Ioannes Villanus aliique auctores.

Ob ingressum Ludouici Roma sacrorum vsu orbata Creatur Lud. a rebelli popolo senator.

3. &c. Redimitus itaque est imperatorijs ornamentis Ludouicus in basilica S. Petri, de qua celebritate hæc Nicolaus pseudominorita [a] *Die*, inquit, * *XVII ianuarij, qua fuit dominica de nuptijs, anno Domini* MCCCXXVIII. *prafatus princeps dominus Ludouicus Romanorum Rex fuit non per Papam, sed per quatuor syndicos populi Romani, ad hoc specialiter constitutos, in ecclesia S. Petri in Imperatorem Romanorum solemniter taruna aurea coronatus, & ex tunc Imperator vocatus: nam a die sua electionis, vsque ad diem qua Roma corona aurea coronatus, non Imperatores, sed Reges Romanorum in suis literis & ab omnibus appellantur.* Impositam illi a Sciarra Columna imperialem coronam addit S. Antoninus [b]. Inungi vero voluit vna cum vxore a Iacobo Alberto episcopo Venetiarum [c] Cardinalis Prænestis nepote episcopali honore iam deiecto; susceptisque ornamentis augustalibus, pias ad ostentationem, sed suspecto consilio leges tulisse, refert Ioannes Villanus [d]: nimirum primam de fide catholica incorrupta seruanda, secundam de tuenda libertate ecclesiastica, tertiam de viduis & pupillis defendendis; eoque astu simpliciores Romanos sibi deuinxisse: cum tamen obiecta religionis specie religionem oppugnare, odiaque in Christi vicarium atque omnes catholicos illi adhærentes, quos æquabat cum hæreticis, ipse apostolica sententia damnatus, effundere moliretur.

[a] *Nic. Min. ms. f. bibl. Vat sign. n. 4008. pag. 21. Corius. l. 3. c. 11.* * *xvi. habet Vill. l. 10. c. 56.*

Lud. a quo diademate redimitus.

[b] *Ant. 3. p. tit. 21. c. 6. §. 6.*

Inunctus a Castellano exepiscopo.

[c] *Cortus. ibid. l. 3. c. 11.*

[d] *Io. Vill. l. 10. c. 56.*

Leges latæ a Bauaro.

9. &c. Diuexarunt clerum Romanum in Pontificis obsequio constantem schismatici & hæretici, pertulitque grauissimos in ea persecutione Ecclesiæ labores Viterbiensis episcopus vicarius vrbanus, quem datis nouis martij literis Pontifex ad reuocanda in memoriam sanctorum gesta, imitandamque eorum inuictam inter tyrannorum iras & carnificum furorem patientiam excitauit: promissam enim perseueranti immortalitatis & gloriæ coronam. Perstitere [e] vna cum eo constantes in sedis Apostolicæ cultu plures viri nobiles Romani, quorum prolixior est in regesto pontificio catalogus: inter quos Iacobus Columna canonicus Lateranensis eminebat, quem vt sacra pietate ardentissimum solicitarit Ioannes [f], vt populum ad Marsilium ac Iandunum hæresiarchas capiendos commoueret. Confluxerant [g] ij Romam: mox atque Ludouicum ea potitum percrebuit, vt suis hæresibus fideles inficerent: ac Marsilius a Ludouico Bauaro, quasi ad eum sacrorum cura & administratio spectaret, pontificij vicarij munus, cui, vt dicebamus, præerat Viterbiensis episcopus, scelere acceperat, cœpitque i tyrannidem in viros probos, qui se hæreticorum & schismaticorum communione contaminare exhorrescebant, pioque sacerdotes, qui sacrorum vsu pie abstinebant, exercere. Ad comprimendum autem ferocientem virum Pontifex Ioanni S. Theodori diacono Cardinali Apostolicæ sedis legato iniunxit [h], vt in vicinis Romæ locis edicta publica proponeret, quibus Marsilium & sceleris socium Iandunum capi iuberet. At elusit pontificiam seueritatem Marsilius clientela Ludouici tectus, quem Ioannes Villanus [i] perfidum hæreticum, ac Bauari ductorem & magistrum appellat: qui hæresibus a nobis anno superiori recensitis aliud atrox flagitium adie-

Pij a Ludouici sequacibus vexati.

[e] *Ead. p. 2. pag. 117. f Ib. pag. 116. 117.*

g Ib. pag. 115.

h Ib. pag. 110.

Marsilius hæresiarcha Romæ in clerum tyrannidem exercet.

i Ead. pag.

m Io. Vill. l. 10. c. 104. Marsilij in confando schismate scelus atrox.

adiecerat, vt præcursor antichristi. Petri scilicet de Corbaria, euaderet, atque ad illius profanationem præcipuam operam correptæ sacrilegio in rebus sacris vicariæ præfecturæ occasione impenderet. Euomuerat iam ante eam blasphemiam [a], Romanum Pontificem non suam a Christo domino, sed Romanorum Imperatore auctoritatem accipere, huiusque iuris esse Pontifices ad arbitrium creare vel gradu pellere.

[a] Io. Var. hist. pag. 67

Lata auctore hæresiarcha Marsilio.

Ludouicus itaque eius hæreseos illecebra ab assentatoribus hæreticis delinitus, cum decimoquarto aprilis die purpura & imperialibus ornamentis decorus ad porticum basilicæ S. Petri in solio consedisset, mortis sententiam [b] tulisset in hæreticos, die insequenti [c] Christi vicarium damnare hæreseos, ac dignitate pontificia exuere tentauit. Extat eiusmodi Ludouici sententia [d] apud Nicolaum pseudominoritam, qui illum a cleri & populi Romani syndicis, atque a Minoritis ad id agendum concitatum narrat. Ingemuisse ob tantum facinus bonos omnes, refert Ioannes Villanus [e]: norant enim Pontificem orthodoxi dogmatis assertorem, ac Ludouicum, fraterculorum fascinatum delirijs, illi calumniam hæreseos impingere, fallaceisque esse eius argutias, quas ab impijs doctoribus hauserat. Peccasse autem grauissime Ludouicum in ferenda aduersus eum sententia ostendit Aluarus [f], cum Romanus Cæsar in summum Pontificem etiam sontem nullam auctoritatem obtineat.

Edictum a Lud latum
[b] Ext. apud Nic. Minor. m. f. bibl. Vat sig n. 4008. pag. 24.
[c] Vill. ead. lib. c. 70.
[d] Nic. Min. m. f. bib. Vat sig n. 4008. pag. 80.
[e] Io. Vill. l. 14. c. 70.
[f] Id. Alua. Pel. ead. l. 1. c. 68.

Perit in Pontificem sententiam.

20 Nec defuere qui Bauari facinus in ipsa vrbe Romana, eius oppressa armis, publice reprehenderint intrepide: retert enim idem Ioannes Villanus [g], Iacobum Columnam Stephani filium XXI. aprilis die in S. Marcelli area pontificiam sententiam aduersus Bauarum latam coram mille Romanis & eo amplius perlegisse: deinde toribus S. Marcelli pontificiæ sententiæ membranis affixis, cum quatuor socijs præcipiti fuga Prænestæ se recepisse, admodum ex eo casu Vrbe commota, ac Ludouico fremente, tardiusque ad eum comprehendendum equites immittente. Subdit Villanus, collaudatam a Ioanne Iacobi constantiam, ipsumque creatum episcopum fuisse.

Bauarus palam in Vrbe reprehensus
[g] Io. Vill. l. 10. c. 71.

21. 22 Insequenti a diuulgata Romæ a Iacobo sententia pontificia, Bauarus improborum consilio aliud tacitus de redigendis in seruitutem futuris Pontificibus est molitus, statuens enim hanc Marsilij hæresim, Pontifices non a Christo sed ab Imperatore pontificium ius accipere, stulte hanc sanctionem edidit [h]: ***Summus Pontifex in vrbe Romana continuam residentiam facere teneatur, nec extra vrbem prædictam seu per duas vulgares diætas longe ab ipsa vrbe possit vllo modo absentare absque cleri & populi Romani petita licentia et obtenta; nihilominus in casu præmisso in vrbe prafata sede cum consistorio remanente. Si vero contra præscriptam formam se absentare præsumpserit, et a clero populoque Romano tertio monitus infra terminum, eidem per dictum clerum et populum moderandum, ad vrbem Romanam non redierit celeriter, ibidem vt præmittitur continuo moraturus, ipso iure pontificatus sui honore et dignitate præsentis constitutionis auctoritate volumus fore priuatum; decernentes ad alterius summi Pontificis electionem procedi debere, ac si per mortem ipsius naturalem de alio electionem fieri immineret. Data Romæ apud S. Petrum sub sigillo maiestatis nostræ anno Domini MCCCXXVIII. die XXIII. mensis aprilis indictione XI. regni vestri anno XIV. imperij vero I.***

[h] Ext. in m. f. sche. Vall. bibl. Impia lex.

23. &c. Porro a promulgato nefario edicto recurrente quinto die, Ludouicus hortatu hæresiarchæ Marsilij, capitali sententia [i] summum Christianorum antistitem damnauit; tantoque sceleri duas causas prætexuit, nimirum orthodoxum dogma a Ioanne assertum defensamque Christi gloriam, & ob id egregium facinus hæreticum illum vocitabat: alterum ob imperij in ambigua duorum Cæsarum electione administrationem veteri instituto susceptam, defensumque ius pontificium, ad quod spectabat eam controuersiam legibus dirimere, & hanc Ioannis constantiam, læsæ maiestatis crimen appellauit. Replenit Marsilius [a] mendacijs, calumnijs, hæresibus hanc posteriorem Bauari sententiam, cuius errores catholici doctores eius temporis conturarunt [b].

[i] Ext. apud Nic. Min. sched. m. f. bibl. Vat sig n. 4008. pag 25 &c. & in m. f. sched Vat ibid. Alia Ludouici Bauari in Pont. sententia.

36. 37 Indixit etiam persecutionem in eos, qui Ioannem vt Christi vicarium colerent, idque ex Italorum ac Germanorum præsulum & principum consilio actum ostentare nimis est. Verum tantum abest vt Romani, Itali, Germanique assenserint flagitio, vt ob id Ludouicum in proborum omnium odia incurrisse, Albertinus Mussatus [c] & Ioannes Villanus [d] testentur, ac secutæ mox rerum conuersiones ijdem aperte commonstrarint. Conignata est eiusmodi sententia XXVIII. die aprilis huius anni, quam Auentinus ex bibliotheca Bauarica erutam retert, non quidem suis conceptam verbis, sed quia non satis veneni continere ipsi videbatur, impostoris more multa commentus est, affinxitque Ludouico alia mendacia, vt ex eadem sententia non tantum Ioannes sed alij etiam Pontifices carperentur: veluti cum obiecit Ioannem *facere se adorari, pedesque sibi osculari* permittere: seruum seruorum Dei se dicere & non seruire; a Franciscanorum Perusinis consentibus simulachrorum cultorem declaratum. Hæc enim non extant in Ludouici sententia, quam ex schismaticorum libris, qui in Vaticana bibliotheca reconditi sunt, decerpsimus. Ex quibus patet quæ fides huiusmodi historico, monumenta publica adulteranti, & Lutherana delria illi principi, cuius dignitatem se asserere videri vult, impingenti habenda sit. Superiora autem facinora Ludouicus postea damnauit, eaque vindictæ cupidini ascripsit, tutus non inicum se tuisse, quamum patraret flagitium.

[a] Mus. in Lud. Bau. b Herm. de iurisd. eccl. m. f. bib. Vat sig. n. 4109. pag. 196. Alm. tr. Pelag. de plan eccl. l. 2. c. 13 36. & 37. Aug. Triumph. de potest. Eccl. q. 26. ar. 9. Palud. de Eccl. potest. m. f. sub. Vat sig. n. 4109. pag 229. & alij.
[c] Mus. in Lud. Bau. d Io. Vill. l. 10 c. 70.

Auentini perfidia in adulterandæ Ludouici sententiæ calumnia ab eo impacta Fraciscanis.

38. 39 Dum atrocibus iniurijs Ludouicus pontificiam maiestatem labefactare nitebatur, Albertus Austriæ dux sperans Pontificem Ludouici odio Fridericum illius æmulum fauore amplexurum, flagitauit, vt Fridericum ipsum Regem iam Romanorum designatum confirmaret; ac polt promissis amplissimis verbis sua Ecclesiæ studia, eò pollicitus fratrem se ad omnem Pontificis voluntatem adducturum: cuius postulata cum nulla ratione niterentur, nec decretum electionis Friderici ad sedem Apostolicam transmissum esset, quod tamen antea, cum Austrahum Germanorum oratores idem vrgerent, experitum fuerat, Pontifex rem iuste perfici non posse respondit [e], obiecitque Fridericum nunquam Apostolicam sedem de suæ electionis iuribus edocuisse; neque iustitia, sed vi augustale solium affectare.

Albertus Austriæ dux poscit a Pont. vt fratri imperium cõfirmet.
[e] Io. 6. p. 3. op sect. pag. 173.

40. 41 Exclusa itaque Friderico spe sua, cum sibi ad imperium iustitia viam non muniret, iura vero sua ex impiorum consilio labefactaret Ludouicus, Pontifex apostolica auctoritate omnia, quæ in Vrbe in conferendis eidem imperialibus insignibus erant gesta, consulit [f]: eaque de re nonis aprilis huius anni ad Germanos principes imperij electores literas dedit [g], quibus etiam Bauarum iuribus e præterita electione quæsitis, & ducatu Bauariæ ac vectigalibus omnibus & terris, quas Ecclesiæ vel imperij beneficio auctoritateque obtineret, apostolica sententia deturbatum significauit, atque ad celebrandam noui Romanorum Regis electionem solemnes conuentus celebrare iussit. Habuere itaque feria tertia post octauum a dominica resurrectione diem euolutum comitia, ac recurrente a festo pentecostes octa-

Gesta in Ludouico corona cingendo rescissa.
[f] Ib pag. 167.
[g] Bad pag.

Solicitati principes electores de creando nouo Cæsare.

Constituta ab ijs dies pro electione celebranda.

uo die designando nouo Regi daturos se operam spondere: qua de re Ioannes IV. kal. maij Robertum Siciliæ Regem, Bertrandum in Insubria & Ioannem in Etruria Apostolicæ sedis legatos Cardinales fecit certiores.

a ib. pag. 222.

Ludouicus & Fridericus rem differunt.

Cum autem die constituta principes haud facile conuenire possent; non modo enim Ludouicum, verum Fridericum quoque Austriacum obstitisse, ex literis ad Albertum ducem datis colligitur, cum is etiam armis ad imperium annitteretur; Pontifex celebrandæ electionis diem ad sex hebdomadas vel duos menses extraxit.

42 Hæc ad elidendam Ludouici potentiam agebat in Germania Pontifex, cum ille Romæ die maij XII. atrox facinus creato pseudopontifice adortus est: obseruatque Nicolaus Minorita *b*, Ludouicum vt rite scelus perageret, affirmasse, Cardinalium senarum hæresi infectum esse, qui cum Ioanne XXII. sentirent: proinde omnes archiepiscopos & episcopos, qui eius decreta excepere, hæresi maculatos; atque ita ad plebeculam & nonnullos minoris ordinis sacerdotes, quibus præerat Marsilius hæresiarcha (nam canonicorum collegia patriarchalium basilicarum aufugerant) redactam eligendi Pontificis potestatem. Ludouicus itaque e fece illa dignum schismaticorum caput Petrum de Corbaria pseudominoritam, qui sacerdotium iam contaminarat, dum in coniugio inuita vxore illud susceperat, ad solium pontificale extulit *c*. Luget tantum facinus Aluarus Pelagius in libro de planctu Ecclesiæ his verbis *d*: *Bauarus imperio intrusus, olim dux Bauariæ, cum populo suo et infideli et furioso, et clero pheretrato Romana adeunte sibi, in furia tyrannica et in insipientia sua et vindicta dominum Papam Ioannem XXII. in cuius tempore scribo hunc librum, deposuerunt in Vrbe, et sibi substituerunt de facto pseudoreligiosum de ordine Minorum fratrem Petrum de Corbaria, quem cognoui in Vrbe verum hypocritam, cum conuentualis essem ibi Romæ in Aracœli, dealbantem mentum Matth. XXIII. et amictum in quibusdam abstinentijs exterioribus et in aperto, et in abditis locutos compilantem, et inter mulierculas Romanas quasi continue residentem, et gloriam aucupantem: et secus mihi testimonium perhibuerunt ministri illius prouincie Romane et custodes tunc, cum essemus in magno concilio, de factorum et aliorum, qui Ecclesiæ et ordini rebellauerant, Anagnie minus habentem, scilicet in castitate, et sic fidem paupertatis, et mundicie, et obedientie, que sunt legis graviora, relinquentem.* Matth. XXIII. Eadem Bernardus *e*, Ptolomæus Lucensis *f*, ac S. Antonius *g*, qui hæc addit: *Prius fecerat Ludouicus vnum alium; sed ille nolens schismati operam dare, recessit, et ex Vrbe aufugit.* Consentiunt superioribus scribunt Germanus auctor anonymus *h*, Ioannes Villanus *i*, Cortusiorum historia *l*, alijque plures; inter quos Albertinus Mussatus *m* obseruat Ludouicum ob id facinus suorum odia in se incendisse.

b Nic. Min. in fascic. Vat. fig. n. 4008. pag. 27.

Petrum Corbaria creatur antipapa.

c Muss. in Lud. Bau. Cort. hist. l. 3. c. 11.

d Alu. Pel. l. 2. a. 37.

Qui fuerint eius mores.

e Bern. in libel. de Imp. Rom. in fascic. Vat. fig. n. 2043.

f Ptol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 31.

g Ant. 3. p. tit. 22. c. 6. §. 7.

h Mf. ibid. Vat. fig. n. 3765. in fo. XXII.

i Io. Vill. l. 10. c. 73.

l Cort. hist. l. 3. c. 11.

m Muss. in Lud. Bau.

Antipapa pseudocardinales creat.

43. 44 Die autem decimaquinta *a* eiusdem mensis maij antipapa ex ijs, qui conflando schismati operam dederant, creauit pseudocardinales Iacobum Alberti olim episcopum Castellanum, quem ad ecclesiam Ostiensem & Velletrensem traduxit, Franciscum episcopum Albanensem, Nicolaum de Fabriano Augustinianum tit. S. Eusebij presbyterum Cardinalem, Petrum Oringhium S. Petri ad vincula, Bonifacium Dominicanum, Paulum Viterbiensem fratrem Minorem, Ioannem Arlotum, Ioannem Matthei Vicecomitis Mediolanensis filium. Expoliati erant hi a Ioanne iusto Pontifice omnibus sacerdotijs & dignitatibus, qui mox a Ludouico amplissimis stipendijs donati: & quamuis Corbarius sententiam tenuisset, Christum & Apostolos nullius rei dominium proprio vel communi nomine possedisse, atque id vitæ genus seruandum a clero; ipse tamen & pseudocardinales sui mox luxum, opes, & delicias consectari flagitio cœpere *a*, ac sacerdotia dignitatesque auro diuendere, ex quo patuit ab eo & alijs in Romanæ ecclesiæ magnificentiam iactata, non pio studio, sed inuidia sanctum temere dicta.

Simoniam publice exercet.

a Io. Vill. ead. l. c. 75.

Interiectis duobus diebus, Bauarus dimisso in ædibus Vaticanis antipapa, Tybur contendit *b*, vt Romam solemni pompa ingrederetur sacro pentecostes die, cui Petrus de Corbaria vna cum anticardinalibus ad basilicam Lateranensem occurrit: ac *c* Ludouicus thyaram pontificiam pseudopontifici, isque illi diadema imperatorium imposuit *d*, sicque tanquam in scenico ludo fictæ dignitatis iura sibi mutuo conulere. Confirmasse tum Ludouicum latam ab Henrico Imperatore in Robertum Siciliæ Regem ac Florentinos sententiam addit Ioannes Villanus: cum tamen Clemens V. eam, quæ in Robertum pronuntiata erat, vt iniustam rescidisset. Cæterum non expauit antipapa sacrilega edicta componere *e*, quibus latam a Ludouico Bauaro contra Ioannem XXII. sententiam a se corroboratam profitebatur, & omnes, qui vero Pontifici adhærebant, sacerdotijs, dignitatibus, bonisque priuabat.

Tiaram a Lud. accipit.

b Id. ead. c. 75.

c Cap. 76.

d Ann. 3. p. tit. 22. c. 6. §. 9.

Quid tentauerit Bauarus in Robertum Regem.

e Ead. rer. pag. 87.

45 Excitata itaque est antichristi huius iussu in catholicos persecutio, ac Romæ duos a Raynerio Vgutionis Fagiolani filio senatore, quorum alter patria Etruscus, alter Insuber erat, cum intrepide & constanter affirmarent Ioannem verum esse Pontificem, nec apostolico gradu Ludouici sententia dimouere potuisse; Petrum vero de Corbaria esse apostaticum, eiusque complices schismaticorum & hæreticorum synagogam, flammis iniectos fuisse, scribit Ioannes Villanus *f*.

Duo Romæ a schismaticis necantur.

f Io. Vill. l. 10. c. 76.

46. 47 Dum Ecclesia schismate laniabatur, Ioannes Papa, vt diuinam misericordiam ad eos sedandos fluctus flecteret; solemnes preces indixit, ipsasque fundentibus viginti dierum indulgentiam impertijt; de quibus meminit Albertinus Mussatus *g*, ac repente diuinitus conuersas res, & hæreticorum schismaticorumque potentiam concidisse, obseruat, subdiqueque præcipuos Gibellinos proceres, qui Ludouicum in his sceleribus armis tulerant, breui misere periisse; sed de tristi eorum casu agetur inferius. Nunc præcipuarum rerum inter hæc gestarum narratio percurrenda est.

Preces ad extinguendum schisma a Pontifice indictæ.

g Muss. in Lud. Bau.

48. &c. Agente Romæ Ludouico, & in membranis maledictis in Pontificem inquinandis occupato, in eum a pontificijs res ferme gesta est: instructus a Roberto Rege ad eum depellendum exercitus in Neapolitano Regno, in Etruria Pistorium a Philippo de S. Gineto, qui Florentiæ Caroli ducis nomine præerat, interceptum: eumque *h* copias suas promouere Robertus Rex, & in Campaniam ac finitimas Vrbi terras penetrare, narrat Ioannes Villanus *i* Ludouicum Bauarum ob mutata Romanorum eius impietatem execrantium studia exterritum ac pudore oppletum, secumque trahentem idolum abominationis Petrum antipapam, quarto augusti die Vrbe excessisse, nocteque insequenti Bertoldum Vrsinum Ioannis S. Theodori Cardinalis legati nepotem & Stephanum Columnam, cum copijs ingressos, pontificias partes fulciuisse, ipsosque senatores renunciatos: neque multo post Guillelmum Ebulum cum equitibus octingentis ac multo pedestri a Roberto Rege submissum Vrbem in Pontificis Regisque obsequio confirmasse. Cæterum coactus Vrbe abscedere Ludouicus, Viterbium se contulit: Petrus vero de Corbaria e pseudopontifice in latronem versus, & Fortunati

Ludouici secum ducti caput.

h Cap. 78.

i Io. Vill. l. 10. c.

Romæ ad Pontificis obsequium reuocatæ

Subiecta a Rob. Rege in Vrbem copia

gazam

gazam ſacram, atque ipſas lampades diripuit: tantus in ſacrilego opum amor fuit, qui ſe pauperatis amantiſſimum per ſummam hypocriſim præſeuulerat.

Ludouicus expeditionem inFlorentinos meditatur.

52 Hæc inter Ludouicus expeditionem meditabatur a in Florentinos, aduerſum quos a Caſtrucio, qui Piſtorium ad deditionem perpulerat b, concitabatur. Et ſane impendebat ijs magnum diſcrimen, cum nouus caſus Bauari conſilia retardauit; tradit enim S. Antoninus c Petrum Regis Trinacriæ filium claſſe vectum colloquia de expeditione Neapolitana redintegranda habuiſſe, obortaque diſcordia fuiſſe amputatam Petrum vero paucis poſt diebus, cum reditum comparaſſet, initi cum hæretico & ſchiſmatis auctore principe fœderis pœnam tuliſſe: dilecta enim ac laniata a ventis eius claſſe, quinquecim triremes vna cum vectoribus fluctibus hauſtas, alias diſcerptas quaſſataſue, ſaluum tamen Petrum Meſſanam cum quatuor triremibus applicuiſſe.

a Ann. 3. p. tit 23. c. 6. §. 8

b Io. Vill. l. 10. c. 85. 86.

Petrus Trinacrius ex claſſe ad Ludouicũ accedit, Petri claſſis laniata ventis merſaue.

c Io. Vill. eod. l. c. 67.

53 Nec feliciores Petro principe extitere alij Ludouici fœderati: vt enim prætermittamus Silueſtrum Gattam Viterbienſem tyrannum, quem Bauari iuſſu e captum ac tortum, vt theſaurum ſuum proderet, quem Viterbii in fragum Minorum ſacrario abſconderat, aſcendentem ad triginta aureorum millia, Caſtrucius felicitate elatus, quod Piſtorium bello occupaſſet, & Luca, Piſis ac plurimis locis alijs tuiſſet potitus, mortuus d eſt anatis ſuæ ſeptimo & quadrageſimo: exituſque varicinij illius apparuit, dum Romæ in protiola veſte hæc verba in pectore intexuerat e: *Eſt quod Deus vult*; & a tergo: *Et erit quod Deus volet*; nimirum pulus & cuius, qui inanes ſibi faſtus augurabatur: eius vero filij principatu pulli in exilium acti ſunt. Similiter inſignes alij Gibellini principes Ludouici ſocij periere; inter quos Paſſarinus Mantuæ tyrannus a Ludouico Gonzaga obtruncatus eſt, vt narrat Albertinus Muſſatus f: cæteris annumerat Galeatium Viceconitem, de quo ſæpius actum, eſt. De eo vero poſtquam multis precibus laxatus eſſet e vinculis, ac ſtipendia ſub Caſtrucio turpiter mereretur, qui Mediolano, Papiæ, Laudæ, Cremonæ, Como, Nouariæ, Vercellis imperarat, miſere hoc anno extincto agens Ioannes Villanus g, eam ſententiam librat, diuina quidem differri iudicia, ſed non auferri. Agnouit quidem Pontifex in horum principum Eccleſiæ hoſtium aduerſis calibus diuinam iuſtitiam arcana iudicia exercuiſſe: qua de re ad Ioannem patriarcham Alexandrinum & Petrum epiſcopum Cæſarauguſtanum ſcripſit h.

d Ib. c. 82. Ann. 3. p. tit. 21. c. 6 §. 8.

e Io. Vill. eod. l. 10. c. 60.

f Muſſ. in Ludouico Io. Vil. l. 10 c. 101.

g Eod. l. c. 87

h Io. 7. p. 1. ep. ſecr. pag. 169.

Marchiones Ateſt. poſcunt, redire in gratiam eccleſiæ.

i Muſſ. in Lud. Bau. Plures Vrbes ad eccleſiæ imperium traducæ.

Tarui ſium in eccleſiæ ditionem concedit.

Parma & Regium a Pont. deficiunt,

54. &c. Fœderatorum Ludouici infelicibus exemplis territi marchiones Ateſtini ad obſequium Eccleſiæ redire in animum induxere i. A Pontifice itaque admiſſi in gratiam cenſuris omnibus ſoluti reſtituuntque in priſtina iura & amplitudinem ea lege, vt Argentam oppidum aliaque ad Kaurmatem eccleſiam ſpectantia reſtituerent; tum ſupremum Ferrariæ imperium ad Romanam eccleſiam pertinere profeſſi fuerunt. Nec Ferraria modo, verum plures etiam aliæ vrbes Romanæ eccleſiæ obnoxiæ ad officium rediere l. Tarui ſini m in ditionem Eccleſiæ ſponte conceſſere, actaq; a Pontifice Gonzolo Tempeſtæ & Tarui ſinis ipſis de ea egregio in Eccleſiam ſtudio gratiæ, quorũ publicæ rei adminiſtratio Bertrando Cardinali legato commiſſa n, Parmenſes contra, quamuis de inſtituenda in eorum vrbe academia Pontifex conſilia agitaret o, incunte auguſto pontificiorum ducum grauius iugum queſti, copias pontificias vrbe depulere p.

i Ann. 3. p. tit. 21. c. 6.

l Io. 7. p. 1. ep. ſecr. pag. 30. 42. Io. Vill. l. 10. c. 96.

m Io 7. p. 1. ep. ſecr. pag. 138

n Eod. p. pag. 18.

o Io. 6. p. 3. ep. ſecr. pag. 90.

p Io. Vill. l. 10. c. 97.

Carolus dux Calab mo: bo extinctus.

q Io Vill l. 10 c. 111. Ann. 3. p. tit. 21. c. 6.

59 Oppreſſus eſt hoc tempore Robertus Siciliæ Rex grauiſſimo luctu domeſtico, cum regnorum heres Carolus Calabriæ q & Florentiæ dominus vnigenitus, contracto in venatione morbo, Neapoli mortuus eſt, nullis relictis liberis maſculis, ſed filia tantum Ioanna, atque alia poſthuma, ſepultuſque in monaſterio S. Clarę. Confectum e filij obitu dolore Robertum ea verba vſurpaſſe ferunt: *Cecidit corona capitis nostri*; cuius accepto obitu Pontifex Robertum Regem ad Chriſtianam conſtantiam excitauit a, ſic inquiens: *Te & nos decet non modicum conſolari, ne illius benedicti animæ nos poſſit arguere de inopia charitatis, dicens & ipſe quod dominus ad Apoſtolos ait: Si diligeretis me gauderetis vtique, quia vado ad Patrem. Spe enim teneamus firmiſſima, quod ipſum Pater cæleſtis de valle miſeriæ mundi huius eduxerit, tanquam ſibi dilectum & placidum ad illam cæleſtem Ieruſalem deleaturus, &c. Datum* XII. *id. decembris anno* XIII. Eodem argumento literas mittit b ad confectam luctu Sanciam Reginam.

a Io. 7. p. 1. ep. ſecr. pag. 145.

60. &c. Deiecti ſunt ob Caroli ducis mortem Guelforum animi; Ludouicus vero Bauarus Piſis agens, priora facinora confirmare, & nouis augere aggreſſus eſt conſilio Michaelis Caſenatis ſceleſtiſſimi hominis, qui correpta ex aula pontificia fuga, inficere ſuis hæreſibus vniuerſam Eccleſiam moliebatur. Texerat ipſe ſua hypocriſi factum, de ſua ſcientia a ſe conceptum, poſtquã enim in Perufinis comitijs in controuerſia fidei erroneam ſententiam temere promulgarat, ita in male cœptis obduruit, vt errorem, quem multis ſcriptis, quæ a Romana eccleſia dum controuerſiam agitabat, diſcuſſa fuerant, in præſulum & doctorum cœtibus defenderat, licet damnatus hæreticos faceret apoſtolica ſanctione, *Cum inter nonnullos*, pertinaciſſime tamen tenuerit, lapſuſque ſit in hæreſim, quam varijs artibus affundere ſodalium animis, & latius propagare; tum in ſocios, qui ipſi aduerſabantur, tyrannidem exercere fuerit auſus c. Reſtituiſſe eum in faciem Pontifici refert Nicolaus pſeudominorita ſchiſmaticus, eoque laudat conſtantiæ, de quo poſtea etiam Michael gloriatus eſt: cuius imprudentiam Gerardus, in locum illius poſtea ſubfectus ſupremus præfectus ordinis Minorum, refregit d. Auget illius fugæ apoſtaticæ crimen loci, ad quem fugit, circumſtantia, quo nomine ita eum perſtringit Geraldus: *Receſſiſti a vicario Chriſti, & acceſſiſti ad vicarium antichriſti*. Et infra: *Acceſſiſti, vt in ipſe dixi, ad ciuitatem Piſarum, vbi tunc erat ſedes ſatbana*. Ex his arguendus nitelæ Franciſcanæ religionis auctor e, qui hæreſiarcham de fuga excuſat, & Chriſti vicarium indigne carpit.

b Ib. pag. 146. Guelfi ex Caroli obitu conſternati. Michael Caſenas Ludouicũ in Pont. exaſperat. Qua fuerint illius apoſtaſiæ exordia.

c Io. 6. p. 3. ep. ſecr. pag. 181. Se reſtitiſſe Pontifici gloriatur.

d Apud eũd. Nic. Min. Refracta eius iactãtia.

e Nicol. Pra c. 3. ad ann. 1328. pag. 351.

66. 67 Fretus deceptuſque huius hæreſiarchæ nequitia Ludouicus Piſis XIII. decembris, vt refert Ioannes Villanus f, maximos ſectatorum ſuorum cœtus habuit, in quibus Michael ampullata oratione plurium hæreſeon calumnias effudit in Pontificem, cumque maledicendi finem feciſſet, mox Bauarus in Ioannem veluti hæreticum pronunciare ſententiam, autus eſt. Addit Villanus Pontificem eodem menſe recurrentibus quatuor temporum ieiunijs Anenione in Cardinalium & præſulum ſenatu edicta in Ludouicum veluti hæreticum & perſecutorem Eccleſiæ promulgatis, atque ob hæc ſcelera eum cæſarea, ducali, aliaue dignitate mulctaſſe, ac fidei cenſoribus dediſſe partes, vt impius ſectatores legum ſeueritatem adhiberent.

Item exauctorare conatur Pontificem.

f Io. Vill. l. 10. c. 115.

Ab eodem damnatur hæreſeos.

68. 69 Hoc anno 8 kal. februarij Carolus Francorum Rex de vita deceſſit, atque in S. Dionyſij templo ſepulturæ mandatus eſt, nullo relicto ſcepti hærede, haud magnarum virtutum princeps: & licet ingentia agitarit conſilia, nullum tamen ad exitum perduxit. Exaruit in eo Philippi Pulchri ſtirps regia, quæ cum magna efflorueſceret gloria, breuiſſimo tem-

g Io. Vill. l. 10 c. 61. Paul. dem. in Car. IV. Caroli Regis Franc. obitus.

Philippi Pulchri ſtirps exciſa.

poris

poris interuallo extinctis quatuor Regibus defecit. Implerum tum episcopi Morianensis oraculum, cum Bonifacium VIII. Philippi Pulchri factione captum audiuit, illum ac filios perituros misere, nec posteris sceptrum transmissuros. Cauendum itaque summopere, ne Reges iure vel iniuria Christi vicarium laedant. Relicta praegnans Regina Ioanna enixa est postea foeminarum partum a; atque ex veteri lege Salica regno ipsa atque Isabella Angliae Regina & Eduardo, qui uinora in regnum iura obtinebat, exclusis, Philippus Valesius proximus agnatus, consentientibus regni ordinibus, octaua pentecostes die Rhemis est Francorum Rex sacratus b. De bello Anglico inde sequuto agetur inferius. Non eadem vero regni Nauarrae ratio fuit, quod Ioannae Ludouici Hutini filiae, quae Philippo Ebroicensi duci regia Francorum Regum stirpe iato, ac S. Ludouici pronepoti nupserat, dimisit: fuisseque illam communibus Nauarrorum votis ad solium euectam, refert Mariana c. Adepta itaque Nauarrae regnum Ioanna Regina, Romano Pontifici regia officia pio detulit; cui vicissim Pontifex ce. suscepto sceptro est gratulatus d: *Quia*, inquit, *salutem tuam plenis zelamus affectibus, & incrementa tui desideramus honoris, circumspectionem regiam exhortamur in Domino, eidem nihilominus sano consilio suadentes, vt statuisitius excellentia, cum sit transitorius & breui tempore duraturus, te non exhibeat sed debeat; sed ei, qui ad illud dignatus est te perducere, in humilitate spiritus gratiae agens assidue, sic transire per bona temporalia studeas, quod aeterna non amittas, &c. Dat. Auenione* VI. *kal. septembris anno* XIII.

Regina enixa partum foemineum. a Ia. Vill. l. 10. c. 61. Philippus Valesius regia ioßa Rhemis inungitur. b Ibid. l. 10. c. 88. Paul. Aemil. in Phil. IV.

a Io. Mar. l. 15. c. 19. Ioanna Nauarrae Regina. c Io. 6. p. 3. op. scr. pag. 202.

Pontificia ad Ioannam Reginam Nauarrae monita.

79 Diuisis Nauarrae & Galliarum regnis, quae in vltimis Regibus coniuncta fuerant, Philippus primum in Belgas, qui Ludouicum comitem principatu deposuerant, exercitum duxit e. Magna Belgarum strages, nimirum ad duodecim millia, edita est, alij fuga dissipati: Hypra aliaque municipia ad victorem prona fuere. Reuocatus Brugas est Ludouicus comes, quem Philippus Rex ad principatum moderate gerendum est adhortatus, interminatus, ni iusti principis munus obiret, ipsum se gradu depulsurum. Departa illustri adeo victoria Philippus Rex Pontificem certiorem fecit, vtque in extremum periculum ab hostibus, qui ad illius tentoria penetrarant, esset adductus; cui Ioannes tribuendam diuino Numini huiusmodi victoriam respondit, vtque in victos clementia vteretur, apostolicis monitis solicitauit f: *Attendens*, inquit, *quod magna est gloria principum vti misericordia & mansuetudine post triumphum.*

Belgarum rebellio. e Io. Vill. l. 10. c. 89. Is demum supprefa est fuga. Comes Hadriae principatui restitutus. f Io. 7. p. 1. op. scr. pag. 213. Rogat Regem Gall. Pont. vt denuntiet Italis, se ecclesiam aduersus schismaticos tutaturum. g Io. 6. p. 3. op. scr. pag. 191. & 197 Pontificis curae pro sopienda Anglum inter & Philippum lite. Pontificia consilia maximo Philipp. & Gallorum malo neglecta. Pax Scotos inter & Anglos conciliata.

71 Explicuerat Philippus Pontifici praeclarum tuendae Apostolicae sedis dignitatis studium, atque ad euertendam hostium Ecclesiae tyrannidem, excitiendumque schismatum armorum potentiam obtulerat: cuius piam mentem Pontifex magnis extulit laudibus g, rogauitque vt ad singulas Italiae vrbes ac populos literas daret, ac publice profiteretur, se Ecclesiae causam susceperturum, atque arma in schismaticos & antipapae sectatores versurum.

72 Vt porro fluctuanti Ecclesiae felicius opem Philippus Rex ferre posset, studium ad pacem in Gallijs tuendam, exorientes cum Anglorum Rege Eduardo discordias sedandas, malaque imminentia auertenda conuertit Pontifex, ac Philippum Regem est adhortatus, vt Ioannem maiorem natu filium cum Eduardi sorore in matrimonium collocare uteretur; ex ea enim affinitate facile futura bella diremptum iri. Repudiata sunt pontificia consilia magno Francorum detrimento; ab Eduardo enim irato grauissimis clades attritas Gallias, viuri sumus. Traditam porro Eduardi sororem Ioannam Dauidi Roberti Bruſij Regis Scotorum filio in vxorem, ac pacem post diuturna bella inter Scotos & Anglos firmatam, refert Ioannes Villanus a: quam quidem vocatam turpem ait Vualsinghamus b, cum Scotia antea in Eduardo I. regno Anglico coniuncta, ac superioribus temporibus iure beneficiario obnoxia, ab omni onere & officio Anglis Regibus praestando libera ex illius foederis legibus pronuntiata sit.

a Io. Villa. l. 10. c. 80. b Vualsing. in Edward. III. Bosth. hist Scot. l. 14. & alij. Scotia Anglico iugo soluta pronunciata.

73. 74 Popoſcit tum veniam a Pontifice Robertus Scotiae Rex, pluribus censuris ob praeterita in Eduardum II. bella irretitus; missisque oratoribus, apostolicis imperijs obsequentissimum se in posterum futurum pollicitus est. Excepit Ioannes, qui pacem inter Anglos & Scotos redintegratam gaudebat, benigne legationem, dissoluitque censuras apostolico diplomate, addito imperio, ne Angliam bello vexaret. Haud diu pax ea tenuit, cum Roberto breui extincto, Eduardus III. spreta affinitate, ad suita in Scotiam iura recuperanda Dauidem sororium grauissimo bello exagitauit, vt suo loco dicetur.

Censuris liberatur a Pont.

75. 76. In Hispanijs Alfonsus Castellae Rex, ardore propagandae religionis ac regni limitis proferendi succensus, bellum in Saracenos coeptum vrgere constituit: vtque belli molem facilius volueret, ab Romano Pontifice sacrarum opum auxilia flagitauit, ac Ioannem episcopum Conchensem & Petrum electum Carthaginensem oratores legauit, instruxitque auctoritate, vt fidem regiam ad seruandas conficiendas ea de re pactiones obstringerent; eoque argumento literas supplices ad Pontificem ipsum misit c: qui oratores popoſcere a Pontifice d, vt religiosa expeditio collaro crucis symbolo propositaque noxarum venia indiceretur: tum in militares sumptus sacerdotiorum decumae ac duae partes tertiae reficiendis fartis tectis addictae, conferrentur. Extulit laudibus Pontifex Castellae Regis deducenda in Mauros expeditione consilium e, eiusque potiris ita assensit, vt ea certis legibus temperaret, sanciretque vt a sacro illo auro subsidiario Rex abstineret eo tempore temporis, quo inducias pacemue cum barbaris pacisceretur; vt templa construeret in locis infidelibus eripiendis: tum Mahumeticam superstitionem excinderet: dataque sunt ea de re praedictis praesulibus iussa, vt quadriennales decimas cogerent, modo factae pactiones corroboratae essent a Rege.

Rex Castellae bellum in Mauros gerit. c Ext. apud Io. an. 12. p. 3 inserta ep. 1477. & in arch. Vat. sign. lit. B. n. 12. pag. 161 & an. 12. p. 3 ep. 18. 1477. d Ead. ep. 1477. Quae leges Castellanis imponerentur.

80 Turbabat bellum illud sacrum funesta dissensio commota Alfonsum inter ac Ioannem Manuelem e stirpe regia progenitum, ad quam sedandam Pontifex Petrum Cardinalem, episcopum olim Carthaginensem, in Castellam legauit, Regemque hortatus est f, vt discordiae semina tolleret: perpenderet quanta ex eiusmodi ciuili bello mala essent nascitura, quantaue ipsius dignitati labes aspergeretur. Petrum vero omni studio redintegrandae inter illos concordiae operam dare iussit g; vtque auctoritatem ipsi in re gerenda conciliaret, pileum cardinalitium in Hispanias transmisit h: *Vt honorabilius, & vtilius exequaris*, nimirum imperata, *tibi capellum rubeum, insigne cardinalatus, tibi contra morem duximus de eorundem fratrum consilio per literam praesentium destinandum*. Denique sanctum esse insequenti anno concordiae foedus, refert Mariana i, Rege ad illam properante, vt arma in Saracenos verteret.

Sacrum bellum ciuili dissensione retardatum. f Io 6. p. 3. op. scr. pag. 207. Mariana l. 15. c. 20. Petrus Card. leg. concordiae renocare iussus. g Ead. p. pag. 216. h Ibid. p. pag. 218. i Io. Mar. l. 15. c. 21.

81. 82. Interea Alfonsus Aragonum Rex, cum ex accepti Sardiniae & Corsicae regni iure fiduciario legibus excurrente primo regni adepti anno obstrictus esset ad sedem Apostolicam, vt fidem obligaret, se conferre, ob negotiorum, quibus obruebatur,

Arag. Rex ad electoralem pro Sardinia sponsionis obstrictus.

tur, molem expetijt, vt tempus extraheretur: cuius precibus flexus Pontifex, illud ad animum a primo consilio proximum protogauit. Alfonsus tamen, cum mireretur, si rebus discederet, graniores in eo motus posse exitus, Petrum fratrem Ripacurtiæ comitem oratorem ad Ioannem misit, vt suscipiendi itineris laborem sibi remitti deprecaretur; cuius precibus flexus Pontifex de Cardinalium consilio assensit, vt Rex in Aragonia solemni ritu pro obtinenda sedis Apostolicæ beneficio auctoritateque Sardiniæ sacramentum susciperet.

a Ann. 13. p. 1. ep. fer. pag. 473. Principum Christianorum in Turcas motus.

Hispaniæ comes ad eundem Ap. lib. legatus.

84 Hoc anno Pontifex Caroli Hungariæ Regis adeuntis precibus efflorescentem in ipsius regno Eremitarum S. Pauli primi religiosam familiam, ac magnis virtutibus, præcipue cœlestium rerum tractatione conspicuam, apostolica auctoritate confirmauit b.

Ordo Eremitarum S. Pauli.

b Ann. 13. p. 1. ep. fer. pag. 473.

85 Denique prætereundum non est fœdus contra Turcas initum, fuisse opera potissimum Ioannis Papæ v, ac magna Francisci Dandali ducis Venetorum gloria, qui Ioannis Superantio exeunte anno superiori extincto successerat, refert appendicis ad chronicon Andreæ Dandali auctor his verbis: *Hic dux zelo fidei catholicæ cum Ioanne XXII. summo Pontifice, Rege Franciæ, & Imperatore Constantinopolitano legam contra Turcas & omnem composuit; qua pactione securitas maxima Christicolis in Romaniæ partibus residentibus, & damna Turcis data fuerunt.*

Principum Christianorum in Turcas motus.

c Ann. 13. p. 1. ep. fer. pag. 473.

IESV CHRISTI
Annus 1329.

Indict. 11.

Ioannis PP. XXII. Vacantis Imp. Occid. 16. annus 14. Andronici Imp. Or. 46.

1 EXcepit Ludouicus Bauarus Pisis tertio ianuarij die Petrum de Corbaria pseudopontificem suis anticardinalibus stipatum; omnesque vero Christi vicario exhiberi consuetos honores more histrionico illi detulit d; quæ res Pisanis omnibus prudentibus horrori fuit: ac scenicus pontifex octauo ianuarij die concionem habere ad populum non erubuit, atque indulgentiarum præmia ijs, qui Ioannis XXII. nomen execrarentur, pollicerì. Ex quidem in eiusdem antipapæ nefario regesto extant literæ e idibus ianuarij Pisis exaratæ, maledictis in Christi vicarium refertæ; idemque fatuus emissarius iterum decimonono februarij die, schisma propagare eunte Ludouico, anathematis sententiam in verum Pontificem, ac Robertum Siciliæ Regem, & Florentinos, præcipuos illius in Italia defensores, cæteroſque catholicos tulit f, & alijs pœnis eos affecit.

d Ioh. Vill. l. 10. c. 116. Nefaria concio ab Antipapa habita.

Antipapæ furor.

e Reg. Nic. V. inter pag. 183.

f Ioh. Vill. l. 10. c. 123.

2 6 Accidit vero, vt quo tempore sacrilegi illi conuentus celebrandi erant, tanta repente inhorruerit procella, tantaque effusa sit nubibus pluuia, quantam nullus vnquam memoriæ mandasset; vt nemini dubium esset tantoscelere cœlum irasci. Cumque Pisani eam occasionem, ne criminis participes essent, captarent, immissus est a Ludouico militum præfectus, qui opibus & auctoritate conspicuos cuncs ad profanam concionem compelleret. Sed diuina ab eo vindicta non abfuit; ex aura enim frigidiore obrigescens, vt morbũ depelleret, vespere balneum stillatitij vini ingressus, inopino casu ignem corripiente aqua ardenti, flammis præfocatus interijt g. Versumque id ab omnibus prodigio est, ac Ludouici & antipapæ gesta inuisa Deo esse communi Pisanorum existimatione peruulgatum. Ausus etiam est pestifer Petrus ad schisma amplificandum, ac plures in exitium trahendos, pseudoepiscopos ecclesijs intrudere; tum legatos suos in prouincias misit. Is Corsica quidem vir improbus eius ac Bauari nomine legationem gerens, plures hæreses ictere iniuit, & indulgentias transferaturis in terram sanctam propositas, ad turpem quæstum aucupandum pollicebatur: cuius pactendi auctoritas Nebiensi episcopo tributa sit a. Miserat etiam in Græciam aliasque orientis oras scelerum suorum administros, quos episcopali dignitate insignierat, vt pontificia vectigalia occuparent: ad quorum euertendos conatus Ioannes Constantinopolitano patriarchæ alijsque archiepiscopis catholicis significauit b, vt antipapa matrimonio iunctus esset, ac repugnante coniuge ordinem Minorum ingressus, graniores pœnas in eo ordine ob infamem vitam contraxisset, quarum seueritate eluta, demum se schismatis principem constituisset; præcepitque vt illius partibus inquinatos ac nefandos præcursores in vincula conijcerent. Creatum in Insubria ab eodem pseudopontifice legatum ad peruertendam fidem & laniandam catholicam Ecclesiam, refert Ioannes Villanus c; idque muneris Ioanni Matthæi Vicecomitis scelestissimi viri damnatique crimine hæreseos filio impositum, adiuncta illi cardinalitia purpura. Quo accepto Pontifex Bertrando Apostolicæ sedis in Insubria legato immixit d, vt Ioannem pseudocardinalem ac Luchinum fratrem hæreseos & schismatis crimine contaminatos, ac damnatos ab Apostolica sede solemni ritu diuulgaret. Creandi Ioannis anticardinalis Ludouicus auctor exstiterat e, eum ea ratione res suas confirmare arbitratus: qui enim parum memor illatæ Galeatio iniuriæ Azonem illius filium & Ioannis nepotem ad principatum Mediolanensium euexit f, promissis sibi centum viginti quinque aureorum millibus, vt militi stipendia persolueret. Adiunxit vero Azoni Porcarium virum principem, vt promissam auri vim reportaret; sed Porcarius parte recepta in Germaniam abijt: qua spe delusi Ludouicus & antipapa, cum res in dies mutarentur in deterius, haud parum consternati. Decreuit itaque Ludouicus exercitum in Insubriam traducere: de cuius consilijs certior factus Pontifex, XVI. kal. aprilis significauit Philippo Francorum Regi g, Bauarum Pisis discessum ornare vt cum Scaligero colloquia iacerer, reditumque in Germaniam compararet.

Pseudoepiscopi ab Antipapa creati.

a Ann. 7. pag. 446.

Missi in aurorem pseudolegati.

b Io. 7. p. 1. ep. fer. pag. 60.

Pontifex eorum nefaria consilia occupat.

Ioannes Vicecomes pseudocardinalis & legatus in Insubria creatus.

c Io. Vill. l. 10. c. 119.

d Ann. 7. p. 1. ep. fer. pag. 10.

e Io. Vill. l. 10. c. 119.

Azo Vicecom. præfectus Mediolano a Bauaro.

f Ibid. ap. Bauarus fugam ex Italia cogitat.

g Io. 7. p. 1. ep. fer. pag. 118.

3. 6 Corruit quidem primo Petrus de Corbaria Ludouico exercitum in Insubriam traducente: Pisani enim, in quibus catholicæ religionis amor hæserat, vt vrbem miserandi portento liberarent, antipapam ac sectatores expulerunt: qua de re Pontifex Francorum Regem fecit certiorem h. Non iniecisse sibi manus Pisanos ob præfecti Ludouici, qui multo milite præsidiario instructus erat, testati sunt i; in pontificia aula eorum oratores. De electo Tarlatino Ludouici vicario dicetur interius, vbi prius quæ tempore præcesserè, adducetimus. Afflictæ itaque admodum ea rerum conuersione Ludouici res in Etruria non pontificijs viribus, ne parti de hoste Ecclesiæ triumphi laus mortalibus ascriberetur; sed Deo studiosos Bauari mutuis dissensionibus dissipante, vt Pontifex eidem Francorum Regi his literis significauit m.

Pisani Bauari fugam cogitant.

h Io. 7. p. 1. ep. fer. pag. 121.

Mox inde pulsus.

i Io. 7. p. 1. ep. fer. pag. 14

Ludouici res collapsæ in Etruria.

l Ann. 3. p. m. 21. c. 6. §. 11. 13.

Ioannes, &c. Vt ea, quæ ad Dei honorem & eiusdem exaltationem fidei usu in partibus Italiæ Saluatoris nostri clementia his diebus præteritis operata & operatur continue, sublimitas regia non ignoret; ad eius notitiam pro animi consolatione ac regni deducimus quæ sequuntur. In primis siquidem inter partem gentis Bauari ac Lucanam & Pisorientem ciuitates ex vna parte, ipsumque Bauarum ex altera vertiginis immisit Dominus spiritum, ita quod gens illa

m Io. 7. p. 1. ep. fer. pag. 121.

Bauari

Bauari vna cum parte ciuium ciuitatum prædictarum contra eundem Bauarum rebellarunt: & capto illo, quem ipſe pro rectore dimiſerat in ciuitate Lucana, ciuitatem occupauerunt eandem, & contra ipſum Bauarum denuo occupatam. Ciues autem Piſtorienſes, eiecta gente dicti Bauari, per ſe regunt ciuitatem prædictam, &c. *Dat.* III. *non. Iunij anno* XIII.

Cum igitur in Inſubriam, vti dictum eſt, traduxiſſet exercitum Ludouicus, mox Etruria iugum eius excuſſit a. Primi omnium equites, qui ob non ſoluta ſtipendia defecerant, ac loca imminentia Lucæ inſederant, Ludouici res labefactarunt: facta enim cum veterano milite præſidiario coniuratione, arcem duce Marco Vicecomite ingreſſi Lucam occuparunt. Piſtorienſes ea rerum commutatione exterriti, potentiæ Florentinorum impares, pulſis Germanis militibus, ſe in libertatem aſſeruere b, ac fœdera cum Florentinis percuſſerunt. Miſere c vero ad aulam pontificiam oratores veniam ob ſecutas Ludouici Bauari & antipapæ partes poſtulaturos: qui in Cardinalium conſiſtorio expoſuere, ſe quidem Ludouico vt Imperatori paruiſſe, nunquam tamen, cum a Romano Pontifice confirmatus non eſſet, iuſtum Imperatorem exiſtimaſſe: intruſum a Petro de Corbaria epiſcopum excepiſſe; Caſtrucio, eius tyrannide oppreſſos, obtemperaſſe. Quæ flagitia execrati ſe orthodoxam ſemper fidem, quam Romanus Pontifex docet, profeſſuros ſunt polliciti. Extant de eo munere ipſis iniuncto publicæ tabulæ.

7. &c. Interea Piſani ad res nouas priſtinamque recuperandam libertatem excitati d, cum comite Bonnacio de Douoratico, de Tarlatino de Petramala, Aretino Bauari præfecto eijciendo conſilia meunt: ac Marco Vicecomite nonnullis equeſtribus copijs ſuccincto Luca exercitu, Germanos præſidiarios eiecere: cum Pontifex archiepiſcopo Piſano XIII. kal. iunij iniunxit e, vt interdicto eccleſiaſtico, cui Piſæ ob atrocia in ea vrbe patrata facinora in pontificiam maieſtatem obnoxiæ erant, ad teſtum omnium ſanctorum vim adimeret: ſublatum vero poſtea eſt penitus, cum Piſanorum oratores ad pontificiam ſedem hoc eodem anno acceſſere, vt flagitij in Bauaro & antipapa excipiendis commiſſi veniam poſcerent: ac publice coram Cardinalibus affirmarunt, ſe Ioannem verum Pontificem ſemper ab eo tempore, quo apoſtolicum ſolium conſcenderat, credidiſſe; fideinque orthodoxam, quam ille prædicaret, tenere. Pluribus autem verbis ad captandam miſericordiam expoſuere, vt terrore armorum compulſi Ludouici ſeruituti ſe ſubiecciſſent, & ſchiſmatis laqueis fuiſſent irretiti; quos tum demum feliciter abrupiſſent, cum meliorum rerum ſpes ipſis affulſiſſet. Quibus permotus Pontifex eoſdem Piſanos cenſuris ſolutos in priſtina iura reſtituit f: tum Florentinos ad pacem cum Piſanis conficiendam excitauit g: quam feliciter conciliatam Ioannes Villanus refert; additque h Ludouicum menſe aprili celebres conuentus, vt Inſubriam fluctuantem in ſuis partibus contineret, habuiſſe, quibus Scaliger Veronenſis, Mantuæ, Cremonæ, alijque tyranni interfuere. Incenderat enim in ſe omnium odia ob creatum antipapam Ludouicus, & eo flagitio res ſuas maxime euertit. Depulere itaque a ſuis ceruicibus ſchiſmaticæ ſeruitutis iugum plures inſignes vrbes ac populi: quos Eccleſiæ conciliari, ac ſacrorum vſum ad proximas kalendas auguſti illis reſtitui iuſſit Pontifex i, donec, cum de ipſorum fide penitus conſtaret, cenſuræ inflictæ diſſoluerentur.

13. 14 Perſtitere conſtantes in Apoſtolicæ ſedis obſequio Mediolanenſes l, nec Ludouici minis, quamuis Montiam caſtra promouiſſet, atque ad vrbem excurreret, frangi potuerunt. De quibus ſecundis nun-

a *Io Vill. 10. c. 131. 144.* Luca Ludouico redd.

Piſtorium priſtina reſtituuntur libertas

b *Cap. 132. & 107. p. 2. ep. ſecr. pag. 58.*

Piſtorienſes ad Pontificem oratores mittunt.

Præſidium Germanicum Piſis eiectum.

d *Io. Vill. 10. c. 135.*

e *Io 7. p. 1. ep. ſecr pag. 27.*

Piſani ad Pontificem gratiam redeunt.

Ioannem verum pontificem agnoſcunt.

f *Io. 7. p. 2. ep. ſecr. pag. 54. & in ſ. vat. bull. Io. XXII. pag. 103. Extat in regeſto pergam. n. 118. ex arc. Anni. Rom. arg. d. anno.*

Florentini ad concordiam cum Piſanis ſolicitati.

g *Io 7 p. 3. ep. ſecr. pag. 59.*

h *Io. Vill. 10. c. 38.*

Cõuentus habitus a Lud. in Inſubria.

Plures Inſubriæ vrbes ab eo deficiunt.

Eccleſiæ eos conciliari iubet Pont.

i *Io. 7. p. 1. pag. 16.*

l *Io. Vill. 10. c. 130.*

Mediolanenſes Ludouici impetus retundunt.

tijs hæc Pontifex ad Philippum Francorum Regem ſcripſit a.

a *Io. 7. p. 1. ep. ſecr pag. 121.*

Ioannes, &c. Mediolanum fere cum omnibus ciuitatibus alijs Lombardiæ, quæ conſueuerunt obedire dicto Bauaro, contra eum etiam rebellarunt, ſic quod in campis eum oporteat perſiſtere; ciuitatibus eum recipere, ſibique rennemibus obedire: iamque vt habet fidedigna multorum relatio, vſque ad burgos Mediolani peruenies, obſidionem ibidem poſuit; ciuibus Mediolanenſibus cum ſuo exercitio ciuitatem potenter defendentibus, & ſe viriliter opponentibus contra eum, &c. *Dat.* III. *non. Iunij anno* XIII. Cur vero Azo Vicecomes in principatu Mediolanenſi a Ludouico confirmatus defecerit, exponit S. Antoninus his verbis b: *Actus illius perfidiam in paterna*, nimirum Galeatij, *dudum cuerthone expertus, patere noluit aduenienti, ſed Mediolano cæteriſque oppidis exclaſit; quare bello in his locis neceſſario eſt implicatus.* Vtque ſuas aduerſus Ludouicum partes confirmaret, ad caſtra Eccleſia clam transfugit. Cuius oratoribus humaniſſime receptis, eſt ei gratulatus pium redeuntem Pontifex c.

b *Ant. 3. p. tit. 21. c. 6. §. 11.*

Cauſæ ob quas Vicecom. Azo a Bauaro deſciuit.

c *Io 7. p. 1. ep. ſecr. pag. 20.*

Marcus Vicecom gratia floremob res geſtas.

d *Io. Vill. 10. c. 136. Ant. 3. p. tit 21. c. 6. §. 11.*

15 Commiſſum eſt per hæc tempora ab eodem Azone in patruum Marcum ingens flagitium: cum enim ille, vt narrat Ioannes Villanus d, poſt occupatam Lucam, & reſtitutas in priſtinam libertatem Piſas magnis muneribus decoratus ad Florentinos ſe contuliſſet, exceptuſque honorificentiſſime coram magiſtratibus & epiſcopis Florentino, Feſulano, & Spoletano fidem obſtrinxiſſet, partes Eccleſiæ ſe amplexurum, atque a Bertrando Cardinale Apoſtolicæ ſedis legato peracti in oppugnanda Eccleſia criminis veniam flagitaturum; Mediolanum reuerſus a ciuibus maximis honoribus cohonestatus, poſt inauſtas equidem ad arcana excitus conſilia nepotis iuſſu laqueo ſtrangulatus eſt, eiuſque cadauer in publicum vicum e feneſtris proiectum, ſtupentibus ad tantum facinus Mediolanenſibus, nec tamen mutire audentibus. Veniſſe vero menſe ſeptembri ad pontificiam aulam Mediolanenſium & Azonis oratores, ac Ioannem cardinalatu a Petro de Corbaria accepto ceſſiſſe, creatumque a Pontifice Nouarienſem epiſcopum, atque ſacrorum, & templorum vſum Mediolano reſtitutum, refert idem Villanus e.

Laqueo ab Azone præfocatus.

Io. pſeudocardinalis falſos honores abijcit.

e *Io. Vill. 10. c. 146.*

16. 17 Cum vero Mediolanum ſibi ſubijcere non potuiſſet Ludouicus, iras in circumiacentes agros, quos late eſt populatus, conuertit f, ac Ticinum armorum terrore ad deditionem certis legibus perpulit: tum Cremonam reuerſus periculoſiſſimam coniurationem Bononiæ in legatum fecit g: ſed ea patefacta, atque excitis ob proditorum multitudinem, vt refert Ioannes Villanus h, qui tum Bononiæ Florentinorum orator erat, nouis auxilijs a legato, ſumptum eſt de coniuratis, quorum Alberghettinus Manfredus Fauentino principatu depulſus princeps erat, ſupplicium. Ita Ludouicus ſua ſpe fruſtratus Tridentum iter intendit, vt nouas e Germania vires euocaret. Peruenit Tridentum inclinante anno; cum Friderici Auſtriaci Romanorum olim Regis deſignati, cum quo ſolemnes conuentus, vt ex pontificijs literis colligitur, erat acturus, obitus fama percrebuit: ac tum meliorum rerum deſperatione, ne vti regnum Italicum amiſerat, paucis exceptis vrbibus, quæ ancipites ſuſpenſa ex incerto rerum exitu fide fluctuabant, ita abſentia ſua Germanico deturbaretur: ſuperatis Alpibus, nec repetita poſtea vnquam Italia, in Germaniam ſe contulit i; maxime cum Robertus dux Bauariæ idemque comes Palatinus Rheni, ipſum execratus, ſentiret cum Eccleſia, ac nuntio ſedis Apoſtolicæ operam ſuam deferret: quem Ioannes

f *Io. Vill. 10. c. 130. & 148.*

Coniuratio Bononiæ conflata diſcuſſaque.

g *Cap. 148.*

h *Cap. 149.*

Ludouicus Tridentũ abit.

Friderici Auſtriaci obitus.

i *Io. Vill. 10. c. 148.*

Robertus dux Bauariæ ſentit cum Eccleſia.

a 1.7.p.1.ep fecr.pag.95

pridie nonas aprilis excitauit a, vt in fide perstaret.

18 Porro in Vrbe Romani post varios dissensionum fluctus publico celebrato concilio, coram Ioanne S. Theodori diacono Cardinale legato fidem Pontifici aduersus Ludouicum & antipapam spopondere, ac superiora sentiendo cum ijs execrati facinora omnia temere ab ijdem perperam tentata rescidere; de quibus Ioannes Philippum Francorum Regem hisce verbis certiorem fecit b: *Populus Rom. diebus proxime preteritis in manu legati nostri Tuscia, in Vrbe presentis, publice populo congregato per suos sindicos; nec non & nobiles, qui tunc in eadem vrbe aderant, per seipsos instrumentum fidelitatis, reuerentie & obedientie, precipue contra Petrum et Banarum eorumque sequaces corporaliter prestiterunt, recognoscentes se circa ea, que fecerant erga eosdem Petrum et Banarum erasse graviter, ea quatenus de facto processerant, quantum ad ipsos pertinere poterat, nihilominus reuocando, etc. Dat. xii. nouembr. anno xiii.*

b 1.7.p.1.ep fecr pag.133 Romani se sua que contra Lud. & antipapam deuouent.

19 20 Significauit etiam eidē Regi Picenū ad clientelam Ecclesiæ reuocatum fuisse, ac plures Ecclesiæ hostes insignes male perijsse: interque eos Siluestrū Viterbij tyrannum ab æmulis obtruncatum, & Sciarram Columnam extinctum. Canis quoque Scaliger e potitus Tarusio, e summo felicitatis culmine in sepulchrum cecidit, cuius principatum Albertus & Mastinus, pulsis illius filijs nothis capessiuerunt. Romani etiam proceres, qui Ludouicum in Vrbem excitauerant, nimirum Iacobus Sabellus, & Theobaldus de S. Eustachio, misso Ildebrandino Patauino episcopo crimenis veniam flagitarunt c, atque antipapam execrati sunt.

Hostes ecclesiæ vt perierint.

c 1.7.p.2. ep.fecr pag.3 d 10.7. p.2. pag.1.&8. p 2.ep. 1 fecr p.g.11 eto. Vill. l. 10.c.14.

21. &c. Eodem anno Michael Cæsenas, qui Minorum ordini grauissimum offendiculum præbuerat, damnatamque hæresim amplexus Ludouico Bauaro & Petro de Corbaria antipapæ adhæserat, decretoria sententia damnatus est, cum Bonagratia & Guillelmo Ochamo sectatoribus suis. Eminebant hi tres scelere in reliqua hæreticorum & schismaticorum colluuie; ac scientiæ laude, qua florebant, ad fidem labefactandam abusi sunt. Cæterum Pontifex, vt contra Michaelis Cesenatis commentarios antidotum pararet, libellum edidit f, in quo singulas viri perfidi hæreses confutauit.

Sententia fertur in Michaelē Cesenatē & sequaces

69 Quamuis vero nonnulli Minoritæ, impietatis signiferis Petro de Corbaria, Michaele & Ochamo, qui per vniuersum orbem Christianum publice in ecclesijs perculti anathemate & hæreticos nota inusti fuere, vt docent publica ea de re monumenta g, schismatis & hæreseos laqueis se implicuissent; tamen sacer ordo pene vniuersus in fide Romani Pontificis constans perstitit, ipso Pontifice in literis datis h ad Reginam Francorum teste: qui suam in eundem ordinem beneuolentiam non ob prævaricatorum perfidiam imminutam, sed ob pium aliorum studium in comitijs solemnibus adeundis, magnisque susceptis impigre laboribus explicitum, auctam profitetur.

f Ext. in ms. lib. Vat. Nic. Min. fi.n.1008. pag.94. & in sign. n. 40 o. pag. 119. Paucis exceptis, vniuersus Minorum ordo in fide Rom. Pont. perstat.

g Ext. inter alia in Vat. arc. reperio n.161. h 10.7 p.1.ep fecr pag. 123. Echardus hæresiarcha.

70. &c. Emeritus i Prædicatorum familia, blasphemus Echardus, vir apud eos sacræ paginæ doctoratus laurea donatus; qui cum errores teterrimos disseminaret, primum a Coloniensi archiepiscopo in ipsum fidei quæstio habita est: eaque ad sedem Apostolicam reuocata, cum repeti cœpisset, constitit tum vtraque disquisitione, tum Ekardi ipsius confessione, ipsum prædicasse, scripsisse, ac docuisse nonnulla, quæ cum fide catholica pugnabant, & alia quæ hæreseos suspicione non carebant; ac propterea ex sacri Cardinalium senatus consilio damnata fuere. Ignorauit plane infandas eius hæreses Taulerus a, qui meminit in opusculis suis Echardi tanquam egregij alicuius theologi pietate conspicui: cuius errorem secuti alij, non obscura re, hæresiarcham tanquam virum insignem ordinis Prædicatorum annalium suorum monumentis mandarunt.

Damnati eius errores.

a Taul. in epist. ac consilio in Echar & Ex eo Raz. in annal. ad an Ch. 1333 n. 14.

75. &c. In Gallijs Petrus Cunerius in Parisiensi senatu procurator regius, grauem controuersiam aduersus ecclesiasticam libertatem mouit b, contendebatque lites ad ecclesiasticum forum non auertendas, sed cum diuina & humana discreta sint, diuina iura a sacerdotibus, humana ab Regibus eorumque administris tractanda: tum omnem illorum in dirimendis controuersijs auctoritatem conuellebat. Propugnauit ecclesiasticorum causam Bertrandus episcopus Æduensis, cuius opusculum insigne in bibliotheca patrum extat c, in quo vbi pluribus episcoporum dignitatem & eos Reges, qui ipsos singulari sunt veneratione prosecuti, victorijs & felicitate cumulatos demonstrauit, diuini humanique iuris dicundi auctoritatem discretam, sed non inter se pugnantem ostendit, vt apud vnum eundemque consistere non possit: veteres sacerdotes in naturali & Mosaica lege vtraque vios, Christumq; dominum & Apostolos in euangelica; ac Petri Cunerij argumentum egregie in ipsum retorquet d. Hunc vero exitum lis habuit, vt die B. Thomæ Cantuariensi, qui pro libertate ecclesiastica sanguinem fuderat, sacro, Rex professis sit auctum se potius iura ecclesiarum quam imminuturum, indeque Catholici nomen promeruerit.

Petrus Cunerius senator Parisien. iuris eccl. oppugnator.

b Lud. Aem in Phil. IV

c Ex. in lib pair. tit. 4. pag. 118. a. Illum confutat Bertrandus ep. Eduēf. Rex ipse illud confirmat.

d Luc. 22. Rex Scotiæ coronari petit a Pont.

79. &c. In Scotia Robertus Rex, qui regiam dignitatem aduersus Anglorum conatus tot gestis præclijs suæ genti asseruerat, ad eam diuino comitabiliendam præsidio, iam ante acceptis regijs insignibus, totque annorum flexu vi & armis detentis, apostolica auctoritate nouo ritu redimiri peroptauit; tum vt eius successores ex nouo Pontificis decreto ab episcopo S. Andreæ instaurato veteri more consecrarentur. Cuius votis Ioannes assensit e, causasque attulit ob quas Reges sacro oleo liniantur, insignianturque diademate: *Vehemens*, inquit, *est in Regibus huiusmodi efficacia vnctionis, nam inunctio Saule infudit Spiritus domini super eum, & in virum alterum est mutatus: & Dauid, vnctione susceptā, Spiritu domini est directus. Ad insinuandum quoque, quod in Regibus esse debeat plenitudo virtutum & integra dominij temporalis auctoritas, capiti principis sub circulari forma honorabile imponitur diadema, vt ab eo, qui talibus fuerit decorauit insignijs, & titulis prefignitus, tanquam a capite subditis velut membris recte viuendi modus & modestie regula indicatur. Datum Anin. idib. iunii anno* xiii. Non diu post experitum hoc beneficium vitæ superfuit Robertus, huius enim anni æstate ipsum obijsse ex alijs pontificijs literis f (e quibus Vualsingamus, qui eius obitum ad alium annum refert, corrigendus) constat. Illum porro cum mors imminueret pro caduco potius regno cum finitimis, quam pro æterno comparando aduersus infideles bella gessisse pœnituit, suumque cor Ierosolymas deferri, atque ad sepulchrum dominicum condi iussisse retert Hector Boethius; subditque g: *Eo itaque defuncto, ex consilio magnatum Iacobus Duglas haudquaquam aliena sua voluntate, etsi presentia illius regno etiam magnopere vsui futura esset, ad id electus est.* Ex pontificijs vero literis biennio post exaratis h exploratum est, Iacobum Duglasium Roberti Regis cor secum deportasse in Hispanias, atque illud in Granatensi expeditione contra Saracenos, a quibus cæsus occubuit, circumtulisse a, vt pio defuncto Roberti, qui id testamento sanxerat, obsequeretur. At licet pium id Roberti Regis consilium fuerit, tamen sine pontificia venia fieri non debuerat, cum Bonifaciana sanctio

Robertus moritur.

e Ex. 7 p 2. ep. fecr. pag. 135.

f Ex. 13 p. 3 ep. eō. 2106.

g Hect. Boeth l. 14. Lucas. ner. Scot. l. 8

h An. 15 p. 3 ep. eō. 2107.

cada-

a Raeb. & Rocham. ubi sup.

Extenerationis auctores & participes censuris canonicis soluti.

Succedit Scotiæ sceptro Dauid filius.

b 10.7. p.1. ep. sect. pag. 133.

Sacrorum vsus Scotiæ restitutus.

c Ann. 14 p.1 ep. com. 278

Denarius vectigalis a Scotia exactus.

d Par. 1. pag 132. e Par. 2. pag 192.

Alfonsus Rex Sardiniam ecclesiæ beneficiariam agnoscit.

f An. 15. p. 2 ep. 2. n. 1413.

g Ead. p. 2. ep. co. 1414.

cædaueris truculenter dilacerari, intentatæ censurarum religione, vetet. Ad expiandum itaque facinus Pontifex Moraniæ comitis precibus permotus episcopo Moraniensi partes dedit, vt omnes, qui truculentæ excoriationi dederant operam vel assenserant, suscepti religionis nexu solueret: quæ literæ VIII. id. augusti pontificatus anno XV. consignatæ, euoluto nimirum a morte Roberti biennio.

82 Reliquit ille filium suum Dauidem Scotici sceptri heredem, qui mox Pontificem adulta huius ætatis ætate de recenti parentis interitu fecit certiorem, vt ab eo solatium doloris quæreret, apostolicoque patrocinio in suscepti regni auspicijs tegeretur: quem Ioannes ad Christianam constantiam studuit erigere, ac præceptis saluberrimis informauit b, vt diuinum amorem ac timorem altissime animo infigeret, Ecclesiam veneraretur, tueretur iura ecclesiastica, prudentissimos quosque in consilium asciscret, in miseros clementia & misericordia vteretur. Cæterum cum pax, vt vidimus, Scotos inter & Eduardum III. firmata esset, ex qua libera ab omni Anglorum imperio Scotia pronuntiata fuerat, Pontifex Dauidis precibus flexus interdictum ecclesiasticum omnino sustulit c, cum ante ad biennium tantum sacrorum vsus restitutus esset: iactum vero a sede Apostolica & legatis Cardinalibus diximus, cum Robertus Scotiam ab Anglico imperio diuulsit: ne vero iura sedis Apostolicæ obsolescerent, censum Romanæ ecclesiæ pendi solitum, dictum denarium S. Petri, a Scotis exigi iussit d.

83. &c. Professus est solemni ritu hoc anno Alfonsus Rex Aragonius e, se beneficio auctoritateque sedis Apostolicæ Sardiniæ & Corticæ regnum accepisse, ac Ioanni fratri suo designato patriarchæ Alexandrino, cui Ioannes Papa in ea celebritate partes pontificias demandarat, fidem sacramento obstrinxit, seque dictas a Bonifacio VIII. leges fiduciarijs Sardiniæ Regibus sancte & religiose seruaturum esse protestus. Qua de re extant ad Ioannem Toletanum olim archiepiscopum, eundemque patriarcham Alexandrinum designatum scriptæ literæ f, quibus exigendi a Petro Romanæ ecclesiæ nomine sacramenti prouincia, additis certis legibus est data, adiectaque fuere imperia, vt ex veteri pactione ab Alfonso diploma regium bulla aurea obsignatum eliceret, quo is Sardiniam & Corsicam Romano Pontifici, ad quem supremum earum spectat imperium, acceptas referret, factaque pactiones confirmaret: quæ literæ pridie idus octobris pontificatus Ioannis anno XIII. consignatæ sunt. Eiusdemque diei nota appositæ est alijs literis g ad Regem Alfonsum datis, quibus laboris itineris ad sedem Apostolicam pro præstanda clientelari sponsione liberatus est, iussitque Ioanni patriarchæ solemni ritu fidem obligare. Cum igitur publice Sardiniam & Corsicam iure beneficiario se accepisse professus esset Alfonsus, & pacta vetera corroborasset, literas, vti fuerat constitutum, vt rei gestæ memoria ad secuturas ætates propagaretur, exarauit h, quibus sacramenti formula concepta est.

h Extat in lib. privil. Rom. eccl. to. 3. pag. 15. & apud Vall. lib. Val sig. in Bull. Rom. 2. pag. 387

i Ead. cap.

Armenij a Saracenis oppugnati

93 Deuouere se hoc anno quatuor Hispaniæ Reges bello sacro suscipiendo aduersus Granatenses, nimirum Alfonsus Castellæ, Alfonsus Aragoniæ, Alfonsus Lusitaniæ, ac Philippus Nauarræ, quorum postremum hoc eodem anno vna cum coniuge Ioanna Regina tertio nonas martij solemni ritu sacro oleo inunctos coronatosq; Pompeiopoli, refert Mariana i.

94. Dum ea apud occidentales principes gerebantur, oppugnabant Armenios in oriente Saraceni; cum Pontifex eorum tuendorum studio, ne sub impiorum tyrannide succumberent, Petro de Manio & Arnaldo de Fabricis Apostolicæ sedis nuntijs partes dedit, vt plurimam auri vim in belli sacri sumptus conuertendam erogarent: ea tamen lege, si Armenij in fide & coniuncti ne Ecclesiæ constantes perstarent: acceperat enim nonnulla in eo regno contra traditam a patribus incorruptam religionem nouata. Consultum etiam lapsæ in Syria religioni, præfectusque est patriarchatui a ecclesiæ Ierosolymitanæ Petrus de Palude ordinis Prædicatorum theologicæ scientiæ laude florens, & in locum Raymundi, qui in Cypro obierat, subrogatus: cui etiam ad dignitatem sustentandam ecclesiæ Nimocensis in Cypro administratio tradita.

Subsidiario anno a Pont. datus Petrus de Palude creatus patriarcha Hierosol.

a Ann. 13. p. 2. ep. com. 18. & post eund. ep. Trapezuntinus imp. ad eccl. Rom. commotione solicitatus. b Ann. 14 p. 1 ep. cō. 335. c Ib. ep. com. 65.

95 Ad reuocandos etiam in sinum Ecclesiæ a diuturno schismate Asiaticos Græcos, Ioannes religiosos viros sacro ardore ac scientia præditos legauit in Galatiam & Cappadociam, qui populos vera religione excolerent; tum Imperatorem Trapezuntinum ad redintegrandam ecclesiæ Asiaticæ cum Romana coniunctionem est adhortatus b.

Hungari Asiatici a Malchaytæ, & Alani fidem Christianā colunt.

96. Retulere c magnam pietatis & constantiæ gloriam Hungari Asiatici, Malchaytæ, & Alani, qui licet superstitionum erroribus irretitis populis circumfusi essent, incorruptam tamen fidei puritatem seruauerunt. Eminebat inter eos dignitate Ieretamy Hungarorum Regum stirpe satus, qui cum præsulem catholicum a sede Apostolica flagitasset, Pontifex episcopum Gemiscatensem ad eos misit; atque ad fidem tuendam, ac Prædicatorum & Minorum fratrum pia monita excipienda ipsos instruxit.

97. 98 Incitati etiam literis apostolicis omnes Christiani, qui in Perside versabantur d, vt in diuino amore ac religione constantes perstarent: tum Zacharias archiepiscopus S. Thadei Apostoli de Coratesia in Persida ad pium studium in fide proferenda inflammatus e. Incumbebant vero magna laude ad traducendos ad Christum eos populos Dominicanæ ac Franciscanæ familiarum sodales, qui plures Persas ab errorum tenebris in altissimam euangelij lucem eduxere. Denique Pontifex, vt omnes barbaros ad cultum diuini Numinis traduceret, Tartarorum Imperatorem, proposita orthodoxæ fidei formula, ad eam amplectendam suis literis solicitauit f. Miserat enim oratores Imperator ille ad Apostolicam sedem, vt sacerdotes & episcopos ad ipsum ac Tartaros fide Christiana excolendos deposcerent. Cum etiam protecti sunt in Æthiopiam præcones euangelici: exaratisq; literis præfixa hac salutatione: *Gratiam in præsenti, quæ perducat ad gloriam in futuro*; Æthiopum Imperatorem Pontifex ad catholicam religionem allicere studuit g: quæ eadem pene verborum formula conceptæ sunt, qua missæ ad Trapezuntinum Imperatorem.

d Ead. ann. 14 p. 2 ep. com 70. Inter Tartaros aucta religio e Ib. ep. 69.

f Ib. ep. com. 280.

g Ann. 14 p. 1 ep. com. 273

IESV CHRISTI
Annus 1330.

IOANNIS PP. XXII. VACANTIS IMP. OCCID. 17. Indict. 13.
annus 15. ANDRONICI IMP. OR. 47.

1 AFfulsit Ecclesiæ felix is annus, quo pestiferum schisma, Petro de Corbaria scelus damnante, ac Ioannem, quem antea vt hæreticum immani vesania damnauerat, verum Christi vicarium solemni ritu ac ingenti demissione agnoscente, sedatum est. Cuius historiæ adducturi seriem, temporum ordinem seruandum putauimus. Subduxerat a se anno superiori Petrus fuga præcipiti cum reliqua schismaticorum & hæreticorum

Schismatis abolitio.

b n. 7. p. 1. ep. sect. pag. 134.

hæreticorum colluuie; quæ mox piorum metu diſſipata a eſt e Piſana vrbe: anxitque fugitiui antipapæ pauorem, Piſas in veri Chriſti vicarij fidem redijſſe, ac tum fugam ad Bauarum eſt molitus; vrgenteque terrore, ne caperetur a catholicis, latebras quæſiuit, tandemque vna cum Paulo pſeudominorita anticardinale Bonifacij comitis Nouelli de Donoratico Piſani fidei ſe commiſit b.

a to.7 p.2. ep.ſecr.pag. 49. Antipapæ lachrymæ.

b Boſq. in Io.xxii.

2. &c. Interim Pontifex extinguendi ſchiſmatis cupidus, ac reſtituendæ Eccleſiæ in priſtinã tranquillitatem, omnem operam poſuit, vt abditiores receſſus, in quos ſe condidiſſet antipapa, ſcrutaretur: qui demum captus temuſque literas ad Pontificem dedit, quarum potior pars intra ſcripta eſt.

Capitur Antip.

Reuerendiſſimo ac ſanctiſſimo patri et domino, domino Ioanni Papa ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, frater Petrus de Corbaria, dignus omni pœna, etc.

6 Eiurat hæreſim. Et pſeudopontificatum.

Sicut præſumptuoſus, temerarius, & ſuperbus aſcendi ſuper aſtra cæli eccleſiaſtici, vbi mihi meis peccatis exigentibus parata fuit ſedes iniquæ prælationis, [pauciſque interiectis verbis:] Dolui & doleo vehementer, & pœnitet me feciſſe quæ feci contra iura & leges veſtri ſacratiſſimi nominis de conſilio peruerſorum. In cuius rei teſtimonium iam eſt annus completus, quod aduerſarium veſtrum dimiſi ſponte, & ſedem mei præſumptuoſi culminis dereliqui: & propono firmiter in ciuitate Piſana & etiam in Vrbe, atque vbique locorum remuere *, ſecundum quod veſtra benignitiſima ſanctitas decreuerit ordinandum. Et quia grauiſſime peccaui & errani parcite mihi maximo peccatori dignemini parcere ſecundum multitudinem magnam miſericordiæ Dei vi-

Spondet vbique locorum pro feſſurum ſe deliquiſſe.
* id eſt abiurare ſcelus
Veniam flagitij implorat.

ui, &c. *Datum in conſiſtibus Lucanorum.* Ipſum vero execratum Piſis ſolemni ritu antipapatum, omnia in Chriſti vicarium a ſe geſta damnaſſe, edita ea de re publica acta ac literæ pontificiæ c teſtantur: vtque apud ſubſellia apoſtolica commiſſa ſcelera expiaret, quarto auguſti die a Piſanis & comite Bonifacio, vt refert Ioannes Villanus d, firmatis nonnullis conuentis, quæ in annalibus prolixis indicauimus, pontificijs adminiſtris, qui duas triremes ad iter parauerant, traditus eſt hac ſecũdis auris afflantibus ſecundo die Niciam in Prouincia applicuit. Quo accepto nuntio Pontifex magno ſe ex illius aduentu completum gaudio ei ſignificauit e, atque ad conſtantiam in ſuſcepto optimo conſilio ipſum excitauit, cum ea magno vſui in extinguendo ſchiſmate, atque innumeris animabus e laqueis dæmonum eripiendis, traducendiſque ad Chriſtum futura eſſet; addiitque poſtremo: *Gaude ergo, fili, in Domino, qui de tantis malis te liberauit & periculis, & gratiarum actiones non ceſſes agere; lætaque ad nos venire feſtina, ſciturus indubie, quod nos pium patrem & clementem reperies, præterita in memoria non tenentem; ſed te tractantem ſicut chariſſimum filium & ſpecialem amicum. Dat. Auinione v. id. auguſti anno XIV.*

Piſis antipapatum publice ponit.
c in.8.p.1. ep.ſecr pag. 33.
Traditur pontificijs iuuenis.
d Io.Vill. lib.10.c.164.
Niciam nauigat.
e to.7. p.2 ep.ſecr.pag. 31.

11. &c. Dum ille Niciæ ſubſiſtebat, imperiaque apoſtolica expectabat, vt Piſis egerat, in celebri præſulum ac virorum nobilium corona ſacrilegio Petri ſedem ſe inuaſiſſe taſſus eſt f; iterque cœptum proſecutus, & in omnibus inſignibus locis publice dãnato crimine, vigeſima quarta auguſti die Auenionẽ ingreſſus, dein proxime inſequenti in medio Cardinalium ſenatu, laqueo collo iniecto, vt narrat Ioannes Villanus g, magna animi demiſſione ad pontificios pedes proſtratus, ſeque hæreſi contaminaſſe faſſus, condemnatoque Bauaro, qui illum pſeudopontificem creârat, admiſſa a ſe flagitia, iniectumque orbi Chriſtiano impietatis exemplum deteſtatus, miſericordiam implorauit. Conſcriptæ ſunt ea de re publicæ tabulæ in

Eiuratum ab eo Niciæ pſeudopontificiũ.
f in.8.p.1 ep ſecr.pag.33 & p.2.pag. 57.
Pendente e collo laqueo ad Pont pedes ſe abijcit.
g Io.Vill. lib.10.c.164. & in.l.7.cap.3

priuato ſecundo conſiſtorio enitar a, cum in primo eoque publico ob aſtantium multitudinem, ac ſtrepitum Petrus ſcriptam de antipapatu a ſe damnato formulam integram repetere non potuiſſet, ac pudore pertuſus obmutuiſſet; ex qua hæc delibanda viſa ſunt: *Confiteor, & ore ac omnino recognoſco, me credere & tenere fidem illam, quam ſancta Romana eccleſia, ac vos, pater ſanctiſſime, tenetis, prædicatis, atque docetis: & ſpecialiter recognoſco me tenere & credere, quod ad Imperatorem non pertinet deponere nec inſtituere Papam; immo hoc tenere hæreticum reputo, prout per proceſſum contra hæreticos Marſilium de Padua & Ioannem de Ianduno, per vos, beatiſſime pater, ſuper hoc & nonnullis aliis erroribus habitum, quem diligenter ſtudui, continetur. Item fateor & recognoſco hæreticum eſſe dicere, Chriſtum et eius Apoſtolos non habuiſſe in bis, qua eos habuiſſe ſcriptura ſacra teſtatur, niſi ſimplicem vſum facti; licet dudum contrarium tenuerim, et hac tenentibus impenderim indebite auxilium et fauorem: et fateor et recognoſco, quod hoc aſſerentes ſunt cenſendi hæretici manifeſti, ſecundum quod in conſtitutionibus veſtris, pater ſanctiſſime, quarum vna incipit, Cum inter, etc. alia vero, Quia quorundam, etc. plenius continetur. Et ſuper materia proprij et communis, ac iuris et domini, quod Ieſus Chriſtus et eius Apoſtoli in rebus temporalibus habuerint, credo, profiteor, et teneo in omnibus et per omnia firmiter id, quod in dictis conſtitutionibus et reſponſionibus per vos factis obiectionibus, quas dictus Michael, nimirum Cæſenas, eiuſque ſequaces contra conſtitutiones prædictas fecerant, de quibus ſum informatus, plenius continetur: ac omnia et ſingula ſcripta, dicta, et publicata contra conſtitutiones et reſponſiones prædictas, et tangentia ea, per hæreticos et ſchiſmaticos Ludouicum et Michaelem prædictos, ſeu quoſcumque alios, apero, recognoſco, et dico fuiſſe et eſſe nulla, erronea, ſchiſmatica, hæretica, atque falſa, eaque omnia refuto, reuoco, anathematico, reprobo, et deteſtor. Item confiteor, et recognoſco in veritate, quod vos, ſanctiſſime pater et domine domine Ioannes Papa XXII. et nullus alius, eſtis verus ſummus Pontifex, et vnicus in terris vicarius Ieſu Chriſti: et contrarium, quod tenui et dicta quorumcumque idem meum dicentium refuto, anathematizo, reuoco, reprobo, et deteſtor. Item recognoſco, et fateor in veritate vt ſupra, quod ego male, falſo, temere et erronee et iniquе aſſumpſi, et exercui de facto ſtatum ſummi pontificatus, immo verius antipapatus damnabilem antedictum: et adhæſi ac faui hæreticis ſuprascriptis et pluribus aliis.* Profeſſus etiam eſt ſe graue crimen admiſiſſe in promouendis ad ſacros ordines ſchiſmaticis, perſequendis catholicis, creandis pſeudocardinalibus & antiepiſcopis renuntiandis, ſubditque: *Quæ omnia et ſingula hæretica, et ſchiſmatica, ſcelera et delicta grauiſſima, ac omnes hæreſes ſuprascriptas, et quaſcumque alias mentaliter et corporaliter ſponte abiuro, petens humiliter a vobis, beatiſſime pater, mihi veniam et miſericordiam impertiri.*

a Est in arc. S. Ang. & in m.ſ. arc. Vat. ſig. lit. C. Nic. Card. de Arag. pag. 14. & in alio m.ſ. pag. 248. Apud Boſq. in vit. Io. xxii. & apud Cam. in elench. Cardd.
Profitetur tenere le quod fides orthodoxa tenet.
Imperatoris nõ eſſe creare vel deponere Pontificẽ.
Hæreticũ eſſe affirmare Chriſtum & Apoſtolos niſi ſimplicem vſum facti non habuiſſe.
Neque ali quid in communi aut ſpeciali poſſediſſe.
Ludouici, & Michaelis ſcripta eſſe erronea.

25. &c. Pepercisſe ipſi Pontificem cum multa paterni amoris ſignificatione, confirmat Ioannes Villanus b; & manantibus fletu oculis e terra illum erexiſſe, porrexiſſeque oſculum, inſtar euangelici patris prodigum filium e remotioribus terrarum oris redeuntem amplexantis. Extant etiam literæ, quibus exoluit c eum omnibus pœnis atque eccleſiaſticis cenſuris, ac datam a Simone Piſano archiepiſcopo criminum veniam confirmauit: tum ab aliorum præſulum auctoritate liberum & immunem, ſedique tantum Apoſtolicæ obnoxium pronuntiauit; ſcripſitque encyclicas ad Chriſtifideles literas de eodem Petro in catholicæ Eccleſiæ ſinum reuerſo, quas ab Hugone epiſcopo Pariſienſi in celeberrima Pariſienſi acade-

Anathemate damnat omnes ſchiſmaticos.
Falſo & imprudenter ius pontificiũ ſe exercuiſſe agnoſcit.
Pontificia in eum clementia.
b Io.Vill. l. 10 c.164. Bern. in chr Rom. Pont. c in.8. p. 1. ep ſecr pag 17. & in.ſ. bibl. Vatt. ſign. lit. B. n.12. pag. 435.
Fideles de illius reditu in ſinũ eccleſiæ ſæpe certiores.

a to. 8. p. 1. ep. secr. pag. 22. & 25. b to. 9. pag. 33 & reg. post med. ep.

academia diuulgari iussit a, extantque alia eo argumento ad Regendam b, p quibus historia veritas magis elucet, atque pauca hæc verba decerpsi: *In consistorio publico, proposito themate prima: Pater peccaui coram cœlo et coram te, non sum dignus vocari filius tuus; et eo prosequente, errores suos recognouit cum cordis amaritudine, prout signa certiora indicabant: illisque absolutis, et quod super præmissis nostris statuta mandatis, corporali præstito iuramento, humiliter petijt, se ad nostram, & Ecclesiæ restitui gratiam, &c.*

Petrus Corbaria custodiæ traditur. c Io. Vill. l. 10. c. 164.

27 Cæterum ne Petrus Corbariensis ad vomitum redire facile posset, ac nouum in Ecclesia schisma conflaret, Pontifex & publicæ quieti & Petri ipsius saluti consulturus, sub honesta eum custodia in pontificio palatio tenuit c; ac nemine cum eo colloqui permisso, plurimos illi libros, vt studio & orationi vacaret, & cibos opipare suppeditari iussit: de quo Bernardus d. Exactis in eo honesto cæterum tribus annis & mensibus vno, morbo & senio confectus obijt; sepultusque est in fratrum Minorum ecclesia cultu Franciscano ornatus e.

In custodia moritur. d Bern. Guid. in vit. Io. XXII. apud Bosq. & I. Vill. l. 10. c. 164.

28 &c. Inter hæc Otho Austriæ dux & Robertus comes Palatinus Rheni & Bauariæ dux, nonnullique alij Germaniæ principes pro fœlanda inter Pontificem ac Ludouicum Bauarum discordia oratores miere. Ij vero præcipuas pactionum, ad quas Bauarus obstrinxerant, leges attulere, nimirum vt Petrum de Corbaria antipapatu priuaret, editam prouocationem ad concilium reuocaret, gesta in Ecclesiam rescinderet, agnosceret se anathemate deuinctum iuste fuisse, ea tamen lege vt imperium teneret. Hæc moliebatur Ludouicus, vt firmaret solium, lapsasque res instauraret, cum tamen ad nullas pro expiandis criminibus suscipiendas pœnas paratum se exhiberet: sed augustalis iuris, quo ob hæresim & schisma exciderat, commoda aucuparetur, vt Pontifex Boemo Regi expositum f.

Actum de Cæsareo apice allato ad Ludouicum.

29 &c. *Ioannes, &c.* Quærimus, fili, quomodo intelligat ille Bauarus in regno vel imperio remanere? Aut enim intendit remanere in statu & regno sine iure in eis de nouo quærendo: aut per ius nouum, quod intendat acquirere in prædictis. Si enim ille sine nouo intelligat retinere, sequitur quod regnum & imperium sine iure & honore imperiali & regio detineret; in regio siquidem nullum ius obtinet in præsenti, cum iure, si quod per electionem sibi in eodem quæsitum fuerat, iusto iudicio sit priuatus. Quantum ad imperium autem: quia nomen Imperatoris per inunctionem, consecrationem & coronationem quis nanciscitur, factas quidem a Romano Pontifice, seu alio eius auctoritate. Patet igitur ipsum Bauarum ius aliquod non habere, quia non a vero summo Pontifice, sed ab antipapa recepisse dicitur & noscitur supradicta. *Et paulo post.* Si vero intelligat, quod sibi de nouo in regno vel imperio ius acquiret, constat quod, cum sit sacrilegus excommunicatus, & tyrannus, nec a quouis possit eligi, nec sibi etiam ab aliquo, cum tales sint ineligibiles, de regno & imperio prouideri. *Datum anno 11. kal. augusti pontificatus nostri anno XIV.* Non hisce alijsque argumentis victus est Boemus, vt Ecclesiæ causam aduersus Ludouicum, quo patrata scelera admissa iusta pœna expiaret, propugnandam susciperet: quippe obiecta a Bauaro Italici regni administrationis illecebra illum titillabat: quare superioris foederis conuenta obtrudere iterum Pontifici, & Gibellinæ factionis duces solicitare, vt ipsius partes sequerentur, non destitit. Ad quem Pontifex iterum scripsit, læsæ Ecclesiæ ea actione non fieri satis, neque illius honori consuli: cum ingrati in sedem Apostolicam, a qua Lucemburgica familia ad regium apicem fuerat euecta, animi crimine perstrinxit.

Quæritur quo iure Cæsar esse velit Bauarus.

Vetere nō potit.

Non etiā nouo ob atrocia flagitia.

Boemus in partib. Lud. obfirmatus.

30 &c. Resipuit pontificia monita Boemus, cum decorum vili nactretur, vtque cum Ludouico Bauaro conuectat, corripiendæ Italici regni administrationis auiditate, quemadmodum ex eius ad Azonem & Insubres proceres datis literis colligitur, irrumpere in Italiam decreuit, arcanisque nuncijs Gibellinos & alios cœpit commouere: cum interim quasi rem aliam ageret, in Carinthia nimirum controuersiam cum duce de successione principatus componeret, repente in Insubriam, a Brixianis excitus signa conuertit b. Inter quæ subiecere e se Ecclesiæ dominatui Laudenses in Insubria, quandiu nimirum interregnum esset, ac plures populi ad depellendum schismaticæ seruituris iugum excitati: Aculani etiam in fidei constantia confirmati d; Tridentini Ioannem Sciarram Columnium Iacobi alias Sciarræ, qui Ludouicum corona cinxerat, filium depulere e: Pistorienses, Viterbienses, ac Romani, missis ad pios oratoribus, præterita defectionis veniam a sede Apostolica flagitarunt f), tempusque suæ salutis. Executi cingi singulari demissione ac pio doloris sensu præcateris Romani, qui maximo flagitio in consulendo schismati se concruciarant; & coram Pontifice ac sacro purpuratorum senatu solummodo non prostrati professi sunt Vrbis imperium ad Christi vicarium spectare, eandemque se pontificio nomine aduersus Ludouici omnia strenue defensuros, ac Regi Roberto senatori parituros spopondere, omnia priuilegia a Bauaro & antipapa concessa repudiarunt, atque impie gesta rescidere, quæ ab oratoribus Auenione gesta, apostolicis literis Pontifex Romanus ipsis significauit.

a Io. 8. p. 1. ep. secr. pag. 72. Ioannis Regis in Italiam expeditio. b Dub. hist. Dom. l. 12. c Io. Vill. l. 10. c. 170. Anc. p. 2. c. 16. § 13. Laudi se Pontifici dedere. d to. 7. p. 1. ep. secr. pag. 198. Tridentum ad Pontificis obsequium reuertitur. e Ibid. pag. 52. Pistorium Viterbium Roma defecionis veniā petit. f Ead. p. 2. pag. 25. 26. 77. Ead. p. 1. ep. pag. 4. Sulcarpus ab Hispanis expeditio in Granatenses.

44 &c. Interea in Hispanijs Alfonsus Castellæ & Legionis, Alfonsus & Lusitaniæ, Alfonsus Aragoniæ, ac Philippus I. Navarræ Reges, Christianæ religionis propagandæ ac veteris infamiæ Mahumeticæ superstitionis ex Hispania abolendæ studio sacrum in Granatenses Mauros bellum sunt meditati: quorum primi duo Reges Castellæ & Lusitaniæ libellum supplicem m Pontifici obtulere, quo sacerdotiorum decimas in sacrorum bellicis collocandas deposcebant. Nec disparia iuere petita Regis Aragonum, qui ad bellum aduersus Granatenses gerendum se comparabat, cogitabatque regni limitem proferre latius. Excitati quoque ad sacrum in Mauros bellum nonnulli principes, e quibus Ioannes Hannoniæ comes octingentis equitibus succinctus Hispanias petijt. Consecutam e tanto armorum aduersus Mahomadem Regem Granatæ apparatu clarissimam victoriam, refert Ioannes Villanus n Granatenses ad quindecim millia ab Alfonso Castellæ Rege cæsos, cum arcis, quam oppugnabat, obsidionem soluere tentarent, arcemque obsessam in Christianorum redactam potestatem: oppressa quoque metu victoris Cagnetum Prieghumque, tum alias etiam arces Alfonso portas aperuisse.

g Ead. p. 2. ep. secr. pag. 180. h Ibid. lib. pag. 180. lib. pag. 176 mēx. apud Io. 16. pag. 159.

Cur non amplificati progressus.

Quod attinet ad alios Hispaniarum Reges, qui in Granatenses vertere arma erant pollicici; si verbis opera consensissent, excidi tum potuisset ex Hispanijs Maurica superstitio; sed cum ijdem Reges paribus studijs cum Alfonso Castellano non concurrerent, nec leues factiones in regno essent, ille partis contentus, induciis pactis duodecim annorum millibus, cum Mahomade iniit. Verum præcipua quæ ad id ipsum flexit causa, impuri Guzmanæ pellicis amores extitere, cuius lenocinijs enervatus a bellicis laboribus abductus est, cum latius circumferre victorias ac regnum Granatense excindere posset.

n Lib. 10. c. 165. Pars de Mauris victoria.

o I. Vill. l. 10. c. 166.

49 In Gallijs Philippus Rex o peregrinationem

ad

ad S. Martam vallis viridis obijt, deinde ad sepulchrum S. Ludouici episcopi, cuius reliquiæ colebantur Massiliæ, demum Auenionem ad Pontificem profectus, cum eo octo diebus arcana colloquia habuit, ac nihil rumor de Asiatica vel Italica expeditione agitasse: sed de Asiatica egisse sequens historia ostendet. His præclaris consilijs contraria hoc anno, etsi leuiora, discordiarum iacta sunt semina, quæ progressu temporum atrocissima bella accenderé. Certatæ indicio Robertus a Atrebatensis comes Bellimontis Philippi comitis filius de Atrebatensi comitatu aduersus Mathildem amitam, victusque in Parisiensi senatu indicio est, & comitatus Atrebatium Mathildi adiudicatus. Concepit inde Atrebas aduersus Philippum Regem atrocem iram, atque in hostem implacabilem conuersus: quem aiunt iurejurando impulisse ea voce, ut Philippum ad solium exaltasset, eundemque deiecturum: idque eo magno Anglorum in Gallia regnum irruptionis auctore, ipse locaturus.

a Mezer. hist. Franc. Istius Paul. Æmil. in Philip. Massæus Atrebas in Philippum coniurat. Injicit atroci bello facem.

Contra eo mes damnatur. Epicuri sectatores.

10. &c. Recrudescit interea in Anglia grauissima dissensio, atque Eduardi Regis patruus Edmundus comes Cantij laniatis legis posthumi capitis censu damnatus est, cuiusque hoc anno vt scribit Iohannes Villanus b eius temporis scriptor, cum Anglorum ad fortunatum fratrem, quem lucifugum acceperat, nomen mutasset: significarunt id ipsi a participatione qui eum a magistro dæmone hauserat, refert Walsingham c; atque hi inopes simplicitatis fidem pari mendacij adhibentis, arcanumque magicarum fraudium tristes exitere. Prætereo affectum supplicio insequenti mense octobri Rogerium de Mortuo mari, qui antea regnum Angliæ administrarat, cum in suspicionem turpis cum Isabella Regina familiaritatis posuerat addit idem auctor.

b Ptolem. Lucens. Paul. Æmil. Walsing. in Eduard. III.

In Scotia cum Iacobus S. Andreæ episcopus eiusque ecclesia opprimerentur, Pontifex illum ad constantiam, vtque in Deo spem collocaret erexit d: tum etiam Thomam Moraviæ comitem rogauit e, vt iura dignitatemque ecclesiarum, sed præcipuæ S. Andreæ, quæ splendore inter cæteras conspicuæ erat, tueretur. Si Dauid Scotiæ Rex ab oppressionis ecclesiarum regni culpa non abstinuit, diu crimen impune non tulit: sequenti enim anno Eduardus Baliolus, conciliatis sibi proceribus Anglis, bellum illi intulit, ac demum tertio post anno regno depulit, vti suis locis videbitur.

d Ib. pag. 43. e Ibid. pag.

55. 54 Hoc anno inuentam, tradunt f in Iudæorum synagoga, quæ in Gustrowensi vrbe Vvandaliæ erat, diuinam hostiam quatuor crucibus locis, quam Iudæi a Christiana coemptam ad exercendam in Christum crudelitatem pugionibus confoderant: dumque eam pungerent, auditus est velut infantis vagitus, neque eo miraculo ad fidem ipsi conuersi. Sola ex ijs Iudæa mulier sacro baptismo lustrata est, illiusque opera retectum postea facinus: ac sumptum de Iudæis supplicium a Ioanne Vvandaliæ principe. Affert idem auctor in eiusdem prouinciæ Magnopolensis Cracone oppido haud diu ante commissum a Iudæis grauissimum flagitium in sacrosanctum Christi sacramentum: pyxidem enim multis hostijs refertam sustulerunt furto, alias lauarunt, alias conculcarunt, sparseruntque per viam: ex tantis tamen sacrilegijs diuina gloria effloruit; addit enim hæc Krantzius: *Sacrata hostia quærentur in fabulo, crebrescunt miracula, fit populorum concursus, ex votis pio rum instruitur capella, Christo laudes personant, Iudæi exquisitis supplicijs fratti rotis necantur.*

f Cranz. l. 8 Vvand. c. 8 Auditus ex Euch. perfossa a Iudæis. Iudæi vagitus.

Pœna Iudæis sacrilegium. Miracula a sacra Eucharistia edita.

Quod ad res attinet orientales; exercuisse Numen in schismaticos iras ob eorum perfidiam, refert Ioannes Villanus g, Constantinopolitanum nimirum Imperatorem transito Hellespontu, in Græcos, qui Tartaros excierant, expeditionem duxisse; sed magna clade ab ijs profligatum: Turcas vero auctos viribus & audacia mare Ægæum & insulas infestasse, indeque labare Græcorum res admodum cœpisse, cum annis consequentibus comparata numerosa classe pecora hominesque crudeliter raperent, ac plures insulas vectigales efficerent. Sed quæ ille paucis perstringit, fusius narrant Græci auctores, ac Nicæam Bithyniæ ab Orchane captam tradunt. Inde latius victoriam circumtulit Orchanes, Græcorumque in Asia potentia obsoleuit.

g Fo. Vill. l. 10 c. 132.

Græci a Turcis diuexati.

55. Reuocandorum in ecclesiæ Romanæ sinum omnium schismaticorum, ac veræ fidei propagandæ studio ex apostolica specula Pontifex in extremas orientis oras, in quibus Nascarini Christianas leges colebant, oculos extulit: cumque nonnulla inter ipsos schismata errorcsque pullulassent, Iordanum ex sacra Dominicana familia episcopum Columbensem transmisit: tum paternis literis ad colendam fidei puritatem, fugiendum schisma, religiosos viros, quapar est, obseruantia prosequendos, est adhortatus a.

Nascarini ad fidem traducti.

a Ann. 14 p. 1 ep. 8. 316.

56. 57 Penetrarunt euangelici præcones ad montes Albors, atque in ijs innumeram hominum multitudinem e superstitionis tenebris eductam ad sacra baptismatis pellexere. Aggregati itaque ij filiorum Dei numero, a supremo in terris Christi vicario veram fidei puritatem haurire cupidi, sacerdotes peritos ad se ab Apostolica sede mitti poposcerunt. Annuit pijs eorum votis Ioannes, & Guillelmum de Gigijs, episcopum Taurinensem aliosque plures ex Prædicatorum ordine religiosos viros, qui ipsos euangelica lege imbuerent, tum orthodoxæ fidei formam, quam Romana ecclesia profitetur, transmisit b. Hortatus etiam est Pontifex Marforianum Iacobitarum patriarcham c, vt credinos sum pastorali cura populos ad coniunctionem cum Romana ecclesia reuocaret, & Prædicatores ac Minores fratres ad gentes missos studijs suis complecteretur.

Montis Albors accolæ sacra Christiana amplexi.

b Ead. an. 14 p. 1. ep. com. 734. c An. 14 p. 2 ep. com. 64.

IESV CHRISTI
annus 1331.

IOANNIS PP.XXII. VACANTIS IMP. OCCID. 18. annus 16. ANDRONICI IMP. OR. 48.

Indict. 15.

1. &c. PRostrato feliciter schismate in Petro Corbariano in veri Pontificis fidem ac potestatem, vt vidimus, reuerso, Ioannes reducendis ad Ecclesiæ sinum aberrantibus, atque hæresum, quæ vna cum schismate propagatæ fuerant, reliquijs excindendis, operam dedit; Marsilius enim & Ianduno hæresiarchæ Ludouici Bauari assentatores, vt Romani Pontificis & episcoporum maiestatem labefactarent, omnibusque bonis exutos in eum statum redigerent, in quo sub persecutoribus Christiani nominis fuerant iam diu constituti, fœdissimos errores sparserant, quos licet Apostolica sedes ex sacris oraculis conuulsisset, & Petrus de Corbaria schismatis signifer damnasset; nonnulli tamen ea venena adeo imbiberant animis, vt ad extinguendum nefas censoribus fidei in eiusmodi hæresibus contaminatos iussu pontificio d animaduertendum fuerit; garriebant enim in conuenticulis, vt narrat Ioannes: *Quod illud, quod de Christo legitur in euangelio B. Matthæi, quod ipse soluit tributum Cæsari, quando statorem sumptum ex ore piscis ij. qui petebant didrachma, iussit dari, hoc fecit non condescendens & liberalitate sua pietatis, sed necessitate coactus; item quod B. Petrus Apostolus non fuit plus caput Ecclesiæ,*

Pontifex in excindendis hæresibus cu ra.

Censores fidei decreti.

d An. 8. p. 1. ep. sect. pag. 161. & bull. fidei. Io. xxii. in. f. conf. Vat. sign. lit. A. pag. 132.

Cæsareorũ politicorũ imperia.

Oppugnata hierarchia ecclesiastica.

sit, quam quilibet aliorum Apostolorum, nec habuit plus auctoritatis quam habuerunt alij apostoli; & quod Christus nullum caput dimisit Ecclesiæ, nec aliquem vicarium suum fecit, quodque Papam corrigere & punire, ac instituere & destituere ad Imperatorem asserunt pertinere; & adhuc quod omnes sacerdotes sive sit Papa, sive sit archiepiscopus, sive sacerdos simplex quicumque, sunt æqualis auctoritatis & iurisdictionis ex institutione Christi, sed quod unus habeat plus alio, hoc est secundum, quod Imperator concessit plus vel minus, & sicut concessit potest etiam revocare; præterea quod Papa vel tota Ecclesia simul sumpta nullum hominem, quantumcumque sceleratum, potest punire punitione coactiva, nisi eis Imperator tribuerit potestatem; &c. Ijs porro novatoribus Aquentis archiepiscopus eiusque suffraganei, ac fidei censores constitutas in hæreticos pœnas implorata magistratuum ope irrogare iussi sunt. Irretiti etiam erant privatis erroribus nonnulli hypocritæ, fratres de paupere vita vulgo nuncupati, a Pontifice ita descripti a: *Fratres Minorum ordinis professores, sacram religionem B. Francisci confessoris egregij sub despectu habitu parisque capuciis ostentantes, viri utique fugitini, nec minus apostata, quærentes a vigo religionis colla subducere, & debitum regularis effugere disciplinæ, columbinæ simplicitatis speciem præ se ferentes exterius, et callidi hostis astutias interius proferentes.* Erant ex ea nimirum pseudominoritarum illuvie, qui S. Francisci pura & incorrupta instituta ex candida & liberali vocum interpretatione se observare gloriabantur, in quos vetera edicta instaurata fuerunt b. Proruperat eo impietatis huiusmodi hypocritarum furor, vt licet sacerdotio non essent initiati, simplices tamen plebeios ad sacram exhomologesim admitterent, atque ad eos pelliciendos inanes indulgentias pollicerentur. Præerat huiusmodi Fraticellis Angelus de valle Spoletana laicus, improbæ suscoptæ sententiæ ad insaniam addictus: in quem Pontifex Melphiensem episcopum legibus agere iussit, commissaque ab illius nequitia socijs flagitia expoluit c.

a Ioan. a S. Ep. 306. extat apud Wad. ann. 1317. n. 10.

b Bull. Ioan. XXII. in f. arch. Vat. sign. lit. A. pag. 139. c Id. ib. p. 2. ep. 351 & lib. bull. Ioan. XXII. in f. arch. Vat. sig. lit. A. pag. 139. d n. 8. p. 1. ep. secr. pag. 281. e Ext. in m. f. bibl. Vat. sig. n. 4010. pag. 106. & in m. f. 4008 pag. 131. f Ead. m. f. 4010. pag. 212. g Ext. in eod. m. f. bib. Vat. sig. n. 4010. pag. 215. h Ext. eius-dem in eod. m. f. bib. Vat. sig. n. 4010. pag. 106. &c.

Figmenti pro data Cæsaribus scelerum licentia.

Vt hi errores damnati sint a Pontifice.

Fraticellorum delatio.

8. &c. Alebat schisma inter ordinis Minorum fratres Michael Cæsenas hæresiarcha, atque in Italia suas vices demandarat Thedino pseudominoritæ, cuius comprimendi Fulconi Piceni prætidi provincia a Pontifice data est d. Cudebat varia idem Michael aduersus Ecclesiam fidemque catholicam Monachij, vbi Ludouici Bauari clientela tectus erat, venenata commentaria e, quæ encyclicis literis hoc anno XXIV. ianuarij scriptis ad Minoritas, vt eos inficeret, inferebat, & querebatur f Geraldum in sui locum fuisse subrogatum; suamque hæresim & apostasiam argumentis colorabat varijs, quæ confutat Geraldus Otho in eo commentario, quem ex Perpinianensibus comitijs conscripsit g, in quo hypocrisis larvam ita penitus detrahit, vt nuda eius impietas pateat. Obseruandum est Michaelem ipsum contendisse h, Romanum Pontificem sine cõcilio œcumenico in ferendo fidei decreto errare posse, ac Ioannem in illo, contra quod ipse Michael novæ hæreseos signa extulerat, nempe, *Cum inter nonnullos*, errasse. Vt vero probaret errare posse Pontificem in iudicio fidei, calumnias iamdiu confictas a schismaticis in nonnullos Pontifices repetijt, atque obiecit de Anastasio II. sed falso. Ac primum Anastasij hostes schismatici nunquam finxere, ipsum in dirimenda Petri cathedra fidei controuersia errasse: ex quo Michaelis obiectio eliditur. Et si referat Gratianus *distinct.* XIX. c. *Ita Dominus*, errasse Anastasium, quod vera esse voluerit sacramenta baptismi & ordinis, quæ Acacius hæreticus contulerat; non in eo errauit Anastasius, sed Gratianus suam imperitiam prodidit, vt docent theologi i. Quod ad alia obiectionum capita in Anastasium attinet: futilia iunt: statuamus enim quod voluerit ille Photinum, qui communicauerat Acacio, absoluere sine cleri consensu; non propterea a fide deflexit. Demonstrant etiam Cardinales Baronius a & Bellarminus b, falsum esse, ipsum voluisse reuocare Acacium; & pariter confictum fuisse, illum diuina vindicta percussum b. Ac si quis omnino contenderet, Acacij nomen dypticis restituere voluisse, moxque diuinitus oppressum; non ex eo auctoritas Pontificis exoleseeret, sed magis diuina in Ecclesiam prouidentia illustraretur c: stabitq; Pontificem in proponendo vniuersæ Ecclesiæ fidei decreto a Spiritu sancto ex Christi sponsione regi. Obiecit præterea Michael, errasse Liberium. Verum is nullum in controuersia iudiciaria protulit aduersus fidem decretum; sed prævaricatus est communicando cum Semiarianis: quapropter in eius locum subrogatus est Felix, qui martyrij palmam dimato Constantio tulit, de quo plurimus Cardinales Baronius d & Bellarminus e, qui de Felicis successione causam hanc affert: *Tametsi enim Liberius hæreticus non erat, tamen habebatur propter pactum cum Arianis factum hæreticus; & ex ea præsumptione merito potuit ei pontificatus abrogari. Non enim homines tenentur, aut possunt corda scrutari, sed quem externis operibus hæreticum esse vident, simpliciter hæreticum iudicant, ac vt hæreticum damnant.* Relipiscens vero Liberius Felici iterum successit, excitatusque diuinitus Imperatorem Constantium atque episcopos Vrsatium & Valentem hæreticos damnauit: qua de re idem auctores agunt. Inania similiter sunt, quæ de Leone obijciuntur, cum ipse pseudopontifex esset, quare merito vim argumenti retorquet in Michaelem Geraldus f: *Qua fronte*, inquit, *ipse exemplo pro te inducere potuisti?* Et infra: *Tu in tuo recessu accessisti ad intrusum, et recessisti ab illo, qui canonice fuerat nullo dubitante ingressus. Recessisti a vicario Christi, et accessisti ad vicarium antichristi. Accessisti ad eum, qui alunde ascendebat vt latro; et recessisti ab eo, qui per ostium intrauit vt pastor. Accessisti ad eum, qui in nomine proprio veniebat: et recessisti ab eo, qui venerat in nomine Christiano. Accessisti, vt tu ipse dicis, ad ciuitatem Pisarum, vbi tunc erat sedes fatuana, et ibi fratres, quorum animas in cura te habere dicebas, faciebas ab antipapa officia & dignitates ecclesiasticas acceptare: quorum consecrationi, seu potius execrationi, inuncti, vel verius fatuationi, sicut impudicus leno fornicationum et fœditatum spiritualium assistebas.*

a Bar. ann. Chr. 497. n. 27. b Id. ib. & Bell. sup. cap

c Par. ead. n. 27. 28. Turrecr. & Bell. vbi sup.

d Par. ann. Chr. 357. n. 35. e Bell. l. 4. de Rom. Pont. c. 9.

Liberius erranit in externo actu, non in ferendo fidei decreto.

Iterumq; Pontificatum adeptus.

f M. s. bibl. Vat. sign. n. 4010. pag. 215.

Vt Michael manifesto antipapæ se coniunxerit.

15. &c. In ijdem Perpinianensibus comitijs sacer Minorum ordo, firmissimæ Ecclesiæ petræ inimicus, eundem Michaelem, sua figmenta decretis fidei a Pontifice editis præferentem, atque ex eo lapsu in alias prorumpentem hæreses, quantumuis id Franciscanæ familiæ vtendæ studio actum ementiretur, iudiciario ordine vna cum Guillelmo Ochamo, Henrico Chalemio, & alijs damnauit, omnemque labem ac suspicionem, quæ de tacita cum eo consensione suboriri potuisset, a se penitus remouit; in quo decreto recensentur Michaelis & pseudominoritarum errores. Videant ex his recentiores, qui tanto ardore horum famam defendendam suscipiunt, num in eo cum ordine Franciscano consentiant, cum idem sacer ordo, fide & constantia Ecclesiæ coniunctissimus eosdem Michaelem, Ochamum, & socios veluti capitales diuini Numinis, Ecclesiæ, & ordinis ipsius hostes, lacerata hypocrisis, quam induebant, larua, fuerit insectatus: nec vero horum lapsus eiusdem ordinis, sanctorum & doctorum virorum numero florentissimi, splendori magis officit, quam luciferi & sectatorum lapsus nocuit angelorum beatorum dignitati. Et de his hactenus.

In publicis comitijs damnatus cum socijs

Scriptæ perperam ad horum gratiam apologiæ.

Regi Boë in Ital. aduentus.

18 Attulit Italiæ magnas rerum conuersiones Ioannis Boemiæ Regis aduentus, ac populos Gibellinarum Guelphanumque partium qua spe qua metu commouit: tumque graues inter cæteros suspiciones concepit Azo, qui Mediolanensibus præerat, & a Ioanne Papa expetijt, nam ipse Boemi in Italiam expeditionem promouerat; cui Pontifex ea fine ipsius assensu geri respondit a. Iactabat Boemus se in Italiam a Pontifice excitum, vt populorum Guelphorum voluntates sibi conciliaret. De cuius accessu Florentini ob patris Henrici Imperatoris veteres inimicitias apud Pontificem questi, hoc simile responsum xi. kal. februarij tulere b: *Quia inter cætera litteræ vestræ eidem continebant, quod magnificus princeps Ioannes Boemiæ illustris nuper ad ciuitatem venient Tridentinam, asseruit, quod ad partes Italiæ se de nostro beneplacito conferebat; scire vos ex quibus aliis fidelem volumus, quod nec de beneplacito, nec de consensu, vel licentia nostra ad partes supradictas accedit, etc.* Ad confirmandas vero eorum vires Pontifex, coniungere ipsos cum Pisanis fœdere studuit, atque ad illud ineundum vtrosque est adhortatus c.

a Io. 8. p. 1. ep. secr. pag. 136.

b Ib. pag. 107.

Pinxit ætate cum ipso Pontificem. Refellit Pontifex ab eo laudata.

19. &c. Neque ita multo post Florentinorum potentiam conceptus ante de Boemo terror attriuit, Luca enim, ijs obsidione depulsis eidem Regi se dedidit: Parma etiam nec multo post Rhegium ac Mutina certis legibus illius iugum accepere. Porro Bertrandus legatus cum Rege Ioanne fœdus pepigit d, ac percrebuit Regem Boemum studijs Francorum Regis elatum, dissimulante Pontifice, Insubriæ atque Etruriæ dominatum affectare: atque ex eo Gibellinorum Guelphorumque animi adeo concitari, vt qui antea pertinacissimis odijs ab inuicem abhorrerent, in Regem & legatum coniurarint. Præcipuos armorum socios Robertum Siciliæ Regem, Mediolanensem, & Mantuanum principes, ac Florentinos recenset, S. Antoninus e. Ex hac vero fœderatorum coniunctione contra Ioannem Regem ipsius res paulo post dissoluere f, cum relicto in Insubria filio Carolo, in Germaniam, deinde in Gallias se contulisset g: dum enim in Germaniam tendebat, vt nouas copias contra Italos fœdere junctos compararet, noui in Germania aduersus eum hostes coniurarere; Vladislaus nimirum Poloniæ Rex illi ob affectatum Poloniæ regnum, damnumque iniuria crucigeris, equitibus Pomeraniam infestissimus; Carolus Hungariæ ab Vladislao socero, tum a Roberto Rege Siciliæ prouocatus; Fridericus Misniæ & Otho Austriæ duces, vrgente Ludouico Bauaro a Ioanne Rege abalienato, ac metuente ob sanciendum ab eo cum Pontifice fœdus, ne imperium sibi vel filio, vti accidit, pareret. Adducta itaque in discrimen Boemia, datum insigni imprudentiæ est, Ioannem Regem Italicis turbis se implicuisse: de quibus agit Dubrauius, adhuque eum omissa Italica expeditione in Boemiam se contulisse h.

c Io. 8. p. 2. ep. secr. pag. 108.

Luca in Boemi potestatem redacta.

Dissimulat acceptam a Boemo iniuriam Pontifex.

Initum inter Boemū & Ap. sedis legatū fœdus.

d Io. Vill. l. 10. c. 180.

In vtrāq; Guelphiæ Gibellini coniurant.

e S. Ant. 3 p. tit. 21. c. 6. §. 13.

Ruere in de Boem. resum Italia.

f Io. Vill. l. 10 c. 180.

g Ib. c. 183. & 197.

Conflata in illum noua bella in Germania.

h Io. Vill. l. 10. c. 197.

35 Hoc anno ereptum e furentis hominis insidijs Carolum Hungariæ Regem non sine diuina prouidentia, scribunt auctores i: Felicianum videlicet e Zachorum familia sarum, arripiendæ tyrannidis ambitionis furijs inflammatum in Carolum Regem, dum vna cum vxore liberisque accumberet, officij specie ingressum, euaginato repente gladio irruisse, ac Regem leui vulnere perstrinxisse, atque amputasse Agneti Reginæ quatuor dextræ digitos. In eo flagranti facinore perfidus sicarius pugione a Parocio in collo transfossus, atque a satellitibus ad sublatos clamores concurrentibus, membratim dilectus. Contigit atrox eiusmodi in Carolum Regem coniuratio, cum ipse deuictis Tartaris onustus spolijs bello rediret.

Hungariæ Rex appetitus insidijs.

i Io. Turoc. Hung. p. 2. c. 96. Chron. l. 11 in Vngar. Lok.

Sumptum de sicario supplicij

26. &c. Attulerat porro graues apud Pontificem querelas aduersus Robertum Siciliæ Regem patruum Carolus, ab eo nimirum repulsam se passum, cum Salernitanum principatum & Honorem montis S. Angeli, quibus pater suus Carolus Martellus Caroli II. Regis maior natu filius erat potitus, repoſceret. Cuius petita, cum æquitate niterentur, Ioannes Roberto, vt ijs assentiretur, suasit g. Alijs vero literis h Sanciæ Reginæ inculcarat, vt cum maxime Siculæ Hungaricæque rei coniunctio ac fœdus interesset, illudque matrimonio neptis ducendæ Calabriæ ac Regis Pannoniæ filij sanciendum esset, rem summo studio & contentione vrgeret. Perfectum illud Ioannæ I. cum Andrea ad sedandas controuersias lugubre & cruentum matrimonium visuri sumus, quod maxima deinceps bella calamitatesque peperit.

Poscit Hungarus paternum principatū a Rob. Rege.

g Ib. pag. 92

h Ead. pag.

30. &c. Hoc anno peruenere ad sedem Apostolicam Leonis Armeniæ Regis oratores, quos Ioannes ad Philippum Francorum Regem dimisit, eique literis, xii. kal. octobris exaratis, commendauit c. Poscebant ij pro tuenda Armenia auxilia, ac salubria ad Saracenos inuadendos consilia afferebant. Cum itaque Galliarum Rex de bello sacro cum suis principibus diu agitasset, atque etiam superiori anno, vt indicauimus, diebus octo & eo amplius cum ipso Pontifice de ea expeditione conficienda egisset d; denique missis ad sedem Apostolicam literis Ioannem rogauit e, vt tanquam summus Christianorum omnium princeps Mahometanis ad liberandam ex eorum tyrannide Palæstinam, Christi sanguine olim consecratam, bellum sacrum indiceret; ex conuentis itaque decreuit expeditionem Pontifex, vertentis biennij vere conficiendam, ac Petro Paludario, qui legationem apud soldanum Babylonium obierat, tum Gallis præsulibus dedit imperia f, vt Christifideles sacræ militiæ nomen daturos crucis symbolo insignirent.

Armeniæ legatio pro expeditione sacra promouenda.

c Io. 8. p. 2. ep. secr. pag 112.

d Io. Vill. l. 10. c. 162.

e Ann. 16. p. 1. ep. cur. 7.

Gall. Rex poscit initi cū soldano bellum sacrum.

f Ead. ep.

Dum autem præsules Galli magno pietatis ardore fideles immortalitatis spe ad restituendum Palæstinæ Christi cultum concitabant, Philippus Rex celeberrimos procerum cœtus celebrauit ea die, qua sacra Christi natalitia recoluntur: in quibus euoluente a proximis kalendis martij biennio traiecturum se cum exercitu in Asiam spopondit, suosque proceres, vt ipsum in ea profectione iuuarent, postulauit.

Solemnes conuentus habiti a Gallo Rege.

37. &c. Eodem anno coniuluit Maria Regina Aragonum Pontificem, quibus remedijs quispiam magorum insidijs apperitus se communire deberet; cui a Pontifice hoc responsum datum g: *Breuiter respondemus, quod cum per illos diabolus nocet, cui nunquam a Deo iusto iudicio potestas permittitur faciendi, quam nequit exercere aliter quam fuerit a diuina maiestate permissus: nescimus aliud remedium in hac parte, nisi quod ad Deum tota mente recurrere debeat, ipsumque humiliter implorare, vt attalibus ipsum misericorditer dignetur protegere, et immunem seruare.* Et infra: *Nec ad alia remedia confugimus, nec quærimus, Deo teste, nos contra quos multa talia magica sunt attentata. Datum* v. *kal. februarij anno* xv.

g Io. 8. p. 1. ep. secr. pag. 47.

Pontificis consilium contra magicas insidias.

40. &c. In Dania Christophorus Rex Burglauensem episcopum in custodiam tradidit: ex cuius facti inuidia, cum iam ante in Lundensi synodo ad asserendam episcopalis ordinis libertatem sancitum, sede Apostolica approbante, fuisset, vt si Danus Rex præsulem quempiam iniuria caperet, sacrorum vsus negaretur populis, quo principem ad officium reuocarent; non modo Dani ex synodali decreto, verum etiam Hallandi, quia olim Daniæ contributi fuerant, celebratæ eiusdem synodi tempore sacra intermisere, quamuis a Danica ad Suedicam ditionem traducti essent. Permotus ea re Magnus Rex Sueciæ exposuit Pontifici, æquum non esse, vt populi sibi obnoxij commissi ab extero principe criminis pœnas luerent: cui annuit Pontifex, & Hallandis aquilonaribus, si extra limi-

Burglauēsis episc. interceptus a Dano Rege.

limites Daniæ siti essent, sacrorum vsum restitui iussit, dato ad episcopum Skarensem apostolico diplomate *a*. Agit de Christophoro Rege Daniæ Crantzius *b*, ipsumque plures procerres coniurationis factæ crimine accusatos sustulisse, magnum in se concitasse Danorum odium, ac regno depulsum, deinde ad illud recuperandum maximos labores pertulisse narrat. Porro Magnum Regem Sueciæ non modo Hallandiam Gothico imperio asseruisse, verum & Schoningiam & Blechingiam illi adiecisse, arbitris earum prouinciarum præsulibus, referunt Gothorum Sueonumque monumenta *c*.

a An. 1329. p. 3 ep. 66. 1481.
b Crantz. Dan. l. 7. c. 29.
Priuilegiũ Sueco Regi datum. Schoningia, Hallandia, & Blechingia adiectæ regno Gothico.
c Magn. hist. Goth. l. 11. c. 2.

43 Agitari cœpta est *d* hoc anno in pontificia curia quæstio de visione animarum controuersa inter theologos eius temporis. Et sane Ioannes, dum fidei orthodoxæ, quam Romana profitetur ecclesia, a Clemente IV. conceptam ad Armenios, ad Cathainos, ad Persas, ad Tartaros, ad Alanos, ad Nascarinos, ad Lituanos, ad montis Albors accolas transmiserat, hæc docuerat *e*: *Tenet & prædicat sacrosancta Ecclesia*, & intra, *illorum animas, qui post sacrum baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quæ post peccati contractam maculam, vel in suis manentes corporibus, vel eisdem exutæ sunt purgatæ, in cælum mox recipi*. Hoc itaque fidei decretum nullatenus in dubium reuocatum est. Sed virum animæ illæ piorum omnis labis expertes cœlo exceptæ diuinæ essentiæ visione faciali, clara, & intuitiua potirentur; pars maior perfrui visione sentiebat; pars negabat, sed visionem beatificam dandam solummodo in extremo iudicio, cum decretoria illa sententia a Christo pronuntianda esset: *Venite benedicti Patris mei, possidete regnum, quod paratum est vobis a constitutione mundi*. Addiebant eiusdem opinionis propugnatores, frustra in iudicio eam sententiam pronuntiatum iri, si iam ante sanctorum animæ visionem beatificam, quæ Dei regnum est, adeptæ essent. At pluribus firmissimisque argumentis ea soluebatur obiectio, vt ex peruetusto m.s. Vaticano constat, in quo hæc præter alia afferuntur *f*: *Ad illud, quod obijcitur, quod finale iudicium erit frustratorium, si anima sanctorum ex nunc vident Deum; dicendum est, quod hoc falsum est: nam finale iudicium habebis quadruplicem effectum. Primus est generalis separatio bonorum omnium a malis; Secundus offensio et propalatio diuinæ iustitiæ. Tertius est gloria tam corporis quam animæ perfecta consummatio. Quartus est reproborum omnium tam angelorum, quam hominum perfecta et completa punitio, et quoad corpora et quoad animas*.

d M. s. bibl. Vat. sig. n. 4009. pag. 180.
e An. Chr. 1318. n. 10. Non dubitatum animas sanctorum cælo excipi ante iudicium: sed vtrum in empyreo sint faciali diuinæ essentiæ intuitu potiantur. Oppositio futurum frustra iudicium, si noua præmia in eo non decernantur.
f M. s. bibl. Vat. sig. n. 4009. pag. 171. Diluitur ea obiectio.

44. 45 In ea theologorum contentione, cum maxima ex patribus testimoniorum strues, & moles argumentorum afferretur, pro ea parte quæ sanctorum animas intueri Deum facie ad faciem ante iudicium affirmabat, & putaret Ioannes non ita diligenter discuti contraria argumenta (quod testatur Benedictus successor Ioannis) vt erat sacrarum literarum studio addictissimus, maxima solicitudine vndiq; argumenta pro parte negante conquirere *g* est aggressus, & varia ex patribus testimonia (tiquidem in ea re plures dissenserant, ac nonnulli etiam nunc hanc, nunc contrariam sententiam in suis scriptis tenuisse ferebantur *h*) contexere cœpit, atque ea tanquam priuatus doctor in suis concionibus repetere, vt præsules doctoresque ea argumenta diligentius discuterent. Exinde a maleuolis Bauarici nimirum schismatis sectatoribus, & pseudominoritis hereseos damnatis, quorum principes erant Michael Cæsenas, Guillelmus Ochamus, & Bonagratia, de quibus supra memorani, laniata calumnijs est pontificia existimatio, quasi decretorie pronuntiatum fuisset a Ioanne, non videri ante iudicium diuinam essentiam; vnde mox ij improbo studio formulas prouocandi ad synodum œcumenicam contra eum vt hæreticum conceperunt *a*. Conflata est maior Pontifici inuidia proximo anno non in Germania modo, sed etiam in Gallia. At ille aspersas sibi calumnias demum eleuit.

g Ben. xii. in præf. ad de visione anim. m. s. bibl. Vat. sig. n. 4006.
h Id. in suo lib. Sumpta inde illi detrahendi occasio.

a Ext. in m. s. bibl. Vat. sig. n. 4009. pag. 180. Aucta progressu alicuius temporis inuidia.

IESV CHRISTI
Annus 1332.

Indict. 1.

IOANNIS PP. XXII. VACANTIS IMP. OCCID. 19. annus 17. ANDRONICI IMP. OR. 49.

INfestabant Africani & Granatenses Saraceni Hispanias *b*, Turcæ Græciam *c*, Armeniam *d* Ægyptij & Babylonij, cum Pontifex prouehendi sacri aduersus impios belli desiderio flagrans, vt pia consilia perduceret, dissentientes Christianos mutuo fœdere conciliare, sedemque Apostolicam restituere Italiæ meditatus est. Expoluerat e Gallicis principibus, exeunte superiori anno, Philippus Francorum Rex solemne de vindicanda ex infidelium seruitute Syria votum suum; cuius oratores mittendos Auenionem cum expectaret Pontifex, discessus ex vrbe Auenionensi diem præfigere distulit: mirantique Philippo Regi sibi consilium de transferenda Bononiam aula pontificia patefactum non fuisse, respondit *f* pridie kal. martij oratorum illius causa itineris suscipiendi diem extractam. Præterea ad Regem Francorum scripsit *g*, discessus ex Auenionensi vrbe diem te non constituisse, donec Asiatici belli conficiendi prouinciam suscepisset. Iam tum regij oratores Auenionem peruenerant *h*: anceps tamen hærebat Pontifex, an Rex ijs, quæ ipse oratoribus responderat, assentiturus esset. Obiectæ itaque nouæ morandi causæ, de quibus hoc legato tot morarum impatienti rescriptum est: *Super mutatione curiæ pridem ordinatum extitit, sicut nosti, sed super recessu nostro de his partibus, & ad illas, Domino dirigente, accessu propter aduentum nuntiorum charissimi in Christo Philippi Regis Francorum illustris, qui tunc venturi erant ad curiam, certus non potuit, nec adhuc potest præfigi terminus, cum negotia, pro quibus iam dicti venerunt nuntij, sint ardua, nostram diutius in his partibus præsentiam exigentia forsitan, quam antea credebamus. Dat. kal. martij anno* XVI. Illustrat hæc Ioannes Villanus *i*, dum accurate percenset decretos primos a Francorum Rege oratores illius nomine plena inuidiæ postulata attulisse; flagitasse enim imprimis opulentum illum, quem Ioannes cumularat, thesaurum: tum sexennales toto Christiano orbe decumas, & sacerdotia conferendi permutandiue in Gallijs instar vt filius Viennensi & Arelatensi regno; frater vero Carolus Italico donarentur. Prima itaque illa Philippi legatio caruit exitu: quare pactiones aliæ a Ioanne propositæ, quas cum discuteret, hyems effluxit.

b Marian. l. 16. c. 1. Pia & ardua Pontificis consilia.
c Io. 9. p. 10. ep. secr. pag. 130. & pag. 327.
d Io. 8. p. 2. ep. secr. pag. 364. Pontificiæ pro conciliandis Christianis curæ. Illius in Italiã aduentus retardatus a Gallo.
e Io. Vill. l. 10. c. 198.
f Io. 8 p. 2. ep. secr. pag. 217.
g Ead. pag. blb. pag. 318. Ductæ aliæ ex alijs moræ.
i Io. Vill. l. 10. c. 198.

2. &c. Decreti demum mense martio adulto a Philippo Rege alij oratores fuerunt ad sedem Apostolicam, additæque literæ de Asiatico bello suscipiendo, ea pactionum, quas fecerat Pontifex, formula conceptæ *l*, in quibus Philippus Rex spondebat euoluto tertio anno a kalendis augusti proximis expeditionem se transmarinam confecturum, labenteque triennio infideles bello adorturum, ac si impedimenta oborirentur, decretoriæ præsulum a Pontifice constitutorum sententiæ adhæsurum, nec pecuniam in alijs sumptibus quam belli sacri impensurum; ac si expeditio casu inopino disturbaretur, exactionem intermittendam, datique & expensi reddendam rationem: demum manibus consilijs Armeniæ cladem accersiit, neue

l Ext. apud Io. XXII. an. 18 p. 1. ep. 7. sup. pallag. terræ sanctæ.

neue a Ioanne Pontifice sedes Apostolica Italiæ restitueretur, importune obstitit, cum omnia ad eam rem comparata essent.

Bononiensium in Pontificem studia.

8. 9 Admonuti a quidem Bononienses de suscepta a Pontifice & Cardinalibus tradu cendæ in Italiam aulæ Apostolicæ sententia, ac blanda prolectati spe, se suaque omnia pontificijs imperijs & obsequijs subiecere b: missisque oratoribus ea de causa in publico consistorio Pontifici & sacro Cardinalium collegio studia sua addixere.

a Ioh. p.2. ep.ser.1.pag. 313.
b Io.Vill. l.10.c.101.

Rex Boem Pontificem adit.

10 Interea adijt Ioannes Boemiæ Rex sedem Apostolicam, vt cum Pontifice arcana consilia iniret: cuius imminentem aduentum significauit Ioanni Papæ Philippus Rex Francorum, addiditque eo tantum clientum ac satellitum numero, quem circumscripsisset Pontifex, illum accessurum; de quibus comitatis regiæ officijs actæ Philippo gratiæ c. Refert Dubravius d, Ioannem Regem rogatum a Bauaro, vt pro ipso in gratiam Ecclesiæ restituendo deprecator esset, cum Pontifice ea de re egisse: iratum vero Ludouicum, cum res ex voto non succederet, quasi Ioannes Rex cum Pontifice ipso ex compacto collusisset. Sane quod ad Ludouicum Bauarum attinet; Philippus Rex Francorum regios in Bauariam oratores misit, qui ipsum ad gremium Ecclesiæ Christiana demissione repetendum monerent, ac Ludouicus legatos suos ad sedem Apostolicam ad illius gratiam comparandam missurum se respondérat.

c Lib. Intl. select. to. xxii fig. lit. d. pag. 164.
d Dubr. hist. Boem. l. 22. Francor.

Rex Bauarum Pontifici conciliandum suscipit.

11. &c. Monitus porro officij Bauarus, patrata quidem a se flagitia agnouit, ad ea tamen rite expianda non se comparauit; sed ad id tantum incubuit, vt augendæ suæ amplitudinis & correptæ cæsareæ dignitatis asserendæ rationes conquireret. Missis itaque oratoribus Arnoldo Monebacensi & Vdalrico Augustensi, qui ei a secretis erant, Ioannem Papam de foedere postulauit, deque ea re publicas edidit literas, in quibus Ioannem ipsum, quem antea horrendis maledictis appetiuerat, & capitali damnarat sententia, sanctissimum in Christo patrem sacrosanctæ ac vniuersalis Ecclesiæ summum Pontificem appellauit: tum procuratores ad asserendas pro se Pontifici excusationes, consecrationem imperatoriam flagitandam, & concordiam pacisendam mandatis instruxit. Asseruntur ea literæ e ab Hervvarto in Ludouici apologia, additque tanta hæc fuisse, vt Ioannes ad Ludouicum in gremium Ecclesiæ reciuendum commoueri debuisset, nec tamen receptum conqueritur.

e Herwart. to.2 ad an. Chr. 1331 n 4.

Si vero rei indagetur veritas, Ludouicum suo, non Ioannis vitio non fuisse Ecclesiæ conciliatum patebit; agebatur enim de Christi & Ecclesiæ honore, vt qui hæresim publice erat professus, qui schisma contraxat, qui persecutionem incitarat in catholicos, tanta crimina ritu ecclesiastico expiaret, seque Apostolicæ sedis imperijs subijceret: ipse vero inanes tantum excusationes offerebat, scelerumque præmia ingentia, augustales nimirum apices deposcebat, cum iustissima sententia post vulgatam hæresim parto vtcumque iure cæsareo fuisset priuatus; & pessimi exempli extitisset sponsæ Christi Ecclesiæ dignitatem tam foede conculcari, ac tot ab eo patrata facinora impune ferri; nec tutum videbatur, suspecto homini imperium committere, eiusque potestati fidissimos athletas, & clientes Ecclesiæ subdere.

Bauarus cur Ecclesiæ non restituitur.

Philippi princ. Tarentini mors.

18. &c. Hoc anno obijt f Philippus princeps Tarentinus, cui funebres imperatorij honores facti, cum imperij Constantinopolitani iura dotalia obtineret Catharinæ vxoris nomine Balduini II. Imperatoris pronepotis.

f Ioh. p.2. ep.ser.pag. 245. Summ. l.3. hist. Neap.
g Id. p.2. ep.ser.pag. 245 & 264

21 Nauata est a Pontifice magna contentione opera g, vt pacem inter Genuenses, & Aragonium Balearemque Reges, Roberto Neapolitano Rege interprete redintegrarent; sed cum illatas iniurias Genuensibus, ac damna sarcire Catalani cunctarentur, Genuenses armis repetere amissa decreuere; atque adulta æstate & ornata classe maritimam Cataloniæ oram vastarunt a, indeque insulas infestarunt Baleares. At Pontifex, restinguendi accensum crudeliter bellum cupidus, iterum Aragonium & Balearem Reges de redintegranda concordia interpellauit b, ac pacis arbitri nomine de sarciendis hinc inde acceptis illatisque damnis sententiam tulit: atque Alfonsum Aragonium vi. id. decembris ad suscipienda pacis consilia excitauit, monuitque Genuenses pontificio decreto se accommodaturos; quantasque ex Genuensi bello Mahomades Granatæ Rex ad inuadendum Valentinum regnum vires colligeret. Non enim Genuensi solum bello, sed Saracenico quoque implicitum fuisse Alfonsum Regem Aragonum refert Surita c, ac Radoanum Regis Granatensis ducem cum triginta peditum ac decem equitum millibus in Valentinum regnum irrupisse, munitumque oppidum, cui Elche nomen, mense aprili obsidione cinxisse: sed cum Alfonsus cum exercitu in subsidium aduolasset, castra inde mouisse.

a Ioh. Vill. l. 10.c 207.
b Io.g p.2. ep.ser.pag. 253.

Genuensium in Catalan & Balear. excursiones.

Grave inter Catalanos & Genuenses bellum.

Pontifex recrudescens bellum sopire studet.

Granatensium in regnum Valentinum irruptio.

c Sur. l. 7. c.18.

22 Eodem anno Turcæ Orchanis Regis iussu ex Asia, quam suæ tyrannidi subiecerant, in Europam proferre victorias meditati, ducentarum & octoginta maioris vel minoris aluei nauium classem comparauere, atque impositis quadraginta Turcarum millibus, Constantinopolim tentarunt: vrbemque in discrimen adductam retere Ioannes Villanus d, nisi Veneti ac Genuenses opem tulissent. Passus fuerat Andronicus in carcere grauissima incommoda, de quibus hæc Nicephorus Gregoras e: *Imperator anus, corrupto ex acerbitate doloris corporis habitu, alterius oculi vsum amisit; nec multo post alterum etiam, & deinceps in perpetua nocte vixit, ac vt sacræ literæ loquuntur, parum fauus fletu misericordiæ & pœnæ doloris comedit: omitto enim illusiones, & fœda conuicia, quibus & custodes eum & famuli lacessebant.* Grauior alia calamitas Andronicum seniorem in eo carcere affixerat, cum nepos Imperator morbo implicitus in extremum vitæ discrimen adductus esset: ei enim nec extincto nepote restitueretur imperio, data optio est, an monasticum habitum induere, an aliud ingens malum pati mallet, nimirum aut violentam necem, aut exilium, aut duriora vincula. Quo terrore oppressus diu in lecto sine voce iacuit; cumque orbus oculis quo se conferret ignarus esset, volens nolens antonius, & nomine Antonij imposito religioso cultu indutus est: deinde extorum ab eo sacramentum, imperatoriam potestatem nunquam se ambiturum, vel oblatam admissurum; quæ si recusasset, de ipso interficiendo sumptum consilium: *Ille vero*, vt ait Gregoras, *rursus perterritus & vitæ timens, inuitus illud etiam est assensus: & quia cæcus erat, alio manu ducente, superne ruberam crucem, inferne nigram gestans vincere situs est.* Exegit in eo monastico habitu biennium, vt narrat auctor, innumeris malis conflictatus, ac demum in summa egestate diarrhœa ex nimio aquæ potu & testaceorum eiu correptus, in latrina nocte omni destitutus humano auxilio die qua sancti Antonij, cuius nomen sumpto habitu monastico acceperat, memoria recolitur, obijt; vnde nutant quæ de pia eius morte refert Gregoras, nec astruere facile potest, a quo illa acceperit. Hic ergo Andronici senioris miser exitus fuit, ob cuius schisma Turcarum armis Græcorum imperium collabi cepit. Exinde vero liberas illius habenas, extincto auo, Andronicus iunior retinuit.

d Io. Vill. l. 10.c 104.

Turcicæ in Græcos grassationes.

Andronici Imp. calamitas.

e Greg hist. l 9.

Inuictus diadema cucullo mutat.

Addita ex veteris malis coercitas.

In Latrina moritur.

23 Cæterum Latinorum opera propulsati Constantinopoli Turcæ in archipelagi insulas furorem con-

uerte-

uertere, ac decem Græcorum millia & eo amplius in seruitutem abduxerunt. Euboea siue Negropontus eo terrore compulsa est ad annuũ vectigal, ac tot malis contictati Christiani profusis clamoribus Pontificis ac Regis Francorum opem supplices imploratunt. Affectos porro damnis ingentibus Venetos, ostendunt literæ pontificiæ ad Franciscum Dandalum ducem, ac senatum Venetum datæ, quibus Ioannes auxilia promptissima aduersus Turcas, pollicetur *a*; subdirque.

Euboea Turcorum vectigalis.

a In 8. p. 2. ep. secr. pag. 327.

Ioannes, &c. Sane, filij, attendite ne propter vestram negligentiam, qui schismaticos & Dei inimicos in terris vestris tenetis & recipitis, hæc cõtingant; legimus enim per inimicos Dei & populi Israelitici eundem populũ Israeliticũ dure satis Dominum flagellasse. Studete igitur schismaticos & hæreticos de terris vestris ejicere, vel reducere ad Ecclesiæ vnitatem: quod si feceritis, speramus in Domino, quod quæ ipse pater misericordiarum ad vindictam præparauerat, ad tuitionem vestram conuertet; alias veremur, quod aggrauare durius contra vos debeat manum suam. *Dat. x. kal. augusti anno* XVI.

Admoniti Veneti, ne Græcanicos errores tolerẽt

24 Tendebat Armenia ad Pontificem principesque occidentales supplices manus, copiasque auxiliares ad retundendos Babylonij Ægyptijque solidani conatus deposcebat *b*. Exhaustus vero aco erat Leo Rex ob clades a barbaris acceptas, vt reficere arces, militumque præsidia sustentare non posset. Quod cum animaduerterent Turcæ, ab eo Siquinum & Antiocheram emere voluerunt: at Rex dono tradere illas arces Rhodijs equitibus maluit *c*, vt ipsas communirent ac limitem tuerentur.

b In 8. p. 2. ep. secr. pag. 364. Leo Rex Armeniæ tuendis arcibus suis non sufficit

c Ibid. & in 9. p. 2. ep. secr. pag. 364. Genuẽses & Pisani ad mutuã concordiã excitati.

25. &c. Consolatus est etiam Pontifex *d* Leonem Regem conficiendæ a Gallo expeditionis, subsidiarijque in Armeniam mittendi exercitus spe: tum Genuenses Pisanosque, vt mutua iniuria sibi temperarent, extraherentque Roberto Rege arbitro inducias ne sacri belli disturbaretur apparatus, monuit *e*. Sed Philippus Francorum Rex parum nuncupati voti memor necessaria sibi fœdera cum principibus maximeque cum Anglo sancire, vt par erat, non nitebatur. Et quidem illum hoc anno, cum funesti belli Anglici semina iacerentur, corripuit Pontifex *f*, parum liberaliter in Eduardum III. Anglorum Regem se gerere, quem beneficijs sibi deuincire deberet, vt comitem laborum & gloriæ in Asiatica expeditione sibi asciscere: illum, vt ex eius oratoribus acceperat, ad bellum sacrum egregie affectum esse; auctorque extitit vt terras illas, quas acerbo & summo iure sibi vendicaret, regia magnificentia ei tribueret.

d Ibid. p. 1. ep. secr. pag. 115 & Par. 2. sup. pag. 231. Philippus Rex de parãdo bello sacro parum solicitus.

e Ib. pag. 104 & in 7. Par. 2. Vat. lo. vsque. vsq. fig. dit. A. pag. 183.

Syriacam intermissum iri: anxie enim admodum eas pactiones, quas antea admiserat, si casus ille contingeret, vt perpetuo impedimento a bello sacro distraheretur, discutere cœpit: cumque nouæ in ijs difficultates oborirentur, mitigandam pactionum acerbitatem popposcit: cuius petitis assensit Ioannes. Temperatas itaque conuentiones iterum admisit Philippus, deque his regias literas *a* vulgauit.

Philippus nouas difficultates commiscitur.

a Ext. apud Lo. an. 18. p. 1. inserta ep. 7. consist. Lo. sup. passag.

9. 10. Prouehendi huiusmodi belli studio Pontifex, vt omnia obstacula, quæ illud disturbatura forent, remoueret, Gallicum regnum in clientelam apostolicam asciuit, obiecitque anathema ijs, qui Philippo in Asiam profecto Gallias bello lacesserent: tum omnibus, qui ad propulsandos hostes arma caperent, præmia indulgentiarum proposuit, dato hac de re ad Philippum ipsum diplomate. Ne vero egregie cœpta progressu temporis consenescerent, vel Philippus improborum susurris ab eo suscepto consilio abduci se pateretur, Pontifex anathematis terrorem id scelus susuris intentauit, atque præsulibus Gallis partes dedit, vt crucis symbolo religiosam militiam professuros inducrent *b*.

b Ib. n. 17. p. 2. ep. cur. 10.

11. &c. Accepit ex Petri archiepiscopi Rothomagẽsis, qui in pontificatu Clementis VI. nomen accepit, manibus Philippus Rex, ingenti pietatis sensu delibutus, sacrum crucis symbolum, ac gerendo pio in Syria bello se addixit, pellexitque suo exemplo plures principes, qui religiose distincti ab archiepiscopo cruce arma Christo deuouerunt: de quibus Pontifex literis XIV. kal. decembris exaratis Philippo Regi est gratulatus *c*. Vt vero Gallos maiori ardore Philippus in sacra arma concitaret, dolo vtendum ratus, popposcerat a Pontifice, vt omnibus Galliarum præsulibus permitteret symbolum crucis non ex animo taciendæ protectionis, sed aliorum, qui officiosæ frandis ignari essent, alliciendorum studio accipere: ad quem Ioannes ita respondit *d*.

c Ead. in 9. p. 2 ep. secr. pag. 194. Petit vt prælati ficte crucẽ induant.

d Ead. p. 2. ep. secr. pag. 183.

Ioannes, &c. Si vis, fili charissime, veritati placere in verbis & factis, oportet te repulsa simulatione, præsertim in negotijs Domini, veritatem seruare. Christus enim veritas est, sicut ipse testatur; terræ quoque sanctæ negotium noscitur esse suum; vnde in ipso simulationem decet prorsus & expedit exulare. Nec obuiat si dicatur, quod si crux a prælatis simulate sumatur, ita quod per crucis sumptionem huiusmodi non ligentur, multi crucem assument, alias non sumpturi: quod etsi esset verum; cum non sint facienda mala vt bona veniant, non est malum simulationis huiusmodi propterea committendum. Ideoque circumspectionem regiam in Domino exhortamur, eidem nihilominus sano consilio suadentes, vt

Monetur fictionem in re tanta abijciendã

IESV CHRISTI
Annus 1333.

Indict. 1.

IOANNIS PP. XXII. VACANTIS IMP. OCCID. 20. annus 18. ANDRONICI IVN. IMP. OR. 2.

g In 8. p. 1. ep. secr. pag. 5. 135. 149. & p. 2. pag. 221. De bello sacro decernendo agitatum. Philipp. Rex expeditionis dux creatus.

1. &c. INdicta *g* est a Ioanne Papa ad recuperandum Christi domini sepulchrum, restituendamque consecratæ illius sudoribus & cruore Palæstinæ veram religionem generalis Christianorum, qui ex omnibus regnis pio studio accensi ad triumphalia crucis signa concurrerent, expeditio; præfectusque sacro bello Philippus Francorum Rex, qui excurrente a mense augusto triennio iter in Asiam aggressurum sacramento se obstrinxit *h*, eique ad tolerandos bellicos sumptus sexennales ecclesiasticorum vectigalium decimæ attributæ *i*. At præsentire quodammodo videbatur Philippus Francorum Rex, expeditionem

h Ead. p. 1. & pag. 115 *i* Par. 2. sup. pag. 231.

præcipue in isto sancto negotio omnem simulationem in te & alijs studeas euitare. Veremur quidem, quod per talia tuo Redemptori displicores nimium, nec transires impune, sicut forsan aliquis ex tuis prædecessoribus simulationem in terræ sanctæ commissam negotio, vt a multis creditur, impune nequaquam transiuit, &c. *Dat. XVII. kalend. octobris anno* XVIII. Quod ad Regem illum Francorum attinet, cuius nomen Pontifex non exprimit, in quo diuinum Numen iustitiæ exemplum ob nuncupatum ficte, vt ferebat fama, sacri belli votum; Philippum Pulchrum, vel aliquem ex filijs designare videtur. Neque ex illius calamitate Philippus Valesius diuini operis strenue vrgendi documentum cepit; sed Anglicis bellis funestissimis magno rerum suarum exitio se implicuit, vt suo loco dicetur. Sed dum calamo & votis bellum Saracenis infertur, illi ferro & flammis Christianos crudelissime in Armenia, in Græcia, & in Hispania sunt infectati, eoque ardentius illos armorum mole oppressere. Ex Armenia quidem ad aulam pontificiam

Intentat cælestes iras, si fictione vtatur.

Vt minus exitus consenserit.

Vt infideles Christianos oppresserint.

Baldus

Baldus Spinula Leonis Armeniæ Regis orator venit, vt flebiles querelas effunderet, Saracenos in Armeniam grassari, remque Christianam euertere. Quem oratorem in Gallias ad vrgendam expeditionem properantem, Pontifex Francorum Regi enixe commendauit a.

a Sup. pag. 190.

14. &c. Vicere Ægyptios odio & crudelitate in Christianos Turcæ b, qui ex Asia, in qua Christi cultum pene extinxerant, in Europam cum formidabili exercitu, aftis anno superiori prædis illecti traiecere, & igni ferroque obuia quæque vastarunt, adeo vt ad Athenarum suburbana excursione facta, illa euastarint, præterea Ægæi maris insulis clades maximas intulerunt; denique innumeras Christifidelium caterua in seruitutem abduxere. Significarunt lugubrem casum Pontifici Veneti c, quorum orientalis ditio fuerat direpta, vt prompta aduersus hostem auxilia contraherentur. De hac Turcarum irruptione, acceptisque a Christianis cladibus Robertus d Siciliæ Rex literas ad Pontificem ac Philippum Francorum Regem misit, vt auxiliares copiæ ad retundendos barbarorum impetus contraherentur, atque ab interruntio pontificio armorum societas a Pontifice, Galliæ, Siciliæ, Cypri, Regibus Græcis ac Venetis contra Turcas conflata est e.

b Io 9.p.1. pag 3.115. 129 & p.2. 32.188. 195.231. 232. Turcarum in Europa excursiones.

c in 9. p.1. ep. secr. pag. 5. Venetis ad eos coercendos parati.

d Et Gallus & Siculus Reges. d Ib. pag. 145.

e Io p 1 ep. secr. pag. 130.

17. &c. Depressus ijs Turcarum populationibus incursionibusque Andronicus, coniungendæ cum Romana orientalis ecclesiæ pium desiderium præfetulit, deque ea redintegranda cum duobus e Dominicana familia antistibus, qui Christiana fide inter Zichos, & Gochos longe lateque amplificata palmis onusti, ad sedem Apostolicam redeuntes, vt eam de Rege Zichorum ad Christum conuerso, de quo agetur inferius, faceret certiorem, per Constantinopolim iter habuerant, sermones contulit. Quibus recreatus Pontifex, datis ad Andronicum literis f, paratum se ad eum apostolico sinu excipiendum ipsi significauit, eaque vnica re Græcos Turcarum tyrannidem euaturos, hortatusque est, vt pro assequenda diuini Numinis gratia, ac tot myriadibus animarum ab æterno & temporario exitio vindicandis schisma errores que vna cum suis Græcis damnaret. Neque Andronicum modo, verum etiam patriarcham & clerum populumque Græcum ad restituendam in pristinum statum fidei puritatem, & schisma, quod tot immanes non animabus modo, verum & corporibus clades etiam tum intulisset, abolendum hortatus est g, cum huiusmodi felici cum Ecclesia coniunctione immensa a Turcis seruitutis iugum depulsuri essent. Decreti vero sunt ad sanciendum orientalium cum Romana ecclesia fœdus nuntij, de quibus memoraui, Franciscus archiepiscopus Vosprensis & Richardus episcopus Cersonensis ordinis Prædicatorum alumni, qui pontificalibus sacris initiati ad Zichos in orthodoxæ religionis cultu confirmandos erant reuersuri, & ad cepta feliciter prouehenda auctoritate instructi h. Elusit vero pontificiorum interruntiorum sacros labores Græcorum in suscepto schismate pertinacia; quare Turcis tanquam carnificibus diuina iustitia ad plectendam eorum perfidiam vsa est.

f Ext. in m. Sarab Pat. ac reb. Arm. & alior. infidel. & schis. pag. 24.

Pont. ad patriar. & Græcos adhortatio.

g Ib. pag. 25 & en. 17. p. 2. ep. com. 1342.

Decreti in Græciam legati.

h Ib. ep. 2. 19 & in m.s. mense pag. 23.

20. 21 Neque intulere modo ex Asia Græciæ bellum Turcæ, verum ex Africa Marrochitani Hispanijs: e cuius terrore perculsi Castellæ, Aragoniæ, & Lusitaniæ Reges decimas sacerdotiorum ad belli sumptus tolerandos a Pontifice poposcere. Oppugnabat tum Heracleam frero Gaditano imminentem, omni telorum genere Abhomelicus Marrochitani Regis filius maximo cum Maurorum exercitu: Mahomades vero Granatæ Rex in Cordubenses agros iniectus præfecti perfidia Egabrum cepit, ac mox, abductis in seruitutem omnibus Christifidelibus, solo æqua-

i Io 9.p.2.ep sec pag 108 Io.Vill.l.10 c.223. Marian. de reb. Hisp. l.16. c.2 Sur.t.3 c.18.

Heraclea obsessa a barb. & capta.

uit: qui vero præerat Heraclæ Vasco Peresius, cum arcem nec milite nec commeatu satis instruxisset, eam dedere coactus, in Africam fugit, vt regias iras euaderet; tantaque Christianorum, quos varijs excursionibus barbari cepere, multitudo fuit, vt ingenti nominis Christiani opprobrio singula capita nummo aureo venirent.

Diuenditi numero a barb. Christiani.

Cumque inter hæc mala trepidaret Hispania, ne vt olim obtenta Heraclea Africanorum eluuio illam inundaret, maxime si Marrochitanus cum Tremiseno fœdus inuxisset, nonnulli impij Castellani proceres nimirum Emmanuel, Ioannes Lara, Ioannes Harus Camerorum regulus, sociique factiosi, Castellæ fines detormarunt: quibus malis conflictatus Alfonsus, turpissimam sed necessariam pacem ad quadriennium contecit, retentis a barbaris arcibus, quas in eo bello ceperant, ac sublato vectigali, quod Reges Granatenses pendere Castellanis consueuerant. Verum Mahomades haud diu concitati in Christianos belli adhibitæque iniuriæ pœnas effugit, a suis, qui illi communi mensæ cum Castellæ Rege Christiano accubuisse obiecerunt, trucidatus.

Turpis pax a Castellano inita.

22 Recrudescentibus eodē anno inter Aymonem comitem Sabaudiæ & Guigonem Delphinum Viennensem veteribus discordijs, Pontifex inducias inter eos imperauit. At Delphinus spretis apostolicis monitis Sabaudiæ arcem, quam obsidione cinxerat, oppugnare non desistebat a; cum saxo balista hostili contorto eius ad diuinum tribunal raptus est. Intelix mortis genus impudicæ eius vitæ consensit: petulantem enim in struendis aliorum coniugibus inuidijs fuisse, describunt auctores b. Significarunt ferunt c diuinitus miserandā Delphini mortem Carolo principi Ioannis Regis Boemiæ filio, qui postea imperium gessit; vidisse enim in somnis præstantem forma iuuenem raptum in sublime, atque genitalibus inhumaniter excisam: interroganti vero cur tam elegantiforma iuuenis adeo atroci supplicio discruciaretur, responsum esse, damnatum a diuino Numine eo pœnæ genere, qui impudice aliena cubilia attrectasset: clapsis ab eo cœlesti vitio paucis diebus relatum, Guigonem Delphinum sub id tempus contolisum, vt dictum est perijsse: Carolum porro, vt cœlestis moniti memor esset, ac ne intelici alterius exemplo lasciuiret, templum B. Virgini posuisse in Parmensi agro. Successit in principatu Delphinatus Robertus Guigonis frater, qui tum Neapoli cum Rege Siciliæ agebat: ipsum autem cum Aymone Sabaudiæ comite pacem pepigisse, refert Ioannes Villanus d.

a Io Vill. l. 10 c.225. Delphin' Sabaudum bello petit Collatus saxo perit.

b Paul. Aemil. in 5 hist. IV. Obiecta coelitus species de ultimo supplicio.

c Car. IV. Imp. in vit. sua Aeneas Sylvius in Hist. Bol. c.53. Paul. Aemil. in 5 hist. IV. Ioctum a Carolo Mo rauo Virgini templum.

Vindicata a suis delphini mors Gallos inter & Ang bellorum semina.

d Io. Vill. l. 10. c.224.

23 Inter hæc Philippus grauissimo externo bello implicari cœpit, quo demum expeditio Asiatica, quam vouerat, disturbata: ac nata illa crudelissima inter Anglos & Gallos, vt refert Ioannes Villanus e odia, quæ tantum sanguinis fuderunt: Dauide enim Roberti Bruij olim filio, & Baliolo f, de sceptro Scotico certantibus, Eduardus Baliolum beneficio eius Scotiam acceptam se relaturum pollicentem, tuendum suscepit, quem Pontifex ab inferendo bello propositis ingentibus, quæ inde emergerent, redundarentque in rei catholicæ exitium calamitatibus, abducere ast conatus g. Dum autem hæc ad conciliandos Reges Auinione scribebat Pontifex, Reges magnis succincti exercitibus (Dauid enim ad soluendam Vvarnici obsidionem aduolarat), intentis animis concurrere. Inclinauit ad Anglos victoria, & Vvarnicum Angliæ restitutum: Dauidem porro Regem in Gallias cum vxore fugisse tradunt: h.

e Io. Vill. l. 10. c.225.

Baliolo fauet Angl' aduersus Dauidem Scotum.

f Io. 9. p. 1. ep. secr. pag. 117.

Sollicitatus ad pacem Scotiæ restituendam.

g Io. Vill. l. 10 c.224.

24. 25 Dum ea gerebantur Ioannes restituere Vrbi Apostolicam sedem meditabatur i: ea enim de causa Philippo k de Bambarthaco initūxerat anno superiori, vt iactam stipem, a Christifidelibus altari S. Petri illa-

Ioānes Italiæ sedem restituere meditatur.

h Io. 9. p. 2. ep. secr. pag. 108.

i Io. 8. p. 2. ep. secr. pag. 285.

Retardatur a Gallo Rege. *a 1.9.p.1.ep. secr.p.108.*

illatam, ad pontificias sedes instaurandas atque hortos excolendos impenderet: verum a Philippo a Francorum Rege solitis verborum lenocinijs est ab eo consilio retardatus, cui rescripsit iter se nisi ipso consulto minime inituru. Certabant officijs cum Ioanne Romam, vt ipsum ad Vrbem repetendam alliceret: atque ideo vrbanorum magistratuum ius auctoritatemque communibus suffragijs ipsi tradidere, restituta nimirum Ecclesiæ vetustis moribus, quæ ob Pontificum diuturnam absentiam contra fas inualerant. Delata admisit Ioannes, Vrbique Robertum Siciliæ Regem præfecit [b], vt Romanos illius potentia atque auctoritate in officio contineret. At consuluisset felicius Italiæ sedique Apostolicæ dignitati, si ipsemet, relicta Auenione, Vrbis atque Italiæ curam suscepisset, saluberrimaque consilia ad exitum perduxisset.

Illum Romani in Vrbem officijs allicere studeant

b Ibid. pag. 134.

Pontificia pro Italia pacanda studia. *c 1.9.p.1.ep. secr. p.107. & 109.*

26 Recruduere etiam Insubriæ bella. Pepigerat Ioannes Papa [c] anno superiori cum Ioanne Rege Boemiæ, dum sedem Apostolicam adijt, arcanum fœdus; Gallicisque, duce comite Armaniaco, succinctus copijs Boemus ad sumendam de Azone Mediolanensi Vicecomite & Alberto ac Mastino Scaligeris, qui nonnullas fidei & clientelæ regiæ addictas vrbes ipsi eripuerant, vltionem inhiabat; cum Pontifex vt arritam continuis bellis Insubriam leuaret, duos apostolicos nuntios misit [d], vt illum cum Azone & Scaligeris conciliarent, literisque apostolicis Ioannem, Azonem, Mastinum, Albertumque, ad amplectenda pacis consilia est adhortatus [e]. Flecti ad pacis consilia suscipienda Azo non potuit, ac Ticino superiore anno potitus arcem ab suo extructam expugnauit [f], cumque Ioannes Roberti Regis factionem, ex qua tot antea bella accensa vidimus, sustenare desijsset, fœdusque cum Boemo Rege pacisceretur, Robertus ob vetera odia in Henricum vna cum socijs Guelfis aduersus Pontificem coniurauit, etsi honestius erat vt Ecclesiæ gratia simultates poneret, quam Ecclesia sibi addictissimum, quamquam Roberti inimicum, a se abalienaret. Ex ea coitione in legatum pontificium & Boemum Regem accepta [g] ad Ferrariam grauissima clades: nec modo amissæ recuperandæ Ferrariæ spes, verum collapsæ sunt res Ecclesiæ; Franciscus Ordelaffus Forumlouium, Ariminum Malatesta ad defectionem traxere [h], seuitumque est in pontificios administros. Cæsena [i] similiter, iugum excussit, illiusque arx sequenti anno ineunte ad deditionem compulsa. Porro Boemus re male gesta vna cum filio Germaniam repetijt, cum Lucam oppugnerasset, Parmæ Rubeos, Pios Mutinæ præfecisset.

Pontificis pro Italia pacanda studia. *c 1.9.p.1.ep. secr. p.107. & 109.*

Ioannis Boemiæ Regis expeditio.

Azo Mediol. ad pacis consilia solicitatus *d Id pag.20*

e Ead pag.

Respuunt pacem cũ Boemo fœderati Itali *f Io. Vill. l.10.c.218.*

g Ib.c.219.

h Ib.c.228.

i Ib.c.228.

27 Tentauit Robertus eodem anno Trinacriam, ac Panormi arcem imminentem mari prodizione cepit: sed antequam illam milite & commeatu posset instruere, Frederici Regis Trinacriæ diligentia recuperata, Robertique Regis triremes repulsæ. Is porro excepit [l] venientem hoc anno, exeunte iulio, in Siciliam Carolum Hungariæ Regem, atque inter Andream illius filium pronepotem suum & Ioannam neptem sponsalia celebrauit: solutæque sunt a Pontifice leges de gradibus consanguinitatis, vt controuersia de regni successione tolleretur (Carolus enim Pannoniæ Rex ex Caroli II. Siciliæ Regis maiore natu filio Carolo duce Calabriæ regnique herede satus erat) demumque regnum ad Hungari posteros deueniret: sed vt talacos sunt humanarum rerum exitus, ignorabat Hungarus tantis hisce curis laqueum filio quæri. Alteri vero primogenito Ludouico Hungariæ sceptrum reseruabat, vtque pericula dissentionum arceret, a Pontifice precibus contendit, vt si filius a Strigoniensi archiepiscopo redimiri diademate non posset, alium præsulem designaret. Cuius votis Ioannes assensit designato ad id munus archiepiscopo Colocensi [m].

Tentatum a Roberto Rege Panormum.

Higani Regis in Siciliam aduentus. *l Io. Vill. l. 10.c.216.* Andreas Ioannæ de Ipsenius.

m An.17.ep com.p.1.lit. diuers. for. marum 181. 182.

28. 29 Ineunte hoc anno vel superiori exeunte, quo rem contigrat Rebdorfius [a], misit Ludouicus Bauarus oratores suos, qui Ioannem Christi vicarium agnoscerent, deposcerentque ab eo in gratiam Ecclesiæ restitui. Perfunctos ea legatione duos comites de Hals & Oetingen, refert idem auctor, duceisque Austriæ Othonem & Albertum deprecatores egisse pro Ludouico apud Pontificem, sed parum ipsos proficere potuisse: repulsæ vero datæ rationes Rebdorfius non aperit, quas nos ex pontificijs literis adducimus.

Ludouici Bauari ad Ioannem legatio. *a Rebdorf. in chron. ad ann 1332.*

Regi Franciæ.

Vt quæ nobiscum egerunt Bauari nuncij celsitudo regia non ignoret; ecce quod quia mandatum sufficiens non habebant, oblataque per ipsos, erant insufficientia ad ea, quæ idem commiserat Bauarus comperta, & quæ petebant per nos sibi fieri erant omnino obuia rationi, tractatum cum eis habere renuimus; hoc eis benignius offerentes, quod si ipsi nobis sufficiens mandatum pro parte sua exhiberent, offerrentque nobis conuenientia, & peterent talia, quæ tunc Dei offensa & iniuria proximi sint concessibilia, nos sic pie sicque clementer erga eundem Bauarum nos habere intendimus, quod sue merito poterit commendare: quo responso recepto ad propria remearunt. *Dat. 11. kal. martij anno XVII.* Emollitus salutari pœnitentiæ Christianæ spiritu paulo post Ludouicus [b] ex Christi oraculo *Primum quærere regnum Dei* in animum induxit: seque ad regios & imperatorios apices deferendos Ecclesiæ gratiæ promerendæ causa paratum exhibere, quæ Francorum & Boemorum Regum oratores Pontifici retulere [c]. Sed vt ab eo consilio fuerit reuocatus, sequenti anno dicetur.

Pontificis de illa lit.

Præfert Ludou se imperio cessurum. *b 1.9 p.1.ep. secr.p.111.* *c Ibid.*

30 In Polonia obijt hoc anno Vladislaus Lokietkus senio, bellicisque laboribus aduersus cruciferos impensis attritus, quem Poloniæ intermissam regiam dignitatem contra Ioannem Regem Boemiæ, qui etiam Poloniæ Regem se dixerat, restituisse vidimus; eique subrogatus est communibus Polonorum votis Casimirus filius [d], qui in extremo bello magna virtutis militaris exempla præbuerat; atque a Ianislao archiepisco Gnesnensi, sacris operantibus pluribus alijs episcopis, consecratus & coronam redimitus est, vt refert Michouias [e]; cui consentit Cromerus, & vterque addit, Reginam Hedvvigem viduam matrem Casimiri aliquandiu repugnasse, ne Anna nurus corona vna cum viro eingeretur, eo nisam argumento, vnum regnum duas Reginas non pati; demum filij precibus victam assensisse: calcasse mox regium fastum melioris regni spe, vtque liberius cœlestibus rebus vacare posset, veterem Sandaciam se recepisse, atque in cœnobio sacrarum Deo virginum præscripta a S. Francisco religiosæ vitæ formula solemni voto se astrinxisse, ac reliquam ætatem ieiunijs & orationibus sanctissime exegisse.

Vvladislai Regis Poloniæ mors *d Cromer. & alij.* *e Michouias super cap.* Succedit in regno Casimirus.

Hedvviges Regina religiosæ vitæ se addicit.

31. &c. Efflorescebat [f] his temporibus in Tartarorum imperio religio Christiana, pluresque populi diuina luce collustrati sacro lauacro sunt expiati, vt docent pontificiæ literæ ad Leonem Armeniæ Regem datæ [g]. De his secundis fidei progressibus libellum Pontifex ad Regem Francorum transmisit [h], vt ipsum ad restituendum Syriæ Christi cultum magis accenderet. Illatum fuerat euangelium in remotissimas illas oras a Ioanne de monte Coruino Minorita primo Cambalienti archiepiscopo, quem primum a Nicolao IV. [i] ad Argonem Regem Tartarorum missum, deinde a Clemente V. [l] creatum Tartarici imperij archiepiscopum triginta Saracenorum millia ad fidem conuertisse testatur Odoricus

Fides in Tartaria amplificata *f 1.9 p.1.ep. secr.p.111.* *g An.19.p.1 ep.com.304.* *h 1.9.p.1.ep. secr.p.111.* *i Annal. eccl. XIV. ann. Chr.1289. num.60.* *l Tom.XV. ann.1305. num.19.*

Foroiu-

Foroiulienſis [a], qui eas tunc regiones perluſtrauit: ex quo quanta ethnicorum aliorum multitudo Chriſtianis ſacris initiata ſit colligi poteſt. Cum vero Ioannem archiepiſcopum, laborum præmia in cælo quæſiturum, ex hac vita abiiſſe ad ſedem Apoſtolicam perlatum eſſet, conſulturus orienti Ioannes Papa Nicolaum ordinis Minorum virum virtutibus inſignem creauit archiepiſcopum Cambalienſem, & cum amplo virorum religioſorum comitatu, quos ad fundendum pro Chriſto ſanguinem ac ſubeundos alacriter omnes labores diuinus amor inflammarat, in Tartariam miſit: eoſque [b] impenſe magno Chamſiue Imperatori Tartarorum commendauit [c].

35. &c. Pellicere alios etiam Tartarorum Reges [d] ad Chriſti cultum eniſus eſt Pontifex, maximeque Sochum de Chigiſta Regem Corum, quos nulla ratione facilius ſolium firmaturos monuit, quam ſi religionem Chriſtianam in ſuis regnis amarentur: tum ad cæleſte conſeciandum imperium, ac fouendos euangelij præcones ſolicitauit [e]. Vtiit quoque ad fidem amplectendam tonrindamque Vsbech Tartarum [f], qui in Gazaria imperabat: eumque, plures infideles in eius regno Prædicatorum & Minorum fratrum opera ad Chriſtum etient traducti, ac ſchiſmatici in Eccleſiæ ſinum reuocati, Pontifex Voſprum vrbem inſignem metropolim conſtituit [g], ſanxitque vt eccletia S. Michaeli archangelo ſacra excitaretur, cui Franciſcum de Camerino Dominicanæ familiæ ſodalem præfecit. Erecta etiam eſt alia in Gochia Cerſonæ epiſcopalis ſedes, ac templum S. Clementis nomini ſacrum excitari iuſſum, cui Richardus Anglus ordinis Prædicatorum epiſcopus datus. Collegerant autem hi duo euangelici viri ingentem Chriſto meſſem in illis oris, ac late euangelium propagarant, pellecto ad fidem orthodoxam Milleno Alanorum principe; qui mox operam ad ſubditos populos lumine catholicæ fidei collustrandos contulit: de quo præclaro facinore Pontifex illi eſt gratulatus, ac ſtudia apoſtolica ipopondit [h]. Traxit ea Milleni conuerſio Veriachum Zichorum Regem ad eccleſiæ Romanæ gremium, cui redeunti Pontifex paternos amplexus dedit, vt iuæ literæ docent [i].

40. &c. Excitauit præterea encyclicis literis [l] Pontifex omnes Tartaros ad Chriſti cultum ſuſcipiendum, legemque euangelicam veram adipiſcendæ felicis immortalitatis viam eſſe docuit. Ad tollendas vero omnes difficultates, quæ propagationi euangelij obſtare viderentur, tum ſalutem animarum promouendam Pontifex familiæ Dominicanæ fratres, qui ad gentes orientales proficiſcebantur, ampliſſima auxit [m] auctoritate, vt ijs, de quibus dubium eſſet, an rite baptiſmum vel ſacros ordines ſuſcepiſſent, ea ſacramenta conferrent hac expreſſa conditione: *Si baptizatus es, non te rebaptizo: ſed ſi nondum baptizatus es, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Et infra: *Si ordinatus es rite, non te reordino, ſed ſi nondum ordinatus es, te ordino ad ſacros ordines antedictos:* Soluit etiam Ioannes [n] canonicas leges de coniugijs, fidelium, qui inter gentiles verſabantur, gratia, vel qui ex ſuperſtitione veteri, aut ſchiſmate, vel hæreſi ad orthodoxum dogma traducerentur, edita ſanctione, modo is affinitatis gradus diuina lege matrimonium non dirimeret.

44 Dum inter infideles aduerſus idololatriam & Mahumeticam ſuperſtitionem pugnabant Prædicatores ac Minores, interdum accidebat, vt plures glorioſiſſime vincerent, palmamque triumphalem martyrij referrent: quidam vero ab hoſte lanciati cecidere, obſcenarumque voluptatum lenociniis deliniti Mahumeticam ſuperſtitionem amplexi ſunt; quorum nonnulli poſtea reſipuerunt. Ex quibus clariſſimum pœnitentiæ & conſtantiæ fidei ſtatuit [a] trophæum Stephanus Hungarus Minorita in vrbe Saray martyrij corona redimitus, cum primo voluptate corruptus, metuque religioſæ diſciplinæ exterritus; ac dæmonum, qui ſe illi obijciebant, victus inſidijs, ad Mahometanos defecit. Tum flagitij pœnitens publice impium ſuperſtitionem damnauit; varijs ſupplicioram generibus affectus, reſtitutus eſt diuinitus ſanitati; ardenti fornace clauſus, inde illæſus exijt: demum in carcere biennii ad collum funcialtus, & ferro confoſſus, ad rogum conſtanter perrexit, in quo impius igne diuinitus extincto, a horrentibus Saracenis gladijs, haſtis, ſecuribus oppreſſus animam Deo reddidit, ac poſt mortem miraculis claruit.

45. &c. Promota eſt [b] per hæc tempora apud ſedem Apoſtolicam quæſtio, an iuſtorum animæ a corporibus ſegregatæ, quibus nulla criminis labes expiuda ſupereſt, diuinitatem facie ad faciem, vt loquitur Apoſtolus, ante extremi iudicij diem intueantur. Conſultus eſt inter alios Durandus epiſcopus Meldenſis, de quo hæc Iacobus Nouellus Cardinalis tituli S. Priſcæ [c], qui poſt Ioannem accepto Benedicti XII. nomine pontificatum geſſit: *Durandus epiſcopus Meldenſis famoſus & antiquus magiſter in theologia, ſuper dicta materia ſcribens, & illud quod ſcripſerat mittens dicto domino Papæ, nonnullis fuit offendere, quod error erat aſſerere, quod dicta anima a carne reſoluta & purgata non videret diuinam eſſentiam ante reſurrectionem et iudicium generale. Quæ ſcriptura peruenit dominum Papam tradita fuit ad videndum aliquibus magiſtris in theologia.* Attigerat Durandus doctiſſime controuerſiæ rei veritatem: at plures in contrariam abiere opinionem, atque commentarios [d] ediderc, paratiamen Pontifici poſt diſcuſſam controuerſiam, decretoriam laturo ſententiam, adhærere, & cogere intellectum in obſequium fidei. Cum vero Durandus vel in ſententiæ ſuæ probationibus, vel in ſolnendis aduerſariorum argumentis nonnulla erronea, vel ab annalis in improbum detorta ſenſum permiſciſſet, grauiſſimam eſt paſſus inuidiam; adeo vt etiam a fidei cenſore in ius vocatum tuiſſe, Gallorum tamen Regis patrocinio tectum ſerant. Conſtat certe eius ſcripta acerrime diſcuſſa [e] iuſſu a theologis, qui in pontificia curia verſabantur. Controuerſarum quæſtionum præcipuæ erant de angelorum & animarum ſeparatarum ſtatu, quainempe ratione percipiant corpora, atque ex his voluptatem vel dolorem trahant: tum de Chriſti humanitatis viſione, & num angelicam, quamquam natura inferiorem, proſpicere cupiant: quas Cardinalis Iacobus Nouellus in ſuo erudito commentario diſcuſſit; atque inter cætera e Patribus deprompta hæc attulit de Chriſti humanitate: *In qua forma crucifixus eſt, in ipſa exaltatus eſt. Donauit ergo ſecundum hominem Chriſto ſecundum carnem meritum, reſurgenti, et aſcendenti, vt in nomine Ieſu flectatur omne genu cæleſtium, terreſtrium, et infernorum: id eſt imperio eius ſubeunt angeli, homines, et dæmones. Cum ergo Chriſti humanitatem glorificatam angeli proſpicere deſiderent, et ab ipſa tam illuminationem ſcientiæ, quam dona gratiarum accipiant, in cuius recognitionis beneficium ipſam adorant (quæ licet ſit angelis inferior per naturam, ſuperior tamen omnibus eis eſt per gratiam et gloriam) ideirco patet, quod angeli in aliqua re corporali, et qua inferior eſt eis per naturam delectentur, et quarum ferenter eius conſpectum ea viſionem, non quidem vt ſuum finem vltimum et optimum, ſed vt ordinatum ad finem vltimum et optimum, &c.*

IESV

[a] *Voſſius annal. to. 3. de ann. 1333.* Ioannes de Monte Coruino Tartarorum apoſtolus.

Nicolaum Minoritam Cambalienſi eccleſiæ præficitur. [b] *An. 18. p. 1 ep. 304.* Commendatur Regi Tartarorum [c] *An. 18 p. 1 ep. cur. 4. extat in m. ſ. arc. Vat. de reb. Tart. Armen. & al. in fin. & ſeb p. 26.*

Sollicitatus Rex Corũ vt Chriſtianos foueat [e] *An. 18 ep. cur. & m. ſ. de reb Tart pag. 27.* [f] *Ib. p. 28, & an. 18. epiſt. cur. 8.*

Cõditæ inter infideles nouæ ſedes epiſcopales. [g] *An. 17 p. 2 ep. cur. 32.*

Cerſonæ epiſcopatus inſtituitur. Alanorum princeps a ſchiſmate conuertitur. [h] *An. 17 p. 2 ep. cur. 6.* [i] *An. 17 p. 2 ep. cl. 1340. & m. ſ. arch Vat. de reb. Tartar. &c. pag. 24.* [l] *An. 18. ep. cur. 7. & m. ſ. arch. Vat. de reb. Tart. & pag. 27.*

Inſtructi ampliſſima auctoritate præcones euangelici. [m] *An. 18 ep. cur. 2. & ep. cl. 1. m. ſ. arc. Vat. de reb. Tartar. &c. pag. 26.*

In dubio qua forma conferendus baptiſmus. Conferendi ſub diſtinctione ordines ſacri. [n] *An. 18. ep. cur. 1. & m. ſ. de reb. Tart. & pag. 16.*

Nonnulli ad euangelij prædicandi miſſi deficiũt a fide. [a] *Marc Olyſſ. ex veteri chr. l. 8. cap. 37. Luc Waddingus 1334. nu. 5. &c.*

Stephanus Minoritæ martyrio amictus.

Oborta cõtrouer. an diuina eſſẽtia conſpiciatur. [b] *I. 9. p. Inſp ſacr. p. 108. in Vitis. to. 6. 230. m. ſ. bibl Vat. ſign. an. 3764. in. Io. XXII. Pio Luc in hiſt eccl. l. 29. c. 40. & alij cum Iubileo Vat. ſignat. n. 2c8.*

Durandus pro parte affirmante ſcribit.

[d] *Ext. in lib Vat. m. ſ. ſig. nu 4004. & aliud 5007* Sparſi a Durãdo in eius cõmentario nonnulli errores.

Diſcuſſi acerbe. [e] *M. ſ. bibl. Vat. ſign. nu 4007. p. 22.* Card. tit S. Priſc. coãm reuocãt

Quam claritatẽ poſt reſurrectionem humanitas ſuſcepta.

Indict. 2.

IESV CHRISTI
annus 1334.

IOANNIS PP.XXII. VACANTIS IMP.OCCID.21.
annus 19. ANDRONICI IVN.IMP.OR.3.

1. 2 VRgebat suscepta pro restituenda in Syria Christiana religione consilia Romanus Pontifex, soldanumq; Babylonium religiosorum virorum opera solicitabat a, vt consecratas dominico sanguine terras fidelibus redderet, cum ad comprimendum Orchanem Regem Turcarum, qui Græcis & Latinis graniores excursionibus suis clades inferebat, in belli societatem alliciendum Constantinopolitanum Imperatorem arbitratus, Andronicum ad Græcos in gremium Ecclesiæ reuocandos hortatus, proposuit b inflictas diuinitus ob schisma inueteratum pœnas, hinc a Turcis, inde a Catalanis vexari imperium; illud vero ex funesta cum Ecclesia dissensione attritum ad pristinum splendorem, si schisma sustulerit, excitatum iri.

a t.9.p.2.ep secr p.191.

Turcæ in Græcos incurrunt.

Ioānis pro Græcis ad ecclesiæ gremium reuocandis studium.

b Ib.p.236.

3 Excitauit alijs literis Pontifex Ioannam Imperatricem, quæ institutis catholicis imbuta erat (Ioannes Cantacuzenus c ducis Sabaudiæ sororem eam fuisse ait, atque Annam vocat; cum, vt notat Nicephorus Gregoras d, mutatum ab Imperatore illius nomen fuisset) vt virum ab schismate abducere niteretur; acceptas iam a Turcis clades dminæ iustitiæ ascribendas. Et quidem graues eas fuisse, deplorat Gregoras e.

Ioanna Imperatrix catholica.

c Cantac.l.1 cap 42.

d Niceph. Greg l.9.

Infidelium terra mariq; excursiones.

e Id.Gregor l.11.

4. &c. Applicuisse Constantinopolim pontificio nomine refert Nicephorus Gregoras duos f episcopos, sacrarum literarum peritia insignes, Franciscum Vosprensem & Richardum Cersonensem, quos Alanos & Zicchos a schismate abduxisse vidimus; qui patriarcham & clerum Constantinopolitanum ad theologicas concertationes, pro illustranda nimirum Spiritus sancti ex Patre Filioque processionis veritate prouocarunt; ac populum Constantinopolitanum studijs maximis applausisse, vt disputationes solemnes instituerentur; patriarcham uero Constantinopolitanum nec illi audirentur prohibuisse: *Is*, inquit, *cum nec linguam dicendi exercitatione instructam haberet, & suos episcopos maximam partem indoctissimos esse cerneret, tergiuersabatur ille quidem; sed quomodo populi tumultum sedaret nesciebat: quare et nos in id certamen mittendos putabat, qui linguam exercitatam haberemus, quamuis in sacrum catalogum inscripti non essemus.* Aduerte lector Græcos, qui dum Romanæ ecclesiæ coniuncti fuere, sacrarum literarum gloria adeo floruerunt, vbi ab ea se discidere, pristinum scientiæ splendorem apud eos obsoleuisse adeo, vt in imperatoria vrbe nemo, qui cum interruntijs pontificijs in theologicum certamen posset descendere, reperiretur; atque Imperatoris historiographus, vir laicus, producendus esset, qui non sacra Scripturæ oracula, sed ineptias gentilitias afferret, contenderetque ex Platone non diuulgandam theologiam, & obscura esse scripturæ oracula, ex quibus nil certi statui posset: atque ita spretis sanctis patribus & concilijs ac traditione, incerta esse dogmata impie astrueret. Quod ad alia legationis ad Andronicum a Pontifice & Rege Francorum missæ capita attinet; hæc erant duo præcipua, vt vires contra Turcas, a quibus miserandas clades acceperat, cum Latinis coniungeret: tum ad expeditionem Asiaticam pro recuperando Domini sepulchro alliceret. Preces minis armatas fuisse, narrat Gregoras: *Legationi*, inquit, *illud etiam appendicis vice adiecerunt, ni expergisceretur, & una secum communes hostes oppugnaret, & ipsum hostis loco futurum. Ita Imperator communis illius belli socius esse coactus.*

Ioanna Imperatrix catholica.

e Cantac.l.1 cap 42.

d Niceph. Greg l.9.

Infidelium terra mariq; excursiones.

e Id.Gregor l.11.

f Greg.l.10. Bar. in not. in f ad ann. 1333.

Legatio Apostolica ad Andronicum.

Græcorum sacerdotū inscitia.

7. &c. Quæ gesta sint glorioſissime in Turcas a Latinis, silentio proterit Gregoras: sed ipsos in inuidiam traducit, promissis nimirum Andronico factis non stetisse, intermisisseque expeditionem in Turcas. At historiæ veritas e pontificijs literis, scriptoribusque catholicis petenda est. In primis quidem de bellico in Turcas apparatu sanctum, vt quadraginta triremes egregie instructæ immitterentur, ac Pontifex, Philippus Francorum & Robertus Siciliæ Reges, Franciscus Dandalus Venetorum dux, Rhodiorum equitum magister Helionus, atque Andronicus Græcorum Imperator ad eam constandam classé se obstrinxere a. Præfectus est a Pontifice & Gallo Rege classi Ioannes de Cepeyo dux strenuus, quem Ioannes Christifidelibus, vt opera illi in bello Turcico non deesset, commendauit b.

Qui principes in Turcas fœdus coniunxerint.

a Extapud Io. to.9.p.2. ep.secr p.135

Ioannes de Cepeyo.

b An 18.epist.sup.passagio terræ sanctæ.

11 Inuecta est feliciter contra Turcas classis Christiana, quam e triginta duabus triremibus constatam Ioannes Villanus refert c. Ex quo facile colligitur, Andronicum Imperatorem promissis de coniungendis suis in hostem Christiani nominis triremibus defuisse. Exterrita nostrorum aspectu infidelium maxima classis ad terram diffugere conata est: capta sunt quinque Turcarum millia, nauium maioris aluei ducentæ quinquaginta incensæ: eaque parta victoria, Christiani Asiæ oram circumuecti maximas ex hoste prædas abegere, ac superiores Turcarum excursiones vlti sunt. Accepto glorioſissimæ victoriæ lœto nuntio Pontifex, non intermittendum in Turcas bellum, sed generosius in illud incumbendum putauit: atque ideo Robertum Siciliæ Regem, vt vires in Turcico bello communicare pergeret, est adhortatus d.

Pactæ de Turcis nauales victoria.

c Io. Villa. l.12.c.18.

Robertus Rex ad eō iungendas vires suas solicitatus.

d t.9.p.2.ep secr p.230.

12. &c. In animum iam induxerat ob id Ioannes aliam anno insequenti classem ornare non ad contundendos modo Turcas, verum ad Armeniam e contra Saracenorum impetus tutandam. Præmitti vero eas nauales copias ex sacri fœderis sociorum consilio decreuerat, antequam Philippus Francorum Rex vniuersum exercitum duceret, vt facilius iter secuturæ expeditioni munirentur; tum barbarorum impetus, qui Ciliciam infestabant, retunderentur: eaque spe laborantem sub hostium mole Leonem Armeniæ Regem, qui ad maturanda auxilia oratorem miserat ad sedem Apostolicam Ioannes sustentare est conatus f.

e Ead.p.235

Deferēdis Armeniæ auxilijs agi tactum.

f 19.p.2.ep secr.p.305.

17. 18 Inter hæc ciuilia Italiæ bella recruduere; nam marchiones Atestini Argenta expugnata in Bononiensem agrum excurrerunt; dumque hos reprimere Bertrandus Cardinalis parat, Bononiæ coniuratio in legatum ipsum facta est g: eius administri cæterique Galli ad necem postulari: arx in qua versabatur obsidione a perduellibus cingitur; inrentabatque illi mortem furens populus, cum Florentini, licet ex inuidia pontificiam potentiam concidere audirent alacres, seruandæ tamen legati vitæ cupidi, missis oratoribus egere cum Bononiensibus, vt pacta legati ac militum salue arx ijs dederetur. Egressus itaque vigesimo octauo martij die legatus cum ex tot bellicis in Italia laboribus non alios fructus quam metuenda pericula collegisset, Auenionem se recepit. Potiti arce perduelles eam solo æquarunt, sensitque mox Bononia rebellionis suæ pœnas, quæ iusti principis excusso iugo, a tyrannis, qui de vrbis principatu contendebant, laniari cœpit.

Bononia rebellat in Pont.

g M.f.bibliot Vat. signat. nu.3765.in fo.xxii.

Tyrannorū feritate laniatur.

19. &c. Significarunt hoc tempore Pontifici Boemiæ & Galliæ Regum oratores susceptum a Ludouico pium redeundi in gratiam Ecclesiæ consilium, lætitiaque ex felici nuntio Ioannes perfusus ipsum pijs monitis ad diuina excitauit h: *Rumpe*, inquit, *moras; & fac cito quod dicturis concepisse. Quid tardat ipsum*

h Ibid.p.224

quem iam concepiſti, ſpiritum parturire ſalutis? Nihil mortalibus, nihil morte certius, nihil incertius hora mortis. Noli quæſumus procraſtinare vlterius, nec de die in diem differre tam ſalutaris inſpirationis parturire ſpiritum, ne ſubito ira Dei tu te deſeniat, & extincto ſpiritu in vindictæ tempore te diſperdat, &c. Dat. IV. kalendis anno XVIII.

23. &c. Data eſt apoſtolicis internunciis Raymundo & Bertrando, de quibus in ſuis literis memorat Ioannes, auctoritas a vt ſacramenta a Ludouico & alijs Germaniæ principibus ac præſulibus nuncupanda, ac promiſſa ad honorem Eccleſiæ præſtanda admitterent. Sumptam autem eam concordiæ rationem refert Ptolemæus Lucenſis b, vt Bauarus cederet imperio, quod in Henricum alterum Bauariæ ducem ſanguine illi conuunctiſſimum transferendum foret, vt imperatoribus honos in præclariſſima ſtirpe Bauara retineretur: cæterum abduxere Ludouicum a conſilio exuendi cæſarei nominis ipſius conſultores, qui Henrici & Boemi Regis, inuitum in ordinem redacturos iactantium aperuere conſilia.

a Rod. 1. 9. p. 2. epiſt. ſecr. pag. 221.

b Ptol. Luc. hiſt. eccl. l. 24 c. 42.

Sparſus autem rumor, conciliatum Ludouicum, ex quo cum ille potentiam magis confirmaret, Pontifex Bremenſem, Magdeburgenſem, Moguntinum, & Colonienſem archiepiſcopos docuit c ab apoſtolicis in Ludouicum & ſectatores decretis diuulgandis non ſuperſedendum.

Apoſtolicæ in eum ſanctiones promulgatæ. c 1. 9 p. 2. ep. ſecr. p. 225.

26 Infeſtabant hoc tempore Hungariæ limites, eiuſque vectigales prouincias Tartari, ſchiſmatici, infideleſque Scythiæ populi, ac varijs interdum excurſionibus catholicis grauiſſimas inferebant calamitates. Contra quos cum plura gereret prælia Carolus Rex, inclytus athleta Eccleſiæ, Pontifex vt pio illum ardore ad religionem propugnandam amplificandamque accenderet, amplißimam criminum, quorum rite ipſum pœniteret, veniam propoſuit d, ſi in acie occumberet. At de his hactenus: nunc ad geſta hoc anno in difficillima quæſtione properat hiſtoria.

Carolus Rex Hungarus eccleſiæ athleta

d An. 18 p. 1 ep. cl. 1033.

Controuerſia de viſione beatifica. e M ſ. bibl. Vat. ſignat. n. 3715.

27 Dirimendam ſuſceperat Ioannes prædictam controuerſiam, quæ theologos & ſanctos patres, re nondum ab Eccleſia definita, in ancipites & contrarias ſententias conjecerat e, an ſcilicet animæ beatæ ante vniuerſale iudicium facie ad faciem, vt loquitur Apoſtolus, Deum intuerentur. Vtque humanam diligentiam pro indaganda veritate adhiberet, antequam orthodoxum dogma Spiritus ſancti illo ſingulari præſidio, quod Petri ſucceſſoribus datum eſt, freta ſtatueret, Cardinales, præſules, ac doctores, obiecta anathematis religione, quod iam antea a nobis ex Ioanne Villano f indicatum, ad diſcutiendam controuerſiam diligentiſſime iuſſit incumbere: indeque ipſi a malenolis impoſita calumnia, quæ a Ioanne edita publica hac denunciatione diſcuſſa eſt.

f Io. Vill. lib 11. cap. vii.

28. &c. *Ne quis ſiniſtre interpretari poſſit, nos ſenſiſſe aliquid aut ſentire, quod ſacræ ſcripturæ obuiet aut fidei orthodoxæ, dicimus et proteſtamur expreſſe, quod quidquid in quæſtione ſeu materia viſionis animarum, videlicet an anima a peccatis et pœnis peccatorum purgata videant diuinam eſſentiam illa viſione, quam Apoſtolus vocat facialem; ſeu quacumque alia materia in ſermonibus et collationibus noſtris diximus, allegauimus, ſeu propoſuimus, non intendentes aliquid determinare vel decidere ſeu credere, quod eſſet quomodocumque ſcripturæ ſacræ obuium, vel contrarium fidei orthodoxæ; ſed illud ſolum tenere et credere, quod ſcripturæ ſacræ poteſt et poterat, et catholicæ fidei conuenire: et ſi forſan in prædictis ſermonibus, vel collationibus aliqua, quæ vel ſcripturæ ſacræ ſeu fidei orthodoxæ quomodocumque eſſent, vel viderentur ipſa, ipſa præter intentionem a nobis fuiſſe prolata dicimus et aſſerimus, eaque reuocamus expreſſe, non intendentes illis adhærere, nec ea in præſenti defendere, nec etiam in futurum.* Obtrita quidem ita eſt in Gallijs ea calumnia: verum aucta in Bauaria a pſeudominoritis, qui ſtylum in Pontificem acuerunt: quorum netaria conſilia exitu caruere.

Profitetur Ioannes in quæſtione ancipiti, putam ſe velle ſectari veritatem.

Pſeudominoritæ calumniandi Pontificem occaſionem auide arripiunt.

34. &c. Pontifex vero, cum in diſcutienda ſuperiori de viſione animarum controuerſia affecto ſenio corpore ad ſtudia indeteſſe incumberet, lethali morbo implicitus, excitis Cardinalibus proteſtis eſt, ſentire ſe animas ab omni labe puras in cælo verſuri, & claro diuinitatis intuitu perfrui, actu quæ contra eam ſententiam actuliſſet, non ferendo ſententiam, ſed aliena ſcripta repetendo protuliſſe, dictaque omnia ſua edendo ab Eccleſia decreto fidei ſubijcere: qua de re III. non. decembris pontificatus ſui anno XIX. diploma eius iuſſu exaratum: quod cum ob ſecutam illius mortem pontificia bulla munitum non eſſet, Benedictus anno proximo vna cum alijs publicis tabulis, quibus Ioannes aduerſus calumniatores nullam ab ſe prolatam ſententiam decretoriam, ac ſi quæ forte perperam dictitarent, illa a ſe reuocari profeſſus erat, promulgauit a.

a Bonod. XII an. 1. p. 1. ep. cap. 12. Sacramẽta rite procuratus Ioannes obijt.

39 Pie admodum ipſum morti proximum ſe geſſiſſe, docet Ioannes Villanus b, & inſequenti a ſuperiori ſententiæ ſuæ edita declaratione die ex diarrhœa, qua vniuerſum corpus diffluere viſum eſt, cum decreta de ſacerdotiorum ſedi Apoſtolicæ antea reſeruata collatione reſciduiſſet c, apud Auenionem nonagenarium obijſſe, cum ſediſſet annos octodecim & menſes fere quatuor: renunciatus enim fuit ſummus Pontifex vt ſuo loco dictum eſt, die auguſti ſeptimo anno Domini MCCCXVI. obijt vero quarto decembris; vt Ioannes Villanus d eius temporis ſcriptor alijque teſtantur, quorum dicta confirmat m.s. Vaticanum e.

b Io. Vill. l. 11. c. 19. c Ib. cap. 20.

d Io. Vill. l. 11. c. 19. e M ſ. bibl. Vat. ſign. num 3040 in Ioan. XXII p. 51.

40 Grauem in eius obitu res Chriſtiana iacturam fecit: ſed præcipue orientalis eccleſia, quæ aſſurgere, & triumphare de Turcis Ioannis ſtudijs cœperat, afflicta eſt: valebat enim apud Reges auctoritate, eoſq; ſibi deuinctos habebat: firmarat cum Francorum, Siciliæ, Cypri, Armeniæ Regibus, Andronico Imperatore, Venetis, equitibus Rhodijs, fœdus aduerſus infideles; ac repreſſis hoc anno Turcis, ſequenti claſſem Armenijs erat ſubmiſſurus in Syriæ Saracenos neque expeditionem Aſiaticam, cuius erat auctor, diſſolui eſſet paſſus. Affluebat etiam ad tolerandos belli ſacri ſumptus opulento ærario, quod in id ſe cogere dictitabat, atque etiam Regi Francorum in ſacro bello conſumpturum ſpoponderat f: in quo aureorum ſignatorum decies octies decem centena millia & eo amplius, inſecti vero auri pretium quod in alta gaza gemmiſque & ornamentis conſtabat, ad ſepties alia decem centena aureorum millia aſcendiſſe ſcribit Ioannes Villanus g reperta; cuius rei fides ſit penes auctorem.

Optime meritus de Minorit. in reprimendis eorum factionibus paſſus.

f Matth. Vill. lan. l. 7. c. 2.

g Io. Vill. l. 11. c. 20. Ann. 3. p. m. 21. c. 6. §. 1. & aly.

41. &c. Quod porro nonnulli recentiores Minoris ordinis Ioannem veluti Franciſcano ordini aduerſatum traducunt, culpanda ſane eorum videtur ſententia, cum optime de vniuerſa ſacra illa familia meritus ſit, cuius verba ad Francorum Reginam repetenda vita ſunt: *Si fratres*, inquit h, *vellent agnoſcere quanto periculo diſſolutus ordo ſubiacebat tempore, quo aſſumpti ad ſtatum huiuſmodi fuimus, ſic dimus quod nequaquam in dubium reuocarent, quod ex quo capit ipſorum ordo, nullus efficacius, quam nos pro eorum ſtatu pacifico laborauit: nec adhuc recuſamus laborem.* Hæc Ioannes, quæ vera comperiet, qui reuoluerit ipſorum fratrum Minorum annales: pſeudominoritas autem de euangelica paupertate de-

Perperam vocatur in inuidiam a nonnullis Minoritis.

h l. 6. p. 3. epiſt. pag. 201

delira comminiſcentes, veroſque hoſtes & corruptores ſacri inſtituti Franciſcani infectatus tantum eſt.

Tom.XVI

BENEDICTVS PAPA XII.

a Pen.tom.3 ep.ſecr.p.106 Creatus nouus Pontifex.

INcluſi a ab oratoribus Roberti Regis Neapolitani eiuſdemque Auenionis & Prouinciæ principis in conclaui Cardinales, concordibus ſuffragijs Iacobum Nouellum, appellatum quoque Furnerium, ſanctæ Romanæ eccleſiæ tit. S. Priſcæ presbyterum Cardinalem, a rerum aulicarum tractatione alienum, vt aiunt, ſed religione præſtantem, & theologica ſcientia florentiſſimum, vigeſima decembris die Pontificem renuntiarunt b, vt conſentiunt eius temporis auctores c; cuius primitias, atque emenſos honorum gradus deſcribit ipſius vitæ auctor (cuius ſcripta edita in lucem fuere a Franciſco Boſqueto Montiſpeſſulani epiſcopo doctrinæ & probitatis laude conſpicuo) quos m.s. Vaticanum perſtringit hiſce verbis d: *Benedictus XII.* ita nempe vulgo dictus fuit, quamuis eo nomine vndecimus ſit, *natione Toloſanus de Sauerduno Appamiarum diœceſis prius vocatus Iacobus, abbas Fontisfrigidi ordinis Ciſtercienſis, magiſter in theologia, deinde epiſcopus Appamiarum, poſt epiſcopus Mirapiſcenſis, demum per dominum Ioannem XXII. predictum creatus fuit tit. S. Priſca presbyter Cardinalis: deinde, mortuo domino Ioanne quarta die decembris anno Domini* MCCCXXXIV. *iſte in papatu eligitur anno eodem menſis eiuſdem die* XX. Ipſum fuiſſe humili loco natum, ſed moribus & ſcientia clarum, refert S. Antoninus e: accepiſſe autem pontificium inſigne ſolemni ritu VI. idus ianuarij proximi ineuntis anni, docet anonymus ſcriptor f. Tum encyclicis proximo anno literis g exaratis, præſules de ſua electione fecit certiores, atque ad coniungendas in paſcendo grege dominico, ac re Chriſtiana prouehenda curas eſt adhortatus: eaſdemque ipſiſt h, immutatis extremis ſententijs, ad Philippum Galliæ, Eduardum Angliæ, Robertum Siciliæ, Alfonſum Caſtellæ, Philippum Nauarræ, Alfonſum Aragonum, Alfonſum Luſitaniæ, Carolum Hungariæ, Robertum Sueciæ, Caſimirum Poloniæ, Ioannem Boemiæ, Hugonem Cypri, Leonem Armeniæ Reges, tum ad Reginas ac præcipuos dignitate principes, duces, comites, Vrbis ſenatores, religioſorum ordinum magiſtros: quos etiam ad fundendas pro ipſo preces, vt pro dignitate pontificatum gereret, tum ad operam pro augendo cultu diuino, ac re Chriſtiana amplificanda ponendam ſolicitauit.

b Nic. Min. in ſ. bib. Vat ſign. n. 4008 pag. 189. & aliud ſignat n. 2040.

c Aug. vita Bened. apud Boſq. lo Vill l. 11 cap. 21. Ptol Lucen. hiſt. eccl. in ſ l. 24. c. 43. & alij.

d M.ſ. bibl. Vat. ſign. num 3765. in Bened. XII.

Ex Cardin. cit. S. Priſcæ *ad an. 3. p. tit 21. c. 7. in princ.*

f M.ſ. bibl. Vat. ſignat. n. 1989.

Scribit ad Principes Chriſtianos de ſua electione.

g An. 1. p. 1 ep. car. 2.

h Ibid.

Benedicto vocatus.

Indict. 3.

IESV CHRISTI
Annus 1335.

BENEDICTI PP. XII. VACANTIS IMP. OCCID. 22. annus 2. ANDRONICI IVN. IMP. OR. 4.

Præcipua Benedicti hoc anno geſta.

1. &c. REdimitus, vti dictum eſt, pontificia tiara Benedictus ineunte hoc anno: *Sententias*, inquit m. s. Vaticani auctor *i*, *latas per dominum Ioannem predeceſſorem ſuum contra Ludouicum ducem Bauariæ, qui ſe geſſit pro Imperatore, nunquam aggrauauit, ſed ei legatos ſuos miſit, monens & hortans, vt ad Eccleſiæ rediret vnitatem.* Albertus vero Argentinenſis eorum temporum ſcriptor tradit *i*, Ludouicum certiorem factum, Pontificem & Cardinales reſtituendi illius in gratiam Eccleſiæ deſiderio teneri, mox oratores ac literas ad Benedictum & Cardinalium collegium legaſſe, eoſque edoctos a Pontifice qua forma, quibuſque legibus Eccleſiæ reconciliari Ludouicum flagitaturi eſſent. Rediere itaque in Germaniam Bauari oratores, ac datas a Chriſti vicario concordiæ leges attulere. Quo tempore Benedictus Francorum Regem certiorem fecit a, non modo honori & iuribus Eccleſiæ, verum ipſius Philippi ac Roberti Regum rationibus proſpectum fuiſſe; addiditque, ſi Bauarici oratores idoneis freti mandatis ad expianda ſuperiora facinora redirent, ſine mora Ludouicum conciliatum iri ad extinguenda mala, quæ veteres inimicitiæ in Eccleſiam inuexiſſent: interea ſi ipſe promiſſum ad ſedem Apoſtolicam acceſſum extraheret, quanti res ſua referret literis proderet: adiecitque popoſciſſe Romanorum oratores, vt ſedes Apoſtolica Vrbi reſtitueretur, eorumque preces admiſſas. Meminit de ea Romanorum legatione Ptolemæus Lucenſis his verbis: *Inſuper legati Romanorum petebant inſtanter, vt iret ad Vrbem: quibus reſpondit ſe iturum; ſed diem certum ſuper hoc eis non aſſignauit.*

i Ann. 1. p. 1 ep. car. 2.

a tom. 1. epiſt ſecr. 481.

De his taciocertior Francorū Rex.

b Ptol Luc. in m. ſ. hiſtor eccl. lib. 24. cap. 43.

5. 6 Diſcuſſa ſunt præclara illa duo Benedicti conſilia de reſtituenda Romæ Apoſtolica ſede, deque Ludouico & ſectatoribus Eccleſiæ conciliandis, aſcriptaque eſt vulgo prætermiſſæ vtriuſque rei adeo neceſſariæ cauſa Regis Francorum artibus; nam inprimis Petrus S. Martini in montibus, Talayrandus S. Petri ad vincula, ac Petrus S. Clementis Cardinales regio nomine attulere varios fucos ad curiam in Gallijs diſtinendam: *Ex quibus*, inquit Benedictus, *concludi videbatur, debere curiam in his partibus perpetuo remanere.* Cumque hæc in Cardinalium ſenatum adduci vellent ij Cardinales Philippo addictiſſimi, obſtitit Benedictus, *quia*, inquit, *ſcandaloſi periculi materiam forſitan ſuſcitarent.* Quod vero ad diſcuſſam de reuocando in Eccleſiæ gratiam Ludouico actionem attinet; potiſſimam fuiſſe cauſam ipſius Ludouici inconſtantiam viſuri ſumus ſuo loco: in retardanda autem eadem actione Philippum culpæ non expertem, ſeries hiſtoriæ docet.

Impeditus a Gallo Rege Pont in Vrbem reditus.

7 Addit Argentinenſis, Philippum Francorum, Robertum Siciliæ, Carolum Hungariæ, Caſimirum Poloniæ, Ioannem Boemiæ Reges, atque Henricum Bauariæ ducem Ludouici reconciliationi obſtitiſſe, & pollicitos armorum potentiam ad deturbandum illum imperio, & creandum nouum Cæſarem ſe coniuncturos. Et quidem Hagecius apud Cromerum, Hungariæ, Poloniæ, & Boemiæ Reges aduerſus Ludouicum fœdus percuſſiſſe conſentit; quorum impetus retuſi a Bauaro fuere. At tot tantaque obſtacula abrumpenda omnino erant, ſi Ludouicus in ſuſcepta pia mente conſtans perſtitiſſet: cuius rei arcanæ ſeriem ex pontificijs literis illuſtrabimus. Ex ijs enim conſtat c, Francorum Regem, cum ad ſuas aures peruenijſſet fama, oratores Ludouici Bauari leges ab Apoſtolica ſede datas accepiſſe, quibus in gratiam Eccleſiæ admittendus eſſet, expoſtulaſſe, Pontificem ſe inconſulto eam rem aggreſſum, preceſque adieciſſe, vt cum ſuæ Robertique Regis (fuerat is a Ludouico, vt ſupra dictum eſt, capitis ſententia damnatus) rationes in Ludouici reconciliationis cauſa implicitæ eſſent, in gratiam non reciperet, niſi prius illius reſtituendi Eccleſiæ gremio leges cum ipſo communicatæ eſſent: Germanicæ enim diſſenſionis occaſione nonnullas imperij vrbes clientelæ ſpecioſo nomine Gallus occupabat. Aſſenſit petitis Philippi Benedictus, cum maxime Cardinales, qui Gallici erant ſanguinis, omnia Regis gratia agerent; atque ad ipſum concordiæ leges, quæ cum Bauaro agitatæ fuerant, tranſmiſit; ea tamen religione obſtrinxit, vt ipſas in vulgus non proferret. Quanto vero adducendi ad Eccleſiam Ludouici

Grauiſſimos aduerſarios pacitur Ludouicus.

c tom 1. epiſt ſecr. 641.

Quis eorū prætextus fuerit.

Ob impedimēta obiecta Francor. Rex ingentia sibi parat pericula.

uici desiderio teneretur subiecit. Latebat Philippum Francorum Regem quantam malorum molem ex retardata Ludouici Bauari reconciliatione in se traheret; quam cum postea, mutata temporum ratione, etiamsi iniustæ a Ludouico leges proponerentur, vrgeret, repulsam passum videbimus. Interea Pontifex apud Ludouicum se excusauit a, si pijs de reconciliatione ipsius cum Ecclesia maturanda votis non assentiretur, cum in discutienda de visionis diuinæ essentiæ quæstione occupatus nondum potuisset omni studio ad id incumbere, contendentibus Cardinalibus controuersiæ solutionem ad Christianos omnes, quibus magno solatio futura sit, pertinere; nec facile, si abrumperetur, redintegrari posse.

Reconciliatio Ludouici in aliud tempus extracta.

a Epist. 806.

8. &c. Quod ad controuersiam de visione beatifica spectat; docuisse Benedictum animas sanctorum omnis noxæ labe perpurgatas ante extremum iudicium diuinæ essentiæ intuitione perfrui, refert Ptolemæus Lucensis; subditque b: *Pridie nonas eiusdem mensis*, nempe iulij, *scilicet sequenti die proxima, Papa Benedictus iuit ad Pontemsorgæ, volendo ibi vacationes deducere, & habuit secum plures magistros in theologia: & coram illis & dominis Cardinalibus, quibus placuit interesse, fecit legi librum, quem ipse Benedictus Papa composuit de visione, & autoritates ibi positas fecit predictos magistros examinare, an essent pertinentes, & ibi quæstiones visionis examinauit.* Extat earum quæstionum volumen insigne in bibliotheca Vaticana c, cuius præcipua capita in annalibus prolixioribus delibauimus.

b Ptol. Luc. hist. eccl. m. s. l. 24. c. 43.

Cōpositus de eo liber a Bened. in Cardinalatu.

c M. s. biblioth. Vat. signat. n. 4006.

27. Dum ea Auenione gerebantur, laniabatur ob diuturnum interregnum continuis bellis, ob quæ inter cetera admittendum in gratiam Ludouicum videri Pontifex ad Regem Francorum scripserat d, tum ob Romani Pontificis absentiam Italia: de quibus pluribus agunt e Ioannes Villanus, Leonardus Aretinus, S. Antoninus, & alij. At Pontifex recuperandam ecclesiasticam ditionem clementia potius quam armis ratus, Malatestam & alios perduelles ad officium literis reuocare nisus est f: cumque tot malis Pontificis præsentia mederi posse viderentur, ob clientum tamen Ecclesiæ motus Benedictum Italicæ profectionis consilia abiecisse refert eius vitæ auctor g: seu potius cum eam rem in consilium cum Cardinalibus adduxisset, ij a Philippo Rege deliniti ad sedem Auenione constabiliendam auctores fuere, vt palatium pontificium magnis sumptibus construeret h: quippe pontificatu in Gallica gente retento, Gallicam rem amplificatum iri sperabat Rex, ingentiaque se beneficia consecuturum.

Italia a tyrannis læsa.

d tom. 1. epist. secr. 641.

e Io. Vill. l. 11. c. 31. & c. Ant. p. 3. tit. 21. c. 7. Leonar. Aretin. hist. Flor. l. 6.

f tom. 1. epist. secr. 251.

Quæsita ex his motib. profectionis Italicæ abijciendæ occasio.

g Gest. Bened. ex m. s. vat. apud Bosq. l. 16. & m. s. bib. Vat. sign. n. 3765. in Bened. XII.

28. &c. Caterum Benedictus, qui non solum in dignitate, verum in pio quoque studio propagandæ religionis, tuendæque aduersus fidei hostes Ioanni prædecessori successerat, cum Regis Francorum, Helioni Rhodiorum equitum magistri, ac Francisci Dandali oratoribus egit i, vt ad Turcas comprimendos classis hoc anno compararetur. Traxerat antea Ioannes in eam armorum societatem Robertum Siciliæ Regem, quem rogauit Benedictus l, vt auxiliares triremes cum ceteris coniungeret. Verum maximo rei Christianæ exitio fœdus illud aduersus fidei Christianæ hostes dissolutum ob nostrorum dissensiones indicat Nicephorus Gregoras, dum ait, Andronicum Imperatorem Constantinopolitanum, quem anno superiori ad ineundum fœdus cum occidentalibus pelleum vidimus, viginti triremes instruxisse, ac frustra expectata Latinorum classe, impetus aduersus Rhodios equites, quorum suspecta erat sibi potentia, conuertisse,

Arma in Rhodios equites a Græcis vertuntur.

Babylonij in Armeniam irruptio.

33. &c. Supererat post innumeras clades in Asia Christianæ Armenia, e qua reliquorum regnorum re-

cuperandorum spes affulgebat. Verum soldanus Babylonius, ob indictam in occidente expeditionem furore exæstuans, impetus in illam conuertere constituit, ruptisque inducijs magnam Armenijs cladem intulit; cum impar barbarorum potentiæ Leo Rex, munitissima arce se inclusit, atque implorandæ opis causa legationem ad Pontificem Regemque Francorum misit. Tristissimo igitur casu permotus Benedictus, Philippum Regem solicitauit a, vt deductæ in extremum discrimen Armeniæ succurreret. Decretos ad Pontificem oratores a Gallo Rege, qui cumulatum a Ioanne thesaurum pro bello gerendo expolcerent, darumque illi a Pontifice responsum narrat hisce verbis Ptolemæus Lucensis b: *Papa dare recusauit, nisi intraret mare & passagium initiaret, & promissionem impleret, quam fecerat sub Ioanne Papa XXII.* Ea porro barbarorum in Armeniam excursio videtur Cyprios abduxisse a promulganda sacra aduersus Saracenos expeditione, vt a Ioanne XXII. primum, tum a Benedicto XII. fuerat imperatum; ne in se infidelium iras exasperarent, impetusque conuerterent. Proinde Hugo missis ad nouum Pontificem oratoribus, ipsius eximium in sedem Apostolicam studium, suum regnique infelicem statum exposuit c, flagitauitque suo atque omnium regni ordinum nomine, vt excitandis pro concione ad induendam crucem populis præsules supersedere æqui bonique consuleret, donec occidentales classem ornassent, cum ea res nullam vtilitatem, ingentia vero pericula esset conflatura: atque ideo Benedictus Cyprijs præsulibus hæc mandata dedit: *Volumus & placet nobis, quod a predicatione supersedeatis prefata, donec dictus exercitus mare pro transfretando ad partes transmarinas intrauerit, &c. Dat. Auenione III. non. ianuarij anno 1.* Decreta sunt hæc prudentissime, cum potius armis quam verbis res gerenda fuisset, tantoque apparatu decreta deinde expeditio illa, exitu caritura, non alios fructus attulisset, quam vt Saraceni inanibus minis exasperati plura Christianorum millia neci traderent, vel in seruitutem abducerent.

Orta mali labes ex occidentalium iactantia.

a tom. 1 epist. secr. 622.

b Ptol. Luc. hist. eccl. m. s. l. 24. c. 43.

Cyprij barbaros in se asperare metuunt.

c tom. 1 epist. secr. 707.

Philippi Regis iactantia ingentia mala pepercit.

36. &c. Dedere hisce malis occasionem Scotiæ conuersiones: irrupit enim in Scotiam Eduardus Rex Angliæ d ducto secum Eduardo Baliolo, quem sacramento in sua verba adegerat; collatisque cum Roberto Scotiæ Rege signis, victoriam reportauit. Prona ad victoris obsequium fuit vniuersa pene Scotia, exceptis arcibus, quæ in editioribus collibus, vel paludibus, aut nemoribus sitæ erant. Consternatum ea clade Regem Dauidem in Gallias ad opem implorandam confugisse, refert Ioannes Villanus e. Quo tristi casu perturbatus valde est Philippus Francorum Rex, quippe qui fidem obligarat Scotis, ac etiam Regi Armeniæ illam obstrinxerat. Vicit demum apud eum fœderati principis iniuriæ, quam Christi ignominiæ vlciscendæ maior cupiditas, seque bello infelicissimo implicuit. Antequam vero penitus Philippus Scotico bello contra Pontificis consilia se non sine rei orientalis exitio addiceret, hortatus est f alios principes, vt expeditionis Asiaticæ a se susceptæ causa a mutuis bellis absisterent, cumque Genuenses cum Alfonso Aragonum & Iacobo Balearium Regibus bellum gererent, pontificia opera sequenti anno ineunte, vt Folieta refert g, firmatæ sunt inter eos inducijs,

Eduardus Baliolum in Scotiam inducit.

d Io. Vill. l. 11. cap. 38. Wesling. in Ipod. Neustr. hoc ann. & in Edw. III. Hect. Boet. hist. Scot. l. 15.

Missa a Phil. Rege in Scotiam classis.

e Vill. ead. c. 38.

f tom. 1. epist. secr. 650.

g Folieta hist. Genu. l. 6.

39. &c. Interea Alfonsus Aragonius h cum excurrente primo ab adepto pontificatu anno singulis Romanis Pontificibus fidem solemni ritu obstringere deberet ob acceptū Sardiniæ & Corsicæ regnum, aduersaque valetudine implicitus teneretur i, Ferrarium de Caneto oratorem, vt regio nomine ob acceptū idē Sardiniæ & Corsicæ regnū beneficio sedis

Alfonsus Arag. Rex Sardiniæ & Cors. regn. Pontifici accepta refert.

h Apud Rem. to. 1. ep. secr. pag. 739.

i Ibid.

Apostо-

Admissa a Pôt. Friderici fidei sponsio.

a Paul. Luc. in hist. eccl. m.s.l.24. c. 43.

b Bzov. t.13. p.1. ep.com.960.

b Ibid. epist. secr.653.

d Ibid. epist. secr.370.

Addicta legatis a Roberto fidei solèni ritu

e Apud Bemb. rer.l.1.ep. secr.650.

Apostolicæ clientem se profiteretur, ac Pontificem vt laborem itineris remitteret, exorauit: cuius postulatis morem gessit Benedictus; qua de re hæc habet Ptolemæus Lucensis a: *Item XIV. kal. ianuarij in publico consistorio investiuit procuratorem Regis Aragonum nomine Regis de regno Sardiniæ & Corsicæ, recepto ab eo homagio consueto.* Extantque pontificiæ literæ proximo die ab eo præstito datæ b; quibus profitetur Benedictus censum pro eo regno nempe duo millia marcarum argenti accepisse c.

43. &c. Intulit d pariter pontificio ærario pro Sicilia citeriore iure fiduciario accepta vectigal annuum octo millium vnciarum auri Robertus Siciliæ Rex, professusque est solemni ritu e, Siculum sceptrum sedis Apostolicæ beneficentia & auctoritate se accepisse, Regisque stipendiarij officia. Ebredunensi & Neapolitano archiepiscopis pontificijs legatis detulisse: qua de re regias literas, hoc anno MCCCXXXV. XV. iunij III. indictione regnorum XXVII. Neapoli consignatas, ad Pontificem misit f.

f Ext. in arc. S. Ang. & in ser. coll. Plat. to.2. p.261. & in l. prim. Rom. arch. to. 2. p.167. & in Vall. fest. Rom. to. 2. pag.120.

g Ann.1.p.1. ep.com.28.

Admonet officij Friderici Trinacr. Pont.

50. &c. Visus quoque est in Fridericum Regem Trinacriæ clementia Benedictus, paternisque monitis ab exitio imminenti errãtem reuocare emissus est: grauissimis enim literis g atrocia eius scelera ante ipsius oculos proposuit, vt ad pœnitentiam flecteret; ductoque altius rei exordio exposuit, vt Petrus Aragonum Rex eius parens nequiter inuasisset Trinacriam, illeque paternum flagitium imitatus tyrannidem exercuisset, donec pax inter Carolum II. & ipsum sancita firmataque affinitatibus nouis fuisset: verum aliquanto post tempore percussum sanctissime fœdus iniuste fregisse, inuasisseque Calabriam: indictas postea, intentato violatoribus grauiorum pœnarum terrore, inducias fregisse, censuriisque se irretijsse; nec tamen, vt catholicum principem decuerat, ea religione exolui flagitasse; sed nouo cumulato scelere censum pro Trinacria debitum pluribus annis intermisisse, ac non modo anathema nouum contraxisse, verum omni iure antea adepto ex confectæ iam pacis conditionibus excidisse. Huic improbitati rapinas ecclesiarum, atque ecclesiasticorum virorum iniurias grauissimas adiecisse; denique apostatis, hæreticis, ac schismaticis fauisse, vt e suggestu infandos errores euulgarent. Obiecit demum infelici principi Benedictus, quanto dedecore se ac suos respersisset, ac benevolentiam apostolicam spopondit, si ad Ecclesiæ sinum reuerteretur: si vero crimina, quibus obnoxius erat expiare abnueret, Ecclesiæ causæ se non defuturum: quæ ac nonnulla alia ipsi coram exposuit Bertrandus archiepiscopus Ebredunensis ad eum missus: consignatæ sunt ex literis hac loci & temporis nota. *Dat. Auinione XVIII. kalend. maij anno I.*

Robertus Trinacriã expedito.

b Iom. 1. epist. secr. 450.

i Io. Vill. l. 11. c. 39.

53. &c. Instructam a Roberto h Siciliæ Rege classem ad recuperandam Trinacriam refert Ioannes Villanus i, ac licet maritimæ oræ Trinacriæ magna sint illata damna, nullas tamen arces expugnari potuisse. Sanctiora autem gerebat bella Carolus Hungariæ Rex, qui arma aduersus ethnicos ad propagandam religionem conuerterat: fauitque athletæ suo fortissimo diuinum Numen, gloriosa illi de hoste collata victoria: de qua certior factus Benedictus est ei gratulatus, atque ad proferendos fidei limites ac Dei hostes debellandos ipsum incitauit k. Pari ille laude pacem inter principes Christianos, Ioannem scilicet Boemiæ & Casimirum Poloniæ Reges, conciliare studuit: firmatumque fœdus in ijs legibus inter ipsos, arbitro eodem Carolo Rege, referunt auctores, vt Boemus Regis Poloniæ titulum, quem gesserat abijceret: Casimirus vero Silesiam Boemis relinqueret. Extitit a etiam Carolus Rex vna cum Ioanne Rege Boemiæ initæ pacis inter Polonos & crucigeros equites arbiter. Agitata hæc sunt Vissegradi mense nouembri, in quibus celeberrimis conuentibus fœdus inter tres eos Reges Hungariæ, Poloniæ, & Boemiæ arctissimum sancitum b, eosdemque amicos & hostes habituros sacramento spoponderunt: addunt etiam bellum in Ludouicum Bauarum decreuisse c, de quo superius actum est.

Hungarus Rex in barbaros bellum gerit.

h Epist. l. 1. ep. secr. 283.

Fœdus inter Hung. Boem. & Pol. Reges

m Bonf. in l. 9. dec. 2. Dubr. hist. Boem. l. 21. Crom. l. 12. ex Hage co.

a Mich. l. 4. c. 17. Crom. l. 12. in Casimiro Bonfin. dec. 2 l. 9.

b Bonfin. vbi supra.

c Hagecius apud Crom. l. 12. Cbem. Mich. vbi sup.

58 Contigisse hoc anno in Anglia insigne pœnitentis fœminæ exemplum, quæ tantum dolorem ob anteactæ vitæ scelera concepit animo, vt illius magnitudine oppressa feliciter animam reddiderit, Vualsinghamus refert d his verbis: *Hoc anno in ecclesia de Edeligh Ventonensis diœcesis, & decanatu de Aulton, in die palmarum post prædicationem cuiusdam sacerdotis literati, Ioannis de Vecca nomine, mulier quædam Ioanna coram populo a iuuentute sua corpus suum libidini & obscenitati fuisse expositum, ac alia facinora lachrymabiliter confessa est inaudita, obnixe flagitans pœnitentiam a sacerdote prædicto sibi imponi salutarem. Sacerdos quoque de diuina misericordia confidens, post sacra scripturæ nominata * . . . ne desperaret, sed in Domino, peccatores ad pœnitentiam misericorditer expectante, spem poneret, seu diorum in * pane & aqua in suorum remissionem * dixit delictorum. Illa quoque pœnitentiam talem suorum respectu facinorum parum fore sensibili asserente, pœnitentiam qualemcumque agere posset sibi * iungi supplicitèr exorauit. Ille vero, diebus postea tribus in petitione multiene perseuerante, in expiationem omnium peccaminum suorum indixit ieiunium. Prostrata vero illa coram imaginibus ecclesiæ flens & eiulans, ac preces ad Deum deuote fundens, prouoque in terra se prosternens, in corporis Christi elevatione exanimis & albissima est reperta.* Subijcit auctor aliud diuersum diuinæ iustitiæ in mulierem impudicam exemplum, atque infelix mortis genus, cum illa dæmonis, qui speciem amasij induerat, insidijs abiecto diuino timore deludi se passa esset.

d Walsing. hist. Angl. in Edward. III.

Insignis pœnitentiæ contritio.

* exemplo

* iniunxit.

* indixit

* iniungi

59 Emergebant in Ecclesia varia hæresêon genera, quæ humani generis hostis sparserat: grassabantur enim in Hibernia magi, ad quos delendos Benedictus Eduardum Anglorum Regem incitauit e.

Noui hæretici pullulant.

e Ann. t. p. 1. ep. com. 9.

60 *Beneditus*, &c. Sicut nuper ad apostolatus nostri, proh dolor! peruenit auditum, dum venerabilis frater noster Richardus episcopus Ossoriensis suam diœcesim iure ordinario visitaret, apparuerunt in medio catholici populi homines & eorum fautores hæretici, cœno prauitatis hæreticæ labefactati, quorum quidam asserebant Iesum Christum fuisse hominem peccatorem, & iuste crucifixum pro suis extitisse peccatis. Alij vero, factis per eos homagijs dæmonibus & eis sacrificijs impensis, ad dictorum informationes dæmonum de sacramento corporis Christi aliter sentiebant, quam de illo catholica & Romana ecclesia sentit, dicentes non esse colendum, nec adorandum vllo modo sacramentum prætatum, & etiam asserentes, quod decretis, & decretalibus, etiam mandatis apostolicis, credere vel obedire minime tenebantur; necnon ad consulendum dæmones in agendis iuxta ritus & sectas gentilium & paganorum, spretis ecclesiæ catholicæ sacramentis, Christifideles suis superstitionibus attraxerunt, &c. *Datum Auin. VIII. idus nouembris anno I.*

Dæmonca nefarium dogma de Eucharistia propagant

Inducunt gentilitios ritus in Hibern.

f Ib. ep. com. 741. & 764

61. 62 Solicitatus f quoque Ioannes Boemiæ Rex, vt potentiam ad prosternendos hæreticos, qui simplices pestiferis irretiebant erroribus in Boemia conuerteret; datum enim principibus Christianis

Boem Rex ad hæreticos excindendos excitatus.

Hæretici grassantur in Germania.

nis a Deo gladium, vt pro retinendo fidei splendore exerant ad imperia sacerdotum. Eruperant ij hæretici ex Germania, quam Ludouici Bauari patrocinio, vt superius vidimus, admodum inquinarant; atque inde ad Boemiam ac finitimas prouincias inficiendas excurrerant, vt deplorat Pontifex a. Laborabat eadem lue Dalmatia: ad quam expurgandam a Benedicto archiepiscopus Spalatensis b, ac Tragurienſis c & Sirmiensis d episcopi summo conatu incumbere, fideique censores ad iustis hæreticos pœnis afficiendos sua auctoritate fulcire iussi.

a Ib.ep.763

b tom.1.epist secr 462.
c Ib ep.463
d Ib.ep.454

63 Nec modo hæreticorum, verum etiam schismaticorum nefarijs consilijs confringendis natata est a Pontifice opera e. Miserat in Cretam Græcus patriarcha Constantinopolitanus (Latinus erat Gotius, quem hoc anno Benedictus XVIII. kal.iulias alli ecclesiæ vita functo patriarcha, cui Cardinalis nomen erat, præfecerat) episcopum schismaticum, vt eos populos seduceret. Cum vero is rei catholicæ perniciem afferret, ac multa impie gereret, inter quæ legem de gradibus consanguinitatis temere ac soluere gloriaretur; Pontifex Franciscum Dandalum ducem ac senatum Venetum exorauit f, vt nefarium hominem pellerent, fideique dignitatem tuerentur.

e Eod.t.1.ep secr.458.

Patriarcha schismaticus Cretã infecere molitur.

f Super epist 418.

Pelli iubetur a Venetis.

64. 65 In Castella plerique ecclesiastici ac laici vitam inquinatissimam, abiecto omni pudore, ducebant. Contrahebantur passim vetitæ nuptiæ, patrabantur adulteria: effrænata licentia concubinas induxerat; potentiores imbellium opes diripiebant, ac sæpe incendijs in eos, quos habebant exosos, grassabantur. Quæ mala vt emendaret Pontifex, Christianamque in pristinum statum restituret disciplinam, literas ad Castellæ ac Legionis antistites dedit g, Regemque illum monuit h, vt ad excindenda laicorum vitia, qui contempto matrimonio in concubinatus & adulteriorum cœno volutabantur, atque innoxium fundebant cruorem, & rapinas prædasque faciebant, regia auctoritate vteretur.

Ecclesiasticus ordo in Hisp. fœdatus impudicitia.

g Eod.tom.1 ep.secr.486.
h Ibid.epist secr. 80.

Castellæ Rex monitus ad vitia excindenda e regno.

66 Ad abolendos quoque nefarios vsus, qui irrepserant, Ioannem episcopum Anagninum suum in Vrbe vicarium, ac Philippum de Cambarlhaco iussit animaduertere in eos, qui cum a peregrinis e remotioribus oris ad lustranda limina Apostolorum venientibus interpretes adhibiti essent ad sacram confessionem, confitentium crimina euulgabant, vel ad extorquendas pecunias illa se in publicum edituros minitabantur.

i tom.1.epist secr.505.

Commẽdæ abrogatæ.

67 Consulturus etiam Benedictus ecclesiarum splendori, qui facile obsolescebat: *Item* IV. *idus ianuarij*, ait Ptolemæus Lucensis l, *in consistorio suo, quod habuit, licentiauit omnes prælatos & curatos, vt post festum purificationis irent ad sua beneficia: alioquin iuris remedijs vteretur erga eos, nisi causam legitimam standi haberent in curia, quam insuper scire volebat ab eis.* Et infra m: *Item pridie kalendas Benedictus Papa reuocauit in consistorio omnes commendas per suos predecessores factas, exceptis Cardinalibus, quorum commendas nondum reuocauit.* Eiusdem Pontificis integritatem in iuribus præsulum non præripiandis commendat idem auctor: *Item*, inquit, XV. *kal.ianuarij Papa Benedictus reuocauit omnes gratias factas a suis predecessoribus illis, qui nondum ius in re habebant, &c.*

l Ptol. Luc. in hist.eccl. in fol.211. c. 43.

m Ibid.ibid.& gesta Benedicti Papæ XII. in Anal. pub. tom. 3. pag. 54.

Finis historiæ Ptolemæi Lucensis.

Intericetis nonnullis idem Ptolemæus m. s. historiæ suæ ecclesiasticæ imponit finem, cui temporis notam his verbis adijcit: *Finitus est liber iste anno Domini* MCCCXXXIII. *die* XIV. *ianuarij*.

IESV CHRISTI Annus 1336. Indict.14.

BENEDICTI PP.XII. VACANTIS IMP.OCCID.23. annus 3. ANDRONICI IVN.IMP.OR.5.

1. 2. DIremit Benedictus b eo singulari fultus Spiritus sancti præsidio, quod Petro & eius successoribus a Christo domino promissum est, minquam ipsos in fidei quæstionibus decidendis aberraturos, incunte hoc anno veterem controuersiam, quæ theologos antea in contrarias distraxerat sententias, an animæ a corporibus segregatæ, atque ab omni criminis labe puræ claro Dei intuitu ante vniuersale iudicium potirentur: ac postquam accuratissime eadem quæstio discussa fuit, a Benedicto demum pronuntiatum est, certissime tenendum ab omnibus Christianis, animas corporeis exutas vinculis, atque noxarum omnium sordibus liberas, cælesti felicitate, sanctissimæque Trinitatis intuitiua visione perfrui: pariterque sentiendum, infelices animas, quæ peccato lethali deuinctæ ab hominibus demigrarent, inferorum supplicijs mox ab obitu cruciari b.

a Io.Vill.l. 11.c.47. & alij.

Quæstio de animarum beatitudine ante resurrect.

Diremitur a Bened.XII.
b M.S. bibl. Vat sign.num 3765.in Benedict XII.

3. &c. *Benedictus, &c.* De fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium consilio hac in perpetuum valitura constitutione auctoritate Apostolica diffinimus, quod secundum communem Dei ordinationem animæ sanctorum omnium, qui de hoc mundo ante domini nostri Iesu Christi passionem decesserunt; nec non sanctorum Apostolorum, martyrum, confessorum, virginum, & aliorum fidelium defunctorum post sacrum ab eis Christi baptisma susceptum, in quibus nihil purgabile fuit quando decesserunt, nec erit quando decedent etiam in futurum; vel si tunc fuerit aut erit aliquid purgabile in eisdem, cum post mortem suam fuerint purgatæ; ac quod animæ puerorum eodem Christi baptismate renatorum & baptizandorum, cum fuerint baptizati ante vsum liberi arbitrij decedentium, mox post mortem suam, & purgationem prælatam in illis, qui purgatione huiusmodi indigebant: etiam ante resumptionem suorum corporum & iudicium generale post ascensionem saluatoris domini nostri Iesu Christi in cælum fuerunt, sunt & erunt in cælo, cælorum regno, & paradiso cæleſti cum Christo sanctorum angelorum consortio aggregatæ, ac post domini Iesu Christi passionem & mortem, viderunt & vident diuinam essentiam visione intuitiua & etiam faciali, nulla mediante creatura in ratione obiecti visi se habente, sed diuina essentia immediate se nude, clare, & aperte eis ostendente; quodque sic videntes eadem diuina essentia perfruuntur, necnon quod ex tali visione & fruitione eorum animæ, qui iam decesserunt, sunt vere beatæ, & habent vitam & requiem æternam, & etiam illorum, qui postea decedent, cum eandem diuinam viuebunt essentiam, ipsaque perfruentur ante iudicium generale; ac quod visio huiusmodi diuinæ essentiæ, eiusque fruitio actus fidei & spei in eis euacuant, prout fides & spes propriæ theologicæ sunt virtutes; quodque postquam inchoata fuerit vel erit talis intuitiua ac facialis visio & fruitio in eisdem, eadem visio & fruitio sine aliqua intercitione seu euacuatione prædictæ visionis & fruitionis continuata extitit & continuabitur vsque ad finale iudicium, & ex tunc vsque in sempiternum. Diffinimus insuper, quod secundum Dei ordinationem communem animæ decedentium in actuali peccato mortali mox post mortem suam ad inferna descendunt, vbi pœnis infernalibus cruciantur; & quod nihilominus in die iudicij omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus compa-

Decretum fidei a Benedicto editum.

Deus nulla mediante creatura in ratione obiecti videtur.

Fides & spes ex visione desuit.

De pœnis inferni.

comparebunt, reddituri de factis proprijs rationem, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit siue bonum siue malum, &c. *Dat. Auinione* IV. *kal. februarij pontificatus nostri anno* 11.

De Ludou Bauaro ad ecclesiam reuocando agitatum. Ab illo reuocata per Petram gesta.

17. &c. Dirempta ea controuersia Benedictus ad innumeras oues a vitæ pascuis aberrantes gregi dominico aggregandas, ne pastoris optimi muneri deesset, cœptam superiori anno de Ludouico Bauaro Ecclesiæ reconciliando actionem vrgebat. Instituti vero sunt procuratores, vt omnia Pontifici officia ac sacramenta præstarent, quæ a Regibus Romanorum veteri more deferri consueuerant: cuncta in Ioannem XXII. gesta suo nomine rescinderent: latas in Robertum Regem ac principes Siculos, Florentinos, & alios, qui cum Henrico VII. bellum gesserant, sententias conuellerent: terrarum Ecclesiæ donationes abrogarent: iniurias a quibuslibet contra imperium illatas remitterent; denique sacramento sponderent, nullas ditionis ecclesiasticæ terras occupandas, aut clientes illius vlla molestia lacessitum iri. Sunt hac de re duo publica monumenta a a Ludouico confecta hoc anno. Deprecatores Ludouici fuere apud Pontificem, vt ipsum in gratiam admitteret, Ruportus & Rodulphus Palatini Rheni comites: quibus Pontifex quanto desiderio illius in gremium Ecclesiæ reuocandi arderet, expressit his sententijs b: *Nos etiam, qui tam sibi quam quibuslibet aliis professoribus veritatis Christianæ salutis & quietis pandi aditum cupimus, vt reducto ipso, cordi nobis existens admodum, ad Dei honorem & Ecclesiæ suæ sancta fieri valeat, non omittimus laborare. Dat. Auinione* XVII. *kal. maij anno* 11.

a *Ext. in arc S. Ang & in lib prim. Reg. eccl. to. 2. p. 332. & inter coll. Piat. iussu Sixti IV congesta t. 2 pag. 249*

Qui principes pro Ludou. deprecatores accesserint.

b *t. 2 ep. secr 169. & 170.*

Benedictus pro cóciliando Lud. studia. Refilit Lud a cœptis. Cũ Anglo fœdus init

29. 30 Cum adeo egregie Pontifex ad conciliandum Ecclesiæ Ludouicum Bauarum affectus esset, is repente ab Eduardo Angliæ Rege solicitatus, contra promissa sedi Apostolicæ facta, nullam se iniuriam Francorum Regi illaturum, eo tempore maxime, quo orientalem expeditionem orabat, fœdus vniuersæ rei Christianæ exitiale percussit c, cœptamque de reconciliatione sua actionem disturbauit: quod Pontifex maximo dolore affectus eius oratoribus obiecit. Qui principis sui insperata inconstantia attoniti ad ipsum, vt cœptis abduceret, se conferre constituerunt. Benedictus vero grauissimis literis d hoc consilium Ludouico suggessit: *Prudentia tua paterno consilio fundemus, quatenus metuendis nuncijs, quibus intentionem nostram super promissis verbotenus expressimus, plenius intellectis, sic prudenter, te, actusque tuos & negocia cum omni semper in bono constantia dirigas, ordines, & disponas, quod via salutis tibi pateat, & inchoatum inde negocium, illius gratia suffragante qui gressus hominum dirigit, valeat sublatis impedimentis quibuslibet prosperari. Dat. Auinione* II. *id. maij anno* 11.

c *eod. t. 2 ep. secr. 182. Io. Vill. lib. 11 c. 71. & 74. Th Walsin in Ypodigm. Neustr. Alb. Arg. in chr & alij.*

d *tom 2 epist secr. 82.*

Benedictus ad Bauarũ scribit.

Posthabita a Lud. Pontificis monita.

At Ludouicus posthabitis pontificijs monitis, cum Eduardo Angliæ Rege, vt referunt auctores, contra Philippum Regem Francorum fœdus pepigit: cuius inconstantia ex eo magis conspicua extitit, quod idem Ludouicus Ruperti patruũ misisset inclinante anno, vt Pontifici polliceretur e, Philippo Francorum Regi bellum se non illaturum, vel cum Eduardo Anglorum Rege armorum fœdus non initurum. De hac Ruperti comitis Palatini legatione ad Benedictum decreta extant ipsius Ludouici Bauari literæ, quibus eum procuratorem ad plura grauissima agitanda instituit: neque enim sufficerant superiora, vt fidelium communioni restitueretur, cum enim hæreseos crimine damnatus esset, conflasset schisma, hæresiarchas fouisset honoribus & studijs, aliaque plura contra rem catholicam ac pontificiam maiestatem patrasset, damnandi erant ij omnes errores, & crimina expianda Christiana pœnitentia.

e *tom. 3. pist secr. 190.*

Ludouicus itaque de suorum consilio Robertum comitem Palatinum Rheni patruum suum & Vuillelmum comitem Iuliacensem procuratores instituit, vt cum doloris sensu profiterentur, Ludouicum ipsum iniuria Ioannem XXII. pontificio gradu deturbare conatum, ac pseudopontificem Petrum de Corbaria intrusisseque assensisse verbona ecclesiastica inuaderet, & consecrationes contra canones celebraret: nunquam credidisse recte se in ijs egisse, sed peruerse: vtionis auiditate ea flagitia commisisse: non credidisse sententia sua Ioannem XXII. vere pontificatu deiectum, neque ab Imperatore posse priuari: damnatis hæreseos Vicecomitibus Mediolanensibus inique studuisse: Michaelem Cæsenatem & alios hæreticos pseudominoritas fouisse: hæreses tamen illorum damnare: sanctiones Ioannis XXII. de Christi paupertate conditas fidei consonas credere: precarentur veniam, si in prouocatione contra Ioannem XXII. decreretur ipsum iureiurando confirmasse omnia in ea contenta vera esse, cum in ijs plura hæretica & blasphema contineantur: neque enim sacramento ea se firmasse, sed a Groisdone notario per scelus id factum, vt dissensionem accenderet: Martilij de Padua & Ioannis de Ianduno hæreses aliasque se execrari: ecclesiastica interdicta vindictæ cupiditate ductum, quamuis se male agere agnosceret, violari iussisse: imperatorium titulum & inunctionem iniuste & male ab illo, qui nulla potestate polleret, Romæ accepisse: imperatorium nomen deponere: infligendam pro expiandis ijs sceleribus pœnam admissurum; denique excusationes in extenuandis ijs allatas idoneas non arbitrari.

De quibus sacrinorib⁹ a Ludouico petita fit venia.

31. &c. Data etiam Ruperto Palatino comiti & Vuillelmo Iuliacensi a Ludouico prouincia, vt supplices criminum veniam poscerent, rogarentque vt ipse in regium honorem restitueretur; tollerentur e Germania ecclesiastica interdicta, ac suarum partium sectatores absoluerentur: sacramento se obstringerent Ecclesiæ & Benedicti Papæ iussis ipsum pariturum; omnes hæreticos repressurum; ac præcipue Ioannem de Ianduno, Michaelem de Cæsena, si redire ad gremium Ecclesiæ, & errores damnare detrectarint, insectaturum. Sponderent expiandorum criminum causa expeditionem Asiaticam se susceptum, atque ad pontificiam voluntatem in hostes crucis bellum gesturum; tum alias infligendas pœnas libenter susceptum. De quibus omnibus extant datæ ad Pontificem Ludouici literæ a; in quibus meminit, vt diximus, Ioannis de Ianduno & Michaelis Cæsenatis hæresiarcharum, non autem Martilij Patauini, quia is iam ante obierat in Italia anno Christi MCCCXXVIII. vt testatur Ioannes Villanus b, quem perfidum hæreticum, ac Bauari ductorem appellat. Dedit tertias literas ad Benedictum pro recuperanda Ecclesiæ gratia Bauarus, tertio die mensis decembris huius anni consignatas, quæ Octauio Aquauiua Cardinale gerente Auenionensem legationem in tabulario Auenionensi repertæ Romamque deinde deportatæ fuerunt c.

Postulata sacrorum vsus restitutio in Germania.

a *Ext. in arc S. Ang. & in lib prim. Reg. eccl. t. 2. pag 332. & inter coll. Piat. t. 2 p. 349. & reperta in arch. insc. Auenion an 1394 sign. n. 90. & num. 138. in charta pergb Vill. lib. 10 cap. 104.*

b *Reperta in arch. Auinion ann. 1394. num. 42.*

39 Solicitatus vero est Philippus Francorum Rex a nepte sua Ludouici Bauari vxore, vt cum illius viro arctissimum fœdus faceret, illudque affinitatum nexu confirmaret. Cui ea de re sedem Apostolicam consulenti, (quippe impendente bello Anglico ineundum fœdus Germanicum videbatur) ita respondit Benedictus d; ne cum Ludouico affinitatem fœdusue contraheret, ni prius ab Ecclesia omni censurarum religione solutus esset, si enim Ludouicus schismatis laqueis irretitus præmori contingeret in eius heredes a futuro Cæsare leges in eum latas exercitum iri, pariter vna cum Ludouico omnes illi adhærentes conciliandos, deque ea re cum Roberti Regis Siciliæ oratoribus colloquia habenda. *Dat. Auinione* IX. *kal. decembris anno* 11.

Consulit Gallus Rex Benedictũ de iungẽdo fœdere cũ Ludouico.

d *tom. 2 epist secr. 315.*

In

Violata Petitio a Lud Bauar promissio. *a tom.3. ep. fecr.307.*

In Ecclesiæ gratiam restituendus fuisset Bauarus nisi superiora intregisset sacramenta, seque a perficienda adeo optata, atque rei Christianæ necessaria reconciliatione reddidisset (vt loquitur Benedictus a) *suis peccatis & delictis exigentibus alienum.*

Vastata Armenia.

40. 41 Suspensa interea occidentalium crucesignatorum exercitus auxiliaris expectatione, Armenia vastabatur a soldano Babylonio, qui intentatas sibi inanes minas ferro incendijque vlciscebatur. Cuius cladis fama tristi accepta Pontifex, Reginam Constantiam deliniendi doloris gratia ad collocandas in Deo spes erexit b, nec sedis Apostolicæ studia defutura est pollicitus. Ad suppeditanda vero laboranti Armeniæ prompta auxilia Siculos, Cyprios, Rhodios, Cretenses, Euboenses, aliosque Christifideles orientales ad profligandam religiosam in Saracenos militiam concitare studuit c: quibus proposuit ob oculos, debellata Armenia, aditum ad restituendam Palæstinæ religionem intercluſum iri; atque ideo in Leonis Regis opem properandum esse. Cumque exustis superiori anno barbarica excursione agris, nonnulla Armeniæ loca annonæ inopia laborarent, submittere Armeniæ Regi commeatus Pontifex & Gallus Rex decreuerunt: qua de re extant Benedicti literæ ad Campaniæ præfectum scriptæ d, vt frumenta in finitimis partibus colligenda curaret, erogasseque Benedictum ex ærario pontificio decem millia aureorum pro leuanda Armeniorum inopia, ostendunt Gasperti archiepiscopi Arelatensis & ærarij præfecti literæ e.

b tom.2. epist fecr.173. Insulani mediterranei maris ad religiosam militiã concitati. *c Ant.2.p.1. ep.cur.p.83.*

d Reinal.per gemen.fasc. an.1336. ex Auentinens. arch. Ratisb. delato. *e Raith ib.*

Maiora quidem confundendæ Mahumeticæ tyrannidis consilia agitabat Benedictus, sed hoc ipso tempore noua sensim impedimenta oriebantur, quæ Philippi Francorum & Eduardi Angliæ Regum mutua æmulatio pepererat: asperarat enim Eduardum indignatio, conuersas eas Aquitaniæ terras, quæ a Carolo Valesio parta bello fuerant, de quibus in fœderis initi formula e, Isabella Regina & legatis apostolicis interpretibus, cautum fuerat, Anglum eas legibus a Gallo iudice repetiturum, conceptam nimirum ab Anglis spe eas a Carolo IV. fororis & nepotis gratia restitutum iri; nunquam legibus, nec beneuolentia, liberalitateue redditas: cum Philippum adiuuisse armis Dauidem Anglici nominis hostem: præterea in spem Galliæ vel alicuius prouinciæ sibi subijciendæ materni iuris tuendi specie efferebatur. Visus tamen est ad æquitatem & concordiam inclinare, dum ipsius Pontificis Gallo Regi addictissimi arbitrio controuersias committere voluit: qua de re extant pontificiæ literæ tum ad Eduardum tum ad Philippum datæ f.

Gallum inter & Anglum bello iã femina. *e tab. autograph. in archiu. vat. ex Auentinensi delatum.*

42. &c. Cæterum pontificia studia tantum valuere, vt Eduardus (antuarienſem archiepiscopum Philippum montis Acuti, & Gaufridum Scorpum ad Philippum legarit: qui parum comiter ab illo habiti, cum ipso demum pacem firmarunt nulla de Scotis habita mentione: cuius rei mox Philippum pœnituit, Angloſque ad se reuocari iussit, ac vementibus dixit, eam cum illis pacem inijsse, cuius Scoti participes haberentur: quam pactionem cum non admittere se posse responderent Angli, maximo Gallorum & orientis damno cœpta pax disturbata est. Obstrinxerat se antea Ioanni XXII. sacramento ducatuum, kal. augusti huius anni crucesignatas acies, nisi iusto impedimento retardaretur; cumque impendens ab Anglo & Germano bellum (quod facillime auertere potuerat, cum ab vtroque de pace enixe postulatum fuisse viderimus) nec non Scotorum res in discrimen adduxerat, causæ iustæ intermittendæ expeditionis ipsi viderentur, Apostolicam, vt de re statueret, consuluit sedem, quam etiam adijsse

f tom.2. ep. fecr 317. Oratores ad Philip. de pace mittit Anglus.

Intermissa a Philippo sacræ expeditionis cõsilia.

ex literis ad Bauarum missis constat a. Pontifex vero Philippi studiosissimus, cum ex bellorum orientium tumultibus dissideret illius expeditionem rei Christianæ vtilem fore, edixit b exercitandam in tempus opportunius videri, neque aliquam inde labem periurij vel inconstantiæ Philippo Regi aspergendam.

a tom.2. ep fecr. 182.

b Ibid. epist 32.

45 Excusari ex his quæ Benedictus affert posset Rex, sacrum bellum distulisse, si ex Pontificis sententia ita opportunius vori perducendi tempus expectasset, vt non penitus abiectis illius consilijs ad bella sibi exitialia se conuertisset, vt dicetur interius. Vnde merito in triste exemplum posteris cessit, nunquam impune fidem Deo frangi: atque Eduardus, obiecto illi periurij crimine, eo audacius in Philippum se consurgere iactauit c, quo ille diuinas in se iras concitaret.

c Edward. in lit. quæ extant apud Walsing.

46 Cum vero pontificia hæc sanctione Francorum regno & Christiano nomini ex humanæ prudentiæ legibus consuluisset Benedictus; quo flagrabat apostolico ardore, vt imminentibus malis occurreret, studium omne, vt & inita inter Eduardum & Ludouicum Bauarum fœdera dissolueret, ac Philippum Francorum Regem Anglo conciliaret, conuertit d: atque in primis cum præcipua belli causa ex Scotiæ conuersionibus oriretur, atque ocia Eduardus in Philippum ob auxilia Regi Dauidi sub missa concepisse e, vt superiore anno illum Benedictus monuerat, ne se bello Scotico implicaret, ita iterum grauissime deterruit, ne periculosissimum bellum susciperet: iam se ad abducendum ab Eduardi fœdere Ludouicum pontificia studia adhibuisse. Non paruit pontificijs consilijs Philippus: queruntur enim Anglici historici, ingentia Dauidis gratia a Gallijs auxilia tuisse submissa, atque Anglis grauiora damna illata. Et quidem gestorum Benedicti antiquus auctor e Philippum in crimen adducit, illum magis consilia ad bellum Anglicum, quam ad Asiaticum, cui se deuouerat, conuertisse: *Quia*, inquit, *dictum passagium non habuit effectum, dictus Benedictus Papa concessionem decimarum huiusmodi reuocauit: propter quod dictus Rex ad ipsum venit personaliter cum filio suo primogenito Ioanne duce Normannie, causa ipsum visitandi circa reuocationem predictam: sed satis cito demum contigit, quod dictus Rex occupauit, seu ad manum suam recepit ducatum Aquitanie, cuius superioritas seu dominium ducatus ad ipsum spectabat, tenebaturque in feudum ab ipso per Regem Anglie, qui tunc ipsum pro maiori parte possidebat. Cuius occasione fuit orta guerra inter ipsos Reges, videlicet dominum Philippum Regem Francie & Eduardum tunc Anglie Regem: propter quod dictum passagium vltramarinum conceptum & ordinatum per dictum Philippum Regem Francie, vt dictum est, potissime fuit impeditum & turbatum: nam idem Philippus voluit plus intendere ad dictam guerram prosequendam, quam ad dictum passagium faciendum, suspicans & verisimiliter dubitans, quod si ipse se a regno suo tam in longinquum absentaret, dictus Anglie suus inimicus regnum suum inuaderet & damnificaret. Et sic reuocatio predicta in suo robore permansit.*

d tom.2. ep. fecr.183.

e Vita Ben. auctor apud Bosq.

Occupata Aquitania

47. 48 Dedit etiam operam vt ciuiles Aragoniæ motus sub nouo Rege exortos comprimeret. Successerat f Petrus Alfonso parenti, quem Mariana g vt iustum, pium, moderatum principem commendat, Benigniique cognomen illi inditum ait. Errat vero vna cum Surrita h, dum eius mortem vigesimo quarto ianuarij huius anni die collocat, antea enim extinctum ex Petri successoris diplomate constat, quo oratores decreuit, vt Sardiniæ & Corsicæ regnum Pontifici solemni ritu acceptum referrent; proiec-

Alfonsi Regis Aragonum mors. *f Sur. l.7 c. 27. Mar. lib 16.c 4.* Succedit Petrus filius in Aragon. *g Mariana de Imp. c.4. h Sur. lib.7. cap.34.*

Et in Sardinia & Corſica regnis. Extracta illi dies pro clientelari ſponſione præſtanda.

præfeciſque eſt, anim Iacobum Regem Sardiniæ & Corticæ regnum a Bonifacio VIII. iure beneficiario accepiſſe, illique clientis more fidem obligaſſe: Alfonſum quoque Regem coram patriarcha Alexandrino ſedis Apoſtolicæ liberalitate traditum agnouiſſe, iuraſſeque in Romani Pontificis verba, ſe pariter, acceptis paternis regnis, e legibus donationis ad ſedem eandem adeundam, vt fidem Benedicto clientis nomine addiceret, obſtrictum eſſe: pontificia tamen benignitate itineris labore ſolutum ea lege, vt excurrente inſequenti anno ipſe coram Pontifice clientelarem ſponſionem faceret, atque interea oratores mitteret, qui regio nomine illam ex contenta in apoſtolicis literis formula præſtarent.

Turbæ in Aragonia.

49. &c. Adire ſedem Apoſtolicam non potuerat Petrus Rex, cum regni eius exordia inteſtinis diſſentionibus turbida eſſent, externique etiam belli terror immineret, cum Elionoræ Reginæ ac pupillorum cauſam Caſtellæ Rex tueretur aduerſus Petrum ipſum, qui ampliſſimos principatus illis relictos ægre patiebatur. Adductus autem eſt in inuidiam commotæ eiuſmodi diſſentionis Petrus de Luna archiepiſcopus Cæſarauguſtanus [a], ad quem belli paciſque conſilia in Aragonia Petro Rege puero referebantur, increpituſque a Pontifice eſt, hæc aliena ab archiepiſcopali munere, cum pacis ſtudia colere deberet: quem refert Surita, ſiſtere ſe ad dicendam cauſam pontificijs & Cardinalium ſubſellijs coactum, cum in crimen non conciliatæ concordiæ vocaretur [b].

Petrus de Luna archiep. Cæſaraugustan.
a *Ib. ep. 390.*
Corripitur a Pontifice.
b *cap. 38.*

53. &c. In Italia noua ex veteribus bella oriebantur: Maſſinus enim Scaliger [c] ſuperiorum ſucceſſuum felicitate elatus Etruriam affectauit; cui Florentini aſſerendæ libertatis ergo fortiter ſe oppoſuere, conſertæque tumultuaria cum eius ducibus pugna [d], victoriam retulerunt, quibus Benedictus eſt gratulatus [e].

Scaligeri potentia ingraueſcit.
c *Io. Vill. l. 11. c. 45. & 50.*
d *Ead. l. 12. cap. 51.*
e *tom. 2. epiſt. ſecr. 301.*

57. &c. Hoc anno reſpirare cœpit a diuturnia & difficili diſſenſione Moguntina eccleſia; cum iamdudum Balduinus archiepiſcopus Treuirenſis a Moguntino clero ad archiepiſcopatus adminiſtrationem poſtulatus fuiſſet, Ioannes vero XXII. apoſtolica auctoritate Henricum illi præfeciſſet, graniſſima indo nata erant diſſidia, reperitæque etiam in Balduinum, obtemperare detrectantem, a Ioanne ſententiæ. Qua occaſione abuſos pſeudominoritas vidimus, vt Balduinum a Ioanne abalienatum in ſchiſma & hæreſim pertraherent: quorum venenatos aſſultus magna laude repulit idem Balduinus; cumque ab aduerſario Henrico vrgeretur iudicio apud pontificium tribunal, lite ceſſit. At mox tentauit iterum deprecatore Philippo Rege Francorum Moguntinum archiepiſcopatum ſibi aſſerere, cum gratia & auctoritate apud Pontificem Gallus floreret: cuius petita vti ab æquitate abhorrentia Benedictus repulit [f]. Delectus autem ſpe ſua Balduinus, cum ad ipſius vota Pontificem non frangi cerneret, nec Gallum Regem quidquam gratia potuiſſe, obiectaque anathematis religione vrgeretur, demum cuilibet principatui obſeruantiam in ſedem Apoſtolicam anteferens, miſſis ad Benedictum oratoribus, controuerſo iure abiit, adminiſtrationemque eccleſiæ Moguntinæ, nonnullis arcibus, quas milite præſidiario munitas tenebat, pontificio arbitrio commiſit, additis literis [g] ſui obſequij in eccleſiam teſtibus. Potitus poſtea principatu Henricus, peſſimam gratiam retulit Romanæ eccleſiæ, a qua ipſum ob flagitia coitionesque cum Bauaro factas de honore deiectum viſum ſumus.

Balduinus lite Moguntini principatus cedit.
f *Bull. t. 2. ep. ſecr. 190.*
Repulſa Gallo obiecta.
g *Extat inſer. ex epiſt. lib. ſecr. Bened. tom. 2. per. 2. pag. 16.*
Henricus pontificio ſtudio electus, poſtea in hoſtem verſus.

61. &c. Hoc anno legauit ad ſedem Apoſtolicã oratores Caſimirus Rex Poloniæ, qui inter cætera flagitarunt a Benedicto, vt fœdera, quæ cum Ioanne Boemiæ & Carolo Hungariæ Regibus percuſſerat, auctoritate pontificia corroboraret, ageretque de immutando cenſu ſanctæ ſedi a Polonis pendi ſolito: expoſtularent de cruciferis Liuoniæ equitibus, quibus perfidiæ notam in repudianda a Regibus arbitris lata ſententia impingebat: vtque nonnulli epiſcopi e ſuis ſedibus ad alias traducerentur poſtularent. Cum quibus ita ſe geſſit Pontifex, vt primum fœdus illud anno ſuperiori firmatum (ex quo ad Ludouicum Bauarum Germaniæ correpto regno deturbandum illos conſpiraſſe [a], ex nonnullis auctoribus diximus; ex alijs [b] vero eoſdem amicos & hoſtes habituros ſacramento ſpopondiſſe) confirmare detrectarit [c], cum in eo plura ab æquitate abhorrentia, ipſis exitialia Regibus, neque honori Eccleſiæ conſentanea reperirentur: de cenſu vero Polonico, quem reſtringi ad familias ruſticas volebat Rex, ſic reſpondit.

a *Nauc. apud Brom. ſub an. 12.*
b *Bonfin. de. ciſ. 2. l. 11.*
c *tom. 2. epiſt. ſecr. 69.*

Benedictus, &c. Super eo, quod dicebatur habitatores & incolas regni prædicti teneri ad ſolutionem cenſus annui eccleſiæ Romanæ debiti, qui denarius B. Petri vulgariter nuncuparur, in illis partibus, non per capita perſonarum, ſed pro ſingulis domicilijs habitatorum & incolarum ipſorum; adijciebaturque illos habitatores & incolas, qui commorantur in ciuitatibus vel oppidis clauſis & muratis, eſſe a ſolutione cenſus huiuſmodi liberos & immunes: nos, qui ſic iura prædictæ Romanæ eccleſiæ illæſa ſeruari volumus, quod ius alterius propter hoc non lædatur, perquiri regeſta ipſius eccleſiæ fecimus diligenter: & quia reperitur in eis, omnes eiuſdem regni perſonas, non excluſis nec exceptis illis, qui degunt in eiſdem clauſis ſeu muratis ciuitatibus & oppidis, ad ſolutionem dicti cenſus non per domicilia ſed per capita perſonarum ipſarum teneri; decenter aliud, per quod eidem eccleſiæ Romanæ derogari poſſet, ſuper iure huiuſmodi abſque læſione conſcientiæ immutare non poſſumus, vel etiam innouare. *Dat. Auinione II. id. decembris anno ſecundo.*

De cenſu Polonico.

69 Hoc anno e vita diſceſſit vir inſignis Guillelmus epiſcopus Sabinenſis, de Prædicatorum ordine ad Cardinalatum euectus, de quo hæc refert Benedicti vitæ auctor [d]: *Anno Domini* MCCCXXVI. *die quarta menſis maij obiit dominus frater Guillelmus Petri de Goderio ordinis Prædicatorum, epiſcopus Sabinenſis Cardinalis, qui diu fuerat legatus in Hiſpania, vbi multa bona & ſalubria ordinauit, conſtitutioneſque fecit quamplurimas, præſertim contra concubinarios eccleſiaſticos, qui pro tunc erant in illis partibus infiniti. Hic quamquam eſſet modicæ, immo quodammodo deformis ſtaturæ & fuit multum literatus & cordatus, ac virtuoſus in omnibus factis ſuis: denique ſibi etiam Deus multa bona temporalia, de quibus fecit opera mirabilia, quæ ſequuntur: Conſtruxit enim ſues eccleſias mira pulchritudinis adeo, quod erga ſuos non creditur habere pulchriores & ſplendidiores vbicumque, videlicet vnam in conuentu Auenionenſi, aliam in conuentu Tolojano, in qua iacet tumulatus, & aliam in conuentu Baionenſi, vbi fuerat veſtitus & educatus. Fecit etiam tam in dictis conuentibus, quam in aliis dicti ordinis multa alia bona admodum commendabilia, & memoria digna.*

Guillelmi epiſcopi Sabinenſis mors.
d *Geſta Ben. apud Bo. ſq.*

Tria ab eo excitata templa.

70 Eodem anno migrauit ad Dominum Elizabeth Lulitaniæ Regina, de qua a nobis ſupra honorificentiſſima mentio illata eſt, cui eximiæ virtutes lauream virginum honores pepererunt. Scripſit ex veteribus monumentis inter alios ſacram eius vitæ hiſtoriam terſo & eleganti ſtilo Petrus Perpinianus Societatis Ieſu, felicemque eius obitum his verbis depingit [e]: *Intelligens inſtare ſibi mortem, filium, nurum, nepotes reliquit: reqtis labentium finemque rerum curam, & omnem vim mentis intendens ad ea, quæ ſola ſunt ſemper eodem modo & æterna, Mariæ ſemper Virginis opem implorans; Maria, inquit, mater*

S. Elizabethæ pia mors.
e *Perpin. in eius V. Elizab. l. 3.*

ploratã ab ea Virginis auxilium.

gratia, mater misericordie, in me ab hoste protege, & hora mortis suscipe. Suam me fidem ex apostolorum symbolo publice professa, totum carmen a Christo compositum discipulisque traditum ad precandum Deum clara voce peregit. Nonnullas alias precationes addidit, quas sectantem sensim vox, sensus, vires deficiebant, donec omnibus celestibus donis cumulata meus corpus deserens, ita compositum ore, oculis, vultu, vt obdormisse non mortuum esse videretur, anno LXV. quam a Deo optimo maximo precata fuerat, & ei succedo regnandoque proposita, in regionem conuenientem natura sua, domicilium immortalis ac beata vita migrans, maximum sui desiderium in omnium animis infixum reliquit. Fulsit maximis post mortem miraculis, quorum gloria & numerus flexu temporum crescere adeo, vt Paulus IV, precibus Ioannis III. Lusitaniæ Regis permotus in omnibus Lusitaniæ regnis aras dicari Deo, tabellas affigi, solemnesque precationes publico Ecclesiæ ritu decantari ad eius nominis memoriam permiserit: ac demum Vrbanus VIII. anno iubilei MDCXXV. illam solemni ritu inſanctarum viduarum ordinem reposuerit.

Ab Vrbano VIII. in SS. catalogo collocatus.

Indict. 5.

IESV CHRISTI
annus 1337.

BENEDICTI PP.XII. VACANTIS IMP. OCCID. 34. annus 4. ANDRONICI IVNIOR. IMP. OR. 6.

Occidens intestino bello ardet

1 EXorta sunt immania Anglos inter & Francos bella: stringendi aduersus Saracenos enses, Christiano sanguine imbuti, impendendæ in Asiaticam expeditionem decimæ, ab vtroque Rege in furentium stipendia versæ; Turcæ antea repressi, vires collegere; denique Græci, qui de ecclesijs communis consilia auxiliarium in Turcas armorum speculabantur, in perfidia obfirmati remanserunt. Non defuit tamen apostolico muneri Christi vicarius, vt por tamquæ mala auerteret: atque in primis Ludouicum Bauarum conciliare Ecclesiæ conatus est. Eo adducta res erat, vt Vuilelmus Iuliaci comes & Rupertus palatinus Rheni, Ludouici nomine ad damnanda, execranda scelera, subeundamque Apostolicæ sedis, quamcumque tulisset sententiam, tum ad paciscendam cum Gallo Rege ex pontificio nutu amicitiam, dissolutis Anglico fœdere, condixerint proximos 8 purificare Virginis festo dies. Sed Gallus rerum, quas versabat, molem cunctatus omnis Pontificem, vt inundi cum Ludouico fœderis actionem ad primam immineus quadragesimæ diem extraheret: quæ Benedictus Ludouico ordine expoſuit, vtque in cœpto consilio constans perstaret, hortatus est a.

Promotus de Ludouici reconciliatione tractatus.

a Bened. l. 3 ep. secr. 18. b Ead. l. 3 ep. secr. 19.

2. 3. Vrgebat Pontifex alijs litteris b Philippum Regem, vt missis oratoribus fœdera firmissima cum Ludouico redintegraret. Contra Philippus precibus illum vexabat, ne Bauarum sibi suspectum in gratiam admitteret. At Benedictus regij oratoris postulata repulit, ac Regi causas, ob quas tergiuersanda res non esset, expoſuit c.

Nouæ obijcere impedimenta nituntur Francor. Reges. Regia postulata reijcit Pont.

c Ibid. epist. secr. 67.

4 Parum consilijs apostolicis Philippus Rex, quamquam grauis eum cura angebat, Ludouicum adepta Ecclesiæ gratia ex leui causa hosti Anglo, cum quo iam pacisci cœperat, se communicarum; suosque ad curiam pontificiam oratores mittit, qui cum Ruperto Bauariæ duce & Guilelmo Iuliaci comite legatis Bauaricis de sanciendo fœdere egerunt d, sed in medio colloquij æstu Ludouicus obliuio salutis animæ suæ, ac solemnis iuramenti, quo se obstrinxerat anno superiori, procuratores suos eo temporis tempus, quo acto de reconciliatione teneret, se non reuocaturum, Ruperto & Guilelmum principes in Germaniam redire iussit. Summo autem dolore ea de causa affectus Pontifex, paterpe ipsum monuit, ne fidem violaret insigni periurio, neue Philippum Regem bello peteret.

A cœptis resilit Bauaros.

d Ptol. Luc. hist. eccl. m. s. l. 24. c. 18.

5. &c. Retellendi ex Benedicti dictis scriptores a, qui in Regem Francorum & Cardinales Ludouici Ecclesiæ non reconciliati cautam detorquent, cum illa præcipue ex Ludouici inconstantia b, siue vicissem cupidine c emerserit. Damnauit certe Ludouicum Henricus dux inferioris Bauariæ, missisque oratoribus, vt refert Ptolemæus d Lucensis, initia cum eo fœderis, ad quod vi & metu adactus fuerat, veniam popoſcit in publico Cardinalium senatu, protestus nullum se imposterum vt Imperatorem culturum, quem Romana ecclesia non confirmaſſet. Solutus itaque est a Benedicto e censuris, quas ob edicta pontificia in sectatores Ludouici latas contraxerat, ac sacrorum vsus illius ditioni restitutus. Si huius principis virtutem reliqui Germani imitari essent, breui Ludouicus ad officium fuisset reductus: sed contrarijs illi studijs defendere; quare proximo anno multa ab ipso asserendæ cæsareæ dignitatis specie nouata fuerunt: quæ cum moliretur, Eduardus oratoris sui opera a Benedicto flagitauit, vt cum Bauaro secundi fœderis pœcestatem faceret: lata enim iam ante fuerat apostolica auctoritate anathematis sententia in illos omnes, qui Ludouico se coniungerent, antequam in Ecclesiæ gratiam rediuuerentur. Sed cum hæc postulata in rei Christianæ damnum vergerent, atque abhorrerent ab æquitate, Eduardum a ferendo fœdere cum Bauaro, anathemate nondum soluto, grauissimis literis abducere est conatus Pontifex f. Solicitari etiam fuere Ioannes g archiepiscopus Cantuariensis, & Lincolniensis h Vuintoniensisque i episcopi, tum Saresberiensis k comes ad dandam operam, vt Eduardus apostolicis monitis pareret: sed auerti erant ab huiusmodi consilijs sequendis illorum animi; immo agitandi impij fœderis firmandique auctores præcipui extitere; atque Eduardus ambitionem religioni prætulit.

a Alb. Arg. in chr. Rebdorf. in chron. b Sup. epist. 190. c Ibid. epist. secr. 311. d Ptol. Luc. hist. eccl. m. s. Lodic. vbi. Henricus dux Bauar. ecclesiæ cõciliatus. e Ann. a. p. 2. ep. com. 533.

f Item 3. ep. secr. p. 183. g Item 3. ep. secr. 186. h Ib. ep. 187. i Epist. ibid. k Epist. 189.

11. &c. Cum vero infesti ex Germania rumores in aulam pontificiam penetrassent, factas aduersus Francorum Regem contiones, ex quibus magna pericula Gallijs impendebant, illum Pontifex monuit ut ad ea auertenda opus esse vt Eduardum Anglorum Regem sibi conciliaret. De apostolica Benedicti solicitudine ad conciliandos Reges adhibita hæc narrat illius vitæ auctor m: *Destinauitque ad ipsos cunctos tractandi, ac inundi pacem & concordiam inter eos, suos nuncios legationis officio fungentes dominos Petrum Gomesij Hispanum tit. S. Praxedis presbyterum, & Bertrandum de Montefumento S. Mariæ in Aquiro diaconum Cardinales.* Conuenisse de missis legatis alij auctores o, extantque in pontificio regesto litteræ p, quibus hoc munus illis iniunctum est.

m Vita Ben. apud Bosq. Legati pro sopiendo bello inter Gallum & Anglum decreti. o Io. Vill. 11 cap. 7. & alij. p Ann. 2. p. 2. ep. cur. 1.

16. &c. Consultum præterea est ecclesiastici ordinis dignitati, atque ad eum aduersus regiorum administrorum licentiam asserendam descripsit Pontifex q cunctas iniurias, quæ ab ijs contra sacerdotalem immunitatem irrogabantur in Gallijs, vt ea mala Gallorum Rex tollenda curaret; nimirum ecclesiasticas opes ab illis inuadi; sacerdotia præter fas ab Rege conferri; regalis iuris nomine grauiora mala patrari; pontificia mandata ne conficiantur eludi, causasque ecclesiasticas ad profana tribunalia auerti.

Vetitum Ludouico hosti ecclesiæ fœdere iungi.

q Epist. 15. In Anglia eadem & alia contra libertatem eccles. ante tata.

19. &c. Atrocius longe in Anglia ab Eduardo regijque administris diguitas & immunitas ordinis eccle-

ecclesiastici violabatur, non enim recipiebat modo iniuria a Gallis magistratibus fieri solita, interebantur sacerdotibus Anglis, verum etiam aliae graviores, cum viri nobiles sacerdotijs pellerent sacerdotes, abeuntque decimas, inter fas extorquerent; quare missi sunt Cardinales dare operam apud Eduardum Regem, vt illorum licentiam comprimeret: quem etiam Benedictus ad asserendam pristinae immunitati sacerdotalis ordinis dignitatem excitauit a: decreuit etiam pectum rit. S. Praxedis presbyterum, & Bertrandum S. Mariae in Aquiro diaconum Cardinales ad mota inter Anglos Gallosque bella componenda; propterea que Benedictus, vt refert Ptolemaeus Lucensis b perceptas pro sacro bello opes ecclesijs restitui iussit. Sed parum Pontificis studia in restinguendo exitiali bello valuere, ac frustra Cardinalium labores contempti; ad parandum enim bellum incumbebant Reges, ac per fas nefasque opes obtrito ecclesiastico ordine, quasque sacris decimis vndique cumulabant. Perculsus decreto, huiusque decumani auri auiditate, vt in bellicos aduectus Anglia sumptus illud profunderet, Philippus Rex, hoc anno ad Benedictum perrexit, vt illum suscipiendae, confecto bello Anglico, Asiaticae expeditionis pollicitatione demulceret.

22. 23. In quo arcano colloquio datum Philippo, iniqua postulanti, grauissimum hoc responsum contigit. dictus vitae Benedicti auctor c: *Fertur*, inquit, *ipsum scripsisse Philippo Regi Franciae memoratu, cum ad ipsum, vt supra, citatum esset venit, essentque, amoq causa audiendi & exponendi illa, qua idem Rex secum habebat agere, ac per ipsum fieri posse disponebat; quod si ipse haberet duas animas, vnam sibi liberaliter daret, & eam pro ipso exponeret: sed non habebat nisi vnam, quam valde & summe diligebat, & eam volebat posse tenus conseruare. Quibus praesuppositis & premissis, dixit eidem Regi, quod secundum hos suas petitiones sic disponeret & limitaret, quod in eis non esset aliquid ad Dei offensam, & per consequens sua animae periculum seu damnationem: tandem videret quia, si sic esset, nullo modo ipsum exaudire intendebat. Quod verbum licet prima facie dicto Regi aliqualiter durum & extraneum extiterit, tamen ipso bene intelligio & ponderato ipsum bene gratum habuit, & rationabile & sanctum iudicauit, prout etiam in rei veritate fuit.* Repulsam passus Philippus de ecclesiasticis decimis in Anglos impendendis, iterum hoc anno easdem importunas preces renouauit, quas ab oratoribus ipsius propositas grauissimis argumentis refregit Pontifex d; tum subdidit: *Sinceritas regia habet considerare prudenter, quid tuis praedecessoribus propter receptiones & consumptiones decimarum, aliae impositarum & collectarum pro dicto passagio, creditur communiter accidisse: quidue de te, si finistrum tibi veniret aliquid, a quo te defendat Dominus, diceretur, &c. Dat. Auinione* 11. *non. aprilis pont. nostri anno* 111. Respuit pontificia monita Philippus, ac decumas indictae in Saracenos expeditioni sacras inuasit tristissimo rerum exitu.

24 Attriti interea a Christi hostibus fuere Armenij, de quibus haec Ptolemaeus Lucensis e in calce historiae suae ecclesiasticae, cui finem hoc anno imposuit; *Eodem anno fuerunt superati, & planitiem amittentes petunt montana, sperantes subsidium Ecclesiae & Regis Philippi.* Illata est a barbaris late strages, ac Leo Rex ad eas iniquas leges a furente victore adactus est, vt iureiurando spoponderit, nullos in posterum oratores vel literas ad Romanum Pontificem se missurum: quo accepto Benedictus, proximo anno Leonem ea religione apostolico diplomate exoluit f.

25 Cum vero disturbatam expeditionem Asiaticam vidisset Alfonsus Lusitaniae Rex, edixit ne decretae a Ioanne XXII. decimae, quae pro suppedi-

tandis stipendijs Lusitanis, qui ad eam se comparassent, soluerentur sedi Apostolicae, easque opes occupatur, per speciem ac fine auctoritate sua consumerentur. Qua de re certior factus Pontifex, cum eas decimas in orientalium auxilium conuertere cuperet, flagitabat a enim opem Leo Armeniae Rex, cuius oratores ac supplices literas hoc iterum adulto anno accepit) tum libertas ecclesiastica inuatis sacris opibus violaretur, Alfonsum Lusitaniae Regem corripuit, obiectque quantam sedi Apostolicae iniuriam inferret. Implicitus b erat ille bello cum Alfonso Castellae Rege genero, cum Mariam Reginam filiam suam ab illo illiberaliter tractari indignaretur c adeo, vt de ipsa repudianda & Guismania, cuius vesanus erat irretitus Castellanus amoribus, corona regia ornanda, Petroque notho tradendis sceptris agitaret. Ad quos conciliandos Bernardus episcopus Rutenensis a Pontifice legatus est. Imperata sunt ab hoc inducia, quas non respuit Lusitanus, si Castellanus eas admitteret. De quo Benedictus Lusitano actis gratijs, ad flectendum Castellanum studium conuertit, atque ob oculos ipsi posuit d, quanta ex ijs discordijs nascerentur discrimina: conflictari regnum, arteri populos, hostium fieri potentum confirmari. Quo antea argumento ad Lusitanum Regem scripserat. Comparabat enim se bello Alboharcenus Rex Marrochitanus (quem Tremecenio regno superiori anno auctum fuisse refert Mariana e) ad inuadendas Hispanias: qua de re Beltramenus electus Theatinus & Henricus de Alte Apostolicae sedis nuntij eam fecere certiorem f. Missos superiori anno in Aragoniam ipsos vidimus, vt Petrum Regem, qui cum Regina Elionora nouerca eiusque liberis & illorum patruo ac tutore & Rege Castellae, qui sororis vidua clientelam acceperat, perniciale bellum gerebat, ad pacem reuocarent, darentque operam, vt celebrarentur ordinum regni conuentus, in quibus controuersia componeretur: nauatumque adeo fretue studium fuit, vt demum pontificijs consilijs magnae publicae rei vtilitate parituum g sit,

26. &c. In Trinacria nouae res exortae, sublato e viuis Friderico Rege Trinacriae, quem sceptrum scelere corripuisse vidimus, gestisseque impie, cum e piorum coetu segregatus diutissime vixerit. Is Petrum filium tyrannidis heredem instituit, violato foedere, quo iusti Regis nomen ad vitam tantum a Pontifice acceperat. Caterum reliquit minori filio Ioanni Athenarum & Neopatriae principatum: sepulcrum vero Catanae in beatae Agathae templo ferunt. Erectus est in spem, eo sublato auiti regni redintegrandi Robertus Rex; fauebat pro recuperanda Trinacria Petri illius inuasoris morum improbitas, quem Ioannes Villanus h parum ab insania abfuisse refert, adeo, vt plures proceres a se abalienarit.

Nec leuioribus laborabat intestinis dissensionibus reliqua Italia: ad quam componendam a Benedicto vrbibus imperij praefectos datos Baronius refert i: *Gubernatores*, inquit, *per terram imperij in Italia direxit, hoc ad se pertinere vacante imperio asserens.* Praecipuus vero tyrannus Martinus Scaliger, qui magnam terrarum imperij partem occupauerat, nimodum depressus est.

In Vrbe Columnensium Vrsinorumque fessi discordijs Romani flagitabant i continentibus votis, vt Benedictus desolatae vrbi, cuius administrationem noua efficij significatione illi deferebant m, sedem Apostolicam restitueret: sed dum in Gallia inter suos defixus haeret, auctae sunt ecclesiastici principatus turbae; Bononiensesque concitata in Bertrandum legatum seditione tyrannidem vrbis Tha-

a *Ib. ep. 19.*

Lusitanus decumas sacras inuadit.

a *t. 3. ep. 318.*

Belli inter Castellanum & Lusitanum exordia.

b *Ead epist*

c *Sup. l. 7. c. 33. Marian. l. 16. c. 4.*

Cõquirit iniquis artibus opes a Rege Anglo.

Et a Frãco Philippi Regis cum Bened. congressus.

d *Bened. epist. secr. 377. 146.*

c *Reciamus*

e *Marian. l. 16. c. 15.*

f *tom. 1. epist. secr 199.*

Aragonico intestino bello sopiendo data opera. Redintegrata concordia.

g *tom. 3. epist. secr. 68.*

Regis Trinacriae ortus. Vt posteros in tyrannidis successionem induxerit.

Petrus Rex Trinacriae.

h *Io. Vill. l. 11. c. 70.*

Benedictus pro omnibus imperij praefectos imponit.

i *Baron. in annal. ad hunc ann.*

Rogatus Pontifex, vt Romam redeat.

l *Ib. ep. 225 & Ead. epist. 223. & epist. 322.*

Grauis Pontificis ad illius petita responsum.

d *tom. 3. ep. secr 67.*

Admonet' diuinã vindictam nõ defuturam

Armenia ab Infidelibus atteritur.

e *Ptol. Luc. hist. eccl. in fine l. 24. c. vlt.*

f *Ann. 4. p. 1 ep. tom. 165.*

deo Populo deplere, fœuitiam adhibuere in Gallos, incendere palatium, arcem euertere, ob quæ scelera iudicio postulati coniurique tuere perculsi.

De Græcorum ad ecclesiam reditu agitatum.

31. 32 Cæterum eminuit pontificium studium in Græcis schismaticis ad Romanæ ecclesiæ coniunctionem prouocandis; cum enim Benedicto expositum fuisset Græcos redintegrandæ coniunctionis cupidissime teneri, ipseque ad rem perficiendam alacrem se prabuisset, ac perlatum fuisset Andronico Imperatori Constantinopolitano, Romanum Pontificem ad vrem maxime optare; (constituit Andronicus de Græcorum consilio adiorem ea de re inchoare, testatus, se & Græcos, vbi comperisset suos errores, ad eos damnandos paratos fore. Quæ cum Benedictus accepisset, non ad optatam adeo ecclesiarum coniunctionem vrgendam Andronicum ipsum apostolicis literis prouocauit a; ac Robertum Siciliæ Regem exorauit b, vt studio summo ad Græcos ad id adducendos incumberet: quamuis enim ingenio, eloquentia, ac sacrarum literarum peritia polleret, apiorem tamen nullum ad rem agrandam locum futurum, quam eum, in quo eadem coniunctio perficienda foret.

Alb. ord. cant. etiã in m.s. arch. Vat. de primi Tyri. errore. & al. infra. & schis. p. 29.

b Ioan. 3 epist. 9.

Ioãna Imperatrix fœdus ecclesiarum promouet.

Sibi. 7 sta etiã in m.s. memorato pag. 10

Insolentius ob bella orta, de Græcorum coniunctione tractatus.

a Ip. Pol. l. 11. c. 68.

Genuæ in pri & Venetos belli exordia. Zacharias Ligur. captus abdicat.

b Nicephor. Greg. lib.

33 Fauebat huic Græcorum coniunctioni Imperatrix Anna, ex comitum Sabaudiæ stirpe catholica tota, illarumque Pontifex, vt eos in officio contineret, incitauit c, rogauitque vt Imperatorem, ad mittendos apocrisiarios ad ecclesias coniungendas, & schisma damnandum instructos auctoritate inuoceret. Intermissum porro est coniungendarum ecclesiarum negotium, cum occidentales inter se bella gererent, nec promissa Græcis in Turcas auxilia submitterentur; ac præter Anglorum & Francorum exitialia bella Genuenses & Veneti, qui Christi hostes sua potentia facile comprimere potuissent, arma in oriente in se conuerterint d, ac Turca proterendarum victoriarum occasionem nactus est. Perijt bello etiam Andronicus Marinum Zachariam Chij præfectum genere Genuensem, qui eam, insulam ab Andronico senore adoptus iure fiduciario mirabilia bellica facinora aduersus Turcas ediderat: cumque assurgeret in nies illius potentia, Andronicus incensus e suspicione, comparata classe, ipsum proditione & perfidia insigni cepit: illum vero postea solutum & præfectum pontificiæ classi in Turcas a Clemente VI. visigi fuimus.

c Contra Ioan. 3 epist. 9.

d Ioan. 3 epist. 10.

IESV CHRISTI
Annus 1338.

Indict. 6.

BENEDICTI PP. XII. VACANTIS IMP. OCCID. 25. annus 5. ANDRONICI IVNIOR. IMP. OR. 7.

1. Celebrati fuere vrgente Ludouico Bauaro, qui concordiæ cum Pontifice paciscendæ actionem cœptam vt dixi intregit, Henrici de Virneburg Moguntini archiepiscopi opera Spirenses conuentus, in quibus perfidus archiepiscopus iudicem se controuersiæ inter Pontificem ac Ludouicum Bauarum constituit, missisque ex pseudosynodo oratoribus responsum est a Benedicto quod si Ludouicus in gratiam cum Ecclesia redire cuperet, legaret suos ad sedem Apostolicam oratores, qui pacem cum Gallo conficerent. Colonienti autem f archiepiscopo aliisque g præsulibus Germanis, qui Romanæ ecclesiæ communione fruebantur, iustissimæ causæ expositæ sunt ob quas oratores Spirensis conuentus repulisset: vtque non sua, non Regis Francorum, sed vnius Ludouici Bauari culpa tum ipse tum alij Germani ab Ecclesia segregati priorum consortio restituti non fuissent. Fœdas etiam calumnias in sedem Apostolicam iactatas, quasi Romani imperij iura labefactare Benedictus niteretur, repulit, atque e sacro suggestu Romanæ ecclesiæ innocentiam illustrari in Germania iussit a.

Edicit Pont. vt Ludouicus cum Gallo pacem init.

f Ioan. 3 epist. 163.

g Ibid. epist. 164. 165. 166.

a Super eo 263.

10 Vrebat a Ludouicum denuntiatum se fuisse a Pontifice b & catholicis Germaniæ præsulibus, cum ad conuentus Spirensis petita respondit, vi occupari ab ipso imperium, nulloque iure augustalem titulum vsurpari, cum ab ijs, qui dandi nullam habebant potestatem, accepisset; de regio etiam apice iustissimis edictis fuisse erectum. Vertit itaque eo suos impetus Ludouicus, vt Germanis persuaderet, a pontificia confirmatione cæsareum apicem non pendere, hæc Ioannis edicta iusta fuisse. Itaque subornatos principes ad comitatus Konstaymensis in agro Moguntino traxit, in quibus septemuiri, excepto Rege Bohemiæ, qui cum Pontifice & Gallo sentiens a Ludouici molitionibus erat alienus, XV. iulij die solemni fœdere ad iura, immunitates, consuetudines, dignitatemque imperij ac septemuirum defendenda se obstrinxere; eaque de re decretum edidere, quod apud Nicolaum pseudominoritam schismaticum extat c. Itaque die proxima decimasexta iulij apud Konstaym imperij dignitatis tuendæ specie pronuntiarunt d: *Hoc esse de iure & antiqua consuetudine imperij approbata, quod postquam aliquis a principibus electoribus imperij, vel a maiori parte & numero eorundem principum, etiam in discordia, pro Rege Romanorum est electus, non indiget nominatione, approbatione, confirmatione, assensu, vel auctoritate sedis Apostolicæ super administratione bonorum & iurium imperij, siue titulo Regis assumendis.*

Cõtinuata in media Pontificibus. Electorum conuentus apud Konstaym.

b Ioan. 3 epist. 163.

Circumuẽtu Germani *b Ioan. 4. ep. seu. 263.*

c M.s. bibl. Vat. signatum. 4008. pag. 198.

d Ib. p. 199.

Contendit Lud. Cæsarem Pontificia approbationem non egere.

11. 12. Agitata est hæc quæstio a pluribus viris doctis, qui præcipuum hoc argumentum afferebant: non inferiorem cæteris Regibus Cæsarem, nec Germanos minus liberos, quam sint cæteri populi: vt ergo alij renuntiaro Rege regium nomen & regni administrationem conferunt, ita vicissim a Germanis iure gentium & nomen cæsareum iusque nullo alio medio conferri. At obserunt Augustinus Triumphus e non inde sequi, vt aduersarij obijciunt, cæteris Regibus inferiorem esse Cæsarem; immo longe ijs dignitate antecellere; si enim ipse Germanorum tantum Rex esset, possent vtique Germani regium nomen & administrationem regni, non rogata sedis Apostolicæ sententia, reliquorum populorum more in designatum principem transfundere: verum ille non Germaniæ modo, sed Romani quoque imperij apices a Pontifice acceptos gerit; nec tamen a populis, sed etiam ab Ecclesia, cuius defensor constituitur, suam auctoritatem singulari ratione mutuatur; in quo Germani principes ius pontificium oppugnare non possunt, nisi vna fuæ dignitatis a Romano Pontifice constabilitæ fundamenta compellant.

Argumẽtũ illius præcipuum.

e Augustin. Triumphus q. 39. art. 1.

Non eadem de Cæsare ac alijs Regibus inferior est.

13. 14 Addit Francofurtensis chronici auctor ampliorem & saniorem cleri partem, tum religiosos ordines Pontifici obtemperasse: quæ etiam confirmat Serarius f. Vt vero propterea persecutionem sint passi, dicetur postea. Interea prætermittendum non est, Ludouicum cum animaduertisset plures catholicos apostolicis potius imperijs, quibus veritum erat Ludouico antequam Ecclesiæ conciliatus fuisset, obsequi, parituros, prolixum aliud decretum multis fallacibus argutijs contextum eadem die promulgasse, quo probare nitus est suis imperijs morem gerendum, nec se Ioannis XXII. edictis cæsareo iure exutum fuisse. Extat eiusmodi Ludouici sanctio apud prædictum Nicolaum schismaticum g in m. s. Vaticano. Eę vero promulgata, quasi viam ad alia consilia struxis-

f Serar. Moguntin. rer. l. 5. in Hen. III.

Cõtra Lud. multis cõtexta argutijs.

g M.s. bibl. Vat. signat. num. 4008. pag. 195.

Permixta Ludouici fautoris hæresis.

a Ext. apud Nic. Minor. in Vat. sign. n. 4008 pag. 196.

fruxisset, quasdam propositiones a edidit, quibus primum constabilire quasi vot gradibus cæsareum ius conatus est: ac demum instillatum a pseudominoritis virus impietatis effudit, dum hæresim Fraticellorum de Christi dominio decretis Ioannis damnatam, atque ab ipsomet Ludouico repudiatam, iterum propugnauit, contenditque decretum fidei pontificium hæreticum esse, atque aduersus illud ad concilium a se rite prouocatum, oblitus se iam ante exclusisse, eam appellationem Vdalrici flagitio conceptam.

Michaelis hæresiarchæ & sociorum impia molimina.

b Ext. apud Nic. Minor. in Vat. sign. n. 4008 pag. 197.

15 Abalienato porro ita ab Ecclesia Ludouico, elatus Michael Cæsenas hæresiarcha vna cum Ochamo & Bonagratia & Henrico de Chalem apostatis impiam prouocationem b aduersus Benedictum, imposita illi hæreseos calumnia, quod decreta fidei a Ioanne edita tueretur, conscripsit: in qua disceptarunt, decretum fidei editum a Romano Pontifice vt hæreticum reijci posse, donec concilium de eo pronunciasset: cum tamen a Pontifice, in fidei controuersia ferente sententiam, nemini liceat prouocare, & illi decreto standum sit non aliter, quam a concilio œcumenico, fidei articulum decernente, ad aliud concilium appellari non possit. Compactis vero superioribus articulis alijsque sanctionibus, commotam in catholicos persecutionem, refert chronicon Francofurtense Ioannis Latomi c, quibus consentanea tradunt alij.

c Apud Freher. tom. 1. rer. German. & alij.

Ad reuocandã ad officium Lud. trãsmissus nũtius Apostolicus.

16. 17 At licet tot tantaque facinora Ludouicus in Pontificem & catholicos in dies patraret, fascinatus ab hæresiarchis, quos instar draconum alebat in sinu; Benedictus tamen instar pij patris non literis modo, quibus spiritum consilij sanioris salutationis apostolicæ loco comprecabatur, cum excitauit, verum internuntium quoque Arnaldum de Verdala legauit, a quo inter alia proponi hæc iussa sunt: *Nos & Ecclesiam ipsam, quantum cum diuino beneplacito, ac decentia & honestate nostris & ipsius Ecclesiæ fieri poterit, saluti expedierit, reperiet propitios & benignos, sicut, nisi fecisset per partem suam nosceretur reperisse.* Ex his & alijs refelluntur, qui Benedictum velut hebetem ex Alberto Argentinensi d describunt, & Gallicis manicis constrictum, ne Ludouicum iustum & pium (vt addunt) absolueret.

Ludouicus culpa sua in gratiam cum ecclesia non restitutus.

d Alb. Argen. in chron.

18. &c. In Germania hoc anno ingentes Iudæorum strages editæ, efferatique sunt tanta barbarie aduersus eos Christiani, vt nullo iudiciorum seruato ordine fontes insontium inficerent. Dedit tumultui occasionem, hostiam in oppido diœcesis Patauiensis sub paleis sanguine delibutam repertam esse haud procul a Iudæi domo, creditumque a Iudæis ferro percussam. Perlata re ad Albertum Austriæ ducem, vehementer is æstuare cœpit, an vere sacrata esset hostia, & miraculo diuino tincta sanguine, an ab aliquo respersa cruore ad creandam Iudæis inuidiam, cum alias nonnulli clerici de simili scelere convicti essent; Pontificemque consuluit, quid in ea re agendum videretur. Cui Benedictus rescripsit e, diligentissimam inquisitionem agendam, eamque se episcopo Patauiensi commisisse f, vt si Iudæi consecratam hostiam Christi odio contodissent, traderentur supplicio, vel eo afficerentur impostores, qui magna cum religionis offensa id scelus ipsis affinxissent.

Seditio in Iudæos ob extracta.

e Ib. ep. 194

f Ant. 4. ep. 2 op. suo Ap.

21 Meminit de Iudæorum effecta clade sub hæc tempora Benedicti vitæ auctor g: *Surrexit*, inquit, *quidam in partibus Alemanniæ, qui, assumpta sibi multitudine rusticorum, Iudæos quoscumque reperire poterat trucidari ordinabat sub colore zeli fidei Christianæ. Sed demum hoc in perniciem & damnum Christianorum redundare cœpit; nam etiam volens sic condemnari in Christianis fauire tentarunt; propter quod fuit eis obuiatum, & præsertim per Ludouicum ducem Bauariæ memorandum, qui licet alias esset admodum permissus, prout sua facta demonstrant; tamen in hoc bene egit: procurauitque, & operatus est, quod captiuum seu dolor predictorum occisus est: & sic demum illa congregatio dispersa & confusa disparuit.*

g Ben. vita auct. apud Bosq.

Causa ædificationis auctior a Lud. Bau.

22. &c. In Hungaria graui iugo Carolus Rex oppresserat ecclesiasticos viros, qui libertatis suæ tuendæ causa confugere ad sedem Apostolicam, ac libellum supplicem Benedicto porrexere a. Quorum auditis querelis Pontifex vindicandæ ecclesiasticæ libertatis in pristinum splendorem studio eundem libellum Carolo transmisit, vt quæ in eo erant contenta, si veritate niterentur, emendaret. Tum grauissimis sententijs recuperatum ab eo diuino præsidio regnum, partas de infidelibus & schismaticis clarissimas victorias proposuit ob oculos b, quibus ad diuini Numinis administros venerandos, fuerque asserendos dignitati obstrictus esset, ad maiorum, Regum scilicet Gallorum, Siciliæ, & Pannoniæ exempla prouocauit, qui ecclesiasticos singulari honore & amore essent prosecuti; cum maxime ipse Ecclesiæ patrocinio fretus ad eam, qua fulgebat, gloriam ac solium Hungaricum esset euectus.

Hungari præsules a Rege oppressi.

a Ext. apud Rayn. 4. post ep. sec. 32.

Mœstus Hungarus, vt hęc emēdet.

b Rad. epist. sec. 32.

27. 28 Vt vero aliarum ecclesiarum iuribus tuendis non defuit Benedictus, ita ad defendendã ecclesiæ Romanæ iura Gonsaluo archiepiscopo Bracharensi partes dedit c, vt duarum marcharum auri censum pontificio nomine exigeret a Rege Lusitaniæ, cui exposuit d, vt Alfonsus Rex, olim ab Alexandro III. insignibus regalibus auctus, Lusitaniam ecclesiæ Romanæ vectigalem ad quatuor vncias auri pendendas etiamtum obnoxiam, liberalitatis ergo ad duas marchas auri obligasset. Exactum etiam est a Petro Rege Aragonum vectigal Sardiniæ & Corsicæ, iure beneficiario acceptarum ergo; ac duo millia marcharum argenti ab eo recepta nonis aprilis, quæ superiori anno in festo Apostolorum Petri & Pauli ærario pontificio inferenda erant, exarata ea de re syngrapha docet e.

Lusitanis eccl. Rom. vectigalis.

c Rad. tom. 4. ep. sec. 431.

d ep. sec. 438

Exactum Sardin. & Corsicæ vectigal.

e tom. 4. ep. sec. 91.

29 Nec dispari diligentia prouinciam dedit Benedictus Bertrando patriarchæ Aquileiensi, vt comitatum Ceretensem ad Romanam ecclesiam spectantem viriliter (vt ait) ac potenter ex inuasorum eriperet manibus: cumque plures cupiditas ad inuadendas vrbium aliorum locorum præfecturas, atque nouos principatus e ruinis Ecclesiæ conflandos incitaret decretum edidit f quo, propositis diuinis humanisque pœnis grauissimis, ne quis vrbium, oppidorum, municipiorum, arcium, vicorum, pagorum dominium administrationemue sine pontificia auctoritate capesseret: idque ab Hugone Augerij canonico Narbonensi patrimonij B. Petri in Tuscia præside diuulgari, atque in prætericatores legis seueritatem adhiberi iussit g.

Cenetensis comitatus eiusdem eccl. vectigalis.

Dirio eccle siasticæ a tyrannis latas.

f Ibid. epist. sec. 115.

Sanctio Bened. in eos lata.

30 Censuris denincti Bononienses ob pulsum Bertrandum episcopum Ostiensem Apostolicæ sedis legato, misere oratores, qui Bononiam iuris esse pontificij professuri, de concordiæ legibus paciscerentur: de quorum accessu, habitaque in Cardinalium senatu oratione, multis demissionis & obseruantiæ notis insigni, plura refert Benedictus h.

g Ibid. epist. sec. 117.

Bononienses cum Pontifice concordiã petunt.

h Ben. in n. 4. op. cit. n. 66. & in n. 6. op. cit. n. 48. & in s. Vall. sig. in Ann. 1. p. 481.

31 Verum postea ortæ in complendis promissis nouæ difficultates: cumque condicto tempore Bononienses initas cum ipsorum oratoribus pactiones non confirmassent, Benedictus prioribus illos pœnis obnoxios esse promulgari iussit. Vt vero demum, mitigata nonnullarum conuentionum acerbitate, in gratiam fuerint admissi, dicetur inferius.

Otiæ nouæ difficultates.

Extracta reconciliatio.

Impa-

Helmoldi et Scaligeros gestum.

38 Impacata erat per id tempus Italia ob Fidenacinorum & Venetorum, aliorumque sociorum Insubrum, bella aduersus Mastinum Scaligerum, inquietum, cum tyrannidem latius proferre niteretur, vetustasque comitatus ac bona a Veneris eius ac Mastini, quæ adhuc augebatur, vt Italiæ dominum affectaret a, potentia, ad quam ex infima conditione attulerat. Nunc reliqua bella Italica prosequamur.

a Supra 36.

39. &c. Pœnituit) Petrus & Friderici olim Regis Trinacriæ filius crebrisum flagitio insulæ dominarum variis caribus ibi alterare aduersus Robertum, qui illuc regnum, tum auito iure, tum ex testamento a Bonifacio nactum legibus repetebat: misitque ad curiam pontificiam oratores, qui apostolica liberalitate Trinacriam sibi tradi deposcerent, clientelam exhiberent Pontifici ritu solemni iuramentum, ac de reuertendo sibi annuo censu, quem Friderico suo pluribus fisco pontificio accumulauerat, paciscerentur. Contra verò populi Robertus a Pontifice, vt ius in ea causa tanquam Siculi regni supremus princeps diceret. Benedictus itaque nouam iam intrauit actionem aduersus Petrum iniquæ Trinacriæ incubantem, in qua varias ob causas nullo iure illius eripuisse imperium demonstrauit, ac legatos etiam, qui censuris ipsum ecclesiasticis percellerent, ni inuasam possessionem dimitteret. Reuocare etiam in Roberti Regis fidem Trinacriæ populos blandis literis nitus est: Benedictus, postquam Robertum illos regia clementia complexurum, restituturum veterem libertatem, quæ in Sicilia Guillelmo II. Rege floruerat; sectionem anticipes Honorij IV. ad leuanda onera populorum cuitas, instauratum iri. Conceptæque sunt eadem verborum formula ad Syracusanos, Agrigentinos, Panormitanos, Messanenses scriptæ literæ d. Adiungenda erat verbis armorum vis, ac Robertus Rex magnam classem ad redigendos ad officium Trinacrios miserat, sed tanto apparatui belli exitum non respondisse tradit Ioannes Villanus e.

a Ben.ep. cur. 36. Petri Trinacriæ coll. num pro ditione sibi regno.

b Ex. Rinaldo in lib. priu. Rom. pont. ep. 349.

d Bb. ep. edit. 41. 42. 43. 44.

e Io. Vill. l. 11. c. 78. & alij. Balearis Aragonij clientelæ professum refugit.

40. Gerebatur aliud bellum inter Petrum Aragonum ac Iacobum Balearium Reges: vocabat enim Petrus Iacobum, vt Aragoniæ aulæ fiduciarium solemni ritu se profiteretur; Iacobus vero ab eo vehementer abhorrebat: Pontifex autem pacis amenda studio cum Petro Rege egit f, vt diem differret: cum maxime necessarium esset, vt Iacobus aduersus Carporum Regem, magnos bellicos apparatus instructurum, se compararet.

f Ead. 5. 4. ep. 450.

41. &c. Præterea Albohacenus Rex Marrochitanus cum Rege Granatensi ad inuadendas Hispanias bello se comparabat, augebatque barbarorum animos Christianorum dissidio: pacata namque omnino non erat Aragonia, & Castellæ ac Lusitaniæ Reges acriter diffidebant: generum Regem Castellæ, habita ludibrio Regina Maria, pellicem Guzmaniam habuisse in deliciis vt supra diximus, & ad regium penè fastigium euexisse. Feliciter demum pontificia opera inter Petrum Aragonum, Alfonsum Lusitanum, Alfonsumque Castellanum Reges percussum ad retundendos Saracenos terras, tentatur Hieronymus Surita g: qua de re sequenti anno sermo recurret. Bernardus vero episcopus Rutenensis, qui strenue in tanto opere desudarat, cardinalitia purpura, vt dicetur, extremo hoc anno ornatus est h. Hactenus de turbis Hispanicis, iam funestis Anglorum & Francorum bella aggrediamur.

Monita Castellano data.

Initum fœdus inter Hispaniæ Reges.

g Surit. l. 7. c. 46.

h Rom. 4. ep. sect. 404.

i Io. Vill. l. 11. c. 83. Frossard. Meyer. Walsingh. Paul. Æmil. &c. sup. & alij.

42. &c. Eduardus i Rex vigesimo secundo Iulij die Antuerpiam trecentarum nauium classe venit, ingentem deferens pecuniæ vim fortissimo cum exercitu applicuit; cuius audito aduentu Benedictus cum bellum atrox Galliæ immineret prospiceret, Philippum Regem ad diuinum implorandum præsidium excitauit, atque adeo ad arripiendam diuinæ Numinis gratiam, ac tollenda omnia, quæ illius læderent maiestatem, pacandam conscientiam, ne iniustum bellum gereret, abstinendum ab ecclesiasticorum & inopum oppressione, denique vt pacis vel indutiarum honestas leges admitteret, commonuit a, cum enim in eo bello plurimus sanguis Christianus spargendus esset, coram diuino tribunali, atque etiam apud homines ab omni illius effusi crimine purus appareret: ne spem in virium potentia sed in diuina virtute collocaret: se vero cum vniuersa Ecclesia Deo preces pro ipsius successu. Vrgebant illam de pace actionem Apostolicæ sedis legati Petrus tit. S. Praxedis presbyter, & Bertrandus S. Mariæ in Aquiro diaconus Cardinalis b iussu pontificis, quibus demum iniunctum d a. kal. decembris, vt cum concordiæ ex ea actione oriundæ spes euanescere, proponerent vtrique Regi Pontificem ipsum componendæ controuersiæ pronuncium adhibiturum.

Monita Pont. Gallo data.

a Ann. 4. ep. sect. 372.

b Ibid. epist. sect. 378.

c Ibid. epist. sect. 318. alib. ep. 399.

43. &c. Desudarunt Cardinales ijdem pro pangendo inter Reges fœdere in conuentu Atrebatensi, de quo meminit Meyerus e, atque a Philippo Rege archiepiscopum Rothomagensem, Lingonensem, & Bellouacensem episcopos addit: ab Eduardo vero Cantuariensem archiepiscopum, ac Lincolniensem & Dunelmensem episcopos, præsulesque Cardinales legatos; nec tamen pacem conciliare potuisse: neque enim ignobilia Aquitaniæ oppida Anglum, sed nobiles prouincias repetiisse ferunt. Quod ad Eduardi in Germaniam profectionem attinet, Ioannes Villanus ac plerique auctores referunt f eo se contulisse, vt a Ludouico Bauaro vicariatum, vt vocant, imperij excepta Italia acciperet; idque etiam data ad Eduardum literæ demonstrant g, quibus illum obiurgat Benedictus eo vsurario iacinore, & regium obscurasse dignitatem, & censuris ecclesiasticis aliisque pœnis grauissimis se irretiisse: Ludouicum Bauarum minime esse imperij, neque vlla in eo iura obtinere; ac licet vt ab execrabili fœdere discederet, admonitus antea fuisset, apostolica tamen nulla profligasse. Iactas præterea de nimio in Regem Francorum studio querelas refingit, hortaturque, vt titulum vicarij regio indignum ludibrio deponat, ac denique, in patentis monitis morem gesserit, fœcunitatem in eum ex officij religione se exhibiturum.

Atrebati agitata pax.

e Meyer. hist. flandr. l. 12. primo exitu dictusta.

Eduardi in Germ. profectio.

f Io. Vill. l. 11. cap. 63. Alb. Argentin. chron. Benedict. apud Boxh. Io. Hornyk. Paul. Æmil. in Philip. VI. Frossard. hist. l. 1. Meyer. l. 12.

g tom. 4. ep. sect. 380.

Vicariij electio fatsa nomine accipit a Bauaro.

44. &c. Interea Pontifex ad reprimendos iniquos illius conatus legatis Cardinalibus prouinciam dedit h, vt cum vacuo augustali solio imperij administratio ad sedem Apostolicam spectet, neque iustus vicarius imperij Eduardus esset, nec Ludouicus Rex, vel Imperator, verarent clientes imperij Eduardo vel Ludouico iura imperatoria accepta solemni sponsione referre; præterea vt antequam impræsules, qui Eduardo vel Ludouico studebant, grauiora ederent decreta, ipsos moneret officij, vtque ab illorum partibus se subducerent. Incubuit belli moles in Leodiensem & Cameracensem episcopos. Et quidem in Adolphum Leodiensem Brabantiæ ducem cum Ludouico Bauaro coniurasse, vt cum octo millibus equitum & sexaginta peditum millibus in eum incurrerent, ne hostis a tergo relinqueretur, refert Ioannes Villanus i. Idemum Leodiensis vi oppressus fœdus cum hostibus iniit m. Excepit vero tertius primos Eduardi impetus episcopus Cameracensis, quem Pontifex iidibus iulij est adhortatus ne Ludouicum Bauarum vel hostes, qui in Regem Francorum conspirauerant, admitteret; vt vero Cameraco Anglus propulsatus sit, dicetur inferius.

Veteri electores imperij Eduardo parere.

h tom. 4. ep. sect. 397.

i Bb. ep. 398

l Io. Vill. l. 11. c. 77.

m Vill. ibid. c. 79. Paul. Æmil. in Philip. VI. Gagnin in eod. & alij.

ferius. Nunc Turcicas res perstringamus.

72 Proferebant latius Turcæ tyrannidem in Europa & Asia; nec modo Ægei maris insulas Græcis eripere, sed ipsam etiam Cyprum vastare ausi magna clade ab Hugone Rege Cypri deleti fuerunt. Florebat tum in Cypro Elias archiepiscopus Nicosiensis, qui strenuam Græcis, Armenijs, & Iacobitis ad ecclesiæ Romanæ studium revocandis operam navabat: cuius pium ardorem Benedictus eo nomine commendauit a, deque amplissimis sibi missis muneribus gratias egit.

Flores Iacobitæ pelleli ad ecclesiam.

a Ext. l.4. ep.sine.181.

73. &c. Venere hoc anno ad sedem Apostolicam oratores Magni Chami Tartarorum omnium Imperatoris cum ipsius literis hac verborum formula conceptis b: *Nos mittimus nuncium nostrum Andream Francum cum quindecim sociis ad* PAPAM DOMINVM CHRISTIANORVM *in Franchiam ultra septem maria, ubi sol occidit, ad aperiendum viam nunciis sæpe mittendis per nos ad Papam, & per Papam ad nos: & ad rogandum ipsum Papam, vt mittat nobis suam benedictionem, & in orationibus suis sanctis semper memoriam faciat de nobis, & quod Alanos seruitores nostros, filios suos Christianos habeat recommendatos. Item quod adducant nobis ab occasu solis equos & alia mirabilia. Scripta in Cambalec in anno Rati mensis sexto tertia die lunationis.* Porrectæ fuere aliæ a principibus Tartaris, qui religione Christiana erant imbuti, literæ, quibus flagitabant supplices, vt pontificius legatus ac sacerdotes in Tartariam mitterentur. Cumulauit gaudio Pontificem optimum tam pia barbari Imperatoris legatio: scriptisque ad Chamum literis c, ipsum ob eximium in iouendis Christianis studium laudibus ornauit: excitauit ad cultum diuini Numinis, & Christiana sacra suscipienda; rogauit vt ecclesias ac sacella condi in imperij sui terris permitteret, in quibus diuina hostia pro ipsius ac Tartarorum salute incruente immolaretur: nuncios denique apostolicos ad ipsum euangelica luce collustrandum, curandamque animæ salutem ire mutuum eis pollicitus.

b Extant ib. apud Rend ep.138. Litera Imperatoris Tart. ad Pont. Expetit eius benedictionem.

c Ead. to.4. ep. secr. 98 extant etiã in m.s. arch Vat. ac rebus Arm. & aliorum infid. & schismat. 10.

77. &c. Confirmare etiam in fide Christiana nitus est Pontifex dictos principes Alanos, quibus formulam orthodoxi dogmatis vna cum apostolicis literis d transmisit; scriptæque e sunt ad eosdem principes literæ, quibus singulos seorsim hortatur ad fidem Christi amplificandam, & sacras ædes extruendas: *In quibus*, inquit, *iuxta ritum & morem eiusdem Romanæ ecclesiæ diuina peragantur officia, et immoletur hostia salutaris pro peccatis populi*. Decreti f porro legati ad Tartaros ad fidem apud eos amplificandam fuere Nicolaus Boretus theologus, Nicolaus Molanus, Nicolaus Ioannes Florentinus, & Gregorius Hungarus ordinis Minorum sodalis amplissimis ad proferendam latius religionem prærogatiuis, quas in pari re meminimus proficiscentibus ad gentes concessas, instructi, ac literis g apostolicis omnium Tartarorum summo Imperatori, tum Chansi mediæ Tartariæ, tum Vsbecho Aquilonarium Imperatoribus, ac Tynbecho huius filio: denique Fodim Iouens h Alanorum fidelium principi commendati.

d Ext. in eod m.s. pag 32.

e Io. 4. ep. secr. 199.

f Ep. 364. Minoritæ missi ad Tartaros.

g Ep 366. 367. 368. 369.

h Ep. 371.

82 *Hoc anno Domini*, inquit vitæ Benedicti auctor, MCCCXXXVIII. *die decima octaua mensis decembris, quæ* * *feria* VI. *quatuor temporum, dictus Benedictus Papa suam fecit creationem sex Cardinalium, quos in presbyteros assumpsit, qui fuerunt isti, videl. et Gotus de* * *Aranone Italicus tunc patriarcha Constantinopolitanus; dominus Bertrandus de Deucio* * *diœcesis Vicensis tunc archiepiscopus Ebredunensis, dominus Petrus Rogerij diœcesis Lemouicensis monachus ordinis S. Benedicti tunc archiepiscopus Rothomagensis, dominus Guillelmus Curti diœcesis Tolosanæ eiusdem Cisterciensis tunc episcopus Albiensis; dominus Bernardus de Albiaco diœcesis Aquensium tunc episcopus Rutenensis, et dominus Guillelmus de Aura diœcesis Carcassonensis tunc abbas monasterij S. Olini ordinis S. Benedicti: fuitque reputata creatio huiusmodi multum notabilis, nam omnes prænominati erant famosi et profundi doctores in iure canonico vel simili, aut magistri in theologia.* Hæc auctor: quibus consentanea affert ex libro obligationum Felix Cantelorius a. Meminit etiam de hac Cardinalium creatione Bosius b, additque ad Benedicti commendationem, illum proculcato carnis & sanguinis affectu neminem nisi virtutibus & meritis spectatissimum ad Cardinalatum euexisse; quibus Albertus Argentinensis consentanea scribit, dum de eo addit c: *Rogatus ipse Benedictus super promotione suorum respondit: Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.*

Creatorum nomina. * *fuit*

* *Arimino*

* *al. de Veio vel de Deuco diac. Brecn. alij de Deucio.*

a Contel. in elem. Cardd Bened. 11. Benedictus a suorum amore diuulsus.

b Bos. hist. eccl. Iero. p. 2. l. 2.

c Argen. in gestis Bertol. episc. Argent. Insignis eiusdem sententia.

IESV CHRISTI
Annus 1339. Indict. 7.

BENEDICTI PP.XII. VACANTIS IMP.OCCID. 26.
annus 6. ANDRONICI IVNIOR. IMP. OR. 8.

1. &c. BEnedictus mollire iterum clementia furentem Bauarum studuit paternis literis d, ex quibus hæc delibanda visa sunt.

d to.5. ep. secr. 392.

Benedictus mollire studet Bauarum.

Benedictus, etc. Tibi consulimus, & paternis exhortationibus & salutaribus monitis suademus, quatenus diligenter considerans vias tuas malas, & dum tibi vitæ tempus superest, ab eis conuertere, & ad vias rectas dirigere non differas gressus tuos, vt possis illa verba prophetica dicere Domino: *Cogitaui vias meas, et conuerti pedes meos in testimonia tua*; non solum sæpe, sed sæpius intra tua præcordia reuoluendo, quod moriturus es, & tibi, qui iam in annos processisti plurimos, mortis terminus appropinquat, & ignoras penitus diem mortis. Et quid etiam, si (quod absit) te contingeret in tali statu & cum talibus operibus terminum claudere vitæ tuæ, exinde, cum te tua sequerentur opera, reportares? Profecto nihil aliud, nisi pœnas cruciatus perpetui, & tormenta. Et vt tua reconciliatio, tibi vtique salutifera peccatis tuis non impediatur proprijs, sed potius Deum & Ecclesiam sanctam suam, ac nos & eandem sedem tibi magis placabiles constituas in hac parte; a præmissis excessibus omnino desistere studeas, & cum effectu attendas, vt præmittitur, circa hæc tam pia quam prouide reuocare, non procrastinando, dum tempus habes, sicut præmisimus, prosequi reconciliationem eandem: circa quam, si te digne ad id coaptaueris, nos & sedem prædictam, quantum cum diuino beneplacito, & honore ipsius Ecclesiæ fieri poterit, propitios reperies & benignos, &c. *Dat. Auinione* x. *kal. februarij anno* v. Cæterum superiora decreta ac gesta impia aduersus pontificiam auctoritatem cum audiret Petrus Rex Aragonum, adeo exhorruit, vt tuendæ dignitatis apostolicæ pio ardore commotus Benedicto aduersus ipsius hostes armorum potentiam obtulerit: cui Pontifex gratias egit e, nunciumque apostolicum ad Ludouicum, cum redeundi in gratiam cum Ecclesia voluntatem præ se ferret, se transmisisse significauit.

Proposita æterna supplicia.

Pœnitenti ostensa veniæ spes.

Aragonius vires regias cõtra Bauarum offert.

e Ead. to.5. ep. secr. 12.

6 Versabatur f in aula Bauarica Arnaldus de Verdala Apostolicæ sedis nuntius, pontificioque nomine cum Ludouico agebat, vt illius animum ad Christianam pœnitentiam flecteret, abduceretque ab Eduardi Regis fœdere, quo occidenti ac rei Christianæ necessaria pax restitueretur: cumque propositas nonnullas a Ludouico reconciliationis ineundæ rationes expo-

f Hist. ep. secr 393. Missus ad Lud. inter nuntius. Propositæ a Lud. pactiones.

expoſuiſſet Pontifici; is adhibitis in conſilium quibuſdam Cardinalibus Arnaldo ita reſcripſit a: *Si idem Ludouicus ad noſtram preſentiam ſuos certos ſuper facto reconciliationis ſue deſtinaret nuntios, et dictus Rex Anglie etiam ſuos cum poteſtate plena tractandi pacem cum eodem Rege Francie vellet tranſmittere, ſcribemus efficaciter eidem Regi Francie, quod idem duceret faciendum: et nos libenter laboraremus, vt reconciliatio et pax predicta ad bonum perueniret effectum; ita tamen quod interim pendentibus predictis coram nobis guerre, ex quibus innumera mala proueniunt, omnino hinc inde ceſſarent: et hac via videretur cuilibet facilibilis et honeſta, etc. Dat. Auenione x. kal. februarij anno v.*

a to. 5. poſt ep. ſecr. 394. Propoſita a Pont. cõ coram ratio.

7. 8 Optabat ſane Benedictus implere demandatas ſibi illius vices, qui prophetico ore conteſtatur: *Nolo mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur et viuat*; idque etiam in Ludouici & aliquorum principum electorum, qui ſuperiori anno Romanæ eccleſiæ maieſtatem læſerant, cauſa demonſtrauit: hos enim, ac Ludouicum pro ijs deprecantem Pontifex paterno ſinu, ſi flagitij ipſos pœnituiſſet, amantiſſime ſe excepturum reſpondit b. Flagitauit c quoque Bauarus a Pontifice, vt Arnaldo de Verdala apoſtolico internuncio reconciliationis ſuæ perficiendæ auctoritatem tribueret: cui reſpondit Benedictus, miſſum illum ea de cauſa fuiſſe, vt ipſi ſuam mentem atque arcanas voluntates panderet: rem vero niſi in Cardinalium conſiſtorio perfici non poſſe. Reuerſus itaque eſt Arnaldus ad ſedem Apoſtolicam, qui ob virtutis præmium ad Magalonenſem epiſcopatum euectus eſt, de cuius legatione Germanici hiſtorici d meminere; ac ſignificauit Pontifici, Ludouicum ac principes electores decreuiſſe ſolemnes oratores ad optatiſſimam reconciliationem perficiendam legare: qua de re idem Pontifex ad Robertum Siciliæ, & Philippum Galliæ Reges ſcripſit e, vt ipſi oratores ſuos mitterent, quo rationibus ſuis conſulerent.

b to. 5. ep. ſecr. 393.
c Sup. ep. 393. Ludouici petitio. Reſponſio Pontificis.
d Alb. Arg. in chron. & alij.
e to. 5. ep. ſecr. 414.

9. &c. Quo etiam tempore Eduardus Angliæ Rex Guillelmo epiſcopo Cameracenſi edixit, vt ſibi tanquam proregi cæſareo comitatum Cameracenſem imperiali beneficentia acceptum referret. At epiſcopus ad ſedem Apoſtolicam prouocauit, ad quam ſpectabat cauſa, cum Ludouicus iura cæſarea non teneret. Benedictus itaque, vt accerſitos ab Anglo iuris fucos ad colorandum iniuſtum bellum dilueret, edicto pontificio promulgauit, iniquam eſſe moram ab illo litem: iuris formulas tamquam a cæſareo legato editas reſcidit; in ipſumque Eduardum Regem ac reliquos principes, qui bellum comitatui Cameracenſi inferrent, anathematis ſententiam tulit f. Data g eſt Leodienſi, Traiectenſi, & Tornacenſi epiſcopis diuulgandi huius edicti prouincia. Verum Eduardus, cum inultra proditione nonnullos Cameracenſes ſubornare nihil oſſet, aperto bello rem gerere aggreſſus, exeunte ſeptembri maximo ſuccinctus exercitu, ſtipatuſque duce Brabantiæ, Geldriæ & Iuliaci comitibus, quorum primus ducis, alter marchionis titulos a Ludouico obtinuerant, Cameracum cæſareæ quidem ditionis vrbem, ſed quam epiſcopus idemque comes, vacuo ſolio auguſtali, Francorum Regis clientelæ addixerat, eoque milite præſidiario firmarat, obſidione cinxit h. Dum autem Cameracum vrgebat obſidione Eduardus, Pontifex illum anathemate deuinctum ob fœdus cum hoſte Eccleſiæ percuſſum, bellumque epiſcopo Cameracenſi præfecturæ Germaniæ ſuſceptæ ſcelere prætextu inuictum, reuocare a cœpris eſt conatus i.

Quo fuco inſendit litẽ epiſcopo Cameracẽſi Eduardus.
f An. 5. ep. cit. 2.
g Reg. poſt cit. ep. Non pari cum eſt Pontifici.
h Geſta Benedict. apud Boſq. Ab obſidione Cameraci reuocare Eduardũ nititur Benedictus.
i to. 5 ep. ſec. 417. ratio eius apud Walſin. in Eduar. III.

13. 14 Dedit quoque mandata Cardinalibus nunciis Petro tit. S. Praxedis, & Bertrando S. Mariæ in Aquiro l, vt Eduardum Angliæ Regem pœnas & cenſuras in decretis apoſtolicis aduerſus Bauari ſectatores iuras contraxiſſe pronuntiarent; atque etiam pontificio nomine ipſi denuntiarent, niſi Cameracenſem obſidionem ſolueret, ac præfecturam imperij in Germania Ludouici auctoritate ſuſceptam abiceret, grauioribus in eum pœnis ac ſententijs animaduerſurum. Compararat ſibi aduerſus Eduardum æmulum Philippus Francorum Rex ingentia auxilia; acceſſerant a enim illius ſignis Ioannes Boemiæ & Philippus Nauarræ Reges, Aymo comes Sabaudiæ, Imbertus Delphinus Viennenſis, ac viginti quatuor vel quinque millia equitum, peditumque innumeram multitudinem ad bellum traxerat, parabatque e florentiſſimo illo ſuccinctus exercitu irrumpere in Germaniam interiorem, ne bellum in ſuo, ſed hoſtium ſolo gereretur; cum Benedictus, veritus ne Germanis fauendi magis in Gallos præberetur occaſio, ſuaſit Philippo, vt hoſtem intra regni limites opperiretur: *Ne*, vt ait, *præſtaretur occaſio principibus et alijs Alamannie nobilibus te ac regnum tuum ex eo iuſte inuadendi et offendendi, quod tu primo intrando terras regni Romani et imperij hoſtiliter inuaſiſſes*. Secutus eſt pontificium conſilium Philippus, & caſtra ad flumen Iſaram Regis Anglorum caſtris proxime admouit c.

Intentam illi eccleſ. ſeueritas.
Parat Gallus irrumpere in Germ.
a Io. Vill. l. 1. c. 85. Maſſeus Philip. VI.
b to. 5. ep. ſecr. 415.
Id conſilium dicunt ẽ dei.
Additaratio.
c Io. Vill. l. c. 85.

Laborare cœperat commeatuum inopia Germanorum Anglorumque exercitus, cum Eduardus, metuens d ne idem exercitus ſenſim abſumeretur, vniuerſi certaminis aleæ ſpes ſuas committendas cenſuit. Prouocauit itaque Philippum Regem ad pugnam: ſed prudentes eam ſuaſerunt declinandam, ne Gallia inaperrum diſcrimen conijceretur; hoſtemque vincendum conſilio, atque interclusis commeatibus auerendum, vt obieruat Hocſemius. Tribuendum viſum eſt diuinæ prouidentiæ, vt potentiſſimi exercitus infeſtis ſignis non concurrerent, ne tantus Chriſtianus ſanguis funderetur, ex quo fidei hoſtes maiores animos collegiſſent ad rem Chriſtianam euertendam, vt expendit Benedictus in ſuis ad Eduardum Anglorum & Philippum Francorum Reges datis literis, quibus ad ſequeſtram pacem conficiendam eos adhortatus eſt: ſeque apoſtolicam operam dirimendæ controuerſiæ nauaturum addidit.

d Maſſeus in Philip. VI.
Intercluſi Anglo cõmeatus. Soluer vtrinq; fine ea de exercitus.

15. &c. Quibus literis atque alijs antea indicatis pontificius illuſtratur pius ardor in conciliandis Regibus, belloque exitiabili ſedando; at irrito conatu, cũ Eduardus Anglorum Rex difficillimum ſe præberet, vt queritur Pontifex e, quamuis Francorum Rex ad pacis conſilia inclinaret, ac Pontifici & nuntijs Cardinalibus obſequeretur f: affectabat enim Eduardus, vti ſupra indicauimus, non ignobilia oppida Aquitaniæ, ſed vniuerſum Francorum regnum, vt vel aliquam prouinciam, Normanniam, Britanniamue adipiſceretur. Auxit vero eius res Belgarum a Gallo Rege defectio, quam extremo anno contigiſſe Hocſemius, harum conuerſionum ſpectator, narrat g.

Anglus cõ cõtiam reſpuit.
e Ib. ep. 413.
f Ad. ibid.

Deciuiſſe Belgas a Francorum Rege, ſeditionis principe Iacobo Arteuelda Gandauenſi Siceriæ venditore, comitemque pepulſſe; tradunt hiſtorici: ac ipſius conſilio Eduardum Gallica corripuiſſe inſignia. Extant porro Eduardi literæ hoc anno Antuerpiæ ad Benedictum & Cardinales datæ, quibus plura de Philippo Rege conqueſtus, rationes, ob quas ad regnum Francorum annitebatur, expoſuit h: excuſauitque iniram cum Ludouico Bauaro coitionem, cum id eo conſilio egerit, vt ipſo veluti ſcuto in hoſtem vteretur, bellumque in ſolo hoſtili gereret: neque ea re ab Eccleſia ſe defeciſſe, riga quam regium ſtudium, ſupremamque in terris Pontificis auctoritatem profeſſus eſt: *Quam negare*, inquit, *ba-*

g Hocſem. l. 2. c. 25. Abeo vſurpata Gallica inſignia. Argumentũ Eduardi in conſecta da Gall. corona.
h Ext apud Walſin. in Eduar. III.

reſim

Queritur sacras decimas aduersus ipsum averti

ritio eſt probare; tum ſubdidit: *Licet propter hoc diſſentiatur a pluribus, non a nobis, quod contra nos falſa ſubmitto quod ad nos actus patris vel matris non extitit, ſed noverca, nihilominus tamen conſtanter aſſerimus quod ſimus & perſeueranter erimus veſtre ſanctitatis veſtraque ſedis devotus & humilis filius, non priuignus, &c. Dat. apud Andoverp. XVI. die iulij anno Domini* MCCCXXXIX.

Græcorū ad Pont. legatio.

19. &c. Dum occidens Eduardi Philippique Regum diſſenſionibus ardebat, orientis Imperator Andronicus iam ante a Ioanne XXII. Philippo Francorum & Roberto Siciliæ Regibus, ac Venetis inuitatus ad Romanæ eccleſiæ obſequium deferendum, Barlaamum abbatem ac Stephanum Dandalum oratores ad ſedem Apoſtolicam miſit, qui Benedicto exponerent, Græcos ad coniunctionem eccleſiarum perficiendam inclinare ijs legibus, vt in concilio œcumenico de proceſſione Spiritus ſancti orthodoxum dogma concertationibus theologicis illuſtraretur, ſtatueretur que, & antequam cogeretur ſynodus, auxilia Græcis ad quatuor vrbes principes a Turcis in Aſia occuparas recuperandas ſubmitterentur. Confectæ ſunt ea de re publicæ tabulæ a, quæ in annalibus diffuſis extant.

a Ext. apud Bened. to. 5. ep. ſecr. 289.

32. &c. Quæ vero a Benedicto Papa & ſenatu Cardinalium reſponſa ſint, tum ex ijſdem actis, tum ex literis a Pontifice ad Gallorum Regem datis conſtat; nimirum rogatos oratores primum fuiſſe, num aliquibus mandatis ab Imperatore & patriarcha inſtructi eſſent, quibus caueretur, ne poſt inſtauratam eccleſiarum coniunctionem iterum cœptis deficerent, vti antea Palæologo Imperatore poſt celebratam ſynodum Lugdunenſem, tantaque maturitate habita plura conſilia, acciderat. Negante vero Barlaamo, fultum ſe ad id idonea auctoritate, ſed vt tantum ſubſidiarias copias ad nonnullas prouincias Aſiaticas Turcarum ſeruitute liberandas depoſceret; deinde de ſynodo œcumenica, in qua veteres controuerſiæ dirimerentur, congreganda ageret; reſponſum a Benedicto eſt, Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere, iam ante in Ephelino concilio in Græcia, Toleti in Hiſpania, Lugduni in Gallia definitum, idemque Græcos Iuſtino primum, tum Palæologo Imperatoribus proteſtos; nectaſque iam in diſceptationem fidei articulum adducere. Si tamen Græci poſt habitam ſuorum ſynodum aliquos miſiſſent, eos a Latinis doctoribus inſtruendos fore, & omnem dubiorum & obiectionum caliginem diſcuſſum iri. Quod ad petita autem auxilia ſpectabat, ea demum mittenda, cum Græci ad Romanæ eccleſiæ gremium reuerſi eſſent, ne ſi ijs fulti ſubſidijs ſuas res amplificarent, confirmatis inde viribus inſoleſcentes Romanæ eccleſiæ illuderent. Quæ ſingula Francorum Regi, a quo Græcus Imperator petebat auxilia, Benedictus ſuis literis expoſuit b. Plurimam ſane Græcis in ſinum Romanæ eccleſiæ traducendis dedit operam Barlaamus c, extantque inſignia ipſius opuſcula, quibus eorum errores refellit, ac doctrinam orthodoxam de primatu eccleſiæ Romanæ, deque proceſſione Spiritus ſancti ex Patre & Filio confirmat d varijs argumentis.

Reſponſi pontificij ſumma.

b to. 5. ep. ſecr. 290.

Barlaam docet Græcos primatum Rom. eccleſiæ agnoſcendum.

c M. ſ. bibl. Vat ſign. n. 4068. pag. 7 & apud Cæſar. ſ. antiq. lect n. 6. pag. 13. &c.

d to. 5. ep. ſecr. 291.

44. &c. Graſſabantur eodem tempore in orientali mari nonnulli Ligures Monachienſes, qui grauiora Venetis damna intulere, & eorum diripuerunt naues: inuaſere etiam pontificias, quæ ad reprimendos Turcas ea ſulcabant maria: adeo veſana cupiditas nequiſſimos Chriſtianos obcœcarat. Cum vero ij ſe in Roberti Regis Siciliæ clientelam commendaſſe dicerentur, conceperant Veneti odia in Regem: ſed Pontifex, factus de re tota certior, Monachienſes e ac Robertum f Regem in improbos graſſatores animaduertere iuſſit; tum Venetiarum ducem docuit, vt piratæ illi, licet Guelphi videri vellent, non Roberto tamen Regi, ſed hoſti illius inuaſori Trinacriæ Petro Aragonio adhærerent, ac plura damna eiuſdem Roberti ſubditis inferrent: denique ad colendam regiam amicitiam Venetum ducem eſt adhortatus g. Adhibita vero apud Venetos hac ſtudia a Pontifice fuerunt, ne Robertum Regem a recuperanda Trinacria diſtraherent: redijſſe quippe illius iura ad eum vidimus, atque adeo Petrum maiorem Regis Friderici natu filium, qui regios apices inter ſuos gerebat, non Regem, ſed iniuriolum inſulæ detentorem vocauit h. Tum miſſi ab eo ſuperiori anno interuntij apoſtolici Gorius patriarcha Conſtantinopolitanus, & Raterius epiſcopus Vaſionenſis, qui propoſita cenſurarum religione Trinacrios in iuſti Regis Roberti fidem & obſequium cogerent. Prohibiti in Trinacriam libero ingreſſu publicis actis i in Calabria editis pontificio nomine promulgarunt Petrum nullo iure Trinacriæ ſceptra tenere, denuntiarunteque vt regnum reſtitueret, Trinacrioſque ad excutiendum illius iugum hortati ſunt; perſtantes vero in eiuſdem obſequio cenſuris perculere.

g Sup. ep. 271.

h Ead. ep. 271.

Iuſſi Trinacrij Roberto parere.

59. 60 Detrectante igitur Petro tranſmiſſum flagitio a patre regnum Roberto Regi reſtituere legibus, ad arma ventum fuit, immiſſaque k hoc anno eſt in Trinacriam magna claſſis, præfecto Goffredo Nanzanio Squillacij comite: qui cum Liparim inſulam obſideret, comes Clarimontis, Petri Aragonij copiarum dux, claſſe in portum inuectus, cum abſcedente Goffredo partam victoriam arbitratus incautior ageret, inſequenti die ſummo mane reuerſa Roberti claſſis impetu inopino Trinacrios oppreſſit: comes Clarimontis captus inter cæteros, ac nonniſi pauci ex ea clade euaſere; arxque Liparis inſulæ impoſita ea clade attonita dedition em fecit. Partam exiguo cruore eam victoriam, vnde annarum pauciorum ſalus periclitata ſit, gratulatus eſt Pontifex Roberto Regi e, cui Trinacriam iam antea eius maioribus a ſede Apoſtolica iure fiduciario traditam, atque ab Aragonijs occupatam reſtitui exoptabat. Tum data eſt Roberti Regis gratia prouincia Auerſano epiſcopo & abbati Cumenſi, vt Liparenſes cenſuris ſoluerent ea lege, vt ſi ad hoſtem deficerent, iterum priori nexu irretiti tenerentur. Neque prætereundum eſt de Roberto, perſolutum ob eo Romanæ eccleſiæ octo millium vnciarum auri cenſum ſyngrapha pontificia teſtatur l: ſimiliterque a Petro Rege Aragonum Sardiniæ & Corſicæ liberalitate ſedis Apoſtolicæ acceptarum nomine duo millia marcharum argenti m. Veniſſe autem Petrum ad eandem ſedem, vt clientelarem obedientiam ſolemni ritu Pontifici deferret, non modo apoſtolicæ literæ anno proximo ineunte exaratæ n oſtendunt: ſed etiam teſtantur hiſtorici o.

Expeditio Roberti in Trinacriā

k Io. Vill. l. 11. c. 107.

e Ib. ep. ſecr. 289.

f to. 5. ep. ſecr. 214.

Petri Regis Arag. ad ſedem Apoſt. acceſſus.

g lib. ep. 215.

h to. 6. ep. ſecr. 1.

i Marian. l. 16. c. 6. Sur l. 7. c. 48.

Proceres Inſubriæ Pontificis fiduciarij.

l Io. Vill. l. 11. c. 108.

61. &c. Conſtituti ſunt hoc anno in Italia plures magnates ſedis Apoſtolicæ fiduciarij, quio tyrannis in iuſtos principes, accepta a Benedicto, vtpote interregni tempore adminiſtratore imperij, quam antea ſcelere arripuerant auctoritate, euaſere. De Luchino poſt Azonis Vicecomitis Mediolanenſis mortem Mediolani principe meminit Ioannes Villanus l, illumque decem aureorum millia in annos ſingulos Pontifici pendere pollicitum; ſed de eo ſuo loco inferius: Maſſinum ſimiliter, non quinquaginta (error enim in auctorem irrepſit) ſed quinque, vt ex literis pontificijs conſtat millibus cenſus annui pactis, plurium vrbium principatum accepiſſe: qua occaſione auctor in exclamaciones ineptas in Romanam eccleſiam prorumpit. Quid tandem diceret, ſi Angliæ, Hiberniæ, Aragoniæ, Sardiniæ, Corſicæ, Trinacriæ, Siciliæ Reges, pluresque alios, de quibus Baronius, noſque memi-

minimus in annalibus, vt alios plures inferiores principes mittamus, Romani Pontificis clientes se profes-
sos audiret, atque honori & triumpho duxisse suos illius, cui *data est potestas in cælo & in terra*, vicario principatus subiecisse? Quo vero ritu, quaue consilij maturitate expetèribus Italis gesta res sit, ex publicis monumètis tum editis constat a. Facti sunt a Scaligeris procuratores duo, vt a Benedicto Veronensem praefecturam deposcerent: extracta autem fuit in plures menses de conferenda Scaligeris, vacuo augustali solio, vicaria praefectura actio; ac demum conuentum est, vt pontificio illam nomine administrarent; Cæsarem nonnisi ab Ecclesia confirmatum agnoscerent: persequerentur hæreticos, censumque quinque millium aureorum Romano pontifici penderent: vectigal militare ducentorum equitum, ac trecentorum pedi-
tum contribuerent; pristina iura ecclesiasticis restituerent, immunitatesque sacerdotum tuerentur: atque ijs legibus in clientelam apostolicam accepti fuerunt, donec iustus Cæsar creatus esset.

a *M. s. bibl. Vall. sign. lit B. n. 13. pag. 206.*

Scaligeri affinitas Bartholomæo episcopo Veronensi per ipsi.

67 Cruentarant se Mastinus & Albuinus Scaligeri iam ante cæde Bartholomæi pariter Scaligeri episcopi Veronensis; in quos Bertrandus patriarcha Aquileiensis, cui Verona in sacrarum rerum administratione tributa erat, iudiciariam actionem instruere iussus fuerat. Cum vero responderent cæsum talentibus ira animis proditionis reum ob coitiones factas cum hostibus, structasque ipsorum vitæ insidias; tum de violata episcopali maiestate veniam poscerent, hisce legibus Mantuano episcopo expositis a Pontifice in gratiam admissi fuere.

Admissi ad crimen sacra pœnitentia expiandum.

68. &c. *Benedictus, &c.* Fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus ab eisdem Mastino & Albuino de parendo mandatis nostris & eiusdem Ecclesiæ prius recepto corporaliter iuramento, ipsos auctoritate nostra ab huiusmodi excommunicationis sententia iuxta Ecclesiæ formam absoluas; iniungens eis sub debito præstiti iuramenti, quod infra octo dies post absolutionem huiusmodi ab introitu eiusdem ciuitatis Veronensis, cuius episcopum occiderunt, pe. ites in tunica sine capucio & supertunicali ac alio quolibet cooperimento, capitibus discoopertis, incedant & vadant: ac ante se portari faciant centum cerea tortitia accensa, quodlibet ponderis sex librarum, & eorum quilibet vnum accensum cereum dicti ponderis propria manu portet ad eiusdem ciuitatis ecclesiam cathedralem; & ibi in aliquo die dominico vel solemni hora, qua missa maior cantatur, & in dicta ecclesia maior fuerit populi multitudo, offerant dicta tortitia cerea, & a canonicis dictæ ecclesiæ veniam dicti delicti cum humilitate deposcant. Et deinde infra medium annum, a die absolutionis huiusmodi computandum, vnam imaginem argenteam B. Mariæ ponderis triginta marcharum, & decem lampades de argento, quamlibet ponderis trium marcharum, in dicta ecclesia offerant inibi perpetuo remansuras, ac reditus annuos perpetuos assignent pro oleo habendo ad dictas lampadas necessario. Et nihilominus infra dictum annum in ipsa ecclesia sex capellanias dotent, quamlibet de viginti florenis auri de Florentia annui & perpetui redditus pro sex presbyteris qui in dicta ecclesia vltra illos, qui esse consueuerunt ibidem, officiare perpetuo teneantur: quorum duo pro anima eiusdem episcopi interempti, vnusquisque videlicet per hebdomadam suam debeat celebrare. In die vero, qua dictus episcopus extitit interfectus, quilibet eorundem Mastini & Albuini singulis annis habeat reficere viginti quatuor pauperes, & singulis singulas tunicas conferre, ac toto tempore vitæ suæ ieiunent sextas ferias & vigilias festiuitatum B. Ma-

Offerri pœnitentiū ritu iussi cerei.

Argentea imago Virginis offerenda.

Appendendæ lampades.

Imperati sacerdotales census.

Eleemosynæ & ieiunia imperata.

riæ, nisi infirmitate vel senectute fuerint impediti & tunc pro illa die, qua propter causas prædictas non potuerunt ieiunare, duos pauperes reficere teneantur. Eo cum fiet passagium generale, idem Mastinus & Albuinus, si viuant, viginti homines in equis armatos in terræ sanctæ subsidium mittere teneantur, ibidem per annum vnum propriis expensis mittentium moraturos: si vero tunc rebus non superessent humanis, ordinare dum vixerint sint astricti, quod id per successores eorum debeat adimpleri. *Dat. Auinione* x. *kal. octobris anno* v. Affecti his beneficijs Scaligeri contulere dono Romanæ ecclesiæ Magnanum & Caprariam oppida Veronensis agri; quæ Pontifex ijsdem Scaligeris iure fiduciario possidenda tradidit, imperato vnius marchæ auri vectigali annuo, recurrente principum Apostolorum festo die pendendo. Qua de re extant publica monumenta b.

b *Ann. s. eccl. an. 21. lib. privil. Rom. eccl. n. 2. pag. 240. 246. 247. m. s. bib. Vall. sign. lit. B. n. 22. pag. 199 207. 209.*

71. 72. In Hispania ad infringendos Maurorum impetus facti sunt magni apparatus, Regesque Christiani ad mutuam armorum societatem ineundam solicitati. Desudabat in ijs conciliandis Bernardus Cardinalis apostolicus internuntius, sed obstabat adultera Gusmania, quæ Castellanum ad Mariam Reginam Lusitani filiam male habendam impulerat, quamque Pontifex grauissimis literis c ejici iusserat: illas autem diuulgari a Cardinale voluit, vt omnibus viris pijs constaret, scelus horrori esse. Cedere visus est Castellanus apostolicis monitis, posterioribus enim literis ad pacem cum socero conficiendam paratum se offerenti, seque in Saracenos bello accingenti Pontifex est gratulatus d.

Pellex regia pellis iussa a Pōte
c *lib. ep. secr. 118.*
Paret Castellæ Rex
d *lib. ep. secr. 239.*

73. &c. Gliscebat vero inter Petrum Aragonum & Iacobum Balearium Reges discordia, quos Benedictus ad fœdus redintegrandum adducere conatus est. Aragonum quidem, ne asperius sua iura a Iacobo Baleari exigeret, vtque controuersiam communium amicorum arbitrio committeret admonuit d, ne illa erumperet in bellum. Agebatur e in ea controuersia, an Baleares insulæ & aliæ terræ, quas Iacobus obtinebat, Aragoniæ coronæ iure fiduciario addictæ essent: id contendebat Petrus Rex, ac maiorum iura asserebat; at Iacobus vi & iniuria ab Aragonijs rem viuparam querebatur; quem monuit Benedictus imminere ex Africa Regem Marrochitanum, qui dissentientem vtrumque opprimeret; timendum esse ne obnoxij populi ab ipso ad Aragonium deficerent, neque Balearicas opes tanto suscipiendo bello pares esse: regiam dignitatem ab Aragonia stirpe accepisse, ratioque conueniens, vt illi acceptam referret. Paruit demum pontificijs monitis Iacobus: eius enim sponsionem hoc anno Petro Regi fecit f solemni ritu, quam summo rigore seruari Aragonius voluit in sacello regio, cum Iacobus postulasset ne in aula publica obsequia debita præstaret. Contemptum vero se arbitratus a Petro Balearis, postea a promissa fide resilijt.

Dissensio inter Aragon. & Balearem.
d *lib. ep. 119 e Eod. n. 5. ep. secr. 95.*
Disceptatum de supremo Balearium imperio. Impendis ab Afris discrimen.
Balearis Aragoniæ fidem addicit.
f *Surr. l. 9. c. 47.*

76. &c. Conciliatis igitur Hispaniarum Regibus, Africanos & Granatenses coercendere facilius fuit: triginta triremes, quas Aragonum & Castellæ Reges instruere pactos vidimus ad freti Gaditani fauces obsidendas, cum pluribus maioris aluei ac minoris nauibus percurrere ea maria; sed tardius, Garpi enim barbari ex Africa fretum maximo numero traiecerant. Notat porro Ioannes Villanus g omnes Saracenos ab Africa ad extremam Arabiam communibus armis & sumptibus bellum pro tuendo Granatensi regno & instauranda in Hispanijs superstitione gerere solitos, vt Christiani pro restituenda veræ religioni Syria proficisci ex vniuersis occidentis regnis consueuerant: deploratque tandiu illud magno Christianorum, a quibus cinctum erat, dedecore stetisse. Tum carpit Pontificem,

Garpoū in Hispaniæ pedtio.
g *Io. Villl. lib. 98.*
Saraceni pro tuendis Granatensi fœderati.

cem, quam bella alere queritur: at qua ratione, e superioribus auctoris calumnia refellitur. Sed his missis ad reportatam a Christianis de barbaris nobilissimam victoriam properet narratio. Promota erant Lindam Christiana castra a, cingique obsidione vrbs cœperat, cum barbari magna multitudine ad ferendam obsessis opem procurrere. Superior numero erat hostis, decloque vincendus fuit. Comparatæ itaque sunt certo loco insidiæ, & Christianus exercitus, cum fugam simulasset, barbarum dissolutis ordinibus insequentem, conuersa fronte, adortus est; erumpentibusque alijs ex insidijs innumera multitudo est prostigata: viginti millia infidelium cæsa capta, in ijsque Regis Mauritani siue Belmarini filius, qui Regis Hispaniarum titulum inuaserat, ac duo Saraceni alterius Regis filij trucidati. Præcipuus tantæ victoriæ auctor fuit Gundisalvus ordinis Alcantaræ magister, qui mox tanto triumpho plures gloriæ inuidos sibi peperit.

a Io. Vill. apud Marian. l. 12. c.6. Surit. l. 7. c.50.

Parta de ijs victoria

79 Efferati ira ob acceptam cladem Saraceni filij mortem Marrochitani Regis vlcisci cupientes, maximos exercitus in Hispanias sequenti anno miserunt, qui diuina virtute prostrati. Barbarico autem bello Castellæ Rex implicitus, cum vectigalia sacerdotum, qui ex regno Castellæ nonerant oriundi, vel ecclesijs cultum diuinum non impendebant, occupasset, necnon tertias templorũ fartis tectis reficiendis sacras, a Benedicto perstrictus est b, addiditq; de eo Pontifex: *Si in captis obfirmatus perstiterit, non posse apostolico se muneri deesse, vt quamuis velut filium amantissimum eum habeat, errantem non castiget.*

Castellæ Rex opes eccles. inuadit.

b Io. 5. ep. secr. 261.

80. 81. Certabat contrarijs studijs Casimirus Poloniæ Rex Ecclesiam regijs beneficijs deuincire, illamque vt matrem amantissimam singulari beneuolentia complectebatur: quem Benedictus plurimum commendauit c. Delegitque hoc anno in solemnibus ordinum Poloniæ conuentibus Casimirus, cum prole masculà careret, sceptri successorem Ludouicum Regis Hungariæ & sororis suæ filium, de quo Michouius d & alij e agunt. Efferebat incies diuina prouidentia Carolum Regem ad maiorem amplitudinem, cum ille ab annis teneris suas in Numine spes collocasset; cuius pietatis in Deum, cultusque in B. Virginem insigne monumentum extat: nam insidijs pertuus voto muncupato se adstrinxerat ad orationem dominicam & angelicam salutationem & hymnum *Salue Regina*, centies, atque etiam ducenties ferme singulis diebus repetendos: cumque procum numerus nimium increuisset, a regio munere obeundo distrahebatur: quem Benedictus ad quinquagenarium numerum, ita contraxit, vt legem de alendis duodecim pauperibus præter eos, quos alere consueuerat, addiderit.

Polonus Rex egregie meritus de ecclesia.

c Io. 5. ep. secr. 265.

Ludouicus Hungarus delectus sceptri Polon. successor.

d Mich. l. 4. c. 18.

e Crom. l. 12 in Casim. Bonfin. dec. 2. l. 9.

De Caroli Hungari pietate.

81, 82 Delatæ fuerant de Rege Hungaro apud Pontificem graues querelæ; occupata fuisse, vacuo Colocensis & Bachiensis coniunctarum ecclesiarum archiepiscopali solio, prædia & castra, quæ iuris erant ecclesiastici, a regijs administris, dissimulante eodem Rege: ac tum ipsum monuerat Benedictus, vt a sacris opibus temperaret manus, atque antecessorum suorum, qui ecclesias locupletarant, exempla sequeretur. Qui cum Pontifici rescripsisset, id ad tuendum limitem regni Hungarici, ne Rasciæ Rex schismaticus ijsdem oppidis inuadendis inhiaret, gestum; partes datæ f sunt a Benedicto Strigoniensi archiepiscopo, vt eiusdem Regis rationes in publica documenta redactas ad sedem Apostolicam transmitteret. Cumque idem Rex continua cum fidei hostibus prælia gereret, ad sacro ardore accendendos eius milites Christi vicarius, felicem ijs immortalitatem, criminumque gratuitam veniam in sacro eo bello occubiturís proposuit g.

Commendata illi ecclesiæ.

f Ib. ep. 162.

83 In Dania ijs temporibus magnimoens fuere excitati, & Christophorus Rex, ob tyrannidem suis inuisus, regno depulsus est. Inde magis excreuit seditio; & Scania, vt præpotentis principis clientela ab inuasorum iniurijs vindicaretur, Magni Suecorum, Gothorum, & Norvvegorum Regi se addixit: isque vt quartum diadema in capite firmaret, perijt ab sede Apostolica, vt cum Dania sedis ipsius stipendiaria esset, Scaniæ dominatum ipsi confirmaret; ac si reliquam Daniam, pulsis tyrannis, qui ipsam opprimebant, sceptris posset adiungere, pontificia id auctoritate corroboraret. Cui rescripsit Benedictus h, non vocata aduersa parte de alienis rebus quidquam statui non posse.

Dani in Christoph coniurant.

Magnus trium regnor princeps.

h Io. 5. ep. secr. 32.

g Rad. ep. 2. 9.

IESV CHRISTI
Annus 1340.

Indict. 8.

BENEDICTI PP. XII. VACANTIS IMP. OCCID. 27. annus 7. ANDRONICI IVNIOR. IMP. OR. 9.

1. &c. NIhil intentatum reliquit Romanus Pontifex, vt pacem inter Anglos & Francos redintegraret. Traxerat in belli societatem aduersus Philippum Francorum Regem Edwardus præter Brabantinos & Hannonios, vt refert Ioannes Villanus e Belgas Gallicæ aulæ clientes extremo superiori anno: quorum audita coniuratione Benedictus, vt periculis imminentibus occurreret, ac Belgis ipsis etiam consuleret, granioribus enim ipsi diuinis humanisque pœnis ob illam perduellionem ex antiquo inito fœdere apostolica auctoritate confirmato se irretiebant, Hiprenses d, Brugenses e, Gandauenses f præcipuos conspirationis socios monuit officij, vt fidem Regi Francorum sacramento firmatam, & veterem pacis formam seruarent: atque etiam pontificiam operam obtulit ad eos Regi conciliandos, & abolendam iniuriam omnem: tum in quæ mala & pericula se vitro conijcerent, ante oculos proposuit g: qui aucrtere aures ab apostolicis monitis ingenti suo malo, magnis enim ex secuto bello atriti h sunt cladibus. Neque continere ipsos in officio potuit Ludouicus comes, cum Iacobus Arteuelda tyrannidem inuasisset: ad quam firmandam immortale bellũ in Anglorum & Francorum Reges accendendum ratus, Eduardo Anglo auctor extitit i, vt Gallicum nomen regium Anglico adiungeret, veteribusque insignibus lilia adderet, pactus ea ratione Belgas ad ipsius, vt Regis Francorum, obsequium adducendos: hos vero delusit ea specie, censuris ecclesiasticis rebellionis causa non denunciatum iri, neque alijs pœnis afficiendos, si Eduardo Francorum Regum insignibus adornato tanquam iusto Galliæ Regi fidem obstringerent.

Belgæ Anglorum socij.

a Io. Vill. l. 11. c. 101. Froſſar l. 1. Paul. Aem. l. 8. in Phil. VI. & alij.

Monitio officij.

d Ib. 6. ep. secr. 247.

e Ib. ep. 248

f Ib. ep. 249

Arteuelda rebellionis princeps.

Anglum ad corrip. Gallica insignia adducit.

h Meyer an. mal. Flandr. l. 12.

i Froiſſ. Gag. in Phil. VI. Paul. Aem. in eod.

4. &c. Temauit idem Rex ad inuasæ Belgarum clientelæ, correptique regij Francorum nominis eludendam inuidiam, apud sedem Apostolicam causæ suæ æquitatem probare: missisque Pontifici literis k amplissimis, in quibus Regis Francorum nomine ac sigillo liliato vsus est, multis argumentis contendebat, Francorum regnum ad se hereditario iure pertinere, ac Philippum Regem illud vi & iniuria occupasse. Quem Pontifex ad pacem cum Philippo Rege componendam est adhortatus, ac nullo iure ad sceptrum Gallicum ipsum amiti ostendit; cum apud Gallos ex consuetudine, veterum temporum lapsu multisque exemplis confirmata, fœminæ successionis ad regnum iura nulla obtinerent: ob Belgarum amicitiam nouos arripere titulos non debuisse, cum ij incostantes &

Belgarum amicitiam nouos arripere titulos non debuisse.

k Ext. apud Vvalſing in Edvar. III.

Monetur a Pont. vt illud abijciat.

infidi essent: Philippum Regem iamdudum quiete consuluisse Gallicam, eidemque ab ipso obsidiarias terras clientis officia tuisse præstita: plures Reges ac principes ob corruptum Gallicum nomen ipsi adulaturos: inimbus eiusmodi ciuilis pacem, quæ parui posset, disturbaturum ait: Anglos acrioribus animis eum insectaturos; denique Germanos & Belgas, vbi Anglicas opes exhauserint, regna versuros: atque ideo ad seclanda pacis consilia paterne solicitauit a.

a Io.6. ep. secr. 251.

8 Alijsque literis de ipsum perstringit, monitum superiori anno 4 vid. octobris excommunicationum censurarum aliarumque penarum grauissimarum terrore intentato, vt a Ludouici Bauari studio ac fauore discederet, nil sedi Apostolicæ rescripsisse gessetque eum se Eduardus Ludouici Bauari vicarium in Germanico imperio, vt Germanicis viribus in Francos veretur. At Eduardus respuit omnia pacis consilia, quamobrem Petrus ac Bernardus Cardinales internuntij consumptis frustra multis laboribus ad pontificiam aulam redire, vt vna Benedicti auctor erat b.

Corripitur Eduardus legatum sedicere Ludouici.

Repudiata ab Eduard. pax

b Vit. Benedicti. apud Ioan.

9 &c. Titilla bant quippe illum magnæ regni Francorum occupandi spes, cum a Belgis eiceretur; vtque ius ad sceptrum Gallicum iura quibus poterat argumentis commendaret, orat eique, Bibliam d summo Pontifici a suis oratoribus tradi iussit, in quo præcipuas rationes, quas Benedictus Philippi Regis gratia obiecerat, labefactare curauit, contenditque licet fœminæ ob sexus imbecillitatem moderando sceptro idoneæ non putentur apud Gallos, propinquam tamen ex ijs prolem masculam gerendo regno imparem non esse, nec successionis iure excludendam. Dissimulauit Eduardus in eodem libello præcipua argumenta, quibus Philippi causa nitebatur. Reginam Isabellam, si nulla ad regnum Gallicum obtinebat iura, in filium illa transfundere non potuisse; nec latam tantum apud Gallos legem ne mulieres ob fragilitatem sexus in sceptra succedant, sed etiam ne regnum ad exteros deuoluatur: liberos vero populos eam condere potuisse, vt publicæ rei consulerent, ratio & gentium iura docent: quibus non assentiente Anglo, in atrox bellum nomini Christiano perniciosissimum res versa est. Redijt in Angliam Eduardus mense februario e, Flandris pollicitus, se cinctum copijs in Belgium reuersurum: Ioannes vero Hannonius & Valentinonius in Gallias aprili excurrere, illasque rapinis, cædibusque vastarunt: ac vicissim mari incursare magister equitum Francorum in Hannoniam ad Valentianas irrupit, grauissimaque intulit damna: atque ita datis acceptisque cladibus vniuersa regio lacrimabilem aerumnam est.

Argumenta suæ causæ exponit Pontifici Anglus.

d Ex. apud Bened. in 6. post ep. secr. 302.

Præcipua Gall. argu.

Ad id non respondit Eduard.

e Io. Vill. l. 11. c. 108. & alij. Excursiones actæ in Galliam.

10 &c. Hoc bello implicitus Philippus Rex collectas antea pro bello in Saracenos Asiaticos decimas in hostes impendendas censuit suo illusus commodo, ac prætextu consultum sibi a præsulibus fuisse, vt cum vniuersorum Gallorum salus ageretur, & hostis regnum moliretur euertere, sacras Syriacis instaurandis rebus decimas aduersus hostem conuertere ipsum posse: cumque Brabantinos, duce filio Ioanne, inuadere meditaretur, deposcere vt sacramenti religione, qua ipse ac filius se obstrinxerant, sacras illas decimas in hostes vius quam aduersus Saracenos derivaturos, apostolica auctoritate solueret, vel restituendarum tempus prorogaret. At repulit Pontifex iniusta eiusmodi postulata, grauissimisque sententijs in luce collocauit f, non cœlestes tantum iras, sed omnium odia populorum in se concitaturum: ac ludibrio sedis Apostolicæ maiestatem habitum irrisa decreta tam solemnis religionis pompa decumæ in fidelium strages vertantur. Anglorum Regem iactare certos sibi de eo triumphos petiisse; eum paratet ob non persolutum diuino Numini de orientali expeditione votum ipsum grauiori scelere deuinctum teneri; tum hæc addidit: *Rursus quantum ad prorogationem prædictam; regia sublimitas discutiat & attendat quando & qualiter restaurentur pecunia prædictis pijs, immo piissimis vsibus depromta: & cum ex præteritis haberi valeat coniectura verisimilis de futuro, quid in similibus a tuis prædecessoribus factum temporibus præteritis extiterit, quidue ipsis exinde contigerit, & tibi, fili, posset (quod Deus auertat) contingere; necnon quot onera animæ tuæ, si non subsequeretur restitutio prædicta, incumberent, a quibus conscientia nostra tuumque non euaderet, si prorogatio ipsa concederetur a nobis.* Dat. nucmone 17. non. aprilis anno VI.

Petita a Castellano cótra Mauros subsidia.

Inusta petita repulsa a Pont. f Ead. in 6. ep. secr. 260

Addita grauissimæ.

11 &c. Fuisse hæc summi sacerdotis rot oracula quorum sententiæ, secuti rerum exitus docuerunt; ecius enim clarissimis conuicta sacro illo auro, quod ex Crucifixi vectigalibus aduersus Crucifixi hostes prorogenda e Saracenorum seruitute Palæstina collectum fuerat, dum Eduardum Anglorum Regem ex Anglia cum Belgium trajicientem intercipere parat, tanta clade in Sluse portu tusa dissipataque est die S. Ioanni Baptistæ sacra, vt horentissimam nauium numero classem pene vniuersam captam, mersamne, cælis deorum Francorum millibus ac totidem vel pluribus captis referat Ioannes Villanus a. Variant in cetorum numero Anglici b, & Belgici c auctores, quem ad triginta millia ascendisse ferunt. Verum Christi vicarius ad grauiora auertendis mala solennes in Gallijs & Anglia supplicationes indixit, encyclicis ad archiepiscopos datis literis d. Cumque vtriusque Regis acies ad Tornacum accinctæ ad prælium essent e, nullo cruore iussi diremptæ sunt pontificiorum internuntiorum opera; vt similiter anno superiori Cameraco abscesserant, nullo commisso prælio: demumque pactæ induciæ, soluta que Tornaci obsidio. Redintegrataque actione de pace Angli contendebant Eduardum toto Aquitaniæ ducatu, etiam a prestando clientelari onere libero dato placatum fore, cum meliori iure hereditario se mitti præsideret. Ab ijs autem Eduardo concedendis adeo Francorum Rex abhorrebat, vt cum regijs literis Benedictum pacis crearet interpretem f, illius arbitrio tantum permitteret, vt de ijs terris Aquitaniæ, quæ a Carolo Valesio parente Caroli IV. Regis temporibus bello partæ erant, cum Eduardus II. acceptam Gallicæ aulæ Aquitaniam solemni ritu sacramento referre detrectabat, ob quas retemas primas dissentionis inter Eduardum & Philippum causas buxisse vidimus; vel ab ipso Philippo in hoc extremo bello armorum vi comparata erant restituendis Anglo prorumpiaret. Perspectis vtriusque Regis consilijs, Pontifex iusti faciendi meundi rationem non explicari rescripsit g. Denique vt Philippum ad pacem cum Anglo, & bella Domini gerenda accenderet, de Rege Marrochitano atque alijs Africanis Regibus, qui traiecerant in Hispanias, a Castellano & Lusitano Regibus magna gloria debellatis certiorem fecit.

Respondent dicti is pontificiæ exitus. Gallica cum dissipata.

a Io. Vill. l. 11. c. 109. Paul. Æm. in Phil. VI. Gagnin. Masson. in ead. & alij. b Io. Vital sing in Typodig. Neustr. & in Edvar III. c Meyer. l. 12. Data de pace agenda præfulibus imperia. d Io. 6. epist. secr. 279 ad 293 Inita ad Tornacum inducia. e Ib. ep. 304. f Exs. eius lii apud Bened ib. ep. 304.

g Io. 6. ep. secr. 305.

Decimæ a Gallo petitæ.

40. &c. Historiam aggressuri clarissimæ victoriæ, in qua maxima fidei hostium multitudo, pugnante pro Ecclesia Christo, cæsa est, quæ præcesserint, ad eius perspicuitatem præmittimus. Nuntio de accepta superiori anno clade efferatus Mauritaniæ Rex, hoc ineunte maximos apparatus bellicos ad inuadendas Hispanias fecit. Quo afflatus rumore Alfonsus Castellæ Rex, missis oratoribus, auxilia a sede Apostolica petijt. Neque illi denuit Pontifex, prouinciam enim Conchensi & Abulensi episcopis dedit h, vt Christifideles pro concione ad arma sacra capienda concitandos, crucisque symbolo insigniendos curarent: impe-

h Am. 6. ep. com. 17.

imperata a ecclesiasticis ad sumptus bellicos subsidia decuriæ triennales; ac propositæ eadem daturis, vel ripem erogaturis indulgentiæ. De quibus Alfonsus Rex est factus certior apostolicis literis b, sicilimque ad concendas in comparandis ab hostibus cis regnis obstricus.

a Id. ib. ep. 14.

Afforum in Hispanias expedito. c Marian. l. 16. c. 7. Sur l. 7. c. 53

44. &c. Non frustra denuntiatus barbarici apparatus terror: Albohacenus enim Marrochianus Rex, Abomelici filij cæsi in bello Hispanico nepos vivunus, Septæ, Bugiæ, Tuneti Regum, foedanique Babylonij, copijs auctus, comparata ingenti classe, exercitum partem traiecerat in Algeziræ portum appetente vernum apud Castellæ Regem Alfonsum Gosfredus Tenorius regiæ classis præfectus in otium adductus est, & inertiæ accusatus, qui barbaros in Gaditanum fretum traiectu non arcuisset. Lacessitus ea iniuria Tenorius vniuersam barbarorum classem bello adoriri constituit d, perijsque accepta insigni clade paulo ante dominicam palmarum. Is initium fecit anniuersæ Regis Castellæ classe mense aprili Ioannes Villanus e, quam recensere barbarum ait aceo, vt viginti quatuor triremes ex octoginta, ad terram fuerint vi ventorum & maris illatæ: potuisque in ipso cessante minus æstu classis probella discerpi: quem casum Pontifex in literis ad Regem Castellæ conflictantijs donobscure indicare videtur f. Reliquæ nauales copiæ quibus est Alfonsus Iuniani & Aragonij ad contingendas vires solicitati g: exorati Genuenses, vt triremes negijs stipendijs conductas subministrarent: eaque in re adhibita auctoritas Pontificis, qui vt facilem se in quando Rege Castellæ præbuit, ita ipsum ad delinienda animas iras, quas inimicis animorum Guimaræ amoribus, iniustoque magistri Alcantarensis supplicio in se concitarat, reconciliauit h: mouitque vt opprimerentur intercum ob scelera principum populi: vincendum prius hostem, qui lateret in pectore, vt felicius de externo triumpharet, neue ex accepta nuuali clade demitteret animum, seu more maiorum fortius ad certamen cum barbaris bellum redintegrandum incumberet. Extant ex literæ m innocentio regente Alfonsi Regis gratia ad Simonem Buccanigram Genuæ ducem datæ, quibus ipsum cæteroque Genuenses hortatur, vt impios hominis, qui Saracenis aduersus Christianos operam locare non perhorrescunt, comprimant, diramque infamiæ labem a suo nomine abstergant.

d Id. ibid. Victor. annualis relata a barbaris. e to. 6. ep. secr. 104. f Marian. super eap. 1 & to. Vill. l. 11. c. 12. g to. 6. ep. secr 104. Classis Aragonia dissipata. Genuenses rogati vt ferrent Hispanis opem Marian. vbi sup. h to. 6 ep. secr. 104.

m to. 5. ep. secr. 103. Obiurgati operam apud Afros locantes.

48. &c. Cæterum vt verti facilius possent in hostem communem omnium Hispanorum fidelium arma, Pontifex ad diuinum implorandum præsidium archiepiscopos & episcopos Hispaniarum solemnes supplicationes, intructa religiosa pompa, celebrare iussit n, monetque populos, vt diuinam iras precibus auerterent. Affuit e cælo diuina virtus, quæ totics maximos improborum hominum exercitus exiguo suorum numero contriuit. Confluxerant o ex Africa & Asia Saraceni, tanta multitudine, vt ad sexcenta millia peditum, equitum sexaginta millia accendisse scribant nonnulli p. In equitum numero consentiunt vel eum augent alij: peditos autem ad quadringenta millia sub signis stetisse dicunt q: præter Granatenses, quicum Iuzepho Rege Afris & orientalibus se commiscerat. Impares longe erant r tanto numero Christiani, quorum copiæ recensitæ s sub Castellæ & Lusitaniæ Regibus quatuordecim equitum peditum viginti quinque millia: sed fideles pius ardor vincendi in terra, aut fuso pro fide sanguine triumphandi in cælo incenderat.

n Ib. ep. secr 273 &c. o to. Vill. l. 11. c. 19. Sur. l. 7. c. 53.

p Bos. hist. ep. Hesp. l. 2. ex auct. Hisp. Barbarorum copia innumerabilis. q Marianus & Sur. vbi sup. r Ead. ep. s Marian. vbi sup.

51. &c. Cognito crucesignatorum aduentu Albohacenus, qui Tariffam premebat obsidione, castra mouit agmine compolito occursurus, ipe plenus opprimendi nostros barbarorum multitudine: sed leui præ-

lio, infecto omnibus barbaris pauore, confusisque incondita multitudinis agminibus, est ad Salsum flumen pugnatum: *Magna cædes fusa*, inquit Marianus, *et supra decem millia barbarorum nullius pretio fugaque cessarunt.* Surita hinc alij plures consentiunt, ac Pontifex in literis ad Anglorum Regem, immanem multitudinem cæsam refert. Fergus Mussata: *Captiuorum ingens numerus fuit: e Christianis, quod vix fidem faciat, viginti nefdecim non amplius.* Adscripta est miraculo e diuino hæc victoria. Euasere a strage Albohacenus Marrochianus, qui Heracleam abijt, indeque in Africam cæsem nocte, vt aiunt, traiecit: Iuzephus Granatensis Marbellam se recepit. Duo tamen filij Albohaceni in pugna occubuere: captorum maximus fuit numerus. Miserè laureatas Castellæ & Lusitaniæ Reges ad Pontificem literas: quibus ille acceptis, solemni pompa ob perdomitos diuina virtute barbaros, qui religionem exturbare in Hispania conati, ingentes Deo gratias egit: gratulatorijs vero literis a victores Reges fidei Christianæ detentores amplissimis fructibus exornauit. Cum vero Alfonsus Castellæ Rex, qui antea in Africano mari Marrochinum animo prælio fusus fuerat, pelliceni, ob quam a Pontifice increpitus merito fuerat, animas in seras occidisse, a se amandatus, hunc victori hac gratulatus est: *Tibi, fili amantissime, summo studio et cura ieiunandum est et cauendum, vt cum hostem antiquum humani generis, qui tua salutis animæ inuidens, suis temporibus aliquibus delinuit temporibus inuolutum, a te virtute vt latenter animum abiecerit, tale vel simile laqueo nequaquam permittas de cætero te inuolui, nec Dominum tecum pugnantem impugnes: quod vtique præcludendo peruenisse tibi minime faceres, si a voluptate tua et carnis concupiscentia, quibus per imperium rationis te dominari decet et conuenit, te fineres subduci vel subiugari, &c. Dat. Auinione VI. kal. ianuarij anno VI.*

a to. 6. ep. secr. 105. Victores Reges fidei Christianæ detentores. d to. 6 ep. secr 106. & post eand ep.

56. &c. Exiguam sibi in hoc bello Petrus Rex Aragonum peperit gloriam, classis enim, quam Moncada præfecto ad fretum subniserat, nil memorabile gessit, terrestris vero exercitus ad tuandum limitem subsedit: metuebat e quippe Petrus, ne Saraceni Valentino regno, quod olim dum Marrochitano regno obnoxium esset, ipsis fuerat ereptum, inuaderent. Non leui vero dedecore regium decus ipse inquinabat, tanta Iudæis & Saracenis, qui in ipsius regno morabantur, data licentia, vt Viennensis concilij decretis statuta obsolescere permitteret; ac licet ipsum Pontifex, dum apud sedem Apostolicam anno superiori agebat, vt incudæ religionis studio illos legibus coerceret, obsecrasset; iterum tamen implere promissa negligebat. Eum itaque Pontifex iterum solicitauit f, vt nominis Christiani opprobrium deleret, execrabile Mahometis nomen inclamari prohiberet, atque infidelium ædes a fidelium ædibus segregari iuberet.

e Sur. l. 7. c. 53.

Infidelium in Arag. tolerata licentia. f to. 6. ep. secr.

57. &c. Hoc anno Bononienses, cum obtemperandi Romanæ ecclesiæ, a qua desciuerant, consilium ob nonnullas difficultates, quæ in præscriptis ante ab illa legibus, maxime in exulum patriæ restituendorum causa, obortæ erant, ad biennium extraxissent; illud demum perfecere, decretis ad sedem Apostolicam oratoribus, qui Bononiam iuris esse pontificij profiterentur, eiusque Bononienses in potestate Romani Pontificis semper futuros: tum ab ea nonnullas pactiones accommodas eorum rebus communibus expetitas votis referrent: de quibus publica edita monumenta g extant. Excepti sunt perhumaniter oratores a Benedicto, qui confectas ante biennium pactiones temperauit, quarum singula capita in pontificio di-

Bononienses ad officium reuocati. g Extant apud Ben. an. to. 6. ep. citat. & in m. s. bibl. Vatic. sign. lat. 8. n. 12. pag. 197

ploma-

a An.1. superior.ep. cur.42.
b M.f Vall. sign. lit. B, n.12. pag. 48.

Plenaria, quod etiam in m.s. pergameno nostra bibliotheca Vallicellana inter alia insignia monumenta a Cardinale Baronio ad nos transmissa extat b, fuse descripta sunt. Inter alia vero sanciae fuereque hæ leges præcipuæ, vt Bononiæ possessio integrumtio apostolico restitueretur: rapta seditione redderentur: census octo millium aureorum Pontifici vel senatui Cardinalium, vacuo sacrosancto solio, quotannis penderetur; vectigal militare ducentorum equium egregie armis instructorum, qui trimestri stipendio Bononiensium castra ponificia sequerentur, numero circumscriptorum. Quibus pactionibus si decessent, prioribus censurarum nexibus irretiti tenerentur. Consignatum est diploma XVIII. kal. iulij pontificatus anno VI. Decretus vero est proximo die ad hæc conuenta perficienda Beltramnus Nouocomi episcopus Apostolicæ sedis internuntius, instructusque mandatis amplissimis c, vt Bononiensium ad pontificium imperium redeuntium sacramenta exciperet, vrbis acciperet possessionem, constitueret magistratus, ciues censuris solueret, pristina ipsis restitueret iura, academiamque suæ assereret dignitati: præteram etiam Bononiensem Thadæo Pepulo legum doctori, imperato nummario & militari vectigali, pontificio nomine in tres annos tribueret. De quibus diploma datum d.

c An. 6. ep. cur. 43.

d Ib. ep. cur. 44

Beltramnus pacata re Bononiensi ad eam sedē traducitur.

61 Perfunctus est magna laude Beltramnus iniuncto sibi munere, restituentibus illi vrbis imperium Bononiensibus, promissaque obsequia præstantibus, ac recurrente die Apostolis Petro & Paulo sacro octo aureorum millia vectigalia nomine in erariam pontificium inferentibus. Ob rem vero præclare gestam idem Beltramnus Nouocomi episcopus ad Bononiensem sedem traductus e est. Acceperunt etiam eodem anno Ecclesiæ imperium Firmani f, pontificijsque excitari g adhortationibus tyrannidem e suis ceruicibus depulerunt. Ad asserenda etiam alia Romanæ ecclesiæ iura tyrannosque comprimendos Benedictus incubuit, cum nonnulli proceres ex ruinis Ecclesiæ principatus scelere excrearent, vt ex his literis ad Æmiliæ præsidem datis constat.

e An. 6. ep. cur. 43. Firmani conciliati ecclesiæ.
f An. 6. ep. sscr. 38.
g Ib. ep. 43.

Benedictus, &c. Cum nobiles viri Franciscus de Ordelaffis, Malatesta & Galeottus de Malatestis, Lippus de Lidolfijs, & Eustachius de Polenta, ac quidam alij de prouincia Romandiolæ, cuius rector existis, Deum ac nos & eandem Ecclesiam grauiter offenderent, ac se statusque suos non leuibus periculis subijcerent, minime formidantes, dictus Franciscus videlicet Forliuiensem & Cæsenatem, & præfati Malatesta & Galiottus Ariminensem, idem quoque Lippus Imolensem, ac Eustachius præfatus Rauennatem & Cerviensem ciuitates, ac tam ipsi quam alij nonnulla castra & loca alia in eadem prouincia ad nos & eandem Ecclesiam pertinentia, seu nobis & ipsi Ecclesiæ immediate subiecta occupauerint ac diu detinuerint in nostrum & eiusdem Ecclesiæ contemptum & præiudicium occupata, &c. *Dat. Auenione* XI. *kal. iulij anno* VI. Denique solicitati h sunt Florentini, vt pontificijs præfectis aduersus Piceni & Æmiliæ tyrannos præsto essent: tum ne Malatestam vlla re iuuarent,

Variæ vrbes a tyrannis occupatæ.

Eas nititur recuperare Benedictus.
h Ib. ep. 113
i Io. Vill. l. 11. c. 113, 119. Ann. 3, p. l. 21, c. 3. Leonard. Aret. hist. Flor. l. 6, ap. alij.

62. &c. Quod ad Florentinos spectat; intestinis seditionibus fame ac peste conflictatos retulerunt i adeo, vt sextam ciuium partem abiumptam epidemia, alij quindecim & eo amplius millia perijsse tradant, quorum malorum præmium cometem aiunt. Laborauit etiam Roma inopia rei frumentariæ: qua de re certior factus Benedictus, ad leuandam annonam incubuit k; vtque egentes sustentaret: *Quinque millia*, inquit, *florenorum auri de Florentia de pecunia nostræ camerę pro emendis exinde bladis, pieque distribuendis inter pauperiores & indigentiores predictæ Vrbis*

i Io. 6. ep. sscr. 205. Italia fame laborat.

pro vtiliori sustentatione vitæ ipsorum mandauimus & ordinauimus fideliter vobis mitti, &c. Dat. Auenione kal. februarij anno VI.

67. 68 Præbuit hoc anno, vt alias, Ludouicus Bauarus aliquam speciem concepiæ discedendi ab hæresi & schismate, ac recuperandæ Ecclesiæ gratiæ voluntatis, petijtque a Benedicto, vt diploma pontificio & Regis Francorum nomine suis oratoribus, ac nonnullorum principum electorum ipsius studiosorum transmitteret, quo securiores transirent. Cuius voris morem gessit Pontifex reconciliandi illius percupidus, seque ipsum admissurum in sinum Ecclesiæ spopondit, si rite ad Christianam pœnitentiam se compararet: veteri tamen significauit a, ne ad suborandos trahendosque in suas partes principes catholicos, vt antea egerat, pietatis inanem speciem obtenderet; in ijs locis, in quibus antea effloruerat pietas, ex quo sibi illa subiecerat, violari interdicta ecclesiastica: pios & catholicos pœnis grauioribus, atque etiam supplicio affici: ne sedem Apostolicam, vt antea, verbis deluderet, suamque reconciliationem interpositis moris extraheret: ni recurrente sacro pentecostes die miserit oratores, iudiciorum seueritatem in eum se adhibiturum.

Concilian ecclesiæ pollutæ Bauarus.

a An. 6. ep. sscr. 21 & 37 An. 6. Ian. cur. 7 & 41.

69. &c. Traxit alias ex alijs moras Ludouicus impiorum illius aures obsidentium iniurijs retardatus: iterumque XV. kal. nouembris syngrapha de fide publica pro eius ad sedem Apostolicam mittendis oratoribus missa est, sed irrito tum etiam exitu.

Papiensis ad ecclesiā reditus.

73 Eodem anno alluxit Bosnæ Stephani Bosnensis bani religione catholicæ fidei splendor, quem hæresis densioribus tenebris obscurarat b: cum enim Geraldus supremus ordinis Minorum præpositus precibus Caroli Regis Hungariæ in eam prouinciam se contulisset, barus obuiam illi progressus, conceptum animo delendæ hæreseos consilium aperuit: qua de re Pontifex Geraldo ipsi est gratulatus c. Cumque in primis ad profligandos fidei hostes eiusdem Caroli Regis potentia desideraretur, illum Benedictus accersit d, vt ceteris triumphis restituæ in Bosna catholicæ religionis gloriam adderet.

Princeps Bossinæ ad fidem cathol. reuocatus.
b An. 6. ep. sscr. 33.
c Ib ep. 32.
d Ib ep. 31.

74. &c. Ad tuendam fidei puritatem, tum latius inter gentiles veteri imbutos superstitione proferendam, ne apostolico deesset muneri, Benedictus archiepiscopos, episcopos, & cæteros inferioris gradus prælatos, qui in Tartarorum imperijs, ac vel in oriente, vel Scythia Asiatica versabantur, literis ad constantiam in fide, vitæque labores spe immortalitatis perferendos; seruandam incorruptam religionem, eamque amplificandam est cohortatus e. Fauebat amplificandæ inter septentrionales Tartaros religioni Vsbech Imperator, qui oratores hoc anno ad sedem Apostolicam legauit, quorū opera se erga ipsam egregie affectum est testatus, precibusque pontificijs in euangelicis præconibus amplectendis, conferenda facultate vt templa Christo ponerentur, Christiana sacra exercerentur, disseminaretur fides, obsecundasse significauit, & omne erga fideles odium posuisse, cum nonnulli ipsos ob structas sibi insidias, subiectasque regiæ sacres in inuidiam adducerent. Imperatoria etiam, atq; alia Tynibechi l maioris natu filij, & Taydolæ ll vxoris Imperatricis nomine magnifica Christi vicario munera transmisit. Quibus receptis Benedictus ijsdem Vsbecho Imperatori, Tynibecho filio k, ac Taydolæ Imperatrici de egregio in Christianos studio grates egit; excitauitque ad sacra baptismalia suscipienda, vt cœlestē imperium adipiscerentur.

Vsbech Imp. Tart. fidei Christianæ fauet.
e Fed. in. & ep. sscr. 151

77. 78 Cum vero inter Tartarorum Imperatoris & Casimiri Poloniæ Carolique Pannoniæ Regum

f An. 6. ep. sscr. 149 & an. 7 Archiep. Sultan. ac reliqui Tart. Armen. &c. pag. 3.
g Conf. in. 6. ep. sscr. 150. & 6. ep. sscr. 151.

gum administros variæ de limitibus lites exorirentur, obtulit se Petrum Iuex interum controuersiarum interpretem, cum tunc maximus Tartaricæ in Poloniam irruptionis terror inualesceret post adiunctam a Casimiro imperio Polonico amplissimam Russiæ partem, postquam Boleslaus dux siue improbæ administrationis, siue religionis odio a Russis veneno extinctus fuisset. Describunt pluribus Polonici historici a secundas res gestas in eo bello, Leopolim aliasque arces captas, instauratamque veterem regni maiestatem amplitudinemque, ex qua Tartari, cum a Russia, qui iugum Polonicum ferre detrectabant, inducati Polono Regi bellum intentarent, admonitus Pontifex ad illorum propulsandos impetus religiosam militiam in Polonia, Hungaria, & Boemia promulgandam edixit b; Gnesnensique archiepiscopo, vt Christifideles sacro crucis symbolo insigniret, prouinciam dedit c: tum Casimirum ad fortem animum gerendum excitauit d. Duxit e tantum quarto post anno formidandam expeditionem Tartarorum Imperator excitus a proditoribus ad excindendum Polonicum imperium: sed cum ad Vistulam castra promouisset, traiectu a Casimiro Rege prohibitus, post inanes telorum iactus retro signa flectere coactus est.

Debellat a Casimiro Russia.

a Mirbon. l.4.c.18. Cran. l.12.

b Ann. 6. ep. cum seq. c Idem ep. 11 d Ibid. ep. 139 e Mirbon. l.4. c.8. Cran. l.12. Repulsi Tartari.

79 Denique hoc anno S. Gertrudes, quæ in oppido ac monasterio Delffensi morabatur, dum Christi passionis mysteria recolebat, diuino amore adeo accensa est, vt Deus sacra illi stigmata impresserit, vt refert Ioannes a Leydis Carmelita f.

S. Gertrudi impressa stigmata

f Io. a Leyd. chr. Belg. l. 28. c. 4.

IESV CHRISTI
Annus 1341.

Indict. 9.

BENEDICTI PP. XII. VACANTIS IMP. OCCID. 28. annus 8. IO: PALÆOLOGI IMP. OR. 1.

1. a PArtæ de Saracenis Granatensibus & Africanis victoriæ, de qua iam a nobis mentio est illata, gloriam Christo relaturus Alfonsus Castellæ Rex, illius in terris vicario spolia, nonnullosque Saracenos bello captos transmisit; de quibus meminit Hispanicarum rerum scriptor g & alij h, extantque pontificiæ literæ, quibus Benedictus Alfonso de ijs gratias egit i, ipsumque est adhortatus, vt quo maiorem triumphando de hostibus gloriam esset consecutus, eo se demissiorem erga Deum, a quo pendet victoria, præberet; fortem animum gereret, superiores enim triumphos nouis cumulatum iri.

Mauricæ victoriæ spolia missa Pontifici g Marian. l. 16 c. 11. h Gesta Bened. XII. apud Bzqu. & alij. Castellanæ actæ gratiæ Ben. 7. ep. sec. 76. Lusitanæ de ead. re legatio.

3. 4 Legarat quoque vna cum Alfonso Rege Castellæ Alfonsus alter illius socer Lusitaniæ Rex, quem in pugnæ & gloriæ societatem venisse vidimus, suos ad sedem Apostolicam oratores, vt de accepta e cælo in barbarorum infinita prostrata multitudine victoria Pontifici & sacro Cardinalium collegio gratias agerent; cum maxime Benedictus id bellum sacrum, vt dixi, apostolicis studijs promouisset. Auditis Lusitanis oratoribus Christi vicarius, Regem ipsum, vt in Deum rei gestæ gloriam omnem referret permouit: collaudauit k pium illius de vrgendo aduersus impios bello consilium: ad præclara maiorum, qui Mauros continuis bellis attriuissent, exempla prouocauit; ex ea enim re ipsum immortale decus collecturum.

i Ben. 7. ep. sec. 82.

Sacro bello se deuouet.

5 Inuasit autem eiusdem Regis precibus permotus propositis indulgentiarum præmijs sacram aduersus Mauros expeditionem, religiosamque militiam professuros crucis symbolo distingui iussit: tum in bellicos sumptus sacerdotiorum decumas contulit, pacem in agris & vrbibus Mauris erspiendis, ecclesias pro cultu diuino exercendo constructum: inde quibus insignes extant pontificiæ literæ a.

a Ann. 7. ep. cur. 5.

6. &c. Fugebant ex acceptæ ad Salsum flumen ignominiæ dolore Saraceni, inanesque effundebant minas. Quos Alfonsus Castellæ Rex, antequam sese ex clade colligerent, proterere constituit; factaque irruptione in Mauricum agrum Alcala regia, Priegho, Rutes, Benalmexillo, & alijs arcibus subactis victor in hyberna rediit, classeque instructa in freto Afros transitu arcuit; significauitque hæc Pontifici, quem ille iterum meritis ornatum laudibus ad excindendam Saracenorum pestem ex Hispanijs, ac bella Domini gerenda strenue inflammauit b. Solicitauit autem idem Alfonsus finitimos Reges ad coniungenda in Saracenos arma. Et quidem missos ea de causa ad Petrum Regem Aragonum oratores, refert Surita c.

b Ib. 7. ep. sec. 185. Finitimi Reges ad sacri belli societatem vocati. c Sur. l. 7. c. 57.

9. &c. Implorabat etiam Castellani Philippi Regis Francorum auxilia, seque vnum sine eius immanibus Saracenorum, fidem Christianam extinguere molientium, conatibus imparem esse affirmabat: comparari ab impijs maiores copias, ac rei Christianæ, ni bellum cum Anglo componeret, interue inducias, exitium imminere. Assensit ille Castellæ & Legionis Regis peritis Philippus, ac diplomata regum, quo paratum se professus est, vel ad fœdus cum Anglo, vt omnium arma in Saracenos verterentur, firmandum, vel ad inducias diuturnas pangendas dedit: de quibus certiorem Pontificem fecit d. Extractas e inducias Philippum inter & Eduardum pontificia opera, referunt historici, ijsque Scotos comprehensos, quo Saracenorum retundi impetus possent. Instituit etiam apud Pontificem Francorum Rex ferendarum f Regi Castellæ suppetiarum desiderio, quo Flandrico bello liber esset, vt edicta apostolica olim in Belgas lata rescinderet, blanditijs enim illos se allecturú ad officium sperabat. At Benedictus ne a iustitiæ tramite deflecteret, respondit, Belgas donec in pristina contumacia persisterent, censuris solui non posse: ac si redirent ad officium, mox se illos apostolico sinu complexurum. Rex vero Philippus beneficiorum, quæ ab Apostolica sede acceperat immemor g fœdus inconsulta eadem sede cum hoste Ecclesiæ nimirum Ludouico Bauaro fecerat, antequam censuris solueretur: vtque suspicax est mala conscientia, Pontificem iniuriam vindicaturum verebatur. Ludouicus igitur, vxore sua eademque Philippi Regis nepte deprecante, Gallo se coniunxit; cum maxime Eduardus promissas pecunias, quas erat pactus, ei non dedisset: tum id etiam ignominiæ verteretur, vt qui gerebat imperium, a Rege stipendia acciperet. Abrogauit itaque Eduardo Bauarus Germanici imperij vicariam præfecturam, atque inducias ad Tornacum cum Francorum Rege initas se inconsulto ad firmandum cum ipso fœdus obtendit. Inter cæteras porro fœderis cum Bauaro pacti leges ea præcipua extitit, vt Philippus, qua florebat gratia & auctoritate apud Pontificem, ad perficiendam ipsius Bauari reconciliationem incumberet. Quibus auditis Francorum Regis oratoribus, Pontifex ita respondit h: *Sicut dolentes & tristes audiuimus, iam mundus incipit crebris detractorijs obloquutionibus multipliciter murmurare, abominabiliter quodammodo, sicut asseritur proclamando alias esse inauditum a seculo, quod principes Christianissimi inclyte domus Francie hereticis & schismaticis, quos zelo fidei orthodoxe accensi persequebantur & fugabant, ac eos etiam audire nominari horrebant, contraxerint quomodolibet amicitias vel fauores.* [Hæc vtinã perpenderent recentiores politici.] *Cæterum quantum dicta credentia reconciliationem predictam contingit; prouidimus respondendum, quod si Ludouicus prefatus*

d Apud Bern. Ang. 7. ep. sec. 144. Extractæ a Gall. inter & Angl. inducias. e Vossing. in Eduard. II. & alij. f Extat edita litt. apud Ben. 12. 6. ep. sec. 845. Negat alter censuras dissolui. Philippeon sulta eccle sia fœdus init cum Bauaro. g Ep. 143

Ludouicus ab Angli fœdere discedit. Pro Lud. ecclesiæ conciliando Gallus operam adhibet. Benedicti responsum h Ben. 7. ep. sec. 145.

ad

Receptum a Lud. si ad Apost. sedis obse quia sedie tit.

ad mandata nostra & Ecclesiæ cum effectu voluerit secundum iuris formam redire, & infra; *Parati erimus eum, prout statuta volunt canonica, recipere ad prædictam reconciliationem dumtaxat; ac prout eius obedientia, contritionis, & pœnitentiæ signa vera prætenderint, prosequi & tractare, &c. Dat. Auinione* 12. *kal. maij pontificatus nostri anno* VII.

14. 15 Dedit Ludouico præuaricandi ansam impudica fœmina Margarita ducissa Carinthiæ, Ioannis comitis Tirolensis Regis Boemiæ secundi natu filij vxor, quæ ob nullos ex viro susceptos liberos virginem se apud Ludouicum iactare ausa est, atque impotentiæ & frigiditatis virum accusare, vt soluto eo matrimonio Ludouicum Bauari maiorem natu filium dictum marchionem Brandeburgensem adulterum acciperet. Audita sceleris fama Benedictus Bertrando patriarchæ Aquileiensi partes dedit a, vt si relicto viro [illegible]thir ducissa Ludouico iuniori Bauaro, non prou[illegible] ab Ecclesia diuortij cum Ioanne Tirolensi comite sententia, matrimonio iungi meditaretur, illam intentato censurarum pauore ab scelere deterreret, moneretque vt marito adhæreret: at si proueret in flagitium, [illegible]que auctoritate sua segregaret a viro, & cum Ludo[illegible]o iuniori vel alio matrimonium scelere contraheret, adulteros coniuges, & quoscumque illorum in eo scelere studiosos anathemate percelleret, Quæ iussa IV. kal. decembris huius anni patriarchæ data: hisque emendes auctores, qui eiusmodi Margaritæ ducissæ diuortium, plurium bellorum originem, in alia tempora retulerunt, Non retardauit Ludouicum Bauarum seniorem censurarum ecclesiasticarum timor; sed qui Margaretam ad mariti thorum repetendum hortari debuerat, suæ oblitus salutis, Carinthiæ inuadendæ cupiditate ducissam inuito filio coniugem, vel adulteram potius, dare non perhorruit b: immo pontificalem, ad quam cognoscendi de matrimonijs, eaque, explorata certissimis argumentis causa, dirimendi ob coniunctum sacramentum munus spectat, auctoritatem inuasit, ac de coniugio rescindendo Margaretam ducissam inter & Ioannem comitem Tirolensem, sententiam c tulit, quæ in additionibus ad Rebdorfium extat. Tanto facinori aliud adiecit, Obstabat lex canonica de gradibus consanguinitatis, ne filio Ludouico, quem illa tertio attingebat gradu, matrimonio iungi posset, quæ non nisi a Romano Pontifice solui poterat: sed ille, futilibus rationibus soluendorum in ea re sacrorum canonum auctoritatem obtendens, diplomate d suo canonica impedimenta in speciem abstulit.

16. 17 Gerente hæc Ludouico Bauaro ad regiam Boemiæ stirpem coprimendam, Ioannes Rex Boemus, metuens ne aliquæ seditiones post suam mortem orirentur, ad antecurrenda discrimina de Carolo primogenito marchione Moraniæ Boemica corona cingendo consilia suscepit; cum maxime Henricus archiepiscopus Moguntinus, ad quem sacrandi Boemiæ principes ius spectabat, Ludouici Bauari partium studio a Romanæ ecclesiæ obsequio desciuisset. Consultus itaque ea de re Benedictus, archiepiscopo Pragensi ius auctoritatemque dedit e, vt Carolum in ecclesia Pragensi, assentiente Ioanne Rege, Boemico diademate insignire posset.

18. &c. Hoc anno misit Ioannes Brabantiæ dux, quem Ludouico Bauaro adhæsisse vidimus, quique iniustis oneribus ecclesiasticos oppresserat, suos ad sedem Apostolicam oratores, quibus se ad pontificia imperia paratissimum obtulit, & inflicta viris ecclesiasticis damna e resarciturum est pollicitus f. Cui Benedictus, commendatis eius officijs, apostolicum studium spopondit g. Cum etiam soluti sunt eodem anno omnibus censuris, quibus ob Ludouici Bauari & antipapæ, ac Matthæi & Galeatij Vicecomitum factiones se irretierant Mediolanenses: quamuis enim iam ante damnassent schisma, & censuris rite soluti essent iussi; obortæ tamen fuerant variæ difficultates, quæ rei exitum retardarant. Solemnes itaque iterum ad sedem Apostolicam oratores legarunt: quibus professis Romanæ ecclesiæ dignitatem fidemque orthodoxam, ac sacramento spondentibus, nunquam Ludouicum Bauarum ante adeptam ab se Ecclesiæ gratiam & regium decus ei confirmatum, venturum in Italiam, aut eius duces recepturos, veniam rite impertijt Benedictus, liberatosque pœnis omnibus ob ea contractis in pristina iura restituit. Ad expiandum autem commissum crimen iniunxit, vt suis sumptibus sacella duo sancto Benedicto abbati ponerent, omnibusque ornamentis & vectigalibus ad sustentandos duos sacerdotes, diuinis operaturos singulis diebus, instruerent; tum eleemosynas duobus millibus pauperum, recurrente constituto die, erogarent. Egregium extat hac de re in pontificio regesto monumentum a. Similiter conciliari alij Insubres, nimirum Bergomenses b, Papienses c, Nouarienses d, Cremonenses e, Vercellenses f, Comenses g, Bobienses h, municipes & Domini i, Soncinates l, ijsdem nempe pactionibus, quibus Mediolanenses in gratiam recepti. Iussæ autem singulæ vrbes non duo sacella, vt Mediolanenses, sed vnum tantum condere, & eleemosynas mille pauperibus erogare. Extant in libro priuilegiorum Romanæ ecclesiæ vna cum alijs Insubrum literæ m, quibus omnia præscripta a Pontifice se obseruaturos promisere, neque Cæsarem nisi a sede Apostolica confirmatum agnituros. Cæterum ad Insubres singulos censuris rite liberandos, Cumensis, Cremonensis, & Laudensis episcopi deputati sunt n, concessumque vt corpora defunctorum ecclesiastica sepulturæ tradi iuberent. Professi porro sunt hoc anno Ioannes episcopus Nouariensis & Luchinus, qui principatum Insubriæ arripuerant, spectare ad sedem Apostolicam, donec interregnum esset, creare imperij vicarios: qua dignitate a Benedicto ornati sunt, polliciti nulli Regi Romanorum, nisi ab eadem sede confirmato se adhæsuros.

Meditabatur tunc Robertus Siciliæ insulam ex Petri Aragonij iniuste regno incubantis manibus vindicare, quem Benedictus, accepto ingenij ab eo instructo bellico apparatu pro recuperanda Trinacria, III. kal. martias ad iusta consilia perducenda magis incendit o. Tum Genuenses, quos Petro Aragonio studere audierat, grauissimis literis est adhortatus p, ne illi opem ferrent, cum Trinacriam iure fiduciario traditam a sede Apostolica Roberti auo Carolo I. iniquc occuparet; ob id in ipsum edicta apostolica & omnes ipsius studiosos lata, incussasque censuras; nonnullos tamen Genuenses diuini timoris oblitos, Messanæ, cum a classe Regis Roberti oblideretur, commeatus obsessis intulisse.

39. &c. In Polonia vigebat adhuc vetus cum equitibus Liuoniæ controuersia, quam demum ea lege sublatam, vt Casimirus Pomeraniam cruciferis dimitteret, refert Cromerus q, qui ob id inertiæ Casimirum notat: cum tamen prudentiæ fuerit sua in fidei hostes arma conuertere, ac regnum prouinciarum infidelium accessione amplificare. Subegerat r is anno superiori Russiam; redactamque in prouinciæ formam regno Polonico adiunxerat.

43 Migrasse hoc anno ad meliorem vitam Nankerum episcopum Vvratislauiensem insignem sanctitate tradunt, historici Poloni, de quo hæc digna memoria refert Michouias s: *In morte eius quædam religiosa fœmina suauissimum audiuit cantum, cui reuelatum est, ani-*

Mediolanenses concilian ecclesiæ.

Impositæ ad crimen expiandi pœnæ.

Conciliantur iisdem legibus alij populi.

Vicecomites ecclesiæ vectigales se profitentur

Robertus Trinacriæ repetere tentat.

Pontifex Genuenses illi conciliare nititur.

Brabantiæ ad Pont. legatio,

a Ann. 7. ep. 87. Intentatæ Ludouico iuniori excom.

b Dubr. hist. Boem. l. 24. Soluendi leges canonicas sibi arrogat Ludouicus.

c Ead. in add. ad Rebd. apud Goldast. in collect. constitutionum & legum imper. & apud Hermann. ad an. 1340 n. 24.

d Ead. in add. Rebd. & apud Goldast. & Hermann. ebisq.

e Ann. 7. ep. 107.

f Ann. 7. ep. 110.

g Ann. 8. ep. 1.

a Ann. 7. ep. 111.

b Ead. ep. 112.

c Ep. 35.

d Ep. 36.

e Ep. 37.

f Ep. 38.

g Ep. 39.

h Ep. 40.

i Ep. 41.

l Ep. 42.

m Ibid. pag. 37

n Ann. 7. ep. 111.

o Ead. ep. 113.

p Ead. ep. 7. ep. inter. 197

q Chron. l. 11. Russia superior adiuncta Polonis.

r Michouias. l. 18. Nankeri episc. Vvratisl. pia mors.

s Miracu. l. 4. c. 33.

animam Nauleri episcopi Vratislauiensis ab angelis in cælum deferri. Hactenus de occidentalibus rebus: nunc orientales aggrediamur.

Dissensio in Cypria regia.

44 Graues in Cypro sunt exortæ dissensiones a inter Hugonem Regem & illius generum Ferrandum de Maioricis Iacobi Balearium Regis fratrem, qui Elchiniam Hugonis filiam duxerat vxorem: adeoque creuerant odia, vt fugam Ferrandus meditari sit visus, ac Rex de nece illi inferenda pene ambigeret. Reuocandæ vero inter eos concordiæ desiderio Pontifex Ferrandum est adhortatus b, vt quibus par erat officijs, demissisque obsequijs socerum Regem prosequeretur: Hugonem c autem delinire nisus, vt iras poneret, & generum amore paterno complecteretur, neue iniuria aliqua afficeret, rogauit.

a Io. 7. ep. secr. 199. Aur. l. 7. c. 55.

b Ib. ep. 200.

c Sup. ep. 199.

Pullulant in Armenia hæreses.

45 In Armenia fœdissimæ hæreses his temporibus pullularunt, in eamque finitimi Saraceni varijs excursionibus magnas clades intulerunt. Exoraturus vero occidentalium auxilia Leo Armeniæ Rex, oratores legauit ad Benedictum, qui grauissimis literis Armenum monuit, nullum ad frangendos hostium impetus munimentum fortius ac præstantius esse diuina clientela, cuius promerendæ gratia excindendi essent errores, qui Armeniam infecerant: tum quæ ad restituendam in suum splendorem incorruptam Romanæ ecclesiæ fidem præstanda essent, edocuit d; addiditque se optare vt præsules Armenij celebrent synodum, in qua, damnatis pulsisque ijs erroribus, pia Romanæ ecclesiæ dogmata profiteantur: ea enim perfecta re, se Armenios arctissima beneuolentia complexurum. Ad succidenda etiam errorum germina consuluit eidem Leoni dare operam, vt decretalium libri ab ecclesia Armenia exciperentur, quibus illa in posterum regeretur: tum enim hostium potentiam fractum iri, cum orthodoxa religio resloruerit. Suasit etiam, vt viros prudentia conspicuos ad sedem Apostolicam mittendos curaret, qui de veritate ad discutiendam errorum caliginem conferrent: ac tum, si visum fuerit, viros theologica scientia exultos legatum iri, qui doctrinæ splendore Armenios collustrarent: ad quæ perficienda addit preces, vt Leo regia studia in ea re collocaret.

d Ib. ep. 74. secr 137. Suggesta Regi consilia.

Solicitati præsules ad errores abolendos.

46 &c. Alijs vero hortatus est literis eodem die, nempe kal. augusti, exaratis Pontifex Armeniorum catholicon e, vt diligentiam in celebranda synodo adhiberet, decretales Pontificum literas seruandas promulgaret, atque errores in libello descriptos confutatosque damnaret: vtque in id studia sua conferrent, archiepiscopos S. Thadæi in maiori Armenia, Nauarzanensem, Tarsensem, & Soldanensem solicitauit. f Qui vero ij errores fuerint censura pontificia notati, ex ipso Benedicti libello g ad Armenios transmisso patet: interq; alios de matrimonio male credebat illud esse peccatum; ac fabulabantur genitalia post peccatum fuisse efformata. De incarnatione quoque male sentiebant.

e Ead. ep. 7. ep. secr. 138.

f Ib. ep. 139 140. ad 144

g Ext. in mss. arch. Vat. de reb. Tart. Armen. ref. pag 10. & in annalib. prolix.

Editus ad excusandos ab obrectis Armenos commentarius.

118 Cum errorum catalogus peruenisset in Regis Leonis manus, grauiter tulit regnum suum eiusmodi fœditate inquinatum, & Armenios vt hæreticos apud sedem Apostolicam traduci: quare illius iussu Daniel monachus ad excusandos Armenios commentarium edidit; quem transmisit ad Benedictum, in quo eos errores ab inuidis impositos conquerebatur; repertusque is liber est in tabulario Auenionensi legato Octauio Aquauiua Cardinale, & Romam translatus. Cæterum non falso attributa erant hæc crimina Armenijs, nec temere credita a Benedicto; fassos enim Clementi VI. Armeniæ Regis oratores plures errores in Armenia pullulasse, & Clementem nauasse operam, vt abolerentur, visuri sumus. Quin etiam commoti pontificijs monitis Armenij præsules coacta solemni synodo, commemoratos superius errores dam-

Fassi sunt demum Armenij, graues apud eos errores pullulasse.

narunt; ac decreta insigni ad sedem Apostolicam legatione imperijs se pontificijs adhæsuros professi sunt, vt ex Clementis literis a patet. Pollicitos etiam esse eundem catholicon & alios Armeniorum præsules se ius pontificium religiose culturos, ac decretales & decreta apostolicis legatis tradita, vt ea ad Armenios deferrent, ex literis b ad catholicon eundem datis constat. Nunc ad Græcos schismaticos, qui fœdissimum Armeniorum errorem de secta quadam claritate corporea, eaque diuina & increata, quæ beatorum obiectum esset, hauserant, sermonem traducimus.

a Clem. VI. l. 3. an. 3. ep. cur. 3.

b Ib. ep. 17. Error Armen. de visione Dei.

119. &c. Diuulsi Græci a Romanæ ecclesiæ, extra quam vt nec doctrinæ puritas, ita nec veræ sanctitas esse potest, coniunctione in eam infelicitatis abyssum sunt collapsi, vt qui ab hominum segregati commercio rerum cælestium tractationi ac sanctimoniæ vitæ comparandæ vacare [illegible] in monte Atho, in quo plurimi erant [illegible] & monachorum greges ludibrijs hom[illegible]ni generis expositi, dum fundendis precibus erant intenti, dormiebantue, dæmone in angelum lucis se transformante, ingenti splend[illegible]e circumfunderentur: siquidem hac superstitione [illegible]bita orare iubebantur, mento premere pectus ac [illegible]is oculis umbiculum inspicere, vt in eo animam admiranda luce radiatam intuerentur. Cæterum impiæ superstitionis iudicio apud patriarcham & clerum Constantinopolitanum a Barlaamo appetiti, Hesycastæ Latine Quiescentes Gregorium Palamam tum alij monachum illi opposuere: quos quidem dæmonum actos præstigijs, non cælesti aliqua luce, dum dormi-bant somnabantue, circumfulgere solitos, argute adiecta falsitas, qua nempe lucem corpoream, increatam atque adeo ipsam diuinitatem esse affirmarunt. Tum id insigni alio errore confirmarunt, illam lucem, qua Christus in monte Thabor circumfusus coram Apostolis apparuit, quæ quidem creata erat, vtque Ioannis c Cyparissiotæ verbis vtar, *exemplum gloriæ & splendoris corporis post resurrectionem glorificati, symbolumque illius naturæ occultæ & inspectabilis in eo latentis, & imago tenuis futuræ gloriæ, & simulachrum regni cælorum*; diuinam & increatam fuisse, atque adeo ipsam diuinitatem: quem errorem in pseudosynodo, cui præfuit Andronicus, coacta in templo S. Sophiæ obtrusum pro decreto fidei, narrat Ioannes Cantacuzenus d. Ornatus e vero est episcopatu Gyracensi Barlaamus, plureſq; ad Græcos fide orthodoxa informandos conscripsit commentarios. Eius autem æmulus Gregorius Palamas exinde insolentius exultare cœpit, ac nouas cudere hæreses, matrimonia iusta rescindere, viroſque inuitis vxoribus cultu religioso induere; tum ritus sacros profanare adeo, vt postea a Græcis f damnandus fuerit.

c apud Pontan. in not. ad c. 39. l. 2 hist. Cantac. Quid fuerit Lux in monte Thabor visa.

d Cantacuz. l. 2. c. 39.

e Id. ibid. Barlaamus Græcos ad communionem cum eccl. Rom. hortatur.

f Ext. de eo. Greg. patriarcha decretum sy. nod. apud Leon. Allat. de consens. Ec. l. 2. c. 16 Andronici mors.

129. 130 Blasphemi autem huius pseudomonachi fautor Andronicus Imperator iusta tara impiæ sententiæ præmia, mortem scilicet in ea pseudosynodo sibi peperit: ex vehementiori enim contentione, qua dogma erroneum statuere moliebatur, morbum contraxit, ex quo paucis post diebus obijt, vt tradit Cantacuzenus g. Reliquit Andronicus sceptra Ioanni Palæologo, quem tum nouennem extitisse, refert idē Cantacuzenus h. Cum vero Ioannes sustinendæ imperij maiestati impar esset, Cantacuzeno publicæ rei administratio, quam patriarcha sibi debitā contendebat, commendata est: qua suscepta Cantacuzenus Didymothici imperatoria ornamenta corripuit i; ita tamen, vt primum Annæ Augustæ, dein filio Imperatori, tertio sibi & vxori Irenæ Imperatrici acclamaretur. Ve vero post nonnulla bella, quibus imperium, vt citius præcipitaret, afflixit, illa imperatoria insignia abij-

g Cantac. l. 2. c. 40. Ioannes Palæol. sceptra suscedit.

h Cantac. l. 3. c. 2.

i Cap. 29.

abijcere coactus fit, inferius dicetur.

a Nic.Greg. l.vi in fine Io. Commen. Basil. Trapez Imp. Veneno necatus.

131. Sub hæc tempora a antequam Andronicas moreretur, apud Trapezuntinos magna rerum conuertio contigit: Ioannes enim Comnenus Basilius Imperator ab vxore Irene, Andronici Imperatoris Constantinopolitani spuria filia, quam regia ob vesanos pellicis amores exegerat, venero necatus est, vt fuit rumor; summaque rerum mox Irem delata; quæ cum a patre Imperatore virum sibi ad Trapezuntiorum moderanda sceptra mitti postularet, illeque Acarnanum expectatione distractus auxilia opportuna non submisisset, adducta in suspicionem prauæ cum magno Trapezuntiorum domestico consuetudinis, criminis odio pulsa est. Hæc pluribus Gregoras.

IESV CHRISTI
Annus 1342.

Indict. 10. CLEMENTIS PP.VI. VACANTIS IMP OCCID 29.
annus 1. IO:PALÆOLOGI IMP.OR.2.

1. Etc. INgenti bonorum omnium dolore de vita decessit b Benedictus XII. cum annos septem, menses quatuor, dies sex summa cum pietatis laude pontificatum gessisset; cuius laudes anonymus apud Bosquetum commendat historia his verbis c: *Hic summus Pontifex fuit maximus zelator fidei, ac in omni statu suo feruidus hæreticorum & rigidus persecutor. Fuit bona, immo & sanctæ intentionis in omnibus factis suis: & in cæteris, quantum in ipso fuit, dcain operam efficacem, vt in beneficijs, dignitatibus, & prælaturis, suo tempore vacantibus, ponerentur & proficerentur bona & honesta personæ, prouidaque & vtiores, ac sufficientes in literatura, ac maturæ in moribus, ætatisque grauitate iuxta statum ac conuenientiam ac qualitatem beneficiorum, dignitatum, & prælaturarum.* Nonnullisque interiectis, subdit: *Ipse de pauperibus consanguineis vel propinquis exaltandis, vel promouendis nullatenus curauit: non enim inuenitur, quod aliquem de suo genere ad quamcunque prælaturam promouerit; nisi vnum solum, quem præfecit ecclesiæ Arelatensi, qui tamen ad hoc alias erat benedignus & sufficiens, & hoc etiam fecit quodammodo precibus & instantia Cardinalium dumtaxat. De laicis vero nullum exaltauit, immo nec voluit quod statum suum, qui satis erat per prius infimus, propter ipsum immutarent: vnicam enim neptem, quam habebat per plures magnates pro coniugio petitam, eis dare expresse negauit, dicens inuulgari suo, quod non decebat talem equum hanc habere filiam: sed demum ipsam nuperrime tradidit filio cuius mercatoris simplicis Tolosæ, dicens sibi secundum statum eiusdem mercatoris conuenire.* Confirmat hæc Albertus Argentinensis d. Non minus porro doctrina, quam integritate emicuit; plurimaque reliqua illustria monumenta, ob quæ inter scriptores ecclesiasticos annumerandus est. Subdit eius vitæ auctor,

b Gest. Ben. XII. apud Bosq. Vaucel. anonymus ms bibl. Vat. pag. n. 3703. in Bened. 12. c Gest. Ben. XII. apud Bosq.

Benedicti gesta.

In conferendis dignitatibus integerrimus.

Misc ab humanis affectibus alienus.

d Alb. Arg. in chron. pontif. in Bened. 12.

Propinquos suos tum sæcularis conditionis esse iubet.

2. *Si fas sit scribere, post martyres & alios, quos Ecclesia veneratur & colit vt sanctos, inter meliores ipse vnus fuit, & est merito reputandus. Qui plenus magnis meritis post multa virtuosa, ac laude digna spiritum reddidit Saluatori anno Domini* MCCCXLII. *die* XXV. *mensis aprilis pontificatus sui anno* VIII. *fuitque sepultus in ecclesia maiore Auenion. in qua adhuc iacet in capella pro ipso specialiter fabricata, etiam miraculis coruscando.* In consignando mortis Benedicti & pontificatus tempore conuenit m.s. codex Vaticanus e.

Eius mors & sepultura clarae.

e M.s. bibl. Vat. sign. n. 3703. in Bened. 12.

6. Defuncto Benedicto Cardinalium suffragijs creatus est Pontifex Petrus Rogerius tit. SS. Nerei &

Succedit illi Clem.VI

Achillei presbyter Cardinalis, qui Clementis VI. nomen tibi indicit, de quo Germanus auctor anonymus eius temporis in m.s. a de Romanis Pontificibus hæc habet: *Clemens VI, natione Lemouicensis de Malmonte Lemouicensis diœcesis, prius dictus Petrus Rogerij, monachus monasterij casæ Dei ordinis S. Benedicti Claromontensis diœcesis, deinde Parisijs factus magister in theologia, & post abbas Fescanensis * dicti ordinis, postea episcopus Arrebatensis, deinde archiepiscopus Senonensis, & postbas archiepiscopus Rothomagensis.* Confirmant hoc Clementis literæ, quibus ad decorandam Rothomagensem ecclesiam vim auri plurimam contulit b. Addit auctor: *Demum per dominum Benedictum prædictum creatus presbyter Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei, & tandem, mortuo eodem domino Benedicto, electus in Papam* VII. *die mai anno Domini* MCCCXLII. *& die sancto pentecostes (qua fuit duodecima) apud fratres Prædicatores Auenione coronatus est.* His consentanea Clementis vitæ scriptor apud Bosquetum, Hocsemius c, Rebdorfius d, S. Antoninus e, & alij retulerunt; quibus m. s. Vaticanum f adiungimus, in quo affertur hoc illius elogium: *Hic fuit vir magnæ dominationis scientiæ, atque fons fermocinationum. His largissimus fuit, atque in omnibus placidus & affabilis, nesciens commensabulis.*

a Ms bibl. Vat. sign. n. 3765. in Clem. VI. Eius primordia.

* Fescanensis

b Cl. 4. ep. sect. 38.

c Hocsem l. 2. c. 37.

d Rebdorf. in annal.

e Ant. 3. P. tit. 21. c. 8. in princ.

f M.s. bibl. Vat. sign. n. 3040. in Clem. VI.

7. Etc. Redimitus pontificia corona circumductus est g per Auenionenses vias a Ioanne Normanniæ principe sceptri Gallici herede, stratorem agente: perfectaque ea pompa, encyclicas literas de Benedicti XII. obitu susceptique a se Ecclesiæ gubernaculis dedit h ad Reges alioque. Tum magnis animis ij ia reuocandæ in vniuerso orbe Christiano pacis consilia ad exitum perducere aggressus est, cum cerneret ingentia mala, quæ ex Regum dissidijs rei Christianæ imminebant, eaque auertere exoptaret: de quo hæc eius vitæ i auctor subijcit: *Hic summus Pontifex satis cito post creationem suam optans, quod guerra iam a diu orta inter Reges Franciæ & Angliæ sedaretur, misit ad ipsos suos nuntios, legationis officio fungentes dominos Petrum de Pratis Prænestinum, & Anibaldum Tusculanum episcopos Cardinales causa reformandæ pacis inter eos.* Experienda eo magis erat Francorum & Anglorum concordia, quo Babylonis, Syriæ, Ægyptique soldanus ex funesta eorum dissensione elatus superbia Armeniam concutiebat; atque Africæ Reges superstitione Mahumetica impliciti vires omnes & conatus ad Hispanias suæ tyrannidi subijciendas effundebant, vt deplorat nouus Pontifex in literis ad vtrumque Cardinalem de ipsorum legatione datis l, quibus præcipit, vt Reges, propositis ob oculos imminentibus rei Christianæ cladibus, ad pacem adducere studerent; & omnes, qui impedimento essent, quo minus concordia conciliaretur, intentato censurarum ecclesiasticarum terrore reprimerent; præstita fidei sacramenta ac fœdera de gerendo bello dissoluerent, irritaque pronuntiarent. Imperauit præterea Clemens Cardinalibus legatis, vt si ijdem Reges atque alij eo impliciti bello inducias inter se inire recusarent, ipsi apostolica auctoritate fulti eas indicerent, promulgarentque. Faciebant interea Reges ingentes apparatus bellicos, quos vt retardaret Pontifex, censurarum pœnas ijs m omnibus irrogauit, qui naues conducerent ornarentue ad Gallias inuadendas: ac vicissim ad frangendos Gallorum Scotorumue impetus eisdem pœnas proposuit n alijs, qui Angliam terra mariue adoriri auderent. Exulcerate nimium res erant, vt concordia reuocari posset; inducia vero a Cardinalibus pacto firmatæ sunt, de quibus hæc auctor anonymus m. s. Vaticani o: *Mittuntur eadem ætate in Franciam Anibalus Tusculanus & Petrus Prænestinus episcopi Cardinales pro guerra sedanda, inter Eduar-*

g Ms bibl. Vat. sign. n. 3765. in Clem. VI.

h Clem. an. 1. l. 1.

Missi legati pro Gallis & Anglis conciliandis.

i Gest Clem VI apud Bosq.

Qui eo munere perfuncti.

Quæ esset necessaria rei Christianæ pax.

l Ann. l. 6. ep. 1.

m Ib. ep. 9.

n Ib. ep. 19. Intermissa pactione bellum.

o M. s. bibl. Vat. sign. n. 3765. in Clem. VI.

dum

dum Angliæ & Philippum Franciæ Reges orta: qui tamen, nisi indultis strages pacorum dierum, modicum profecerunt.

12. &c. Auxerat admodum Anglici belli molem Belgarum defectio: eumque, his in gratiam cum Francorum Rege restitutis, spes ingens affulgeret fore, vt externum bellum cessaret; Clemens, quo facilius ipsos ad officium pelliceret, Beltraminum electum Bononiensem sua sponte in Belgium legauit, vt censuras, quibus se ob rebellionem irretierant, tolleret, & rite ab ijs se absolui postularent. Quo eo accedente Belgæ detrectarunt agnoscere se iuste censuris ecclesiasticis deuinctos teneri, ac tantum cautelæ gratia absolui flagitarunt, quasi anceps & ambiguum eorum perduellionis crimen esset. Consuluit itaque Clementem Beltraminus interruntius, vti se cum Belgis in his difficultatibus gereret. Cui Pontifex respondit a, contare de illorum perfidia & defectione; ac ni rite absolui censuris poscerent, in gratiam Ecclesiæ ipsos restituere voluit. Ex his reticllas Meyerum b qui ex nimio in suos innato studio, Belgas vt nullis censuris irretitos excusat. Sane inane perfidiæ erat inuolucrum, obtendisse non violatam fidem, cum Eduardus regio Francorum nomine & insignibus vteretur: nullo enim modo colorari eorum perduellionem posse alijs literis ad Beltraminum nuncium datis Pontifex grauissime disserit c.

Interruntius missus ad Belgas censuris absoluendos.

Belgæ censuras pure fieri detrectant.

a *Rad. p.6. ep. cur.12.*

Meyerus refellitur.

b *Meyerus Rad. Nimc.*

16. &c. Laniabatur inter hæc continuis factionibus ac bellis inter cæteras Italiæ prouincias Insubria, procerum, qui nouos condiderant principatus, eorumque fines latius proferre nitebantur, ambitione atque interregni diuturnitate, cum nullius iusti Regis metu ac potentia possent comprimi. Acceptos ij agnoscebant beneficio sedis Apostolicæ dignitatum titulos ad constabiliendas res suas, vel etiam pontificijs partibus contra Bauarum adhærebant. Ad eos itaque conciliandos facilius, aleadamque pacem Clemens Guillelmum Curre titulo sanctorum quatuor Coronatorum presbyterum Cardinalem legatum misit d, qui perfunctus est strenue iniuncto sibi munere: neque enim, Italis principibus foedere coniunctis, Ludouicus Bauarus Italiam ausus est ingredi, suamfactionem potius confirmare in Germania coactus, quam nouam discriminum tempestatem adire: quin etiam fœderatæ Germanorum copiæ, quæ Æmiliam depascebant, Italia exactæ fuerunt, vt refert Cortusiorum historia e.

Guillelm. Card. in eam legatus.

c *An. 1. p.6. ep. cur. 4.*

Italia factionibus lacerata.

d *Clem. vit. apud Bosq.*

Decernit ab ingressu Italiæ Bauarum.

e *Cortus. hist. l.8. c.10.*

20. &c. Flagitabant continentibus votis Romani, vt sedes Apostolica Vrbi restitueretur; vtque antea crebris oratoribus soliciterant Clementem V. Ioannem XXII. Benedictum XII. ita nunc Clementem VI. vt Romam se conferret, rogarunt. Gestilla eam legationem a Romanis sibi datam Nicolaum Laurentium ob insignem ipsius eloquentiam, imitatur eiusdem gestorum scriptor f. Declamasse illum referunt g Romam in eam calamitatum abyssum lapsam, vt ne quidem vbi iaceret, posset inspicere: amisso enim primum imperium, ac postremo postrinçatum, quæ clarissima Vrbis orbisque erant lumina. Lucius est vna cum alijs legatione Franciscus Petrarcha, qui egregium carmen Clementi ad ipsum alliciendum in Vrbem porrexit h. Obtendebat Clemens reuerti se in Italiam non posse, cum ad atrocissima Anglorum & Francorum bella componenda, & Hispaniarum pericula auertenda in Transalpinis oris detineretur. Ad continendas vero in officio ditionis ecclesiasticæ prouincias, Aymericum tit. S. Martini in montibus presbyterum Cardinalem legatum creauit i: quem præterea in Etruria, Sardinia, & Corsica eodem munere perfungi voluit.

Rogant Clem. Romani vt in Vrbem veniat.

Nicolaus Laurentius & Petrarcha oratores mittit.

f *Nic. Laurent. vita auct. & m.s. bibl. Vat. sign. n. 1210.*

Nicolai oratio.

g *Id. ibid.*

h *Petrar. l.2 ep. pag 91.*

i *An. 1. l.6. ep. cur. 1.*

Clementis nec in Vrbem venire excusatio.

Ardebat præcipue Etruria intestinis bellis, Pi-

sanis inter se & Florentinis digladiantibus; quæ Ioannes Villanus a, Leonardus Aretinus b, atque ex eo S. Antoninus c accuratius describunt. Luca bellorum præmium longa deuicta obsidione Pisanis iecta iulij die deditionem fecit d: Florentini, ob rem male gestam consternati reipublicæ præfecere e Gualterum Brennensem Gallici generis ducem Athenarum, qui breui vocata concione, collectaque ob nonnullorum nobilium, qui in publicam rem erant grassari, populari gratia ducem Florentiæ ad vitam renuntiari multis artibus obtinuit f.

Luca a Pisanis parta.

Gualterus dux Florentiæ creatus.

a *Io. Vill. l. 11. c. 39.*

b *Leonard. Aret. hist. lor l.6.*

c *Ant. 3. p. tit. 11. c. 7. §.9.*

d *Io. Vill. sup. c 139.*

e *id. l 12. c. 1*

f *Bos. l. c. 3. Leonar. sup. lib. 7 ant. ab*

23 Animebatur tum Robertus Siciliæ Rex diuulsas regni partes redintegrare: post mortem enim Petri Trinacrij g, secutierant mox grauiores tumultus, ac Palicij Messanam in Roberti Regis, obsequium occupata arce Saluatoris, reuocarunt h: sed dum tardius excita Mylis auxilia veniunt, Guillelmus Ludouici patruus, quadringentis equitibus accinctus, Messanam ingressus, arcem, depulsis hostibus, recuperauit.

Robertus Rex Hyme neo Card. fidem deuincire iussus.

Petrus Trinacriæ occupator moritur.

Messana ad Robert. inclinat.

g *Io Vill. l. 12. c. 17. Fazel post decad. 9. c. 4.*

h *Io. Vill. l. 12. c. 27. Summon l. 3. & alij.*

Insigne pietatis specimen i, a Roberto Rege ac Sancia Regina editum, præterire silentio non possumus; magnis enim sumptibus a Soldano sepulchrum Domini, ac nonulla alia sacra loca obtinuere, vt in ijs viri religioti diuinam rem instaurarent: præterea Regina in monte Sion monasterium pro duodecim Minorum condidit k.

i *An. 1. l. 5. ep. cur. 1116 Ub ep 1839*

24. 25 Petebatur præcipue Africano bello Hispania, atque Marrocius Rex Granatensium fœderatus ingentem classem ad Septam intruebat. Sed Deus suis non defuit; partæ enim sunt plures de hoste maritimæ victoriæ: duodecim barbarorum triremes in Bullonio portu a decem Castellanis oppressæ, antequam alijs octoginta tribus, quæ ad Septam erant, se possent coniungere: deinde vniuersa classis Maurorum ad Guadamecili fluminis ostium victa: triremes viginti quinque quæ captæ quæ mersæ: Marrochitanus & Granatensis præfecti interfecti. Superatis ita mari Africanis & Granatensibus, Alfonsus Rex Castellæ III. non. augusti Algezaram vrbem munitissimam obsidione cinxit, quæ in plures annos extracta est; difficilique bello implicito Alfonso a Pontifice & Galliæ ac Lusitaniæ Regibus subsidia summaria suppeditata fuere. Cæterum nocuit secundis rebus m Petri Aragonij & Iacobi Balearis Regum dissensio, qui cum arma in Saracenos conuertere debuissent, ille in se mutuo strinxere: cumque inter præsse pacis Pontifice, colloquium Barcinone inter eos habendum indictum esset, de struendis insidijs Balearis in crimen adductus est a Petro Rege, vt refert Mariana n: *In Aragonij*, inquit, *Regis aurem Barcinone, quo pax fieret colloquij gratia, conspirasse: index Regina ipsa Constantia Balearis vxor de fratre solicita: demum cum Gallo, Italis principibus, ipso Marrocio Rege fecisse fœdus aduersus Aragonium. Hæc accusationis capita fuerunt sive vera, sive ficta, vt fama tulit, cui calamitosi Regis eximium fidem conciliauit, iniuria fuisse oppressum. Hæc fatalis diffidij initia, quæ Romanus Pontifex, Sancia Regina Neapolitana vtriusque Regis propinqua, sopire conati, nihil profecerunt.*

Algezira a Rege Castellæ obsessa.

m *Marian. l.16. c.10.*

Dissensio inter Balearem & Aragonium.

n *Marian. l.19. c.12.*

26 Indoluit grauissime Clemens inopinato euentu bellum inter cognatos Reges inflammatum, quo res Christiana admodum periclitabatur. Granatenses enim & Africani ad Hispanias inuadendas inde vires confirmaturi cumulatumque erant: vtque nascentem flammam restinguerent, Andream tit. S. Susannæ presbyterum Cardinalem Apostolicæ sedis interpretem misit, & ad inducias promulgandas o, rescindendas coitiones, atque imperandum ne quis ad Baleares insulas p vel Aragoniam q terra marue inuadendam manes adornaret, vel operam locaret, auctoritate interposita.

Card. S. Susannæ legatus ad eos missus.

o *An. 1. l. 6. ep. cur. 5. p. 1b ep. 41.*

q *Ep. 42.*

a Nicbon. l.4.c.43.

Prussia a Lithuanis vastata.

Caroli Regis Hung. mors.

b Io.Vill.l. 12.c.6.

c Ben.dec.2. l.9. d Io.Vill.l. 10 c.4.

e Bzouius anc. 2 Ly. Ianuen. Lith. Accipit 5. Ludouicus filius facta ei Regni electione 9 Kal. Cardinalium creatio.

f Gest Clem VI apud Rosp.

g Io.Vill l. 12.c.10

29 In septentrione a cum Lucerus cruciferorum equitum magister in nouam marchiam ad eam sibi subijciendam irrumperet, Lituani maximo cum exercitu Prussiam ingressi cædibus, spolijs, flamma cæterarumque direptionum, magnamque Christianorum multitudinem in seruitutem abduxere. Qua clade magna Lucerus tanto dolore ac furore est correptus, vt de mœsto exierit: in cuius locum Henricus Duisemer est suffectus, vt refert Michouius.

28 Interea luxit eodem anno Hungaria Caroli Regis instauratoris sui atque amplificatoris mortem b, qui cum Bonifacij VIII. auctoritate creatus Rex fuisset ob hereditaria jura contra alios, qui electionis nouam iuris induxerant, laniatum regnum duos & quadraginta annos ita feliciter gessit, vt ex miserrimo statu ad florentissimum euexerit, lateque ecclesiæ sepius fidei hostibus illius fines protulerit: de quo Bonfinius c. Reliquit d tres filios, Ludouicum, Andream, ac Stephanum, quibus Hungariæ, Siciliæ, & Poloniæ sceptra variis iuribus destinabat: Hungaricum vero successionis iure Ludouicus natu maximus accepit, quem a Chanadino archiepiscopo Strigonieusi regia retemitum corona delatus Michouius e.

29 *Hocanno dictus Papa*, nimirum Clemens, inquit eius ita auctor f, *die vigesima mensis septembris, quæ fuit sexta feria quatuor temporum, fecit creationem octo Cardinalium, videlicet octo presbyterorum & quatuor diaconorum. Presbyteri autem fuerunt dominus frater Elias de Nabilone ordinis Minorum diœcesis Petragoricensis, tunc archiepiscopus Nicosiensis*; patriarcha Ierosolymitanus paucis ante mensibus ipse creatus fuerat: *Dominus Guido de Bolonia frater eiusdem Bononiensis, tunc archiepiscopus Lugdunensis: dominus aymericus de Castronovo diœcesis Lemouicensis, tunc episcopus Carnotensis: dominus Andreas de Florentia Italicus, tunc episcopus Tornacensis*; dictum Ghinum Malpilium ait Ioannes Villanus g nec ultra vitæ tuæ superstitem docet: *Dominus Stephanus Alberti diœcesis Lemouicensis, tunc episcopus Claromontensis*: In accepto Innocentij VI. nomine Clementi successit: *Dominus Hugo Rogerij monachus ordinis S. Benedicti diœcesis Lemouicensis, tunc electus Tusculanus frater ipsius Papæ: dominus Adhemarus Roberti diœcesis Lemouicensis, tunc sedis Apostolicæ notarius: & dominus frater Geraldus de Guardia diœcesis Lemouicensis tunc generalis magister ordinis Prædicatorum consanguineus eiusdem Papæ. Diœcesi vero fuerunt dominus Bernardus de Turre de Alestrato diœcesis Claromontensis, tunc subdiaconus Papæ: & dominus Guillermus iudicis legum doctor diœcesis Lemouicensis nepos ipsius Papæ ex sorore.*

IESV CHRISTI

Indictio. ANNUS 1343.

CLEMENTIS PP. VI. VACANTIS IMP. OCCID. 30.
annus 3. IO:PALÆOLOGI IMP. OR. 3.

Turcam in Turcos ex peditione bella ciuilia impediunt.

1. Ind. INdicta est a Clemente Papa sacra in Turcas expeditio; ac fera natio in rei Christianæ exitium nata in ipsis primis tum tyrannidis incrementis edomanda erat Christi vicarij solicitudine, si paribus Christiani Reges ac principes studijs concurrissent. Permouerant ad pium illud bellum cruentæ orientalium lachrymæ, atque intercisi suspirijs voces Pontificem; sed ad eas pontificiaque monita plerique principes obsurduerunt. Anglum enim ad Gallias inuadendas incitabat furor: Gallus sua tueri vix poterat: Castellanus & Lusitanus Granatenses gloriose oppugnabant a: Aragonius ad Balearem opprimendum incumbebat; Germania ciuili flagrabat bello: septentrionales barbari Hungaros, Boemos, Liuones, & alios finitimos exercuere: plena factionibus Italia: Sicilia & Trinacria incipiti belli metu erant suspensa. Sanciri itaque tantum potuit sacrum aduersus Turcas fœdus inter Clementem, Bertutium Gradenicum ducem Venetorum, Hugonem Regem Cypri, atque Helionem de Villanoua Rhodiorum equitum magistrum, cum hos magis, quam cæteros Turcica potentia infestaret: Cyprum enim, Rhodum, ac Venetæ ditionis orientales terras inuadere moliebantur barbari; Pontificem vero tuendæ religionis ardor accenderat, qui ex vigiuti triremibus armamentis & commeatu instructissimis classem omnilaudam fanxit, atque inter eos suttentandi exercitus onera ex æquo diuisa sunt.

a Rosp. hist. l.2.

Qui principes fœdus coniurent in Turcas.

11. 12. Dum ita Christi vicarius bellum sacrum in Turcas apparabat, Constantinopolitanus Imperator Ioannes Palæologus, vel potius, cum is ob imbellem ætatem tractando imperio par non esset, proceres, ad quos consilia summa referebantur, Turcico flagello vexati, vt ad Romanæ ecclesiæ sinum redirent, Clementis opem implorarunt, suumque erga sedem Apostolicam studium amplissimis verbis explicuere, sed verbis opera defuerunt.

Græci de instauranda ecclesiarum concordia agitant.

13 Fatigabant hoc tempore Græcos non solum Turcæ, sed etiam Tartari: ac licet in Turcas ij tantummodo opem poscerent, Pontifex vsurus occasione, vt Græcos ad coniunctionem reuocaret, non modo contra illos, verum contra Tartaros quoque apostolicum patrocinium certissimum est pollicitus b: propositeque ante oculis ouilis dominici vnum esse pastorem, nec alium quam Romanum Pontificem: & Constantinopolitanum imperium, dum in huius clientela & veneratione fierit, scientiæ & armorum gloria ettoruisse.

Pontifex ad eos excipiendos paratus.

b Io.a. ep. secr.414 ext etiam in m. S arch.Vat. de reb.Græc Tartar.&c. pag.14.

14. &c. Significarat etiam Clementi literis atque oratoris Conradi opera Demetrius Græciæ despota, se desiderio transuolandi in sinum Romanæ ecclesiæ ardere; cui Pontifex stimulos addidit c, vt promissa perfoeret, meritis & officijs ipsum prosecturum vt amantissimum filium, tum etiam magistratibus Pera, quæ ex aduerso Constantinopolcos longe in Asia iacet, scripsit d, vt Demetrio, si ad Romanam ecclesiam se conferret, opera & consilio non deessent. Pellicere etiam grauissimis literis patritios, senatores, ac proceres Græci imperij, populumque Constantinopolitanum ad Romanæ ecclesiæ obedientiam studuit: & quantas vtilitates felix & optanda omnium Christianorum coniunctio vniuerso imperio afferret, quanta schisma inuexisset mala, exposuit e, eamque ob causam passim diuinam iustitiam, veterem illius dignitatem adeo defloruisse: adeoque preces vt ad redintegrandam orientalis ecclesiæ cum occidentali coniunctionem incumbant. Qui etiam vt clerum moueret officij, ne quid intentatum relinqueret, ac ne tot populorum sanguis de eius manibus requireretur, patriarcham, archiepiscopos, & episcopos Græcorum imperij ad redintegrandam Ecclesiæ coniunctionem incitauit f, grauissimisque diuinæ scripturæ oraculis vnicam esse catholicam Ecclesiam, cui vnus summus pastor S. Petri successor ex Christi domini decreto præesset.

Græci proceres admonita officij.

c Ep.418.

Et eorum præsules.

f Ead. m.a ep.secr 416. & m. S de reb. Græc. & pag.41.

15. &c. Exteros etiam Reges fide Christiana nondum exultos deuincire amicitia studuit Pontifex, vt ipsos facilius ad Christum alliceret, tum degeneres in eorum imperijs Christianos ab infidelium iniurijs vindicaret. Propagata apud Scythas Tartaros erat Christiana fides religiosorum virorum præcipua opera: cumque Elias Hungarus Minorita ad

Amplificata apud Tartaros religio.

sedem

sedem Apostolicam ex Tartaria septentrionali venisset, expoluisseque rei Christianæ in ijs regionibus statum, vt Ianibechus imperator Christianis profitendæ religionis vsum permitteret, Clemens Ianibechum ipsum oranit [a], vt Christianos fouere tueriique pergeret, atque ad alendam amicitiam oratores maiorum exemplo ad sedem Apostolicam mitteret.

[a] Ep. secr. 182.

24 Vexabant interea bello Galliam Angli, cum Eduardus Rex comitis Montisfortis, ducis Britanniæ sine liberis defuncti tertij natu fratris in Angliam profugi clientelam aduersus Francorum Regem suscepisset [b]: studioque Pontificis demum pacis fiunt inter Reges inducix triennales. Nunc quæ a Clemente ad Petrum Aragonum & Iacobum Balearium Reges in pristinam amicitiam reuocandos gesta, aggrediamur.

De Britannia certatum.
[b] Froissard. hist. l. 1. c. 10. Vill. l. 11. c. 142. Paul Æmil. in Philip. VI. & alij.

25, &c. Contendebat Aragonum Rex accepta a patribus iura regiæ Aragoniæ infringi: ad quæ tutanda Balearem, non comparentem in iudicio, Barcinone damnauit contumaciæ, ac Baleare regnum, Ceritaniæ & Ruscinonis comitatus, vt regiæ Aragoniæ beneficiaria, ad ipsam reuocanda pronuntiauit [c]. Et quidem Baleares Iacobo infensi, misso oratore [d] precibus Petrum incitarunt, vt ipsos Aragoniæ aulæ restitueret: si appelleret ad insulam cum valida classe, se illius obsequijs addicturos spopondere. Itaque Petrus mense maio in maiorem Balearem inuitam classe inuectus Iacobum primo impetu tudit; qua clade consternatus Balearis, suorumque defectione territus, ex insula fuga se subduxit [e]. Parto Balearico regno promouit in Ceritaniam & Ruscinonem exercitum Petrus Rex, ac nonnulla oppida in suam potestatem redegit; at de his hactenus: nunc ad Alfonsum Castellanum Regem, aduersus fidei hostes dimicantem, properat narratio.

Bellum inter Aragonium & Balearem. Aragonius Balearem infectatur legibus.
[c] Sur. l. 7. c. 65.
[d] Eod. cap. & Matth. Vill. l. 1. c. 37.
Baleares conspirant cum Aragono.
[e] Matt. Vill. l. 1. c. 37. Sur. l. 7. c. 67.

36. 37 Vrgebat ille obsidione Algeziram regiam Maurorum in Hispania imperij sedem, in qua nonnihil periclitatum est, cum Petrus Rex Aragonum classem, vt Baleares inuaderet, abduxisset: sed tum Philippus Nauarræ Rex plurefque Angliæ & Galliarum principes, inducijs inter Reges initis vsi [f], auxilia Alfonso attulere [g]. Sed diutius in castris maxime ob cœli grauitatem fœderati hærere non potuerunt: atque ex ijs Philippus Rex Nauarræ, cum Casarianum de Castellæ Regis voluntate digressus esset mense septembri, & Futensis comes Hispali morbo extincti sunt; quo tristi casu hostes confirmatis animis nostros aggredi decreuere: sed diuina ope in traijciendi Palmonis fluminis conatu deleti sunt.

Alfonsus Algeziram obsidet.
[f] Hucsem. c. 20 in Adolfin.
[g] Mariana l. 16. c. 3. Philippi Regis Nauarræ mors.

38. &c. Pugnatum [h] eo eodem tempore in septentrionalibus oris a pluribus Regibus ac principibus pro fide aduersus barbaros Lituanos, qui grauiora damna Christianæ rei in Prussia ac Livonia intulerant. Susceperat sacrum illud bellum [i] aures Boemiæ & Ludouicus Hungariæ Reges, quibus Vuillelmus Hollandiæ & Hannoniæ dux cum lectissimis copijs, debellato in mari Vltraiecto, se coniunxit [k]. Penetrarunt Reges in Lituaniam, ignem dum ferrum flammamque circumferebant. Regnabat Lituanorum dux in Liuoniam & Zambiam, truculum irrumpens prouinciam vastauit. Accensi in inuidiam crucigerorum magister, atque illius ordinis mali causa adscripta. Confirmatæ erant inhibitum vires ex Casimiri Regis Poloniæ veteribus cum religiosis equitibus S. Mariæ Theutonicorum hospitalis Ierosolymitani dissensionibus [l], cum Polonis Pomeraniam aliasque amplissimas terras vt iuris sui olim repeterent, illi vt iure partas tuerentur. Cæterum eam legem hoc anno Casimirum cum crucigeris

Sacris bellum in Lituanos.
[h] Mirkon. l. 4. c. 23. Cron. l. 11. in Casim. II.
[i] Ioa. Leyd. Cron. l. 11. c. 9.
Polonia a crucigeris dissentit.
[l] Io. a Leyd. eo. loc. 90.

ea lege, vt Cuianiam & Dobriniam reciperet, suoque in alias prouincias adductas in controuersiam iure cederet, refert Cromerus [a]. Sed breui immorata discordia magno religionis detrimento recruduit, vt dicetur.

Conuenta Polonum inter & Crucigeros inita.
[a] Crom. l. 11. in Casim. II.

41 Regnabat per id tempus in Suecia ac finitimis prouincijs Magnus Rex, quem Pontifex hoc anno paternis monitis erudiuit [b], vt pietatem sectaretur, iustitiam coleret, ecclesias virosque ecclesiasticos gratia & beneficijs prosequeretur, miseros susciperet, viduas, orphanos, pupillos tueretur, vt caduco regno immortale adiungeret. Vtinam Suecus Clementis monitis paruisset, atque iustitiæ laudem non obscurasset; feliciter enim regna propagare in posteros potuisset: verum quia postea Elizabeth Henrici Holsatorum comitis filiam, quam Aquino filio Norvvegiæ Regi desponderat, tradita illi Margarera Vvaldemari Regis Danæ filia, per summam iniuriam reiecit, ratus splendidioribus ijs Aquini nuptijs res suas magis confirmatum iri, delusus vana spe iusto Dei iudicio ex regno depelli meruit; qua de re pluribus Albertus Crantzius [c], addirque regnum Alberto ducis Magnopolensis filio delatum.

Magnus Rex Sueciæ.
[b] 10. 2. ep. secr. 200.

Dum splendidas ipse sectatur Suecus, res suas euertit.
[c] Crantz. Suec. l. 3. c. 29.

42. &c. In Germania excitati noui motus decreando alio Cæsare: consulturus enim rei Christianæ Clemens, ne diutius catholico Imperatore careret Ecclesia, cum Benedicti Papæ benignitas Bauarum nunquam ad Christianam pœnitentiam flectere potuisset, non expectato illius obitu, electores principes ad creandum Regem Romanorum adigere, vel apostolica auctoritate, si ij recusarent, qua imperium ad occidentales traduci potuit, creare Imperatorem decreuit. Seueritatem tamen clementia temperaturus, eundem monuit officij, vtque cæsareos titulos, nonnisi pontificio assensu resumendos, abijceret: abstineret hæreticorum patrocinio, ac sacris profanandis: catholicos restitueret sacerdotijs, intrusos pelleret; demisse in Ecclesiæ sinum scelera sua rite expiaturus rediret: cumque Bauarus monita temneret, illum grauiori sententia perculit, obiecitque impensa hæreticis studia contra decreta pontificia; professum etiam ipsum esse publice hæresim, tum libros hæreticis referros promulgasse; Marsilium ac Iandunum hæresiarchas fouisse; tulisse impie in Ioannem Pontificem abdicationis sententiam, conflasse schisma & catholicos infectatum esse: alienam vxorem filio nuptui tradidisse, maleque de matrimonij sacramento sensisse; ac magna cum insolentia & contumacia tot annis censuras spreuisse, & sacra a sacerdotibus profanari iussisse: ob quæ in ius ad subsellia pontificia vocatum promulgari a præsulibus iussit. Denique Clemens non sua modo edicta diuulgare præcepit præsulibus in ecclesijs coram circumfusa populi multitudine, cum ad sacra conuenisset; verum etiam singulis diebus dominicis & festiuis solemni ritu Ludouicum & illius partium sectatores anathemate percussos, eundemque omni iure in regnum & imperium Romanum exutum, & de hæreticorum patrocinio ac schismate & horesi damnatum, vt in eo Dauidicum oracullum: *Implefacies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine*: si flecti ad Christianam pœnitentiam non fucatam posset, impleretur. Quibus excitatus Bauarus ad eundi ad Ecclesiam desiderium præseruit, missis ex ea causa amplissimis oratoribus: sed quidquid ab his summa consilij maturitate erat gestum, Ludouicus more suo dissoluit.

Tentata frustra in Ludouicū Bauarū clemētia.

Ludouicus præfert se redire velle ad ecclesiam.

61. &c. Postulauit etiam Clemens Papa iudicio Ludouici partium signiferum Henricum de Virneburg Moguntinum archiepiscopum, qui ad principatus illius fastigium summis laboribus a Romanis Pontificibus contra Balduini Trenirensis archiepiscopi potentiam,

Henricus archiep. Mogunt. postulatur iudicio.

tiam, cui eiusdem principatus administratio fuerat delata, euectus, beneficij immemor ad Ecclesiæ hostem defecuerat, extiteratque omnium consiliorum contra pontificiam dignitatem auctor præcipuus. Et licet iam ante a Benedicto XII. in ius vocatus, contumacem se præbuisset, mansuetudine tamen seueritatem lenire meditatus Clemens, cum archiepiscopatu ob insignem cõtra edicta Ioannis XXII. quibus de gradu deijciendos præsules, qui Ludouico vt Regi Romanorum vel Imperatori fluderent, pronuntiatum erat, præuaricationem sine nouo iudiciorum ordine deturbari posset; illum tamen monendum officij decreuit, ac Moguntinæ ecclesiæ, quam suis fœdabat sceleribus, alium præsulem a se impositum iri, denuntiauit a publico edicto, in quo illatas ab eo pro beneficijs iniurias in luce collocauit. Contempsit b pontificias minas Henricus Ægypti baculo innixus; quare damnatum contumaciæ, atque in illius locum Gerlacum Nassouium suffectum visuri sumus.

a An. 1. l. 12. ep. cur. 46. b Serar. l. 3. Mog. rer. in Henric.

69 Longe prudentius se gessit Balduinus archiepiscopus Treuirensis, qui cum ab Apostolicæ sedis gratia aurea excidisset, oratores idoneos misit, literas afferentes c, quibus ille ad omnia, quæ pro ipso in gratiam Ecclesiæ reuocando constituta ac prom issa fuerant, impleuda se oburturum it. Hactenus de Germanicis rebus: nunc ad Italicas decurrimus, atque a Siculis citerioribus, quæ tristes ac turbidæ admodum fuere, exordium.

Treuirēsis archiep. redit ad Pont. obsequium

c Ia. 1. ep. sec. pag. 209

70. &c. Hoc ineunte anno Robertum Regem, annos circiter octoginta natum, decima nona ianuarij die Neapoli morbo correptum, ex hac vita migrasse, scribit Ioannes Villanus d. Studiosum Ecclesiæ principem fuisse, religionis, prudentiæ, scientiæ, omniumque virtutum laude præclarum, cum Villano consentiunt Collenutius e & Summontius f cuius dignam memoria hanc aliquando fuisse vocem refert Mariana g, *dulcissores sibi literas h regno esse*. Laudatur etiam a Petrarcha i fuisse & summum Regem & philosophum, non regno, quam literis clariorem: *Quem vnicum*, inquit, *Regem & scientiæ amicum & virtutis nostræ ætas habuit*. Sepultus k est in monasterio S. Clarę, a se constructo, bonisque amplissimis locupletato. Non desunt tamen, qui tot laudes Robertum obscuraſſe auaritiæ referant, vt Ioannes Villanus m; qui addit, eos thesauros ad recuperandam Trinacriam illum coegisse. Sed misere a successoribus fuerunt dissipati.

Roberti R. gni Sic. mors.

d Io. Vill. l. 12. c. 9. m. s. bibl. Vat sig. n. 3765.

e Collen. hist. Neap. l. 5.

f Summ. l. 3.

g Mariana l. 16. c. 11.

h Petrar. de rerum memoran. l. 3. pag. 160.

i Petrarc. in præfat. Eius elogium.

k Io. Vill. et Summ. locis sup.

73 Iniecta est prima discordiæ fax inter regios principes. Carolus enim Dyrrachij dux dolo ad Mariæ sororis Ioannæ Reginæ nuptias aspirauit, quamquam illa ex Roberti & Caroli Regum pacis, decretoque pontificio alteri Andreæ fratri ad declinanda imminentia discrimina erat desponsa n, vt ad Hungariæ Regis posteros regnum traduceretur. Ardescens igitur ambitione Dyrrachij dux, ignarus sibi ea re ignominiosam mortem parare, a Pontifice auunculi Talayrandi tit. S. Petri ad vincula presbyteri Cardinalis Agnetis matris fratris opera diploma subripuit o, quo solutis legibus canonicis, coniunctam sanguine virginem ducere posset; ac Mariam sororem Reginæ, ea inconsulta, matrimonio sibi copulauit. Rem fraude gestam, cum ex ea Andreæ Regis necis ac regni exitij causa postea fluxisset, querenti Ludouico Pannoniæ Regi, respondit p Clemens.

Dyrrachij ducis insulta nuptiæ.

n An. 1. 1. 2. an. Chr. 1332. n. 9.

o Clem. 1. 6. ep. sec. pag. 515.

p Io. Vill. l. 12. c. 9.

74. &c. Porro Ioannæ imbecillitas ac viri Andreæ ætas moderandæ amplissimæ ditioni impares erant: ad quam quidem sustentandam Robertus auus Rex extremo vitæ tempore testamento sanxerat, vt Philippus Canallicensis episcopus regij scrinij præfectus, tuncia Regina nonnullique alij regni procurationem susciperent, donec Ioanna vigesimum quintum ætatis annum nacta esset, nec Ioanna quicquam in administranda publica re, nisi his assentientibus, gerere posset. At illa iuuenili leuitate ab ipsis viris prudentibus regi se non patiebatur, neque ad eos regni consilia referebat; sed regia ad se deriuata auctoritate, interdum nemine consulto, interdum nonnullis assentientibus Siculi regni iura pessumdabat. Ad Pontificem itaque, vt supremum Siculi regni dominum spectabat hæc mala tollere. Præterea cum regnum Carolo I. fiduciario iure tradidit Apostolica sedes, conuentum fuerat, vt Romanus Pontifex Siciliæ administrationem, dum sceptri heres annis minor esset, caperet: neque Robertus pontificia iura extrema illa sua voluntate labefactare potuerat. Re igitur in deliberationem adducta, Clemens vt regno consuleret, ac Romanæ ecclesiæ iura tueretur, edicto pronuntiauit, regiæ Siculæ procurationem non ad Sanciam Reginam alioſque a Roberto Rege designatos, sed ad sedem Apostolicam spectare: omnia ab ijs gesta rescidit; atque Aymericum Cardinalem tit. S. Martini in montibus administrando pontificio nomine, donec Ioanna Regina ætatem viginti quinque annorum explesset, regno præfecit a.

Ioannæ leuitas.

Regi Sic. minori regni procuratio ad Pont. spectat.

a An. 2. l. 2. ep. cur. 43. 44.

83. 83 Reliquerat Ioannæ Robertus auus ingentem bellicum apparatum ad Trinacriam ex Aragoniorum manibus vindicandam; cuius terrore Ludouicus Petri Trinacrij successor puer, Elizabeth mater, ac Ioannes dux patruus oratores ad pacem eblandiendam ad Clementem misere. De quibus Pontifex Ioannam fecit certiorem, pollicitus non passurum se, vt Trinacria ab illius imperio diuelleretur, neque vlla concordiæ colloquia, inconsulta ipsa, habiturum: quare sua in ea re consilia quamprimum significaret. Priuata iam diu erat Trinacria templorum & sacrorum vsu ob Petri & Ludouici inanitum dominatum, Romanique Pontifices insulanos ad Gallici generis legitimorum Regum obsequium centuris reuocare nitebantur; Fridericus enim, qui tyrannidem corripuerat, ea lege cum Carolo II. fœdus pactus erat, vt regnum, dum superites esset, retineret; in posteros vero non transmitteret, Gallique verbis fallacibus fidem adhibuerant. Quo porro facilius perduelles ad officium adduceret Pontifex sacerdotiorum insignium, atque ecclesiasticarum, dignitatum conferendorum ius sedi Apostolicæ reseruauit b.

Cur Trinacrij cessuria denegati.

b An. 1. l. 6. ep. cur. 16.

84 Neque in vlteriore modo Sicilia, verum in citeriore c quoque, ac ditione d pontificia ad alendam publicam pacem ecclesiasticas dignitates a sede Apostolica collatum iri, sancitum est. Ceterum agitata fuisse a Ioannæ Reginæ senatu sanctiore Trinacriæ armis expugnandæ consilia, indicat Petrarcha e in tempestatis Neapolitanæ descriptione, dum ait in ea quadringentos latrones, qui erepti fuerant supplicio, vt in Sicula expeditione hostium glacijs obijcerentur, atque in ea inclusi erant, pereuntibus cæteris, omnium pessimos euasisse. Cuius tempestatis impetu Massilienses triremes, & quotquot in portu erant naues hausta sunt fluctibus: ex qua clade videtur bellicus apparatus dissolutus. Adeo vero procella sæuijt, vt adiacentem litori Neapolis partem merserit vel euerterit, reliquam adduxerit in discrimen.

c Ib. ep. 13.

d Ib. ep. 17.

Tempestas horrida in Neap. portu.

e Petrarc. l. 5 de. rer. fam. ep. 5.

85. &c. Non illa modo Neapolitana tempestas, sed totius superi atque inferi maris fuit: ac Venetias quidem periclitatas referunt f, procellamque a dæmonibus concitatam, vrbem vero sanctorum tutelarium Marci, Nicolai, ac Georgij opera liberatam indicio fuit, piscatori ipsos ostendisse cymbam dæmonibus plenam inter fluctus, in ipsis faucibus portus

Concitata a dæmonibus in supero mari procella.

f Per. Iustin. hist. Venet. l. 4. Sabell. l. 2. dec. 2.

portus faliẽtem, ac sanctorum iussu euasisse, reditamque mari serenitatem.

IESV CHRISTI
Annus 1344.

Indict. 13.

CLEMENTIS PP.VI. VACANTIS IMP. OCCID. 31.
annus 3. IO: PALÆOLOGI IMP. OR. 4.

PArta est hoc anno gemina de hostibus fidei in occidente, & oriente victoria, atque Smyrna in Asia, in Hispania Algezira Christianæ religioni, pulsa Mahumetica superstitione, restituta. Excitarunt porro torpentes Christianos ad circumferenda in Asia triumphalia crucis signa crebræ ac sæuæ Turcarum excursiones, ad quas reprimendas transferendum in Asiam bellum visum est. Sacrum aduersus infideles classicum cecinit Clemens a, propositisque indulgentiarum, adipiscendæque felicis æternitatis præmijs, Christianam iuuentutem e sacro fugestu a præconibus euangelicis ad piam militiam, accepto crucis symbolo, profiscendam accendi iussit. Data inter cæteros Venturino Bergomensi ordinis Prædicatorum, sacra eloquentia ad commouendos ad pietatem populos, ac virtutum laude conspicuo, de quo superius nobis sermo fuit, ea prouincia in Insubria: ac Ioannes archiepiscopus Mediolanensis & alij suffraganei admoniti, vt cum promptissima in Turcas auxilia contrahere opus esset, Venturino operam præberent; deque antea indicta a se sacra expeditione ac præsulibus superiori anno imposito munere, vt quos pius tuendi Christiani nominis ardor accendisset, rite cruce insignirent, scripsit b.

Indicta religiosa expeditio in Turcas. a to.2. ep. secr.789.

b Ead.ep.

2. &c. Incubuere Rhodij cæterique aduersus Turcas roderati ad comparandam classem maximam, in quam lectissima ex omnibus regnis iuuentus Christiana cruce ad id ficta concurrit, tum ad Turcas a Græcia propulsandos, tum ad Armenios aduersus finitimos barbaros defendendos. Vertere autem cruce signati in Asiam arma, ac Smyrnam vrbem munitissimam, ex qua erumpebat hostis in Christi fideles, expugnandam susceperunt; tantoque impetu & ardore Christiana classis in portum inuecta est, vt illo breui sit potita c, victo Marbassano d barbarorum principe, qui in eo cum validis copijs versabatur, & crebris impetibus in arcem repetitis, cui Apostolus Simon & Iudæ sacra. Smyrna in crucesignatorum potestatem venerit. Edita est maxima barbarorum cædes, atque adeo sæuitum, vt nullo ætatis sexusue discrimine fœminæ infantesque ferro inhumane conciti sint. De relata porro victoria certior factus Pontifex ab Andrea Dandalo duce Venetorum fœderato, ad quem magna pars gloriæ ob nauatam in parandis classe diligentiam spectabat, cum illo reportati triumphi lætitiam literis communicauit e, Regesque ad proterendos Turcas cohortatus est.

Versa in Turcas arma. Smyrna expugnata a crucesignatis. c to.1 ill. sup. c 38. d to.3. ep. secr.632.

e Ib.ep.secr. 603.

7. 8 Dum Turcarum ferocia comprimebatur, Saraceni Syri ac finitimi Armenios attriuere f: implorantibusque his auxilia, Clemens patriarchæ imperauit g, vt Guidoni Regi Armeniæ nauali exercitu opem contra barbaros ferret. Guido enim adepta Armeniorum sceptrum oratores ad Clementem miserat, atque plurimis verborum officijs eximium suum in sedem Apostolicam studium explicuerat, deque orthodoxa fide cum Romana ecclesia recte sentire erat professus. Cui Clemens, collaudata eius pietate, beneuolentiam apostolicam pollicitus, ipsum est adhortatus h, vt glisentes apud nonnullos Armenios errores fœdissimos regia opera excinderet.

Armenia a Saracenis vexata. f Ep.265. g Ep.264.

Guido Armeniæ Rex Matri oratores ad Pont. h to.3 ep. secr.273.

9. &c. Hoc anno agitatum a Clemente est a de Ludouico Bauaro ab hæresi ad Ecclesiæ obsequia reuocando: cumque dies illi constituta exacta esset ad recurrentem natalem Deiparæ diem; Pontifex Carolum marchionem Moraviæ Ioannis Regis Boemiæ filium, de quo ad imperium euehendo agitabatur, certiorem, XVI. kal. iulij ea de re fecit b. Lapsis autem ab ea sacra celebritate aliquot diebus, idem Ludouicus Bauarus, plenas officijs literas ad Clementem misit c. Venisse ad sedem Apostolicam Ludouici oratores, atque ipsius nomine in Cardinalium consistorio Pontifici se submisisse, ex literis Clementis Papæ ad Albertum ducem Austriæ datis d colligitur. Miserat Albertus oratores Pontifici, vt suum in Apostolicam sedem studium testaretur, ac nonnulla de conciliando Ecclesiæ Ludouico adiecerat: cui Clemens, quanto illius ad fidelium communionem adducendi desiderio teneretur, significauit e.

De conciliando Lud Bau agitur a to.2. ep. secr.749. & ep. 753.

b to.3.ep. secr. 55.

c Extant in subedis bibl. Vatic.

d Ib.ep.secr 545.

e Ead.ep.

13. &c. Flagitasse Ludouicum, vt etiam sibi Pontifex ad expianda admissa scelera subeundarum pœnarum capita, atque alias ad reconciliationem necessarias leges præscriberet, ferunt historici f: quæ etiam in ijsdem ad Albertum ducem Austriæ scriptis literis exhibita submissionis & actorum nomine haud obscure indicantur. Sed Ludouicum ijs non assentisse, atque in pristina animi duritia perstitisse docuit exitus.

f Rebdorf. in annal. Alb. Arg. in chron. & alij. Eius inconstantia.

14. 15 At Michael Cæsenas, qui diu Ludouici cupiditatibus adulando seruierat cum mors immineret resipuit. Quo animaduerso Franciscus Asculanus priores errores damnauit ex hac formula: *Ego frater Franciscus de Asculo ordinis Minorum, recognoscens veram catholicam & apostolicam fidem, fateor me illam fidem firmiter credere & tenere, quam sacrosancta Romana ecclesia, quæ mater est omnium fidelium & magistra, tenuit & docuit, tenet & docet; & quam sanctissimus in Christo pater dominus Clemens Papa VI. cum sacro collegio Cardinalium tenet & docet. Et præcipue credo & teneo, cum etiam Scriptura sacra in plerisque locis hoc asserat, Redemptorem nostrum & dominum nostrum Iesum Christum eiusque Apostolos nonnulla habuisse: & quod asserere pertinaciter, quod Christus & Apostoli nihil habuerint in proprio vel communi, est erroneum & hæreticum: & quod Christus ac eius Apostoli habuerunt in rebus, quibus vsi sunt, ius vtendi, & faciendi ea, quæ Scriptura sacra testatur eos fecisse; & quod vsus non possit esse iustus absque omni iure vtendi: & quod in præmissis felicis recordationis Ioannes Papa XXII. recte & catholice definierit in constitutione sua, quæ incipit: Cum inter nonnullos; quam reputo catholicam, & contrarium tenere post decretalem & eius publicationem pertinaciter ore & corde & profiteor, prout ipse in dicta constitutione declarauit, erroneum & hæreticum fore. Et doleo & me pœnitet, quod vnquam aliquid scripserim vel fecerim contra ipsam, & specialiter de verbis excessimus, quæ eadem relata pro ordine meo aduersus prædictum dominum Ioannem scripsi, dixi, vel feci. Et peto veniam, gratiam, vel misericordiam de præmissis. &c.*

Franc. Asculanus pœnitens. Proposita illi ad posscendam veniam formula.

16. &c. Insignuit Andream Clemens ineunte anno Siculo fastigio, ac nomen consecrationemque regiam e Cardinalium consilio decreuit. Rem promouerant apud Pontificem, missis amplissimis oratoribus, Ludouicus Pannoniæ Rex ipsius frater, atque Elizabeth Regina illius mater, tum etiam Ioanna Regina Siciliæ Andreæ vxor, atque Sancia Ioannis auia, denique regni Neapolitani ordines, vt maior Andreæ auctoritas conciliaretur, ac tum Reginæ dignitati publicæque rei consuleretur; de quo a Clemente literæ Andreæ Regi missæ g. Professa est solemni ritu Neapoli

Andreas regio nomine donatus. g to. 2. ep. secr.672.

poli die vigesima octaua augusti huius anni Regina Ioanna a coram Aymerico tit. S. Martini in montibus presbytero Cardinale Apostolicæ sedis legato, ac regni ob pupillarem Reginæ ætatem tutore atque administratore, seu, vt vocant, baiulo, regni Siculi coronam liberalitate sedis Apostolicæ in se transfusam, clientisque fidissimæ obsequia Clementi VI. ac successoribus detulit: ad cuius rei commendandam secuturæ ætati memoriam publicas tabulas edendas curauit.

30. &c. Relictis paulo post ob importunas preces Ioannæ liberis regni habenis Clemens legatum quem ex regijs vectigalibus operæ nauatæ stipendia accipere iussit b, e Sicilia XIII. kal. decembris reuocauit c; additis hisce præceptis, quibus Ioannam a legato informari voluit: *Deum in omnibus & per omnia semper habens pra oculis, sacrosanctam Ecclesiam eiusque ministros reuerentia & honore debitis prosequatur, libertates ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum regni sui ac iura defendendo & manutenendo, eaque non violando quomodolibet, nec permittendo ab aliis violari. Insuper zelatricem iustitia, per quam thronus roboratur & firmatur regius, se reddat continue, subditos suos a potentum oppressionibus protegendo & defendendo & manutenendo, eaque non violando quomodolibet, nec permittendo ab aliis violari: insidiantibus et rapinis bonorum suorum peruersis, et damnatis inhiantibus conatibus * sic purgans et mundans, quod potentia virtuosa regali humana nocendi coerceatur audacia, et illæsa inter improbos innocentia perseueret, etc. Dat. Anagnie* XIV. *kal. decembris pontificatus nostri anno* III. At quanto Siculi regni exitio erepta fuerit apostolico legato publicæ rei administratio, sequentis anni lugebit historia: sed fugiunt humanam prudentiam futuri rerum euentus: non defuit tamen Clemens opera & consilio, vt secutura mala auerteret. Inflata erat fastu Ioanna, ac virum contemptui habere cœperat, neque ad regiæ auctoritatis societatem admittere dignabatur; exorientibusque inter ipsos discordijs, quas regij gynæcei mulierculæ leues atque adolescentes magis accendebant, certior factus Pontifex Andream Regem ac Ioannam ad coniugalem amorem hortatus d est: tum etiam illam docuit e, quam rationi ipsiusque dignitati conseuaneum foret, vt regiæ potestatis, ac publicæ rei administrationis Andreas particeps fieret. Consuluit etiam vt inducias cum Ludouico Trinacriæ occupatore paciscerentur, ad parta enim tuenda potius, quam ad proferendum imperium incumbendum videri: tum æqui acciperet, si ad diuinum cultum instaurandum sacrorum vsum Trinacriæ ad tempus aliquod restitueret.

33. &c. Petrum etiam Regem Aragonum, vt cum Iacobo Baleari concordiæ haberet colloquia solicitauit, inducias que ad recurrentem S. Michaeli sacrum diem iniret, & Armando Apostolicæ sedis internuntio assentiretur. At frustratos sua expectatione & opera Pontificem & internuntium, indicat Surita f, qui etiam Armandi meminit; additque traductum a Petro Rege in Ruscinonis comitatum bellum, & regio edicto Balearis Regis ditionem Aragoniæ coronæ coniunctam fuisse, ac tum Cardinalem Ebredunensem a Clemente missum, vt pacem inter Reges reuocare tentaret. Is erat Bertrandus tit. S. Marci presbyter Cardinalis, ad quem de impositio ei munere extant literæ g. At mox pessum iere res Balearis Regis: Elna enim, dein Colliberis in Aragoniorum potestatem venere: demum Perpiniani obsessus idem Rex Petro de Exerica principe sermonum interprete, & ostentata clementiæ spe delinitus, salute tantum & libertate, vt nec laxiori vel angustiori carcere includeretur, pactis, dedire Petro Regi Perpiniano, se suaque illi permisit. Spreuit clementiæ laudem Petrus, illumque iussit Balearici regni, quod Aragoniæ coniunxerat, insignia abijcere, attributo ad sustentandam vitam tenui annuo vectigali. Expauit ad eiusmodi sententiam Balearis, leges multis verbis implorans, abscedensque a Rege bellum redintegrare statuit, nonnullaq; loca occupauit: sed mox in Gallias ejectus est: ac de Baleari Rege hactenus.

Cæterum de Aragonio non prætereundum, ipsum contraxisse a ob non illatum censum anathematis pœnam, qua demum vbi nomen dissoluit, liberatus est. Vtque similia coniungamus: impositam addimus prouinciam Raymundo Pelegrino h, vt censum denarium S. Petri appellatum in Anglia, Scotia, Vvallia, & Hibernia, Gnesnensi archiepiscopo e in Caminensi & Lubicensi ciuitatibus, Arnaldo canonico Tirulensi d in Polonia circumiectisque prouincijs colligerent.

39. &c. Accessit aliorum principum sedis Apostolicæ vectigalium numero hoc anno Ludouicus insularum Fortunatarum princeps, ad illius dignitatis apicem ex comite Claromontano a Pontifice euectus; cum insulanos ad Christi cultum adducturum, superstitionemque Mahumeticam, quam nonnullos tantum infecisse videbitur inferius, se aboliturum polliceretur, eaque de causa ad sedem Apostolicam venisset: qui professus est solemni ritu earum insularum principatus iure beneficio auctoritateque sedis Apostolicæ se accepisse; eiusque vectigalem futurum: cuius sacramenti ab eo nuncupati formula concepta in ipsius publicis literis e comprehensa est. Traxerat ex Ferdinando principe filio maiori natu Alfonsi X. Castellæ & Legionis Regis atque ex filia S. Ludouici genus, cuius filios a patruo regno deiectos vidimus, ac magno animi ardore ad sarciendas suas iacturas eas insulas armis eripere infidelibus cogitabat. Ad cuius iuuandos conatus Pontifex Philippum f Francorum, Andream g Ioannamque h Siciliæ, Petrum i Aragonum, Alfonsum k Castellæ, Alfonsum m Lusitaniæ Reges, Delphinum Viennensem n, ac Genuensium gubernatorem o obtecranit, vt milite, nauibus, commeatu, armis, Ludouicum pro conficienda sacra illa expeditione instrueret; cui denique & omnibus, qui eius signa sequerentur, indulgentiarum præmia proposuit. Dum se ad id bellum Ludouicus comparabat, Cressiaca pugna ab Anglis deleti sunt Franci, de qua dicetur suo loco; atque ita ingentium auxiliorum e Gallijs eliciendorum spes euanuit: qua de re hæc in m.s. p bibliothecæ Vaticanæ traduntur in Clemente VI. *Hic dominum Lourysium de Hispania fecerat atque coronauerat de regno insularum Fortunatarum: sed posse nunquam habuit, dum vixit.* Defuerunt Ludouico quæ maxime erant necessaria Hispanorum Regum auxilia, atque in primis rescripsit Pontifici Alfonsus Lusitaniæ Rex eas insulas iam ante a suis exploratoribus fuisse perlustratas, cumque ad eas Lusitano imperio adiungendas classem compararet, Castellano bello fuisse distractum, nec ius earum in alium principem transferendum videri; cæterum obsequij in sedem Apostolicã ergo, iure suo decedere, seq; pontificijs voluntatibus accommodaturũ: Alfonsus vero Castellæ Rex hæc rescripsit Põtifici.

Sanctissimo in Christo patri ac domino domino Clementi, digna Dei prouidentia sacrosancta Romana ac vniuersalis ecclesia summo pontifici. eius deuotus filius Alfonsus Dei gratia Castellæ, Legionis, Toleti, Galleciæ, Sibilliæ, Corduba, Murciæ, Giennis, Algarbij, et Algezira Rex, ac comitatus Molina dominus, cum filiali recommendatione deuota pedum oscula beatorum.

Quod, inquit, acquisitio regni Africæ ad nos, nostrumque ius regum, nullumque alium dignoscitur

a *Ext. in arce S. Ang lib. prim. R. eccl. tit. 3. pag. 2024. V inter coll Plut. iussu Six. IV. edita l. 3. pag. 71. in m. f. bibl. Vall. sign. lit. B. n. 12. pag. 240 & in m. f. sign. lit. D. n. 1. pag. 72. Baron. to. 13 an. 1097. pag. 699.*
b *Ib. 143. Ib. to. 463. & sup. m. f. bibl. Vall. sign. lit. B. n. 12. pag. 178*
* *regnum*
Quanto regni damno concessa publica administratio
Ioanna viro inuidet.
d *to. 3. ep. secr. 236. 237.*
e *Ib. ep. 582*
f *Surit. l. 7. c. 76.*
Bertrand. Card legatus missus in Aragoniam.
g *An. 2. l. 5 pag. 3. ad an. 5 ad 26*
Depulsus Balearis veniæ spe sub Petro dedit.
Balearis ad priuatã fortunam redactus.
a *to. 3. ep. f. cr. 47.*
Denarius S. Petri collectus in pluribus regnis
b *to. 2. ep. secr. 664.*
c *to. 3. ep. secr. 116.*
d *Ib. ep. secr 1037.*
Lud. Hispanus insular. Fortunat. princeps.
Fit ecclesiæ vectigalis.
e *Ext. in arce S. Ang & inter collect. Plat. to. 3. pag 6. & in m. f. bibl. Vall. sign. lit. B. n. 12. pag. 262. & in m. f. sign. lit. D. n. 1. pag. 90.*
Ludouici clarum genus.
f *to. 3. ep. secr. 599.*
g *Ep 602.*
h *Ep. 603.*
i *Ep. 648.*
k *Ep. 542.*
m *Ep. 543.*
Rogati principes ad eum subsidijs instruendũ.
n *Ep. 601.*
o *Ep 604.*
p *Mſ bibl. Vat. sign. n. 2040 in Clem. VI.*
Africæ imperiũ sibi parandum armis contendit.

Obseruantiæ in Pont. ergo iuri renuntiat.

scitur pertinere: nihilom inus ob vestram & Apostolicæ sedis reuerentiam ac vinculum sanguinis, quo dictus princeps nobis adiungitur, grata nobis admodum dictarum insularum concessio tibi facta, & ex eo specialiter sanctitati vestræ gratiarum referimus actiones, prompti in his & alijs, quæ vestri & Apostolicæ sedis beneficio uidebimur exhibere, obedire deuote. *Dat. Auenio de Fenares* XIII. *die mensis anno Domini* MCCCXLIV. ducto scilicet a Verbo incarnato annorum numero, atque adeo in sequentem incidit: hic vero ob institutam de Canarijs insulis narrationem coniunximus.

Principatum Galliæ regni hereditati mittit.

Algeria parta de Mauris.

51. 52 In superioribus vero literis Algeziræ Regis titulum Castellanus Rex veteribus titulis adiecit, cum eam vrbem longa plurium annorum obsidione firmissimis præsidijs & molibus munitam Saracenis Granatensibus eripuisset a post multa cum Africanis, qui repentinis incursionibus subsidio veniebant, inita secunda prælia, in quibus insigne ad Palmarum amnem fuit, quo Mauri a Castellanis cæsi, de quo m.s. Vaticanum b. Deditionis Algezirensium leges Hispanicarum rerum scriptor his verbis affert c: *Martij mensis* XXVI. *die deditio his conditionibus facta, vt Granatenses, qua ante belli tempus lege Castella vectigalis esset: obsessis incolumitas, et cum rebus suis quo vellent discedendi data facultas: inducia decennales cum Mauris Regibus pacta.* Ad excitandum præclarum de victa in ea vrbe Mahumetica superstitione trophæum Alfonsus petijt a Clemente, vt sedem episcopalem Algeziræ constitueret: cuius precibus assensisse Clementem vitæ illius auctor affirmat d.

a lib. 3 ep. scr. 135. vit Clem. auct. apud Bosq. Mar. l. 16. c. 11. Sur. l. 7 c. 71. Vvalsi. in Edw. 3. III. & alij. b M. s. bibl. Vat. sign. n. 2040. in Clem. VI. c Marian. sup. cap.

d Vita Clem script. apud Bosq. Vvalsi in Edw III Castellanã inter & Maurum inita induciæ.

53 Pepigisse Mauritaniæ tyrannum cum Castellano & Aragonio Rege inducias ad decennium, ex libello etiam supplici a Rege Lusitano Pontifici porrecto constat: in eo siquidem Lusitanus exposuit, Maurici belli molem in se vnum verpere, cum alij Reges inito decennali fœdere arma posuissent, aurumque subsidiarium petijt: cui non detuit Clemens, vt pontificiæ ostendunt literæ sequenti anno ineunte exaratæ e.

e An. 3. l. 2. p. 2. ep com. 543.

54. &c. In Anglia Eduardus Rex plura ad pontificiam auctoritatem labefactandam, ne sacerdotia sine regio assensu conferrentur, in publicis ordinum comitijs nouauit: quem Clemens officij admonuit f.

f An. 3 l. 4. ep. cur. 2. & an. 2 ep scr. 210.

59 Ad asserendum porro pristinæ dignitati ius ecclesiasticum Clemens Nicolaum archiepiscopum Rauennatem & Petrum episcopum Astoricensem Apostolicæ sedis internuncios in Angliam misit, quos etiam instruxit potestate g, vt ad ea, quæ aduersus auctoritatem apostolicam nouata erant, tollenda præsules Anglicanos ad synodum conuocarent.

Missi in Angliam internuntij g an. 3. ep. scr. 267.

60. 61 Vicit obseruantia in sedem Apostolicam Eduardum Dauid Scotiæ Rex, qui cum in regnum post varias conuersiones & casus restitutus literas officiorum & amoris notis refertas ad Clementem misisset, Pontifex collaudato eius egregio studio, ipsum ad sectandas regias virtutes hortatus est h, atque ad asciscendos ad sanctiora consilia viros probitate ac prudentia insignes: denique preces adiecit, vt cum Philippus Francorum & Eduardus Anglorum Reges ad sedem Apostolicam oratores de pace coram se acturos missuri essent, suos etiam ipse ad redintegrandum cum Eduardo fœdus legaret.

David Rex Scotiæ.

h An. 3. ep. scr. 653.

62. 63 Dum porro Eduardus Philippo Regi, Francorum regnum aut prouinciam aliquam amplissimam eripere nitebatur, Humbertus Delphinus Viennensis principatum maximum sua sponte in Philippi posteros transtulit. Carebat Humbertus prole, ac Delphinatum, quos pluribus bellis a Sabaudis attritos vidimus, saluti publicæque paci consulere meditabatur: ac primum quidem Philippum Regis Francorum filium ad Delphinatus successionem vocauerat; deinde vero, vt Francorum Regum potentia secuturis temporibus prouincia magis ab hostium iniurijs vindicaretur, in Ioannem ducem Normanniæ ac maiores natu Francorum Regum nascituros filios ea lege, vt Delphini nomen inditum ijs foret, transferendum statuit.

Humbert' delphinus Viennẽsis.

64 Hoc anno decorata est a Clemente insignibus prærogatiuis Pragensis ecclesia in Boemia: cum enim Moguntinæ etiam tum obnoxia fuisset, ab illius auctoritate libera pronuntiata est, ac sede archiepiscopali insignita, de qua vitæ Clementis a auctor, scriptoresque Boemi, Germani, ac Polonici. Extat hac de re in regesto pontificio diploma b.

Pragensis ecclesiæ archiepiscopali apice insignita.

a Vita Clem. auct. apud Bosq.

b An. 3. l. 3. ep. diuers. form. 94.

65. &c. Insignia Henrici archiepiscopi, & cleri Moguntini in sedem Apostolicam demerita non leuem occasionem ad Boemiam illius auctoritati subducendam, præbuere: tum etiam aculeatæ Nankeri episcopi Vvratislauiensis verborum voces temere in Ioannem Regem Boemiæ iactæ Boemum excitarunt, vt Pontificem omnibus precibus ad erigendam nouam metropolim solicitaret: cum enim idem Nankerus episcopus oppidum Michæ a Boemo sibi ereptum repoſceret, non modo negantem anathemate perculit; sed etiam insolenti appellauerat voce, iam non Regem, sed regulum appellauerat. Quo perstrictus verbo Ioannes, cum rationem ardentis dicterij reposceret, huiusmodi responsum a Nankero retulit c: *Qui in suo regno metropolitano caret, et in coronatione sua precest pretio aliarum nationum archiepiscopos condixit, regulus est, et inter omnes catholicos Reges minimus.* His addit Michouias: *Sugillatio huiusmodi Ioannem Regem Boemiæ acre mouit, irritauitque, vt ex Pragensi ecclesia metropoliticam creari temporis processu procurauerit.* Exornata quidem archiepiscopali sede Pragensis ecclesia a Pontifice mox eo est priuilegio aucta d, vt Pragensi archiepiscopo sacrandi Boemiæ Regis auctoritas ad secutura tempora collata sit e.

Nankerus episc. commodioso verbo rei occasionẽ dedit.

c Michou. l. 4. c. 22.

Pragen. archiep. Reges Boemiæ sacrat.

d Io. 2. ep. fr. 2. 1085.

e Ienr. l. 5. Mog. rer. in Bemr. III. Cardinales creati a Clemente.

68 *Eodem anno* MCCCXLIV. inquit Clementis vitæ scriptor, *die vigesima sexta mensis februarij, in qua fuerunt quatuor tempora, dictus Papa creauit duos nouos Cardinales, videlicet dominum Petrum Bertrandi iuniorem de Columbarijs diœcesis Viennensis, suum episcopum Atrebatensem, et hic fuit in presbyterum assumptus, eratque nepos alterius domini Bertrandi senioris, qui adhuc in collegio superextabat: secundum vero fuit diaconum, videlicet dominum Nicolaum de Besse, tunc electum Lemouicensem, de cuius diœcesi oriundus erat, nepos suus ex sorore.* Hæc auctor, cui pontificiæ literæ consentiunt, quæ ad Bertrandum episcopum Atrebatensem scriptæ sunt f.

f An. 3. ep. scr. 861.

IESV CHRISTI
Annus 1345.

Indict. 8.

CLEMENTIS PP. VI. annus 4. VACANTIS IMP. OCCID. 32. IO: PALÆOLOGI IMP. OR. 5.

1. 2 INgentes luctus, funesta in Asia clade Christianis illata, necato a suis infanda proditione Andrea Siciliæ Rege, ac mutuis Gallorum & Anglorum stragibus inuexit is annus. Vincere & vi aperta Marbassanus barbarorum princeps non poterat, quamuis collectis maximis copijs Smyrnam obsidione cinxisset, ne fideles interiores oras penetrarent; multisque prælijs ac repentinis eruptionibus haud leues clades acceperat. Conuersus itaque ad dolos, relictis in castris aliquot turmis, se subduxit, & florentissimo

Marbassanus Ionius princeps Smyrnam obsidet.

g Io. Vill. l. 12. c. 38.

Christ inuos in insidias allicit
a Cortus hist l. 11. c. 16.

alio exercitu succinctus in montibus delituit, rei euentum præstolaturus, nostrosque incautos oppressurus. Respondit perniciosis consilijs exitus, quem describit Cortusiorum historia a de Turcis prælocuta: *Dum Christiani vagarentur, colligentes eorum spolia, & dominus legatus missam solemniter celebraret, Morbassan (qui se scribit dominum Achaiæ & Imperatoris Orchani collateralem et pugilem) cum multitudine equitum superuenit: contra quem nobiles caporales pugnauerunt egregie, quasi ab vniuerso vagante populo desituti.* Paucisque interiectis, vt sub multitudine succubuerint, subdit: *Sic eo die capita dominorum legati, Petri Zeni, Marini Zacharie de Ianua, capitanei etiam Rhodi, et aliorum viginti nobilium Morbassano Turcorum domino præsentantur. Isti nobiles Christi pugiles et martyres per gloriam viuunt in æternum. Fuit hoc* MCCCXLV. *die* XVII. *Ianuarij.* Qua clarus victoria Marbassanus Smyrnam magno furore iterum oppugnauit. At Christifideles cladi superstites, quique celeri fuga ad Smyrnam sibi consuluerant, non in desperationem acti, sed robore induti, strenue barbaricos impetus propulsarunt, aliosque Christianos in auxilium excierunt. Perlato autem tristi & acerbo eæsorum ducum casu, Clemens Bertrandum de Baucio pontificiarum triremium Martini Zachariæ loco præfectum, ac Raymundum episcopum Morinensem Apostolicæ sedis legatum creauit b, de quo Philippum Regem Francorum c, tum etiam Anglorum tecit certiorem d. De data Aymundo episcopo Morinensi huiusmodi prouincia, extant literæ e.

Iterum Smyrnam oppugnat, sed repelli tur.
Raimundus episc. Morinen. creatus in Asia legatus.
b to. 3. ep. secr. 897.
c Ib. ep. secr. 922. 973.
d Ib. ep. 909
e to. 3. ep. secr. 963.
f Ib. ep. 1048
Gall. Rex grauiter fert suos proficisci in Turcas.
Gallus sacro in Turcas bello obicè obijcit.
g Ead. to. 3. ep. sec. 1028.
h to. 4. ep. secr. 32.
Clementis nepos in Turcas profectus.

3. &c. Accingebant se Asiatico itineri Raymundus legatus ac Bertrandus de Baucio, cum Philippus Francorum Rex pontificium illud consilium contregit f, questusque est præclaros viros, qui sibi vel consilio vel opera ad propulsandos imminentes Anglos necessarij esset, ad alia bella auerti. Reuocatus porro est a legatione in Turcas episcopus Morinensis g Philippi Francorum Regis importunis precibus, & apostolici legati vices datæ Francisco archiepiscopo Cretensi, qui post Henrici patriarchæ necem strenue se gesserat: ad quem & crucesignati exercitus præfectos datæ literæ h. Intentus itaque submittendo in Asiam auxiliari exercitui Pontifex, Guichardum Comborniun nepotem auxiliari militum manu instructum misit i cum Humbertum Delphinum Viennensem crucesignati exercitus ducem creauit: certiores facti l. Cretensis, Patracensis, Thebanus, Corcyrensis, Colocensis, Nicæensis, Dyrrachinus, Neopatrensis, & Neopatrensis archiepiscopi, eorumque suffragani episcopi, ac monui, ne consilio & opera illi deesset: cum præfecti, tribuni, & centuriones Delphini imperijs parere iussit m. Cui etiam injunctum n, vt Caffæ a Turcis & Tartaris obsessæ suppetias ferre anniterentur. Cæterum Delphinus collectas in Gallijs copias auecturus in Italia commendatus o est a Pontifice Italis principibus & populis, quos quidem pontificijs monitis morem gessisse Ioannes Villanus indicat: Ex quadringentos enim circiter Florentinos rubra cruce distinctos, Senensis trecentos & quinquaginta Delphinum secutos refert, ac plures alias cohortes ex alijs Italiæ vrbibus ad illius signa concurrisse, conflatasque Venetias conductos pontificijs stipendijs: ac mense octobri in orientem traiecisse. Fuisse tum edita diuinitus pinta signa pro sacræ expeditionis negotio promouendo testatus est Pontifex: *Pro quo*, idest negotio, *sicut*, inquit, *habet multorum fidedigna relatio, diuine pietatis clementia in plerisque mundi partibus stupenda miracula operatur*: ferunturque in Pistoriensi historia q apud Aquilam regni Neapolitani vrbem in cuiusdam ecclesiæ altari Deiparam gestantem in vlnis filium, qui crucem manu præferebat, videndam se multo circumfusam splendore obiecisse: plures etiam intantes impressam humeris crucem ex vtero tulisse.

i An. 3. ep. 915.
l Reg. post cand. ep.
m Ibid. p. 3.
n Ead. to. 4. ep. cur. 6.
o Ib. ep. 135 vsque ad calc.
p Io. Vill. l. 12. c. 38.
q Pistoriensis.
Cruces diuinitus effformatæ.

9. &c. Diuino quicè impulsu acti Christifideles ad sacrum bellum procurrissent, nisi Eduardi Anglorum Regis Gallico sceptro inhiantis ambitio Gallos & Anglos in mutuas cædes conciasset, ad quas auertendas Pontifex Eduardo grauissimis sententijs proposuit a quamam initurus esset a diuino Numine gratiam, quantum rei Christianæ præsidium allaturus, quantum sibi pariturus gloriæ decus, si capta in fideles arma verteret in Turcas: glorioliora ab ipso bella geri non posse, quam quibus simul terrenæ cœlestesque coronæ compararentur. Cæterum Eduardum triplici nauali exercitu Aquitaniam, Britanniam, ac Belgium adortum, refert Ioannes Villanus b, cumque filium, pulso duce Ludouico, præficere Flandriæ amiteretur, illius fœderatum Iacobum Arteueldam vna cum natre, nepote & amicis obtruncatum: audita vero illius cæde Eduardum sua delusum spe in Normanniam impetus vertisse. Dum autem ita furebant Angli in Gallijs, Scoti Francorum fœderati ad Anglorum distrahendas vires, contractis triginta militum millibus, in Angliam irruptione facta hostilem in Anglos furorem exercuere c; ad quæ sedanda bella duo Cardinales d, nimirum Anibaldus episcopus Tusculanus & Stephanus tit. SS. Ioannis & Pauli presbyter e fuerunt decreti a Clemente. Hactenus de Francorum & Anglorum bellis: iam alias Regum discordias, quas Pontifex componendas suscepit, aggrediamur.

Eduardus Rex Angliæ Turcicam expeditionē disturbat. Rogatur, vt dignioremcælo triumphū comparet.
a to. 3. sup. ep. secr. 909.
b Io. Vill. l. 12. c. 46.
Arteueldi proditor cæsus.
Eduardus re infectā Anglia recipit.
Scotorum in Angliam irruptio.
c Tho. Walsingh. in Edward. III.
d Io. Vill. sup. c. p.
e to. 3. ep. secr. 354. 355.

13. Exutus Balearico regno & Ceritaniæ & Ruscinonis principatu a Petro Aragonum Iacobus Balearium Rex f, cum iacturam regni ferre æquo animo non posset, in Gallias ad Clementem confugit g, vt illius auctoritate regno restitueretur; libellumque supplicem in Cardinalium consistorio porrexit, quo summum Pontificem commune omnium Regum perfugium orabat, vt clientelam ipsius contra Petri Regis Aragonum vim & potentiam susciperet. Affectus illius calamitate Clemens Petro Regi libellum Iacobi transmisit, nec se legum & æquitatis præsidia implorantis deesse posse significauit h. Neque regnum modo Iacobo Balearico eripuerat Petrus, verum etiam coniugem Constantiam, sororem suam, quam viro Pontifex restitui iussit i. Refert porro Mariana l, Balearem ad Gallicam aulam, ex qua exitij primordia emanarant, supplicem confugisse, ac pretio centum millium aureorum Philippo Montempessulanum ac ditionem circumiectam, de quibus contentio erat, vendidisse; auctum deinde viribus, ac Regis Gallorum & Pontificis fretum patrocinio Ceretaniam & Ruscinonem repetijsse.

Balearis regnum recuperare molitur.
f Io. Marchesin. l. 6. c. 12.
g M. S. bibl. Vat sign. n. 2040. in Clem. VI.
De illata sibi iniuria queritur apud Pont.
h to. 3. ep. secr. 669.
i to. 4. ep. secr. 41.
l Mariana. l. 18. c. 12.
Mons pessulanus Gallo Regi diuenditur.

14. &c. Eodem anno ad ingentia auertenda mala, quæ ex bellis inter Ioannem Boemiæ & Casimirum Poloniæ Reges emersura erant, Pontifex inter ipsos concordiam omni studio redintegrare nisus est. Cæterum Casimirus vna cum Lituanis fidei hostibus, quos in Prussia fideles magnis cladibus afflixisse refert Albertus Argentinensis m, contra Christianos fœdus percussit, deque iungenda cum Ludouico Bauaro Ecclesiæ aduersario affinitate egit: cumque eius fama ob hæc iniqua fœdera in pontificia aula traduceretur, ipse ad abstergendam labem sibi aspersam, datis ad Clementem literis, rescripsit se quidem a Ioanne Rege Boemiæ, a quo magnis viribus erat lacessitus, ad faciendum cum schismaticis fœdus agitandamque cum Bauaro de affinitate adactum. Cui Clemens significauit, ab ipsius dignitate abhorrere, vt iuncta cum damnato hæretico affinitate regiæ Polonicæ stirpis gloriam inquinaret. Adiecit apostolicam se opo-

Iniit a Polono iniqua cum hostibus ecclesiæ fœdera.
m Alb. Arg. in chron.
Officiorū lenocinio excusat fa gitium.

sam

ram pro conciliandæ inter ipsum & Ioannem Regem Boemiæ pace defixurum. Exarsisse id bellum referunt [a] inter Boemos & Polonos, cum Ioannes Rex Boleslaum Suidnicensium principem, qui adhuc in Siliesia cum Polonis sentiebat, bello petijsset: Casimirus vero Vvichouiensem tractum e Polonico regno olim auulsum Poloniæ restituisset, ac Ioannem Regem demum bello Polonico abstinuisse, cum filium maiorem natu Carolum Morauiæ principem euehere ad imperium meditaretur.

[a] *Mieho. l. 4 c. 18. Cran. l. 12. in Casimiro*

Belli huius causa.

17. Interea Ludouicus Pannoniæ Rex, Neapolitanam expeditionem cogitans, tendera cum Ludouico Bauaro agitauit, atque illius filiam Stephano fratri duci Transiluaniæ, quem in Polonici regni ordinum comitijs Casimiri Regis auunculi successorem designatum vidimus, matrimonio iungere est meditatus. Quæ discutere consilia Clemens studuit [b]: *Regalem*, inquit, *tuam rogamus magnificentiam & in Domino attentius exhortamur, quatenus diligenter attendens quod pene ad sententia, per processus promulgata predictos, omnes & singulos participantes, seu communicantes cum Ludouico predicto, aut ipsum pro Rege vel Imperatore habentes seu ei respondentes aut obedientes vt tales, apprehensum & penitus includens, & in serenitate tui nominis & eiusdem prosapie nitore regalis nequaquam penam maculam deturpantem, tractatus super ijs non admittas; sed eos, si forsan ignoranter admisers, quandiu prefatus Ludouicus sit extra communionem fidelium & gratiam eiusdem ecclesie tanquam putridum & infectum membrum existens, abijcias & repellas, &c. Dat. Auinione* IV. *kal. nouembris anno* IV. Acerba accidere pontificia monita Hungaro Regi, cum fratris Andreæ Regis Siciliæ necis crudelissimæ dolore percitus, illiusque vicissendæ cupiditate, tum florentissimi regni potiundi spe elatus Germanos principes ad belli societatem trahendos putaret; de quo dicendum erit inferius. Nunc de Bauari tandiu expectata frustra reconciliatione nonnulla addamus.

Bauari affinitas ab Hungaro affectata.

[b] *Bibl. pont. 813.*

Nullum fœdus ineundum cum Bauaro, docet Pont.

18. &c. Allexerat is plerosque principes ad suas partes, dum Ecclesiæ gratiam consectari præseferebat cumque Philippum Francorum Regem qui summa apud Clementem gratia valebat, sermonum interpretem adhibuisset, ac prolixa protraxisset cum Rege oratorum opera colloquia, quos triennium tenuisse scribit Rebdorfius [c], promissorum immemor Pontificem spe sua & expectatione delusit, ac minora longe quam antea sibi vel prædecessoribus spopondisset, ad promerendam Ecclesiæ gratiam obtulit; de quibus Clemens apud Philippum suis literis questus est [d]. Ex quibus Alberti Argentinensis e mendacia conuincuntur: is enim historiam Ludouici gratia conscripsit; quem vt magnum auctorem sequitur & ostentat Herunarius.

[c] *Rebdorf. in chron.*

Bauarus expiare crimina detrectat.

[d] *to. 3 ep. secr. 10. 7.*

[e] *Argent. in chron.*

Refellitur Albert. Argent.

22. Afferebat interea Italiæ grauissimas calamitates diuturnum interregnum, cum proceres auaritiæ & ambitionis furijs acti, fundendoque humano sanguini assueti, continuis bellis ac rapinis populos affligerent, inuicemque sæuirent. Et quidem Patauij, vbi Carrarienses nouum condiderant principatum, defuncto Vbertino Carraria, Marsilietum illius consortem dominationis ac successorem Iacobus eiusdem Vbertini nepos obtruncauit [f]. Genuenses inuicem de principatu digladiabantur. Luchinus Vicecomes Mediolanensis potentia auctior Pisanos in Etruria, Ioannam Reginam in Pedemontio, Scaligeros in Insubria oppugnabat. Similiter marchiones Atestini, Gonzagæ Mantuani, Thadæus Pepulus Bononiensis, alijque mutuis cædibus temperare non poterant. Quibus malis vt mederetur Clemens, plures interuntios apostolicos in Italiam legauit [g].

Intestina seditio orta Patauij

[f] *Io. Vill. l. 12. c. 4. Cornel. hist. l. 9. c. 1.*

Varij in Italia dissensionum motus.

[g] *to. 3. ep. secr. 660. 679. ad 679 744. 745.*

23. &c. In regno Neapolitano cum Aymericus Cardinalis ex legatione reuocatus esset, Ioanna Regina liberas regni habenas nacta publicam rem inteliciter gessit. Redigendi enim in seruitutem viri sui cupida, ad disturbandam illius regiam inunctionem, iuam extrahere decreuit. At Pontifex redintegrandi Ioannam inter & Andream amoris solicitus, Ioannem causarum sacri palatij auditorem ea de causa Neapolim misit, ac Reginam hortatus est [a], vt virum debito amore complecteretur, nec se eorum susurris, qui auctores erant, ne vna cum illo regia ornamenta acciperet, subornari pateretur; neue tamdiu id differret. Andreæ vero leges, quibus solemni ritu corona redimendus erat, prescripsit: & Guilelmo episcopo Camotensi Apostolicæ sedis internuntio prouinciam dedit, vt rem perficeret, vbi ex pontificio rescripto sacramentum nuncupasset. Eo porro decreto sanciebat Clemens, nullum ius ex nomine regio consecrationeque Andream comparaturum; ac si casus contingeret, vt Ioanna sine liberis Andrea superstite e viuis abscederet, Siculum sceptrum ad Mariam Ioannæ sororem eiusque liberos ex nuptis cum Carolo I. pactionibus traducendum; dataque Andreæ mandata, vt tum regios apices poneret: intentatus anathematis terror si in eodem casu regnum affectaret. Impolita etiam lex, vt antequam consecraretur, iureiurando profiteretur, regnum, si nullis susceptis liberis Ioanna obiret, ad Mariam & Dyrrachinos transfundendum, Neapolitanique regni ordines idem sacramento firmare iussi: inter quæ misero principi pro sceptro & diademate laqueus & præcipitium parata fuere barbara immanitate.

Ioanna Neap. Regina monita a Pont. vt viro se conciliet.

[a] *to. 4. ep. secr. 92.*

Andreæ Regis nex.

27. 28 Describit crudele mortis genus inter alios Petrarcha [b] oratorio stylo: [b] *Breui*, inquit, *multum mutata Neapolis! O infelix Auersa: vere auersa; nomen ex re sumptum! Auersa, inquam, prorsus ab humanitate ac fide.* Et infra: *Nunc id scelus non in homine quolibet ausus est, sed mitissimum innocentissimum hominum, et dominum suum, et ausus annos tui solicitum, tui amantem, rara indolis puerum, magna spei Regem, truculentissime laniasti. Immo non tu, sed in te acres et immites, dicam homines an bellua? an quod admittit genus monstri, qui orbem Italicum barbarica feritate maculantes, suum Regem non gladio, non veneno, dura licet ac solita regum morte, sed velut insidiarum aut latronem infami laqueo peremerunt; et cuius vertici debitum ac speratum diadema, diu perfida regina differebant, eius collo reflem et nodos miserabiles intexerunt: et exequiarum genera alia, et vita longiore dignissimi corporis ludibria indigna præteream, quæ nostro forte silencio posterorum notitiæ subtrahuntur.* Causam tanti sceleris alij Ioannæ adulterijs & ambitioni tribuit, alij improborum hominum audaciæ, qui iactatis temere ab Andrea vocibus fuerant lacessiti, inter quos est Clementis vitæ auctor: *Occasio*, inquit, *huius sceleris specialiter fuisse dicitur, quia ipse tanquam virtuosus et audax verbo et facto monstrabat se velle punire multos, quos videbat criminosos & male se habentes; quamprimum dominium dicti regni ad ipsum peruenisset: de quo male sibi conscij, & merito formidantes cogitauerunt aduersus eum, & modo præmisso sibi ipsis præcauere.*

Patratum Auersæ flagitium in Andream [b] *Petrar. ep. fam. l. 6. n. 5 Io. Villani c. 30.*

Intempestiuæ mingpeperere ipsi exitio.

29. &c. Haud ita multo post Ioannæ, secundas nuptias celebrare meditanti, edixit Clemens, ne ex pactionibus cum Carolo I. initis inconsulta sede Apostolica conficeret, ne sceptrum in principem Ecclesiæ non studiosum aut regiæ imperem dignitati transfunderetur, regnique amissionem, si contra tenderet, pro summo suo in Siciliam imperio intentauit,

a to. 4. ep. fecr 107. Massilienses de Andrea inter se doribus supplicium sumi postulant.

tauit, reperito Clementis IV. edicto a. Caterum experiere inter reliquos a Pontifice iusta de sontibus supplicia Massilienses, flagitij indignitate commoti, quorum libellus b supplex Clementi porrectus exstat in pontificijs literis exararis IX. kal. decembris. De proditoribus & carnificibus Andreæ Regis iussu Pontificis supplicio affectis dicetur inferius: nunc a lugubri humanorum casuum narratione ad diuina miracula sermonem traducamus.

b Bal. to. 4. ep. fecr. 559.

Eucharistia in ignibus illæsa diuinitus.

c Reuer. rer. Batau. l. 8. & Ioa Leyd l. 18. c. 70.

32 Hoc anno Amsterodami Eucharistia in ignem proiecta in medijs flammis integra nocte illæsa permansit, qua de re Renerus Snoi hæc breui stylo affert c: *Amsterodami inuenta Eucharistia vomitu & valetudinario exesta, inque ignem proiecta, mirum relucens: quam ex eo in templum illatam magna bodie mortales in veneratione habent.* Scribebat hæc ille sub Lutheranæ hæreseos initia, antequam illa pestis Batauos inficeret.

IESV CHRISTI
annus 1346.

Indict. 14.

CLEMENTIS PP. VI. VACANTIS IMP. OCCID. 33.
annus 5. IO: PALEOLOGI IMP. OR. 6.

1. &c. AGitatum fepius a Pontificibus fuerat de conciliando Ecclesiæ Ludouico Bauaro: sed is solita inconstantia quæ pactus erat, reuocarat. Cuius rei indignitate permotus Clemens, ineunte anno IV. nonas ianuarias archiepiscopis & episcopis Germaniæ, Italiæ, Siciliæ, & Galliarum imperauit d, vt illum hæreseos & schismatis conuictum, damnatumque, electum a fidelium consortio, omni iure ad Romanum imperium obtento deiectum, ducatu Bauariæ & palatinatu Rheni Ioannis XXII. & ipius Clementis edictis priuatum solemni ritu diebus festis diuulgarent: & Austriaco concordiæ interpreti adhibito respondit e, paratissimam sedem Apostolicam ad Ludouicum amantissimo sinu excipiendum, si se ad pœnitentiæ leges Dei & Ecclesiæ honori consentaneas demitteret: sed illum, proh dolor! terga vertisse diuino Numini, salutis suæ immemorem, atque in agitando cum Romanis Pontificibus tordere fallacem inconstantemque se præbuisse. Non inconstantiæ modo notam susceperat Ludouicus Bauarus, dum promissa antea ad expianda crimina reuocabat, verum etiam maioribus se contaminasse queritur Pontifex in literis datis f ad Regem Francorum, qui pro ipso conciliando interpretis egerat. Desperata igitur Ludouici Bauari emendatione, Clemens ne apostolico muneri deesset, recurrente sacro cœnæ dominicæ die, edicta a Ioanne XXII. in Ludouicum facta renouauit g, omnique iure ad imperium, ducatum, & Palatinatum exuit, priusillius criminibus, ac præcipue hæresi & schismate perosisitis, quæ Nauclerus breuiter perstringit: noua pœnarum adiectione vetera in Ludouicum edicta repetita, addit Clementis vitæ auctor h, atque principibus electoribus de deligendo iusto Romanorum Rege mandata dedisse; quod m. s. Vaticanum confirmat i. Assentiuntur his auctores alij, quorum dicta ex apostolicis literis ac publicis monumentis l illustrabuntur.

Lud Bauarum anathemate damnatum promulgari iubet Pont. Bauarus interprete concordiæ adhibet. Austriaci. d to. 4. ep. fecr. 753. ad 757. & 878 ad 907. e Ibid. ep. 779.

f to. 5. ep. fecr. 44. Lata in eũ sententia. g to. 4. ep. fecr. 1048. ad 1061. Baron. in not. m. s. Gesta Clem. apud Bosq. Rainald. in annal. 1338 nr. 49. & alij Naucl. vol. 2 gener. 45. h Mss bibl. Vat. sign nr 3765. in Clem. VII. i An. 4. l. 3. ep. sup. pag. 30. Iussi electores creare nouum Cæsarem. m to. 4. ep. ecr 1042.

9. &c. Proximo tempore a celebritate cœnæ dominicæ, in qua moniti de creando Rege catholico Ecclesiæ ac fidei defensore principes electores publice fuere, Clemens literas ad ipsos eo argumento hortatorias misit m, quibus extrema pericula, in quæ res Christiana adducta esset, expoluit: Christianos Reges plerosque inter sese bella gerere, serpere hæreses, schisma grassari, religionem obsolescere, insolescere fidelium hostes, magnam Christianorum multitudinem ob Ludouici Bauari amplexa studia deuinctam censuris ecclesiasticis in æternum exitium trahi, aduersus tot mala strenuum & catholicum principem ad imperium euehendum: conuenirent itaque pro celebranda electione constituendi tempore, ac si qui censuris deuincti ob præstitas Ludouico studia essent, ab archiepiscopis solutum iri: omnia vero sacramenta, quibus Bauaro se obstrinxissent, rescissa atque irrita pronuntiata: vetiti tamen Ludouicum Bauarum iuniorem ad electorum numerum admittere, cum marchionatum Brandeburgensem iure & legibus non obtineret.

12. &c. Vocandi erant ad imperij comitia a Moguntino archiepiscopo principes electores, atque ab eo locus ac tempus ex veteri more designanda; sed cum Henricus Varnemburgensis, a Romanis pontificibus ad Moguntinum principatum contra hostium potentiam euectus in sedem apostolicam ingratissimus a ad schismaticos defecisset, iamque ad expiandum crimen edicto pontificio solicitatus vocatusque in ius ecclesiasticas censuras sprevisset, seque hostem Romanæ ecclesiæ esset professus; pontificia sententia VII. idus aprilis in sacro Cardinalium senatu est damnatus contumaciæ atque archiepiscopatu deturbatus. Extat ad perpetuam rei memoriam editum pontificium decretum b, sententiam complectens ante triennium latam, quam ijsdem ferme verbis repetijt Clemens.

Henricus Moguntino archiepiscopatu deiectus. a Alb. ep. fecr. 1032. 1033. 1036. Reb. Argent. in chro Naucl vol. 2 gener. 45. Serar. l. 5 Mogunt. rer. in Henr. III & alij.

b Clementis in eum sententia fertur. b An. 4. ep. cer. pag. 7.

17 In Henrici honore deiecti locum suffectus est Gerlacus Nassouij comitis filius apostolica auctoritate, vt refert Nauclerus c: extatque ea de re diploma pontificium d. Narrat vero Serarius e, Henricum, in pertinaciam & impietatem actum præcipitem, ad confirmandam potentiam Cunonem de Falkenstein vi & iniuria dignitatis & muneris socium sibi asciuisse contra Gerlacum, pluraque ex hisce duobus æmulis secuta bella, ac mala enersisse; querunturque nonnulli Germanici scriptores: quorum sane culpam catholicus & prudens lector non in Romanum Pontificem, sed in schismaticum & periurum Henricum deriuandum agnoscet: quid enim aliud Pontifex molitus est, quam hæreses abolere, religionem in suum splendorem restituere, reuocareque in sinum Ecclesiæ schismaticos? ad quos censuris soluendos ex concepta formula quam pœnitentes professuri essent, Gerlaco prouincia data est f. Quamquam vero tum Gerlacus toto Moguntino archiepiscopatu viuo Henrico potiri non potuit, non parum tamen schismaticorum vires repressit, atque ad creandum catholicum Romanorum Regem, quæ res maxime optabatur a viris pijs, operam strenuam contulit.

Henrici pertinacia. c Naucler. vol. 2. gener 45. d An. 4. l. 2. ep. de promot. 56. e Ser. l. 5. rer. Mogunt. in Henr III. f to. 4. ep. fecr. 1095.

18 Accesserat g hoc anno ad Apostolicam sedem Ioannes Rex Boemiæ & Carolus maior natu filius marchio Moraviæ, vt summo Pontifici fidem obstringerent, se rem catholicam & iura Ecclesiæ tutaturos, ac bellorum causas cum Regibus Siciliæ Francorum & Poloniæ amoturos, si studijs apostolicis imperium Boemiæ regiæ adiungeretur. De Henrici quidem cum Neapolitana regia simultatibus, necnon de controuersis aliquibus iuribus in imperij limite Gallum inter Germanosque alibi dictum est. Quod vero ad Polonicam rem attinet; gesserat diuturna bella Boemiæ Rex Ioannes cum Vladislao & Casimiro Polonis Regibus, de quibus suis locis meminimus, ac Polonis periculum conflari poterat, si Boemus imperio augeretur, eoque metu perfusus Casimirus cœperat ad Bauari partes inclinare

Ioannis & Caroli Boemor. ad fidem Apost accessus. g to. 5. ep. fecr. 25. & 44. Baron. in not. m. s. ad hunc ann. Argent. in chro Naucl. gener. 45. & alij.

Controuersia Boemi inter & Polonum per mista Pontifici.

nare. Vt Casimirum itaque abduceret a Ludouico Pontifex, Ioannem Regem & Carolum sceptri Boemici heredem sacramento adegit, ipsos omnes suas controuersias, quæ intercedebant cum Polonis, Apostolicæ fidei arbitrio permisturos. Pronum se ad pacis consilia Casimirus præbuit, ac pollicitus est oratorem se pro sanciendo fœdere missurum; cui Clemens gesta a se cum Carolo & Rege Boemiæ significauit a.

a *Ep. 5. ep. fœm.*

Promissa Caroli, si fieret Imperator.

19. &c. Dum Regū vtilitatibus ac publicæ paci in eo cum Ioanne Rege Boemiæ & Carolo habito colloquio de inferendo regiæ Boemicæ imperio prospiciebat Clemens, iura Romanæ ecclesiæ, ne a Carolo, acceptis imperij Romani sceptris lederentur, negligere non debuit; qua in re ipsum muneri suo non defuisse, testatur Cardinalis Baronius b in manuscriptis Vallicellanæ nostræ bibliotheca ab ipso relictis; ostenduntque publica monumenta, quibus præfixa ab Henrico Imperatore promissa se instauraturum spopondit, Ludouici gesta rescissurum, non occupaturum ditionem ecclesiasticam, non affectaturum Siciliam vel Sardiniam, non Vrbis neque aliarum ecclesiasticarum terrarum imperium exambiturum, non ius aliquod in ditione pontificia sibi arrogaturum: eadē die, qua imperatoria corona foret redimitus discessurum: iniquas Henrici Imperatoris sententias abrogaturum: non administraturum regnum Italicum antequam Cæsar confirmatus esset, promissa post electionem rata habiturum, & accepto imperatorio diademate repetiturum, denique intrusos in ecclesias præsules alioſque depulsurum.

b *Baron. in manuscr. ad hunc ann.*

20. &c. Se præterea, confectis alijs cum Pontifice pactionibus, Boemus Rex & Moraviæ marchio sacramento obligauere, Ludouicum Bauarum bello infectaturos, neque vnquam amicitiam, affinitatemue cum eo contracturos, dum fidelium consortio pulsus esset. Protesti etiam sunt coram sacro Cardinalium senatu, si in bello Ludouico Bauaro inferendo aliqua damna contraherent, vel sumptus maximos facerent, nunquam se vel præmij, vel pactorum, farciendiue damni causa quidquam ab Apostolica sede repetituros: qua de re aliæ tabulæ confectæ fuere c.

c *Ext. in cod lib. prim Rom. eccl. fo. 2. pag. 315. & in m. f. lib. Vat. sign. Ist. 8. n. 12. pag. 104*

21 Eximio adeo & singulari in Ecclesiam studio Boemiæ Rex & marchio Moraviæ promeruerunt, vt flagrantibus ipsis a Clemente apostolica studia in exornando Carolo imperatorijs insulis, si a principibus electoribus Romanorum Rex salutaretur, Pontifex amplissimis verbis sua officia sit pollicitus, & omnibus honorum ornamentis, quibus Imperatores catholici redimiri solent, ipsum condecoraturum: quæ ex arcano gesta inconsulto Francorum Rege ob superiora ab ipso cum Bauaro inita fœdera, de quibus suo loco egimus, pluresque alias causas. Ex quo emendandi historici, qui passim Carolum a Francorum Rege elatum ad imperium referunt. Suis vero literis Clemens factum excusauit apud Philippum d, qui magnis precibus expetierat, vt Bauarum in gratiam sedis Apostolicæ admitteretur.

Promissum a Pont ex arcano, Carolo imperium.

Gall' Rex pro Bauaro pacis interpretem agit.

d *10. 5. ep. fœm. 44.*

30 His constitutis cum Ioanne Rege Boemiæ & Carolo Moraviæ marchione, Pontifex Vvalramum Colonienſem & Balduinum Treuirensem archiepiscopos, ac Rodulphum Saxoniæ ducem hortatus est e, vt Carolum in comitijs a Gerlaco Moguntino archiepiscopo inuicendis ad sceptra Romanorum vocarent.

Rogati electores, vt Carolum eligerent ad imperium.

e *Ib. ep. 1089 1090. 1091.*

31 Conuocati itaque electores principes catholici Rentzam a Gerlaco Regem Romanorum renuntiaturi, primum ex pontificia sententia ex literis plurimis a nobis expositis, orbatum esse rectore suo imperium Romanum pronuntiarunt, vt refert Argentinensis f: *imperium*, inquit, *diu vacasse decernentes*. Quo decreto aperte ijdem electores Ioannis XXII. & Clementis contra Ludouicum Bauarum sententias iustas professi sunt, illumq; iure omni ad imperium ex electione quæsito ob sua scelera apostolica auctoritate exui potuisse, insteque fuisse spoliatum: & si quæ antea edicta contraria in Francofurtensi & Rensensi conuentibus iniqua conscripserant, plane ac iuridice damnarunt. Progressi deinde ad electionem principes Carolum marchionem Moraviæ, vt in aula pontificia agitatum fuerat, mense iulio circa diem S. Margaritæ sacram, vt scribit Rebdorfius a, siue feria quarta ab eodem festo euoluto, vt clarius designat Argentinensis b, suffragijs suis ornarunt.

Declarat principes, iuste Bauarum a Pont. exauctoratum. Caroli Imp. creatio.

a *Rebdorf. in annal.*

b *Argentin. chron.*

32 De electo ad Romanum imperium Carolo felix nuntius ad Clementem celerrime aduolauit 111. enim kal. augusti eo accepto, ingenti lætitia affectus Pontifex, nactam demum Ecclesiam pium & strenuum defensorem, gratulabundus ad principes electores Ioannem Boemiæ Regem e, Balduinum archiepiscopum Treuirensem f huius patruum, Rodulphum ducem Saxoniæ g, Gerlacum Moguntinum h, & Vvalramum Colonienſem i archiepiscopos de egregio principe Romano imperio dato rum ad nouum Regem Romanorum Carolum literas misit: quibus, vt demisse de se ex Christiana pietate sentiret, spem locaret in Deo, regijs animum excoleret virtutibus, hortatus est k: tum prosperos illi successus, ac diuturnum imperium est comprecatus. Adiecit alia in ijsdem literis l monita ad firmandum solium, vt Italos in suas partes pelliceret, ac fœdera cum Insubribus percuteret: de quibus Ioannem Regem etiam præmonuit l, vt Ludouici cum Insubribus coitiones inire meditantis conatus occuparet, ipsumque omnes sinistras suspiciones de Luchino Vicecomite Mediolanensi conceptas ex animo delere iussit.

Gratulatur electoribus Pontifex.

e *10. 5 ep. fœm 294.*

f *Ep. 295.*

g *Ep. 296.*

h *Ep. 297.*

i *Ep. 298.*

Et Carolo Regi.

k *Ep. 299.*

Monet vt Italos ad suas partes alliciat.

l *Ead. ep. 299.*

m *Sup. ep. 294.*

33. &c. Confirmandæ etiam amplificandæque Caroli dignitatis solicitus Pontifex, vt regijs insignibus quamocyus adornaretur, operam dedit; ac vigesimam septimam diem augusti ad peragendam celebritatem constituit m, sanxitque apostolica auctoritate, vt si id Aquisgrani fieri non posset, Coloniæ perageretur. Cæterum rem Bonnæ peractam retorum Ioannes Villanus n & Rebdorfius o mense nouembri die S. Catharinæ sacro, cuius retardatæ solemnitatis gemina contra Leodienses tum contra Eduardum Angliæ Regem prælia causa extitere: *Mense nouembri*, inquit idem auctor, *suprascriptus Carolus electus in Regem Romanorum coronatus est prima corona in oppido Bonna Colonienſis diœcesis (quia ciuitas Aquensis eum intromittere noluit) in die B. Catharinæ, elapsis iam XXXII. annis a tempore coronationis prædicti Ludouici.*

mlb. ep. 334

n *Io. Vill. l. 12. c. 77.*

o *Rebdorf. in annal.*

Antequam vero Bonnæ corona redimiretur p Carolus, oratores Ernestum Pragensem archiepiscopum aliosque quatuor ad aulam pontificiam auctoritate instructos misit: qui exposuere vt Carolus ab omnibus principibus electoribus, qui debuerant & potuerant interesse, communibus suffragijs Romanorum Rex salutatus fuisset: atque addiderunt preces, vt Clemens pontificia studia eidem Carolo impenderet, illumque imperatorijs ornamentis constituto tempore decoraret, tum in eius verba Caroli nomine iurare paratos se offerrent, coniuncti sicque cum ijs suas preces alij noui oratores. Pontifex solemni ritu (quamquam id antea egerat, dum Coloniæ corona illum redimiri iussit) discussa Caroli electione, exploratisque eius virtutibus, ipsum iustum Regem Romanorum ad augustale fastigium prouehendum pronuntiauit, atque oratores fidei sacramento in sua & successorum Pontificum verba adegit: qua de re certiorem literis suis Carolum fecit, ac fausta omnia illi precatus ad digna imperio virtutes excitauit q.

Decreta a Carolo ad Pont. legato.

p *Io. Vill. l. 12. c. 77. Clem. 10. 5. ep. fœm. 238.*

Carolus confirmatur Cæsar a Pontifice.

q *Ib. l. 3. ep. coll. 270 & ep. cons. 738.*

38. &c. Exercuere Carolum aduersæ res sub ado-

pti

pti imperij initijs, ac gemina clade fusus est, dum pro iecueratis pugnabat: primum enim Leodij fugatus a, mox ab electione celebrata: de quo bello vitæ Clementis scriptor meminit. Deinde vero infeliciter pro Gallo Rege aduersus Anglum pugnauit; de quo lugubri bello nunc dicendum est. Missi ad Angliæ & Galliæ Reges Anibaldus ac Stephanus, qui in pontificatu Innocentij VI. nomen tulit, Cardinales pacis interpretes, de pace actionem irrito exitu instaurauere, nec valuere Clementis apud Eduardum preces, qui plurium Normannorum defectionis spe adductus, florentissima b classe inuectus, vigesimo iulij die descensionem fecit, ac late victoriam circumtulit, partaque Normannia exercitum ad finitima Lutetiæ oppida promouit; in quem Gallorum Rex Boemiæ, Nauarræ, Romanorum ac Balcarium Regibus ac lectissimo militiæ flore stipatus in Crescinco campo constitit, ac fusus fugatusque est: in qua pugna Boemiæ Rex Lotaringiæ dux, Alenconij & Belgij comites cecidere. Agunt de eodem prælio vniuersi eius temporis historici, nonnullique ceforum numerum ad triginta millia ascendisse referunt c. Tantum fudit cruorem Eduardi crudelis ambitio, vt Gallicam tingeret sibi purpuram: quam tamen adipisci non potuit. De cæso Rege Boemiæ cæco meminit inter alios Petrarcha hoc elogio d: *Eo*, inquit, *se precipitem dedit, quo spectare alij, circumque oculis prosequi vix audebant.* Et infra: *Et quid, oro, gloria viri fortis obfuit visus carnisse, nisi vt quem virtus & natura mirabilem fecerant, stupendum cæcitas faceret?* Planxit Pontifex strenuum Ecclesiæ defensorem, amissum, qui vna cum Philippo aduersus Saracenos pro fide restituenda Syriæ vitam fundere decreuerat e.

43 Cumulata est ea Eduardi victoria alia recenti; nam Scoti, qui in Angliam irruperant, cæsi sunt in agro Eboracensi ad decem millia capto eorum Rege. Ascripta est a nonnullis ipsius clades diuinæ ob sacrilegia patrata vindictæ, vt qui sacros D. Cutberto agros euastari, ac templa diripi & inflammari permisisset; confixus vero telo in tibia, cum illud nulla arte euelli posset, implorato S. Niniani nomine liberatus est, vt narrat Boethius f. Gesta etiam hoc anno plura alia præliaſin Britannia, Aquitania, & Occitania Anglos inter & Gallos, & vbique Gallos sub Anglico furore succubuisse, multaque vrbes victoris imperia admisisse, describunt pluribus m. s. Vaticanum g, Frossardus h Gallico idiomate, & alij scriptores i.

44 In Neapolitano quoque regno grauiores motus excitati sunt, cum alij in Ioannam vt viro illatæ necis ream sceptrisque indignam rebellionem facerent, alij Ioannam vt puram a crimine tuerentur: in eandem Carolus Dyrrachinus regnandi spe & illecebra moueret arma: alij captata ex tumultu publico occasione improbitati frena laxarent. Quibus malis vt occurreret Pontifex, ad quem supremum in Siciliam vtramque spectabat imperium, regni administrationem Guidoni Cardinali demandauit; sed cum is munus non admitteret, illud in Bertrandum tit. S. Marci Cardinalem Ebredunensem transfudit k. Tulit autem Clemens aduersus Andreæ Regis interfectores, & omnes alios, qui illius cædis flagitio se deuinxerant, sententiam m, in qua eiusdem principis mortem ita deplorat.

45. *&c. O nefarium & inauditum scelus, immane facinus, & piaculare flagitium, in quo ab impijs egressa est impietas, & prædones pietatis prædantes nequiter pietatem, tanquam hostes humanæ naturæ virum innoxium proditorie ac crudelissime peremerunt, non ipsius adolescentia, non innocentia, non tam illustrium, videlicet Franciæ, Siciliæ, Hungariæ, ac Poloniæ Regum, a quibus traxerat originem claritati, nepte regali, qua pollebat, excellentia deferentes. Cuius itaque cor tam lapideum & penitus sit saxeum, quod de tanto scelere non emolliatur, & commoueatur ad gemitum & dolorem? Cuius natura tam inhumana, qui non prouocetur ad lachrymas? Cuius tam durus animus, qui de tanta impietate, tam crudeliter perpetrata, non appetat iustitiam, & vltricis pœna debitum non expectet? &c. Dat. in palatio nostro Auinionensi kal. februarij anno* IV. Commisit a vero Pontifex III. nonas iunij Bertrando de Baucio comiti montis Caueosi, vt in necis Andreæ Regi illatæ participes legum seueritatem adhiberet. Sumptum itaque est illius iussu supplicium de Tralizi & Ebuli comitibus vt regiæ necis auctoribus, quorum postremum magnum regni, vt vocabant, senescalcum turpis cum Regina Ioanna commercij ignominia ex publica fama notatum refert Ioannes Villanus b: qui iniecto hamo linguæ, ne loqui possent (Pontifex enim Bertrando imperia dedit l, vt si Reginæ regijue principes criminis participes reperirentur, rem silentio premeret, sedique Apostolicæ accurate circumstantijs descriptam referret, ne regnum in maiores tumultus conijceret, sibique Reginæ iudicium reseruaret) impositi currui lapidibus sunt obruti a turrente dolore & vindicta populo, flammisque traditis Raymundus præfectus cubiculi Reginæ captus, ac filius, cui a Pace nomen inditum, Andreæ Regis interfecti cubicularius publice, detractis forcipibus carnibus, excarnificati: Raymundus Cabanus & Nicolaus Mirazanensis haud dissimili affecti supplicio.

52. &c. Non hæc placarunt Ludouicum Hungariæ Regem, ægre ferentem e posci quidem administros sceleris ad supplicium, sed illius auctricem dissimulatione præteriri. Comparabat itaque exercitum vlciscendæ necis Andreæ Regis fratris sui cupiditate, ac Ioannam Reginam in crimen vocabat, vt adulteram, missisque oratoribus ad sedem Apostolicam, verbis acerbissimis, quæ fraternæ necis dolor exprimebat, de Pontifice est questus, qui exacta Andreæ regia consecratione, ambitiosis de corona ac vita fratri eripiendis occasionem dedisset: de Talayrando Cardinale, qui Dyrrachij principis nepotis gratia flagitio assensisset: de Regina Ioanna, alijsque principibus vt diræ mortis auctoribus: in quos, aliosque sceleris administros agi legibus; sibi vero vt Sicula corona iure fiduciario conferretur petiuit, neue precibus Roberti principis Tarentini alteriusue e regia stirpe, vt matrimonium cum Ioanna contraheret, leges canonicas solueret. Ad quæ singula suis capitibus distincta respondit Pontifex d: Ioannam antequam conuicta sit regno non exuendam, nec regnum ad sedem Apostolicam redijsse: extractam Andreæ regiam iunctionem cum de iure non constaret; purissimum esse ab eo crimine Talayrandum, tum precibus Hungari Regis iras delinire enisus est.

58. &c. Cum legatus Neapolim peruenisset, male a Ioanna & principibus exceptus est: neque enim passi sunt, vt ex data ei prouincia in ipsos inquireret: de quo Clemens questus est e, eosque monuit Hungarum Regem ad vltionem sine vllo dignitatis discrimine reperendam concitatum iri. Abscessit f itaque Beneuentum legatus, cui Beneuentani agri limitis definiendi munus iniunctum erat. Vitium vero est Pontifici designandos tum illius limites, ne, si Pannoniæ Rex irrumperet in Neapolitanum regnum, Beneuentanum agrum eiusue oppida vastaret: de cuius irruptione, ac Ioannæ fuga proximo & altero sequenti anno agetur.

Incumbebat alterius Trinacrij belli moles g Reginæ Ioannæ: ex dissensionibus enim Neapolitani regni captata occasione Ludouicus princeps Aragoniæ sturpis, qui transmissum iniuria a Petro Friderici Regis filio

Nullus prosapiæ claritatis respectus habitus.

Ioanna in crimen vocata ab Hungaro.

a Ex. 5. ep. fcr. 783. & an. 5. l. 3. ep cur. 28.
Bellum Leodiense gestum a Carolo.
Anglorum in Normanniam irruptio.
b Io. Vill. l. 12. c. 61. Paul. Aem. l. 9.
Gallorum insignis clades.
c Froiss. hist. l. 1.
Cæsus Rex Boem. in prælio.
d Petrarch. de remed. utr. fortunæ dial. 96.
e Clem. ep. 5. fcr. 527.
f Hector. Boet. l. 15. Galli in Britan. & Aquitania cæsi.
g Mss. lib. Vat. sign. n. 2048.
h Froiss. hist. l. 1.
i Paul. Aem. in Phil. VI. & alij.
Neapolitanæ turbæ.
k Io. Vill. l. 12. c. 31. & alij.
l Ex Am. l. 3. ep. cur. 9.
Pontifex Andreæ interfectores frustra sententia.
m Ex. 4. ep. fcr. 970.
Nullus prosapiæ claritatis respectus habitus.
a Ex. 5. ep. fcr. 745. Io. Vill. l. 12. c. 51.
Supplicia de interfectoribus sumpta.
b Io. Vill. l. 12. c. 52. Mss. mon. hist. Neap. l. 3. & alij.
c Ex. 5. ep. fcr. 1216.
d Ex. 4. ep. fcr. 978.
e Ex. 5. ep. fcr. 1216.
f Io. Vill. fup. c. 70.
g Io. Vill. l. 12. c. 68. Fazell. de rebus Sic. post decad. l. 9.

Melacrinus Ioanne ereptum.

filio ſcepetum in Trinacria tenebat, Guillelmi regni procuratoris opera Mylas menſe auguſto terra marique obſidione cinxit, & arcem quamuis milite & commeatu inſtructam ad deditionem pellexit: & quamquam a Clemente indictæ a erant triennales induciæ, bellum vrſit. Ambigua erat ac ſuſpenſa ex ſui commodi, & confirmandæ in Trinacria dominationis inique occupatæ ſpe principum Aragoniorum fides; eaque de cauſa de fœdere cum Ludouico Hungariæ Rege, qui expeditionem Siculam meditabatur, ineundo agitarunt b. Hæc de rebus Italicis ſufficerint; nunc ad alias traducenda eſt narratio.

a Clem. ep. 1. 3. ep. cur. 1 Pacisci cũ Hungaro fœdus moliti Trinacrij.

b Io. Vill. l. 12. c. 68.

61. 62 In Caſtella inſtructi ſunt ingentes belli apparatus cum Marrochitanus Rex ad nouam irruptionem in Hiſpaniam faciendam ſe compararet; quare Pontifex poſtulanti opem Alfonſo Regi attribuit biennales decumas a.

a Ann. l. 4. p. 2. ep. de indulgentiis 296.

63 In ſeptentrione Henricus Duſemer magiſter equitum Pruſſiæ, collecto quadragima millium armatorum exercitu, in Lituaniam pro religione pugnam inituras inuaſit, Olgerdumque ducem a pietate alienum ingenti clade fudit; quam Michouias deſcribit d, ſubditque: *Olgerdus Lituania dux habens ſecum copias Smolenſium, Polocenſium, & Ruthenorum in die purificationis cum magiſtro & exercitu eius conflixit, & maxima cede vtrinque edita, Lituani & Rhuteni ſuccubuerunt. Duodeuiginti millia Lituanorum & Rhutenorum caſa referuntur. Magiſter & crucifferi ſpoliis potiti in propria reuerſi, in ſignum obtenta victoria monaſterium Virginum in Konitberg dotarunt.* Quanta tulifſent gloria cæteri principes, ſi egregij huius ducis exemplo in hoſtes diuini Numinis armas vertiſſent! Indictum iam ante fuerat Turcis bellum, ac ſacram ſocietatem cum Pontifice Veneti, Cypri hex, ac Rhodij equites coierant, repreſſaque admodum erat Turcica ferocia: ſed cum barbarus vires ingentes compararet, atque exercitus, cui præerat Delphinus, confirmandus eſſet, Pontifex Genuentium ducem ſolicitauit e, vt vires cum Chriſtianis coniungeret, cum rei gerendæ opportunum tempus affulgeret. Ornatorum ij torentiſſimam triginta triremium claſſem duce Vignolio, qui in orientem contendens, plura in Ægæo mari bellica facinora edidit; quanquam non in Turcas, vt optarat Pontifex, ſed in ſchismaticos Græcos vires conuertit f.

Prussiæ equitum in Lithuaniã expeditio.

d Michou. l. 4. c. 24. Crom. in Caſim. l. 1. Cæſa duo deuiginti millia barbarorum.

Delphini Chriſtiani exercitus dux in Turcas Genuenſes ad impugnandas eius vires ſolicitatus.

e Ann. l. 4. p. 2. ep. ſecr. 928.

Genuenſium claſſis Græcos adoritur.

f Cantac. l. 3. c. 95.

64. &c. Interea Ioanna Imperatrix & Cantacuzenus imperij inuaſor, ciuili bello, quo res Græca ſceleſti hominum ambitione afflicta erat, implicuit, oſtentata reditu grandæ orientalis cum Romana eccleſia coniunctionis ſpe Latinorum auxilia ad ſuas confirmandas partes ſibi conciliare, miſſis ad Delphinum Viennenſem fœderis interpretibus, fruſtrati ſunt. De quo certior factus Pontifex cum Cantacuzeno tanquam tyranno fœdus inire detrectauit: cum Imperatrice vero ac Ioanne Palæologo ſanciendum, ſpondendaque pro retinendo imperio auxilia putauit, ſi Græci in vnum Eccleſiæ eſſent reduturi g. Intulit porro his temporibus patriæ ſuæ Cantacuzenus, vocatis in auxilium Turcis, cladem innumeram, nec ſub eius ſignis vt ipſe gloriatur h, militabant; ſed Cantacuzenum potius fuæ in Europam irruptionis ſocium habuere, quod ex ingenti copiarum Turcicarum numero apparet, quæ ad viginti equitum millia aſcendebant, ac Meſſios Cantacuzeni fœderatos obtriuerunt. Inde etiam Cantacuzeni proditoriæ Chriſtianæ flagitium ex eius dictis magis ſe pandit; cum enim Amurius Turcarum in Ionia princeps traducere ſuperiores copias in Græciam quæreret, atque catholicæ crucesignatæ tunicæ immiſſæ a Romano Pontifice barbarum tranſitu arcerent, vt Cantacuzenus ipſe refert, obſtaret etiam Lydiæ ſatrapa Sarchanes, ne per ipſius fines ad Helleſpontum penetraret, Cantacuzenus vt Turcicam peſtem ad perdendos Chriſtianos excirct, ſe egiſſe refert, vt Sarchanes Amurioque coniunctis Turcæ Helleſpontum traijcerent. Tot tantiſque flagitijs viam ſibi munichat ad imperium, quod partiebatur cum Turcis, dein cum illis in prædam ceſſurum: tantaque apud Conſtantinopolitanos ob impietatem flagrauit inuidia, vt nonnulli, qui Zelotarum nomen accepere, anabaptiſtarum more Cantacuzeni ſectatores, veluti protanatos impura eius ſocietate, iterum baptiſmo luſtrare a impie auſi ſint. Hactenus de rebus Græcorum, qui adeo exitiose infelices, vt quo tempore ſummus Pontifex ad Turcas ab ijs auertendos exercitum mittebat, ipſi cæco furore ſe Turcis coniungerent. Nec tamen ob illorum perfidiam a tuenda re Chriſtiana tum deſtitit Dei vicarius: Delphinum enim Viennenſem admonuit b, vt mitis Græcis impetus in Turcas conuerteret: vtque fidelium vires augerentur, eius precibus flexus aſſenſit, vt Catalani, qui ob inuaſum Gualteri Gallici generis ducis Athenarum principatum fidelium communione erant ſegregati, templis certis legibus reſtituerentur. Attriti multis cladibus Turcæ a Chriſtianis, cum etiam Genuenſium claſſis acceſſiſſet (qua licet Græcis potius diripiendis, quam Turcis inuadendis intenta eſſet, c. non luem tamen barbaris terrorem afferebat) inducias a Chriſtianis flagitarunt d. Intermiſſum itaque eſt ob ciuiles diſcordias bellum in Turcas, quod Delphinus Viennenſis ſuſceperat e. At de Delphino turius inferius.

Diſtractæ Turcarum vires a pontificijs

Zelotæ apud Græcos anabaptiſtæ.

a Cap. 93. Græcorũ extrema infelicitas.

b Io. 5. ep. ſecr. 123 et in ſ. de reb. tranſmar. pag. 8.

Perunt Turcæ inducias a Pont.

c Bicar. l. 6. hiſt. Gen. d Io. 5. ep. ſecr. 760. 761.

e Teſt. Clem. apud Boſq. Delphinus reditus in occidentẽ. Mittit in Armeniã a Pont. internuntij.

67. &c. Pio tuendæ in Armenia incorruptæ fidei ſtudio ductus Pontifex Antonium epiſcopum Gaietanum, & Ioannem deſignatum Coronenſem internuncios in eas regiones, quæ multis erroribus infectæ erant legauit: quibus excolendis Benedictum XII. iam ante intentum vidimus; is enim, vt talce apoſtolica eos facilius ſuccideret, ex Armenionum ſcriptis hæreſes & errores, qui pullularant, excripſerat, miſeratque ad catholicon illum, vt coacta præſulum ſynodo, eos damnaret, ac fide orthodoxa imbueret Armenios, & Regem Conſtantium ad nauandam in tam præclara re regiam operam excitarat. Morem geſſit Iumano totius Eccleſiæ paſtori catholicon, & damnata ab Apoſtolica ſede damnanda curauit. Verum vt religionis puritas magis refloreceret in Armenia, cenſuit Clemens in id regnum mittendos, qui doctrinæ ſplendore omnium errorum tenebras diſcuterent, atque ex imperijs apoſtolicis collaptum pietatem inſtaurarent.

Catholicõ Armenior. veteres errores pontificio iuſſu damnat.

71 Extinctum eſt hoc anno Smyrnæ egregium doctrinæ & ſanctitatis lumen Venturinus Bergomas, de quo hæc Thomas Bozius g: *Anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſexto obiit in cælum Venturinus Bergomes ex ordine Dominicanorum clariſſimus ætatis ſuæ concionator non in Italia modo, ſed et in Hiſpaniis, Gallijs, Britannia, Germania, Dalmatia, et aliquibus Græciæ locis. Sæpe ex illius facie, dum verba faceret e ſuperiori loco, maximus cæleſtis cernentibus ſplendor eluxit. In Gallia mortuum ſuſcitauit, quod narrare ſolitus erat Humbertus princeps, vt vocant, Delphinus. Innumera edidit miracula tum viuens tum defunctus.* Percenſet ea Leander, quem lector cupidus conſulat.

Venturini Bergomatis mors.

g Bozius ad ſign. 1345. ex annal. Dom.

72. &c. Confirmata iuit hoc anno a Clemente h Apexonis epiſcopi Lubecenſis precibus acta concilij Poſonienſis iam ante a Clemente V. Pontifice celebrati a Gentile Cardinale Apoſtolicæ ſedis legato, præcipue quoad eam partem canonum, qui ad epiſcopalis ordinis aſſerendam dignitatem, perpoliendos mores, religionemque ab impietatis ſordibus vindicandam conuiua fuerant, qui apoſtolico diplomati inferri inauarique fuerunt.

Poſonienſis concilij canones inſtaurati.

h Ann. 5 p. 2. in diuerſ. ſumm. ep. 118.

IESV

IESV CHRISTI

Annus 1347.

Indict.15. CLEMENTIS PP.VI. CAROLI IV.ROM.REGIS 2. annus 6. Io:PALÆOLOGI IMP. OR.7.

1. &c. REsciſſæ ſunt a Carolo IV.Romanorum Rege omnes leges a Ludouico Bauaro contra Romanæ eccleſiæ iura dignitatemque Romæ, Piſis, alijſque in locis latæ, tum regio vel imperatorio nomine ab eo geſta in Italia tanquam nulla tuta auctoritate, cum adepto ex diſcordi electione iure priuatus, atque hæreticus & ſchiſmatis crimine damnatus eſſet, irrita pronuntiata. Obſtricta etiam ſacramento ab eodem pio & catholico Rege fides, ditionem eccleſiaſticam, vel regna vectigalia ſedis Apoſtolicæ Siciliam, Sardiniam & Corſicam ſe nunquam inuaſurum: ſi quæ ab Henrico ano Imperatore vel Ludouico Bauaro occupata aut diſtracta eſſent, reuocaturum: immo regiam potentiam in defendendis iuribus pontificijs collocaturum; atque excurrente ab acceptis imperatorijs ornamentis octiduo promiſſa confirmaturum, neque vllo iureiurando deuinctum deuinciendumue elic, cuius religione ab eo retardetur: præterea ſpopondit intruſos vi & iniuria præſules depellere, ac ſacerdotes & epiſcopos, apoſtolica auctoritate paſcendis animabus præfectos, in poſſeſſionem eccleſiarum inducere: rata habita ab auo Imperatore vel conceſſa ſedi Apoſtolicæ corroborauit: latam vero ab eodem in Robertum Siciliæ Regem eiuſque heredes, ac Florentinos aliosue horum ſocios ſententiam abrogauit: Prouinciam, Folkarquerium, aut Pedemontium bello ſe non vexaturum promiſit; omnes denique iniurias illatas imperio ab Italicis vrbibus ſedi Apoſtolicæ condonauit: Ad reducendum vero ad Eccleſiæ gremium Ludouicum Bauarum cenſuris apoſtolicis ob infanda ſcelera irretitum, neque imperij modo, ſed etiam ducatus Bauariæ iuribus exurum, & ad adhibendam in eum edictorum pontificiorum iuſtam ſeueritatem perſecuturum ſe bello, coram Geraldo de Magnaco archidiacono de Baltheſio in eccleſia Conſtantienſi, Apoſtolicæ ſedis internuntio, quem ſuperiori anno, vt Carolum in Pontificis verba adigeret, miſſum vidimus, pollicitus eſt, ac literas regio ſigillo obſignatas promiſſorum teſtes Clementi VI. tranſmiſit a: quæ poſt ſuſceptum imperatorium inſigne fuerunt confirmata edito nouo cæſareo diplomate. Pactarum vero ſuperiorum Carolum inter ac Pontificem conuentionum, reliquæ geſtæ ſeries accurate deſcribitur in publicis monumentis b.

Quæ promiſſa ſint a Carolo Roman. Rege.

a Ext. in græc S.Aug. & in lib prim. Rom. eccl.to.3.pag 282. & inter inſignia monumenta collecta a Plat. iuſſu Sixt. IV.to.3. pag. 33. & in mſ.bibl. Vall. ſign. lit.B. n.15. pag.113.ad 120.
b Ext.in lib. prim. Rom. eccl.to.3. pag.282 & mſ.bib.Vall ſig.lit.D. n. 15 pag.302 c Io.to.9.p. 2.ep. ſecr. pag.224. anno.m.xv ccc.1334. n.21.

8. 9 Potius eſt breui Carolus liberis imperij habenis, cum Bauarus hoc anno deceſſerit: in quo ſane diuinæ iuſtitiæ exemplum inſigne ſtatutum eſt ob improuiſum mortis genus, de quo ſæpius illum Romani Pontifices præmonuerant. Et quidem Ioannes XXII. c vel potius Chriſtus tredecim iam ante annis vicarij ſui ore his verbis ad pœnitentiam, inuentato repentinæ mortis terrore, maturandam vocabat: NE SVBITO, inquiebat, IRA DEI IN TE DESAEVIAT, ET EXTINCTO SPIRITV IN VINDICTAE TEMPORE TE DISPERDAT, etc. *Dat. 10. kal. iul. an. VIII.* Iniecerat illi etiam ſæpius Benedictus XII. improuiſæ mortis metum, vt ad conuerſionem accelerandam alliceret, illumque ante octo annos his ſalubribus monitis inſtruxerat d: ET QVID ETIAM, SI (QVOD ABSIT) TE CONTINGERET IN TALI STATV ET CVM TALIBVS OPERIBVS TERMINVM CLAVDERE VITAE TVAE, EXINDE CVM TE TVA SEQVERENTVR OPERA REPORTARES? PROFECTO NIHIL ALIVD NISI POENAS CRVCIATVS PERPETVI, ET TORMENTA, etc. *Dat. Auin. 2. kal. febr. anno* v. Non defuerat apoſtolico muneri Clemens VI. prædeceſſorum exemplo in eo ad Chriſtianam pœnitentiam, obiecta improuiſæ mortis formidine prouocando: cumque durum pectus mollire non potuiſſet, demum illum horrenda hac comminatione, ex hypotheſi nempe, quod non ad Deum conuerteretur, frequentato in ſcriptura ſacra loquendi more, ſuperiori anno perculerat: VENIAT EI LAQVEVS QVEM IGNORAT, ET CADAT IN IPSVM: SIT MALEDICTVS INGREDIENS, SIT MALEDICTVS EGREDIENS. Mortis genus breuiter attingit Albertus Argentinenſis a: *Eodem*, inquit, *anno princeps Ludouicus in venatione vrſi in ſiluis iuxta Monachum paralyſi percuſſus, de equo terrenus expirauit anno Domini* MCCCXLVI. *quinto idus octobris anno regni ſui trigeſimo tertio finito minus octo diebus, imperij vero decimonono.*

Mine Clementis in Ludouicum irrita.

a Alb.Arg.in annal.

10. 11 Aucta itaq; eſt atque amplificata Caroli Romanorum & Boemiæ Regis auctoritas ex Bauari interitu, ac fœderatæ vrbes plurimæ, quæ antea erant aduerſatæ, agnita iuſta illius electione viuo Ludouico celebrata, ad obſequium partim potentiæ metu, partim religionis ſtudio tædioue cenſurarum, partim promiſſis ac ſpe certatim confluxere. Neque hoc loco prætereundum videtur Pontificem eiuſdem Regis gratia Pragenſem academiam inſtituiſſe b: quæ floruit initio clariſſimorum doctorum numero, Vvicleffique hæreſes in Boemiam illatas damnauit; at deinde a Ioanne Hus, Iacobello, & Hieronymo contaminatam fuiſſe, ac virus prauiſſimarum opinionum vniuerſæ Boemiæ infudiſſe videbimus. Nunc ad Neapolitanos tumultus ſermonem traducimus.

Caroli res confirmatæ.

Inſtituta Pragæ academia.

b An.5.l 2.ep com.1169.

12 Irrumpere in Siciliam citeriorem Ludouicum Regem Hungariæ meditantem, vt de Andreæ necis authoribus vltionem repeteret, retardare Clemens annisus eſt, ne inſontes populi publicis calamitatibus inuoluerentur: ac Bertrandum Cardinalem legatum in Ioannam & ſtirpis regiæ principes inquirere, Baucij vero comitē in alios animaduertere iuſſit c. At Hungarus perſuaderi non potuit, valere ea auctoritate Cardinalem legatum, vt iudiciario ordini Ioannā ac principes ſubijceret. Itaq; adulto autumno irrupit in Italiam, ac Bertrādo Cardinali apud Fulginates ſibi occurrenti d, intentatiq; anathematis terrorem reſpōdit ſe illæſa eccleſiæ iura ſeruaturum, & iuſtā caulam iuſto diuino Numini commendaturum. Motis deinde caſtris Aquilam peruigilio natalis Domini peruenit e, cuius victorias ſequenti anno deſcribemus. In hac vero Neapolitanarum rerum conflagratione, cum parte alia Aragonij ex Trinacria irruptionem miniterentur, miſſique iam ante ad Pontificem oratoribus gratiam Eccleſiæ experijſſent, polliciti f vectigale aurum, cui ſoluendo defuerant, pontificio erario ſe illaturos, Ioannam adegere, vt ſuis in Trinacriam iuribus cederet: ex quo fœdere Aragonij in Trinacria regium nomen ſibi aſſeruerunt.

Neapolitana res. Tradita legato poteſtas, vt in Reginam principeſque inquirat.

c t.5.ep.ſecr 900. vſque ad 908. Ludouici in Italiam ingreſſus. Legato obijcitur cē ſuras reſpōſum.
d Io. Vill.l. 12 c.106.
e Cap. 110. Pax Ioannā inter & Trinacriā percuſſa.
f t.5.ep.ſecr. 1156.

13. &c. Corripuit hoc anno tyrannidem in Vrbe g, captata abſentiæ Pontificum occaſione, inſignis impoſtor Nicolaus Laurentij, cum popularem benenolentiam reſtituendæ antiquæ amplitudini Romanæ reipublicæ inani oſtentatione collegiſſet: in Lateranenſi baſilica inter diuina ad populum progreſſus ſonanti & profuſa voce Clementem VI. Romanum Pontificem, vt ſedem Apoſtolicam in Vrbem reduceret, citauit h: deinde collegium Cardinalium, vt titulares eccleſias curarent; ac demum Carolum Boemum ac Ludouicum Bauarum in imperio æmulos, vt ſuæ electionis iura oſtenderent, agnoſcerentque electionis iura, intermiſſo aliquanto tempore, ad Romanos deueniſſe. Aſpirabat ſine dubio ad nefaria conſilia Nicolaus, atque ſuo illo temerario & inſano edicto kalendis auguſti pronunciato conceſſa a Conſtantino, Carolo, Othone, S. Henrico, aliiſque Imperatoribus priuilegia Romanæ

Nicolaus Laurētius tyrannidē corripit. Eius imprudentia in citando Pontifice.

g Vita Nic. Laur.c.11. h Cap.11. Alb Arg.in chron. & alij. Ex Cæſare & electoribus. Septem coronas mitrę ſibi cō ferri iubet.

tuum ecclesiæ rescindere tentauerat. Nec secius imperator vna contentus corona, sumendas septem decreuit, vt nimirum septem donis Spiritus sancti, totidem coronis adumbratis, ornatus videretur. Nouandarum porro in Sicilia citeriori rerum intestini tumultus occasionem illi præbuere, cum inter cæteros populos Caietani ciues, missis oratoribus, se suaque Nicolao Laurentij obtulissent a, ac dono etiam decem aureorum millia misissent. Neque Vrbis dominatu contentus, circumiectam ditionem ecclesiasticam proferendi imperij studio sibi subijcere est aggressus: tantumque scelus magnificis verbis colorare est nisus, vocari nimirum se a populis ad publicam eorum rem reuocandæ iustitiæ causa capessendam. Frangere illius tyrannidis progressus grauissimis edictis enisus est Pontifex, quibus impij hominis flagitia in Romanorum oculis ita defixit.

Caietani se illi offerunt. a *Ibid. cap. 9*

Pontificiã ditionem inuadit.

Clemẽs in eum scribit

17. &c. *Clemens, etc.* Ipse Christianæ religionis mores abijciens, & priscos gentilium ritus amplectens, vanas coronas laureasque suscepit, ac fatuas sine lege leges more Cæsarum promulgare tentauit. Ipse tanquam pullus onagri, se liberum natum putans, qui subiectus non didicit, cupit cum nesciat, ambitiose præesse, ac velut ille Lucifer prauo corde conscendere meditatus est in cœlum, præsumptionis suæ solium, vt sedeat aquilonis in latere, super astra cæli, & altitudinem nubium stultus arrogans nititur exaltare. Ipse, cuius interiora iniquitate repleta sunt, & qui peccare non cessat; primatum Ecclesiæ præfatæ subuertere; ac totius orbis statum nititur conturbare.

Queritur eum æmulari gentilitios ritus

Ipse infirmum erigens cor ad alta, charissimum in Christo filium nostrum Carolum Regem Romanorum illustrem, ad imperiale fastigium electum legitime, rectique ab eadem Ecclesia approbatum, & inueteratum illum dierum malorum Ludouicum olim ducem Bauariæ dudum in Regem Romanorum in discordia (vt dicebatur) electum, a Deo & eadem Ecclesia iudicio reprobatum, ac omni iure, si quod sibi ad regnum vel imperium Romanorum quomodolibet competebat, omnique titulo & honore ac dignitate priuatum, cuius memoria in maledictione est, & quem polluris labijs non erubuit, sed præsumpsit appellare ducem Bauariæ; ac principes ecclesiasticos & seculares electores imperij generaliter primo, & deinde nominatim de facto cirauit, vt videlicet Rex & Ludouicus ad ostendendum de iure electionum suarum, ac electores prædicti de potestate eligendi coram eo Romæ personaliter, & peremptorie comparerent; ac nihilominus quibusdam ciuitatibus Italiæ, certas voces in electione Romani Imperatoris obtulit vel concessit, quasi sua interlit de huiusmodi electionum iure ac eligentium potestate cognoscere, & de statu Romani imperij ordinare, vt fauorem vestrum & aliorum populorum Italiæ per huiusmodi adulationes subdolas, & derisoria blandimenta sibi attrahat, & ad fastigium Cæsareæ dignitatis, ad quod insani hominis aspirat insania fatuaque præsumptio, ruat potius quam ascendat; non attendens antichristi præcursor, homo peccati, reuelatus in gentibus, filius perditionis, qui aduersatur seque extollit super omne, quod dicitur, aut quod colitur Deus, quot vobis dispendia ex ijs congerit, quæ parat pericula, & incommoda quanta procurat, dum contra vos Regis & aliorum principum prædictorum, ac omnium Germanorum corda commouet, prouocat iram, incitat & furorem, ac nostrum & ipsius Ecclesiæ fauorem vobis subtrahere, vosque a nostra & ipsius Ecclesiæ auertere deuotione laborat.

Carolo & Bauaro diem indixisse.

Nonnullis Italis vrbibus eligendi Cæsaris ius fictitiũ contulisse.

Cæsarem a pice exãbare.

Et paulo post: Ipse omni dolo plenus, omnique fallacia diaboli filius, iustitiæ inimicus, bestia mon-

struosa, super capita cuius blasphemiæ nomina scripta sunt, contra eandem sanctam, catholicam, & vniuersalem Ecclesiam blasphemare non metuens, prætactam Ecclesiam ciuitatemque Romanam idem esse asseruit, aliaque plura euomuit impudenter erronea fidei catholicæ inimica, per quæ de schismate ac hæresi suspectum se reddidit, & vrinam non infectum. *Data Auenione III. non. decembris anno VI.* Perculsus est ob hæc scelera Nicolaus anathemate, atque hæreseos crimine postulatus a Bertrando Cardinale legato, ac mox Pipinij Minertini comitis coniurationem veritus abiectis tribunitijs insignibus, septimo ab arrepta tyrannide mense flens ac gemens fuga ex Vrbe se subduxit a.

Impiã dogma circa ecclesiæ principatũ fudisse.

a *Ibid. c. 16.*

22 Iacta sunt hoc circiter tempore funestissimi inter Venetos & Genuenses belli semina leni ex causa, cum nimirum Genuenses, qui Caffam siue Theodosiam Genuensium coloniam incolentes inuidi æmulatione percitti in Venetos, qui vltra Caffam Pontum Euxinum nauibus sulcabant, Venetam nauim intercepere: quam iniuriam cum vlturi essent Veneti, Pontifex Ioannem Murtam Genuensium ducem rogauit b, vt discordiæ causas tolleret. Perfecit demum sua diligentia Pontifex, vt Genuenses æquitati assentirentur vili (qua de re ad Andream Dandalum & senatum Venetum scriptæ literæ c) discordiamque sopiuerit, haud extinxerit tamen, reuiuiscentem enim flammam, quæ misere rem Christianam est depasta, viuri sumus.

Genuenses inter & Venetos belli exordia.

Pontificis pro eo sopiendo cura.

b *l. 6 ep. sect. 306*

Sopita bella, non extincta.

c *Epist. sect. 836.*

Auctam hoc anno admodum Genuensium potentiam, adiuncta Genuensi reipublicæ insula Corsica, cum pene omnes paribus animis insulani proceres in id consensissent, refert Ioannes Villanus d. Quam insulam a Bonifacio VIII. Iacobo Regi Aragonum iure beneficiario traditam ea lege vidimus, vt is Trinacriam Carolo II. Regi Siciliæ restitueret; verum receptis hisce insulis, Aragonij Trinacriam etiam cum ita suas res augerent, retinuerant. Affectatum etiam est a Genuensibus alterius insulæ imperium e, bellumque ducibus Aurijs gestum cum Aragonijs in Sardinia vario euentu, vt gemino prælio alternante victoria victi victoresque fuerint.

Corsica a Genuen. occupata. d Io. *Vill. l. 8. c. 99.*

e *Ibid. c. 99. Sur. l. 8. c. 16*

Sardinia ab ijsdem affecta.

23. 24 In Gallijs premebat tum Eduardus Itium, vulgo nuncupatum Caletium, ingenti obsidione, strenueque obsessi tutabantur mœnia, cum Pontifex reuocandæ inter Reges pacis studio Anibaldum & Stephanum Cardinales legatos kal. februarij mittis parcere laboribus iussit f: ac si non pacem, inducias saltem pangerent g. Reges etiam grauissimis literis ad id est adhortatus: Philippum h quidem, vt Francorum calamitatibus ad concordiam flecteretur: Eduardum autem i, vt non modo innumera mala, quorum auctor illo bello esset, perpenderet; verum oculos etiam in orientem conijceret: in eo amplissimos triũphos de Dei hostibus ipsum referre, ac mortales immortalesque coronas adipisci posse: barbaros ob illius discordias insolescere, remque Christianam euertere. At prætulit religioni sua commoda Eduardus; a Christiana enim pietate abhorrebat: cuius infelicem mortem vitæ respondisse, contemptumque a Deo, qui Deum contemserat, videbimus postea. Interea ecclesiasticas opes specioso crediti prætextu, vt Gallias oppugnaret, inuasit l. Cuius exemplo, vt sua tueretur Philippus Rex m, & sacerdotum in regno non agentium (exceptis Cardinalibus) vectigalia, decimasque aliorum sacerdotiorum occupauit, ac iura ecclesiastica in pluribus labefactauit: at quo plura eripuit Ecclesiæ, plures clades accepit. Flecti non potuit Eduardus, cum Caletum obsessum sibi dedi vellet; Philippus autem Francorum Rex, vt Itiensium

Gallicæ res ab Anglo grassante.

f *l. 5 ep. sect. 895.*

g *l. 6 ep. 97 5.*

h *Epist. 898*

Clemens ad Eduardum bello Gallico abducendum studia

i *Epist. 898*

Præfert religioni ambitionem Eduardus.

Sacerdotũ opes inuadit.

l. 5. ep. sect. 1139.

m *Ibid. epist.*

Pari exemplo grassatur Gallus in ecclesiasticos.

fidei & constantiæ, qui nonnisi fame ab Anglo edomari poterant, responderet, ad inferendos mari commeatus classem triremium duodecim Genuensium ac nauium septuaginta instruxit a: sed mox atque ab Anglis conspectæ sunt ex aduerso Douercoli Angliæ portu, in Gallicam classem illi irruerunt tanto impetu, vt parum capta partim fuga dissipata fuerit; atque ita brieues summa rei frumentariæ inopia pretii deditionem fecere b. Porro potitus Calero Eduardus ciues alio migrare iussit, & Anglorum coloniam in eam vrbem traduxit, vt belli armamentarium esset. Notat vero Ioannes Villanus c, exiguum tuisse illud operæ ab Anglo nauatæ post amplissimam victoriam pretium, eiusque triumphos Anglis exitiales fuisse, quinquaginta enim milia suorum tum morbo tum in superioribus pugnis ipsum amisisse: vt mittamus in reditu graue periculum subijsse d, ac pomullas e suis natues vi tempestatis merias; inducias vero, annitentibus iussu pontificis e Cardinalibus internuntijs, ad S. Ioannis natalitia percussisse, vt excurrente eo tempore, missis ad sedem Apostolicam oratoribus, de pace agitaretur: arcana vero consilia erant, vt cum militie & ærario exhaustus esset, debilitatas vires refirceret.

a Cap. 96. Classis Gallica dissipata.

b Ib. Villan. 95. in Ind. Vat. sign. nu 3765. Frof. hist. l. 1. Paul Æmil. in Phil. VI. Vat. sign. nu Eduar. III. Mezer. hist. Fl. l. 12. & alij.

c Anglorum de Gallo victoriæ ipsis funestæ.

d Io. Vill. l. 12. c. 95.

e Mezer hist Flor. l. 1. in Lud. Malea 20. Compositæ induciæ.

25. 26 In oriente Græcorum res in exitium versæ; Cantacuzenus enim tyrannus, cum iam vniuersum imperium, Constantinopoli, Thessalonica, & Æno exceptis, occuparet f, facta in vrbe Constantinopolitana coniuratione, perrupta a proditoribus porta aurea, noctu ingressus, redactis g in suam potestatem Blachernis, ad confirmandam tyrannidem in palatio ornamentis imperatorijs redimiri voluit h, ac filiam Helenam Ioanni Palæologo matrimonio iunxit: coegitque pseudosynodum Constantinopoli, in qua confirmauit insanos hæresiarchæ Palamæ errores; inter quos pseudomonachus ille docuerat nouum contemplationis genus vt firmato inpectus mento defigeretur obtutus in vmbilico, ex quo emicare diuina lumina seu spectra iactabat: is etiam a demone illusus gentilium more plures diuinitates inter alia induxerat: de qua impietate a Ioanne patriarcha damnatus fuerat vna cum socijs.

e 1. 6. ep. seor 281. & 289 Cantacuz. Constanti nop. potitur.

f Cantacuz. l. 4. c. 1,

g Lib. 3, cap 99.

h cap. 3. & 4. Pseudosynod aduersus Acyndinum.

27 Nec modo Cantacuzenus ob noui hæresiarchæ sumptum patrocinium de Græcia male meritus est, verum etiam ob affinitatem arctissimam cum Turcis Græcorum carnificibus, qui adeo ipsi amicitia iuncti erant, vt illum Orchanes Rex gener gratulabundus vna cum filijs, quorum natu maior erat Solimanus, adierit i; atque ex aduersa Constantinopolis parte lautissima ei conuiuia fecerit, visaque Constantinopoli, ad conceptum expugnandæ tantæ vrbis consilium magis est inflammatus. Poposcit a barbaro auxilia Cantacuzenus, vt partum scelere imperium scelere augeret, ad Græcum oppugnandum: traditaque fuere illi ab Orchane, duce Solimanno filio, decem millia Turcarum, qui violata fide Græcos Cantacuzeno subditos inuaiere, diripuere, trucidauere, in seruitutem abduxere, vt ipse Cantacuzenus sero queritur k. Quid vero tum pro Græcorum salute Christi vicarius ad Turcas reprimendos gereret, intueamur.

Cantacuzenus Turcis coniunctissimus.

i Cantacuz. lib. 4. cap. 4.

k Ibid. cap.

Sustentabat naualem exercitum ad ipsorum in Europam excursiones coercendas, cui præerat Franciscus archiepiscopus Cretensis A. S. L. reportatusque est secundo diuino auxilio illustris triumphus, Meminit Bosius m de parta hac victoria apud Imbrum insulam, quam perfidi Turcæ violatis inducijs, comparata centum quinquaginta nauium classe, maximoque exercitu oppugnabant, incensasque hostium naues centum supra octodecim maiores mino-

Turcus vincitur.

m Bosius hist equest. Hier. p. 1. l. 6.

res fugæ: denique eos, qui in terram euaserant, ad deditionem coactos: ad quinque millia adductos in seruitutem.

38 Vertenda e Turcis in Saracenos Syros, Ægyptios, & Babylonios crucesignatorum arma fuerunt: soldanus enim Armeniam magno furore inuasit, vt omnem Christianæ religionis cultum in Asia extingueret, ratus euerso eo regno, principes occidentales amplius orientalia bella non meditaturos. Tuere periclitanti Armeniæ auxilia Hugo a Cypri Rex, & Deodatus b de Gozono Rhodiorum equitum magister, cum victis Armenijs par exitium ab illis interendum Cyprum Rhodumque maneret: quorum pium ardorem collaudauit Pontifex. Expugnatum est a barbaris Aiacium, interioris Armeniæ vrbs nobilissima, ad quam recuperandam, cum Rex Constantius se accingeret, atque occidentalium imploraret auxilia, Clemens Venetos solicitauit c, vt maximas vires contra Babylonios contungerent.

Armenia vexata a soldano.

A Cypria & Rhodio subsidia illi auxilia.

a Ib. ep. 407

b Epist. 108

39. 30. Legarat idem Armeniæ Rex in occidentem oratorem ad Philippum Francorum & Eduardum Anglorum Reges, vt expositis orientalium Christianorum, quos soldanus crudelissime infestabatur, calamitatibus, ad pacem conficiendam eos inuceret, incitaretque ad feliciores victorias in oriente referendas: sed occuparat adeo Eduardi animum sceptri Gallici cupido, vt ad suspiria precesque Armeniorum eius aures obsurduerint. Cum vero redijsset ad Clementem ex Regum aula orator, Pontifex rescripsit Constantio Regi, de maioribus auxilijs Armeniæ submittendis se deliberaturum, cum Antonij episcopi Caietani & Coronensis electi Apostolicæ sedis legatorum, qui ad excindendos errores in Armenia exortos erant missi, literas de restituta incorrupta fidei puritate accepisset; eundemque Regem gratissimis sententijs ad adhibendam regiam tam præclaro opere diligentiam ac potentiam est adhortatus d; ea enim re diuinum sibi patrocinium ad retundendos hostium conatus ipsum conciliaturum. Iunxisse cum Armenijs auxiliares copias Rhodiorum equitum magistrum affirmat Bosius e, ac non modo soldanum Armenia propulsatum, verum etiam arcem insignem, quam Illo vocat, olim dictam Alexandretam, parti olim de Dario ab Alexandro triumphi memoria illustrem a Constantio Rege recuperatam.

Solicitatus Constantius Rex ad errores excindendos.

c 1. 6. ep. seor 406 ext. etiã in Ind. arch. Vat. de reb. Transmon. pag. 86.

d 1. 6. ep. seor 410 & sup. in f. archiu. Vat. pag. 80 e Bos. hist. eq. Hier. lib. 2.

Irritus ab Armeno implorata Anglorum arma.

31 Confirmauit hoc anno diuina prouidentia insigni miraculo catholicam de sanctissimo Eucharistiæ sacramento fidem in Polonia: cum enim fures sacram pixidem, in qua erat repotita sacra hostia, cœca lucri cupiditate auro conflatam arbitrati subripuissent, comperissentque aream, ipsam in palustrem locum proiecere, vbi mox cœlestis lux fulgere die noctuque conspecta est. Excitatus prodigij magnitudine episcopus Cracouiensis, instructo agmine religioso eo perrexit, & Eucharistiam reperit. Ad cuius miraculi commendandam secuturis ætatibus memoriam Casimirius II. Rex Poloniæ præclarum ecclesiam in eodem loco extruxit: quam historiam Michouius enarrat f.

Eucharistiæ veritas miri prodigio illustrata.

f Mirlon l. 4 c. 24 Cromer l. 12. & alij. Imo SS. catalogo additus.

g M. s. bibl. Vat sign. nu 3765. in Clemen VI. * causas agebat.

32, &c. *Eodem anno dominus Papa*, inquit m. s. Vaticani g auctor anonymus, *canonizauit S. Iuonē presbyterum Trecorensem in Britannia multis miraculis clarentem, qui pietatis gratia pro pauperibus *, anno Domini* MCCCXLVII. *præsidio, pontificatus vero anno* VI. *anno migrationis eiusdē sancti* XLVI. *me tunc Auinione existente.* Effulsit ingentibus miraculis, ob quæ maturo præsulum consilio is honos ei habitus. Inter cetera, pontificium nepotem a grauissimo morbo illius apud Deum precibus curatum, vitæ scriptor tradit h, atque etiam Clementi se videndum obiecisse, hortatum-

Pontificius nepos eius ope valetudini restitutus.

h Apud Surium 3 die 19. may Cromer. Sax. eccles 9 c. 34.

rabunque ex ea ciuitate quæ bestiis exhiberi solitum, ipsi decreuere.

IESV CHRISTI anno 1348.

Clementis PP. VI. Caroli IV. Rom. Regis 3. annus 7. Io. Pal. 8. & Io. Cant. 2. Impp. Or.

Lud. Regis Hungar. in Neap. regnum irruptio.

PEruenerat, vt vidimus, extremo anno superiori Ludouicus Rex peruigilio natiuitatis dominicæ die Aquilam, ineunteque anno Neapolitani ciues, missis oratoribus, regnum vt Caroli II. maioris natu filij nepoti ac iusto Regi detulerunt a. Quibus perculsa Ioanna Regina, Hungarizeque Regem cum ingenti exercitu Neapolim petere accipiens, ex eiusdem vrbis arce, in quam se receperat, impositis triremibus thesauri auiti reliquijs, cum exiguo comitatu in Prouinciam velis remisque contendit: quam Ludouicus princeps Tarentinus, cum se proditum a patruelibus principibus alijsque videret, magnis itineribus secutus, mortem aut carcerem imminentem effugit. Cæteri regiæ stirpis principes, nimirum Robertus Imperator Constantinopolitanus appellatus Tarenti princeps, ac Philippus minor natu frater, Carolus Dyrrachij dux, ac Ludouicus & Robertus fratres, pluribus stipati proceribus officij causa Hungarum Auersæ agentem conuenere: a quo ad mutuos amplexus & oscula regiasque dapes admissi. Sed mox proditione Hungarus fraternam proditionem vltrici meditatus, Carolum Dyrrachij ducem necari in eodem loco, in quo Andreas fuerat strangulatus, ac principes alios regiæ Siculæ in vincula conjici iussit b, deinde attolli signa versus Neapolim; eamque vrbem instructis agminibus ingressus terrore compleuit, ciuium contempsit honores, mutauit veteres magistratus, deque fraterne necis auctoribus quæstiones nouas habuit: tum graues apud Clementem querelas fudit, Ioannam vniuersi sceleris in Andream patrati conscium artificemque omnium fontium testimonijs conuinci. Ad asserendum vero sibi Neapolitanum regnum oratores ad Pontificem ipsum legauit, qui expostcrent, vt Bertrando Cardinali Apostolicæ sedis in Sicilia legato, vel alteri ipsius Siculæ corona exornandi auctoritatem conferret, ac si id abnueret significarent, paratum Ludouicum ad suscipiendum ior Auinionense, vt a pontificijs manibus Siculæ corona exornaretur: rogarens etiam Clementem, ne fœdus confirmaret pactum inter Ioannam Reginam ac Ludouicum Friderici olim Trinacriæ Regis nepotem, qui insulam Siciliæ occupabat, ex quo Ioanna suis iuribus cesserat: recuperare enim eam insulam ex Aragoniorum manibus meditabatur, ac facile rem perficere poterat, cum mense aprili Ioannes dux, qui insulam egregie administrarat, ac noua illius retinendæ iura peperrerat Aragonijs, obijsset. Ex cuius obitu tanta inter proceres regni procurationem affectantibus orta discordia, vt illud pene in solitudinem redegerint c.

Principum deditio & vincula.

Carolus Dyrrachij exitus.

b Id. cap. 118 Matt. Vill. l. 1. c. 10. Hocse l. 2. c. 35. Coll. Venet. lib. 5. Sanuin. lib. 3 & alij.

Trinacriã subijcere meditatur Hungarus.

c Fazell. l. 9 decad poster. c. 5. Matth. Vill. l. c. 31 Gesta excusat apud Pontificem

2. &c. Instituit etiam Hungarus, vt Ioanna in custodia, in quam a Prouincialibus tradita fuerat, detineretur; atque in eam ex iudiciorum ordine haberetur quæstio: excusauit eorundem oratorum opera sua in Sicilia gesta: transmissum ad paternam auiam Carolum Martellum educandum: Carolum Dyrrachij ducem iure cæsum; vocatum se in Siciliam venisse, iustissimeque vltum esse fraternã necem. Denique significauit nullo succinctum exercitu Auenionem se accessurum, modo Carolum Martellum vel Stephanum ducem Transsiluaniæ regni Siculi moderatorem crearet. Adiecere oratores nonnullas in Talayrandum Cardinalem querelas, precesque, vt Clemens apostolica beneficentia Ludouicum prædecessorum more complecteretur. Quibus respondit Pontifex, & Ludouico Siculi regni insignia iure tribuere non posse, cum Ioanna sceleris conscia non esset; ac si ea damnaretur, censere nonnullos ad Carolum Martellum ex veteri pacto regnum spectare, alios vero ad Ecclesiam redire: initas inter Ioannam & Ludouicum Trinacriæ fœderis leges, quibus illa suis in insulam iuribus cesserat, neque confirmatas fuisse, neque visas ab sede Apostolica: constituros nonnullos Cardinales ad discutiendam Ioannæ causam iudices: Carolum Martellum in Hungariam sine pontificia voluntate transmitti non debuisse: cæsum iniuria insontemque videri Carolum Dyrrachij ducem, nec seruatum in illius supplicio iudicialem ordinem: Talayrandi accusationes meras esse calumnias: nullam diffidentiæ de apostolico studio causam subesse posse: iniuste quibusdam ditionis ecclesiasticæ arcibus præfectos eum imposuisse: fuisse Apostolicæ sedis hostibus, ac præsertim Nicolao Laurentij, quem ipsa capi iusserat: regnum a Vvernero Sueuo ipsius duce alijsque Hungaris cædibus, latrocinijs, libidinibus fœdatum: neque iure Robertum Constantinopolitanum Imperatorem aliosque principes in carcerem missos. De quibus singulis ad Bertrandum Cardinalem Apostolicæ sedis in Sicilia legatum nonis maij scripsit a, vt Regem ad assentiendum æquitati, atque iniuste gesta reuocanda pro sua sapientia adduceret.

Pontificis responsum ad hæc.

a t. 6. ep. sect. 1397.

11 Interea Ioanna, asseruata b in Aquensi arce, Ludouici Tarentini, qui Prouincialium metu aufugerat, precibus iussu pontificio dimissa Auenionem se contulit, obtinuitque a Pontifice, vt solutis de consanguinitate canonicis legibus Ludouico, ex quo vterum iam gerebat, connubio iungeretur c. Postulata d vero iudicio ab Hungariæ Regis oratoribus, obiecta exceptione, ad vim Ludouici, a quo regno pulsa esset, vi retundendam incumbendum respondit: excitaque a Neapolitanis absente Ludouico, vt pecuniam pro recuperando nobilissimo regno conficeret, Auenionem pretio distraxit, quam editis publicis tabulis emit Clemens e, obtinuitque a Carolo Romanorum Rege, cum ea vrbs imperij esset beneficiaria (quod in Frederico II. vidimus f) vt emptionem ratam haberet, atque etiam regia liberalitate ab imperio diueller et, adeo vt supremo ab Ecclesia iure teneretur, vti Clementis vitæ auctor narrat g.

Ioanna ex Aquensi carcere emissa Nubit Ludouico Tarentino.

b Io. Vill. l. 12. c. 11.

c t. 5. ep. sect. 258. ex l. bib. Vat. signat. num. 3765.

Vocatur a Neapolitanis.

d t. 7 ep. sect. 889.

e Mf. bibliot. Vat. sign. n. nn. 2040. in Clem. VI. 35° alius sign. n. 3765. Matth. Vill. l. 1. c. 18 Sanuin. l. 3. & alij.

Auenionẽ diuendit.

f annal. tom. XIII. anno Chr. 1216. n. 31. & 32. & an. 1250. nn. 38.

g Gesta Clem. VI. apud Bosq.

12 Instructi auri vi ex venditione Auinionis, tum ex sacerdotiorum Prouinciæ decimis, nec non ex oppigneratis monilibus ac gemmis h redacta, Ludouicus Tarentinus ac Ioanna Regina decem Genuensium triremes, tum Vvarnerum Germanum cum mille ducentis equitibus conduxere i: vtque maiori auctoritate in regnum Ludouicus veniret, Regis Ierosolymitani (cum Siculi nomen sine apostolica auctoritate non posset) titulũ corripuit, quo in publicis actis vsus est: inuectusque triremibus Genuensibus prope Neapolim cum nullam classem Hungarus pro tuendo regno magna imprudentia comparasset, exceptusque ab obuijs proceribus effusa gratulatione, ac vrbem ingressus partim terrore partim vi duas arces Neapoli imminentes recepit: deinde Vvarneri Germani a quo baltheo militari, vt illum sibi magis deuinciret, cingi k voluit, equestribus copijs instructus nonnullos proceres, qui sentiebant cum Hungaris, perdomuit: multa Hungarorum præsidia arcibus dispulit, cum plures ex ijs peste absumpti, plures stipendiorum inopia fuga lapti, alij vel ferro vel auro se vinci facile finerent. Quos felices successus cum Ioanna Regina significasset Pontifici, Clemens illam ad agendas diuino

Carolus Imper. eam nuncẽ cõfirmat.

Pontifex in signia Auenione defixa. Ioanna cum vxore Neapolim repetit.

h t. 7 ep. sect. 208.

i Matth. Vill. l. 1. c. 18. 19. 20.

Cupide a Neapolitanis excepta

k Id. c. 21.

l Id. c. 26. & alij.

Hungaros regno depellit.

usus Numini gratias excitauit, atque effusam liberalitatem prudentia coercere iussit. Decreti autem fuere duo Cardinales legati a Clemente ad pacem Neapolitano regno restituendam, quorum alter Guido tit. S. Caeciliæ in Pannoniam pridie kal. decembris missus a, vt Ludouicum deliniret; alter vero Anibaldus Tusculanus episcopus Siculi regni statum tredissime superioribus bellis labefactatum componere iussus b; de quo datæ ad Ioannam Reginam c regnique ordines d extant literæ.

a Ann. 7. apud cur. 63. ad 168. Anibaldus Card. in Sicil. cæteriorem legatus.
b Id. ep. cur. 2
c Epist 48.
d Epist 47

13. 14 Inter hæc mouere nisus est nouas turbas Nicolaus Laurentij tribunatus officio & Vrbe depulsus: cum enim ad Ludouicum Hungariæ Regem, cum quo fœdus ad Siciliam citeriorem inuadendam inierat, profugisset, Vverneri ducis Germani opera amissum tribunatum recuperare contendebat. Aduersus virumque comitus Pontifex Bertrandum legatum Perusinorum, Florentinorum, ac Senensium opem sibi conciliare iussit e; cumque in Vrbe plures Nicolaum restituere in pristinam dignitatem affectarent f, ob conceptam de illius æquitate, & in rebus gerendis peritia opinionem (ex quo delectus fuerat, intenta erant latronum grassatione tuncta, quæ ipse antea ab ea peste expurgarat) legatum admonuit, vt diligentiam omnem ad viarum grassatores comprimendos conferret; ita enim Romanos a Nicolai Laurentij studio, vel ab alio creando tribuno abductum iri: denique adiecit, vt præponentem aliquem virum probitate insignem, nec gerere Romanum senatoria dignitate ornaret. Non defuit inuncto muneri Bertrandus; coactis enim apud Flasconis montem ordinum certibus, eumdem Nicolaum iudicio hæreseos postulauit, neque comparentem decretoria anathematis sententia ob inania iura pontificia perculit; quam postea Clemens Papa ab Anibaldo Cardinale, cum illum vergente anno Italicæ legationi ad ditionis ecclesiasticæ motus sedandos præfecisset g, promulgari iussit, certum ita est pontificia solicitudine, ne Nicolaus, vel alius reipublicæ perturbator ad tribunatum a Romanis excitaretur, neue schisma conflaretur, ad quod nonnulli contendebant, vt ex literis pontificijs h constat.

a Nicol. Laurentij tribunatus officio & Vrbe depulsus
e l. 6. ep. secr. 1158.
f Eod. tom epist. 1399.
g Arg. l. 3. ep. cur. 1. Litigia aliquorum Romanorum sua consilia.
h l. 6. ep. secr 1399

15 In Germania Caroli Romanorum & Boemorum Regis post Ludouici Bauari interitum admodum res auctæ, atque amplificatæ sunt, quod Pontifex III. non. Iebruarij est ipsi gratulatus his verbis i: *Omnipotenti Deo laudes & gratias agimus, quod eo tua negotia dirigente, cuncta tibi, de quo gaudemus immense, in partibus ipsis feliciter prospereque succedant.* Eruperat Carolus e Boemia, magnoque succinctus exercitu Germaniam peragrabat k, & qua armorum terrore, qua censurarum religione deuinctos populos, ostenta veniæ & Romanæ ecclesiæ gratiæ spe, in suas partes pelliciebat. Commiserat enim episcopis Pontifex, vt ad Caroli Regis imperia redeuntes, expiato rite præterito crimine, absoluerent: qua de re formula ad Balduinum archiepiscopum Treuirensem missa est m; ex qua Basileenses conciliatos Ecclesiæ retert Albertus Argentinensis, eorumque episcopum in Cæsaris Caroli verba iurasse. Subdit auctor n: *In die quoque sancto nativitatis Domini*, nimirum superioris anni, *Rex communicatus fuit, legique in missa in gallicano alta voce, habens in manu euaginatum gladium, euangelium: Exijt edictum a Cæsare augusto.* Digressus Basilea, Spirenses, Vvormatienses, Moguntinos adijt, ab ijsque regia pompa exceptus.

i l. 6. ep. secr 1090.
k Alb. Argen in chron.
m Ann. 6. l. 2. ep. cur. 799 Basilienses conciliati ecclesiæ.
n Alb. Argen in chron. Euangelio a Cæsare edicto gladio lectum.

16. &c. Dum vero Moguntiæ agebat, Henricus iam ante de archiepiscopali honore delectus, ac Bauari principes Ludouicus, qui marchionatum Brandeburgensem obtinebat, Rudolphus, ac duo Ruperti Palatini Rheni cum Erico duce inferioris Saxoniæ ab Eduardo Rege Angliæ solicitati proximo ab epiphania die Eduardum ipsum a, habitis ab oratoribus in arce, cui Constein nomen inditum, comitijs Romanorum Regem salutarunt; quocirca magnos in Germania tumultus factos, refert Argentinensis, ac Regem Carolum Moguntia Vvormatiam se recepisse; sed omnes schismaticorum conatus irritos occidisse, quamuis alios atque alios Reges elegerint, ac triumpasse de suis hostibus Romanam ecclesiam, Carolo quem ipsa constituerat rerum potito, vt dicetur. Atque in primis Clemens Henricum exarchiepiscopum Moguntinum, dum amissæ ob scelera dignitatis dolore furebat, harum discordiarum in Germania præcipuum auctorem, ecclesiasticarum censurarum contemptorem, neque hæresis infamiæ immunem in ius vocauit, vt de fidei articulis coram sede Apostolica responderet; cuius depressam superbiam, atque Gerlacum contra eius vim ecclesiam Moguntinam tum ope Caroli Romanorum Regis consecutum, refert Serarius b.

a Ita Vill l. 12. cap. 105. Alb. Arg. in chr. Rebdorf in annal. ge. sta Clem VI Serar in Vit Moguntin. rer l. 5. Trith. in chr. & alij. Henricus Mogitinus postulatus iudicio.
b Ser. Mog. rer l. 5. Caroli in Bauaros expeditio.

22 Lacessitus porro Bauarorum principum iniurijs Carolus Rex signa aduersus eos extulit c, perque Ruperti ducis ac Palatini ditionem ferrum Boemicum flammasque circumtulit. Quibus ipsi cladibus acceptis, paucis post mensibus eiusdem Caroli gratiam expetiere, concordiæ interprete Alberto Austriæ duce, ac solemnes ea de causa Paraui; coetus habitos refert Henricus Rebdorfius d: legatusque est a Carolo ad sedem Apostolicam Ioannes Boemus e Dominicanæ familiæ alumnus, vt pro adducendis in Apostolicæ sedis gratiam Ludouici Bauari filijs Clementem oraret. At cum is nullas illius ineundæ expressas leges attulisset, citissimeque redire iussus esset, nullum certum responsum Pontifex dedit f, quippe qui non potuit ea de re deliberare cum Cardinalibus, quos pestilentiæ dispertierat metus; ac Romanorum Regi hæc rescripsit: *Quæ nonnulli exprationes nostris propter pestem, quæ vt ad tuam credimus peruenisse notitiam, patriam hanc inaudita et incredibilis eluae vastauit, a curia fesellerunt, nec adhuc redierunt ad illam; et quidam ex eis, qui in curia prefata remanserant, infirmitate grauentur, elicere vel deliberare nequimus quid tibi super huiusmodi nunij tui ambassiata respondere possemus. Et ideo, vt tibi certitudinaliter respondeamus ad illa, significa nobis specifice ac extense quæ et qualia sint, quæ inter te ac predictus ipsius Ludouici filios tractata sint et tractantur, et quæ et qualia nobis et ecclesiæ Romanæ pro tot iniurys, opprobijs, et contumelijs per eosdem patrem et filios Deo et eiusdem Ecclesiæ irrogatis, vt nosti, pro satisfactione condigna offerunt, vt nobis et eidem reconcilientur ecclesiæ, ac pacem tuam etiam mereantur, in quibus partes tuæ, prout decet et expedit, mature procedat; ita quod eidem honorificentia debita deferatur Ecclesiæ, et fama tua celebris conseruetur: et consulte prospicias, verum cum hostibus et persecutoribus Ecclesiæ matris tuæ, cum et in persequi tenearis eosdem, eis in persecutionis et inimicitiæ pristina pertinacia persistentibus, excellentiam tuam deceat concordiam habere vel pacem. Dat. Anin. kal. septembris anno VII.* Adactum sacramento Carolum superiori anno vidimus, Ludouicum Bauarum & filios bello infectaturum, donec illatas Ecclesiæ iniurias sarcirent, admissaque scelera rite expiarent. Cum vero de pace colloquium minime perfectum tradat Rebdorfius g, detrectasse Bauaros principes ad Christianam pœnitentiam se demittere, colligitur: quare illi nouas in Carolum Regem coitiones iniere, vt vel ipsum euerterent, vel meliores pacis leges extorquerent: eamque ob causam Guncherum comitem

c Contendit Pont. iustis pœnis expiandæ eorum crimina.
d Rebdor. in annal.
e Clem sem. 7 ep. secr. 202.
f Eod. epist.
g Rebdor. in annal. Bauari principes parere detrectant.

Creatus per seditionem Germanus Rex

tem Svvartemburgensem in Thuringia vna cum foederatis iniustis suffragijs ad tyrannidem anno insequenti exercet.

a Michou.l. cap.24.

23 In Prussia, extincto cruciferorum equitum magistro a, die epiphaniæ sacro præfectum ordini refert Michouias. a Venrichum de Kniprode: qui vt specimen virtutis adepta dignitate ederet, exercitum aduersus fidei hostes finitimos collegit, excurritque in Lituaniam, ac Pastri euastata spolijs onustus, redijt. Vix dissoluerat exercitum, cum Olgerdus dux Lituaniæ fratribus Keystud & Patrikig stipatus cum magnis copijs irrupit in Prussiam. Quo abeunte, Smolecensis dux Russorum Lituanorumque cinctus turmis penetrauit similiter in Prussiam, ac signa circumtulit in tractu, cui Labiouu nomen inditum. Aduersus hostem comparauit se prouinciæ præfectus, ac licet militum numero longe impar, hostem tamen in tumultuaria pugna, cum flumen traijceret, fudit deleuitque, haustusque vorticibus vindictum dux Smolecensis clarissimam victoriam reddidit.

Cruciferorum in Lituaniam expeditio.

24. &c. Duxit b per hæc tempora etiam aduersus schismaticos Moscouitas exercitum Magnus Sueciæ & Norvvegiæ Rex, vt latius Christianæ religionis fines proferret. Dum conficiebat expeditionem, S. Birgitta vidua diuina luce collustrata e cœlo accepit tristem exitum habiturum, nisi eos dimitteret ab exercitu, qui non diuinæ gloriæ studio, sed rapinarum, libidinum, furorisue exercendi causa sumebant arma: ac Danos & Germanos stipendiarios assuetos prædis ac vitijs designauit, monuitque diuino Numini hos acceptos in sacro eo bello non esse, sed suos Gothos ac Sueones, qui nihil aliud ab hostibus quam licentiam male faciendi auferrent, ductaret. Contempsit Rex consilium, vimque vaticinij est expertus; addit enim Magnus c, Moscouitas contracto maximo exercitu, iunctisque Lituanis & Tartaris, illius securos vestigia incautum ferme oppressisse, vt vix fuga præcipiti periculo se liberauerit.

b Magnus hist Goth. Suenonisq. l.11.c.3. Suecus Rex in Russos signa attollit S. Brigitta prædicit ac expiendam eladem.

c Magnus ubi c.3.

27. 28 Inter hæc cum inducias a Latinis poscerent Turcæ, eaque actio extraheretur, Marbassanus Turcarum dux, Smyrnæ oppugnationem vi aggressus, magna cæde a Barnaba Parmensi Smyrnensis arcis præfecto profligatus est; quæ victoria ipsius Marbassani cæde spectabilior fuit. De cuius victoriæ parte gloria Clemens Cretensi archiepiscopo Apostolicæ sedis legato ac Barnabæ egregio religionis athletæ est gratulatus d. Cumulari ille Smyrnensis triumphus clarioribus alijs, euertique tyrannis Turcica facile potuisset, si occidentales inter se dimicantes arma in eos vertissent.

Cæsus Marbassanus in Smyrnæ obsidione.

d ep.ann 199.

29 Nec prouæ modo ad exitium Turcarum, verum etiam Babyloniorum res erant: ac tum appetisse tempus, non modo Christianorum illarum partium, verum etiam infidelium testimonio videbatur, quo Syria ex impiorum seruitute liberanda, & Christianæ religioni restituenda esset. Venere ea de causa ad sedem Apostolicam ex orientalibus oris Antoninus archiepiscopus Hierapolitanus, & Ioannes Riuer militia clarus, vt Pontificem de soldani Babylonici rebus facerent certiorem, atque occidentales ad parandum in Palæstinam bellum incitarent. Ad quorum promouenda pia consilia Clemens encyclicis literis Christifideles docuit e, egregiam rei in Syria gerendæ occasionem præberi, vtque ad tam præclarum opus se strenue accingerent, est cohortatus. Verum oratorum Armeniorum achortationes occidentales principes ad renouanda sacra vetera bella incitare non potuere.

Africorū ad Clem. legatio de Syria liberanda.

e ep.ann 199. Surdis auribus accepta legatio a fidelibus.

30. &c. Hoc anno pestilentia immanis, quæ Mahometanos in oriente depanerat, etiam in occidentem mercatorum cōmercio transgressa, Italiam, Germaniam, Galliamque adeo afflixit, vt tertiam hominum partem consumpserit; cuius symptomata ita describit Cortusiorum historia: *Huius pestis erant pessime alij infecti vt supra, quidam enumendo sanguinem expirabant subito, alij morbo cancri vel vermis. In signum vero mortis quasi omnibus nascebantur glandula circa genitalia, vel sub brachijs, vel alijs partibus, venenosis febribus sociata. Hi prima vel secunda die expirabant. Post tertiam, licet raro esset aliqua spes salutis, aliqui somno capti nunquam excitati transibant. Contra hoc medici palam profitebantur, se nescire remedium, quorum hac peste potissima pars defecit.* Proximæ vero mortis imagine omnes consternatos, se pie ad defienda crimina, ac sacramenta frequentanda comparasse, referunt: & quod mirum est adeo pietatis sensu pleroq; delibutos, vt concepta certa proximæ æternæ felicitatis spe mori gauderent: *Ferunt solatia fuisse huic tanto luctui*, inquit Nauclerus a, *quod pueri innocentes morituri plerique & inludendo & gaudendo laudes Dei dixerint: peccatores priusquam sentirent nim pestilentia, totis animis penituisse, adeo vt etiam vltra mortem expectarent.* Ea vero peste, quam portendisse duobus ante annis mēse augusto cometam insignem scribit Ioannes Villanus b, ipse Ioannes dum hues Florentiæ grassabatur, correptus obijt, longiore vita dignior ob singularem diligentiam fidemque in temporum suorum conscribenda historia, cui nos plurimum debere in componendis nostris annalibus fatemur. Cœptum ab illo opus virtutum & diligentiæ heres Matthæus Villanus propinqua illi cognatione coniunctus c est prosecutus. Incredibile dictu est quot myriades myriadum paganorum peremerit: quo flagello infideles ob superstitionem veterem se percussos diuinitus rati ad Christiana sacra perfugerunt, vt refert Vvalsingamus, qui addit d: *Sed comperto, quod in secta Christiana eadem pestis inualescit, itarum ad vomitum reuertuntur.* Ita miseri, cum non perpenderent apud Christianos deesse non debere supplicia, qui suis etiam sceleribus non carerent: sed fidelium calamitas cum ipsorum calamitate conferenda non fuit e.

Varia peste cuffotum pestē Impromata.

Bubones pestiferi.

a Naucl.generat 45 Diuina clementia in tanta calamitate profuit.

b Io Vill.l. 12.c.97.

c Matth.Vill. lanā l.c.8. Saraceni grauissime percussi peste.

d Vvalsingh hist.Angl in Eduar.III. Io Vill.l.12 cap 83.

35 Migrauit etiam hoc anno ex vita inter alios insignes religione viros Bernardus sodalitij montis Oliueti conditor Senis, dum tanquam bonus pastor animam pro suis ouibus exposuit; de quo agit Ferrarius f.

e Io. Vill.l. 12. cap.83. Matth.Vill l.1.c.2.

f Bernardi Senensis mors.

Auxere conceptum ex pestilentia terrorem crebri horrendique terræmotus, ex quibus homines deliquium cordis passos, refert Albertus Argentinensis g: nonnullis in locis oppida vrbesque conciderunt, montes æquarunt valles, interrupti sunt fluminum cursus: interque cætera Villacum calamitatis exemplum in Istria fuit h; omnibus enim illius vrbis domibus funditus euersis, sola hominis iusti addictique eleemosynis domus steterit. Datum porro est imminentis mali signum incolis, vt fugerent a facie arcus: diuisa namque est in medio foro a illo in formam crucis, ac primum sanguine deinde aqua sudauit i.

f Ferrar.die 31.aug. ex m.s. chron. ord. Oliuet. g Alb. Arg. in chron.

Villacum absorptum h Io Vill.l. 12.c.123. Portentum atrox.

i Ead.c.122. & Ant. Pet. tit.4.c.8.§.4. Petrus Rogerius creatus Cardinalis.

36 *Anno prædicto quadragesimo octauo*, inquit Clementis vitæ scriptor l, *mense maij extra quatuor tempora dictus Papa assumpsit in diaconum Cardinalem dominum Petrum nepotem suum ex fratre sedis Apostolicæ tunc notarium, qui tunc erat valde iuuenis & tenera ætatis, cum indicia communi nondum annum octodecimum complesset: erat tamen totus humilis & benignus, bonaque indolis, aptus, ingeniosus, & subtilis, ac ad studium literarum multum intentus, etiam*

l Gobel. Clem VI. apud Bosq. & in suis Vitis fig n.1040.

in

in iure similis fruendum tempus quo circa ipsum versatus fuerat, bene sapiebat. Is postea Vrbano V. datus successor, accepto Gregorij XI. nomine, ob restitutam Vrbi sedem Apostolicam immortalem sibi gloriam peperit. Egregia ipsius elogia continet diploma a de collato illi cardinalatu a Clemente exaratum III. kal. iunij pontificatus anno VII.

a t.6.ep.fer 63.

Indict. 2.

IESV CHRISTI
Annus 1349.

CLEMENTIS PP.VI. CAROLI IV. ROM. REGIS 4. annus 8. IO:PAL.9.& IO:CANT.3.IMPP.OR.

Neapolita nũ regnum diteptum expositum.

1. &c. ATterium est graniſſimis cladibus regnum Neapolitanum a Ludouico Pannoniæ Rege Conradi Lupi ducis opera armis illud sibi asserere, victissimque Ludouico Tarentino & Ioanna Regina recuperare annitentibus. Ad quos sedandos tumultus Annibaldus episcopus Tusculanus b in Siciliam, ac Guido tit. S. Caciliæ presbyter Cardinalis c in Hungariam ad Ludouicum Regem deliniendum properarunt.

b t.7.ep.fer 42.ad 49.

Guido legatus Card. in Hungariã missus.

c Ib.ep.644 ad 647.

1. 7. &c. Solicitatus itaque is a Cardinale ad restituendam citeriori Siciliæ pacem, cum Pontificem hereditaria ex Carolo Martello auo maiorem Caroli II. filio iura retelliere videret, iam Roberto Ioannæ auo ab ipsius Ludouici parente Carolo agnito iusto Rege; alias concordiæ leges proposuit d, vt nimirum Maria Caroli Dyrrachini vidua Ioannæ soror, Sthephano duci Transiluaniæ connubio iungenda dotalia regni iura afferret: tum in Ioannam indiciorum seueritas adhiberetur, qua in custodiam tradita, vel contumaciæ damnata, quas præsidiario milite tenebat arces, traditurum se Cardinali legato, exercitumque reuocaturum, spopondit. Ad quæ singula respoſurus Pontifex eundem legatum literis instruxit. Reginam ac Ludouicum Tarentinum in ius vocatos Auinione discessisse ac procuratorum opera discessum excusasse, quod Ludouicus Hungarus, illiusque duces regnum Neapolitanum armis subijcerent, quorum vis vi retundenda esset, atque adeo certatum iudicio non contumaciæ iure damnari possent. Precibus etiam vrsit Pontifex Hungarum vt occupata armis pontificiæ custodiæ ac fidei committeret. Pactæ demque inter Hungaros duces & Neapolitanos inducias fuerunt e. Et quidem opera Guidonis Cardinalis conciliatas tradit Cortusiorum historia. Recreata ita est ab acerbissimo bello citerior Sicilia: quin etiam Trinacriæ sacrorum vsus Ioannæ Reginæ precibus, quæ cum Aragonijs insulam occupantibus ad firmandas suas partes nonnulla concordiæ fœdera coiuerat, a Clemente fuit restitutus ad assumptæ in cœlum Mariæ virginis diem festum, ac decessorum Pontificum & internunciorum sententia apostolico temperatæ diplomate f, cui ascripta est prima martij dies.

d t.8 ep.fer 63.

Propositæ aliæ ab Hũgaro cõcordiæ leges.

e Matth.Vil l.1.c.50. De viceregno Siciliæ. f an.7 l.5.ep.2.epduersi. form.341.

10. 11 Hoc anno iubilæus annus a Clemente centesimo ad quinquagesimum redactus est pijs decretis, extatque ea de re eiusdem Clementis diploma.

12. 13 Recruduere hoc anno graues in Germania dissensiones, cum Bauari principes & alij, qui Ludouici extincti partes erant secuti, Guncherum comitem Schuuartzburgensem in Thuringia mense februario ad solium exulere g. Sed breui ille Regis theatralis instar exutus purpura est, ipsiusque ad fundendum humanum sanguinem promptissimæ manus, quæ iniuste sceptrum Romanum attrectarant, non sine iusto Dei iudicio suum contractæ h; cum

Graues Germaniæ turbæ. Gfcherus creatur Cæsar a perquellibus. g Rebdorf.in annal. Alb. Arg. in chr. gest. Cle. VI apud Sefn. Nauclerus. Baronius. Raynaldus. Antonin. in annal. Bzouius. Aventinus. alij. h Rebdorf. sup. & in f. bio. Vat. sig. nu. 3965. in Clem. VI.

pauio ante VI. id. martij Marsilij haresiarchæ ac Ludouici Bauari hæresim sectatus fuisset a, Romanum Pontificem iuxta omnia iura diuina & humana debere subesse imperio, & contrarium sentientes læsæ maiestatis crimine damnasset: vna vero cum principibus illius signiferis Henrico Moguntino dignitate exuto, Ludouico maiore natu filio Ludouici Bauari defuncti, ac Ruperto duce in Caroli Regis potestatem redactus est. Cuius felicis victoriæ, quam nullæ stragis funestarunt, laurearis Caroli Regis literis accepto nuntio Pontifex, victori gratulatus est b, pisque illius studia pro reuocando ad obsequium Ecclesiæ Ludouico Bauaro iuniore commendauit; quæ res breui perfecta est.

a Est illud edictũ apud Goldast.t.3. pag.414.

Victori Cæsolo gratulatur Pont. b t.8.ep.fer pag.6.

14 Parta est hoc triumpho Germaniæ pax, Carolus enim Aquisgrani iterum die B. Iacobo Apostolo sacra redimiri voluit argentea corona, non quod rite Bunnæ regijs ornamentis non fuisset insignitus, cum Aquisgrani peragenda pompa decreto pontificio Bunnam translata esset; sed vt discordiarum causas aucupaturis, calumniæque ora obstrueret: cui celebrandi interfuit Ludouicus Ludouici Bauari filius marchio Brandeburgensis, cuius principatus iure donatus fuerat a Carolo, cui imperatoria insignia relicta a patre restituerat: exortam vero inter illum & comitem Iuliacensem de tenendo cæsareo sceptro ricam scribit Rebdorfius c.

Corona iterũ redimitur Aquisgrani.

c Rebdorf.in annal.

15 Constituere, tunc certatim in fœnum Ecclesiæ populi ac proceres, qui Ludouici Bauari schismate fuerant implicati; ac spondere quod pontificijs imperijs essent parituri, nec obsequuturi vnquã Cæsari nisi a Romana ecclesia confirmatus esset, nec fœdus vllum aduersus Ecclesiam armorumque societatem iuturi.

16. 17 Destituti porro Germanorum principum clientela Guillelmus Ochamus & impietatis socij pseudominoritæ censuris solui demisse flagitarunt, quos Franciscanæ familiæ rogatu piorum coetui restitui præscripta damnandæ hæreseos formula Clemens iussit d. Fuisse Ochamum imminente morte conciliatum Ecclesiæ ferunt e, contendunteque nonnulli, qui eius apologiam texunt, in se hæreticos maculam nunquam suscepisse, quamuis proterue & imprudenter se gesserit. At non videtur ab homine huiusmodi hæreseos labem posse detergi: constat enim ipsum contra decretum fidei, *Cum inter nonnullos*, pertinacissime contrarium errorem tenuisse, indicio postulatum non paruisse Ecclesiæ, damnatum hæreseos sententia eandem scripris propugnasse, & Michaelis hæresiarchæ impia commentaria subnotasse f & adiecto suo nomine approbasse, Christi vicarium inedendo fidei decreto se hæreti maculasse effutijsse g: iunxisse h se fœdere hæresiarchis Michaeli & Marsilio, & antipapæ Petro de Corbaria impostori, qui Nicolai V. nomen inuaserat. Nec modo aduersus Ioannem ex liuore & rabie, sed etiam aduersus Benedictum XII. fidem catholicam propugnantem, impias prouocationes ad synodos futuras edidit i. Quomodo autem tot tantaque facinora ab hæresi excusari possint, non apparet; tum & ideo a Ioanne Papa non solum hæreticus, sed hæresiarcha appellatur Ochamus l, & a sacro Minorarum ordine damnatus fuit ob alias hæreses Ludouici Bauari gratia propugnatas. Suspicienda vero diuinæ misericordiæ, quæ illum a grauissimo lapsu excitatum in salutis tramitem & Ecclesiæ gremium reuocauit. De tempore vero eius obitus haud plane constat m.

Ochamus & socij veniam postulant.

d Ant.a.l 2 ep.fol.143. An fuerit hæreticus. e Tritem. de script.eccles. Vsuard.annal.a.3 ann Chr.1347. n.31. f t.6.ep.fer pag.167. g Mf.fibl. Vat.sign.nu. 4008 p.28. m.sfign.nu. 4009 p.32. & m.sfig.n 4010 p.47. Quæ fuerint illius hæreses. h Ibid. i Ib. p.108. & alia Mss. inter indices annal.t.XV. ann.Chr. 1331.n.15. l Ib.XXII. an.14.ep.4. m Vsuard. hoc ann.nu. 19.

18. &c. Hoc anno transgressa Alpes ac Rhenum pestis, Germaniam aliaque regna septentrionalia consumere cœpit: quo tempore plerique merito morta-

Septentrionem lues depascit.

Flagellantium pia inuentio.

mortales, arbitrati grauissimo illo flagello a Deo ob crimina conteri, ad pœnitentiæ arma confugiebant, & tergis cædebant vt voluntaria corporis macerazione cœlestes iras placarent. Neque contenti pœnitentiæ opera priuatim exercere, ad excitandos ad similis pietatis gesus alios prodire in publicum, & instructis religiosis agminibus; præeuntibus vexillis sacris, vrbes ac prouincias obiere: a quibus seruatos ritus accurate describit Albertus Argentinensis. Sed illa pietatis specimina impostorum vitio mox in manifestam impietatem sunt conuersa: scribit enim Rebdorfius a laicos absoluere socios a peccatis fuxisse suos. Iactasse etiam, cœlestes virtutes ab ipsis edi, ac pelli dæmones, fœminasque rei cœlestis circumduxisse, refert m.s. Vaticanum, ac plura flagitia pietatis specie patrata narrat Clementis vitæ auctor b, ob quæ Flagellantium sodalitia damnauit Clemens: famuique vt si quos pœnitentiæ ardor ad voluntariam corporis afflictationem accenderet, piæ illi exercitationi in priuato loco vacarent, fictitiam epistolam, quam ab Angelo delatam habebat illi Flagellantes mentiebantur, impostura arguit, ac manifestam horum hominum, qui a dæmone in angelum lucis transformato delusi se passi erant, impietatem in profanando pœnitentiæ sacramento, crudelitatem in fundendo Iudæorum insontium sanguine, auaritiam in rapinis, in oculis omnium defixit. Tum patriarchis, archiepiscopis, & episcopis munus iniunxit c, vt sacerdotalem constantiam in dissipandis ijs hypocritis noua ac vetito cultu incedentibus, iudiciorum seueritate comprimendis adhiberent: atque ita pontificio studio impia facta dissolura est.

In hæresim deficit ex factio.

a Rebdorf. in annal.

b M.s. bibl. Vat. sign. n. 3965. in Clem. VI.

Flagellantes damnat Pont.

c n.8. ep. secr. pag. 94.

23 Eodem anno referunt historici d, Venrichum cruciferorum equitum magistrum quadraginta millibus armatorum, in quibus Galli & Angli erant, qui ob inducias inter Philippum & Eduardum Reges initas iam ante ad feliciores triumphos de Christi hostibus agendos conluxerant, succinctum in Lituaniam excurrisse, late populatis agris: diuque spolijs onustus redibat, Keystutum ducem Lituaniæ collectis copijs Christianos insecutum, collatisque signis vigesima quarta ianuarij die amissis octodecim suorum millibus profligatum a cruciferis: ex his vero Gerardum de Stegin Gedanensem, & Gobiensem præceptores in pugna cum aliquot alijs eius ordinis insignibus viris desideratos.

d Michon. l. 44. c. 25. & alij.

Cruciferi Lithuanos magna cla de fundût.

24. 25 Cruenta ex clade debilitatos Lituanos inuasit Casimirus Rex Polonus, vt partem Russiæ, quam Keystutus & Lubartus Lituani principes occupabant, sibi subijceret. Consensit felix exitus voti: Luscum, Vvaladimiriam, Brestæ, & Chelmum subacta, reliqua in victoris potestatem concessere e. Atque ita Casimirus, Valyniam, ac Belzensem & Brestensem tractum Polonico imperio adiecit.

Casimiri in Russiã prospera expeditio.

e Cromer. l. 12 in Casim. II Michon. l. 44. c. 25.

Cumulare eam gloriam alio illustriori triumpho nisus est Polonus, fungique in conuertendis ad fidem Lituanis apostolico munere: vtique Lituanus illius montis morem gerere, baptismi sacra vndis ablui, & Christiana religione imbui flagitauit. Qua de re certior factus Clemens, Keystuto ac fratribus Lituaniæ principibus redire ad fidem præferentibus euangelicos concionatores misit, clientelamque apostolicam est pollicitus. At cum tam præclara conuersionis Lituanorum spes euanuit, & Casimirus Rex egregia cœpta tristi exitu contudit: partis enim in Russiæ ea parte, quam eripuerat Lituanis, victorijs inflatus gentilium vitia, libidines nimirum effusas sectatus est, ac mox a Lituanis multis cladibus attritus.

Lituani principes præ se ferunt velle Christiana sacra amplecti. A cœptis deficit Polonus. Habenas impudicitiæ laxat.

f M.s. bibl. Vat. sign. n. 1340 in Clem. VI. ac gest. Cle. VI apud Bosq.

26. &c. Cæsus est f hoc anno Iacobus Balearium insularum Rex in acie cum ad recuperandum regnum in Balearem maiorem exercitum fecisset, eaque insularum imperium postea Turrasconesi regno coniunctum fuit.

30 Nondum firmatæ cum Turcis erant inducia, quamuis de ijs, vt supra diximus constituendis agitatum fuisset, cum non ita multo post Chalabi Turcarum princeps dominus Altiloci oratores ad Clementem misit a, qui earum leges inter ipsum & Franciscum archiepiscopum Cretensem Apostolicæ sedis in oriente legatum atque Deodatum Gosonium Rhodiorum equitum magistrum factas artulere a Pontifice confirmandas. Quibus Clemens respondit, nondum a se corroborari posse, ni prius principes fœderatos an eas vellent admittere fecisset certiores: conuenitque cum Turcicis oratoribus staro tempore vtrinque ab armis discessum iri, dum ipsos de re tota consuleret: quo etiam argumento ad Chalabi Turcam scripsit b.

Inducie a Turcis postulate.

a Ead. n. 8. ep. secr. pag. 36.

b Ib. ep. secr. pag. 36. cf. pag. 58 & 87.

31 Monuit Clemens Hugonem c Regem Cypri, Andream d Dandalum ducem Venetorum, ac Deodatum e Gosonium Rhodiorum equitum magistrum de re tota cum Chalabi Turcarum principis oratoribus gesta, vtque absisterent a lacessendis Turcis rogauit. Agit de his Bosius f ac fluctuasse ancipitem Romanum Pontificem ait, neque certa expressisse consilia, an bellum cum Turcis gerere pergeret, an fœdus pacisceretur: cum enim magno fidei amplificandæ ardoreſtudij, ob funestas Anglorum & Francorum bella ad inducias propendebat; firmiterque induxerat in animum, si eos Reges conciliare potuisset, ad edomandos Turcas omni contentione incumbere, atque adeo extrahere leues inducias constituit. De redintegrato vero in Turcas fœdere sequenti anno agemus.

c Ead. pag. 87.

d Ead. pag. 87.

e Ib. pag. 85.

f Bosius p. 2 l. 2. hist. Hosp. eq. Anglor. & Gall bella rei Christianæ exitium in oriente afferunt.

Incendebant porro Pontificem ad bellum illud sacrum Cantacuzenus & Ioannes Palæologus Imperatores, qui reperitis literis flagitarunt a Clemente, vt nuntios apostolicos quos erat pollicitus, legaret, quo de fœdere in Turcas sanciendo ageretur. Ita susceptam ob Turcas in Græciam aduectos incitatosque contra fideles maculam contrarijs facinoribus eluere velle videbatur Cantacuzenus. Cui Pontifex, gratiam in præsenti sæculo, quæ ad gloriam futuram perduceret precatus, rescripsit pridie kal. iunij, nullos adhuc missos tum ob grauissimam incumbentium rerum molem, tum ob intempestiuam celeberrimorum virorum, quos primum legarat, mortem: tantæ vero rei daturum se operam; atque ad coniunctionem ecclesiæ orientalis cum Romana redintegrandam est illum adhortatus.

Græci de fœdere in Turcas cũ Pont. agitant.

Hic addemus Regis Cypri filios, e paterno regno discedentes magno mœrore Hugonem affecisse, quem ea ratione delinire studuit id. septembris Pontifex g, ipsos lustrandi orbis cupiditate antegisse, ac si ad sedem Apostolicam diuerterint, pontificia solicitudine ad Cyprum reuocatum iri.

g n. 8. ep. secr. pag. 61

IESV CHRISTI
Annus 1350.

CLEMENTIS PP.VI. CAROLI IV. ROM. REGIS 5. annus 9. IO:PAL. 10. & IO:CANT. 4. IMPP. OR. Indict. 3.

1. 2 AFfulsit lætus pijs annus iubilæus a Clemente VI. a cœptum, vt dictum est, anno ad quinquagesimum redactus, quo maximi ex omni Christiani orbis parte concursus hominum vtriusque sexus facti: de quibus accuratissime præ cæteris auctoribus, quos recensere omittimus, Matthæus Villanus, qui tum scribebat, refert h, Christifideſ

Annus Iubilæus.

h Matth. Vill. l. 1. c. 56.

fidèles ampliſſimæ peccatorum veniæ, quam ſummus Pontifex dabat, conſequendæ cupiditate permoti incredibili alacritate ſacrum iter, periculis omnibus & incommodis poſthabitis, aggreſſos tanto numero confluxiſſe Romam, vt communi conſenſu exiſtimatum ſit, feſto Domini natalitio ſuperioris anni, & quadrageſima ac ſacro dominicæ reſurrectioni die decies circiter ad duodecies centena peregrinorum millia continuo euntium ac redeuntium in Vrbe eſſe verſata: ſacro aſcenſionis dominicæ & pentecoſtes tempore vltra octies centena millia; adulta ætate numerum inminutum, haud tamen adeo, quin ad ducenta millia quotidie conſpecta ſint. De pietatis ſenſu, quo fideles tranſ in luſtrandis ſacris Vrbis locis delibuti, hæc habet Petrarcha a: *Quam dulce eſt Chriſtiano animo Vrbem cernere cœli inſtar in terris ſacroſanctis martyrum nervis atque oſſibus conſertam, & veri teſtium preciosa cæde reſperſam. Videre venerandam populis Saluatoris imaginem, & in ſaxo duriſſimo æternum gentibus adoranda veſtigia, vbi ad literam luce clarius impletum cernitur illud Eſaiæ b: Et venient ad te curui filii eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi. Circumire ſanctorum tumulos, vagari per Apoſtolorum atria melioribus iam curis comitibus.* Sudarium Domini dominicis ac diebus feſtis ſolemnibus populo oſtendi conſueuiſſe in baſilica Vaticana ſubdit idem Matthæus Villanus: conſertam autem adeo viſendi ſtudio fuiſſe multitudinem, vt nonnulli eliſi præ turba extinctique reperti ſint. Quæ res etiam ab Henrico Rebdorfio, qui aderat, confirmatur c. Addit Villanus d, remiſſo æſtu auctum peregrinorum numerum: ac tum præcipue tranſalpinos plures nobilitate generis conſpicuos vtriuſque ſexus concurriſſe, inter quos anno adulto Ludouicum Hungariæ Regem Vrbis baſilicas luſtraſſe, refert Bonfinius e.

Populorum ad limina Apoſt. concurrentium incredibilis numer.

a Petr. d. ep. ſeru. 3.

Quo pietatis ſenſu fideles in luſtrandis Vrbe delibuti.

b Iſa. 60.

Veronica illis fingitis feſtis oſtenſa.

c Rebdorf. in annal. d Matth. Vill. lugr cap. 56.

e Bonfin. dec. 2. l. 10.

3. &c. Eluxit piorum liberalitas in ſacra ſtipe eccleſijs conferenda f, quæ ad earum ornatum derivata eſt. Cæterum præcecerat idem Pontifex Vrbi Anibaldum Cardinalem legatum, vt publicæ quieti, & peregrinorum commodis conſuleret: verum is dum e Vaticana baſilica ad ſacrum S. Pauli templum pergebat, petitus eſt ex inſidijs duabus ſagittis, quarum altera eius pileum transfixit. Cuius ſceleris auctores comperiri nunquam potuere: inuidia tamen Nicolao Laurentij adhæſit, ipſum eiuſmodi comparaſſe inſidias, vt ſublato e medio legato, tyrannidem Vrbis tribunitiæ dignitatis ſpecie inuaderet, adeo vt Anibaldus aduerſus ipſum cenſurarum eccleſiaſticarum gladium diſtrinxerit: Anibaldus porro nefarium hominem legibus & iure iudiciario, vt teſtantur pontificiæ literæ g, inſectatus, ipſum vertere ſolum coegit. Nicolaus ad explorandas nouas artes ſimulato cultu menſe iulio in Germaniam contendit, ſed mox aſtutus vir in aſtutia ſua comprehenſus, vt tradit Clementis vitæ ſcriptor h. Conjectum in vincula deterrimum impoſtorem, iactantemque ſe Henrici Imperatoris ex notho filio nepotem, Carolus Ernesto archiepiſcopo Pragenſi tradidit: licet enim ob dictam ipſi de geſto imperio diem læſæ maieſtatis lege poſtulari poſſet; ob impoſitam tamen reo hæreſim Bertrandi & Anibaldi Cardinalium Apoſtolicæ ſedis legatorum edictis illum eccleſiaſtico iudicio reſeruandum cenſuit. Tranſmiſſum Auenionem vinctum, ac diu tentum in carcere refert Clementis vitæ ſcriptor. Nunc de alijs tyrannis, qui pontificiam ditionem laniarunt ob intempeſtiuas Clementis in Auenionenſi receſſu moras, dicamus.

f t.8.ep.ſecr p.310, 318. Anibalous Card. ip. Vitæ lega tus. Petitus inſidijs.

Nicolaus Laurent. in Germaniâ abijt.

g t.8.ep.ſecr pag. 82. h Geſta Clemen. VI. apud Baſq. Conijcitur in vincula.

6. &c. Extuliſſe hoc anno in Pontificem perduellionis ſigna plures ditionis eccleſiaſticæ proceres, & iniuſtos principatus condidiſſe, deſcribit inter plures alios m. s. Vaticani auctor a: emicuitque inter eos flagitio Ioannes archiepiſcopus Mediolanenſis, qui fraude Bononiam ſuæ tyrannidi ſubiecit: quæ de re certior factus Clemens legibus & armis in eum agere conſtituit b: vtque iudiciario iure reprimeretur, grauiſſima in ipſum edicta conſcripſit c, in quibus vniuerſa eiuſdem ſcelera percenſuit d, vt nimirum olim hæreſi ac ſchiſmate infectus fuerit adeo, vt etiam anticardinalem Petri de Corbaria pſeudopontificis ſe geſſerit, ac tanto flagitio venia dicto a Ioanne XXII. admiſſus in gratiam creatuſque epiſcopus Nouarienſis, ac deinde ab Clemente ipſo ad archiepiſcopatum Mediolanenſem traductus iniurias pro beneficijs rependerit, & Bononiam iniuſtæ emptionis ſpecie occuparit. In Galeatium, Bernabonem, & Maffeolum Stephani Vicecomitis filios vetera Ioannis Papæ edicta renouata: quin etiam vna cum ijs Ioannem & Iacobum Populos, qui fiſci pontificij præfectorum nomine apoſtolica indulgentia rem Bononienſem adminiſtrarant, atque inſigni ſcelere eandem vrbem vendiderant, cenſuris perculit e. Quæ edicta archiepiſcopis & epiſcopis XII. kal. decembris diuulganda tranſmiſit.

a M.S. Vat. vid. Vat. 4820. p. 51.

b t.9 ep ſecr 161.

c Matth. Vill. l.1 c 70.

d Ibid

Diſtringere in Arch. Mediol. iuriſdictioni ſeueritatem parat Pont.

e t.9.ep.ſecr pag.161.

12 Contempturus erat vir iniquus pontificia edicta, atque vis illius niſi vi frangi poſſe videbatur: quocirca Pontifex Hildebrandinum epiſcopum Patauinum Apoſtolicæ ſedis legatum creauit, eique iunxit f, vt cum principibus Italis in Ioannem archiepiſcopum Bononiæ inuaſorem fœdera iniret, tum quos poſſet Inſubres ad Eccleſiæ partes traduceret: atque Andream Dandalum ducem Venetorum & alios principes Italos g ad patrocinium Eccleſiæ ſuſcipiendum concitare ſtuduit h.

Decretus in Italia pontificius interruptus

f t.9.ep.ſecr pag.180.

g Ib.p.181. 182.183.

13. &c. Hoc anno Patauij translatis i in locum honorificentiorem reliquijs S. Antonij Vliſſiponenſis plura iam edita miracula; inter quæ Polonus qui ſcommate eum perſtrinxerat paralyti percuſſus implorato demiſſione Chriſtiana eiuſdem ſancti auxilio ſanatus l eſt.

b Clem. VI. an. 9 ep. ſecr 236.

i Cortuſ. hiſt lib. 10. cap. 1

l Ead. l. c. 2.

16. &c. Quo etiam anno Bertrandus Aquileienſis patriarcha cum iura eccleſiæ ſuæ magnis animis contra amarum Goritiæ comitem tueretur, ex inſidijs ab hoſtibus gladio confoſſus occubuit. Mirum eſt quod referunt m, terram, quæ cruorem viri ſancti hauſit, nullius generis herbam exinde protuliſſe. Scripſit poſt eius mortem dum fulgebat miraculis, illius geſta n familiaris eiuſdem patriarchæ ſacello præfectus, ac plura integerrimi præſulis in ſacris adminiſtrandis pijſſimi exempla proponit: *Hic pater pauperum, inquit, agnatos non ditauit, nec theſaurum eccleſiæ ad alienas partes tranſmiſit: ſed inter Chriſti pauperes ſuæ diœceſis, vt Laurentius diuiſit, vt propriis oculis vidi, meiſque manibus contrectaui. Quondam famis & penuriæ tempore duo millia pauperum ſingulis diebus alimoniæ refectione ſuſtentabat: continuo autem tempore quotidianis diebus ſuis propriis manibus duodecim mendicantes ob honorem duodecim Apoſtolorum cibarijs, quibus illa die veſcebatur reficiebat: demum benedictione factacum deuota comitiua potiſſime literatorum virorum diſcumbebat. Virgines complures Deo dedicauit, aliaſque non paucas ingali matrimonio propriis & eccleſiæ ſuæ facultatibus copulauit.* De illius aduerſus iuris eccleſiaſtici inuaſores conſtantia, partiſque inſignibus victorijs, hæc refert: *Imperialis princeps patriarchali dignitate inſignitus, contra gentes Venetorum in Iſtria, contra Rizardum comitem de Camino iuxta Sacilum, contra comitem Goritiæ iuxta Bragulinum pro defendendis eccleſia ſua iuribus pugnare coactus, Dei dextera mediante, ac eius precibus & orationibus ſuffragantibus, adeo viriliter egit, vt principis militia ſua induſtria cooperante, glorioſum triumphum de*

m Bonif. hiſt Tarviſ. lib. 10.

n Extat m. ſ. in bibl. Vallis lu. Opere eccleſiaſticas nō conſanguineis, ſed inopibus tradidit.

Aquileienſis patriarchæ caſus.

De inſignibus contra hoſtes eccleſiæ ſuæ victorijs.

de inimicis mirifice reportauerit: quarum certationum descriptionem singulares Regum, Machabæorum, & Paralipomenon librorum narrationibus fere æquari merentur: Moysis enim vestigia sequebatur, dum bellum per milites indiceretur, signoque ad pugnam dato, nudis genibus in terramque deflexis, nudato capite, manibus ad cælum lenatis, orationibus insistebat continuis, donec ad eum finis belli perueniret optatus.

In prælij ardore fundebat Deo preces.

19. 20 Formauit mores ad antistitis tanti exemplum clerus, & piorum doctorumque virorum numero effloruit, persoluendis vero Deo precibus adeo impigre vacauit, vt media nocte eas pie funderet; illucescente vero die sacris operaretur, ac dein diuinæ rei ab alijs sacerdotibus peragendæ magno pietatis studio interesset. Foroiulienses illius famæ detrahentes vicit clementia: apostolicos internuntios maximis prosequebatur honoribus: in subditos perhumanus, in vestium cultu modestus aberat a pomparico luxu, vt inopes tegeret: nec minus a delitijs abhorrebat: quin potius corpus suum atterebat ieiunijs statis temporibus. Elatum est eius cruentum corpus, ablutumque piorum lacrymis, ac solemni pompa funebri in templo Vrsinensi sepulchro traditum: & quamuis nullis aromatibus conditum fuerit, flectente anno, cœlesti monitu aperto sepulchro a successore Nicolao Caroli Regis fratre, repertum est ab omni corruptione immune: cumque multis miraculis ad eius nomen imploratum editis fulgeret ipsius gloria, iterum relossum est sacrum corpus, ac post diuinam rem peractam maximo Italorum, Sclauorum, Hungarorum, Germanorumque concursu in ara collocatum integrum adeo, vt viuus stare magna omnium admiratione videretur, cunctis ostensum est. Adiecit eiusdem patriarchæ vitæ auctor libellum, in quo cœlestes virtutes Bertrandi ope editæ narrantur publicis excepta tabulis.

Eius corp. corruptionis expers manet.

Implorato eiusdé nomine editæ cœlestes virtutes.

21 Extremo anno Iacobus Carraria Patauij princeps inter medias epulas a Guillelmo Carraria cæsus est; cuius necem Petrarcha eleganti oratione deplorat [a], atque e subito & inperato casu se ad humanæ felicitatis contemptum adduci testatur [b].

[a] *Petrar. vltior. lib. 2.*
[b] *Cort. hist. l. 10. c. 4. Bonif. hist Tarui. l. 10.*

22. &c. In Neapolitano regno Ludouici Regis Hungariæ improuiso aduentu, domesticis dissensionibus, quæ inter Ioannam Reginam eiusque virum Ludouicum Tarentinum exarserant, ac fœda Hugonis de Baucio proditione in grauissimum publica res est adducta discrimen; pontificia solicitudine demum, redintegratis inducijs, paulatim fuit restituta. Siquidem Auersa deditione capta, Ludouicus Hungariæ Rex Neapolim castra promouit, cumque Neapolitanos deditionem pacisci meditatos durioribus verbis corripuisset imprudenter, ea res Neapolitano populo significata, magnos in ipsis irarum motus concitauit [c] adeo vt bello prius decernere constituerint: missi vero a Clemente legati Guido episcopus Tusculanus, & Guillelmus tit. S. Mariæ in Cosmedin diaconus S. R. E. Cardinales cum oratoribus Regis Hungariæ conuentus habuere [d].

[b] *Ead. ep. 21.*

Auersa capta ab Hungaro.

[c] *Summon. l. 8. hist Neap.*

Habitum de pace colloquiú. [d] *Ib. ep. sacr. pag. 195.*

27 Inter quos bellicos strepitus constitutum, vt vocaretur in ius Regina Ioanna de viri Andreæ Regis nece, ac si apostolica sententia damnaretur, regnum Siculum Hungaro Regi a Pontifice traderetur; si autem a crimine absoluta pronuntiaretur, omnes regni arces & vrbes, quas Hungarus in suam potestatem redegerat, vna cum alijs Reginæ restituerentur, refusis ab ipsa Hungaro ob bellicos sumptus trecentis aureorum millibus [e]. His sanctis Hungarum Apulia abscessisse, ac primum Romam ad Apostolorum lumina & alia sacra Vrbis loca lustranda, promerendamque criminum expiationem, deinde in Pannoniam se contulisse, testantur historici [f].

Procederis leges.

[e] *Ep. sacr. pag. 225.*

Ludouicus in Hungariam se recipit.

[f] *Matth. Vill. l. 1. c. 9. Bonfin. dec. 2. l. 10. Baron. in notis ad hunc ann.*

28. 29 In Græcia Latinorum res afflictæ ac depressæ fuerunt, & Peloponnesum a Manuele Cantacuzeni filio despota occupatam his temporibus, testatur Cantacuzenus [a], neque in Peloponesum modo excursiones hostiles agebant Turcæ, verum in Trinacriam quoque & alias Constantinopolitani imperij terras. Ad quos propulsandos de sociali bello ineundo ac Græcæ ecclesiæ coniunctione cum Romana redintegranda inter Clementem & Cantacuzeni oratores plura fuere agitata consilia [b]; missi etiam inter nuntij apostolici Guillelmus Christianensis, Gaspertusque Cenetensis episcopi ad Ioannem Palæologum & Cantacuzenum Imperatores.

Peloponesus a Manuele despota occupata.

[a] *Cantac. l. 4. c. 13.*

[b] *Clem. in. 8. epist. secr. p. 148.*

30. &c. Habitos a se honorificentissime cultosque internuntios, refert Cantacuzenus [c], atque horum alterum Guillelmum nomine ex ordine Minorum, Hugonem vero de Spert siue Gaspertum ex Prædicatorum familia fuisse, virosque virtuti deditissimos fatetur. Respondit vero Cantacuzenus ipse apostolicis internuncijs non cohæsisse tentaram a Ioanne Palæologo Imperatore coniunctionem ecclesiarum, cum id Imperiali tantum auctoritate eius esset; nec Lugdunensi concilio orientalis ecclesiæ præsules, sed pauciores oratores interfuissent: celebrandam œcumenicam ex vtriusque ecclesiæ præsulibus synodum in Latini Græcique imperij confinibus videri, & quæ in ea fuerint de dogmatibus constitura, sancta ab vtrisque habitum iri, neque aliaratione populos de veteri sententia discessuros: de loco autem celebrandi concilij nullum videri opportuniorem, quam maritimum in vtriusque imperij finibus, quo Pontifex cum occidentalibus præsulibus, patriarcha Græcorum cum orientalibus accederent. Non potuit huiusmodi synodus celebrari a Clemente, cum primum ob bella Italica extrahenda in aliud tempus fuerit [d], deinde pium huiusmodi desiderium mors oppressit.

Vt legati excepti fuerint.

[c] *Cantac. l. 4. cap. 5.*

Petita synodus a Cantac.

[d] *Cantac. l. 4. cap. super.*

33. &c. Inter hæc ad retundendos Turcarum impetus, nouam armorum societatem pro sustinenda in Ægæo mari atque Hellesponto classe redintegrandam censuit Clemens ad decennium cum Andrea Dandalo duce Venetorum, Hugone Rege Cypri, ac Rhodijs equitibus. Solicitati etiam a Clemente fuere Genuenses vt eidem fœderi accederent; sed veteribus imbuti odijs ad mutua sibi contra infideles ferenda auxilia non conuenere, cum tamen in eos Turcæ ac Tartari arma coniungerent.

Armorum fœdus contra Turcas redintegratum.

36 Funesta eorum diffidia ac gesta in oriente certamina his verbis describunt Cortusij: *Mense septembris quadraginta galeæ Venetorum contra quatuordecim Ianuenses pugnauerunt; decem capiuntur, quatuor fugiunt, multi nobiles & plebei carcerantur in ponte nigro. Post hoc exercitus Venetorum ducitur contra Peram Ianuensium. Post hanc victoriam Ianuenses armauerunt quatuor galeas cum probis uasis. Hi cum signis Venetorum incognitis Nigropontem intrauerunt furtiue, qui fractis carceribus liberauerunt suos captiuos, & post magnam prædam omnia combusserunt mense nouembris.*

Genuensium triremes captæ a Venetis. Genuensia diripiunt Chalcidē & suos liberant.

37. &c. Ex fœcundis inde cladibus non modo Græcia Turcico furori prostituta, sed Armenia exposita Babylonijs: a quibus oppressus Constantinus Rex crebris emulatibus occidentalium opem implorabat. Neque vero Armenij diuinæ in ipsos exercendæ vltionis leuem occasionem dederant, cum religionis acceptæ a maioribus puritatem nouis erroribus infecissent. Ad ferendas Armenijs supperias Gallos inter & Anglos pontificijs studijs inducias biennales sancitas, vt de fœdere consilia expedirentur.

Regis Frisiæ mors.

[e] *Ep. sacr. p. 97. m. f. bib. Pal. sign. an. 2040. Matth. Vill. l. 1. c. 75.*

40 Verum inter hæc philippus e vita decessit [e],

Succedit Ioannes filius. *a Gest.Cl.VI apud Bosq. Froissar hist. l.1.cap.1. Annal. in Philip.VI.*

de quo hæc Clementis vitæ scriptor a: *Philippus recepit in vxorem Blancham filiam Regis Navarræ*, Philippi nimirum detuncti, *cum qua modico tempore mansit: nam infra annum a tempore contractus, videlicet anno MCCCL. mortuus est, dicta Blancha gravida remanente. Cui successit in regno Joannes dux Normanniæ suus filius primogenitus.* Delinire illius de morte patris conceptum dolorem nitus est Pontifex consolatorijs literis b, atque ad regias virtutes amplectendas prouocauit. Fuisse Philippum in cogendis pecunijs versutissimum, refert Matthæus Villanus ei signati auri & argenti pretia sæpius immutasse, decumas quinquennales expeditionis Asiaticæ specie inuasisse, nobiles Gallos redegisse ad inopiam, atque in tantis bellicis sumptibus abundasse auro, vt cum parte alia Anglus ipsi plura eriperet, plura ipse aliunde regno adijceret: Montem enim Pessulanum coemisse vidimus, ac Delphinatum Viennensem Vmberti principis dono comparasse; quemquidem principatum vt sibi assereret Ioannes successor, antea Normanniæ dux, perfecit vt Delphinus, qui inter Prædicatores vitæ religiosæ post reditum ab expeditione Turcica inglorius reuersus se addixerat, sacris ordinibus hoc extremo anno a Pontifice initiaretur, & patriarchæ Alexandrini titulo decoratus Rhemensis ecclesiæ administrationem acciperet, vt narrat Clementis vitæ scriptor anonymus d. Porro consecratum Rhemis Ioannem mox a patris obitu retert idem auctor, ne scilicet Eduardus ex intempestiua mora regnum turbaret. Pontifex autem tuendarum inter Francos & Anglos induciarum cupidus, ne ob nouam rerum conuersionem vetus bellum feruesceret, internuntios apostolicos ad vtrumque Regem legauit e; qui pontificijs votis assensere f, induciæque inter ipsos sunt confirmatæ & extractæ.

b t.9.ep.ferr pag.100.

c Matth.Vil. super c.75. Philip in exigendis populi opibus versutissimus. Non spectabiles Delphinatum regno adiũxit.

d Gest.Cl.VI apud Bosq. Ioannes Rhemis inunctus.

e t.9.ep.ferr pag.105. f Ibi ep.ferr. pag 173. & 174.

Initum hoc anno ab Eduardo maritimum prælium dubia diu & ancipiti victoria cum Hispanis Cantabris tradit Thomas Vvallingamus g. Causa belli fuit, Hispanos infestasse Anglicas naues in mari Aquitanico, damnaque grauissima inuliisse. Quam vlturus iniuriam Eduardus in Hispaniæ oram cum instructa classe contendit: cuius aduentu cognito Hispani ad bellum se impigre compararunt. Atrox fuit & diuturnum prælium, ac demum Eduardus cruentam victoriam retulit kal. septembris. Confirmantur hæc a Matthæo Villano h eius temporis auctore: quanquam Meyerus, victoriam Hispanis tribuit. Quæ quidem clades sub Petri nouj Regis initijs contigit.

g Vvalsing. in Eduar. III. Angios inter & Hispan. inita naumachia

h Matth. Vill.l.1.cap 99.

41. 42 Reliquerat magnum sui desiderium & luctum Alfonsus Castellæ & Legionis Rex mense martio i. Premebat tum obsidione Heracleam arcem munitissimam, illiusque potiundæ expectatione bellum vrgebat; cum lues castra inuasit erexitque obsessos Saracenos. Suadebant Ioannes Lara ac Ferdinandus Emanuel cedendum inopinatæ calamitati ac dissoluendum exercitum: at recuperandæ arcis, quam ipso Rege amissam vidimus, fideique propagandæ studium Alfonsum incendebat, ac superioris felicitatis memoria nitendum contra aduersa, strenuis viris respondit; nullibi honestius, quam in castris pro fide pugnanti moriendum occurrere. Correptus igitur pestilentia paulo post maxima rei Christianæ iactura, e vita migrauit; de quo hæc Mariana l: *Hunc ergo vitæ finem Alfonsus Castellæ Rex eo nomine XI. octauo & trigesimo ætatis anno habuit, si vita longior contigisset, Maurorum reliquias excisurus in Hispania, magnisque principibus comparandus rerum gestarum magnitudine, scientia militari, simili prudentia. Vna domestica incontinentia ad reli-*

i Matth.Vil. l.1. c.41. Io. Marian.lib 16.c.15. Correptus lue Christianus exercitus.

l Mariana ibid. Alphonsus ea quinctus, Alfonsi elogium.

quarum virtutum iniurias non leuem accessit.

43. 44 Solatus etiam est a Clemente dotum Regem Petrum, & ad virtutes regias sectandas est adhortatus. Verum ipse prima regni sui auspicia a crudelitate duxit, sæuireque cœpit in fratres obscura matre genitos b. Odiorum causa fuit nimiæ illorum opes ac potentia, quæ suscipionem afferebant. Et quidem susceptum olim a Lusitaniæ Rege in Alfonsum Regem Castellæ bellum vidimus, cum de ijsdem nothis filijs ad regnum cuehédis effet agitatum. Gusmania pellex, eorum malorum causa, vt nunquam diuturna est praua felicitas, in carcere cæsa c.

a Eod.ep.6

b Mariana l.15.c.17. A crudeli tate regnũ auspicatur Petrus.

45. 46 In Aragonia Cæsaraugustæ atroci quoque facto ecclesiastica dignitas est labefactata: cum enim internuntius pontificius regios administros sacras opes inique extorquentes perculisset anathemate, ac vocatus a Petro Rege constanti animo gesta rescindere detrectasset, contumelijs vexatus a Rege ac grauissimis pœnis iniquissime affectus est, quod indignum tacitus Pontifex ipsi Regi exprobrauit.

c Eod l.c.16. Rex Aragonum grauiter ius ecclesiasticũ laedit.

47 *Hoc anno*, inquit Clementis vitæ scriptor d, *scilicet quinquagesimo, præfatus Papa fecit creationem duodecim Cardinalium, videlicet decem presbyterorum & duorum diaconorum, & hoc die decima septima mensis decembris, quæ fuit feria sexta quatuor temporum. Presbyteri autem fuerunt isti; dominus Ægydius Almari Hispanus, tunc archiepiscopus Toletanus: dominus frater Pastor de Sarestudio diœcesis Vivariensis ordinis Minorum, tunc archiepiscopus Ebredunensis: dominus Raymundus de Canilhaco diœcesis Mimatensis canonicus regularis ordinis sancti Augustini, tunc archiepiscopus Tolosanus: dominus * Pictauinus de Montesquino Vasco, tunc episcopus Albiensis: dominus Nicolaus de Capocia Romanus, tunc episcopus Virgilensis: dominus Petrus de Crosso diœcesis Lemouicensis, tunc episcopus Antissiodorensis: dominus * Pontius de Villemuro Vasco canonicus ordinis S. Augustini, tunc episcopus Apamiarum: dominus Guilielmus de Agrifolio monachus S. Benedicti, tunc electus Casaraugustanus, consanguineus & cubicularius ipsius Papæ: dominus Ægydius Rigaudi, tunc abbas S. Dionysij prope Parisios ordinis S. Benedicti, & dominus frater Ioannes de Molendino diœcesis Lemouicensis, tunc generalis magister ordinis Prædicatorum. Diaconi vero fuerunt, dominus Raynaldus de Vrsinis Romanus, tunc sedis Apostolicæ notarius, & dominus Ioannes filius vicecomitis de Caramanno nepos Ioannis Papæ vigesimi secundi, tunc sedis Apostolicæ notarius.*

d M S bibl. Vat sign n. 2040. in Clem.VI. & gest Cl.VI apud Bosq. Cardinales hoc anno creati a Clem.

e C.R.Petrarcæ amici de Mirepoix.

f apud Cantelorium legitur Arnaldus.

IESV CHRISTI annus 1351. Indict.4.

CLEMENTIS PP.VI.CAROLI IV. ROM.REGIS 6. annus 10. IO:PAL.11.& IO:CAN.5.IMPP.OR.

1. &c. SVsceptas superioribus annis in reuocanda ad fidei puritatem Armeniorum ecclesia, discutiendisque erroribus, quos offuderant Dioscorus, Eriscartus, Iacobus, Rassus, ac Vartan insignis impietate hæresiarcha, qui ad euertendam Romanæ ecclesiæ doctrinam plures commentarios scripserat, curas apostolicas vrgere Clemens VI. perrexit. Sensisse quidem male Armenios de processione Spiritus sancti ex Patre Filioque, de peccato originali ex primis patentibus contracto, de essentia diuinæ intuitiua visione, qua animæ ab omni labe liberæ segregataeque a corporibus potiuntur, de animarum in peccato lethali pereuntium in inferno supplicijs, de virtute baptismi delentis origine & actu suscepta peccata, de non

Hæresiarchæ exorti apud Armenios.

Præcipui eorum errores.

de-tru-

destructo a Christiano infimo inferno : grauem suspicionem iniecerant, cum ea fidei capita ex transmissa a Pontifice formula vna cum alijs nonnullis expunxisset patriarcha, ac profiteri etiam subterfugisset, malignos spiritus non natura, sed prauo liberi arbitrij vsu ab ea dignitate, in qua boni erant creati, defeciuisse: criminum maculas usu animalium cruore non deleri: ieiunia esu piscium & olei non violari: baptismum non repetendum: infantes ante octauum diem baptismo posse ablui, neque illum alio liquore quam aqua elementari conferendum: in Eucharistia Christi corpus idem numero, quod e Virgine natum affixumque in cruce exitere: neminem nisi sacerdotio initiatum, quantouis sanctitatis fastigio conspicuum, Christi corpus conficere posse: sacram exhomologesim omnium peccatorum lethalium ad salutem adipiscendam necessariam. Ad plura etiam alia a Pontifice proposita fidei orthodoxæ capita, nimirum B. Petri erga alios Apostolos auctoritatem, eiusque successorum in omnes ecclesias primatum; processionem Spiritus sancti ex Patre Filioque; duas in Christo voluntates ac naturas, personæque vnitatem; atque alia ad superiora spectantia, obscuris sententijs respondera patriarcha siue suo siue interpretum vitio. Vt itaque missis ambagibus, fidei veritatem puram in luce collocaret, multis interrogationibus apud illum instandum circa singula putauit [a], vt mentem clare expromeret, tum illa fidei capita, quæ ex transmissa formula omiserat, profiteri iussit Pontifex.

[a] t.10.ep.sec p.72 & in Sarch.Vat de reb Tart.ar mi Grec.& alior.in fiel & schis pag 89

19 Affulsisse hoc tempore lætas spes reuocandæ ad fidem catholicam vniuersæ Armeniorum ecclesiæ, scribit Bosius [b]: atque Deodatum Gosonium supremum equestris Hospitalariorum ordinis magistrum a Pontifice excitatum, vt eos magnis auxilijs aduersus Saracenos instrueret, quo maioribus officij Romanæ ecclesiæ obstringeret.

[b] Bos.hist.Hospital Ierosol. p.2.l.2.

20. 21 Cæterum non modo excindendis Armeniorum erroribus nauata a Clemente apostolica opera, sed etiam ad Græcorum schismaticorum hereses, quæ in Seruia, Macedonia, & Dalmatia grassabantur, comprimendas, studium conuersum est: nonnulli enim veterem de processione Spiritus sancti ex solo Patre errorem tuebantur. Ad quem depellendum Clemens hoc decretum promulgari a Dyrrachino & Ragusino archiepiscopis iussit: *Sicut sacrosancta Romana ecclesia mater fidelium omnium & magistra tenet & docet, ac orthodoxorum patrum atque doctorum Latinorum pariter & Græcorum libris incommutabilis & vera sententia, sacrique concilij declarat auctoritas, idem Spiritus sanctus æternaliter ex Patre & Filio tanquam ex vno principio vnica inspiratione procedit.*

Data extinguendis Græcorum hæresibus opera. Spiritus sanctus ex vno principio & vnica spiratione procedit.

22.&c. Hoc anno auctio Genuenses inter ac Venetos funesto bello, intermissum est bellum Turcicum; Andreas enim Dandalus missis in orientē viginti triremibus arma in Genuenses conuertit: quo tempore Genuenses conflata sexaginta quatuor triremium classe, profectoq; Paganino Auria, ingressi Adriaticum mare multa Venetis damna intulere: indeque flexo in orientem cursu viginti triremes Venetas iunt infectati. Territa classis Veneta impar potentia, tribus in altum fuga lapsis, in Euboeæ portum se subduxit, quam classis Genuensis ad insulam appulsa, terra marique egregie defendentibus se Venetis, obsidione cinxit [c]. Quibus auditis Andreas Dandalus armorum fœdera cum Petro Rege Aragonum infenso Genuensibus ob exagitatam Sardiniam pepigit, indeque bellum maius exarsit, septuaginta triremium classe a Venetis comparata.

Validissima classis instructa a Genuensibus in Venetos.

[c] Ead l.c.26.

25 Quis non deflcat Christianorum furorem ac furorem tanto apparatu in mutuas cædes irruisse, & crudeles Saracenorum iniurias, quæ vniuerso nomini Christiano hoc ipso anno illatæ sunt, dissimulasse? Præfectus Damasci optimendæ religionis, atque opum cumulandarum furore percitus, immane hoc anno facinus patrauit: iubijci faces vrbi iussit a in duabus regionibus, ac mox Christianos ad tormenta rapuit, quasi eius sceleris auctores, vt Damascum in suam redigerent potestatem. Id a nonnullis ex doloris impatientia extorsit: mox omnes crucis supplicio damnat, vel ad Mahometum deficere iubet. Plurimi munerum magnitudine tyranni ferociam permulsere: alij fidem Christianam infeliciter damnarunt; viginti duo, qui superfuere, cruciibus affixi. Hos ante parentum & filiorum ora tyrannus adduci iussit, vt constantiam eorum labefactaret: sed tantum potuit diuina gratia, vt pater filij lachrymas sperneret, filius patrem apostatam argueret inconstantiæ, ob pœnas corporis a vera religione defeciuisse, vocaretque hostem, qui sibi eripere æternitatis præmia niteretur. Suffixi in crucem tribus diebus a Christianis & Saracenis magno constantiæ exemplo mortem oppetere conspecti sunt. At tyrannus breui dignas scelerum pœnas tersit: Sobdani enim iussu, patefacta Christianorum innocentia, medius dissectus est. Hactenus de orientalibus rebus; nunc ad occidentales sermonem traducimus.

Christiani Damasci oppressi. a Matth.Vil l.2.c.52.

Viginti duo affecti martyrio.

26 Oburgatus superiori anno Petrus Rex Aragonum de tyrannide in Bernardum pontificium interuntium exercita, deque iure ecclesiastico violato, nec soluto Sardico vectigali, Pontificis gratiam demisse experijt, interpretibus concordiæ nonnullis Cardinalibus & regij consilij sanctioris principibus viris, quos ad sedem Apostolicam oratores decreuit, pollicitus religiosissime inflictam a Pontifice pœnam se suscepturum, censumque regni Sardiniæ & Corsicæ liberalitate apostolica accepti ergo persoluturum: de quibus publica monumenta b conscripta fuere.

Arag.Rex de perperā a se gestis veniam po scit.

b Ext in lib. primit.Rom. eccl.in f.arc. Vat. tom.3. pag.122.

27.&c. Prætractiorem Aragone se præbuit Ioannes archiepiscopus Mediolanensis, qui, vt vidimus, Bononiam tyrannidi suæ subiecerat; quare adhibenda in eum fuit iudiciorum seueritas c: cumque Etruriæ imminueret, Senenses ac Florentini ad eius tyrannidem coercendam arcana consilia de euocando in Italiam Carolo Rege Romanorum cum cæsarei scrinij præfecto agitarunt d: quare Ioannes nepotesque Vicecomites difficillima in ipsos commoueri bella suspicati, vt ex imminenti discrimine se subducerent, illatarum Romanæ ecclesiæ iniuriarū veniam poposcerunt, professi Bononiam iuris esse pontificij, ac damna quæ fecerant resarcituros: oratoresque vt conciliarent Ecclesiæ, mittere amplissimis mandatis fretos, vt publica monumenta e aliaque ijs omnino consentientia nepotum Ioannis iussu confecta, docent. Vt, porro Mediolanenses oratores in Cardinalium senatu hæc perfecerint, pepigerintque pacem, proximo anno dicetur. Nunc ad res Neapolitanas sermonem conuertimus.

Bist im lib. primit.Rom. eccl.in f.arc. Vat. tom.3. pag.122. De Io: archiep.Mediolanensi. c t.9.ep sec pag.210.

d Matth.Vil l.2.c 68.Ant 3.p.tit.21.c. 8.§.10. Caroli mens Vicecomites pacē expetunt.

e Ext. apud Clem.VI.an 10. l.3.p.2. epist diuers. form.13.

32. &c. Absoluta demum est, vt insons Regina Ioanna Clementis decretoria sententia, atque assensit pontificijs decretis Ludouicus Pannoniæ Rex (adeo insignis illius in Clementem obseruantia fuit) ac regiæ Siculæ principes libertati, regnoque Neapolitano pacem a se restitutum iri est pollicitus. Adduci se passus est facilius ad Siciliam dimittendam, cum multorum in barbaros bellorum moles ei incumberet: Casimirus enim Poloniæ Rex, qui in regiam Hungaricam sceptrum Polonicum transfundere decreuerat, a Lituanis peritus bello, Hungarorum auxilia implorabat: quippe Lituani, excitis Tartaris ac Rhutenis igni ferroque Poloniæ prouincias vastabant f, ac Belzensem, Vvaladimiriensem, Chelmensem, & Brestensem agros Polonico imperio eripuerant. Com-

Hungarus Neapolitanum regnū dimittit.

Excitus a Polonis Hungarus contra Tartaros.

f Mich.l. 4.c.19.Crom l.12.in Casimiro.

paratis itaque copijs propulsati hostes, & in Lituaniam signa promota sunt a, ac Keystutus dux Lituaniæ magna clade fusus captusque est.

a Id.ibid.

Hist.a Leyd. l.19 cap. 18

36. 37 Per id tempus tradit Ioannes a Leydis b apud Vvalachriam insulam Hollandiæ obitam memorabilem, maritimo & cruento prælio certatum inter Margaritam comitissam Hannoniæ, atque eius filium Vvillelmum Hollandiæ comitem, in quo filium mater deleuit: aduersæ enim Hollandorum factiones impulerant, vt naturæ leges violarent. Inflammauit ea clades victos, vt victionem expetituri maiori furore bellum instaurarent: paulo enim post apud Mosam iterum collata signa c, tantaque pertinacia animorum, vt mutuæ maximæ strages sint editæ. Vvillelmus demum alcernante victoria Margaritam matrem profligauit, quæ in Angliam ad Philippam Reginam sororem fuga se contulit. Tantus vero Christianus sanguis in hoc funesto prælio effusus est, vt tribus diebus Mosa in æstu ac recessu cruentus fluxisse conspectus feratur. Dum vero aduersæ commissæ essent acies, certamen beatæ Gertrudi diuinitus significatum, atque eius precibus partam Vvillermo victoriam refert vitæ illius auctor d.

Holländi in festinis dissẽsionibus se laniant.

b Ibid.

c Ead.loc.19

d Apud Sur. t.7.die 6.iij nov.

38 Vergente anno Clemens correptus grauissimo morbo, parto ex maligno humore, quo suffusa facies admodum inturnuit, & in discrimen salutis adductus, ex quo tamen euasit; vt felicius ad piam mortem se compararet, exemplo Ioannis XXII. edito diplomate promulgauit e, a se omnia, si quæ fortitan ante adeptum pontificatum vel eo gesto non consentiencia cum fide catholica ex linguæ præcipitis lapsu protulisset, reuocari. Neque ex hoc obgannicndi occasionem sumant nouatores, Pontificem eiusdem testimonio errare posse: vt priuatos enim, cum suam promunt sententiam ex imbecillitate humani intellectus eos falli posse non repugnat, vt iam dictum est: nullatenus vero errare posse, cum decretoriam fidei sententiam ab vniuersa tenendam Ecclesia proferunt, ob singulare Spiritus sancti præsidium, quod a Christo Petro eiusque successoribus promissum est: qua de re pluribus theologi.

Clemens graui morbo tentatus.

e t.10.ep.sec pag.133.

39 Consulturus quoque tum futuri successoris electioni celebrandæ, sanctionis a Gregorio X. latæ rigorem temperauit, statuitque f Cardinalium gratia, vt in conclaui famulum haberent, atque eorum mensæ vnum ferculum carnium vel piscium apponeretur.

Gregor.X. lex de conclaui temperata.

f gest.Cl.VI apud Bosq.

40 Migrauit in cælos hoc anno B. Conradus Placentinus, qui vitam eremiticam in nemore apud Netinam Siciliæ vrbem diu coluit, vbi magnis miraculis, ac sanctitatis apud omnes opinione clarnit: cuius gesta ad Cardinalem Baronium ex Netinæ ecclesiæ monumentis transmissa fuere g. Cæterum propagata est amorum flexu eiusdem B. Conradi gloria innumeris beneficijs eius ope populis ad illius reliquiarum venerationem confluentibus collatis: quas cum Guielmus Syracusanus & Iacobus Scutarensis episcopi, sepulchro referato ex data ipsis a Leone X. prouincia, inspexissent, circumfusa cleri populique multitudine, illius corpus corruptionis expers inuentum, atque ex eo fragrantissimum odorem halasse publicis tabulis h testati sunt.

B.Conradi Placentini obitus.

g Mf.Abb. Vallicell.

Eius reliquiæ incorruptæ fragrant.

h Bzr.apud Wadd.t.4. ann. 1351. num.31.

* * *

1. &c. CONciliata est in Pontificia aula Clementis VI. studio pax inter Ludouicum & Ioannam coniuges Siciliæ, ac Ludouicum Hungariæ Reges ijs pactionibus, vt Regina Hungaro trecenta aureorum millia ob sumptus in bello factos refunderet: Hungarus vero omnes vrbes & arces, quas in citeriori Sicilia obtinebat, pontificiæ fidei committeret, præsidiariaque copias e regno euocaret; ac tam Robertus princeps Tarentinus & Philippus frater, quam Ludouicus & Robertus Dyrrachini in libertatem vindicarentur: quæ leges ratæ habitæ a Clemente, atque apostolica auctoritate confirmatæ. Quibus compositis, prater omnium expectationem Ludouicus Pannoniæ Rex magnifice regiam liberalitatem explicuit: illius enim oratores ex arcanis imperijs regio nomine sunt professi, Hungariæ Regem non auri cupiditate, sed iustissimæ vindictæ Andreæ fratris necis vindicandæ voluntate ad bellum concitatum; itaque iam placata, & bello absistere, ac sibi pacta trecenta aureorum millia repudiare: ex qua magnificentia magnam apud omnes gloriam sibi peperit. Recensentur hæc a Matthæo Villano a, pontificijsque ad Ludouicum Regem ac Ioannam Reginam Siciliæ literis kal. februarij datis confirmantur. Tentarunt Hungari duces b, qui arces præsidio militari insederant, ac proceres Neapolitani regni, qui Hungaricis partibus se addixerant, Ludouici animum ab inito fœdere abducere; verum ille pontificijs votis & monitis morem gessit; de quo actæ illi a Clemente gratiæ c, conuersæque apostolicæ curæ fuerunt ad restituendum in pristinum splendorem idem regnum.

Restituta Neapolitano regno pax, & qui bus legib.

Hungarus pactam auri vim remittit.

a Matth. Vil. l.1.c.105.

b t.11.ep.sec pag.32.

c Ib.pag.38

5 Nec defuit tuendis Ecclesiæ iuribus Pontifex: Ludouicum enim Regem ac Ioannam Reginam obstrinxit d, vt in regiæ inunctionis celebritate sacramento sponderent, ea se seruaturos, quæ ipse de limitibus Beneuenti defuiendis, vti in pactionum cum Carolo I. tabulis cautum erat, constituisset: ac Guilelmo Bracharensi & Petro Beneuentano archiepiscopis munus iniunctum, vt id sacramentum exigerent e. Perfectam porro solemni ritu regiam consecrationem Neapoli vigesimo septimo maij die narrat Matthæus Villanus f; ac vergente anno dimissos g ex Hungarico carcere principes, quod etiam Clementis successoris literæ ostendunt h.

Ludouicus & Ioanna ad cohibenda de limitibus Beneuentani agri admittenda obstricti.

d Ead pag. el b.p.148.

f Matth.Vil l.3.c 8 Chron bas.N.apol. l.3.

g Matth.Vil l.3.c.45.

6. &c. Cæterum Ludouicus Hungariæ Rex Salernitanum principatum, & Honorem montis S.Angeli, quem auus ac pater, tum etiam ipse gesserant, retinuit: quod etiam eius oratores fuere testati coram Clemente Papa; qua de re diploma diuulgatum est i. Expedire autem se e Siculo bello voluit, cum arma aduersus infideles & schismaticos maiori emolumento vertere, ac Dei hostes potius quam sibi coniunctissimos vexare; finitimas prouincias Hungaricæ ditioni adiungere, quam disiunctum mari ac longo terrarum tractu regnum sibi subijcere meditaretur k. Lacessiuerant etiam ipsum Tartari m, quorum conatus erant retundendi; dira enim fames ipsos coegerat, vt refert Matthæus Villanus, pristinas sedes relinquere, atque in Proclauiam magno terrore bellico irruperant: qui ne interiores terras penetrarent, vocatus in auxilium a Proclauo Rege infideli cliente Hungaricæ regiæ Ludouicus quadraginta equitum millia subsidiaria misit, conferto-

Retentus ab Hungaro Salernitanus principatus.

i t.11.ep.sec pag.184.

k t.11.ep.sec pag.18.

m Matth. Vill.l.2.cap 72.

Tartari finitimas Hungariæ prouincias infestant.

que

que cum barbaris prælio, adeo acriter certatum, vt in cædendis Tartaris & vires militi, & arcubus sagittæ, & acies gladijs defuerint: ob innumeram tamen Tartarorum multitudinem, non sine mutua clade, abscedendum fuit, vt maiores copiæ comparentur. Tartari ob penuriam commeatus cæsorum carnibus leuarunt famem: cumque Reges Prosclauiæ & Pannoniæ maximo cum exercitu irruere pararent in Tartariam, illi signa reflexerunt: cuius certaminis famam Florentiæ mense aprili huius anni percrebuisse, scribit idem Villanus. Et quidem in Tartaros bellum hoc tempore parasse Ludouicum Hungariæ Regem, e pontificijs literis colligitur: cum is a Clemente flagitarit, vt quas vrbes ac prouincias infidelibus eriperet, Hungarico adijcerentur imperio, apostolica auctoritate confirmaret. Cuius votis Clemens annuit a ea lege, vt nulli principes catholici aliqua in eam ditionem, ab ipso domandam armis, iura haberent.

Magna strage consuli. Cæsorum carnibus vescuntur.

a t.11.ep.sec pag.28.

12. 13 Quod ad res Italicas spectat; Veneti ac Genuenses bellum inter se gerebant. Et quidem Veneti b Petrum Regem Aragonum ob Corticam occupatam a Genuensibus, tum Græcorum Imperatorem ob Galatarorum potentiam infestos; Genuenses vero, vt potentissimis hostibus pares essent, Turcas c sibi adiunxere. Ex quo bello cum religio in periculum adduceretur in oriente, Pontifex vtrosque ad pacis consilia traducere, summa contentione est conatus d. Respondere Veneri, propensos se quidem ad pacem animos gerere; verum ob sanctum cum Rege Aragonum armorum fœdus eo inconsulto ea agitare non posse. Genuenses pariter de ea postulati, prouos ad pacem præ se tulere. Vertit itaque Clemens studia ad Aragonium flectendum ad concordiam: quantaque malorum moles ex eo bello orienti incumberet, expositit e. Coniungebat etiam cum Pontifice ad Genuenses ac Venetos interfectos conciliandos Ioannes Francorum Rex studia regia f, ac Ioannem de Millonio equitem & consiliarium suum ad Andream Dandalum & Ioannem Valentinum duces pacem suasurum legauit.

b Corus.hist l.10.c.7.

c Matth.Vil l.2.c.75.

d t. 6 epist. sec.p. 97. Venetos & Genuenses conciliare nituntur Pont

e Eod.t.10.ep sec.p.205.

f Ib. p.216.

14.&c. Verum cum Christi vicarius ac Francorum Rex pari studio, vt conferrent orienti, Venetos ac Genuenses adducere in concordiam nitebantur g, multi superiori anno ab ijs naualium exercituum duces impatientes pugnæ maximo rei Christianæ damno, gaudioque infidelium, nondum exacta hyeme, non procellarum veriti pericula, ancipiti & cruentissimo inter se prælio Constantinopolim & Chalcedonem inter decertarunt. Quod breuiter appendix historiæ Andreæ Dandali perstringit his verbis h: *Vnione cum Petro Aragonum Rege inita, nauale prælium apud Constantinopolim cum Ianuensibus committitur adeo durissimum, quod saluo vtriusque partis vexillo neutra partium victoriam obtinuit: sed nonnulli probissimi viri viriliter pugnantes strage mutua perierunt.* At Genuenses historici i inclinasse ad ipsos victoriam tradunt. Et quidem Paganinus Auria, qui fœdus cum Turcis aduersus Græcos inierat, acceptis ab Orchane barbarorum Rege sexaginta nauibus auxiliaribus, Constantinopolim adortus est k: destitutusque Venetorum & Catalanorum ope Cantacuzenus sexta maij die fœdus cum Genuensibus ijs legibus percussit, vt Veneti, qui tunc versabantur Constantinopoli, saluis rebus dimitterentur, neque ipsis aut Catalanis in posterum aditus pateret; liber vero ac tutus Genuensibus esset, adiecta vectigalium immunitate. Quibus perfectis Genuenses redierunt seu victores, seu victis similimi: licet enim ex his Genuense nomen admodum increbresceret, maxima tamen Genuensium multitudo funesto eo bello aut terro, aut mari, aut peste absumpta est: vnde non lætitia, sed planctu Genua ex cruenta & funebri victoria completa est.

g Ibid. pag. 217.218.

h Append. Andr. Dand in Andr. Dãdal.

i Foliet.lib.7 Bizar.lib.2 de bell. Venet.

Turcę feriũt Genuensibus.

k Matth.Vil lib.2 c.75.

Obsessa Constantinopolis.

Funesta victoribus ipsa victoria

Perlato ad Apostolicam sedem miserandæ cladis tristi nuncio, Clemens Papa ac Ioannes Francorum Rex ad pacem inter Venetos & Ligures redintegrandam maiori contentione literis a atque interuunciorum opera incubuerunt. Denique post multos adhibitos a Pontifice irrito conatu labores pax conciliari non potuit, accusaturque aduersarum partium arrogantia, quam a Deo vindice ulciscendam Clementem prædixisse, refert Cortusiorum historia b. Discussit autem illud de pace Venetos inter & Ligures ineunda colloquium Petrus Aragonius, cum superioris consilij tenax Genuenses vrgeret, vt ab affectando Sardiniæ Corsicæque imperio abstinerent: quare sequenti anno belli moles in Sardiniam incubuit insigni rei Genuensis clade, nec obscura Dei vltione ob spretas summi Pontificis preces.

Pro redintegranda pace defuit Clemẽs a t.11.ep.sec p.30.31. & 32.Sur.t.8. cap.48.

b Corus.hist l.10.c.7. Sardica lis nocuit.

17. 18. Nauata pariter est a Clemente operam in Anglia libertati ecclesiasticæ: inuaserat enim Eduardus futilibus prætextibus Cardinalium atque aliorum, qui aberant, sacerdotia, eorumque vectigalia in suos vsus, ad furorem nimirum exercendum in Gallos derivabat. Cumque a Benedicto XII. & Clemente sæpius admonitus in scelere obduresceret, demum censurarum pœnæ irrogatæ sunt. Quibus ipse stimulis excitatus, atque ad saniora reuocatus consilia, veniam petijt, ac se ad sarciendam iniuriam paratum est professus. Poenitentem expanso sinu excepit Pontifex, paternaque benevolentia complexus cœptum in eum iudiciorum ordinem intermisit, ac seueritatem apostolico diplomate temperauit c.

Anglus libertatem ecclesiasticam opprimit.

c Eod.t.11. ep sec.p.70

19. 20. De bello inter Anglos & Francos gesto narrat Matthæus Villanus d, Gallos Guinensis arcis interceptæ ab Anglis recuperandæ cupidos illam obsidione cinxisse: traductas autem clam ex Anglia Caletum copias noctu in Gallorum castra irruisse tanto impetu, vt territi inopino casu Galli obsidionem soluerint: patefactam deinde coniurationem ab Anglo in Ioannem factam, cuius formidine is conferto satellitio regiũ latus muniuit. Missum vero Guidonem Cardinalem ad redigendos in concordiam Reges, sed irrito exitu redijsse, meminit m.s. Vaticanum e.

d Matth.Vil l.3. cap.23. Froiss l.1. Guinę frustra a Gallo obsessa.

21. &c. Vergente hoc eodem anno Clementem cum apostolicum solium annos decem, menses septem tenuisset, præcipiti morbo e vita discessisse tacit illius gestorum scriptor f, eiusque ad exitum vitæ perductam pietatem commendat: *Infirmitate*, inquit, *grauatus humiliter pœnitens de commissis, deuoteque receptis ecclesiasticis sacramentis, in veritate & sinceritate fidei, ac vnitate sanctæ matris Ecclesiæ se ipsum Domino commendauit anno Domini* MCCCLII. *die* VI. *mensis decembris pontificatus sui anno* XI. Ornat Clementem pluribus elogijs idem scriptor, afferque insigne mansuetudinis exemplum in veterem inimicum, a quo atrocibus iniurijs olim affectus fuerat: de quo non vindictam experijt, sed beneficijs eum ornauit, vt non frustra Petrarcha cecinerit in carmine ad Ioannem Cardinalem Columnam g.

e M.Bibliot Vat signat. num.3765.in Clem.VI. Clementis obitus.

f gest Cl.VI apud Bosq.

Clementis clementia.

Nulli maior mest clementia, nomen ab ipsis
Dignum rebus habet.

g Petrarc.in poem.ad Io: Card.Colum nCanon.l.4 c.11.

Id etiam ex Cantacuzeni h Græcorum Imperatoris testimonio summæ laudi dandum est, ipsum abolendi Græcorum schismatis cupidissimum œcumenicam synodum in confinibus vtriusque imperij, ad quam Græci & Latini episcopi confluerent, celebrare constituisse, cum diceret Cantacuzenus, Græcos, ni id fieret, nunquam ad communionem ecclesiarum adducendos, neque cœptam olim a Palæologo coniunctionem ob illud coalescere potuisse.

Vt œcumenicã synodũ ex Græcis & Latinis celebrare voluerit

25. 26 Mortuo Clemente conclaue ingressi Cardina-

Cardinales de Birellio viro sâcto creando Pontifice agitant.

dinales, dum vna de creando nouo Pontifice agebant, tantoque muneri vir insignis probitate admouendus quærebatur, illatam de Ioanne Birellio, qui Carthusianis præerat, ac tum magnæ sanctitatis opinione florebat, vt pontificatu summo dignissimo mentionem, refert Carthusiensium historia: sed

Talayrâd^o eos ab ea cogitatione reuocat. Facti postea pœnitens cœnobium condit.

Talayrandum Cardinalem, caducarum rerum amore deuinctum veritum ne is luxum omnem in Cardinalibus pia asperitate resecaret, obstitisse; vt deinde, cum Birellius obijsset, ac miraculorum ingenti gloria inclaresceret, culpam suam plane sit acerbe, & Carthusianos singulari studio complexum, quibus apud Perrachorios nobile cœnobium Vallis clarę magnis auctum vectigalibus condidit. Demum

Cardinales in cœclaui ad sua augenda consipirant.

Cardinales in aliam abiere sententiam, vt e Cardinalium cœtu Pontificem deligerent; priuatique commodi illecebra delinirí, ad cardinalitiam augendam maiestatem pontificiæ detrimento conspirarunt, plu-

a Ex.apud Innoc. VI. epist.l.1.ep. cur.5.

res leges a in sua commoda vertendas pacti, quas renuntiandus ab ipsis Pontifex sacramento confirmaturus esset. Præcipuæ ex fuere; vt nullos Cardinales creare posset nisi sacer senatus ad numerum sexdecim patrum redactus esset; nec vnquam vltra vigesimum numerum eundem senatum augeret. Intringere etiam pontificiam auctoritatem anniſi decreuere

Pontifici futuro leges dictæ.

ne Pontifex in quempiam ex ijs legum seueritatem adhiberet, nisi ex omnium consensu, tum mediam pontificiorum vectigalium partem ad eos deriuaret.

37. &c. Sancitas has pactiones se seruaturos alij nulla adiecta conditione sacramento spopondere, alij hypothesim, si iure niterentur, iurijurando adjunxerunt: quas vt sedis Apostolicæ dignitati aduersantes conuulsas anno insequenti videbimus. Cum vero accepissent, Ioannem Francorum Regem iter Auenionem intendere,

Deluſę Galli Regis molitionem.

vt Pontificem sibi acceptissimum creandum curaret, tuendæ libertatis Ecclesiæ studio, quamuis ipsi addictissimi, vt eius aduentum armataſque preces anteuerterent, electionem maturarunt, vt ait Matthæus Villanus b, ac suffragijs communibus duodecimo post Clementis obitum die, nimirum XVIII. decembris c, Stephanum Alberum Ostiensem

b Matth Vill l.3.c.14.

Stephanus epiſc.Ostiē creatus Pont.

epiſcopum ad apostolicum solium euexere, de quo hæc habet m. s. Vaticanum: *Innocentius VI. Stephanus nomine*; & infra: *electus est in papam per Cardinales anno domini* MCCCLII. *die martis* XVIII. *decemb. hora tertiarum, & coronatus die penultima dicti mensis Auinione in apostolico palatio*. Postridie autem eius

c M.s. bibl. Vat sign. nu 2040. gesta Innoc. VI. apud Bosq. & m.s. bib. Vat sig. n. 3765, in Inn. VI.

Innocentij VI. nomen accepit.

diei, quo Pontificias insulas de more accepit, orbis vniuersi Christiani archiepiscopos & episcopos de Clementis VI. obitu, ac pontificatu sibi delato certiores fecit d; atque vbi pluribus de se demisse sentire, ac diuinam opem pro gerendo munere pernecessariam est prafatus, illos ad eam ipsi comparandam ardentissimis precibus solicitauit. Eodem argu-

d l.1.ep secr p.1.& 4.ad l.1.ep cur. fr

mento scriptæ literæ ad Carolum Cæsarem, alioſque Reges ac principes catholicos, vt sua cum ipso studia in tuenda, religione amplificandaque coniungerent.

31 Postremo his addimus, statuisse diuinam instítiam insigne seueritatis exemplum in episcopo Ciuizenſi, vt tradit hisce verbis Paulus Langius e: *Anno*, inquit, *Domini* MCCCLII. & infra, *Ioannes episcopus noster, vt in multis legitur chronicis, in die Ioannis euangelistæ ob honorem nominis sui complures dominos speciosas & nobiles inuitauerat, chorizansque inter duas medius, quas ipse manibus tenebat, repente cadens miserabili morte expirauit anno ordinationis sue quinto: mortuus, inquam, non vt episcopus, non vt sacerdos, sed velut histrio vanus & vir seculo deditus: mortuus, inquam, non in atrio sed theatro, non in loco sacro sed profano, non in ecclesia sed choreâ,*

e Paul.Lang in chron.Ciuizen.

Diuina in epiſc.lasciuiendem vltio.

IESV CHRISTI
Annus 1353.

INNOCENTIVS PP.VI.CAROLI IV. ROM.REG.8. annus 1. IO:PAL.13.& IO:CAN.7.IMPP.OR.

1. 2 ACcendebat in Italia tyrannorum ambitionem atq; audaciam Pontificum Romanorum absentia: interque cæteros Ioannes de Vico a, multarum vrbium Ecclesiæ ereptarum dominatione tumidus ad Romam sibi subijciendam aspirabat. Ad cuius frangendos conatus atque ecclesiasticam ditionem ex aliorum tyrannorum manibus recuperandam Innocentius Ægydium Aluarum Albornotium genere Hispanum tit. S.Clementis presbyterum Cardinalem in Italiam misit b: cui inter alia auctoritas est collata, vt redeuntes in Ecclesiæ potestatem ac fidem censuris absolueret: pontificij enim erat consilij e prius mansuetudine rebelles allicere, quam pertinaciam obtererearmis. Eundem vero legatum commendauit Italiæ principibus viris d, Ioanni archiepiscopo Mediolanenſi, Canigrandi Veronensi, Aldobrandino Atestino, Ioanni Montisterratensi, Iacobo Taurinensi, Francisco & Iacobo Carrarijs Patauinis, Andreæ Dandulo Venetorum ac Ioanni Valentio Genuensium ducibus, tum insignibus populis Florentinis, Pisanis, Senensibus, ac Perusinis, quibus eadem verborum forma conceptæ missæ sunt literæ e.

Latiota a tyrannis Italia.

a Ioa.a.l.1.ep secr.p.171.

Ægydius Card. aduersum hostes missus.

b Gest. Innoc VI. apud Bosq. c.1.1.ep secr pag.167.

d Ib.p.202

e Ib. p.141. & reg. post eum l.ep.

3. 4 Cum in Insubriam peruenisset, Ægydius a Ioanne archiepiscopo Mediolanensi magnis benevolentiæ significationibus exceptus est largo sumptu ac magnifico apparatu; qua in re Pontifex postea illius magnificentiam laudauit f; quamquam ipse Ioannes, vt scribit Matthæus Villanus g, legatum Bononiam ingredi non est passus, ne illius præsentia nouas res afferret, ciuesque in libertatis spem erigeret. Quocirca legatus Pisanum iter tenuit, atque vndecima octobris die Florentiam peruenit; quem Florentini solemni pompa obuiam effusi instructo agmine religioso ingenti populi acclamatione, tecto campanarum clangore, prætento eius capiti pretioso vmbraculo, ac nobilissimis ciuibus frena equi tenentibus, honorifice in paratam ædem deduxere: donarunt muneribus; denique discedenti centum quinquaginta equites auxiliares concessere, quæ describit pluribus Matthæus Villanus h. Contulisse illum se in patrimonium B. Petri, docet Nicolai Laurentij vitæ auctor i: ad quod antequam accederet, increbrescente eius aduentus fama, debilitari cœpisse Ioannis de Vico potentiam, ostendit pontificiæ literæ ad legatum ipsum XIV. kal. septemb. missæ. Venienti autem in Patrimonium legato Flasconis montis, Aquæpendentis, & Volsinij arces se dedidere, vt refert idem Nicolai Laurentij gestorum auctor l. Occuparat tyrannus Ioannes de Vico Interamnam, Ameliam, Narniam, Vrbemueterem, Viterbium, Martam & Caminum, atque etiam Perusium ad defectionem vrgebat m, tum Romæ tyrannidi, vt iudicauimus, inhiabat, occasionem nactus ex dissidijs Romanorum, qui in Bertoldum comitem Vrsinum, ac Stephanellum Columnam senatores commota seditione n, ob annonæ caritatem, quam non sine auaritiæ nota ingrauescere erant passi, Bertoldum saxis oppressere mense februario. Stephanellus autem popularem furorem ex aduersa aedium parte egressus, mutato cultu & capite obuoluto elusit. Exinde grauiores in Vrbe discordiæ exortæ o, Sabellis, Vrsinis, & Columnensibus inter se digladiantibus: ciuiumque suorum sanguine Roma imbuta est.

f Ib p 202.

g Matth.Vill l.3.c.84.

h Ead.c.84.

i Vita Nic. Laur.c.18.

l Vita Nicol Laur. super cap 18.

Quæ vrbes a Ioāne de Vico occupatæ.

m Vita Nic Laur. super cap.18.

Bertoldus senator Romæ saxis obtritus.

n Matth.Vill l.3.c.5.& vita Nic.Laur ead.c.18.

Pestis in Italia.

5. &c. Inter quæ nouus tyrannus Franciscus

Baron-

Baroncell⁹ Romæ tribunatum inuadit. Nicolaum Laurentij filii opponere decernit Pontifex.

Baroncellus tribunitiam Vrbis potestatem inuasit. De quibus certior factus Pontifex ab Hugone Arpasionio apostolico internuntio, liberandi e carcere Nicolai Laurentij, qui pontificij dominatus asserendi acerrimum defensorem se futurum pollicebatur, consilium inijt [a]; cuius opera tyrannos alios depressum iri sperabat, cum illius nomen magna apud plures gratia & laude floreret. Adduxerat illi secum Ægidius Cardinalis legatus in Italiam, vt eius opera vteretur, cum in Italicis rebus ac Romanis præcipue versatissimus esset; honestæ tamen custodiæ commendatum: quem Pontifex a legato relaxari iussit [b], ac Romanis commendauit [c]: susceptamque ab eo Romanæ rei administrationem inferius videbimus. Interea Baroncellus eius imitator, cum mensibus quatuor tyrannidem exercuisset, populari gratia in odium versa, arreptæ dignitatis insignia suo cruore fœdauit. Meminit de Baroncello, Innocentius [d] in literis ad Ioannem archiepiscopum Mediolanensem kal. ianuarij insequentis anni datis.

[a] t.1.ep.secr pag.186.
[b] Ead.t.1.ep secr.p.186.
[c] ib.pag.78
Baroncell⁹ trucidatus.
[d] t.1.ep.secr pag.1.

Mos regalis gratiator insignia

Acceſſit alijs tyrannis Monfregalis de Albarno (vulgo Morealem vocant Italici scriptores), eques Rhodius, natione Prouincialis, qui ad Ægidium Cardinalem legatum se conferens, aduersus hostes Ecclesiæ tignis adscriptus egregia primum bellica facinora edidit: quem Pontifex, idei gratulatus, ad constantiam eit adhortatus e: sed breui spes omnium fefellit. rapinis enim atque effrenatæ licentiæ habenas laxare assuetus, literis plurimis sicarios, latrones, ac veteranos milites rapto viuere assuetos scelerum impunitate ac stipendiorum amplitudine pellexit f ad sua signa; factaque in Picenum irruptione, prouinciam expilare ac diripere cœpit: primus socialium turmarum, quæ postea Italiam vniuersam & Gallias diutissime vexarunt, infelicissimus ductor, quem demum diuinæ iustitiæ carnificis manu pœnas dantem videbimus. Nunc reliquas Italicas res prosequamur.

Sub signis ecclesiæ litipedia facit
[e] t.1.ep.secr pag.189.
Deficit ad hostē Latronū exercitū cōscribit Picenū vastat.
[f] Matth.Vil l.3 c.89.

Aragonius officio deest

9 Defuerat Petrus Rex Aragonum sedis Apostolicæ ob Sardiniæ & Corsicæ regnum vectigalis soluendo duarum millium marchatum argenti iusti ponderis & formæ sterlingorum centui: postremo euolutis duobus annis, nec periurio modo verum anathemate ob violatam fidem se deuinxerat: quem eo nomine Innocentius grauissimis verbis officij admonuit [g]. Præterea obstrictus etiam erat idem Petrus Rex intemerata Sardiniæ & Corsicæ priuatione, regnum illud singulis Pontificibus Romanis apostolicum solium conscensuris, euoluente se primo pontificatus anno acceptum solemni ritu reterre ex Bonifaciana sanctione: atque ideo vt transfusa in se ab Altonso & Iacobo iura altereret, cum iam ante Clementi VI. vt vidimus, præsens fiduciarii principis officia præstitisset, nunc oratores ad ea instauranda Innocentio VI. legauit [h], eosque ad id munus; datis ad Pontificem literis suis authoritatem interposuit. Meminit etiam de oratoribus fidei iuramento Pontifici regio nomine deuinctis Surita [i]: ac plura de bello Genuensium inter ac Petrum Regem in Sardinia gesto addit.

[g] Pag.84.

De clientelari spōsione ab eodē præstita.
[h] Extat. eius list.in lib.primo Reg.eccl. n.2.p.1.23.& in arc S.Angeli & inter coll.Plat.inf su Sixti IV collect.& in in m.s. bibl. Vall.sign.in B.n.12.p.74 iSurit.lib.2. cap.54.

Genuenses Hungarū concitāt in Venetos.
[i] Sup. c.34.
m Ead.cap. m Surit.l.2. annal c.30.

10. 11 Concitatus is fuerat in Genuenses a Venetis, in quos Genuenses Ludouicum Pannoniæ Regem infensum Venetis ob ereptas ei plura in Dalmatia loca concitarunt. Misit itaque ad Venetos Hungarus l oratores, qui vrbes sibi occupatas repoſcerent, & recusantibus bellum indicerent. Quibus auditis, Veneti Dalmatiæ arces milite, telis, commeatu, & opere munierunt m. Titillabat vero Genuenses ea spes, occupatis Hungarico bello Venetis, Sardiniam Regi Aragonum se erepturos, in qua Marianus Arborea regulus aperte defecerat, atque Aragonios insula depellere moliebatur n. Sed contrarij successus spes inanes eluere; Veneti enim, missis oratoribus, Carolum Regem Romanorum solicitarunt a, vt Ludouicum Pannoniæ Regem a bello inferendo abduceret: nec dissensit ille, cum instiora sibi bella aduersus fidei hostes incumberent: eaque fefellit Genuenses expectatio; promiserat enim Hungarus in Dalmatiam cum exercitu se irrupturum, ac tum classem mari imposituri erant Genuenses, qui ob armorum societatem Hungarica insignia vexillis suis adiecere b. Concurrere c inter se aduersæ classes vigesima nona augusti die in sinu Calaritano, & qui pacem exoptauerant, & Christi vicario obtemperare se paratos præbuerant, ingentem ac pene incruentam victoriam retulere d. Aragonij autem cum Venetis victoriam adepti ex scensu e nauibus in terram facto regulum Arboreæ domituros bello rati, qua vi, qua deditione nonnullis captis arcibus Arboream petiere e: sed Marianus regulus Sardorum viribus succinctus obuius ipsis occurrit, victoresque ingenti prælio fudit septembri mense: ad quem mox prona omnia fuere adeo, vt excepta arce Castri vniuersa insula Aragonios pepulerit: ac tum plures Genuenses bello capti e vinculis euasere. Certatum deinde est maiori animorum ardore magna vtrinque cæde. Hæc igitur in Sardinia secuta post Genuensium cladem; qua accepta, Pontifex fusum in ea Christianum cruorem planxit, redintegrandæque pacis desiderio Petrum Thomam ordinis B. Mariæ de monte Carmelo sanctimoniæ gloria clarum ad Genuenses misit, vt eos ad pacem cum Venetis & Aragonijs conficiendam induceret: quos etiam, vbi pluribus magno ob acceptam cladem dolore affectum se ostendit, ad concordiæ admittenda consilia est cohortatus, f.

Veneti sibi Carolum Imp. conciliant.
[a] Matth.Vil l.3 c.88.
Genuensiū classis ingens.
[b] Ead.l.c.67.
[c] Ead.l.3.c.79 Cluuer.l.4 c.32. Petrar Fol l.7 hist Genuen. Bizar de bello Ven.l.2 Sanzit l.8.c.32.
A Venetis & Aragonijs fusa.
[d] m.s.Vat sign. n.1040. Corruf hist. l. 10.c.7. & alij.
[e] Matth.Vil. l.3 c.80.
Marianus regulus Aragonios profligat in Sardinia.
Pontificis pro pace redintegrāda studia.
[f] t.1.ep.secr pag.193.

11. &c. Deiecti adeo sunt animis ex ea clade Genuenses, quippe qui vniuersas vires vnius certaminis aleæ exposuissent, vt cum antea Tyrrheno mari, Ægæo, ac ponto Euxino dominarentur, & vires cum Græcorum Imperatore ac Rege Aragonum conferrent, Ioannis archiepiscopi Mediolanensis seruituti Liguriam subiecerint g paucis exceptis, Monachonmirum, Methone, ac Roccabruna, quæ loca Carolus Grimaldus tenebat. Præfectus est Genuæ ab archiepiscopo Ioanne Palauicinus, qui mox publicam rem capessiuit, abdicatis Ioanne Valente prætore, qui reipublicæ præfuerat, atque alijs senatoribus. Quamo rei Genuensi, nominique Christiano fuisset consulturus summi Pontificis lacrymosis precibus atque imperijs, vt pacem cum Venetis pangerent, & arma in Turcas pro Christi domini tuenda gloria iungerent, obtemperasse.

Ioarchiep. Mediolanē si se subijciunt.
[g] Corruf.hist l.10 c.7.& lib.4.cap.32. Matth. Vill l.3.c.86. Foliet.lib.7.Hist. sanct.l.7.

15 Dedit præterea operam Innocentius h, vt exitiale aliud bellum Gallos inter & Anglos sedaret, adhibito concordiæ interprete Guidone Cardinale episcopo Portuensi: sed Ioannem Regem pactis a Guidone fœderis legibus stare derrectasse refert m.s. Vaticani auctor i, ex quo paternum exemplum secutus Ioannes tunestas sibi clades peperit.

Agitata ab eodem Gallum inter & Anglū pax.
[h] t.1.ep secr p.22.& an. 1 ep.l.2.cap 29.30 31.
[i] M.s.signat. n.1040.

Patrauit inter hæc atrox facinus Carolus Nauarræ Rex, ex quo magnis tumultibus Galliæ sunt contusæ: is enim Engolismensi comitatu a Francorum Rege fœcero donatus, vt illum contra Anglorum Regis potentiam defenderet, cum non nisi magnis sumptibus a finitimis hostis irruptionibus vindicari posse doleret, vt suo parceret ærario, illum Regi Ioanni restituerat, quem Rex Carolo Hispani generis magistro equitum, viro fortissimo, comulit. Tum igitur Nauarrus Rex odio & inuidia incensus nouum comitem noctu dormientem cum sicarijs adortus ferro contodit: ex quo alijsque flagitijs Mali nomen sibi peperit, in ipsumque Ioannes Rex legibus agere constituit.

Nauarræ Regis crudele facinus.

Mali cognomen illi inditum.

Homi-

Petrus Castellæ Rex in vitia præceps.

16 Homicidæ Regi Nauarræ sceleribus par fuit Petrus Castellæ Rex, qui adulterijs & cædibus Hispanias fœdauit. Is antequam Blancham Philippi ducis Borbonij filiam, regio Gallorum sanguine latam, vxorem duceret, Mariæ Padilliæ amoribus irretitus adeo erat, vt moleste ad coniugem adducta e Gallijs accesserit: peractaque nuptiarum celebritate, Blancham ipsam deseruerit.

Henricus Moguntinus repente obit.

17 In Germania Henricus schismaticus, qui Moguntiam ecclesiam dire vexabat, repentina morte ad diuinum tribunal raptus est, ac Moguntino principatui pax reddita est.

Poloni crimium veniam petit.

18 In Polonia Casimirus Rex pertæsus scelerum, missis ad Innocentium oratoribus flagitauit, vt in gratiam Ecclesiæ restitueretur: is enim pluribus cladibus a Lituanis infidelibus attritus, omnes eas calamitates diuino iudicio ob sacerdotem, a quo de coercendis impudicis cupiditatibus atque Adleyda Regina thoro restituenda admonitus fuerat, mersum flumine, & violatum ius ecclesiasticum tribuebat ab eo namque tempore barbari, quos pluribus antea victorijs profligauerat, aucti animis ac secundis successibus extrema omnia intentabant: quos etiam hoc ipso anno Poloniam suis vexasse excursionibus, ac manubijs & spolijs onustos in Lituaniam recijsse, narrat Michouias a.

a Eod.c.19.

Imperator pro sacro in Turcas bello decumas.

19 In oriente cum insolesceret in dies Turcarum barbaries ex Christianorum intestinis dissensionibus, Pontifex, vt orientalibus oris consuleret, sacras ecclesiarum opes ad fidem defendendam deriuandas censuit, nonnullisque in regnis triennales decumas indixit b; ad muniendam commeatu Smyrnam duas naues suis ac fœderatorum principum sumptibus frumento onustas, tum ad sustentandum in arce Smyrnensi prætorianum militem stipendia submisit c.

b Eod.c.1.ep secr.p.136.

c Ibid.ep.secr pag.214.

Philadelphiorū ad fodē à posteā legatio.

20. 21 Coniecti quoque in angustias a Turcis erant Philadelphij. Alij populi, vt missis ad sedem Apostolicam oratoribus, Innocentio Papæ Philadelphiæ principatum obtulerint. Excepti fuere humanissime, atque a Pontifice responsum datum, ipsorum clientelam contra effrenatos Turcarum imperus susceptum iri; sed cum multo amplius ipsorum animabus, quam corporibus esset consulendum, ad schisma damnandum ipsos incitauit d: comparata enim diuina gratia, ac restituto in pristinum statum religionis splendore, felicius hostem fidei propulsandum. Hæsere in schismatis atque hæreseos voluptabro Philadelphij, atque in Turcarum reterrimam seruitutem sunt redacti e; qua de re postea.

d Eod.c.1.ep secr pag.26. Philadelphij in Turcarum seruitutem redacti, e Calchon. de reb Turc.l.2

22 Oppressus tum quoque a Turcis Cantacuzenus Græcorum Imperator, quos ille antea socios, ad firmandam tyrannidem sibi asciuerat, literas ad sedem Apostolicam opem flagitaturus misit, spopondit-que se Græcam ecclesiã ad Romanæ obsequium reducturum: quem Innocentius propositis ingentibus præmijs, quæ in cælo acciperet, ad factum desiderium ad exitum perducendum literis excitauit f: seque Clementi non minus in coniungendarum ecclesiarum studio, quam in dignitate successisse significauit.

Postulata a Cantacuzeno auxilia.

23. 24 Mittit dein Cantacuzenus oratorem, religiosum scilicet virum ex ordine Prædicatorum, qui cæptum negotium promoueret. Ex quo felici nuncio ingentem se percepisse lætitiam Innocentius ei significauit, seque ad ipsum & Græcos in gremium Ecclesiæ admittendos paratissimum rescripsit g: certioresque huiusmodi Cantacuzeni consilij catholicos principes fecit, atque inter cæteros Hugonem Cypri Regem h, vt Imperatori promouendæ speratæ coniunctionis studio auxilia ferret. At abrupta demum sunt agitata redintegrandæ veteris ecclesiarum coniunctionis consilia, cum Cantacuzenus imperio postea depulsus fuerit a Ioanne Palæologo, a quo ea postea instaurata dicemus.

f l.1.ep.secr p.64.& seq

Missus a Cantacuzeno ad Pontificem orator.

g Eod.l.1.ep secr.p.219. Rogatus Cyprius Rex, vt Cantacuzeno succurrat. h Ib.ep.secr. p. 219.

25. &c. In Armenia reflorescere cœperat orthodoxæ fidei splendor, cum Armenius catholicon cæterique præsules, damnatis erroribus, quos sedes Apostolica censura notauerat, orthodoxum dogma coacta synodo professi essent, ac decreta Pontificum decretalesque pie suscepissent. Cum vero Clemens iam ante ad fidei veritatem magis illustrandam nonnullas quæstiones ad patriarchæ Armenij literas circa diuina mysteria, apud Armenios controuersia propositas a, necdum idonei interpretis penuria responsum a patriarcha esset, Innocentius Nersem archiepiscopum Armeniorum vtriusque linguæ peritum ad eum proficisci iussit b.

Deresitus da apud Armenios fide agitatis.

a Ann.Chr. 1350.n.37.

b Ann.l.1.ep. 1.ep. cur.7.

29. 30 Hoc anno Innocentius pactiones iniquas, sediscque Apostolicæ maiestati aduersantes, antea a Cardinalibus priuati commodi illecebra delinitis in conclani editas, rescidit in nonnullorum Cardinalium præcipuæ grauitatis, ac doctorum cœtu; cum netas sit, collatam a Deo potestatem nullis circumscriptam finibus humana arte dolosque certis limitibus definire, fixque vetitum a Gregorio X. & a Clemente V. Cardinales vacuo sacrosancto solio alia dere, certis casibus exceptis, qui tunc non contigerant, quam de creando Pontifice quidquam decernere c.

Rescissæ pactiones a Cardinalibus in cõclani conflatæ.

c Ann.l.1.ep 1.ep.cur.5.

31 Reuocata quoque est Clementis sanctio d, qua nonnullas dignitates Cardinalibus in cathedralibus, & alijs ecclesijs reseruarat: interdictum ne maiores post pontificales capesserent, nisi in apostolico diplomate expressa ea de re mentio fieret: abrogataque a ecclesiarum & monasteriorum (vt vocant) commendæ, exceptis ijs, quæ Cardinalibus concreditæ fuerant, cum precibus improbis extortæ essent, indeque diuini cultus maiestas obsolesceret.

d l.1.ep.secr pag.222.

e Ann.l.lib.2 ep.cur.32.

IESV CHRISTI Annus 1354. Indict.7.

INNOCENTII PP.VI. CAROLI IV. ROM. REGIS 9. annus 2. IO:PAL.14.& IO:CAN.8. IMPP.OR.

Præcipuæ hoc anno gestæ res.

1 ANnus quem aggredimur insignis est tum felici Ludouici Hungariæ Regis in Tartaros expeditione f; tum partis ab Ægidio Albornotio Cardinale Hispano Apostolicæ sedis legato aduersus tyrannos, qui ditionem ecclesiasticam sibi subiecerant seruituti, trophæis. Is enim in primis Ioannis de Vico perfidiam armis domare aggressus Tuscanellam & alia loca ecclesiastico restituit imperio f: de quibus certior factus Pontifex a legato, est ipsi gratulatus g. Tum promota Viterbo ad Vrbemueterem castra a legato fuere, cum Iouenem de Vico in ea Vrbe tyrannidis sedem fixisse didicisset: quæ cum cincta fuisset obsidione, pertimuit tyrannus, ne a ciuibus, quibus erat inuisus, laniaretur; molleſque adiius ad Ægidij Cardinalis gratiam captans deditionem fecit h. Ita potitus Vrbeuetere legatus Cardinalis Viterbium, mox Martam & Caninum in Ecclesiæ potestatem redegit i. Narniam etiam atque Amelia, excussa Ioannis de Vico tyrannide, Ecclesiæ imperium accepere Eugubium l; quoque a Ioanne Cannucio restituturum legato m.

f Matth.Vil l.3.c.108.vita Nic.Laur. c.20.

g l.2.ep.secr pag.73.

h l.2.ep.secr pag.130.

i Matth.Vil l.4.c.10.vit. Nic. Laur. c.18.

l Nic.Laur. vita eius. l.1.p.c.18.

m Matth.Vil l.4.c.13. Loca Ioannis de Vico tyrannidi erepta. Legati in Picenum expedito. Gentilis e Moliano illi paret.

n Vit.Nicol. Laur.c.18.

2. 3 Reuocatis ad officium his populis, atque Ecclesiæ confirmata potentia, Ægidius a Cardinalis maiora aggressus, Picenum ex tyrannorum seruitute vindicare meditatus est: dumque bellicos apparatus

Mox defectione mouetur. Malateſtæ præpotentes tyranni.

paratus apud Fulginates faciebat, conuenit ipſum Gentilis de Moliano, qui apud Firmanos dominatum ſcelere corripuerat, ſeque in Eccleſiæ poteſtate futurum eſt pollicitus a. At poſtea iterum rebellionem fecit b, vtpote quem non diuini Numinis, ſed tyranni potentioris metus infidus fidei cuſtos ad officium aduuxiſſet. Is erat Malateſta c, qui Firmum proferendæ tyrannidis ſtudio antea obſederat. Ipſum vero atque Galeottum de Malateſtis Arimini, Anconam, Aſculum, Fanum, Piſaurum, Forum Sempronium, Humanam, Senogalliam, Auximum, Recinetum, atque alias plures vrbes & oppida in Æmilia & Piceno fœda ſeruitute opprimentes, Innocentius in ius vocatos d, cum ſubire iudicium decima octobris die peremptoria conſtituta, atque partos flagitio principatus Eccleſiæ reſtituere detrectarent, anathemate perculit e pridie id. decembris; atque Ægidio Cardinali præcepit f, vt apoſtolicam in eoſdem tyrannos latam ſententiam diuulgaret. Cæteros vero tyrannos ſcelere viciſſe Franciſcum Ordelaffum, notat vitæ Nicolai Laurentij auctor, dum ait, illum pontificia damnatum ſententia, effutijſſe non minus tunc quam ante delicatos & conquiſitiſſimos cibos ſibi ad guſtū ſapere: ſed breui diuinam expertum ſeueritatem atque legati Cardinalis arma, narrat idem auctor. De Nicolao vero Laurentij pluribus differit, vt Ægidium Cardinale m in expeditione Tuſciæ ſtiparit, & ab eo creatus Romæ ſenator auide a populo Romano triumphantis more exceptus publicæ rei adminiſtrationem ſuſceperit; iuſſu nimirum Innocentij, qui Ægidio legato v. id. ſeptembris iniunxit g, vt ipſum in eo munere confirmaret h.

a Ptol.n.an.2.l 3.ep.cur.13. b Matth.Vil l.4.c.33. c t.3.ep.ſecr pag.24. d Matt.Vill ſuper c.33. e Inn.an.2.l 2.ep cur.13 m.ſ.bib.Val ſign.in.B.m. 32.p.33. e t.2.ep.ſecr pag.203. f Ib. p.236. & 239.

Nic. Laur. Vrbis gubernacula recepit.

g Ib.ep.ſecr pag.44. h Pag. 174.

4 Præfectus Romanæ rei Nicolaus ſeueritatem in potentiores adhibere cœpit, eorumque licentiam reprimere. Statuit etiam iuſtitiæ exemplum inſigne in Monteregali Prouinciali Hoſpitalario equite, vel potius apoſtata, ac latronum principe, qui ſuperiori anno collectis ſicariorum ac ſtipendiariorum militum turmis plurimis, barbarico furore Picenum vaſtarat, ſuique ingentem terrorem vniuerſæ Italiæ incuſſerat. Agit de his pluribus Matthæus Villanus i. Cum vero Romam ſe contuliſſet, Nicolaus Laurentij, impoſito ſeu vero ſeu falſo proditionis crimine, ipſum capi iuſſit & torqueri; ac rapinas, incendia, cædes, latrocinia, aliaque immania flagitia faſſum capitis ſententia damnauit: ita Monfregalis carnificis manu extremo auguſto perijt k, qui morituros opes, quas tantis ſceleribus acquiſierat, mortem ſibi attuliſſe querebatur. Tot vero ille tantaque flagitia, fœdaque facinora ediderat, vt ijs Holofernem & Torilam æquaſſe vel viciſſe, in literis ab Raymundum abbatem S. Nicolai Apoſtolicæ ſedis interuntium apud Venetos Pontifex affirmet m; ſubditque ſe miſerorum pietate motum ſtatuiſſe, ad reficienda inflicta ab improbiſſimo viro damna, bona illius omnia in id conuertenda: atque ideo prouincia illi data, vt ſexaginta aureorum millia apud Paduinos trapezitas tradi iubeat. Magnam aliarum opum partem, quas Monfregalis vel in Vrbe depoſuerat, vel attulerat ſecum, quæ in leuanda egentium inopia erant collocandæ, ad centum aureorum millia n, diripuit Nicolaus Laurentij o. Cum vero innoxium etiam cruorem, ſecuri ferири iuſſo Pandulpho Pandulphucci magnæ exiſtimationis viro, fudiſſet, ac noua vectigalia Romano populo imponeret, vt milites conduceret, firmaretque aduerſus Sabellos & Columnenſes potentiam, tantum odium in ſe concitauit, vt facile aduerſarij in ipſum plebem commouerint: a qua gladijs confoſſus p, tractus, ſuſpenſus ac demum a Judæis exuſtus redactuſque in cineres

Iuſtas pœnas luit. i Vita Nic. Laur.c.12.

i Matth.Vil l.4.c 14.15. 16. Coruſ. hiſt.l.9.c.12.

l Matth.Vil l.4.c.14.

m t.1.ep.ſecr pag.225.

n Coruſ.hiſt l.9.c.12. o Matth.Vil l.4...23. Nicolai Laurentij funeſta mors.

p Matth.Vil l.4.c 26.vita Nic.Laur.cap.vlt Coruſ hiſt. l.9.c 12.Albarg.in chr.

fuerit. Vrbanæ porro rei ſolicitus Innocentius Ægidio Cardinali legato munus iniunxit 111. id. nouembris a, vt ſenatorem, & ductorem agminum, atque alios magiſtratus in Vrbe renuntiaret: præterea ei præcepit b, vt Carolum Romanorum RegemRomam venturum officijs proſequeretur.

a t.2.ep.ſecr pag.87. b Ib.p.215

5 Comparabat tum ille ſe ad auguſtalia ornamenta ſolemni pompa accipienda; cuius varia per Germaniam itinera deſcribit Albertus Argentinenſis c.

c Alb.Arg.in chron. geſta Innoc.VI. apud Boſq.

6. Dec. Ingreſſus Italiam Theodoricum epiſcopum Mindenſem oratorem ad Innocentium miſit, qui iuſta ei de ſuſcipiendo Romæ imperatorio diademate vota exponeret, & legatos Cardinales ad id munus mitti depoſceret: quo Pontifex honorifice excepto, Carolo de fauſto aduentu eſt gratulatus d, ſeque ob rerum molem ad conferenda illi ornamenta auguſtalia Romam adire non poſſe excuſauit: verum legatis regij honoris cupidiſſimis eam prouinciam a ſe datum iri.

Poſtulat a Pont.Carolus vt legatos ad coronam illi imponēdā mittat. d t.2 ep.ſecr pag.213.

9. 10 Conſulturus etiam regijs honoribus Innocentius, cum Carolo antequam aurea corona Romæ ornaretur, ferrea in Inſubria eſſet imponenda in eccleſia B. Ioannis Modoetiæ ab archiepiſcopo Mediolanenſi, atque in ea re aliquæ occurrerent difficultates; Pontifex, vtpote ad quem pro temporum ratione veteris moris immutandi ius ſpectat, Carolo permiſit, vt tres patriarchas Conſtantinopolitanum, Aquileienſem, & Gradenſem in ea celebritate adhiberet: de quo etiam patriarchis ipſis mandata dedit e, vt Carolum de eo poſtulantem ferrea corona exornarent. Cauit tamen Mediolanenſis eccleſiæ iuribus ac dignitati, ne quid detrahi ipſi inde cenſeretur.

Obiectæ Carolo in ſuſcipiēda Mediolani corona difficultates. e Bod.t.2.ep ſecr.p 214.

11 Exceſſerat paulo ante 1v. octobris e viuis Ioannes archiepiſcopus Mediolanenſis, morte repentina abreptus, qua interdum Deus inſignes improbitate homines afficere, docet annalium ſeries; cuius mortis genus deſcribit Matthæus Villanus f, enato nimirum in fronte carbunculo, quem cum parum curaſſet, iuſſiſſetque ferro excindi, repente eo amputato exanimem concidiſſe, neque animæ ſuæ ſaluti conſulere, aut rite procurari ſacramentis potuiſſe: illumque ingentibus vitijs notat, fuiſſe luxu ac delitijs diſſolutum, tumidum ſuperbia, proferendæque tyrannidis cupiditate Eccleſiam oppreſſiſſe, quod in Bononiæ inuaſione vidimus. Vt vero is tyrannis ſucceſſerat, ita tyranni, qui ipſum vicere ſceleribus, in eius locum ſucceſſere, Matthæus, Bernabo, & Galeatius nepotes, quos pronepotes ex Stephano nepote vocat Matthæus Villanus g: eos vero Pontifex ſalubribus præceptis inſtruxit, vt diuinum timorem amoremq; inſererent animis, atq; ad confirmandam dignitatem cōcordiam cum Carolo Rege Romanorum irent: paruere illi Pontifici, ac ſancita ſequeſtra pax eſt, quam auguſtali indignam taſtigio fuiſſe Villanus ait h. Antequā Mantua diſceſſum Carolus Cæſar ornaret, Gambacurtæ præfecti Piſarum veriti, ne concitati ſeditione a populo cæſarei nominis ſtudioſo de gradu deijcerentur, miſſis oratoribus i, ſe ſuaque Carolo ſubiecere ea lege, vt publicæ rei gubernaculis non pellerentur, triginta aureorum millia in apparatu conferendi imperatorij inſignis, totidemque alia pro aſſerendo ſibi Lucæ dominatu polliciti.

Ioannis archiep.Mediol.mors. f Matth.Vill l.4.c.25.Coruſ.hiſt.l.10 cap.7.

g Matt.Vill l.4 c.38. h Matt.Vill l.4.c.38. Piſani ſe Carolo ſubijciunt. i Ead.l.4.c.35.

12. 13 Agitauit l etiam Carolus Romanorum Rex, dum Mantuæ ſubſtitit, inter Venetos ac Genuenſes, partiſque vtriuſque fœderatos concordiæ negotium, quod antea Pontifex Auenione, excitis Venetorum ac Genuenſium oratoribus, promouere ſtuduerat: ſed nouæ ſubortæ res illud diremere. Fauerat quidem Deus ſuperiori anno Venetis, cum Genuenſes cæleſtes iras, reiecta pace concitaſſent:

l Matth.Vill l.4.c.39. Agitata ſtruſtra cōcordia inter Venetos ac Genuenſes.

Detrectata pax a Venetis.
a Petrarcha ver.ep.18.

sed eorum calamitatibus non edocti Veneti, deceptique fugientis felicitatis vmbra, poenas grauissimas ob non susceptа pacis consilia luerunt: qua de re hanc habet Petrarcha a: *Apud Achaiæ insulam, cui Sapientiæ nomen est, Veneti ab eadem illa vaga classe Ianuensium deprehensi, ingentique prælio fusi sunt, cum bonorem duci optimo deferente fortuna, vt, sicut dixi, delatam patriæ suæ cladem in carne possint non videre. Cernebi potissimum vincerentur diuinitus euenisse crediderim, quo scilicet vocabulo loci saltem reliqui duces admonerentur, vt sapientiam quam fortunam sequi mallent, & a ratione abeuntibus rerum eligerent argumenta.* Consentiunt Petrarchæ Cantacuzenus b, Matthæus Villanus c, & alij, qui tuius cladem illam Venetorum describunt.

b Cantac.l.4 cap.32.
c Matth.Vill l.4.c.32.
d Matth. Vill lib.4.c. 31.& 34.

14 Verum aduersæ in Sardinia res effusam Genuensium lætitiam temperarunt d: insigni enim militari dolo visus Petrus Rex Aragonum, cum amissa maxima insulæ parte a mense iulio ad nouembrem arcem, cui Loiera nomen erat, pressisset obsidione, certior factus de Genuensium in oriente victoria, mox tamen spartit contrariam, deletos mari Genuenses; atque ingenti lætitiæ effusæ apparatu hostem delusit; qui metu coeternatus detectionis a Genuensibus consilia iniit. Rex vero receptа Loiera, adacto in sua verba Arborea regulo, atque arcibus milite, telis, & commeatu egregie munitis victor abscessit. Fauit in ea expeditione Pontifex Aragonio, vt Sardiniam & Corsicam liberalitate sedi Apostolicæ acceptas ex Genuensium manibus vindicaret; dimidiam enim decumarum ecclesiasticarum in regno illo triennio colligendarum partem attribuit e. Detulerant paulo ante solemni ritu Christi vicario clientelarem sponsionem Petri oratores, veteresque pactiones, a Bonifacio VIII. Iacobo Regi dictas, iuramento confirmauerant f.

Aragonius spatio falso rumore Sardos subiecit.

e Lib.2.mis. scell.p.131.

f Idem 2.lib.2. ist. diuers. forum ep 29. & 1.sup.sept pag.78.

15 Monuit eundem Regem Innocentius g, ne principum Aragoniorum, qui Trinacriæ contra fas insidebant, gratia Ioannam Reginam bello lacesseret: maxima enim insulæ Siciliæ parte potitus erat Ludouicus Rex Neapolitanus h, redeuntibus vltro ad illius obsequium proceribus ac populis, qui ferro domari non potuerant. De quo felici successu Pontifex ipsi est gratulatus i, pollicitusque sacrorum vsum, quo priuata fuerat ob perduellionem insula, restituturum iri. Verum hos secundos successus nonnulli aduersi confuderunt: submisse enim ab eo ad inferendum Panormo commeatum naues ab hoste captæ l, ac nouæ turbæ a fœderatis latronum turmis, quæ proditorum arte ad prædam illectæ sunt, concitatæ m. Male autem meritus est de Pontifice Ludouicus n, intermissa annui census pensitatione: cui anathema aliasque poenas grauiores, ni illum solueret, Innocentius obiecit o. Vt vero ea irritus noxa magnis calamitatibus inuolutus sit, moxque pontificiam misericordiam exoraverit, interius dicetur,

g Mart.Vill l.4.c.30.
h Idem 2.lib.2. ist. diuers. forum ep 29. & 1.sup.sept pag.78.
Insula Siciliæ Aragonium iugũ excutit.
i 1.2.ep.fecr. p.138.93.
Obiectæ Ludouico censuræ ob non solutũ censum.
l Mart.Vill l.4.c.30. m lib.c.31.& 38.
n 1.2 ep.fecr p.144. 166.
o Ib.p.130. & 1.miscell. pag. 118.
Albertus Bauariæ dux in gratiam Ecclesiæ admissus.
p 40.2.N.2. ist. diuers. ibr.ep.127.
Sacramẽti ab eo numẽ cupãdi formula.

16.17 Interea restitui in Ecclesiæ gratiã exoptauit Albertus Bauariæ dux, Ludouici ancea de cæsareo apice deiecti filius ac paterna scelera damnauit; quem sacro ritu, descripto in apostolico diplomate, conciliari Innocentius iussit p; formula vero qua ab Alberto venia petita, hisce verbis concepta fuit: *Ego Albertus dux Bauariæ natus quondam domini Ludouici de Bauaria, olim pro Romano Imperatore se gerentis, per iudicium tamen sanctæ Romanæ ecclesiæ reprobati, desiderans & requirens humiliter a penis & sententijs, quas propter præmissa incurri, absolui & restitui sanctæ matris Ecclesiæ reconciliari misericorditer, & ad eius ouile reduci: iuro ad sancta Dei euangelia stare & obedire mandatis sanctæ matris Ecclesiæ suprædictæ, & domini mei domini Innocentij, Dei prouidentia Papæ VI. seu alterius, quem ipsa ad hoc duxerit deputandum: & insuper omne schisma abiuro, & promitto, me in vera obedientia præfata Ecclesia, & præfati domini mei Papæ, & successorum suorum canonice intrantium, sine fictione qualibet perpetuo permansurum. Confiteor etiam, me tenere, & credere, quod credit, tenet, & docet sancta Romana mater ecclesia. Illam quoque detestor damnatam assertionem, quæ damnabiliter asserit, Imperatorem Romanum posse Romanum Pontificem deponere, & sibi alium subrogare. Dat. Auinione 11.kal.april. an.11.*

18 Damnatum etiam a Ludouico marchione Brandeburgensi huius fratre natu maiore Ludouici Bauari schisma, dicetur inferius. Addimus nunc ex Alberto Argentinensi a, illum Carolo Romanorum Regi lanceam, clauos, partem crucis Christi, & alia insignia, quæ imperij dicuntur, a patre acceptа restituisse, cum ab eo aduersus fictitium Vvaldemarum marchionatus inuasorem principatui assertus fuisset: has vero sacras reliquias Pragam delatas ingenti Boemorum gratulatione exceptas. Extant Innocentij literæ hoc anno ad Carolum datæ b, quibus sacra illa dominicæ passionis monumenta in altari veneranti fidelium, quorum pietas sacris etiam indulgentijs aucta est, exponendi solemni die recurrente potestatem contulit c. Decretum autem Caroli precibus ab Innocentio festum diem ad recolenda sacra illa pignora, memorat Henricus Rebdorfius d.

Recuperata a Rege Carolo imperij insignia.
a Alb.Arg.in chron.
De lancea clauo & parte crucis.
b An.2.lib.2 epist.diuers. forum.116.
c Ibid.117.
d Rebdorf.in annal. Alb. Arg.in chr. vti Innoc. auct. apud Baÿg

19 Per id tempus ingentem attulere trepidationem Caroli Regis Nauarræ cum Ioanne Francorum Rege exortæ simultates, ne ciuili bello regnum cruentarent, ex quo Anglus grauiora mala interret. Cuius propulsandi discriminis solicitus Pontifex, Carolum literis suis delinire, atque ad pristinam Regis Francorum colendam amicitiam est adhortatus e. Gessisse tum morem apostolicis consilijs visus est Carolus Rex; cum enim Auenionem ad Pontificem se contulisset, coram Cardinalibus testatus est, se pro colligenda Regis soceri gratia, quam maximo haberet in pretio, captare omnes aditus paratum: redintegrandaq; inter Reges pacis cupidissimus Pontifex, cum Nauarrus Gaugerinum oratorem ad Ioannem Regem mitteret, illum Regi enixe commendauit f, hortatus vt generum pristina gratia & beneuolentia prosequeretur.

Orta Gallum inter & Nauar. dissidia.
e Ib.ep fecr. pag.41.
f Ib.p.221.

20.&c. Exorientibus etiam Gallos inter & Hispanos nouis bellorum causis, cum Galli illatam Blanchæ Reginæ Castellæ & Legionis Philippi ducis Borbonij filiæ iniuriam vlcisci meditarentur, & ciuili bello in Castella effernescenti, cum proceres Regis sui Saracenicos mores exosi Reginæ dignitatem tueri, Gallisque adhærescere parati essent g; Christi vicarius Bertrandum episcopum Senecensem in Castellam misit, qui Blancham regio thoro restituendam curaret, dissentionumque motus sedaret. Interim Petrus Rex viciorum volutabra commutans, in coniugij speciem Castriam sibi nuncit: pauciisque apud eum diebus moratus, expleta libidine, ad Mariam Padiliam reuersus h est.

Castellæ res vitio Regis turbidæ.
g Mart.Vill l.4.c 18.
Noui adulteria specie cõiugij inita.
h Mariana l.16.c.18.

23.24 Dum porro amoribus impuris Petri Regem dæmon irretitum tenebat, non modo grauissimis illum calamitatibus mersit, verum ne Abdalas Rex Clarorummontium in Africa a Mahumetica superstitione ad Christianam religionem Castellani armis frenus transuolaret, obstitit. Agitarat barbarus sacrum illud consilium cum Alfonso Rege, quem in Heracleæ obsidione morte abreptum luximus: ac deinde in pia susceptа sententia constans, missis oratoribus ac filio dato obside, Petrum Regem ad sacram expeditionem suscipiendam incitauerat. Tanti operis gloria stimulatus i Petrus, Christi vicarium de Abdalæ Regis conuersione ac promissis illi auxilijs certiorem fecit.

Abdalas Rex de fide suscipiẽda deliberat.
A Castella no poscit auxilia.
i Ib.pag.45.

Collau-

Google

Collaudauit Pontifex pium consilium, atque studio & opera ad sacram expeditionem promouendam se non defuturum esse pollicitus a. Sed qui ad Abdalam ad Christum adducendum expeditionem conicere, atque in bello sanguinem pro religione amplificanda fundere paratum se prætulerat Petrus Castellæ Rex, Saracenicos mores in effusa libidinum licentia imitatus, bello intestino se implicuit.

a Hod t.2 ep fer pag.46 Diuini acta sacra ea consilia.

25 Maiori gloriâ ac felicitate Ludouicum Pannoniæ Regem vna cum Poloniæ & Prosclauiæ Regibus magno stipatum exercitu ad proferendos Christiani imperij fines irrupisse in Tartariam, refert Matthæus Villanus b, ac barbarum ad sacrorum rituum amplectendorum sponsionem adegisse. Porro Lituani incurrere in Poloniam, atque etiam cum magno exercitu penetrarunt in Prussiam. In quos cum Vinrichus Kniprodensis equitum cruciferorum magister ad retardandos hostiles progressus copias comparasset, ob eorum potentiam acie decernere non est ausus: atque ita ij spolia Christianorum in Lituaniam retulerunt. Hos vero præferoces adeo populos diuina gratia ad mansuetudinem Christianam reuocatos, & ex acerbissimis hostibus, in strenuissimos fidei defensores mutatos, dicetur suis locis.

b Matt. Vill. l.4.c.9. Lituanorũ in Poloniã excursiones.

Stephanus Rasciæ Rex de repetendo ecclesiæ gremio consilium agitat

26.27 Interea Stephanus Rasciæ Rex damnandi Græcorum schismatis speciem præsetulit: missisq; oratoribus se redintegrandæ veteris cum Romana ecclesia coniunctionis cupidissimum significauit: repressisse schismaticorum licentiam qui sacerdotes & præsules catholicos dignitatibus deturbabant, atque in eam proruperant vesaniam, vt baptismo & confirmatione ritu Latino initiatos consecratos Christo negarent, ac ritu Græco, repetitis ijs sacramentis, contaminarent. Neque ijs hæresibus modo, verum alijs laborabant schismatici Rasciani; negabant enim Spiritum sanctum ex Filio etiam procedere, & Eucharistiam in pane azymo confici posse. Ad quos euellendos Innocentius Bartholomæum Tragurien sem & Petrum Pactensem episcopos Apostolicæ sedis internuncios iussit incumbere, serpentesque in Rascia, Macedonia, & Sclauonia errores descripsit c.

Missi in Rasciam in tertium.

c Ead.t.2.ep. sacr.p.227 d Ead.t.2.ep sacr.p.237. Ad Ecclesiarum coniunctionẽ principes prouocati. *elib pag.154 & 222. f Pag. 224. g Ead.pag.*

28. 29 Excitati d etiam ad Seruios cum Romana ecclesia coniungendos plures Seruiæ principes: tum Albaniæ, Sclauoniæque proceres; denique Stephanus e Rasciæ Rex ac Regina Helena f, eorumque filius Orosius g ad consilia de schismate abolendo suscepta ad exitum perducenda incitati: ac promissa Regi Stephano, qui ducem ab Apostolica sede Christiani in Turcas exercitus creari flagitarat, auxilia, cum se vna cum Rascijs ecclesiæ Romanæ aggregasset. Commendata etiã eius virtus, qui Græculos anabaptistas qui eiusdem ecclesiæ odio Romano ritu lustratos baptismo aut sacramento confirmationis initiatos iterum initiari erant ausi, repressisset. At desciuit a suscepto damnandi schismatis consilio Stephanus, retardato iterum (vt antea in Clementis VI. meminimus h) bello Hungarico, de quo etiam acta B. Petri Thomæ Carmelitæ episcopi, Pactensis i de quo supra memorauimus k. Quocirca impietatis odio a Ludouico Hungariæ Rege ingenti bello petitum Rascium visuri sumus tum a Turcis affligi, quos facile delere poterat, nondum confirmata in Europa eorum tyrannide, si cruceata signa, auctore belli sacri Pontifice, in barbaros extulisset.

Rascij Regis defectio.

h An.Christi 1347.n.30. i Philip Macer. in vita B.Petri Tho k An.Christi 1354.n.26.

30 Hoc porro anno vere ineunte Turcas inopino casu visos Græcis schismaticis maximas clades intulisse, refert Matthæus Villanus m: cum enim kalend. martij concussis, ingenti, terræmotu in Græciæ vrbibus & oppidis, adeo vt eorum mœnia magna ex parte concidissent, Turcæ Græcos pauore conterratos inuasere, ac per ruinas ingressi res diripuere, homineſque abduxere in seruitutem, ac refectis mœnibus plures arces præsidijs munierunt: excurrisse etiam ad Constantinopolim, eamque obsidione tentasse cum gemina Cantacuzeni & Palæologi factione fluctuaret; sed ijs vires in communem hostem coniungentibus, abscessisse. Ac tum quidem cum is terræmotus contigit, Cantacuzenum ad firmandam suam potentiam, quæ nutabat, de Matthæo filio insignibus imperialibus ornando egisse, ipse narrat a; & detrectantem eiusdem votis assentiri patriarcham Callistum sede depulisse, ac subrogasse Philotheum Heracleæ episcopum, qui Matthæum diademate exornauit.

Tentata a barbaris Constantinopolis.

Cantacuzenus filiũ adegit in socium imperij *a Cantac.l.4 c.37.& 38.*

m Matth. Vill. l 3.cap 105.& Calend.de reb. Turc. lib.

IESV CHRISTI
Annus 1355. Indict. 2.

INNOCENTII PP.VI. CAROLI IV.IMP.OC. 10. annus 3. IO:PALAEOLOGI IMP. OR. 15.

1 ANtequam aurea corona a legato Cardinale cingeretur Carolus Cæsar, ferream apud Insubres die epiphaniæ sacro accepit b, pactus antea cum Vicecomitibus fœdus, de quo hæc narrat Corusiorum historia ■: *Et occurrerunt nobiles Mediolani, & fere totus Lombardia. Qui per Cremonam & alias ciuitates & loca Mediolani transiens, summo honore receptus, die IV. ianuary intrauit Mediolanum... Eodem mense & die epiphaniæ in ecclesia B. Ambrosij de licentia summi Pontificis per archiepiscopum Mediolani corona ferrea honorifice coronatur.* His consentit m.s. Vaticani auctor. A quibus tamen Matthæus Villanus dissentit dum apud Modeciam ea redimitum affirmat d. Venetia deinde in Etruriam cetcatim populi eius submisere, ac Florentini dato auro veteres lites composuere; qui vero noua bellorum semina excitare nili procul a Carolo amandati, pluraque clementiæ specie elicuisse subsidia, quam armis extorquere potuisset, refert Matthæus Villanus e.

b M.s.bibl. Vat.signatus 2040 Matt Vill.l.4.cap 35. Raid.in annal Alb. Arg.in chrõ & alij. Carolus ferrea corona Mediolani redimitus. *c Genuf hist. l.11.c.2. d Matt.Vill. vbi supra.*

2 Data fuit prouincia imperatoria corona exornandi Caroli Petro Card. episcopo Ostiensi, vt scribit Matthæus Villanus f (cui vitæ Innocentij auctor consentit) eique adiunctus est collega Ægidius tit. S. Clementis presbyter Cardinalis, qui ea tempestate Italica legatione fungebatur; hæc enim ad ipsum scripsit Pontifex g:

Innocentius, etc. Negotiũ coronationis & inunctionis charissimi in Christo filij nostri Caroli Regis Romanorum illustris tibi & venerabili fratri nostro Petro Ostiensi Apostolicæ sedis nuntio, & cuilibet vestrum per alias nostras literas duximus committendum. Et ideo volumus, vt pro huiusmodi negotij solemnitate, auctore Domino, celebranda festine ad Vrbem (si tamen absque præiudicio negotiorum, quorum promotioni deputatus es, poteris) studeas te conferre; ita quod die, quam præfatus Rex ad hoc duxerit eligendam, ibi vna cum eodem episcopo, qui propter hoc ducit se personaliter conferendum, præstante Deo valeas interesse. *Datum Auinione IV. id. februarij anno* 11. Lustrauit autem Carolus h ante suscepta ornamenta augustalia Vrbis ecclesias magna procerum multitudine stipatus feria sexta & sabbato maioris hebdomadæ ingenti pietatis sensu, atque exemplo, sepolita regia pompa: sacramenti enim, quo se Geraldo episcopo Tridentino, tunc archidiacono de Baltesio in ecclesia Constantiẽsi obstrinxerat, Vrbem se nisi die, qua ornamentis imperatorijs decorandus foret, non ingressurum, religione solutus fuerat Innocentij literis i.

e Matth.Vill. l.4.c.73. & 76. Decreti duo Cardinales pro Carolo corona cingẽdo. *f Ead. l.4.c. 71. & gesta Innoc.VI. apud Bosq. & l.1 ep.sec. pag.23.*

b Matt.Vill l.4.c.93. Lustratæ a Carolo Vrbis eccleſiæ.

i l.3.ep.sec pag.26.

3. &c. Designata a Carolo peragendæ celebritati dominicæ resurrectionis die, quam mense aprilis quin-

tam fuiſſe notant hiſtorici a, clerus populuſque Romanus inſtructo religioſo agmine obuiam effuſus magno tripudio ac triumpho venientem excepit, atque in Vrbem & baſilicam Principis Apoſtolorum deduxit. Qui edita prius fidei orthodoxæ profeſſione, vna cum Anna vxore, quæ ex Germania Piſas ad eum venerat b, ſacratus eſt a Petro Cardinale Oſtienſi, vt vetus m.s. Vaticanum e vtraque Innocentij auctor d reſtatur: ſeruato nimirum eo ritu, qui in pontificijs literis deſcriptus erat. Quæ ex veteribus monumentis confirmat Cardinalis Baronius e. Ex his reſellas mendacium a Matthæo Villano traditum hiſtoriæ f, nimirum Ioannem de Vico præfectum Vrbis cororam imperatoriam Carolo impoſuiſſe, atque ab eodem Carolo Imperatricem diademate redimitam: quis enim horum teſtis maior eſſe poſſit, quam ipſe Carolus, qui cum honores Chriſto domino in eius vicario veteri more & inſtituto præſtandos a Cæſaribus non abolere, ſed potius confirmare cuperet, ſuis promulgauit literis g, ex Pontificis abſentia nil illius dignitati detractum iri; nec ſecuturos Imperatores a Pontificibus auguſtali inſigni exornandos, quæ eſſent in hac celebritate ab apoſtolico legato prætermiſſa, vtpote ſoli præſenti exhibenda Pontifici, eiuſmodi in exemplum adducturos.

16 Confirmauit etiam Carolus imperatorijs inſignibus redimitus alijs literis h ſingulas pactiones, quas antea cum Clemente VI. confecerat: *Denuo*, inquit, *iuramus ad ſacroſancta Dei euangelia, corporaliter tacto libro, in manibus ſupradicti venerandi in Chriſto patris domini Petri Oſtenſis epiſcopi S. S. N. amici noſtri chariſſimi, nomine Romanæ eccleſiæ eiuſdem, ſedis Apoſtolicæ, ac veſtro & de mandato veſtro ſpeciali recipientis: de qua receptione tam per noſtras preſentes, quam ipſius recipientis literas plene conſtat.*

17. 18 Aſſertis ita mox a accepto auguſtali inſigni Romanæ eccleſiæ iuribus, nouus Imperator baſilica Principis Apoſtolorum egreſſus conſcendit auream corona conſpicuus generoſum equum geſtans dextra aureum ſceptrum, ſiniſtra orbem, in quo crux ex auro eminebat, ſtipantibus Romanis principibus, atque Imperatrice proxime ſequente ad Lateranenſem magna pompa perrexit i, tanto apparatu & concurſu, vt Germanorum ad quinque, Italorum ad decem equitum millia & eo amplius illam ornarent. Poſt ſolemnes vero epulas venatus ſpecie ex Vrbe ſe ſubduxit k ad S. Laurentij baſilicam extra Vrbis eiuſdem mœnia, vt Pontifici obſequeretur, ne qui a Romanis noparum rerum cupidis tumultus concitaretur. Commendat quidem Dubrauius m Caroli in Pontificem fidem: *Inſtant*, inquit, *Romani, vt Auguſtus vrbem auguſtam tanquam hereditatem ſuam iure ingrediatur, aut Romanos in antiquum ſtatum reſtituat. Deliberaturum ſe ille reſpondet. Vrbeque per venandi ſimulationem egreſſus in caſtra tertio diei feueriſſimum inde mandatum dans, vt finem tandem Romani mutandis tumultuandiſque dominis imponant, memores ſacramenti apud Romanum Pontificem ſemel depoſiti.* Digreſſus Roma Senas, eam vrbem Nicolao fratri patriarchæ Aquileienſi tradidit n: ſed breui illius iugum benenes excuſſere o, grauiſſimeque inter ſeſe de vrbis principatu diſſentire p.

19. &c. Contenderat Piſas Carolus cum Ordelaffus Gibellinæ factionis ſigniferi Ægidij legati arma veritus illum conuenit vindicandæ ſuum ſplendorem imperatoriæ dignitatis colore facile illum ſe ſeduſturum ratus. Sed ne in conſpectum quidem ipſum, vtpote perculſum pontificio anathemate admittere Carolus voluit q. Neque etiam Malateſtis fauit: cum enim Ægidius Cardinalis aduerſus eos auxilia ab ipſo peteret, ac ſtuderent aliqui, vt rem extraheret, Carolus reſpondit non modo ſubmiſſurum ſe copias ad perduelles edomandos, ſed bellicos quoque labores ad eccleſiaſticam ditionem Pontifici reſtituendam, eripiendamque ex inuaſorum manibus in caſtris ſubiturum. Quas egregias voces ab ipſo pronuntiatas cum audiſſet Innocentius, gratias illi literis egit r. Inſtructus autem legatus Caroli Germanico equitatu, magniſque ſociorum auxilijs b, Malateſtas ad officium reuocauit, Firmum, Recinetum, Anconam, & alia oppida recepit: duxit etiam cruceſignatum exercitum aduerſus Franciſcum Ordelaffum Foroliuij & Manfredianos ſpurios Fauentiæ tyrannos, quos nil præter carnem habuiſſe humanitatis queritur Pontifex, cum referat vitæ Nicolai Laurentij auctor c. Ordelaffum ſeptem ſacerdotes qui eccleſiaſticum interdictum violare recuſabant, laqueo ſtrangulari, ac ſeptem alios nudari cute iuſſiſſe, vt horrendo illo martyrij genere cæteros terreret: cumque ſe percuſſum cenſuris audiſſet, Pontificis & Cardinalium effigies, rogo extructo accenſoque, concremaſſe: iactaſſe Pontificum anathemata ciborum exquiſitiſſimorum ſapores non mutare, neque corpora vllo mali genere offendere. Non tantam vero ac Franciſcus Ordelaffus & Manfrediani pertinaciam in defendenda tyrannide præſtulere Bernardinus & Guido Polentani d Rauennates, qui Rauennam & Ceruiam, aliaque nonnulla oppida & arces occupabant, atque in ſcelere Euſtachio Polentano inuaſori ſucceſſerant: in ius enim vocati e comparuere apud pontificia ſubſellia, Eccleſiæque imperijs parituros ſe ſpopondere.

22 Hoc anno Innocentius ad ſupremi in Siciliam imperij iura aſſerenda, Ioannam Reginam Siciliæ, clientelarem ſponſionem ſolemni ritu facere ſubterfugientem, nec ſoluentem annuum vectigal, anathemate perculit f, Siciliamque citeriorem ſacris interdixit: tum Ludouicum Regem negligentiæ in procuranda eiuſdem cenſus ſolutione reum ſacrorum communione ſubmouit g.

Interdicto ſacris regno mox ſociales prædonum turmæ ſunt excitæ a Ludouico Dyrrachino duce h, quaſi iuſſu pontificio in perduellem Ludouicum ſigna extuliſſent. Quo caſu Ioanna & Ludouicus annuis ſoluendo tum cenſui non deſuere i, atque Innocentius populos monuit l, ne a Ludouico deſciſcerent, templorum vſum regno reſtituit, tranſmiſitque ad Regem Eccleſiæ vexillum m vt ſub illius tutela hoſtem debellaret.

Adhibuit etiam Innocentius o in prædatrices turmas, earumque ductores ſeueritatem eccleſiaſticam; ac diſſoluit fœdera omnia, quæ a quibuſuis proceribus cum ijs percuſſis eſſent, vel ſacramento firmata. Tum Cæſarem vrſit o vt Siculum regnum ab inuaſorum graſſationibus vindicaret, nec non Italos coniungere fœdere annisus p eſt. Repreſſit demum hoſtes Ludouicus Rex, ac Ioannem Pipinum turmarum ſociarum ducem, qui Apuliæ Regis nomen affectabat, captum merito affecit ſupplicio: quod Nicolai Laurentij vitæ auctor q accurate deſcribit, circumductum nimirum, antequam traderetur neci, corona papyracea redimitum, in qua geſtorum ab illo honorum tituli erant exarati: deinde laqueo e patibulo ſuſpenſum. Neque illum triſtes preces, vt minore ignominia vita orbaretur, iuuere. Sedatum etiam eſt inteſtinum bellum a principe Dyrrachino concitatum.

23. 24 Fluctuabat r tum inſula Siciliæ, ac pars in ipſius Ludouici Neapolitani Regis poteſtatem conceſſerat, pars in alterius Ludouici Aragonij obſequio hærebat. Vti vero Catalani inteſtini Siciliæ citæ

a M.ſ. Vill. Vat. ſign. n. 3765. Matt. Vill. l. 5 c. 2. Cortuſ. hiſt. l. 4. Alo. Arg. in chr. Rebd. in ann. geſt. Innoc. VI. apud Roſq. & alij

b Matt. Vill. l. 4. c. 36. Petrus Oſtienſis eo munere Caroli coronandi functus.

c M.ſ. bibl. Vat. ſign. num 3040.

d Vita Innocen. VI. apud Roſq. eius. an. non. m. ſ. ad hunc ann.

f Matt. Vill. l. 5. c. 2. Seruati veteris ritus. Ghirl. in ann. S. Aug. & l. priu. Kl. eccl. l. 1. p. 66. & inter collect. Laun. hiſt. Sicil. IV. edit. l. 1. p. 118 & 149. & in m.ſ. Vall. fig. lu B. n. 1342 p. 367-434. & 466. & ſ. l. pag. 15.

h Anno Chriſti 1347 m. 1. &c. Coram Oſtienſi epiſcopo ſupra mora confirmata. Celeberrimi concurſus habiti. i Matth. Vill. l. 5. c. 2.

k M.ſ. bibl. Vat. ſign. num 3040. & alius ſignat. n 3765.

m Dubr. hiſt. Bem. l. 22. Tentat Romani Caroli in Vrbe retinere. Romæ digreditur.

n Matt. Vill. l. 5. c. 10. & ad l. 4. c. 36 & c. 55.

o Ead. l. 4. cap. 43.

p Annal. Eccl. Raynald. ad ann. 1355. n. 1. & 2.

q Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

r Matt. Vill. l. 5. c. 10. Polentani cum Pontifice in gratiam reſtituti.

s Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

t Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

u Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

x Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

y Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

z Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

a a Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

b b Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

c c Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

d d Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

e e Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

f f Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

g g Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

h h Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

i i Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

k k Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

l l Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

m m Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

n n Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

o o Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

p p Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

q q Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

r r Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

s s Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

t t Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

u u Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

x x Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

y y Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

z z Matt. Vill. l. 5. c. 10. Vita Nicol. Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas. Ludibria in Pont. & Cardinales.

Profitetur affuturũ ſe Pontifici pro recuperãda illius ditione.

e l. 5 ap. ſeu pag. 23. Firmum recepeum. bilus pag. 35. 36.

e Vita Nicol Laur. c. 18. Ordelaffi in ſacerdotes immanitas Ludibria in Pont & Cardinales

d l. 3 ap. ſeu pag. 17.

e Rub. hiſt. Raven. l. 6.

Ioanna & Ludouicus poſtulati iudicio ab Innocẽtio. f apud Verb. V ann. apoſt cum. 195.

g Ibid.

h Matt. Vill. l. 4. c. 79.

i Verb. ann. 1 ſup. ap. cum. 195. l. 1. 3. ap. ſeu pag. 4. m l. 3. ap. ſeu pag. 115. n l. 6. p. 47. Lata in prædones ſententia pontificia. o l. 6. p. 56. 91 & 107. p l. 6. p. 56. 91 Parta de ijs victoria. q Vita Nicol Laur. c. 16. Ioannis Pipini ſupplicium.

r Fazell. poſt decad. 9. Ludouicus Trinacrius amiſſa recuperat.

citerioris belli, quod, vt dixi, nonnulli principes ac turmæ socię seruerant, occasione, Catania vna cum Ludouico mouere exercitum, ac finitimas terras in priorem seruitutem redegerunt. Tentarum etiam Panormum vrbem regiam: sed cum valida classe non polleret, propulsari fuere: successit tamen ijs coniurario, quam Syracusis sunt moliti a. Inter quæ Innocentius cum graui suspicione angeretur, ne Rex Aragonius, qui Sardiniam & Corticam a sede Apostolica beneficio acceperat ea lege, vt Trinacriam Regibus Siculis Gallici generis restituendam curaret, Ludouico Trinacrio Aragoniæ stirpis principi ad transfusam a maioribus tyrannidem tuendam auxilia submitteret, ipsum sacramento adigi voluit, nec Ludouico Trinacrio, nec Friderico huius fratri, nec successoribus studia in eo regno retinendo impensurum. Assensit Pontifici Petrus Rex, ne Sardiniam amitteret, atque oratores literis b instruxit auctoritate, vt ea religione se diuincirent.

Tentarum frustra ab eo Panormum. a Ibid. Adductus in suspicionem Aragonius ne Trinacriæ retinenda det operam. Procuratores ab eo ad curiam Pont. transmissi. b Ext. in ep. ser. Inn. VI. tom. 1. pag. pag. 296.

Inter hæc obijt c decimo ferro octobris die Ludouicus, qui Trinacrium sceptrum iniuria gesserat, ac fratri Friderico Neopatriæ & Athenarum duci transmisit: cum vero Aragonij oratores sacramento spopondissent, nullis auxilijs Trinacrios principes a Petro Rege sustentarum iri, vt iniustam coronam detinerent; Innocentius publico diplomate sequenti ineunte anno rem vulgauit d, vt de perfidia constaret, si supperias aduersus Ludouicum & Ioannam Reginam, ne recuperarent Trinacriam, ferrent. Parum iuuit pontificia solicitudo, cum Aragonij Reges ita rem gesserint, vt post obtentam Sardiniam etiam Siciliam in suam redegerint potestatem. Quem quidem Petrum extremo anno ad sedem Apostolicam perrexisse, & clientis officia Sardiniæ & Corsicæ pontificia liberalitate acceptarum ergo Innocentio solemni ritu detulisse, describit vitæ Innocentij auctor e.

c Mart. Vill. l. 5. c. 87. Fazel post dec. 2. Mariana l. 16. c. 20.

d Supra pag. 296.

e Gesta Innoc. VI. apud Baluz. Monitus Petrus Rex vt mittat oratores pro pace Ligustica. f t. 3. ep. ser. p. 72. & 73. g 16. p. g. 73. h Corner. hist. l. 10. c. 7. Ducis Veneti in patricios coniuratio.

25 Implicitus porro erat grauiori bello cum Genuensibus idem Rex, vt Sardiniam sibi assereret: cuius sedandi solicitus Pontifex ipsum f, Genuenses g, ac Marinum Falerium ducem Venetorum excitauit, vt suos oratores pro veteri controuersia tollenda legarent: iussusque etiam est Fortanerius Gradensis patriarcha, vt Marinum ad pacis consilia suscipienda impelleret. Inclinasse illum ad concordiam, refert Cornusiorum historia h, dum ostentate pacis illecebra plebem ad se pellexisse ait: *Marinus*, inquit, *Falerius dux cum quibusdam viris audacibus & plebis conspirauit habere dominium, offerebat enim populo pacem cum Ianuensibus a nobilibus denegatam*. Honestus is erat proditionis quam moliebatur, obtentus: quippe ex indignatione, quod nonulli auctoritate præclarissimi patritij in moderanda ad libidinem publica re sibi obsisterent, coniurationem cum factiosis fecit i oppressusque ab aduersarijs temeritatis pœnas capitali supplicio luit. *Ducibus*, inquit Petrarcha, *qui per tempora fuerint edico, positum sibi pro omnia sciant, vbi se videant duces, esse non dominos, immo vero non duces, sed honoratos reipublicæ seruos esse*. His consentiencia scribunt Venetæ historici l, qui addunt, Ioannem Gradenicum reipublicæ gubernaculis admotum, atque ab ipso pacem cum Genuensibus redintegratam, rei Christianæ omnino necessariam pro fide in oriente defendenda: oratores etiam ab eodem duce ad Aragonium Regem pro ipso in fœdus adducendo missi fuere m: meminerant enim Veneti, post rescissam pacem, quam victores spreuerant, magnis calamitatibus fuisse attritos, ac terror impendebat, ne Ludouicus Hungariæ Rex grauiori eos bello immoueret. Compositio autem Veneto bello, pristina libertas Genuæ postea restituta est. Amisere etiam pari fulere, quo pepererant, Bononiam Vicecomites a, Ioanne Olegano tyrannidem corripiente, cum Matthæus præfectura vrbis illum depellere meditaretur. Nec diu post Matthæus ipse a fratribus e vira veneno sublatus est: cum is, expugnata vi nobilium matronarum pudicitia, Mediolanenses ad conflandam seditionem prope impelleret; nullisque Ecclesiæ sacramentis procuratus noctu e lecto ad diuinum tribunal raptus est familiari Vicecomitum exemplo, qui cum crudelem in sacerdotes exercerent tyrannidem b, a sacerdotibus sacramenta morituri non perciperent: sed de Italicis rebus hæc sufficerint; Gallicas nunc aggrediamur.

i Mart. Vill. l. 5. c. 83.

l Append. Andr. Dand. Diarium Veneti & alij

m t. 3 ep. ser. pag. 204.

Bononiam Ioannes Olegianus sibi arrogat. a Matt. Vill. l. 5. c. 22. Impura Matth. Vicecomitis vita. Et mors infelix. b t. 3. ep. ser. pag. 55.

26. &c. Venerant e superiori anno ad sedem Apostolicam missi ab Gallo Angloque Regibus viri principes Borbonius & Lancastrius duces: sed cum pertinacissime Regis sui iura dignitatemque singuli tuerentur, ad concordiam adduci non potuerunt. Queritur Matthæus Villanus d de non adhibita ab Innocentio apostolica auctoritate in controuersijs eorum dirimendis, & arcano iudicio diuino pacem non coaluisse ait. Cæterum nullas diligentissimi concordiæ interpretis partes ab Innocentio prætermissas, ostendunt eius literæ e, cum ad eam redintegrandam Ioannem episcopum Ebrensem & Androinum abbatem Clunacensem ad Reges miserit, vt difficultates, quæ Eduardo grauiora postulante, negatore Ioanne interponerent, remouerent. Data etiam ijdem est prouincia f, vt grauissimam dissensionem, quæ erat inter Carolum Nauarræ & Ioannem Francorum Reges, eruptura g in atrox incendium sedarent. Extant plures ad vtrumque Regem ea de re literæ datæ h.

Frustra Gallos inter & Anglos tentata pax c Matt. Vill. l. 4. cap. 36. Vulf. in Hypod. Neustr. & subdunc III. d Vill. ubi c. 36. e t. 3. ep. ser. p. 51. & t. 4. ep. ser. p. 94 Orta inter Gallum & Nauarræ dissensio. f ib. pag. 11. g Froissart. l. 1. Paul. Æmil. in Ioan. Gagnin. in ead. Massæus ead. h t. 3. ep. ser. pag. 84. &c. Vulf. in Hypod. Neustr. Accedit grauiora belli inter Anglum Gallumq causa Multa a Pontifice inter nuntij. i t. 3. ep. ser. pag. 13. Castella sacris interdicta.

Quod ad redintegratum in Gallijs ab Anglo bellum attinet; hanc refert illius causam Vualsingamus i; tributum fuisse a Ioanne Carolo maiori natu filio Aquitaniæ ducatum, cum Anglus fiduciarium se regiæ Gallicæ professeri recusaret: hoc vero audito Regem Eduardum adeo iracundia exarsisse, vt vocato filio Eduardo Vualliæ principe, in ipsum coram proceribus Aquitaniæ ducatum transfuderit; comparatisque copijs transfretare iusserit, vt principatum nouum defenderet amplificaretque. Cuius appulsum cum audisset Pontifex Ioannem archiepiscopum Capuanum & Petrum episcopum Tiraſonensem Apostolicæ sedis internuncios ad Reges misit l, vt ipsos a belli consilijs remouerent.

29. &c. Luxit sacrorum priuata solatio Castella, cum Bertrandus episcopus Senecensis Apostolicæ sedis internuncius pontificio iussu ob Petri Regis adulteris coniugij specie patrata, ac Reginam Blancham contra fas repudiatam, illum & concubinas anathemate, eiusque ditionem interdicto ecclesiastico subiecisset m. Cepisse Castellanos arma ad sanandam Petri Regis vesaniam, atque etiam Mariam Reginam filij flagitia auersatam vna cum glore Alienora Regina Petri amita, ac Toletanos, quos Blasius archiepiscopus pio studio fulciebat, matrimonij sacra & humana iura defendenda armis suscepisse, Ioannes Mariana n refert: quod pontificiæ confirmant literæ o. Ad sedandos vero hosce motus, ac restituendum Castellæ ecclesiasticæ disciplinæ splendorem, nec non sustentandam labantem Christianam rem Innocentius Guillelmum S. Mariæ in Cosmedin diaconum Cardinalem legatum in Castellam & Legionem decreuit: hac enim causa permotum se refert in literis ad Petrum Regem, quibus squallidam Castellæ faciem depingit p. Resipiscere demum, exploratafuorum defectione, visus est Petrus Rex: vtque ad obsequium suum principes ac populos reuocaret, de

m An. 3. t. 1 p. 1. ep. cur 51.

n Mariana l. 16. c. 20. Guill. Cardin. legatus in Castellã t. 3. ep. ser. p. 10. 11. 98 108. 138. & 142. 144 & gest. Inn. VI apud Baluz. An. 1. t. 2. p. 1. ep cur. 56. Regio thoro restituuntur Blancha

IESV CHRISTI
Annus 1356.

Indict. 9.

INNOCENTII PP.VI. CAROLI IV. IMP. OC. 11. anno 4. Io:PALÆOLOGI IMP. OR. 16.

1.Dec. PRæsentiens Innocentius imminentia ex Anglorum Gallorumq; bello exitia, Talayrandum episcopum Albanensem ac Nicolaum tit. S. Vitalis presbyteros Cardinales legatos componendæ discordiæ causa decreuit a, ac Ioanni Regi mala ingentia ex bello oriunda exposuit. Is vero tanta acerbitate aurum a subditis corrasit, vt pars sacerdotum exhausta opibus templa deseruerit b, ac pleræque vrbes ad rebellionem spectarint. Nec mirum, si conductus sudoribus pauperum ac sacerdotum gemitibus potentissimus exercitus turpissime fuerit profligatus. Dum vero eiusmodi subsidia in regni ordinibus poscebat Ioannes, interfecisse apud populum Carolum Regem Nauarræ multis nominibus regiæ Gallicæ beneficiarium, atque etiam proditionem in socerum confasse, ferunt c: ex quo indignatus Ioannes illum in custodiam tradidit. Sed Regis Nauarræ fratres vincula vlturi, infesta signa extulere.

a *Mf. f. Vallic bibl. sign. nu 2040. & n. f. Vat. sign. n. 3765. gesta Innoc. VI. apud Bosq.*

b *Innoc. ep. secr. p. 163.*

Rex Nauarræ custodiæ traditus.

7 Eodem tempore Eduardus iunior finitimas Aquitaniæ prouincias igni ferroque subijciebat. In quem Ioannes Rex arma conuertit, deprehenditq; d exuuijs onustum in Pictauiensi agro copiarum numero admodum imparem. Certa videbatur sine periculo victoria; sed vincendi patientia Ioanni defuit e. Inter hæc legati f Cardinales Talayrandus & Nicolaus submissi ab Innocentio, cum meruerent, ſi aduersæ concurrerent acies, plurimum sanguinem Christianum effusum iri, qui potius pro defendenda in Turcas fide, firmandaque orientalis ecclesiæ cum Romana coniunctione spargendus erat, ad Francorum Regis ac Vvalliæ principis castra discurrere, vt concordiam inter eos redintegrarent. Neque abnuit Anglus periculi terrore captus æquis legibus pacifici concordiam, eamque affinitate firmare: at Ioannes prauis temerariorum hominum suborn atus consilijs [illegible], Talayrandum Cardinalem facessere iussit, adiectis verborum minis, ni abiret de vita periclitaturum h. Vt autem Galli, qui ciuiuas in se iras ob repulsos internuntios apostolicos pacis interpretes concitarant, magna strage ab Anglis sint profligati, inter alios describit his verbis m. s. Vacani auctor i: *Sub anno* MCCCLVI. *& die lunæ* XIX. *mensis septembris princeps Gallarum primogenitus Eduardi III. Regis Angliæ bellum habuit cum suis gentibus in territorio Pictauensi contra Regem Ioannem filium Regis Philippi de Valoys & suas gentes. Quod bellum dictus princeps obtinuit: & dictus Rex cum suo filio tertio per dictum principem & suas gentes captinati & ducti in Anglia fuerunt cum circa ducentis tam comitibus quam vicecomitibus, banderensibus, baronibus, militibus & nobilibus maioribus & melioribus regni Francie, cum multis alijs comitibus, baronibus, nobilibus, & communitatibus dicti regni Francie.* Eduardus victor agnouit non suis viribus, quæ imbelles erant, sed diuini Numinis manifesta ope potentissimum hostem debellatum: eiusque pater Rex non festos ignes, vt se fumo pascerent, faciendos curauit, sed diuina sacrificia octo diebus continuis ad agendas Deo grates, ac pro eorum, qui occubuerant in acie, animabus a sacerdotibus peragi iussit l: quo modestiæ specimine maiorem gloriam, quam filius triumpho est consecutus.

c *Froiſſ. hiſt. l. 1. Paul. Æmil. in Ioan. Rege Gallorum in eod.*

Ioannes Rex in Eduardum iuniorem mouet.

d *Matt. Vill. l. 7. c. 69.*

Patientia illi, vt vincat deest.

e *Paul. Æmil. in Io: Rep. f Matt. Vill. l. 7. cap. 10. Froſſ. lib. 1. Paul. Æmil & Vvalſ. in Eduar. III. & alij.*

g *Geſta Innocen. VI. apud Bosq.*

Repulsi legati.

h *Froſſ. hiſt. l. 1. in Ioan. M. ſ. in vol. Vat. ſign. nu 2040 Matt. Vill. l. 7. c. 10. Petr. l. 3 de vita ſolit. ſecl. 4. cap. 2. & rer. ſenil. epiſt. 1. Paul Æm. in eod. Ioan. Rege Vvalſ. in Eduard. II. & alij.*

Galliæ Rex captus.

Anglorum pietas commendanda.

i *Matt. Vill. l. 7. c. 21.*

8. &c. Accepto de Gallica clade nuntio, Innocentius

Petr. Rex de pace & restituenda thoro Blancæ cernotem Pont. facit.

a *Mariana l. 16. c. 20. & Matth. Vill. l. 6. c. 18.*

b *l. 3. ep. secr. pag. 131.*

Petr. Rex in suos crudelitatem exercet.

Io: Palæologus restitutus imperio Constantinopolitano.

Cantacuzenus in monachum attonsus.

c *Ib. med. lib. cap. 11. 39. 40. 41.*

Palæologi fœdus pacificum cum Romana ecclesia,

f *M. ſ. Vallic bibl. ſign. nu 12. p. 273.*

Illius leges præcipuæ.

de recipienda Blancha per interpretes pacis pactus est: ac mox Castellani, arma abiecere. Toleti igitur, quæ vrbs defectionis exemplum cæteris præbuerat, honorificentissime exceptus Reginam in aulam reuocauit a; ac mox Innocentio Papæ totius rei seriem literis significauit. Quibus acceptis Pontifex, actis Deo gratijs, Petrum vt vxorem quo par erat amore prosequeretur, est adhortatus b, quo ex ea Castellani sceptri relinqueret successores, firmaret solium, atque ad Saracenos expugnandos vires colligeret. Cæterum Petri cum Regina conciliatio breui rescissa: iterumque dæmon prioribus laqueis deuinctum Regem ad Padiliam rapuit; quam paulo post e partus doloribus extinctam voluptatis vetitæ luisse supplicium, narrant auctores. Addit Mariana, Petrum Regem furentem vindictæ cupiditate in eos, qui Reginæ partes defenderant, sæuitiam exercere, belloque infectari cœpisse: hos vero fuga salutem redemisse, ac partim ad crudelitatem illius & tyrannidem auertendam arma expedisse. Ex quo intestina bella, malaque immensa fluxerunt.

32 Hoc anno restitutus est in Constantinopolitanũ imperium Ioannes Palæologus c, quod Ioannes Cantacuzenus a ita erat partitus, vt ipse quidem Constantinopoli rerum summam moderaretur, Matthæum Adrianopoli, Thessalonicæ Ioannem Palæologum teneret, ne cœpta inter eos dissensio inualesceret. At Palæologus cum se in Thessalonicensi regno velut in exilio detineri indignaretur, certior ab amicis factus, Cantacuzenum facile tyrannide depulsum iri, si Constantinopolim ingrederetur, Francisci Catalusij Genuensis prædiuitis opera Constantinopolim occulte venit: solicitatisque ad res nouas amicis imperatorium solium communibus procerum & populi studijs recuperauit. Cantacuzenus vero parta scelere tyrannide pulsus monasticis institutis se addixit: quam abdicationem imperij non coactam sed spontaneam, diuque ante meditatam ipse ostentare nititur e.

33. &c. Vbi liberas imperij habenas Ioannes Palæologus capessiuit, cum hinc premeretur a Turcis, hinc a Matthæo Cantacuzeni filio æmulo, qui Adrianopolim vt dixi, atque alia finitima loca a patre acceperat, agitata antea vna cum Cantacuzeno consilia de coniungenda cum Romana ecclesia orientali ad exitum perducere in animum induxit f: ac vocato Paulo archiepiscopo Smyrnensi Apostolicæ sedis internuntio, sacramento se obstrinxit, Romano [Pontifici catholicorum Imperatorum & Regum more obsequentem futurum: profecturumque debitis honoribus legatos apostolicos; daturumque operam reducendis in Romanæ ecclesiæ sinum Græcis. Pactus præterea est, se filium Manuelem heredem imperij ad aulam apostolicam missurum obsidem, vt auxiliares copias a Pontifice ad Turcas & perduelles Græcos, qui nimirum Matthæo adhærebant, edomandos. Spopondit etiam a se legato apostolico palatium Constantinopoli attributum iri, ac dignitates ecclesiasticas illius arbitrio Græcis doctrina & morum probitate præditis conferendas. Quæ promissa vbi multis cautionibus firmauit, a Pontifice exegit, vt exercitum aduersus infideles submitteret, cuius ducem & vexilliferum Ecclesiæ ipsum crearet. Hæc inter Palæologum, qui maternum genus ex Sabaudiæ principibus catholicis ducebat, atque Apostolicæ sedis nuntium extremo anno conuenta in publicas tabulas redacta ad Pontificem transmissa sunt.

Delphinũ Pontifex ad constantiam excitat.

a t.4 ep.secr pag.304.

centius Delphinum optimis consilijs, vt se aduersus res asperas muniret eruditur a: neque dolori, sed instaurandis lapsis rebus vacaret: probos consiliarios sibi asciscret: diuinum timorem infereret animo: neue iniustis oneribus populum opprimeret; atque internuntios Cardinales ad abruptum toties pacis colloquium redintegrandum iussit incumbere. Tum vero Eduardus b, licet capto Ioanne Rege posset vlterius excurrere, veritus tamen ne Galli, collectis nouis viribus eundem Regem recuperarent, vel ne in ipsum Carolus Imperator prosiliret, Burdegalam spolijs & gloria onustus se recepit. De cuius in parta victoria moderatione animi egregie sentiens Innocentius, illum vt clementia in victos vteretur est adhortatus c. Commendat Eduardum iuniorem Matthæus Villæus d, tanquis illum officijs Ioannem esse prosecutum, vt etiam mensæ accumbenti inseruierit.

b Matt. Vill l.7.c.20.

Burdegalã Ioannes ducitur.

c t.4.ep.secr pag.201.

d Matt. Vill l.7.c.20.

10. &c. Leuandæ vero Gallorum consternationis, impendentiumque malorum auertendorum solicitus Pontifex, misso ad Carolum Imperatorem Androino abbate Clusacensi, hortatus est e, vt pacis interpretem Francos inter & Anglos ageret: ad eundem etiam Imperatorem, qui Metis ordinum imperij cœtus coegerat, Carolus dux Normanniæ illius ex Sorore nepos se contulit vt ipsum ad præstandam laboranti regno opem permoueret: neque enim modo Anglici belli terrore, Rege iam capto, ac caso nobilitatis flore; sed intestinis etiam seditionibus fluctuabat: Regis Nauarræ frater Normanniam ob illum in vinculis retentum infestabat; plebeij furebant in nobiles, ipsorum proditione vel ignauia Regem captum: qua etiam nota aspergebatur Gallici sceptri heres ipse, qui vna cum agmine suo post leue prælium in fugam se conijciens Ioannem deseruisset.

Solicitatus Imp. vt pacis sequestrem agat.

e Ibid. p.202.

Galli ciuili bello implicati.

13. &c. Agit pluribus Rebdorfius f de Metensis conuentus splendore ac magnificentia; cui etiam consentanea Albertus Argentinensis g & alij referunt: extantque in libro priuilegiorum Romanæ ecclesiæ h, plures leges ab Imperatore in eo promulgatæ.

Metenses conuentus.

f Rebdor. in annal.

g Argent. in chron.

h Lib. priuil. Rom. eccl. to. 1. p. 401. 402 etiã in acta S. Aug. & inter coll. Plat. to. 3. p. 103. 118. & 155 & apud Goldast. in coll. const. imper. t. 1 in Carolo IV.

14. &c. Celebrarat ante Carolus ineunte hoc eodem anno Nurembergæ alios ordinum imperij cœtus, de quibus hæc narrat Rebdorfius i: *Mense ianuario idem Imperator conuocat curiam in Nuremberg, in qua archiepiscopis Moguntinensis Coloniensis, Treuerensis, & alij principes conuenerunt electores, & quam plures alij: sed filij Ludouici duo, Ludouicus marchio Brandeburgensis & dux Stephanus ad hanc curiam non conuenerunt, timentes potentiam Imperatoris prædicti: Ludouicus vero dictus Romanus etiam filius Ludouici bene interfuit huic curiæ cum magno apparatu, & de marchionatu Brandeburgensi per Imperatorem est inuestitus ibidem.*

i Rebdorf. in annal.

Alia comitia Nurembergæ habita.

24. &c. Hoc anno Ludouicus Hungariæ Rex, cum Stephanus Rex Rasciæ, qui antea Romanæ ecclesiæ coniunctionem Hungaricæ potentiæ terrore se amplexurum spoponderat, in hæresi & schismate obduresceret, sacram, auctore B. Petro Thomæ episcopo Pactensi apostolico internuncio, qui e Rascia in Pannoniam perrexerat, expeditionem in eum decreuit, vt regnum illud Hungarico imperio adiungeret, atque ex eo hæresim & schisma excinderet. De quo Cardinalis Baronius l in suis ad hunc annum notis id apposuit: *anno* MCCCLVI. *indictione* IX. *Ludouicus Rex Hungariæ prælaturus aduersus Rascios, quod illorum regnum pertineret ad Hungariæ ditionem, legationem misit ad Romanum Pontificem, vt pro hac ipsa causa crucem indiceret; spondens idem regnum ad arbitrium sedis Apostolicæ dispositurum. Habentur litteræ libro priuilegiorum Romanæ ecclesiæ.*

Ludouicus Hung. Rex Rasciæ bellum indicit

l Card. Bar. in not. m.s. bibl. Vall.

27. 28 Cum redijsset ad sedem Apostolicam Stephanus Hungariæ Regis orator, e præposito Vaudensis ecclesiæ Zagabriensis episcopus designatus, contendit a Pontifice a, vt sacram expeditionem in Rascios hæreticos & schismaticos decerneret, illiusque conficiendæ Ludouico Pannoniæ Regi prouinciam daret: cuius petitis assensisse Innocentium, indicat Matthæus Villanus b, dum ait, Pontificem mense augusto maximis honoribus Regem Ludouicum affecisse, illumque in Cardinalium consistorio signiferum Ecclesiæ aduersus infideles creasse; quibus pontificiæ ad Hungarum ipsum missæ literæ consentiunt c. Vt vero felicius bellum hoc sacrum geri posset in Rascios, Pontifex Aquileiensi & Gradensi patriarchis, atque archiepiscopo Salisburgensi iniunxit d, vt omnes catholicos, qui hæreticis & schismaticis præstarent auxilia, locarentue operam, censuras ecclesiasticas contraxisse denuntiarent.

Indicta sacra expeditio in Rascios.

a t.4 ep.secr pag.165.

b Matt. Vill l.6.c.60.

c Ibid. t.4 ep secr. p.190.

d Ib. ep. secr. pag.152.

29 Implicitus porro erat alio cum Veneti bello Hungarus: inierant enim cum Rascijs fœdera Veneti, vt vires aduersus Regis Hungarorum potentiam, cum quo ipsis intercedebat vetus de Iadera ac nonnullis Dalmatiæ locis controuersia, confirmarent, in quos tum Hungarus signa conuerterat, antequam Rascijs bellum inferret: quo primum nuncio perculsus Pontifex, qui arma verti in schismaticos non in fideles peroptabat, Bonioannem episcopum Firmanum Apostolicæ sedis internuntium misit, vt Hungaros ac Venetos conciliaret, quo sacra in Rascios expeditio conficeretur. Grauissimis vero literis apud Ludouicum est questus e, gerendum in fidei hostes bellum in catholicos suscipi.

Cur Veneti fœdus iũxerint cum Rascijs.

e Pag. 118. & 151.

Obsecutus monitis Pontificijs Ludouicus Rex paratum se ad dirimendas æquitate & beneuolentia controuersias, quæ sibi cum Venetis erant, & apostolico arbitrio committendas est professus; tum exercitum, quem in Venetam ditionem immiserat, se reuocaturum. Cui Pontifex ob eximia illa concordiæ redintegrandæ ostensa signa gratias egit: tum B. Petrum Thomam Carmelitam episcopum Pactensem, vt cœptam concordiam perduceret, transmisit f; solicitauitque Ioannem Gradenicum ducem, vt internuntio apostolico æquas aures præberet: ne respueret pacis consilia, cum bellum illud Venetum Hungariæ Regem ab expeditionis sacræ in Rascios schismaticos consilijs retardaret. Describit eius belli cum Venetis causas euentusque Matthæus Villanus g, Ludouicum scilicet Regem Iaderam atque alia plura in Dalmatiæ loca, quæ olim ditionis Hungaricæ fuerant, repetijsse; præfectumque h a Carolo Imperatore bello in Venetos pro Taruisio, atque alijs vrbibus Romano ereptis imperio dum intestinis seditionibus exarsit, recuperandis; quadraginta equitum millia extremo iunio in marchiam Taruisinam misisse: verum penuria in castris ob maximam multitudinem ingrauescente, Germanisque cum Hungaris dissidentibus, Taruisinæ vrbis obsidionem soluere, inque Pannoniam abscedere coactum i.

Agitatum de concordia.

f Ib. p. 153.

g Matt. Vill l.6.c.36. & 60. Bonif. de cis. 2 l.10.

h Matt. Vill. super c.60. Dissolutus Caroli exercitus.

i Cap 66.

30 Antequam Hungariæ Rex exercitum, cuius aspectu perhorruerat Italia, dissolueret, Pontifex illius in marchiam Taruisinam aduentus occasione vtendum ratus, ad debellandos reliquos tyrannos, qui ditionis ecclesiasticæ in Flaminia vrbes oppressérant, ipsum literis pluribus refertis encomijs solicitauit, vt qui sæpius maximis prælijs Tartaros, Lituanos, Ruthenos, Rascios obtriuisset, clientelam Ecclesiæ susciperet; & crudeles impiosque tyrannos, qui ditionis pontificiæ multas vrbes inuaserant, forti exercitu contunderat l.

Solicitatus Hungarus ad pugnãdam opem ecclesiæ.

l t.4.ep.secr p.152. & t.5 ep.sec p.184 Quantæ tyrannorũ acerbitas.

In Insubria grauissimum bellum aduersus Barnabonem & Galeatium Mediolanenses tyrannos ortum & ge-

gestum est; Marquardus enim episcopus Augustensis cæsareus in Italia legatus [a] prædatrices turmas ad signa imperatoria traxit; ac legibus primum acturus Bernabonem & Galeatium in ius vocauit, sacerdotia magno Ecclesiæ imperijque contemptu conferre, insidias Imperatori Pisis struxisse, Insubriæ dominatum tyrannide corripuisse, reuertenti Imperatori vrbium portas clausisse, ac mœnia militibus sepsisse. Constituta dies vndecima octobris ad dicendam causam, cum effluxisset, Marquardus signa per Insubriam circumtulit, atque Parmensem, Placentinum, Mediolanensem, Cremonensem agros est populatus. Coniunxit etiam arma cum Marquardo Ioannes Montisferrati marchio, nonnullasque vrbes cepit [b]: qua occasione vsi Genuenses, cum grauissimo bello Vicecomites implicitos vidissent, iugum excussere, atque euocato Pisis Simone Buccanigra se in libertatem asseruerunt [c]. Ita Simon iterum Genuensem præfecturam inijt, depulsis Vicecomitum administris, alijsque præsidiarijs. In tot aduersis Bernaboni ingruentibus Pontifex [d] illum admonuit, vt in se descenderet, & quæ diuinas iras asperare possent, tolleret. Verum arrisere postea Bernaboni & fratri Galeatio feliciores successus: Marquardum enim Imperatoris legatum nimium sibi præsidentem adorti fudere, cepereque cum pluribus alijs [e].

[a] *M.f. bibl. Vat. sign. num 2040. Matt. Vill. l.7. cap 23. & Rebd in annal.* Bernabos edictis & armis petitus.

[b] *Matth. Vill. l.7 cap 35. & 40.* Genuaci iudem iugũ excutit.

[c] *Ibid. c.40. Felin lib.7. hist Gen. Bizar. hist. Gen. l.6. & Aug. Iust. l.4.* Bernabos hostẽ fundit capitq; [d] *l.4 ep. secr pag.137.* [e] *Matt. Vill l.7.c.37.*

31. &c. Quod ad Græcorum res attinet: *Anno* MCCCLVI. inquit m.s. Vaticanj auctor, *infra octauas pentecostes nunij Imperatoris Constantinopolitani cum parua galea applicant iuxta ecclesiam B. Mariæ de miraculis Auinionensis, offerentes dominum suum redituru ad Ecclesiæ vnitatem, vt sibi ab Ecclesia subsidium fieret contra Turcas.* Vt igitur Græcos ad fidem orthodoxam pelliceret Christi vicarius, B. Petrum Thomam Pactensem & Sisopolitanum episcopos legauit in Græciam, quos Hugoni Regi Cypri, Ludouico Regi Hungariæ, Rogerio de Pinibus Rhodiorum equitum magistro, patriarchæ Constantinopolitano [f] aliisque [g] commendauit [h]: Palæologum vero hortatus est [i], vt eorum consilijs morem gereret.

[f] *Pag. 163.* [g] *Pag. 164.* [h] *Epist. p. 162. Rebd t.1. ep. secr. p. 140.*

36 Hoc anno Turcas adornasse classem ad Græcos diuexandos bello, refert Matthæus Villanus [l], ac magnas ijs clades intulisse principis cuiusdam fidei Christiani, sed scelere Mahometanis non imparis opera, cui vt referrent gratiam barbari portu ab ipso excepti, prædarum, quas e Christianis auexerant, decumas persoluebant. Ita Christianorum perfidia res Christiana est collapsa.

Turcæ in Græcos grassantur. [l] *Matt. Vill. l.6.c.30.*

37. &c. In Hispania res Christiana depressa est a Mauris Castellæ & Aragoniæ Regibus ciuili bello implicitis; ad quos conciliandos missus [m] est a Pontifice Guillelmus tit. S. Mariæ in Cosmedin Cardinalis Apostolicæ sedis legatus. Monitus quoque Petrus, Rex Castellæ, vt Blancham Reginam eiecta pellice thoro restitueret; at illaqueatus adeo erat Castellanus voluptatum illecebris, diuinumque omnem timorem extinxerat, vt nullis monitis ad reuocandam Reginam flecti potuerit; qua de re hæc Rodericus Sanctius tradit historiæ [n]: *Legatus Regem inflexibilem reperiens, parum profecit.* Et infra: *Sic igitur in nostra misera Hispania verificatum est illud Nahum prophetæ vaticinium* [o]: *Exce corruat ciuitas propter fornicationem meretricis speciosæ & gratæ, habentis maleficia, qua vendit ad gentes & familias in maleficijs suis.* Et sequitur: *Propterea, dixit Dominus exercituum, reuelabo pudenda tua, & ostendam regnis nuditatem tuam. Quod ad literam calamitosa Hispania experta & passa est.* Cumularat autem superiora flagitia Petrus Rex non modo sæuitia in suos, de qua plura immania narrant historici, verum etiam rapinis in ecclesiasticis vectigalibus in regium ærarium conuertendis,

[m] *l.4. ep. sec pag.194.* Auersæ Castellani aures pontificijs monitis. [n] *Rod. Sanct. hist. Hisp. cap.24.* [o] *Nahum 3.* Castella diuina vltione percussa. Petr[s] Rex sæuitiam in suos exercet.

41 Auctum hoc anno Cardinalium collegium ab Innocentio, refert eius vitæ auctor hisce verbis [a]: *Eodem anno die* XIII. *mensis decembris dictus Innocentius Papa VI. creauit sex nouos presbyteros Cardinales, videlicet dominos Petrum de Foresta Gallicum, tunc archiepiscopum Rothomagensem & cancellarium Regis Francia: Eliam de sancto Arelio diœcesis Lemouicensis monachum ordinis S. Benedicti, tunc episcopum Vticensem: Franciscum de Cuberto* * *Italicum, tunc episcopum Florentinum: Petrum de Monsturco diœcesis Lemouicensis nepotem suum ex sorore, tunc electum Pampilonensem: fratrem Guillelmum Farinerij de Gordonio diœcesis Caturcensis, tunc generalem ministrum ordinis fratrum Minorum: & fratrem Nicolaum Rosselli Catalaunum, tunc inquisitorem hæretica prauitatis prouincia Aragonum.* Consentiunt his m.s. Vaticani [b] auctor, Contelorius [c], & alij; meminitque postremi Surita [d], quem virturibus fuisse insignem ait.

Cardinales hoc anno creati ab Innoc. VI. [a] *Gesta Innoc. VI. apud Bosq.* * Tudertino [b] *M.s. bibl. Vat. signat. n.2040.* [c] *Contel. in elich. Card. creatione 2. in Innoc. VI & alij.* [d] *Surit. lib.9. cap. 9.*

IESV CHRISTI annus 1357.

INNOCENTII PP.VI. CAROLI IV. IMP. OC. 12. annus 5. IO: PALÆOLOGI IMP. OR. 17. Indict. 10.

1. &c. *Dominus Talayrandus Petragoricensis Cardinalis*, inquit m.s. Vaticani auctor [e], *& dominus Nicolaus Capotij Vrgellensis Cardinalis nuntij apostolici, missi per dominum Innocentium Papam VI. in regno Francie & Anglie pro pace vel tregua tractanda inter dictos Reges & eorum regna, gratia Dei mediante, & ipsorum operationibus tregnum firmauerunt dictorum Regis & principis Vallensis & ipsorum regna, incipiendum in proximo festo resurrectionis Domini & finiendum ad festum Sti Ioannis Baptistæ, non primum, sed venturum seu secundum. Dicti vero Cardinales tractauerunt de consensu & voluntate dictorum Regum de pace finali habenda inter ipsos Reges & regna. Item predicti Cardinales sub die secunda mensis dicti anni cum maximo honore recepti fuerunt apud Londonium per Regem Anglie.* Arte & dolo de pangenda pace agebat Anglus; cum enim a Vvalliæ principe paternus assensus fuisset desideratus, tum is [f] ad delendos Vascones, quorum fidei Ioannes se commiserat, quique obstabant, ne in Angliam auocaretur, finxit ad firmandam pacem omnino permecessarium, vt dissidentes Reges in colloquium venirent: atque ita Ioannem Regem, ac Philippum filium & alios principes Francos in acie captos in Angliam abduxit.

De pace actum. [e] *M.s. bibl. Vat. signat. n.2040. in Clem. VI.* [f] *Matt. Vill. l.7.c.57.* Ioan. Rex vna cum filio & proceribus in Angliam ducitur.

5 Redijt hoc anno in gratiam cum ecclesia Romana Alberto Austriaco concordiæ interprete Ludouicus marchio Brandeburgensis, impositaque tite ad expiandum schismatis crimen pœnas suscepit.

6 Quo etiam anno expugnata est ab Ægidio legato Cæsena, in qua Ciam cepit [g] Ordelaffi tyranni coniugem, pertinacissimi animi fœminam, quæ exsis ferro ijs [h], a quibus se prodiram putabat, incredibili audacia interiora mœnia cum fidissimis militibus tuebatur. In ea Cæsenæ expugnatione Hungaricum equitem egregiam legato operam nauasse, refert Nicolai Laurentij vitæ auctor [i]: Ludouicum quippe Pannoniæ Regem Pontifex crucesignati exercitus ducem aduersus Ecclesiæ perduelles ac præsertim Ordelaffum hoc ineunte anno creauit, vt eo honoris titulo ipsum ad præstanda legato auxilia obstringeret. Procurrebant in Ordelaffi opem prædonum sociæ turmæ: sed Ægidij legati studio dissolutæ [j] dissipatæque fuerunt. Qua de re Innocentius eodem legato est gratulatus.

[g] *Vit. Nicol. Laur. c.18.* [h] *Matth. Vill. lib.7. c. 58. & 65.* [i] *Vit. Nicol. Laur. c.18.* Prædonum sociæ copiæ dissipatæ. [j] *Rebd ep. secr pag.209.*

Tum

Ordelaffus Forliuij ob ſeſſus.

a Matt.Vill l.7.c.94.

b Vita Nicol Laur.c.18.

Ipſius inſana pertinacia.

ſiuſdem crudelis impietas.

Filium cõfodit.

Filiam capite truncat

Tum Ægidius Cardinalis caſtra promouit ad Forumlinium a, in qua vrbe Ordelaffus ſedem tyrannidis fixerat, propugnabatque tanta pertinaciæ ferocia b, vt cum legatus ipſi coniugem ac liberos Cæſenæ captos redditurum ſe polliceretur e, opportunaſque pacis leges offerret, tyrannus illum accuſaret amentiæ, ac ſi in ſuam poteſtatem caderet, laqueo ſe illum interempturum iactaret. Si quos vero in eruptionibus cruceſignatos caperet, ipſos ludibrij cauſa detracto crucis ſymbolo veſtibus affixo, quod facile marcere ac deleri aiebat, candenti ferro in formam crucis efformato inurebat vel diris ſupplicijs conficiebat. Cumque filius amicorum conſilijs madentibus oculis lacrymis eum obſecraret, vt legati clementiæ ſe permitteret, ſeque ac ſuorum vitam redimeret, indignatus ſno negauit ſatum ſanguine, extractoque cultro fugientem transfixit, ex quo vulnere paucis poſt horis obijt. Par crudelitatis genus experta eſt illius filia nupta, quæ cum ipſum paſſis comis paternis genibus prouoluta deprecaretur, vt matrem e vinculis liberaret; nullo reſponſo dato, arrepta manu coma filiæ collum ferro ſecuit. Quibus editis immanitatis in ſuos exemplis, nemo ipſum de facienda deditione interpellare auſus eſt, ac producta obſidione, Ægidius legatus, relicto in caſtris ſucceſſore Androino Cluniacenſi abbate, ad aulam pontificiam redijt, fruſtratuſque eſt votis ſuis Pontifex, qui Androino dare operam iuſſerat c, vt antequam Ægidius Italia abſcederet, Franciſcus Ordelaffus tyrannide depulſus eſſet.

Ægidius Card. abſcedit ex Italia.

c 1.5.ep.fact pag.210.

Hungari contra Venetos progreſſus.

d Matt.Vill l.7.c.82.

e Id.l.8.c.19 Appen.hiſt. Andr.Dand. & alij.

f Vill.lib.8. cap.12.

g Id.c.30.

7. § Quod attinet ad Ludouicum Pannoniæ Regem, cuius equeſtribus copijs in domandis hoſtibus Pontificem vſum vidimus; vexabat ipſe acerrimo bello Venetos in Dalmatia & Marchia Taruiſina, cuius molem cum ſuſtinere ſe poſſe diffiderent Veneti, Tranum ac Spalatrum, mittis oratoribus, ad redimendam pacem obtulere. Quo audito eæ vrbes, ne diuendi viderentur, ſponte in Hungarorum potentiam conceſſerunt d: neque ita multo poſt Iadera impetu noctu capta ab Hungaris e, qua vrbe potitus Ludouicus obſidendarum Venetiarum terrorem Venetis incuſſit: tum commiſſo cum Taruiſinis prælio Hungari victoriam retulere f. Quibus cladibus attritus Ioannes Delphinus dux pacis leges a victore accipere, ac Dalmatiæ arces Hungaro reſtituere coactus eſt g.

Caſtellani in Aragoniam irrupto.

h Matt.Vill l.7.c.50. & geſt Inn.VI apud Beſq. Marian.lib 17. c.1.& alij i.5.ep.ſecr. pag.122.

Alfonſi Regis Luſitaniæ obitus

k Sur.lib.9. c.11.

m Io. Mar. de reb.Hiſp. l.17.c.1.

9. In Hiſpania Petrus Caſtellæ Rex cum magnis copijs irrupit h in Aragoniam, ac Tiraſonam menſe Februario cepit: in quam vrbem mox pulſis Aragonijs coloniam Caſtellanorum deduxit, interque eos agros circumiacentes diuiſit. Orto mox grauiore bello cum vtrinque eſſent paratæ ad pugnam Caſtellæ & Aragoniæ Regum acies, diremptæ ſunt a Guillelmo Cardinale legato. Sancitum, vt captæ vtrinque arces ipſius fidei committerentur, quo ea ijs, vti viſum foret, ſtatuerot; ſed cum iuberentur Regis Caſtellæ prælidiariæ copiæ controuerſis arcibus, vt erat ſancitum i, abſcedere, ſe legati nomine eas retenturas reſpondere, ac prior diſſenſio recruduit. Addimus Hiſpanicis rebus Alfonſum Luſitaniæ Regem e vita migraſſe, illique k Petrum m filium in regno ſucceſſiſſe.

IESV CHRISTI
Annus 1358.

INNOCENTII PP.VI. CAROLI IV. ROM. REG. 13.
annus 6. IO:PALÆOLOGI IMP. OR. 18.

Veneti Hungarico bello oppreſſi pacem exorant.

a Matt.Vill l.8. cap.30. Diar. in ſ. Ven.Append ad Anal.Dan baſil nuſq. in Io.Delphino & aly.

Siculæ turbę compoſitæ.

Trinacria bello laniata.

1 SVccumbere cœperat Veneta reſpublica diuturno attrita bello ſub Ludouici Hungariæ Regis potentia, & Iaderam, ob quam ſuſceptum potiſſime erat bellum, amiſerat, neque vlla ſecundorum ſucceſſuum ſpes collapſis rebus affulgebat. Exoratuit itaque pacem a, quæ ijs legibus contecta, vt Ludouicus Rex marchiam Taruiſinam, quæ Romani erat imperij, quamque ille imperatorijs erectis ſignis oppugnarat, Veneris permitteret: terras quas ſuas contendebat in Dalmatia & Iſtria ſitas vna cum Iadertina arce, quæ valido munita præſidio etiam capta vrbe adhuc a Venetis tenebatur, reciperet.

Porro vlteriorem Siciliam diſcordiæ veteres laniabant, cum Meſſana iuſti Regis, Ludouici ſcilicet generis Gallici partes tueretur: Catania vero Friderici principis Aragonij dominatum firmare niteretur: ex quo maximæ clades vltro citroque acceptæ.

Duo Cardinales ad ſedandas turbas legati in Galliam.

b l.6.ep.ſecr pag.5.

2 Excitabat etiam Galliæ ciuilis furor, ad quem ſedandum Pontifex Talayrandum Albanenſem epiſcopum & Nicolaum tit. S. Vitalis presbyterum Cardinales omni ſtudio & contentione extremo anno ſuperiori dare operam iuſſerat b, quo firmari cum Anglo fœdus, Ioannesque Rex libertati reſtitui poſſet.

3 Præmonitus etiam Nauarræ Rex, vt inuentis patriæ miſereretur: ſed ſpreuit ipſe pontificia monita; ad Gallicum enim ſceptrum materno iure Anglico antiquiori contendebat, eoque licentius graſſatus in Gallos, quo imparatiores erant, cum rumor increbreſceret Reges inter ſe de pace in Anglia conuenille: Eduardus enim Gallo has fœderis leges menſe maio propoſuerat c, vt Normanniam, Aughienſem, Ghinenſem, atque Itienſem comitatus, ac ſexcenta aureorum millia adipiſcendæ libertatis cauſa traderet: quibus cum aſſentiretur Ioannes Francorum Rex, mutuis Regum oſculis ſancita pax diuulgata eſt. Fefellit tamen exitus omnium expectationem. licet enim Ioannes ſincero animo rem ageret, Eduardus tamen, cum ciuili bello ardere Gallias videret, illud magis inflammabat, vt eas ſibi ſubijceret: vtque violatæ pacis dedecus Gallo aſpergeret, obſtiterat d, ne pactum aurum cogeretur; & miſcebat Gallias, ſubmiſſo Regi Nauarræ plurimo auxiliari milite, quo ille ſuccinctus late arma flammaſque circumferebat.

Propoſitæ ab Anglo pacis leges

c Matt.Vill l.8.c.51.

Idem, ne mandentur operi obſtitit.

d Ead. l.c. 101.

4 Quod ad res Anglicas ſpectat; tradunt auctores e Eduardum conuiuijs, ludis, atque haſtiludijs vacaſſe, dum duos Reges Gallum Scotumque bello captos oſtentabat. Reſtitutum autem pacta ingenti auri vi, hoc anno ab Eduardo Rege Angliæ in priſtinam libertatem Dauidem Regem Scotiæ, indicat Matthæus Villanus f; cuius fœderis leges Hector Boethius perſtringit, additque g, coegiſſe Dauidem regni ordines, vt ſi Scoti aſſentirentur, regnum ad Angliæ Regis filium deriuaret, cum id Eduardo eſſet pollicitus: ſed in medio procerum ſenatu tantam ex eo motam indignationē, vt ſe nunquam, dum tela in dextris geſtare poſſem, Anglo Scoticum ſceptrum permiſſuros exclamarent.

e Matt.Vill lib.8.c.101. Vrſl. in Eduar III.

Scoti Rex libertati reſtitutus.

f Bo.l.lib.8. cap.36.

g Hector Boeth.hiſt. Scot.l.15.

Detrectat Scoti Anglis ſubijci

5,6 Commota eſt tum in Anglia & Hibernia grauis diſſenſio inter fratres mendicantes & clericos auctore Richardo archiepiſcopo Armachano primate Hibernię conquerente parochorum iura ab illis inuadi, vel obteri adeo, vt cleri dignitas atque au-

Diſſentio fratrum & clericorū in Anglia.

ctoritas deprimi & obsoleſcere videretur. Quis porro huius controuerſiæ fuerit exitus narrat m. s. Vaticani auctor, atque a, vita functum Armachanum dum lis sub iudice erat: quam cum nemo vrgeret, sopitam fuiſſe. Præcipuum vero illius argumentum, concionari nempe parochorum ordinem fideles apud viros religiosos conscientiam expient, & apud parochos expiare abnuant, & noxam inde lethalem ſuſcipi, falſum eſſe patebat. Ipſum autem pio ductum cleri maieſtatis obſoleſcentis reſtituendæ ſtudio non liuore in religiosos ordines permotum, putandum eſt: coruſcaſſe enim miraculis poſt obitum ferunt b, atque de ijs in inquiſitionem adducendis Bonifacium IX. dediſſe mandata, vt ſanctorum cultus illi decerneretur. Tantum vero abeſt, vt privilegia mendicantium religioſorum reſciſſa fuerint ob intentatam ab illo actionem, vt potius nouo diplomate pontificio confirmata, Vualſingamus tenetur c. Extat vero illud in regeſto Innocentij, a quo Ioannis XXII. in Ioannem de Poliaco ſententia magiſtri Auguſtinianorum precibus repetita d, inſtauratæque.

a M. Chron. Vat. ſegm. n. 3765. geſta Innocen VI apud Boſq.

b Wadd. ſub an. 1357 n. 8 Conſt. mag. ord. mendicantium. privilegia.

c Walſin in Eadw. III.

d An. 1342 ep. 21 ſecr. ſerm. 344.

7 In oriente ob defenſam fidem ac promulgatam inter Mahumetanos Thomas Hungarus, deſectionis ad Mahumeticam ſuperſtitionem pœnitens, Chriſti fidem imperterrito animo profeſſus, ab Ægyptio ſoldano Alexandriæ cæſus glorioſam martyrij palmam vna cum tribus Minoritis Nicolao, Franciſco, & Petro collegit e: quorum ſacra corpora, dum a carnificibus ſecabantur, cœleſti ſplendore circumfuſa fuere.

Thomas Hungarus martyr.

e Bar. de ſign. eccl. l. 7 c. 3. ſig. n. 27. 9. 14 ex ann. Fr. d. Vualdenſ. Vualdin. in annal. Min. t. 4. hoc ann. n. 4.

Quo etiam anno in occidente apud Belgas Gertrudes de Oeſten virgo ſanctitate & miraculis illuſtris, animam Deo reddidit; cuius felicem obitum deſcribit vitæ illius auctor his verbis f: *Cum iam annos non paucos inter Beghinas egiſſet Gertrudis, in ſeruore & vitæ duritia atque ſanctitate haud vulgari ad eam peruenit diem, qua erat iuxta ad ſponſum cœleſtem, de quo ſolebat & loqui ſuauiter, & pie meditari, & etiam canere dulciter. Itaque ſacroſanctis Chriſti myſterijs ad beghinas ait: Sorores meæ, ego domum noſtra proficiſcor. Illis exiſtimantibus præ morbi dolore ſic eam loqui dicentibuſque ipſam domi eſſe, rurſum ait ſana mente: Nequaquam ſum domi, ſed illius volo eſſe, vbi platea ſternuntur auro mundo. His dictis paulo poſt ſpiritum ſuum Deo commendans in pace obdormiuit.*

f Geſta Innocen VI apud Boſq. Ambitioſi latronis ſupplicium. g Matt. Vill. l. 9. c. 53. Carolus Delphinus regia corona redimitur. h Id. ib. Vualſin. in Eduard III. Froiſſ. hiſt. l. 1. Anglia Reg expeditio in Gallias. i Vill. l. 6. c. 9. 10.

Indict. 12.

IESV CHRISTI
Annus 1359.

INNOCENTII PP. VI. CAROLI IV. IMP. OC. 14.
annus 7. IO: PALÆOLOGI IMP. OR. 19.

DElphinus, repreſſis ſeditioſis (quorum princeps g cum ſe Iaqueorum Regem eſſe iactaret, ac plurimum cruorem fudiſſet, candenti tripode caput inuſtus, & eiuſmodi corona ignita a carnifice cinctus, ſolijque vice patibulum nactus, ſtultæ ambitionis pœnas dedit) ad conciliandam ſibi maieſtatem, facta prius a patre poteſtate, Galliam coronam, vt regnum melius ab hoſte vindicare poſſet, ſuſcipere decreuit. At Eduardus h in ſpem regni Francorum ſibi ſubijciendi erectus, floreniſſimum contraxit i exercitum, traiecitque menſe octobri in Gallias. Expoſito in terram exercitu, prædatrices Anglorum turmæ, quæ in Gallijs graſſatæ erant, ipſius caſtris acceſſere l: quibus maximis viribus ſuccinctus veluti ad iucundam regni poſſeſſionem Rhemos contendit, in qua vrbe ſacro Francorum Reges perungi oleo conſueuere: ſed quam irrito exitu, dicetur ſequenti anno.

Rhemi obſeſſi.

Interea Carolus comes Alenconius regia ſtirpe Gallorum ſatus, caducarum rerum tædio affectus, rerumque diuinarum contemplationi ſe totum addicere meditatus, Prædicatorum ordini nomen dedit. Ex cuius ſeceſſu Maria mater comitiſſa ingentem dolorem percepit, conatuſque omnes, vt ipſum ad ſeculi curas & honores reuocaret, adhibuit. At Pontifex hæc de eo ad Ioannem marchionem Montiſferrati ſcripſit a.

Aléconius comes religioſam vitam amplectitur.

a 1. 3. ep. ſecr. pag. 50.

Innocentius, &c. Si illum inueneris euangelica proſequi conſilia, & mundum, cum pompis & fallacibus ſuis illecebris voluiſſe & velle conſtanti perſeuerantia relinquere propter Deum; nos laudabile propoſitum ſuum multipliciter in Domino commendantes, nullatenus eum volumus ab inceptis diſtrahi, aut etiam aliquatenus impediri. Quinimmo noſtris eum conſilijs ad conſummanda quæ cœperit exhortaimur, & per te cupimus ſimiliter exhortari, eamque egregij doctoris Hieronymi ſententiam ſuis quotidie auribus inculcari, per calcatum patrem eſſe pergendum; & licet vbera, quibus nos nutrierat mater oſtendat, ad vexillum crucis ſiccis oculis eſſe euolandum. Si vero, quod abſit, iuuenilis ei hoc leuitas perſuaſerit, ac deinde vel complexionis ſuæ debilitas, vel forte ignota ſibi prius religionis aſperitas ex nunc ſibi perſeuerantiam interdicant: tunc eum tutioribus præuenire conſilijs, & debita prouidentia præmunire, vt ne peior priore in poſterum foret error, dum licet, ante ſtatutum a iure profeſſionis terminum futura prouideat, & ſibi ac ſuis pro rerum grauitate conſulat, eadem nobilitas tua velit. *Dat. apud Villamuſam Autiſiodorenſis diœceſis x. kal. Iulij anno VII.*

Illius conſtantiam celebrari iubet Pont.

Inſigne etiam de mundi contemptu exemplum dediſſe per ea tempora memorant k alium in Hiſpania regij ſanguinis principem, nimirum Petrum Iacobi II. Regis Aragonum filium Ripacurtiæ comitem, & Petri regale ſceptrum Aragonium tenentis patruum: qui temporum ſimiliter iniquiſſimorum pertæſus ſeculo abire in animum induxit: defunctaque Ioanna coniuge comitis Fuxenſis ſorore, ac ditionem liberis ex ea ſuſceptis partitus, Minorum fratrum familiæ ſe aggregauit. Hæc pluribus Vvaddinghus l de tanto viro, de quo mentio alibi facienda erit, cum propheticæ dono inclaruerit.

Petr. regis Arag. primceps Minoritas ſe adiicit.

k geſt. Innoc VI. apud Boſq. Vvadd. in ann. Min. hoc ann. n. 2. l Vvadd. ib. d Matt. Vill. l. 9. c. 10.

2. &c. Dum Petrus princeps in religionis portum ſe recipiebat, concitatum iam ante in Hiſpania bellum recruduit. Auertendique in hoſtes fidei tanti diſcriminis ſolicitus Innocentius, Guidonem epiſcopum Portuenſem in Hiſpanias legauit e, qui a Regibus honorifice exceptus cultuſque: de quo tum Aragonio tum Caſtellano nonis iulij gratias egit Pontifex f, ipſoſque hortatus eſt, vt ad pacis conſilia promptiores eſſe vellent. Nec modo Guidonem dare operam iuſſit Innocentius, vt Reges ad concordiam adduceret; verum vt Caſtellanum ad electam a ſe Blanchan Reginam recipiendam induceret g: quem etiam apoſtolicis literis horratus eſt h, vt Reginam vxorem moribus grauem, nobilitate illuſtrem, vt animæ ſuæ ſaluti conſuleret, ad ſe reuocaret, atque ex diuinis imperijs coniugali amore proſequeretur: ſed durius adamante illius cor molliri nunquam potuit: quocirca qui Pharaonis pertinaciam imitari non perhorruit, infelices illius exitus expertus eſt, vt ſuo loco dicetur.

e Guido Cardin. ad Hiſpanias pacandas incumbit. f t. 7. p. 1. ep. ſecr. pag. 63. g t. 7. p. 1. ep. ſecr. pag. 30. 100. h Id. pag. 29

5 In Sicilia citeriore duplici bello exagitabatur. Ludouicus enim Federicus i Aragonij ſanguinis princeps Catalanis auxilijs iuſtus in Trinacria Meſſanam

i Matth. Vill. l. 9. cap. 11. & 58.

mam ac Panormum vexabat: hinc fœderatæ vagorum militum turmæ Apuliam depascebant [a]. Cui Ægidium Cardinalem auxiliares copias submittere iussit Pontifex [b], eidemque in Siciliæ regno legationis apostolicæ munus immixit [c], vt prædones coerceret, statumque regni componeret; disciplinam ecclesiasticam in pristinum splendorem reuocaret, tum Fraticellos hypocritas reprimeret.

a t.7 ep.fecr p.1.pag.19.
b Ib.pag.39.
c Ann.7. ep. cur.13.

6 Effecere etiam in reliqua Italia ingentem vastitatem alia palantium militum agmina, ductore Lando comite viro netario, cuius excursiones recenset Matthæus Villanus [d], quasque breui narratione perstringit Innocentius in literis datis [e] ad Ludouicum Pannoniæ Regem, cuius opem implorabat, cum Franciscus Ordelaffus, ab Ægidio Cardinale in angustias coniectus, ad retundendas vires pontificias prædonum sociales turmas in auxilium vocaret. Cæterum auertendi ab ecclesiastica ditione socialis latronum exercitus solicitus Ægidius legatus, illum pacta quadam auri vi placauit; quod Villanus vitio tribuit [f] sed necessitas eo Cardinalem adegit, cum Forumlinium ex Ordelaffi tyrannide liberare aliter non posset, nisi ab illius fœdere prædatrices turmas abstraheret: quæ quidem illectæ promisso auro, cum iam Foroliuienses depasti, vix quæ possent absumere reperirent, discessere. Ac tum Ordelaffus periculi extremi terrore captus, quippe qui Foroliuiensium ob inductos in eorum domos prædatores fœderatos in se furorem accenderat, misericordiæ legati apostolici, scelerum suorum veniam pactus, se commisit [g]. Ita redactum est in Ecclesiæ potestatem Forumlinium: quam vrbem legatus magna celebritate xv. iulij die, vt narrat Matthæus Villanus, est ingressus. Confirmata sunt a Pontifice [h] conuentiones ab Ægidio Cardinale factæ cum Francisco Ordelaffo, quem ait Matthæus Villanus [i] in publico cœtu Fauentiæ celebraro a Cardinale legato flagitia sua solemni ritu damnasse, veniamque poposcisse; ac legatum clementia in eum vsum, hæreticos nota & censuris liberasse, iniunxisseque vt ad expianda crimina designata ab eo templa Fauentiæ piis lustraret, ac preces in ijs funderet: tum vxorem ac filios, quos in Cæsenæ expugnatione ceperat, restituisse.

d Matt.Vill l.9.c.2.3.4. 7.16.ad 31 & 43.45.50
e t.7.p.1.ep. cur.pag.23.
f Matt.Vill l.9.c.6.& 7
Ordelaffi deditio.
g Cap.36.
Pontificia in Ordelaffum clementia.
h Ib.pag.73
i Matt Vill. l.9.c.36.

Ad crimina expianda patatis se offert.

7. 8 Conciliatus quoque est hoc anno Ludouicus marchio Brandeburgensis Ecclesiæ [l] vna cum vxore Margareta comitissa Charinthiæ, & censuris omnibus ac pœnis, quibus ob contractum legibus vetitis connubium, ac Ludouici patris Romanorum Pontificis infensissimi hostis fautas partes deuinctus fuerat, ab apostolico internuntio solutus est, cum id posceret. *Extant de his*, inquit Card. Baronius, *litteræ in libro priuilegiorū Romanæ ecclesiæ, &c.* Extat & in tabulario molis Adriane earum autographum, a Platina [m] iussu Sixti IV. inter insignia monumenta insertum. Veniam igitur poposcit ex concepta suis verbis formula, quod parenti se pro imperatore gerenti, ac sententia pontificia reprobato paruisset, professusque est se salutis suæ oblitum grauiter Deum & Romanam ecclesiam læsisse: contra fas quoque Tridentum & alias arces occupasse: deliquisse etiam contracto contra leges canonicas cum Margareta Charinthiaca matrimonio; tum addidit.

Ludouicus Brand. ad eccl.j obsequium reuersus.
l Extat in ore S. Angeli.
m Et inter coll. Plac. l.3 p.45. & lib. prim. Rō eccl l.1.p.227. & in m.s. bibl. Vatic. sign. lit B.n.12.pag. 333. & alibi

9. 10 *Asserimus etiam, quod non credimus, nec unquam credidimus, quod Romanus Imperator, etiam per dictam Romanam ecclesiam approbatus, Romanum Pontificem possit deponere, & eidem alium subrogare: immo credimus & reputamus hoc asserere, esse hæresim damnatam, & ab Ecclesia reprobatam: & quod nulli persona unquam consensimus, nec consentimus, nec in futurum consentire intendimus in aliqua hæresi per Romanam ecclesiam prædictam, vel eius auctoritate damna-*

Negat Pōtifice posse exauctorari a Cæsare

to, vel etiam in ultra damnanda: & omne schisma in propria persona abnegamus, ac dicimus & asserimus, quod de commissis huiusmodi sumus vere pœnitentes & contriti, & omnes pœnitentiam, satisfactionem, & emendam, quas nobis propter præmissa imponetis, pure, deuote, & sincere acceptabimus, agemus, & perficiemus cum effectu, &c. Promisit etiam se erepta ecclesijs bona, & iura redditurum, Romanoque Pontifici velut pium & catholicum principem obtemperaturum: nullum fœdus initurum cum hæreticis; ac demum centum equites cataphractos aduersus Ecclesiæ hostes in Italia submissurum. Solutam porro Ludouici & Margaretæ gratia fuisse legem de impedimentis consanguinitatis pontificia indulgentia, & Bauaros censuris liberatos, narrat Rebdorfius [a].

Schisma eiurat.
a Rebdorf. in annal.

11. &c. Extinctis schismatis illius in Germania reliquijs, nonnulli nouæ offendicula iniicere pertentarunt. Instillatum enim est Carolo nonnullas apostolicas sanctiones a Clemente V. editas in dedecus imperij, ac præsertim Henrici aui Imperatoris opprobrium editas; in quibus Imperatores fidei sacramento sedi Apostolicæ obstrictos esse decernitur, atque lata in Robertum Regem Siciliæ ab ano sententia reuocatur: quas ille ab Innocentio aboleri poposcit. Cui Pontifex ipsas iuri canonico insertas, atque in publicis scholis legi solitas, constanter respondit [b], neque vlla ratione rescindi posse. Impulsus quoque est Carolus, vt vitiorum, quibus notati essent ecclesiastici in Germania, castigandorum specie, sacerdotiorum vectigalia inuaderet, libertatemque ecclesiasticam labefactaret; sed monitus officij insignem sanctionem ad tuendam ius ecclesiasticum tulit [c], qua laicorum in clericos licentiam coercuit, pœnisque grauioribus eos, qui atroci iniuria clericos afficerent, percellendos decreuit.

b Ib.pag.72
c Extat in m.s Vall. & apud Goldast in collect leg. imper. t.3. in Carolo IV.

Non prætermittendum hic visum est ex Rebdorfio [d] in Eystetensi S. Vvalpurgis monasterio in Germania sacrum oleum, quod ex sanctæ illius virginis sepulchro stillare consueuerat, exaruisse xx. kal. aprilis aliquandiu ob quorundam furtum flagitium, qui ædituum adorti, vt trucidarent, aliquot eum vulneribus sauciarant; sed postea imminente eiusdem virginis festo die vbertim profluxisse.

Oleum de S. Vvalpurgis ossibus manat.
d Rebdorf. in annal. hoc anno.

15 Confecit hoc anno Ludouicus Hungariæ Rex expeditionem [e] in Rascios, aduersus quos a Romano Pontifice submissa antea cruceata signa, & illum sacri belli imperatorem creatum vidimus; sed Danubium traijcere facile non potorat, cum duorum principum mutuæ inimicitiæ ipsi aditum præbuere. Hos Rasciæ Rex frustra diu in concordiam adducere conatus, iraque pertus facessere, seque inuicem bello infectari iussit: ex quo, cum alter viribus potentior in æmulum infesta signa circumferret; impar alter bello Danubijque accola Hungaricas copias excuit, quibus aduersarium profligauit. Mox etiam Ludouicus Rex mense maio Danubij traiectu potitus Rasciam, quæ parte in æquam planitiem patet, victorijs percurrit, in montana nemorumque recessus fugiente Seruiorum Rege, in quibus scrutari hostem rutum non erat. Ita victor Hungarus, cum nemo illi resistere auderet, exercitum in Pannoniam reduxit.

Ludouici Hung. Regis in Rascios expeditio.
e Matth. Vill. l.9.c. 22.& 31.

Reualere etiam nobilem victoriam Hospitalarij equites de Turcis in Gracia, quamuis longe numero impares: inuecti enim quatuor tantum triremibus, atque oneraria, viginti nouem barbarorum naues, dum in eas vicinorum agrorum prædas inferebant, intercepere, vt narrat Matthæus Villanus [f]; qui etiam addit [g] Otromanorum Megi post redactam in suam potestatem præclarissimam Græciæ vrbem ad Constantinopolim sed conatu irrito excurrisse, sicque in Turciam redijsse.

Turcæ ab Hospitalarijs victi.
f Ibid l.c.16 & l.b.c.40.

16. &c. Ad coercendas eiusmodi Turcarum grassationes Pontifex Christifideles orientales ad sacrum in illos bellum adornandum concitare aggressus est, ipsique promouendo B.Petrum Thomam ordinis Carmelitarum episcopum Coronensem in Peloponeso, sanctitatis opinione conspicuum, dato illi apostolici legati munere, præfecit a; cui ac patriarchæ Constantinopolitano, alijsque archipræsulibus orientis Latinis de vindicanda contra impiorum conatus in suum splendorem religione literas dedit b. De hac porro legatione apostolica in oriente B.Petro Thomæ mandata, cum ex Syria, vbi lustrato sepulchro dominico, concepto martyrij subeundi ardore euangelium Christi inferre Mahometanis nitus erat, redijsset ad curiam Pontificiam, vt Christi vicarium de re orientali faceret certiorem, meminit Philippus de Mazerijs c Cyprij Regis scrinij præfectus: addiitque illum multa sanctitatis documenta dedisse in Cypro, adeo vt Armenij, Graeci schismatici, & infideles lucem cœlestem in cubiculum, in quo orabat, cœlitus delapsam se vidisse testarentur; idemque auctor præcipua eiusdem sancti legati gesta recenset his verbis: *Ille idem fortiter & animose corporeis viribus decertabat modo Smyrnæ, modo Rhodi, modo Constantinopoli, modo in Cypro & Creta, modo inter Turcas cum multis aliquando triremibus, cum paucis aliquoties: multas pertulit infidorum hominum, falsorumque Christianorum calumnias & opprobria: multos exantlauit corporeos labores pro tuenda & augenda fide; multaque maris, bellorum, & hominum pericula subijt, & falsorum potissimum fratrum petitus insidijs; & tandem diuino roboratus auxilio tantum effecit, vt durante tota sua legationis tempore, victoria semper de Turcis gloriosissima fuerint reportata. Praterea vnum e maximis principibus Turcarum, dominum Altiloci nuncupatum, vectigalia soluere coegit, qua quidem nullus legatorum aut Christianorum principum exegerat: & ab illo tempore maximi facti in sua patria Christianos.* Perfunctus est adeo egregie contra Turcas apostolica legatione, vt creatum postea ab Vrbano legatum in crucesignato exercitu aduersus Ægyptios, & in Alexandria expugnanda gloriosissima pro Christo vulnera accepisse viuri simus.

a Ann.7.ep. cur.6.

b Epist. 27.

Sanctitas B. Petri Thom. cõprobata prodigijs.

c Philipp.de Mazeryis in Petri Thomæ.

Illius gesta in legatione orientali

Vt Turcas represserit.

Altiloci principem vectigalem esse coegerit.

Indict. 13.

IESV CHRISTI
annus 1360.

INNOCENTII PP.VI. CAROLI IV.IMP.OC.15.
annus 8. IO:PALÆOLOGI IMP.OR.20.

Rhemorũ vrbs frustra oppugnata ab Eduardo.

1. 2 CConcussis Anglico turbine, impulsisque in extremi exitij discrimen Gallijs, optata quies diuino nutu restituta est: cum enim Eduardus corripiendæ vi & armis, vt vidimus, Gallicæ coronæ cupidine arderet, ac mense ianuario cœptam Rhemorum vrbis, obsidionem irrito tamen conatu produxisset; infesta signa Per Burgundiam, Parisiensem agrum, aliasque prouincias populabundus circumtulit d. Tum vero Deus Galliam sua prouidentia texit, nec leuibus signis: nam *visum est*, inquit Meyerus cæteroqui Gallici nominis æmulus, *orbata atque oppressa Gallia cœlum venisse suppetias*; tanta quippe tempestas concitata est, vt homines & equos prosterneret, ac necaret plures: quo territum Eduardum Regem votum admittendæ pacis, quam paulo ante in castris apud Parisios repudiarat, addita ea voce, non se illius leges acceptarum, sed quas vellet darurum, concepisse referunt e. Cuius etiam tempestatis meminit Vvallingamus his verbis 2: *In crastino octaua paschæ conuertit signa cum exercitu versus Aurelianum prædando, vastando, & igni consumendo plurima. Quo tempore ingruebat tam saua tempestas & inaudita, vt plura millia hominum & equorum in Regis exercitu itinerando perirent, subito mortua corruendo pra frigoris imminentis asperitate.* Subdit auctor paulo post apud Carnutes in castris pacem ab Eduardo Rege confectam: ad quam firmandam missi ab Innocentio Papa Androinus abbas Cluniacensis, & Hugo Gebennensium principum stirpe satus Hautonij dominus. Certior autem de pacta inter Francos & Anglos pace, quam continentibus votis ab euolutis retro tot annis Ecclesia experiebat, Pontifex ingenti perfusus lætitia, grates Deo retulit, & Eduardum ad implenda citissime præscripta pacta incitauit.

d Froiss.hist. l.1. in Io.I. Matth Vill. lib.9 c.103. & alij.

Androinus abbas pro ea promouenda missus.

e Ibid.epist. secr.p.118.

3 Diligentissimum se sponte præbuit Eduardus in conuentis implendis: adducto enim Caletum Ioanne Rege solemni ritu pacem cum eo confirmauit. Diuinis operatus est Androinus abbas Cluniacensis in templo S. Nicolao sacro; cumque corpus Christi consecrasset, peruenissetque ad ea verba: *Agnus Dei qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem*; sacratissimam hostiam manu præferens, conuertit se ad Reges, qui nixi genibus, manu admota Eucharistiæ fœdus seruaturos sacramento se obstrinxere: eosque abbas, diuisis speciebus, sanctissimo Christi corpore pauit. Dein porrectis ab illo euangelijs, Reges iusiurandum iterum renouarunt: tum Gallici & Anglici sceptri heredes futuri filij, vna cum alijs principibus fidem pariter, obstrinxere. Recensent pluribus historici b huius concordiæ formulam, interque alios vitæ Innocentij scriptor paucis perstringit, quibus vrbibus Anglus, abiecta obtenti in Gallicum sceptrum iuris controuersia, ingentisque auri vi donatus, ex fœdere sit potitus; vtque Eduardus iunior, abiecto ducis nomine, se principem Aquitaniæ dixerit.

Caletij a Regibus pacis formula confirmata.

Seruatus facer ritus

4. 5 Hic addemus Pontificem Gallicæ rei, quæ superioribus bellis collapsa erat, in suum splendorem restituendæ cupidum, Ioannem Regem, recenter in libertatem restitutum, præceptis saluberrimis instruxisse c, vt pacem cum Eduardo coleret, viros ecclesiasticos veneraretur, sectaretur iustitiam, foueret inopes, prudentia conspicuis ac fidelibus consiliarijs vteretur, eosque reprimeret, qui adhuc ecclesiasticos in Gallijs diuexare pergerent: sed ex Gallicis rebus ad Italicas digredimur.

6. &c. Susceptum est ab Ægidio Cardinale Albornotio legato difficillimum bellum aduersus Bernabonem Vicecomitem Mediolanensem, pro asserendo Romanæ ecclesiæ imperio Bononiæ, ac demum cum Olegiano Firmanam toparchiam pactus, in suam potestatem redegit. Furensque tum ira Bernabos Bononiæ obsidionem magis vrlit d: ad cuius reprimendos conatus Pontifex Ludouici Neapolitani Regis & aliorum Italorum principum, nec non Cæsaris e, & Eduardi Angliæ f Regis auxilia implorauit g: denique conuertit preces ad Ludouicum Pannoniæ Regem tot victorijs clarissimum, vt clientelam Bononiæ contra Bernabonem acciperet.

Contrahit vndique auxilia Pontifex.

9 Non deterritus est Bernabo Pannoniæ Regis imperijs ac precibus a cœptis, cum tardos illius impetus tore putaret: exceptisque honorifice regijs oratoribus, atque ornatis muneribus, rescripsit h causam suam æquitate niti, ac disceptari apud subsellia apostolica. Excitabat i is in aula pontificia magnos clamores: illatam a legato apostolico iniuriam, cum adhuc anni quatuor Bononiensis præfecturæ non effluxissent. Verum agitata causa, lata sententia est l, recuperatam iuste ab Ecclesia Bo-

Bernabonis vafricies.

d Matt.Vill l.9.c.83.85. & Vsalss. in Eduard. III.& alij. In eum pugnat pro Gallis Gerlum.

e Froiss.hist. l.1.in Ioan. Paul. Æmil in eod. Meyer.l.13.

Vouet pacem se illis daturum.

f Ib pag.52

g Ib.p 109.

Bernabonis vafricies.

h Matt.Vill l.9.c.90.

i Ibid.

l Ibid.l.c.91. Litem iuste rat, eaque cadit.

noniam,

noniam, cum illius possessione excidisset, eaque vrbs Romanæ ecclesiæ iuris esset: cumque sententiæ non staret Bernabo, atque Ecclesiam armis fatigaret, iure iudiciario & legibus in eum agi cœptum est. Meminit Vrbanus V. de lata in eum ab Innocentio VI. sententia, præcipuaque illius capita in literis ad Ægidium Cardinalem legatum datis perstringit a; illum nimirum suppetias tulisse Ordelaffo hæretico, oppressisse clerum, ecclesiasticam potestatem inuasisse, ac per ludibrium Pontificem & Cardinales anathemate perculsos a pseudosacerdote promulgari iussisse. Vt vero furentem hominem leniret Pontifex, Nicolaum Accaiolum Florentinum Melphiensem comitem, qui a Ludouico Rege Siciliæ missus fuerat ad aulam Auenionem, permouit b ad suscipiendas pacis interpretis partes, atque Ægidium legatum paciscendi cum Bernabone facultate instruxit c. Profectus in Insubriam Nicolaus Bernabonem ad eas pacis leges adduxit, vt labente quinquennio octoginta, centumue aureorum millia annua ab Ecclesia acciperet.

a Vrb. V. an 1. ep. com. 6. Innocentij in eâ acta iudiciaria.

b t.8.p.1.ep sacr. p.101.

c ib. p.100.

Pacis formula a Bernabone repudiata.

a Matt. Vill. l.9.c.110.

10 Defciuisse a promissis Bernabonem, vt erat ambiguæ suspensæque ex euentu fidei, ex Matthæo Villano d colligitur: cum enim Nicolaum Accaiolum pro concordia inter ipsum & legatum intercessisse referat, addit legatum nonnulla pacta proposuisse Bernaboni, hunc vero ad singula capita respondisse, se Bononiæ imperitare velle: ac plura maledicta in legatum protudisse: ita abruptum cœpti fœderis colloquium, ac Bernabonem Picenum & aliarum ditionis ecclesiasticæ loca infestasse. Sed propulsati strenue illius conatus fuere e, atque etiam Bononia arcta obsidione, qua premebatur, liberata f: tum expugnata propugnacula munitissima g a tyranno ad coercendos intra portas Bononienses excitata.

Soluta Bononiæ obsidio.

d ib. c.111.

f Lib. 10. c. 4

g Lib. c. 11.

11. 12 Hoc anno missus in Liguriam est Andreas episcopus Ariminensis apostolicus interruntius vt Simonem Buccanigram Genuensium prætorem ac senatum illum Coronicæ sedis Apostolicæ fiduciariæ nomine in pontificia verba sacramento adigeret, exigeret censum h, deque nonnullis alijs pacisceretur. Cæterum diremisse Genuenses hoc ipso anno veterem controuersiam, quæ ipsis cum Petro Rege Aragonum de Sardinia & Corsica intercedebat, refert Surita i, ferente sententiam Athæ Ioannis marchione Montisferrati, cum vtraque pars illum anno superiori arbitrium pacis dixisset: Castellano enim bello implicitus Petrus Rex Aragonum Sardico facile vacare non poterat.

h t.8.p.2.ep sacr. pag. 51

Composita inter Aragonæ & Ligurem de Corsica lis.

i Sur. l.9. an nal. c. 19.

13. &c. Eodem anno Hugo Rex Cypri moriens sceptrum reliquit Petro filio secundo natu, prætermisso Hugone nepote ex Guidone maiore natu filio iam defuncto, etiamsi desponsa Maria Imperatrice promisisset suscipiendum ex primogenito filium sceptris successurum. Licet vero lis ea de causa intenta fuerit apud subsellia apostolica Petro, is tamen sceptrum Cyprium retinuit, atque a B. Petro Thoma episcopo Coronensi Apostolicæ sedis in oriente legato Cypria & Ierosolymitana corona Famagustæ in ecclesia principe ritu solemni redimitus est m. Vt vero legatus mox ad Græcanici schismatis excindendas reliquias ex apostolico mandato studia conuerterit, describit Philippus de Mazerijs Cyprij regni sermij magister: *Prædicans*, inquit, *Græcis, instruensque eos modo minis, modo blandijs, diligenter munere functus legationis adeo effecit, vt præcipuum ac primarium illorum episcopum cum alijs, immo etiam & pene omnes Græcos sacerdotes illius insula in obedientia ecclesiæ Romanæ confirma-*

Hugonis Regis Cypri obitus

i t.8.p.1.ep sacr. p.68.

Petr° a B. Petro Thoma regia inunctione initus.

Vt in eo itinere sæpe legato valetudo fit diuinitus restituta.

m ib. ind. Plures item ab eo coniuges ecclesiæ.

rit, quod nullus vnquam prælatorum aut legatorum perficere potuerat.

IESV CHRISTI Annus 1361. Indict. 14.

INNOCENTII PP.VI. CAROLI IV. IMP. Oc. 16. annus 9. IO:PALÆOLOGI IMP. Or. 21.

1 MAxime Ægidio Cardinali legato aduersus Bernabonis Vicecomitis, Bononiæ sibi subijciendæ cupiditate insanientis, impetus desudandum fuit. Profectus is in Hungariam est, vt Ludouicum Regem ad suscipiendam Romanæ ecclesiæ clientelam, tuendaque armis illius iura excitaret: sed alia agitantem consilia ad id adducere non potuit a. At Carolus Augustus noua tyranno dedit mandata, vt ab ecclesiastica ditione infestanda sibi temperaret, omnibusque honoribus, ac beneficijs Romani imperij liberalitate acceptis exuendum pronuntiauit b, ni excurrente viginti dierum spatio pareret: Perculit illum etiam Pontifex apostolica sententia c, atque hæreseos nota ob pertinaciam in auctoritate ecclesiastica contemnenda inussit: sed qui rationis, legum, ac diuini timoris iugum excusserat, his vocibus & minis ludibrio habitis, iactabat arroganter, inuitis omnibus Bononia se potiturum.

Ægidij Card. in Hungariâ profectio.

a Matt. Vill. l.10.c.41.45 & 49. Bernabos imperiali decreto sententia.

b Ead. c.49.

c Ead. c.ap. Et pontificia.

Nec modo vires suas omnes, quæ erant maximæ, tum ad agrum euastandum, tum ab vrbem oppugnandam effudit; verum periculosissimas coniurationes fecit Foriliuij & Bononiæ, quæ feliciter oppressæ sunt d, & Franciscum Ordelaffum e, ac Ioannem Manfredum f, quos legatus agre antea ad officium coegerat, nouarum rerum spe elatos ad rebellionem concitauit, instruxitque copijs, quibus stipati plura inulere damna. Sed dum in Ariminensem agrum illi excurrunt g, Galeottus malatesta h Bononiam cum aliquot auxiliaribus turmis nostu venit, ipseque subinde ac Malatesta nepos, qui pontificijs copijs Bononiæ præerat, vrbem summo mane egressi Bernabonis castra, magna hostium strage edita, ac Ioanne Bilegio duce in vincula abducto, vigesimo alij expugnarunt: de quibus tuse Matthæus Villanus i qui etiam narrat i, Nicolaum Turriatum patriarcham Aquileiensem, dum ecclesiæ suæ iura tuebatur, post magnas contentiones cum duce Austriæ conuenisse, vt Caroli Imperatoris sententiæ starent: cumque ad eam excipiendam Viennam fraude ac dolo pellectus fuisset, in custodiam traditum: illum vero ea perfidia cognita, mox arcanis literis clientes omnes suos monuisse, vt fortissime ditionem Aquileiensem defenderent; nec metu cuiuscumque aduersi casus, quem ipse foret subiturus, terrerentur.

Eiusdem molimina.

d Cap. 19. & 74.

e Cap. 53. 56

f Cap. 42.

g Cap. 56.

h Cap. 58. 59

Fortiter propulsata.

i Cap. 65.

Aquileiensis patriarcha dolo captus.

2 Quod ad Carolum Imperatorem attinet; Vrbanus V. fuisse, it hoc anno e coniuge filium, quem magna pompa sacris baptismalibus a Germanis præsulibus, Vrbanus nomine indito, initiandum curauit: ad cuius celebritatis augendam lætitiam sacra passionis Christi instrumenta, quæ vna cum alijs imperatorijs insignibus asseruantur, populis magno pietatis sensu ex illorum intuitu delibutis ostendit. Obseruatum autem ferunt l, illum baptismalem fontem contaminasse lotio, & deinde impositum altari vt corona cingeretur, illud stercore inquinasse, datumque ita exemplo Constantini Copronymi triste præsagium, sub hoc Rege omnia sacra ab hæreticis fœdatum iri.

l Dubr. hist. Bohem. lib. 23 & alij.

3 *Eodem anno Domini* MCCCLX I. ait Michoulas m, *quidam*

m Michon. l. 4. c. 16.

quidam lector ordinis Predicatorum in Cracouia, frater Paulus nomine, coram clero & populo in maiori ecclesia Cracouiensi B. Mariam virginem non absque originali peccato fuisse in Polonico declamans & predicans, cecidit & expirauit. Eadem narrantur in fasciculo temporum [a] ex Henrico de Hassia: ac plures, qui in eo argumento scribebant, exteruisse. Scribit quoque Michonias [b], Vvratislauiam conflagrasse. Quo anno etiam Gandauum, Brugas, Mechliniam incendijs deformatas refert Meyerus [c]. Matthæus autem Villanus testatur [d] Lateranensem ecclesiam cœmentarij incuria, dum plumbo tectum opertum reficiebat, arsisse, atque sacella, quæ in ecclesiæ circuitu ornata visebantur, absumpta: reliquias tamen pretiosissimas, quæ in ædicula sancta sanctorum nuncupata conditæ erant, e medijs flammarum globis ereptas: quas etiam in alio incendio, sedente Clemente V. diuinitus seruatas vidimus.

[a] *Faskim. lect. auctor.* Deformatæ vrbes incendio. [b] *Michon. super c. 26.* [c] *Meyer. l. 13 Matth. Vill lib. 10. c. 54. & alij.* [d] *Matt. Vill ead. lib. c. 69*

Pestis Insubriam depascitur.

4. 5 Auxit superiora maia pestilentia sæuissima, qua perijsse Auenione maximam præsulum multitudinem, & plures etiam Cardinales, refert Rebdorfius [e], adeo vt maior terror, quam Clementis VI. temporibus ijs, qui in aula pontificia erant, concitatus fuerit: & Cardinales quidem nouem cum magna præsulum & cleri multitudine pestis sæuitia absumptos memorat Matthæus Villanus [f], vicecancellarium episcopum Prænestinum, Cardinalem Cisterciensem, Petrum episcopum Ostiensem, Cardinalem e Culamagna, Amoream Tudertinum, Florentinum appellatum, Turrianum, tum eum qui supremus olim Minoritarum magister fuerat, atque alium, cuius nomen non exprimit. In quorum locum suffecit Innocentius eodem anno hos eius vitæ auctor designat [g]: *Isto etiam eodem anno die XVII. septima mensis septembris, qua fuit feria sexta quatuor temporum, prefatus Innocentius Papa fecit ordinationem octo Cardinalium, quinque presbyterorum, & trium diaconorum. Presbyteri autem fuerunt dominus frater * Fortemius Vassalli diœcesis Caturcensis ordinis fratrum Minorum, tunc patriarcha Gradensis: dominus Petrus Itery diœcesis Petragoricensis, tunc episcopus Aquensis; dominus Ioannes de Blandiacho diœcesis Vticensis, tunc episcopus Nemausensis: dominus Aegydius Ayfellini de Montacuto Arnernigena, tunc episcopus Morinensis & cancellarius Regis Franciæ; & dominus Androinus de Roca natione Burgundus, tunc abbas Cluniacensis. Diacoui vero fuerunt, dominus Stephanus Alberti diœcesis Lemouicensis, tunc electus Carcassonensis nepos Papæ; dominus Guillelmus Biagola diœcesis Mimatensis, tunc electus Vabrensis; & dominus Hugo de S. Martiali diœcesis Tutellensis legum doctor præpositus Dolcensis.* Quamuis vero humanum pestilentia genus adeo, vt diximus, afflingeretur, obseruat tamen Matthæus Villanus [h], vitia hominum non emendata fuisse, sed in ijs effrenata licentia volutatos pecudum more, quæ dum socias in lanena trucidari inuenmur, salire ac lasciuere non absistunt; ac rapinis & bello vt antea vacasse.

[e] *Rebdorf. in annal.* Plures Cardinales pestis extincti. [f] *Matt. Vill. l. 10. c. 46. & 71. Vualsin. Eduard. III.* [g] *Gesta Innocen. VI. apud Bosq. Contin. in Innocen. VI & alij.* Nouorum Cardinalium creatio. * *Fortanerium.* [h] *Matt. Vill. l. 10. c. 46.*

Pax inter Aragonem & Castellanum inita. [i] *Gesta Innoc. VI. apud Bosq. & Mariana super c. 4.*

6. 7 Hoc anno in Hispania conciliati sunt dissentientes Reges præcipua Guidonis episcopi Portuensis opera [i], quem ab Innocentio missum vidimus, eaque conditione sancitum fœdus [l], vt quæ in eo bello vtrinque capta erant, restituerentur: sed nec diuturnum futurum, nec sinceris animis pactum. Neque recreata propterea est Castella belli metu, sed in maiori instaurando occupata fuit, cum Galli ob Blanchæ Reginæ atroces iniurias regiorum fratrum signis accessuros se minitarentur. Auxisse inde Regem sæuissimum in Reginam odium, ac veneno me-

Regina Castellæ a viro necata.

dici opera propinato illam de medio sustulisse scribit Mariana [a].

[a] *Ead. cap.*

8 Schismaticorum autem Græcorum res magis in dies dilapsæ prostrataque a Turcis; quorum princeps Amurates, mense nouembri, inito cum Cantacuzeni studiosis fœdere, Didymoticum amplissimam vrbem Thessalonicam inter & Constantinopolim solo terrore oppressit. His addunt annales Turcici [b], capta Didymoticho Ypsalam & Hadrianopolim ignara Græcorum deditione ab Amurate in seruitutem redactas.

[b] *Ann. Turc. n. 31. & 32. & Io. Leunel. in paralip. hist. Turc. ib.*

Sinopenses a Genuensibus profligati.

9 At contra catholicis aduersus fidei hostes feliciter bellicæ res cessere: Sinopenses enim ad Pontum Euxinum, qui Theodosiam Genuensium coloniam vulgo Caffam, tentarant irrito conatu, a classe Genuensi profligati sunt [c]. Reportata etiam a Petro Rege Cypri celebris victoria: in spem enim propagandæ rei Christianæ adductus, sancito cum Rhodijs equitibus fœdere, ac magna comparata classe, Satallam Turcarum vrbem opulentam triplici cinctam muro aduentu improuiso cepit [d]. Inde in Candelorium belli molem conuertit Cyprius: cuius terrore barbarus toparcha se illius vectigalem futurum est pollicitus. Nonnullæ etiam altæ arces ereptæ barbaris ab eodem Cyprio, de quibus & Satalia expugnatis extant Vrbani V. litteræ [e] ad Imperatorem ac Reges, quibus amplissimam inde Asiæ debellandæ occasionem affulgere significat. Porro B. Petrum Thomam creatum ab Innocentio VI. aduersus Turcas in oriente legatum, ad instaurandum religionis cultum mox Sataliam prouolasse; cuius precibus Cyprum a peste liberatam, ac tremendas procellas, dum Rhodo Cyprum peteret, proiecta cruce compositas narrat Philippus de Mazerijs [f].

[c] *Cap. 61.* [d] *Cap. 62.* Candelorij toparcha vectigalis factus. [e] *Vrban. V. ep. ser. p. 161* Satalię religio a B. Petro A. S. L. restituta. [f] *Phil. a Mazerijs in vita Petri Thomæ.*

IESV CHRISTI
annus 1362.

Indict. 15.

INNOCENTII PP.VI. CAROLI IV. IMP. OC. 17.
annus 10. IO: PALÆOLOGI IMP. OR. 22.

Principes Itali in Bernabonem arma iungunt.

1 PRincipes viri Itali Bernabonis finitimi Canisignorius Veronensis, Carrarius Patauinus, & Arestinus marchio Ferrariæ præfectus, veriti in se belli molem, subacta Bononia, a tyranno versum iri [g], Ægidium Cardinalem legatum de faciendo fœdere appellarunt. Ita inflectis horum principum ac Pontificis armis, mox Bernabonis potentia corruere cœpit [h].

[g] *Cap. 56.* [h] *Lib. 11. c. 49.*

Roma ab homine plebeio administrata. [i] *Matt. Vill. l. 11. c. 15.*

2. &c. Rediere Romani in potestatem Pontificis, a quo ob nonnullas intestinas turbas defecerant. Corripuerat [i] inter ipsos publicæ rei administrationem plebeius vir Lellus Pocadore, qui sutoriam calceorum exercebat. Is inuidia stimulatus nobiles Romanos Vrbe exegerat: qua ipsi iniuria lacessiti recuperandæ patriæ desiderio prædonum societatem conduxere. Horum itaque pauore perculsi Romani, vt periculum imminens depellerent, sese Innocentio subiecere.

Pontifici se subijciunt Romani.

Tradit Matthæus Villanus [l], Ludouicum Siciliæ Regem Neapoli mense maio huius anni lethali morbo correptum obijsse [m], cum paulo ante, quasi diuino quodam afflatu imminentem mortem præsagijsset, anteactæ vitæ scelera expiaturus peregrinationem ad sacra Apostolorum Andreæ, Bartholomæi, ac Matthæi, qui Amalphi, Beneuenti, & Salerni quiescere existimabantur, veneranda sepulchra magno pietatis sensu delibutus cultu modesto admodum suscepisset [n].

Lud. Regis Neapolit. mors. [l] *Lib. 10. cap. 100.* [m] *Summ. hist. Neap. l. 3. & alij.* [n] *Matt. Vill. sup. c. 100.*

Regio

Innocentij Papæ obitus. a Mf. bibl. Vat. signat. n.3765.

Regio funeri pontificium adiungimus, nimirum Innocentij Papæ, de quo m.s. Vaticani auctor ait a: *Post hæc dominus Innocentius modicum decumbens, cum esset senio & ætate confectus, die* XII. *mensis septembris obiit*. Quod nimirum de die obitus attinet; confirmatur etiam ex Vrbani successoris literis encyclicis, de quibus paulo post mentionem faciemus, qui Innocentium pridie idus septembris mortuum testatur. Sedit annos nouem menses octo dies viginti sex, ac laudibus ab omnibus tum ob vitæ integritatem, tum ob pontificatum egregie administratum cumulatur. Inter cuius elogia recensentur cincta mœnibus Auenio, Carthusianorum monasterium Villanouæ positum, collegium pauperum Tolosæ constructum, recuperata dicio ecclesiastica, ac iustitiæ cultus.

6 Agitata in conclaui pontificia electione, Cardinales in contrarias distracti sunt sententias, cum alij Lemouicensem natione, cuius gentis imperium recens ad Anglum traductum erat, euehere ad solium niterétur, repugnarent alij; nec in aliquo e collegio consentirent; demum Guillelmum Grimoardum genere Gallum, patria Belliquadrensem, abbatem S. Victoris Massiliensis ordinis S. Benedicti, sexagenarium vt ait Matthæus Villanus b, honestate morum, rerumque peritia insignem, Ecclesiæ catholicæ præfecerunt: de cuius primordijs, ac gestis ante pontificatum muneribus, vitæ genere, & electione anonymus scriptor hæc narrat c: *Vrbanus Papa V. natione Gallicanus de loco de Grisaco diœcesis Mimatensis post dictum Innocentium VI. Auenione fuit electus in Papam die* XXVIII. *mensis octobris anno Domini* MCCCLXII. *& die* VI. *mensis nouembris immediate sequentis consecratus & coronatus. Hic prius vocatus est Guillelmus Grimoardi, cuius pater fuit Grimoardus miles: & in adolescentia sua sub habitu monastico Domino voluit famulari, fuitque receptus in monachum in prioratu de Chirlaco dictæ diœcesis, a monasterio S. Victoris Massiliensis dependente, vbi postquam fuit instructus in regularibus obseruantijs, se transtulit ad studia literarum, in quibus adeo diligenter instans & insudans, quod demum fuit effectus solemnis doctor decretorum; legitque ex tunc multis annis tam in Montepessulano, quam in Auenione. Tandem vero, suis suffragantibus meritis, primo ad monasterium S. Germani Autissiodorensis, postea vero ad monasterium prædictum S. Victoris Massiliensis, sub quo primitus ordinem S. Benedicti professus extiterat, promotus fuit, & abinde assumptus in Papam.*

Grimoaldus abbas eligitur Pontifex. b Matt. Vill. l. 11 c. 36. Illius primum.

c gest. Vrb. V. apud Boz.

Vt diuino nutu vocatus sit ad pontificatū. Accedente Auinionē Vrbano, patefacta electio. d Mf. bibl. Vat. signat. n. 3765.

7 Obseruat porro idem vitæ scriptor, Cardinales non promulgasse designatum illum Pontificem, donec ad ipsos Auenionem accessisset: quamquam ad eum decretum electionis transmissum, m.s. Vaticani auctor refert sic inquiens d: *Die vero* XXVII. *cum D. Guillelmus Papa futurus applicuisset Massiliam, eodem die misit dominis Cardinalibus consensum electionis de se factæ*. Tum describit, vti solemni ritu in sacrosancto solio sit collocatus: *In vigilia*, inquit, *omnium sanctorum inibrouiarius fuit: & facta insinuatione ad populum, quod Vrbanus V. vocaretur, mox ab omnibus cantatum fuit, Te Deum laudamus. Die quoque dominica sequenti, videlicet in festo sancti Leonardi post festum omnium sanctorum, fuit in palatio apostolico coronatus per dominum Magalonensem, qui tunc erat Ostiensis episcopus: sed post coronationem non equitauit per villam, vt moris est, licet omnia parata fuissent.*

8-9 Initiatus itaq; sacris pontificalibus Vrbanus de susceptis a se Ecclesiæ catholicæ gubernaculis post Innocentij VI. obitum omnes orbis Christiani præsules certiores fecit, atque ad coniungenda secum vota ad populum Christianum optimis instituris informandum, sustentandamque apud Deum precibus ipsius imbecillitatem de more est adhortatus. Inscriptæ sunt ex a Ægidio episcopo Sabinensi Apostolicæ sedis in Italia legato, patriarchæ Aquileiensi, Rhemensi archiepiscopo, alijsque antistitibus, tum religiosorum ordinum supremis magistris, quorum omnium texitur catalogus: conceptæque sunt ijsdem pene verbis.

a Prob. tom. 1 ep. sect. p. 3. 4. 5. & 7.

10. 11 Conuenit b Auenione Vrbanum Ioannes Francorum Rex, qui superiori anno ex Anglico carcere pace composita dimissus fuerat, Pontificemque interpretem adhibuit c, vt filium Turonum ducem ad solium Neapolitanum ducta in vxorem Ioanna Regina vidua promoueret. At illa Iacobum Balearicæ turpis principem inopem & profugum sibi despondit, his legibus d, ne Siciliæ Regis nomen affectaret: ne Siculos in sua verba sacramento adigeret: ne præsidia imponeret arcibus, ac ne succederet filijs e Ioanna susceptis.

b Matt. Vill. l. 11. c. 31. 32.

c Matt. Vill. l. 11. c. 2. Ioanna Regina Neap. Baleari nubit.

d Ext. apud Prob. tom. 1. ep. dion. form. 1.

12. 13 Flagitarat etiam ab Vrbano Ioannes Rex e, vt Bernabonem Mediolanensem in gratiam restitueret: veniam enim ille, acceptis aliquot a fœderatis cladibus, deprecabatur, atque oratores ad Vrbanum miserat f, tum vt de adepto pontificatu ei gratularetur, tum iuste ob scelera iratum deliniret. Quibus responderat Pontifex, vt Bernabos erepta Ecclesiæ loca redderet, scelerumque pœniteret; ac tum rite in gratiam admissum iri. Cumque Bernabos ab Ecclesiæ iniurijs sibi temperare abnueret, immo tyrannidem in dies magis proferre niteretur, Vrbanus in primis Ægidij Cardinalis auctoritatem confirmatur g, fecitque certiorem h XVI. kal. decembris de missis a Bernabone oratoribus, ac datis ab eo blandis promissis: sed breui se ac diligenter discussurum, an vere illum scelerum pœniteret, an dolis & artibus consuetis sedem Apostolicã deludere meditaretur: rem vero cum fœderatis principibus communicari iussit. Iudiciariam demum in Bernabonem actionem instaurasse Vrbanum, refert his verbis m.s. Vaticani i auctor: *Dominus Papa citari fecit coram se dominum Bernabonem, termino sibi præfixo ad primum diem mensis ad audiendum sententiam condemnationis*. Extat in pontificio regesto id Vrbani edictum k ad præsules transmissum, vt promulgaretur, quo gesta in Bernabonem ab Innocentio ordine iudiciario complectitur, requealtius repetita, exponit vt certissima fama ad sedem Apostolicam, vitio adhuc Innocentio VI. perlata tuisset, Bernabonem calcata omni officij religione defecisse ab Ecclesia, seque hæreseos crimine se irretijsse, arrepto hæreticorum patrocinio, ac Francisci Ordelaffi damnati de hæresi susceptis partibus, vetuisse sacram in ijs locis, quæ obtinebat, expeditionem pro concione aduersus illum promulgari. Tum enarrat, vt sacerdotiorum conferendorum munus sibi arrogarit, archiepiscopum Mediolanensem atrocibus iniurijs affecerit: se Pontificem & Imperatorem in suo principatu dixerit, seque etiam atheum sit professus, stulte negando Deum quidquam posse in ipsius terris; intentarit ropos ac mortem parituris Ecclesiæ, censorumque fidei auctoritatem infregerit.

e Matt. Vill. l. 11. c. 31. 32.

f Cap. 31. Datum ab Vrbano 10 Aprilis.

g Ext. ap. form. pag. 44. Districte in Bernabonē leges.

h Ib. pag. 80.

i M.s. bibl. Vat. signat. n. 3765.

k Ext. ap. form. pag. 21. Iudiciaria in eū acta.

Vt fauerit Ordelaffo.

14 Frangenda erat armis tyranni, qui iura legesque audacia proterebat, pertinacia; atque ideo Vrbanus vndique subsidiaria arma conquisiuit. Cumque Ludouicus marchio Brandeburgensis ad centum equites egregie armis instructos pro expiando scelere obsecutum paternum schisma oppugnatamque Ecclesiam suis sumptibus in pontificijs castris anno integro in Italia sustentandos se obstrinxisset, Pontifex Ægidio Cardinali legato partes dedit m, vt Ludouici marchionis iam extincti heredes ad id præstandum cogeret: ex cuius literis patet Ludouicum Brandeburgensem rite paternum schisma damnasse: emendandusque est Rebdorfius, dum tradit n, Ludouicum

Comparat arma in eum armis.

m Ib. p. 83.

n Rebdor. in annal. sub an. 1349.

prius

prius vita functum, quam Ecclesiæ concilliatus esset.

De aliis Lud. Bauari filijs.

15. 16 Nondum autem vniuersi Germani, qui ob Ludouici Bauari amplexam factionem defciuerant ab Ecclesia, in eius gremium fuerant reuocati; nam licet Guillelmus, Albertus, & Otho Ludouici bonore cæsareo delecti filij a Petro Cameracensi episcopo sacrorum communioni fuissent iussu pontificio restituti; non tamen clerus, qui in eorum ditione versabatur, censurarum nexu solutus fuerat: nec, quamuis Stephanus dux eiusdem Ludouici filius ab Innocentio VI. flagitasset, vt in piorum cœtum admitteretur, postulato beneficio erat potitus, Vrbanus itaque cum Bauari prioribus precibus institerent, Innocentij diploma extremo illius pontificatu editum a instaurauit [a], quo damnarunt hæresim Pontificem a Cæsare abdicari posse contendentem, illataque damna sarcire polliciti sunt.

a Extat apud Vrb. anal. ep com. 219. b Extat epist.

Regis Cypri in occidentem ad uentus.

17 Hoc anno implicito mutuis bellis occidente, ad prouehendam expeditionem Asiaticam concitandosque Europæos Reges Petrus [c] Rex Cypri, partis de Turcis Asiaticis victorijs illustris, tertia decembris die Auenionem perrexit. Venit etiam vna cum Cyprio B. Petrus Thomas gesta in oriente apostolica legatione, amplificatoque Christi cultu clarissimus, quo hortatore Petrum Regem Ierosolymæ ab infidelium seruitute liberandæ pium ardorem concepisse, refert Philippus Mazerius [d] regij scrinij præfectus, Repleti autem ingenti terrore sunt Saraceni ex hac Cypri Regis in occidentem peregrinatione, & Christianos in Syria, Damasco, & Ægypto grauissimis malis afficere, ac plures in vincula conicerunt. Ex quo, (vt obseruat Matthæus Villanus e, docetque experientia) elicitur huiusmodi sacræ in Mahometanos conficiendæ expeditionis consilia ex arcano agitanda, ne pro vano metu infidelibus tantum incusso veræ ab ijs clades Christianis, qui inter ipsos agunt, inferantur. De creato cruceatæ expeditionis supremo duce Francorum Rege sequenti anno dicendum erit: nunc Granatensis belli historiam percurramus.

c Matt. Vill. l. 1. c. 34 gest. Vrb. V. apud Bosq. Petrus Thom. expeditionis in terram sanctam auctor. d Epitoma mss gestor. B Petri Th. ex Philippo Mezerij. e Coronensi episcopato ad archiepisc. Creticensem translatus, e Matt. Vill. super c. 34.

18 Accepit hoc anno incunte Petrus Castellæ Rex magnam a Ruffo Mauro Granatensi tyranno cladem [f], moxque eluendæ susceptæ ignominiæ cupiditate potentissimo succinctus exercitu, in quo ad decem equitum & triginta peditum millia recensebat, irrupit [g] in Granatense regnum, pluribusque oppidis est potitus, ac Mahomadem erectum in regnum induxit; qua rerum conuersione perculsus Ruffus cum ad Petrum muneribus deliniendum se contulisset, omnibus opibus a Petro exutus est, ac nullo seruato iudiciorum ordine in agro Hispalensi immaniter regia manu lancea transfixus, eiusque proceres equorum pedibus protriti. Tam sæuum & horridum spectaculum, violato gentium iure, Petrus ludi specie edidit. Paulo vero post Mahomades Petri fiduciarium se professus [h] est, oblatis de Saracenorum more vrbium suarum signis, & Christianos omnes libertate donauit.

f Idem Vill. l. 10. cap. 88 Ad rem. Lib 23 de rebus Hisp. c. 5. Surit. lib. 6 Annal. cap. 37. Castellę Regis in Granatenses expeditio. Mahomades ab ijs solio restituitur. g Matt. Vill. l. 10. c. 89. h Matt. Vill. l. 10. c. 90.

Confecto ita bello Granatensi Petrus, cuius causa fœdus cum Aragonio pepigerat, contra iura gentium inita anno superiori pacis fœdera violauit [i], traxitque in sibas partes finitimos principes. Carolus quidem Nauarræ Rex inferendi Aragonio belli eam occasionem obtendit [k], sibi affini & fœderato in turbis Gallicis aduersus Delphinum non lata auxilia. Vt vero imparatum Petrum Aragonium occuparet Castellanis, collecto exercitu Calaraiubam obsidione cinxit; quam cum ciues strenue sustinerent, sæuus tyrannus demum ea potitus, ad sex & co amplius hominum inermium millia trucidauit [m]. Cum ruentem in se feram eiusmodi vidisset Aragonius, a quo ob pactam Guidonis Cardinalis legati opera pacem se

i Lib. 11. c. 11 Marian. lib 17. c. 6. k Surit. l. 9. ann. c. 40. Aragonia bello appetit. Carnificina exercet in innocentes. m Vill. super c. 11 b.

tutum putabat [a], Henricum & Tellium Castellani fratres spurios vna cum Gallorum vagis turmis excitijt, de quibus inferius disseremus.

a Marian. super c. 6.

IESV CHRISTI
Annus 1363.

Indict. 1.

VRBANI PP. V. annus 1. CAROLI IV. IMP. OC. 18. IO:PALÆOLOGI IMP. OR. 23.

Vrget Vrbanus in Bernabonē iudiciorum seueritatē.

1. &c INdicta superiori anno eunte, vt vidimus, Bernaboni die, cum spargerent in vulgus eius oratores, ipsum ad causam suam defendendam accessurum, atque ideo iudiciarius ordo fuisset extractus, demum cum dies adesset [b], purpuratorum patrum sacer senatus coactus est; ac Stephanus S. Mariæ in Aquiro & Hugo S. Mariæ in portico diaconi Cardinales ad fores palatij missi a Pontifice, qui Bernabonem, vt se apostolicis subsellijs sisteret, appellarent; tumque Gualdisius Louixellius se Bernabonis procuratorem esse affirmauit, vt in iudicio responderet. Sed cum eam auctoritatem sibi collatam non probaret, atque exceptiones excusationesque inanes afferret, Vrbanus in Bernabonem sententiam tulit [c], cuius perstringit precipua capita Matthæus Villanus [d], ac narrat, Pontificem ea pronuntiata assurrexisse e solio, ac nixum genibus, manibus & sublatis in cælum manibus, orasse Christum, sanctos Apostolos Petrum & Paulum, atque vniuersam cælestem aulam, vt quibus vinculis crudelem & infidelem tyrannum ipse tanquam Dei vicarius constrinxerat in terris, illum in cælis illigarent, opemque Ecclesiæ e cælo ferrent. Nec secuti successus conceptas a Pontifice spes fefellere; nam apud Mutinam Bernaboncm magna clade a fœderatis Ecclesiæ principibus mense aprili profligatum, narrat Matthæus Villanus [e]: de qua parta victoria Pontifex Nicolao marchioni Atestino, quem tyrannus opprimere in eo bello affectabat, est gratulatus [f]. Accepta ea clade Bernabos ambiendæ Ecclesiæ gratiæ speciem præ se tulit [g]: quare Pontifex ad illum, si pœnitereret scelerum, in sinum Ecclesiæ admittendum paratissimus legatum Cardinalem spondendæ vis auri, & ecclesiastica vectigalia & oppida pignori subijciendi potestate auxit, pacisque leges ex fœderatorum consilio constituendi [h]; ea tamen conditione, vt Bononiensis comitatus oppida a Bernabone occupata Apostolicæ sedi restituerentur [i]: sed fractus tyrannus blandiebatur his artibus, vt opportunius noceret, dolosque struxit, vt fœderatos Ecclesiæ ab illius societate dimelleret, belloue implicaret.

b Vrb. l. ap. sacr. p. 115. c Matt. Vill. l. 1. cap. 42 gest. Vrb. V. apud Bosq. Petrum ad sententiam mandandā operi diuinum præsidium. d Matt. Vill. super c. 42. Magna clade profligatus Bernabos. e Idem Matt. Vill. l. 11. c. 44 Pugna de Atest. principib. l. 5 f. 1. ep. sacr. pag. 143. g 1. ep. sacr. pag. 175 h Ibi p. 146. i Pag. 147.

4. 5 Indixit itaque, vt ante decreuerat [l], Vrbanus crucesignatam aduersus Bernabonem expeditionem, ac breui verborum compendio immania illius flagitia, atheismum scilicet, vt qui Numinis diuini potentiam sibi in Mediolanensi principatu arrogaret; impietatem in præferenda sua auctoritate pontificiæ in conferendis sacerdotijs, & crudelitatem in sacerdotibus nouis supplicionum generibus excarnificandis, atheiendo atrocibus iniurijs Mediolanensi archiepiscopo, fouendis Ecclesiæ hostibus, & expugnanda eius ditione tyrannidem in luce collocauit [m]. Neque in Italia modo, verum in Germania quoque & alijs regnis sacrum illud bellum promulgatum: & concionatores, quo maius subsidiarium æs in belli Mediolanensis sumptus a fidelibus possent elicere, insignibus prærogatiuis sunt instructi: de quibus ad Ægidium legatum scripsit [n]. Francus vero & Cyprius Reges recuperandæ Syriæ cupidissimi oratores

Indicta in Bernabonē expeditio. l Pag. 98. m Ann. l. 4. p. com. 6. n 1. l. ep. sacr. pag. 214.

ad

ad Bernabonem misere, qui illum ab infestanda ditione ecclesiastica reuocarent; sed ipsos flectere tyrannum ad æquitatem non potuisse, Ioanni Regi Francorum significarunt Pontifex & coeptis tamen non destitit idem Ioannes Rex.

a Rod.t.v.ep fecr.p.22.

Missus in Italiã Andruinus Card.legatus.

6 Coniunxit etiam operam Cyprius Rex sacri belli auctor, cui alij Christiani Reges fauebant. Egit itaq; Bernabo de concordia cum Vrbano, qui ea de causa Andruinum tit.S.Marcelli presbyterum Cardinalem, ob pacem Anglos inter & Gallos firmatam clarissimum, Apostolicæ sedis legatum in Insubriam vergente anno misit b; eandemque ob causam incubuit Vrbanus summo studio ad alia Italica bella pacanda: vtque dicamus in primis de Patauino, de quo superius est facta mentio, exortum illud fuerat Mediolanensis occasione, cum nimirum Bernabos in Franciscum Carrariam Patauij præfectum Venetos exasperasset: sed cum Bernabonis ambitiosa molimina patefacta senatui a Pontifice fuissent, attenciens amantissimus & prudentibus eius consilijs idem senatus pacem cum Francisco Carraria Patauij Caroli Imperatoris nomine præfecto composuit. Interpositum pariter studium ab Vrbano est, pro discordia inter Galeatium Vicecomitem Bernabonis fratrem, & Ioannem marchionem Montisterrati sopienda. Exagitabat atrocior discordia Florentinos & Pisanos, atque Etruriam ferro, flamma, rapinis fœdabat c.

b t.1.ep.secr p.18. & 30.

Patuinis & Venetis conciliãdis data opera Sopita lis Patauina.

Florẽtinos inter ac Pisanos discordia.

c Pag.222.

7 Augebat belli calamitates epidemia fœuitia, quæ Pisanos ac Florentinos depascebat, vt refert Matthæus Villanus d; in qua idem auctor periit, vt ipsius filius Philippus e narrat, qui paternum opus perducere aggressus est ad Pisani belli exitum: at historiæ scribendæ peritia parenti Matthæo, & Ioanni consanguineo impar admodum fuit. Neque Etruria modo, verum Venera etiam ditio, Istria, Dalmatia, ac præcipue oriens, Syria, & Ægyptus funeribus oppletæ sunt.

Epidemia vexatur Etruria.

d Matt. Vill l.11.c.37.

e Phil Vill. eod.lib.c.60.

8. &c. In Neapolitano regno Ioanna Regina virum duxerat, vt supra indicauimus, Iacobum Baleares sine re titulos gerentem, qui initas antea cum ea pactiones de non affectanda Neapolitana corona, neque imponendis ciuibus præsidijs seruare detrectabat: quem Vrbanus admonuit f, ne assentatorum susurris subornari se pateretur. Non demisit in animum hæc monita Iacobus, sed postea vxorem deseruit, abijtque in Hispanias sub Petro Rege Castellæ stipendia facturus, captusque ab hoste vinculis astrictus est, vt suo loco dicetur. Porro Petrus Castellæ Rex præterea iunctis sibi fœdere Lusitaniæ, Nauarræ, Angliæ, necnon Granatæ, & Africæ Regibus infesta in Aragoniam signa vna cum Carolo Rege Nauarræ intulit: neque agri modo euastari, verum plures nobiles vrbes occupatæ. His cinctus periculis Aragonus pacem redemit cæso fratre Ferdinando, qui Petro Castellæ Regi sine liberis moriturο successurus erat, cumque Henricum Trastamaræ comitem pariter ex legibus fœderis esset sublaturus, is discrimen fuga euasit.

Iacobus Balearẽsũ Ioannæ diffidet.

f t.1.ep.secr pag.244.

Castellanũ Aragonũ bello vrget.

13 In Suecia Magnus Rex imbutus in episcopum Lincopensem maleuolentia, ipsum apud sedem Apostolicam multis criminibus oneranit g: nefarias nimirum in regiam dignitatem, & Suecum regnum coniurationes meditatum; orabatque vt deturbaretur episcopali sede, & ad eam Gotscalis familiæ Dominicanæ alumnus, qui ipsi a sacris confessionibus erat, transferretur; sed cum obiecta non probaret, Pontifex hæc Regi rescripsit: *Quia idem episcopus secundum tua a dicta sua ecclesia, cui alligatus existit, absque rationabili causa probata amoueri non debet, & priuationem ipsius non seruato iuris ordine, iuste ac honeste facere non possemus, tua deuota premdentia moleste non feras, si (ex petitis.) tuam petitionem huiusmodi non duximus admittendam. Dat. Auenione kal. septembris anno* 1. De Nicolao episcopo Lincopensi agit Suecarum rerum auctor a, ac tradit, ipsum vna cum alijs proceribus tyrannidis a Magno exerceri solitæ odio Albertum Magnopolis ducis filium ex sorore Magni nepotem ad Gothorum Suecumque solium communibus suffragijs vocasse hoc anno; ipsoque ad Stocholmiam Suecorum regiam deducto, populos acceptis a Magno iniurijs festos eius iugum excussisse: ac præsulum & aliorum regni ordinum habitis comitijs, eidem publicæ rei malæ administratæ, spretæ Ecclesiæ auctoritatis ac fidei Christianæ, sacramenti in solemni regia inunctione dati ludibrio habiti, violatarum legum omnium populorum nimijs vectigalibus oppressorum iudicium intentatum. Albertum deinde in eam concordiam consensisse, vt regni partem, nimirum Gothiam Magno permitteret b: neque ita multo post, dum Albertus Finlandico bello esset implicitus, Magnum Haquini filij, qui Norvvegianum regnum tenebat, ac Vvaldemari Regis Daniæ auxilijs iterum, recuperare regnum peruentasse: sed deletum prælio a nepote Alberto coniectum in vincula, in quibus septennio fuit, donec filius Haquinus torrissimo cum exercitu ad Stocholmiam vsque regiam peruagatus, e carcere eripuit parentem: qui demum infeliciter aquis merius perijt. Hæc licet temporibus discreta, hoc tamen loco coniungenda visa sunt.

Suecus Lincopensem episcoratorum a Pont.pollutat.

g t.3.ep.secr pag.242.

Negat Põt non probato crimine deturbandum transferẽdumue

Euersus regno Suec" a Lincopẽsi epiſc.

a Magnus l 11.c 9.& 10 Alb. Cranz. Suec. l.5.c. 30.31.32. Quæ obiecta illi fuerint crimina.

b Magn.eod 10 *Cranz.* c.31.

Gotis resistitur.

14. &c. Conuenerant c antea verno tempore Ioannes Francorum & Petrus Cypri Reges Vrbanum, a quo indicta est sacra in Saracenos Asiaticos expeditio, supremumque crucesignatarum copiarum imperium Gallo Regi decretum est. Extat de his pontificium diploma d in quo belli indicti tres causæ afferuntur: indignitas rei, vt consecrata Christi vestigijs redemptionisque mysterijs loca a Mahometanis contaminari terant Christiani: recuperandæ Syriæ eximia occasio, cum pestilentia exhaustæ sint Saracenorum vires: ingraueiscentis Turciæ tyrannidis reprimendæ necessitas, cum proximi discriminis terror impendeat, ne Christiana respublica a Turcis opprimatur, ni mature eorum grassationes coerceantur.

Captus in acie a nepote carceri traditur Liberatur a filio, & demum aquis perit

c t.1.ep.secr pag.170.

19. &c. Cum vero Ioannes Francorum Rex nisi vertente biennio iter aggredi non posset, vt labefactatum superioribus bellis regni statum componeret, necessariumque apparatum instrueret, Petrus Rex Cypri vniuerso crucis symbolo insigniro exercitui præire constituit, vt illi viam muniret; eiusque in orientem reditus maturandus erat, cum barbari Sataliam obsidione cinxissent, atque etiam Smyrnæ imminerent.

Cyprius Rex præire Gallo constituit.

Gallus & Cyprius Reges de bello in oriente gerendo paci sciuntur.

Rex Francorũ creatus expeditionis dux.

d Aut.t.ep.diuers. form. pag.15. Raynald. ad an. Christi t 23.n.51.

26 Illustrabatur hoc tempore Prouincia ingentibus miraculis, quæ Deus B. Delphinæ implorata ope edebat: neque enim modo pluribus ægris valetudo restituta, verum cæci oculorum, surdi aurium, paralytici membrorum vsum illius suffragijs receperunt; & reuocati etiam ad viam mortui. Quibus permotus Pontifex, Aquensem archiepiscopum ac Vasionensem & Sistarensem episcopos de miraculis eiusdem Delphinæ beneficio editis cognoscere, testiumque dicta discutere iussit e. Fuerat illa & nupta & virgo; coluerat enim, vt suo loco diximus f, vna cum viro S. Eleazaro virginitatem S. Chunegundis Imperatricis exemplo, de quibus sanctis coniugibus vitæ illorum auctor g admiranda recenset.

B. Delphinæ miracula discuti iussa.

e Aut.t.ep.diuers. form. pag.15.

f Annal. Eccl. ad an. Christi 1 23.n.51.

g Apud Surium t.15.die 27. septemb.

Indict. 2.

IESV CHRISTI annus 1364.

VRBANI PP.V. annus 2. CAROLI IV.IMP.OCCID.19. IO:PALÆOLOGI IMP.OR.24.

1 ROmana ecclesia post tot a tyrannis eius ditioni iobiantibus excitatas tempestates, reuerso ad sedis Apostolicæ obsequia Bernabone Vicecomite omnium tum procellarum auctore, optata quiete potita est. Adegit illum ad id non officij religio, quam suis vtilitatibus metiebatur, sed principum Christianorum terror, qui eum vrgebant precibus ac minis, vt turbare Italiam desineret, quo expedito orientalis superiori anno decreta confici posset. Et quidem Carolus Imperator Ecclesiæ patrocinium susceperus, in Bernabonem ipsum Italicæ pacis perturbatorem, ni legibus pareret, signa imperatoria arcelli iussit: quæ res Pontifici gratissima fuit a: Dederat quoque Carolus suis in Italia præfectis mandata, vt pontificiam causam omni contentione defenderent, qua de re ipsi ab Vrbano actæ gratiæ b.

Susceptū ab imperatore ecclesiæ patrocinium.

a Aut.3.ep. cur.p.100.

b Lib.3.ep.fect pag.392.

2 Ludouicus etiam Pannoniæ Rex, quem ab Innocentio Romanæ ecclesiæ creatum signiferum vidimus, Vrbano ad Bernabonis tyrannidem proterendam regias vires offerebat: cuius obsequia promissa, cum magnifica & nisi maiora ingaudita dicat Vrbanus, facile colligitur, illum ad ducendum exercitum in Mediolanenses ac labores castrenses suscipiendos paratum fuisse: cui grates amplissimis exornatas elogijs egit similiter Vrbanus c. Nec Ludouicus modo & Carolus contundere Bernabonem meditabantur, verum etiam Francorum & Cypri Reges alijque plures principes pro conficienda pace intercesserant, quos sine ingenti periculo, nisi fureret tyrannus, contemnere non poterat.

Hungarus ad debellādi Bernabouē paratum se offert.

c Ibi p.103.

3. &c.d Firmata est pax Androini Apostolicæ sedis legati opera d, quem superiori anno deuexo in Italiam missum vidimus. Extant eius foederis formulæ in publicis actis Bononiæ tum confectis e; cuius sanciæ leges hæ fuere, vt ereptæ a Bernabone Romanæ ecclesiæ arces, ciuique foederatis restituerentur: quingenta vero aureorum millia a Pontifice partitis vicibus illi refunderentur.

Sancita cū Bernabone pax

d Gest. Vrb. V apud Bosq & Extra. arc. 6. Ang. & mo ster coll. Plus t 3.p.182.& mo j bibl. Val fig t.8.n.15 f.41.& seq & fig.lit D. n.1.pag.30.

7 Nauatum etiā studium sedandis alijs bellis italicis opera internuntiorum pontificiorum Florentini Bernaboris metu, quem Pisani ad Cascinam usi in belli societatem vocabant, ne ex eorum discordijs Etruriam sibi subijceret, fœdus cum Pisanis bonestissimis sibi legibus percusserunt f: quibus appendicem ad Matthæum Villanum patrem adiectam Philippus abstulit.

f Phil. Vill. append.l.11. c.102.

Solicitati Genuenses ad subijciēdam sibi Cretam.

8. 9 Eluxit quoque pontificia cura in auertendo bello, quod Genuenses inter ac Venetos exortum dum timebatur: solicitari enim fuere Genuenses a Cretensibus, qui Venetorum iugum excussissent, ad corripiendum Cretæ imperium, quo ab ijs auxilia elicerent. At Vrbanus legatum apostolicum ad Cretenses ipsos misit g, vt eos ad Venetorum obsequium reuocaret, & Gabrielem Adurnum ducem cæterosque Genuenses enixe rogauit, ne vlla perduellibus subsidia mitterent, cum ea discordia grauissima exitia ipsis ac Venetis, vniuersæque reipublicæ Christianæ parere posset, ac Petri Cypri Regis reditui in orientem prudentia breui Cretensis res componenda esset. Dum trajicere Cyprius Rex parabat, cū quo susceptum erat consilium, vt orientem repetens prætereuectus cum exercitu Cretam, insulanos vel vi vel officijs in Venetorum potestatem reduceret;

g Pag. 206.

Adrianini a Pontifice ne illius cu telam fuscipiant.

reportata a Venetis de perduellibus victoria, quam celebrat inter alios a Petrarcha eleganti oratione, nuntioque de illa parta pridie non. iunias portu Venero exceptos, retert b. Huius quidem triumphi laudem Veneri non fuæ, sed diuinæ virtuti adscripsere: in quo ipsorum virtutem bellicam coniunctamque pietatem Vrbanus datis ad Laurentium Celsum ducem literis commendauit c.

a M.f dier. Ven.& m.f. appi.ad list And.Dand. & alij.

Creta ad Venetum imperium reuocata.

b Petr l.4.ep nil.ep.2.

c Eod l.2.ep. fecr.p.230. Inter Imp. & Hūgarū fœdus initū internū tiorū pontificiorum opera.

10. 11 Redacta ad officium Creta, meliores orientalis rei tuendæ amplificandæque spes illuxere, soluris belli Cretensis cura Veneris: auctæque sunt ex instaurato inter Imperatorem ac Regem Hungariæ ineunte anno fœdere, sarciente nimirum Carolo iniuriam, qua Elisabeth Reginæ Hungari matris nomen afficerat. Firmata est amborum ea concordia, solemnesque habiti Cracouiæ conuentus, quibus Imperator & quatuor alij Reges, Hungariæ scilicet, Poloniæ, Daniæ, & Cypri præter alios insignes principes interfuere. Accesserat vero Cyprius Rex ad dictos cœtus, vt præsens Reges principesque ad Syriacum bellum accenderet.

Solemnes Regū conuētus Cracouiæ habiti.

12. 13 Imminebant grauissima mala ex alia discordia, quæ archiepiscopo Salisburgensi ac Rodulpho Austriæ duci intercedebat cum Stephano duce Bauariæ, cum vniuersa Germaniæ principes ad arma concitarentur. Perstringunt huius belli causas historici d, nimirum de Maynardi filij Ludouici marchionis Brandeburgensis superiori anno vita functi successione certatum: addirque e Philippus Villanus, cum a matre Margareta Tirolensi veneno extinctum, cum illi filius patrem ab ipsa subiatum toxico obiecisset. Quæ si vera sunt, insigne exemplo esse possunt, qui fructus ex iniqua arrogata a Ludouico Bauaro soluendarum canonicarum legum de coniugijs auctoritate sint consecuti. Cæterum comitatus Tirolensis, cuius cupiditate facinus a Bauaro patratum vidimus, non ad Bauaram ripam, sed in Austriacam transmissus a Margareta fuit: bellumque ea de causa susceptum Caroli & Hungari studio pacatum est f.

Nouæ in Germania turbæ.

d Rebdorf.in annal. Ebel. Vill in appēd.ad l.11. c.78. Annal. bifl. Boior. l 7.

e Phil Vill. sup.c.78.

Austriacus Tirolēsi comitatu auctus.

14. Petrexit hoc anno ad pontificiam aulam Vualdemarus Daniæ Rex acturus de expeditione Asiatica, cui se deuouerat, quem Alberous Cranzius I quadragesimæ tempore rota aurea ab Vrbano donatum tradit. Suscepti vero itineris causas Vandalicarum vrbium detectionem tutæ indicat, cumque quibus graue antea bellum gessisse scribit h vario euentu. Cuius iustis querelis permotus Pontifex, Camanensi, Lincopensi, & Lubicensi episcopis prouinciam dedit i, vt censurarum ecclesiasticarum terrore perduelles comprimerent. Reuerso in Daniam Vualdemaro, excitatos maiores motus refert Cranzius k. Hæ vero Danicæ turbæ magnum rei Christianæ in Asia detrimentum attulere, cum ab obeunda sacra profectione, votoque religionis in Asia instaurandæ distraxerint. Nec minus sacri illius fœderis ducem Ioannem Regem Francorum improuisi casus, nouæ scilicet cum Rege Nauarræ discordiæ, sociarum turmarum latrocinantium excursiones in Gallijs, placanti Regis Angli ceræ, denique mors pium consilium obruerunt. Vtque de inborta cum Nauarro controuersia primum dicamus.

Nouæ in Germania turbæ.

h Lib.Crōic. Dand.lib.7. c.39.

i Eod.lib. c.38. Obiectæ perduellibus Daniæ censuræ.

k Idm.2.diuer sorm.ep.22. & Crāic.l.7. Dan c.39.

15 Vertebatur illa de Burgundiæ ducatu inter Reges, extincto duce puero: cum Ioannes principatum Gallicæ coronæ beneficiarium ad se redijsse contenderet, Carolus vero Rex Nauarræ iure hereditario illum ad se deriuaret m. Augebant porro eius discordiæ formidinem vagæ ac palabundæ cohortes, quæ regnum illud vastabant: ad quas comprimendas capi a fidelibus a arma iussit Christi vicarius, grauis-

De Burgūdia inter Francū & Nauarrum certatum. Prædatrices turmæ.

m Eod.pag.

a An. 2 epist. 32. 33. 34. & 132. & ep. diuers. 117. 396.

grauissimis edictis a IV. kal. martij promulgatis. Nec mora, Galli Narbonenses sumpsere arma aduersus foederatos praedones, qui eorum sanguinem lambebant, ipsosque locis munitissimis diuino pene miraculo, quod optimi Pontificis meritis ascriptum, deturbarunt: pars celeri ac rapida fuga aut armis domita, aut iusto oppressa supplicio, aut vitae incommodis attrita euanuit, vt Vrbani vitae auctor describit b.

b Vrb. vita script. apud Bosq.

16. 17 Haec magna ex parte sub primis noui Regis Francorum Caroli initijs gesta, cum Ioannes pater in Anglia obijsset: cuius profectionis in eam insulam causam illam afferunt c, vt filij obsidis abitionem excusaret, liberaretque caeteros: verum sacrae expeditionis vna cum Cypri Rege adornandae studio profectum indicat Vvalsingamus d, dum tradit quatuor Reges, Francum, Anglum, Cyprium, Scotum Londini conuenisse. Quatuor relicti sunt a Ioanne superstites filij, nimirum Carolus Delphinus idemque Normanniae dux, Ludouicus Andium & Cenomanum comes, Ioannes Biturigum, & Philippus Burgundiae duces: quorum maior natu Carolus eius nominis V. sceptrum Gallicum de more sacratus, e Rhemis suscepit.

c Phil. Vill. append. ad l. 11 cap. 76. Froiss. hist. l. 1 Paul. Aemil in Io. Gagu. in eod.

Regū comentus Londini habiti d Vvalsin. in Eduar. III.

Ioānis Frā cor. Regis mors.

Succedit Carolus Rex.

e Phil. Vill. c. 9. Froiss. l. 1. Paul. Aemil in Io. & alij.

18 In Hispania conflatum est foedus aduersus Petrū Castellae Regem inter Carolum Nauarrae Petrum Aragoniae Reges, atque Henricum Trastamarae comitem, de Castella inter ipsos diuidenda, vt nimirum Cantabria citeriorque Castella Nauarro, Murcia Toletumque Aragonio, reliqua Castella Henrico cederent. Caeterum in hoc bello Castellanus, cum mari periclitatus esset, quassata vi tempestatis classe pietatis speciem edidit, visusque scelerum poenitere: *Vori enim reus*, vt ait Mariana, *vicinum D. Mariae templum, reliquis indumentis detractis, in linea tunica adit, reli etiam collum implicuit*, non tamen propterea bello abstitit, ad quod sedandum Vrbanus internuntium misit f.

Nauarrae' alio in Castellanum bello implicitus.

Castellan' mari periclitatus.

Pietatis speciem edit.

f t. 3. ep secr p. 188. & an 3. int. cur p. 190.

19. &c. Cum vero in Aragonia libertatem ecclesiasticam Petrus Rex labefactaret, bonaque ecclesiastica inuaderet, Vrbanus illi iudicium apud subsellia apostolica iuendit, tum in Sardiniae & Corsicae regnorum causa ob intermissam annis decem annui census solutionem, nec praestitam Vrbano clientelarem sponsionem, minatusque est Pontifex a se Sardiniae regnum ad ecclesiasticum imperium reuocatum iri, si officio ille deesset.

Arborea regul' Aragonijs bel lū mouet.

21. &c. Defecisse mox a Petro Rege regulum Arboreae, scribit Surita, atque ingentes in vniuersa insula Sardiniae tumultus factos: quibus vt occurreret, Aragonium missis oratoribus pontificias iras mollire portentasse ait, ac non soluti census causam retulisse ad summas regij erarij difficultates in tot bellorum periculis, non quod se vectigalem sedis Apostolicae negaret. Ec quidem extant in libro priuilegiorum Romanae ecclesiae g Petri Regis Aragonum datae literae ad Vrbanum xv. augusti die Caesaraugustae regni anno xxix. consignatae, quibus pactiones inter Iacobum & Bonifacium VIII. olim confectas religiose seruaturum se profitetur, ac diplomatis Bonifacij VIII. seriem vniuersam inserit, admittitque. Verum cum Aragonij verbis opera non responderent, iterum v. id. octobris Vrbanus iudicio illum ob non solutum censum postulauit, poenisque grauioribus affecit h.

Aragonius Saracā rē reficere ni titur.

g Lib. priu. Rom. eccl. t. 1 p. 427. extat etiā in arce S. Ang. & in ser coll. Pisan t. 3. p. 207.

h t. 2. ep. secr pag. 387.

25 Haserat adhuc in occidente Cypri Rex, cum varia regna ad colligendum exercitum peragrasset: quo absente Saraceni Cyprum oppugnarunt, sed ab ea feliciter propulsati sunt: instructa autem est Venetijs classis ad crucesignatos transportandos, cumque Talayrandus episcopus Albanensis, cui legatio orientalis commissa erat, obijsset, B. Thomas Carmelita episcopus Coronensis idemque patriarcha Constantinopolitanus creatus ab Vrbano in eius locum subrogatus a est, cuius expeditionis fama audita Ioannes Paleologus Imperator Constantinopolitanus ad Pontificem Malaspinam oratorem misit, vireſque se aduersus Turcas coniuncturum pollicitus est: qui ab Vrbano admonitus est vt Graecos ad redintegrandam cum Romana ecclesia coniunctionem, & arctissime vinciendam perpelleret; ex qua hostis fidei debellandi spes certissima affulgeret. Porro Turcae non modo Graecos continuis excursionibus & cladibus atterebant, verum etiam Latinos, qui in Graecia superarant adorti sunt, ac Thebas aliasque in Achaiae principatu terras occupauerunt b.

a Phil. a Mezeriis in vita B. Thomae

b Vrb. t. 2 ep secr. p. 238. 240.

IESV CHRISTI
Annus 1365.

Indict. 3.

VRBANI PP. V. annus 3. CAROLI IV. IMP. OCCID. 20. IO: PALAEOLOGI IMP. OR. 25.

1. &c. SVperiori trium Regum Galliarum, Cypri, ac Daniae exemplo Carolus Romanorum Imperator Christi vicarium salutaturus, ac de rebus maximis, ad Christiani nominis amplitudinem spectantibus, colloquium initurus, magno cum principum ac procerum Germanorum comitatu Auenionem se contulit c, regioque apparatu exceptus die sancto Spiritui in Apostolos igneis linguis delapso sacra, operante diuinis mysterijs Pontifice, imperialibus insignibus redimitus pie interfuit. Quae vero in arcano colloquio Pontificem inter atque Imperatorem fuerint agitata, ex Pontifice ipso accipimus: nimirum de instauranda in Asia religione, abigendisque praedonum turmis socialibus, quae Gallias maxime & Italiam atterebant, ac traducendis in orientem, vt arma verterent in Turcas feliciori pugnandi genere, Christi athletae ex latronibus euasuri: ac si Pannoniae Rex ipsis aditum per regnum illud praebere vellet, necessarios commeatus se daturum spondebat Imperator: si vero arceret aditu, vt conscensa classe naugarent in Asiam, illam suis sumptibus in Veneto, & alijs Italiae portubus conducturum pollicebatur. De quibus Vrbanus Carolum Francorum Regem, vt foederatas copias ad id infecteret cogeretue, certiorem fecit d. Quanta porro infligerent mala Gallijs foederatae copiae deplorat Pontifex in literis ad Gallicanos praesules, quibus pium eorum studium ad effraenatam improbitatem coercendam inflammat e: tum in decreto, quo vniuersi fideles ad dissipandas huiusmodi praedatrices turmas conſurgere iussi sunt f. Partim emollitae monitis vel promissis deliniae, partim intentato armorum terrore perculsae sociales turmae, vel dolo, bellum se suscepturas in Turcas pollicitae sunt: vtque in itinerum sumptus subsidiarium aes contrahi, ipsisque suppeditari posset, Vrbanus Caroli Regis precibus permotus sacerdotiorum biennales decimas in id attribuit g.

Caesar Auenionem adit.

c Gest. Vrb. V apud Bosq

De re Christiana augenda colloquia miscet.

De vagis turmis in Turcas auertendis agitat.

d t. 3. ep secr pag. 444.

5. &c. Erupere tum e Gallijs eiusmodi turmae in Alsatiam, eamque vastare coeperunt duce Arnaldo Seruola archipresbytero, qui a suis immaniter caesus dignas scelerum poenas luit, vt tradit Vrbani gestorum scriptor h; addirque: *Et hic notanter inferendum est, quod capitanei talium societatum vipiurimum morte simili aut crudeliori tam per prius, quam ex post mortui fuisse referuntur.* Primum quidem latrocinantium copiarum auctorem Montemregalem

e Ead. t. 3. ep secr. p. 283.

f Ib. p. 240. Promittūt vagae Galliae turmae veteres arma in Turcas.

g t. 3. ep. secr p. 245. & an 3. ep cur. p. 320. & 322.

h Gest. Vrb. V. apud Bosq Earū dux a suis caesus.

lum, fimirum Romæ carnificis manu necatum vidimus: successorem illius laudum omnem, de quo sæpius mentio facta est, transfixum hasta in quodam certamine in Insubria tulit Matthæus Villanus a.

a Matt. Vill. l. 1. c. 43. Vagi exercitus in Italia.

Nec Germaniam modo aut Galliam, verum Italiam quoq; vaga palantesque militum caterua infestabant: in quos Pontifex Italos principes fœdere coniunxit b. Imminebat similiter discrimen Hispanijs a militum turmis, quæ rapto vivere assuerant. Gallijs Bertrando Guesclino duce trans Pyrenæos signa traducturæ erant. Ex vero Aueniom appropinquantes, maximo terrore pontifici & Cardinalibus micto, ingentem ab ijs auri vim extorsere, quæ stipendiorum honesto nomine, cum ie in Granatenses Mauros impos præciperent, erogata est. Qua accepta fama, Petrus Castellæ Rex se suaque defendendo Pontifici addixit, atque vtro magnifice obtulit vel terra vel mari cum exercitu prouolaturum: cui actæ ab Vrbano gratiæ.

b 1. 3. ep. sscr pag. 140.

Turmæ Gallicæ fingũt in Granatẽses signa attollere.

8. &c. Cæterum ex illius iniuriæ atrocitate, qua Christi vicarius ad redimendam ex prædonum furore libertatem adactus est, sumpsit occasionem Petrarcha, vt Vrbanum ad deserendas ingratas Gallias, restituendamque Italiæ sedem Apostolicam excitaret c; cupienti enim lustrare sacra Vrbis loca muneratæ iter, restituerat que Ecclesiæ pristinum imperium Ægidius Cardinalis; quo pacato iussus est adire Siciliam, vt Ioannam Reginam fidei sacramento in Vrbani verba adigeret, sceptrumque Siculum Apostolicæ sedis liberalitati acceptum referenti assereret d; magni autem honores eidem Cardinali legato, Siciliam ingredienti, præsciti e. Denique Ioanna, ab eo fidei sacramento adacta, Vrbani V. beneficiariam se professa est, vt vetera monumenta testantur f.

c Petrar. l. 7. rer. sen. ep. 1

Ægidius Cardinalis Ecclesiæ imperium restituit.

d 1. 3. ep. sscr p. 86.

e 1. 4. ep. sscr p. 87.

f Lib. privil. Rom. eccl. ep. 183. Vrbani clementia erga Aragonii in extrahẽda plurium decretorũ tarditate.

11. 12 Hoc anno vrsit repetitis vicibus, nimirum pridie idus martij & v. idus iunij Vrbanus iudiciorum ordinem aduersus Petrum Regem Aragonum g ob intermissas Sardici census solutionem, clientelaremque sponsionem. Quibus ille stimulis excitatus Sardici minirum regni ad sedem Apostolicam reuertendi iacturæ metu, Franciscum Romo iurisperitum oratorem legauit, instruxitque auctoritate, vt regio nomine Sardiniæ & Corsicæ regnum Pontificis beneficio ab ipso acceptũ profiteretur: cumque ille coram Cardinalium senatu iniustis sibi partibus esset perfunctus, Vrbanus publico diplomate à rem gestam præsenti ac secuturis ætatibus voluit commendatam.

g 1. 2. ep. sscr p. 174. Fabricium in act. S. Aug. 47 in ver. cell. Plat. l. 3. p. 173. & in ms. f. bibl. Vall. fig. lit. F. n. 12. pag. 310. Mittit oratorem ad clientelarẽ sponsionẽ exhibendã

h 1. 3. ep. sscr pag. 77.

13 Ne obsolescere etiam alia Romanæ ecclesiæ in Angliam & Hiberniam iura paterentur, eum ab exolutis retro annis triginta ab Angliæ Rege census millemarcharum solutus non esset, grauissimis literis Eduardo Regi Romanæ ecclesiæ expertam mansuetudinem expostuit i, quæ cum bellis implicitum cerneret, ad eundem censum pendendum non compulerit; iam vero, cum ipse diuitijs affluceret, regnumque felici pace potiretur, admonuit officij: cum etiam suaderet pietas, vt laboranti Ecclesiæ subueniret,

Anglia & Hibernia census remittitur.

i Ead. 1. 8 ep. sscr. p. 112.

14 Nec modo a Regibus Ecclesiæ iura Vrbanus repetijt, verum de vitijs, quæ exemplo nefario transfundebant in subditos, corripuit. Commonitus k in primis Petrus Castellæ Rex, vt sæuitiæ modum poneret, ne diuinas in se iras asperaret: sub eo namque militum furori licentiam adeo laxabant, vt penitus non a Christiana modo mansuetudine, sed ab humanitate quoque abesset: quos enim ceperant modo interimebant laqueo, modo concremabant, modo membris mutilabant. Crudeli peremptum postea morte Petrum videbimus, nec misericordiam promeruisse, qui misericordiam omnem exuerat.

Petr. Rex Castellæ de crudelitate corripitur.

k Ead. 3 ep. sscr pag. 64

15 Perstrictus m vero est a Christi vicario alterius vitij, nimirum impudicitiæ, Casimirus Rex Polo-

m Ib. ep. sscr. pag. 116.

lonie; vtque a se & Polonico populo diuinas iras auerteret excitatus: cui etiam, ni e libidinis cano emergeret, vxoremq; Alcidem Henrici Hassiæ principis filiam ad se reuocaret hæc edixit: *Alioquin*, ait, *dilecto filio nostro Ægidio tit. S. Martini in montibus presbytero Cardinali, rerum quæ dicta primæ causæ pendet, nos commisisse cognoscas, vt super huiusmodi tuo excessu contra te procedat, prout iustitia suadebit.* *Dat. Auinione* III. *kal. octobris anno* III. Contendente præterea Casimiro Rege, vt designati episcopi in Polonia ad sedem Apostolicam accedere non tenerentur, sed procuratores tantum mittere obstricti essent, eius postulata reiecta sunt n.

Interpitus Rex Polonię de adulterijs. Iuxta tali illi cẽsura.

Poloni episcopi designati ad sedem Apost adeundam obstricti.

n Ead. l. 3. ep. sscr. pag. 53 Indicta synodi prouinciales.

16. 17 Restituendæ in Ecclesia catholica pristinæ sanctitatis desiderio incitatus Pontifex, vniuersis archiepiscopis imperauit o, vt in singulis prouincijs concilia cogerent, in quibus de euellendis vitijs & Christiani populi excolendis moribus salubertimas sanctiones ederent. In quibus prouincialibus concilijs agitatum iussu Vrbani, vt clerici, qui plura sacerdotia gerebant, vno contenti essent: qua de re ad Tolosanam & Narbonensem archiepiscopos datæ literæ p. De nauata ab Vrbano opera, vt corrupti mores in primæuam sanctitatem reuocarentur, disciplinaque ecclesiastica restitueretur, meminit Petrarcha ad eum scribens q.

o 1. 3 ep. sscr pag. 61.

d Petrar. rer sen. l. 7 ep. 1 Pont. Genuenses & Cypri Rex nituntur componere.

18 Claudamus hunc annum orientalibus rebus, in quarum instaurandarum consilijs defixus Pontifex, cum metueret, ne ex dissensione Genuenses inter & Petrum Regem Cypri coorta, noua pericula consisterentur, operam nauauit egregiam, vt eos in concordiam reuocaret: atque Cyprium est adhortatus r, vt læsis Genuensibus faceret satis, ne belli causa sibi ascriberetur, vtque pax & amor mutuus inter ipsos coalesceret: ac B. Petrum Thomam patriarcham Constantinopolitanum Genuam proficisci, atque ad redintegrandam concordiam, quam Veneti conciliare non potuerant, iussit incumbere s: qui eo se conferens indigne a ciuibus habitus est adeo, vt faxis ipsius familiam appeterent, luctremque animis ad bellum Cypro inferendum. Demum seditione sedata, illedijuna clientela iultus efferatos Genuensium animos qua minis qua precibus ad suscipienda consilia pacis adduxit, interque Ligures & Cyprios vetera fœdera instauranit: a quo mox Pontifex certior factus, incredibili gaudio perfusus, Cyprio Regi felices successus est comprecatus.

e 1. 3 ep. sscr pag. 56.

f Ead. p. 67 pag. 67.

Opera B. Petri Th. redintegrata pax.

Liber a belli Genuensis metu Petrus Rex, ad tundendum Mahumeticum fastum confirmato animo conceptoque voto, in Cyprum non appellere decretuit, ni prius in Saracenorum imperium cum exercitu irrupisset. Appulisse vero primum Rhodum crucesignatam classem, moxque Cyprsorum & Rhodiorum exercitu auctam, narrat Philippus de Mazerijs t, ac numerum copiarum nauiumque recenset, vt Turcarum duo Asiatici principes, Cyprij Regis vestigijs se professi sint, vtque B. Petrus Thomas Apostolicæ sedis legatus omnes fideles sacramentis communiuerit, ac sacra prece arma, classem, & mare lustrarit.

Cyprius parat iter in orientem.

g Mazer. ead. c. 16.

19. &c. Direxit in Turciam classis vela aquationem tacturas: moxque vbi altum mare tenuit, Cyprius Rex consilium de inuadenda Alexandria suis aperuit; vtque diuino miraculo vrbe florentissima diuitijs, murorum amplitudine, ciuium numero, vnius horæ spatio, nemine Christianorum cæso, vi expugnata fuerit, quamuis Saraceni innumeras copias ad nostros excensu in litus arcendos eduxissent, narrat prædictus auctor h; sed onusti præda milites, eaque contenti non de fide Christi amplificanda, sed de recessu pro seruanda præda & satianda voluptate cogitarunt, vt

h Phil. Mazer. ead. c. 16

planxit

planxit idem Philippus de Mazerijs : atque ideo ex his non auicultaneus videtur, qui nostrorum ex Alexandria turpem recessum ob exiguum copiarum numerum exulat : ac potius audiendus Petrarcha qui in literis ad Ioannem Boccatium scriptis a collectitios transalpinos carpit, qui Regem Cypri in medio victoriæ cursu deseruerint. Nunc vero addimus Pontificem Armenios apostolicis adhortationibus concitare conatum [b] in sacri huius belli ardore, vt Saracenicæ seruitutis iugum a suis ceruicibus deijcerent, ac Liuonem Petri Regis Cypri consanguineum principem catholicum, ad quem Armeniæ sceptrum iure hereditario pertinebat, Regem sibi præficerent, depulso eo, qui regia insignia contra fas corripuerat.

Sabell. Ennead. 10. lib. 8. Platina in Vrbano V. Antonin. tit. 23. cap. 2. §. 3. Vrsperg. in Edmar. III. Ioh. Hist. Bohem. p. 2. lib. 3. Dubr. lib. 22. & alij.

Armenij ad excutiendū Saracenorum iugū excitati.

b An. 3. ep. cur. p. 139.

22. In Græcia proterebat latius victorias Amurates primus Turcarum Imperator, quem annales Turcici Gasem Muratem Chan vocant, & Scachinis, quem Europæ præfecerat, opera hoc anno Zagoram & Ischebolem sibi subiecit [c]. Cuius progressibus territi Seruij ingentem exercitum confecerunt : sed is proximo anno apud Adrianopolim infeliciter profligatus est. Idem porro Christianæ religionis hostis Amurates vrgente Eurenoses Bego, cum innumera Christianorum multitudo quotidie ex Europa in Asiam captiua abduceretur, sanxit vt ex puerorum numero quintus quisque forma elegans Imperatori offerretur, vt abiecto Christi cultu, Mahumetica superstitione educatus, Genizarorum ordini adlegeretur, ad exercendam postea in Christianos carnificinam. Eiusmodi vectigal etiam in Christianos Turcicæ ditioni subiectos, quamuis ex fœdere iugum subijssent, postea propagatum est, dissimulantibus tantum nefas principibus catholicis, nullamque expetentibus vltionem. Dum ita Turcæ per obtritos Græcos penetraturi essent ad catholicos, Vrbanus cum perpenderet superiora eorum consilia, qui censuerant nulla Græcis præstanda auxilia aduersus Turcas, nisi schisma prius damnassent, funestos habere exitus, Palæologo quamuis nondum in Ecclesiæ sinum reuerso, ope se non defuturum, est pollicitus [d], classemque a Rhodijs & Genuensibus instrui aduersus barbaros coriorem fecit, vtque schisma quod tanta mala inuexerat, deleret hortatus est.

Pueri Christiani in Genizaros adlecti.

c An. 3. ep. cur. p. 139. Annal. Turc. n. 34.

d An. 3. epist. secr. p. 78.

Reuerdat' Hungarus a Turcica expeditione.

e An. 4. ep. secr. pag. 140.

Io. Palæolog. in Hungariam profectio.

f An. 4. ep. secr. pag. 114. & 134.

g Ead. p. 114.

IESV CHRISTI
Annus 1366.

Indict. 4.

VRBANI PP. V. annus 4. CAROLI IV. IMP. OCCID. 21. IO: PALÆOLOGI IMP. OR. 26.

1. &c. HOc anno Ioannes Palæologus cœpta de redintegranda cum Romana ecclesia orientalis coniunctione colloquia promouit : missisque quo ad sedem Apostolicam oratoribus, significauit paratum se Pontifici obedientiam deferre. Ex quibus magno affectus lætitia Vrbanus, qui non ad Græcorum euertendum imperium, vt suadebant aliqui, sed instaurandum potius, ac Turcarum excindendam tyrannidem aspirabat, Palæologum ad pia consilia ad exitum perducenda vrsit [e], propositis Apostoli verbis : *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis* ; Hungariæ enim Regem terrestri itinere subsidio iturum, signaque victricia conuersurum in Turcas : maritimo autem itinere Cypri Regem & Amedeum affinem cum lectissimis copijs in barbaros prouolare : si vero pergerent Græci in impietatis cœno fordescere, spretum iri ab ecclesia Romana tanquam ethnicos & publicanos, & infidelium seruitio exponendos. Subesse in Græcis dolum

De Græcis ad ecclesiæ Rom. gremium traducendis actum.

e An. 4. ep. secr. pag. 34.

ueritus Pontifex, cum sedi Apostolicæ sæpius illusissent, consuetissentque pietatem simulare, quoties e re ipsis videretur ; prudentia vtendum ratus, prius eosdem Græcos ad Romanæ ecclesiæ obsequium reducendos censuit, quam Ludouicus Pannoniæ Rex Turcico bello se accingeret atque ideo significauit eidem Ludouico [a], se illius sacramentum de bello suscipiendo gratia Græcorum in annum proximum extrahere, & interea, vt alio arma traduceret, suasit.

a An. 4. ep. secr. pag. 140.

4. Contulit vero se Palæologus Budam ad ipsum Ludouicum Regem, spopondirque sacramento, se vna cum filijs Ecclesiæ catholicæ aggregatum iri, omnibusque apostolicis imperijs pariturum, si Græcorum imperium aduersus Turcarum sæuitiam defendendum susciperet. Quibus egregijs promissis pius princeps delinitus, diuinæ propagandæ gloriæ studio accensus ad retundendos Turcarum impetus, ac vicissim Palæologus ad fidem catholicam amplectendam se obstrinxere [b], atque oratores misere ad Vrbanum, vt hanc apostolica auctoritate confirmaret, promoueretque. De quibus certior ab ijs factus Pontifex, Palæologum vehementius hortatus est [c], vt tam gloriosum opus, quo constabiliret imperium, & immortalitatem consequeretur, amplius non extraheret ; ac fidei orthodoxæ formulam, quam esset professurus, ad ipsum misit, adiecta hac pia adhortatione.

Io. Palæolog. in Hungariam profectio.

b An. 4. ep. secr. pag. 114. & 134.

c Ead. p. 114.

5. &c. *Vrbanus, &c.* O quanta Christianorum felicitas, quam nec lingua narrare sufficit, nec capere intellectus, si tuis deuotis & continuatis operibus scissus templi Dei paries vniatur ; si per te quasi alterum lapidem angularem fiant vtraque vnam Latinorum videlicet & Græcorum populi reuniti, & oues errantes reducantur ad caulam dominicam, quæ (proh dolor !) luporum spiritualium & temporalium morsibus fuerunt hactenus nimium lacerate sub vniusque pastoris custodia in vno ouili, extra quod non est salus, se gaudeant salubriter gubernari ! O quantus timor & tremor veniet super corda sæuissima ferocium ethnicorum, quando post reconciliationem prædictam dicto Rege alijsque fidelibus in tuum adiutorium assurgentibus, videbunt resurgere conculcatam iam per eos Græcorum potentiam, & extinctam pene gloriam celebrius renouari ! Profecto sperandum est, quod ijdem hostes ante tuam & dicti Regis, athletæ Christi fortissimi, facies non subsistant ; sed aut, inspirante Deo, conuertentur ad fidem, aut iusto Dei iudicio, vt cedant locum cultoribus Trinitatis. O quantum denique præmium animæ tuæ comparabis in cœlis, si de talento tibi credito tantam tamque gratam reddes Altissimo rationem, vt in extremo iudicio reperiaris lucrifactor tuæ & aliarum innumerabilium animarum ! sicque duplici immo omnimoda felicitate læteris, vt in terris gloriose imperes, regnaturus demum cum beatissimis spiritibus in excelsis, &c. *Dat. Anin. kal. iulij anno* 1v. His autem Vrbanus addidit [d] sacramenti formam, ex qua Palæologus & alij Græci schisma damnaturi essent.

Adhortatio ad redintegrandum ecclesiarum fœdus.

Quinta ex ea coniunctione bona oborta.

d Ib. p. 117.

11. Non penetrauit in Græciam Ludouicus Rex, vt sumpta erant consilia, cum Vrbanus prius Græcos vt dictum est, in Romanæ ecclesiæ sinum adducendos censeret. Florebat vero maxima virium potentia, recentibus victorijs adiuncta ditioni suæ Bulgaria, ac Strarimiro Rege in vincula abducto ; quo circa maximus Græcis finitimis incussus terror, ne ipsos solita felicitate protereret : atque ideo Palæologus studia omnia ad illum sibi deuinciendum contulit. De Bulgaria parta bello a Ludouico nonnihil Vrbanus indicat in literis ad Palæologum scriptis, dum eundem Regem ad confinia ipsius imperij accessisse

De Regis Hungariæ progressibus.

ait.

a Ib. pag. 94 Patarenis & Manichæi ad fidem conuersi.

aie a. Maxima porro in expugnata Bulgaria gloriæ pars Christo est comparata. Affluebat ingens in eo regno Patarenorum & Manichæorum colluuies, apud quos Baptismi sacramentum, quo ritu a Christo est institutus, obsoleuerat: cumque Ludouicus religiosorum ordinum viros pietate conspicuos in eam amplissimam messem immisisset, ducenta hominum millia biennii nondum exacto baptismalibus sacris fuerunt initiata, ac multitudini populorum ad fidem orthodoxam confluentium defuerunt sacerdotes. Cuius successus magnitudine permotus Minoritarum Hungarorum præpositus eum, qui vniuerso ordini præerat, literis B solicitauit, vt sociorum supplementa submitteret.

b Ext. apud Vuad. in annal. Minor: an. n. 16 Plat. de honest. stat. l. 2. c. 9.

12. 13 Inter hæc parabat Amedeus Sabaudiæ comes in Palæologi Imperatoris auxilium traijcere exercitum aduersus Turcas, aliosque fidei Christianæ hostes; cuius gratia Vrbanus ad Marcum Cornelium qui Laurentio Celio in reipublicæ Venetæ administratione successerat, ac Gabrielem Adurnium Genuensium ducem scriptis c, vt classem pro Sabaudi copijs traducendis ornarent. Contexisse autem illum strenue expeditionem, & Gallipolim Turcis eripuisse, eamque Græcorum Imperatori consanguineo tradidisse, refert Vrbani vitæ scriptor d.

Instructa a Sabaudo classis in Turcas.

c t. 4. ep. secr pag. 56. 68.

d Gest. Urb. V. apud Rosq.

14. 15 Interhæc Ægyptij, Syri, ac Babylonij Saraceni vna cum Turcis ad Cyprum & Rhodum Christianis eripiendas fœdus iniere. Quibus acceptis Pontifex literas ad patriarchas, archiepiscopos, & episcopos Italiæ, Siciliæ, Dalmatiæ, Germaniæ, & Galliarum diuulgandas misit e, vt Christifideles ad sacra arma capienda incenderent. In primis vero ope paranda, coniungendaque Cypro Regi solicitus, concitare hortatiuis literis Carolum Francorum Regem nisus est f, vt paternum pium studium æmularus. Cypro ac Rhodo in maximum periculum adductis opitularetur, quo facto veniam criminum apud diuinum Numen promereretur. Eodemque argumento apostolicæ literæ datæ g ad Carolum Imperatorem, Ludouicum Pannoniæ, Eduardum Angliæ, Dauidem Scotiæ, Petrum Aragonum, Vvaldemarum Daniæ, Casimirum Poloniæ Reges, Ioannam Reginam Siciliæ, Albertum & Othonem Austriæ duces, & Eduardum iuniorem Aquitaniæ ac Vualliæ principem. Verum pontificias preces surdis auribus exceptas, neque vlla supplementa sacro exercitui submissa, refert Bosius h.

c t. 4. ep. secr pag. 264.

Pag. 159. Gallus Rex ad solidia contra Imperium stipenda solicitatus.

f Rod. pag. Solicitati ad pia idē opus alij Reges.

16. Non imperatis ita ab ijs auxilijs, non minus incumbendum fuit Pontifici i, ne saltem vires hosti ex Venetorum l, Genuensium m, & Hispanorum n mercatorum commercio adderentur. Molitos ex ijs nonnullos, lucri illecebra deliniros, priuata cum Ægyptijs fœdera ad merces commutandas percutere; ac tum B. Petrum Thomam patriarcham Constantinopolitanum ac sedis Apostolicæ in oriente legatum anathematis sententiam tulisse in id auſuros, & tacitus ausos impune illud non tulisse, refert Philippus Mazerius in præsulis sanctissimi vita o: *Vide*, inquit, *magnum miraculum inde citò secuturum; nam quidam Venetus, parumpendens sententiam legati, cum una galea versus Alexandriam viam arripuit: sed tantam fortunam a Deo habuit, quod reuersus est in Cyprum, & ibi periclitatus naufragium faciens, galeam & quidquid habebat perdidit, & vix euasit, & vsque hodie, sententia predicta operante, plura & plura nauigia vndique venientia Alexandriam causa mercimonij iuerunt, & quasi omnes periclitauerunt; & illorum, qui vivus euasit, a Saracenis captus fuit.*

h Bos. hist. quinq. hospit. l. 3. c. 3.

i t. 4. ep. secr pag. 240.

l in. 4. epist. secr. pag. 255 & 256.

m Ibid. pag. 8 Iord.

n Ibid.

Obiectū a legato anathema commercium habituris cum Ægyptijs.

o Phil. e Maz. c. 18.

Illud sperantiū infelices casus.

17. 18 Inspecta Christifidelium vecordia, quos priuati commodi amor a propaganda religione ac publicis vtilitatibus diuulserat, legatus apostolicus pio mœrore intabuit: cumque nauim parari iussisset, vt cum Pontifice de expeditione diffolita, eaque redintegranda conferre posset, ad accipienda laborum præmia a Deo est vocatus a, de quo hæc fasciculi temporum auctor: *S. Petrus Thoma ex Carmelita Patriensis episcopus & patriarcha Constantinopolitanus, doctorque pratelebris, summusque Regis signifer bellicosus, post innumeras, quas habuit vndum cum spiritualibus, sed & corporalibus cruentis nimicis victorias; post quamplures conscriptos libros, ac patrata miracula, in Famagusta regni Cypri ciuitate corpus exuit in festo epiphaniæ.* Scripsere plures de illius vitæ gestis commentarios, e vetustis omnium diligentissime Philippus de Mazerijs, qui sanctissimo viro comes & amicitia coniunctissimus adhæsit, quæ vel ab eo acceperat, vel oculis auribusue a socijs hauserat, monumentis mandauit b, quæque Ioannes Bollandus Societatis Iesu theologus recenter excudenda typis curauit: interque alia narrat vt imminente morte insignia pœnitentis animi exempla ediderit, sacramenta summa pietate susceperit, dæmones Virginis ope & cruce sacra pepulerit, in cilicio & cinere mori voluerit, felicis immortalitatis certam spem in morte prægustarit. Fulsisse autem eum miraculis post mortem, sacrumque corpus non obriguisse, sed molle ad tactum mansisse, ac suauissimum effluisse odorem, refert idem auctor; ac schismaticos, qui antea eius sanguinem auide hausissent, singulari pietate delibutos sacra illius lipsana veneratos.

a Phil. e Maz. c. 18. Ferrar. in suo catal. 6. ianuar. & alij.

B. Petri Thomæ patriar. & legatio. ors

b Phil. e Maz. c. 18. apud Bolland. ad d. 29 ianuar.

Claret miraculis.

19 Sublato B. Petro Thoma apostolico legato, afflictæ magis fuere spes restituendæ Asiæ religionis: quinetiam hoc ipso tempore discordia rem Christianam conflixerat, cum veterani milites tractandis armis assueti, pontificijs adhortationibus spretis, illa vertissent non in fidei hostes, sed in fidelium viscera, vireſque bonorum inde admodum essent fractæ ac debilitatæ; qui enim propagandæ religionis studio tenebantur, ad retundendos illorum conatus distinebantur. Adeo vero effrænata erat huiusmodi latronum audacia, vt nec pontificiam maiestatem reuererentur, circumiectasque Venusino comitatui regiones infestarent. Ad quos pœnarum magnitudine a scelere reuocandos, tum in eos tum in alios, qui aliqua in re adiumento ipsis forent, promulgata acerbissima ab Vrbano sententia c, quæ ab episcopis in Italia d, Gallia d, & Germania diuulgari iussa est. Sudebant his prædatricibus turmis plures proceres, cum eorum armis ad priuatas iniurias vindicandas inferendasue vterentur.

Stringunt mutua in se fideles arma.

Obiectę vagis turmis pœnæ.

c t. 4. ep. secr pag. 275.

d Ib. pag. 73

20 In Italia etiam Bernabos Vicecomes subijciendæ sibi Liguriæ cupidus plures vagas eiusmodi turmas assuetas latrocinijs conduxerat, quibus Ambrosium filium suum non legitime natum præfecerat. Ab hoc Genuensis respublica in extremum discrimen coniecta e, cum nonnulli ciues honorum auidi maleuolentiaque in Gabrielem Adurnium ducem imbuti cum externo hoste sentirent. Certatum ad palacium: sed demum seditionis auctores prostrati, pulsique. Nec minores in reliqua Italia tumultus ab alijs palabundis latronum copijs commoti, quæ infesta signa ecclesiasticæ quoque ditioni intulere, & ad Vrbis direptionem ac vastitatem aspirarunt f: quos Pontifex censuris apostolicis perculit, atque eisdem pœnas omnibus irrogauit, qui cum illis sentirent, ipsisque commeatu, armis, equis iuuarent; præmia vero indulgentiarum alijs, qui bello aduersus fœderatos hosce prædones sese accingerent, impertitus est g.

Bernabos prædones fœderatos conducit.

e Iustin. hist. Genuens. l. 7. Foliet. l. 7.

Pontificia ditio in discrimen adducta a latronibus.

f Idem 4. epist. cur. p. 107. & t. 4. ep. secr pag. 156. & 157.

g Ibid.

Cæsar & alij principes in eos solicitati.

h t. 4. ep. secr p. 22. 31. 36 40.

21 Ad infringendam porro facilius eiusmodi fœdiariorum vim non Italos modo principes h, verum

Impe-

Imperatorem, Reges, principes alios, & populos mutuo tendere in illos obstringere constituit Vrbanus a: misitque ea de causa Petrum episcopum Vlissiponensem b ad Carolum Imperatorem vt apostolica ipti auxilia ad oppugnandos huiusmodi grassatores polliceretur, in eosque edicta pontificia exponeret c, incitaretque electores, atque alios imperij principes d. Ceterum adeo profecit, vt Carolus in Francofordiensi conuentu ad perdendas sociales turmas fele deuinxerit, vt Pontifex ipse testatur e. Carolus pariter Francorum Rex ad latrones, qui grassabantur in Gallijs, edomandos se obstrinxit f, eiusque ac ducum signa secuturis proposita indulgentiarum præmia.

a lib.pag.72. 73. & 158. b lib.pag.81. &c. c lib.pag.96 d Ead.pag.

e An.4.epist cur.p.271. f Pag.243.

Vrbanus sedem Romæ restituere parat.

22. &c. Intendebat Vrbanus vires omnes ad confirmandum hoc fœdus, vt protritis sæuis prædonibus pacem, iustitiam, sedisque Apostolicæ ornamentum restitueret Italiæ: quod eo magis temporum conditio exigebat, cum fides plurium populorum nutaret, & in Campania plerœque vrbes a Ioanne Guidotto præside defecissent g, ac Romani oppressi ab Anglis auxilium pontificium implorarent h. Petrarcha consilium Pontifici suggerebat i, vt in Vrbem ad elidendas seditiosorum artes in pristinamque dignitatem Italiam restituendam sedem Apostolicam transferret. Nec modo Petrarcha, verum etiam nonnulli viri sancti diuino instinctu afflati id suadebant k. Quibus excitatus demum publico edicto abitum e Gallijs promulgauit. Extant de his literæ Vrbani m tum ad Ægydium Cardinalem legatum scriptæ n, vt Viterbiensem arcem necessario apparatu instrueret, & Gaucelino de Pradalho pro instaurando palatio Romano misso adesset o: quo argumento ad senatum populumque Romanum aliæ sunt datæ p. Prorupere his auditis Romani q in testas lætitiæ voces, conceptumque pectoribus gaudium multis significationibus profudere, miserequo oratores, vt promptissima pollicerentur obsequia.

g Pag.99. h Pag. 156. 257. i Petrar.rer. senil.l.7. Promulgat reditum Romam. k Mf. auc. Vat.de schis t.4.p.225.& Vvadd. hoc ann. in annal.n.11. m t.4.ep.sec pag.265. n lib.ep.sec pag.131. o Pag 135. p Sup.p.135 q Pag. 167.

Italorum erga illum officia.

Obtulerunt vero præter alios insignes Italiæ populi, qui maritimis viribus præstabant, Vrbano triremes, vt ipsum euecherent: Marcus quidem Cornelius dux Venetorum decem apparaturum se pollicebatur (sed ex ijs tantum quinque Pontifex admisit) r tres Ioannes de Comitibus Pisarum prætor s, Gabriel Adurnius Genuensium t dux plures alias ornaturos se spondebant: quibus a Pontifice actæ gratiæ. Commendanda autem Caroli Romanorum Imperatoris studia in Vrbanum fuere: cum enim is in colloquio Francofurtensi de publica pace restituenda Italiæ sumpsisset consilium, Pontificē rogauit, an mallet, vt præiret cum exercitu, an sequeretur: cui respondit Vrbanus u satius videri, vt viam ipsi muniret, atque Italiam prædonibus purgaret.

r Ead.t.4.ep sec. p.143. s lib.p.165. t Pag.258. u Pag 166.

Bernabos exinde terrorem concipit.

27 Perculit non leui terrore is Caroli Imperatoris apparatus Bernabonem Vicecomitem Mediolanensem, qui proferendæ tyrannidis desiderio nouas assidue turbas excitabat. Ad quem deliniendum Pontifex significauit ei x Caroli imperatoris eximia studia, qui vicarium Christi ad Vrbem redeuntem stipare cuperet: oblatum liberum per Mediolanensem principatum commeatum gratissimum se habere addidit; denique professus, se pro redintegranda ipsum inter & Genuenses concordia amantissimi arbitri partes suscipere paratum, non leui dolore affectum se indicauit, cum nondum iustis votis aduersæ partes respondissent.

x t.4 ep.sec pag.160. Leuiter cū homine effero actum

Galeatius Pedemōtiū occupat.

28 Nec Liguriæ modo tumultus ob Bernabonis Genuensem rempublicam sibi subijcere molientis, ambitionem nondum sedari erant; verum Galeatius illius frater, subacta Pedemontij parte, ad reliquam occupandam inhiabat: quæ dirio cum ad Ioannam Reginam Siciliæ spectaret, Pontifex Imperatorem rogauit a, vt illi veluti clienti suæ, Prouinciæ scilicet, Pedemontij, & Folkarquerij nomine, subsidio accurreret.

a lib.pag.68

Polonorū in Lituaniam expeditio.

29 Hoc anno confecta expeditio ab Rege Poloniæ in Russiam, qua illius pars magna Lituanis erepta est, vt referunt Michouias b, & Cromerus c, qui addit, Casimirum Regem promouisse exercitum in Volyniam siue Vvaldimiriam; eumque nemo illius conatibus se opponeret, Luscum, Vvladimiriam & Olescum arces in suam potestatem redegisse.

b Mich. l.4.c.21. c Crom.l.12 in Casimiro.

Interuāti in Hisp. missus.

30. 31 Eodem anno reducendi in concordiam Castellæ & Aragoniæ Reges studio permotus Christi vicarius, Guillelmum episcopum Cicestrensem Apostolicæ sedis internuntium in Hispaniam misit d, vtque illi finitimorum Regum gratiam in perficienda re ardua conciliaret, Petro Lusitaniæ e, Carolo Nauarræ f Regibus, Eduardo Aquitaniæ & Vvalliæ principi eundem internuntium commendauit, rogauitque vt vna cum ipso ad conciliandam Castellanum inter & Aragonium pacem incumberent. Superior quidem viribus Castellanus, qui ingenio præferox, & vindictæ cupidus inaudita crudelitate hostilis sanguinis siti ardebat. Aragonius vero vna cum Henrico Trastamaræ comite Castellani Regis fratre nocho colluuiem militum, quæ Gallias diu vexarat, spe prædæ alliciebat in auxilium. Pontifex itaque Petrum Castellanum ad clementiam inflectere apostolicis literis nisus est g. Non obtemperauit ille pontificis consilijs, seque in exitium coniecit, vt videbimus. Caterum traductæ sunt ineunte anno e Gallijs in Aragoniam fœderatæ veteranorum militum turmæ, ducibus Bertrando Guesclino Armorico bello clarissimo & Hugone Carbolaio Anglo, venturæ arma in Granatenses Mauros, si Castellanus pacem cum Aragonio conficeret; vel si respueret, illius iceler. vlturæ, ac præcipue Blanchæ Reginæ necem. His succinctus Henricus comes Trastamaræ irrupit h magno apparatu in Castellam, & Calagurrim deditione cepit. Quo successu elatus Bertrandi Guesclini consilio regium nomen arripuit, suosque duces magnis præmijs perendis ex hoste affecit. Concitaci tum nouarum rerum studio Castellani, ac sui Regis crudelitatem exosi, spurij fratris imperijs sese addixere i. Quibus de causis perturbatus Petrus, iam amissis amicis, quorum plerosque necauerat, vagus & anceps an suorum fidei an virtuti crederet, nec tamen sæuitiæ immemor Ioannem Touarium illius fratrem, qui Calagurrim dediderat, interficit: ac præsidia omnia ex vrbibus & arcibus, quas Aragonio multis laboribus eripuerat, detrahit & ad se redire iubet: atque ita momento amissa, quæ scelere pluribus annis parta. Receptis itaque suis ea ratione Aragonius, felices successus Pontifici significauit: de quibus illi Vrbanus gratulatus, vt gratum Deo animum redderet, regijsque virtutibus exornaret, hortatus est l. Sperabat idem Aragonum Rex partem Castellæ adiungere ditioni suæ, vt cum Henrico conuenerat: sed officiorum verbis, extrahente rem eodem Henrico, atque idoneo tempore id se præstiturum spondente, delusus est.

d t.4.ep.sec pag.42. e lib.pag.44 f Ead pag.

De pace agitat.

g Ead. pag. Castellan spreto cōsilio pontificio hbita fit exitiū. Gallorum in Hispan. expeditio.

h Sur.l.9.annal cap.163 Mariana l.17 c.7. Vvolfius in Edward. Froiss.hist.l.1 & alij. Henricus comes Regem se Castellę dicit.

i lib.cap.1.

Castellan momento deseritque tot bellis eripuerat Aragonio. Aragonēsi gratulatur Vrbanus.

l t.4.ep.sec pag.110.

32 Quod ad Petrum Castellæ Regem attinet; destituentibus omnibus quem cœlestis fauor deseruerat, thesauris vna cum filijs triremibus impositis, in Lusitaniam abscessit: cum Henricus Trastamaræ comes matris ac fratrum cruorem vindicaturus, susceptæ Olgis regni coronæ, populos in suam fidem adegit m, ac Petrum Regis Lusitani filium sibi deuinxit adeo, vt longinquiora perfugia quærere Petrus

Petri Regis fuga in Lusitaniam.

m Mariana. sup.c.17.

Rex

Rex extortis coactus sit. In Gallæciam profectus, Compostellam Sucri archiepiscopi & Petri Toletani decani sanguine cruentauit: classeque comparata Baionam Anglica, Aquitanica, Nauarrica auxilia conquisiturus applicuit a. Henricus autem æmulus Lusitanum & Granatensem Reges sibi obstrinxit: tum, celebratis regni conuentibus, perfecit, vt si quid sibi humanitus accideret, Ioannes filius paterni regni heres pronunciaretur. Hactenus de Castellæ turbis, quæ iterum recrudescent.

a Gest. Vrb. V. apud Bosq. Deinde ad Aquas sui profugit, Henricus Rex solio sui firmat.

33 Claudimus hunc annum iis, quæ de creatis ab Vrbano Papa Cardinalibus traduntur in eius vitæ gestis b: *Eodem*, inquiunt, *anno, qui pro tunc current* MCCCLXVI. *dictus Vrbanus Papa die* XVIII. *mensis septembris, quæ fuit feria sexta quatuor temporum, tres creauit nouos presbyteros Cardinales, videlicet dominos fratrem Guillelmum Sudoris diœcesis Tutellensis ordinis Prædicatorum, tunc episcopum Massiliensem* *: *Angelicum Grimoardi fratrem suum, tunc episcopum Aueniorensem supra nominatum; & fratrem Marcum de Viterbio Italicum, tunc generalem magistrum ordinis Minorum.*

b Gest. Vrb. V. apud Bosq. Cardinales creati ab Vrbano.

* Anglicum

Indict. 5.

IESV CHRISTI
annus 1367.

VRBANI PP. V. annus 5. CAROLI IV. IMP. OCCID. 22. IO: PALÆOLOGI IMP. OR. 27.

1. &c. FElix extitit Romanæ ecclesiæ totique Italiæ summi Pontificis aduentu is annus, in cuius describendis itineribus gestorum ipsius auctorem ducem sequemur. Ei igitur in primis Romano itineri se accingenti non leues difficultates in contrarijs Regum & principum, ac præcipue Caroli Regis Francorum, Cardinalium, & aulicorum voluntatibus superandis se obiecere, quas describit Franciscus Petrarcha c: narratque non defuisse aliquos qui natali solo diuulsi iactarent præ impotentia animi in Vrbanum conuitia, qui ipsos in Italiam traheret. Pontificium vero iter ita recenset Vrbani vitæ scriptor, de quo paulo ante memorati d.

Vrbanus Romam petit.

c Petrar. rer. sen. l. 9. ep. 1

4 *Die vigesima dicti mensis*, nimirum maij, *idem Vrbanus Papa de Massilia exiens intrauit mare cum mirabili apparatu galearum & aliorum nauigiorum, de quibus honorifice valde sibi prouiderant Ioanna Regina Siciliæ, Veneti, Ianuenses, & Pisani: iterque suum persequens, die quarta sequenti prospere applicuit Ianuam, vbi fuit tam in portu, quam ciuitate per ducem & ciues solemniter receptus, & debite honoratus. Et quia pro tunc erant dies rogationum, instauratque dies ascensionis Domini, ibidem per illos remanere decreuit: & interim equitando per dictam ciuitatem, ecclesiam matorem visitauit, & demum pro sua mansione descendit ad domum S. Ioannis Ierosolymitani, in cuius ecclesia in dicta die ascensionis Domini solemniter celebrauit: & in crastinum, iter suum continuando, abinde discessit, relicto ibidem domino fratre Marco de Viterbio tit. S. Praxedis presbytero Cardinali pro sedandis guerris & dissensionibus, quæ pro tunc vigebant inter dictam ciuitatem & Bernabonem de Vicecomitibus Mediolani: & (diuino sibi assistente præsidio) peruenit feliciter ad portum seu plagam Corneti die quarta mensis iunij subsequentis circa ortum solis. Vbi mari exiens, sibi obuiam habuit dominum Aegidium Aluari Hispanum episcopum Sabinensem Cardinalem, tunc sedis Apostolicæ legatum in prouincijs illis, comitatum fere*

d Vrb. gest. apud Bosq.

De Vrbani in portum Genuen. appulsu.

Legatum decernit pro reuocanda pace inter Genuenses & Bernabonem. Ab Aegidio legato excipitur.

omnibus nobilibus & magnatibus terrarum Ecclesiæ & prælatis, & alijs quamplurimis armatis aut inermibus, prout eorum cuiuslibet conditio seu qualitas exigebat. In litore autem parata fuerant tentoria tam de pannis sericeis, quam frondibus seu ramis arborum virentium magna amenitatis decora: quæ cum dictus Pontifex fuisset ingressus, ac in ipsis aliqualiter conuenisset, parato ibidem altari missam cum nota solemniter fecit coram se decantari. Qua finita, equum ascendit, venitque Cornetum hora prandij, ad domum Minorum declinando. Consentit Petrus Belcarius in actis B. Ioannis Columbini e, conditoris Iesuatorum ordinis, ita dicti, quod nomen Iesu conclamarent, Vrbanum Cornetum feria sexta die iulij quarto appulisse, ac Ioannem ipsum suis ilipatum alumnis omni officiorum & obsequij genere, gaudio ingenti summo Pontifici tamulatum, atque ab illo exceptum benigne b: dum vero Ioannes Senas redibat, pie obijsse c, claruisseque miraculis d.

In litore diuinam rem solemni ritu peragit.

e Feu in vita B. Io. Columb. c. 64. B. Io. Colũbini in Vrb obseruãtia. b lib. c. 64. 65 c Cap. 76. d cap. 84 & 86 & Martyr. Rom. ad vlt. iulij.

5. 6 Pergit anonymus vitæ Vrbani auctor e: *Vbi*, nimirum Corneti, *mansit vsque in crastinum diei instantis pentecostes, in qua ipse ibidem solemniter celebrauit: veneruntque ad eum solemnes nuncij Romanorum, pro eorum parte sibi plenum dominium Vrbis offerentes, ac claues S. Angeli per ipsos prius detenti secum deferentes. Abinde autem recedens die nona dicti mensis intrauit Viterbium, vbi fuit cum magno gaudio & solemnitate receptus. Venerunt ad eum ibidem paulo post tam domini Cardinales, qui post eum per terram iter suum prosecuti fuerant; quam vniuersaliter nobiles & magnates, prælati & communitates partium Italiæ de suo aduentu gaudentes.* Dum vero Viterbij morabatur Vrbanus, seditio in aulicos ciuibus concitata est f, moxque sontium supplicio sedata. De eadem seditione meminit Petrarcha g, quam motiunculam vocat, queriturque nonnullos nefarias spes concepisse, Pontificem ea populari insania exasperatum, sedem in Gallias reducturum.

e Gest. Vrb. V. apud Bosq. Romanorũ ad Vrbanũ legatio. Viterbij ingenti lætitia excepto Abitalorũ oratoribus conuenitur

f Ead. gesta Mota seditio & mox repressa. g Petrar. l. 9. rer. senil. ep. 3.

Nondum Pontifex Viterbio moverat, cum Ioannis Palæologi Græcorum Imperatoris oratores vna cum Amedeo Sabaudiæ comite ipsum conuenere, vt de orientalis ecclesiæ cum Romana coniunctione ageret; atque auxilia ad retundendos Turcarum impetus eliceret, vti enarrat dictus Vrbani vitæ auctor h, subditque: *Papa de Viterbio recedens die decima sexta mensis octobris Romam intrauit, occurrente sibi clero & populo Romanis, ipsumque solemniter recipientibus cum magno gaudio, ac demum laudantibus de iucundo aduentu suo. Postquam vero in ecclesia B. Petri suam fecit orationem, in cathedra papali fuit more solito collocatus: declinauitque ad palatium suum dictæ ecclesiæ contiguum, quod prius vetustate ac inhabitatione quasi consumptum & diruptum saltem quo ad tecta, opere mirabili fecerat renouari.*

h Gest. Vrb. V. apud Bosq. Pontificis in Vrbem ingressus.

7. 8 Cæterum primas curas in orientali ecclesia cum Romana coniungenda posuit. Recuperata enim Amedei ducis Sabaudiæ armis superiori anno Gallipoli, Ioannes Palæologus in spem obtinendæ Latinorum auxilijs Amuratis Turcarum principis potentiæ qui imperium in Græcia iam late protulerat, erectus est: misitque ad Vrbanum octo oratores amplissimos, quibus Amedeus Allobrogum princeps, & Paulus ex Smyrnensi archiepiscopatu ad patriarchatum Constantinopolitanum post B. Petri Thomæ mortem electus, socios se addiderant, pollicitus expetitam tot annorum continentibus votis orientalis ecclesiæ coniunctionem se perfecturum, Romamque vere proximo venturum. Audita eius legatione Viterbij, vt antea indicauimus, Vrbanus perficiendæ tantæ rei solicitus, ne qua Palæologo mare Siculum sulcaturo iniuria inferretur, Ioannæ Reginæ Siciliæ

Actum de Græcor. ad Romanam eccl. reditu

præce-

precepit [a], vt regio edicto suos a quauis inferenda illi offensiuncula coxineret.

Excitat ad constantiã Io:Palæol. filij.

9 Vt foueret autem in suscepta pio redintegrandæ orientalis ecclesiæ coniunctionis, & schismatis damnandi consilio Græcos Pontifex excitauit Ioannis Palæologi Imperatoris filios [b], Andronicum, Manuelem, & Michaelem ad Romanæ ecclesiæ obsequium promos, vt constantes perstarent, ac paternam pietatem æmularentur. Quo etiam argumento ad Helenam ipsorum matrem literas dedit [c]. Pollebat multa auctoritate in Græcorum clero ad perficiendam hanc coniunctionem Imperatricis pater Ioannes Cantacuzenus, quem antea cum Clemente sexto de adducendis ad concordiam Græcis egisse, dum sceptris vi & tyrannide arreptis potiebatur, sed cum rem segnius agitaret, atque in Turcis, quorum prædæ ac furori Græciam sua ambitione exposuerat, spes suas collocaret, imperio deturbatum, mortisque metu ad monachorum S. Basilij instituta confugisse, vidimus. Ipsum ergo Pontifex hortatus est [d], vt partes suas in clero ad Romanæ ecclesiæ obedientiam reuocando adhiberet.

Io:Cãtacuzen. ad rem promouendam solicitatus.

10. &c. Comparati egregie visi sunt ad schisma vetus damnandum tum monasticam vitam professi, tum alij clerici, cum nimirum extremæ calamitates exceptæ a Turcis, atque aliarum imminentium terror superiorem pertinaciam mollissent [e]. Assenserant redintegrandæ felici illi ecclesiarum coniunctioni Philotheus Constantinopolitanus, Nilon Alexandrinus, & Lazarus Ierosolymitanus patriarchæ, ac suas ad pontificem literas, quibus se illius obsequio addixere, miserant: quos hortatiuis literis excitauit Christi vicarius, vt gregem dominicum sub vno supremo pastore congregarent: significauitque, si vna cum Imperatore Romam venirent, debita ipsos benevolentia ac officijs se complexurum.

Cleri Græci ad officium Pont. procumbit.

Additi illi pij stimuli.

14 Neque ad reuocandos modo a schismate orientales Vrbanus incubuit, verum etiam e vitiorum seruitute eripiendos viros catholicos. Victus a mollissima voluptate in adulterij corno iacebat Petrus Rex Cypri, qui antea armatos Saracenorum cuneos vicerat, partarumque victoriarum gloriam obscurabat: nec leue aberat periculum, ne ab impijs, quorum spurcitias imitabatur, clientela diuini Numinis destituta, exaresceret. Ipsum itaque Christi vicarius, cui Reges regere cœlitus datum, apostolicis literis ad puriora consilia reuocare nisus est [f].

Petrus Cypri Rex adulterio contaminatus.

15. &c. Obijt hoc anno Ægidius Albornotius Cardinalis episcopus Sabinensis, cuius virtute ditio ecclesiastica a tyrannorum cruentis manibus erepta, ac via venturo Pontifici structa fuerat, Viterbij præsente iam Pontifice quasi suo functus munere, ac lauream immortalitatis collecturus abiret, relicto omnibus, ac maxime Vrbano ingenti sui desiderio. Eius corpus Assisij temporario sepulchro in ecclesia S. Francisci conditum, Toletum postea translatum, vti ab ipso in vltimis tabulis cautum fuerat, ad templum S. Ildefonsi; cumque Vrbanus indulgentiarum amplissima præmia funus cohonestaturis, ac feretro subcollatitibus largitus esset, Toletum vsque certatim populis occurrentibus piorum humeris delatum esse referunt scriptores Hispanici [g].

Ægidij Cardin. mors.

Eius corpus Toletũ relatũ piorum humeris.

18 In Polonia diuinæ iustitiæ hoc anno editum insigne exemplum refert Michouius [h]: *Anno*, inquit, *Domini* MCCCLXVII. *Bithomienses cives furore acti plebanum & prædicatorem submerserunt, & ex hoc vena argenti & plumbi cessauerunt.*

Diuinæ iustitiæ exemplum insigne.

In Hispania Petrus Crudelis, Eduardi Aquitaniæ principis armis victo acie Henrico Trastamaræ comite, sed fuga elapso, Castellæ solium recuperauit. At non diu reportatæ victoriæ fructu potitus est: nondum enim confirmato regno, & Aquitaniæ a principe Eduardo spe promissorum delusos, atque iarum pleno abscedente, Henricus Trastamaræ comes, Gallorum, quibus Eduardi ingrata erat felicitas & amplificatio principatus exosa, auxilijs animatus, in Castellam est reuersus, cum plures adhuc vrbes insignes in ipsius perstarent fide: Iberoque traiecto, crucem in arena expressit, eamque deosculatus vouit, e prouincia non nisi victorem se discessurum. Inde concurrentibus ad eum copijs auctus Burgos contendit, & ciuium cupida voluntate acceptus, Iacobum Regem Balearem, qui Petri Castellæ Regis partes secutus, illius ope Balearico regno restitui sperabat, intercepit atque in vincula coniecit. Commotus est Iacobi Balearis calamitate Pontifex, ac literis VI. kal. ianuarias datis, Henricum solicitauit [b], vt infelicem Regem, qui diutius in carceribus Aragonicis elanguisset, restitueret libertati: qui postea multa auri vi a Ioanna Regina Siciliæ redemptus est. Reliquas Castellæ conuersiones suo loco prosequemur: nunc Lusitanas adiungimus.

a Marian. l. 17. c. 11. Henrici comitis in Castellã secũda irruptio Gallicis auxilijs iuuatur.

Iacobus Balearis captus.

b l. 6 ep. secr pag. 32. Redimitur a Ioanna Neapol.

19 Luxit hoc anno Lusitania Petri Regis obitum, quem sui incredibile desiderium reliquisse refert Mariana [c], ac iustitiæ laude floruisse, sceptrumque annos nouem, totidem menses, dies viginti octo tenuisse: familiarem illi hanc vocem fuisse, indignum regio nomine videri principem, quo die nemini beneficium contulisset. Successit in regno Ferdinandus filius, qui oratores ad sedem Apostolicam misit, vt Christi vicario obedientiam de more deferret.

Petri Regis Lusit. mors. c Marian. l. 17. c. 9. & alij. Insignis illius familiaris vox. Ferdinãd⁹ filius succedit.

IESV CHRISTI
Annus 1368.

Indict. 6.

VRBANI PP. V. annus 6. CAROLI IV. IMP. OCCID. 23. IO: PALÆOLOGI IMP. OR. 28.

1. &c. CRescebat in dies Bernabonis Vicecomitis improbitas, ac proferre latius flagitio principatum molichatur: atterebat populos vectigalibus: stupris virginum, ac nuptarum mulierum adulterijs erat inquinatissimus: non tuta erat ab eius sæuitia monachorum innocentia, quos necabat: episcopos alioquin Dei administros eius ambitio conculcabat, indixeratque Romanæ ecclesiæ bellum denique violatis humanis iuribus, blasphemis vocibus diuinum Numen impetere non perhorrescebat. Ad coercendum itaque furentem hominem Pontifex, seruato iudiciorum ordine, legum seueritatem tum in Bernabonem ipsum, tum in omnes eius sectatores adhibuit [d]: imploranit Caroli Imperatoris vt Ecclesiæ defensoris arma, ac fideles ad sequenda eius signa concitauit præmia indulgentiarum amplissima ipsis impertitus.

Bernabos vexat ecclesiam.

In eum districta leges.

d l. 6. ep. secr p. 110. 111. & 148.

4 Ingressurus vero Italiam Carolus Imperator Petrum episcopum Curiensem oratorem ad Vrbanum misit, vt armorum augustalium potentiam illius obsequijs contra hostes offerret: ad quem Vrbanus refertas pluribus paternæ benevolentiæ signis literas dedit [e], ac vicissim ad recuperanda imperij iura se non deturum est pollicitus.

Caroli Imp in Vrbanũ officia.

e l. 6. ep. secr pag. 103.

5. &c. Antequam ingrederetur Italiam Imperator, a Petro Castelio Apostolicæ sedis internuntio solicitatus, vt vetera Romanæ ecclesiæ iura, ab Henrico auo Imperatore confirmata, sua etiam auctoritate corroboraret, cum ab Henrici temporibus Pontifices in Italia non fuissent versati, ac plures rerum

Romanæ ecclesiæ priuilegia instaurata a Carolo.

rum conuersiones essent exortæ, tyrannique ditionem ecclesiasticam inuasissent, ac parta scelere deinde iuris inani colore affectarent; nec deessent qui superiores imperium inter & Ecclesiam discordias accendere molirentur, vt eximio in Ecclesiam studio affectus erat, mox assensit; atque amplissimo diplomate a hoc anno 111. id. aprilis exarato, in quod gentinas Henrici Imperatoris de iuribus ecclesiæ Romanæ literas retulit, singulas illius prouincias, vrbesque insignes atque earum agros maiorum pietate collatos pari liberalitate Romanæ ecclesiæ asseruit.

a Extr. in lib. primi Rom. eccl. t. 2. pag 108 & in sum. ſubb. Val. ſignilit. B. n. 12. pag. 107 Caroli 12 Italiam ex petitio.

8 Ex Austria paulo post in Italiam venit, vt quæ edictis iura Ecclesiæ more maiorum confirmauerat, etiam armis aduersus tyrannos tueretur: ac primum Veronam se contulit *b*, & Scaligeros Bernabonis fœderatos plurima auri vi multatos in gratiam restituit. Deinde copias in Bernabonem eduxit, vt claros illius spiritus compesceret, ac Mantuanos, quos ille inuaserat, defenderet: quibus, vtpote Ecclesiæ fœderatis vt subsidio accurreret rogatus erat *c*. At Bernabo vt seruiret tempori, ne arduis cum Imperatore belli periculis se committeret, pacem popoſcit ab Vrbano *d*, cuius precibus Carolus in Italiam venerat; ac Pontifex Anglico episcopo Albanensi in Flaminia legato, qui Mediolanensi bello præerat, pronunciam XI. kal. septembris dedit, vt ex sociorum consilio fœdus redintegraret, ac solemnibus missis oratoribus a sede Apostolica flagitaretur, vt pactionis tabulæ ab ipsa confirmarentur.

b t. 6. ep. secr pag 92.

c Dubr. l. 22 hiſt. Boem. Bernabos pacē a Pōtifice eſſlagitat.

d t 6. ep. ſecr pag 145.

Non leues tum in Etruria excitati motus: quibus sedandis Pontifex operam nauauit, atque imprimis fluctuantes Senenses confirmauit in Caroli amicitia *e*, ac similtras suspiciones ex eorum animis deterſit, ijque facta cum Imperatore pacta seruare decreuerunt. Tum Florentinos, qui plura aduersus imperatoriam dignitatem ac veteres pactiones patrarant, ad officium reuocare nisus est. Carolus vero vt pronus erat ad pacis consilia, ita imperij iura in Etruria asseruit, vt controuersias sine fuso cruore diremerit *f*. Conuenit deinde Vrbanum idem Carolus Imperator, vt non modo cum ipso de Christiana re amplificanda tuendaque ageret, verum Imperatricem etiam Elisabeth, (cuius nuptiarum occasione aduentum in Italiam ipsum retardasse refert Dubrauius *g*) insignijs imperatorijs a Pontifice exornandam adduceret. Agit ea de re Vrbani vitæ scriptor *h*, ac narrat Carolum equitaturo Christi vicario Romæ stratoris officium præstitisse, ac pedibus rexisse equi lora. Porro Imperatrix ab Vrbano dudum nate redimita est; qua peracta celebritate Imperator constituto in Italia cæsareo vicario Guidone Cardinale Germaniam repetijt. Quod factum Pontificis gratia videtur, vt si Bernabos vel alij, reuerso in Germaniam Imperatore, iterum iura Ecclesiæ inuaderent, Guido Cardinalis vices imperij in eos conuerteret.

e Ibid ep. ſecr p. 10.. 104. 104. & 177.

Compoſita a Carolo Etruria.

f Muſſus rer German l. 13.

g Dubr. hiſt. Boem l. 22.

h Geſt. Vrb. V. apud Baſq

9 Auctum est haud multo post Cardinalium collegium, viris insignibus ad eam dignitatem vocatis, quorum nomina atque munera ipsius gestorum scriptor ita percenset: *Eodem anno die XXII. mensis septembris, quæ fuit feria sexta quatuor temporum, præfatus Vrbanus Papa in Monte flascone dominos Guilelmum Iudicis S. Maria in Cosmedin, & Stephanum Alberti S. Maria in Aquiro antiquos diacones Cardinales in presbyteros ordinauit: & etiam die septima alios in presbyteros Cardinales nouiter assumpsit, videlicet dominum Philippum Cabarole Auenionensem, tunc patriarcham Ierosolymitanum: Simonem de Langari Anglicum, tunc archiepiscopum Cantuariensem monachum ordinis S. Benedicti: Bernardum de Bosqueto Gaurcensem, tunc archiepiscopum Neapolitanum: Ioannem de Normannis Gallicum, tunc episcopum Belnacensem & cancellarium Regis Francie: Stephanum de Parisijs Gallicum tunc episcopum Parisiensem, Petrum de Banbaco diœcesis Lemouicensis abbatem Montismaioris; & Franciscum de * Cabaldesis Romanum tunc priorem basilicæ S. Petri de Vrbe.*

Purpuratorū patrum creatio.

** Tabaldeſ. bus*

a Contel. in elench Card

Agit de ijs Contelorius *a* præter alios in suo Cardinalium elencho.

10. &c. Neque ab Imperatore solum hoc anno Pontifex Romæ salutatus est, verum etiam antea a Petro Rege Cypri ac Ioanna Siciliæ Regina; quorum aduentum Vrbani vitæ scriptor narrat his verbis *b*: *Præterea eodem mense*, martij scilicet, *ad ipsum Romam venerunt Ioanna Regina Sicilie & Petrus Rex Cypri superius nominati: & cum tunc occurrente dominica, Lætare Ierusalem, in qua consueuit dari per Papam rosa aurea viro nobili tunc in curia existenti, dictam rosam memorata Ioanna tanquam nobiliori, maiori, & excellentiori, cuius vir non existeret, dedit; Regi prædicto ipsam in hoc præferendo: quæ mox soluto demum cum Cardinalibus & alijs nobilibus per Vrbem equitauit.* De Petro Cypri Rege interius, cum de rebus orientalibus agemus: nunc cœptam de Ioanna Siciliæ Reginæ narrationem prosequimur. Flagitauit illa pontificiam opem, cum Ludouicus Andium comes, expugnata Tarracona, immissoque vagorum militum exercitu Prouinciæ inhiaret. Neque Ioanne Vrbanus defuit, Carolum enim Gallorum Regem rogauit *c*, vt fratrem a cœptis reuocaret: tum Caroli Imperatoris supremi Prouinciæ domini clientelam Reginæ conciliauit *d*. Deterritum itaque comitem cœptis destitisse, scribit Vrbani vitæ auctor *e*.

b Geſt Vrb. V. apud Baſq Regina Sicilię & Cypri Rex Vrbanum adeunt.

Prouincia ab Andū comite affectata.

c t 6. ep. ſecr pag 89.

d ibid. pag.

e Geſt. Vrb. V. apud Baſq

13, 14 Tradit hæc idem auctor de sacris reliquijs principum Apostolorum ab Vrbano cultis dum in Vrbe versaretur, piorumque veneration expositis: *Anno Domini* MCCCLXVIII. *iam inchoato, die prima mensis martij dictus Vrbanus Papa venit ad ecclesiam Lateranensem, vbi cum in crastinum in sanctis sanctorum missam celebrasset, capita sanctorum Petri & Pauli, quæ annis multis fuerant recondita, & sub altari in quo missam celebrauerat clausa seruata, ascendens amphitearum dicta ecclesia, ad communem plateam aspectui habenti suo Romano populo sibi assumpsit exhibuit & ostendit: & cum theca seu capsa, in quibus pro tunc erant reposita, essent satis modica & parui valoris, ex tunc alias arcas ordinauit fieri pretiosiores*; adiunxitque interiectis pluribus, altero post sequentem anno conflata argento magno lumptu duo Apostolorum signa, ac lapillis pretiosis ornata, in ijsque sacra illorum capita recondita.

Capita Apoſto lorū Petri & Pauli oſten ſa populo.

15. &c. Translatæ sunt eodem anno ex Italia in Gallias S. Thomæ Aquinatis reliquiæ, ac Tolosa tanto ornamento decorata *f*.

S. Thomæ Aquin corpus Tolosa translatum

f Geſt Vrb. V. apud Baſq & S. Ant. part. 2. tit. 15. cap. 10. §. 20

IESV CHRISTI
Annus 1369.

VRBANI PP. V. annus 7. CAROLI IV. IMP. OCCID. 24. IO: PALÆOLOGI IMP. OR. 29.

Indict. 7.

1. &c. HOc anno ad Vrbanum Papam Romæ existentem, inquit eius gestorum scriptor *g*, *accessit Ioannes Palæologus Imperator Græcorum, fuitque receptus honorifice, ac tractatus per dictum Papam & Cardinales paulo minus quemadmodum si fuisset Imperator Romanorum: qui demum fuit reductus ad Romanæ ecclesiæ unitatem, iuramentoque eidem perpetuo obedire, ac fidem ipsius seruare in futurum; super quo chartam Græce & Latine conscripsit, & sua bulla ex-*

g Geſt. Vrb. V. apud Baſq Imp. Cōſtantinopolitanus Vrbanū adit.

Profitetur fidē catholicam. *a Extat in tabulario ann. S. Aug. Vrb lib. pont. Bz. excl. t.2. pag. 370.*

ves sigillauit, quam in orbis ecclesia confirmandam dixit Papa assignauit. Extant tantæ rei gestæ monumenta a Græcis Latinisque literis consignata, quibus Palæologus diuina se luce collustratum, veteres errores depositisse affirmat: & ex præscripta a Pontifice formula Romanæ ecclesiæ fidem, atque inter cætera Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere, sacramentum Eucharistiæ æque in azymo ac fermentato confici posse, denique Christi vicarij supremum in omnes ecclesias imperium profitetur.

b t.8.ep.secr pag.4.

45 Aggregato ita cœtui fidelium Græcorum Imperatore, pontifex encyclicis literis vniuersos catholicos de re adeo insigni certiores fecit b idibus nouembris, vtque ipsum tanquam catholicum, qua par erat, benevolentia complecterentur, fulcirentque auxilijs est hortatus. Illustres sunt de eodem literæ sequentis anni exordio ad Andream Contarenum ducem Venetorum scriptæ c, quibus Palæologum ingentes sui spes, vt exemplo Constantini magni innumeros populos ad Ecclesiam traheret, concitasse ait: rogatque vt validis illum auxilijs ad Turcarum, qui extremum orientali imperio eximum inferebant, retundendos impetus muniat.

c Ib. pag. 24

De vagis turmis in Turcas ex ducendis actum.

6 Dum vero Pontifex de vindicando a Turcarum feritia Græcorum imperio versabat consilia, fœderatas Anglicas cateruas, quæ Italiam vastabant, traducere in orientem est meditatus: ita enim & Italiam ab eorum excursionibus liberandam, & Græcis opportuna subsidia conciliatum iri, ac pariter vagos milites a latrocinijs abducendos. Apostolico itaque diplomate Ioanni Imperatori permisit d, vt sociales turmas sibi ascisceret, duceretque in Turcas; omniaque sacramenta, quibus se mutuo astrinxissent, dissolut: sed pia pontificis consilia horum tacinorosorum dux Ioannes Acutus elusit, & Italorum incubare prædæ, seque æterno obijcere exitio, quam conuersis in fidei hostes armis & terrenas opes amplissimas & cœlestes palmas consectari malnit: atque ita speratis maximis auxilijs Palæologus nudatus est.

d Ib. pag. 17

Detrectant ex trajicere in orientem.

Petri Regis Cypri cædes. *e Gest. Vrb. V. apud Bosq*

7 Attulit etiam admodum res orientales Petri Regis Cypri inuictissimi infidelium domitoris crudelis mors, de qua hæc Vrbani gestorum scriptor e: *Petrus insuper Rex Cypri supra sapias nominatus, qui vltra omnes Reges & principes suos contemporaneos ad recuperationem & acquisitionem terræ sanctæ aspirauerat, & ad hoc alios multos incitauerat & induxerat pro viribus suis, quam infideles multis modis expugnauerant; totus etiam bonus, virtuosus, & animosus, velut alter iustus Abel, vel Ioseph innocens per operationem & machinationem fratrum suorum fuit malitiose & crudeliter interemptus.* Permotos in eum iracundia ex acceptis contumelijs, seu ambitione ad capessendam tyrannidem; paratsque Petrinum illius filium opprimere, sed a populo ad arma concurrente flagitio submotos, referunt f.

Petrinus filius periculo ereptus. *f Bos. p. 2. l. 3*

8 Auxit orientis luctum & calamitates occidentalium discordia. Ab Italicis vero turbis ducimus initium: ostentatæ namque pacis specie Bernabos, cum Imperator Carolus, qui subsidio Romanæ ecclesiæ venerat superiori anno in Germaniam redijsset, priora inuadendæ pontificiæ ditionis, iterumque in Ecclesiæ fœderatos effundendarum consilia vrgere cogitauit, conductis magnis stipendijs vagis Anglorum turmis: aduersus quem Pontifex, subsidia sibi conciliaturus, Pisanos g ad suas partes Pisaurientis episcopi operatrahere studuit, & cum Florentinis societatem armorum iniit Viterbij, vt Leonardus Arretinus h, atque ex eo S. Antoninus i tradunt: cuius quidem pactionis tabulæ v. id. decembris confirmatæ sunt l. Cum igitur Florentini Ecclesiæ partes defendendas suscepissent, ac legato sedis Apostolicæ submississent auxiliares copias, tyrannus Mediolanensis furore percitus Ioannem Acutum Anglicarum copiarum ducem insignem latronem in illos immisit: quibus vt consuleret Pontifex, Ægidium episcopum Tusculanum Patrimonij & Spoletani ducatus præsidem Florentinorum subsidio accurrere iussit.

Concitatæ a Bernabone turbæ.

g t. 6. ep. secr pag. 1.

h Leon. Aret. hist. Flor l. 8 Antonin. 3. p. tit. 22. c. 10. §. 2

i t. 8 ep. secr pag 7.

9 Audita Bernabonis tyrannide, Ludouicus Rex Pannoniæ Ecclesiæ signifer indignatus, Vrbanum, qui ab Italis ob restitutam Vrbi sedem Apostolicam coli debuerat, vexari bello, ac sacram in fidei Christianæ hostes conficiendam expeditionem præpediri; Pontificiad coercendum hostem decem millibus ad minus Hungaris succinctum venturum se spopondit certis legibus in Italiam, ac tandiu incubiturum in id bellum, donec Bernabos obtritus esset; de quibus Vrbanus ad Anglicum Cardinalem scripsit a, vt fœderatos de ijs faceret certiores.

Hungarus opera Pontifici defert.

a Ead. t. 8 ep secr pag. 8.

10 Expetijt porro Hungariæ Rex a Pontifice, vt Poloniæ Regem a barbaris, qui violatis inducijs irruperant, magnis cladibus attritum apostolica beneficentia iuuaret. Cuius necnon Casimiri votis annuens Christi vicarius, Polonico clero subsidiariam stipem, qua vastatæ a barbaris arces reficerentur ad propulsandas eorum excursiones, ac instituendam religionis dignitatem imperauit, datis ea de re ad Gnesnensem archiepiscopum & suffraganeos episcopos literis, quibus effectam ab hostibus vastitatem describit b.

Polonia a Tartaris vastata.

b Ann. 7. epist cum. 362.

11 Gestum est in Hispania magno aduersarum partium ardore bellum, quod demum Petri Regis Castellæ sanguine extinctum est. Toletum Henricus Trastamaræ comes obsidione cinxerat, ciuesque in contraria sciffi studia, cui se adiscerent, fluctuabant: quo cognito Petrus Rex, quamuis externas vires, nimirum Aquitanicas, præstolari tutius foret, ne tamen vrbi amplissimæ deesset, afferre auxilia maturauit. Ac venienti occurrit Henricus Bertrandi Gueselini auxilijs instructus, collatisque signis pridie id. martij Petrum acie fudit, ac fugientem in vicinum oppidum Monticlum nomine castris circumdedit. In eas compulsus angustias Rex infelix, quem diuinavltio ob innumera flagitia manebat, fugam capturus Bertrando Gueselino ducenta aureorum millia, atque amplissimas possessiones est pollicitus, si saluti regiæ viam aperiret: illectusque vana spe in Bertrandi tentorium irrepsit. Cui mox armatus Henricus fratrum ac matris cruorem victurus affuit, ac Regem fratrem pugione confodit c.

Castella motus. Toletum obsessum.

Petrus Rex profligatus

A fratre spurio necatus. *c Gest. Vrb. V. apud Bosq Marian. lib 17. c. 13. & alij.*

12 In Bosna, cum religio catholica in dies effloresceret, Banus senior schismaticus fratrem Stephanum iuniorem catholicum infectatus est: cuius clientelam susceptarus Pontifex, Ludouicum Hungariæ Regem permouit, vt a fratris hæretici iniurijs Stephanum principem vindicaret. Alijs vero literis Stephanum ipsum ad constantiam excitauit d, vt fratris odia causa religionis suscepta magno animo toleraret: pati enim pro Christo non calamitati, sed felicitati ac triumpho ascribendum; nec Ludouicum Pannoniæ Regem, ad quem literas commendatitias dederat, ipsi defuturum.

Bosna ab hæreticis infecta. *d t. 8 ep. secr pag. 9.*

13 Asserendæ etiam suo splendori in Dalmatia religionis solicitus, cum certior esset factus, plures hæreticos e Bosna in finitimas prouincias se conferre, neque abesse periculum, vt simplices inficerentur, Spalathensi & Ragusino archiepiscopis eorumque suffraganeis episcopis prouinciam dedit, vt anathematis terrorem incuterent ijs, qui hæreticos Bosnenses exciperent, vel cum ipsis rerum commercium haberent; ac ne illorum fidei commissi greges ea lue inquinarentur, curas intendere iussit e.

Obiectæ ei fuere cum hæreticis cõmercia habituris.

e Ead. t. 8 ep. secr pag. 5.

Indict 8.

IESV CHRISTI
annus 1370.

VRBANI PP.VI. annus 8. CAROLI IV. IMP. OCCID. 25. IO: PALÆOLOGI IMP. OR. 30.

1. &c. CONfirmare in obſequio Romanæ eccleſiæ Græcos, & Valachos, Moldauos, Lituanos, Macedones, Ruſſos & Georgianos ad eam allicere, ac Tartaros collustrare euangelij luce niuis eſt Vrbanus hoc anno: dumque Anglorum ac Francorum cruenta bella ſua prætentia dirimere meditatur, contra ſanctorum hominum, quos diuinus inſtinctus agebat, conſilia ſedem Apoſtolicam Auenionem reduxit; ac mox, vt diuinitus illi fuerat intentatum, viuere deſijt. De quibus ſingulis dicturi, a Græcis rebus exordienur. Ne facie a promiſſis deficerent, vel inanibus effugijs geſta cum Pontifice eluderent, dum ſe Romanos vocant: tum ad adſtringendum arctiori nexu ſacrum fœdus viſum eſt, vt Palæologus Imperator nouis publicis monumentis palam euulgaret, non aliam ſe catholicæ Eccleſiæ nomine, quam Romanam agnoſcere, cui Vrbanus omnium fidelium ſupremus in terris paſtor præeſſet: id quod ille egregie præſtitit a. Cumque ſpes ampla alſulgeret tam illuſtre exemplum Græcos ſecuturos, Vrbanus Conſtantinopolitanum clerum ad ſchiſma ſolemni damnandum ritu ſuis literis pellicere conatus eſt b: in quibus ita exclamat: *O ſi Deus tantam gratiam conceſſiſſet noſtris diebus, vt orientalis & occidentalis eccleſiarum vnitatem longiſſimus, proh dolor! ſciſſam temporibus videremus! Tunc clamaremus conſolabiliter dies noſtros, & cum ſancto Simeone diceremus: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuum; cum deſiderabiliter fuiſſemus intuiti innumeros Græcorum populos diabolica fraude deceptos & demios in rectam ſemitam mandatorum Domini dirigere greſſus ſuos, & eluminatas barreſes in nonnullis ſic deuiantibus, vt dolenter animamus, ex hauſtoſchiſmate pallulantes: oppreſſoſque Græcos ab impia & fœda natione Turcorum (inuentibus ſpe probabili fratribus occidentalibus) liberari, exterminareeoſdem Turcos de vniuerſis partibus Romaniæ, & eos ad Chriſtum conuerſi (quod nobis eſſet acceptius) ac digna confeſſione ſubuerti, & terreri omnes ethnicas nationes, ſiſque Græcas potentiam, & gloriam, iam pene deletas, ad Dei laudem & dilatationem eiuſdem fidei reparari.*

4 Adornabat reditum in Græciam Palæologus, & copias, quas in Italia pontificijs ſtudijs collegerat, traducere in orientem parabat: vtque eas per Siciliam ſuo ductaret, Pontifex Ioannam Reginam ac Philippum Tarentinum principem Imperatoris Conſtantinopolitani gerentem nomen permouit c, vt fidem publicam iurati darent, ac rationem his ſubiecit verbis: *Apud ſedem Apoſtolicam exiſtens, abiurato quolibet ſchiſmate fidem catholicam ſecundum formam per nos ſibi traditam eſt profeſſus, & iterum in obedientia Romanæ eccleſiæ ſicut princeps catholicus permanere.* Ipſum vero Regi Hungaro commendatum d pluribus affectum a Pontifice beneficijs lætumque ab eo abſceſſiſſe, indicat Vrbani vitæ ſcriptor e. Concitauit Palæologi exemplum pios adeo in animis aliorum Regum ac principum, qui tenebris Graeci ſchiſmatis fuerant inuoluti, motus, vt ex ijs plures redire in Romanæ eccleſiæ ſinum conſtituerint: ac pariter populi eorum imperio obnoxij Chriſti vicarium agnoſcere, & veteribus abiectis erroribus incorruptam fidem profiteri cum catholicis decreuerint. Quibus ne deeſſet Pontifex, apoſtolicis literis fidei orthodoxæ formulam comprehenſam edidit a, ex qua Romanæ eccleſiæ aggregandi ſacramentum reciperent.

5 In Vvalachia Clara Alexandri olim principis vidua ad Romanæ eccleſiæ gremium ſe contulit, atque etiam filiam Bulgariæ Imperatricem ad orthodoxum ritum pellexit. Cui Pontifex, de egregio in alijs ab erroribus abducendis nauato ſtudio gratulatus b, de miſſis ornamentis ſacris & calicibus ad Apoſtolorum Petri & Pauli baſilicas gratias egit: tum adiecit ſtimulos, vt filiam alteram Reginam Seruiæ ſuis adhortationibus ad fidem catholicam traduceret.

6. 7 Sordeſcebat adhuc in veteri ſchiſmate Latiſlaus Vvalachus princeps, de quo ad pietatem reuocando ſolicitus Vrbanus eximium quidem eius ſtudium in Amuratis Turcarum Regis conatibus repellendis laudibus extulit c; errores vero, quibus eſſet irretitus, atque a ſalutis via deflecteret, aperuit, ipſumque excitauit, vt ijs abiectis, fidem orthodoxam coleret. Allici ad id poterat egregijs Latzkonis principis Moldauiæ exemplis, qui vna cum ſuis a nonnullis ſacris concionatoribus vera fidei luce illuſtratus, ſchiſma damnarat, flagitarataque a Pontifice, vt ad religionis cultum propagandum epiſcopalis ſedes in Crereſi oppido Halicienſis diœceſis inſtitueretur. Cuius pijs votis aſſenſit Vrbanus, atque eam prouinciam Pragenſi archiepiſcopo & Vratislauienſi Cracouienſique epiſcopis dedit d.

8 Impoſitæ etiam ijſdem epiſcopis partes e, vt Andream de Cracouia Minoritam diuinarum literarum eruditione ac pietate inſignem Moldauiæ epiſcopum præficerent. Miſſi f quoque ſunt ex eodem ſacro ordine quatuor epiſcopi religionis latius proferendæ cupidiſſimi, pararique ad fundendum pro Chriſto ſanguinem in Macedoniam aliaſque vicinas prouincias, vt ſchiſmaticos ad gregem dominicum adducerent: quos archiepiſcopo Dyrrachienſi, ac Straximiro, Georgio, & Balſæ zupanis Geuciæ g, quos fidem orthodoxam ampletti ante decreuiſſe vidimus, tum vniuerſis Macedoniæ catholicis commendauit. Miſſus eſt ſimiliter Nicolaus de Melſac ad Ruſſos h, inſtructuſque auctoritate, vt viginti quinque fratres Minores per Lituaniam & Vvalachiam ſpargeret, qui populos orthodoxa fide informarent. Alij quoque viginti quinque ex eadem S. Francisci familia præcones euangelici Antonio epiſcopo Milcuitano eiuſdem ordinis, in Georgiam, atque alias prouincias ſchiſmaticorum legato i, ſocij laborum & gloriæ adiuncti l, vt Georgianos, alioſque remotiſſimarum regionum Chriſtianos vel illaqueatos ſchiſmate aut erroribus varijs infeſtos vera & incorrupta pietate excolerent.

9. &c. Ad Tartaros pariter a veteri ſuperſtitione abducendos, & catholicorum reliquias paſtoribus, qui e vita exceſſerant, deſtitutas excolendas Guillelmum archiepiſcopum Cambalienſem creauit m, multiſque Minoritis ſtipatum n in Tartariam miſit: grauiſſimiſque literis Imperatorem Tartarorum ſolicitauit o, vt faciles ipſis aures ad diuini verbi ſemina excipienda daret, & imperatorio ipſos & Chriſtianos alios ſtudio proſequeretur: cœleſtia illi proæ re premia non defutura: dignitatem legis Chriſtianæ, quæ viam felici immortalitati ſtrueret expoſuit, atque ad eam amplectendam apoſtolicis monitis eum allicere eſt conatus: pariterque hortatus eſt p reliquos Tartarorum Imperatores, Reges ac principes, vt euangelicæ luci, ab archiepiſcopo Cambalienſi ſocijſque intrendæ oculos aperirent: edocuit de tradita a Chriſto Petri ſucceſſoribus auctoritate: vt pontificij eſſet muneris vniuerſos homi-

nes

a Ext. in arc S. Ang. & in ter coll. Plut. 1. 5. p. 219. & lib. prim. Reg. cod. 1. pag. 2. 16. & in m. f. biblior. Vatt. sig. lit. B n. 12 pag. 291.

Græci Sacerdotes ad Rom. eccl. obſequia ſolicitati.

b 1. 8 ep. ſecr pag. 35.

Conuertendos euertendo ſolus Turcas.

Rediturus in Græciã Palæologus commendatur principibus.

c 1. 6 pag. 37 & 38.

a 1. 8. ep. ſecr pag. 57.

Vvalachiæ princeps vidua conuertit.

b 1. 8. ep. ſecr pag. 20.

Latiſlaus princeps Vvalachiæ

c Eod. lib. ep. ſecr. pag. 70.

Moldau. ad Rom. eccleſiæ obſequium traductus.

d Eod. l. 8. ep ſecr. p. 129. Minoritæ miſſi ad ſchiſm conuertendos.

e Eod. l. 8. ep ſecr. p. 131.

f Pag. 142.

g Eod. ep.

h Pag. 137.

i Pag. 144.

l Pag. 154.

Tartaricã eccleſiam curat Vrbanus.

m Pag. 67.

n Eod. pag.

Chã Tartarorũ mittit ad fidem amplectendam ſollicitatus.

o Eod. l. 8. ep ſecr. pag. 55.

Monit. Tartari, vt fidẽ Chriſti amplectantur.

p Eod. l. 8. ep ſecr. pag. 64.

d 1. 8 ep. 80

e Geſt. Vrb. V. apud Baſq.

Plures Græci cõparatos ſe ad ſchiſma extirpandum exhibent.

ans ad Dei imaginem efformatos ad verum eius cultum adducere, animasque ab æterno exitio vindicare: eodemque argumento apostolicæ literæ ad cunctos Tartaros datæ a, quibus ipsos ad orbis conditorem agnoscendum, ac veterem superstitionem, qua erant, etiam tum irretiti, reijciendam excitauit.

a ibi pag. 61.

Cyprus adducta in periculum.

13. 14. Neque ad amplificandam modo inter ethnicos fidem, sed etiam illam tuendam in ijs oris, in quibus florebat, ne a Christi hostibus opprimeretur, incumbendum Pontifici fuit. Cum enim Cyprus a Saracenis & Turcis, qui armorum societatem coierant, circumfusa in grauissimum discrimen adducta esset, Vrbanus ad intringendos eorum conatus Venetos ac Genuenses maritimis viribus pollentes hortatus est b, vt Cyprijs auxilio & opera non deessent, ac Petrum iuniorem patrocinio suo texit: Cyprij vero regni administrationem Ioannes princeps Antiochenus gessit c.

b t. 8. ep. secr. pag. 20.

c Ibid. post eund. epist.

Bernabos Etruriam infestat.

15. 16 Miscebat interea Etruriam Bernabos, immissis socialibus prædonum turmis, ac turpes pacis leges imperare Pontifici cogitauit d: sed repulit eas Vrbanus: qui ad conficiendum felicius bellum non modo Caroli Imperatoris auxilia implorauit e, verum etiocandum in Italiam Ludouicum Hungariæ Regem Ecclesiæque signiferum censuit: atque Elizabeth Reginam & alios Hungaros principes ac præsules, vt ad eam expeditionem conficiendam consulerent, hortatus est f. Veritus Bernabos Regis illius potentiam, atque aliorum fœderatorum, qui cum Ecclesia ad reprimendam eius tyrannidem sentiebant, pacem decimo nouembris die redintegrauit ijs pactionibus, vt nullius clientelam subditorum, qui ab altera parte deficerent, susciperet: ac, si qua difficultas oboriretur, dirimeretur pontificia sententia: quas a Bernabone postea violatas, questus g est Gregorius XI. At de his interius.

d ibi pag. 72.

e Pag 105.

De Hungaro etiocando actum.

f Pag. 128. 129.

Bernabos cum Pont. fœdus redintegrat.

g Greg. XI. an. 1. ep. cur pag. 4.

Addimus nunc, Vrbanum solicitasse Ioannam Siciliæ Reginam ad vetera iura Casinensi monasterio restituenda, proposuisseque h inter alia rem silentio non prætermittendam, eodem die Trinactiam a Carolo I. defecisse arcano quodam diuini Numinis iudicio, quo idem Carolus, in locis Casinensi monasterio obnoxijs capitalium causarum cognitionem, violatis veteribus Casinentium monachorum priuilegijs, sibi arrogauit.

h t. 8. ep. secr. pag. 19.

Priuilegia monasterij Casinen.

Castellani sceptrū affectatum a pluribus.

i Marian. l. 17. c. 14. & 15. & alij.

17. 18 Inter hæc in Hispania sub Henrico Rege nouæ bellorum semina ex superioribus bellis repullularunt i: parta enim ab eo victoria de fratre Castellæ Rege, arreptoque sceptro, mox apud exteros principes quæstio orta est, quis potiori iure ad gerendum regnum iuueretur: fordidos eius natales omnes accusabant, regiæ dignitati non pares, & a legibus damnatos: ab Aragonio nonnulla loca præfectorum perfidia in deditionem redacta: Ioannes Lecestriæ dux, atque Edmundus Cantabrigensium comes Angli Regis filij Constantiam & Isabellam necati Regis filias duxerant, doris loco paterni thesauri & regni Castellæ ipe acceptæ: Carolus Nauarræ Rex nouorum dissidiorum occasione in proferendi limitis, & rerum suarum augendarum spem venerat: Fernandus Lusitanus Castellæ Regem se dicebat, Sanctij Regis sine controuersia pronepos, cuius milites, qui Mirobrigam præsidio obtinebant, iam superiori anno in vicinos agros magna damna excursionibus intulerant: postremò (quod multo erat perniciosius) Africæ & Granatæ Mauri constantis in Petrum casum fidei obtentu Castellam magno terrore & apparatu bellico inuasere. Quibus malis consulturus Pontifex Bertrandum Comenarum & Agapitum Brixiensem episcopos Apostolicæ sedis internuntios in Hispaniam misit l, vt Ferrandum & Henricum conciliarent, & ad signa in ho-

Mauorum & Granatæ fium excursiones.

Missi a Pōt in Hispaniā internuntij.

l Ann. 8. epist. 27 pag. 43.

fites fidei vertenda inducerent: tum ipsos ad conferendum crucis symbolum dimicaturis in Saracenos auctoritate instruxit a.

a Ibi pag. 110.

19 Vrebant aliæ graues Vrbanum curæ redintegrandæ Anglos inter & Gallos pacis, quæ ipsum ex Italia in Gallias abduxere, de cuius discessu hæc ipsius Vrbani vitæ scriptor mandauit historiæ b: *Adueniente tempore æstiuo anno prædicto idem Vrbanus, recedens de Vrbe, vadensque ad Montemflasconis, declinauit Viterbium: vbi primum palam publice manifestauit se velle redire de proximo ad ciuitatem Auenionensem, & vt omnes curiales ad hoc se disponerent, feriasque indixit a principio mensis iunij tunc instantis, vsque ad principium mensis octobris postea secuturi.* Accepere omnes Italiæ principes ac populi sedis Apostolicæ studiosi ex Vrbani discessu maximum dolorem, ac præ ceteris Romani, quos angebat ingens metus, ne alij successores antecessorum exemplo a restituenda Vrbi sede Apostolica abhorrerent. Vt consuleret autem eorundem Romanorū famæ Pontifex, ne videlicet suspicio in rei inscios injceretur ex aliqua a Romanis accepta iniuria abalienatum se abscessisse, publicis literis promulgauit c, se toto triennio, quo Romæ vel in finitimis locis esset versatus, omnibus officijs cultum & habitum honorificentissime tuisse, grauissimisque de causis Gallias repetendas videri. Subornatum ad repetendas Gallias fuisse Vrbanum a nonnullis Cardinalibus, narrat Petrarcha.

b Gest. Vrb V. apud Bosq Vrbanus repetere Auenionē parat.

c t. 8 ep secr pag. 115.

Monitum autem illum fuisse a Petro Aragoniæ regis principe Minorita, ne Auenionem rediret, ne conflandi schismatis, quo innumera innocentium Christianorum millia peritura forent, occasionem daret, refert Alfonsus d, qui episcopatus Gienensis abiectis honoribus, eremiticæ vitæ, cœlestiumque rerum meditationi se totum dediderat: idemque exhomologesibus sacris S. Birgittæ excipiendis adhibitus testatur, illam cœlitus accepisse, Vrbanum si rediret Auenionem, illico morituum, remque Rogerio Belliforti Cardinali, qui postea Gregorius XI. in pontificatu appellatus est, patefactam: sed cum illam Pontifici id aperire non auderet, demum Vrbano apud Flasconis montem ab eadem S. Birgitta detectam; quamuis ipse eiusdem sanctæ verba veluti nullo fulta argumento, quo cœlestis arcanum fuisse confirmaret, reiecerit. Quæ Gobelinus e & ex eo Chronici Belgici auctor f repetunt, ac S. Antoninus confirmat g: Addit ipsius vitæ scriptor de creatis ab Vrbano hoc anno Cardinalibus deque eius itineribus h.

Monetur ne Auenionē repetat

d Alf. in vit. Vrb. V. ap. Boll. 10. 5. die sebr. p. 22. & lib. reuel. S. Brigit l. 7 c. 137.

e Gobelin in Cosm. ætat. 6 c. 73.

f Chron. Belg in Vrb. V.

g Ant. 3. p. tit 24. c. 11. §. 2.

h Contel. in elench. Card

Cardinales creati ab Vrbano

*C. R. de Stegno

20 *Eodem anno die sexta mensis iunij, qua fuit feria sexta quatuor temporum post pentecosten, in Monteflascone idem Vrbanus creauit duos nouos* Cardinales *videlicet dominus Petrum de* * *Scanno diœcesis Ruthenensis monachum ordinis S. Benedicti tunc archiepiscopum Bituricensem; & Petrum de Corsinis Florentinum, tunc episcopum Florentinum. Dicto autem domino Petro de Scanno, cui iam titulum S. Mariæ in transtyberim assignauerat, vicario in patrimonio & aliquibus circumadiacentibus prouincijs ordinato, idem Vrbanus iter sumto arripiens, mare intrauit in Corneto die quinta septembris, vbi inuenit galeas & nauigia ad excellentiam, de quibus cum magna excellentia & apparatu sibi prouiderant Reges Francia & Aragonum, Regina Sicilia, ciuitas Auenionensis, & Prouinciales; sicque, diuino sibi assistente præsidio, iter suum continuando, Massilia feliciter applicuit & XXIV. Auenione, vbi cum gaudio & exultatione maxima receptus est.*

Pontificis in Gallias iter.

Auenionē ingreditur

21 Incubuisse etiam Vrbanum ad pacem inter Gallos Angloſque redintegrandam, refert idem vitæ auctor i hisce verbis: *Postquam rediit de partibus Italiæ, totaliter mente disposuit in propria laborare*

i Gest. Vrb V. apud Bosq

circa

Anglicum bellum nititur cõponere Vrbanus.

circa pacificationem dictorum Regum Francorum & Angliæ; ad quod etiam * circa præmissa ordinauit: sed satis cito magna infirmitas ipsum arripuit, ex qua sentiens grauari, mortemque sibi propinquam æstimans ad ea vacare destitit.

Morbo extinguitur. Sacerdotis plura ab vno geri vetita.

Cumulanda hic nonnulla Vrbani gesta, & elogia, quæ auctor nullo certo anno consignata recenset: Beneficiorum, inquit, multiplicationem, præsertim incompatibilium, in eandem personam concurrentium, inuitissime tolerauit: immo multos ex illis, qui plurima obtinebant primauit relictis eis tantummodo illis, quæ suo statui & sufficientiæ congrue conuenire iudicauit: super quo etiam constitutionem edidit, quæ incipit, Horribilis, in qua quod suo tempore licere sibi minime passus est, suis successoribus iudicauit. Viros literatos valde dilexit, multosque ex ipsis promouit & exaltauit: & vt daret cæteris ad discendum materiam & opportunitatem, quandiu vixit in papatu, suis expensis tenuit mille studentes in diuersis studijs, ex quibus cum aliqui erant profecti, aut alias deficiebant, illorum loco alios continue subrogauit, libros necessarios tam eis quam alijs pluribus, quos sciuit studio esse intentos ipsisque indigere, etiam ministrauit. De pauperibus & egenis aliisque miserabilibus personis semper sibi singulariter cura fuit adeo, quod vbi ipsos esse cognouit, ipsorum inopia liberaliter & generose subuenit: præsertim illorum, qui alias abundantes extiterant, & demum ad paupertatem deducti erubescebant mendicare. Et infra: Non enim curauit conservare pecunias: & si quas aliquando habuit, ipsas feliciter aut in Ecclesia negotijs exposuit, aut in pijs operibus erogauit.

Egeni clerici adiuti.

Consanguineos paucis cõtentos esse iussit.

23 Affectum carnalem nequaquam ad suos se habere demonstrauit: nullum ex eis ad quamcumque prælaturam promouit, nisi duos duntaxat, videlicet memoratum fratrem suum, & nepotem ex consanguineo germano doctorem decretorum aliasque bonum & sufficientem, quem ecclesiæ S. Pauli in episcopum præfecit: alios autem quamquam essent boni & idonei, aut beneficijs satis simplicibus, aut officijs curiæ voluit remanere contentos. De laicis etiam nullum exaltauit: immo nec per alios exaltari permisit. In cuius euidentiam expresse vetuisti ordinauit per patrem suum sexcentas libras reddituales, quas Rex Francie sibi dederat ob sui fauorem. Nepotem etiam suum vnicum, & ad quem paterna hereditas pertinere debebat non cum altiori, immo nec æquali sibi in genere voluit matrimonialiter copulari: suscepit namque sibi in vxorem filiam cuiusdam mercatoris Montispessulani satis simplicis sui generis respectu: quam tamen, vt creditur, ipso adhuc in minoribus existente dictus nepos minime recepisset.

Mundanã amplitudinem in ijs odit.

23. 24 Consensit excessus e vita superioribus virtutum exemplis, quem illius gesta ex tabulario monasterij S. Victoris ita describunt a: Obijt die decima nona mensis decembris circa horam nonam pontificatus sui anno nono in camera domus habitationis domini Cardinalis Albanensis ianuis patentibus & apertis omnino, vt quilibet veniens ad videndum eius finem felicem & catholicum intrare posset; signum sanctæ crucis tenens in manibus, & vestitus semper existens, nec de illa infirmitate iacuerat quomodolibet denudatus.

a Extat in m.s. Vat. sign. num 4035. & apud Mass. Vrb. V.

Pœnituit illũ reuelatũ in Gallias sedis Apost.

Pœnituisse illum non perfecti diuini imperij, quod S. Birgitta ipsi significarat, votumque de restituenda Romæ sede Apostolica concepisse, refert Alfonsus olim episcopus Giennensis b, de quo supra memorauit. Vt vero rite sacramentis communitus sit, distaque omnia sua decretis Ecclesiæ submiserit, narrat accurate vitæ scriptor c. Effulsisse ipsum miraculorum gloria, etiam Petrarcha testatur d. Cum itaq; floreret multis sanctitatis argumentis illius memoria, Valdemarus Daniæ Rex quinto post anno e Gregorio XI. expetijt, vt in sanctorum numerum reponeretur a. Quod ad sedis tempus attinet; cum renuntiatus fuisse tractatur summus Pontifex (vt in ipso pontificatus exordio anno Christi MCCCLXII. retulimus) vigesima octaua octobris die, a promulgata nimirum tunc a Cardinalibus electione mox atque transmissum ab illo Massilia consensus decretum recepissent, obierit vero hoc anno die XIX. decembris, vt affirmat eius vitæ auctor b, testanturque Cardinales in literis ad Anglicum episcopum Cardinalem Albanensem demortui Pontificis fratrem, ipsum sedisse annos octo menses vnum dies, XXIII. dicendum est, eo dierum numero non recensito, quibus electio arcana latuit.

Agitatum de eius canonizatione.

a Gregor. in ep. sacr. p. 135.

Sedis tempus.

b Gest. Vrb. V. apud Bosq.

25 Funeribus Vrbano ex maiestate pontificia (vt moris est) persolutis, S. R. E. Cardinales IV. kal. ianuarij conclaue ingressi die penultima decembris, vt confirmant datæ aliquot post annis Gregorij literæ e, Petrum Rogerij Clementis VI. fratris filium annorum quadraginta, cum anno ætatis octodecimo creatum diaconum Cardinalem S. Mariæ nouæ viderimus d, consentientibus suffragijs summum Pontificem designarunt, vt eius vitæ auctor tradit e:

Gregorius XI. subrogatus Vrbano.

c Greg. an. 8. ep. cur. p. 17.

d An. Christi 1348 n. 36.

e Gesta Gregorii XI. apud Bosq.

26. Certiores fecit eadem die, qua ad summi pontificatus apicem est euectus, Gregorius Carolum Francorum Regem de acceptis a se Ecclesiæ catholicæ gubernaculis, hortatusque est, vt eius progenitorum more Ecclesiam meritis obsequijs prosequeretur: ac vicissim studia se apostolica beneuolentiamque in ipsum expliciturum spopondit f. Postridie vero eius diei ad Ioannam Reginam Siciliæ de eodem scripsit g, parumque discrepant literæ sequenti ineunte anno ad Petrum Regem Aragonum h, Amedeum comitem Sabaudiæ i, nec non ad archiepiscopos & episcopos l missæ, quibus ipsos ad curas in populo Christiano in viam salutis adducendo adhibendas adhortatur.

f Ib. ep. sacr. pag. 1.

g Ibid. pag. 2.

h Ib. pag. 3.

i Ib. pag. 4.

l Pag. 24.

27 Addimus ad huius anni calcem duorum Regum, Casimiri Poloniæ & Dauidis Scotiæ obitum. Gessisse Dauidem Scotiæ sceptrum annis triginta nouem, refert Hector Boethius m, illudque Roberto Stuarto sororis filio reliquisse. De Casimiro autem scribit Michouias n, ipsum, cum in venatione ceruum fugientem insequeretur, excussum equo & collisum morbum contraxisse, auxisseque intemperantia sua: atque, eo ingrauescente, inter cætera dona magnifica, quibus charissimos quosque ornauit, hæc ecclesijs contulisse: Ecclesiæ Cracouiensi crucem magnam auream pluribus gemmis & lapidibus ornatam, quæ decem millibus florenorum pensabatur. Item ecclesiæ Gnesnensi delatorium sacramenti vulgo monstrantiam dictum, argenteum deauratum reliquijs sanctorum refertum, & bibliam deorum. Item brachium S. Cosmæ in reseruaculo argenteo deaurato ecclesiæ Posnaniensi. Et infra: His itaque compositis, sacramentis Eucharistiæ & sacra vnctionis perceptis, quinta nouembris, anno ætatis suæ sexagesimo completo, circa ortum solis spiritum Deo reddit: Addit idem auctor sceptrum Polonicum annis quadraginta eum tenuisse, illudque Ludouico Regi Pannoniæ ex sorore nepoti transtulisse. Vbi increbuit mortis Casimiri fama, Lituanorum dux Keystutus Lubarduisque Vvaladimirienses ac Sandomirienses terras vastarunt; ac tum: Inter alias prædas, subdit Michouias o, lignum crucis viuificum ex Calno monte receptum abducebant: & cum essent in finibus Poloniæ, currus in quo vehebatur lignum crucis, repente substitit, nec vllo modo moueri potuit. Flamen autem Lithuanicus dixit, currum moueri non posse, nisi crux in locum suum redderetur; mouitque in Calnum mon-

Regis Scotiæ obitus. Et Casimiri Regis Poloniæ

m Boet. l. 15.

n Michou. l. 4. c. 21.

Pia eius mens in ecclesias.

Adiuncta Hungariæ Polonia.

Lituanorũ in eã excursio.

o Ibid. p. 29.

Dominicæ crucis particula ab infidelib⁹ cœlesti prodigio auctã non potest

tem per vnum nobilem captiuum Polonum Karabolam dictum, ab id libertate donatum, remissa est.

IESV CHRISTI
Annus 1371.

Indict. 9.

Gregorii PP.XI. Caroli IV. Imp.Oc.26.
annus 1. Io:Palæologi Imp.Or.31.

Decreti duo Cardin. ad Frãc.& Angl. Reges.

1. &c. INhærens nouus Pontifex Vrbani V. vestigijs, qui pacis Francorum inter & Anglorum Reges conciliandæ studio Simonem tit. S. Sixti & Ioannem tit. SS. Quatuor coronatorum presbyteros Cardinales crearat Apostolicæ sedis legatos, vt iniunctum munus facilius prosequerentur, noua auctoritate instruxit, ac Regibus mala ingentia e bello emersura exponere iussit [a]. Qui: *Licet*, inquit, Gregorij vitæ scriptor [b], *diutius circa hoc laboriose & diligenter instiuerint, nihil proficere potuerunt, tum quia inimicitia erant inter ipsos Reges nimium indurata; tum etiam quia ipsi Cardinales videbantur partiales potius existere, quam tractatores &c.*

Pontificius labor frustra adhibitus.

Interea Henricus Castellæ Rex Francos fœderatos omni contentione adiuuit, classemque maximam Gallis Rupellam obsidentibus subsidio misit [c], vt Anglorum nauales copias interciperet. Commissa est pernigilio S. Ioannis Baptistæ atrox pugna maritima Anglos inter & Castellanos, in qua Pembrochius comes ab Hispanis victus succubuit: ac tum Anglicæ vires eo aduerso conflictu elisæ, præter enim militum ac nauium iacturam, hostis vigintí marcharum millibus, ad stipendia suppeditanda militi missis, potitus est.

Hispano-Lusitanus Castellano conciliatus.

4. 5 Pacandæ etiã Hispaniæ studio permotus Pontifex, ac reuocandæ inter Ferdinandum Regem Lusitaniæ, qui hereditaria in Castellam iura obtendebat, & Henricum Castellanum pacis desiderio, Cardinalem eo legare decreuerat: cum Henricus fœdus se cum Lusitano sanxisse ipsi significauit de controuersiarum autem quæ ipsi cum Rege Nauarræ intercedebant, Pontificem Gallorumque Regem arbitros delegisse.

Rex Nauarræ cõuenit Pontificem Auenione.

Habebat alias Nauarrus cum Gallo lites de nonnullis in Normanniæ partem iuribus, quas accepto Montispessulani principatu compositas, tradit vitæ Gregorij scriptor [e]: additque eundem Regem adijsse apud Auenionem Pontificem, vt de consensu apostolico fastigio ipsi gratularetur. Præterea venere ad eundem Pontificem Regis Aragonum oratores, professuri Sardiniam & Corsicam beneficentia apostolica acceptas, constituatque a Bonifacio VIII. pactiones instauraturi; qua de re regias literas f Gregorio perferre.

6. Opprimentibus vero in Hispania citeriori, quam Cataloniam vocant, regijs auunculis libertatem ecclesiasticam, Petrum Regem Aragonum permouit Pontifex g, vt male tentata reuocaret; Ferdinandum pariter Regem Lusitaniæ admonuit h, vt Bracharensi archiepiscopo liberum vrbis imperium restitueret; denique Amedeum Sabaudiæ comitem, qui Genuensem episcopum principatu Genuensi exuere erat aggressus, redarguit, atque imperatoria diplomata, quibus illius vrbis dominatui inhiabat, veluti pugnantia cum æquitate ipsi episcopo tradere iussit [i]. Seruit nunc, pulso episcopo principe, misera Geneua hæreticæ impietati; plusquam Gallum Regem expectat, cuius patrocinio vindicata ab impostorum tyrannide ad verum Christi cultum, eiusque vicarij Romam Pontificis obsequia reuocetur.

7. &c. Ad liberandam præterea e Viceconitum Mediolanensium tyrannide Italiam Gregorius Caroli Imperatoris opem implorauit a: rogauitque Ludouicum Pannoniæ Regem b, vt vires cum ecclesiasticis, & marchionis Atestim copijs coniungeret: ac Bernabonis ambitionem expositit c, qui vniuersæ Italiæ iugum imponere moliebatur. Cæterum ex dissentionibus occidentalium adhibendæ liberæ fruitiæ occasionem nacti Turcæ innumeris cladibus orientem afflixere: quibus permotus Pontifex Christianos principes solicitauit, vt positis mutuis odijs, arma in Turcas verterent.

In Bernabonem Ioli citatus Imperator. Et Hungariæ Rex.

Turcicæ grassationes ingrauescunt.

10 *Hoc anno die sexta, quæ fuit feria sexta quatuor temporum post pentecostem*, inquit Gregorij vitæ scriptor d, *dictus Gregorius Papa fecit ordinationem duodecim nouorum Cardinalium, videlicet octo presbyterorum & quatuor diaconorum. Presbyteri autem fuerunt dominus Petrus Gomecy Hispanus, tunc episcopus Hispalensis: dominus Ioannes de * Crosso diœcesis Lemouicensis consanguineus ipsius Papæ in tertio gradu; dominus Bertrandus de * Cosnaco diœcesis Lemouicensis canonicus regularis ordinis S. Augustini, tunc episcopus Connenarum: dominus frater Bertrandus * Latigri Aluernigena ordinis Minorum, tunc episcopus * Glandatensis: dominus Robertus de Gebennis frater comitis Gebennensis, tunc episcopus Cameracensis: dominus Guillermus de Canbaco diœcesis Lemouicensis monachus ordinis S. Benedicti, tunc episcopus Mimatensis: dominus Ioannes * Sabri diœcesis Lemouicensis tunc episcopus Tutellensis consanguineus germanus ipsius Papæ; & dominus Ioannes de Turre in Aluernia, tunc abbas monasterij S. Benedicti Floriacensis. Diaconi vero fuerunt dominus Iacobus de Vrsinis Romanus, tunc sedis Apostolicæ notarius: dominus Petrus Flandrini diœcesis Viuariensis, tunc decanus Baiocensis: dominus Guillermus Noellati diœcesis Engolismensis, tunc archidiaconus Carnotensis; & dominus Petrus * de Vernbio diœcesis Tutellensis archidiaconus Rothomagensis; & illi tres vltimi erant etiam auditores sacri palatij, & dicti Gregorij Papæ referendarij.* Quibus consentit Felix Contelorius e in suo elencho.

a Ex lib. 8. ep. secr. p. 86 & 129

b Gesta Gregor. XI. apud Bosq.

c Vvalsin. in Eduar. III. Froiss. hist. l. 1. Paul. Æmil. in Carol. V. Vitus mari Anglus a classe Hispana.

d Ib. p. 270.

e Gesta Gregor. XI. apud Bosq.

f Extat in lib. prim. Remens. ecclesiæ f. 3. p. 186 & in m. s. bibl. Vatic. sign. lit. B. num. 2. pag. 427.

g Ex. 1. ep. secr. pag. 33.

h Ib. pag. 32. Monitus Aragonius ne ecclesiasticum ius opprimat. Et Lusitan. vt Bracharen. archiepisc. vrbis imperium restituat.

Genuæ principat. ad epis. spectat.

i Pag. 34.

a Contel. in elench. Card.

* al. Croseo

* al. Camaco

* al. Largij

* Glandatensis

* al. Fabri.

* al. Vernben

IESV CHRISTI
annus 1372.

Indict. 10.

Gregorii PP.XI. Caroli IV. Imp.Oc.27.
annus 2. Io:Palæologi Imp.Or.32.

1. 2 PRoferendæ latius ditionis cupidine Bernabos Vicecomes Romanum Pontificem funesto implicuit bello, vt ecclesiastico imperio aduersus illius tyrannidem tutando intentus, Palæologo Græcorum Imperatori in sinum Ecclesiæ Romanæ reuerso necessaria auxilia ad reprimendos Turcarum progressus mittere non potuerit: expediunt itaque in tyrannum arma legesque Gregorius, atque iudiciaria edicta a præsulibus diuulgari iussit f, in ijsque obiecit Bernabonem varijs dolis diuexasse Ecclesiam, & in eius ditione vastitatem nunc palam, nunc occulte submissis alijs effecisse: ecclesiasticos supplicijs dedidisse, sacerdotales census rapuisse, inque monachos & episcopos tyrannidem exercuisse, promissa Ecclesiæ violasse, intentatas censurarum pœnas contrauisse contractasque contempsisse.

De Bernabonis tyrannide.

f Ex 4 papyraceo pag. 62.

3. 4 Collocabat spem in armis contemptor legum Bernabos, quem collatis ad Herberiam signis cum Nicolao marchione Atestino victoriam cruentam retulisse, refert Pigna g: ne tamen Mutinæ castra admoueret, a Petro Cardinale Bituricensi Apostolicæ sedis legato & Nicolao ipso prohibitum;

Bernabos ad Herberiã victor.

g Pig. de Atest. march. l. 5.

tum ; deinde Iras in Bononienſes , quorum agri euaſtati ſunt, effudiſſe a.

Hoc porro anno tradita eſt a Gregorio Ferrarienſis prætectura Nicolao & Alberto marchionibus Ateſtinis in ſecuturos omnes ipſorum vitæ annos, cum antea tantum ad decem vel nouem præfectura ipſa ab alijs Romanis Pontificibus, ſuperſtite aliqua reuocandæ ad Eccleſiam illius ditionis ſpe, concederetur. Profeſſi vero ſunt Ateſtinorum principum oratores b Bononiæ coram legato Cardinale, Ferrariam iuris eſſe eccleſiaſtici, atque ad pendenda in annos ſingulos decem aureorum millia, eoncumque equites ſtipendijs ſuis ſeptuaginta milliarium circumiecto ſpatio in Eccleſiæ obſequium ſuſtentandos publicis monumentis ſe obſtrinxere.

5. 6 Eodem anno confecta eſt pax, imperante illius leges Pontifice ſupremo Neapolitani Trinacrijque regnorum principe, inter Ioannam Reginam Siciliæ & Fridericum Aragoniæ ſtirpis principem, qui in Trinacria tranſmiſſo a maioribus vitio regno potiebatur : interpretes huius concordiæ plurium annorum flexu antea agitatæ extiterunt ſacerdotes Minoritæ c, qui a ſacris confeſſionibus ijſdem Regi ac Reginæ erant, Præcipua concordiæ capita hæc fuere, vt iniuriarum vtrinque acceptarum illatarumue oblinio indicta ſit ; Fridericus ac ſucceſſores ſe Ioannæ eiuſque poſteris beneficiarios profeſſuri ſint, ac tria millia vnciarum auri annua illi ſint perſoluturi, vtque Siciliæ & Trinacriæ regna diuiderentur, modo conuentis aſſemineretur Pontifex ; eamque ob cauſam Fridericus oratores ad ſedem Apoſtolicam decreuit, ac demiſſionis Chriſtianæ notis inſignibus literis obedientiam Gregorio detulit.

7. &c. Exceptis Friderici oratoribus, Gregorius eccleſiaſticæ detrahendum ſeueritati cenſuit, cum religionis cultus in Trinacria ob intermiſſa diu ſacra obſoleſceret ; paciſque inſtaurandæ ſtudio, cum agitatas inter Fridericum ac Ioannam pactiones diſcuſſiſſet, adhibitis in conſilium Cardinalibus, nonnullas ex ijs reſcidit, addidit alias, alias temperauit, pontificioque in ea regna iuri conſuluit diplomate pontificio d, quo ſanxit a Trinacrio Rege Pontifici ſacramentum fidei nuncupandum eſſe, cuius formulam præſcripſit ; nihilominus a Friderico & ſucceſſoribus Ioannæ præſtandum conſtituit. Ad reſtinguendum etiam bellorum ciuilium fomitem quis in ſucceſſione iuris ordo ſeruandus eſſet deſcripſit ; tum quo caſu Trinacriæ iura ad ſedem Apoſtolicam deberet redire. Vetitum præterea diuidi regnum in toparchias, ſed vt regni dignitas in vno capite retineretur imperatum : vetera iura eccleſijs reſtitui iuſſa, ac libertas eccleſiaſtica aſſerta : leges iuri eccleſiaſtico aduerſantes reſciſſæ : ſtatutum etiam ne Trinacriæ regnum cum imperio, vel Etruriæ, aut Inſubriæ principatu coniungi poſſet : datæ Friderico & ſucceſſoribus leges, vt communes cum Eccleſia amicos vel hoſtes haberent, vtque commeatus omni vectigali liberos pro vſu curiæ Romanæ educi finerent : impoſitus etiam Friderico cenſus annuus trium millium vnciarum auri Ioannæ ſucceſſoribuſque perſoluendus. Sacrorum porro vſus ſublato interdicto Trinacriæ reſtitutus, ac Fridericus Rex Trinacriæ a Pontifice renuntiatus, interdictumque ei ne Siciliæ Regis titulos nomenque aſſectaret.

16 In Gallijs recruduerant vetera bella ; neque pontificio labore pax potuit conciliari, cum ſecundis rebus Galli verentur ; Anglus vero ſuperioribus bellis & annis pluribus parta vno momento amittere æquo animo non ferret. Cæterum rediere in Gallorum fidem Sanctones, Ergolimenſes, Fanum S. Angeliaci, Rupella, aliaque loca, Britannia etiam pene vniuerſa ad Regis Francorum partes ſe conuertit, ac Ioannes dux amiſſa ditione, in Angliam tranſfugere fuit coactus a.

27 Dedit etiam operam Gregorius, vt diſſentientes Reges Hiſpanos in concordiam adduceret, miſſo ea de cauſa Guidone Bolonienſi Cardinale in Hiſpanias, quem ſedente Innocentio VI. apoſtolica legatione perfunctum vidimus.

28 Pro componendis autem alijs diſcordijs, quæ inter Aragonium & Dominicum de Campofregoſo ducem Genuæ recrudeſcebant, interpretem concordiæ egit, vt Turcas contunderet, qui in oriente Chriſtianos, noſtrorum vſi diſcordijs, opprimebant b. Et ſane barbari poſt inſigni prælio deletos c Græcos, Valachos, & Raſcios ſigna victricia late circumtulere ; atque excitis ex Aſia nouis exercitibus Dalmatiam, Macedoniam, Achaiam, Neopatriam, Conſtantinopolitanum imperium, ſiue eam partem quæ Palæologo Græco, ſiue aliam quæ Philippo Tarentino parebat, tum Raſciam & Valachiam in diſcrimen ſeruitutis adduxere. Quibus Chriſtiani nominis hoſtium progreſſibus perculſus nouus Pontifex Ottobono Caraluſio patria Genuenſi Smyrnarum præfecto, vt ſtudioſe ad illius vrbis rei Chriſtianæ propugnaculi cuſtodiam incumberet, mandata dedit d : dumque Anglos & Gallos veteribus odijs efferatos, Hiſpanos varijs implicitos bellis, plenum motibus Italiam, inquietam Germaniam circumſpexit, ad Ludouicum Regem Hungariæ plurium regnorum acceſſione viribus & bellica virtute florentiſſimum cogitationes conuertit, pioque ſtudio accendere niſus eſt e, vt expeditionem in Turcas conficeret : ac pericula expoſuit, quæ imminerent Pannoniæ, ni mature ad elidendos eorum conatus proſiliret. Conciliare autem illi Venetorum maritimas vires niſus eſt, atque Andream Contarenum ducem ad id literis ſolicitauit f, cum maximi reipublicæ Venetæ intereſſet, Turcarum tyrannidem ingraueſcentem elidere, ne confirmata viribus exitium illi interret : Apoſtolicis precibus ac monitis obſecutus dux Venetorum potentiam ſuam verſurum in hoſtes fidei tuendæ diuinæ gloriæ ſtudio reſpondit ; de quo actæ illi a Gregorio gratiæ g.

29 Solemnes porro Gregorius Chriſtianorum conuentus Thebis indixit h : in quibus orientales occidentaleſque arctiſſimo inter ſe nexu ad compeſcendam Turcicam feritatem deuincire moliebatur. Atque in primis Ioannem Palæologum Græcorum Imperatorem ſolicitauit i, vt cum Turcæ, maxima illius imperij parte euaſtata, reliquæ excindendæ inhiarent, non expectato etiam Thebanorum conventuum exitu, quantas poſſet copias in barbaros compararet. Excitati etiam ſunt ad mittendos ad cœtus Thebanos oratores, auertendumque imminens ſibi a Turcis exitium plures orientales viri principes l, eorundemque & finitimarum prouinciarum archiepiſcopi & epiſcopi m ; tum Petrus Rex Cypri n ac Rhodiorum equitum magiſter o ad id pontificijs adhortationibus incitati. Ex occidentalibus vero præter Ludouicum Pannoniæ Regem, quem belli Turcici ducem optabat Gregorius p, atque Andream Contarenum Venetorum ducem, Dominicus de Campofregoſo Genuenſium dux q, Fridericus Trinacriæ Rex r, Philippus princeps Tarentinus ſ imperator Conſtantinopolitanus dictus, laceri enim illius imperij portionem aliquam retinebat, vt e literis pontificijs conſtat t, ad eam ſocietatem ineundam incitati : citeriores etiam Siculi ad conterenda in Turcas bellica ſubſidia inflammati u. Vtque fideles ad ea alacrius adducenda concurrerent, propoſitis præmijs indulgentiarum ipſos

a Io. a. ep. ſecr. pag. 104. Ferrariæ præfectura Ateſtinis ad vitam conceſſa.

b Eas ea de re tabulas in archiv. S. Ang. & inter coll. Plut. 30. 3. pag. 272. & lib. priu. Rom. eccl. to. 1. pag. 318 Impoſitum militare vectigal, Pax inter Ioannam Neap. & Trinacriæ inita.

c Wading. in annal. ſub an. n. 8.

Britannia minor ad Gallum redit.

a Froiſſ. in Edouard. III. Hiſpanis Regibus conciliatis nauata opera. Formidato Turcarum progreſſus

b Pag. 5. & pag. 89.

c Pag. 88.

d Pag. 311

e Eod. to. 2. ep. ſecr. pag. 32. Rogatus Venetus, vt iungat arma in Turcas.

f Eod. pag. Cõtarenus dux ad id pronum ſe exhibet.

g Pag. 86. Solemnes conventus Thebis indicti.

h Aen. 8 ep. cur. pag. 77. in 2. ep. ſecr. pag. 88. Principes ad fœdus ſolicitati.

i Pag. 86. &c.

m Pag. 98.

n Pag. 95.

o Pag. 98.

p Pag. 87.

q Pag. 98.

r Pag. 95.

ſ Pag. 89.

t Pag. 100.

u Aen. 8. ep. cur. pag. 76.

Paci aſſentitur Gregorius.

Quibus legibus,

d Greg. to. 2. ep. cur. 105. &c. inter coll. Plut. to. 3. pag. 233. &c. & in lib. priuil. Rom. eccl. to. 2 pag. 360.

Pluet ab Anglo amiſſa in Gallijs.

a N.1. ep. fcr. pag. 101.

ipſos pellicere conatus eſt a.

Armenia euaſtata a Mahometanis.

30 Neque Græciam modo Turcæ ſecundis etiam ſucceſſibus infelici ſeruitutis atterebant iugo, verum Armeniam etiam magnis irruptionibus ſunt populati, adeo vt Regina Maria ad imploranda occidentalium principum contra Chriſtianæ fidei hoſtes auxilia Ioannem archiepiſcopum Sitienſem oratorem miſerit. Viſum eſt Pontifici optimum ad tuendam Armeniam vt princeps Europeus Mariæ Reginæ Armeniæ connubio iungeretur, atque auxiliarem exercitum in Armeniam transferret; propoſituſq; eſt vt tantæ rei vir idoneus Otho Bruniuicenſis dux Imperatorum Saxonum proſapia ſatus. Sed hæc conſilia in ventos abiere; cum enim Venetos, Genuenſes, Cyprios, ac Rhodios vrgeret Gregorius, vt Armenijs opẽ ferrent, triſtis & inopinatus caſus bello atrociſſimo Cyprios ac Venetos fœderaroſque inter, & Genuenſes faces iniecit.

Cyprius Rex adoleſcens ad virtutes excitatus.

31. 32 Succeſſerat, vt diximus, in Cypro Petro Regi ſtrenuiſſimo infidelium domitori, quo duce Chriſtiana res reſtaurari in Aſia poterat, Petrus filius, ſiue Petrinus ob ætatis imbecillitatem appellatus: dum vero regiæ illius conſecrationis pompa ornabatur, vetus & atrox inter Venetorum & Genuenſium in Cypro commorantium prætores (vulgo baiulos vocant) exarſit b æmulatio de ſuperioris honoris loco: quæ controuerſia ſecundum Venetos dirempta. Deinde Genuenſes ſolemni conuiuio accumbentes, ira & vino calentes procacia verba protulerunt in Venetos, ac die altero, reconditis ſub veſtibus ſicis, ad epulas regias acceſſere. Patefacta re, vocantur in crimen conſpirationis in Regem, ac velut in flagranti ſcelere deprehenſi, octo numero de turri regia præcipitati fuere. Perperam ſane id actum, nulla ſcilicet de ijs habita quæſtione, cum ad deturbandos tantum ſuperiori loco æmulos inſanum facinus illos aggreſſos coniectura non abeſſet: tum magno crudelitatis exemplo aliorum Genuenſiũ inſontium cædes editæ. Perlata re in occidentem, vería omnis Genuenſium ad vindictam cogitatio: atque ita ex paucorum mercatorum inſamemium iurgijs bellum ingens obortum, quo Chriſtianorum pars mutuis gladijs cædenda erat, alia Turcarum ſeruitiæ exponenda, & diſſoluta omnia ſuperiora de Turcica deuruenda tyrannide ſuſcepta a Pontifice conſilia: qui eam ob cauſam ingenti dolore affectus apoſtolica ſtudia ad molliendas Genuenſium iras conuertit c, ac Thomæ patriarchæ Gradenſis & Bartholomæi archiepiſcopi Genuentis opera d atque apoſtolicis literis vt Chriſti cauſam ſuæ præferrent, ſolicitauit.

b Foliet. l. 8. Bizar. l. 2. de bello Venet.

In regia celebritate Genuenſes & Venetidiſſident.

Genuẽſes læſæ maieſtatis rei acti præcipites deturri.

Alij inſontes trucidati.

Ex paucorum mercatorum iurgijs bellũ atrox natum.

c N. 2. ep. ſcr. pag. 104.

d Ead. pag.

33. 34 Per idem tempus ſuborta ſunt plures hæreſes: in Germania in primis proſiliere ſceleſti homines, qui inſtituta a Chriſto ſacramenta negarent, & Albertus epiſcopus Alberſtadenſis affirmabat omnia fato ineuitabili contingere: merita ac demerita tollebat: Dei & ſanctorum opem vti ſuperuacaneam non implorandam cenſebat. Vt vero inſamientem ad ſanitatem mentis reuocaret Gregorius, cenſoribus fidei partes dedit e, vt ipſum ad damnandas publice coram populi circumfuſa multitudine hæreſes apoſtolica auctoritate adigerent: detrectantemque apud ſubſellia pontificia bimeſtri excurrente comparere iuberent.

Albertus epiſc. Alberſtaden. hæreſiarcha.

e Ead an. 2. ep. nr. 16.

35 In Aragonia iparſi erant apud imperitum vulgus plures libri varijs erroribus inquinatiſſimi Raymundi Lulli Balearis nomine inſcripti, ſiue ij ab eo compoſiti, ſiue ab alijs vt tutius ſub ſplendido nomine venena funderent confícti. De quibus cum Nicolaus Eymericus fidei cenſor ad ſedem Apoſtolicam retuliſſet, Gregorius archiepiſcopo Terraconenſi præcepit f, vt eos libros diligenter conquireret, atque vna cum theologis doctrinam ijs contentam diſcuteret; ac ſi aliquibus fœdatos erroribus comperiret, flammis abolendos curaret. Damnatam autem ab eodem Lulli doctrinam teſtatur idem Eymericus, qui inter cætera Lulliſtarum deliria, hoc inſigne affert b: *Quod doctrina veteris teſtamenti attribuitur Deo Patri, doctrina noui teſtamenti Deo Filio, ſed doctrina Raymundi Lulli Deo Spiritui ſancto.* Quam doctrinam aiebant illi non humana induſtria, ſed diuini Spiritus ſolo afflatu excurrente quinquaginta vel ſexaginta horarum ſpatio comparandam. Aſcripta porro fuiſſe Raymundo Lullo ſeniori adulterina opera, velut de alchimia & de mercurijs, & teſtamentum nouiſſimum, a recentiori auctore poſt Lulli obitum edita, demonſtrat Lucas Vvaddingus c. Attributi etiam feruntur ab aliquibus Raymundo Lullo libri peſtiferi de inuocatione dæmonũ alterius Raymundi dicti de Terraga neophiti ordinis Prædicatorum, cui ſacræ familiæ, abiecto Iudaiſmo, ſed alijs erroribus fœdiſſimis non depoſitis, ſe addixerat.

Raymundi Lulli libri, vt peſtiferi accuſati,

f Ead. an. 2. ep. cur. pag. 131. ext. etiam in ap pend. direct. inquiſ. pag 83.

b Eymeric. 2 p. direct. q. 8. vol. Eius doctrina a ſo dalitijs æquata euãgelio.

Eorũ pertinax error.

Adulterina opera illi falſo adſcripta.

c Vvadding. to. 3. annal. Minor. an. Chr. 1315. n. 14.

IESV CHRISTI
Annus 1373.

Indict. 11.

GREGORII PP. XI. CAROLI IV. ROM. REG. 28.
annus 3. IO: PALÆOLOGI IMP. OR. 33.

1. 2. POtiti ingentibus victorijs Turcæ, atque Epiro & Macedonia in ſuam tyrannidem maiori ex parte redactis, ſchiſmaticis diram ſeruitutem imponebant: cum Ioannes Palæologus Græcorum Imperator Ioannem Laſcarim ad ſedem Apoſtolicam atque occidentales Reges miſit, vt ipſos ad defendendum orientem incenderet. Quo audito ſumpta ſunt conſilia d inſtruendæ claſſis duodecim triremium, quæ in Helleſponto atque Ægæo mari barbaros traiectu ex Aſia in Europam arcerent: cumq; nominis Chriſtiani hoſtes, Conſtantinopoli & Theſſalonica exceptis, reliquas pene imperij terras ſuæ ſubiecciſſent tyrannidi, aut excurſionibus infeſtas redderent, admonuit Gregorius Imperatorem plerisque eam opinionem inſixam, iuſtas a diuino Numine de ſchiſmaticis pœnas exigi, qui toties ad coniunctionem Romanæ eccleſiæ allecti obduruiſſent in pertinacia.

Imperatoris Conſtinop. ad Pont. legatio.

d Pag. 76.

3. &c. Obtritis Græcis, Raſcijs, ac Bulgaris, Turcæ Amurate principe Hungariam ſibi ſubijcere ſunt meditati: ſed cum ſuam potentiam Ludouici Regis, qui recenter Poloniam alijs regnis adiunxerat, viribus imparem eſſe meuerent, fœdus cum Tartaris Pannoniæ proximis, quos olim Hungariam non tam ſibi ſubiecciſſe, quam redegiſſe in ſolitudinem vidimus, pepigere. Quibus acceptis Ludouicus ad barbaros propulſandos, ſi victricia Pannoniæ ſigna inferrent, ſe comparauit e: miſſiſque ad ſedem Apoſtolicam oratoribus, Gregorium rogauit f, vt ad fideles pio ardore ad tuendam religionem accendendos ſacrum in Chriſti hoſtes bellum, propoſitis indulgentiarum præmijs regia caſtra ſecuturis, indiceret. Cuius votis aſſenſit Pontifex, ac Strigonienſi & Colocenſi in Hungaria, Gneſnenſi in Polonia, Iadrenſi, Spalatenſi, & Raguſino in Dalmatia archiepiſcopis, eorumque ſuffraganeis epiſcopis prouinciam dedit, vt Hungaros ad arma in Turcas expedienda inflammarent, cruciſque ſymbolo inſignirent: tum preces inter ſacra myſteria fundendas a ſacerdotibus pro diuino auxilio conciliando

Turcæ Hũgariam tentant.

Concitant Tartaros.

e Ib. pag. 42

f An. 3 ep. cur. pag. 30.

Indicta in eos ſacra expeditio.

instituit. Antequam Strigoniensis archiepiscopus has literas diuulgaret, vna cum Colocensi archiepiscopo & episcopo Quinqueclesiensi iussus est a sacramento adigere Ludouicum Regem, se excurrente anno ducturum exercitum, nec sacras opes in alios sumptus deriuaturum.

a Ead. in 3. ep. cur. 33.

6.7 Nec in Pannonia modo, Polonia, Dalmatia, alijsque regnis Ludouico obnoxijs sacrum in Turcas bellum promulgandum indixit Pontifex, verum etiam in Germania, e qua florentissimæ copiæ educendæ sperabantur, si publica inter Imperatorem ducesque Bauariæ concordia redintegraretur. Carolum itaque solicitauit b, vt illi accommodaret animum, cum Germanicæ rei maximi interesset Turcas comprimi. Vertebatur ea dissensio de marchionatu Brandeburgensi, quem Bauaris principibus eripere, suæque inferre familiæ moliebatur Carolus: cum etiam magni illius interesset ad propagandum in filium Vvenceslaum imperium, ius creandi Cæsaris cum eo principatu ad suos traducere.

Germani ad belli societatem prouocati.

b 1.3. ep. sec. pag. 40.

De marchionatu Brandeburgensi inter Carolum & Bauaros.

8. 9 Funestior longe erat discordia inter Cyprios ac Genuenses exorta, qui Turcas conterere potuissent, Genuenses enim ob editam suorum superiori anno carnificinam vindictæ auidi bellum parabant, quos delinire iam ante Pontifex, vti vidimus, erat coratus: ac Thomæ patriarchæ Gradensi reperitis XIII. kalend. Iebruarij imperijs prouinciam cedit, vt ipsos ab inuadenda Cypro deterreret: ijsdemque proposuit c, Petrum Regem ab illatæ mortis crimine purissimum esse; commemorauit illius parentis in eos fuucia eximia; vique animum concordiæ æquitate redintegrandæ adijcerent, est hortatus: eumque Genuentis belli impendentis terrore Cyprus fluctuabat, nec tuendæ in Asia partis a defuncto Rege ditioni vacare poterat, Turca Satalam expugnatam Mahumetanæ impietati restituerunt. Nec vana suggerit Christi vicarius simulatis enim cum septem triremibus Damianus Cancus Genuensis, maritimis locis vastatis, magnum terrorem implit, ac plerosque, quorum agros non vrebat, secum fouire fingens, ingentes inter Cyprios discordias concitauit, ac tumultibus regnum impleuit. Cui postea Petrus Fulgosius cum triremibus quadraginta tribus se coniunxit, obsessaque v. non. octobris Famagusta, quatuor regias triremes & aliam maioris aluei nauim primo impetu incendit: neque ita multo post Elionoram Reginam, quæ sustinere ægre obsidionem poterat, ad deditionem coegit. Capti sunt illatæ Petro Regi necis auctores, moxque capitis supplicio affecti: Iacobus Lusinianus ac duo Ioannis Lusiniani Antiochiæ principis filij in custodiam dati. Petrus autem Rex, pacem impetrauit a Genuensibus ea lege, vt Famagustam reipublicæ Genuensi concederet, & aliquot annis quadraginta aureorum millia penderet, obsidesque clarissimos vt fidem suam deuinciret, tradidit. Ex quo exitiabili bello secuta alia bella rem Christianam admodum in oriente euerterunt. Ac dum Genuenses suas vlcisci iniurias, quam Turcicam tyrannidem reprimere malunt; cepium etiam amplissimam ditionem, quam obtinebant in oriente, barbarorum prædæ obiecere.

Genuenses bellum parant in Cyprios.

c 1.3. ep. sec. pag. 155.

Placare eos Greg. nititur.

Satala a Turcis capta.

Genuenses in Cyprum expedito.

Famagusta obsessa.

Petrus impubes, data Genuensib. Famagusta pacem redimit.

10. &c. Non potuit Pontifex vires omnes ac pontificia arma in eosdem barbaros conuertere ob Bernaboris Vicecomitis tyrannidem; quem ob iteratas antea sancita inconstanter violata pacificiæ damnauit d. Extant etiam alia in ipsum & Galeatium fratrem acta iudiciaria e, quibus Gregorius immania carnificinæ ab ijs instar Decij in sacerdotes exercitæ exempla describit; vtque munera ecclesiastica pro arbitrio contulerint, abrogauerintque, tum pontificiam in conferendis sacerdotijs auctoritatem oppugnarint, *dicendo*, inquit Pontifex, *temere, ac sapissime, quod ipse in terris, quas desinet, quasque suas esse dicit, interdit esse Papa & etiam Imperator.* Subijcit, illum male de Ecclesiæ claubis sentiendo, hæreticos nota aspersum se non leuibus argumentis ostendisse: quæ licet explorata & conspicua essent, Guillelmo tamen S. Angeli diacono Cardinali inquirendæ veritatis prouinciam se dedisse; eumque munere suo perfunctum dicta veritati consentire reperisse. Perpendentem itaque se Matthæum Vicecomitem auum, & Stephanum Bernabonis patrem, ac Galeatium & Marcum patruos ab Ecclesia hæreseos nota iustos, ac Bernabonem paterna scelera nouis cumulasse, atque ob ea ab Vrbano V. decessore de hæresi damnatum, cingulo militari exutum, ac pœnis omnibus hæreticis infligendis obnoxium pronuntiatum: & quamuis Bernabos se ab illius sententiæ fœditate liberatum existimet, id tamen certis legibus, quas integer penitus consultum exutisse: atrocia enim adeo sacrilegia ac flagitia eum patrasse, oppressisseque viros ecclesiasticos immanissime, vt centuris prioribus se deuinxerit, quas obdurata mente pluribus annis contempsit: proinde ne mali exempli pernicies cæteros inficiat, vigesimam octauam mensis martij diem hora consistoriali constituere dicendæ causæ audiendæque sententiæ, qua sacrilegus homicida, persecutor & oppressor ecclesiarum ac sacerdotum, omnibusque pœnis a legibus impositis obnoxius pronunciandus sit. Interea se Bernabonem propositæ anathematis pœna monere, vt Parmensem episcopum cæterosque ecclesiasticos, quos in vincula coniecit, libertati reddat, atque ecclesiarum iura ac possessiones restituat, vectigalia imposita auferat, in dignitates ac sacerdotia numeraue ecclesiastica nemiram inuadat.

Bernabos ecclesiam vexat.

d Ead. 3. ep. sec. pag. 51. & 184.

e Ib. ep. cur. pag. ...

Iudicio hæreseos postulatur.

13. 14 Armata est ferro legum vox, fœderatorumque principum Italorum a, ac Germanica b & Hungarica c auxilia: Gregorio implorata fuerunt. Eluxisse etiam ipsum Gallijs ingentem exercitum, eique Amedeum Sabaudiæ comitem præfecisse, a quo grauissima damna tyrannis Mediolanensibus illata sint, refert Gregorij vitæ scriptor d. Fauisse autem pontificiæ causæ æquitati secundos successus, scribit Pontifex ad Philippum Constantinopolitanum Imperatorem e; *Infra duos menses*, inquit, *vltra centum castra per rebellionem & alios modos dictorum perfidorum tyrannidi sunt subtracta.* Vera est contra a tyrannis belli moles f partim in Etruriam ac Lunensem diœcesim, partim in agrum Bononiensem, in quo atrox commissum prælium, atque ab Ingerranno comite Suessionensi parta de hostibus insignis victoria g; cum Bernabos superiori clade, ac suorum defectione consternatus, ad solitos dolos confugit: vt enim pontificiorum progressus reprimeret, suosque contineret in officio, pacem a ducibus ecclesiastici exercitus flagitauit. Cuius fallacibus verbis cum ij facilem aures dedissent, Gregorius initio colloquium fœderis respuit h: dimoueri tamen postea se ab ea sententia fecit Pontifex i, vt clientes Ecclesiæ bello attritos leuaret.

Cœtus in pertinacem exercitus.

a Ead. 3. ep. sec. cur. pag. 28. 45. 46.

b Ib. pag. 26. c Pag 36.

Plura Vicecomitibus ereptа.

d Gesta Gregor. XI. apud Bosq. t. 1. 3. ep sec. pag. 18.

Bernabonis copiæ profligatæ.

f Ib. ep sec. p 96. & 177

g Ib. p. 98 & 181

Pacem Vicecomes expetit.

h Ead. 3. ep. sec. cur. pag. 34. & 279.

i Ib. p. 278.

15. &c. His addimus statuisse publico decreto Gregorium I ad pietatis studium in Deiparam commendandum, vt Christifideles recurrente anno iubileo Lateranensem & principis Apostolorum basilicas lustraturi, sanctæ etiam Mariæ maioris ecclesiam, ob ingentia in ea patrari solita miracula veneratione dignissimam, adirent.

I tom. sapp. rer. Ital.

Ecclesia S. Mariæ maioris anno iubileo lustrari iussa.

19. &c. Repullulanti tum in Gallijs fœdissimæ hæresi Beguardorum siue Beguinorum, Turlupinorum, ac Lullardorum (ijs nominibus vulgo infame impu-

Hæreses damnatæ grassantes in Gallijs.

impudicitijs horum hominum, qui negabant ſtuprum eſſe peccatum ſi in charitate, vt ſtulte interpretabantur, fieret, genus nuncupabatur) talcem apoſtolicæ ſeueritatis adhibiturus Gregorius, vt clementia rigorem temperaret, cenſoribus fidei primum partes dedit, vt omnes, quos ſponte criminis peniteret, in gratiam Eccleſiæ admitterent: in pertinaces vero vniuerſos principes, vrbium magiſtratus, ac viros nobiles Francos Belgaſque pio ardore accendit a, vt ad delenda eiuſmodi religionis opprobria ſtudium virefque conferrent. Turlupinis pares erant ſcelere Valdenſes, in quos licet ſæpius legibus actum eſſet, in Delphinatu tamen circumiectiſque locis hæreſeos virus fouebant: ad quos ab impietate reuocandos Chriſti vicarius Gallicanos præſules, qui Pariſijs ad ſolemnes conuentus coacti erant, ſolicitauit b, vt Carolum Francorum Regem ad eos infectandos permouerent: quem paruiſſe apoſtolicis monitis colligitur ex hiſtoricis, qui tradunt c ipſius iuſſu quæſtionem acerbiſſimam in Turlupinos habitam, adeo vt plures ex ijs Pariſijs incendio abſumpti ſint, ac nefaria ſecta in Gallijs fuerit abolita, vt refert Gaguinus.

Ciſoing fidei ens excindere iuſſ.

a An.3.epiſt cur.pag.13.

b t.3.ep.ſecr pag 38.

Turlupini Pariſijs ſupplicijs exuti.

c Gaguin.l.9 Meyer.l.13. Belleſ.lib.9. Gaulſec.14

23.24 In Hiſpania cum hoc ineunte anno Henricus Rex Caſtellæ Luſitaniam igni ferroque populatus, ad Vliſſiponem vſque penetraſſet, ac ſuburbia incendiſſet, plures naues cepiſſet, adducta claſſe in portum, magnumque obſeſſæ vrbi regiæ inferret terrorem; Guidone Cardinale legato interprete ad v.kal. aprilis fœdus ſancitum ijs legibus; vt oppida vtrinque eo bello capta reſtituerentur: Caſtellani profugi nobiles quingenti & eo amplius finibus Luſitaniæ arcerentur; denique affinitatibus nouis fœdus confirmaretur. Confecto autem Luſitano bello, Henricus virium molem ad obruendum Carolum Regem Nauarræ, qui nonnullas Caſtellæ vrbes in ſuperioribus motibus ſuæ ditioni adiecerat, conuertebat: cum interuentu apoſtolici ſtudio, antequam oppoſitæ acies ſigna conferent, in concordiam reuocati ſunt: Carolus enim bello clariſſimum Henricum florentiſſimoque ſuccinctum exercitu in ſe concitare tutum non putabat; atque Henricus ſuæ dignitatis arbitrabatur amiſſa tunc bello recipere: firmataque eſt pax pactis inter Carolum filium & Eleonoram filiam Henrici ruptijs. Ea felicis huiuſmodi concordiæ nuntio ingenti gaudio affectus Gregorius, Regi Caſtellano de concepta pace gratulatus e, ipſum eſt adhortatus vt veterem litem, quam cum Aragonio habebat, componeret. Tunc ex vita receſſit Guido Cardinalis, antequam controuerſiam inter Aragonium & Caſtellanum ſedaret, vt ex literis pontificijs conſtat: ſublatum autem increbuit rumor illum veneno a Carolo Rege Nauarræ. Quo rumore ſparſo Carolus obiectum crimen purgare conatus eſt: admiſitque Gregorius eius excuſationes, cum Guidonis neceſſarios diligenter percunctatus non veneno, ſed morbo interemptum comperiſſet; priſtinæque illi famæ integritatem literis ſequenti anno exaratis f reſtituit. Detergere ita facile alterius criminis tibi impoſiti labem non potuit Nauarrus, ipſum ſcilicet veneno Regem Francorum tollere percentaſſe: conſcij enim flagitij necati ſupplicio fuerunt, atque in Nauarrum a Franco redintegratum bellum, expugnatis nonnullis vrbibus, quas in Gallijs iure fiduciario obtinebat.

Caſtellanũ inter & Luſitanũ pax redintegrata.

Inter Nauarrę Caſtellanũque inſtauratũ fœdus.

d Matteo.l. 11.c.17.

Guidonis Card.mors.

Sparſa fama veneno ſublatum.

f t.4.ep.ſecr. pag.117. Rex Nauarrę veneficij poſtulatus a Gallo Rege.

25.26 Claudimus hunc annum felici S. Birgittæ obitu, quem eius vitæ auctor apud Surium g ita deſcribit: *Vbi Romam redijt, morbus increuit: & tandem illius vi extincta eſt. Cumque immineret dies obitus eius, quinque diebus ante rurſus apparuit ei dominus Ieſus ante altare, quod erat in cubiculo eius, iucunda facie, & corporeis eius oculis viſibilem ſe præbens, eique dicens: Ego ſic tibi feci quemadmodum ſponſus ſolet, ſubducens ſe ad tempus a ſponſa, vt ardentius deſideretur: non vi-*

g Sur t.4.die 23.iulij c.16 Felix 2.Birgitæ obitus

ſitani te diuinis conſolationibus, quandoquidem tempus erat, quod probareris. At nunc probata ſatis procedit, & prepara te. Et infra: *Die quinto ſub ortum ſolis Chriſtus iterum ſi apparens, conſolabatur eam. Miſſa celebrata, perceptiſque ſacramentis, inter manus earum, quas paulo ante diximus, ſpiritum reddidit piiſſimo Saluatori, quem toto pectore amauit.* Repoſita h eſt in ſanctarum albo B. Birgitta a Bonifacio IX. vt ſuo loco dicetur.

Sacramentis rite munitus.

h Ext.diploma in bull. in Bonif.IX

37.28 Migrauit etiam ad cæleſtem immortalitatem per id tempus B. Andreas Corſinus patria Florentinus epiſcopus Feſulanus, quem parentes pie Deiparæ virgini ſacrarant, excultuſque monaſticis inſtitutis apud Carmelitanos ſanctitate & miraculis efloruit: cuius geſta deſcripſit Petrus Andreas de Caſtaneis, ex quo ſanctiſſimi præſulis extremum vitæ actum repetemus b: *In nocte apparitionis Domini recumbens ſuper aſperrimum lectum ſuum fecit portare pſalterium; & cum adiutorio clericorum incepit vulde attente ſymbolum Athanaſij. Qui vult ſaluus eſſe, &c. & Credo Apoſtolorum. & Credo patrum.* Et *dictis ipſis ſymbolis, camera facta fuit ita luminoſa, ſicut ſi eſſet ſol in meridie: ita quod aſtantes non parum fuerunt admirati. Poſt autem ſpatium vnius hore cum erant omnes canonici & clerici ante ipſum, S. Andreas in aurora incepit dicere: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundum verbum tuum in pace; quo finito, anima ipſius a mortali corpore diuiſa eſt, & libere ad gloriam euolauit die ſupra dicta, ſexta videlicet Ianuarij, anno ſalutifera incarnationis* MCCCLXXIII. *Corpus autem eius ſuper ſtramina remanſit, ſed redolens ita, quod ex illo odore multi ex diuerſis infirmitatibus liberati ſunt.* Plura ſancti viri implorata ope patrata miracula recenſet auctor, quæ nobis indicaſſe ſufficerit. Inclaruit poſtea eius ſanctitas Eugenio IV. Romano Pontifice, cum Picininus Eccleſiæ hoſtis diuinitus profligatus fuiſſet: quare iuſſu Eugenij illius corpus omnis corruptionis expers repertum veneratioui piorum expoſitum fuit: deinde agente populo Florentino inſtituta eſt religioſa actio de vita & miraculis eiuſdem B. Andreæ, quæ a Clemente VIII. inſtaurata fuit, extractaque demum ad Vrbanum VIII. qui ſolemni ritu, quem ex publicis monumentis conſecratæ illius memoriæ deſcribit Ioannes Bollandus c, ſanctorum honores illi decreuit.

Eius corpus ſacrum odorem ſpirat. Claret miraculis.

Poſt diuturnum examen SS. catalogo apponitur.

b Petr.And. a Caſtaneis.ſ bibl.Vat apud Bolland. t.2.die 30. ian.

c Bolland.t.3 die 30. ian. in vita S.Andr.Corſini.

IESV CHRISTI
Annus 1374.

Indict.12.

GREGORII PP.XI. CAROLI IV.IMP.OCCID.29.
annus 4. IO:PALÆOLOGI IMP.OR.34.

1. &c. GRegorius Papa fulciendi orientalis imperij, ac veteris abolendi ſchiſmatis pio adductus ſtudio, cum Græci, quamuis reuerſo in eccleſiæ Romanæ ſinum Paleologo Imperatore, in veteribus ſordibus hærerent, pro redintegranda priſtina eccleſiarum coniunctione lectiſſimos religioſos viros in orientem legauit, & clerum populumque Conſtantinopolitanum ad inueteratum ſchiſma renouendum apoſtolicis literis excitauit d; inſtructique ſunt plurima auctoritate a Gregorio apoſtolici interuentij e, vt Conſtantinopolitanos & alios Græcos ad gremium eccleſiæ Romanæ redituros cenſuris ſolutos catholicorum numero aggregarent; atque orthodoxæ fidei formulam, ex qua a Græcis ſchiſma damnandum eſſet, præſcripſit: conceptam nimirum ijſdem verbis ac ſententijs atque illa, quam ab Vrbano f Paleologo Imperatori atque alias pluribus Imperatoribus, Regibus, ac populis, vt Armenijs, Perſis, Tartaris, Raſcijs,

Gregorius exquirit cauſas, cur nondũ Græci ad Romanam eccl.re dierint.

d Lib.4.epiſt cur.pag 40.

e An.4.epiſt cur.43.

f An.Chriſti 1369. an.2. &c.

Rascijs, Russis, propositam vidimus.

4. 5 Dum legationem hanc decernebat Gregorius, Palæologus Turcicæ potentiæ terrore consternatus fœdus cum Amurate iunxit indignum adeo, vt filius barbarum tanquam stipendiarius in bellicis aduersus Christianos expeditionibus sequeretur, vt refert Chalcondylas a. Missio autem Palæologus Philippo oratore, se apud Pontificem de gestis cum Turcis excusauit: cui Gregorius hæc rescripsit b.

a Leon. Chalcond. de reb. Turc. l. 1. Palæologus cum Turcis fœdus excusat.

b l. 4 ep. secr pag. 68.

Gregorius, &c. Nos aliter respondere non expedit, niti quod tibi in vtroque facto compatimur & etiam condolemus. Credimus, quod cum impij Turci fide careant, semper tecum & cum alijs Christianis infideliter agent: & cum circa tuum imperium suum dilatauerint potentatum, tua serenitas quasi in pugno conclusa eis tandem resistere non valebit. Ideoque tuam tuique populi salutem & preseruationem a dictorum Turcorum tyrannide aliter non videntes, niti per sinceram & firmam vnionem Latinorum & Græcorum (auctore Domino) faciendam, pro ipsa vnione tractanda nuper certos nostros nuntios ad imperialis sublimitatis presentiam duximus transmittendos, quos digneris benigne tractare ac fideliter expedire. *Dat. Anin. 11. 12. decembris anno 10.* Præduxerat hoc paucis ante annis Christus dominus B. Birgittæ, dum Ierosolymis versabatur; quod coram Cyprio Rege eiusque proceribus ab eadem sancta fœmina hisce verbis promulgatum est e Famagustæ vi. die octobris: *Sciant Græci, quod eorum imperium & regna sine dominio nunquam stabunt secura, neque in pace tranquilla, sed inimicis fuit semper subiecti eorum, a quibus semper sustinebunt grauissima damna, & miserias diuturnas, donec ipsi cum vera humilitate & charitate ecclesiæ & fidei Romanæ se deuote subiecerint, eiusdem ecclesiæ sacris constitutionibus & ritibus se totaliter conformando.* Repetit hoc oraculum Sanderus d in suo de visibili Ecclesiæ monarchia commentario.

Pontificis ad eum missa.

S. Brigittæ vaticinium de Græcorum ob schisma coercitione.

c Reuelat. S. Brigitt. lib. 7 c. 19.

d Sander. de visib. monarch. l. 7. n. 1045. Parat Pontifex classem ad arcendos transitu Hellespon Turcas.

6 Contundere Amuratis tyrannidem poterat Ludouicus Hungariæ & Poloniæ Rex, sed quem antea consilium de sacro bello in Turcas suscepisse vidimus, adeo in eo consilio inepuit, vt cum Pontifex classem in Hellespontum ad Turcas transitu ex Asia in Europam arcendos comparare communibus fœderatorum principum sumptibus statueret, ipsemet Ludouicus ad id fœdus accedere detrectarit e. Ex quo haud leuis coniectura accipitur tacitas illum cum eodem Pontifice simultates gerere cœpisse, cum sacerdotiorum decimas ad conficiendum Turcicum bellum deposcens a Gregorio, qui illas ad obeundum cum Bernabone bellum deriuare decreuerat, repulsam tulerit: dataque superiori anno Strigoniensi & Colocensi archiepiscopis atque episcopo Quinqueclesiensi tuissent mandata f, vt si Ludouicus Rex decimas Hungaricorum sacerdotiorum ad sedem Apostolicam transferri vetuisset, diplomata pontificia, quibus signa Hungarica in Turcas secuturis criminum venia & alia amplissima beneficia conferebantur, non diuulgarent. Perculsus vero stupore Gregorius, Ludouicum Regem ad Turcicam tyrannidem reprimendam mutato subito consilio tepefecere, ipsi præ oculis posuit g, infaustum impetu breui rem Christianam euersum iri, si Christiani vires ad eam sustentandam non suppeditarent.

e Leo l. 4 ep. secr pag. 61.

f l. 4 ep. secr pag. 63.

g l. 4 ep. secr pag. 55.

7 In tanta orientis consternatione Franciscus Catalusius Genuensis Mitylenes regulus vires suas in Turcas strenue exercebat: cui Pontifex Smyrnam Christianæ fidei in Asia propugnaculum commendauit h; quæ vrbs in magnum adducta erat discrimen i, cum præsidiariorum militum numerus admodum esset imminutus, ijque suis stipendijs defraudarentur: Turcæ autem cognito infelici rerum Christianarum statu, præsidiarios magna auri vi ostentata ad proditionem allicere non desinerent. Quibus acceptis Gregorius Rhodiorum equitum ordinem, vt illam aduersus barbaros defendendam susciperet, est adhortatus k. De Smyrnæ custodia tradita Roberto Iuliacensi Rhodiorum equitum magistro, qui functo vita Raymundo Berengario ad equestris illius ordinis præfecturam communibus votis, dum in occidente versabatur, vocatus fuerat, meminit Iacobus Botius l: tum etiam misit in occidentem ad Dominicum de Campofregoso Genuensium ducem Petrus Cypri Rex oratorem Theobaldum Beltaragum pro agitanda cum eo concordia; quem Pontifex duci alijsque Genuensibus enixe commendauit m. De pace demum Cyprios inter ac Genuenses feliciſſime contecta sequenti anno dicetur.

Smyrna in periculum adducta.

h Leo l. 4 ep. secr. pag. 64.

i Ib. pag. 57.

k An. 4. epist. cur. pag. 51.

l Bof. p. 2. l. 3 hist. Hier. Petrus Rex Genuenses de pace postulat.

m Pag. 75.

8. &c. Interea proferendæ apud orientales, superstitionum erroribus inuolutos, religionis Christianæ pio incitatus studio Gregorius Papa, viros religiosos, ac potissimum ex Dominicana familia, ad apostolicum illud munus obeundum delegit: cum ex ea olim prodijssent viri virtutibus conspicui, qui vt in literis ad Eliam supremum eius ordinis magistrum datis loquitur n: *Per gratiam Dei assisterem eisdem in partibus Armenia maioris multitudinem infidelium conuertentur ad dictam fidem, in qua vsque ad hæc tempora permanserunt, prout permanent de præsenti; in quibus etiam partibus idem fratres plantauerunt ordinem fratrum vniuersorum dicto tuo ordini subiectorum.* Vt vero felicius in rebus dubijs animarum salutem apostolici præcones promouerent, ea sunt muniti auctoritate, vt illis, de quibus iusta esset suspicio non esse baptismo initiatos, baptismum expressa conditione conferrent: ac similiter si verteretur in dubium an qui sacerdotes agebant vere sacris sacerdotalibus initiati forent.

Prædicatores in Armenia maiori fidem amplificat.

n An. 4. epist. cur. pag. 3.

14. &c. Hoc anno compertum o est Perusij Fraticellos sub Franciscani habitus larua immanem texisse fastum, atque in eam opinionem & dementiam venisse, vt ecclesiasticam hierarchiam inter suos tantum contineri putarent: inter quorum tenebrionum duos cum facta esset contentio: *Vnus alteri obijciebat*, inquit Vvaddingus, *nimiam præsumptionem, quod se tanquam Papam venerari & pro vero Papa coli vellet: ille vero huic insolentiam & sacrilegam temeritatem, quod sibi canonice electo nollet obtemperare.* Ex his confirmantur a nobis sæpius dicta, Fraticellos ex Petri Ioannis Olini delirijs somniasse, pontificalem dignitatem in ipsos vti euangelij obtentiam omnis dominij obtinuantissimos refusam: atque ob id crimen a Clemente VI. canonicæ severitati subijci iussos.

o Vvadding hoc ann. n. 22.

Fraticelli pseudopapá habuere.

In Insubria Bernabos cum ditionem pontificiam inuaderet, compressa est armis eius tyrannis: Vercellæ vna cum arce munitissima in ecclesiæ potestatem redactæ, hostisque obsidione liberatæ. Clauenna etiam in Nouocomensi diœcesi, repulsis Galeatij turmis p, Ossolenses q in Nouariensi, Vglenamentes r, Placentini s, & Papienses t, ad pontificias partes transfugerunt.

p An. Christi 1344 n. 8.

q Pag. 19.

r Ib. pag. 66.

s An. 4. epist. cur. pag. 4. n. Ibid.

19. &c. Hoc anno Fridericus Trinacriæ Rex temperatas a Gregorio, veluti supremo vtriusque Siciliæ principe initi fœderis inter ipsum & Ioannam leges, de quibus antea suo loco memorauimus, solemni ritu admisit, coram pontificio internuntio conceptam sacramenti fidei formulam nuncupauit, se & successores Trinacriæ Reges Romanorum Pontificum futuros clientes, imperatasque omnes a Gregorio pactiones sanctissime seruaturos processus: qua de re publi-

Fridericus Rex Trinacriæ initii cum Ioanna fœdus Sacramento confirmat.

publica monumenta ad secuturas ætates propaganda edidit a. Cuius iuramenti fidem seruarunt Aragonij, dum nimirum lucri illecebra eos irretitos tenuit: at Friderico eiusque filia sine liberis mortuis, eam turpiter violarunt, vt notat Cardinalis Baronius b. Quæ res vti contigerit suo loco dicetur.

a Rat. in arc S Ang. & inter coll. t. 3. p. 279. Violata a successoribus huius sacramenti fides.

b Bar. annal. tom. 11. ann. Chr. 1097. n. 114. Aragonius Tarraconâ ad ius regium revocat.

22 Interea opprimebat ecclesiarum iura Rex Aragonum, atque auctoritatem, quam archiepiscopus in Terraconam etiam tum obtinuerat, ad regiam revocabat c: quocirca Christi vicarius Romanum episcopum Ilerdensem d, qui gratia apud Regem florebat, solicitauit vt ipsum ab ijsdem iuribus vsurpandis abduceret, vtque cœptam inter Petrum Aragonum & Henricum Castellæ Reges pacem Guidonis Cardinalis interitu abruptam redintegrare conaretur. Flagitauit porro Henricus Castellæ Rex a Gregorio e, vt tam cum Aragonio, quam cum Carolo Nauarræ & Ferdinando Lusitaniæ Regibus sanctas pacis leges apostolica auctoritate confirmaret: cuius voris assensit Gregorius, atque etiam eiusdem precibus adductus nouam Hieronymitarum familiam quæ sanctioris vitæ lumina fundere cœperat confirmauit f.

c l. 4. ep. sect pag. 113. d Ib pag. 84 Pax Hispanica agitatur. e Pag. 168.

f Ead. l. 4. ep sect. p. 177.

23 Postremo prætereundum non est, Gregorium qui superioribus annis a S. Birgitta g pluribus cælitus acceptis oraculis monitus fuerat, vt Vrbi sedem Apostolicam restitueret, exceptis hoc anno populi Romani amplissimis oratoribus, pollicitum illam Romæ se restituturum, vt pontificiæ testantur literæ h, quibus ascripta est dies VI. id. martij. Idemque a se susceptum consilium Carolo Romanorum Imperatori, & alijs Regibus, ac principibus, præcipuisque Italiæ populis sub autumnum aperuit i, ab ineunte quidem pontificatu pio sedesiderio transferendæ in Vrbem sedis æstuasse, sed grauiores ob causas retardatum.

g Revelat. S. Birgit. lib. 4. cap. 139. 140 142. 143.

h l. 4. ep. sect pag. 19. Gregorius de sede Apost. Italiæ restituenda certiores facit Christianos principes.

i Ead. l. 4. ep. sect pag. 19.

Indict. 13.

IESV CHRISTI
Annus 1375.

GREGORII PP. XI. CAROLI IV. IMP. OCCID. 30. annus 5. IO: PALÆOLOGI IMP. OR. 35.

1 MIssi Constantinopolim apostolici nuncij, qui Constantinopolitanos ad summi in terris Christi vicarij obsequium pellicerent, clerum Græcum superiori anno ad theologicas concertationes prouocarant, in quibus schismaticorum errores illustribus adeo argumentis discussi sunt, vt plures calogeri ad orthodoxam fidem fuerint traducti: quæ felicia auspicia referente apud sedem Apostolicam Tauriensi episcopo, Gregorius Marraghaensi & Naochoanensi episcopis, cæterisque euangelij præconibus de tanta egregie Christo opera est gratulatus l.

Legati in Orientem missi. Plures schismatici ad his ad fidē conuersi

l. 5. ep. sect pag. 10.

2. &c. Explicuerat eloquentiam suam in hisce de Latinorum & Græcorum dogmate concertationibus cum superioribus nuntijs Ioannes Cantacuzenus, ac demum veritate victus, professus erat certissime se credere, Romanum Pontificem Petri successorem, supremum a Christo in vniuersas orbis ecclesias imperium accepisse, proque hoc dogmate fundere sanguinem paratissimum. Quo accepto Gregorius recreatus ingenti spe orientalis ecclesiæ Romanæ coniungendæ Cantacuzenum apostolicis literis adhortatus est m, vt damnaret schisma, & vniuersis Græcis, apud quos ob gestatum imperatorium diadema in summa existimatione erat, exemplo præluceret: quibus in literis de calogeris memorat, qui orthodoxam fidem damnato schismate erant amplexi, exagitatis a schismaticis; grauissimæque sunt Pontificis querelæ ad Ioannem Palæologum Imperatorem a effusæ, hæc ab ipso Romanæ ecclesiæ filio permitti: ac ni Græcos catholicos in dignitate pristina tueatur, fore vt pontificius ardor in parandis pro defendenda contra Turcas Constantinopoli auxilijs refrigesceret: tum monuit, vt ad illius custodiam diligentissime incumberet.

Cantacuzenus primatum Rom. ecclesiæ profitetur.

m Ib. pag. 4.

a Ead. l. 5. sect pag 5.

5 Explicuit pariter Gregorius in Emanuelem Imp. eratoris Palæologi filium atque imperij collegam, nondum Ecclesiæ aggregatum, paternum amorem, quo ipsius ac fratrum, tum parentis saluti & honori operam nauaret; atque auxilia ingentia contra Turcas est pollicitus. Cum vero Græcorum & Latinorum arctissima coniunctio perneccessaria esset ad dandam operam, vt fide æque atque armis sociarentur, illum est adhortatus b: De Emanuele meminit Laonicus Calchondylas c, quem thermis Macedoniæ, Thessalonicæ scilicet, imperitasse ait, ac Phetras e Turcarum tyrannide eripere insidijs meditarum: at, eo cognito, Amuratem furore accensum Charatinum ducem strenuissimum Thessalonicam cingere obsidione, ac non nisi Emanuele victo reuerti ad regiam Turcicam iussisse: cum itaque acceptis imperijs Charatines Thessalonicam extremi exitij terrore vrgeret, Emanuelem fugam ad patrem Palæologum tentasse; sed Turcici belli metu abscedere veritum Lesbon profugisse, deinde traiecisse in Asiam & Amuratis amicitiam pluribus officijs eblanditum, ac sub eo postea ad redigendos in seruitutem Turcicam Græcos stipendia meritum.

Emmanuel collega imperij cum patre.

b Ib pag 4. c Gl. lib. hist Turc. lib. 3. Pan. l. 1 c. 16.

Emmanuel frustra Pherras tē tat.

Profugit in Asiam.

6. &c. Ad liberandos eiusmodi seruitute Græcos Pontifex Ludouicum Hungariæ ac Poloniæ Regem solicitauit d, vt Græcorum auxilio cum exercitu accurreret: at ille momenti Christi vicario maximo rei Hungaricæ detrimento non est obsecutus: & licet antea ab Apostolica sede sacri belli in Turcas gerendi ducem creari, vt vidimus, postulasset, proque concione Christifideles propositis indulgentiarum præmijs ad accipiendum crucis symbolum impellendos curasset; cœptis tamen destiterat. Ad intermissam igitur expeditionem redintegrandam Hungarum Regem grauissimis de causis incitauit Pontifex e, Græcorum Imperatorem Amuratis vectigalem factum in extremum discrimen adductum, illique ab Apostolica sede oblata maritima auxilia: Constantinopolitanos, si congruis tuliantur auxilijs, Romanæ ecclesiæ se adhæsuros spopondisse: coniungeret itaque suas vires ad Turcas Europa ejiciendos; ita enim terra marique coarctatos facile debellatum iri.

Hungariæ Rex ad ferendā Græcis opem solicitatus.

d l. 5. ep. sect pag. 5. Ludouicus Rex in suscipiendo bello Turcico remissus.

e Ead. l. 5. ep. sect. pag. 61.

9. &c. Solicitato ita Ludouico, vt terra Amuratem aggrederetur, constituit Pontifex, vt quingenti equites Hospitalarij S. Ioannis Ierosolymitani succincti totidem scutatis militibus, armisque egregie instructi in Græciam traijcerent ad Græcos contra Turcicos impetus tutandos; qua de re encyclicis literis ad Hospitalarios Boemiæ, Galliæ, Nauarræ, Castellæ, Aquitaniæ, Angliæ, Lusitaniæ datis exposuit f miserandum orientalium rerum statum, insulas Ægæi maris subactas, euersum pene Græcorum imperium, Turcarum vectigalem Constantinopolim factam, Bulgariam & Seruiam quati, Armeniam Saracenis Turcisque cinctam. Ad restituendam itaque collabentem religionem illos intruere arma iussit, vt apperente anni huius sæculi septuagesimi septimi vere, mare traijcerent. Quingenti equites armis egregie instructi e Bohemia erant educendi, cum quibus ex varijs regnis plures alij coniungendi erant

Hospitalarij in Græciā contra Turcas iussi traijcere

f Ead. l. 5 epist sect pag. 46

erant ad conficiendum auxiliarem exercitum: quin etiam viris nobilibus munus iniunctũ vt Christianorum regna ac prouincias obirent, & coram episcopis ac præsulibus alijs in publicos commentarios eorum nomina, qui bello sacro nomen daturi essent, tum facultates huic expeditioni addicendas referrent, vt his omnibus exploratis sedes Apostolica optimum consilium expedire posset. Monuit etiam Francorum Anglorumque Reges vt arma in fidei Christianæ hostes uerterent, tantisque malis finem imponerent; sed veterum odiorum pertinacia eluſit pia studia Pontificis, in quem etiam humani generis hostis Florentinos concitauit.

Inquisitum de copiarũ numero & sumptibus qui ompa rari possũt

Florentini iras in Gregorium cõcipiunt.

13. &c. Adeptus is populus Pontificum Romanorum auspicijs libertatem, continuisque eorum studijs profectus, vt suis locis retulimus, cum iam dominarũ latius in Etruriam protulisset, ad ditionem ecclesiasticam inuadendam aspirare cœpit, & iniqua suspicione Gregorium perstrinxit, quasi Etruriæ dominatum affectaret: cumque Gregorius conspicuis argumentis nefariam opinionem conuulsisset, ac Florentini vetere maiorum instituto obsequium pollicitι essent, mox, abiecta illa amoris & obseruantiæ larua, apertas inimicitias cum Romana ecclesia exercuerunt: ditionem pontificiam euersuros se comminati sunt: tyrannidem exercuerunt in viros ecclesiasticos: Neroniana crudelitate religiosum virum terræ vinum inuisere, ac libertatis asserendæ specie clientes Ecclesiæ in rebellionem concitarunt submissis militaribus signis, in quibus libertatis dulce nomen fulgebat, copijsque suppeditatis in audacia illos confirmarunt.

Florentinorum crudelitas in monachum.

16 Quo tempore Fulginates in seditionem versos Pontificium præfectum Trincum nomine trucidasse, refert S. Antonius atque hæc miranda addit a: *In illo tempore in dicta ciuitate quidam sanctæ conuersationis nomine Thomasuccius habitum gerens tertij ordinis B. Francisci, vir vtique magnæ abstinentiæ ac mundi & sui contemptor, qui claruit spiritu prophetiæ; is, inquam, inter cætera pronuntiauit tempus mortis eius; nam cum ille dominus Trincia semel interrogasset de tempore vitæ suæ, sine curiositate cuiusquam seu derisione, cum communiter discretus spiritu prophetico futura praedicera, respondet ille: Tantum vives, quantum illa sera permanebit campana communitatis. Quod ita euenit, nam conuenti in mortem illius domini, cum signum dedissent ad tumultum suscitandum pulsatione illius campanæ, in principio pulsationis eius fracta est, & ille dominus tunc occisus. Fertur etiam de illo, quod ille dominus iratus contra eum, quia arguebat eum de excessibus suis, aliquando decreuit eum in ignem iactare: qua de re pro illo misit. At ille in spiritu praenoscens, quid contra eum tentaret, accessit Thomasuccius furtiuam vicinam, & ab ea petijt, vt primas ardentes ex furno poneret in chlamyde eius: quo facto ad multam instantiam eius, primas illas chlamyde sua clausas detulit coram illo domino, projicions eas ante ipsum in terram, illaesumine chlamyde ipsa, quasi diceret: Ecce ignis, si me vis comburere. Dominus autem exterritus tanto prodigio reuerstus est eum. Idem etiam prophetiam in scriptis dimisit in rhythmis vulgaribus, in qua satis aperte prophetauit excidia plurimarum ciuitatum Italiæ: quæ omnia reperiuntur impleta diuersis temporibus. Multa de eo audiui ab ijs, qui viderunt eum, & conuersationem eius nouerunt.* Hæc S. Antonius: Nunc ad alias res digredimur.

a Ant.3 p tit 22.c.1.§ 6. Thomas ei⁹ tertiarius prophetię donũ clarũ.

Ardentes primas sine noxa in ve ste gestat.

19 Perfecto fœdere inter Fridericum Trinacriæ Regem ac Ioannam Reginam Siciliæ, Gregorius Ioanni episcopo Sarlatensi Apostolicæ sedis internuntio prouinciam dedit b, vt Fridericum sacramento

De rebus Trinacriæ.

b Pag.117.

in Pontificis verba adactum solemni ritu regio diademate insigniret: qua de re etiam Fridericum ipsum certiorem fecit a.

a Pag.116.

20 Eodem tempore mutata a Gregorio est opera b, vt concordia fieret inter Petrum Aragonum & Henricum Castellæ Reges, quæ demum pridie Idus aprilis fuit confirmata c. Ad illam adductus est eo facilius Henricus, quo ad pietatem ob superiores bellorum motus in Castella collapsam in pristinum restituendam splendorem egregie affectum se ostendebat: cui Gregorius ea de re est gratulatus d.

b 1.3.ep.sup pag.75.

c Ib pag.172 173. Castellana inter & Aragonia pacta

d Marian l. 17.c.18.

21 Addictissimus porro idem Rex sedi Apostolicæ maximum dolorem præferebat, Gregorium in Italiam discessum ornare, cum ipse sacrum ad fidem propagandam bellum contra barbaros meditaretur, vbi primum sese bellis, quæ in Christianos gerebat, expedijsset: præter enim Aragonium bellum, cum Anglorum Regis filijs, qui Petri Crudelis Regis filias vxores duxerant, decertabat, existimabatque maximo emolumento sibi futuram Pontificis præsentiam, si Mauros armis aggrederetur. Cui Gregorius diuino se instinctu ad tuendam Apostolicam Vrbi restituendam agi, nec tamen Regi ipsi, si crucis signa attolleret in Christi hostes studijs omnibus auxilijsque se defuturum respondit e.

d 1.3.ep.sup pag.116.

Volet Castellæ Rex de Pontificis in Italiã necessit.

e Ead.l.3.ep sup.pag.123

22. &c. Nec minus ægre terebat Carolus Francorum Rex, Gregorium e Gallijs sacrosanctum solum traducere in Italiam. Cui ille grauissimas ob causas, tuendamque fidei dignitatem incitatum se ad petendam Vrbem, rescripsit f: *Nonnulla*, inquit, *cursa, statum Christianæ fidei ac Romanæ ecclesiæ sponsæ nostræ, terrarumque ipsius Ecclesiæ, & vtilitatem publicam concernentes nos vrgent quamplurimum, vt ad sacram Vrbem, in qua principaliter sedes nostra consistit, & partes vicinas eidem, quamcito commode fieri poterit, accedamus.* Verum profectionis tempus protractum est, cum hoc principes, qui a Francorum & Anglorum Regibus ad concipiendas pacis formulas remuntiati brugas conuenerant, precibus obtinuissent, vt facilior concordiæ via strueretur: decreuerant enim, si pontificiorum internuntiorum opera pacis leges inter Gallos & Anglos sancire non possent, ad pontificem se conferre vt concordiæ interpres & arbiter foret.

Cur extracta profectio.

f Ead.l.3.ep sup.pag.123 Querenti de eodem Gallo, quæ tatem rei exponit.

26. 27 Interea serpente latius in Delphinatu Valdensium hæresi, Gregorius confugit ad Carolum Francorum Regem, cui maiorum in hæreticis perdendis exempla proposuit g, vtque proceres Delphinatus a vera nobilitate degeneres, qui hæreticos suo patrocinio texerant, comprimeret: nec modo acerbioribus edictis, sed etiam misso aliquo regio administro orthodoxæ fidei censoribus auctoritatem conciliaret. Obsecutus est pontificijs voluntatibus Carolus Rex, ac more instituto; maiorum regio edicto meritis pœnis hæreticos affici, ac Delphinatus magistratus ijs, quibus sacræ inquisitionis agendæ prouincia data erat, opera & auxilio non deesse iussit h. internuntius apostolicus Antonius Massanus episcopus mutus suum adeo strenue gessit, vt carceres reos vix caperent, nec facultates ad eos sustentandos suppeterent: consultuq; rescriptit Gregorius, cum præsulum inertia tanta hæreticorum colluuies emersisset, ecclesiarum vectigalia eo deriuanda esse. Tum nouos & munitiores carceres Arelate, Ebredumi, Viennæ, & Auenione extrui iussit i, ac fidelibus qui stipem in id conferrent, præmia indulgentiarum est impertitus.

g Pag.29.& pag.30.

Valdenses hæretici in Delphinatu repressi.

h Pag.88.

Ecclesiastica vectigalia ad hæreticos in carcere sustentãdos deriuata.

i Pag.25.

In Sabaudia cum fidei censores Dominicanæ familiæ tuendæ religionis integritati, conturandisque hæreticorum erroribus operam darent in eum furorem nonnulli prorupere hæretici, vt illos

obtrun-

obtunicarint: quo accepto nuncio, Christi vicarius Amedeum comitem pio in impios ardore accendere
a l.9.ep.fer. pub.16. conatus est a, vt qui olim tuendæ fidei præclarissimum exemplum in debellandis Turcis, & Gallipoli ijs eripienda ostendisset, orthodoxorum præsulum sanguinem fundi pietatis odio impune non pateretur.

28. 29 Quo etiam tempore submouit pessimæ consuetudinis corruptelam, quæ in Gallijs atque alibi inoleuerat, ne scilicet reis extremo afficiendis supplicio pœnitentiæ sacramentum ministraretur, ac iudices vltra mortem sæuire, & necare cum corporibus animas verint; quo argumento apostolicæ ad
b l.5.ep.fer. pag.154. Francorum Regem datæ literæ b.

30 In Pannonia Ludouicus Rex libertati ecclesiasticæ infestus in eo erat, vt sui gratia ac voluntate omnes ecclesiasticas dignitates conferri ab sede Apostolica contenderet: cuius votis cum non assentiretur c Pontifex, pristini in Ecclesiam amoris ardor ob nonnullorum susurros in eo magis refrixit; quade re Gregorius x. kal. augusti apud Elisabeth Reginam questus est, cum Ludouicum admonuit: *Tua*, inquit, *discreta deuotio diligenter attendere, & est decens & expediens vniuersali Ecclesiæ, quod omnia prælaturæ, dignitates, & beneficia, in quibus dicta sedes meram & plenam a Deo potestatem obtinet, ad beneplacitum principum & aliorum dominantium concedantur. Hæc enim non catholici Reges, sed tyranni faciunt, quorum exemplum detestabile & damnabile ipsi Regi per aliquos detestabiles Reges, vt audiuimus allegatur, &c. Dat. Auen. vj. id. decembris anno v.*

c ib.pag.40. d ib pag.32. Ecclesiastica munera ad principum vagas voluntates non conspicienda.

31 Auxit anno extremo Gregorius Cardinalium numerum, quos vitæ eiusdem Gregorij auctor his verbis recenset d: *Anno*, inquit, *MCCCLXXV. die vigesima mensis decembris, qua fuit iouis, * feria secunda quatuor temporum, dictus Gregorius Papa XI. creauit nouas Cardinales, videlicet octo presbyteros & vnum diaconum: presbyteri vero fuerunt dominus Petrus Iudicis diœcesis Lemouicensis monachus ordinis S. Benedicti, tunc archiepiscopus Rothomagensis, consanguineus germanus ipsius Papæ; dominus Simon de * Brosano Italicus, tunc archiepiscopus Mediolanensis referendarius ipsius Papæ: dominus Hugo de * Montelegum Brito, tunc episcopus Briocensis: dominus Guido de * Malesco diœcesis Tullensis, tunc episcopus Pictauiensis, consanguineus & referendarius ipsius Papæ: dominus Ioannes de Grangia diœcesis Lugdunensis monachus ordinis S. Benedicti, tunc episcopus Ambianensis: dominus Petrus de Sortenaco Cadurcensis tunc episcopus Ysarensis: dominus Geraldus de Podio, tunc abbas maioris monasterij consanguineus ipsius Papæ, & vocatus suus in Perusio: & dominus Ioannes de Buxeria Burgundus tunc abbas Cisterciensis. Diaconus vero fuit dominus Petrus de Luna Aragonius decretorum doctor prepositus Valentinus. Et hic attendendum, quod ista creatio non fuit facta die veneris, secundum quod fieri alias consuetum: & hoc ideo, quia illa die fuit festum B. Thomæ Apostoli, qua die non fuit tenendum consistorium. Fuit etiam prorogata dicta creationis publicatio vsque ad diem sabbathi subsequentem propter dictum festum, cum tamen alias in crastinum ipsius fieri debuisset.* Vbi accepit S. Catharina virgo Senensis nouos a Gregorio Cardinales esse creandos, diuino instinctu afflata, eum monuit e vt viros virtutum omnium genere excultissimos ea dignitate insigniendos: secus enim magno dominatus opprobrio Ecclesiæque exitio futuros. Et quidem ex ijs plerique schismati conflando operam dedere: flagitioque præcelluit Petrus de Luna, qui arrepto Benedicti XIII. nomine Ecclesiam Dei diu vexauit.

d Gesta Greg.XI. apud Bo. Cardinales creati a Gregorio.
* non
* al. Beyssen
* al. Mont legum
* al. Malesisco

S.Catharinæ ad Greg. de his vaticinium.
e Epist. ad Greg.XI.

IESV CHRISTI annus 1376. Indict.11.

GREGORII PP.V. CAROLI IV.Imp.OCCID.31. annus 6. IO:PALÆOLOGI Imp.OR.36.

1. &c. HOc anno Gregorius tertia februarij die eos, qui Florentinæ reipublicæ habenas ab excurrente iunio moderati erant, postulauit iudicio, vtque peruersè tentata rescinderent, illaraque Ecclesiæ sarcirent damna, interrato grauiorum pœnarum terrore, edixit. Tum addita fuere imperia, vt pridie kal. aprilis ad dicendam causam apud subsellia apostolica se sisterent. Qua die constituta postea recurrente, cum Florentini magistratus inanibus fucis crimen colorarent, illos seruato iudiciorum ordine, damnauit a: vtque alienarum opum cupidum populum, ad officium reuocaret, Florentinorum fortunas diripientium audaciæ, & corpora seruituti subiecit, vt eiusdem Pontificis vitæ auctor enarrat, pontificiæ sententiæ præcipua capita paucis complexus: qui etiam retert illata grauiora Florentinis damna, atque e pluribus locis spoliatos bonis fugam arripere coactos: & Vvalsinghamus testatur b, mercatores Florentinos in Anglia redactos fuisse in seruitutem, eorumque bona fisco addicta: hisque malis perculsos Florentinos ad redintegrandam cum Pontifice pacem Catharinam Senensem sanctitate clarissimam misisse: quamuis postea Florentiæ magistratus & Pontifici & S. Catharinæ illuserint, vt refert S. Antoninus c, ex vita eiusdem Catharinæ a Raymundo Capuano Dominicanæ familiæ supremo magistro conscripta. Questa est grauissimis literis S. Catharina d apud Florentinos, ipsos ecclesiasticas opes inuasisse, ac obtrita religione caducas res tantum sectari.

Florentini postulati in ius vocat.
a An.6.p.1.
b Walsingh. hist.Angl.
c An.3.p.tit. 23.c.14.§. 10.ex B.Raymundo Capuano.
Florentini concordiæ adhibent interpretē S.Catharinam.
De hac quæsita est virgo sancta.
d S.Catharin. ep.202.

8 Cum vero leges spernerent Ecclesiæ perduelles, vim armorum coniunxisse Pontifici refert auctor: creauit nimirum duos Cardinales legatos, Franciscum e scilicet tit. S. Sabinæ, quem Vrbi, Sabinæ, Campaniæ, Maritimæ, Patrimonio B. Petri in Tuscia, ducatui Spoletano, nonnullisque vrbibus insignibus cum multa auctoritate præfecit; ac Robertum Basilicæ XII. Apostolorum presbyterum, cui Flaminiæ, Piceni, aliarumque prouinciarum administrationem demandauit f, præcipique vt Ecclesiæ hostes bello persequeretur: tum instruxit auctoritate, vt pacem cum Vicecomitibus Mediolanensibus redintegraret. Quæ vero ab eo gesta sint, narrat Gregorij vitæ scriptor, nimirum pacem cum Bernabone pepigisse, atque eos, qui excusso tyrannidis iugo in Ecclesiæ clientelam se receperant, hosti prodidisse: perduelles vero, qui Florentinorum viribus nitebantur, ad æquas concordiæ leges adducere non potuisse.

Creati duo Cardin. legati in Italia.
e Ann.6.epist. cur. b. ad 26.
f An.6.p.1.ep. diuers. form. pag.11.

9 Recenset accuratius Roberti res gestas S. Antoninus g, vtque Bononiam varijs artibus in fidem ac potestatem Ecclesiæ reuocare frustra tentarit. Tum illum in crimen vocat, permisisse vt tres Britones cum totidem Bononiensibus singulari certamine equestri concurrerent: *Cum duellum*, inquit, *sit prohibitum lege non solum canonica, sed etiam diuina, quia hoc est Deum tentare, vt dicitur 3. q. 7. Monomachiam, non catholice nec iuste legatus permisit ipsum duellum, & præsens adfuit.* Addit Gallos in ea pugna succubuisse Italis: ac Robertum cum perduelles nec mulcere verbis nec armis potuisset frangere, Cæsenam se recepisse, ac licentiæ frænam militi adeo laxasse, vt Cæsenates atrocissimis iniurijs a Britonibus sibi illatis lacessiti, captis armis, obtin-

Robertus Gebennen. postea anti papa pacē cum Vicecom. init.
g Leon.Ost. Anton.3.p. tit.22.§ 1-3. 4. Leon. & Ost.l.3.
Impie monomachiæ permittit.

Britonum ira in Cæsenates.

octingentos Britones obtruncarint. Vt vero Robertus verborum lenociniis ciuilem tumultum compescuerit, ac deinde insigni crudelitate excitis Anglis Cæsenates nullo ætatis sexusue discrimine ferro conciderit, describit sanctus auctor, tum subdit. *Si legatus ad hos illos induxit, vt dicitur, cum tamen sub iureiurando promisisset Cæsenatibus securitatem, vt deponerent arma; ne dum prælatum ecclesiasticum, vires tenentem vicarij Iesu Christi, sed Herodem & Neronem dedecuisset tam sæuissima scelestaque vindicta.* Hæc fuere Roberti egregia illa facinora, quæ postea Cardinales apostatas ad virum sanguinarium, promptumq; ad omne scelus, creandum antipapam impolito mendacium Clementis illi nomine, permouerunt.

10. 11 Adducta porro in discrimen ob Gallorum præfectorum intemperantiam a absentiamque diutinam Pontificum ditione ecclesiastica, Gregorius tum officij religione, tum monitis S. Catharinæ, tum crebris Italorum literis impulsus ad sedem Apostolicam Vrbi restituendam animum confirmauit, cum maxima affulgeret spes, superiores tumultus facile sedatum iri de cuius aduentu hæc grauiter scripsit Petrarcha c: *Vnum his, pari fide ac simplicitate subuectam, non oportuisse, nec oportere pontificem Romanum armata manu Romã petere: tutiorem illum facit auctoritas quam gladij, sanctius quam lorica. Arma sacerdotum sunt orationes, lachryma, & ieunia, & virtutes, & boni mores, & abstinentia, castitas, humanitas, mansuetudo animum & verborum. Quid signis militaribus opus est? Satis esset crux Christi: illam solam timent dæmones, homines venerentur. Quid buccinis? sufficit alleluia.* Senserat Petrarcha cum alijs, qui diuino instinctu acti pronuntiabant, peruiles ad officium mox redituros, si Pontifex sacra potius quam humana maiestate formidandus accessisset: quo argumento S. Catharina epistolam grauissimis refertam sententijs ad Gregorium dedit. Sed cum ipse Robertum Cardinalem Gebennensem carnificis quam legati apostolici munere dignorem præmisisset, in se Italorum animos efferauit d. Interea Romani se suaque (vt par erat) solemni pactione Gregorio die xxi. decembris detulerunt; qua de re vetera monumenta extant e.

12 Properabat tum Romam Gregorius: cuius itinerarium f describit filius Petrus Amelius Aletensis episcopus Senogalliæ Augustinianus; quodque Gregorij vitæ auctor ita mandauit historiæ g: *In die decimatertia mensis septembris de Auenione recessit, iter sursum arripiendo versus partes memoratas cum dominis Cardinalibus sex tantummodo exceptis, qui Auenione remanserant; intrauitque mare in Massilia, vbi inuenit galeas & nauigia ad sufficientiam pro se & concomitantibus eum: & abinde progressus est, dictum sumum iter prosequendo: in quo multas turbationes habuit, ac pericula plurima incurrit propter mare & temporis indispositionem, quæ quasi continue duranit donec applicuit in Corneto, vbi tenuit festum nativitatis Domini, & subsequentia festa.* De eius in Vrbem ingressu dicetur anno sequenti: nunc ad Romani imperij res digrediamur.

13. &c. Propagandi illius in posteros desiderio Carolus ductus repetitis cõtendit precibus h, vt comitia de subrogando contra fas successore Vvenceslao filio celebrarentur. Assensit futurorum inscius Gregorius Carolo non paterno studio, sed auertendi discriminis belli ciuilis cura ad id duci præseterens; deligendique imperij successoris facultatem contulit i. Impetrata itaque facultate pontificia, Imperator Spiritui sancto linguis igneis in Apostolos deuoluto die sacro Francofurtum vna cum principibus electoribus conuenit, ipsosque ad Vvenceslaum filium creandum Regem Romanorum pellexit. Cuius electionis celebratæ seriem significauit Pontifici, rogauitque vt illam apostolica auctoritate confirmaret. Adiunxit amplissimos oratores Vvenceslaus, qui supplices a Pontifice deposcerent imperatoriæ inunctionis & coronæ munus, fideique sacramentum veteri more institutoque maiorum sedi Apostolicæ regio nomine præstarent: de quibus literæ extãt: easdemq; preces repetijt anno proximo. Verum extracta res est a Gregorio, cum Vvenceslaus vitio creatus esset Romanorum Rex. Qua de re hæc refert Æneas Siluius b: *Illud nomini suo non parum insserit maculam, quod Vvenceslaum ex filijs suis natu maiorem in imperio sibi successorem adhuc viuens ordinare conatus est. idque perunia: nam cum principes electores haud facile ad eam rem trahi possent, quod virtute obtinere non potuit, pretio comparauit, promisit cuique electori centum millibus aureis; quas cum repræsentare non posset, publica illis Romana reipublicæ vectigalia obligauit, perpetuum imperij malum. Hanc Romana potestas ad nihilum redacta, nec posthac attollere caput imperium potuit, cum principes electores omnia sibi retinerent, Imperatoremque iureiurando adigerent, ne pignora reuocaret.*

a Leon. Aret. l. 8.

b Ant. 3. p. tit 23. c. 14. §. 16

c Gesta Gregor XI. apud Bosq. Quis in Italiam Pontificis redit° esse opportuerit.

d Leon. Aret. hist. Flor. l. 8 & ex eo S. Antonin. sup t. 4.

e apud Vrb VI. 1 a pag. 260.

f Ext. apud Mosson. l. 6.

g Gesta Gregor. XI. apud Bosq. Gregorium Italiam reditus.

Cæsarea thalia pro filio ad imperium euehendo.

h Extat eius lit. aur. 5 Aug. & in lib. prim. Rom. eccl. 2 p. 186. & inter coll. Stat. 19. 3 p. 278 & in var. f. lib. Pall. sign. lit. B. n. 12 pag. 147.

i Ann. 6. p. 2 ep. diuers. form. pag. 289. Francofurtensia comitia.

IESV CHRISTI annus 1377.

Indict. 15.

GREGORII PP. XI. annus 7. CAROLI IV. IMP. OCCID. 32. IO: PALÆOLOGI IMP. OR. 37.

1. 2 RESTITUTA Vrbi sede Apostolica, quæ in Gallijs vno & septuaginta annis & eo amplius (si anni a creatione Clementis V. intermisso eo exiguo tempore, quo Vrbanus V. egit in Italia, numerentur) exularat, exultauit Italia: Gregorius enim decimatertia ianuarij die Corneto soluens, tranquillo mari Ostiam delatus, indeque per tyberis alueum decimaseptima eiusdem mensis die Romæ exceptus est, magistratibus omnibus ac promiscuo populo & clero obuiam effusis: cuius in Vrbem aduentus celebritatem, ingressusque pompam triumphalem describit c episcopus Senogalliæ, qui Gregorium comitabatur, obseruatque die decimaseptima ianuarij peruigilio cathedræ S. Petri sacro cathedram Vrbi redditam. Confirmat Gregorij vitæ scriptor d illum a Romanis magnifice exceptum; verum paulo post eorum refrixisse studia, atque nonnullos in Patrimonio B. Petri, signifero Francisco de Vico Viterbij tyranno, rebellionem fecisse: deinvero redijsse ad officium, ac mense nouembri obedientiam Pontifici præstitisse.

Gregorij in Vrbem aduentus.

c Petr. Amel apud Maffeium de Rom. Pont. l. 6. & Ciacc. in Greg. XI.

Excitatæ nonnullæ turbæ.

d Gesta Gregor. XI. apud Bosq.

Vt intestinos hosce motus facilius sedaret Pontifex, externa bella tollere, ac Florentinos in concordiam cum Ecclesia redigere est conatus: verum ij in contumaciam prolapsi sacrorum iustitium, spreta apostolica auctoritate, violare & sacerdotes ad rem diuinam profanandam cogere non perhorruerunt. Ad irritum etiam cecidere S. Catharinæ labores, vt Florentinos ad resipiscendum induceret: qui eo etiam furoris prorupere, vt ferrum virgineo illius sanguine cruentassent, nisi Deus eorum impetus repressisset; de quibus hæc tradit Raymundus Capuanus e.

Interdicti a Florentinis violati

e Raymund. Capuan l. 3. vit S. Cath. c. 17.

3 *Fit conturbatio in ciuitate, & in eo turbine plures innocentes passi sunt iniurias & nocumenta, & qui pacem optabant exulare coacti sunt: inter quos sacra virgo, quæ pacis causa tantummodo venerat, per iniquos aliquos computata fuit, & inter alios descripta; ita quod publice quidam de incredula plebe inclamabant,* dicen-

Furor in B. Catharinã versus.

dicentes : Capiamus & comburamus illam nequissimam mulierem, aut gladio eam trucidemus. Huius rei fama diuulgata, bi quorum domus inhabitabat cum suis licentiauerunt eam, timentes sibi, ne domus eorum propter huiusmodi comburerentur a populi furore. At illa conscientia innocentiæ suæ nullo modo permota a mentis suæ constantia, subridens & socios confortans, accessit ad locum, vbi erat hortus: & ea ibi orante, ecce satellites satbanæ cum gladijs & fustibus aduenientes tumultuabant, clamantes & dicentes: Vbi est illa mala mulier? Quod illa percipiens, ad martyrium auida, ut si ad conuiuium vocaretur, occurrit eis; & vni eorum, qui gladio euaginato fortius ceteris clamabat, dicens: Vbi est ista Catharina? læta facie genuflexit & dixit. Ego sum Catharina: fac in me, quod tibi permiserit Deus. Sed ex parte Dei tibi præcipio, quod nullum ex meis ledas. His verbis prolatis, ita confortatus est ille nequam, vt iterque perdidit vires, quod nec percutere poterat, nec coram præsentia eius stare audebat: & qui tam ferociter eam quæsierat, postquam inuenerat expellebat eam a se, dicens: Recede a me. At illa, martyrium sitiens, respondit: Ego bene sto: Quo debeo modo ire? Parata sum pro Christo & Ecclesia sua pati: hoc diu desiderauit. Nunquid debeo modo fugere, cum reperi quod optabam? Abscessit ille confusus cum socijs, alia lasione ei non facta. Quo facto, circumdederunt eam filij sui & filiæ spirituales, congratulantes de euasione eius, de qua plurimum tristabatur, quod martyrio digna non fuerat. Cum autem sui hortarentur eam Senas redire, eis non acquieuit, dicens se de territorio illo non posse discedere, quousque pax pactizata foret inter patrem & filios, quia sic habuerat a Domino in mandatis.

Insignis eiusdem constantia

Vvicleffus hæresiarcha grassari incipit.

4 5 Dum S.Catharina mortem pro tuenda sedis Apostolicæ dignitate triumpho ducebat, Vviccleffus parochus in Anglia ad eam comellendam, ecclesiasticumque ordinem euertendum, fremens ira, quod ad summos honores ascendere non potuisset, instinctu diabolico tetrissimas hæreses ex Berengario, Vvaldensibus, Marsilio, Ianduno, Michaele Cesenate, & Fraticellis haustas, nouarumque adiectione confarcinatas disseminare, ac simplices subornare cœpit. Ad cuius reprimendam impietatem Gregorius Cantuariensi archiepiscopo & episcopo Londinensi præcepit [a], vt in eum legibus agerent: qui cum comparuisset in iudicio erroneas vel hæreticas suas propositiones plurima arte in molliorem sensum detorsit. Sed vir impius veteres Berengarij, Vvaldensium, & Albigensium hæreses ab interis mox excitauit: asciuitque sibi socios hypocritas, qui eas impune diuulgarunt, cum nimirum potentiorum, quibus propinato aureo calice Babylonis gratissimi erant, auctoritate niterentur: *Hi*, inquit Vvalsinghamus [b], *inter cætera ista quidem tenuerunt ad vnguem, videlicet quod Eucharistia in altari post sacramentum non est verum corpus Christi, sed eius figura. Item quod ecclesia Romana non est caput omnium ecclesiarum plus quam vna alia ecclesia: nec maior potestas per Christum data fuit Petro, quam cuilibet alteri Apostolo. Item quod Papa Romanus non habet maiorem potestatem in clauibus Ecclesiæ, quam quicunque alius in ordine sacerdotij constitutus. Item quod si Dominus est, domini temporales possint legitime ac meritorie auferre bona fortuna ab Ecclesia delinquente. Item si dominus temporalis nouerit Ecclesiam delinquentem, tenetur sub pena damnationis eius ab ea temporalia auferre.* Hæc maxima fuit ad hæresim propagandam illecebra. Obseruandum porro est, impium hæresiarcham furere primum cœpisse in ordinem ecclesiasticum, a quo exambitos honores referre non potuerat: atque vbi sacramenta destruere nisus esset, blasphemijs diuinitatis omnipotentiam adortum, tandem idololatriam & atheismum inducere pertentasse. Quo tanto anxe-

[a] Ex.apud Vvalsing.in Ricch.II.

[b] Id. in Edmar.III. Eius hæreses contra Eucharistiã Et primatũ Rom. eccl.

Et ius eccle siasticum.

Annal.Eccl.

signano nostri temporis nouatores gloriantur, quamuis non admittant execrandas hasce Vvicleffi blasphemias a: *Deus nihil potest annihilare, nec mundum maiorare nec minorare; sed animas vsque ad certum numerum creare & non vltra. Omnia de necessitate absoluta eueniunt. Qualibet creatura est Deus. Quodlibet est Deus. Deus debet obedire diabolo.* Ex quibus patet Vvicleffum furijs infernalibus agitatum fuisse. Damnati sunt primo illius errores [b] a Gregorio Papa, deinde a Londinensi concilio e prouinciali, cui Thomas archiepiscopus Cantuariensis præfuit; ac demum in synodo [c] Constantiensi, qua de re alibi agemus.

[a] Horrenda Vvicleffi blasphemiæ *Ex Ioan. de caulegarticular. Io. Vvicleffi.*

[b] Vvalsin. in Eduar. III. [c] Vvillelm. Vvidefor. aduers. Io. Vvicleff. Acta Constant. synodi. Damnatio Vvicleffi libertate.

6 Cæterum Eduardo Regi Angliæ crimini vertitur, Vvicclessum dissimulando prouexisse: qui etiam in alijs veteres laudes labefactauit, atque Aliciam Peresiam scortum impudentissimum in extremo senio infirmaque valetudine fouerit, salutisque inani spe deceptus prius vocis vsum amisit, quam vocali exhomologesi crimina potuerit expiare, vt narrat Vvalsinghamus: *Cum*, inquit, *cerneret vocem ademptam Regi, & oculorum acies hebetari, caloremque naturalem extremitates relinquere, mox inuerecunda pellex detraxit annulos a suis digitis, & recessit. Solus tunc quidam sacerdos assidebat Regi moribundo, ceteris circa rerum intentis direptionem: qui ei, eo quod loqui non poterat, nec confessionem ordinatus facere, persuasit vt veniam peteret pro commissis, offerens sibi crucis imaginem, quam dedit in manus eius. Rex autem cum reuerentia summa illam accipiens osculabatur deuotissime.* Quid miserum Regem iuuit, tot gessisse prælia pro Gallica corona adipiscenda, immortalitatis vero & cœlestis coronæ adipiscendæ curas ad extrema fugientis vitæ suspiria extraxisse? Reliquit filios tres superstites Ioannem Lanclastriæ, Edmundum Cantabrigiæ, & Thomam Glocestriæ duces, quorum nullus sceptro successit: sed ex Eduardo Vvalliæ & Aquitaniæ maiore natu filio, qui iam ante decesserat, nepos e Richardus vndecimus, qui die XVI Iulij apud Vvestmonasterium regijs insignibus est redimitus: creuisse autem Richardi segnitie in Anglia hæresim, tandemque solio illum deiectum, visuri sumus.

Eius mors miseranda.

Succedit filius ex primogenito nepos.

[e] Vvalsin. in Eduar. III. Zos. Greg. XI apud Bosq. & alij.

7 Eodem ferme tempore, diem etiam extremum obijsse tradunt Fridericum Trinacriæ Regem Mariæ filia tantum superstite; proinde Petrum Aragonium regnum exambire cœpisse, legatis ea de causa ad Gregorium missis: Pontificem eius cupidinem retregisse, ac fœminas, allato etiam Constantiæ Reginæ exemplo, posse succedere respondisse; negauisseque Mariam sceptro a se deiectum iri. Hæc pluribus Surita [f], alijque.

Friderici Trinacriæ Regis mors.

[f] Sur. in d. l. 3

Postremo, quod ad Gregorium Papam attinet, refert eius vitæ auctor, ob egregiũ quo erat delibutus, pietatis sensum in recolenda Domini passione, & obseruantiam in Deiparam illum hæc sanxisse: *Primo quod in posterum fieret officium integrum, quod super hoc fecit solemniter ordinari, de inuentione & exaltatione sanctæ crucis diebus, quibus occurreret: cum per prius in matutinis non dicerentur pro earum qualibet dominicas nisi tres vltimæ lectiones. & alia sex de certis sanctis, quorum festiuitates dictis occurrerent diebus. Secundo quod natiuitas B. Mariæ virginis haberet vigiliam cum ieiunio, pro qua etiam officium proprium missa ordinauit cum tamen per prius nec esset de illa ieiunium, nec missa de vigilia huiusmodi cantaretur.*

Officium S. Crucis institutum a Gregorio

Indict.1.

IESV CHRISTI
annus 1378.

GREGORII PP.XI. CAROLI IV.IMP.OCCID.33. annus 8. Io:PALÆOLOGI IMP.OR.38.

Auenionē redire cogitat Gregor.

1. 2 HAbiti sunt Lucæ solemnes oratorum conuentus pro reducendis in concordiam cum Pontifice Florentinis: interea que cum Gregorius recessus Auinionenses Cardinalium Gallorum precibus flexus meditaretur [a], arcano Numinis diuini consilio, ne Roma sedis Apostolicæ fastigio beneficioque careret, vt pij viri interpretati sunt, implicitus est morbo grauiore, quo omnia remediorum genera respuente, de successore solicitus fuit, vt Cardinales non expectatis absentibus Pontificem deligere possent, atque in Vrbe vel extra Vrbem conclaue designarent, & quem maior Cardinalium pars renuntiasset Pontificem, illequamuis reliqua repugnante, vt iustus Pontifex coleretur esset. Id autem decreuit, vt periculis occurreret, quæ ex diuturno interpontificio ob impendentia bella videbantur emersura. Tum hæc addicit grauissima oracula; *Fraudibus Cardinalium conscientias de eligendo bono pastore onerantes, & ipsos obsecrantes per viscera misericordiæ Dei nostri, ipsisque nihilominus iniungentes districtius & sub pœnis inris, quod in præmissis pure, simpliciter, absque omni fraude, ac celeriter quantum poterunt secundum Deum & eorum conscientias procedere non postponant, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum XIV. kal. aprilis, pontificatus nostri anno VIII.*

[a] tom.2. de schism. in.f. archiu. Vat. pag.64.

Monitum de idoneo ad pontificium apicem eligendo.

3 Superstes deinde paucis diebus vitæ extitit Gregorius, vertisque ad salutem animæ curis, Ecclesiæ sacramentis rite munitus pio obijt, vt narrat gestorum eius scriptor: *Deuote*, inquit, *receptis ecclesiasticis sacramentis cum magna cordis contritione, prout Domino placuit, die XXVII. mensis martij anni prædicti LXXVIII. in pace quæuit.* Addit auctor post obitum eius pacem inter Florentinos atque Ecclesiam fuisse compositam; postremo hæc de eo subijcit: *Ipse multum dilexit suos, præsertim patrem, fratres, & nepotes & alios de domo & genere suis prodeuntes, quos licet denuo non exaltauerit, cum per prius per patruum suum Clementem Papam VI. sublimati fuissent, tamen ipsos in suo statu huiusmodi conseruauit secumque tenuit, ac eorum consilio & instigatione multa fecit, præsertim in promotionibus nonnullorum, quibus suffitientiores in moribus & scientia forsitan reperiri potuissent. Fuit tamen alias multum virtuosus, Deo & B. Mariæ virgini singulariter deuotus, quibus preces assiduas quasi die cum magnis feruore & intentione effundebat. Fuit insuper pauperum & afflictorum pius sustentator, consolator, & largissimus benefactor. Dilexit etiam singulariter viros literatos, multosque ex ipsis suo tempore promouit & exaltauit quandiu Ecclesiæ præfuit.* Quod ad fedis tempus attinet, cum ipsemet testetur [b] penultima die decembris, vndecimis nimirum anni MCCCLXX. Pontificem se creatum fuisse, vigesima autem septima martij huius anni obijsse referant auctores, illum annis septem mensibus tribus, demptis vno & altero diebus, pontificatum tenuisse dicendum est. Cæterum religio ex illius morte damnum ingens passa est, cum hæresiarcham Ioannem Vvicleffum apostolica solicitudine comprimere cœpisset, eumque in ius vocasset: *Cuius obitus*, inquit Vvalsinghamus [c], *non modicum fideles contristauit; sed in fide fortes ipsum Ioannem & ipsius sectas animauit.*

Sacramentis rite munitus obit Gregor.

Illius virtutes.

[b] l.6.ep.ult. pag.47.

[c] Tho Vvalsingh. in Ricb.II.

Tom.XVII

VRBANVS PAPA VI.

1. 2 AGendum nunc est de Vrbani VI. electione, deque luctuoso & exitiali schismate, quod illam est consecutum. Clarissimorum virorum testimonijs constat Cardinales Gallos in contrarias factiones, prius quam conclaue ingrederentur, discissos fuisse, adeo vt ante Gregorij XI. obitum ij qui patria erant Lemouicenses omni studio niterentur genus suæ, postremis Pontificibus nobilitatæ, dignitatem nouo Lemouicensi Pontifice augere; alij vero ex alijs Galliarum prouincijs oriundi ægerrimo ferrent tandiu Lemouicenses imperasse, atq; ad Italum potius, si partium suarum studiosum ad sacrum solium euehere non possent, renuntiandum aspirarent: cuius factionis signifer erat Robertus Gebennensis (qui postea antipapatum arripuit) vt testatur Marinus archiepiscopus Brundusinus [a], qui hoc tempore Cauallicensis erat episcopus, atque Roberti familiaris, omniumque arcanorum particeps: *Quidam vere*, inquiunt acta publica, *post obitum sanctæ memoriæ domini Gregorij, olim Cardinalis Gebennensis nunc antipapa, habita collatione in camera parmenti sita extra hospitium suum in sancta Maria Transtyberim, in quo tunc idem Cardinalis habitabat, dictus tunc testis Cassanensis episcopus habens colloquium causa collationis cum eodem olim Cardinale, perquirendo quem crederet futurum Papam, an Lemouicensem, seu de natione Lemouicensi. Qui Cardinalis sub breuiloquio respondit: Nunquam isti traditores Lemouicenses erunt tantum potentes, quin pro ista vice nos habebimus Italicum Papam: quia licet non possumus facere Papam, tamen possumus impedire, ne illi Lemouicenses obtinebunt eorum optatum: nam habeo plures voces Cardinalium contrarium mecum, quam habebunt Lemouicenses; & accipiens breuiarium suum in manibus suis iurauit: Per hæc sancta Dei euangelia nunquam habebimus alium Papam, nisi archiepiscopum Barensem, aut alium, quem ad præsens nolo tibi publicare, & pluribus vicibus infra nouenas dicti sanctæ memoriæ domini Gregorij quoties equitabat ad visitandum dictos Cardinales confirmabat idem, vt prædicitur.* Nonnullisque in eandem sententiam interiectis: *Cum Cardinales intrauerunt conclaue, & quærendo dictus episcopus prælibatum Gebennensem sunm dominum associauit, & præfatus episcopus incipiens ab inde recedere, & accipiens licentiam ab eodem domino suo & aliis Cardinalibus, vt moris est, memoratus dominus Cardinalis Gebennensis vocauit ad se dictum episcopum, & retulit sibi secrete de supradicto domino Barensi, ostendens sibi quandam cedulam, quam in manibus suis habebat, in qua fuerunt nomina dominorum Barensis, & alterius quem nolebat eidem publicare, monstrando sibi nomen Barensis, & aliorum non.*

Robertus Card. Gebennen. illius signifer.

[a] tom.2. de schis. p.18. & 67. & t.4.p.63.64. & 78.

Eius odiū in Lemouicenses.

Conuersio rerum ad Barens. voluntatem.

Sententia de Barens archiep.

3 Agitasse pariter Cardinales patria Lemouicenses de Bartholomæo archiep. Barensi renuntiando Pontifice consilia, testatur Robertus de Straton [b], causarum sacri palatij apostolici auditor: *Quia*, inquit, *domini Cardinales tunc existentes in Vrbe non potuerunt concordare ad inuicem de aliquo eligendo ex se ipsis, antequam ingrederentur conclaue, duæ partes illorum, vt dicitur, decreuerunt eligere reuerendissimum patrem tunc archiepiscopum Barensem: & hoc secrete aliqui ex ipsis sibi intimarunt, de quo, vt audiui, satis fuit crisus & dolens.* Professus etiam est Cardinalis sancti Petri, cum sibi mors immineret, publicis tabulis se antequam conclaue ingrederetur, a Cardinalibus Gallis rogatum, vt suffragium vna cum ipsis ferret pro Vrbano tunc Barensi archiepiscopo vehuti

[b] tom.2. de schis.pag.62.

Confirmatur mutua Gallorum odia.

[c] Ext.2.de schis.p.38.

pari-

paribus pontificatui virtutibus ornato, quas memorat Theodoricus Niemius, qui illius primordia mortesque ita describit a: *Illo tempore, quo Gregorius ante ipsius obitum remansit in Italia, & postquam illuc Romanam curiam transtulit de ciuitate Auinionensi, Vrbanus tunc erat pauper archiepiscopus Acheruntinus, tandem de metropoli Acheruntinensi ad metropolim Barensem in Apulia per eundem Papam Gregorium, quam per annum ante eius papatum vix possedit translatus, de mandato Gregorij in absentia quondam domini Petri Cardinalis Pampilonensis sancta Romana ecclesia vicecancellarij, qui post recessum Gregorij de Auinionensi ciuitate vsque ad eius obitum remanserat Auinione, recepit in Italia officium cancellariæ apostolicæ: & natus fuit in Neapoli.* Et infra: *Egregius decretorum doctor, nec non ante papatum homo humilis & deuotus, & retrahens manus suas ab omni munere, inimicus & persecutor simoniarum, zelator castitatis & iustitiæ: sed nimis sua prudentia inuitendo, & credens adulatoribus libenter aures prabuit ipsis: frequenter & solicitè in eodem iure & in sacra pagina etiam studens: viros litteratos & bonos syncere dilexit & pro posse adiuuit, non impedicus se de negotijs alienis: & singulis diebus, dum corporis sospitate gaudebat, missam legit.* Et infra: *Erat etiam brevis staturæ & spissus, coloris liuidi siue fusci, & sexagenarius vel circa, dum eligebatur in Papam.*

Hic etiam ante ipsius papatum per multos annos, me existente cum ipso singulis noctibus, postquam ad cubile suum causa quiescendi ascenderet, coram se biblia quo vsque dormiret legi fecerat, & raro, vel nunquam tempus aliquod vigilando otiosè consumpsit: sed aut studebat vt prædixi, seu commissa sibi exercebat officia vel orabat, & nisi artatus quodammodo per plateas nullatenus incedebat: & incedendo duabus bestijs contentus erat, vna mula scilicet super qua ipse, & vno equo super quo eius familiaris ipsum affocians equitabant. Etiam induebatur cilicio diurno tempore & nocturno, in quo dormiens indutus fuit desuper tunica alba talari de mediocri panno lineo, ac multum erat patiens tum temporis. In aduersis compatiens etiam valde calamitatibus aliorum. Omnia etiam ieiunia per Ecclesiam indicta tunc sanctissime obseruabat, necnon per aduentum Domini & per sexagesimam annis singulis ieiunabat similiter, necnon bonos religiosos satis amabat.

4 Vt porro Cardinales meditata de eo gubernaculis Ecclesiæ admouendo consilia perduxerint in conclaui, ac singula, quæ in eo gesta sint antequam Romani seditionem mouerent, accuratissime Sittrensis abbas Aragonum Regi sanctiorique illius consilio ita exposuit b. *Quidam ex capitibus regionum iuit ad fenestram conclauis, & dominos Cardinales alloquitur in hunc modum:* Et paucis intericctis: *Scitis domini mei, quod in introitu conclauis multi clamauerunt rogantes vos, quod eis daretis Italicum, vel Romanum: nunc autem pro parte totius populi sum missus ad paternitates vestras, & vobis eorum pro parte notifico, quod solum volunt eis dari Romanum, nec essent contenti de Italico: timent enim, ne sub aliqua conuentione secreto inter vos & aliquem Italicum non Romanum inita, ipse post electionem reduceret curiam Auenionem. Cui quidem per reuerendissimum patrem dominum Cardinalem Glandatensem pro parte omnium aliorum Cardinalium responsum extitit in ista forma: multum miramur domini mei & ego, qualiter nos sic infestatis, quia tibi & populo Romano satisfacere debent responsiones nostræ vobis pluries factæ super isto negotio. Recedatis igitur, quia sic semper diximus, sicut dicimus nunc, nec a nobis aliam responsionem poteritis obtinere. Ille autem recedens sic dixit: Placeat Deo quod detis nobis Romanum: alias pro certo aliud quam verba proculdubio statuetis.*

Facta relatione aliis dominis Cardinalibus per eundem dominum Glandatensem de verbis istius capitis regionis, dominus Cardinalis Lemouicensis in hac verba prorupit: Domini mei vos videtis, quod isti Romani primo petierunt vnum, qui deberet esse acceptus Deo & mundo, nec excipiebant patrias, vel personas, demum introitu conclauis generalissimam propositionem restrinxerunt ad vnam nationem scilicet Italicam, nunc autem nec hac contenti ad specialissimam restringunt scilicet Romanam: quod etiam si non fecissent, sed starent etiam sub ista vltima specali, non video quod de Romano fieri posset electio, quia Deo & mundo diceretur exactior impressima. Addit schismaticus in margine: *Ergo eadem ratione dicendum de Italico.* Sed quam ille a vero aberret constat, cum Romani non ad Italum, sed Romanum obtinendum minas intentarent: cumque Romanorum petita & minas Cardinales eluserint, Vrbanum illata vi creatum dici non potest; sed contra vim & minas furentis populi libere creatum, vt ex inferius adducendis magis enitescet.

Sequuntur Cardinalis Lemouicensis rationes aliæ ad Romanum ab electione excludendum: *Si eligeremus,* inquiebat, *Romanum aut esset de collegio, aut de extra collegium: si de collegio, non habemus nisi duos, quorum vnus est decrepitus & infirmus, scilicet dominus S. Petri; alius autem nimis iuuenis & inexpers scilicet dominus de Vrsinis. De extra collegium neminem scio aptum ad papatum; vnde nec primo capite nec secundo apparet mihi quod Romanum eligere debeamus. Sed faciamus sic, quod prouideamus Ecclesiæ Dei & talem eligamus, quod huic populo debeat merito complacere, & nobis omnibus se verisimiliter debeat reddere gratiosum; circa quæ sunt meo videre sex præcipuè attendenda. Primo quod sit ætatis matura, item quod sit vitæ honestæ, tertium quod sit scientiæ magnæ, quartum quod sit doctus in stylo, quintum quod sit familiaris et amicus nobis, sextum quod sit saltem Italicus natione, vt perdum patrimonium Ecclesiæ recuperetur, quod per extraneum fieri posse non credo. Quæ quidem sex domini nostri in nullo alio video contineri nisi in vno, scilicet in domino archiepiscopo Barensi; iste namque quinquagenarius est, et vltra, et est adeo bonestus, quod a quatuordecim annis citra quibus conuersatus est in curia Romana, nunquam auditum est de eo aliquid sinistri venibus vel manu, ore vel opere. Quantum autem ad scientiam, de hoc non est dubitandum: nam magnus canonum doctor, sicut in suis collationibus notum est. De stylo nemo hæsitat, nam gubernauit a multis temporibus citra cancellariam adeo quod ipse solus habet in stylo curiæ documenta. Præterea nobis omnibus familiarissimus; nam creatura omnium nostrum est maxime Lemouicensium, vtpote qui a sanctæ memoriæ domino Gregorio est in Barensem archiepiscopum ordinatus: natione Italicus qui Neapolitanus et subditus generi Francorum, ex quo Rex Francia et fratres sui debebunt merito contentari.*

Quibus omnibus ponderatis, ego in nomine Patris et Filij et Spiritus sancti S. R. E. Cardinalis dominum archiepiscopum Barensem eligo in sanctæ Romanæ vniuersalis Ecclesiæ summum Pontificem mea sponte et libere, omni modo, via, et forma, quibus melius possum tam de iure, quam etiam de facto: Facta electione dicti domini archiepiscopi per prafatum dominum Penestrinum, subito elegit eum dominus de Agrifolio, cui accessit dominus Pictauiensis: sed quartus in ordine elegit dominus Glandatensis, qui ante introitum conclauis per tres dies misit eidem domino archiepiscopo vnam cedulam propria manu scriptam, quæ sic dicebat: Reuerende pater hinc ad paucos dies eritis mihi dominus et magister, quapropter ex nunc vt ex tunc me vobis specia-

a Theod. de Niem lib. 1. cap. 1.

Geſta ab eo numera

Eius patria & parentes. Virtutes, & peritia.

Pietas.

Forma corporis, & ætas,

Studium ſacræ Scripturæ.

Ieiunabat in aduentu

b tom. 2. pag. 81.

Roman⁹ ſtatū poſtulatus Pontifex.

Conſtans Glandatēſis ad regionarium reſponſum.

Iactata a Regionario mum.

Card. Lemouicen. oratio ad Cardd.

Nō electᵒ Romanus ne vis illata putetur

Quæ virtutes in Pōtif expectantur

Has in Barēſi archiepiſc. commendat.

Eius patria Italus, Gallisq; chara.

Qua forma illum elegerit.

Quo ordine alij Cardin. conſenſerint.

Ante conclauis ingreſſum id decretum.

specialius recommendo. Quintus fuit dominus Vinariensis, et sibi accessit dominus de Britannia: Maioris monasterij dominus fuit sextus, septimus de Vernio, octauus dominus S. angeli, et de S. Eustachio fuit nonus, decimus autem fuit de Limo, et fuit undecimus Gebennensis: quatuor autem Italici vltimi in electione fuere, quorum tres forte sperabant eligi ad papatum: sed videntes omnes vltramontanos concordes et vnanimes in electione prafata de ipsis quodammodo desperati elegerunt alterum archiepiscopum hoc modo et ordine: num dominus S. Petri fuit primus, secundus de Mediolano, et tertius Portuensis: dominus autem de Vrsinis nunquam elegit, sed his verbis vsus est: Illum in Papam eligo, in quem maior pars consenserit. Subditur; *Hac autem electio statim post recessum illius capitis regionis sic communiter & concorditer facta est nullo medio tempore, nisi quanto dominus Lemouicensis verbum protulit suprascripta: qua quidem electionis hora fuit ante vesperas de dicto ante omnem rumorem per sex horas.*

Cardd. Itali eundem deligunt.

Celebrata electio ante seditionem.

5 &c. His consentanea narrat Bartholomæus Recinetensis, idemque Maceratensis episcopus quæ ex ore Cardinalis de Vernio, cuius familiaris erat, acceperat; atque hæc addidit. *Dixit mihi dominus de Brucania in Anagnia, quod si dominus noster potest dici electus per impressionem nulla fuit, nisi de Agrifolio et Lemouicensis cum sua facta fuerunt: quod si vnus Cardinalis non dedisset vocem suam clamauerant contra eum sicut contra inimicum: et hæc omnia dicta fuerunt statim post missam sancti Spiritus et fermenciuerit.* confirmat idem Faucentinus episcopus qui ad Regem Castellæ pro rei veritate in luce collocanda mittus, accitis nonnullis circumstantijs demonstrat Cardinalium testimonio ipsos non ad inanes Romanorum clamores metui succubuisse, sed merum contrarijs tactis aspernatos.

Vt vis, metus & ratio abfuerint.

8 Excitum deinde a Cardinalibus Bartholomæum archiepiscopum Barensem, vt rite celebratæ electioni assensum præberet, obseruat archiepiscopus Brundusinus [a], qui rem vniuersam ex Roberti Gebennensis ore didicit: quæ confirmat Theodoricus Niemius [b] sinceræ fidei scriptor, ex quo pauca hæc verba adferenda sunt visa: *Cumque postea dicti Cardinales in eandem electionem vniformem scilicet nemine ipsorum discrepante, facilius in simul concordassent, quadam die, veneris scilicet 12. non aprilis tunc currentis anno præsentis* videlicet MCCCLXXVIII. *paulo autę horam tertiam miserunt pro eo & multis alijs ecclesiasticis prælatis, qui tunc fuerunt in vrbe ipsa præsentes. Qui quidem Vrbanus statim libros & quasdam alias res ipsius ad loca tuta portari fecit, ne, si rumor insurgeret in populo, quod ipse electus esset in Papam, forsan Romani more suo irruerent in eius hospitium ac ipsum suis libris & rebus huiusmodi spoliarent.*

Parensis excitus in conclaue. a tom. 1. de scbis. pag. 63

b Niem lib. 1 cap. 2.

9 Subdit auctor suborum fuisse popularem tumultum, quem partim a Iacobi Cardinalis Vrsini amicis, vt illi pontificatus deferretur concitatum ait, partim ab alijs, qui Petrum abbatem montis Casini ac pontificatum vocari interpretabantur; tum magis auctum cum Cardinales ingressi, Cardinalem S. Petri Pontificem electum, illeque alteri impositus negasset se creatum Pontificem. Vsos eo dolo ad furentis populi ob non creatum Pontificem Romanum genere impetus declinandos Cardinales, ac saluti Vrbani VI. consuluisse, affirmat inter plures alios prædictus abbas Sistrensis [c], atque populum post celebratam rite Vrbani electionem sumptis armis concurrisse, atque inconditis vocibus Pontificem patrię Romanum incusso terrore postulasse: a

Varia tumultus causa.

c tom. 7. de scbis pag. 82. Raynerius a populo Romano.

Cardinale vero Vrsino verbis mollioribus delinitos; addixque: *Mane facto prafati domini Cardinales, videntes se habere verum Papam, & per consequens non posse nec debere alium eligere. vt tolleretur scandalum populi, qui docendus est & non sequendus, immo etiam aliquando decipiendus in bono, talem cautelam & praticam inuenerunt, dixerunteque domino S. Petri: Vos videtis, quod isti volunt Romanum, alias minantur nobis mortem, sed quia Romanum non possumus eis dare obstante electione per nos facta de alio, oportet vt redimatis sanguinem nostrum, hoc est vt fingamus, nos elegisse vos, qui estis Romanus, & vobis imponamus indumenta papalia, & dum populus hoc credet, nos recedemus illaesi.* Et infra:

Nō gestus ei mos.

10 *Dum populus vniuersus ad reuerentiam conflueret exhibendam, votati sunt pro parte dominorum Cardinalium sex prælati, domini episcopi Vlixbonensis, Tudertinus, Limocensis in Cypro, abbates Montis Casini, S. Pauli de vrbe, S. Saba, & septimus archiepiscopus Barensis: quibus in præsentia dominorum constitutis, traxerunt ad partem dominum Barensem præsentantes ei electionem, eumque rogantes quod electioni prædictæ concordi & canonicæ consentiret. Ille autem renuens, ac renouens dixit in fine: Quare dicitis me elegisse, & video quod elegistis dominum S. Petri; ob quæ domini Cardinales, totam illam electionem sibi manifestantes, intrarunt in Deum & calum, electum nullum alium præter eum. Ipse autem videns & audiens omnia suprædicta cum humilitate maxima & lachrymis vndantibus accepauit: quo facto fecerunt eum abscondi in secretissimis palatij apostolici timentes, & bene, ne facta veritate populus eum interficeret, & eosdem. His sic peractis populus rudis, plenus tamen deuotione, osculando manus & pedes domini S. Petri adorabat sibi manus podagra tumentes, quod ipse non potens tantum dolorem amplius sustinere, vt eum dimitterent, coactus est dicere, se non esse Papam, sed alium: propter quod tota ciuitas contulit ad arma, & circumeuntes palatium ab omni parte minabantur interficere Cardinales. Quorum auditis minis & vocibus fugientes mortem, aliqui de ipsis dominis fregerunt solarium conclaui, & per posticum credentes aufugere, similiter a populo capti sunt, & cum magnis pressuris & opprobrijs reducti fuerunt in conclaue territi per populum quod nisi eligerent Romanum, erant mortem nullatenus euasuri. Nomina autem prædictorum, qui fugiebant sunt hæc, dominus Gebennensis, dominus de Agrifolio, dominus Pisanensis, dominus Vinariensis, dominus de Vernio.* Contendit his Tudertinus episcopus a earum turbarum ocularus testis, seditionem motam eam ob causam, cum populus accepisset sibi a Cardinalibus illusum esse, atque aduersus Vrbanum coniurasse: Fergit Sistrensis abbas [b]: *Reductis & iterato inclusis in conclaue omnibus Cardinalibus oportuit eos approbare quod factum fuerat tam secreto; & fecerunt vocari dominum Agapitum de Columna, dominum Cadonem de S. Eustachio, cancellarium Vrbis, & abbatem Montis Casini cuius domus fuit deraubata, quia conscientia sua credebant eum Papam quando fuit missum pro eo; & istis quatuor manifestarunt domini Cardinales electionem archiepiscopi Barensis dicentes eis, quod populus posset eos bene interficere omnes, sed non habere Romanum pro Papa ista vice.*

Electionis veræ decretum Barensi datum.

Card. S. Petri fingitur Pont.

Durius attractatus verum aperit.

Cardinalis fuga

Reductiali qui vt Romanum deligant.

a tom. 2. de schis. pag. 43

b Ead. tom. pag. 82.

Spreta morte Vrbani electionem confirmant

Profitentur eā recindi non posse.

11 Molitos tum impium facinus Romanos magistratus, Vrbanum scilicet vi adigere vt pontificatu se abdicaret, sed a Tudertino episcopo arte & prudentia ab eo flagitio reuocatos, idem Tudertinus episcopus affirmat [c]; tum subdit: *Ipsis verò sic recedentibus, ego dixi domino nostro: Audistis quid dixerunt illi? qui bene audierat in parte; & ille dixit: Quid dixerunt? & ego retuli sibi verba dicta per eos,*

Vim inferre Vrbano parant Romani.

c Ead. pag. 43

Constancia Vrbani.

eos, & ipse dixit: Non cognoscunt me bene. Si scirent mille spatbas ad collum meum, non renuntiarem; & quando ego recitavi postea ista verba domino Gebennensi, ridebat ita fortiter, quod est mirum, tantum gaudebat de responsione.

Quæritur ab alijs pluribus Romanis fuisse ad necem vel ad vim, vt pontificatum deponeret ipsi inferendam, testatur episcopus Recinetensis a. Inter hos autē tumultuantium Romanorū motus indigne ferentium Pontificem sibi non datum, qui in Vrbe sacrum solium constabiliret, Cardinales partim in suas ædes, partim in molem Adrianam, partim in finitima munita oppida se receperunt, vt describit inter plures alios Tudertinus episcopus, qui Vrbanum abditissimi cubiculi latebris condidit, ne a Romanis trucidaretur.

a t.4.p.68-71

12 Eiusmodi sane seditio concitata in Cardinales ob non creatum Romanum patriū pontificem, Vrbani electionem non infringit, sed summa libertate in ea vsos Cardinales demonstrat, cum ab illa tuenda præsenti mortis discrimine abduci non potuerint. Vt porro Robertus Gebennensis protestus sit apud amicos & familiares, Vrbanum rite, spretis popularibus clamoribus ac minis, renuntiarum Pontificem, deque eius salute anxium, ne a furente populo discerperetur, Marinum tunc episcopum Cassanensem postea ad archiepiscopum Brundusinum traductum ad illum misisse, idem episcopus affirmauit iureiurando interposito. Tum secato eo populari tumultu opera maxime, vti refert Suttrentis abbas b, Agapiti de Columna, Cadomi de S. Eustachio, & abbatis montis Cassini, cum vt dictum est, ijs Cardinales professi essent sibi quidem mortem inferri posse, at vt Pontificem alium ab Vrbano, quem iam ante renunciarant, eligerent, extorquerri non posse, die proxima ab exciratis turbis nempe nona die aprilis, de Vrbano pontificalibus ornamentis induendo actum est. Gesta vero rei seriem narrare aggredimur ex episcopo Cassanensi c, quem Roberti Cardinalis Gebennensis, cuius, vt dixi, familiaris erat, iussu ad rogandos Cardinales, vt vetere ritu ipsum in sacro solio collocarent, interpretem missum testantur publica monumenta.

Libertas electionis demonstratur.

Seditio pacata.

b Ead. num. 2. pag. 82.

c t.4.de schism.p.63.

13 *Dominus Barensis electus in Papam vna cum supradictis dominis Cardinalibus*, nimirum Florentino, S. Petri, Mediolanensi, Maioris monasterij ac Petro de Luna, *miserunt prafatum dominum episcopum Cassanensem ad castrum S. Angeli de vrbe, in quo fuerunt nonnulli alij domini Cardinales tuto & salui de persona & rebus, & tunc camerarius apostolica sanctitatis citatur ad referendum eisdem dominis Cardinalibus ex parte prafati domini Barensis electi, & aliorum dominorum Cardinalium secum in palatio existentium apud S. Petrum, vt placeret eis venire ad palatium, ad complendum id, quod incœperunt. Et idem dominus episcopus ibidem introductus ad faciendum suam ambaxiatam, vt præmittitur, Cardinales reperit pariter in capella dicti castri vna cum domino olim camerario. Cui domino episcopo prafatus camerarius fuit allocutus in hunc modum: Credis tu, quod ille Barensis sit Papa? Qui dictus episcopus eidem camerario respondit: Domine camerarie non habeo facere vobiscum, sed cum dominis meis Cardinalibus hic existentibus. Et tunc dominus Cardinalis Lemouicensis, qui fuit episcopus Cardinalis frater dicti domini camerarij respondit eidem camerario fratri suo in præsentia dicti domini episcopi, videlicet: Tace, fatue, nescis quæ dicis. Et accipiens missale suum in manibus suis iurauit ad sancta Dei euangelia: dominus Barensis est ita verus electus, & vnanimiter in concordia a nobis omnibus Cardinalibus, sicut fuit vnquam S. Petrus verus Papa, & vicarius Christi.* His etiam consona a Petro de Luna postea schismatis propagatore dicta refert Anselmus canonicus Parraeensis a: *Ipse*, inquit, *respondit suo more iurandi, per mia fe ego credo, quod a tempore sancti Petri non fuit verior Papa in Ecclesia Dei tam rite, canonice, & concorditer electus ante & post ingressum conclauis.* Viterbiensis etiam episcopus b id a Petro de Luna & Cardinale S. Petri similime accepisse est protestus. Mutilam porro superiorem Marini archiepiscopi Brundusini narrationem ex Recinetensis & Maceratensis episcopi rei vniuersæ spectatoris testimonio absoluimus: *Venit dominus Florentinus, & flectens genua sedum videntibus omnibus, immo & audientibus, voluit osculari dictum dominum nostrum, & strictissime amplexatus dixit publice omnibus audientibus: Vere vos estis Papa & dominus electus. Ego volo mittere pro domino S. Petri, & alijs qui sunt, vt intronizemus vos, sicut habemus ab alijs postactum.* Interiectis nonnullis addit Recinetensis episcopus, Cardinales, qui in molem Hadrianam confugerant rogatos a collegis in pontificias ædes se contulisse, vt solemni ritu Vrbanum in sacrosancto solio locarent.

a t.4.de schism.p.78.

b Ibid.p.76. Confirmata similiter a Petro de Luna.

Camerarij capitis electionem Vrbani.

Card. Lemouicen. cum iuramento confirmat.

14 *Iuimus*, inquit, *ad priuatam capellam, dimisso domino nostro in camera, & ego iui cum domino de Verneio ad capellam primam in qua erant Florentinus, Lemouicensis, de Agrifolio, S. Petri, Pictauiensis, Mediolanensis, Vinariensis, de Britannia, Maioris monasterij, & de Luna Cardinales: ibique conuocatis clericis capella & subdiaconis petierunt sibi librum ceremoniarum, vbi descriptus erat modus intronizationis: & libro recepto denuo fecerunt scrutinium extrahi super omnibus, & miserunt pro domino nostro ad cameram, & ego cum aliquibus alijs iui pro eo & duximus eum ad capellam, & statim sicut fuit in capella omnibus data litania clauserunt se cum eo. Et statim paulo post apertis ianuis omnes Cardinales cantauerunt alta voce: Te Deum laudamus; & omnes intrauimus. Et videntibus nobis omnes Cardinales prædicti cum læta facie ostendebant se contentissimos, & vnus eum discalceabat, alter calceabat, alius induebat eum, & fecerunt pulsari campanam, vt est moris, & denunciauerunt nomen sibi esse Vrbanum sextum. Et eo induto pluuiali & mitra, posuerunt eum super faldistorium ad sedendum, & conuocauerunt omnes nos prælatos: & ipsi primo fecerunt sibi reuerentiam (sicut fieri est Papa solitum) ex eo postea nobis mandarunt vt ei faceremus reuerentiam, & ita factum fuit.* Seruatos eosdem ritus sine vllo tumultu populari in Vrbano papali cultu exornando, testatur Robertus Straton causarum sacri palatij auditor, ex quo hæc decerpsimus: *Extitit papaliter intronizatus: cuius electionem dominus de Verneio populo congregato solemniter publicauit, ipsum dominum Vrbanum Papam VI. publice nominando, cui prafato domino Vrbano prædicti duodecim genuflectendo reuerentiam fecerunt, quos & populum tunc insistentem ad oscula, vt moris est, recepit, prius Te Deum laudamus solemniter decantando.* Confirmantur hæc a Theodorico Niemio c, qui addit Vrbanum deductum a Cardinalibus in superiorem porticum basilicæ S. Petri populum sacra prece & crucis signo lustrasse.

Ritu antiquo Vrbanus in sede positus.

c Theod. a Niem. lib. 1. cap. 2.

15 Hæc porro gesta sine vlla impressionis terroris specie, sed potius magno Cardinalium applausu & tripudio, edisserit Recinetensis idemque Maceratensis episcopus d: *Et hæc*, inquit, *facta sunt quasi hora nona*, & paulo infra, *nullo armato, nullaque vociferante, aut aliquid dicente: immo hæc facta sunt cum pace maxima.* Et quidem non ijs opibus, non ea gratia, auctoritateque floruisse Vrbanum, vt Cardinales ad ipsum in sacro solio collocandum cogere posset, ostendit Theodoricus Niemius e, dum episcopum illius temeritatem ac primordia exponit his verbis: *Nunquam fuit talis, aut tantus, quod ipse per se, vel*

d t.4.de schism.p.71. Seditio metusque abfuere.

e Ibid.cap.1.

Vrbanus nullis opibus vel auctoritate poterat. Multo minus ad Cardin. ex arce detrahēdos. Possessionem init.

vel alium pro aliqua consequenda dignitate, item quantumque notabili, præsertim papatu, seditionem, seu impressionem mouisset, vel aliquis de eo cogitasset, aut præsumpsisset. Hæc ille. Multo vero minus terroribus eos Cardinales, qui confugerant in molem Hadrianam, in qua hostiles impetus retundere poterant, elicere in palatium potuisset; quin potius Cardinales magno animi applausu rem totam peregisse testis est Reatinus episcopus. Solemni demum Lateranensis ecclesiæ per Vrbem triumphali apparatu possessionem inijsse, narrat Theodoricus Niemius a.

a Theodor. Niem lib. 1. cap. 2.

b Extat in lib. brev. Vrban. p. 166.

16. 17 Inita vetere ritu & instituto pontificatus possessione Vrbanus encyclicis literis b totius imperij Christiani episcopos & principes de Gregorij XI. obitu, traditisque sibi consentientibus Cardinalium suffragijs Ecclesiæ gubernaculis, fecit certiores. Ipsum sumpsisse iterum pro pontificio symbolo hanc sententiam: *Iudica Domine & discerne causam meam.* Inter hæc nullum sinistrum rumorem sparsum quin optimo iure Vrbanus pontificatum accepisset, memorat Theodoricus Niemius c. Confirmantq; hæc alij innumeri testes, e quibus Robertus e Stratond non silet, Robertum Gebennensem postea antipapam vna cum S. Eustachij, S. Angeli, & Vrsino Cardinalibus nocte paschatis Zagarolo loco munitissimo Romani reuersos, vt thyaræ pontificiæ triplici corona radiantis Vrbano imponendæ celebritatem vna cum alijs duodecim Cardinalibus, qui Vrbe nō abscessérant, cohonestarent.

Sumptum ab eo symbolum.

c Theodor. Niem lib. 1. cap. 2.

d tom. 2. de schism. p. 67. Cardd. qui diffugerant ipsi ne reuersi.

Sed quid aliena testimonia accersimus, cum ipsi Cardinales, qui sacra comitia celebrarant, priuatis ad Reges ac principes datis literis testati sint, Vrbanum rite ad sedem Apostolicam euectum? Roberti quidem Gebennensis literas ad Carolum IV. Imperatorem de vera Vrbani electione se perlogisse, persancte professus est Adamus Eseon e religiosus vir Benedictinæ familiæ sic inquiens: *vidi literas quas dominus Gebennensis pro se misit domino Imperatori de creatione libera domini nostri Papæ per episcopum Vormatiensem.* Eadem Robertum ipsum Cardinalem Gebennensem ad Belgij comitem & ad Britanniæ ducem scripsisse, testantur historici, adeo, vt eo argumento ij principes victi, contraria postea eiusdem Roberti ad pseudopontificatum euecti testimonia aspernati sint.

Scriptæ a Cardd. ad Principes litt. Card. Gebennen. ad Cæsarē & belgā scripsit.

e Professor in chr. Vrsperg. in Richard. Paul. Æmil. in Carol. V. Meyer. in pos. Flandr. & alij.

18. Nec modo priuato nomine a Cardinalibus de Vrbano legibus creato Pontifice datæ literæ, verum etiam afferuntur ab Henrico de Knygton f literæ VII. maij consignatæ, quas integer Cardinalium senatus ad Imperatorem scripsit, quarum exemplum cæsareo & quindecim procerum sigillis obsignatum diuulgauit Imperator ad perduellium Cardinalium apostasiam confundendam. quas fuisse encyclicas constat, cum verborum formula ab alijs non discreperet quas Cardinalium collegium misit g ad cæteros Cardinales, qui Auenione substiterant. Earum potiorem partem aperimus.

f Henric. in Knygton. eccles. Lyce stren. de cas. gest. ang. lib. 3.

g Extat t. 3. de schism. p. 6. 7.

Reuerendissimi Patres & domini, &c.

19 VII. huius mensis primitus gratia sancti Spiritus inuocata, conclaue præfatum intrauimus de electione & substitutione futuri Pontificis tractaturi: sequentique die, luciferi nescientis occasum, vt pie credimus, radijs illustrati, circa illam diei horam, qua Spiritus ille paraclytus in sanctorum discipulorum corda descendit, ad personam reuerendi in Christo patris, domini Bartholomæi archiepiscopi Barensis, viri vtique magnorum meritorum claritate conspicui, & multiplicium virtutum lampade refulgentis, libere & vnanimiter direximus vota nostra, eum ad celsitudinis apostolicæ speculam concorditer euocantes: & hanc nostram euocationem, seu electionem in conspectu maximæ Christianæ plebis multitudinis nunciantes. Cæterum die IX. huius mensis, idem dominus electus, coram turba fidelium copiosa super thronum dignitatis apostolicæ sublimatus, sibi Vrbani nomen assumpsit, ac die, qua Christus Iesus summus Pontifex vitam nostram resurgendo reparauit, sicut in Romana ecclesia consuetudinis est, in basilica Principis Apostolorum de Vrbe, cum ingenti tripudio & lætitia innumerabilis populi Christiani pontificali regno magnifice & solemniter extitit coronatus.]

Cardd. ad Card. Auenione agētes lit.

Commēdatio ab ips Vrbani virtutes.

Qua die thyara redimitus.

20 Acceptis ijs literis Auenionenses Cardinales numero sex, nimirum Ægidius Iselmius Tusculanus, Ioannes de Blansaco Sabinensis Anglicus Grimoaldus Albanensis episcopi, Petrus tit. S. Anastasiæ presbyter dictus Pampilonensis, Guillelmus tit. S. Vitalis Mimatensis, & Vgo de S. Martiale diaconus S. Mariæ in porticu Vrbano honores pontificibus fieri consuetos detulerunt: de quorum literis a inferius memorabimus. Et Ioannes tit. S. Marcelli presbyter Cardinalis dictus Ambianensis accepta Vrbani creatione ad ipsum se contulit, vt officia solita illi vetere ritu addiceret: cuius rei testis est Thomas Petra canonicus Patracensis b. Vrbanum etiam consistoria vna cum Cardinalibus pluribus mensibus celebrasse, atque in ijs grauissimas res decreuisse, astitisse illos peragenti rem diuinam, ac sacra ex ipsius manu suscepisse, & alia omnia obsequia pontifici Romano præstanda præstitisse, inter plures alios memorat idem Thomas Petra c:

Cardinales Auenionēſes Vrbanum agnoscunt

a Extāt de schism. to. 2. p. 32.

b tom. 4. de schism. p. 80. Itē Card. Ambianen sis.

Celebrata a Cardd. cū Vrban. cōsistoria.

c Ead. t. p. 80

21 Excurrere aliquot menses, quibus Ecclesiæ pace potita est, Vrbano a Cardinalibus more Pontificum culto: immo & inter sedem Apostolicam & Florentinos concordia d, quæ diu antea præsidente orbi Gregorio agitata, sed ab improbis hominibus turbata fuerat, sancita est, atque ab Vrbano restitutus Florentinis sacrorū vsus, ac pœnæ remissæ fuere. Prædictam fuisse a Christo S. Catharinæ pacem inter Florentinos & Romanam ecclesiam eius opera & labore redintegrandam, imperatumque, ne Florentiam, nisi pace confecta, peteret, refert Raymundus e Capuanus in eius vita.

d Leon. Aret. lib. 9.

Sancita inter Vrban. & Florentinos pax

e Raymun. Capuan. in vita S. Cath.

22 Cum ita Romanæ ecclesiæ pax restituta videretur, pacato externo bello, intestinum exortum est, Cardinalibus Gallis in Vrbanum rebellantibus: quod eadem virgo triennio ante lumine diuino collustrata prænuntiarat, vt Raymundus ipse Capuanus f, cuius nomen in Dominicano ordine sanctitatis opinione floret, in B. Catharinæ vita enarrat: cui hæc ipsa præter alia prædixit: *Quando ipse voluerit ipsorum pravos mores corrigere, faciet scandalum vniversale tori Ecclesiæ sanctæ Dei, quod tanquam hæretica festis scindet & tribulabit eam.*

Intestina discordia exoriri cœpta.

f Raym. Cap. lib. p. 2. c. 10.

23. 24 Inuitas facinoris causas, nimirum concepta in Vrbanum ob illius acerbitatem odia, Alfonsus eremita, Gubellinus g, & Theodoricus Niemius indicant, cuius postremi hæc sunt verba: *Die lunæ infra festa paschalia dictis vesperis in eius præsentia in eodem palatio in capella maiori, me præsente, ipse Vrbanus publice incepit increpare episcopos qui illuc venerant, dicendo quod omnes essent periuri, quia ecclesias suas desererent, in eadem curia residendo. Sed omnibus tacentibus ipsis prælatis, quondam dominus Martinus episcopus Pampilonensis eiusdem Vrbani referendarius natione Catalanus, qui fuit doctor egregius in iure canonico & diu Auenione in eodem iure legit ordinarie, solus Papa respondit satis acerbè dicendo, quod ipse non esset periurus, quodque dictam curiam non propter eius privatam, sed potius propter publicam vtilitatem sequeretur, & paratus esset de illa recedere, necnon ad eius ecclesiam accedere, arguendo subtiliter per hoc dictum Vrbanum, quod egit minus caute,*

Aulicos increpat Vrb

Acerbum episc. Pāpilon. respōsum.

g Theod. Niem. cap. 4

cauté. & generaliter obiurgando prædictos prælatos
a Idl cap.5 *præsentes tunc in curia memorata. Subsequenter autem die luna immediate post secundam dominicam post pascha ipse dominus Vrbanus, tenendo publicum consistorium & consluentibus illuc dictis dominis Cardinalibus, necnon prælatis ac officialibus & curialibus in magno numero, vt est moris, incepit sermonem facere in præsentia eorumdem, cuius thema fuit: Ego*
Cardd. in *sum pastor bonus, &c. quem minus cauté, nec non*
caute per- *etiam minus ornate fecit, in quo etiam mores dictorum*
stricti. *dominorum Cardinalium & prælatorum incepit arguere: quod ipsi egre tulerunt.* Addit auctor ex ijs increpationibus conflandi schismatis occasionem improbos homines captasse. At de his causis schismatis ex grauissimis testibus iterum inferius.

Curiæ odia in Vrb. accensa.

Odiorum fons.

35 Abalienatos a Pontifice fuisse Cardinalium animos, atque Anagniam ad agitanda in eum conuenticula abijsse, cum Vrbanus nonnullis sanctionibus nimiam illorum licentiam coercuisset, testatur Thomas b designatus episcopus Lucerinus, de quo extant publicæ tabulæ: *Item*, inquit, *dixit diligenter interrogatus, quod propter aliquas suas constitutiones, quas fecerat dictus dominus noster Papa, quæ ligabant ipsos Cardinales, conceperunt odium contra dictum dominum nostrum Papam: vnde caute & astute scierunt licentiam habere a dicto domino nostro Papa & se de Vrbe ad Anagniam transtulere.* Confirmat hæc Cardinalis Rauennas c in literis ad Gallorum Regem missis.

b Ead tom. 2. pag. 46.

Petitricia ab Vrbano Cardinalium licentia.

c Ann. 1379. num. 51.

Ob adeptas pensiones sacerdotia accipientibus impositas & simoniacas sordes vetitas creuisse odia, ex veteribus monumentis d constat, confirmatq; S. Catharina Senensis e, mouisse Cardinales rebellionem, cum ipsos sordescere in vitijs non pateretur. Consentiunt his quæ Valsingamus f de hac Cardinalium detectione scripsit: *Ex post*, inquit, *cum ipse Cardinalis*, nempe Robertus Gebennensis, *& cæteri de collegio, quibus Ecclesia perturbata complacebat, viderent Vrbanum Papam vt summum Pontificem per omnia condecenter agere, contra auaritiam ipsorum disputare, aduersus iniustitias disceptare, & in omnes simoniacos intrepide terribiliter fulminare, panituit eos fecisse hominem.* Didicisse præterea aliam dissensionis huius causam ex ipsius Vrbani ore narrat Thomas Petra g canonicus Parracensis, eum scilicet solummodo a Cardinalibus iussu, vt sedem Apostolicam transferret Auenionem, eoque dicente in pace componendam esse Italiam, ac ditionem ecclesiasticam componendam, tum instaurandia collapsa Vrbis templa, illos subiecisse, nunquam pontificatus honoribus Italiam potituram.

d tom. 2. de schism. p. 103
e S. Cath. Sen. ep. 41.

f Walsin. in Richar. II.

Item iniquitas & auaritia.

g tom. 4. de schism. p. 80.

De sedis translationes solicitatus Vrban.

36 Eadem vero Tudertinus episcopus h de secessu Anagnino petito a Cardinalibus tradit, ac diu in ea vrbe, vt iustum Pontificem, in literis ac publicis precibus Vrbanum veneratos testatur: *audini*, inquit, *& vidi stantes Cardinales in Anagnia rescripsisse domino nostro pro beneficijs, gratijs, promotionibus, & alijs factis eorum, & familiarium eorum. Stantibus istis sic, & Cardinalibus existentibus in Anagnia, & Papa in Roma Cardinales scribebant, quod dignaretur ire Anagniam, & ibi ordinare ea, quæ essent ordinanda pro statu Ecclesiæ vniuersalis. Et dum Papa erat in dispositione eundi Anagniam, supervenerunt nuntij, prout audini, quod si contingeret eum ire, ibi esset captus ab eis, & a comite Fundorum: & tunc istis auditis, prout audini, deliberauit ire Tybur & non Anagniam, & iuit Tybur solus sine aliquo Cardinali, quia dominus S. Petri, qui remanserat in Vrbe, non poterat equitare.* Eadem confirmat Thomas de Acerro i designatus episcopus Lucerinus de comparatis a Cardinalibus Vrbano insidijs, si Anagniam allici potuisset. Dum autem nefarij huius ad exitum perducendi consilij modos exquirebant Cardinales, Vrbanus periculosissimæ dissensionis sedandæ cupidus, missis oratoribus, eorum iras mollire pertentauit, vti narrat Tudertinus episcopus a, de quo supra memoraui.

h Ead tom. 2. pag. 46.

Petitricia ab Vrbano Cardinalium licentia.

Cardinales libellos supplices ad eum mittunt.

a tom. 2. de schism. p. 48.

Excitæ in Pôt. Gallicæ turmæ.

37 Cum non e sententia succedissent Cardinalium dolí, aperta vi Christi vicarium deijciendi putarunt, vt testatur designatus episcopus Lucerinus i: *Crediderunt*, inquit, *de facto cum potentia Britonum & Vasconum dictum dominum nostrum Papam opprimere, quod Deo non placuit.* Eductas eas copias Gallicas antea contra nonnullos Ecclesiæ perduelles vidimus: nunc autem in Pontificem a Gallis Cardinalibus incitatæ fuerunt, excitæque Anagniam; nec transitu a Romanis arceri potuerunt, vt Theodoricus c, Niemius pluribus narrat, indicatque episcopus Tudertinus.

b tom. 2. de schism. p. 48.

c Theod. a Niem lib. 1. cap. 7.

28. Extant inter Auenionensia monumenta plures libelli supplices a Cardinalibus Vrbano porrecti d, quibus ampla ab eo sacerdotia efflagitabant. Inceteris etiam veluti in fundendis inter diuina pro ipso precibus, vt Ecclesiam iuste ac pie moderaretur, cultum vt Pontificem a Cardinalibus coniuratis, dum Anagniæ versabantur, multo tempore Vrbanum, affirmat Christophorus Galina e Venetus sacri palatij apostolici auditor: *Dixit*, inquiunt tacta, *quod in vera conscientia testificabatur, quod existens in Anagnia cum vno Cardinali domino suo de Agrifolio, quotidie erat in missa & audiebat quod quotidie ipso domino præsente dicebatur missa pro domino Vrbano. Item quod audiuerat idem multoties ibidem in eodem loco & tempore in missis reuerendissimi domini de Luna. Item quod viderat & studiose perlegerat vsque ad diem declarationis, quod in literis penitentiarie erat pontificatus domini nostri Vrbani Britonibus & Vasconibus moram trahentibus ibi.* Adiungemus his ocularum alium testem Bartholomæum Zabricium f in re grauissima superiora omnia confirmantem: *Dominus*, inquit, *de Verneio forte viginti vicibus mihi iurauit, quod erat verissimus Papa, & canonice & sancte electus, & quod credebat quod verissime Spiritus sanctus induxerat discordiam inter eos vltramontanos, & quod etiam per Spiritum sanctum fuerat nominatus in conclaui.*

d tom. 2. de schism. pag. 30. 31. 34. & 35.

e tom. 2. de schism. p. 74.

Inter sacra pro Vrbano orabat Card.

f tom 41. de schism. p. 74

Cardinalis e Verneio insigne dictum.

29. &c. Petrum quoque de Luna, qui postea schisma in tot annos maxima cum pertinacia, atque ambitione extraxit, Vrbanum vt verum Pontificem agnouisse, atque Anagniam pio consilio se contulisse, quamquam postea ab ijs fuit subornatus, professumque, Cardinales sese ab Vrbano non ob aliquod in renuntiando Pontifice vitium, sed ob concepta in eum ex nimia acerbitate odia segregasse, testatur pluribus vir religiosus ordinis Prædicatorum, qui ipsi a confessionibus erat, atque ad Vrbanum dimissus est, vt eum ad pontificalia insignia ponenda induceret: *Cardinalis*, inquit, *de Luna inter me & ipsum in camera sua dixit mihi: Misi pro vobis, vt audiretis confessionem meam & consolarer vobiscum.* Et infra: *Dixit non sine confusione, qua non medicum occupauerat eum: In veritate ego prius cum illa intentione veneram, vt inducerem illos ad illum, quia scio quod ex parte mea ego libere & deuote dedi sibi meam vocem.* Et infra: *Multoties locuti fuimus de ista materia, inter quæ verba ipse dixit, quod si Papa non tenuisset modos quos tenuit, in veritate omnes adhuc essemus cum eo: sed ipse motibus suis totum deturpauit.* Illum etiam significasse sibi Vrbanum legitime creatum Pontificem, obiecit Ioannes de Lignano g, atque ad componendos perturbatos animi motus, abijciendaque suscepta de conflando schismate consilia est adhortatus. Is est Ioannes de Lignano, scientiæ laude illa ætate florentissimus,

Petrus de Luna a collegis subornatur.

Fatetur se elegisse Vrbanum.

g Io. de Lignan. tom. 1. de schism. p. 45

Trasmissa a Cardd. falsa thema.

mus, qui ad tuendam Vrbani dignitatem, quamuis ex falso Cardinalium themate, egregium opus a conscripsit, quo doctissime ac sapientissime demonstrauit omnia essentialia, quæ ad electionem iustam celebrandam necessaria sunt, tuitie adhibita; non vi non simoniaca fraude eam contaminatam, nec minaces populi clamores libertatem eligentium labefactasse, cum conclaue fidissimis militibus præsidiarijs septum esset; ac si quis metus conceptus fuerit, in constantem virum non cecidisse: celebratam fuisse duabus vicibus electionem, neque eos, qui dixere se eligere eo consilio, vt Vrbanus verus Pontifex esset, de vi queri posse; neminem enim coegisse vt ea verba depromerent: repetitam porro electionem mentis obfirmatæ in eo deligendo constantiam indicasse, atque in ea posteriori electione summam libertatem enituisse; ac si quavis primam vitiasset, id vitium in secunda expurgatum. Porro vim populi furentis, quod sua expectatione de Romano concepta delusus esset, subsecutam electionem non labefactasse: liberos quoque actus, qui in pontificijs insignibus cingendo Vrbano fuere gesti, summam libertatem cõprobare: id etiam demonstrari ab ijs, qui sponte ex arce munitissima ad eam celebritatem honestandam se contulerant: actus pariter, quibus ritu solemni sacra imposita thiara honores iusto Pontifici deferri consueuere, non defuisse; atq; ideo pro Vrbani parte standum: nam quod de interna voluntate contraria obijceretur omnino vanum videri, cum non de internis, sed ijs, quæ sensu percipi queunt, Ecclesia sententiam ferat.

a Io. de Lign. in tract. 1. p. 56. ext. etiã tom. 18. de schism. p. 77 vid. annal.

36. 37 Spreuit vna cum alijs Cardinalibus coniuratis Petrus de Luna prudens consilium Ioannis de Lignano, ac demum post maximos pro schismate propagando labores susceptos, fallaceique honores gestos a concilio œcumenico Constantiensi anathemate ictus, fremens furensque ob ecclesiarum coniunctionem redintegratam cum ignominia perijt: de quo sæpius inhonora mentio recurret.

Ioannis de Lignano consilium spretum.

Præter Ioannem vero de Lignano a quodam Cardinale consultus est in ipso defectionis exordio Baldus iuris scientia clarissimus, an Vrbani electio valeret, proposito ferme ijdem verbis fictitio illo themate, quod ad fideles peruertendos b a pseudocardinalibus, conflato postea schismate, transmissum visuri sumus; ac primum allatis omnibus argumentis, quæ aduersus Vrbanum fingi poterant, quæ eo spectant, inconditos populi Pontificem Romanum vel Italum deposcentis clamores libertatem electionis restrinxisse, ea dissoluit.

Consulitur Baldus a Cardin.

b Extant inter eius opera ad lib. 6. cod. vid. Annal.

Baldi responsum.

38 Grauiora Baldi argumenta hæc fuere, non tantum consensum in eligendo Vrbano per verba expressum fuisse, sed etiam per scripta, eamque firmissimam constantiam in agnoscendo Vrbano Pontifice non fluxisse ex metu, cum metum vinceret: cumque obijcerent Galli Cardinales eos pro eligendo Gallo antea conspirasse, responsum est a Baldo iniquam eam voluntatem diuinitus fuisse dissolutam, nec ob tumultum popularem vim ipsis illatam, sed male sopitos animos fuisse exsuscitatos. Dein pressius agens cum aduersarijs perpendit Cardinales profiteri consensisse eos in eligendo Vrbano; id itaque admittendum: quod vero adeunt non consensuros nisi metu concussi fuissent, id omnino latere quemque, ac solum diuinum Numen mentium arcana perspicere, atque ideo contemnendum: potuisse ipsos, vtpote exaggerata sapientia præditos de vi illata contestari, non tamen contestatos, spreuisse Romanorum garrulitatem, non sine mysterio electionem ipsos iteralle, ne quis obijceret ob tumultum electionis celebritatem non valuisse: hanc autem quæstionem de voluntate libera, vel coacta, dirimendam a iudice; hunc vero esse concilium œcumenicum, cuius congregandi potestas ad eum spectet, qui possessione pontificatus potiatur: certe ipsos libere obsequia deferenda Pontificibus Vrbano detulisse; patere id ex circumstantijs cum personam probe notam haberent, expenderint eius merita, mutua voluntatum consensione conspirarint; nec vero ob illusas eorum spes vim consensus dati infringi: omnia signa tum explicita verum consensum expressisse, nec vim ijs adhibitam, vt in secunda electione pronunciarent verba illa plena mysterio, se eligere Vrbanum eo consilio, vt verus Papa esset: ac licet quis statuat vim a plebe adhibitam, non tamen adhibitam vt dicerent Cardinales eligi ab ijs Vrbanum, vt verus esset Papa. Tum subdidit acutissime: *Et si dicant, quod voluerunt per metum: est enim meticulosa voluntas, pregnans, impura & multiplicans, quendam dissensum cum consensu, & quandam cum affirmatione negationem; habent enim in superficie volitionem, & in medulla nolitionem, & scinditur cor hominis in duas partes, & vna pars est velle, altera non velle, prima superficialis, secunda realis: respondetur quod non est verum, quia ipsi contrarium asseruerunt, dicendo: Eligimus ea intentione, vt sit Papa, quia verbum sit, est verbum substantiuum effectiuum, & productiuum, ff. de haered. instit. l. his verbis, substantiam rei perfectissime includens, nec est aliud verbum ita substantiuum in mundo sicut verbum sum, es, est: quis enim est tam insanus qui arbitretur dominos Cardinales aliud voluisse quam verum, aut loquutos esse dementer? quod etiam in vili hominione credendum non esset, vt C. de haered. instit. l. fin. nempe quis credere potest dominos Cardinales tantum errorem commisisse? vt no. ff. de sup. legat. l. 11. ad fin. in glos. vitebantur.* Nonnullisque interiectis.

Obiectio.

Probatur contrariũ ex eorum verbis.

Discutiamus, inquit, *populi fermonem qui erat: Romanum volumus vel Italicum; nam ex ordine verborum apparet ordo intellectus, de consecratione dist. 2. capitulo in Christo pater, & ff. de libe. & posthu. lege Gallus, §. primo, & ff. de vsufruct. lege seruus communis ita intentio: ergo populi dirigebantur principaliter in Romanum; erant enim duo Romani in collegio notatu digni venerabiles & praclari, & sine seniorem sine iuniorem habuisset populus Romanus, hoc fuisset ad votum populi elegisse, vt ex themate patet, quod non contentabatur populus quod eligeretur Papa de extra Vrbem, & ideo de electione Vrbani perminum doluerunt, quia Italicum extra Romanum in consequentiam posuerunt, nec voluerunt ipsum esse verbum principale, sed intentio dominorum erat inter seipsos contraria, eo quod ad papatum per se quilibet inhiabat; vnde sibi inuicem obstiterunt.*

Populus expetierat præcipue Romanum

Indoluit ex Vrbani electione.

39 Hæc Baldus mense iulio huius anni (quo discordia concitata est ad reuocandam in dubium Vrbani electionem) ad Cardinalem, cuius nomen silentio præterijt, scribebat docte & pie, vt impendens schisma auerteret: cumq; iam illud efferuescceret, Perusio Romam ab Vrbano euocatus controuersiam & vtriusque partis argumenta diligentissime perpendit a, ac primum verum thema electionis Vrbani proposuit, dein varietates & contradictiones thematis a Iacobo Vrsino nonnihil corrupti, & thematis a Cardinale S. Eustachij conficti, & literarum Cardinalium, quæ recenter manarant in vulgus (de quibus inferius agitur) in luce collocauit: tum sua explicuit argumenta viginti propositionibus adductis, & conspicuis argumentis confirmatis, quorum præcipua sunt hæc. Iustissimis de causis postulatum Italum Pontificem: eam electionem canonicam fuisse, quæ duabus partibus constiterit: pontificatum conferri posse per facta, quibus consensus sui natura & vi legis annexus est: inanem, vel iniustum metum non labefactare electionem; coniugia ex obtento metu

Baldus Romã ab Vrban. excitus.

a tom. 1. de schism. p. 32.

rescin-

rescindi non posse post cohabitationem pacificam: si controuersia sic an iustus fuerit metus, Cardinales non posse in ea lite terre sententiam: probare eos hoc ipso euidentem non esse impressionem, dum sacramento suo illam probatam volunt; sacramentum enim obscurę probationis pertugium est, & ita probandi onus, quod ad ipsos incumbit, excutere: si qua fuit impressio, illam per actus liberos consecutos purgari potuisse: repetitam fuisse electionem pro auertendo schismate: liberos actus consensum includentes præteritam impressionem purgare: impressionem in actu electionis debere esse conspicuam: non tractos fuisse veste Cardinales ad eam celebrandam: non iugulo gladios admotos, vt Vrbanum eligerent: si quis metus intercesserit, illum inanem fuisse: non potuisse Cardinales aliam electionem celebrare, cum non constet priorem irritam extitisse, ea enim ratione possent pro libito schismata constari: cum non constaret, an vacuum esset sacrosanctum solium, electionem nouam non potuisse moliri: toti orbi Christiano debuisse esse conspicuum, cur Vrbanus gradu moueretur: in ambiguo obsequendum fuisse primo in pontificatum inducto: Cardinalium testimonia non valere contra literas ab ijs missas ad principes: vel eas veras fuisse vel falsas; si veræ fuerint, stare Vrbani causam; si falsæ, fide indignos esse, nec tamen existimari posse tantos viros orbem inducere in errorem voluisse: iam vero vt fide instabiles, qui sibi non credant, contemnendos vt conspiratores, & vt detractores ex cõtractis iurgijs a testimonio repellendos. Tum addidit, credi non posse tot actibus Cardinales voluisse induci pseudopontificem & euerti Ecclesiam: ergo in eum vere consensisse: eos afferre contra argutias leues, quæ fortioribus infringantur: adumbratum illum metum non præcessisse electionem: non censendos ita molles animis & fragiles, vt haberi volunt: in electionis modo adiectas has voces, *vt esset verus Papa*: neminem adegisse, vt adderentur: ex pondere amoris & voluntatis additas tuto, non ex trepidanti reluctatione: metum non vitiare electionem, nisi principalis causa electionis foret: impositionem tiarę pontificiæ consensum traxisse; ac futurum eo ipso Imperatorem, cui sine precedenti electione septemviri solemni ritu diadema conferrent: profiteri aduersarios solemni ritu Vrbanum corona redimitum; ergo iuste & canonice: ratihabitionem supplere posse quod actui defuisset: ex imbecillitate mentis factam electionem per secutos actus potuisse confirmari: eo ipso, quod de contrario dissensu non sunt contestati, probari ipsos noluisse contestari: nunquam iure cautum, vt Cardinales Pontificem ritu solemni tiara ornatum repellere queant: cum ritum numquam per vim celebrari potuisse: in conflicto a Cardinalibus themate circumferri vnumquemque consensisse, cum putaret collegas in Vrbanum consensisse; ergo omnes in Vrbanum consensere: dum perhibuere testimonium, consensum demonstrasse: non existimandam ante susceptra odia, in Cardinalibus fictionem, quæ posset schisma inducere: si ficte Vrbanum se coronasse aiunt, artifices esse schismatis & Ecclesiæ euersores, & quocunque se vertant publica execratione repellendos: si non placuisset eis Vrbanus, ad ipsum non essent reuersi, nec de eo ad principes scripsissent. Sed hæc & alia ex ipso Baldi cõmentario in annalibus prolixioribus ad calcem tomi xv. reiecto lector accipere poterit.

Nullam iustę probationem Cardinales esse.

In ambiguo primũ electo obsequendũ.

40 His, alijsque grauissimis argumentis spretis, Cardinales aggressuri dirum facinus, rari more tyrannorum & persecutorum Ecclesiæ, Pontificem vel arte, vel vi oppressum iri, ex Anagnina vrbe Italos Cardinales solicitarunt literis refertis dolo & mendacijs, vt communi consensu pseudopontificem deserto Vrbano crearent. Ascripta est eiusmodi literis dies vigesima mensis iulij.

Ituli Card Anagniam vocati.

41 Non assensere tum flagitio Cardinales Itali: ex quibus lapso post mense Franciscus tit. S. Sabinæ vulgo Cardinalis S. Petri nuncupatus, vir ab ambitione & inuidia alienus, quem papalibus ornamentis simulate a Cardinalibus indutum vidimus, vt Romanorum ob Vrbani creationem succensentium furori se subduceret, correptus letali morbo ad confirmandos in Vrbani obsequio fideles contra perduellium Cardinalium improbitatem, imminente sibi morte publicis rabulis a testatum reliquit, eosdem Cardinales Vrbanum ingenti consensu elegisse, ac postea vti verum Pontificem diu coluisse. De tribus alijs Cardinalibus Italis hæc leguntur in publicis monumentis b, quæ nonnulla quæsita a Cardinale Florentino continent: *Existentibus dominis Cardinalibus vltramontanis in Anagnia, ac publicato dubio quod ipsi domini Cardinales vltramontani faciebant de iure domini Barensis ad papatum, domini Cardinales Italici, videlicet domini Florentinus, Mediolanensis, & de Vrsinis, remanserunt cum dicto domino Barensi in Tiburi, & ibi cum eo tenuerunt consistoria publica & priuata, in quibus confirmarunt filij Imperatoris ad imperium electionem, & fecerunt pacem cum Florentinis & multa alia; & quod ipsi domini Cardinales Italici de mandato dicti domini Barensis interposuerunt se ad faciendam concordiam inter ipsum dominum Barensem & vltramontanos: & quod propterea iuerunt * Anagniam, & quod quia nihil operari potuerunt, redierunt Tiburi ad dictum dominum Barensem, & ibi cum eo tenuerunt, vt prius, consistoria publica & priuata, & promotiones praelatorum familiarium & amicorum ipsorum dominorum Cardinalium Italicorum fecerunt.*

Cardinalis S. Petri moritis testimonium.

a Extant de schism. to. 2. p. 38. & in Annal.

b Extant t. 3 de schismat. pag. 118.

* versus

42 Ebulliente iam schismate Vrbanus de illius compescendi modis plura consistoria cum ijsdem tribus Cardinalibus egit: visumque est ad dirimendam moram controuersiam ex vniuerso orbe patres ad synodum œcumenicam conuocandos: quod quidem optimum consilium a Spiritu sancto suggestum, ob furentium schismaticorum flendam pertinaciam, non nisi post plura annorum curricula Constantiæ ad exitum perduci potuit. Missi itaque tres Cardinales Itali, postquam cum totidem Cardinalibus Gallis in colloquium venere, hæc de gesta legatione ad Vrbanum scripserunt c.

Conciliare sibi Cardd Vrbanus nititur.

c Extant t. 2. de schismat. pag. 36.

Sanctissime domine nostre domine semper Pontifici.

Nouerit vestra beatitudo, quod die matutina & heri conuenimus prope ciuitatem Penestrinensem in quadam ecclesia campestri cum dominis Gebennensi, Pictauiensi, & S. Eustachij Cardinalibus, quibus locuti fuimus iuxta condicta coram vestra præsentia, post multa colloquia & diuersa varijs vicibus habita, finaliter offerendo viam concilij, quorum finale responsum fuit, quod a dominis, qui sunt Anagniæ, respondendi ad dicta per nos non habebant mandatum: sed expediebat, vt supra illis deliberaretur cum eis: quare constantissime nos precabantur, vt Anagniam vellemus accedere omnibus dominis eadem dicturi, vt omnibus auditis super eis deliberaretur maxime quod nos etiam in ista materia tangebamur. Quibus respondimus quod ipsi referre cæteris dominis poterant, nosque in aliquo loco vicino expectaremus eorum responsum, rogantes vt sine dilatione illud dare deberent: quamobrem præfati domini isto mane Anagniam remearunt: nos vero responsum præstolabimur in castro Genazani vel alio loco vicino operaturi omne bonum, quod nobis erit possibile. *Scriptum Zagaroli die* VI.

Concilium non approbant.

angusti primi indictione. Devoti vestri, P. Portuensis, S. Mediolanensis, I. de Ursinis Cardinales.

Auersatur concilium.

43. 44 Perhorruere ad synodi vocem Cardinales Galli: conscij quippe erant, nefarias ipsorum artes coram totius orbis patribus non valituras, atque ideo disturbandum concilium œcumenicum ab Vrbano meditarum, in quo illius auctoritas asserenda foret, censuerunt, vt ipsa schismaticorum publica acta a testantur: *Pro parte*, inquiunt, *dominorum Italicorum fuit aperta via concilij generalis, quæ cum esset per ipsos tres dominos missos reportata, fuit communi omnium consilio vt damnosa & præjudicialis repulsa.* Necessarium tamen omnino erat concilium pro mota controuersia discutienda, dirimendaque: nam cum effugirent Cardinales se grauissime errasse in Vrbano creando, quem pseudopontificem appellabant, & ab eo sacerdotia petendo & celebrando consistoria, patet ipsos fateri se errori esse obnoxios, ac proinde Vrbanum esse posse verum Pontificem (vti erat) & opponi iniuste illi antipapam. Itaque controuersia illis permittenda non fuit, sed Ecclesiæ vniuersali, quæ errare non potest, & a Diuino spiritu regitur. Cur ergo œcumenicam synodum semper recusarunt, nisi quia hæreticorum more stare Ecclesiæ vniuersalis iudicio noluerunt, in quo damnandos se omnino norant? Non pertinere autem ad Cardinales ferendæ sententiæ ius, ex Constantiensis synodi decretis suo loco viluri sumus: ac licet ad ipsos pertineat electum Papam ostendere, non tamen vbi omnibus perfectis ritibus ostenderint, isque ab vniuerso orbe Christiano vt verus Pontifex exceptus fuerit, ostendere alium (priore abdicato) ipsis licuit, cum amplius fide non sint digni, qui se perfidiæ & periurij reos in priore ostendendo iactent. Hic vero prætereundum non est, Cardinalem S. Eustachij schismaticum missum esse ostendere b non cogendum concilium inutili ea ratione, quod cum Ecclesia Dei pastore suo viduata esset.

a Extat in t. 16 de schismat. pag. 12.

b tom. 5. de schism. pag. 136.

45 At Cardinales Galli, quos salus Ecclesiæ non mouebat, cum diu Cardinales Italos synodum œcumenicam offerentes responsi certioris vana expectatione delusissent, vt viri a Deo auersi Ecclesiam, quam Vrbanus concilij beneficio conglutinare satagebat, discindere fusore diabolo detrenerunt. Infigatos ad flagitium ab Ambianensi Cardinale, qui ob vitia ab Vrbano correptus rabidas in eum, implacabilesque iras sumpserat, Bartholomæus Zabricius testatur c, sic inquiens: *Si Cardinalis Ambianensis non fuisset, nil fuisset de istis mutationibus*; confirmatque Thomas Vualsingamus d.

c Extat ius de posit. to 4. de schism p. 74 Card. Ambianensis schismatis architect. d Vualsingham. hist. Angl. hoc anno.

46. &c. Accessisse participes sceleris Carolum Francorum Regem, qui Cardinalis Ambianensis regebatur consilijs, & Ludouicum Andegauensem ducem, quem priuatæ augendæ rei cupiditas vrebat, ac nonnullos Cardinales Gallos etiam inuitos traxisse ad facinus, remque ab eorundem Cardinalium ore se accepisse idem Bartholomæus Zabricius juratus testatur e. Tradit etiam Fauentinus episcopus f mercantius Vrbani in Castellæ regno, Carolum V. Gallorum Regem armorũ potentiam obtulisse Cardinalibus ad eos in schismatis causa procegendos, eriãsi Anglicum bellum ea de causa intermissurus foret, eiusdemq; literas in Vrbe ostẽsas Castellanis oratoribus. Immo Cardinales schismatici palam vulgarunt, se ad schisma a Gallo Rege incitatos fuisse, de quo Rauennas archiepiscopus questus est in literis g ad eundem Regem datis.

Carolus Rex & Ludou. Andegau. fauent schismati. e tom 4 de schism. p. 74 f M. S. Vat. sign. n. 4927 pag. 146.

g Ext. t. 18. de schismat. pag. 141. Ioan. Regina Neapol schismati fauet.

Præterea Ioannam Neapolitanam fœmineo furore in Pontificem efferatam Cardinalium perduellionem fouisse, eosque armasse audacia consentiunt historici. Ipsam quidem initio ex Vrbani, vtpote patria Neapolitani, electione ingentem percepisse lætitiam, & quadraginta millia aureorum, atque alia amplissima munera ad ipsum misisse refert Theodericus Niemius a (id quod antea confirmatum est a Tudertino episcopo) pariterque Othonem Brunsuicensem se & sua Vrbano detulisse: at ipsum postea in Vrbanum concepisse odia, cum minus honorifice habitus esset, addit auctor. Othonem vero a Regina Ioanna cum amplissimo virorum nobilium comitatu missum exambiuisse vt regia corona pontificia indulgentia redimiretur: sed licet honorifice ab Vrbano exceptus fuisset, id tamen eblandiri non potuisse. Ioannæ quoque Reginæ oratorem Nicolaum Spinellum ira succensum in Vrbanum, quod se minus liberaliter ab eo cultum putaret, tradit Pandulphus Collenutius b; narratque Hector Pignatellus c, Nicolaum ipsum XXIII. maij Reginam in ædes suas relaxandi animi gratia inuitasse, inque eo conuiuio de Vrbano deturbando inita consilia; quæ Ioannam Reginam in exitium præcipitem egerunt: mox Nicolaum duabus triremibus inuectum comitem Fundorum adijsse, & XXIII. iunij die cum eodem redijsse ad Reginam, ac de creando Fundis nouo Pontifice coniuratum fuisse, iterumque Nicolaum & Caserranum comitem missos, vt Roberto Geben-

a Theod. de Niem lib. 1. cap. 6.

Nicolaus Spinellus ruinarum auctor.

b Collenut. hist. Neapol. lib. 5.

c Hector. Pignatel. ubi sup.

Propagata a Ioanna schisma.

nensi & alijs Cardinalibus adessent: cumque Cardinales, episcopi, præsules, & abbates Fundos concurrissent, Ioannam Reginam consultam fuisse, num Papam nouum renuntiari vellet, omnia enim in eam rem comparata. Ita ad nutum Ioannæ, quæ occisi quondam viri infamia laborabat, Cardinales Romanam ecclesiam funesto schismate laniare aggressi sunt; quibus consentantes scribit Gobelinus d. Cumularunt autem Cardinales schismatici tantum facinus insigni alia impudentia, atque Vrbano fusorias literas e scripsere, vt pontificatu abiret, ac ni ipsorum furori pareret, atroces minas intendere: cumque Vrbanus minis non cederet, in suscepto scelere schismatici obfirmati encyclicas literas f ad fideles, vt eos in errorem traherent, dedere, quibus confixere creatum meru & vitio Vrbanum; quod quam falsum sit pluribus supra ostensum est.

d Gobelin in Cosmodrom. ætat. 6. c 76

e tom. 2. de schis. p. 157. & apud Vualsin. in Richard. II f tom. 5. de schism. p. 8.

51 Cum vero eas literas Gallorum politica fraude confictas æmuli accepissent Angli, indignabundi ad tantum flagitium, Vrbani causam tuendam suscepere, ac perduellibus hæc inter alia constantissime respondere (referuntur eorum literæ g a Thoma Vualsingamo) *Scimus nequam ex ore vestro iudicandi, modum electionis summi Pontificis nuper celebratæ nobis per literas vestras declaratis diuersos, quod concilium vestrum vallatis armatorum indomita multitudo, minas vobis facientes terribiles & letales nisi eligeretis Italicum vel Romanum, nullam tamen certam vobis limitando personam, ad quam compelleretur eligendam. Manifestum est igitur quod personam, quam vos concedentis elegisse libere & non coacte: & sic quantum ad personam a vobis tunc electam tenemus firmiter & tenebimus ipsam electionem esse & fuisse rite & canonice celebratam.* Ardebant pio studio Angli in Ecclesiæ proditores, cum perspicuis argumentis apud ipsos constaret de iusto Vrbani pontificatu, decerptis ex ipsis schismaticorum testimonijs, quæ ex eorundem schismaticorum monumentis h attulimus in annalibus prolixioribus.

Angli Gallorũ schisma execrati.

g Vualsing. hist. Angl. in Richard. hoc anno.

h tom. 1. de schism. p. 32.

52. &c. Pari pio ardore maxima orbis Christiani pars schismaticorum Cardinalium impietatem execrata est, Florentinorumque nomine Collutius Pierius Florentinæ reipublicæ scrinij præfectus dum antipapa creabatur, perduellium impostura detexit, Vrbanique veri Pontificis asseruit dignitatem: electum scilicet & pontificia corona a Cardinalibus redimi-

Pars orbis maxima adhæret Vrbano.

dimitum cosendum vt Pontificem, donec pontificatus iudiciaria sententia ei abrogaretur; Cardinales vero non idoneos esse iudices, cum sint actores: secundam electionem irritam, nisi prima rescindatur: inanes esse metus confictas causas, pluribusque argumentis refelli, neque ad futilis affirmationis vocem euertendum Ecclesiæ ordinem: moliri Gallos Cardinales motam controuersiam non Ecclesiæ iudicio, sed Britonum armis dirimere: non ferendam eorum audaciam in arrogando sibi in Pontificem iudicio, quod ad concilium œcumenicum spectat; non confundendam tanto schismate Ecclesiam, innumeraque tandem mala ab ijs inuectum iri expositit a subditque. *Dum hæc scribebamus detestabilis fama, immo infamis infamia, deinde nuntius certior adnolauit, vos vnum ex vobis dominum videlicet Gebennensem in Papam, immo in antipapam & antichristum elegisse: in qua re quam vehementer fuerint prostrata corda fidelium, dicere non possumus.* Qua fraude vsi sint Carolmales Galli, vt tres Italos Cardinales ad suos cœtus, in quibus renuntiandus erat antipapa attraherent, refert Theodoricus Niemius b; nimirum singulis vtpote cupidis suasisse pontificatum ijs deferendum, verum præsentibus ipsis Robertum Gebennensem antipapam renuntiatum: ex quo pudore oppleti & ira ac dolore perciti Anagnia discessere, nec tamen ad Vrbanum redire sunt ausi.

a num. 1. de schis. p. 208. & in annal Creatus antipapa dū hæc scribūtur. Cardinales Itali decepti.

b Theod. de Niem cap. 9

Extant S. Catherinæ literæ c ad tres ipsos Cardinales Italos, quibus eos arguit ab Vrbano defciuisse, orbatosque vira veluti membra abscissa a suo capite: non amplificatores, sed contaminatores fidei tactos: non radios, sed tenebras offundere: ex angelis in dæmones conuersos, ac pios homines a vicarij Christi in terris obsequio ad seruitutem antichristi & membri diaboli, nimirum antipapæ, traducere: frustra iactare electum terrore Vrbanum, cum patuerit omnium sensibus, non illum, sed Cardinalem S. Petri metu & simulatione renuntiatum. Si iactent, ipsos, qui electionem celebrarunt, magis quam cæteros veritatis conscios esse, retundi eorum dicta hoc responso: multis modis ipsos veritatem prodidisse: nec aduersus Vrbanum dignos fide habendos cum se Vrbani hostes professi sint. Tum eosdem adhortatur, vt fastu posito se præpotenti manui Dei subijciant: redeant ad Christi vicarium: diuinam agnoscant clementiam, quæ vt terra sub eorum pedibus dehiscat non imperet, nec animantia in eos irruere ac morsibus laniare iubeat: licet acerbius habiti fuissent a summo Pontifice, ab eo desciscere non debuisse, & quamuis omnes Christiani in colendo illo paribus votis consentire debeant, Italis tamen viris occationem defuisse, quæ transalpinos ex nimio in patriam amore impulerat, vt ab Italo Pontifice deficerent.

c S. Cathar. epist. 31. S. Cathar. Senen. ad Cardd. pro litera.

56. &c. Creatus est antipapa Robertus Gebennēsis vigesima mēsis septembris pernigilio S. Mathæi Apostoli. Tradit illius vitæ scriptor d, ipsum tunc ætatem triginta sex annorum egisse. Cur autem eum potissimum antipapatus insignibus induerint schismatici, obseruat idem auctor: *Primo*, inquit, *quia erat admodum bene paratus, totusque agilis & dispositus ad laborandum*, id est ad nascendam Dei Ecclesiam, *& sic tenebant eum esse cordatum & animosum, & voluntarium ad exponendum etiam propriam personam vbi necesse existeret pro liberatione & ereptione Romanæ ecclesiæ a manibus dicti B. intrusi*: sita loquitur schismaticus de vero Christi vicario, *præsertim cum in talibus pro negotijs Ecclesiæ memorata alias exercitium & experientiam habuisset*. Ipsum perfidiæ, ac fusi cruoris innoxij crudelitatis nota se polluisse vidimus, dum legatum apostolicum agebat, ac Britones & Vascones in Cæsenates inermes, cum quibus solemne fœdus iniuerat, effuderat tanta rabie, vt pueri illisi, atque ad domorum fores laqueo suspensi fuerint. Pergit auctor. *Secundo quia erat valde generosus in gradu consanguinitatis vel affinitatis, & magis & minus attingeret fere omnes maiores principes Christianos: propter quod sperauerunt, quod tam consideratione Ecclesiæ, quam contemplatione suæ personæ sibi vellent obedire, ac viriliter assistere, & fauere.*

Robertus Gebennēsis creatus antip. d Clem. antip. vit. scrip apud Bosq. Arrogātis erat animi Britones, & Vascones sibi adictos habebat. Plures principes consanguinitate attingebat.

59 Confirmato itaque schismate, S. Catharina Senensis diuino instinctu afflata Vrbanum, exaratis quinta octobris huius anni die literis a, ad constantiam aduersus schismaticos, fundendumque pro Christi corpore mystico sanguinem adhortata, hanc insignem addidit sententiam: *Accepi, dæmones humana carne indutos non elegisse Christum in terris, sed excitasse antichristum aduersum te Christum in terris, quem ego profiteor, & non nego te Christi vicarium esse, qui tenes claues cellarij Ecclesiæ sanctæ, in quo seruatur sanguis immaculati agni, cuius minister es, fremant licet & rumpantur aduersarij.*

a Epist. 22. Vrb. a S. Cathar. Senen excitatus ad constantiam.

Horcati vero sunt antipapam & Cardinales schismaticos Carolus Imperator, & Ludouicus Hungariæ Rex, vt conflatum schisma dissoluerent ob ingentia mala, quæ Ecclesiæ inuecturi essent: sed spreta eorum consilia, atque oratores indigne habitos refert Theodoricus Niemius b subditque: *Quod cum prædicti Imperator & Ludouicus Rex audiuissent de hoc nimium perturbati decreuerunt, quod partem dicti Vrbani quo ad eius tuerentur iustitiam, donec quid iuris esset de ipsa secunda electione discuteretur, velint omnino tenere.* Tum nonnullis interiectis de Vvenceslai electione ab Vrbano confirmata, de Germania, Hungaria, & Italia in Vrbani obsequio perstantibus, deque muneribus a Ludouico Rege ad Vrbanum missis subijcit idem auctor: *Habuit*, scilicet Vrbanus, *secum quasi totam Tusciam, necnon Lombardiam, & pro maiori parte Alemaniam, Boemiam, Hungariam, Angliam, Poloniam, Daniam, Suetiam, Norwegiam, Prussiam, Frisiam, & multas alias nationes Alemanniæ contiguas, quarum principes & ecclesiastici prælati, necnon incolæ dicto Vrbano eiusque successoribus in ipsa sua obedientia tanto tempore firmiter adhæserunt.* Nec modo hæc regna, verum plura etiam alia in Vrbani obedientia constanter perstitere, vt queritur auctor schismaticus c, qui vbi exposuit sperasse Cardinales, Regum ac principum, qui Robertum Gebennensem affinitate contingebant, opera populos ab Vrbani veneratione reuocatum iri, subdit: *Sed Domino permittente non sic se res habuit*, et infra: *Totus namque mundus diuisus fuit: sed, prob dolor! multo maior pars obediuit & adhæsit Barbholomæo iuniori*, idest Vrbano, *immo pro tunc quasi totus.*

b Theod. de Niem. lib. 2. cap. 15. Quę regna Vrbanum coluerint, Delusi nefanda spe Cardd. c Antipapæ vita script. apud Bosq.

60. 61 Siquidem pseudocardinalium mendacia, atque impostura parum valuissent, nisi Carolus Francorum Rex, quem maximum schismatis suasorem vidimus, contra archiepiscoporum, episcoporum, & sapientum consilia, per tyrannidem primum inuitos & reluctantes Gallos coegisset ad scelus, ac deinde Scotum & Castellanum Reges fœderatos ad id suis artibus pellexisset: obseruat enim Paulus Aemilius d ex literis cantoris ecclesiæ Parisiensis rei vniuersæ spectatoris, Gallicanos patres censuisse in coleberrimo cœtu mense septembris celebrato, Cardinalium dicta non admittenda. Cæterum neque Gallicana ecclesia sese ab Vrbano diuulsisset, nisi eam oppressisset politicorum tyrannis; propugnauit enim Vrbani iura Parisiensis academia dum libertate potita est e, atque pseudocardinalium impietatem

Nil potuissent sine Gallis Rege. d Paul. Æm. in hist. e Paul. Æm. in Carol. V.

damnauit, veritate crebris disceptationibus in luce collocata: quare Vrbanus gratias illis per literas egit, ipsosque est adhortatus, vt Dei ciusque Ecclesiæ causam fortiter tuerentur.

Carolus Rex Gallos catholicos opprimit.

62. &c. Oppressit regia vi Carolus doctorum parisiensium libertatem, ne dignitatem Vrbani tueretur; spretis enim sapientibus decretis a Gallicanis patribus in priore concilio constitutis, alios conuentus multo infrequentiores mense nouembri habuit a, in quo antipapæ partes est amplexus, ac deinde catholicos cum Vrbano sentientes est infectatus, politicis nonnullis argutijs adductus, quibus etiam Cardinales in flagitium impulerat; id enim ipsos vulgasse queritur, vt supra indicatum est, Cardinalis Rauennas in literis b ad eundem datis: *Hanc*, inquit, *eorum peruersitatem & schisma dicunt se cum vestro fauore velle defendere: hanc dicunt de vestro mandato & consilio processisse.* Et quidem Carolum conatum omnem ad catholicos ab Vrbani obsequio abducendos collocasse, narrat antipapæ Clementis gestorum scriptor c. Non potuit vero omnes Gallos peruertere, vt refert Paulus Aemilius d: *Flandri*, inquit, *ac Britannus literis Gebennensis addicti pro Vrbano vita deinceps omni stetere, Gebennensi ante exortam æmulationem affirmanti potius, quam, cum postea de pontificatu certaret, negauti credentes: eo tamen religione; vt testarentur, se vniuersi concilij, si quod forte cogeretur, placito sententiam suam moderaturos.* Ampliſſimæ etiam aliquæ prouinciæ, quæ parebant Anglo, vt Aquitania, antipapæ iugum accipere detrectarunt, cum Angli pari constantia, qua Vuicleffi hæresim damnauerant, schisma detestarentur; vnde cum ignominia pseudocardinalium nuntios repulsam passos narrat Vvalsinghamus e.

a Paul. Æm. in Carol. V.

b Extat t. 18 de schismat. pag. 341.

Promulgatur a Cardin. auctor schismatis.

c Clemen. vita scriptor apud Bosq. d Paul. Æm. in Carol. V. Rege.

Flādri, Angli, & Britones stant pro Vrbano.

e Vualsin. in Richar. II. Mutatus sæpius a Card. alius f tom. 1. pag 160.

72. &c. Cæterum obseruandum hoc loco est schismaticos, vtpote mendaces, cum mendacia priora patere intelligerent, illud suum thema f sæpius mutasse & pugnantia inter sese astruxisse; qua de re a Baldo, a Ioanne de Lignano, & a Toletano archiepiscopo g conuicti sunt, ac falsitatis redarguti. At Vrbanus casum pure & nitide exposuit, nec vnquam, quod veritatis proprium est, priora dicta posterioribus peruertit: atque ad schismaticorum infringendas artes seruatos in electione sua ritus vniuerso populo Christiano proposuit h: quem lector cupidus in annalibus prolixioribus inspicere potest.

g tom. 17. pag. 223.

Numquam ab Vrbano cumulatus

h Extat. 1. de schis. p. 164. & in annal.

104 Percurramus nunc gesta hoc anno a duobus Pontificibus, altero vero, altero autem simulato sibi inuicem aduersantibus. In primis episcopus Tudertinus earum rerum testis oculatus de reditu Vrbani in Vrbem, confirmato iam schismate, & omnibus in bellum versis, hec tradit i: *Dominus noster venit ad Romam, & descendit in S. Mariam maiorem quia castrum S. Angeli tenebatur per aduersarios, & deinde iuit ad S. Mariam in Transtiberim, & ibi stetit, donec castrum peruenit ad manus Romanorum.* Addit paucis interiectis de creato Cardinalium collegio, *Dominus noster in S. Maria de Transtiberim creauit & fecit* XXVIII. *Cardinales, inter quos fuit dominus Agapitus de Columna*; at Theodoricus Niemius illos viginti sex fuisse affirmat l. Recenset plurium nomina Felix Contelorius. *I. Thomasinus*, inquit, *de Frignano, seu Firignano ex generali ordinis Minorum, patriarcha Gradensis, tit. SS. Nerei & Achillei presbyter. II. Pileus de Prata archiepiscopus Rauennas presbyter tit. S. Praxedis. III. Franciscus archiepiscopus Pisanus, episcopus Prænestinus, S. R. E. Vicecancellarius. IV. Lucas de Gentilibus episcopus Camerinensis, postea Nucerinus, in urbe vicarius Gregory XI. presbyter tit. S. Sixti. V. Andreas episcopus Perusinus, presbyter tit. SS. Marcellini & Petri. VI. Frater Bonauenture de Padua, generalis ordinis Eremitarum S. Augustini, presbyter tit. S. Cæcilie. VII. Frater Nicolaus Misquinus, seu Caracciolus, inquisitor hæretice prauitatis in regno Sicilia generalis ex ordine Fratrum Predicatorum, presbyter tit. S. Cyriaci in thermis. VIII. Philippus Carafa archidiaconus Benenensis presbyter tit. S. Martini in montibus. IX. Ioannes archiepiscopus Corfiensis, presbyter tit. S. Sabine. X. Philippus episcopus Tiburtinus, tit. S. Susanna presbyter. XI. Pontellus Vrsinus episcopus Auersanus, presbyter tit. S. Clementis. XII. Bartholomæus Mezzauaccha Bononiensis episcopus Reatinus, presbyter tit. S. Marcelli. XIII. Rainulphus episcopus Sisariensis, presbyter tit. S. Potentiane, S. R. E. Vicecancellarius. XIV. Philippus de Alencenio de stirpe Regum Francorum genitus, patriarcha Ierosolymitanus postea episcopus Sabinus, & demum Ostiensis & Velletrensis. XV. Ioannes archiepiscopus Pragensis, presbyter tit. XII. Apostolorum. XVI. Guillelmus tit. S. Eusebij presbyter. XVII. Elziarius de Sabrano, Arianensis episcopus Theatinus, presbyter tit. S. Balbine. XVIII. Demetrius episcopus Strigoniensis, presbyter tit. SS. quatuor Coronatorum. XIX. Galeottus Tarlatus de Petramala, diaconus S. Agathe. XX. Gentilis de Sangro, diaconus S. Adriani. XXI. Agapitus de Columna episcopus Vlixbonen. XXII. Ludouicus diaconus S. Marie noue. XXIII. Stephanus Columna præpositus ecclesie S. Audomari Morinensis diocesis. XXIV. Guillelmus Courteneius ab Herefordia episcopus Londinensis.*

i tom. 2. de schism. p. 48

Arx Adrianis a schismaticis infesta.

Cardinales creat Vrban.

l Theod. lib. 1 cap. 12.

Eorum nomina, & officia.

105. &c. Creatis Cardinalibus Pontifex antipapam, ac patrati flagitij præcipuos signiferos, nimirum Ioannem Ambianensem, Geraldum Maioris monasterij, ac Petrum S. Eustachij in iudicium vocaros, VIII. idus nouembris, de gradu cardinalitiæ dignitatis deiecit, pluribusque alijs affecit pœnis, quas III. kal. decembris confirmauit; pariterque in patriarcham Constantinopolitanum, qui blasphemas conuiratorum Cardinalium in Pontificem literas inmalignantium cœtu vulgarat, nonnullosque episcopos; tum in Fundorum & Casertæ comites, ac Nicolaum Spinellum Ioannæ Reginæ Neapolitanæ oratorem, maximum sceleris artificem, Franciscum de Vico Viterbij inuasorem, necnon in Britonum, & Vasconum tribunos militares participes sceleris animaduertit. Distulit seueritatem in alios Cardinales schismaticos adhibere, vt ipsos ad officium veniæ spe reuocaret, ac pariter acceptam a Iacobo Vrsino, & Petro Florentino, ac Simone Mediolanensi Cardinalibus, qui antipapatus adipiscendi fallaci spe ducti Fundanæ synagogæ interfuerant, iniuriam clementia dissimulauit, ne in desperationem metu animaduersionis adigeret, eorumque accessione schisma conualescceret.

Schismatis auctores in iudicio vocati.

Ostēsa aliis Cardd. veniæ spes.

115 Neque hoc loco silendum videtur, antipapam æmulatum verum Pontificem suorum pseudocardinalium numerum auxisse, vt vitæ eius scriptor a narrat: quibus addit Leonardum de Giffono Felix Contelorius in suo elencho, confirmatque Angelus Minorita b, qui inter schismaticos in ordinis præfectura successit Leonardo. Caterum proximo anno quinta aprilis ab antipapa cardinalitiæ dignitatis insigne ad eum transmissum, refert Hector c Pignatellus comes, ac Reginam Ioannam ea de causa publicam lætitiæ pompam instruxisse, quæ postea in luctum abijt, ipsumque Giffonum acceptam scelere purpuram coactum exuere, inferius visuri sumus.

Pseudocardinales creati.

a Antipapæ vitæ scriptor apud Bosq.

b tom. 3. de schism. p. 1. Hist.

c Nasc. Pignatel. in suis diarijs Neap.

116. &c. Nec schismate modo, verum hæresi Vvicleffiana vexata est Ecclesia Dei: quamquam enim

Ecclesia a schismaticis, & hæreticis oppugnata.

hoc

hoc anno Angli præſules circa extrema Gregorij, vel initia Vrbani pontificatus ſynodum aduerſus Vvicleffum hæreſiarcham Lambathi coegerunt, is tamen Richardi Cliffordi patrocinio tectus, cum hæreticas propoſitiones ad molliorem interpretationem flexiſſet, iudiciariam ſeueritatem declinauit, vt narrat Nicolaus Harpsfeldius a in Vvicleffiana hiſtoria. Gerebat adhuc catholici nominis laruam Vvicleffus, quippe qui datis ad Vrbanum Pontificem literis profeſſus eſt omnia ſua dicta ex illius, quem euangelicæ legis verum interpretem agnoſcebat, decretoria ſententia demiſſe ſe correcturum, vt ex ipſorum hæreticorum commentarijs narrat Sanderus b, ac ſubdit hæc obſeruatione digna: *Hæc ergo eſt ſumma rei*, inquit, *primatus Romani Pontificis tam illuſtris ſemper, & perſpicuus fuit, vt nemo fere hæreticorum potuerit negare quin penes eum fuerit, ac in æternum debeat eſſe ſummum Eccleſiæ tribunal, & iudicium: ſed quia propter mentis ſuæ cæcitatem certiſſime ſibi perſuadent hæretici omnia ſua placita eſſe verum Dei euangelium, concludunt demum potius optandum, atque eligendum ipſis eſſe, vt ſummo iudici Eccleſia recuſent parere, quam vt mendacium, quod inſtar veritatis amplexi ſunt, quodque iam diu palam defendere cœperunt, cum fama ſua detrimento deſerant poſtea, & condemnent.* Quæ ſtudia Vrbanus in excindenda Vvicleffiana hæreſi collocarit, cum plura eius regeſta perierint, nitide explicare non poſſumus: ipſum tamen officio non defuiſſe ex eo conſtat, quod Vvicleffus in eum, ad quem, vt compeſceret aduerſarios, perfugerat, arroganter inſolenterque ceruices, aliorum hæreſiarcharum more erexerit, atque conflato ſchiſmate, exagitandæ conuitijs Eccleſiæ, & euomendarum hæreſeon occaſionem arripuerit, vt memorat Thomas Vvaldenſis c.

a Nicol. Harpsfeld. in hiſt. Vvicleff. ſiana cap. 5. Vvicleffus iudices fallit.

b Sander. de viſib. monarch. lib. 7. Hæretici cur deſciſcant a Pontificibus.

Occæcati ſuperbia auertit ſe a veritate.

c Tho. Vvaldens. t. 2. art. 23. cap. 45.

119 Coniunxit ſe ſchiſmati & hæreſi dira ſeditio, ſatisque magnis cladibus attriuere d hoc anno Veneti, ac Genuenſes diſceptantes de imperio inſulæ Tenedo, & rerum Græcarum controuerſijs; tum in oriente & occidente fœderatos præpotentes, in mutuam perniciem traxere; Genuenſes quidem Ludouicum Regem Hungariæ, Aquileienſem patriarcham, & Carrariam Patauij e regulum concitarunt in Venetos; Veneti vero aduerſus Genuenſes Bernabonem Vicecomitem Mediolanenſem, Petrum Regem Cypri, & Marchionem Carreti ad belli ſocietatem allexere, ex quo reſpublica Chriſtiana admodum quaſſata eſt, cum victores paulo poſt eaſdem, quas intulerant clades, experirentur. Vt vero Genuenſes Venetos in proximũ exitium conicerint, ſequenti anno dicetur: nunc Caroli Imperatoris obitu triſtem annum abſoluemus.

Bellum inter Venetos, & Genuenſes.

d Dan. in ſ. Ven. & append. ad hiſt. Andr. Dand. e Biazar. de bello Veneto lib. 2. & hiſt. Genuen. l. 2. Folier. lib. 8 & alij.

120. 121 Ereptus ille eſt e viuis magno Eccleſiæ detrimento extremo hoc anno, vt referunt Albertus Argentinenſis f & Trithemius; non vero ſequenti anno die vigeſimo ſeptimo martij vt nonnulli tradidere; cum Vrbanus ſequenti anno ſexto kal. februarij Regi Aragonum ſignificarit, Carolum nuper vita functum: quem exornat ampliſſimo elogio Æneas Syluius; ea tamen noca percellit, malis artibus ſocordi filio imperium peperiſſe: *Promiſſis*, inquit, *cuique electori centum millibus aureis, quos cum repræſentare non poſſet, publica illis Romana reipublica veſtigalia obligauit: perpetuum imperij malum. Hinc Romana poteſtas ad nihilum redacta, nec poſthac extollere caput imperium potuit, cum principes electores omnia ſibi retinerent, imperatoremq; iureiurando adigerent, ne pignora reuocaret.* His conſentanea Dubrauius g, & Ioannes h Cochlæus tradunt: quorum poſtremus addit. *Reliquit poſt ſe rerum a ſe geſtarum hiſtoriam, quam ſua manu conſcripſiſſe fertur*, cuius *hoc initium eſt*; *Quicunque regnabitis poſt me, decorati diademate Regum memento, quod & ego rexi*

Commendatur.

f Alb. Argen. chr. & Trithem. Caroli Imper. mors.

Cæſareæ virgæ cluſæ

g Dubr. hiſt. Boem. l. 22. h Cochl. hiſt. Huſſit. lib. 1. Præclara eius monita.

ante vos, & in pulverem redactus ſum, & in lotum vermium ſimiliter vos cadetis, tranſeuntes, vt umbra, & velut flos agri. Quid valet nobilitas generis, aut rerum affluentia niſi adſit pura conſcientia cum fide recta & ſpe ſancta reſurrectionis? &c. Optima adiecit monita, quibus poſteros ſuos erudiuit: ea vero Vvenceslaus maior natu filius in Boemico regno & imperio ſucceſſor a ſpreuit, vt videbimus.

a tom. 1. de ſchiſ. p. 134. Io. Paulus lib. 1. & Dubr. hiſt. Boem. lib. 22. 23.

IESV CHRISTI
Annus 1379.

VRBANI PP.VI. annus 2. VVENCESLAI ROM. REGIS 1. IO:PALÆOLOGI IMP. OR. 39. Indict. 2.

1. 2 DIſciſſum ſe trifariam ingemuit Chriſtianus orbis: pars quidem maxima Vrbano Pontifici coniuncta hæſit; pars ad Robertum antipapam defecit; pars neutri ſtudere profeſſa eſt: veteres enim Cardinales Itali, quos ambitione antipapatus circumuentos a ſchiſmaticis vidimus, quamuis Vrbanum etiam poſt Fundanam ſynagogam Pontificem eſſe profiterentur, ad eum tamen etſi ab ipſo rogati redire detrectarunt, rati præteritum ſcelus tegi poſſe; atque eccleſiarum priſtinam redintegrandam coniunctionem, ſi œcumenicum concilium veluti neutri parti affixi cogi ſtuderent, in quo orta de pontificatu controuerſia dirimeretur. Extant illorum ea de re ad Pontificem ipſum b miſſæ Talliacotio literæ, quibus aſcripta eſt decima ſeptima ianuarij dies: vbi in lethalem morbũ delapſus Iacobus Cardinalis Vrſinus antequam e viuis diſcederet, publici notarij opera conſcriptis c die decimatertia auguſti monumentis teſtatum reliquit, ſe vna cum Petro & Simone Cardinalibus ſentire ad ſchiſma abolendum, ſynodum œcumenicam celebrandam, ſeq; eum Pontificem agnoſcere, qui in concilio Pontifex pronuntiaretur; vt teſtatur epiſcopus Viterbienſis: *Habui*, inquit, *ante mortem ſuam per duos dies videlicet die XII. aug. cum ipſo domino Iacobo iſta verba: Reuerendiſſime pater, bene credo fideliter tãto tempore ſeruiniſſe vobis, quod non negabitis mihi vnam gratiam; & ipſe reſpondit: Certe nihil negabo tibi, quod concernat perſonam tuam. Tunc dixi ſibi: Ego peto quod dicatis mihi, ſi erro in adorando dominum Vrbanum pro Papa: quod ſi errarem ego vellem deponere errorem meum, quia magis diligo animam meam, quam ipſum. Tunc ipſe reſpondit: Certe immo erraret ſi non adoraret, quia ipſe eſt veriſſime Papa. Tunc ego dixi ſibi: Quare ergo non rediſtis ad ipſum: Ipſe reſpondit: Quia via concilij videtur mihi vtilis pro eo, pro me, & pro tota Chriſtianitate.*

Triplex eccleſiæ diſciſſio.

b Ext. t. 3. de ſchiſ. p. 120.

c Ext. t. 2. de ſchiſm. p. 22.

Card. Vrſinus moriens fatetur Vrbanum eſſe verum pap. Concilium eccleſiæ neceſſarium prædicit.

3. 4 Optabat Vrbanus cogi ſynodum œcumenicam, quam ſuperiori anno ante & poſt antipapæ creationem coniuratis Cardinalibus obſtitiſſe, diſcuſſamque a concordiæ hoſtibus reſtituendæ Eccleſiæ pacis rationem vidimus: qui quidem hoc etiam anno, captatis ad colorandam perfidiam diffugijs, oblatam a Petro Florentino, Simone mediolanenſi, & Iacobo Vrſino de celebranda ſynodo pactionem repudiarunt; nonnullis futilibus de cauſis, quæ a ſchiſmatico tumido faſtu, & veritatis aperto hoſte exaratæ fuere d: cum enim Romanorum & Galliæ Reges flagitarent, concilio cauſam permitti, reſponſum eſt inepte, non ſpectare ad laicos de rebus eccleſiaſticis ſtatuere; quaſi vero ad eos non pertineret vt tantum ſchiſmatis malum tolleretur: addirum celebrato concilio quæſitum iri an Vrbani valeret electio, hanc vero quæſtionem iam deciſam a Cardinali-

Affentitur Vrb. vt cõgregetur Concilio.

d tom. 10. de ſchiſm. p. 87

dinalibus eam non valere.

5 Caterum de pertinacia schismaticorũ in respuenda œcumenica ad sedandum schisma synodo conquestus est postea Hispanorum nomine Toletanus archiepiscopus in commentario egregio [a], quem aduersus pseudocardinalem S. Eustachij, qui pluribus verborum lucis, ac perperam adductis iuris canonici legibus contenderat, concilium œcumenicum non cogendum, edidit: in quo etiam fatetur, se in celeberrimis ab Henrico Rege ordinum Castellæ conuentibus habitis in vrbe, cui Yliescas nomen est, eam sententiam cum maxima Castellanorum parte amplexum [b]. At de his suo loco. Aduocatum vero iterum ab Henrico Rege episcoporum, procerumque concilium Toleti, refert Ioannes Mariana: cumque Vrbani, & antipapæ legati illum in suam partem trahere niterentur, ipsum in neutram inclinare decreuisse, professumque Castellanos in re controuersa œcumenici concilij iudicium secuturos, & quæ in Castella ad Romanum Pontificem pertinerent integra ei fore, qui æmulum vicissim.

6 Mense etiam maio alios præsulum & procerum conuentus Burgis Henricum d indixisse, vt in schismatis controuersia veritatem exploraret, e Petri regiæ Aragoniæ stirpis principis, qui, vt vidimus, S. Francisci institura amplexus, hoc tempore sanctitatis opinione florebat, ac pluribus cœlestibus visis collustrabatur, monumentis condat: atque etiam ab eodem Petro, qui propheta habebatur, missis præsulibus orasse, vt diuina sibi arcana, quibus cœlitus edoctus erat, in vero Pontifice dignoscendo aperiret: pseudocardinalis enim Ostiensis, cum cætera eius vaticinia laudaret, illud, in quo de Vrbano agebatur, oppugnabat. Quibus auditis Petrus, qui iam ante Henricum Regem literis hortatus erat, vt in Vrbani veneratione constans perstaret, de futuro in Dei Ecclesia schismate olim sibi diuinitus ostenso, prænuntiatoque: tum de Vrbani creatione legibus celebrata, ac de schismaticis in Nicolaitis apud S. Ioannem adumbratis e, quod duplicem sponsum Ecclesiæ tradidissent, responsum dedit f.

7 Saluberrima Petri principis Minoritæ monita, vt nimirum Vrbani iusti Pontificis causam defendendam susciperet, neglexit Henricus, quem diuina percussum ira e viuis ereptum idem Petrus, qui amicitia illi coniunctissimus regios olim honores, ac triumphos prædixerat, interpretatus est, vt ipse in apologia aduersus schismaticos, qui ostensa ipsi diuina visa impugnabant, differit; dum Numinis vltionem principibus antipapæ sectatoribus impendentem prænuntiat g.

8. &c. Ad muniendos contra schismaticorum fraudes Hispanos Alfonsus Hispanus vir religiosissimus eximium commentarium edidit h, ex quo hæc decerpsimus: *Modi per quos scio & firme credo dominum nostrum Vrbanum VI. esse verum Papam, sunt infrascripti videlicet per viam sancti Spiritus & notitiam voluntatis Dei*; in quam sententiam narrat a Petro principe Minorita lapsis retro pluribus annis schisma hoc prænuntiatum, illiusque declinandi descriptos modos, si nimirum probitate insignes viri in Cardinalium numerum referrentur, pluraque affert visa cœlitus obiecta S. Birgittæ: *Alius modus est per viam facti mihi nati*; quod prorsus consentit cum ijs, quæ supra proposuimus: cui narrationi hæc interserit.

14 *In isto*, inquit, *tempore Cardinalis de Luna, tunc dominus meus familiarissimus, habebat frequenter consilia super hac materia cum camerario suo Petro Garcets, & mecum, licet indigno, qui quidem camerarius si consuluit in absentia mea, & postmodum in præsentia mea omnes tres aliquod concluximus, quod ipse dicto archiepiscopo, scilicet Barensi, daret vocem suam, ex quo de Cardinalibus vltramontanis propter discordiam erat impossibile eligere. Et quia ego per quatuor, vel quinque dies, antequam intrarent conclaue, verisimiliter vidi, quod dictus archiepiscopus tunc Barensis debebat eligi de communi consensu ambarum partium, ideo tunc ivi ad dominam Catharinam filiam beatæ Brigittæ, cuius negocium promouebam in curia, & persuasi sibi, quod iret ad dominum archiepiscopum, & ei maximam reuerentiam faceret, & negotium canonizationis suæ matris valde efficaciter recommendaret, ex eo quod ego videbam, vt ipse eligeretur in Papam. Ipsa vero hoc audiens statim illuc perrexit, & in ecclesia S. Petri ipsum inuenit, & tunc ei maximam reuerentiam vltra solitum exhibuit, & negotia sua illi humiliter recommendauit. De quo ipse tunc magnam admirationem concepit, eo quod dicta domina Catharina non consueuerat ei facere tam profundam reuerentiam.*

15. &c. Addit Cardinalem Glandacensem eidem archiepiscopo Barensi ante ingressum conclaue significasse, Cardinales ad eum renuntiandum Pontificem conspirare, electoque Vrbano Petrum de Luna exposuisse vt Cardinalis S. Petri fiche in solio pontificio collocatus fuisset, Vrbanus autem vere Pontifex renuntiatus esset, ac pro eo a Romanorum furore liberando operam se dedisse: graues vero querelas a Romanis effusas, quod electo Vrbano delusi essent a Cardinalibus; quos solemni ritu exornãtes Vrbanum pontificijs insignibus se vidisse testatur Alfonsus, subditq; deinde Vrbanum a se Cardinales ob acerbitatem morum iurgiaq; cũ Ambianensi Cardinale contracta abalienasse.

18 Digressus ad tertium modum quo ex iure canonico & firmissimis rationibus crederet Vrbanũ esse verum Pontificem; primum argumentum ita ducit a simili: *Dico quod cautum in iure, quod si aliquis homo dilexit aliquam puellam pulchram, diuitem, morigeram, & desiderauit contrahere matrimonialiter cum ea, & sic in corde suo firmiter proposuerat, postea euenit casus, quod potentes, amici, & parentes istius mulieris cum magno terrore coarctant istum hominem, vt contrahat cum ea, & tunc iste ad se reuersus videt se arctari ad illud, quod desiderabat in mente, & tunc contrahit cum illa per verba legitima; dicunt iura quod tale matrimonium est firmum, nec iste potest postea nullitatem matrimonij allegare, dicens quod metus causa cum illa contraxerat. A simili dico in negotio nostro; nam duæ partes Cardinalium, immo omnes Cardinales, exceptis duobus, vel tribus ante introitum conclauis deliberauerant inter se eligere dominum archiepiscopum Barensem in Papam quia erat pulcher in fama, dives virtutibus, & in moribus lucens non ex aliqua impressione populi, sed potius propter discordiam, quæ erat in vertice collegij, quia in aliquo eligendo de collegio non concordabant, quia si concordassent in Gallico bene elegissent, non obstantibus quibusdam vanis vocibus aliquorum Romanorum dicentium se velle Papam Romanum: & ideo, intus in conclaui elegerunt dictum Barensem cum bona concordia, læta, & iucunda, vt patet supra tam per gesta ante introitum conclauis, quam per gesta post eius exitum. Ergo ista electio est valida, & firma.* Probat deinde possessionem in iure possessorio retinendum donec de mala possessione constet, tum subijcit: *Istudmet consilium ego habui a domino de Luna, qui est doctor magnus in scientia, & vtinam esset tantus in profunda, humili, & non ambitiosa conscientia, & hoc fuit in viridario suo in præsentia sui camerarij supra nominati, dixit enim mihi in effectu, quod firmiter teneremus cum Vrbano Papa VI. donec per concilium generale terminaretur.*

[a] Tom. 17. de schism. pag. 23. Archiepiscopus Toletanus sententia in hac controuersia

[b] tom. 5. de schis. p. 130. In primo Castellæ cõuentu quid sancitũ est cf. Mariana de reb. Hispan. lib. 18 cap. 2 Decretũ in alio cõuentu, accipiẽdã concilij sententiam

[d] p. 141. Consultus Petrus Aragon. stirp. princeps a Rege Castellæ.

[e] Apocal. 2.

[f] tom. 4. de schis. p. 143.

Egregium exemplum a simili.

[g] Ibid. p. 141 Alfonsus eremita pro Vrbano ad Hispan scribit.

[h] Tom. 2. de schis. pag. 122.

A Cardd. etiam sine clamore populari fuisset electus.

Vt Cardinalis de Luna deliberauit de cõsentiendo in Vrb. suffragio.

Insignis Petri de Luna sententia.

minaretur contrarium : idem dixit mihi idem camerarius eius, & alij multi literati, & doctores eximij. Et in hac fide vino, & mori intendo ; & contrarium dictum... hæreticum reputo. Claruit Alfonsus pietate & doctrina, qui Giennensi episcopatu se abdicarat, vitamquem eremiticam amplexus diuinis rebus se totum... addixerat, olim S. Birgittæ peregrinationum socius, & cœlestium arcanorum particeps, ac iussu sanctissimæ viduæ defudarat, vt sedis Apostolicæ fastigium Romæ restitueretur a Gregorio. Addimus eundem Alfonsum scriptis notarij manu alijs publicis literis a hoc anno MCCCLXXIX. indictione II. die quarta martij consignatis testarum... esse, non conciatam populatem seditionem, neque... conclaue perruptum, nisi postquam Vrbani electio celebrata fuit, nec iactatis a Romanis verborum minis vllam coniunctam verborum contumeliam, aut vulnus inflictum cuiquam fuisse : Gallos vero Cardinales propterea defecisse, cum intempestiue dolerent supremum se imperium in Ecclesiam vniuersam, quo tandiu erant potiti, amisisse ; metuerentque Vrbani seueritatem, atque in suscepto consistendi Romæ consilio constantissimum animaduerterent.

Alfonsi olim episcop. Giennen. sanctitas & testimonium.

a Extat. l. 4. de schism. p. 43

20. &c. Huius testimonio addimus eadem die S. Catharinam virginem filiam S. Birgittæ seruato iudiciorum ordine interrogatam de spectantibus ad Vrbani electionem, quæ oculis & auribus hauserat, confirmasse pariter exortum popularem motum post lata in Vrbanum a Cardinalibus suffragia : ac ne is furentium Romanorum, qui spe adipiscendi ciuis sui Pontificis delusi erant, temeritate necaretur, Cardinalem S. Petri dolo ac simulatione in papali sede collocasse : cuius dicta insignia extant b. Parique religionis sensu Vrbanum verum Christi vicarium... est professa alia eiusdem nominis Itala, nimirum... Catharina Senensis, quæ veluti lucidum sanctitatis sidus in Ecclesia Dei radiabat, eundem Pontificem... venerata, sparsis hoc anno literis, præsules & principes c, vt obsequentes se illi præberent adhortata est ; quam etiam vocatam a pontifice ipso ad sedem Apostolicam refert Raymundus Capuanus d, & Cardinales ad constantiam pia oratione incitasse... atque eam sibi dixisse : *Habeatis pro certo, patres hunc esse verissimum vicarium Christi, quidquid dicant calumniatores schismatici, & ita volo, quod exponatis vos pro hac veritate predicanda & defendenda sicut exponere vos debetis pro veritate catholica fidei, quod verbum, licet prius hanc eandem veritatem nouissem, ita me firmauit in proposito laborandi contra... schismaticos impugnantes hanc veritatem, quod hucusque non cesso laborem assumere pro veri pontificis defen...sione iuxta modulum meum.* Præterea eadem S. Catharina Senensis Ioannam Neapolis Reginam suis literis e monuit, vt schismaticos execraretur, verumque animæ suæ pastorem agnosceret. Granissimis etiam sententijs ipsam arguit, e domina, & principe in vile mancipium defeciuisse, Spiritus sancti instinctu repudiato, dæmonum humana specie indutorum consilia secutam, se a vera vite & vira diuulsisse, atque e gremio Ecclesiæ, in quo educata... fuerat, prorupisse : tum ad ingemmandos planctus, fundendasque pias lachrymas eam exhortata est : spoliatam iam vita gratiæ eius animam, corpusque ni ab errore emerserit, infeliciter periturum... prædixit : Vrbanum, vt verum Pontificem colendum & antipapam habendum horrori, vt antichristum..., membrumque diaboli, spernendosque eius sectatores, qui quocumque se vertant omni supplicio dignissimos se non negent : si enim Christiano orbi Vrbanum talio vt Pontificem metu obtruisse, cohibuisseque dicant, vita dignos esse non posse : at putidum id mendacium sat vulgatum, cum perspicue constiterit Cardinalem S. Petri ficte ob metum... cultu pontificio adornatum, qui tamen vt vir bonus & iustus fassus sit non sibi, sed Vrbano pontificatum delatum fuisse. Admonet etiam vt eorum... actus, qui ipsum in schisma traxere, discutiat : licet enim scientia, haud tamen virtutibus præditos videri posse, ac non sanctioris vitæ virum... sed iniquum dæmonem, vti dæmones erant, & impostores impostorem sibi præfecisse : nec posse ipsam... amari a subditis, quos iam ad mortem rapiat, quos a Christo & eius vicario segreget, ac dæmoni & antichristo alliget : impendere miseræ ob scelus certissimum exitium : ni committat se curæ pastoris, ab infernali fera, vt errantem oticulam laniatum iri : ascisendos probos consiliarios, & artes dæmonum repudiandas, qui, obiecto amittendi terreni principatus leuis auræ instar fugacis metu, in miserrimum ipsam statum coniecissent.

Antipapa & anticardinales vti dæmones execratur.

Populos fides ipsi nõ futuros cõminatur. Diuinat ei iram imitat

S.Catharinæ S. Birgittæ filiæ testimonium.

b tom. 4. de schism. p. 45 & in annal S. Catharina Senẽs Vrbanum reuerita

c Lib. epistol. epist. 30. 31. &c

d Raymundi vit. S. Catharin. p. 3. cap. 1.

24 Spreuit sanctissimæ virginis saluberrima consilia Regina, impiorumque hominum susurros secuta est. Cum vero schismatici Ioannæ studijs freti multiplicem terrorem longe, lateque incuterent catholicis a, & Vrbanus ad vim vi repellendam copias compararet, hortata est S. Catharina per literas, quas alienato a sensibus animo sexto maij die hoc anno dictauit, Albericum comitem societatis S. Georgij præfectum, agminumque ductores, vt in... Vrbani fide constanter perstarent, Ecclesiamque fortissime tuerentur : tum proposuit ob oculos, ipsos in campum se conferre incitatos amore Christi, qui summa & æterna bonitas est : ab illo merita præmia expectanda qui, vt exemplo præiret, ad mortem... nostri amore prouolarit. Prodeundum itaque in... aciem, & vitam amore vitæ exponendam, sanguinem amore sanguinis Christi crucifixi fundendum, nouorum martyrum iam tempus apperijsse ; se vero in... illius conflictus ardore Moysis exemplo ad fundendas Deo preces incubituram. Exspoliata est Ioanna... ab Vrbano Siciliæ regni iuribus, omnibusque bonis, quæ vel ecclesiæ Romanæ, vel imperij Romani beneficentia acceperat, nimirum Prouinciæ, Pedemontij, & Folraquerij comitatibus priuata : quæ decretoria sententia in archiuo Neapolitano recondita est ; de qua in alijs Vrbani literis mentio inferius recurret. Auditæ coelo S. Catharinæ virginis preces fuere, ac florentissima victoria reportata est de schismaticis Vasconibus & Britonibus, qui Roberti antipapæ, sub quo stipendia fecerant, & immanissima flagitia... patrarant, signa sequebantur promissorum magnitudine deliniti (quamuis Vasconia & Britannia in... Vrbani obsequio constantes perstarent) Romamque contendebant, vt obsessis in mole Hadriana præsidiarijs Gallis, qui primi omnium perduellionis signa extulerant, animarentque ad flagitium Cardinales, auxilium ferrent, tum Vrbanum pellerent Vrbe. Rem gestam accuratissime narrat Pandulfus Collenutius b, nimirum antipapam neporem... Monzoiam, vna cum Bernardo Sala, & alijs Britonum & Vasconum ducibus exercitum immisisse aduersus Vrbanum, atque ab his Marinum duodecimo ab Vrbe militari distans obsessum fuisse ; at Albericũ Barbianũ comitem die XXVIII. aprilis cum Romanis copijs ad soluendam obsidionem Vrbe erupisse..., commissaque pugna mane insequenti, & victis hostibus eadem die Romam redijsse. Collegere citius, quam par erat, triumphales applausus ; nam si Albericus victoriam vrsisset, atque ad Anagniam ad antipapam & anticardinales comprehendendos signa promouisset, excindi poterant schismatis pestiferi ger-

Io: Reg. & susurratoribus decepta.

a Extant ann. 1381.

Ioãna exauctorata ab Vrbano.

Vascones & Britones cæsi.

b Gallen. lib. Neap. lib. 5.

Alberici triumphus

S.Catharinæ Sen. lit. ad Io: Reginã Neapol. datæ.

e Extant in lib. epistol. S. Cathar. num. 309.

Pia monita.

germina, & oppressi armis fuissent, qui armis Ecclesiam Christi tyrannorum & persecutorum more opprimere nitebantur: Britones enim ac Vascones, in quorum dextris spes locarant schismatici, extrema adeo internecione casi fuere, vt vix nuntius tantæ cladis superfuerit. Eius victoriæ fama complevit Christianum orbem, actæque sunt Deo gratiæ, quod vicarium suum ab impiorum vi & furore vindicasset.

S. Anton. 3. par. tit. 24. §. 13.

Platin. in Vrb. VI.

25 Scribit Vrbanus [a] cumulatam eam victoriam deditione arcis Hadrianæ eodem die tacta, non sine diuino miraculo: cum enim Gallus præfectus, qui a Cardinale Maioris monasterij subernatus, eam Vrbano restituere superiori anno respuerat, & vltus anni flexu Romanorum impetus strenue eluserat, repente socios Gallos captos, victosque vidisset, a quibus Romanos subijciendos, sibique ferendas suppetias putauerat, militares pactiones cum Vrbano fecit [b]. E quibus ducitur grauissimum argumentum, Cardinales, qui in eam arcem se receperant superiori anno ad populi ob non electum patria Romanum Pontificem tumultuantis furorem eludendum, ac deinde ex ea ad Vrbanum in sacro solio collocandum, cingendumque pontificia corona egressi fuerant, sponte non terrore victos id peregisse. Cæterum Romanos ardentes iracundia ob accepta ex Hadriana mole obsidionis tempore grauiora mala illam magnam ex parte demolitos, ac nudasse marmoribus, quam tamen postea refecisse Bonifacium IX. addit Theodoricus Niemius [c]. Vrbanus vero gratias Deo ob leuatos superiores labores acturus solemnem supplicationem habuit, in qua composito agmine religioso nudis pedibus incedebat. De quo pietatis, ac demissionis Christianæ insigni actu, ac renouato veteri more diuturnis temporibus intermisso S. Catharina Senensis illum commendauit [d].

[a] *Extat an. n. 1. 1. edit. Arx S. Angel. recuperata ab Vrbano.*

[b] *Theod. de Niem. c. 20. & Walsing. in Ricch. II.*

[c] *Walsingh. hist. Angl. in Ricch. II.*

[d] *S. Cath. ep. 205. S. Ant. 3. par. tit. 23 c. 14. §. 18. Raym. in vita S. Cather par. 3. c. 2.*

Peracta ab Vrb. nudis pedib. supplicatio pro gratia acta.

26 Hæc porro victoriæ cœlitus Vrbano datæ antipapam & anticardinales, qui vicarium Christi humana vi obrui facile posse putauerant, ad fugam impulerunt: ac nisi Ioanna Regina trepidantes excepisset, schisma in ipso fomite extinguendum erat summo reipublicæ Christianæ bono, quod miserat tanquam flammam, qua arderet, in limo fouit, vt memorat Walsinghamus [e], qui descripto schismaticorum certamine aduerso, subdit: *Quod audiens non Clemens, sed pene demens factus antipapa concito fugit ad quoddam castrum Reginæ Neapolis, quod vocatur Spelunca, ibidem lautans, & in terra comitis Fundorum.* Confirmant has pseudopontificis per regnum Neapolitanum excursiones trepidas contignatæ ijs locis eius literæ [f], quarum plures apud Speluncam Gaietanæ diœcesis exaratæ leguntur. Nec frustra suscepti erant a schismaticis metus, cum terrore conscientiæ, & iustis Pontificis armis [g] vrgerentur, vt narrat Pandulphus Collenutius, sic inquiens: *Clemens metuebat ne Vrbani exercitus Anagniæ obsideret: itaque missis ad Reginam nuntijs, petijt vt tantas sibi copias mitteret, quibus Neapolim tuto deduci posset, sed, cum ea re impetrata eo perueniisset, Neapolitani sumptis aduersus illum armis tumultum concitarunt, aiebantque non velle se binos habere Pontifices, neque propter illum bella pericula subire.*

Latebras quærit antip.

[e] *Walsin. in hist. Angl.*

[f] *Antip. reg. 1. p. 83. & segg.*

[g] *Collenut. lib. 5.*

27. &c. Coactum porro Robertum Neapolitanorum pontificiæ maiestatis vindicum metu, ne Reginam eodem secum exitio inuolueret, ex arce abscedere, & cum suis triremes conscendere, narrant diaria m. s. Neapolitana [h], traditque antipapæ vitæ scriptor [i] his verbis: *Rumor concitatus est contra eos fortis, & magnus, quod ne vtrique maius immineret periculum ipsum Clementem subito, vnde venerat oportuit remeare: vbi cum perueniisset satis a certo comperit, quod dictus intrusus*, ita Vrbanum vocat auctor schismaticus, *continue insidiabatur, moliebaturque eum comprehendere, aut alias in persona damnificare si posset; in quo quasi totam Italiam tam in terra, quam in mari sibi adhærentem, & colligatam habebat.* Illum autem redijsse Fundos, ostendunt quoque eius literæ a xv. kalendis scriptæ, vbi non diu ipsi hærere licuit, nam eodem die Vrbanus Romæ in basilica S. Mariæ transtyberinæ latam superiori anno aduersus illum & Geraldum ac Petrum pseudocardinales, Honoratum Gaetanum Fundorum comitem, alioique præcipuos schismatis auctores sententiam repetiit, & ad meritas de ijs sumendas pœnas bellum sacrum, propositis indulgentiarum præmijs, crucisque symbolo religiosam militiam professuris dato, indixit: tum Rogerium Treuerensem archiepiscopum creauit in Neapolitano regno Apostolicæ sedis nuntium, vt vires in eo regno contraheret, schismaticorumque conatus dissolueret: de quibus amplissimum diploma exaratum, in quo post repetitum ijsdem ferme verbis illud edictum, de quo iam ante suo loco memoranimus, clientes Regum & principum schismaticorum sacramento fidei ipsis præstito solutos pronuntiat, atque arma in impios expediri iubet.

Neapolim contendit.

[h] *Pignatel. vol. sup.*

Ex ea discedere cogitur.

[i] *Clem. antip. vit. script.*

Reuertitur Fundos.

[a] *Clemangis p. 1. p. 83. &c.*

Renouata in eum & alios ab Vrbano edicta.

Extat apud Greg. XII. lib. 2. p. 158.

30 Data sunt Fauentino & Aquensi episcopis internuntijs Apostolicæ sedis in Hispania & Gallia eadem mandata de vrgenda sacra expeditione, quæ tardius, quam rei magnitudo exigebat, confecta est, mox euadente [a] cum suis antipapa: paucis enim post diebus ipsum mare conscendisse mense maio, refert illius vitæ scriptor, ac iunij decima die Massiliam applicuisse, atque a Cardinalibus quinque, qui Auenione superfuerant, exceptum. Concurrere e vndique ad eum adorandum Galli, qui pontificatum Gallicæ genti restitutum, assertamque pristinam gloriam sibi lenocinabantur. At sensit postea Gallia quanto suo malo hoc monstrum aluerit coluerintque: sub eo enim nefando capite ecclesiastici ordinis libertatem abrogatam, morumque sanctitatem obsoleuisse, deplorat Nicolaus de Clemangis [d], his verbis: *Iuuenibus*, inquit, *nitidis, & elegantibus, quorum maxime consortio gaudebat, singulos fere vacantes episcopatus, cæteraque præcipuas dignitates impendebat. Denique vt principum benevolentiam facilius assequeretur, assentiam foueret, fotam conseruaret, conseruatam amplificaret, plurima vitro donaria, atque xenia illis dabat: quæcumque fieri clero exactiones petere voluissent, annuebat vltro, sæpius etiam ingerebat: sicque omnem clerum sæcularium magistratuum dispositioni ita subijciebat, vt magis quilibet eorum, quam ipse putaretur dominus.* Nec modo hæ calamitates inuectæ in Gallicanam ecclesiam, verum politicum statum schismatis causa conuulsum, inque extremum discrimen adductum viuri sumus.

Antipapa maritimâ fugâ capit

[b] *Pignat. vbi sup.*

In Galliam peruenit.

[c] *Pand. Collen. lib. 3.*

Politicus status labefactatus.

[d] *Nicol. Clemang. lib. de corrupt. Eccles. statu.*

Ecclesiastica obsolescit dignitas.

31. 32 Antipapa Italia pulso in Gallias, Ioanna Regina Siciliæ periculi, in quod a schismaticis coniecta fuerat terrore permota, promissis mitigare catholicum Neapolitanum populum studuit, deque recuperanda pristina Ecclesiæ gratia, cum se regio honore dejiciendam ab Vrbano pertimesceret, agere cœpit, atque oratores ad Vrbanum amplissimos misit, qui cum ipso fœdus paciscerentur: verum insigni inconstantia desciuit a cœptis, illosque re infecta a pontificia curia reuocauit, redintegrauitque bellum, vt Tudertinus episcopus testis oculatus in publicis tabulis [e] enarrat.

Ioan. Regina cū Vrbano de pace agit.

Decreti a Ioāna oratores ad Vrbanum.

[e] *Extat. 2. de schism. p. 48.*

33 Vt vero Vrbanus agebat legibus in schismaticos, ita antipapa impudentissime aduersus Christi vicarium, alioique catholicos e pestilentiæ cathedra,

Antipapæ in Vrbanū acta tyrannica.

quam

quam Aueniene collocarat, ementita exercere iudicia non perhorruit; e quo incredibilem rerum perturbationem exortam, & innumera crudelitatis exempla manasse, narrat Theodoricus Niemius a. Atque ita coeptum est impleri vaticinium a Petro Minorita principe significatum Vrbano V. nimirum euenturum schisma (ni sedem Romæ constabiliret) in quo millia & millia innocentium sub diriſſimo spiculatore perirent.

a Theod. de Niem lib. 1. c. 19.

Alfonsus erem. epiſc. Giem. Vrbani defenſ.

34. 35 Acceptas ab antipapa clades auxit intestina dissensio, adeo vt Romani hostium metu liberi in Vrbanum procacia verba funderent, quos coarguit S. Catharina Senensis b, linguam concinendis diuinis laudibus, peragendæque criminum exhomologesi sacram in blasphemas voces laxasse, improbamque Deo gratiam, recuperata eius ope S. Angeli arce, reposuisse. Quo tempore, vt narrat Raymundus Capuanus, vidit sancta virgo diuino collustrata lumine Romanos a dæmonibus in iras incitari, atque ad truculentum Pontificem solicitari; cumque oraret Dominum, vt tantum scelus auerteret, debitas criminibus populi pœnas in se suscepisse, atque ita sedatum popularem tumultum verum acerbissimis malis piam virginem vexatam fuisse.

b S. Cathar. epiſt. ſup.

Romanorum in Vrbani odia

36. &c. In Germania Vvenceslaus Romanorum Rex Caroli Imperatoris postremis inssis pariturus, necnon principes electores celebrato conuentu ad asserendam Vrbani VI. dignitatem, ac Germanos a schismaticorum fraudibus vindicandos plura statuere: atque in primis, vt futuri successores imperij ad colendum Romanum Pontificem, atque antipapam eiusque administros infectandos, antequam regios honores solemni ritu adipiscerentur, fidem obstringerent, ac designati præsules pariter sponderent, Vrbanum se veneraturos: præcepere, ne quis a Roberto pseudopontifice sacerdotia, vel alia quæuis sacra beneficia flagitaret; ac de celebrata legibus Vrbani electione populos certiores fecerunt. Extant de eodem edicto cæsareo contra antipapam, & sectatores literæ Friderici archiepiscopi Coloniensis datæ ad magistratus Leodienses, quos admonet, ne vllas dissentionis faces spargi a schismaticis, vel vllas antipapæ literas accipi patiantur.

tom. 10. de schiſ. p. 133.

40. 41 Quamuis Vvenceslaus, alijq; Germani principes adeo aperte, vt par erat, Vrbani veri Pontificis tuendas partes contra schismaticos suscepissent, emissarij tamen antipapæ, qui per varias prouincias discurrebant ad subornandos simplices, alliciendosque in errorem iactabant, Romanorum & Hungariæ Reges ab Vrbano ad Auenionensem pseudopontificem defeciſſe. Ad quorum refellendos dolos Vvenceslaus Richardum Regem Angliæ præmonuit c, ne schismaticorum mendacijs aures daret, vtque perduelles Cardinales Vrbanum seruatis omnibus vetustis ritibus, ac maiorum institutis vnanimes Pontificem renuntiassent, locassent in solio sacro, cultu solemni essent prosecuti, idque patri Carolo IV. olim Imperatori, ac sibi datis literis essent professi, atque inter eas ipsius antipapæ ad conuincendam mendacis hominis impudentiam, æternumque dedecus in cæsareis scrinijs a se asseruari.

Schismaticorum mendacia.

c Extat eius lit. to. 18. de schiſ. p. 352.

42. 43 Animatus sua sponte erat Richardus Angliæ Rex ad sustentandam aduersus schismaticos Ecclesiam catholicam, ac Petro Regi Aragonum, qui in controuerso Romani pontificatus iure in neutram partem propendere decreuerat, donec cum cæteris Regibus Christianis commune sumpsisset consilium, significauit d Vrbanum perspicuo iure fretum, ritequæ renuntiatum Pontificem a Cardinalibus Gallis, qui in ipsum cum improbos eorum mores corrigere niteretur, rebellionem fecerant: cæterum Romanorum & Hungariæ Reges Vrbano pio & constanter adhæsisse. Miserat quoque ineunte anno ad Regem ipsum Aragonum Vrbanus Caroli Imperatoris, & Vvenceslai filij Regis literas, vt eum ecclesiam Romanam aduersus antipapam, & schismaticos tutandam suscipientium exemplo ad constantiam in veri Pontificis cultu alliceret, quæsiuisque a est, Petrum de Luna pseudocardinalem, Petri Bernardi Catalani piratæ opera Menendum de Cordula Cordubensem episcopum, qui literas apostolicas ferebat in Hispanias, cepisse, atque antipapæ tradidisse, cuius calamitate permotus mittendæ ad ipsum conspicuæ legationi superfederat; tum preces addidit, vt eundem Petrum de Luna hominem pestiferum aditu in regnum prohiberet.

Commonitus officij ab Vrbano Aragon.

a tom. 1. de schiſ. p. 134.

d tom 18. de schiſ. p. 152.

44. &c. Euasit e schismaticorum vinculis adulto nouembri huius anni Vrbani legatus ad Aragonum, Castellæ, & Lusitaniæ Reges missus Cordubensis episcopus, cum magna animi æquitate plures calamitates pro Christi & Ecclesiæ causa pertulisset, atque ad Aragonum Regem literas b dedit, quibus legationis suæ causas & rerum, quæ in orbe Christiano gererentur, ordinem exposuit. Conqueſtus inprimis est grauem ab ipso honori regio maculam inuri, dum antipapæ internuncios exciperet, ac neutri parti studere præseferret, atque alios Hispaniæ Reges horraretur, vt in neutram partem inclinarent; cum tamen perspicue nosset Vrbanum verum esse Pontificem, iamque illius obsequio se addixisset: a quo deficere iure non poterat: perstaret itaque in priore sua sententia, Hispanisque Regibus præluceret exemplo, quibus ætate anteibat; ita enim schisma facile dissolutum iri, cum excepto Carolo Galliæ Rege cæteri principes ac populi Vrbanum constanter colant, atque impiam Cardinalium lenitatem execrentur, nec fieri a Cardinalibus metus causam valere ita demonstrat: *Constat*, inquit, *quod huiusmodi dimissionis ipsa non est sufficiens causa, quod dicatur vobis: Moriemur mortem, &c. nam cum metus & timor sit inuisibilis passio animæ, de se non est alicui euidens neque nota: sed nec probabilis, nec euidens per aliud, nisi per signa sibi subordinata exteriora: quæ quidem signa aduersarij & rebelles sibi non habent, quinimmo omnia eorum facta & dicta tanquam signa exteriora mere & pure libertati subordinata arguunt, & inferunt oppositum, videlicet, quod in nullo metuerunt; sed mere electionem, & libere fecerunt, sicut series facti supradicta, quæ manifestissima & notoria est, lucidissime nedum doctis, sed pariter indoctis demonstrat. Constat etiam, quod ipsi aduersarij ad probandum istam animæ inuisibilem nobis, & insensibilem passionem non sunt testes seu actores idonei: nam prima sunt inimici & secundario, vt ipsi confitentur, & de necessitate confiteri habent, sunt omnino mendaces: tum quia alias, tam per proprias buccas, quam per suas literas solemniter asseruerunt oppositum illius, quod asserunt modo: tum quia alias dominum S. Petri asseruerunt Papam, & fuit mendacium: postea dominum nostrum per totum asseruerunt verum Papam, primum mendacium de domino S. Petri retractando; & nunc istud tertium dicunt esse mendacium: & qui semel est malus semper præsumitur malus. Quomodo igitur tales non sunt præsumendi mendaces, ac sicut mendaces, vel saltem de mendacio periculosissimo suspecti? Quomodo igitur talibus est credendum? &c.* Nonnullis interiectis addidit Germaniam, Hungariam, Poloniam, Daniam, Belgium, Angliam, Italiam, & quod mirum ait, ipsam Græciam Vrbani partes tueri, & regnum Neapolitanum Hungaricis armis in Carolum Dyrrachinum transfundendum esse; Germaniæ vero populos flagitasse ab Vrbano, vt in Carolum Galliæ Regem iudiciariam sen-

Metus fictus a Cardin. schismat.

b Extat eius lit. to. 18. de schiſ. pag. 118.

Mendaces deprehensi ergo non audiendi.

sententiam ferret, atque Germanos, Anglos, & Belgas in eum arma sumpturos; Vrbanumque respondisse meliora se de Gallo Rege sperare, ac rei tandem veritatem acturum.

Petrus Aragon. Rex Vrbani monita rejicit.

47 Auersas aures præbuit Aragonum Rex consilijs Cordubensis episcopi, ac Petrum de Luna schismatis amplificatorem contra saluberrima Petri Minoritæ patrui sui prophetæ habiti monita admisit in regnum, coluitque: necnon idem Rex ac Regina pretiosa munera ab antipapa missa, vel ab ipsomet Cardinale schismatico data acceperunt; de quo idem vir religiosus, qui imminentem diuinam iram, si antipapæ nuntium exciperet, prædixerat, grauissime questus est a, subdiditque: *Pro peccato isto in introitu ipsius Cardinalis mortuus est puer amiculus ipsorum Regis & Reginæ vocatus Petrus, iuxta verbum figuratiue sumptum Abiæ Silonitis dicentis Reginæ Israelis uxori Ieroboam: In ipso introitu pedum tuorum in urbe morietur puer* 11. *Regum* 14. Multis interiectis addit b alias domesticas calamitates Petro Regi ob schismatici Cardinalis societatem diuinitus illatas: *Quia dominus noster non obedinit præcepto sibi a domino facto, de quo supertus sit mente, immo tanquam incredulus & inobediens vilipendit, vituperatus est, & graviter diffamatus in diffamatione Reginæ coniugis suæ: & licet diffamatio ipsa sit falsa, quod non dubito, tamen infamia est, & in opprobrium vertitur viri sui Regis: & merito patitur ipse Rex; quia qui Christum spernit & præcepta sua, dignus est, vt spernatur a Christo; ipse enim dicit in Euangelio: Qui vos audit, me audit, &c. Sed quid dicemus de duce Gerundensi ipsius Regis primogenito?* Monuerat illum grauissimis literis vir pius. *Iam incipiunt mysteria contra eum, dicitur enim, quod propter diffamationem Reginæ, magna commotio sine dissensio oritur iam inter patrem & filium iuxta reuelationem Domini mihi factam in ciuitate Toletana: Filius insurget in patrem, & pater in filium, & ambo peribunt.* Et infra: *Die sabbati sequenti, quæ fuit decima nona dies octobris, audiui a fide digno, qui venerat de ciuitate Valentiæ, quod dominus Rex noster determinauerat non obedire Vrbano, nec Clementi, donec determinatum sit, quis eorum sit verus Papa.* Confirmat id c Surita: *quæ determinatio, saluo honore determinantis, est mala, iniqua, & superba, & facta sine pro ata contra præceptum diuinum sibi factum, prout superius continetur. Ipse sentiet, quæ euenient super eum, & super domum suam regiam (quod dolens dico) quæ comminata sunt sibi a Domino, nisi obedierit Vrbano; scriptum est enim primo Reg.* 11. *cap.* 11. *sunt verba Samuelis ad Saul: Numquid vult Deus holocausta & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia, quam victima, & auscultare magis quam offerre adipem arietum; quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere. Pro eo ergo quod abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus ne sis Rex.*

a tom. 4. de schis. p. 141. Duina in eum vitio.

b Ibid. p. 143.

Aspersa eadem infamia.

Exorti tumultus intestini. Obtenti diuinitus Petro Minoritæ.

c Surit. in die lib. 3. & annal. lib. 10. c. 23. & 24.

Quæ prædixerit Regi Francor.

48 Grauissimis etiam literis idem Petrus diuino lumine illustratus Carolum Francorum Regem nepotem suum a schismate, in quod, prudentiam carnis, quæ longe abest a diuina, secutus se conjecerat præcipitem, a, flagitio ad Christi gregem, verumque pastorem reducere est adnisus, cui diuina sibi cœlestibus visis offensa mysteria, formidandaque schismaticis oracula aperuit, e quibus pauca hæc decerpsi d: *Voluntas est domini nostri Iesu Christi, quod vos cum regno vestro tanquam Rex catholicus, qui de sancta & catholica domo super vniuersas domos regias mundi exorti estis, recipiatis Vrbanum tanquam verum summum Pontificem, & vicarium Iesu Christi, & sine obedientia vos submittatis, quia Francia fabricata est idolum, & monstro se subiecit. Cauatis de indignatione diuina, quia super Reges, populos, nationes, & regna ira Dei desæuiet, nisi subiciantur Vrbano.* Clausit pie vitam Petrus ipse relicta magna sanctitatis suæ opinione, quocirca etiam in templo Valentinorum Minoritarum eius ossa in capsa lignea religiose asseruari tradunt e.

d tom. 1. de schis. p. 144.

Prædicta mala Gallijs impendentia.

e Gonzag in prouin. Vallis. & ex eo Wadding. ann. 1380. num. 29.

49 Accensa similiter Catharina virgo diuino studio eiusdem Caroli Regis a schismaticorum erroribus diuellendi animo a sensibus auocato pijs literis f illum adhortata est, vt offusas menti tenebras, quæ veritatem inqueri non sinebant, discuteret, nec se in exitium duci pateretur a cæcis ductoribus, quorum vitia paterent omnium oculis, qui Vrbanum rite & canonice renuntiarant Pontificem, neque alium, quam Cardinalem S. Petri metu in sacro locarant folio: neque illos abesse a dæmonum natura, quorum improbitatem æmularentur, ac vniuersum orbem in funesta diuisidia distrahere niterentur: nec propterea pluris faciendos, quod sibi inuicem cohærerent, ita enim dæmones improba vicissim voluntatum consensione in flagitium conspirare: misereretur tot animarum, quas rapacibus dæmonum manibus expoliturus foret: intemperantem patriæ amorem calcaret pedibus, nec personarum rationem haberet, omniumq; humanarum rerum respectum abscinderet, cum omnes e diuina manu ad Numinis ipsius effigiem similitudinemque efformati prodierint. Quæ literæ die vl. maij huius anni exaratæ fuerunt.

f Cath. Sen. epist. 96. Vt Cardinalium cœtus sperenda.

50 Vt vero schismatici Meneldum e Cordubensem episcopum, qui in Hispanias Vrbani iussu proficiscebatur, in carcerem coniecerant; ita Iacobum de * Serra eximium iuris peritum, qui luculentos commentarios contra antipapam conscripsit dum ad Francorum Regem pergebat, vt illum de veritate contra impostorum fucos artesque certiorem faceret, qua de re queritur Franciscus episcopus Fauentinus d: nec Gallos vnquam de Vrbani iusta electione doceri potuisse Ioannes de Lignano testatur; idque perspicue Galli historici demonstrant, dum a veritate, atque etiam ab ipsis pseudocardinalium scriptis aliena prorsus tradunt historiæ: Frollardus e enim de Cardinale S. Petri veluti, non ficte, sed vere renuntiato Pontifice, illique Vrbano subrogato, quem Romanum fuisse, ait iniuria retert; Gaguinus f Vrbanum non a Cardinalibus, sed a plebe Romana creatum imperite effutijt, alijque vt schismaticorum varia subinde, atque inuicem contraria mendacia fingentium improbitate deceptifalsa scripsere.

B. Raym. prohibitus ingressus. c tom. 1. de schis. p. 134. * al. Sena Iacobus e Serra cœtus in vincula. d tom. 10. de schis. p. 126. Galli mendacijs circumuenti.

e Frossard. hist. lib. 2.

f Gaguin. hist. Franc. in Car. V.

51. 52 Ad tot dolos detegendos Regemque Carolum instruendum Pileus Cardinalis Rauennas, qui ab illo in regio sacello ad diuina administranda fuerat adhibitus, deuinctusque officijs singularibus hæserat, literas g ad ipsum dedit, quibus electionis Vrbani seriem, quæ cum supra allatis a nobis conuenit, describit, conquestus iactare pseudocardinales schisma ex regio mandato conflatum fuisse; exposita enim vera rerum gestarum narratione subdit: *Ista est facti veritas, serenissime princeps, qua omnium veritate vallatur, quam si veluti inquirere sine vanis apicis, vel iota diminutione quacunque reperietis; & hanc eorum peruersitatem, & schisma dicunt se cum vestro fauore velle defendere; hoc dicunt de vestro mandato, & consilio processisse, quod nec credo, nec credam, nisi videro, in æternum. Nunc ergo, princeps excellentissime, notum est vobis, qualiter Petri nauicula fluctibus exposita est in mari per nautas illos qui eam stabilem in portu quietis tenere debebant, in Christi redemptoris iniuriam, & Petri offensam, ac totius Christiani populi contumeliam, & iactura-*

Pileus Cardin. Rauen. ad Carolū Reg. lit.

g Extat. ib. de schis. p. 341.

Iactarum schisma Caroli Regis iussu confasse.

Non

Non ergo cesset, non languis, non propria, non aliqua particularis affectio vestram celsitudinem moueat contra parum & veram veritatem, præcipue vnde gloriosa domus, & regalis celsitudini vestræ posset perpetua-, & damnabilis infamia remanere; sed potius ardentissima fides, & deuotio vestra surgere debet ad sanctam-Ecclesiam erigendam, & nostrum verissimum Pontificem defendendum, ac tanti sceleris viros domandos, & comprimendos, qui ideo ad hanc infamiam deuenerunt, quod sanctissimus dominus noster contra eos bono, & sancto zelo incepit pro quorundam vitiorum correctione aliquos eos, vt sancte, & honeste viuerent, vt exemplum virtuosum aliis præberent; quam cum nulla patientia eorum animus potuit tolerare: & sic sanctissimus dominus noster pro verbo veritatis ab eis persecutionem patitur, quod tamen auctore Deo supra ipsorum capita reuertetur, &c. Scriptum Venetijs die XIV. mensis decembris. Spreuit hæc omnia monita Rex, nec suos primum exorientę schismate pro Vrbano in amplissimo concilio decernentes a, nec missos ab Vrbano Pontifice nuntios, nec sanctorum, qui hoc tempore florebant, oracula audire voluit, neque ex animo ad synodum œcumenicam de re controuersa referri, quo solo remedio discissa Ecclesia conglutinari poterat: sed obfirmatus in pertinacia-, quod Gallici regni decere maiestatem Gallum sedere Pontificem putaret, ruendum suscepit schisma-, auxitque; ac sæuiam in catholicos, vt Vvalsingamus b scribit, exercuit: *Circa idem tempus*, inquit, *Rex Francia fecit proclamari per vniuersum regnum suum, quod nullus pareret, vel obediret Vrbano Papæ: quod si aliquis attentaret, decollandum se nosceret, & omnia bona sua regijs vsibus confiscanda-.* Nanatam quidem ab eo maximam pro antipapa-operam prædicat auctor schismaticus vitæ illius scriptor c: extant inter Auenionensia monumenta cum eius literæ ad Cardinales, qui Gregorio XI. in Italiam profecto substiterant Auenione, vt Clementi contra Vrbanum adhærerent, tum etiam Parisiensium pro eodem antipapa decretum d XI. augusti die huius anni consignatum.

Pia ad Regem adhortatio.

Cur rebellarint Cardin.

a *Paul. Æm. in Carol. V.*

b *Vualsin. in hist Angl. in Richard. II ad hūc ann.* Caroli Regis edictū contra Vrbanum.

c *Clem. VII. antipap. vit. script. apud Bosq. tom. 1. de schism. p. 17 & Ext. t. 1 de schis. p. 102.* Subornati ab eo Sorbonici.

53 Peperit e ea Caroli pertinacia multa mala, bellumque Gallos inter & Anglos redintegratum-fuit: cum enim Ioannes Montistortis comes, qui ab antipapa ipso, tum Cardinale, literas de canonica Vrbani electione acceperat, fultus aduersariorum-testimonio Vrbanum coleret, atque adeo cum Anglis catholicis sentiret, & Carolus Rex Francorum, vt perduellem euertere pararet, Anglus contra constabilire eum in Britannia minori niteretur, tristes vtrinq; exitus fuere hoc anno secutis: nam cū Angli non religionis asserendæ vero studio ducerentur, sed speciosa simulatione satiare libidines, & pauperum opes diripere cuperent, atque etiam in ipsa Anglia in sanctimonalium aliquot monasteria & ecclesias, antequam nauigationi se committerent, primos cupidinis impetus effudissent, sæuissima exorta tempestate meritas pœnas luerant f, imminentibus etiam illi naui, qua-Ioannes Arundel sacrilegus vehebatur, dæmonum-spectris. Inclementer quoque a procellis habiti Galli, eorumque fœderati Castellani & Lusitani, qui ad Britanniæ minoris oram concurrerant magnam cladem acceperunt.

d *Diar. m. s. Vsn appid. ad hist. And. Dand. Bonif hist Tarv. l. 10. Bzov. de bello Ven. l. 2. Foliet. hist Genuen. l. 8. Bōfin. decad 2. l 10. Laon Calcond. l. 4 & alij.*

Angli pīs bellum impio studio suscipiunt. Patrāt plura sacrilegia.

f *Vualsingh ubi sup.* Vexati dæmonū spectris.

54.55 Cruentis pluribus prælijs eodem anno inter Genuenses & Venetos dimicatum g est, ac primum attriti Veneti fuere maritima clade quinta die maij, amisso magno triremium cum classiarijs numero: quamuis in eo certamine Lucianus Auria Genuensium dux cæsus sit. Illatus deinde, expugnata a-Petro Auria Clodia, Venetijs extremus terror: cumque terrestri certamine Ludouicus Hungariæ Rex,

Cruenta inter Venetos, & Genuēl bella.

g *Diar. m. s. Vsn appid. ad hist. And. Dand. Bonif hist Tarv. l. 10. Bzov. de bello Ven. l. 2. Foliet. hist Genuen. l. 8. Bōfin. decad 2. l 10. Laon Calcond. l. 4 & alij.*

cuius copias Carolus Dyrrachinus ducebat, Marquardus patriarcha Aquileiensis, & Franciscus Carrariensis Patauinus princeps exitium intentarent, Veneti pacem supplices flagitarunt, & turpem repulsam a Petro Auria Genuensis classis prætecto tulere. Itaque Andreas Contarenus Venetorum dux periclitantem rempublicam Dei præsidio commisit a, summosque conatus, conscensa classe, confirmatisque ciuium animis adhibuit. *Inspexit*, inquit, *iniustitiam nostram Dominus virtutum, in qua firmam spem gerimus superbiam hostium conculcandi*: nec diuinæ opis expectatio illum fefellit, ac Genuenses, qui sociam olim rempublicam, cum qua coniunctis viribus aduersus fidei hostes pugnare soliti erant, meditabantur exscindere, in pace refellenda obfirmatos aduersis casibus cœpit confundere, & omnium-primus Petrus Auria classis ipsorum prætectus superbiæ & crudelitatis pœnas dedit; æneo namque-globo in tumultuaria pugna laniatus b occubuit, parsque suorum maxima cæsa ferro vel fame, aut vinculis attrita, vt sequenti anno dicetur.

a *Diar. m. s. Ven.* Genuenses pacem dare abnuūt Venetis.

Diuina vltione percussus Auria.

b *Nicar. l. 1. de bello Ven.*

Inter hæc a Carolo Zeno nonnullarum triremium Venetarum prætecto, Caloioannem Cōstantinopolitano restitutum imperio, pulsumq; Andronicum, appendicis ad Andream Dandalum adiectæ auctor refert, c.

Caloioannes restitutus imperio.

c *Append. in And. Dand. in And. Cont.*

Ex humanis in cœlum abijt hoc anno Ioannes Brylingtoniensis canonicus regularis, qui tanto ardore diuinas preces repetebat, vt vapor ex oranris capite licet tenui veste rigente media-hyeme tectus esset, efferri cemeretur. Inclaruit post mortem ingentibus miraculis, ac mutis sermonis officium, surdis auditum, cœcis visum, mortuis vitam implorata eius ope restituit Deus.

56 Illustrauit insigni prodigio Deus eodem anno in Belgio veritatem corporis Christi in Eucharistia, quæ transuerberata cultro a Iudæis cruoris fluuias fudit: porro Iudæi igni cremati a Vvenceslao duce-. Deus vero ingentibus editis miraculis Eucharistiæ cultum auxit.

IESV CHRISTI.
Annus 1380.

VRBANI PP.VI. VVENCESLAI ROMAN. REGIS 2.
annus 3. IO: PALÆOLOGI IMP. OR. 40.

1. 2 *VRbanus*, inquit Theodoricus Niemius d, *incapit facere atroces processus contra dominam Ioannam Reginam, necnon Angelum prafectum, & Honoratum comitem Fundorum, ac Ioannem & Raynaldum de Vrsinis predictos, pro eo quod Clementi & eius Cardinalibus adhærebant, necnon etiam eosdem Clementem & Cardinales, ac ipsorum auxiliatores, complices, & fautores, illosque in diuersis mundi partibus fecerat, publicari, priuando in illis Reginam-regno Sicilia ac feudis, terris, & dominijs; necnon-prafectum, & Honoratum comitem, ac Raynaldum & Ioannem de Vrsinis prafatos terris & bonis, quæ quocunque tenebant, excommunicando et inhabilitando eos ad honores, feuda et bona in posterum obtinenda.* De Ioannæ in Vrbanum coniuratione queritur ipse Vrbanus in literis, quibus populos Neapolitani regni ad excutiendum Reginæ iugum est adhortatus; ac præcipua latæ in eam sententiæ capita percensuit e: *Sententialiter*, inquit, *declaramus eam-fuisse et esse schismaticam, hæreticam, et blasphemam, et conspiratricem etiam contra nos, et ream criminis læsæ maiestatis, et tamquam hæreticam puniendam, ipsamque fore priuatam, ac priuamus, et deposuimus et*

Ioannæ in Vrban. perduellio.

d *Theodor. a Niem. lib. 3. cap. 9.*

Lata in eā ab Vrbano edicta.

e *Lib. 3. epist cur. p. 7.* Ioāna pronuntiata-schismatica

quibuſcumque dignitatibus et honoribus ac regnis et terris, et omnibus feudis, quæ a dicta Romana, et quibuſcumque aliis eccleſijs, et a Romano imperio, et quibuſuis aliis obtinebat, ac ipſius Ioannæ bona omnia fuiſſe et eſſe confiſcata et confiſcanimus, omneſque et ſingulos, qui eidem Ioannæ iuramento fidelitatis, ſeu homagij, aut alterius cuiuſcumque obſequij debito, ſubmiſſione, obligatione, vel pacto, quocumque firmitate vallato prius tenebantur aſtricti, abſoluimus, et decreuimus abſolutos, ita quod nullus ei obedire, intendere, vel parere, nulluſque ei debita reddere teneretur; quominus omnes diſtrictius inhibuimus omnibus et ſingulis ducibus, principibus, comitibus, pauciſque interiectis, *ne ipſi Ioannæ, aut eius officialibus aliquatenus obedirent, ac data, gabellas, vel collectas perſoluerent*, etc. *Dat. Romæ apud S. Petrum* XI. *kal. maij, Pontificatus noſtri anno* III.

Exuctorata regno.

Neapolitani fidei ſacramento ſoluti.

Extractæ vltio, vt Ioanna reſipiceret. *S. Cathar. epiſt.* 198.

3 Pronuntiatæ in Ioannam ſententiæ acerbitatem exercere diu diſtuliſſe Pontificem, ne illi ponendi erroris tempus eriperet, ac Ludouici Regis Hungariæ in auitam proſapiam ſtudijs obſecundaret, obſeruat S. Catharina in literis datis ad eundem Regem, quem Veneto implicitum bello grauiſſimis ſententijs ad clementiam in hoſtes, audiendaque Chriſti crucifixi & eius in terris vicarij imperia eſt adhortata; ac magno ardore in antipapam, quem membrum diaboli vocat, & in Cardinales, quos perfidiæ arguit, vtpote qui ſua ſcelera ab Vrbano corripi non ferentes, eius electionem, quam non terrore vllo, ſed vi veritatis impulſi toto orbe promulgarant, ſuſceptis partibus dæmonum, quorum exemplo perdebant animas, oppugnarint, pluribus inuecta eſt: gratulatur ipſum maximo Dei beneficio vera luce colluſtratum, atque ab eo exigit, vt cum hactenus athleta, & defenſor fidei aduerſus infideles extiterit, ita nunc Eccleſiæ propugnatorem, religioniſque aduerſus ſchiſmaticos & adulterinos Chriſtianos vindicem ſe præbeat: rumpendas itaque omnes moras, ac diuino Numini ad id opus ipſum vocanti reſpondendum: velle amantiſſimum ſeſum, vt pro hoſtibus infenſiſſimis habeat hoſtes Eccleſiæ: cum cæteris vero hoſtibus (quibus verbis deſignat Venetos) pacem conciliet; tum ne diuina charitate excidat, tum ne Eccleſiam eius opem implorantem deſerat: ferre illum ſine dedecore non poſſe, vt antichriſtus idemque membrum diaboli, ac muliercula fidem catholicam male perdant, obruantque tenebris. Si ipſe, cæteriquè principes, qui tanto malo poſſint occurrere, illud diſſimulent, graues Deo pœnas daturos: miſereretur Vrbani, qui maximo animi dolore animas ad Iupum infernalem abripi incubabat: ponere quidem eum ſpem ſuam in Deo; ac bene ſperare de illius prouidentia, vt Ludouicum ipſum ad arduum onus pro diuina gloria, & ſacroſanctæ Eccleſiæ decore ſuſcipiendum permoueat. Tum obſecrat eadem S. Catharina Hungarum per ſanctiſſimum Chriſti crucifixi amorem, vt Dei voluntatem, eiuſque vicarij vota ad exitum pro virili perducat: conijciat oculos in martyres, qui duris ſupplicijs ob amorem fidei vitam poſuere: perpendat animo atrox in orbe Chriſtiano excitatum ſchiſma, pandi latiſſimam ad infernum viam, neminemque obſiſtere, cum omnes ſua tantummodo ament, ac terrenas opes, animas vero Chriſti crucifixi ſanguine redemptas non curent. Pro diuina itaque gloria, ac pro fidei cauſa abiectis cæteris in Neapolitanum regnum expeditionem conficiat, quæ fœliciſſimos ſucceſſus habitura eſſet, ac forte ſine armorum fragore miſeram illam Reginam a ſua peruicacia qua metu qua amore reuocatum iri; perpenderet quanto tempore

Vt armaverat in ſchiſmaticos.

Propoſita facti gloria.

Chriſti in terris vicarius diſtulerit ea tantum de cauſa vi & armis illam regno, cuius iure excidit pellere, vt errorem ab ipſa emendandum expectaret.

4. 5 Aſſenſit Ludouicus Hungariæ Rex pijs Catharinæ votis, atque ſuſceptum vna cum Genuenſibus, Franciſco Carraria Patauino, & patriarcha Aquileienſi foederatis in Venetos atrox bellum componere conſtituit a: & quamuis copias in Ioannam de regali gradu deiectam ducere detrectaſſet, Carolum tamen Dyrrachij ducem, quem Veneto bello præfecerat, mox atque illud ſedatum foret, mittere in Neapolitanum regnum cum exercitu policitus eſt. Qua ſpe erectus Vrbanus Neapolitani regni proceres ſolicitauit b, vt a Ioanna ad Caroli Dyrrachini principis & eius vxoris Margaritæ partes transfugerent. Accendebat etiam S. Catharina literis ſuis Carolum ipſum ad Neapolitanam expeditionem pro diuini Numinis & Eccleſiæ gloria conficiendam, quem pariter monuit c, vt prius hoſtes internos vinceret, quam in externos ſigna moueret, domitis enim viitijs ad ſumma quæque pro Deo gerenda idoneum futurum: ſacra itaque exhomologeſi conſcientiæ ſinus expiaret, & ſanguinem a Chriſto in cruce fuſum recoleret, vt voluntatem Dei, quiipſum veluti columnam in Eccleſia excitaturus erat, compleret, præberetque ſe adminiſtrum excindendæ hæreſi, confundendo mendacio, illuſtrandæque veritati pontificatus Vrbani VI. qui a Spiritu ſancto erat; fremerent licet homines improbi & ſui amantes, qui cum dictis, factiſque ſuis pugnarent, mendaceſque, & idololatras ſe fingerent, & iactarent inſani homines, ſe honores pontificios Vrbano propter metum detuliſſe. At quo pacto illi tantum dedecus ſuſcepiſſent, vt ad pedes illius accideret? Non ferendum, religionem tanto errore contaminari, vexari agnum a lupis, tradi animas dæmonibus, atque a Chriſti ſponſa diuelli. Quod tandem adeo durum pectus reperiri poſſit, quod in tanta calamitate pietate non molieſcat? quis oculus, qui non lachrymarum amnes fundat? quis princeps continere ſe poſſit, quin omnes vires ad fidem tuendam conferat? Tantummodo ſui amatores ad hæc inſtar Pharaonis non moueri: at vero diuinam bonitatem non paſſam, vt ipſius Caroli pectus obdureſceret, atque adeo ipſum ad ferendam ſponſæ ſuæ opem euocare: ſortem itaque animum haberet, prouolaretque in eius auxilium: refrixiſſe cæterorum corda principum, qui verba tantum officioſa dederint, tantum abeſt, vt opes pro Eccleſia, vitamue profundere vellent; quorum ipſe ſperneret exempla, ac ſi res exigeret, læto & imperterrito animo vitam pro Chriſto profunderet.

Caroli Durachij expeditio.

a *Tholer. a Nem. lib. 2.*

b *Lib. 3 p. 54*

S. Cathar. Carolum excitat ad bellum.

c *S. Cathar. epiſt. 195.*

6. &c. Vertit ſequenti anno idem Carolus, ſoluta Tarquinia obſidione, aduerſus Reginam Ioannam arma, quæ exercuerat in Venetos. Vt vero Ioannæ Caroli aduentu, ſuorumque defectione (comes enim Nolanus alijque plures ad pontificias partes ſe transtulerant d) perterrita, opem poſtularit ab antipapa Auinionenſi, cuius inſano ſtudio præceps ruebat in exitium; ac Ludouicum Andegauiæ ducem, vt Gallorum armis ſe tueretur, filium adoptarit, dicetur inferius. Interea cum Ioannæ perduellione treti hoſtes Eccleſiæ ingruiſſent, atque in patrimonio B. Petri Raynaldus Vrſinus, de quo ſupra memoraui, ſeuum belli incendium excitaſſet, moniti ſunt ab Vrbano e populi, ne proditoris audirent imperia: ac Jacobus epiſcopus Narnienſis ad Chriſtifideles premiorum ſacrorum ſpe facilius ad religioſam militiam alliciendos auctoritate munitus f, vt conſtitutum exercendæ militiæ tempus contraheret, prout occaſio poſceret. Laudauit hoc in ſchiſmaticos ſacrum bellum S. Catharina g, ac Peruſinos literis increpuit, quod

Illius contra ſchiſmaticos grauc argumentum.

Pia ad illū adhortatio

d *M. ſ. Dilucul. Neap.*

e *Pubblic. 1. pag. 1.* Sacra militia in Raynald. Vrſin promulgata.

f *Ibid. p. 14*

g *S. Cathar. epiſt. 210.*

Etrusci ad Vrbanum tuendum excitati a S. Catharina. *aEpist.* 207 208 & 209

quod Vrbani & Christi partes ignaue tuerentur, nec causam fluctuantis fidei, quam crudeles & impij homines tenebris obruere niterentur, strenue susciperent: hortata est Senenses, vt a foedera potius cum patre & matre, Vrbano scilicet & Ecclesia, quam cum tyrannis coirent, neque cuiquam posse ipsos vnquam securius inniti, quam columnæ illi firmissimæ, quæ licet grauissimis persecutoribus agitetur, nunquam corruet: non implorari ipsorum arma ad Ecclesiæ terrenam ditionem recuperandam, sed ad confirmandam fidem, confundendum scelus, veritatem collustrandam, animas e mambus dæmonum eruendas, religionem nostram ab impiorum contaminatione vindicandam. Quo etiam argumento Florentinos solicitauit, vt vero Pontifici & Christi in terris vicario Vrbano opem ferrent, meritamque illi, a quo censuris ecclesiasticis soluti, ac sacris restituti fuerant, gratiam reponerent.

Sup. epist. 207.

Ibid. p. 206.

In tolerandis huius belli sumptibus passus est b Vrbanus graues ærarij difficultates, ac sacerdotiorum vacantium annua vectigalia sibi reseruauit: tum in varijs prouincijs ac regnis, quæ sacrum illius apicem colebant, quæstores instituit c, atque a clero Romano tria aureorum millia exegit d, cum Romani inschismaticos aciem pararent educere, causamque, ne id acerbius ferrent, exposuit.

b *Vrs. lib. 3. pag. 18.* Quæstores instituti ab Vrbano.

c *Ib. p. 16 si 31. & 43.*

d *Lib. p. 6.*

9 Fiebant hoc anno apparatus belli sacri, cum Carolus Francorum Rex regnum suum a catholicis euastatum e luxit: Thomas enim dux Lecestriæ Richardi Regis patruus educto ex Anglia militari flore traiecit Caletum, signisque victricibus nemine obuio plures prouincias, quas Guagninus f enumerat, peragrauit expilauitque: *Artheſium*, nempe, *Viromandnos*, *Sueſſiones*, *Catalaunos*, *Trecenſes*, *Senones*, *Paſtinum*, *Beſſiam*, *perque Bouamuallem incurſantes Angli*, *abductis aliquot claris equitibus*, *ad Britones contenderunt*, *quos Ioannes Monsforteuſis alacriter excepit*. Erat is comes Britanniæ vir catholicus, qui ab ipso antipapa, dum cardinalatum gerebat, de iusta Vrbani creatione edoctus fuerat, vt supra dictum est, neque a Gallo Rege frangi eius constantia potuit, vt schismati assentiretur, grauique propterea bello ab eo premebatur. Agunt de ea Galliarum populatione, quæ conflati schismatis tristis fructus extitit, Belgæ Anglique historici, e quibus Vualsinghamus g: *Tantus*, inquit, *terror ipſos Francos inuaſit, vt in ampliſſimo regno, in quo mille ſemper viri ſingulis ex Anglicano exercitu opponi potuerant, citius eligerent more feminarum latebras ſe occultando quatere, quam glomeratim Anglicanis manipulis obuiare. Tua ſunt opera hæc Chriſte, tua miracula Ieſu bone, cui poteſtas eſt dijudicare, ſeu vincere in paucis aque vt in multis.* Marcuisse Gallorum militaris virtus ob schismatis flagitium videbatur. Neque ita multo post Carolus cœlesti ira ob discissam Ecclesiam percussus exaruit. Ipsum a Petro Minorita anunculo suo de diuina ira sibi impendente præmonitum vidimus. Ferunt etiam Franciscani annales h, Rodericum Ruizium prophetico spiritu clarum retulisse, illum infeliciter ob id facinus perijsse: cuius tamen ipsum grauiter pœnituisse, plerique i tradunt. Et quidem de regia fama solicitus, ne memoria sua ob impensa antipapæ studia apud posteros inuisa foret, publicis tabulis editis l est professus, se Pontifici alteri velle adhærere, illumque colere, quem sacrosancta synodus œcumenica colendum decerneret.

e *Paul. Æm. in Carol. V.* Anglorum in Gallos expeditio.

f *Guagn. in Carol. V.* Prouinciæ euastatæ. Monsfortus Britto sentit cum Anglis.

Meyer. l. 13 in Lud. Mal.

g *Vualſin. in hiſt. Anglic. in Richard. II.* Tristes schismatis fructus collecti a Gallis.

h *Ann. Fratr. an. 1381. n. 1. ex Marc. Par. l. 3. c. 33. & Vualſingh & alij.* Pœnituit Carolum Regem. moriturum flagitij.

i *Ext in 35. & in annal. prolixior. de ſchiſ. p. 152.* Extrema eius sententia.

l *Acta dicti Parisius in appēd. apud Ioan. Vsin.*

10 Publico etiam decreto se subduxisse ab antipapæ obsequio, ex oratione Guillelmi Fillacij decani Rhemensis colligitur m: is enim in celeberrimis conuentibus anno MCCCCVI. habitis, cum Petri de Luna antipapæ causam ageret & Gallis, lenitatem obijceret, qui sæpius subtraherent restituerentque obsequium Auinionensibus pontificibus, quod laude dignum fuerat, vertit crimini, nimirum Carolum Regem Caroli VI. patrem, antequam ex vita discederet, a Clemente se subduxisse. Agnouit scilicet, quamuis sero, temere se ab Vrbano ad antipapam defeciſſe. Ipsum multa sapientiæ floruisse laude refert Iuuenalis Vrsinus a: atque ob regnum sapienter administratum dum Rex pater in Anglico carcere agebat, Sapientis nomen tulit: quam commendationem suscepto schismaticorum, a quibus suboratus erat, patrocinio labefactauit: regi consueuerat vt diximus, consilijs Ambianensis Cardinalis infestissimi Vrbani hostis, quem extincto Carolo Rege meminentem iras noui Caroli Regis, qui vindictæ parandæ signa dederat, rapto ingenti thesauro in fugam se conuertisse, narrat idem auctor.

Froſſar. lib. 2.

a *Iuuen. in hiſt. ſui temp.*

11 Sub nouis Caroli VI. Regis auspicijs facile Galli per vim ab Vrbani obedientia diuulsi, atque antipapæ iugo liberati, innata pietate ad verum Pontificem erant redituri, nisi Ludouicus Andium comes Regis patruus, Regeque impubere Gallicæ regiæ procurator, antipapæ coniunctissimus, cuius beneficio ad Neapolitanum regnum aspirabat, Gallos ad politicam rem religioni anteponendam adegisset. Robertus enim dato diplomate b kal. februarij pseudopontificatus anno secundo Auenione consignato, Ioannæ Reginæ potestatem fecerat, vt illum in filium cooptaret, regnique Neapolitani iura post ipsius Reginæ obitum ei relinqueret: itaque Ioanna ea fallaci potestate fulta (cum debuisset potius Vrbano conciliari, quam regia iura in remotiores consanguineos, concitatis in se propinquioribus, transferendo, in anceps exitium se conjcere, vt Ludouicum Andegauensem, & Gallos ad exturbandum solio Pontificem, a quo regni Neapolitani iura ad Carolum Dyrrachinum ob illius perduellionem transferebantur) odio æstuans extremo iunio eundem Ludouicum in filium asciuit, præcepitque vniuersis ordinibus regni Neapolitani vt illi sceptrorum heredi, vtpote in Reginæ filium cooptato fidem obstringerent.

Cur antipapa secutus Ludou Andeg.

b *Ext. in the saur. Gall.*

Insignis Ioannæ Reginæ error.

12 At cum Ioanna in Ludouicum Andegauensem, Prouinciæ, Forealquerij, & Pedemontij comitatus sine Cæsaris, ad quem supremum eorum ius spectabat, facultate transfundere non posset, finxit antipapa vacuum esse cæsareum solium, quod Vvenceslaus principesque imperij adhærerent Vrbano, atqueeosdem amplissimos principatus apostolica auctoritate ad Ludouicum Andegauensem transferendos sanxit, cuius diploma c ita consignatum est: *Datum Auinione* 12. *kal. augusti anno* 12. Hisque fallacibus beneficijs suboratus Andegauensis, miserequeperiturus, ita schismaticas partes amplexus d est, vt doctores Sorbonicos, qui perspicacibus oculis Vrbani causæ æquitatem intuebantur, ac liberius propugnare cœperant, opprimeret: Hispaniarum Castellæ & Hungariæ Regum flagitantium, vt Galli vna cum alijs populis vni iusto pastori subessent, orarores repulit: *Reſpondit*, inquit Æmilius, *dux Clementis cupidiſſimus, ipſum quoque Francum Regem Sapientem Carolum V. conſentaneum ſuorum habuiſſe, de eorum ſententia ſtatuiſſe.*

c *Ext in append. hist. Ian. ex his in the saur. Ludou. ducis Andeg & in the saur. Gall.*

Ob causas politicas tuetur schisma Andegauensis.

d *Iuuen. Vrsin. Gagu. in Carol. V.* Sorbonicos doctores opprimit. Andegauēsis schisma confirmat.

13. &c. Iniquum admodum id responsum fuit, cum Carolum etiam Regem imminente morte sanctionis suæ, vt dictum est, pœnituisset, ac longe prudentius censuisset, ortam in Ecclesia de vero Pontifice controuersiam œcumenicæ synodo, vt dirimeretur, committendam: sed antipapa, vt vidimus, & pseudocardinales, ne conuincerentur scelc-

ris,

ris, ad mentionem concilij exhorrescebant: atque ex his Petrus a pseudocardinalis S. Eustachij contra lugubres piorum synodum œcumenicam, ne a vero Pontifice aberrarent, expostcentium voces scriptis editis obgannicbat, concilium in ea causa peragi non posse: aduersus quem Petrus Toletanus archiepiscopus, qui alterutri parti se nondum addixerat, erudite scripsit b hoc anno, ac multa grauissima ex eius commentarijs argumenta, quæ Vrbani pontificatum illustrant, depromptit in suo commentario, ex quo hæc pauca delibasse sufficerit.

a rum.17.de schis.p.223.

b Ibid p.149 & t.17.pag 223. vnde ann.lib. Refellitur a Toletano archiep. sophismata Schismaticorũ. Iudicio lis dirimenda fuit.

[Fundamentum, quod ponitis, quod est fortius, & super omnia alia fundamenta. Ibi dicitis, quod quandiu reuerẽdissimi patres, & domini Cardinales fuerunt Romæ, nunquam fuerunt in sua libertate: sed primus electus hoc expresse negat. Cum igitur per supradictam negationem efficiatur fundamentum vestrum dubium, locus est iuridicæ determinationi, quia etiamsi esset diabolus inferni, postquam, se offert talia, & tam verisimilia probaturum, non debet sibi audientia denegari: satis enim videretur absurdum, si vobis, & alijs dominis meis Cardinalibus accusantibus ac dicentibus, ipsum apostaticum, intrusum, & antichristum, qui receptus, habitus, & reputatus fuit per totum mundum vt verus Papa, qui per quatuor menses fuit in possessione pacifica, absque aliqua audientia expellatur, & eidem defensionis copia denegetur contra c. cum inter & c. significauerunt de excep. cum similibus infinitis: lex enim ecclesiastica Pontificem ab alijs accusatum priusquam sub luce obiecta constiterint, exigit non relinqui, VIII. q. 4. canone.]

Ante illud deleri Pont non debuit

20 Hoc anno Petrus Portuensis & S. Rufinæ episcopus, ac Simon tit. SS. Ioannis & Pauli presbyter Cardinales, alter Florentinus, alter Mediolanensis vulgo nuncupati, cum Vrbani acerbitatem iraſque formidarent, quod promissi antipapatus illecebra deliniti, Anagniam petrexissent, fœdusque inissent cum schismaticis, omissa concilij œcumenici, quod magna laude flagitarant conuocatione, quæ titubantes saltem confirmare poterant, vt concilij iudicio starent, in schisma prolapsi ad antipapam se contulere in Gallias, atque electionis Vrbani casum c non paucis inquinatum mendacijs Niciæ euulgarunt.

Duorum Cardd. Ital lapsus.

c Ext.t.1.de schis.p.160.

21. &c. Eodem circiter anno, vt obseruat Nicolaus Harpsfeldius d in Vvicletiana historia, Vvillelmus Barton academiæ Oxoniensis princeps Pontificis Vrbani, & Courtenæi primatis Angliæ, atque episcoporum obsecutus imperijs pro sua in scholasticum ordinem auctoritate vocato theologorum e cœtu Vvicleffi hæreses damnauit, ac literariæ rei professores, qui ijs se contaminarant, iudiciaria seueritate perculit. De Vvicleffi hæresibus opportunius alibi mentio fiet.

d Nicol. Harpsf in Vvicleff. hist. c. 5 Damnatæ Vvicleffi hæreses.

e Extat eius lit. apud Hist. de Kyghon. de exil. Angl. lib. 9. & in annal. Archiepisc. Cantuar. in Vvicl. comprimendo lectior. fl. Vvalsin. in Ric. II. Hius S. Catharinæ obit. Prophetiæ dono illustris.

24 Hoc anno S. Catharina Senensis ad cœlestem felicitatem migrauit. Conscripsit res ab ea præclare gestas, vt antea dictum est, tribus libris Raymundus f Capuanus ordinis Prædicatorum summus magister, arcanorum omnium eiusdem particeps, vt qui sacramenta illi administrare consueuerat, ac plura pia admiratione dignissima de sacris extatibus, singulari Christi in eam amore, familiari cum ea vsu, patratis prodigijs, prophetiæ dono, virtutum exemplis præclarissimis, lucrandarumque Christo animarum ardore narrat, quæ pium lectorem cœlesti perfundunt dulcedine. Inter alia munera, quibus Christus sponsam suam affecit suis eam decorauit stigmatibus, quæ inuisibili modo illi impressit primo acerbissimos dolores attulerunt, deinde etiam in ipsius tatiscentis & moribundi corporis robur & vitam conuersa sunt.

Christi stigmatibus exornata.

25 Singulare etiam & ratum fuit illud munus, vt quæ a rerum corporearum amore omnino se diuulserat, licet corporeis constricta vinculis, tamen quasi iam esset a corpore segregata, animas intueretur; vtque earum, quæ diuina gratia erant præditæ pulchritudine mirifice delectabatur, ita earum, quæ criminibus erant fœdatæ, horrorem fœtoremque tolerare non poterat: cuius rei admirandæ certissima exempla affert idem Raymundus a: Capuanus. Quo etiam munere ornauit Deus superiori ætate S. Philippum Nerium nostræ congregationis Oratorij conditorem, vt nimirum sæpe plures ad conscientiæ fœdam sentinam exhauriendam admonuerit: cuius exempla aliquot a Petro Iacobo Bacio vitæ scriptore, & eiusdem congregationis presbytero recensentur. Sed alia, quæ in S. Catharina tuliere percurramus.

Animæ in tutia est. Peccatorũ fœtorem sensit. a Id. ibid. c. 4 Et S. Philip. Nerius

26.27 Plane admirandum etiam fuit, & certissimis testibus oculatis comprobatum, ita sacra Eucharistia refectam, vt omnes alios cibos respueret. Quantis verodiuinis muneribus ipsa illustraretur quoties diuinam Eucharistiam perciperet, perstringit Raymundus b, sic inquiens: *Frequenter videbat latentem in manibus sacerdotis infantem, quandoque grandiusculum puerum, aliquando formacem ignis ardentis, quando Sacramentum sumebat, sacerdos ingredi videbatur; sæpius sentiebat tantum odorem & tam suauem sumendo supersubstantiale Sacramentum, quod fere deficiebat in corpore.* Imploratis post mortem eius apud Deum suffragijs edita sunt plura prodigia, ob quæ Pius II. sanctarum virginum honores postea illi decreuit.

Diu sola Euchar. cõtenta vixit b Ead. cap. 8. Admirãda sæpe vidit in Euchar.

28 Vindicata est hoc annõ c diuina ope Veneta respublica ab extremo pene exitio: a Carolo enim Zeno ex oriente cum classe reuerso confirmati Venetæ, Genuenses sibi veluti de certissima victoria præsidentes fuderunt, ac postea obsessos, salutemque vnicam sine spe libertatis pactos ad Clodiam dedendam compulerunt XXII. iunij die, vti obseruat appendicis ad historiam Andreæ Dandali auctor. Commutati ij postea cum alijs Venetis, qui a Genuensibus tenebantur.

Liberata diuina ope Veneta respub. c S. Diac. in f. Venet. append. ad hist. Andr. Dand. Petr. Marcell. in Andr. Contar. Bizar. de bell. Venet. lib. 2. Foliet. hist. Gen. l. 8 dec. 2. l. 10. Bonif. hist. Tarv. l. 10. Lauri. Calchen. l. 4. & alij.

IESV CHRISTI
Annus 1381.

VRBANI PP.VI. VVENCESLAI ROMAN. REGIS 3. annus 4. IO: PALÆOLOGI IMP. OR. 41.

1.2 *Carolus Dyrrachij dux collecto*, inquit Gobelinus d, *exercitu de Hungaria per partes profectus Italiæ Romanã peruenit ad vrbem: vbi a Papa Vrbano, præstitis sibi iure homagij fidelitatis sacramentis, Regni Siciliæ diadema recepit.* Consentit Gobelino Theodoricus Niemius. Cũ vero Romã peruenisset, ab eo Vrbanus exegit, vt amplam regni partem, nimirum principatum Capuæ, ducatum Amalphitanum, Casertæ, fundorum, Minerbini, Altemari comitatus, nec non Auersam, Caietam, Insulam, Castrum maris, Scabiam, Surrentum, Capritanam vrbẽ cum alijs Summæ & Nuceriæ terris Francisco Prignano nepoti pontificio e, ab Vrbano, quod nimirum ad sedem Apostolicam ob Ioannæ rebellionem reuersa regni Neapolitani iura sanxisset, iam collata assereret. An vero iure collati essent tot principatus ab Vrbano, postea disceptatum est, dum in ea re nimium insito erga suos amori indulgebat Vrbanus; certè neque ijs profuisse, ac sibi & Ecclesiæ graues consciuisse calamitates, videbimus,

Lud. Rex vicisci fraternam necem parat. e Thom. Niel. lib. 1. cap. 21 exactum a Carolo Dyrrhachino sacramentum. e Vide an. hoc eod. n. 20

mus, cum parto regno Carolus ampliſſimos principatus, ac magnam aliam regni partem a corona auita diuelli pati non poſſet, illumque Vrbanus perfidiæ nota aſpergeret. Quod ad alias vero pactiones attinet, quas a Carolo Dyrrachino Pontifex in transfundendo in eum regni Neapolitani iure beneficiario, exegit, conſentiunt ex vetcribus, quas Clemens IV. cum Carolo I. fecerat; noſque annalibus fuſius conſcriptis ſuo loco inſeruimus.

24 Redimirum regio diademate pontificia manu Carolum g obſeruant Gobelinus a & Vvalſingamus b, traduntque nonnulli Vrbis ſenatorem creatum, vt Romanorum copijs ad eripiendum, abſtrahendumque ex ſchiſmaticæ Reginæ manibus regnum fultus eſſet. Ingentem etiam auri vim ipſi fuiſſe ab Apoſtolica ſede ſuppeditatam pro ſumptibus in rem militarem faciendis, eaque de cauſa Vrbanum bona eccleſiarum & monaſteriorum ad octoginta aureorum millia diſtraxiſſe, conflaſſe argentea ſanctorum ſigna, crucesque & calices & alia pretioſa ornamenta, refert Theodoricus Niemius c. Certe erarium Pontificium ob id exhauſtum, & eccleſiarum bona oppignerata teſtatur Vrbanus ipſe d. At Ioannæ, vt referunt vetuſta diaria Hectoris Pignatelli e, dolore furens XXII. martij die Neapolitanæ vrbis proceres excinit, inque lachrymas effuſa belli ſubſidia poposcit, atque eius vir Otho Caroli aduentum præſentiens XV. maij ſigna ad regni limitem promouit, quaſi in Romanum agrum irrumpere pararet: ſed XXVIII. iunij e S. Germani oppido propulſatus eſt a Carolo, qui inde Nolam ſe recepit, atque vndecima iulij die cum Neapolitanis ad ſe excitis pactiones inijt: quem Cardinalis de Sangro Apoſtolicæ ſedis legatus, Franciſcus nepos pontificius, necnon dux Andriæ, & alij proceres ſtipabant.

a Gobel. in Coſmod. ætat 6. cap 76. b Vualſingh hiſt. Angl in Ricard. II.

c Vrb. vita ſcript. & Col lenut. lib. 1.

Subſidium militum ſtipendia auro inſtruendum.

d Theodor. a Niem. lib. 2. cap. 22.

e Lib. 1. pag. 281.

e Diar. m. ſ. Hector. Pignat. in diar

Breui ad ſpem ſubinde euentus reſponderet Carolo, populis in eius fidem ac poteſtatem venientibus, atque ideo Othone Brunſuicenſi pugnam inire non auſo, exercitum Neapolim XVI. iulij duxit, moxque a populo patefactæ illi vrbis portæ. Prædixerat Ioannæ Reginæ, ſibi viriumque magnitudini præſidenti S. Catharina Senenſis f, populos infidos illi futuros, quos ipſamet a vita ad mortem, a veritate ad errorem traduceret, diuelleretque a Chriſti in terris vicario, vt antichriſto erroris magiſtro coniungeret: ac rurſus Neapolitanorum deditionem prænuntiarat g, repetita prophetica ſententia: *Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, frustra vigilat qui cuſtodit eam*. De rebus a Carolo tum præclare geſtis hæc ſcripſit Vvalſinghamus h: *Intrauit in manu forti poſſeſſurus terram illam, & nemine reſiſtente peruenit in pace Neapolim ciuitatem metropolitanam regni, vbi cum honore decenti a ciuibus eſt ſuſceptus; & vt ſucceſſus correſponderent, & iuxta domini Papæ vaticinium, dicentis in quodam ſermone habito ad populum eiuſdem Caroli pacis: Eſt tibi, fili chariſſime nam ab re cognomen inditum, quoniam proficiſceris in pace, & pax erit tibi in ingreſſu tuo, pax in progreſſu, & pacis ſucceſſione gaudebis*: nimirum ſi in Dei, Eccleſiæque obſequio perſtitiſſet.

f S. Cath. ep. 309.

g Ep. 306. Prædicti a S. Catharina Senen. Pſal. 126.

h Vualſin in Ricb II. ſub ann. 1382.

Exceptus triumphatoris more Neapoli Carolus, Reginam in arce munitiſſima, cui Ovi nomen inditum, obſidione cinxit, cum Otho præcipiti fuga per pontem dilapſus Auerſam ſe recepiſſet: tum vero perterrita Ioanna, miſſo vigeſima auguſti die Vgone Sanſeuerinate interprete, in deditionem Caroli ſe venturam eſſe pollicita, ni labente quatriduo eam Otho Brunſuicenſis liberaret. Is itaque inſtructa triplici acie Reginæ opem ferre XXIV. auguſti conatus eſt: ſed in prima certaminis impreſſione, amiſſis pluribus e ſuis, capſoque comite Montisferrati, ab hoſtibus circumfuſus ruente equo in terram deuolutus captuſque, & in carcerem coniectus eſt: quo aduerſo caſu conſternata Regina, ſiue blandis verbis a victore Carolo delinita, ſuiſque obcœcata ſceleribus, ſe ſuaque vna cum arce Carolo permiſit: ad quam periculo liberandam ſerius, nimirum decima ſeptembris, decem Prouincialium triremes ad portum appulerunt a. De eius carcere ac nece proximo anno dicetur.

Othonis fuga.

Otho captus in prælio.

a Summ. hiſt Neap. lib. 4 & diar. m. ſ. Neap.

25 Vniuerſæ interim regni prouinciæ, procereſque omnes, exceptis Caſertano, Ariani, & Fundi comitibus, quos ob nauatam Ioannæ iuſſu conflando ſchiſmati operam grauiſſimis cenſuris ab Vrbano defixos, atque omni ditionum ſuarum iure euerſos vidimus, ſub imperium Caroli conceſſerunt ſeptem menſium curſu b, quam victoriam Dei potentiæ S. Antoninus c aſcribit; idemque confirmat Gobelinus, qui vbi Othonem ceſſiſſe via Carolo venienti, vt a tergo adoriretur, dum Neapolitani a fronte reſiſterent, ſuaque dehiſum ſpe deſcripſit d, ſubijcit: *Ex his perpendi poteſt liquide domini Vrbani papæ benedicto quanta fuerit efficacia, cum Rex Carolus abſque belli conflictu ſibi tanta ſubegit, ipſiuſque maledictionis ſententia in quanta diſpendia aduerſantes ſibi deduxit, cum domina Ioanna Sicilia Regina, Prouincia & Pedemontij comitiſſa, mariteſque eius dux Otho tot diuitijs, tantaque potentia fulti, ſunt tam ſubito ad infelicitatis inuia deiecti: quis enim hæc audiens, ipſa vltionis modo diuino contigiſſe negaret?* Paulus vero Aemilius e inde corroboratam rem catholicam addit graui hac ſententia: *Dedita, Ioanna, & captus Otho multum dignitatis addidit cauſæ Vrbani, vt diuinum Numen ipſum ſtare ab eo, oppugnare damnareque conſilia Clementis videretur*.

b Hiſt. Pignatel. in diar. m. ſ. Neap.

Neapolit. regnum in Caroli poteſtatem redactum.

c S. Antonin tit. 22 c. 2. §. 7. & Leonar Aretin hiſt. Florent. l. 9. d Cenſilin. in Coſmodrom. ætat. 6. cap. 76

e Paul. Æmil. in Car. VI. Vrb cauſæ fauet Deus

26 Excindendis porro ſchiſmatis libris deſudatũ eſt a prædicto Cardinale de Sangro Apoſtolicæ ſedis legato, qui Carolo in ſuperiori expeditione adiunctus fuerat, præſuleſque ſchiſmatici dignitatibus & opibus exuti f ſceleris pœnas luerunt. Inter hos Gifonius pſeudocardinalis, vt ait Hector Pignatellus g, in templo S. Claræ ſacro ſolemni ritu pileum cardinalitium purpuramque abiecit, profeſſus Clementem non eſſe verum Papam, ſed vitio creatum: moxque in medio templo purpura eius & pileus ſubiectis facibus XVIII. ſeptembris ſunt incenſa, ipſeque vna cum abbate Pedeguſiæ & tribus alijs in carcerem coniectus eſt. Redacto ita in poteſtatem Caroli Neapolitano regno, Regina Margarita die feſto S. Catharinæ virginis & martyris a legato apoſtolico corona regia redimita eſt. Tum ab Vrbano VI. die menſis decembris aliqui præſules Neapolitani vt refert Alfonſus Ciacconus ex annalibus Neapolitanis & Triumfitianis, adſciti ſunt in Cardinalium ſenatum, ſcilicet Marinus de Iudice Amalphitanus ex archiepiſcopo Tarentino presbyter S. Pudentianæ tit. Paſtoris creatus, Landulphus Neapolitanus ex deſignato archiepiſcopo Barenſi, creatus diaconus S. Nicolai in carcere Tulliano, Petrus ſiue Perinus Thomacellus Neapolitanus ex protonotario apoſtolico, diaconus S. Georgij in velabro, poſtea titulo presbyterali S. Anaſtaſiæ ornatus, qui in pontificatu Vrbano ſuccedens, Bonifacius IX. eſt appellatus, & Thomas Vrſinus de Mampello Romanus ex prothonario apoſtolico diaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica renuntiatus. Confirmare hac ratione Neapolitanos in ſua fide arbitrabatur Vrbanus, cum noua bella ſunt exorta: nam ſecundos rei catholicæ ſucceſſus confundere primum cœpit amplificandæ pontificij nepotis dignitatis cupiditas: Franciſcus enim Prignanus, cui Vrbanus Capuæ principatu, vt vidimus, & alios ampliſſimos comitatus ex pactionibus cum

Schiſmatici præſules exauctorati.

f Theodor. a Niem. lib. 1. g Hiſt. Pignat. in diar. m. ſ.

Pſeudocardinal. Giſfonij exuſta inſignia

Nonnulli creati Cardin.

cum Carolo Rege confectis comulerat, poſſeſſionem Capuæ XXIV. ſeptembris a Rege Carolo exegit a. At is regiæ dignitatis aſſerendæ cupidus, cum ex Capuæ aliorumque principatuum diſiunctione regnum labefactaretur, & prauum ab Vrbano daretur exemplum, vt inter Pontificum nepotes regnum diuideretur, & exinde innumera bella oriunda forent, ſacramenti Vrbano præſtiti fidem contemptit tanquam iniuria illud extortum fuiſſet, atque in publicum regni detrimentum eſſet vertendum.

a Hell. Pigna. in diar. Neapol.

Odiorum inter Vrbanum, & Carolū cauſa

Creuit etiam alia bellorum ſeges, nam extincta Ioanna Auenionenſis pſeudopontifex quaſi regnum Neapolitanum illius iuris ac poteſtatis eſſet, illud ijſdē legibus in Ludouicum Andegauenſem transfudit, quibus Carolus I. Clementis IV. beneficētia liberalitateq; acceperat: quade re eiuſdē antipapæ vitæ ſcriptor nemini b Regum diuulſi sūt relicti a Ioāna principatus: Prouinciæ enim, Folxarquerij, & Pedemontis comitatus Ludouici dominatum admiſere, haud ita tamen, quin Maſſilia & Arelatū, multaq; oppida ad Carolū Dyrrachinū ſpectarēt, vt dictus ſcriptor vitę antipapę tradit.

Andegauēſis dux a Ioanna in ſpem regni cooptatus. Prouincia a regno Neapolitano diuulſa.

b Lab. 8. pag. 821.

27. &c. Luctuoſiſſimo eo tempore Chriſtiani maximos conſcientiæ æſtus paſſi ſunt, atque alij fraudibus illuſi deficiebant ad antipapam, alij ad Eccleſiæ catholicæ finum tranſuolabant, quibus damnandi ſchiſmatis formula præſcripta eſt. Cum vero œcumenicum concilium ob ſchiſmaticorum improbitatem celebrari non poſſet, varia conuenticula a principibus ſunt coacta, in quibus quis colendus Pontifex, quiue ſpernendus decernendi auctoritatem ſibi arrogarunt; inter quos Ioannes Caſtellæ Rex Gallis, quibus erat coniunctiſſimus ob partum a parente ſuo eorum armis regnum, ac Petro de Luna antipapæ emiſſario ſuadentibus Salamanticæ iniuſtam contra Chriſti vicarium ſeuentiam tulit c, & quidem admodum improuide, quippe qui certo ſciret Carolum V. Francorum Regem extremo vitæ tempore latæ ſimilis ſententiæ pœnituiſſe, atque ad concilium œcumenicum de ea controuerſia referendum cenſuiſſe: prætermiſſo autem dandæ operæ, vt illud cogeretur ſtudio, pſeudopontificem colendum ſuis edixit d. Porro regum diploma ita conſignatum eſt: *Dat. Salamantica ſub noſtro aureo ſigillo regio anno Domini* MCCCLXXXI. *die dominica* XIX. *menſis maij, in eccleſia cathedrali ſtatim poſt miſſarum ſolemnia, hora fere ſexta, in præſentia reuerendiſſimorum in Chriſto patrum dominorum Petri de Luna diaconi Cardinalis & ſedis Apoſt. legati, & Gutterij nouiſſime in Romana eccleſia presbyterum Cardinalem aſſumpti per prafatum dominū noſtrum Papam Clementem VII. & aliorum quamplurium prælatorum, doctorum, & cleri, ac populi multitudine copioſa.* Fuiſſe hunc Gutterium e epiſcopum Palentinum, atq; ab Vrbano cardinalitia dignitate exornatum, coniuncta legati apoſtolici auctoritate, refert Clementis antipapæ geſtorum ſcriptor; addit que ipſum, poſtea inſignia pſeudocardinalitia a Petro de Luna accepiſſe.

Prætermiſſo concilio œcumenico varia cōciliabula fiunt.

c tom. 4. de ſchiſm. p. 29. Marian. lib. 18 c. 4. Vita antipapæ ſcript. apud Baſquet.

Ioan. Caſtell. Rex ad antipap. deficit.

d tom. 4. de ſchiſm. p. 29.

33 Ex ea Ioannis Regis Caſtellæ defectione, perturſoque iudicio magna clades rei catholicæ illata eſt: ſchiſmatici enim iactare cœperunt, illos Caſtellæ conuentus cum œcumenico concilio, quodammodo æquari poſſe, cum in ijs vtraque pars audita, & excepta contraria inuicem argumenta expenſaque fuiſſent; proinde, cum regia ſententia tot ſapientum iudicio contra Vrbanum lata eſſet, iure inferri, illius cauſam æquitate non fultam. Quod ſchiſmaticorum argumentum Ioannes de Monteſono f ordinis Prædicatorum, in commentario aduerſus ſchiſmaticos ſibimet obiecit, diſſoluitque gemina ratione: primo Caſtellæ Regem ſibi contra iura iudicis munus vſurpaſſe, nec quemquam aduerſus Vrbanum niſi concilium, cui is cauſam ſubmiſiſſet, ſententiam ferre potuiſſe: ſecundo turpiſſime illum in ferendæ ſententiæ cauſa lapſum; impulſum enim propterea in id fuiſſe, quod per vim & metum renuntiatum Pontificem Vrbanum putaret. Nec vero propterea Caſtellani illius iniquæ ſententiæ animis aſſenſere; ſed Vrbanum vt verum Chriſti vicarium coluere, vt afferenda ſuis locis ſchiſmaticorum dicta patefacient. Secutam paucis poſt diebus Ioannæ Reginæ Regis matris mortem, ait Mariana a; atque Hiſpani populi animis hæſiſſe iniquam aduerſus Vrbanum ſententiā latam fuiſſe, deq; illa addunt Franciſcanorum annales: *Florebat eo tempore in Luſitania magna ſanctitatis opinione ſpiritu prophetiæ clarus frater Rodericus Robicius Minorita, ad quem Regina Caſtellæ Ioanna*, & infra, *miſit ſciſcitatum, vtrum ex duobus de pontificatu contendentibus ſequi deberent Ioannes filius, & hereditaria regna; Dei enim, cuius hæc potiſſima cauſa potius, quam hominum iudicio, id ſibi conſtare cupiebat. Ille, antequam quidquam nuntij proloqueretur, diuino exſtitus ſpiritu: Noui, inquit, a qua & ad quid miſſi eſtis. Sciatis optimam, quæ vos legauit, principem poſt veſtrum diſceſſum obiiſſe, Ioannem Regem iniquo aliorum conſilio Clementis partes ſecuturum, non longe tamen abeſſe tanti pericula vindictam. Carolus Gallorum Rex huius ſchiſmatis fautor & incenſor Ioannis conſiliarius & perſuaſor, nuper defunctus, ſeuerum ſubijt iudicium, luitque graniſſimi reatus dignum ſupplicium. Regreſſi nuncij compererunt veriſſima eſſe, quæ de Regina obitu, & de Regis in Clementem propenſione prædixerat. Deceſſit autem Ioanna* VI. *kal. iunij, die* VII. *poſt decretam in conuentu Salamantino Clementis ſequelam, quod male ominatam fore ſententiam apud pleroſque confirmauit.* Verſa ita ad pſeudopontificis ſeruitutem Caſtella, Vrbanus Ioannem regno euertere eſt meditatus, ducemque Leceſtriæ ad antiqua iura repetenda incendit, qua de re ſequenti anno agemus.

Male p rit.

a Mariana 18 c. 4.

Cōprobatum exim.

34. &c. Irrepſit e Caſtella in Luſitaniam Petrus de Luna, atque apud ſanctam Irenem conuocato præſulum & doctorum cœtu a Ferdinando orationem in antipapæ laudem habuit, propoſito themate, quod a coniuratis Cardinalibus vulgatum vidimus. At Luſitani præſules pluribus argumentis b eius dolos confutarunt, ex quibus pauca hæc decerpſimus: *Cum dicitur, quod debet eis*, ſcilicet Cardinalibus, *credi propter auctoritatem gradus & ſtatus. Cum hic ſit ſchiſma, quod emanauit ex electionibus earum, & ſic neſcitur quis verus ſit, & ſi a vero mittantur, immo a nullo, ſed ipſi per ſe; ergo non eſt mirum, ſi eis non credatur.* Et infra: *Dicitur, quod debemus eis credere iſtum verum Papam, vt Apoſtolis teſtificantibus Ieſum eſſe filium Dei, quod concedo ſi ipſi feciſſent, vt Apoſtoli, qui vnum tantum nobis prædicauerunt: iſti vero contrarium nobis, quia duos vicarios. Cum igitur in hoc non ſeruauerint normam Apoſtolorum, quorum vices ipſi teſtificantur temere, non eſt mirum ſi eis non detur auctoritas, vt eis credatur, vt Apoſtolis, quia forte, immo ſine forte, Apoſtolis etiam tum viuentibus, non eſſet credendum ſi ipſi feciſſent, quod vos feciſtis, ſcilicet alium Chriſtum prædicando. Non obſtat tertia ratio, vbi dicitur, quod debet eis credi propter auctoritatem officij, eo quod officium eorum eſt vniuerſalis eccleſiæ ſponſæ Chriſti prouidere de eius ſponſo; quod verum eſt cum formam tenuerunt dando vnum tantum; ſed cum duos ſimul viuentes, hoc repugnat iuris diſpoſitioni. Ergo eis non credendum: & ſi eſt modo credendum dictis eorum, eſt credendum de publicatione primi ſponſi, & non de publicatione ſecundi, durante primo propter iuris repugnantiam.* Rogatus autem Petrus de Luna, vt ad hæc reſponderet, diſſimulata argumentorum vi, inania tantum aliqua ad rem non ſpectantia ſubiecit c. Ita cum Luſitanos ſuis dolis circumuenire non potuiſſet, Luſitania in Vrbani obſequio confirmata, ipſe turpiter abire coactus eſt: quem quidem pſeudolegatum inſulta in eo regno grauiora paſſum, ipſe teſtatur in ſuperbis literis d ad concilij

Robicius Mus prophetiæ dono clarus. Mirū illi' reſponſum ad oratorem Reginæ Caſtellæ.

Petrus de Luna Luſitanum corrumpere nititur.

b Ex a. 6. de ſchiſm. pag. 93. &c.

Creatis duobus Pōtificibus ius dagoratis amiſere Cardd.

Conuictus Petrus de Luna.

c Ita p. 118 Luſitania in Vrbano obſequio confirmata.

d Ex n. 10. de ſchiſmat. pag. 194.

Conſtan-

Constantiensis patres datis, iactatque facile Lusitaniam in schisma trahendam fuisse: *Nimors*, vt ait, *excellentis memoriæ Regis Ferdinandi, regnique turbines obstacula præbuissent*. Et quidem in eo in Lusitaniam admittendo Ferdinandum graui scelere se deuinxisse constat, nec diuinam ab eo vltionem propterea absuisse putandum est, quam cæteri Reges schismatici senserc.

Ferd. Regis Lusitan mors.

38.&c. Adijt extremũ discrimen hoc anno Anglia a, cum rusticana plebs partim vectigalium acerbitate, quæ pro expugnanda Castella ducis Lancastriæ rogatu indicta fuerant, partim seditiosis Vvicleffistarum libertatem proclamantium concionibus efferata, ad centum millia & eo amplius hominum ad euertendum sacratum & politicum ordinem arma cepisset: licet enim initio principibus assentari visus sit Vvicleffus, dum ordinem ecclesiasticum perdere molirebatur, tamen conceptum impio animo aduersus Deum, hominesque furorem simulare non potuit, dum ad concitandas in principes seditiones, omnemque ordinem sacrum & profanum conuellendum populo nouarum rerum cupido blandiebatur. Nactus vero est scelerum, & hæreseos propagatorem Ioannem Baleum presbyterum ad fallendum simplicem populum, tumultusque conflandos religionis adumbratæ specie peritissimum. Conati sunt perduelles in colloquium pellicere Richardum Regem, quo in suam potestatem redacto, principum & magistratuum decutere capita, ac demum Regem, episcopos, monachos, canonicos, & parochos contrucidare decreuerant, vt ex publica reorum confessione patebit. Sed Simon de Suberia archiepiscopus Cantuariensis Richardo Regi, ne perditorum hominum perfidiæ se committeret, suasit: cumque post peracta diuina mysteria eos ad officium pia oratione reducere niteretur, ab ijs crudelissime capite plexus est b: *Sed percussor eius*, inquit Vvalsinghamus, *diuinam sensit vltionem in furiam actus, & cæcitate percussus*; additque reliquos sceleris auctores, ac participes supplicijs pariter subiatos; inter quos Ioannes Baleus Vvicleffisticæ hæreseos præco, de quo paulo ante memorauimus, patibulum pro solio archiepiscopali exambito sortitus est, & quadritariam scctus.

a Tho. Vvals in Rich II. Nic. Harpsf in Vvicleff. dist. 22.

Vvicleffist conuiratio

b Vvalsin. in Richard. II

Balæi seditiorũ figuriferi spes mutata supplicio. Pius S. Catharinæ Suecæ obitus.

45.46 Hoc anno migrauit in cœlum S. Catharina Sueca filia S. Birgittæ, haud multo post, quam Roma digressa patriam repetierat, cum Vrbanus, de cuius pontificatu ipsam præclare sensisse, tabulisque publicis rite creatum professam vidimus, ob schismatis ingrauescentis difficultates sacræ actioni ad consecrandam eiusdem S. Birgittæ memoriam, quam ipsa promouebat, vacare facile nõ posset. Corrigisse hoc prodigium post mortem, memorat vitæ eius scriptor c: *Viderant*, inquit Vrbani vitæ scriptor, *cum homines quidam religiosi supra domũ, in qua corpus eius examine iacebat, per dies & noctes stellam consistere, donec esset tradita sepulturæ: corpore autem ad monumentum allato, stella pariter suo visa est loco moueri tanquam obsequium funeri præstitura. Inter missarum autem solemnia corpore in templo reposito, stella mansit pendula supra feretrum: denique corpore humato, stella euanuit. Nec deerant qui sanctæ inuarent vidisse se luminaria mire radiantia in aere, quæ ipsum feretrum antecederent, dum ad ecclesiam deportaretur*. Illustrata est post mortem eius sanctitas maximis miraculis, ob quæ in sanctarum virginum numerum est relata.

c Surius ex veteri m.s.t. 2. die 23. martij c. 17. Stella diuinitus exequias illustrare visa.

Antiocardinalis ad propagandam perfidiam publica edunt acta

47.&c. Perijt dispari exitu infeliciter eodem anno Petrus Blandrini, olim S. Eustachij diaconus Cardinalis schismatis defensor, obstinatusq; in pertinacia morte tibi imminente non perhorruit publicas tabulas edere, quibus falso vulgauit, Vrbanum factione Romanorum, legibus vero Clementem Pontificem renuntiatum: quo facinore animati cæteri pseudocardinales conflati schismatis consortes paucis post diebus mense februarij ad antipapæ iniquam causam sustinendam publicis monumentis se obstrinxere. Ex quibus pseudocardinalis Britanniæ, Flandrini prauo exemplo, postea moriturus publicas a tabulas anno huiusseculi octuagesimo quarto vigesima quinta februarij consignatas pertinaciæ suæ testes confici iussit, vt morem gereret antipapæ, quem colebat, colendumque cæteris proposuit. Quanta vero mala hoc schisma in Christianum orbem inueheret, tradit auctor schismaticus antipapæ vitæ scriptor b.

a Ext. 3. de schis. p. 154.

b Cit. antipapæ auctor apud Rosq. Ducis Moscor. expeditio in Liuon.

50 Hoc anno c Moscouitarum princeps tercentum millibus bellatorum succinctus in Liuoniam maximo terrore irrupit. Sed catholicis diuinum patrocinium non defuit: præfectus enim arcis obsessæ, cum toram noctem precibus ad Deum fundendis consumpsisset, mane emisso ex arce iaculo Imperatorem confixit: cuius cædis casu percussi Moschouitæ in fugam se coniecere. Admirando hoc casu permoti Liuones aeum in templo B. Virginis in trophei signum suspenderunt.

c Tilm Bredeno. in 3. descrip. belli Liuon.

IESV CHRISTI
Annus 1382.

Indict. 5.

VRBANI PP. VI. VVENCESLAI ROMAN. REGIS 4. annus 5. IO: PALÆOLOGI IMP. OR. 42.

1 CArolus III. Siciliæ Rex firmando solio intentus, vt spem Ioannæ studiosis eriperet, ac nouandarum rerum occasionem remoueret, cum iam Aquila, & Montorij, Licensis, & Cupersanus comites rebellassent, vt refert Hector Pignatellus d, Ioannam ipsum Reginam interfici iussit. Necis genus aliqui scribunt, laqueo fractas ei fuisse ceruices, dum in sacello flexis genibus preces fundebat, quod Theodoricus Niemius e affirmat: alij vero impresso ori puluino suffocatam, alij necatam fame, aut iugulatam tradunt. Extitit is tristis Ioannæ Reginæ exitus, quem illi S. Catharina virgo Senensis, ni damnato schismate in veri Pontificis fidem rediret, pluribus literis prædixerat. Extinctam mense maio scribit f Hector Pignatellus, eiusque corpus in templo S. Claræ septem dierum flexu spectandum populo propositum, ne quis scilicet illius spe & desiderio arma moueret: cui prophetica illa sententia, quam Sauli Regi verbis minacibus Samuel intentauit, apte conuenire videatur g. *Quia proiecisti Deum, proiecit te Deus ne sis Rex*.

d Hector Pignat. dian. Neap. m.s. Ioannæ Reginæ supplicium a e Theod. Niem. lib. 1. cap. 15. S. Cathar. epist. 207.

f Hector Pignat. in diar. m.s.

2. 3 Parabat eodem tempore Ioannæ filius adoptiuus Ludouicus Andegauorum dux opem, vltionemue, quem vna cum Amedeo Sabaudiæ comite mense maio Auenionensem antipapam conuenisse, atque ab eo expeditioni Italicæ præfectum, vt nedum Neapolitanum regnum occuparet, sed Vrbanum etiam pontificatu euerteret, obseruat eiusdem pseudopontificis gestorum auctor schismaticus g, queriturque Ludouicum ipsum signa Romam versus ad exturbandum Vrbanum non direxisse, cum non abesset coniectura, Romanos Gallorum florentissimo exercitui impares ad periculum imminens declinandum Pontificem & Cardinales hosti prodituros. Verum ille, qui nauiculam suam iactari fluctibus non mergi fiuit, Ludouicum tantum scelus committere non fiuit. Cæterum Pontifex hostis veritus temeritatem indulgentiarum præmia omnibus, vt ait, *vere pœnitentibus & confessis*, proposuit h, qui mensibus quatuor arma ad Romana mœnia mutanda gessissent.

Ludouicus Andegauorũ dux capit. satellites.

g Cit. antipap. auct. script.

Auersus Gallicus exercitus ab vrbe.

h Lib. 1. pag 268.

4. &c. Magnum sane incussit terrorem hostis potentia; Ludouicum enim sexaginta militum millibus & eo amplius succinctum irrupisse in Italiam scribūt; verū Vrbanus ad debilitandos in Neapolitano regno Ludouici impetus iudiciariam in illum actionem instituit, & vna cum Amedeo Sabaudiæ & Petro Gebennæ comitibus, Fulcheto de Saltu Prouinciæ præfecto schismatis, apostasiæ, sacrilegij, blasphemiæ, studij in hæreticos, læsæque maiestatis crimine damnauit, omnique honorum & bonorum iure priuauit; notauit infamia, subiecit corpus seruituti, ac denique catholicos omnes indulgentiarum præmijs ad concundenda illius arma cum signa interre Italiæ inciperet, concitauit: quam sententiam, cum hostis penetrasset in Neapolitanum regnum, renouauit repetita altius veterum edictorum in antipapam & sectatores memoria, Iordanumque archiepiscopum Rhegiensem, huiusmodi sanctionem in Rheginensi, Cusentina, Rossanensi, & S. Seuerini episcopatibus, & Georgium archiepiscopum Amalphitanum a Salernitanis, Cusentinis, Surrentinis & Amalphitanis, & alios populis alijs b pro concione e sacro suggestu exponendam curare iussit, ac Germani, Dani, Boemi, Liuones, Sueci, Noruegi, Poloni, Hungari; Bohemenses, Dalmatæ, Angli, Belgæ, ad suppetias ferendas aduersus Ludouicum sollicitati c.

Edicta aduersus eius sectatores.

a Ibid. p. 374.

b Ibid. pag. 388. &c. Fideles ad ferendas suppetias solicita.

10. 11. Vt vero Ludouici Andegauensis impetus a Carolo Rege eluti fuerint, ac mora & varijs effugijs, arteque bellica subducto commeatu sensim elanguerint eius vires, describit accurate Clementis antipapæ gestorum scriptor d.

c Ibid. p. 308 & Vgalding in Rich. II. hoc anno. Ludouici Andeg. impetus cunctatione a Carolo fracti.

12. &c. Hoc etiam anno Vrbanus apostolicum diploma in Ioannem Castellæ Regem apostolicis imperijs obtemperare detrectantem edidit e, quo ei obiectum, vt apostolicis literis, ac nuncijs certior factus de canonica Vrbani electione illi vti vero Pontifici per literas oratoresque suos obedientiam detulisset, variaque ab eo beneficia impetrasset, postea autem defecerit, quasi neutri studeret: tum catholicos minis compulerit, vt acephali fierent: ecclesias & earum bona schismaticis tradiderit: pontificia monita sprouerit, vnaque cum Petro archiepiscopo olim Toletano & alijs præsulibus schismaticis antipapæ adhæserit, cæterosque ad idem præstandum adegerit; vt in iudicium ab Apostolica sede vocatus, neque ipsemet neque alius regio nomine affuerit. Tum decretoria lata in eum sententia schismatis, & vt hæreticorum fautor, ac læsæ maiestatis reus damnatur, de regnorum iure depellitur: capi & in custodiam tradi iubetur: populi sacramento fidei eidem præstito solmuntur: anathemate perculsis, qui ipsi paruerint; indicta in eum sacra militia: iussis diebus festiuis anathematis reus promulgari, eum a nemine præterquam a summo Pontifice, nisi cum finis vitæ adesset, absolui posse decernitur; denique ecclesiasticæ sepulturæ beneficio priuatur.

d Clem. VII antipap. vit. script. apud Bosq. Sententia in Regem Castellæ lata.

e To. pappenc. pag. 209. & 210 annalib.

13. &c. Ad perficienda vero quæ in huiusmodi sententia continebantur, Vrbanus Ioanni bellum sacrum indixit, ducemque Leycestriæ ad comparanda sibi armis Castellæ & Legionis regna sollicitauit. Tum Ferdinando Rege Lusitaniæ Castelliani socero defuncto, regnum illud, quod ad Castellanum deuenire debebat, schismatis odio ipsi ereptum est, vt sequenti anno videbimus; ex quo factum, vt Ioannes Rex ob latam in Vrbanum temerariam sententiam regnorum iure ab Vrbano exutus acerrimos duos hostes in se concitarit. Dignus plane lachrymis eius fuit lapsus; qui enim Vrbani electionem iustam & canonicam adeo agnouerat, vt etiam oratores ad Gallum Regem a schismate abducendum ipsum misisse, testetur Iuuenalis Vrsinus f, politicas ob causas ne a Gallorum fœdere discederet, in schisma præceps ruit: quem diuina vlcio ita persecuta est, vt miserando ex equo lapsu ceruices sibi fregerit, quo lapsus corporis animæ lapsum turpem exprimeret: sed de eo inferius. Inclinabant etiam tum ad schisma Aragonij vario arguiarum tumo suffusi. Verum ad eos puriori veritatis luce collustrandos Fauentinus episcopus Vrbani internuncius commentarium b scripsit ad Aragoniæ regiæ procuratores, in quo schismaticorum sophismata dissoluit; & argumentum ductum a verisimili, non videri probabile tot Cardinales in schisma prolapsos intermorituris nunquam supplicijs se addixisse, contrarijs exemplis confutauit.

f Vrsin. in Car. VI.

Fauentin. episcopus contra Cardin. schismaticos scribit.

b Ext. in ms. Vat. sign. num 4927. p. 146.

Si sacram Scripturam, inquit, *volumus perscrutari, nonne Lucifer cunctis creaturis perfectior cecidit cum tot millibus angelorum, & creatum sum vendit recognouit? Nonne decem tribus Israel, relicto cultu vnius veri Dei in idololatriam lapsæ sunt?* Pauciscque interiectis verbis: *Nonne populus Dei incrassatus, impinguatus, dilatatus dereliquit* Deum *factorem suum, fecitque vitulum in Oreb sculptile? Nonne multi discipuli Domini dicentes: Durus est hic sermo; discesserunt ab eo, & ipse cum solis duodecim remansit, & postea loco perditorum alios substituit? Nonne ex illis duodecim vnus diabolus erat, qui vendidit Christum.* Et infra: *Nonne discipuli & monachi B. Benedicti, quem tanta veneratione in patrem susceperant, in ipsius necem omnino vnanimiter conspiranerunt suam sanctitatem sufferre non valentes? Nonne tempore Alexandri III. tres Cardinales fuerunt antipapæ successiue?* Et infra: *Nonne sæpe alias Cardinales partes indebitas facientes schismate nutrierunt? Lege historias. Nonne contra Bonifacium VIII. Cardinales Franci a Rege Francia inducti similem tyrannidem conati sunt seminare, propter quod emanauit c. 1. de renunc. lib. 6.? Nonne mortuo Innocentio VI. contra Vrbanum V. quid facere simile conceperunt; sed fauorem principum secularium non inuenerunt, qui hodie, in præsenti scilicet schismate, sponte exstitit oblatus a Francorum Rege.* Et paulo post,

Demonstratur non esse incredibile labi potuisse.

Beatus Augustinus dicit: Capi ea credere posse fieri, dum similia esse facta conspexi: & cogita, quod non minus ardebit, qui cum Cardinalibus ardebit, quia nec ipsi potestatem habent iuuandi, & in die iudicij rationem pro te reddendi, sicut aliquis, vt audio, temerarie se obtulit. Nullus saluatur per alium, nec damnatur; immo vnusquisque proprium portabit onus. Ex his sub breuitate constare debet, Cardinales erraſſe, & in errore perseuerare non esse sic incredibile, nec ratione generis, nec ratione culminis magni gradus; nemo enim in hac vita tanta est firmitate suffultus, quo de stabilitate sua debeat esse securus, dicente Apostolo: Qui stat videat ne cadat. At de his hactenus.

16 Hoc anno obijt e insignis Ecclesiæ propugnator Ludouicus Hungariæ Rex, relicta filia Maria maiore natu sceptri Hungarici herede ea lege, vt virum Sigismundum ad regni administrationem admitteret, quæ ob patris suauem memoriam, quæ alte in omnium Hungarorum pectore hæserat, solemni ritu sacra corona redimita non Regina, sed Rex cognominata, atque in diplomatibus adscripta est: Diuulsa vero ab Hungaria Polonia fuit, cuius sceptrum, repudiato Sigismundo post varia intestina bella Heduuigi alteri Ludouici filiæ assertum est, cui non Vuillelmus Austriæ dux antea desponsus impuberi matrimonio iunctus, sed Iagello dux Lituaniæ a Polonis postea vir traditus, vnde Lituania Christiana fide collustrata vna cum regno Polonico coaluit, de qua re postea suis locis agetur. Nunc Ludouici elogium ex Cromero d adiungemus: *Pietatis*, inquit,

Ludouici Regis Hungar. mors. c Cromer. 13. in fin. & lib. 14 Bonf. de Hungar. rub. dec. 2. lib. 9. 10 & alij.

Eius filiæ regnis succedunt.

d Sup. l. 13.

Ludouici elogium.

quit, *atque religionis ita fuit obseruans, vt non in posterum duceret Iudæos, & Cumanos falsorum deorum cultores ad Christianam religionem adducere: quod in Cumanis quidem assequutus est; Iudæis autem cum neque minis, neque præmijs propositis persuadere posset, omnes proscripsit. Plebis non minorem, quam nobilitatis curam gessit: itaque nonnunquam dissimulato habitu vicos & oppida perlustrauit, vt cognosceret, quid de publicanis & exactoribus iudicibus, & magistratibus suis, ac de se denique vulgus hominum offensandi nescium sentiret, multaque ex huiusmodi sermonibus insit, suisque tastiganit. Hic Rex rebelles Hungaris Bulgaros, Bosnenses, Serbas, Croatas, transalpinosque ad officium reduxit, Valachiam cum Bogdano Palatino in clientelam accepit, Dalmatiam Venetis eripuit.* Cæterum non desunt, qui Ludouici Regis mortem ad posteriora tempora reijciunt, e quibus Clementis antipapæ vitæ scriptor ad annum huius seculi octuagesimum quintum illam reterre videtur a.

Principua eius gesta.

a Clem. VII antipap. vit. script. apud Bosq. Bland. & ex eo Æneas Syluius in epitom. Cracouiæ. Epis. mors infelix. b Michoud. 4 cap. 31. & Crom. lib. 13 c Chr. Langr. Thuring. Chron. chron. Austr. Lib. 10 metrop. c. 23 & alij. d Langr. in Chron. Citizen. Server. Meyer lib. 1. & Meyer in hist. Bland.

27 Contigerat hoc anno Poloni historici b miseram Zauissæ episcopi Cracouiensis mortem, quam in ipso stupri virgini rusticæ inferendi molimine oppetijsse ferunt, auditoque rostu post humus ingentes dæmonum in aeciem discurrentium, seque ad stupra cohortantium strepitus & clamores.

28 Eodem anno Ludouicus archiepiscopus Magdeburgensis, vt tradit chronicon Thuringicum c, vel superiori, vt Paulus Langius d contigerat, funesta morte occubuit, cum enim extremus carnispriuij diebus choreas cum fœminis nobilibus agitans lasciuiret, exardescente diuinitus in loco igne territus, dum per gradus fugiebat cum turba, ijs concidentibus allisus attritusque postero die interijt.

Ioannes Vvicleffus tẽ erat politiores artium corrumpere.

29. &c. In Anglia hoc anno Ioãnes Vvicleffus captata luctuosissimi schismatis occasione, vt Anglos non ab Vrbani modo sed quorumuis Pontificum & antistitum obsequio diuelleret, studia conuertit: cuius argutiæ politicum pariter statum conuellebant, ac propterea repudiatæ.

33. &c. Idem impostor Vvicleffus qua temeritate nouum pseudoeuangelium condiderat, eadem impietate pseudoapostolos ad illud promulgandum instituit, propinatoque Babylonicæ libertatis aureo poculo innumeram multitudinem in flagitiorum cœno demersam ad se pellexit, docuitque sacerdotes præclare acturos, si qui se continere non possent, abiecto sacerdotio, ac desertis altaribus, ad coniugalem thorum transilirent.

36. &c. Dum his corruptelis plures Vvicleffiana hæresis inficiebat, Vvillelmus Courteneius archiepiscopus Cantuariensis synodum Londinensem celebrauit, in qua errores sparsos ab hæreticis damnauit, nempe vt refert Vvalsinghamus: a *Quod substantia panis materialis & vini maneat post consecrationem in sacrosancto altaris. 2 Quod accidentia non maneant sine subiecto post consecrationem in eodem sacrosancto. 3 Quod Christus non sit in sacrosancto altaris identice, vere, & realiter in propria præsentia corporali. 4 Quod, si episcopus vel sacerdos fuerint in peccato mortali non ordinat, nec conficit, nec baptizat. 5 Quod si homo fuerit debite contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua, vel inutilis est. 6 Pertinaciter asserere non esse fundatum in euangelio, quod Christus missam ordinauerit. 7 Quod Deus debet obedire diabolo. 8 Quod si Papa sit præscitus & malus homo, ac per consequens membrum diaboli, non habet potestatem supra fideles Christi ab aliquo sibi datam, nisi forte a Cæsare. 9 Quod post Vrbanum VI. non est aliquis recipiendus in Papam, sed viuendum est more Græcorum sub legibus propijs. 10 Asserere, quod est contra sacram scripturam, quod viri ecclesiastici habeant possessiones temporales.* Damnatæ etiam fuere aliæ duodecim nefariæ propositiones ad seditiones excitandas compositæ, quæ a Vvalsinghamo recensentur; tum subdit feria sexta post pentechostem solemnem pompam instructo agmine religioso nudis pedibus ductam fuisse, & sacram concionem habitam, in qua hæreses aduersus sacrosanctam Eucharistiam damnatæ fuere, & anathemate defixi qui eas tuerentur: interfuisse vero illi concioni prænobilem equitem Vuicleffistam nomine Cornelium Cloune, quem ab impietate insigni hoc miraculo conuersum commemorat his verbis: *In vigilia sanctissimæ Trinitatis ibi miles iuit ad conuentum fratrum Prædicatorum in ciuitate Londoniensi pro missa audienda, & accidit quod audiuit missam vnius studentis de conuentu illo, & in elevatione corporis Christi nihil vidit, nisi sicut prius videre solebat, ita quod firmiter credidit, quod ibi fuerit verus panis materialis. In fractione vero hostiæ miles respexit, & vidit oculo suo corporali in manus fratris celebrantis veram carnem crudam & sanguinolentam diuisam in tres partes: admirans vero, & stupefactus vocauit armigerum suum, vt ipse videret: qui tamen nihil vidit nisi sicut prius solebat. Miles vero in tertia particula similiter, qua in calicem mitti debuit, vidit eandem colorem albedinis, qua prius erat: sed tamen vidit in medio eiusdem particulæ hoc nomen: Iesus: scriptum literis carneis crudis & sanguineis, quod admirabile erat aspectu. Et in crastino in festo sanctæ Trinitatis idem frater,* scilicet Knygam Carmelita, *prædicans in cruce S. Pauli pronuntiauit istud toti populo & in fine sermonis idem miles ibidem præsens narrauit coram eis totum processum publice & aperte ad confirmationem fidei nostræ, & promisit se ibi pugnaturum in causa ista, quod in sacramento altaris est verum corpus Christi, & non panis materialis solum, vt ipsemet prius credidit.* Illustrata est pluribus alijs cœlestibus prodigijs præsentia Christi in Eucharistia. Sed ad Vvillelmi Cantuariensis archiepiscopi gesta aduersus hæreticos redeamus. Postulatus tunc iudicio est hæresiarcha Vvicleffus Vrbani imperio, adductusque coram Vvillelmo Cantuariensi archiepiscopo licet sæpius antea professus esset mortem se pro tuenda sua doctrina oppetiturum, desertus a duce Lancastriæ metu iusti supplicij perterritus hæresim damnauit a.

Vvicleffista in Eucharistia vera carnẽ videt & obuertitur.

Postulatus iudicio Vviclef hæresim dãnat.

39. 40 Coacta b iterum est alia synodus Oxonij c hoc anno ad exhauriendam Vvicleffisticæ hæreseos seminam, quæ in Oxoniensi academia hæserat, atque in ea iterum Vvicleffus hæresim damnauit d: illius tamen sacramenti formula a recentioribus nouatoribus suppressa fuit.

a Ibidem. Oxoniens. synodus. b Walsin. in Richard. II. c Knygh. de event. Angl. d Knygh. de event. Angl.

41 Excepit vero vniuersa Anglia religiosa demissione decretoriam Londinensis concilij sententiam, qua de re vehementissime Vvicleffus in libro 4. trialogi cap. 36 conquestus est, de cuius conuenticulis hæc tradit Thomas Vvaldensis e: *Nosse plusquam dii conueniunt in angulis ciuitatum, vbi vt ferunt, qui ab ipsorum pranitate, vt quidam fœmina bonæ famæ diffugiunt, turpis & cæca fit fœtus commixtio sub extincta lucerna, & a præceptore suo discunt in tenebris & verba tenebrarum & opera. Re autem vera, qui domos non habent accommodas, spelæas quærunt, & foueas, vt se vere probent Christo contrarios, qui in tenebris, aut in occulto locutus est nihil, sed in templo, quo omnes conueniunt.* His spurcitijs imitati sunt Vvicleffistæ veteres Gnosticos, alioſque impuriſſimos hæreticos, de quibus agit suis locis Cardinalis Baronius.

e Vvald. lib. 3 tit. 17. c. 42 Vvicleffistarum turpitudo.

IESV CHRISTI annus 1383.

Indict. 8.

VRBANI PP. VI. VVENCESLAI ROMAN. REGIS 5. annus 6. IO: PALÆOLOGI IMPER. OR. 43.

1. &c. INuadere Vrbem pestē, Vrbanus spretis Cardinalium monitis, inuitoque & acuersante Rege Carolo, indigne ferens Capuæ & Amalphis principatus Francisco nepoti non fuisse traditos, profectus est in regnum Neapolitanum; cui officij specie obuiam occurrit Carolus Rex, atque etiam stratoris munus illi exhibuit, sed dolo in Auersanam arcem inuitum adduxit, captumque tenuit quinque diebus, donec quæ vellet ab eo extorsit, Imitatus est Carolus pessimum Henrici VI. Imperatoris exemplum, qui similia in Paiqualem II. Romanum Pontificem perpetrauerat, cuius sacrilegium merito a scriptoribus cunctisque alijs damnatum est; quo etiam ille diuinam in se vindictam concitauit; quibus de rebus fuse Baronius a edisserit. Neque a Carolo cœlestis virtio abfuit, quem iustas pœnas luisse suo loco dicetur. Vrbanum porro XXVI. octobris in libertatem restitutum, memorat Hector Pignatellus b, eumque in ædes archiepiscopales se contulisse, ac nepote in possessionem principatus Capuæ asserto, alteram ex neptibus suis Monderisij comiti, alteram Celani comiti nuptui tradidisse.

Vrbanus profectus in regnum Neapolitanum a Carolo capitur officij specie.

a Baron. ann. 1383. num. 9. &c.

Quod ad res a Carolo aduersus Ludouicum Andegauensem hoc anno gestas attinet; certamen, vt antea, experiendum non duxit, sed extrema agminare, intercludere commeatus, ac detrahere, abrumpere itinera, improuisis vexationibus lacessere constituit. Quibus hostilis exercitus admodum fatigatus, ac miles morbis absumptus. Inter cæteros Amedeum comitem Sabaudiæ perijsse dysenteria, & flagitium culti antipapæ damnasse, narrat Vualsinghamus c.

Neporem in Capuæ possessionē inducit Vrbanus.

Neptes viris principibus in matrimonio locat,

b Hector. Pignat. in dict. Neap.

5 In medijs ijs turbis Petrus Rex Aragonum, qui hactenus in neutram partem Vrbani, Clementisque antipapæ inclinarat, augendarum rerum suarum cupidus demulcere Vrbanum officiorum ostentatione tentauit, vt Neapolitani regni iura in eum transfunderet, vectigal Sardiniæ remitteret, tum alia iuris pontificij concederet: sed repulsam passi sunt eius oratores; quare postea Aragonum Reges suorum commodorum appetentiores ad antipapam Auenionensem defecerunt.

c Walsingh. hist. Angl. in Richard. II hoc ann. & Summont. l. 4. c. 1.

Rex Arag Neapolit. regnum ab Vrbano postulat.

6 Maiorem in ecclesiæ Romanæ obsequio constantiæ laudem tulit Lusitania, cuius Rex Ferdinandus hoc anno ætatis suæ quadragesimo tertio morbo difficili & diuturno consumptus est, nulla prole masculo relicta; atque adeo Ioannes Castellæ Rex, qui Beatricem eius filiam duxerat Ferdinandi fratrem Ioannem, qui antea ad ipsum perfugerat in carcerem retrusit, ne Lusitano sceptro succederet; non tamen Lusitaniam coniungere Castellæ potuit, nam Lusitani episcopi, ad quos tuendæ religionis cura spectabat, Ioanni Auisij magistro licet notho, vt Lusitanum sceptrum susciperet studuere. Petijt & illum graui bello Castellanus, sed Olisiponę frustra obsessa, consumptoque pestę exercitu, recedere coactus est, vt describit e Eduardus Nonnius.

Ferd. Lusitani Regis pietas. Mors eiusdem.

d Eduard. Nonnius in gener. Reg. Portugal.

e Duard. Nonius in general. Reg. Portugal. l. 2. Hisp. illustr. to. 1.

7. &c. Eiectus ita Lusitaniæ regno Ioannes Castellanus ob schisma, discrimen etiam adijt ne Castellæ regno pelleretur: Vrbanus enim Pontifex, antequam in Neapolitanum regnum se conferret, Ioannem Lecestriæ ducem religiosæ in Castellam expeditionis imperatorem, signiferumque Romanæ ecclesiæ pro eiomando perduellionis, & schisma-

Lecestriæ dux in Castellanum exercitus.

tis reo pronunciauit f. Non potuit Lecestriæ dux inferre Hispaniæ signa, nisi aliquot post annis h, qua de re suo loco agetur.

f Froissard. vol. 1.

g Gagu. l. 9.

10 Inter tot deplorandos occidentis motus, infuosissima erat orientis conditio, dum vertenda in Saracenos arma a Christianis ob schisma in Christianos tanto furore stringebantur, vt vicissim se eorum, Iudæorumue, & Saracenorum loco haberent i. Soldani vero seruitute liberatus Leo Armeniæ Rex per hæc tempora ad Vrbanum opem ad regnum ex infidelium tyrannide vindicandum petiturus accessit, benigneque ab eo exceptus ad principes Christianos dimissus est k, vt dissidentes ipsos conciliaret: quid vero egerit, postea dicetur. Addimus nunc extincto extremo superiori anno Petrino Rege Cypri, successisse Iacobum eius patruum, qui hactenus Genuæ in custodia tentus erat ab eo tempore, quo Genuenses Famagusta bello erant potiti.

h Theodor. Niem. lib. 1. cap. 18.

i Vualsin. in Richar. II hoc anno.

Leo Rex Armeniæ carcere liberatus ad Vrbanū se confert.

k Conrin. hist. sacr. l. 20.

Hoc anno MCCCLXXXIII. XII. *kal. martij*, inquit Carolus Sigonius l, *fratres Prædicatores caput S. Dominici ex arca Philippo episcopo, magistratibusque præsentibus extraxerunt, & ad vsum ecclesiæ nobili loculo argenteo condiderunt: mirum vero illud oculis mortalium accidit, quod interim dum arca patuit, stella supra ecclesiam clarissime fulsit, qua res animaduersa ciuitatis religionem erga sanctum confessorem accendit: postridie Ioannes Lignanus est mortuus.* Quo etiam anno confirmauit diuinum Numen insignibus prodigijs cultum sacrarum imaginum; Moguntiæ enim læsæ Christi & Virginis imagines ab impio homine, quem amissæ taxillorum ludo pecuniæ dolor egerat in rabiem, cruoris vim ingentem fuderunt: quo perculsus prodigio sacrilegus immotus hæsit, donec comprehensus est, atque exustus meritas pœnas dedit. Rem narrat Nicolaus Serarius ex Theodorico Gresemundo.

l Sigon. de epis. Bonon. in Phil. Caroſ.

Diuina in sacrilegum iconomachum vltio

11 In medio quoque superioris belli Belgici inter Francos, Anglosque ardore, cum pactione militari Borburgum abeuntibus Anglis receptum f esset, direptumque a Gallico exercitu: *Vnus ex Francis* inquit Gaguinus g, *sacrorum contemptor templi foribus effractis, dum D. Ioannis argenteum simulachrum rapere contendit, simulachrum auersa facie dorsum illi uersat; nec mora sacrilegus fit mentis inops, atque in semet insaniens in proprios artus desæuit: cæteri milites hoc omnes exterriti templo abstinuerunt.* His consentientia memorat Meyerus h, atque ex Frossardo addit Nicolaus Harpsfeldius: *Cum idem tentarent alius miles campanas sponte omnes sonuisse, eoque ob miraculo Regem, procereſque attonitos templum religiose ingressisse, ac trecentos amplius francos* (nummulorum genus est) *illi donasse.* Serpebat hoc tempore inter alias hæreses a Vicleffo instauratas iconomachorum hæresis, vt iam amouere ex altaribus sacras imagines auderent, vti Nicolaus Harpsfeldius narrat i.

h Meyer. lib. 13.

i Harpsfeld. hist. Wiclef cap. 16.

IESV CHRISTI Annus 1384.

Indict. 7.

VRBANI PP. VI. VVENCESLAI ROMAN. REGIS 6. annus 7. EMMANVELIS II. IMP. OR. 1.

1 PRima ianuarij die, vt referunt diaria vetusta l, Hectoris Pignatelli, Neapoli Vrbanus Carolo III. Rege & Margarita Regina adstantibus, ac populi circumfusa multitudine, sacris operatus vexillum aduersus Ludouicum Andegauensem arrollendum, quod Rex, dum peragebatur diuina res, manu sustentabat, sacra precc lustrauit, Regemque ipsum

l Hector. Pignat. in dict. Neapol. Summont. lib. 4. c. 1. & alij.

Vexillum ecclesiæ Carolo tradit Pontif.

Eccle-

Ecclesiæ signiferum renuntiauit; sacrum vero bellum promulgauit in Ludouicum Andegauensem; quem repetita veteri sententia damnauit hæreseos a crimine, noxarumque amplissimam veniam ijs, qui religiosæ militiæ accepto crucis symbolo nomen darent proposuit, profecturoque aduersus hostem Regi Cardinalem Maramaldum A. S. L. adiunxit b. Appetente itaque vere Carolus in Ludouicum, qui Taremi sedes fixerat, maximo succinctus exercitu, signa mouit. Vrbanus vero Neapoli digressus die XXVI. maij Luceriam, quæ ex fœdere antea cum Rege concordiæ pactionibus Butillo pontificio nepoti tradita fuerat, se contulit maximo Cardinalium & aliorum aulicorum incommodo & pauore, ne in suburbanis ab hostibus opprimerentur; adeo vt mense augusto conspecta eminus hostium agminis specie, relicto munitissima erat, Vrbano, captaque fuga Neapolim se receperint: quos ad se reuocare Vrbanus, Theodorici Niemij opera emisus est c: sed Cardinalis Reatinus nouarum turbarum auctor redire detrectauit.

a Hector. Pignatel. ubi sup.

b Theoder. a Niem. lib. 1. c. 34. & 38.

Luceriam se confert Vrbanus.

c Theodor. Niem. lib. 1. cap. 37.

2. 3 Gesta porro inter Carolum Regem & Ludouicum ducem Andegauensem bella describuntur in m.s. diariis Hectoris Pignatelli, scilicet Andegauensem a Carolo lacessitum, pugnam in quantumdiem distulisse. verum Carolum consuluisse Othonem Brunsuicensem veteranum ducem, quem tenebat in vinculis, admonitumque, vt Gallicos impetus mora & tædio frangeret: atque ob salubre consilium in libertatem restitutum fuisse. Addit Theodoricus Niemius d, Ludouicum in angustias, ob commeatuum maximam inopiam, adductum fuisse, ac post multa leuiora conserta prælia bellicis attritum laboribus morbo epidemico oppressum esse: nec desunt qui dicant e congressum cum Alberico pontificio duce aliquot vulneribus sauciatum, fusoque multo cruore, quamuis lethalia non essent, ægritudine animi consumptum. Vt vt fuerit, ipsum neque infelicem exitum ac reliquos antipapæ duces habuisse certum est, de quo hæc Thomas Vualsingamus f: *Periit in magna mentis amaritudine, moxque in terra aliena: sicque factum est, vt cui non placuit fortuna sua, dum ad dignitatem aspirat regiam ducatus amisit honorem* 2. *& non solum ambitiosus moriens, sed etiam excommunicatus, vitam finiuit.* Magnis quidem naturæ dotibus ornatus erat, ac dignus qui meliorem causam secutus fuisset, optaratque olim, dum Gregorius XI. viuebat, arma aduersus Saracenos consecrare Christo, vt ex S. Catharinæ, quam impense coluerat, literis g constat. Transgressa Alpes decem equitum millia penetrauerant in Etruriam auxilium illi latura, ceperantque exulum ope Aretium, cum obitus illius fama percrebuit h, eaque vrbe Florentinis, ingentem auri vim pacti, diuersa signa in Gallias reflexere, ac reliquus pariter Ludouici exercitus dissolutus est. Describit & deflet hunc casum auctor vitæ Roberti antipapæ: qui contulit a iure fiduciario Ludouico iuniori proximo anno Neapolitanum regnum ijsdem legibus, quas olim Clemens IV. cum Carolo I. pactus erat, ac Mariæ matri regni procurationem detulit, quæ ad inanem tantum speciem gesta sunt.

d Sup. c. 35. Ludouicus variis fatigatus incommodis perit.

e Summ. hist. Neap. lib. 5.

f Walsing. in histor. Angl. hoc anno in Richard. II.

Eius calamitas.

g S. Catharin. epist. 200.

Ante schisma optarat ducere exercitum in Saracenos.

h S. Antonin. 3. p. tit. 22. c. 8. §. 9. Cellen. l. 5. & Paul Æmil. lib. 9.

Subsidia serius illi missa.

4 At victor Carolus Siciliæ Rex, cum Ludouico extincto res suas firmasset, non eo, quo par erat, officiorum genere Vrbanum est prosecutus, pristinæque ipsos inter discordiæ recruduere. Eo denique res prorupit, vt Pontifex spretis suorum consilijs, ac seditiosorum promula fretus Neapoli Carolum depellere meditaretur: Carolus vero, vna cum Cardinalibus & præsulibus aduersus Vrbanum coniurarer. Refert in diarijs Hector Pignatellus m, Carolum non-

m Hect. Pignatel. diar. Neap.

dum bene ex morbo maligno, quo cutis ægris decidebat, recreatum x. die nouembris reuersum iniquo animo tulisse, Vrbanum Luceriæ agere, cum sinistras scilicet suspiciones animo conciperet, eumque rogasse, vt Neapolim rediret; ac tum Vrbanum respondisse, consueuisse Reges ad Pontificum pedes accedere, non vero a Pontificibus adeundos Reges; ac si pontificiam amicitiam colere vellet, vt populum vectigalibus liberaret, edixit. Excanduit ad hæc verba Rex superbus, respondítque se noua etiam vectigalia posse imponere populo, ac regnum armis peperisse, contenditque non esse pontificij muneris regni gubernacula tractare, sed sacerdotibus imperare, atque adeo inter Regem Carolum & Vrbanum bellum accensum, neque vnquam inter eos conciliari amicitia potuit.

5. Inter has turbas cum, vti videtur, plures pseudomonachi suis conciombus Vrbano detraxissent, atque in sacris exhomologesibus opiniones schismaticas fidelibus instillarent, patefactoque flagitio iudiciariam seueritatem, in alias oras transuolando, facile eluderent, Vrbanus ad iras pronus religiosorum ordinum priuilegia de excipiendis sacris populorum confessionibus, inque suis templis habendis concionibus rescidit, ac parochis primæuam in subditos populos auctoritatem restituit, ne ex vaga recipiendi a quibuslibet monachis sacramenta libertate ab aliquo inficerentur, tum alia ad episcoporum & parochorum tuendam dignitatem fanxit pontificio diplomate, quod repetit Albertus Krantzius a: ceterum eiusmodi Vrbani decretum ab alijs postea Pontificibus abrogatum fuisse constat.

a Ext. apud Krant. metropol. l. 10. c. 21.

6. 7. Contigit hoc anno felix obitus Gerardi Magni conditoris congregationis vitæ communis, seu fratrum bonæ voluntatis, qui nullo obstricti voto labore manuum, in describendis sanctorum patrum voluminibus, nondum arte typographica inuenta, vitam sustentabant; de quo hæc Thomas a Kempis refert: *Mutatus in virum alterum, noluit passus priora inulta transire, subiecitque se non solum pedibus maiorum & honoratorum, sed etiam nonnullorum laicorum, eorum, eis super nudam terram aliquoties, commendo, ita, inquiens: Non sum dignus vobiscum in scalli ad mensam sedere, quia plus omnibus peccaui & Deum offendi: & qui capiti suo lotionem superfluam frequenter exhibuerat, crines molliter componendo, postmodum sibi ipsi indignatus birretum gessit in capite valde vetustum, a tineis corrosum; & pene centum foraminibus pertusum. Magnum igitur sibi violentiam fecit, carnem subegit, mundum contempsit.* At qui in humanis oculis adeo despectus videbatur, coram diuinis tanti æstimatus est, vt suis precibus magnas hominum strages auerterit, Dauentrienses que ciues ab hostium telis eripuerit: ac plura animarum millia a vitijs ad virtutes traduxerit.

Conuersio Gerardi Magni.

8. &c. Dispar longe extitit infelicissima mors Ioannis Vvicleffi hæresiarchæ, quem Richardi Regis, & archiepiscopi Cantuariensis iustam seueritatem fugientem diuina vltio oppressit exeunte hoc anno, vt refert Vualsinghamus b, qui propterea in sequentis anni initio eius obitum collocat, quod a natali Christi, non ab incunte ianuario annos auspicetur: *Die*, inquit, *S. Thomæ Cantuariensis archiepiscopi martyris, organum diabolicum, hostis Ecclesiæ, confusio vulgi, hæreticorum idolum, hypocritarum speculum, schismatis inuentor, odij seminator, mendacij fabricator Ioannes de Vvicleff, dum in S. Thomam, vt dicitur, eodem die in sua prædicatione, quam dicere præparauerat, execrationes & blasphemias vellet euomere, repente iudicio Dei percussus sensit paralysim omnia sua membra generaliter inuasisse, os nempe, quod contra Deum, & sanctos eius, sine sanctam Ecclesiam ingentia locutum fuerat a*

Vvicleffi hæresiarchæ diuina vltione percussus.

b Walsing. in Richard. II.

loco

loco fuo miſerabiliter diſtortum, horrendum cernentibus ſpectaculum exhibebat: lingua effecta muta confitendi vel reſtandi copiam denegabat; caput tremulum maledictionem, quam diuinitus in Cain fulminauerat, in ipſum latam etiam paulo demonſtrabat: & vt nulli ambiget in dubium cum Cain conſortio deputatum (vt aſſerunt qui aſſuerant morienti) per ſigna forinſeca moriens deſperauit: & quidem totius malitiæ ſuæ concluſio talis erat. His conſentientia refert Nicolaus Harpsfeldius a ex veteribus monumentis, obſeruatque illum die ſacro S.Thomæ archiepiſcopo percuſſum morbo, ac die, qua S.Siluestri memoria recolitur, in quos præcipue declamare conſueuerat, flagitioſam vitam clauſiſſe.

De ſua ſalute deſperauit moriturus.

a Harpſf. in hiſt Wicl. c. 5.

13 Hoc anno vigeſimo die menſis auguſti inſigne prodigium contigiſſe in Anglia narrat idem Vvalſinghamus b, cum ſcilicet duo nauæ feſtum diem S. Oſuini Regis & martyris in eccleſia Anglicana percelebris violarent, ſanguinem e ligno, quod ſecuri percutiebant, fluxiſſe.

b Vvalſin. in Richard. II. S. Oſuinus Rex. Prodigiū Euchariſtiæ.

Hoc etiam anno in Vvandalia diuina prouidentia conſpicuo miraculo præſentiam Chriſti in Euchariſtia illuſtrauit, cum enim Vvilſenacenſe oppidum immiſſo ab hoſte incendio conflagraſſet, parochus, qui effugerat noctu, diuina voce iuſſus eſt eccleſiam Vvilſenacenſem adire; ille ad trinam denuntiationem excitatus, pergit, & in exuſti templi altari vidit duos ardentes cereos hinc inde diſpoſitos, atque in horum medio mundam ſindonem, in qua triæ hoſtiæ in vnam cruentam coaluerant: quam conſulto epiſcopo Hauelbergenſi in vaſe chriſtallino recondidit. Facti ſunt ad viſendum miraculum maximi vndique populorum concurſus, ac multa Deus prodigia vi cœleſtis ſacramenti edidit.

Diuina in ſacrilegiū vltio.

14 Confirmata eſt etiam Chriſti præſentiæ in ſanctiſſima Euchariſtia veritas inſigni alio prodigio in pago, cui nomen eſt Seuol, in finibus comitatus Tiſolenſis ſito non procul ab Oeniponto: nam cum Oſualdus Mulſer impudenti faſtu elatus non minorem, ſed maiorem hoſtiam a ſacerdote, intentatis etiam minis depoſceret, ſub ipſo hiare cœpit terra viuum deglutitura, ni lachrymis crimen expiaſſet. Hiſtoriam narrat Tilmannus Bredenbachius c ex tabula ænea, quæ ad perpetuam rei memoriam in templo eiuſdem pagi pendet excerptam, his verbis: *Anno a natiuitate Domini* MCCCLXXXIV. *quidam dictus Oſualdus Mulſer ex nobili ortus proſapia in Seuold, & ibidem in caſtro vulgariter Schloſperg nuncupato reſidens, tempore paſchali quo Chriſti fideles ex præcepto Eccleſiæ ad communionem Euchariſtiæ accedere ſolent, maiore hoſtia, & non, vt cæteri laici, communicare nitebatur. Ex timore itaque huic ſacerdos pernicioſe aſſentiri volebat: ſed dum venerabile Sacramentum ſupra linguam antedicti Oſualdi poneretur, ecce miraculoſe ante altare terra ſe aperit, ac ſi ipſum Oſualdum prorſus deglutire vellet, & in illum, vſque ad genua cecidit: ille vero manibus latus altaris apprehendit; ſed altare iſtic tallum inſtar cerę molleſcere cepit manibuſque ceſſit. Oſualdus præſentem Dei vindictam præſentiens, mox pœnitentia ductus, veniam a Deo precatur: cumque hoſtiam deglutire non poſſet, Deo id non permittente, ſacerdos eam in ſacrarium reponit, qua etiamnum hodie iſtibis ſanguineo colore diuinitus tincta, & ex lingua ſalina nonnihil contracta conſpiciatur, vbi etiam tam inde ad noſtra vſque tempora plurima fiunt miracula.*

Pœnitenti vena data

Præſentiæ Chriſti in Euchar. miraculis cōfirmata.

c Tilmann. Bredenbach in collat. l. 5 c. 35 & Theod. Rabenſp. in lib. de Euchar.

IESV CHRISTI annus 1385. Indict. 8.

VRBANI PP.VI. VVENCESLAI ROMAN. REGIS 7. annus 8. EMMANVELIS II. IMP. OR. 4.

1. 2 EXarſerunt in apertum bellum graues diſcordiæ inter Vrbanum & Carolum Siciliæ Regem, iam ante exortæ, ſupplicijſque in Cardinales occultæ conſpirationis reos, licet magna antea probitatis, & doctrinæ laude inſignes, ingenti catholicorum luctu feruntur a eſt. Concitaſſe quidem Vrbanum omnium in ſe odia, cum darā publice fidem tum Romanis de repetenda Vrbe, tum Regi Neapolitano de colenda cum eo amicitia, nec rebus nouandis infringeret, Vvalſinghamus b auctor cæteris pius & Vrbani ſtudioſiſſimus, narrat; obſeruatque Theodoricus Niemius e animos ideo Cardinalium ab Vrbano fuiſſe, cum ipſos traheret in pericula, nec Vrbem tutumue locum adire, neque Carolo Regi conciliari vellet; ac tum a Bartolino Placentino acuto & factioſo viro nouas quæſtiones propoſitas de coercendo Pontifice Romano, cum Eccleſiam in periculum conijceret; de quibus hæc Theodoricus infelicium Cardinalium iudex tradit: *Cum hæc agerentur, Cardinalis de Manopello de domo Vrſinenſi Romanus natione, qui tunc prope dictum burgum morabatur, accedens ferrete ad ipſum Vrbanum, ſibi hæc omnia reuelauit, affirmans quod multi Cardinales huiuſmodi vidiſſent articulos & rationes, illiſque inhæſerent, eoſque articulos Vrbano in ſpecie recitauit.* Subdit auctor Vrbanum ira ſuccenſum ſex Cardinales ceteris doctrina præſtantiores, cum ad conſiſtorium veniſſent, comprehendi & in vincula conijci iuſſiſſe. De coniuratione plura refert Gobelinus d, qui cum tunc Beneuenti ageret, ad explorandam accuratiſſime rei veritatem ſtudium diligentiamque ſe adhibuiſſe ſcribit, & in afferendis illius conſpirationis cauſis, nempe ob defixas in Lucerino oppido incommodas ac periculoſas ſedes accenſa odia, cum Theodorico Niemio conſentit.

Exercet Vrbanus cum Cardinalibus iras.

a Bleſſ. Pign. in vſdiar. Neap.

b Vvalſin. in hiſt. Anglic. in Richard II.

Suos in pericula conijcit.

c Theod. Nit. l. 1. c. 41. & 42.

Card. Vrſinus Vrbano ſeditioſorū cōſilia detegit.

Sex Cardinales in carcerē miſſi.

d Gobel. Coſmod. ætat 6 c. 78.

3. 4 Aſciſcere alios ſibi in Cardinales eſt meditatus, quorum fide atque auctoritate niteretur: cumque Germanos noſſet ſibi addictiſſimos, ex ea præcipue natione ſpectabiliſſimos viros ad laborum & honorum ſocietatem ipſum vocaſſe refert Theodoricus Niemius e; interque eos archiepiſcopos imperij electores, alioſque omnes deliberatione inter ſe habita delatam dignitatem reſpuiſſe, ſubdit Theodoricus f, tum Vrbanum multos Neapoli oriundos Cardinales renuntiaſſe; verum ipſos metu Caroli Regis cardinalitiam purpuram induere non auſos. Promulgatos vero fuiſſe hoſce Cardinales Genuæ, refert ex libro obligationum Felix Contelorius g, horumque nomina ita recenſet. Angelus Accaiolus epiſcopus Florentinus presbyter tit. S. Laurentij in Damaſo, Franciſcus Carbonus epiſcopus Monopolitanus presbyter tit. S. Suſannæ, Marinus Bulcanus abbas diaconus S. Mariæ nouæ, Raynaldus Brancatius abbas diaconus SS. Viti in Macello, Franciſcus Caſtagnola, qui cum XV. nouembris die Genuæ hoc anno, vt ex libro obligationum conſtat, obijſſet, diaconia caruit. Creati poſtea putantur ab Vrbano, quo tamen anno non conſtat, quamuis ad hunc eos referat Alfonſus Ciaconius, Angelus Paloſius epiſcopus Tudertinus presbyter tit. S. Marcelli, Ludouicus Fliſcus deſignatus epiſcopus Vercellenſis, S. Adriani diaconus, & Angelus de Anna de Summaripa Laudenſis diaconus S. Luciæ in ſeptem ſolijs.

Germani præſules electores Cardinalatum recuſant.

e Theod. Nit. lib. 1. c. 44.

f Id. ibid.

Noui Cardin. creati ab Vrbano

Dum creatis nouis Cardinalibus Vrbanus in rebus aſperis præſidium ſibi comparat, nouæ in eum conui-

Vrbani ob festus.

coniurationes conflatæ sunt: ait enim Gobellinus a, ingentes motus ab amicis victorum Cardinalium concitatos, dissimulatoque Rege obsidione cinctu ab ijs duce Petro Tartaro Casinensi abbate. Fuisse ob crimen læsæ maiestatis perculsum anathemate ab Vrbano ex chronico Siculo vetusto b constat. Pariter etiam Carolum Regem ac Margaritam Reginam, quod sentirent cum coniuratis fuisse ab Vrbano, seruato iudiciorum ordine, regio iure priuatos, testatur Gobelinus.

aGobelin. in Cosmodr. 7 c. 78.

In Regem Reginamque lata sententia.

bChron. m. s. Vat. exhibet.

In hac perturbatione tristissimam sacerdotum, cæterorumque ecclesiasticorum virorum sortem ita describit Theodoricus Niemius c: *Tunc ecclesiastici, prælati & clerici suspecti, quod partem Vrbani fouerent, Neapoli capti in curia regis tormentis subdebantur, nonnulli submergebantur in mari, & plures eorum dirissime in carceribus Regis tenebantur.* Addit idē auctor: *Vrbanus confidens nimium femineis consiliis reginarum, ita quod mediantibus ipsorum consilijs & auxilijs ciuitatem Neapolitanam (expulso vi Rege) cito capere posset, dictos sex Cardinales secum retinuit in quadam cisterna rupta strictius alligatos.* Tantum abfuit vt regno Neapolitano Vrbanus potiri potuerit, vt egerrime fuga euaserit: non excidisse tamen illum in aduersis animo, obseruat in diarijs m. s. Hector Pignatellus d, additque singulis illum diebus quater ad fenestram cum face & campana progressum, hostilemque exercitum anathemate perculisse: ab eo tamen in summas Pontificem ipsum redactum angustias, ait Gobellinus e, Genuensiumque opem arcanis literis implorasse.

cTheod. Niem lib. 1. cap. 49

Vrbanus Neapol. regnum affectat.

dHect. Pignatel. diar. Neap.

eGobelin. sup. c. 78.

5. 6 Rogatum etiam subdit auctor Raymundum de Baucio Diolæ comitem mox copias ad liberandum Vrbanum parasse: verum agminum præfectos a Rege Carolo subornatos auro, illum prodere meditatos: quorum tamen ipse insidias fuga elusit, atque ab Vrbano in arcem admissus soluendæ obsidionis noua consilia agitauit, Thoma Sanseuerinate, qui Caroli Andegauensis reliquijs præerat, maximis stipendijs conducto. Franciscum porro Prignanum Vrbani nepotem inanes regnandi spes fouentem a proditoribus, quos ille in arce Scafati receperat, deditum Carolo addit auctor: vrgentibus obsidionem Luceriæ hostibus, Pileum Cardinalem Rauennatem soluisse Corneto duabus triremibus, in portum Neapolitanum inuectum adijsse Carolum, & quamuis anathemate deuinctum, euersumque apice regio ex pontificia sententia, consueris honoribus prosecutum, deinde Luceriam se contulisse, vt concordiæ interpretem ageret; nec tamen Luceriam ingredi voluisse ni Vrbanus obsides daret: cumque ea ratione in suspicionem adduceretur non admissum: extracta vero in quintum mensem obsidione, cum hostis ferociter insultaret, Pontificem ad sacras preces perfugisse, suosque ad constantiam in rebus aduersis diuinæ opis expectatione confirmasse, familiaritateque Nicolai viri religiosi sanctitatis opinione excellentis vsum, qui ipsi diuini præsidij certam spem dederit: eo vero tempore Bonifacianam constitutionē in eos, qui Romanum pontificē opprimere niterentur, instaurasse ac fideles definito itineris decem dierum interuallo consistentes ad capienda arma pro liberando obsesso Pontifice edicta noua sanctione obstrinxisse.

Eius nepos sons malorum hosti proditus.

Pileus Card. Rauēs de concordia agit.

Suspicionē de se concitat.

fLib. 2. Bo. & Hector Pignat. diar. Neap.

7 Texit I Vrbanum in medijs periculis diuina prouidentia, cumque summa commeatuum inopia laboraret, soluta obsidio est a Raymundo Baltzio & Thoma Sanseuerinate, qui reliquias exercitus Ludouici Andegauensis adduxerant vna cum alijs copijs raptim in Apulia & Calabria contractis: quibus Pharolus Citrullus Beneuentanus factionis rosæ rubeæ cum turmis in terra Laboris collectis se iunxit, hostilisque exercitus, cui Petrus Tartarus abbas Casinensis præfuerat, præcipiti fuga dissolutus. Proxima a parta hac victoria, VII. nimirum iulij die, Pontifex Luceria discessit succinctus auxiliari exercitu, vinctos Cardinales trahens: cumque prope Salernum fixa essent castra, atrox coorta in eum seditio est: Galli enim schismatici de eo Auenionensi antipapæ prodendo agitarunt consilia, rati inde amplissimam auri vim comparaturos, occasionemque ex Vrbani penuria, qui stipendia promissa soluere vix posset, captabant. At Christus e tanto discrimine vicarium suum eripuit, Raymundumque de Baucio confirmauit, vt vna cum Italis ac Germanis fidem coleret. Soluris itaque vndecim aureorum millibus & alijs viginti sex millibus constituto tempore (datis pignoribus ac syngraphis) promissis, dimissisque Gallis nonnullis, & Italis lubricæ fidei, inde Beneuentum perrexit, quamuis plures seditiosi illum in vrbem admittere detrectarent, quorum consilia arte oppressit. Agente Beneuenti Vrbano submisse a Genuensibus triremes decem Neapolitanum portum inuectæ sunt, deque fœdere Carolum inter & Pontificem redintegrando agitatum est, sed irrito successu; ac demum, cum inferum mare sulcare Pontifici tutum non esset, ad superi maris littora se contulit augusto mense, pluribusque in itinere difficultatibus & periculis superatis, Barolum inter ac Tranum triremes Genuenses conscendit, ac Messanam incolumis appulit, atque a clero illo populoque magnifice cultus est. Subdit Gobelinus pontificius comes: *In hoc portu galeis triduo quiescentibus processus, quos Papa contra Carolum fulminauerat, publice lecti sunt, & Papa tam a clero, quam a ciuibus in multorum visualium præsentatione honoratus est.*

Pulsus hostilis exercitus.

Noua in eum a Gallis conflata coniuratio

Raymundus e Baucio illi assistit.

Submissæ a Genuensibus triremes auxiliares.

Varia Vrbani itinera.

Triremes Ianuenses conscendit

Messanam applicat.

8 Cum vero sumptus classici ad octoginta aureorum millia ascenderent, quibus Pontifex Genuensibus obstrictus erat, neque ea auri vis numerari posset, solutis Messana anchoris, remis velisque Cornetum contendit, eaque vrbe Genuensibus oppignerata, Genuam adiit. Confignat aduentus tempus auctor his verbis: *Die sabbati vigesima tertia die mensis septembris ad ciuitatem Ianuensem peruenimus, vbi Papa ad hospitale S. Ioannis in occidentali burgo situm se contulit, captiuos Cardinales secum deducendo, quos ibidem carceribus mancipauit.*

9 Lapso fuga, vti narratum est, Vrbano ex Neapolitano regno, Carolus accepta ab Hungaris legatione ad capessendum regnum, quod ob imbecillem Mariæ Reginæ sexum gerendis rebus imparem diuturnus seditionibus fluctuabat, commendata Margaritæ vxori regni Neapolitani custodia, relictoque illi in solatium Ladislao filio, quem secum ducere, & sceptro Hungarico donare in animum induxerat, in Hungariam e Barolitano sinu exiguo stipatus comitatu soluit septembri mense a, quamuis illum sapienter ab eo consilio Regina Margarita propositis grauibus, quæ aditurus erat, periculis reuocare enixa esset, suasisseque vt ad firmandum potius Neapolitanum regnum, ac Prouinciam recuperandam incūberet. Cum vero de Caroli Regis Neapolitani aduentu rumor increbresceret in Hungaria, Elizabeth Ludouici olim Regis vidua, Sigismundum Regis Romanorum fratrem marchionem Brandeburgensem euocandum censuit, vt regias nuptias cum Maria amea sibi desponsa celebraret: sed is veritus Carolum imparemque se illius potentiæ arbitratus, in Boemiam se recepit; ac Reginæ ad delinendum Carolum se conuertere, scisciteque an se hostem an patruelem profiteretur; qui amplissimo officiorum colore fallacem animum tegens, respondit se vt amicum ad eutandas eas in periculis, quibus sexus imbecillitas ipsasmet exposuerat, ac procerum discordias sedandas

aHect. Pignat. lib. 1. Neap. Theod. Niel. 1. c. 59 Bonfin. l. 2. dec. 3 Blond. l. 10. dec. 2. Sanud. lib. 3. c. 1. & alij.

Caroli Rex excitus ab Hungar.

Suadet Margarita vt prouinciæ recuperandæ det operam.

Excipitur ab Hungaris

das veniſſe; neque in regia, vel in arce, ſed in priuatis ædibus verſari voluit: ad quem tamen procerum concurſus factus eſt, plebiſque voluntates adeo ſibi deuinxit, vt decretum illi ab regni ordinibus Hungaricum diadema ſolemni pompa acceperit. Quomodo vero, dum tuta omnia putat fœmineis inſidijs occubuerit, ſequenti anno dicetur. Abſente porro Carolo Rege Caſertanus comes regnum Neapolitanum infeſtare cœpit, ac Margarita Regina gubernacula regni adepta, dum prædæ auida Venetam nauim onuſtam mercibus, quæ in litus Neapolitanum tempeſtatibus acta illiſa fuerat, inique expilabat a, arma Venetorum in ſe commouet; quos ipſi Corcyram inſulam belli iure anno proximo eripuiſſe viſuri ſumus. Nunc alias regnorum conuerſiones, quæ præſenti anno obtigere perſtringamus.

Regni dia demate inſignitur.

a Hiſt. Pign. in diar. Corcyra potiuntur Veneti.

10. 11 Geſtum b eſt hoc anno atrox bellum inter Ioannem Caſtellæ Regem & Ioannem Regis Ferdinandi defuncti fratrem nothum de Luſitano ſceptro; quod Caſtellanus Rex iure Beatricis vxoris filiæ Ferdinandi ad ſe ſpectare contendebat, alter vero Luſitanorum ſtudijs prouectus arripuerat, collatiſque ſignis peruigilio aſſumptæ Virginis Caſtellanus ſchiſmaticus vna cum auxiliaribus Gallorum copijs magna ſtrage a catholicis Luſitanis attritus eſt c. Retuliſſe diuina ope hanc victoriam Ioannem Regem Luſitaniæ de Caſtellano ſchiſmatico, cum exiguæ copiæ Luſitanæ maximas hoſtium copias præter omnem humanam ſpem expectationemque fuderint, memorat Duardus Nonius d. Non deſunt e, qui eandem cladem diuinæ vltioni tribuant, quod Ioannes Rex anno ſuperiori Guadalupei Deiparæ templi theſauros in militum ſtipendia conflaſſet. Adde diuinam etiam prouidentiam texiſſe Luſitanos, ne antipapæ, quam Caſtellanus impoſiturus erat, paterentur ſeruitutem.

Caſtellanus Luſitaniã inuadit.

b Cleo. antipius. ſcript. Valſing. in Richard. II Marian. de reb. Hiſpan. lib 19. c. 9 c Id. ubi ſup Auxiliares Galli cõcæſi.

d Duard. Nonius in geneaog. Reg Portug. 2. Hiſp. illuſt. e Mariana l. 18. c. 9.

Nõ obſcuræ erant diuinæ vltionis cauſæ. f Diar. Venet. g Corius hiſt Mediol. p. 3 & alij.

12 Editum hoc anno diuinæ animaduerſionis exemplum in Bernabonem ducem Mediolanenſem, qui principatum tyrannide ſua fœderauerat, & iniquis bellis toties vexarat Romanos Pontifices, tradit diarij m. s. Veneti f auctor, & Corius g, alijque plures conſentiunt; addunteque captum vna cum filijs dum Ioanni Galeatio nepoti & genero vaferrimo homini religioſam peregrinationem fingenti occurrit: tum Bernabonis ædes pretioſiſſima refertæ ſupellectili plebi expoſitæ h ſunt, vt diriperentur, quo illius latrocinij ſocietate Galeatio ipſi obſtrictior eſſet: quam rem tamen geſtam Theodoricus Niemius i ad ſuperiorem annum referre videtur. Addit Corius Galeatum, cum ſenſiſſet propinatum ſibi venenum infuſum iuſculo, crimina acerbiſſime planxiſſe, ſacramentiſque ſe munuiſſe, æque interruptis ſuſpirijs repetiſſe hæc verba: *Cor contritum & humiliatum Deus ne deſpicias.*

Bernabo tyram captus a Ioã Gal. nepote.

h Diar m. ſ. Venet.

i Theod. a Niem l. 1. c. 57. Corius hiſt. Mediol. p. 3. Biond. dec. 1. l. 10

Indict. 9. Siciliæ & Hungariæ Rex vim anathematis ſentit.

IESV CHRISTI
Annus 1386.

VRBANI PP.VI. annus 9. VVENCESLAI ROM. REGIS 8. EMMANVELIS II. IMP. OR. 3.

1. 2 QVia, inquit Gobelinus l de Carolo Siciliæ Rege, *benedictionem domini Vrbani Papæ, qua alias regnum Siciliæ adeptus erat demeruit, benedictio elongata eſt ab eo, & maledictio eiuſdem domini Vrbani, ſicut aqua ingreſſa in interiora ipſius facta eſt et ſicut veſtimentum quo opertus in vita, nec morte quidem interueniente exutus eſt. Nam poſtquam magnam Hungariæ partem contra Sigiſmundum ſibi vindicauerat, ab aduerſarijs Sigiſmundo fauentibus inter fideles ſibi commixtis in caſtro quodam ſibi ſubdito, dum ſe ſecurum credidit, gladio ſubito percuſſus interijt.* Aſcribit etiam S. Antoninus a Caroli necem diuinæ vltioni, ſubditque: *Quia excommunicatus fuerat ab Vrbano, ſepultura eccleſiaſtica caruit, imſe Deo ſibi retribuente ſecundum opera eius, qui Eccleſiam perſecutus fuerat.* Et infra.

a S. Anton in ſup. §. 18.

3 *Ex eiuſdem*, nimirum Caroli, *morte magnæ nouitates ſecutæ ſunt in regno Apuliæ bellorum, & deuaſtationum inter ſectatores Reginæ Margaretæ vxoris Caroli, & adiutores partis ducis Andegauiæ.* At de his ſequenti anno recenſebimus nunc tragicos Hungaricarum rerum ſucceſſus, quando Caroli cædes vltore non caruit; ac primum inter Elizabeth & Mariæ Reginarum ſectatores, & cæſi Caroli amicos tetræ diſcordiæ ſecutæ: cumque Reginæ prouincias ad illas in ſuo obſequio continendas peragrarent, ineas ab Ioanne Horuuah Bano atrox coniuratio connata, adeo vt in aruis hoſtili exercitu circumfuſæ captæ ſint, Nicolaus Palatinus & Blaſius Caroli cædis auctores in ipſarum conſpectu obtruncati, Elizabeth vero merſa flumine, vt ferunt b: genus tamen hoc mortis in diario m. s. Pauli Iadertini non expreſſum eſt, in quo hæc habentur: Mccclxxxvii. xvi. *ianuarij applicuit nouum, quod domina Regina ſenior obiit in captiuitate.* Porro Regina Maria, vt inſons vitæ ſeruata: quam tamen proximo anno Sigiſmundus ſponſus eripuit e vinculis, deque coniuratis ſumpto ſupplicio Hungariæ ſceptrum ſibi aſſeruit, quod magna laude poſtea eſt moderatus.

Cædis authores cæſi

Elisabetha Regina aquis merſa.

b Bonfin. ubi ſup. Thurocz. in hiſt Hung

4. &c. Dum his turbinibus quatiebatur Hungaria, Poloniæ proceres, qui Heduuigem Mariæ ſororem in ſucceſſionem paterni imperij aſciuerant, communi conſenſu in dando ei ſponſo, qui tueri Poloniam, ipſiuſque augere fines poſſet, conſpirarunt; ac repudiato Vvillelmo Auſtriaco, cum illius principatus longo interuallo diſſitus eſſet, quamuis Regina antea illi deſponſa pronior in eundem eſſet, Ladislaum Iagellonum Lituaniæ principem cum Heduuige matrimonio ac ſolio Polonico iunxere ea lege, vt cum gente Lituania ſacris Chriſtianis initiaretur, atque ita euangelica luce colluſtratæ Lituania, Samagitia, & Ruſſia c, cum Polonia coaluere: ſublata fuit atrociſſimorum bellorum occaſio, quæ vtrumque populum in mutuas ſtrages concitabat, amplificata latius res Chriſtiana, ac Poloni & Lituani a diuina prouidentia perpetuo iuncti fœdere, vt religionis hoſtes ſecuturis ætatibus conculcarent: de quibus pluribus agunt Michouias d, Cromerus e, Guagninus f, & Iodocus g. Illatam quidem antea Lituaniæ euangelij lucem, ſed hominum vitio obſcuratam iam ante diximus. Quibus vero infelix gens ſuperſtitionibus irretita teneretur, deſcribit Alexander Guagninus h, vt nimirum igrem ac ſerpentes pro dijs habebant, hominesque immolabant dæmoni, ſeruumque fidiſſimum cum domini cadauere concremabant.

Poloni Lituanum ad regnum euehunt.

c Theodor. a Niem l. 1. c. 58 append. m. ſ. ad hiſt. Arnd. Dand. Antiq Venet. d Michou. l. 4. cap 38. e Crom. l. 14. c. 15. f Gaguin. in Iagel. g Iodoc. Iud. l. 2. de Iagel fœmil. h Guag. 2. c. de priſc. relig Lituan. Michou. l. 3 c. 39. Crom. l. 13. in princ

7 Eodem tempore, quo Iagello ex diabolica ſuperſtitione ad Chriſti cultum ſe contulit, diuinæ vltionis editum eſt exemplum in ſacrilegos, qui Euchariſtiam indigne attrectarant; rem ita narrat Ioannes Auentinus i: *Andreas cum duobus ſocijs in altera ripa*, nimirum Danubij, *templum Sulzpachij intrant, ſacrarium vi effringunt, ſacram hoſtiam (thecam auream rati) ſacrilegis manibus ſuffurantur, proxime aream, vbi nunc templum extat (quod accola eius rei gratia venerantur) condunt, holoſericam crumenulam, qua victima ſeruari ſolita, ſeptem aſſibus ſcorto diabolari vendunt, ſed ſacrilegij pœnas mox eodem die pendunt: Andreas ſubito furijs actus miſere in caſtris*

Diuinæ exemplum iuſtitiæ.

i Ioan. Auſt. hiſtor. Boem. l. 7.

Euchariſtiam cum pixide furantur milites.

Sacrilegos pœna.

ſtris quiritando, omnibus ad huiuſmodi ſpectaculum conuolantibus expiranit: alter ſceleris ſocius dum aquetum equitat, ab equo excuſſus aquis obruitur: tertius ferro caſus occubuit. In Gallia etiam eodem anno inſigne miraculum contigiſſe memorant Galliæ annales a, ſcilicet Euchariſtiam in medijs flammis illæſam diuinitus ſeruatam: nam cum in pago ad fluuium Matronam ſito fulmen cælitus lapſum eccleſiam percuſſiſſet, ac ſacra vaſa, necnon pixidem, qua continebatur hoſtia, conſumpſiſſet, ſacramentales diuinæ victimæ ſpecies nullam vim labemue ſenſere.

a *Iournal. Vrſin. in Carol. VI.* Euchariſtia in medijs flammis illæſa.

8 Inter hæc *Leopoldus, dux Auſtriæ occidentalis*, ait Gobelinus Perſona b, *cum magno exercitu intrauit fines Sueuorum, qui bellum contra eum inierunt, & ipſe dux, qui domino Papæ aduerſabatur, cum toto exercitu ſuo vix uno euadente deletus eſt.* Aſcribit eamdem Ioannes de Monteſono diuinæ in ſchiſmaticum principem vltioni, quam longa inducione ſchiſmatis ſtudioſos oppreſſiſſe oſtendit: cecidiſſe vero Leopoldum in eo cruento prælio, narrat Roberti Gobennenſis geſtorum ſcriptor c.

Dux Auſtriæ fauet antipapæ. b *Gobel. Coſmodr. ætat. 6 Cráz. 2. Metropol l. 10. c. 30.*

9 Hoc anno ineunte inſulſam apud Vrbanum legationem obijt quidam inſignis hypocrita, qui ex Gallijs veniens ſuperba oratione ipſum adorſus eſt, vt pontificio ſolio cederet, ementitus magno religionis ſupercilio ſibi diuinitus oſtenſum, Clementem Auenionenſem veras Chriſti vices gerere: vt vero is poſtea, cum fidem dictorum tormentis facturum ſe profiteretur, impoſitus equuleo delirare deſierit, narrat Gobelinus d.

c *Bilibaldus Birckenner. de bello Bel wet.* Gallus eremita hypocrita.

d *Gobelin. in Coſmod. ætat 6 c. 81. & ex eod. Cranz. Metr. propr l. 10. c. 19.*

10. 11 Quod ad reliqua ab Vrbano Genuæ geſta ſpectat; refert idem auctor factam ab amicis Cardinalium, qui in vinculis erant, coniurationem, vt eos liberarent, ac noctu in pontificium palatium irrupiſſe, ratos plures ipſis ad diffringendum carcerem ſe coniuncturos; ſed cum excitati ad ſtrepitum pontificij tamuli, alijque excubitores arma caperent ad eorum impetus propulſandos, metu aufugiſſe: deinde paucis poſt diebus ſtructas Vrbani vitæ inſidias, vt venero tolleretur; ſed illos, qui eius criminis ſuſpicionem iniecerant, vinculis aſtrictos; ac tunc, cum Vrbanus tumultus nocturni concitati auctores diligentius quæreret, Pilcum Rauennatem & Galeottum de Petramala ab Vrbano ad antipapam deſciuiſſe, ac magnam de ſe comparatarum huiuſmodi inſidiarum ſuſpicionem concitaſſe, addirque de Pileo: *In maiorem domini Vrbani contumeliam, quod ab eo inſigne honoris cardinalatus accepit, Papiæ in foro publice flammis combuſſit, comite Virtutum hoc gratum habente: qui idem comes alias parum ante hoc tempus tentauit effici Rex, & titulum regni Longobardiæ ſibi a domino Vrbano impetrari; ſed dominus Vrbanus ei non conſenſit.* Pileum quidem ex Vvalſinghamo fuiſſe laxioris conſcientiæ, & ad corradendum aurum ſacra auctoritate abuſum, dum legatum in Anglia agebat, vidimus. Meminere Theodoricus Niemius e, & antipapæ geſtorum ſcriptor f horum Cardinalium defectionis, quam non religione, quam male de Vrbani pontificatu ſentirent, ſed Vrbani ob eius acerbitatem odio contigiſſe conſtat: quocirca Pileus eo extincto ab apoſtaſia reſipuit g, atque a Bonifacio IX. amantiſſime Eccleſiæ gremio priſtineq; dignitati eſt reſtiturus, vt ſuo loco videbimus, altero in ſchiſmate perſiſtente. Quod ad Cardinales vinctos attinet, quorum liberandorum cauſa, multa in Vrbanum tentata fuere; ex his Adamus Richardi Anglorum Regis rogatu vita & libertate donatus, cum non aſſenſiſſet ſæuo aliorum conſilio, quamuis illud ſilentio preſſiſſet: de reliquis vero quinque clam ſupplicio affectis, Gobelinus h, quamquam Vrbano addictiſſimus, hæc refert; *Dominus Papa*

Pilei Cardin. contumelia in Vrbanum.

e *Theod. Niem l. 1. cap. 61.* fictem antipapam aſſerit apud Beſq.

f *Id. Ibid.*

g Adã excardin. liberatus.

Quinque Cardd. clã necati Vrbano iuſſu

h *Gobelin. in Coſmod. ætat 6. c. 81. & Cranz. Metrop lib. 10. cap. 20.*

receſſit de Ianua, & in receſſu quinque Cardinales, quos vſque tum in carceribus detinuit, ibidem mortuos reliquit: ſed quomodo, aut quali morte vitam finierint, non plene mihi conſtat: vndecimo tamen anno domini Bonifacij Papæ ſucceſſoris immediati domini Vrbani intellexi a quodam, qui dixit ſe eorum ſepulturæ præſentem fuiſſe, quod ipſi in carcere iugulati, & in ſtabulo equorum clam noctu ſepulti fuerint.

12. 13 Cæterum ſcribit idem Gobelinus a Vrbanum Genuæ meritis honoribus nõ affectum, nihilq; ſtatutum in illos, qui magna cum Pontificis contumelia noctu in eius palatium, vt dictum eſt, impetum fecerant; ob quæ nec diuinam vltionem ab ea republica abfuiſſe, obſeruat, quippe eam magnis opibus, gloria, ciuiumque concordia efflоruiſſe teſtatur, dum Genuæ Pontifex verſatus eſt; deinde vero poſt illius diſceſſum adeo collapſam, vt amiſſo imperio in turpem ſchiſmaticorum ceciderit ſeruitutem. Egreſſus interea Genua Pontifex, Lucam maritimo itinere contendit extremo anno, atque in ea aliquot menſes eſt commoratus, vt narrat Theodoricus.

a *Gobelin. ſup. c. 81.*

14 Suſcepit eodem anno b Ioannes dux Leceſtriæ bellum aduerſus Ioannem Regem Caſtellæ: *Prætendens*, inquit vitæ antipapæ ſcriptor c, *regnum huiuſmodi ſibi deberi ratione coniugis ſuæ, nempe Conſtantiæ, quæ filia fuerat Petri quondam Regis eiuſdem regni, qui ſine liberis maſculinis deceſſerat, regnumque ipſius ſecundum eum, indebite occupatum fuerat per Henricum fratrem ſuum naturalem, & ſic adhuc occupabatur per Ioannem filium ſuum in dicto coniugis præiudicium, atque damnum.* Acceſſerat alia inferendi Ioanni Caſtellano Romanæ eccleſiæ nomine belli occaſio, cum is ad antipapam, vt vidimus deſciuiſſet, quare Vrbanus in eo bello ducis Leceſtriæ ſigna ſecuturis amplиſſimas indulgentias contulit, vt exaratæ ab eo literæ declarant. Non potuiſſe Ioannem Leceſtriæ ducem Caſtellam Ioanni eripere, cum Gallus ingentes auxiliares copias duce Ludouico Borbonio fœderato Hiſpano ſubmiſiſſet, obſeruant S. Antoninus d & Paulus Æmilius e.

b *Walſin. in Richard. II hoc anno.* Leceſtriæ ducis in Caſtellam expeditio.

c *Clem. antipa vitæ ſcript. apud Beſq.* Bellicauſa

d *Vrb. I. p. 268. & 299*

e *S. Anton. 3. p. tit. 22. c. 2. §. 15. Paul. Æm. in Car. V.*

15 Addit Thomas Vvalſinghamus f, ducem ipſum Leceſtriæ demum pacem his legibus cum Caſtellano percuſſiſſe, vt regia iura in filiam transferret, quæ Henrico regni heredi nuberet.

f *Walſin. in Richard. II.*

Eodem tempore Armeniæ Rex, qui a Saracenis regno eiectus in occidentem acceſſerat, vt Chriſtianorum arma in communes hoſtes verteret, regnoque reſtitueretur, offeratos in mutuam perniciem animos mulcere & conciliare inter ſe fruſtra tentauit.

16 Quod ad res orientales ſpectat, hoc anno Corcyra inſula, quæ Carolo Dyrrachino ante paruerat, necis illius occaſione inclinauit ad Venetos, eorumque imperio ſe adiunxit g.

g *Appēd. in ſ. ad hiſt. And Dand. in Annal. Venet.*

IESV CHRISTI
annus 1387.

Indict. 10

VRBANI PP.VI. VVENCESLAI ROMAN. REGIS 9. annus 10. EMMANVELIS II. IMP. OR. 4.

1 ANtipapa grauiſſimarum occaſione diſcordiarum, quæ Vrbanum inter & Margaritam filiumque Ladiſlaum, qui imbellibus manibus ſceptrum Siculum tractabat, vires omnes contulit, vt Ludouicum ducem Andegauenſem Ludouici demortui filium in Siciliæ regno, pulſo Ladiſlao, conſtabiliret, atque ab Vrbani iuſti Pontificis obſequio Siculos ad ſuum traduceret. Promouit callida turbidaque

Neap. capta ab Othone Brunſuicen. *a Theod. Niem lib. 1. c. 62.*

eius conſilia Otho Brunſuici dux Ioannæ olim Reginæ vir, & armorum gloria & amicorum auctoritate florentiſſimus, vna cum Thoma Sanſeuerinate Ludouici copiarum præfecto, ac Neapolim in ſuam poteſtatem redegit, vt refert Theodoricus Niemius a.

2. &c. Aduerſabatur Vrbanus non minus Ladislao quam Ludouico, quippe qui ex edictis in Carolum promulgatis regnum ad ſedem Apoſtolicam reuerſum contenderet, nec vnquam, vt puerum Ladislaum in gratiam ad catholicam rem contra ſchiſmaticos confirmandam reciperet, adduci potuiſſe videbimus: ex qua diſſenſione factio ſchismatica viribus aucta regnum mox oppreſſit: nam ſeptima julij die Prouinciales duæ triremes applicuere, quæ ſtipendia militi attulere, conſternataque animis Regina, cum Andegauenſes & Vrbani ſectatores aduerſantes ſibi paterentur, die octaua julij ex caſtro Oui Caietam aufugit, ac tam Vrbani, quam Ladislai partes protractæ ſunt, & Neapolitani magiſtratus cum Andegauentibus fœdus pepigere; Raymundus vero Nolæ comes Vrbani partem ſuſtentaturus Neapolim ingreſſus eſt cum exercitu, vtque regios ſibi adiungeret etiam Ladislai nouem cum Vrbani nomine conclamauit; cui cum Neapolitani magiſtratus reſiſtere non poſſent, Andegauenſium copias in vrbem induxerunt, propulſatoque Raymundo, Neapolis ſuorum ciuium fœdata ſanguine in ſchiſmaticorum poteſtatem eſt redacta. Sæuitum inde a victore in eos, qui antea Carolo Dyrrachino contra Ioannam Reginam adhæſerant, quamobrem amplißima vrbs immentis miſeria eſt calamitatibus. At ne florentiſſima olim vrbs redigeretur in ſolitudinem, Othonem vſum poſtea clementia, ac verbis delinire ciuium animos conatum fuiſſe, addit dictus auctor. Direptis ita militari licentia priuatorum fortunis, Vrbanus quamuis erario & exercitu imparatus, meditatus eſt armis Neapolitanum regnum ſibi comparare, ratus, propoſitis ampliſſimis indulgentijs fideles ſtipem ad ſumptus bellicos tolerandos neceſſarium collaturos, atque ad ſigna Eccleſiæ concurſuros: qua de re encyclicas literas b ad cunctos præſules dedit, vt populos in arma ſacra concitarent. Addit S. Antoninus c Vrbani conatus ad irritum cecidiſſe. Cum igitur ſchiſmatici pleroſque Vrbano ipſi addictos eſſe noſſent, hoc dolo vti ſunt: circumtulere per Neapolim ſigna Vrbani ac Ludouici Andegauenſis, quaſi Vrbanus Ludouicum Ladislai odio ſibi conciliaſſet; ac tum qui Vrbano & rei catholicæ ſtudebant, alacritatem ſuam prodidere: ſed mox deluſi ſunt, nam in exilium pulſi fuere, atque a Neapolitanis a ſchiſmaticis oppreſſis miſſi oratores fuere Aueniorem, qui antipapæ fidem ſolemni ritu denuncirent, reuerſique per Neapolis vicos Clementis pſeudopontificis & Ludouici Andegauenſis ſigna circumtulere; ac tum catholici omnes animis ita deiecti fuere, vt poſtea mutire non ſint auſi; cum tamen, ſi pontificij & Ladislai ſectatores animis armiſque conjuncti fuiſſent, facile ſchiſmaticorum iugum e Neapolitanorum ceruicibus deijci potuiſſet; ſed inflexus erat, vt diximus, Vrbani animus aduerſus Caroli progeniem, adeo vt nimia acerbitate rei catholicæ ac ſibi noceret, & Reginam Margaretam & puerum Ladislaum orantes veniam anathematiſmis percelleret.

Margarita Regina cū Ladislao Caietam profugit.

Vrb. Neapol. ſibi ſubijcere molitur. *b Vrban. l. 2. pag. 22.*

Irrito ſucceſſu indicta ſacra militia. *c S. Anton. 3. p. tit. 23. c. 2. §. 16.*

Neapolitani Vrbani fautores in exilū acti.

10 Hoc anno, vt ex literis d ſucceſſoris conſtat (ex quibus auctores e, qui aliter ſentiunt corrigas) ipſis kal. januarij extinctus eſt Carolus Nauarræ Rex cognomento Malus, quem ferunt dum tractas nimijs libidinibus corporis vires vini ſtillatitij perfusione recreare nitebatur: correpto caſu linteo rapida flamma tortum tuiſſe f, atque inter magnos cruciatus æterna incendia præguſtaſſe. Non deſunt g tamen, qui pie ipſum de vita deceſſiſſe referant, ac ſacramentis vitæ anteactæ noxas expiaſſe: quin etiam a Gallis ſchiſmaticis appeti calumnijs potuit, cum Vrbano aduerſus antipapam adhæſiſſet. Huius filius Carolus poſtea in ſchiſma prolapſus ad Aniniorenſem antipapam defecit ad quem etiam Rhodij deſciuere.

Vrbani animi ſeueritas. *d Ext. l. 1 de ſchiſm. p. 36. e Mariana l. 18. c. 11.*

Caroli Regis Nauarræ mortis genus. *f Gaguin. in hiſt. Franc. 9. 01. & alij. g Garmas. l. 2. c. 16. Marian. l. 18. c. 11.*

Alij aliter tradunt. Deficiunt ad antipap nouus Nauarræ Rex & Rhodij.

11 Obijt a eodem anno Petrus Lucemburgenſis eximia morum ſanctitate conſpicuus inter pſeudocardinales anno ſuperiori aſcriptus b ab antipapa, quem errore humano coluit, cum verum Pontificem putaret, non aliter quam B. Vincentius Ferrerius diu Petrum de Luna antipapam errore ductus veneratus eſt. Adoleſcens adhuc erat circiter annorum ſeptendecim, atque inter Vrbani aduerſarios educatus, vnde is error non obtuit eius ſanctitati, præſertim cum in ea controuerſia concilij œcumenici ſententiæ ſtare paratus eſſet, quem etiam errorem diuino lumine colluſtratus extremo vitæ tempore facile damnare potuit: nec diſſimile exemplum c huius rei in Paſcaſio Romanæ eccleſiæ diacono exmiæ ſanctitatis viro viſum eſt, qui cum Laurentium aduerſus Symmachum Papam eſſet ſecutus, antequam animam efflaret reſipuit, ac poſt mortem miraculis enituit, quamuis ad labem eam purgandam acerbiores pœnas tolerarit. Claruiſſe porro Petrum Lucemburgenſem pluribus poſt obitum miraculis retulit d, quæ ſequentibus annis aucta fuere, & prædixiſſe illum ingentes Eccleſiæ labores impendere, referunt meſdiaria Hectoris Pignatelli e: cuius vaticinium ſecuti rerum exitus edocebunt. At de his ſatis: ad Vrbanum redeamus.

Petri Lucēburg. obitus a *Molan. in natal. SS. Belgij Ferrarius in nouo catal. a Iul. Graſpol. de SS. Germania & alij.* b *Cuccen. in vi. creatione Pſeudocardin. Cli. antip. celebrata.* c *S. Greg. dial. lag. lib. 4. c. 40. & ex eo Baron. in annal. ad Chr. 98. l. 7. § 8.* Claruit miraculis. d *Cli antip. vitæ ſcript. apud Boſq. & alij.* e *Diar. m. ſ. Hect. Pignat.*

12 Commoratus Lucæ nouem mentibus audita cæde Angeli Vrbis præfecti Viterbienſium tyranni, Perußium ſe contulit, vt illius vrbis imperium ſibi aſſereret.

Verona occupata a duce Mediol. *f Appia. m. ſ. ad hiſt. Andr. Dand. hoc anno Annales Cremon. eod. anno.*

13. 14 Excißus eſt hoc anno Scaligerorum Veronenſium principatus f, cum debilitatis Antonij Scaligeri ob difficile cum Patauino bellum viribus, Ioannes Galeatius Vicecomes in eum armorum molem effudiſſet; repentinoque impetu Veronam proditione occupaſſet. Euaſit fuga ac Venetos Antonius. Vicentia vero, quæ ex pactionibus fœderato Patauino cedere debuerat in Galeatij poteſtatem redacta eſt: nec multo poſt Patauinus, qui cum Veronenſi tam acre bellum geſſerat, per illius ruinas contra ſe victori patefactum iter, abeundumque dominatu obſtupuit.

Sublatæ ſunt feliciter hoc anno Hungaricæ diſſenſiones ſolerti Venetorum diligentia, ac Sigiſmondus apud Albamregalem ſolemni ritu Hungarico diademate vltima martij die, eſt exornatus: qui poſtea ſponſam Reginam Mariam ex hoſtium manibus eripuit xv. die junij, cum Veneti Dalmatiæ oram claſſe diligenter obſediſſent, ne in Siciliam citeriorem deueheretur: quæ deſcribit auctor appendicis ad hiſtoriam Andreæ Dandali g adiectæ.

Sigiſmūd° Hungar. regno potit°

15 Eodem anno amplificata eſt in Lituania religio, concurrentibus certatim ad baptiſmi lauacrum populis, cæſiſque ſerpentibus, quos vt numina colebant, ſuccißis lucis, igni quem more Veſtalium perpetuum aſſeruabant extincto, ariſque profanis euerſis: acti propterea ad idololatriam h excindendam celeberrimi ab Vladislao Rege conuentus apud Vilnam, in quibus de fide Chriſti propaganda plura conſtituta, veruſque ſuperſtitio ſacris ritibus commutata, de quibus Alexander Guagninus plura refert: atque inter alia miratos gentiles non ſemel a dæmonibus Chriſtianos, cum idola euerterent, atque tanto numero confluxiſſe ad Eccleſiam Lituanos, vt vna die triginta eorum millia ſacro baptiſmo luſtrata fuerint. Meminit de condito ab Vladislao Vilnenſi epiſcopatu Michouias i, ac plures alias eccleſias ad alendos ſacerdotes, qui Lituanos fide Chriſtiana excolerent,

g App. m. ſ. ad hiſtor. Andr. Dand. in Ann. Venet. Lituani ad Chriſti fidem traducti. h *Guag. in c. de prifc. relig. Lit.*

Vilnenſis & Meduicenſis epiſcopatus condīti. i *Cromer. lib. 3. in princ.*

larent, vectigalibus amplis locupletatas subdit. Consentit Michouiæ Cromerus, qui addit [a] Vvladislaum in Lituanos ad fidem alliciendis, peragrandaque regione Apostolum immortali regij nominis laude egisse, dum symbolum atque orationem dominicam Lituanicis verbis exponebat, ac euangelici interpretis loco sacerdotibus inseruiebat, atque oratorem ad Vrbanum Romanum Pontificem misisse, vt illi obedientiam regio nomine deferret. Confirmat superiora Stephanus Damaleuicinus [b], additque Vvladislaum pias leges pro fidei amplificatione sanxisse. Præbuisse etiam postea Vvladislaum plura principis Christiane pietatis sensu eximio delibuti exempla, testatur Æneas Syluius [c], obseruatque, cum in agris equitaret, conspiceretque eminus templorum pinnas, solitum detecto flexoque capite diuinum Numen adorare.

[a] Michou. ibid.

[b] Steph. Damaleu. de archiep. Gurfen. in Bozii

[c] Æneas Syl. hist. de Europ. cap. 35.

16 Licet vero ita efloruerit apud Lituanos catholica religio, non omnem tamen penitus caulsam tū idololatriam tuisse ex eodem Ænea colligitur, ac remotiora præsertim ad septentrionem loca flexu temporis euangelica luce collustrata [d]; refert enim, Hieronymum Praga oriundum eremitam Camaldulensem, pullulante Pragæ Hussitica hæresi, excindendis idololatriæ reliquijs operam dedisse, atque in Basileensi synodo narrasse, vnamquamque inter Lituanos familiam serpentem aluisse, alios coluisse ignem, alios solem & malleum, alios siluas & quercus infestas dæmonibus, in quibus excindendis hoc accidisse narrat: *Ventum erat ad medium nemoris, vbi quercum vetustissimam & ante omnes arbores religione sacram, & quam patissime Dei sedem esse putabant percutere aliquandiu nullus præsumpsit: postremo, vt est alter altero audacior, increpans quidam socios, qui lignum rem infensatam percutere formiderent, elauata bipenni magno ictu cum arborem cedere arbitraretur, tibiam suam percussit, atque in terram semianimis cecidit. Astonita circum turba fierc, conqueri, Hieronymum accusare, qui sacram Dei domum violari suasisset, neque iam quisquam erat, qui ferrum exercere auderet. Tum Hieronymus illusiones dæmonum esse affirmans, quæ decepta plebis oculos fascinarent, surgere quem cecidisse vulneratum diximus imperauit, & nulla in parte læsum ostendit: & mox ad arborem adacto ferro adiuuante multitudine ingens eius cum magno fragore prostrauit, totumque nemus succidit.*

[d] Id. ibid. cap. 16.

Quercus infesta dæmonib.

Dissipata dæmonum ludibria a Christi sacerdote.

17 De ijsdem Lituanorum erroribus, antequam fidem Christi amplecterentur, consentanea narrat Olaus Magnus [e] archiepiscopus Vpsalensis, addirque eiusmodi in arboribus & serpentibus adorandis superstitionis aliquas reliquias in septentrionalibus oris abditis Norwegiæ & Vvermelandiæ suo tempore persistisse; subijcitque in Lituanorum & Moschouitarum finibus dæmonem tantam in eos, qui ad falsum numen non confugiunt, tyrannidem exercere, vt nisi statuæ, quæ publico itinere imposita est, & patriæ lingua zlotababa, id est, aurea vetula dicitur, placandæ illius causa munuscula, etiam si pilus aut floccus sit, viatores obtulerint, discrimen salutis patiantur.

[e] Olaus Magnus lib. 3. c. 1.

Dæmones in remotis septentrionis oris adhuc culti.

Eorum tyrannis in infideles.

IESV CHRISTI Annus 1388.

VRBANI PP. VI. VVENCESLAI ROM. REGIS 10. annus 11. EMMANVELIS II. IMP. OR. 5.

Indict. 11.

Insula Siciliæ ab Afris infestata.

1. 2 COnspicati Afri ardentem bello Italiam, præcipueque Siculum regnum varijs fessum calamitatibus, infestare nostra littora cœperunt: cir-

ca quæ constitutum est decreto procerum Trinacriæ, qui impubere Regina Maria Siciliæ insulam moderabantur, ornare classem: quorum pium consilium, vt promoueret Vrbanus, indulgentiarum præmia ijs concessit, qui vel stipem in bellicum illum apparatum conferrent, vel militiam sacram in Mauros maritimos labores suscepturi profiterentur: qua de re datæ ad Maffiolum de Ragusino archiepiscopatu ad Messanensem traductum literæ [a], quas in Trinacriæ ecclesijs ipsum promulgare iussit.

Siculi in eos classē cōparant.

[a] Lib. 2. pag. 160.

3. &c. Meminit S. Antoninus [b] de hac barbarorum in Siciliæ oram excursione, a quibus plures Christianos in seruitutem abductos queritur, addirque confectam a Christianis expeditionem in Afros, ac pluribus cæsis Gerbarum insulam obtinentem Africæ a comite Manfredo Claromontio partam; idemque confirmant diaria Hectoris Pignatelli [c], dum tradunt quarta iunij die tredecim Genuensium triremes, duas Pisanorum, & alias plures naues conductas a Manfredo Claramontio littus Neapolitanum legisse, & decimaoctaua augusti adepta victoria, redijsse. Nec modo per prædictas Christianas oras maritimas arma circumferre cœperant Atri, sed maiori longe furore Græciam igni ferroq; fœdabant Turcæ, nostrolque in seruitutem abducebant: *Tum etiam*, inquit S. Antoninus [d], *Amoratbabey vnus ex infidelibus principibus inimicus Christianorum inuasit Albaniam, & regionem deuastauit*. Nec solum Macedoniam, verum alias oras, quas Latini catholici, schismaticique Græci incolebant, dire vexabant: quare Maria vim Turcicam metuens Argon ac Neapolim Veneris pretio distraxit. Auxere etiam Veneti ditionem iuncto cum Ioanne Galeario Mediolani principe aduersus Franciscum Carrariam armorum fœdere, ex quo Taruisium & Cenetam sibi peperere.

[b] S. Anton. 3 p. tit. 22. c. 3 §. 16.

[c] Supplement. hist. Neapol. lib. 4. c. 2.

[d] S. Anton. sup. §. hist. Musulm. l. 5. in Amurate I.

Amuratis in Græcos excursiones.

Quod ad reliqua Italica bella attinet; funesta erat species Neapolitani regni, quod hinc Ludouici Andegauensis, hinc Ladislai pueri, hinc Vrbani partium studiosi inter se ferro flammaque pertinebantur [a]. Andegauensis quidem tactio oppressam tenebat Neapolim, cui Monioia prorex ab antipapa missus præerat; quare Thomas Sanseuerinas & Otho Brunsuicensis, qui eam vrbem Andegauensi subiecerant, præmiorum expectatione illuti iras conceperant. Vrbanus vero in sententia sua perstans de Ladislao regno deturbando, quamuis inde schismaticorum res admodum se efferrent, Neapolitanum regnum ad sedem Apostolicam reuersum contendebat, ac Nicolaum comitem Catanarij Calabriæ præfecit, vt prouinciam ipsam Romanæ ecclesiæ nomine administraret.

[a] Supplement. hist. Neapol. lib. 4. c. 2.

Neapolitani regni status.

Vrbani ira implacabilis in Ladislaum.

8. &c. Cæterum cum præsentia sua regnum ex geminæ Ladislai & Ludouici factionis manibus vindicandum speraret Vrbanus, eo se conferre est meditatus, vt Narrat Theodoricus Niemius [f], subditque cum decimo milliario abesset Perusio, cespitante mulo, cui insidebat, in terram præcipiti casu deiectum, varijsque partibus corporis læsum rhedaTibur delatum; atque interea obuios occurrisse plures Romanos, ab ijsque multis officijs & precibus rogatum, vt in Vrbem rediret; sed ipsum Ferentinum Campaniæ ciuitatem perrexisse: poscente autem stipendia milite, nec præ inopia erarij impetrante, ab ijs desertum, coactumque Romam reuerti. Confirmat S. Antonimus [g] ob subortum militum diffidium Vrbanum Neapolitanam expeditionem intermisisse. Ascribit Gobelinus [h] reditus in Vrbem causam fixæ diuinæ prouidentiæ voluntati, quam cœlesti prodigio ostensam refert his verbis: *Intendebat itrum ad regnum Siciliæ gressus dirigere, quoniam Romam ire voluntatis sua omino non erat: sed venit*

[f] Theod. Nis. l. 2. c. 69. Perusio Narniam tendit Vrbanus.

[g] S. Anton. 3 p. tit. 22. c. 3 §. 14.

[h] Gobelin. in Cosmod. ætat. 6. c. 81. Eremita illum monet Romæ moriturum.

ad eum quidam eremita, dicens ei: Velis nolis Romam ibis, & ibidem morieris; unde post hoc quadam nocte voluntate mutata Romam se transferre decrevit. Cumque versus Romam fleteret iter, visa est imago S. Petri in ea forma, qua excisa est de petra stans ante portam cum basilica eiusdem Romæ, ipsi Papæ & quibusdam aliis in aere quasi viam, qua versus urbem protendit ostendens: & Papa præcepit eis, qui hoc secum viderant, ne cuiquam enunciarent: & post obitum eius episcopus Tarentinus confessor suus sermonem faciens hoc miraculum publice prædicavit. Cum igitur Urbs appropinquasset, Romanos obviam habuit cum magna solemnitate, & multis in campo tractatibus cum eo habitis, Romam cum honore magno regressus est.

Obvia il li cœlestis species S. Petri. A Romanis honorifice excipitur.

11. Hoc anno cum Albertus Suecię Rex suis ob acerbitatem invisus esset, oppignorata Prussiæ equitibus pro ingenti auri vi Gothardia, dū Norvvegiæ & Daniæ Reginæ principum, quos conduxerat magnis stipendijs, potentia tretus bellum indicit propagandi regni spe, in acie captus cum filio & fœderatis, regnum & libertatem amisit: septem annos vna cum eodem filio est in carcere attenuatus, vt ampliori stylo refert Olaus Magnus [a]: *Albertus*, nimirum Suecorum & Gothorum Rex, cum *domestica & periculosa discordia laboraret, effetque omnibus opibus penitus exhaustus permisit sibi a suis imprudentissimis consiliarijs persuaderi, vt potentissima Regina Margareta, qua iam Danicum regnum Norvegicum consumxerat, bellum indiceret.* Et infra: *Inter cæteros principes, qui se in eius militiam contulerant, fuere dux Stagardiæ, comes Rapinensis, & comes Holsatæ, quorum auxilio fubnixus putabat se de omnibus inimicis suis etiam potentissimis triumphum reportare posse: sed deerat ei fauor, & auxilium propriorum subditorum, quorum virtute omnes aduersarias virtutes prorsus dubio facile superassit: proinde experiri cogebatur longe aliud ad principum felicitatem requiri, quam magnifica assentatorum verba in conclaui audire. Cum enim annus a nato Christo* MCCCLXXX VIII. *ageretur, pranalidum exercitum ex Suetia in Vuestriquothiam deduxit: sed non dormierunt illi, contra quos tanta vis auri & argenti in militare stipendium erogabatur: Margareta enim famineo sexui virilem animum inferens nullas prudentia partes ad imminens bellum prospere agendum necessarias omisit.* Et infra: *Atrox & cruentum ac pertinacissimum in Falonia Vuestrogothorum terra in die Matthæi Apostoli vterque exercitus decrevit, certatumque est diu & acriter, donec victoria relictis Alberti partibus ad Reginam inclinaret: tum ipse Rex cum Henrico filio & cæteris principibus, quos secum in pugnam duxerat, captiuatur, & ad Reginam in arcem Bohusi, qua est inter Vuestrogothos & Norvvegianos limitanea deportatus arcta custodia per totum sequens septennium una cum filio mancipatur, &c.*

Albertus Suecię Rex Danis bellum infert. [a] *Olaus Magnus lib. 2. c. 24.*

In acie captus.

12. Eodem anno Richardus Angliæ Rex egregium specimen religionis edidit, dum solemni edicto omnia scripta Ioannis Vuicleffi, Nicolai Herefordij, & Ioannis Aston antesignanorum Vuicleffiticæ hereseos flammis aboleri iussit.

Vvicleffitæ sociorum scripta incendi iussit.

IESV CHRISTI
Annus 1389.

Indict. 12.

VRBANI PP. VI. VVENCESLAI ROMAN. REG. 11. annus 12. EMMANVELIS II. IMP. OR. 6.

1. &c. VRbanus plura ad augendam Christifidelium pietatem, sacrorumque amplificandam dignitatem sanxit; hisque præclare gestis extremum pontificatum religiose clausit, insigniuitque: de quibus Gobelinus Persona [a] historiæ monumentis hæc contignauit: *Dominus Vrbanus anno pontificatus sui* XI. *natiuitatis Domini* MCCCLXXXIX. *tertio idus aprilis memorabilia insignia constituit. Primum fuit, quod annus iubilens per Clementem VI. de centesimo ad quinquagesimum annum deductus, deberet temporibus iudæ futuris de triginta tertio anno in triginta annum tertium observari, & statuit, quod annus nativitatis Domini tunc proxime venturus, videlicet* MCCCXC. *deberet esse iubilens, & deinceps annus trigesimus tertius semper deberet esse iubilens: & monuit eum, quod ipsum tempus vitæ nostri Iesu Christi in humanitate, postquam natus est de Virgine, per cuius meritum thesaurus Ecclesiæ, unde indulgentiæ peccatorum quæcunque emanant, cumulatus est, triginta trium annorum curriculo complebatur.* Eadem repetunt plerique auctores [b]: quibus consentanea refert Paulus II. in sua de anno iubileo sanctione [c]. *Secundum*, nempe insigne & memorabile, ait Gobelinus, *fuit festum visitationis beatæ Mariæ virginis, quod festum octauæ S. Ioannis Baptistæ singulis annis in Ecclesia celebrari, vt beata Virgo suis precibus Ecclesiæ vnionem reformare, & reformatam conservare dignaretur.* Eidem sanctioni auctoritatem suam adiecit Bonifacius IX. [d], cum, vt ait, prius morte oppressus fuisset Vrbanus, quam literas apostolicas edidisset. *Tertium fuit, quod non obstante interdicto ecclesiastico in festo Corporis Christi possint apertis ianuis eo modo, quo concessum est per Bonifacium VIII. in quatuor festiuitatibus, diuina celebrari. Insuper dominus Vrbanus auctoris huius gratia, quod quicunque sequuntur corpus dominicum, quando defertur de ecclesia ad infirmum, & de infirmo ad ecclesiam, illi si confessi & contriti fuerint centum dies indulgentiarum auctoritate apostolica consequuntur, & super omnibus his litera apostolicæ e per Bonifacium IX. post obitum domini Vrbani concessæ sunt.*

[a] *Gobelin. in Cosmodr. ætat. 6. c. 81.* Annº iubilæus ad xxx. 11. annorum curſum redactus. Ratio redditur ex annorū Christi numero

[b] *Ant. p. tit. 23. c. 2. §. 16. & alij*

[c] *Ext. in l. 2 bull. de cur. Pauli II. p. 89. & cap. 7* Institutus festus dies visitationis B. Mariæ.

[d] *Ext. eius l. in formario bib. Vat. sig. n 80. & in bull. in Bonif. IX. constit.* 1. De festo Corporis Christi.

6. 7 Adiungimus cæteris Vrbani gestis memorabilibus, Manfredum Claramontium Trinacriæ classis præfectum, quem vna cum alijs proceribus ad conficiendam expeditionem in Afros concitatum vidimus, ab eo popposcisse, vt Gerbarum Africæ obiacentium imperium sibi assereret; atque ad Cherchinas barbaris eripiendas, iureque fiduciario potiundas auctoritate instrueret. Missi sunt eam ob rem oratores, ac publicis tabulis Panormi conscriptis [e] amplissima tuitionis potestate ad faciendas cum Vrbano pactiones, accipiendumque augustioris nominis decus, quod a Pontifice decretum Manfredo tuisset: qui professus est inter cætera, conferendi earum insularum imperij ius ad sedem Apostolicam spectare; meminerat enim iam ante Rogerium eo beneficio ab eadem sede exornatum. Potitus votis Manfredus videtur, nec repulsam ab Vrbano passus, cum memoratæ tabulæ regesto pontificio insertæ sint: Cherchinas vero insulas ab ipso Genuensium & Venetorum ope expugnatas, indicat S. Antoninus [f], cum superiori anno Gerba insula subacta fuisset.

[e] *Ext. in formular. bib. Vat. sign. n 80. circa fin. & in annal* Claramontius in Africam bellum parat. Africæ obiacentes Cherchinas insulas subijcere meditatur. [f] *Ant. apud Vrb. l. 3. p. 27. & in annal.*

8 Quod ad alia Vrbani gesta spectat, non parum in retundendis molitionibus antipapæ, qui omni arte ac furoris apparatu turbare ditionem pontificiam comendebat, defudandum fuit. Submiserat iam ille in Patrimonium B. Petri non exiguam Britonum & Vasconum manum, qui populationibus prouinciam vexabant: ad quorum reprimendas excursiones Vrbanus Antonium Gualdum incundæ cum Senensibus armorum societati præfecit [g].

Cherchinæ insulæ eo-pore Afris.

[g] *S. Antonin. 3. p. tit. 22. c. 2. §. 15. & Heber. Pignat. in vita Bonif. Neap.* Patrimonium B. Petri copijs vexatum.

9 Auxit postea nouarum rerum terrorem Pileus Rauennas schismaticus ab antipapa IV. non. maij superioris anni creatus in Italia pseudolegatus, qui valebit

[h] *Urb. l. 2. ep cur. p. 164.*

Digitized by Google

lebat astu, & scelere conciarat de se apud antipapam spes, cum Etruscos facile illaqueaturum: cuius acre ingenium veritus Vrbanus Lucanos, Florentinos, Pisanos, ac Perusinos grauibus a literis monuit, vt illius cauerent insidias, ac sacrum in eum bellum, dato crucis symbolo, propositisque indulgentijs indixit. Sed cum ipse Pileus impetus suos pontificiorum virtute deludi videret, in patriarchatum Aquileiensem b, vt coortas in eo turbas augeret, inrepsit: de quo comprehendendo datæ ab Vrbano literæ ad Philippum Alencoinum e patriarcham Cardinalem. Vt vero Pileus post obitum Vrbani, cuius odio & metu in schisma se coniecerat, redierit ad Ecclesiæ gremium, inferius dicetur.

a Illet. in Clem. reges plures ea de re.

Pilei excursus varius.

b Lib. 3 p. 48

c Lib. 2. pag 235.

10. 11 Vrbanum vero hoc anno mortem obijsse scribunt Niemius d, & Gobelinus e, eius temporis auctores; quorum postremus ipsum in sacello basilicæ S. Petri diuo Andreæ sacro sepultum, ac deinde honorificentiori tumulo in ipsa basilica mandatum, narrat. Quod ad sedis Vrbani tempus spectat; cum designatus f fuerit Pontifex anno MCCCLXXVIII. octaua die aprilis, obierit vero idibus octobris, ipsum annos vndecim menses sex dies septem sedisse dicendum est. Refert Kranzius g obiecta cœlesti specie pio monacho dictum fuisse, a *Vrbanus est verus Papa & sponsus Ecclesiæ, sed in regimine suo tenebit modum suæ modo.* Cum vero Vrbanus stirpis suæ principatibus & diuitijs cumulandæ studio multa præter Pontificum morem mansuetudinemque gessisset, mirum exitit illam funesto & violento exitu tuisse breui consumptam h,

d Thom. Niem. lib. 1. c. 69.

e Gobelin. in Cosmod. ætat. 6. c. 81

Vrbanus venenoex tinctus putatur.

f tom. 3. de schis. p. 219.

g Crtz. l. 10. metrop. c. 13

h Thom. Niem. lib. 2. c. 31. Petrus Tomacellus Papa electus.

12. Vita functo Vrbano, mistique ei de more persolutis Petrus, vulgo Perinus, Thomacellus Cardinalis Neapolitanus nuncupatus, magno Cardinalium consensu ad pontificatum euectus est, qui Bonifacij nomen sumpsit, trigesimum tertium, alij trigesimum annum non egressum scribunt; annique tanta castitatis laude emicuisse in corruptiori illa ætate, vt nulla ei labes aspergi posset, ac senilem temperantiam in iuuentute præterret. Cæterum Gobelinus i ipsum v. id. nouembris huius anni, pontificia tiara redimitum scribit, additque eum humanitate vsum in Cardinales honore deiectos, magnaque in politicis rebus gerendis prudentia; atque ideo collapsam in Vrbano auctoritatem asseruit, Vrbisque imperium libere administrauit: *Castrum*, inquit, *S. Angeli quod a Romanis in magna parte destructum fuit, pro eo quod ex ipso maxima damna sustinuerunt Romani in principijs schismatis ab illis, qui de parte antipapæ fuerunt, & qui vltra annum in eodem a Romanis obsessi ipsum fame coacti reddiderant, illæ Bonifacius magnifice reformauit: Item comitem Fundorum, qui principium schismatis stabilinit penitus exterminauit: & ipse Romanis non solum vt Papa, sed tanquam rigidus imperator dominabatur; multos quidem eorum sibi suspectos de infidelitate per iustitiarios suos fecit occidi: capitolium & palatium sunm fortius munuit, nec fuit ante eum quisquam Romanorum Pontificum, qui talem potestatem temporalem Romæ, & in patrimonio S. Petri exercuisse legatur.*

i Gobelin. in cosmod. ætat. 6 c. 81.

Prudentia Bonifacij.

Arcem Tyrannam instaurat.

Romanos subigit.

13 Hoc anno XVIII. decembris auxit Cardinalitii collegium Bonifacius, ac presbyteros quatuor Cardinales creauit, nimirum Henricum de Minutulis archiepiscopum Neapolitanum tit. S. Anastasiæ, Bartholomeum de Vlarijs ordinis Minorum Florentinum episcopum tit. S. Pudentianæ, Cosmatum de Melioratis episcopum Bononiensem, qui postea in pontificatu Innocentij VII. nomen sibi asciuit, tit. S. Crucis in Ierusalem, Christophorum de Maronibus episcopum Isernien sem tit. S. Cyriaci in thermis. Reflexit etiam tres ab Vrbano VI. cardinalitia dignitate exutos, Adamum Anglum episcopum Londinensem, cui priorem titulum S. Cæciliæ contulit, Bartholomæum Mezzauaccam episcopum Reatinum, quem presbyterum tit. S. Martini in montibus renunciauit, ac Landulphum de Maramauris designatum archiepiscopum Barensem, quem diaconum S. Nicolai in carcere Tulliano creauit. Cæterum Gobelinus a de Adamo Cardinale Anglo meminit, additque Pileum Rauennatem cardinalitio iure donasse, quare Pileum trium pileorum nuncupatum ferunt, cum primum ab Vrbano, deinde ab antipapa, iterumque a Bonifacio pileum cardinalitium accepisset.

Cardinales creati hoc anno a Bonifacio.

Fel. Cons. in Bon. IX. ex lib. oblig. Cia. on in end. Bonif.

Reflexit priuilegia dignitati.

a Gobel. ubi sup.

14 Inter hæc non puduit peruicacem antipapam Auinionensem in Bonifacium consurgere, & censuras futiles illi intentare in hoc illius pontificatus exordio, tantoque apud suos tumebat fastu, vt Carolus Francorum Rex ipsum hoc anno comenerit, adduxeritque Ludouicum Andegauensem, quem antipapa Sicula, vt contendebat, corona redimiuit, quod gestorum eiusdem antipapæ scriptor b enarrat.

Antipapa in eum cēsuras flagitio promulgat.

Ludouicū Andegauēsem Regē inungit.

b Cem. antipapa scriptor. apud Basq. Extd. 1. de schis. p. 139. in bib. Card Barb & in alio signat. num. 2304.

15. &c. Edidit hoc anno MCCCLXXXIX. Aquis in Prouincia Ioannes de Montesono theologus ordinis Prædicatorum egregium opusculum c aduersus schismaticos, in quo probat ex ipsis schismaticorum dictis Vrbanum etsi vrgente metu liberis Cardinalium votis creatum Pontificem; fideque indignos illos, dum postea eandem electionem irritam fuisse contenderunt. Præterea alium commentarium composuit inscriptum: *Correptorium contra epistolam fundamenti schismatis.* Qui valde conturbauit ac torsit schismaticos, cuius vim varijs argutijs frustra eludere studuerunt; sed a schismaticis ad hæreticos sermonem conuertamus.

Ioce Montesono scribit in antipapam.

c Valdens. tom. 3. tit. 14 c. 115 & Vald. t. 3. t. 19 de relig. c. 156.

18. &c. Cum iacta a Vuicleffo impietatis semina latius pestiferas radices figerent, diuina prouidentia, vt viros pios in orthodoxa fide confirmaret, confunderetque hæreticos, ad sacras Christi imagines sanctorumque suorum sacras reliquias plures cœlestes virtutes edidit, de quibus agit Vualsinghamus d. Non mouerunt hæc Vuiclethistas, qui a magistro suo acceperant miracula dæmonum esse mera ludibria, ac siue a Deo siue a dæmone patrentur contemnenda. Nec mirum si sanctorum opera reliquæ mirabiles ab ijs patratas sperneret Vuicleffus, qui omnia miracula quæ leguntur in sacris euangelijs, necnon quibus fides Christiana consita est & confirmata, Iudeorum pertinacium more derideret, cuius sectatorumque vesaniam Thomas Vualdensis e docte confutat, obiectumque catholicis idololatriæ crimen auerit in Vuicleffistas, ipsos scilicet, qui damnabant imagines, adorare dæmones in phantasmatum suorum idolis, quibus se regendos eorumque traducendos arbitrio tradidere, quod ex Augustini f contra Donatistas insigni sententia illustrat.

Idolatriæ crimen retortum in hæreticos.

d Th. Walsi. in Rich. II. hoc anno.

Vuicleffistę spernūt miracula omnia etiā a Deo facta

f Aug. de haeres. contra Donatist. l. 3 c. 19.

22 Contigit hoc eodem anno Cantabrigiæ prodigium, dum instructo religioso agmine solemnis duceretur pompa, in qua a sacerdotibus Eucharistia circumferebatur; quo palam demonstratum est, non illam panem esse, sed in ipsa Christi latere maiestatem, etenim cum illam velaram sacris speciebus irrisisset quidam hæreticus, inter sacrilegos iocos meritas pœnas dedit, vt narrat Thomas Vualsinghamus h his sce verbis: *Tunc quidam ineptus & vere miser incomposito motu corporis capit saltare sine stipudiare coram Eucharistia: quem incontinenter apprehendit terribilis valde vindicta, nam inter iocandum repente corruit, & post pusillum spiritum exhalauit.*

Idolatriæ crimen retortum in hæreticos.

g Aug. de haeres. contra Donatist. l. 3 c. 19.

h Walsin. in Rich. II. sub anno 1389.

Diuina in sacrilegio Eucharist. desensorem vindicta.

23 Refert Olaus Magnus i hoc anno Germanos, qui Stocholmiæ sedes fixerant, inuidia auaritiaque stimulatos in Suecos mercatores, quos frustra apud

i Olaus Magnus l. 2. de gent. septent. c. 24 & in hist. Sueton. l. 11 c. 17.

Alber-

Albertum Regem gentilem suum circumuenire calumnijs nisi erant, vt opes Stocholmensis emporij ad se deriuarent, crudelissimam carnificinam exercuisse, Deumque inustas eorum cædes iactis de cælo fulminibus vindicasse.

Indict. 13.

IESV CHRISTI
Annus 1390.

BONIFACII PP.IX. VVENCESLAI ROM. REG. 12. annus 1. EMMANVELIS II. IMP. OR. 7.

1. 2 HOc anno qui ex Vrbani sanctione iubileus fuit: *Innumerabiles*, inquit Theodoricus Niemius a, *peregrini toto illo anno postquam incepit iubileus, præsertim de Alemannia, Hungaria; Polonia, Bohemia, Anglia, & alijs regnis & prouincijs, quæ fuerunt de obedientia Vrbani ad Vrbem venerunt*. Factos etiam maximos catholicorum concursus Gobelinus Persona contentit b, qui addit Gallos cæterosque factionis schismaticæ tunc Romam non accessisse, sed postea recurrente decimoquarto sæculo maximo numero venisse.

aThood.Nīē lib.1.cap.68 Annus iubileus celebratur.

bGobelin.in Cosm.ætat.6 c.86.

3. &c. Excutiendæ diuturnæ inertiæ speciem aliquam præfetulit Vvenceslaus Rex Romanorum, atque ad suscipienda imperatoria insignia in Italiam se velle conferre; tum ad schismaticos in Romanæ ecclesiæ obsequium redigendos Germaniæ vires conuersurum Bonifacio decretis oratoribus, amplissimisque literis c superiori anno datis est pollicitus. Peruenere ad sedem Apostolicam ineunte hoc anno ijdem oratores, quos benigne excepit Bonifacius, promissisque eximijs recreatus Vbaldino designato episcopo Cortonensi pontificio in Boemia quæstori præcepit d, vt decumas ecclesiasticorum vectigalium Vvenceslao ad ornandos Italicæ expeditionis apparatus tribueret. At abiecit egregia consilia Venceslaus, pristinoque torpori se dedit, ac ne delitias & commessationes intermitteret post leuissimos conatus cum exercitu in Italiam ad imperatoriæ dignitatis sumenda insignia penetrare non est ausus.

Vvēcesla' ecclesię patrocinium se suscepturum præfert.

c Ext. apud Bonif. lib.3. pag.180. Intern untius Bonif. ad Vvenceslaū missus

dBonif.IX. l.1. ep.cur. pag.319.

6. &c. Cum vero Stephanus Bauariæ dux idoneus concordiæ interpres vilus esset ad diuulsas a sede Apostolica ecclesias in pristinam coniunctionem redigendas, ac nil Bonifacio potius esset, quam vt omni ratione schisma ab Ecclesia Dei remoueret, nec quidquam hactenus vibratæ censuræ, gestaque bella profuissent; clementiæ vias pertentauit, atque antipapæ obtulit illum si falsi honoris insignia abijceret, sedis Apostolicæ legatum in ijs regnis, quæ eius partibus se addixerant, creaturum: qua de re ad Bauariæ ducem, vt cum ipso pacisceretur datæ literæ e. Sollicitatique fuere præterea præsules I vniuersi, Reges, ac principes catholici, vti studia sua vna cum duce Bauariæ ad antipapam a schismate reuocandum collocarent.

Vvēcesla' susceptis cōsilijs absistit.

Dux Bauariæ pro cōciliādis Ecclesię schismaticis interpres adhibitus.

eLib.ep.cur pag.325. fIbid.ep.cur p.327. post eund.ep.

9 Permotus eodem pio ardore Bonifacius reducendi ad Ecclesiæ gremium, quos error schismatis abduxerat, nuntios apostolicos auctoritate instruxit, vt eos censuris soluerent: interque alios Ciccum episcopum Puteolanum in Trinacriam misit, in qua nonnulli antipapæ errores erant secuti; alij Ioannæ olim Reginæ, vel Carolo Dyrrachino, vel Margaritæ Reginæ, eorumque filio, contra Vrbanum adhæserant, quos in Ecclesiæ gratiam restitui iussit g, si schisma damnassent.

Missus in Trinacriā internūtius

gBod.l.1.ep. cur.pag.115 Ladislaus in gratiam admissus.

10 Deinde quod ad Siciliam citeriorem, ac Ladislaum & Margaretam attinet; visum est Bonifacio h arduum opus Neapolitanum regnum, vt constituerat Vrbanus, contra Ladislaum Dyrrachinum & Ludouicum Andegauensem Ecclesiæ asserere, indeque ingentia oriri pericula, expositum nimirum vastitati regnum, schismaticorumque potentiam ingraueiscere: ad quam profternendam vnicum superesse perfugium, insontem Ladislaum in gratiam recipere, illumque Ludouico schismatico opponere, in quo dimulsæ totius regni partes coalescerent. Restituit itaque Ladislaum solio, a quo antea Vrbanus eum excluserat, vt refert hisce verbis Theodoricus Niemius a: *Ipse etiam paulo postquam electus fuit in Papam, dominum Ladislaum*, inquit, *coronari fecit in Regem Siciliæ tunc ætatis forte* XVII. *annorum, & ipsum & dominas Margaretam matrem & Ioannam prafatas, sororem ipsius Regis Ladislai recepit in plenitudinem gratia sua ac sedis Apostolicæ, absoluens ipsos ab omnibus ecclesiasticis censuris & processibus, quos prafatus Vrbanus tulit in eos propter Regem Carolum prefatum dudum in Hungaria interfectum*; moxque conuertit studia Bonifacius ad firmandas Ladislai res, qui Caietæ etiam tum latuerat, cum hostis Neapolim ampliſſimasque regni prouincias in suo obsequio contineret; creauitque b legatum Angelum Acciaiolum ciuem & episcopum Florentinum, cuius virtute antipapæ Florentinos subornare meditantis discussi fuerant dolí, eumdemque tit. S. Laurentij in Damaso presbyterum Cardinalem, vt sua manu Ladislaum diademate Neapolitano redimiret, atque omnes citeriores Siculos nouo regi, ac Margaritæ eius matri, cui filij clientelam, regnique procurationem commendabat, obsequi iussit c.

Censuris solutus.

aThood.Nīē l.1.c.14.

bBon.l.1.ep cur pag 123 Hieſ.Pignat in m.ſ.diar. Neap.S.Ant 3.p.tit.12.c. 3.in princiſ Summon. l. 4.c 2.Pand Collenl 5.

c Bonif.ſup. pag.123. Ladislaus regijs ornamentis insignitus.

11. &c. Contulit d mense maio Ladislao regiæ ornamenta dignitatis solemni ritu Angelus legatus, regnumque beneficio sedis Apostolicæ gerere profitentem sacramento adegit futurum præsidio sedi ipsi aduersus antipapæ & pseudocardinalium impetus: cæterum pactiones eædem tum eo repetitæ, quæ ab Vrbano cum Carolo confectæ fuerant, detracta tamen ea, quæ tot mala inuexerat, ex qua Carolus vt Vrbani nepoti principatum Capuanum, alioſque amplos comitatus traderet, obstrictus fuerat: de quibus datæ fidei testes a Ladislao Rege ad Bonifacium literæ e fuerunt, additurque postremo: *Actum Caieta*, & intra: *anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo die vigesimo nono mensis maij tertia decimæ indictionis, pontificatus prafati sanctissimi domini nostri domini Bonifacij Papæ IX. anno primo, regnorum vero nostrorum anno quarto*.

d Hieſ.Pign. in m.ſ.diar. Neap.Bonif l.3 pag.187 Summon. l. 4.c.2.

e Ext.apud Bonif.l.3.p. 197.& in annalib.

16. &c. Comparatæ paulo ante Ladislai vitæ insidiæ fuerunt; cumque ad nihilum recidissent occultæ schismaticorum fraudes, Ladislaum aperto bello petierunt; regijsque insignibus iam ante ab antipapa redimitus Ludouicus Andegauensis cum metueret, ne Ladislaus pontificia auctoritate regio insigni exornatus facile Neapolitanos ad suum obsequium reduceret, adiuncto sibi Petro de Tureio pseudocardinale legato bellum suscepit f, atque hoc anno adulta æstate Neapolim classe comparata inuectus summa ciuium gratulatione g exceptus est, adortusque arces Oui & S. Hermi, quæ adhuc præsidiario milite instructæ Ladislai partes firmabant, eas ad deditionem compulit, Puteolosque expugnauit.

Ludouicus Andeg. 2. expeditio in Neapol regnum.

f Bonif.l.11. pag.241.

gCit.anūp. vitæ script. apud Bosq. Hieſ.Pignat in m.ſ.diar. Neap.Sim. l.4.c.2.Pād Collen.hiſt. Neap.l.5.

20 Hoc anno Carolus Nauarræ Rex, idemque comes Ebroicensis netaria secutus exempla, Galliæ, Castellæ, & Aragoniæ Regum, qui auctoritatem concilio œcumenico debitam sibi perperam arrogare sunt ausi; Robertum Gebennensem vti verum Pontificem colendum promulgauit impio edicto h: Auctor criminis fuit Martinus e Silua episcopus Pampilonensis, qui pro sceleris præmio pseudocardinalatū retulit.

Oui & S. Hermi arces ab eo expugnatæ

Nauarrus ād. antipapā defecit.

hExt in l.1. de schiſ pag. 130.Clemen anūp. vitæ ſcript. apud Bosq.

In

Io. Rex Castellæ aucti schismatis dat pœnas.

In Castella Ioannes Rex, cum die dominica tertio idus octobris, ostentandæ in armis peritiæ causa equum præferocem concitaret ad cursum, repente in terram allisus miserè periit a: cuius funesta mors a pluribus diuinæ iustitiæ ascripta est; cum traditum sit a nonnullis b pium eremitam diuinitus collustratum sæpius antea ipsum intentata diuina ira monuisse, vt ad sedandum in Dei Ecclesia schisma incumberet, cumque monentem inique terret, illum condi in carcerem iussisse, deinde accessisse deprecatores, vt vinculis vir innocens solueretur, illumque assensisse ea lege, vt nunquam talia sibi monita importune obtruderet: cumque huiusmodi sacramentum ab inscijs funesti casus, qui obtigerat, exigendum foret, eremitam respondisse, non amplius Regi illius audiendi, nec sibi ipsius adeundi, integrum esse; ac paulo post tamam extincti Regis increbuisse.

a Ciacon. antipositio script. Mariana sup. t. 3. & alij. b Monach. Dionys. in Carol. VI. Sæpius ad monitus a pio eremita vt tollendo schismati operam daret.

Roberti Regis Scotiæ mors. c Hect. Boeth. hist. Scot. lib. 16. & alij.

Obijt c hoc eodem anno Robertus Scotiæ Rex affecta admodum ætate, quem magnis ornatum virtutibus celebrant. Accepit paternum sceptrum Ioannes filius, qui dominica præeunte sacrum assumpta in cœlum Virginem diem solemni ritu consecratus, & corona redimitus est, quem aiunt Ioannis nomen cum Roberti nomine superstitiosè commutasse, quod Ioannes Francorum Rex suis calamitatibus insignis fuisset.

Expeditio sacra contra Tunetanos. d Froffard. t. 4. c. 13. Iuuenal in Car. VI. Paul. Æmil. in Carol.

21 Quo etiam anno, susceptum sacrum bellum in Africam, cinctumque obsidione Tunetum a Christiano exercitu, memorant horum temporum scriptores d. Prætulere faces huic bello Genuenses, qui indignati Ligusticum litus ab Afris vexari populationibus, ad Carolum Francorum Regem oratores miserè, qui exposuerunt ipsi indignum videri Narbonensem, ac Ligusticam oram a barbaris infestari, abducique in seruitutem Mahometanam Christianos, neque huiusmodi probrum tulisse illorum maiores, qui tanta gloria in Syria, Ægypto, ac reliqua Africa crucis signa circumtulissent. Excepta est auide eorum oratio, ac Ludouicus Borbonius dux creatus sacri exercitus imperator; pactæ sunt cum Anglis in triennium induciæ, quinimmo illi in laborum & gloriæ societatem pellecti: Genuenses instruendæ classis partes susceperè, Venetique aliquas etiam subsidiarias naues submisere: constabat quadraginta triremibus & viginti onerarijs nauibus classis, cui præfuit Ioannes Centurio Vltramarinus, cóuersique in Tunetum regiam vrbem fuere Christianorum impetus. Intulit nostris plures molestias Numidarum equitatus, vtpote qui ob maximam equorum celeritatem repente inuolarent, moxque fuga prosequentes deluderent, neque elici ad prælium potuere. Demum hostis colloquij cupidus expostulauit, cur sibi tot terris dissito Franci Anglique, nulla accepta iniuria, bellum intulissent; refertq; Paulus Æmilius responsum a Ludouico Borbonio: *Genuenses esse vnam Christianæ nominis ciuitatem, ijsque odio religionis ab Afris bello latrocinioque diuexatis, non minus offensos Francos Anglosque, quam si Lucetia, quam si Londinum oppugnata forent.* Territis egregia ea voce barbaris, de pace agi cœptum ijs legibus, vt Christiani omnes restituerentur libertati, Afri a vexandis Italiæ & Galliæ oris, atque insulis Europæ & Africæ obiacentibus infestandis abstinerent, ponderemque decem aureorum millia: nullum vero maius facinus susceptum a nostris est ob gliscentem inter eos discordiam, exercitusque in Europam deportatus. Meminere de eo bello Hispanici scriptores e, ac non Tunetum, sed Aphrodisium, quod hac ætate Africæ nomen fert, obsidione tentatum aiunt successu tantis molitionibus impari. Fuisse in eo exercitu Leonem Armeniæ Regem, ac de

Galli & Angli pactis induciis arma iungunt in Afros.

Cæpositi fœdere bellum. e Io. Mariæ l. 18. c. 13.

Syriaca expeditione conficienda agitata fuisse consilia, sed confracta deplorante frustra Rege, quod exercitus iamdudum peste laborare cœpisset, atque imminutus viribus esset: posthac vero nullam pro recuperanda Syria susceptam expeditionem narrat Heroldus a.

a Io. Herold l. 5. c. 8: mund. beli. sac. c. 20.

IESV CHRISTI
annus 1391.

Indict. 14.

BONIFACII PP. IX. VVENCESLAI ROM. REG. 13. annus 2. EMMANVELIS II. IMP. OR. 8.

1. &c. PErculsi infelici casu Ioannis Regis Henricus Rex, procereſque Castellæ de damnando schismate pia consilia agitarunt hoc anno. Qua de re certior factus a viris fide dignissimis Bonifacius Pontifex legationem in Castellam decreuit b, cuius gerendæ munus Francisco Burdegalensi archiepiscopo, & Ioanni Gunterio Aquensi episcopis iniunxit, cui amplissima auctoritate c, vt Henricum ipsum ex Vrbani sententia ob schisma regio honore deiectum in pristino statu collocarent, soluerentque censuris; & dignitatibus ecclesiasticis exutos præsules in integrum restituerent: atque inter alios Petrum Toletanum archiepiscopum in eodem fastigio confirmarent: tum eorum legatio in Vasconiam, Nauarram, & Aragoniam d prolata est.

Decreta legatio in Hispaniam. b Bonif. l. 8. p. 41. 42. 57. c Bon. l. 2. ep. cxv. p. 213. d Ibid. ep. 100. &c.

4 Caruit optatis successibus ea in Hispanias legatio; tradit enim Ioannes Mariana e, Petrum archiepiscopum Toletanum, suborta inter proceres de regni gerenda procuratione controuersia, antipapam ac Francorum & Aragonum Reges ad ferendam sibi opem per literas sollicitasse, indeque graues bellicos tumultus fuisse concitatos. Præter superiores vero nuntios in Castellam, Legionem, Lusitaniam, & Algarbium Franciscus episcopus Puteolanus missus est f, legatique alij simílem ob causam in alias prouincias.

Ad nihil fit recidit in Hisp. legatio. e Io. Mariæ l. 18. c. 15. f Bonif. l. 8. pag. 177.

5 Adducta est g in graue ciuilis belli discrimen Trinacria, cum Maria in Aragoniam nuncta regno abesset, virique principes prouinciarum præfecti inter se dissiderent, nimirum Andreas de Claromonte, admiratus & Manfredus de Alagona magister iustitiarius eorumque sectatores parte altera; atque Antonius de Vintimilio & Guillelmus de Peralta comites, atque alij ipsis fœdere iuncti parte altera: ad quos in concordiam redigendos, ne inde schisma in insula ingrauesceret, Nicolaum de Summaripa nuntium misit Bonifacius: Cum, inquit, *sicut quamplurium fidedignorum relatio ad nostrum produxit auditum, procurante humani generis inimica inter dilectos filios nobiles viros Andream de Claromonte Mote admiratum & Manfredum de Alagona Militem magistrum iustitiarium dicti regni, eorumque collegatos & adhærentes ex vna; necnon Antonium de Vintimilio Gulisani & Guillelmum de Peralta Selefani comites eorumque collegatos & fautores ex altera parte, odij rancore concepto, malisque suspicionibus suscitatis, grauis & dispendiosa nimis dissensionis materia sit exorta, multaque mala & incommoda tam animarum, quam corporum & eisdem partibus ac toti regno minetur, nisi diuina bonitas subsidium præparet; & dilecta in Christo filia nobilis mulier Maria clara memoriæ Frederici Regis Trinacriæ vnigenita, ad quam, si in vnitate eiusdem Ecclesiæ persisteret, id alias pertineret, non solum in remotis esset, sed sit extra proprium libertatem; nos quem non præterierunt incommoda filiarum, rancoribus, suspicionibus, ac dissensioni huiusmodi occurrere, partesque ipsas ad tranquillitatem*

g Ibid. p. 137

Orta in Trinacria bella ciuilia.

litatem & pacem reducere, & reductas in ea confirmare & conſeruare totis cordis affectibus cupientes, inter alios modos ad hoc vtiles nobis occurrentes, te qui etiam legum doctor exiſtis, virum vtique pacis & iuſtitiæ zelatorem & ſingularium meritorum ad eaſdem partes prouidimus perſonaliter deſtinandum, &c. Addit vt pontificiam auctoritatem iam faciendis, firmandiſque pacis legibus adhibeat, ac tumultuantium pertinaciam, incuſſo cenſurarum terrore, frangat. *Dat. Romæ apud ſanctum Petrum* IV. *non. iulij pontificatus noſtri anno ſecundo.* Ciuilis porro eiuſmodi belli cauſam ex nimia procerum ad maiorem potentiam aſſurgere ex aliorum exitio meditantium ambitione, atque
a *Ibi p.135.* a Reginæ Mariæ abſentia fluxiſſe, deſcribit Bonifacius a in alijs literis ad Nicolaum de Summaripa, cui data ſunt mandata, vt malo remedium afferret, ne hoſtes ciuilium diſſenſionum occaſionem aucupati illud regnum opprimerent.

b *Surita l.10 cap.39.* 6. &c. Adornabat b tum in Catalonia Martinus Montisalbi dux ad Trinacriæ regnum ſibi ſubijciendum, trahendumque in antipapæ ſeruitutem, claſſem: Pontifex itaque ad quem ſupremum Trinacriæ imperium ſpectabat, cum e veteribus pactionibus cum Friderico confectis Maria ad ſolium admitti non deberet, niſi fuiſſet viro catholico iuncta, ac matrimonium ab ipſa cum Martino initum lege canonica ob ſanguinis coniunctionem vetitum eſſet, præterea Maria eccleſiæ Romanæ, cuius beneficentia regios gerebat apices, cenſum pendere intermiſiſſet, neque aliud vectigal militare decem triremium ſuo ſumptu inſtruendarum, & ſubmittendæ equitum cataphractorum centuriæ præſtandum curaret; Bonifacius iuri pontificio in Trinacriam conſulturus, conſtituit c illam partiri in tetrarchias, donec Maria damnato ſchiſmate ad officium redijſſet, & cenſum penderet ſedi Apoſtolicæ; ijſque tetrarchijs præficere prædictos Andream Claromontium, Manfredum Alagonam, Antonium Vigintimilium, & Guillelmum Peraltam opibus & clientelis florentiſſimos, ijs pactionibus, vt intermiſſum vectigal ſedi Apoſtolicæ ſoluerent, atque alias ſubſidiarias copias contra Neapolitani regni inuaſores ſubmitterent: qua de re paciſcendi cum ipſis auctoritatem internuntio conſulit, ac ſacramenti formulam ſuis conceptam verbis præſcripſit d, ex qua ipſos ad vindicandam contra ſchiſmaticorum impetus Trinacriam adacturus eſſet. Meminit Surita e de ſancito a principibus armorum fœdere ad Martinum Aragonium inſulæ aditu imperioque arcendum; ſed ipſi demum ſuccubuere, vt ſuo loco dicemus.

Maria Regina Trinacriæ iure excidit.

Conſulit pontificio iuri Bonifacius.

c *Bonif l.2. pag.138.*

d *Ib ep corr p.243. ext. in annal.* Subacta a Martino Arag. Rege Trinacria.

14. In Anglia hoc anno medio ianuario in regni ordinum ſolemni conuentu conuulſa inuſaque eſt ab Rege pontificia in clerum Anglicanum auctoritas: tuit enim conſtitutũ, ne quis a Romano Pontifice ſacerdotij ius peteret, ac perduellionis & proſcriptionis pœna impoſita eſt ijs, qui eccleſiæ adminiſtrationem a Pontifice acciperent, & omnes qui in Romana curia verſabantur reuocari iunt. Impulſus eſt in hoc flagitium Richardus Rex a regni proceribus, qui Vuicleffi venenis erant infecti. At Richardus, qui Vuicleffiſtarum ſuſurris ſubornatus epiſcopatuum & ſacerdotiorum conferendorum ius in Anglia ſibi arrogaſſe tentauit, ac Vuicleffo querenti diuidium a Pontifice Regibus eripi imperium patulas aures præbueras, dum diuina iura temerat, permittente Deo hoſtes coniuratos experiri cœpit, qui conſilia de illo regia dignitate deturbando agitarent; a quibus ipſum dolectum pulſumque ſolio vituri ſumus. Obſtitiſſe, vt poterant, iniquis contra ius eccleſiaſticum decretis Cantuarienſem & Eboracenſem archiepiſcopos, memorat Nicolaus Harpsfeldius f,

Leges ab Anglo contra eccleſ. libertatem latæ.

f *Harpſf. hiſt eccl. Angl. 10 ſæc.*

15. &c. Bonifacius vero iuris pontificij contra Vuicleffiſtarum politicorumque auſus temerarios aſſertor & vindex edita ſanctione a memorabili, geſta contra libertatem eccleſiaſticam a Richardo Rege, vel ab Eduardo reſcidit, atque anathemate etiam vel exequi in iudicijs auſuros perculit, confecto diplomate hac loci & temporis nota. *Datum Romæ apud S. Petrum* II. *non. februarij pontificatus noſtri anno* II. Inſtauratum etiam eſt a Bonifacio pro aſſerenda libertate eccleſiaſtica Caroli IV. Cæſaris edictum g. Tradit porro Thomas Vvallinghamus e veniſſe in Angliam internuntium apoſtolicum, Regemque ad redintegrandum ſponte ius ſplendoremque eccleſiaſticum inclinaſſe.

Regia edicta reſciſſa a Bonif. *a Lib.1. epiſt cur. p.131. & in annal*

g *Ext. apud Dolgaſi. in collect. & Walſing. in Richard. II*

21. &c. Graſſatam adeo in Anglia Vuicleffiſticam hereſim, refert ad hunc annum Nicolaus Harpsfeldius d, vt ſacerdotes Vuicleffiſtæ conſecrandorum ſacerdotum auctoritatem adumbratam corriperent ac palam epiſcopos in ordinem redigere anniterentur. Reus erat huius ſceleris in Belgio ſacerdos pſeudominorita Iacobus nomine patria Iuliacenſis, qui adulterato pontificio diplomate, ſe epiſcopum dixit, nec ſacris epiſcopalibus initiatus ſacerdotes ficto ritu ſacrauit in pluribus Germaniæ Belgijque diœceſibus; demum conuictum flagitij Vltraiectini magiſtratus non flammarum incendio, quo citiſſime abſumendus foret, ſed feruentibus aquis ſenſim adurendum cenſuerunt, vt eius pertinaciam, qua impudentiſſime flagitium agnoſcere detrectabat, edomarent. Is autem ſenſim feruenti ollæ immiſſus dolorum magnitudine victus execrari ſcelus & mitius ſupplicium deprecari cœpit, motique miſericordia iudices ex olla ebulliente eductum capite truncari iuſſerunt. Non hæſit in hoc flagitio Vuicleffitica hæreſis vt laicos ſacerdotio fungi iuberet, ſed eo prorupit impudentiæ, vt fœminas ſacramentis adminiſtrandis veterum hæreticorum Montaniſtarum more admoueret; quorum veſaniam in luce collocat Thomas Vvaldenſis e.

Ordinis ſacramentũ profanatũ. *d Harpſf in hiſt. Vuclef c.16.*

Iacobi pſeudominoritæ ſacrilegium immane.

Mulieres in Vvicleffiana ſynagoga ſacerdotiũ vſurpant. *e Vvald. t.2. de ſacramll Euchar. c.11*

Hoc anno edidit egregium commentarium quinque dialogorum libris comprehenſum Ioannes de Monteſono ordinis Prædicatorum, quem ad Cardinalem Reatinum inſcripſit f, in quo probat g Cardinales tranſalpinos ab Eccleſia veræ præcilos eſſe: deinde oſtendit vniuerſum orbem Chriſtianum mutuo fœdere in Vrbani cultu coniunctum fuiſſe; illam vero coniunctionem a Cardinalibus diremptam, qui minorem partem ſecum traxerint: tum etiam Gallos & Hiſpanos vi ad antipapæ obſequium abreptos, ac diuinum Numen iuſtitiæ exempla in deficientes ab Vrbano principes in Carolum Dyrrachinum, in Ioannem Regem Caſtellæ, in Ludouicum Andegauenſem, in Ioannam Reginam, in Bernabonem Mediolani ducem, in Auſtriacum, in Raynaldum Vrſinum edidiſſe: tum etiam diuinitus oſtenſum pluribus ſanctitate conſpicuis Vrbanum eſſe verum Pontificem. Dein conuellit auctor ſchiſmaticorum Cardinalium fundamenta, demonſtratque ſtandum denuntiationi electionis primæ Cardinalium, & ſecundam vtpote pugnantem cum prima repellendam; ac demum celebrandum eſſe concilium œcumenicum ad priſtinam eccleſiarum coniunctionem redintegrandam, & vt ad id operam conferant adhortatur.

Ioannis a Moteſono comment. in ſchiſmaticos. *f Ext. in bib Cardd. Barberin. ſig mss num. 2504. g Lib. 2 c.17*

27. Interea occidentis diſcordiæ bellum in oriente accendere: ac plures terras, quæ Latinis parebant in exitium coniecere. Amiſſus tum eſt Dyrrachinus principatus a Gallis eorum culpa, cum Ludouicus Andegauenſis, vt plures hoſtes in Ladislaum concitaret, icto fœdere Dyrrachium in prænobilis cuiuſdam Dyrrachini, qui ad antipapæ partes defle-

Dyrrachinus principatus ſchiſmatis occaſione amiſſus.

deflexerat, poteſtatem redigendum curanerat. Cuius inſignis vrbis e ſchiſmaticorum tyrannide liberandæ cupidus Pontifex Georgium Stratimiri Raſciæ principem catholicum per literas ſolicitauit a, vt Dyrrachium ſibi ſubijceret, atque ad eccleſiæ Romanæ obſequium reduceret.

a Lib. 2. epiſt. p. 103.

29. &c. Eodem anno Bonifacius ſolemni ritu ſanctorum cultum B. Birgittæ Sueæ decreuit, recolendamque anniuerſaria precatione eius memoriam indixit, datis ad præſules encyclicis literis, quibus præcipua eius vitæ præclariſſimæ geſta & miracula perſtrinxit.

S. Birgittæ cultus ſanctorum decretus.

IESV CHRISTI
Annus 1392.

Indict. 15.

BONIFACII PP. IX. VVENCESLAI ROM. REG. 14. annus 3. EMMANVELIS II. IMP. OR. 9.

1. 2 ADhibuit apoſtolicas curas Bonifacius in componendis potiſſimum in Italia rebus. Conſpirationem conflauerat Clemens pſeudopontifex cum Ludouico Andegauenſi, qui Neapoli alijſque pluribus vrbibus potitus, pellere vniuerſo regno minitebatur Ladislaum veri Pontificis beneficentia Regem creatum, illumque ingenti clade decima aprilis die Sanſeuerinatum opera affecit b, in cuius auxilium ſubmiſit c Bonifacius Ioannem Thomacellum pontificijs ſuccinctum copijs. Suffultus porro pontificijs auxilijs Ladislaus Aquilam ſubegit. Vt vero ſenſim aſſurrexerit in ſummam potentiam, atque Andegauenſes diſpulerit ſuo loco dicetur. Inviteriore porro Sicilia, licet Bonifacius omnes curas miſſis internuntijs intenderit, vt Maria Regina Friderici III. filia reiecto Martino Aragonio conſanguineo ſuo principi catholico nuberet, tamen eluſi ſunt eius labores, ac res catholica penitus in ea inſula attrita eſt.

b Hell. Pign. in m. ſ. diar. Neapolit. c Bonif. lib. 2. pag. 240. Thomacellus ſubmiſſus in auxilium Ladiſlai.

Internuncij a Bonifacio miſſi in Trinacriam.

2 Innocium florentiſſima claſſe Martinum Monblanci ducem in Trinacriam hoc anno menſe februario cum Regina Maria, retert Surita d; ſub cuius armis Panormum ſuccubuit, captuſque Andreas Claramontius terro cæſus, Manfredus etiam Alagonius vinculis conſtrictus, exutuſque omni ditione: quorum casu territi inſulani Aragonium iugum accepere. Adulta vero ætate vrbes omnes, exceptis Meſſana, Syracuſis, & Cataniæ arce, Aragoniorum iugum excuſſere; cum ij poſt datum, ad populos inſinuum obſequium alliciendos, catholicorum principum inane ſpecimen e, antipapæ Auenionenſi adhæſuros ſe profeſſi eſſent, ac Bonifacius ipſos Apoſtolicæ ſedis hoſtes pronuntiaſſet. Vt vero ex his periculis Martinus ac Maria poſtea euaſerint, traxerintque in ſchiſma Trinacriæ partem, dicetur inferius: nunc reliquas Italiæ turbas proſequamur.

Martini Aragonij expeditio in Trinacriam. d Surit. l. 10. annal. c. 50. S. Anton. 3. p. tit. 22. c. 2 §. 17. & alij

Siculi conſurgunt in Aragonios. e Surit. cod. cap. 51.

Inteſtinum bellum in patrimonio B. Petri

3 Ardebat in media ditione eccleſiaſtica bellum, quod perduellium licentia accenderat, ac Patrimonium B. Petri vetuſto eoque inteſtino malo laborabat, ex quo in agrum Romanum hoſtes excurrebant. Augebant eas turbas quidam f prænobiles vectigales, nimirum Antonius Monteſeretri comes, & Carolus Galeottus, huiuſque ſocius Pandulphus Malateſta, qui opes vireſque non in Eccleſiæ laborantis opem, ſed in mutuum exitium vertebant, quique demum moniti officij, interpretem & arbitrum concordiæ miſſis oratoribus, Bonifacium deſignarunt: cumque ſedatum bellum videretur, mox recruduit g. Concitabat ad bellum hos viros principes nimia proferendi dominatus ambitio, qua percitus Malateſta de Malateſtis, atrocem Eccleſiæ iniuriam pro acceptis beneficijs, quibus ornatus in magnas opes & gloriam aſſurrexat, retulit, ac Tudertum a obeundæ illius præfecturæ ſpecie prodinorum opera in ſuam tyrannidem redegit, Pileumque epiſcopum Tuſculanum Apoſtolicæ ſedis legatum propulſauit. Poſtulatus itaque iudicio veritus vir b delinire ſtuduit c petita venia Pontificem: qui tot tantiſque difficultatibus implicitus augendam antipapæ factionem nouo hoc præpotenti hoſte non puta uit, eaſque cum Malateſta pactiones firmauit d, vt Tudertinam præfecturam ad decennium conferret, atque ad inferenda fiſco pontificio annis ſingulis tria aureorum millia obſtringeret.

f Lib. p. 266. Ciuilia inter proceres eccleſiæ diſſidia

g Lib. pag. 37

a Lib. 2. cap. 316. 326. & 341. Tudertum a Malateſta occupatum. b Lib. p. 369. c Lib. p. 383.

d Inſt. de ea re inſtrum. lib. pag. 378. Conclusa pactionibus.

5. 6 Pari clementia vſus eſt Bonifacius in plures proceres, qui vrbium nonnullarum præfecturas inuaſerant, imperato ijs annuo vectigali nummario; tum Bononienſes difficili bello, quod cum Galeatio Mediolani duce gerebant, auctoritate apoſtolica liberauit, memoreſque officij Bononienſes ſolemni ritu profeſſi ſunt Bononiam imolamque iuris eſſe pontificij, nec ſe cuiquam principi extremo addicturos.

7 In Gallijs hoc anno Carolus VI. ſchiſmatis propagator, quem in Bonifacium conſpiraſſe vidimus, dum ira in Britanniæ comitem percitus æſtuoſo cælo affectaque valetudine exercitum ducebat, amentia percuſſus h eſt: cuius triſtis calamitatis cauſas plures vexatæ ſedis Apoſtolicæ flagitio aſcripſere. Exinde Gallorum vires, quas inter ſe diuidendæ Italiæ ſpe in Chriſti vicarium ſui antipapæ gratia effundere decreuerant, in mutuum exitium verſæ, atque inter patruos Regis ac fratrem ducem Aurelianenſem de regni adminiſtratione controuerſiæ exortæ; demum Gallia in poſterum flagello diuino acerrime cæſa eſt, donec Rex nonnihil e mentis recreatus non amplius ſchiſmati amplificando, ſed redintegrandæ priſtinæ eccleſiarum coniunctioni animum adiecit. Cæterum eodem anno ex morbo paruumper recreatus, f atque ad mimicas ſcurrilitates conuerſus, cum in perſonatorum ſilueſtrium, qui veſtibus bituminillitis & pluma, crinibuſque horrentibus induti erant, choreas agitaret, applicita incaute face, extremum incendij diſcrimen adijt, ni vidua matrona veſtium volumine ſuperiecto, conceptam flammam oppreſſiſſet: ludi princeps cum ſocio exuſtus, alij duo biduo lapſo obiere, ſectique vulnatus in veros conuerſi ſunt. Incolumis Rex ducentas quinquaginta duas auri marchas ad conflandam ex auro reliquiarum S. Ludouici thecam dono obtulit.

Galliæ Rex ſchiſmatis propagator percuſſus amentia. h Gobel. an. 6. c. 84. Clem. antip. vita ſcript. apud Baſn. Iuuen. Vſpin. in Car. VI. Paul. Æmil. l. 10. & alij.

Choreæ funebres exitus. f Iuuen. Vſpin. in Carol. VI. Froſſard. vol. 4. c. 42. Monach. S. Dionyſ. Walſing. in Rich. II. & alij.

8 Hoc etiam anno Cantuarienſis archiepiſcopus paſtorali diligentia plures Vuicleffiſmo infectos, riteque expiatos in Eccleſiæ ſinum reuocauit, vt narrat Henricus Knygtonius i.

g Knygt. l. 2 de euentib. Angl.

IESV CHRISTI
Annus 1393.

Indict. 1.

BONIFACII PP. IX. VVENCESLAI ROM. REG. 15. annus 4. EMMANVELIS II. IMP. OR. 10.

1. &c. ANconitani, qui Auenionenſi antipapæ ac Ludouico Andegauenſi ſeniori adhæſerant, pluraque grauiora mala fidis ſedis Apoſtolicæ clientibus inflixerant, miſſo oratore veniam ſcelerum precati, in Bonifacij poteſtatem rediere: in quos Chriſti vicarius ſolitam clementiam explicuit, cenſuriſque omnibus ac pœnis ſolutos in gratiam admiſit data diplomate h, quo ipſos hortatus eſt, vt recte factis, ac fidei conſtantia præteritum flagitium abolerent.

Anconitani ad Bonifacij obſequium reuerſi. h Lib. 3. pag. 122.

a S.Anton. 3 p.tit.22.c.3. §.1.

leretur. Meminit S.Antonius a de Picenibus hoc anno in concordiam reuocatis. Profligati etiam fuere Britones, qui patrimonium B. Petri infestabant, ac Viterbium ad veri Pontificis obsequium reuocatum est. Inter hæc autem coorta Perusij maxima seditio, quam cum sedare non posset Bonifacius, seque procinctum a viris perfidis, ac delusum animaduerteret, Perusio Assisium b abijt, relicto Pileo episcopo Tusculano Apostolicæ sedis legato, ac paucis post diebus Biordus tyrannidem in ea vrbe arripuit, daturus posteris extremæ infelicitatis exemplum; illius enim tyrannidem diuino iudicio deletam, dicetur inferius: nunc de pontificio in Vrbem reditu agendum est.

Coorta Perusij seditio.

b Ybod. Nic. cap. 16.

cS. Anton. 3. p.tit.22.c.3. §.1.

5 Dum Assisij agebat Bonifacius, Romani missis oratoribus supplices sunt deprecati d, vt ad declinanda grauissima discrimina, in tutissimum Romanum asylum se reciperet. Quibus Pontifex, cui intoleranda iam ante erat vsa vrbanorum magistratuum licentia, ad eam comprimendam, sibique ac successoribus acceptum ius a decessoribus asserendum plures pactiones proposuit, quibus sanctis rediturum e in Vrbem est pollicitus. Romani dictas sibi leges mox, vt æquum erat admisere e, ac sacrosanctæ potestatis semper se fore sunt professi. Præcipuæ vero concordiæ pactiones hæ fuere, vt Pontifex senatorem Vrbi præficeret, nec pontificij aulici ad Capitolinum tribunal traherentur: *Item*, vt subditur, *quod ecclesia vrbis predicte, hospitalia & alia pia loca, & bona ipsarum libera & exempta quoad datas & collectas, vel alia grauamina, quantum ad eos, nisi aliud de ipsius domini nostri Pape processerit voluntate.*

Assisij Bonif commoratus. dInn.7.d.1. pag.85. Rogatur Pontif. a Romanis vt in vrbẽ redeat.

e Ext. apud Bonif.lib.3. pag.164. Pactiones a Romanis cum Bonifac.efficte Ecclesiastici ea aferta immunitas

Proiectum Bonifacium Assisio Spoletum, indeque Romam hoc anno se contulisse, scribit S. Antoninus f. Hactenus de Italicis rebus, nunc externas perstringamus.

Bonif in vrbem redit us. fS. Anton. 3. p.tit.22.c.3. §.1.

6 In Castella Rege Henrico impubere Toletanus præsul turbidi vir ingenij, acer schismatis propugnator, & eorum, quos meliora redintegrandæ cum sede Apostolica coniunctionis suscepisse consilia vidimus hostis, nouas turbas excitauit, ob quas illi & Petro Vxamensi ac Ioanni abbati Fusselensi manus iniectæ fuerunt: cum vero ipsorum causam ac patrocinium Robertus Gebennensis pseudopontifex arriperet, atque vrbes, vbi in custodiam fuerant traditi, sacris interdictæ essent, Rex qui se religione deuinctum ex eo facto putabat, errore ductus, aut ob politicas causas fingebat, solemni ritu a Dominico Albiensi episcopo, pseudolegato veniam poposcit, vt refert Mariana g.

Toletanus antistes turbas in Castella excitat.

g Marian. l. 18.c.18. Ed lib.cap.17.

Hoc etiam anno Leo Armeniæ Rex h, qui Reges occidentales horrabatur, vt positis mutuis odijs arma aduersus Mahometanos verterent, & opulenta regna restituta Christi religione sibi compararent, e vita discessit, & cum eo recuperandæ terræ sanctæ sepulta visa sunt consilia.

h Hist. Mus sulm. l. 5. in Baiazet. Hieronym. Beck in annalib. Leuclau. in histor. Turc. Calchondyl. lib. 2. Turcicæ res. Vitæ Hungari. Obsessa Cõstantinopolis. Impositæ leges Imperatori.

Eodem anno Baiazetes I. Turcarum Imperator Constantinopolim obsidione cinxit: ad quam soluendam Sigismundus Hungariæ Rex laturus opem Græcis cum exercitu in Turcas incurrit; cum Baiazetes soluta obsidione in Pannoniam signa extulit, ac post varia tumultuaria prælia in Hungarorum castra noctu irrupit, eosque in fugam egit: qua parta victoria ierum prouolauit ad obsidendam Constantinopolim, propulsatusque mœnibus in eas demum pacis leges conuenit, vt vicus vnus Turcis mercatoribus dederetur a Constantinopolitano Imperatore; tribueretur etiam fanum, in quo superstitio Mahumetica excoleretur: tum ad pendendum Turcis decem millium aureorum vectigal annuum obstringeretur.

IESV CHRISTI
Annus 1394. Indict. 2.

BONIFACII PP.IX. VVENCESLAI ROM REG. 16. annus 5. EMMANVELIS II. IMP. OR. 11.

1 INfelix Robertus Gebennensis hoc anno vna cum pseudopontificatu vitam reliquit: cui S. Bernardi verba ab ipso de Petro Leone pseudopontifice prolata a aptari possunt: *Amputatum est sarmentum inutile patre membrũ: ille ille iniquus, qui peccare fecit Israel, morte absorptus est, & traductus in ventrem inferi, fecerat quippe secundum propheticum b pactum cum morte, & cum inferno fœdus inierat.* Verum antequam plura de illius infelici obitu dicamus, quæ ab eo gesta hoc anno fuere perstringimus ex anonymo vitæ illius scriptore c: qui vbi recensuit vti Henrici Castellæ Regis precibus adductus Petrum Ferdinandum de Medina Hispanum episcopum oxomiensem, Guinterio vita functo, in anticardinalium collegium coopterit, subijcit d ipsum eodem tempore iudiciorum severitatem aduersus Raymundum Rogerium fratris Gregorij Papæ XI. filium, repetitis acerbioribus edictis, adhibuisse, cum is antipapam affinem suum, quamuis iusti cum Pontificis loco coleret, graui vexaret bello, comitatumque Auinionensem hostili populatione attereret: tum conqueritur profusas a Pontificibus in consanguineos ecclesiasticas opes in exitium Ecclesiæ plerumque conuerti: subditque.

Clem. anti papa mors

a Bern. epist. 147. & ex eo Baron. ann 1138. n. 2. bIsa. 28.

cAd Arien. lib. 19. c. 2.

dAntip. vitæ script. apud Bosq. Raymundi Rogerij circa Auenionẽ grassationes.

2 *Opinor tamen quod hoc Deus sic fieri & esse permisit, vt cunctis euidenter demonstraret sibi non esse gratum quod viri ecclesiastici, & præsertim summi Pontifices, qui debent cæteris esse in exemplum, de bonis Ecclesiæ ditent & magnificent suos consanguineos & parentes*; & paulo post: *Experientia etiam sæpe nos docuit, quod hoc modo sublimati non diutius subsistere solent.* Pergit enarrare vti Robertus coactam a se pecuniam non in schismate extinguendo, vt loquitur auctor schismaticus, sed Rogerij Turenij propulsandis conatibus consumpserit. Qua in re adorandum diuinæ prouidentiæ consilium, quæ antipapam ab eo exagitari permisit, ne maiori furore in catholicos, ac præcipuæ Christi vicarium, in quem plures concitabat hostes, improbitatem effunderet. Fatigatos ab eodem Rogerio Auenionenses graui bello, refert Iuuenalis e, & gloriari solitum, se bellum gerere cum Pontifice sine Roma, cum Rege sine corona (is erat Andegauensis) cum duce Aurantiæ sine terra. Subdit gestorum antipapæ scriptor f maxima a Gallis ad redintegrandam ecclesiarum coniunctionem adhibita studia, atque agitata consilia, vt Robertus pseudopontificatus insignia abijceret (diuinæ quippe iræ, vt dictum est, mania regia tribuebatur) additque vniuersis Gallis schisma iam exsecrabile reditum esse, ac tum Sorbonicos doctores Robertum admonuisse, vt tollendo schismati operam nauaret, ac præsules procereſque & academicos Regem vrsisse, vt auctoritatem suam rei grauissimæ adijceret.

eIoann. Vrsin. in Carol. VI. pag. 124.

fAntip. vitæ script. vbi supr.

gIoan. Vrsin. in Carol. VI hoc anno. Sorbonici theologi abolendã schismatis censuræ. Dux Bituricen. in eos insurgit.

3 Hoc Gallorum conatu perturbatus antipapa Petrum de Luna ad Regem legatum decreuit, vt schismatis sedandi specie illud propagaret: at Sorbonicos theologos ab eo dissensisse memorat Iuuenalis Vrsinus g, ac restituendo pristino ecclesiarum fœderi studuisse. Tum pseudopontifex spe & promissis principes corrupit, ac dux Bituricensis se Petro de Luna pseudolegato coniunxit, oppressitque vi & auctoritate sua Sorbonicos: ij vero literas h, quibus schismatis mala plangere, Regi porrexerunt,

hExtant in bibl. Vatic. sign. n. 4927 pag. 124. Schismatis mala deplorant Sorbonici.

Vt

vt in ſuſcepeo illius excindendi conſilio perſtaret; ex quibus pauca hæc decerpſi. *Indigni*, inquiunt, *atq; re-probi homines ad regimen Eccleſiæ euecti ſunt, & plerumque quotidie euehuntur, quibus nihil ſancti, nihil æqui, nihil penſi, nihil honeſti cura ſit: ſuis tantum flagitijs & libidine paſcuntur atque delectantur; exhauriunt eccleſias, religiones diſſipant, monaſteria ſpoliant, ſacras paſſim domos in vaſtitatem redigunt, vt ſua cupiditati ſacrilegæ, nunquam tamen ſatiandæ, de Chriſti patrimonio ſui pretioſiſſimi ſanguinis effuſione conquiſito ſatisfacere valeant.* Et infra: *Quid de ſimoniaca hæreſi loquimur, quæ in Eccleſiæ domo ſic præſidet, vt iam eius ditioni omnia ſint propemodum ſubiecta? ſine eius interuentu pauci gratia quidquam niſi valde difficulter obtineant: ſed qui eum aduocatum habueris non lite, non iudicio, non difficultate aliqua terreantur.* Et infra: *Quid de diuino cultu ex hac eruenta ſchismatis pernicie vbilibet imminuto, atque in locis pleriſque prorſus deſerto queruntur? quid de morum diſciplina & prioris Eccleſiæ virtutibus, quæ ſic in oblionem ingue omnia vitia mutata ſunt, vt vix præcedentes patres, ſi redeant, eandem nunc Eccleſiam, quam ipſi dudum rexerant, quamque Chriſtus inſtituit, eſſe putent, nullis virtutum ſuarum reliquijs, nullis vſquam veſtigijs, immo nec vmbra tenui ibidem relicta? Hæretici irruunt, qui iam venenatum caput extollere vehementer nullo vindice cœperunt, & in complurimis locis hæreſes pernicioſas, & ſi non adhuc patenter tamen latenter ſeminant, & vt cancer quotidie magis ſerpunt, &c.*

4 Iuſſi ſunt doctores Sorbonici ſilentio præterire ſchiſmatis mala, nec de contentis in literis verba facere, vt narrat Iuuenalis Vrſinus a: erupit tamen e medullis dolor, & colloquia fieri, vt ante cœpta fuere; grauiſſimiſque argumentis victus Petrus de Luna antipapam ſuum tueri non poterat, vt pontificiæ dignitatis inſignia retineret: ar inter alios tollendi ſchiſmatis modos laudata eſt vt facillima quæ difficillima erat, abdicandæ a Papa & antipapa dignitatis via, cum fateri nollent Galli iniuſte ſe ab Vrbano defeciſſe: Auenione etiam Cardinales, inuito & fremente pſeudopontifice, de modo reſtituendæ priſtinæ eccleſiarum coniunctionis egere. Cumque Petrus de Luna e ſua legatione rediret, repentina, vt refert Iuuenalis, apoplexia percuſſus antipapa extinctus eſt; cui illius vitæ ſcriptor b conſentit: *Poſt ſatis breuem*, inquit, *infirmitatem die* XVI. *menſis ſeptembris anno domini* MCCCXCIV. *pontificatus ſui*, nempe ficti, XVI. *diem clauſit extremum in Auenione.* Perijt ira ex mœrore ingraueſcente & iræ magnitudine, cum Galli cenſerent pſeudopontificatum Auenionenſem abolendum, vnde & Petro de Luna, qui vna cum regio conſilio ſenſerat, Robertum honoris inſignibus exuendum, ipſum mortem ea re Roberto ante tempus accerſiuiſſe obiectum eſt c: aduerſus quam ſuſpicionem, cum idem Petrus in antipapatu ſuccoſſor apologiam texeret, ſuis oratoribus prouinciam dedit, vt has cauſas præcipitis Roberti obitus vulgarent: *Vnus*, nempe doctor ex academia Pariſienſi, *mandauit domino Clementi, quod amodo vel amplius non poterat ipſum defendere. Item idem dixerunt ſibi alij: & ex illis recepit iram & malivoniam dominus Clemens, non propter verba domini Cardinalis de Luna, vt credo.* Dixerat is cedendum eſſe pontificatu, ac ni aſſentiretur, Auenionenſi nulla abſcedere meditabatur. Pluribuſque interiectis, quibus pſeudocardinali de Tureyo affectati antipapaparatus crimen impingitur, ita Petrus de Luna Gallis, qui ipſum arguebant, iniuſte abdicationem dignitatis refugere, cuius amea in Roberto auctor extitiſſet, pluribus vitijs inquinatum antipapam fuiſſe reſpondet; quorum labe dum ſe immunem contendit, longe turpiore ambitione in propagando ſchiſmate ſe laborare aperit.

5 Confirmat hæc Nicolaus Clemangius d; atque infeliciſſimum in arrepto ſcelere antipapatu hominem, necnon eius artes pro demulcendis principibus deſcribit: *Quid Clemente noſtro quoad vixit miſerabilius, qui ita ſe ſeruum ſeruorum Gallicis principibus adiecerat, vt eas ferret iniurias et cõtumelias quæ ſibi quotidie ab aulicis inferebantur, quas vix deceret in vilisſimum mancipium dici? cedebat ille furori, cedebat tempori.* Et infra: *Denique vt principum benenolentiam facilius aſſequeretur, aſſecutam foueret, foramque conſeruaret, conſeruatam amplificaret, plurima vltro dona & xenia illis dabat: quæcumque ſuper clero exactiones petere voluiſſent, annuebat; vltro ſæpius etiam ingerebat: ſicque omnem clerum ſæcularium magiſtratuum diſpoſitioni ita ſubijciebat, vt Papæ magis quilibet eorum quam Papa ipſe putaretur. In hac triſtiſſima ſeruitute non dico præſidentia, uia (vel ſupra) temporum laſtra cum incredibili Eccleſiæ attritione conſumpſerunt.* Conſentanea ijs reteruntur a Theodorico Niemio b, qui addit diſſipata ab eodem antipapa eccleſiarum bona, atque in viros nobiles laicos tranſlata ficto emphyreuſeos iure. Obſeruatum etiam Gebennenſium principum ſtirpem, quæ ex antipapatu ad ingentes opes, ſplendoremque aſſurrectura videbatur, diuina vltione ſucciſam exaruiſſe, vt principatus ad Sabaudum fuerit deuolutus. Præter hos nævos, alias laſciuiæ & turpitudinis notas aſperſere Roberto antipapæ oratores ex Petri de Luna arcanis mandatis.

6 Sublato itaque antipapa Roberto e, Galli redintegrandæ eccleſiarum coniunctionis ſoliciti, pſeudocardinales rogarunt, ne quem in illius locum ſubrogarent, vt facilis ad ſchiſma tollendum pateret via: at ij arrogantia tumidi reſpondere Regi, ſibi præficiendum caput, ne acephali eſſent; & quamuis iam ante a Bonifacio, vt diximus, promiſſa ijs eſſet cardinalitia dignitas, cuius gerebant inſignia, ſi ad gremium Eccleſiæ redirent, indignum rati ſucceſſori Vrbani, aduerſus quem contiarant ſchiſma, ſe ſubmittere, decreuerunt creare nouum pſeudopontificem, quem ſacramento obſtrictum voluerunt, honore abiturum, ſi Bonifacius pontificatu ſe abdicaret, vt communibus omnium votis nouus Pontifex crearetur. Extat iuriſiurandi formula quod ſinguli, antequam ferrent ſuffragia, nuncuparunt d. At perturbatis animi affectibus occæcari non aduertere illum, quem ſibi præficerent, pari flagitio, quo pſeudopontificatum admitteret, ad illum retinendum datam fidem violaturum, atque ita ſua expectatione fuere deluſi: cum enim ideo in Petrum de Luna, quod magno abolendi ſchiſmatis ſtudio arderc præ ſe tuliſſet, abdicationiſque, quam fieri a Roberto voluerat, auctor e extitiſſet (quod ex Auenionenſibus monumentis confirmabitur inferius) inſigne pontificium poſiturum arbitrarentur, in illum communi conſenſu ſuffragia tulerunt, cui Benedicti decimi tertij nomen inditum.

7. &c. Attulit f Gallis Petri de Luna antipapæ creatio grauiſſimas curas, ne ambitione percitus ſchiſma propagaret: illum itaque Pariſienſis academiæ doctores propoſito immortalis laudis aſſequendæ præmio, ampliſſimiſque officijs mulcere pertentarunt, vt honoris abiectis inſignibus pacem vniuerſæ Eccleſiæ reſtitueret. Quibus ille literis acceptis, vt in ornandis magno verborum apparatu fraudibus doctiſſimus erat, Carolo Regi Francorum de præclaro eius excindendi radicitus ſchismatis ſtudio v. id. octobris eſt gratulatus g: cumque contraria omnia infixa animo vir perfidus gereret, ſe curas omnes in illo

a Ian. Vrſin hiſt. in Carol. VI. Petrus de Luna nequit tueri antipapam

b Ibid. Contabeſcit mœrore antipap.

Cenſuerat Petrus de Luna illum debere cedere gradu.

c tom. 6. de ſchiſm. p. 20 Pariſienſis doctor ſignificat eidē non poſſe eius cauſā defendi

d Thood. Niſ lib. 2 cap. 4. Eccleſiarū & monaſterior. prædia tranſlata ad ſæculares.

Turpitudo antipapalis aulæ.

e Clem. antip. vitæ ſcript. ſub fin.

Pſeudocardinales rogati ne nouum antipapā creēt

c tom. 8. de ſchiſm. p. 1. Ian. Vrſ hiſt in Car. VI.

Promiſſa redituris dignitas Cardinalitia.

Nouum pſeudopontif. creare cõſtituunt.

d tom. 7. de ſchiſm. p. 21 & 61. 10. p. 69. & in annal. poſteriorib.

Eorū conſilia cõtrario exitu confuſa.

f Ant. in 1. 8. de ſchiſmat. pag. 71.

Petri de Luna fuci & impoſtu ræ.

g Ian. Vrſin in Car. VI.

illo abolendo adhibiturum eſt pollicitus, vti pſeudocardinalis de Turcyo narrat *a*. Propterea vero inſignes cœtus Pariſijs habitos, refert Iuuenalis Vrſinus *b*, ac decretum antelerendam viam abdicationis, compromiſſi vim. Extant acta ea de re tum confecta, ex quibus veritas pontificatus Vrbani illuſtratur.

a tom.10.de ſchiſm.p.69. Argumẽta quæ torſere Gallos. *b* Iuu.Vrſin in Car.VI.

12 Exiſtimarunt nonnulli delegiſſe ipſos prudentiſſime viam abdicationis, vt omnes conſcientiarum æſtus ſedarentur: verum ad ſuſceptæ ignominiæ inconflando ſchiſmate maculam tegendam honorificum concordiæ genus illos commendaſſe, ſenſerunt alij catholici, a quibus hæc *c* obiecta ſunt ſchiſmaticis: *Sciunt nempe ſummum Papam non plus iuris habere in papatu, quam diabolus in paradiſo poſſideat: ſed errorem ſuum, quem diu tenuerunt, honeſte volunt contegere*. Debuiſſent certe potius in veri Pontificis ſinum ſupplices redire, non illi abdicationem pontificatus imperare, quam licet eorum miſertus Pontifex eſſet amplexurus, antipapa tamen erat repudiaturus. Cæterum non auſus eſt initio Petrus de Luna de abdicanda ab vtroque contendente dignitate conſilium ſpernere, quod ipſe recenter ſuggeſſiſſet, vti vidimus, atque Auenionenſia monumenta *d* teſtantur. Vt itaque periurij ignominiam a ſe depelleret, prædictorum oratorum, ſcilicet epiſcopi Anicienſis & Petri Blaui, quos ad Gallicam aulam miſerat, opera, plures circa tertij Pontificis creationem difficultates propoſuit, vtque erat vir admodum peritus, ad eas ſoluendas vafrum conſilium addidit, vt ſcilicet traheret moras, Galloſque deluderet, quibus alias difficultates, poſtquam has ſoluiſſent, eſſet obiecturus.

Obiectum Gallis cur abdicationem prætulerint.

c tom.13.de ſchiſm.p.13

d tom.10.de ſchiſm.p.99

Aſſuetas difficultates proponit.

13. 14 Hæc itaque omnia iactabat in ſpeciem antipapa, vt Gallos in obſequium ſuum ſpe communionis eccleſiarum alliceret, ne forte repulſa exacerbati ad verum Chriſti vicarium ſe conferrent. Deinde eos apud Hiſpanos vocauit in crimen, ideo ipſius iugum excutere meditatos, quod neminem niſi Gallici generis Pontificem pati poſſent, fallacique opinione adeo irretijt Aragonios, vt patriæ amore nimio ad extrahendum ſchiſma ipſius patrocinium ſuſceperint, vt dicetur inferius.

Aſſutia Petri de Luna Gallos accuſat Pontifici ſui generis pati non poſſe.

15. &c. Inter hæc Bonifacius, Petrum patriarcham Gradenſem & Carolum Brancacium Campaniæ comitem pro concilianda concordia ad Gallorum Regem & Cardinales ſchiſmaticos oratores miſit *e*; dedirque patriarchæ auctoritatem, vt Gallos alioſque finitimos ſchiſmatica factione irretitos cenſuris ſoluere poſſet, conceptamque certis verbis formulam tradidit *f*, ex qua ipſos eccleſiæ Romanæ aggregaret. Porro Bonifacius Gallos, vti ſperauerat, in Eccleſiæ gremium reuocare non potuit: cuius etiam labores pro Hiſpanis Chriſti gregi aggregandis exantlati fruſtra conſumpti fuerunt: amplexi enim ſunt Hiſpani aliorum ſententiam, nimirum non in Bonifacij, ſed in illius tantummodo, qui ab vtraque parte æmula vniuerſæ Eccleſiæ præfectus fuiſſet, obſequium procumbendum.

Interrũtij a Bonif. dimiſſi in Gallias. *e* vniſac.t.3 ep cur.p.309

Inſtructi ampliſſimis mandatis. *f* Ext.t.3.p. 307.& ſeq. annalib.

Cur Hiſpani ad Bonifacij obſequium non ſederint.

20 Dum ita in Gallijs & Hiſpanijs legationibus verborumque concertationibus res gerebatur, certatum eſt igni ferroque in Neapolitano regno, in quo oppoſiti inuicem Reges firmare ſolia contendebant; anxiuſque admodum Bonifacius, vt Ladislaus regnum contra Ludouici ſchiſmatici potentiam recuperaret, religioſam militiam *g* indixit, quam archiepiſcopum Neopacenſem Apoſtolicæ ſedis internuncium, etiam in Dalmatia, Croatia, Boſna, & Sclauonia promulgare iuſſit *h*. Refert Hector Pignatellus *i* Ladislaum tertio aprilis die exercitum Caietæ eduxiſſe, ac nona eiuſdem menſis ad Neapolim

Duo Reges Neapolit. regnũ partiuntur.

g Ib.ep.cur. pag.259. *h* Ibid.pag. *i* Hect.Pign. in diar.Neapol.& Summon.in hiſt. Neapol.in Ladisl.

caſtra poſuiſſe, obſidionem tamen XV. maij ſoluiſſe, cum Gallorum quatuor auxiliares triremes Neapolitanum portum liberum explicuiſſent, vt commeatus obſeſſis inferrentur.

21. 22 Nec turbarum extitit expers dirio eccleſiaſtica, in qua Pandulphus Malateſta, qui Tudertum ſuæ tyrannidi ſubiecerat, vt dictum eſt, Namiam ad defectionem traxit *a*, Spoletanum & Interamnenſem agros hoſtili populatione vexauit; Britones ac ſchiſmaticos in ciuitatem Ortanam induxit, ferrumque & ignes per plura eccleſiaſticæ ditionis loca circumtulit. Coniunxerat cum Malateſta vires Biordus ſocietatis latronum princeps, qui in Picenum excurſione facta in acie ceperat *b* prouinciæ præſidem Andream Thomacellum Pontificis fratrem, Perufioque, vt diximus, erat potitus. Accellit vero Nicolai vidomnis nomine Antonius de monte Carino iuriſperitus, ac ſponſionem clientelarem de more præſtitit *c*.

Malateſtæ perfidia, & graſſationes.

*a Ib.p.*278.

Biordus latronũ princeps.

b Theod.Niem lib.2.cap.15

Ferrariẽſis præfectura notho Acceſtino collata.

c Ibid.& p. 729.

23. 24 Poſtremo quod ad res orientales attinet: *Anno Domini Mccccxcv.*, inquit Vvalſinghamus, *qui eſt annus Regis Richardi a conqueſtu decimus ſeptimus* * *Morettus de Turcis vallauit obſidione ciuitatem Conſtantinopolitanam; ſed obſeſſorum prælitate repulſus eſt*. Vſos Turcas Chriſtianorum diſcordijs turbulentis hiſce temporibus ad Mahumetanam ſuperſtitionem proferendam, euertendamque religionem non modo teſtantur hiſtorici, verum Bonifacius deplorat, eo ipſorum aſſurrexiſſe potentiam, vt regnum Hungariæ quaterent, nec protererent modo Græcos, ſed Achaiam & ducatum Athenarum barbarica populatione fœdarent, tum in Boſnam, Croatiam, Dalmatiam, & Sclauoniam excurrerent. Quibus malis permotus Pontifex Ioanni archiepiſcopo Neopacenſi A. S. N. prouinciam dedit *d*, vt in ijs regnis crucis ſigna attolleret in Turcas, fideleſque ad religioſam militiam accepto crucis ſymbolo profitendam, propoſita ampliſſima criminum venia, concitaret. Ingraueſcebat in dies Turcica tyrannis; nam anno ſuperiori Baiazetes *e* Imperatorem Conſtantinopolitanum ad annuum decem millium aureorum pendendum vectigal, & ad dandum templum Mahometano ritu profanandum adegerat, hoc vero anno in Græcia Siliſtram *f*, & Empolim ſibi ſubiecit, pluribuſque in finitima Chriſtianorum regna factis excurſionibus flammas latiſſime circumtulit. Cuius graſſationibus auditis Bonifacius dedit prouinciam S. Ioanni Dominici ordinis Prædicatorum, vt in Auſtriæ nonnullis prouincijs Chriſtifideles in Turcas commoueret.

Turcæ latius tyrannidem profitunt.

a Blondus lib.2.de Roma triumph. *Morettus* Bellunenſis.

d Lib.3.epiſt cur.p.261.

e Hiſt.Muſulman.l.5.

f Hieronym. Archim. annal Turc.

25 Non Græciam modo, verum etiam alia regna crebris populationibus deuaſtari a Turcis Bonifacio relatum eſt; qui allicere quoque ad ſacri huius belli ſocietatem Venetos ſtuduit *h*, ac Ioannem Dominici, de quo paulo ante memoraui, inſtruxit *i* auctoritate, vt non ſolum in Auſtria Tarniſinaque prouincia, verum in ditione quoque Veneta, Gradenſi patriarchatu, & archiepiſcopatu Salisburgenſi crucetignatam expeditionem contra barbaros, ad ſuo ſplendori aſſerendam religionem, promulgandam curaret.

Ioãnes Dominicus ordin.Prædic. vir inſignis

*g Ib.p.*300. & 301.

Veneti ad ſacrorũ armorum fœdus ſolicitati.

*h Ibid.p.*311 *i Ibid.*

IESV CHRISTI annus 1395. Indict.3.

BONIFACII PP.IX. VVENCESLAI ROM.REG.17. annus 6. EMMANVELIS II. IMP.OR.12.

l Theod.Niem l.2.c.23. S. Ant. tit.22.c 3.§.2. Paul. Æmil.l.10. & alij.

1. &c. DEcreuit Carolus Francorum Rex l ampliſſimos oratores Biturigum & Burgundiæ

Decreti principes ad antip. vt eum ad pacē ecclesiæ reponendi flectant.

gundiæ duces patruos suos, ac fratrem Aurelia ducem ad Petrum de Luna antipapam, vt illum ad ponenda pontificij honoris insignia, reponendamque Ecclesiæ funesto schismate laboranti concordiam flecterent; nam Petrus, vt vidimus, in conclavi sacramento spoponderat coniunctionem ecclesiarum se prosecuturum, abdicatis etiam pro ea conglutinanda pontificijs apicibus; quod pariter narrat Innocentius Vrsinus [a], sed dolo Auenionenses Cardinales adegerat, vt rem arcanam tenerent, ne Bonifacium Pontificem in retinenda dignitate confirmarent. Ceterum principes oratores inania tantum a perfido homine, difficilis cuiusdam compromissi ambages obtrudente, verba retulerunt, vt ipsius monumenta [b] demonstrant. Pacefecit has antipapæ fraudes & diffugia Castellæ Rex in literis [c] ad Martinum Regem Aragonum datis, de quibus dicetur suo loco. Coactos vero solemnes cœtus Parisijs hoc anno pro conquirendis dissoluendi schismatis rationibus, memorat Henricus Knygtonius [d]. Addit Iuuenalis Vrsinus e ab Ægidio de Campis theologo propositas tres vias, nempe concilij œcumenici, compromissi, & cessionis. Repudiata autem est via concilij cum metuerent, vt sæpe dictum est, ne conflati schismatis fœditas omnibus gentibus pateret, si controuersia iudicio synodali, vt par erat, committeretur: via compromissi ab impostore Petro obtrusa, vt fallax reiecta: via demum cessionis commendata, cum ita Galli essent honeste rediturі in Ecclesiæ sinum; sed fefellit eos sua expectatio, cum nec catholici Pontificem ad abdicationem cogendum censerent, nec tamen si cessurus foret, antipapa falsos honores vnquam esset posiurus.

[a] Iuu. Vrsin. in Car. VI.

Illusi fallacia pōtificis.

[b] Extr. c. 10. de schism. p. 90. & in annali lib.

[c] Extr. c. 15. de schism. p. 26.

Regis Castellæ ad Aragon.

[d] Knygt. de event. Angl.

Catholici a schismaticis vt Pōtificem desertant solicitati.

[e] Iuu. Vrsin. in Car. VI.

5. &c. Cum itaque ferrent acerbe Galli principes, obfirmato in pertinacia retinendi speciosi honoris Petro de Luna schisma conualescere, quod facile tolli potuisset, si vniuersæ Ecclesiæ pacem vmbratili dignitati prætulisset: is mox Petrum Blauij assentatorem suum, S. Angeli anticardinalem renuntiarum, vt eius eloquentia ad tegendam periurij infamiam abutereretur, adhibuit ad scribendum commentarium [f], quo illo Biturigum, Burgundiæ, & Aureliani ducibus perfuadere nitus est, propositam a Petro compromissi rationem aptiorem ad redintegrandam ecclesiarum coniunctionem, pontificij fastigij abdicatione, quæ tum ab antipapa, tum a vero Pontifice suscipienda esset. A qua pseudocardinalis sententia ceteri schismatici Cardinales abhorrebant. Delusi vero sua expectatione Gallicæ regiæ principes, atque antipapæ infensi, Lutetiam Parisiorum redierе; ac tum a Sorbonicis doctoribus excuti modi cœpere, quibus antipapæ pertinacia comprimeretur: ac nonnulli censuerunt vibrandas in ea causa a Petro de Luna contra illos, qui dissoluendo schismati dabant operam, censuras non valituras, atque ab eius tribunali ad concilium œcumenicum, quod ab Vrbano oblatum contempserant, prouocari posse: quo ita definito prouocationis formulam [g] conscripsere.

[f] Extr. c. 7. de schism. p. 171.

Anticardinalē creat Petrum Blauj.

Non acceptа Gallis nec Hispanis.

Discēptāt Galli an Petrus de Luna possit cogi ad gradū deferendum.

Ab eo ad concilium prouocant.

[g] Ibid. p. 20. & in annal

16 Inter hæc Bonifacius omni vi ad confirmandum Ladislaum in Neapolitano regno aduersus Ludouicum Andegauensem schismaticum incubuit, creauitque Bartholomæum tit. S. Potentianæ presbyterum Cardinalem in Sicilia legatum, quem summa munuit auctoritate [h], vt ad Neapolim in Ladislai obsequium reuocandam promissis amplissimis quoscumque posset alliceret. Comparauerat etiam Bonifacius [i] collata maxima auri vi, Ladislao egregium exercitum, quem ad quatuor equitum, sex peditum millia ascendisse refert Summontius [l]: quo ille succinctus Auersam & Capuam in suam potestatem redegit, hisque felicibus successibus animis auctior mouit castra ad Neapolim, quam ex arcano cum nonnullis Neapolitanis fœdere se intercepturum sperabat: sed extracta in trigesimum sextum diem obsidione, cum fortissimo equitatu a Ludouico instructa vrbs esset, atque ad obsidionem soluendam hostilis immineret exercitus, tum etiam triremes pontificiæ, quæ mari commeatus intercluserant, fugatæ a prouincialibus essent, Caietam regredi est coactus. Ne vero ingratus in Pontificem, cuius sustentatus viribus & prouectus studijs erat, videretur, Soranum comitatum ac nonnullos alios agros Bonifacij nepotibus contulit. Quo tempore Vrbani VI. stirps, cuius locupletandæ cupidine ipse in maxima se & Ecclesiam discrimina coniecerat, infeliciter perijt [a]: Franciscus enim Prignanus eiusdem Vrbani nepos, dum apud Raymundum Baucium agebat, ferro sibi necem consciscere conatus, curatusque e vulnere, distracto postea comitatu Altimari vna cum matre & filia Venetias nauigaturus in Brundisina ora fluctibus haustus est, vt refert Theodoricus. Niemius [b], additque: *Et sic tota posteritas eiusdem Vrbani VI. finita est marinis fluctibus, diuino iudicio vindictam reperente.*

Soranō comitatu donandos nepotes curat Bonifacius.

[a] Theod. Niem lib. 2. c. 15.

Diuinæ vindictæ exemplū in Vrbani nepotes.

[b] Ead. lib. 2. cap. 31.

17 Tradunt diaria m. s. [c] Ladislaum XXVI. ianuarij die prouolasse in Vrbem, cum Romani Fundorum comite seditionis concitatore ad mutandum Vrbis imperium coniurassent, ac tredecim, in quorum ædibus signa hostilia reperta fuere, capitali supplicio affectos. Ad continendum autem facilius in officio populum frangendaque seditiosorum consilia veteres in Vrbe arces instaurare decreuit Bonifacius, ac primum edicto [d] cauit, ne quis ex Hadriana mole, quæ magna ex parte deiecta erat, marmora saxaue euelleret, pœnasque facinus auſuris intentauit. Refeciſſe ipsum S. Angeli arcem, quæ antea, vt vidimus, euersa fuerat a Romanis, indignantibus a Gallis præsidiarijs exoriente schismate tantas clades Vrbi illatas, & ipsorum libertati frenum iniectum fuisse, refert Niemius [e], additque Capitolium Romæ ab eo arcis instar magnis operibus instauratum, nonnullis ciuibus ægre rem ferentibus.

[c] Hist. Pign. in diar.

[d] Bonif. l. 3 ep. cur. p. 38

[e] Theod. Niem lib. 2. c. 4.

18 In Anglia nonnulli Vvicleffi erroribus infecti, auctoritate aliquorum, qui nobilitatem fœdarant impietate, freti libellos maledictis in ecclesiasticum ac monasticum ordinem refertos Londini principum ecclesiarum valuis affigere ausi sunt: quo scelere comperto pij quique exhorruerunt, ac Richardum Regem, qui in Hibernia ad componendas illius insulæ res verlabatur, in Angliam reuocarunt ad religionis decus contra impios asserendum: *Qui festinanter*, inquit Vvalsinghamus, *in Angliam vt dissiparet eius iussu tanta mala; quo cum peruenisset feliciter quosdam de proceribus obiurganis acriter, comminans eis terribiliter si de cætero Lolardis fauerent vel eos in aliquo confortarent. De Richardo quoque Sturi accepit iuramentum, quod de cætero opiniones huiusmodi non teneret: quo facto dixit Rex: Et ego iuro tibi, si tu vnquam violaueris iuramentum, morte turpissima morieris. Audientes cæteri tantum regium cornua retraxerunt, & hactenus desiuerunt.*

Vvicleffitarum immane facinus in Anglia.

Cœrciti a Richardo Rege.

19. &c. Defecit ab ea Richardi laude Venceslaus Romanorum & Boemiæ Rex, cuius ignauia Vvicleffi hæresis in Anglia extincta reuixit in Boemia. Illum vero hoc anno imperij iura in Insubria dissipasse, ac Ioanni Galeatio Vicecomiti ducales apices contulisse, refert Leonardus Aretinus [f], eosque centum quinquaginta millium aureorum pretio comparatos, scribit Theodoricus Niemius [g]: qua de re meminit etiam S. Antoninus [h].

Alienata a Vvenceslao imperij iura.

[f] Aretin. hist. Flor. lib. 11.

[g] Theod. Niem lib. 2. c. 15.

[h] S. Anton. 3 p. tit. 23. c. 3 §. 13.

In Aragonia [i] editum est diuinæ iustitiæ exemplum in Ioannem Regem, quem ipsis regni primordijs

Diuina in Ioannē Regē Aragon. vltio.

[i] Surit. indic. l. 3. & annal. l. 3. Marian. l. 19. c. 15. & alij.

mordijs traxiſſe Aragones in ſchiſma vidimus: is enim inter venandum haud diſpari ac Rex Caſtellæ caſu ex equo ruens ceruices illiſit, cum viſa immanis formæ lupa exhorruiſſet. Exarſit inde de regni ſucceſſione contentio; Matthæus namque Fuxi comes Ioannis gener vxoris iure ſceptrum ſibi debitum contendebat, comparatiſque aliquot in Gallijs copijs cum ſibi Catalanos infeſtos putaret, ius armis perſequi conſtituit a: ſed demum poſt aliquos ſecundos ſucceſſus ipſe Aragonia pulſus b, ac Martinus Ioannis poſtremi regis frater ex Trinacriæ expeditione reuerſus ad regium ſolium euectus eſt c.

a Zur. annal. lib. 10. cap. 58. 59. 60.
b Ib. c. 61.
c Martinus in regno ſuccedit. Ibid. c. 63. d Walſingam Eduard. I.

23 Oſtenſa cœlo hoc anno plura prodigia grauiſſimum terrorem imminentium malorum intuliſſe feruntur d. In Aquitania nocte intempeſta volitantes cœlo equitum acies inſpectas, armorumque fragores auditos, inque diœceſi Magalonenſi ſtellam ingentis ſplendoris effulſiſſe in aere, in quam plures minores circumfuſæ impetus continuos impreſſerint, ac tum hominis ignei æneo equo inſidentis effigies lancea iaculante flammas ſtellam configere viſa. In Hiſpania e in agro Valentino terra cum horrendo mugitu mouit, ædeſque euerſit, tum fontes duo ſulphurei fluxere. In Vuandalia: *Cecidit*, inquit Albertus Krantzius f, *circa aſſumptionem D. Mariæ grando humana facies præferens imaginem, &c.* Viſa ſunt hæc triſtia tuiſſe prætagia ſecutæ proximo anno ad Nicopolim maximę cladis, qua Galli a Turcis ſuſi ſũt.

Prodigia cœlo viſa.

d Surit. lib. 3. Marian. lib. 19. c. 6.
e Krantz. l. 9. Vandal. c. 32. Grãdo portentoſa.

Circumferebat latius hoc tempore ferrum flammamque Baiazethes Turcarum Imperator, cum ſchiſmate diuiſi principes Chriſtiani inter ſe dimicarent: *Baiazetes*, inquit Bonfinius g, *Turcorum Imperator Amorate patre longe audacior & acriore in rebus gerendis ingenio, breui Thraciam, Theſſaliam, Macedoniam, Phocidem, Baotiam, & Atticam in poteſtatem ſuam redegit. In Myſios mox erupit, quos nunc Bulgaros vocamus, & ſub Hungarorum ditione eos eſſe nouerat. Cum e ſociorum literis varijſque rumoribus Sigiſmundus accepiſſet Turcos Myſias inuaſiſſe, in diuina humanaque ſæuire, omnia igne ferroque vaſtare, ad Baiazethem continuo legatum miſit, monens vt & prouincia, in qua ius nullum ſe habere nouerit, & alienis rebus manum abſtineret. Si quid fas, quid æquum foret, recte ſciret. Diſtulit ille reſponſum donec vniuerſam fere prouinciam occupauit: deinde cum domos armis inſtruxiſſet accito legato ſat ſibi iuris eſſe reſpondit, quando parietes etiam ſua iura præferrent. Cum hæc legatus continuo retuliſſet, Sigiſmundus huic ius omne in armis eſſe ſenſit, cum dire ſibi boſte agendum eſſe ratus, haud parum timere cœperat; decimo ſui regni anno expeditionem in Turcos ipſe ſuſcepit.* Confirmat Iuuenalis Vrſinus h Turcas Chriſtianum imperium ſubijcere meditatos; ac Sigiſmundum quinquaginta duo bellatorũ millia coegiſſe, atque ingenti prælio Baiazetem fudiſſe, decretaſque in Gallijs pro agendis Deo gratijs ſolemnes ſupplicationes. Cum vero Baiazethes ab opprimendis Chriſtianis non abſiſteret, Tamerlanem in eum conſurgere permiſit Deus.

g Bonifacij 3. lib. 2.
Baiazetis progreſſus
h Ioan. Vrſin in Car. VI. hoc anno.

Hoc porro anno irrupiſſe in Moſcouiam Tamerlanis duces, refert Sigiſmundus Liber i ex vetuſtis Moſcouitarum monumentis, additque fuiſſe copijs maximis ſuccinctos, adeo vt Moſcouitæ terrore perculſi, deſperata victoria, niſi eam Deus miſericors conferret, ad Deiparam confugerint: cuius ope Tartaros propulſatos, refert.

i Sigiſm. Lib. in Comment. de Moſcb p. 88. Tamerlanis irruptio in Moſcouiam.

BONIFACII PP.IX. VVENCESLAI ROM. REG. 18. annus 7. EMMANVELIS II. IMP. OR. 13.

1 BOnifacius pluribus Romanæ eccleſiæ hoſtibus ad Apoſtolicæ ſedis fidem ac poteſtatem redeuntibus paternum ſinum explicuit a, inprimiſque Franciſco epiſcopo Narnienſi præcepit, vt Peruſinos ac finitimos nonnullos populos cenſuris ſolutos in priſtinam cum Eccleſia gratiam reuocaret. Addit Theodoricus b, Biordum, quem tyrannidem Peruſij arripuiſſe vidimus, Peruſij ab abbate ſuburbani monaſterij S. Petri ei familiaritate coniunctiſſimo, omniumque conſiliorum participe in thalamo trucidatum perduellionis pœnas luiſſe: illum vero abbatem, qui Biordi cæde cardinalitios honores adipiſci ſperauerat, ſpe & expectatione truſtratum, proſcriptumque a Peruſinis fuiſſe.

a Bonif. l. 4. pag. 54. Perufini ad eccles. obſequium reuerſi.
Biordus trucidatus a ſocio.
b Theod. Niem lib. 2. c. 16.

2 Inter hæc nouos motus concitare in Bonifacium niſi ſunt Petri de Luna antipapæ nuntij, dolis ab illo inſtructi; quæ res, vt illuſtretur, paulo altius repetenda eſt. Iunxerant hoc anno c arctiſſima inter ſeſe fœdera Francorum & Anglorum Reges; ad quæ aſtringenda Carolus Iſabellam ſeptennem Richardo iuniori deſponderat, receptis ab Anglo nonnullis arcibus, quas in Galliæ ora tenebat, ac refuſa in Anglum conſtituta auri vi, inducijs, in triginta annos extrahendæ, firmatæ fuerant. Qui Reges ita conciliati de rodintegranda priſtina eccleſiarum ſub vno ſummo Pontifice & vero Chriſti vicario coniunctione conſilia contulerunt, repudiatoque concilio œcumenico, quaſi tum ad ipſos monarchia eccleſiaſtica ſpectaret, iuxere tam antipapam, quam verum Pontificem ad pontificia ornamenta abijcienda adigendos. Quamuis vero Richardus Rex ex Anglicanæ eccleſiæ conſilio miſſis oratoribus Gallo Regi expoſuiſſet non cogendum eſſe verum Pontificem ad deponendum pontificalem ornatum, ſed œcumenicam ſynodum congregandam, in eaque cognita cauſa antipapam expoliandum, vt narrat Iuuenalis Vrſinus d; tamen in colloquio cum Francorum Rege habito cum ijdem politici ſtare iuri detrectarent, ſed Pontificem parere ipſorum cupiditatibus vellent, a ſuſceptæ ſententiæ conſtantia deſciuit, ac Romanæ eccleſiæ patrocinium maximo ſuo dedecore & damno abiecit: vtque ſuis commodis inſeruiret, ad coniungenda pro deijciendo honore Pontifice cum alijs conſilia ſubornari ſe ſiuit, falſa ſpe adductus antipapam, vti ſacramento erat pollicitus, inuaſo gradu deceſſurum. Popoſcit itaque a Bonifacio, vt pontificia dignitate ſua cum æmulo abiret; cui repulſam dedit Bonifacius.

Petri de Luna dolis ad turbandam eccleſiam Walſin. in Rich. II. & in Ypodigm. Neſtr. Froiſſ. l. 4. c. 64. & 78. Iuuenal Yorſin. in Carol. VI.
Francorũ & Anglorum Reges iuncti tendere.
Eccleſiæ cauſã prodidit Richardus.
d Ioan. Vrſin in Car. VI.
Gallorum mendacijs ſe ſubornari ſinit.

3 Exinde Petrus de Luna ſtruendi Bonifacio nouos dolos occaſionem ſumpſit, miſitque excogitati ſceleris adminiſtros, qui pacis vniuerſæ Eccleſiæ reſtituendæ ſpecie nouas turbas miſcerent. Verum patefacto ſcelere Bonifacius in Franciſcum epiſcopum Segobienſem proditorem legum ſeueritatem a Conrado pontificij ærarij præfecto adhiberi e iuſſit.

Miſſi a Petro de Luna impoſtores ad Vrbem.
e Bonif. l. 4. op. cit. p. 53. Studia a Bonif. adhibita quo Trinacriã ſchiſmate non irretiatur.

4 5 Intendendæ pariter Bonifacij curæ fuerunt ad retundendos ſchiſmaticorum conatus, qui Trinacriam a Chriſti vicarij obſequio abducere nitebantur. Confirmauit eorum audaciam Martinus Aragonius, qui Mariæ Reginæ ruptijs armiſque regnum illud magna ex parte ſubegerat, de quo & alijs ſchiſmatis præcombus idem queritur Pontifex f: ad eoſque coercendos dedit ampliſſimam Giliforti archiepiſcopo Panormitano prouinciam, eundemque in Trinacria

f Lib. 4. epiſt. cur. pag. 86.

eria sedis Apostolicæ nuncium creauit [a], vt ciuiles discordias, quas Martinus Aragonius commouerat, sedaret, Trinacriamque contra schismaticorum impetus in Romanæ ecclesiæ fide contineret.

Genuenses mutuis seditionibus implicati.

6. 7 Dum porro a Martino Aragonio Trinacria ferro flammaque in partes antipapæ adigebatur, ingemuit Bonifacius Liguriam ab sede Apostolica dimelli; externis enim bellis liberi Genuenses inter se certare cœpere; ciuilibusque tandem malis fessi ex senatus decreto Regi Carolo Genuæ imperium de gradu deiecto duce Adumio, contulere [b]. Expauit Bonifacius, qui Gallos tunc schismate implicitos dolebat, ne ipsi, cum iam Neapolim Genuamque in suam redegissent potestatem, ad reliquam Italiam sibi subijciendam aspirarent; ac Balthassarem Cossam archidiaconum Bononiensem ac pontificium cubicularium, qui postea pontificios apices, accepto Ioannis XXII. nomine, gessit, & Ioannem a Capuergallis nuntios ad principes Italos legauit [c], vt armorum fœdera cum ijs ad vindicandam a Gallorum conatibus Italiam inirent.

[a] Ptol. Lucens. hist. eccl. l. 24. c. 15. Platina in Bonif. IX. Nauclerus gen. 47. Antonin. p. 3. tit. 22. c. 3. §. 11. Spond. ann. 1396. n. 1. Raynald. ann. 1396. n. 1. Sabellic. Enn. 10. l. 9. Onuphr. in Bonif. IX. Blondus dec. 2. l. 2. Bzouius ann. 1396. n. 1. Platina in Bonif. IX. Sabellic. Enn. 10. l. 9. Onuphr. in Bonif. IX. Blondus dec. 2. l. 2. Bzouius ann. 1396. n. 1. Platina in Bonif. IX. Sabellic. Enn. 10. l. 9. Onuphr. in Bonif. IX. Blondus dec. 2. l. 2. Bzouius ann. 1396. n. 1.

[b] Ptol. Lucens. hist. eccl. l. 24. c. 15. Platina in Bonif. IX. Sabellic. Enn. 10. l. 9. Onuphr. in Bonif. IX. Blondus dec. 2. l. 2. Bzouius ann. 1396. n. 1. Platina in Bonif. IX. Sabellic. Enn. 10. l. 9. Onuphr. in Bonif. IX. Blondus dec. 2. l. 2. Bzouius ann. 1396. n. 1. Platina in Bonif. IX. Sabellic. Enn. 10. l. 9. Onuphr. in Bonif. IX. Blondus dec. 2. l. 2. Bzouius ann. 1396. n. 1.

[c] Lib. 4. epist. curt. p. 167.

Franciscus Portasius nouus hæresiarcha.

8 Inter hos bellorum turbines & schismatis tenebras submisit dæmon nouum hæresiarcham Franciscum Portarium, qui nouas hæreses simplicibus affiaret: isque Bononiæ publice in templo S. Petronij, Ecclesiam catholicam leprosam affirmare non perhorruit, nec sacramenta rite conferri, adeo vt nullus sacra baptismatis gratia ornaretur: quem nefarium hæresiarcham Pontifex a Bononiensi episcopo iusta poena affici iussit [d].

[d] Lib. 4. epist. curt. p. 114.

9. &c. Pari Bonifacium pietatis studio commotum fuisse aduersus Vuicleffi sectatores, qui Angliam inficere nitebantur, refert Vvaltinghamus e his verbis: *Hoc anno Papa scripsit Regi Angliæ, orauitque vt assisteret prælatis Ecclesiæ in causa Dei, & ipsius Regis & regni contra Lollardos, quos declarauit non solum proditores Ecclesiæ, sed & ipsius Regis; roganitque eosdem, vt quos prælati declarassent hæreticos condemnaret.* Obtemperasse Regem pontificijs monitis ex subsecutis rebus colligitur. Solicitum præterea fuisse Bonifacium de iure ecclesiastico asserendo, ac Richardum oratis, vt regia edicta immunitati omnis sacri aduersantia rescinderet. Cæterum Thomas Arundelius traductus ad archiepiscopatum Cantuariensem, creatusque legatus apostolicus ad Vuicleffiticam hæresim excindendam celebrauit hoc anno Londini prouincialem synodum, in qua octodecim pestiferi articuli f Vuicleffi damnati sunt, atque imperio archiepiscopi Vvillelmus Vvindetordus Minorita libellum edidit, quo argumenta firmissima, ob quæ damnati essent illi hæreticos illustrata, & hæresiarchæ sophismata discussa fuere.

Synodus Londini celebrata.

[e] Walsingham Ric. II. Anglia Rex ad excindendos Vuicleffi. stas solicitatus.

[f] Knighton apud Vvaldesford.

17 Damnatis eiusmodi articulis archiepiscopus iudiciariam seueritatem adhibuit in eorum propugnatores. Inter alios quidam blasphemus Baubeius nomine vestiarius Eucharistiæ præterre araneam Vuicleffitico more non exhorruit in publico iudicio; ac nisi diuina vltio, vt blasphemum confunderet, & orthodoxos in dogmate sacro confirmaret, teterrimam immisit aranean in illius os, quæ vix a catholicis, qui Vuicleffitam a corporis & animæ interitu vindicare cupiebant, sperabantque ad fidem eo prodigio conuersum iri, abigi potuit: quod prodigium se suis spectasse oculis commemorat Thomas Valdensis [g]: cum vero in pertinacia obduruisset demum flammis est exustus. Narrat idem prodigium in historia Vuicleffiana Nicolaus Harpsfeldius [h] ex regestis dicti Thomæ Arundellij archiepiscopi Cantuariensis, primatis Angliæ, ac sedis Apostolicæ legati, quem etiam exercuisse testatur summa cum pietatis laude munus suum in excindenda hæresi Vuicleffistica, plures nimirum grauissimas sanctiones edidisse; tum etiam libros Vuicleffi, in quibus trecentæ & eo amplius hæreticæ propositiones censuræ notatæ sunt, igni publice concremasse.

Divino prodigio cōfirmata veritas Eucharistiæ.

[g] Walsingham Ric. II. & in Ypodigm. Neustr. Pol. Lang. lib. 20.

[h] Nicol. Harpsf. in hist. Vuicl. c. 18. Vuicleffi libri exusti.

Trecentæ hæreses cō tinebant.

18 Commissum hoc anno plerique auctores a referunt prælium ad Nicopolim in Bulgaria, quo parta est a Baiazete Turcarum Rege cruenta de Christianis victoria. Concitasse vidimus iam ante Pontificem, propositis indulgentiarum præmijs, ad sacra arma fideles, vt Turcarum in Hungariam excurrentium conatus retunderet. Poposcerat etiam Sigismundus a Carolo Francorum Rege auxiliares contra barbaros copias, & Gallici proceres, quibus Niuernensis comes ducis Burgundiæ filius præfuit, eo maximo numero concurrere. His igitur & Germanicis copijs succinctus Sigismundus mouit in hostes exercitum florentissimum, captisque primis Turcarum munitionibus penetrauit in Bulgariam, ac Nicopolim obsidione cinxit: ad quam soluendam Baiazetes vna cum suis eo progressus Gallos ab Hungaris socijs desertos profligauit deleuitque. Narrat pluribus hæc ex veteribus monumentis Hungaricis Bonfinius [b], additque in hoc prælio viginti milia Christianorum cecidisse, ex Turcis sexaginta millia desiderata traiecto Danubio Sigismundum reformidato Hungarorum impetu ob rem male gestam in Thraciam Constantinopolim effugisse, inde nauigasse Rhodum, & Aegeum Ioniumque pelagus emensum in Dalmatiam, infractaque Dalmatiæ ora in Croatiam venisse: verum egre restitutum regno. Ascripeam hanc cladem memorat Iuuenalis Vrsinus e Gallorum arrogantiæ, qui Hungaro Regi non paruissent; tum diuinæ iræ, cum in itinere plura scelera patrassent, circumtulissent meretrices, ac ludo, ganeis, libimibusque se contecissent.

Cæsi ad Nicopolim a Baiazete Christiani.

[a] Ptol. Lucens. hist. eccl. l. 24. c. 15. Platina in Bonif. IX. Sabellic. Enn. 10. l. 9. Onuphr. in Bonif. IX. Blondus dec. 2. l. 2. Bzouius ann. 1396. n. 1. Platina in Bonif. IX. Sabellic. Enn. 10. l. 9. Onuphr. in Bonif. IX. Blondus dec. 2. l. 2. Bzouius ann. 1396. n. 1. Platina in Bonif. IX. Sabellic. Enn. 10. l. 9. Onuphr. in Bonif. IX. Blondus dec. 2. l. 2. Bzouius ann. 1396. n. 1.

[b] Bonf. rer. Hungar. l. 4. p. 36. Ibid. p. 38. Ibid. p. 36. Caruere successu Bonifacij consilia.

Sigismūd. Rhodum vsq; fugit.

[c] Ptol. Lucens. hist. eccl. l. 24. c. 15. Platina in Bonif. IX. Sabellic. Enn. 10. l. 9. Onuphr. in Bonif. IX. Blondus dec. 2. l. 2. Bzouius ann. 1396. n. 1. Platina in Bonif. IX. Sabellic. Enn. 10. l. 9. Onuphr. in Bonif. IX. Blondus dec. 2. l. 2. Bzouius ann. 1396. n. 1. Platina in Bonif. IX. Sabellic. Enn. 10. l. 9. Onuphr. in Bonif. IX. Blondus dec. 2. l. 2. Bzouius ann. 1396. n. 1.

Cladis memoratio.

IESV CHRISTI
Annus 1397.

Indict. 5.

BONIFACII PP.IV. VVENCESLAI ROM. REG. 19. annus 8. EMMANVELIS II. IMP. OR. 14.

Anglos in Italiā euocat Bonifacius.

1. 1 CVm suspecta esset Bonifacio, vt vidimus supra, Gallorum confirmata potentia in Italia, ad eam debilitandam opponere illi Anglos æmulos constituit, ad idque Iosuem Holand comitem Hyntyngdonensem Richardi Anglorum Regis fratrem solicitauit: qui cum defendendæ sibi sedis Apostolicæ pei honorificum onus in se lubens suscepisset [d], Bonifacius omnibus Anglis qui illius signa, accepto crucis symbolo, sequerentur, præmia indulgentiarum proposuit, & Cantuariensi, Ebracensique archiepiscopis prouinciam dedit [e], vt sacram illam militiam promouerent. Ad sustentandos vero belli sumptus sacerdotiorum Angliæ & Hiberniæ annuam decumam Ioanni attribuit [f]; sed euanuit id Pontificis consilium, siue Richardus Rex a fratre eam expeditionem confici non sit passus, ne recenti cum Gallis icto fœdere nouis se bellis implicaret, extrahendiue schismatis occasionem daret, siue etiam nouis suorum coniurationibus districtus, ad eas dissoluendas fratrem penes se tenendum censuerit, quem Richardo præsidio fuisse testatur Vvaltinghamus [g], cum in coniuratos seueritas adhiberetur. Thomam porro Glocestriæ ducem Regis patruum conspirationis principem Caletum amandatum, ac strangulatum idem auctor refert, ac Richardum comitem Arundeliæ ferro cæsum, tum plures alios in vincula coniectos, aut in exilium actos; inter quos Thomas

[d] Bonif. l. 4. pag. 36. Ibid. pag. 38. Ibid. pag. 36. Caruere successu Bonifacij consilia.

[e] Walsingham Ric. II. & in Ypodigm. Neustr. Pol. Lang. lib. 20. Harpsf. sæc. 14. c. 50. & sæc. 15. c. 19. & alij.

Cōsilia in Anglia ad nutus Richardi cōiurationes.

Animaduersum in plures principes.

mas Arundelius archiepiſcopus Cantuarienſis dicti comitis frater multarum virtutum laude conſpicuus ſolum vertere coactus eſt.

Francofurti cõuẽtus Germanor celebrati.

3. &c. Inter hæc in Germania Francofurti celeberrimi conuentus menſe aprili habiti ſunt, ad quos Galliæ & Angliæ Regum & plurium aliorum principum, necnon academiæ Sorbonicæ oratores confluxere; in quibus multa de Chriſtifidelibus ſub vnico Pontifice ſacro fœdere coniungendis conſilia duodecim dierum flexu agitata fuerunt a, ſed irrito conatu: *bonifacius*, inquit Niemius, *multum egre tulit, quod dicti principes eum hortabantur ad cedendum*; nec immerito id ægre tulit, cum politici leges vellent dare Pontifici, a quo potius confiati ſchiſmatis veniam ſupplices poſcere debuiſſent, neque vnquam antipapam ad decantatam abdicationem eſſent adducturi, neque etiam Sorbonicæ academiæ ad eum coercendum conglutinandaſque eccleſias valeret auctoritas, ſed concilij œcumenici, quod poſcebat Bonifacius, vt patet ex Caſtellæ Regis literis b, de quibus infra mentio fiet.

a Theod. Niſ l. 2. c. 33. & Ioan. Vrſpm. in Car. VI. Bonifaciũ rogant, vt pontificatu ſe abdicet.

b Bzov. a. 1. §. 40 ſchiſ. p. 4. &c & in annal. hoc ann. n. 8. &c.

Geſta eſt hoc anno legatio apud Bonifacium Francorum & Anglorum Regum nomine a Roberto quodam ſchiſmatico eremita, qui Pontificem hortatus eſt, vt pro inſtauranda priſtina eccleſiarum coniunctione pontificatu ſe abdicaret; fallaciaque obtruſit promiſſa, Petrum de Luna pariter inſignia pontificia poſituruin: tum minas addidit, niſi vterque controuerſo loco cederet, Reges ab vtroque ſe ſubducturos, & vtroque inuito ac ſpreto pacem Eccleſiæ reponum iri: cumque rationem abolendi ſchiſmatis denunciandam Regibus a Bonifacio poſtularet, retulit Nauarræ Regi & Galliarum principibus a Bonifacio Romæ Cardinalium & præſulum ſynodum coactam fuiſſe, vt in re ardua optimum conſilium caperetur, idque ab ipſis Bonifacio fuiſſe ſuggeſtum, vt concilium cogeret cui nunquam Petrus de Luna intereſſet; atque ita omnium odia in eum conuerſum iri noſſe enim Gallos præteritum errorem, nec pſeudopontificem plus iuris in pontificatu nactum quam dæmonem in cœlo, atque ideo culpam honeſte obuelare: verum deinde mutatis ſtudijs perſuaſiſſe ne Gallo vel alijs Regibus illi coniunctis affinitate fideret. Cæterum non tutum fuiſſe, vt concilium celebraretur in Gallia, ac Bonifacius poteſtati aduerſariorum ſe committeret, certum eſt, cum illi non iuſtitiæ vellent acquieſcere, ſed quauis ratione Pontificem deijcere.

Cõſtata Romæ ſynodus.

6 Inter hæc erupit coniuratio a Martino Aragonum Rege, Honorato Fundorum comite, & alijs aduerſus Pontificem facta, quæ ita ad exitium perducenda erat, vt Petrus de Luna Romam claſſe vehereretur, cui Ioannes de Vico Ciuitatem veterem duodecim millium aureorum pretio ſpondebat, ac Fundorum comes vna cum aliquot factioſis Romanis Bonifacij intercipiendi, adigendique ad recedendum de ſtatu pontificiæ dignitatis ſpem dabat. Sed euanuere impia perduellium conſilia: nam antipapa varijs difficultatibus implicitus Romam claſſe petere non potuit, neque Ioannes de Vico vt Ciuitatem veterem, niſi præſentem eum videret, dederet adduci potuit. Tum Martinus Rex, qui iam die vndecima maij Auenione Barcinonem petierat a pſeudopontifice miſſis oratoribus contendit, vt poſitis inſignibus papalibus pacem Eccleſiæ reſtitueret: ſed is noua quærens diffugia de conuentione cum Bonifacio incunda modum aperuit; miſſiſque nuntijs Aragonium ad ipſius cauſam & patriæ decus tuendum induxit.

Cõſtata in Bonif. coniurationis ordo.

Diſſipata impia conſilia.

7. &c. Martinus c igitur, cum accepiſſet indictos ab Henrico Caſtellæ Rege Salamanticæ in ſchiſmatis cauſa ſolemnes conuentus, miſſis oratoribus queſtus eſt d, eum præter fas Gallis addictum videri; Petrum de Luna ad paciſcendum cum Bonifacio comparatum eſſe. Quibus permotus Caſtellæ Rex, ne Martinum Regem Aragonum exacerbaret, edito ampliſſimo decreto aſſenſit prius tentandam inter Petrum & Bonifacium conuentionem, atque ad id loca & tempora idonea deſignanda: ſi vero inter ſe conſentire non poſſent, ambos ad deferenda pontificij culminis ornamenta adigendos a; ad excutiendos enim omnes ex populorum animis religionis ſtimulos vnicum remedium eſſe, vt vterque ſeu vero ſeu ficto gradu abiret.

Tueturini quam antipapæ caſtam Rex Aragonũ.

a Idib. ibid.

17 Colluſtrarunt hoc anno Hiſpanias adepti martyrij gloria Ioannes de Cetina & Petrus de Ducnas ordinis Minorũ; qui fidei propagãdæ cupidi Granatam ingreſſi, in foro Chriſtum Mahometanis prædicarunt, ac vetiti a magiſtratibus ſacras conciones habere, mulctatique verberibus; in ſuſcepto Mahometanæ ſuperſtitionis oppugnandæ conſilio conſtantiſſime perſtitere b: factoque ab impijs impetu capti cæſique ſunt a Mahomade tyranno, atque a catholicis vt martyres culti: quorum corpora in eccleſiam Vicenſem translata miraculis claruere, vt ex Reginæ Aragonum, quæ ſe eorundem martyrum precibus commendauit, publica inſcriptione octauo octobris huius anni exarata, tum ex alijs monumentis veruſtis conſtat, in quibus nomina teſtium, qui eorum martyrio interfuere conſcripta ſunt e.

Duo Minoritæ a Granatenſibus martyrio affecti.

b Marian. l. 19. c. 2. Wadding in annal. hoc ann. n. 4. &c. & Bzov. defign. eccl. 7. fig. 27. cap. 3.

c Ext. apud Wadding. ib

IESV CHRISTI
Annus 1398.

Indict. 6.

BONIFACII PP. IX. VVENCESLAI ROM. REG. 20. annus 9. EMMANVELIS II. IMP. OR. 15.

1 ABrumpere funeſti ſchiſmatis vincula, quibus irretiti tenebantur, maiori quam antea niſu Galli, Caſtellanique contenderunt, ac iugum Petri de Luna excutere: conuerterat enim in ſe omnium odia antipapæ perfidia faſtui ac pertinaciæ incredibili coniuncta, vt nec Regum repetitis precibus, nec ſuorum pſeudocardinalium obſecrationibus molliri poſſet. Cum igitur Carolus Francorum Rex ſe ob ſchiſma diuina percuſſum manu animaduerteret, recoleretque miſeranduas clades, quas illud inuliſſet, quantas fidelibus ſtrages, quanta animarum exitia, quas regnorum vaſtitates peperiſſet; inde in eccleſiaſtico ordine primeuum ſanctitatis florem emarcuiſſe, datam hæreticis ad venena ſpargenda licentiam, infideles in dies inſoleſcere, ac tum ex Africa tum e Turcico imperio in Chriſtianos mutuis occuparos diſcordijs ſummo religionis damno, ac fidei dedecore erumpere, victriciaque ſigna in pluribus iam regnis & prouincijs circumtuliſſe; conſtituit regiam auctoritatem ac vim admouere ad idem ſchiſma radicitus excindendum; quod cum nullo faciliori modo perfici poſſe videretur Gallis, qui generalis concilij pro deijciendo de gradu antipapa celebrandi mentionem non ferebant, vt antea dictum eſt, quam ſi Bonifacius atque antipapa ornamenta pontificia abijcerent, vt communibus omnium ſuffragijs nouus crearetur Pontifex; Gallicos patres ac proceres ad celeberrimos conuentus coegit, in quibus: *Cancellarius Regis Francia*, inquit auctor ſchiſmaticus oculatus teſtis, *iuxta mandatum ſibi factum publicauit edictum d ſubtractionis obedientia Papa faciendæ per totum dominium dicti Regis ſub penis, &c.*

Antipapæ perfidia exoſa omnibus.

Celebrati Pariſijs cõuentus.

d Bzov. l. 13. de ſchiſ. p. 135. & in cod. ms. ſchiſ. Vat. fig. n. 4927. pag. 105. & in annalib.

2. &c. Hic animaduertendum eſt Carolum Galliæ Regem eccleſiaſticæ rei imperium ſibi aſciſcere non debuiſſe in promulgando eo decreto, quod ab epiſco-

e Iſtuan. lib. 10. annal. c. 6. ad tom. 15. de ſchiſm. p. 26.

episcoporum solemni synodo faciendum erat: quia tamen ipsius pater eam in ecclesiam Gallicanam sibi arrogarat potestatem, vt promulgato edicto deserendum Vrbanum atque antipapam colendum imperasset, pari auctoritate visum, qui prudentius longe & maiori gloria concilium œcumenicum a morituro patre expetitum promouere, eiusque decretis de vero & falso Pontifice proferendis parere debuisset.

16 In hac rerum perturbatione politici ipsi excusso antipapæ iugo, se acephalos constituerunt, ac pragmaticam sanctionem contra ius fasque edidere a, vt nimirum sacerdotia non a Romano Pontifice, sed ab episcopis conferrentur, ab ijsdem abbates confirmarentur; tum expectatiuæ, vt vocant, gratiæ, & reseruationes tollerentur: quam legem ab ijsdem postea abrogatam, atque iterum instauratam, ac rursus antiquatam, damnatamque suo loco visuri sumus. Sane non debuerant politici ab Vrbano VI. quem pacificum pontificatus possessorem fuisse norant, ad perduellium susurros deficere sine concilij œcumenici, quod Vrbanus quoque obtulerat, auctoritate: qui demum schismatis calamitatibus inuoluti antipapam deserere coacti fuerunt. De superiori vero decreto Carolus pseudocardinales certiores fecit b, vt sibi aduersus Petrum de Luna adhærerent.

17 Abscessere c ex antipapæ aula, acceptis regijs literis, Cardinales schismatici, ac Villanouam contendere, vt consilia ad frangendam Petri de Luna pertinaciam conferrent: e quibus Petrus, cui de Tureyo cognomen erat, ad designandam in omnium oculis & mentibus insignem illius perfidiam & iniquitatem, illustrandasque iustæ ab eo secessionis causas scriptum d vulgauit quo antipapam in crimen hæreticos vocauit, quod virtutis opus eximium admissa pro tollendo schismate dignitatis abdicatione peccatum diceret, ac vesane comminaretur se Ecclesiam male perditurum, dantesque operam restituendæ ecclesiarum coniunctioni insectaretur.

18. &c. Acerbiorem longe tunc edidit in Petrum de Luna commentarium Guillelmus pseudocardinalis de Agritolio, qui schisma, quod conflarat cum alijs, tolli summopere exoptabat; ac septem argumentis illum vel schismaticum vel hæreticum esse conuicit; ita tamen, vt ijsdem argumentis Cardinales schismatis auctores conficiantur: vbi obseruandum nullam concilij œcumenici, a quo cognita causa honore deijceretur antipapa, fieri mentionem, quod vti schismatici stare iuri & præteritum errorem tueri aspernarentur.

24 Sed non scriptis tantum, verum armis impertinacissimum antipapam actum est; missus quippe fuit a Carolo Francorum Rege Bucicaldus instructus copijs, vt illum interciperet, atque ad officium redigeret. Cardinales schismaticos atque Auenionenses vna cum Bucicaldo conspirasse ad expugnandum Petrum de Luna, referunt schismaticorum acta e. Neq; his ipsius pertinacia edomari potuit; firmissimo enim præsidio Aragonio arcem munierat, aduersariorumque impetus propulsauit. Tentauit etiam Bucicaldus per cocos cuniculos milites fortissimos in arcem immittere; sed ij ab obsessis casi capti fuere. Extracta autem est in sequentem annum obsidio, quo Petrus de Luna nouas cum Gallorum Rege facere pactiones coactus est.

25. &c. Dum hæc Auenione geruntur, Henricus Castellæ Rex, qui pari cum Francorum Rege abolendi schismatis studio ardebat, extremo anno habito Compluti episcoporum, procerum, ac doctorum virorum comentu, decreuit Castellam antipapæ obsequio subduendam, proposito f edicto: nec tamen ad Bonifacij partes venit, sed inique acephalum se constituit, & cleri populique partem, quæ Bonifacium colebat Pontificem, ab eo auertere tentauit: qui ita ab illo illusus censurarum sententias ab Vrbano iam ante in Ioannem eius parentem latas in ipsum etiam Henricum valere pronuntiauit, & Castellanos sacramenti fidei ipsi Henrico præstiti religione exoluit. Tum vero Ioannes Rex Lusitaniæ bellum cum Henrico gerebat; quare pontificium diploma a ad Bracharensem archiepiscopum & episcopum Coimbricensem transmisit, vt illud vulgandum curarent, Lusitanorumque animos magis ad pugnam inflammarent.

31. &c. Ad conciliandum vero sibi Francorum Regem antipapæ seruitute iam liberum solicitauit b Richardum Anglorum Regem eius affinem, vt regiam opem ad illum in sinu sedis Apostolicæ reducendum conferret. Ac tantum aberat vt Richardus Gallos ad Bonifacij obsequium posset traducere, vt etiam ipse fallacibus argumentis impelleretur ad solita officia reganda eidem Bonifacio, nisi is ad redintegrandos in vnum gregē omnes fideles papales insulas vna cum æmulo deserere paratus esset. Antequam vero publice ab eo desiceret, Oxoniensis academiæ doctores consuluit: qui re diligenter perpensa respondere non cogendum ad abijciendos apices pontificios Bonifacium: longe disparem esse Anglorum Gallorumque sortem, illos in schisma prorupisse, ac iam animos eorum ob cultum antipapam religione torqueri, iureque ab eo discessisse: at Anglos de Bonifacij pontificatu nullam aduersam suspicionem concepisse, nec sine crimine a Pontifice posse discedere: aggrediendam vero aliam excindendi schismatis rationem, nimirum indicendum a Bonifacio concilium œcumenicum, atque ad illud antipapam ac Reges eius sectatores accersendos; tum controuersiam de pontificatu ex patrum sententia diremptum iri: si antipapa & Reges illi concilium adire abnuant, in eos Reges principesque catholicos arma districturos: de quibus pluribus idem Oxonienses literis ad Richardum ipsum datis disseruere c. Postremo subdiderunt: *Supplices igitur & flexis genibus superillustrissimæ principum maiestati regiæ preces deuotas fundimus, quatenus in obedientia eiusdem domini nostri Papa Bonifacij, quam nedum cum clero & populo vobis subdito in plenis parlamentis accepta, sed eam tenere, fouere, & sustinere in verbo regio prælatique ac domini & communitas vestri regni per corporale sacramentum vnanimiter promisistis, sicut princeps Christianissimus persistatis, nec ad motiua partis aduersæ, qua nec animos aut cõscientias dissentiorum in aliquo ad eorum damnandam viam inclinare deberet, aliqualiter aduertatis, &c. Datum, &c.*

36 Inter hæc Vvenceslaus subornari se a Gallis politicis, qui Pontificis coactā abdicationem exoptabant, sinit, Rhemosque ad indictum colloquium ea de causa se contulit. Meminit de hoc Vvenceslai cum Gallo Rege colloquio Emmdus, atque ex eo magni chronici d Belgici auctor, additque: *Sic igitur Vvenceslaus Cæsar de consilio Regis & principum Franciæ prædictorum misit legatos suos ad Bonifacium prædictum & simul Auenionem.* Elusit Petrus de Luna Vvenceslai Regis postulata, atque insulse respondit se antea ad illum oratores, qui ipsum de suo ad pontificatum iure edocerent, decreuisse.

37. 38 Dum hæc agitabantur adhibuit Bonifacius, vt antea etiam fecerat, omne suum studium, vt Ladislai partes in Neapolitano regno aduersus Ludouicum Andegauensem schismate illaqueatum confirmaret, vt ipse testatur in literis e ad archiepiscopum Amalphitanum & episcopum Castrensem datis, quibus conqueritur schismaticos Neapolitani regni par-

a Ioan. Prior in Car. VI. hoc anno.

b Extat eius lit. to. 12. de schis. p. 234. & in annal. eccl. to. 10 de schis. p. 191. Cardinales schismatici suum antipapam deserunt.

d Extat ibid. p. 99. ann. 1. Promulgata defectionis causa.

Guillelmus de Agritolio illum de schismate & hæresi conuincit.

Petrus de Luna a Gallis obsidione cinctus.

e Extat to. 6 de schis. p. 191.

In Castella coacta solemnia comitia. f Extat. to. 15 de schis. p. 107. & in annal.

a Renouatur a Bonifacio in Castellanum censura.

a Bonifac. ep. eccl. l. 5. p. 68

Bonifacij studia pro Gallo conciliando Ecclesiæ.

b Ead. l. 5. ep. eccl. p. 78 Solicitat a Gallo Anglus vt a Bonifacio deficiat.

Oxoniēses doctores consuluit.

Eorum responsum.

c Extat ep. ad Reg. Angl. edit. to. 1 de schismat. pag. 268. & in annalib. Precantur Richardū vt Bonifacium tueatur.

Germanorū & Gallorum conuentus. d Chron. magn. Belg.

Bonifacij conatus pro confirmando Ladislao in regno Neap. a Bonifac. ep. eccl. l. 5. p. 41

partem magnam, necnon Neapolim, tum plures vrbes ditionis ecclesiasticæ occupasse. Præterea Ioannis Thomacelli fratris sui opera ducem Suessanum opibus & auctoritate florentissimum, qui sua ad Ludouicum defectione adduxerat in discrimen res Ladislai, eiusdem partibus restituit: de quibus pluribus Summontius a. Insignes etiam alios armis & viribus plures regni Neapolitani proceres, & alios eorum sociatores Ladislao conciliauit, factasque ipsos inter, ac Regem pactiones apostolico diplomate b confirmauit.

Plures principes cum Ladislao cõciliat. a Summont. l.4.c.2.

b Bonif. epistor.l.4. p. 367.

39 Flagrabat e eodem tempore ciuili bello Trinacria, cum Martinus iunior Regis Aragonum filius schismaticus Mariæ Reginæ nuptijs & valida Catalanorum manu fretus regnum illud armis sibi vindicare niteretur: inde foederati proceres eius perfidiam auersati pontificijs subnixi studijs ipsius conatibus fortiter se opponerent: neque enim ex veteribus contectis cum Friderico olim Rege pactionibus id regnum iure ad Mariam vel Martinum spectabat, cum is schismate esset irretitus. Refert vero Hyeronimus Surita d, Martinum perspecta insulanorum erga Bonifacium & sedem Apostolicam obseruantia ac pietate, agitasse consilia de abrumpendo Lunano schismate; sed a Martino Rege Aragonum prohibitum, cum diceret indignum fore si filius Petro de Luna non pareret, cui pater Sardiniæ & Corsicæ regnum solemni clientelari sponsione accepta restituisset. Cum vero ambos in schismate obfirmatos cerneret Bonifacius, tum Sardiniam tum etiam Trinacriam illis eripere nitus est e.

Ciuili bello ardet Trinacria.

Martinus iunior ad Bonif. propendet. d Surita annal l.10. c.68.

Martinus senior a Petro de Luna discedere abnuit. e Lib.5.ep. cur.pag.48

40 Extendit etiam curas apostolicas in orientem Bonifacius f, ac precibus Emmanuelis Imperatoris Constantinopolitani, quem Baiazethes g post partam prædictam de Hungaris Nicopolitanam in Bulgaria victoriam Turcicorum armorum mole obruere contendebat, permotus militaria subsidia ad eum mittere decreuit, ac Paulo episcopo Chalcedonensi, nec non Augustino de Virdunis Benedictinæ familiæ alumno dedit prouinciam, vt sacram militiam in Turcas propositis indulgentiarum præmijs promulgaret h.

f Lib.4 pag 283.

g Leunc. in Musul. hist l 6.

Graecorũ Imperator Bonifacij opem implorat. h Lib.5.ep. cur.pag.26

41 Hoc eodem anno beata Francisca Romana annorum quatuordecim nupta Laurentio Pontiano, cum anni vnius flexu grauissimis morbis attrita decubuisset, vt parum a morte abesse videretur, imprudentissima malefica illam adire ausa est, vt so magico carmine curari permitteret: quam cum Francisca asperrimis verbis increpitam pepulisset, proxima nocte, quæ festum diem S. Alexij Romani præibat, idem sanctus ingenti luce thalamum compleuit, & peregrini specie iuuenili forma pretiosissimis vestibus & aureo ac fulgido pallio decorus se videndum obtulit, scisciatus Franciscam num curari vellet, respondentique se voluntatem suam diuinæ omnino accommodare, sanctus iuuenis pallium ægrotanti visus fuit injcere, ac repente valetudinem viresque illi restituit, perinde ac si nunquam ægrotasset, moxque ex Franciscæ oculis euanuit.

Vit S Franciscæ diuinitus curata a S. Alexio

IESV CHRISTI
Annus 1399.

Indict. 7.

BONIFACII PP. IX. VVENCESLAI ROM. REG. 21. annus 10. EMMANVELIS II. IMP. OR. 16.

1. &c. IRruentibus magno fragore in Christianum imperium Tartaris ac Turcis, extremumque exitium Græcis præcipue intentantibus, Emmanuel Græcorum Imperator timore perterritus Hilarium Auriam Gemensem Romam ad Apostolicam sedem oratorem legauit, qui miserum Christianæ rei in oriente statum in extremum adductæ discrimen exponeret, rogaretque Bonifacium, vt principes occidentales ad terendas illi supperias incitaret. Permotus igitur Græcorum suspirijs Pontifex, qui iam superiori anno Paulo episcopo Chalcedonenti promulgandæ sacræ in Turcas militiæ prouinciam dederat, ampliori diplomate idem ipsi a munus confirmauit, crucisque symbolum accepturis noxarum veniam propoluit, ex quo hæc delibanda visa sunt: *Considerent Christiani si (quod absit) prefatus Imperator in ditionem ipsius veniat Baiazeti (quod, heu, futurum esse conspicimus, nisi Christianus populus dicto Imperatori tam potenter quam celeriter, studeat subuenire) in quanto periculo foret vniuersitas Christiani populi constituta. Hæc igitur populus ipse deuota meditatione considerans, erigat animos, & in auxilium Imperatoris memorati totis viribus astingatur: nam licet Imperator ipse vetustorum errorum anfractibus circumactus in plena obedientia nostra & sedis Apostolica non consistat; tamen, quia per eum & populos sibi subiectos inuocatur salutiferum nomen Christi, & speramus, quod superna gratie radio illustratus in processu temporis ad Ecclesia catholica redeat vnitatem, atieme pensantes publicum malum, atque periculum Christianitatis matura deliberatione, quam super his cum fratribus nostris habuimus diligentem, mentes fidelium in subsidium dicti Imperatoris, & per consequens Christiana religionis salutaribus & paternis persuasionibus decreuimus excitare, &c. Datum Rome apud S. Petrum* 11. *nonmartij pontificatus nostri anno* x.

Bonifacii Papæ opẽ implorant Græci.

a Lib.5.ep. cur.pag. 99

Ferendam opem Imperatori Const.

Flexu temporis illũ ad Eccles. gremium rediturum Chalcedonensem epũm. ad cogendas auxiliares copias legatũ creat

5 Affulsit Pontifici spes ex Anglia, quæ pactis cum Gallo diuturnis inducijs potiebatur pace, crucesignatorum expeditionem ad liberandum Turcarum grassationibus Constantinopolitanum imperium educi tacile posse, atque ideo Chalcedonensem episcopum & Hilarium Auriam Emmanuelis Imperatoris oratorem ad Richardum Regem proficisci iussit. De quorum aduentu in Angliam, ac Pontificis de cogenda pro Græcis contra Turcas religiosa militia, literis meminit Vvalsinghamus b. Sed ademit Bonifacio spem ciuilis discordia, quæ vastasit Angliam, Regeque ac proceribus diffidentibus nulla conflata expeditio est; quin etiam postquam iam pro sacra concione fideles vel ad sumenda arma, vel ad stipem pro lucrandis indulgentijs conterendam excitati missent, ac plurimum aurum subsidiarium ex piorum largitionibus esset redactum, dicti Chalcedonensis episcopus & Hilarius Auria inuicem dissentire, vt eo quoque subsidio Emmanuel Imperator priuaretur. Educta quidem tunc e Gallijs ad propulsandos Turcarum impetus auxilia fuisse, missumque a Carolo Francorum Rege Bucicaldum ducem valida succinctum militari manu, atque ab eo repressos barbarorum impetus, tradit monachus S. Dionysij c: & Iuuenalis Vrsinus d addit illos propter stipendiorum inopiam, quæ ægre pendebat Imperator Constantinopolitanus, atque aeris intemperiem paulo post redijsse.

Pontificis legatus in Anglia dimittus. b Vvalsin in Richar.

Ob ciuiles discordias expedit so suscipi nõ potuit.

Ex Gallia nonnulla cõtra Turcos submissa auxilia. c Monach. S Dion. d Iuu.Vrs. in Car.VI. hoc ann.

6. 7 Non Constantinopolitanum modo imperium quatiebant Turcæ, infestabantque Hungariam, verum Polonici regni prouincias Podoliam, Russiam, Lituaniam, ac Valachiam, iuncto cum Tartaris alijsque barbaris nationibus armorum fœdere, lacessebant. In quos Vvladislaus Poloniæ Rex sacram conficere expeditionem decreuit: missoque ad Apostolicam sedem episcopo Cracouiensi Bonifacium rogauit, vt Christifideles ad sequenda ipsius signa, Christianique hostes nominis retundendos permoue-

Polonia ab infidelibus eodẽ tempore vexata.

monueret: cuius votis annuit Pontifex, & episcopo Cracouiensi a promulgandæ crucesignatæ militiæ munus iniunxit.

a Lib. 5. ep. cur. pag. 143

8 Hoc anno Heduuiges Regina Poloniæ morum probitate conspicua, propagandæque apud gentiles Christianæ religionis studiosissima magnum sui Polonis desiderium reliquit, de qua narrat Cromerus ipsam ieiunijs macerasse carnem, ac regij luxus fastum omnem calcasse. Exornat quoque eam maximis elogijs Stephanus Damalcuicius b, addirque: *Ostenditur Cracouiæ imago Christi crucifixi, coram qua orare solita fuit, qua ad eam locuta fuisse dicitur.*

Heduuigis Reginæ pia mors.

b Steph. Damal. de archiep. Gnesn. in Debreg. Fertur imago Christi ad eam diuinas fudisse voces

9. &c. Inter hæc Carolus Francorum Rex exitiale schisma, quod adeo Christianas vires attriuerat, tollere nitebatur, ac ducum suorum opera Auenionensem arcem, in qua antipapa Aragonio præsidio munitus morabatur, cingebat; iamque e extracta in plures menses obsidione, cum Martinus Rex Aragonum d, qui antipapæ patrocinium acceperat, oratores misit ad Carolum ipsum, qui ad eam pactionem venit e, cohibiturum se Cardinales schismaticæ factionis, & Auenionenses a Petri de Luna obsidione, si is sacramento sponderet insignia papalia se positurum cedente æmulo vel extincto, vt catholica Ecclesia a tertio, eoque vnico nec ambiguo Pontifice regeretur: iussus præterea antipapa iureiurando fidem suam astringere, nulla se ratione ecclesiarum coniunctionem retardaturum, venturumque ad conuentum, qui pro ea adipiscenda celebraretur. Sed a periuro iusiurandum exigere non profuit nisi vt magis in perfidia confirmaretur, recepta enim libertate Petrus de Luna publicas literas f edidit, quibus sacramentum per vim metumue contra ecclesiasticam libertatem extortum irritum pronuntiauit: & hæ fuere artes, quibus schisma confirmaret, datumque iusiurandum de antipapatu abijciendo infringeret.

d Eod. tom. pag. 99. Regis Aragon. legatio ad Franc. Regem pro liberando Petro de Luna.

e Eod. pag. Qua lege soluta obsidio Auenionensis.

f Extat in lib. primi Rom. eccl. & imp. conf. Vat. sign. lit. D. n. 1. pag. 149

14. &c. Eodem anno Bonifacius grauissimum edictum aduersus Honoratum Gaietanum Fundorum comitem, schismatis magnum auctorem conscripsit g, in quo post recensita atrocia ab eo in Vrbanum commissa scelera, acceptamque Cardinalium perduellium clientelam, exposuit vt iam ante cum Petri de Luna administris immanem coniurationem de Bonifacio conijciendo in vincula fecerit, eaque discussa finxerit ad Pontificis gratiam se redire velle, ac sponderit schisma se damnaturum; vsum vero ea amicitiæ specie ad nouas coitiones nefarias faciendas: ac superiori anno cum Petrucio Sabba, & Petro Centio, ac Natolo de euertendo pontificio in Vrbe imperio, ac vexilliferorum dominatu restituendo consilia molitum, ijsque dissolutis vires & impetus ad infestandam inuadendamue ecclesiasticam ditionem effudisse, tum ad Tyberinas fauces exercuisse piraticam: ob quæ flagitia ipsum omni honore & bonis exuendum pronunciauit Pontifex, & Christifideles in eum manus injecere iussit: indixitque mox in eum h sacram militiam, immisso cum exercitu Andrea Thomacello: ac tum plures Honorati seruitutem auctore Luca Spinello excussere i, Anagninique factis cum Ludouico de Flisco S. Hadriani diacono Cardinale pactionibus, studij in conflando schismate Roberto antipapæ nuuati, admissæque Honorati seruitutis veniam poposcerunt l. Rediere etiam alij multi, deserta Honorati factione, ad Pontificis obsequium, vt Bucius m Sabellus, & Bonifacius n & Antonius o Gaietani: tum Verulani p & Ponticurui oppidani q, in quos Bonifacius clementiam explicuit. Euersum autem hoc bello a Bonifacio Honoratum, tradit Gobelinus Persona r: *Comitem*, inquit, *Fundorum, qui principium schismatis fabulatur, penitus exterminauit.* At de eo iterum inferius; ob res enim aduersas ipsum dolore contabuisse viuri fumus.

g Lib. 3. pag. 161.

Varias coitiones molitus in Bonifacium.

h Lib. pag. 38 Immisius in eŭ exercitus.

i Lib. pag. 128 Anagnia ad Pontificium imperium reuocata.

l Lib. pag. 171

m Lib. pag. 190.

n Lib. pag. 198.

o Lib. pag. 142.

p Lib. pag. 221.

q Lib. pag. 229.

r Gobel. in Cosmodr. ætat. 6. c. 8.

19 Præclare etiam gesta res est in Neapolitano regno, in quo Carolus Artus comes S. Agathæ Casertam, Magdalonam, & comitatum Molisij Casertano comiti schismatico eripuit, ijsque terris in præmium virtutis donatus a Ladislao est, atque a Pontifice vti supremo domino in ea ditione confirmatus b. Confirmauit aliam Tarenti donationem Bonifacius factam Raymundo de Baucio ob grata obsequia in difficili bello Regi præstita, ac pœnas quas ob distractum ex aula Sicula principatum Ladislaus Rex incurrerat dissoluit c. Cum vero indies Ludouici Andegauensis res inclinarent, Neapolis ad Ladislaum victorem spectauit. Positum vergente anno Neapoli Ladislaum, refert Iuuenalis Vrsinus d, qui res horum temporum accurate scribebat: alij tamen ad proximum ineuntem id retulerunt, ac proceres suasisse Ludouico Andegauensi, vt expeditionem ad Tarentum recuperandum conficeret, eo ducti consilio, vt de Neapoli deserta Ladislao occasionem aucuparentur, Hectoris Pignatelli diaria m. s. testantur, qua de re inferius.

a Bonif. I. 9. pag. 203.

b Ibid. Tarentini principatus donatio confirmata a Bonifacio.

c Lib. 5. pag. 314.

d Ium. Vrsi in Car. VI. hoc ann.

20 Interea Richardus Angliæ Rex, qui Romani Pontificis œcumenicum concilium offerentis, patrocinium abiecerat, & consilium ceperat vna cum Gallis de Pontifice cum antipapa ad abdicationem vi & armis adigendo, diuino destiturus patrocinio, sibi conflauit exitium, cum ob Gallicum fœdus constabilijsse potentiam existimabat: cum enim expeditionem in Hiberniam aduersus rebelles confecisset, aurumque subsidiarium a suis acerbe exigeret, munitissimasque duas arces, nimirum Brestum in Britannia & Chereburgum in Normannia Gallorum Regi tradidisset, in se coniuratos asperauit: quorum princeps Henricus dux Lanclastriæ Anglos ad suas partes traxit. De his turbis certior factus Richardus intermisso Hibernico bello traiecit in Angliam, vt Lancastrium pelleret: sed omnium studijs in æmulum inclinatis, fugere compulsus, demumque a perduellibus comprehensus, atque in custodiam traditus est, donec ordinum regni solemnibus comitijs coactis regios apices post fassa plura errata posuit e, transiditque in Henricum Lancastrium, cum vitæ suæ consulere ea ratione putaret. Vt vero is infelicem Richardum regno exutum vita etiam spoliarit, proximo anno dicetur.

Richardi Regis tristes exitus.

Coniuratio in eum facta.

Lancastri sceptris potitur

e Ib. ibid.

21 Concitati f sunt hoc anno in Italia ingentes pij motus animorum, de quibus hæc S. Antoninus testis oculatus g: *Per hæc ipsa tempora anni* MCCCXCIX. & infra, *incredibili deuotionis ardore longa dealbatorum agmina ad vicinas vrbes commeabant processionaliter bini pergentia, pacem & misericordiam supplici clamore sæpe clamantia, ac laudes & hymnos in Latino vel vulgari decantantia, præsipue sequentiam illam, quam dicunt Gregorium edidisse: Stabat mater dolorosa iuxta crucem lachrymosa, dum pendebat filius; cum versibus sequentibus. Prorsus miranda res & quasi incredibile negotium, nisi oculis nostris vidissemus. Peregrinatio ista ordinaria erat nouem vel decem dierum ieiunantibus qui poterant illis diebus, & aliquibus in pane & aqua: accessus vero in aliena oppida, etiam paruum antea pacata, liberi fuerunt. Nemo per id tempus dolo fallere tentauit, nemo admodum oppressus, tacita cum hostibus inducia fuere: Innumeræ paces ex mortiferis & diutinis inimicitijs in diuersis locis confectæ sunt: confessiones & communiones frequentatæ.* His consentanea tradit Sigonius h ex veteribus monumentis; additque sacerdotem Paternensem a Deipara excitatum ad vitam hanc pietatis studia inflammasse, adeo

f Leon. Aret. l. 12. in prin. Walsin. in Rich 2. g. S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 3. §. 12. Albatorũ agmina.

h Sigon. de epis. Bonon. l. 3. in Cosm.

adeo vt nonnulli episcopi huic sodalitio se addixerint.

Raym. Capuani pia mors. *a Leand. t.1*

22. &c. Hoc anno Raymundus Capuanus ordinis Prædicatorum magister, ad Deum feliciter migrauit [a]. Fuerat sanctæ Catharinæ Senensis a sacris confessionibus, atque ita in excolenda pietate illi præluerat, vt diuinæ prouidentiæ consilio ab ea sanctitatis præceptis excultus fuerit; atq; in cõmentarijs, quos de eius vita conscripsit, plura quæ sibi contigerunt, ad ostendendam eiusdem sanctissimæ virginis gloriam, refert [b]. His coniungimus felicem obitum B. Dorotheæ Prutenæ, quæ ab ipso Christo sacra Eucharistia refici meruisse traditur; in cuius corpore etiam signa partæ æternæ felicitatis effulsere: *Post mortem*, inquiunt acta, *labia eius liquore mirabili & odorifero sudare visa: corpus vero licet macilentum, squallidum, & liuidum. suauissimum ex se diffundebat odorem, cuius attactu & odore plurimi debiles & claudi fuere sanati, atque caci visum receperunt.*

b Raym. Capuan. in vit. S. Cath. Sen. p. 1. c. 9.

B. Dorotheæ obitus.

Quo etiam circiter anno, vt colligitur ex Thoma a Kempis [c], Liduuina siue Lidia virguncula, instar S. Iob acerbissimis doloribus, febribus, vlceribus, vulneribus a Deo exercita, cum miseram sortem intemperanter deploraret, a pio sacerdote correpta, edoctaque multa commentatione atque meditatione dominicæ passionis ad sanctitatis peruenit apicem.

B. Lyduuinæ exẽplũ patientiæ. *c Thom. a Kemp. in vit. S. Lidan. p. 2. c. 1*

Hoc pariter anno Laurentius Iustinianus, cœlesti viso confirmatus ad sanctimoniæ studium, mortalibus rebus valere iussis, se contulit, vt narrat Bernardus Iustinianus [d]. Diuinis visis sæpius collustratus est, vt aliquando dum nocte dominicæ natiuitatis rem diuinam celebrabat, in ecstasim abreptus fuerit, ac diacono illum casula trahenti ad sensus reuersus dixerit. *Prosequor frater, seu quid de infantulo isto tam pulchro faciemus? quomodo solum & nudum in tanto frigore relinquemus?* propheticæ etiam dono claruit [e].

Cœlesti visu humana repudiat B. Laur. Iustinian. *d Bern. Iust. in eius vit. c. 1.*

e Cap. 3.

27 Eodem anno, vt scribit Matthias Michouias [f], Iudæi eucharistiam emptam a famula Christiana cultris confoderunt. At diuina vis eorum vultus sanguine e vulnere manante aspersit, qui elui non potuit, multisque alijs prodigijs territi Eucharistiam in aliquot particulas diuisam in prato Poznaniensi infodere: sed dum puer Christianus armentum pascebat illam vidit volitare in aere, ac boues genu ad eam adorandam mox flectere; cumque aliquot vicibus id inspexisset, re delata ad episcopum, instructa solemni supplicatione, conquisita sacra hostia reperta est patratis nonnullis miraculis; sacellumque in eo loco conditum fuit ab episcopo. Famula proditrix Christi capta, comprehensi pariter Iudæi, ac lento igne concremati vna cum canibus, a quibus ignis vi efferatis laniabantur: at famula admissum crimen planxit, Iudei vero in scelere pertinacissimi obdurucrunt. Inde plura cœlestia prodigia edidit pietas diuina, quibus permotus Vladislaus Rex Poloniæ magnificentius templum condidit, ac sanctissimi corporis Christi nomine consecrandum curauit; necnon qui ad eum locum religionis ergo confluxere diuinis beneficijs supra naturæ vires donati fuerunt: quorum insignem catalogum ex monumentis peruetustis ac votiuis tabulis illius ecclesiæ excripsit Thomas Treterus ad nouatores confundendos; testaturque Stephanus [h] Damalewicius cruentum stigma in sacra Eucharistia ibi asseruata suis oculis inspexisse.

f Michou. l. 4. c. 49.

Eucharistia confossa a Iudæis sanguine fundit. Sepelitur in paludibus Posnanensibus. A bobus adoratur. Sumptum de reis supplicium.

Editæ in eo loco cœlestes virtutes.

h Damalewic. de orthod. Græc. sub Dogmat.

IESV CHRISTI
Annus 1400. Indict. 1.

BONIFACII PP. IX. VVENCESLAI ROM. REG. 22.
annus 11. EMMANVELIS II. IMP. OR. 17.

1 *Galli*, inquit Theodoricus Niemius [i], quæ præsens vidit monumentis suis consignans, *asserentes hunc annum iubileum secundum antiquum institutionem ecclesiæ Romanæ ad Vrbem caterwatim vtriusque hominis sexus causa deuotionis in maxima multitudine pene per totum illum annum aduenerunt, quorum multi erant nobiles & egregiæ personæ ac longa offertoria ad vrbis ecclesias attulerunt.* Confudit [k] eam transalpinorum pietatem effrenis grassatorum licentia, qui Romano in agro peregrinos auro & vita etiam spoliarunt: infestataque itinera a Ioanne & Nicolao Columnensibus fratribus, queritur Bonifacius [l] in lata aduersus eos sententia. Grauiora etiam incommoda passi sunt peregrini ob pestem, quæ Italiam vastabat, adeo vt Florentiæ sexcentos & etiam octingentos singulis diebus absumpsisse, tradat Boninsegnius [m].

Gallorum pij concursus in Vrbem. *i Theod. Niem. l. 2. c. 28.*

k Theod. Niem. l. 2. c. 28.

Pestis Italiam vastat *c Bonif. l. 6. pag. 68. d Bonif. pag. l. 4.*

2. &c. Verterat tum vniuersa arma in Honoratum Gaietanum olim Fundorum comitem Bonifacius, vt meritas pœnas de eo tot scelerum reo exigeret: quem reuocatis in Ecclesiæ ditionem pluribus oppidis, eo compulit, vt se pontificijs imperijs obsequentem fore polliceretur, concordiæq; interpretem Regem Siciliæ Ladislaum adhiberet; erga quem Pontifex, qui nunquam hosti redire ad officium præseferenti veniã negabat, clementia vti meditatus, Ladislao Regi potestatẽ fecit [n], vt cum illo ad Ecclesiam traducendo pacisceretur, modo ecclesiasticæ ditionis oppida & agros ac iura occupata restitueret. At qui tandiu diuinam misericordiam spreuerat apostolica benignitate non visus, labente mense infeliciter perijt in schismate ex dolore aduersarum rerum, cum Ladislaus porta Neapoli in eum irruisset, dignaque schismatis conflati præmia tulit: quamobrem damnatur illius memoria cum in pontificijs literis ad Richardum [o] Rotam Terracinensem eius factione irretitum datis, tum in edicto [p] proposito aduersus Columnenses, qui iam ante coniurationem cum Honorato ipso fecerant aduersus Pontificem; de quo alijsque facinoribus memorat Bonifacius, cum ij ineunte hoc anno, pristinis inhærentes consilijs inuadendæ rei Romanæ, irrupissent noctu in Vrbem, impressionemque in Capitolium fecissent, vnde propulsati demum fuere præcipua virtute Zachariæ Triuisani patritij Veneti, vt Bonifacius testatur [q], qui etiam præmio eius fortitudinem datis ad ipsum literis exornandam decreuit. Meminit de nocturna ea impressione Theodoricus Niemius [r]: tum nititur in inuidiam adducere Bonifacium, qui tuendi ecclesiastici dominatus causa affici triginta hostes in flagranti delicto captos extremo supplicio sit passus; ex quo satis eius acerbus & iniquus in Pontifices animus perspicitur: quid enim æquius quam in flagranti proditionis scelere deprehensos legum seueritati subijci, neque abire impune, qui ad humana & sacra euertenda noctu in Vrbem irruperant? Eodem vero iustitiæ studio adductus Christi vicarius in Nicolaum ac Ioannem Columnenses qui noctu Capitolium obsederant, & episcopum Prænestinum comiserant in vincula, ditionis ecclesiasticæ loca inuaserant, Albatorumque religiosa instituta ad colorandam hypocrisi proditionem susceperant, sententiam tulit [s], indixitque [t] in eosdem sacram militiam: cuius terrore

Fundorum comes veniam poscit a Pontifice. *n Lib. 5. pag. 343.*

In schismate perijt.

o Lib. 6. pag. 6. p Ibi pag 68

Columnensium in Pontificem cõiuratio. *q Lib. 5. pag 358.*

r Theod. Niem. l. 2. c. 27.

Affati supplicio aliqui coniurati. Theodorici Niemij inepiæ.

s Lib. 6. epist. pag. 68. t Lib 6. pag. 2.

rore ipſi perculſi veniæ precandæ ſpecimen præ ſe tulere ; ac Bonifacius, qui clementiam iuſtitiæ ſemper coniungebat, conceſſit a hoſti inducias, publicaque ſyngrapha permiſit b, vt ad crimen expiandum in Vrbem venirent.

a Ib. pag. 26.27 33. 34.49 50. 55.75.79.
b Ib. pag. 100. Albatorũ ſecta.

5. 6 Quod ad Albatos attinet ; ipſos inſtructo religioſo agmine Romam venientes a Bonifacio humaniter & pie acceptos pontificiæ literæ teſtantur, dum pietatem præterebant : ſed pijs impij, ſimplicibus impoſtores, infontibus prodirores & coniurati in Pontificem ſeſe permiſcuerunt : in quos iuſte Pontifex animaduertit, atque immerito a Platina c & Sabellico d perſtringitur Bonifacius quaſi iniuſte ſacerdotem Albatorum ſigniferum, qui tantam modeſtiam vultu ac verbis oſtentabat, vt ab omnibus ſanctus haberetur, vti a patre ſuo qui hominem viderat, ſe intellexiſſe idem Platina refert, oppreſſiſſet : nam hypocrita a pio non facile diſcerni poteſt. Et certe nulli quantumuis pio, licet auctoritate ſua religioſos cœtus conflare, vt aduerſus Flagellantes egregie demonſtrat Ioannes Gerſon e. Iure etiam diſſolutas fuiſſe Albatas turmas auctoritate apoſtolica patet, cum pudorem fœminarum diſcrimini obijcerent : tum pertimuiſſe tradunt nonnulli f Bonifacium ne, cum tot millia Albatorum cogerentur, aliqua in eum coniuratio ſtudio ac dolo antipapæ conflaretur : neque ſine cauſa conceptus is pauor erat, cum Nicolaus Columna, qui Albatorum religioſa inſtituta profeſſus ad eum venerat, ſeque obſeruantiſſimum & amantiſſimum pietatis finxerat per eos ipſos dies, quibus Albatorum agmina Romam confluebant, ſeductus a Petro de Luna Pontificem facta coniuratione opprimere niſus ſit, vt in ſuis edictis conqueritur Bonifacius.

c Plat. in Bonif. IX. d Sabellic. enead. 10. lib 9.
Hereticipiures inter Albatos deprehenſi.
Non congregandi propria auctoritate religioſi cœtus.
e Gerſo. to. 1. cons. Flagel. f Hier. Rub. l. 6. & Lud. Cruit. in hiſt. Crem.
Structæ Bonif. inſidiæ ab hypocritis.

7 Quamuis autem domeſticis bellis implicitus eſſet Chriſti vicarius, tutando tamen gregi ſuo, atque a barbarorum infidelium incurſionibus vindicando non defuit. Intentabant g Poloniæ exitium victores Tamerlanis duces, Regiſque Vladislai virtutem exercebant : cui ſubſidij comparandi gratia Pontifex non modo laicos ad capienda pro defendenda religione arma concitauit, verum & eccleſiaſticos viros annuam decumam in ſacri belli ſumptus pendere iuſſit, vt oſtendunt literæ ad Vuratislauiensem epiſcopum datæ h.

g Cromer. l. 15 Salom. Neugeb. l. 6.
Tamerlanes ducum opera infeſtat Poloniam.
h Lib. 5. pag. 306.

8. &c. Affligebant tum etiam pontificium animum labentis orientalis imperij curæ, ne Baiazethes, expugnato eo Chriſtianæ reipublicæ propugnaculo, reliqua fidelium regna victor inuaderet : ad quem reprimendum, licet ſuperioribus annis militiam ſacram indixiſſet, illam tamen iterum, ne priſtinus ardor deteruelceret, in Germania, Dania, Suecia, Norunegia promulgandam decreuit i. Extulerat vero ſeſe adeo effera Turcarum ſuperbia, vt Conſtantinopolim quotannis hoſtili impreſſione tentarint, eoque Emmanuelem Imperatorem adduxerint, vt ad elicienda ex occidente auxilia regia vrbe diſceſſerit : de cuius profectione, & Baiazethis in Conſtantinopolim, & Hungariæ, ac Valachiæ regna conatibus hæc apud Bonifacium leguntur l : *Cum prafatus Imperator infultibus Turcorum huiſmodi per ſe ſine fidelium ſuffragio reſiſtere non valeat, ciuitatem ipſam Conſtantinopolitanam (quod vtique dolenter referimus) deſeruit, ac diuerſas mundi partes circuit auxilium huiuſmodi fidelium implorando. Ecce iam crebris infidelium arietibus fidei catholica fundamenta pulſantur. Et nemine opem ferente, Chriſtianorum reliquia illarum partium dantur excidio. Confidebant Chriani, ſi (quod abſit) prafata ciuitas, qua quodammodo, vt ita loquamur, propugnaculum Chriſtianitatis exiſtit, in manus ipſius veniat Baiaſeti.* Tradunt Græci auctores a, Emmanuelem Venetias appuliſſe, inde ducem Mediolanenſem conueniſſe, ab eoque amplo auctum comitatu perrexiſſe in Galliam, tertiaque die iunij ingreſſum Pariſios, ac magnificentiſſima exceptum pompa, vt Monſtreletus b, monachus S. Dionyſij, & Iuuenalis c referunt. Sed cum Regem recurrente mania laborantem reperiſſet, nullum a conſiliarijs certũ reſponſum accepiſſe, ait Georgius Phranze d, dum hæc recenſet ; ſed prætermittit Emmanuelis ex Gallia in Angliam profectionem, quem die S. Thomæ, perhonorifice ibi exceptum fuiſſe, refert Vvalſinghamus e. Ob coniurationes autem procerum, quos erga Richardum regno exutum commiſeratio commouerat, Henricus Rex in ijs Regni exordijs cum multorum odia in ſe incendiſſet, bello ſacro abſtinuit ; neque ita multo poſt Richardus ipſe crudeliter in cuſtodia necatus eſt f. Exinde vero Turcæ in Achaiam irrupere, ac fuſi fugatique a catholicis fuere duce Petro de ſancto Superano; cui de parta victoria gratulatus eſt Bonifacius g, confirmandæque eius virtutis gratia in Achaiæ principatu, quem Vrbanum ob Caroli Dyrrachini perduellionem ſedi Apoſtolicæ aſſerere conatum vidimus, ſigniferum Romanæ eccleſiæ creauit, fidemque ex concepta in literis formula obſtringere eidem Apoſtolicæ ſedi iuſſit.

i Bonif. l. 9. pag. 300. & l. 10. pag. 92.
Emmanuelis Imp. in Occid. profectio.
l Lib. 6. pag. 18.
Funeſtus rerũ orientalium ſtatus.
Emmanuelis peregrinationes per occidẽtem.
a Calcond. l. 2.
b Monſtr. vol. 1. c. 4. an 1401.
c Imu. Vrſ. in Car. VI.
d Phranz. l. 1. c. 20. & alij.
In Gallia nullũ certum reſpõſum accipit.
Proficiſcitur id Angliam.
e Vualſing. pag. 319.
Meſtrel. ib.
f Id. ibid.
Turcæ in Achaia profligati.
g Lib. 5. in Henr.

11 In Neapolitano regno magnæ rerum commerſiones factæ hoc anno ; refert enim Hector Pignatellus h Neapolitanos proceres, cum regnum a duobus Regibus tandiu laniari ægre ferrent, de prodendo Ludouico iniiſſe conſilia, eique perſuaſiſſe, vt Tarentum ſe conferret ad Raymundum de Baucio eo principatu deturbandum ; & interea Sanſeuerinates ſe Ladislao coniunxiſſe, ac denique Ladislaum ipſum Neapoli potitum deditione voluntaria ; perculſum vero ſubita defectione Carolum Ludouici fratrem in arcem, cui Caſtri noui nomen eſt, vna cum Gallis ſe recepiſſe i, cinctumque mox a Ladislai ſtudioſis obſidione : Ludouicum autem, cum ſe illuſum ac proditum a Neapolitanis doleret, conſtituiſſe regno abire ; atque ita Tarentum Raymundo de Baucio diſtraxiſſe auro, & conſcenſa quam habebat claſſe ; Capreas veniſſe, & pactione militari recepto fratre Caſtrumnouum Ladislao, qui die duodecima iulij Neapolim ſolemni pompa erat ingreſſus, reſtituiſſe k. Damnarunt eius conſilium bellicarum viciſſitudinum periti, ipſumq; hortabantur fidiſſimi, ne recederet, exemplo eiuſdem Ladislai, qui pulſus Neapoli in Caietanam arcem ſe receperat, atque ex ea latius victoriam circumtulerat : ſed cum amicorum preces non valuiſſent, in Prouinciam eſt profectus ; ſicque Neapolitanum regnum damnato ſchiſmate coaluit cum Romana eccleſia, quæ poſt plura aduerſa glorioſum de hoſtibus ſuis triumphum egit : contra vero Galli, qui Romæ Pontificem oppreſſuri putabantur, Italia eiecti.

h Heſt. Pig. in diar. Neap.
i Summont. ibid.
Gallorum e Neap. regno diſceſſus.
k Id. ibid.
Neapolis a Ladisl. recuperata.

12. 13 In Germania principes electores Vuenceslai Regis Romanorum inertiæ, vitiorumq; pertæſi, imperatoriam dignitatem ei abrogarunt. Datam autem fuiſſe a Pontifice electoribus imperij perdito Regi (quem coniuraſſe cum ſchiſmaticis in Pontificem vidimus) abrogandi poteſtatem, refert Emundus m, cui conſenſit Æneas Syluius n. Sententiæ o, vero a Maguntino archiepiſcopo pronuntiatæ formula ſuis verba concepta extat, in qua obiectum illi eſt nullam tollendo ſchiſmati operam dediſſe, luſubriæ iura abalienaſſe, iuſtitiam vendidiſſe auro, latronibus liberas habenas laxaſſe, in ſacerdotes & honeſtos viros ſæuiiſſe.

Vvenceſl. imperiali honore a ſeptemuiris depoſitus.
m Emund. apud chron. magn. Belg.
n Æn. Sil. hiſt. Bohem. c. 34.
o Extr. to. 2. rer. Germ. p. 2. pag. 180
p Du-r. hiſt Bohe. l. 13.

14. 15 Confirmantur hæc ex Dubranio p, cæte-

Vt martrio affecerit Reginæ confessariũ

Magorum consuetudine delectatus est.

a Dubr. hist. Bohem. l. 23

Robertus creatur Rex Roman.

b Ioan. Vrsin in Car. VI. hoc anno.

Solicitati Germani vt Bonifacii pontificatu deturbent.

Eorum responsum.

c Thom. a Kempis in vita Florentij cap. 29.

eateroqui in laudes Boemorum Regum effuso, dum ait Vvenceslaum ob tædam in adeundis lupanaribus consuetudinę reprehensum ab vxore indecora verba protulisse; ac sacerdotem, qui Reginæ exhomologeses excipiebat cum eius peccata patefacere derrectaret, flumine mersisse: in quæ & alia scelera prolabebatur cum epoto mero æstuaret. Luxuriæ, ebrietatis, & crudelitatis scelera magorum familiaritate & patrocinio cumulauit, seque dæmonum præstigijs illudi delectabatur; interque alios magum insignem, quem alterum putares Apollonium Tyanæum, habuit charissimum, qui dæmones ad festiuas agendas comœdias adhibebat. Is cum Vvenceslaum Regem, & regios aulicos, ac Pragenses ludis nefarijs recreasset, a dæmonibus cum corpore & anima e medio hominum sublatus est, vti narrat Dubrauius a: ex quibus patet quam tristes sint ludentium cum dæmone exitus, & quam misere stultissimis ineptijs dæmon suæ salutis immemores irretiat.

16 Gradu deiecto Vvenceslao euectus est ad imperium Robertus Bauariæ dux a principibus Germanis; de quo in Vvenceslai locum suffecto meminit Iuuenalis Vrsinus b, additque Francorum Regem oratores ad Germanos decreuisse, qui pro ecclesiarum coniunctione redintegranda expoſcerent, vt Bonifacius pontificio gradu vna cum antipapa Auenionensi deturbaretur; responsum autem a Germanis operam se daturos, vt Gallis Ecclesiæ gremium panderetur, eo vero scelere nolle se obstringere, vt Christi vicarium a dignitatis gradu deijcere molirentur.

Eodem anno obijt Florentius congregationis pauperum studentium magister, sanctimoniæ laude conspicuus, cuius vitam Thomas a Kempis c conscripsit, narratque vt cœlesti viso felicitatis eius gloria ostensa sit.

Indict. 9.

IESV CHRISTI
Annus 1401.

BONIFACII PP. IX. ROBERTI ROMAN. REGIS 1. annus 13. EMMANVELIS II. IMP. OR. 18.

Robertus germanico diademate redimitur.

d Gobelin. in Cosmod. æt. 6. c. 70. chron. mag. Belg. Serar lib. 5. Magùt. rer. in Ioan.

Italicã suscipit expeditionem.

e Gobel. ibid. Theod. Niem. l. 2. c. 14. Aret. hist. Flor. l. 2 & Ann. 5. p. tit. 22. c. 3. & 36. Mosti. vol. 1 c. 6.

Imperialia insignia optat.

f tom. 12 de schis. p. 245.

1. &c. ROBERTUS sacro epiphaniæ die Coloniæ solemni ritu ab archiepiscopo Colonensi corona est redimitus d, cum Aquisgranenses Vvenceslai partium sectatores nec promissis allicere, neque armis frangere posset, vt in ea vrbe ex more argentea corona redimiretur. Illos vero fuisse ob id grauibus affectos damnis, refert Gobelinus, cuius historiam hoc tempore conscriptam constat. Instruxisse etiam hoc anno Robertum expeditionem in Italiam, tradit idem auctor e: sed non ijs succinctum viribus fuisse, quæ ad perrumpendos hostes pares essent. Incitatus ad iter fuerat a Florentinis cum Ioanne Galeatio Vicecomite bellum gerentibus, quem etiam recuperandorum imperij iurium studio deturbare f Inlubriæ principatu cupiebat, cum maxime inter cæteras abdicandi Vvenceslai causas datum fuisset crimini ipsum creasse Galeatium Vicecomitẽ Mediolani ducem. Tum si progressus secũdi cœptis responderent, imperatoriæ insignibus dignitatis, quæ Vvenceslaus nõ erat adeptus, a Bonifacio redimiri cupiebat; in quem Pontifex propendebat quidem, sed aperte studia nondum explicabat, vt caurius in re ancipiti se gereret; misitque ad Robertum, antequam transiliret alpes, oratorem Antonium de Montecatino iurisconsultum, qui post amplissimas officiorum significationes exploraret, an iure Vvenceslaus deturbatus imperio esset, ac scrutaretur quo tempore Robertus Italicum iter initurus esset, quantas adducturus copias, quos habiturus fœderatos, quibus præsidijs difficultates viarum superaturus; tum etiam data ei prouincia est, vt Robertum, antequam ingrederetur Italiam, fidei sacramento adigeret, obstringeretque iureiurando, se tutaturum Bonifacium, ac verum & vnicum Christi vicarium professurum, ditionem ecclesiasticam sedi Apostolicæ asserturum, nec Siciliæ & Trinacriæ regna affectaturum; ius pariter ecclesiasticum in suum splendorem vindicaturum, neque cum Gallo Rege principibusue schismaticis fœdera affinitatemue sine pontificia venia deuincturum; tum regia studia ad Petrum de Luna & pseudocardinales a schismatis erroribus reuocandos conuersurum, ac Reges & principes schismaticos ex edictis apostolicis bello infectaturum.

Robertus pontificijs postulatis assentitur.

6. &c. Pollicitus est omnia se ex pontificia voluntate perfecturum Robertus Rex, ac fidem summa religione coluit; quamuis vires illi ad Ecclesiæ hostes expugnandos, ac sedandas schismatis tempestates, vel imperij restituendum splendorem, defuerint: misitque Satalem episcopum Verdensem ad Bonifacium, qui in amplissimo Cardinalium cœtu Reges publicæ populorum saluti exitiales abdicari, atque alios in eorum locum diuinæ prouidentiæ munere ad publicam rem iuste administrandam asserendamque religionem posse subrogari pluribus exemplis demonstrauit: tum sapientiam, clementiam, & iustitiam Roberti, quibus veluti tribus regijs insignibus ornabatur, commendauit panegyrica oratione a, ac demum hæc postulata interposuit: *Et ideo, sanctissime pater, iusta ambaxiatam nobis impositam deuotissima supplicamus instantia, quatenus sanctitas vestra de benignitate solita huius præclarissimi principis personam, cuius fama gloriosa per vniuersum redolet orbem, dignetur approbare, & tempore congruenti ipsum ungere, consecrare, & ad Romanum imperium & totius mundi monarchiam solemniter sacratis manibus vestris coronare, quia ipse absque retardatione negligenti proponit ad vestram sanctitatem personaliter accedere, schismaticos ad obedientiam vestram reducere, & hoc modo vnionem Ecclesiæ procurare, Romanam ecclesiam & eius subditos magnifice defendere, tyrannos comprimere, & malos extirpare, pacem tranquillam pro viribus ordinare, & Romanum imperium item multifarie dissipatum quanto poterit excelsius reformare.* Et infra: *Et vt concludam, pater sanctissime, Dei Patris potentia, Filij sapientia, & Spiritus sancti clementia sint in corde vestro ad perficiendum tam feliciter & celeriter illud, pro quo instamus humiliter, vt Romana & vniuersalis Ecclesia vestra sancta tanto tempore fletu & planctu anxiata se sentiat lætanter consolatam. Amen.*

a Ext. tom. 15. de schism. p. 216 & ex annalib.

Poscit Robertus a Bonifacio imperialia insignia.

Spondet schismaticos ad gremium Ecclesiæ adacturum.

Electio Roberti cõfirmata a Bonifacio.

b tom. 12. de schis. p. 247.

9. 10 Confirmauit Roberti electionem Bonifacius, cum antea septemuiri ex arcano ad Vvenceslaum cæsareo honore deijciendum, & nouum Regem Romanorum creandum apostolica auctoritate instructi fuissent; de quibus extant publica monumenta b in antipapæ Auenionensis libris, qui non modo omnia quæ Auenione fiebant, verum quæ gerebantur Romæ, vt inuidiam crearet amulo, accuratissime colligi & recondi iubebat. Mense septembri demum Robertus Italico se accinxit itineri, Tridentumque perueniens in Brixianum agrum Mediolanensis principatus irruit c: sed Ioannes Galeatius Vicecomes ad tantum propulsandum periculum comparauerat copias armorum vsu exercitatissimas: quare Roberti exercitus commisso ad Benacum lacum infeliciter prælio retro gressus vertere stipendiorum inopia coactus est; tum vero ad res instaurandas subsistere Patauij decreuit Cæsar, vbi hyemauit. Cur vero minus prospere res gesse-

c Id. ib. Theod. Niem. l. 2 c. 14. Aret. & Ann. vbi sup. Gor. hist. Mediol. p. 4. Cusp. in Rud. Robertus a Mediolanẽsi duce propulsatus.

gesserit, nec pares arduis conatibus vires adduxerit, indicat Gobelinus a; dum illum scribit vires distraxisse, ipsoque Alpes transgresso, eius partium studiosos a Vvenceslao in Germania ciuili bello petitos: *Vvenceslaus enim*, inquit Emundus b, *semper magnam partem principum & ciuitatum Alamannia habuit pro se, qui eum pro Rege Romanorum coluerunt*. Sustinuere etiam Vvenceslai partes Galli: misisse enim Robertum ad Francorum Regem oratorem Stephanum Reginæ patrem ad vetera inter Cæsares & Francos instauranda fœdera, refert Monstreletus c, exceptumque honorificentissime: verum Vvenceslai Regis, qui cæsareos iam titulos gesserat, damno quidquam decernere Francos respuisse; additque Bauarum Italicam expeditionem ad recuperanda imperij iura conficere constituisse, ac præmisisse copiarum partem, quæ cum a duce Mediolanensi propulsatæ essent, cœptis destitisse.

a Gobel. sup. cap. 70. Eius studio fit a Vvenceslao petiti bello.
b Emund. apud chronic. Belg.
c Monstrel. vol. 1. c. 6.

12 Visus est hoc anno Pontifex clementia d erga Nicolaum & Ioannem Columnas, quos iam ante Capitolina arce atque Vrbe propulsatos vidimus: Ioannes enim, cum ad conciliandam sibi pontificiam gratiam accessisset, filio ac fraterno nomine præterita flagitia in Bonifacium a se commissa damnauit, ac sacramento spopondit, imponendis sibi a Pontifice pœnis doloreque voluntario rite illa se expiaturum, futurumque sedi Apostolicæ obsequentem: dicta vero actaque in publicas tabulas e redacta fuere. Egregium quoque clementiæ exemplum præbuit Bonifacius, dum Iacobellum Gaietanum Honorati olim Fundorum comitis, præcipui auctoris schismatis filium, læsæ maiestatis reum, quamuis magna eum clade, vt enarrat Summontius f, affecisset, omninoque excindere, incitato in eundem Rege Ladislao victore potuisset, veniam flagitantem paterno ita excepit g sinu; vt reuersa ob paternum crimen ad fiscum pontificium, Sermonetæ, Bassiani, & Nymphæ castra irreuocabili dono illi tradiderit h. Restituti quoque plures alij in pristinos gradus fuere, cum Bonifacius tantum reatus delere, reos vero seruare amantissimi patris instar peroptaret. At de his hactenus; nunc de antipapæ rebus est dicendum.

d Bonifac. l. 6 p. 108. 110 117. 123. 125. 129. 136. 137. & 163. Columnenses conciliati Bonifacio.
e Ext. ibid.
Bonifacij clementia in Iacobel. fil. Gaetan.
f Summont. lib. 4. c. 2.
g Bonif. l. 6. pag. 150.
h Ib. p. 143. & 148.

Dux Aurelianensis ab antipapa subornatus.

12. &c. Subornauit ipse ingentibus promissis ducem Aurelianensem, vt eius clientelam contra pseudocardinales susciperet. Fascinatus itaque is princeps ambitione, agitare cœpit de schismaticis Cardinalibus illi conciliandis, ob idque oratores misit; quorum opera negatum antea iure ab illis obsequium ei restituendum curauit, spondente vaferrimo antipapa pontificalia insignia se positurum cum Bonifacius pontificatu se abdicasset, obijssetue: qua de re publica tunc instrumenta a schismaticis iuere confecta. Dum autem fauet Aurelianensis princeps antipapæ hosti Numinis, permisit diuina vltio, vt fœuus hostis nimirum dux Burgundiæ simultates gereret cum ipso inciperet de administratione enim regni cum eo disceptasse, memorat Iuuenalis Vrsinus i.

i Iuu. Vrsin. in Car. VI. hoc anno.

Bellum Anglos inter & Gallos accensum.

15 Hoc anno indictum a Franco Rege bellum Henrico Lancastrio Anglorum Regi, cum is, quamquam Isabellam Richardi necati vxorem & Caroli filiam in Gallias dimisisset, pactam tamen dotem non restituisset, narrat Monstreletus l, additque Henricum ancipiti & cruento certamine Thomam Perusium & comitem Northumbriæ profligasse.

l Monstrel. vol. 1. c. 4.
Studiosa Richardi factio oppressa.
Sapiès illi datum responsum.

16 Cæterum in Anglia: *Post epiphaniam*, inquit Vvalsinghamus, *factum est parlamentum Londonijs, in quo statutum fuit edictum de Lollardis, vt vbicunque deprehenderentur suum pranum doctrinam amplexantes caperentur, & dioecesano episcopo traderentur; quod si perseuerauerint pertinaciter opiniones suas defendere, degradarentur & iurisdictioni seculari committerentur: practicataque fuit hac lex in pseudopresbytero, qui apud Smithfield multis aspectantibus est combustus.* Londinensis conuentus acta recenset accuratissime ex veteribus monumentis in historia Vvicleffiana Nicolaus Harpsfeldius a; cumque hæretici sibi verbi diuini populo exponendi auctoritatem arrogarent, atque impia deliramenta sacrorum oraculorum, quæ ipsi peruertebant, fucis oblita docerent, in eodem conuentu Henricus regia auctoritate eos coerceri iussit, qui sine episcoporum venia concionarentur, omnesque hæreticorum cœtus vetuit. Amplissimo etiam edicto nouatores, qui de Ecclesiæ auctoritate & sacramentis nefaria spargebant, flammarum incendio si pertinaciter tuerentur errorem, abolendos sanxit, vt narrat Harpsfeldius b.

Vvicleffitarum doli pro Rege & magnatibus subornādis
a Harpsf. in hist. Vvicleff. c. 17.
b Harpsf. ib.

17 Traditur in Veneto diario c, Tamberlanem irrupisse hoc tempore in Syriam, tantumque terrorem populis iniecisse, vt quocumque incederet, omnia in suam potestatem redigeret, ac Veneros mercatores ex ea Syriæ clade mercibus etiam spoliatos. Ipsum quoque Turciæ hoc anno signa victricia intulisse, & Sebastiam d funditus euertisse, Calchondyles tradit, ac Baiazethis filium Orthogulem e necasse; tantam vero adhibuisse sæuitiam, vt ad centum viginti millia Sebastenorum ferro conciderit, ac pueros imbelles & fœminas in vnum congregatos, immisso equitatu, equorum pedibus protriuerit: quo immani spectaculo oculos suos pascere consueuerat f. His vero cladibus Turcas affici iuste diuina prouidentia passa est, vt fusi innocij Christiani sanguinis vltionem ab ijs repeteret.

Tamerlanis irruptio in Syriam.
c Diar. Ven. mss. in f. magn. chron. Belg.
d Calchid. de reb. Turc. l. 3.
e Idem ibid. Turcarum strages ab eo edita.
f Leunc. hist. Turc. lib. 6.

IESV CHRISTI
Annus 1402. Indict. 10.

BONIFACII PP.IX. ROBERTI ROMAN. REGIS 2. annus 13. EMMANVELIS II. IMP. OR. 19.

Cometa in gentiū conuersionum præmütius.

1 MAximis rerum conuersionibus insignis fuit is annus, quas ingentem cometem eodem anno portendisse vulgus existimauit. De eo hæc Theodoricus Niemius g: *Anno decimotertio pontificatus Bonifacij circa tempus quadragesimale continuo per quadraginta dies ferotenus apparuit grandis cometa, cuius caput versus Italiam & cauda protendebatur versus occidentem.* De eodem comete etiam in Anglia viso Thomas Vvalsinghamus h, aliique aliarum gentium auctores meminere. Subdit vero Theodoricus Ioannis Galeatij Vicecomitis ducis Mediolanensis, qui totius Italiæ tyrannidem affectabat, ac Florentinos grauiori bello premebat, obitum consecutum. De eius interitu conuenium cæteri scriptores, dejectumque e summo secundarum rerum culmine in tumulum, cum Alberico duce, deleris auxiliaribus Florentinorum copijs Bononiam eripuisset Ioanni Bentiuolo, quem inimici aduersæ factionis Bononiensis facto concursu sine victoris imperio peremerunt: deinde aduersus Florentinos exercitum promoturus esset, cuius ægritudo ac mors Florentinorum rebus in extremum discrimen adductis saluti fuit. Cæterum de Galeatij morte nuntijs acceptis Florentinos ipsos ex maximo metu recreatos describit Leonardus Aretinus i, memoratque vt Galeatius ægritudine implicitus de redintegranda pace egerit, quo pacatum principatum filijs relinqueret; verum eius conatus præcipiti morte ad irritum recidisse.

g Theod. Niem lib. 2. c. 29.
h Walsin. in Ric. II & alij. Affectatū Italiæ imperiū a Mediolanensi. Intentatū Florentinis exitium.
i Aretin. hist. Flor. lib. 12. Sanut. 3. p. tit. 22. cap. 3 p. 39. Gerius hist. Mediol. p. 4. Sigon. l. 3. de episcop. Bononien. & alij.

2 Hoc anno Dauid Roberti Regis Scotiæ filius, cum in libidinum omni genere voluptaretur, atque virgines, matronas, moniales per blanditias, perque

Scotiæ Regis heredis trucis mors.

que apertam vim contaminaret, a patre Roberto fratri suo traditus, vt lasciuientem iuuenem coerceret, miserando mortis genere in vinculis perijt a: nam patruus nepotis non emendandi, sed perdendi cupidus, vt solum regnum tandem occuparet, tame illum enecauit: cuius mortis accepto nuntio Rex pater dolore confectus extabuit. Mirum est Reges omnes, qui se schismatis laqueis temere irretierunt, infelices extitisse.

a Bert. lib. 16 & Buchana lib. 10.

In Anglia recrudescit Vvicleffi hæresis.

3. 4 In Anglia Vuicleffi hæresis, quæ præsulum pio ardore ac diligentia extincta putabatur, iterum erupit; sed ita e latibulo educta sunt colubri capita, vt eliderentur, infundique simplicibus solita ab impijs venena producta in lucem fuere, vt quisque ad ea cauenda communiretur; quorum errorum pars maxima a nouatoribus præteriti sæculi iterum ab inferis reuocata est. Enumerat eos Vvalsinghamus b: scilicet spreuisse sacramenta vt signa inania, coniugium virginitati prætulisse, Eucharistiam vt merum panem derisisse, negasse baptismi necessitatem, dies festos ac ieiunia sustulisse, purgatorium ignem negasse, effutijsseque iustificationem sola fide conferri. His consentanea repetit Nicolaus Harpsfeldius c in historia Vuiclefiana; tum addit ex regestis Thomæ Arundelij archiepiscopi Cantuariensis, nonnullos ad diei dominicæ celebritatem abolendam sabbatumque instaurandum delapsos: qui quidem ex falso principio, quod omnia, quæ non continentur in sacra scriptura sint veluti hæretica contemnenda, apud eos pro oraculo habito, falsam conclusionem elicuere, nimirum dominicam diem non celebrandam, cum illius loco in scripturis sabbatum commendetur; nec meretricios concubitus vt licitos laudare perhorruere, ac Vuiclem doctrinam, doctrinæ Ecclesiæ antecellere contenderunt. Capessiuere flammarum metu præcipitem ex Anglia fugam in Germaniam nonnulli Vuicleffitæ, quorum etiam aliquos proximo anno detectos in Vuandalia flammis iniectos visuri sumus: alij in Boemiam ad serenda venenata zizania irrepsere. At de his hactenus: nunc Turcicarum rerum conuersiones percurramus.

Eorum errores. b Walsingh. hist. Angl. in Hen. VI. hoc ann.

c Harpsf. in histor. Wicleff. cap. 16 Traditiones respuit.

Meretricios concubitus iacta bat licitos.

Baiazet. Cõstãtinopol. obsidione coactus soluere. Is obsidio ne & captus.

5. 6 Hoc anno Christianorum orientalium sortem miseratus Deus, supplicium sumpsit de crudeli religionis nostræ persecutore Amera siue Amoratto Baiazethe, concitato in eum Temire siue Tamerlane alias Tambourlano, Massagetarum, Persarum, & Aquilonarium Scytharum Rege, qui cum imperium Turcicum victrici exercitu, vt vidimus, post Sebastiæ excidium peruasisset, apud Ancyram in Phrigia cum hoste Baiazethe, quem Constantinopolitanam obsidionem soluere coegerat, conuulis signa, sub quibus quadringenta equitum, sexcenta peditum millia Tamerlanem ipsum numerasse tradunt. Describunt plures tum Græci tum Latini auctores d eam pugnam, ex quibus tradit Theodoricus Niemius victum captumque in acie Baiazethem ac plusquam quingentia hominum millia contrucidata fuisse e. De cæsorum numero retulere f alij in literas Tartarorum bis centena millia, Turcarum vero supra centum & quadraginta millia in eo prælio cecidisse: alij imminuentes numerum circiter centum quadraginta millia vtrimque cæsa testati sunt. Quot vero & quantis contumelijs effectus sit a Tamerlane Baiazethes recenset Calchondyles, atque Tamerlanem ipsum illi vere obiecisse, tandem Deum procacem eius fastum fregisse, misisseque accipitres & canes, vt veluti venatori illuderet, iussisseque mulo impositum circumduci per castra ad insolentum militum excipienda conuicia. Addunt plures grauissimique auctores g, demum Tamerlanem illum inclusisse cauea vt feram, ac sub mensa cibos & ossa vt canibus obijcere consueuisse, & quoties in equum assiliret, dorsum calcasse Baiazethis.

Bajazeth vt fera includitur cauea.

d Gabelin. in cosmod. at. 6 c. 7. Theod. Niem. l. 2. c. 29. Ioan. Vers in Car. VI. Pleanr. lib 5. 22. Chalcond. histor. Turc. lib. 2. Mosr vol. 1 c. 16 Naucl gen. 47. & alij.

e Theod. Niem sup. c. 29. Ibiczar. hist. rer. Pers. l. 5

Pugnæ ordo.

Baiazetes vt fera includitur cauea.

f Pirr. Mussil. lib. 6. in Bajaz. l. 7. in Temire & alij.

Cæterum non indigne habitum a Tamerlane initio, refert Turcica historia h: sed tum demique cum superbum & crudelem animum aperuisset victori, eadem patium quæ stulte minitabatur. Mortis genus ita referunt, nimirum altero a capciuitate anno, cum mortem sibi imprecaretur, nec ferre posset Imperatricem denudatis partibus obscenis proceribus Tartaris pocillatricis instar famulari, clathris ferreis caput ictibus illisum pertregisse.

Mo Leuncl. in pag. 339. Despetat sibi caput illidit.

7 Hoc anno Bonifacius Papa, vt ex libro diuisionum obtinuit Felix Contelorius c, ascripsit in Cardinalium numero Antonium Caietanum Romanum patriarcham Aquileiensem, ac presbyterali titulo S. Caciliæ insignuit, & Balthasarem Cossam archidiaconum Bononiensem S. Eustachij diaconum creauit, quem indicto sibi Ioannis XXIII. nomine pontificatum aduersus Gregorium Papam XII. & Petrum de Luna antipapam corripientem, ac deinde honore depulsum in Constantiensi concilio postea videbimus.

c Conel. in eccl. Cardd & Ciacc in Bonif. IX. Creatihoc anno a Bonifacio Cardd.

IESV CHRISTI annus 1403. Indict. 11.

BONIFACII PP. IX. ROBERTI ROMAN. REGIS 3. annus 14. EMMANVELIS II. IMP. OR. 20.

Vvenceslai exactoratio confirmata.

1. &c. ABstinere a vitijs, & Romani imperij curam gerere respuente Vvenceslao, Bonifacius cocto Cardinalium senatu iure Vvenceslaum de imperatorio gradu deiectum, Robertumque in eius locum subrogatum pronuntiauit: qua de re publica acta edita, in quibus narrat vt Vvenceslaus rogatus sæpius ab Vrbano VI. de ornanda in Italiã expeditione ad imperatorium diadema pontificia manu accipiendum, ac Romanam ecclesiam ab improborum hominum conatibus vindicandam, tuendaque iura imperij, ac principes electores, vt ipsum ad id excitarent, solicitasset; vtraque functo Vrbano, ipsemet Bonifacius cum Ecclesiæ splendorem obscurari ab impijs, & decus imperij obsolescere doleret, iterum Vvenceslaum per literas perque internuncios suos hortatus sit, vt arma caperet aduersus Ecclesiæ hostes, atque imperatorium diadema a vicario Christi sumeret: demum vero irruentibus in Italiam Gallis, ac Genuam occupantibus, eum vrserit, vt expeditionem conficeret ad eos a progressibus arcendos: Vvenceslaum vero nec Pontificis monitis, nec principum electorum adhortationibus, nec labantis imperij periculo, neque tristi Ecclesiæ statu moueri ad Italicam profectionem potuisse; iure igitur principes electores pontificia fultos auctoritate ignauum Regem a Romani imperij gubernaculis remouisse, eaque tradidisse Roberto Bauariæ duci.

6. 7 Interea haud multum abfuit d quin Vvenceslaus Boemico etiam solio, quod innocuo cruore foedabat, euerteretur; diram quippe clam & palam exercebat carnificinam, & vino madens humanum sanguinem per iocum proditionemque fundebat e; quare proceres ac populus facta coniuratione, illum cum paucis in villa lasciuientem cepere, vsique misericordia illius vitæ pepercerunt: in publicum tamen carcerem reorum instar coniecerunt, ex quo postea exiens in quandam arcem suam se recepit. Hæc pluribus Dubrauius f; subditque illum pristino impu-

d Chron. mag Belg. Eius crudelitas.

e Dubr. hist. Bohe lib. 25

f Id. ib. Cuspin in Vvinceslo

impudicitiæ luto se immersisse, ac veluti feram dilapsam cauea, in eos, qui ipsum emendarum voluerant, atrocissime debacchatum, atque a scorto suo vilissimo mulcari tantum potuisse: tum fratris Sigismundi opera iterum captum, atque in turris Viennensis latebras detrusum, vt a nemine, quam a conscijs inueniri posset: euasisse tamen piscatoris cuiusdam opera scribit; quippe diuina prouidentia emendare illum tot aduersis volebat, vt abiectis vitijs regias virtutes sectaretur: ac merito hæc ob crimina se perpessum esse Vvenceslaus ipse agnouit a, regnoque admiranda sorte restitutus est. At de Vvenceslao hæc sufficerint: ad Robertum a quo digressa est reuocetur narratio.

Iterum regno exut' & inclusus

a Id. ibid.

8. 9 Firmato pontificia auctoritate eius solio regij oratores, nimirum Rabanus Spirensis episcopus & Matthæus eques Cracouiensis cæsareo nomine in pontificia verba iurarunt b, ac spopondere Robertum ipsum, si Romam se conferret, vires pro Ecclesiæ gloria amplificanda, augendaque Pontificis dignitate impensurum, neque Bonifacium ad pontificios apices ponendos aperta vi occultaue adacturum; ditionis vero ecclesiasticæ iura ab hostibus occupata restituturum. At licet Robertus promissam opem ob Germaniæ impacatas res porrigere Pontifici non potuerit, non tamen occasionem repetendarum bello ecclesiasticarum vrbium, quas Ioannes Galeatius Vicecomes sum tyrannidi subiecerat, Bonifacius abire passus est: mortuo enim, vt diximus tyranno, cum Florentinis eius hostibus armorum societatem iniuit c, ac Balthassarem S. Eustachij diaconum Cardinalem legatum creauit d in pontificio exercitu; quod factum commendat S. Antoninus e, ac perstringit Ioannem Galeatium, qui ita principatum testamento duxerat, vt Gabrieli notho Pisas, Philippo Mariæ Papiam, Veronam, a Vicentiam; Ioanni Mariæ maiori natu Mediolanensem ducatum, vrbesque ecclesiasticæ ditionis Bononiam, Perusium, & Assisium relinqueret, arguitque non iniustitiæ modo, verum summæ imprudentiæ, cum latere ipsum non posset, non diu filium raptis potiturum f. Describit easdem iniustissimi belli causas Bonifacius in literis, quibus Balthassari Cossæ Cardinali legato Bononiæ ad imperium Romanæ ecclesiæ reuocandæ prouinciam dedit g.

Oratores a Roberto ad Bonifacium decreti

b Ex. instrum. form. apud Bonif. lib. 7. pag. 183.

Bonif. curę pro recuperãda Bononia.

c Lib. 7. pag. 117.

d Ib. p. 102. Baldassar Cossa creatus legat.

e Ann. 3. p. tit. 22. cap. 3. §. 12.

f Ead. cap.

10. &c. Progressum enim ad Bononiæ mœnia Balthassarem legatum apostolicum edito leui certamine facile a populo receptum, tradit Sigonius h. Pari etiã incubuit Bonifacius studio ad Perusium, Assisium, atque diœcesis Nucerinæ loca ex hostium rapacibus manibus vindicanda, vtque ciues ad depellendam e suis ceruicibus Mediolanensis tyranni seruituris iugum concitaret: ni parerent, ipsos anathemate percellendos, pœnisque grauissimis afficiendos pronunciauit i. Redeuntes autem ad officium Perusinos blando sinu excepit Bonifacius, & censuris, quibus illaqueati fuerant, ac pœnis exoluit k. Hactenus de Italicis turbis; nunc ad Hungaricas digrediamur.

g Lib. 5. pag. 102. Legatus Bononiæ receptus:

h Sig. l. 3. de epis. Bonon.

i Lib. 6. pag. 105.

k Lib. 7. epist. curr. p. 171.

13. 14 Deuenerant sceptri Hungarici iura, functa vita Regina Maria, ad Ladislaum Siciliæ Regem veteri Hungarorum instituto m, apud quos proximi gradu principes hereditariam coronam suscipiunt. At Sigismundus Boemus, qui dotali beneficio diu sceptris Hungariæ, Dalmatiæ, Vualachiæ, Bulgariæque erat potitus, redire ad priuatam vitam abnuebat: cum vero plurium Hungarorum procerum odia, ob adhibitam iam ante in triginta nobilitate insignes viros Caroli Dyrrachini partium sectatores crudelitatem in se ipcendisset, concitassetque inuidiam ob gestum male in Turcas bellum, facta conIurations principes illum circumsedere officij specie, atque in vincula coniecere a, tum Ladislaum Regem Siciliæ ad accipiendam hereditariam coronam Hungaricam exciuere, qui motuens varia Hungarorum ingenia, segnius rem aggressus est; denique autem communicato cum Pontifice consilio Pannoniam adire constituit. Commendauit meditata consilia Bonifacius, vt Ladislaus hereditarium regnum ab extero repeteret, tum ecclesiæ Romanæ potentiam confirmarum iri putauit, si Sigismundum, qui fratrem Vvenceslaum contra Robertum Regem Romanorum fulcire poterat, regno Hungarico, ad quod retinendum nullo nitebatur iure, deturbaretur. Angelum itaque tit. S. Laurentij in Damaso presbiterum Cardinalem legatum in Hungaria, Sclauonia, Dalmatia, Croatia, Rascia, Vvalachia, Bulgariaque creauit b, plurimaque auctoritate instruxit c, vt Ladislao Regi ad recuperandum regnum præsidio esset, ac principes & populos ad illius obsequium religionis vi traduceret: qua de re extat in pontificio regesto apostolicum diploma d.

a Æn. Sylu. Europ. c. 1. Bonif. sec. 3 l. 2. Sunnulf. lib. 4. c. 2. Ladislaus segnius rẽ gerit.

Decretum Bonif. legatus in Pannoniam.

b Lib. 7. pag. 147.

c Ibid. p. 144. ad 160.

d Sup. p. 147

15 Redimitum fuisse Ladislaum ab eodem Hungarica corona tradit Niemius e, ac decumano sacerdotiorum auro instructum. At illius æmulus Sigismundus, qui viduæ matronæ, cuius virum occidi iusserat, vt seruaretur in vinculis traditus fuerat, ipsam ita eloquentia sua deliniuit, vt e carcere dimitteret, dimissusq; Barbaram Cilæ comitis filiam duxit vxorem: deinde in Morauiam se contulit, moxque in Boemiam, cuius sceptrum arripuit, Vvenceslo fratre hoc anno in custodia incluso (vt antea meminimus, & Gobelinus refert f) ac Boemiæ & superioris Hungariæ vires ad recuperandam Hungaricam coronam contraxit. Fauit g illi Vvladislaus Rex Poloniæ, eiusque & aliorum amicorum studijs fretus, irrupit in Hungariam, ac Ladislai sectatores acerrimo bello, recta Budam g contendens, adortus est. Exinde ciuile bellum exarsit, cuius exitus ancipites metuens Ladislaus paternæ necis memoria territus, spes amplas Hungariæ abijcere, & Siculo sceptro contentus esse constituit; vt Niemius narrat i. Sigismundus autem ad constabiliendas regni Hungarici res, celebrato Budæ die quinto octobris ordinum regni conuentu edita publica sanctione aduersarios omnes ad pacem admisit: qui vero beneficium id spreuere, Ladislai odio postea bonis euersi sunt.

e Theod. Niem lib. 2. c. 17.

Boemiæ sceptrum fratri erexit.

f Gobelin. in cosmod. æt. 5 c. 70. Dubr. lib. 23.

Iuuatur a Polono.

g Cromer. hist. Pol. lib. 16. Hagar. regnum recuperat.

h Bonf. ibid.

i Theod. Niem ibid.

Sigismũd. res suas in Hungar. firmat.

16 Hæc rerum conuersio improuisique exitus, cum Bonifacij consilia contudissent, maxima catholicæ rei detrimenta attulere k: Sigismundus enim Bonifacio, qui Ladislai partes prouexisset, infensus obtriuit viros ecclesiasticos, sacerdotiaque pro sua libidine contulit, paucique Hungari ad curiam Romanam accessere. Cæterum iustissimum erat & prudens videbatur Bonifacij consilium, quamuis illi euentus minime respondrit. Vt vero postea Sigismundus Rex redintegrandæ ecclesiarum coniunctionis præcipuus auctor exiterit, suo loco dicetur. Nunc addimus Bonifacium sacrarum opum pro diuini cultus splendore tuendarum solicitum, vt fraudes illas dilapidare cupientium eliderent, intentato anathematis terrore sanxisse m, ne ecclesiarum, monasteriorum, & xenodochiorum bona ad amplius tempus, quam ad triennium locari, vel empitheusi subijci, nec census nisi annui recipi possent.

k Lib. 7. epist. curr. p. 171.

Hung. iura deuoluta ad Ladisl. Reg.

m Extat de re cõst. in anal. t. 14. an Christ. 1393 num. 10.

Sigismũd. in custodiã traditus.

17. &c. Hoc anno Petrus de Luna ex Auenionensi custodia, in qua quadriennio, & eo amplius, tentus fuerat, vt ad ponenda pontificatus insignia adigeretur, si Bonifacius pontificatu se abdicasset, fuga lapsus n est parata siue Aragonum siue Gallorum ope infra Rhodani pontem icapha: inde ad proximum vicum Pontem sorgiæ substitit, mox

m Lib. 7. epist. curr. p. 168.

Petrus de Luna ex Auenionẽsi custodia aufugit.

n Alm. Vrsin & Meseb. S. Dionys. in Car. VI.

Contẽdũt nõnulli de dore deferenda ei obsequia:

Carpentoractum, indeque Massiliam abijt. Interea certabatur acerrime inter doctores Gallos, an negata antea illi obsequia iterum præstanda essent: contendebat inter cæteros maximo ardore Condomiensis episcopus in commentario a Caroli Gallorum Regio nomine inscripto, iterum deferenda: cuius dicta falsæ hypotesi innitebantur, scilicet Petrum de Luna esse verum Pontificem: *Nulla*, inquiebat, *ratio reperiri potest sufficiens ad schisma introducendum... vt plenissime concludit Augustinus in epistola ad Vincentium Donatistam, &c.* Tolosana etiam academia literis b ad Carolum VI. Regem extremo superiori anno missis professa est, non spectare ad ipsum ferendæ sententiæ ius, an obsequium Petro de Luna in possessionem pontificatus in Gallijs inducto denegandum esset, neque ecclesiasticas causas ab Rege, sed a Pontifice cognoscendas.

a Ext.l.6.de schism.p.15. & l.8.p.21

Nulla ratio sufficiès esse potest ad schisma confiandũ.

b Ext.l.3 primi Roman. eccl pag.21. Schismatici ius verbis cõuicti.

21. &c. Demum Gallos negatam iure antipapæ obedientiam ei detulisse, annitente duce Aurelianensi, refert Theodoricus Niemius c: nam periurus antipapa falso spondebat cessurum se gradu si Pontifex cederet. Implicitus etiam erat eodem schismate Amedeus dux Sabaudiæ, belloque Heluetios finitimos catholicos hostili excursione vexabat: ad quos tutandos Bonifacius Bernenses excitauit d, vt socijs opem ferrent.

Galli iterũ obsequium antip. deserunt.

c Theod. Nif lib.2.cap.33

d Lib.7.pag. 143.

25. 26 Hoc anno Tamerlanes exercitum in expeditionem aduersus Aegypti, Syriæ, & Babyloniæ soldanum eduxit, ac Mamalucos varijs prælijs attrijuit; cuius præcipua gesta perstringit Theodoricus Niemius e, nimirum Damascum expugnasse, & cum se Gezideanæ sectæ cultorem finxisset omnes Gezideanos sacerdotes, quorum secta, Mahometicæ aduersabatur, congregatos exussisse, ducesque soldani Babylonici inter Carnam & Damascum profligasse.

Expeditio Tamerlanis in sultanum. Damascum expugnatũ

e Theod. Nif lib 2 cap. 30 Krãtz. Vand 2.l.10.c.1 Bizar. Genuf. hist.l.9.

Excindendi etiam sepulchri Christi domini impia cupiditate actus Ierosolymam furens procurrebat: at diuina potentia non numerosas in illum phalanges, sed bruchorum exercitum contra superbum sæuumque barbarum decies centenis Tartarorum millibus succinctum, immisit: *Volens*, inquit Theodericus Niemius, *etiam vi capere tunc temporis Hierusalem impediebatur per bruchos, qui eius exercitum adeo vexarunt, quod versus eandem ciuitatem vlterius ire non potuit.* Meminit eiusdem prodigij Albertus Krantzius f. Certe Ægypti & Syriæ soldanus Zelebis Quirici siue accepti, vt videtur, a Christo beneficij memor, siue Tartarici belli a Tamerlane molestus, missis oratoribus ad principem Rhodiæ equestris militiæ pacem cum Christianis pepigit, ac plura religionis ergo pro sanctissimo Christi sepulchro peregit g; permisit enim inter alia, vt Rhodius magister Ierosolymis & Rhamæ xenodochia habere posset, illisque præfectum cum sex sacerdotibus imponeret, ad peregrinos, qui idem Christi sepulchrum lustrarent excipiendos, consulemque iuri dicundo præficeret, ac veteres ædes, quas olim Hospitalarij possederant, restituit; præterea omnium vectigalium onere immunes pronunciauit: vt etiam equites Ierosolymitani per omnia ipsius regna libere commearent: vt omnes peregrini ad sanctissimum sepulchrum accessuri nulla grauiora, quam olim præscripta erant, vectigalia penderent: vt in xenodochio Ierosolymitano pro vsu peregrinorum ædes amplificari possent, necnon apud dictum sepulchrum, tum in monte Sinai, Nazarethi apud S. Mariam Sardinaiam, & in omnibus locis, in quibus Christianæ pietatis monumenta extant impressa, ecclesiæ refici atque instaurari possent: vt Christiani e seruitute Mahometica vel pretio redimi possent, vel cum Saracenis captiuis permutari. Adiectæ etiam aliæ fuere

Galli iterũ obsequium antip. deserunt.

f Krãtz. ib.

g Rosius t.2. l.4. hist. equit Hierosol. Sultanus Zelebis Christianis æquior fuit.

leges ad commercij libertatem asserendam. Cæterum Tamerlanes, cum propulsatus Ierosolymis ingentem exercitum suum in Ægyptum transportare conaretur, arenosis solitudinibus detentus, signa in Persidem reflectere coactus est a, omnesque regiones quacumque ibat, non tam gressibus, quam victorijs peragrauit.

In Persidi signa vertit Tamerlanes.

a Bizar. hist. rer. Persi. 9

IESV CHRISTI annus 1404.

Indict. 14

BONIFACII PP.IX. ROBERTI ROMAN. REGIS 4. annus 15. EMMANVELIS II. IMP. OR. 21.

1. 2 INtentus Pontifex tuendis Romanæ ecclesiæ iuribus cum Astorgio Manfredo de Fauentiæ recipiendo imperio pepigit, ac Donademum episcopum Narniensem vrbis possessionem adire iussit b, de qua Florentinis vendenda nefaria consilia fuerant agitata c; cumque post recuperatam Bononiam nouas in ea vrbe excitatas turbas accepisset præcipuo Nannis Gozadini flagitio, qui amplissimis a Balthasare Cardinale beneficijs ornatus in eum coniurarat, Centique & Plebis oppidis proditione occupatis Bononiensem rem perturbarat; seditionem compescere studuit; increbrescenteque fama proditorem arcanis Nicolai marchionis Arestini studijs fulciri, Bonifacius Nicolao Nannis proditionem exposuit d, edixitque apostolico pro imperio ne vllam cum illo coitionem faceret, ipsiue vllo modo faueret. Ad continendos vero facilius in officio populos ne magistratuum vitio ad rebellionem traherentur, tumultusque concitarent in electionibus, Bonifacius sanxit e, ne quis a populis Romanæ ecclesiæ clientibus ad præfecturam præturamue, aut publicæ rei administrationem vocaretur, sed summi Pontificis arbitrio magistratus publicis gubernaculis admouendos, omniaque his contraria decreta conuulsit.

b Bonifac. lib.8. p.38.

c S. Anton. 3. p tit. 22. c. 3 §. vlt. Turbæ excitatæ Bononiæ.

d Lib.7.epist curr.p.208.

Bonif. lex de magistratuum creatione. e Ibid. ep. eius pag. 232.

3. &c. Inter hæc Petrus de Luna antipapa ob restitutum sibi a Gallis superiori anno obsequium, reditumque pseudocardinalium arrogantia tumidus propagabat schisma, ac factis demonstrabat nunquam se falsæ dignitatis pro restituenda Ecclesiæ pace insignia positurum. Qua de re vulgata per orbem Christianum fama, Carolus Francorum Rex dolens ob suam facilitatem Petrum in pristina peruicacia obdurauisse, ducem Aurelianensem fratrem suum ad eum misit, petitum, vt ad remouendam a se inuidiam, consilium suum abolendi schismatis suamque mentem aperiret. His auditis pseudopontifex improbitatem multis verborum fucis colorauit f, eosque rumores maleuolentiæ, cum tamen re ipsa vera esset ea proborum sententia, ascripsit, edito ea de re eiusdem ducis Aurelianensis rogatu publico diplomate g, sed mendacijs dolisque refert.

Petri e Luna pertinacia.

Missus ad eum ab Rege dux Aurelian.

f Ext.to.2.de schismat. pag.144. & in annalib. g Ext.l.2.de schism.p.33 & tom.2.de schis. p.144. Instructi a Petro e Luna noui doli.

6 Eo accepto Aureliani dux ingentes illi grates egit h, qui vt infamiam, quam sibi ob propagatum schisma pepererat, in verum Pontificem deriuaret, illumque concordiæ specioſa fraudo, vel vi opprimeret, oratores submisit ad Bonifacium, qui ad pristinam ecclesiarum coniunctionem redintegrandam se accessisse fingerent, atque ad volumares vulgi irretiendas illum ad pontificia ornamenta exuenda paratum ementicbantur i, si Bonifacius pontificium imperium deposuisset: Bonifacio vero & Cardinalibus alios tucos proposuere, nec de pontificatu deferendo, vt tertius communibus suffragijs crearetur, sed de subdolo colloquio a Bonifacio & Petro ipso l faciendo egerunt, in quo antipapa opprimere Pontifi-

h Monstrel. VI lib.1.p.234. Oratorum illius mendacia. i Ibidem.

cem

cem meditabatur, vel inuidiam ſchiſmatis in eum detorquere, vt Theodoricus Niemius refert his verbis.

7 *Qui quidem nuntij*, inquit, *Bonifacium et eius Cardinales diligenter exhortabatur, quod cum eodē Petro ad faciendam vnionem in Eccleſia vniuerſali in aliquo loco vtrique partis inter conuenire vellent, ad quod ipſi domini Cardinales partis noſtræ bene inclinati erant; ſed aſſignato termino, quo ſuper hoc Bonifacius dictis nuntijs finaliter reſpondere volebat, ſcilicet in eius palatio penes baſilicam Principis Apoſtolorum, in eodem feſto S. Michaelis in veſperis. Et cum illic Bonifacius, Cardinales, & nuntij & multi curiales inuicem conueniſſent, tunc prafati nuntij perquam diſcrete, & ſolenter, quæ ipſis commiſſa fuerant propoſuerunt, rogando & exhortando dictum Bonifacium, quod finem daret huic ſchiſmati, cum eorum domino ad hoc parato, vt dicebant.* Mera itaque erat hæc impoſtura, quandoquidem antipapa nihil aliud contendebat, quam in congreſſum colloquiumque venire cum Bonifacio, cui ſe perſuaſurum, vt pontificatu abiret, eumue opprimeret, præſidebat. Subdit Theodoricus: *Quibus Pontifex ad hoc parum benigniter reſpondit, ſe eſſe Papam, & eundem Petrum antipapam, & ſimilia verba parum vel nihil ad cauſam facientia adducendo.* Tradit auctor apologiæ a Petri de Luna, Bonifacium hac voce vſum: *Magiſter veſter non renuntiat vel non renuntiauit; cum hoc ipſe iurauerit, & in poteſtate ſe poſuerit laicorum: renuntiet ipſe ſi vult, & qui ſe obligauit, & non habet quid perdere. Nos ſumus qui poteſtatem a Deo habemus & nolumus renuntiare.* Hec narrat ſchiſmaticus ad creandam Bonifacio inuidiam, quamquam re ipſa erant vera & iuſta. Quid vero ad hæc reponderint internuntij antipapæ, ſubijcit Theodoricus Niemius b: *Tunc*, inquit, *ipſi nuntij dedignati in eius præſentia dixerunt quod dominus eorum non eſſet ſimoniacus, notantes Bonifacium eſſe talem, vnde Bonifacius valde commotus iuſſit eos Vrbem exire; qui reſponderunt, quod ſaluum conductum haberent ab ipſo & Romano populo adhuc aliquantulum illic manendi & inde recedendi, quod illo gaudere velimus. Vnde ipſe Pontifex ira immoderatius incaleſcens, & pungente ipſum morbo calculi teſtium agritudinis ſubito intrauit, in quo tertia die ſequenti feſto S. Remigij mane deceſſit, dictis nuntijs adhuc exiſtentibus in Vrbe.*

Speciosa eorum oratio.

a Ext.to.24. de ſchiſmat. pag.144.

Bonifacij reſponſum

b Lib.1.c.23

Pungitur verbo aculeato ab antip. oratoribus

c Cap.24. Contractis mentis & corporis dolore moritur.

d Gobelin.in coſmod.ætat.6 c.87.in fine Politicę peritiæ laude floruit.

8 His conſentanea de Bonifacio kal.octob. morbo calculi extincto, tradunt Gobelinus Perſona d & alij; conſentiuntque de obitus die ſucceſſoris literæ de inito pontificatu exaratæ. Cum igitur Bonifacius creatus fuerit Pontifex ſecunda nouembris die excurrente anno milleſimo trecenteſimo octuageſimo nono, annos quatuordecim, menſes vndecim ipſum ſediſſe affirmandum eſt, quem S.Antoninus e hoc exornat elogio: *Satis prudens inuentus eſt in regimine temporali, & preterea tanti animi, vt primus populi Romani vim omnem in Pontificem tranſtulerit, creatis ſuo nutu magiſtratibus omnibus, munita arce S.Angeli & pontibus.* Nec modo in rebus publicis gerendis peritiā, verum etiam floruiſſe ſingulari caſtitatis exemplo, narrat idem ſanctus auctor f: *A multis vulgatum eſt, quod cum ſecundum medicinam carnalem diceretur ſibi, quod per coitum cum muliere liberaretur a calculo, ex quo deceſſit, minime acquieſcere voluit tanto ſacrilegio contra diuinam legem; eligens potius pudice mori, quam impudice vivere, & ideo valde commendandus fuit.* Mortuo igitur, ſubdit Niemius g, *dicto Bonifacio, funus eius ſatis humiliter in baſilica Principis Apoſtolorum ſepeliebatur.* Et infra: *Magnum & pretioſum valde monumentum fratres eiuſdem Bonifacij ſibi in eadem capella conſtrui fecerunt.*

d Gobelin.in coſmod.ætat.6 c.87.in fine

e S.Ant.t.3.p. tit 22.p.3. in princ.

f Ibid.c.§.3.

Maluit mori quam fœdari.

g Ibid.& alij.

9 Iuſtis funebribus ex more Bonifacio perſolutis, Cardinales ad creandum nouum Pontificem ſe compararunt: ac tum Petri de Luna oratores nouos moliti dolos noui creationem Pontificis diſturbare fallacibus pollicitis pertentarunt, de quibus hæc Theodoricus a: *Dum iam ipſi Cardinales conclaue ingredi vellent cauſa eligendi ſucceſſorem Bonifacio memorato*, & infra, *dicti nuntij venientes rogarunt, quod tam ſuperſederent in electione huiuſmodi: ſi hoc facerent, ſperarent vnionem futuram cito, de ipſorum domino grata vellent nouæ referre: quod tamen dicti domini Cardinales facere noluerunt, exiſtimantes quod talia traſſatice proponerent, ac ſtatim conclaue ingrediebantur, vt eligerent ſucceſſorem Bonifacio.* Cæterum puram ac nitidam rei veritatem Innocentius VII. enarrat b, nimirum Petri de Luna oratores a Cardinalibus vocatos fuiſſe, monitoſque tandem ſchiſmati finem poſitum iri, ſi vere Petrus controuerſo papatu abiret, ipſoſque pacta abdicatione nouum tum Pontificem non renuntiaturos, quo eccleſiarum coniunctio redintegrari poſſet: illos autem, qui non alia ratione concordiam exoptare præſeferebant, niſi vt omnes antipapæ ſe ſubijcerent, oblatam iuſtiſſimam abolendi ſchiſmatis occaſionem repulſiſſe, negaſſeque ea ſe auctoritate inſtructos eſſe, vt Petri nomine cederent; neque id etiam ipſius congruere dignitati: quo impudenti reſponſo dato, poſtea magiſtri impoſturas imitati non minori impudentia iactarunt, illum pro extinguendo ſchiſmate paratiſſimum fuiſſe pontificatu ſe abdicare, at Bonifacij eiuſque Cardinalium vitio ſchiſma tandiu propagarum. Verum, ſpretis horum impoſtorum fraudibus, Cardinales omne conſilium ac ſtudium ad indagandas ſchiſmatis abolendi rationes contulerunt, ſanxeruntque, vt refert Gobelinus c, nuncupato ſacramento omnes obſtringendos, ſi pontificatum adipiſcerentur, curas omnes in extinguendo ſchiſmate adhibituros, etiamſi pontificio gradu cedendum foret.

a Ead.c.24.

Antipapæ nuntij obſiſtunt ne creetur nouus Pontifex.

Contēptæ eorū fraudes.

b Innoc.l.1. pag.134.

Monentur vt cedat Petrus e Luna & communi cōsē tu Pōtificē deligāt iri

Impudētiſſima eorū reſponſum

Cardd.pia cōſilia pro extinguendo ſchiſmate.

c Gobelin.in coſmod.ætat.6 cap.88. & Theod.Nit. lib.2.c.34.

INNOCENTIVS PAPA VII.

10.&c. Conſtitutis ijs pactionibus tradit Gobelinus Coſmatum de Melioratis presbyterū Cardinalem tit. S.Crucis renuntiatum fuiſſe Pontificem, nimirum XVI. kal.nouemb.atque Innocentij VII.nomen ſibi aſciuiſſe. Complectitur paucis hiſce verbis Leonardus Aretinus noui Pontificis dotes d: *Patria Sulmonenſis, vir ætate grandeuus; ac militarem magnarumque rerum experientiam eſtimans.* Deſcribit accuratius Theodoricus Niemius e eius genus, mores, & geſta ante pontificatum munera: ſcilicet natum Sulmone ex honeſtis parentibus, ac doctrina rerumque gerendarum peritia & comitate excelluiſſe, ab Vrbano creatum epiſcopum Bononienſem, & a Bonifacio ſacra purpura ornatum. Die vero ſecunda nouembris ſolemni ritu tiara pontificia redimitus eſt, ac Lateranenſis baſilicæ poſſeſſionem adijt, ſcriptiſque encyclicis literis f catholicos præſules de traditis ſibi vniuerſæ Eccleſiæ gubernaculis certiores fecit, rogauitque, vt de vijs optimis extinguendi ſchiſmatis inter ſe conferrent, atque ad eas exponendas ideneos viros mitterent antequam proximus omnium ſanctorum feſtus dies laberetur. Et quidem Innocentium etiam indixiſſe Romæ ſynodum ad kal. nouembris recurrentis anni proximi, teſtatur hiſce verbis Gobelinus g: *Dominus Innocentius Papa archiepiſcopis & prælatis per diuerſa regna conſtitutis literas ſuas cum nuntijs ſolemnibus direxit, inſinuans eis quod in kal. nouembris deinde proxime futuris concilium generale in vrbe Roma pro vnione Eccleſia eſt celebraturus, & exhortans eos, vt ſe cum prælatis ſibi ſubditis, vel ſaltem viros ideneos ad idem concilium dirigere curarent.* Vt vero diſturbatum fuerit huiuſmodi concilium ſequenti anno dicetur.

d Aretin.in hiſt.rer.Ital

e Theod.Nit. lib.2.c.39.

f Lib.1.p.114 115.& 120.

g Gobelin.in coſmod.ætat.6 cap.88. Inuitū eō cilium ab Innoc kal. nouembris anni proximi.

14 Cæterum Ladislaus Rex Neapolitanus, cum audiſ-

Ladisl.pacē ecclſtur bare aggreditur.

audisset Pontificem sacramento se deuinxisse ad ponendos papales apices, si Petrus de Luna antipapali fastigio abiret, sinistram concepit suspicionem, ne in ecclesiarum constituenda concordia suæ dignitati aliquod periculum crearetur, adduxitque Innocentium, vt apostolica sanctione a vulgaret, publicam pacem nunquam firmandam, nisi Ladislaus sceptra, quibus potie batur, retineret.

a Tunc l. 8. pag. 70.

15 Quæ conditio de ecclesiarum coniunctione non restituēda nisi regnum Neapolitanū aduersus Andegauensem assereretur, vix aut nunquā impleri posse videbatur, nec propter Regis illius priuata commoda, nouę erant afferendæ difficultates in redintegranda ecclesiarum coniunctione; sed eiusmodi in Ladislaum nimij studij susceptæ culpæ vindicem Innocentius Regem ipsum sensit: pulsus enim ab eo Vrbe, coactusque est, vt videbimus, non modo infidum contumacemque principem anathemate percellere, verum decretoria sententia regnorum iuribus ob ipsius flagitia nouis in dies flagitijs cumulata exuere. Grauissima illa fuisse, & Innocentium ob iniquitatem temporum ea dissimulasse, memorat Theodoricus Niemius b; acceptorum enim ab Ecclesia beneficiorum immemor Ladislaus, ecclesiarum bona inuasit, militibusque indulsit vt a monachis & episcopis stipendia & commeatum extorquerent. Innocentius porro cum vinci beneficijs Ladislaum posse putaret, remisit illi omne vectigale aurum, quod superioribus annis sedi Apostolicæ pendere intermiserat, atque etiam tribus proxime lapsuris cenius immunitatem concessit c.

b Theod. Niem lib. 2. cap. 41

Innocētius in Ladisl. liberalitas.

c Lib. 1. p. 60

16. &c. Retulit Innocentio pro acceptis beneficijs iniurias Ladislaus Rex, de quo Leonardus Aretinus historiæ tradidit d, illum salutandi Pontificis prætexta causa Romanos sua præsentia in Pontificem concitasse, vt publicæ rei habenas ab eo extorqueret, cumque ic interpretem concordiæ inter populum & Pontificem, a quo etiam Campaniæ & Maritimæ præfecturam in aliquot annos obtinuerat, constituisset, perduellibus Romanis plus æquo studuisse.

Repositę a Ladisl. pro beneficijs iniuriæ.

d Aretin. in hist. rer. Ital sui temp.

Aspirat ad vrbis imperium.

19 Fuit hæc pontificia indulgentia popularis irritamentum furoris, qui tantum domari, non blanditijs mulceri posset, vt obtinuit Theodoricus Niemius, qui acerbam temporum conditionem describit e: *Innocentius, qui fuit vir pacificus, mitis, & probus inde (quantum potuit) ciuibus regentibus complacuit, credidit enim in bono vincere malum: sed breuiter in his omnibus non profecit, quem continuo iniustis petitionibus vexarunt: quamobrem, dum iterum ab eo quædam ex præconcepta malitia non concedenda peterent irato animo, respondit eis dicens: Numquid omnia feci, qua voluistis, & quid amplius vobis facere possum nisi velitis, & huic, quem gesto, mantellum? volens per hoc innuere, quod in tantum eum vexarunt, quod citius papatui cederet, quam tot ab eis vellet molestias sustinere.* Vt vero atrox seditio proximo anno concitata fuerit, atque Innocentius Viterbium fuga se subducere coactus sit, suo loco dicetur: nunc reliquas huius rei res adiungimus.

Pontificis indulgētia Romani insolescunt.

e Theod. Niē lib. 2. cap. 38

20 Refregit f in Anglia Thomas archiepiscopus Cantuariensis magna constantia nonnullorum peruersorum impudentiam, qui in solemnibus ordinum conuentibus ex Vvicleffi documentis suadebant ad leuandam regij ærarij inopiam ecclesiasticas opes ab Henrico diripiendas: cumque eadem oratione exposuisset stare regna sacerdotum precibus, Regem magno pietatis ardore præmonuit his verbis, quæ Thomas Vvalsinghamus g refert: *Vereretur offendere Regem per quem reges regnant; vereretur & censuras, quas incurrunt, qui res ecclesiasticas depradantur; quos omnes constat excommunicationis sententia innodari. His a Cantuariensi præsulis Rex præcepit ei repetere sedem suam, asserens voluntatis sua fore Ecclesiam in adeo bono statu dimittere, sicuti eam inuenerat vel potius meliori.*

Innocentij liberum responsum.

f Walsin. in Henr. VI. hoc anno. Procerum Angl. clero insidiantur

g Ibid. ibid.

21. &c. Redintegrauerant Angli Galliq; vetus bellum, de quorum prælijs plura narrat Monstreletus a. Cæterum magno Gallici imperij damno Philippum ducem Burgundiæ extremum diem obijsse, qui moriens Ioannem filium principatuum heredem salubribus monitis instruxit, vt Francis adhæreret: verum ipsum paterna oblitum mandata Gallijs exitiabilia bella maximasque calamitates intulisse vsuri sumus.

a Monstrel. vol. 1. c. 19. Philippi ducis Burgun. mors.

24 Hoc anno Tamerlanes Tartarorum Rex ad Ægeum mare & Hellespontum victricia signa circumtulit, vt ex Innocentij h Papæ ad Emmanuelem Palæologum Græcorum Imperatorē proximo anno datis literis colligitur, ac Latinorum reliquias, quæ etiam tum Turcarum impetus sustinuerant ex Asia euulsit. Pera e excepta, quæ eius signis erectis cladem euasit. Inter alias vrbes Phocæam veterem & Phocæam nouam nobiles Genuensium colonias in Ionia euertit: tum Smyrnam vrbem munitissimam, quam tot laboribus antea Turcis eremptam vidimus auspicijs Clementis VI. & Hospitalariorum equitum fortissimo præsidio infestam ferro flammaque delenit, cum nullas auxiliares copias occidentales ob schismatis dissidia orientalibus Christifidelibus submitterent. Meminit eius excidij Theodoricus Niemius d, quod etiam describit Calchondylas.

Noua superstitio.

b Innoc. l. 11. pag. 212. Aliam sibi subijcit Tamerlanes. c Bin. hist. Genuen. rer. pers. l. 9. Christianas vrbes in ea delet

d Niem. l. 2. c. 23. Calcb. de reb. Turc. lib. 3. Bapius hist. equit. Ierosol. lib. 4. Aug. lib. 5.

Expugnata e quoque fuit a truculento barbaro per id tempus ducum opera, quos aduersus regna septentrionalia immiserat, Caffa: quam postea a Genuensibus receptam, ac muris instauratis rursum a Tartaris & Turcis expugnatam suo loco dicemus: qua amissa euangelium per finitima regna propagari desijt, & cum multis gentibus Christiano tum nomine, de quibus alibi egimus, commercium interruptum est.

e Bin. ar. rer. Pers & hist Genuen. l. 9. & alij. Caffa ducum opera potitur.

IESV CHRISTI
annus 1405.

Indict. 13.

INNOCENTII PP. VII. ROBERTI ROM. REGIS 5.
annus 1. EMMANVELIS II. IMP. OR. 22.

1. &c. MAximum terrorem f Christianis intulit Tamerlanes Tartarus, cum obtrito Turcico regno traducere in Europam ingentem exercitum, & Christifideles suæ subijcere seruituti meditaretur g. Tradit Innocentius Tamerlanem post victum Amarottum siue Ameram Baiazethem, impetus in Christianos vertisse (quibus vrbis Smyrna in Ionia euersionem indicat) atque ab Emmanuele Imperatore Græcorum additis etiam minis postulasse, vt naues submitteret, quæ Tartaricas copias Hellespontiaco freto in Europam deueherent. Contemptit barbari imperia Emmanuel, ac virum principem Angelum Catradinum ad Romanum Pontificem oratorem misit, vt occidentalium auxilia sibi compararet, Flexus ergo Innocentius Græcorum suspirijs in Neapolitano regno, Trinacria, Dalmatia, Hungaria, Rascia, Bosna, Seruia, Bulgaria, & Græcia sacrum in Tamerlanem bellum promulgari, atque indulgentiarum præmia, religiosam militiam accepto crucis symbolo professuris, stipemue pro sumptu in rem militarem faciendo collocaturis proposuit h.

f Innoc. VII lib. 1. p. 212.

g Ibid. ibid.

Tamerl. Cōstātino. politano imperio imminet.

Postulat Emman. a Rom. Pont. opem.

h Idem ibid. epist. curr.

Quid

a Marian.l. 19 c 11. ait itinerario ad Tamerl. Pernia Tamerlani regenda multitudine.

5 Quid vero contra potentissimum Tamerlanem decies centena militum millia ducentem a ex oriente, ac parte alia per septentrionem alios exercitus immittentem in Polomam, egissent Christiani principes, nisi eum diuina prouidentia de medio sustulisset? nam tantæ potentiæ coniuncta erat b militaris industria, vt numerus ordinem non confunderet: castra eius in vrbis modum erant instructa circumscripto cuique artificum collegio loco proprio, vt nullus esset latrocinijs locus, atque omnia velut in opulentissima vrbe venalia exponerentur; ac disciplinæ seuerus adeo erat vindex, vt ipse quamuis esset latronum Rex, militi de furto lactis accusato viscera ad explorandam veritatem aperiri ferro iussserit, eadem poena indicta mulieri, quæ eum detulerat, nisi inuenirentur furti vestigia. Plura quoque alia edidit crudelitatis exẽpla, de quibus memorat, inter alios, Raphael Volaterranus c. *Castra*, inquit, *tentoriis primum albis metari solebat, monstrando veniam obsessis se daturum, si se prima die dederent: secundo purpurea præferebat, vrendo in patres familias ac proceres tantum se animadversurum, si alterum expectassent diem: tertia atrata exitium omnibus miserabile ac totius vrbis ruinam facturum significabat. Is quondam in obsidione cuiusdam oppidi cum tertia die pueri cum virginibus oleas in manu gestantes egressi illi supplices occurrissent, ad vnum omnes interfici iussit. Admonitus a quodam Genuensi vti mitius cum populis ageret, sic cum facilius impetraturum, respondit se orbis esse calamitatem, proinde ocyus se inde abeo proriperet, nisi & ipse quoque hanc periclitari vellet: at ille statim subterfugit.* De eius obitu dicetur anno insequenti.

b Biz. r. Genuel. hist. l. 9. Seueritas pro furtis coercendis

c Volat. geograph. l. 12.

Tamerl. immanitas.

6 Interea apperita est Romana ecclesia eorum proditione & insidijs, quos aduersus hostes præsidio & monumento sibi futuros sperauerat: Albericus enim Barbianus in Neapolitano regno magister equitum ac Romanæ ecclesiæ cliens beneficiarius, repente fide violata, occupatisque nonnullis Bononiensis agri oppidis, ad Bononiam eripiendam Apostolicæ ditioni arma contraxit, hostilesque excursiones egit, monitusque a Balthassare Cossa diacono Cardinale legato, cœptis absistere contempsit. Ad cuius comprimendos impetus Pontifex encyclicis literis d singulos proceres ecclesiasticarum vrbium præfectos ac toparchas anathemate alijsque grauissimis pœnis indictis omni armorum fœdere cum perduelli Alberico abstinere iussit.

Alberici e Barbiano progressus.

d Innoc. l. 1. pag. 278.

Obijt hoc anno Franciscus Ordelaffus toparcha Forolivienſis & Cæsenas, in quo Ordelatorum familiam extinctam, refert S. Antonius e. Cum vero Forolivij & Cæsenæ principatum ad Romanam ecclesiam reuersum, Innocentij iussu Balthassar Cossa Cardinalis recipere pararet, non defuere, qui illi obsisterent: demum cum ciuibus imperato vectigali pactus est legatus, ne forte tyrannum aliquem ad vrbis dominatum occupandum accerserent, qui postea grauiora mala illaturus esset. Obsequentes se magis Ecclesiæ tum præbuere Tiphernates, qui excusso seruitutis iugo Romano Pontifici suam fidem præstitere: qua de re confectæ sunt publicæ tabulæ f.

Cecchi Ordelaffi mors.

e S. Ant. 3. p. tit. 22. cap. 4 §. 11.

f Ext. apud Innoc. lib. 1 pag. 151.

7. 8 At Romani ad seditionem a Columnensibus ostentato libertatis falsi nomine concitabantur g, ac Ladislaus Rex corruptis auro magistratibus Capitolinis tyrannidem Vrbis inuadere moliebatur. Addit Leonardus Aretinus h Romanos pontem Miluium, præsidio pontificio munitum occupare noctu tentasse: quod facinus ausum a Columnensibus queritur Innocentius i, asperaque commissa pugna fusse propulsatos: cumque postea agitatum de concordia esset, ac duo e septemuiris cum alijs nouem primarijs ciuibus e pontificio colloquio redirent, Ludouicum de Meloratis Innocentij nepotem ipsos, ægre vti salute concessa, contrucidari iussisse a: ob quod crudele facinus & populum arma cepisse, & Pontificẽ ingenti dolore fuisse affectum. Insontem ipsum, & inscium indignissimæ cædis Theodericus Niemius k etiam fatetur, quamuis infito nimium in nepotem amori indulsisse perstringat, ex qua ille indulgentia ad nefaria facinora admittenda abutebatur. Tradit idem auctor vt interea crebro ex Capitolina arce campanarum strepitu Romani in arma concitati sint, factoque in viros ecclesiasticos dignitate spectatissimos impetu, ipsos atque etiam episcopos per Vrbem ad Capitolinos carceres laniatis ad ignominiam vestibus raptarint, ac bonis exuerint; cumque molis Hadrianæ præfectus Ladislai Regis auro ac promissis corruptus, suspectus esset, neque abundarent commeatus, ac Regis hostilis equitatus immineret, Innocentius furori cedendum decreuit, Viterbiumque rapido cursu profectus pene sitì exaruit, cum plures ex eius comitatu siti & æstu extincti sint.

Alberici Barbiani proditio.

g Innoc. l. 2. pag. 150.

h Aretin. in hist. rer. Ital. sui temp. & lib. 4. apud Innoc. VII lib. 2. p. 350.

a Aretin. in hist. rer. Ital. & l. 2. ep. 5 Pontificij nepotis crudele facinus.

b Theod. Niem lib. 2. c. 37. Romani arma in ecclesiasticos expediunt: Episopi indigne cõiecti in carceres.

9. 10 Audita Romanorum seditione in Pontificem commota, & suburbanis S. Petri a Ioanne Columna vna cum pontificio palatio occupatis, Ladislaus Rex, adesse tempus putauit, quo Romam regno adiungeret. Perretum itaque Troiæ comitem magnis stipatum copijs submisit, quem a coniuratis exceptum & in suburbana admissum, refert Theodericus Niemius c; narratq; vt hostes per pontem S. Angeli in interiora vrbis loca penetrare nisi sunt, sed a Romanis primum non admissi in suburbium S. Petri retulere gressus, armisque egregie instructi ad tria hastatorum millia iterum irrumpere per pontem in Vrbem sunt conati: sed Romanorum diligentia intercluſis obseptisque in Vrbem aditibus miroque asperiori certamine fuerunt propulsati, ac perduelles alij qui Capitolio intidebant, inde abscedere compulsi. Ita Troiæ comes Vrbis subigendæ spe delusus in circumiecta loca imperum suum conuertit: Ioannes vero Columna, cum dies viginti in suburbio S. Petri hæsisset, imminentibus iam pontificijs copijs, in fugam pariter se coniecit. Recepto itaque suburbio S. Petri & Capitolio, moles tantum Hadriana, cui Antonellus Thomacellus præerat, inhostis Ladislai potestate perstitit d; ex qua Romæ grauiora damna illata sunt. De conciliatis Innocentio Romanis coniuratis proximo anno agemus: nunc ad immanes schismatis turbines, qui fluctuantem Petri nauiculam magna vi concussere, narrationem traducimus.

Ladislaus Romã sibi subijcere meditatur.

c Theod. Nil l. 2 cap. 37. Eius copiæ a Romanis propulsatæ

Comes Troiæ pulsus iras effundit in eccles.

Paulus Vrsinus pontificij exercitus dux.

d Innoc. l. 2. pag. 150. Moles Hadriana in Pontificem pro Ladislao rebellat.

11. &c. Instructus dolis & impietate Petrus de Luna antipapa, cum facillime, potiris falsæ dignitatis insignibus, pacem restituere Ecclesiæ posset, varias ambages ad fallendam piorum expectationem quærebat; cuius oratoribus fidem publicam sibi dari poscentibus, respondit Innocentius tandiu negatum iri, donec non vana & insulsa, vt antea, sed quidpiam efficax ad instaurandum ecclesiarum fœdus afferrent: id vero erat huiusmodi, vt Innocentius ac Petrus de Luna papalia exuerent insignia, quo alius communibus suffragijs in concilio œcumenico renunciaretur Romanus Pontifex. At cum Petrus ab hac re penitus abhorreret, eius oratores impudentissima mendacia diffundere non erubuere, quæsitos a se omnes tollendi schismatis modos: ac cum Bonifacio tum Cardinalium collegio ad euocandum in vnum gregem dominicum, voluntariam de gradu papali abdicationem obtulisse; postremo etiam Innocentium repetitis vicibus de coniungendis ecclesijs solicitasse; neque ipsum ad id flectere potuisse. Cum itaque

Ladislaus Romã sibi subijcere meditatur.

Antipapæ dolus.

Responsũ Innocentij ad vana eius petita.

antipa-

antipapa impostorum opera Romanam ecclesiam in inuidiam adduceret, Innocentius re in lucem veritatis prolata schismaticorum artes propositio ijs, quæ supra sunt a nobis allata, dissoluit, ac Florentino & Feltrano episcopis miumit *a*, vt eadem de re apostolicas literas diuulgarent.

a Lib.1 epist cur.p 134.

14. &c. Non destitit iterum Petrus Innocentium delis lacessere ac fatigare, vt suos oratores audiret: sed periuro ac perfido impostori repulsam dedit Innocentius, summo quidem iure quidquid obganiat Nieminus, qui eadem nota Innocentium cum antipapa percellit. De Petro quidem de Luna nunquam ipsum voluisse gradu cedere constat: at de Innocentio id iactari non potest, quem iure aduersarij fallacibus petitis repulsam dedisse exploratum est; maxime cum synodum catholicorum ad kal. nouembris indixisset: quæ cum ob Romanorum seditionem vt vidimus, supersedentibus itinere præsulibus & oratoribus principum, disturbata esset, illam ad kal. maij proximi anni extraxit *b*. Eo maior cogendæ ab Innocentio synodi vrgebat necessitas, quo antipapa suo in Italiam aduentu Romam intercipere & aliquam rei catholicæ perniciem inferre molibatur *c*: illum enim appulisse hoc anno Genuam, tradunt Iuuenalis Vrsinus *d* & Genuenses scriptores *e*, atque maximis honoribus exceptum, cum nimirum se a schismaticis subornari atque a veri Pontificis obsequio abduci essent passi; quorum exemplo paulo post Pisani seducti. Sed haud impune Genuenses ac Pisani tulere flagitium; Genuenses enim dira lues post antipapæ aduentum contecit *f*, vt is illius terrore pertusus Massiliam regredi coactus sit *g*: Pisani autem, qui imperio Gabrielis Mariæ Ioannis Galeatij Vicecomitis ducis Mediolanensis nothi filij a Pontifice defecerant, hoc anno excussere iugum eiusdem Gabrielis, a quo tum principatus Pisanus Florentinis diuenditus est, a quibus mox bello petiti *h*, in eorum seruitutem proximo anno adducti fuere *i*: Gabriel vero Maria cum maxime Gallorum, quibus Liburnum tradiderat, amicitiæ præfideret, triennio post Genuæ de nouatarum rerum crimine postulatus capitali supplicio est affectus.

Disturbatū concilium ob seditiones vrbanas.

b Innoc.l.1. pag.345.

Antipapæ in Italiam accessus.

c Ium Vrsin. Car.Vit.hoc an.&l.dus 3.p.m.23.c. 4. in princ. d Iuuen.ibid. e Biz.hist.Genu.l.10 & Foliet.lib.9

Diuinæ in Genuen.& Pisanos vindictæ.

f Biz. Genuens.l.lib.10. g Foliet.l.9.

Gabriel Maria principatum amittit dū ad eum frangendum fit schisma ticus.

Pisas Florentini vēdit.

h lib.9.4. I Ubrod.Nīl lib.2.cap.40

Infelix ei⁹ exitus.

Vencesl. ad antipapā odio Bonifacij spectat.

i lib. p.285.

Recrudescit in Anglia discordia.

m Walsi.in Hen.IV.Hart pol in histor. Angl.sec. c.14. Polyd. Virg.histor Angl.lib.21

Auctæ a Scoto.

n Walsin.in Henr.VI. o Walsingh. vbi sup.

Innocēt.in eius interfectores animaduertit.

p Greg.XII. epist.2 p.130

Infelix Scoti exitus.

Incendium templi Cantuariensis.

q Walsin.in Henr.VI. r Walsingh. vbi sup.

Scotus Cantuariensis archiepiscopus.

s Walsin.in Henr.VI. t Walsingh. vbi sup.

Scoti mors.

u Walsin.in Henr.VI. x Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

y Walsin.in Henr.VI. z Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

a Walsin.in Henr.VI. b Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

c Walsin.in Henr.VI. d Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

e Walsin.in Henr.VI. f Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

g Walsin.in Henr.VI. h Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

i Walsin.in Henr.VI. k Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

l Walsin.in Henr.VI. m Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

n Walsin.in Henr.VI. o Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

p Walsin.in Henr.VI. q Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

r Walsin.in Henr.VI. s Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

t Walsin.in Henr.VI. u Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

x Walsin.in Henr.VI. y Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

z Walsin.in Henr.VI. a Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

b Walsin.in Henr.VI. c Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

d Walsin.in Henr.VI. e Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

f Walsin.in Henr.VI. g Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

h Walsin.in Henr.VI. i Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

k Walsin.in Henr.VI. l Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

m Walsin.in Henr.VI. n Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

o Walsin.in Henr.VI. p Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

q Walsin.in Henr.VI. r Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer.

s Walsin.in Henr.VI. t Walsingh. vbi sup.

Scoti cadauer

Vrbem Innocentius, exceptusque triumphali propemodum pompa haud omnino res pacatas reperit [a], tutante adhuc Ladislai Regis Neapolitani partes Antonello Thomacello molis Hadrianæ præfecto: atque adeo cum eam arcem obsidione cingi iussisset Pontifex contortis ex ea telis in ciues Vrbs oppugnata [b] est. Inter quæ animaduersionis seueritatem in Ecclesiæ hostes auctoresque prædictarum seditionum adhibuit; atque in primis in Ioannem & Nicolaum Columnenses, qui libertatis, vt diximus, tallaci specie populum Romanum seruituti addicere moliri erant, necnon in Perrettum Troiæ comitem & alios proditionis socios iudiciariam tulit sententiam [c].

a Antiq. lib. 20 fol. 40. Molet Hadriana obsessa.

b Ibid. in hist. ver. Italic. Columnenses nouarũ motuum cupidi.

c Innoc. VII lib. 2. p. 150. Iudicio agit Innocentius in Ladislaum

6 Animaduertit denique Innocentius in Ladislaum Neapolitanum Regem malorum omnium auctorem, qui adeo fœdo Ecclesiæ vbera, quibus lactatus fuerat, laniarat: cuius flagitia in oppugnanda sedis Apostolicæ dignitate, inque libertate ecclesiastica in Sicilia citeriori opprimenda indigne patrata cum iam diu dissimulasset Innocentius, neque crebris eum monitis flectere ad officium posset, pontificali demum constantia in contumacem Regem insurrexit, illumque iudiciario ordine Neapolitani regni iure exuit.

7 Perculsus apostolica sententia Ladislaus timuit ne Innocentius periculũ aliquod ipsi crearet; legatisq; oratoribus demissa promisit obsequia atq; Innocentium adeo deliniuit, vt ipsum in gratiam restituerit. Descriptæ sunt sanciti tum fœderis singulæ pactiones in diplomate d pontificio, quarum præcipuæ hæ fuere: vt iniuriæ hinc inde illatæ acceptæque vsque ad XXVIII. iulij diem obliuioni mandarentur, Ladislaus Christiana demissione obsequium Pontifici adiceret, leges omnes diplomate de concessis a Bonifacio regni Neapolitani iuribus comprehensas religiose coleret, restitueret molem Hadrianam Innocentio, acceptum regnum iure fiduciario illi referret, ac sacramentum fidei nuncuparet: sponderet nullos se Ecclesiæ clientes bello periturum, erepta sacris locis redderet, atque in gratiam proceres qui studuerant Innocentio admitteret. Innocentius, vero Ladislai causa proceres illius fœderatos Roma pulsos in Vrbem reuocauit, edicta in Carolum III. ab Vrbano VI. conscripta abolevit, & Campaniæ Maritimæque administrationem eo tempore, quo erat concessa, Ladislao permisit: quæ conuenta confirmauit Pontifex; præterea vero Ladislaum Romanæ ecclesiæ signiferum ac defensorem creauit e, vt siue aduersum Turcas, vti aliquam præferebat speciem, siue aduersus hostes eiusdem ecclesiæ vexilla attolleret. Adiectæ sunt rogato pontificio literæ ad Simonem de Nouaria, de quo memorat Innocentius, eodem argumento datæ f, quibus præcepit, vt Regem Ladislaum sacramento in verba ipsius Pontificis adigeret, formamque illius conceptam præscripsit.

Restituta mole Hadriana pacé facit. d Innoc. l. 2. pag. 83.

e Ib. pag. 19. Ladislaus vexillifer ecclesiæ Romanæ creatus.

f Ib. pag. 18.

Firmata concordia iniurias Pontifici pro acceptis beneficijs Ladislaus retulit, cuius ingratam mentem ita describit Theodericus Niemius g: *Innocentius ægrũ habuit animum contra dictum Regem Ladislaum quamdiu vixit: nec mirum, quia dum Rex ipse erat iunior, & in Caieta moraretur: & antequam statum suum recuperabat in regno predicto, aliquoties ad Romam, tunc regente Bonifacio, cum pauca comitiua venit, vt subsidia quareret a Papa & curialibus, qua ipsi pro posse ei gratuite impendebantur: eumque, in Ecclesia gremio velut vnicum filium eis charissimum nutriebant, inter quos idem Innocentius tunc temporis tit. S. Crucis in Ierusalem presbyter Cardinalis fuit precipuus relator honoris & status Regis memorati, &c. Cuius tamen grauitudo reperitur in omnibus vt precedentia manifestum, nimirum cum scriptum sit: Nolite confidere in principibus, neque in filijs hominum in quibus non est salus.* Subdit iterum in eum iudiciariam seueritatem adhibere Innocentium decreuisse, sed morte oppressum id perficere non potuisse.

Nõ seruat fidem Ladislaus. g Theod. Niem. lib. 1. cap. 44

Ingratus eius animus.

8 Excessisse ipsum e vita Romæ octauo idus nouembris, nimirum sexta die affirmat a Gregorius ipsius successor: atque ita cum renuntiatus fuerit Pontifex, vt suo loco vidimus, decimaseptima octobris die anno quarto huius sæculi, ipsum annos duos, dies XXI. sedisse affirmandum est. Celebrant eius laudes plerique scriptores, inter quos Theodericus Niemius b cæteroqui parum erga Romanos Pontifices æquus, hoc elogium silere non potuit: *Iste Pontifex fuit mitis, benignus, & compatiens afflictis, nec erat aliqua superbia in eo, neque apud ipsum acceptio personarum, nisi quod dictum Ludouicum & quosdam alios sibi sanguine iunctos in quibusdam regiminibus terrarum eiusdem ecclesiæ collocauit: libens postcentibus audientiam dabat, & fere diebus singulis certis horis supplicationes sibi porrectas solicite signabat, consistoria priuata & publica tenebat diebus & horis consuetis, nec alicui molestus, neque cupidus seu auarus existebat; simoniacos exosos habuit.* Edidisse in ipsos grauissimam sanctionem, vt eosdem pœnarum magnitudine a flagitio abduceret, narrat Gobelinus Persona c. Incubuisse etiam Innocentium ad emendanda alia vitia, quæ in aulam irrepserant, ac solutiores mores castigasse, refert prædictus Niemius d.

Obitus Innocẽtij & sedis tempus. a Greg. in lib. epistolicis.

b Theod. Niem. lib. 2. c. 29. Eiusdem elogium.

c Gobelin. in cosmod. ætat. 6 c. 54.

d Theod. Niem. lib. 3. cap. 41

9. &c. Iustis funeribus ei ex pontificia maiestate persolutis, Cardinales ingressi sunt conclaue die XVIII. nouembris, atque ancipites diu hæsere, num maturandæ ecclesiarum coniunctionis causa summi Pontificis creationem differrent, modo Petrus de Luna pseudopontificatu se abdicaret, sed cum graues contrariæ vrgerent causæ, & Petri interuentrij negarent illum honore abiturum; creandum nouum Pontificem, obstrigendumque ad restituendam, positis una cum æmulo papalibus insignijs, Ecclesiæ pacem censuere; quæ Leonardus Aretinus e accurate describit, ex quo pauca hæc subijcimus: *Itaque mediam quandam viam secuti patres eligere quidem statuerunt, verum ita obligare eum qui eligeretur, vt se magis procuratorem ad deponendum pontificatum, quam Pontificem factum existimare posset. Cautio in hunc modum adhibita: promisit, iurauit, & vouit vnusquisque patrum, idque chirographo solemni inscripsit, si Pontificem elogi se contingat, depositurum se pontificatum, si aduersarius pontifex idem faceret, idque statim illi per literas significaturum, & inuitaturum ad hoc ipsum faciendum; procuraturumque insuper omni via & modo vnitatem, idque bona fide & sine vlla fraude, promissionem & votum & iusiurandum, quod ipse præstitisset, omnibus Regibus principibusque per suas literas primo quoque tempore significaturum, quo eos testes haberet obligationis suæ.* His consentientia Gobelinus f, Theodoricus g Niemius g, S. Antoninus h, alijque tradunt, extantque i publicæ tabulæ insignes ea de re in conclaui confectæ.

Ancipites Cardd. sententiæ de creãdo successore.

e Aretin. in hist. rer. Ital. & epist. lib. 3. ep. 3.

Conuenta in conclaui edicta.

f Gobelin. in Cosmod. ætat 6 c. 58

g Theod. Niem. lib. 3. c. 2.

h S. Antonin. 3 p. tit. 22. c. 5. in princ. i tom. 2. de schism. p. 1. & apud Niem. tract. 1. c. 1. in Conclor. in elench. Cardd.

13 Nuncupata de his sacramenti formula: *Vir quærebatur*, ait Leonardus i, *non tam peritia, quam fide integritateque idoneus; quippe ad bene agendum in ea quidem re non calliditate consilij, neque profundo arcanoque pectore, sed bona voluntate opus fore videbatur. Ita animati cum singulos examinarent, tandem in Angelum Corarium natione Venetum mentem consensumque omnes verterunt. Is fuerat paulo ante opera Innocentij Pontificis inter patres adscitus, cum antea titulo tenus patricius Constantinopolitanus haberetur; vir prisca grauitate & sanctimonia reuerendus.*

Delectus qui diuinæ gloriæ quã iux cupidior videbatur.

Angelus Corarius renũtiatus Pontifex.

Inſtaurat ſponſionē abdicationis.

dus. *Is vero conclavi egreſſus promiſſionem, votum, & iuramentum, quæ primatus fecerat, tunc in poteſtate conſtitutus iterato nouauit, atque ita loquebatur de vnione primo illo tempore, vt ſi cætera deeſſent, pedibus & baculo ſe iturum ad eam conficiendam aſſeueraret.* Similia tradit Theodericus Niemius a. Creatus eſt die ſecunda decembris b nomenque Gregorij XII. accepit.

a *Tom.24.de ſcriſ.p.150. tractat.1.& Theod Nil. in Greg.* b *Th. d Nil lib.3.cap.2.*

14. &c. Excurrente decimo a ſua creatione die Gregorius, antequam pontificia tiara redimitus ſolemni pompa eſſet, inſignes, quas Leonardus Aretinus c, qui Pontifici a ſecretis erat, ſe ſcripſiſſe d affirmat, ad Petrum de Luna antipapam literas dedit, quibus expoſuit, ſe ad coniungendas ſacro priſtino fœdere eccleſias, pontificatu abdicaturum, ſi ipſe affectari eiuſdem honoris inſignia abijceret, vt tertius Pontifex vtriuſque collegij communibus votis deſignaretur, ſub quo diuulſa tanto tempore myſtica Chriſti membra coaleſcerent: eodemque argumento literas ad pſeudocardinalium collegium miſſas fuiſſe, teſtatur Niemius e, quibus ad iungenda pro abolendo ſchiſmate ſtudia ſolicitati ſunt: tum etiam vniuerſi Reges, principes, præſules, populique certiores facti f de ijs, quæ cum Petro de Luna gererentur; vtque ipſemet Gregorius in locum Innocentij ſufrectus pontificatu ſe abdicare decreuiſſet, vt pax in Eccleſiam renouaretur, His gentis ad cogendos in vnum gregem omnes Chriſtifideles nouus Pontifex ſolemni pompa apud baſilicam Principis Apoſtolorum XIV. kal. ianuarij papalibus inſulis cinctus g eſt, quem tunc erectis in cœlum oculis vberes lachrymas fundentem ſe inſpexiſſe refert Theodericus Niemius h.

c *Aret.lib.8. epiſt.ep.4.* Petrum de Luna ad abdicationem ſolicitat. d *Ext.ap.28. de ſcriſm.p.150. & apud Theod.Nil. lib.3.c.3.& tract.1.c.2.* e *Theod.Nil tract.2.c.2. fid l.3.c.6. & tract.1.c 3.& Miſſir col.1.l.33.* Amicardinales & principes de his facti certiores. f *Greg.XII. libr.2 pag.94* Pontificijs inſignibus ornatus Gregorius g *Theod.Nil lib.3 cap.22* Hērici Regis Caſtellæ mors. h *Mariana de reb Hiſpan. lib.19.c.14. Ild.ab.c.20.* Ferdinādi fides inſpecta in fratrem.

17. &c. Hoc anno in Caſtella Henricus i Rex VIII. kal. ianuarij florente ætate mortuus eſt, Ioanne filio nondum bimulo relicto ſuperſtite. Ac tum proceres, cum ciuiles diſcordias ſub Rege puero concitandas metuerent, Ferdinandum principem patruum, moderandis ingentibus rebus parem, deligere decreuerunt: at ille ab honore ſe continuit l laude maxima, ac Ioannem fratris filium Regem proclamandum curauit. Quæ res eo admirationi maiori fuit, quo a fratre viuo ambitionis ſuſpicione perſtrictus fuerat.

In Gallijs geſtum eſt cum Anglis bellum, quo in Aquitanico mari cruentum initum eſt prælium, æquatiſque viribus diremptum: dux Aurelianenſis Blauiam & Burgum in promontorijs Santonum adortus, epidemia graſſante, exercitum diſſoluit: Burgundus in Caletienſis expeditionis procinctu ab ea eſt reuocatus.

i *Mariana de reb Hiſpan. lib.19.c.14. Ild.ab.c.20.* Ferdinādi fides inſpecta in fratrem.

3 Cum percrebuiſſet in Gallica regia Petrum de Luna oblatam a Gregorio abdicanda controuerſæ dignitatis conditionem admiſiſſe, maxima inceſſit omnes admiratio a, quippe prauam illius ambitionem norant Galli; Carolus vero Francorum Rex congregato ſuorum cœtu parcelebri ad expedienda optima pro tollendo ſchiſmate conſilia intentus, cum ſuſpicaretur Petrum aliquas in eo fraudes tegere, quod in colloquio cum Gregorio ineundo honore ſe abiturum dicerat, hortatiuis literis b vtrumque orandum cenſuit, vt ante id colloquium, vel coram Cardinalium collegio, vel aduerſarij oratoribus inſignia papalia ponerent, nullum namque facilius ad coniungendas diſciſſas eccleſias compendium inueniri poſſe; mox enim ea re geſta ad creandum Pontificem vnicum vtriuſque partis Cardinales conuenturos. Decreuiſſe etiam præſulum & doctorum cœtibus ampliſſimos oratores ad pſeudopontificem, qui cum ſuarum partium ſectatoribus Cardinalibus Maſſiliæ agebat, refert Monſtreletus c, nimirum patriarcham Alexandrinum, Cameracenſem & Bellouacenſem epiſcopos, S. Dionyſij & S. Michaelis abbates, necnon alios prudentiæ & doctrinæ laude viros inſignes, qui eum hortarentur, vt ſi Gregorius pontificatu ſe abdicaret, ipſe quoque pontificalia inſignia poneret: tum etiam denuntiarent Galliam vniuerſam ab eo defecturam, neque ipſius diplomata exceptum iri, ſi oblatam conditionem non admitteret; addiitque auctor illum intemptatam a Gallis defectionem ægre ferentem non petito Cardinalium ſuorum conſilio, decretum ad perpetuam rei memoriam aduerſus illos, qui ab eo deſciuiſſent edidiſſe, cuius duas ſanctiones adducit Monſtreletus d, ſubditque Francos ita exaſperatos fuiſſe, vt academiæ Pariſienſis doctores publicis editis propoſitionibus diuulgarint e, illum hæreticum, ſchiſmaticum, & quietis Chriſtianæ perturbatorem eſſe, non appellari poſſe Papam Benedictum, neque Cardinalem, neque illo honoris nomine vel genere affici ſine ſchiſmatis admiſſo flagitio; eius ſententias, ſanctiones, ac geſta reliqua irrita eſſe: tum in Petrum ipſum eiuſque ſtudioſos iudiciariam ſeueritatem adhibendam, quæ a Ioanne Corbebuſio vehementi animo in frequentiſſimo procerum cœtu expoſita, accepto orationis hoc themate: *Conuertetur dolor eius in caput eius, & in vertice ipſius iniquitas eius deſcendet.* Interea antipapa vana concordiæ ſpe fatigauit orbem Chriſtianum, & colloquij ſpecie ſuis fraudibus irretire tentauit Gregorium Pontificem, qui fallacia eius non aduertens conſilia, oratores ad ipſum miſit f Antonium Motonenſem, Guillelmum Tudertinum epiſcopos, atque Antonium de Butrio doctorem Bononienſem, vt de loco, tempore, & alijs ad colloquium faciendum neceſſarijs paciſcerentur, quos ampliſſimis mandatis inſtruxit g.

Impudens hypocritæ mendacium.

a *Ioan.Veſin in Car.VI.* Diſſidunt Galli per iure & ambitione ardenti homini. b *Ext apud Theod Nil. tract.1.c.7.*

Male cōtē prū eſt prudes cōſiliū

c *Miſſir.col 1.c.33. & Ioan. Veſin. in Car.VI.* Denuntiāt illi Galli ni ceſſent ab eo defectu ros. Edicta pro mulgat in eos qui ab ipſo deſciſ ſent,

d *Ext.apud edd.Miſſir. cap.30.*

e *Cap.41.* Damnatur a Sorboniciis.

f *Ibid.*

Gregor.cū dor.in fraudibus antipapæ non perpendit. g *Lib.1.epiſt curt.p.189.*

GREGORII PP.XII. ROBERTI ROMAN REGIS 7. annus 1. EMMANVELIS II.IMP.OR.24.

Oſtenſę cōiunctionis eccleſiaſtī ſpes.

1. 2 OStenſæ ſunt toto hoc anno ingentes redintegrandæ priſtinæ eccleſiarum coniunctionis ſpes; ſed perfidia Petri de Luna illuſæ, qui ineunte anno Gregorio, qui ipſum antea ad ſchiſma voluntaria papalis faſtigij abdicatione ab vtroque perficienda excindendum, vt vidimus, ſolicitarat, fictis hiſce mendacijs reſpondit.

Fallaces Antipapæ literæ.

O te felicem, ſi ad hoc te Dominus reſeruauit, ſi facultatem ad ea, quæ tibi data videtur, cum omni diligentia efficaciter proſequens, nobis in effectu proſequendæ vnionis te reducendo conformem, prout ſpopondi-

Legationē ad paciſcēdū cum eo decernit.

nomi-

nominant, & ad quosdam alios in nuncios nostros vos præsentialiter destinemus: nos volentes, vt de intentione nostra, ac potestate vobis tradita docere possitis, si & quando vobis expedire videbitur, has literas fieri fecimus, per quas discretioni vestræ de loco idoneo & condecenti ac tempore conuentionis per nos & ipsum Petrum faciendæ, ac de numero ab vtraque parte ad locum ipsum ducendorum, cum dicto Petro concordandi, & quæ circa ea necessaria fuerint, declarandi plenam & liberam concedimus tenore præsentium facultatem, ratum & gratum habituri quidquid per vos factum, declaratum, & concordatum fuerit in premissis, idque faciemus auctore Domino, vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. *Dat. Romæ apud S. Petrum* III. *kal. martij anno* I.

4. 5 Comiter excepit Massiliæ antipapa pontificios internuncios, moxque industriæ suæ omnes nerues contendit, vt eos circumueniret. Itaque nitus est trahere Gregorium ad locum, qui schismaticis pareret, eumque maritimum, vepose insidijs, cum valeret clade, aptiorem: tantaque calliditate vsus est, vt internuntios ipsos adduxerit, vt conuenirent Saonæ in Liguria Gallorum imperio obnoxiæ; appetente festo die S. Michaelis extremo septembri recurrente, colloquium celebratum iri, vt narrat Theodoricus Niemius a, describitque singulas b leges. Quibus conuentis cum antipapa, pontificij internuntij in Gallias contendere, vt proximæ ecclesiarum coniunctionis spem vniuersis afferrent; quos ingenti exceptos gaudio, refert idem Theodericus Niemius c, ab ijsque Gregorium magnis laudibus celebratum, *Hæsitantes tamen*, vt addit auctor, dum de spectatissimis inter Gallos viris loquitur, *de dicto Petro, quod ipse cessionem sui papatus, vt sic dicam, nunquam facere vellet*.

Raras habuit Gregorius d vniuersas pactiones quæ ab internuntijs cum æmulo factæ erant, cumqiab omni aduersa suspicione abesset: *Mirari*, vt ait e Theodoricus, *videbatur, quod tot erant & tam subtiliter facta capitula, vt ipsemet mihi dicebat; tamen tunc aliquo alio me non præsente, adijciendo, quod cum hic ageretur bona fide, tales solemnitates, hoc casu non vendicarent sibi locum*.

6. &c. Dum ad Saonensem profectionem pro instaurando ecclesiarum fœdere omni cogitatione incumbebat Gregorius, atque instructas, vt par erat, triremes postulasset, negarunt f Veneti se ipsas daturos, ne Genuenses ipsorum hostes eas occuparent, interpretari ideo ad locum aduersæ partis imperio obnoxium Pontificem trahi ab antipapa, vt in eo facilius opprimeretur. Qua difficultate perculsus Gregorius Cardinalibus exposuit g, triremes Venetas impetrari non posse, atque ideo locum maritimum, cui antipapa dominaturus esset, tutum non futurum; disceptatumque est an ob eam subortam difficultatem itinere Saonensi supersedendum esset. De permutando Saonæ loco non assensit Petrus de Luna, literisque suis Massiliæ exaratis Gregorium his implicitum difficultatibus vrsit h, vt Saonam contenderet, vbi se constituto die affuturum denuntiauit. Demum conuenere Gregorium Gallicanæ ecclesiæ oratores scientiæ opinione florentissimi; quorum princeps erat Simon patriarcha Alexandrinus, qui non priuatum colloquium, sed concilium œcumenicum, in quo causa dirimeretur, promouere debuerant, neque abdicationem vtriusque contendentis, vt rem facilem proponere, cum antipapa ad eam neque concilij œcumenici auctoritate adducendus foret, quamuis verus Pontifex de statu dignitatis suæ esset recessurus. Obtulere i ij inter cætera Gregorio cunctanti, excusantique triremes, vt erat conuentum, sibi deesse, Genuensium triremes, quas, vt suspectas non admisit: ac tum illi Romanos in ipsum conciare conati sunt. Denique periculo S. Laurentij Gregorius victus omnium precibus, cum Petrum Hanibaldum a S. Angeli diaconum Cardinalem Romanæ rei præfecisset, pro colloquio celebrando itineri se accinxit. Ex cuius discessu hostes ad Romam sibi subijciendam occasionem captarunt; nam in primis Ladislaus ecclesiastici imperij occupandi cupidus copias immisit, quæ vrbis Romæ mœnia perruperunt nostu. Antipapa vero ad intercipiendam Romam absente Pontifice, quem inani colloquij spe decipiebat, classem instruxit: qua de re proximo anno agetur.

10. 11 Horum & aliorum malorum præscius grauato admodum animo Saonensi iter inibat Pontifex, nec deerant causæ, quas literis Viterbij exaratis Regi Francorum exposuit b, poposcitque vt Saonæ locus cum alio magis opportuno commutaretur: deesse sibi Venetas triremes, quæ ex conuentis pari numero cum alijs Petri de Luna instructæ armis stare in Saonensi portu deberent, nisi se omnino aduersarij potestati vellet permittere.

12. 13 Inter hos de Saona declinanda angores Gregorius, interiectis paucis a superioribus scriptis literis diebus, cum plura ex conuentis cum antipapa XXI. aprilis die Massiliæ, tũ ex alijs vltima iulij Romæ cum illius oratoribus pactis a Saonensibus & Genuensibus, vt tuto Saona adiri posset, exigenda forent, Theodoro Marchioni Montisferrati prouinciam dedit c, vt partis alterius Saonæ diuisæ in duas atque alterius arcis possessionem acciperet, ac Saonenses sacramento obligaret nihil aduersus Gregorium ipsum molituros, dandos obsides reciperet, congruam pro tuto Venetorum accessu cautionem posceret, Genuenses adigeret ad triremes quascumque armamentis alioque apparatu mutandas, ea excepta quæ custodiendo portui præesset: castrorum, quæ Senas inter & Saonam excurrunt, præfecturam flagitaret; si Petrum de Luna classe Saonam petere contingeret, daret operam, vt comportatis ex ea armamentis dissolueretur, vtque Buccialdus Gallias repeteret, atque e Regis Francorum oratoribus vnum pro Genua moderanda designaret, centumque Genuenses & Saonenses quinquaginta nobilissimos obsides deligeret; quæ singillatim in datis ad Theodorum ipsum literis d expressa fuere.

14. 15 Post hæc Gregorius e, Viterbio digressus Senas ineunte septembri se contulit, vt propius ad locum congressus accederet. Interea Ladislaus, cui Gregorius pontificatum adeptus Siciliæ regnum iure fiduciario confirmarat f, datæ fidei immemor nouam litem mouit. Saonam sibi suspectam, ne quid in renouando sanctissimo inter ecclesias fœdere pro Ludouico Andegauensi statueretur, ac primam ad inuadendum Picenum consilia conuertit: cumque dolo Ludouicum de Melioratis prouinciæ administratione a Gregorio submouendum curasset, illum mox sibi conciliauit, vt eius opera ad eandem prouinciam subijciendam vteretur, atque Asculum & Firmum in suam potestatem redegit: tum submisit hostiles copias in Vrbem: quæ effractis mœnibus in eam irruperunt.

16. &c. An vero post ingressum Vrbis propulsatæ fuerint Ladislai copiæ a Romanis, an Vrbe ipsa potitæ sint, non exprimit Pontifex: at Theodoricus Niemius locutus de Gregorij ex Vrbe recessu, in qua Petrum de Anibaldis diaconum Cardinalem natione Romanum, & Paulum de Vrsinis ad eam tuendam administrandamque reliquerat, subjicit: *Infra breue*

Locus suspectus colloquio designatus.

a *Theod. Niem. lib. 3. cap. 13*
b *Ext. in 22. de schis. p. 6. & apud Theod. Niem. tract. 2 c. 10 & in annal.*
c *Theod. Niem. lib. 3. cap. 13*

Pactiones ratæ habitæ a Gregorio.

d *Lib. 2. p. 33*
e *Theod. Niem. vbi supra.*

Oppignerata ecclesiarũ vrbis supellex.

f *Idem lib. 3. cap 17.*

Grauissimæ causæ ob quas declinata Saona a Greg.

g *Eod. cap.* Negat permutandum colloquij locum antipapa.

h *Ext. eius. l. 22 de schis pag. 32.*

i *item. 22. de schis. p. 35.*

a *Greg. lib. 2. ep. de cur. p. 72*

b *item 22. de schismate p. 15.* Repetitæ Gregorij querelæ suspectam Saonam esse.

c *Lib. 2 epist. cur. pag. 94.*

Expetiit a Gregorio securitatis modi.

d *Greg. lib. 3 ep. de cur. p. 94.*

e *Exstat eius lit. apud Theod. Niem. tract. 4. c. 7.*

f *Lib. 1. pag. 365.* Ladislaus fidei violator reus.

Quibus omissa Romæ custodia.

temporis ſpatium ipſe Roma ad manus Regis Ladislai annuente prefato Paulo deuenit ; quo facto dominus Cardinalis repente inde recedens ad ciuitatem Senenſem declinauit. Cæterum Ladislaum Romam ingreſſum proximo anno, ac pompa triumphali a Romanis exceptũ, dicemus interius : q̃u pontificijs literis, vt cœptis abſiſteret, monitus reſcripſit a callide admodum Gregorio, Aſculum ſe ac Firmum, vt Eccleſiæ eas vrbes ſeruaret, recepiſſe.

Hãnibaldi Cardd. ex vrbe fugatõ

a Extat eius ſyn. apud Theod. Nit. tract. 4 c. 6. & apud Dol. p. 383

30. &c. Gregorius porro in ſummas anguſtias erat adductus, dum hinc Petrus de Luna Bucicaldi claſſe & Genuenſium viribus fretus ipſum pelectum in locum iniquum opprimere meditabatur ; parte alia qui debuerant in Pontificem eſſe hoſtiſſimi rebellarunt; cœpitq; a ſchiſmaticis imminens exitium expaueſcere, cum illi confectas pactiones non ſeruarent ; non enim antipapæ ponebat arma, ſed claſſe inſtructus inferebat ; non Bucicaldus Gregorij hoſtis apertus, ſatelles autem pſeudopontificis reuerebat in Gallias ; negabant Genuenſes dare obſides, vtpote qui interendam vim Pontifici ſuſpicarentur. Blanditijs igitur Gallorum ſe eo adductum perhorreſcebat vt ſe antipapæ furori obijceret, ſubijceretque catholicam Eccleſiam ſchiſmaticorum potentiæ : quapropter ex aliquorum prudentum acutus immunentia diſcrimina perſpicientium conſilio, Petrum de Luna ita ſolicitauit *b*, vt ob iuſtas cauſas de permutando loco pacifceretur.

b Lib. 2. pag. 804.

Promulgatæ cauſæ ob quas Saonã non adeat Gregorius.

c Theod. Nit. l. 3. c. 22. & tract. 4. c. 7.

33. &c. Recurrente feſto omnium ſanctorum die, refert Theodoricus Niemius *c* præcepiſſe Gregorium nonnullis religioſis viris, vt e ſacro ſuggeſtu atque etiam inter miſſarum ſolemnia exponerent populo cauſas, ob quas inſtituto die Saonam ſe non contuliſſet, præcipualque recenſet, nimirum veritos Gregorij ipſius oratores de non pacifcendo pro celebrando concilio Genua, atque ideo Saonam tacite comprehendam excluſam fuiſſe, pacta ab aduerſarijs non impleta : non datas Venetis tuti acceſſus tuendas cautiones ; triremes non tantum ad itineris facilitatem, ſed ad Pontificis quoque & Cardinalium munimentum denderatas ; adduci Petrum de Luna non potuiſſe, vt ſuas triremes armamentis ſpoliaret, denuntiatum fuiſſe Gregorio plurimorum literis parari ei inſidias, ſi Saonam peteret ; inferendum a Neapolitano Rege bellum, ni ſuſpectus Saonæ locus declinaretur ; denunciaſſe Regis Hungariæ & aliorum principum oratores Saonæ locum redintegrandæ concordiæ obſturum ; Regis Francorum oratores Romæ in Pontificem ſeditionem mouiſſe, alienaſſeque ab eo Cardinales : non propter locum coniunctionem eccleſiarum conſectandam, ſed ad eam perficiendam locum eligendum : flagitatum ex pactis fuiſſe, vt Bucicaldus, credita Genuæ duobus Regis Gallorum oratoribus a Gregorio deſignandis adminiſtratione, Gallias repeteret, nec impetratum : poſtulatos obſides, nec datos : Petrum de Luna ad æqualem cum Pontifice ſortem, maritimis viribus dimiſſis, ſe redigere abnuiſſe, neque excurrente toto ſeptembri promiſſa aduerſariorum impleta fuiſſe. His conſonat apologia *d* Gregorij, qua Saonenſis itineris intermiſſi culpam a ſe remouet.

d Extat c. 13. de ſchiſ. p. 17 in annal

38. 39 Purgabat ſe apud prudentes viros Gregorius ; neque enim antipapa, vt fingebat, ſiue in ſpeciem iactarent aduerſarij, ſiue ſincere id molirentur, vnquam pſeudopontificatu abiturus erat ; ſed armatus inermem Pontificem oppreſſurus, vt ex perſpicuis ſignis patebat ; ex quibus Leonardus *e* Aretinus, & alij refelluntur, qui rem a Petro de Luna ſine fraude geſtam inconſulte putauerunt. Contraxerat Gregorius imprudentum multorum inuidiam, cumque eius exiſtimatio apud Florentinos a Bathaſare Coſſa Cardinale ſubornatos *a* laboraret, Ioanni Dominici Dominicano inuixit *b*, vt pontificium nomen a calumnijs vindicaret. Denique ſolemnes preces pro obtinenda a Deo priſtina eccleſiarum coniunctione in omnibus eccleſijs a pijs non ſine indulgentiarum præmijs fundendas conſtituit *c*, datis ad eccleſiarum præſules encyclicis literis. Cum itaque Gregorius antipapam ſibi parare Saonæ inſidias animaduerteret, de loco in Florentino principatu deſignando nonis decembris noua fecit colloquia *d*, ſed irritra; cum idem antipapa arte & flagitio Pontificem opprimere ſtuderet, & vnius concilij œcumenici ſola auctoritate illius peruicacia obteri poſſet.

a Theod. Nit. in vita Inn. XXIII.
b Lab. 2. epiſt cur. 170.
Grauem inuidiam cõtrahit Gregorius.
c Lib. pag. 157
d Greg. lib. 2. pag. 167.

30 Oborta eſt hiſce temporibus magna ex ſchiſmate in Leodienſi eccleſia perturbatio ; Leodienſes enim electo primum Ioanne epiſcopo deſignato, ad quem Leodij ſpectabat imperium, intruſo Theoderico ſchiſmatico, ſe ad Petri de Luna partes contulerunt. Poſtea autem horrore ex indigno patrato facinore perfuſi, cum Innocentio VII. ſe ſubiecíſſent, atque ab eo cenſuris ſoluti, admiſſique in gratiam fuiſſent, vocato ad pontificatum Gregorio iterum ab Eccleſia Romana deſciuerunt, ſeque acephalos reddere non ſunt veriti. Quæ mala Gregorius *e* in literis ad Ioannem electum epiſcopum, cuius etiam iugum excuſſerant, deplorat.

Schiſma in eccleſia Leodienſi.

e Lib. 2. epiſt cur. pag. 38.

31 Hoc anno XXIII. nouembris Ludouicus dux Aurelianenſis, qui fallacibus promiſſis delinitus Petri de Luna patrocinium ſuſceperat, ac deficientes Gallos ad illius obſequium reduxerat, confirmaratque in ſchiſmate, diuina deſtiturus clientela, quamquam ab Rege fratre Aquitaniæ ducatu auctus eſſet, experitamque Galliæ regiæ procurationem gereret, a Ioanne duce Burgundiæ aduerſario furente odio & inuidia, ex inſidijs immiſſis ſicarijs, Germano famulo ſe ad excipiendos ictus fruſtra ſuperijciente, crudeliſſimo trucidatus eſt *f* : cuius ſanguis fuſus innumerabilium Gallorum ſtrage & ipſius Ioannis poſtea cæſi cruore vindicatus eſt. Tam atrox facinus, a Burgundo corruptus Ioannes pſeudotheologus cognomento Paruus, qui Gallo Regi aſſentando pontificiam auctoritatem oppugnarat, defendere non perhorruit, contenditque edito libello, Aurelianenſem veluti regni proditorem ſine iudicis imperio & auctoritate iure cæſum, cuius propoſitiones poſtea hæreſeos damnatæ fuere. Cuiſlia hæc Gallorum bella, & funeſtum ſchiſma obſtirere, ne ad Turcas Europa pellendos Chriſtiana arma iungerentur.

Aurelianẽſis dux antipapæ deſẽſi pœnas dat.

f Ioan. Vrſin. in Car. VI. Monſtrelet vol. 1. c. 34.

Iure cæſũ contendit Ioannes Paruus pſeudotheologus.

32 Agitauit Sigiſmundus Hungariæ Rex ſacræ in Turcas expeditionis conſilia, diuulſaſque a Baiazethe prouincias ad ſceptrum Hungaricum reuocandi : aderat enim præclara eius rei gerendæ occaſio, cũ poſt Baiazethem captum a Tameriane, extinctumque, Turcæ in ciuile bellum conuerſi ferrum in mutuas cædes acuerent. Cum itaque redintegrandæ eccleſiarum coniunctionis occaſione Quinqueeccleſienſis Cardinalis, olim ab Vrbano ſchiſmatis exordio creatus diuinæ gloriæ ſtudio ex Hungaria ad Gregorium venire decreuiſſet, illum Hungariæ Rex adiuncto collega Andrea archiepiſcopo Spalatenſi oratorem creauit, vt poſcerent a Pontifice ſacra indulgentiarum præmia ijs conferri, qui regia ſigna aduerſus Turcas, vel alios a pietate catholica abhorrentes ſequerentur : cuius petitis Pontifex, dato diplomate ampliſſimo, aſſenſit *g*.

Sigiſmũd. Pannoniæ Rex expeditionẽ parat in Turcas.

g Lib. 2. epiſt cur p. 179.

IESV CHRISTI
Annus 1408.

GREGORII PP.XII. ROBERTI ROMAN. REGIS 8. annus 2. EMMANVELIS II. IMP. OR. 25.

1. 2 ORtæ sunt in Dei Ecclesia schismatis causa maiores turbæ, patuitque illos, qui temere ab Vrbano VI. defecerant, & schisma conflarant, non facilem, vt putabant, illius dissoluendi viam, imperata Papæ & antipapæ voluntaria abdicatione delegisse, nec oblatum ab Vrbano ipso in schismatis exordio œcumenicum concilium, iterumque a Bonifacio IX. expetitum, in quo veri Pontificis causa ab episcopis discuteretur, iure aspernatos: nam Petrus de Luna in animum induxerat, licet vniuersus in eum orbis consurgeret, numquam tamen se falsæ dignitatis insignia posituru, artesque omnes adhibebat, vt Gregorium in locum inquiorem allectum seu vi, seu metu, seu blanditijs pontificio apice deturbaret, totiusque Ecclesiæ gubernacula susciperet. Id plane rerum exitus edocuit; nec tum deerant signa, quæ recensет Theodoricus Niemius a.

Antipapæ dolus.

a Theod. Nil memorialis tract. 6. cap. 31.

3 Inter quæ colloquia frustra amborum dissentientes voluntates conciliare amittentibus Regum & principum oratoribus, Ladislaus Siciliæ Rex, qui Romam sibi subijcere ambiebat b, collectis equitum quindecim millibus, peditumque octo, tum instructa valida classe primum Ostiam cepit: deinde admotis Vrbi castris, quam Paulus Vrsinus militari præsidio tuebatur, post leues velitationes confectis nonnullis pactionibus, atque in partes suas pellecto eodem Paulo Vrsino, a Romanis more triumphali admissus est, cui vmbraculum intertextum auro octo Romani patritij prætenderunt. Non deerat nefariæ tyrannidi color, quod antipapa absente Gregorio Romæ tyrannidem affectaret. Ladislaum Perusium, Ortam, Ameliam, Interamnam, Tudertum, Assisium, & Reate in suam potestatem redegisse scripsit ad amicum Theodoricus c: refertque d, Gregorium atque eius nepotes lætitia affectos audito Ladislai in Vrbem ingressu, ne scilicet occuparetur ab antipapa (de cuius proditione mox dicetur) minus enim malum peiora timentibus lætitiam affert. Scripsit tum ex Vrbe Ladislaus XI. iunij ad Regem Francorum, atque ad academiam Parisiensem impendere discrimen ne nouum schisma oboriretur, vnde Ecclesia in tres partes discissa esset, eosque rogauit e, vt illud propulsare studerent.

b Summont. hist. N. cap. lib. 4. Ladislaus Romam occupat. Eius in vrbē ingressus.

c Theod. Nil. tract. 6. c. 27 & Hist. Pignat. in fine diar.

d Theod. Nil. lib. 3. c. 28.

e Extat eius ist. apud Alexandr. vol. 1. cap. 42.

4 &c. Quo porro tempore Ladislaus Vrbe potitus est, Petrus de Luna, dum vana colloquia ex arte cum Pontifice extrahebat, Bucicaldi opera vndecim triremes ad Romam intercipiendam submiserat f, sed ijs, restantibus aduersis ventis, itinere retardatis, Ladislaus eorum consilia & conatus occuparat g. Hanc antipapæ proditionem vulgauit Gregorius encyclicis literis h ad Christifideles datis; neque ob res nouatas, Romanæque rei administrationem a Ladislao arreptam tractarum de Pisana vrbe ad colloquium commune designanda perduci ad exitum potuisse: tum de Cardinalibus, qui ab eo desciuerunt, grauissime est conquestus.

Antipapa Romā occupare nititur.

f Spreg. lib. 2 pag. 221.

g Theod. Nil. tract. 6. c. 32

h Lib. 2. epist. cur. p. 221. Extat enim apud Theod. Niem. tract. 3. c. 23.

7 Tradit Theodoricus Niemius i Gregorium, cum vouisset, ne propagaretur schisma, nullum Cardinalem, nisi ad suorum numerum cum aduersariorum collegio æquandum creaturum, nouos Cardinales renuntiare constituisse, quippe illius sacramenti religione ob iustas causas solui se posse putabat. At Cardinales Gregorio obfirmate restitere, atque inde in parte catholica maxima orta est dissensio l.

i Theod. Nil. lib. 3. cap. 29

l Laon. Aret. lib. 2. ap. 15.

8. &c. Reluctantes enim sibi Cardinales passus Gregorius, cum censeret retinere pontificatum se iuste posse, quod antipapa nollet pontificalia insignia deponere, neque in loco, in quo ipse non posset opprimi, conuenire, & nimium sibi Cardinales veteres infensos esse putaret, nouos Cardinales studijs coniunctissimos soluta iuste apostolica auctoritate voti in conclaui nuncupati religione, creandos duxit a Antonium Corarium fratris sui filium, religione & pietate præstantissimum, vt ostenderetur inferius, & Gabrielem Condulmerium nepotem ex sorore, qui postea Eugenij IV. nomen in pontificatu accepit, necnon Iacobum Vtinensem protonotarium, & Ioannem Dominici b sacra Prædicatorum familia, qui pietatis laude effloruit. Vocato itaque episcoporum & præsulum cœtu eos in Cardinalium ordinem cooptauit, absentibus veteranis Cardinalibus, qui nunquam eos se vt Cardinales habituros concepto iureiurando decreuere. Die autem quarta maij c cum venissет Gregorius Cardinales in colloquium cum Regis Francorum oratoribus venire, communicatis inter se consilijs parārunt ab eo abscedere, inter quos primus omnium Ioannes Normannus natione, vulgo Leodiensis nuncupatus, vndecima die maij Luca Pisas se repente proripuit; quem Paulus pontificius nepos frustra armata manu est insecutus, ac deinde eius familiares cepit, ac supellectilem diripuit. Sed cum Lucæ prætor mox eius vim repressisset, sex Cardinales, dimisso Gregorio, die proxima Ioannem sunt secuti, ac literis encyclicis d, quibus ascripta est dies decima quarta maij huius anni, vniuersos præsules ac principes de impensis a se laboribus ad inueteratum atque exitiale schisma excindendum certiores fecerunt, vtque in conclaui sacramento obligassent Pontificem eam ob causam vna cum æmulo se abdicaturum, ipsosque ab eo delusos questi sunt. Pridie vero eiusdem diei Cardinales, vt se aduersus Gregorij iudiciaria edicta communirent, conceptam prouocationis ad œcumenicum concilium formulam d ei transmisere.

Soluto sacramento Cardinales creat.

a S. Ant. p. 3. tit. 22. cap. 5 §. 1.

b Theod. Nil. tract. 6. c. 10. Illi ab eo discedunt.

Literas in eum scribunt.

c Ext. apud Theod. Nil. tract. 6.

Prouocant ad concilium.

d Ext. in 22. de schism. p. 23. & apud Theod. Nil. tract. 6. c. 10. & in annal.

20 Interea Cardinalibus a Gregorio recedentibus, regium Gallorum consilium, cum Petri de Luna imperium excutiendum (renitente frustra Guidone archiepiscopo Rhemensi) decreuisset e, censuit optimam ad componendum ecclesiarum fœdus viam ineundam, si ij cum aduerso purpuratorum Auenionensium collegio conuenirent: sicque exaratis XXII. maij literis f Caroli Regis nomine, grauissimis sententijs questi de Gregorio & Petro de Luna, qui tanto tempore vniuersi Christiani orbis spem tetellissent, ipsos ad ecclesiarum coniunctionem communibus curis & conatibus vrgendam iscitarunt.

e Monstrelet vol. 1. c. 43.

f Ext. apud Theod. Nil. tract. 6. c. 14. De redigēdis in ordinem Papa & Antipapa actum l. Extat eius ist. apud Nicol. Clemāg pag. 587.

Hortata etiam tum est academia Parisiensis g pseudocardinales Auenionenses, vt cum Romanis Cardinalibus consurgerent ad tollendum schisma, agendumque legibus in ambos certantes de papatu, eorumque subterfugia ad retinendam dignitatem captata damnarunt; quorum querelæ iustissimæ erant de Petro de Luna, qui ad correpta flagitio papalia insignia relinquenda non erat comparatus; non de Gregorio, qui pontificatum deponere volebat, modo schisma aboleri posset, vt vere in Constantiensi synodo deposuit, cuius exemplum pium imitari recusauit nequissimus pseudopontifex; debucrantque Robertus Gebennensis antipapa, eiusque anticardinales ipsorumque sectatores potius oblatum ab Vrbano VI. in schismatis exordio concilium admittere: nec etiam veram redintegrandæ ecclesiarum coniunctionis rationem iniuere, dum Cardinales induxerunt, vt a Gregorio deficerent, seque pseudocardinalibus coniungerent; non enim illos censuris soluere, neque eligendi Pontificis

Bononienses aduersus Gregorium sentiunt.

Gregorius calumnijs circumuētu

tificis iure donare poterant, ac multo minus Gregorio pontificatum abrogare, cum maxime concilium œcumenicum non efficerent, & vniuersitate tum potestatis tum multitudinis carerent, quod ingens multitudo adhuc Gregorio adhæresceret, & aduersus ipsum rebellandum negaret, atque alia Petrum de Luna sequeretur. Omnium primus, qui a politicis subornatus est, fuit Balthasar Cossa, qui pontificatus adipiscendi rabida spe turebat, quo tandem potitus est, vt cum ignominia deijceretur. Is Bononiæ summo cum imperio præerat, & Antonium de Butrio ac Petrum de Ancharano Bononienses doctores vi impulit, vt conclusiones promulgarent [a], defectionem a contendentibus de pontificatu honestam, ac licitam, amboſque concilij sententiæ obnoxios esse, vt vtroque pontificia dignitate deiecto schisma extinguatur. Ex his autem Antonius de Butrio, cum paulo post morbo lethali implicitus decumberet, omnia quæ dixerat & scripserat aduersus Gregorium reuocauit [b]. At Gregorius, cum se in crimen propagati schismatis falso adductum, fraudibusque schismaticorum, qui etiam ad defectionem Cardinales ac præsules trahebant, circumuentum doleret, concilium indixit in Rauennate exarchatu aut patriarchatu Aquileiensi celebrandum, atque ad se tantummodo veteri Ecclesiæ more indicendi concilij auctoritatem spectare promulgauit, ac Robertum Romanorum Regem aliosque apostolicis literis sollicitauit, vt oratores suos ad illud mitterent.

[a] Gabelliin. in cosmod. at. 6 c. 80 & Theod. de schism. l. 6. c. 16.

[b] Id. ibid.

Indictum a Gregorio concilium.

21. &c. Circumuentus est Gregorius difficultatibus maximis, non enim antipapa vnquam consensurus erat, vt pro tollendo schismate in vnam synodum discissarum ecclesiarum episcopi conuenirent; atque ideo, vt Gregorio aduersaretur, schismaticæ factionis conciliabulum Perpiniani indixit; verum etiam Cardinales qui a Gregorio defecerant, ex concilio ab ipso in Rauennate exarchatu, aut prouincia Aquileiensi indicto, vocandi illius in publicam cum antipapa inuidiam occasionem captarunt, atque vltima iulij die ad Gregorium & Petrum de Luna ad abdicationem cogendos, vel in synodo ex vtraque parte coacta pontificatu controuersio deturbandos coniurarunt [c]. Ceterum conuicti sunt Cardinales ab eodem Gregorio, ipsos non æquitate & legibus vsos, sed fraudibus, mendacijs, calumnijs, falsisque testimonijs grassatos: nam in primis vt auctoritatem conuocandi concilij ad se pertinere disceptarent, cum Gregorius pridie nonas iulij concilium indixisset [d], illi Gregorium in concilio indicendo anteuertisse mentiti, literas de indicto Pisano concilio vigesima quarta iunij die falso consignarunt, cum tamen mense tantum augusti Pisas a Florentinis pro concilio eligendo obtinuerint. Præterea innocentissimum Pontificem, qui ob eximium candorem animi ad falsa schismaticorum promissa in extremum exitium pene se allici siuerat, in crimen violatæ fidei, extractique schismatis ob terreni honoris cupiditatem iniuste vocauerunt, & quæ antipapæ erant propria scelera, in verum Christi vicarium veluti eorum participem falso retulerunt encyclicis literis [e].

Antipapa & Cardinales aduersantes Gregorio.

[c] tom 2 a. de schism. p. 63. Plura dolo & vi gesta a Cardd.

[d] Lib. 3. epist. eor. pag. 63.

[e] Ext. in 22. de schism. p. 37. & in am. lib. Ext. 22. de schism. p. 32.

32. &c. Præterea confirmare id alijs amplioribus scriptis ad Gregorium literis [f] aggressi sunt ijdem Cardinales, & contendere concilium œcumenicum neque celebrari a Gregorio, neque indici posse, obiecto periurij, & propagati schismatis crimine: quod tamen probare non poterant, cum etiam abdicante se Gregorio pontificali dignitate, Petrus de Luna non esset se abdicaturus: addidere etiam hoc argumentum, ideo œcumenicum concilium ab eo conuocari non posse, quod ad illud aduersa pars conuentura non esset; neque in vno eodemque loco cum antipapa celebrare posse, cum ambo præsidere nequirent, neque alter alteri cessurus foret. Sed ea Papæ cum antipapa comparatio falsa omnino & iniqua erat. Arduam dei nec mouere licet, canonica nimirum iura, quæ de concilio œcumenico a Pontifice indicendo sancita sunt, præsenti casui accommodari non posse: vnicam itaque tollendi schismatis superesse rationem, si ambæ ecclesiæ vno in loco congregatæ œcumenicam synodum celebrent, ad quam ij opinionem Gallorum, qui iam ad neutrales & indifferentes defecerant secuti Gregorium vocarunt.

Calumnia impostea Gregorio.

[f] Ext. in 22. de schism. p. 32.

Falso comparatus a antipapa.

40 Nos dissimiles literas missas colligitur ab Auenionensibus purpuratis ad Petrum de Luna, qui Perpiniani synodum indixerat, non alia de causa, quam vt schismate corroborato fallaces titulos retineret; neque enim alio quam ad flagitium disgregata conciliabula vergere poterant. Is vero antequam Italia abscederet literas a ad Gregorium, a quo diffidere cœperant Cardinales, dolis, & aculeis plenas misit, quibus non restitutæ Ecclesiæ pacis culpam omnem in eum coniecit, atque ita vniuersæ Ecclesiæ fallaci ostentatione se illusisse putauit: cuius tamen doli patebant, cum pacis ecclesiasticæ instauratio non in difficillimo illo faciendo colloquio cum Gregorio sita esset, sed in abdicatione falsæ dignitatis, quam nuntiorum opera, vel coram suorum collegio pseudocardinalium perficere poterat. Norant eius artes Galli, ac Rex Carolus ei denuntiarat [b], ni recurrente sacra dominicæ ascensionis die finem schismati poneret, Gallias eius imperijs non parituras. Quas minas non ferens antipapa Carolum Regem & alios, qui ipsum deseruerant, anathemate perculit [c]: sed illius diploma laniatum, ac flammis iniectum est, eiusque nuntij ignominiose habiti. Vt vero Perpiniani cõciliabulum proximo anno coegerit, suo loco dicetur; nunc ad Gregorium redimus.

Antipapa non procurat ecclesiarum cõiunctionis inuidiam in Gregorium deriuat.

[a] Ext. l. 22. de schism. p. 19. & apud Theod. Nid. lib. 3 c. 3 & post. 6 c. 25

Periuria & fraudes Petri de Luna Gallis notæ.

[b] Ext. in cod. Victorin.

In eos adhibrata anathemata incidit antipapa.

[c] Monstrel. a. Car. VI.

Eius internuntius habitus ludibrio

Gregorius purgat se ab impostocrimine.

[d] Lib. 2. epist. curr. p. 238. & p. 22. de schism. p. 27.

Cardinalis qui ab eo desciuere nomina.

Duo alij Cardd. Gregorium deserunt.

41 Cum a Cardinalibus, qui ab eo secesserant, seq; Pisas receperant, apud Christifideles in crimen periurij, ac violati de abdicatione voluntaria sacramenti adduceretur, Gregorius publicis literis est protestus [d], nuncupatam a se in conclaui iurisiurandi formulam seruare velle: tum illos promissa amplissima venia, ad se reuocare nisus est. Erant ij Antonius Prenestinus episcopus, Conradus tit. S. Crisogoni, Franciscus tit. S S. Quatuor Coronatorum, Iordanus tit. S. Martini in montibus presbyteri, Raymaldus S. Viti in macello, Odo S. Georgij ad velum aureum diaconi Cardinales.

42 Tantum abfuit, vt Gregorius sex illos Cardinales, qui Pisas perfugerant, ad se pellicere potuerit, vt etiam Henricus Tusculanus episcopus, & Angelus tit. S. Potentianæ presbyter, qui Lucæ cum ipso etiamtum hæserant, captata eius e Lucana vrbe recessus, fuerque aduersæ valetudinis occasione, atque etiam Laurentius S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis, qui Perusio præerat, spreto pontificiorum judiciorum ordine, vt iniusto & ad schisma propagandum vsurpato, alijs Cardinalibus Pisis congregatis se coniunxerint [e]. Gregorij porro recessum e Lucensi vrbe descriptit Theodoricus Niemius [f] in literis ad amicum datis: cumque iter in Picenum, vti Lucæ diuulgarat, intenderet, occurrisse ei oratorem a Carolo Malatesta missum, qui significarit vix tutum in Picenum patere iter; tum eodem die ab exploratore cognouisse insidias sibi a Balthasare Cardinale S. Eustachij esse paratas: itaque Senas versus flexisse iter, atque a Senensibus Ladislai Regis fœderatis amanter & honorifice exceptum.

[e] Greg. lib. 3 pag. 9 [f] Theod. Nid. vit. 6. c. 43

Cõparatæ Gregorio insidiæ. Excepitus honorifice a Senensibus.

Balthasaris Cossæ gesta aduersus Gregorium

43 Abrogauit [g] ex eadem Senensi vrbe Gregorius Balthasari legati apostolici ius, eumque tyranni-

[g] Greg. lib 3 pag. 156.

dis

dis crimine notauit. Gesserat ille plura aduersus Gregorium a: quippe qui pontificia eius diplomata Bononiæ in foro publico ad quadringenta exusserat b, mille quingentis equitibus succinctus, ac magno pedestri exercitu e Bononiensi agro versus Picenum excurrerat, vt Pontificem caperet; adduxeratque Florentinos c, vt Pisas ad peragendum ibi concilium permitterent: quem cum sibi acerrime aduersantem experiretur Gregorius, Bononienses & Flaminiæ populos, quibus iura dabat, sacramenti illi præstiti religione soluit d.

a Theod. Niem l. 6. c. 16

b Sod. trad. cap. 43. Strucij ab eodem instit. c Theod. Niè lib. 3. cap. 38

d Greg. lib. 2 ep. cog pag. 299.

Queritur etiam ac merito in ijsdem literis Gregorius Balthasarem Cossam ambitionis veneno tumuisse, cum etiam inuadendi in ijs turbis pontificatus cupidine flagraret, quem dum cardinalatum gerebat libidinum, omnique vitiorum genere contaminatissimum manifeste constat ex sententia in concilio Constantiensi aduersus ipsum lata e, tum in eadem obiectum est ipsum veneno Alexandrum V. interimendum curasse; vt mirum non sit, si aduersus Gregorium rebellarit, atque ad eum pontificatu deturbandum tot tantaque peregerit: auctorem enim defectionis Cardinalium a Gregorio fuisse eundem Balthasarem, qui Bononiæ tyrannidem potius quam pontificiam legationem gerebat, spernebatque imperia Pontificum, Theodoricus Niemius tradit f: nimirum cum Gregorius nepoti Bononiensem ecclesiam contulisset, Balthasarem illius ecclesiæ vectigalia, quæ iam inuaserat, retinuisse, spreuisseque Pontificis imperia, vt antea Innocentium pariter contempserat: dumque Gregorius Lucæ morabatur, vt de colloquio cum Petro de Luna ageret, Balthasarem ipsum oratores suos misisse; sed illius artes a Gregorio fuisse cognitas, indeque Balthasarem in eum conuirasse. Hæc in Gregorium Balthasar gessit, cum meueret ne ille, creato Antonio Cardinale nepote, ipsum Bononiensi legatione depelleret, cum ob facinora & crudelitatem Bononiensium odium in se concitasset, qui propterea Innocentium rogarant, dum Viterbij agebat, vt Bononiam accederet, quo Balthasaris iugum excuterent, in quos eundem Balthasarem grauiter propterea seuisse, atque Innocentio in omnibus aduersatum, narrat auctor.

e Extant in actis m.s. Concil. Constant post sess. 10.

Balthasar Cossa defectionis a Gregorius auctor.

f Theod. Niè in vita Ioh XXII.

Susceptæ inimicitiæ causa.

Timuit depelli Bononiensi tyrannide. Aduersus fuerat antea Innocentio.

44. &c. Attulit porro maximum catholicis dolorem illa Pontificis & Cardinalium dissensio, ne schisma nouum inde erumperet, ac Senenses, apud quos agebat Gregorius, prouinciam reuocandi ipsos in concordiam suscepere g: misere itaque Pisas oratores, qui Cardinales hortarentur, vt sentirent, cum Gregorio, & vnicum cum eo concilium celebrarent, ex varietate enim synodorum nouas offensiones emersuras: quibus respondere h Cardinales, ex ipsorum ad Gregorium reditu pacem in Ecclesia componi non posse, neque enim ad illud concilium aduersarios accessuros: antiquum itaque schisma tantummodo confirmatum iri, seque vota de eo tollendo violaturos; superesse vnicam abolendæ veteris discordiæ rationem, si ambæ partes vniuersalem synodum celebrent, ad quam si Gregorius perrexerit, posueritque pontificios apices, cedente vel concilij sententia deiecto aduersario, pax optata constituenda sit: si abnuat se conferre, instruat auctoritate oratorem, qui pontificio nomine, abdicante papalia insignia Petro de Luna vel vita functo, aut synodali decreto damnato, sacrosanctæ potestatis ius deferat, ita enim ecclesiarum coniunctionem se velle ostenderet, quam facto perficiet: de loco vero celebrandæ vniuersalis illius synodi facile cum Gregorio, si Senas etiam ipsas designet, consensuros.

Gregorij conatus pro reuocandis ad se Cardinalibus.

g Greg. lib. 3 p. 48. v.

h Lib. 1. de schism. m.s. Card. Barb. p. 41. & 50 Cardinalium responsum

47. &c. Data a Cardinalibus Pisis congregatis responsa hisce rationibus confutare aggressus est Gregorius a, nimirum Cardinales frustra prætexere comitiorum restituendæ Ecclesiæ publicæ pacis, cum nouum schisma conflent, atque ad id fouendum varijs mendacijs ac sceleribus populos concitent; frustra iactare in vnum cardinalitium senatum cum Auenionensibus coire velle, cum eos pseudocardinales esse fateantur: concilium œcumenicum celebrari ab ijs non posse, cum illius indicendi ius ad verum Pontificem spectet: non quidem indictum a schismaticis valere, non etiam ab ipsismet indictum vi vlla posse re, cum Vrbani VI. decretis ob initam cum schismaticis societatem sint omni iure cardinalitio expoliati: male sibi obijci nolle redintegrari ecclesiarum coniunctionem, cum pro ea redintegranda vitam aperto discrimini exposuerit; sed ipsos a schismaticis suborna tos coniunctionem inquodam diremisse, atque sacramenti nuncupati de nunquam temanda a suo capite detectione impietatis inique imitare ipsos, vt pontificio gradu cedat, cum non constet, ex illa cessione ecclesiarum coniunctionem restitutum iri: ab æquitate omnino abhorrere vt periuri ac rebelles Pontificem in iudicium vocent, neque teneri, vt pontificatu abeat ad imperium Cardinalium: œcumenicum concilium ab ijs celebrari non posse, licet fuerit numero amplissimum; futurum verum œcumenicum vniuersitate potestatis, quod a Gregorio celebrandum foret, non aliter quam Christi concilium cum duodecim Apostolis celebratum concilium generale vere extitit; concilium vero coactum a Caipha licet maximum, tamen conciliabulum fuit.

a Ext. in bibliot. Card. Card. Barb. l. 10. m.s. de schism.

51. Tuente hisce argumentis suam causam Pontifice, postea cum Senensibus obtulere se concordiæ fore interpretes Veneti, quorum oratores cum Pisis agentes Cardinales adijssent, ac proponerent vnicam synodum ab ijs & Gregorio celebrandam, ne præter vetus Gallorum schisma, in Romana ecclesia schisma alterum oriretur: quibus, vt antea Senensibus, responsum est, si redirent ad Gregorium, vetus schisma liquido propagandum, & solemnia de eo abolendo vota intringi; ambas enim partes, vno in loco congregandas, ac si in ea synodo Gregorius vota impleuerit, tum se abdicante Petro de Luna vel damnato atque a suis deserto, manifeste schisma ablatum iri: quorum rationes Venetos adeo approbasse videbimus, vt Gregorium ijs non allentientem, etsi Venetum patria, deseruerint.

Veneti Pontificem & Cardinales inter se conciliare student. Cardinalium responsum

Approbatur a Venetis.

52. &c. Interea Gregorius synodum suam celebraturus Cardinalibus Pisis coactis, recurrente die vigesima octaua septembris, constituta Senis in eos iudiciorum forma, cardinalitiam dignitatem ademit b, ratus Pisanum concilium nullius futurum auctoritatis, si a Gallis pseudocardinalibus, & a Romanis gradu cardinalitio pontificia sententia deturbatis celebraretur. At illi, præsules, qui in pontificio erant comitatu, publicis literis c ad se allicere conati sunt.

Cardinales sententia decretoria damnat Gregorius

b Lib. 3. p. 9. Conantur ad se allicere præsules Gregorij studiosos alioique eius administros.

c Ex. l. n. 12. de schism. p. 35. & in ms. mihi.

53. 59. Purgauit postea se d de obiectis Gregorius, nimirum a Cardinalibus primum Romæ habitas fuisse coitiones cum schismaticis, a quibus se subornari fuerint; antipapam colloquij mentionem iniecisse, vt absente Pontifice Vrbem caperet, contectasque pactiones non seruasse, & grassatum dolis: Cardinales vero coniunctionis instauranda specie, cum Petrus de Luna pseudopontificatu se non abdicaret, neque abdicaturus esset, ad Pontificem euertendum auctore Balthassare Bononiæ legato Cardinale hostem capitali conspirasse, atque cum schismaticis se coniunxisse, nouumque schisma cottasse. Oppugnatus ita a Cardinalibus Pisani conuentus nouos Senis Cardinales ad partes suas confirmandas creauit v. non. maij, quorum catalo-

Cardinales alij creati a Gregorio.

d Greg. lib. pag. 9.

catalogum recenſet Felix Contelorius a in elencho Cardinalium.

a Contelor. in elenc. Cardd.

60. &c. Cum tres menſes, & paulo amplius Senis egiſſet Gregorius, Arimínum profectus eſt b, ex qua vrbe Antonium nepotem epiſcopum Portuenſem A. S. L. creauit c, atque in Germaniam ad Robertum Regem Romanorum ire iuſſit, vt Piſanam ſynodum vnà turbaret. Tum conecta Senis iudiciaria acta aduerſus Cardinales, qui ab eo diſceſſerant, renouauit d, querelaſque repetijt in lata in eos ſententia ipſos aduerſum ſe, dum ſincero animo reintegrandæ concordiæ operam dabat, conſilia perfidiæ plena agitaſſe cum ſchiſmaticis, pœniſque grauiſſimis Iuca diſcedere veritos apoſtolica ſpreuiſſe imperia, ac non modo diſceſſiſſe, verum Romanæ curiæ adminiſtros, vt ab eo deficerent, ſubornaſſe: intercepiſſe pontificias literas, fideles ab eius obſequio diuulſiſſe, indicto ab ipſorum concilio conatos impedimentum inferre, quos cum paterna charitate deliniret, atque a cœptis, promiſſa venia amplitima adducere ad reſarciendam Eccleſiæ ſciſſuram ſtuduiſſet, obduruiſſe in pertinacia, ac pſeudocardinales Gallos in ſocietatem ſuam aſſumpſiſſe: quos cum iterum Senenſium ac tertio Venetorum oratorum opera pellicere ad ſe repraſſet, cœptis inhæſiſſe. Eos itaque in iudicium vocatos, at præcipue Balthaſarem Coſſam, qui longe-plura aduerſus eum molitus eſſet, ac Franciſcum tit. SS. quatuor Coronatorum, qui ad Gallorum & Anglorum Reges ſe contulerat, ac Landulphum S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum Cardinalem, qui petierat Germaniam, vt aduerſus pontificiam dignitatem ea regna concitarent, notatos anathemate dignitatibus priuauit: ad quam ſeueritatem clementia temperandam trimeſtre conſtitutum, quo excurrente in locum antiquum gratiæ & honoris ipſos ſe reſtituturum eſt pollicitus.

Ariminum profiſcitur Gregorius

b Theod. Niem lib. 3. cap. 36

c Greg. lib. 3. ep. cur. p. 13

d Iudiciaria acta Gregorij in Cardd. Piſani cõuentus.

67. 68 Spreuere Gregorij ſententiam vt ab æquitate abhorrentem Cardinales Piſis exiſtentes, agi nimirum de concilio, in quo vetus ſchiſma extingueretur; id vero in ſynodo a Gregorio indicta, ſi ad eam ſe contuliſſent, non deleri ſed propagari, nec ſacramenta ſeruari ſed infringi tantum poſſe contendere. Si autem Piſanæ ex ambabus partibus cogendæ ipſe aſſenſerit, non dubiam reintegrandæ concordiæ ſpem affulgere: in ſua itaque ſententia perſtitere. Gregorius vero damnato eiuſmodi concilio Vtinum in Aquileienſi patriarchatu ad indictam iam antè, dum Lucæ verſabatur, ſynodum celebrandam deſignauit, ac præſules vt eo ſe conferrent, Regeſque ac principes vt mitterent oratores, ſolicitauit e. Hactenus de ſchiſmaticis: nunc qua aduerſus hæreticos longe periculoſius Eccleſiam quatientes geſta ſint, efferamus.

Spreta Gregorij ſententia.

Indicit a Gregorio concilium.

e Greg. l. 3. p. 35. & l. 12. de ſchiſmat. pag. 22.

69 70 Hoc anno f Sbinko Pragenſis archiepiſcopus, cum animaduertiſſet Vvicleffi hæreſes a Ioanne Hus; ita appellato ex oppido, quod anſerem ſonat, diſſeminari, celebrem ſynodum coegit, in qua quadraginta quinque articulos Vvicleffi Londini & Oxoniæ in Anglia, in Gallia Pariſijs, & Romæ ab Vrbano VI. damnatos, etiam in Boemia Pragæ damnauit. Vt vero ex Anglia in Boemiam Vvicleffi hæreſis miſerando regno exitium allatura irrepſerit, quinc ij fuerint articuli, quorum primus affirmat ſubſtantiam panis manere in ſacramento, tertius negat præſentiam Chriſti in Euchariſtiæ ſacramento, & ſextus debere Deum parere dæmoni ait (ex quibus conſtat manifeſte, quo ſpiritu affati fuerint nouatores) refert Ioannes Cochlus g ex veteſtis monumentis. Vt vero a Ioanne XXIII. h in Romana ſynodo, & a Conſtantienſi i ſynodo poſtea damnati fuerint, dicetur poſtea: Veſanam eam doctrinam amplexos nefarios quoſque clericos profligatiſſimos teſtatur Æneas Syluius k: ac Ioannem Hus ob infamiam hæreſeos Praga electum in patrium municipium ſe contuliſſe, ac pro concione maledictis præſules proſciciſſe, plebemque eo lenocinio permulſiſſe, cum decimas iure ſacerdotibus debitas negaret, ſed tantum veluti eleemoſynas indultas aſtrueret. Confirmauit Ioannis Hus improbitatem Hieronymus Pragenſis, qui vanæ philoſophiæ fucis plures decepit; quæ tamen eo tempore Vvicleffi errores vna cum alijs doctoribus Germanis, qui florebant doctrinæ laude, antequam Pragenſis academia diſſolueretur, damnaſſe, oſtendit Ioannes Cochæus l, dum eius perfidiam exponit. Cæterum arrogauit ſibi Hieronymus, quamuis laicus eſſet, prædicandi auctoritatem adeo, vt etiam pſeudoapoſtolatum ad varias gentes inualerit; quem errorem cum Turlupinis communem fuiſſe, narrat Ioannes Gerſon m, refellitque.

k Æn. Sil. hiſt Bohem. c. 35.

Hieronymus Pragẽſis Huſſo accedit.

l Coch. in hiſt Huſſ. lib. 1.

m Gerſon. in ſermone feſto in concil. Rom. apud Bel. lib. 2 de verb. Mogunt. ver. 5 in Ioan. II.

71 Hoc anno Deus inſigni miraculo præſentis in Euchariſtia Chriſti veritatem confirmauit, quod refert Nicolaus Serarius n: in Dumenſi enim oppido Vvirzeburgenſis diœceſis ſacerdos, qui negligenter ſacrum faciebat, calicem conſecratum in ſubiectam mappulam lineam, quam corporale vocant, effudit: ac tum diuinitus ſpecies vini in ſanguinem verſæ in medio crucifixi effigiem, in angulis vero eiuſdem Chriſti ſpinea corona rediniti expreſſere: territus ſacerdos ad obruendam facti memoriam tegendamque negligentiam in altari mappulam infodit, ſed mortis proximus cum grauiora pateretur, rem detexit, ac mappula ſacris ijs ſignis impreſſa inuenta eſt.

n Serar. Moguntin. ver. l. 5 in Ioan. II. Euchariſtiæ miraculum.

IESV CHRISTI Anno 1409. Indict. 4.

GREGORII PP. XII. ROBERTI ROMAN. REGIS 9. anno 3. EMMANVELIS II. IMP. OR. 26.

1. &c. CONflata iam a Cardinalibus in Gregorium Papam, vt vidimus, diſcordiæ tempeſtas catholicum orbem adeo concuſſit, vt nouo ab illis renuntiato Pontifice ſchiſma auctum ſit: quod præſentiens Gregorius graues in eos querelas tudit in iudiciarijs actis o ineunte anno aduerſus eoſdem Cardinales, cum die ab ipſo conſtituta ad obſequium non eſſent reuerſi, promulgatis, ex qua ſententia hæc decerpſi: *Valentes nec valentes, ſalua conſcientia, tantam contumaciam, ac tot exceſſus notorios relinquere impunitos, in eoſdem olim Cardinales propter huiuſmodi contumaciam, excommunicationis ſententiam promulgamus, & declaramus eos fuiſſe, & eſſe inobedientes, apoſtatas, ſchiſmaticos, blaſphemos, periuros, conſpiratores, necnon ariolandi falſi & læſæ maieſtatis criminibus irretitos, & inſuper propter eorundem olim Cardinalium exceſſus & delicta, & alia ſupradicta declaramus eos fuiſſe, & eſſe priuatos, ac de nouo priuamus omnibus officijs & beneficijs, dignitatibus atque Cardinalatibus, & eorum commodis & honoribus, & eos tamquam hæreticos decernimus puniendos. Innouamus etiam & publicamus prædictas declarationes, & priuationes per nos Senis factas; in quarum prima prædictos Antonium olim Peneſtrinum epiſcopum Aquileienſem vulgariter nuncupatum, Iordanum olim tit. S. Martini in montibus de Vrſinis, Franciſcum olim tit. SS. quatuor Coronatorum Burdegalenſem, & Conradum olim tit. S. Criſogoni mutinenſis presbyteros, necnon Raynaldum olim S. Viti in Macello de Brancatijs, Odonem olim S. Georgij ad velum aureum de columna, Petrum olim S. An-*

Auctum ſchiſma.

o Greg. lib. 3 pag. 53.

Lata ſententia in Cardinales.

2. Angeli, & Baldasarem Cossa olim S. Eustachij diaconos Cardinales de fratrum nostrorum consilio declaramus primates a die transgressionis praeceptorum nostrorum, quae fuit vndecima mayi proxime elapsi, & ipsos de nouo primamus Cardinalatibus, officijs, beneficijs, & eorum commodis & honoribus: in secunda autem declaratione & primatione, quae fuit XXVIII. septembris, de fratrum nostrum consilio primamus & primatos declaramus omnes Cardinales primis superius primatis & declaratis primatis adhaerentes, & participantes in crimine, & nonnullos alios omnibus dignitatibus, honoribus, gradibus, officijs, & beneficijs; & nihilominus praesente populi multitudine copiosa, per hanc nostram sententiam pronunciamus, decernimus, & declaramus praedictos olim Cardinales propter praedictos excessus, in [illegible] & sententias in praedictis processibus Vrbani VI. praedecessoris nostri contentas, & alias in talia perpetrantes tam a iure quam ab homine inflictas & promulgatas damnabiliter incidisse, ipsosque fuisse & esse primatos, & eos primamus quibuscumque dignitatibus, honoribus, priuilegijs, & gratijs, necnon omnibus terris, locis, feudis, & bonis ac iuribus & iurisdictionibus quibuscumque quae a nobis aut praedicta Romana ecclesia vel quibuscumque alijs ecclesijs aut personis ecclesiasticis vel Romano imperio, seu quibuscumque alijs quocumque titulo obtinent, ipsorumque bona, & iura omnia fuisse, & esse confiscata, & ea confiscamus; ipsorumque olim Cardinalium personas detestabiles, & infames esse declaramus. Et insuper omnes, & singulos qui praefatis olim Cardinalibus vel alicui eorum iuramento fidelitatis seu homagij aut alterius cuiuscumque obsequij debito, subiectione, obligatione, vel pacto quocumque firmitate vallato prius tenebantur astricti, absoluimus & decernimus absolutos, ita quod nullus eis obedire, intendere, vel parere, nullus eis debita reddere, nullus eis respondere extra iudicium vel in iudicio teneatur, &c. Vetuit etiam episcopos & alios praesules adhaerere transfugis Cardinalibus, immo ipsos anathemate percussos solemni ritu promulgari iussit.

Primas alius &c.

Florentini sentiũt cũ Cardinalibus.

5. 6 Sentiebant eam Cardinalibus Florentini; qui iam Pisas ad ineundos solemnes episcoporum coetus conuenerant, praeceperantque ne Gregorij imperia in eorum ditione exciperentur: ad quos a suscepta mente in suas partes traducendos, vel saltem retardendum obiectum periurium, apologiam scripsit, in qua haec inter alia habet a.

a Lib. 3. epist. cur. pag. 67 ext. in annalib.

Gregorius, &c. Perreximus Lucam, & cum gentibus vestris & per terras vestras fiuenter & domestice, quantum scitis; & dum Lucae essemus vestra semper loca quaesiuimus, & vt pars aduersa conueniret nobiscum in Pisis fecimus posse nostrum, dumque offensus in strictiori tractatu, aduersarij ipsi pararunt insidias contra vrbem, & contra personam nostram etiam conspirarunt, vt sic aliquot ex ipsis tunc Cardinalibus nostris, contra nos etiam ad inuicem conspirantibus, subtraxerint a nobis, qui contra praecepta nostra Pisas perrexerunt, vt nostis, per aliquos ex vestris ducti, qui sub vnionis colore talibus intendebant, vt tamen credimus, praeter & contra mentem communitatis vestrae. Fecerunt autem sic quod, vbi nos cum nostris minimum locum ex vestris non potuimus habere, ipsi conspiratores & fugientes a nobis Pisas obtinuerunt, & cum parte aduersariorum nostrorum in ea postea se iunxerunt: quantum igitur ista contormia fuerint oblationibus, quas tam amplas factas inquiunt & sinceras, quantum bonae charitati conuenerint, qualeque praeparatorium fuerit vnioni, quod a diuisione & scandalis inchoassent, prudentia vestra iudicet. Sed his missis, quae vitia non fuere erroris vestri vniuersitati, vt credimus, per antea tunc non nota.

Respondet Gregorium sibi illusum a Petro de Luna.

7. 8 Veniamus ad alia, quae litera ipse dictant, vbi aiunt scriptum esse, non qui incoeperit, sed qui perseuerauerit saluum esse, & ob id suum habuisse consilium a doctoribus & iurisperitis & timentibus Deum, synodum spectare ad illos, qui olim Cardinales fuere, & alios a iam diu pro schismaticis & haereticis condemnatos, & pro illa Pisas concessisse eisdem. Respondeant qui talia scribunt, & qui tunc in vestris magistratibus praefuerunt, qui fuere doctores, & qui isti fuere periti & timentes Deum? Fuerunt perditionis filij, ille olim Aquileiensis, & alter, qui appellatur de Tureio, & Baldassar Cossa, qui Antonium de Butrio & Petrum de Ancharano doctores suo iugo submissos metu praemiserat contra suam conscientiam auctorantes, qui Antonius quae dixerat & scripserat reuocauit in mortis articulo [illegible]deliter nobis constat. Fuerunt & illi olim Med[illegible]ensis & Rauennas, qui seducti sunt, & secu[illegible]Baldassarem praefatum tanquam mali caput. [illegible]ssime isti consultores, qui contra Christum Dominum conuenerunt in vnum in ciuitate vestra Florentiae de mense augusti proxime praeteriti, dum pro conciliabulo ipso, quod synodum vocant, Pisas obtinuerunt pro sacro generali concilio per nos indicto, [illegible]ecunda iulij praecedentis ad festum proximum [illegible]ntecostes, si potuissent, impediendo, non verentes in tempore, vt in alijs, falso vti, fingentes praefatum conciliabulum xv. [illegible] posuisse celebrandum in Pisis, cum dicti loci concessionem, vt dictum & manifestum est, circa finem dicti mensis augusti tantummodo obtinuerint, quam vtinam non habuissent; & modo forsan res esset meliori vnionis dispositioni propinqua. [Et multis interiectis.]

Obiectio Cardd.

Qui doctores ijs fuerint.

Vt cõcilia prius indicta sint a Gregorio quã a Cardinalibus

9 Praesupponunt nos nolle iuramenta, vota, & promissa nostra seruare, falsum totaliter affirmantes, cum & vota, & iurata, & promissa semper voluerimus & velimus, & in futurum continue intendamus integraliter obseruare, & mortem potius subire velle mus, quam desistere ab eisdem. Laudes Altissimo, qui hanc firmitatis gratiam nobis indulget; & firmum hoc teneatis, & tenere possunt, qui verum diligunt, non vt illi, qui aiunt de suo dominio conuocasse concilium & saltem solum de sua ditione vocassent, vt praetendunt. Sed vt alij sciant, qui a longe distant, cum vobis, qui vidistis dicere non sit opus; quare & de Bononia nobis subiecta, sed occupata tyrannide per principaliorem vnionis hostem & pacis Balthasarem praefatum conuocarunt generales illos Praedicatorum, Minorum, & Carmelitarum, ac sequaces ipsorum priuatos, & iusto Dei iudicio tam per processus nostros, quam aliorum praedecessorum nostrorum summorum Pontificum condemnatos propter conspirationes & coniurationes ac sacrilegia contra nos commissa per eos? quare & alios quoscumque, & vndecumque potuerunt habere nobis infestos & rebelles? quare & illos reprobos Aquileiensem, & de Tureio, & Mediolanensem fecerunt praesides in concilio, & dilectum filium nostrum Lucam ciuem vestrum ibidem existentem presbyterum Cardinalem, & Apostolicae sedis legatum noluerunt admittere? [Post multa pro causae aequitate illustranda subdidit hoc postulatum.]

Negat Gregorius hypothesim Cardinalium.

De Balthasare sibi infesto conqueritur.

Lucas Card. Gregorij legatus repulsus a Florẽtinis.

10 Vltimum est quod non velitis nostrum sanctum propositum perturbare, sed iuuare, vt tenemini & debetis, & aduersantes illos inducere ad locum tertium, communem, liberum, & vniuersale concilium celebrare, & pacem ac perfectam vnionem dare, quam cupimus & speramus: neque putetis quod de loco tertio dicimus, dilatorie interponi: parati sumus, prout ab ipsis oratoribus nostris etiam debuistis habere, nos virum eligere Deum timentem, pacem amantem, schisma odientem, & cunctis respectibus

Instat vt locus tertius cõmunis detur pro concil.

vnio-

Vnionem ſacraciſſimam procurantem, qui pro parte noſtra locum eligat ſupradictum, ſi ad idem poteſtis aduerſarios pro eorum parte deducere, quod recuſare non debent, ſi pacem & vnionem, quam ore prædicant, corde gerunt! &c. *Dat. Arimini* 1 v. *id. martij pontificatus noſtri anno* 111.

Sessiones II & III.

Sessio IV.

Cæsarei orator inter Gregor & Cardd. pacem nituntur componere.

11. Ad infringendos vero eorundem Cardinalium conatus, ac præſules, ne ad Piſanum, ſed ad aliud a ſe indictum concilium proficiſcerentur, auertendos, plures legatos ampliſſimis tretos mandatis in varias Chriſtiani orbis partes decreuit; miſitque Ioannem Dominici pontificiæ auctoritatis vindicem tit. S. Sixti presbyterum Cardinalem [a] in Hungariam, Poloniam, Ruſſiam, Dalmatiam, aliaque regna finitima, tum Antonium [b] Cardinalem epiſcopum Portuenſem nepotem ſuum in Angliam; qui etiam in Germaniam ad Regem Romanorum [illegible] Landulpho Cardinalium Piſis congregatorum legato Cardinali opponeret, eſt profectus. Nauarat enim Landulph[illegible] ſedulam adeo operam, vt Germanos ad conuentus ſacro epiphaniæ die Francofurti celebrandos permouerit, vt teſtatur Theodoricus Niemius [c]. Interfuere ijs Moguntinus & Colonienſis archiepiſcopi, Robertus Romanorum Rex vna cum alijs pluribus [illegible]ceribus & præſulibus, [illegible]um Francorum, Anglorum, [illegible] multarum Germaniæ prouinciarum oratoribus: cumque de redintegranda [illegible]eſiarum coniunctione diebus ſex agitarum eſſet, recurrente ſeptimo, Antonius Gregorij legatus acceſſit, ac pluribus in eius tuenda cauſa aduerſus Piſanos Cardinalium cœtus atque Landulphū egit: poſt quas concertationes decretos fuiſſe oratores in Italiam redintegrandæ eccleſiarum concordiæ cauſa addit Theodoricus. Pergit narrare auctor [d], vt Robertus Rex Antonium legatum honorifice habuerit, coluerit, ac Gregorij partes defendendas ſuſceperit; tum Rigenſem archiepiſcopum, ac Vvormacienſem & Vverdenſem epiſcopos oratores miſerit, qui Piſis Pontificis cauſam agerent. Perrexere ij ad Gregorium, qui ipſis eſt pollicitus, ſi Cardinales in alium locum ad concilium œcumenicum conuenirent, ſiue Petrus de Luna conſtituenda ipſi die pergeret, ſiue accedere recuſaret, papales apices ſe poſiturum. Ad promouendum itaque illud Robertus Romanorum Rex oratores Piſas proficiſci iuſſit.

Card. S. Sixti miſſus legatus in Paconniã, &c.

[a] *Lib. 3. epiſt cur. pag. 44.*

[b] *Ib. ep. cur. pag. 51.*

[c] *Theod. Nie lib. 3. c. 39.* Germanorum conuẽtus Francofurti indicti.

[d] *Ib. & Gobelin in Coſm. c. 89.*

Viget Gregorius, vt tertius locus deligatur.

12. Interea inchoatum eſt Piſanum concilium vigeſimaquinta martij die huius anni, ac ſolemnibus ſupplicationibus habitis, peractaque re diuina ad vigeſimam ſextam indicta eſt prima ſeſſio, in qua Petrus Cardinalis Mediolanenſis de excindendo ſchiſmate concionem habuit: ac deinde Petrus Alamannus archiepiſcopus Piſanus ex concilij imperio de fide orthodoxa & ſchiſmaticorum æterno exitio hanc profeſſionis formulam perlegit: *Vt ſeſſum & recitatum eſt in generali Lugdunenſi concilio continetur, tenet, profitetur, & firmiter credit hoc ſanctum & vniuerſale concilium, & omnia alia, quæ de ſumma Trinitate & fide catholica, ſacramentis Eccleſiæ, & eccleſia vnitate hactenus docuit, & prædicauit, docet & prædicat ſancta catholica Eccleſia, firmiter tenens omnem hæreticum, vel ſchiſmaticum cum diabolo, & angelis eius æterni ignis incendio participandum, niſi ante finem huius vitæ catholicæ fuerit incorporatus & reintegratus Eccleſiæ.* Exinde Simon Perutinus aduocatus, vbi multa de Cardinalibus, qui mutuo ſe fœdere ad ſchiſma tollendum coniunxiſſent, dixiſſet: *ſynodum*, vt aiunt acta, *exhortatus eſt, & poſtulauit abea, vt tanquam iuſtus index indiceret, & neceſſitati incumbenti Eccleſiæ prouideret, &c.* Lectiſque Gregorij & Petri de Luna prouocationum formulis, criminis contumaciæ apud concilium eos poſtulauit: quæ actio in diem proximam, cum non comparuiſſent, extracta eſt, atque in ſecunda & tertia ſeſſione iudiciaria forma in eodem exercita.

Piſani acta concilij.

Seſſio I.

Vetus decretum in ſchiſmaticos & hæreticos inſtauratum.

Prouocationes Gregorij & Petri de Luna repudiatæ.

13. 14. In quarta ſeſſione die XV. aprilis celebrata Vlricus epiſcopus Vverdenſis Roberti Regis Romanorum orator, ſe ac ſocios veniſſe eſt profeſſus, vt pacem inter Gregorium & Cardinales conciliarent, attuliſſeque nonnulla dubia non diſceptanda, ſed commendanda memoriæ, quæ illuſtranda viderentur: a quibus petitum eſt, vt ea in ſcripta redigerent, ita enim omnem dubij nubeculam e Roberti Regis conſcientia decerſum iri. Propoſita ſunt in ſacrario eccleſiæ S. Martini, die proxima a Conrado de Suſato alio Roberti oratore, vna cum collegis Ioanne Rigenſi archiepiſcopo, Mathæo Vvormatienſi, & Vlrico Vverdenſi epiſcopis coram Cardinalibus ea dubia [a], de quibus in publica ſeſſione mentio erat facta, non conuocaram ſcilicet iure ſynodum, moliri ipſos nouum ſchiſma, nullum iuris ſeruaſſe ritum, inconſultis primatibus, Regibus, & principibus, concilium indici a Cardinalibus deficientibus a Pontifice non potuiſſe: ſi de Gregorij pontificatu ambigant, de ipſorum quoque cardinalatu ambigere debuiſſe; nec de creando nouo Pontifice, qui futurus ſit ambiguus vtpote creandus ab his, quorum ſit ambigua auctoritas, ſe ingerere iure poſſe: pluraque alia addidere, ex quibus Piſani præſules non ſe facile explicarent. Demum adiectæ preces vt tertius locus, in quo Gregorius intereſſe concilio poſſet, deligeretur.

[a] *Ext. n. 11. de ſchiſmat. pag 63. & in annalib.*

Cæſarei oratores Piſis abſcedunt.

19. &c. Addunt acta, Roberti Regis Romanorum oratores, motis js dubijs, non expectato reſponſo, diſceſſiſſe; antequam tamen abirent (quamuis id in Piſanæ ſynodi actis non tradatur) dictus Conradus de Suſato eiuſdem Roberti Regis orator a Cardinalium & præſulum cœtu Piſano ad œcumenicam ſynodum indicendam a Gregorio prouocauit: qua de re confectæ ſunt publicæ tabulæ [b], quibus Gregorij cauſæ munimenta præcipua ſunt comprehenſa, quæ ſuperius perſtricta fuerunt. Obiectum inter alia eſt Cardinalibus ipſos Eccleſiam ſchiſmate diſcidiſſe, literis indictionis concilij aperta mendacia inter ſe pugnantia inſeruiſſe, præcipiti impetu animi obſequium Gregorio ſubduxiſſe, publicam offenſionem Eccleſiæ iniecciſſe, promulgaſſe Gregorium vt periurum, cum de eo crimine conuictus non ſit, coniunxiſſe ſe cum ſchiſmaticis, quamuis conſtrictis cenſuris non fuiſſent abſoluti: poſtulati quoq; fuere vt dicerent a quo tandem conſtituti eſſent iudices Gregorij: inrepiti etiam quod acephali eſſent facti, nec leges canonicas, ſed humana commenta ſequerentur, male pacem per diſcordiam conſectarentur: cumque conſtet partem alteram ſchiſmaticam eſſe, hanc ab alia ſolui cenſuris non poſſe: obiectum pariter moliri ipſos tertium ambiguum Pontificem creare, nec tollendum ab ipſis ſchiſma, ſed augendum.

[b] *Ext. n. 12. de ſchiſmat. pag. 66. & in annalib.*

Orator miſſus a Gregorio ad Piſanos comperit.

34. &c. Inſtitit [c] etiam grauiſſimis argumentis apud Piſani cœtus Cardinales ac præſules Gregorij nomine Carolus Malateſta toparcha orator, vt vnicum œcumenicum concilium celebraretur, cum ex multiplicibus ſynodis multiplex ſchiſma conflandum foret: Gregorium vero de imminentibus malis fecit certiorem [d], conſuluitque ne Forumiulienſe concilium celebraret, ſed Piſtorium potius ad componendam controuerſiam accederet: communem illum locum futurum, in quo eſſet vel diſciſſas eccleſias redintegraturus, vel in vniuerſi orbis oculis, ac luce innocentiam ſuam collocaturus. Tum apud Cardinales illos egit, vt permutationi loci pro tanto auertendo malo aſſentirentur: qui reſpondere, ſine iuſta cauſa Piſas a Gregorio recuſari, ac pro diſſoluendo ſchiſmate tam tetro iudiciariam auctoritatem ad Eccleſiam deuolutam, concilijque œcumenici auctoritatem

[c] *tom. 2. de ſchiſ. pag. 107. & ibid.*

tem Pontificis auctoritati in præsenti casu, in quo etiam Pontifex in crimen propagari schismatis vocabatur, anteterendam.

Difficultates ingentes circa auctoritatem Pisani concilij. *a Ext.in bib Barb.l.7. de schis pag.33 & in annal*

41 Premebat valde Cardinales & alios præsules, qui Pisis morabantur, difficultatum moles in arduo illo opere, atque ideo nonnullas quæstiones eo spectantes, quibus aduersarij ipsos possent lacessere, proposuerunt [a], ac distinxere: *Et primo*, inquiebant, *forsan dicetur, & excipietur, quod Cardinales non potuerunt vocare concilium, sed potius ille, qui gerit se pro Papa in parte sua, & hoc videtur habere colorem per omnia iura di.* XVII. *II. Et si huic dubio clare satisfiat, non confitebitur Ecclesia congregata, nec esset ibi concilium, sed potius conciliabulum, & sic nullius auctoritatis iux. cap. mul.* XVII. *di. III. Item moueri aliud dubium. Si quilibet, qui se pro Papa gerit, petit ante omnia restitutionem propter subtractiones, & neutralitates sibi factas, talis petitio videtur habere colorem, per C. item summatus, qui est sub §. Item cum Balaam* 11. *quæst.* VIII. *IV. Item potuerunt dicere prima facie contendentes quod petita, quod si Cardinales possent vocare concilium, vocatio ista esset nulla, quia expoliatus episcopus ex quacumque causa vocari non potest de iure ad concilium, nisi fuerit restitutus: nec de aliquo crimine agi contra eum, vt volunt iura per expressum* 111. *quæst.* I. *& 11, quæst. per totum: & ista est una exceptio, quæ prima facie videtur iuridica per dicta iura: & in illis dominus Benedictus se fundauit tempore alterius subtractionis: & nisi isti dubio sufficienter respondeatur, concilium nullius effectus redderetur. V. Item posset moueri dubium, si Benedictus vel Gregorius in concilio poterent subtractos, vel neutrales repelli a concilio tamquam ibidem vocem non habentes, ista petitio videtur habere colorē per §. huic etiam* XVII. *di. & quia subtracti seu neutrales spoliantes per hoc Papam, censentur esse inimici, secundū iura vulgata, & sic venient in concilio vt partes, non autem vt iudices, vel vocem habentes. Istud dubium est forte, & cum*

Obiectio quod indicendum sit concilium a Pontifice

Qui inter fuerint Pisano concilio.

ximis hisce difficultatibus spretis quod non valerent in præsenti schismatis casu Cardinales & episcopi in sententia de concilio celebrando perstitere, cui interfuere viginti duo Cardinales veri talisque, patriarchales titulos gerentes quatuor, archiepiscopi duodecim, octoginta episcopi, Galliarum, Angliæ, Poloniæ, Lusitaniæ, Cypri, Boemiæ, tum Romanorum & Siciliæ controuersiorum nimirum Vvenceslai, & Ludouici Regum oratores. Castellanus vero & Aragonius pro Petro de Luna: Robertus Germanus & Ladislaus Neapolitanus, Danus, Suecus, Norduegus, Barauus, & Sigismundus Hungarus pro Gregorio aliquantulum constantes steterē.

Ergo non est Oecumenicum Pars Vrbani erat amplior.

Sess.v. vi. vii.viii. Tribus sessionibus actum aduersus contendentes.

46 Quinta, sexta, septima, & octaua sessiones, in vrgenda iudiciaria actione aduersus Gregorium, & Petrum de Luna occupatæ fuere; in quarum etiam postrema sancitum Ecclesiam esse iudicem litium inter Pontifices. In nona sessione promulgarunt, a Gregorij & Petri de Luna veneratione discedere fidelibus licuisse, ex quo redintegrare ecclesiarum coniunctionem voluntaria abdicatione pertinaciter negarunt (sed id falso affictum Gregorio) omnia acta a Gregorio & Petro de Luna edita in propagationem schismatis rescidere, instruendamque in eos, discussis testium dictis, actionem pronuntiarunt. Addidere etiam: *Item eadem sancta synodus in fauorem fidei & pro schismatis extirpatione ac lacerata Ecclesia vniendā & pacificanda decernit, pronuntiat, & declarat omnes, cuiuscumque status, &c. etsi cardinalatus, &c. præfulgeant dignitate, qui in causa præsenti sunt, & esse possunt iudices seu coiudices, in concilio etiam esse posse legitimos testes, eorumque tam testimonijs quam sententijs fidem esse indubiam adhibendam.* In quo decreto obseruandum est voluisse ipsos contra iura communia, vt Gregorij inimici testes ac iudices illius esse possent. Demum vigesima prima die maij, in sessione decima instaurata est iudiciorum forma in Gregorium & Petrum de Luna, XXIII. maij, productaque sunt aduersus vtrumque plura accusationum capita [a].

Sessio x.

a Ext.l.22 de schismate pag.125.& in annalib. Quæ obiecta in Petrū de Luna.

47. &c. In primis obiecta Petro de Luna multiplicia eius periuria, vtque cessionem admittere detrectarit; Cardinales redintegrandæ coniunctionis percupidos male exceperit, Regum preces & populorum vota contempserit, cæsareis oratoribus responderit se lethali noxa deuincturum, si pontificatu se abdicarit, atque ex imperandi cupidine in hæresim lapsus sit: tum iactarit frustra de voluntaria cessione verba fundi, cum eam nunquam sit admissurus etiamsi Romanus Pontifex [illegible] cesserit; tum impie professus sit Ecclesiæ [illegible] aduersæ repugnaturum, eruperit in fer[illegible]minas se in eum statum Ecclesiam redacturum [illegible] multos post annos illius maiestas restitui non possit, ac prius mortem toleraturum, quam dignitate abiturum testatus sit. Expositæ præterea variæ illius artes, quibus Christiano orbi illuserit: vt parti honoris abdicationem pollicit[illegible] sit, ac de congregando suæ partis concilio conuenerit; deinde eam concilij conuocationem repudiarit, varios instruxerit dolos in compromisso offerendo, vtque demum vira tunc [illegible] monitacio postularus sit a Romanis Cardinalibus an vellet cedere, vt ex communi vtriusque senatus consensu & conspiratione vnicus Pontifex deligeretur: damnata vero sit ab eo cessionis via, quæ publicam pacem erat instauratura. Hæc Pisani patres grauissime propoluere aduersus Petrum de Luna, quem reum schismatis fuisse certum est. Dein instruxere acta iudiciaria aduersus Gregorium, qui ab antipapa spe colloquij illusus, & a Cardinalibus per politicos subornatis delectus fuerat. Obiecere illi in primis seduci se passum a nepotibus, ne pontificatus iuribus cederet: verum cum recte statuerent ficte omnia a Petro de Luna, qui cessionem omnino respueret gesta, non probarunt recusante cessionem Petro Gregorium ad cessionem obstrictum fuisse. Obiecere etiam illum Saonense colloquium sine iusta causa declinasse; sed iustissimas illius declinandi causas non defuisse ostensum est: etenim iure negarat Gregorius, cum se insidijs circumuentum specie pacis doleret. Addidere illi: *Et replicato per dominos Cardinales, vt vellet se supponere iuri, & stare consilio vniuersitatis Bononiensis, Parisiensis, Senensis, vel Romanæ curiæ, an Cardinales tenerentur Saonam accedere etiam eo nolente, recusauit dicens: Ego sum Papa, nec habeo me alicuius subijcere consilio: immo ego sum super ius, & mea sententia debetis vos conformare in totum; in hoc dominus Cardinales, vt debitum suum facerent, quantum poterat, prohibendo.* Iniqua erant hæc postulata, cum Parisienses aduersarentur Gregorio, Bononienses vero subornati a Balthasare perduelli Cardinale, nec Pontifex placita academicorum sed academici placita Pōtificis sequi debeant: itaque iure responsum fuit. Debuerunt vero Cardinales vt membra aptare se capiti, ferebatque ægre Gregorius ab iis colloquia suspecta fieri cum schismaticis. Obiecere deinde Gregorio clandestina illum cum Petro Lunano consilia inijsse, opinionemque percrebuisse ipsum cum æmulo collusisse: probare id ex eo voluere, quod cum de loco colloquij ageretur, responderit frustra de loco agi, cum Petrus de Luna nunquam cessurus esset. Verum nullo modo id ex collusione factum, sed ex notissima Petri ipsius perfidia. Obiecere præterea Gregorio quod procuratoris opera pontificios apices

Quæstio in Gregorium oeda ta.

Controuersia inter Gregorij & Cardin. caput.

deponere abnuiſſet, tum concilium nulli vſui futurum indixiſſet, ac nouos Cardinales renunciaſſet.

Piſani concilij decretum.

71 Obiectis ijs criminibus Gregorio ac Petro de Luna, de ferenda in eos ſententia decretoria agitatum eſt: ac primum controuerſiam dirimere conati ſunt, Cardinales aduerſarum partium, concilium conuocare potuiſſe, illudque dicendum œcumenicum, quod ex maxima orbis Chriſtiani parte conflare contenderent: Piſas locum eſſe idoneum ad id celebrandum; Gregorium & Petrum de Luna rite vt ſiſterent ſe iudicio fuiſſe vocatos. Quamuis autem ſe Cardinales pro redintegranda eccleſiarum coniunctione pio ſtudio moueri præiecerint, nimia tamen ira & impatientia aduerſus Gregorium efferri ſe paſſi ſunt, atque antequam congregatum, vt par erat, integrum concilium eſſet, præcipitem ſententiam tulere, & nouum ſchiſma [illegible]arunt; licet enim magna præſulum multitudo collecta videri poſſet, quæ pro alia dirimenda controuerſia ſufficeret, pro hac tamen decidenda non ſuffecit, atque ita rebus decretum a iniquum & irritum factum fuit.

a Ext.to.22. de ſchiſmat pag.154. & in annalib.

In duodecima ſeſſione vigeſima quinta die maij, tum in decima tertia eiuſdem menſis vigeſima nona Gregorius & Petrus de Luna in iudicium ſunt vocati, atque in decimaquarta kal. iunij relatum eſt ad præſules de teſtium dictis probatiſque, vt iactabant, ſingularum accuſationum capitibus. Demum in decimaquinta ſeſſione habita quinta iunij damnati ſunt b.

Seſſio xii. & xiii. Seſſio xiv. Gregorius & antipap in iudicij vocati. Seſſio xv.

72 In decima ſexta ſeſſione x. iunij die de creando Pontifice actum eſt præcipiti impetu, cum reipſa ſchiſma non ſublatum, ſed auctum eſſet, nec iure pontificatus Gregorio abdicatus eſſet. Ac tum Cardinales ſacramento ſe obſtrinxere ſinguli, ſi ad Pontificalis dignitatis faſtigium eucherentur, concilium propagaturos, donec de eccleſiaſtica diſciplina reſtituenda leges conderet forent.

b Ext.to 22. in act.ſeſſ.14

Seſſio xvi

Seſſ.xvii.

Decima ſeptima ſeſſio peracta eſt decimatertia die iunij, atque in ea promulgata ſententia, qua ſacerdotiorum conceſſiones a Petro de Luna vel a Gregorio decretæ a die tertio maij, abrogatæ fuere.

Seſſ.xviii

In decima octaua ſeſſione die xiv. iunij auditi fuere Regis Aragonum oratores, qui cum Petrum de Luna Papam diuiſſent, reiecti ſunt cum ingenti dedecore vt hæretici & ſchiſmatici homines inermunij.

Seſſio xix. Balthaſſar conſuli Petrum Cretenſ creã dum Pontificem.

Decretum in decima nona ſeſſione xv. iunij vt Cardinales conclaue ingrederentur, ſed nimium præcipites in ea re ſe geſſere, cum non ſublaturi ſed aucturi ſchiſma eſſent. Quibus ingreſſis, nonnulli egere de Balthaſare, totius rei auctore præcipuo, Pontifice renunciando; vt narrat in eius vita Theodoricus Niemius c: at ipſum non aſſenſiſſe ſcribit, ſed propoſuiſſe Petrum Cretenſem Minoritam XII. Apoſtolorum presbyterum Cardinalem, vt crearetur Pontifex, de cuius primitijs hæc narrat: *Hic fuit natione Græcus natus in inſula Candiæ, quæ per Venetos occupatur; & vt ipſemet, tunc in agone ſeu in vltimis conſtitutus coram ſuis familiaribus faciendo pulchrum ſermonem, dicebat, nunquam nouit patrem, aut matrem, aut aliquem fratrem, ſeu ſuis carnis propinquitate coniunctum: ſed eum in pueritia mendicantem vitium quidam frater ordinis Minorum Italicus in eadem inſula recollegit, atque in latino ſermone inſtruxit, & dum erat aliqualiter maior & aptus in coma fratrum Minorum in ipſa inſula conſiſtente, ipſum poſuit & habitu regulari eorundem fratrum induit: & conſiderans quod eſſet bona indolis eum ſecum ad Italiam poſtea duxit, in qua in primitiis artibus eruditus ad ſtudium Oxomenſe in Anglia mittebatur; vbi etiam per plures annos ſtudendo & bene proficiendo demum*

c Theod.Nil in vita Ioã xxiii.

Primitiæ Alexandri

acceſſit Pariſios, & tandiu illic in philoſophia, & ſacra theologia ſtuduit, quod magnus magiſter in ipſa theologia factus fuit. Poſt hæc veniens ad Lombardiam, & notitiam Ioannis Galeatij ducis acquirens, & eius promotione, atque fauore primo epiſcopus Vicentinenſis, & poſtea archiepiſcopus Mediolanenſis, ſucceſſiue Cardinalis, & demum Papa creatus fuit gradatim ad dignitates & honores huiuſmodi aſcendendo. Nonnullique interiectis verbis ſubdit auctor a: *His dominus Alexander recepit inſignia coronationis ſuæ in Piſis nonis iunij anno domini* MCCCCIX. In ſeſſione vigeſima kal.iulij Alexander Cardinalium acta a tertia maij ſuperioris anni confirmauit, diuerſaque eorum collegia coniunxit. In ſeſſione vigeſima prima x. iulij geſta in Piſanis conuentibus corroborauit b, ac vniuerſas ſententias in cauſis ſchiſmatis a Pontificibus, qui ſchiſmate ſuperiori flagrante præfuerant, latas diſſoluit: quibus de rebus acta in bibliotheca Vaticanæ tabulario extant c.

a lib.vnd.lib c.52.

Seſſio xx.

Seſſio xxi. Sententiæ omnes odio ſchiſmatis latæ diſſoluuntur.

b tom.22.de ſchiſ p.160. & in annal c ibid.

73 In vigeſima ſecunda ſeſſione XXVII. iulij ab Alexandro confirmati ſunt d vniuerſi in epiſcopatibus, muneribus, ac ſacerdotijs, quæ a Gregorio, Petroque de Luna non ſtudio diſſoluendæ eccleſiarum coniunctionis collata fuiſſent.

Seſſ.to 22. de ſchiſmat p.160.

Indictum concilium ad proximũ triennium.

Indictum etiam fuiſſe ab Alexandro aliud concilium proximo recurrente triennio celebrandum in actis Piſanis typis cuſis refertur huius ſanctionis formula: *Item ſacro approbante concilio decernimus & declaramus, nos vel ſucceſſorem noſtrum ex certis magnis & arduis cauſis, nos & hoc ſacrum concilium monentibus iterum generale concilium fore conuocandum hinc ad triennium, videlicet anno quod dicetur anno Domini* MCCCCXXII. *in menſe aprilis in ciuitate, ſeu loco habili & decenti, qui locus declarabitur per annum ante tempus concilij per nos, vel per ſucceſſorem noſtrum.*

74. &c. Repugnauere actis eiuſdem conuentus Gregorius ac Petrus de Luna, quorum poſtremus, licet nullo iure pontificatum ſibi arrogaret, in ſuis tamen iudiciarijs actis e Barcinone editis, impræſules illos declamauit, euerſam ab ipſis eccleſiaſticam Ierarchiam: concilium œcumenicum non niſi a Pontifice indici poſſe, neque concilio, vtpote inferiori, Pontificem ſubijcere, iuſue illi dicere licuiſſe, atque ita ex eius verbis, multo minus Cardinales ſibi ſubijcere Vrbanum VI. potuiſſe conſtat. Nonnulli etiam viri docti ad illius partes efferendas commentarios edidere f, quorum argumenta in cauſa Pontificis ab vniuerſo orbe Chriſtiano culti maxima vi pollent, non pro controuerſo, nec pro hæretico, neque ob ſigna externa damnato hæreſeos, denique non pro Petro de Luna, cum falſo ſtatueret ſe eſſe Papam, ſed pro Vrbano VI. & Gregorio XII. valent.

Vterque contendẽs in concilij Piſanum conſurgit.

e Ext to 22 de ſchiſmat pag.214. & in annalib.

79 Ceterũ non modo Petri de Luna ſtudioſi ſententiæ pontificiam auctoritatẽ conciliorum auctoritati præferenti ſe addixere, aut qui adhæſere Gregorio eandem propugnarunt; ſed poſtea etiam multi doctrina & religione conſpicui viri de concilij Piſani auctoritate, proindeque de Alexandri pontificatu dubitarunt, eo quod ſine Papæ auctoritate conuocatum celebratumque fuerit. Reſpondent ij, qui Piſanum conuentum canonicum concilium extitiſſe contendunt, cum nullus ſit certus Pontifex ob ambiguitatem facti contingentis non ſpectantis ad fidem, habendum perinde ac ſi nullus eſſet. Verum cum oſtenderimus ſupra Vrbanum VI. rite electum, & perſpicuum ſit Gregorium eius legitimum extitiſſe ſucceſſorem, ipſum verum fuiſſe Pontificem, & apud errantes tantum ambiguum fateri debemus. Neque obſtare videtur quod de concilio Conſtantienſi afferunt, ſi Piſanum

Piſani concilij cõtrouerſa authoritas.

Gregorius fuit verus Pontifex.

cano-

canonicum non fuisset, dicendum esse neque illud alicuius extitisse valoris, quod auctoritate Ioannes XXIII. conuocatum est: *Nam concilium Constantiense celebrandum*, inquit S.Antoninus a, *ipse*, nimirum Gregorius, *approbauit, suos Cardinales misit, &c.* Et sane extant Gregorij literæ, quibus Ioanni Dominici tit. S.Sixti presbytero Cardinali concilij Constantiensis suo nomine conuocandi prouinciam dedit, quod Cardinalis idem in XIV. sessione præstitit hisce verbis b: *Istud sacrum concilium generale conuoco, & omnia per ipsum agenda authorizo & confirmo iuxta modum & formam prout in literis domini nostri nunc lectis plenius continetur.* Quibus permotus S.Antoninus nusquam Pisanum vt legitimum agnouit, quod potius cõciliabulum dicendum indicat, dum ait c: *Per Pisanum concilium vel conciliabulum, cum non esset alicuius eorum, qui se gerebant pro Pontifice, auctoritate congregatum, non erat ablatum ipsum schisma sed augmentatum, ex duobus tribusue se pro Papa gerentibus*; in eandemque sententiam hæc habet, qui scholion sancto auctori adiecit d: *Praterea si hoc Christi domini nostri verbum verum est, ex fructibus eorum cognoscetis eos, Matth.VII. quis non videt Pisanam congregationem non fuisse legitimum concilium, qua schisma non sustulit, sed potius auxit, cum tres se postea pro Pontificibus gesserint?* Hactenus ipse, ex quo e etiam hæc alia decerpere libet: *Addidit autem D. Antoninus secundum communem opinionem, significans ex sua sententia Alexandrum V. legitimum non fuisse Pontificem, sed Gregorium XII. nam cum Ioannis Dominici Cardinalis Ragusini sectator fuerit & discipulus, qui semper Gregory XII. partes est secutus, ipse quoque hunc Gregorium verum vbique & legitimum Pontificem predicauit. Hinc supra §.2. decretum doctorum theologia & vtriusque iuris tenentium tam Gregorium XII. quam Benedictum XIII. deponi posse, dilucide refutauit. Hinc etiam supra cap.3.§.2. hunc Gregorium verum Papam, etiam tempore concilij Constantiensis & in Italia & alijs in locis habitum fuisse refert, & infra cap.6. §.2. hunc Gregorium a multis Deum timentibus & peritis creditum fuisse tempore eiusdem concilij verum Pontificem asserit.* Paucis interiectis addit idem auctor: *Idem etiam in summa huius tituli, cum de creatione huius Alexandri egit, hac correctione est vsus: Si tamen potuerunt. Sententiam D.Antonini laudat Sanderus lib.VII. de visibili monarchia; nam de tribus Pontificibus tempore Constantiensis comitij verba faciens, cum de Gregorio loquitur, interiecit: Quem titulum iustissimum habuisse putauerim.*

a *Ibid.tit. §.10.* Dispar ratio Constãtiensis comitij.

b *Apud Ioan. Ant.tit.vlt.p. 291 & apud concil.Constant. sess.14*

c *S.Antonin. supra §.2.* Pisanũ cõciliũ schisma auxit non sustulit.

d *Matth.c.7*

e *Scholia ad §.3.c.5.nu. 22.part.3.S. Antonini.*

Gregorius a multis hinc vt verus Pontifex.

80 At inquiunt ij, qui Alexandri pontificatum tueri stabilireque nituntur, Ecclesiam catholicam ipsum vt verum Pontificem agnouisse. Verum S.Antoninus, qui tum viuebat, diserte id negat f, addidit enim: *Secundum communem opinionem.* Et sane non omnes Christiani orbis prouincias illi viuenti paruisse constat: post eius autem mortem ac redintegratam in concilio Constantiensi ecclesiarum coniunctionem, Romani Pontifices non simpliciter Pontificem, sed addito in sua obedientia, sicuti alios etiam post Gregorium XI. creatos Pisani præsules appellandos statuerunt: qui mos postea tenuit. Non tamen inficias imus Alexandrum eiusque successorem sine culpa a pluribus vt veros Pontifices habitos esse, cum præsulum & doctorum pars maxima eos venerareturr.

Vniuersa ecclesia Alexandro non paruit

f *S.Ant.3.p. tit.22.cap.5 §.3.*

Incertum fuit an verus esset Pontifex.

81 Hæc non contentionis, sed indagandæ veritatis studio attuli: apud nos enim exploratum est Gregorium rite in apostolico solio collocatum: non demonstratur autem ab aduersarijs ipsum iure deiectum fuisse; immo contrarium in literis g encyclicis Alexandri V. quas affert Cotelorius h, inferri videtur, dum aiunt Petrum de Luna adduci nunquam potuisse, vt in locum conueniret nisi in quo maximis viribus præpolleret; sicq; Gregorium ipsius aduersarij Alexandri iudicio excusari. Ceterum nostrum non est controuersiam dirimere, atque ideo nec Gregorium Pontificum catalogo expungere, cum illum iniri iure pontificatus possessione, donec in Constantiensi concilio gradu cessit, potiorem comperiamus. Sequuturos itaque annos sine vllo veritatis detrimẽto eiusdem Gregorij pontificatus nota contignabo: vtque perturbatissimorum temporum distinguam historiam, Alexandri ac successoris Ioannis res gestas præfixis ipsorum nominibus recensebo. Cum vero abunde superius actum sit de Pisanis episcoporum conuentibus, nunc de synodo a Gregorio in ciuitate Austriæ, patriarchatus Aquileiensis celebrata, & de pseudosynodo Perpiniani habita differendum est. Ab ea igitur quam indixit Gregorius exordiamur.

Cur Gregorius a Pontificũ catalogo nõ eradatur.

De Aquileiẽsi synodo.

Sessio.1.

82 Celebrata a Gregorio est prima sessio Austriæ recurrente celebritate corporis dominici post habitas solemnes in ea vrbe supplicationes: sed exiguus admodũ præsulum numerus eo se contulit a, spreta enim sunt ab episcopis eius imperia, cum in magnam adduceretur b inuidiam concilium ad schismatis propagationem molitum, misitque c Nicolaum episcopum Ferentinum, & Dominicum designatum episcopum Melitensem Venetias, vt obiecta anathematis pœna illius prouinciæ præsules ad synodum cogerent. Sed Veneti Alexandro ex doctorum sententia, quamuis Gregorius Venetus esset, adhærerunt.

Spreta Gregorij imperia.

a *Greg.l.1. pag.89.*

b *Ibid.p.44. & 45.*

c *Ibid.p.114 S.Ant.3.p. tit.22.c.3.§*

In secunda porro sessione synodus in ciuitate Austriæ congregata, vbi pluribus de electione Gregorij historiam retexuit, aduersus Alexandrum, quem Petrum de Candia vocat, ac Petrum de Luna sententiam d tulit.

Secunda sess.acta.

d *Ext.to.22. de schismat. pag.662.*

83 Meminit Theodoricus Niemius e de alia sessione quinta septembris die celebrata, in qua Gregorius pollicitus est se insignia papalia positurum, si Petrus de Candia idemque Alexander V. ac Petrus de Luna fastigio cederent, vt communibus dein Cardinalium suffragijs nouus renunciaretur Pontifex; Regesque Robertum Romanorum, Sigismundum Hungariæ, Ladislaum Siciliæ designauit, vt de communi loco ad cogendam synodum œcumenicam cum aduersarum partium principibus pacisceretur: quæ in synodo promulgari iussit f. Ad permulganda synodalia decreta confirmandasque suas partes aduersus Alexandrum V. & Petrum de Luna, aliosque cum ijs sentientes Gregorius plures legatos creauit, nimirum Albertum g episcopum Posnanicnsem in Polonia, Sbinconem h archiepiscopum Pragensem in Boemia, Nicolaum i episcopum Caminensem in Pomerania, Henricum I. episcopum Vvintonicnsem in Anglia in Insubria Bartholomæum m episcopum Placentinum, quem etiam ea instruxit auctoritate, vt maioris instar pœnitentiarij sacras exhomologeses exciperet, præscripsitque formulam, ex qua ad ipsius partes redituros conciliaret.

Sess.tertia *Theod.Nie. l.3.c.45 & 46. & S. Ant.3.p.tit. 22.c.5.§.3.* Gregorius decernit cessurũ se si æmuli cedant.

e *Ext apud Theod.Nie. l.3.c.46. & ex eo in chr. tom.3.par.2*

Decreti legati a Gregorio.

f *Greg.l.3.p. 110.*

g *Greg.l.3.p. 113. & 115*

h *Ibid.p.118.*

i *Ibid.p.118*

l *Ibid.p.99 & 100.*

Hæc sunt quæ de gestis Austriæ a Gregorio colligere potuimus: at tantum abest vt partes suas confirmare potuerit, vt breui ab Italis, Hungaris, Bauaris, deindeque a Siculis desertus sit. In graue autem discrimen ipsum adduxere æmuli: patriarcha enim Aquileiensis ab ipso dignitate exutus struxerat ei insidias, ad quas arte fallendas, cum vi perrumpere non posset, pontificium ornatum posuit: qui vero papali subornatus cultu incedebat, ab hoste est interceptus, direptaque pontificia impedi-

Gregorij conatus pro retinẽda dignitate manet.

Dolo fugit insidias.

g *Alex.V.Ep. gen.1.p.54.* b *Comelar. electo Gandd*

pedimenta fuere. Gregorius igitur duobus tantum stipatus comitibus, cluris hostibus, ad triremes, quas submiserat Ladislaus Rex Siciliæ, insequentibus frustra hostibus euasit, vectusque a in Aprutium, Ortonam primum, dein Fundos, demum Caietam b a Ladislao Rege deductus est, vt eam ob causam Romam sibi subijceret; qua de re inferius agetur. Referamus nunc gesta conventus acti a Petro de Luna Perpiniani.

a Theod. à Niem Pontificia. lib. 3. c. 49. Gregorius in regnum Neapolitanum se recipit.

b Alex. reg. 2 pag. 6.

84 Fascinabat ille suis fraudibus præsules Aragonios, quos Perpiniani extremo superiori anno coegerat: vt enim æmulorum occuparet consilia, antequam ij suas synodos celebrarent, euoluendo breuiori temporis intervallo Perpinianense concilibulum indixerat. In eo porro kal. februarij huius anni præsules fucatis eius verbis subornati, ac vicissim illi ineptis assentationculis lenocinati, gratulari sunt ipsum labores ad tollendum schisma etiamnum strenue impendisse, passumque ab æmulis iniuriam; tum addidere preces, vt II pontificatus Gregorio a suis abrogaretur, ipse papales apices poneret. Accepto Petrus ea de re a præsulibus Aragonijs dato libello XII. februarij die recurrente respondit in sessione publica multis verborum fucis se omnia, quæ ad schisma abolendum spectarent acturum, ac solemnes oratores rerum gerendarum peritos missurum, qui redintegrationem ecclesiarum promouerent. Ad id vero, in quo rei cardo vertebatur, vt Gregorio pontificatu se abdicante, vel a suis de gradu deiecto, ipse insignia papalia exueret, non respondit, vtpote qui etiam cessuro Gregorio, vt in concilio Constantiensi euenit, nunquam vniuersæ Ecclesiæ voris ea in re morem gerere decreuisset. Delusi vero illius verbis Aragonij præsules tanquam quid magnum sponderet, positis mitris & flexis genibus, veluti in umbratili scena grates ei egere, vti ex actis c patet.

Captata a Petro c Luna diffugia

c Ext. to. 22. de schismat. pag. 43. & in anquis. d Acta m.s. sess 32. p. 83

Cæterum vera gestorum in Perpinianensi conuentu narratio ex iudiciarijs in Petrum de Luna actionis tabulis propositis in sessione XXXII. Constantiensis concilij d elici debet. Obiectum itaque fuit a concilij causarum actoribus in illa synodo, cum a Petro consuleretur, quid pro ecclesiarum coniunctione redintegranda gerendum videretur, ad quam incumbere se fingebat, designatos fuisse viginti octo præsules, qui ea de re agitarent, ac deinde ad sexdecim redactos. Vt vero ij consuluerint legandos Pisas ab ipso nuntios, qui eius nomine gradu cederent, perspicue refertur. Mittit postea Petrus nuntios suos (de quibus supra egimus) vnà cum Regis Aragonum oratoribus ad Pisanum conuentum, vt preces Perpinianensis concilij admisisse videretur: quibus tamen potestatem abdicandæ ipsius nomine dignitatis, deiecto a suis Gregorio, vti ab Aragonijs præsulibus summa contentione flagitatum diximus, auctoritatem non tribuit: quocirca ij, cum Pisis essent, vt hæretici & schismatici a concilio reiecti fuere: qua e n. 3 concil. p. 2. in civil. Pisf sess. 18. de re pluribus acta e typis cusa agunt: isque Perpinianensis conuentus schismatici exitus fructusque extitit. Hæc dicta sint de triplici concilio, a tribus, qui papalia gestabant insignia, habito: nunc nonnulla Alexandri post dimissam synodum gesta percurrenda remanent.

Vera Perpinianensis synodi acta. Missi ab eo Pisas nuntij reiecti.

ALEXANDER V.

85 Acceptis, vt dictum est, in Pisanis conuentibus papalibus insignijs, ad ditionis ecclesiasticæ imperium, cuius plures vrbes arcesque Ladislaus Rex Siciliæ occuparat, recuperandum animum conuertit: ipsique præsto fuit Ludouicus Andegauensis, vt coniunctis viribus eundem Ladislaum æmulum suum ex ditione ecclesiastica, ac Neapolitano regno depelleret, extremoque anno Balthasaris Cossæ Cardinalis ac Pauli Vrsini ducis strenui opera Vrbis dominatum recuperauit a. Ceterum in Ladislaum Alexander veluti in tyrannum sententiam iudiciariam tulit; quam proximo anno instaurauit.

Ludouicus Andegau. Pisas accedit.

a S. Ant. 3. p. tit. 22 cap. 6 §. 7.

86. 87 Conceperat etiã spes maximas rediigendi ad obsequium Neapolitani regni opera Ludouici Propinciæ & Andegauiæ comitis; at illius consilia aduersis successibus disturbata sunt: nam hoc anno Genua Gallorum iugum excussit, cum Bucicaldus illius præfectus b, qui antea Petrum de Luna antipapam in Romanæ vrbis solio collocare meditatus fuerat, Mediolanum abscessisset, excitus a Ioanne Maria duce ciuilibus turbis implicito, vt illius partes aduersus Facinum Canem Scaligerum Veronæ regulum, qui Alexandriam subegerat, aliosque illius æmulos confirmaret: sed dum Mediolani administrationem suscipit mox non obscuram de affectato a se imperio suspicionem iniecit, exclususque arcis aditu est: ac simul de Genuensium defectione edoctus, compulsusque ad reditum, cum Genuenses vrbis illius imperium Theodoro Montisferrati regulo detulisse comperisset, summaque constantia illum tueri, de humanarum rerum viciissitudine querens, in Taurinorum regionem se recepit.

Buticald° Genuæ pulsus. b Mass. col. 1. cap. 6.

Quod ad Ioannem Mariam Mediolani ducem attinet; diuina bonitas insigni miraculo hoc anno edito illius immanitatem confundere voluit c: nam cum duodennis puer filius Ioannis Pusterlæ, quem oderat, ipsi datus esset, iussit illum a canibus, quos humana sagina pascere consueuerat, laniari: tumque in puerum iacentem humi principis misericordiam implorantem ferocissimos canes huic carnificinæ assuetos immisisset, illi puerum blande subodorati nullam ipsi noxam intulerunt. Efferatus eo miraculo tyrannus, quamuis insons puer misericordiam cum lachrymis deprecaretur, suspendium canum magistro interminatus est, ni canes puerum discerperent. Ille igitur canem feminam truculentissimam laxauit in puerum: cœlesti tamen prodigio ab illa innocens non est læsus. Tum Ioannes Maria rabie inflammatus iussit canum magistro, vt puero gulam ferro incideret. Paruit sceleratus ille carnifex tyranni imperio: sed canes vtroque carnifice humaniores, sanguinem iugulari pueri degustare detrectarunt, quamuis hanc lanienam exercere soliti essent. Scribit Bernardinus Corius d plura crudelitatis truculentissimi illius principis exempla, qui post aliquot annos trucidatus est ex insidijs, & a plebe Mediolanensi discerptus raptatusque fuit e.

c Ant. Pinieccar. Cor. hist. Mediol. p. 4 Io: Mariæ Vicecomitis crudelitas. Diuino miraculo ad clementiã non eli flexus.

Vincitur humanitate a canib° rabidis.

d Id. ibid. Vitæ Deo postea petit. e an. Christi 1417. n. 7. Pragenses doctores damnant iterum Vvicleffum.

88 Hoc anno, vel superiori, ex Ioanne Præbram a Thaboritarum secta ad catholicam fidem conuerso refert Cochæus f Pragæ habitum tertium conuentum doctorum nationis Boemicæ in collegio, cui Nigræ rosæ nomen est, in eaque Vvicleffi hæreses, præsente neque hisce re audente Ioanne Hus, damnatas fuisse. Sed cum ita Germanorum doctorum cœtui Ioannes Hus palam obsistere non auderet, clam Vvicleffi venena spargere non destitit, ac dolo Germanos academia depulit, qui Lantgranijs Thuringiæ ijsdemque Misniæ marchionibus assentientibus Liptiensem academiam hoc anno condiderunt: inde vero Pragensis academia penitus defloruit, atque adeo hæresis a Ioanne Hus liberius disseminari cœpit, electis nimirum doctoribus, qui sceleri obstiterant. His addit Cochæus Ioannem Hus Vvicleffi libros quatuor trialogi in linguam Boemicam traduxisse, atque ita complures venena auidissime hausisse.

f Ex. apud Cochl. histor. Huss. lib. 1. Io. Hus palam obsistere non ausus.

89 His excitatus Sbinko archiepiscopus conuocatis doctoribus omnes Vvicleffi libros ad se perferri iussit g, ac supra ducentos bullis aureis tegumentisque

Libri Vvicleffi flammis injecti g Cochl. l. 1.

que pretiosis ornatos flammis tradidit, Ioannemque Hus concionibus interdixit [a]; vnde is in vrbem, e quo originem & cognomen trahebat, abijt, nec populos sua hæresi imbuere fauente loci domino destitit: conflare [b] etiam apud Pragenses inuidiam archiepiscopo fategit, ac pellifices, sartores, aliosque artium mechanicarum viros subornare, vt de rebus sacris cum sacerdotibus disceptarent, hæresique contaminati hæreticas conciones passim haberent. Eo etiam prorupit hæretica impudentia, vt fœminæ diuina interpretari oracula ac docere auderent. Horum vero malorum auctorem Ioannem Hus postularum fuisse apud Alexandrum a Sbinkone archiepiscopo refert Cochæus, ostenduntque ipsæ Alexandri literæ [c].

Obstrepere [d] Alexandri literis (quæ postea a Martino V. confirmatæ fuerunt) ausus est Hus, ac mandatum, quo hæresis Vvicleffi coercebatur, vocare in odium, quasi Christi & Apostolorum in omnibus locis prædicantium factis aduersaretur, atq; ab Alexandro ad ipsummet de re factum certiorem prouocauit. At Sbinko Pragensis archiepiscopus cum Alexandri iussa haberi ludibrio a Ioanne Hus eiusque sectatoribus vidisset, nec recordissimum Vvenceslaum regia auctoritate ac potentia illa perficere, neque hæreticos comprimé dos curare, ad Sigismundum Vvenceslai fratrem Regem Hungariæ iter intendit, vt ipsum ad opem periclitanti in Boemia religioni ferendam accenderet: sed in eo itinere, vt diuinæ prouidentiæ arcanis consilijs visum est, extremum diem obijt: ex cuius morte elatus superbia & insolentia Ioannes Hus, maiori furore est debacchatus.

[a] Æn. Sylu. in d. c. 35.

[b] Cael. sup. d. Mulierculæ diuina oracula interpretari aggressæ.

[c] Alex. reg. 2. ap. cur. p. 18 & apud Mart. V. to. 2. diuers. de cur. p. 224.

[d] Cael. histor. Huss. Ioan. Hus subdola prouocatio Vvenceslai inertia hæreticorum louit audaciam. Sbinkonis obitus,

IESV CHRISTI
annus 1410.

Indict. 3.

GREGORII PP.XII. ROBERTI ROM. REGIS 10. annus 4. EMMANVELIS II.IMP.OR.27.

Roberti Regis obitus.

1 INsignis fuit magnorum principum funeribus is annus; Robertus enim Romanorum Rex apud Oppenhaü Boiorum oppidum obijt, excurrente exigui temporis interuallo postquam Ioannes XXIII. pontificia corona XXV. maij redimitus est, vt testatur Gobelinus Persona [e]. Emicuit laude pietatis in Deum, obseruantiæ in Gregorium, clementiæ in populos: at non ita bellicis studijs floruit, cum pars magna imperij Vvenceslao eiusque fratri Sigismundo regiæ Germaniæ procuratori adhæsisset. Spreto autem Vvenceslao merte Septemuiri discordibus suffragijs die vigesima septembris Sigismundum Hungariæ Regem elegerunt: dein vero concordibus animis renuntiarunt Cæsarem Iodocum marchionem Morauiæ. At exiguo tempore honori, in titulum sepulchri vsui futuro, superstes fuit; addit enim idem Gobelinus: *Post hæc*, nimirum imperatorium consensum fastigium, *eodem anno*, excurrente scilicet imperij, sex enim mensibus circiter regium nomen sustinuisse, neque cæsarea corona redimitum ferunt, *defunctus est* I *& deinde prædicti archiepiscopi Maguntinensis & Coloniensis in Regem Hungariæ suprædictum cum aliis consenserunt*. De Iodoci electione dictis consentit Theodoricus Niemius [f].

Constat igitur Sigismundum geminis comitijs Regem Romanorum renuntiatum: a primis vero imperij annos in consignandis diplomatibus ipsum auspicatum esse colligitur. Non desunt tamen qui secundos conuentus, in quibus consentientibus omnibus suffragijs cæsaream dignitatem adeptus fuit, proximo anno celebratos dicant [g].

[e] Gob. at. 6. c. 90. Paul. Langius chr. Citiz. Cuspinian. in Rob. Nideforens. & alij.

Iterum declectus Sigismundus

[f] Theod. Nis in vit. Ioan. XXIII.

2 Eodem anno Martinus Rex Aragonum, dum insto nouo coniugio sopitum ob infirmam valetudinem vigorem medicaminibus calidioribus excitabat, vitalibus adustis vitam sibi eripuit [b]: cuius obitu regnum ad Ferdinandum fœroris filium Ioannis Castellæ Regis patruum principem egregium & laudatissimum est delatum [c]; qui eodem etiam anno virtutum regiarum insigne specimen dederat ad Antequeram, quæ veteribus Singitis fuit, Maurorum vrbem, quam cum obsidione cinxisset, barbaros ad eam soluendam instructis agminibus irrumpentes insigni victoria fregit prostrauitque [d], desideratis tantum in prælio centum & viginti Christianis; ex horum vero Maurorum numero vniuersas fidelium copias excedente, atque ad quindecim millia ascendente. Prospere etiam ab eodem ad Archidonem concursum [e] est cum infidelibus tumultuaria pugna, quos pari successu attriuit, ac demum Antequeram in suam redegit potestatem.

[b] Sur. in l. 3 & ann. l. 11 c. 1. Marin. l. 19. c. 21.

[c] Id. Sur. ib. Insignis eiusdem victoria.

[d] Sur. l. 12. c. 9. Mart. lib. 20. c. 3. & 4.

[e] Sur. sup. c. Marian. lib. 19. c. 21. Miserandi prælij inter Polonos, & Cruciferos.

3. 4 In Prussia victi sunt cruciferi equites a Polono clade maxima, de qua hæc Gobelinus [f]: *Thutonicorum infaustum est bellum contra eos* XV. *die mensis septembris*; *& Rex Poloniæ triumphauit, & ceciderunt homines vtriusque partis* XCIV. *millia, de quibus ex parte militum prædictorum ad sex millia ceciderunt, de quibus crucesignati milites fere centi fuerunt*. Visum est diuinum Numen superbiam Cruciferorum eo prælio contundi voluisse, quorum magister Conradus e Iuningen positis ex aduerso castris gentilitio furore ac fastu duos enses alterum Regi Polono alterum Vituoldo duci Lituano misit, vt eos prouocaret ad pugnam, ad quam Vvladislaus qui in diuina ope spem victoriæ collocabat, descendere noluit ni prius rei diuinæ a duobus sacerdotibus bis peractæ interfuisset.

[f] Gobelin. in Cosmod. at. 6 c. 60. Mich. l. 4. c. 44. 44. & 45. Cromer. l. 16. & 17. Monstr. vol. 3 c. 3. & alij Greg sete. tiã fert in Balth.

Dum ita res Christiana ex Polonorum & Crucigerorum certaminibus labefactabatur, non minus contrarijs Gregorij Pontificis aeq; æmulorum contentionibus agitata fluctuabat. Damnabat nimirum Gregorius [g] aduersantes sibi suasque & aliorum animas in exitium adducere querebatur, ac in eos qui Pisana decreta sequebantur velut in schismaticos fuerit atem animaduersionis adhiberi iussit [h].

[g] Idib. ibid. pag. 156. Gregorij querelæ in conuentu Pisan.

[h] Ib pag. 119

ALEXANDER V.

5 Alexander vero in Pisanis conuentibus creatus non tam Pontificem, quam Balthasaris Cossæ, cuius opera nomen ac insigne pontificium acceperat, mancipium agebat; nam cum Pistorio Romam venire vellet, illius consilijs Bononiam abductus est, vt narrat Theodoricus Niemius [i]: *Sicque*, inquit, *prædicti Alexander Papa, & domini Cardinales, qui cum eo erant in eadem ciuitate Pistoriensi persuasionibus, & promissis prædicti Balthasaris, inducti in illo indisposito, & frigido tempore hyemali per asperos montes & vias terribiles inter Pistorium & Bononiam tunc repletas glacieibus & niuibus de ipsa ciuitate Pistoriensi ad Bononiam accesserunt*. Additque Balthasarem Alexandro cubicularios & alios domesticos adiunxisse, quos licet graros non haberet Alexander, repellere tamen non iit ausus, ne Balthasasaris, a quo pendebat, iras asperaret: sed non diu fabula ducta est; nam quod domesticorum corruptorum opera Alexandrum sustulerit Balthasarem acquisturum suo loco videbimus.

Alexander Bononiam se confert.

[i] Theod. Nis in vit. Ioan. XXIII.

Mortẽ Baldassari gerere cogitur Alexander V.

6. &c. Pellicere autem ad suum obsequium populos, pontificioque fastigio deturbare Gregorium omni contentione enitebatur Alexander, illumque male cum Petro de Luna antipapa comparatat; cum enim Gregorius votum nuncupasset de pontificio gradu relinquendo, si antipapa papales apices abiecisset,

Gregorij edicta insectatur.

VT

Caius in quo se obstrinxit Gregorius ad abdicationē contigit tantum tēpore Constantiensis concilij.

vt optata ecclesiarum coniunctio fieri posset, is casus nondum contigerat, cum Petrus Lunanus in pertinacia de ijs remouendis persisteret: neque abdicante a se Gregorio pontificiam dignitatem, ecclesiastica coniunctio posset redintegrari, quandoquidem plures adhuc Reges nimirum Castellæ, Aragoniæ, & Scotiæ antipapæ adhærebant. Itaque de periurij culpa Gregorius iure argui non potest, maxime cum etiam non abdicante se antipapa vellet ipse id præstare, modo ille a concilio damnaretur, in quo omnium regnorum præsules ac principes coniungerentur, vt in Constantiensi videbimus.

16 Interea Romani, qui extremo superiori anno excussérant Ladislai Regis Neapolitani iugum, portarum Vrbis claues cæteraque imperij vrbani insignia Alexandro Bononiæ agenti attulere: quorum oratoribus magnifice exceptis, mutui amoris ac studij signa verbis explicuit a. Acceptoria Vrbis imperio, Alexander Petro tit. S. Praxedis presbytero Cardinali illius administrationem demandauit b, instruxitque c auctoritate, vt sacramenta iam ante Gregorio ac Ladislao Regi Neapolitano præstita solueret. Affectasse Ladislaum Romanum imperium capta Vrbe, refert Theodoricus d Niemius d. Compressere Ladislai consilia conatusque Florentini, qua de re magnis laudibus commendati sunt ab Alexandro e.

17 Constabilire ita pontificium solium nitebatur, ditionisque ecclesiasticæ proceres sibi deuincire Alexander, cum tertia maij huius anni die, vt refert Gobelinus f, mors illius consilia in medio secundo cursu confregit: quem imminente morte iterum g vocaris Cardinalibus professum, singula in Pisanis conuentibus pio diuinæ gloriæ ardore gesta a se fuisse. Tenuit is pontificatum controuersum menses decem, ac dies octo, vt ex antiquis monumentis h Ioannis XXIII. constat.

IOANNES XXIII.

18. &c. Peractis funebribus honoribus Alexandro V. Cardinales de subrogando nouo Pontifice agitaturi consilia conclaue sunt ingressi, ac Balthasarem Cossam S. Eustachij diaconum Cardinalem, qui legati apostolici munere Bononiæ fungebatur, Pontificem renuntiarunt; de quo hæc Theodoricus Niemius in eius vita refert i: *Postquam dictus Alexander Papa infra pauca tempora, scilicet in principio mensis maij Bononia decessisset, dictus Balthasar simulans seu fingens se non curare quod eligeretur in Papam (& si ex industria, & qua intentione hoc processit, etiam incertum est) vnde rogabat plerosque ex eisdem dominis Cardinalibus, quod Romæ dominum Conradum tit. S. Chrysogoni presbyterum Cardinalem Melitensem vulgariter nominatum natione Neapolitanum in Papam eligerent: qui licet esset in se bonus, erat tamen quasi omnino illiteratus, nemen valde grossus & indispositus ad papatum. Et quia tunc dominus Ludouicus Rex Siciliæ nominatus magnam parauit classem per mare, causa regnum Siciliæ antedictum, quod tunc prafatus Rex Ladislaus tenuit, acquirendi, quam per mare de Marsilia per ripariam Ianuensem tunc temporis destinabat, percipiens quod dictus Alexander Papa obierat & successoris electio instanter imminebat, quendam ambaxiatorem ad Bononiam destinauit, recommendando dictum Balthasarem prafatis dominis Cardinalibus, & præsertim de Gallia oriundis, & rogando quod illum Papam eligerent, quia sperabat se in acquisitione dicti regni cum adminiculo ipsius Balthasaris, si efficeretur Papa, indubie prosperari. Sicque dictus Balthasar postquam prafati Cardinales ad eligendum nouum summum Pontificem conclaue more solito intrauerunt, pauris discursis diebus tantum, pro se & alijs multis infeliciter electus fuit in Papam, & ipso festo S. Vrbani Papa insignibus papalibus decoratus, seu coronatus, per Bononiam publice incessit, per vicos & plateas equitando, prout moris est summorum Pontificum in die coronationis eorundem.* Contaminatissimum vitijs fuisse illi obiectum est in Constantiensi concilio; quare Cardinales arguendi, qui abiecto Gregorio viro pio hunc delegerint k.

Ludouici Andegauēsis operatur, vt Galli Cardin. sibi faueant.

Regni Siciliæ possessionem Ludouico spōdet.

Dic S. Vrbani electio.

a Ib pag. 66. Petrus Cardin. S. Praxedis creatus vrbis legatus.
b Alex reg. 3 p. 72. & 82.
c Ib. pag. 78.
d Theod. Niem. l. 6. c. 31 & l. 3. c. 48.
Ladislai conatus fracti a Florentinis.
e Alex. reg. 3 pag. 96.
Alexandri V mors.
f Gobelin. in Cosm. etat. 6 cap. 90.
g Plat. in eius vit.
h Ext. apud Io. XXIII. l. 1 pag. 3.
Creatio Balthasaris Cossæ.
i Theod. Nid. in vit. Ioan. XXIII.
Balthasaris simulatio.

k Alter. in suo lib. de Schis. concil. Constan. lib. 1. cap. 15. & in annalib.

21. 22 Susceptis pontificijs insignibus Ioannes vniuersos præsules encyclicis literis de sua electione certiores factos ad sui venerationem adducere studuit; quo argumento datæ sunt ad Fridericum Coloniensem b, Vvernerum Trenerensem c, Ioannem Moguntinum, ac Fredericum Colonien sem archiepiscopos: idemque exemplo Alexandri V. disceptans Vrbanum VI. & successores fuisse ambiguos Pontifices, censuras ab illis ac pseudopontificibus inflictas rescidit: quæ ab ijsdem collata erant sacerdotia postestoribus instauranit; aliaque a prædecessore gesta confirmauit.

b Liun. lib. 1. pag. 159.
c Ib pag. 160

23. 24 Subsitisse Ioannem Bononiæ integro fere anno, indeq; Romam petijsse, scribit S. Antoninus a: de cuius aduentu, nos proximo anno agemus. Interea ipse nihil prætermisit, quod ad asserendum sibi pontificatum conferre posse existimauit: Iudicijs vero actis Gregorium & Petrum de Luna est insectatus, vtque ab ipsis fideles diuelleret latas in eorum studiosos sententias ad semestre viribus carere iussit, quo nimirum ea clementiæ specie, ipsos ad se pelliceret.

a S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 6. in princ.
Omnes ad suum obsequium trahere nititur.

25. 26 Eodem augendarum partium suarum studio adductus Ioannes Landulphum S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum Cardinalem in Hispanias legarum misit e, vt tum Castellanos, Legionenses, & Aragonios ad se traduceret, tum Petrum f de Luna portentaret num insignia ponere vellet, deque ea re cum ipso pacisceretur: daret quoque operam g, vt Granatæ Rex & Mauri abiecta Mahometana superstitione Christianam fidem ac religionem complecterentur, ac Petrum h tit. S. Praxedis presbyterum Cardinalem Vrbis, & Campaniæ, Maritimæ, ac Sabinæ prouinciarum legatione donatum ab Alexandro confirmauit i in eo munere, eumque legatum summa auctoritate in citeriore Sicilia instruxit l, vt Ludouicum Andegauensem aduersus Ladislaum Gregorij sectatorem in regnum induceret. At non respondere ipsius consilijs sperati successus: tradit enim Theodoricus Niemius m classem Ludouici a Ladislai & fœderatorum Genuensium classe fuisse profligatam.

Ladulphus Cardin. decretus legatus in Hispaniam
e Ib. l. 1. pag. 201. 206. & 230.
f Ibid. p. 227
g Sup p. 204
h Lib. 1. pag. 124. 126.
i Lib. 1. pag. 123.
l Lib. 3. p. 25
Ludouicū Andegauē inducere nititur in regnum Neap.
m Nie in vit Io. XXIII.
Ludouici Andegauēsis classis profligata a Ladislao
Sigismūd° Rex ad Ioānis partes se confert.
a Ib. pag. 29.

27. &c. Ceterum hoc anno Ioannis partes amplificatæ admodum & confirmatæ fuerunt, Sigismundo Rege Hungariæ, qui antea Gregorio adhæserat, ad Ioannis partes traducto: venientem autem ad se, decretaque Pisanæ synodi recipientem Ioannes maximis est officijs complexus, vulgauitque literis n illum a se ob continua cum barbaris bella, vt fidei strenuum defensorem, eiusque posteros & successores, vt amantissimos filios complexurum, tum de ijs qui Sigismundum ipsum læsissent, pœnas sumendas decreuit; tum etiam fœdos abusus, ex quibus in discrimen adducebatur religio, excindere est iussus o: proceres enim ecclesijs administrandis minus idoneos sacerdotes adhibere, ac dein submouere administratione ad suam libidinem consueuerant: ex quo religionis splendor obsolescebat; cum præcipue ex schismaticorum infidelium ue propinquitate ac societate non leuibus maculis aspergerentur Hungari. Ad imbuendos vero Christiana religione Cumanos, Tartaros, & alios barbaros qui ad verum Dei cultum fuerant traducti, internuntio ius contulit p, vt ecclesias statueret parochiales, in quibus perciperent sacra,

n Nie in vit Io. XXIII.
o Ib. pag. 29.
p Ib. pag. 179.
p Ib. pag. 86

Indict.4.

IESV CHRISTI
annus 1411.

GREGORII PP.XII. SIGISMVNDI ROM.REGIS 1. annus 5. EMMANVELIS II.IMP.OR.28.

Gregorius secum non sentientes edictis defigit.

1 FLuctuauit Christi Ecclesia grauioribus plurium sibi pontificatum vendicantium motibus hoc anno, quo Gregorius Ladislai Regis Siciliæ patrocinio tectus Caietæ recurrente cœnæ dominicæ die iudiciaria acta ritu solemni de more Romanæ ecclesiæ edidit aduersus hæreticos cæterosque cum ipso non sentientes, quos intamia ichismaticæ labis notauit [a]; ex quo edicto hæc decerpsi: *Item excommunicamus & anathematizamus iniquitatis alumnum Petrum olim S.Maria in Cosmedin vulgariter dictum de Luna diaconum Cardinalem, nunc antipapam, qui Benedictum XIII. se ausu temerario nominare præsumit; Ludouicum olim ducem Andegauensem, & omnes adhærentes & sequaces eorum. Item excommunicamus, & anathematizamus Henricum Tusculanum Neapolitanum, Antoninum Penestrinum Aquileiensem, Antonium Sabinensem Tudertinum olim episcopos, Angelum olim tit. S.Potentianæ Landensem, Franciscum tit. SS. quatuor Coronatorum de Burdea; Iordanum tit. S. Martini in Montibus de Vrsinis presbyteros, Raynaldum S. Viti in Macello de Brancatijs, Landulphum S.Nicolai in carcere Tulliano Barensem, Baldassarem tit.S.Eustachij apostaticum; qui iniqua temeritate se Ioannem XXIII. nominare præsumit,Odonem S.Georgij ad velum aureum de Columna, Petrum S.Angeli vulgariter nuncupatum diaconos olim sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales, & sequaces eorum, non obstantibus quibuscumque priuilegijs, &c.*

Et Petrum de Luna.

Et Ludouicum Andegauensem.

Balthasarē Cossam.

IOANNES XXIII.

Romæ Ladislaus erat.

[b] lib.lib.1.p. 236. Anon. Barr. Turarch.bib. Vat.sign.n. 1112.& ms. Ven.

2. 3 Adducta erat in graue periculum Roma a Ladislao Siciliæ Rege, qui instaurare in ea tyrannidem ambiebat ad quam tuendam, retundendumque hostem Ioannes Ludouico Andegauensi & Cardinalibus comitantibus se conferre constituit [b]. Pari augendarum partium suarum studio Ioannes Sigismundo Hungariæ Regi facultatem concessit [c], vt cum prælulibus ac principibus a Gregorio discessuris de retinenda priori dignitate pacisceretur. Sustinebat Gregorij causam vnicus Ladislaus Siciliæ Rex, qui ex Romanæ ecclesiæ tumultibus propagare imperium suum affectabat: ad quem euertendum, vtpote iam Alexandri sententia de regali gradu deiectum, Ioannes sacrum bellum decreuit; ac Ludouicum Andegauensem in Siculi regni possessionem inducere conatus est. Imperauit itaque ad comparanda quæ ad bellum gerendum opus forent in Francorum regno [d], Cameracensi & Tullensi diœcesibus, Prouincia [e], Delphinatu, Sabaudia, Lusitania [f], Algarbio, Achaia [g], Macedonia, insulisque Ægei maris subsidiarias decumas ex sacerdotiorum centibus cogendas; quæ literæ Bononiæ VI. & IV. kal. aprilis exaratæ fuere: lapsoque exiguo temporis interuallo ad iter in Vrbem agendum se comparauit; Senis enim pridie non. aprilis Alamandum archiepiscopum Pisanum & Petrum episcopum Albiensem ad Carolum Francorum Regem legauit [h], auxilia oraturos ad Ladislaum ecclesiarum coniunctionem dissoluentem, inuadentemque ditionem ecclesiasticam propulsandum, eosque illi significare iussit, se vna cum Ludouico Andegauensi ad Vrbem, quam idem Ladislaus terra marique bello premebat, liberandam proficisci [i]; de cuius itinere hæc narrat S. Antoninus [l]: *Post creationem suam Bononiæ fere per annum conuersatus, cum curia Romam tandem petere constituit: fuerat enim ille prius aliquantulum de Ladislai Regis manibus exterta, vt patuit supra. Iter eius per agrum Florentinum & Senensem, inde ad Vrbem fuit.* Confirmati sunt illius aduentu Romani, qui ægre sustinebant Ladislai impetus, ac tum confecta in eundem est expeditio.

[a] Lib.3 p.2.

[c] Vid.Ioan. Vrsin. in Conr.VI. hoc ann.

[d] Ib.pag.192

[e] Ib.pag.267

[f] Ib.pag.199

[g] Ibid.pag. 206.

[h] Ibid.p.192

[i] Steph.Infess. in suis diar. ext.in Vat. arch.sign.n. 112.p.127. & in Vall. bibl.& diar. Venet.m.s. [l] S.Ant.3.p. tit.22.c.6.in prin.& Leonar.Aret.in hist.rer.Ital.

Cõquisita e Gallijs auxilia.

Ioannis in Vrbem aduentus.

Ludouici Andeg expeditio in Neapolit. regnum.

4 Sacratis die S.Georgij Romanæ ecclesiæ, Ludouici Andegauensis, populi Romani, ac Pauli Vrsini vexillis, Ludouicus, cui Ioannes Petrum Stephanescum Annibaldum S. Angeli diaconum Cardinalem legationis honore auctum adiecit, exercitum duxit [a], insignibus militari virtute ducibus Francisco Sfortia, Paulo Vrsino, & Gentili Monterano stipatus, irrupitque in Neapolitani regni confinia, superato ad Ceperanum vado. Commissum est die decima nona maij ad Roccamsiccam prælium ancipiti initio euentu, fractoque demum copiæ Ladislai, & qui capi a victore poterat tenebris fuga euasit, ac deinde dissipati exercitus reliquias magna solertia collegit ad victorum progressus abrumpendos, qua de re hæc tradit S. Antoninus [b]: *Duces militiæ erant Paulus Vrsinus & Sfortia: aderat quoque Ludouicus Andegauensis, cui possessio regni quærebatur iam pridem ab Alexandro Rex appellatus. Ab his, commisso in finibus regni prælio, Ladislaus profligatur: quod si duces militiæ, qui erant pro parte Pontificis & ducis Andegauensis, & alij secui voluissent, aut fuissent ori victoriæ, actum fuisset de regno: sed immorando ac tempus terendo,* dum nimirum prædæ amore victum Ladislaum non sunt persecuti, *recipiendi sese ac reparandi vires facultatem victo Regi dederunt. Vox postea fuit Ladislai, qua die profligatus est, & sui corporis & totius regni potestatem in manibus hostium fuisse: secunda vero die corporis sui potestatem amisisse, regni tamen adhuc dominos esse potuisse si prosecuti victoriam fuissent: tertia vero die nec iam sui corporis, nec regni capiendi habuisse potestatem, quoniam aduersus illorum vim iam remedia comparasset.* Eadem pluribus referunt Theodoricus Niemius [c], & Pandulphus Collenutius [d], qui Ludouicum Andegauensem non modo imprudentiæ redarguit in victoria non proferenda latius, quam magno labore pepererat, verum in dimittendis quos in acie ceperat; ij enim ad Ladislaum, qui ad oppidum, cui S.Germani nomen est, profugerat, se contulere, maximoque ad instaurandas lapsas res, ac muniendos regni aditus præsidio adiumentoque fuere; quamobrem Ludouicus penetrare regni interiora non potuit.

[a] Diar.m.s. Vat.Anon. Vrsin. in Conr.VI.hoc ann.

Fractæ tumultuario prælio Ladislai copiæ. Redintegrat exercitum Ladislaus.

[b] S.Ant.sup. cap.6.

[c] Nil.in vit. Ioan.XXIII

[d] Collen.hist. Neap.lib.5. Summont.l.4. c.2.& alij.

Memoranda Ladislai sententia.

Victoriam persequi neglexit Ludouicus.

Interea Ioannes, qui capta in acie hostium signa a victoribus ad se missa acceperat, cum sibi animo fingeret omnia ad victorem prona futura, ac regnum Neapolitanum sibi subijciendum, pulso vel capto æmulo Gregorio, maxime cum plures arcanas coitiones cum nonnullis Neapolitanis fecisset, inanem triumphalem pompam magno fastu Romæ duxit, raptatis insolenter per lutum Gregorij & Ladislai vexillis, vt narrat [e] Niemius. Delusæ paulo post Ioannis spes fuere, nam dum subactæ Neapolis nuntium expectat, nunciauit fama abruptos fuisse a Ladislao regni aditus, ac Ludouicum reducentem Vrbem exercitum, quem sustentare ex præda hostili non poterat, vidit [f].

Inanis pōpa a Ioanne agitata.

[e] Theod.Nil in vit.Ioan. XXIII.

Propulsatus regni aditu Ludouicus.

[f] Theod.Nil vbi sup.m.s. arch.vat.

5. 6 At quamuis in Prouinciam inglorius redierit Ludouicus, Ioannes maioribus in Ladislaum, vt eum euerteret, insurgens studijs, primum die vndecima augusti in Cardinalium senatu ipsum censuris ecclesiasticis deuinctum vulgauit: diem etiam nonam decembris indixit, qua decretoriam sententiam ferret: non comparentem perculit anathemate, & regnorum Ierosolymitani & Neapolitani iure priuauit, edixitque Siculos citeriores sacramenti ipsi præstiti religione solutos esse. Deinde

Ioannis in Ladislaum edicta.

inde factum in eum bellum in Gallijs [a], Anglia [b], Italia [c], Germania, Boemia, Hungaria [d], Dania [e], Suecia, Noruuegia, Prussia [f], Polonia [g], Lituania, Cypro [h], & oriente [i] promulgari iussit: quare cum Pragæ de huiusmodi in Ladislaum bello gerendo pro concione ageretur, Hussitæ ad omnes calumnijs carpendæ Ecclesiæ occasiones intenti exclamarunt [l], Christianos ad Christianum fundendum sanguinem iniuste a Pontifice instigari, eaque de causa aliqui populares motus excitati; cumque sacerdos e sacro suggestu coram populo de indulgentijs concionaretur, tres sordidi artifices a Ioanne Hus subornati, illi obstrepere ausi sunt, atque Hussitica improbitate appellare Papam antichristum; cumque blasphemi illi & Pontificem & sacras indulgentias maledictis proscindere non cessarent, capitali supplicio impietatis pœnas luerunt. Tum vero Ioannes Hus, sectatoribus, quos fascinarat, stipatus interemptorum blasphemorum corpora rapuit, aureoque panno circumuoluta veluti martyrum, per vrbis plateas & ecclesias circumtulit, concinentibus impijs nefandæ sectæ sacerdotibus: *Isti sunt sancti, qui pro testamento Dei sua corpora tradiderunt.* Deinde Ioannes ea putida cadauera in sacrario ædis, cui Bethleem nomen erat, aromatibus condiuit, ratus seditiosorum sanguine nouam illam suam ecclesiã consecrasse, deque miserorum infelici sorte triumphauit, conscripto libro, in quo Danielis de martyribus oraculum ijs ob scelera cæsis accommodare studuit; tum suos, vt pro tuenda ipsius amentia vitam profunderent, incitauit. Eius vero eloquentiam fallacem retudit contrarijs scriptis Stephanus Paletz [m], theologus insignis, atque impudentiam hominis in luce collocauit, qui ob scelus iure necatos consecraret vt martyres; veterum autem sanctorum, quos pro Christo martyrio affectos vniuersa testatur Ecclesia, ossa conculcaret. De alijs Ioannis Hus actis inferius dicetur: nunc ad Ludouicum Andegauensem, ad cuius partes efferendas sacra militia promulgata fuerat, reuertamur. Distinuere Genuenses Ludouicum, ne imperus in Siciliam conuerteret, ad quos in pristinam concordiam reducendos Ioannes interruntium suum incumbere iussit [n]: initas vero proximo ineunte anno illos inter inducias tradit Genuensis historia [o].

7 *Interea Ioannes Papa*, inquit Gobelinus [p], *concilium generale in Vrbe celebrare decreuit, quod Alexander predecessor eius in tertio anno post concilium Pisanum supradictum decreuerat celebrandum*. Extant ea de re publicæ a Ioanne ipso III. kal. maij exaratæ literæ [q], quibus concilium generale kal. aprilis anni proximi Romæ indixit.

8 In Gallijs hoc anno exitiale & calamitosum accensum est bellum a principibus Aurelianensibus, qui illud Ioanni Burgundiæ duci inito cum alijs principibus fœdere, indixere [r]. At Burgundus mox prouolauit Parisios cum exercitu, Aurelianenses ex S. Dionysij oppido depulit; tum in eorum studiosos tanta immanitate & impietate vsus est [s], vt non modo carcerum squallore, fame, frigore, ferro eos necaret, verum ipsos etiam Ecclesiæ sacramentis procurari vetaret, & aduersariorum quos peremerat filios, sacro baptismo lustrari prohiberet, vt publicis literis Carolus Rex planxit [t]. Eodemque impio furore inflammati, vt ait Iuuenalis Vrsinus [u], nonnulli sacerdotes, dum sacrosanctum missæ sacrificium peragebant, non rectam crucem formabant manu, sed quasi a Christo ad Burgundum defecissent, decussatam crucis effigiem fingebant, quod Burgundus crucem S. Andreæ præferret.

9 Hoc anno Ioannes, vt se armis ac scientia communiret, inquit Niemius [x], quatuordecim Cardinales eruditionis laude præstantes creauit [y], inter quos doctrina excelluere Petrus de Aliaco episcopus Cameracensis tit. S. Chrisogoni presbyter, & Franciscus Zabarella Florentinus episcopus designatus SS. Cosmæ & Damiani diaconus. Cæteros duodecim ex Vaticanis monumentis recenset Felix Contelorius [z], nimirum Franciscum Landum patriarcham Constantinopolitanum tit. S. Crucis in Ierusalem, Antonium Panerinum de Portugruario patriarcham Aquileiensem tit. S. Susannæ, Alamannum Adimarium archiepiscopum Pisanum tit. S. Eusebij, Ioannem archiepiscopum Vlissiponensem tit. S. Petri ad vincula, Georgium, [a] Liechtenstain episcopum Tudertinum tit. S... Thomam Brancarium episcopum Tricaricensem tit. SS. Ioannis & Pauli, Brandam de Castellione episcopum Placentinum tit. S. Clementis, Thomam Langlei episcopum Dunelmensem tit. .. Robertum de Luna episcopum Sarisberiensem tit. ... Ægidium de Campis episcopum Constantiensem tit. .... Guillelmum Philasterij decanum Rhemensem tit. S. Marci presbyteros; & Lucidum de Comitibus prothonotarium apostolicum S. Mariæ in Cosmedin diaconum Cardinales.

10 Eodem anno Euangelista filius S. Franciscæ viduæ Romanæ nouennis puer, sed prudentia canus & prophetiæ dono illustris, qui matri reterebat se non mundo sed cœlo idoneum tore, pulcherrima morte occubuit [d]: quo temporis momento puella, quæ in vicinia morbo oppressa pluribus diebus vocis vsum amiserat, exclamauit intueri se Euangelistam de Pontianis clarissima luce circumfusum a duobus angelis in cœlum deferri: quinimmo ipsemet, antequam spiritum efflaret, hortatus matrem ad Christianam constantiam professus erat sanctos Antonium & Onuphrium, ac plures angelos ad ipsum sociandum sibi astitisse. Postea euoluto anno cœlesti circumfusus luce se videndum matri obiecit, atque vnius horæ flexu ab albescente aurora ad exortum solem de cœlitum felicitate differuit; quinetiam archangelum custodem adduxit, cuius aspectu ipsa potiretur [e]. Eo quoque diuino munere ornata [f] est, vt fœtorem peccatorum persentiret, ac faciem ab ijs, qui impudicitiæ labe inquinati erant, auerteret, & si prope lupanaria iter haberet, tanto fœtore afflata angebatur, vt pene exanimata corrueret.

[a] *Ib. p.188. & 141.* [b] *Lal. pag. 143. & 149.* [c] *Ibid p.178* [d] *Pag. 165. & 166.* [e] *Pag.168.* [f] *Pag 191.* [g] *Pag.208.* [h] *Pag.212.* [i] *Pag.273 & Pag.178.* Hussitæ Romanũ Pontificem ob bellum aduersarijs illatum traducunt.

[m] *Steph. Palæus Cecl hist. Hussit. lib.1.*

Ioãni Hus fi impietas

Ob blasphemas voces affecti supplicio.

Velut martyrum corpora a eorum cadauera.

[n] *Ibid p.108*

[o] *Felin. 9.* Concilium a Ioanne indictum.

[p] *Gobelin in Cosmod. ætat. 6. c 90.* [q] *Raynal. to. pag.236.* Aurelianẽses bellum indicunt Burgundo

[r] *Iun. Vrsin hoc ann. in Car. VI. & Mezer tom.1 a. 71-72.* [s] *Id. ibid.* Burgundi crudele facinus.

[t] *Extant lib. cap. 116.* Ex partiũ studio in impietatẽ sequaces lapsi.

[u] *Iun. Vrsin in Car VI. hoc ann.*

[x] *Theod. Niem in vit. Ioan XXIII.* Cardinales creati a Ioanne.

[y] *Contel. in elen. Card.*

[z] *Contel. in elen. Card.* Eorum nomina.

Filij S. Fráciscæ felix mors.

[d] *Vit. S. Fráciscæ Rom. l. 1 c. 9.* Ab angelis in cœlum delatus.

Aschãge? cultus datus S. Fráciscæ.

[e] *Ib. c. 13.*

[f] *Cap 11.* Fœtorem peccati sẽtit.

IESV CHRISTI
Annus 1412. Indict. 5.

GREGORII PP. XII. SIGISMVNDI ROM. REGIS 2. annus 6. EMMANVELIS II. IMP. OR. 29.

1 GRegorius, vt labentes in dies res suas instauraret, plures legatos, præcipue in Germania creauit, nimirum Rabanum episcopum Spirensem [g], Vvernerum Treuerensem archiepiscopum [h], & Corradum Sufatum S. Cyriaci Vvormatiensis præpositum [i], cui etiam in ditione Ludouici palatini Rheni ac fratrum donec a Ioanne discederent, dicendi ecclesiastici & prophani iuris potestatem contulit [l]. Tum plura diplomata aduersus Ioannis studiosos edidit [m], in illosque potissimum [n], qui Hermannum Lantgrauium Hassiæ ipsi adhærentem molestia aliqua afficerent: vtque religioni eorum, qui illi parebant, vel erant parituri prospiceret, sanxit [o], vt populus a quouis sacerdote sacramentis procurari, & clerici a quocumque episcopo catholico sacris ordinibus initiari possent: tum formulam sacramen-

Gregorius plures legatos creat.

[g] *Greg lib.4. pag.24.* [h] *Ib. pag.28.* [i] *Pag.37.* [l] *Pag.54.* [m] *Pag.45 & 9.* [n] *Pag.26.* [o] *Pag.51.*

menti, qua ad ipſum reuerſuri expiandi forent, propoſuit.

Sæua militia in Ladislaum ab Ioannem promulgata. *Alib.pag.67*

IOANNES XXIII.

1 Indictum fuerat ſuperiori anno a Ioanne bellum aduerſus Ladislaum Regem, qui Gregorij cauſam tuebatur, atque ex finitimis regnis copias, ex remotioribus vero indulgentiarum effuſione ſubſidiarium aurum contrahebat a. Acceptæ itaque ſuperiori anno cladis perterritus Ladislaus, futuroſque Ludouici Andegauenſis & ſociorum impetus timens, delinituſque ampliſſimis promiſſis, poſthabita quam Gregorio dederat fide, accommodare ſe tempori, neque ab alijs Regibus & principibus, qui (Aragonenſi excepto) Piſanorum conuentum decreta erant amplexi diſſentire decreuit. Coacto itaque epiſcoporum & doctorum cœtu, cum illi diſceptarent pluribus argumentis Gregorium rite dignitate exutum fuiſſe, Raynaldo S. Viti in macello diacono Cardinali Ioannis legato ſe ſuaque omnia addixit, profeſſus Ioannem eſſe Pontificem, atque illius imperijs obſequentem ſe futurum pollicitus; mox regias literas b, quibus Ioanni fidem obſtringebat, ad illum dedit. Corruptum auro fuiſſe Ladislaum a Balthaſare, vt Gregorij partes deſereret, tradit Theodoricus Niemius c, cum ferro vinci non potuiſſet.

Piſani concil. decretis obtemperat Ladislaus.

a Ext. apud Io. l.5.pag. 206.

c Niem in Io.XXIII.

Concordiæ inter Ladislaum & Ioannem leges. *d Diar.Ven. m.f.*

3 Compoſitum inter Ioannem & Ladislaum Regem fuiſſe fœdus xv. iunij refert m. s. diarij Veneti d auctor, ac pactionum formulam affert, vt nimirum Ladislaus non modo Neapolitano regno potiretur, verum inſulæ Siciliæ, quæ Aragonio Petri de Luna ſectatori parebat, iure donaretur: crearetur Romanæ eccleſiæ atque imperij ſigniferi; ducenta ac viginti aureorum millia acciperet, labenteque medio tempore, quo ſoluenda eſſent, Aſculum, Viterbium, Peruſium, Beneuentum ipſi oppignerarentur: mille præterea equites Ioannes ſuo ſumptu, dū bellum gerebatur in Siculos, in Sicilia aleret: ius omne quod Ludouicus in regnum Neapolitanum ſe habere contendebat, ei abrogaret. Remiſſum præterea eſt Ladislao vectigal lapſo decennio non perſolutum, quod in annos ſingulos ad quadraginta aureorum millia aſcendebat. Proteſtus vero eſt Ladislaus deſerturum ſe Gregorium, eumque in Ioannis obſequium adducturum: vtque perſuaderi ſe ſineret, propoſita hæc illi fuit illecebra, quinquaginta aureorum millia ipſi in annos ſingulos perſolutum iri, ac tres ex ipſius affinibus, quos optaſſet, Cardinalium numero adſcribendos: in vero fœderi aduerſaretur, Ladislaus ſpopondit ſe illum Neapolitano regno depulſurum, ac vel in Prouinciam, vel in Dalmatiam abducturum. Hæc auctor anonymus, cui Pigna e in pluribus conſentit, additque Gregorio Piceni legationem promiſſam.

Inſula Siciliæ iura Lunani ſchiſmatis odio in Ladislaū tranſlata.

Propoſitæ Gregorio pactiones.

e Pigna hiſt. teſt. prin. l.6.

4 Coactus itaque eſt Gregorius Caieta in fugam ſe conuertere, ac vna cum Cardinalibus Barbadico, ac nepotibus Corario & Condulmerio, qui poſtea Pontifex creatus Eugenius IV. appellatus eſt, cum vndique ab æmulo Ioanne ad eum intercipiendum inſidiæ paratæ eſſent, Venetorum mercatorum nauibus in Caietano portu conſcenſis per interum ac ſupremum mare magnis circumſtantibus eum periculis in Dalmatiam traiecit, indeque vnius diei ſpatio ſulcato mari Adriatico, Ariminum appulit; vbi ſummis honoribus exceptus f eſt, vt ipſemet his verbis enarrat.

Inſidijs vndique appetitus.

f Lib.4.p.48

Gregorius, &c. Sicut Altiſſimo placuit, qui noluit fidem Petri deficere, pro qua etiam exorauit, ſuperuenerunt ex inſperato & contra ſolitum morem illis diebus, videlicet circa finem menſis octobris duæ naues mercatorum Venetorum, vna ab oriente & altera ab occidente ibidem mirabiliter concurrentes, ſuper quibus cum timore & tremore, tanquam vndique hoſtibus circumdati (exceptis dilectis filijs Gaietanis, qui erga nos tunc & ſemper ſe fideliſſime habuerunt) die vltimo dicti menſis, nobis ſuper inde receſſu pro peremptorio termino aſſignato a dicto Rege, aſcendimus; & ſicut ille voluit, qui nos creauit, inter piratas & perfidos quærentes animam noſtram maria ambo incolumes tranſiuimus, & ad partes deuenimus Sclauoniæ, mutatis tamen fuſtis cum altera nauium prædictarum, quæ illuc nos conducere non valeret; & tandem in quinque barcunculis nos & venerabiles fratres noſtri ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales, qui tunc tres numero nobiſcum erant, mare ipſum tranſiuimus per diem naturalem mirifice, ipſo duce, qui aquis imperat atque ventis, in omnium ſtuporem ad portum Cæſenaticum applicantes, de quo ſequenti die ſeceſſimus ſociati a præfato filio noſtro Carolo: [nimirum de Malateſtis] & facta pernoctatione Bellauere, altera die occurrentibus nobis dilectis filijs, clero & populo Ariminenſi proceſſionaliter & deuote ciuitatem ipſam noſtram Ariminenſem intrauimus in vigilia ſiquidem natiuitatis Dominicæ; vt ſicut eo tempore lux ſuæ claritatis inſiluit, ita ſponſæ ſuæ, ne maleuolorum faucibus abſorberetur, indulſit, &c. *Dat. Arimini* IX. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* IV. Appetitum etiam alias inſidijs tum a Ladislao & Columnenſibus, tum a Petro de Luna, tum a Balthaſare Coſſa, tum a patriarcha Aquileienſi, ſed diuina prouidentia liberatum vidimus.

Parat ę Gregorio multæ inſidiæ. Eius in Sclauoniā aceeſſus.

Vnius diei flexu e Sclauonia in Picenū ſcaphis in uectus.

Ariminiē ceptus a clero & populo.

5 Extremo anno celebratum a Ioanne concilium Romæ, memorant monachus S. Dionyſiij & alij: quod tamen in proximum annum extractum oſtendit ſynodale decretum contra Huſſitas, cui ſextæ menſis ianuarij anni MCCCCXIII. dies aſcripta eſt, inter quos Gobelinus a hæc addit: *Cumque bis temporibus nonnunquam litera apoſtolica, in quibus de Vrbano, Bonifacio, Innocentio, Gregorio, Clemente, vel Benedicto per tempora ſchiſmatis preterea ſuper papatu contendentibus ſupradictis fuit mentio facienda, ſtatutum fuit, vt nullius eorum in dictis literis Papæ ſimpliciter, ſed cum hac determinatione, in ſua obedientia, nominaretur.* Verum quod Ioannes de alijs ſtatuit, id Martinus cæterique Romani Pontifices de ipſo Ioanne XXIII. vſurparunt, vt non pure Pontificem ſed additis verbis, *in ſua obedientia*, appellarent. At non eo numero, quem rerum grauitas poſcebat, ad hanc ſynodum conueniſſe tradit Paulus Langus b, quam aduerſus Huſſitas celebratam fuiſſe ait: ac propterea, cum in hoc concilio Ioannes Hus ſe vocandum in iudicium pertimeſceret, hæreſim damnauit editis publicis hiſce literis c: *Ad reuerentiam Ieſu Chriſto, Eccleſiæ, ſupremoque eius Pontifici exhibendam, paratus ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti de ea fide, quam teneo, rationem reddere.* Et paulo poſt: *Veraciter, & Conſtanter aſſero, quod a veritatis æmulis finitre ſedi Apoſtolicæ ſum delatus: falſe ſiquidem detulerunt & deferunt, quod docuerim populum quod in Sacramento altaris remaneat ſubſtantia panis materialis: falſe, quod quando elenatur hoſtia tunc eſt corpus Chriſti, & quando ponitur tunc non eſt: falſe quod faceraos in peccato mortali non conficit: falſe quod domini a clero auferant temporalia, quod decimas non ſoluant: falſe quod indulgentiæ nihil ſunt: falſe quod gladio materiali ſuaſerim clerum percutere.* Hæc Ioannes Hus, quæ ſcribebat ad Romanum Pontificem, in publico doctorum Pragenſis academiæ cœtu, accenſis teſtibus & tabellionibus, profeſſus eſt, in quibus recte ſe de fide ſentire præſeferebat. Sed cum ita verbis catholicum ſe eſſe mentitus eſſet, fa-

Concilium a Ioanne XXIII. celebratum.

a Gobelin.in coſmod.ætat.6 cap.9.

Antipapæ aliqui pacis ſtudio dicti Pontifices.

b Lāgius in chron.Cuic. Ioannes Hus dānati hæreſim.

c Ext apud Cocl.l.2.

Errores de quibus apud Pontificem accuſabatur eurat.

Eiuſdem infanda perfidia.

a Apud eund. Cochl. l. 1
b Apud Iodl. Cochl. histor. Huss. l. 1.

dis hæresiarcham se demonstrauit, nam anathemate percutitus diuina celebrauit, episcopi imperia protriuit, ac Pontificem antichristum appellauit; cuius impudentiam Stepharus Palets describit a. Andreas etiam Broda nobilis theologus obiecit b Hussio, illum publicarum seditionum concitatorem extitisse, ac pios quoique viros cum ipso non sentientes traducere vt impios; omnium vero genere vitiorum turpissimos & contaminatissimos homines, si cum ipso sentirent, effutis studijs prosequi consueuisse.

Ex Pannonia in Poloniam allatę plures reliquiæ.
c Michou. l. 4. c. 45.

6 Attulisse hoc anno ex Pannonia Vladislaum Regem Poloniæ plures sanctorum reliquias pretiosissimas in Poloniam retert Michouias c, atque etiam ab Sigismundo Romanorum Rege Polonici regni insignia coronam, sceptrum, & pomum, quæ Elizabeth Regina Ludouici mater & Casimiri Poloni soror illuc detulerat, recepisse; ab eodem vero Cæsarem popposcisse in sumptus quos occasione imperatoriæ consecrationis erat facturus mutuam auri vim ex ea, quam equites Crucigeri pensitabant, vt superioris anni fœdere constitutum erat; quod quidem fœdus a Ioanne XXIII. fuisse hoc anno confirmatum ex ipsius literis d ad internuncios suos datis constat.

Inter Polonum & Cruciferos pax inita.
d Ibid. p. 63

Hoc etiam anno Ioannem Mariam Vicecomitem Mediolani ducem a ciuibus, eius tyrannidis pertæsis, interemptum tradunt e, indeque magnos tumultus factos: principatum vero capessiuisse Philippum Mariam fratrem, sumptoque de coniuratis supplicio pristinæ amplitudini restituisse, auxisseque.

Ioannes Maria dux a suis necat.
e Corius hist. Mediol. l. 4.
Philippus Maria succedit in primo statu.

7 Eodem anno intestina Gallorum bella externis aucta f; siquidem Aurelianenses principes in societatem fœderis Anglum Gallici nominis hostem euocarunt: ac Rege in priorem morbum relapso, principes cum ex intestinis odijs regnum conijci in exitium intuerentur, pacem inter se redintegrarunt g, pacti nunquam se exteros in regnum excituros, atque in eum, qui fœdus hoc violaret, cæteros omnes arma versuros. Hæc Gallorum bella ciuilia narrat Iuuenalis Vrsinus h, addiitque Henricum IV. Regem olim ducem Lancastriæ, qui in Anglia regiam purpuram inuaserat, lepra extinctum fuisse. Successit ei Henricus V. filius natu maior, qui postea Gallos maximis cladibus attriuit.

Intestina Gallorum bella:
f Ioan. Vrsin. in Car. VI. hoc anno.
Reditegrata pax.
g Ibid. p. 94.
h Ioan. Vrsin in Car. VI. hoc anno.

8 In Hispanijs medicus Petri de Luna genere Hæbreus ad Christi fidem traductus, atque in sacris baptismalibus nomine Hieronymi de sancta Fide susceptus, luculentum commentarium i edidit, in quo non modo ex sacris oraculis, verum ex rabbinorum etiam dictis demonstrauit, Christum verum fuisse Messiam, tantique apud Indæos Aragonij regni animorum pij motus ex illius libri lectione concitati fuere, vt quinque Iudæorum millia, & eo amplius, Christo accesserint; idemque liber coram Petro ipso de Luna in publico ipsius pseudosenatu fuit perlectus: quem cupidus lector in bibliotheca Patrum consulat.

Medicus Hebræus librum de fide edit.
i Extat. l. 4. bib. Patr. p. 1034
Ex eius lectione multi Iudæi ad fidem conuertuntur.

Indict. 6.

IESV CHRISTI
annus 1413.

GREGORII PP.XII. SIGISMVNDI ROM. REGIS 3. annus 7. EMMANVELIS II. IMP. OR. 30.

Vicleffi libri damnati in concilio Romano.

1 &c. IOannes XXIII. in Romano concilio, superiori anno celebrari cœpto Vicleffi venenatos commentarios iam ante ab Vrbano VI. Romæ, Londini a Cantuariensi archiepiscopo, Parisijs a Sorbonica academia, & in Boemia a Pragensi iterum damnatos, præcipue dialogum & trialogum damnauit, iussitque in illius sectatores canonicarum legum seueritatem achiberi, dato ad vniuersos archiepiscopos VI. id. februarij diplomate a quod a Martino V. in Constantiensi concilio confirmatum est. Meminit de his Ioannes Cochæus b, additque hæreticos obduruisse in perfidia, & Ioannis decreta profanis interpretationibus fœdasse, ac Romanam synodum non generalem, sed angularem appellasse, neque cæsarum fidei cognitores, in summa impiorum hominum insolentia, præsulumque inertia, officio, vti par erat, perfunctos.

a Ext. apud Mart. V. l. 2 diuers. de cur. p. 109.
b Cochl. hist. Huss. l. 1.

Agitata cō filia pro vindicādo ab hæreseos infamia Boemico nomine

5. &c. Porro Ioannes Hus, vtpote Vicleffi præco apud Ioannem XXIII. de Vicleffiana hæresi postulatus Pragæ turbas populares excitabat, cum Conradus episcopus Olomucensis, cui ecclesiæ Pragensis administratio credita erat, theologos Pragensis academiæ rogauit, vt optimum darent consilium ad abolendam infamiæ hæreseos notam, quæ recenter Boemico nomini apud sedem Apostolicam iusta fuerat; nam Ioannes Vvenceslaum Regem literis ac monuerat c, vt prodiuini Numinis gloria, & regiæ dignitate asserenda, Vicleffi hæresim in Boemia pullulantem excindendam curaret. Responsum est ipsemet a theologis, vt omnes Pragensis academiæ professores doctoresq, coram archiepiscopo iureiurando nuncupato profiterentur nullum se ex quadraginta quinque articulis damnatis propugnaturos, ac de septem sacramentis, ritibus, indulgentijs, religiosisque ordinibus cum Ecclesia sentire, ac decreta Romanæ sedis a se cultum iri; si quis vero contra hæc sentiret, exilio atque alijs in hæreticos constitutis pœnis afficeretur; vt Ioannes Hus conciombus habendis interdiceretur, donec a sede Apostolica absolueretur.

c Cochl. histor. Huss. l. 1.

Euangelij nomē suis hæresibus imponunt.

9 At Ioannes Hus eiusque socij, qui Vicleffi hæreses propugnare, nec tamen hæretici appellari volebant, cum die VI. februarij conuentus suos egissent, decreuisse ad eluendam hæreseos maculam damnare hæresim; sed eos qui eam nominis infamiam ipsis aspergerent persequendos decreuere, fucateque euangelij nomine commenta diabolica, ea libere euulganda contenderunt.

d Dubrau. lib 23. Io. Hus a Pragensi ecclesia damnatus.

10. &c. Conradus vero d episcopus Olomucensis idemque administrator Pragensis archiepiscopatus, anathemate Ioanne Hus percusso, Vvenceslaum Regem impulit, vt catholicorum doctorum sententiam de suprema Romani Pontificis in definiendis fidei controuersijs auctoritate colenda regio insertam edicto promulgaret, quam illi ediderant, cum a Vvenceslao Rege & Boemis principibus iussi essent causas exorientium dissentionum, vt extingui possent, adducere. Tunc proscriptus est, Ioannes Hus regio edicto. At debuerat illo capi cum suis, & pœnis in hæreticos decretis affici, vt paucorum perditorum hominum lachrymis totius Boemiæ incendium restingueretur: sed cum ob ignauiam Vvenceslaus ludibrio omnibus esset, non repressi sunt Hussitæ eo edicto, sed illud palam traducere ausi e sunt, vulgique pars magna Hussitarum hypocritarum factionem est secuta; & clerus catholicus calumnijs penitus, suisque censibus defraudatus fuit.

Vulgus Boemicus ad Hussitas declinat.
e Cochl. histor. Huss. lib. 1.

Anglia tumultibus concussa
f Tho. Walsingh. in ep. de die Io. Oldcastel. laicus concionidi auctoritatē sibi arrogat.

13 In Anglia Vicleffistæ, vt qui antea regiæ dignitatis tuendæ specie ecclesiasticum ordinem opprimere perrentarant, aduersus Henricum V. Regem in ipsius regni auspicijs duce Ioanne Oldcastellio coniurare ausi sunt f. Erat hic hæreticorum signifer, a Vvicleffo tamen in hoc discrepans, quod ex primis eius placitis Christi corpus cum substantia panis poneret in Eucharistia, vir bello egregius, atque ideo Regi charus, sed pernicax Ecclesiæ hostis in tantam prorupit impudentiam, vt contra ecclesiasticæ hierarchiæ

Digitized by Google

rarchiæ ordine mirandorum concionatorũ auctoritatem sibi arrogaret, qui populos hæreti contaminarent.

In ius vocatus a synodo.

14. 15 Vocatus porro in iudicium Oldcastellius ab archiepiscopo, quod ecclesiasticam auctoritatem sperneret, ac præsidiarios milites contraheret, Henrici Regis imperio comprehensus a Londinensis ascis præfecto in synodo coram archiepiscopo productus est. Cæterum cum ad supplicium rapiendus esset, archiepiscopus eius salutis percupidus quinquaginta dierum inducias ab Rege obtinuit: cuius temporis flexu lapsus e carcere Vvicleffistas omnes in arma ad Regem & clerum opprimendos concitauit, qua de re proximo anno dicetur.

Effugit e carcere.

16. &c. Hoc anno Ioannes XXIII. concilium ad abolendum schisma, atque ad excindendas hæreses indixit a; ac locum in quo cogendum esset lapso trimestri designaturum se promulgauit: tum de vrbe Roma iam ante liberata, ac Sicilia citeriori ad suum adducta obsequium cunctos, qui sibi morem gerebant, certiores fecit. Vt vero vniuersos populos sibi conciliaret, plures legatos amplissima auctoritate instructos in varias prouincias misit b.

a Iol. vlt. cap. pag. 22.

Accessisse Vrsinum exeunte superiori anno Sigismundum Regem Romanorum decem millibus equitum succinctum, refert diarij Veneti auctor c, oratorumque opera cum Mantuano & Ferrariensi principibus agitasse, vt ipsi itinera aperirent, quo Bononiam ad suscipienda ab Ioanne imperij ornamenta se conferret: sed cum nullo modo ea consilia ad exitum perduceret, odiaque Hungaros inter & Boemos exarsissent, neque illos inter se conciliare posset, in Hungariam reditum apparasse, iterumque post pactas cum Venetis inducias molitum in Italiam iter adulta æstate, atque in Sabaudiam duxisse exercitum, vt eadem insignia assequerentur: sed Mediolani ducem, Genuenses, & Pandulphum Brixiæ dominium armorum inter se societatem ad iter ei impediendum coiisse; ac tum Sigismundum de eo fœdere factum certiorem retro signa vertisse. De Cardinale autem Placentino, quo nomine Brandam Cardinalem designat auctor, addit ipsum Venetijs secũda augusti die in Pannoniam profectum, vt de componẽda inter Sigismundũ ac Mediolani ducem concordia ageret, eamq; demum conciliatam fuisse: sed ad Ioannem reuertamur.

b Lib. 7. pag. 64. &c.

Sigismũdi expeditio Italica.

c Diar. Ven. m. s. hoc ann.

Ob Hũgarorum & Germanorũ mutua odia dissoluta.

Tentat iterũ aditum per Insubriam.

19 Consistere ille diu in Vrbe non potuit, in qua ea, quæ superius narrata sunt, decreuerat; nam Ladislaus Neapolitanus Rex cæca proferendi imperij, Vrbisque subijciendæ cupidine impulsus fregit d inita cum Ioanne fœdera, noctuque perruptis mœnibus Vrbem ingressus est: dicisti in contraria studia Romani arma non suscepere, subitoque terrore perfusus Ioannes fugam capessiuit. Addit Theodericus Niemius e, Ioannem noctu Sutrio se proripuisse Viterbium, deinde ad Flasconis montem, moxque Florentiam se contulisse; ac Ladislaum Vrbe ditioneque ecclesiastica potitum. His addit S. Antoninus f, Ioannem Sigismundi Romanorum Hungariæque Regis opem, missis ea de causa duobus Cardinalibus legatis, imploraſſe. Fuere ij g Antonius Calancus tit. S. Cæciliæ presbyter, & Franciscus Zabarella SS. Cosmæ & Damiani diaconus.

Perfidia Ladislai in Ioannem.

d Gobelin. in cosmod. æt. 6 c. 90. Leon. Aret. in hist. rer. Ital. Paul Colleni. p. 5. & alij.

e Theod. Niem. in vit. Ioan. XXIII.

f S. Ant. sup. cap. 6.

20. 21 Exercente tyrannidem Romæ Ladislao, Laurentius B. Franciscæ de Pontianis vir, vt pontificiarum partium studiosus in exilium pulsus est: cumque Petrus Troiæ comes Neapolim esset profecturus, Baptistam filium obsidem ad se mitti iussit: illa materno amore mota capiti filij metuens ipsum occulere statuit: verum Antonellus religiosus vir, qui sanctæ mulieri a confessionibus erat, diuino instinctu afflatus ipsi imperauit, vt filium ad comitem & eius administros perduceret. Non respuit illa acerba imperia; sed filium manu in ecclesiam, cui Araceli nomen est, vbi comes & tribuni versabantur, deduxit, adeo vt plerique fremerent filium tradi a matre illi, qui ipsum in seruitutem vel carnificinam abducturus erat: quem cum obtulisset comiti, & nonnulli eam hortarentur, vt filium & se commendaret, subiecit, se illi, qui posset opem ferre, commendaturam: atque ante imaginem Deiparæ preces fusura se proiecit, & quamuis imago occlusa esset, eam tamen inspexit. Interea comes Baptistam obsidem viro militari tradidit, vt eum Neapolim duceret: quem cum ille equi dorso imposuisset, & iter Neapolim versus carpere vellet, nusquam equum adigere calcaribus potuit, vt gradum interret, sed tantum retrogrederetur: quocirca alium conscendit equum: sed is pariter iter ingredi respuit: permutati subinde fuere plures equi, sed nunquam impelli potuere, vt antrorsum figerent pedem. Prodigio itaque perculsus comes vna cum alijs militibus mox Baptistam matri restituit. Agunt pluribus de ea Ladislai in ditionem ecclesiasticam irruptione illius temporis scriptores a, inter quos Nicolaus Bartholomæus de Turcia veteris chronici m. s. tabularij bibliothecæ Vaticanæ auctor addit, Ladislaum Tuderto etiam, Perusio, pluribusque alijs vrbibus potitum, Ioannem vero Gattam Viterbiensem præfecturam in ijs turbis inuasisse.

Eius filius obsidem Neapolim velut obses diuinitus mittitur.

a Bartb. a Tur. in chron. m. s. apud Vat. fig. n. 111. m. s. diar. Ven. hoc ann. Leonard. Aret. in hist. rer. Ital. Gobelin. in cosm. c. 90. & alij.

22 Inter hæc Constantia designata est pro celebrando Concilio, ex confecta a Ioannis interuntijs cum Sigismundo Cæsare pactione: adoratque S. Antoninus diuinæ prouidentiæ arcana consilia, quæ pro tollẽdo schismate ante astuta flexit Ioannis mentem, vt inita iam cõsilia momento abijceret: nam cum sanctionem edidisset de mandatorum, quæ legatis traduntur, potestate, ac decreuisset ea tantum valere, quę per speciale formulam essent expressa, constituisset que vt nulla vrbs pro celebrãdo concilio designaretur, nisi illius imperiũ teneret, arcano instinctu actus priora contudit consilia, vt legatos, quos de synodi loco designando agitarum misit, nullis arcanis imperijs constringeret. Itaq; ij Constantiam vrbem transalpinam & obnoxiã Cæsari delegerunt: quo audito suam sortem Ioannes detestatus est; sed quis Dei voluntatem infringat? Inuitus itaque Florentia Bononiam petijt, indeque Placentiam cum Sigismundo Cæsare colloquium fecit cum quo Laudam profectus est b.

Constantia designata pro celebrando cõcilio.

b Leonard. ex eo S. Anton. ubi sup. c Extãt etiam lit. ib.

23 Nauauit etiam regiam operam Sigismundus c, vt Constantienses ciues paciscerentur cũ Ioannis oratore, ipsos sacris honoribus quibus Rom. Pontifices ob supremum dignitatis apicem affici solent, Ioannem prosecturos, neque ei libertatem abeundi adempturos: permissuros dicundi inter Romanæ curiæ aulicos iuris potestatem, itinera a prædonum grassationibus vindicaturos, animaduersuros in eos, qui aliquam iniuriam ad concilium accedentibus inferrent, neque vt Ioannes quibusuis publicam fidem daret prohibituros, nuncupatumque de ijs omnibus a magistratibus sacramentum Colocensis archiepiscopus Sigismundi Regis nomine confirmauit. Vocatus quoque ad id concilium est Gregorius, vt si vere pristinam ecclesiarum coniunctionem redintegrare cuperet, ea cum suis accederet: qua de causa Sigismundus imperatoriam illi clientelam spopondit d. Cæterum patefecit postea exitus sincere a Gregorio, ficte autem simulateque a Ioanne rem gestam esse. Solicitatum pariter a Rege Romanorum fuisse Petrum de Luna, vt ad schisma abolendum Constantiam concederet, colligitur ex alijs actis: at illum in perfidia obduruisse, atque adulterini honoris vmbram animæ suæ saluti & Ecclesiæ paci prætulisse, inferius dicemus. Nunc ad religionis Christianæ in septentrione propagatæ triumphos properat narratio.

c Exti de eo Ioan. & Sigism. lit. in consil. Const. actis.

S. Præsulem vir pulsus in exilium

Exacti a Constãtiensibus sacramenti formula.

Gregorius a Ioanne vt veniat ad cõcilium prouocat.

d Ext. ib.

Ioannes dolet indictum esse Cõstantiense concilium.

24 Accersitus ad Polonicum sceptrum ex Lituania arcano diuinæ prouidentiæ nutu Vvladislaus a, non modo Lituaniam pellexerat ad Christum, quam hoc ipso anno coniunxit Poloniæ; verum & ad proferendam in Russia religionem incubuerat; ac in Samagitia fidem propagauit; de cuius gentis superstitione hæc refert Michouias: *Præcipuum numen Samagitarum erat ignis, quem sacrosanctum & perpetuum putabant, qui montis altissimi iugo super fluuium Nieuyasa sito assidua lignorum appositione a sacrorum sacerdote alebatur. Accedens itaque Vvladislaus turrim, in qua consistebat, incendit, & ignem disiecit, & extinxit. Succidit deinde per milites suos Polonos siluas, quas non secus quam sanctas & deorum suorum habitacula Samagitæ, iuxta illud poeticum: Habitarunt dij quoque siluas; venerabantur, in eam caliginem mentis pro ipsi, quod & siluæ prasaga, & aues, feraque in illis cõsistentes sanctæ forent, & quidquid in illas ingrederetur, vt sanctum censeri deberet. Violanti quoque nemus, feras, vel alites manus aut pedes damonum arte cruciabantur &c.* Igneri erant linguæ Samagiticæ sacerdotes, atq; adeo pius Rex Apostoli functus officio Samagitas Christiana doctrina instruxit.

a Mich l.4. c.43. Cromer l.8.

Colebant ignem Barri.

Tyrannis damonum in idololatras.

IESV CHRISTI
Annus 1414.

Indict. 7.

GREGORII PP. XII. SIGISMVNDI ROM. REGIS 4. annus 8. EMMANVELIS II. IMP. OR. 31.

1. &c. HAberi cœpti sunt Constantiæ solemnes episcoporum conuentus, qui Gregorio attulere grauiores metus b ne in concilio superiores essent aduersarij. Itaque velut indictum sine apostolica auctoritate euertere nitus est: cumque se verum Ecclesiæ pastorem esse ostenderet, addidit id concilij œcumenici nomine non exornandum, plura de Sigismundo Rege Romanorum conquestus, qui se Ioanni XXIII. addixisset; ad quem legauit c Ioannem Dominici ordinis Prædicatorum tit. S. Sixti presbyterum Cardinalem, ac Ioannem designatum a se patriarcham Constantinopolitanum, qui causæ suæ æquitatem illi exponerent, suasque literas porrigerent. Nec modo ad Sigismundum Regem Romanorum ij a Gregorio, missi fuere, verum & ad Constantienses d conuentus, vt in his ipsius causam aduersus Pisanum concilium, a quo se inique damnatum contendebat, tuendam susciperent, vt ex eius literis patet; alijsque e summam ipsis potestatem tribuit: tum præcipue Ioanni Dominici prouinciam dedit, vt in amplissimis illis cœtibus ipsius famam ab æmulorum malevolentia vindicaret, ac præsules f Ioanni obsequentes ad suas partes traheret, legatique apostolici ea de causa munere in Germania ac Belgio insignirit. Profectum Constantiam Ioannem refert S. Antoninus g his verbis: *Illuc quoque accessit Cardinalis Ragusinus dominus Ioannes Dominici ordinis Prædicatorum pro obedientia & parte Gregorij, qui a multis Deum timentibus & pijs adhuc reputabatur Pontifex summus, quamuis ab extra soli ab ecclesia eum venerarentur.*

b Greg lib. 4 p. 344. Gregorius Cõstãtien. conuentus disturbare nititur.

c Id ibid. Legatos mittit ad Sigismũdũ.

d Lib. vit ep. pag. 23. Ioannes Card. auctus mãdatis amplissimis.

e Lib. cit. p. 88 88, & l. 4 p. 209, 210.

f Lib. cit. pag. 20. g S. Ant. 3 p. tit. 22. l. 6. §. 2. Contpuerfium fuit an a Pisana conuentu effet deiectus Gregorius.

4 Grauissimis etiam Gregorium ipsum vrsit literis Sigismundus vt Constantiam ad redintegrandum ecclesiarum fœdus se conferret: quæstuque est apud Gregorium ipsum Ecclesiæ publicam offensionem afferre, & sacris aburi oraculis ad propagandum schisma, eaque in contrarios sensus obtorquere, exprobrauitque quærere diffugia & latebras, neque audere concilio œcumenico se committere. Quæ sibi obiecta refellere aggressus Gregorius causas addidit, ob quas conuentum Constantiensem declinaret: *Non equidem*, ait, *charissime ex affectione fili, latebras quærimus, non concilium euitamus, quod longe canonica fieri auctoritate ex Christianorum vniuersali cœtu optauimus. Quanto autem desiderio anhelauerimus ad illud vbique interesse, ex scriptis & dictis aperte constare potest, & qua ad illiusmodi concilium habendum operati sumus, manifestari possunt, si latebras quæsiuimus: quod enim ad vocationem intrusi catholicus successor B. Petri parere debeat, neque canones consentiunt, neque sanctorum patrum mores, &c.* Tum, adiectis nonnullis verborum officijs, Sigismundi benevolentiam sibi conciliare annisus est a, deque sua sententia in Ecclesiæ pace constituenda a Cardinale S. Sixti & patriarcha Constantinopolitano ad ipsum legatis certiorem factum iri. Tot implicita difficultatibus hæc lis visa est præsulibus Constantiensibus, vt censuerint, prætermisso iudiciario ordine, Gregorium & Ioannem ac Benedictum ad abdicanda pontificia insignia adigendos. Nunc a Gregorio ad Ioannis gesta narratio traducenda est.

Cæsam. sua tuetur. Contendit Ioannẽ intrusũ esse & vocante intruso sibi non parendum.

a Lib. vit ep. cur. pag. 23.

IOANNES XXIII.

5. 6 Reuersus b e Laudensi colloquio Ioannes ineunte hoc anno vna cum Sigismundo Rege primum ingressus Placentiam, deinde Cremonam vltima ianuarij die adijt, in qua vrbe de Ladislao Regi Neapolitano ex Etruria ditioneque ecclesiastica depellendo agitata sunt consilia. Inde Mantuam protectus, exceptusque honorifice a Francisco Conzaga principe iterum in Ladislaum hostem coegit cursus, ex qua vrbe, cum Auenionenses, excusso iugo Catalonorum præsidiariorum, quos Petrus de Luna in arces induxerat, Ioannis imperio se subijcerent, Franciscum archiepiscopum Narbonensem prouinciæ præsidem dedit, exaratis Mantuæ VI. id. februarij pontificatus anno IV. literis c, Mantua Bononiam se recepit d, vbi diruram antea arcem instauravit. Tum ad retundendos Ladislai impetus, atque amissam Vrbem recuperandam auxilia ex regnis varijs contrahere nitebatur.

b Leon. Aret. in hist. rer. Ital. Ludou Conteri. in annal. Cremõ. hoc ann. & alij. De Ladislao pellẽdo Hetruria & ditione eccle siastica ẽ nes init consilia.

c Ioannes XXIII. ep. pag. 65.

d Cauit. vbi sup. Ladislaus morbo implicitus.

At Ladislaus inter medios secundos successus cum Italiæ imperium affectaret, morbo correptus ex illito genitalibus a scorto Perusino e, vt aiunt, veneno, siue igne sacro diuinitus immisso, vt per quæ peccarat per ea puniretur, Neapolim reuersus est, octauaque augusti die interijt: cui successit Ioanna II. eius soror in Neapolitano regno, pluresque vrbes ecclesiastici imperij, prætecto Braccio prorege, tenuit f.

e Dior. m. f. arc Vat Bar thol. ae Tuscis diss. VI Monstrelet vol. 1. c. 1.

f Lib. cit. pag. 17. Io. reuerti Romam meditatur.

In ea rerum conuersione Gregorius & Ioannes cum ditionem ecclesiasticam sibi asserere contenderent, mutuo sibi obstiterunt, & quamuis Ioannes Romam prouolare prætermisso Constantiensi concilio meditaretur, a Cardinalibus de eiusmodi sententia dimotus est, vt m. s. acta g Constantiensis concilij enarrant: *Cardinales*, inquiunt, *sentientes quod, si illuc irent, non reuerterentur ad concilium, & idem concilium non fieret, neque procuraretur vnio & reformatio Ecclesiæ, vnde pene secutura timebatur magna Ecclesiæ destructio, fortiter restiterunt, & concorditer institerunt verbis & scriptis, quod negotia spiritualia & ecclesiastica videlicet concilium agerent in persona: temporalia vero per vicarios & legatos; quibus (licet non libenter) annuit, & prima die octobris de Bononia iter cepit ad Constantiam.* His consentanea Leonardus Aretinus h, & S. Antoninus i referunt. Discessurus vero Bononia Iacobum S. Eustachij diaconum Cardinalem in Vrbe & agro Romano, Campania Maritima, Sabina, ac patrimonio B. Petri in Tuscia summa ei potestate tributa legatum creauit k.

g Acta m. s. conc. Constan. m. s. arc. Vat ad fol. 2.

Obtinet Card

h Leon. Aret. in hist. rer. Ital. l. 5. ann 3 p. tit 42. c. 6. §. 1.

Iacobus S. Eustachij diac. Card legatus in Tuscia.

i In c. cit p. 214. 216. & 231. ad 230

Et

De Andegauensi in regnũ Neapolitanũ inducẽdo actum.

Et quidem optabat ipse, vt Ludouicus Andegauensis Neapolitanum regnum recuperaret: deturbata enim Ioanna ditionem pariter, ecclesiasticam ad officium reuocatum iri sperabat: ad quam expeditionem conficiendam, Petrum Bonumhominem appellatum cantorem Parisiensem ad Carolum Francorum & Ludouicum ipsum missum indicat Ioannis syngrapha a data Bononiæ XIV. kal. septembris anno V. sed cum Ioanna, vt sceptrum firmaret, eamque anteriteret procellam, de vocando ad thorum solumque Iacobo marchiæ comite Regis Francorum nepote ageret b (quem proximo anno paulo ante Gallicam ad Azinchurtum cladem, in Italiam venisse narrat Monstreletus c) Ludouicus expeditionem, quam parabat d, conficere non potuit.

Francorũ Rex ad arma corripiẽda solicitatus.

a Io. lib. edit. pag. 161. Ioãna Neapolit. Marchiæ comiti regnum firmat.

b Diar. Vrem. f.

c Mstr. vol. 1. cap. 127. d Lib. c. 129.

Inter ea recruduit inter Michaelem Rutheum eiusdem Cruciferorum equitum magistrum, qui Henrico de Plauuen a suis capto successerat, & Vladislaum Regem Poloniæ ac Vvitoldum Lituanum terocratum vetus dulentio; irruperantque e iam in Prussiam maximo & fortissimo succincti exercitu Vvladislaus ac Vvitoldus, & Brodnicensem arcem magnis molitionibus oppugnabant, cum: *Venit*, inquit Michouias, *nuncius apostolicus Ioannis XXIII. Ioannes episcopus Lausannensis, & obtinuit, quod Rex, bella per inducias ad biennium suspenso, decisionem sua causa per concilium generale Constantiense, iam tunc indictum expectaret.*

Imperatę inter Polon. & Cruciferos inducię

e Michou. l. 4. cap. 46 & Cromer. l. 18.

Indicit Constantiẽ Concil.

7.8 Egregiam porro Ioannes XXIII. nanauit operam celeberrimis episcoporum cœtibus Constantiæ congregandis, & antequam Bononia in Germaniam iter intenderet, legatis, quos in varia regna misisse vidimus, præcepit, vt præsules ad illuc proficiscendum impellerent. Appetente vero autumno, maximo Cardinalium suorum aliorumque antistitum comitatu ornatus, viam ingressus XXVIII. octobris die Constantiam venit f, ingentique pompa exceptus, de quo hæc refert Niemus g: *Intrauit Constantiam anno Domini* MCCCCXV. *credidit tamen Constantia per aliquot menses remanere, & ibidem rebus pro velle suo dispositis, subito ad Bononiam redire, & illic more solito dominari. In quo tamen eum fefellit opinio: sed sperabat permaxime in pecuniis & thesauris, quibus dicebatur abundare, credensque per illos & alios modos suos subtiles satis mundo cognitos, quos vellet in Germania corrumpere, seu ad consentiendum sibi in omnibus & per omnia inducere posset. Sed Domino disponente, dum firmius stare absque impedimento crederet, cecidit in arumnam, & inextricabilem laborem.* Quinta nouembris die habita solemni supplicatione, quæ synodis celebrandis præmitti consueuit, primam sessionem indixit ad XVI. excurrentis mensis diem h: quæ vbi affuit, sacra Spiritui sancto solemni ritu peracta diuina res est a Iordano Vrsino episcopo Albanensi, imploratisque ex litaniarum formula sanctorum suffragijs, Ioannes pro concione sacra præsules ad intendenda studia pro instauranda dignitate & concordia Ecclesiæ est cohortatus, theologos, errores qui tum pullulabant patefacere iussit, aliaque pro libertate & quiete concilij sanxit.

f Alb. die Cl. lib. in princ. & in sess. 1. Gobelin. in cosmod. ætat. c. 49. Leon. Aretin. in vit. Bart. Aut. 1. p. in. 23. c. 6 §. 2. in fol. Ital. & alij.

g Niemiewicz. Ioannẽ dã putat firmare res suas, eas euertit. Preces solemni ritu conceptæ.

9 Inducta dein secunda sessio ad decimam septimam decembris diem: quæ sessio varijs occurrentibus impedimentis ad martium proximi anni extracta est h, vt maiori patrum concursu celebraretur; nondum enim plures, qui perrecturi erant ad synodum, conuenerant; inter quos Galliarum præsules ad maturandum iter sollicitauit Ioannes i. Conuerterant iam ante ipse ac præsules, qui Constantiam confluxerant, potiores curas ad tuendam fidem orthodoxam contra inualescentem Vvecleffi hæresim: disseminarat enim plures illius errores in Boemia Ioannes Hus perniciosis concionibus, scriptisque etiam commentarijs, vt legentium oculos ac mentes inficeret: quocirca Ioannes Vvenceslaum Regem Boemiæ hortatus est a, ne regnum illud hac noua peste contaminari pateretur: *In partibus*, inquit, *tuæ regiæ ditioni suppositis existunt nonnulli inhærentes & dogmatizantes errores illius quondam hæresiarchæ Vvicleff, cuius libri a catholica fide a ieni erronei & hæretica continentes in generali Romano concilio iusto fuerunt iam pridem damnati iudicio, & quod deterius est, efficiunt ne propter huiusmodi excessus hæreticorum versutijs inhærentes, a suis superioribus corrigantur, ad tegendam & celandam suam nequitiam & pertinaciam, detestanda mandata sedis Apostolicæ, & superiorum suorum, manifeste docent inobedientiam, claues que contemptum, & censurarum ecclesiasticarum quarumlibet, in subuersionem apostolicæ dignitatis, vilipendentes notorie sanctorum patrum & sacrorum canonum iussiua, &c. Dat. Bononiæ* III. *id. iunij pontificatus nostri anno* V.

h Sess 7. Secunda sessio indicta.

i Lo lib. cit. pag. 169. Causa Ioãnis Hus hæresiarchæ corpus eruti.

Vvẽceslaꝰ admonitus vt hæresiarchã cõprehẽdat.

a Ex. eius lit. apud Io. Cocl. histor. Huss. l. 1. Significat Vvicleffismum serpere in Bohemia.

10 Data est a Ioanne XXIII. b concilij præsidi prouincia Ioanni patriarchæ Constantinopolitano, & Ioanni Lubecensi, ac Bernardo Tutensi episcopis, qui synodo intererant, vt de Ioannis Hus hæresiarchæ actis synodali auctoritate cognoscerent, vniuersa de re ad concilium relaturi, a quo decretoria sententia ferenda esset. Ex quibus perspicuum fit, non perturbare vel tumultuose Ioannem Hus affectum supplicio, sed legum ac iudiciorum seruato ordine iustam in eum adhibitam seueritatem; cuius rei testes sunt pontificiæ literæ c.

b Io. lib. edit. pag. 179. Iudiciarius ordo constitutus in cãnem Hus.

Iudices in eam rem constituti.

c Io. lib. edit. pag. 179. Hussi adcõcilium aduentus.

11. &c. Accesserat iam Constantiam hæresiarcha antequam in ius vocaretur, vt constat ex Cochlæo d referente veterem historiam scriptam a quodam ipsius sectatore, qui sabbato proximo ab elapso omnium sanctorum die ad eam vrbem peruenisse ait, accepta a Sigismundo Romanorum Rege publica fide, vt nimirum suos accusatores in concilio refelleret. Ex his grauissimum ducitur argumentum ad confutandas hæreticorum calumnias, qui vulgo in crimen vocant Constantiensis concilij patres (quos æquitatis vindices fuisse constat) datam Ioanni Hus fidem publicam violasse; qui enim in ipso concilij exordio quæsitores in impium hæresiarcham instituere, vt iusta illum sententia percellerent, perspicue constat, constituto eo iudiciario ordine non aliter sponsionem salutis præstare debuisse reo in ius vocato, quam si ab ijs criminibus, quorum laborabat infamia, purum se monstraret. Is ergo cum celeberrimi concilij iudicium effugere non auderet, vel non posset, præsideretque suis artibus, etiam vtro ad consectandam inanis gloriæ vmbram, ad illud se contulit: & antequam celebrari cœpisset, hoc anno proxima a sacro S. Bartholomæo die recurrente dominica, publica scripta Pragæ in ecclesiarum & monasteriorum valuis Latina, Boemica, & Germanica lingua affixit e, in quibus suos accusatores, nimirum doctores catholicos, ad præsulum cœtus in Boemia cogendos, & ad œcumenicum concilium Constantiæ celebrandum prouocabat, vt aspersa sibi hæreseon crimina probarent. In alijs pariter Germaniæ vrbibus scripta huiusmodi euulgauit, quibus non aliud consectari visus est, quam doctrinæ suæ inanem ostentationem, sectatores in errore confirmare, adducere clerum in inuidiam, excitare turbas, famamque angere: at de eo inferius. Nunc ad Sigismundum Regem narratio traducenda est.

Qualis spẽ sio salutis illi præstita.

d Cocl. hist. Huss. l. 2. Accusatoribus intẽdit iudicium apud concilium.

Redimiri ille hoc anno Aquisgrani argentea corona a Thuderico archiepiscopo Colonienſi voluit, vt eo honoris ornatu augustior solemnibus episcoporum

Sigismūd. Aquisgrani Germanica corona regnat.

rum cœtibus interesset, cum iam quintus a collatis in eum principum electorum suffragijs annus laberetur. Vvenceslaus enim frater Rex Boemiæ, qui dum superstes fuit, acceptos Regis Romanorum titulos sibi ajquit, etiam tum obstiterat, ne insignia Romani imperij Aquisgrani consequeretur: quæ octaua nouembris die solemni ritu accepisse, ipsemet Ioanni agenti Constantiæ per literas significauit a, qui ea de re est ei gratulatus b, pluribusque verborum officijs se augendæ illius dignitati non defuturum est pollicitus, precesque addidit, vt cum nil grauioris momenti sine illius ope decernendum in Constantiensi concilio putaret, iter ad illud accelerare satageret: *Qui in vigilia natiuitatis Christi*, inquit Ioannes Coclæus c, *Vberlingam veniens cum coniuge sua per lacum Constantiensem nauigio properauit, inde ad ciuitatem, vt interesset missarum solemnijs: Sub mediam igitur noctem, Constantiam ingressus, primam missam celebrante Papa, ipse diaconi habitum indutus legit euangelium alta voce: Exit edictum a Cæsare Augusto.* Tum de præclara Constantiensis concilij celebritate hæc prodit: *Nec multo post aduenerunt alij quoque principes et prælati in tanta sane frequentia, vt aliquando triginta millia equorum vno eodemque tempore Constantiæ fuisse tradantur. Affuerunt namque patriarchæ quatuor: Cardinales* XXIX. *archiepiscopi* XLVII. *episcopi* CLX. *& cum his abbatum, præpositorum, priorum, & omnis generis clericorum ingens numerus; secularium præterea principum, comitum, baronum, nobilium, & oratorum maxima multitudo: vnus enim Ludouicus comes Palatinus Rheni & dux Bauariæ cum quadringentis, archiepiscopus vero Moguntinus cum sexcentis equis aduenisse legitur.*

a Gobelin. in cosmod. ætat 6 cap. 94.

b Extat inter literas in append. Theod. a Niem.

Solicitatus a Ioanne vt aduentū accelereret.

c Cocl. histor. Huss. l. 2. Cameracen. in annal. Cremonen. & alij

Sigismūdi ad Constantiensem vrbē aduentus.

Diaconi cultu legit euangeliū.

Celeberrimi ad Constantiensem vrbem conuentus.

15. 16 In Anglia cum Vvicleffi hæresis in dies serperet, perfidiæ stigni fero Ioanne Oldcastell coniuratio constata est ad Henricum Regem opprimendum, eoque cæso ad religiosorum ordinū monasteria euertenda. Verum non est passus Deus tantum flagitium ad exitum perduci, sceleratissimæ enim conspirationis participes, Regi ipsi insidias patefecere. Damnatos mox fuisse ab Henrico hæreticos, vt diuini Numinis ac Regis prodipores, atque in eos vindicatum esse, refert Thomas Vvaldensis d, multosque supplicionum timore perterritos in alias regiones, in quibus venena spargerent, perrexisse subdit. Cæterum obtenuat auctor e Vvicleffistas, antequam regia sententia percellerentur, ab ecclesiastico tribunali ad regium prouocasse, poposcisseque magnis clamoribus, vt eorum causa a regio senatu cognosceretur: at vbi ab eo se damnatos sensere, mox in Regem & magistratus refertos calumnijs libellos sparsisse.

Hæreticorum fraus consilia.

Iaquo necari & exuri hæreticos iussit.

d Th. Vvald. in proœm. Harpisfl. Vvicl. c. 1. & Vvald. t. 1. lib. 2. art. 2. c. 46.

Postulant Vvicleffistæ secularib. judicia hæreseos deferri.

17. 18 Editum hoc anno insigne ostentum in viro nobili, qui antea Vvicleffiticam hæresim amplexus fuerat, deinde orthodoxe de Eucharistia senserat, memorat Thomas Vvaldensis f; cum enim crudeli adeo vomitu laboraret, vt nullum propterea cibum capere posset, fusis ad Deum precibus obtinuit, vt Eucharistiam veluti cœlestem cibum sumeret: *Quo percepto*, inquit Thomas, *octo diebus continuis miraculum predicans, sed omnem corporeum cibum renuens superuixit, & tandem salubris lauacri completo tempore & incredulitatem pristinam validis delens gemitibus obdormiuit in Christo.*

f Th. Vvald. t. 1. c. 62.

Cōfirmata prodigio eucharistiæ veritas.

19. 20 In Castella dum in oppido, cui Godoioara nomen est, pius sacerdos ordinis fratrum Minorum de sacra Eucharistia concionaretur, crux niuei coloris in cœlo apparuit, qua visa centum & viginti Iudæi Christo nomen dedere: qua de re Ferdinando Regi Aragonum consulenti B. Vincentium Ferrerium confirmatam cœlesti illo miraculo orthodoxam de Eucharistia fidem, quam Minorita commendabat, respondit vir sanctus g, de quo hæc narrat Nicolaus Clemangius h in literis ad Reginaldum de Fontanis: *Mirum*, inquit, *esse, vt arbitror, non negabis, quod repente Italiam ingressus linguam gentis nouerit. Et si id mirandum non putas, audi quod mireris. Ita ille verbis vtitur Italicis, vt non minus quam Italici alienigenæ vniuersi, nullo etiam cum Italica lingua consortio sociati, omnia capiant. Audini Germanum confirmantem se omnia integerrime percepisse, non minus, quam si sua fuissent prolata sermone. Ego qui Italicum sermonem vix ad dimidium intelligo, atque sua atque tua verba me intellexisse profitetur. Denique inter egregias ac varias laudes viri istius res illa eximia laudis culmen assequitur, quod sua nequaquam cum vita pugnat oratio, &c.*

g Extat apud Diez hist. l. 2.

h Nic. Clemang. ep. 118 ad Reginald. de Fontanis S. Vincentium Ferrerium. Loquentē vno linguę genere lingua dissoni intellexere.

21 In Gallijs instauratum est inter Aurelianenses & Ioannem Burgundiæ ducem vetus bellum i: Angluique ex eo auctus animis in Normanniam irrupit, suique terrore Gallos ad pacem fugacem & infidam compulit: inter quæ Christianorum bella Mahometes proterebat latius imperij Turcici fines, cum enim Sigismundus Romanorum & Hungariæ Rex in Italiam, vti diximus, accessisset adulto superiori anno, Turcæ hoc ineunte in Hungariam irrupere, ac ferro flammaque in obuios sæuierunt: Caramanus etiam expeditionem confecit k in Venetos, atque in Euboeam immisit classem, quæ arcem Modoniam ad deditionem compulit, ac mille & octingentos Christianos abduxit in seruitutem.

Bellum recrudescit inter Aurelianēses & Burgundū.

i Iun. Vrsin. in Car. VI. hoc ann. & Mēstr. vol. 1 c. 115. 116. ad 125.

Mahometes I. irrūpit in Hungariam.

k Dlugoss. Vsin. in f. Euboea vallata a Caramano

IESV CHRISTI
Annus 1415.

Indict. 8.

Sedis Vacantis Sigismvndi Rom. Regis 5. annus 1. Emmanvelis II. Imp. Or. 32.

Constātiēsi cōcilio auctoritatem tribuit Gregorius.

1 AVctoritatem attribuit Gregorius XII. solemnibus episcoporum cœtibus Constantiæ habitis, vt concilij œcumenici nomine & dignitate insignirentur, non vt a Balthasare Cossa, sed vt a Sigismundo Rege Romanorum congregatis: qua de re e Carolo Malatestæ toparchæ Ariminensi ac nonnullis alijs hæc mandata dedit: vt Constantienses cœtus modo ijs Ioannes non præesset, confirmarent, seque ad pontificalem dignitatem abijciendam maxime comparatum protestus est, modo eo dimisso gradu discissæ Ecclesiæ partes redintegratæ sub vnico vniuersali pastore coalescerent.

e Ex. apud Io. XXIII. l. vtr. ep. cur pag. 291.

Cur præesse desierit Ioānes cōcilio Cōstantiensi.

2. 3 Non præfuit itaque posthac Constantiensi concilio Ioannes, cum vel non esset Pontifex, vel controuersus, & visum esset patribus, vt arcanis eorum consessibus non interesset, ne redintegrandam ecclesiarum coniunctionem disturbaret artibus suis; quas graphice ita depingit Theodoricus Niemius l, nempe noctu sibi addictissimos accersere consueuisse, absoluisseque a periurij nota, vt quæ præcedente die agitata erant panderent: quorum proditio vbi in lucem erupisset in ius vocati repente discessere. Tum narrat auctor vt de Ioannis criminibus quæstio habita sit, quæ ille partim afficta, partim vera agnouit, sed ob nullum crimen nisi ob hæresim Pontificem gradu moueri posse addidit. Annitebatur m autem omni studio & contentione, vt pontificatum, Gregorio & Benedicto honore dejectis, sibi assereret, Regesque Aragonum & Castellæ ad se pelliceret; atque adeo vt Pisani conuentus acta in Constantiensi synodo corroborari satageret: sed ab ea discrepabant sententia patres vna cum Sigismundo aliorumque Regum oratoribus, eoque tendebant ipsorum studia, vt firma perpetuaque

l Niem. in vit. Io. XXIII.

m Acta m. s. conc. Cōst. in bibl. encycl. Pisana acta cōfirmare annituntur.

que pax in Ecclesia, spretis vel Ioannis, vel Gregorij, vel Benedicti commodis, constitueretur, ac momentaneo illorum honori diuinam gloriam anteferrent; sicque, cum iam ante, dum Pisis solemnes conuentus agebantur, sancitum fuisset abdicanda tam a Gregorio quam a Petro de Luna pontificia insignia; ita tum decreuere id non modo ab illis, verum ab Ioanne quoque exigendum; quem primum vrgendum putauerunt, vt qui æmulis auctoritate antecelleret, ipsos ad spontaneam controuersi fastigij abdicationem suo exemplo primus alliceret: ab inquisitione vero in ipsum tunc absistendum censuerunt, ne nouas turbas excitarent, vtque breuioris viæ compendio ad optata peruenirent: *Ad quod*, inquit Niemius a, *ipse lato animo, obseruata tamen ex industria quadam gravitate, respondit se facturum, quod peterent, dum tamen ipsi alij duo contendentes idem facere vellent. Maluit enim illam viam per se, vt existimo, amplecti, quam predicti articuli ad eius deuotionem a papatu admissi & probati fuissent: & dum predictum concilium illam oblationem ab eodem Balthasare reportasset, facta fuit hic magna latitia in clero & populo.* Qua de re a Sigismundo & Cardinalibus atque alijs actæ illi maximæ gratiæ; constitutumque fuit, vt proxima illucescente die, nempe secunda martij in publica sessione promissa repeteret. Confecta b res est vti decretum fuerat, ac nuncupato solemni sacramento in Præsulum cœtu eadem secunda martij die habito Ioannes ad id se obstrinxit, modo Gregorius & Petrus de Luna pontificalia insignia ponerent, vel vita functi essent; ac dum concipiebat hæc verba: *Spondeo, promitto, voueo, & iuro Deo*; submisit genua, manumque admouit pectori. Quo peracto Romanorum Rex assurrexit e solio, atque ante Pontificem nixus genibus, coronam posuit, Ioannisque pedibus libato osculo, suo & concilij nomine grates egit, quas etiam nomine præsulum exoluit patriarcha Anthiochenus: deinde repetito hymno: *Te Deum*; diuinæ laudes decantatæ: de quibus a tabellionibus confecta publica monumenta c. Visum etiã deinde est patribus in Ioannis sponsione aliquos latere laqueos, cum fieri posset, vt adiecta lex ad exitum non perduceretur, vti contigit; neq; enim pertidus Petrus de Luna schismatis maximus propagator vnquã pontificalia insignia positurus erat; itaque alia illos meditatos esse retert Theodericus Niemius d; vt demum dato diplomate hæc Ioannes sponderit.

4 *Ego Ioannes Papa XXIII. propter quietem totius populi Christiani profiteor, spondeo, & promitto, voueo, & iuro Deo & Ecclesiæ & huic sacro concilio franco & libere dare patem ipsi Ecclesiæ per viam meæ simplicis cessionis papatus, & eam facere & adimplere cum effectu iuxta deliberationem præsentis concilij, si & quando Petrus de Luna Benedictus XIII. & Angelus Coranio Gregorius XII. in suis obedientijs nuncupati papatus, quem prætendunt, per se vel procuratores suos legitimos similiter cedant, & etiam quocumque in casu cessionis vel decessus aut alio, in quo per meam cessionem poterit dari vnio Ecclesiæ Dei ad extirpationem præsentis schismatis. Dat. Constantiæ* VI. *non. martij pontificatus nostri anno* V.

5 Sponsionem autem hanc a Ioanne eblandita synodus ad Gregorium & Petrum de Luna ad idem permouendos vertit studia: nec difficilem se præbuit Gregorius, qui Carolo Malatestæ sibi addictissimo potestatem fecit, exarato diplomate e VI. idus martij, vt in concilio ipsius nomine pontificatum poneret; qua de re inferius recurret mentio. At Petrus de Luna homo peruicacissimus, qui Castellæ & Aragoniæ Regum obsequio, & viribus nitebatur, grauiorem exhibebat molestiam: ad quem redigendum ad officium constituit, assentientibus patribus, Sigismundus cum Ferdinando Rege Aragonum in colloquium venire. Tum nouæ a Ioanne motæ sunt difficultates a quibus dimittere concilium non perfecta ecclesiarum coniunctione annitebatur: sed domum perruptis contrarijs obicibus, promulgauit suo diplomate nihil in synodo Constantiensi nouandum esse, quod paci ecclesiasticæ instaurandæ aduersaretur, donec id colloquium solutum foret; dummodo vicissim Petrus de Luna nil contra Ecclesiam nouaret.

Exiguo tamen temporis flexu nouæ rerum conuersiones a Ioanne XXIII. factæ, cum enim ille varijs artibus clam dissoluere concilium parasset, pluribus etiam præsulibus ad secessionem meditantibus; cæteri vero accensi ecclesiasticæ pacis confirmandæ pio studio, cum Sigismundo edixissent, ne cuiquam Constantia discedere liceret, Ioannes eorum sententiam perfidiæ accusare cœpit, qui daram fidem publicam violarent: tum, vt refert Theodoricus e Niemius, Fridericum ducem Austriæ, vt ab eo Constantia educeretur exciuit, fixitque valde noxium suæ valetudini esse Constantiense cœlum: cumque Sigismundus Cæsar illum conuenisset, ac finitima loca amœnissima ad captandum puriorem aerem offerret: *Respondit*, inquit Theodoricus, *quod nullatenus nisi dicto concilio dissoluto ab hinc recedere vellet, credens forte quod eo recedente ab hinc illud dissolueretur omnino.* Ad illud itaque dissoluendum cum patres a constanti mente propagandi concilij, donec ecclesiarum coniunctio redintegraretur, dimouere non potuisset, simulato cultu regiam custodiam fallere, ac fugam capere decreuit. Vt autem inuidiam, quam apud omnes bonos contraxerat, a se remoueret, finia vulgauit licere is, non retinendi pontificij aplcis cupiditate abscessisse Constantia, sed vt sibi pontificium cultum sine libertatis detrimine exuere liceret.

6 At patres ad eludendas eius & sectatorum fraudes sessionem d tertiam XXV. martij peregere, cui Petrus tit. S. Chrysogoni presbyter Cardinalis Cameracensis præfuit. Post Missæ sacrificium atque habitam a Cardinale Florentino piam orationem, vt cuncti abciisso rerum omnium respectu diuinæ studerent gloriæ, promulgata fuere decreta, quibus concilij auctoritas constabilita est, ac sancitum non dissoluendum esse, nec transferendum donec sublatis intestinis dissidijs, Ecclesiæ pax restitueretur. Abhorrebat certe ab omni ratione, vt Ioannes ad retinendam ambiguam dignitatem dissoluto concilio schisma propagaret, nec posset synodus, sublatis de pontificatu controuersijs, Pontificem non ambiguum vniuersali Ecclesiæ præficere; maxime cum ipse Ioannes Pisani comentus auctor aduersus Gregorium contendisset, Pontificem ambiguum esse quasi nullum, non aliter quam id, quod ignoratur an sit consecratum, pro non consecrato habetur.

7. &c. Itaque in præsenti controuersia, an Ioannes Pontifex ambiguus vel nullus concilio œcumenico esset superior, vt ad illius imperium dissoluendum foret concilium Constantiense, an contra illius imperia propagari deberet, donec schisma penitus excinderetur, in quarta sessione trigesima martij die noua sanctio edita ad synodi Constantiensis pro redintegranda ecclesiarum coniunctione congregatæ aduersus Pontificem, & duos pseudopontifices decertantes de pontificatu corroborandam auctoritatem, quam ipsi Christo nullius medij beneficio retulerunt conceptis hisce verbis: *Declarat quod ipsa synodus in Spiritu sancto congregata legitime, generale concilium faciens, Ecclesiam catholicam militantem repra-*

a Niem. vbi sup.

Decretum nil nouandum esse in concilio.

b Nie. in vit Ioã. XXIII.

Dux Austriæ a Ioãne excitus ad carpendam fugã.

Pallaces Ioãnis pollicitationes de tollendo schismate. Pereunt eius dolus.

Fugam infamem corripit.

c Ext. in act. m. s. concilij.

Sess. 31.

d Acta sess. 3

Iniquissima Ioãnis causa.

Scrutinium controuersiæ an Papa sit supra vel infra concilium qualis extiterit. Sessio IV.

Cõcilij auctoritas supra cõtrouersos Pontifices.

a Niem. vbi sup. Actum potius vt contendentes tres cederent.

a Nie. in vit Io. XXIII.

Quæ lex fuerit a Ioãne adiecta.

b Acta concil Constan. in sess. 11.

Quo ritu actæ illi a Sigismũdo gratiæ.

Qua forma fuerint cõceptæ. *c Ext. vbi sup. cur. p. 1. ex etiam in act. Constit. concil. m. s. sess. 2.*

d Nie. in vit Io. XXIII Visa est patribus Ioãnis sponsio ambigua. Concepta a Ioanne abdicationis formula.

Synodus Gregorii & Petrum e Luna ad ponẽda põtificalia insignia vrget. *e Ext. in act. conc. Constit. sess. 14.*

Sigismũdi labores pro flectẽdo Petro e Luna

repræsentans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet, cuiuscumque status vel dignitatis, etiamsi papalis existat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti schismatis, et reformationem generalem Ecclesiæ Dei, in capite et in membris. Quæ verba si suis librentur ponderibus, ad constantiensem synodum restringenda sunt.

Sed Ioannes adducere concilium in inuidiam nitebatur, quasi suam auctoritatem Pontificibus sine vllo discrimine prætulisset; quocirca præsules Con-
a Acta concil Cōstan. sess. 5 stantienses idem decretum in sessione v. [a] cum iam Ioannes Scaphusa Lassemburgum abijsset, renouarunt repetitis ijs verbis: *In his, quæ pertinent ad extirpationem dicti schismatis*; quæ demonstrant de
Cōrraxere patres decreti vim ad tempus schismatis. ijs tribus locutos, qui pontificia insignia per id tempus gerebant, quorum tum apud plerosque controuersa erat auctoritas; cuius quidem sanctionis vis exercita est, cum Ioannem ab iure pontificatus depulere, vbi Gregorius vna cum suis, papali dignitate deposita, se Constantiensibus coniunxit, & proximo anno postquam Hispaniarum ecclesiæ se illis etiam aggregassent; quo tempore œcumenicum concilium summo omnium consensu agnitum est, iterum eadem sanctio suum robur tenuit, cum Petrum de Luna decretoria sententia damnarunt. Sanctum etiam in eadem quarta sessione fuit, Romanam curiam Constantia Ioannis imperio non abducendam, sed suis muneribus pontificios administros in eadem vrbe perfuncturos, & si quæ censuræ a Ioanne intligerentur, ea rescissæ sunt. Constitutum etiam, si quos Ioannes sacra purpura donaret, eos in Cardinalium numero non habendos; quibus decretis omnes peruersæ Ioannis molitiones elisæ fuerunt. Cumque patres vrgerent Ioannem, vt vel rediret Constantiam, aut saltem Scaphusa non abscederet, mox ille Scaphusa in Basileensis agri oppidum, cui Lessemberch nomen est, se recepit XV. aprilis die, vt duci Austriæ patrocinio tutus deliresceret; accersitoque tabellario promulgauit sibi vim Constantiæ ad ea a quibus abhorreret promittenda illatam. Iniecta itaque ab eo est vniuersæ Ecclesiæ offensio grauissima; quocirca Constantienses patres
b Extat in act. eius post sess. 5 encyclicis literis [b] vniuersis Christifidelibus totius rei gestæ seriem accuratissime significarunt.

Sessio v. 14 Habita vera est sexta aprilis die sessio quinta, in qua ad infringendas Ioannis improbas molitiones iterum decretum in sessione quarta editum
c Acta conc. Cōstan. sess. 5 instaurarunt [c], ac pontificiæ curiæ munera obeuntes Constantia discedere vetiti. Præterea promuntiatum præsules suis ecclesijs non pellendos vel ad alias traducendos, vel quoscumque suis exuendos sacerdotijs ob nauata concilio studia; promulgatumque est Ioannem pontificatu se abdicare debere. Præterea expositum fuit ab Andrea Poznaniensi patribus de exorando Sigismundo Rege, vt Ioannem ad Constantiensem synodum reducendum curaret & facta Ecclesiæ promissa impleret. Describit Ioannis varia itinera vel trepidas cursitationes Theodo-
d Niem in vit. Io. XXIII. ricus Niemius [d], consensis nimirum equis Lanssenbergio tribus tantum comitibus stipatum prouolasse Friburgum, indeque Brisacum oppidum; tum varias coitiones tentasse, vt opera ducis Burgundiæ Auenionem deduceretur: tum Nuemburg cultu immutato aufugisse, sed orto statim rumore, quamuis fallaci Sigismundum, ipsum in eodem loco obsidere decreuisse, timore perterritum Friburgum redijsse; subditque auctor mox Friburgum accessisse ad ipsum amplissimos concilij legatos nimirum duos Cardinales plureſque episcopos, ac postulasse, vt procuratoris opera gradu pontificio in concilio cederet. Ioannem vero acerbe respondisse, ac procuratori abdicationis formulam per Beltholdum Vrsinum comitem Constantiam misisse: sed non idoneam a concilio habitam fuisse.

15 Die decimatertia aprilis composita fuit formula de abdicanda procuratoris opera ab Ioanne pontificia dignitate controuersa, quæ formula in sessione sexta XVII. aprilis die a patribus confirmata est, ac pronuntiatum a Ioanni ab ea sponsione discedere non licere: tum etiam ex singulis nationibus designati procuratores, quos Ioannes constituturus esset. *a Acta typis cusa sess. 6.*

16 Lectæ etiam in eodem cœtu datæ a Parisiensi academia ad nationis Italiæ præsules Constantiæ existentes literæ [b], vt Ioannem ad Constantiam reperendam permouerent, cum non sine maximo rei Christianæ discrimine diffidere posset; tum
b Ext. in act. Const. concil. sess 6. aliæ [c] ad Ioannem, vt posita papali intula ad ecclesiarum componendum fœdus incumberet, ex quibus pauca hæc delibamus: *Si vera mater probatur per Salomonem* [d] *quod maluit materno carere titulo quam puerum permittere funestæ sectioni, quanto magis summus Pontifex paternam affectionem patefecerit si Ecclesia iamdiu lamentabiliter diuisa redintegrationi sunum dominatum postabuerit atque præsidentiam?* Non doctorum Parisiensium monitis, nec præsulum studijs Ioannes flecti potuit, vt Constantiam rediret.
c Extat ibid.
d 3. Reg. c. 3 Graue argumentum pro abdicatione cedentium vigeuda.

Iudiciaria actio instructa in Ioannem.

Iudiciario igitur ordine in Ioannem agendum visum est, vtpote qui concilij iudicium nullatenus declinare posset, cum Pisani conuentus auctoritate illius pontificatus niteretur. Coactis itaque ad publicam sessionem septimam die XI. maij præsulibus, in Ioannem, vt propagatorem schismatis [e], edicti formulam proposuere [f]. Præfidebat ipse Friderici ducis Austriæ, cum quo ante Constantienses conuentus cœptos nefarias coitiones fecerat [g], armis concilij piam solicitudinem eludere; sed Sigismundus Romanorum & Hungariæ Rex pio studio accensus bellum Austriaco intulit [h].
Sessio VII. Fridericus Austriacus in crimen cum Ioāne adductus.
e Acta conc. Cōstan. sess 7
f Extat ibid.
g Ext. in act. eius de re concil. lit.
h Acta concil Constan. post sess. 8.

17 Paulo post Fredericus belli mole territus pacem a Cæsare petijt. Missi itaque fuere a concilio quatuor præsules, qui Fridericum ad regium conspectum venientem consociarent. Adductus vero ille ad Sigismundum nixus genibus veniam de concilio regeque læsis poposcit, seque ac vniuersam ditionem regiæ potestati permisit pollicitus Ioannem Pontificem & aulicos Constantiam se reducturum, quorum tamen incolumitati, rebusque cautum deprecabatur. Miratur Niemius subitam hanc rerum conuersionem, ac diuinam quandam vim rexisse concilium Constantiense suspicit, cuius opera Ioannes ad officium redigi potuerit [i]. Vt vero redactus demum fuerit in potestatem concilij idem, qui Burgundicis armis in Gallias euadere se posse putauerat, dicetur interius.
i Niem. in vit. Io. XXIII.

18. &c. Interea cœpta in eum iudiciaria actio vrgenda [l] visa est; in sessione itaque nona XIII. die maij ea lis repetita, nec Petrus Cameracensis, Guillelmus S. Marci presbyteri, Franciscus Florentinus diaconus Cardinales, quos Ioannes rogarat literis, vt procuratorio nomine pontificiam causam in synodo tuerentur; id onus admittere voluerunt, atque a synodi causarum actore propositum est eam causam procuratorio nomine non agendam, sed ipsummet Ioannem ad purganda imposita crimina producendum. Tum decima sexta maij propositum est publicum edictum [m], quo Ioanni denuntiatum est, vt testibus de ijs, quæ in accusationis libello exarata erant, interrogandis præsens adesset, causamque diceret, ob quam eo iudiciorum ordine in ipsum agendum non esset. Referuntur vero a Gobelino Persona [n] accusationū capita Ioanni obiecta, quæ in libel-
Sessio IX. *l Acta concil Cōstan. sess. 9*
m Acta ut. s. post sess. 10.
n Gobelin. in cosmodr. c. 6 cap. 94. Scilio 21.

libello ab Henrico Petro & Ioanne Scribanio concilij causarum actoribus compacto inferroque sessionis 21. actis describuntur; ad quæ probanda se admitti petunt hisce verbis adiectis: *Citra omnes superfluas probationis*.

al. Ann. 3. p. tit. 28. c. 6. §. 11. Nauil gen. 38. ex actis conc.

21 Interea Fridericus Austriæ dux, vti sacramento se obstrinxerat, Ioannem e fuga reuocauit a; ac iudiciaria actione de moribus & gestis instituta obiecta sunt quinquaginta quinque criminum capita ob quæ pontificatu deturbandus esset. Extant ea de re in actis typis cusis publica monumenta b, in quibus fertur Ioannem eodem vsum responso, implorantemque misericordiam recensuisse quæ pro Ecclesia gessisset; tum suum turpem recessum damnasse, culpamque sibi morte acerbiorem esse protestatum.

b Acta typis cusa post sess. 12.

22. 23 Cum itaque hæc ad quatuor nationum præsides referrentur, ea Ioannis demissione deliniti, sententiæ acerbitatem mitigandam, consulendumque illius honori censuerunt. Cæterum præsules, qui Ioannis custodiæ apud Cellas præerant, concilij nomine ipsi significarunt c, iudicium decretorium ad vigesimam nonam maij diem extractum. Deinde decretoria in eum a Martino Atrebatensi episcopo hæc sententia perlecta: *Sacrosancta generalis synodus*, & infra, *pronuntiat*, , *decernit*, & *declarat*, *recessum per dominum Ioannem Papam XXIII. ab hac ciuitate Constantiensi & dicto sacro Constantiensi concilio generali clandestine & de nocte hora suspecta in habitu dissimulato & indecenti factum, fuisse & esse illicitum, Ecclesiæ Dei, & dicto concilio notorie scandalosum, pacis & vnionis ipsius Ecclesiæ turbativum & impeditivum, schismatis inueterati nutritivum; a voto, promissione & iuramento per ipsum dominum Ioannem Papam Deo & Ecclesiæ & huic sacro concilio præstitis deviativum, ipsumque dominum Ioannem simoniacum notorium, bonorumque & iurium, tum Romanæ, sed aliarum ecclesiarum plurium, & aliorum locorum piorum dilapidatorem notorium, tam in spiritualium & temporalium Ecclesiæ administratorem & dispensatorem fuisse & esse suis detestabilibus, inhonestis, vita, & moribus, Ecclesiam Dei & populum Christianum notorie scandalizantem, ante eius assumptionem ad papatum & post vsque ad ista tempora, ipsumque per præmissa Ecclesiam Dei & populum Christianum notorie scandalizasse & scandalizare, postque monitiones debitas & charitatiuas iteratis & crebris vicibus eidem factas in præmissis malis & arrogantia pertinaciter perseuerasse, sique ex hoc notorie incorrigibilem reddidisse, ipsumque propter præmissa & alia crimina in processu dicta causa contra eum deducta & contenta tanquam indignum & inutilem & damnosum a papatu, & omni eius administratione spirituali & temporali amouendum, priuandum, & deponendum fore, & cum hoc dicta sancta synodus amouet, priuat, & deponit; vniuersos et singulos Christicolas cuiuscumque status, dignitatis, vel conditionis existant, ab eius obedientia et fidelitate et iuramento absolutos declarando; inhibendo insuper vniuersis Christifidelibus, ne eundem, vt præmittitur a papatu sic depositum de cætero in Papam nominent, aut illi tanquam Papæ adhæreant, seu quoquomodo obediant, etc.* Qua sententia lata Ioannes episcopus Ostiensis Cardinalis Viuariensis concilij præses vniuersos compellauit, vt si quis celsioris inferioriue dignitatis claro obscuroue genere natus sententiæ aduersaretur, assurgeret causamque diceret; secus eius silentium consensus vice habitum iri: ac nemine contra mutire auso, idem Ostiensis episcopus sacri Cardinalium senatus nomine ratam habuit sententiam, nationumque præsides singuli earum auctoritate confirmarunt; tum productum est Ioannis papale sigillum, atque

c Extat de re instrum. XXVIII. adit. in act. in f. ibid. post sess. 12. Lata in Ioannem sententiæ formula.

Crimina capita.

Pontificatus iure priuatur.

Abolita Ioannis insignia.

imperio concilij ab Arnoldo aurifice diffractum, illiusque gentilitium stemma deletum, ac pristinum Balthasaris nomen ipsi redditum.

24 In eadem sessione facta fuere duo decreta: alterum ne Cardinales sine concilij imperio ad nouum Pontificem creandum suffragia ferrent, ac si tenderent contra, denuntiatum, abrogatam ea in re fore ipsorum auctoritatem; alterum ne vnquam Balthasar Cossa aut Angelus Corarius, Petrusue de Luna ad papales apices vocentur, & anathematis terror non pariuris intentatus. Legati etiam ad Balthasarem ipsum fuere nonnulli præsules, vt decretoriam ei sententiam exponerent, ac si quid luberet in illam obijcerent: petito temporis interuallo ipsi assensit; qui libens de quocumque iure, quod ad pontificatum fingi posset, decessit: de quo publica tunc confecta monumenta a. Ipse vero a Sigismundo traditus est b Ludouico comiti palatino Rheni, a quo in munitam aliam arcem traductus est, septusque custodia in qua honestissime habitus est.

Cardinales vetiti sine cõcilij imperio electionẽ tentare.

Lecta Balthasari sententia.

a Extat de eo in n. f. actis post sess. 12. b Ext de eo in n. f. actis post sess. 12.

25 In sessione XIII. peracta quintadecima mensis iunij die perorantibus concilij causarum actoribus aduersus hæreses, quæ in nonnullis orbis partibus pullulabant, atque impios aliquos sacerdotes, qui laicis vetere ritu abiecto, sub vtraque specie, vel etiam post cœnam nullo vrgente morbo Eucharistiæ sacramentum porrigebant, coercendos synodali sententia postulantibus, sancitum c est illos, qui vetus Latinæ ecclesiæ institutum temerarent, constitutis in hæreticos pœnis afficiendos. Deinde renuntiati fuere ex singulis nationibus lectissimi iudices, qui causas eorum cognoscerent, qui de hæresi postularentur, ac Ioannis Hus causa iam ante agitata excuti accuratius iussa.

Sessio XIII. Inducti a nouatoribus ritus in porrigẽda Eucharistia.

c Acta sess. 13.

26. 27 In sessione decima quarta productæ sunt Gregorij XII. literæ d exaratæ Arimini III. id. martij pontificatus anno nono, quibus ille Ioanni Dominico tit. S. Sixti presbytero Cardinali, Ioanni patriarchæ Constantinopolitano designato nuntijs, Vvernero archiepiscopo Treuerensi, Ludouico comiti palatino Rheni, & Carolo Malatestæ Arminiensi. toparchæ prouinciam dederat, vt concilium Constantiense confirmarent, ea lege vt Balthasar æmulus non modo illi non præesset, verum ab illo prorsus remoueretur. Cum itaque prædicta rerum conuersione id actum esset, Ioannes Dominicus concilium Gregorij nomine Constantiæ celebrandum indixit, auctoritateque pontificia constabiliuit; tuncque sanctio edita fuit e, qua fidelium multitudinem, quæ Ioannem XXIII. agnouerat, & alteram quæ Gregorium XII. coluerat, sub vno capite Christo mutuo fœdere coalescere promulgatum est. Abrogatæ dein fuere sententiæ, quæ antea a Ioanne in Gregorium & sectatores, vel ab hoc in Ioannem latæ: tum pristina munera dignitatesque ijs, qui Gregorium coluerant confirmata. Sancitum etiam vt in publicis monumentis nulla de Romano Pontifice aut sede Apostolica facta mentione, annus Regis Romanorum ascriberetur.

Sessio XIV. *Acta sess. 14.*

Difficillima pena a Gregorio pro confirmando cõcilio præter spem obtigere.

d Extat in act. sess. 14. Para quæ Gregorij & quæ Ioannem erant sequutæ cõiuncta sunt

His gestis Ioannes Dominicus Cardinalium cæterorum osculo & amplexu exceptus, inter Franciscum Venetum & Antonium Aquileiensem presbyteros collocatus est. Deinde diuina peracta re Carolus Malatesta, cui a Gregorio deponendi eius nomine pontificatus commissa fuerat procuratio, perlecto eiusdem Gregorij ea de re diplomate a concilio postulauit, an tum cedere gradu conduceret; an vero rem ad Petri de Luna abdicationem extrahere; rogatisque sententijs responsum Constantiæ abdicationem eam faciendam, antequam

Actum an abdicatio Gregorij foret extrahenda. Responsũ non differendam.

Nicienſe colloquium celebraretur, experiretúrue ſyn dus an Petrus de Luna pontificia inſignia ponere vellet. Carolus itaque Malateſta habita oratione ex propoſito themate: *Facta eſt cum angelo multitudo militiæ cœleſtis*; hac formula Gregorium pontificatus iure abeuntem induxit: *Pure, et libere, et ſincere procuratorio nomine ſanctiſſimi domini noſtri Gregorij Papæ XII. in nomine Patris, et Filij, et Spiritus ſancti renuncio et cedo expreſſe in his ſcriptis realiter et cum effectu iuri, titulo, et poſſeſſioni quod, quem, et quam, ipſe habet in papatu, et reſigno nomine præfati domini noſtri papatum et omne ius papatus, titulum, et poſſeſſionem, quod, quem, et quam habet coram domino noſtro Ieſu Chriſto, qui Eccleſiæ ſuæ ſanctæ eſt caput, et ſponſus in hac ſacra ſynodo, et vniverſali concilio ſanctam Romanam et vniverſalem Eccleſiam repræſentante.*

Formula ceſſionis Gregorij.

28 Admiſit eam Gregorij abdicationem ſynodus, & diuinas laudes ob conciliatam feliciter coniunctionem Deo perſoluit. De qua abdicatione meminit cum hoc inſigni elogio S. Antoninus a: *Gregorius, vir ſanctus, vtpote qui Eccleſiæ & vnionem & reformationem ſemper optauerat, per Carolum Malateſtam procuratorem ad hoc ſuum omni iure ſuo, quod in papatu haberet, renunciauit ſolemniter, hoc petentibus congregatis in concilio, & expedire vnioni faciendæ indicantibus.* Confirmata etiam tunc fuere omnia Gregorij geſta, quæ a ratione non abhorrerent, ac pronuntiatum ſanctionem de non eligendo iterum Gregorio, non ad ipſius ignominiam tamquam idoneus pontificatui eſſe non poſſet, ſed pro Eccleſiæ pace editam fuiſſe. Illum etiam, atque alios ipſius partium Cardinales ſacro ſenatui aggregauit, decreuitque, vt in epiſcoporum Cardinalium numero ſupremum poſt ſummum Pontificem locum teneret, ac Picena legatione donec ſuperſtites eſſet potiretur.

a S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 4. §. 2. Commẽdatur Gregorius a S. Antonino.

Gregorij geſta confirmata.

29. 30 Cauit etiam ſynodus Angeli quieti, ne vlla vnquam lis de ijs, quæ in pontificatu geſſerat, ipſi moueretur, omnique onere reſpondendi in iudicio abſolutum pronuntiauit. His addit Theodoricus Niemius b: *Die tertia menſis auguſti venerunt nona ipſi concilio quomodo Angelus Corarius olim Gregorius Papa XII. nunc epiſcopus Portuenſis, poſtquam intellexit ceſſionem ſui papatus per dictum dominum Carolum de Malateſtis procuratorem ſuum ad hoc per eum ſolemniter conſtitutum publice factam, vt ſuperius tactum eſt, conuocatis ſuis curialibus & Cardinalibus, nec non prælatis & clero, qui ſibi vt Papa tunc adhærebant & credebant in partibus illis, in publico conſiſtorio gaudenter & ſponte approbauit, laudauit, & confirmauit omnia in ea parte geſta, pro ipſo per dictum Carolum. Quo facto illico depoſuit mitbram pontificalem, necnon colobium, & omnia pontificalia, ſeu inſignia papalia, etiam ibidem præſentibus omnibus, cum ſolemni proteſtatione, quod illa nunquam de cætero reſumere vellet; immo omni modo, quo poſſet procurare intenderet, quod præfata vnio fieret in Eccleſia vniverſali.* Hoc ille facto eximio calumnias ſibi aſperſas deterſit, laruamque Petro Lunano antipapæ detraxit, vt ab omnibus poſthac impoſtor agnoſceretur. Ipſe vero, vtpote ſenio confectus, haud diu poſt viuere deſijt c.

Liberatus conciliari decreto reſpondendi in iudicio onere.

b Nil in vit. Io XXIII. Gregorius ſolemni ritu inſignia pontificia cũ gaudio deponit.

c S. Ant. 3. p. tit. 22. cap. 4 §. 2. Naucl. & alij.

Petrus autem Lunanus, qui antea tot mendaciorum fucis vulgauerat Gregorij culpa accidiſſe, ne in Saonenſi indicto conuentu pax Eccleſiæ reſtitueretur, quamuis Gregorius egregium demiſſionis exemplum ei præbuiſſet, aperto ſcelere ſchiſma extrahere niſus eſt; adeo vt etiam ſuis fuerit horrori. Ad frangendam vero eius pertinaciam in prædicta ſeſſione XIV. edita ſanctio eſt, quamuis Petrus ipſe voluntariam abdicationem pluries nuncupato ſacramento ſpopondiſſet, & etiamtum omnium expectationem deluſiſſet, eum concilij nomine miſſis oratoribus conueniendum, vt excurrente decem dierum interuallo, nullis additis ambagibus pontificalia inſignia poneret: ac ſi id abnueret, graues in eum pœnæ decretæ fuerunt.

Mendacia Petri e Luna ſchiſmatis culpam in Gregorium reijcientis.

Petrus ipſe in iudicio vocatur a concilio.

31 Nec modo ad ſchiſma extinguendum, verum ad Ioannis Vvicleffi & Ioannis Hus hæreſes excindendas omni ſtudio patres incubuere. Acceſſiſſe traduntur Conſtantiam Ioannem Hus, ineunte nouembri ſuperioris anni, cum primum præſulum cœtus iniri cœpti ſunt (accepta, vt aiunt, a Sigiſmundo fide publica) vt ſe in celeberrimo illo totius orbis Chriſtiani theatro oſtentaret; atque inuidiam, quam in ſe ex impietate concitauerat, in aduerſarios detorqueret: ſed illum inſanæ ſpes fefellerunt; nam, vt Cochæus narrat a terrore perfuſus fugam capeſſiuit. Conſtantienſis itaque conſul forenti, ſatellitio ſtipatus fugientem inſecutus eſt, atque in ſtramine quo currus erat onuſtus latitantem comprehendit.

Ioannes Hus hæreſiarcha cõparet in concilio.

d Cochl. hiſtor Huſſ l. 2. Io. Naucl. p. 2 gen. 48. & alij. Cõprehenſus in fuga

32. 33 Iactata tum multa fuere ad Ioannis Hus efferendas partes, confiandamque ſynodo inuidiam, ex quibus tamen facile æquitas patrum effloreſcit, ac veritas hiſtoriæ magis enitet: non enim Sigiſmundus ita illius ſe incolumitatem tuaturum ſpopondit, vt ſi nouæ hæreſeos auctor foret, neque ea damnata ex ſynodi œcumenicæ ſententia orthodoxam fidem profiteretur, legum ſeueritati non ſubeſſet: id quod ex ipſius Sigiſmundi ſupplici ad præſules libello conſtat, cum de fide tantummodo Ioannem Hus vocari in iudicium popoſcit, qui ſi erraret, ex ſynodali decreto errorem deponeret. Si ergo Ioanni Hus regia ſyngrapha non profuit, ſibimet culpam aſcribat: qui enim illam acceperat, vt ſe de hæreſis crimine in ſynodo purgaret, vel illius ſtaret ſententiæ, regiam fidem fefellit, illuſitque Sigiſmundo, dum concilij ſententiam contempſit, quocirca Rex idem tuendi Huſſi incolumitatis onere ſolutus eſt, vt demonſtrat Ioannes Cochæus aduerſus hæreticum ſcriptorem hiſtoriæ Ioannis Hus: *Addit*, inquit, *Regem promiſiſſe ſcripto ſalvum conductum, ad ſecure eundum illuc, redeundum inde in Boemiam: Verum hoc non reperitur in formula ſalui conductus, quam mox ſubiungit.* Et infra: *Sed eſto, quod promiſerit Rex etiam ad redeundum ſalvum per omnia conductum, non erat Rex maior Deo, nec fide, nec iuſtitia, neque concilio. Fecit ergo quantum decuit, aut licuit.* Hæc ille.

Sigiſmũdi omni violatæ fidei labe immunis.

34 In ſeſſione decimaſexta renuntiati b ſunt iudices e ſingulis nationibus ad eiuſmodi cauſam cognoſcendam ſpectatiſſimi viri; ex quibus conſtat non impetu, ſed magna conſilij adhibita maturitate diſcuſſam. Iuſſi quoque de ſingulis accurate inquirere, ac referre ad concilij patres. Denuntiatum tunc etiam eſt Ioanni Hus peſtiferæ Vvicleffi doctrinæ ſatori, & Hieronymo Pragenſi impietatis ſocio, vt decimaquinta dicti menſis concilio ſe ſiſterent.

Seſſ. xvi. Iudices e ſingulis nationibus delecti.

b Act concil. ſeſſ. 6.

35 In octaua dein ſeſſione patres c quadraginta quinque Vvicleffi articulos damnarunt, vt Ioannes Hus, quem eorum infamia attingebat, audita ſynodali ſententia ſaluti animæ ſuæ & corporis conſuleret, eoſque reuocaret, vt bene animaduertit Cochæus d. Ii vero errores e, quorum fœditas horrorem parit, dum inter alia refertur docuiſſe Vvicleffum Deum dæmonis imperijs debere obſequi, ſat oſtendunt a quo fonte tanta impietatis colluuies emanarit. Recenſent hos in actis Conſtantienſibus patres, qui plures alios peſtiferos commentarios a Vvicleffo conſcriptos alijs permultis refertos erroribus addidere, præcipueque dialogum & trialogum eſſe contaminatiſſimos. Denique cum conſtituti a ſynodo fuiſſent iudices, de excutienda eorum librorum impietate, pronuntiatum eſt

Pia eius cõfilia.

XLV articuli iterũ damnati.

c Sess. 8.

d Cochl. l. 2.

e Extat in annal. an. Chr. 1408 n. 69. Plures alij errores ab eodem Vvicleffo ſparſi.

Vui-

Vvicleffum in ſcelere obfirmatum male perijſſe,eiuſque oſſa ſi ab alijs diſcerni poſſent, ex humo refoſſa procul a loco ſacro proijcienda eſſe.

36. &c. De induſtria autem Ioannis Hus cauſæ cognitio extrahebatur, vt ſaniora amplecteretur conſilia, erroreſque damnaret, quemadmodum referunt acta a, ipſumque aliquando improbandæ hæreſis ſpem præbuiſſe: quibus conſentiunt ea, quæ apud Ioannem Coclæum Vlricus Reichental b, qui lingua Germanica hiſtoriam concilij Conſtantienſis ſcripſit, memorat: *Vlricus Reichental*, inquit Coclæus, *teſtis ocularis & ciuis Conſtantienſis affirmat & Ioannem Hus & Hieronymum Pragenſem promiſiſſe doctoribus, qui eos in carcere viſitauerant, velle ſe & hæreſes reuocare, & contrarium prædicare; ob id itaque compulſatum fuiſſe ter omnibus in vrbe campanis in ſignum lætitiæ loco tantici: Te Deum laudamus.* Sed reſorbuit inſtar canis paulo poſt quæ vomuerat Hus: cumque lubricis & callidis verbis patrum iudicium eludere niteretur, viginti teſtibus productis, ſcriptiſque ſuis perfidiæ conuictus eſt, quæ accurate Coclæus c ediſſerit: demum autographis ſuis conuictus, negauit ab ijs, quæ ſcripſiſſet, vnquam ſe diſceſſurum, nec illos, quos ea doctrina imbuerat, exemplo ſuo offenderet. Conſtituta d eſt itaque iudicij dies ſexta iulij, lectæque ſunt hæreſes in concilio, quas Ioannes Hus Vvicleffum impium ſecutus peruulgarat, ac demum in eum vt pertinaciſſimum hæreſiarcham, pronuntiata eſt ab Antonio epiſcopo Concordienſi hæc ſynodalis ſententia: *Hoc ſacrum concilium Conſtantienſe eundem Ioannem Huſz ab ordine ſacerdotij & alijs ordinibus, quibus exiſtit inſignitus, deponendum & degradandum fore declarat, & decernit, committens nihilominus reuerendis in Chriſto patribus archiepiſcopo Mediolanenſi, Feltrenſi, Aſtenſi, Alexandrino, Bagarenſi, & Vaurenſi epiſcopis, vt in præſentia huius ſacroſanctæ ſynodi dictam degradationem, ſecundum quod ordo iuris requirit, debite exequantur. Hac ſancta ſynodus Conſtantienſis Ioannem Huſz, attento quod Eccleſia Dei non habeat vltra quid gerere valeat, iudicio ſeculari relinquere, & ipſum curia ſeculari relinquendum fore decernit.* Subduunt acta hæreſiarchã ſolemni ritu exutum ſacerdotij inſignibus traditum Cæſari, vt iuſtitiæ exemplum in eo ſtatueret: *Rex*, inquit Coclæus e, *ait ad ducem Bauariæ Ludouicum electorem, qui pomum aureum tenebat: Vade, recipe eum; qui recipiens illum tradidit eum lictoribus capite conſum, & alto pileo papyraceo coronatum, cui inſcriptum erat: Hic eſt hæreſiarcha*; nonnulliſque interiectis de ſignis adulterinæ pietatis a ſceleſto hypocrita editis, fuſiſque in teſtes querelis falſis, addit: *Suis a lictore exutus veſtibus, ligatis poſt tergum manibus affixo in terram palo alligatus eſt in medio rogi: priuſquam vero rogus incenderetur adeſſent dux Bauariæ Ludouicus, & dominus de Papenheim, admonentes eum, vt adhuc reuocaret ac ſuæ parceret vitæ.* Ex his conſtat nauatam omnem operam a patribus & a principibus, vt perfidum hæreſiarcham ab exitio eruerent; ſed ijs vanam tantum hypocriſis oſtentationem ipſum explicuiſſe ad ſectatores ſuos in impietate confirmandos. Cum itaque hæreſim improbare nollet viuus exuſtus eſt, eiuſque cineres a lictoribus in Rhenum proiecti.

44 Habita poſtea eſt vndecima iulij die ſeſſio f decimaſexta, atque actum in ea de Petro de Luna permouendo, vt pontificia inſignia poneret, renuntiatique oratores viri inſignes, qui illum ea de re œcumenici concilij nomine appellarent.

Decimaſeptima ſeſſio celebrata eſt die quintadecima iulij, in qua, dum Sigiſmundus Rex Romanorum in Aragoniam ad colloquium cum Ferdinando & Petro Lunano faciendum eſſet profecturus, poſt diuinam rem peractam: *Litanijs dictis*, inquiunt acta a, *Rege in loco ſuo genibus flexis ſtante, præſibatus reuerendiſſimus pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis & præſidens legebat: Vt Eccleſiam tuam & Imperatorem electum hic præſentem Eccleſiæ aduocatum & defenſorem ad perfectiorem redintegrationem vnitatis Eccleſiæ præfatæ iter arripientem dirigere, protegere, & conſeruare digneris; chorus reſpondebat: Te rogamus audi nos. Subſequenter legit: Vt Eccleſiam tuam & eundem Imperatorem ab omnibus inimicis viſibilibus & inuiſibilibus præſeruare & defenſare digneris: Te rogamus, &c. Tertio legebat: Vt eundem Regem Imperatorem ad nos incolumem reducere digneris: chorus: Te rogamus, &c. Tunc officium litaniarum vlterius more ſolito fuit completum per cantores ſine choro; quo finito idem Dominus reuolvit ſe ad Imperatorem legendo preces ad verſiculum: Saluum fac ſeruum tuum Domine: reſpondit: Deus meus ſperantem in te; ſubſequenter. Nihil proficiat inimicus in eo; reſpondit: Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Eſto Domine ei turris fortitudinis; reſpondit. A facie inimici. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Vltimo legebat collectam ad ponendam pacem in Eccleſia Dei.* Lecto deinde diplomate de delata legatione Picena Angelo Corario, qui pontificatu abierat, vt iam dictum eſt, decreta deinde eſt ſolemnis ſupplicatio habenda inſtructo agmine religioſo die dominica ad perfectam eccleſiarum coniunctionem a Deo obtinendam, & Sigiſmundo proſperum & felix iter comprecandum.

Decima ſeptima auguſti die coacta b eſt ſeſſio decima octaua, in qua delecti ſunt iudices ad cauſas delatas ad concilium cognoſcendas dirimendaſque.

45. 46 In decimanona ſeſſione, quæ vigeſimatertia die menſis ſeptembris coacta eſt, Hieronymus Pragenſis, qui iam ante ob diſſeminatos Vvicleffi errores in iudicium vocatus fuerat, & in carcerem ex concilij ſententia coniectus, vt patrum ſeueritatẽ eluderet, hæreſim demiſſis, ac multa pietatis ſpecie deliburis verbis damnauit. Vt vero impietatem iterſi ſit profeſſus, extremoq; affectus ſupplicio, dicetur inferius: nũc reliqua in decimanona ſeſſione geſta proſequimur.

Decretum fuit nullum impunitatis chirographum ab Imperatore ſiue Regibus quibuſuis conceſſum valere, quin ob hæreſeos crimen in ius vocati a iudicibus legum ſeueritati ſubijciantur, ſi errorem ſuum deponere recuſarint, quamuis accepta publica fide freti ad concilium ſe contulerint, neque concepta contraria ſpe eſſent venturi: neque illos, qui eam dederint, aliqua religione teneri deuinctos, cum id quod potuere præſtiterint. Decreti præterea fuere iudices ad cognoſcendum Huſſitarum, Boemorum, & Morauorum cauſam, qui iudicio fuiſſent accerſiti, nullo dignitatis immunitatiſue habito diſcrimine. Datum ſacerdotibus, qui concilio nauarent operam, vt ſacerdotiorum cenſibus potirentur, ac ſi in eccleſijs ſuis diuino cultui vacarent.

Acceſſiſſe etiam hoc tempore ad concilium Conſtantienſe Samagitarum, qui recenter ſacris Chriſtianis initiati fuerant, oratores, narrat Theodoricus Niemus c in ſeſſione xx. Fredericus Auſtriæ dux ob inuaſa eccleſiæ Tridentinæ iura in iudicium vocatus eſt.

47. &c. His lutibus concilij præſules rẽpus impendebant; dum Stgiſmundus Romanorum Rex, cum Petro de Luna Regeque Aragonum agitatum, vt vidimus, diu ante colloquium faciebat, cuius hiſtoriam ex publicis ſchiſmaticorum monumentis d excerpemus. Narrant illa Sigiſmundum vna cum oratoribus Conſtantienſis concilij vigeſimaprima ſeptembris die Perpinianum ingreſſum, omnibus precibus a Petro de Luna petijſſe, vt pontificalia inſignia abijceret: illum

a Act. ſeſſ. 17 Solemnes preces edi tæ pro Sigiſmundo Rege in Aragoniã profecturo

a Act. concil. ſeſſ. 15.
b Vlr. Reichẽt apud Cocl. lib. 2. Ea Huſſi & Hieronymi cõuerſione celebrata publica lætitia.

Io Hus rurſus ad impium ingenium redit
c Cocl. hiſtor Huſſ. lib 2. Negat quę ſcripſerat reuocare.

d Cocl. hiſtor Huſſ. lib. 2.

Sententia in eũ lata.

Sacerdotalĩ dignitate exuitur.

e Cocl. hiſtor Huſſ. lib. 2. A Cæſare traditur Bauaro dũcendus ad ſupplicium Mithra papyracea in ſcripto nomine hæreſiarchæ illi impoſita. Antequam rogus accẽderetur monitus vt dãnata hęreſi vitæ parceret. Cineres illius proiecti in Rhenum.

Seſſ. xvi. Iuſt. ſeſſ. 16

Seſſ. xvii.

Seſſ. xviii b acta concil Conſtantien. ſeſſ. 18. Seſſio xix. Hieronymꝰ Pragẽſis hęreſim reuocare pollicetur.

Sponſio indemnitatis facta hæreticis ni hæreſim damnent non valet.

Samagitarum legatio ad concilium. c Nic in vit. Io. XXIII.

d Ex t. in m. cod. Franc. Card. Barb. t. 2. de ſchiſ. pag. 1.

vero verba mendacijs colorata dediſſe, ijſque reiectis ſolicitatum vehementiſſime ab eodem Romanorum Rege, atque ab internuntijs concilij Conſtantienſis, vt pontificalia inſignia deponeret inſanis & ſubdolis argutijs vſum, atque etiam Ferdinandi Regis Aragonum preces ac monita ſpreuiſſe, denique ſuæ incolumitati diffidentem Perpiniano XII. nouembris Illiberum abijſſe: tum die proximo ab eius in portum Illiberitanum appulſu repetitas ab Regis Aragonum oratoribus ſuperiores preces; ſubeunteque acta: *Et ſimiles requiſitiones facta fuerunt pro parte dictorum Caſtella & Nauarra Regum, & comitis Fuxi.* At vir improbus omnia illorum poſtulata contemplit.

Diſcedit Perpiniano Petrus e Luna.

Paniſcolã e ſubducit

51.52 Poſtremo Paniſcolam ſe recepit, vbi die XII. decembris, Aragonum, Caſtellæ, & Nauarræ Regum, conſitumque Armaniaci & Fuxi oratores tertio flagitarunt ab eo, vt poſito pſeudopontificatu concordiam reſtitueret Eccleſiæ, repetitiſque ſuperius cum eo geſtis, & de receſſu intempeſtiuo queſti denuntiarunt ei, Reges ac principes, qui illum coluerant etiam tum, ipſius iugum excuſſuros. Qui tamen obſurduit vt antea ad eiuſmodi voces, multaque aduerſus ſynodum Conſtantienſem effutijt, mentiens impudentiſſime illam in exitium Eccleſiæ congregatam: vtque pertinaciæ ſcios ſibi compararet, conuenticulum ſuorum Paniſcolæ coegit; quod in menſem februarij anni MCCCCXVII extrahendum promulgauit. Cum vero efferretur ſuperbia, quod duo æmuli iam pontificia inſignia poſſiderent, atque ad ſedendum in Eccleſia vetus diſſidium per ſummam hypocriſim iactaret, nunquam a ſe Eccleſiam deſertum iri, Ferdinandus Aragonum Rex S. Vincentium Ferrerium conſuluit, quid in tanta rerum perturbatione agendum eſſet: qui a diuino lumine collustratus reſpondit, deferendas illius partes, ſi trina vice poſtulatus voluntaria abdicatione eccleſias in priſtinam concordiam reducere detrectaret. His contentanea refert Theodoricus Niemius b, nimirum illum in publicis concionibus in Petrum de Luna, vt prauum hominem tallacemque declamaſſe. De eodem viro ſancto hæc tradit Petrus Ranzanus c in eius vita: *Conſuluit*, nimirum Petro de Luna, *vt potius in ſumma inopia ageret vitam, quam quod propter terrenam dignitatem ſuam inter populos Chriſtianos diſſidia foueretur, &c.* Longe aberat ille ab hac pietate, nam potius Eccleſiam lacerare, atque ab eius communione eijci, ſeque nunquam deſituris ſupplicijs adnicere, quam antipapales apices abijcere maluit. Igitur conſilio habito Perpiniani a Ferdinando Aragonum Rege cum oratoribus Regum Caſtellæ, Nauarræ, & Fuxi comitis, qui etiamtum Petro de Luna adhæſerant, vnanimes decreuerunt d ſpreta eius contumacia incumbendum ad eccleſiarum coniunctionem redintegrandam.

Blaſphemat Petrus de Luna in Conſtantiẽſe concilio

Paniſcolæ concinnabulum indicit

B. Vincentius Ferrer conſultus ab Aragon Rege.

a Surita. in ann. cap. 55.

Reſpondet deferendũ ſe ter in ius vocatus eccleſiæ non pareat.

b Niem. in vit. Io XXIII.

Declamat ſe deceptũ fuiſſe a Petro de Luna

c Ranzan. in c. 3.

53 Dum Aragonij, Caſtellani, Nauarri, Armeniacenſes, & Scoti ad Eccleſiæ coniunctionem redire parant, plures Boemi ab ea ſe diuulſere, & priorem lætitiam contudere, vt narrat Theodoricus Niemius: perlata enim eſt ex Boemia epiſtola quadringentis & quinquaginta duobus ſigillis nobilium virorum conſignata, in qua illi concilium impie obiurgarunt de iuſto ſupplicio ſumpto de Ioanne Hus; tamaque increbuit hæreſeos faces late per Boemiam circumferri, atque a populo ſtulto Ioannem Hus veluti apoſtolum ac martyrem celebrari. Ad excindendã hanc hæreſim antequam viribus, & audacia magis confirmaretur, opus erat expedito exercitu cruceſignato, cum Vvenceslaus ob inertiam hæreticos non coerceret. Verum Sigiſmundus Cæſar patrio amori morem gerens Boemis, vt videbimus, nimium indulſit.

d M. ſ. Frãc. Barb. t. 2. de Schiſm. p. 17

Plures Boemi recedũt ab eccleſia

Principijs nõ obſtitiſſe nocuit.

54. 55 Digreſſus ex eo Hiſpanorum colloquio, cui etiam Francorum & Angliæ Regum oratores interfuere, Sigiſmundus Rex in Gallias profectionem parauit, vt refert Gobelinus a, ad ortum inter Henricum V. & Carolum VI. Reges ingens bellum rei Chriſtianæ exitiale ſedandum: Henricum enim traiecciſſe mare mille ac ſexcentarum nauium claſſe, atque Aræfluctum nobilem portum in Normannia ad deditionem coegiſſe, refert Monſtreletus b. Ea vrbe potitus ad ſubijciendam prouinciam circumtulit victricia ſigna Rex Anglus, ac vigeſima quinta octobris die Gallos apud Blangium prælio d fudit fugauitque.

Sigiſmõdi Cæſaris profectio in Gallias

a Gobelin. in coſm. c. 95. diar. m. f. Paris hoc anno. Valſingam. Henr. 5. an. Æmil. in Carol. Monſtr. vol. 1. c. 147. & Harpsfeld hiſt. eccl. Anglic. ſæc. 15. cap. 3.

b Id. c. 147. c End. cap. d Cap. 146.

Parta ea victoria Henricus VI. nouembris die in Angliam redijt, vt nouum bellum ſumma vi appararet: quem Sigiſmundus Romanorum Rex proximo anno digreſſus ex Gallica aula Londini conuenit, vbi ipſum honorificentiſſime exceptum fuiſſe refert, Monſtreletus.

Dum ex mutuis Anglorum Gallorumque diſſidijs Chriſtianus ſanguis funditur, Turcæ ex Sigiſmundi Regis longinqua peregrinatione, occaſione in Pannoniam irrupendi captata, miſerandam Chriſtifidelibus cladem circa feſtum paſchæ in Dalmatia intulere, prædaque allecti iterum meſſe anguſtos irrupere; ac licet duobus prælijs victi fuerint ab Hungaris, in Pannoniam tamen ſigna extulere, tertioque prælio victoria potiti latius vaſtitatem effecere: penetrarunt dein etiam in Germaniam, ac triginta millia Chriſtianorum & eo amplius in ſeruitutem abduxerunt. His auctr Niemius e medio ſeptembri iterum ad Hungariam debellandam redijſſe Turcas, ſed Germanorum virtute propulſatos.

Turcarum in Hungariam excurſio.

e Niem. in vit. Ioan. XXII.

56 Felicius in Africa geſta res eſt aduerſus Saracenos a Luſitanis; Ioannes enim Luſitaniæ Rex ſeptam Mauritaniæ Tingitanæ vrbem munitiſſimam impetu cepit. At barbari poſtea conatus omnes ad illam recuperandam adhibuere, qui diuina ope compreſſi ſunt, magnaq; inde inter Luſitanos & Afros commiſſa prælia fuere, ac nonnulla aduerſa paſſi ſunt Chriſtiani: inter quæ Ferdinandus f princeps Ioannis Regis filius virtutem exercuit, cum illum pater teneri a barbaris, quam dedi Septam mallet.

f Nider. l. 4. formic. c. 6. Raphael Volat. l. 2.

IESV CHRISTI annus 1416. Indict. 9.

SEDIS VACANTIS SIGISMVNDI ROM. REGIS 6. annus 2. EMMANVELIS II. IMP. OR. 33.

1. &c. PRæſules Aragoniæ, Valentiæ, & Cataloniæ, tum Ferdinandus Rex cum grauiſſimis argumentis Petri de Luna nequitiam in ſchiſmate extrahendo, vexandaque Eccleſia percepiſſent, ex ſalubertimo B. Vincentij Ferrerij conſilio, impium iugum excuſſerunt g, petitique ſunt ab Rege Aragones promulgato edicto h eidem Petro obtemperare.

Ferdinãd⁹ Rẽx Arag ſe a Petri e Luna obſequio ſubducit.

g Surita annal. l. 12. c. 55.

h Ex in act. m. ſ. ẽ greg. gen. habita die 30. Ian. & in annal. Niẽ in vit. Io. XXIII.

4. 5 Paruere facile, quippequi ipſum Regem regnique proceres ad deferendum Petrum de Luna impulerant, vt refert Theodoricus Niemius i. Perculſum ſtupore ex eo Petrum ipſum ferunt: comminatumque Ferdinando ſe regium ius illi abrogaturum Ioannes Mariana narrat: confirmatque Hieronymus Surita m, antipapam eidem Regi anathema diebus ſingulis infligere auſum, eaque permotum indignitate Ferdinandum, iter in Caſtellam inſtituiſſe, vt Regem illum, ac Reginam Catharinam ipſius matrem ab eiuſdem Petri veneratione abdu-

Indignis ve tri e Luna pertinacia.

i Marian. l. 20. c. 7.

m Surit. annal. l. 12. c. 60.

Regem ex auctoritate aufus. Caſtellæ Rex vetat coli ſuis Petrum e Luna.

abduceret. Imitatus porro eſt Ioannes Caſtellæ & Legionis Rex Ferdinandi eximium exemplum, ac decimo quinto ianuarij die dato Valliſoleti edicto a, in quo Petri de Luna perfidiam ante omnium clientum ſuorum oculos poſuit, iterumque iuſſit omnes ab eius cultu recedere, vlloſque cenſus eccleſiaſticos ipſi pendere, aut referre accepta ſacerdotia vetuit: quamquam mouentibus controuerſiam Sancio Roias Toletano & Alonſo Exeu Hiſpalenſi archiepiſcopis antipapæ ſectatoribus illius promulgatio extracta eſt. Fuerat vero conuentum, vt vnoeodemque die non modo Aragonius & Caſtellanus, verum & Nauarrus Reges, atque Armanisci & Fuxi comites eundem Petrum deſererent, vt conſtat ex literis b Ferdinandi ad Sigiſmundum Regem Romanorũ ſcriptis, quibus ipſum ea de re certiorem fecit. Permotos auctoritate Vincentij Ferrerij Aragonios a Petro de Luna diceſſiſſe memorat Ioannes Gerſon c, qui ad eundem virum ſanctum, Petri de Luna concilium œcumenicum ſpernentis pertinaciam damnantem, ſcriptit.

a *Ex t apud Surit. l. 12. annal. c. 61.*

b *Ext. in act. conc. Conſt. poſt ſeſſ. 20.*

c *Io. Gerſ. in his ad B. Vincen. Ferrer.* Damnata a B. Vincent. Ferr. Petri e Luna per ſimoniam. *dicta conc. Conſtãt. poſt ſeſſ. 20.*

6. &c. Redierant d interea ex Aragonia Conſtantiam concilij œcumenici oratores, quorum princeps erat Iacobus archiepiſcopus Turonenſis, qui pactionum Narbonæ die decimatertia decembris ſuperioris anni inter Sigiſmundum ac Ferdinandum Reges, ſiue Petri de Luna ſtudioſos præſules & alios, qui Gregorio Ioanniue adhæſerant, confectarum formulas e attulere: quæ cum perfectæ eſſent in celeberrimo coetu die trigeſima ianuarij habito vnanimi omnium conſenſu confirmatæ fuerunt. Ac tum mutata eſt ſumma contentione opera f ad Hiſpanos Conſtantienſibus cœtibus aggregandos, vt in Petrum de Luna ſchiſmatis propagatorem ac periurum ſacrorum canonum ſeueritatem adhiberent. Vigeſima februarij congregato patrum ſenatu, Henricus de Piro ſynodalium cauſarum actor nonnullos Boemos & Morauos impietatis poſtulauit, qui literis plurium figulis conſignatis ſparſerant Ioannem Hus contra tas flammis mœtum g. Propoſito itaque edicto h vocati in iudicium fuere damnatæ Ioannis Hus memoriæ cultores Boemi Morauique ac Vvicleffi ſectatores.

d Ex t. apud Cerbis. or. Huſſ. 4. Admoniti toti orbis Chriſtiani lumina Conſtantiæ verſari. *l Acta m. ſ. Conſt. cong. gen. hab. 20. febr. die.*

e *Extant ad ſ Acta m. ſ. conc. Conſtan poſt ſeſſ. 21.*

f *Acta m. ſ. congreg gen 20 febr. biend.*

g *Acta m. ſ. congreg gen hab. 27. apr.*

h *Ext. in act conc Conſt. poſt ſeſſ. 20.*

9. 10 Cum vero ab iiſdem pernicacibus hominibus belli terror immineret, Sigiſmundus Romanorũ Rex literas i dedit ad præcipuos ſectæ Huſſiticæ ſigniferos, iperatie ſe Ioannem ipſum, qui tot in Boemia tumultus concitauerat, obiectum hæreſeos crimen diluturum, iureque in eum actum, neque criminationibus ac maleoictis ſanctam ſynodum proſcindendam, ac ſi periret in hæreſi, in ſacrum belhum aduerſus Boemos vniuerſum orbem Chriſtianum concitatum iri expoſuit. Secunda vero die martij coacti l ſunt celebres conuentus, in quibus Antonius magiſter ordinis, cui de mercede nomen eſt, orator Ferdinandi Regis Aragonum, literas regias patribus Conſtantienſibus attulit, Hiſpanoſque præſules venturos Conſtantiam ex confectis pactionibus ſignificauit m.

i Admoniti toti orbis Chriſtiani lumina Conſtantiæ verſari. *l Acta m. ſ. Conſt. cong. gen. hab. 20. febr. die.*

m Aragones acceſſuros ſe concilio ſpondent. *m Acta m. ſ. congreg gen hab. 2. martij.*

11. 12 Compoſitis ita egregie ad eccleſiarum Latinarum priſtinam redintegrandam coniunctionem rebus, Ferdinandus Rex n, 11. aprilis die relicto ſui bonis omnibus ſummo deſiderio obijt. Intempeſtiuo eius obitu labefactata eſt res catholica. Caſtellaque nutare cœpit, Toletano archiepiſcopo, nonnulliſque alijs ſchiſma in aliquos menſes extrahentibus: neque emicabat in Alfonſo ſucceſſore paternæ pietatis ardor, quamquam Conſtantienſium patrum acceptis literis, quibus Hiſpani ad concilium vocabantur, illas pſeudocardinalibus Petri de Luna tranſmiſit o, additis regijs precibus p, vt Conſtantiam ad eccleſias in priſtinam concordiam reducendas proficiſcerentur. Faſcinatus poſtea ſui commodi lenocinio Alfonſus, ſchiſma fouit: qui enim excindere penitus, redacto in Eccleſiæ poteſtatem Petro de Luna, & diſſipato eius conuenticulo, illud poterat, liberos ad Paniſcolam aditus permiſit.

n Rex Ferdinandus obijt. *Surit. 12. annal cap 60. Mariana. de reb Hiſp. lib 20. c. 8. & alij.*

Succedit illi Alfonſus. *o Ioan. 2. de chiſm. p. 70. p Sur. c. 63.*

Indulget ille ni mium ſchiſmaticis.

13. &c. Vigeſima ſeptima aprilis die, habito omnium nationum cœtu a, Hieronymus Pragenſis in hæreſim relapſus a concilij cauſarum actore ob peſtiferam Vvicleth doctrinam in Hungaria, Boemia, Polonia, Germania diſſeminatam in iudicium adductus eſt. Obiectum inter alia illi fuit hæc falſa dogmata Pariſijs, Coloniæ, & Heydelbergæ ſparſiſſe: *In Deo ſine diuina exiſtentia non ſolum eſt Trinitas perſonarum, ſed etiam quaternitas, verum & quinternitas. De potentia Dei abſoluta Deus pater potuit non generare Filium, &c.* Hæc ſibi obiecta Hieronymus partim negauit, partim varijs effugijs eludere niſus eſt. At concilij cauſarum actor, aduerſus eum plura accuſationis capita percenſuit, popoſcitque in illum agi iudiciorum ſeruata maturitate, ad vindicandam ab imminenti exitio rem catholicam.

Adductus in iudicio coram patribus Hieron. Pragẽ a *Acta m. ſ. congreg gen hab. 27. apr.*

Hæreſes contra myſterium Trinitatis finxerat. In Arrianiſmum lapſus erat.

20 Vigeſima tertia, & vigeſima ſexta maij, habiti ſunt patrum cœtus, in quibus idem Hieronymus, qui publice audiri exambiuerat, in iudicium adductus, teſtiumque contraria aſſertione conuictus eſt, vt teſtantur acta b: qui impetrata dicendi libertate cum aduerſus teſtes plura effutijſſet, demum in ſemet accuſatorem & teſtem egit; præter enim omnium expectationem, quos damnauerat ſuperiori anno Ioannis Hus & Vvicleffi errores publice eſt proteſtus, vt habent acta, quæ ipſius orationem referunt, addunteque: *Dixit de libris Vvicleff & eius doctrina, quod nunquam vidit hominem ita bene & profunde ſcribere, cui ſcripturæ ſimiliter vellet inhærere, & male feciſſet contradicere, quia illud quod fecit quoad reuocationem opinionis & doctrinæ Ioannis Vvicleff & Ioannis Hus, non fecit quod vellet deſiſtere ab eorum doctrina & opinionibus, ſed ex metu ignis: ſed vlterius vbi ipſe Ioannes Vvicleff & Ioannes Hus quoad ſacramentum altaris dixerunt contra doctorum eccleſiaſticorum opiniones, quoad illam partem, non ſequitur, neque eam tenet: immo tenet ſicut quatuor doctores Eccleſiæ & alij, qui hodie tenent per Eccleſiam.* Poſtremis hiſce verbis ſecum ipſe pugnabat: qui enim tranſubſtantiationis doctrinam in Eucharitiæ ſacramento veram profitebatur, qua tandem ratione Vvicleffi & Ioannis Hus doctrinam illi myſterio aduerſantem veluti ſanctiſſimam commendare potuit? Iis vero auditis, quorum etiam omnium Regum Chriſtianorum oratores teſtes erant, de ferenda in eum ſententia actum eſt, quæ in penultimam diem maij extracta fuit.

In iudicio adductus

b Acta m. ſ. congreg gen hab. 26. apr.

Doctrinam Vvicleffi approbat.

Circa ſacramenta alia ſus profeſſus eſt idẽ ſe tenere cum Eccleſia. Secũ veluti inſanus pugnat.

21, 22 Celebrata itaque eſt die trigeſima maij ſeſſio vigeſima prima, in qua hæc ſententia c in ipſum lata eſt: *Sancta ſynodus eundem Hieronymum palmitem putridum, aridum, in vite non manentem, foras mittendum decreuit, ipſumque hæreticum & in hæreſim relapſum, excommunicatum, anathematizatum pronuntiat & declarat, atque damnat.* Quæ ſententia ab vniuerſa ſynodo confirmata eſt.

Seſſio XXI.

c *Extant in ſeſſ. 21.* Percutitur anathemate a concilio.

23 Poſt ſeſſionem vigeſimam primam, vltima die maij, publicum edictum in principio eccleſiæ Conſtantienſi propoſitum eſt, quo præſules, qui nondum Conſtantiam acceſſerant vocati, rogatique principes fuere, vt oratores mitterent, (cum Hiſpani proximo tempore concilio aggregandi eſſent) vt communi omnium conſenſu, ad Petrum de Luna gradu & Chriſtifidelium cœtu pellendum, cuius perfidia etiam ipſis Aragonijs horrori eſſet, ferretur ſententia d.

d *Ext. in act. in ſpoſſ. ſeſſ. 21.*

Tertia

a Act. in fol. Cæſt. in gener. congreg. hab. die 3. in maj.

14. 15 Tertia iunij die coacta eſt a ſolemnis prælatum congregatio, cui Romanorum & Pannoniæ, Galliarum, Angliæ, Aragonum, Neapolitani, Cypri, Poloniæ, Norvegiæ, Daniæ, Sueciæ Regum, pluriumque aliorum principum oratores interfuere: in qua Boemi & Morani illi, qui Ioannem Hus merito affectum ſupplicio vt inſontem publicis literis prædicarant, poſtulati hæreſeos apud Conſtantienſis ſynodi ſubſellia, cum tempore conſtituto non comparuiſſent, contumaciæ damnati fuere, debitæque in eos pœnæ decretæ.

Vocati in ius Huſſitæ

Aragonio-rum orato-rum aduen tus ad con cilium.

26 Decima ſeptembris [b] Alfonſi Regis Aragonum oratores Raymundus Floch comes Cardonæ, alijque eius collegæ a patribus ſunt excepti, qui iam Conſtantienſes cœtus ſynodi œcumenicæ nomine inſignire cœpere, cum antea illos congregationis tantum verbo notarent.

b Act. in fol. greg. gen. hab 10. ſeptemb.

Laudata nomine concilij Aragonio-rum pietas.

27 Aragonij itaque oratores ampliſſimis ſulti mandatis promptos ſe exhibuere ad ineundam ſacrorum ſocietatem; Ioannes vero Oſtienſis epiſcopus Cardinalis Viuarienſis in periurum Petrum de Luna inuectus eſt, qui tot pronifſa de ponendis controuerſiis papalibus inſulis, ſolemni ritu Auenione, Maſſiliæ, Genuæ repetita intregiſſet.

Congregati fuere decima ſexta ſeptembris die ſolemnes cœtus [c], in quibus de excipiendis Iacobi Regis Neapolitani Ioannæque Reginæ oratoribus actum eſt. Cum vero ij ſibi titulos controuerſos aſciſcerent, quos partim Sigiſmundus Romanorum Rex, partim Ludouicus Andegauenſis ſibi vendicabant, nonnihil diſſenſionis ſubortum eſt. Ad hanc vero ſedandam controuerſiam, edita eſt hæc ſanctio [d].

Perfidia Petri e Luna expoſita.

Iacobi Regis & Ioan-næ Neap. oratores ac cedunt ad concilium.

c Act. in fol. congreg. gener. hab. 16 ſept. d Ext ib in eiuſd. congr. in fol. actis.

28. 29 *Sacroſancta ſynodus Conſtantienſis declarat, ſtatuit, & decernit, quod per quoſcumque actus nominationis, intitulationis, honoris, exhibitionis, tam in ſede quam in alijs quibuſcumque dictis & factis, dicendis & fiendis in hoc ſacro concilio per quoſcumque prælatos, vel eorum, aut Regum, principum, ac vniuerſitatum quorumcumque nuntios vel egatos, ſeu ipſis, aut de ipſis vel eorum altero in eodem ſacro concilio, nullum ius ſeu poſſeſſum de nouo acquiratur; nullique præiudicium generetur, nullique ius, quodcumque in proprietate vel poſſeſſione locatur, & per præmiſſa vel huiuſmodi legatorum admiſſionem, ius, vel titulum alicuius approbare minime intendit.* Hoc prolato decreto, oratores Regis Iacobi ſuggeſtum conſcendere, ac regio nomine ſacro concilio ſe aggregarunt.

Pronuntia-tum a con-cilio ex ti-tulis ius ne mini com-parari.

30. 31 Decima nona ſeptembris celebrati ſunt iterum ſolemnes cœtus [e], in quibus oratores a concilio iam ante in Aragoniam, Caſtellam, Nauarram, ac Fuxenſem & Armeniacenſem comitatus miſſi, geſtæ legationis ordinem expoſuerunt, & Caroli Nauarræ Regis literas [f] Stellæ XVI. iulij excurrentis anni exaratas tradidere, quibus ille Nauarros Petri de Luna, ob eius perfidiam in alendo ſchiſmate, partes deſerere iuſſit, vtque Rex ipſe Conſtantienſi concilio adhærere vellet. Alias etiam Ioannis [g] Fuxi comitis literas tradidere, quibus ipſe quoque clientes ſuos eiuſdem antipapæ iugum excutere imperarat.

e Act. in fol. gr. gen. 19. ſept.

Reuerſi ex Hiſpania Conſtantien ſes legati. *f Extat ibid. ad.*

Nauarræ & Fuxenſis ſignificant Petri e Luna iugo a ſe deieciſſe *g Ibid*

Habita eſt die decima quinta octobris vigeſima ſecunda ſeſſio [h], in qua Regis Aragonum oratores, repudiato iam antea Petro de Luna, Conſtantienſi concilio ex pactionibus Narbonæ confectis ſe coniunxere.

Sexto XXII *h Act. conc. Conſt. ſeſſ. 22.*

Seſſ. XXIII In Petrum de Luna inquiſitum *i Acta concil. Conſt. ſeſſ. 23. k Act. in fol. in 23 ſeſſ.*

32 In vigeſima tertia ſeſſione celebrata quinta die nouembris decretum eſt [i], nonnullos inſignes viros e ſingulis nationibus renuntiandos, qui in Petrum de Luna de periurijs, propagatoque ab eo ſchiſmate inquirerent, deque ijs ad concilium referrent. Habita vero eſt ab Ardecino [k] conſiſtorialium

causarum patrono oratio propoſitis hiſce verbis: *Miſereminī mei ſaltem vos amici mei*; & inducta Eccleſia, quæ patres Conſtantienſes ad diuturnum ſchiſma, quo vexata fuerat, diſſipandum hortabatur.

Seſſio XXIV

Vigeſima quarta ſeſſio celebrata eſt XXVIII. nouemb. die, in qua dies ſeptuageſima conſtituta, qua idem antipapa de hæreſi & ſchiſmate iudicio ſubiret.

Conſtituta iudicij dies

33 Eodem anno grauiſſimi motus Neapoli aduerſus Iacobum Regem comitem Marchiæ concitati ſunt: nam die XXVII. octobris Iacobus Rex Gallos proceres in inuidiam ob publicæ rei adminiſtrationem adductos oppugnatoſque a Neapolitanis dimittere, exceptis pauciſſimis, & gubernacula abijcere coactus eſt, immo in liberalem cuſtodiam traditus. At cum Neapolitani præclare ſe rem geſſiſſe crederent, violato Regis Reginæque coniugali fœdere immenſis calamitatibus ſe merſere, nulla enim ſuſcepta prole a Ioanna Regina, cruentiſſima dein bella de regni ſucceſſione geſta ſunt.

a Pād. Col lon. l. 5. Miſcel. vol. 1 f. 163.

34 Exanſauit toto anno Sigiſmundus magnos labores, vt inter Gallos Angloſque pacem componeret, quem a Carolo Gallorum Rege honorificentiſſime habitum ſcribit Theodoricus Niemius [b]. Tradit etiam Monſtreletus [c] illum in Angliam ſe contuliſſe, ſed re infecta redijſſe Conſtantiam; cuius optima conſilia ex Theodorico ipſo ſuperiori anno retulimus, nempe vt poſt exciſum ſchiſma in concilio Conſtantienſi, pacatis Chriſtianorum bellis, vniuerſalis expeditio ad Mahumeticam ſuperſtitionem delendam decerneretur, cum maxime a Mahomete ſeuiſſimo tyranno oriens attereretur.

Fruſtra eō ſumpti a Sigiſmundo labores.

b Nic. in vit Io. XXIII. c Monſtr. vol 1. c. 156.

IESV CHRISTI
Annus 1417.

SEDIS VACANTIS SIGISMVNDI ROM. REGIS 7. annus 3. EMMANVELIS II. IMP. OR. 34.

1. &c. EXtracta eſt in hunc annum Conſtantienſis ſynodus, cuius ſeſſio vigeſima ſeptima, februario menſe eſt celebrata: in qua Fridericus dux Auſtriæ ob Tridentum & circumiacentem agrum eccleſiæ erepta iam ante in ius vocatus [d], cum ad dictam ipſi diem non affuiſſet, contumaciæ primum accuſatus eſt: tum in proxima ſeſſione [e] vigeſima octaua, die tertia martij pronuntiatum, pœnas antea propoſitas ipſum contraxiſſe, cum annis nouem Tridentum oppreſſiſſet tyrannide, Gregorium epiſcopum, qui antea libera illius ditione potiebatur, coniectum in vincula ad iniuſtas pactiones adegiſſet poſtulatus iudicio Sigiſmundi Romanorum Regis ſententiæ aſſenſurum iuratus ſpopondiſſet, fideique immemor dominatione iniuſta abire detrectaret: ac Sigiſmundo indictum eſt, vt eum armis comprimeret.

Seſſ. XXVII Fridericus Auſtriacus Tridētinā eccleſiam opprimit. Seſ. XXVIII *d Act. concil. Conſt. ſeſſ. 27. e ib. ſeſſ. 28.*

4 In ſeſſione vigeſima nona die octaua martij in ius vocatus [f] eſt Petrus de Luna ob contumaciæ crimen a cauſarum ſynodi actore: at ille oratoribus, qui diem peremptorium ſibi indixerant, reſpondit [g], vti conſueuerat, Pontificem concilio non ſubeſſe: hæreſeos vero crimen ita eluere conabatur, mentiens impudentiſſime ſe opinionem ſuam Eccleſiæ catholicæ (quo nomine Peniſcolenſem ſynagogam ornabat) ſententiæ ſubijcere, petijtque vt primum Piſani concilij acta abrogarentur, pollicitus apices pontificios ſe poſiturum ea lege, vt vni ipſi vtpote ante ſchiſma a Gregorio XI. Cardinali renuntiato, creandi Pontificis ius permitteretur. Propoſuit etiam aliam de eligendis compromiſſarijs iudicibus implicitam rationem, qua & Conſtantienſe concilium diſſoluebat, & in ambages li-

Seſſ. XXIX. Iudicioſi ordo in Petrū e Luna *f Ib. ſeſſ. 29. g Extat ibid. reſp.*

Impudētiſſimū eiuſdem poſtulatum.

tium,

tium, nouoſque ſchiſmatum fluctus Eccleſiam conijcere moliebatur.

Seſſio XXX. alb. ſeſſ. 30. Expoſitum concilio Petri de Luna pertinax reſponſum.

5 Decima itaque martij die a in trigeſima ſeſſione prædicti oratores concilij, qui ad eundem antipapam miſſi fuerant, expoſuere vt Alfonſi Regis Aragonum ope illum in ius vocaſſent, datumque ab eo contumax reſponſum retulere. Tum ſynodus Ferdinandi olim Regis Aragonum ac Siciliæ edictum, quo clientes ſuos abduxerat ab obſequio eiuſdem Petri œcumenicam ſynodum diſſoluere, atque eccleſiarum pacem diſturbare annitentis, confirmauit.

Seſſio XXXI. alb ſeſſ. 31. In Philippum comitem Virtutum actum iudicio.

In ſeſſione trigeſima prima nauata b eſt opera a patribus aſſerendæ libertati eccleſiaſticæ contra vim ac tyrannidem Philippi comitis Virtutum, qui Albertum epiſcopum Aſtenſem iniuſte in vincula coniecerat, promulgatumque eſt ipſum contraxiſſe pœnas legibus metropolitanæ Mediolanenſis eccleſiæ conſtitutas; tum ni epiſcopum cuſtodia ſolueret, aliæ grauiores pœnæ eidem comiti interratæ fuerunt.

Seſſ. XXXII. XXXIII. & XXXIV. alb. ſeſſ. 32. 33. 34. Et in Petrum de Luna.

In trigeſima ſecunda c kal. aprilis, trigeſima tertia; duodecima die maij, trigeſima quarta quinto iunij die ſeſſionibus celebratis patres iudiciario ordine in Petrum de Luna contumacem legum ſeueritatem abhibere conſtituerunt, illumque ad œcumenicæ ſynodi decretoriam ſententiam die conſtituta audiendam adeſſe iuſſere.

Seſſ. XXXV.

6. 7 Aggregati ſunt ſynodo in trigeſima quinta ſeſſione die decima octaua iunij habita oratores Ioannis Regis Caſtellæ & Legionis, cum iam ante perfidiam Petri de Luna, qui nullis monitis ac precibus a pertinacia dimoueri potuerat, deteſtati illius ſeruitutem excuſſiſſent. Illum porro obduruiſſe in pertinacia non modo ob ſuperbum ac procacem faſtum, verum quod falſis etiam vaticinijs ſe deludi paſſus ſit, refert Ioannes Nider d ex Ioanne archidiacono Barchinonenſi, nimirum poſt multas grauiſſimaſque perſecutiones pontificatu tranquillo ipſum potiturum: vt vero in perfidum antipapam ſynodus animaduerterit, dicere proſequamur.

d Io. Nider. formicar. l. 3. cap. 1.

Seſſ. XXXVI. Peremptorius dies illi datus.

8. &c. Conſtituta eſt in trigeſima ſexta ſeſſione die XXI. iulij habita contumaci antipapæ peremptoria dies vigeſima ſexta iulij, atque edicto vulgata. At perfidus antipapa, vt iudicium eluderet lumpto ex eo argumento, quod non ambiguus Pontifex concilio ſit maior, concilio ſe maiorem dixit, atque non ſentientes cum ipſo, qui decupla parte eius ſectatores ſuperabant hæreticorum more dixit hæreticos, cuius impietate expoſita, vt poſt ceſſionem æmulorum ſchiſma aleret, quod ceſſione tollere poterat.

12 His propoſitis, concilij cauſarum actores contendere a patribus, vt in Petrum de Luna vt obnoxium œcumenicæ ſynodo, ob ſummam controuerſi pontificatus ambiguitatem & ſchiſmatis propagationem, decretoriam ſententiam ferrent. Itaque vigeſima ſexta iulij die recurrente, in trigeſima ſeptima ſeſſione e in eccleſiæ foribus Petrus ipſe præconis voce vocatus fuit; cumque non adeſſet, hæc in eum ſententia lata fuit: *Sancta ſynodus, &c. decernit, &* infra, *Petrum de Luna, Benedictum XIII. vt præmittitur nuncupatum, fuiſſe & eſſe periurum, vniuerſalis Eccleſiæ ſcandalizatorem, fautorem & nutritorem inueterati ſchiſmatis, & inueteratæ ſciſſuræ & diuiſionis Eccleſiæ ſanctæ Dei, pacis & unionis eiuſdem Eccleſiæ impeditorem & turbatorem ſchiſmaticum & hæreticum, ac a fide denium, & articuli fidei, vnam ſanctam catholicam Eccleſiam, violatorem pertinacem, cum ſcandalo Eccleſiæ Dei, incorrigibilem notorium & manifeſtum, ac omni titulo, gradu, honore, & dignitate ſe reddidiſſe indignum, a Deo electum et præſitum, et omni iure eidem in papatu et Romano pontificatu ac Romana eccleſia quomodolibet competente, ipſo iure prima-*

e Acta conc. Cſt. ſeſſ. 39.

Pronunciatur ſchiſmaticus & hæreticus. Oppugnat articulum vnam ſanctam catholicam.

tum, et ab Eccleſia catholica tanquam membrum aridum præciſum, ipſumque Petrum quatenus de facto papatum, ſecundum ſe tenet, eadem ſancta ſynodus papatu et ſummo eccleſiæ Romanæ pontificio, omnique titulo, gradu, honore, dignitate, beneficijs et officijs quibuſcumque ad eumdem cauſalem priuat, deponit, et abijcit, etc. Obſtrauit contra hæc antipapa, magiſque obduruit in peruicacia, atque in latibulo Paniſcolenſi impietatis ſedem tenuit a paucis ſuæ factionis hominibus cultus; de cuius infelici exitu agetur ſuo loco. Nunc Conſtantienſis ſynodi hiſtoriam proſequimur.

Omni iure & honore exauctoratur.

Repugnat & Paniſcoli ſedem peſtilentiæ retinet.

13 Nona menſis octobris die conceptum eſt decretum in trigeſima nona ſeſſione, de concilijs œcumenicis, recurrente certo annorum numero, celebrandis, cum ob intermiſſas ſynodos diſciplina eccleſiaſtica obſoleuiſſet. At præſules qui hoc decretum protulere, poſtea ſegnes in adeundis concilijs extitiſſe poſtea videbimus; ex quo nonnulli factioſi in Baſileenſi concilio rerum nouandarum occaſionem captarunt: quocirca iterum ſublata fuit a Pontificibus conciliorum frequentia. Ad diſſoluenda vero ſchiſmata, quæ exoriri in Dei Eccleſia poſſent, ſanxere patres, ſi duo vel plures pro ſummis Pontificibus ſe geſſiſſent, excurrente anno celebrandum concilium: *Hoc*, inquiunt, *adiuncto, quod nullus ipſorum contendentium de papatu in ipſo concilio, vt Papa præſideat.* Hoc intelligendum eſt de eo Pontifice, cuius ius ambiguum eſſet, non de eo, cui non ambigua iura obtinenti impudens antipapa ſe opponeret: *Quod ſi forte electionem Romani Pontificis, per metum qui caderet in conſtantem virum, ſeu impreſſionem de cætero fieri contingat, ipſam decernimus nullius efficacia vel momenti, nec poſſe per ſequentem conſenſum, etiam metu prædicto ceſſante, ratificari vel approbari: non tamen liceat Cardinalibus ad aliam electionem procedere, niſi ille ſit electus forte renuntiet vel decedat, donec per generale concilium de electione illa fuerit iudicatum: & ſi procedant, nulla ſit electio ipſo iure, &c.*

Seſſio XXXIX.

Vetitæ ſecundæ electioni primus electus abdicauerit, vel deceſſerit.

14. 15 Addunt patres, ſi metus in pontificia creatione incuſſus ſit Cardinalibus, licere ipſis, immo obſtringi officio, vel omnes vel maxima ex parte, quamuis fortunarum iactura immineat, cum primum ſuæ ſaluti conſultum fuerit, ad tutum locum ſe conferre, excitiſque tabellionibus ac teſtibus grauibus in loco inſigni metus cauſas exponere, ac ſpeciem & qualitatem illius exprimere, & ſacramento firmare, metum inuidia, calumniane ipſos non prætexere, ac tum deſignarum Pontificem prouocare ad concilium; quod ſi ampliori vnius anni interuallo celebrandum foret, ad annum contrahatur.

Si metu extorta electio fuerit quid mox agendum.

Seſſio XL.

16 In ſeſſione quadrageſima die trigeſima octobris a actum eſt de ijs, quæ a Pontifice futuro in meliorem ordinem redigenda forent, antequam ſynodus ſolueretur, cum ex ſchiſmatis diuturnitate eccleſiaſtica diſciplina non parum defloruiſſet. Actum deinde eſt de Pontifice, nullo reſpectu habito Cardinalium Petro de Luna adhærentium, qui vocati venire contempſiſſent, renuntiando; vtque ea res maiori integritate & ordine celebraretur, conſtituit concilium, vt a ſingulis nationibus ſex præſules, vel alij conſpicui viri eccleſiaſtici delecti Cardinalibus, ea tantum vice, adiungerentur: tum id ſanxit: *Non valeat electio, nec electus pro ſummo Pontifice habeatur, niſi due partes cum Cardinalibus ad eligendum adiungendorum & tunc adiunctorum conſentiant, & conſenſerint in Romanum Pontificem eligendum. Statuit inſuper, ordinat, & decernit, quod vota quorumcunque in electione huiuſmodi emittenda, ſint nulla, niſi, vt præmittitur, due partes Cardinalium & due partes cuiuslibet nationis adiungendorum & tunc adiunctorum prædictorum, præſentialiter ſeu per acceſſionem in vnum concurrant.*

a Acta conc. Cſt. ſeſſ. 40.

Nō eſt Pontifex qui a duobus partibus Card. delectus non eſt.

MARTI-

Tomo XVIII.

Indict.10.

MARTINVS PAPA V.

Creandi noui Pont. apparatus.

1 ½ REcurrente octaua nouembris die, quadrageſima prima ſeſſio celebrata eſt, in qua patres Clementis VI. ſanctionem confirmarunt, quæ acerbitatem conſtitutionis Gregorij X. de conclauis anguſtijs, & victu parciore temperabat, permittebatque, vt Cardinales cortinis interiectis dum ſe ad quietem componebant, ſegregarentur. Diſtincta etiam fuere rerum capita, ad quæ ſeruanda electores & conclauis cuſtodes ſe iureiurando erant deuincturi. Quin etiam Sigiſmundus Romanorum Rex in ſolio conſidens, cruce & euangelijs, quæ duo Cardinales detulerant, manu tactis, ſolemne iuſiurandum de tuendis ijs legibus concepit. Damnatus mos, qui inceſſerat, vt ædes illius, qui ad pontificiam dignitatem euectus eſſet, impune expilarentur; vtque maior integritas in deligendo Chriſti vicario ſeruaretur, pactiones omnes, ſacramenta, promiſſa, quibus libertas electorum læderetur, reſciſſa fuere.

a Ext. apud Conelar. in Mart. V.

2 ½ Subdunt acta a, quomodo eadem die octaua nouembris, qua ſuperiora geſta, triginta viri ſpectatiſſimi ex vniuerſis nationibus delecti conclaue fint ingreſſi vna cum Cardinalibus, qui antea vel Ioanni, vel Gregorio, vel Benedicto adhæſerant, numero viginti tribus; latiſque, vt moris eſt, ſuffragijs demum die S. Martino ſacra Odo Columnenſis Cardinalis, Pontifex renuntiatus fuit: qui Martini V. nomen ſibi aſciuit. Si ad accuratius examen is numerus reuocetur, non V. ſed III. dicendus eſſet: ſed cum iam ante, Martinus Nicolai III. ſucceſſor ob Marini primi & ſecundi nomina cum Martini nomine a vulgo confuſa, Martinus quartus fuiſſet vocatus, qui ſecundus re ipſa erat, viſum eſt quinti cognomen adiungendum. Initiatus deinde eſt ſacerdotalibus, & pontificalibus ſacris a Ioanne epiſcopo Oſtienſi: tum ſolemni ritu, ſpectante populo corona redimitus ab Amedeo Salutiarum Cardinale diacono: *Demum*, inquiunt acta, *per dominos ſacroſancte Romane eccleſie Cardinales, patriarchas, archiepiſcopos epiſcopos, abbates, aliosque prælatos, ambaſiatores, & Romana curie officiales, in ſacroſancta ſynodo præſentes: nec non illuſtriſſimum principem dominum Sigiſmundum Romanorum regem a dextero, & illuſtriſſimum principem dominum Fredericum marchionem Brandeburgenſem ſacri Romani imperij archicamerarium, & electorem, a ſiniſtro lateribus eiuſdem Domini noſtri Papæ per equi frænum, in quo ſedebat, vna cum populoſa multitudine proceſſionaliter ab Eccleſia Conſtantienſi prædicta vſque ad monaſterium S. Auguſtini conductus, & per circuitum ad Conſtantiensem eccleſiam prædictam fuit ſolemniſsime reductus.*

Martini V nomen accipit.

Solemni ritu corona redimitus.

Ducta ab eodem triũphalis pompa.

4 ½ Perfecta initi pontificatus pompa, haud dubie veteri more & inſtituto, certiores Chriſtiani orbis præſules, Reges, ac populos fecit: quas literas in eius regeſtis alijſque monumentis nondum reperi: afferimus vero in annalibus prolixioribus alias, quas, vbi affluit illius creationis rumor, Ludouicus comes palatinus Rheni & Bauariæ dux ad eum dedit b: cui quoque gratulatus eſt delatos pontificios honores Raynaldus c Iuliaci ac Gelriæ dux, atque illo vnico, & vero Pontifice diſciſſas eccleſias in priſtinam concordiam redactas fuiſſe: addiditque ad lætitiæ ſignificationem, ſe ex Columnenſi ſtirpe genus traxiſſe, idque gloriæ ſibi ducere. Eodemque argumento archiepiſcoporum electorum imperij extant literæ d.

Gratulatoriæ Palatini comitis ad eum literæ

b Ext. apud Martinel. pag. 18.

c Ibid. p. 19. Iuliac. & Gueldren. ducis liter.

d Ibid. p. 20. & 21.

5 ½ Dum autem omnes Chriſti cultores vnius ſummi Pontificis, cui cuncti Reges parituros ſe obſtrinxerant, in Conſtantienſi concilio renuntiati, audita fama, gaudio exultabant, quod poſt offuſas inueterati ſchiſmatis tenebras optatiſſima pacis lux affulſiſſet, Petrus de Luna piorum cœtu abactus, conuenticulum ſuorum Paniſcolæ agebat, quod delirus ſenex œcumenicum concilium & catholicam Eccleſiam vocitabat. At præſules Aragonij, qui acceſſerant, vt officij ſpecie ipſius pertinaciam flecterent, ſuaſere, vt ad reliquias ſchiſmatis abolendas inſignia pontificia poneret, permitteretque tribus ſuæ factionis Cardinalibus, vt electum Conſtantiæ ipſimet etiam Romanum Pontificem deſignarent: qui cum indignam repulſam eſſent paſſi, idem tres illius pſeudocardinales eundem Petrum etiam atque etiam rogarunt a, vt ab iure pontificatus abiret, atque ab ipſis Martinum V. Conſtantiæ creatum Pontificem renunciari pateretur, vt ſub vno capite vniuerſus orbis Chriſtianus coniungeretur. At vir improbiſſimus perſtitit in ſcelere obfirmatus, vaſanaque ſententia de irretiendis adhuc ſimplicium hominum animabus, quarum ipſum plures in perniciem traxiſſe inferius lugebimus. Sed a ſynagoga Paniſcolenſi ad Conſtantienſem œcumenicam ſynodum redeamus.

Petrie Luna perfidia

a Ext. ead. in Ioh. Leland. pag. 90.

Vt Petrus de Luna antipapat⁹ fœdere Petrus eLuna

6 ½ Præfuit quadrageſimæ ſecundæ ſeſſioni vigeſima octaua decembris die nouus Pontifex, qui Sigiſmundi Romanorum Regis, & Ludouici ducis Bauariæ precibus adductus, edito apoſtolico diplomate ſanxit, Balthaſarem Coſſam Ioannem XXIII. antea nuncupatum, decretoria ſynodi ſententia pontificatus honore deiectum, & in regia & ducali cuſtodia tentum, pontificijs adminiſtris tradendum eſſe, Regemque & ducem omni onere cuſtodiæ ſolutos, ac liberos futuros pronuntiauit b. Proximo vero anno Henrico epiſcopo Vvintonenſi, & Conrado e Suſtiro Balthaſarem cuſtodiendum commiſit c: quem poſtea reſtitutum in libertatem & cardinalitiam dignitatem dicemus. Nunc reliqua huius anni percurramus.

Seſſio xlii

Balthaſar. e Coſſa tẽtus in vinculis.

b Lib. 1. p. 15 ext. enã in actis concil. Coſt. ſeſſ. 480

c Ead. lib. p. 23 & 25.

Consulturus ditioni eccleſiaſticæ Martinus Iacobum S. Euſtachij diaconum Cardinalem legatum creauit d, eique Romanæ vrbis & Campaniæ, Maritimæ, Sabinæ, & Patrimonij B. Petri in Tuſcia adminiſtrationem tradidit. Cum autem inteſtina diſſidia Romæ orta eſſent, atque a nonnullis proceribus externis Vrbs ipſa oppugnaretur, Martinus inducias imperauit, edixitque e Romanis ciuibus, ne alteri quam Cardinali legato parerent.

Iacobus S. Euſtachij creatus legatus a Martino.

d Lib. 1. lit. de cur. p. 9. & 28.

Ibid. pag. 1.

7. &c. In Boemia hoc anno Huſſitarum hæreſis, Pragenſis academiæ pſeudodoctorum aſtu & opera in perniciem animarum diffuſa & propagata eſt. Cum enim piæ aures a fœdiſſimis Ioannis Vvicleffi, & Ioannis Hus hæreſibus abhorrerent, propoſito decreto de ſumenda a laicis ſub vtraque ſpecie Euchariſtia, eo fuco vniuerſas alias hæreſes colorare niſi ſunt & poculo f aureo Babylonica venena propinare; captas enim mox eo viſco veluti aues, plebis animas, irretitaſque narrat Ioannes Cochlæus g. Itaque impietas, confirmata Vvenceslai ſocordia vires experiri conſtituit. Conuenere igitur ad triginta millia armati hæretici, qui diruere eccleſias, & monaſteria incendere cœperunt: vtque ſacrilegia ſua religionis pigmentis decorarent, patente campo trecentas menſas poſuere, in quibus facinoroſo & rudi populo ſacramentum calicis porrexerunt. Extimuit Vvenceslaus armatos Huſſitas, ne in ſe eorum furor erumperet; in idque proni erant, cum multitudinem Coranda presbyter permulſit h: licet enim ebrioſum & ſegnem nacti eſſent Regem, quietum tamen & benignum illum eſſe addidit, qui nulla ipſos moleſtia afficeret.

Pragenſis academia infecta hæreſi.

Propoſita laicis communione calicis eos irretit.

f Apocalip. cap. 17.

g Cochl. hiſtor Huſſit. lib. 4

Hæretici Euchariſtia pro impietatis veſtera abuſi.

De Vvenceslao deturbando agunt.

h Ibid. ibid.

Hoc

12 Hoc anno B. Nicolaus Albergatus, vt narrat Sigonius [a], ex Cartusiensi eremo ad Bononiensem episcopatū euocatus est, in quo omnium virtutum genere effulsit: plura de ipso suis in locis dicenda erunt.

[a] *Sgo. lib. 3 de epis. Bonon.*

B. Nicolaus Albergatus.

IESV CHRISTI
Annus 1418.

Indict. 11.

MARTINI PP.V. annus 1. SIGISMVNDI ROM. REGIS 8. EMMANVELIS II. IMP. OR. 35.

1 PRopagata est Constantiensis synodus in annum, & tribus alijs sessionibus absoluta: quarum prima celebrata b est vigesima prima martij. Praefuit in ea Martinus, pluraque a schismatis exordio, tum a veris Pontificibus, tum ab ijs, qui flagitio pseudopontificios honores gesserant constituta rescidit. Monasteria in primis, ecclesias, sacerdotia, atque alia episcoporum imperio subducta, in pristinum statum, quem Pontifice Gregorio XI. tenebant, redegit: sanxit vacantium ecclesiarum vectigalia in pontificium erarium non referenda: simoniacum scelus poenis coërcuit; sacerdotijs potitos gerendi muneris onere solutos veteri iure contrinxit: decumas a nemine imperandas nisi a Pontifice, de Cardinalium, & praesulum consilio statuit: cleri mores reuocandos ad pristinum sanctitatis nitorem, & cultum corporis ad modestiam componendum edixit.

Sessio xliii *Basil. conc. Coll. sess. 23* Ecclesię in ordinem veterem reductę.

In simoniacos districtę cēsurę

Decima nona aprilis habita c est sessio quadragesima quarta, in qua Martinus decretum synodale de indicendis a Romanis pontificibus statuto tempore concilijs ad exitum perduxit, ac proximo euoluto quinquennio celebrandum Papiae concilium oecumenicum indixit hisce verbis.

Sessio xliv

Martinus, &c. Consentiente, & approbante concilio, ciuitatem Papiensem tenore praesentium deputamus, & etiam assignamus, statuentes, & etiam decernentes, quod praelati, & etiam alij, qui ad generalia concilia debent conuocari, tempore praedicto, nimirum expleto quinquennio, ciuitatem ipsam Papiensem accedere teneantur, &c. *Dat. & actum Constantiae in loco sessionis publicae* XIII. *kal. maij pontificatus nostri anno* I.

Indictum Ticini concilium.

2 Peracta d demum est vltima sessio concilij die vigesima secunda aprilis; cumque veteri more a patribus Martinus rogatus esset, vt concilij acta apostolica auctoritate confirmaret, ita ipsum respondisse traduntur acta d: *Sanctissimus dominus noster Papa dixit, respondendo ad praedicta*, nimirum postulata, *quod omnia, & singula determinata, conclusa, & decreta in materijs fidei per praesens concilium conciliariter tenere & inuiolabiliter obseruare volebat, & nunquam contraire quoquomodo: ipsaque sic conciliariter facta approbat, & ratificat, & non aliter, nec alio modo, &c.* Tum Antonius tit. S. Caeciliae Cardinalis de Chalanco, pontificio imperio & synodi consensu perlegit nonnulla decreta e, quorum primo pronuntiabat Pontifex dissoluere se concilium deprecantibus quae ipsis patribus; atque omnibus, qui illi interfuerant, amplissimam criminum, si excurrente bimestri illa sacra exhomologesi expiarent, veniam tribuit, addiditque: *Similem concessionem facimus in mortis articulo, & intelligimus tam de dominis quam de familiaribus eorundem: sic tamen, quod a die notitiae praesentium pro absolutione in vita ieiunent per annum sexta feria, & pro absolutione in mortis articulo per alium annum, nisi legitime fuerint impediti, quo casu debeant alia pietatis opera peragere, &c.*

Sessio xlv. & vlt.

Decreta fidei approbata a Martino.

Dissoluta synodus.

Piaculatis venia data a Martino.

3. &c. Lecta deinde est in sacro patrum coetu sanctio apostolica [a] iam ante VIII. kal. martias ad Vvicleffi & Hus foedas haereses serpentes in Boemia excindendas edita, atque archiepiscopis, episcopis, fideique censoribus missa, vt ex descripta forma iudicia ecclesiastica in impios exercerent; ducitque exordium ab his verbis: *Inter cunctas pastoralis curae sollicitudines.*

[a] Ext. apud Mart. to. 8. pag. 209. & in alio ciec. Constant. in sess. 45. sub fin. & in bull. in Mar V const. 1. Constitutio contra Vvicleffi, & Hussi haereses.

6. 7 Creuerat adeo haereticorum numerus, & audacia, vt praesules iudicialem seueritatem in illos adhibere in Boemia non possent, cum ob ignauiam Vvenceslai, procerum, aut magistratuum potentia fulti non essent; immo trepidos catholicos haretici Neroniana persecutione iam vexare coepissent: tanti fuit serpenti clanculum malo obuiam non itum fuisse, quando opus fuerat. Cum igitur palam iam haeresis fureret, ac tepla profanarētur, pellerentur ecclesiastici, diriperentur sacrae opes, catholici doctores necarentur; Pontifex sacrū bellum ad retundendos impios, religionemq; ab eorum sacrilegis conatibus vindicandam indicere meditabatur: sed ab eo cōsilio Sigismundus Romanorum Rex ex nimio in suos amore reuocauit: ipse vero proceres Boemos ad auitam orthodoxam fidem traducere blandis literis b VIII. kal. aprilis consignatis est conatus: qui non modo flecti e ad pietatis cultum non potuere, sed priora nouis flagitijs comularunt: & eorum signifer Ioannes Praemonstratensis ordinis delator, cum de templo S. Sthephani, vbi haeresim nefarijs concionibus spargebat, detrusus esset, monasterium Carmelitarum inuasit: ac tum haeretici ad religionis speciem singulis ferme diebus Eucharistiam per suas ecclesias circumferebant: quas cum, crescente eorum numero, pauciores angustioresque esse obtenderent, in regiam duce Nicolao eius loci domino, vnde Ioannes Hus originem traxerat, irrupere, atque a Vvenceslao, vt plures & ampliores traderet contendere: quo populari motu territus Rex in Visegradensem arcem se recepit. Rebellioni religiosum specimen praetenderunt, liberam scilicet euangelij praedicationem; pro qua tuenda sanguinem se profusuros literis promulgarunt; de quibus Thomas Vvaldensis agit d.

[b] Ext. apud Cocl. lib. 4. hist. Huss. & Cocl. lib. 4. Ioannes Praemōstratensis apostata.

Haereticorum hypocrisis.

[d] Vvald. to. 1 lib. 2. art. 3. cap. 70.

8. 9 Ad vindicandam porro a tot tantisque impiorum iniurijs religionem Pontifex, soluta iam vigesima secunda die aprilis synodo Constantiensi, cum Gebennam se contulisset, Ioannem Dominici ordinis Praedicatorum tit. S. Sixti presbyterum Cardinalem, doctrina rerum sacrarum, ac religione insignem, de quo iam ante a nobis mentio facta est, VI. id iulij, legatum in Boemia & Pannonia creauit e.

Legatus in Boemiam, & Hungariā missus.

[e] Mart. to. 1. ep. cur. p. 135

10. 11 Profectus ille in Boemiam adeo in impietate haereticos obfirmatos comperit f, vt cum occlusis verbo salutis auribus vique adhibita omnes pios ad scelus cogerent, Sigismundo Regi Romanorum significarit, conuertenda in Boemiam illius arma ad ruentem catholicam rem tuendam, confirmandamque. Sed is, pro vt dicebamus, pro insito in Boemos amore, illos mollioribus studijs in sinum Ecclesiae reuocandos ratus, fundendo sanguini temperandum constituit. Contrarium omnino necessarium Constantiensis synodus censebat, in qua Ioannes Gerson g superiori anno hoc dabat consilium: *In expugnatione tali proficere videretur, quod serenissimus Rex Romanorum innocatus a sacro concilio acciperet factum illud prosequendum, & terminandum.* Et paulo post addita ratio: *Attento quod in regno fratris sui, cuius est successor, haec haeresis habet exordium, & nisi prouideatur, serpet in longinquum.* Non falsus vates fuit Gerson: Sigismundi enim in Boemos haereticos nimia pietas crudelis admodum extitit, cum mox putridarum partium pestiferum virus ad sanas serpserit, Boemiamque vniuersam inuaserit; quod postea nobis

[f] S. Ant. 3. p. tit. 23. c. 11. & 53. Lodd. de viris illustr. ord. Praed. in Io. Dominic.

Sigismūdi nimia clementia malum auget.

[g] Io. Gers. tom. 1.

bis iugendum erit. Nunc ad pontificias curas reliquis schismatis abolendis narrationem traducamus.

Petri de Luna pertinacia.

12. 13 Agebat Paniscolæ Petrus de Luna vna cum quibusdam pseudocardinalibus atque episcopis, populosque a Romanæ ecclesiæ coniunctione retardabat: ad cuius infringendos conatus Pontifex ineunte anno Alamannum Cardinalem, concilij Constantiensis consensu, ad Aragoniæ, Valentiæ, Nauarræ, ac Balearium regna legatum a misit, amplissima ei tribuna auctoritate. Defessi diuturni schismatis calamitatibus erant Aragonij, extremoque superiori anno pertinacissimum antipapam adegerant, vt ab alendo schismate absisteret, iterumque reliqui eius pseudocardinales ipsum VIII. martij rogarunt b, vt positis pontificalibus ornamentis Constantiam mitteret oratores, tolleretque offensionem publicam, quam in Ecclesia foucbat, a quo hoc responsum datum est: *Plures cum Papa sunt contrarium: quamuis sola Papæ opinio sufficeret, & esset omnibus aliis præferenda*. Coarguerunt phanaticum antipapæ errorem eius sectatores, ac superiores preces, adductis multis grauissimisque sententijs & argumentis, quæ ipsos permouerant, repetierunt c: *Nonnulli*, inquiunt, *sancta humilitate prediti viri propter quædam in se offendicula, quibus pie religioseque mouebantur, episcopatus officium non solum sine culpa, verum etiam cum laude deposuerunt. Idem etiam Augustinus in libro gestorum cum Emerito: Pro pace Christi episcopi esse debent, aut debent non esse; & subdit: Quid dubitamus Redemptori nostro sacrificium illud humiliter offerre? An non ille de cœlis in membra humana descendit, vt membra eius essemus? & nos, ne ipsa membra crudeli diuisione lanientur, de cathedris descendere formidamus?* Et infra: *Nam qua fronte in futuro sæculo promissum a Christo sperabimus bonorum, si Christianum in hoc sæculo vitæ bonor impedis vitalem.*

a Lib.1 epist. pag.62.

b t.2 de schism. p.812. & cod. in S. Cardin. Baron.

Refellitur eius argutiæ. c Lib.p.93.& in annalib. Proposita sanctorum qui cessere exempla.

14. &c. At perfidus antipapa, cum propositis pœnis grauioribus pontificij fastigij insignia ponere iuberetur, impudenter respondit d, habituum se colloquium cum Martino, si vera essent, quæ de eius humanitate & integritate ferebantur. Itaque cognita illius pertinacia ad Ecclesiæ castra transfugere, quos hoc anno Martinus exarato Gebennæ prima augusti die diplomate vero honore, ac iure cardinalitio affecit e: erant ij Ioannes Murillus abbas Montis Aragonum tit. S. Laurentij in Damaso presbyter, Carolus de Vrries S. Georgij ad velum aureum, Alfonsus Carillus S. Eustachij, Petrus Fonseca S. Angeli diaconi Cardinales. Contulere vero se in Italiam, atque a Martino benigne excepti sequenti anno fuerunt: qui, vt illius audaciam confunderet, Alamanno tit. S. Eusebij presbytero legato Cardinali prouinciam dedit, sicuti superius dictum est, vt ex decretis concilij in eum eique adiunctos animaduerteret f, armorumque fœdera cum principibus iniret g.

d Sur. lib. 19 cap. 69 Pseudocardin. Petri Lunæ ad Martinum transfugit. e Felix Oleri in vita eius.

Data Card. legato mandata. f Ib. pag. 86. g Ib. p. 155.

Spernentem censuras, ac synodi Pontificisque decreta apostolicus legatus facile perdomuisset armis, nisi Alfonsus Aragonum Rex (qui suasorijs tantum verbis illum admoneri, vt legibus pareret, contentus erat) legati eiusdem studia, cui frangendæ perfidi hominis contumaciæ munus iniunctum erat h, disturbasset: qua de re grauissimas querelas a Martino postea effusas audituri sumus. Nec decrant in reliqua Hispania, qui pseudopontificis pertinaciam tribuentes constantiæ de concilij œcumenici decretorum auctoritate detraherent.

Alfonsus Rex antipapæ pertinaciam fouet. h Ib. pag. 86. In Hispania nonnulli detrahunt de concilio.

17 Affulsere inter hæc Græcorum ad ecclesiæ Romanæ gremium exciso veteri schismate reuocandorum spes, habitaque sunt plura cum Emmanuele Imperatore ea de re oratorum colloquia, vt Martinus a testatur quam etiam Græcorum cum Romana ecclesia coniunctionem Ioseph patriarcha expetebat, cum pateret Græciam omnem in Turcarum potestatem redigendam, nisi composita de religione discordia occidentalium arma auxiliaria in illos verterentur. Quod perspiciens Imperator illud suscepit b consilium, vt filij sui affinitatem cum Regibus & principibus Romanæ ecclesiæ coniunctis contraheret, quo facilius Græci pristinam cum Latinis concordiam redintegrarent: consultusque de ea re Pontifex amanter id concessit, modo Latinis fœminis Latino ritu in Græcia viuere permitteretur, datis literis ad Constantinopolitanæ regiæ principes.

a Lib.3 p.19

b Lib.8 epist. cur. pag.31

Rex Poloniæ de Ecclesia optime meritus.

18. 19 Eximiam vero Vvladislaus Poloniæ Rex in concilianda cum Romana ecclesia Græcorum coniunctione operam nauauit, cui a Martino actæ gratiæ. Idem etiam pietate & militari gloria spectatissimus Rex plura bella cum infidelibus gesserat, nec modo eorum impetus retuderat, verum fidei etiam orthodoxæ limites amplificarat: ac Sagniaccas populos ad baptismalia sacra pellexerat: cumque ab Romanis Pontificibus nondum extincto Auenionensi schismate decoratus tuisset amplissimis prærogatiuis, eas a Martino confirmari flagitauit; cuius votis diplomate c apostolico IV. nonas maij consignato, morem gessit Martinus. Duxit d etiam pius princeps sibi gloriæ ex insigni erga sedem Apostolicam obseruantia in regno Poloniæ, Nouagroda, Pliscouia, amplissimaque alia Russiæ ora, in quibus leges dabat, vicarij Romanæ ecclesiæ nomen ac munus suscipere, vt eo ad inferendam barbaris euangelij lucem, fidemque orthodoxam propagandam, Græcoue schismate infectos ad Romanam ecclesiam traducendos veteretur. qua de re apostolicæ literæ exaratæ fuere: *Volumus*, inquit Pontifex, *quod antequam huiusmodi officium incipias exercere in manibus venerabilis fratris nostri archiepiscopi Gnezdensis fidelitatis debita, ac de huiusmodi officio solvitur. ac regaliter, prout speramus, & cupimus, exercendo pro nobis, & eadem Romana ecclesia recipienti, præstare debeas in forma solita iuramentum. Dat. Constantiæ III. id. maij pontificatus nostri anno I.*

c Lib.1 pag. 120. d Ib. pag. 79. Concessum ei priuilegium.

Vvitoldus in Russia renuntiatus vicarius pontificis.

20 Ad amplificandam etiam in magna Nouagroda & Sagitarum ac Pliznijkouu prouincijs, alijsque Russiæ partibus fidem catholicam, atque orientales ad Romanæ ecclesiæ coniunctionem adducendos vicarium in ijs terris, ac Lituania creauit Pontifex Alexandrum siue Vvitoldum ducem Lituaniæ pari auctoritate illi, ac Regi Poloniæ, attributa: quo argumento exat pontificium diploma e.

e Ib. pag. 80

21. &c. Inter hæc Ioannes Lusitaniæ Rex aduersus Christiani nominis hostes meridionales in Africa expeditionem conficiebat, ereptaque Mauris Ceptaproferre latius Christianam religionem meditabatur: ad cuius pia perducenda perficiendaque consilia Pontifex Christianos Reges, ac principes solicitauit, vt subsidiarijs illum armis iuuarent, præmiaque indulgentiarum religiosam militiam accepto crucis symbolo professuris, Regisque Lusitani signa secuturis proposuit f.

Rex Lusitaniæ religionē profert in Africa.

f Lib.1 epist. cur. p.153. Galliæ bella rei Christianæ exitialia. g Lun. car. 6. hes ann. Mist. vol. 1. c. 186. Paul. Æmil. in vit. Car. Magni lib. 15. Ioan. Ian.

24 Distinebat porro magna ex parte fidelium arma, ne aduersus Christianæ religionis hostes verterentur, obortum inter Gallos Anglosque bellum. Valde sane tristis erat g rerum Gallicarum facies, cum regio sanguine prognati principes dissiderent, atque ob Caroli VI. imbecillitatem administrando regno imparem, contrariasque Andegauensis & Burgundæ stirpium factiones debilitatis Gallorum viribus, Henricus V. Anglorum Rex maximo armorum apparatu conatuque, vt diximus supra, regnum illud inua-

Amedeus Card. legatus in Gallias.

inuaderet: ad quas sedandas controuersias Martinus Amedeum Salutiarum S. Mariæ nouæ diaconum Cardinalem amplissima suffultum auctoritate in Gallias misit a.

a *Mart. l. 1. ep. cur. p. 40.*

Alij duo Card. in Gallias missi.

25. &c. Adiunxit postea Amedeo alios duos Cardinales laborum socios, Iordanum Vrsinum episcopũ Albanensem, & Guillelmum tit. S. Marci presbyterũ, quibus datum est de pace conciliandа inter Carolum Gallorum, & Henricum Anglorum reges, diploma b xv. kal. aprilis. Vrgebat quippe periculi magnitudo Pontificem, vt Galliæ subueniret, cum Henricus maxima instructa classe in Normanniam irrumperet c; ac propterea eos omnes, qui pacis consilia disturbarent, censuris iussit comprimi: cumque intestina discordia inter principes e stirpe regia natos, Delphinum nempe, Ioannem Burgundum, & alios proceres, nonnullasque vrbes aduersis partibus implicitas regnum illud olim florentissimum funeste laniaret; ad illam dissipandam Martinus legatos omni opera, studio, & cogitatione iussit incumbere. Habiti propterea

Ibid. p. 94.

c Polyd. Virg. l. 22. Iuuen. in car. 6. & alij.

Pax turbata a factione Burgunda.

Seditio Parisijs exorta.

Cadet ingentes partes.

Montrolij conuentus, & Cardinales pacis arbitri pronunciarunt, vt Delphinus ac Burgundus regnum ex æquo moderarentur. Exortæ inde maiores turbæ: promulgatis enim eius fœderis pactionibus, Burgunda factio vocauit in inuidiam apud plebem comitem Armeniaci alioſque regios administros, repudiari ab ipsis sanctæ a Cardinalibus pacis leges; factaque in Armeniacum & socios coniuratione, Lutetia a factione Burgunda occupata est, Carolus Rex e regia abductus, & equo impositus fuit, atque circumductus per vrbem, vt illius auctoritate ipsi fidissimi trucidarentur. Delphinus in tanto tumultu, cuius caput peti ab hoste multi interpretabantur, fuga euasit d: quem multa postea gessisse bella dicerur. Ita vero laniata suorum manibus Gallia, & sacerdotibus in eam rabiem versis, vt filijs aduersæ factionis baptismum denegarent e, vrgebat extremam eius perniciem Henricus Anglorum Rex Francorum debellator, qui Normannia peragrata Rothomagum prouinciæ metropolim obsidione cinxit, proximoque anno XVII. ianuarij die ad deditionem compulit.

Delphini fuga.

d Mss. vol. 1. cap. 187. Paul. Æmil. l. 10.

e Iuu. Ypsis. in Car. VI.

29. 30 Superioribus legationibus appetente vere decretis in Germaniam, Gallias, Hispanias, insignem aliam adiungimus, inclinante anno a Martino cum Mantuam peruenit, Petro S. Mariæ in Dominica dатam, in Neapolitano regno obeundam. Prosecuta erat iam summo studio Ioanna venientem Pontificem, atque arces ditionis ecclesiasticæ, ab se præsidio militari tantas restituerat, pollicitationibus maximis additis, se obsequentem sedi Apostolicæ semper futuram, armaque ad eius iura in hostes tuendа coniecturam. Quibus permotus Pontifex, cum iam illi ante Neapolitanum regnum beneficio liberalitateque sedis Apostolicæ tradidisset, legatum eius rogatu mittere constituit g, cui illa ritu solemni clientelarem sponsionem præstaret, regiaque corona vicissim redimiretur a legato: cui etiam imposuit, alijs literis h, vt pacem in Sicilia componeret.

Io. Regina Neap. restituit ditionis ecclesiasticæ arces.

f M. S. diar. Ven. & Sim. mont. histor. Neap lib. 4. cap. 3.

g Mart. ibi pag. 19. b lib. ep. 179

Iacobus Rex ab vxore tētus in carcere

i Coll. hist. Neap. lib. 5. & Summont. lib. 4. c. 3. k Rec. Pign. in ms. f. diar. Sanz. lib. 13 c. 15. l Summont. lib. 4. c. 3

Iacobus libertati restitutus fugit.

31. &c. Coniecerat i in carcerem Iacobum virum suum Ioanna, vt nullo illius metu licentiæ frena laxaret, tantoque facinori eam speciem obtendebat, magistratus Gallici generis hominibus ab ipso traditos, seque libertatis & regiæ auctoritatis vsu iniuste spoliatam fuisse. Cum vero ad Iacobum custodia liberandum Carolus Francorum, & Carolus Nauarræ Reges, duxque Burgundiæ oratores in Italiam misissent, vrgente legato liberatus est proximo anno e carcere k iis legibus l, vt regium nomen poneret, nec rem administraret, gereretue: qui ex arce, capta fuga, Tarentum rursus delatus est: in qua vrbe cum exercitum apparare meditaretur ad tuendas de aduersarijs pœnas, ac Reginam reprimendam in officioque continendam, hostilibus circumuentus copijs inde profugere in Gallias coactus est, vbi ipsum mortalibus rebus valere iussis, postea Franciscanæ disciplinæ se addixisse B. Ioannes Capistranensis testatur.

34. 35 Adductum est per id tempus in controuersiam, num princeps pro pace publica cum defunctæ vxoris sorore nuptijs iungi possit. Agebatur enim tum de matrimonio Ioannis comitis Fuxi, qui Ioannam Caroli Regis Nauarræ primogenitam vxorem duxerat, iamque viduus cum eiusdem Ioannæ sorore Blancha connubium inire cupiebat, Nauarrensi regni suæ stirpi asserendi spe: cumque ea res Nauarris & Fuxensibus pacem allatura crederetur, Martinus consultis theologis leges ecclesiasticas in eo casu soluit; vnde patet rem nouam a Iulio II. non fuisse tentatam, atque Henrico VIII. iustum conflandi Anglicani schismatis specimen defuisse.

36 Contulerat se Gebennam paulo ante Martinus a, cui e Constantiensi vrbe discessuro Sigismundum Imperatorem stratoris munus & obsequium præstitisse, ac frænum equi cultu imperiali nitentem tenuisse, pedibusque extra vrbem deduxisse, refert Monstreletus; additque Pontificem Gebennæ tribus mensibus commoratum, scilicet non completis, vt ex Felice Contelorio constat, qui illius itinera ex m.s. Vaticano describit b.

Stratoris munus Cæsar Pontifici exhibet

a Mss. vol. 1. cap. 192.

Gebennæ Pont. aliquandiu moratus

Martini iter in Italiam.

b Cont. ex lib. diuision. sen partic. sacr. collег. & ex Manusc. Rodulph.

IESV CHRISTI
Annus 1419.

MARTINI PP. V. SIGISMVNDI ROMAN REGIS 9. annus 2. EMMANVELIS II. IMP. OR. 36.

Indict. 11.

MArtinus Romanus Pontifex Mantua Florentiam februario mense venit: in qua vrbe reliquam anni huius ac proximi partem egit, dum ecclesiasticæ ditioni ex inuasorum manibus eripiendæ vacabat: quæ vero Mantuæ gesserit a nobis in primis percurrenda sunt. Imperatas superiori anno Sigismundi Regis Romanorum consensu inducias vidimus inter Vvladislaum Poloniæ Regem, & Cruciferos equites, vt facilius pax redintegrari posset: ad quam conciliandam illius interpretes & arbitros Iacobum Spoletanum & Fernandum Lucensem episcopos amplissima munitos auctoritate legauit: extat ea de re pontificium diploma c Mantuæ exaratum. Meminit de ijs legatis Cromerus d, quos a Cruciferis amplis muneribus subornatos queritur; vnde priora inter Cruciferos ipsos & Vvladislaum Regem Poloniæ bella recruduerint.

Florentiã Martinus petit.

De pace inter Cruciferos & Polonos agit

c Lib. 1. epist. cur. p. 230.

d Crom. hist. Polon. l. 18.

2. &c. Mantua Ferrariam profectus ibi subsistit. Deinde iter intendit Florentiam Bononiensis agri declinans fines, cum ea vrbs libertatis inani specie delusa in Antonij Bentiuoli seruitutem se addixisset e; Florentiam igitur accedens a primarijs viris populoque maxima gratulatione & pompa exceptus est. Describit accurate singula hæc itinera Felix Contelorius ex libro participationum sacri collegij, & manuali Rodulphi Rocilgini cameræ apostolicæ notarij, & diario Florentino f. Non potuit in Vrbem contrarijs adhuc seditiosorum factionibus fluctuantem tuto se conferre. Præterea Braccius de Montone Perusij tyrannus, de quo antea memoraui, inter medios schismatis tumultus magnam ditionis ecclesiasticæ partem in suam tyrannidem redegerat, dum Balthasarem Cossam tueri præseferebat.

Martini peri tralia itinera.

e M. S. Vent. chr. Florent

f Dian. Florent. ab anno 1406. ad an no 1439. & alij:

Braccius tyrannus Iarum.

Balthasar Cossa carcere dilapsus.

5 Quod vero ad Barthasarem attinet; cum is in custo-

custodia a Ludouico Bauariæ duce teneretur, noctu fuga euasit: quocirca grauis iniecta est suspicio, ne ille temere priores apices tibi assereret, schismaque renouiceret: demum autem meliori consilio sumpto sponte tua Florentiam veniens Martino vt vero Pontifici se submisit. De quo tradit Leonardus Aretinus a; susceptum a Martino primum Cardinalem effectum, nec annum integrum superstitem e vita migrasse, nimirum XXI. decembris huius anni, vt obseruat Felix Contelorius b.

Sponte Martino se subijcit.

a Leon. Aret. in hist. rer. Ital. Walsingham hoc ann.

Primus Cardinalis creatus.

b Fel. Contel. in elec. Card. Bonif. IX.

6. 7 Plurimum momenti attulit ad confirmandam ecclesiarum coniunctionem illa Balthasaris Cossæ demissio, ac reuerentia Martino sponte præstita, cum quæstio an iure honore deiectus & sponte se abdicasset penitus sublata fuit. Supererat ad constabiliendam Ecclesiæ pacem, vt Petrus de Luna, qui Panicolæ in Valentino regno a suis Cardinalibus deiectus agebat, pertinaciam & pontificalia insignia poneret: ad quem gradu pellendum Pontifex recurrente sacræ coenæ dominicæ die anathematis sententiam in hæreticos latam in Petrum etiam ipsum eiusque sectatores tulit c. Obduruerat autem adeo in perfidia antipapa, vt nullis censuris, sed tantum ferro edomari posset; verum Alfonsus Rex arma in Panicolam verti passus non est, vt fiduciarium regni Neapolitani ius a Pontifice extorqueret: quamobrem regio tectus patrocinio antipapa ad officium magno cum ipsius pluriumque aliarum animarum exitio adigi non potuit: de quo postea grauissime Martinus d questus est. Nunc reliquas res Hispanicas prosequamur.

Petrus de Luna pertinacissimus.

c Ant. 1. 1. ep. con. p. 857. & in annal. Alfonsus Rex illum tuetur.

d Mart. t. 9. breu. pag. 3.

8. 9 Implicito, vt vidimus, Ioanne Lusitaniæ Rege Africano bello ad proterendos latius Christiani imperij terminos, Pontifex, vt pios eius conatus promoueret, cunctos fideles encyclicis literis rogauit, vt Lusitanum ipsum armis commeatuue iuuarent, ac necessaria ad sustentandum crucesignatum exercitum pro Cepta aduersus barbarorum impressiones defendenda vnique efferri deuehique permitterent. Debuissent certe Reges ac principes Lusitano ad subijciendam Christo Africam se coniungere: at illi vel suis commodis studuere, mutuisue bellis sese attriuere: in Gallij enim Anglus Rothomagum decima nona ianuarij triumphali pompa ingressus e victorias latius proterebat f; Delphinus receptis Turonibus circumterebat g signa: Burgundi res ex laniati regni cladibus augebatur: demum Martini Pontificis studio concordia die XI. iulij Burgundum inter ac Delphinum redintegrata h. Sed Ioannes Burgundiæ dux fidei defuit, neque ereptas vrbes regias restituit, neque in Anglos arma vertit; indeque de eo necando ab Aurelianensium partium studiosis captum consilium, vt per speciem colloquij, inscio coniurationis Delphino, infeliciter truncatus sit permittente diuino Numine; vt qui proditione cæso antea Aureliæ duce consanguinei sanguinem fuderat, proditus occumberet, adhibitas in alios sæuitiæ pœnas daret, neque ecclesiasticis sacramentis muniretur, qui aduersæ factionis homines tradendos supplicio illis procurari, vel filios sacro lauacro ablui vetuerat i. Hic tamen Burgundi iussus tunc legibus error maiori cruoris effusione vindicatus est.

Io. Lusitan. Rex bellú in Africa gerit.

Angl. Rex potitus Rhotomago.

e Iuu. Vrsin. in Car. VI. hoc anno Mezer. tom. 1 cap. 201. Fl. bc. cap. 208 209.

f Cap. 204.

g Cap. 204.

h Extat de re publ. lib. eod. cap. Burgund. promissis deficit.

10 Funestior longe k erat regni Boemici conditio, crescente in dies cum impietate discordia, adeo vt & sacros missæ ritus immutare ausi sint, & quisque sacerdos nouam missæ formam condiderit, quos egregie refellit Thomas Vualdensis m. Dum autem ignauus Vvenceslaus laxas hæreticis habenas dabat, experimento didicit, euersa religione, regna simul euerti: facta enim est coniuratio Pragæ, & impetu occupatum vrbis prætorium; ex quo vnde-

i Ext. de re lit. Car. Reg. apud Mezer. t. 116.

k Æn. Sil. hist. Bohem. c. 37. Cochl. hist. Hussit. l. 4. Dubrau. lib. 23. & alij.

m Tho. Vald. l. 3. tit. 4. cap. 28.

cim consules fuga saluti suæ consulnere; reliqui soprem vna cum iudice e fenestris præcipites deiecti, hastisque transfixi, ostentante sanguinarijs hæreticis Eucharistiam Ioanne Præmonstrarensi Hussita; nec regius equitatus, qui ad tumultum accurrerat, in hæreticos perduelles incurrere ausus est; sed in fugam turpiter se contecit. Tam atrox facinus vlcisci excussa parumper segnitie Vvenceslaus parabat, Sigismundo Romanorum Rege fratre suo principibusque amicis in auxilium vocatis; sed paralysi correptus decem & octo dierum morbo extinctus est, signatis nominibus hæreticorum, quos afficere supplicio decreuerat: cuius obitum ita consignat Cochæus: *Mortuus est anno Domini* MCCCCXIX. *die* XVI. *mensis augusti ætatis suæ quinquagesimo septimo, cum regnasset in Boemia annos quinquaginta quinque.*

Magistratus Pragensis cæsi ab hæreticis.

Vvenceslaus Rex Boemiæ mors.

Defuncto Vvenceslao hæretici Zisca signifero effrænatius in catholicos debacchati sunt a, nonnon etiam religionis monumenta & decora diruerunt. Carthusiani pulsi, quos ob cœlestium rerum tractationem, atque ab hominum strepitu secessum, vt inutiles populo sues saginari dicerent impij. Poterat tot mala tollere, vel saltem sedare Sigismundus Rex: sed cum expeditionem Boemicam intermisisset, vt Turcicæ vacaret, non defendit b Hungariam, & Boemiam amisit, cum eo cunctante hæretici in audacia confirmati expugnarent arces, & catholicos vi & supplicijs ad impietatem amplectendam adigerent, adeo vt serius ipsos, iam regno vniuerso deprauato potiores, bello aggressus sit.

Hæreticorum grassationes in loca sacra.

a Æn. Sil. hist. Bohem. c. 32. Cochl. l. 4. Dubrau. lib. 23. & alij.

b Æn. Sil. hist. Bohem. cap. 31.

11. &c. Hoc anno magnum sanctitatis lumen B. Vincentius Ferrerius ordinis Prædicatorum in terris extinctum est, vt cœlo fulgeret. Describere eius admirandas res gestas plures auctores c, vtque inter cetera a Christo euangelium promulgare in occidente iussus sit, & maxime apud Saracenos, dum Granatæ concionabatur, veneratione tuerit; a concilio Constantiensi in difficillimo fidei articulo consultus d sit; Petrum de Luna sæpius mouerit, vt papalis insignia dignitatis deponeret, & miraculis clarus innumeras animas ad salutem reuocarit e; relatumque addunt ad Martinum V. Eugenium IV. & Nicolaum V. de eius rebus admirandis fuisse: ac tandem Callistum III. vt beatus vir illi in sæculo prædixerat, ipsum in sanctorum ordinem retulisse, qua de re nos suo loco.

S. Vincentij Ferrerij pius obitus.

c Petrus Ranzanus. Ranzano apud Surium 5. aprilis. Antonin. p. tit. 23. c. 2. Ludd. à Sancto Vrsu illustr. ord. Prad.

d Missus a Christo ad prædicandu euangeliu. d Surius t. 12. c. 73. Marian. lib. 20. c. 10.

e Petr. Rāzan. lib. 3.

14 In oriente hoc anno Ioannes Emmanuelis Imperatoris primogenitus, ducta vxore Sophia filia marchionis Montisferrati, solemni ritu imperatorij dignitatis ornamenta suscepit, vt narrat Gregorius Pranzæ f.

Insignis eius prædictio.

f Phranz. lib. 1. c. 38.

IESV CHRISTI Annus 1420. Indict. 13.

MARTINI PP. V. SIGISMVNDI ROM. REGIS 10. annus 3. EMMANVELIS II. IMP. OR. 37.

1, 2 FLagrabat desiderio Martinus abolendarum schismatis reliquiarum, ac Petrum de Luna, vel ad pontificalia insignia ponenda obstringendi, vel expugnata Panisçola, pertinacissimum schismatis propagatorem in potestatem Ecclesiæ redigendi, ne in perniciem animarum noua incendia excitaret. Legati ob id superioribus annis fuerant Alamannus tit. S. Eusebij presbyter Cardinalis, deinde Bertrandus episcopus Tiffernas, quorum pij conatus Alfonsi Regis Aragonum flagitio, vt dictum est, ad irritum ceciderunt: experiri tamen iterum voluit

Martinus Petrum de Luna in suam potestatem redigere tētat.

Legatum mittit in Aragoniã. a Lib.3.epist cur.p.38.33

huit Pontifex, an armis catholici nominis hostem Panisecola exturbare posset, deditque a eam prouinciam Petro Fonsecæ S. Angeli diacono Cardinali. Vtque rem arduam e sententia gereret, indictum est ipsi, Petro eiusque studiosis lacrum bellum, cui idem Cardinalis legatus præfectus est, munitusque auctoritate, vt non modo Aragonios & Baleares, verum Castellanos etiam & religiosam militiam professuros crucis symbolo insigniret, propositisque indulgentiarum præmijs ad oppugnandum impietatis signiferum concitaret.

Ciuiles motus in Castella.

3. 4 Dum Petrus Cardinalis legatus vias omnes indagabat, vel vt Petrum de Luna amplis pactionibus ad parendum sacris legibus induceret, aut eum caperet, Pontifex cognitis nouis Castellæ motibus ciuilibus nouam illi prouinciam dedit b, vt ad redintegrandam in Castella concordiam incumberet. b Lib.3.epist cur.pag.11. Iniecerat Hispaniæ hos tumultus duorum principum Henrici & Ioannis, qui stirpe Aragonia orti erant, ambitio: cum enim paribus studijs summa rerum Castellanarum administratione potiri adniterentur, Castellanos proceres in duas factiones diuisere c, misero Rege in prædam eorum cupiditatibus expositio. Primus ciuilis discordiæ facem intulit Henricus, qui pridie idus iunij Regem incautum, magistro regiæ aulicisque captis, in suam potestatem redegit, erepta ei eundi decernendiue libertate. Permoti ea indignitate cæteri proceres, duce Ioanne Aragonio, qui Blancham Nauarrici sceptri heredem vxorem duxerat, signa ad Regem liberandum extulere. Igitur auertendi huius ciuilis belli cupidus Pontifex Ioanni Regi ostendit d in quot quantaque pericula ipse, ac regnum suum adducerentur, nisi ad sedanda intestina dissidia curas intenderet.

c Marian.l. 20. de reb. Hisp.cap.11 Surit.lib.13 c.2.15 alij. Henricus Arag.princeps Regê Castellam in suam redegit potestatem. Procerestei bellum indicunt.

5 Comparatis vero ad mutuam internecionem principibus, Abulæ habiti solemnes ordinum conuentus e vrbe a militibus circumsessa, nec liberis suffragijs, in quibus Henrico parari tacitoria proposita amplissima præmia: tum nuptiæ Catharinæ Regis sororis, illi promissæ: deinde extremo anno Henrici a quo tenebatur, impotentiam perosus Ioannes Rex exercendæ venationis specie Montalbanum profugit f, in qua arce ab Henrico est obsessus: denique contrariæ factionis proceribus accurrentibus obsidione solutus g est: contra autem in præceps versæ res Henrici, qui biennio post in custodiam conditus est, bonisque suis exutus.

d Lib.9.bren pag.107. Colloquiũ de concordia initum. e Marian. de reb Hisp Lib.20 c.11. Euadit ex Henrici custodia 10. Rex. f Ead lib. cap.12. g Ead.cap. 13 Henric.merita pœna affectus.

6 Interea Gallicum regnum a Gallis in potestatem Anglorum redactum est, auctore Philippo duce Burgundiæ, qui cum plura bellico turbine occupassent, nec Delphinum regno expellere vniuerso posset, illius cum Anglo partiendi spe ductus, tum ira furens ad paternam mortem vindicandam nomen Gallicum prodidit h, dediris Lutetia & sexdecim vrbibus Anglo Francorum hosti. Pax itaque futura ingentium bellorum materia, Philippo hisce legibus interprete confecta, vt Carolus Rex senio grauis ad reliquam vitam Gallico sceptro potiretur, ipsique defuncto Henricus, ducta vxore Caroli filia Catharina, succederet, siue ex ea prolem susciperet siue non. His additum, vt Henricus ob soceri morbum regni administrationem capesseret. Vt vero cæteris perfidiæ exemplum daret Burgundus, omnium primus in Henrici Galliarum moderatoris verba iurauit, Regemque Carolum in hostis potestatem redegit. Tradit Iuuenalis Vrsinus has Gallicas turbas cœlesti viso iam ante viro pio significatas, ostensos nempe turbido cœlo tres soles, atque his tres Reges Henricum, Carolum VI. ac Delphinum designatos.

h Ioan.Vrsin. in Car.VI. hoc ann.Mistr. vol.2. c. 119. 120. Wolfang.in Henr.V. Polydor.Virgil & alij. Concordiæ leges inter Angliæ & Galliæ Reges. Regni iura in Anglum translata. Rebellant proceres contra Ioan.Reginam.

7 Ciuilia hæc Gallorum bella impedimento fuere Ludouico Andegauensi, ne ex Gallijs necessarias vires ad subijciendam sibi Neapolitanum regnum eliceret a. Excitus fuerat Franciscus Sfortia a proceribus Neapolitanis, qui ægre ferebant Ioannam Ioanni Caracciolo regni administrationem liberam contulisse pulso Iacobo Rege, quem summis effert laudibus B. Ioannes Capistranensis, vt qui vxoris Reginæ perfidiam, paratas in regno insidias & careeres perpessus animum ad cœlestia applicuerit, ac dein pœnitentium tertij ordinis B. Francisci familiã propagauerit.

a Pandulph. Collen.lib.5 Summont.l. 4.c.3.

Iacob. Rex diuinis animum applicat.

8 Agente in Gallijs Iacobo Rege, ac Neapolitanas res spernente, Neapolitani, qui Reginæ nimio studio fuerant lenocinati, in atroces belli tempestates inciderunt: Ludouicus enim Andegauensis expediuit arma, vt potiretur regno, cum Sfortiæ imperiũ militare detulisset: qui apud Neapolim castra posuit, ac Gennensium classe, cui præerat Baptista Fregosius, adiutus maritimos Neapolis aditus intercluſit. Accenso ita in regno Neapolitano bello, Pontifex vt aduersas partes in concordiam reuocaret, Ludouicum S. Adriani diaconum Cardinalem legatum creauit b: ac Neapolitani regni proceribus mandata dedit c, vt legato apostolico se coniungerent, atque ad illius nutum ponerent arma, interrenue. At ij non paruere apostolicis imperijs, quare maxima mala in vniuersum regnum contrarijs laniandum factionibus redundarunt.

Soluta Neapolis obsidio. Auersa capta a Lud.

Derretus Mart. legatus in regnũ Neap

b Lib. 31. pag 15. c Ibid.p.61

9. 10 Inter hæc Carafa d, cui ab insigni morum improbitate Malitiæ cognomen inditum, Ioannæ Reginæ orator, consilia cum Alfonso Rege Aragonum, qui augendarum rerum suarum percupidus Corsicam florentissima classe oppugnabat, de liberanda Ioanna agitauit, illumque maximis pollicitationibus ad classem submittendam Neapolim pellexit. Soluta ita ab Aragonijs obsidio est, ac Ludouicus Andegauensis alio impetus conuertit, Auersamque in suam potestatem redegit. At Pontifex cum Ioannam Aragonium in regnum exciuisse, & contra Romanæ ecclesiæ iura, sanctaque fœdera iniquam adoptionem moliri animaduertisset, tum venalcentium Gallos inter & Aragonios bellorum semina tolleret, tuereturque iura sedis Apostolicæ promulgauit e concusso bellis regno Neapolitano, pluribusque ad illud annitentibus, ad Romanum Pontificem perfugiendum, atque eos, qui legato adhærerent aduersus quoscumque, animum Ioannam, Gallos, & Aragonios, in clientelam apostolicam aciuit. Dum Florentiæ morabatur Martinus recepit Bononiam misso Alfonso Cardinale S. Eustachij, quem ferunt precibus & opera religiosissimi viri Conradini ordinis Prædicatorum flexisse ad obsequium ciues, qui Antonij Bentiuoli fraude Romanæ ecclesiæ iugum excusserant.

d Sanuto. lib.4.cap.3. Rex Aragonũ excitus in regnum

e Ibid.p.61 Data a Martino procerib. mandata.

Mart. recipit Bononiam.

11 Discessurus porro Florentia: *Hoc munus*, inquit S. Antoninus f, *& dignitatem ciuitati concessit id supplicanti, vt ecclesia cathedralis Florentia ex episcopali ad metropolitanam promoueretur, pallio decorata, cui Fæsulanus & Pistoriensis, vt viciniores pro suffraganeis consignati sunt & non alij.* Describit Felix Conteliorius g ex veteribus monumentis Martini e Florentia recessum, & quo honore a magistratibus affectus sit: *Supplicauit*, inquit, *Romano populo ad Vrbem statuis profecturo cognita respublica Florentina ob ciues eius, qui Pontificem per vniuersam ditionem comitarentur & splendide lauteque reciperent. Die* XXVIII. *septembris Romam tandem exoptatus peruenit, & in ecclesia S. Maria de populo pernoctauit. Die Lunæ* XXX. *eius mensis senatus & ciues acclamantibus omnibus: Martino Papa salus & vita; per publicas vias aulais splendidas domus; hilaria & fausta omnia & nouam Vrbi faciem prænuntiantes: ad Vaticanum palatium deduxerunt.* Mutant inde ipse sedes, vt tradit a S. Antonino, easque in ædibus basilicæ

f S.Ant.t.3. tit.22.cap.1. §.2. Florentiæ an archiepiscopatũ erecta. g Fel Contel. in vita Mart.V. Dicedit Florentia Martinus. Florentini oratores Martinum comitati.

a S.Ant.sup. p.8.3.

lica duodecim Apostolorum contiguis locauit a. At de his hactenus: nunc reliquas huius anni res prosequamur.

b Chron.Pol. ver lib.18.

12 Surgebat denuo bellum b inter Vvladislaum Poloniæ Regem & Cruciferos Prussiæ equites, quod latam ab apostolicis interuentijs Fernando & Iacobo Lucensi & Spoletano episcopis sententiam, Poloni vt iniquam refellerent, ac Vvladislaus vehementer quereretur, causa minime cognita, fuisse ab illis datam, armisque decernere parabat; cum Martinus imperatas iam ante inducias a S. Michaelis die sacro ad festum S. Margaritæ extraxit c, vt excurrente eo temporis interuallo, conciliandæ inter illos paci daretur opera. Incumbebat d Vvladislaus Rex ad instaurandum in Cruciferos bellum, cum pontificia auctoritate, missoque a Sigismundo Rege Romanorum Bartholomæo Capra Mediolanensi archiepiscopo oratore, hortanteque etiam Vvitoldo duce Lituaniæ, Pruthenica expeditio intermissa est, & copiæ, quæ Volboriam confluxerant, ac per Masouiam progressæ in Pruthenorum equitum ditionem eruptura erant, sunt dissolutæ.

Extractæ inter Polonos, & Cruciferos fiduciæ.

c Lib.3.epist. cur.pag.6.

Dilapidati ingentes belli apparatus.

d Cromer.Polon.lib.18.

13. 14 Intendere mox Pontifex ac Sigismundus Rex Romanorũ curas, vt aliud aduersus Vvicleffistas & Hussitas e bellum geri posset. Concurrerant ij ad arma post Vvenceslai obitum ad quadraginta millia duce Zischa, antequam Sigismundus signa in Boemiam verteret: quo cunctante Sophia Regina & Zencho Vvartembergensis copijs contractis Pragensem arcem præsidio muniuere. Confluente deinde Pragam hæreticorum colluuie, die noctuque inter illos & catholicos diebus quinque acerrime ferro flammisque certatum. Inter quos tumultus infelici casu Vvratislauiam Silesiæ metropolim ad necem magistratus a perduellibus cæti vicissim vicissim digressus Sigismundus sceleris auctores securi percuti iussit: quam ob rem Pragenses veriti eius seueritatem, proclamarunt illum in Boemiæ communem perniciem venisse, hostemque patriæ, non Regem dixere. Auditis eiusmodi tumultibus Pontifex, sacrum bellum, quod iam antea gerendum suaserat, discussumque a Sigismundo magna rerum suarum iactura vidimus, indixit. At serius, quam res poscebat, Sigismundus distincta cruce signa extulit f: nam adductis secum Misnis & Brandeburgi marchionibus, Saxoniæ duce atque Alberto genero duce Austriæ apud Pragam castra metatus, Hussitas ab obsidione Vissegradensis arcis depulit, vrbemque perduellem magnis molitionibus constrinxit: irrito tamen conatu omnia peregit; Zisca enim tanta arte bellica catholicorum excepit impetus, vt cum Sigismundus in perduellem vrbem vi perrumpere non posset, ad accipienda solemni ritu regni Boemici insignia referat Dubrauius illum g inducias cum hoste, iniquis etiam legibus, pepigisse, quas idem auctor recenset.

Motum ab Hussitis bellum.

e Æn.Silu. c.39. Cocl. hist. Hussit. l.5. Dubrau. hist Bohem. lib.24.

Zisca hæreticorum dux

f Id.ibid.

Pragam ob fidet Sigismundus

Zisca eludit eius imper

g Dubr hist. Boem l.24.

15 Antequam igitur Sigismundus castra a Pragensi agro amoueret, in arce Vissegradensi post festum S. Iacobi in templo principe a Conrado Pragæ archiepiscopo Boemica corona exornatus est, Cuthnamque abiturus, soluta post sex hebdomadas Pragensi obsidione, suis male rebus consuluit, cum sacram gazam ferentumque S. Venceslai ex auro puriore confiatum, vt stipendia militi solueret, abstulit h, pollicitus se refecto ærario erepta repositurum, ex eo enim impetus cuncta quotidie inclinare cœpere. Zisca solutus metu Pragenses ecclesias facto impetu expilauit i: cumque ob vrbis decora abolita Pragensium insidiæ contraxisset, inde digressus sceleratorum hominum turmis stipatus nullo ætatis sexusue discrimine, catholicos obuios ferro flammisque est infectatus; insignesque oppida aliquot euastauit. Pragenses etiam

Sigismundus Pragẽsem ob fidem solum

h Cocl.l.5.& Dubr. l.24. Zisca urbis Pragen si eccle sias expilat

i Id.ibid.

Hussitæ Vvissegradensem arcem obsidione pressere, & ad quam soluendam cum Sigismundus duxisset catholicum exercitum, magna clade accepta, figna reflectere coactus est, atque arx ad deditionem ab hæreticis perpulsa fuit; ac Nouum castrum a Vvenceslao olim conditum ab illis pariter expugnatum euersumque est: tum sacerdotes, ac monachi viui combusti, alijque ex conspicuis catholicis contrucidati sunt: *Vt intelligere*, inquit Coclæus a, *possit Rex infelicissimus datam fuisse capitaneis auream S. Vvenceslai tumbam cum reliquis ecclesiæ clenodijs in stipendium*. Intulere dein Pragenses victricia arma pluribus vrbibus, quæ Sigismundo Regi parebant, inque suam potestatem redegere; dicatas Deo opes expilauere vertereque in profanos vsus: viros vero ecclesiasticos sceleri non assentientes morte turpissima peremere, quos martyrij glorioſam palmam accepisse haud profecto dubium est. Rem vero male gestam a crucesignatis ait Monstreletus b, cum magis priuatæ cupiditati, quam diuinæ gloriæ seruirent, ac sacram militiam ab ijs abiectam fuisse.

Sigismundus ab hæreticis fusus.

a Cocl. end. lib.5. Vindicatũ direpti ferè tri aurei S Venceslai sacrilegij.

Plures vrbes ab hæreticis occupatæ.

Ecclesiastici affecti martyrio.

Crucesignati cur victi

b Mōstr.vol 1.cap.226.

16 Aspergere etiam alijs Germaniæ prouincijs pestiferum hæreseos virus conatos Hussitas, ex Salisburgensi c synodo constat, quæ celebrata d est hoc anno ab Eberhardo eius vrbis archiepiscopo Apostolicæ sedis legato ad excolendos cleri mores, atque in pristinum sanctitatis nitorem rem Christianam restituendam, ad quod præclarum opus ex redintegrata ecclesiarum communione permotum se fuisse Eberhardus ipse ait, parique diligentia ab aliarum prouinciarum episcopis compressa est hæresis Hussitica, ne latius serperet, restituendæque morum sanctitati nauata opera e.

c Extat t.3. concil. p.2. c. ac haret. Salisburgensis Synodus.

d Ex ille eius edito iussu.

e Ferar.hist. Mogũt.l.5. in Cor.III. ex mss ver. Nicolaus Serrarius Nouator.

17. &c. Disseminarat paulo ante in Belgio Nicolaus Serrarius Eremitani ordinis S. Augustini nonnullos Vvicleffi errores, nempe sacrificia a concubinarijs sacerdotibus peracta non valere, neque orandos esse sanctos, vel colendas reliquias; tum plures propositiones publicam offensionem inferentes temere fuderat, eaque de causa in concilio Constantiensi honesto carcere in cœnobio Metensi damnatus fuerat. Sed cum nonnulli monachi parũ acute rei grauitatem perpendentes, quod ille aduersus parochos religiosorum causam acerrime egisse videretur, questi sunt, illum grauiori, quam par erat pœna, affectum fuisse. Itaque recognitis iterum iudiciarijs actis, Martinus priorem sententiam confirmauit, atque editas ea de re apostolicas literas f iussit promulgari.

f Mart.l.5. pag.72. Vvicleffistæ in Scotia.

21. 22 In Scotia hoc circiter anno deprehensi sunt hæretici Vvicleffistæ nonnulli, qui docebant infantes fidelium parentum non esse baptismo abluendos, quod iactarent Spiritus sancti gratiam in eos infundi, neque confirmationis sacramentum vsurpandum, quod abunde diuino verbo confirmarentur. Recenset hæc Thomas Vvaldensis, quem lector consulat g.

g Vvald t.3 sect.5.de baptism.sacramen.53. S. Bernardinus in Italia inclarescit.

23. &c. Dum hæretici perdendis animabus operam dabant, excitauit diuina pietas in Italia S. Bernardinum Senensem ordinis Minorum, qui ad augendum domini Iesu Christi amorem, sacrum ipsius nomen in tabellis depictum adorandum proposuit; ea vero res nouam dissensionem inter pios viros, qui contrarias interpretationes afferebant, peperit, adeo vt re delata nota lite apud sedem Apostolicam cœptis desistere sit iussus, vt S. Antoninum h refert. Tradit vero Vvaddinghus i postea Pontificem cognito S. Bernardini pio ardore, quod ad Christum omnis ille honos referretur, permisisse, vt cœpta teneret, ac nomini Iesu crucem fuisse superadditam. At de his satis; nunc ad orientales res se conuertit oratio.

h S.Ant.3 p. tit.22.cap.7 § 5. i Vvadd hoc anno nu.3. Mahometes I. Turcarum Imperator.

26 Reuersus l ex Asia Mahometes primus Turcarum

l Phrãn.l.2 cap.39.

earum Rex Christiano imperio excidium minitabatur: ad cuius frangendos impetus, aliorumque infidelium arcendas irruptiones, Sigismundus Romanorum Hungariæ, Boemiæque Rex signa attollere meditabatur: quem tamen, vt vidimus dicemusque postea, Boemorum hæreticorum perduellio nimium distinuit. Pontifex vero concepta spe felicius, quam obtigit, bellum Boemicum confectum iri, præsulibus dedit mandata [a] mense iulio, vt pios quosque ad religiosam militiam, accepto crucis symbolo, profitendam in Turcas, cæterosque fidei hostes pro Christianæ religionis dignitate concitarent.

Martini pro eo reprimendo studium. *a Diuers.t. de cur.p.76*

27. &c. Ad comprimendos quoque eorum impetus in Constantiensi concilio diutius de reducendis ad pristinam ecclesiæ Romanæ coniunctionem Græcis agitatum fuit; ac demum Emmanuel Imperator & Iosephus patriarcha barbarorum territi molitionibus, ac vi veritatis adacti, missis oratoribus Martinum supremum in terris Christi vicarium agnouere. Quibus auditis Pontifex Petrum S.Angeli diaconum Cardinalem in Constantinopolitano imperio legatum creauit [b], vt Græcos ad concilium in oriente celebrandum conuocaret, in eoque pristinum fœdus, damnato veteri schismate, sanciret. Impendisse tum Græcis extremi exitij terrorem, narrat Georgius Phrantzæ [c], ac Mahometem I. ambitiosa consilia de Constantinopoli sibi subijcienda agitasse, verum diuinam prouidentiam tyrannum ipsum improuisa sustulisse morte; qua audita Graeci [1] maximo metu, ac pene extrema desperatione recreati sint, quibus illud propheticum accommodat: *Factusque est in illa die vesperi fletus, & mane latitia*; additque versos deinde Græcorum conatus, vt Turcicam potentiam distraherent, ita vt Amurates Mahometis filius regnaret in Asia, Mustapha vero in Europa dominaretur, ne si sub vnius imperium regna illa coalescerent, Constantinopolitanum demum obruerent.

Græci ad ecclesiæ Romanæ finii recire parant.

b Lib.3.epist cur.p.19.

c Phrãnz.l.1. c.39.

Mahometes a Deo sublatus. Græcorum conatus pro discindendo Turcico imperio.

IESV CHRISTI
annus 1421.

Indict.14.

MARTINI PP.V. SIGISMVNDI ROM. REGIS 11. annus 4. EMMANVELIS II. IMP. OR. 38.

1. &c. IOanna II. Siciliæ Regina, cum regnum illud ad sedis Apostolicæ ius reuersurum transferre vellet in Alfonsum, qui schisma tum alebat, sustentaro Panisco Petro de Luna; contra vero Ludouicus Andegauensis Francisci Sfortiæ Cotignolæ comitis fretus armis, nonnullis vrbibus & arcibus potitus regnum recuperare niteretur [d], in eum exciuit Braccium Pontificis hostem, Capuæ & Aquilæ principatibus ipsi datis, quamuis leges vetarent, Siculam coronam ita discerpi: violare vero omnia iura & illa nihili ducebat improbis ducta consilijs, grauesque iniurias pro accepto apostolica liberalitate regno Martino V. obtulit, quippeque non modo constitutam ob adeptam regni possessionem auri vim & censum annuum ærario pontificio non intulit, verum etiam & commeatus e regno Romam inuehi vetuit: quibus lacessitus Pontifex ad tuenda Romanæ ecclesiæ iura, ac contundendam & frangendam Ioannæ audaciam, præsulibus cæterisq; ecclesiasticis viris, ac principibus, magistratibus, & populis Siciliæ citerioris præcepit [e], ne vlla ei vectigalia penderent, administrorumue regij fisci imperijs obtemperarent. At illa haud ob huiusmodi apostolicum edictum ad sanitatem reuersa est, Alfonsumque [1] Regem Aragonum hostem Ecclesiæ, exciuit: qui mox affuit opulentæ prædæ cupidine ad Romanæ ecclesiæ iura inuadenda. In ijs rerum Neapolitanarum perturbationibus Pontifex Ludouici Andegauensis partes tuendas censuit [h], ac Tartaliam Lauellum mille equitibus succinctum ei subsidio misit [i], vtque restituendæ concordiæ vias omnes tentaret, Ludouico S. Adriani diacono Cardinali legato alium patria Aragonium, nimirum Petrum S. Angeli collegam adiunxit [k], vt facilius Alfonsum Regem flecterent: qui difficilem se ad pacis leges præbuit, præsentibusque legatis Auersam ingenti obsidione pressit [l]; sed multo suorum fuso sanguine, hyemeque ingruente inducias pepigit cum Ludouico Andegauensi: is vero arcium, quas tenebat, custodia legatorum Cardinalium fidei commissa, abiectaq; ob erarij penuriam belli cura, ad Martinum se contulit.

Ioanna perduellis Braccium euocat. *d Collen.l.5. hist. Neap. Summon.l.4 c.3. Surit.l. 13.cap. 65. Ant.3.p. tit.22.cap.7 §.5.*

f Lib.3.epist cur.p.208. Alfonsum Regem euocat. *g S Ant.3.p. tit.22.c.7. § 6 Summont lib.4.c.3.*

h Lib.3 epist cur. p.298.

i Lib.3.p.645 649. Martinus Ludouicũ Andeg. tuetur. *k Lib.4 p.67*

l Pandulph. Collen.l.5. Inducię inter Andeg. & Aragonũ pactæ.

4. Excisæ sunt hoc anno in Piceno a Martino Fraticellorum reliquiæ, qui somniabant Ioannem XXII. & successores ob editas de paupertate Christi & Apostolorum sanctiones diuinitus pontificali auctoritate exutos, eorumue hypocritarum studioti immisso exercitu deleti, vel in fugam acti fuerunt.

Fraticelli excili.

5. Ea seueritate percellendos impios homines iuste censuit Pontifex, cum per Boemiam hæresis ob intempestiuam Vvenceslai & Sigismundi Regum clementiam vniuersum regnum facto ex leuioribus scintillis maximo incendio, quod non nisi immenso cruore effuso restingui poterat, peruasisset; neque vno scelere, sed omnium flagitiorum colluuie obruisset. Eminebant perfidia & impudentia tres factiones, videlicet Thaboritarum, Orebitarum, & Adamitarum; Thaboritarum auctor Zischa extitit, qui in loco natura munitissimo castra metatus, arcem amplissimam in eo condidit, atque impietatis studiosos fratres Thaboritas appellauit: *Tanquam cum tribus Apostolis*, vt ait Pius II. Pontifex [d], *salutaris Christi transfiguration em in monte vidissent, indeque suas opiniones mutuati essent, quas fidei veritatis vocitabant*. Orebitæ e nomen ab Oreb monte, in quo lex data est Moysi, sibi indiderũt, quasi ipsi soli diuina lege cæteris superstitionis tenebris inuolutis exculti essent. Miseri denique Boemi auersis ab euangelij luce oculis, in illud flagitiorum cœnum se abiecere [e], vt Pichardo quodam scelestissimo auctore luxuriæ frena effuderint, adeo, vt nudi incederent, promiscuamque libidinem veluti sede menus emoti exercerent, perita tamen prius a suo principe, quem Adam dixere, venia; quibus impostor, qui filium Dei se appellabat, occuparatque insulam Lusnicio amne cinctam, respondebat: *Ite, crescite & multiplicamini, & replete terram*.

Ex leuibus scintillis crescũt hæresis incendia.

Tres sectę in Boemia

d Æn Silu. hist. Bohem. cap.40.

e Ibid.c.43. Naucl. gener.48. Cocl in hist. Hussit.l.5. Dubr in lib.26. Orebitarũ facinora.

6. &c. Non verebantur in hoc libidinum cœno Pragenses, sed hæresim religionis specie & dominico sanguine sub speciebus vini promiscue tradito propagabant; ad quos reducendos ad orthodoxæ fidei cultũ Romanus Pontifex, Brandam tit. S. Clementis presbyterum Cardinalem in Boemia Germaniaq; legatũ creauit, vt sacram expeditionem in impios educeret, Christiq; fideles ad sequenda Sigismundi signa, tuendamq; fidẽ incitaret: *Anno* MCCCCXX I. *mensis Iunij die* XXI. inquit magni chronici Belgici auctor [g], *intrauit Leodium cũ magno honore a domino episcopo, & omnibus ecclesiasticis, processionaliter obuiam procedentibus vsq; ad portã S. Leonardi, receptus dominus Branda Cardinalis Placentinus a latere Papa legatus ad signũ crucis predicandũ contra perfidos hereticos regni Boemie; quo ipso die missa specialis in ecclesia maiori per vniuersum clerum ciuitatis coram dicto Cardinale solemniter pro exturpatione hæresis huiusmodi est celebrata. Postera die veneris prima augusti iterum missa specialis facta in maiori ecclesia, dominus episcopus Leodiensis cum pluribus nobilibus satis magna, vt apparebat, deuotione recepit crucem ad pergendum contra perfidos supradictos; & eadem die post*

Pragenses subornati.

Vt legatus Leodij exceptus. *g Magn. chr.Belg.*

pran-

prandium cum pulchro comitatu suorum & aliorum crucesignatorum, Leodio recessit versus regnum Boemiæ in subsidium archiepiscopi Coloniensis & aliorum electorum imperij & principum Alemanniæ.

13 Motum itaque in Ecclesiæ perduelles Vvicleffitas, Hussitas, & Calixtinos fuit sacrum bellum, geminique exercitus in Boemiam irrupere a: non eodem tamen tempore, vti conuentum erat, sed longiore interuallo; quare distractæ vires facilius ab hæreticis propulsatæ sunt. Primi quidem imperij principes augusto exeunte signa crucesignata extulere; sed cunctante Sigismundo, cum Sozium frustra circassent obsidione, Boemia discessere. Duxit deinde extremo anno Sigismundus florentissimum exercitum ex Hungaris, Austriacis, Morauisque comparatum; & quidem istius expeditionis initio læti nonnulli euentus ex sententia processere: ac demũ ob inopiam commeatuum exercitum abscedere coactum narrat Monstreletus, cum hæretici in locis munitissimis se continuissent.

a Cocl lib. 5. Germaniæ Principes primi irrumpunt. Serius mouit exercitum Sigismundus.

14 Vt vero Pontifex impios apostatas ab hæresi reuocare adhibita vi nisus est, ita Samaytas, qui Vvladislai Regis Poloniæ, ac Vvitoldi ducis Lituaniæ opera ad Christi cultum ab impura idolorum superstitione traducti fuerant, cumque nonnulla ipsis aduersa accidissent, ad constantiam erexit b, monitosque ne in acerbis rebus animo deficerent in clientelam apostolicam recepit.

b Lib. 3. epist cur. p. 141.

15. &c. Quod ad Vvladislaum Regem Poloniæ & Vvitoldum c ducem Lituaniæ attinet; disceptabant cum Prutenis crucigeris de Prussiæ, Poloniæ, Lituaniæque limitibus: cumque Apostolicæ sedis internuntij eo missi discordias sedare non potuissent, Sigismundus Romanorum Rex pacis arbitri munus in se suscepit, lataque pro crucigeris sententia, Poloni & Lituani iras magis accendit, ita vt res ad bellum spectabat d, cum Pontifex, ne Polonica & Lituanica arma vertenda aduersus barbaros ad religionem amplificandam, Christiano imbuerentur sanguine, se interposuerem concordiæ fore pollicitus Antonium Zenum decretorum doctorem in Poloniam misit e, vt causa instrumenta ab Vvladislao Rege & crucigeris petita exscriberet, vt ex apostolicæ sententiæ æquitate, exploratis omnibus hinc inde auribus, controuersia rei Christianæ exitialis dirimeretur.

c Cromer. lib. 18. Sententia a Sigismundo Rege lata. d Cromer. ubi sup. Polonus mouere arma parat. Pontifex bellum auertere nititur. e Martin. d. 3 pag. 279.

18. 19 Flagrabat eodẽ tempore Gallia intestino bello: Henricus enim Anglorum Rex, suscepto iam ex vxore Catharina Henrico filio, vtriusq; regni designato herede, habito in Anglia militum delectu, in Gallias traduxit f quatuor cataphractorum equitum sagittariorum viginti quatuor millia, bellumque in Delphinum mouit. Fertur in veteri chronologia g præsignatas Gallorum & Anglorum strages insigni prodigio, cum ad portam S. Honorati Parisijs sanguineus fons magno spectantium stupore ebullijt.

Galla ciuili bello ardet. f Monstrel vol. 1. c. 148 g Extat in append. Aurea Vrsin.

20. &c. Solicitauit vero Henricum Pontifex h misso ad eũ B. Nicolao Albergato, vt pacem præstaret Gallis, cum ex eo bello immensa mala in rem Christianam redundarent; ipsum pacis beneficio bellicam felicitatem confirmaturum; denique nunquam Christiano imperio pacem magis necessariam visam, cum in septentrione hæresis grassaretur, & Turcæ orientem vastarent. Contemnere visus est pacis consilia Henricus humano tumens fastu, atque eius exercitum dysenterica epidemia corripuit i, ex qua proximo anno interemptum Henricum ipsum visuri sumus.

Solicitatus ad pacem Anglus. h Lib. brev. pag. 2. Aurea Vrsin. in Car. VI. hoc anno. Delphinus de pace cũ Anglo postulatus Aug. Iustin. lib. 5. Bizar. l. 11. & Foliet. l. 10 & alij.

23 Hoc anno, vt referunt l Genuensium annales, respublica Genuensis amissa pristina dignitate in Philippi Mariæ ducis Mediolanensium cecidit seruitutem: cum enim Baptista Fregosius clarus prætectus nimio ardore Aragoniam classem, quam Mediolanensis conduxerat, infecutus esset, fusus profligatusque est, quæ calamitas Thomæ Fregosio Genuæ duci tantum terrorem iniecit, vt deditionem fecerit, acceptoque Serezanæ dominatu aliisque honestis pactionibus Genuam Mediolanensi ijs legibus subiecerit, quibus antea Carolus VI. Gallorum Rex Genuense imperium gessisset.

Genuenses in seruitutẽ redacti.

IESV CHRISTI annus 1422. Indict. 15.

MARTINI PP.V. SIGISMVNDI ROM.REGIS 12. annus 5. EMMANVELIS II. IMP. OR. 39.

1 TVrcæ Rege Amurate in orientale imperium magno terrore irrupere a. Annisus b erat Emmanuel Turcarum vires distrahere, ac Mustaphæ partes extulerat, vt is Europæum regnum Turcicum ab Asiatico diuelleret. Successisset res ex sententia; verum Mustapha partis non contentus regionibus, profligato Europæ præfecto, quem Amurates immiserat, irrumpere in Asiam ausus cum exercitu victus est, ac peremptus a nepote Amurate: qui mox ad iucundam Europæi regni possessionem aspirans, atque in Græcos patrui Mustaphæ fœderatos ira percitus ad sibi subijciendam Constantinopolim impetus conuertere decreuit. Retardabatur maris fluctibus, & nauibus carebat c, cum Ioannes Adurnius Genuensis datæ Christo in sacris baptismatibus fidei immemor, atque auaritia obcæcatus, nec pericula perpendens, quæ patriæ inijciebat (Græcis enim deuictis, tot Genuensium coloniæ sparsæ in oriente sine dubio exitio candæ erant) plurimo ab Amurate conductus auro Mahometanum exercitum in Europam traiecit d.

a Phrãtz. l. 1 c. 40 b Id. ab. Calchon. lib. 5. Discissum Turcicum imperium. Mustapha victus ab Amurate. Amuratis in Græcos expeditio. Cæca Ioãnis Adurnij auaritia. c Lib. 4. epist cur. pag. 88. & 123. d Id. ibid.

2. &c. Periclitanti Græcorum imperio opem ferre omni studio nisus est Pontifex; Amurates enim Emmanuelis Imperatoris oratores missos, vt Europam ingressum delinirent officijs, & cum eo fœdus sancirent, barbarico furore in vincula duci, atque octaua iunij die Constantinopolim obsidione cingi iusserat e, ad quam vrgendam paulo post ipsemet accesserat. Vt itaque Mahometani pellerentur castris Martinus intentus Ioannem patriarcham Constantinopolitanum Parisiensis ecclesiæ administratorem in Gallias legarat f, vt Henricus Anglorum Rex icto cum Gallis fœdere arma aduersus Turcas verteret. Tum Venetos, qui in Hadriatico mari classem instructam habebant, rogauit g vt eam ad soluendam Constantinopolis obsidionem in Thraciam mitterent, ac Rhodijs equitibus, vt cum illis vires maritimas iungerent, mandata dedit: Genuenses ac Philippum Mariam Vicecomitem monuit h, vt Genuenses e Turcico exercitu reuocarent: de quibus certiorem factum Emmanuelem Imperatorem hortatus est, vt Græcos suos ad dimicandum vetus schisma vrgeret; fore enim, vt mox Latini ingentibus copijs comparatis subsidio ipsi accurrerent; atque ad eum in constantia confirmandum susceptaque abolendi schismatis consilia ad exitum adducenda Iacobum Porci clericum Metensem ad eundem misit i.

e Phrãtz. l. 1 c. 40 Obsessa Constantinopolis. Martinius dia pro ferenda Græcis ope. f Lib. 4. epist cur. pag. 77. Venetos Genuenses Rhodios in Turcas concitat. g Lib. brev. p. 16. & in alio cod. ms f. p. 23. & 76 i Ibid. h Lib. 4 epist cur. p. 123.

5. &c. Cum porro spopondisset Martinus, vt paulo ante indicauimus, & ex eius literis constat, ad Græcos e Turcarum gladijs vindicandos crucesignatum auxiliarem occidentalium exercitum se transmissurum, modo Græci ipsi pristinam ecclesiæ Constantinopolitanæ cum Romana coniunctionem prius redintegrarent, ad id perficiendum Antonium Massanum

ſanum ordinis Minorum fratrum internuntium miſit, qui honorificentiſſime Conſtantinopoli exceptus, cum ea de re vna cum Emmanuele Imperatore & Ioſepho patriarcha acturus eſſet, apoplexia correptus Emmanuel obijt: cui ſucceſſit Ioannes primogenitus, cum quo Antonius in colloquium venit, legationemque pluribus capitibus diſtinxit, expoſuit nimirum Martini Pontificis flagrantem cupiditatem veteris eccleſiaſtici Latinos inter ac Græcos fœderis inſtaurandi: mox mala, quæ ex ſchiſmate manarant recenſuit: ſi perſtiterint in ſchiſmate, ad Mahumeticam ſuperſtitionem demum defecturos: præmuniatum imperium niſi Romanæ coniunctum eccleſiæ ſtare non poſſe: Emmanuelem Imperatorem & patriarcham ſine ambagibus experijſſe, vt huiuſmodi coniunctio conciliaretur, promiſſiſque ſtandum: neceſſarium ad eam perficiendam concilium; ac Petrum legatum Cardinalem S Angeli Græcorum Turcicam irruptionem ſignificantium literis retardatum; decernendum vero quando, ex quibus, & quo in loco celebranda ſit œcumenica ſynodus: fidem, quam Romana docet eccleſia ſuſcipiendam: eam amplexuris auxiliares copias ab Hiſpanis & alijs Regibus offerri, cum tempus & locu condixerint Græci, ad eum a Pontifice legatum, præſules, doctoreſq; miſſum iri: de qua memoranda re extant acta publica [a] Conſtantinopoli confecta; ex quibus hæc de conciliandæ coniunctione delibanda viſa ſunt: *Obtulerunt*, nimirum oratores Græci, *& dixerunt aperte, aſſtimate, & clare, omni ſemota objcuritate, domino & ſanctiſſimo Papa Martino V. voluntatem eſſe patriarchæ reuerendiſſimi Conſtantinopolitani & ſereniſſimorum Romanorum Imperatorum procurare, ac curare ſine fraude & dolo ſanctiſſimam vnionem eccleſiæ Græcorum cum eccleſia Latina ſub illa fide, quam ſancta Romana eccleſia tenet, & obedientia ad eandem eccleſiam Romanam, vt intendit dominus noſter Papa in ſuis bullis credentialibus ad vos reuerendiſſimum patriarchem, & ad vos ſereniſſimos Imperatores, & ad veſtros, vt etiam teſtantur hoc litera credentiæ reuerendiſſimi domini legati ad eoſdem: ideo dominus noſter merito vt bonus paſtor requirit inuitat vos inſtum ad promiſſum ſeruandum in ſancta ſede Apoſtolica, &c.*

Internuntius Cõſtãtinopolim miſſus.

[a] *Extant in actis concil. Senen & in annalib*

Vt Emmanuel Imp. & patriarcha eam coniunctionem expeterunt.

Pronocantur ad ſeruanda promiſſa.

15. &c. Reſpondit [b] demum Ioannes Imperator, ſi Græci oratores pure ſub ea fide, quam profitetur Romana eccleſia, coniunctionem illius e petierint, talia ſe oratoribus mandata non dediſſe, ſed vt poſcerent, vt concilium œcumenicum ex Græcis & Latinis cogeretur, cuius decretis antiquorum conciliorum more ſtandum eſſet, neque neceſſarium vt omnes patriarchæ & epiſcopi illi interſint: hoc tempore ob bellum Turcicum indici ſynodum non poſſe, ſed eo ſedato indicendam: tum preces addidit, vt Latini arma aduerſus Turcas verterent, multo minus commodarent naues, vt Turcæ in Græciam ex Aſia traijcerent, cumque legatus Cardinalis acceſſerit de concordia agitatum iri, neque aptiorem locum pro celebrando concilio Conſtantinopoli videri. Viſum etiam erat Martino celebrandum Conſtantinopoli concilium, dum Græci ſuperſtite Emmanuele Imperatore fidem Romanæ eccleſiæ ſuſcepturos ſe affirmabant: cum vero iam diſcuti dogmata vellent in concilio œcumenico, in quo ſummam poteſtatem, vtpote Conſtantinopoli celebrando, forent ſchiſmatici habituri, pertimuere nonnulli rem catholicam adductum iri in diſcrimen: nec Pontifex legatum & præſules illuc miſit: actio itaque de abolendo Græcanico ſchiſmate in plures annos extracta eſt.

[b] *Extãt eius lit. in actis conc. ſenen.*

Viſa Conſtantinopolis ſuſpecta Bohemiæ miſera conditio.

Interea laborabat [c] Boemia, vti ſupra vidimus,

[c] *Cocl. lib. 5. hiſt. Huſſit.*

Pragenſium Caliſtinorum, Huſſitarum, Thaboritarum, & Orebitarum factionibus tanquam hydra fœcunda, quæ diſpar ſententijs, par vero impietate ac furore in Eccleſiam catholicam ſæuiebat, ducesque Ziſcha templa euertebat, profanabat aras, ſacras imagines frangebat, ſacerdotes igni torrebat, aliaque grauiſſima committebat flagitia. Ad quæ tollenda mala iam ante imperata fuerat a Pontifice ſacra expeditio iterum iterumque intermiſſa, ac repetita: vt eam vero redintegraret Martinus, huius etiam anni decurſu amplißimam legato decernendi poteſtatem ad fidem propugnandam contra homines impios eoſue frangendos armis, aut conciliandos Eccleſiæ, tum fideles ſibi beneficijs deuinciendis multis exaratis diplomatibus, dedit [a].

Catholici exagitati.

[a] *Lib. 4. epiſt. cur. p. 2. & 22. & p. 56. 100.*

Cum etiam plures archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, canonici, monachi, ac ſacerdotes defendendi euangelij incitati pio ſtudio accepto crucis ſymbolo, vna cum Sigiſmundo Rege coijſſent ad arma, ac magnas hæreticorum edidiſſent ſtrages, vrbeſque & oppida impiorum vna cum ciuibus ac templis & monaſterijs inflammaſſent incendiſſentque, poſt quæ diuinis peragendis non abſtinuiſſent, ſubijſſetque deinde animos aliqua religio, num ſe eccleſiaſticis cenſuris irretijſſent, Pontifex [b] pio eorum commendato ſtudio ipſos ab omni contracta piaculi ſuſpicione abſoluit, hortatuſque eſt, vt ſuſceptum ſacrum bellum vrgerent, vnde alij eorum exemplo præliorum periculis intrepide ſeſe pro catholica religione offerrent.

[b] *Lib. 2. epiſt cur. p. 331.*

Sigiſmũd[us] a Ziſcha impedimẽtis exutus.

18. 19 Immiſiſſe in Boemiam Sigiſmundum Regem extremo ſuperiori anno exercitum ſuum vidimus, quo quidem ſuccinctus plura oppida vi cepit. Cutramque ad deditionem perpulit [c]; ſed eandem poſtea imminente Ziſcha exuſſit, ſeque in fugam dedit, in qua plures viros nobiles atque impedimenta amiſit. Addit auctor eo clariorem fuiſſe Ziſchæ victoriam, quo ipſe iam cœcus exercitum duxiſſet, paulo enim ante dum caſtrum, cui Rabi nomen erat, oppugnabat, oculum perdiderat, altero longe ante amiſſo, ſuperſtite Vvenceslao: quo ſucceſſu inſolescens in catholicos, & in omnia ſacra eſt debacchatus, tantoque taſtu incumuit, vt ſuorum etiam procerum iras in ſe accenderet. Ioannes pariter apoſtata Præmonſtratenſis nouæ ciuitatis Pragenſis concionator, cum eloquentia ſua plebis animos, quo vellet, verſaret, inuiſus erat ſenatui, qui illum non ferendum ratus vna cum nouem ſcelerum ſocijs vocatum in prætorium ciuitatis, tamquam de publica re deliberandum foret, obtruncarunt [d]: ſed dum incauti miniſtri aqua ſanguinem eluunt, ille per aquæductum in forum erupit; quo ſanguine viſo efferata plebs conflata ſeditione vndecim primarios interfecit. Mulierculæ vero ab eo angelo ſatanæ iamdiu deluſæ nactæ ipſius abſciſſum caput tamquam martyris aromatibus conditum per templa vrbis vlulatu fœmineo circumtulerunt.

Ioannes Præmonſtr. digna ſceleris præmia nactus.

[c] *Cocl. hiſtor. Huſſ. lib. 5.*

Vt Martyr nouus habitus ab hæreticis.

In aduerſis hiſce caſibus voluntatem ſuam accommodauit Pontifex diuinæ prouidentiæ, vtque rabidos hæreticos Boemos numero obrueret, Pruſſiæ & Liuaniæ equites [e], & Rigenſem archiepiſcopum ac ſuffraganeos præſules, vt vires coniungerent in impios eſt cohortatus [f]: tum Albertum [g] Auſtriæ ac Ludouicum [h] Bauariæ duces ad ſacram militiam ſe accingere iuſſit. Incitati etiam ad tuendam armis religionem principes electores, ex quibus Colonienſem, Moguntinum, & Treuerenſem archiepiſcopos crucis ſigno inſignitos, refert Thomas Vvallinghamus [i]. Ad ſolemne porro colloquium Nurembergam conuenere ſeptemuiri pro expediendis bellicis in hæreticos conſilijs, quibus cœtibus Sigiſmundus

Crucigeri in hæreticos concitati.

[d] *Cocl. hiſtor. Huſſ. lib. 5.*

[e] *Lib. 4. epiſt. cur. pag. 88. & 89.*

[f] *lib. pag. 90.*

[g] *lib. pag. 92.*

[h] *Cocl. lib. 4. pag. 135.*

[i] *Walſin. in Henr. V.*

Romanorum, Hungariæ, ac Boemiæ Rex, tum Branda Cardinalis Apostolicæ sedis legatus interuere, extantque apostolicæ literæ a ad Sigismundum datæ cum ij celebrandi essent.

a Lib.brev. pag.19.

20 Paruere Martini Papæ monitis Cæsar & septemuiri, indeque Nurembergensi conuentu bellum ad extremam hæreticorum internecionem gerendum decreuere b: tum reliqui principes, ac præsules ad conterendam in bellicos sumptus pecuniam se obstrinxere; ad quod decretum perficiendum Pontifex Bisuntinum c, Viennensem, Treuirensem, Bremensem, Colonien sem archiepiscopos, quorum prolixior texitur in regesto pontificio catalogus, excitauit, vt a suarum diœcesium clero æquis portionibus subsidiaria stipendia exigerent, suasque ipsi opes conferrent.

Nurembergæ lancirii delēdos in internecione hæreticos.

b Lib.4.pag. 354.

c Post cond. epist.

Bohemi a Polono auxilia conquirunt.

31. &c. Exterrici sacro illo bello Boemiæ hæretici externa auxilia sibi adiungere amisi sunt; cumque superiori anno Vladislaum Regem Poloniæ & Vvitoldum Lituaniæ ducem solicitassent, vt ipsorum patrocinium susciperent aduersus Sigismundum, quem fictis criminibus apud illos insimulauerant, ac repulsam essent passi, iterum coptum facinus perficiarunt. Verum id responsum elicuere: quamuis iniurias haud leues Poloni & Lituani a Sigismundo accepissent, se tamen prohiberi conscientia hæreticos in fidē recipere; præterquāquod Boemia hereditario iure ad Sigismundum spectaret: daturos vero se operā, vt ipsos cum Ecclesia, ac Sigismundo Rege in gratiam reducerent: quæ pluribus enarrant Æneas Syluius d, Cromerus e Dubrauius f, & Cochlæus g. Pontifex, autem Vvitoldo, ne oblatæ sibi a perduellibus hæreticis Boemicæ coronæ cupidine eos in clientelam acciperet, e Petri sede denuntiauit h, animam ipsum luam culpa lethali cōtaminaturum adacturumq; interis, si hæreticos, quos damnasset Ecclesia, specioso quouis colore tuendos susciperet: *Et si feceris*, inquit, *scito te Deo omnipotenti, nobis & Ecclesiæ, quam Deus non deseret, & Christiano nomini iniuriam facere, quam nec Deus ipse feret, sed vertet in periculum capitis tui, & certe in animæ tuæ damnationem.* Nonnullisque interiectis: *Quod si tu aliquo modo inductus defensionem eorum suscipere promisisti, scito te fidem dare hæreticis violatoribus fidei sanctæ non potuisse, & peccare mortaliter, si seruabis, quia fidelis ad infidelem nulla potest esse communio.* Inter hæc Boemi Hussitæ virus suum in finitima regna effundere conabantur, atque in Polonia præterea nefaria ipsorum societate nonnullos contaminarunt; quocirca Pontifex Gneinensi archiepiscopo aliisque præsulibus Polonis præcepit i, vt in hæreticos animaduerterent, tantaque ab ijs adhibita diligentia est in agro dominico, vt exitiales eiusmodi Vvicleth & Hussi propagines tandem euulsæ sint.

Polonorū responsum

d Æn.Silu. hist.bohem. cap.44.

e Cromer.rer Polon. l.18.

f Dubr hist. Boem.l.26.

g Cocl.histor Hussit lib.3 h Lib.brev.p 43. & in alijs m.f.pag 25. & Cocl. l.5.hist.Huss

Denūciatū Vvitoldo hæreticis fauere. & æternę mortis deuotum iri.

Denuntiatum item eidem obstringi non posse hæreticis inuita Ecclesia, & peccati si fides seruatur.

i Lib.4.epist cur pag.99

Hussitica lues irrepit in Poloniam.

Deistarum hæresis.

34 Hoc tempore inuentus est in Hungaria hæresiarcha, qui inanis humanæ philosophiæ sophismatibus fascinatus omnem Christianam religionem euertebat, statuens non alia credenda, quam quæ humana cognitione comprehendi possent, veluti demonstratur vnum esse orbis conditorem: qui demum conuictus de humanæ mentis imbecillitate, quamque facile decipi consueuerit, diuinæ misericordiæ insigni beneficio pietati in Paulitarum cœnobio se addixit. Rem narrat Ioannes Nider l.

k Io.Nyder, formic.lib.3 cap.10.

Repululans Lunani schismatis reliquę

35 Neque hoc loco prætereundum videtur nonnullos improbos homines partim e monasteriorum claustris emergentes, partim clericali ascriptos militiæ adeo sibimet præfidisse, vt vani capitis indibria totius Constantiensis synodi œcumenicæ patrum sapientiæ atque probitati anteferrent, effutirentque Petrum de Luna iniustis suffragijs damnatum, nec degradu deijci potuisse. In quos Martinus a edito diplomate, vbi pluribus Constantiensis decreti æquitatem exposuit, Toletano archiepiscopo & episcopo Calagurritano præcepit, vt eiusmodi impostores perturbatoresque ecclesiasticæ pacis debitis pœnis afficerent. Excitarus b etiam est Alfonsus archiepiscopus Cæsarauguitanus ad purgandam schismatica colluuie Aragoniam, amplissimaque decernendi, conciliandique illos Ecclesiæ, qui schisma damnassent, potestate est munitus c.

a Lib.4.pag. 144.

b Ibid.p.116 In Aragonia inquiri iussum in schismaticos.

c Ib.p.127. 128.& 129

26. 27 Recruduerat d idem schisma in Occitania & Aquitania, nonnullique profligatissimi & perditissimi homines eo prorupere audaciæ & demētiæ, vt castro, cui Turenæ nomen est, occupato, illud Paniscoletam appellarint, ducto ex Paniscola, vbi degebat Petrus Lunanus, nomine, ex eoque schisma propagare; & blasphemas voces in Constantiensem synodum œcumenicam mittere non perhorruerint: in quos eum Gerardus Neapolitanus Apostolicæ sedis nuncius tulisset sententiam, rata illa habita est a Martino; legatusque e est in Gallias alius Gerardus, vt tum in eos, tum in Ioannem Armaniaci comitem schismatis in Aquitania defensorem, qui etiam filium ab schismatico lustrandum baptismo & chrismate Paniscolæ profanato inungendum curauerat, fouendi tatem ex sacrorum canonum præscripto adhiberet.

d Ibid.p.32.

e Ibid.p.271 Io: Armeniaci comes schismaticus.

28 Cæterum Gallicæ res bellicis motibus ab Henrico V. Angliæ Rege Carolum Delphinum auito regno spoliare amitente, concussæ erant. Describit Monstreletus f, vt Meldenies alijque populi bello fessi in Angli ditionem se deuiderint, isque vigesima prima maij die ordinum regni conuentus Parisijs celebrarit, Rege Carolo ac Regina Isabella tenuem regiæ dignitatis vmbram retinentibus g. Visum vero est Numini impetum eius victoriarum frenare, tristeque documentum statuere, quam fallax sit mortalium conditio atque felicitas: qui enim toties a Christi vicario monitus fuerat, vt pacem Gallijs daret, bellandique peritiam Christo aduersus efferos Turcas euangelij hostes dicaret, ac pia B. Nicolai Albergati interuntij monita tempserat, ex inusti reique Christianæ exitialis belli laboribus morbo lethali contracto, serius ambitionis agnouit ludibria, professus h grauiter se angi, quod militiam Deo optimo maximo contra Mahometanos non consecrasset; quem eum sibi finem vitæ adesse intellexit, Christianæ pietatis speciem Thomas Vvalsinghamus i dedisse narrat hisce verbis: *Sumptis vinifici corporis Dominici & alijs, quæ ad Christianum pertinent, sacramentis in vera pœnitentia, fide recta, spe certa, & charitate perfecta, & bona memoria, huic sæculo & suis valefaciens, animam suam suo reddidit Creatori penultimo die mensis augusti, postquam regnasset nouem annis quinque mensibus & quatuorde.im diebus.* Vvalsinghamo consentit Monstrelerus l, ipsumque addit imminente morte, dum septem psalmi repetebantur a sacerdotibus, eaque verba legebantur: *Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ierusalem*, ingemuisse, professumque se in illo impendentis mortis discrimine votum concepisse de expeditione Ierosolymitana conficienda, si in pristinam a Deo sanitatem restitueretur. Gerendarum rerum peritissimus extitit Henricus humanæ gloriæ cupidus, & in eos, qui ipsius edicta infregissent, acerbissimus.

f Mōstr.vol. 2.cap.260. & 261.

g Cap.262. Henricus V. fallacis humanę felicitatis exemplum

Ex inusti belli laboribus letalem morbum contrahit.

Angitur ob non conuersa in Turcas arma.

h Lib.brev. p.78. & in alio m.f.p.2 & 117.

i Walsin. in Henr.V. & Polyd.Virg. lib.22.

Succedit Henr. VI. qui omnia amisit.

l Mōstr.vol. 2.cap.262.

Transferendi in Syriā belli votū sero conceptum.

29 Reliquit sceptra Henrico VI. filio nondum bimulo, qui non modo parta in Gallijs tueri non potuit, verum Anglicum etiam regnum multis post annis amisit: quem Pontifex m præsulibus ac principibus commendauit, vt eum pie educandum curarent, atque integerrime rem administrarent Anglicam: tum hortatus est, vt cum tantus Christianus sanguis ab

Succedit Henric.VI

m Lib.brev. p.78. & in alio m.f.p.2 & 117.

Anglis

Martini pro instauranda pace studia.

Anglis Francisque superioribus ætatibus effusis essent, lachrymabili tandem bello absisterent: tum etiam monuit, vt iura pontificia, immunitatemque ordinis ecclesiastici, quam Henricus Rex in pristinam dignitatem, vti erat pollicitus, nondum restituerat, in Anglia instaurarent.

30. &c. Dederat iam ante Pontifex, post legatos plures in Gallias nuntios apostolicos, negotium Amedeo duci Sabaudiæ, vt pacem Anglos inter & Gallos conciliaret; quam cum, sublato Rege Henrico, facilius redintegrandam putaret, illum iterum rogauit a, vt vna cum Nicolao Albergato episcopo Bononiensi ea de causa iam ante ad vtrumque Regem misso, priores curas strenue in id intenderet: atque ad prouehenda feliciori successu de pace consilia, eidem duci legatum Cardinalem adiungendum censuit b, nimirum Ludouicum episcopum Portuensem.

a Lib. pag. 45 Bonauentur Canall. in vit. B. Nicol Alberg.

b Card. legatus ideo in Gallias missus.

33 Inter ea pacis colloquia Carolus Francorũ Rex senio, grauis & alienatæ mẽtis vitio laborans de vita decessit vigesima secunda octobris die c: cuius regnum Hericus VI.d ex filia nepos, & Carolus e filius ob Philippi Burgundi vim terroremque hereditate antea iniquo decreto deiectus, inter se armis partiti sunt f; nam dux Bethfordiæ, cui Gallici regni administratio demandata fuerat, bellum vrgebat, ac post Henrici V. mortem aliquas vrbes receperat g: Delphinus vero Pictauij regium insigne accepit h, quem Pontifex iustum Galliæ Regem agnouit, eoque ornauit nomine in literis, susceptumque ex paterna morte illius animi dolorem lenire conatus est: tum ad pacem in Gallia tot bellis attrita redintegrandam atque sanciendum cum Anglo fœdus, denique ad regias consectandas virtutes, & ad ecclesiastici ordinis tuendam dignitatem est adhortatus sic inquiens i.

b Lib. 4. epist eccl. pag. 138 & lib. breu. pag. 64.

c Annal. Vrsin. in Car. VI. Müst. vol. 1 cap. 267.

d Wolsin. in histor. Angl. hoc ann. sub fin. Caroli VI mors.

e Müst. vol. 1. cap 261. Paul. Æmil in Car. VII & alij.

f Lib. olim breue p. 22. & in alio lib. breu. p. 4. & 79.

Martinus, &c. Initia regni tui illi commendes, & secundum eius legem & mandata disponas: & tu tum regio diademate tueris ornatus tibi persuadeas, quod alia quædam sunt pretiosiora Regum ornamenta quam diadema vel purpura, fides scilicet, humanitas; & iustitia, & super omnia timor Dei, & veneratio Ecclesiæ suæ, sine quibus regium quidem nomen vsurpari potest, verus autem & iustus Rex esse non potest. Quare, fili charissime, te obsecramus, vt Deum timeas & sanctam eius Ecclesiam venereris, nec patiaris opprimi in regno tuo ecclesiasticam libertatem, quæ semper a charissimis Regibus progenitoribus tuis summa cura & diligentia sunt defensa, &c. *Dat. Romæ.*

g Müst. vol 1. cap. 263. g Id. vol. 2. cap. 2. 3.

Fides & iustitia pretiosiora sunt Regũ ornamenta quam diadema & purpura.

Præerat Gallicis rebus Henrici VI. nomine Ioannes dux Bethfordiæ, de quo paulo ante memoraui, vna cum Philippo Burgundo; Anglicis vero Humfredus Leceftriæ comes: eumque ad Ligerim Angli dominatum protulissent, negabant cedere amplissima possessione Carolo Regi; atque ita in plures annos extractum bellum, donec ruentibus in præceps Anglorum rebus, ex præteritis victorijs ob pontificia ipreta monita non alios retulerunt fructus quam partorum iacturam, innumeraſque strages, consumptis ferro morboque præcipuis etiam ducibus, qui vitam ac labores bellicos longe maiori gloria & vtilitate pro Christi fide contra Turcas consumpsissent.

h Polyd. Virg. l. 23. Paul. Æmil. in Car. VII. Angli omnia perdere quam partis cedere malunt.

Accensa iterum in Neapolit. regno bella.

34. 35 Certabant eodem tempore de Neapolitano regno duo alij Christiani Reges magno cum religionis detrimento, Ludouicus Siciliæ, & Alfonsus Aragoniæ; quod bellum, vt vidimus, Ioanna II. ejecto viro Iacobo accenderat: eius vero extinguendi cupidissimus Pontifex, ad quem supremum Siciliæ spectabat imperium, cum iam ante Ludouicum S. Adriani & Petrum S. Angeli diaconos Cardinales misisset, secutæ fuere magnæ rerum conuersiones, ac Ludouici Siciliæ Regis res pene rucre: Antrĩa m enim a legatis Cardinalibus Ioannæ restituta est, & Franciscus a Sforcia etiam ab eodem Ludouico ad Ioannam Alfonsumque defciuit. Ludouicus autem Rex nudatus præsidijs, exhaustusque ærario ad Martinum se contulit, a quo perhumaniter fuit exceptus.

a Collen. hist Neap. lib. 5. Summ. l. 4. c. 3. & alij.

m Sanut. l. 3. annal. c. 15.

IESV CHRISTI
annus 1423.

Indict. 1.

MARTINI PP.V. SIGISMVNDI ROM. REGIS 13.
annus 6. EMMANVELIS II. IMP. OR. 40.

Ticinense concilium.

1 INchoata est decreto concilij Constantiensis b synodus Ticinensis ad mores cleri & aliorum componendos, sentesque hæresum euellendas; qua de re Martinus c ad Othonem archiepiscopum Trenirensem hæc scripsit.

b Conc. Const sess 44.

c Lib. vet. breu. p. 78. & in al. lib breu p. 13.

Martinus, &c. Quod fieri potest spectaculum glorioſius super terra, magisque dignum Deo, quam si in vna mundi parte armati fideles contra hæreticos dimicare pro fide catholica, in altera mithrati patres ecclesiastici pro reformatione Ecclesiæ decreta iusta sancire conspiciantur? ad hoc enim, Deo duce, dare operam intendimus. [Nonnullisque interiectis:] Fraternitatem tuam hortamur, vt sicut alias tibi & exteris metropolitanis Germaniæ scripsimus, quæ tibi ad honorem Dei, reformationem status ecclesiastici, exterminationem hæreticorum, ac pacem quietam prouinciæ, quæ videantur esse in hoc generali concilio proponenda & statuenda, vna cum suffraganeis tuis discutias & disponas. *Dat. &c.* Adhibuisse Othonem pastorale studium in cleri excolendis moribus vitijsque insectandis, eamque ob causam maximos labores exantlasse Treuirensium archiepiscoporum gesta testantur d.

Prouinciales synodi cogi iussæ.

d Cruspius annal. archiep. Treuir. in Othone.

e Lib. breu. & in annal. lib. breu. p. 122.

2 Data eadem mandata fuere Conrado Moguntino cæterisque archiepiscopis Germaniæ e. Celebratam vero fuisse a Conrado hoc anno prouincialem synodũ, atq; in ea plures conscriptas sanctiones ad disciplinam ecclesiasticam instaurandam, moresque solutiores emendandos, refert Nicolaus Serarius f, cuius acta edita etiam fuisse addit. Habita quoque est synodus g a Theodorico Coloniæ archiepiscopo, in qua nonnulla ad cleri mores expoliendos, pluraque ad hæreses Ioannis Vvicleffi, ac Ioannis Hus abolendas sancita.

Moguntiæ habita synodus.

f Serar. lib. 5 Mogũt. rer. in Conrad. III.

Habita & Coloniæ.

g Ext. acta synod. Colon

3 Accedente peragendi concilij tempore futuros in eo præsides creauit h Pontifex Donatum archiepiscopum Cretensem, Iacobum episcopum Spoletanum, Petrum abbatem Rosatium ordinis Benedicti Aquileiensis diœcesis, ac Leonardum ordinis Prædicatorum magistrum, quibus amplissimã decernendi in concilio, transferendi illius in aliam Italiæ vrbem, si id tempus & necessitas postulasset, atque indicendi ad septennium proxime recurrens alterius concilij, designandæque vrbis potestatem dedit i.

Intermittij a Martino mali ad Ticinense cõcilium.

h Lib 5. epist cur. pag. 11. Consule ex breu. Mant. V. Sabellic. ennead. 10. lib. 1.

Iam synodum Ticini inchoauerant patres, cum lue in ea vrbe grassari incipiente discedere compulsi sunt, Senasque ad illud instaurandum designarunt, quorum sanctionem confirmauit Pontifex k, ac Ludouico episcopo Magalonensi proquæstori præcepit, vt cum Senensium oratoribus de excipiendis patribus & tuenda libertate concilij, ad quod vna cum Cardinalib̃ senatu se cõferre meditabatur, pactiones cõficeret.

i Extãt eius lit. in actis etc. Basilien. k Lib. breu. vt pag. 37. m Alanol. p. 3. l. 1. ad fin. Lud. Cauit in annal Cũ hoc anno Acta synod. Senen.

4. &c. De hac translatione meminere scriptores m, extantque apostolicæ literæ ad Conradum n archiepiscopum Moguntinum & Theodoricum o Colonien sem datæ, in quibus Papiensem synodum ob pestilentiam dissolutam fuisse ait. At de ijs hactenus:

n Lib. vet. breu. pag. 57 & ibid. p. 60.

nunc de pontificijs ſtudijs adhibitis ad ſchiſmatis veteris reliquias excindendas dicemus.

Petrus de Luna in hæreſi emoritur. *a Ild. ibid. brev. p. 37.*

7 Extinctus eſt hoc ipſo anno a Petrus de Luna, quem nonnulli veneno necatum putauere, quaſi vito nonagenario nullum effœta ſenectute præſentius venenum eſſe poſſit; ac mox auctore Alfonſo Rege ſubrogatus eſt in illius locum Aegidius Munio canonicus Barcinonenſis: qua de re hæc traduntur in m.s. Vaticano b: *Petrus de Luna VIII annos poſt ſynodum Conſtantiẽſem vixit, nunquamque Pontificis nomen deposuit: immo cum eodem tempore Alfonſus Aragoniæ Rex bellum grauiſſimum in Italia cum Ludouico Andegauenſi gereret, Martinuſque in partes Ludouici propendere videretur, tratus Pontifex Alfonſus deas operam, vt duo Cardinales, qui reliqui erant, poſt obitum Benedicti Pontificem deſignarent. Delegerunt ipſi Aegidium Munionem canonicum Barcinonenſem, qui Clemens VIII. fuit nominatus, Cardinalisque creauit, & alia munera pontificia geſſit. Sed poſtea cum iam Alfonſus in gratiam cum Martino redijſſet, facile ipſum ſchiſma fuit omnino ſublatum; nam Alfonſus Borgia vir optimus & prudentiſſimus, qui paucis poſt annis fuit Pontifex maximus, tunc ad hoc negotium delectus, egit cum hoc Clemente, & deinde Petro Cardinali Fuxenſi, tantumque vterque apud illum ſua opera & auctoritate potuit, vt ipſe Clemens ſponte pontificatu abdicaret.* Patrati porro ab Alfonſo Rege facinoris ſeriem non ſine grauiſſimis querelis Caſtellæ Regi ita exponit Pontifex a.

Illi Clementis nomen indium.

Martini de Alfonſo querelæ. *a Lib. 9 brev. ſuper pag. 3.*

Martinus, &c. Petro de Luna defuncto in latebra Panicolæ Dertuſenſis diœceſis, continuo data fuit opera, vt nonnulli ſacrilegi talio dicerentur, per diem ante mortem ipſius Petri ab eodem creatos eſſe Cardinales, ſeu verius profanatos, cum tamen liquido & certo conſtet, ipſum neminem nominaſſe, ſed vt ſeminarium non deficeret ſchiſmatis hanc ridiculam fabulam futile confictam, atque ita continuo, aſſentiente Alfonſo Rege (nec enim aliter factum eſſet) quendam Aegidium per illos ſacrilegos in idolum futile creatum, & Clementem auu temerario & impio nominatum, vt eo nomine, ſi poſſet, ſuffocaret & perpetraret ſchiſma iam ante ſublatum... ſuſcitare nunc, filii charissimi, quicunque Rex facere debuiſſet &, niſi eſſet auctor huiuſmodi abominationis & turpitudinis, quid feciſſet, &c.]

Valentini Panicolã obſidere deliberant *b Lib. vltimo brev. p. 132 & in alio l. brev. p. 87.*

8. 9 Execrati ſunt tantum facinus Valentini, atque ab remouendam a Chriſtiano orbe eiuſmodi ludibrium de Panicola obſidenda conſilium capeſſiuere, quorum pium ſtudium Pontifex magnis laudibus extulit, vtque rem perficerent literis b eſt cohortatus. At fregit Pontificis & Valentinorum conſilia Rex Aragonum, qui ſubdole ſcelus, quod patrari inſerat, ſe deteſtari fingebat; antipapæ enim ſuo iuſſu creati ab ijs, qui cardinalitium purpuram munuſque non a Petro Lunano acceperant, ſed regia nequitia ſulti innaſerant, clientelam arripuit, vt queritus eſt poſtea Pontifex c apud eundem Caſtellæ Regem. Hæc vero hoc anno contigiſſe non modo Hiſpani ſcriptores d, verum acta quoque Senenſis concilij ac pontificiæ literæ ad Alfonſum Regem Aragonum datæ teſtantur: ex quibus plurimi mortem Petri de Luna in alium annum conjicientes iam emendandi.

Diſturbata ab Alfonſo pax eorum cum filia. *c Lib. 9 brev. pag. 3. Aſtor. l. 13 annal. c. 33. Marian. l. 20 c. 15. & alij.*

10 Celebrari cœpta eſt Senenſis ſynodus die vigeſima ſecunda auguſti huius anni ijſdem præſidibus apoſtolicis, qui antea Papienſi concilio præfuerant f, atque in ea ad Ioannis Vvicleffi g & Ioannis Hus hæreſes abolendas, ſanctiones in Piſano & Conſtantienſi concilijs editæ, tum ab Alexandro V. & Ioanne XXIII. latæ confirmatæ. Auxiſſet Senenſis ſynodi maieſtatem Martinus ſua & Cardinalium præſentia, ſed cum magiſtratus Senenſes, dum nimium ſtudebant priuatis commodis, temere libertatem concilij intringere niterentur a, & ciuitatis ſuæ gloriam obſcurarunt, & concilij diſſoluendi cauſam præbuerunt: Martinus enim Aragonum Regis oratoris inſolentiæ & impietatis, Senenſiumque arrogantiæ pertæſus meditatum iter non iniit, Alfonſumque inſtaurati auctorem ſchiſmatis apertumque hoſtem paternis querelis ad ſaniora conſilia reducere conatus eſt.

a Marcel. hiſt. brev. pag. 49

Pro arbitrio moderari concilium affectabant.

Temeritas Senenſium

11.12 Intendiſſe b Alfonſum in Senenſi concilio litẽ Martino de pontificatu, quaſi Petrus de Luna a Conſtantienſi concilio inuiſe damnatus eſſet, atque etiam ab illo nonnullos præſules partim auro partim pollicitationibus corruptos e fuiſſe tradunt quidam ſcriptores; vnde iniecti ſynodo magni tumultus: vicit tamen impoſtorum artes veritas, laraque eſt in ſchiſmatis propagatores ſententia, de qua anno proximo. Cum vero ob eas turbas Pontifex concilium ijs, quæ ad fidem ſpectarent conſtabilitis, diſſolui iuſſiſſet, Senenſes, qui magnos quæſtus ex ſynodi prorogatione ſe conſecuturos ſperabant, apoſtolicis legatis intempeſtiue aduertari iuſſit, ne ſynodum abſoluerent, patreſque dimitterent. Magiſtratus itaque Senarum officij ſui metas egreſſos Martinus his apoſtolicis literis compeſcuit.

b Marian. l. 20. cap. 14.

c Conſtel. in annal. hoc ann.

d Lib. 2 brev. pag. 49.

Martinus, &c. Nulla per vos & ciues veſtros habetur ratio noſtri & Romanæ eccleſiæ honoris & ſtatus: ſed ſolum veſtri quæſtus & commodi, quaſi concilium quæſtuaria nundinatio mercatorum eſſe debeat, non libera conſultatio prælatorum, quorum eſt officium, non laicorum, de ijs quæ ad ſanctam ſynodum pertinent, pertractare, & in ijs omnibus diſponere & prouidere. Rogamus itaque vos, & pro debito noſtro requirimus, vt falcem veſtram in alienam meſſem non ponatis, nec ingeratis vos vltra quam expedit, nec cogitetis arbitrio veſtro debere concilium protrahi vel diſſolui: quod ſi vos & ciues veſtros in modis talibus perſeuerare ſenſerimus, pro honore noſtro aliter prouidentes a vobis circa hæc laborandi materiam auferemus. *Deſ. Romæ, &c.* Sed ad Alfonſum redeamus.

13 Eum nimia, vt vidimus ſupra, regni Neapolitani ſibi ſubijciendi cupidine percitum, nec ducatu Calabriæ contentum vniuerſam adminiſtrationem ad ſe traducere voluiſſe, atque in ſua verba proceres vrbeſque plures adegiſſe tradunt auctores e: cumque ob id exulceratum Ioannæ animum noſſet, ipſius præcipuum adminiſtrum Ioannem Caracciolum non ſeruata, quam illi ſolemni ritu dederat fide, in vincula conieciſſe, ac Ioannam in arce Capuana intercipere conatum, vt in Cataloniam auheret, repulſumque arcis aditu, illam obſidione cinxiſſe. Oppugnata ita omni telorum genere Regina, territiſque Neapolitanis, excitus eſt in auxilium Franciſcus Stortia comes Cotignolæ, qui Neapolim ingreſſus Aragonium exercitum magna clade tudit f, coegitque Alfonſum dictæ arcis Capuanæ obſidionem ſoluere, ſeque in arcem, cui Oui nomen iodtum, recipere. Potitus ita Neapoli Stortia in Auerſam ſigna extulit, eamque Aragonijs ereptam Reginæ reſtituit, ſuaſitque vt Ludouicum Andegauenſem, abrogata Alfonſi adoptione, in filium aſciſceret. Itaque is mox ex pontificia aula vocatus, atque ex hoſte fidus Reginæ amicus adſcriptus eſt; publicæ vero promulgatæ ſunt literæ, quibus ingrati animi vitium Alfonſo obiectum; eoque nomine hereditarium Neapolitani regni ius ei detractum. Inter hæc obſeſſo a Neapolitanis Alfonſo, Catalana claſſis ipſi ſaluti fuit; quæ cum ad littus appliciuiſſet, expoſitæ in terram copiæ magno in Neapolitanos irruerunt impetu, vaſtauereque vrbem: ex cuius excidio ingenti

e Collen. hiſt. Neap. lib. 5. Summ. l. 4. cap. 5. Surit. l. 13. cap. 16 & alij.

Vt Ioannã Alfonſus capere cõnitus ſit. Euerſa eius conſilia.

f Collen. & Summ. vbi ſupra Surit. cap. 17. 19.

Neapolim vaſtat.

Google

genti dolore affectus Martinus Reginam Ioannā, quæ a Sfortia ex arce Capuana deducta in tutiorem locum fuit, ad constantiam excitauit a.

14 In tanta rerum perturbatione Pontifex, vti supremus regni Neapolitani dominus, cum pacem Alfonsum inter ac Ioannam missis internuntijs conciliare frustra b nisus esset, censuit Ioannam confirmandam in regni possessione; cui iam ante opera Petri S. Mariæ in Dominica diaconi Cardinalis legati beneficiarium regni ius contulisset, reijciendumque Alfonsum, qui alienis allectus promissis intrudere se in regni possessionem conabatur; qua de re ad Ioannem Antonium Vrsinum Tarentinum principem scripsit idem Pontifex c ipsum adhortatus, vt Ioannæ Reginæ obsequeretur: *Fuit*, inquit, *semper nostra intentionis, prout existit, quod ipsa, quandiu vixerit, dicti regni vera Regina permaneat, & omnia disponat, sicut vera Regina agere potest & debet iuxta formam nostræ infeudationis*. Franciscum pariter Vrsinum, Franciscum Sanseuerinatem d, alios que regni proceres, vrbiumque & oppidorum magistratus e Ioannæ parere iussit.

Excussere Neapolitani Aragonum iugum cum primum se obtulit occasio; Alfonsus enim Rex relicto sui loco Petro Aragonio ex ea vrbe discedente in Aragoniam abijt, vt Henricum fratrem a Castellæ Rege inclusum carcere liberaret, siue imminentem Genuensium classem metueret. In itinere autem oppugnandæ Massiliæ, quæ Ludouico Andegauensi parebat, consilium cœpit ex tempore, cuius audaciæ tauit incuria ciuium, qui nullas agebant excubias: ita portus impetu expugnatus est f, deinde vrbs direpta, tectisque iniectæ faces: cumque eam vrbem tenere non posset, ne Prouincialium concursu obrueretur, recessit, auectis S. Ludouici episcopi Tolosani qui in Aragoni carcere prima sanctitatis fundamenta iecerat, reliquijs, quas in Valentina principe ecclesia collocauit g, vt ab ijs, a quibus incarcere viuus tentus fuerat, mortuus coleretur: nunc de sacro in Boemos hæreticos gesto bello agendum est.

15 Celebratis superiori anno conuentibus Norembergæ decreta erat a Germaniæ principibus expeditio pro rei catholicæ dignitate tuenda aduersus Boemiæ hæreticos; ad quam conficiendam Pontifex Othonem Treuirensem & Conradum Moguntinum archepiscopos excitauit h, vt pium ardorem in Christicolis cruce insigniendis, augendo que catholico exercitu ostenderet, nec propterea concilium, cuius congregandi tempus appetebat, disturbatum iri.

16. &c. Interea Poloniæ præsules Gnesnensi archiepiscopo præside conuenere Lancitiæ i, vt Polono regno, ne hæretica lue inficeretur, consulerent: tum operā vna cum cæteris Christiani orbis præsulibus pesti Hussiticæ excindendæ nauarent. Susceperat Vvitoldus dux Lituaniæ Boemorum patrocinium, cum ei iterum Boemica corona, iam antea ab ipsomet repudiata, omnibus precibus a Pragensibus, fremente licet Ziska ac Taboritis repugnantibus, qui nullum Regem externum vocari volebant, deferretur, ac Sigismundum Keributum patruelem suum quingentis succinctus equitibus in Boemiam miserat, qui ipsius nomine in regni possessionem veniret: a quo Pragensis vrbs in meliori statu collocata m, cum hæresis omnia confudisset: at Poloni patres, cum ex eo catholica religio maximam cladem acciperet, ad Vvitoldum ac Poloniæ Regem ab hæreticorum sociotate reuocandos curas conuerterunt, agitarintque de ijsdem Vvladislao Rege ac Vvitoldo duce, Sigismundo Hungariæ, Boemiæ, Romanorumque Regi, quem ob controuersias, quæ ipsis iam diu cum Prussiæ equitibus intercesserant, ab se abalienauerant, conciliandis; conuentumque erat, vt ad redintegrandam pristinam amicitiam rei Christianæ tuendæ augendæque diuini nominis gloriæ adeo pernitiem in colloquium venirent: qua de re certior factus Pontifex Bernardum episcopum Lucensem, antea legatione functum in ea controuersia, ad publicos eos cœtus misit a.

21. 22 In Anglia Cantuariensis archiepiscopus, clero assentiente, siue quæstus improbi, siue præpostere pietatis causa, Romanorum Pontificum auctoritatem æmulatus iubilei recurrentis statis temporibus speciem quandam effinxit, atque ecclesiam Cantuariensem lustraturis indulgentiarum præmia proposuit. De cuius temeritate tactus certior Pontifex Tergestinum episcopum, quem antea internuncium miserat, quæ temere ab eodem archiepiscopo nouata erant, rescindere iussit b.

23 Inter hæc ancipiti & vario successu a Carolo Francorum Rege & Anglis certatum est: ad Crauantum enim Galli, ad Grauellam Angli cæli c: tumultuario certamine pluribus in locis pugnatum, cædesque maximæ in eo exitioso bello patratæ. Plurium vrbium direptiones, vastitatesque agrorum describit Monstreletus, ac duces Bedfordiæ, Britanniæ & Burgundiæ fœdus pro Gallica corona Angliæ coniungenda Ambiani pepigisse tradit d; Carolo autem VII. Regi natum fuisse Ludouicum filium Delphinum, qui postea paterna sceptra tenuit.

24. 25 In Hispania inter Castellæ & Lusitaniæ Reges sancitum fœdus e pactis ad viginti nouem annos inducijs, quibus lapsis necias esset interre bellum nisi id ante annum & dimidium indicerotur. Hactenus de occidentalibus rebus nunc orientales perstringamus.

26 Tradit m. s. diarij Veneti auctor f, hoc anno Delphinum Venerium Peloponensium oratorem ad senatum retulisse, Caramanum expeditionem ingentem in Peloponesum confecisse, vt illam tyrannidi suæ subijceret; addixque significatum postea senatui, viginti Turcarum millia irrupisse in Peloponesum, ingentemque vastitatem fecisse.

Eodem anno g Peloponesiaci despotæ orator senatus Veneti imperio & clientelæ decima iulij die Thessalonicam subiecit, ne Turcicæ seruitutis iugum accipere cogeretur, cum ad eam tuendam viribus impar esset. Tradit præterea auctor, de quo paulo ante memorani, Constantinopolitanum Imperatorem Caloioannem Imperatoris proxime demortui filium die decimaquinta decembris huius anni Venetias applicuisse, exceptumque honorificentissime ab senatu; venisse vero, vt triremes, ac subsidiarium aurum posceret; deinde ad Pontificem ac principes occidentales se contulisse, auxilia ab ipsis imploraturus, ne Constantinopolitanum imperium nomenque Christianum a Turcis deleretur: Amurates enim victo Mustapha, quem tuebantur Græci, vt Turcicum imperium diuideretur, Adrianopoli erat potitus h.

27 Claudimus hunc annum insigni miraculo diuinæ liberalitatis certantis quodammodo cum virgunculæ eleemosynaria: *Anno* MCCCCXXIII. inquit Thomas i de Kempis, *frater huius virginis*, nimirum Liduuinæ, *Vxille mus Petri defunctus est, & reliquit debita quadam, quæ filij eius persoluere nequibant: cum virgo crementissima percepisset venditis clenodijs ex hereditate matris sibi relictis ad octo libras Hollandiæ, pretium colegit, & in denarios veteris monetæ, quos melius cognoscebat permutari fecit, ac in bursa penes se collocauit. Quadam igitur die admodum crastino aduocauit Nicolaum cognatum suum secum commorantem, misitque per manum eius ad soluendum singulis debitoribus*

a *Lib. vlt. brev. pag. 41* Nititur Martinus inter Alfonsum & Ioannam pacem conciliare.

b *Mari l. 4. ep. cur pag. 273.* Tueri Reginam decernit.

c *Lib. 4. epist cur. p. 180.* Proceres, ac populos Ioannæ parere iubet.

d *Ibid. cur, pag. 278.*

e *Ibid p. 277*

Massilia ab Alfonso expugnata

f *Diar. Ven. m. f. Collen. l. 5. Summ. l. 4. c. 3. Sabel. enead. 10. l. 2. Sur. l. 13. c. 22. Foliet. l. 10. Bizar. l. 11. & alij.*

g *Surit. l. 13 c. 22.*

Comparata in Hussitas sacra expeditio.

h *Lib. vlt. brev. p. 71. & 72 & in alio l. brev. pag. 23.*

i *Lib. vlt. brev. pag. 72* Habita Synodus Lancicensis.

l *Æn. Silu. hist. Boem. c. 64. Dubr. l. 26 Cocl. 5 hist. Huss.* Suscepta Pragensis a Vvitoldo clientela.

m *Cocl. lib. 5.* Increpitus a Polonis præsulibus Poloni præsules pacis interpretes.

Indictum colloquiū.

a *Lib 4. epist cur. p. 170.* Cantuariēs archiepiscopi temeritas.

b *Lib. 4. epist cur p. 184. & lib. brev. pag. 74.*

c *Monstr. vol 2. hoc ann. Paul. Aemil in Car. VII Mey. annal Fland. l. 15. in Philip. & alij.*

Ludou. XI natalitia.

Inter Lusitanum & Castellanū fœdus initum.

d *Mistr. vol hoc ann.*

e *Marian. l. 20. cap. 30.*

f *Diar. m. f. Venet. hoc ann.*

g *Idem m. f. diar. ibid.* Thessalonica a Græcis dedita Venetis.

Caloioannis in Occidentem aduentus pro eiflagitanda ope.

h *Musulmā hist. lib. 13.* Diuinæ liberalitatis exemplum insigne.

i *Thom. a Kp. in vit. S. Liduin. c. 20 & ex eo Sur. 2. die 14 apriu.*

ribus debita fraterna, vbi eos ſciebat commorari. Perſolutis itaque debitis omnibus, quæ nouerat perſoluenda, iuſſit Nicolao, vt burſam inſpiceret, ſi quid in ea remanſiſſet: qui certiſſime reſpondit nil tam pecuniam in ea remanſiſſe: mox illa iuſſit, vt eandem numeraret: cumque numeraſſet dixit priores octo libras ſe inuenisſe & adhuc ſupereſſe. Tunc prohibuit eam amplius numerare & gratias agens Deo ſuper mirabili dono eius, de cætero ſtatuit burſam illam, burſam Ieſu nominari, & quod ex ea pauperibus deberent neceſſaria dari. Ex hac ergo liberaliter egentibus diſtribuebat quando alias pecunias non habebat: ſi vero interdum aliquas pecunias vel proprias vel per eleemoſynas ſuſceptas habebat, illas primitus dabat; quando autem alias non habebat, ex hac burſa Ieſu tam large erogabat, quod parum in ea remanſit. Prouidebat tamen omnipotentis Dei miſericordia, quod ſemper ad vſum pauperum omnis ſufficientia in ea redundaret, quemadmodum ad verbum Eliæ lecythus olei in domo viduæ non deficiebat. Tradidit etiam nonnunquam aliqui ex ſpecialibus amicis ſuis hanc pecuniam numerandam, qui cum ſecundo vel tertio eam numeraſſet, inuenit ſemper eandem vltra tres vel quatuor aut quinque nummos creuiſſe: ſolutis igitur ex hac burſa fratris ſui debitis, pluſquam quadraginta libras ex eadem diſtribuit, ſicut aliquibus ſecretiſſimis amicis ſuis reuelauit.

Pecuniæ in exhauſtæ, quæ in nomine Ieſu diſpenſa.

Indict. 2.

IESV CHRISTI
Annus 1424.

MARTINI PP.V. SIGISMVNDI ROM. REGIS 14. annus 7. IO:VII.PALÆOLOGI IMP.OR.1.

1. &c. REpreſſæ ſunt ſeditioſorum Martini odio ſchiſmaticis fauentium molitiones, ac Petri de Luna memoria vna cum impietatis ſchiſmaticæ ſucceſſore Ægidio Munione eiuſque ſectatoribus damnata eſt ſynodali ſanctione a: qua aliiſque ſententijs perculſus Munio antipapa mimicus, veritus ne in Paniſcolenſi ſpelunca a fidelibus comprehenderetur ad Eccleſiæ gremium redire optabat; ſed illum Alfonſus Aragonum Rex a pia voluntate reuocauit b, confirmauitque in audacia, de quo grauiſſime apud Ioannem Regem Caſtellæ conqueſtus eſt Martinus: qui ſuperius Senenſis concilij edictum in ſchiſmaticos corroborauit, ac memoriam Petri de Luna ſuperiori anno defuncti eiuſque ſtudioſorum peruicaciam damnauit. De Boemica quoque impietate excindenda datæ ſunt a Pontifice, necnon a concilio & Cardinalium collegio ad Poloniæ Regem, ducem Lituaniæ, ac principes imperij literæ c, vt proxima æſtate vires cum Sigismundo Romanorum, Hungariæ, & Boemiæ Rege coniungerent.

Damnata Petri de Luna memoria.

a Ex. inter acta Senen. concil. & in annalib.

Antipapa tertius.

b Mart. l. 9. breu. pag. 3.

Confirmatus in flagitio ab Alfonſo.

De hæreticis Bohemis opprimendis.

c Lib. vtr. breu. p. 69. & in alio lib. breu p. 9 & 18.

His de rebus ad fidem ſpectantibus conſtitutis, de eccleſiaſtica diſciplina & Chriſtifidelium moribus in primæuum decus reſtituendis agendum erat: ſed cum ob turbas in ſynodo Alfonſi Aragonum Regis gratia excitatas ſaniora explicari ſumique conſilia non poſſent, Pontifex eam rem ad ſedis Apoſtolicæ curam reuocauit, dimiſitque concilium d, atque Antonium epiſcopum Portuenſem, Petrum tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyterum, & Alterſum S. Euſtachij diaconum Cardinales delignauit e, ad quos vniuerſi fideles referrent, quæ cenſura caſtiganda vel in meliorem ordinem redigenda viderentur; qua de re encyclicæ literæ datæ.

d Lib. vtr. breu pag. 48

Romanam curiam cõponere aggreditur Martinus.

e Lib. 5. epiſt cur. pag. 12

Leges Cardinalibus datæ.

4 Vt autem cæteris exemplo præluceret Cardinales, atque ad ſuſtentandam vniuerſæ Eccleſiæ rerum molem aptiores eſſent, leges ipſis impoſuit f, quarum hæ ſunt præcipuæ: *Cardinales munditiæ vitæ alijs præcellant, ac ſobrie, iuſte pieque viuant, non ſolum a malo, ſed a ſpecie mali ſe abſtineant, parum in aliorum exemplum ſubituri, ſi etiam ſua ſtatui minime congruentem ducere comperti fuerint. Humilitatem continuo exerceant, prælatoſque benigne ac honorifice pertractent ſecundum diuerſitatem ſtatuum eorundem. Domui ſuæ ſe bene præeſſe oſtendant, familiamque tam clericorum quam laicorum honeſtam honeſtiſque veſtibus incedentem inducant, ſacerdoteſque & leuitas in teſtimonium bonum ſecum habeant. Proceſſiones Regum, principum, comitum, aliarumque perſonarum ſæcularium non aſſumant, aſſumptaſque non exerceant, vt liberius ipſi ſanctiſſimo in conſiliis, ac aliis actibus valeant aſſiſtere, &c.*

A malo & malis ſpecie abſtinere iuſſi.

Patrocinia Regum & principum abijcere.

5. &c. Indicta porro eſt Baſileenſis ſynodus decimanona februarij huius anni die in Senenſi concilio a, vt demonſtrant acta eiuſdem concilij; quod præſides apoſtolici vigeſima ſexta eiuſdē menſis februarij dimiſere, ac publicis literis patribus, vt ad ſuas rediirent diœceſes ſeptimo martij edixere, veruntque intentatis grauiſſimis pœnis tum eos, tum Regum ac principum oratores, vllos celebrare conuentus, quibus Senenſe concilium diſſolutum renouare vel propagare viderentur; quorum decretum Martinus apoſtolicis literis ratum habuit b. Extant eiuſdē Martini literæ ad Baſileenſes miſſæ, quibus ipſos de ſoluto Senenſi concilio, deque ingenti honore ipſorum vrbi delato certiores fecit c, in qua ſolemnes epiſcoporum totius orbis conuentus celebrandi eſſent: nanque decretum patrum Senenſium ratum habitum ab ſede Apoſtolica tutiſſimum ad pontificium nomen colendum, & eccleſiaſtici ordinis tuendam dignitatem ipſos eſt adhortatus. Duxere ſummæ gloriæ Baſileenſes ipſorum vrbem, in qua proxima ſynodus œcumenica cogeretur, deſignatam tutiſſe, neque ijs omni officiorum genere ac Romanæ eccleſiæ obſeruantia defuturos ſpoponderunt. At de ſynodo Baſileenſi interius, iam reliqua proſequamur.

Indicta Baſileenſis ſynodus a Senenſi.

a Acta concil. Senen & concil. Baſilien.

b Lib. 5. epiſt cur pag. 11.

c Lib. 9. breu pag. 7.

Commoniti Baſileenſes de celebranda ſynodo Baſileæ.

8 Furebant in Boemia Thaboritæ cum Ziska, alijque hæretici ferro & flamma: in quos Pontifex concitarat ſuperiori anno, vt vidimus, finitimos Reges, conſtitutumque fuerat, vt Daniæ, Norueigiæ, & Sueciæ Reges coniunctis viribus, Vladislaus Poloniæ, Rex, Vitoldus dux Lituaniæ, Sigiſmundus Romanorum, Hungariæ, ac Boemiæ Rex, dux Auſtriæ, & marchiones Miſniæ diuerſis partibus, inito ſacro fœdere, in impios illos irruerent; ſed tanti apparatus euanuerant d: qua fama permotus Martinus iterum Sigiſmundum Regem incitauit, vt ſacrum bellum inſtauraret, feceruntque certiorem a ſe & collegio Cardinalium, ac patribus Senenſis concilij Regem Poloniæ, Lituaniæ ducem, vniuerſoſque imperij principes ſolicitari, vt arma caperent; attolleret itaque crucefignata vexilla; maximam enim gratiam apud Deum ipſum, Pontificem, Eccleſiamque initurum.

Principum conſilia de Bohemis hæreticis opprimendis.

d Mart. l. 9. breu pag. 19 & alia lib. breu pag. 9.

9. 10 Tantum Pontificis, patrum Senenſis concilij, & collegij Cardinalium adhortationes valuere, vt florentiſſima contecta ſit in hæreticos illos expeditio, iamque ſuccubuerant Vvicleffiſtæ oppreſſi catholicorum potentia in Boemia, nu Sigiſmundus Lituanorum principum ſtirpe ſatus, ac Regis Poloniæ nepos capeſſendi regni Boemici cupidus, collecto exercitu hæreticorum patrocinium ſuſcepiſſet: quem propterea Branda Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legatus, præſulum celebrato conuentu, vt hæreſcos macula aſperſum anathemate perculit e, omneſque cùm ipſo ſentientes catholicorum conſortio abactos, ſacrorum & fidei hoſtes pronuntiauit: quos etiam alijs pœnis in

Sigiſm. Lithuanus Bohemos tuetur.

Anathemate a legato perculſus.

e Lib 5. pag. 134.

Eius ſententia a Pontifice confirmata.

in hæreticos, vel eorum ſtudioſos indictis affecit: quam ſententiam, vtpote æquitati conſentaneam ad comprimendos hæreticorum conatus, Martinus confirmauit, atque archiepiſcopis cæteriſque præſulibus Hungaris, Boemis, Polonis, Germanis, & in circumiectis prouincijs agentibus præcepit a, vt Sigiſmundum Koributum, eiuſque commilitones ac ſocios infamiæ nota inuſtos, & ſacrorum communione depulſos ſolemniter promulgarent.

a Ibidem.

11. &c. Quod ad Sigiſmundum Lituanum, quem hæreticorum patrocinium ſuſcepiſſe diximus; meminit de eo Cromerus b, aitque delatam fuiſſe ab hæreticis Polono Boemicam coronam, repulſam autem paſſos, adeo vt etiam Vvladislaus catholicæ fidei ſtudio accenſus Boemiæ ſceptrum in auitam domum inferre contempſerit, ijſque bellum indixerit, ni abiecta hæreſi Romani Pontificis imperijs paruiſſent: ſed cum tantam Vvladislai Regis virtutem eius nepos Sigiſmundus non eſſet æmulatus, immo repetitis hæreticorum legationibus ac promiſſis allectus in Boemiam ſe contuliſſet, adeo grauiter eam rem tulit Rex ipſe, vt miſſo oratore ad ſedem Apoſtolicam profeſſus ſit, nepotem ſe inuito dominandi cupidine id ſcelus aggreſſum, eumque ſe hoſtem habiturum: cuius piam mentem Pontifex magnis laudibus extulit c, concepitaque ſpe hæreticorum animos inde depreſſum iri, hortatus eſt, vt Poloniæ vires in Boemos educeret.

b Crom. Polon. lib. 19. Polonus Rex Bohemicam coronam offerentibus hæreticis bellum denuntiat, ni errores deponant.

c Lib. 9. breu. pag. 7.

Martinus, &c. Deuotionem tuam & hanc egregiam affectionem circa orthodoxæ fidei defenſionem & augmentum experimento comprobatam condignis in Domino laudibus commendamus, rogantes ab intimis celſitudinem tuam, vt ſicut antea digne & laudabiliter feciſti, ita quoque nunc omni cura vigiles & intendas ad ea, per quæ execrabilis hæc peſtis funditus extirpetur. Nullum Deo acceptius ſeruitium impendere potes, nullum tua ſerenitate dignius officium præſtare, quam vt tota mente totis viribus tua celſitudo ad ipſorum vel reductionem vel totalem expugnationem ac ſubuerſionem incumbat. Dat. VI. id. aprilis anno VII. Conceptæ ſunt eodem argumento datæ ad Vvitoldum literæ d. Omaſſe Vvladislaum verba regia operibus ex Martino Cromero e colligitur; ait enim quinque equitum millia in Boemos egregie inſtructa immiſiſſe duce Mezieczio: ſed cum Sigiſmundi Koributi a Boemis excitati cauſa ſuſpecti Germanis eſſent, atq; etiam intra Moraniæ oppida ingredi non finerétur, in Poloniam nulla re geſta redijſſe.

Excitatus ad excidendam hæreſim.

d Ibid. pag. 6 & 79. Miſſus a Polono in Bohemos exercitus. Cur nulla re geſta redierit.

e Cromer rer. Polon. lib. 19

14. &c. Eodem anno Pontifex magna parte ditionis ereptæ prædeceſſoribus e tyrannorum manibus recepta, eccleſiaſticum imperium redintegrauit f. Subiecerat ſibi Perufium Braccius de Fortebracijs, ac pleriſque Patrimonij B. Petri locis potitus copias ad ipſa pene Romæ mœnia ducebat g: tum Alfonſi Regis Aragonum fœdere pollens & Capuæ & Aquilæ principatibus a Ioanna antea donatus, vt oſtendimus, Aquilam obſidione premebat, adducebatque in metum Pontificem ne Romanam eccleſiam, ſi eius potentia augeretur, ſua tyrannide opprimeret. Ad liberandum Neapolitanum regnum e Braccij Alfonſique iniuſto dominatu, cum Philippo Maria duce Mediolanenſi, quem ſuperiori extremo anno claſſem in Neapolitanum regnum ſubmiſiſſe e Genua vidimus, pangere fœdus decreuit h, initumque eſt Antonij Venetini aduocati conſiſtorialis & apoſtolici interuncij opera, ac dum nauales copiæ ducis Mediolanenſis Aragonios laceſſunt, terreſtres pontificiæ in Aquilanorum auxilium, in Braccij caſtra irruunt, confertoque prælio, ſoluta eſt Aquilæ obſidio, quam Aquilani tredecim iam menſes tolerauerant, inque medio certaminis ardore Braccius, dum inſtructa acie inferendos commeatus prohibere nititur, lethali con-

f Lib. 9. epiſt. cur. pag. 46.

g Lib. 3 breu. pag. 26. Aquila obſeſſa a Braccio.

h Alia lib. breu. p. 132.

foſſus vulnere captuſque eſt, ac die proxima ex vulnerum dolore extinctus; additque S. Antoninus: *Et quia hoſtis Eccleſiæ & excommunicatus ſepultus eſt in inferno, ſepultura quoque non eccleſiaſtica, ſed ſubingalis corpus humatum: ſicque ſublata eſt obſtacio, & Eccleſia a comminationibus ſuis & perſecutionibus liberata; nec tam debuit de hac vita tranſire aliter quam cæteri hoſtes Eccleſiæ, quorum cernuos erectas concidit Altiſſimus.* Profligato ita extinctoque tyranno, Perufium & aliæ arces & oppida, quæ ille eripuerat Eccleſiæ, poſtea pontificiæ ditioni reſtituta fuerunt.

17 Quod ad alios in Neapolitano regno ſucceſſus attinet; ante reportat a Pontifice victoriam præclare geſta res eſt a fœderata Philippi ducis Mediolanenſium & Genuæ domini claſſe: traditur enim in diario Veneto a Caietanos pulſis Aragonijs deditionem feciſſe, & a Ludouico Rege Neapolim recuperatã, additurque nona die iunij Alfonſi Regis ſubſidiariam claſſem applicuiſſe Neapolim, & Aragones ex arcibus, quas tenebant, erumpentes vrbem fruſtra tentaſſe.

a Diar. m. ſ. Venet.

Fruſtra tẽtata a claſſe Aragonia.

18 In Flaminia atque Etruria graues turbæ ob duarum mulierum diſſidia ſunt excitatæ, bellumque inter Philippum Mariam ducem Mediolanenſem ac rempublicam Florentinam coortum b his initijs. Defuncto Georgio Ordelaffo Foriliuij pontificio beneficio toparcha, Lucretia vidua, quæ impuberẽ filium alebat, appellata a duce Mediolanenſi de tædere reſpondit, ſe Florentinorum fœdus colere: deinde Catharina Lucretiæ glos defuncti Georgij ſoror, cum ſimultates gereret cum Lucretia, equeſtres copias a duce Mediolanenſi accepit: quæ, dato ab Alfonſo S. Euſtachij diacono Cardinale per Bononienſem agrum aditu, Forumliuium improuiſo aduentu oppreſſere c; in quo tumultu Lucretia Florentinorum ſocia in carcerem conjecta eſt: quamobrem ij mox arma cepere, conqueſtique ſunt apud Pontificem de Alfonſo Bononienſi legato, qui hoſtiles copias non coercuiſſet, ne Forumliuium peruaderent. At Martinus, cuius potiſſimum in ea re violata erat dignitas, cum Forumliuium eccleſiaſtici iuris eſſet, quod maiores curæ, nempe liberandi regni Neapolitani, & recuperandi viuo adhuc Braccio patrimonij B. Petri, eccleſiaſticas vires exercebant, miſſo Antonio Venetino oratore ad Philippum Mariam Mediolani ducem pro Siculo fœdere, controuerſiam quam ille ac Florentini inter ſe habebant, dirimere iuſſus eſt. Sed ſecutæ ſunt nouæ res; Philippus enim Maria proferendi imperij cupidus Imolam d, capto Ludouico Alidoſio toparcha, in ſuam poteſtatẽ redegit, indeq; ſuſpiciones ſuborꝛe, ne Bononiam ſimiliter armis obruere e. Conuertit vero f in Florentinos impetus Philippus Maria, eoſque apud Sagonaram profligauit: in qua clade Odo Braccius alterius Braccij cæſi apud Aquilã filius, qui pro Florentinis dimicabat, cæſus occubuit. Porro ad continenda in fide Bononiã Martinus reuocato ex Bononienſi legatione Alfonſo Cardinale, Gabrielem Cardinalem Condulmerium, qui in pontificatu Eugenij IV. nomen ſibi aſciuit, ſubmiſit: quo tempore S. Bernardinus Senenſis ſuis concionibus pios adeo animorum motus Bononiæ conciuit, vt perditæ alex inſtrumenta in foro a populo combuſta referat Sigonius g, tum ſubdit. Accidit vt faber quidam, qui tabellas luſoris pingere & familiam ex ea re ſuam alere inſtituerat, eo quæſtu priuatus, ad ſanctum virum adierit, & ſe in extremam neceſſitatem, illo dempto vitæ præſidio, peractum iri conqueſtus ſit, cum ſe nihil aliud pingere didiciſſe adiungeret; cui S. Bernardinus reſpondit: *Si neſcis aliud pingere, hanc imaginem punge, nec te omnino pigebit, ac circulo facto ſolem in eo formauis, atque in medio* (inquit Sigonius) *nomen IESV notis quibuſdam literarum formis effin-*

Oriæ in Italia ex duabus fœminis bella.

b Leon. Aret. in hiſt. rer. Ital. S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 8. §. 1.

c Mart. lib. vii. breu. pag. 44. Foroliuienſes turbæ.

d Imola a duce Mediolani capta.

e Mart. ſup. ea. S. Ant. 3. par. tit. 22. cap. 8. §. 3.

f Dia. m. ſ. Venet. hoc ann. Leonar Aret. in hiſt. rer Italic. S Ant. 3 p. tit. 22. c. 8. §. 4.

g Sigon. l. 3. de ep. Bonon.

Nomen IESV noua forma pictum a S. Bernardino.

effinxit, quale nunc etiam sub portiu boni IESV cum ipsius beati effigie cernimus: quod cum ille feciſſet, conflantibus ad emendam imaginem ex Bernardini auctoritate plurimis, magnas ex ea re pecunias comparauit.

a Plat. Barth. l.17. Polydor. Rex Scotiç ex Anglico carcere dimiſſus.

19 Hoc anno Iacobus a Rex Scotorum ex Anglica cuſtodia emiſſus, cum Anglis inducias & centum millia Sterlingorum pactus, in Scotiam vna cum Ioanna Regina filia comitis Sumerſeti, redijt magna tum populorum gratulatione, regiumque inſigne accepit Sconæ vigeſimo quarto die maij: deinde celebratis ordinum conuentibus in Mordacum ducem Albaniæ & alios, qui Scoticam rem male geſſerunt Rege abſente, animaduertere cœpit.

Ius eccleſiaſticum a Carolo VII. defenſum.

20 In Gallijs Carolus Rex cum Anglis de regno certabat, vti Monſtreletus b & alij quos lector illarum rerum cupidus conſulat, deſcribunt fuſius, quem pijs maiorum exemplis in tuenda eccleſiaſtici ordinis dignitate inhæſiſſe, conſtat ex pontificijs literis, ex quibus hæc delibauimus.

b Monſtr. vol. 2. hoc an.

Martinus, &c. Literæ tuæ, in quibus tua manu propria ſcriptum eſt, quod de obedientia tua nullum dubium faciamus, plurimum recrearunt, & conſolatæ ſunt animum noſtrum aliqualiter commotum, maxime deſiderio generis tui, cui nulla res tantum detrahere poteſt, quantum oppreſſio eccleſiaſticæ libertatis & deuiatio a recto progreſſu in Eccleſia per Dei gratiam nunc, vnita [; nonnullisque interiectis ſubdit:] Qui de illo regio ſanguine natus es, qui ſemper honorauit & amplificauit Eccleſiã Dei. *Et infra*: Quid in his initijs regni tui facere potes, quod magis dignum iuſto Rege videatur, & hominibus gratius ſit, qui omnia iuſta, pia, & ſancta opera de manibus tuis expectant, quam ſi te in gratia Dei conſerues, & ius ſuum Romanæ reddas eccleſiæ. Multa ſunt magna & grauia officia, ad quæ te nunc ſtrictius obligauit regiæ dignitatis auctoritas, quibus ſatisfacere ſine magna difficultate non potes: ſed ipſa regalis amplitudo nihil tibi efficacius commendauit, & quod poſſis adimplere facilius, quam defenſionem Eccleſiæ, & conſeruationem eccleſiaſticæ libertatis; nam in cæteris regni muneribus obeundis plerumque armaris exercitibus indigebis, & conſenſu, ac voluntate auxilijſque multorum, quæ plerumque non facile comparantur; ad hoc vnum pium opus & debitum dignitati excellentiæque regali tuæ, ſola vox ſufficit, vt tuo beneficio corrigatur, quod aliena culpa peccatum eſt. *Dat. &c.*

Eius ad Carolo VII. adhortatio.

Obſequentem ſe futurum Pontifici pollicetur.

Decretum a Carolo Rege fuiſſe inſignem legationem, cuius princeps erat epiſcopus Leonenſis, illiusque obedientiam regio nomine Pontifici ritu ſolemni deluliſſe, refert Monſtreletus c.

c Monſtr. vol. 2. hoc ann.

21 Celebrata hoc anno eſt Lugduni ſynodus, in qua muliercula inops, cum ſuſtentandæ vitæ modos omnes per tas nefasque conquireret, deluſa a dæmone iactabat ſe diuinitus ad animas interorum pœnis liberandas miſſam; tum fingebat ſe abalienatam a ſenſibus mira intueri; tum opera dæmonis ſingulorum pandebat ſcelera, quorum frontem inſpexiſſet, vt diuina luce ſe colluſtratam mentiretur: ſed impias fraudes diu graſſari Deus non eſt paſſus; captam enim & torta in equuleo allacias detexit, vt narrat Ioannes Gerſon d.

Horrenda mulierculæ impoſtura.

d Io. Gerſ. in declaratione doctrin. e Kranz. Vandal. lib 12. cap. 3.

22 Longe abhorrebat ab impia illa hypocriſi per hoc tempus in Hollandia virgo quædam, de qua hæc refert Albertus Krantzius e: *Erat per id tempus puella in Hollandia oppido Schiddam Chriſto deuota, quæ intra octo & viginti annos nullo corporali cibo refecta ſolo dominici corporis Sacramento per ſingulos dies dominicos accepto viſlitabat: corpus attenuatum ſolis nervis cohærebat & oſſibus, carnes conſumpta vires ademerant. Curioſe experiri ſtatuit ſacerdos, ſi quid ſubeſſet aliud: aſſerebat aliquando puella boſtiam non conſecratam, vt probaret, ſi dominici corporis ſola virtus fœminam ſuſtineret. Ferunt mox deſtitutam viribus factam velut in agone, & niſi citius dominici corporis præſtatione ſuccurriſſet, animam protinus efflaſſet. Idem quoque alys in locis vſu compertum ferunt. Vixit hodie puella aut paucos ante annos in Peruſio Ita ea ciuitate defuncta eſt, de qua ſimilia ferebantur per omnia.* Simile prodigium in B. Catharina Senenſi & in alijs diuinitus editum vidimus, & alia inferius adducemus.

e Kranz. Vandal. lib 12. cap. 3. Puella Schiddenſis ſola Euchariſtia vitam ſuſtentat.

Inter Græcos & Turcas induciæ.

23 Quod ad orientales res ſpectat, eæ ad exitium tendebant: menſe enim maio Turacanem barbarorum ducem cepiſſe Hexamilium ſiue Peloponeſiacum Iſthmum, ac multos Epiroras ſiue Macedones ea clade conſumptos, teſtatur Georgius Phranza a, ingraueſcenteque Turcico terrore Ioannem Imperatorem decimoquinto nouembris die tradita fratri Conſtantino deſpotæ regiæ vrbis adminiſtratione, in Hungariam tranſijſſe, vt a Sigiſmundo Romanorum Rege auxilium aduerſus Chriſtiani nominis hoſtes peteret: nam Amuratem, qui anno ſuperiori Turcicum in Europa imperium coniunxerat cum Aſiatico quod biennio ante mortuo Mahomete corripuerat, Conſtantinopolim hoc anno terra marique oppugnauiſſe, referunt Turcarum monumenta b, quæ etiam tradunt, eundem Amuratem, facta in Valachiam irruptione, magnas clades Chriſtianis intuliſſe c.

a Phrãt. ſup. cap. 41. Imperator Græciæ in Hungariã auxilia petiturus abit. Obſeſſa Conſtantinopolis.

b Naninal. 14. p. 2 Muratti Dragoman. ex archetyp. Turc. c Hiſt. Muſulman. & ex ea Ioan. Leunclau. 14

IESV CHRISTI
Annus 1425.

MARTINI PP.V. SIGISMVNDI ROM. REGIS 15. annus 8. IO:VII. PALÆOLOGI IMP.OR. 2.

Indict. 3.

1 INeunte hoc anno Martinus ſedandi ſchiſmatis percupidus, quod Alfonſi Regis Aragonum, ad infringendam veri Chriſti vicarij, regnum Neapolitanum contra illius impetus defendentis dignitatem, callido aſtu excitarat ambitio, Petrum tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyterum Cardinalem Ioannis comitis Fuxenſis fratrem, legatum ſuum creauit d, vt Regem ab impietate reuocaret, eiuſque opera Ægidium Munionem canonicum Barcinonenſem ab affectandis pontificalibus apicibus deterreret.

d Alia Card. Fuxen. Petrus Cardinal. Fuxen. in Aragoniam legatus miſſus.

2. &c. Carpentoractum peruenit a menſe martio, atque in ea vrbe ſubſtitit, donec, ab intenſo eccleſiæ Romanæ Rege ad ingrediendum Aragoniam fides publica ſibi daretur. Verum Alfonſus rabida ira in Martinum concitus negauit adirum, donec ab illo iniuſta de Neapolitano regno exabito poſtulata accepiſſet, tum alijs ſe diſtineri curis bellicis ad Henricum fratrem e Caſtellano carcere liberandum cauſatus eſt. Popoſcit legatus, vt ſe cum ipſo in colloquium venire pateretur, concepta ſpe fore, vt iram regiam molliret, concordiaque eſſet redintegranda: ſed obduruit in priori pertinacia Rex, legatumque apoſtolicum ſolitis fraudibus eluſit: qua iniuria exaſperatus Pontifex, in eum legibus animaduertendum decreuit, ac Ioannem Regem Caſtellæ rogauit, vt aduerſus propagatorem ſchiſmatis præſidio ſibi non deeſſet, ingentiaque Alfonſi Regis ſcelera recenſuit f, vt nimirum violata data fide Petrum de Luna rexerit, iuſſuſque eum tradere plura religioſorum ordinum oppida ſibi tradi poſtularit, & alia iniqua extorquere niſus ſit: defuncto vero Petro de Luna extinctum cum eo ſchiſma exſuſcitaſſe; finxiſſe quatuor anticardinales ab antipapa creа-

Negatus ei ab Alfonſo Rege aditus.

Decernit Martinus legibus agere in Alfonſum.

f Lib. tom. 9. pag. 3. & in cod. Alexan. VII. p. 84

creatos, & ab his Ægidium Munionem antipapam creandum curasse: eundem antipapam & anticardinales ad Ecclesiæ sinum redire cupientes abiterruisse: in ecclesiasticos persecutionem excitasse; accessumque ad sedem Apostolicam publicis edictis inhibuisse.

Caroli Regis Nauarræ obitus. *a Marian. l. 20. cap. 14.*

5 Inuentabat tunc is arma a Castella Regi, ægerrime terens Henricum fratrem in custodia asseruari; cuius controuersiæ sedandæ munus Carolus Rex Nauarræ Nobilis appellatus, suscepit; sed hoc anno die octaua septembris repentina apoplexia oppressus b interijt, nullis relictis masculis liberis; atque ideo illi successit Ioannes Alfonsi Regis Aragonum frater dotali vxoris iure: quippe Blanchæ Caroli Regis Nauarræ filia, eademque Siciliæ Regina Martini Regis vidua Ioanni principi Alfonsi Regis Aragonum fratri nupta c fuerat ijs legibus, vt aiunt nonnulli, vt si Blancha, susceptis liberis vel non susceptis, præmoreretur post Caroli soceri mortem, sceptrum Ioannes Aragonius capesseret, illudque toto vitæ curiu retineret, quod negarunt alij: maxime cum nouercam priuigno insidiantem postea induxerit; ex quo asperrima bella inter Carolum filium Viannæ principem & Ioannem Regem esse obortа visuri sumus. Ita Nauarræ regnum a Gallica gente ad Aragoniam translatum est: sed post Ioannis Regis mortem iterum ab Aragonia ad Gallicam Fuxensem d reuocatum.

Ioannes Aragoniæ succedit.

b Guainer. l. 27. c. 50.

c Cap. 48.

d Lib. 28 c. 1 e Diar. m. s. Venet. hoc anno. Bzouius l. 21. hist. Germ. Foliet l. 10. & alij.

Vertit e vero vires aduersus Genuenses Alfonsus, missa in eos classe, vt ipsos a Philippi Mariæ ducis Mediolanensis obsequio & clientela abduceret. At quamuis aprili mense Aragonia classis Genuensem portum infestarit, conserto tamen tumultuario prælio depulsa est. Addit auctor diarij Veneti, relatum ad senatum, ducem Mediolani communita Genua fœdus cum Pontifice, Ioanna Regina Siciliæ, ac Rege Ludouico initauratte aduersus Florentinos, qui se Aragonio Regi fœdus Apostolicæ sedi intentissimo coniunxerant: eosque, postea, magna accepta clade, ab Angelo Pergolano Mediolanensium copiarum ductore ad oppidum, cui S. Sepulchri nomen est, mense octobri profligatos, illudque amisisse.

Aragonia classis Genuenses ad libertatem recuperandam prouocat.

Pontifex in Florentinos fœdus init.

6 Ardebat etiam Gallia bello, quod alebatur a factionis Anglicæ proceribus; cuius sedandi studio permotus Pontifex Ioannem ducem Bethfordiæ, qui Henrici Regis nepotis nomine res Gallicas curabat, ad pacis consilia suscipienda apostolicis literis solicitauit f.

Casi Florentini. Pacem inter Gallos & Anglos promouere nititur Martinus.

f Lib. obl. brev. p. 105. & in alio l. brev. p. 112.

7. 8 Infringere pergebat idem Ioannes ecclesiasticam libertatem iam ante ab Anglis labefactatam: cumque a Pontifice de ea reparanda monitus fuisset, Anglicam potentiam, quæ ad summum culminis fastigium in Anglia & Gallijs peruenerat, iactabundus obiecit; cui Martinus ita rescripsit g: *Non ignoramus id, quod tu nobis filiali deuotione commemoras, quanta sit domus tuæ & regnorum Francie & Anglie potentia & magnitudo, quantumque prodesse possit Ecclesiæ: sed scimus etiam quod super omnes Reges est Deus, per quem Reges regnant & domini dominantur, & in cuius manu corda sunt Regum; in quo plene confidimus & speramus quod Ecclesiam suam, cui nos, licet immeritos, præesse voluit, opprimi & perire non patietur, &c. Dat. Romæ apud SS. Apostolos* 12. *non. februarij anno* VIII. Non ad irritum cecidere Christi vicarij verba; ex summo enim culmine postea Anglorum res præcipites ruisse videbimus, nec sine iusta diuini Numinis vlcione, cum nimirum ecclesiastici ordinis dignitatem infringerent: Carolus vero Francorum Rex in tuendis ecclesijs pius, & summis ideo a Pontifice ornatus laudibus h diuina potius, quam humana ope hostes edomuit. Erigi

g Lib. obl. brev. p. 34.

Commonitus ne sua præfidat potentiæ.

h Lib. 6. p. 7.

porro firmarique illius res visæ sunt ex simultate inter Philippum ducem Burgundiæ & Humfridum, ducem Glocestriæ suborta superiori anno.

Iacoba Bauara viro dimittit. *a Mæst vol. 3. Meyer. l. 15. in Philip. Ægid. e Roja. in annal* Alium cõtra ius ducit.

9 &c. Narrant historici Iacobam a, quæ Hannoniam, Hollandiam, & Zelandiam a patre Ioanne Bauaro hereditarias acceperat, nuptam duci Brabantiæ, fœminea letitate virum dimisisse, quasi lege consanguinitatis vetitum foret illius commercium: addidisseque impudentiæ flagitium, non expectata enim sententia de ea re a Pontifice, nuptias nouas illo superstite cum Humfrido duce Glocestriæ celebrauit, professa vim sibi tum illatam, cum Brabantino desponsa fuerat: ob has autem nuptias Humfridus contractis Anglorum copijs dotales prouincias Hannoniam, Hollandiam, ac Zelandiam inuasit: quas Brabantiæ dux, cui Philippus dux Burgundiæ auxiliares copias submiserat, defendit. Interea Martinus Papa Iacobam iusto connubio cum duce Brabantiæ sociatam pronuntiauit; nec tamen Iacoba bello abstitit.

Koriburus Regis Poloniæ nepos confirmat hæreticos in pernicia.

13. &c. In Boemia confirmabat in audacia hæreticos Sigismundus Koriburus Regis Poloniæ nepos; qui Boemicam coronam delatam ab impijs, atque ab Vvladislao Rege & Vvitoldo duce Lituaniæ magna cum virtutis laude repudiatam, vt diximus, acceperat: ad quem e Boemia diuellendum Pontifex Vvladislaum Regem omnibus vrsit precibus b, vt quod antea de excindendis Boemiæ hæreticis ceperat consilium explicaret. Obtemperauit ille Christi vicario, nec solum Polonos Sigismundo Koriburo auxilio esse vetuit, suffitque e indicta bonorum iactura nepotis signa deserere, verum illum etiam, ni hæreticorum patrocinium repudiaret, bello petere constituit: cuius pium studium extremo hoc anno valde commendauit Pontifex; Alexandrumque Lituaniæ ducem incitauit ad excindendos hæreticos; de quorum impietate hæc scripsit: *Detestabiliores sunt Turcis & barbaris, & longe maiore odio atque supplicio digni, propterea, quod nati & educati in recta ratione diuini cultus & sanctis institutis Ecclesiæ, pecudum & ferarum more carnali luxuria & cupiditate prauandi ad falsos articulos & pernicioſas superstitiones adducti sunt, & contra Deum & homines bestiali immanitate grassantur.*

b Lib. 5. epist. cur pag. 140.

Rex Poloniæ hæreseos odio, nepotem Bohemiæ regem bello appetit. *c Mich. l. 4. c. 4.*

Belluini eorum mores.

Christiani a mercatoribus diuersi Turcis.

19 In oriente impij & auari mercatores Iudæ Iscariotis æmulatores, qui Ponti Euxini lustrabant litora, funesto commercij genere Alanos, Mingrelios, Rossos, aliosque sexus vtriusque ritus Græci sacris baptismalibus initiatos vili emptos pretio traducebant in Turciam, ac Mahometanis diuendebant; qui ad abijciendum Christi cultum dandumque nomen Mahometo adigebantur, vel explendæ infandæ illorum libidini vsui erant. Pereuntium itaque earum animarum misertus Pontifex in deterrimos illos homines anathematis sententiam tulit, ac Reges, principes, vrbiumque magistratus de tanto arcendo scelere commonuit d: tum præsulibus, vt solemni ritu eius criminis reos censuris percellerent, imperauit.

d Diuers. de cur. num. 8. c. 215.

Methone a Turcis vastata.

20 His alijsque auxilijs confirmata Turcica potentia Christianos Græci Latinique generis nullo discrimine opprimebat, exscensuque facto ad viginti millia barbarorum in Methonem insulam Veneti imperij regionem ferro flamisque late populati e mille & septingentos Christifideles in seruitutem abduxere. Veneta vero classis præfecto Fantino Michaele, cum ad Casandram insulam prope Thessalonicam appulisset, atrocissima cum Turcis certamina ancipiti primum victoria inijt; demum implorata diuina ope magnam illorum multitudinem interemit: sublatis inde anchoris in arcem Platanæam conuertit

e Diuers. s. Venet. hoc anno. Fantini Veneti gesta in Turcas.

impetus, eamque portis bipennibus perruptis, concrematisque ducentis & eo amplius Turcis, arcem in Venetorum potestatem redegit. At Cyprus & Rhodus a Saracenis Ægyptijs vexatæ attritaque fuere hoc anno.

Cyprus infesta ab Ægyptijs. a Mirr. vol. 2. hoc ann.

De varijs Saracenorum in Cyprum irruptionibus agit Monstreletus, narratque Soldanum Damascenum conspiratile cum Ægyptijs a: cum vero instructa classe, tactoque exercitu insulam popularentur Ægiptij, Rexque Cyprius morbo implicitus decumberet, illius fratrem Henricum conflato exercitu, illos ad naues compulisse, classeque etiam conserta insecutum: sed cum in pugnæ procinctu duas partes naualis exercitus Cyprij dilapsas comperisset, Nicosiam fuga se propripuisse. Qua re animaduersa Saraceni redire, Cyproque euastata, naues opima præda ingentique captiuorum multitudine onerarunt.

Viri nobilis nobilissimum martyrium.

Inter hos nobilis, & strenuus vir erat nomine Ragonetus Picul, qui in turri Lymesoura captus fuerat, quique ad Soldadum Ægyptium ob bellicæ virtutis famam adductus, cum de fide Christi desereuda vrgeretur superstitionem Mahometicam execratus est; quam ob causam illius imperio medius sectus martyrij palmam tulit. Illustrasse illius gloriam cœlesti prodigio diuinum Numen plures fide dignissimi testati sunt, nimirum visam e cœlo igneam coronam delabi in illum locum, in quo terræ mandatus fuerat, atque in eo radiasse.

Eius gloria diuinitus illustrata.

IESV CHRISTI

Indict. 4. **Annus 1426.**

MARTINI PP.V. SIGISMVNDI ROM. REGIS 16. annus 9. IO:VII.PALÆOLOGI IMP.OR.3.

1. &c. GEmina clade turbata est res catholica hoc anno: in oriente enim soldanus Ægyptius vastata Cypro Ianum Regem in seruitutem abstraxit, de qua dicetur postea: in occidente vero Alfonsus Aragonum Rex commotus, vt diximus, in Pontificem eo quod Apostolicæ sedis & Gallici generis principum iura in regno Neapolitano tuebatur, propagaturus contiatum fraudibus schisma, iras in catholicos cum Romana ecclesia sentientes, tyrannidemque exercuit, violata fide tum in concilio Constantiensi oratorum suorum opera, tum repetitis sacramenti formulis Martino præstita. Cum itaque eius peruicacia blanda omnia remediorum genera respueret; nam Pontifex ipse, a quo iam ante Petrus Fuxensium comitum stirpe ortus tit. S.Stephani in Cœlio monte presbyter Cardinalis sanguine illi coniunctus missus, vt ad pia ipsum amplectenda consilia reduceret, regni aditu prohibitus fuerat; contumacem Regem in ius vocauit idibus iulij, proposito pontificio edicto b, in quo eius flagitia in omnibus fidelium oculis constituit: vt Petrum de Luna dum vixerat in schismate fouerit, defunctoque Ægidium Munionem pseudopontificé in illius locum subrogandum curauerit: eum contra catholicos defenderit: tyrannidem in episcopos & clerum exercuerit: sacerdotiorum vectigalia inuaserit; & Cardinalis legati monita tempserit: ob quæ Pontifex iudicium illi intendit, diemque centesimum ac vigesimum præfixit peremptorium, quo si perstaret in scelere c consortio fidelium depulsus, regnique iure & nomine exutus promulgandus esset.

b Lib.5.pag. 289.

Reges ceteriores facti de vocatio in ius Alfonso c Bod.lib.9. brev.pag.30 & in alio pag.40. d Bod.lib.9. pag.37.

3. &c. Tum Didacum e episcopum Aurientem in Castella, & in Anglia Iulianum d Cæsarinum cancellarium apostolicæ (vt vocant) auditorem Apostolicæ sedis nuncios Ioanni & Henrico Regibus, eorumque regnorum præsulibus ac viris principibus significare iussit, vt Alfonsus Aragonius Petrum de Luna, dum superstes fuit, Paniscola deijci nunquam passus est, eoque mortuo antipapam ab aliquot flagitiosissimis hominibus creandum, ac dein profana tiara exornandum curauit; proinde ipsos ad rei catholicæ tuendam dignitatem communeque incendium extinguendum excitarent: Didaco autem inter cætera exposuit a, quam enixis studijs sedes Apostolica Alfonsum a suscepto scelere abducere molita esset, vtque ille omnes pontificios conatus elusisset. Confirmabat Alfonsum in pertinacia aduersus Christi vicarium plurium hominum leuissimorum insania, qui falsæi sanctitatis fuco & lenocinio ab impostoribus delusi schismate se illaqueari patiebantur: inter quos erat Ioannes comes Armeniaci, qui antea se in Pontificis auctoritate futurum aliorum principum exemplo erat pollicitus, ac deinde ad Petrum Lunanum, atque ad Ægidium Munionem Alfonsi Aragonij cupiditati seruientem deflexerat; quem similiter Martinus alio edicto E in iudicium vocauit: sed a schismaticis ad hæreticos narrationem traducamus.

a Sup.p.56. & in alio 1. breu. p.24. & 40. Nonnulli hypocrita illum in pertinacia confirmabant. Armeniaci comes eodé laqueo implicitus.

b Lib.5 epist cur.p.277.

11. &c. Defecerat ab Ecclesia catholica ad Hussitarum impietatem Conradus Pragensis archiepiscopus, qui pastorali cura in lupinam rabiem versa, hæreticis in inficienda Boemia obsecundarat: ob cuius criminis suspicionem vocatus primum in ius a synodo Constantiensi iudicium eluserat: iterumque a Martino appellatus non modo obiecta non diluit, verum aperta cum Hussitis fœdera iniit, ijsque arces nonnullas prodidit, nec perhorruit pseudosynodum cogere, in qua errores in suos subditos transfudit: quibus flagitijs contumaciam addidit, cum illi dies dicta fuisset; quare decretoria sententia percussus c est anathemate, atque archiepiscopali fastigio & iure deturbatus. Non diu tamen impietatem Conradus impune tulit; refert enim Cochæus d, ipsum miserabili fine in castro Helfenburgensi vitam clausisse.

Conradus Pragensis archiepiscopus fautor hæresis

c Lib.8.pag. 220. Infelicitet perit. d Coch.hist. Hussit.l.5. Bauariæ dux in hæreticos militiam profitetur.

15 Inter hæc Ioannes Bauariæ dux sacrum crucis symbolum accepit ad attollenda aduersus Boemos hæreticos signa: cuius pium consilium Martinus multis ornauit e laudibus, subsidiariumque aurum e sacerdotiorum vectigalibus redigendum, ei attribuit. Rogatus etiam Pontifex a Sigismundo Romanorum Rege, vt Vvladislaum Regem Poloniæ ad coniungendas aduersus hæreticos vires permoueret, Cardinalem Vrsinum episcopum Albanensem legatum decreuit in Poloniam, ac Regem ipsum f ad referenda statuendaque de prostrata impietate trophæa apostolicis literis excitauit: ex quibus hæc delibamus.

e Lib.8.pag. 231. Regem Poloniæ hortatur Martinus, vt in hæreticos arma vertat. f Lib.breu.p 42. & in f. alex.8.VII

Martinus, &c. Serenitatem tuam, in qua specialem fiduciam habemus, & quam semper inuenimus promptam ad catholicæ fidei defensionem, rogamus & exhortamur in Domino, vt sicut bonus miles Christi Iesu sumens scutum aduersus hos hæreticos detestandos velis omni studio & pro viribus incumbere ad eorum extirpationem & desolationem, si permanserint in perfidia ipsorum, accedens personaliter ad perfectionem tam egregij operis tam accepti Deo. Hoc nihil laudabilius, nil excellentius potes facere, quam vt tuo auxilio & virtute hoc nefandum semen hæresis tollatur de * grege Domini: neque est aliud opus, quod magis deceat serenitatem tuam, cuius est proprium expugnare hæreticos, defendere fidem Christi, & fideles protegere: ex quibus & laudem in hoc sæculo perpetuam, & æternam apud Deum gloriam consequeris. *Dat. Romæ apud SS. Apostolos v.kal.februarij.anno* IX. Vvitoldum quoque magnum Lituaniæ ducem virtutibus præstantem, & rei militaris peritissimum incitauit g, vt ad delendam hæresim, quæ nulla etiam tum ratione mulceri vel do-

Iordanus Vrsinus episcopus Albanensis ad aduersus Boemos missus.

* agro

Dux etiam Lituaniæ ad delendam hæresim incitatus. g Lib breu. in f. alex.8. VII pag.43

mari

mati potuerit, fortissime insurgeret.

16. 17 Porro dum Christi cultores ad sacram militiam precibus & lachrymis vrget Pontifex a, certatum est maximo ardore ad Auscham vrbem in Albis fluminis ripa sitam; cum enim militari præsidio muniendam tradidisset Sigismundus Friderico Misniæ marchioni eidemque Turingiæ Lantgrauio, hæretici illam duce Ziscka obsidione cinxere: ad quam soluendam cum exercitus catholicus concurrisset, diu stetit ambigua spe pugna, in qua fortissimi viri ceciderc, ac demum hæreticis cessit victoria arcano diuinæ prouidentiæ consilio, quæ occumbentes pro fide orthodoxa in cœlum admisit, vt indicat Ioannes Coclæus b *Magni*, inquit, *ac multi nobiles in eo prælio ceciderunt*: pauciſque interiectis verbis: *ferunt quippe ex una familia nobilium de Goheritz cecidisse supra sexaginta quinque viros, quorum unus vxori suæ puerperæ apparens, & lætio assidens eam rogasse fertur, vt agricolis sibi subditis non esset tot angarijs aut seruitutibus, vt ipse fuerat, molesta, modumque daret iustiorem; ob eas enim res iniquas ipse damnatus fuisset Dei iudicio, nisi pugnasset contra hæreticos. Tanta autem fuit hæreticorum feritas, vt ne illis quidem parcerent, qui proiectis armis ac flexis genibus vitam supplices petebant. Nonem millia catholicorum in ea pugna occubuerunt: Auscha capta ac funditus per incendium deleta fuit.* Euastatam etiam ab hæreticis Lutiaciam, atque horrenda ab ijs crudelitatis exempla edita, narrat plu-ribus Albertus Krantzius c.

18 Dum hi hæretici omnia ferro flammaque aperto scelere miscebant, alij dicti Fraticelli contrarijs artibus, fallaci nimirum sanctitatis lenocinio Christifideles a catholica religione auertere conabantur: quibus Pontifex veræ sanctitatis splendore tunc radiantem B. Ioannem Capistranensem ordinis Minorum opposuit, qui inductam a tenebrionibus illis impietatis caliginem discuteret, eumque amplissima potestate muniuit, vt ipsos comprimeret plecteretque: eandemque prouinciam dedit d Iacobo Antonij de monte Brandono eiusdem ordinis fratri e concionatori egregio, qui complures ab ea perfidia in Ecclesiæ gremium reuocarat.

19 Obsolescebat admodum in Anglia politicorum improbo consilio ecclesiastica libertas, cum parum perspicerent euertendam e summo fastigio Anglicam potentiam, cum Ecclesiæ dignitatem deiecissent: nam puero Rege fauerant proceres sacrarum opum spe & cupidine prolectati, regio nomine & auctoritate sacerdotia conferenda esse: necnon cleri causas ad tribunal prolanum traxerant, damnarane exilio ecclesiarum administrationem a Christi vicario accepturos, promulgantibusque apostolica edicta extremum supplicium intentauerant f: ad quæ auferenda iniqua decreta Pontifex Henricum episcopum Vvintoniensem in Anglica aula auctoritate florentem grauissimis literis excitauit, e quibus hæc decerpsi.

Martinus, &c. Potestne catholicum regnum id dici, vbi huiusmodi statuuntur profanæ leges & obseruantur, vbi prohibetur admitti vicarius Christi, vbi oues suas successor Apostoli Petri pascere iuxta mandatum Domini non permittitur? Christus dixit g Petro suisque successoribus: *Pasce oues meas*; statutum autem regni pascere ipsas non sinit, sed vult, vt Rex ipse pascat, deuoluendo ad eum in certis casibus apostolicam auctoritatem. Christus ædificauit Ecclesiam supra Petrum; sed regni statutum id prohibet; nam non patitur Petri cathedram de Ecclesia, prout iudicauerit expedire, disponere. Christus voluit, quod quidquid summus Pontifex in terris soluerit aut ligauerit, solutum ligatumue esset in cœlis: statutum autem huic diuinæ voluntati non assentit; nam si quos sacerdotes ad ligandum soluendumue animas Christi vicarius in regnum contra statuti tenorem destinauerit, non modo ipsos non admittit, sed caulare iubet, bonis priuari, alijsque pœnis affligi, & censuram seu processum apostolicum in regnum deferens tanquam sacrilegus capite punitur. Cur igitur non clamas & quasi tuba exaltas vocem tuam, annuntians populo tuo peccata sua, & domui Israel scelera eorum, ne sanguis eorum de tuis manibus requiratur? *Et infra*.

20. 21 Tuam fraternitatē quanta possumus industria, toto corde totoque affectu hortamur, monemus, requirimus, & in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna cui, si neglexeris, ipso facto te subijcimus, districte præcipiendo mandamus, quatenus quamprimum ad locum, vbi consiliarij charissimi in Christo filij nostri Henrici Angliæ Regis illustris conueniunt, personaliter accedas, eosque tam ecclesiasticos quam seculares pro sapientia, quam Dominus inspirauerit, rationibus ac monitionibus reddas instructos, vt prædictum statutum in proximo parlamento tollant penitus & aboleant, &c. *Dat. Romæ apud SS. Apostolos v. id. decembris pontificatus nostri anno x.* Ac dum politici Angli sacrarum rerum affectant imperium, diuinum Numen suis consilijs aduersum passi sunt: siquidem Gallorum res hoc anno reflorescere visæ sunt; narrat enim Monstreletus a Anglos aliquarum vrbium obsidione depulsos, atque a Britonibus cæsos.

22 Quod ad res orientales spectat, ad ecclesiæ Romanæ gremium Græcos reducendi cupidus Pontifex, cum iam ante agitatum esset cum postremo Imperatore de celebrando concilio, in quo schisma vetus aboleretur, nouum Imperatorem Ioannem, ac Ioseph patriarcham Constantinopolitanum de sacra ecclesiarum instauranda coniunctione appellauit, misso Andrea ordinis Prædicatorum apostolico nuncio b.

23 Tum etiam adducta in maximum discrimen Cyprus, quam anno superiori soldanus Ægyptius sæua populatione vexarat, graues curas afferebat Pontifici, qui occidentales principes bellis ciuilibus impliciros ad eam a barbarorum tyrannide liberandam permouere non poterat: ne vero aliqua ope Iano eiusdem insulæ Regi deesset, fisci in Cypro præfecto præcepit c, vt aurum, quod iuris pontificij duobus annis excurrentibus foret, in regium erarium deriuaret.

24 Cæterum Cypri Rex Nicolaum episcopum Famagustanum ineunte anno in occidentem misit, qui Reges ac principes ad ferendas sibi suppetias commoueret. Venit is ad Martinum, a quo vniuersis fidelibus commendatus fuit d: verum laborante, vt dixi, ciuilibus bellis occidente, ac præcipue Gallia Anglicis armis attrita, leuiora tantum auxilia elici potuere: qua occasione ferociens soldanus Ægyptius, clade maxima comparata, vexatam superioribus excursionibus Cyprum oppressit, deloto Christiano exercitu, & capto in acie Iano Rege, ac viginti millibus Christianorum in seruitutem abductis. Interea Rhodiam classem duodecima die augusti serius ad ferendam opem aduolasse tradunt; nec tamen ipsos temporis opportunitate ad profligandam classem Ægyptiacam vsos, cum milite, qui exscensum in terram fecerat, imparata esset.

Addit m.s. diarij Veneti auctor e hoc interim spatio interceptam ab Ægyptijs nauem Venetam, quæ e Syria soluerat, cæsisque Christianis, qui armis se defenderant, & Ioanne Dandulo ac duobus Genuensibus qui fidem Christianam deseruere, precaria vita donatis, viginti quinque religiosos viros partim sacerdotes partim laicos, qui demissi in preces non pugnarant, ac vitam inlicta ad Mahometem a Christo defectione

a Æn. Sylu. hist. Bohem. cap. 44 & Cochæus hist Huss lib. 5.

b Cocl. histor. Huss. cap. Catholici ab hæreticis cæsi.

Miles vxori apparēs docet se saluatum ob pugnam in hæreticos initam

c Alb. Kranz. Vandal. l. 11. c. 9.

B. Ioannes Capistran. oppositus Fraticellis Plures ad Ecclesiam reducti.

d Lib. 8. pag. 332.

e Lib. 5. pag. 285.

Arrogata a politicis Anglis sacerdotiorū conferēdorum auctoritas.

f Lib. 9. Iren. pag. 1. & in alio cod. ms. Alex. VII. pag. 81.

Prohibētur ecclesiæ pastores oues suas oues pascant. g Ioan. xxi.

Inſtus Vitton. ep. ad regia consilia accedere & Ecclesiæ causam tueri.

a Mſtr. vol. 1. pag. 32.

De Græcis ecclesiæ cōciliandis actum.

b Lib. 5. epist. cur. p. 262. Cyprus ab Ægyptio diuexata.

c Ibid. p. 260

d Vbi sup. Cypri excidium.

Rhodia classis serius fert opem.

e Dan. Ven. ms. hoc anno Mſtr. vol. 2 hoc ann. & alij.

ctione aſpernati ſunt, martyrio affeciſſe, dum ſupplicibus manibus ad cœlum tentis ardentiſſimo pietatis ſenſu animas Deo commendabant. Ladem confirmat Monſtrelctus a ex literis Rhodo miſſis, vtque Rex Cyprius paulo poſt in Ægyptum ductus ſit barbarica clade ad ſoldanum, in Cairi ingreſſu vincti Chriſtiani bini & bini abrepti, Deiparæ vexillum inuerſo in terram apice raptatum a Saracenis, Rex vero cæteris onuſtus mulo impoſitus ante conſpectum ſoldani, qui ex editiori loco illum deſpectabat, in terram caput inclinare nouies, terræque oſculum figere coactus eſt, ac deinde in carcerem conjectus.

a Mſtr. ibid pag. 29.

35 At Pontifex diræ huius cladis accepta fama, ingenti dolore percitus miſeratodum Chriſtianorum mutuo ſeſe bello laniantium ſortem luxit: cumque iam ante Nicolaum Albergatum ex ſacra Carthuſianorum familia epiſcopum Bononienſem creatum tit. S. Crucis presbyterum Cardinalem, ad Philippum Mariam Mediolanenſium ducem, ac Venetos miſiſſet, vt pacem inter illos redintegraret, cœptis eo ardentius inſiſtere iuſſit, quo ob Chriſtianorum diſſidia tantam cladem Cyprus paſſa eſſet. Solicitati etiam ab eodem Genuenſes fuere b, vt euerſas res Cypri inſtaurarent, cum etiam plurimi eorum intereſſet barbaros comprimere, ne poſtea Famaguſtam ipſis eriperent.

B. Nicolaus Albergat. pacis inter pres miſſus

b Ibid. p. 33. Genuenſes ad ferendam Cypro opem excitati.

36 Hoc anno, vt ex Vaticanis monumentis tradit Felix Contelorius c, adlecti fuere in ſacrum ſenatum a Martino V. XXIV. maij octo presbyteri & quatuor diaconi Cardinales. Nomina presbyterorum ſunt hæc: Ioannes de Rupeſciſſa archiepiſcopus Rothomagenſis tit. S. Laurentij in Lucina, Ludouicus Alamannus archiepiſcopus Arelatenſis tit. S. Cæciliæ, deinde ſchiſmaticorum Baſilienſium aduerſus Eugenium ſigniter, atque ideo de gradu deiectus, iterumque Eccleſiæ & priſtino honori a Nicolao V. reſtituturs, cui poſt expiatum rite crimen a Clemente VII. d beati honorificum titulum permiſſum ferunt; Henricus Beaufort Anglorum Regis anunculus epiſcopus Vvintonienſis tit. S. Euſebij. Ioannes de Praga epiſcopus Olomucenſis tit. S. Cyriaci in thermis, quem inſigni elogio ornatum a Martino diximus: Antonius Caſimus epiſcopus Senenſis tit. S. Marcelli: Nicolaus Albergatus epiſcopus Bononienſis tit. S. Crucis in Ieruſalem, qui ob inſignes virtutes beati titulum promerunt: Raymundus Marrotius epiſcopus Caſtrenſis tit. S Praxedis: Antonius Ceruantes archidiaconus Hiſpalenſis tit. S. Petri ad vincula. Cardinales diaconi fuere, Ardicinus de Porta aduocatus conſiſtorialis SS. Coſmæ & Damiani, Hugo Regis Cyprij traver S. Hadriani; Proſper Columna S. Georgij in velabro; Iulianus Cæſarinus S. Angeli: ſed poſtremi duo anno cantum trigeſimo huius ſæculi octauo nouembri die promulgati fuere. De B. Nicolao Albergato hæc refert Carolus Sigonius: *Eo Romam ad ſe*, de Martino Papa loquitur, *venire iuſſo prætor quem obuiam miſſum in itinere recuſarat, repugnanti adhuc atque inuito impoſuit.*

c Conſtor. in dict. Card. Card. creatorum nomina.

d Extat eius lit. apud Ciacon. in Mart. V.

B. Albergatus fit Cardinalis ian ctæ crucis.

IESV CHRISTI
Annus 1427.

Indict. 5.

MARTINI PP. V. SIGISMVNDI ROM. REGIS 17. annus 10. IO:VII PALEOLOGI IMP. OR. 4.

1. COllabente in Boemia religione, Pontifex tuendæ diuinæ gloriæ ſtudio incitatus, cum iam ante, vt vidimus, Ioannis Dominici & Brandæ Cardinalium opera ad excindendam impietatem vſus eſſet, demum Henricum tit. S. Euſebij presbyterum Cardinalem eundemque Vvintonienſem epiſcopum, de quo paulo ante memorauimus, in Boemia, Hungaria, & Germania legatum apoſtolicæ ſedis creauit a, atque ad frangendam hæreticorum audaciam perfidiamque, ampliſſimam ei tribuit b auctoritatem, deque eadem legationis munere illi delato Martinus Angliæ Regem conſilijque ſanctioris proceres fecit c certiores, vtque ipſum ad illud ſuſcipiendum pro diuini Numinis & Anglicæ gentis gloria inducerent, eſt cohortatus.

Creatus in Bohemos legatus Cardinalis Anglus.

a Æn. Syl. hiſt. Bohem. c. 44. & 47. Krantzius Vandal. l. 11. Bonfin. dec. 3 Dubr. lib. 27. b Lab. 6. p. 31 & lib. brem. pag. 30. c Lib. 9 brem p. 31. & 32. & in alio lib. brem. p. 34. &c.

Martinus, &c. Offer Deo primitias ætatis tuæ & laudabilium operum, vt tuo conſilio, fauore, atque hortatu Cardinalis ſuſcipiat hanc cauſam publicam, ex qua maximum lucrum Eccleſia ſit, conſecutura vel ex reductione ouium aberrantium, ſi redire voluerint, vel oppreſſione, ſi obduruerint in errore. Quid enim indignius, quam vt ſanctum Domini tam diu in dedecus populi Chriſtiani a canibus laceretur? Ad hoc ergo, fili chariſſime, oportet, vt tua quoque celſitudo, prout catholicum principem decet, adhibeat auxilium & fauorem, & præſertim in hoc elaboret, vt ipſe Cardinalis hoc opus aggrediatur tam ſanctum, tam Deo acceptum & hominibus gratum; quod ſi efficies, nos & Eccleſiam in perpetuum pro tali beneficio obligabis. *Dat. &c.*

Excitatus Anglus, vt ætatis primitias Deo offerat.

2 Pontificis precibus flexus Henricus Cardinalis militiæ ſacræ ſe addixit: cuius acceptis literis Martinus ingenti affectus gaudio profectum in Belgium Cardinalem ad vrgenda pia conſilia, vt arbitrabatur, apoſtolicis literis accendit d. Indixit e igitur Martinus in Boemos Huſſitas ſacrum bellum, ac ſymbolum crucis accepturis præmia indulgentiarum propoſuit. Concurrere plures fideles ad crucis ſigna: qua de re ab Herbipolenſi & Bambergenſi epiſcopis, tum a Frederico marchione Brandeburgenſi certior factus ipſos ad fundendum pro Chriſti gloria vindicanda ab impietate ſanguinem excitauit f; atque ab epiſcopis religioſam militiam profeſſuros cruce inſigniri iuſſit, Reges etiam ac principes ad ſacrum fœdus allicere datis in ſumptus bellicos ſubſidiarijs decimis conatus eſt g.

Admiſſum ab Henrico Cardinali legationis munus. d Lib. 9 brem pag. 34. Indicta ex pedito in Huſſitas. e Lib. 8. pag. 344 f Lib. 9. p. 33 g Lib. vlt. p. 142. 146. & 148.

4. &c. Conflato itaque cruceſignato exercitu, concepit ingentes delendæ Huſſiticæ hæreſis ſpes Pontifex, quas datis ad Germanos literis h expoſuit. De pijs equitibus, qui ſacram tum militiam profeſſi ſunt nonnulla memoratu digna narrat Ioannes Nider i, ſeque nouiſſe ait in Sueuia virum nobilem omnium virtutum genere illuſtrem, qui cum ab Alberto duce Auſtriæ Iglauienſis vrbis præſidio fuiſſet præfectus, pluraque minora prælia varijs eruptionibus contra Ziskam geſſiſſet, & in aſperiori pugna quadraginta duobus vulneribus fuiſſet confoſſus, diuinitus ſeruatus, & viſo cœlitus immiſſo ampliſſima præmia in cœleſtibus regnis ſe accepturum confirmatus eſt: additque auctor l de alio pio equite, cui Boari nomen erat, ſingulis noctibus ex lecto proſilire, paſſionemque dominicam recolere conſueuiſſe, pioque opere promeruiſſe, vt cœleſti voce ter repetita, dum vigilabat, quinquennio ante de mortis tempore præmoneretur; eumque varijs virtutum exemplis ad eam ſe compararet, ſuſcepta ſacra in hæreticos Huſſitas militia pie defunctum. Ceterum ſpes debellandorum Huſſitarum Pragenſium, non ſine cauſa a Pontifice cæteriſque catholicis conceptæ, at demum ad irritum cecidere; illatis enim iam Boemiæ cruceſignatis vexillis arcano diuinæ prouidentiæ

b Bremo. p. p. 33. & in alio m.ſ. pag. 36. Data pluribus in hoc bello bene merendi occaſio. i Io. Nid. formic. l. 2. c. 8.

l Io. Nid. l. 4 cap. 10. Alius pius eques de morte præmonitus.

denere consilio nostri verga vertere a: *Cum hæretici*, inquit Æneas Syluius b, *collecto raptim milite in eos properare nunciarentur, non visum hostem fugerunt Thaboniamque petentes instrumenta bellica cum præda ibi dimiserunt. Nondum Cardinalis in exercitu fuerat, sed ad Thaboniam fugientibus occurrens, admiratus est tot ducum, tot fortium virorum pauidam fœdamque fugam, magnis precibus vti redirent in hostem omni ex parte debilitarem hortatur: quod cum frustra aliteretur, & ipse turpis fuga comes effectus vix siluam ingressi erant, cum superuenientes Boemi postremum agmen lacessere cœperunt. Facta est profusio, ac pauidior fuga nec prius Thaboritæ fugere, quam Boemi persequi destiterunt.* Ingentem ex ea catholicorum clade vel fuga dolorem contraxit Pontifex, Deo tamen fretus Henricum Cardinalem legatum ne cœptis desisteret; est adhortatus c.

Catholici ab hæreticis in fugã acti.

a *Lib. 9 brev. pag. 44.* b *Æn. Sylu. hist. Bohem. cap. 44.*

Cladem luget Pontifex.

c *Lib. 9 brev. pag. 4.*

7. &c. Conterriti ex miserando casu Pilzinenses d, qui etiam tum in fide catholica constantes perstiterant, ad eam pactionem cum hæreticis venere, vt in solemnibus doctorum conuentibus de controuersijs fidei disceptarent, quos Christi vicarius ita præmonuit.

Pilzinenses ab hæreticis oppressi.

d *Libr. brev. p. 47. & in alio lib. secret.*

Martinus, &c. Aduersus hos astutos serpentes imburos veneno sathanæ est cautius procedendum; quidquid enim agunt non eo spectat, vt ipsi conuerti velint ad sanam doctrinam, sed vt mentes vestræ, qui estis fideles, subuertantur per versutias & fallacias ipsorum, qui sub specie agni intrant, vt vos deuorent & animas vestras tanquam lupi rapaces. Ideo deuotionem vestram rogamus, vobis nihilominus iniungentes, vt cum fide stetis firmi fundati supra Petram, quæ est Christus, nolitis ingredi vias lubricas, ne cadatis; sed fugiatis hanc conuentionem, & disputationes inutiles, quæ nihil valent, nisi ad subuersiones animarum vestrarum. Satis probata, immo comprobata est fides catholica tot martyrum sanguine, & dilucidata tot concilijs, tot sanctorum patrum sanctionibus, tot sanctorum doctorum scripturis, tot expositionibus excellentium virorum, vt superfluum sit super ea disputare amplius, salutare autem sequi, quæ ab illis nobis sunt tradita. Itaque omnino fugienda est hæc conuentio; in qua nil poteritis lucrari; multum autem perdere. *Dat. Romæ apud SS. Apostolos III. id. nouembris anno X.*

Monini vt ab astu hæreticorum sibi caueãt.

Nefas de orthodoxa fide tot argumentis confirmata ambigere.

10. &c. Crebris catholicorum in Boemiã irruptionibus lacessiti hæretici, licet sæpe vincerent, similes tamen erant victis, cum plures in tot tamisque prælijs occumberent; adeo vt Sigismundus Koributus Regis Poloniæ nepos, quem ipsorum clientelam arripuisse vidimus, Romanum Pontificem de audienda Boemorum causa, deque pace appellarit: quo accepto Pontifex respondit auditurum ea lege, dummodo apostolico decreto obtemperarent, remque cum Rege Poloniæ & Alexandro duce Lituaniæ agitauit: at Sigismundus Rex, ad quem Boemicum sceptrum spectabat, grauiori metu perfusus, ne Koributus Lituanus ita Pragensibus gratiam Ecclesiæ conciliaret, vt principatum sibi apud eos parum constabiliret, Thaboritarum principem Ziskam infimas parces maximis præmijs pelliere, non sine dedecore cæsareo fluxit: *Sed auertit diuina pietas*, inquit Æneas Syluius, *eam pestem & tantum malum e medio Christianorum eripuit; nam Ziska conditionibus annuens, dum consentus complexurus Sigismundum petit, iter eundum apud castellum Prisouiam diuinitus, vt par est credere, peste tactus expirauit: monstrum detestabile, crudele, horrendum, importunum, quod postquam manus humana conficere non valuit, digitus Dei extinxit.* Barbara fuere extrema perfidi ac flagitiosissimi hominis iussa, vt barbare vixerat; mortuo enim sibi (quod quidem dignus erat si viuo accidisset) pellem detrahi a iussit, vt ex ea tympanum, ad cuius strepitum fugerent catholici, conficeretur, carnes vero volucribus dari: quæ idem auctor in epistolis etiam suis reperit b: tum subdit Taboritas se Orphanos dixisse, ac Ziskæ imaginem coluisse, & detulisse illi honorem, quem Christo negabant.

Regem Poloniæ & ducem Lithuaniæ in eo pretes abhibent.

Ziscka peste extinctus.

Ex pelle sua tympanum iussit confici. a *Ibid.*

b *Lib. 1 epist. 131. Dubr. lib. 26.*

13. &c. Cum vero malorum fons a Vvicleffo manasset, Pontifex cunctis præsulibus imperauit, vt omnes Vvicleffi commentarios damnatos in concilio Constantiensi flammis abolerent, & conciones nonnisi in ecclesijs haberi sinerent; tum in hæreseos labe pollutos iudiciorum seueritatem adhiberent c. Præterea sumi etiam de putrido Ioannis Vvicleffi cadauere supplicium, exhumaraque illius ossa impietatis odio concremari, datis ad episcopum Lincolniensem literis iussit d. Ne quis vero apostolicis imperijs obsisteret, Henrici Anglorum Regis augustiorem senatum vt ea in re auctoritate regia ipsum fulcirent hortatus est e: eodemque argumento ad Gnesnensem archiepiscopum literas f misit.

Censura fidei inita.

c *Lib. 8 pag. 235.*

Vvicleffi ossa exuri iussa.

d *Dubr. de curr. tom 8. pag. 248.*

e *Ib. p. 249.*

f *Ext. ibid.*

19 Inter hæc læserat grauissime ordinis sacerdotalis immunitatẽ Ioannes Lusitaniæ Rex; nam vectigalia clero imperabat, ad tribunal sæculare viros ecclesiasticos pertrahebat, dolosisque artibus eripiebat ipsis possessiones: quæ mala per summam ignauiam dissimulabant præsules. Quibus derebus certior factus Martinus Bracharensem archiepiscopum cogere synodum & pro causa libertatis ecclesiasticæ apud apostolica subsellia prosequenda idoneos procuratores mittere iussit.

Violata a Lusitano ecclesiæ immunitas.

20 Vocarat etiam antea in ius Alfonsum Regem Aragonum Christi vicarius, diemque non modo ad causam de violato iure ecclesiastico, verum de inita etiam cum schismaticis societate dicendam constituerat: quem cum decretoria sententia percellere pararet, ille sibi meruens obtemperare decreuit. Oratoribus igitur missis, vt procellam auerteret, pollicitus est, se legatum admissurum. Petro itaque Fuxensi Cardinali dedit Martinus mandata, vt prouinciam ingrederetur, non autem in Aragoniam, dum illius ad obsequium flectendi spes superaret, sententiam latum in, pro certo sciret.

Aragonius in iudicio vocatus.

Pertinaciã frangit.

21 Narrant pluribus gestæ a Cardinale Fuxensi legationis acta, vt is adulta ætate Hispaniam Tarraconensem ab Alfonso Rege excitus peragrarit: tum pompam, qua Valentiam, vbi Rex morabatur, ingressus sit: *Ingredienti*, inquiunt, *domino legato ciuitatem Valentiæ cum insignis legationis suæ obuiam ad mediam leucam vel circa primo canonici Ecclesiæ Valentinæ cum solemni apparatu exiuerunt: paruumper per paululum episcopi Cathanensis, Vicensis, Gerundensis, Elnensis cum domino archiepiscopo Terracensi & pluribus abbatibus Cisterciensibus ac doctorum & ecclesiasticorum virorum multitudine copiosa eidem domino legato obuiam processerunt. Insuper nobiles consiliarij rectores ciuitatis Valentiæ cum tubis conflipoci militibus pluribus & ciuibus nobilibus habitatoribus dictæ ciuitatis venerunt obuiam eidem domino legato. Superuenerunt denique arcubalistæ & vltra foris ciuitatem dominus Alfonsus Aragoniæ Rex illustris in persona propria capite discooperto cum archiepiscopo Vlixbonensi regni Portugalliæ cum sua regia familia obuiam venit eidem domino legato, reuerentiam impendit, osculum sibi tradidit, & partem dexteram in progressu post plurimas reuerentias & inuitationes mutuas eidem domino legato reuenti assignauit, ipsumque cooperiri fecit etiam capello rubeo cardinalatus, dicto domino*

Cardinalis Fuxensis in Aragoniã ingressus.

Extra ciuitatẽ obuiam illi factus Rex. Nudo capite colloquitur cum legato cooperto caput habente.

mino Rege capite discooperto cum prefato domino legato familiariter colloquente & in via versus ciuitatem procedente vsque ad portam ciuitatis, vbi ab eodem domino legato, cum esset iam tarde & transiret hora prandij petijt licentiam recedendi ad palatium suum, quod est extra ciuitatem, & sic recessit cum paucis. Dictus vero dominus legatus cum premissis omnibus & processionibus solemnibus infinito populo sibi occurriente cum maximis honoribus in ciuitate Valentiæ & in cathedrali ecclesia cum cymbalis benesonantibus, in tympanis, tubis, & organis cum magno gaudio solemniter fuit receptus: & data benedictione ac indulgentijs in ecclesia, ad domum episcopalem adductus, & cum omnibus suis in eadem domo honorifice collocatus.

Effusa publica lætitia.

Metuit sibi a legato Alfonsus pe iustitiam administret.

22 Post hæc cum legatus die S. Bartholomæo sacra proposito edicto vulgasset, suum iure dicendo administrum recurrente prima die lunæ pro tribunali causas ecclesiasticas cogniturum, Alfonsus veritus forte ne a pluribus iniuste a se vexatis iudicium appellaretur, furore percitus contrario edicto vetuit coram eo controuersiam vllam disceptari. At legatus regias iras prudentia sua permulsit, ac demum ad has pactiones venit: primo, vt Ægidius antipapa ac reliqui schismatici ad damnandam impietatem ac parendum Martino Pontifici adigerentur. Secundo conuentum, vt regia edicta aduersus ius pontificium rescinderentur. Tertio, vt quæstores pontificij suo munere fungi permitterentur. Quarto, vt immunitas ecclesiastica illæsa coleretur. Quinto, vt clericis pulsis sacerdotia restituerentur. Sexto, vt a vexando Neapolitano regno Alfonsus abstineret & controuersa iura legibus dirimi sineret.

Cum eo paciscitur.

Cyprius Rex redemptus.

23 Hoc anno Cyprius Rex Ægyptiaco carcere redemptus ducentis millibus ducatum nummorum soldam vectigalem se professus est a quinque millia annua in barbaricum erarium inferre pollicitus. Quinquaginta millia referunt Poloni historici. Detractis illisse ferrea vincula facto assumpto Virgini die scribit Monstreletus, atque a soldano ipso ad deferendam fidem Christianam solicitatum ita prudenter respondisse, vt os ei obstruxerit; proximo vero anno in regnum reuersum exceptumque a suis honorificentissime, ac post Carolæ Reginæ mortem immunem ab omni impudicitia vitam traduxisse.

a Mirr. hist. Gall. vol. 2. Iustus Lyps. lib. 5.

Miraculū ingens Virginis opera editum. Iust. Lypsi. in Virgine Hallen. cap. 10.

24 Eodem anno puer, qui misere aquis obrutus fuerat, a parentibus diuinitus repertus, & nuncupato Deiparæ voto, ad vitam est reuocatus. Rem gestam narrat Iustus Lypsius b: *Anno*, inquit, MCCCCXXVII. VII. *martij*, *Cantipratum pagus est in Cameracensi tractu*, *atque ibidem religiosorum cœtus cum abbate. Vir inhabitabat*, *cui nomen Ioannes Bidaus*, *atque illi puer bimulus nomine Martinus. Dies dominicus erat, & vir cum vxore mane sacris operatum Christiano more ad templum eunt. Emanent, & alibi apud amicos prandent, nec nisi a meridie secunda hora demum redeunt. Statim prolem suam oculis & affectu requirunt (nouimus parentes). Non reperiunt. Quærunt in vicinia, & ab ipsis vicinis si quis vidisset: negare omnes. Pater percelli & rogare, igitur sese in quærendo adiuuant, si ubi forte puer (nec longe tantillus poterat) aberrasset. Eunt, reliquum diem illum & totam noctem quæsitioni donant. Adsunt diem alterum in vesperam. Tum vicini desperantes inuenire & bona fide alibi periisse arbitrati, patri valedicunt, & vt idem filiolo faciat, suadent. Domum quisque suam redeunt: etiam pater ad mœstam vxorem, eo utrque mœstior, quod frigidissima forte tunc aura erat, nec tenellus puer sub dio sicubi esset posset subsistere. In hoc doloris æstu ad diuam Virginem, qua Hallis colitur, animum & preces pater vertit, & votum peregrinationis addit. Statim in somnum soluitur, & viso monetur,*

Nominis loci & temporis circumstantiæ.

Puer amissus a parentibus.

Nuncupatis voti a Virgine. Monita vt iterum [illegible]

quærere etiam puerum certo inueniendum. Lite orta, vicinos iterum adit & rogat secum eandem operam det. Haud facile inducuntur, & irritam, aiunt, spem foues; nonne biduum iam pene quæsiuimus? inuentus esset si esset; tamen instantem sequuntur, & omnes agros, dumeta, fossas scrutantur, donec sub ipsam meridiem ad voraginem aliquam limo & aquis obsitam ventum. Pater instinctu aliquo interno: Et hic, ait, perquiramus. Illi negare puerum eo pedes tulisse, quo ægre ipsi possent. Eunt tamen: Ecce iacentem & cœno atque aquis obrutum reperiunt. Triste spectaculum, nec audent tollere, nam sponte aut casu mortuos tangere nisi iudice permittente non licet. Ille igitur adnocatur. Venit: indulget, puerum deinde ad templum deferunt, mox (vt putabant) terræ dandum. Sed patrem spes non deserit, & diuæ Virgo excitat, atque internum robur addit. In altari igitur prolem collocat ante ipsam diuæ illius ibi imaginem, & prolapsus in genua calidis precibus lachrymisque opem poscit. Adstabat turba hominum, ipse abbas Cantipratanus Nicolaus: & puer (o mirum!) statim vitam & vocem recipit, surgit cum patre, domum cum eodem mox Hallas venit, gratias acturi & laudes diuæ meritissimæ propagaturi.

Extinctum in aquis reperitur.

Deferunt ad altare Virginis.

Reuocatur ad vitam.

IESV CHRISTI
Annus 1428.

Indict. 6.

MARTINI PP. V. SIGISMVNDI ROM REGIS 18. annus 11. IO:VII. PALÆOLOGI IMP. OR. 5.

1 GEsta felici in Aragonia exitu legatione Petrus tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyter Cardinalis in Vrbem reuersus literas Alfonsi Regis Aragonum beneuolentiæ atque officiorum significationibus refertas, quibus Apostolicæ sedi obedientiam deferebat, Martino reddidit: ex quibus ille ingenti gaudio ob reuocatum in Ecclesiæ gremium tantum Regem completus, paternis se studijs ipsum prosecuturum est pollicitus a. Deinde agitatum est de schismatis Aragonij abolendis reliquijs, ac singula ab Alfonso petita mature discussa sunt.

Rex Aragonum obsequia defert sedi Apostolicæ

a Lib. obl. breu p. 141. & in alio libro p. 67 b Acta leg. Card. Fusc. De pace Italica actum.

2. &c. Perceptam a Pontifice probisque omnibus ob sedandi schismatis exploratas spes lætitiam cumulauit restituta pax Italiæ, quæ exitiali exarserat bello. Incentum id fuerat ex leui scintilla, duarum scilicet principum fœminarum Foroliuiensium ira, vt diximus; moxque aucta flamma corripuerat Florentinos, marchionem Atestinum, Venetos, Sabaudum, Genuenses, ac Philippum Mariam Mediolanensem ducem. Vt igitur illud restingueret Pontifex, cum Veneti eorumque fœderati secundis successibus confirmati duriores leges duci Mediolanensi imponerent, Nicolaum Albergatum Cardinalem legatum ipsos monere iussit c, ni pacem admitterent, Sigismundum Regem Romanorum, qui superiori anno Philippo Mariæ Mediolanensem principatum iure beneficiario contulerat d, a se in Italiam excitum iri, qui ipsos repressurus, iurisque cæsarei vibes armis repetiturus esset. Nauata est adeo strenue opera, a Nicolao Cardinale e Albergato, vt die XVIII. aprilis huius anni concordia conciliata sit. Porro in has leges pax conuenit e, vt Philippus Maria, quem bellum propagandæ ditionis spe mouisse vidimus, Imolam ac Forumliuij restitueret Pontifici, ac Brixiam & Bergomum plurefque Cremonensis agri arces Venetis dimitteret, iussuque est ab Etruria & Bononia affectandis abstinere: quibus pactionibus debilitatæ sunt admodum eius vires, quæ finitimis maximum terrorem injiciebant. Conciliati etiam sunt f duci Mediolanensi præter Venetos Florenti-

c Lib. obl. breu p. 118. a Cauchon Greg. annal. Composita pax ab Nicolao Albergato. Pacis leges præcipuæ. d Diar. Ven. in S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 8 9-9. Sabellic. enead. 10. l. 2. Pig. l 6. Bern. Cor. & alij. f Leon. Aret. in hist. rer. Ital. sua tp gest. S. Ant. 3 p. tit 22. c. 9 § 9 & alij

rentini, quibus ea de re Pontifex eſt gratulatus [a].

[a] Lib.9.brev. pag.49. & in alio brev. pag.37

5. &c. Hoc anno acti ſunt celebres Francofurti Germanorum principum conuentus, in quibus decretа eſt in hæreticos Boemos expeditio eouſque vrgenda, donec penitus edomiti eſſent: qua de re datæ a Pontifice literæ ad Ludouicum Bauariæ ducem [b], atque ad Fredericum marchionem Brandeburgenſem, qui ſacri exercitus dux creatus fuerat; adiecta vero adhortatio, vt ſuſceptam ex capta anno ſuperiori turpi fuga maculam egregijs factis deleret.

In Boemos decretum a Germanis bellum.

[b] Lib. brev. pag.140.

Marchio Brandeburgenſis exercitus dux creatus.

9. 10 Eodem anno Ioanna virago ex oppido, cui Dromy nomen eſt, inter Burgundiam & Lotharingiam ſito oriunda, ad Carolum Regem ſe contulit [c], profeſſa miſſam ſe a Deo, vt ipſum in auiti regni poſſeſſionem reſtitueret, Angloſque ihique Gallias populantes pelleret. Perculit rei inſolentia Regem ac proceres, viſumque inuio inanibus deluſam præſtigijs: at diſcuſſa multis interrogationibus a theologis, cum apte reſponderet, fidem promeruit. De ea hæc tradit Ioannes Gerſon [d] egregius theologus: *Tulit me Dominus, cum ſequerer gregem, & dixit mihi: Vade & prophetа ad populum meum Iſrael, Anno VII. Populus Iſrael populus regni Francia non incongrue poteſt ſpiritualiter nuncupari, quem fide Dei & cultu Chriſtiana religionis nouum eſt ſemper floruiſſe. Ad huius regni filium quaedam iuuencula paſtoris cuiuſdam filia, qua & ipſa gregem ouium ſequuta fertur, acceſſit afferens ſe miſſam a Deo, quatenus per ipſam dictum regnum ad eius obedientiam reducatur. Ne autem ipſius aſſertio putetur temeraria, etiam ſignis ſupernaturalibus vtitur, ſicuti reuelare occulta cordium, & futura contingentium praeuidere. Refertur inſuper, quod ſit raſa capite ad modum viri; & volens ad actus bellicos procedere veſtibus & armis virilibus induta, aſcendit equum: qua, dum in equo eſt, ferens vexillum ſtatim mirabili viget induſtria, quaſi peritus dux exercitus ad artificioſam exercitus inſtitutionem. Tunc quoque ſui efficiuntur animoſi. E contra vero aduerſarij timidi quaſi viribus deſtituti. Vbi autem de equo deſcendit, ſolitum habitum muliebrem reaſſumens ſit ſimpliciſſima, negotiorum ſecularium quaſi innocens agnus imperita. Fertur etiam quod vixit in caſtitate, ſobrietate, & continentia Deo deuota, prohibens fieri occiſiones, rapinas, cateraſque violentias omnibus his, qui ad dictam obedientiam ſe volunt exhibere. Propter haec ergo & ſimilia ciuitates, oppida, & caſtra ſe ſubmittunt, regio filio fidelitatem ſibi promittentes.* Addit Nicolaus Ægidius [e] B. Virginem regni Gallici patronam illi ſe videndam ſæpius præbuiſſe, dum paternum gregem paſcebat, ac præcepiſſe, vt Francorum regnum liberaret.

Pudica ab ea arguitur diuina vi excitatam fuiſſe.

[c] Idib.ibid. pag.42.

[d] Io.Gerſ.in fine.

[e] Ægid.in chron. Carol.VII.

11 Narrat idem auctor [f] inſigne aliud miraculum hoc anno editum in puero, qui cum ex materna aluo mortuus prodijſſet, terræ mandatus, decimo quinto poſt die retoſta tellure viuus repertus eſt

Puer Virginis ope ad vitam reuocatus.

[f] Idib.ibid. cap.21.

B. Virginis opera, quam nuncupato voto mater deprecatricem apud diuinam miſericordiam delegerat: ita ſacroſancto baptiſmo expiatus, paulo poſt extinctus in cœlum migrauit.

* * *

IESV CHRISTI
annus 1429. Indict.7.

MARTINI PP.V. SIGISMVNDI ROM. REGIS 19. annus 12. Io:VII.PALÆOLOGI IMP.OR.6.

1 AGitatæ anno ſuperiori Alfonſum Aragonum Regem inter, ac Martinum Pontificem Petro tit. S. Stephani in Cœlio monte presbytero Cardinale Fuxenſi auctore & interprete fœderis leges confirmatæ fuerunt: qui profectus iterum apoſtolico iuſſu in Hiſpaniam citeriorem duodecima maij die a clero, ac populo, tum ab Alfonſo Rege extra Barcinonem obuiam egreſſo honorificentiſſime exceptus eſt: cumque concordiæ vinculum inter Regem ipſum ac Pontificem omni ſtudio ac ſolertia nectere niteretur, ab ipſo Rege varia diffugia captante aliquandiu deluſus eum a conuentionibus diſcedere dolebat; cum cœleſti illius afflatu, in cuius manu corda ſunt Regum, Alfonſus ſumma omnium admiratione, ac gratulatione confectas pactiones ſolemni dicto ſacramento admiſit, ac duos egregios & auctoritate inſignes viros Paniſcolam ſe conferre, cunctaque ex legati apoſtolici arbitrio componere iuſſit. Eo itaque operam dante die S. Annæ ſacro vigeſimo ſexto iulij Ægidius Munio antipapa pontificalis ornamenta dignitatis ſpectantibus omnibus poſuit, ad exculandum patratum antea facinus teſtatus, ea ſe accepiſſe, vt ſublato voluntaria abdicatione ſchiſmate, pax optata Eccleſiæ reſtitueretur. Hæc pluribus Cardinalis Fuxenſis legationis acta. Deletum ita tandem ſchiſma eſt, cum a Roberto Gebennenſi, qui ab antipapatu Clementis VII. nomen traxerat, intruſo XXI. ſeptembris anni MCCCLXXVIII. vſque ad XXVI. iulij diem huius anni, quo Ægidius a ſuis Clemens VIII. nuncupatus antipapalem cultum exuit, vnum & quinquaginta fere annos tenuiſſet.

Euxenſis Cardinalis iterum in Aragoniã profectus.

Munio antipapatu ſe abdicat.

Schiſmati annus quinquageſimus vix implet.

2. 3 Addunt acta Cardinalis Fuxenſis legati, Ægidium coram Alfonſo Borgia regio oratore (qui poſtea archiepiſcopus Valentinus, tum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalis, denique Calliſti nomen ſibi aſciuit, cum diuinitus, ob nauatam in euellendis ſchiſmatis reliquijs operam ad pontificium ſolium euectus eſſet) pſeudopontificatu ſe abdicaſſe; quod etiam ex ipſius literis ad poſterorum memoriam editis conſtat: ad quarum calcem hæc adiecta ſunt: *Ne de huiuſmodi ceſſione renuntiatione, vt praemittitur, factis in poſterum haſitetur, quin potius conſtet authentice de eiſdem, praſentes literas motu proprio, non ad alterius inſtantiam expeditas ad rei geſtæ memoriam in futurum iuſſimus publicari, &c. Dat. Paniſcolæ Dertuſenſis dioceſis* VII. *kal. auguſti pontificatus noſtri anno* V. Vbi Ægidius Munio pſeudopontificatu abijt, illius pſeudocardinales Iulianus, Franciſcus, & Ægidius Munio iunior hunc ritum tenuere ad reliquias ſchiſmatis abolendas, reducendoſque ad gremium Romanæ eccleſiæ eos, qui veteris erroris Lunæ laqueis erant irretiti, peractis nimirum comitijs Martinum Pontificem dixere, eaque de re confectæ tabulæ hac temporis nota conſignatæ: *Anno a natiuitate Domini* MCCCCXXIX. *indictione* VII. *die vero* XXVI. *menſis iulij in die feſtiuitatis S. Annæ.* De quibus certior factus Martinus a Cardinale legato, ingenti gaudio affectus eſt, & gratijs Deo actis legatum ipſum laudibus extulit [a], ſpoponditque Alfonſum Borgiam ob ſuſceptos labores ſibi commendatum fore; necnon ſe Alfonſi Regis Aragonum amicitiam deinceps maiori ſtudio culturum.

Martinus ab antecardinalibus delectus Pontifex.

[a] Lib.9.p.63 & in alio brev.p.62.

Inte-

Schismatici veniam a legato solemni ritu deposcunt.

4 Interea cum Panisco lenses sedato schismate, antequam censuris ecclesiasticis soluti essent, sese in diuinis ingererent, legatus grauiter conquestus est, moxque ij ab Alfonso Borgia oratore ad legatum venium petituri accedere iussi sunt.

5 Adactis iureiurando in pontificia verba Ægidio Munione eiusque præcipuis sectatoribus a legato apostolico, idem Alfonsus Borgia ad excutiendos ex eorum animis religionis stimulos flagitauit, vt in Ecclesiæ gremium solutis omnibus censuris, quibus illaqueati essent admitterentur; cuius precibus suas addidit Munio, votisque mox portum recensent acta.

Eripit a Regibus Aragonum priuilegia pontificia in Trinacriam.

6. &c. Tum Petrus Cardinalis legatus Panisco lam ad Romanæ ecclesiæ gazam, ac vetera monumenta, quæ Petrus de Luna eo traduxerat, recipienda perrexit, recepitque partem crucis dominicæ, ac reliquias sanctorum, necnon libros Romanæ ecclesiæ: cum Ægidius Munio interpellatus, an alia priuilegia alio translata fuissent, respondit decesse nonnulla monumenta, quibus Trinacriæ Reges illam se beneficiario iure accepisse testabantur, & Ferdinandus Rex olim eripuisset. Tum egressus Panisco la legatus castrum illud, quod iuris erat pontificij, Alfonso Regi, vt pactum fuerat, tradidit, Deinde ad confirmandam schismaticorum recentem coniunctionem synodum coegit, in qua promulgatæ sunt Alfonsi Regis literæ, quibus sedis Apostolicæ iura se non inuaturum, instaurandamque ordinis ecclesiastici immunitatem, quam ab ipso, dum schisma Panisco lense alebat, edictis violatam vidimus, profitebatur; ac plura pro redintegranda ordinis ecclesiastici dignitate constituta sunt.

Panisco la Alfonso Regi tradita.

De restituenda disciplina ecclesiastica actum.

De bello inter Hispaniæ Reges oborto

10 Coorto Castellæ inter, ac fœderatos Aragoniæ & Nauarræ Reges exitiali bello, cum Alfonsus conscripto & comparato maximo exercitu Calatarubium se contulisset, eoque ad rem Panisco lensem, de qua memorauimus, componendam legatus perrexisset, Ioannes Rex Castellæ concepit a de illo aduersam suspicionem, quasi hostem suum foueret. Verum adeo abe rat legatus ab Aragonum Regis causa aduersus Castellanum suscipienda, vt coniuncta cum Regina Aragonum opera ad concordiam intercesserit, maximeque labores in Ioanne Rege, qui florentissimum exercitum aduersus Aragonium & Nauarrum confluauerat, adeundo susceperit.

a Apud Martinum 9 p. 53

Nauara a legato opera pro redintegranda concordia.

Aragonij & Nauarræ Regũ in Castellam expeditio.

11. 12 Cæterum neque a legato neque a Regina Ioannis Regis ira molliri potuere: querebatur enim Aragonum & Nauarræ Reges in ipsius regnum coniunctos duxisse exercitus. Vt vero postea controuersia a Cardinale legato sedata sit, dicetur interius; nunc ad Armaniaci comitem pacis ecclesiasticæ perturbatorem narrationem traducamus.

Decreta Martini aduersus comitem Armaniaci sententia.

b Diuers de cur. lib. 8. pag. 151.

Antequam Ægidius Munio, atque Alfonsus Aragonum Rex in gratiam cum Ecclesia rediret, hoc eodem anno 3. non. martij Martinus in Ioannem Armaniaci comitem iudiciorum seueritatem adhibuit ob societatem cum schismaticis initam, decretoriaque illum percu lit sententia b, cum iam ante ipli ad cautam apud subsellia apostolica agendam constituisset diem. Recensex in his iudiciarijs actis Pontifex, quemadmodum in Constantiensi concilio sedi Apostolicæ se coniunxisset, deinde in perfidiam lapsus tum Petro Lunano, tum Ægidio adhæserit: vocatusque in ius impietatem inanibus involucris obuelare non damnare fategerit: qua sententia anathemate eum percussum solemni ritu promulgauit, omni principatus iure dignitateque exuit, & clientes fidei iuramento soluros pronuntiauit, fœdera cum eo inita rescidit, Francorumq; Regem ad eum proterendum victricia signa arrollere iussit. Qua seueritate percussus Ioannes in Pontificis deinde fidem obsequiumque rediens vna cum cæteris Panisco lensibus censuris, ac pœnis, quas contraxerat, apostolica clementia solutus est, cum Philippum Auxitanum archiepiscopum ad obedientiam Martino deferendam decreuisset, de quo extant Martini ad resipiscentem principem datæ amantissimæ literæ a.

Redit ad gremium ecclesiæ Armaniacus.

a Lib. breu. vet. p. 123.

Vvladislaus Rex ius ecclesiasticum læsit.

13 In Polonia Vvladislaus Rex, cum diu ecclesiastici ordinis dignitatem tutatus esset, atque etiam de Ecclesia in Lituanis ad Christi fidem reuocandis optime meritus esset, a politicis eius ambitioni seruientibus subornatus ecclesiasticam libertatem ac sedis Apostolicæ auctoritatem, ad quam conferendorum sacerdotiorum abbatiarumque liberum ius spectat, labefactare non est veritus; quem Martinus paterne ita monuit b.

b Lib. breu. p. 56. & in cod. mss. Alexan. VII. pag. 66

Martinus, &c. Non possumus credere tuam sapientiam hoc debere permittere aut pati, etiamsi alij vellent, aut hoc perperam statuissent, vt in regno tuo te viuente, qui alijs viam deuotionis teneris ostendere, sedes Apostolica, quam velut sanctissimam matrem debes venerari, priuetur iuribus suis: nam quid est hoc aliud nisi ligare manus Romanis Pontificibus, & sedem Apostolicam eiusque auctoritatem & antiqua iura & decreta contemnere? &c. *Dat. Romæ apud SS. Apostolos* VII. *kal. septembris anno* XIII. Eodemque argumento ad regios consiliarios & administros literas misit, ne ius pontificium iniusta eiusmodi sanctione proterrerent c.

Monitus ne detrahat iuri pontificio.

c Ibid. pag.

14. 15 Imbutus fuerat a politicis ea praua opinione Vvladislaus, ad regium ius spectare episcopatus & opulentorum monasteriorum præfecturas conferre, cum ea ratione, dispertiendo opes ecclesiasticas, regiam dignitatem sustentare vel amplificare magis videretur: quem Martinus edocuit d hæc non ad regium, sed ad pontificium ius spectare.

d Lib. breu. pag. 125.

Martinus, &c. Supplicant sæpe Reges & principes, & nos eis interdum complacemus, quando præsertim cognoscimus preces eorum exauditione & gratia nostra dignas: interdum etiam aliter disponimus, quam ipsi Reges & principes supplicarint. Nuper siquidem quinque prouisiones in regno Angliæ fecimus alio modo, quam ipse Rex scripserat; magis enim consideraumus personarum merita & commoda ecclesiarum, quam regiam voluntatem. Hoc similiter fecimus alias in regno Castellæ, & nouiter in regno Franciæ in duabus ecclesijs; fueruntque prouisiones nostræ reuerenter, vt cignum erat, a Regibus acceptatæ. Nec Aragonum Rex, licet sua culpa alienatus a nobis extiterit, vnquam aduersatus est prouisionibus ecclesiarum, quas arbitrio nostro in regno suo fecimus. *Dat.*, *&c.*

Cedunt Regum voluntates decretis pontificijs.

16. &c. In Boemia efferati ob sacram a catholicis in eos confectam expeditionem perfidi ac sæuissimi Orphani (ita se iactitabant, nec prorsus ab re, quippequi erant sine patre Deo, & sine matre Ecclesia, quam aspernabantur) exercitum in Silesiam duxere, & quinque vrbibus armorum vi potiti nullo ætatis, sexus, ordinisue discrimine magnam catholicorum stragem edidere: nec templis pepercit eorum furor, quinimmo lusit in comburendis sacris imaginibus, quarum ingentem aceruum struxere in quodam templo, constrictumque in summo rogo subpriorem ordinis Prædicatorum concremarunt, peruersis cachinnis crudelitatem prosecuti, vt Albertus Krantzius e, atque ex eo Ioannes Cochæus f referunt. Cæterum ad reprimendos Hussitarum impetus contrahendis copiis intentus Pontifex Henrico Cardinali legato promulgandæ crucesignatæ militiæ gerendique belli sacri prouinciam dederat: cum vero is in Angliam ad militum habendos

Hussitarũ immanis furor. Subprior ordinis Prædicatorum martyrio affectus.

e Cromer. in Vsand. lib. cap. 9.

f Cochl. histor. Huss. lib. 6. & alij.

dos delectus rediſſet, vt eos in Boemos adduceret, percrebuit Anglorum Regem imperaſſe, vt exercitus ille cruce inſignitus non in Huſſitas, ſed in Gallos Anglicum iugum detrectantes auerteret: quam ob cauſam acerbo dolore affectus Martinus Francorum Regi id ſede Apoſtolica inſciente factum eſſe ſignificauit [2]. Obiurgatus autem a Pontifice Cardinalis ſe excuſauit, rem ſe inuito geri. Martinus autem proditam Chriſti cauſam lugens, ac milites Eccleſiæ ſtipendijs conductos in impios homines, in viros pios ductari, a ſe facinoris inuidiam propulſauit datis ad Francorum Regem, qui graues de eo querelas fuderat, apoſtolicis literis [b].

Impium Anglorum politicorũ iacinus.

[a] *Lib 9. breu. p. 53. & in alio l. breu. ep. ſecr. p. 61* Per calcata diuina iura Angli Gallos calcare præſtiterunt.

[b] *Ead. lib. 9. p. 52. & in alio l. breu. ep. ſecr. p. 61* Politicorũ Anglorum impia cõſilia a numine irrita. Submiſſa in periuros diuinitus Ioanna virgunculæ.

18. 19 At ij politici Anglorum doli, quibus cruceſignatorum exercitum conductumque ſacro auro ad defendendam fidem auerterant ad alienum inuadendum regnum non profuerunt; excitata enim cælo vindice imbellis virgo, de qua anno ſuperiori actum eſt, virili militarique induta cultu prima inter primos milites per medias periurorum hoſtium turmas commeatus Aurelianenſi vrbi intulit [c], expugnatiſque nonnullis propugnaculis, in quibus ſex vel octo Anglorum millia cæſa ſunt, & circiter centum tantum Galli in ijs impreſſionibus deſiderati, Anglos inde caſtra amouere menſe maio coegit. Hæc luculentiſſime ſcriptores: inter quos Iacobus Meyerus [d], quamuis Gallici nominis parum ſtudioſus, ſcribit a Deo datam hanc virginem: *Quidquid*, inquit, *verbis erat pollicita factis complenit. Quis non videt hoc Dei fuiſſe opus? Quis dubitare poteſt quin facta hæc ſint per immenſam Dei clementiam?*

[c] *Miſſr. vol. 2. p. 44. Æn. Syl. de Europ. c. 43. Ægid. Roya in annal. Paul. Æmil. in Carol. VII. & alij.*

[d] *Meyer. lib. 15. annal. Flandr. in Philip.*

20 Hoc anno Pontifex ad ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, cuius myſteria oppugnabant impij Thaboritæ, augendum cultum, tum etiam opem diuinam inperturbatis Eccleſiæ rebus concihandam, ſacroſancti Chriſti corporis celebritatem nouo diplomate Vrbani IV. exemplo recolendam edixit, vtque fideles maiori cum pietatis ſenſu eam peragerent, multis indulgentiarum præmijs ipſos affecit [e].

Inſtaurata vetera decreta de colenda ſolemni pompa Euchariſtia.

[e] *Lib. 8. diuer. ep. cur. pag. 358.*

21 Propoſitæ etiam ab eodem Pontifice ſacræ indulgentiæ ijs fuere, qui aurum ad fideles ex Mahometanorum ſeruitute, ne inter barbaros ſalutis animarum, deſerentdæque fidei diſcrimen adirent, liberandos, conferrent: crebris enim excurſionibus Turcæ ex finitimis prouincijs Chriſtianos rapiebant, atterebarque adeo continuis graſſationibus Seruios Amurates f, vt Georgius eorum deſpota in deſperationem actus pacto cum Turcis ſeruili tædere Boſnam eorum clientelæ ſubiecerit hoc anno, ac ſacramento ſpoponderit, non paſſurum ſe, vt Chriſtiani ex Pannonia per Boſnam in Turcas irrumperent: tum filiam ſuam vxorem Amurati tradiderit. In hanc infeliciſſimam calamitatem Seruiorum Rex ſchiſmaticus lapſus eſt, cuius ſtirpem fidentem Turcico fœderi penitus exciſam inferius dicetur [g].

Deliberandis captiuis a Saracenis tentis actum.

[f] *Haniual. l. 14. p. 2. Mu rates Dragẽ in Amur. & ex ijſd. Leon Leuncl.*

Boſnina Turcicæ clientelæ commiſſa. Georgij deſpotæ infame fœdus cum Amurate.

[g] *Lib 10. ep. cur. pag. 80.*

22 Hoc anno kal. nouembris obijt Conradinus ordinis Prædicatorum pietate inſignis, qui miraculis claruiſſe fertur: de cuius in frangendis cupiditatibus conſtantia, cœleſtique caſtitatis munereque diuinitus accepto, plura refert Leander [h]. Eodem anno ab hominibus demigrauit Ioannes Gerſon academiæ Pariſienſis, vt vocant, cancellarius die XII. iulij, vt refert eius vitæ ſcriptor: *Ætatis*, inquit, LVI. *tribus diebus poſtquam manum extremam commentarijs in cantica canticorum impoſuit, quod ipſum etiam Bernardo, Thomæ Aquinati, & multis alijs viris ſanctiſſimis contigerat, viam vniuerſæ carnis inter orandum ingreſſus eſt.* Ferunt literæ collegij canonicorum Lugdunenſium ad Chriſtophorum epiſcopum Baſileenſem anno MDXV. datæ, ipſum miraculis claruiſſe.

[h] *Leand. de viris illuſt. prædicator. hoc ann.*

Ioſ. Gerſonis mors pia. Fertur claruiſſe miraculis.

IESV CHRISTI
annus 1430.

Indict. I.

MARTINI PP. V. SIGISMVNDI ROM. REGIS 20. annus 13. Io:VII. PALÆOLOGI IMP. OR. 7.

HVſſitæ, vt Albertus Crantzius [a] atque ex eo Ioannes Cochæus [b] referunt, victoriarum ſucceſſu elati, concitatique a ſuis ſacerdotibus in catholicos in Miſnia Luſatiaque immanes late ſtrages ediderunt, viroſque religioſos diris ſupplicijs necarunt. Coniunxere quidem principes catholici exercitus ſuos, vt illos bello peterent: ſed cum a Miſniæ marchionibus exigerent, vt pro tuenda prouincia militares ſumptus refunderent, contenderentque ij, non Miſnenſium modo, verum vniuerſam catholicorum rem agi, ac breui, cum Miſnia eo arſiſſet incendio, belli faces alijs prouincijs illatum iri, intectare ſolutus eſt catholicus exercitus; ex quo hæretici ſe inuictos rati diſcurrenteſque per Germaniam, Bambergam & Nurembergam ad redimendam auro plurimo hoſtilem graſſationẽ compulerunt: indeque tripartito agmine alij in Poloniam, in Hungariam alij, alij in Auſtriam irruperunt.

Clades ingentes illatæ ab Huſſitis.

[a] *Crantz. Vandal. l. 11 cap. 10.*

[b] *Cochl. hiſtor Huſſ. lib. 6.* Diſſolutus catholicus exercitus.

Hæreticorum in Germaniã excurſiones.

2. &c. Inter hæc Ioanna, qua velut Debora altera ſingulari militari virtute Gallos tuebatur, cum poſt multa præclara facinora clarum hoſtium ducem Franguetum captum in acie capite truncari iuſſiſſet, deſtituta diuina ope in Compendienſi eruptione comprehenſa eſt [c] a Burgundis, qui maiorem de ea, quam de quingentis inſignibus equitibus auratis triumphum egere; perductaque Rothomagum impoſito artis magicæ crimine, quo illuſiſſet Anglis, igni ab ipſis proximo anno concremata eſt, de qua hæc auctor anonymus: *Ferunt eam tandem ab iudicibus adductam, vt ſi vellet abiurare reuelationes, quas aſſerebat ſibi factas, eam abſoluerent & abire permitterent. Quod feciſſe eam traduntur; ſed cum tamen non dimitteretur valde increpitam fuiſſe ſe dixiſſe, quod reuelationes abnegaſſet, iterum ſibi in carcere apparuiſſe ſcilicet diuas Agnetem, Margaritam, & Catharinam, ab illiſque, quod hoc feciſſet, obiurgatam. Hæc fuit cauſa mortis. Dicebant hoſtes eius, qui iudices erant, relapſam eſſe in abiuratam hæreſim: adduxerant enim etiam, vt iuraret ſe vltra non dicturam ſibi reuelationes factas eſſe. Data brachio ſæculari Rothomagi combuſta: collecti cineres vniuerſi & de ponte in Sequanem demerſi, ne quid forte reliquiarum ſeruari aut coli poſſit.* Nonnullis interiectis addit: *Miſſa erat a Deo, ne quis ponat carnem brachium ſuum, ne Anglorum ſuperbia ſuis nimium fideret viribus. Gloriabantur in ſuis viribus, Deo non attribuebant ſuas victorias, offendere illis Deus voluit, quod ſtulte & impie fecerunt ſuis dumtaxat fidentes viribus. & victoriam oſtendit in ſexu fragili, ſicut in Debbora, Iudith, & Eſther.* Quibus conſentanea Papyrius Maſſonus [d] ex vetuſtiſſimis monumentis refert. Deſcribit pluribus Monſtreletus [e] partas victorias hoc anno a Francis ad Compendium, quod Burgundica obſidione liberatum eſt, adeo plures vrbes pulſis externis præſidijs, cupide & libenter in Galli Regis poteſtatem venere. Extant porro Martini literæ [f] ad Carolum nulla temporis nota conſignatæ, quibus de proſperis ſuccellibus ipſi gratulatur.

A Ioanna virguncula protriti Angli.

[c] *Miſſr. vol 2. Ægidius e Roya in annal. Paul Æmil. in Carol. VII. Bergom. de claris mulier cap. 15. & alij.* Ab hoſtibus circumuenta in iudicio.

[d] *Maſſon. in Car. VI.*

[e] *Miſſr. vol 2. p. 64. 80. ibid. pag. 68* Anglicæ res ex morte Ioannæ euerſæ.

[f] *Lib. vlt. brev. p. 133.*

5. 6 Peracta eſt hoc anno ab archiepiſcopo Tarraconenſi prouincialis ſynodus Tarraconæ ad eccleſiaſtici ordinis libertatem ab improbis hominibus labefactatam in priſtinum ſplendorem reuocandam: tum ad frænandam proteruorum licentiam editæ plures ſanctio-

Synodus Tarraconenſis.

sanctiones, quæ proximo incunte anno a Martino præsulum Aragoniorum precibus permoto confirmatæ, pontificioque inſertæ diplomati a fuerunt.

a Ext. in l.8 ſucr Eugen. IV. & in annal n.49.

Auctum b eſt a Martino hoc anno VIII. nouembris die Cardinalium collegium, aſcitis in illud Ioanne Caſanoua ſacri palatij magiſtro & epiſcopo Elnenſi, qui presbiterali tit. S. Sixti ornatus eſt, & Guillelmo Dinano de Monteforti epiſcopo Maclouienſi, qui biennio poſt ab Eugenio IV. pileum rubrum cum titulo S. Anaſtaſiæ accepit. Promulgati etiam fuere Cardinales Proſper de Columna & Iulianus Caſarinus quos antea creatos, ſed in arcano habitos diximus. At Dominicus de Capanica, quem in pontificio, vt aiunt, pectore reſeruatum fuiſſe iam ante retulimus, promulgatus non fuit, vt Ioannes Baptiſta Poggius c in eiuſdem Cardinalis vita recenſet: *Conuenerat vero, inquit, inter Pontificem & Cardinales, ne intra biennium pronuntiaretur Dominicus: quod ſi interea mori Pontificem contingeret, liceret illum intereſſe pro Cardinali alterius electioni, ac deinceps talis haberi, idque iureiurando ſanxerant.*

b Fel. Cit. in elich. Card. Creat hoc anno Cardinales.

c Ioan. Bapt. Pogg. in vita m. f. Card Flrm.

7 Hoc anno d Alexander appellatus etiam Vvitoldus Lituaniæ dux octogenarius rerum geſtarum amplitudine præclarus, de quo plura a nobis ſuperius ſuis locis dicta ſunt, cum Lituania Regem a Sigiſmundo Cæſare creari pepigiſſet, periculio SS. Simonis & Iudæ viuere deſijt.

Vvitoldi ducis Lithuaniæ mors.

d Mich. Ian. l. 4. c. 47. Cri. l. 19. Salom. Neuger. l. 5 Diar. Ven. m. f. & Phrā lib. 2. c. 5. & annal. Turc

8 In Græcia Muſtapha Turcarum in Europa princeps Theſſalonica obſeſſa, illata Venetis magna clade, potitus eſt e.

e

IESV CHRISTI
Annus 1431.

Indict. 9.

EVGENII PP.V. annus 1. SIGISMVNDI Rom. Regis 21. Io:VII. Palæologi Imp. Or. 8.

Iulianus Cardinalis Cæſarinus legatus cõtra Huſſitas.

f Cochl. hiſtor. Huſſ. lib. 6. hoc ann. g Extat ibid.

1 CElebrati ſunt inſignes imperij conuentus Norembergæ, in quibus de comparandis pro bello aduerſus impios Huſſitas gerendo ſubſidijs actum f eſt prouchente ſacram expeditionem Iuliano Cæſarino S. Angeli diacono Cardinale Apoſtolicæ ſedis legato ſcientiæ virtutumque ornamentis conſpicuo: qui propoſitis indulgentiarum præmijs Chriſti cultores ad piæ militiæ nomen dandum concitare nitebatur. Iſſertur a Ioanne Cochæo Martini V. diploma g, quo conſcribendi in hæreticos crucesignati exercitus munus illi impoſitum. Quæ vero ſint aduerſus illos geſta, poſtea narrabitur; nunc de extremo Martini pontificatu dicendum eſt.

Martinus apoplexia obit.

h Eugen. lib. breu. pag. 19 Breue & elegãs eius epitaphiũ. Martinus potes magnos auctoribus infeliciter peteunt.

2 Imminebat iam ex Conſtantienſis, tum Senenſis conciliorum decreto celebrandæ Baſileæ ſynodi œcumenicæ tempus conſtitutum, cum idem Pontifex aduerſa iam tentatus valetudine apoplexia denique percuſſus deceſſit in Vrbe x. kal. martij h, de quo hæc in æneo ſepulchro in baſilica Lateranenſi ipſi poſito leguntur: *Martinus Papa V. ſedit annos* XIII. *menſes* III. *dies* XII. *obijt anno* MCCCCXXXI. *die* XX *februarij tempora ſuorum felicitas.* At quoniam nulla humana felicitas luctu caret, duos fratres Antonium Salernitanum principem maiorem natu & Laurentium, quos valde diligebat, alterum peſtilentia, alterum igne in turri accenſo fortuito conſumptos vidit: quos tamen aduerſos caſus ea cum conſtantiæ laude tulit, vt nihil in ipſo viſum auditumue fuerit, quod perturbatam animi mentem indicare potuerit. Prædixiſſe B. Coletam Martini obitus diem & horam, refert Stephanus Iuliacus l illi coæuus in eiuſdem virginis vi-

i Plat. in vit. Mart. V. Prædict. a B. Coleta illius obit. k Steph. Iul. & ex eo Surius t. 3. die 6. martij & Vvaddin. a. 1406 num 89.

ta. Fœdiſſimæ infamiæ labem inurere niſi ſunt Martino hæretici, ducti auctoritate Angeli a Clauaſio, dum aiunt Martinum legem de coniugijs ſoluiſſe in primo gradu, vt quidam cum ſorore connubium iniret. Verum hæc ab adulteratore literarum apoſtolicarum conficta certum eſt: nam Ioannem Armaniaci comitem, qui ab impoſtore deluſus b, ſororem ſibi iunxerat, ſcelus execratum inferius videbimus.

Calumnia a nonatoribus Martino aſperſa. Detergitur a Angel. Clauaſ. in ſuo ſum. b S. Ant. ſum p. 3 tit. 1. c. 11 de off. ad fin

3 4 Iuſtis funebribus de more Martino perſolutis, Cardinales, qui in Vrbe erant, conclaue in Dominicanæ familiæ ædibus apud eccleſiam S Mariæ ſuper Mineruam paratum ſunt ingreſſi, & altero poſt die, nempe v. nonas eiuſdem menſis Pontificem renuntiarunt Gabrielem Condulmerium ſororis Gregorij olim XII. filium: quem repudium dediſſe rebus humanis in adoleſcentiæ flore c, ac viginti millia aureorum pauperibus larga manu diſtribuiſſe, refert eius vitæ auctor, atque in monaſterio S. Georgij de Alga diu noctuque diuinis rebus mentem applicuiſſe: illum vero ignotum eremitam, dum ex more ſuo ordine pro excipiendis hoſpitibus iumentorem agebat, aqijſſe ac poſt fuſas in templo diuino Numini preces, ipſi, radixiſſe in Cardinalium ordinem adlectum iri, demoe ad ſummum pontificatum euehendum, ac plures aduerſos caſus toleraturum, labente vero decimo * octauo pontificatus anno e viuis exceſſurum; hisq; dictis ab eo valere iuſſo diceſſiſſe, nec poſtea viuum agnitumue fuiſſe quis eſſet. Hæc vero adeo frequenter Eugenius poſtmodum repetijt, vt Baſilienſes cum aduerſus ipſum calumniandi cauſas quærerent, inter cætera capita obiecerint, illum nouis ritibus fidem præſtare. Ab anunculo primum ex canonico congregationis S. Georgij in Alga in protonotarium apoſtolicum adſcitus, præfectuique pontificio ærario: tum Senenſi epiſcopatu donatus, a quo etiam Senenſis agnomen traxerat, deinde titulo S. Clementis accepto cardinalitia purpura, aduerſantibus cæteris Cardinalibus, exornatus; tum a Martino Picena legatione auctus, demum ad ſummum pontificatum euectus Eugenij nomen ſibi indidit, vſuſque eſt ſacro hoc ſymbolo: *Adiutor & protector meus es tu Domine, ne derelinquas me Deus meus.* Prænuntiatum eius parenti, fore vt Romanus Pontifex crearetur, refert Pius II. d; additque Franciſcus Philelphus e etiam ipſi Gabrieli, cum grauiſſimo implicitus morbo decumberet, ab Apoſtolis Petro & Paulo pontificatum oſtento cæleſti vitio promiſſum, eique redditam ſanitatem.

c Vit. m f. Eugen. IV. auctor.

Eius primiciæ. a Æn. Sil. in Europ. c. 58. e Vbiſupra in orat. ad Iacobum Ant. Marcell. pa n. Venet.

Predictus illi pontificatus.

* ferro

Ab Apoſtolis Petro & Paulo curatus deque pontificatu factus certior. Geſta in conclaui ab eodem confirmata f Engel. l. 11. pag. 16. ex to etiam in lib cenſuũ Rom eccl. m f Vat. arch. p. 71. & apud Nic de Arag m. f. eiuſdem arc. p 144. m f fig. n. 3. p 163. & in alio fig. lit C. p 143. & in annalib. Quo die Eugenius corona redimitus. g Eug. Libera 59. & in alio m. f. eod pag. 71.

5 &c. Pontificatum adeptus omnia, quæ in conclaui iureiurando interpoſito vna cum alijs Cardinalibus ſpoponderat cõfirmauit antequam thiara pontificia ornaretur, nimirum in primis diſciplinam eccleſiaſticam in priſtinam ſe integritatem reſtituturum: ſedem Apoſtolicam ad declinanda impendentia mala in varia loca non translaturum: œcumenicum concilium conſtitutis loco & tempore celebraturum: Cardinales non niſi ex Conſtantienſi decreto renuntiaturum, tum plura alia ad Cardinalium dignitatem amplitudinemque ſpectantia acturum, quæ continentur in eius diplomate f, cui aſcripta eſt dies IV. id. martij: eademque die redimitus eſt apud Vaticanam baſilicam ſacra thiara, ac tum præſules de ſuſcepto a ſe pontificatu fecit certiores encyclicis literis g, hortatuſque eſt, vt preces pro ipſo Deo funderent. Quo etiam argumento datæ literæ ad Chriſtianos principes h, eoſque adhortatus eſt, vt eccleſiaſticum ius tuerentur.

h Reg. poſt eund epiſt. huius literæ non miſſæ per apoſtolicos nuntios.

9 Huiuſmodi porro literas non per nuntios pontificios, vt antea fieri conſueuerat, Regibus tranſmiſit, ſed regijs oratoribus apud ſedem Apoſtolicam agentibus ad illos mittendas tradi iuſſit; quod cum Ioannes Caſtellæ Rex ægre ferret, Eugenius non alia de

de cauſa id factum niſi, vt eiuſmodi nuncijs cogendæ improbæ pecuniæ occaſionem adimeret, exiſtimationemque ſedis Apoſtolicæ tueretur, ipſi ſignificauit a; fuit enim eſſe conſilij Romanam curiam ab omni turpis quæſtus labe vindicare: *Volumus*, inquit, *inuictiſſimi noſtri pontificatus hac labe carere, & certè eſſet conſtitutum alias quæſtuarias de curia noſtra remouimus, cupientes Romanam curiam ab omni turpis quæſtus infamia liberare.* Cæterum Ioannem Apoſtolicæ ſedis valde ſtudioſum atque amantiſſimum extitiſſe, & egregiam voluntatem ſuam in illam, ac fidem, Roderici oratoris opera ampliſſimis verborum officijs explicuiſſe, oſtendimus pontificiæ literæ poſtea exaratæ b, nimirum die XXV. iulij. Commendatus e pari elogio eſt Alfonſus Rex Aragonum, qui ſe ſuaque Pontifici addixerat ac Ioannem S. Sixti presbyterum Cardinalem, quem purpuratis patribus aggregarat Martinus, ſe complexurum apoſtolica benignitate pollicitus eſt: qua de re etiam ad Nauarræ & Regem datæ ſunt literæ. Ioanna quoque Regina Sicilia, miſſis oratoribus ampliſſimis, demiſſa obſequia detulit Eugenio, eiuſque auctoritati, fidei, ac prudentiæ ſe ſuaque commendauit: cui nunquam ſe defuturam ipſe ſpoponidit e.

a *Albid. p. 157.*

b *Lib. 15. p. 17*

c *Ibid. pag. 16* Rex Aragonum ſe commendat Pontifici.

d *Ibid.*

e *Epiſtol. eius lib. in lib. breu. Mart. V. pag. 158.*

10 Dum vero externi Reges ac principes in primis noui pontificatus auſpicijs certatim officijs omnibus Eugenium proſequebantur, nonnulli Romani turbida adeo in eum conſilia inter ſeſe agitauere, vt ab extremo exitio Vrbs vix abfuerit. Oſtenſa fuerant diuinitus hæc imminentia Romanis pericula ſuperiori anno: dum enim menſe iulio noctu in preces eſſet effuſa S. Franciſca f, plures teterrimi dæmones, flammas præferentes manibus, ſeſe illi videndos obiecere, iactantes eam diuinam eſſe iram, quæ Roma ob ingentia ſcelera, quibus abundabat, conflagraret, interminatique ſunt luſtraturos ſe ſingulas Vrbis regiones, in eaque maxima mala patraturos: cumque Franciſca fundendis precibus inſiſteret, B. Virginem Chriſtum puerili forma gremio geſtantem, ac diademate redimitam inſpexit; hinc inde vero Ioannem Baptiſtam & Apoſtolos Petrum & Paulum mixos genitus precantesque, vt diuina ira ab Vrbe auerteretur: tum vocem inaudijt latam aduerſus Romanos ſententiam deprecantibus id hiſce ſanctis reuocatam fuiſſe; Franciſcæque oraculo ſignificatum eſt, Romanis, ni flagitia ſua emendarent, maximas calamitates illatum iri. Conſenſere viſis exitus, excitauerunt g quippe hoc anno ingentes tumultus Columnenſes Antonius Salernitanus princeps, Eduardus Celani comes, ac Proſper Cardinalis Martini V. nepotes, qui patrui beneficio ad multas efflorueſſe opes non contenti, ſacrum etiam theſaurum, quem ille comparauerat, vt ſumptus Græcis ad concilium acceſſuris pro inſtauranda veteri eccleſiarum coniunctione ſuppeditaret, religioſamque in Turcas expeditionem h conficeret, expilarant: quem cum blandis primum monitis repeteret Eugenius, Cardinalibus alijſque viris principibus interpretibus adhibitis, illi auerſas maluerunt pecunias effundere in milites, vt Eccleſiam, quæ ipſos extulerat, oppugnarent, quam reſtituere: conflatoque exercitu de Pontifice opprimendo coniurarunt, ac facta irruptione XXII i aprilis die tyrannidis iugum imponere Vrbi adnitebantur; cum pontificijs copijs Romaniſque fortiter pugnantibus repreſſi ſunt. De quibus in iudiciarijs actis conqueritur Pontifex l. Cumque die ipſis conſtituta iudicio adeſſe contempſiſſent, eos ac flagitiorum & rapinarum ſocios vti læſæ maieſtatis reos pœnis eccleſiaſticis multauit, & bonis, dignitatibus, ac iuribus priuauit.

Oſtenſi B. Franciſcæ Romanæ Eugenij labores. f *Vit. S. Franciſ. l. 1. cap. 1*

g *Lib. 15. pag. 159. & 240 Paul. Ben. Nic. in Sarcb. Vat. fign. n. 110. Nic. Bart. de Tuccia chr. in S. arch. Vat. fign. n. 111. S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 20. §. 8. & dec. 3. l. 4. Plat. in Eug. Sabel. enead. 10. lib. 2. b Io. Pig. l. 6. & alij.* Pontificius theſaurus a Columnēſibus expilatus.

h *Paul. Ben. vbi ſup.*

i *Lib. 15. pag. 240. extant in annalib.* Læſæ maieſtatis lege damnati.

l *Lib. 16. pag. 136.*

11 Iunxit m arma legibus Eugenius; cui Ioanna Regina Siciliæ ſubſidiarias copias, Iacobo Cadola duce, ſubmiſit; ſed hunc Columnenſes ingenuari vi ſubornarunt a, vt arma aduerſus Pontificem verteret. Ad ſe etiam pellexere b plures Romanos nobiles Columnenſis nominis ſtudioſos. Certorum armati e fuerant contra Eugenium audacia Columnenſes ipſi a Philippo potiſſimum duce Mediolanenſi; cuius hoſtes Florentini ac Veneti, audita perfidi Cadolæ defectione, Nicolaum Tolentinatem validis ſuccinctum copijs fœderato Pontifici ſubſidio miſere c. Curauit tum etiam Eugenius e ad reprimendos hoſtiles impetus legatum in Campania & Maritima Hugonem epiſcopum Præneſtinum, quem ampla ideo poteſtate auxit f.

a *Lib. 15. p. 19. & 37.*

b *Lib. 16 p. 98* A Philippo duce Mediolanenſi in defectione confirmati.

Nicolaus Tolentinas miſſus ſubſidio a Venetis & Florentinis.

c *Pign. l. 6.*

d *Lib. 15. p. 24. & 25.*

e *Lib. 16. pag. 92.*

f *Ibid.*

12 Fractæ Nicolai Tolentinatis aduersus Columnenſium res ceciderunt g; ac paulo poſt ea turbe ſedatæ fuere: Antonius enim princeps Salernitanus & Eduardus Celani comes pridie idus ſeptembris admiſſi ſunt h in gratiam, reſtitutis ab ijs vrbibus eccleſiaſticis, prædictique theſauri parte reſuſa.

g *Ibid. dec. 3. l. 4. Sabellic. enead. 2. Plat. in Eugen. IV.*

13 Accenſum eſt paulo poſt inter Italos principes bellum, cum Florentini Lucanis ſibi ſubijcere affectarent: eoque bello implicitus Sigiſmundus Imperator quinque Hungarorum equitum milia ad diſtrahendos Venetos, ac Iſubriam populandam, in Forumiulium immiſit i, in quos comes Carmaniolæ ſigna extulit, partaque victoria tanta crudelitate eam fœdauit l, vt captis effoderit oculos manuſque amputarit, ad parem inferendam Hungaris iniuriam, qui eadem immanitate Venetos, quos ceperant, afficiſſent.

h *Lib. 15. p. 159. & l. 16 p. 157. 160. & 162.*

i *Diar. Ven. m. ſ. auct.*

l *Idem.* Sigiſmundus Venetos inuadit. Horrenda carnificina exercita a Chriſtianis.

14 Ad compeſcendum tam ſeuum bellum Eugenius Papa primum legauit Nicolaum Albergatum Cardinalem S. Crucis epiſcopum Bononienſem, ſed cum ipſius laboribus optati ſucceſſus non reſponderent, eum in Gallias ire iuſſit m, vt Carolum Francorum & Henricum Anglorum Reges eorumque fœderatos in concordiam redigeret, quem Venetijs profectionem paraſſe refert m. ſ. diarium Venetum.

B. Nicolaus Albergatus ad ſopienda ea bella miſſus. Incaſſum labores ad hibiti.

m *Lib. 16. pag. 29.* Miſſus in Gallias.

15. 16 De illo tradit Monſtrelecius n, reſpuente concordiam Anglo, qui Parilijs hoc anno regium inſigne Gallicum acceperit, cum regnum duos non caperet, curam omnem in Burgundo Galloque inter ſe conciliandis poſuiſſe, ſexennalesque inducias inter vtrumque pepigiſſe; qua de re edicta publica propoſita fuere: ſed cum iam ſequeſtre pacis beneficio recreari cœpiſſent populi, ſeneſtri lapſo viros nefarios hoſtilibus vtrinq; factis excurſionibus initum fœdus fregiſſe; concalcata inde iura, actas prædas rapinaſque, viros denique eccleſiaſticos miſerrime oppreſſos. Cæterum in medio belli ardore Renatus o dux Barenſis cum Gallo fœdere iunctus, quem poſtea ad Neapolitanum regnum vocatum vidimus, conſerta cum Antonio comite Vallismontis Anglicis copijs ſuccinctio pugna fuſus in acie captuſque eſt, ac Burgundo traditus: ex quo funeſto caſu collapſas eſſe Neapolitanas res oſtendetur inferius; nunc ad Eugenium comprimendis orbis Chriſtiani inteſtinis ſeditionibus intentum reuocanda eſt narratio.

n *Mōſtr. vol. 1. p. 76. Gag in Car. VI. Polyd. Virg. in Hen. V.* Renatus dux Barenſis captus in acie. Ea clades exitium rebus Neapolitanis attulit.

17 Decretam etiam iam ante a Martino V. vt vidimus, legationem in Germaniam ad pacem, quam hæreſis euerterat, vna cum religione redintegrandam, quam Iulianus Cæſarinus obibat, pontificio diplomate confirmauit p, addiditque imperia, vt quæ de concilio Baſileenſi celebrando temporum nouæ conuerſiones ſuaderent, ſedi Apoſtolicæ ſignificaret. Neque in Germania modo, verum in Polonia etiam & Hungaria legationem geſſiſſe Cardinalem Cæſarinum, ex alijs Eugenij literis q conſtat.

o *Mōſtr. vol. 1. p. 76. Gag in Car. VI. Polyd. Virg. in Hen. V.* Renatus dux Barenſis captus in acie. Ea clades exitium rebus Neapolitanis attulit. Cardinalis Cæſarini legatio in Germania confirmata.

p *Ext. in apparat. concil. Baſileen.*

q *Lib. 16. p. 1*

Confectæ cum Hussitis a finitimis pactiones rescissæ

a *Lib. 16. pag 58.*

18 Edidit etiam Eugenius diploma a, quo omnes pactiones, quas cum Boemis hæreticis finitimi Germaniæ populi, vt ab eorum irruptionibus tuti essent confecerant, rescidit, cunctosque ad opprimendos religionis euersores, qui sacra profanarent expilarentque. Christi domini, B. Virginis, aliorumque sanctorum sacras imagines, locaque religiosa violarent, conremarent, & fideles nullo discrimine contrucidarent, arma sumere iussit.

Conscripta quadraginta equitum millia in hæreticos.

b *Cochlæus Hussit lib. 6.*

19 Tantus in Germania conscriptus b & comparatus est exercitus crucis symbolo insignitus, vt ad quadraginta millia equitum sub signis essent, duce Friderico marchione Brandeburgensi, quem duo filij Ioannes & Albertus sequebantur. Religiosam etiam professi militiam Albertus & Christophorus duces Bauariæ, dux Saxoniæ Fridericus, Sueuorum militaris societas, cui S. Georgij nomen erat, cum multi præsules, quibus etiam plurum principum auxiliares turmæ accesserant. Præterea comes palatinus Rheni & dux Lotaringiæ coniuncturos se cum suis crucesignatis castra sponderant; sed nuntiæ dissensiones illos adeo implicuere, vt constituta VIII. kal. iulij ad irrumpendum in Boemiam dies extracta sit ad kal. augusti. Conditum etiã erat, vt ex aduersa parte Albertus dux Austriæ signa Boemiæ inferret.

Principi duces crucesignati.

Illatum est Boemiæ bellum gemina ex parte, hinc Cardinale legato cum marchione Brandeburgensi, illinc Austriaco incurrentibus: sed tanta expeditio infelici euentu dissoluta est. Nocuit c nimius principum numerus, qui ordinem non seruarint, imminentibusque Hussitarum Boemorum copijs, cum incendium in castris excitarum casu esset, repente trepidatum est: & Cardinale legato frustra fugam prohibere nitente, fortissimus exercitus, omnibus impedimentis, dissipatus est. De qua turpi fuga certior factus Albertus Austriæ dux, qui iam Prazoruiam adortus erat, obsidionem soluit; attriuit tamen adeo Moraviam, per quam victricia signa circumtulit, vt ad amplectenda ea dogmata, quæ Basileense concilium decerneret, ipsam adegerit. Affecit autem maxima admiratione calamitosa, de qua paulo ante memoraui, alterius exercitus fuga, quæ arcano Dei iudicio ascripta fuit; cumque Galli præsules eam perpenderent in celebratis postea Biturigensibus conuentibus, ideo putarunt catholicos, qui ad impietatem hæreticorum plectendam conflurrexerant fugatos, vt ipsi prius vitiorum omnium maculas a se suscepras delerent d; ac proinde solutiores mores in Basileensi concilio ex communibus patrum decretis in pristinum sanctitatis splendorem redigendos censuerunt.

c *Cochl. lib. 6. ex Iul. Card. Cæsarini dif.* Dissipatus catholicus exercitus.

Moravia ad Basileæsis concilij decretis flandum adacta, Gallicano. rum præsulum de ea fuga sententia.

d *Extãt eor. sententia in appẽd. ad lib. Basil. editionis hanc 10. pag. 18.*

20. 21 Delluxit narratio ad concilium Basileense, quod hoc anno celebrari cœptum adulta ætate ab ijs, quos Iulianus Cardinalis legatus præfecerat, testantur acta e. At in frequentes tuerunt ij cœtus, tum quia belli fragor, quo Philippus Burgundiæ & Fridericus Austriæ duces sese inuicem persequebantur, & Hussitarum impietas post fugatas crucesignatorum copias ingraueſcens in Basileensium etiam finibus perstrepebat, & obsessa periculis itinera aduersabantur; tum quia, cum Ioannes Constantinopolitanus Imperator antea cum Martino pactus, ad cogendum concilium œcumenicum in Italiam se venturum, quo facilius ecclesia orientalis occidentali conjungeretur, rem missis ad Eugenium oratoribus vrgebat, vt nimirum classis pontificio instructa sumptu ad Græcos præsules deuehendos transmitteretur, ex quo Pontifex Cardinalium rogatis sententijs transferendum Bononiam proximo biennio concilium censuit, ac Iuliano Cardinali dedit mandata f, vt Basileense dissolueret.

Concilia Basileensis sy nodus.

e *Basileen. concilia.*

Græc. Imperator de suo in Italiam ad cõcilium accessu agit.

f *Extãt eius lit. in appẽd. ad lib. Basil. edit. Binii. pag. 108.*

22 Non assensere Basileenses præsules, vt concilium Bononiam ex apostolico imperio transferretur; eumque id diploma a Parentino episcopo allatum. Cardinalis legatus ipsorum præcipuis ostendisset, contendere ex falsis causis fuisse subreptum, quas legatus literis a ad Romanum Pontificem datis confirmarunt, ac multa de necessitate concilij in Germania celebrandi attulit, tum ad redigendos ad officium Boemos, tum ad dissoluram cleri Germanici disciplinam astringendam. *Quis*, inquit, *non verebitur, ne non ipse clerus se corrigat, quod etiam ab multis retro annis Boemia fuscitarunt alij, &c.*

a *Extat apud Æn. Syl. pag. 73.*

Prædicta hæreseos Lutheranæ ob cleri vitia.

23. 24 Imprudenter Iulianum Cardinalem aduersarum Pontifici partium laqueis se irretijsse, narrat Pius II. b; ac plures temere de pontificia auctoritate detrahere, atq; Eugenium ob priuatas inimicitias calumniarum gnomonia afficere conatos esse. Attulit porro huius rami curius nouas Eugenio causas, quæ ipsum in sententia de synodo Basileensi dissoluenda confirmarunt, ne quid in ea nouaretur: quippe nonnulli præsules principesque censuerant Boemos vi frangi non posse, sed benevolentiæ significatione mulcendos: eumque illi pro præductis quatuor articulis de porrigenda laicis etiam sub specibus vini Eucharistia, de concionandi libertate, de clero politico dominatu arcendo, de publicis vitijs abolendis (sub quibus aureo velamine multa venena condita erant) induisse arma, ac pro ijs propugnandis protusiros sanguine se profiterentur, existimarunt ratione vincendos vocandosque ad concertationem in Basileensi synodo inundam eorum doctores, quos data concilij nomine fide prouocarunt exaratis ea de re literis c.

b *Pius II. in bull. retract. in bullario eius. to.*

Consensit nonnulli disceptandum cum Hussitis.

c *Extat in appẽd. ad lib. Basil. edit. Bin. to. 2. conc. pag. 99.*

25 Pontifex, igitur ratus creari inde orthodoxæ fidei periculum, & Constantiensis ac Senensis conciliorum infringi auctoritatem, cum damnati in ijs articuli in disceptatione a Basileensibus vocarentur, Basileensem synodum soluit edita apostolica sanctione. Extat huiusmodi sanctio, in qua primum apostolica explicat consilia, quomodo acceptis Ecclesiæ gubernaculis studia omnia conuertit, vt Hussitarum hæresim excinderet, Græcum schisma aboleret, Mahometanam comprimeret potentiam, quæ ex Africa & Asia Europam iam premebat & crucis dominicæ cultores in discrimen adducebat, redigeret in concordiam Christianos principes, solutiores cleri mores constringeret; ad inuecta in Christianum orbem mala tollenda, Iulianum Cardinalem, quemadmodum iam Martinus Papa sanxerat, ad celebrandum Basileæ concilium se misisse, qui etiam sacram expeditionem eduxerat in Boemos, sed arcano consilio catholicos turpiter terga auertisse, dissipatumque exercitum. Addiditque Pontifex tum ob ingruentem hyemem, tum ob ea, de quibus cum Ioannis Imperatoris & Ioseph patriarchæ oratoribus a Martino Papa conuentum erat, iterumque postulatum de concilio Romæ, vel Anconæ, aut Bononiæ, siue in alio Italiæ opportuno loco peragendo; ad quod Græci suppeditato a Romana ecclesia sumptu, venturi erant, quamuis Romæ sibi opportunior foret, Bononiam tamen se ob transalpinorum commodum designasse, ac Iuliano Cardinali legato mandata dedisse, vt Basileense dimitteret, ne duo concilia eodem ferme tempore haberentur.

d *Extãt eius pen. de Basil. edit. Bin. to. 2. conc. pag. 88.*

Eugenius Basileensium opinionem damnat.

26. &c. De solutis Basileæ conuentibus tradu. ctoque Bononiam concilio certiorem fecit Eugenius d Sigismundum Regem Romanorum, precesque addidit, vt quæ pro Ecclesiæ dignitate conciperet oratorum opera exciperet, vrgeretque Constantinopolitanum Imperatorem, vt oratores suos cum amplissima ad redintegrandam orientalis occidentalisque ecclesiarum coniunctionem potestate mitteret. Graui-

Sigismundus Imperator certior de his factus.

Extãt eius lit. in eodem appẽd.

uiter

Sigismundus Eugenium vrget vt Basileensem synodum reuocet.

a Cocl. histor. Huss. l. 6. bocann.

uiter tulit a Cæsar dimissam ab Eugenio synodum Basileensem, cum post inuentata toties Boemis inutiliter arma experiri percuperet, an lenitate & ratione eos ab hæresi abducere, & ad officium flectere posset: atque ideo Pontificem rogauit b, vt concilium ipsum instauraret: neque enim adductum iri in controuersiam quam in Constantiensi concilio sancita essent, sed Boemos tantum edocendos a patribus, vt errores suos confiterentur deponerentque. Affert etiam alias Sigismundi ad Eugenium missas literas Monstrelectus c, & inter alia ne Basileense concilium dissolueret, præmonuit; si niteretur contra, plures eum aduersarios experturum, eiusque nomen obscuratum iri. Quod vero ad Græcos spectaret; posse deinde aliud concilium pro iis ad ecclesiam Romanam reducendis indici. Iulianum quoque Cardinalis legatus prioribus literis d Eugenio suadere nitus est, ne Basileensem synodum foueret e.

b Extat eius lit. in appendic. Basil. & apud Dolg. t. 4. p. 436. c Hist. mss. apud eund. p. 37.

31 Cæterum comparatis copijs quibus Sigismundus marchionem Brandeburgensem præfecerat, iter in Italiam ad imperialis ornamenta dignitatis insciprienda iuendit f: impositaque ei fuit die S. Catharinæ sacro Mediolani solemni ritu ferrea corona, vt ipsemet exstatur in literis g ad Iulianum Cardinalem S. Angeli præsidem concilij Basileensis, ac patres vniuersos datis, quæ hanc ipsa temporis notam contignatam sunt: *Dat. Mediolani die* XII. *mensis decembris regnorum nostrorum Hungariæ* XLV. *Romani* XXII. *& Boemiæ* XII. Suspectus fuit Eugenio Sigismundi in Italiam aduentus, ne duci Mediolanensi tibi intentissimo studeret, quare ipsum Senis diu morari coactum videbimus.

d Cocl. histor. Huss. l. 6. bocann. e Iul. Card. lis. ad Eugen. apud Æn. Sylu. & in annal. f Eugen lib. ms. pag. 60. Ghinassi in append. Basilem. concil. edid. Bini t. 4. p. 2. pag. 209. apud Dolg. tom. 3. pag. 436.

Galeotti Malatestæ pietas insignis.

32 Hoc anno, cum Galeottus Malatesta ita contemplandis rebus diuinis animum addiceret h, vt in administranda populis militia, decile principis videretur officio, monuit illum Eugenius i virtutis apicem in charitate Dei & proximi esse, neque ad Deum posse aliorsum, nisi ad proximorum opem se demitteret; tum pluribus saluberrimis præceptis ad pietatem informauit.

h Ant. Cam. Sabellicus in vita. i Lib. 11. p. 4

Cardinales creati ab Eugenio. *k Raccolta.*

33 Eodem anno Eugenius l XIII. kal. octobris in Cardinalium numerum adscripsit Franciscum Condulmerium Venetum nepotem suum protonotarium apostolicum, cui presbyteralem tit. S. Cæciliæ contulit, nec non Angelottum Fuscum Romanum episcopum Cauallen., quem titulo S. Marci insignuit; quosdam etiam, quos Martinus creauerat, nec tamen promulgare potuerat, publicauit, excepto Dominico de Capranica, in quem cum grauissimis delationibus fuisset a suis exasperatus sanctionem edixit, qua promulgauit tantum cardinalatus iure posituros m, qui præsentes pileum rubeum, titulum, annulumque a Pontifice receperint, vel ad quos absentes Pontifex galerum rubeum miserit. Peculius ea lege Dominicus de Capranica ad concilium Basileense prouocauit: & *tandem*, inquit Poggius, ex *concilij sententia Cardinalis declaratus summo cum omnium mœrorum dolore. Nec multo post ab Eugenio vocatus Florentiam, vbi tum forte degebat, in itinere, quem tanto labore, ac periculo tantaque impensa direxerat Cardinalatus pileo purpureo, quod eius dignitatis insigne est, exceptit.* Arrogabant sibi nimirum male Basileenses pleriq; factioli spectantem ad summum Pontificem iuprematam auctoritatem, quæ ambitiosa contentio ipsos in schisma præcipites egit, vt dicetur inferius.

l Lib. 16. p. 15 ext. mss. in mus. Vall. fig. in G. n. 19. p. 195. & in bullar. m Annal. Turc. boc ann. Leunclav. l. 14. Georg. Phranz. lib. 3 pag. 9. & lib. 4.

Basileense schisma præcipitium a Bb. Coletæ Thessalonica sublata a Turcis Ithomæ ecclesia ab ipsis erecta.

35 In Græcia res Christiana admodum afflicta est n, exercente tyrannidem Amurate Turcarum principe, qui Thessalonicam vrbem inclytam mense aprilis Venetis eripuit o; de quo querente Græcorum Imperatore, respondit nil medium Turcas inter & Græcos relinquendum. Patræ etiam, quæ Latinis paruerat, antea a Constantino despota occupatæ, quarum protectoram se gessisse refert Georgius Phranza. Lachrymis pariter conspersa erat reliqua orientis facies: Ianus enim Cypri Rex cum libertatem multo auro ex iuribus regijs distractis comparato redemisset, e vinis paulo post obijt relicto Cyprio sceptro Ioanni filio, quem Eugenius optimis præceptis instruxit.

n Annal. Turc. Leunclav. l. 14. Georg. Phranz. lib. 3 pag. 9. & lib. 4. o Phrdz. sup. cap. 9.

IESV CHRISTI anno 1432.

EVGENII PP.IV. SIGISMVNDI Rom. Regis 22. anno 2. Io:VII.Palæologi Imp.Or.9.

Sigismūd. regis, Eugenium, vt concilium Basileense instauret.

1 &c. CVm Sigismundus Romanorum Rex ægerrime ferret, vt paulo ante dixi, Basileensem synodum dissolui, rescripsit a Eugenio se pertinescere, ne maxima inde pericula in Ecclesiam redundarent, precesque addidit, vt concilium instauraret, adiunctis quoque nonnullis argumentis, quæ regijs literis Placentiæ die nona mensis ianuarij exaratis inseruit b.

a Extant in ms. append. pag. 220 & apud Dolg. t. 3. p. 427.

4 &c. Respondit c Pontifex VI. kal. februarij se omnibus, quæ discutienda essent, diligenter expensis, prolatum iam de traducendo Bononiam concilio decretum assentiente Cardinalium senatu grauissimis de causis confirmasse. At Basileenses perfides, qui se nouadon infamia putabant, si postquam Boemos ad concilium vocassent, ipsi non expectatis illud dissolueret, simulque eosdem Boemos ad catholicorum communionem reuocandi in spem venerant, repugnarunt Eugenio, & contrarijs literis, quibus scripsa est XIII. ianuarij dies promulgarunt, catholicam rem in tantum discrimen adductam, vt concilium sine irreparabili damno solui non posset.

b Extat in lib. ms. append. eiusdem Basil. edit. Bin. t. 4. p. 2. p. 211. Obiurgatur Eugenio Basileense concilium. Grauissima opponit argumenta Basileensis concilabuli acta. c Edita Basil. concil. Sessio 2. Basileensis concilij auctoritatem Pontificiæ præferens. Constantiæ concilij decretum in alienum sensum detorquens. Sess. Conc. Basil. 2. & Turrecrem. sum. de ecl. l. 4. c. 10. Basileense dicta, de ambiguo Pontifice ad non ambiguum malignæ cranare

8 Celebrarunt e interea Basileæ congregati præsules, quorum numerus in dies augebatur, suas sessiones, in quarum secunda XV. kalendas martij habita speciosa promissa contrarijs factis euertentes erroribus se implicare cœpere, dum conciliorum auctoritatem veri nec ambigui Pontificis auctoritati prætulerunt; falsamque sententiam confirmare nitentes duo concilij Constantiensis decreta instaurarunt, sed in alienum decorum sensum, ex quibus falsam consequentiam elicuere. Alterum est his conceptum verbis: *Primo declarat quod ipsa synodus in Spiritu sancto legitime congregata, generale concilium faciens & Ecclesiam militantem representans, potestatem immediate a Christo habet, cui quilibet cuiuscunque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur, in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti schismatis, & ad generalem reformationem Ecclesiæ Dei in capite, & in membris.* Verum & genuinum sensum illius decreti, quod a Constantiensi synodo, cum nondum œcumenica vocari posset, nec veteri conciliorum instituto, rogatis nimirum prius patrum sententijs, editum est, superius f attulimus. Refellit temeraria seditiosorum ausa Ioannes Turrecremata g Cardinalis S. Sixti grauissimis sententijs. Quamuis autem Eugenius postea consenserit, vt Basileensis synodus instauraretur, non tamen superiora illius decreta corroborauit. Porro synodum non directam a Pontifice errare posse nimium lugubribus exemplis constat.

d Edita Basil. concil. Sessio 2. Basileensis concilij auctoritatem Pontificiæ præferens. Constantiæ concilij decretum in alienum sensum detorquens. f Sum. Christ. tit. 4. c. 2. & Turrecrem. sum. de ecl. l. 4. c. 10. Basileense dicta, de ambiguo Pontifice ad non ambiguum malignæ cranare

Neque alia sanctio Constantiensis concilij, quæ plene intellecta sunt omnibus sine vllo, etiam papalis

lis dignitatis discrimine, qui Constantiensis synodi decreta spreuerint, rectam a Basileensibus interpretationem traxit; non enim Constantienses de Pontifice vero & in vniuersa Ecclesia culto id constituere, sed de ambiguo, cum tunc vigeret schisma, cuius ambigui Pontificis auctoritate concilij auctoritate inferiorem esse censuerunt. Male itaq; Basileenses ex fallaci & subdola assumptione falsam quoque hanc conclusionem elicuere: *Per nullum quamis auctoritate, etiamsi papali dignitate prafulgeat, dissolui aut ad alium locum transferri, seu ad aliud tempus prorogari debuit aut potuit, debet aut potest, debebit aut poterit in futurum, absque eiusdem synodi Basileensis deliberatione & consensu.*

Temeraria sanctio.

Sessio XII.

9 Sessione tertia die XX I. aprilis celebrata denunciauit publico edicto Eugenio Basileensis cœtus, vt ad synodum pergeret, vel si aliis distentus esset rebus, legatos mitteret. Quibus de rebus hæc S. Antoninus a: *Illi*, nimirum Basileenses, *obturauerunt aures suas*, scilicet iussis apostolicis, quibus Pontifex Basileensem conuentum dissoluerat, *non audientes vocem Domini, sed congregatione illa facta conciliabulo nullius viros habente, nisi vt synagoga sathana auctoritate sua temeraria præsumptionis caperent Eugenium ad concilium adeundum citare, solicitati ad hoc a duce Mediolani ægre pontificatum eius ferente, quia non sibi fauebat.*

a S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 10. §. 4.

A duce Mediolani excitati Basileenses.

Sessio IV.

In sessione quarta XII. kalendas iulij data est Boemis & omnibus ad concilium accessuris, tum etiam, qui de fidei articulis voluissent differere, publica fides: iam enim synodalibus literis b solicitati Boemi, vt ad concilium venirent, eas cum omni obseruantiæ significatione acceperant.

b Extant apud Æn. Sylu. epist. p. 160 163. 164. 173. 229. 256. 240.

10. 11 Comparatis ita ad concordiam Boemis Eugenius, qui summo animi ardore eos ad Ecclesiæ gremium traducere properabat, Vvladislaum Poloniæ Regem, qui iam plura ea de re colloquia cum illis fecerat, adhibuit interpretem sacræ concordiæ, ac Gnesnensem archiepiscopum cogere suffraganeorum synodum iussit, & si e re diuina videretur, Poloniæ Regi permitteret, vt pro hæreticis ad fidem orthodoxam pelliciendis cum ipsis in congressum veniret, ipseque ac suffraganei ijsdem resipiscentes censurarum nexu soluerent c. Adhibita est ab Vvladislao pia diligentia ad Boemos ab hæresi reuocandos, sed illusi fuere religiosi labores pertinacia improbissimorum hominum, vt inter Polonicos scriptores narrat Salomon Neugebauerus d. Sed ad Basileensis synodi acta redeundum.

Polonus de Bohemis Ecclesiæ conciliandis agit.

c Libus p. 87

d Neug. l. 5.

In prædicta sessione IV. sanctum a Basileensibus fuit si eo temporis cursu, quo concilium peragebatur, inter pontificium concingeret, Papam non alio in loco, quam in concilio ipso renunciandum: tum ademptum Pontifici creandi nouos Cardinales ius dum synodus staret, interdictumque ne iam creatos a concilio retraheret. Hæc temere atque iniquissime decreta a Basileensibus (quorum aliqui pontificatum ambiebant) vt sibi pontificiam auctoritatem subijcerent, conquestum apud Reges Eugenium videbimus.

Sessio IV. Acta eius temeraria.

In sessione quinta v. id. augusti plures discutiendarum causarum administri renunciati, statutumque ne iudicium cuiusuis causæ vltra trimestre extraheretur. Ita illi concilium in forense emporium auaritiæ studio, vt obiecit Eugenius e, conuerterunt.

Sessio V. Peperam gesta in ea etiam. Christ 1436. n 8.

12. 13. Cum ita Basileenses euertendæ pontificiæ auctoritatis cupidi schisma & hæresim cuderet, Christi vicarius, vt eos ad saniora consilia atque ad pristinam sententiarum cum Romana ecclesia consensionem reduceret, nuncios Basileam mittere decreuit, e quibus Andreas de Petra archiepiscopus Colocensis XXII. augusti die iucundam ad conuentus Basileensis patres orationem f habuit, qua ipsos præter alia a conflando schismate abterruit, si extendere hæreses; si clerum ad virtutis studium ac disciplinam arctiorem incitare, si principum discordias dissipare, si ecclesiam ad veram pacem reducere, si Romanum Pontificem ab omni iniuria defendere, si Basileensem synodum ad finem optatum perducere, si denique Græcos ad vnionem inducere superet: aliaque habita est a Ioanne archiepiscopo Tarentino, qua primum summi Pontificis auctoritatem in omnem Ecclesiam diffundi, atque a Christo fuisse constitutam tum diuinis oraculis, tum sacris canonibus, tum sanctorum patrum sententijs demonstrauit: deinde causas, ob quas Eugenius suprema illa auctoritate in concilio Basilea Bononiam transferendo esset vsus, repetiuit, demumque subdidit.

a Æn. Sylu. in epist. ad Bas. Oper. edit. Bas. t. 1. vol. 1. pag. 187.

Basileenses iubiisse se sibi adesse Pontificem.

Maiori admiratione digna extimanda, quod Romanum Pontificem citare præsumpseritis; dum distinct. 9. quæst. 3. scriptum sit: Nemo iudex inuitatus primam sedem iustitiam temperare deprehendatur, neque quisquam ab Augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo iudex iudicabitur. Et glossa super verba: Omni clero; habet ita: Argumentum, quod concilium non potest Papam iudicare, vt extra de electionibus significauit: vnde si totus mundus sententiaret in aliquo negotio contra Papam, videtur quod Papa sententia standum esset, vt XXI. quæst. VII. de est fides: nec ob argumentum gloss. in contrarium, quia orbis maior est urbe; 93. distinct. legimus; quia illud intelligitur cum Papa dissentiret a tota Ecclesia in articulis fidei. 19. distinct. Sicut sancta, vbi est glossa ad hoc notabilissima super verbo, Præsumpserit; & illa glossa satis sufficienter solutis obiectionem. qua fieri possit per cap. illud Frequens, editum in sacro concilio Constantiensi, quod certe non sic artat Papam, quin possit ex suprema sua auctoritate super loco & tempore celebrandi concilij dispensare: quam quidem auctoritatem nimis impie vult præsumptione violare quisquis eius potestatem tentat infringere fauendo cupiditatibus suis, & id quod accepit a veteribus non sequendo, vt est textus, &c.

Constantiensi concilio obiectari.

14 Egit deinde archiepiscopus Tarentinus de 3 præcipuis duobus dissensionis capitibus, nimirum de loco & tempore celebrandi concilij; ad quam tollendam controuersiam subiunxit assentiri Eugenium, vt abrupta omni mora in vnum concilium coalescant: deprecari vero Basileenses, vt ipsi in Italia locum designent, cum non modo Hussitis abducendis ab hæresi, sed etiam Græcis in Ecclesiæ sinum reuocandis opera danda esset.

15. 16 Non his permoti Basileenses propositam a Colocensi & Tarentino archiepiscopis concordiæ rationem respuerunt, ac die tertia septembris inito solemni cœtu pontificijs nuntijs prolixa, sed fallaci & fucata oratione b respondere, conendentes concilij auctoritatem pontificiæ antecellere.

b Ext. in præcit. ap. pend. p. 100.

Sessio VI. Temere in ius vocant Eugenium.

17 Tum in sessione sexta celebrata septembris die VI. cui Branda Cardinalis Placentinus & Dominicus Capranica, ac triginta duo præsules interfuere, contumaciæ insimularunt Eugenium, qui monitus, vt edictum de soluta synodo Basileensi rescinderet, iterque ad concilium vel oratores mitteret, synodalia monita spreuisset. Contra autem piam concionem e habuit Tarentinus archiepiscopus internuncius pontificius proposito eo sacro themate & *Obsecro vos, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati estis*; ac præsules rogauit, vt iudiciariam actionem temerariam in Pontificem & Cardinales intermitterent; qui arroganter respondere ea se de re deliberaturos, ac mox synodalium causarum actor Cardinales contumaciæ accusauit, qui vocati venire neglexissent.

e Ext. in ead. præt. appd. pag. 100.

d Ibid. f. 4. Commonitia legato, vt cœpis absistant.

18 Nec desiere plura nouare Basileenses: in septima enim sessione sexto nouembris die sanxere ingrediendi conclauis diem ad sexagesimum extrahendum, si Romanam ecclesiam suo orbari pastore contingeret.

Sessio VII. Decretum Basileense temerarium.

In

Sessio VIII

In octaua XVIII.die decembris Eugenius iterum monitus est, vt excurrente dierum sexagima spatio edictum de soluendo Basileensi concilio cogendoque alio abrogaret, iretque Basileam, vel legatos mitteret, atque obtemperare detrectanti iudiciorum seueritatem intentarunt: Cardinalibus pariter cardinalitij gradus & sacerdotiorum abrogationem, ni accederent, interminati: in illos, qui ad indictum Bononiense concilium pergerent anathematis sententiam tulere, ac decreuere eorum, qui interessent synodo, sacerdotia conferri a Pontifice non posse. Insolescentes adeo Basileenses præsules delinire Eugenius ac sibi conciliare annitebatur, cumque vni Sigismundo Romanorum Regi in propagando suo conuenticulo inniterentur, Pontifex Iordanum episcopum Sabinensem & Guillelmum tit.S.Anastasiæ presbyterum Cardinales Apostolicæ sedis legatos vid. augusti misit a, vt cum ipso de transferendo Basileensi concilio agitarent. Caruit ea legatio optato successu, cum in Germania res Boemicas componendas Sigismundo videretur; iterumque Eugenius Lucido Cardinale interprete nisus est Senenses permouere, vt deprecatores accederent apud Regem eundem tum inter ipsos agentem, quo Senas Basileense concilium transferretur, in quam etiam sententiam ad illos scripsit b.

Leges temere dant Eugenio.

a Lib.15.pag.41

De concilio Senas transferendo actum.

b Lib.15.pag 115.

19 Dinouendum c Basilea non visum est concilium Sigismundo, qui etiam in suam sententiam traxit Eugenium; quamuis enim in Italiam illud transferre illique præsidere optasset, quia tamen Hussitæ Basileam pergere spondebant, ac Basileensis conuentus spem dabat, ipsos a se in gremium Ecclesiæ reductum iri; ne ob commoram de loco dissensionem tanta res disturbaretur, Eugenius Cernientem episcopum, Ioannem Mellam, duosque abbates Basileam misit d, vt eiusmodi controuersiam sedarent.

c Ext.in append. Basil. edc edit.Bin pag.123.

Eugenius mutata sententia concilium Basileense instaurat.

d Lib.15.pag 117.& 123

20 Porro cum ad summum Pontificem concilij dirigendi munus spectet, Eugenius per Iacobum Ebredunensem misit præcipua rerum capita e, de quibus in synodo agendum esset, nimirum vt Boemis ad fidem orthodoxam reducendis, disciplinæ ecclesiasticæ pristino restituendo nitori, redigendis in concordiam principibus operam nauarent: tum omnia iudiciaria acta contra quoscumque Basileæ confecta rescindi ab ijs iussit, vicissimque ipse acta aduersus eos, qui Basileæ agebant pacis studio conuulsit; deinde addita sunt hæc: *Item paratus est dominus noster abbreuiare tempus concilij proxime futuri Bononiæ, & etiam locum mutare, dummodo fiat in terris Ecclesiæ immediate subiectis in Italia, vbi dominus noster cum sacro collegio possit personaliter præsidere iuxta consilium in Basilea existentium, & ibidem poterunt conuenire & Papa & dominus Rex in concilio, vbi multa bona fieri poterunt, quæ fieri non possent sine Papa præsentia.* Conuentum denique, vt Basileæ celebraretur concilium, de quo dicetur anno proximo ineunte.

Pontificis in Basileenses & horum in Pontificem acta rescissa.

e Ext.in append. concil. Basil. edit. Bin.t.4.p.1.

Quod ad Sigismundum Regem spectat; illum, postquam Parmæ atque Placentiæ hyemauit, vocatum a Senensibus, vt Florentinos reprimeret, reliquo fere anni spatio Senis moratum, tradunt scriptores f. Cum vero ad iter se compararet, consilium dedit Senensibus Eugenius, vt Cæsarem quidem vrbe exciperent, sed cæsareis non autem Mediolanensibus copijs succinctum, cum Philippus Pontifici Florentinis fœdere iuncto infensius esset, ac turbas augere posset. Respuere non sine magno ipsorum detrimento pontificium consilium Senenses, incenso enim inde bello haud leuiter eorum res attrita est, quæ cum pacis beneficio assurgere posset, eos ad illam colendam Pontifex apostolicis literis est cohortatus g. Interpretem quidem & arbitrum fœderis Eugenium Florentini & Senenses admittebant, sed postremi Sigismundum etiam ei adiungendum censebant, quorum votis assentiebatur Eugenius: verum cum id a Venetis, Florentinis, fœderatisque cunctis posceret, nunquam obtinere potuit a, eo quod Sigismundus graues cum ipsis inimicitias gessisset.

f Blond.lib 4 dec.3.Sabellic.lib.10.l.2. Platina in Eug IV.& alij.

Monit Senenses de Mediolanē sis copias excipe rent

g Lib.brev. pag.64.

Concordiæ agit interpretem Eugenius.

a Lib.15.pag 113.

Dum ita incumbebat Eugenius ad restinguendum Etruscum bellum, fœderatæ Senensium copiæ in prouinciam Patrimonij B.Petri excurrere, prædasque ex agris auerterunt, ac Franciscus Piccininus Mediolanensium ductor in Picenum ex agro Senensi irrupit: de quibus damnis Pontifex apud Senenses conquestus est, ipsosque est hortatus, vt verba amplissima, quibus se Apostolicæ sedi addictos profitebantur, operibus confirmarent.

Piccinini in Picenum irruptio.

21 Vexante interea bello Eugenium Francisco Piccinino, quem Mediolani dux in ditionem ecclesiasticam immiserat, Florentini plura in Pisano agro recuperarunt b, turmisque Mediolanensibus magnam cladem quarta iunij die ad Montem Topolum intulere: lapsas vero fœderatorum res restituere Sigismundus subinisso Hungarico equitatu nisus est. Cum Rege autem ipso ita se gessit Pontifex, vt amicum quidem vellet, non tamen crederet se illius potestati, cum in re Basileensi infensum experiretur, illumque in Vrbem admittere recusauit c, cum Philippi Mediolanensis Romanæ ecclesiæ hostis copias duxisset, adhibitique sunt interpretes concordiæ (ad quam etiam vrgendam Francorum & Anglorum Reges suos oratores misere, vt refert m.s.diarij Veneti auctor d) tres Cardinales, nimirum Iordanus Vrsinus episcopus Sabinensis, Guillelmus tit.S.Anastasiæ presbyter, ac Lucidus diaconus S.Mariæ in Cosmedin: qui egere inter cætera de Sigismundi in Vrbem aduentu, vt imperij insignia ab Eugenio acciperet, quem Pontifex paternis complecti studijs erat paratissimus, sed bellum finitimum prius compositum peroptabat, vei Iordano Cardinali Vrsino (quem ex legatione reuocabat) significauit e: tum vero Sigismundo, cui nunquam se benecuolentia defuturum spondebat, expositi f quanta in rem Christianam bona ex mutua Pontificis & Cæsaris coniunctione prouentura essent. De iplius in Vrbem aduentu dicetur anno insequenti.

Mediolanenses copiæ in Pisano agro fusæ.

b Diar. m.s. Ven Sabellic. an.10.l.2. S.Ant.tit.22 c.9.§.9.

Cur Eugenius Sigismundum in vrbem excipere detrectarit

c Lib.17.pag 58.& 59.

d Diar.Ven. m.s.

De pace agunt externi Reges.

e Lib.15.pag 105.

f Lib.15.pag 108.

22. 23 Interea detrectasse Auenionenses excipere præsidem pontificium traditur in actis g synodi Basileensis, cumque illi missis oratoribus flagitassent ab Eugenio, vt alium ipsis præficeret, neque is mutare sententiam pontificiæ putaret esse dignitatis, Basileenses ad omnes dissensionum occasiones augendas intenti, specie concordiæ conciliandæ, Alfonsum S.Eustachij diaconum Cardinalem vigesima iunij die Auenioni & Venusino comitatui contra fas præfecere h. Admisit ille prouinciam inique delatam, & auide expetitam, & auctoritatem, qua instructus fuerat, vt Regi Castellæ ad Granatenses excindendos adesset, impetusque conuertit in Pontificem; qui grauiter ea de re apud Ioannem Regem questus est, eique significauit i, vti priuare ipsum sacerdotijs, atque ecclesiæ Saguntinæ administratione depellere constituisset. At mutauit mentem Eugenius, nec sacerdotia Alfonso ademit, vt videbimus, sed primum clementia ipsius animum flectere conatus est, tum vero armis Fuxensis Cardinalis opera eius audaciam fregit l, populitque Auenionensi comitatu, vt constat ex literis, quæ pontificio nomine idibus septembris proximi anni vulgatæ sunt, in quibus de Basileensibus belli illius auctoribus expostulat m.

g Act.concil. Basil.congr. sess 4.

bExtant ad eccc ibid.

Alfonsus Cardinalis S.Eustachij ab Eugenio deficit.

i Lib.15.pag. 134.

Cardinalis Fuxensis Alfonsum repellit.

l Lib. brev. pag.71.

m Ext.ad.diplom.infer. lit. Aug.allatis in sess. XVI. conc.Basil.

Indict 11.

IESV CHRISTI
Annus 1433.

EVGENII PP.IV. SIGISMVNDI ROM. REGIS 23. annus 3. Io:VII.PALÆOLOGI IMP.OR.10.

Basileense concilium ad Bohemos conciliandos instauratum. *a Cocl.histor Hussit.lib.6.*

1 INstauratum est ab Eugenio iam a se dimissum Basileense concilium, ob potissimam Boemorum causam, de quorum ad concilium aduentu rebusque cum ipsis gestis, haec Cochlæus a collegit, historiæque Hussitarum monumentis consignauit: *Quarta die ianuarij peruenerunt Basileam*. Et infra: *Postridie, vt alij Æneas, vel nono die, vt nonnulli habent, eiusdem mensis, cum ad synodum accessissent Boemi, Iulianus Cardinalis legatus illos benigne allocutus longam & locupletem habuit orationem ad ea, quæ pacis & vnionis essent eos cohortans*. Et infra; *Cæterum Boemi, quibus par facundia non erat, pauca, responderunt*.

A Iuliano Cardinale solicitati ad pacem. Quid cum ijs actum.

b Ext apud Cocl lib.7.

2 Vltima nouembris die ediderunt concilij oratores cum Pragensibus concordiæ formulam b de vsu calicis: qui ipsis permissus est ijs legibus, vt in reliquis omnibus ritibus cum Romana ecclesia consentirent, & adultis tantum Sacramentum porrigerent, & Christum integrum sub vtraque specie contineri profiterentur, nec vnica specie vtentibus insultarent. De correctione peccatorum conuentum, vt ab ijs, ad quos spectaret, ex diuina lege & sanctorum patrum institutis corrigerentur. De libera prædicatione verbi Dei constitutum, vt a sacerdotibus & leuitis idoneis facta a præsulibus Romanoue Pontifice facultate, rite conciones haberentur. De cleri denique dominatu in eam ventum concordiam, Ecclesiam tenere ac possidere posse ædes agros, castra, vrbes, & in ijs dominatum habere: quam tamen concordiæ rationem Thaboritæ, Orphani, alijque hæretici respuere; quamobrem neque illa nisi triennio post redintegrata sunt, cum nimirum a Pragensibus obtriti deletique essent, vt suo loco dicetur. Nunc ad Basileensem synodum reuertamur.

De prædicatione verbi Dei quid sanctum.

Thaborite & Orphani concordiã respuunt.

Eugenij in basileẽses clemẽtia.

3. 4 Cum præsules, qui Basileensi conuentui interfuerant, grauibus censuris ob spreta pontificia imperia, oppugnatamque sedis Apostolicæ dignitatem se irretijssent, Eugenius oratoribus suis, Ioanni de Mella & collegis, de quibus anno superiori memoraui, potestatem dedit c, vt eos contractarum censurarum nexibus soluerent. At Basileenses abfuere ab ea religiosa demissione, vt a pontificijs interruntijs censuris absolui voluerint, cum ita a Pontificis obsequio se subducerent, vt illum ipsorum imperijs cogi vellent, ac sententias ab apostolica sede latas rescindere auderent. Itaque habita XXII. ianuarij die nona sessione d edicta omnia Eugenij, quibus ille Sigismundum aut Vvillelmum Bauariæ ducem ob clientelam concilij Basileensis susceptam gestamue regnis principatibusue forsan priuasset, irrita pronuntiarunt. An vero huiusmodi in Sigismundum iudiciaria acta concepta a Pontifice aut vulgata sint, nõ reperimus, sed ex Basileensibus gestis constat pronos ad schisma & bella ciuilia Basileenses præsules fuisse: qui die decima nona februarij in sessione decima reiectis concordiæ rationibus a nuntijs apostolicis propositis, in Eugenium ob non reuocatum de transferendo Bononiam concilio iniquum decretum protulere. Proposuerant e interruntij vt, si Bononiam ad celebrandam synodum nollent se conferre, alium in Italia locum deligerent, cui Pontifex interesse posset, vel si a duodecim arbitris ex Basileensibus delectis, vt concilium in Germania celebrare rei Christianæ emolumento fore conferetur, aliquam Germaniæ vrbem, Basilea excepta designarent. At illi obstarduere, dato eo responso, concilium a Pontifice sine ipsius concilij assensu solui non posse, obstrmarique in ea sententia perstitere.

c Lib.17.pag 118.

d Alia conc. Basil.sess.9.

Basileenses Eugenij decreta aui rescindere.

Sessio IX.

e Ex resp.synod.in appẽd. pag.111.

Suæ auctoritati pontificiã cedere volunt.

5. &c. Interea Eugenius Sigismundi Regis Romanorum ac principum electorum precibus adductus, cum spem illi inijceret e concilio Basileæ celebrando ingentia in Christianum rempublicam bona redundare posse, dimissum iam ante concilium dato diplomate instaurauit a.

De instaurando cõcilio Basileensi. *a Lib.brev. p.65.in m.s. diuers.bibl. p.68. & in m.s.Alexan VII p 112. & in alio m.s.sign.mar 117.p.166. & in m.s. Nic.Cardin Aragp 255 & in appẽd ctc.Basil.edi Sim.t.4.p.1. p.g.210.*

9. 10 Affulserat pijs omnibus non dubia spes Basileenses præsules, dissipata superiori discordia, ad diuinam tantum amplificandam gloriam, excindendamque, hæresim incubituros, cum elati illi, quod Pontificem ad concilium instaurandum adegissent, nouas seruerunt lites, maximaque cum priorum offensione apostolica diplomata carpere cœperunt. Obiecere in primis in suo decreto b, Eugenium ipsorum monitis morem non gessisse: non agnoscere iamdiu cœptum Basileæ concilium, sed tantummodo per legatos celebrandum decreuisse: contraxisse etiam illius auctoritatem ad duo tantum, nimirum ad hæreticos ac fidem reducendos, & conciliandam inter principes pacem; restituendæ autem in suum splendorem ecclesiasticæ disciplinæ caput prætermitti, neque confirmari quæ iam gesta essent: potestatem etiam præsidibus Cardinalibus datam exagitarunt, ex qua interretur, quod si concilium quippiam statueret & a Cardinalibus ipsis respueretur, pro infecto esset; contendereque non tantum præsides, sed Pontificem etiam concilio obnoxium esse, adeo vt si concilio non pareret, in eum animaduerti posset. Contra vero profitebatur Eugenius, prius se mortem pro tuenda dignitate sedis Apostolicæ oppeturum quam supremam auctoritatem a Christo acceptam (quam ipsum accepisse non controuertebatur) concilij arbitrio subijceret.

b Ext in append.concil. edu.Bin.t.4 p.1 p.111.

11 Cumularunt Basileenses male nouata errore nouo; habita enim V. kalendas maij sessione vndecima sanxere c, Romanum Pontificem ad concilium adeundum constituto tempore, mittendosue legatos obstringi; ac si illud dissoluere, mutareue, aut extrahere nitatur, nec lapso quadrimestri se emendarit, iure exercendæ sacrosanctæ potestatis interdictum fore: ac si bimestri pertinaciter contempserit, de eo pontificia dignitate deturbando actum iri. Præterea edixerunt licere omnibus Cardinalibus, renitente etiam Pontifice, interesse concilio, idque nonnisi assentientibus ijs, qui conuenerant solui, aut in alium transferri locum posse: quod fieri vetuere, nisi duæ præsulum partes assensissent. Arrogarunt etiam sibi factiosi Basileenses dicendi sacri profanique iuris, litiumque dijudicandarum potestatem: quorum temeritatem & audaciam vt comprimeret Eugenius Pontificio edicto, cuius potiorem partem decerpimus, a perperam cœptis eos absistere iussit d.

c Alia Basil conc.sess.11. Sessio XI. Basileenſium insolentia.

Decernunt sine præsulum consensu transferri concilium non posse.

d Lib.17 pag 201.

Eugenius, &c. Apostolica auctoritate decernimus, quod in præfato concilio Basileensi nullæ causæ singularium publicæ vel priuatæ, ecclesiasticæ vel sæculares, quouis modo, causa, vel colore introducendæ possint vel debeant in dicto Basileensi concilio agitari, cognosci, aut terminari, sed dirigente Domino fidelium operas ad extirpationem hæresum, ad pacem ponendum inter principes & populos Christianos, & ad morum reformationem omnia studia dirigantur, & nullatenus ad alias causas, quam ad præmissas concilium ordinatum est, conuerti debeant, decernentes irritum & inane, si secus a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarna-*

Vetiti Basileenses se litibus involuere. Excindendæ tantum hæresi incumbere.

curnationis dominicæ MCCCCXXXIII. *kal. iunij pontificatus nostri anno* II. Parere detrectarunt factiosi, ac plura alia absente Sigismundo Cæsare ad seditionem tendentia perpetrarunt, de quibus postea agetur; nunc Cæsaris gesta in Italia percurramus.

Sigismundus cur Eugenio suspectus. *a Ext. de re lit. Eug. to apud. Basil. conc. to. 4 p. 1. p. 212.*

12 Meditatus Romam proficisci ad augustalia insignia pontificia manu accipienda ob Basileensium, quos ille suo patrocinio tegebat a, & fœdus cum Philippo Mediolanensi suspectus Eugenio, Florentinis, ac Venetis socijs, vltra Senas progredi ecclesiastico & Florentino exercitu prohibitus est b. Cum vero Senis anni vnius curſu, vt motus Italicos componeret, moratus esset, demum mensis XVI. martij die ararioribus suis, fœdus VII. aprilis sanxit his pactionibus, se venturum Viterbium labente aprili, ac Pontificem in ea vrbe aditurum, meritisque officijs ritu & instituto veteri complexurum: tum fidem suam Pontifici ex consueta Cæsarum formula præstiturum, hæreticos & schismaticos exclusurum, nulla cum impijs initurum fœdera, pro dignitate pontificia tuenda & seruandis Romanæ ecclesiæ iuribus studia sua adhibiturum, ditionem ecclesiasticam non inuasurum, tum immunitatem ecclesiastici ordinis asserturum.

b Blond. dec. 3. lib. 5. Pacisciturcum Eugenio.

13 Pacata Italia, cum Pontifex ad Sigismundum excipiendum se compararet, Vgonem Cardinalem epiſcopum Prenestinum c Romam, vbi ipse agebat, nulla interposita mora iussit accedere, vt vna cum Ludouico diacono Cardinale ad eundem Regem deducendum se conferret. Verum Vgoni postea suspectus est Iordanus Cardinalis Vrsinus episcopus Sabinensis. Interea Eugenius Sigismundum humanissimis literis d in Vrbem vocauit, atque in suscepto deaugenda Christi gloria, amplificanda fide, excindendis hæresibus, & Ecclesia tuenda consilio confirmauit.

Duo Cardinales ad Sigismundum reducendum decreti. *c Lib. 15. pag. 133. d Lib. 17. p. 176. & ss f. cod. Alexan VII. p. 199.*

14 Deductus Cæsar a Cardinalibus legaris quadringentis equitibus succinctus Viterbium mense maio ingressus est e: extant siquidem ipsius literæ f ad Basileensis conuentus præsules die eiusdem mensis nona datæ, quibus cæptum suum in Vrbem iter significauit, monuitque ne quid nouarent, neue turbas excitarent: ingressus g vero est Romam XXI. maij, atque vt narrat his verbis S. Antoninus h: *In gradibus ecclesiæ B. Petri cum solemni apparatu & comitiua consistens Eugenius Imperatorem genibus flexis pedem osculantem ad osculum oris reuerenter excepit*. Vltima i vero maij die pentecostes sacro inigniibus augustalibus a Pontifice exornatus est, cum prius veterum Christianorum Cæsarum more iuratus spopondisset, catholicam se fidem, Romanæ ceterarumque ecclesiarum iura ac priuilegia illibata seruaturum l.

Sigismundi in vrbem aduentus. *e Paul. Ben. in s. arc. Vat sign. n. 180. f Ext. in apol. cit. Basil. edit. Bin. pag. 150. g Paul. Ben. vbi sup. Barth. Tur. in s. arch. Vat. sign. in diar. Ven. in s. & Blond. dec. 3 lib. 5. h S. Ant. 3. p tit. 22. c. 10. §. 1. i Id. ibid. Nic Barthol. in s. Vat sig. in diar. Venet. Lixt. in lib. conf. in s. lib Vatic. in Paul. Bened. vbi sup. n Leon. Aret in hist. rer. Ital. Blon. de cis. 3. lib. 5. Plat. in Eug Sabell. enn. 10. lib. 2.*

Peracta pompa, vt narrat Paulus Benedictus m, qui aderat, Sigismundus aurea redimitus corona ad gradus basilicæ S. Petri cum Eugenio venit, cumque præmissis aliquibus verborum officijs Pontifex equum conscendisset, Imperator stratoris obsequia illi præstitit n, tribusque progressus passibus inequum suum insilijt, petijtque Pontificis læuam. Vbi ad concham areæ Hadrianæ molis peruenere mutuum sibi dixere *Vale*, ac Pontifex in palatium Vaticanum retrocessit; Imperator ad Ælium pontem progressus plures auratos equites creauit o, indeque ab basilicam Lateranensem perrexit.

15 Augustalibus ita apicibus insignitus Sigismundus dignitatem ecclesiasticam corroborauit memorabili edicto p, quo primum ea confirmauit, quæ Fredericus II. ante suam defectionem & Carolus IV. Imperatores pro libertate ecclesiastica sanxerant: tum laicos iudices trahentes ad se causas ecclesiasti-

cas coercuit, atque ampliſſimas immunitates clero dedit.

Recessus Sigismundi ex vrbe

16 Aliquandiu in Vrbe moratus est Sigismundus, cumque protectionem pararet, Ponticem Martinum Vrtinum aliumque virum prænobilem illum per ecclesiasticam ditionem deducere instit: quo argumento extant literæ kal. augusti ad præsides præfectosque ecclesiasticos datæ, vt Imperatorem honorifice exciperent. Flexit a ipse iter per Picenum ac Flaminiam, inde Mantuam peruenit, vbi Franciscum Gonzagam Mantuæ dominum marchionali dignitate auxit b. Dum vero Sigismundus ipse in Italia agebat, plura a Basileensibus temere per seditionem gesta sunt, quæ nostram ad se narrationem reuocant.

a Leon. Aret. in hist. rer. Ital. S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 10. §. 1. Blo. dec. 3 lib. 5. b Platin. in Eug. IV.

Sessio XII. Temeraria acta Basileensium.

17 Duodecima sessio ab ijs III. idus iulij celebrata est, in qua decretum hoc schismaticæ labis fermento refertum in Eugenium promulgatum est: *Declaret a tempore huiusmodi inchoationis contumaciam fuisse & esse prosecutionemque semper habuisse, contumaciamque, ac prosecutionem habere debere, & ipsi pure & simpliciter adhæreat & cum effectu, & huiusmodi reuocationem declarationemque & puram adhæsionem per suas literas more Romanæ curiæ bullatas huic sacro concilio notificet infra sexaginta dies a die præsentis publicæ sessionis immediate sequentes*. Hæc si ageret Eugenius, spopondere ipsum se vti Pontificem culturos, ni faceret, detectionem intentarunt, lapsoque die sexagesimo pontificio iure exercendo priuatum renuntiarunt; pluraque alia seditiosa adiunxere, quibus schisma conflare meditabantur. Ediderecetiam decretum de electionibus præsulum, quo reseruandarum quoque ecclesiarum ius Pontifici Romano vetuere, nisi de ijs in canonicis legibus fieret mentio, aut in ditione ecclesiastica sitæ essent: tum celebrandæ electionis ritum præscripsere.

Abdicationis pœnã non ambiguo Pontifici intentatæ,

Quæsita concordiæ ratio.

18. 19 Inter hæc dissidia dum negabat Eugenius solutum pontificio decreto concilium auctoritate pollere, Basileenses vero solui non potuisse, Pontificemque synodalibus teneri legibus contendebant, ea concordiæ ratio inita est interprete Sigismundo Rege, vt Eugenius ex æquo & bono acciperet concilium in eam diem propagatum fuisse c. Neque his placati sunt Basileenses, sed vt noua semper iurgia ex alijs serebant, ac pontificiam auctoritatem sibi subijcere moliebantur, concepta ea verba, quibus gesta æquo animo accipere profitebatur, iniquæ accepere, postularuntque, vt Eugenius vulgaret, non modo tolerare se propagatum fuisse, spretis apostolicis imperijs, Basileense concilium, verum decerneret rite propagatum, atque ita suam auctoritatem acephalæ synodi, quam talso œcumenicam esse iactabant, auctoritate inferiorem profiteretur d.

c Appol. Basil. conc. edit Bin. to. 4 p. 1. pag. 212.

Basileenses in proteruia obstinatissimi.

d Lib. breu pag. 70.

20. 21 Cum ita aberrare Basileenses conspiceret Eugenius, vt acephalam suam synodum pontificiæ anteferrent auctoritati, reiectaque omni concordiæ ratione, sua quantumuis iniqua accipi ab illo imperia vellent, eaque detrectanti pontificatum se abrogaturos comminarentur; ipsis aperte obsistendum, & iniqua decreta, quibus ferebant potius errores & dissidia, quam pacem afferrent, rescindenda censuit his verbis: *Futuris scandalis celeri remedio prouidere volentes, omnia & singula gesta, facta, ordinata, sancita, decreta & declarata per prafatos Basilea congregatos & existentes, videlicet citationes, processus, sententias, statuta & decreta, quæ de nobis seu contra nos, iura & libertatem nostrarum & sedis Apostolica, vel venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales, seu ipsorum aliquem, aut prælatos quoscumque, siue curiales aut Romanam curiam sequentes vsque ad præsentem diem*

Rescissa Basileensium gesta a Pontifice.

Iudicia in Pontificem & Cardd. rescissa.

diem fassere, fassurè, attentate, & ordinare nimium præsumpserunt, & quæ vsque ad accessum legatorum ad suprascriptam Basileensem ciuitatem, & in ipso concilio præsidentium quamlibet per eos in futurum fieri agentur, ordinabuntur, facientur, flamentur, attentabuntur, & mandabuntur, exceptis ijs, in quibus nis per nostras literas facultatem concessimus, irrita esse, & inania, nullumque effectum debuisse aut debere sortiri, auctoritate apostolica de consilio & assensu præfatorum ipsorum fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium tenore præsentium declaramus, decernimus, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ MCCCCXXXIII. IV. *kal. augusti pontificatus nostri anno* III. Cum vero ea præcipue decreta Basileensium, quæ III. id. iulij prolata fuerant, pontificiam conuellerent auctoritatem, Eugenius nouo diplomate III. id septembris illa rescidit, ac dignitatibus deiecit, qui ea tuerentur. Tum vulgatæ sunt aliæ eiusdem Eugenij idibus septembris exaratæ literæ [a] apologeticæ, quibus dissidij vniuersi auctores extitisse præsules Basileenses perspicue ostenditur.

[a] *Ext. inserta dijs Eug. hist. quæ asseruntur in actis concil. Basil. sess. 16 pag. 43. & in annalib.*

22. 23 Dum temeraria Basileensium gesta rescellebat Eugenius, illi in pertinacia obstinati præsidere Iuliano Cardinale S. Angeli sessionem decimam tertiam III. id. septembris habuere [b], in qua Pontificem de contumaciæ crimine postulare, vt sæpe antea, ausi sunt. At Vvillelmus dux Bauariæ Imperatoris nomine obstitit, ne aliquod nouum facinus patrarent.

Basileenſium facinus temerarium.

[b] *Acta concil. Basil. sess. 13*

24 Transgressus demum alpes Sigismundus Imperator Basileam petijt, cuius aduentus spe Vvillelmus Bauariæ dux pronos ad schisma præsules ibi agentes coercuerat [c], vti diximus, ne in Eugenium iniquam sententiam ferrent: sedatum autem tuisse pietate atque auctoritate Cæsarea dissidium, quod admodum increuerat, tradit Nauclerus [d]. Et quidem Sigismundum causam aduersus seditiosos tuendam suscepisse, ostendunt Eugenij literæ [e], quibus ob nauatam in ea re operam, grates ipsi egit. Affuerat ille imperatoris ornamentis redimitus, vt ex ipsius synodi actis constat, sessioni decimæquartæ [f], quæ die septima nouembris celebrata [g] est, in qua Basileenses peremptorium diem, quem constituerant iam Eugenio, ad diem nonagesimum produxere; cumque de concordiæ pactionibus a Cæsare & Venetorum duce actum esset, Eugenius amanter Basileenses hortatus est, vt ad augendam rem catholicam vna cum ipso studia sua animosque coniungerent.

[c] *S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 10. §. 1.* Coercitus a Sigismundo Basileenſes.

[d] *Naucl. vol. 2. gen. 48. hoc anno.*

[e] *Lib. brev. pag. 73.*

[f] *Acta concil. Basil. sess. 14*

[g] *Acta Basil. ibi.* Sessio XIV. Sedant Basileenſes temerarios impetus.

25 Non deerat grauissima suspicio Basileenses dolo agere: ipsos siquidem non sincere Pontifici tuisse conciliatos, docuit exitus; quod cum præuideret Eugenius Venetiarum duci significauit [h], cauendum ne qua fraus sub verborum fucis irreperet. Cumque ab illo ad redintegrandam cum Nicolao Fortebrachio Perusino concordiam vrgeretur votis illius assensit: de Nicolao autem tradit Stephanus [i] Infissura, illum multo succinctum equitatu per pontem Miluium ad Vrbis mœnia excurrisse, tum per Latium prædam egisse. Addit vero S. Antoninus [k] illum rebellandi causam finxisse, quasi Pontifex ipsum dolo opprimere meditatus esset; Tibureque occupato magnum terrorem Romanis intulisse. Quo porro tempore is a Pontifice, sub quo stipendia fecerat in expugnanda Vetralla, edomandisque Romanæ ecclesiæ hostibus, defeciuit ad ducem Mediolanensem, B. Francisca [m], dum mense iulio ob æstiuos calores fenestræ innixa frigidiorem auram captabat, ac diuinam omnipotentiam in stellato cælo contemplabatur, repente tetram caligirem induci vidit, inque media tempestate prouolare versus Latium horrendum draconem, qui

[h] *Lib. brev. pag. 73.* Bellum a Fortebrachio illatum Eugenio.

[i] *Steph. Infiss. in f. arch. Vat. sign. 111.*

[k] *S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 10. §. 2.*

[m] *Fit. B. Fr. Cæsar. lib. 3.* Molimina in Eugenium prosecta a dæmonibus.

horridissimas flammas ore euomebat, ac multitudine innumera cuiuslibet sexus conditionisque stipabatur. Exhorrescebat illa hæc cernens, cum metum pellere ab archangelo iussa est, ac deinde videndum se obiecit dæmon gloriabundus tot militares turmas & populos sibi subesse, atque ocyus imperia quæuis capessere: Franciscæ autem diuinitus significatum est, Nicolaum Fortebrachium ea draconis similitudine expressum in Pontificem perduellionis figmenta exsuisse. Visio S. Francisca Rom.

Studio quoque nouarum rerum incitatus Carolus Malatesta, violatis conditionibus & pactionibus cum Pontifice ac Venetorum duce confectis, Pisaurum occupauit [a]. Pisaurum a Malatesta occupatum.

[a] *Lib. brev. pag. 71.*

26 Concitatum [b] etiam aere bellum est in Eugenium a Philippo Maria duce Mediolanensi, qui cum Italiæ dominatum affectaret, ægerrime ferebat ambitioni suæ frænum a Pontifice injici: submissus itaque ab eo est Nicolai Fortebrachij, de quo paulo antea memoraui, auunculus Franciscus Storria [c], qui simulato in Neapolitanum regnum secessu Picenum ingressus plures vrbes ex insidijs occupauit, cum iactaret, se a concilio Basileensi de subducenda Eugenij obsequio ditione ecclesiastica imperia accepisse. Irrupere [d] pariter in Spoletanum ducatum nonnulli agminum ductores, iactitantes, creatum a concilio in Italia legatum quendam a quo missi essent. In tot igitur tantaque pericula adductus Eugenius opem a Venetorum duce proximo incunte anno petijt, indicauitque [e] a duce Mediolanensi illa confiari. Eodemque argumento missis ad Sigismundum aliis literis, quibus non arbitrari se ait [f] tot malorum auctorem concilium extitisse: hæc enim non Spiritus sancti opera esse, sed aliquorum factiosorum, qui concilio interesse; & si peracta in eo fuerint, antequam ipse Basileam peruenire, daret operam, vt concilium synodalibus literis vulgaret, id se bellum damnare. Grave bellum consultum in Eugenium a duce Mediolanensi.

[b] *Biond. dec. 3. lib. 5* Francisci Storriæ in Picenum irruptio.

[c] *S. Ant. sup. §. 2.*

[d] *Lib. brev. op. cur. p. 77* In Spoletanum ducatum aliena excursio.

[e] *Lib. brev. p. 76. & in concil. Alexand. VII. pag. 126.*

[f] *Cardinales a Basileensi concilio ad Mediolani ducem missi.*

27 Legatos a concilio Basileensi Cardinales S. Crucis & S. Petri ad Philippum Mariam Mediolani ducem, vt ad terras, quas Ecclesiæ eripuerat, restituendas ipsum inducerent: verum id frustra tuisse narrat Monstreletus [g].

[g] *Mons. vol. 2. hoc ann. pag. 96.*

28. 29 De Basileensi concilio addemus, congregatos in eo præsules solicitasse, missis oratoribus suis, Constantinopolitanum Imperatorem & patriarcham, vt orientalem ecclesiam cum occidentali coniungerent: quibus respondit [h] Palæologus imminentia discrimina ipsum ne tantæ rei mouaret operam diu distrimisse, sibique nil futurum optatius, quam vt concilium œcumenicum ex Græcis & Latinis veteri ritu celebraretur: *Tum fieri*, vt ait, *concilium œcumenicum sub præsentia omnium personarum necessario debuisse secundum antiquam ordinem & consuetudinem, & tale concilium fieri canonicum, liberum, inuiolatum, & simpliciter secundum formas antiquorum œcumenicorum conciliorum, & omne illud quod, Deo dante, in tali concilio vnanimiter & concorditer conclusum fuerit, hoc firmum haberi indubitanter, & sine contradictione & ista quæcunque*, &c. *Dat. in vrbe nostra Constantinopolitana* MCCCCXXXIII. *die* XV. *octobris*: Nocuere orientalibus Christianis, ne mature concilium pro ijs conciliandis fieret, continua occidentalium noua ex veteribus bella ferentium dissidia: Alfonsus enim Aragonum Rex appetente hoc anno pelectis in suas partes nonnullis principibus, instructaque classe Neapolitanum regnum inuasit. Qua fama, necnon literis Ioannæ Reginæ permotus Eugenius omnes ordines regni Neapolitani apostolico imperio pro supremo in illud regnum iure Ioannam Reginam tueri, & vim Alfonsi Regis propulsare iussit, pœnasque grauiores & censuras Alfonsi fœderatis intendit. A Basileensi concilio missi oratores ad Imperat. Constantinopolitanum. [h] *Acta eius in in. appid Basil. concil. edit Lion. t. 4 p. 1. p. 231.* Expetitum ab eo concilium œcumenicum pro redintegranda communione.

Cæte-

Percussis decennalibus induciis Alfonsus abscedit.

a Lib. 15. pag.127.

b Summon. lib.4.cap.3. B.Laurentius Iustinian° creatus episcop° Vincetin°

c Extat inter opera B. Laur.Iustin. & Extant ib. Subterfugit honorem.

Caterum ab Eugenio a inter eas turbas missus est Daniel episcopus Concordiensis amplissima auctoritate munitus, vt Ioannam inter atque Alfonsum Regem fœdus redintegraret: quo interprete decennales induciæ initæ b, Alfonsusque recedere coactus est, cum ambitiosa consilia euanuisse cerneret, ac proceres, quos promissis corrumpere nitebatur, Pontificis studio in Ioannæ fide perstitisse.

30 Hoc anno Eugenius traducto ad Vicentinam ecclesiam Fr. episcopo Castellano, suffecit in eius locum c B. Laurentium Iustinianum doctrina & sanctitate celeberrimum: at oblatum honorem defugere nisus est vir sanctus demissionis Christianæ laude conspicuus: *Horrent*, inquiebat in literis ad Eugenium datis d, *omnia interiora animæ meæ, cum materiam hanc discutio, nec ullo modo patitur tantos se ingerere periculo, cum notissimum sit, me secundum interiorem hominem priuatum esse scientia, ac virtutibus prælatis congruentibus alienum, atque a tali experientia extraneum. Secundum vero exteriorem continuis pene languoribus laborantem, in senium que vergentem.* Plura in hanc sententiam addidit, cui Eugenius ita rescripsit.

Eugenius, &c. Considera, quod non regnum suscipis, sed ministerium Christi, non honorem, sed onus, non diuitias, sed dispensationem multiformis gratiæ Dei. *Et infra*: Sicut non licet te hanc rem appetere, ita non licet pertinaciter recusare, & sic te hortamur iterum atque iniungimus. Leua in circuitu oculos tuos; & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi; super te enim orietur Dominus & gloria eius in te videbitur, quoniam, vti indubie speramus, propitio Deo in hos veluti in terram bonam semina sparges, & afferes fructum centuplum in patientia. *Dat. &c.* Fuere hæc oracula; nam qui in Canonicorum ordine floruerat virtutibus, pontificali munere suscepto collapsum ecclesiasticum ordinem in suam restituit e dignitatem, composuit cleri mores editis eximijs sanctionibus, rem sacram prouexit, monasteriorum numerum adiectis quindecim auxit, domum suam pauperibus aperuit, qui fratribus & propinquis panes ducas tantum e flore tritici confectos festis diebus paschalis; natiuitatis dominicæ, & principis Apostolorum in signum amoris dedit, & consanguineo oranti, vt ipsum iuuaret auro in filiæ dote conficienda, respondit: *Considera, quæso frater, si parum dedero, non est, quo opus habes; si multum, defraudabo multos, vt tu satisfacias: & præterea quidquid illud est, quod est, ad tibos potius pauperum, quam ad intortos crines, aut margaritas ab Ecclesia traditum est: igitur ignosce, si dare non possum.* Illius scientia diuinitus infusa credita est, cum vix a præceptore prima elementa didicisset, atque inter scriptores ecclesiasticos insigne nomen retulit f.

Eugenij ad eum fœra monita. *Isa.60.*

Virtutes B.Laurētij in episcopali statu. *eVer.Iust in eius vita cap.5.*

Insignis liberalitas in pauperes.

Infusam scientiam habuisse creditus. *f Ibid.*

31 Eodem anno B.Liduuina cum diuturnis morborum cruciatibus, qui triginta octo, & eo amplius annos eam vexarunt, virtutem exercuisset, in cœlum migrauit ætatis suæ anno quinquagesimo expleto: cuius vitam admirandam conscripsit Thomas a Kempis g. Nam plures annos sine cibo sola Eucharistia refecta sine somno die noctuque dominicam passionem contemplando transegit. Effulsit post mortem in eius corpore mira formæ elegantia, vt tradit auctor: *Virginea*, inquit, *facies eius, qua virorum declinauit aspectus, vt cœlestem sponsum videret, limpidius nullum mortis prætendebat pallorem nec horrorem, sed quasi oleo vel aliquo aromatico liquore linita fuisset, tanto splendore & decenti albedine radiabat, vt non facies communis hominis mortalis, aut cadaueris defuncti videretur, sed quasi similitudo hominis glorificati aspiceretur.*

g Thom. Kempis in vit. S. Liduuin. Post mortem eius corpus insigni fulsit pulchritudine.

S. Francisca sanctimonialium ordinem instituit. *aVit S.Fr. Rom.l.4. c.1.&c.*

b Cap.7.

c Ext. in cap.18.

Annal.Eccl.

IESV CHRISTI Annus 1434. Indict.11.

EVGENII PP.IV. SIGISMVNDI ROM. REGIS 24. annus 4. IO:VII.PALÆOLOGI IMP.OR.11.

1. &c. Excepit Eugenius d oratores Sigismundi Imperatoris, Francorum Regis, ac ducis Burgundiæ, qui omnibus ab eo petebant precibus, vt concordiæ formulam, quæ in sessione decimaquarta fuerat a Basileensi concilio composita, amplecteretur. Erat illa admodum iniqua; exegerant enim Basileenses, vt Pontifex tribus decretis, quibus ad asserendam pontificiam auctoritatem ab illis gesta rescinderat, vim omnem & firmitatem adimeret, latas sententias censuraſque, quibus Basileensium factiosorum sectatores perculerat conuelleret, ac præcipue Hugonem Cyprij Regis fratrem, diaconum Cardinalem S. Hadriani, Ioannem de Casanoua S. Sixti, & Dominicum de Capranica Cardinales in integrum restitueret. At iam Eugenius, antequam ij oratores Romam peruenirent, ne in se efferatos hostes magis conciraret, Ecclesiamue in graues de concilij Pontificiue auctoritate contentionum fluctus conijceret, clementia in eosdem Cardinales vsus fuerat: atque in primis, quod ad Dominicum de Capranica attinet, grauissima erat eius causa, nam ab Eugenij sententia ad concilium prouocauerat, & controuersiam de concilij præstantiori auctoritate vehementer vrserat: cum autem illum iam ante Eugenius honore deiecisset, postea Francisco Foscaro Venetiarum duce concordiæ interprete fidem & obsequium demisse pollicentem seque ad pontificium honorem omni virium contentione tum in concilio, tum in alijs locis tuendum promouendumque obstringentem, ac data honesta occasione, Basilea discessurum, in gratiam recepit, vt facilius motam Basileæ seditionum ac discordiarum tempestatem sedaret: qua de re extant publica pactionum monumenta e vltimo aprilis die Basileæ edita, cum VII.kal.ianuarij ex Cardinalium sententia Nicolaum Cardinalem tit. S. Crucis atque alios concilij præsides summa auctoritate ad id instruxisset f. Præterea superioris anni XVIII.kal.ianuarij editas de translato concilio sanctiones abrogarat, latasque in Basileenses censuras dissoluerat nouo pontificio diplomate g. Hæc autem se gessisse ne schismati occasionem daret, si ius sedis Apostolicæ rigide tueretur, professus est in literis ad Sigismundum Augustum missis: quem etiam rogauit h, vt imperatoria auctoritate dignitatem sedis Apostolicæ tueretur: alijsque literis significauit i Romani imperij electoribus, se decretum in synodo Basileensi editum antequam

Missi a principib° oratores ad Eugenium. *dLib breu.p 77. Bin.de 3.tit.1.*

Cedit hostibus Eugenius.

e Ext. in collegij Capit. Rom. tabularia.

f Ex. in eod. Eug. lit.

g Ext. in act. Basil. concil. sess 16. in 4. concil. edit. Bin. p 1. Pacis studio molliter pontificiam auctoritatem tutatus.

h Lib. breu p 77. & in m. S. Alex. VII pag. 128.

i Ibid. p. 79. & in m. S. Alex. VII. pag. 130.

ipſorum, tum Imperatoris, Regis Francorum, ducisque Burgundiæ oratores accederent, confirmasse, atque ad tuendum ſedis Apoſtolicæ decus eos excitauit. Eodemque argumento datæ litteræ ad Carolum Francorum a Regem. Cæteros etiam Reges de his certiores fecit; atque inter alios Vladislaum Regem Poloniæ, quem etiam hortatus eſt b, vt præſules, & reliquos, qui conciliis œcumenicis adeſſe tenentur, Baſileam pergere iuberet, qui ibidem Pontificis ipſius, Romanæ eccleſiæ ac ſedis Apoſtolicæ dignitatem tuerentur. Paruit pontificis monitis Vladislaus, vt ex Cromero c conſtat.

a *Ibid. p. 78. & in m.ſ. Alex. VII. pag. 129.*
b *Ibid. p. 79. & in m.ſ. Alex. VII. pag. 130.*
c *Crom. lib. 2 Polon. rer. dalla Bagl. conc. ſeſſ. 6 Seſſ. XVI.*

3 Attulere igitur pontificias literas d de confirmato Baſileenſi decreto edito in ſeſſione XVI. Ioannes Tarentinus archiepiſcopus & Chriſtophorus epiſcopus Cerienſis: quibus lectis in ſeſſione decimaſexta habita nono februarij, pronuntiatum eſt, Eugenium concilio, quod eum in ius vocauerat, feciſſe ſatis: Ex qua Eugenij facilitate & indulgentia factioſi impertinacia adeo confirmati ſunt, vt poſtea numero paucisſimi eorum conatibus reſiſtentem ipſum de gradu dejicere pertentarint. Memoria vero tenendum, profeſſum eſſe Eugenium, non valuiſſe translationem concilij, non quod pontificia auctoritas ſynodali auctoritate eſſet inferior, vt interpretati ſunt nouatores, ſed quod ex non veris cauſis, quamuis veræ cenſerentur, indicta fuiſſet.

d *Lib. 12. pag. 1.*

6. &c. Licet igitur conciliata Eugenio ſynodus viſa ſit, haud tamen deſuere factioſi, qui ipſi infandas ſtruxerint inſidias: vexarintque a Franciſco Sfortia Cotignolæ comite illum a Philippo Maria duce Mediolanenſi, cuius filiam ſpuriam vxorem duxerat, ad ſe allicere præmiorum lenocinijs ſtuduit, vſuſque eſt Blondi e, qui a ſecretis ipſi Pontifici erat, opera: conuentum eſt itaque, vt Sforcia Picenum, quod fraude & iniuria inuaſerat, beneficiario iure donec viueret, acceptum referret Eugenio, qui marchionis nomine eum honeſtauit f.

e *Blond. dec. 3. lib. 5.* Sfortia ne magis noceret creatus ab Eugenio Picenu marchio
f *Lib. 12. pag. 12.*

Reducere etiam ad ſe Nicolaum Fortebraccium niſus eſt Pontifex g. Verum ei poſtea illuſit Nicolaus, qui ſubſidiarijs copijs a Franciſco Piccinino acceptis Viterbium profectus Romanos adeo crebris populationibus turbauit, vt illi ob pecora abacta ſeditione conflata ad Capitolium concurrerint, ac libertatis nomine ſibi lenocinati, reipublicæ formam mutandam XXIX. maij conclamarint: deinde Eugenium adeuntes h, queſtique belli incommoda, poſtularint Romanæ rei gubernacula arceſque molis Hadrianæ & Oſtienſem ſibi tradi. Præterea Franciſcum Condulmerium Cardinalem Pontificis fratris filium ſibi obſidem dari popoſcerunt, repulſamque paſſi e Pontificis latere vi diuulſum in cuſtodiam condidere. Tum ædes pontificias ingenti ſatellitio ſepſere. Diſſimulauit iniuriam Eugenius, ac Romanis reſpondit ſe Vrbis reyendæ moleſtia liberatum rebus tantum eccleſiaſticis operam daturum.

g *Lib. 13. pag. 56.*
h *Steph. Infiſſ. in chro. m.ſ. arch. Vat. fign. num. 111. Paul. Ben. Cola m.ſ. ar ch. Vat. Blond de:...lib 6. Miſcr. vol. 2 p. 97. S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 10. §. 2. & alij.*

Romani indignis Eugenium afficiunt iniurijs.

9 Cumularunt hoc facinus Romani alio grauiori, ac Pontificem Romamque Philippo Mariæ duci Mediolanenſi dedere ſunt meditati i, atque ideo ædes SS. Apoſtolorum, quas Martinus incoluerat, vallo cinctas, vt in honeſta & tuta cuſtodia detinerentur, deduxere quouſque a Baſileenſi concilio & a duce ipſo Mediolani, quid de eo fieri deberet, imperia acciperentur. In eo diſcrimine Pontifex monaſtico cultu cuſtodes eluſit, & conſcenſa Tyberina ſcapha diuino demum patrocinio tectus inſequentium hoſtium vicit inſidias atque impetus præcipua Valencini virtute militari, & in Oſtienſem portum applicuit: in quo conſcenſa triremi Piſas contendit, vbi magnificentiſſime exceptus cultuſque eſt; tum peruiſibo S. Ioannis Baptiſtæ Florentiam pontificia

Romani indignis Eugenium afficiunt iniurijs. Inſigne reſponſum Pontificis. Turpiter eum proſunt.
i *Blond. ibid. Steph. Infiſſ. vbi ſupra. Paul. Ben. Cola m.ſ. ar ch. Vat. fign. num. 110.*

pompa ingreſſus eſt: quæ Baſileenſis concilij patribus ſignificauit hiſce literis a.

a *Lib. 12. pag. 1.*

Eugenius, &c. Conſuimus malignitati eſſe cedendum: itaque ex Vrbe profecti cum galeis & alijs nauigijs Deo propitio in portum Piſanum deuenimus, deinde ſani & incolumes, ipſo Deo iuuante, hodie huc applicuimus, in quem locum multo honore reuerentia, & deuotione ſuſcepti ſumus. Supereſt, vt eo affectu, quo cœpiſtis in Deum quotidie ſuccreſcentes, ad generalem Eccleſiæ reformationem ſine vlteriori mora vigiles ſitis. Sic deuotiones veſtras exhortamur in Domino, noſtis enim quantum ea indigeat religio Chriſtiana, quia, vt ait propheta b, a planta pedis vſque ad verticem non eſt in ea ſanitas. Non multa diſputatione opus eſt, ſed obſeruatione & exemplo, quibus veluti quodam optimo rectore ea, quæ a ſanctis patribus conſtituta ſunt, dirigantur, ſuumque attingant officium, &c. *Dat. Florentiæ anno dominicæ incarnationis* MCCCCXXX. IV. IX. *kal. anno pontificatus noſtri anno* IV.

Eugenius ad portum Piſanum appulit. A Florentinis honorificentiſſime exceptus.
b *Iſai. 1.*

10 Incolumi apud Florentinos Pontifice, ſummiſque ab ipſis affecto honoribus, Romani miſerandis cladibus acceptis, impietatis ſuæ pœnas dedere, vti Blondus enarrat. Inſigni etiam militari fraude vſus arcis præfectus octo præcipuos nobilitate Romanos, quorum nomina recenſet Stephanus Infiſſura c, intercepit: cum eum defectionem ab Eugenio fixiſſet, ipſos intra arcem allexit, quibus in cuſtodiam traditis, turbam in eam iniecto igne ſulphureo terruit diſſipauitque. Cæterum antequam Eugenius pedem ex Vrbe referret, prædixerat B. Franciſca Romana d multis religioſorum ordinum alumnis imminentem calamitatem, vtque profani viri pileos cardinalitios rapturi eſſent, ne ſcilicet pij ex tanta rerum conuerſione nimium conſternarentur.

Romani pluribus cladibus affecti.
c *Steph. Infiſſ. m.ſ. Vat. arc fign. n. 111. Primores alii intercepti.*
d *Vit. S. Fra ciſc. l. 5. c. 16.*

11 Purgarunt ſe apud Eugenium plures Romani patrati in capiendo Franciſco Cardinale flagitij participes ſe, perduellionis conſcios non extitiſſe: in quos vſurus clementia manſuetudineque Eugenius, Lucæ epiſcopo Aquinati Romæ agenti prouinciam dedit e, vt ipſos cenſuras non contraxiſſe renuntiaret; alios vero, qui cum anathematis reis verſati fuerant, cenſuris rite exſolueret. At coniurati, qui ob tantum facinus anathemate ſe deuinxerant, aſperſis Pontifici pluribus calumnijs illud tueri apud Baſileenſes conati ſunt: cumque miſſis oratoribus a concilio coniungi flagitaſſent, factioſorum ſtudio admiſſi fuere non expiato rite crimine: de quo graues poſtea querelæ apud principes ab Eugenio effuſæ f. Porro ad Romanos conciliandos Pontifici miſſos fuiſſe a Baſileenſi concilio oratores, meminit Paulus Lælius Petronus g.

Purgant ſe plures Romani.
e *Lib. 12. pag. 134.*

Miſſi a Romanis ad Baſileenſe concilium oratores. Nefarie admiſſi.
f *Conſ. m.ſ. ta kal. VII. Vat Nic. Card. Ariſ. ſign. lit E. f. 145. & in al. lib. ſign. lit C. p. 149. g Bar. m.ſ. ſub ſign. n. 1.*

12. 13 Demum menſe octobri Ioannes Vitelleſcus epiſcopus Recinetenſis, & Vrſinus (Tropienſem epiſcopum eum vocat Blondus h) pontificias copias per portam Septimianam induxere, vt conuentum erat, factaque eodem momento ex arce Hadrianæ eruptione Vrbe in Eugenij poteſtatem redacta eſt, & Capitolium militi præſidiario firmatum, tumque Franciſcus Condulmerius Cardinalis ex cuſtodia ereptus in arcem reductus eſt, ac viciſſim Romani proceres ex arce dimiſſi: *Parque*, ſubdit Blondus, qui hæc omnia enarrat, *& plena prauis ſpem ac malorum opinionem delictorum venia Romano populo eſt conceſſa*. Auctor tamen perduellionis Romanorum, qui ipſos voce & manu ad excutiendum Eccleſiæ imperium excierat, corripueratque dominatum, Poncelletus nomine captus i Capitolio ad forum Florem raptatus, tenaculis laniatus, ac laqueo interemptus eſt k. Sed reuocanda eſt narratio ad Baſileenſium res geſtas, quarum partem ante percurrimus.

Romani ad Pontificis obſequium reducta.

Qui tyrannidis auctor excarnificatus.
h *Blond. ſup. lib. 6.*
i *Paul. Ben. m.ſ. archiu. Vat. ſign. mat. num 110.*

Diſce-

Disceptatum in primis a nouarum rerum cupidis, num præsides apostolici admittendi essent, vt narrat Turrecremata [a] ocularus testis.

[a] Turrecr. lum. de eccl. li. 1 c. 23. Sess. XVII.

14 Celebrata sessione decima septima VI. kal. maij, legati apostolici Nicolaus S. Crucis in Ierusalem, Iulianus S. Angeli Cardinales, Ioannes archiepiscopus Tarentinus, Petrus episcopus Patauinus, ac Ludouicus abbas S. Iustinæ vt concilij præsides in eam admissi sunt: quorum tamen auctoritatem nonnullis legibus contraxere Basileenses, inter quas ea iniquissima a factiosis contra conciliorum morem lata, vt si pronuntiare sanctionem concilij nollent, proximus præsul id munus obiret.

Basileenses præter morem cæteris sibi præsides deligunt.

15. &c. Decimanona [b] sessio septimo idus septembris celebrata, in qua Græci, qui ab Eugenio ad conciliandam veterem orientalis cum occidentali ecclesia coniunctionem fuerant euocati, cum Basileensibus de cogendo concilio, cui præcipui vtriusque ecclesiæ præsules interessent, pacti sunt. Erant hi Ioannis Palæologi & patriarchæ oratores Demetrius protouestiarius, Palæologus Mazotides, Isidorus abbas monasterij S. Demetrij, ac Ioannes Dissipatus, qui exposuere, vt si occidentalibus placeret, vt synodus Constantinopoli celebraretur, orientales suis sumptibus eo conuenturos; sin vero visum esset, vt in occidente perageretur, iustas ob causas itinerum sumptus orientalibus suppeditandos. Vrgentibus vero Basileensibus, vt Basileæ illa fieret, respondere Græci eum locum ab Imperatore & patriarcha non designatum fuisse. Conuentum quoque octo millia nummum a Latinis erogatum iri pro cœtu orientalium Constantinopoli incundo, tum quatuor triremes maioris aluei adornandas ad Græcos, quorum numerus ad septingentos ascenderet, in occidentem euehendos. eosdemque Græcos Latinorum impensis sustentandos, tum octauo mense decimo a proximo nouembri quatuor alias triremes trecentis balistarijs munitas, in quibus concilij oratores & Demetrius protouestiarius Palæologus aduehantur, mittendas: duas etiam triremes trecentis instructas balistarijs absente Imperatore Constantinopolim aduersus Turcas tuaturas, tum concilij oratores locum Ioanni Imperatori indicturos, ad quem vltimo applicaturus sit: continenter habendam interea Basileensem synodum, vel ad aliam ciuitatem traducendam, si imperator Basileam admittere recusarit. Rogatus Eugenius, vt factas cum Græcis pactiones corroboraret, assentit quidem postulatis, ne quod Græcorum coniunctioni impedimentum inferretur; ac monuit [c] ipsos inconsulta sede Apostolica cum Græcis pacisci non debuisse, ne qui ab ipsa in orientem legati erant oratores discrepantia statuerent, ex quo grauis offensio publica subortri posset.

Sessio XIX. [b] Acta Basil. tunc sess. 19. Græcorum oratores de coniunctione ecclesiarum agunt.

[c] Lib. brev. pag. 86.

Proponit de transferendo Constantinopolim concilio.

18 Neque Constantinopolitanum modo Imperatorem, verum & Trapezuntinum Moramem Megatorcnum appellatum ad redintegrandam cum Romana ecclesia coniunctionem excitauit literis suis Pontifex [d], qui ante etiam, ea de re ad ipsum scripserat; illeque se ad obtemperandum esse paratum respondit [e]. Similiter in Syris atque Armenijs in gremium Romanæ ecclesiæ reuocandis Eugenius apostolicas curas impendit: miseratque oratorem Christophorum Garatonum, vt cum Isaia patriarcha Ierosolymitano de pristino instaurando ecclesiarum fœdere ageret. Excepta est ab Isaia huiusmodi legatio tanta cum gratulatione, vt Eugenij literas in Armenicum sermonem conuersas ad Armeniorum patriarcham miserit, spemque esse de felici successu Pontifici suis literis [f] significauit. Perductam rem in Florentino concilio ad optatum exitum videbimus.

Promissi Græcis sui prætis itineris.

Trapezuntinus Imperator, vt in ecclesiæ Romanæ fœdus redeat excitatus.

[d] Extat eius list. in appd Basil. concil. pag. 1141.

[e] Ibid.

Armenij ab Eugenio ad veterem coniunctionem instaurandam solicitati.

[f] Extat in app. &c. Florentin. edit Bin. t. 4 p. 1 p. 615.

19 Cæterum orientalibus rebus, quas infideles præteritis ex Christianorum dissidio elati victorijs in extremum pene adducebant discrimen, consulturus Pontifex, cum accepisset Babyloniæ soldanum bellum summa vi apparare, vt Rhodum Ierosolymitanis equitibus eriperet, suos legatos, qui synodo Basileensi præerant, dare operam iussit [a], vt concilij nomine Christiani principes ad ferendas Rhodijs supperias contundendosque barbarorum conatus concitarent. Extant [b] quoque datæ eo argumento ad Ioannem Castellæ Regem literæ, quibus deplorat inuersas adeo Christianorum vices, vt qui antea impijs bellum inferre soliti essent, nunc eorum impetus vix sustinerent, precesque addit, vt aliquas auxiliares copias Rhodum mittat, adhuc enim omnibus ob oculos versari triste Cypri excidium, atque ignominiam Christifidelibus tunc inustam, emitendumque ne illa maiori dedecore, expugnata Rhodo, cumuletur.

Soldanus Ægyptius in Rhodios parat bellum.

[a] Lib. brev. pag. 86.

[b] Lib. brev. pag. 85. Hispanum hortatur Eugenius ad ferendam Rhodo opem.

20. 21 Comparauit [c] se strenue Rhodiorum equitum magister, atque omnes equites euocauit ad excipiendos, comprimendosque hostiles impetus, adeo vt barbarus, ipe de expugnanda Rhodo abiecta, arma posuerit: quod Eugenij solicitudini, qua vniuersi principes ad insulam tutandam commoti fuerunt, tribuendum videtur.

[c] Bosius hist equit. Ierosol. lib. 5. Ægyptius Rhodiorum apparatu territus bello absistit.

22 Eodem anno reslorescere tandem cœpit in Boemia catholica religio gliscente inter hæreticos discordia, quæ Thaboritarum & Orphanorum factiones alterius Calixtinorum siue Pragensium, qui pietatis specie subornati calicis vsu a laicis vsurpato a ritu vniuersalis Ecclesiæ defecerant, opera penitus obtriuit [d]. Fluxit ex his causa salubris dissidij: respuerant omnem concordiæ rationem Thaboritæ cum catholicis, postquam impudentissime in concilio Basileensi errores suos defenderant, Pilzinamque orthodoxorum coloniam nobilem, dum de pace agebatur, obsidione cinxerant, iactarant ijs tantum se adhæsuros, quæ ipsimet vna cum concilio pronuntiassent: at ne ijs obstringerentur addebant concilia vetera errasse, nec decretis hominum, sed diuinis oraculis inniendum, vt nimirum ijs in nefarios sensus detortis, errores astruerent. Horum signifer Procopius Rasus Boemos omnes durissimo atterebat imperio, adeo vt Maynardus de Noua domo Ioánis Hus sectator eius iugum detrectans reliquos Boemos ab ipso abalienarit. Cumque nouæ ciuitatis Orphani & Thaboritæ parere magistratui abnuissent, inito atrocissimo certamine eadem noua ciuitas expugnata est [e], atque in pugnæ ardore viginti duo hæreticorum millia nullo ætatis, sexus, ordinisque discrimine cæsa. Ea accepta clade Procopius, qui Pilzinæ obsidionem in decimum mensem extraxerat, impietatis socios vlturus, omissis catholicis in Pragenses mouit, conseroque certamine inter Brodam Boemicam & Burim, demum Thaboritæ cæsi deletique. Cæsorum porro captorumque numerus in literis ad Iulianum Cardinalem legatum a ciue Nurembergensi ita recensetur [f]: *Ceciderant pro parte Hussitarum vniuersi campestres numero XIII. millium, inter quos interempti sunt ille Zapeco capitaneus, Procopius, & Lupus presbyteri seductores nequam & septingenti capti existunt carceribus mancipati, & de parte nostra, quam Altissimus conseruare dignatus est, perierunt duntaxat decem, quibus clementiam Saluatoris dignetur misereri, &c.*

Reliquiæ Orphanorum & Thaboritarum flammis ex cisæ.

[d] Cocl. histor. Hussit. l. 6, 7 & 8.

Respuunt Thaboritæ concilium.

Eorum fraudes.

Procopius Rasus in suos exercet tyrannidem.

Noua ciuitas expugnata. [e] Eberard. l. 8. & Cranz. Vandal. lib. 11. c. 33.

[f] Extat in appendice pag.

23. &c. Vt vero plura Orphanorum ac Thaboritarum millia in bello capta, flammis vltricibus conflagrarint, ac meritas de exustis templis & monasterijs pœnas ab eo incendio ad incendia æterna trasmigraturi dederint, describit ex vetustis monumentis

mentis Cocl æus, nimirum conducendorum eorum vt militum veteranorum fallaci specie segregatos, & inclusos horreis fuisse, ac nox subiectis facibus redactos in cineres.

a Cocl.histor. Hussit.l.8.

24.25 Tradit vero idem Cocl æus a Sigismundi accepta Thaboritarum & Orphanorum clade misisse oratores ad Boemos, vt ipsos blandis verbis in fidem suam reuocaret: quos quidem optime fuisse animo comparatos ex literis b cuiusdam viri principis ad Imperatorem datis colligitur, in quibus scriptum est, solemnes ordinum regni Boemici conuentus habitos Pragæ prope diem diuo Ioanni Baptistæ sacrum; atque in ijs paulo post omnes vrbes, quæ cum Pragensibus simultates agebant, foedus inter se iniisse vnica excepta Colonia, sed demum Czapkonem & veteres Thaboritas eiusdem foederis leges accepisse.

b Ext.in add. appi p.240.

Subinde datum est cæsareis oratoribus hoc responsum, ad Sigismundum reuerterentur ab eoque flagitarent, vt Ratisponam se conferret, ad ipsum enim illuc amplissimos oratores a regni ordinibus legatum iri; tum in literarum calce addidit, Boemos ad ipsius accipienda imperia instaurandamque veterem cum Ecclesia coniunctionem pronos esse. Consentit his felix exitus; Boemos enim oratores summa potestate munitos Ratisponam perrexisse, ac Sigismundum, restituto auito sceptro, Regem salutasse, refert Cocl æus a: vt vero postea religionis controuersiæ cum Boemis compositæ sint dicetur interius.

Decernit Boemi Sigismundo obsequium.

c Cocl.histor Hussit.lib.8.

26 Hoc anno vita functus est Vladislaus Poloniæ Rex optime de re Christiana meritus. Tradit Michouius b, plures ab ipso conditas ædes sacras & monasteria, eamque hoc elogio commendat: *Gentem Lituanicam & Samagiticam opera sua ad fidem catholicam conuertit, vt merito gentium illarum conuersor & apostolus appellari possit.* Et infra: *ecclesiarum Vilnensis & Medniczensis seu Samagitiensis in Lituania, Cholmensis & Kiouiensis in Russia fundator & dotator.*

Vladislai Poloniæ Regis obitus.

a Michou. ibid.

Amplificata ab eo fides & conditæ eccleſiæ.

27 Decretum c regnum est maiori natu filio Vladislao III. qui vbi sacro oleo ritu solemni inunctus insignia regia accepit, legatum Florentiam misit, qui illius nomine fidem ibi publice dedit, Regem ipsum semper in Pontificis obsequio futurum: quem Eugenius ad imitanda illustria paternarii virtutum exempla erudiuit: *Nos quidem*, inquit *illum*, nimirum Vladislaum eius parentem, *dileximus praecipua affectione dum vixit, tanquam Christianissimum principem & dominum, nostramque & Ecclesiae specialem filium, & fidei Christianae propugnatorem: cuius virtus cum toto orbe clarnerit, enitendum est tibi totis viribus, vt quemadmodum regnum suum, ita & virtus eius & sapientia in te transiata esse videantur, &c. Dat. Florentiae.*

Subrogatus in eius locum Vladislaʳ III. ipsius filiᵘˢ.

c Cromer.l.21.

Ad imitandas virtutes paternas excitatus ab Eugenio.

28 Obijt eodem anno in Neapolitano regno Ludouicus III. Andegauensis a Ioanna II. in spem regni ascitus in filium, summumque populis, qui mirificam d de eius virtutibus expectationem conceperant, desiderium reliquit. Morbum ex bellicis laboribus, quos aduersus Antonium principem Tarentinum Ioannæ iussu susceperat, ab ipso contractum fuisse tradunt; a quo quidem bello Eugenius Ioannam Reginam deterrere literis e missis est, concordiæ interpretem se futurum pollicitus.

Ludouici Andegauensis obitus.

f Pandul. Colla lib. 5. Sum. lib.4. cap.3.

Mouita Ioanna a Pontifice vt bello ab stineat.

g Lib.11.p.5

d Ibid.p.92.

e Ibid.p.93.

IESV CHRISTI Annus 1435. Indict. 13.

EVGENII PP.IV. SIGISMVNDI Rom. Regis 25. annus 5. Io:VII. PALÆOLOGI Imp. Or. 12.

Sessio xx. a Bas. sess. 20. Incontinentes laici vxorem ducere.

1 CElebrata est Basileæ xi. kalendas februarij sessio vigesima a, in qua constitutæ sunt in clericos libidinosos pœnæ, & mulcta sacerdotiorum, ni concubinas eijcerent, & adiecta plura alia in huius criminis reos; principesque moniti, ne præsules in seueritate adhibenda impedirent, ac moniti laici, vt coniugalem fidem seruarent, quique castimoniam seruare nequirent, vxorem ducerent.

Sessio xxi. Basileense edictum ad exaurienda Pontificis ærarium.

a Bulla conc. Basil. sess. 21 Illi intercessum est.

b Eug. in lib apol. in fine circ. Vat Cardin Arag. signatis. f. 255

c Acta Basil conc. sess. 21.

d Mosr. vol. 2. p. 104. 105

e Ext. de eo Reg. Franc. lit.

f Lib. breu. pag. 91.

2 Sessione b vigesima prima habita v. id. iunij inter alia Basileenses vacantium primo anno sacerdotiorum census ærario papali inferri, aut pro obtinendis bullis quidquam solui vetuere: at restiterunt c eorum conatibus apostolici legati, qui conuentui præerant. Sanctum d etiam de ornatu clericorum, de concinendis diuinis laudibus, de modestia colenda, de pietate consectanda, ad verba: *Gloria Patri, &c.* iussi consurgere; ad nomen vero Iesu caput inflectere.

3. 4 Interea in Gallia post varios belli fragores mutata est rerum facies, Anglis in Normannia casis e, & capto Arundeliæ comite, tum oppido, cui S. Dionysij nomen est, recepto a Carolo Rege. Ita defloreſcente Anglica felicitate constitutum est f, vt Atrebati ad faciendum de pace colloquium solemnes cœtus mense iulio celebrarentur; ad quos Eugenius B. Nicolaum Albergatum Cardinalem legatum decreuit; Regesque Angliæ g & Galliæ h, tum Philippum ducem Burgundiæ grauissimis monitis instruxit i, vt immanissimo bello modum ponerent. De Atrebatensibus conuentibus, agit accuratissime Monstreletus l, tum ad eos cœtus aliorum Regum nimirum Hispaniæ, Cypri, Lusitaniæ, Daniæ, Poloniæ, Nauarræ, Siciliæ, Norwegiæ, ac Mediolani & Britanniæ ducum oratores confluxisse addit. Quæ vero fœderis pactiones vtrinque sint propositæ, his verbis describitur m in appendice Basileensis concilij: *Pro parte Christianissimi Regis Francia oblatum est Anglicis omne dominium, quod tenent & occupant in ducatu Aquitania, necnon totus ducatus Normannia modo & forma contentis in quadam litera sigillis omnium dictorum ambasiatorum sigillata, & illustrissimo domino duci Burgundiæ tradita. Pro parte Anglicorum fuit oblatum Regi Christianissimo Francia totum id quod tenet, & possidet in Francia tam vltra Ligerim, quam vltra, &c.* Ad hæc legati sedis Apostolicæ & Basileensis concilij Henrici Anglorum Regis oratoribus subiecere, patrem, auum, proauum, atauosque Caroli Gallicanam coronam pacifice gessisse, ac Francorum veros Reges a Pontificibus, concilijs, Imperatoribus, vniuersisque orbis principibus habitos, ac voce & scripto salutatos, atque ideo pacis leges a Carolo Rege Anglis propositas rationi consentaneas, neque ab ijs repellendas; quas si non admiserint, acturos cum duce Burgundiæ omni contentione, vt pacem Gallis præstaret. Respuerunt n proposita Angli quamuis eorum res ob acceptas ab ipsis clades prouæ ad exitium essent, atque ex eo conuentu Aquitania & Normanna non admissis abscessere die vi. septembris ad bellum instaurandum, quos postea diuino iudicio Normanniam Aquitaniamque amisisse visuri sumus.

Pacis leges amplissimæ Anglis ob latæ. Anglorum nomine Gallis propositæ. Basileenses Gallorum Regis partes amplexi.

g Mosr. vol. 2. pag. 8. & 113.

h Ibid. p. 92.

i Ibid. p. 93.

l Mosr. vol. 2. a p. 106. ad 118.

m Ext. in appen. circ. Basil. edit. to 4. p. 1. p. 228.

n Mosr. vol. 2. pag. 8. & 113. Aquitania & Normania non contenti Angli.

5 Pontificij itaque & Basileensis concilij legati Philippum ducem Burgundiæ adiere, adhortarique sunt, vt pacem cum Rege Carolo pangeret. Permotum

Burgund° Gallo conciliatus. B.Nicolai Albergati miraculū.

tum ipſum ad conficiendam pacem a Nicolao Cardinale Albergato inſigni miraculo ferunt, cum ille, vt cenſurarum, quibus diſturbata pace percellendus eſſet vim demonſtraret, pacem dira imprecatione in atrum colorem vertiſſet, luſtrarumque ſacra precepriſtino candori reſtituiſſet, quod ex veteribus monumentis Philippi geſtorum ſcriptores teſtantur a. Tum rogatus eſt Henricus Angliæ Rex ab eodem Philippo Burgundiæ duce, vt animum ad pacem flecteret, ſed irrito exitu. Verum eiuſmodi pertinaciæ nil profuit Anglo, intereà namque egregias vrbes Diepam & Areſluctum in Normannia Henricum amiſiſſe narrat idem auctor b.

a *Rer. Suiver. Bat. l. 10 Hemer. in hiſt. Burg. lo Rin. Ang & ex ijs lo Cab in vita B. Nic. Alber. c. 19.*

b *Id. p. 122.*

Baſileenſis ſynodus pontificiā auctoritatē labefactare aūſa.

6. 7 Cæterum vt Baſileenſis ſynodus laudem meruit, dum Eugenio in ea pace concilianda obſecundauit, ita iure perſtringendi præſules illi, dum hæreſeos excindendæ, repellendorum bellorum ciuilium, ſchiſmatis Græci abolendi, diſciplinæque eccleſiaſticæ reſtituendæ cura poſthabita, alienis rebus ſe implicuere, & ſedis Apoſtolicæ auctoritatem labefactare conati ſunt.

Diſcrepantia paciſcuntur cū Græcis ab his quæ paciſcitur Eugenius.

8 Quod ad Græcos a veteri ſchiſmate abducēdos ſpectat; contrariæ perficiendæ rei initæ ſunt a Baſileenſibus c atque Eugenio rationes: illi quidem conuenerant inconſulto Pontifice cum Græcis oratoribus, vt ea de cauſa concilium Baſileæ, vel ſaltem in Italia celebraretur: Eugenius vero miſſo oratore Chriſtophoro Garatone Græcorum voluntati ſe accommodarat d, vt concilium celebraretur Conſtantinopoli, cui nomine occidentalis eccleſiæ Apoſtolicæ ſedis legatus præeſſet: quandoquidem ita frequentes futuros Græcorum conuentus, atque ab ipſis coniunctionem cum Latina eccleſia felicius conſtabilitum iri, quam ſi pauci, vt olim in Lugdunenſi concilio acciderat, in occidentem commearent, quorum geſta alij poſtea facile reſcinderent. At Baſileenſes conuentis ab Eugenij oratore, datis ad eum literis e, repugnarunt, ac legatos ſuos Conſtantinopolim miſere Ioannem Raguſinum ordinis Prædicatorum, Henricum Menger decretorum doctorem, ac Simonem Freiron theologum, qui Ioanni Imperatori ſuadere f niſi ſunt inſtaurandam illam in concilio Baſileenſi eccleſiarum conſenſionem. Verum illo adduci non potuit, vt Baſileam admitteret; immo miſſis ad concilij Baſileenſis patres literis g, quemadmodum iam ſuperiori anno conuentum erat inſtitit, vt maritimus in Italia locus ad celebrandam ſynodum deſignaretur, quo itinerum longitudini nimiæ & labori parceretur, ac Romanus Pontifex ſynodo præeſſet: quod etiam Ioſephus patriarcha a legato Baſileenſi, vt nimirum in id omni opera incumberet, exegit h. Flecti ad æquitatem non potuere Baſileenſes, quamuis ſuperiori anno ſtatuiſſent, commutaturos ſe concilij locum, ſi Græci in ſuſcepto de celebranda in Italia ſynodo perſtitiſſent, conſilio, atque Eugenio concilium ob cauſam adeo iuſtam transferenti obluctari, & ſchiſma conflare auſi ſunt; quibus de rebus dicetur inferius.

c *Ibid. p. 115*

d *Ibid.*

Curpactus ſit Eugen° Conſtantinopoli celebrandum concilium.

e *Extat ead. pag. 115.*

Mittunt oratores Cōſtantinopolim.

f *Extant orationes in ap pri cōc. Baſil. p. 174. 175. 176.*

Negat Imperator iturum ſe Baſileam. Poſcit, vt in vrbe Italiæ maritima celebretur concilium.

g *Ext. etiā in eod. app pag. 134.*

h *Ib. p. 242.*

9 Seſſione XXII. idibus octobris refertos erroribus Auguſtini Romani ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Nazareni archiepiſcopi commentarios damnarunt i; in quibus erant hæ propoſitiones impiæ: *Chriſtus quotidie peccat*; Et intra: *Non omnes fideles iuſtificati ſunt membra Chriſti, ſed ſoli electi finaliter in perpetuum regnaturi cum Chriſto ſecundum meſſabilem præſcientiam Dei ſunt membra Chriſti, ex quibus conſtat Eccleſia; quæ tamen non conſtat niſi ex eis, qui ſecundum propoſitum electionis vocati ſunt. Non ſufficit Chriſto viri vinculo charitatis, vt aliqui efficiantur membra Chriſti, ſed requiritur alia vnio, &c.* Parcitum autem eſt auctori, quod omnia ſcripta ſua Eccleſiæ decernenti ſubdiderit, & quamuis in ius vocatus initio non comparuerit, attulit tamen cauſas, ob quas abfuerat.

Propoſitiones impiæ damnatæ. Errorum auctori tributa venia

i *Acta ſynod ſeſſ. 22.*

10 Inter hæc epiſcopus Nouarienſis Philippi ducis Mediolanenſis orator, a Riccio Hiſpano inſigni proditionum artifice ſubornatus, inſidias aduerſus Pontificem, cum quo de pace acturus venerat, ſtruxit, illumque Nicolai Piccinini ope, dum in æde S. Antonij extra muros diuerſabatur, inſidijs circumuentum abducere in Mediolanenſis ducis dirionem meditatus eſt a: ſed patefacta ſunt nefaria ipſius conſilia, cum plures ſceleris ſocios adiciuiſſet, de quo hæc narrat S. Antoninus b: *Murmur multum erat in populo hoc proceſſiſſe a Philippo Mediolanenſi: ille habita ſecuritate vita, quam ex tanto flagitio merebatur degradatus amittere, in publico conſiſtorio ſcelus confeſſus declarauit, Mediolanenſem eius proditionis minime conſcium vel participem, ſed propria ſua nequitia intentione id egiſſe, veniamque poſtulans a clementiſſimo principe impetrauit a curia dimiſſus.* Datam precibus Nicolai Albergati Cardinalis S. Crucis proditori vitam refert Blondus c, ac ſingula enarrat, quæ in bello ducem Mediolanenſem inter, ac Pontificem, Venetos, & Florentinos fœderatos geſta. Præerat pontificijs copijs Franciſcus Sforcia, quem Eugenius hoc anno Romanæ eccleſiæ ſigniferum dixit d. Mediolanenſem vero exercitum ducebat Piccininus in militari arte exercitatiſſimus, donec pax compoſita eſt interpretibus Branda Caſtellionenſi Placentino, Ioanne S. Petri ad vincula Cardinalibus, & Nicolao marchione Ateſtino toparcha Ferrariæ. Sicuti etiam extant tabulæ confectæ a duce Mediolani, quibus procuratores ad concordiam firmandam inſtituit e.

Proditio aduerſus Eugenium conflata.

a *Blond. dec. 3. l. 6.*

11 Eodem anno Bononienſes in Eugenij Papæ fidem & poteſtatem venere, legatis ad eum ampliſſimis oratoribus, qui Florentiæ confectis publicis tabulis f Bononiæ imperium ipſi reſtituerunt. Reuocati etiam ſunt ad officium Malateſtæ g, qui Piſaurum inuaſerant, deletæque h pontificia venia omnes iniuriæ fuerunt.

b *S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 10. §. 5.*

Nouarienſis epiſcopus illius auctor vitæ donatus

B. Nicolaus Albergatus pro eo orauit.

c *Blond. ſup. lib. 6.*

d *Lib. 28. pag 163.*

De pace inter Pontificem & Mediolanenſem actum.

e *apud Mar in V. lib. 6. pag 28.*

12 Pacata feliciter ditione eccleſiaſtica, Neapolitanum regnum exitialibus bellis laniatum eſt. Deceſſerat i Ioanna II. Siciliæ Regina ærumnis ob exiratos ab Antonio Vrſino principe Tarentino motus, ſenioque confecta die purificatæ Deiparæ virgini ſacro, ſepultaque eſt humili, vt iuſſerat, tumulo in templo annuntiatæ Virginis, cuius ſe filiam ſpiritualem vocitabat, vt ex eius epitaphio k conſtat. Poſt cuius obitum Neapolitani regni iura ad ſedem Apoſtolicam ſpectabant ex pactionibus inter Romanam eccleſiam & Carolum I. olim confectis, ac poſtea ab eorum ſucceſſoribus, ac ipſa Ioanna II. repetitis, neque Alfonſus Rex Aragonum iure ad illud aſpirare poterat, cum eius adoptio primum inique facta, tum iuſte reſciſſa fuiſſet: nec Renatus, ſiue Ioannæ teſtamentum, quo relinquebatur heres, verum eſſet, vel vt nonnulli ſcribunt m adulterinum, iure nitebatur, neque enim Ioanna fiduciarium regnum alijs legibus transferre in alios poterat, quam quibus ipſa acceperat. Extincta itaque penitus in Ioanna II. Caroli I. Andegauenſis ſtirpe, redierat ad ſupremum dominum (nimirum Pontificem) citerior Sicilia, quam Ioanni Vvitelleſco epiſcopo Recinetenſi ac patriarchæ Alexandrino adminiſtrandam tradidit n Eugenius.

Caroli I. ſtirps in Ioanna II. defecit.

f *Ext. apud Eug. lib. 11. pag. 74. & in annalib.*

Malateſtæ conciliati Eugenio.

g *Ibid p. 72.*

h *Ibid p. 57.*

Ioannæ II. obitus.

i *Lib. p. 290.*

k *Blond. dec. 3. l. 6. Paudulph Colit. l. 6. & alij.*

13 Præmonuit vero Eugenius o Neapolitanos, ne ſibi Regem præficerent, ſed eum ſuſciperent, cui ipſe apoſtolica liberalitate ex veruſto more regnum contuliſſet. At illi dum non perpendunt iura ſedis Apoſtolicæ temereque violant, exitium regno parārunt, alij enim Renatum Ludouici Andegauenſis antea defuncti fratrem Prouinciæ & Andegauiæ comitem ad ſceptrum vocarunt, alij Alfonſum Regem Aragonum

Regni Neapolitani ita ad ſedē Apoſtolicā deuoluta.

m *Blond dec 3. l. 6.*

Caroli I. ſtirps in Ioanna II. defecit.

n *Lib. 18. p. 145. & 147 ad 156.*

Commenti Neapolitani de quem ſibi Regem aſciſcant.

o *Blond. ſup. l. 6 Sumond lib. 4. c. 3. & alij.*

Diſciſſi in factiones ſibi conflant exitium.

Alfonſus Rex Araniæ inuito Eugenio in Neapolitanũ regnum irrumpit. a *Lib. 10. pag. 85.*

Alfonſus Rex cum Rege Nauarræ capitur.

rum exciuere, vt armis viam ſibi ad ſolium muniret. Affuit itaque cum magna claſſe Alfonſus fratribus ſuis Ioanne Rege Nauarræ, Henrico, & Petro ſtipatus & Caietam obſidione cinxit. Quibus auditis Carolus Francorum Rex ac Renatus, ſuſpicati illum Eugenio aſſentiente id bellum aggreſſum, valde apud Pontificem ipſum conqueſti ſunt, id regnum Gallorum virtute olim partum, tyrannorumq; iugo liberatum ad Aragonios auerti. In ea Gallorum & Aragonum controuerſia Eugenius iura ſedis Apoſtolicæ tutaturus edicto vulgauit a Alfonſum ſe inuito regnum aggreſſum eſſe, populoſque illos ei parere vetuit.

14 Spreuit Alfonſus imperia pontificia; nam Capua ſuorum ſectatorum inũdijs iam intercepta, vrſit Caietæ obſidionem, ſed repente ipſius res ex ſummo proſperitatis culmine præcipites lapſæ ſunt; ſubmiſit enim Caietanis Philippus Maria Mediolani dux ſubſidiariam Genuenſium claſſem, quæ nauali prælio Aragonium fudit tanta felicitate, vt Alfonſus ipſe vna cum Rege Nauarræ & Henrico principe plurimiſque proceribus captus ſit: de qua victoria Philippus ipſe Baſileenſes laureatis literis b fecit certiores: qui etiam narrant vt Alfonſus liberaliter a Philippo habitus cultuſque illi perſuaſerit, vt ſibi potius, quam Gallis in Neapolitano bello ſtuderet, adeo vt ſine vllo redemptionis pretio fuerit dimiſſus. Agunt de his pluribus hiſtorici.

b *Extant in append. conc. Basil. p. 239*

In partes Renati inclinat Eugenius. Renatus a Burgundo ceterus in carcere c *Brand. Coll. Leod. lib. 6.* d *Lib. brev. p. 94. & in ms. Alexan. VII. p. 153. & 161.* e *Ead. p. 153*

15 Inclinauit poſtea Eugenius ad Renatum, in quem regni pars maxima prona erat, cuique oratores miſerat, vt in regnum veniret. Cumque in cuſtodia haberetur a Philippo Burg undiæ duce, Regina Iſabella ipſius vxor cum duobus filijs eo aduolauit c, vt Neapolitanos in officio contineret: Pontifex vero Philippum ipſũ rogauit d, vt Renatum e carcere emitteret. Tranſmiſſæ ea de re ad Nicolaum Cardinalem Albergatum literæ, ac ſtrenuam operam liberando Renato apud Philippum Burgundum nauare iuſſit.

IESV CHRISTI
Annus 1436.

Indict. 14. EVGENII PP.IV. SIGISMVNDI ROM. REGIS 26. annus 6. Io:VII.PALÆOLOGI IMP.OR.12.

Sess. XXIII *Sacr. Basil. conc. sess. 23*

1 CElebrata eſt Baſileæ vigeſima tertia ſeſſio f VIII. kal. aprilis, in qua præſules perinde ac ſi pontificium interregnum immineret, plura in comitijs peragenda imperarunt; tum quid nouus deſignatus Pontifex ſpondere, quid præſtare, vel a quibus ſe continere, deberet, eaque re eum ſibi ſubijcere, & ipſius auctoritatem elidere conati ſunt, vt videri poteſt in apologetico libello in illos edito, quem in prolixioribus annalibus attulimus: definiuere etiam in eadem ſeſſione, quot Cardinales eſſe deberent, ac plura in ipſis in ſacrum ſenatũ ad legendis ſeruanda decreuere. Ex quibus perſpicuum eſt nouarum rerum auctores non eccleſiaſticæ diſciplinæ perficiendæ, ſed tantæ dignitatis adipiſcendæ cupidine flagraſſe, vt in eadem apologia obijcitur, vbi etiam demonſtratur ipſos perperam molitos ius pontificium in reſeruandis ſacerdotijs abrogare.

Basileenſes auctoritatem pontificiam opprimere meditati. Plura de Cardd. decernunt.

In ſeſſione XXIV. VIII. kal. maij de Græcis in Romanæ eccleſiæ ſinum traducendis agitatum eſt. Extracta res in annum proximum, ac promiſſa Græcis facta rata habita ſunt: tum de fide publica Palæologo alijſque ſeptingentis viris Græcis data ſyngrapha, additaque ſponſio, etiam ſi optatæ eccleſiarum coniunctionis exitus votis non reſponderet, ſumptus ipſis traditos non repetitum iri. Pro quibus comparandis Baſileenſes nulla accepta a Pontifice poteſtate, ampliſſimam noxarum veniam ijs elargiti ſunt, qui ſtipem erogaſſent: quo facto perperam ſibi eam arrogarunt a auctoritatem, quam ipſo tantum vicario Chriſtus contulit, præſertim cum iam biennio ante id agitatum eſſet, & in frequentiſſimo cœtu poſt multas concertationes fuiſſet ſancitum b, non audendum videri. Tradunt autem Patritiana acta, editum id decretum a factioſis, aduerſantibus ſedis Adoitolicæ legatis, ac decem tantum epiſcopos & tredecim abbates interfuiſſe, quos quidem in ea re non ſynodum œcumenicam, ſed Fraticellorum conciliabulum repræſentaſſe (quod vniuerſitate poteſtatis vel multitudinis carerent) quius facile colliget.

Pacta Græcis inita. Conſeruandarum indulgentiarum ius ſibi arrogat. Seſſ. XXIV.

Pauci acephali ſe gerunt pro concilio.

2. &c. At Eugenius, cum ipſos in flagitium conuellendæ monarchiæ a Chriſto inſtitutæ præcipites ferri animaduerteret, ex Cardinalium conſilio ad Reges & principes, quos maxime illi colebant, decreuit internuntios, vt temere geſta a Baſileenſibus ſeditioſis in oculis omnium gentium conſtituerentur, tradita ipſis libelli formulas cui is titulus eſt præfixus c: *In hoc libello continentur fere omnia, quæ in concilio Baſileenſi, ex quo inchoatum eſt, vſque ad kal. iunij* MCCCCXXXVI. *attentata ſunt contra dominum Eugenium Papam IV. & contra decreta ſanctorum patrum & contra laudabiles conſuetudines aliorum conciliorum ſanctorum.*

a *Aleg. in lib. apol. in ſcr. apud Nicol. Card. Arag. in arch. bibl. Vat. in ſcg. lit. E. p. 255. & in alio ſignat. lit. C. 149 & in ms. Alex. VII. pag. 44.*
b *Ibid.*
c *Ibid.*

16. &c. Inter hæc ſynodi Baſileenſis internuntij Philibertus epiſcopus Conſtantienſis & collega fœdus apud Iglauiam Olomucenſis diœceſis miſerunt cum Boemis oratoribus, ex quo in catholicorum cœtum reuocati tutæ Boemi ijs pactionibus d, vt in omnibus de fide orthodoxa cum Romana eccleſia ſentirent, eiuſque auctoritate ſub duplici ſpecie Euchariſtiam poſſent accipere, profeſſuri tamen integrum Chriſtum in vtraque ſpecie contineri.

Bohemicæ res.

Pactiones cum Bohemis confectæ.

d *Ext. apud Æn. Syl. hiſt. Bohem. c.* 52.

19 Quo autem ritu Ioannes Rokyzana & alij quatuor Huſſitarum ſacerdotes, ſe lucique fidos & obſequentes Romanæ eccleſiæ futuros ſint polliciti ita deſcribit Ioannes Cochæus e: *His peractis & conſtitutis magiſter Ioannes Rokyzana cum alijs quatuor presbyteris nomine totius cleri ſibi adhærentis obedientiam Romanæ eccleſiæ ſeſe præſtare publice profeſſus eſt, ſedente pro tribunali in foro ciuitatis Iglauiæ ipſo Imperatore Sigiſmundo, & Alberto genero aſſiſtente, magnaque procerum & oratorum circumſtante corona. Sequenti vero die haud abſimili ſolemnitate abſoluti ſunt Boemi & Moraui illius partis ab anathemate cæteriſque cenſuris, & in eccleſiam per concilij legatos introducti.* At vix hæc concordia coaleſcere cœperat, cum eam iterum idem Ioannes Rokyzana diſturbare molitus eſt; nam homo perfidus ex pactis, quæ non ſeruanda decreuerat, etiam contendit, vt in veterum catholicorum eccleſias de ſumenda a laicis ſub vtraque ſpecie ſacra Euchariſtia ritus inducerentur, inectoque ciuitati tumultu, Sigiſmundum pacis cupidiſſimum ad iniquas pacis leges adegit, de quo hæc refert Æneas Syluius f: *Inter Boemos & Imperatorem ea pactiones interuenere, quibus eccleſiarum prædia occupatoribus iure pignorum relicta ſunt donec certa pecunia redimerentur a religioſis vtriuſque ſexus, quibus adempta monaſteria eſſent: exulibus quoque ſpes reditus interdicta: Rokyzanæ Pragenſis eccleſiæ præſulatus promiſſus. De diſponendo eccleſiarum Boemicarum regimine ſummo Pontifici facultas ablata.* Quæ promiſſa, vel extorta humano metu, vel a tabellionibus adulterata cæſarea reſcripta, demonſtrat Ioannes Cochæus g, de iniquis & importunis hæreticorum precibus apud Cæſarem repetitis locutus.

e *Cocl. hiſtor. Huſſ. lib. 8.* Quo ritu Rokyzana & ſocij in communionem admiſſi.

f *Æn. Syl. hiſt. Boem. cap. 52.* Sigiſmundus nonnulla iniqua Boemis indulget.

g *Cocl. ubi ſup.*

Ingreſ-

20 Ingressus Pragam extrema æstate Sigismundus, exceptusque quam honorificentissime, ad instaurandum collapsæ in regno illo religionis splendorem curas vertit, induxit sacerdotes ac monachos in vrbem; cumque vectigalia ecclesiastica alienata essent, sex aureorum millia annua ex regio ærario clero rempli principis contulit: quibus omnibus sibi apud viros quosque pios ingentem gloriam peperit, vti refert ex veteribus monumentis Cochæus a.

a Coch.lib.8.

Rochizana tumultuàs pellus.

Resloreseentis religionis splendor adeo perculit Rockyzanam Hussiticæ impietatis signiferum, qui auerso animo ac simulata pietate obedientiam Pontifici Romanæq; ecclesiæ spoponderat, vt multitudinem in arma concitare nisus sit b, ne sacrorum ordinum viros religiosos induci in vrbem pateretur: sed Sigismundi Cæsaris voce minaci territus in exilium ejectus est. Deinde nonnulli alij compressi perfidi homines, qui arce proximo a montibus Cuthnis interuallo in colle extructa, illam momem Sion appellarant, ex qua interendam Boemiæ euangelicam veritatem singebant, ac demum exitiales exitus e furcis habuere c: latronum illorum signifer Roscius in omnium editissima interemptus, e media sacerdos Hussita Medius nomine pependit; atque ita Medius in medio furcarum mulcram animam sathanæ tradidit.

b Æn.Silu. hist.Bohem. cap.52.Cochl. hist.Hus.l.8 Hæretici mótus Syó.

c Æn.Syl. sup.cap. Addicti Furcis fixi

Edidit eximium hoc anno Vladislaus Poloniæ Rex pietatis specimen; ad auertendam enim a Poloniæ regno hæreseos pestem, quam finitimi Boemi inferre poterant, censorem fidei pontificia auctoritate instituerum regia potentia, vt animaduertionis seueritatem in religionis nouatæ reos adhiberet armauit, edito publico decreto d.

d Ext.in arch.Cracouil. SS.Trin. Alfonsus Rex Aragoniæ Basileenses cõmouet in Eugenium

21 Eodem anno Alfonsus Aragonum Rex ac Philippus dux Mediolanensis Basileenses in Pontificem instigabant, non alia de causa ducti, nisi quod ipse ambitionis iniustisque eorum cupiditatibus non seruiret. Extant quidem Alfonsi, qui Neapolitanum regnum flagitio inuadebat, exaratæ VIII. martij Caietæ literæ e, quibus pollicitus, se oratores suos, ac plures præsules Basileam missurum, illorum audaciam non parum auxit. Narrant quidem Blondus f ac Stephanus Infissura g Aragonium ditionem ecclesiasticam sibi subijcere conatum Antonij Pisani opera, sed qui diro supplicio Ioannis Vitellesichi patriarchæ Alexandrini, a quo captus fuit, iussa temeritatis pœnas dederit. Processus vero se fuerat vitro Pontifici hostem Alfonsus, dum a Philippo Mediolanensi e custodia emissus illi promiserat regia omnia se consilia aduersus quoscumque, ipsumque etiam Pontificem, coniunctissimis animis armisque prouecturum: quamobrem Eugenius in Renati Regis partes, vt ille Neapolitano regno potiretur, se conuertit, ac Philippum ducem Burgundiæ iterum rogauit h, vt vinculis ipsum solueret.

e Ext.in epist.ac Basil. edit.Bas.t 4 par 1. pag. 1233. Ditionem ecclesiæ inuadere nititur

f Blond.dec. 3.l 7.

g Infissura in m.s. Ven. Iunxerat se Mediolanensi aduersus Pontificem.

h Lib brev. p.141.& in m.s.Alexan. VII.p.202. Eugenij in Bononiensem vrbem aduentus.

22 Contulisse se Florentia Bononiam hoc anno Eugenium refert Blondus i, confirmantque pontificiæ literæ, quo tempore Foroliuienses maxima a Francisco Sforcia ecclesiasticarum copiarum duce accepta clade in Apostolicæ sedis fidem rediere l, quos Eugenius paterno excepit sinu, omnibusque pœnis, quas ob perduellionem contraxerant exsoluit m. Subacti n eodem anno Prænestini, ac Laurentius Columna a Ioanne Vitellesco perdomitus, & arx, ex qua excursiones in Romanum agrum fecerat, funditus euersa. Hæc pacis studio gessit bella Eugenius, quam in alijs regnis redintegrare eusus est maximeq; inter Anglos & Gallos; at pijs eius conatibus octorum pertinacia vel ambitio obstiterat, qua de re ad Eduardum Lusitaniæ Regem, qui ipsum rogauerat, vt eam in rem apostolicam operam conferret,

i Blond.dec. 3.l 7. Foroliuienses ad officium compulsi.

l Id ibid.

m Lib.brev.p 119 & pag.120. Columnenses excisa arce Prænestina subacti.

n Lib.brev.p 149. & in m.f.Alexan VII p.215.

ita respondit: *Charissime fili, non est opus, vt me horteris ad eam rem, ad quam nos sponte nostra fuimus semper summo mentis ardore incensi*; pauciscque interiectis: *Omnia egimus pro ipsorum quarenda & constituenda pace, qua pareas solicitus pro charissimorum sibi filiorum pace & concordia facere consuesti. Grata tamen fuit tua cohortatio, &c. Dat. Bononiæ.*

Eugenius sollicitat pacem Gallos inter & Anglos.

23. 24 At Angli, qui Pontificis & concilij precos de præstanda Gallis pace, vt collapsæ Ecclesiæ res redintegrari possent, respuerant, Lutetiam a vrbem regni principem, pro qua retinenda agitata consilia confregerant, nec non Suessiones, Laudunum, & alias plures vrbes amisere hoc anno, & proximo b, parumque abfuit ne Caletum arcem munitissimam, in quam Anglicas acies transferre consueuerant, vt postea Gallias ferro flammisque vastarent, expugnaretur a Belgis a.

Anglorum res post repudiatam pacem in peius ruit

a Mist.vol. 2.pag.127. Lutetiam aliasque vrbes amittunt. Caletum oppugnatum a Belgis.

Exoptabat porro Eduardus Lusitaniæ Rex mutuo iungi fœdere Anglos Gallosque, quo subsidiarias copias ab ijs elicere ad proferendum in Africa imperium, retundendosque infideles, qui Septæ bellum mouebant. Aspirabat etiam Ioannes Rex Castellæ ad Africæ expugnationem, vt eam Castellæ adiungeret, questusque est apud Eugenium concessa ab eo Regi Lusitano diplomata de sacra expeditione in Afros conficienda. Ne vero ex ea æmulatione discordia aliqua exoriretur, Pontifex Eduardo Regi significauit d, ita se ipsi Africam suo subijciendam imperio permittere, vt alterius Regis Christiani iuribus detrahere nollet.

b Lib brev.p 141.& in m.f.Alexan VII.p.230.

25.&c. Mota quoque lis fuerat a Castellæ Rege de Canarijs insulis Lusitano contributis, idemque de ijs ac de Africa responsum ab Eugenio. Inter eos vero, qui Canariensibus Christi fide excolendis operam nauarunt, Didacus Minorita, martyrij pro Christo subeundi cupiditate flagrans magnam barbarorum multitudinem Christo adiunxit, vt refert Sixtus V. in diplomate e, quo sanctorum ei honores decreuit.

B. Didacus apud Canarienses euangelium propagat

e Ext in bull. in Six. V. const.82

In ijs quoque insulis plures barbaros Fernandus episcopus Robicensis idemque Canariensis ab sede Apostolica missus ad fidem Christi traduxerat, quos vt posset aliquibus opificijs exercere, vt vitam postea honeste Christiano more sustentarent, ab Eugenio obtinuit, vt aliqua pecuniarum vis, quæ ad erarium pontificium spectabat, ad eam rem destinaretur; de quo extant apostolicæ literæ f. Præterea querente eodem Robicensi episcopo apud Pontificem neophytos Canarienses ab alijs Christianis in seruitutem addici, vel fortunis exui, Eugenius intentatis pœnis grauissimis id scelus vetuit g, & Canarienses ab opprimentium iniurijs iussit vindicari.

Fernandus episcopus Robicensis & Canariensis.

f Bull.t.12. Neophyti a malis Christianis diuexati.

g Ibid p.44.

28 Tuendo etiam iuri pontificio, libertatiq; ecclesiasticæ asserendæ strenuam operam nauauit. Labefactabant eam in Lusitania magistratus regij ac iudices, qui ecclesiastici fori infringebant sententias, causarumque sacrarum cognitionem sibi arrogabant; censurarum pœnas, quibus contumaces homines a præsulibus afficiebantur, subijciebant examini; archiepiscopos etiam aliosque amistites vocare in ius erant ausi. Ne itaque immunitas cleri Lusitani obsolesceret, Eugenius Eduardum admonuit h, quam indignam labem regio decori inferret, si libertatem ecclesiasticam tantorum principum superioribus sæculis auctoritate constabilitam obtereret ipse, obtorue ab administris suis pateretur. Præterea petenti eidem Regni oratorum opera, ne quem episcopum sine ipsius assensu præficeret Lusitaniæ ecclesijs, respondit i Eugenius maxima se de adeo nouis postulatis admiratione affectum esse.

Ius ecclesiæ violatum in Lusitania,

h Lib.brev. p.145.&c.

i Lib. brev. pag.305.

29. &c. Sanxerat nonnulla in Scotiæ regno Ioan-

nes Glasguensis episcopus a Iacobo Rege, cuius sigilli præfecturam gerebat, instigatus, iuri ecclesiastico aduersantia, eaque in regno promulgarat. De quibus certior factus Pontifex præceperat Iordano Albanensi episcopo & Petro tit. S. Stephani in Cœliomonte presbyteris Cardinalibus, vt Glasguensem episcopum de læsa ecclesiastica libertate in ius vocarent: qui cum ipsi diem dixissent Vvillelmi interruntij apostolici opera, Iacobus Rex ira incensus, atque a Glasguensi episcopo incitatus, illum de lege maiestatis postulatum, vt hostem publicum ac proditorem, bonis ac vectigalibus priuauit. Prouocante vero mox ad sedem Apostolicam Vvillelmo, Eugenius sententiam tulit, ac gesta a Iacobo Rege consulsit: tum Nicolao tit. S. Crucis in Ierusalem, Ioanni tit. S. Petri ad vincula presbyteris, ac Dominico S. Mariæ in via lata diacono Cardinalibus, tum nonnullis abbatibus, imperatum a, vt quæ in lata ea sententia continebantur perficerent, ac Regi Iacobo obiectis anathemate & sacrorum in Scotiam interdicto denuntiarent, ne apostolicum nuntium exagitaret; & præsules clerumque intentatis censuris ecclesiasticis, aliisque grauibus pœnis a sacerdotijs eiusdem Vvillelmi inuadendis absterrerent: grauissimisque alijs literis ad Regem ipsum datis queritur b Eugenius nonnullos, quos Pilatos potius, quam prælatos appellandos ait, Vvillelmum ipsum per falsas criminationes in inuidiam adduxisse, ac regium animum contra iustasque in ipsum exasperasse, precesque addit, vt quæ aduersus immunitatem ecclesiastici ordinis sanxerat rescindat, quæ apostolica etiam auctoritate a se constituta significauit, illumque in pristinam dignitatem restitutum. Paruisse videtur Iacobus Rex Scotiæ apostolicis monitis, dum misso Ioanne episcopo Glasguensi, a quo, vt dictum est, subornatus conciratusque fuerat aduersus nuntium pontificium oratore, vna cum Vvaltero abbate experijt c, vt pro reuocanda in antiquam formam ecclesiastica disciplina legatum in Scotiam mitteret. Quibus auditis Eugenius, Antonium episcopum Vrbinatem vtriusque legauit d in Scotiam cum amplissima decernendi e potestate. Profectus vero in Scotiam episcopus Vrbinas honorificentissime habitus ab Rege cultusque est f. At mox facta ibi est tristis rerum commutatio; nam Vvalterus Artholiæ comes Iacobi patruus corripiendi sceptri exagitatus cupidine, nepotem Regem adductis nocturnis carnifis, in cubiculo peremit g, sed deprehensi in scelere parricidæ atrocibus supplicijs affecti sunt, ac Vvalterus coniurationis auctor iustas ambitionis pœnas dedit; triduo etiam publice tortus, demum ferrea corona ardenti iniustus proditorum Rex appellatus est. Hæc omnia pluribus Scoticarum & Gallicarum rerum scriptores h. Meminit de eo funesto casu non sine lachrymis Pontifex i.

33 Hoc etiam anno, interfecto Elgenberto, qui Sueciam ab Erici Regis acerbiore imperio vindicare erat conatus, conciliata pax est l inter Regem Ericum & Suecos.

Glasguensis episcopi temerarium factum.

Scoti Regis sententia rescissa a Pontifice.

a Ibid. p. 62 Obiectum Regi Scoto anathema.

b Lib. 11. pag. 149. Commonitus ab Eugenio officij.

Paret Scotiæ Rex & legatum in Scotiam decernit posse. c Lib. brev. p. 154. & in m. f. Alexan VII. p. 225 d Lib. 19. pag 102. e Ib. p. 103. ad 107. f Lib. brev. pag. 156. Iacobus Rex interficitur.

Regis interfector per Iudibriü ignea corona redimitur. g Mstr. vol. 2. pag. 140. h Bor. l. 17 Buch l. 10. & 11. & alij. i Lio. brev. p. 156. & in m. f. Alexan VII. p. 228. l Io. Magn. in Metropol Upsalen. in fin. vit. Olai Laurentii archiep.

IESV CHRISTI annus 1437.

Indict. 15. EVGENII PP.IV. SIGISMVNDI ROM. REGIS 27. annus 7. IO:VII.PALÆOLOGI IMP.OR. 14.

Sessio XXV. m Acta conc. Basil. sess. 25 t. 4. conc. p. 1 ex edit. Bas.

1 BAsileenses sessionem XXV. nonis maij celebrarunt, in qua Græcorum animos iterum tentandos decreuerunt m, vt Basileam, quam iam ante repudiarant, vel Auenionem, aut aliquam Sabaudiæ vrbem pro celebrando concilio œcumenico deligerent, non Græcorum ad coniunctionem cum Romana ecclesia pelliciendorum studio, cum iam illi pacti a essent, se ad portum aliquem insignem Italiæ appulsuros; sed praua pontificiæ auctoritati repugnandi cupidine incitati, obniti contra ausi sunt, quamuis Eugenius paterna eos benevolentia complexus esset, omnibusque censuris, quas ob gesta cum summo hierarcha simultates contraxerant, solui iussisset b.

2, &c. Non defuit muneri suo Iulianus Cardinalis concilij præses, sed frustra Basileenses in eam sententiam adducere nisus est, vt aliquam Italiæ vrbem deligerent, quem Eugenius re cognita ob nauatam ea in re operam commendauit c. Cum vero persentiret, plures ad deligendam Auenionem inclinare, legatos Cardinales monuit d eum locum idoneum non videri, quod antea illius mentio in conrectis pactionibus facta non fuisset, cumque in Italiam Græci venire cuperent, si mutent Latini priorem sententiam inconstantiæ macula aspersum iri. Darent itaque operam, vt locus accommodus tum Græcis tum Pontifici deligeretur.

Graui de loco concilij designando contento. a Lib. brev. pag. 106.

b Lib. 18. pag. 199. Basileenses detrectant assentiri, vt celebretur in Italia.

c Lib. brev. pag 147. d Ib. pag. 147 & in m. f. Alex. VII. pag. 218.

3 Inter has altercationes studio pacis a legatis apostolicis ac præsulibus ipsis adhærentibus cum aduersa factione conuentum e est, vt si Auenionenses septuaginta aureorum millia, quæ pro suppeditandis sumptibus Græcis spoponderant, excurrente constituto temporis interuallo soluerent, concilium Auenionem transferretur, si autem promissis non stetissent, alius locus eligeretur. Fidem de soluenda constituto tempore pecunia non seruauerunt Auenionenses; quocirca ornatissima patrum pars auctoritate & prudentia potior, sed impar numero, cui Cardinales Cæsarinus & S. Petri ad vincula Apostolicæ sedis legati præerant, in suis primum cœtibus, quos deputationes vocabant, tum in alijs solemnibus, Horentiam, vel Vtinum, aut alium in pactionibus Pontificem inter ac Græcos confectis contentum tutum locum, cuius imperium concilio, tempore, quo celebraretur, permittendum volebant, delegere. Versabantur in horum numero Francorum Regis oratores, qui patriæ amori diuinum prætulere, ac non Auenionem, sed Horentiam Caroli Regis iussu optauere: qua de re grates ipsi retulit f Eugenius, neue ea sententia vllis Basileensium conquisitis artibus moueri se pateretur, preces addidit; ipsumque præterea fecit certiorem g, nauatam a se operam apud Burgundiæ ducem, vt Renato Regi libertatem largiretur: significauitque alijs literis eidem Regi, adeo Burgundum ipsum Renato conciliatum h, vt eundem Renatum literis suis sedi Apostolicæ commendarit.

e Eug. in ep. de translat. ex Ferrar. quæ ext. in append. edit Bin t. 4. p. 1. pag. 215. Auenionenses vana pollicita.

Galli post habuere amore patriæ Horentiam deligunt.

f Lib. brev. p 146. & in m. f. Alexan VII. p. 221. gratias eius lit. Ius in m. f. Alex. VII. pag. 207. h Ibid p. 208

4, 7 At Alfonsus Rex Aragonum, Philippus Maria dux Mediolanensis, tum maxime Amedeus Sabaudiæ dux aduersati sunt i Pontifici, subornarunt que nonnullos, paucos tamen numero, dignitate conspicuos, quos interioris ordinis sacerdotum turba sequebatur, qui commodis suis inseruientes nonis maij duce Cardinale Arelatensi Basileam, ac si eam respuissent Græci, Auenionem iterum designarunt; quod si ciues illi promissa non complerent, in aliqua Sabaudiæ vrbe concilium conuocandum pronuntiarunt. Facta itaque sunt vno eodemque die duo decreta, scissa in duas partes Basileensi synodo, quorum alterum a factiosis & acephalis sine præsidibus apostolicis editum, quod typis cusum est, alterum quo Florentia vel Vtinum designatur a digniori parte, cui præerant, vt dixi, legati apostolici, extatque in Patritianis actis promulgatum l, hac temporis

Aragonius Mediolanensis & Sabaudus dissensionis auctores. i Eug. in sup. laud. ex Ferrar. Pars Basileensium ad schisma prona.

k Ext. in edit. Basil. edit. Bin t. 4. p. 1. pag. 62.

nota

nota confignatum. *Dat. Basilea in nostra solemni sessione, in ecclesia maiori celebrata nonis maij anno a natiuitate dominj* MCCCCXXXVII.

8. &c. Admisit hæc Imperatoris Constantinopolitani & patriarchæ orator Græcus Bissipatus: quibus permotus Eugenius conscripto aduersus seditiosos Basileenses edicto exposuit, quam cupide pacis studia ipse appetiuisset, quantos labores pro coniungendis Romanæ ecclesijs orientalibus suscepisset, vt legatum apostolicum cum præsulibus Constantinopolim eam ob causam mittere decreuisset, modumque concordiæ optimum Basileenses excussissent; pacis tamen studio pontificia cum Græcis colloquia abrupta sint; missi fuerint Basileam pro conficiendis pactionibus duo Cardinales, edixerint oratores Graci, orientales ad proxima tantum Italiæ litora venturos, præstantissima Basileensis concilij pars delegerit Florentiam, flagitarit orator Græcus, vt designatum in Italia locum sedes Apostolica admitteret; quorum postulatis damnata aduersa factione assentiendum Eugenius decreuit a: Sigismundumque b Imperatorem, Carolum Francorum, Renatum Siciliæ, Henricum Angliæ, Eduardum Lusitaniæ Reges c orauit, vt ea ocyus approbarent, quibus Græcorum cum Latinis coniunctionem perfici posse censerent.

a Lib.11 pag 211. & in actis Andr. S. Crucis p. 7.
b Lib brev. pag. 214.
c Ib pag. 215 Internuntius missus ab Eugenio ad Imperatorē & patriarchā adducendos.

11. 12 Pactus hæc cum Græco oratore Pontifex datis VI. id. iulij ad Ioannem Palæologum Imperatorem & patriarcham literis pollicitus est d, se conuenta de loco pro celebranda synodo indicendo seruaturum, & Christophorum Coronensem episcopum nuntium creauit, qui Imperatorem Constantinopolitanum, patriarchas orientis, aliosque præsules Græcos in occidentem duceret; eos pellendique episcopos aliosue Latini ritus ecclesiasticos viros, qui in oriente agebant, vt ad synodum se conferrent, potestatem ei fecit e; ipsique Christophoro adiunxit f Marcum archiepiscopum Tarantasiensem, quem legati g apostolici de latere dignitate, amplissimaque auctoritate decorauit h, & vna cum collega & concilij Basilcensis (potioris nimirum illius partis, quæ a factiosis segregata id nomen meruit) oratoribus, Imperatori & patriarchæ commendauit i.

d Ib. p. 216.
e Lib. 19. pag. 178.
f Lib. 11. pag. 242.
g Ibid. 235.
h Ibid. 237. pag. 238. Tarantasiensis archiepiscopus creatus legatus a latere.
i Ibid. p. 239
k Lib. 11 pag 224. ex. in actis Andr. sanctæ crucis pag. 17. Diuisio Basileensi cōcilio orta his, quæ pars insignienda nomine concilij.

13 Ornatæ k sunt Eugenij iussu quatuor triremes, quibus Antonius Condulmerius præfectus est, Græcos in Italiam traiecturæ. Cum vero ex illo Basileæ congregatorum præsulum dissidio controuersia oborta esset, quæ pars concilij Basileensis nomine auctoritateque prædita censenda esset (nam seditiosi, qui Aueniotem delegerant, id etiam nomen sibi arrogabant) ac fieri posset, vt ijs triremes sumptusque suppeditantibus Græci ad eos deflecterent, postulatum est ab oratore, quē Palæologus Imperator & Iosephus patriarcha cum amplissima potestate pacificendi de loco, in quo cogenda esset synodus miserat, quos tandē concilium Basileense repræsentare censeret: qui publice est professus, apostolicos legatos Cardinales ac præsules, cum ipsis sentientes, cum decretum de traducenda Florentiam vel Vtinum synodo promulgatum est, Basileense concilium confecisse, missosque ab ijs Dignensem & Portugalensem episcopum, ac Nicolaum de Cusa veros concilij Basileensis oratores agnoscere, Imperatoremque & patriarcham cum ipsis ad synodum in Italia peragendam venturos.

Basileensium factiosorum ad Græcos legatio.

14 Gesta hæc ad infringendos conatus turbulentæ alterius Basileensium partis, quæ episcopos quatuor concilij Basileensis ementito nomine nuntios Constantinopolim legabat, vt Imperatorem & patriarcham adducerent in locum, cui Pontifex non assenserat: cum autem id in apostolicæ dignitatis iniuriam vergeret, constaretque pontificij esse fastigij concilia indicere, nec sine apostolico assensu vllos præsulum coetus concilium œcumenicum referre, Eugenius a archiepiscopum Tarantasiensem orientis apostolicum legarum factiosæ multitudinis Basileensium nuntijs imperare iussit, intentatis censurarum ecclesiasticarum pœnis, ne Græcos ad conueniendum in alium locum, quam eum, qui ex pontificio assensu decretus fuerat, sollicitarent.

a Lib. 11. pag. 238.

15. 16 At Basileenses seditiosi in Tarentinum archiepiscopum concilij præsidem odio iraque efferati, eo quod decretum ab altera antistitum parte dignitate spectatissima, quæ cum legatis apostolicis steterat, contectis cum Græcis pactionibus, ea conceptum verborum formula, quæditum admissumque a Græcis fuerat, ad Pontificem vti confirmaretur transmisissent, ipsum falso insimulantes, quod illud adulterasset, inclusum domi tenuere: ac præsse præsulum cœtibus vetuere: imploranti iura ac leges eius procuratori iniecere turpiter manus, ac per capillos trahere ad carceres non sunt veriti, adeo vt Cardinales legati de vi ac violata concilij libertate intercesserint; ob quas iniurias idem archiepiscopus munere præsidis abire, atque e concilio discedere coactus sit; quocirca merito de illis questus est postea Eugenius b in literis ea de re exaratis.

Cardinales legati de vi querentur aduersus ipsos.
b Ibid.

17 Adductus igitur grauibus adeo causis Eugenius, cum iam antea sanior concilij Basilcensis pars sanxisset synodum celebrandam in Italia, Græcique id decretum ex actis antea cum vniuerso concilio pactionibus amplexi essent, synodum œcumenicam cum Græcis habendam Ferrariæ indixit c. Quæ literæ encyclicæ XIV. kal. octobris consignatæ. At ne Basileæ ciues, qui ex solemnibus ecclesiasticorum conuentibus cogebant opes, inde exasperarentur, permulcere eos Eugenius conatus est, atque edocuit d, vt Græcorum causa ad concilium Ferrariam transferendum adactus fuisset.

Indictum ab Eugenio Ferrariæ concilium.
c Lib. 12. p. 106. ex. edit. in appēd. &c. Basil. p. 215.
Basileenses ciues edocti cur transferatur concilium.
d Lib. brev. p. 161. & in. m. f. Alexan. VII. p. 237

18 Tum eo prorupit seditiosorum illorum impudentia, vt in sessione e XXVIII. kal. octobris habita Eugenium non comparentem contumaciæ accusarint, atque in sessione f XXIX. IV. id. octobris eius decretum de transferendo Ferrariam concilio rescindere tentarint, pluresque in eum struere calumnias sunt ausi, quasi initum Ecclesiam inter ac Boemos fœdus disturbare niteretur; quod a veritate prorsus abhorrebat, cum Eugenium ipsos vehementer etiam atque etiam hortantem viderimus, vt prætermissis cæteris leuioris momenti rebus ad amplificandam diuinam gloriam, religionem asserendam, conciliandam pacem, reuocandos a schismate Græcos omni studio incumberent.

Sess. XXVIII e Act. sess. 28
Sess. XXIX. f Acta sess. XXIX.

19 Dum Eugenius ob aduersariorum ferociam Basileensiumque pertinaciam affligebatur, B. Francisca vidua Romana g sensibus alienata iussa est Christi nomine a S. Gregorio Papa Pōtificis in tantis Ecclesiæ calamitatibus perturbatum animum confirmare: non enim diuinam opem & clementiam Pontifici defuturam; verum præmoneret, vt Cardinalibus alijsque Dei famulis prudentia conspicuis, ac rerum terrenarum amore diuulsis in consilium adhibitis, post triduanas preces de propulsandis imminentibus periculis ageret; eorumque sententiam ad exitum perduceret; caueret autem eos, qui prudentia carnis omnia metiuntur, atque honorum inanium illecebra se irretiri patiuntur. Iterum etiam cum eadem Christi ancilla diuinam omnipotentiam in stellis micantibus noctu contemplaretur, iamque prope surgeret aurora, aerem repente turbatum vidit h, giganteosque conspexit, qui venerandam matronam nudatam pallio, facto impetu, magno terrore adorti sunt; intellexitque hac specie Dei Ecclesiam ab aduersarijs vexatum iri, tum simul victoriam de ijs reportandam; nam cum gigantes

g Vit. S. Fr. Oliuis. l. 3. c. 15 Oblata diuinitus S. Franciscæ imminentia Eugenio pericula.
h Ib. c. 16.

ſtringere enſes molirentur, obiecta in ea ſpecie Eccleſia diuinam opem hiſce vocibus implorauit: *Deus in nomine tuo ſaluum me fac; & in virtute tua libera me;* neque illi enſes e vaginis educere potuerunt: quæ re ſignificatum eſt, ſanctorum precibus, dæmonum aduerſus Eccleſiam conatus infringendos.

Sigiſmundi Imperatoris pietas *a Li. 11. pag. 215.*

20. 21 Inductos fuiſſe hoc anno a Sigiſmundo Imperatore in Boemiam variorum ordinum religioſos virorum ordines [a] refert Cocleus, atque ex his Prædicatores Ioannem Turrecremata postea Cardinalem doctrina ornatiſſimum conſuluere, vt refellendarum argutiarum, quas temere effutiebant hæretici, modum indicaret. Ad quos ille ex Baſileenſi concilio egregium de Euchariſtiæ ſacramento commentarium ſcripſit, in quo Boemorum vana argumenta refellit [b], atque ita reſpondet hæreticis obijcientibus fraudari populum fructu ſacramenti ſub ſpecie vini: *Totus Chriſtus continetur ſub vtraque ſpecie; non plus virtutis aut efficacia, aut gratiæ confertur per hoc ſacramentum, quantumcunque ſi de ſe ſumentibus illud ſub duabus ſpeciebus, quam ſumentibus ſub vna tantum, licet plenius ſignificetur vtilitas & efficacia eius ſub duabus ſpeciebus, quam ſub vna tantum.* Et nonnullis intericetis: *Non habetur ex aliqua authentica ſcriptura, quod vniuerſaliter in primitiua Eccleſia eſſet vſus communicandi omnes fideles ſub vtraque ſpecie, in cuius ſignum Act. 2. dicitur, quod etiam illi, ſcilicet primitiui fideles, perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum & communicatione fractionis panis, vbi nulla mentio fit de vino conſecrato, &c.*

Roky ſanæ moliciones nefariæ.

Cæterum dum Dominicani & aliarum ſacrarum familiarum alumni, qui poſt diuturnum exilium Pragam reduces ſacri fuerant, populos in orthodoxa fide erudiebant, Ioannes Rokyzana [c] hæreticorum ſigniter, de quo ſupra memorauimus, incenſus inuidia, timenſque ne apud Boemos fama ſua obſcuraretur, auſus eſt pro concione effutire, quotidie dæmones monaſtico cultu ſubornatos ad ipſos confluere; ac tundendum potius ſanguinem, quam ferendam illorum præſentiam: ob quam ſceleratam trucemque vocem pretatis ſtudio vehementer commotus Sigiſmundus ſubiecit: *Immo ipſius Rochyzanæ ſanguinem ante aras ſponte libabimus*; quo minaci reſponſo territus vir impius in exilium fugit.

[c] Æn. Syl. hiſt. Boem. c. 32. Dubr. 27. Cocl. 6

22. 23 Inter hæc cum a Boemis, quemadmodum ſuperioribus annis conuentum erat, miſſi eſſent oratores, decretum a Baſileenſi concilio editum eſt his conceptum verbis [d]: *Sine ſub vna ſpecie, ſine duplici quis communicet ſecundum ordinationem ſeu obſeruationem Eccleſiæ proficit digne communicantibus ad ſalutem. Nec vllatenus ambigendum eſt, quod non ſub ſpecie panis caro tantum, nec ſub ſpecie vini ſanguis tantum, ſed ſub qualibet ſpecie eſt integre totus Chriſtus. Laudabilis quoque conſuetudo communicandi laicum populum ſub vna ſpecie ab Eccleſia & ſanctis patribus rationabiliter introducta, & habenda diligentiſſime obſeruata, & a doctoribus Diuina legis ſacrarum Scripturarum æque canonum multam peritiam habentibus, iam a longæuo tempore commendata pro lege habenda eſt, nec alicui licitum eſt eam reprobare aut ſine auctoritate Eccleſiæ ipſam immutare. Dat. Baſileæ in noſtra ſolemni & publica ſeſſione x. kal. ianuarij anno a natiuitate Domini* MCCCCXXXVII. Petentibus vero Boemis calicis vſum Baſileenſes inconſulto Eugenio vſum calicis Boemis permiſerunt; illum enim ab Apoſtolica ſede ipſis permiſſum non fuiſſe, ex Pontificum diplomatibus viſuri ſumus, quippe factioſa ſynodus pontificij faſtigij æmula augendam ſuam auctoritatem putabat, ſi Boemos conciliaſſe Eccleſiæ videretur, ignorareque affectauit ſynodalia acta non valere niſi Romani Pontificis auctoritate fuerint confirmata. Vt autem calicis vſus, quem ſine Pontificis aſſenſu permiſerant, nil profuerit pro reuocandis ab hæreſi ijs, qui calicis vſu propoſito ſubornati fuerant, describit Ioannes Coclæus [a], cum illorum ſacerdotes nunquam leges a Baſileenſibus indictas obſeruarint, neque conuentis contenti antiquos etiam catholicos Boemos ad communionem calicis cogere niſi ſint, atque etiam paruulis temere Euchariſtiam porrexerint. Iuſſi etiam erant Boemi oratores in [illegible] incumbere, vt poſcerent eccleſiaſticam diſciplinam in priorem formam reuocari. At qui hoc pietatis ſpecimen dabant, nunquam adduci potuerunt vt eccleſiarum prædia & vectigalia reſtituerent, quippe pietatis laruam induebant, & a vera pietate abhorrebant.

Non profuit.

Plura illicita pertetarunt Bohemi. *a Cocl. lib. 8.*

Hoc porro deuexo anno Sigiſmundum de vita deceſſiſſe tradunt ſcriptores [b], addunque ſeptuagenarium fuiſſe, eoque corporis habitu, vt nihil amplius ad decorem auguſtæ maieſtatis natura adijcere fere potuiſſet. Alias laudes crebris adulterijs ipſum obſcuraſſe ferunt, atque Imperatricem in eodem flagitio deprehendiſſe, ſed adulterum ignoniſſe adulteræ: quæ tamen crimina poſtea ſalubri pœnitentia deleuerit. Cum morbum ingraueſcere ſentiret, & Barbaram vxorem cum Polonis coniurare, vt Boemiæ regnum Alberto genero præriperet, Praga diſceſſit [c], ne Hungari a Boemis, quibus erant exoſi, opprimerentur, atque Iglauiæ obijt: cuius corpus in Pannoniam delatum in Vvaradienſi eccleſia S. Ladiſlao ſacra ex ſupremis tabulis tumulo datum. Succeſſit [d] in eius locum Albertus ipſius gener dux Auſtriæ, non modo propinquitatis iure, verum ex antiquo fœdere, quod inter Boemiæ Reges principeſque Auſtriæ de alterna in ijs principatibus ſucceſſione, deficiente prole maſcula, intercedebat. Annisos Boemiæ hæreticos Albertum ad indignas pactiones cogere, ſed eximium principem priuatis commodis præſtituiſſe cauſam diuini Numinis, narrat Cocleus [e], atq; ideo hæreticos Caſimirum Regis Poloniæ filiū tredecim annos natum Regem dixiſſe; ſed non ſucceſſiſſe ex ſententia Polonorum humana commoda religioni præferentium conatus, vt dicetur inferius. In hac vero rerum conuerſione Amuratem in Hungariam exercitum duxiſſe, & magna Hungaros affeciſſe clade, ſexque oppida expugnaſſe, referunt annales [f] Turcici.

Sigiſmundi obitus. *b Æn. Sylu. hiſt. Boem. c. 33 Crāz. l. 12. Vnmadal. c. 1. Cocl. hiſt. Huſſ. l. 8 Dubr. l. 27. Trithem. in chr. Spōhem. & alij.*

c Cocl. Lib. 8. Succedit ei Albertus.

d Æn. Sylu. cap. 35.

e Cocl. hiſtor Huſſ. lib. 9.

f Ann. Turc. hoc anno Phauſtus l. 14. p. 2. Munſter Dryg. in Amur. ex Ioan. Leuel.

24 Geſta eodem tempore male res in Africa a Luſitanis; cum enim quinque Eduardi Regis fratres obſidione cinxiſſent Tingim Mauritaniæ oppidum, a quo olim prouincia Tingitana nomen traxerat, affuere barbari magnis equitum peditumque copijs ſuccincti, ac noſtros verſa rerū vice obſedere. Timore perterriti Chriſtiani pacem a Saracenis petere coacti ſunt, quam illi accepta de Septæ arce dedenda ſponſione præſtiterunt. Dati illis obſides Ferdinandus Regis Frater præcipuus belli auctor, alijque duces, donec regius aſſenſus eliceretur. Concilio procerum in Luſitania coacto, in eam ſententiam itum eſt, conditiones iniuſſu regio acceptas irritas eſſe, neque implendas: ab obſidibus ſuo luendum periculo, quod temere tentarum eſſet. Itaque Ferdinandus in perpetuam traditus eſt cuſtodiam, in qua eius virtus admodum eluxit; tanta enim animi æquitate eam calamitatem tulit, diuinoque adeo amori vacauit, vt quidam illum inter ſanctos referant. Sexennio fere poſt obijt: cuius ſepulchrum apud barbaros viſitur Pluenti in vrbe, ſublimi ab ijs loco ſitum, veluti de gente Luſitana trophæum excitatum. Aucti etiam tunc audacia Granatenſes infideles in Caſtellam incurrere pe-

rarunt:

Non contrarium mo; eſt primitiuæ Eccleſiæ.

Vſus calicis permiſſus laicis a Baſileenſib.

Integrum eſſe Chriſtum ſub qualibet ſpecie. Iuſtum & laudabilem eſſe morem communicandi populum ſub vna ſpecie.

Obſeſſi Chriſtiani.

Iniquas pactiones fecerunt cum Mauris.

Ferdinandus princeps obſes ſanctitatis gloria floreſcit.

rarunt : ad quos retundendos Eugenius Iordano tit. S. Laurentij in Damaso presbytero Cardinali Apostolicæ sedis legato in Castellæ & Aragoniæ regnis mandata dedit [a], vt Christifideles ad sacrum bellum, ferendasque Ioanni Regi & Ferdinando principi regni procuratori, suppetias propositis indulgentijs concitaret.

a Lib. 12. pag. 25.

Alfonsus Aragoniæ Rex Neapolitanum regnum inuadit.

25. 26 Labantes Christianorum res erigere potuisset Alfonsus Rex Aragonum, si bellum quo fiduciarium Romanæ ecclesiæ Neapolitanum regnum occupare conabatur, barbaris ad proterendam cum imperio religionem intulisset : cuius frenare impetus Pontifex nisus est, misso ad Isabellam Reginam cum subsidiarijs copijs Ioanne Cardinale Vitelleſco, cuius prælia describunt pluribus auctores [b]; acerbissimas vero inde Alfonsus iras aduersus Eugenium suis aduersantem cupiditatibus concepit, ac factiosos Basileenses in eum accendit, auxitque audacia; tum plura alia grauiora molitus est. Cum vero interea Renatus Rex a Philippo duce Burgundiæ e custodia, data illi Castetensi valle esset emissus [c], ipsum Eugenius certiorem fecit [d] quanta in sedem Apostolicam Alfonsus ob susceptam eius aduersus Aragonios clientelam gessisset, precesque addidit, vt, pariter patrocinium Ecclesiæ susciperet, adesseturque archiepiscopo Cretensi, quem ad Francorum Regem miserat [e]: Sed non retulit ingratus princeps officia paria Christi vicario, qui ad Genuenses in concordiam cum eo redigendos studia apostolica collocabat : nam extant datæ eo argumento ad Thomam de Fregosium Genuensium ducem ipsius literæ [f].

b Blond dec. 3 l. 7. Collen l. 7. Sanuolet lib. 4. c. 4. & alij.

Renatus Rex Siciliæ restitutus libertati.

c Collen sup. l. 6. Meyer. de reb. Belg. in Philip. & alij.

d Lib. 12. pag. 156. & mss. Alexan. VII. p. 228.

e Lib. 12. pag. 154.

27. &c. Hoc anno, consulturus Eugenius Christianæ religionis dignitati cunctos censores fidei iussit incumbere [g] ad comprimendos magos de quibus hæc ipsemet Pontifex refert.

Magi infandi ab Eugenio repressi.

Eugenius, &c. Dæmonibus immolant, eos adorant, ab ipsis responsa præstolantur, & acceptant, illis homagium faciunt, & in signum desuper chartam scriptam, vel quid aliud tradunt, cum ipsis obligatoria, vt sole verbo, tactu, vel signo, maleficia, quibus velint, illis inferant, siue tollant, infirmitates sanent, aeris intemperiem prouocent, & super alijs nefandis pacta firmant, seu quod talia conceperint præsumptiones extant : imagines, vel alia constituunt, fierique procurant, vt ipsi dæmones inde constringantur; cum illorum inuocationibus, maleficia perpetrant, baptismatis & Eucharistiæ, nec non alijs sacramentis & quibusdam illorum materijs, etiam in eorum sortilegijs & maleficijs abuti non formidant : imagines de cera aut alia re cum inuocationibus etiam huiusmodi sacris baptizant, vel ordinant baptizari, rursusque eorum aliqui sacratissimæ crucis eiusdem, in qua pro nobis omnibus Pastor ipse pependit, mysterium non reuerentes : in sculpturis & alias prætatæ crucis signo, varia opprobria, motibus execrandis irrogant, & de sacramentis ipsis, quæ nullatenus iteranda forent, ausibus superstitiosis iterare præsumunt. *Dat., &c.*

Profanatæ ab ijs Sacramenta.

Signo crucis abusi.

g

IESV CHRISTI annus 1438.

Indict. 1.

EVGENII PP.IV. ALBERTI ROMAN. REGIS 1. annus 8. Io:VII.PALÆOLOGI IMP.OR. 15.

Cœpta synodus Ferrariæ.

1. 2 COepta est celebrari Ferrariæ synodus œcumenica, soluta iam Basileensi, præside B. Nicolao Albergato tit. S. Crucis in Ierusalem presbytero Cardinale Apostolicæ sedis legato, iussique præsules eam vrbem ad Græcorum cum Latinis coniunctionem instaurandam se conferre. Extat ea de re pontificium diploma [a], quo Nicolao huiusmodi prouincia de cæterorum Cardinalium consilio data est. Qui mox Ferrariæ in principe ecclesia primam sessionem celebrauit, cui interfuere [b] quinque archiepiscopi, episcopi octodecim, quatuor alij designati, tum plures religiosorum ordinum præfecti. Præmissa est instructa religiosa pompa supplicatio, Spiritus sancti votiuum sacrum ritu solemni peractum : habita etiam pia concio. Deinde Cardinalis iussu literæ Eugenij de translato Basilea Ferrariam concilio perlectæ.

a Ext. in mss. bibl. Vat. sig. n. 4138. & in act. Andr. S. Crucis ibi ad Hor. Card. Iustin. pag. 44.

b Sessio 1. Acta Andr. sanctæ crucis pag. 45.

Proximo die idem Cardinalis conuocatis præsulibus ad constabiliendum concilium plures articulos proposuit, qui summa consilij maturitate excussi, nemine dissentiente die nona ianuarij sunt promulgati. Damnata in primis facinorosum Basileensium gesta, qui nulla freti auctoritate multa notaria essent ausi, ac pronunciatum [c] iuste Eugenium ex decreto factas cum Græcis pactiones continere, atque ex alia sanctione in vigesima quinta sessione Basileensis edita concilium Ferrariam transtulisse; tum valere eius literas 1 v. kalianuarij exaratas, quibus temere gesta a turbulentis & seditiosis præsulibus rescinderat. Consulsit eadem synodus omnia, quæ Basileense conuenticulum, arrogato sibi concilij œcumenici speciosо nomine, a tempore, quo pontificio imperio fuerat solutum gessisset, vel gerere auderet : si quid vero in Bœmica re vsue præstitisset, id confirmaturam, suppleturamque vitium, quod intercessisset. Rescidit etiam sacramenta omnia, quibus aliqui olim concilio Basileensi adstricti fuissent.

Factiosorum Basileensium decreta rescissa.

c Ibid. p. 10.

Si quid in re Bohemica gestum sit illudos firmaturi.

Sacramenta quibus Basileenses deuincti erant soluta.

3 His a synodo Ferrariæ gestis, Pontifex profectionem in eam vrbē comparauit : confectæ tamen prius XV 1. ianuarij die inter Franciscum Cardinalem erarij præfectum pontificio nomine, ac Nicolaum marchionem Aretinum nonnullæ pactiones [d] ad apostolicam spectantes dignitatem : quibus ille ad Eugenium meritis colendum honoribus, ædes apparandas suo sumptu tum ipsi tum accessuris Imperatoribus & Cardinalibus, atque ad non exigenda e necessario commeatu inferendo vectigalia se astrinxit. Vt vero Pontifex Ferrariam se contulerit, fueritq; a Nicolao marchione honorificentissime exceptus, refert Andreas Sanctacrucius.

Pactiones cum marchione Aretino factæ.

d Ext. ibid. pag. 42.

4 VI. id febr. conuentum Cardinalium, præsulum, ac doctorum coegit Eugenius, in quo modeste de Basileensium seditiosorum turba questus, exposuit, vt oratores Pontificios inhumano iniurijs affecissent, & dignitati etiam apostolicæ detraxissent, ac orientalium cum Romana ecclesia consensionem, ad quam prouehendam Basileensis synodus indicta fuerat, quamque ipse maximo animi ardore semper expetiuerat, disturbare niterentur. Tum præsules hortatus est, vt optima ad compescendos seditiosos Basileæ agentes conferrent consilia; ac singulari animi demissione addidit, vt si ipse vel familiares gessissent aliqua, quæ censura digna putarentur, ea a se vel illis emendatum iri : præterea eosdem patres est adhortatus, vt cæteris virtutum exemplo præluceret. Vocati dein fuere in ius factiosi Basileenses, qui Florentia Vrbeque a saniore præsulum parte, ad quam loci electio pertinebat, designatis, Auenionem delegissent, translatoque Ferrariam ad declinanda imminentia pericula concilio, Basileæ non sine schismatis labe perstitissent, increbrescenteque Imperatoris & patriarchæ Græcorum aduentus fama pontificali munere Eugenium interdicere, atque aulicos propositis pœnis a pontificio comitatu Ferrariæque

Exponit pia sua studia.

Ad coercendos Basileenses incitat Patres.

In iudicio vocati Basileenses schismatici

in-

ingreſſu deterrere eſſent auſi. Quibus auditis Pontifex mature ijs conſulturum ſe, ſuamque innocentiam, ac Baſileenſium improbitatem ante omnium gentium oculos ſe poſiturum reſpondit.

Contraxiſſe cenſuras pronunciati.

5 XV.kal.martias celebrata eſt ſecunda ſeſſio præſide Eugenio Pontifice, eique aſſidentibus ſeptuaginta duobus epiſcopis mithris redimitis aſſentiēte ſynodo, peractaque diuina re conceptum antea decretum a Foroliuienſi epiſcopo ſuggeſtu lectum eſt, quo ſeditioſi Baſileenſes nullo dignitatis cardinalitiæ vel epiſcopalis diſcrimine contentas literis apoſtolicis de translato Ferrariam concilio pœnas contraxiſſe renuntiati a, iuſſique excurrente menſe Baſilea diſcedere; data vero magiſtratibus Baſileenſibus ac populo mandata b, vt eos inde ejicerent, cenſuræque non parituris intentatæ.

a Lib.pag.63

b Lib.19.p. 830.& 879 & in actis conc.Ferrar ſeſſ 2d 4.pa ex edit.Bin. & in actis Andr.ſanctacruc.pag.64

Præſentior Baſileenſium pars Eugenio paruit.

6. &c. Obtemperauit iuſſis apoſtolicis præſulum Baſileæ agentium pars, quæ dignitate & auctoritate excellebat, atque inter alios Cardinalis S.Angeli legatus Venetias ad Græcos excipiendos procurrit. Pars alia obduruit in pertinacia, ac minoris ordinis ſacerdotes in locum deficientium præſulum ſubſtituit, Pontificeque cum orientalium & occidentalium epiſcoporum ampliſſimo numero concilium celebrante Ferrariæ, vniuerſalem Eccleſiam Baſileæ repræſentare impudenter iactauit.

c Phranz. l.2.c.13.

Quod ad Græcorum aduentum ſpectat; refert Georgius Phranzæ c Imperatorem, antequam Conſtantinopoli ſolueret, receſſum ſuum Ameræ Turcarum Regi ſignificaſſe, barbarum vero ab eo conſilio ipſum reuocare conatum: quippequi Latinorum Græcorumque coniunctioni inuideret; ac tum Græcos veritos, ne abſente Imperatore Ameras impetus ſuos ab obruendam Conſtantinopolim conuerteret, in deliberationem rem adduxiſſe, an Turcis obſecundandum foret, an ad ſynodum abeundum: demum egreſſo Conſtantinopoli Imperatore Turcam vrbem oppugnare conſtituiſſe; ſed Alibaſſam eius ſententiæ obſtitiſſe, ita enim euenturum, quod maxime Turcæ vererentur: expectandum potius ſuccellum videri, ſi enim Græci Latinis adhæſerint, pacem cum ijs pangendam, deinde opportuno tempore occaſionem ad debellandam Conſtantinopolim captandam. Deſcribit idem auctor apparatus magnificentiam, qua Venetijs Imperator exceptus eſt, additque Andreas ſanctacrucius, vt Palæologus, relicto Venetijs patriarcha, Ferrariam ingreſſus Pontificem ſalutarit: *Quarto*, inquit, *martij Græcorum Imperator Ferrariam magno cum equitum apparatu ingreſſus eſt. Occurrerunt ei Cardinales obuiam omnes, qui tunc Ferraria erant, extra ciuitatem cum magno prælatorum comitatu. Sub pallio aureo ductus eſt ad palatium apoſtolicum, & equeſter uſque ad Papæ cameram, via ad hoc in palatio Ferrarienſi per marchiones antiquitus conſtructa, exhibitaque Romano Pontifici reuerentia debita, ad palatium, paradiſus cognominatum, pro ſui reſidentia diſpoſitum ſimili pompa aſſociatus eſt.* Viſitur in æneis valuis baſilicæ S.Petri Eugenij iuſſu conflatis efformata effigies, qua Pontifex ipſe papali tiara redimitus, Imperatori nudo capite altero genu fixo manum porrigit. Applicuit deinde Ferrariam VIII.id. martij patriarcha, ingreſſusq; eſt ornatiſſima inuectus equeſtri pompa, quem duo Cardinales diaconi in medio ſuſceptum ſequenti die ad pontificem deduxerunt.

Vt fuerit exceptus Ferrariæ habituſque Imperator

Patriarcha Conſtantinopolitan' Ferrariam applicat.

Conſtantinopolim oppugnare conſtituit Amuratet.

Dum ea geruntur, Baſileenſes arrogantiæ inuidiæque ſtimulis agitati, quamuis numero paucisſimi & acephali, Pontificem atque orientales occidentaleſque epiſcopos ſe ipſis non ſubdidiſſe ægerrime tulere, atque in duabus ſui conuenticuli ſeſſionibus d Eugenium ſacræ & profanæ rei adminiſtratione veluti in ſacrilega ſcena interdixere, conſtituroque die lapſuro de pontificali gradu deiecturos ſunt comminati, retuleruntque cauſas prouocatione facta ad Romanam curiam auerti. Cæterum ſeptemuiri, cum Pontificis & Baſileenſis conuenticuli edicta contraria cernerent, XV. kal.aprilis a neutri parti aduerſus alteram, ſtudendum ſanxere magno Eccleſiæ damno: cum vniuerſus occidens cum Pontifice pro Græcis iuuandis in Turcas conspirare debuiſſet.

d Acta conc. Baſil.ſeſſ 31 9.kal.feb.& ſeſſ. 32. 9. kal.aprilis.4 p.t.ex edit. Bin.

e Ext.decret apud Coch. l.9.

11. 12 Interiectis paucis diebus (nimirum octaua aprilis) ſpreto Baſileenſium fremitu, Ferrariæ conuentum eſt inter Latinos & Græcos, vt in principe ecclesia Ferrarienſi promulgaretur œcumenicum concilium legitime congregatum. Qui autem ordo ſeruatus ſit, deſcribit Andreas Sanctacrucius b; additque patres Latinos, qui mitris redimiti conſidebant, centum & ſexaginta fuiſſe: rum Pontificis, Cardinalium, & aliorum ornatum deſcribit. In eadem ſeſſione ex ſuggeſtu ab epiſcopo Portugalenſi lectum eſt decretum e, quo Pontifex, aſſentientibus patriarcha Conſtantinopolitano atque Imperatore, promulgauit v.id. aprilis concilium œcumenicum ex occidentalibus & orientalibus Ferrariæ eſſe congregatum.

Promulgatum Ferrariense ſynodum œcumenicam eſſe.

b Andr.ſanct.Sacruc.in actis pag.71

c Lib.19.pag 856.& apud And. e ſanct.Sacruc.in principio, & ſeq pag.74.

13 Perſtigere in pertinacia ſua Baſileenſis conuenticuli præſules, & contra omnia vetera inſtituta, dum Græci id verum concilium œcumenicum profitentur, cui præeſſet ſupremus Chriſti in terris vicarius, ipſi ſchiſmate laniare Eccleſiã parabant. Ad auertenda hæc mala explicuit d pium ardorem Carolus Francorum Rex, ac decreuit Pontificis auctoritatē aduerſus Baſileenſes defendendam ſuſcipere; rogauitque Eugenium miſſo Thoma Narducho oratore, vt iudiciaria acta in Baſileenſes intermitteret, latasque ſententias reuocaret: cui Pontifex reſpondit e, temperaturum quidem ſe a grauioribus edictis, ſi illi res nouare, atque apoſtolicæ auctoritati detrahere deſinerent: geſta vero in eos abrogari non debere niſi aſſentiente Ferrarienſi concilio.

Baſileenſium fautor in ſchiſmate moliendo. Francorũ Rex tueri pontificia auctoritatē decreuit

d Lib. 12. pag.113.

Inter Baſileenſes Eugeniumque concordiæ interpretē agit.

e Lib breu.p 99 & in v. Alex.VII pag.119.

14 Deſciuit breui Carolus ab eo, quod oſtentarat, pio ſtudio, ac Baſileenſi conuenticulo fauit f, vetuitque præſules Gallos Ferrariam ſe conferre: cumque Baſileenſium decreta accepiſſet, conuocato Biturigum cœtu principum & epiſcoporum, qui Baſileenſi lue erant inquinati, pragmaticam ſanctionem die ſeptima iulij edidit magno regij nominis dedecore, & maximo Gallicæ rei damno, dum Pontificem impulſu Alfonſi Aragonij Neapolitano regno inhiantis a Baſileenſibus oppugnatum deſeruit. Afferuntur a Gaguino & alijs eiuſmodi leges. In quibus illud animaduertendum, non recepta a Gallis integra Baſileenſium decreta, ſed ea tantum, quæ ipſis grata erant, quocirca alia truncauere, alia omiſere. Obſeruandum præterea eſt præſules illos, dum pragmaticæ ſanctionis beneficio apoſtolicæ auctoritati ſe ſubducere parabant, ad laicorum ſeruitutem ſe aſtrinxiſſe. Iuſta etiam pœna Deo vindice affectus Carolus Rex; qui enim Pontifici, quem patris loco reuereri debuerat, obſequi recuſauit, non obſequentem ſibi filium expertus; graues ærumnas perpeſſus eſt. De ea porro ſanctione hæc tradit Gaguinus g: *Indicto apud Bituriges conſilio pragmaticam, quam vocant, ſanctionem tulit, eamque in parlamenti ſenatu promulgari mandat anno Chriſtianæ pietatis* CCCCXXXVIII. *ſupra mille, nonis iulij, quam regiam auctoritate Baſileenſis ſynodi factam conſtitutionem, qui deinceps fuere Romani Pontifices non ſecus ac perniciosam hæreſim exercrati ſunt, quod eam nemo Pontificum diſſoluto Baſileenſi conuentu probauerit.* Ipſam autem a Ludouico XI. conuulſam, damnatamque poſtea in Lateranenſi concilio videbimus.

f Lib.10.in Carol VII.

Vetat Gallos præſules Ferrariam accedere.

Pragmaticam edit ſanctionem Baſileenſibus ſe Pontifici præferentibus ſe præfert.

Præſules Galli ſæcularium iudicio ſe turpiter ſubijciunt.

g Gagum. lib.10. in Car.VII.

Edita pragmatica a ſchiſmaticis.

Queſtus de ea re Eug.

Longe maius pietatis & obſeruantiæ in ſedem

Apoſto-

Apoſtolicam ſpecimen præſetulit Henricus Anglorum Rex, qui temerarios & iniquos Baſileenſia conuenticuli auſus damnauit, hortatuſque eſt Eugenium, vt ea mala tolleret. De quo præclaro ſtudio Pontifex VI. octobris die dum Ferrariæ morabatur, gratias egit a. Ad comparandum autem ſibi turbulentiſſimis ijs temporibus Anglorum præſidium, Henricum ipſum hortatus b eſt, vt Anglos in apoſtolica aula retineret, cum id gloriæ Anglici nominis verteretur. Cum vero fierent inter eundem Anglorum Regem & Gallos varia de pace colloquia, ipſum rogauit c, vt egregie cœpta ad exitum perduceret, quibus Chriſtiana res maxima commoda foret conſecutura.

Anglus damnatis baſileenſibus adhæret Eugenio.

a Lib. 12. pag. 121.

b Lib. pag. 42

c Lib. hist. p. 98. & in v. S. Alex. VII pag. 138.

15. 16 Interea pluribus menſibus non ſine Eccleſiæ damno Ferrarienſis concilij publicæ ſeſſiones intermiſſæ, dum Græci Baſileenſes fruſtra expectabant. Acta vero res eſt d priuatis colloquijs, & arduæ controuerſiæ excuſæ. Habita fuit prima collatio quarta iunij die, in qua Latini teſtimonio S. Pauli Apoſtoli e conſtanter athirmarunt dari locum, in quo Chriſtifidelium animæ egregatæ a corporibus leues maculas, quas contraxerant, ignibus expiarent; cumque Græci verba Apoſtoli de igne æterno interpretati in hunc detorquerent ſenſum: *Ipſe damnatus per ignem ſalua bitur; ſine in igne ſemper ſaluus erit, & non conſumetur*; id nulla ratione dici poſſe demonſtrarunt, cum Paulus vtatur verbo, *ſalua bitur*, quod ſacrarum ſcripturarum teſtimonio nunquam niſi in meliori ſenſu accipi conſueuit. De eiuſmodi quæſtionibus inter Græcos & Latinos habitis meminit Eugenius in encyclicis literis ad cunctos Chriſti cultores datis, quibus indulgentiarum præmia tribuit f ſtipem collaturis in ſumptus, quos in perficienda orientalium coniunctione fieri oportebat: quibus aſcripta eſt dies vigeſima quarta ſeptembris.

d Andr. ſanctacruc collat. 1.

e 1. Cor. 3. Colloquiũ de Purgatorio habitum inter Græcos & Latinos.

f Lib. 12. pag. 38.

17. Eadẽ etiam die habita eſt ſecunda collatio non in principe eccleſia S. Georgij, ſed in pontificio tacello, cum Eugenius podagra laboraret: vbi quoque magna concertatio extitit inter theologos de additamento vocis, *Filioque*. Omnium primus Beſſarion archiepiſcopus Nicænus eleganti oratione Pontificem, Imperatorem, ac patriarcham ad coniunctionem eccleſiarum inſtaurandam incitauit. Habita deinde aliqua diſputationum theologicarum præludia, & in collatione g tertia 11. id. octobris celebrata relatum eſt ad delectos præſules, quis modus in concertando de rebus ſacris obſeruandus eſſet.

Beſſarionis oratio hortatiua pro eccleſiarũ coniunctione.

g Andr. ſanctacruc collat. 3. pag. 93.

18. 19 Tum in collationibus alijs h an liceret addere fidei ſymbolo vocem, *Filioque*, concertatio repetita, atque inter cætera libratum hoc argumentum, vetuiſſe Epheſinam ſynodum quidquam addi ſymbolo Niceno vel detrahi, non grammatice, ſed aduerſus verum ſymboli ſenſum, atque ideo, cum vox, *Filioque*, veræ fidei orthodoxæ conſentiat, eam addi licuiſſe demonſtrauit Foroliuienſis i epiſcopus grauiſſimis ſententijs: tum veteri exemplo conciliorum Epheſini, Niceni, & Conſtantinopolitani, quæ in Græcia celebrata fuere, confirmauit.

Certatum de additione Filioque.

h Collat. 4. pag. 95.

Prohibita additio intelligitur contraria vero ſenſui ſymboli

i Collat. 9. pag. 113.

Habitæ ſunt plures alia conſecutis diebus theologicæ quæſtiones; cumque Marcus archiepiſcopus Epheſinus obiecuiſſet additamentum vocis, *Filioque*, ſchiſma peperiſſe, ita Iulianus Cardinalis Cæſarinus illum confutauit: *Additio non fuit cauſa ſchiſmatis, quia ante iſtud ſchiſma eccleſia Romana cantabat ſymbolum cum hoc verbo, Filioque. Hoc habemus per epiſtolas Hormiſdæ Papæ, quas ſcribit Imperatori Conſtantinopolitano, videlicet Iuſtino patri (nimirum adoptiuo) Iuſtiniani Imperatoris, qui fuit tempore quinti concilij.* Et paulo poſt: *Item Tharaſius addens, per Filium, in concilio ſeptimo non generauit ſchiſma. Deinde doctrina Auguſtini & Ambroſij erat nota ante tempus tertij concilij. Item doctrina multorum doctorum Græcorum erat nota orientalibus, & tamen nullus fuit ſcandalizatus contra eos, vnde non dicatur quod hoc verbum, Filioque fuerit cauſa ſchiſmatis nec propter hoc ſecuta eſt diuiſio.*

Obiecit Marcus Epheſinus ex additione pullulaſſe ſchiſma.

Tharaſius in concilio VII. addens per Filium ſchiſma non pepe rit.

20 Diſſoluta dein difficultate, poſſe nimirum neceſſitate vrgente, ſcilicet ad depellendam naſcentem hæreſim, addi aliquas voces in ſymbolo, quæ ſenſum illius explicent nitidius, Latini Græcos prouocarunt ad inquirendum, num vera eſſet ſententia comprehenſa hac voce addita, *Filioque*. At Marcum Epheſinum vehementer ab inquirenda veritate abhorruiſſe, oſtendit Ioſephus epiſcopus Methonenſis. Cæterum quanta cum clementia & amoris ſignificatione Græcos ad indagandam controuerſiarum de fide veritatem Eugenius excitarit, deſcribit Gennadius a patriarcha Conſtantinopolitanus in apologetico aduerſus literas Marci Epheſini mendacijs refertas: tum de ſingulari eiuſdem Pontificis liberalitate in Græcos ſubdit: *Cum Eugenius beatæ memoriæ Romæ ſanctiſſimus Papa non habebat amplius, nec inueniebat, quod vobis daret ſingulis, pro expenſis, & cum Florentinis ſignifica ſſet, vt ſibi mutuo darent quadraginta millia nummum, miſit illis pignus multum ſuum; qui cum illam accepiſſent, quod petierat Pontifex fecerunt, quin immo alia quadraginta millia polliciti ſunt dare, ſi ad ſuam ciuitatem ſynodum transferret, vt eorum ciuitas una cum ſynodi definitione honorem lucraretur.* Transferendæ vero ſynodi grauiſſima cauſa inſtabat.

Græci ad veritatem indagandã ſolicitati ab Eugenio.

a Gennad. aduerſ. lit. Marci Epheſ.

21. 22 Imaſerat nimirum peſtis Ferrariam, quo inopinato caſu Eugenius adductus, de transferenda illa Florentiam conſilium iniit. Turbati inde quidam Græci, ſed Imperatoris & patriarchæ auctoritate ſedati. Tranſacta ea lege res eſt, vt Pontifex in menſes octo noua ſubſidia Conſtantinopolim mitteret, commeatus ipſis ſuppeditaturus eſſet, Florentiam ac non alio pergerent, ſynodus vltra quartum menſem non extraheretur, tum denique Græcis recedendi poteſtas fieret. Vt vero anno proximo promulgata ſit concilij tranſlatio, ſuo loco dicendum erit: nunc reliqua proſequamur.

Ferrariæ grauiſſima peſtis eranſferendi Florentiam concilij cauſam præbet.

Redimitus b eſt hoc anno Albertus dux Auſtriæ Sigiſmundi Imperatoris defuncti gener hæreſque kal. ianuarij in Alba regali Hungaricæ regni inſignibus ritu ſolemni. Eodemque ineunte anno Pontifex antequam Ferrariam ſe conferret, pio impulſus ſtudio vt Hungarica arma in Turcas fidei hoſtes verteret, Signenſem epiſcopum internuntium creauit, vt propoſitis indulgentiarum præmijs Chriſtifideles ad ſacræ militiæ nomen dandum accenderet.

Tria regna adeptus Albertus dux Auſtriæ. Meditatur Eugenius expeditionem in Turcas.

b Æn. Syl. hiſt. Bohem c 55. & com. 1. Cocl hiſtor Huſſ. l. 39. & Bonif. Hung rer. dec. 3. l. 4. Dubr. hiſt Bohem. lib. 8 & alij.

23. &c. Coniunxerat Hungarico & Boemico Albertus Romanum ſceptrum: in publicis enim comitijs apud Francofordiam quadrageſimali tempore peractis communibus electorum ſuffragijs XIV. kal. aprilis imperij gubernacula ei tradita ſunt c. Quo felici accepto nuncio Eugenius d de parto tantæ dignitatis faſtigio illi gratulatus, ad ſtrenue gerendum imperium, pellendos ex Europa Turcas, religionemque amplificandam apoſtolicis literis incitauit. Porro incubiturus ad componendas imperij res Albertus, ſolemnes principum Germaniæ cœtus Norimbergæ celebrauit, ad quos ſeptembri menſe Pontifex inſignem admodum legationem decreuit e, miſſis nimirum Nicolao Cardinale S. Crucis ſanctitate, ac rebus geſtis clariſſimo, Ioanne archiepiſcopo Tarentino, qui olim Baſileenſi ſynodo præfuerat, Petro epiſcopo Digneni, qui Græcos concilij nomine perduxerat in occidentem, ac tribus alijs viris doctrina ſpectatiſſimis, vt Cæſar principeſque ſeditioſos Baſileenſis conuenticuli auſus comprimendos curarent, cum Græci percuperent, vt Baſileenſes Ferrariam venirent, paribuſque animis communi concordiæ redintegrandæ mauarent operam.

Albertus creatus Cæſar.

c Æn. Syl. hiſt Bohem. c. 55. Cuſpin. de Cæſar. & alij.

d Lib. hiſt. p. 98. & in v. S. Alex. VII pag. 157.

Norimbergenſis conuentus.

B Nicolaus Albergat. ad eos miſſus.

e Lib. 12. pag. 37.

IESV CHRISTI
annus 1439.

Indict.2.

EVGENII PP. IV. ALBERTI ROMAN. REGIS 2. annus 9. Io:VII.PALÆOLOGI IMP.OR.16.

Ob luem translatum Ferraria-Florentiâ concilium.

1. &c. CVm grauis pestilentia superiori anno, vt vidimus, Ferrariæ coorta nondum desijsset, in sessione decima sexta celebrata magna patrum frequentia in ecclesia principe, apostolicæ literæ de synodo transferenda ab Antonio episcopo Portugalensi perlectæ a, in quibus Eugenius assentientibus Græcis concilium Florentiam transtulit. Ingressus vero Florentiam Pontifex encyclicis literis b Reges principesque de suo aduentu fecit certiores, hortatusque est, vt oratores ad coptam orientalis cum occidentali ecclesiæ coniunctionem conciliandam mitterent: ac paulo post secuti sunt Pontificem Imperator, & patriarcha Constantinopolitanus, quem prius decimatertia februarij die Florentiam hoc ordine ingressum describit Græcus auctor c: *Die decimatertia februarij prodiere obuiam patriarchæ nostro Cardinales duo, archiepiscopi vero & episcopi ad triginta cum magna populi frequentia, & facti obuiam deduxerunt eum Florentiam. Ibat vero patriarcha medius inter Cardinales magno cum honore, & omnes officij causa comitati sunt eum vsque ad paratas illi ædes, quo ibi relicto diuertimus & nos ad locum quisque sibi paratum.* Post triduum Florentiam peruenit Ioannes Palæologus Imperator, cui obuiam effusos Cardinales virosque principes, subdit.

a *Andr. e ad discr.coll.14* Eugenius Florentiã ingressus.

b *Lib.12.p.67.& apud Andr. sanctacr.in act. concil.Flor. p.2 collat.14*

c *Act.concil. Flor.sess.16* Patriarcha Constantinopolitan⁹ Florentiæ exceptus honorifice.

Effusi obuiam Card. Imperato. et Clero.

Sess. XVII.

4 Deinde IV. kalendas martias habita est sessio decimaseptima, prima vero ex ijs, quæ Florentiæ sunt celebratæ, in qua post diuturnum inter Iulianum Cardinalem Cæsarinum & Imperatorem colloquium conuentum est, vt Græci de modo conficiendæ concordiæ priuatim inter se agerent, eumque in proxima sessione proponerent; sed cum formam consensionis non reperirent, ad disputationes theologicas res delapsa est. A sessione igitur XVIII. ad XXV. disceptarunt an Spiritus sanctus procederet a Filio, & num recte adita esset symbolo particula, *Filioque*. Conclusum denique est ex Græcorum quoque doctorum sententia Spiritum sanctũ a Filio quoque procedere, proinde rectissime adiectam in symbolo eam dictionem, non tamquam additamentum, sed vt explicationem pernecessariam.

Disceptatum de additione, *Filioque*. Conuentũ eam factã vt explicationem necessariam.

Editum est ad Græcos in fide orthodoxa confirmandos insigne miraculum in S. Bernardino, vt narrat eius vitæ auctor d: *Volebat*, inquit, *ille in ecclesia concilio generali Græcos, qui ei intererant, veram salutis & veritatis viam docere, sed magno animi dolore cruciabatur, quod illorum non calleret idioma. Secum autem cogitans admiranda Dei opera, & vt ille suis Apostolis contulerit, vt possent omnium gentium linguis loqui, obnixe rogabat eum, largiretur Græcis intelligentiam eorum, quæ dicturus esset ad illos. Mox feruenti spiritu unita in Deum fiducia fretus, ascendit suggestum, Græceque concionatus est de catholica fide Græcos summo studio erudiens, ita vt mirarentur omnes, dicerentque eum non minus probe nosse Græce, quam si in Græcia natus esset. Sed Deus monebat linguam eius, & loquebatur per eum, cum enim a suggestu descendisset, & omnes laudarent eius Græca dicendi facultatem & copiam, ille Deo soli honorem omnem tribuens, mansit expers Græca lingua, vt antea fuerat.*

d *Vit.S.Bern. apud Sur. 20.die maij.*

Græci profitẽtur Spiritũ S. ex Patre Filioque procedere.

Die igitur iunij tertia conuenere Græci omnes in ædes patriarchæ, qui implicitus morbo significauit Imperatori, optare se concordiam & cum Romana ecclesia coniungi velle. Rogatis singulorum sententijs cuncti, excepto Marco Ephesino, vna & mente & voce consensere, Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere; quemadmodum Gennadius a in commentario aduersus Marci Ephesini impostoris literas accurate enarrat: eumque arguit conuictum fuisse a Bessarione auctoritatibus sanctorum patrum Græcorum, in quorum libris versatus non erat, sed tantum in impijs fabellis Cabasilæ & Palamæ; atque ideo hoc decretum a Latinis & Græcis conceptum fuit.

a *Act.concil. Flor.pag.5.*

5 *In nomine S. Trinitatis Patris & Filij & Spiritus sancti, in hac demum sancta ac Deo chara vnione eodem sensu, eadem anima eademque mente nos Latini & Græci consentimus & concordamus, vt ab hominibus Christianis hæc fidei veritas creatur & suscipiatur, & ita profiteatur, quod Spiritus sanctus ex Patre & Filio æternaliter est, & ex vtroque æternaliter tanquam ab vno principio & vnica spiratione procedit, declarantes, quod id, quod sacri doctores & patres dicunt ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, vt per hoc significetur Filium quoque esse secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentia Spiritus sancti, sicut & Patrem. Et quoniam omnia, quæ Patris sunt, Pater ipse vnigenito Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum, quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, eius Filius a Patre æternaliter genitus est.*

Decretum fidei.

Vt intelligendum sit Spiritum S. procedere ex Patre per Filium Pater dat omnia filio præter esse Patrẽ.

6 Ingenti affectos lætitia vniuersos audita illa Græcorum pia professione, ac miraculo rem ascriptam tradit Andreas Sanctacrucius, subditque Iosephum patriarcham flagitasse, vt sessio celebraretur, in qua orientalis occidentalisque ecclesiæ consensio solemni decreto sanciretur; sed rem extractam, quo prius Græci in alijs etiam controuersis articulis fidem orthodoxam profiterentur; confectum vero senio patriarcham mortem obijsse: *Hæc*, inquit, *difficultate stante* x. *iunij post solis occasum dolor maximus patriarcham inuasit, quo demum ea nocte decessit, sed ante obitum cedulæ præmissæ processionis Spiritus sancti propria manu subscripsit, ac regulæ sanctæ matris Ecclesiæ se humiliter submittens interijt.* Extat in actis Græcolatinis extrema patriarchæ sententia, quam indicat idem Andreas his expressam verbis: *Quoniam ad finem vitæ meæ perueni, soluturus iam commune debitum, Dei gratia scribo & subscribo sententiam meam aperte vniuersitati morum filiorum. Omnia igitur, & quæ dogmatizat catholica & apostolica ecclesia domini nostri Iesu Christi senioris Romæ, ipse quoque sentio, & ijs me acquiescentem do & dico. Profiteor quoque beatissimum patrem patrum & maximum Pontificem & vicarium domini nostri Iesu Christi antiquæ Romæ Papam ad certam omnium fidem, nec non purgatorium animarum: in horum quippe fidem scriptum est die mensis iunij nono millesimo quadringentesimo trigesimo nono indictione secunda.* Addit Sanctacrucius: *Tot tantaque visa sunt totalis reductionis signa, quod summus Pontifex, sacro Latinorum approbante cœtu, ad Ecclesiæ communionem admissum consenserit, magnoque cum prælatorum comitatu, astantibus singulis reuerendissimis Cardinalibus, Græcis eorum more sacris indutis vestibus funeralibus decantantibus, in ecclesia S. Mariæ Nouellæ, vbi palatium apostolicum est, sepultura conditus est.*

Iosephi patriarchæ obitus.

Prius subscripsit decreto concilij.

Perfunctis iustis patriarchæ funebribus, actum est cum Græcis, vt perpensis diuinis oraculis, ac sanctorum patrum testimonijs in reliquis similiter de fide controuersijs, Latinorum sententiæ accederent, profiterentur scilicet Romanam ecclesiam de processione Spiritus sancti non tantum pie sentire, verum

Ioseph patriarcha professus se sentire cum Romana ecclesia.

Et credere esse purgatorium ignem.

De alijs controuersijs inter Latinos & Græcos disceptatum

conue-

conuenientissime dictionem, *Filioque*, symbolo apposuisse: Romanum Pontificem in vniuersa Dei Ecclesia primatum tenere, verumque esse Petri successorem; animas purgatorio igne reliquas criminum maculas expiare; Eucharistiam denique in azymo vel fermentato confici posse, intentionemque sacerdotis, vt fiat consecratio esse perneccssariam. De quibus institutis theologicis concertationibus Græci Romanæ ecclesiæ fidem amplexi sunt totidem decretis editis. Tum conuentum est, vt die sexta iulij. in sessione publica decretum initi orientalem inter & occidentalem ecclesias sacri fœderis perlegeretur, cuius præcipua pars hæc est.

De Spiritus sancti processione.

7 *In nomine sanctæ Trinitatis Patris & Filij & Spiritus sancti, hoc sacro approbante vniuersali Florentino concilio, definimus, quod Spiritus sanctus ex Patre & Filio æternaliter est, & essentiam suam suumque esse subsistens habet ex Patre simul & Filio, & in vtroque æternaliter tanquam ab vno principio & vnica spiratione procedit, declarantes, quod id, quod sancti doctores & patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, vt per hoc significetur, Filium quoque esse secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiæ Spiritus sancti, sicut & Patrem. quoniam omnia, quæ Patris sunt, Pater ipse vnigenito Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum, quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre æternaliter habet, a quo etiam æternaliter genitus est.*

Definitum vocem, *Filioque* adiectam licere symbolo.

8. 9 *Definimus insuper explicationem verborum illorum, Filioque, veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc necessitate, licite & rationabiliter symbolo fuisse appositam. Item in azymo siue fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici, sacerdotesque in altero ipsum Dominj corpus conficere debere vnumquemque scilicet iuxta suæ ecclesiæ, siue occidentalis siue orientalis, consuetudinem. Item si vere pœnitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint & emissis, eorum animas pœnis purgatorijs post mortem purgari, & vt a pœnis huiusmodi releuentur, prodesse eis fidelium viuorum suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes, & eleemosynas, ac alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueuerunt secundum Ecclesiæ instituta, illorumque animas, qui post baptismum susceptum nullam omnino peccatis maculam incurrerunt; illas etiam, quæ post contractum peccati maculam in suis corporibus vel eisdem exuta euaserunt intueri clare ipsum Deum trinum & vnum sicuti est, pro meritorum tamen diuersitate, alium alio perfectius; illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas. Item definimus sanctam Apostolicam sedem & Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse B. Petri principis apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiæ caput & omnium Christianorum patrem & doctorem existere, &c.* His pertectis

Corpus Christi in azymo siue in fermentato confici.

De purgatorio igne.

Disparem originalis & mortalis peccati.

De primatu Pontificis.

alia act. Flor. p. 2. coll. 22. Græcorum Florentia discessus.

Die XXVI. *augusti*, inquit Andreas a, *solemniter per totum sacrum Cardinalium collegium sociati Imperator Græcique ex Florentia ad patriam redeuntes exierunt, associantibus eundem demum per territorium Florentinum Cardinalibus tribus ac multis aliis, hisque sanctissimæ vnioni optatus finis impositus est.* Ad quam confirmãdam Græcosque iuuandos ad cunctos Christifideles literas dedit b, vt dignas Deo grates persoluerent: tum indulgentiarum præmia ijs proposuit, qui stipem in militares sacri in Turcas belli sumptus pro Græcis ab eorum tyrannide vindicandis erogarent.

b Lib. 15. pag. 210.

10 Respondisse illos pontificis voeis, atque opera pro amplificanda diuina gloria contulisse, ex Blondo colligitur, dum tradit a mirum fuisse quantos Eugenius pro Græcis sumptus fecerit. Cui etiam ad tuendum Palæologum Imperatorem contra Turcas est pollicitus b certum triremium numerum subsidio ei se transmissurum, atque tum etiam terrestribus copijs ipsum adiuturum, actumque cum Alberto Romanorum Rege, vt exercitum in expeditionem aduersus Turcas educeret.

a Blond. dec. 3. lib. 10.

b Lib. 12. pag 358. Subsidia Græcis in Turcas suppeditat Eugenius.

11 Vt dicta factis ornaret, paucis post diebus Cosma & Laurentio Medicibus argentarijs Romanæ curiæ iniunxit c, vt duodecim aureorum millia prætidiario militi Constantinopolitano persoluenda curarent. Misit etiam suos ad Albertum Regem legatos, qui ad parandum sacrum bellum incumberent. Vt vero orientis populos ad ea excipienda & pie colenda quæ in synodo Florentina sancita fuerãt, adduceret Christi vicarius, plures legatos in varijs prouincijs creauit, interque alios Fanimum Cretensem archiepiscopum legati de latere auctoritate exornauit d. Legauit e etiam in Russiam aliasque prouincias Isidorum Kioniensem archiepiscopum, qui egregiam operam in adducendis ad Romanæ ecclesiæ finium Græcis posuerat. Pessime a Moscouitis fuit acceptus Isidorus coniectusque in carcerem, atque a congregato schismaticorum conciliabulo, intendebantur f illi supplicia, seu verius martyrij palma parabatur, nisi e carcere diuinæ prouidentiæ arcano consilio fuisset emissus.

c Ibid. p. 308

d Lib. 11. p. 75. Isidorus Kioniensis archiepiscopus in Russiam missus.

e Lib. 10. pag. 227. extat inter Martini V. bren. pag. 2.

f Leo Crissin libelo defens. omnis. Ecclesiarum.

12 Coniungebat cum Isidoro pios labores Visiario siue Bessario Nicænus archiepiscopus, quem vt de re catholica benemerentem Eugenius annuo stipendio sexcentorum aureorum, cum in Romana curia ageret; trecentorum vero, cum Constantinopoli versaretur donauit g: amboque cardinalitia pariter dignitate decorauit, interius videbimus.

Bessario Nicæn. archiepisc. auctus muneribus. Ornatus cum Isidoro cardinalitia purpura.

g Lib. 12. p. 100.

Auxit eam de Græcis ab inueterato schismate reuocatis Iacobitarum Armeniorum ad gremium Ecclesiæ confluentium aduentus, qui cum immineret, Eugenius vniuersis fidelibus concepta animo gaudia literis h encyclicis explicuit; tum etiam Reges ac principes, vt arma pro Græcis e Turcica seruitute vindicandis, & Mahumetica superstitione abolenda expedirent, cohortatus i est.

Armenij accedunt ad Eugenium.

h Ext. apud Card. Iustin. de Flor. p. 3

i Ext. apud Iust p. 3. assert. conc. Flor. p. 333. & in cod. ms. ex bibl. Heydelbergensi in Vat. inuent. fol. 271.

13. 14 Venisse Florentiam Armeniorum patriarchæ apocrisiarios paulo ante quam Imperator ea vrbe abiret, referunt acta Græcolatim l, eosdemque ab Imperatore flagitasse, vt pro Armenijs in concordiam cum Romana ecclesia redigendis suam operam interponeret, afferunturque a Cardinale Iustiniano patriarchæ Vagarsabath literæ m, quibus nuntijs amplissimam potestatem contulit. Disceptarunt n Armenij de suis controuersijs, ac demum orthodoxæ veritatis luce collustrati a Pontifice & synodo catholicæ fidei formulam religiose o in sessione publica IV. id. decembris celebrata excepere: eam synodali decreto inseruit Eugenius, in quo post repetitum fidei symbolum, de duabus naturis in vna Christi persona, deque duabus voluntatibus & duabus operationibus, veteres sanctiones instaurauit, deque septem sacramentis doctrinam catholicam exposuit, interque alia hæc de sacrificio tradidit.

l Acta Græc. edit. Binii tom. 4. p. 620. pag. 621.

m Conc. Flor. p.

n Ang. Patric. in act. & ex eo Card. Iust. e Ext. apud Card. Iustin. de F. exp. 3 pag. 363. & apud Bin. *pag. 613 & in annali.*

15.16 *Eugenius, &c.* Non debet in calice Domini aut vinum solum aut aqua sola offerri, sed vtrumque permixtum, quia vtrumque, id est sanguis & aqua, ex latere Christi profluxisse legitur; tum etiam quia conuenit ad significandum huius sacramenti effectum, qui est vnio populi Christiani ad Christum, aqua enim populum significat secundum illud Apocalypsim p: *Aquæ multæ populi multi.* Ex Iulius

Cur in sacrificio aqua misceada sit vino.

p Apoc. 17.

* 1. Papa * VI. post B. Siluestrum ait : *Calix dominicus iuxta canonum præceptum vino & aqua permixtus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in calice vinum & aqua miscentur, Christo populus adunatur, & fidelium plebs ei, in quem credit, copulatur & ingeritur. Et infra.* Forma huius sacramenti sunt verba Saluatoris, quibus hoc contecit sacramentum; sacerdos enim in persona Christi loquens hoc conficit sacramentum; nam ipsorum verborum virtute substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem conuertuntur, ita tamen quod totus Christus continetur sub specie panis, & totus sub specie vini: sub qualibet quoque parte hostiæ consecratæ & vini consecrati separatione facta totus est Christus. Huius sacramenti effectus, quem in anima operatur digne sumentis, est adunatio hominis ad Christum, & quia per gratiam homo Christo incorporatur, & membris eius vnitur, consequens est, quod per hoc sacramentum in sumentibus digne gratia augeatur, omnemque effectum, quem materialis cibus & potus quoad vitam agunt corporalem, sustentando, augendo, reparando, & delectando, sacramentum hoc quoad vitam operatur spiritualem: *In quo*, vt inquit Vrbanus Papa, *gratiam Saluatoris nostri recensemus memoriam, a malo retrahimur, confortamur in bono, & ad virtutum & gratiarum proficimus incrementum.*] Subdidit deinde quid de sacramentis pœnitentiæ, extremæ vnctionis, ordinis, & matrimonij sentiendum esset, quæue eorum materia ac forma essent: tradidit etiam Armenijs symbolum S. Athanasij; tum decretum vnionis cum Græcis; tum qui festi dies celebrandi essent distinxit. Quæ omnia decreta Narses Armeniorum orator pie excepit.

Sacerdos in Christi persona loquitur.

Integer latet Christus sub qualibet specie.

17 Conciliandi Ecclesiæ supererant Indi & Æthiopes, ad quos Eugenius Albertum de Sarchiano ordinis Minorum fratrem misit [a], vt eos a schismate ad coniungendum se ecclesiæ Romanæ induceret: quos etiam exemplo suo Palæologus Imperator allicere ad sacrum fœdus ineundum studuit, vt ostendunt eius literæ [b] e Græco in Latinum sermonem versæ, quibus patriarcham Alexandrinum certiorem fecit, sanctos patres Græcos & Latinos in dogmate de processione Spiritus sancti ex Patre & Filio consentire, atque orientalem occidentalemque ecclesias coniunctas ita fuisse, vt veteres Græci ritus a Græcis illibati seruarentur; tum ex eo fœdere restituendi in oriente pristino splendori & amplitudini Christiani imperij spes affulgere. Non defuisse muneri patriarcham, missisque oratoribus consensisse sacro fœderi; coniunxisse pariter se Romanæ ecclesiæ Æthiopes ac Iacobitas, & decreta Florentinæ synodi demisse excepisse dicetur inferius.

Agitatum de Indis ad fidem vocandis.

[a] *Lib 11. p. 359 extant eius lit. apud Wadd. to 5 pag. 360. & 361.*

[b] *Ext. in m.s cod. bibl. Vat. fol. lit. F. n. 3. p. 61. & in annal*

18 Extracta [c] est synodus Florentina in tertium annum, in sequentem nimirum (vt acta concilij Tridentini m.s. quæ in Hadriana mole asseruantur meminere) tum ad orientalium firmandam consensionem, tum ad Basileensium compescendam impietatem, qui ob præclara gesta Eugenij incensi odio & inuidia schisma moliebantur, vt ab exitiali consilio eos auocaret, vti ostendunt graues eiusdem literæ [d] mense februario ad ducem Mediolani (qui licet antea Eugenio in concilij loco designando aduersatus esset, a schismate tamen conflando abhorrebat) datæ, quibus gratias ei egit de nuata ad seditiosos sedandos opera, ac significauit quamris ipse studijs & contentione pacem semper exquisijsset. Aucta est Basileensium audacia ex corpore Alberti Regis Romanorum, qui pontificiam dignitatem, vt par erat, non est tutatus, dum se nec Eugenio nec Basileensibus studere velle promulgauit, finitque Basilenses commentus magno Ecclesiæ offensione propagari.

Extracta synodus Florentina ob Basileēsium schismā.

[c] *Card. Iusl. p. 3. p. 333.*

[d] *Lib. 12. fol. 134.*

Albertus Rex Romanorum Basileenses fouet.

19 Celebrauit a porro idem Rex hoc anno VII. kal. aprilis Moguntiæ solemnes procerum cœtus, quibus etiam Cardinalis S. Petri ad vincula, archiepiscopi electores imperij, Regum Francorum & Castellæ, ducisque Mediolanensis, tum alij plures Germaniæ principum oratores, denique patriarcha Aquileiensis legatus conciliabuli Basileensis interfuere: cumque principes, qui aderant, & absentium legati instarent, vt Basileenses a Pontifice in ius vocando abstinerent, nihil impetrare potuere, quamuis Nicolaus Cusanus Eugenij orator pontificiam causam ageret, contenderetque concilium œcumenicum non Basileæ sed Florentiæ celebrandum esse. Denique in eo conuentu decreta Basileensium ipsorum suasu a Germanis iure admissa [b], quibusdam tamen temperata modis, de quibus extant [c] publicæ tabulæ in m.s. codice Vallicelliano.

Conuentus Moguntini.

a Aug. Patr. in actis conc. Basil. Æn. Syl. lib. 1. & alij.

b Æn. Syl in hist. sic. Basil. Langus chr. Cusan. & alij.

c M. S. Vallic sign. lit B. n. 19. pag 10. ad 14.

Dum ij cœtus agitabantur, minoris ordinis sacerdotes Basileæ, auctore Nicolao pseudodominicano patria Burgundo, instar rabidi canis aduersus Pontificem vbique latrante, lenibus fallacibusque argutijs concluserе, Eugenium hæreticum relapsum esse, & falsa deliramenta pro decretis fidei promulgarunt, quæ Ioannes Turrecremata [d] ac B. Ioannes Capistranensis [e], & alij egregie confutarunt.

d Turre rem. summa de eccles. lib. 3. c 30.

e Io. Capistr. de Pap. & concil. fine. Ecclesiastic. vitate.

20. 21 Intercessere porro impio illi & impudentissimo minoris ordinis sacerdotum decreto per seditionem prælato præsules; inter quos Panormitanus ita effatus est, vt narrat Æneas Syluius: *Vos parvi, nostras contemnitis preces, Reges & principes contemnitis, prælatos contemnitis: at cauete nobis omnes despicitis, ab omnibus despiciamini*; itarem contigisse visuri sumus.

22. 23 Debuisset Albertus Cæsar temeritatem coercere pseudocardinalis Arelatensis, sed deserto apostolicæ dignitatis patrocinio obtendebat negligentiæ suæ colorem, studio pacis in neutram se inclinare partem, vt inter vtramque interpres concordiæ esse posset. Quem Eugenius grauiter monuit [f], vt sacrosanctæ potestatis ius defendendum aduersus conciliarem factionem susciperet, seque pariter Albertum ipsum apostolicis studijs in tuenda aduersus Turcas Hungaria prosecuturum: cæsarei porro esse muneris seditiosos homines Ecclesiam Dei schismate laniare meditantes compescere, cum se eiusdem Ecclesiæ defensorem esse profiteretur. Cæterum iustis Pontificis precibus Albertus antea non dedit, qui facili imperio turbulentorum Basileensium conuenticulum soluere poterat; quocirca nec diuinam sibi gratiam conciliauit, atque adeo profectus in Turcas inglorius, vt videbimus, redijt, neque ita multo post mortuus est.

Albertus Cæsar schismatis exordia tollere abnuit.

f Lib. 2. p. 71

Dignum non promeruit patrocinium qui Ecclesiæ defuit.

24 Quod ad Carolum Francorum Regem attinet; præferebat ingens auertendi schismatis studium nauabatque operam, vt Pontificem ac Basileense conuenticulum in concordiam reduceret. Cum vero verbo lapsus illud concilium appellaret, monuit [g] ipsum Eugenius perfidorum hominum synagogam non eo nomine coboneſtandam. Quæstus etiam est ipsius oratores, atque inter alios archiepiscopum Turonensem pia eius consilia prodidisse; nam qui ad componenda diffidia missi essent ad principes, improuide magis auxisse. Expostulauit etiam illum non perfecisse promissa, neque oratores pro redintegranda orientalem inter & occidentalem ecclesias coniunctione Florentiam legasse; denique rogauit, vt ex Basileensi conuenticulo regios oratores subditosque suos graui edicto reuocaret.

Francorū Rex pacis Ecclesiæ studiosus.

g Lib. brev. pag. 202.

Eius oratores causam pontificiā prodiderāt

25 Interea Basileæ tumultus aucti, nam pseudocardi-

Aucti Basileæ tumultus.

Sess.xvxi. cardinalis Arelatensis xvi. kalendas sessionem coniuratorum habuit, vt pontificatum Eugenio abrogaret, obstante contrariorum præsulum parte, & principibus oratoribus obluctantibus: *In qua*, inquit Æneas Syluius a oculatus testis, *nullus Aragonensium prælatorum interfuit, nullusque omnino ex tota Hispania, ex Italia sub Crassetanus episcopus & abbas de Dona*, de infra: *ex duobus alijs nationibus imbrati fuerant solum viginti*. Erant illi vel episcoparus honore ob flagitia deiecti, vel titulos inanes gerentes, quibus scilicet perpetuam a schismaticis decorati erant, vel ex schismate flagitio turpis lucri spem conceperant. At Arelatensis pseudocardinalis a maxima episcoporum parte desertus vsus est hac fraude, vel potius aperta impia insania; nam cum episcopi abessent, sanctorum reliquias in pseudosynodi locum inculit, quo a stultis ruisse pro ipso sententiam aduersus Eugenium crederentur.

a Æn. Sil. 1 de gestis Basil. conc.

36 Post latam a Basilensibus nefariam de abrogato pontificatu sententiam a paucissimis doctorculis in Eugenium, quem non modo Latini episcopi colebant, sed cui etiam orientales damnato schismate obsequium deterebant, postis Basileam incessit, qua pars schismaticorum absumpta est.

Pestis Basilienses schismaticos consumit.

37 In ijs fuere Ludouicus protonotarius, qui quamuis non approbaret Basileensium tyrannicam factionem, vt maior sacerdotum numerus cum paucis episcopis edemit sanctiones fidei reluctante maxima episcoporum parte, auctoritatem tamen conciliabuli aduersus Pontificem scriptis propugnarat: is igitur inopina & subita morte extinctus improbe conceptas ex schismate spes amisit. Ludouicus etiam, qui Aquileiensis patriarchatus titulo gerebat, (adeo ferus Eugenij hostis, vt episcopis non alienis ictibus iniquæ in Pontificem hanc sententiæ capitale supplicium intentarit) infelici exitu sublatus, de quo hæc addit Æneas Sylvius b: *Nec quem optauerat diem electionis Papæ*, id est antipapæ, *potuit cernere; in eo tamen parum consolationis recepit, quoniam prius depositum Gabrielem*, nimirum Eugenium, *vidit quam moreretur, lætusque, vt ante prædixit, tale nuntium in orbem portauit alium*. Et infra: *Fuitque eius obitus omnibus patribus*, nempe schismatis auctoribus, *amarissimus, tamque duas concilij columnas prostratas esse dicebant protonotarium & patriarcham, quoniam iure alter*, scilicet commentitio *facto alter veritatem synodi defendissent*. Vita similiter priuati fuere c schismatis signiferi Lubecensis episcopus, qui principum oratores circumuenerat, ne impia synagogæ decreta fieri prohiberent, subornaratque Turonensem archiepiscopum, vt contra Gallorum Regis mandata sceleri assentiretur, Ebronensis episcopus vt vocant, elemosynarius Regis Aragonum, episcopus Constantiensis, Vergiliacensis & de Dona abbates, adulterinarum bullarum scriptores octo, totidem pluresue ex peruersæ pœnitentiariæ impostoribus, denique, vt ait auctor: *Omnis ordo patrum confossus fuit, ex doctoribus magnus defecit numerus*. Adscribendum id sane diuinæ prouidentiæ, ne illi eloquentia sua & scriptis schismati robur adderent.

b Æn. Syl. 2 de gest. Basil. lib. 2.

c Ibid. lib. 1.

Debilitatum exinde schisma

Qui delecti sint pro creando antipapa.

Interita creando antipapæ schismatica turba sanxit apparente octobri, vt triginta duo cum eodem Arelatensi conuenirent: in quibus deligendis, postquam varijs sententijs certatum est, Thomam abbatem de Dunclum, Ioannem de Segobia in ecclesia Metensi archidiaconum, ac Thomam de Corcellis canonicum Ambianensem electores designarunt, qui latis inter se suffragijs viginti nouem collegas deligerent; eo quippe res prouerat, vt de gradu deiecto Pontifice schismatici sacerdotes non modo se æquarent episcopis, verum etiam anteferrent, adeo vt Arelatensis, de quo paulo ante memorauimus, ex eo contemptui iam perduellionis pœnas haberet.

38. 39 At Eugenius x. kal. septembris rescidit apostolica auctoritate omnes Basileensium sententias, quæ post indictam concilij ad Ferrariensem vrbem translationem latæ fuerant, atque omnes, qui Basileensium edicta post eam facta tuerentur, debitis pœnis affici iussit a. Tum aliud edidit synodale decretum pridie nonas septembris, quod ad Francorum Regem, necnon alios principes missum fuit ad confundendam doctrinam erroneam, quam Basileenses sessione xxxiii. xvi. kalendas maij promulgauerant, tum ad meritas pœnas ijs irrogandas, qui sessione xxxvi. vii. kal. iulij pontificatum Eugenio adimere tentauerant. Ad tantum autem flagitium perhorruerunt vniuersi, quibus pietatis sensus inerat, illudque Regum ac principum oratores damnarunt. Porro sub emendito Basileensis concilij nomine septem soli pseudoepiscopi importunissimi Eugenij hostes vna cum sacerdotum imperitorum collecta face tantum nefas commiserant b. Sunt ea omnia consona prorsus ijs quæ nos paulo ante ex Æneæ Sylvio & ex actis ipsis pseudosynodi Basileensis retulimus.

a lib. 20. ep. cum pag. 88. decr. Basileensium damnati errores.

b Ext. ibi in apud Cord. Insectic. Flor. rum p. 3. pag. 337. & apud Cocl. lib. 9.

30. 31 Porro decreti pontificij, quo Basileensium impietas damnata, præcipua pars hæc est.

Eugenius, &c. Memorati scandalorum duces numero quidem panciſſimi, quorum plerique conditionis infimæ & nominis, veræ pacis odioſiſſimi iniquitatem ſuper iniquitatem apponentes, vt non intrarent in iuſtitiam Domini, dum Spiritus ſancti gratiam pro ipſorum Græcorum vnione iam in nobis operari conſpicerent, a recta linea per anfractus erroris exorbitantes, prætenſam quandam xvii. kal. iunij proximo præteriti ſeſſionem c fecerunt, in qua quibuſdam decretis, licet per vnam tantum ex tribus obedientijs poſt neceſſum Ioannis XXIII. ſic in eadem obedientia nuncupati, Conſtantiæ ſchiſmate tunc vigente editis, inhærere ſe dicentes, tres propoſitiones, quas fidei veritates vocant, quaſi nos & omnes principes & prælatos & alios fideles & deuotos Apoſtolicæ ſedis hæreticos facerent, protulerunt, quarum tenor ſequitur in hæc verba: *I. Veritas de poteſtate concilij generalis vniuerſalem Eccleſiam repreſentantis ſupra Papam & quemlibet alterum declarata per Conſtantienſe & hoc Baſileenſe generalia concilia, eſt veritas fidei catholicæ. II. Veritas hæc, quod Papa concilium generale vniuerſalem Eccleſiam repreſentans actu legitime congregatum ſuper declaratis in præfata veritate, aut aliquo eorum ſine eius conſenſu nullatenus auctoritative poteſt diſſoluere, aut ad aliud tempus prorogare, aut de loco ad locum transferre, eſt veritas fidei catholicæ. III. Veritatibus duabus prædictis pertinaciter repugnans eſt cenſendus hæreticus.* In hoc perniciosiſſimi, dum ſuam malignitatem ſub veritatis fidei fuco colorant, Conſtantienſe concilium in malum ac reprobum ſenſum, & a ſana doctrina penitus alienum pertrahunt, cæterorum ſchiſmaticorum & hæreticorum falſam doctrinam ſequentes, qui confictos errores & impia dogmata ex diuinis ſcripturis & ſanctis patribus peruerſe intellectis, ſemper ſibi adſtruere moliuntur. Deinde euertentes penitus ſenſum ſuum, & declinantes oculos ſuos, ne viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iuſtorum, more Dioſcori & damnatæ Epheſinæ ſynodi d, ad quandam venenatam exectabilemque aſſertæ declarationis ſeu priuationis ſententiam a dignitate & officio ſummi apoſtolatus inexpiabili quodam ſcelere proceſſerunt e, cuius tenorem, omni piæ menti horribilem, habere hic volumus pro ſufficienter expreſſo, nihil omittentes, quantum in eis fuit, quin hoc incomparabile vnionis bonum in totum euerterent. Q

c Conc. Baſil. ſeſſ. 33.

Propoſitiones Baſileenſium erroneæ.

Dioſcori ac damnatam ſynodum Epheſinam ſunt imitati. d Concil. 2. Epheſin. e Concil. Baſil. ſeſſ. 34.

miseros & degeneres filios ! O prauum & adulteram generationem ! Quid hac impietate ac iniquitate crudelius ? Quid detestabilius, horribilius, atque infamius excogitari poterat ? Dixerant olim nihil melius, nihil gloriosius atque fructuosius hac sanctissima vnione ab exordio nascentis Ecclesiæ in populo Christiano visum vel auditum fuisse, neque expedire inre illa de loco contendendum sore, sed pro ea consequenda nedum huius mundi substantiam, sed & corpus atque animam exponi debere, pro hac toto orbe clamantes, & ad id commouentes populum Christianum, veluti in suis decretis & epistolis plene continetur ; nunc vero tam furiose, tam impie, quantum in eis est, id idem persequuntur, vt ad illud Basileense latrocinium totius orbis damonia confluxisse videantur. [Superiorem autem concilijs esse Pontificem, qui concilia male celebrata rescindere veterem instituto consueuisset demonstratur exemplo S. Leonis, qui synodum Ephesinam secundam abroganit, & Chalcedonensem instituit ; atque adeo iure concilium Basilea translatum Florentiam : propositiones vero Basileensium in sensu ab ijs interno schismatis & hæreseos damnatæ in concilio Florentino ab Eugenio fuerunt.] *Dat. Florentiæ in sessione publica synodali solemniter in ecclesia S. Mariæ Nouellæ celebrata anno incarnationis dominicæ* MCCCCXXXIX. *prius nonas septembris pontificatus nostri anno* IX.

Papa est superior concilio.

aB. Ioa. Capist. de Papa & ecc. auct. par. 3.

32 Obduruere in flagitio Basileenses, ac posthabitis sanctissimis patribus & clarissimis theologis, Marsilium Patauinum hæresiarcham & delitos Fraterculos monarchiæ a Christo conditæ euersores secuti sunt, quorum vasaniam atque impietatem redarguunt, vt alios omittam, Ioannes Turrecremata a Cardinalis S. Sixti, ac B. Ioannes de Capistrano. Vsi sunt Basileenses nouatores, qui tyrannidem in Pontificem & Ecclesiam arripiebant, eo præcipue telo, vt Eugenium calumnijs appetendo iactarent b permitti Pontificibus effrænatam male agendi licentiam, nisi conciliorum decretis obstrii gerentur. Quibus ita respondet Ioannes Turrecremata c : *Ad secundam, qua videtur aduersarius Achilles, respondetur negando assumptum, videlicet quod nisi vniuersalis Ecclesia haberet immediate a Christo plenitudinis potestatem, Christus legislator non sufficienter prouidisset sponsæ suæ ; hoc enim est falsum & præsumptuose dictum ; immo videtur, quod sufficientius prouisum sit talibus casibus non dando talem potestatem vniuersali Ecclesiæ eo modo, quo aduersarij dicunt, quam dando : patet quoniam si in præditis casibus semper esset conuocandum concilium vniuersale, tardè & per consequens male prouideretur similibus necessitatibus, quæ quasi subitæ exposcunt remedia*, &c. Quod porro attinet ad illud calumniarum genus, quo pet duelles Basileenses, perstrinxere Eugenium, ideo ab eo concilium Basilea transferri in Italiam, ne ipse ab eodem concilio emendaretur ; perspicue inuidorum nequitia mentescit, cum Eugenius omni virtutum genere excelleret, ac superioribus annis toties dedisset mandata Basileensibus, vt ad instaurandam ecclesiasticam disciplinam incumberent, quod ipsos subterfugisse Ioannes Nider d, qui aderat, testatur his verbis: *Vsque ad sex annos iam crebro disputatum est de diuersorum statuum reparationibus, nec in effectu vsque hodie quidquam vidimus.* Hæc ille. Vera autem transferendi concilij causa fuit, vt dixi, instaurandæ orientalis ecclesiæ cum Latina coniunctionis, & rescindendæ nouatorum nonnullorum tyrannidis in concilio correptæ necessitas. Dum vero Ecclesiam in pristinam formam & sanctitatem se restituere Basileenses iactant, eam nefario schismate deformarunt, quos B. Ioannes de Capistrano monet, pro disciplina ecclesiastica constituenda in primis seruandam fuisse membrorum cum capite coniunctionem.

a Turrecr. summ. de Ecclesia l. 2. c. 100

Basileensium argutia & calumnia.

b Basil. in ep. synod. p. 140 col. 1.

c Turrecrem. l. 3. c. 31.

Refellitur.

d Nid. formicar. l. 4. c. 3.

Nouo ferentes autem Basileenses ipsis obiici ab Eugenio, eos Ephesinam secundam synodum imitatos, nihil solidum attulerunt, cum vtraque Romanum Pontificem damnare hæreseos auia fuerit : *Præfatus*, inquiunt, *Gabriel comparat se B. Leoni, contra quem Dioscori sententiam tulisse referunt in secunda Ephesina synodo, cui hanc sanctam synodum Basileensem assimilat. Longe certe vt differentia inter Leonem sanctum & Gabrielem tot vitijs & criminibus irretitum.* Meræ sunt hæ inuidorum calumniæ : cæterum etsi disparia sunt merita, par in vtroque auctoritas fuit, quæ est superior conciliorum amplissimorum auctoritate, vt B. Ioannes Capistranensis a demonstrat fusius, multo magis paucorum coniuratorum cœtui antecellit. Addunt illi : *Atque inter hanc sanctam synodum Basileensem legitimam synodum*, ita vocant sordidorum & perfidorum turbam, *in plena libertate semper constitutam, & illam reprobam Ephesinam, in qua viri armati gladios tenentes in manibus compellebant homines ad diffinendum, quod placebat Dioscoro.* Fusiùs plura Basileæ per summam tyrannidem patrata ab Arelatensi pseudocardinale & factiosis, ex Æneæ Syluio b constat. Purgare denique se aduersus Eugenij graues querelas nisi sunt Basileenses, dum apostolici illius pietatis ardorem perturbari animi vitio tribuerunt, impiasque literas ita consignarunt. *Dat. Basileæ in congregatione nostra generali nono octobris anno a natiuitate Domini* MCCCCXXXIX.

aEn. Syl. l. 2 de reb. gestis Basil.

33. &c. Obfirmatis ita in perduellione atque hæreli Basileensibus, ex trium tenebrionum sacerdotum sententia, pseudopontificis futuri electores creati sunt, nempe Arelatensis & alij vndecim pseudoepiscopi, pseudoabbates septem, theologi quinque, & doctores legum nouem sacerdotio insigniti. Obseruandum vero est eosdem pseudoepiscopos numero paucos partim ob scelera sedibus pulsos fuisse, ac doctores illos sordidos pædagogos extitisse, quorum tanta fuit insolentia, vt ne quidem episcopis vellent cedere, adeo vt primum locum decanus Basileensis, postremum episcopus Dertusensis sortiri sint. Addit Æneas e delectum pro conclaui locum fuisse in ciuitatis Basileensis medio, qui ad vsum chorearum fuerat constructus, dignum quippe vilium est lasciuiæ theatrum, in quo tripudiantes dæmones conflato schismate triumpharent.

Qui fuerint electores antipapæ.

Eorum insolentia in contemnendis episcopis.

Delectus vero ab ijs fuit Amedeus dux Sabaudiæ, ne ab omnibus ludibrio haberentur, eiusque potentia niterentur : qui correpto antipapatu infelicissime se Felicem dixit. Subornatos illos fuisse ab Amedeo ipso, quem a pythonibus persuasum papales sibi apices auguratum esse, multisque ideo annis hypocrisis laruam gessisse. Flauius Blondus d tradit. Cæterum de eiusmodi electione hæc post plura alia scripsit B. Ioannes Capistranensis e : *Iam vidimus abominationem desolationis Amedeum Sabaudiensem non in loco sancto romano throno, Domino prohibente, sed in loco profano, excommunicato, & interdicto Basiliscorum spelunca, dæmonumque taberna sedentem in fano Cosrhoe Persarum olim perditissimi Regis.*

cIbid. Quod conclaue electum.

Amedeus Sabaudus creatus Antipapa.

Eius Magis promissus antipapatus.

dBlond. dec. 3 l. 10. Gobel. in comment. Lang. in chr. Cirit. & alij el. Lat. scr. de Papa & ecc. auct. p. 3

Monuit Reges ab Eugenio, vt coerceant schismaticos.

e Lib. breu. p. 135. & in ms. Alexan. VII. p. 267.

36 Vbi primum admissi a Basileensibus tanti flagitij fama peruenit ad Eugenij aures, illico Reges horratus est, ne Ecclesiam schismate discindi paterentur ab hominibus impijs, quorum dolos ita describit f.

f

Electorum eius qualis conditio.

Eugenius, &c. Quales homines hoc idolum erexerunt ? Fudet referre tantam Ecclesiæ deformitatem, nostrorum temporum infamiam, labem sæculi, & opprobrium sempiternum. Octo Italici dicuntur dominij Sabaudiensium omnes, tanquam Italia

omnis ex Sabaudia conflet, & illinc per vim Basileam delinatis: Gallici octo, quorum quatuor Sabaudiensis sunt: Alamanni octo, viri empti pretio & pecunia corrupti, ignobiles, aut qui nihil saperent, aut qui male sentirent: ex Hispanis Castellani sex fuere, & ij ex qua id egerint causa, non ignoratur: reliqui duo contra suorum principum voluntatem, quibus omnibus vix daretur locus ad vilissimi decani electionem, nedum ad Petri successorem. Quæ est igitur, aut qualis non electio, sed profanatio eorum, qui præmio aut spe corrupti, vel odio erga sedem Apostolicam vel malevolentia incitati, viri omnes non electione Pontificis, sed carcere & supplicio digni, ad perturbandam Ecclesiam nullo iure, nullo visu, nulla consuetudine, nulla ratione insurrexerunt? Vt plane constet hoc scandalum & ecclesiæ vulnus a damnationis filio duce Sabaudiæ tanquam architecto omnium malorum fabricatum. *Dat. &c.*

Non fuere præsules sed infimi sacerdotes

37 Inter hos tumultus schismatis Basileensis, in Gallijs pragmatica sanctio de sacerdotijs ab episcopis conferendis, creandisque episcopis a canonicorum collegijs instaurata est, quæ antea a Gallis cum accepta fuisset, scilicet post defectionem ab Vrbano VI. ab antipapa Petro de Luna fuerat sancita. Cuius pragmaticæ contra iura sedis Apostolicæ inductæ auctoritate canonici Andegavenses episcopum tibi præfecere, cum alium delegisset Eugenius [c] ad quem in ecclesiæ Andegavensis possessionem inducendum ad Carolum Regem literas a dedit, eumque monuit, ne iuris apostolici violatoribus & Ecclesiæ perturbatoribus aures præberet. Hortatus est alijs literis & Carolum Cenomaniæ comitem Renati Siciliæ Regis fratrem, vt Andegavensis episcopi creati ab sede Apostolica, depulso pseudoepiscopo inducto a canonicis, patrocinium susciperet: pariterque monuit [e] Iolandem Reginam Siciliæ Andegavieque comitissam, ne sedi Apostolicæ iniurias inferret pro acceptis beneficijs ab ea, quæ Renatum defendendum susceperat, neue salutem animæ suæ contemptis apostolicis imperijs in periculum adduceret. Merito certe perstricta est Iolandes ingrati animi, cum Eugenius ob Renati patrocinium in Alfonsi Regis Aragonum odia incurrisset, adeo vt ille oratorum opera in conventiculo Basileensi aduersus eundem Pontificem, vt mox dicetur, turbas auxerit [d]. Porro Renatum ab Eugenio armis adiutum fuisse non modo referunt historici [e], verum testantur etiam Eugenij literæ missæ [f] ad Carolum Francorum Regem, qui Renatum ipsum ei commendarat.

Pragmatica sanctio in Gallijs instaurata.

[a] Extat in chron. Alexandri VII. p. 169.
[b] Ib. p. 170.
[c] Ibid. p. 167 & lib. brev. 104. & 107.
Iolandes Regina ingrata in Pontificem.
Alfonsus Rex Aragonû schismatis promotor.
[d] Lib. 12. pag. 131.
[e] Collen. l. 6. Sammont. l. 4. c. 4.
[f] Lib. brev. pag. 109.

38 Ex his igitur Eugenij in Renatum studijs cum suos conatus infringi doleret Alfonsus, Basileensi conciliabulo aduersus Christi vicarium contra fas adhæsit, quamuis Trinacriæ, Sardiniæ & Corsicæ beneficiariorum regnorum ergo ad tuenda sacrosanctæ potestatis iura obstrictus esset. Cum itaque plura nefaria in dies moliretur, Pontifex Dominicum tit. SS. Ioannis & Pauli presbyterum Cardinalem ad leniendas eius iras incumbere iussit [g], atque ipsummet ita compellauit.

Ingratus in sedem Apostolicã Alfonsus.

[g] Lib. 12. pag. 131.

Eugenius, &c. An a te excidit imminens periculum animæ tuæ & Regis pariter si tacueris, si illi omne consilium Dei non annunciaueris? Non de pecunia ac re temporali contenditur, sed de fide totius militantis Ecclesiæ, quæ si violari permittitur, iam omnis Ecclesiæ ordo soluatur necesse est. Quare expergiscere amodo, & pro Regis huius salute fidenter cum ipso congredere, magnus tibi pro veritate & iustitia se aperiet campus, cumque oportune institeris, importune argueris; obsecraueris in omni patientia, & doctrina; futurum erit, vt speramus, vt sanam doctrinam per eruditionem tuam libenter recipiat, quam hucusque non habuit, fiatque hominis illius nouissima meliora prioribus. Quod si forte de nobis quicquam obiecerit, aut aduersum nos aliquid habere prætenderit, parati sumus poscenti rationem reddere; offensam autem in nos, & Apostolicam sedem, ac Romanam ecclesiam recognoscenti remittere, illumque paterna charitate suscipere veluti in præteritum fecimus cum plerisque, qui ex regione longaqua ad nostram & ipsius Apostolicæ sedis obedientiam, vt ad matrem veram & magistram sunt reuersi, *&c. Quæ Pierius sub anno infra scripto* [1] *ad marty anno* IX. Adhibuit [a] etiam ad pangendas Alfonsum inter & Renatum indutias Petrum episcopum Albanensem, ac demum pactas fuisse atque ex ijs res suas Alfonsum auxisse, refert Blondus [b].

Si quæratur Aragonius ad ius dicendum paratum se Eugenius exhibet.

[a] Lib. 10. pag. 209. & 210.
[b] Blondus dec. 2. lib. 1.

Pacandis quoque alijs regnis apostolicas curas intendit Eugenius, cumque perniciale dissidium inter Albertum Romanorum & Vladislaum Poloniæ Reges ob Boemiæ regnum natum esset, Nicolaum tit. S. Crucis in Ierusalem ad Nurembergenses conuentus misit [c], vt operam iungendo inter illos fœderi nuaret: quod si fieri non posset, Tarentinum archiepiscopum & episcopum Signensem ad Polonum Germanumque se conferre iussit [d].

Pacandæ Germaniæ dat operã Eugenius.

[c] Lib. 2. p. 131.
Ad Cæsarem & Polonum mittit internuntios.
[d] Lib. 2. p. 109. & 110.

39. 40 Secutæ [e] sunt nouæ in Boemia rerum conuersiones ex Alberti Regis morte, quæ VI. kal. nouembris contigit: ex nimio peponum esu letalem contraxit dysenteriam, dum reuerteretur ex infelicepto cum Turcis, sed non feliciter gesto bello; cum enim ad Danubium flumen esset progressus, vt Sinderoniam arcis obsidionem solueret, prius arce potiti sunt hostes, despota obsecrato abductoque in vincula antequam omnes Alberti copiæ accessissent. Perstringit Æneas Syluius Alberti virtutes his verbis: *Religiosus princeps, & qui liberalitate simul iustitiaque præstant. Fuit quoque in bellis audax & manu prompens. Moratus, ac Boemos armis subegit.* Successit ei in Hungaricum & Boemicum regna Ladislaus filius posthumus: sed cum ad ea moderanda Vladislaus Rex Poloniæ vocaretur, grauissimæ inter Hungaros commotæ sunt dissensiones, quibus sedandis vacasse Eugenium dicemus inferius.

[e] Ænea Syl. hist. Boem. c. 36. & in hist. Europ. cap. 8. Dubr. lib. 28. Bonf. lib. 3. dec. 4. Cocl. hist. Huss. l. 9. Mscbou l. 22. c. 63. Cuspin. de Cæsar. Iohan. Bapt. Egnat. l. 3. & alij.
Obitus & elogium Alberti Regis.
[f] Æn. Syl. in Eur. sup. c. 1.

Graues etiam dissensiones atque discordiæ ortæ erant Ioannem Castellæ Regem inter & Henricum Aragoniæ regiæ principem ordinis S. Iacobi magistrum eiusque fratrem Regem Nauarræ, tum multos Castellanos proceres eorum tuderatos, quas vt mitigaret Pontifex dissuaseretque, Ioannem Regem admonuit victoriam in eo bello ancipitem atque exitialem: Nam *si superas*, inquit, *nil vincis, nil acquiris, sed damna tua vincis: itaque omnino abstinendum est ab ijs armis, in quibus ex altera parte summa calamitas est, ex altera nullum emolumentum, immo potius damnum.*

41 Vergente hoc anno, nimirum XV. kal. ianuarij in generali concilio & publico Cardinalium senatu Eugenius; *decem & septem creauit Cardinales*, inquit Blondus, *tanta cum orbis partium distributionis æqualitate, vt delectus virorum alioquin laudatissimorum superauerit laudem habita ratione prouinciarum. Duos namque habuit Gracia quorum in Asia Bisarion Nicæus archiepiscopus fuit vnus, alter in Europa finibus Metropolita Ruthenorum Isidorus, & Hispania, quam dicunt Portugalliam, Antonius vrbis Portugalliæ episcopus; alterique maiori Hispaniæ datus est Ioannes ex oppido Turrecremata insignis theologus. Quatuor habuit omnis Gallia, quorum vnus Francorum Regis familiarissimus Raymundus Rhemensis archiepiscopus, alter ducis Burgundiæ Ioannes episcopus Morinen-*

Cardinalium numerus valde auctus. Eorum nomina. Delecti ex omnibus regnis.

tinensis, Renato Regi Siciliæ ex Andegauensi patria, vt ostendimus orinndo, datus est tertius nomine Guillelmus ad ecclesiam Andegauensem tunc electus, quartum Galliæ prouincia simul & Angliæ Regi Normandiæ regionem obtinenti dedit Pontifex Ludouicum Rothomagensem archiepiscopum, ornatumque est etiam altero Cardinale regnum Angliæ Iosime archiepiscopo Eboracensi. Duo in Germania, vnus ex natione Polona Sbigneus, qui erat episcopus Cracouiensis, alter creatus est tertius episcopus Augustensis. Vnicum habuit Pannonia Dionysium episcopum Agriensem. Reliqui fuere ex Italia æquali item regionum habita ratione, regno enim Apulia dati sunt duo, Ioannes archiepiscopus Tarentinus, & Nicolaus archiepiscopus Capuanus: & Mediolanum vno decoratum est Gaspare episcopo Comensi. Cum Genua pariter vnum ex Fischea gente Georgium ciuitatis archiepiscopum, & Florentia Albertum habuerit ex gente Alberta tunc designatum episcopum, qui solus fuit diaconus, cum cæteri fuerint presbyteratus titulo decorati.

IESV CHRISTI
Indict. 3. Annus 1440.

EVGENII PP. IV. FRIDERICI III. ROM. REG. 1 annus 10. IO:VII. PALÆOLOGI IMP. OR. 17.

Antipapa promulgatus.

1 IMpiorum hominum synagoga antipapam suum delatos honores minisse, cuiusque obtemperandum imperijs kal. martij promulgauit, vtque augustiori pompa Basileam pergeret, permisere vt, antequam pontificalibus insulis cingeretur, Cardinales creare posset, & quatuor ab eo renuntiatos mense aprili confirmauere, ex quibus vnicus tantum illum Basileam cum comitatum esse fertur. Cæterum antipapa legatum dixit pseudocardinalem Arelatensem, tuoque nomine Basileensi conuenticulo præesse iussit [a].

Excardin. Arelatēsis conuēticulo præfectus.

[a] Patric in act. Æn. Syl. in dec. gest. conc. Basil. Sess. XXVIII Florent.

Interea Eugenius verus Ecclesiæ vniuersæ pastor schismaticorum impietatem repressurus, iudiciario seruato ordine, Florentiæ in XXVIII. sessione, quæ in actis Patricianis VIII. dicitur ad x. kal. aprilis Amedeum antipapam, eius electores, sectatoresque omnes, nisi quinquaginta dierum excurrente spatio impietatis viam deseruissent, anathemate pœnisque in hæreticos & schismaticos constitutis perculit. De qua sententia in Florentino concilio a se lata memorat ipsemet Pontifex in literis [b] pridie nonas iulij exaratis, quibus Iacobo episcopo S. Andreæ præcipit, vt eam promulget, atque ab alijs promulgandam curet. Eademque mandata complurib. alijs præsulibus dedit [c].

Intentatæ schismaticis pœnæ.

[b] Lib. 5. p. 19

[c] Lib. 13. p. 91. 158. 161 &c.

3 Eminebat inter omnes schismaticos in audacia atque perfidia Ludouicus Arelatensis olim tit. S. Ciriacæ presbyter Cardinalis, qui contempserat pontificia decreta, tenuerat Basileense conuenticulum, ecclesiæ Romanæ hostium animos auxerat, cunctorumque malorum ferme præcipuus auctor & schismatis signifer exiterat, idolum denique antipapale profanarat potius, quam sacrarat. Ob quæ flagitia sanctissimus Pontifex hanc in ipsum sententiam tulit [d].

Ludouicus Card. Arel. præcipuus schismatis auctor.

[d] Lib. 13. pag. 271.

Eugenius, &c. Ad vniuersorum Christifidelium notitiam deduci volentes eundem Ludouicum olim Cardinalem & ecclesiæ Arelatensis administratorem, qui ob præmissa excommunicationis, priuationis, & alias pœnas anedictas merito incurrisse dignoscitur, cardinalatus honore, nec non prædictis, ac quibuslibet alijs ecclesijs, monasterijs, dignitatibus, prioratibus, personatibus, administrationibus, officijs, canonicatibus, & prebendis ac beneficijs alijs ecclesiasticis secularibus & regularibus, commendis quoque & prouisionibus vniuersis, quas, quos, seu quæ tempore priuationis huiusmodi obtinebat & percipiebat, nec non iure, quod sibi similiter in quibuslibet alijs, seu ad ea quomodolibet competebat priuatum fuisse & esse auctoritate apostolica tenore præsentium declaramus. Nulli ergo, &c. *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXL. *vi. kalendas pontificatus nostri anno* X.

Omnibus dignitatibus iuribusque spoliatus.

6 Depulso Arelatensi sede Ludouico, ecclesiæ illius administratio Rogerio præpolito Aquensi demandata est [a], qua de re ad Arelatensem clerum [b] tum ad Renatum [c] Regem Neapolitanum, ac Prouinciæ comitem scriptæ literæ. Nec defuit officio Renatus, quippequi Eugenio coniunctissimus esset, & iamprudem abiectis Basileensibus Ferrariensi adhæsisset concilio. Parique poena præter alios affectus est Ludouicus episcopus Visensis, qui plura aduersus pontificiam dignitatem erat molitus; gesserat enim in oriente legationem Basileensium nomine, vt Græcos ab Eugenio abalienaret: tum ad schisma conflandum contra mandata Regis Lusitaniæ, cuius orator extiterat, intenderat studia. Visensi igitur ecclesia deturbatus ab Eugenio [e] in eiusq; locum Ludouicus Coutinius subrogatus est. Quod vbi ille accepit Basilea in Lusitaniam profectus amicorum opera nouum Visensem episcopum populit, adeoque permulsit Alfonsum Lusitaniæ Regem, ac suis fraudibus subornauit, vt ipsius patrocinio suscepto expostularit cum Pontifice, se inconsulto Visensem episcopum creasse. Atqui Eugenius insciũ pontificij iuris Regem puerum edocuit [f] atque ad sedem Apostolicam spectare episcopos præficere ecclesijs, quamuis illæ a principibus censibus prædijsque donatæ auctæue essent, tum etiam iuueniorem ecclesiasticam adhibitam fuisse in Ludouicum, qui propterea neque episcopi nomine exornari poterat. Verum non ideo cœptis destitit Alfonsus, sed a suis impulsus iterum precibus contendit ab Eugenio, vt deterrimum hominem in pristinam dignitatem restitueret. Rescripsit Pontifex [g] illum longe aliter promeritum ob ingentia admissa flagitia, quæ apostolicis literis in ipsius oculis defixit.

Archiepiscopatus administratio Aquensi præposito data.

[a] Lib. p. 272. & lib. p. 273. eiusd. pag.

Visensis episcopus exauctoratus.

[d] Lib. brev. pag. 113. Lusitano Rege subornato episcopatum recuperat.

[e] Lib. brev. p. 123. & in cod. ms. Alexand. VII. f. pag. 348.

[f] Lib. brev. p. 125. & in ms. Alexand. VII. f. 25. Sessio XII.

4 Dum ita in schismaticos Eugenius animaduertebat, illi magno perciti furore habita Basileæ x. kal. augusti sessione [g], quam annumerant quadragesimam primam, Pontificis iustissimam sententiam, vt hæreticam & a fide deuiam damnare ausi, pœnas iniquas in eos, qui illam excepissent promulgassentque decreuere; & qui antea, vt se ecclesiasticæ libertatis vindices aduersus pontificiam potentiã ostentarant, annatas ademerant Eugenio, eas sibi latrocinij iure asseruere, tum omnium censuum ecclesiasticorum quintam partem in quinquennium ac decumam in aliud proximum ecclesiasticis viris imperarunt, vt ijs vectigalibus seipsos, & antipapam eiusque administros sustentarent; denique ad subornandos Christifideles VI. id. nouembris literas [h] fucis & fraudibus plenas spargere: sed contempta sunt nefaria eorum molimina a maxima Christiani orbis parte.

[g] Concil. Basil. sess. 41 Semischismaticorum vesania.

Latrocinia exercentium sacerdotes

[h] Extat in append. concil. Basil. edit. Lugd. 4. p. pag. 143.

In Gallijs, cum Regis Caroli orator archiepiscopus Turonensis conciliabuli Basileensis partes secutus regiam dignitatem prodidisset, idemque Rex aliquorum consulentium, vt ecclesiasticos cœtus cogeret in Gallijs ad disquirendum, num eidem conciliabulo, an Florentino concilio parendum esset, susurris aures præbuisset, pontificij oratores flagitantes, vt schismaticos regia auctoritate coerceret, aliquot mensium interuallo ambigua expectatione

Turonensis archiepiscopus Pontificis Gallique Regis proditor.

suspen-

suspensos ancipitesque tenuit; qua de re grauiter cum eodem Rege conquestus est Eugenius a, ipsumque praemonuit non expectandos Gallorum praesulum coetus, vt in ijs controuersia dirimeretur, num Pontifex concilio an concilium Pontifici auctoritate praecelleret; eam enim tot seculorum praxi iam diremptam.

a Exstat eius lit. in cod. m. f. Alex. VII pag. 171.

Schisma ab eo damnatum.

Non latuit Carolum, quam male sibi arrogasset Galli exorta de Vrbani VI. pontificatu lite ferre sententiam, & quam perniciale conflasset schisma dum in controuersia ab oecumenico concilio cognoscenda iniquam pro antipapa sententiam tulere. Nouatorum itaque Basileensium facinus, ac Felicem antipapam damnauit Rex, de quo ad eum ab Eugenio actae gratiae b. At in eo regio officio & munere defuit c, quod concilium Ferrariense nollet agnoscere; tum pragmaticam sanctionem confirmare niteretur.

b Lib. brev. p. 96. & in m. f. Alex. VII pag. 156.
c Apud Nic. Clemang. pag. 106.

5. Cultum postea est a Gallis Germanisque Ferrariensi & Florentinum concilium, quamuis ob Basileensis conciliabuli sanctiones contrarias ad illud non venissent; perduellibus enim Basileensibus tanquam administris suis daemon visus est, qui obsisteret, ne Galli & Germani ad Florentinum concilium se conferrent, cum ad illud venissent Graeci, neue communia consilia pro retinenda amplificandaque in oriente Christi religione darent. Quod vero ad pragmaticam sanctionem attinet; Eugenius ipsum Regem solicitauit d, vt eam, vtpote iuribus Apostolicae sedis aduersantem rescinderet; & quae pro Renato Rege, ne vrbs Neapolitana in hostium Aragonum potestatem caderet, missis non sine magnis sumptibus subsidijs, gessisset, exposuit. Adduci non potuit Carolus Rex, vt pragmaticam sanctionem aboleret: nec defuisse, qui Gallias iuicere schismate pertentarint, ex alijs Eugenij literis e ad Carolum ducem Aurelianensem, qui recenter Anglico carcere laxatus fuerat, scriptis colligitur.

Inflat apud eum Eugenius, vt pragmaticam sanctionem tollat.
d Exstat eius lit. in cod. m. f. Alex. VII pag. 180.
Nonnulli impij Gallos in schisma trahere annisi.
e Lab. brev. pag. 118.

6. Emicuit f in illo schismate Henrici Anglorum Regis in tuenda sede Apostolica virtus, imitatusque est exempla maiorum suorum, qui oborto superiori schismate Vrbano & successoribus constantes adhaeserant, ac primum cum Basileenses molirentur schisma, oratoribus suis mandata dedit, vt ipsos a tanto scelere deterrerēt: deinde cum Amedeus a schismaticis tiara Basileae redimitus, encyclicis literis re tertis hypocrisi & scelere praeter alios principes Henricum etiam Anglorum Regem subornare trahereq; in errorem pertentasset, Henricus detestatus eius dolos lenocinia que, professus est non alium Christi in terris vices, quam Eugenium gerere, eundemque de suo in ipsum studio fecit certiorem. Cuius constantiam religionemque singularem commendauit Pontifex, collocataque in luce factiosorum Basileensium nequitia, eum hortatus est, vt in pristina pietate persisteret.

f Lab. brev. pag. 114.
Anglorum Rex Henricus constantissimus in obsequio sedis Apostolicae

7. 8 Non Galli modo & Angli spreuere antipapam, verum etiam eius expectationem fefellit ipsius gener Mediolani dux, vt refert Franciscus Philelphus g in literis ad Florentinos datis: *Eo*, inquit, *consilio atque mente rem tantam admisisse*, nimirum Amedeum, *fatentur omnes, quod minime futurum dubitassent, vt se gener hic quam cupidissime sequeretur: id quod etiam alios Christiani nominis principes continuo facturos sentiebat. Sed Philippus Maria nulla necessitudine, nullis precibus, nulla ingentissimorum munerum ac praemiorum spe induci potuit, vt amantissimo & bene merenti socero in hanc diem obsequeretur, intelligit enim primam sibi necessitudinem esse cum Deo, nec plus cuiquam debere, quam Deo, nec vlla esse munera aut praemia cum virtute Deoque comparanda.* Detestati etiam sunt antipapam & Basileenses Castellani, quorum

Gener Antipapae ab eo abhorret.
g Philelph. lib. 4. ep. 20.
Hispani antipapam execrati.

doctores, qui Salamanticensem academiam moderabantur, Eugenium verum Pontificem professi aspersis insignibus pietatis & religionis notis literas ad eum misere, grauissimis effusis querelis in Basileenses, qui Dei Ecclesiam laniare schismate non perhorruissent: quos Pontifex a meritis ornauit laudibus. Praeterea communire Christi cultores, ne se Basileensium factiosorum & antipapae mendacijs illaqueari sinerent, episus est b, posita ante omnium oculos Basileensium ipsorum inaudita improbitate, qui immani flagitio Ecclesiae pacem contudissent significato impietatis Sabaudiae duce, quem pontificatus ingens cupido diu multumque exagitauerat: tum contorauit singulas literarum antipapae partes, demonstrauit Basileensem conuentum iustissimis de causis apostolica auctoritate solutum, concilijque maiestate carnisse; eos vero, qui antipapam deligere ausi fuerant, nullatenus orbis Christiani regna, eorumque auctoritatem referre potuisse: denique non tolerandam esse illius hypocritim atque impostoram, qui iactaret delatam pontificiam dignitatem se accepisse, vt schismata propulsaret, cum foediissimum schisma ea accepta conflaret.

a Lib. brev. p. 114. & in m. f. Alexan. VII p. 181.
Fideles praemoniti vt cauerēt ab antipapa.
b Lib. brev. p. 132. & in cod. m. f. pag. 264.

9. Grauiter etiam inuectus est in eundem antipapam aculeata oratione Poggius c Florentinus, qui Pontificis a secretis erat, in qua subdolas illius encyclicas ad fideles peruertendos exaratas literas redarguit, contentosque in ea dolos detexit, atque inter alia haec obijcit: *At minime cupidum dignitatis pontificalis scribis te fuisse. Quid ergo te impulit, vt homines illos perditos auro, spe, praemio, precibus per quosdam, quos nouimus, corrumperes, vt tibi fauerent induceres, vt te eligerent cogeres, nisi mens caca? cupiditate dominandi & auri auaritia actus, ac feruens ambitione tanc tot pecunias vt nihil prodessent, incassum effudisti? Tu ne gratis nulla alia spe motus eximam fathana despondisti? At credo illorum patrum grauitas, morum sanctimonia, auctoritas te mouit, illorum virtus te decepit, & ad credendum eorum decretis te inuitauit. Homo simplex eras, rudis, atque illorum peruersitatis ignarus, impulsus, deceptus, elusus fuisti, profiteare saltem stultitiam tuam, vt malitiam fugias; satius est enim stultum, quam malum videri. Sed neque deceptus es, neque errore prolapsus, diutius excogitatum praemeditatum praesium hoc tuum consilium fuit, tu omnium rerum machinator atque instructor, tu schismatis suasor atque impulsor extitisti.*

c Pogg. in Pol. antipapae nefitiu.
Corrupti auro & promissis ab Amedeo factiosi.

10. Aucta est Amedei insolentia, cum vacuo cesareo solio septemuiri, qui schismaticorum improbitatem retundere debuerant, tuendae pacis inani specie pacem confuderunt, dum qui Eugenio & Florentino concilio adhaerere debuissent, acephalos sese constituere & hisce verbis: *Edicimus & protestamur ac bona fide promittimus, quod in praemissa discordia inter sanctissimum dominum nostrum & sacrum Basileense concilium nullam partem aduersus alteram de praesenti quomodolibet fouere proponimus, &c. actum Francfordiae anno Domini* MCCCCXI. *die* XXI. *mensis martij*. Sanxerant idem principes superiori anno in Maguntino conuentu, nimirum neque Eugenio Pontifici concilioue Ferrariensi aduersus Basileenses, neque Basileensibus aduersus Eugenium adharsuros; quod Ludouico Arelatensi pseudocardinali seditionis auctori, adeo visum est indignum, vt clamarit, referente Aeneae Sylvio e: *Illud quomodo stare posset, se minime intelligere, quod neque concilio neque Papae se obedituros statuissent, quoniam aut illi parendum esse aut isti, tertium nullum esse tribunal, cui foret obediendum in his, quae fidem vel animarum salutem respicerent.*

Aucta ex interregno antipapae insolentia.
d Exstat apud Coci histor. Hussit. lib. 9.
Neutralis factio in Moguntino conuentu.

11. Inter eos schismatis fluctus editum est in Ioanne Cardinale Vitelleico domi militiaeque clarissimo

e Aen. Sylv. l. 1 de gest. conc. Basil.
Cardinalis Vitelleschi commixtae fertur cum duce Mediolani.

simo humanæ calamitatis exemplum. Eum vere ait falso apud Eugenium delatum, inque suspicionem affectatæ tyrannidis adductum ferunt a: occulta præterea cum Philippo Maria Mediolani duce agitasse consilia, arcana cum Nicolao Piccinino colloquia seruisse, clamque literas mississe accepisseque. Vtcunque se res habuerit, Antonius Rudus præfectus Hadrianæ arcis in illius aditu multis vulneribus ipsum strauit, cepitque; cumque ad matrem agmen Cardinalem sequens, vt vltionem sumeret, accurrisset, Antonius ostensis pontificijs mandatis tumultum sedauit. Demum vigesima post die vulnerum dolore extinctus est Vvitellescus, eiusque cadauer S. Mariæ supra Mineruam tumulo conditum. Casus nimirum est, cum forensi satellitio resistere auderet: Eugenius enim, vtpote iustissimus summaque pietate præditus legum ordinem in ipsius causa sequi decreuerat. Præfectum in eius locum pontificijs copijs Ludouicum Mediarotam Patauinum patria episcopum Florentinum ab Eugenio tradunt b, qui Nicolaum Piccininum Mediolanensis exercitus ducem hostemque Ecclesiæ minas Florentinis intendentem præliis tudit e die Apostolorum Petri & Pauli sacro; de qua victoria refert Petrus Andreas de Castaneis a B. Andrea Corsino diuinitus pio iuueni significatum esse, vt Florentinis magistratibus denuntiaret ipsos diuina ope victoriam die S. Petri sacra relaturos; tum subdit: *Ipso festo die S. Petri Apostoli, mira res & quasi inaudita! in paucis horis talis est habita victoria, quod vix vnus de inimicis remansit, nam nouna la persona deuota, commorantes vbi actum est bellum fuit prope, seruierunt vidisse in aere quemdã episcopum de albo incuti super equum cũ baculo in manibus ante se promouentem infinitã autem armorum contra dictos nostros inimicos; & ita ex diuina gratia & meritis beatorum sanctorum ciuitatis Florentiæ aduocatorum, & præsertim B. Andreæ de Corsinis recepta est victoria prædicta, & liberata est ciuitas a tyrannis, & per consequens Ecclesia videlicet Eugenius Papa cum toto clero suo.* Eandem victoriam recenset breuiter S. Antoninus d.

Qui addit e Eugenium x. kal iulij sacra purpura donasse Ludouicum episcopum Florentinum, ac patriarcham Aquileiensem dictum Scarampum siue de Mediarota patria Patauinum, quem a medica arte ad bellicam se contulisse, ac presbyterali titulo S. Laurentij in Damaso insignitum, refert Alfonsus Ciaconius f, vnaque cum Ludouico Petrum Barbum Pontificis sororis filium delignatum episcopum Ceruiensem creatum addit diaconum Cardinalem S. Mariæ nouæ, qui deinde auctus titulo S. Marci, demum in pontificatu Pauli II. nomen accepit. Cæterum de Ludouico ad patriarchatum Aquileiensem electo extant Eugenij ad ducem Venetorum datæ literæ g, quibus rogat, vt eidem patriarchæ Foriulij prouinciam restituat. Plurimas gesserant pugnas Veneti cum patriarcha huius prædecessore eique tertias multas cripuerant, quam ob causam a Basileensi concilio censuris perculsi fuerant. Dissimularat vero rem Pontifex, cum ille de Venetis male meritus esset. Eo autem mortuo ad iura ecclesiæ Aquileiensis asserenda, inundamque a Venetis gratiam, Ludouicum Venetæ clientem reipublicæ, eidemque plurimum deuinctum patriarchatui præfecit, concepta spe, Forumiulium ipsi, vtpote non suspecto restitutum iri; sed cum Veneti partam prouinciam restituere abnuerent, monuit ducem Pontifex, sine magno dedecore & publica offensione se ecclesiæ Aquileiensis iura infringi pati non posse; si vero hunc ipsorum amicum & eximium patriarcham respuant, ad aliam quidem dignitatem traductum iri, ac tum Regis Romanorum rogatu alium patriarcham subrogandum, qui forte iniquus, certe non Venetus, esset futurus.

a *Simph Inffin f. arc. Vat Bibl. dec. 3. l. 10 S. Ant 3. p. tit. 22. c. 11 § 10. Æn. Sylu. l. 2 c. 4 Pog. l. 7. Cornar p. 5. & alij.*

Confossus vulneribus a præfecto molis Adrianæ.

Patauinus illi suffectus.

b *S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 1. § 11 Pij II comm. 2. eiusdem.*

12 Quod ad Regem Romanorum attinet; hoc anno celebratis ab imperij electoribus Francofordiæ comitijs, vnanimi omnium consensu renuntiatus a est Romanorum Rex Fridericus eius nominis III. dux Austriæ Ernesti filius & Alberti demortui patruelis, pietate insignis, quem vigesimum sextum ætatis annum tum egisse ferunt, in cuius posteritate imperialis dignitas firmata est. Suscepto imperio politica septemuirum, qui non sine magno religionis detrimento Florentinæ synodo adhærere nolebant, neque Eugenio aduersus Basileenses, nec Basileensibus aduersus Eugenium se parituros profitebantur, secutus consilia, conuentus solemnes in annum proximum indixit b Moguntiæ, ac Regem Francorum ad eos pellicere annitus est c, vt de sedandis Ecclesiæ discordijs ageret. Optasse quoque Carolum Regem cogi concilium in Gallijs vidimus, & quamuis ambo principes Ecclesiæ pacem redintegrare percuperent, non veram tamen ea in re rationem ineebant, dum tertium tribunal erigere nitebantur, cui Eugenius cum Florentino concilio tum Basileenses subijcerentur: sed non pauitus est Pontifex nouam celebrari synodum, ne noux turbæ excitarentur: ac demum damnata nouatorum Basileensium impietate suscepta a Gallis Germanisque Florentinum concilij œcumenici decreta fuerunt.

Fridericus III. ad imperium electus.

a *Naucl. vet. a genet. 40. Cuspinian. in Frid. III.*

Indicit cõuentus Moguntinos pro tollendis dissidijs.

b *Extat eius lit. apud Nic Clem p. 107 & in msc. bibl. monast. S. Victoris Paris. citat.*

De nouo celebrando concilio agitatum.

Negat Eugenius sed Florentino adhærendum.

Auxere ecclesiasticos tumultus Boemiæ & Hungariæ bella; cum enim Albertus Rex nullam prolem masculam, vt superiori anno diximus, sed duas tantum filias & vxorem prægnantem reliquisset, Hungarorum pars Vvladislaum Poloniæ Regem sibi Regem delegere d, vt illius armis a Turcis tuti essent, & quamuis Regina filium interea peperisset, tamen eum in Pannoniam venientem multi suscepere, adhærentibus reliquis Reginæ intantique, qui Christianis sacris susceptis, mox fuit regia corona redimitus, & a matre vna cum regno Friderici Cæsaris fidei commendatus. Inde Hungaria, quæ vires se in Turcas colligere putarat, ciuili bello attrita est: quæ copiose Hungari & Poloni scriptores enarrant. Cæterum manauit eadem discordia ad Boemos, alij enim Ladislaum puerum, Polonum alij, alij Fridericum Regem optauere. Sed Fridericus, licet rogatus a Boemis, vt tutelari vel suo nomine regnum capesseret, vtrumque tamen constanter recusauit.

Hungari in Rege deligendo diuisi.

d *Æn. Sylu. Europ. c. 1. Turc c. 27. & 30. Cromer lib. 21. Blond. dec. 3 lib. 4. & alij.*

13 Non ea celsitudine animi, ac modestia præditus erat Alfonsus Rex Aragonum, qui incensa adeo cupidine Neapolitano regno inhiabat, vt religioni suam amplitudinem præferret; cum enim suæ ambitioni obsequentem Eugenium non haberet, nolebat profiteri ipsum esse Christi vicarium, nec tamen antipapæ obtemperabat, sed vtrumque arte dolisque detinebat. Basileensium quidem decreta in ditione sua promulgari vetuit, regnique præsules Basileæ reuocauit, vt Eugenium sibi deuinciret, interea tamen archiepiscopum Panormitanum, non sine magna proditionis labe ad Amedeum misit e, qui polliceretur regia illi voti summo pontifici obsequia præstanda, atque etiam eum se Romam, aut Neapolim, Caietanue, vel Terracinam deducturum, & tabulas de ipsius adoptione scriptas confirmaret. regnumque Neapolitanum in ipsum ac posteros conferret. Tum Regem Nauarræ atque Henricum militiæ S. Iacobi principem fratres suos sororemque Reginam Castellæ solicitauit, vt missis oratoribus edicerent Eugenio, ni studere Renato Regi aduersus ipsum Alfonsum absisteret, fraternas se partes aduersus eum secuturos. Quibus describens Pontifex f ostendit, quam inique Alfonsus vi & armis Neapolitanum regnum sibi subijcere affectaret: contra vero quam iuste

Rex Aragoniæ ei Ecclesiæ dissidiorem suamauget.

e *Surit an. lib. 13.*

Aragonij principes Eugenio infesti.

f *Extat eius lit. eadem. Raln. VII pag. 194.*

iuste de Neapolitano ipse regno, vtpote sedis Apostolicæ fiduciario sine cuiusquam iniuria decernere posset: tum quantis studijs pacem cum eodem Rege redintegrare conatus esset.

Cogitate, inquit, *charissimi & dilecti filij, & id absque vlla affectione considerate, an vobis videamur errare, si nolumus occupari regnum nostrum prater omne ius, & contra nostram voluntatem, & in alterius praiudicium, qui a nobis iniustitiam petit, si videtur vobis inhonestum nobis illatam tantam iniuriam repellere. Nunquid erramus iura Romana ecclesia tuendo. Nunquid patiendum sit ea per alios rapi, diripi, & hostiliter occupari? Si diceremus, nos velle disponere de illo regno pro libito voluntatis nostra, quis est qui posset nos iuste reprehendere? Nunquid nos sibi aut vobis, aut alijs principibus interdicimus, quin de rebus vestris libere disponatis? Nunquid non licet id etiam minimis de patrimonio suo? Qua igitur iniuria fit Regi Aragonum, si nolumus ei concedere, quod tenet iniuste? Vult nos esse ministros sua cupiditatis, sed in eo fallitur, malumus enim obtemperare Dei preceptis, quam Regis voluntati, presertim qua nulla ratione fundetur. Obtulimus ei multas conditiones concordia iustitia plenas, quam sequi volumus & debemus, ne cui fiat iniuria. Hortati fuimus & requisiuimus, vt quo iure regnum inuasit ostenderet, & nos equum iudicem reperiret. Omnia hec recusauit tanquam qui omne ius habeat situm in sola ambitione, & regni possidendi desiderio.* Pacem non coluit Alfonsus, sed Gallos pacis expectatione, ne ea, qua par erat, diligentia expedirent arma, delusit: dumque has artes adhibebat, copias in hostem duxit, atque Auersam Renato Regi abstulit [a], & Anconium Caudolam illius ducem promissis ad studium sui perduxit, ac tum fœde ab vtroque Rege regnum Neapolitanum attritum est. Laturus autem opem populis Ecclesiæ clientibus Eugenius, Ioannem tit. S. Nerei & Achillei presbyterum Cardinalem ad pacem conciliandam amplissima auctum potestate, extremo superiori anno miserat [b]. Et quidem Renatus Eugenio, vt supremo regni Neapolitani domino obsequentem se præbuit: at Alfonsus reiecto legato bellum vrsit; in quem Pontifex legatum armis rem gerere iussit [c], initque fœdus cum Genuensibus, ac Blanciardinum Becutum pontificio nomine classem conscendere imperauit [d], atque si ea in Trinacriam aliasue insulas impetus verteret, ad iungendos sibi princjpes instruxit auctoritate; si Neapolitana littora petijsset, legato obtemperare iussit: de qua armorum societate dicetur anno sequenti.

Pacis expectatione Gallos Alfonsus deludit. Auersam capit.

[a] Collen. l. 6. Sur. l. 15. c. 1 Fac. l. 7. 5. lib. 4. c. 4. & alij.

[b] Lib. 13. p. 385. ad 393

[c] Lib. 5. p. 72

[d] Ibid.

14 Quod ad res Hispanas attinet; ingentes hoc anno tumultus facti fuere [e]: nam sumpsere arma in Ioannem Regem Castellæ ipsius filius, Regina vxor, Ioannes Rex Nauarræ, & Henricus ordinis militaris, cui e Spatha nomen, magister. Pepererat hosce motus summa nimiaque Aluari de Luna, qua apud Regem valebat gratia, quare ad eius elidendam potentiam facta est coniuratio; & quamuis composita pax certis legibus fuerit, inter quas ad semestre Aluarus ab regia aula remoueri & ablegari iussus, iterum tamen discordia recruduit. Quibus de rebus certior factus Pontifex belli flammam, qua Castellanum regnum conflagraturum videretur, restinguere, eosque in pristinam concordiam reuocare nisus est. Plures extant huiusmodi argumento apostolicæ ad Ioannem Regem [f], illosque singulos [g] & alios [h] datæ literæ: ac Ioannem tit. S. Petri ad vincula presbyterum Cardinalem concordiæ interpretem agere iussit [i].

Tumultus graues coorti in Hispania.

[e] Mariā. hist. Hisp. l. 21. c. 24 & 25. & l. 22. c. 1. 2. 3. & 4.

[f] Lib. brev. pag. 118.

[g] Ibid. p. 119 & 130.

[h] Pag. 120. & 121.

[i] Ibid. p. 119.

15 Hoc anno S. Francisca Romana, quæ, vt suo loco diximus, religiosam domum, quam vocant oblatarum congregationis montis Oliueti, condiderat, virtutibus, & miraculorum, ac prophetiæ dono clarissima, nona martij die in cœlum migrauit [a], cui pleuritide laboranti secunda a febre contracta nocte Christus maxima luce circumfusus, angelorumque & sanctarum animarum turma succinctus se videndum, vti sæpe consueuerat, obtulit, eique cœlestes triumphos ob gloriosa cum dæmonibus, a quibus sæpe tentata diuexataque acerbissime fuerat, certamina, pollicitus est, atque diem exitus designauit: rogata vero vt promouendæ sodalium salutis gratia vitam suam in longius tempus produci a Deo exposceret, respondit se æque ad vtrumque paratam, seu Deus ipsam viuere, seu emori vellet rependendæque pro labore æternæ quietis cóscia in repetendis sacris precibus quietem somnumue carpere abnuebat. Demum angelum assistentem inuita maiori alacritate opus acceleratem, se breui e vita discessuram agnouit, ac vespertinam Deiparæ repetens precationem; defixisque in cœlum oculis, sensuumque compos placide sanctissimam animam ætatis anno quinquagesimo sexto Deo reddidit.

[a] Vit. S. Fr. Rom. l. 5. c. 18. ex act. canonic.

Eius corpus aliquot diebus insepultum mansit ob ingentes populorum concursus, eiusque membra non obriguere, sed tractabilia, ac si viueret, perstitere, tamque suauem odorem spirauit, vt sacrum illud templum rosis, violis, ac lilijs referrum videretur: epileptici solo eius corporis contactu reualuerunt, pluraque alia edita miracula. Die S. Gregorio sacro in diaconia S. Mariæ nouæ ante aram principem sepulta est, laudataque pro concione inter alios a S. Bernardino Senensi & B. Ioanne de Capistrano, qui illam in sanctarum mulierum numerum referendam affirmarunt. Claruit deinde miraculorum illius fama in dies, refossumq; est XXVII. iulij die eiusdem anni corpus, vt sepulchrum crustis marmoreis ornaretur, quod omnis corruptionis & labis expers inuentum est, ac si tum recenter viuere desijsset, & suauissimo odore tragrauit, summoque omnium stupore non rigida membra, sed ad flectendum facillima reperta fuere. Facti etiam sunt noui ad eius sepulchrum piorum concursus ob ingentia miracula, quæ illius ope sunt patrata: quare Eugenij IV. & Nicolai V. iussu [b] sacra actio de miraculis editis sanctæ mulieris precibus instituta est, a Pio II. & Iulio II. repetita, promota a Clemente VIII. demumque perfecta a Paulo V. Decreti itaque illi fuere a Paulo V. [c] anno MDCVIII. sanctarum viduarum honores, atque ab Vrbano VIII. Pontifice inuentæ eius reliquiæ maximis miraculis coruscarunt.

Extinctum corpus tot uisimos odores spirat.

A Diuis Bernardino & Ioan. Capistrano laudatur pro oratione.

Miraculis claret.

[b] Cap. 20.

[c] Bull. to. 3. Paul. V. const. 45.

16 Claudimus hunc anum Græcorum rebus, quæ ab aliquibus pertinacissimis schismaticis valde turbatæ fuerunt; nonnulli enim ea, quæ Florentina synodus peregerat, aliter quam gesta essent in vulgus sparsere, quorum mendacia retellere aggressus est Bessario egregio volumine [d], quod Alexij Lascaris Philantropeni nomini dicauit, in quo & historicum simul & theologum agit. Inter eos, qui eidem concilio aduersati, diu expetitam tantoque partam labore ecclesiarum coniunctionem postea dissoluere, fuit Marcus Ephesi episcopus, in quem præter Latinorum elucubrationes [e], extant [f] Græcorum libelli Georgij Hieromonachi protosyncelli, Iosephi Methonensis episcopi, & Gennadij [g] postea patriarchæ Constantinopolitani luculentissimi commentarij.

Marcus Ephesinus schismatis instaurator

[d] Bessar. de succes. synod. Florent. c. 1

[e] Turrecrem. & alij.

[f] Ext. post acta Florent. conc. 5. 4 p. 1 ex edit. Bin.

[g] Extant in m. s. Vall.

De Marci quidem Ephesini intollerabili arrogantia & impudentia hæc tradit Gennadius ipse [h]: *Propria opinione deceptus prudentior & sapientior vel ipsa vniuersa synodo esse putabat, quod summa insania argumentum fuit, vnum videlicet hominem vniuerso orbe præstantiorem esse, si enim vnus cum vno conferretur, aliquam fortasse haberet rationem, sed vniuersa Ecclesia communiter congregata vnum aliquem præstantio-*

Præfert se concilio.

[h] Gennad. ad uers. Marc. Ephes.

Vocatus ad synodum planxit se diuerberatum a dæmonibus.

stantiorem esse fieri nullo pacto potest. Laborasse illum morbo epileptico, deque potestate mentis deturbatum fuisse, conquestum se a demonibus diuerberatum misere planxisse, cum ad synodum vocaretur, idem auctor refert. Obiecisse porro proterum hominem in concilio Florentino libros omnes Græcos a Latinis corruptos fuisse, eundem tamen ad libros sanctorum patrum corrumpendos incubuisse, fuisseque eiusdem diuinitus eius improbitatem memorat, cum paginam aliam pro alia, in qua auctoritas S. Basilij de processione Spiritus sancti ex Patre & Filio cõtinebatur, conscidisset, ac præter spem conuictus obmutuisset. Porro auctoritas S. Basilij controuersiam omnem dirimebat, quam cum schismatici corruptam insulse dicerent, adhibita fuit a Bessarione a postquam rediit Constantinopolim, accuratissima diligentia, vt peruetustos eiusdem S. Basilij libros antea exortam inter Latinos & Græcos controuersiam conscriptos consuleret, integramque eam sententiam in codicibus antiquis reperisse, vitiatam in recentioribus sincere enarrat, & Græcos patres non a Latinis, sed a Græcis sine & aliorum Græcorum salutis proditoribus fuisse depranatos, vt ipse in commentario ad Alexium Lascarim Philantropenum scripto edisserit.

Obiecit impie patres a Latinis corruptos,

a Bessar. de succes. synod. Florent.

Corruptores Græci crimen in Latinos tribuere.

b Bessar. de succes synod Florent. c. 9.

17 Inter b sophisticas argutias schismatici obscuras aliquas sanctorum patrum sententias in alienum sensum detorquebant: Græci in primis eam S. Ioannis Damasceni sententiam: *Spiritum Filij dicimus, ex Filio vero non dicimus*. Respondet Bessario in commentario, de quo memorauimus, dixisse Damascenum non ex Filio, quia Filius non est primodiale principium Spiritus sancti; additque: *Præpositio ex, æqualitatem quidem cum de aliquibus duobus vel pluribus accipitur, significat, ordinem vero vnius ad alterum minime*. Et infra: *At præpositio, per, e conuerso ordinem quidem significat, æqualitatem vero minime, si quid enim ex aliquo per aliquem esse aut fieri dicatur, manifeste apparebit illum, de quo dicitur, per ordinem quendam ad illud, de quo præpositio, ex, prædicatur habere, & hinc ab eo accepisse id quod per eum fit: æqualitas vero borum ad inuicem minime significatur, minoris namque potentiæ semper & auctoritatis est ille, de quo præpositio, per, prædicatur, vnde sancti patres & doctores tum orientales tum occidentales cum ad potentiæ æqualitatem, immo identitatem Patris & Filij respiciunt, ex Patre & Filio dicunt Spiritum sanctum procedere & esse, cum vero ordinem eorum ad inuicem ostendere volunt, ex Patre per Filium eum procedere & ex Patre per Filium, sine ex Deo per Filium eum esse docent. Sunt tamen nonnulli sanctorum, quorum aliqui maioris fecerunt ordinem, vt maior pars orientalium, aliqui æqualitatem sine identitatem, vt primi occidentalium, & quemadmodum occidentales pluris facientes æqualitatem sæpius vtuntur, ex, ita orientales, qui ordinem maioris æstimant, cum quibus & B. Ioannes Damascenus connumeratur, per vt plurimum vtuntur, raro admittentes præpositionem, ex, non sibi inuicem contradicentes, sed diuersa significata diuersis nominibus exprimentes; quare de mundi creatione, etsi absque vlla ambiguitate ex Filio etiam omnia producta sint, prout ex Patre, rarissime tamen reperies apud doctores præsertim orientales, quod mundus sit productus ex Filio, sed semper per Filium ob illud Ioannis: Omnia per ipsum facta sunt: ita magis ordini adhæserunt patres orientales, & ideo vtuntur per, qua sola ordinem significat. Præterea lingua Græca per hanc præpositionem, ex, principalem significat causam, qualem Filium esse vel Spiritus, vel mundi nullus omnino concedet: quare fugiunt doctores de Filio ipsa, ex, vti, ne quis eum principalem causam putaret.*

Cur Græci dixerint *per Filium* procedere Spiritum sanctum.

18 In controuersia de azymo cum arguerentur Græci eo die, quo institutum est Eucharistiæ sacramentum, non repertum in Iudæa fermentatum ex diuina lege, finxisse miraculo creatum fuisse a Christo, refert idem Gennadius a in libro de quinque capitibus pro concilio Florentino, ac pias causas, ob quas orientales fermentato, azymo vero occidentales vti sint, exponit, sic inquiens: *Romana ecclesia offert azymos panes, propterea quod Dominus sine vlla commistione peccati susceptit carnem. Sed cætere ecclesiæ offerunt fermentatum pro eo, quod verbum Patris indutum est carne & est verus Deus & verus homo. Item fermentum commiscetur farinæ & efficitur corpus domini nostri Iesu Christi vini, sed sine in azymo sine in fermentato conficiatur Domini corpus & Saluatoris nostri sanguis.*

Controuersia de fermentato.

a Gennad. ex posit pro eis Florent. 42. cap. sect. 8.

Ecclesia Romana cur conficiat in azimo Græca fermentato

19 Disceptatum hoc anno est in Licensi vrbe, an lethaliter peccarent, qui ipso paschatis die sacram Eucharistiam non sumpsissent, etiamsi præcedenti feria quarta ea fuissent refecti. Qua de re consultus Eugenius hoc responsum dedit b: *Intelligimus optime iure satisfactum esse censent, si in hebdomada sancta, vel infra octauam Paschæ resurrectionis dominicæ secundum meliorem dispositionem conscientiæ, & aptiorem mentis deuotionem fidelis præparatione debita sanctum Eucharistiæ pignus excipiant; & huic sententiæ omnes volumus acquiescere, &c. Dat. &c. die* VIII. *mensis* MCCCCXL. *pontificatus nostri anno* X.

Quo tempore satisfiat præcepto cõmunionis paschalis.

b Bullar. Aug. IV. edit. 20.

IESV CHRISTI
Annus 1441.

Indict. 4.

EVGENII PP. IV. FRIDERICI III. ROM. REGIS 2. annus II. IO: VII. PALEOLOGI IMP. OR. 18.

1. 2 ANnus hic ob Iacobitas orientales, qui Ægyptum incolebant, cum ecclesia Romana in concilio Florentino c conciliatos, insignis extitit. Miserat iam ante Eugenius ad illos a schismate reuocandos cum apostolicis literis e Albertum Minoritam, quas in Syriacum sermonem conuersas Ioannes eorundem Iacobitarum patriarcha cum alijs episcopis in ecclesia publice in maxima populi frequentia, vt ipsemet testatur, perlegi iussit. Quibus ingenti omnium plausu, ac gratulatione auditis, Pontificem literis suis, anno superiori exaratis, ea de re certiorem fecit, atque ad sedem Apostolicam Andream S. Antonij abbatem, facta ei amplissima iungendi sacri inter ecclesias fœderis potestate, legauit. Agit de eius aduentu Andreas Santacrucius, atque habitam ab ipso die vltima augusti in publica congregatione orationem refert, cuius hæc pars præcipua est: *Expauesco tuam alloqui sanctitatem, cum maxime ante oculos mentis proponam non solum potestatem tuam, sed sapientiam Latinorum, qui in studio sapientiæ diuinarum rerum & disciplina Iesu Christi, quod a principio salutis fidelium imbiberunt, continuo in has tempora exercitati ea nunc tenent, & sentiunt, qua beatissimi Apostolorum principes Petrus & Paulus illis a principio tradiderunt: quæ autem ecclesia, huiusmodi sapientia & disciplina aliquando priuata, prima non tenuerunt fundamenta, & a Romana ecclesia matre & magistra separata fuerunt, eas permisit Deus gentibus in opprobrium & infidelibus in rapinam, prout euidenter cernere datur*

Iacobitæ orientales conciliati Romanæ ecclesiæ.

c Ext. apud Card. Iustin. pag. 551.

Orientales conculcatos ab infidelibus propter schisma.

in

ACõstantino Imperatore Ethiopum missi oratores ad Eugenium
a Lib. 5. pag.100.

in Græcis & Armenis, & pariter in nobis Aethiopibus Iacobitis. Pontificem pijs Iacobitarum votis orthodoxæ fidei formulam tradidisse videbimus. Cæterum Andream abbatẽ Ægyptium non modo Iacobitarum in Ægypto degentium eorum patriarchæ oratorem fuisse, verum & Imperatoris Æthiopum vna cum Petro diacono, ex literis a Eugenij constat, quibus Vaticanæ basilicæ canonicis dedit mandata, vt ijsdem oratoribus limina Apostolorum adituris sacram Veronicam ostenderent.

3. 4 Ad instaurandam eandem cum Romana ecclesia Æthiopicæ coniunctionem, Nicodemus etiam abbas, qui Æthiopibus Ierosolymis commorantibus præerat, Constantini Regis Æthiopiæ nomine legatum misit b, cuius oratio c in publico coetu habita est Florentiæ hoc anno secunda septembris die. Extant quoque eiusdem abbatis Nicodemi literæ d, quibus excusat se non ausum ob Saracenorum formidinem abire Ierosolymis, Pontificem Christi vicarium esse profitetur, sponderque nauaturum se operam, vt factum fœdus cum Rege Æthiopum redintegretur; nec vero res fidei adducturos in controuersiam Æthiopas, sed omnibus, quæ ipse Pontifex iusserit assenturos.

b Sander. de vsib. monarch. l. 7.
c Ext. in act. conc Flor. apud Card. Iust. p. 3. num 11. p. 375. & in annalib. d Ext. ead. p. 3. n. 12 pag. 377. & in annalib.

Inter hos orientalium Meridionalium que populorum ad Romanæ ecclesiæ gremium concursus, nonnulli quoque principes Saraceni excitati sunt ad ineunda cum Pontifice fœdera, ex quo ingentes restituendæ Syriæ religionis, quæ in ea defloruerat, ij es concepit Eugenius, consiliaque cum Francardino Benecabulo Acri principe contulit. Cum itaque 19 propterea ad Christianorum oras Pontificis suasu iturus esset, apostolicis illi literis e sunt præmoniti, ne qua ipsium suosue iniuria arcerent.

Æthiopũ in Pontifice audiendo pietas. De restituendo Syria Christi cultu agitat Eugenius.
e Lib. 15. pag. 101.

5 Augusta adeo meditantem diuinæ amplificandæ gloriæ, proferendæque religionis gratia Christi vicarium schismatici Basileenses retardarunt, ideoque non modo bellum Ierosolymitanum suscepturn non est, verum & Græcorum cum Romana ecclesia coniunctio admodum labefieri cœpit: nam & Palæologus Imperator, vbi Albertum Regem, a quo maxima sibi mittenda subsidia sperauerat, obijsse in ipso primo belli Turcici conatu, occidentalesque Basileenses schismate disiunctos vidit, a pristino ardore pio desciuit, reputque in ijs, quæ ad schisma penitus abolendum spectabant, ad exitum perducendis quare & Pontifex promissas subsidiarias aduersus Turcas copias non ei transmisit. Explicuit vero maius pietatis studium Constantinus despota Palæologus, qui Christophoro episcopo Coronensi nuncio pontificio est pollicitus, omnem se daturum operam vt cœpta coniunctio perficeretur constabiliretur que. Cui vicissim spopondit Eugenius f, nunquam illi sedem Apostolicam auxilio defuturam.

Diffusa a Basileensibus schismaticis præclara Eugenij consilia.

Constantinopolitan⁹ Imperator schismatis delendi curas remittit.

f Lib. 15. p. 64 & apud Cardin. Iust. p. 3 n. 10.

6. 7 Inter hæc Graci Cyprij porrecto Eugenio libello supplici g conquesti sunt apud eum non seruari a Latinis synodale de coniunctione decretum, atque nonnullos a Græcorum commercio arceri, ne Latini cum ijs nuptias celebrarent, funebria iusta peragerent, vel publica acta conficerent: quo perlecto Pontifex archiepiscopo Colocensi eum misit, addiditque imperia h, vt studeret ne Latini se a Græcorum communione segregarent, aliudue facerent, ex quo mutua vtriusque populi consensio in synodo œcumenica perfecta labefactari videretur.

g Ext. apud Eugen. l. 12 post p. 145. & in annal
Auditæ ab Eugenio Græcorum preces.
h Ibid. p. 146

Eodem anno id. aprilis ad reprimendos recentiores schismaticos, vtque Christifideles ab eorum impietate declinarent, Amedeus antipapa vna cum suis sectatoribus & alijs hæreticis anathemate perculsus est i: ac ne schismatis eiusmodi lues latius propagaretur, pluribus episcopis dedit mandata Euge-

i Lib. 15. pag. 118.

nius a, vt animaduerterent in schismaticos pertinaces, redeuntes autem ad Ecclesiam catholicam censuris solverent.

Censores fidei instituti contra schismaticos
a Lib. 13. pag. 164.

8. 9 In Lusitania Ludouicus episcopatum Visensem retinebat contra Eugenij sanctiones multorum in aula Lusitana procerum gratia fretus, cumque Regem a schismate abhorrere nosset (quippe Lusitani ea pietatis laude floruerunt, vt se a schismatibus & hæresibus, quæ plura alia regna fœdarunt, his postremis sæculis se puros seruauerint) schisma, cuius erat auctor maximus damnauit, vt Regem ea emendationis specie in sui patrocinio sustinendo confirmaret. Verum Eugenius, qui eius artes norat in suscepto iam consilio de adhibenda in schismaticum impostorem seueritate perstitit; deque ea re grauissimas iterum ad Alfonsum literas 5 dedit ipsum adhortatus ne schismaticum hominem foueret.

b Ext. in coll. m. s. Alexan. VII. p. 255. Sess. xlii. Basil.

Porro Basileenses hypocritæ, vt pietatis famã sibi compararent, religiosum decretum in sessione xliii. kal. iunij fecere c de celebrando die visitationis Deiparæ sacro vi. nonas iulias pro comparanda eiusdem Virginis ope Ecclesiæ pace & concordia, quam ipsi inaudito scelere turbauerant, turbabantque. At festum hoc non ea de causa receptum est in Ecclesia quod ab ipsis decretum fuerit; prius enim Bonifacius IX. ea de re sanctionem, quæ iam ante ab Vrbano VI. remouendi schismatis causa fuerat concepta, vt suo loco dictum est, ediderat. Cæterum quamuis falsa religionis ostentatione alijsque modis illusi nonnulli fideles in pluribus prouincijs adhærerent Basileensibus, principes tamen ab eorum scelere & contagione abhorruere: inter quos Carolus Francorum Rex, qui celebrato apud Bituriges præsulum conuentu ex nonnullis decretis a Basileensibus perperam factis pragmaticam suam sanxerat d, rogatusque vt oratores ad Florentinum concilium legaret, mittere detrectarat, cum anceps cui parti iuderet aliquandiu fluctuasset, cumhinc illum generalis concilij vmbra terreret, hinc pontificiæ maiestatis splendor perstringeret, demum agnouit Basileæ impetu & seditione regentam, ac pestilentem doctrinam adulterantem euangelium, & pontificiam potestatem non in vno summoque præsule, sed in multitudine collocantem, ac monarchiam institutam a Christo in aristocratiam vel democratiam redigentem fuisse inductam, conflatumque terrrimum schisma; missis oratoribus, quorum princeps erat Meldensis episcopus, professus est Eugenium verum esse Christi vicarium, eademque potestate, quam Petrus ab ipso Christo accepit, pollere; nec non monarchiam pontificiam a Christo esse constitutam. Quia tamen auctoritatis illius æstimatio, apud quos vigebat conciliorum auctoritas, obsoleuerat adeo, vt plures concilij pseudogeneralis vmbra perterriti Basileensium schismate & errore illaquearentur, popposcit vt ad pontificiæ auctoritatis existimationem in pristinum splendorem restituendam, & Basileense schisma dissoluendum generale concilium indiceret in Gallijs celebrandum. Extat ea de re oratio e in sacro & publico purpuratorum senatu coram Eugenio ab eodem episcopo Meldensi die xvi. decembris huius anni habita ac de Basileensium impijs conatibus hæc grauiter inter alia dixit.

Carolus Francorũ Rex de Basileensium excessibus fit certior.
d Gaguin. in Carol. VII.

Profitetur Eugenium esse verum Christi vicarium.
e Ext. in Lib. Vat. sign. num 4177. p. 18. & in annal

10. &c. *Nimio fervore resistendi, ad hanc vesaniam deuenerunt, quod supremam potestatem in vno supposito consistere denegant, sed eam in multitudine, qua cito in diversa scinditur, collocant, & sic pulcherrimam monarchiam Ecclesiæ, qua Christianos hucusque tenuit in vnitate fidei, in vna professione religionis*

Queritur Rex Galliæ in Basileenses.

Christiana, in uno ritu sacramentorum, in una observantia mandatorum, in eisdem cæremonijs diuini cultus, atque pacem & tranquillitatem asserunt, nunc abolere & supprimere conendant, nobilissimam politiam, quæ beatitudinem cælestem habet pro fine, ad democratiam vel aristocratiam redigentes, & dicerius in malis procedendo vnum sibi in capite assumpserunt, qui non est præfertur, & sic schisma factum est nostrum in obedientia capitis, sed & in doctrina euangelij, quod omnibus Christicolis est abominandum. Et hoc animaduertens prafatus Christianissimus Rex Francia vehementi dolore ingemiscit, & cupiens Ecclesia, remedia vbique perquirit, ac denique consulto prælatorum, & aliorum multorum sapientum regni sui, videtur sibi quod nullum est aptius remedium ad hoc schisma extirpandum, quam euellere aut disperdere duas prædictas extremitates, ad quod faciendum necessarium est generale concilium. Porro concilium olim Basileense vnam extremitatem nimis exacuit, quando veritatem de suprema potestate in uno extinguere pertentauit. Constantiense enim Florentinum hanc veritatem bene quidem lucidauit, vt patet in decreto Græcorum, sed, pro regulando vsum huius potestatis nihil edidit, nihilque locutum est.

Monarchiam ecclesiasticā in democratiam redegisse.

Non modo schisma sed hæresim conflasse.

Supremam potestatem in vno sitam extinguere annisos.

13 Non visum est Eugenio tutum celebrare aliud concilium in Gallijs, & pontificiam auctoritatem in controuersiam adducere, quæ recenter in synodo Florentina communi Latinorum & Græcorum consensu cōtra nouatores Basileenses fuerat illustrata, ad quam consulte magis Gallus Rex pro tā pia causa oratores mittere debuisset, quam nouum concilium in Gallijs habendum deposcere, cum maxime singuli Reges illud in suis regnis peragendum pari iure exambire potuissent.

Cur Eugenius nouū in Gallijs concilium celebrare detrectarit

Emicuit inter has Basileensium nouatorum procellas singulari religionis laude Ioannes Castellæ Rex, qui tuendæ Apostolicæ sedis dignitatis studio accensus Carolum Francorum Regem pijs literis excitauit, vt Basileensium vesaniam reprimeret. De quo factus certior Pontifex ideo Castellano ipsi gratulatus a, vt ad reliquos etiam Reges principesque ea de re literas daret, cum adhortatus est.

a Lib. 12 reg. 13 & in cod. no f. Alexand VII, pag. 184.

14 Floruit etiam pietatis & obseruantiæ in sedem Apostolicam laude Vladislaus Rex Poloniæ, qui professis literis suis ad Eugenium missis illum verum esse Christi vicarium, se nunquam ab eius obsequio cohortium spopondit. Cum vero ab altera Hungarorum factione ad Hungaricam coronam acciperetur vocatus esset b, ab altera, quæ Ladislaum Regem Alberti olim Augusti Pannoniæ Regis filium posthumum colebat, repelleretur, ac pacem inter eos cōciliare amitteretur Pontifex, vt arma in Christiani hostes nominis, qui Hungariā occupare moliebantur auerteret, ex hoc aduersam suspicionem cōcepit Vladislaus, quam a se amouere studuit his verbis Eugenius c: *Quid in his quærimus præter Dei gloriam, honorem & statum tuum, salutem & pacem populi? si quid forte in verbis nostris defuit desiderio tuo, nobis imputari non potest, quasi insolitum quidquam fecerimus, sed nobis potius in hac temporum malignitate excusati debes, sicut filius & Christi imitator. Dat. Florentia VIII. kal. iunij anno XI.*

Vladislaus Rex Poloniæ adhæret Eugenio.

b Dan. Syl. in Europ. cap. 1

c Lib. 14. p. 99

15 Parte alia Fridericus Romanorum Rex Eugenii solicitabat, vt Ladislai pueri patrocinium susciperet, neue iustitiam laedi, & Hungaricum sceptrum, quod eius parentes optime de Ecclesia meriti iure tenuerant, alio transferri pateretur; tum egregia auorum facinora commemorauit datis ad Eugenium ipsum exaratis literis d. Exagitatum est

Cæsar Eugenio Ladislaum pueritum commendat.

d Extat apud Dolgell. 3 pag. 477 & in annalib.

din ijs discordiarum tempestatibus Hungaricum regnum magno cum religionis detrimento. Similiterque vexata est Boemia, in qua Praficho hæreticus lue iniectus, qui antea Alberto Regi bellum intulerat, Ladislao etiam puero sceptrum eripere moliebatur: cuius treti potentia Pragenses plurimi Hussitæ pestis aperte virus euomuere, seruandarum enim pactionum, quas cum synodo Basileensi iam ante fecerant specie, quasque compactata appellitabant, easdem intigni flagitio violarunt; articulis namque de conferenda laicis sub vtraque specie Eucharistia intactum hunc errorem addidere a: *Vt nullus audeat predicare, quod tantum sumitur sub vna specie, quantum sub vtraque, cum hoc sit contra communicantes sub vtraque specie.* Quem errorem a Constantiensi & Basileensi concilijs, ipsis etiam postremo assentientibus Boemis, damnatum vidimus. Vt vero ob hæresim immanibus procellis vexata fuerit Boemia, dicetur inferius; nunc ad Neapolitanum regnum, quod Alfonsi Aragonij illi inhiantis ambitione laniabatur, sermonem conuertimus.

Labefactata in Boemia ob bella ciuilia religio.

Permissum a Basileensibus vtriusque speciei vsus non profuit.

a Cochl. bello Hussit. lib. 9. Promulgāt hæretici non tamtū contineri sub qualibet specie quantum sub vtraque.

16 &c. Nullas apostolicæ solicitudinis partes prætermisit Eugenius, vt Renatum Alfonsumque Reges, inter se de eodem Neapolitano regno decertantes, in concordiam redigeret. Miserat antea Petrum Cardinalem Fuxensem Albanensem episcopum: deinde cum Alfonsus ad omnia monita obsurdesceret, Ioannem tit. SS. Nerei & Achillei presbyterum Cardinalem ad ipsum legauit, qui secum illum pertinacia repulit, quamuis Renatus Rex Pontifici supremo regni domino, ad quem ius dicere, & beneficiarium regnum conferre spectabat obsequi paratus esset. Insquum itaque iuris ecclesiastici inuasorem vi comprimere coactus Eugenius Bianciardinum Vecinum Genuam VIII. id. aprilis misit b amplissima cum potestate inundi fœderis cum Thoma Campofregoso Genuensium duce, vt iunctis armis communem hostem regno pellerent: hæcque pacta præcipua fuere, vt Pontifex quatuor millia equitum, peditum mille trecentos conscriberet in Alfonsum, crearetque legatum in exercitu, Genuenses vero duodecim triremes & quatuor naues onerarias omni apparatu bellico instruerent donec parta esset victoria, communibusque stipendijs classem sustentarent. Præterea sancitum, partem alteram sine altera inducias pacemque non admissuram, nonnullaque alia conuenta, quæ in publicis tabulis tum confectis continentur c. Tum decreuit Pontifex d contra Alfonsum, quemadmodum conuentum erat, Neapolitanam legationem, eiusque obeundæ munus iniunxit Ioanni, de quo paulo ante memoraui, tit. SS. Nerei & Achillei presbytero Cardinali, cui præcepit, vt contumacem Regem iura apostolica inuadentem in iudicium vocaret, promulgaretque ob perduellionem in Romanum Pontificem, cuius, vtpote supremi iudicis sententiæ in fiduciarij regni controuersia stare detrectaret, beneficiarijs regnis Trinacria nimirum, ac Sardinia & Corsica, tum omni actione & ambiguo iure, quod in Neapolitanum se habere contendebat, excidisse: diem etiam illi constitueret, quo pontificio tribunali iustam accepturus sententiam se sisteret. Submissæ e sunt legato copiæ, vt Regis Aragonum vim vi retunderet; sed irrito exitu: obdurruit vero Alfonsus in pertinacia secundis armorum successibus (a quibus tantum volebat ius petere) elatus. Auersamque hoc anno, ac Neapolim proximo cepit.

Neapolitana bella sedare nititur Eugenius.

b Lib. 5. p. 71

Fœdus init Eugenius aduersus Alfonsum cum Genuentibus.

c Apud Eug. IV. l. 5. p. 65 & in annal. prolix.

d Lib. 5. p. 76

Constituta forma iudiciaria aduersus Alfonsum Regem.

e Blond. dec. 2. l. 1.

19 Hoc anno, recrudescente in Castellana aula dissensione ob Aluari de Luna nimiam gratiam & amplitudinem, pontifex propositis ingentibus malis, quæ ex bellis ciuilibus oriuntur Mariæ Reginæ,

Exortæ in aula Castellana turbæ

ira-

fratres Aragonios Ioannem Nauarræ Regem & Henricum principem eius fratrem ad redigendam eam in concordiam cum viro Rege Caſtellæ excitauit a. Neque pretereundum videtur poſtulanti Ioanni Caſtellæ Regi, vt anathemate percelleretur illi, qui regia vectigalia non ſoluerent, Pontificem reſpondiſſe b, id fieri non debere, quod maxima animarum pericula eſſet allaturum.

a Lib. 6 rer. p. 126. 130. & in m. f. Alex. VII. p. 253. 260. & 270. Poſtulat Caſtellæ deligi centum fiſci defraudatores.

b Lib. 6 rer. p. 126. & in cod. m. f. Alexand. VII. pag. 253.

IESV CHRISTI
Annus 1442.

EVGENII PP. IV. FRIDERICI III. ROM. REGIS 3. annus 12. IO: VII. PALÆOLOGI IMP. OR. 19.

Indict. 5.

1 TRaducta eſt Romam Florentina ſynodus poſt habitam ab Eugenio menſe aprili ſeſſionem, de qua hæc prodit Auguſtinus Patricius c: *Florentiæ Eugenius ſeſſionem celebrat VI. kal. maij anni ſalutis* MCCCCXLII. *in qua offerens legatos Zaræ Iacob magni Regis Aethiopiæ, quem presbyterum Ioannem vocant, ad concilium œcumenicum orthodoxæ fidei ſuſcipiendæ gratia properare, concilium ipſum, vt maiorem auctoritatem etiam ſuſciperet Romanæ, approbante ipſo concilio, tranſtulit proſequendum in baſilica Lateranenſi propria & prima ſede ſummi Pontificis decimoquinto die poſt eius ad Vrbem reditum. Huic tranſlationi addidit & plures cauſas, loci reuerentiam & commoditatem, rerum omnium copiam, tum occaſionem componendarum prouinciarum Eccleſiæ, & pacis ac quietis Italiæ, cæterarumque regionum procurandæ.* Perductam ad felicem exitum Æthiopum & Iacobinorum coniunctionem ab Eugenio oſtendunt ſeſſiones in Lateranenſi baſilica ab eo poſtea celebratæ, editaque de Syris, Chaldæis, & Maronitis ſynodalia decreta d.

c Aug. Patr. & Card. Aleſ. de clc. Flor. p. 3.

Traductũ Florentia Romam concilium.

d Illm. in clc. Flor. p. 3. p. 354. & in Bullar. in Eug. eſſ. 23

2. &c. Memorant ea vt Ioannes Iacobinorum, qui per Ægyptum diſperſi ſunt, patriarcha Andream Ægyptium abbatem monaſterij S. Antonij, eundemque Æthiopum Imperatoris oratorem ad ſynodum prædictam pro expetenda Sanctæ Romanæ eccleſiæ coniunctione miſerit, cui ab Eugenio fidei formula, in qua hæreſes, quibus Ægyptus, Æthiopia, Syriaque infectæ fuere damnantur, atque in primis de Deo vno & trino hæc præſcripta: *Pater quidquid eſt, aut habet, non habet ab alio, ſed ex ſe, & eſt principium ſine principio. Filius quidquid eſt aut habet, habet a Patre, & eſt principium de principio. Spiritus ſanctus quidquid eſt aut habet, habet a Patre ſimul & Filio; ſed Pater & Filius non ſunt duo principia Spiritus ſancti, ſed vnum principium; ſicut Pater, Filius, & Spiritus ſanctus non ſunt tria principia creaturæ, ſed vnum principium.* Interiectis nonnullis de libris canonicis, ac de Verbo incarnato, damnantur qui cum Paulo Samoſateno coniunctionem perſonalem humanitatis cum Verbo negauerunt & ob participationem maioris gratiæ & ſanctitatis diuinum hominem dictum putauerunt, vel qui cum Manete phantaſticum corpus ſumpſiſſe ſomniarunt, vel cum Valentino dixere corpus cœleſte, atque ita fluxiſſe per uterum Virginis, vt per aquæductum aqua tranſcurrit: vel qui loco animæ deitatem habuiſſe finxere; vel cum Apollinare effutierunt in Chriſto fuiſſe tantum animam ſenſitiuam ac loco rationalis Verbi deitatem: vel cum Neſtorio vnionem hypoſtaticam cum humanitate negarunt; vel cum Eutyche deitatem & humanitatem in vnam naturam confuſas blaſphemant, vel cum Machario Antiocheno duas in Chriſto negant operationes &

Multæ gentes de fide inſtructæ.

Errores damnati.

voluntates. Expoſita mox doctrina catholica de peccato originali, de legalibus & circumciſione abolitis, vtque, nemo etſi pijs operibus inclareſcat, ſalutem poſſit conſequi, niſi in Eccleſiæ catholicæ gremio permanſerit.

6 Decreta quoque in Florentina ſynodo pro Græcis edita, Iacobinis & Æthiopibus tradita ſunt; quibus etiam hæc de conſecrationis forma fuere adiecta: *In conſecratione corporis Domini hac vtitur forma verborum*, nimirum eccleſia Romana Apoſtolorum doctrina & auctoritate fumata: *Hoc eſt enim corpus meum*; ſanguinis vero: *Hic eſt enim calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamenti myſterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*. De ſecundis tertijs & quartis, vel vlterioribus nuptijs, quas nonnulli damnabant, additum eſt licite contrahi poſſe, quamuis nuptijs ſecundis caſta viduitas præferenda ſit.

Quæ ſit forma & materia ſacramenti Euchariſtiæ.

7 Retulere Æthiopes orientales magna religione hæc decreta inter alias veterum œcumenicarum ſynodorum ſanctiones, & magna pietate coluere, quamuis ob longinqua terrarum interualla, ac Mahometanos interiectos commercia facere cum Latinis intermiſiſſent. Cum vero Luſitani non tine cœleſtibus prodigijs ad Æthiopas ſulcato mari rubro penetraſſent; vetera hæc ſacra fœdera inſtaurata fuere, de quibus Dauid Imperator in ſuis ad Clementem VII. datis literis a meminit.

Eugenij decreta referunt Æthiopes inter veterum concilior decreta.

a Ext. apud Damia. Goez Hiſp. illuſtr. 2. p. Patriarcha Alexandrinus confirmat eius eccleſiæ Romanæ.

8 Quod ad patriarcham Alexandrinum attinet, extant etiam eius literæ ad Eugenium ſcriptæ, quibus eccleſiaſticam coniunctionem & Florentini concilij decreta pie ſe amplexum, ac Romanum Pontificem ſupremum in terris vniuerſalis Eccleſiæ paſtorem veneratum, tum Eugenij nomen in ſacra diptica ſe retuliſſe profeſſus eſt, ac poſtremo hæc adiecit: *Scripſit mea humilitas literas ad potentiſſimum principem dominum Imperatorem, & ad quoſdam Pontifices Conſtantinopelim, ſignificans vt, ſi quis ea quæ in ſacra ſynodo decreta ac definita ſunt, non recipit, tanquam tyrannus & hæreticus habeatur, deciditque a communione ſanctæ catholicæ Eccleſiæ. Inclino me ipſum, pater beatiſſime, ſub ſcabello pedum ſanctitatis tuæ, cum qua ſit gratia, beatitudo, & pax cum omnibus vtriuſque ordinis viris ſub tua poteſtate conſtitutis. Et benedictio tua beatitudinis ſit cum omnibus nobis. Amen.* De Ægyptijs atque Æthiopibus meminit Eugenius in encyclicis literis c anno MCCCCXLV. exaratis, quorum ad Romanæ eccleſiæ obedientiam redeuntium effigies in veteribus valuis æneis baſilicæ Vaticanæ Eugenij ipſius tempore inſculpta conſpicitur.

b Lib. 6 rer. p. 126. ad conc. Floren. ex edit. Card. Iuſt. & in annalib. pontificior.

Æthiopes obſequium deferunt Eugenio.

c Extant ib. p. 340.

9. 10 Dum Ægyptij atque Æthiopes ex vltimis terrarum oris ad Eugenium confluebant, Baſileenſes in ſuſcepto obſtinati ſcelere ſe ab eo magis magiſque diuellebant: ad quorum plectendam improbitatem coactus Pontifex ſeueritatem adhibere, ſacerdotijs eos cenſibusque eccleſiaſticis ſpoliauit d.

Baſileenſes nouatores ſe ab eo ſegregant.

d Lib. 6. pag. 270.

Fremebant ideo ira, atque in ſua pſeudoſynodo ſeſſione XLIV. edixere e priſtinis reſtituendos honoribus, qui eorum conciliabuli occaſione ſacerdotijs ſpoliati eſſent. Ex contrarijs eiuſmodi Pontificis ſchiſmaticorumque edictis, cum vnicum ſacerdotium plures æmuli exambirent, nouæ commotæ ſunt in pluribus prouincijs diſſenſiones, maximeque in Britannia minori, vbi Ioannes dux nimia facilitate paſſus erat ſacerdotia a Baſileenſibus conferri: miſſi vero a Pontifice nuntij, vt eccleſiaſticos viros in concordiam redigerent, pacis ſtudio permiſere ijs, qui a Baſileenſibus fuerant intruſi, potiri ſacerdotijs ea lege, vt ſchiſmate damnato Eugenium verum Chriſti vicarium profiterentur; eos autem

Contrariæ Pontifici edicta promulgant Baſileenſes Seſſ. XLIV.

e Conc. Baſil. ſeſſ. 44.

Inde graues oboriæ in prouincijs diſſenſiones. Britannia eas ſenſit.

tem, qui e viuis discesserant dum cum Basileensibus sentiebant, sepultura sacra non priuarunt, cum non ex Apostolicæ sedis contemptu, sed a peruersis doctoribus in errorem impulsi essent. Quam concordiæ formulam Pontifex confirmauit a: Britannum vero ducem, vt a Basileensium nefaria doctrina caueret ita instruxit b: *Contra sæculares principes subditi forsan aliqui hactenus insurgere aliquo iure potuerunt, contra vicarium vero Christi, qui solum Deum habet superiorem, qui a nemine iudicatur, cui a Deo suprema potestas est concessa, qua ratione inferiores abiecti, damnati, reprobi, ac contumaces in maligmtatis & diuisionis spiritu congregati, qua auctoritate possunt insurgere.*

a Lib.5.pag. 135. & l.6. pag.118.
b Lib.brem. pag.100.

Alfonsus per Aquæ ductũ Neapoli potitus.

11. 12 Hoc anno grauissima in Neapolitano regno bella Alfonsus Rex Aragonum gessit, cumque Neapolim obsideret, neque eam fame, quod Genuenses, vt cum Pontifice pacti erant, obsesse vrbi commeatus inferebant, neque vi capere posset, ex insperato in eam per aquæductum, per quem olim Bellisarius ea erat potitus, IV. kalend. iulias, quæ dies in peruigilium Principis Apostolorum incidit, monstrante viam cementario fabro, perrupit. Redactam in suam potestatem vrbem edicto diripi vetuit, vt ea clementiæ specie ciuium animos sibi conciliaret. Quo inopino casu perculsus Renatus Rex, cum se Neapolim recuperare posse diffideret, conscensa naui Pisas primum, tum Florentiam ad Eugenium venit, demumque in Galliam se recepit, proferente interea victoriam Alfonso, atque in eius ditionem arcibus, quæ supererant, concedentibus. Tarro ita iniquo bello Neapolitano regno Aragonius vt illud sibi assereret, placare Pontificem supremum illius dominum studuit, auxiliares copias aduersus Franciscum Sfortiam Ecclesiæ hostem pollicitus. Impar erat Eugenius Alfonsi victoris potentiæ, vt illum regno depellere posset; quocirca fœdus proximo anno cum eo pepigit, vt infidum Sfortiam coerceret.

Sfortiæ perfidia.

c Collen l.6. Constant.lib 20. Summon l.4.c.4.

Neapolitano regno excedere Renatus Rex Alfonsus Pontificem sibi conciliare nititur.

d Lib.6 p.1.

Vsus d is erat multiplici dolo in Eugenium, adeo vt nulla vnquam ipsi fides danda foret; nam primum confingens, in Neapolitanum regnum iter se moliri per Picenum, compositis Basileensis synodi nomine falsis literis, eam prouinciam occuparat. Conciliatus deinde Pontifici amplitudine præmiorum, creatusque Ecclesiæ signifer, non modo quæ promiserat restituere recusauit, verum & Assisium, Tolentinum, pluraque alia oppida inuasit. Quas iniurias cum pacis studio dissimularet Pontifex, superiori etiam anno in eo fœdere, quod ducem Mediolanensem inter, ac Florentinos & Venetos fœderatos sanciuerat, rem ecclesiasticam prodidit; creatus enim pacis arbiter, cum Bononiam atque alias vrbes ditionis ecclesiasticæ a tyrannis occupatas restituendas curare debuisset, non solum id neglexit, verum Forumliuium etiam in potestatem suam redegit. Proditori itaque nefario Eugenius vexilliferi munus abrogauit, ipsumque omni iure, quod veluti beneficiarius in ampladitione sibi pepererat, exuit, pluribusque alijs pœnis apostolico contentis diplomato affecit e: quæ sententia iussa est promulgari f: captisque armis recepta g sunt de Sfortia plures Piceni & Vmbriæ arces donec Philippus Maria dux Mediolanensis illius rursum patrocinium suscepit.

e Ibid. Recuperatæ ex Sfortia plures vrbes.
f Lib. 6. pag.115.
g Blond dec. 2.l.1.

13 Distinnore bella ciuilia Eugenium, cui nil magis cordi erat, quam religionis diuinæque gloriæ amplificatio, ne pro tuendis Græcis, quos in Ecclesiæ gremio continere exoptabat, vires aduersus Turcas conuerteret. Cum vero suppeditandis maximis ingentis belli sumptibus par non esset, Christi cultores præmijs indulgentiarum pellicere h conatus est, vt

h Lib.5.pag. 118.& 119

subsidiariam pecuniam partim in hostibus propulsandis obterendisque, partim in sacris ædibus reficiendis insumendam conferrent: quo argumento extant scriptæ ad Anglos literæ.

Subsidium aurũ poscere cogitur Eugenius.

De Græcorum autem & Turcarum rebus refert Marianus Barletius a, Georgium Mysiæ siue Seruiæ despotam Amuratis iugum excussisse, cæsisque quibusdam Turcarum præsidijs, regnum recuperasse, verum cum Amurates omnem imperij sui conatum in eius perniciem effundere pararet, Georgium viribus imparem ad Hungaros, deserto regno, confugisse, atque exploratis Turcarum viribus Huniadem, relicto in castris Rege, decem millia armatorum delegisse, ac superato Morana flumio in Turcas fecisse impetum; eosque fregisse: in hac vero consternatione Turcarum Scanderbegum quendam ex scribis Amuratis intercepisse, atque admoto iugulo ferro, illum ad scribendas literas ad præfectum Croiæ adegisse, vt eius prouinciæ præfecturam Scanderbego Amuratis nomine demandaret, sublatoque mox scriba, ne rem proderet, progressum in Macedoniam Scanderbegum, præfectumque Turcam fraude circumuentum dimisisse, sequenti autem nocte Christianos in arma ad opprimendum præsidium Turcicum concitasse, atque salutem ijs qui Christiana sacra suscepissent proposuisse: ita plures barbaros cæsos. Vt vero Mahometis superstitione damnata strenuissimus Christi athleta ad coercendas barbaricas irruptiones euaserit, suis locis dicetur.

Georgius Seruiæ despota regnum recuperat.
a Mar.Barl. lib.1 de vita & gestis Scander.

Scanderbegus ab Amurate deficit.

Principatui autor restituitur.

14 In Africa Lusitani Septam magna gloria partam, maiori labore aduersus Mahometanorum hostiles impressiones propugnabant, quibus Eugenius piorũm auxilia conciliaturus, sacra indulgentiarum præmia subsidiariam stipem elargituris contulit b. Tum Septa in clientelam apostolicam admissa, censurarum ecclesiasticarum pœnas Christianis, qui Septenses infestarent, interdixit c.

b Lib.5.epist 221.
c Ibid.pag.

15 Consulturus etiam Christianæ religionis splendori, ne qua labes Christifidelibus in Castella ex Iudæorum Saracenorumque consortio allineretur, præsertim cum Iudæi edicta apostolica in sensum a recto abhorrentem detorquere soliti essent, sanxit ne Christianis vesci cum infidelibus, aut cum ijs in eadem versari domo, aut frequentare balnea, vel ab eis medicam opem exposcere liceret; ac ne ijdem impij publica gerere munera, ne synagogas nouas condere possent, ne vagarentur dum dominicæ passionis recoluntur mysteria, neque testimonium dicerent in Christi cultores, nutricesue Christianas infantibus darent: iussi etiam graui mulcta percelli, si Christi nomen blasphemis vocibus violassent, ac si ex torsissent vsuras, eas restituere, denique pluribus malis, quæ inuexerant, eadem apostolica sanctione d obuiam itum est: quæ transmissa fuit ad archiepiscopos & episcopos Castellæ, additis e imperijs, vt ipsam omnino seruandam curarent.

Consulcum Hispanis ne Iudæorum consortio inquinentur.
d Lib.6 p.8.
e Lib.5.p.19

IESV CHRISTI anno 1443. Indict.6.

EVGENII PP.IV. FRIDERICI III. ROM. REGIS 4. annus 13. Io:VII. PALÆOLOGI IMP. OR. 20.

Restituere pacem Italiæ meditatur Eugenius. Ludouicus Cardinalis interpres concordiæ

1. &c. EVgenius pacandæ Italiæ cupidus Alfonso Neapolitanum regno, quo armis iam potitus erat, fiduciario iure tradere constituit. Adhibitus est f ad sanciendum fœdus Ludouicus patriarcha Aquileiensis, ac S.Laurentij in Damaso presbyter Cardinalis, qui Terracinam, quam ille eripue-

f Lib. 16. pag.1.

rat

rat ecclesiæ, profectus decima quarta iunij die in eas leges a conuenit, vt Alfonsus Eugenium verum Pontificem agnosceret, subditosque populos in ipsius obsequio contineret, libertatem ecclesiasticam non intringeret, labefactatamque in pristinum statum reuocaret, oppida S. Felicis & Frusinonis vna cum eorum agris restitueret Ecclesiæ, instrueret sex naues milite & commeatu, easque pontificij legati classi ad bellum sacrum Turcis inferendum iungeret: præterea ad Picenum e Francisci Sfortiæ tyrannide vindicandum quatuor equitum millia & pedites mille subsidio mitteret pontificio exercitui. Vicissim vero Eugenij nomine a legato promissum est Alfonso adoptionem illam, qua Ioanna II. ipsum in filij locum coptarat, corroboratum iri, concedenda beneficio liberalitateque sedis Apostolicæ regni Neapolitani iura, quamuis regnum armis & vi in suam potestatem redegisset, & insignibus regijs pontificia auctoritate redimitum iri; ipondente pariter Alfonso, se ritu solemni protessurum, Neapolitanum se regnum beneficiario iure ab Romana ecclesia accepisse. Firmauit has pactiones pridie nonas iulij Eugenius apostolico diplomate, dum Senis versabatur. Extant ea de re publica monumenta b tum confecta, quæ hac temporis nota consignata sunt: *Data & acta fuerunt hec apud ciuitatem Terracina predicto die* XIV *iunij, anno a natiuitate Domini* MCCCCXLIII. *pontificatus predicti sanctissimi domini nostri anno* XIII. Corroborauit ea pacta Eugenius apostolica auctoritate alia edita sanctione c.

6. &c. Impleuit mox Eugenius conuenta, tributo Alfonso Neapolitano regno ijsdem fere legibus, quibus Clemens IV. illud Carolo I. tradiderat, „editumque ea de re diploma apostolicum d. Cumque Alfonsus admodum expeteret adoptionem a Ioanna factam, cui bellorum ab ipso in regno armis subijciendo gestorum ratio inuitebatur, auctoritate apostolica muniri, idque iam ante conuentum fuisset, demum labente anno Pontifex, qui alia promissa impleri prius ab illo voluerat, insigni alio diplomate morem ipsi gessit e. Statuit etiam plura alia Alfonsi rogatu Pontifex, atque in primis f, vt in regno Neapolitano succederent non solum eius filij cæterique posteri, qui genus ab ipso non solum directo, verum extincta ea stirpe, quitransuerso etiam ordine ducturi forent, modo Romanam ecclesiam colerent. Consulturus autem regni Neapolitani ecclesijs, quæ superioribus bellis admodum lacerate, earumque bona abalienata fuerant, pontificio edicto sanxit g, vt omnia illa prædia iuraue distracta, quæ temporum iniuria obsoleuisse videbantur, ecclesijs restituerentur. Præterea ad redintegrandum Neapolitanæ coronæ splendorem edixit h, vt si qui principatus, comitatus, aliæue terræ ac loca abalienata fuissent, iterum coronæ Neapolitanæ coniungerentur.

9 Promeruerat Alfonsus Pontificis gratiam restituto ditioni ecclesiasticæ pluribus Piceni vrbibus, quas Franciscus Sfortia tyrannide atterebat. Narrant pluribus historici i, quæ in eo bello præclare gesserit, extantque ea de re Ferdinandi ad Alfonsum patrem datæ literæ l. Qua lætus victoria Eugenius, cum etiam idem Rex classem aduersus Turcas compararet, ducenta aureorum millia ex ecclesijs ipsius regnorum redigenda ei attribuit m, remisitque n ob sumptus in Piceno ad ecclesiasticum imperium reuocando factos quinquaginta marcharum millia, quibus Ecclesiæ obstrictus erat ob acceptum a Pontifice Neapolitanum regnum, tum soluendi octo millium vnciarum auri census o vectigalisque p miliaris trecentorum equitum onere liberauit. Præterea cum teneretur sacramentum fidei nuncupare Pontifici excurrente semestri, si versaretur in Italia idem Pontifex, vel anno labente, si extra Italiam ageret, defuisset vero Rex officio, ex apostolica indulgentia præstanda illa ab ipso clientelaris sponsio ad duos annos extracta est a.

10. &c. Inter hæc Alfonsus Lusitaniæ Rex more maiorum Africæ bellum inferre Christianamque religionem vna cum Petro Coimbricensi & Henrico Visensi ducibus propagare meditabatur. Cuius præclara proiecturus cõsilia Eugenius ecclesiarum præsulibus dedit mandata, vt Christianæ fidei cultores ad pium id bellum accenderent, ac sacrum crucis symbolum sacra lustratum prece militum humeris affigerent, proposuitque indulgentiarum præmia e sacro Christi erario ie ijs impertiri, qui accepto crucis symbolo sub tignis aduersus infideles meruerint, vel pecuniam in bellicos sumptus impendendam contulissent: tum ijs primilegijs præditos religiosam eam militiam professuros decernit, quibus olim alij in Syriam transfretantes donabantur.

13. 14 In oriente Turcæ sui imperij terminos latius protulere; ad quos reprimendos Eugenius cunctos Christifideles encyclicis literis k ad capessenda in eos arma concitare enisus est, propositaque in primis, ingenti quidem affectum se fuisse lætitia, cum Græcos, Triballos, Illyricos, Vvalachos, Sarmatas, Macedones, & Iberos, Colchos, Armenios, Iacobitas, & alios orientales populos in gremium Romanæ ecclesiæ reuersos vidit; verum eam lætitiam conuersam in luctum, cum Turcicus furor indies ingrauesceret, cum præter vastissimas prouincias recenter Georgij despotæ Rasciæ occuparit principatum, illius filios coniecerit in vincula, fodinas auri argentique inuaserit, tum multa Christianorum millia in seruitutem abduxerit. Præterea inuentum aliud execrandum mali genus in religionis Christianæ dedecus, missique constitutis temporibus exactores, qui e singulis Christianorum familijs in Turcico imperio agentibus adolescentem sacris Christianis initiatum rapiant, illumque ad Mahumeticam traducant superstitionem. Postremo Pannonia in eorundem potestatem redacta fuisset, nisi in Vvalachia Ioannes vaiuoda singulari diuini Numinis ope admirandam de ipsis victoriam reportasset. Vniuerso itaque oriente in perniciem verso, summus totius Ecclesiæ pastor ad expedienda arma, criminum proposita venia, Christi cultores est adhortatus e apostolicis literis, ex quibus hæc delibamus.

15. &c. *Eugenius*, &c. Illa Turcorum natio postquam peccatis Christianorum exigentibus tota Asia occupata, eamque partem Europæ, quam Græci incolunt, Thraciam, Macedoniam, Illyricum Epirum, Bulgariam, Albaniam fere totam, Aulonem, magnamque Sclauoniæ partem etiam in parte aquilonari, Gothiam, non paruam Russiæ plagam iamdiu, ac nouissime dominum dilecti filij nobilis viri Georgij despoti Rasciæ cum filijs quos Turcus captiuos habet, auri atque argenti mineram, ac subditos numero, vt fertur, ducentarum millium animarum impie seruituti subegit, longe magis soluto immanis & efferata effecta est; nam inter cæteras inauditas crudelitates, dum excursiones in territoria Christianorum efficiunt, hominum ac animalium præda onusti redeuntes ducunt quamplurimos simul captiuos Christianos vtriusque sexus vno funeligatos, & eos, qui aut longis itineribus, aut infirmitate, aut senectute, aut alijs incommoditatibus fessi sequi non possunt, vel in agris aut etiam in medio ciuitatum Christianarum, per quas transeunt ipsos occidunt vel lethaliter vulnerant, ibidemq; interemptos aut vulneribus pene exanimatos feris eorum

Indulgentiarum præmia sacra militiam professuris proposita.

Liberandæ orientali ecclesiæ dat operam.

Funestæ Turcarum de Christianis victoriæ.

Execrandum vectigalis genus de Christianis exactum a Turcis.

Quot prouinciæ debellatæ a Turcis.

Rasciæ despota captus.

Ducenta millia Christianorum in seruitutem abrepta.

Quanta immanitas in captiuos imbelles exercita.

a *Eod. lib. pag.16.* Præcipua concordiæ leges.

b *Ext. apud Zeg IV lib 26. pag.16.*

c *Lib. 26. pag.18.* Confert Eugenius Alfonso regni ius fiduciarium. d *Lib 26.p.2 & in annal* De adoptione Alfonsi.

e *Lib.26.p. 40.& in annal.*

f *Lib. 26. pag.41.* Ornatus pluribus prærogatiuis.

g *Lib. 6. pag.261.*

Redintegrata Neapolitanæ coronæ ius.

h *Lib. 6. pag. 262.* Franciscus Sfortia Piceno depulsus.

i *Collen.l.5. Sur.Annal 25.c.19.Simoncl. lib.4. & alij.*

k *Ext. apud Rinc.Diuil. to Lib. 6. pag.257.*

l *Lib.26.p. 20 & 27.*

m *Ibid p.36.*

n *Ibid p.39.*

rum cadauera deuoranda laniandaque in vilipendium & dedecus religionis Christianæ medijs ipsis Christianis in vrbibus relinquunt. *Et infra*. Neque his contentus immanis ille Turcus miserabile quoddam execrabileque pœnarum genus in vilipendium Christianorum atque iacturam continuo exercet, determinatis namque & statutis temporibus ad omnes Christianorum prouincias sua sub seruitute degentiũ axactores quosdam transmittit, & ex singulis Christianorum familijs vnum saltem adolescentem baptizatum & Christo dedicatum, qui ad militarem disciplinam idoneus videatur, & ad impij Machometti sectam de sinu manibusque lachrimantium matrum extorquent atque rapiunt, & nisi mense septembri proxime præterito Deus ipse sua clementia mirabili Christianis in partibus Transiluanis Vvalachiæ sub dilecto filio nobili viro Ioanne Vayuoda Christiani exercitus duce miraculose, vt omnes testantur, & ipsemet humilicer profitetur, de Turcis gloriosam felicemque victoriam dedisset, de subijcienda & vastanda Hungaria tota crudelissimus ille Turcus, vt a pluribus fidedignis asseritur, consilium habebat? [Nonnullis interiectis, vt studia ad Christianos principes dissentientes fœdere coniungendos verterit, addit vrgeri se precibus a Ioanne Palæologo Imperatore, vt Constantinopolim a faucibus Turcarum eripiat, a Ioanne Cypri Rege vt eum contra Soldani Ægyptij tyrannidem a Theodoro Peloponesi despota ne eam peninsulam a barbaris subijci patiatur; tum subdit.]

Adolescentes Christiani ad fidem execrandam adacti.

Ni Huniades Turcam vicisset aliquando erat de Hungaria.

18. 19 Quid plura dicemus? Totus fere oriens Christianus atque septentrionis magna pars aut seruitutem plusquam pet Pharaonem illatam tolerat, aut de proximo, nisi Deus iuuerit, pati formidat. Sed finem querelis, nec quidem sine lachrymis & suspirijs, imponentes ad remedia possibilia recurrendum est, &c. [Vniuerso igitur oriente in perniciem verso summus totius Ecclesiæ pastor ad expediendam arma criminum proposita venia Christi cultores adhortatur, ac Sacerdotali ordini decumam imperauit; vtque cæteris præluceret exemplo quintam vectigalium pontificiorum partem; Cardinales vero Sacerdotiorum decumas pro suppeditandis terrestri & maritimo exercitui sumptibus consecrasse Christi gloriæ significauit: tum quæ spes rei bene gerendæ affulgerent expressit.] *Dat. Florentiæ anno incarnationis dominicæ* MCCCCXLIII. *kal. ianuarij pontificatus nostri anno* XII.

Vniuersus ferme Oriens prædæ Turcicæ expositus.

Turci fusi ab Hungaris.

20 Quod ad victoriam spectat a Ioanne Huniade vainoda & Vvladislao Rege apud Sophiam vrbem de Amurate partam, de qua meminit Pontifex, ac superiori anno mentio facta est; tantam fuisse ferunt a, vt nostri numero impares centum millia Turcarum fuderint, triginta millibus cæsis, & quatuor millibus captis. Referunt vero Turcici annales b Caramanum hoc anno armorum societatem cum Hungariæ Rege aduersus Amuratem communem hostem coiuisse, atque Hungarum cum Huniade in Turcicum imperium irrupisse & castrum Altun, Nysiam, & Sarkiuen flammis deleuisse. Ex porro victoriæ non modo Seruiam ab Amuratis tyrannide, restituto in pristinam dignitatem Georgio despota liberauere, verum excitarunt c etiam Scanderbegum tum Arrianitem Cominatum, tum alios Macedoniæ principes & regulos ad deijciendum a suis ceruicibus Amuratis iugum: qui viri principes celebrem hoc anno egerunt in eadem prouincia conuentum, in quo Scanderbegus eleganti oratione eos præmonuit, non fidendum Turcis, qui per speciem pangendæ pacis Ioannem Castriotum parentem suum, tum Mysios, & Græcos oppressissent. Assensere perorami Scanderbego Macedones, bellique aduersus Turcas pro religione & communi libertate gerendi militare imperium detulerunt. De felici hac Macedonicarum rerum conuersione, ac de Georgio despota auiro Seruiæ regno restituto certior factus Eugenius Pontifex, mox Arbanensi episcopo pronunciam dedit d, vt Macedones & Rascios, qui filios suos Turcis impiæ militiæ adscribendos tradendo, aliane patrando flagitia censuris ecclesiasticis se irretierant, resipiscentes omni noxa solutos piorum communioni restitueret.

Fideles qui filios Turcis dederant ad ecclesiam reuocandos curat Pontifex.

a Lib. 6. pag. 168.

21. 22 Præclarum Macedonum exemplum Rascij, vt sperabat Pontifex, non sunt secuti b, Georgius enim despota quamquam Hungaricis armis regno restitutus, Amurati barbaro fidem habere maluit, quam vna cum Hungaris & Macedonibus ac Romano Pontifice Christianam rempublicam tueri. At Amurates Scanderbegi & Macedonum defectionem vlturus, antequam Latinus exercitus opem laborantibus terræ posset, Alì bassam cum exercitu quadraginta millium lectissimorum equitum in Epirum & Macedoniam effudit: conceptæque erant a barbaris spes, ac vulgo iactatæ voces, de Scanderbego in aliqua ciuitate obsesso propediem supplicium sumptum iri; quinetiam tantus terror incessit cunctos Epiri populos, vt vndique rustici cum pecoribus ex agris in vrbes confugerint. Verum Scanderbegus cum octo tantum millia equitum peditumque septem millia ex omni multitudine delegisset, monuisseque non ipsis Venetos principesque Italicos defuturos, hostes adortus spectabilem habuit de ipsis victoriam, de qua hæc tradit gestorum eius scriptor: *Cæsa sunt eo prælio barbarorum ad* XX. *duo millia, vincrum duo millia capta, signa militaria viginti quatuor. Ex victoribus pauci cecidere: vix centum viginti fermntur, licet vulnerarorum maior longe fuerit numerus.*

Turcæ a Scanderbego fusi.

Occisi ad viginti circiter millia.

b Marian. Barlet. lib. 3 de vit. & gest. Scanderb.

Cum celeberrimæ huius victoriæ fama Pannoniam peruasisset, Vvladislaus Hungariæ Rex, qui auctore Iuliano Cardinale legato arma ad tundendam Turcicam ferociam parabat, Scanderbego de ea est gratulatus c, simulque ad ineundam cum Hungaris & Romano Pontifice, necnon cum Philippo Burgundiæ duce armorum societatem hortatus est, fecitque certiorem, non terrestri tantum, verum maritimo quoque exercitu Turcam apprehendum, atque ad distrahendas eius vires Hellespontiacas angustias a Christiano exercitu obsessum iri. Ex quibus confirmantur ea, quæ Eugenius literis suis prodidit. Lectæ sunt in publico Macedonum senatu Vvladislai Regis literæ, confirmauitque Scanderbegus d sacrum cum Pontifice & Hungaro sociale fœdus, ac Regi scribens triginta millia Macedonum cum exercitu crucesignato se coniuncturum est pollicitus. Edocit Vvladislaus ijsdem literis Scanderbegum de classe a Pontifice parata ad Turcas traiectu ex Asia in Europam prohibendos, de qua extant pontificiæ literæ anno insequenti exaratæ e. Et sane vrgebat Eugenium Palæologus Imperator, legato Andromeno Iagari oratore, vt eam magnifice instructam in orientem mitteret; cui Eugenius respondit f ornandæ classi se intentum, designatumque fuisse legatum Cardinalem S. Clementis: tum eundem Palæologum hortatus est, vt operam nauaret confirmandæ ecclesiarum coniunctioni; cuius prouehendæ gratia illa submissa est in Turcas, sed non obsedit Hellespontiacas fauces opportuno tempore, quare Amurates exercitum ex Asia in Europam aduersus Vvladislaum Poloniæ Regem traduxit, vt videbimus.

c Extat ea eius lit. apud Marin. Barlet. l. 3. de vit. & gest. Scanderb.

Sacrum fœdus in Turcas.

d Extat ea eius lit. apud Barlet. l. 3.

e Lib. 12. pag. 80.

f Lib. 12. pag. 153.

23 Tradunt acta Patriciana g hoc anno nouatores Basileenses damnasse inter alia propositiones, quæ affir-

Basileensis nouatorum sanctio.

g Ap. Basil. concil. apud Panormit.

a Gaibin. de reb. gestis Vladisl. l. 3. Æn. Sylu. de Europ. c. 5. & Bonf. 3 dec. 5 & 6. Thurof. cap. 40. Cromer. l. 21. Io. Leuncl. in annal. Turc.

b Haniual. l. 24 p. 2. Mauroc. Dragos in Amurat. 1. & Leuncl. ex ijsd.

c Scanderbegus Macedones in Turcas cõcitat.

d Marian. Barlet. l. 2. de vit. & gestis Scanderi

affirmant, Christifideles non teneri de iure dominicis & solemnibus diebus missas in suis parrochialibus ecclesijs audire, & confessos apud mendicantes non teneri etiam semel in anno confiteri proprio sacerdoti: quæ sanxere, cum vt discordias inter parochos & religiosos ordines sererent; tum vt ea ratione clerum sibi quasi parochorum & episcoporum auctoritatis vindicibus conciliarent, tum etiam Pontificum, qui religiosos ordines immunitatibus ampliſſimis donauere, auctoritatem infringerent: sed eorum artes ad irritum cecidere.

Acephali nituntur concilium tertio loco celebrare pro tertio eligendo.

Conati vero sunt nonnulli acephali, qui nec Eugenio nec Basileensibus studere se præferebant, sacrolanctam Pontificum in vniuersalem Ecclesiam potestatem euertere, molicbanturque concilium tertio loco celebrare, atque Eugenio & Amedeo de gradu dignitatis deiectis tertium in pontificium solium euehere: cumque subuereretur Christi vicarius, ne Germani Castellæ Regem in eam trahere sententiam pertentarent, Ioannem Cardinalem S. Petri ad vincula dissipandæ illi molitioni operam dare iussit a.

a Lib. 12. pag. 156.

Eugenius, &c. Si forte contingat memoratum Regem Castellæ, [nimirum Ioannem Regem,] a charissimo in Christo filio nostro electo in Romanorum Regem vel quouis alio requiri, vt tertio loco per Germanos, vt ipsi asserunt, eligendo assensum præbeat, aut illuc mittat, velit tua circumspectio ipsi Regi ad memoriam reducere, nuntios ac literas tam ad ipsum electum & electores imperij, quam ad Regem Franciæ, ac alios principes per suam celsitudinem destinaros, quorum medijs ita clare in fauorem nostrum & dictæ sedis suam voluntatem aduersus tertij voti fautores declarauit, vt iam nullo modo regiam coronam deceat aliquid super hac re in contrarium innouare, &c. *Dat. Senis 11. augusti anno XIII.* Et quidem non tam tollere, quam confirmare schisma celebrato ea ratione concilio nitebantur Germani, cum sibi auctoritatem in Pontificem non ambiguum ea synodus more Basileensium arrogatura foret, ac pessimi exempli fuisset Pontificem ob defensam aduersus nouatores & perduelles pontificiam dignitatem honore deijci, quod postea Fridericus ipse & septem viri probe intellexere.

Obstat eorum conatib' Eugenius.

Mutarunt sententiam Germani.

B. Albergati obitus.

24 Hoc anno IV. idus maij B. Nicolaus Albergatus tit. S. Crucis in Ierusalem presbyter Cardinalis, qui Eugenium ipsum Senas fuerat comitatus, inde in cœlos migrauit b, vt ampliſſima ingentium laborum, quos Romanorum Pontificum iussu pro Ecclesia pertulerat, præmia acciperet, cuius laudes Poggius Florentinus funebri oratione panegyrica prosecutus est.

b Ferr. die 9. maij ex chr. Cambus Cart. Zen in eius vita.

Conclusiones agitatæ Senis ab Alfonso Tostato.

25 Dum etiam Senis agebat Eugenius, Alfonsus Tostatus Abulensis episcopus plurium scientiarum gloria florentissimus inter alias propositiones, quas more scholastico in Senensi ecclesia principe biduo coram præsulum cœtu ampliſſimo sustinuerat, erroneam hanc ludens in æquiuoco temere protulit: *Licet nullum peccatum cuiuscumque conditionis, & pro quocumque statu irremissibile sit, a pœna tamen aut a culpa Deus non absoluit, nec aliquis absoluere potest*; quæ mox a theologis damnata est, ipseque de hæreti apud Pontificem est postulatus. Qui ad leniendam publicam offensionem, quam ab inuidis accensam conqueritur, doctissimam apologiam texuit c, in qua demum ita perorauit. *Hæc sunt, pater beatissime, quæ in prædictis sensi & sentio: nec tamen intendo deuiare in aliquo a doctrina sancta Romanæ ecclesiæ & sanctitatis vestræ, quæ si illud tenet illud ego teneo; si hoc tenet, istud ego profiteor. Sed in omnibus determinationi & correptioni sanctitatis vestræ & sanctæ Romanæ ecclesiæ tam in sententia, quam in verbis me submitto, a qua nunquam intendo deuiare, sicut nec hucusque aliquando sponte demum.* Nec modo doctrina, sed etiam sanctitate eum fuisse celeberrimum memorat Cardinalis Bellarminus a, qui eius opera recenset additque: *Nec immerito de eo scriptum: Hic stupor est mundi, qui scibile didicit omne, & quod magis est admirandum, tanta scripsisse, breuissimo tempore, cum non vixerit nisi annos quadraginta.*

Perstrictus crimine hæreseos.

c Alfons. Tostat. in vit.

Tam in sententia quam in verbis se Pontifici submittit.

a Bellar. de script. eccles.

IESV CHRISTI annus 1444. Indict. 7.

EVGENII PP. IV. FRIDERICI III. ROM. REGIS 5. annus 14. Io:VII. PALÆOLOGI IMP. OR. 21.

1. &c. REportatis iam ante de Amurate fero Turcarum tyranno ab Vladislao Pannoniæ Rege pluribus triumphis plerique principes, interque eos Ioannes Palæologus Imperator Constantinopolitanus, id literis oratorumque opera gratulati, ipsum vt nouam expeditionem conficeret in barbaros incitarunt. Pollicebatur, vt dixi, Scanderbergus triginta se Macedonum millia cum eo coniuncturum: Eugenius vero Romanus Pontifex, necnon Veneti, Genuenses, ac Philippus Burgundionum dux gratulationibus adhortationibusque pollicitationes adijciebant, ingentem nimirum ipsos in Hellespontum classem immissuros, prohibiturosque Turcas Asiaticos, ne in Europam traijcerent, seque socijs barbaris coniungerent.

Promissum Turcas Hellespō. traiectu arcendos.

Ex aduerso Poloni Regem suum a bello Turcico auertere nitebantur. Verū coacto Budæ ab Rege procerum conuentu, req; diligenter excussa, decretum tandē est Iuliani Cardinalis potissimum impulsu bellum in Turcas redintegrandum, instructaque interea in Italia classis septuaginta triremium, cui Franciscus Condulmerius Pontificis fratris filius præficiendus erat, & Hellesponti fauces portusque occupaturus ne Christiani nominis hostes subsidiarias copias in Europam deducerent. Hæc pluribus de bellico apparatu scriptores: de quo certior factus Eugenius, ac de ijs, quæ in Hungarico principum conuentu decreta fuerant, ingenti est affectus lætitia, atque ad comparanda quæ posset Regi subsidia apostolica operam omnem conuertit; qua demum tum in Dalmatia, tum in regno Neapolitano, tum in Belgio obsecundante Philippo duce contracta sunt auxilia, instructusq; geminus exercitus terrestris ac maritimus: in terrestri quidem Iulianus episcopus Tusculanus nuncupatus Cardinalis S. Angeli legatus creatus erat, maritimo autem Franciscus Cardinalis Venetiarum præfectus.

Poloni Vladislaū a Turcico bello deterrent.

Parata in Italia classis lxx. triremium.

45 Aliam etiā instruebat classem Philippus Burgundiæ dux, de qua meminit Pontifex in literis ad Vaialiamum Vaurinēsem dominum eidem classi cum summo imperio præfectum scriptis, dum sacerdoti, quem ad excipiendas classiariorum exhomologeses præfecerat, eam in expiandis noxis potestatem detert, quam basilicæ S. Petri minor pœnitentiarius habebat. Et valida sane ex Gallijs & Anglia accersiri potuissent auxilia, nisi florentissima regna hostis humani generis astu & opera exitioso lunebriq, bello implicita luxissent: quæ res Pontificis animum acerbissimo dolore afficiebat, vtque erat pacis inter Carolum & Henricum Reges redintegrandæ cupidissimus, eam prouinciam dedit c Petro episcopo Brixiensi, qui in Gallijs legationis munere fungebatur. Describit Monstrcletus pluribus Gallorum atque Anglo-

Paratæ etiam a Philippo Burgundiæ duce classis

b Lib. 32. ep. 17.

Galli & Angli arma in se vertunt.

c Lib. 26. ep. ser. p. 269.

tum bellica facinora; cumque res Anglicæ in peius quotidie inclinarent, celebrato apud Turonos Francorum Anglorumque conuentu actio de pace instaurata est, atque induciæ iuxtæ sunt spe pacis, ac Margarita Renati Andegauensium ducis ac Siciliæ Regis filia Henrico Regi desponsa est.

Amurates cum Vladislao decennales inducias pactus.

Inter hæc Amurates bellum vndique a Christianis aduersum se parari videns animo perterritus, de pace, quam antea dare semper recusarat, oratorum suorum opera agitare cæpit, ac iunio mense cum Hungaris induciæ ad decennium pactæ his legibus a, vt Bulgaria tantum in Turcæ potestate remaneret, reliqua omnia, quæ illis in regionibus occupauerat, ijs redderentur, sub quorum ditione ante bellum extitissent. His constitutis literæ Francisci Cardinalis Latinæ classis in Hellesponto præfecti aliorumque allatæ, quibus nuntiabatur Amuratem omnes pene copias in Asiam ad Caramanicum bellum traduxisse, atque ideo Hungariæ Rex expeditionem maturaret, neque opportunam occasionem Europæ in libertatem vindicandæ dimitteret. Ac tum Iulianus Cardinalis Cæsarinus vir eloquentiæ laude insignis Vladislaum Regem ad redintegrandum intermissum bellum incitare cœpit, extortam nimirum temporis causa simulatam pacem, quæ diu tenere non posset, argumento esse, quod ante id tempus barbari promissam fidem non seruassent: præterquamquod priora cum Eugenio Pontifice, Philippo Burgundiæ duce, Venetis, ac Genuensibus pacta fœdera potiora erant: si qua Rex præstiti sacramenti religione animum deuinciri timeret, se apostolica, qua fulciebatur, auctoritate concepto eo metu illum omnino liberare. His aliisque propositis flexit Regis animum Iulianus, impulitque, vt nouo sacramento se cum proceribus ad redintegrandum bellum Turcicum obstringeret. Non deerat alia causa grauissima, quæ ex omnium etiam politicorum consensu iustum bellum capessiuisse Vladislaum ostendat, quia nimirum pepigerant antea fœdus Hungariæ Rex & Caramanus aduersus Amuratem, vt si Amurates Caramanum in Asia opprimere niteretur, Hungarus in Europa Turcis bellum interret; si in Europa aduersus Hungarum signa conuerteret Turca, Caramanus in Asia Turcas adoriretur: itaque cum in Caramanum impetus suos effunderet Amurates, iuste Hungarus ex priori fœdere in Europa Turcas aggredi bello potuit, ne victo Caramano in ipsum irruerent, Græcique nominis reliquias obtererent b.

a *Mar. Barl. l. 2. de gestis Scanderb. Georgius Seruiæ despota proditor nominis Christiani.*

b *Ibid. ibid. Eius mores.*

In Caramanum bellum vertit.

Quæ causa Vladislaü permouerint ad pacem violandam.

Liberatus religionis metu a legato.

b Phranz. l. 4. p. 2 Mucates Dragh. in Amur. hist Musul. l. 5. c 13. Io. Lonicl. in eod. Aranitus Cermenici princeps. c Lib. 22. pag. 99. d Ibid. p 100 e Sup. p. 199.

6 Eodem tempore Eugenius ad distrahendum Amuratem hortatus c est Aranitem Commum Cermenici principem, vt ingenti multoque animo prosiliret in Turcas, ac tum ipsi tum ceteris eius signa secuturis (quos etiam propositis indulgentiarum præmijs ad pium bellum allicere nisus est d) bene precatus, sacratum eidem vexillum misit: cumque Aranites ad auertenda imminentia mala pacem cum Turcis facte pepigisset, ac iureiurando roborasset, Pontifex eiusmodi sacramentum rescidit e, quod a ratione prorsus abhorreret, id quod diuini honoris causa præstandum est, in fidei detrimentum verti. Celebrat laudibus Franciscus Philelphus f Arianitem in Epiro principem, vt gestorum gloria florentissimum, quem Scanderbegi fuisse postea socerum memorat Marinus Barletius g, initaque cum Amurate fœdera damnasse, cum biennio ante Macedoniam Scanderbegus ad libertatem religionemque defendendas excitasset, tum pro Christo immensos labores sustinuisse. Porro non sine grauissima causa Eugenius vexillum Romanæ ecclesiæ efferendum in Turcas ad Macedones miserat; nam ex pactionibus inter Macedones & Hungaros confectis coniuncturus erat copias Scanderbegus cum Vladislao Pannoniæ Rege. Verum cum per Seruiam exercitum duceret, Georgius despota vt superiori anno indicatum est, illi iter impedriuit a, quæ despotæ perfidia & Hungaris immensos luctus, & rei Christianæ miserandam cladem, & Græcis exitium, & demum ipsi Georgio & Seruiæ perniciem attulit. Nec mirum si tam facile fauerit Turcis contra Christianos, cum hæresi infectus esset, de cuius religione hæc tradit gestorum Scanderbegi scriptor b: *Religionis autem & fidei negligentior: ac nullus ferme Dei cultus in pernicioßissimo hominis caderet ingenio, aque & Christiana præcepta & Machometbi leges spernebat. Semel cum diu post hoc Varnense prælium nonagenarius senex Mecmethem fugiens in Hungariam ad auxilia petenda venisset, agenti multa secum de Christi fide Iesum illi Capistrano respondisse fertur, laqueo citius vitam finire persuaderi sibi posse, quam imbutas patrum traditiones relinquere, sicque abiisse e conspectu iterantem sapius male se a ciuibus suis infelicem principem, quam delirum senem dici.*

Parata a Scanderbego auxilia.

7. 8 Interea Vladislaus Rex, qui de Scanderbegi aduentu & copiarum numero edoctus, Vvalachia transmissa, superaroque Danubio, ad Varnam signa promouit, vt coniunctis exercitibus per æquatas planities faciliori itinere in Thraciam irrumperet, cum Amuratis exercitus apparuit, cuius transitum ex Asia in Europam Eugenij Pontificis & Philippi ducis Burgundiæ classis non prohibuerat, vti magna consilij maturitate decretum fuerat; seu vel inertia, vel potius arcano incomprehensibilique Dei consilio id prætermissum.

Humades pugnæ infelicis auctor.

9 Non deterruit a suscepto consilio Vladislaum Amuratis aduentus; castraque Christiani ad Varnam oppidum posuerant, cum adesse innumeras hostium copias nunciatum est. Vladislao ac Iuliano Cardinali, ne circumuenirentur a barbaris, munitum montanumque locum petendum videbatur: at reluctatus est Humades regij exercitus præcipuus dux, cuiusque sententia, vt grauissima vicit, pugnandum cum hoste esse. Vt vero Christianorum res, Deo ita permittente, tristes atque exitiales exitus habuerint, ex Æneæ Siluio e præstat audire, qui cum in Friderici Cæsaris aula ea tempestate ageret, quæ gerebantur apprime scire potuit: *Itum*, inquit, *est ferocibus in pugnam animis. Superior acies nostra Turcas in fugam vertit, quamplurimis primo impetu prostratis. Perculit ea res magno metu Amuratem nihil tale verentem: fugissetque protinus prodito exercitu, nisi circumstantes satrapæ, comprehenso eius equi frano, ignauiam eius increpassent, fugientique comminati necem fuissent. Perstitit ergo vel inuitus, iussisque fortissimis arma sumere prælium instaurauit.* Addit deinde post atrocissimum prælium Christianos non virtute, sed numero superatos; ac de Regis Vladislai cæde hæc habet: *Vladislaus sua sorte dimissus, dum fortiter circa munimenta hostium pugnat, equo deiectus obtruncatus est: caput eius hasta infixum per Graciam atque Asiam in signum victoriæ populis ostentatum. Poloni ad vnum cæsi omnes, direpta castra & quæ munitiones currum inebantur: necati episcopi, & proceres Hungariæ, qui aderant, eadem calamitate oppressi: Iulianus Cardinalis dum fugit amisso prælio, cum iam hostes euasisset Hungarorum perfidiam euadere non potuit: potum equo dantem apud stagnum forte reperium latrunculi quidam nouere, & arbitrati pecuniam apud eum esse, deiectum equo necauerunt & ab eius vestimentis nudum cadauer feris ac volucribus dimisere. Hic exitus viri fuit magni certe & admirabilis, in quo nescias doctrina maior an eloquentia fuerit: grata hominis præsentia: blandi mores: vita in omni ætate nitida: religionis zelus, qui omnia pro Christo & mortem ipsam vel*

c Æn. Syl. Europ. c. 5. Mass. vol. 3. in prin. hoc an Musul. l. 14 Prom. l. 2. c. 18. Bonfin dec. 3. l. 6 & alij.

Turcarum prima acies certamine impetu prostrata.

Amurates dum fugam cogitat a satrapis tentus.

Vladislaus Rex obtruncatus.

Poloni ad vnum cæsi.

Iulianus Cardinalis ab Hungaris latronibus occisus.

f Franc. Philel. lib. 19.

g Marin. Barlet. l. 2. de vita & gest. Scanderb.

suasse-

Huniades a despota Seruiæ retentus. Pontificij nepotis imperitiæ clades adscripta.

fuaſerit. Huniadem, vt ante diximus, fugientem despotus Seruiæ cepit. Poloni Regem ſuum iam peracto bello plurimis annis vinere crediderunt, captum non interfectum arbitrati. Cardinalis Venetiarum, eius culpa cladis magna in parte imputata eſt, qui neque fretum vti par fuerat, cuſtodiuit, neque tranſfectos hoſtes Chriſtianis ducibus (quod ſecundum fuerat eius officium) nunciauit. De numero cæſorum minime conſtat: illud exploratum eſt longe plures ex Turcarum acie cecidiſſe: eorum pro numero copiarum longe maius damnum Chriſtianis: latum. Victor Amurates neque fugientes hoſtes inſecutus eſt, neque gloriabundus inter ſuos magnifica verba iactauit, neque, vt ante aſſueuerat, hilarem vultum oſtendit, interrogatus quare triſtior eſſet, & cur non, victis hoſtibus, exultaret: Nollem, inquit, hoc modo ſæpius vincere; iubenſque vaſa colligi, copias, quæ ſuperfuerant, domum remiſit.

Vicit Amurates victo ſimilis.

a Lib. 23. pag. 186.

10 De eodem prælio decima nouembris die commiſſo meminit Eugenius in publicis literis a anno inſequenti VIII. idus iulij exaratis, cum Hungari bellum inſtaurare cuperent, quibus de Iuliano Cardinale Cæſarino viuuſne an vita functus eſſet, etiam tum exploratum ſe habere non potuiſſe ſcribit: ſed interemptum fuiſſe poſtea conſtitit. Sane qui tantæ cladis culpam in ipſum conijciunt, quod Vladislaum ad redintegrandum in Turcas bellum pellexerit, inique admodum de eo ſentiunt: immo plurimum commendandus eſt, quod in ea re ſedis Apoſtolicæ partes egregie egerit, Rege in Chriſtiani nominis hoſtes intentiſſimos concitato, cum læſa parte Chriſtianæ reipublicæ vniuerſa læſi cenſeatur; necnon apoſtolicæ literæ ſupra a nobis indicatæ docent retias eſſe ſacramenta in eiuſmodi rebus inconſulto Romano Pontifice nuncupare, nec ſapientis viri ſit conſilia ex euentibus iudicare.

An iure accuſetur Cardinalis Iulianus.

Infeſtat Rhodios Ægyptius.

Longe felicius quam Hungaris ceſſerunt res Rhodijs equitibus oppugnatis ab Ægyptijs: quibus etiam non defuit Eugenius, acceptis enim a Ioanne de Lauſico, qui ſupremum in eodem equeſtri ordine magiſtratum gerebat, literis, Saracenos Ægyptios Babylonioſque in eos claſſem parare, equites omnes Rhodum infra trimeſtre ſe conferre iuſſit b: permiſit c tamen vt illi, qui tractandis armis minus idonei viderentur, domi remanere poſſent, modo eam pecuniæ vim ſubſidiariam conferrent, quam duo delecti eam ob cauſam præceptores ordinis imperarent. Saraceni porro conceptam de ſubigenda Rhodo expeditionem aggreſſi, exſcenſu in inſulam facto, agros vaſtarunt, obuijs quibuſque igni ferroque abſumptis; vrbem obſidione cinxere, eamque pluribus hoſtilibus impreſſionibus tentarunt: ſed equitum virtute fortiter excepti propulſatique recedere non ſine dedecore & damno compulſi ſunt. Hæc pluribus Iacobus Boſius d in ſua hiſtoria Rhodiana, & ex literis pontificijs e confirmantur. Ex quibus etiam illud perſpicuum eſt, Eugenium ad reprimendos Chriſtiani nominis hoſtes, qui ex accepta clade odio iraque efferati Rhodum ſe iterum bello petituros ſoloque æquaturos comminabantur, ingentem claſſem inſtruere & parare adorſum eſſe.

b Lib. 22. pag. 75. 77. c Ead. p. 77.

Rhodiæ ager vaſtatus ab Ægyptijs. Vrbs obſeſſa.

d Boſius lib. 6. e Lib. 22. pag. 223.

11 Hæc pro tuenda aduerſus Ægyptios Turcaſque re Chriſtiana ſtudioſe Eugenius agebat nec tamen ditioni Romanæ eccleſiæ opportune conſulere prætermiſit. Venerat, vel redierat potius in ſedis Apoſtolicæ fidem ac poteſtatem Corſica eiuſdem ſedis fiduciaria, quæ diu ſub quorundam tyrannidis iugo ingemuerat; quo excuſſo nonnulli inſulæ proceres id literis & nuntiorum opera ſignificarunt Pontifici, qui ad regendos inſulanos, continendoſque in officio Monaldum Paradiſum illuc legauit f, ipſiſque Corſis apoſtolico pro imperio præcepit, vt ei parerent. Proxi-

Corſica in pontificiã clientelam reuerſa.

f Ibid. p. 205

mo vero anno Eugenius præfecit eidem inſulæ Iacobum epiſcopum Potentinum, de quo hæc in diplomate ad ipſum dato a contenta: *Cum ſis, inquit, ad inſulam Corſicæ ciuitates, terras & loca gubernatorem in temporalibus generalem de fratrum noſtrorum conſilio tanquam pacis angelum deſtinemus, &c.*

a Lib. 23. pag. 94.

12 Cum etiam ſedatæ ſunt ab Eugenio Piceni turbæ; conciliato quoque Eccleſiæ Francisco Sfortiæ tum illius ſocero Philippo duce Mediolanenſi, pacto arctiori fœdere, in concordiã reuocato; Philippus enim Maria ſe obſtrinxit, hoſtibus Eccleſiæ nulla darurum auxilia, immo ad redigendam in Pontificis fidem Bononiam vires ſe cum eo coniuncturum: Pontifex vero ſpopondit Philippi ſe ditionem non vexaturum bello, neque cum ipſius hoſtibus conſenſurum: denique Philippum Mariam in clientelam apoſtolicam ſuſcepit: qua de re publica monumenta b confecta.

Piceni obſecuti Eugenio.

Initum inter Eugenium & Mediolanenſem fœdus.

b Extant apud Raynal. ad an. 1436. n. 17 & ſeq. p. 44. & Bull. diuerſ. pag. 102.

13. 14 Confirmatus his fœderibus Eugenius, Eccleſiæ hoſtibus fræna iniecturus, Ludouicum Caroli VII. Regis Francorum maiorem natu filium ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſigniferum renuntiauit c. Is Ludocus eius nominis XI. Gallicum poſtea ſceptrum tenuit: quem hoc anno educta in Baſileenſem agrum Gallica militia Baſileenſibus maximum intuliſſe terrorem refert Æneas Syluius d, additque alio loco e Heluetios ex fœdere ſociæ ciuitati ad quatuor milliamilitum auxilio ſubmiſiſſe: quod cum animaduertiſſet Delphinus medium ſe inter Baſileam ac Heluetios oppoſuiſſe cum triginta equitum millibus, confertoque prælio Heluetios ad internecionem cæſos, ſed non ſine victorum ſtrage, ad quos per medias haſtas, acceptis vulnera vlturi, penetrabant. Eadem refert Nauclerus f ſubditque Delphinum ipſum demum poſt plura cum Baſileenſibus & Germanis habita colloquia in Gallias ſe recepiſſe.

Gallorum opem ſibi conciliat Eugenius.

c Lib. 14. pag. 44.

Bellum inter Baſileenſibus Ludouicus

d Æn. Syl. epiſt. 87.

e Id. hiſt. de Europ. c. 42 & Miſſ. rel. col. 3. in princ.

Cruenta victoria de Heluetijs habita

f Naucl. vol. 2 gener. 49.

15. 16 Hoc anno pridie kal. Octob. habita eſt Lateranenſi ſeſſio concilij Florentini Romam translati trigeſima prima, in qua edirum decretum extat in pontificio regeſto g, & apud Andream Sanctacrucium, in quo refert Eugenius, vt cum Ignatius patriarcha Syrorum nationumque Meſopotamiam incolentium Abdalam Edeſſæ archiepiſcopum ſuo totiuſque orientis nomine in Vrbem ab eccleſia Romana incorruptæ doctrinæ puritatem petiturus legaſſet, diligentiſſimo examine, ipſius Pontificis iuſſu, inſtituto, eundem Abdalam de fide ac moribus recte ſentire compertum eſſe, tribus dumtaxat articulis demptis, nimirum, vt ſubdit Pontifex, de proceſſione Spiritus ſancti, de duabus in Chriſto naturis, ac totidem in eo voluntatibus & operationibus; de quibus edoctus catholicam in ijs quoque veritatem ſuo ac totius nationis nomine profeſſus ſit; cuius formulam Eugenius in eadem publica ſeſſione illi tradidit.

Meſopotameni Romanæ eccleſiæ conciliati.

g Lib. 22. p. 195. & apud Card. Iuſtin. p. 3. etc. Fiore pag. 384.

17 Perlatum antea ad ſedem Apoſtolicam fuerat nonnullos in oriente de fide male inſtructos credere Patrem & Filium duo eſſe Spiritus ſancti principia, eo quod Romana eccleſia Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere profiteretur: quo accepto Eugenius, vt eiuſmodi hæreſis tenebras diſcuteret, apoſtolicis literis præſules orientales eſt adhortatus h, vt veram eiuſdem Romanæ eccleſiæ doctrinam populis pro ſacra concione proponerent, his conceptam verbis: *Romana eccleſia omnium fidelium mater atque magiſtra, tam ex veritatis ſcientia & auctoritatibus ſanctorum doctorum, quam ex canonibus per ipſam editis tam in œcumenico Florentino, quam Lugdunenſi, aliiſque pluribus conciliis promulgatis, fideli ac deuota confeſſione ſemper prædicauit & docuit, docet & prædicat, quod Spiritus ſanctus æternaliter ex Patre & Filio non tanquam ex duobus principijs, ſed tanquam ex vno principio; non duabus ſpirationibus, ſed vnica ſpiratione*

Falſa opinione ſeducti orientales.

h Lib. 22. pag. 35.

Docet Eugenius Spiritum ſanctum vnica ſpiratione procedere.

præsidit, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno, &c. MCCCCXLIII. IV. non. martij pontificatus nostri anno XIII.

Non magis dantur duo principia Spiritus sancti quam dantur tria creaturarum.

18 Perstitere Græci in suscepta pertinacia inanis huius argutiæ fumo occæcati, nimirum vel duas personas Patrem & Filium in vnam confundi, si sine vnicum principium Spiritus sancti, vel dari duo eius principia: nec deerant eximij doctores, qui eos instruerent, non confundi Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, si sint vnicum principium creaturarum, nec si distinctæ sint tres personæ dari tria vniuersi principia, vt Mahometani Christianis obijciunt. Inter alios Cardinalis Bessarion *a*, eandem schismaticorum blasphemam argutiam egregie dissoluit.

a Bessar. de successu synod. Florent. cap. 8.

Marcus Ephesinus Græcanici schismatis confirmati auctor.

19 Constabiliebat autem in errore eos Marcus Eugenicus archiepiscopus Ephesinus mendacijs suis, iactabatque in literis encyclicis *b*, so in concilio Florentino probasse, Spiritum sanctum ex solo Patre procedere: quem Iosephus episcopus Methonensis confutauit, siue potius Gennadius patriarcha Constantinopolitanus, vt habet m.s. *c* Vallicellanum.

b Extant in appendice Flor.

c Gennad. expos. 3. cap. synod. Flor.

Lis mota inter Regum oratores.

20. 21 Hoc anno diremit Eugenius controuersiam, quam inter se de loco habebant Castellæ Aragoniæque Regum oratores, vter alteri anteferretur in sacello pontificio, consistorijs, alijsque publicis conuentibus. Intenderat vero litem Aragonius orator Castellano etiam tum loco superiori posito, quippequi Alfonsum ob plurium accessionem regnorum honoris gradu augustiorem esse putabat, cum Pontifex nihil in ea re nouandum sanxit *d*.

d Lib. 22. ep. cur pag. 23.

S. Bernardinus obitus.

22 Eodem anno vigesima maij die vitam præclaro exitu decorauit Aquilæ S. Bernardinus Senensis religiosæ disciplinæ, quæ apud Minoritas defloruerat restitutor, miraculis dum vixit ac post mortem clarus: quibus Eugenij primum, deinde Nicolai V. summorum Pontificum iussu diligenter excussis exploratisque in sanctorum ordinem ritu solemni ascriptus fuit anno a virgineo partu MCCCCL. vt suo loco dicetur. Breui hoc elogio in tabulis ecclesiasticis *e* decoratur: *Aquila in Vestimis S. Bernardini Senensis ordinis Minorum, qui verbo & exemplo Italiam illustrauit.* Egregia eius gesta narrat ex eiusdem temporis scriptore Laurentius Surius *f*, aguntque de ipso S. Antonimus *g*, Æneas Syluius *h*, alijque complures; nunc sufficerit nobis felicis eius mortis historiam e Surio delibare: *Sciens vir Dei mortem sibi imminere, pridie ascensionis Domini cum multa præparatione & deuotione sacramentis Eucharistiæ & extremæ vnctionis se communiuit. Morte aduentante, cum loqui non posset, quibus potuit signis indicauit fratribus, vt ipsum e lecto in terram deponerent ab hac lachrymarum valle recessurum. Itaque fratres e lecto in cella paupertum afferibus stratum eum deposuerunt: vbi vix ille sursum erectis luminibus spiritum suum in Dei manus commendauit, feliciterque e corpore excessit vigesimo maij die pridie ascensionis Domini anno* MCCCCXLIV. *cum in vespertinis precibus fratres concinerent illam ad magnificat antiphonam: Pater manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi: nunc autem pro eis rogo, non pro mundo, quia ego ad te venio. Alleluia. Vixit in terris annis sex & sexaginta, viginti duobus annis in sæculo, reliquis in monastica professione degit: quadraginta multo labore Dei verbum prædicauit.*

e Martyrol. Rom. die 20. maij.

f Sur. eod. die.

g S. tit. p. 3. tit. 24. c. 5.

h Æn. Syl. Europ. c. 64. & alij.

Pia eius demissio.

Miracula fulget.

De patratis autem mox eius ope miraculis addit auctor: puerum Paschalem nomine & Antonium Bagnensem misere contractos repente membrorum vsum recepisse, ac plures alios grauissimis morbis liberatos; necnon sacrum corpus viginti sex diebus corruptionis expers suauissimum odorem effasse.

Hoc etiam anno Eugenius in Cardinalium collegium asciuit Alfonsum Borgiam Valentinum, quem presbyterali tit. SS. Quatuor coronatorum ornauit, qui postea ad pontificatum euectus Calisti III. nomen accepit. Vt vero læta extitit illius creatio, ita contra miseranda fuit mors Angelotti Fusci tituli S. Marci presbyteri Cardinalis, qui dum a prandio quiescebat, gladio confossus *a* fuit a domestico: sed is, quamuis facinus aliquandiu dissimularit, demum conuictus supplicio affectus est.

Alfonsus Borgia creatus.

Card. Trifius Angelotti Card. mors.

a S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 11. §. 17. Steph. Infessur. & alij.

IESV CHRISTI
annus 1445.

Indict. 8.

EVGENII PP. IV. FRIDERICI ROM. III. REGIS 6. annus 15. IO: VII. PALÆOLOGI IMP. OR. 22.

1. &c. CONfectæ antea ab Alfonso Rege Aragonum de Neapolitano regno cum Pontifice pactiones confirmatæ sunt: Alfonsus enim datis ad Eugenium Papam regijs literis *b* aurea obsignatis bulla protestus est, se apostolicæ liberalitati Siculum sceptrum acceptum referre, ac perenniter singulis legibus, quas Pontifex ex ritu veteri impoluerat, se cas seruaturum summa religione pollicitus est, cuius sacramenti nuncupati formula consuetis verbis concepta fuit, addita hac propter temporis acerbitatem sponsione: *Item perditionis alumno Amedeo hæretico ac schismatico, a fide deuio, & ab ipsa Ecclesia præciso, & sententialiter condemnato, eiusque sequacibus, & dantibus eis auxilium, consilium, vel fauorem, non dabo quouis modo per me, vel alium, seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium, vel fauorem, nec ab alijs, quantum in me fuerit si impediri potero, dari permittam, sed eos iuxta posse meum, donec conuertantur, persequar & inuadam. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta euangelia.* Eademque die, nimirum secunda iunij alias literas exarauit *c* de Beneuenti & Terracinæ præfectura a Pontifice accepta ad constitutum ab illo tempus, quo elapso liberum earundem vrbium imperium ecclesiæ restituendum foret. Vt vero Alfonsus postea iurisiurandi solemni ritu delati suisque corroborati literis spreta religione, prouocationes ad sedem Apostolicam fieri vetuerit, dicetur anno insequenti.

Iura regni Neapolitani a Pontifice accipit Alfonsus Rex.

b Extant in lib. primi Rom. eccl. a. 2. pag. 133. & alibi &c.

De perfequendo Amedeo antipapa.

c Exstat ibid.

Beneuenti & Terracinæ restitutio promissa.

12 Interea fluctuabant necis Vladislai Regis occasione Poloniæ Hungariæque res, distractis in contraria studia ijs, ad quos nouorum Regum electio pertinebat: pererebuerat quippe fama Vladislaum e clade Varnenti elapsum superesse vitæ sospitem adhuc, proximoque affuturum, adeo vt Poloni ad illum perquirendum in Thraciam, Græciam, & Bulgariam legauerint nuncios suos, qui retulere nil prorsus exploratum. At demum rei veritate comperta, Casimirum magnum Lituaniæ ducem interfecti Regis fratrem in eius locum subrogarunt; quæ Poloni scriptores pluribus prosequuntur *d*.

Polonia, Hungariaque ob cæsum Vladislaum turbatæ.

Casimirus dux Lituaniæ a Polonis in Regem electus.

d Mat. Mich. l. 4. cap. 58. & 57. Cromer. l. 22.

Ladislaus quinquennis Rex Hungaris.

13 In Pannonia post ingentes tumultus, quos plurium regio solio inhiantium ambitio misero regno intulerat, demum Rex designatus est Ladislaus Alberti & Elizabeth olim Regum filius, ætate quinquennis, sed in quo iam plura regiarum virtutum egregiæque indolis signa emicabant, vt describit Æneas Syluius *e*, apud quem etiam extat Friderici Cæsaris, qui puerum educabat, commendatitia pro illo ad Eugenium Papam missa epistola *f*. Cæterum cum imbelles Ladislai manus Hungarici sceptri molem sustentare non possent, regni administratio Ioanni Huniadi, de quo supra memorauimus, est demandata. Qui plura de his cupit, Thurosium *g*, Bonfinium *h*, Dubravium

e Æn. Syl. epist. 13.

f Ibid. cap. 118.

Regni administratio Io. Huniadi commendata.

g Thurof. c. 44. 45.

h Bonfin. dec. 3. l. 7.

nium [a], atque Æneam [b] consulat. Ioannes porro Huniades arcticas iam ante a Turcis copias refecit, signaque in hostes attollere decreuit. Quod vbi accepit Pontifex, encyclicis literis [c] ad Christi cultores datis, ijs omnibus, qui Huniadem in bello sacro sequerentur, noxarum veniam concessit.

a Dubr. l. 18 Redintegrata ab Hungaris in Turcas expeditio.
b Æn. in plurib. ep. Nam. et Ioann. 44.
c Lib. 23. pag. 186. Veniæ ab Amurate vires in Scanderbegum.

14 Quod ad Amuratem attinet; confecto Hungarico bello ad opprimendos Macedones vim dolosque intendit [d], ac datis ad Scanderbegum literis, eum delinire promissis, vel minis frangere pertentauit. Cui ille hæc inter alia rescripsit [e]: *Abstulerat regnum paternum mihi, necauerat fratres, neque ipsum mihi tale timentem iam pridem nefaria morti dederat, & nouum adeo nunc videtur Amurati, quod tunc non immemor libertatis animus, tanta seruitutis effugium aliquod conquisisset, quousque tandem dominationem tam superbam laturum me putasti? &c.* Verbis vim adiunxit tyrannus, immisitque in Macedoniam Feriſium, qui dum agrum incaute depræda-

Turci obtriti a Scanderbego.

batur, a Scanderbego gemino tumultuario prælio deletus fuit. Qua clade audita Amurates Mustapham ducem exercitum in illum ducere iussit, datis mandatis, vt cautius ageret: sed is præter illecebra ad pugnam pellectus, quinque millia militum amisit.

d Ant. Sabel. Barlet. l. 3. et Ioannes.

15. 16 Decretus vero est ab Eugenio legatus in Turcas Cardinalis tit. S. Clementis, classique præfectus. Dum vero Pontifex curas omnes intenderet, vt Græcos a Turcica tyrannide vindicaret, atque in Romanæ ecclesiæ gremio contineret, eosdem dæmonis instinctu atflatus Marcus Eugenicus metropolita Ephesinus a catholica veritate ab œcumenico concilio expositæ abducere conabatur. Gloriabatur vero in suis scriptis Græcorum cum Romana ecclesia coniunctionem Florentiæ sancitam non coaluisse, insectabaturque Pontificem & patres Florentini concilij, quasi Græcos in captiuitatem Babylonicam abducere pertentassent, suorumque sectatorum cœtum cœlestem Sion appellabat. Eadem strophæ, qua Marcus Ephesinus, vsi sunt cæteri nouatores.

Marcus Ephesinus Græcos confirmat in schismate.

17 At impius Græcorum relapsus auctor tantum crimen non impune tulit, vt hisce verbis narrat S. Antoninus [f]: *Ille tamen Ephesinus acerrimus disputator, permanens in perfidia sua, cum alijs ad veritatem fidei reuerti noluit; verum ad patriam rediens cum Cardinalis Venetus destinatus legatus in regionem illam Constantinopoli moram traheret, & in eius facultate esset venerabilis episcopus Coronensis dominus Bartholomæus de Florentia sacræ theologiæ professor egregius, & Græci idiomatis non ignarus, placuit eidem Imperatori Græcorum & proceribus eius, vt fieret publica concertatio inter episcopum Ephesinum prædictum & Coronensem episcopum iam fama ibi celebrem: quo facto Ephesinus prædictus iterum ab eo superatus & confusus est, & tanta ex eo absorptus tristitia, vt intra paucos dies expiraverit cum sua perfidia.*

f S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 11. in princ.

Genus eius mortis cum Arij morte comparat his verbis Gennadius [g]: *Vna cum fœtore*, inquit, *animam efflasti per sedem. Testatur hoc vniuersa vrbs Constantinopolis, ita enim nouit diuina iustitia singulis reddere iuxta eorum fidem, quemadmodum antiquitus Ario, qui ab infamia nomen est adeptus, qui simili pœne inferius viscera emisit, in cœlo superius fleuit.*

g Gennad. in compend. pro concil. Flor. pag. 51. Infelix mors Marci Ephesini.

18. 19 Creditus est hic vir impius extremi Græcorum excidij auctor, cum ij ob schisma deserti a Deo in Turcicam seruitutem sint addicti: dum vero Græcis Turcæ moliuntur exitium, soldanus Ægyptius Rhodios, Candelorij vero princeps Cyprios omni virium contentione oppugnarunt [a]: & quamuis Ægyptius superiori anno ab vrbis Rhodiæ obsidione depulsus fuisset, iterum tamen maiorem ad illam sibi subijciendam expeditionem confecit. Cuius belli timore perterriti Rhodij auxilia a Pontifice flagitarunt [b]; qui, quamuis iam aliam classem magnis sumptibus instructam in Turcas misisset, nouam parandam decreuit aduersus Ægyptios, cumque ærarium pontificium exhaustum esset, fideles propositis indulgentiarum præmijs ad stipem subsidiariam conferendam, militesque Rhodum submittendos apostolicis literis est adhortatus [c].

a Ros. 2. par hist. lib. 6. Rhodus oppugnata ab Ægyptijs.
b Lib. 22. pag. 207.
c Ibid. p. 237

20. 21 Quod ad Cyprias res attinet; miserat [d] iam ante in Cyprum aliasque regiones Eugenius Andream archiepiscopum Colocensem, vt schismaticos ad orthodoxæ fidei puritatem traduceret: quod ille egregie præstitit, vt idem Pontifex testatur; diuina namque ope fultus tantos animorum motus excitauit, vt qui Nestorij hæreli fuerant etiamtum imbuti, vel secuti erant Macarij impietatem, Timotheum Metropolitanum Chaldæorum, & Eliam episcopum Maronitarum ad profitendam omnium nomine coram Romano Pontifice catholicam veritatem, illique rite ac demisse obedientiam deferendam designarint. Suscepit legationem Thimoteus; Elias vero suo nomine Isaac misit. Qui excepti in publica sessione XXXII. omnem hæreticam impietatem damnarunt, vt refert Pontifex [e]; a quibus edita fidei professio his fuit concepta verbis.

d Lib. 18. pag. 124. Andreas archiepiscopus Colossensis missus in Cyprum. Hæretici & schismatici ad fidem orthodoxam traducti. Missis oratoribus errores damnant in concilio. Sess. XXXII. et ejus acta lib. 18. pag. 124. Et apud Card. Iustin. in chr. Flor. p. 3. p. 387. Archiepiscopi Chaldæorum professionis formula. De processione Spiritus sancti ex Patre Filioque. De duabus naturis voluntatibus & operationibus in Christo & vna hypostasi. De amplectendis decretis eccles. Romanæ. Damnata hæresis Nestorij. Dardania ad Ecclesiæ coniunctionem reuocata. Ann. Christ. 1443. nu. 8

22 *Ego Timotheus archiepiscopus Thersensis Chaldæorum, qui in Cypro sunt, metropolita pro me, meisque omnibus in Cypro existentibus populis, profitor, voueo, atque promitto immortali Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto, deinum tibi sanctissimo ac beatissimo patri Eugenio Papæ IV. & huic sacrosanctæ Apostolicæ sedi, & sanctæ huic & venerabili congregationi, quod de cætero semper manebo sub obedientia tua & successorum tuorum ac sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, & tanquam sub vnica matre & capite omnium ecclesiarum. Item quod de cætero semper tenebo & profitebor Spiritum sanctum procedere ex Patre & Filio, sicut docet & tenet sancta Romana ecclesia. Item quod de cætero semper tenebo & approbabo duas naturas, duas voluntates, vnam hypostasim, & duas operationes in Christo. Item quod de cætero semper confitebor & approbabo omnia septem sacramenta ecclesiæ Romanæ, prout ipsa tenet, docet & prædicat. Item quod de cætero nunquam in sacra Eucharistia oleum apponam. Item quod de cætero semper tenebo & prædicabo & docebo quidquid tenet, confitetur, docet, & prædicat sacrosancta Romana ecclesia, & quidquid ipsa reprobat, anathematizat, & damnat, reprobo, anathematizo, & damno, & in futurum semper reprobabo, anathematizabo, & damnabo, specialiter impietates & blasphemias nequissimi hæresiarchæ Nestorij & omnem aliam hæresim extollentem se aduersus hanc sacrosanctam & Apostolicam & catholicam ecclesiam.* Quæ verba concepta mox ab Isaaco interpretio episcopi Maronitarum reperta sunt.

23. 24 Redijt etiam in Romanæ ecclesiæ gremium Dardania vulgo Bosna dicta; cum enim Stephanus Rex, vt ex pontificijs literis superiori anno [f] a nobis indicatis constat, veteres Manichæorum errores damnasset, pio studio æstuans hæreticos e suo regno excindendos suscepit: quare in apostolicis literis, quibus illorum natalium priuilegio donatus est, vt sceptrum cum dignitate gereret, eximio elogio eum exornauit Eugenius [g], atque eorum suf-

f Lib. 23. fol. 77.

fragia,

fragia, qui regios apices illi detulerant confirmauit. Proximo autem anno Regem ipsum Hungaris commendauit a, eosque hortatus est, vt regni illius catholicos meritis officijs complecterentur.

a Lib. 24. pag.324.

25. 26 Dum tot remotæ gentes obsequentes se Eugenio præbebant, infesti admodum illi fuere Basileenses schismatici Amedei partibus irretiti, qui vt schisma confirmarent magis augerentque, Auenionem ac Venusinum comitatum in abdipapæ potestatem redigere insidijs moliti sunt b. Facinoris dux erat Hugolinus Alamanni, qui expiciris Amedei signis expugnare Auenionem conatus est; sed eum ciues propulsarunt, atque ita iniqua antipapæ consilia euanuere: cum Pontifex Trifiando deligato episcopo Conseranensi præcepit c, vt in omnes, qui Auenionis oppugnationi interfuissent, inquireret animaduerteretque: ac similiter debitas pœnas sumere iussus est d de ijs, qui impie cum Basileensi conciliabulo sentiebant; & Ioanni episcopo Verdensi præcepit e, vt nonnullos, qui in Germania nec Pontificis nec antipapæ parti adhærebant moneret, ne se ab Ecclesia catholica segregarent, eosque, si parere detrectarent, honoribus dejiceret. Paratissimus erat Eugenius ad omnes paterno sinu excipiendos, qui ad sanioremmentem reuersi schisma damnarent, quamuis ab ijs atrociter læsus esset; sicque Odonem episcopum Dertusensem a Fœlice antipapa in pseudocardinalium collegium iam ante cooptatum, qui talis dignitatis insignia posuerat, in gratiam, Alfonso Rege Aragonum concordiæ interprete, recepit, & censuris, quas contraxerat, pœnarumque metu liberauit f.

Antipapæ copiæ Auenione propulsantur.

b Lib. 13. pag 79.

c Id. ibid.

In accephalos animaduertit Eugenius.

d Ibid. p. 83.

e Lib. 24. pag. 303.

Odo episcopus Dertusensis pseudocardinalatu se abdicat.

f Lib. 26. pag. 29.

Inter hæc Æneas g Syluius a Friderico Romanorum Rege ad Pontificem orator Senas patriam suam venit, vbi propinqui, ne vlterius progrederetur, quod ob gesta Basileæ Eugenij iras in se concitaret, suadebant: sed incassum missæ preces. Romæ a duobus Cardinalibus censuris, quas fauendo conciliabulo Basileensi contraxerat, auctoritate apostolica absolutus, breuem coram Eugenio orationem habuit, in qua errorem suum ita excusauit: *Mansi apud Cæsarem tribus annis, vbi dum magis ac magis contentiones audio, quæ inter Basileenses & tuos legatos fiunt, nihil mihi dubii relictum est, quin te penes sit veritas. Atque hinc factum est, vt cupienti Cæsari ad tuam me clementiam viam facere, non inuitus paruerim; sic enim me tuum in gratiam redire posse jam ratus. Nunc apud te sum, & quia ignorans peccaui, mihi vt ignoscas oro, deinde causam Cæsaris explicabo.* Venia de ijs, quæ in eum Basileæ vel alibi dixerat egeratue, perfacile a Pontifice summa animi moderatione prædito impetrata, causam suæ legationis, de nouo nimirum concilio in Germania cogendo, exposuit. At Pontifex postulatis non est assensus, quod illud concilium non pacem Ecclesiæ allaturum, sed noua dissidia pariturum foret, missurumque se ad Cæsarem legationem est pollicitus. Quo accepto responso Æneas in Germaniam redijt.

g Gobelinus comment. l. 1 Æneas Syluius actorum Basileæ veniam ab Eugenio petit.

Nomine Cæsaris petit celebrari concilium in Germania. Cur denegarit Eugenius.

27 Coruscante inter hæc pluribus miraculis Bernardino, quem superiori anno pie obijsse vidimus, Senenses eorum fama permoti oratorem Aquilam legarunt, vt de ijs certa testimonia referret, de quibus hæc illius vitæ auctor h: *præclara*, inquit, *& magnanima senarum vrbs quotidie percipiens miracula stupenda ejus & patroni sui Bernardini, vt grata esset Deo pro gratia & beneficijs eius, coacto procerum & plebis grandi sapientique consilio, de veritate illorum miraculorum cœpit inquirere, missoque Aquilam ciue honestissimo qui accurate exploraret: qui vir nobilis & Senensium orator Aquilam veniens comperit miracula omnia probe in scripta relata, & ipse quoque suis oculis multa edi conspexit, eaque annotauit, eumque de omnibus certas literas*

B. Bernardinus sanctitatis fama claruit.

h Vit. S. Bernardini auctor apud Sur.

notariorum manu & sigillis munitas accepisset, Senas redijt. Senenses lætissimis animis miracula illa cognoscentes, insignem legationem ad Pontificem Eugenium Romam miserunt, qui ea miracula referens, & de Bernardino sanctorum catalogo inferendo admonerent. Idem vrgebant Aquilanus, itemque Rex Siciliæ & Aragonensis Alfonsus jamdio viro admodum additus & deuotus. Horum precibus permotus Pontifex Nicolao tit. S. Marcelli, & Guillelmo tit. S. Martini in montibus presbyteris, & Alberto S. Eustachij diacono Cardinalibus munus iniunxit a, vt sacram de viri sanctitate & miraculis quæstionem haberent. Coniunxere paucis post mensibus suas preces Senenses, quorum extant literæ b. Excussa fuisse quam diligentissime pontificio iussu omnia hæc miracula, quæ de B. Bernardino referebantur, narrat eius vitæ auctor c, de quo paulo ante memoraui, additque perductam rem ad exitum a Nicolao V. & B. Ioannem Capistranensem apud Eugenium causam sancti viri egisse, ac stellam, quæ Aquilæ medio die radiare visa est, felix signum rei bene gerendæ ostendisse, atque etiam Romam proficiscenti magna itineris parte præluxisse.

Instituta actio pro eo inter sanctos referendo.

a Lib. 25. 35. aut. alia ea lit. apud Waddingh hoc ann.

b Extant in coll. est. epist. primorum fundi p. 15. Principum & populorum ea de re preces.

c S. Bern. vit auct. apud Sur. t. 3. die 20. maij.

28 Obijt hoc eodem anno Antonius Corarius Cardinalis episcopus Ostiensis virtutum laude præclarus congregationis S. Georgij de Alga conditor, vt epitaphium eius sepulchro inculptum testatur. Fuit is, vt supra diximus, fratris Gregorij XII. filius, atque inter ceteros alumnos Eugenium IV. religiosa disciplina monastica expoliuerat, ambos vero S. Antoninus d vocat viros timoratos & mundi contemptores; ac Blondus scribit Antoninum fulsisse e *ea morum & vitæ sanctimonia, qua priuatos quoque celebres reddere potuisset.* Coluit eundem idem B. Ioannes de Capistrano f, ipsiusque imperio eruditissimos commentarios de auctoritate Papæ & conciliorum aduersus Basileenses schismaticos edidit, eidemque inscripsit.

Obit tus Antonij Card Corarij.

d S. Ant. tit. 22. c. 5 §. 8.

e Blondus in Italia reg. 8.

fide reg. 12

IESV CHRISTI Annus 1446.

Indict. 9.

EVGENII PP.IV. FRIDERICI III. ROM. REG. 7. annus 16. IO:VII. PALÆOLOGI IMP. OR. 23.

Turbata ob Basileenses nouatores Germania.

NOuæ in Germania seditiones ob Colonienſem & Treuerensem archiepiscopos de gradu deiectos aduersus Eugenium a principibus viris concitatæ fuerunt; sed ijs haud ita multo post sedatis, optatissima concordia est redintegrata. Adhibendæ in archiepiscopos illos seueritatis causam præbuit schisma Basilicense, quo inquinati erant, neque vllis monitis minisue ad officium reuocari potuerant. Suffectus itaque ab Eugenio in locum Theoderici, qui sedem Coloniensem occupabat, Adolfus amplissimo Clitensium principum genere natus; Ioannes vero episcopus Cameracensis, electo Iacobo schismatico, ad Treuerensem traductus est: tum episcopum Traiectensem ijsdem præsulibus apostolica auctoritate possessionem ecclesiarum creditarum dare iussit g.

Coloniensis & Treuerensis archiepiscopi ejecti.

g Lib. 24. pag. 26.

2. 3 His valde commoti cæteri imperij electores principes, vt refert Gobelinus h, Francofordiam ad agitanda arcana consilia conuenere, cum male interpretarentur illatam iniuriam ab Eugenio suæ dignitati; demumque inter se pacti sunt, ni latam in archiepiscopos sententiam rescinderet, nationis Germanicæ tollerent onera, auctoritatemque conciliorum, vt in Constantiensi expolita fuerat, profiterentur, ad Amedeum deficere. Tum oratores missere ad Fridericum Romanorum Regem, qui hæc illi sexque alijs, qui

Septemuiri defectionem ab Eugenio moliti.

h Gobelinus Pij II. l. 1. Constantiensis concilij peruersa interpretatione decepti.

qui arcanis regijs consilijs adhiberi soliti erant, patefacerent, eosque hortarentur, vt cæteris se tædere iungerent, Romamque oratores mitterent. Respondit Fridericus, legationem quidem ad Pontificem se decreturum, oraturumque vt eorum desiderijs se accommodaret; at fœdus damnauit, indignum & impium inquiens, ni eorum postulata de restituendis archiepiscopis in pristinã dignitatem admitterentur, a vero Christi vicario deficere. Vt igitur discordiam componeret Fridericus Æneam Syluium Romam proficisci iussit, ac suasit Eugenio, vt archiepiscopos in priorem gradum reuocaret, quo omnes in eius obsequium, reiecta neutrius partis factione, se conferrent.

Septemuirum coniuratio damnata a Cæsare.

Legati etiam ab Eugenio concordiæ interpretes decreti: ij vero, quibus legationis in Germania obeundæ partes ab Apostolica sede impositæ erant, vt Gobelinus testatur, fuere Thomas episcopus Bononiensis, qui defuncto Eugenio summum pontificatum accepto Nicolai V. nomine gessit, & Ioannes Caruaial, quibus etiam in grauissimo reducendorum in sinum Ecclesiæ Germanorum molimine adiuncti reperiantur in apostolicis literis a xi. kal. augusti exaratis episcopus Leodiensis & Nicolaus Cusanus, quibus Pontifex, cum Francfordiensis principum conuentus immineret, negotium dedit, vt ad confutandas schismaticorum calumnias in eodem celeberrimo conuentu profiterentur, œcumenica concilia rite & canonice celebrata ab Eugenio ipso suscipi, colique; ita & Constantiense & Basileense perductum in id tempus, quo Ferrariam translatum est, sine pontificij iuris detrimento venerari.

Missi ab Eugenio legati in Germaniã.

a Lib. 14. pag. 43.

4. &c. Vt autem paci muniretur via, Thomas episcopus Bononiensis adiuncto sibi Æneæ Syluio itineris comite ad Eugenium venire decreuit, pollicitus se perfecturum quæ Fridericus Rex suadebat, atque in Francofordiensi conuentu post longas contentiones conscripta est fœderis formula, quam si admitteret Pontifex, principes, sublato funditus schismate, ad officium redirent. Flagitarunt etiam ij ab Eugenio, vt concilium in Germania indiceret: quibus, ipse assentit ea lege, si Reges cæteri consentirent; atque ad querelarum summa capita respondit auctoritatem conciliorum, quæ vera & canonica sint, nunquam in dubium reuocatam, nationis onera leuatum iri, in archiepiscopos si præteriti eos pœniteret schismatis, clementia se vsurum: atque ita exasperatos Germanorum animos Eugenius leniuit.

Concepta fœderis formula pro tollendo schismate.

Magnam prudentiæ laudem in ea conciliandæ concordia collegere pontificij legati Thomas episcopus Bononiensis ac Ioannes Caruaial, quos ob rem feliciter gestam cardinalitia purpura, dum Romam reuertebantur ornatos ab Eugenio recensent Pij II. commentaria b: *Dum*, inquiunt, *Romam pergunt, vt qui res bene feliciterque gessissent, ad cardinalatus honorem proxime promoti sunt.* Quin etiam Pontificem ipsis redeuntibus rubeos galeros ad portam Flaminiam misisse, quo eo dignitatis insigni augustiores in Vrbis ingressu viderentur, alij scribunt c. Extant de cardinalatu ipsis delato apostolicæ ad vtrumque datæ literæ d. Similesque ad Henricum archiepiscopum Mediolanensem in Cardinalium collegium pariter cooptatum eadem die nimirum xvii. kal. ianuarij misit e. Huic cognomen de S. Alosio, & presbyteralem titulum S. Clementis tribuit Alfonsus Ciaconus f, addiditque Ioannem Siculum Messanensem monachum congregationis S. Iustinæ Patauij, & abbatem S. Pauli extra muros Vrbis presbyterum Cardinalem tit. S. Sabinæ ab Eugenio in sexta ac postrema Cardinalium creatione renuntiatum. At de his satis: nunc ad Eugenij studium in reducendis ad sinum Ecclesiæ schismaticis adhibitum, qui Basileensium fraudibus ab eo diuulsi lucrant, iustaque percellendis censura alijs, qui in schismate obfirmati perstabant, narrationem conuertamus.

Thomas episcopus Bononiensis cardinalatu ornatus.

b Com. Pij II. l. 1. pag. 35. Anno 3. pontif. cap. 21. §. 17.

c Plat. in Nic. V. Ciacon. in Eugen. IV.

d Lib. 25. pag. 121. & pag. 128.

e Ibid. p. 135

f Ciacon. in Eug. IV.

8 Vt meritis illi affecti honoribus ita alij ob impietatem iusta pœna & ignominia coerciti: inter hos Amedeus quidam arithmeticus Mediolanensis, qui a S. Bernardino Senensi, dum in vita versabatur, correptus ob crimen hæreseos, in eum calumnias nefarie sparserat, iusta seueritate perculsus est a.

a Lib. 5. pag. 343. Laurentij Vallæ hæreses.

9 Inflatus etiam superbia & arrogantia Laurentius Valla Neapoli in plures hæreses turpiter lapsus effutijt melius mereri de genere humano meretrices quam sanctimoniales; ac de sacrosancta Trinitate multa delira euomuit: damnatus vero a fidei censoribus atque flagris cæsus, vt refert Poggius Florentinus b: raptusque ex merito incendio Alfonsi Regis benevolentia dicta impia reuocauit. Lasciuientis Vallæ vestigia postea secutus est Lutherus, eumque cæteris doctoribus prætulit; pœnitentem vero contempsit.

b Pog. Inuect. in Vallam pag. 76.

10 Sacro inflammatus studio Eugenius vindicandæ ab hæreticos impuritate Ecclesiæ, cum accepisset Moldauiam Hussitarum lue contaminatam, atque illius prouinciæ hæreticos in Pannoniam irrepere, ac simplicibus hominibus mellitis verborũ lenocinijs venena præbere, vicarium Minoritam Bosnæ qui in eo regno censuram fidei exercebat in hæreticos, auctoritate auxit c, vt in finitimis quoque regnis eodem munere fungeretur.

c Lib. 14. pag. 210.

11 Denique aduersus cunctos hæreticos & schismaticos Eugenius iudiciarium edictum, vt Romanæ ecclesiæ mos est, die cœnæ dominicæ sacro promulgauit d: qua etiam sententia Franciscum Sfortiam, qui ecclesiastica iura per summam tyrannidem inuaserat, sceleris que socios, & Galeatium Malatestam, qui Pisaurum ac Forosempronium ipso Pontifice inuito abalienauerat, tum etiam Amedeum Sabaudum antipapam eiusque studiosos perculit. Cæterum spreuit Sfortia ecclesiasticas censuras, ac Piceno potitus tyrannidem proferre latius, aliasque Apostolicæ sedi obnoxias prouincias ac terras imperio suo subijcere vi & dolo pertentauit: cuius vires vt infringeret Pontifex, vniuersos Romanæ ecclesiæ clientes sub eodem Sfortia merere, vllaue ipsi obsequia officiaue præstare apostolico diplomate vetuit e.

Sfortiæ conatus impij.

d Lib. 14. pag. 234.

e Lib. 14. pag. 234.

12 Eiterebant Francisci partes Florentini, pluraque illi suppeditabant subsidia, neque vllis ab Eugenio adhibitis precibus intentatiue minis flecti vnquam potuere, vt a lædendo Ecclesiæ hoste abstinerent. Cum igitur ad irritum caderent cuncti labores, Pontifex Alfonsum Aragonum Regem excitandum censuit, vt infesta in eos signa inferret, quo ad tuenda sua, non aliena cum Sfortia inuadenda, curas conuerterent. Exinde igitur Alfonsus augendi imperij occasionem sibi oblatam ratus, periturum se bello Florentinos ea lege pollicitus est, vt sacramento de non vendicanda sibi Etruria nuncupato solueretur: admisit conditionem Pontifex, ac Ludouicum tit. S. Laurentij in Damaso presbyterum Cardinalem liberandi ea religione Alfonsi pronunciam dedit f. Vertit aduersus Florentinos arma proximo anno Alfonsus, vt narrat S. Antonimus g, in spem subijciendæ sibi Etruriæ; sed cum Florentini ipsi ac Senenses sua egregie tutarentur, diripere tantum aliquot oppidula, & vastare agros potuit.

Florentini Sfortiam tuentur.

In eos Rex Alfonsus concitatur

f Lib. 26. pag. 41.

g S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 12. §. 1.

IESV CHRISTI
Annus 1447.

Indict.10.

NICOLAI PP.V. FRIDERICI III. ROM.REGIS 8. annus 1. Io:VII.PALÆOLOGI IMP.OR.24.

1. 2 ORnauit extremum sui pontificatus vitæque flexum insigni & memorando facinore Eugenius, revocata in simum Ecclesiæ magna Germaniæ parte, quæ Basileensi perculsa schismate veluti acephala se a vero Pontifice segregarat, nec tamen ad antipapam defecerat. Habita ab Ænea Syluio oratore cæsareo apud Eugenium verba hæc refert Cochlæus a: *Asserunt pacem Germaniæ principes, sed pacem etiam expetunt: cupiunt etenim aliqua, quæ nisi obtineant, nec curari vulnera possunt, nec pax nationis haberi. Quatuor principalia sunt. Primum est, vt generale concilium in tempore loco que designando connecteretur. Alterum est, vt professio potestatis, auctoritatis, & præeminentiæ generalium conciliorum, catholicam militantem Ecclesiam representantium, per tuos oratores facta tuis literis approbetur. Tertium est, vt nationi Germanicæ super grauaminibus opportune prouideatur. Quarto & vltimo loco petimus, vt quæ in iudicium * duorum principum electorum vel suarum ecclesiarum acta sunt, ex tua sanctitatis clementia reuocentur, & in pristinum statum redigantur.*

Revocata ad Eugenij obsequium Germania

a Cochl. lib. Huss. l. 9.

Quatuor Germanorum postulata.

* præiudicium.

3. 4 Assentit his quatuor petitis, vti iam a legatis conuentum fuerat, Eugenius instauranda gratia pacis in Germania, quæ tamen excutienda Cardinalibus ipsum commisisse narrat Gobelinus Persona b, eademque die Pontificem ægritudine correptum fuisse: ei autem decumbenti vti vero Christi vicario Germanos oratores obedientiam detulisse, tum literas apostolicas, quibus singula impleta erant postulata, porrectas Æneæ fuisse, ac sine mora in publico consistorio eosdem oratores Cæsaris & principum nomine Eugenio vti legitimo S. Petri successori fidem rite obligasse, editaque propterea maxima lætitiæ signa, ob conciliatam nimirum Ecclesiæ Germaniam. Quibus consentanea S. Antoninus c scribit de legatis apostolicis hæc pauca prælocutus: *Hi ergo efficaces in opere & sermone id perfecerunt ad quod legati fuerant: vnde reuersi sunt ad curiam & oratores cum eis, vel post eos, diuersorum prælatorum ac principum & baronum, qui in publico consistorio, in quo præsens fui, in persona dominorum suorum exhibuerunt Papæ Eugenio debitam reuerentiam & obedientiam, professiones ipsum verum, vnicum, & indubitatum pastorem Romanæ ecclesiæ, successorem Petri, & vicarium Iesu Christi: propter quod solemnis missa celebrata est in ecclesia Lateranensi, assistentibus omnibus Cardinalibus & prælatis, qui in curia erant, vno ex cardinalibus missam decantante. Aberat autem Eugenius, quia iam infirmatus erat, & grauiter.* De redintegrata feliciter Germanicæ ecclesiæ cum Romana coniunctione, renouatoque fœdere editæ literæ pontificiæ d, quibus Basileensium acta in conferendis sacerdotijs licet irrita & inania pacis conglutinandæ tamen studio confirmata fuere: pristina iura ijs, qui cum Basileensibus senserant asserta, restinctæ lites, & censurarum ecclesiasticarum vis remissa est.

Iis assentitur Eugenius.

b Gobel. sup. lib. 4.

c S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 11. §. 17.

Delatum a Germaniæ oratoribus Pontifici obsequium

d Lib. 27. pag. 508.

5 Cum vero oratores Cæsarei vrsissent, vt in Germania nouum concilium celebraretur, respondit Pontifex e abhorruisse etiamtum iustis de causis ab ea re alios Reges ac principes, nunc vero inuersis rerum vicibus censere se concilio nouo opus non esse, tamen obsecundandi eorum votis causa daturum se operam, vt Reges in eandem sententiam cogendæ in vrbe synodi traherentur: quod si decem mensium spatio præstiterint, deinde proximo tempore concilium indictum iri: si autem Reges flecti non possint, in loco tamen opportuno concilium celebrandum. Respondit etiam ad aliud petitum de agnoscenda conciliorum auctoritate, atque ijsdem literis est professus, se eadem colere, ac venerari, quæ nimirum vere œcumenica essent, ac de concilio Constantiensi hæc addidit: *Concilium autem generale Constantiense decretum, Frequens, ac alia eius decreta, sicut cætera alia concilia catholicam militantem Ecclesiam representantia, ipsorum potestatem, auctoritatem, honorem, & eminentiam, sicut & cæteri antecessores nostri, a quorum vestigijs deuiare, nequaquam intendimus, suscipimus, amplectimur, & veneramur.* Obseruatione autem dignum est, Eugenium ijs literis non maiorem auctoritatem decreto concilij Constantiensis, quod a voce, *Frequens*, initium ducit, contulisse, quam Martinus tribuisset, ac professum se ab antecessorum iuorum vestigijs nolle deflectere.

e Lib. 27. pag. 507.

Pollicetur Eugenius indicturũ concilium in Germania si Reges assensurum.

Concilia œcumenica amplecti profitetur Eugenius.

6 Flagitantibus etiam tertio loco Germanis, vt nonnullis oneribus, quibus ab sede Apostolica premi aiebant, leuarentur, pius Pontifex eorum votis respondit; cumque profiterentur Germanicam nationem leuatam ex nonnullis statutis Basileæ editis, quæ Albertus Rex admiserat, decreuit a vt gesta omnia ad diem literis ascriptam firma ac rata essent, neque ab vllo quauis prædito auctoritate possent infringi. Quod vero ad futuram eorum obseruantiam attineret; cum quidam præsules quererentur, ex ijsdem decretis nimis se grauatos, consulturum se illis legati opera spopondit literis suis, quæ a Nicolao proximo anno iunt corroboratæ f.

Tollit non nulla grauamina.

a Lib. 27. p. 508. & m.s. bib. Vat. sig. lit. B. nu. 19. p. 5. & 19.

b Ibid.

7 Quarto demum postularant Fridericus & alij, de quibus supra memoraui, vt Iacobus Treuerensis & Theodoricus Colonensis archiepiscopi in statum pristinum restituerentur: quibus annuit Eugenius c, si illi prius damnata perfidia, Romano Pontifici vti Christi vicario fideles se in posterum, & obsequentes futuros pollicerentur d. Cum autem hæc quæ retulimus Eugenius in ipso æstu morbi, quo implicitus erat, concessisset, nationis Germanicæ ad Romanæ ecclesiæ coniunctionem amplectendam pelliciendæ studio, neque ea, quam optasset, maturitate consilij librare & perpendere potuisset, solicitus ne qua forte offensio inde in Christiana re exoriretur, aliquidue detrimenti caperet sedes Apostolica, publicis literis edixit e nolle se, vt per quæuis responsa concessaue, iura Romanæ ecclesiæ ac prærogatiuæ vllo modo labefactarentur.

De Colonensi & Treuerensi archiepiscopis.

c Lib. 27. pag. 507.

d Nic. V. in bull. ser. an. 1. pag. 5.

e Lib. 26. p. 49. & m.s. bull. diuers. p. 116. & in annalib.

8 Paucos ante dies quam in morbum inciderer, nimirum februario ineunte in sanctorum numero collocauit B. Nicolaum Tolentinatem, qui Eremitarum S. Augustini instituta coluerat, & sacram eam familiam suis virtutibus, ac miraculorum splendore illustrauerat. Extat editum f ea de re diploma, in quo hæc memoria dignissima referuntur, puerum e morte ad vitam eius precibus reuocatum, ac trecenta miracula in vita & post mortem illius precibus diuinitus edita fuisse.

Nicolaus Tolentinus sanctorum catalogo adiectus.

f Ext. in bull. ser. an. Eug. IV. const. 23

9. &c. Non prætermittendũ videtur patratas hoc tempore res plures admirabiles in ecclesia Vvilzenacẽsi Hauelbergensis diœcesis, atque ab Eugenio proposita indulgentiarũ præmia eam tite lustraturis hac pia de causa: Cum, inquit, *sicut accepimus, dudum sexaginta annis & vltra iam decursis, in predicta ecclesia per nonnullos sacrilegos & violentes incendiarios, tunc penitus ignis voragine consumpta, tres patenæ hostiæ consecratæ, quæ pro infirmis reseruabantur in quodam corporali pro parte combusto reperta fuerint sanguine respersæ, non sine magna etiam tunc viuentium fide-*

Vvilzenacensis ecclesia miraculis illustris.

fidelium admiratione, & ob transformationem huiusmodi vt miracula in dicta ecclesia operatus sit omnipotens Deus, vt bonæ memoriæ Carolus Imperator tunc inhumanis agens, necnon Franciæ, & Angliæ, & Bohemiæ Reges, aliique duces & principes sæculares, nec non alia literata & insignes personæ in numero copioso ad dictam ecclesiam devotionis causa confluxerint, & quamplures eorum affirmarint, etiam medio iuramento se in eorum infirmitatibus omni humano destitutis subsidio, ad invocationem divini nominis offerentes se prædictam ecclesiam, ob venerationem sacramenti huiusmodi, devote visitaturos, suorum petitionum effectum fuisse consequutos effectum.

Corsica iuris pontificij.

12 Inter hæc ditionis ecclesiasticæ administrationi non defuit Eugenius; nam vt Corsos, quos supra ad Romanæ ecclesiæ imperium redactos vidimus, in officio contineret, compesceretque nonnullos, qui rebellibus cervicibus iugum detrectabant, Franciscum Angelum episcopum Feretranum summa auctoritate a se instructum, Corsicæ præfecit [a], in eademque præfectura confirmauit postea episcopum ipsum Nicolaus V. eumque Corsis pontificio nomine ius dicere iussit [b].

[a] Lib. 14. pag. 63.

[b] Nicol. 5. pag. 12.

Eugenius futuræ electioni Pontificis consulit.

Cæterum Eugenius aduersa implicitus valetudine cum morbum ingraueſcere animaduerteret, pia solicitudine æstuans, ne qua post obitum suum alendi veteris schismatis, vel noui conflandi oboriretur occasio, cum Basileenses plura de Pontifice deligendo, vbi primum pastore orbata esset Ecclesia, decreta edidissent, illa omnia rescidit: tum sacrum purpuratorum collegium successorem ex legibus a Gregorio X. & Clemente V. editis, atque in Lugdunensi & Viennensi concilijs œcumenicis confirmatis in locum suum subrogare iussit pontificio diplomate promulgato [c]. Consulturus etiam publicæ paci, ne aliqui post eius decessum tumultus Romanæ ecclesiæ injicerentur, neue Cardinales in diuersas factiones abripi se finerent, statuit [d], vt si ex eo morbo, quo laborabat, morti se occumbere contigisset, Ludouicus tit. S. Laurentij in Damaso presbyter Cardinalis omnium arcium, pontium, & stationum tum Vrbis tum ecclesiasticæ ditionis custodiæ sacri Cardinalium collegij nomine præesset, quas nouo renuntiando pontifici traditurus esset.

[c] Lib. 26. pag. 48.

[d] Ibid. p. 50.

13 Hæc decernebat grauissima pressus ægritudine Eugenius, quem prædixisse diuinitus mortem sibi imminentem, antequam in eandē ægritudinem incidederet, anonymus narrat eius vitæ scriptor patria Florentinus, cuius m. s. Ferdinandus abbas Vghellus eruditione clarus mihi præbuit, vbi plura reperiuntur, quæ vitæ sanctimonia eum excelluisse ostendunt. Tradit in primis ipsum aspectu grauissimo & macie confecto, eo tamen pulcherrimo præditum, fuisse, vt cum diebus festinis in conspectum populi se daret, spectantes pietatis sensu delibuti vix continerent lachrymas, seque adfuisse sæpius, cum illo versiculum [e] *Adiutorium nostrum in nomine Domini*; inchoante, effusi populorum diuinam opem inclamantium gemitus exaudirentur: tantam prætulisse maiestatem, vt quodammodo diuinitatis simulachrum videretur: diuinis officijs cum maximo pietatis sensu interfuisse, eodemque deliburos fuisse circumstantes Cardinales, viros vtique sapientia clarissimos, vt cœlestem hierarchiam referrent: hunc autem in victu morem tenuisse Eugenium, raro vinum bibisse, sed aquam saccharo & exiguo cinnamomo conditam, & vnico ferculo contentum fuisse, quod vrgente fame nulla stata hora afferri iubebat: contemptorem auri eximium extitisse, & nobiles Neapolitanos profugos diuini amoris inuitu sustentasse: nepotes laicos in pontificio palatio aluisse, ijsque stipendijs contentos esse iussisse, quæ alijs pontificiæ familiæ equitibus dabantur: asciuisse in cubicularios quatuor religiosos viros, duos nimirum ex ordine S. Augustini, totidemque ex monasterio S. Georgij de Alga, necnon clericum, hosque omnes excellenti pietate conspicuos, cum quibus horarias preces recitabat: in vili & aspero stamine corpus ferre solitum, incumbentemque pulvino, cum somnum abrumperet, libros perlegisse, ac propterea cubicularios ad excubias agendas certis horis dispositos fuisse: sanctitudinem cum dignitate coniunxisse profusa liberalitate vium in pauperes: Dei seruos humanissime excepisse: ita constantem, vt nullis Regum precibus ad rem minus æquam se flecti pateretur: Thomæ Cardinali, cum illum Romæ exciperet, prædixisse ipsum sibi in pontificatu successurum: labente vero decimosexto pontificatus anno quadam nocte eum ad matutinas preces repetendas consurrexisse e lecto, atque ingens suspirium ab imo duxisse pectore, nec vnos religiosos astantes illum compellere ausos; tum ipsum præcepisse vt perlectis precibus cautam suspiriorum exquirerent: quibus peractis, significauit impendere vltimam vitæ suæ metam, quandoquidem eremita, qui ipsi agenti in monasterio S. Georgij de Alga cardinalatum & pontificatum prædixerat, adiuma isset, habente decimo sexto pontificatus anno se moriturum, atque ideo si quis quippiam expeteret, posceret ab ipso antequam vitam dimitteret: deinde proxima luce claudi iussis foribus basilicæ S. Petri, descendisse in eam cum suis, ac sepulchri locum ad latus sepulchri Eugenij III. designasse; reuersum in cubiculum paulo post morbo correptum omnibus sacramentis se communiuisse. Cumque a religiosis viris cinctus esset, interrupta suspirijs voce, versoque ad eos vultu dixisse fertur: *O Gabriel, quanto magis conduxisset animæ tuæ salutī, vt nunquam cardinalatum nec pontificatum assumpsisses; sed in tuo monasterio religiosam disciplinam coluisses!* Deinde effusus in preces animam Deo reddidit. Addit auctor se in arctum collegisse eius vitam, cum de rebus memoria dignis ab ipso gestis volumen ingens conscribi potuisset.

Nepotibus solita familiarū stipendia tantum contulit.

Non desmiuit in vltæ lineæ.

Illuxit vero dies VI. Id. martias cum ad Deum migrauit, de quo S. Antoninus [a] *Demum*, inquit, *ex ea infirmitate febrili post decimum sextum fuit pontificatus annum, ætatis suæ, vt ferebatur, sexagesimum*, a pluribus alijs sexagesimus quartus enumeratur, *integro sensu atque aspectu in Domino obdormiuit anno* MCCCCXLVII. Refert apud Laurentium Surium [b] eiusdem sancti vitæ scriptor Eugenium paulo post quam inuitum illum ad Florentinum archiepiscopatum extulerat, Florentia ad Vrbem excisse, non modo vt familiari eius consuetudine vberius recreari posset, verum etiam, vt in ampliori dignitatis gradu, vt ferebat fama, virum sanctum collocaret, voluisseque, vt sibi decumbenti semper adesset, ac tandem pœnitentiæ, Eucharistiæ, extremæque vnctionis sacramenta præberet. Spreuisse illum e sepulchri magnificentiam, sed Cardinalem Franciscum nepotem suo amori magis, quam patrui modestiæ morem gessisse, testatur affixum epitaphium.

[a] S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 12. §. 17.

[b] Sur. tom. 3. die 2. maij.

Forma aspectus illius.

Abstemia fuit Eugenius.

A S. Antonino sacramentis pro cuncta.

[c] Platin. in Eug. IV.

14 Postea eius corpus ad ecclesiam canonicorum S. Saluatoris, cui in lauro nomen inditum, inter quos religiosa excultus fuerat disciplina, translatum est. Ipsum Ecclesiæ præfuisse scribunt annis quindecim, mensibus vndecim, ac die vno & viginti: renuntiatus enim fuit Romanus Pontifex V. non. martij anni MCCCXXXI. obijtque, vt diximus, VI. kal. martij huius anni. De eo cum egregia laudis commendatione meminit Æneas Syluius [d], qui fuit

Translatio corporis.

[d] Æneas in Europ. c. 53

Eius elogium.

ei a secretis. Addit hoc aliud elogium Raphael Volterranus a: *Fuit studiorum amantissimus, quotidie se in secretum a iquot horas recipiendo, vultu alioqui decoro ac venerabili, oculos in publico nunquam attollebat, vt a parente meo, qui eum sequebatur, accepi.* Complexus, quoque est eius laudes elegantí oratione Laurentius Valla b. Funebrem autem de illo laudationem habuit Thomas Cardinalis eiusdem successor c.

a Raph. Vol. antropolog. lib. 22

Oratio illi facta a Laurentio Valla.

b Laur. Valla orat ad Eug IV ext. in fine collect. Donatil.

15 Elatum ex illius obitu spe constabiliendi antipaparus Amedeum plures pseudocardinales creasse, legatosque decreuisse ad Reges, memorat Poggius Florentinus d, vt varijs promissis eos inbornaret ad disturbandam noui Pontificis creationem, sed ab vniuersis contemptum fuisse.

At eluit antipapæ artes expectationemque fauor purpuratorum fenatus: tradita enim Æneæ Sylnio cæsareo, cæterisque principum oratoribus conclauis custodiendi præfectura, cum Apostolica sedes diebus tantum decem vacua fuisset, vt antipapæ eiusque sectatoribus nouandarum rerum eriperetur occasio, pridie nonas martias comitijs in Dominicanis ædibus apud S. Mariam super Mineruam habitis, duodeuiginti numero Thomam tit. S. Susannæ presbyterum Cardinalem episcopum Bononiensem ad pontificiæ dignitatis apicem paribus animis votisque extulerunt e. Obstupuisse tanquam ad rem maxime nouam adeo Domincum Cardinalem Firmanum, vt suffragijs inspicere voluerit, refert Poggius in eiusdem Cardinalis vita: *Miraculi enim*, inquit, *loco ducebat, hominem nouum, qui anno & senis antea primatus sacerdos, & egenus fuerat, repente Pontificem creatum.* At diuinitus gesta res fuit: narratque Iannozius Manettus f illum decimo ætatis anno grauissimo morbo implicitum decubuisse, cumque anxia mater, nocturnus circa Thomam excubijs peractis, se ad somnum composuisset, nomine suo Andreolam se vocari audijt a venerando viro sacerdotalibus vestibus albis inouto, & coronam splendidissimam gestante in capite, qui tum salutem filij prædixit, tum ad magnos quosdam celsissimosque sacerdotalis dignitatis gradus iuxta diuinam præscientiam ascensurum annuit, exegitque ab ea sacramentum, daturam operam, vt opportuno tempore a filio sacerdotalia sacra susciperentur. Eugenium præterea dum videbat illi prædicatum prædixisse diximus, necnon post mortem apparuit eidem in conclaui dormienti obiecta cælesti specie, eumque pontificalibus ornamentis ac tiara decorauit, quod ostentum postridie perfectum est; postea tempus mortis ipsi præuntiasse vidimus.

c Æn. Syl. Curd in apolog ad Mart Meyn.

Gloriosissimum Friderici factum.

d Pog. suo tp. in antip.

Thomas S. Susannæ Cardinalis suffectus Eugenio.

e S Ant. p. tit. 22 c. 11. §. 17. Raph. Volater antropol. 22.

f Manet. l. 1. vit. Nic V. m. f. edition. Tat & anonym. eiusd. vit. script.

Ostensum in puericia diuinitus eius maius futurum Pontificé.

Prædictum quoque ipsi iuuenili cœlesti viso pontificatum a B. Nicolao Albergato retert Philelphus g, & ex singulari suo in B. Nicolaum studio Nicolai nomen sibi indidisse ferunt h: reuimitum vero XIX. martij pontificali infula solemni ritu scribunt plures i, a quibus nonnihil discrepant alij.

g Philelph. in vita ad loc. dict. Morelli. Venet.

h Ianoz. Manet. loc. cit.

i Panuin. in fastis Card. Baron. in scholijs & alij. 25. dec. 3. p. tit. 22 c. 11. §. 17. Manet l. 1. vit. Nicol. V. A B. Albergato Card. proiecta fuisse eius primordia.

16 De eius primordijs hæc monumentis mandauit S. Antoninus l: *Hic de Serezana vrbe*, Serezanæ conceptum & post patris Bartholomæi Peregrini professione medici mortem educatum, sed Pisis natum refert Manettus m, *infima conditionis fuit in fato, & multis laboribus fuit a puericia litteris deditus ad magnum apicem perfectæ scientiæ peruenit philosophia & theologia, doctoratus in ea. Hunc in studijs eruditum dominus Cardinalis Carbonensis propter probitatem eius, postmodum in socium & secretarium suum, & in legationibus & in curia assumpsit, facundissimus & eloquentissimus fuit, & vt studiosissimus pro bibliotheca quam Romæ ordinauit; multa millia librorum præmunit emendo & scriptores plures ad hoc de-*

putando, & vt magnificus preciosa valde ornamenta pro ecclesiæ suæ cultu diuino & pro dignitate pontificali pleraque fecit, liberalis satis fuit in erogando. Et infra: *Honesta semper fuit conuersationis etiam in moribus, animus etiam in agibilibus & circumspectus, vt singula per se etiam temporalium administrationum intelligere & disponere valeat.*

Doers Nicolai.

17 Acceptis Ecclesiæ gubernaculis Nicolaus animum eo potissimum vertit, vt schisma iam ante ab Eugenio elisum penitus deleret, atque ideo Ioannem S. Angeli diaconum Cardinalem virum præstantissimum in Germaniam legauit, vt refert Æneas Syluius a: Fridericus enim Romanorum Rex ad diem S. Margaretæ sactum, qui in XX. iulij incidit, principum conuentum apud Aschafenburgium Maguntinæ diœcesis oppidum indixerat, in quo suscepto Romanæ ecclesiæ patrocinio Germanos Nicolao vero Pontifici Eugenij successori abiecta acephalorum factione, quam neutralitatem vocabant, obsequi, ac Felicem antipapam & schismaticos Basileenses deserere iussit, cum nulla melior tollendi schismatis ratio esset, quam vero pontifici obedientiam deferre: reluctantibus vero ac peruicacibus in schismate constitutas pontificijs & cæsareis legibus pœnas proposuit. Percussa hoc fulmine schismatis & hæreseos Basileensis hydra, quæ monarchiam ecclesiasticam excudere conata erat, elanguit; nam paruere ciues Basileenses Cæsari, ac præsules & pædagogos schismaticos pepulerunt; ait enim de antipapa Gobelinus: *Concilium ex Basilea ad se vocauit, cum patres edicto Imperatoris illius deterrerentur.* Ita finibus Sabaudiæ clausum est schisma.

Conuentus Germanorum apud Aschafenburgium.

a Æn. Syl. Curd in apolog ad Mart Meyn.

Gloriosissimum Friderici factum.

Ciues Basileenses. Pellunt schismaticos.

18 Redeuntibus itaque in Ecclesiæ sinum Germanis principibus, in pertinacia adhuc obstinatus perstabat Amedeus Sabaudus pseudopontifex, ad quam intringendam Nicolaus Robertum Aquensem archiepiscopum oratorem suum in eum ex sententia ab Eugenio lata instam adhibere b seueritatem, ac Francorum Regi Carolo Amedei & sectatorum terras vi subijciendas e tradere iussit. Et quidem Rex Carolus Apostolicæ sedis dignitatem tuebatur, egregiamque in abolendo schismate operam nauabat; quo eum nomine summis ornauit laudibus nouus Pontifex d, hortatusque est, vt cœpta ad optatum exitum perduceret, nullaque ex re Dei & hominum magis gratiam collecturum, quam si Ecclesiam auguste sanctæque veneraretur, sedisque illius arrolleret apices, in qua Christus dominus vicarios suos sedere voluit: perpenderet quantam offensionem, & publicæ ruinæ periculum intulissent schismatici.

In antipapam seueritatem adhibere parat Nicolaus.

b Lib. 2. p. 13

c Ib. pag. 12

d Ib pag. 10

Francorū Rex auctoritate ad pacificendū cum antipapa instructus.

19 Nitebatur præcipue summa cum laude Carolus Amedeum & alios, qui in ea factione dignitate eminebant, ad Ecclesiæ vniuersæ pastorem perducere: cumque magni interesset, vt Rex idem idonea a Pontifice auctoritate ad pacisceudum cum Amedeo & alijs schismaticis instructus esset; Nicolaus amplissimam ipsi cum ijs, vel ipso etiam pseudopontifice de concordia eorumq; ad Ecclesiam reditu agitandi potestatem tradidit e. Tum Aquensi archiepiscopo concessit f, vt Amedeum, si Regis Francorum consilijs assentiretur, & schisma rite damnaret, censuris omnibus, quibus erat irretitus, solueret, & cardinalitiam dignitatem ac legati apostolici in omnibus sui principatus terris munus polliceretur; reliquis autem schismaticis in eodem, quem obtinebant, honoris gradu permansuros sponderet.

Francorū Rex auctoritate ad pacisceudū cum antipapa instructus.

e Ib pag. 13.

Promissa antipapæ munera pro illo ab imperatore reuocando

f Ib pag. 13

Gallorum Rex interpres concordiæ.

Lugdunensē cōuent. Quid in ijs deliberatū

g Mistr vol. 3. p. 4. Sebast. Iust. ex Guill. Paradin. l. 3. cap. 35.

20 De nanata opera superiori atque hoc anno a Francorum Rege ad extinguendum schisma plurima curarat Monstrelerus g; missis nimirum sarpius ab illo oratores Romam, Basileam, atque in Sabaudiam, tum mense nouembri superioris anni Lugdum ma-

nos

gnos præſulum cœtus coegiſſe, atque in ijs ſancitum Eugenium æque agnoſcendum Pontificem atque antequam a Baſileenſibus in iudicium eſſet vocatus: edicta vero hinc inde in ea contentione conſcripta ſtudio pacis ſilentio pratereunda; Amedeum & Baſileenſes honoribus eccleſiaſticis non dejiciendos, vt œcumenica ſynodus, redactis in concordiam omnibus, celebrari poſſet.

Addit auctor Carolum Regem hæc conſilia archiepiſcopi Aquenſis internuncij apoſtolici opera ad Eugenium, tum ad Amedeum & Baſileenſes per oratorem alium renunciaſſe: interim antequam Carolus reſponſa eliceret, Eugenium menſe februario (huius ſcilicet anni) obijſſe, inque eius locum ſuffectum Nicolaum V. Ludouico duce Sabaudiæ contendente apud Carolum non deferendam Nicolao V. vt ſummo Chriſti in terris vicario obedientiam, niſi prius cogeretur concilium: illum acceptis de noui Pontificis electione literis, ex ſapientum conſilio Nicolaum ipſum, vt antea Eugenium, Pontificem coluiſſe, conſtituiſſeque ad redintegrandam pacem incumbendum, eamque ob cauſam indixiſſe Lugduni conuentus, & ducem Sabaudiæ ac Baſileenſes commonuiſſe, vt legatos ſuos in eam vrbem mitterent: menſe itaque iulio Treuirenſem archiepiſcopum, Regis Francorum, ducis Saxoniæ, & Colonienſis archiepiſcopi electorum imperij, tum ducis Sabaudiæ & Baſileenſium atque in ijs Cardinalem Arelatenſem, necnon Angliæ & Siciliæ Regum oratores conueniſſe, ac poſt plura colloquia Amedeum adeundum, vt ad pacem ipſum vrgerent, decreuiſſe, collatiſque cum ipſo & pſeudocardinalibus ſermonibus compoſitas concordiæ formulas, quas Angliæ Regis oratores Pontifici expoſuere, indignas prorſus reſponſo, ipſumque nunquam ijs aſſenſurum dixiſſe, refert idem Monſtreletus. Vt vero aliquas admiſerit Nicolaus, alias reſpuerit, atque Amedeus pſeudopontificatu ſe abdicauerit, proximo anno dicetur.

Antipapæ conatus pro ſubornando Rege Gallo eluſi.

Iniquæ ab antipapa legis propoſitæ.

21. &c. Interea damnauit tum in Polonia Amedei factionem Vincentius archiepiſcopus Gneſnenſis, qui ab ipſo in pſeudocardinalium numerum aſcriptus fuerat, ſanioribuſque ſuſceptis conſilijs ad ſedem Apoſtolicam facinoris conſcientia ſtimulatus ſupplex confugit, veniamque petijt miſſo oratore, qui Nicolaum verum Chriſti vicarium eſſe profeſſus. Excepit illum peramanter Pontifex, ipſumque cenſuris non ſolum omnibus abſoluit, verum in Gneſnenſi etiam archiepiſcoparu confirmauit a: pariterque recepti in gratiam clerus ac populus Gneſnenſis b, quos archiepiſcopus in errorem traxerat, poſtea vero ab eodem reſipiſcens abduxerat; ac plures alij Regis Caſimiri opera cum Eccleſia conciliati ſunt. Ea ipſum vero Regem, cuius eximium erga ſedem Apoſtolicam ſtudium in pluribus enituerat, hoc anno iunio menſe diademate ſolemni pompa redimitum, teſtantur rerum Polonicarum ſcriptores d, alijque. Tum in publico procerum conuentu agitatum, Nicolaone an Felici obtemperandum eſſet, ac ſancitum vt Nicolaus creatus legibus Pontifex ac Petri ſucceſſor agnoſceretur.

Gneſnenſis archiepiſcopus Baſileenſe ſchiſma damnat. *a Ibid. p. 98.* *b Ibid. pag.* *c Ibid. p. 159. & l. 14. p. 23.*

Poloniæ Rex diademate redimitur. *d Michou. l. 4. c. 58. Gbro mer. l. 22. & alij.*

e Lib. 14. pag. 148.

Cur Iudæi a Chriſtianis tolerandi. *f Lib. 1. bull. pag. 855.*

Miſeratus Iudæorum ſortem Nicolaus hoc anno cenſores fidei in eos populum Chriſtianum concitare veruit e, quin illos potius ab irruentium iniurijs iuſſit vindicari, adducto hoc argumẽto: *Quia*, inquit, *reliquiæ ſalua fient*. Confirmatum id etiam paulo inferius hac ratione: *Quo ſpecialius ſunt in teſtimonium fidei orthodoxa reſeruati*. Quo etiam tempore edixit Hiſpanis f, ne Iudæos, qui inter ipſos degebant, ad baptiſmalia ſacra ſuſcipienda vi adigerent, neue afficerent iniurijs.

De pace reſtituenda Italiæ actũ *g S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 12. §. 1. Sabell. ennead. 10. l. 9. Facius de reb. Alfonſ. Reg. Pag. l. 7 Cornu hiſt. Med. par. 4. Plat. in Nic V. & alij.*

25 Venere g ea tempeſtate miſſi a Venetis & Florentinis oratores, qui publice ſunt profeſſi, per ipſos non ſtare quominus pax reponeretur Italiæ, & controuerſia, quæ illis cum Philippo Maria Mediolani duce erat, ſedaretur. Id cum Nicolao iucundiſſimum accidiſſet, Tibur dimiſſi ſunt, certiorem de ijs facturi Alfonſum Aragonum & Siciliæ Regem, eo ibi conſilio morantem, vt Florentinos bello peteret: qui auditis oratoribus reſpondit, nihil a ſe prætermiſſum iri, quod ad pacem conficiendam attineret. Legatis itaque a diſſentientibus partibus Ferrariam miſſis, de concordia Pontificis potiſſimum opera redintegranda agitatum eſt, ac tandem decretum, vt Philippo proponeretur, malletne quinquennales inducias cum Venetis & Florentinis inire, ita vt partorum ab ipſis poſſeſſio apud vtroſque maneret, an pacem admittere, Cremona tradita, ac receptis quæ Veneti trans Abduam occupaſſent. At dum tabellarius ea de re literas ipſi duci afferebat, ille repentino oppreſſus morbo interijt, de quo hæc S. Antoninus a: *Sicut in vita ſua & conuerſatione inciuilis & inordinatus fuit, nec Deum timens nec homines verens, ita in morte ſine ſacramentis decedens, vt animal bruturn; quinimo, cum & medicus eius hortaretur eum, ſed modo humano, ad confeſſionem; vt ex medela ſpirituali magis proficeret corpori materiali, ille torno oculo illum reſpiciens omnino tacuit: ſed recedenti inde ſibi mandari fecit, vt amplius non viſitaret eum.* Ferunt Philippum Mariam alto faſtu turgidum prope coegiſſe eos, qui in poteſtate ſua erant, ad deferendos ſibi honores humano faſtigio anguſtiores: de quo a B. Bernardino Senenſi increpitus ſit, nec ferentem ſancti viri libertatem illum fraudibus circumuenire conatum, at contrario exitu, vti memorat eiuſdem S. Bernardini vitæ auctor b: Cum enim ſubmiſſo poculo nummis aureis pleno eius integritatem tentaſſet, vir ſanctus in pauperes ob æs alienum carcere incluſos omne illud aurum effudit, & calumniæ ora obſtruxit, adeo vt ob illud facinus ab ipſo Philippo duce commendatus ſit.

Philippi Mariæ mors.

Sacramenta excipere abnuit. *a S. Ant ib. c. 11. §. 17.*

b Vit. S. Bernard. apud Sur. 20. maij.

26. Verum ad Nicolaum Pontificem reuertamur, qui non modo pacem inter Italiæ principes, ſed inter alios etiam conciliare niſus eſt, vt arma Chriſtiano tincta cruore aduerſus barbaros verterent; coorto enim bello inter Fridericum Cæſarem & Hungaros, qui ab ipſo Ladislaum regem puerum repetebant, impetrauit inducias, moxque illi ſedi Apoſtolicæ obſequentes armis temperarunt, legatum pontificium, a quo controuerſia dirimeretur præſtolaturi. Ea prouincia data eſt a Nicolao c, Ioanni S. Angeli diacono Cardinali, adiectaque mandata, vt omni ſtudio ad componendam diſcordiam incumberet, cum id bellum rei Chriſtianæ maximum damnum eſſet allaturum, quandoquidem Hungari a Friderico bello periti Turcicam oppugnationem ægre ſuſtinere poſſent.

Orta inter Cæſarem & Hungaros diſcordia.

c Lib. 14. p. 7.

27. 28 Nec deſinit d apoſtolico moneri Nicolaus, vt Græcos in Eccleſiæ gremio contineret. At illi priora in Latinos concepta odia aluerunt, de quibus iuſtas haſce mœſtaſque querelas expromſit Gennadius e: *Latini Græcos diligebant, & optabant eum eis vniri.* Et infra: *Græci vero ex eo tempore & hunc vſque non deſinunt omnem lapidem aduerſus Latinos mouere, & fanda & nefanda contra ipſos euomere, neque Dei timor neque diuturna conſenſio, neque ſynodus œcumenica, neque veritas ipſa potuit illis perſuadere, vt ad bonam frugem conuerterentur.* Qui etiam extra Conſtantinopolim agebant in tanta obduruere pertinacia, vt varijs ſubornare mendacijs contenderent veteres Græcorum errores in Florentino concilio non fuiſſe damnatos, immo Latinos ijs aſſenſiſſe. Armenij etiam plures, qui in Cypro

d Pal. reg. bull. Eugen.

e Gennad. patriarch. in ſuo orat. adſcripſe Græci vetera in Latinos alunt odia.

& aliis insulis Latinorum imperio obnoxijs degebant decreta de instaurata in eadem synodo coniunctione suscipere decrectarunt, in quos legum seueritas iussa est adhiberi.

B. Coletæ sanctimonia horet. *a Mirac. nat. SS Belgij & Germ. Ferrar. mss Catal. 6 mar. Vvaddingh hoc ann. n. 41. b Nid. l. 4 cap. 4.*

29 Claudimus hunc annum felici obitu B. Coletæ a, quæ secundum ordinem sanctimonialium S. Francisci in pristinum sanctitatis splendorem reuocauit, auxitque; de qua Ioannes Nider b hoc admirabile exemplum refert: *Erat tunc quidam vir dissolutus valde, minus quodammodo & seculator multorum, qui hac intuens in medium pressura se fortassis iocum & solatium videntibus faceret, flando vocem virginis sanctæ, ita ait: O domina, si tanta sanctitatis es, quanta reputaris ab hoc populo, me sicut cæteros velis virum deuotum facere Deo: cumque virgo huius hominis dissolutionem conspiceret, misericordia mota & compassione, eleuatis in cælum luminibus pariter & manibus sic orare breuiter & aperte cæpit: Deus, qui omnia potes, dignetur te tibi fidelem facere famulum. Quæ pura & sincera oratio tam fuit apud omnipotentem valida, vt ille mox diuina inspiratus gratia & immutatus de verba genuflexus abscederet, mundum relinqueret & factus eius, nam statim ad reformatum locum fratrum ordinis Minorum arctissime reformatorum cucurrit, peccata quibus animam veluti humoribus malis fœdauerat confessus est, pœnitentiam suscepit, & ordinis frater effectus est: in quo procul dubio maius miraculum factum est, quam si corporaliter defunctus resuscitari per virginem meruisset.* Fuit illa prophetiæ dono clarissima, atque in vita ac post mortem multis effulsit miraculis, tum ex illius exinctæ corpore suauissimus odor illibatæ virginitatis testis effluxit.

Eius precibus petulans iuuenis diuinitus conuersus.

Odor suauissimus virginitatis testis.

Indict. 11.

IESV CHRISTI
Annus 1448.

NICOLAI PP.V. FRIDERICI III. ROM. REGIS 9. annus 2. IO:VII. PALÆOLOGI IMP. OR. 25.

1 ECclesiæ Dei plurium schismaticorum in eius redeuntium sinum accessione tantus felixque fuit is annus: Basilea enim, quæ etiam tum schismatis officina, hostiumque Romanæ ecclesiæ arx & latebra extiterat, ex impietate emersit, & admissi sceleris veniam petituri Fridericus vrbis illius episcopus, clerus, ac populus vniuersus, diuinæ misericordiæ radijs collustrati, ad sedem Apostolicam miserè oratorem, qui publicæ Nicolao V. vt vero & non ambiguo Pontifici omnium nomine in celeberrimo Cardinalium & præsulum cœtu obedientiam detulit. Maximas ideo Pontifex ingenti gaudio affectus Deo gratias egit, ipsosque omnibus censuris solutos Ecclesiæ conciliauit; tum interdictum ecclesiasticum, quo Basilea perenni fuerat, sustulit, edito de tanta re publico diplomate c exarato mense Iulio.

Clerus populusque Basileenses veniã schismatis poscunt.

c Lib. 11. n. 3

2 Quo etiam mense ingressos Vrbem magnificentissimo apparatu Caroli Francorum, ac Renati Siciliæ Regum, & Delphini Viennensis oratores, cum iam Anglici abijssent, refert Monstreletus d; ac post præstitum solemni Nicolao vt vero Christi vicario principum obsequia, de Felice antipapa & sectatoribus ad Ecclesiam catholicam reducendis egisse, confectaque cum illo apud Gebennam pactione ea potiuisse, quarum aliquæ a Nicolao expostea probatæ admissæ fuerunt; cumque commodissimis Amedeo concordiæ leges obtruissent, Lausannam se contulisse, ac persuasisse ei, vt pontificalibus insignibus Ecclesiæ pacem restitueret. Vt vero repugnarit aliquandiu, & ampliora commoda venatus antipapatu, celebrata Lausanæ synodo, se abdicarit, proximo anno dicetur.

d Mstrel. 3. p. 5. Salua hist. ex Gaill. Paradin. l. 3 c. 58.

Galli oratores de pace eccles. agunt.

Amedeum officij admonent.

3. 4 Sub hæc tempora, compositis Germaniæ rebus, Ioannes Cardinalis Boemiam Nicolai Pontificis iussu petijt, vt religionem improbitate Hussitarum collapsam in pristinum statum ac splendorem restitueret, iuraque ecclesiarum præteritis labefactata temporibus asereret. Administrabat tum regiam Boemicam Mainardus auctoritate & opibus florentissimus inter suos, fideique catholicæ studio insignis. Exceptus itaque ab eo & a Pragensibus vltro obuiam effusis legatus honorificentissime dominicæ ascensionis pernigilio, vt refert Ioannes Coclæus a. Agebantur tunc Pragæ solemnes ordinum regni conuentus pro regni statu componendo, creandoque Rege, postulatumque ab eodem legato est, vt conuenta antea, quæ compactata vocabant, rata haberet confirmaretque; tum vt Ioannem Rokyzanam archiepiscopum Pragensem a legatis Basileensibus designatum ecclesiæ Pragensi præficeret, atque auctoritate apostolica sacris pontificalibus initiandum curaret. Periclitabatur religio si Boemorum postulata admitterentur, nam & Hussitæ compactatis aburebantur, & Rokyzana eorum vexillifer erat perfidia & impietate conuaminatissimus, qui antea a Sigismundo Imperatore in exilium electus, post Alberti Regis obitum reductus fuerat. Distulit itaque ad hæc respondere legatus. Habita vero oratione Boemos ipsos est adhortatus, ne Ladislaum paterno regno priuarent, ingentiaque mala, quæ inde manare possent, proposuit, vtque Pragensi archiepiscopatui vsurpata vectigalia ac prædia restituerent. Habito consilio, Boemi respondere partim Sigismundum Regem periculosissimorum bellorum temporibus, partim antea Conradum Vvestphalum archiepiscopum prædia ecclesiastica & census distraxisse, vt iam illa a possessoribus repetere difficillima res foret: non defuturas vero opes archiepiscopo ad vitam ac dignitatem sustentandam, eique honorifice consultum iri. Cum autem impensius instarent, vt vetera conuenta firmarentur, & Ioanni Rochyzanæ Pragensis committeretur ecclesia, iterum legatus rem extraxit.

Ioannis Cardinalis in Boemiam aduentus.

a Cocl. hist. Huss. l. 10. in princip. Quæ ab ipso postulata.

Abusi Boemi patientibus.

5 *Vir prudentissimus*, inquit Coclæus, *non poterat illis condescendere circa compactata, quæ nequaquam ipsi seruabant; & longe aliter ijs vtebantur, quam a concilio Basileensi acceperant, vti ostensum est supra, & minime licebat sedis Apostolicæ legato Ioannem Rokyzanam publicum ecclesiæ Romanæ hostem & manifestum hæreticum in archiepiscopum consecrare, ac tam dirum atque ferum lupum fidelibus Christi vnicalis præficere.* Subdit auctor digresso Praga legato Hussitas expectatione sua delusos aduersus Mainardum, de quo paulo ante meminimus, coniurasse, ac Podiebratio vrbem prodicione tradidisse non sine magna catholicorum strage, Mainardumque captiuum abductum haud ita multo post defunctum esse: ex qua funesta rerum conuersione Rochyzana elatus potestatem iusque Pragensis archiepiscopi sibi arrogauit. Hæc pluribus Coclæus, de ante ipsum Æneas Syluius b.

Oppresso Mainardo Podiebratius Praga potitus.

b Æn. Sylu. hist. Boem. cap. 42.

Dum Ioannes Caruaialis Cardinalis apostolicæ sedis legatus Pragæ morabatur, accidit quod narrat Iacobus Cardinalis Papiensis c: *a Rochezana hæresiarcha gentis in publicam de fide disputationem vocatus, ac diffidere in tanta expectatione Romano dogmati videretur, assensit: cumque ad diem dictam in magno regni conuentu vterque fuisset, prior Rochezana ab his verbis disputationem orsus, videlicet: Æterni Patris Verbum. Offendens statim Deo maligna mentis tenebras pregredi vltra non valuit, ac statim obticuit, assumente iterum*

c Card. Papien. in comm. sub fin.

Rochizane diuinitus obmutescit

os tertio ex longis semper intervallis idem orationis initium, iterum coactus eli obmutescere. Cum vero stuperet, iam confessus omnis, prosuratorque ob confusionem agre consisteret, laso vultu Ioannes silentium eius excipiens, idemque initium repetens tanta mansuetudine spiritusque differendo peregit reliqua, vt plerique diuinum opus mirati, posito errore, ad sanitatem redierint, promissumque diuini Saluatoris manifeste cognouerit aientis fidelibus suis: Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri.

Adornata ab Huniade in Turcas expeditio.

6 Inter hæc Ioannes Huniades qui publicam in Hungaria rem administrabat, sacram aduersus Turcas ad vindicandas in libertatem finitimas prouincias expeditionem adornare est aggressus: cuius pia consilia vt facilius ad optatum exitum perducerentur, Pontifex publicis literis Christifideles ad profrendam sacram militiam solicitauit a, proficturique diuina præmia spopondit.

a *Lib. 4. pag. 159.*

Huniadis in Turcas irruptio. b *Bonfin. dec 3. l. 7. Thuroc. Hung. c. 46. & 47. Mysiæ de. spota Turcis adhæret. Triduana pugna commissa, Triginta quatuor millia Turcarum cæsa*

7. &c. Eductu ab Huniade hoc anno ex Hungaria exercitum, in quo conscripta erant viginti duo militum millia vna cum Hungaricæ nobilitatis flore, narrat Bonfinius b, ac per Daciam in Mysiam descendisse, solicitasseq; eius prouinciæ despotam, vt armorum fœdus cum Christianis iungeret; hunc vero præstitisse Christianæ rei amicitiam Amuratis, & Turcam progressus Hungarorum certiorem fecisse: concurrisse denique ambos Christianorum ac barbarorum exercitus in campo Merulæ antequam Scanderbegus Macedoniæ princeps castra cum nostris coniungere posset, ac triduum cruentissimam pugnam tenuisse: deniq; Amuratem, qui octoginta millia militum adduxerat, victoriam adeptum, sed cruentam valde, cum triginta quatuor millia ex suis amiserit: Christianorum vero octo tantum millia cæsa referantur: de quibus hæc tradit Æneas Syluius c: *Quamquam virtute præstarent, numero tamen superati non tam victi, quam compulsi fuere cedere.* Ex ea clade fuga lapsus Huniades, multis laboribus & periculis superatis in Pannoniam se recepit. Immisit etiam in Macedoniam Amurates Mustapham ducem, quem a Scanderbego profligatum narrat Marinus Barletius d: *Cæsa*, inquit, *ex hostibus referunt decem millia, captos* LXXXII. *signa militaria* XV. *Castra quoque non ignobili præda ditarunt milites.* Inter captiuos fuit idem Mustapha, cum alijs duodecim satrapis. Tum late ex hostili agro abactæ prædæ, quibus attritus Amurates non iam in Scanderbegum duces mittere, sed eam expeditionem ipsemet conficere decreuit.

c *Æn. Syl. hist. de Bur. c. 6.*

Victi numero non virtute Christiani.

d *Marin. Barlet. 6.*

Mustapha a Scanderbegh captus.

S. Barbara filii deuotum miraculo iuuat

11. Hoc anno apud Barauos ciuis Gorcomensis septuagenarius toto corpore ambustus ope S. Barbaræ, cuius precibus apud Deum se commendarat, diuino beneficio tandiu vitam duxit integris sensibus donec sacramentis muniretur, vt Theodoricus Paulus Gorcomensis sacerdos historiæ mandauit, atque hæc addidit: *Ne de miraculi adhuc veritate quis dubitaret, aut quod diuina erat miserationis, natura aut fortuna adscriberet, rogabat honestissimos quosque vtriusque sexus sensus, vt accederent, & exploratis visu, tactuque probatis singulis & membris & locis discerent, non virtutis humanæ, quod vineret, sed potestatis esse diuinæ. Accedentibus ad lectum multis & cum trepidatione tangentibus: Non sentio, inquit, vestro ex tactu lesionem, tangite securi adusta membra, & hiantia vulnera & corporis rimas, quoniam gloriam Dei loquuntur, etiam oculis explorate, videbitis quidem combusta ac pramarcua vulnia, nec sine admirabili Dei virtute mihi adesse vitam. Ad hæc humana curiositate permoti cum multi omnia lustrassent, Dei omnipotentiam, & S. Barbaræ merita benedixerunt, &c.*

IESV CHRISTI annus 1449. Indict. 12.

NICOLAI PP.V. FRIDERICI III. ROM. REGIS 10 annus 3. IO:VII. PALÆOLOGI IMP. OR. 25.

1. &c. SVblatum feliciter, extinctumque est penitus Basileense schisma, Amedeo Sabaudo, qui pontificia insignia inuaserat, illa demum partim precibus principum, partim minis & metu Sabaudiæ amittendæ, ac meliorum desperatione, quod sui in sinum Ecclesiæ se conferrent, in conciliabulo Lausanenti abijciente, ac Nicolao legitimo Pontifici, vt Christi vicario, confectis publicis monumentis a pium obsequium deferente; quæ paucis verbis complectuntur Gobelinus b, & Æneas Syluius c, eaque Monstreletus d accuratius Gallico sermone describit. Qua perfecta re decreto Nicolai V. Amedeus ecclesiasticis censuris absolutus legatus pontificius in vniuersa Sabaudia pronuntiatus est, pariterque episcopi nouatores, qui conciliabulum Basileæ Lausanam transtulerant, semper in Nicolai Pontificis obsequio ac fide se futuros spoponderunt, conciliumque in tot annos improbe extractum dimiserunt: Gallici vero oratores regressi Romam cum apostolica diplomata, quibus omnia gesta confirmabantur, impetrassent, Lausanam ea pertulere.

Basileensis schismatis abortus.

a *Ex. apud Nic. V. l. 18 epist. secr. p. 431. & in annalib.*

b *Gobelin in comm. Pij II l. 7.*

Amedeus antipapa proliretur Nicolaum esse verum Pontificē.

c *Æn. Syl. hist. Bas. p. 42.*

d *Monstrel. vol. 3. pag. 6*

Amedeus Ecclesiæ reconciliatus

Pseudocardinales Basileenses Nicolaum deligunt sine ratione iuris

e *Ibid. p. 432.*

f *Ext. apud Nic. V. l. 18 ep. sec. p. 433 & in verbali diuers. eiusd. Nicol. pag. 144.*

g *Apud Nic V. l. 18 epist. secr. p. 431.*

5. 6 Tum præsules in conuentu Lausanensi congregati, ne propagaretur amplius Basileense schisma, vel aliqui alium ad excitandos nouos motus in Amedei locum subrogarent, per fictionem iuris, ac si post Amedei ipsius abdicationem sedes Apostolica vacua esset, in Nicolaum V. suffragia tulere e, eique se parituros spopondere interposito decreto f, cui hunc titulum præfixere: *Sacrosancta generalis synodus Lausanensis in spiritu Sancto legitime congregata, vniuersalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.* Denique vt netario schismati finis imponeretur, præsules Lausanenses conciliabuli promulgarunt g vnicum tantum Pontificem esse posse, Christi vices in terris gerentem, & Basileensem synodum Lausanam translatam ab ipsis solutam fuisse. Petro Amedeus abdicatione bene vsus, Ripaliam reuersus cœlestium rerum contemplationi se addixit, de cuius pio obitu alibi dicetur. Interea confirmandæ in Ecclesia pacis studio ductus Nicolaus omnia gesta & concessa ab Amedeo hominibus ac locis, quæ ipsi vt Pontifici concessionis tempore obtemperabant, assentiente sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium collegio, rata firmaque esse iussit.

Pseudocardinales veris Cardinalibus ascripti.

h *Steph. Infess. f. Vat hoc ann.*

7 Quod spectat ad Amedei pseudocardinales non venisse cum ipsis ad pactionem vitam Nicolaum, refert Stephanus infessura h, sed voluisse, vt pontificio arbitrio se permitterent: neque ij sua expectatione delusi fuere, vsus enim est in eos clementia, ac nonnullos ab Amedeo purpura male donatos XIII. kal. ianuarij in Cardinalium collegium cooptauit, nimirum Ioannem Arsium de Artus archiepiscopum Tarantasiensem, Ludouicum de Vvarambone episcopū Maurianensem, & Guillelmum Hugonis de Sagno archidiaconum Metensem Gallos, quorum alteri SS. Nerei & Achillei, alteri S. Anastasiæ, tertio S. Sabinæ titulos attribuit, permisitque vt sedes ac sacerdotia antea parta retinerent, vt diplomata ad singulos data patefaciunt i.

i *Lib 27 pag 33. & 34. l Æn. Syl. hist. de Bur. cap. 42.*

8 Restituit etiam Nicolaus l eidem purpuratorum collegio Ludouicum Alamannum Arelatensem nuncupatum, antea ab Eugenio cardinalatus honore depulsum. Reliqui antipapæ pseudocardinales vel interierant, vel sponte se abdicarunt. Cum de Cardina-

dinalibus inſtituta ſit narratio, addimus miſſum hoc anno Sbigneo epiſcopo Cracouienſi pileum purpureum a præcipuum cardinalatus inſigne, cum Eugenius eam illi dignitatem contuliſſet, ac Nicolaus confirmaſſet, vt ipſe teſtatur b. Extracta vero res fuerat Caſimiri Regis Poloniæ rogatu, ne aliqua offenſio oboriretur, cum Gneſnenſi archiepiſcopo ſixum eſſet honoris gradu Cracouienſi epiſcopo coniunctam cardinalatus dignitatem habenti in publicis conuentibus non cedere. Quam controuerſiam ita diremit Nicolaus c, vt in publicis ordinum regni cœtibus Gneſnenſis archiepiſcopus prior ſententiam, pronunciaret, deinde ſuo loco Cracouienſis diceret: ob cardinalitiæ vero dignitatis apices principem ac honorificentiorem ſedem teneret. De inſignibus cardinalitijs Sbigneo epiſcopo Cracouienſi a Nicolao hoc anno miſſis meminit Cromerus, additq; d, non propterea ſedata diſſidia; cum enim ordinū comitia Petricouienſia celebranda eſſent, Vladislaus archiepiſcopus cum multis proceribus cœtu diſceſſit, ne locum principem amiſiſſe videretur: habitus tamen ab Rege ijs abientibus conuentus; qua de re illi poſtea conqueſti iterum contendere ab eodem Rege, vt archiepiſcopus principem locum teneret: *Sed negauit*, inquit auctor, *Rex id ſibi in manu eſſe: quando ſic viſum Pontifici, auctoritati eius ſtare oportere*. At de ijs hactenus; nunc reliqua proſequamur.

a Cromer. l. 21.

b Lib. 5. epiſt. ſecr. p. 203.

Gneſnenſis archiepiſcopus Cracouienſi epiſcopo Cardinali cedere abnegat.

c Ibid.

d Cromer. l. 22.

Gneſnenſis archiepiſcopi oblocutor pontificio iudicio

Scandum illi Rex de genuit.

9 Non modo in excindendo ſchiſmate, verum in tuenda illibata fide atque ab impiorum erroribus vindicanda ſolicitam curam poſuit Nicolaus. Cum enim ineunte pontificatu ſuo Manichæorum ſectam repullulaſſe in Boſna ac late graſſari accepiſſet, Thomam epiſcopum Pharenſem, cuius opera Stephanus Thomas Boſnæ Rex iam ante ad fidem orthodoxam traductus fuerat, ampliſſima fretum auctoritate eo legauit; qui poſtea Romam reuerſus Pontifici ſignificauit, oſtenditque manichæam luem adeo regiones illas infeciſſe, vt ad eam abolendam ferro opus eſſet: quocirca Nicolaus eidem epiſcopo gerendæ legationis munere iterum auctо poteſtatem dedit e, vt Chriſti cultores ad capeſſenda aduerſus contumaces hæreticos arma concitaret, iiſque ampliſſima indulgentiarum præmia largiretur.

Manichæa hæreſis reſtrudeſcit in Boſna.

e Lib. 24. pag. 96.

10 Ingentem hoc anno f in expeditionem reduxit exercitum Amurates Turcarum Imperator aduerſus Macedones, oppugnauitque g tum promiſſis, tum terrore, & omni conatu Sterigradenſem arcem, dum Scanderbegus ſeptem equitum tribuſque peditum millibus ſtipatus pluribus prælijs hoſtes in inſidias pellectos attriuit. Ioannem Huniadem quoque irrupiſſe cum Hungaris & Boemis in Turcicum imperium, atque in Triballis maximam cladem Amurati XV. kal. nouembris intuliſſe, florentiſſimamque victoriam tuliſſe relaturum niſi Vvalachi ad Amuratem turpiter deſciſcent, teſtatur Franciſcus Philelphus h.

f Marin. Barlet. l. 4.

g Marin. Barlet. l. 5.

Huniades in Turcam irrumpit. Valachi deſciuut ad Amuratem

h Philelph. in fi. ad Car. Rege Franc.

11 Hoc anno die vltima octobris obijt Ioannes Palæologus, vt refert Georgius Phrantzæ i. Addit deinde delatum imperium fuiſſe Conſtantino fratrum Palæologi ſuperſtitum natu maximo. Ex quo corrigendus error eſt recentiorum Latinorum, qui mortem Palæologi ad præcedens biennium retulerunt.

Obitus Palæologi Imperatoris.

i Phranza l. 3. in fin. c. 19.

12 &c. Porro Fabrianum ſe contulerat Nicolaus purioris aeris captandi gratia, cum peſtis Romæ ſeuiret, vt narrat Iamozius Manettus l in eius vita; aitque ipſum in eo ith nere Tolentini ſubſtitiſſe, cum febri acuta laboraret; dum vero dormiebat, noctu per cœleſtem ſpeciem ei apparuiſſe Eugenium IV. ac prædixiſſe ipſum conualiturum ex eo morbo, ſed octauo pontificatus anno moriturum, idque Nicolaum hilari vultu poſtero die Bauerio medico indicaſſe, qui hæc poſtea retulerit.

Accedit Conſtantinus ſenex. Iannot. Manetti l. 2. Nicolao Tolentini febricitati Eugenius IV. iam defuncto moriturū prædixit.

l Iannot. Manetti l. 2. in vita Nic. V.

13 Principio autem anni annum iubileum proximo celebrandum apoſtolicis literis indixit Pontifex, quibus Clementis VI. & Gregorij XI. diplomata eadem de re rata habuit, eoſque imitatus ampliſſima indulgentiarum præmia ijs propoſuit, qui ſacra exhomologeſi animas expiaſſent, & quatuor patriarchales Vrbis baſilicas modo ab anteceſſoribus præſcripto piè luſtraſſent. Extant ipſius eo argumento literæ a ineunte hoc anno exaratæ. Quo vero liber tutuſq; aditus ex tota Europa ad Vrbem pateret, tradunt nonnulli B Nicolaum operam dediſſe, vt Italiæ in arma concitatæ motus compeſceret, pacemque inter principes conciliaret.

Indicit iubilæum annum.

a Lib. 24. pag. 106.

b Plat. in Nicol. V.

16 Hoc anno violatæ ſunt ab Anglis induciæ, quas cum Francis pepigerant, intercepto in Normaniæ limite oppido Britonum ducis imperio obnoxio, cui Fugeræ nomen eſt, atque rapinis, cædibuſque ciuium, & matronarum ſtupris, templorum protanatione ac direptione funeſtato. Querentibus de tot tantiſque flagitijs Britone & Rege Franco, Anglus illa damnauit: verum vt damna ſarcirentur, reique plecterentur adduci nunquam potuit: quapropter, decretum a Franco in Anglos bellum, quo illi pro oppidulo inique occupato ampliſſimas vrbes ac prouincias amiſere. In Anglia etiam afflictæ admodum eorum res fuerunt; ſiquidem & Londini aduerſus regios adminiſtros excitatæ ſunt turbæ c: cumque Salisberienſis dux geminam expeditionem confeciſſet in Scotos, ab ijs, quamuis numero impariibus, ita attritus eſt, vt viginti Anglorum & eo amplius millia ferro confoſſa interierint d.

Violatæ ab Anglis induciæ.

Iniuſtæ vnius oppiduli cupidine amiſſæ ampliſſimæ prouinciæ.

c Pag. 7.

Anglia bello inteſtino attrita.

d Pag. 11.

IESV CHRISTI
Annus 1450.

Indict. 13.

NICOLAI PP.V. FRIDERICI III. ROM. REGIS 11. annus 4. CONSTANTINI X. IMP. OR. 1.

1 ANno huius ſæculi quinquageſimo maximi populorum concurſus ex toto Chriſtiano orbe mira frequentia pietatis ac religionis ſtudio in Vrbem facti ſunt; de quibus S. Antoninus hæc verba hiſtoriæ mandauit e: *In anno* MCCCCL. *celebratus fuit iubileus ſub Nicolao Pontifice Vrbis prius prænuntiatus & publicatus ſolemniter cum indulgentia plenaria viſitantibus eccleſias Vrbis quatuor ſcilicet S. Ioannis Lateranenſis, S. Petri & S. Pauli & S. Mariæ maioris, certis diebus determinatis pœnitentibus & confeſſis certo modo & forma: ad quam conſequendam conuenerunt ex omni natione quæ ſub cœlo eſt fidelium plurimi mares, & fœminæ.* Confirmat hæc Iannozius Manettus f in vita Nicolai V. *Tanta*, inquit, *Pannonum, Germanorum, Cimbrorum, Britannorum, Gallorum, Hiſpanorum, Celtiberorum, Portugalenſium, Græcorum, Dalmatarum, Italorum cæterorumque Chriſtianorum populorum, vt omnes vno verbo ſummatim comprehendamus, cæterna quotidie confluebant, vt concurrentium congregatio cuiuslibet menſis dimidio per arbitriū deſignato in ſtuporem admirationemque procederet.* At funeſtum illud & lugubre contigit g, quod plures ſcribunt, vt cum populi multitudo viſa Saluatoris imagine, quam ille in Veronicæ linteo diuinitus olim impreſſit, ad Vrbis interiora rediret per Ælium pontem, alijque obuiam facti qui ad baſilicam eandem viſendi ſtudio contendebant, reuertentes propellerent, tumultu exorto adeo ſeſe mutuo compreſſere, vt ad ducentos & amplius

Inſignis iubilæi anni celebritas.

e S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 13. §. 3.

f Manett. l. 2. in vita Nic. V.

g Steph. Infeſſ. in bib. Vat. bocan. S. Antonin & Plat. vit. ſup. Ann. Sabell. Enn. c. 8. & alij.

Multitudo in ponte Ælio oppreſſa.

amplius elisi & examinati in ponte, ac plures etiam in Tyberim lapsi submersique fuerint. Affectum ob id magno dolore Pontificem quasdam domunculas, quæ angustiorem ad pontem viam fecerant, euerti iussisse tradunt a, totumque fere annum in solemnijs ecclesiasticis peragendis transegisse, stationesque sacras vna cum Cardinalium cœtu quotidie celebrasse testatur Baptista Platina b.

a Manett. vbi sup.

b Plat. in Nicol V. c5. Ant sup. c.12 §. 3. tit.29. c.5.

23 *Eodem anno iubileo*, inquit S. Antoninus c, *qui est quinquagesimus supra* MCCCC. *Romæ celebrato capitulo generali ordinis Minorum in festo Pentecostes, frater Bernardinus de Senis oriundus, eiusdem ordinis prædicator egregius & fructuosus, qui per ciuitates & castella totius Tusciæ & Longobardiæ discurrerat, euangelizando quotidie, & verbum Dei vbique seminando cum maximo concursu auditorum, tandem in ciuitate Aquilana in Domino requiescens adscriptus fuit catalogo sanctorum cum magna solemnitate per Nicolaum Papam post discussionem & approbationem vitæ suæ, ac consensum Cardinalium & aliorum prælatorum, ad requisitionem & supplicationem multorum principum & prælatorum.* Extat de consecrata eiusdem S. Bernardini memoria pontificium diploma, in quo de miraculis locutus ait: *Si singula recensenda essent, vix possent magnis libris inseri.*

c Antonin. part. 3. tit. 23. c. 5.

Conseruata D. Bernardini memoria.

Duo sancti tate illustres hanc actionem promouere

4 Interfuit huic celebritati B. Ioannes Capistranensis, qui vicaria cum præfectura toti Minoritarum obseruantium ordini præerat, quique strenuam impendit operam, vt sanctorum honores. B. Bernardino decernerentur, ac postea stupendis miraculis, vt testatur Casimirus Poloniæ Rex in literis, de quibus inferius mentio fiet, plurimos e vitijs ad pietatem erexit. Adfuit quoque B. Didacus, qui obtinendæ amplissimæ noxarum indulgentiæ causa in Vrbem venerat. Collegisse ex piorum donarijs ac vectigalibus ob multitudinem populorum ingentes opes Nicolaum, easque in pia opera summa cum liberalitatis laude impendisse, refert Manetus d.

d Manet. l. 2 vitæ Nic. V.

5. &c. Excurrente eodem iubileo anno in Vrbem se contulit Æneas Syluius vna cum alijs duobus oratoribus a Friderico Romanorum Rege ad celebrandum illius nomine cum Leonora Lusitani Regis sorore matrimonium missus Neapolim, quo legati Lusitani pariter conuenerunt. Perfectaque re coram Alfonso Aragonum Rege Leonoræ auunculo, Cardinale Morinensi, alijsque principibus viris, Æneas subinde Romam reuersus in publico consistorio pactas inter Fridericum & Leonoram nuptias vulgauit, annoque insequenti Cæsarem ipsum ad suscipienda e manibus pontificijs imperij insignia in Italiam venturum significauit; tum concilium, quod Galli celebrandum in Gallijs vrgebant, dissuasit: dumque in Germaniam reuertebatur a Pontifice ipsius absentis memore e Tergestina sede ad Senensem traductus est; de quibus pluribus agit Gobelinus e, addítque Æneam apud Nicolaum perfecisse, vt prædictus B. Ioannes Capistranensis in Germaniam ad propagandam Franciscanam disciplinam mitteretur, tum etiam agitasse cum Florentinis, Bononiensibus, marchione Atestino, ac Venetis, vt Friderico ad imperatorium diadema accipiendum venturo tutum iter præberent.

Æneas Syl uius hortatur Nicolaum ne concilium in Gallijs celebret.

e Gobelin. in comm. lib. 1. Efficit, vt B. Ioannes Capistrano in Germaniã mittatur.

15 Inter hæc Amurates Turcarum Rex hoc anno occasionem ex Hungariæ turbis nactus, in Epirum vires Turcicas effudit f, & Croiæ mœnibus a Scanderbego propulsatus octo millia lectissimorum militum amisit. Ex cuius ignominiæ dolore, & bellicis laboribus, ac senio in morbum incidit, ac sub Croiæ mœnibus crudelem animam efflauit, conquestus sub ignobilis castelli mœnibus & oculis pudendi hostis partas de Hungaris & Græcis victorias se labefactasse: atque ita Croiæ obsidio soluta est. Rerum

f Marian. Rapic. l. 6. Croia ab Amurate obsessa. Amuratis mors.

Georgius Phrantzes a tyranni Amuratis obitum in annum sequentem, eumque apoplexiam ex nimio vino contraxisse tradit: verum ex literis Francisci Philelphi b ad Francorum Regem datis ineunte proximo anno eius obitus famam increbuisse in occidente constat.

a Phrantz. lib. 3. c. 1.

b Philel. l. 8.

16 Successit ei in imperio Mahometes II. qui nemulos pateretur, carnificinam & crudelitatem in Christianos adhibendam a fraterna cæde auspicatus est, vt narrat idem Philelphus c; addítque conquerente nouerca de flagitio respondisse ignorare ipsam non posse consuetudinem Ottomanorum principum reliquis cæsis vnum relinquendi in Regem: ne tamen illi negaret solatiũ aliquod Mosem administrũ crudelitatis, qui Thursunem eius filiũ in cunis occiderat, illi laniandum permisisse; tum subijcit: *Quem efferata mulier vt accepit, cultellulo, qui ei pendebat e zona, pectus miseri hominis frustra domini opem atque auxilium, qui coram aderat implorantis, ad cor vsque transfigit, nibiloque cunctata latus dexterum eadem furoris immanitate aperit, iecur abscissum eruit, datque canibus dilacerandum, &c.* Tum subdit de Mahometi moribus ambitiosis: *Libenter audit, quæ de Alexandro Macedonum Rege literarum monumentis mandata sunt, sed ea probat & sequitur, quæ furarum aliquem, & libidinem præferunt.* Aspirasse illum ad Alexandri gloriam excisis duobus imperijs & pluribus regnis suo loco dicetur.

Mahometes Amurati succedit in imperio

c Philel. l. 11 epist 1.

17. 18 Præbuit nonulla de suscipiendo in Mahometanos bello signa. Alfonsus Aragonum & vtriusque Siciliæ Rex, cum animaduertisset proximam Rhodo insulam, cui Castrirubei nomen erat, ditionis Ierosolymitanorum equitum ab infidelibus aliquot ante annos euersa arce in solitudinem redactam, accommodo tamen portu præditam esse, flagitauit a Pontifice, vt eiusdem insulæ ius ac dominatum in ipsum transferret, pollicitus arma se aduersus Christi hostes versurũ; cuius petitis assensit Nicolaus, cum ea ratione rem Christianam amplificare posset. Portum itaque tunc inutilem, & defertam insulam, quam occupare barbari poterant, atque ex ea Cyprum ac Rhodum infestare, attribuit Alfonso Regi, atque a ditione equitum Rhodiorum diuulsit dato diplomate d, quo arcem a barbaris solo æquatam, vt dixi, refici permisit.

Insula Castrirubei Aragonio permissa.

d Lib. 8 pag. 102.

Instructus hoc diplomate apostolico Bernardus Villamarinus Aragoniæ classis præfectus arcem in dicta insula excitare e cœpit: quæ res adeo Rhodios equites eorumque magistrum Ioannem de Lastico perculit, vt sine tuendi iuris sui studio, sine timore perfusi, siue potentiam Alfonsi, a quo opprimi possent, veriti, pontificio decreto repugnarint, missoque Petro Cariolo edixerint Villamarino, vt cœpto desisteret, tum ad injiciendas moras pronocarint ad Pontificem, vel ad concilium œcumenicum, vel ad Imperatorem, ac venerint insulanos Aragonios in arce condenda iuuare: ac ne ipsis obijceretur insulam arce nudatam in potestatem infidelium redigi posse, instaurandæ muniendæque in ea insula arcis consilium susceperũt, de quibus pluribus agit Iacobus Bosius f.

e Bosius hist l. 6. Opponunt se equites Rhodij.

Arcem in ea insula instaurant.

f Id ibid.

19 Translatus est hoc anno a Nicolao V. Venetias Gradensis patriarchatus, quam dignitatem primus ornauit B. Laurentius Iustinianus; ac Bernardus Iustinianus g in ipsius vita refert, Venetum ducem pertinuisse, ne patriarchalis dignitas rei politicæ officeret, sed humanitate ac demissione Christiana patriarchæ victum sinistram suspicionem abiecisse: *Monet*, inquit Bernardus, *omnium lachrymas sanctissimi patris mixtas charitati humilitas. Dux, qui rem hanc ægerrime antea tulerat, & ab Eugenio tentatam semper impugnauerat, factum ex sua totiusque collegij sententia omnes cum rogare*

Gradensis patriarchatus translatus Venetias.

g Bern. Iustin. in vit. eius cap. 8

Veneti pia demissione B. Laurentij victi,

rogare cepit, vt libenti animo id muneris susciperet. Sic quod inuidiosum fuerat in dignitate, ex mansuetissimis sancti viri moribus gratissimum factum est.

Pulsi vniuersa Normannia Anglí. *a Mirr. vol. 3. b. an p. 26. & c. Gagnin. in Car. VII.*

20. &c. In Gallijs hoc anno ad Formignium in Normannia cruentum prælium inter Anglos & Francos decima octaua aprilis die commissum [a] est, in quo Anglorum quatuor ferme millia cæsa fuere, ac deinde reliquæ vrbes, quas obtinebant Abrincæ, Baiocenses, Cadomum, Fallesia, Danfrontum, denique Chereburgi arx omnium vltima in Gallorum imperium qua vi qua pactione concesserunt. Ita vniuersa Normannia pulsi Angli vnius circiter anni spatio [b], quos induciarum tempore simulato cultu ac deformato ore passim latrocinia agitasse Monstreletus ait [c]. Pacata Normannia verti in Aquitaniam impetus, subactoque Bergeraco & alijs nonnullis vrbibus, ad Burdegalam penetratum [d], ac tumultuario certamine Angli profligati [e]: vt vero etiam vniuersa Aquitania Francus potitus sit, proximo anno dicetur.

b Ibid. Mensil. pag. 32.

c Ibid. p. 10.

d Pag. 10.

e Ead. p. & c. Multati Aquitaniæ parte.

Eodem hoc anno Ludouicum Alamannũ archiepiscopum Arelatensem tit. S. Ceciliæ presbyterum Cardinalem, qui ab Eugenio IV. cardinalatu exutus fuerat, quod schismatis Basileensis auctor maximus extitisset, deinde a Nicolao V. pristinis honoribus restitutus, e vita cessisse tradunt [f], atque miraculis post mortem coruscasse affirmant [g], vt antea retulimus [h]; de quibus etiam post plures annos a Francisco de Claramonte Cardinale episcopo Tusculano ac legato Auenionenti ad Clementem VII. relatum esse aiunt, qui eius ossa in locum honorificentiorem transferri, atque in sacellis ecclesiæ Arelatensis veluti beatum coli permisit exarato diplomate; pontificio 15. aprilis die anni MDXXVII. pontificatus anno IV. sub annulo piscatoris consignato. Itaque adoranda est diuina misericordia, quæ exiguo temporis flexu Ludouicum ipsum nefandi & pernitiosissimi schismatis auctorem, ac propagatorem hæreseos, qui ex erronea conscientia innumera mala in Dei Ecclesiam inuexerat, ac tot annorum cursu in pertinacia obfirmatus profanarat sacramenta, pœnitentem ac reuersum in gremium Ecclesiæ, ad sanctitatis culmen breui euexerit; Æneas [i] enim Syluius de eo honorificentissimis hisce verbis meminit: *In Arelate ad sepulchrum Ludouici Cardinalis S. Caecilia eius vrbis episcopi, quem Basileæ in confessu patrum præsidentem vidimus, magna miraculorum opinio orta est, & multiplicium frequens vndique concursus spe sanitatis factus.*

f Contil. in quart. cresc. Card. facta a Mart. V. & Æn. Sylu. de Europ. c. 42. in fin. histor. Sabaud. ex Guil. Paradin. l. 3. c. 38. & 39.

g An. Christi 1436. n. 26.

h Ext. apud Iac. Sadolet. & ex eo apud Ciacon. in secunda editione Card. Mart. V.

i Æn. Sylu. vbi sup. f. 42.

Donatus venia Arelatensis ex auctoratus. Post mortem miraculis claret, Amedeus sancte mutatur.

Non dispari obitu, relictaque sanctitatis opinione e viuis excessit Amedeus Cardinalis Sabinensis (quem honorem non ab impostorum Lausanensium cœtu, sed a Nicolao V. vere acceperat [m], cum erroris veniam postulasset) hoc anno ianuarij mense, & pontificatus Nicolai anno IV. Christi MCCCCL. vt Manettus probat [n], si in eos numeros error non irrepserit. Verum Pingonius [o] ad sequentem annum eius mortem refert, immo Vvanderburchius ad annum quinquagesimum secundum excurrentis sæculi. Post abiectos igitur antipapales apices multa pietatis singularis signa dedit; quippe qui sæpe repetebat [p], nunquam se maioribus beneficijs a Deo cumulatum, quam cum ab ipso depressus fuerat, intellectum humanum opibus atque honoribus veluti nebulis obscurari, ne Deum cognoscat, qui si cognoscatur, cum necessario amari, vtque arbor, quo profundiores radices defixerit, eo altiores ramos versus cœlum porrigit, ita ad maiores quemque virtutes assurgere, quo pia & Christiana demissione magis excelluerit. De eo hæc refert Ioannes Gobelinus [q]: *Nicolao reconciliatus, quem verum esse Pontificem professus est, cardinalatum ab eo accepit, & legationem quoad viueret Cardinalis Sabinensis appellatus, atque ita aetatem moriens apud Ripaliam sepultus est, Felix & sapiens habitus, nisi pontificatum effecisse in senio fama fuisset.* Immo apertum & perspicuum fuit, vt supra allata demonstrant.

k Ian. Mant. l. 2. in vit. Nic. V. Æn. Sylu. hist. Bur. cap. 42. Gobel. in com. Pij II. l. 7.

m Mons. in Amed. Pars. 2.

n Ping. in Mart. gen. Sabaud. princ. Sabaud. hist. ex Guil. Paradi. l. 41.

Eo defuncto Bolonierius scribarum princeps consiliorum malesanorum inuadendæ Basileensium operæ pontificiæ dignitatis auctor, qui etiam obnisus admodum fuerat, ne insignia pontificia poneret, quasi infamiæ maculam grauissimam susceptus esset, ac propterea odia Ludouici filij Amedei in se incenderat, digna impietatis præmia tulisse traditur, addit enim de eo Gobelinus: *Bolomerius, inquit, qui vnus erat ex consultoribus acceptandi pontificatus in iudicium raptus, tanquam falsa cuiusdam sententia fuisset auctor, ad mortem damnatus est, & ingenti lapide ad collum suspenso in lacum praecipitatus.* Proditum fuisse suis opibus, quas in schismate ex diuendendis sacerdotijs coegerat, refert a Sabaudica historia; ad eas enim cumulandas vir ardens auaritia omnia mala suaserat.

Tristis exitus impij politici.

q Hist. Sabaud. ex Guil. Paradi. l. 3. c. 42.

IESV CHRISTI
Annus 1451. Indict. 14.

NICOLAI PP. V FRIDERICI III. ROM. REG. 12. annus 5. CONSTANTINI X. IMPER. OR. 2.

1 INcrebuit fama in occidente principio anni de interitu Amuratis Turcarum Imperatoris, conceptaque est a pluribus meliorum rerum inanis & fallax spes, vt obseruat Marinus Barletius [a], qui ait: *Non expectator tum, non laetior nuntius Christianis omnibus esse potuit, respirasse Hungaros, recepit Graecus spiritum, ac laxata velut sibi credidit vincula, omnium animi inani illa spe sunt erecti, dum eam Regum mutationem fortuna quoque sua statum expectant immutaturam. Heu fallaces cogitationes, & miseriora miserorum refugia? Sublatum vidimus Amuratem, defuisse ideo crudelior bestia?* Et quidem Græcos leuatos Amuratis metu in schismatis pertinacia magis obduruisse, & patriarcham suum cum Romana ecclesia sentientem abiecisse, necnon Imperatorem Constantinum Dragasem pro asserenda patriarchæ dignitate, vt illius imperijs parerent omnes Græci, segniorem extitisse, atque inanibus verbis non operibus coniunctionem cum Romana ecclesia confirmasse, constat. Sed non defuit extincto Amurate diuinæ iustitiæ nouus carnifex, a quo flectente triennio excindendam Constantinopolim & Græcorum gentem immiseram seruitutem adducendam, Nicolaus Pontifex literis ad Constantinum ipsum missis e præsentia- [c] uit: cuius verba tot oracula fuisse afflatu Spiritus sancti fusa interpretatus est Gennadius patriarcha Constantinopolitanus, vt paulo post videbimus, ex quibus literis hæc decerpsimus.

Fama extincti Amurati in occidente increbrescit. *a Marin. Barl. l. 6.*

c Ext. inter opusc. aureae bibl. edit. Romae anno 1639. p. 687. & in annal.

Nicolaus, &c. Nos minime versamur in dubio, Ioannem Palæologum tibi in imperio prædecessorem fratrem & germanum tuum, si voluisset pro data sibi a Deo prudentia hanc rem ad felicem consummationem perducere potuisse: veruntamen cum ille nimis cogitat hanc rem temporali statui suo coaptare, de medio subtractus est. Voluit diuina prouidentia te successorem suum sibi in imperio subrogare: serenitati nunc tuæ prouidendum est ne rem diutius protrahendo efficiaris consors reatus & pœnæ; [pluribusque interiectis.]

Io: Palæologum rempe grasse ecclesiarum vnionem.

2. 3 Nunc ergo, serenissime princeps, instare- [d] rarum præsentium temporum, & animaduerte diligenter

genter quo pacto fieri potuit, vt diuina prouidentia tantam nationem sub vno Imperatore tam effusum habente imperium, quæ olim abundauit innumerabilibus sanctissimis & doctissimis viris, in præsentiam ad id miseriæ deuenire permiserit, vt sit miserrima omnium gentium, quod profecto tam euidens est, quod negari non possit. Intelligemus profecto magnum esse hoc sacrilegij genus quod diuinam clementiam in tantam iram indignationemque concitarit. Et quia vehementer angimur Græciam omnem eo peruenisse, vt fere totam inimicis crucis Christi parere necesse sit, credimus ea, quæ dicimus, ita serenari tuæ esse nota, vt notiora fieri non possint: magnum est hoc & valde magnum demeritum, quod diuino iudicio tantæ nationi, tam præclaræ, tam glorioſæ, tam diuturna tamque grauis captiuitas iniecta sit.

Propositus miser imperij oriental is status.

Solicitatus imperator vt causam coguet.

Ergo, aliquando cogitandum est, quænam potuerit esse causa digna horum malorum: propter duo enim maxima peccata gens Hebræa, quæ erat populus a Deo electus sibique peculiaris, graui captiuitate punita est. Primo propter idololatriam a Regibus Assyriorum decem tribus in Meniam translatæ sunt, deinde Regem Iuda cum duabus reliquis tribubus Reges Chaldæorum in Babylonem deduxere, quæ vsque ad septuaginta annos in captiuitate manserunt. Secundo propter sacrilegium, quod in Dei Filium incarnatum commiserunt, cum a principibus Romanis Vespasiano & Tito Hierosolyma subuersa est, & omnis regio Iudæa in Romanorum ditionem translata est, ita vt nationi illi vniuersi orbis vsque in hunc diem exilium concedatur. Credimus Græcos, postquam fidem catholicam susceperc, nec ad idololatriam declinasse, nec in Dei Filium ea piacula commisisse, quibus in Turcarum captiuitatem diuina vltione peruenerint. Ergo subest aliud sacrilegij genus, quod diuina iustitia impunitum esse non sinit, diligenter inquirentibus, quantum cordis humani valeat infirmitas intueri, licet intelligere, hanc captiuitatem non aliunde profectam, quam ex reatu schismatis, quod auctore Photio tempore Nicolai primi sumpsit exordium, & eo vsque inueteratum est, vt vsque ad tempora ista perueneriť. Dolenter & anxie ista proferimus, & vellemus æterno damnare silentio, verum si operam medicantis expectas, oportet vt vulnus tuum detegas. Ecce iam fere quingenti anni transiere, ex quo latan princeps & actor omnium peccatorum, & maximæ schismatis & diuisionis inductor, ab obedientia Romani Pontificis, qui Petri successor est, & Iesu Christi domini nostri vicarius, Constantinopolitanam seduxit ecclesiam. Infiniti tractatus interuenere, plurima sunt celebrata concilia, innumerabiles legati in hanc rem destinati, vt tam atrox vulnus in Dei Ecclesia sanaretur. Nouissime autem, Deo ita prouidente, in Ferrariensi & Florentino concilio Ioannes Palæologus Romæorum Imperator cum magna procerum & nobilium comitiua, & Iosephus Constantinopolitanus patriarcha cum multa metropolitanorum, episcoporum, abbatum, cæterorumque prælatorum numerositate conuenientes vna cum Eugenio Papa IV. prædecessore nostro & venerabilibus S. R. E. Cardinalibus & prælatorum occidentalis ecclesiæ numerosissimo comitatu, ad extirpandum inueteratum schisma omnem operam atque diligentiam tribuere, & tandem, Deo inspirante, est pertentum, vt difficultatibus e medio sublatis decretum huiusmodi vnionis concorditer publicaretur. Facta sunt ista teste toto orbe terrarum & decretum vnionis huiusmodi & Græcis & Latinis literis editum cum scriptione manuali eorum, qui interfuere, ter-

Non alia esse potest quam schisma ortum sub Nicolao.

Testis vniuersus orbis sanciti fœderis ecclesiastici.

rarum vbique transmissum. *Et paulo post*: Testis est Hispania quatuor Christianis regnis ornata, Castella Aragonia, Portugallia, Nauarra: testis est Britannia maior Anglicorum Regis subiecta dicioni: testis Hibernia & Scotia insulæ maximæ extra continentem positæ: testis Germania numerosissimis populis culta, & longissimo terrarum tractu distenta: testis Danorum regio, testis Norwegia, testis Suetia extremi populi ad Aquilonem positi, testis Poloniæ inclytum regnum, testis Hungaria & Pannonia, testis omnis Gallia ob occiduo mari ad mediterraneum vsque distenta, interque Germanos, Hispanosque collocata, hac in re Germanis Hispanisque concordat. Hic omnis orbis habet decreti huiusmodi exemplaria, quibus instanter schisma illud inueteratum de medio sublatum est teste Ioanne Palæologo Romæorum Imperatore, teste Ioseph patriarcha Constantinopolitano, cæterisque, qui de Græcia in Florentina synodo conuenere, quorum subscriptiones per omnia adnotatæ sunt. Omittimus commemorare omnem Italiam, quæ nulli prouinciarum secunda est, & huius decreti exemplaria per vrbes; & ecce iam tot anni transiere, ex quo ista facta sunt, & tamen apud Græcos vnionis huiusmodi decretum silentio tegitur, nec vlla spes elucet animorum, qui ad hanc vnionem amplectendam dispositi esse videantur, dantur quotidie dilationes, & eædem excusationes penitus inducuntur.

Decretum vnionis nõ promulgatum in Græcia.

Ne credant Græci Romanum Pontificem & omnem occidentalem ecclesiam lumine esse priuatos, quod non intelligant, quod in hac dilatione responsionum suarum verba pertendant. Intelligunt, sed tolerant, intuentes dominum Iesum Christum æternum pontificem, qui ficulneam infructuosam arborem vsque in tertium annum seruari iussit, cum cultor illius propter sterilitatem cuperet amputari [Quæ verba tot oracula fuisse afflatu Spiritus sancti tuta interpretatus est, vt paulo ante indicani, Gennadius patriarcha Constantinopolitanus a: *Quid*, inquit, *euenit nostra memoria nunc sub Nicolao V. Pontifice maximo? Cum legati a Constantino imperatore, qui vocabatur Dragases, ad eum missi adhuc supersint, quibus literas dedit plenas timoris & horroris, vbi aperte cum execratione prophetizat excidium & internecionem extremam infelicium Græcorum.* Et infra: *Tres*, inquit, *annos expectabimus si vos forte a schismate, & separatione conuerteritis, & vos vere decreto adiunxeritis secundum Saluatoris de fide præceptum. Si vero non, excidemini, ne terram otiosam & inutilem reddatis. Hoc miraculorum miraculum maximum, quod (vt in epistola ipsa scribit Nicolaus Papa) Græcorum gens illa, magna & formidabilis, sapiens & clara, fortis, terrarum domina ob diuinam vltionem ita in barbarorum seruitutem abducta sit.* Monuit deinde grauissimis sententijs Imperatorem vt schisma excinderet patriarcham Constantinopolitanum sedi suæ restitueret, nomen Romani Pontificis in diptychis reponendum curaret; quæ cum fecisset amplissima auxilia ad Turcas retundendos illi transmissum iri; quæ literæ v. idus octobris huius anni consignatæ sunt.

Præcidium labenti imperio ex excidium Constantinopolis.

a Gennad. præcon. Floren. c. 5. fol. 14.

4 Hoc anno Mahometus Turcarum princeps bello periturus Ioannem Cypri Regem ingentes copias cogebat, cum Pontifex ea de re certior factus occidentales principes ad ferendas Cypro suppetias excitare nisus est, amplissimisque indulgentiarum præmijs afficiendos pronuntiauit b, qui laboranti Cypro auxilio non deessent. Plures sunt eo argumento apostolicæ literæ ad Romanorum, Hungariæ, Poloniæ, Suetiæ, Daniæ, Norwegiæ, Boemiæ, Siciliæ, Angliæ, Scotiæ Reges datæ c. Monuit & etiam

Periclitanti Cypro subuenire nititur Pontifex.

b Lib. 12. pag. 169.
c Ib. p. 167. 168. 169. 170.
d Ibid. p. 170.

etiam Regem Cyprium, vt capta Nicosiæ mœnia perficeret, quo ijs cincta & munita facilius hostium impetus propulsaret. Tum grauissimas pœnas ijs irrogauit a, qui arma vel commeatus, aliamue merces vetitas in Ægyptum aut quasuis infidelium terras inuecherent.

a L. b. 13. pag. 302.

Castellani pe duelles Mauros concitant in fideles.

Admittebant maius flagitium in Hispanijs Ioannis Regis Castellæ perduelles, qui Saracenos Granatenses in arma concitarant aduersus Christianos maximo religionis & damno & dedecore; plura enim oppida, vrbesque, & municipia deleta a barbaris fuere, plurimique Christiani ea occasione ab illis in seruitutem abstracti: quamobrem Pontifex archiepiscopis & episcopis Castellæ & Legionis dedit b mandata, vt in eos, qui fidei hostes excirent, vel sub illorum signis mererent, adueherentue in illorum castra commeatus, seu arma, vel equos adduerent, anathematis sententiam promulgarent, aliisque pœnis sacris legibus constitutis mulctarent. Dissoluta est eiusmodi perduellium in Ioannem Regem coniuratio; ac Toletani inter alios regia imperia acceperunt c, a censuris quæ a Nicolao soluti fuerunt.

b Lib. 15. pag. 3.

Toletani ad obsequii Regis reuocati.

c Lib. 15. p. 5 6. & 23.

Indulgētię pecuniam pro bello sacro collaturis concessæ.

d Lib. 15. pag. 14.

Decretum Castellæ Regis pro neophytis. Confirmatum a Nicolao.

e Lib. 14. pag. 20. & lib. pag. 9.

Coercita Iudæorum licentia.

5. 6 Ad frangendos illos Granatensium impetus, bellumque in eorum terras traducendum decreuerat Ioannes Rex Castellæ collecto florentissimo exercitu in Granatæ regnum irrumpere, vtque plures ad sua signa pelliceret, sumptusque bellicos suppeditare posset, elicuerat diploma a Pontifice, vt qui sub eius signis conscriberentur, vel etiam tres aureos pro militari impensa contulissent, noxarum veniam consequerentur: cum vero de aureorum pretio lis orta esset, Nicolaus illud ducentis marabutinis definiendum pronunciauit d.

Neque de Ioanne Rege silentio transeundum est, ipsum religionis Christianæ propagandæ studio instauraſſe legem ab Henrico Rege antea latam, vt qui ex quauis secta in Ecclesiæ sinum se recepissent, sine vllo discrimine ijsdem prærogatiuis, quibus veteres Christiani potirentur, illique ad honores sacros vel profanos aditus pateret. Quam legem Pontifex iam antea collaudatam firmatamque corroborauit e. Tum ad frenandam Iudæorum licentiam Eugenij diploma, quo concessa ab eo vel a Martino V. Iudæis priuilegia abrogata erant, confirmauit f, reuocatis tamen centuris, ne Christiani ijs illaquearentur.

Coercita Iudæorum licentia. Certatum inter Gallos Anglosque.

f Sen. Sylu. hist. de Eur. c. 43. Mirr. vol. 1. p. 10. Gagnin. l. 10 Post. Aeneid. Sylu. l. 11. Polyd. Virg. l. 23. Meyer annal. Fland. l. 16 in fol. Burg. Naucl. vol. 2. gen. 49. & alij.

7 Ardebat hoc tempore Gallia bello inter Henricum Angliæ & Carolum Franciæ Reges oborto, cuius culpam scriptores Anglis ascribunt g; cum vero plurimus funderetur cruor, Pontifex ad Francorum Regem Guillelmum tit. S. Martini in montibus presbyterum Cardinalem amplissimus pro restituenda pace tretum mandatis legauit h: eiusque legationis munus etiam in Bisuntino & Lugdunensi archiepiscopatibus, Delphinatu, Sabaudia, Britanniaque iniunctum. In Angliam vero ad Henricum Regem missus i est Nicolaus de Cusa tit. S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis (quem in Germania legatione functum vidimus) vt Henricum ad pacis consilia suscipienda flecteret.

Nicolai pro sedando bello studia.

g Lib. 13. p. 40. & hist. vol. 3. p. 40.

h Lib. 14. pag. 181. 18.

Nicolaus Cusanus in Angliam missus.

8 Prouincias adeuntibus Cardinalibus legatis breui temporis spatio bellum confectum est a Carolo Rege exactis Anglis, visaque est diuina vltio vrgere Anglos, vt qui interea initas inducias pro occupando retinendoque vno oppido, vt dixi, violassent, temptassentq; censuras ecclesiasticas, quas legati apostolici fœdifragis intentarant, nihili etiam duxissent illa crudelia & exitiosa bella, in quibus tantum Gallici Anglicique sanguinis effusum erat, instaurare;

Sabaudia mox Aquitania bellum confectum.

immutatis inox repente rebus, populisque ad victorem pronis, duarum amplissimarum prouinciarum imperio exuerentur. Partas vero de Anglis victorias Carolus Rex Deo ascripsit, ac solemnes supplicationes ac agendas illi gratias recurrentibus annis singulis decernendas curauit, Victoris nomen apud Gallos promeritus; ad quem Francicus Philelphus a dicendi laude præstans eximias literas dedit, vt nobiliores triumphos de Mahomete nouo Turcarum Imperatore, liberato a terrima seruitute oriente, sibi compararet; expositaque intolerabili Turcarum sæuitia in Christianos adhibita, subdit: *Nonne his omnibus iniurijs ac probris Christus afficitur? quandoquidem ob eius nomen Christiani infamantur. Non decet Christianissimum Regem pati nomen Christianum tam tetro, tam horribili, tam detestabili dedecore sauciari.* Pluribusque interiectis: *Surge iam tandem, Rex Carole, teipsum excita, hortare, compara, vt reliquis Christianis principibus ac Regibus dignitate præstans, ita tibi omni ope atque opera studendum est, vt absolutissima virtute his omnibus, & vera gloria sis superior. Victi Angli, recuperasti patriam & pulchrum id certe fuit, & laudabile, iustitiæ enim munus in teipsum tuoque consuluisti. Verum Christianum aduersus Christianos arma sumpsisti. Sed quanto pulchrius erit & gloriosius si idem feceris in Turcos & Saracenos, a quibus non tua solum, sed Christi patria spoliatus es? &c. Ex Mediolano XIII. kal. martias MCCCCL.*

a Philel. l. 8. pag. 15.

9. 10 Missi sunt a Nicolao legati apostolici vt Gallorum Anglorumque arma a mutua cæde in Turcas auerterent: quibus respondit Gallia Rex pariturum se iuri, atque arma in hostes fidei libenter versurum: ab Anglo vero male responsum, tum demum conferendi de pace sermonis idoneum tempus futurum, cum Angli tot in Gallijs vrbes, quot amiserant, armis peperissent: atque ita legatos apostolicos spe pacis sublata abscessisse Monstrelectus refert. Tantum vero abfuit, vt Henricus Rex Galliam sibi subiecerit, vt etiam ipsum Anglico regno depulsum visuri simus.

Non pepetit sibi Gallicum sceptrum Henricus sed Anglicum amisit.

11 Parabat inter hæc profectionem in Italiam Fridericus Cæsar imperij insignibus, vt consectum erat, a Pontifice ornandus, secumque Ladislaum Hungariæ ac Boemiæ Regem adduxit: quod cum adeo ægre ferrent Boemi, vt alium sibi Regem præfecturos minitarentur, ad eos deliniendos Æneam Syluium episcopum Senensem misit, qui se in colloquium venisse cum Georgio Podiebrario regiæ Boemicæ procuratore narrat b, in quo primum ei ante oculos posuit quantam a Pontifice & Ladislao Rege gratiam esset initurus, si aberrantes Boemos ad cultum fidei orthodoxæ reduceret: querenti mox Georgio, factas cum Basileensi synodo pactiones perturbatas, neque Cardinalem S. Angeli id fœdus instaurare voluisse, subiecit Æneas violarum prius a Boemis fœdus; non enim sub duplici specie Eucharistiam sumere contemnos, sed sub vna sola communicantes damnare, legatum proinde ab omni culpa purissimum esse si compactata non confirmasset.

De legato Cardinale in Boemia indecendo actum.

b Aen. Syl. l. 1. ep. 130.

Georgius Podiebrat. initat vt pactiones redintegrentur.

12. 13 Tum expostulanti Georgio Rochyzanam Sigismundo Imperatore assentiente, archiepiscopum Pragensem designatum ab eo munere arceri respondit Æneas, Rochyzanam non a canonicorum collegio, sed a plebe contra ritum Latinæ ecclesiæ designatum archiepiscopum, præterea publica ipsum laborare hæreseos infamia, atque ideo a Pontifice confirmari non potuisse. Æneas denique Georgium Podiebratium est adhortatus vt veneni Ioanni Capistranensi docto & sancto viro omnia dubia exponeret, mentisque patefaceret arcana: atque ita solutum colloquium est,

Queritur Georgius Rodhizani non confirmari archiepiscopum. Responsū Rochezanam non rite electum

& con-

Æneas Syluius a Thaboritis officiose excepius.

& conuentus procerum Boemiæ dimissus. Deinde pergit enarrare, vt a Podiebratio digressus, dum redibat in Austriam vna cum alijs Cæsaris oratoribus a Thaboritis exceptus sit honorifice, conuentusque ab eorum sacerdotibus, qui poposcerint, vt consolatoria verba apud illos faceret; ex quo ipse occasionem contutandæ eorundem hæreseos arripuit, ostenditque in ambiguo scripturæ sensu consulendum esse supremum Ecclesiæ antistitē, cum etiam ex Deuteronomio summus Pontifex diuinæ legis interpres a Deo fuerit constitutus: ac de communione sub vtraque specie differens, ostendit sanctorum patrum ritus non contemnendos, atque ob iustas causas negatam laicis calicis vsum, ac tantum in rei veritate sub vna specie accipi, quantum sub vtraque; nec antiquitus, vt constat ex actis Apostolorum, semper communionem sub vtraque specie celebratam; tum addidit: *Cum vestri nostrique progenitores sub vna specie communicauerint, cum multi doctores ab Ecclesia recepti & in catalogo sanctorum conscripti miraculis coruscantes retinendum plebi calicem non dicant, cum Latina ecclesia id fremat, doceat, & mandet, suadeo vt vos illi obtemperetis.*

Ei° discursus circa communionē calicis.

Thaboritarum alia obiectio. Quinque tantum Sacramenta ab his suscepta.

14. 15 Respuerunt hæretici salubre Æneæ Syluij consilium, neque ad dirimendam controuersiam vllum iudicem, non Pontificem, non Ecclesiam admittere voluerunt; cumque talio obijcerent, ob negatas populo vini species sacramentum tolli, haud recte concludi respondit Æneas: *Septem sunt Ecclesiæ sacramenta, etsi vos quinque tantum recipitis. Ex his vnum est Eucharistia præcellentissimum & maximum, hoc semper integrum & vnum est sine sub vna specie sumitur sine sub duabus, & licet mille particulæ panis fiant, vnique totidem, vnus tamen est vbique totus & integer Christus, nec subtracta vini specie subtrahitur sacramentum, quia totum in altera sumitur, &c.* Porro cum hæretici veritatis splendore perstringerentur, conuitia addidere, ac maledica verba in Pontificem & Cardinales iacere non sunt veriti.

In particulis Christus integer est.

B. Iodocus Capistranus in Boemiam missus. a Cochl. 10.

Persuaserat idem Æneas Pontifici, vt Ioannem Capistranensem Minoritam, doctrinæ ac virtutum laude præstantissimum ad reuocandos ab errore hæreticos Boemos legaret. Missus a itaque hoc anno vir sanctus in Boemiam plures ad catholicam fidem traduxit. De eodem B. Ioanne, deque pijs animorum motibus in Germanico populo conciratis, hæc memoranda tradit magni chronici Belgici auctor b: *Ipse communiter ante prandium falla dominicali in altum elevata primo celebrauit, deinde duabus aut tribus horis ibidem, Latine omni populo prædicauit.* Et infra *Quem alius eiusdem ordinis doctor continuo subsecutus Theutonice de verbo ad verbum expressit, quod ipse prius in Latino prædicauit, quod inde potuit quia in membrana seriem sermonis audiendo conscripsit. Prandio autem facto omnes ciuitatis & patriæ illius infirmi in forum conuenientes in circulum confederunt, & ille superueniens cum fratribus suis ordinis bene reformatis, reliquijs quas secum detulit singulorum capita tangens, plurimos infirmorum sanauit, quacumque infirmitate quisque detineretur, modo bonam fidem recipiendæ sanitatis haberet. Quæ omnia Erfordiæ, Wyrmariæ, in Nuenborch & Hail ipsum perfecuti fieri conspeximus, & mirati sumus: quia nusquam talia in libris sanctis vnquam legimus.* Agit de eodem beato viro pluribus Vvaddingus c, quem pius lector consulere poterit: nunc ab eo ad alium euangelicum præconem, qui diuinum etiam verbum in pluribus regnis disseminauit, narratio nobis traducenda est.

b Magn. chr. Belg. ex Iod. regulari.

c Wadd. t. 6 bo. ann. n. 1 ad n. 38.

B. Vincentij Ferrerij miraculorum gloria inclarescit

16 Efflorescente in dies Vincentij Ferrerij ordinis Prædicatorum sanctitatis fama ob insignia miracula, quæ implorata eius apud Deum ope patrabantur, Petrus dux Britanniæ, in qua prouincia, dum in ea diuini verbi & æternitatis semina spargebat, mortem pie obierat, tum Ioannes Castellæ & Alfonsus Aragonum Reges apud sedem Apostolicam demissis precibus petiere, vt testium dicta de admirandis eius rebus in tabulas publicas referri iuberet, vt in sanctorum numero collocaretur. Assensit iustis horum principum postulatis Nicolaus, ac tribus Cardinalibus partes dedit a, vt viros pietate & doctrina insignes designarent, qui de ijs miraculis inquirerent.

a Lib. 14. pag. 34.

IESV CHRISTI annus 1452. Indict. 14.

NICOLAI PP.V. FRIDERICI III. IMP. OCC. 13. annus 6. CONSTANTINI X. IMPER. OR. 3.

Friderici Imperatoris in Italiā aduentus.

1 IN eunte anno ipsis kal. ianuarij in Italiam pedem intulit Fridericus non copijs validis, sed nobili tantum clientum caterua, ac Ladislao Hungariæ & Boemiæ Rege, & Alberto Austriaco in comitatu adductis stipatus, ne suo aduentu Italos in arma concitaret. Exceptus b autem est quam honorificentissime primum a Venetis, ac Taruisio Patauioque lustratis, Ferrariam e XVI. kal. februarias venit, ac maxima pompa cultus a Borsio marchione, amplissimisque donatus muneribus Bononiam, deinde Florentiam adiuit. Delatos illi a ciuibus honores ita recenset S. Antoninus d: *Ei per Florentiam transeunti totus clerus cum archiepiscopo*, in erat ipse S. Antoninus, *personaliter ad portam ciuitatis obuiam processit, ac etiam magistratus Florentini. Locatus autem in conuentu sanctæ Mariæ nouellæ ad hospitandum, permansit in vrbe quatuor diebus, & præsens fuit in officio purificationis Virginis gloriosæ in missarum solemnijs, recipiens deuote a celebrante cereum benedictum, vt de more a fidelibus in ecclesia existentibus dari consueuit, oblataque ei fuerunt postea quædam reliquiæ sanctorum in vase argenteo ornato a communitate, qui aliquos milites ibi fecit.* Addit sanctus auctor Pontificem misisse Florentiam duos Cardinales, vt Cæsarem ad recipienda ornamenta imperij venientem sociarent. Florentia itaque Senas indeque Viterbium e, demum Romam peruenit; cui obuiam prodijsse tredecim Cardinales, ac plures episcopos & præsules, vrbisque clerum instructo agmine religioso, necnon senatorem & alios vrbanos magistratus, narrat Stephanus Infissura f: tum subdit Nicolaum aliqua perstrictum suspicione, ne Fridericus nouas res moliri pertentaret, Vrbis turres portasque fortissimis præsidijs muniuisse. Ingressum Friderici in Vrbem, vtque ad Pontificis sedentis in gradibus basilicæ S. Petri, deosculandos pedes procubuerit, describit Ioannes Nauclerus g.

b Aug. Patric Gobelin. in comm. Pij II l. 12. Step Infiss. in diar. Mistr. vol 3 Naucl. vol. 2 gener 49. Marquard. Freher. t. 4 rer. Germ. c Pigna l. 7. d S. Ant. 3 p. tit. 22. c. 12. §. 3. Exceptus magnifice a Florentinis. Oblatæ ei sanctorum reliquiæ. Multi duo. Cardinales qui venien occurrant. e Raribal. e Tuma m. s. Vatic. signat num. 111. Cardinales & præsules obuiam ipsi effusi. f Step. Infiss. m. s Vat. sign num. 111. g Naucl. ubi sup. & Cochl. lib. 11.

2. 3 Veterem fuisse morem vidimus, vt Cæsares, antequam corona aurea ab Romano Pontifice donarentur, primum argenteam Aquisgrani, deinde ferream in Insubria Mediolani vel Modœtiæ caperent: non consentaneum vero fuerat, visum Friderico Mediolanum petere, ne Franciscum Sfortiam, qui principatum illum inuaserat, ducem confirmare cogeretur, cum ipse ducatum reuersum ad imperium contenderet, deque eo etiam Carolus Aurelianensis, & Alfonsus Aragonum ac Siciliæ Rex disceptarent, vt diximus. Sfortiam porro missis oratoribus Fridericum Italiam ingredientem inuitasse, vt Mediolanum iret, scribunt auctores h, & Cæsarem detrectasse, cum nimirum edoctus esset, illius ritus defectum implendum a Pontifice, quem impleuisse ex apostolicæ potestatis amplitudine, publicis literis testatus est i; & idibus

Cur Fridericus Longobardicā coronam non acceperit. g Naucl. ibid & Pigna l. 7 h Nicol. l. 14. secund. Ann pag. 339.

Collata a Nicolao Longobar. dici regni insignia.

idibus martij ad principem aram basilicæ S.Petri Nicolaus Fridericum Longobardica corona donauit, ac Leonoram antea opera oratorum desponsam iterum inter missarum solemnia illi coniugio deuinxit. Deinde de ipso Rege imperialibus insignibus decorando actum est. Solemnes ea in re seruatos ritus scriptis mandauit Nauclerus a: *Absoluta*, inquit, *Mediolanensi coronatione, postridie solemnitas augustalis cœpta est. Romanus Pontifex ad summam B. Petri aram in sublimi thoro consedit. Extra cancellos duo tribunalia fuere, alterum Friderico, Leonoræ alterum deputatum. Fridericus postquam iusiurandum B. Petro & Nicolao in ea forma præstitit, qua Ludouicum Caroli filium iurasse decreta confirmant, alba indutus in canonicum S. Petri receptus, inde augustali paludamento accepto in medium basilicæ profectus trinam benedictionem suscepit. Eximde ductus ad altare S.Mauritij in Scapulis atque brachio dextro est pro veteri more oleo sacro delinitus, similiter & Leonora. Pontifex rem diuinam inchoauit. Inter celebrandum diuersa solemnitates seruatæ sunt, sceptrum, quo regia potestas indicatur, pomum, quod mundi dominum ostendit, ensis, qui belli iura demonstrat, per varias vices datæ. Postremo corona aurea insulata pretiosisque gemmis cooperta cæsareo capiti imposita. Imperatrix quoque post Cæsarem coronam ex manibus Pontificis suscepit, quam coniugis fuisse Sigismundi constabat. Cæsar quamuis ornamenta sibi pretio incredibili comparasset, in hac tamen solemnitate pallium, ensem, sceptrum, pomum, coronamque Caroli magni ex archiuis Norimbergensibus ad se deferri curauerat.* Describit eosdem ritus Iannozius Manottus b, qui Florentini populi orator aderat: ipsorum autem narrationes ijs consentiunt, quæ a nobis alibi ex vetustis monumentis adducta fuere; & inter alia non prætermisit Nauclerus, Federicum stratoris munere perfunctum esse.

a Naucler. vbi sup.

Præstitum a Friderico fidei sacramentum Nicolao.

Augustalibus Caroli magni ornamentis redimitus Fridericus

Stratoris munus illi exhibet.

b Manet l.2 vita Nic V in fin.bib.Vat fig.n.2046.

Vt autem, inquit, *coronationi diuinisque rebus impositus est modus, Leonora in suas ædes secessit; Papa & Imperator ad gradus basilicæ simul venerunt. Ibi Pontifex palafredum ascendit, eique Cæsar dextratoris officium per aliquot passus exhibuit. Equo deinde consenso vsque ad ecclesiam S. Mariæ vna profecti sunt. Tunc Papa in palatium rediit. Cæsar in pontem Hadriani profectus est, vbi Albertum fratrem, pluresque duces & comites ad militiæ prouexit honorem ter quemque percutiens. Trecenti eo die percussi milites. Deinde cum sol occideret ad Lateranum se conferens, splendidum ibi conuiuium habuit Imperator: igitur Fridericus anno Domini* MCCCCLII. *die* XVIII. *mensis martij imperatoria corona donatus.* Consentiunt Naucleri dictata ijs, quæ de ritibus in insignibus imperij conferendis Cæsaribus, ipsisque inungendis ex pontificijs regestis in superioribus annalium tomis diximus. Perfecto autem solemni eo ritu Pontifex publicis promulgauit literis c, Fridericum a principibus electoribus renuntiatum Regem, a se confirmatum fuisse, coronamque imperatoria redimitum, & cunctos imperio subiectos eidem Friderico fidos & obsequentes iussit esse.

c Lib.14. p. 231. extant etiã in bull. in Nicol.V. constit.4.

4 Decoratus ita imperatorio titulo Fridericus, digna Imperatore Christiano meditatus consilia, de bello Christiani nominis hostibus indicendo, ac restituendo Palæstinæ Christi cultu, Græcis a Turcica seruitute pressis in libertatem vindicandis, Hungarisque tuendis cum Pontifice egit. Adhibitus est Æneas Syluius episcopus Senensis ad orandum d ea de re in apostolico senatu. Verum senuere de bello sacro adornando consilia, & Christiana res a Mahomete II. obtrita est.

Ingentia a Friderico cum Pontifice agitata consilia irrito exitu. d Habiti eius oratio. in l.1. op n.299.& in annalib.

5 Ladislaus quoque Hungariæ Rex, cui decernendas suppetias postulauit Æneas, elegantem ac piam orationem a in sacro ipso senatu coram Pontifice habuit, ex qua hæc decerpsi: *Cum animaduerto, beatissime maxime Pontifex, me apud inclytos pedes sanctitatis tuæ constitutum, quæ inter mortales Dei omnipotentis vicem gerit, coram hoc sacratissimo senatu, ad quem illustrissima totius mundi sidera atque lumina doctrina & sanctitate lectissimi conuenerunt, non iniuria equidem in tanta rei magnitudine subsistens, vnde initium orationis sumam, quibus verbis te vnicum Christianorum principem, te Regum Regem atque in terris Deum adorem, non facile constituere possum.* Nonnullisque interiectis: *Te, beatissime pater, non sine ratione beatissimum appellamus, quem admiranda probitatis omniumque virtutum merita, incorrupta vitæ integritas ad hanc eminentissimam sedem inter optimo extulerunt. Quis enim dignius in ea potuit collocari, quam ille, quem a primis annis cælestem in terris vitam semper egisse constat? qui pro Christiana religione per innumeros casus, per varia itinera, per diuersas mundi prouincias omnem ætatem in maximis laboribus, in omni rerum difficultate contriuit, in cuius pectore omnes liberales artes, omnes scientiæ, & præstantissima in primis sacrarum literarum doctrina patrios, vt ita dixerim, penates sibi a tenera eius ætate consecrarunt. Tu, inquam, dignissime militantis Ecclesiæ es caput, quæ non sine ratione ad triumphantis exemplar dicitur ordinata, nam vt in illa vnus Deus creator omnium sceptrum tenet, ita in hac tibi vni tantum Dei vicario totius orbis imperium delegatum esse constat.* Et paulo post: *Quid aliud credendum est Christum significare voluisse, dum ad se Petrum solum supra mare vocat, dum ei supremam ligandi atque soluendi facultatem concessit, dum sibi charissimi gregis curam demandauit? Vnum certe in terris principem constituere voluit, qui summi Dei vice ac potestate inter homines fungeretur.* Et infra: *Maiores mei qui vel Hungariæ, Bohemiæ, vel Austriæ præfuerunt, huius diuinissimæ sedis præcipui semper amatores & cultores fuerunt. Eorundem progenitorum meorum vestigijs inhærendo, te æterna vita clauigerum summa quoad vixero reuerentia prosequar.* Paucisque interiectis: *Non efferri debeo, non tumescere, non superbire: quod mihi datum est, alteri dari potuit. Quanto maior sum natus, tanto me debeo humilius gerere & subijcere collum religioni, interesse diuinis officijs; nam cui diuinus cultus est cordi, reliqua facile famulantur: Primum quærite regnum Dei*, Scriptura dicit b, *post hæc omnia adijcientur vobis.* Et paulo post: *Caueboigitur ne mihi religionem putem esse subiectam, quamuis magni principis nomine gaudeam, non dominus, sed filius Ecclesiæ, sacerdotis imperio in his, quæ Dei sunt, subiectus sum. Theodosius Cæsar, quamuis potentissimus esset & Romanum gubernaret imperium, Ambrosio tamen Mediolanensis ecclesiæ præsulatum tenenti collum subiecit, imperatamque pœnitentiam peregit humiliter. Constantinus autem maximam sacerdotio reuerentiam præbuit, nec iudicium super episcopis in concilio Nicæno ferre voluit, asseuerans deos ab hominibus non esse iudicandos. Eorundem Christianissimorum principum vestigijs inhærendo sacerdotium summa reuerentia prosequi non postponam, ad quod natura & ipse Deus omnipotens gressus meos ab ineunte ætate direxerit, ad quod omnes conatus, omnia desideria, omnes cogitationes animi mei semper prospexerunt. Ego tandem meipsum, dominia, & regna, quæ mihi hereditario iure debentur, tuæ clementiæ, tuæ fidei, tuæque protectioni commendo, pro cuius tuæ sanctitatis felicissimo statu nihil vnquam arduum, nihil periculi, nullum laboris aut difficultatis genus recusabo.* Hactenus Ladislaus, qui dum Romæ versabatur flagitauit a Nicolao, vt Strigoniensis ecclesiæ a beato Stephano olim conditæ prærogatiuas confirmaret; cuius postulatis libenter annuit Pontifex

a Ext. apud Cocl. l.10. & in annalib.

Honorifici tituli dati a Ladislao Pontifici.

Nicolai elogium.

Vnum caput in militante Ecclesia triumphantis exemplo.

Pia Ladislai Regis sponsio.

Religiosce peritis præstanda.

b Matth.6.

Theodosius præsuli Mediolanensi se submisit.

Regna Pontificis clientela Ladislaus commendat.

Perrexit edito pontificio diplomate a.

a Lib.14. pag.181.

Pertentata a Ladislao fuga in Hungariã.

6 Pertentasse Ladislaum subtrahere se clandestina fuga a comitatu Friderici, dum ille post habitum b familiarem congressum Neapoli cum Alfonso Aragonum Rege, a quo magnifice exceptus fuit, in Germaniam reuertebatur, narrant pluribus scriptores c, adduntque adductum ad id fuisse a Gaspare pædagogo, qui de illo abducendo consilia cum Hungaris, Boemis, atque Austriacis proceribus inierat, sed patefacta re Gasparem captum, traditum fuisse Æneæ Syluio nuntio apostolico, quo eius, vtpote clericali ordini adscripti causam cognosceret, ipsemet Æneas narrat d, deque impositio sibi legationis munere meminit. Extant de ea pontificiæ literæ ad ipsum datæ e.

b Steph. Infess. in Sanct. Vat. §. n. 4. Fasciat lib. 9. Nauc. vol. 3. gener. 49. & alij.

c Æn. Syl. ep 308. Cochl. hist Huss. lib. 9 & alij.

d Æn. Syl. ep lit. t. n. 309.

e Lib 4. pag. 277.

7. 8 Concitarat in se Fridericus multorum odia ob detentum penes se Ladislaum, adeo vt in Germaniam reuerso acre bellum ei illatũ sit ab Austriacis f, qui duce Vdalrico siue Vlrico duodecim militum millibus succincto illũ in Nouaciuitate obsidione cinxere, vt Ladislaum ab eo eriperent: ac dum ea discordia cõposita est, atque a Ladislao creati triumuiri, e quibus Ioannes Huniades Hungariæ, Georgius Podiebratius Boemiæ, Austriæ Vlricus Cilliæ comes præfecti fuere. Inter hos vero maiori polleba g auctoritate Vlricus, inquit Æneas, vt qui Regem haberet in potestate, & alijs imperare posse videretur.

f Æn. Syln. Boem. c. 60 & 61. & Europ. cap. 12. Nauc. vol. 2 gener. 49. Coll. l. 11. Dubr. l. 28. Bonfin. l. 3 dec. 3. & alij.

g Æn. Syln. eod. c. 50.

Pertentati Bohemorum animi vt catholicos ritus amplectantur.

9 Præseruisse Boemos aliquam resipiscendi speciem, ac redintegrandæ coniunctionis veteris cum Romana ecclesia spem catholicis iniecisse refert Ioannes Cochlæus h; Cardinalem vero Cusanum legatum accessisse ad Boemiæ limites, misisseque sacellanum suum, vt exploraret, num Boemi vnanimi voluntatum conspiratione ad restituendam pacem religionemque Boemiæ, atque ad se accomodandos ritibus antiquis Latinæ ecclesiæ consentirent: at querebantur valde, pactiones in concilio Basileensi de vsu calicis permittendo laicis confectas a Pontifice & legato non haberi ratas, eoque fuco hæresim colorabant. Ad abducendos vero eos ab errore, dissoluendasque Hussitarum improbas artes, legatus egregiam ad Boemos ipsos scripsit epistolam i, in qua profitebatur Basileensem synodum in factarum pactionum formula vsum calicis Boemis laicis permisisse, vt eos in Ecclesiæ gremium reuocaret; sua tamen expectatione delusam, non enim id ad instaurandam religionem profuisse, atque ideo vsum calicis non permittendum: præterea nunquam seruata illius fœderis conuenta a Boemis, sed multiplici ratione violata, ac propterea Boemos illius prærogatiuæ ius amisisse: tum piam addidit adhortationem, vt ab alijs regnis, maiorumque institutis non discreparent.

h Cocl. histor. Huss. lib. 11.

i Ant. apud eund. ibid. & in annal Basileensis synodi cum Bohemis pactiones non profuisse.

10. &c. Dum ea gerebantur in Germania, Christiani in Hispanijs a Granatensibus Mauris multis excursionibus sunt vexati, plura oppida, colonis in seruitutem abductis, deserta, ac templa profanata fuere. In Lusitania etiam Alfonsus proferendæ religionis, imperijque propagandi studio vrgere bellum aduersus Saracenos, gentiles atque alios a fide nostra alienos decreuerat: cumque pium consilium exposuisset Apostolicæ sedi, Nicolaus ex amplitudine sacrosanctæ potestatis ius illi contulit l, vt quauis regna, principatus, terras, & loca Mahumetica aliaue superstitione inquinata sibi subijcere posset.

Hispani a Granatensibus diuexati.

Lusitanus in Mauros sacram expeditionẽ meditatur.

l Lib. 4 7 pag 194.

14. 15 Inter hæc ob Suecorum discessionem, qui Regem Carolum Canuti veteri prosapia oriundum sibi præfecere m, Danos inter & Suecos de Gothlandiæ insulæ imperio certatum n: Refert Magnus o Christiernum Danorum Regem, cum Suecos verbis ac *inducarum specie* fallaci delusisset, in Gothlandiam comparata classe aduolasse, & Suecos imparatos trucidasse, atque ita insulæ potitum imperio: Carolum vero Sueciæ Regem exacto bimestri contracto exercitu irrupisse a in Norwegiam, quæ Dano parebat, eamque præcipiti victoria subegisse, atque in vrbe Nidrosiensi Norwegiani regni corona redimitum.

Septentrionales Reges mutuis bellis implicati.

m Io. Mag. l. 23 c. 1. Crãt Suec. lib. 5. c. 39.

n Io. Magn. eod. lib. c. 2.

Danus Gothlandia fraude potitus.

o Magn. lib. 23. c. 3.

a Ead. l. c. 4. Norwegiæ regno exitus a Sueco.

16 Meditabatur interea Mahometes II. Turcarũ Imperator insignem aliquam cladem rei Christianæ inferre, cumque progenitorum res gestas audiret, perlegeretue, aut eos æquare gloria, vel superare immensa cupidine affectabat b; id vero affecturum animo agitabat, si Constantinopolim, quam maiores sæpius nequicquam oppugnarant, victor sibi subijceret, Græcoque euerso imperio, in ea Turcicum constabiliret. Suscepto eo consilio, vt ipsum ad exitum perduceret, in primis arcem munitissimam iuxta Asomatum in angustijs Bosphori Thraciæ condidit c, ne naues e Ponto Euxino descendere versus Constantinopolim possent, illiusque ager repentinis excursionibus tuto vexari posset, tum ex Asia in Europam Turcis facilis traiectus pateret: tamque vecordes extitere Græci vt etiam Turcis operas pro ea extruenda præbuerint. Præuidere Genuenses imminens Constantinopolitano imperio extremum exitium, oppressisque Græcis Genuensi nomen in oriente deletum iri, atque ideo instructa subsidiaria classe Alfonsum Aragonum & vtriusque Siciliæ Regem armis & opibus florentissimum ad sacram in Turcas expedirionem literis suis d sunt adhortati. Gesserat Alfonsus crudelissima in Christianos bella, vt inani suæ ambitioni lenocinaretur, & quamuis Christo arma consecrasset, promerendæ tamen immortalis gloriæ occationem, abiecta sacra militia, & permissa Turciæ excidioni Græcia incautus spreuit.

b Franc. l. 3 c. 7.

Pro expugnanda Constantinopoli arcem extruit.

c Id ib. Thuanor. Hungar c 52. Turcar. 41.

d Ext. in coll. epist. princip. pag. 330.

Arrisse vero eum cupiditate inuadendæ Etruriæ ac Mediolanensis principatus, quem sibi a Francisco Maria Vicecomite testamento relictum aiebat, quemque Franciscus Sfortia Florentinorum ope sustulus occuparat, refert Iannotius Manettus e: additque ab eo Ferdinandum filium suum Calabriæ ducem ad populandam Etruriam cum exercitu immissum: in eo vero ciuili Italiæ tumultu ita se gessisse Pontificem, vt nec Venetis, nec Mediolanensi, nec Florentinis, neque Alfonso displiceret, pacemq; in ecclesiastico imperio aluisse, vertenda enim in Turcas arma censebat. Vt vero a Nicolao comparata sit auxiliaris classis pro sustentando labante imperio Græcorum, quæ nimium sero vela fecit, proximo anno dicetur.

Hetruria & insubria affectata ab Alfonso

e Manet. in vit. Nic. V. in m. s. Vat. bibl. signat. num. 2046.

17 Interea excitato Amsterodami incendio quo ecclesia conflagrauit, in qua Eucharistia illa asseruabatur, quæ iam ante ab ægro vomitu effusa, atque in ignem proiecta integra permansserat, etiamnum inter medios flammarum globos illæsa perstitit. Rem adeo insignem, cælestiaque prodigia diuinitus edita commemorat Icannes Molanus f: *Anno*, inquit, MCCCCLII. *cum magna oppidi portione conflagrauit etiam sacri loci sacellum, sed liquefactis circumquaque metallis hostia glorioso prodigio est conseruata cum arcula, qua continebatur, & sydone byssina qua contra pulueres decidentes muniebatur. Quo miraculo excitati ciues sacellum aliud splendidius erexerunt, magnifice dotarunt, & mirifice exornarunt: vnde Dominus, qui honorantes se honorat, locum illum per sacrum & venerabile sacramentum multis miraculis illustrauit.*

Illæsa inter flammarum globos Eucharistia.

f Molan. nat. SS. Belgij 16. mart.

18 Hoc anno g Ioannes ex Heinsbergensium procerum stirpe episcopus Leodiensis, cum in se incendis-

In medio incendio vna cum hierotheca illæsa.

Instaurandi in eius honorem templum.

Io. episcop Leodiensis cur episcopatu se abdicarit.

g Magnum chron. Belg.

cendisset odia populi, quem malis contaminaret exemplis, episcopatu se abdicauit, cui Ludouicus Borbonij Philippi ducis Burgundiæ & Belgij principis nepos iuuenis: pro quo Ioanne cũ oraret Dionysius Carthusianus, hæc illi diuinitus ostensa sunt, quæ vitæ ipsius Dionysij auctor memorat: *Hunc*, inquit, *ipsum episcopum paulo defunctum in nocte diui virginis Catharinæ vidit pater Dionysius post nocturnas vigilias, cum pro eodem in cella vigilans oraret, a duobus intermixtis gigantea forma spiritibus ante se additum squallidum, tetrum, ardentibus flammis circumsepium, funoque opplctum, eas dixerunt; Ecce, pro quo oras, dominus tuus; mirum autem in modum Dionysius diligenter, vidit circa ventrem & genitalia eius immensum agmen serpentum & bufonum, qui miserum... corrodebant; fuerat enim in vita præter cæteras alias episcopo indignas, in concupiscentijs fœminarum, monialium, virginumque stuprator. Expauit vehementer vir sanctus, admirans æquitatem iudiciorum Dei, & cogitans illud, quod potentes potenter tormenta patiantur, aduertitque illum esse damnatum, quippe cum nihil pro se miser flagitare suffragij, nihil orationis, sed subito a nigerrimis illis Aethiopibus ab oculis intuentis abriperetur.*

Horrendum damnati episcopi ostensum.

Vindicta supplicijs luxuria.

IESV CHRISTI
Indict. 15. **Annus 1453.**

NICOLAI PP.V. FRIDERICI III. IMP. OCC. 14. annus 7. CONSTANTINI X. IMPER. OR. 4.

Constantinopolis excidium. *a Æn. Syl. in Europ. c. 7.*

LVxit hoc anno Christianus orbis excidium Constantinopolis: ac refert Æneas Syluius a Græcos, excitata iam ante a Mahomete ad Bosphori angustias arce, belli imminentis mole territos Latinorum opem imploraſſe; nominem tamen ad ferendas ſupperias commouere potuiſſe. Certabant autem in Aquitania Angli cum Francis, in Anglia Scoti cum Anglis, Burgundus cum Gandauenſibus in Belgio, tantuſque ab ijs fuſus eſt Chriſtianus cruor, vt qui in his prælijs cæſi ſunt, Turcicum euertere imperium potuiſſent: nam in vno tantum prælio viginti & eo amplius Gandauenſium millia cæſa ad Gaueram hoc anno refert Monstrelenus b; ſuperiori vero anno, viginti quatuor millia Anglorum a Scotis gemino prælio trucidata memorat. At quis cæſos in tot Gallicis certaminibus numero comprehendere poterit? Nullas porro ex occidente auxiliares copias Conſtantinopolim inuiſas, violati eccleſiaſtici fœderis, quod in Florentina ſynodo Latinos inter & Græcos ſancitum fuerat, odio, ſcribit Turcograeciæ auctor c.

Occidentalium principum bella.

b Mstr. vol. 3. pag. 53.

c Turcograec. auct. lib. 1. Græciopes Turcas reſeruarunt.

Atqui non modo Latinos ſuis addictos commodis obſurduiſſe ad Græcorum voces ſupplices, verum & Græcos ipſos nimia opum ſeruandarum cupidine ſuam ſalutem prodidiſſe, eaſque Turcis victoribus reſeruaſſe, quas in comparando ad propulſandum hoſtem præſidio impendere abnuerant, narrat S. Antoninus d: quæ confirmat Georgius Phranzæ e, dum refert Lucam Notaram megaducam, capta Conſtantinopoli ingentem theſaurum, quem Mahometo reconditum ſe ſeruaſſe aiebat, demulcendi illius cauſa, increpitum a victore verbis aſperrimis, quod non ſuccurriſſet Imperatori ſuo & domino, & vrbi & patriæ, cum tantum theſaurum poſſideret.

d S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 13. §. 14. *e Phranz. l. 3. c. 18.* Seruatæ dominis arcis exitiũ. Iſidorus Cardin. ad Græcos a Nicolao miſſus.

2 Cæterum Nicolaum operam ac ſtudia ſua pro Græcis tum a ſchiſmate reuocandis, tum a Turcarum tyrannide vindicandis interpoſuiſſe, certum eſt; miſerat enim iam ante Iſidorum Rhutenorum epiſcopum ac S. R. E. Cardinalem legatum, vt renouato eccleſiarum fœdere Latina auxilia mitterent. At Græci illud confirmare tandiu recuſarunt, donec ſe vndique Turcico exercitu ac periculis circumſuſos viderent, vt ſcribit Calchondylas a, qui de poſtrema Turcarum in Conſtantinopolim impreſſione, qua victores in muros aſſcenderunt, hæc habet: *Cardinalis Iſidorus Sarmatarum antiſtes Græcis penes quos ea tempeſtate fuit, auxilio fuit, adorat enim vt ſynodum congregarent, & Romano Pontifici Græci reconciliarent. Hæc quidem paulo ante confecerat, at Græcis illa cum Romanis reconciliatio nimis ſera extitit.* Nimis profecto ſera, cum ea perfecta prius hoſtis Conſtantinopoli ſit potitus, quam auxilia ſubmiſſa a Pontifice peruenire potuerint: qui quidem inſtruxerit claſſem, eique Iacobum archiepiſcopum Raguſinum præfecerit b.

a Chalc. l. 8. Æn. Syl. Europ. c. 3. ſub fin. Sabel. l. 9. ac. lib. 7.

Sero claſſis a Pontifice appulit.

b Lib. 10. pag. 111. Huniades ad ferenda auxilia excitatus.

3. 4 Huius claſſis ex Italia Conſtantinopolim opem laturæ, tum Ioannis Huniadis ex Hungaria exercitum educturi fama perterritum Mahometem ſoluere obſidionem decreuiſſe, ſed ad eam vrgendam a Sagom baſſa confirmatum, narrat Georgius Phranzæ c, qui illius claſſis tamen taſſam vocat, cum vel aduerſis repulſa ventis, vel alia ratione ſerius vela in orientem direxerit. Hanc claſſem ex viginti nauibus & nouem triremibus conflatam refert Monstrelenus d Euboeam applicuiſſe altero poſt captam Conſtantinopolim die; quam a barbaro victore intercepram fuiſſe, dicetur inferius. Addit Georgius Phranzæ e ſingulari prodigio oſtentum Turcis Græcos a Deo oblatos; vim enim coruſcam luminis cœlo demiſſam Conſtantinopolim noctu tegere viſam, quæ dum vrbem texit omnia Turcarum molimina fracta ſunt: at cum Mahometes obſidionem ſoluere cogitaret, lucem illam noctu diſcedere, ſenſimque euaneſcere conſpectam, ac tum in ſpe expugnandæ Conſtantinopolis confirmatum. Prædixerat tam ante centum annos Chriſtus B. Brigittæ f Ieroſolymis agenti Græcorum extremas calamitates, eoſque ab hoſtibus expugnatum iri ob ſchiſmatis crimen, pariterque Cyprium regnum ob ſuperbiam, auaritiam, luxuriemque funditus exciſum iri.

c Phranz. l. 3. c. 18. *d Monstr. vol. 3. p. f. 60.* *e Phranz. eod. c. 18.*

Prædictum Græcorũ excidium a B. Brigitta

f Lib. 7. reuel. c. 19.

Vulgo etiam Conſtantinopolitani imperij excidium aſcriptum eſt inueterati ſchiſmatis crimini; illa enim poſtrema concordiæ reconciliatio ab Iſidoro Cardinale legato in diſcrimine accipiti perfecta coacta potius ob terrorem, admoto iam ipſorum iugulis Turcico gladio, quam ſpontanea veraque ad Deum conuerſio viſa eſt, quandoquidem numeraſſe ferunt g Mahometem ſub ſignis trecenta militum millia, & claſſem comparaſſe h, in qua octodecim triremes erant, biremes quinquaginta, naues ducentæ & viginti octo, cum Imperator Græcus tantum quatuor millia nongentos & ſeptuaginta, & Latinorum vix duo millia militum recenſeret, ac tredecim tantum Latinorum triremes inſtructas haberet. Obſedit vrbem Mahometes ſecunda aprilis die i, cum id memorabile accidiſſe narrat idem auctor, vt quatuor Latinorum naues, quarum tres Liguſticæ, quarta Sicula frumento onuſtæ erant, portum Conſtantinopolitanum ingreſſuræ Turcarum claſſis impetum ſuſtinuerint, repulerintque tanta conſtantia, vt Mahometes ira & furore inflammatus concitato equo in mare procurrerit (adeo vt eius veſtes marina aqua perfunderentur) quo ſuis ad dimicandum animum augeret: ſed ferę illius voces nil profuere, quin e Turcis duodecim millia cæderentur in prælio, cum nullus Chriſtianus in eo occubuerit, pauci tantum fuerint ſauciati, qui aliquot poſt diebus ad Deum migrarunt. At minora fuere ea auxilia, quæ potentiſſimi tyranni impetus a mœnibus propulſare poſſent,

Conſtantinopolitanũ excidium ſchiſmati aſcriptum. Quantæ copiæ adductæ a Mahomete.

g Nauc. vol. 2. gen. 49. *h Phranz. l. 3. c. 18.*

Tenues Græcorum vires.

i Ibidem.

Cæſa a paucis Latinis ad Turcarum millia.

sent, capta enim est demum impetu Constantinopolis vigesima nona die mensis maij, vt Georgius Phranzæ a & Francisci Foscari ducis Venetorum literæ ad Fridericum Imperatorem datæ b testantur: cum enim Iustinianus Longus Genuentis ab hoste globo petitus stationem deseruisset, ducisque exemplo milites aufugerent, Turcæ summo ardore assiliuere in propugnacula, ac fugientibus Græcis in vrbem irruperunt die vigesima nona maij sacra Spiritui sancto, quem procedere ex Patre Filioque tanquam vnico principio profiteri detrectanerant.

a Phranz. l. 3. c. 17.
b Ext. apud Æn. Sylu. d. ep. n. 159.
De Iustiniano Genuensi.

5. 6 Obtritus fuit in porta Imperator Constantinus dum fugam tentabat, eiusque caput dein præcisum infixumque hastæ per barbarorum castra circumlatum. Exercuere crudelem in Christianos carnificinam Turcæ, omneque stuprorum, rapinarum, & in templis sacrilegiorum genus: quam miseræ vrbis vastitatem Isidorus Ruthenorum & Sabinorum episcopus S. R. E. Cardinalis, atque Apostolicæ sedis legatus ita deploravit c: *Ciuitate vero capta post decapitationem Imperatoris cum omni sua progenie & nobilitate, plurimos ferreis manicis & compedibus aliligatos, ac collis eorum funibus cinctis extra vrbem deduxerunt nobiles, plebeios, monachos & monachas, mares & fœminas virtute & conditione præclaros viliperabiliter tractatos multis iniurijs refertos, vt meretricias & in lupanari prostitutas trahebant, tanta & talia contra eos agebant, quanta de brutis animalibus, & qualia sine rubore fari minime quis valeat. Adolescentulos vtriusque sexus a parentibus segregabant, & diuisim de eis pretio negotiabantur. Infantes coram genitoribus suis, vt agniculos mactabant: matres filijs & geniti genitricibus priuabantur: germani a fratribus, vxores a viris, nurus a socrubus lugentibus & vlulantibus segregabantur; disiuncti consanguinei & amici in diuersas regiones ferui venditi ducebantur. O quam amara lachryma, quanta suspiria, quot clamosi singultus inter amicos & notos, qua miserabiles voces emittebantur inter tantas cædes, feruitutes, expulsiones & contumelias! Principes & barones & domini bubulcorum, porcariorum, bomuncionum effecti sunt famuli: infra decennium pueros ad vsus sua perfida secta compellebant.* Et infra: *Deus venerunt gentes gebenna dedit, in hereditatem tuam; quæ Israel est videns te per fidem, polluerunt templum sanctum tuum, ecclesiam nobilissimam S. Sophiæ cum alijs, imagines domini nostri Iesu Christi & matris eius Virginis gloriosæ, ac sanctorum & sanctarum Dei, insignia viuifica crucis conspuentes, confringentes, conculcantes sacrosancta euangelia, missalia, & reliquos ecclesiæ libros dilacerantes, deturpantes, comburentes, sacras vestes sacerdotum reliquaque ornamenta ecclesiæ scindentes ad indumentum suum, & ornamentum sumentes, vel vili pretio conferentes: vasa Domini eius cultui dedicata rapientes, & in eis comedentes & bibentes, reliqua vero conflata ad profanos vsus transferebant. Posuerunt denique carnes sanctorum suorum morticinia seruorum suorum, reliquias beatorum corporum, escas volatilibus cæli, dispergentes hinc inde carnes sanctorum suorum quos occidant, bestijs terræ, quia non erat qui sepeliret. Altaria suffoderunt inuocantes nomen maledicti Mahometi, eum laudantes de victoria.* Et infra.

c Extat eius lit. apud S. Ant. 3. p. tit. 22. cap. 13. §. 14.
Nobilitas & clerus omnis quæ tis opprobrijs habitus.
Infantes coram parentibus mactati.
Quam turpis Græcis seruitus.
Pueri ad Christum negandum compulsi
Barbarorum in sacras imagines furor.
Proiectæ sacræ reliquiæ.
Blasphemæ voces Mahometanorum.

Omitto pro pudore, quod mingebant, stercorabant, omnia vituperabilia exercebant in templis, imaginibus, & reliquijs sanctis, sanctis canibus dabant, margaritas sacramentorum ante porcos proijciebant. Et paulo post: *Monasteria tam monachorum quam monialium inuadentes, omnia diripiebant, eijcientes illas de habitationibus suis, xenodochia infirmorum destruebant, & si de multis & magnis excidijs & exterminijs ciuitatum historiographi etiam gentilium referant, fere nulla posset desolationi huius æquari. Nullum incolam in terra reliquerunt, non Græcum, non Latinum, non Armenium, non Iudæum, vrbem ipsam suis ciuibus nudatam quasi desertam effecerunt. Eorum actus & opera propriis oculis vidi, & una cum aliquibus constantissimis viris, plura perpessus sum mala & pericula, licet de manibus eorum me eripuerit Deus, vt Ionam de ventre ceti, &c.* Hactenus Isidorus, qui tantum discrimen posito cardinalitio cultu, quo ipsum exanime cadauer induisse tradunt nonnulli, ne a Turcis quæreretur. Alij tamen scribunt eum quoque fuisse captum, sed vt ignobilis & obscuræ sortis hominem vili redemptum pretio Peram abijsse a.

Omnes Constantinopolitani vrbe exacti.
Cardinalis legatus diuinitus ereptus ex Turcarum manibus.

7. 8 Potitus itaque Constantinopoli, nec dum satiato furore, Mahometes ad opprimendos tantæ cladis terrore consternatos Christianos, feroces vertit impetus; vt hisce verbis testatur Æneas Syluius b: *Turcarum Imperator Constantinopolitana potitus victoria, non (vt plerosque veterum fecisse legimus) desidiæ se tradidit, sed Peram mox aggressus vicinam vrbem, & a Liguribus longo tempore possessam, in deditionem accepit: classem, quam summus Pontifex Nicolaus cum Venetis ac Ianuensibus & Catelanis in auxilium Gratiæ struxerat sine tempestatibus ætiam, sine per ignorantiam locorum intutam, sine alio quouis infortunio male defensam, vt rumor est, intercepit. Maximas ibi opes, bellicorum instrumentorum vim summam, armorum omnis generis pondus adeptus est.* Hæc Æneas in literis missis ad Nicolaum Cusanum tit. S. Petri ad vincula presbyterum Cardinalem atque episcopum Brixinensem, quem hortatus est, vt Pontificem & Cardinalium senatum ad indicendum Turcis bellum excitaret; quem etiam Fridericus literis suis hortatus est, vt Reges ac principes in concordiam redigeret, vel imperatis inducijs ad coniungendas vires excitaret, Italicos motus sedaret; vires enim omnes suas in Turcas propugnanda Christi fide se educturum.

a Gobelin. in com. Pij II. lib. 12.
Classis Pontificia intercepta.
b Iac. Card. in vit. Æn. Syl. ep. 155 Bin. hist. Gen. l. 12. & alij.

9. &c. Flagrabat Nicolaus recuperandæ Constantinopolis desiderio; cæsareis vero pollicitis recreatus cunctos Reges ac principes Christianos ad sacræ militiæ, accepto crucis symbolo, nomen dandum excitare decreuit. Edidit itaque diploma apostolicum, quo vbi Mahometis grassationes a beato Ioanne in apocalypsi sub draconis furentis specie prænunciatas præfatus est c, ipsis per baptismalia sacra, ac per iusiurandum in principatu accipiendo nuncupatum imperauit, vt ad tuendam Christianam fidem religionemque vires coniungerent; subditque: *Quod in præsentiarum credimus cuilibet esse de necessitate salutis.* Delignati fuere pluribus in regnis euangelici præcones d ad apostolica decreta promulganda, ac populos ad nomen sacræ militiæ dandum excitandos.

Coniuratæ aitiones Christianos Nicolaus ad Turcicum bellum.
c Lib. 46. pag. 133.
d Ext. de re Vvadding. hoc anno num. 19.

13 Cæterum in Christianis Regibus ac principibus excitari visi sunt nonnulli pij animorum motus: inter alios enim Philippus Burgundiæ dux e nouo instructas quatuor triremes subsidio misit, conuocatoque amplissimo procerum suorum cœtu se iureiurando sacro bello addixit in lautissimo conuiuio: cuius exemplo permoti plures viri principes religiosam militiam sunt pariter professi: verum rei grauitas exegisset, vt potius in templo votum huiusmodi sacrosancto ritu conciperetur. Ita religio hæc in periurium verti visa est, ac ductæ tantum profanæ choreæ, comessationibus indictum, datasque opera insanis ludis, quibus per inanem speciem ex Turcis triumphi agebantur: licet enim in Germaniam profectus fuit, vt cum Imperatore de copijs per Germaniam ductandis conferret, tamen implicitus delitijs bello sacro abstinuit, reique inuidiam in Francorum Regem, cuius vim metuendam sui aiebant, deriuauit. At Carolus accusauit Anglos sibi suspectos. Neque ij modo

Philippus dux Burgundiæ sacro bello se deuouet.
e Mss. vol. 3. pag. 55.
Ludis & comessationibus rem gerit.
Ibid. pag. 56.
Inuidiam intermissi belli deriuat in Gallum. Et is in Anglum.

modo Christiani principes, verum neque Germani expeditionem vllam contecere, adeo vt ægre Græciæ reliquiæ aliquandiu seruari potuerint, submissis Pontificum opera subsidijs. Narrat Marinus Barletius a Nicolaum Pontificem & Alfonsum vtriusque Siciliæ & Aragonum Regem ingentem vim auri ad Scanderbegum misisse, vt bellum aduersus Mahometem redintegraret, nec minus solicitum Mahometem ad Epirum populandam duodecim millia equitum duce Amesa effudisse: sed eos omnes circumclusos Scanderbegus partim trucidauit, partim in deditionem accepit. Quam ignominiam vt depelleret Mahometes, mox Debream cum exercitu immisit, sub quo omnino Scanderbegus succubuisset, nisi illum Pontifex & principes occidentales & milite & opibus iuuissent.

a Marin. Barlet. l. 7.

Abnuunt Græcorum reliquiæ coniungi Latinis.

14 At Græcorum reliquiæ, quæ Constantinopolitani imperij eladi superuere, etsi tot flagellis Deo vindice attritæ, errorem tamen suum & malorum omnium causam non deposuere: & quamuis Romanus Pontifex tot tantaque pro ipsis a Turcica seruitute liberandis ageret, non in eius sinum redire, sed a feris discerpi maluerunt. Vt autem eos a schismate & vetustis erroribus reuocaret Gennadius patriarcha Constantinopolitanus in aureo illo, quem pro Florentino concilio scripsit commentario proposuit ijs, prædictum iam ante fuisse Constantino Dragasi Imperatori a Nicolao V. Pontifice Constantinopolitani imperij excidij tempus; qua de re literas apostolicas suo loco attulimus b.

b Ann. Christ 1451. nu. 1. & 2.

Mahometes fidem Christianã admiratur.

15.16 Edidit idẽ Gennadius de fide christiana libellum traditirq; Mahometi postulãti de quo hæc addit Turcogræcæ auctor, *sultanus, hisce ex ore patriarchæ auditis, & in scripto etiam acceptis, magnopere admiratus est illius diuinarum rerum cognitionem & sapientiam, certusque de religione Christiana factus est totam esse veritissimam, mysteria eius non modo vera, sed etiam mirifica, nullum his subesse dolum, sed puritate & splendore vincere aurum. Hinc amore profectus est gentem Christianam, benignoque ab eo exit vultu. Hac de causa edicto proposito grauia minatus est illis, quicumque molestiarent aut cæsos viderentur aliquem Christianorum, in eosque graviter animaduerti iussit. Nec ipse solum sultanus diligebat Christianos, sed euocati etiam Turcæ, qui ipsorum lingua musulmani, hoc est circumcisi appellantur, propter edictum regium.* Natus erat Mahometes matre Christiana, neque oculos ad veritatis lucem extulit. Quamuis vero patriarchas liberè eligi posse permisisset, Græci tamen schismatici, quos Gennadius ad catholicam ecclesiam traducere non potuerat, multo auro postea patriarchalis dignitatis laruam a Mahometanis Imperatoribus coemerunt, de quibus inferius. Vt vero nonnulla pretiosissima Christianæ religionis monumenta in occidentalium manus peruenerint, ne conculcarentur a Turcis, recenseamus.

Sacra syndon delata in occidentem.

17 Perlata hoc anno est diuinæ prouidentiæ singulari munere in Sabaudiam sacra syndon Domini, qua inuolutus in sepulchro fuerat, ex insula Cypro, quæ cum anno superiori Turcarum incursionibus infestaretur, post Constantinopolitanum excidium extremi exitij terrore cohorruerat adeo, vt plures in occidentem transfugerint. Inter quos Margareta Carna Ierosolymitanorum Regum stirpe orta hoc pretiosissimum sacrum munus detulit, quod insigni prodigio Chamberiaci relinquere coacta est c; nam cum duo fures eius scrinia subripuissent, atque in ijs venerandam syndonem capsula aurea inclusam, & alter eam per medium discindere tentaret, contortis manibus colloque obuerso obstupuit, alter cum vsurpatam syndonem ablueret ad delenda stigmata, repente coruscante ex ijs luce perstrictus occecatus est. Hac pœna perterriti fures sacra exhomologesi expiarunt scelus, ac sanitati restituti sunt. At dum Anna Cypria Chamberiaco discessum parat post recuperatã syndonem mulus, cui sacrum onus erat impositũ Chãberiaci portis nunquam egredi potuit, atque eo miraculo admonita Sabaudo principi id munus reliquit.

c Guichen. in chron. Sæcul. ex Philiber. Pingon. in vrbe Cusiaca.

Granatenses in Castellanos excursiones agunt.

18 Subacti a Turcis Græcorum imperij fama Saracenos Mauroſque in Latinum nomen efferauit: Granatenses enim, qui antea vim Christianorum pauidi reformidabant, fastu & animis elati crebras in Castellam irruptiones instructo agmine moliti sunt, atque inter alia municipium nobile cui Ximene nomen erat, expugnarunt, ac late igni ferroque aduersus Hispanos sunt grassati. Quibus auditis Pontifex, cum Medinæ Sidoniæ dux Ioannes ciues ægre tueri se mœnibus posse putaret, indulgentiarum præmia ijs proposuit a, qui ad reficienda illius vrbis propugnacula stipem contulissent. Cæterum hoc anno natum in Hispania Ferdinandum, qui Mauros ex Granatensi regno electurus erat, ac late in Africa & in America Christi imperium propagaturus, obseruant Hispani scriptores, vt quo anno in oriente Ecclesia opprimebatur, diuinitas nouum illius in occidente & meridie amplificatorem procrearet.

a Lib. 15. pag. 382.

Eodem anno in Hispaniæ oppido, cui Fromestæ nomen est, insigne prodigium contigisse narrat Gonzaluus b Illescas, quo & Christi in Eucharistia præsentia, & ecclesiasticarum censurarum vis confirmantur: cum enim in parœcia S. Martini nomini sacra in eo oppido Petrus Ferdinandus Teresius xenodochij præfectus inopia pressus, quod xenodochium flammis conflagrasset, a Iudæo, qui Matutiel Salomon vocabatur, certam vim auri mutuam accepisset, nec condicto tempore nomen dissoluisset, vocatus ius, a iudice ecclesiastico ob non repræsentatam ex fide pecuniam, anathematis sententia perculsus fuit: quare mox Iudæo acceptam mutuo pecuniam restituit, vt eam ignominiam elueret: censurarum vero religione absoluendum se non curauit. Labente exiguo temporis interuallo, grauiori morbo implicitus decubuit, ac parochum, cui nomen erat Ferdinandus Peresius, exciuit vt sacramentis ecclesiasticis rite communiretur: peractaque sacra exhomologesi cum muniri sacra Eucharistia cuperet, ac parochus die xxv. nouembris eam ægrotanti porrigere meditaretur, adeo sacræ patinæ argenteæ adhæsisse comperit, vt nullis inde viribus diuellere posset; expositoque miraculo percontatus ægrotum est num perculsus anathemate aliquando fuisset: ac tum æger censuras se contraxisse ob non solutas Iudæo pecunias fassus est, atque earum religione solui supplex expetijt. Tum parochus, vt miraculi monumentum extaret, ægroto acceptam sacram aliam Eucharisticam formulam porrexit: additque auctor se post centum & quindecim annos patinam argenteam, in qua sacræ illæ Eucharisticæ species seruantur, tenuisse manibus, ac prorsus omnis corruptionis immunes esse, ex eoque prodigio præsentiam Christi in Eucharistia & censurarum ecclesiasticarum vim confirmari, ac Lutheranam perfidiam refelli.

b Gonz. Illescas in vit. Nicol. V. Censurarum vis insigni miraculo ostensa.

Eucharisticæ species post centum & eam plus annos incorruptæ.

19. &c. Grassati sunt hoc tempore in Hispanijs nonnulli nequissimi impostores, qui vt a simplicibus pecunias corraderent, indulgentias pro damnatis animabus liberandis ab inferis vendidere, ac plura alia scelera admisere, quibus ignominiam grauem sedis Apostolicæ dignitati constarunt.

In Gallia Anglii intestinis vero vexati bellis infelici exitu gessere. Receperant e illi superiori anno Spartæ reguli nonnullorumque nobilium proditione Burdegalam aliasque Aquitaniæ vrbes, quæ acerbiora Francorum imperia non ferebant d: verum

c Mezer. ad 1450. pag. 48.

d Ib. pag. 55

hoc

Pulsi iterũ Angli Aquitania. *a Ib. pag. 57.*

hoc anno apud Petrachorios dum Castilionæ arcis obsidionem soluere tentant, magna accepta clade cæsi sunt [a], partaque vrbes amisere, compulsique intra Burdegalæ mœnia incolumitatem pacti in Angliam se subduxere, repetere hactenus Aquitaniam non ausi. Carolus vero Francorum Rex Burdegalensibus, ne Anglica amplius commouerent arma, extructis duabus munitissimis arcibus, frænum iniecit [b], Sparræque regulum nouas defectiones aguamem capitali supplicio affecit [c].

b Pag. 18.

c Pag. 65.

Pannonia latrociniis vexata.

23. &c. In Pannonia per id tempus insignis latro nomine Axamit allectis ad sua signa sicarijs, alijsque facinorosis hominibus illam bellis attrait adeo, vt Ioãnes Huniades regni administraror illius impetus compescere non posset; de quibus in pluribus literis hoc anno exaratis meminit Æneas [d]; addirque e legatos Boemos Viennam profectos Ladislaum petijsse, vt corona Boemica solemni ritu redimitetur, ni fieret, maximarum in regno conuersionum terrorem incussisse. Responsum est ipsum appetente die archangelo Michaeli sacro eo perrecturum, neque iter citius parare posse, cum grauis de rebus Austriacis & Morauis actio ipsi incumberet. Dicta ad exitum perducta fuere; hoc enim anno Ladislaum tredecim circiter annorum adolescentem in Boemiam se contulisse, ac Pragæ solemni & catholico ritu regijs ornatum insignibus, & sacra vnctione delibutum tradunt auctores [e], quamuis Podiebratius regiæ Boemicæ procurator Hussita esset, & Rochyzana archiepiscopum ageret, cuius nullam Ladislaus rationem habuit. Quæ vero digna catholico principe egerit dum in Boemia moratus est, narrat in historia Boemica Æneas Syluius [f] hisce verbis: *Mansit ibi non parvo tempore Ladislaus, nec vnquam hæreticorum ecclesias, quamuis rogatus intrauit, nec sacris eorum interfuit. Presbyter quidam ex factione Rochezana in sacello arcis rem diuinam facturus sacerdotali vsse ornatus ad altare consecrabat. Rex eo in loco sacra, quibus interesset, celebrare nolebat: at vbi hæreticum id muneris occupasse, nec velle alteri locum facere didicit, missio magistro militum profanum sacerdotem nisi abiret, rapi extra sacellum & de proxima rupe precipitari iussit. Illi charior vita, quam contumacia fuit. Rochezanam in celebritate corporis Christi sacram Eucharistiam per vrbem deferentem e fenestra conspicatus nullum reverentiæ signum præbuit: percunctantibus amicis, vt quid sacramentum inhonestasset: Non me latet, inquit, diuinissimum Christi corpus dignius esse quam per me satis honorari possit, nec mea reverentia gloriam eius auget, neque debonestatio decus imminuit: verum mihi cauendum, ne dum Christum honoro, sacrilegum presbyterum Rochezanam populoribus approbasse videar, quorum plerumque mores ex principe pendent; nec illi me Deum contempsisse putabunt, cuius sacratissimum corpus catholici presbyteri manu delatum summis semper honoribus prosecutum videre.*

Ladislaus Pragæ Bohemica corona redimitus. *f Id. Bohem. hist. cap. 62. Cuel. histor. Huss. lib. 11. Dubr. l. 29. Micou. l. 4. c. 65. in fin. & alij.*

Rochizanæ impudentia.

Hæreticum sacerdotẽ ni cedat altari precipitari iubet Ladislaus.

Cur Eucharistiam circumlatam ab hæreticis non adorauit.

24 In Vrbe hoc ineunte anno detecta restinctaq; est periculosissima coniuratio in Pontificis & Cardinalium vitam & dignitatem facta a Stephano Porcario [h], qui Nicolaum in æde S. Pauli celebri die epiphaniæ capere cum coniuratis decreuerat, victumque cathena aurea, quam ostentare solitus erat, in conspectum arcis Hadrianæ adducere, vt intentata illi morte cruenta præsidiarios milites ad deditionem cogeret: verum patefactis diuinitus insidijs ac vir impius merito supplicio affectus est.

h Æn. Syl. de Europ. c. 58.

Cõiuratio in Pontificẽ detecta

IESV CHRISTI

Annus 1454.

Indict. 2.

NICOLAI PP.V. annus 8. FRIDERICI III. IMPER. OCCID. annus 15.

1. &c. DE sacra expeditione a principibus Christianis aduersus Turcas conficienda agitata sunt consilia: atque in primis Germanorum principum conuentus Friderici Imperatoris iussu Ratisponæ est coactus, in quo habita est ab Æneæ Syluio concio tantæ eloquentiæ ardore, vt decretum de bello sacro editum sit, quod refert Ioannes Gobelinus [a], subditque neminem fuisse, qui bellum suscipiendum cum Turcis non censeret. Verum præclara consilia ad exitum postea perducta non fuerunt; quod ipsemet Æneas præsagiebat ob varias principum dissensiones, orbisque Christiani miserum statum, in literis ad Leonardum Senensem datis exposuit [b].

Ratisponẽ fes conuentus.

In ijs decretum in Turcam bellum. *a Id. ibid.*

Præclara consilia soluta euanuere.

b Æn. Syl. epist. 127.

6 In Hungaria etiam coacti sunt celeberrimi ordinum cœtus, in quibus de conflando aduersus Turcas exercitu, cui præfectus est Ioannes Huniades, inita sunt consilia, promulgataque ab Vvladislao ea de re literæ [c]. Quo tempore cum Dionysius Carthusianus orientalis ecclesiæ in Turcicam seruitutem delectæ & Constantinopolis excidium deflereț, alienatus ab sensibus edoctus est de arcanorum diuinæ prouidentiæ iudiciorum æquitate, quæ Græcos lauari ab infidelibus permittebat; eumque ab fontibus insontes quoque opprimi quereretur, fidelium culpa triumphare infideles accepit, vti refert Dorlandus [d] in eius vita, additque illum principes ad sacrum bellum incitare conatum. Coniunxere etiam studia sua religiosi alij viri ad principes mutuo in Turcas tedere sociandos, inter quos Simoneta Camers Augustinianus doctrina & pietate insignis pacem Italicã composuit magna cum totius orbis Christiani admiratione, pro qua concilianda Pontifex & Cardinales maximos labores frustra insumpserant.

c Ext. apud Dolgast. t. 3. pag. 479.

Oltenia diuinitus oppressorẽ tali ecclesiæ causa.

d Pet. Dorland. in vita Dionys. Carthus. tom. 1.

Italica pax composita

7 Non tamen confecta est aduersus Turcas sacra expeditio: causas autem attigit Æneas Syluius, ac de Hispanis locutus ait ipsos Granatensi implicitos bello, quod iam sæpius a nobis indicatum est: quamquã Alfonsus Lusitaniæ Rex classem ingentẽ instruxit e contra Turcas, eamque proculdubio, ni noua discordia res Italicas confudisset, deduci iussisset; cui vt rei Christianæ defensori Pontifex rosæ aureæ sacrum munus transmisit.

Lusitanus in Turcas bellum sacrum meditatus. *e Mariana l. 22. cap. 17.*

8. 9 Et sane optime erat ille meritus de Ecclesia in propaganda fide in Africa, iterque moliebatur ad Indias; singulis enim annis parata classe, Africæ oras, quas perluit Oceanus, lustrari iubebat, easque suo adiungebat imperio, iamque ad Nigritas penetratum erat: quo felici successu permotus Nicolaus ad proferendam Christi gloriam, animasque ex tyrannide dæmonis vindicandas, potestatem contulit Alfonso Regi, vt Saracenos, ac alios quoscumque gentilitia superstitione irretitos sibi subijceret, & eorum terras ac regna inuaderet, & quæ antea in Ceptensi bello concessa fuerant iura ad vniuersæ Guineæ prouincias exporrexit.

Afficus literis a Lusitanis perlustratis.

10 Iam Lusitani ad promontorium Bonæspei, quod vltra æquatorem triginta quinque gradibus excurrit in meridiem, progressi erant, cum Ioannes Rex Castellæ [f] moleste ferens a Lusitano in Africa proferri imperium, barbarosque illi subijci, misso Ioanne Gusmanio oratore minas intentauit Lusitano, se adducturum in Lusitaniam exercitum, ni consilium subigendæ Africæ, cuius expugnationem sibi reser-

Castellæ Rex in eã inuidia ex quus. *f Mariana l. 22. cap. 14.*

uatam contendebat, abijceret. Plena erat odij & factus legatio, Castellanum qui pellendis Granatensibus; ar non esset, pati non posse Atros a Lusitanis debellari. At litem diremit eiusdem Ioannis mors, qui obijt a Vallisoleti vigesima iulij die huius anni sacramentis rite munitus. Successit b ei Henricus filius, inque publicis regni ordinum coetibus regia ornamenta accepit.

Sua morte controuersiam dirimit, als. red. cap Henricus filius sceptris succedit.

b Id. cap. 15

a Sup cap. 15 Funesta in Nauarra inter patrem & Filium de regno dissensio.

In Nauarra c actum est de redintegranda pace inter Carolum Viane principem eiusq; patrem Ioannem Regem Nauarræ. Acceperat enim Ioannes genere Aragonius Nauarræ sceptrum beneficio Blanchæ vxoris Reginæ, qua defuncta cum secundas celebrasset nuptias, Carolus contendit iniuria maternum regnum a patre obtineri, ac iure in se transiturum, præcipue cum nouerca inducta esset, quæ transmittendi in filium regni cupidine priuignum puerum esset; quare grauissimum accensum a bellum, ac misere Nauarra a patre filioque dilacerantibus, luctibus annis attrita est.

c Gariel l. 18 c. 23. & 25.

Dani & Sueci ciuili bello implicati.

11 In septentrione grauibus æque dissensionibus vexabatur Christiana respublica; cum enim Sueci Carolum sibi Regem præfecissent, violato veteri decreto, quo cautum erat Danos, Suecos, ac Norwegios ad creandum vnicum Regem mutuo fœdere conspiraturos, Christiernus a Danis & Norwegis ad solium vocatus Sueciam reliquis regnis coniungere affectabat: sed cum Norwegiam etiam ei eriperet Carolus, instructa classe ad vindicandum ad regnum ex Sueci potestate se comparabat; cum a Friderico Imperatore rogatus, vt ad Turcarum reprimendam tyrannidem & Constantinopolim recuperandam arma verteret, rescripsit d nihil optatius posse contingere, quam si sub cæsareis signis in barbaros exercitum pro fide tuenda educeret; ob regni autem turbas vtis se potiri non posse.

d Ext. apud Aen. Syl. epist. 128.

Grauissimi etiam tunc motus rei Christianæ admodum exitiales excitati erant in Prussia f, vbi populi intolerabilis, qua ab equitibus Theutonicis opprimebantur, seruitutis pertæsi, Casimirum Poloniæ Regem sibi præfecere: qui reperendi veteris iuris pecupidus, contracto exercitu, in Prussiamque profectus, populos sacramento fidei sibi astrinxit, & equitum arces vexare cœpit; cumque Comitium obtideret, Rudolphus Sagoriæ princeps septem millibus militum lectissimis instructus eum adortus est, quamuis Casimirus duodecuplici millia Polonorum sub signis numeraret: in quo prælio Rudolphus quidem occubuit, Casimirus vero ingenti clade accepta equo deiectus, atque in fugam actus est g. Caterum Pontifex Nicolaum de Cusa tit. S. Petri ad vincula presbyterum Cardinalem ad Prussiæ res componendas eo legauit h.

Grauissimæ in Prussia discordiæ. f Æn. in Europ. c. 9. Alich. l. 4. c. 40. Chron. l. 12. c. 23. Krantz Vandal l. 13. c. 17. & 20.

Adsciscus a Pruthenis in principem Rex Poloniæ.

Fugatus e Prussia cruento prælio. g Æn. Syl. sup. c. 29

h Nic. l. 17. pag. 476.

12 Profectus in Prussiam legatus, cognita causa Prutenorum fœdera damnauit, eosque proposito anathemate equitum Cruciferorum imperium subire iussit i, cum illi prouinciam ab infidelium manibus vindicassent. Sed eius mandata inter bellicos tragores a Pruthenis non audita fuere. Extractumque bellum est in plures annos summo rei Christianæ detrimento: quæ ita admodum afflicta iacuit; dc Turcæ latius grassari sunt: quorum tyrannidem vertirus Georgius despota Rasciæ, in Hungariam profugus abijt l auxilia a Ladislao Rege flagitaturus: quam calamitatem ille prodita Christi causa ex inimio in Amuratem generum studio sibimet accersiuit.

Pruthenorum fœdera damnat i dem. sup. cap 29

Extractum in plures annos bellum. l id. de Env. c. 4. Heron. Beck in ann Tur. Ch. l. 8 dyl. & alij.

IESV CHRISTI annus 1455. Indict. 3.

CALLISTI PP. III. FRIDERICI III. IMP. OCCID. annus 1. 16.

1. 2 INter cæteros principes pium ardorem excitauit Philippus Burgundiæ dux, qui fortissimum exercitum sacro crucis symbolo insignitum ducere in hostes fidei parabat: cui singulæ vrbes eius subiectæ imperio certam auri vim ad bellicos sumptus pendere eram pollicitæ: & ille vicissim, vt refert Meyerus a, spoponderat eam se in alios vsus non deriuaturum, neque accepturum nisi expeditionem conficeret. Imperarat præterea ad id Pontifex b clero ipsius ditioni obnoxio subsidiarias decimas, tum sacrarum indulgentiarum præmia illis proposuerat c, qui vel religiosam militiam profiterentur, vel sua impensa militem armis egregie munitum tenerent in exercitu: in quo ad omnium præsidium comparandum Tullensem & Attrebatensem episcopos legatos a latere creauit d, ac Philippo duci hærere, adesseque consilio iussit.

Instructi a Burgundo apparatus belli sacri.

a Meyer. in Hist. Burg.

b Nic. l. 18 p. 196.

c Ibid. p. 194 Decreti legati Apostolici.

d Ibid. p. 15.

3. &c. Ad reprimendos eorundem Turcarum impetus Nicolai solicitudine, adhibito e interprete Dominico de Capranica Cardinale ineunte hoc anno ictum est fœdus f inter Pontificem, Aragonum Regem Alfonsum, Florentinos, Venetos, & Franciscum Sfortiam ducem Mediolanensem in annos viginti quinque aduersus omnes externos, qui vexandam bello Italiam susciperent, ac præcipue aduersus Mahometem. Recensentur a Facio singulæ fœderis pactiones, extantque in m. s. codice pergameno Vallicellano g.

Confirmata pax Italiæ. e Facius de reb. gest. Alfons. lib. 1. f Poggianus Vitæ eius.

g M. s. Vall. sign. lit. B. n. 19. p. 34. ad 40. & in annalib.

6 Inter hæc autem expugnauit hoc anno Athenas Mahometes, vt tradit Turcograecæ historiæ auctor h: quin etiam Turcæ Tartarique iuncti fœdere Caffam præclarem in Taurica Chersonesso Genuensium coloniam, aliaque eorundem ad mare Ponticum sita loca Christianis eripere, Latinumque nomen in oriente delere parabant. Quo cristi accepto nuntio Christi vicarius omnes Genuensis reipublicæ clientes literis cohortatus est i, vt confirmatis animis ad hostium retundendos impetus se accingerent, opemque aduersus barbaros laturis stipemque in sumptus bellicos erogaturis cœlestis præmium est pollicitus l.

Athenæ expugnatæ a Turcis. h Turcogr. l. 2 pag. 137.

i Lib. 18. pag 367.

7. &c. Dum collabebatur in oriente Christiana religio, propagabatur diuinæ prouidentiæ consilio ad meridiem, ac Lusitani ad Indos sulcato Oceano iter molichantur. Iam plures insulas subegerant, in quibus templa Deo optimo maximo posuerant, ac gentiles ad Christiana sacra perduxerant, tum Ghineam vastissimam prouinciam aperuerant, eiusque occuparant portus, tam egregij lucri auctore præcipuo Henrico principe Regis patruo. Ne vero cæteræ nationes illectæ lucro in eas se conferrent oras, ipsarumue affectarent imperiū, Pontifex amplissimo diplomate pronuntiauit m tum Septam, tum reliquam Africam a promontorijs Boradoc & Nam ad Ghineam vsque, vel etiam vltra ad antarcticum Lusitani iuris esse, omniaque Saracenorum aliorumue infidelium interiacentium regna, nec non alia etiam remotiora cum obiacentibus insulis Lusitanæ coronæ addicta ex amplitudine sacrosanctæ potestatis fuisse. Quod diploma confirmatum est a Calisto n insequenti anno.

Propagata in Æthiopia occidua religio. l Lib. 18. bull secr p. 367.

m Lib. 18. pag. 410. & in annalib.

10. 11 Hæc aliaque plura orbi Christiano consulturus cernebat Nicolaus, cum febre ex doloribus arthritidis, qua extremo pontificatus tempore

n Castell. l. 1. ep sec p. 33. Nicolaus arthritide vexatus arthriticis doloribus enecatur.

Præsidet mortem.

fetentus fuit, accensa correptus est; vtque ab Eugenio diuinitus obiecta cœlesti specie acceperat, octauo pontificatus anno e vita se discessurum, Cardinales conuocauit, ac prolixa oratione, de qua meminit S. Antonius a, quamque Iannozzius Manettus affert b, gestorum suorum causas reddidit. Ex ea delibanda visa sunt nonnulla; de conditis enim a se Romæ, atque alijs in vrbibus ac locis arcibus & ædificijs locutus hæc subdit: *Non ambitione, non pompa, non inani gloria, non fama, non diuturnioris nominis nostri propagatione; sed maiori quadam Romanæ ecclesiæ auctoritate, & ampliore sedis Apostolicæ apud cunctos Christianos populos dignitate, ac certiori vsitatarum persecutionum euitatione, talia tantaque ædificia mente & animo conceperamus*, &c. Gratias insuper Deo egit de singularibus beneficijs sibi collatis, hortatusque est Cardinales ad retinendam in sacris peragendis maiestatem, necnon ad mutuam concordiam: tum ecclesiam Romanam, diuinæque gloriæ studium amantissimis verbis commendauit. *Cum itaque*, subdit auctor, *hæc & alia huiusmodi memoriter & clara voce, ac concinna & continua seueritate peroraſſet, dextero brachio ad eos parumper conuerso: Benedicat, inquit, vos omnipotens Deus Pater & Filius & Spiritus sanctus.*

a S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 14. in princ. b Manett. l. 3. in vit. Nicol. V. in Ms. Vat. sign. n. 2046.

Commendata ab eo Cardinalibus Ecclesia.

Sacra prece Iustrati.

Communicat se sacramentis Nicolaus.

13. 13 Accinxit se auctis doloribus, ad extremam luctam, seque sacramentis rite pieque communiuit, atque episcopos & pios sacerdotes, qui ipsum verbis sacris solarentur, adstantes habuit; inter quos erat Atrebatensis præsul amicissimus, cui flenti hæc dixit c: *O Atrebatensis, ne fleas quæso, quinimmo has tuas lacrymulas in deuotas deprecationes conuerte, & prome paulo post moriturus ad omnipotentem Deum dominum nostrum humiliter deprecare.* Denique maximo bonorum omnium dolore, eorum præcipue, qui sacram in Turcas expeditionem confici cupiebant, ex hac vita excessit; mox enim retardata omnia fuere pia consilia, in superioribus conuentibus inita, vt Ioannes Gobelinus d refert. Exegit in pontificatu annos octo, dies decem & nouem; obijt namque XXIV. aprilis die, feria III. hora noctis quinta, vt narrat Stephanus Infissura, cui Bartholomæus e de Turcia, Paulus Benedictus f, &c alij consentiunt, sepultusque est in ecclesia S. Petri.

c Manet. l. 3 Monet episcopum Atrebatensē vt lacrymas in preces vertat.

d Gobelin. in comm. Pij II. lib. 1. Pontificatus tempus.

e Bartol. de Turc. in Ms. Vat. sign. n. 111.

f Paul. Ben. sign. n. 110. Qui Cardinalitia purpura ab eo donati.

14 De creatis ab eo Cardinalibus hæc habet Baptista Platina: *Bis Cardinales creauit, & primo quidem vnum tantum Auonium natione Maioricensem ad tit. S. Chrysogoni, quem sibi philosophiæ studijs & arcanorum sacræ theologiæ cognitione ex omnibus parem elegerat.* Creatum fuisse anno MCCCCXLVIII. XIII. kal. aprilis memorat Alfonsus Ciacconus. *Secundo sex creauit, aut doctrina præstabat, aut generis claritate insignes, inter quos & germanum suum Philippum sanctæ Suſannæ Cardinalem assumpsit placidis moribus & incorrupta fidei.* Erat is Philippus Calandrinus frater ex matre episcopus Bononiensis. Reliqui fuere g Astorgius Agnensis Neapolitanus patria archiepiscopus Beneuentanus creatus presbyter tit. S. Eusebij, Latinus Vrsinus archiepiscopus Tranensis Cardinalis tit. SS. Ioannis & Pauli renuntiatus, Alanus natione Brito episcopus Dolensis titulo S. Praxedis insignitus, Ioannes Raolinus episcopus Cabilonensis tit. S. Stephani in Cœlio monte exornatus, Nicolaus de Cusa Germanus archidiaconus Leodiensis tit. S. Petri ad vincula decoratus, quem in maximis legationibus adhibitum vidimus: creatos vero Cardinales XIII. ianuario mense anni MCCCCXLIX. narrat Ciacconus.

g Alph. Ciacc. in Nicol. V. Quisecunda vice creati.

15 Ipsum rei literariæ gloria floruisse, atque ad eam prouehendam libros maxime Græcos vndique conquisiuisse maximo sumptu, ne veterum doctorum monumenta deperirent, conseneit Franciscus Philelphus a, in literis proximo anno ad Callistum datis, in quibus hoc illum exornat elogio: *Innumerabilia, inquit, propè volumina ingenij etiam prætò adueſta sunt in Italiam: itaque iure optimo dici potest non periisse Græciam, sed in Italiam, quæ olim magna Græcia dicta est, vnius eius Nicolai Pontificis clementia commigrasse.* Nonnullisque interiectis: *Parabat magno conatu & viribus bellum aduersus Turcos, quos euomuerunt quotidie magis magisque inualescere, nec aliud animo volutare, quam perniciem & exitium nominis Christiani. Itaque belli nernos, hoc est pecunias, & ab alijs comparabat, & suis ipse non parcebat; intelligebat enim omnia opertere esse communia pro Christo Iesu. Classem ornabat ingentem & validam, copias vndique accersebat, nihilque prætermittebat, quod ad belli gerendi, ad consequenda victoria rationem attineret.* Addit delectatum illum doctorum hominum familiaritate; ac similia refert S. Antonius.

a Philel. l. 3 ep. 2. ad Callist. Manett. in vit. Nicol. V.

Accingebat se gerendo in Turcas bello.

16 Recenset Æneas Sylvius b virorum doctorum nomina, qui Græcos auctores in Latinam linguam transtulere: *Acceptissimi, inquit, ei fuerunt in transferendis operibus Georgius Trapezontinus, Laurentius Valla, Petrus Candidus Decembrius, & Georgius Castellanus. Item Demetrius natione Græcus; qui soluta oratione vtentes cum Pontificis aures mirificè obtestarent, nihil ex eo quod peterent non abstulerunt.* Confirmat id Franciscus Philelphus c, qui se humanissime habitum a Nicolao refert. Addit Baptista Platina.

b Æn. Sylu. in Europ. c. 58 Literarum amantes fuit. Qui floruerint eo tempore in re literaria.

c Philel. l. 12 in ep. ad Nic. Arcimbol.

Eleemosynas quoque multas in pauperes erogauit, maximè vero nobiles adinopiam ob varios rerum humanarum casus redactas. Virgines inopes sua pecunia & munificentia maritis collocauit.

Virgines inopes dotat nuptui.

17 *Cardinales*, inquit Ioannes Gobelinus d, *de successore soliciti, ac conclaue, vt moris est, ingressi varijs consultationibus agitati sunt, eratque admodum difficile duas collegij partes in vnum conuenire, scrutinioque semel atque iterum inassum peracto, colloqui sunt inter se aliqui extra locum scrutinij, Bessarionemque Cardinalem Nicænum eligere decreuerunt, quod is omnium aptior ad rempublicam gubernandam videretur, conueniebatque numerus illum sufficiens, nec dubium videbatur, quin sequenti scrutinio Pontifex a duabus partibus eligeretur, iamque ad eum supplicationes deferebantur; quod vbi ad alios alterius partis delatum est, Alanus Cardinalis Auinionensis, nunc istum nunc illum circumiens. Ergo, inquit, ecclesiæ Latinæ Græcum Pontificem dabimus, & in capite libri ecclesiæ Latinæ collocabimus? nondum barbam vlcisci Bessarion, & nostrum caput erit? En paupertas ecclesiæ Latinæ, quæ virum non reperit summo apostolatu dignum, nisi ad Græcos recurrat. Sed agite patres quod libet. Ego & qui mihi credent in Græcum præsulem non consentiemus. Mouerunt ea verba nonnullos, adeo vt duæ partes collegij nullo pacto ad Bessarionem accederent, qui cum vna nocte Pontifex constanti omnium opinione habitus esset, aduenienti luce Cardinalem se reperit aliquanto minoris famæ quam antea fuerat, vt accidere his solet, qui magna e spe ciderunt.* Id Bessarionis aduersarios moliros testatur Baptista Platina e, quod vtpote leues & delitijs diditi eius integritatem verentur: subiungit Gobelinus f.

d Gobelin. in comm. Pij II. lib. 1. De successore deligendo certatum. Bessario Cardinalis a plerisque imperitiæ experitus

e Plat. in pontif. Bessarion.

Factiosus Cardinalis electionem discutit.

Conuentum est denique ad scrutinium, & via quæ per accessum vocatur, tentata. In eum duæ partes consensere, de quo minor erat expectatio populi. Is fuit Alfonsus Cardinalis SS. Quatuor coronatorum natione Hispanus ex ciuitate Valentia nobili loco natus, scientia inuis eminentissimus, & multarum rerum experientia præditus, verum senio grauis ac propemodum decrepitus, nam septuagesimum annum transcenderat, qui etsi ante aliquot annos, & vacante tum sede Apostolica, suam

f Gobel. sup. l. 1. Alfonsus Borgia delectus.

assumptionem omnibus fere prædixisse, seque præsidibus futurum Pontificem maximum affirmasse, nullius tamen opinionem ad se traxerat, & delirare potius more vulgi existimabatur. Sed fuit eius vaticinium verax, quod a beato Vincentio se habuisse narrabat, sua natalis beatæ tam defuncti, quem postea inter sanctos Christo confessores retulit, Alfonso in Petri cathedra confirmato Callisti veri nomen est mutatum. Ijs, quæ de Altoni doctrina testatur auctor, consonant hæc Æneæ Siluij [a] verba: *Vnus omnium, qui suo tempore scientiam iuris professerentur eminentissimus.* Et S. Antoninus non modo illium scientiæ, verum & virtutum quoque opinione floruisse testatur [b]: *Vir*, inquit, *æstimatus magnæ iustitiæ & æquitatis, & bonæ & laudabilis famæ, magnus iurista.*

Accepere a B. Vincentio se futurum Pontificem. Callisti nomen sibi asciscit.

[a] Æn. Sylv. de Europ. c. 58.

[b] S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 14. in princ.

Luris scientia excellebat.

18 Vbi primum pontificarum iniit, animum ad comprimendum Turcarum furorem, impetumque frangendos conuertisse, atque ad id perficiendum publice voto se deuinxisse S. Antoninus, Æneas Syluius, alijque testantur [c]: immo ea de re ipsum nuncupasse votum ante pontificatum acceptum, refert Platina [d], qui etiam formulam, qua conceptum erat, describit.

[c] Idem ubi sup.

[d] Plat. in Callist. III.

19 Susceptis XII. [e] kal. aprilis pontificijs infulis, exequendi huius voti studio inflammatum Callistum omnes curas intendisse tradunt auctores [f], & concionatores vniuersam Europam ad fideles in arma religiosa concitandos percurrere iussisse, sexdecim triremes Romæ instruxisse. Addit Æneas Syluius [g], qui tum scribebat: *Ad eam rem*, nimirum post nuncupatum votum, *perficiendam solemnes misit in Galliam, in Hungariam, in orientem legatos primarios S. R. E. Cardinales.* In primis ergo Nicolai decretum de gerendo in Turcas bello renouauit, quo vniuersi Reges ac principes admoniti fuerant, felicem immortalitatem eos non adepturos, nisi in tanto rei Christianæ discrimine excidioque vires ad religionem tuendam, positis mutuis odijs, in vnum conferrent.

Dimittit procones ad fideles in sacra arma concitandos.

[e] Plat. in Call. III.

[f] Cæl. sup. l. 11. & alij.

[g] Æn. Syl. de Europ. c. 58.

Legati solemnes missi a Callisto in varia regna.

20. &c. Porro cũ vniuersa Christiana regna huiusmodi rei fama peruasisset, principes ac populos admodum erectos meliores spes concepisse refert S. Antoninus [h]: *Quod*, inquit, *latificauit diuulgatum per orbem principes & communitates Christianorum, qui non solum Italiæ, sed vltramontani omnes pene per oratores solemnes visitarunt sanctitatem eius, congratulantes de eius promotione, debitam reuerentiam & obedientiam offerentes, ac supplicantes ad confirmationem & confirmationem pacis Italicorum... inita, & excitandos fideles ad insurgendum contra hostes Christicolarum, & eliminandum de finibus suis, & ad cultum Dei ampliandum. Omnes honorifice susceperunt a beatitudine sua & Romana curia.* Ipsummet S. Antoninum missum oratorem ad Callistum III. a Florentinis, qui legationi auctoritatem splendoremque conciliare optabant, retere Leander [i], illique adiunctos collegas Gianocium Pandolfinum, Octonicolinum iurisconsultum, Antonium Ridolfum, & Ioannem Medicem Cosmi filium, habitamque a sancto archiepiscopo in sacro senatu coram Pontifice orationem tanta verborum sententiarumque venustate, gestus & vultus grauitate, vt non orator, sed missus e cœlo angelus prolocutus videretur. Inserta est ab ipso ea oratio in suo chronico [l], quam præterito nomine suo modestiæ causa, atque ab vno e Florentinis oratoribus habitam ait. Eodemque argumento habita est alia perelegans oratio ab Æneæ Syluio [m] episcopo Senensi ab Imperatore ad Callistum legato, qua eiusdem Pontificis pia consilia de cruce signata expeditione quamprimum conficienda in Turcas, addita egregia adhortatione commendauit.

S. Antoninus Florentinorum nomine legationem obit.

[h] S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 14. in prisc. Saluatur a principibus.

[i] Leand. de viris illustr. ord. Prad. l. 3. in vit. S. Anton.

[l] Antonin. Ant. tit. 22. c. 16. in princ.

[m] Æn. Sylv. inter epist. n. 398.

26 Accepit in clientelam apostolicam Bosnam Callistus, ac legationis in Germania regnisque adiacentibus, tum in locis Turcico obnoxijs imperio obeundæ prouinciam dedit [a] Ioanni Caruajali S. Angeli diacono Cardinali, & quo instructiores compararentur copiæ, eiusdem Cardinalis legationi in Polonia gerendæ onus adiectum est [b]. De illius in Hungaria legatione meminit Ioannes Taluacianus B. Ioannis Capistranensis socius in literis [c] ad Iacobum Picentem Minoritam datis, narratque vt hoc anno idem B. Ioannes apostolicus internuncius in Pannoniam se contulerit verno tempore diuino actus imperio, postquam in Boemia sexdecim circiter millia Hussitarũ Christo Ecclesiæque conciliasset, in Polonia ac Germania a peccatis populum absterruisset, plura cœnobia excitasset, atque maximis honoribus ab Hungaris exceptum cultumque tuisse; tum hæc subdit: *Post multos sua ferventissima prædicationis sudores, post vberrimos fructus per Hungariam mirifice perpetratos, fauore ipsius domini Ioannis contulit se ad partes Transiluanas, ad Valachos Russianos schismaticos & Patarenos, ex quibus per spatium trium mensium, vndecim millia... sua prædicatione suscepto baptismo ad vnitatem & obedientiam sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ reducta sunt, quorum etiam magistrum & fautorem post combustionem sue habitationis in Hungaria, & suorum bonorum direptionem, sua disputatione conuictum publice coram baronibus & prælatis in forma ecclesiæ Romanæ Buda baptizauit de assensu reuerendissimi domini legati.* At de his hactenus: nunc reliquas a Callisto decretas legationes percurramus.

Cardinalis S. Angeli in Germaniam legatus.

[a] Ibid. p. 235 & 251. & 3. Ant. 3. par. tit. 22. c. 14. in princ.

[b] Sup. p. 235 & Bzr. apud Wadd. ann. n. 6. hoc ann. n. 43.

In Transiluania & Valachia vndecim millia hæreticorum conuertit.

Magistrum Pasaremorum baptismo lustrat.

27 Ad conciliandos Anglos cum Gallis missus est in Britanniam Nicolaus Cusanus [d] tit. S. Petri ad vincula presbyter Cardinalis, amplissimaque auctus potestate, vt controuersias sedaret, populique arma aduersus Turcas vertenda curaret. Ne vero pecuniæ in alienos sordidosue vsus auerterentur præcepit, vt in principis ecclesiæ sacrario seruarentur pluribus seris obsignatæ: qua de re ad Ioannem de Curte Dominicanum datæ literæ [e], quibus profiteretur Pontifex se statuisse quindecim triremes in hostem instruere, vel si classis ab alijs ornaretur, sumptus se in illa faciendos pro terrestri exercitu impensurum.

Nicolaus de Cusa in Angliam missus.

[d] Lib. 3. pag. 190.

Decreti plures quæ flores pro cogenda classe.

[e] Lib. 3. p. 19

28, 29 Vrgebat porro summa necessitas parandæ classis, cum Mahometes insulas Ægei maris deuastaret, expositisque in continentem copijs nunc has, nunc alias oras repentinis excursionibus vexaret. Præfectus itaque est a Callisto pontificiæ classi Petrus archiepiscopus Tarraconensis, atque legati apostolici de latere munere auctus, iussitque orientis Christianos omni virium contentione tueri, datis ad eum literis [f], in quibus narrat, vt ipse decretis solemnibus supplicationibus iratum Christianis ob eorum flagitia Deum placare missus sit, dein legatos Cardinales concepta ad id precum formula suis manibus crucis symbolo insigniuerit, tum Reges principesque ad sacri foederis ineundam societatem in Turcas solicitarit.

[f] Lib. 13. pag. 258. Legati Cardinales sacra cruce insignati a Callisto.

30. &c. Excitatus pontificijs adhortationibus, religionisque contra Turcas defendendæ accensus studio, vt videbatur, Alfonsus Aragonum & vtriusque Siciliæ Rex, crucis signum induere atque exercitum ductare præ se tulit: cuius pia consilia commendauit Callistus, ac patriarcham Alexandrinum tum Regi, tum alijs proceribus militibusque religiosam professuris militiam sacrum ipsum crucis signum ritu solemni conferre iussit; si vero patriarcha quopiam præpeditus impedimento esset, Balearium episcopum eo munere perfungi iussit [g].

Alfonsus Rex Aragonum sacrum bellum meditatus.

[g] Lib. 13. pag. 281.

Inter

34. &c. Inter hæc de periculis orientalibus colonijs imminentibus certiores facti Genuenſes a Maonenſibus & Chienſibus, ad Calliſtum literas a, vt adducto in diſcrimen orienti opitularetur, dederunt b. Bolphorum Thracium a Turcis obſeſſum fuiſſe, adeo vt nulla nauis in Pontum Euxinum penetrare poſſet: atque inde Ponticas regiones, quæ Chriſtum colebant, timore perterritas: cæterum inſignes plures vrbes in ijs oris Chriſtiana fide imbutas perſtare, nam præter imperium Trapezuntinum, Caffam, Soldaiam, Symbolum, & Amſtriam claras vrbes Chriſtianis ſacris addictas, ex quarum clade religio maxima calamitate afficeretur. Premebantur vero hoc tempore Genuenſes iniquiore bello ab Alfonſo Rege Aragonũ: quare mirum non eſt Calliſtum Papam ab eodem Alfonſo abalienatum animo fuiſſe, quod ei vertere vitio nonnulli auctores, ſed perperam, cum nihil indignius eſſet, quam Alfonſum poſt tot iactata verba de conficienda in Turcas expeditione, coactaſque decimas impetus non in barbaros, ſed in Genuenſes bello ab infidelibus petitos, vertiſſe.

a Ext. ibid. pag. 332. Pontici gentes ſubijcere meditati Turcæ.

b Extat cor. lib. ib. p. 317

Infignis Alfonſi perfidia.

Indictum Granatenſibus bellum.

39 In Hiſpania cum Granatenſes Mahometani proximis euolutis annis plures excurſiones in Caſtellam egiſſent, grauiſque Chriſtianæ religioni intuliſſent calamitates; Henricus regni auſpicia tanto abolendo dedecori conſecrauit, crucisque ſymbolum induit, quem in tam ſtrenuo opere non deferendum cenſuit Calliſtus; propoſitaque ſunt ampliſſimæ indulgentiæ religioſam militiam profeſſuris; vtque in bellicos ſumptus neceſſariam auri vim Regi compararet, ijſdem indulgentijs potiri voluit, qui tres nummos aureos contuliſſent. Inſtructos ab Henrico ingentes bellicos apparatus, narrat Ioannes Mariana c, ac numeraſſe ſub ſignis, quatuordecim equitum pedicumque quinquaginta millia. Ijs itaque ſuccinctum copijs irrupiſſe in regnum Granatenſe, agroſque, ſata, & vineta vaſtaſſe, promotis etiam in Granatæ conſpectu caſtris illius agros quoque igni ferroque exciſſe: cum vero Granatenſes inſtructis agminibus pugnandi copiam facerent, vnius certaminis diſcrimini victoriam committere detreſtaſſe Henricum, quippe qui decreuiſſet trium continentium annorum flexu in Granatenſes cum exercitu excurrere, & agris euaſtatis ipſos in ſummam inopiam redigere, quo facilius eorum regnum euertere poſſet; at agre tuliſſe militem ad ſpolia ex hoſte rapienda non dimitti, atque ignauiæ adſcriptum Regis id conſilium, adeo vt in ipſum coniuratio facta ſit: diſſolutum itaque ab Rege exercitum, ac ne a priore conſilio Granatenſium excindendorum deſtitiſſe videretur, gentilitio ſcuto duos mali granati ramos addidiſſe.

c Mariana lib. 23. c. 17. Granatenſia ager eum ſtatus a Chriſtianis

Miles diſciplinæ impatiens.

Vincentius Ferrerius ſanctis adſcriptus.

40. &c. Hoc anno magnum Hiſpaniarum lumen & ornamentum Vincentius Ferrerius ordinis Prædicatorum, de quo iam ante ſæpius a nobis actum eſt, in ſanctorum numero ſolemni ritu repoſitus eſt a Calliſto, quæ de re hæc tradit S. Antoninus d: *Hic in principio ſui pontificatus, ſcilicet menſe iunij in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli, præmiſſa diligenti examinatione, facta ex commiſſione Apoſtolica fedis a quibuſdam prælatis Eccleſiæ in diuerſis mundi partibus, in quibus fuerat magiſter Vincentius de Aragonia conuerſatus, & vbi verbum Dei diſſeminarat, cum in ſanctos retulit, qui per annos triginta ſingulis diebus poſt decantationem miſſæ per eum præſente clero cum lachrymis copioſis populis cum maximo concurſu & fructu prædicauerat per Franciam Hiſpaniam, Aragoniam, vſque ad Genuam declinans, & conuertens ad fidem multos Iudæorum & gentilium: tandem plenus dierum in pace quieuit in Britannia: miraculis etiam claruit.* Nullum a Calliſto diuulgatum diploma de ſanctorum honoribus Vincentio decretis, cum eius miracula tam anguſtis finibus concludi non poſſent teſtatus a eſt poſtea Pius II. mirigni edita ſanctione, quæ patet omnibus ad legendum.

d Ant. 3. p. tit. 22. c. 14. in princip. Leand. l. 5. de vir. illuſt. ord. Prædic. Marian. lib. 23. c. 17. Sur. 2. 3. aprili. & alij. Trigeſimo anno ſingulis diebus diuinum verbum prædicauerat.

a Ext. in bull. in Pio II. cliſt. 1. & in annalib.

43. Hoc anno ineunte nimirum VII. die ianuarij, periit cœlum B. Laurentius Iuſtinianus, cum annum quartum ſupra ſeptuageſimum ageret, doctrina, ſanctitate, prophetiæ dono, ac miraculis clarus.

Obitus B. Laurentij Iuſtiniani.

44 Refert eius vitæ auctor auditos e fuiſſe a duobus Chartuſianis cœleſtes cõcentus in eius funere qui nuſquam conticuere, donec monaſterium ingreſſi ſunt, manſiſſeque eius corpus ſexaginta ſeptem diebus inhumatum omnis corruptionis expers, cum de eodem ſacro pignore canonici patriarchales & S. Georgij apud ſe condendo certarent; tum hæc ſubijcit. *Multi non ſolum ex Italia ſed Illyrico etiam atque Epiro ad id oſtentum domo profecti, medici omnes & præſertim Gerardus Veronenſis medicus ætate noſtra omnium nobiliſſimus, qui eum in hac ægritudine viſitauit, natura nulla vi fieri poſſe teſtati ſunt, præſertim cum putrida febri laboraſſet.* Poſt cuius etiam obitum nouis editis cœleſtibus virtutibus refulſit magis ſanctitatis Laurentij gloria: quibus permoti Sixtus IV. Leo X. & Adrianus VI. religioſam actionem de illo in ſanctorum numerũ referendo inſtitui iuſſere, ſed ea fortuitis eſt retardata caſibus. Clemens autem VII. illum anno MDXXIV. beatorum ordini aſcripſit, atque in patriarchatu Veneto illos vt beati confeſſoris epiſcopi memoriam ſacro ritu colendam ſtatuit e.

Amicorem pus mortis prædicit.

b Bern. Iuſt. in eius vita c. 12.

Phyſicorũ teſtimoniũ de miraculo.

Beatorum honor illi decretus.

e Ext. Clem. VII. diploma apud Surit. vbi ſup.

45. &c. Celebrata eſt hoc anno ſynodus d, prouincialis apud Sueſſiones a Ioanne archiepiſcopo Rhemenſi, in qua primum decretum eſt diuinas laudes eo cultu corporis & animi religione, qua par erat, in eccleſijs collegiatis & monaſterijs decantandas, & eos, qui ſacram precationem riſu, iocis, aut ſermone confunderent, pœna afficiendos: aboleri etiam miſſa corruptela, qua theatrales ludi & mercimonia in eccleſijs interdum habebantur, atque impoſita ſacerdoti id permittenti trimeſtrium vectigalium eccleſiaſticorum mulcta: conſtitutæ inaleatores & ganeones clericos pœnæ, moniti præſules, vt virtute & ſcientia præſtantes ſacris ordinibus initient: inſtauratum Bituricenſe decretum in concubinarios: imperatum præſulibus, vt fornicationes & adulteria publica omni ſtudio niterentur tollere: vetiti dies feſti ludis tripudijſque profanari: de iure eccleſiaſtico aſſerendo inſtauratæ leges veteres; mulctati clerici, qui ad profana tribunalia confugerent, religioſa diſciplina in priſtinum ſplendorem in monaſterijs reſtitui iuſſa, pluraque alia conſtituta ſunt.

Synodus Sueſſionenſis.

d M. ſ. bibl. Vatic.

IESV CHRISTI annus 1456.

Indict. 4.

CALLISTI PP.III. FRIDERICI III. IMP.OCCID. annus 2. 17.

Alanus Cardinalis ad Gallos in Turcam concitandos miſſus.

1. &c. Legatum incunte anno in Gallos miſit Calliſtus Alanum tit. S. Praxedis presbyterum Cardinalem e, vt Carolum ad pacem cum Henrico Anglorum Rege conficiendam adduceret, tum auxiliares copias ex illo regno eliceret, vt teſtatur S. Antoninus f. At Carolus Rex ad literas apoſtolicas de indicto Turcis bello, profitendaque ſuſce-

e Lib. 20. p. 2 f S. Ant. ſup. c. 14. in princ.

pto

pto crucis ſymbolo religioſa militia promulgandas in Gallijs difficilem ſe præbuit; de quo apud eum Calliſtus hiſce literis conqueſtus eſt a.

a *Lib. 10. bre. pag. 38.*

Calliſtus, &c. Nemo eſt, cui hæc admirationi non ſint, chariſſimos in Chriſto filios noſtros Caſtellæ & Legionis Regem illuſtrem aſſidue cum Mauris pro fide bellare; Regem Aragonum ſignum crucis tota fere nobilitate tua cepiſſe; Regem Hungariæ ad proſequendum victoriam nuper habitam potenter deſcendere; Regem Portugalliæ ex vltimo occidente non modo crucem cepiſſe, ſed oratorem ad nos ſuum nuper miſiſſe denunciantem aduentum eius ventura æſtate cum regia claſſe; denique nationes fere omnes, vbi colitur nomen Ieſu, feruere ſtudio fidei & vbique locorum prædicari ſanctam Domini crucem, eiuſque ſigno humeros principum radiare; ſolum regnum tuum, quod potentia primum eſt, & fide præcipuum immune tanti operis eſſe. Si voluntas tua hæc eſt (quod non credimus) dura certe res eſt, & lacrymabilis: ſin neceſſitas aliqua, quid magis eſſe neceſſarium poteſt, quam fidei, quam profitemur, defenſio? Si vero aliorum conſilia hoc agunt, parcat illis Deus, cuius eſt hæc iniuria: reicerte erunt ſanguinis & vitæ fidelium, quibus per hunc modum machinantur interitum. *Et infra.* Subueni in eo neceſſitati Chriſtianæ: potentiam, quam a Deo accepiſti, ad ſalutem populi ſui conuerte: quamuis enim victus primo congreſſu ſit hoſtis; non tamen eſt perditus. Reparat quotidie nouos exercitus, & violentius adnocendum reſurgit. Si cito occurratur, ſi Regum adiumenta conueniant, ſpes certiſſima eſt, duce exercituum Domino, victoriam integram apud Chriſtianos futuram. Hoc faciens, chariſſime fili, ſacrificium beneplacitum Altiſſimo reddes, toti Chriſtianitati in primis ſalutare, cuius in terris erit tibi perennis laus, & in cœlis merces perpetua, &c. *Dat. Roma apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLVI. VII. *kal. nouembris pontificatus noſtri anno* II.

Correptus Gallus quod cum alijs Regibus pro Chriſto nõ ſentiat.

Commonitus vt rei Chriſtianæ conſulat,

No deſit occaſioni eximiq; profligandæ Turcicæ tyrannidis.

5. Aſſenſit Carolus Rex decumas in regno exigi in belli ſacri ſumptus, non tamen milites colligi aduerſus Turcas permiſit: ex eo vero Ludouicus maior natu filius Delphinus Viennenſis, qui incenſus ardore exercitum in fidei hoſtes educere cupiebat, a parente abalienatus b eſt, tum ob amores adulteræ, quibus Carolus ſpreta vxore ipſius Delphini matre irretitus tenebatur, necnon ob quorundam regiorum adminiſtrorum, qui florebant opibus & auctoritate, inuiſam potentiam: quare cum iam anno quarto abeſſet, atque in eum pater exercitum conſcripſiſſet c vt ad implorandam veniam adigeret, ex Delphinatu ad Philippum ducem Burgundiæ cruce ſignatum ſe contulit. Cuius receſſum & diſſenſionem acerbe tulit Rex, rogauitque Pontificem, vt concordiam redintegraret: cui nunquam ſe defuturum reſpondit d Calliſtus, atque operam ſe ad filium in eius gratiam reuocandum, ac dirimendas controuerſias, quæ ipſi cum Anglis erant, nauaturum pollicitus; preceſque addidit e, vt omnia in edicto de bello ſacro contenta compleri, nimirum comparari in Gallijs copias ſubſidiarias, pateretur. Mouebatur porro Gallorum Rex politicis cauſis, ne Anglorum Rex nudatas militari flore Gallias inuaderet; qui metus facile ſedatus fuiſſet, ſi pariter Henricus VI. Anglicas vires in Turcas conuertiſſet; ad quod glorioſiſſimum ſuscipiendum bellum cum a pontifice, tum etiam a Genuenſibus f vrgebatur.

Delphinus belli ſacri percupidus

b *Miſc. vol. 3. pag. 65 & Paul Æmil. in Car. VII. Gagnin. in eod. Car.*

A Patre diſſentiens ad Burgundum ſe confert.

c *Lib. 10. p. 13.*

Pontifex concordiæ interpres adhibitus, *ibid. p. 14.*

d *Ext. cor. lit. apud Hieron. Donzell. p. 332.*

Alfonſus Rex coortę pro Chriſti cauſa Italiam urbes

6. 7 Gallicis itaque & Anglicis auxilijs deſtitutus Pontifex, cum ad alia conquirenda ſubſidia conuerſus, omnia nudia pro Italico fœdere confirmando collocaret, excitati fuere noui motus, Alfonſo Aragonum & vtriuſque Siciliæ Rege non arma in Turcas, ſed ad explendam vindictæ libidinem, Iacobi Piccinini opera, vertente in Italos, ac Senenſes inuadente. At Pontifex, Franciſcus Siortia dux Mediolanenſis, & Veneti fœderis religione deuincti mox in Iacobum copias coniunxere pro tuendis Senenſibus, maximamque illi cladem intulere: qui tamen collegit ſuorum reliquias, & paulo poſt maius bellum, occupato proditione Orbetello, & aperte ab Alfonſo Rege maritimis ſubſidijs ſuſtentatus concitauit, ad quem Senenſes Æneam Syluium epiſcopum ſuum miſere, qui illum tandem flexit ad inſtaurandam pacem Italicam. Impedimento fuerat id Senenſe bellum, ne ſacra expeditio conficeretur; ac deterruerat a Luſitanos, ne in orientem traijcerent, vti conuentum erat.

Piccinini ingenti affectus clade.

Luſitani ob Italicum bellum a bello Turcico retardati.

a *Marian. l. 22. c. 17.*

8. 9 Explicuerat Alfonſus Rex Luſitaniæ præ cæteris Regibus defendendi Chriſtiani nominis pium ardorem, cumque Calliſto ad pontificatum euecto intellexiſſet nuncupatum ab eo exercitus in Turcas mittendi votum, oratores ad eum legauit b, qui ipſi Chriſtiano more obedientiam deferrent, atque ab eo certiores fierent, num id votum ad exitum ducere decreuiſſet, regiaque deſideria iuuandi in tanto parando bello Pontificis aperirent. Quo optatiſſimo nuntio erectus Calliſtus Aluarum epiſcopum Siluenſem legarum de latere in Luſitania & Algarbio creauit c, vt ſubſidia in Turcas compararet, decimas a clero cogeret, & Chriſtifideles ad profitendam religioſam militiam vel conferenda auxilia pelliceret.

b *Lib. 21. pag. 172.*

Inflammata eorum ſtudia a Calliſto.

c *Lib. 6. p. 63 & lib. 21. pag. 172.*

Porro Luſitani promulgatis literis apoſtolicis de ſuſcipiendo in Turcas bello, pium adeo fidei tuendæ ardorem concepere, vt Regis patruus d, & Fernandus e regiæ Luſitanæ princeps ſacræ militiæ ſe deuouerint: quin etiam ipſemet Alfonſus Luſitanus Rex bellum ſe adminiſtraturum, iturumque ad Conſtantinopolim Chriſtiano reſtituendam cultui profeſſus f fuerit: qua de re Calliſtus Carolum Francorum Regem & Philippum ducem Burgundiæ, vt eos pari ſtudio inflammaret, fecit certiores.

Luſitani principes egregie pro tuenda Chriſti gloria animati

d *Lib. brev. pag. 12.*

e *ibid. pag.*

f *lib. pag. 14. & 318.*

10. 11 Verum Alfonſus in inſtituta ſententia non permanſit, neque regno exceſſit, cum priora inter Chriſtianos vigerent diſſidia: quo cognito Calliſtus pontificio oratori, quem in Luſitania regia tenebat, præcepit g, vt daret operam apud illum, vt triremes quindecim pontificiæ claſſi in Turcas vela facturæ coniungeret. Miſſam ab eodem Rege claſſem egregie omnibus rebus ad orientalem expeditionem inſtructam refert Marina h: ſed cum Italiam ob Senenſe bellum turbatam reperiſſent, duces impatientes moræ, abiecta rei bene in Turcas gerendæ ſpe, in Luſitaniam vela retrorſum dediſſe: ita ſpes, quas Luſitani dederant, inopino caſu euerſæ fuere.

Alfonſus Rex pro recuperanda Conſtantinopoli caput deuouet.

g *Lib. 1. libro pag. 17.*

h *Marian. l. 22. cap. 17.*

Quod ad Alfonſum Aragonum & vtriuſque Siciliæ Regem attinet; Calliſtus illum pijs hiſce ſtimulis excitare niſus eſt, vt arma Chriſto conſecraret.

Calliſtus, &c. Te, chariſſime fili, hortamur, & quanta poſſumus cum inſtantia requirimus, vt potentiam tuam, quæ maxima eſt, ad fidei ſanctæ tutelam excites; accinge gladium tuum potentiſſime, in militiam cœleſtem confer copias tuas. Quidquid pro mundana potentia ſit, fragile caducumque eſt: vera gloria a Deo petenda eſt, qui bonorum omnium largitor illos attollit & glorificat, qui cauſam ſuam fortiſſime defendant. Impius Turcorum dux, filius iniquitatis, filius mortis Mahomet II. Hungariæ fines impetuoſiſſime nititur inuadere: & licet

Veram gloriam perendam a Deo.

licet chariſſimus in Chriſto filius ipſius Hungariæ Rex, vt verus & catholicus princeps toris viribus regni ſui occurrere hoſti pareat, tamen quia Turcorum vis maxima, & exercitus innumerabilis eſt, opus eſt vt omnes conſilio & facultatibus conſentiant ad eorum vires minuendas. Id facile erit ſi claſſis noſtra cito verſus Conſtantinopolim mittatur; futurum enim eſt vt ſi, dum Turcorum exercitus Hungariam infeſtat, claſſis noſtra maritimas eorum terras vaſtare & vexare cœperit, illorumque vires diſtrahantur ac minuantur, & vno eodemque tempore non poſſint in Hungaria bellum gerere, & laborantibus ſuis ſubuenire. *Dat. Romæ, &c.* Sed ad irritum cecidere ſpes, quas Alfonſus Aragonum Rex dederat; qui enim Senenſe bellum accenderat, poſtea vires, quas in Turcas educere vouerat, in Genuenſes auertit ob cauſas leues, turpiſſimeque iactauit, non prius ſe Turcas bello petiturum, quam Genuenſes domuiſſet: cuius improbitatem ita Petrus Fregoſius ipſi exprobrauit a: *Circumſpicias omnia nunc prudentia tua, ac iudices vter noſtrum Turcas foueat, noſne, per quos multa inſula, multi adhuc populi Chriſtum colunt, aut is qui tot florentibus regnis ſubnixus collecto auro, quod in multas expeditiones ſatis eſſet, eos ſanctiſſimis hoſtibus prodit, pro quorum ſalute collatum eſt.*

a Apud Aug. Iuſt. lib. 5. apud Bizar. l. 12.

Alfonſus prodit Turcis rem Chriſtianã

12. 13 Vera hæc erant a Genuenſibus obiecta Alfonſo, ea enim claſſis, quæ ab archiepiſcopo Tarraconenſi Apoſtolicæ ſedis in Aragonia, Valentia, & Catalonia legato ex ſacris decimis comparata fuerat, non in Turcas, ſed in Genuenſes vertit impetus, & Liguſticam oram vaſtauit ſummo Pontificis dolore, qui de ducibus claſſis ita queſtus eſt b.

Crucefigna ea claſſis impie aduerſus Chriſtianos edita.

Aragonum perfidiam execratus Calliſtus.

b Lib. breu. pag. 6.

Calliſtus, &c. O proditores archiepiſcopus Tarraconenſis & commendator Olzina de Monte albano conductores tantarum galearum, quæ ſufficientes erant ad bene turbandum Turcum, ſi littora maris Turchi fulcaſſent, & inde Græci & Chriſtiani inſurrexiſſent, & liberatus eſſet populus Hungarorum. O iterum proditores, Deo, nobis, & hominibus & cum tanta affluentia pecuniarum a nobis exactarum; non deficiet diuina vltio, neque ſedis Apoſtolicæ grauis acrimonia, vt eis ſit poena, cæteris in exemplum. O Rex Aragonum adiuua Papam Calliſtum & eum ſolum non dimittas, & Deus regnare te faciet cum longitudine dierum; alias ſenties Deum iratum. Hæc de præſentibus ſcribimus vicibus geminatis Imperatori & cæteris Regibus ac dominis, & toti populo Chriſtiano ſcimus de certo, quod niſi nobis aſſiſtant, plaga eis non deerit, & nos victores erimus: & ve illis, qui in his nobis non aſſiſtunt, ſemotis quibuſuis impedimentis, delitijs, & alijs. [Nonnulliſque interiectis ſuos apud Aragonem oratores pro ſacra expeditione conficienda ita compellat:] O filij Dei, occurrite cum iſto Papa Calliſto martyre extra ferrum, & latrate pro Chriſto, quoniam canes pro dominis ſuis latrant. Hæc per nos ordinata ſunt cum lachrymis multis & repentinis. *Dat. &c.* Obſurduit ad pontificios clamores Alfonſus meretriculæ Lucretiæ amoribus irretitus c, famæque & nuncupati voti oblitus. At Calliſtus etſi annis auxiliaribus illius deſtitutus quam maximam potuit inſtructam claſſem in orientem miſit, cum aurum omne gemmaſque pro ea ſuſtenanda diſtraxiſſet: qua de re Genuenſes certiores facti hæc ei reſcripſere d: *Nobis multa cogitantibus verba profecto deſunt, quibus ſtudium ardoremque veſtræ ſanctitatis ad fidei defenſionem digne extollere, ſatiſque laudare valeamus. Quid enim addi poſſe dicemus tanto animi feruori, qui erogatis auro, argento, gemmis, ſe ipſum cupiat pro ſuo grege in captiuitatem dare? Verum quoniam hæc pia animi veſtri conſcientia in Deo requieſcens humanas laudes aſperna-*

Calliſti que relæ de Aragonorum ducum proditione.

Calliſti ad Regem Alfonſum ſe bilis exclamatio.

Sacer Calliſti pro Chriſto ardor.

Irretitus ſcorti amoribus Alfonſus Chriſti cauſam deſeruit.

c Gobel. in comm. lib. 2. d Apud Hier. Dunzelin. pag. 319.

Ardor Genuenſium pro bello ſacro.

tur, miſſa hæc facimus. Quod nos reſpicit, ſanctiſſime pater, non eſt ignotum ſapientiæ veſtræ hanc rempublicam, etiam priuſquam Machometus Conſtantinopoli potiretur, non exiguum Turcici belli pondus ſubiiſſe, &c. Eum de miſſo commeatu edocent, ac parandæ claſſis in Turcas ſpes inijcium.

Non defuiſſe Genuenſes ſuo muneri, quamuis vexarentur bello ab Aragonio Rege, claſſemque comparatam, vt Lesbum Lemnumque inſulas, & Caffam neceſſarijs rebus munirent, vt moniti erant a Pontifice a, miſiſſe in orientem, refert Bizarrus b. Porro eccleſiaſticæ præfecit Calliſtus claſſi Ludouicum tit. S. Laurentij in Damaſo presbyterum Cardinalem c, patriarcham Aquileienſem. Profectus Neapolim legatus cum claſſe Alfonſum a perficiendis promiſſis auerſum reperit, fuſæque d preces auditæ non ſunt. Ne itaque legatus inani mora tempus tereret, vela in orientem a Calliſto pandere iuſſus eſt e.

a Lib. breu. pag. 25. b Bizar. l. 12. c Lib. breu. pag. 35.

d Lib. breu. pag. 17.

e Ib. pag. 6. & 30. Mahometes in Pannoniam exercitum ducit.

14. 15 Inter hæc Mahometes centum quinquaginta millia militum in Hungariam eſtudit f, vt ea ſubacta ad reliquum occidentem edomandum viam ſibi muniret. Tanto illum inrumuiſſe faſtu ſcribit Thurotius g, vt ferret fama hæc ab ipſo verba vſurpata: *Vnus Deus dominatur in cœlis, competens eſt vt vnus tantum princeps dominetur terræ.* Primum vero belli barbarici moles verſa eſt in Albam Græcam ſiue Belgradum, quam Hungari Nandor Albam vocant ad confluentes Danubij & Saui ſitam, quamque antea Amurates ſeptem menſium obſidione irrito conatu preſſerat. Audita ea irruptione Ladislaus Rex & Vlricus comes quaſi abiecta regni Hungarici tutela Viennam in Auſtria profugerunt; Cardinalis S. Angeli legatus Budæ remanſit ad auxilia vndique contrahenda: Ioannes de Capiſtrano Minorita cum ijs copijs, quas ſacris concionibus ad induendum crucis ſymbolum coegerat, Albam profectus, ad eam contra Turcicos impetus defendendam. Interea Ioannes Huniades arcem propugnabat; quatiebat vero tormentis aneis vrbem Mahometes, & vndique eam vrgebat. Inſtructa etiam fluminea claſſe ad auxilia omnia intercludenda vaſtitatem agro inferebat, cum Huniadis imperio legatique curis inſtructa eſt claſſis, initaque fuit naualis pugna, in qua victoriam Huniadi Deus conceſſit, ac Turcicæ naues ab Hungaris Ieſu nomen inclamantibus ſuccenſæ ſunt.

f Æn. Syluiſ. hiſtor. c. 65. S. Ant. 3. part. tit. 20. c. 14. §. 10.

g Thuan. ciuil. Dubrau. lib. 29. & alij. Hungariæ Rex & Ciliæ comes in Auſtriã perfugiunt. B. Ioce Capiſtrano in arma Hungaros concitat.

Parta victoria de Turcis.

16 Meminere de inſigni illa nauali victoria, & de Mahometicis triremibus captis incenſiſue Calchondyla h in hiſtoria Turcica, tum B. Ioannes Capiſtranenſis, qui viginti ſeptem ex illis captas ſcripſit i ad Pontificem; tum etiam Pontifex ipſe literis ſuis k, qui vbi nuntium de Turcarum in Pannoniam irruptione audiuit, eo curas omnes intendit (quod paulo ante diximus) vt claſſem mitteret in orientem, vt vaſtatis Aliæ & Græciæ littoribus hoſtiles diſtraherentur vires, vel Mahometes ex Hungaria diſcedere cogeretur; tum vt Imperatorem Fridericum alioſque Germaniæ principes ad coniungendas cum Ladislao Hungariæ & Boemiæ Rege in Mahometem vires, illumque ex Pannonia & Albæ obſidione pellendum permoueret. Extant ea de re ad Fridericum Calliſti literæ m, quibus illum in tanto rei diſcrimine interciſis ſuſpirijs & flebilibus vocibus adhortatur, vt ad fidem defendendam aſſurgat.

b Calchd. hiſt. Turc. lib. 8. i Epiſt. cath. lit. apud Vwadd. hoc anno n. 59. k Lib. breu. pag. 19. Calliſti ad Germaniæ principes adhortatio

m Ibid. pag. 1

17. 18 Data inter hæc a Calliſto mandata n Ioanni epiſcopo Papienſi in Germania internuntio, vt permoueret Imperatorem ad exercitum in expeditionem educendum contra Turcas, ac ſe Ladislao ſocietate iungendum. At non dignum Chriſtiano Cæſare animum induit Fridericus, etſi antea imperialia ſuſcepturus ornamenta popoſcerat a Nicolao Papa,

n Ibid. pag. 5

vt

Fridericus spreta re-Christiana priuatas gerit inimicitias.

vt sacræ expeditioni in Turcas conficiendæ præficeretur, pluresque iam conuentus ea de re celebrarat: ingresso enim Pannoniam Mahomete, illiusque pene-ceruicibus imminente, inimicitias suscepit a aluitque in Ladislaum, qui Hungariæ regnum puerili metu, vt diximus, deseruit b. Solicitati etiam a Callisto c alij principes Germaniæ fuere, vt in Mahometem consurgerent, nimirum Albertus dux Austriæ, Henricus Nassouiensis, Petrus Britanniæ, Ludouicus Sabaudiæ, Fernandus Besiensis duces, ijsque proposuit quantam gloriam ea in re consecuturi essent: tum-etiam Carolus d Francorum & Alfonsus e Aragonum Reges, vt vires suas florentissimas conuerterent in communem hostem, qui Pannoniam sibi subijcere annitebatur.

a Lib. breu. p.14. Cæl. Sigism. Bonf lib 2. & alij. b Æn Sylu. hist. Bohem. cap.65. c Lib. breu. pag.4. d lib pag.1. e lib pag 2.

19. &c. Cæterum humana ope orbatus Callistus, ad diuinam perfugit; conciliaturus enim Christiano populo cœleste præsidium, solemnes supplicationes, alaque pia opera peragenda a fidelibus indixit; quæ paucis perstrinxit S. Antoninus f. Extant apostolicæ literæ g ijs de rebus exaratæ ad cunctos Christiani orbis præsules missæ, III. kal. iulij consignatæ.

f S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 14. §. 1. in prin. g Lib. 22. p. 216. & 1. Annal. p. 213. & in annal. h Lib breu. pag. 10.

24 Placatus piorum precibus Deus celeberrimam mox aduersus Mahometem victoriam concessit, de qua hæc Callistus in literis ad Florentinos tum-datis h.

Mahometes II. Christianorum precibus debellatus est.

Callistus, &c. O mirabilis Deus! die beatorum Apostolorum Petri & Pauli inter missarum solemnia, quæ quamuis indigni celebrauimus, per dilectum filium nostrum Petrum tit. S. Marci presbyterum Cardinalem Venetum in basilica principis Apostolorum publicari fecimus bullam orationum, & inde vbique continuando; & dominica prima iulij solemnis processio: & eodem mense ante festum B. Iacobi gloriosissima victoria secuta est, quæ non minor censenda est illis, quas Deus populo suo concessit tempore Moysis, Machabeorum, Caroli magni, & cuiuslibet temporis veteris & noui testamenti, populares crucesignati cum vno solo milite & Dei athleta-comite Ioanne Vayuoda victoriam de innumerabilibus hostibus reportarunt, &c.] Describit eam Thurosius i, cui consentiunt Æneas Sylnius l Monstrelerus m sanctus Antoninus n; Ioannes Gobelinus o, Calchondyla p, Michouias q, Cromerus r, Nauclerus s, Coclæus t, Bonfinius u, alijque scriptores.

i S. Ant 3. p. tit. 22. c. 14. §. 1. l Æn. Sylu. hist. Bohem. cap. 65. & hist. Europ c. 8. m Mōstr. vol 3. pag. 67. n S. Ant 3. p. tit. 22. c. 14. §. 1. o Gobelin Com Pij II. l. 1. p Calcōd. hist Turc. lib. 8. q Michal. 4 c. 66. r Cromer. l 23. s Nauel. vol. 2 genet 49. Naci histor. Hung. lib. 11. u Bonfin. dec 3 l. 8. & alij

25 Plurimum operis ad eam comparandam contulisse B. Ioannem Capistranensem non solum in accendendis ad pugnam militibus, ac nomine Iesu implorando, adeo vt Turcæ, Christianorum nomen Iesu viri Dei imperio inclamantium, ora & impetum ferre non possent, quasi fulmine aliquo attlati essent x; verum etiam in auertendis barbarorum-insidijs, Æneas Syluius y & Ioannes Taliacotianus z Minorita, qui interfuit, testantur.

Quam efficax B. Ioannis Capistranensis oratio. x Wadd hoc ann. in annal. y Æn. Sylu. hist. Bohem. cap. 58. z Ioan. Taliacot. in lit. apud Wadding hoc ann. nu 18.

26. &c. Describit accuratius eam victoriam socius B. Ioannis Capistranensis Nicolaus de Fara testis oculatus; tradit enim B. Ioannem cœlesti viso dum mysteria diuina peragebat, de victoria cœlitus referenda factum certiorem; cumq; in pernigilio S. Mariæ Magdalenæ Turcæ hostilem impressionem in Albam-Græcam fecissent, & arcis præsidiarij milites fugam per fenestras turris maioris se deijcientes caperent, B. Ioannem aliquas copias crucesignatas in vrbem-induxisse; tum addit in Turcas in arcem irrumpentes, lignaminum fasciculos sulphure delibutos magna vi ardentes iniectos, vt hostes ijs ambusti sint, & eo incendio alij territi fugam carpserint; tum subdit de pugna sequenti die conserta: *Videns senior sanctus quosdam admodum paucos crucesignatos in Turcas irruisse, & multitudinem hostium magnam viriliter re-*

Duplex B. Ioannis Capistr. cum paucis crucesignatis copijs irruit in Turcas.

puisse, ad martyrium flagrans, irruente in se Spiritu sancto: Hæc est, inquit, illa dies, quam expectabamus: transeamus. Et non annuente Ioanne Vayuoda etiam sæpe rogato, quando quidem pœna capitali subijceretur quisquis contra eius præceptum Sauam transisset, iussit omnem exercitum Christianum Sauam Christi seruus transire, nec seruatum est humanum præceptum, vbi præualuit diuinum. Et paulo post: *Vbi autem Christiani pugnare cœperunt, machinarum-stationes statim Turcæ terga vertentes reliquerunt, ac simul sese in castris constrinxerunt ingenti pauore, & dolore correpti. Diuinitus vero Ioannes Capistranus, vt vidit omnes machinas in Christianorum potestatem deuenisse, magno repletus gaudio in Crucis hostes audentior, animosiorque redditur. Acclamatur sæpe per eum mellifluum potentissimumque illud Iesu nomen; & respondentibus circumquaque Christicolis omnibus, ita huiusmodi vox cælo potenter volitabat, vt rego illatola contremiscere videretur. Erigit tandem suorum commilitonum animos Domini famulus.* Et infra: *Et vt in manibus omnium pugneret, oratione-, voceque fortissima Iesu nomen inuocando & clamando; vt alter Moyses pro Dei populo diuinum interpellabat auxilium. Et cum vndique sagittæ volitarent, multosque necarent, & lethaliter vulnerarent, cum tamen Christi protectione nunquam illæsum inuictumque semper reliquerunt. Fit tandem Turcarum cruentissima cædes, hominibus Christicolis Iesu, Iesu, acclamantibus; Terga vertunt hostes Christianis, Deo pro eis pugnante, mirifice prælaentibus. Cedunt ingloriij, qui cum centum viginti millibus venerant glorioſi. Fortissima enim cade percussi, terroreque ingentissimo inessabili acclamatione nouimis Iesu consternati, dissolutis castris, relictisque viginti quatuor millibus interfectis, relictis multis maximis machinis, & bellicis instrumentis mirabili artificio extructis, in fugam se turpissime dantes, per viam, qua lati venerant, mœsti cum centum, & amplius vulneratorum curribus ad propria redeere: & qui omne Romanum imperium sua diuini subigere arbitrabantur, nonem diebus pra nimio timore pedem non fixerunt: tantus namque terror eos inuaserat, vt timentes ne facies terræ in eorum oculis periret, nihil prater fugam cogitarunt. Videbatur quippe illis maximas militum copias a tergo sentire, cum tamen nullus Christianorum planitiem, vbi atrocissimum bellum commissum est, postremum-egressus fuerit. Neque in bello totus Christianus exercitus fuit, sed vix quinque milia, & (vt quidam affirmant) tria millia extitere, qui victoriam-fecerunt.*

Huniades vetat pugnam. Præualuit diuina vis.

Turcarum bellica tormenta capta. Iesu nomine cælum telluſque-tonat.

Cæduntur Turcæ ad Iesu nomen inclamantibus.

Viginti quatuor millia interfecta,

Reliqui in fugam acti

31. &c. Confirmat hæc Ioannes Taliacotianus in literis ad B. Iacobum Picentem datis a, addit-que perterritos fuisse Turcas a cœlesti exercitu ab ipsis viso, ac stationes deseruisse: inclamatoque a crucesignatis nomine Iesu resistere non potuisse; ex vexillo quod præferebat B. Ioannes Capistranensis, in quo depicta imago S. Bernardini nomine Iesu inscriptum ostentabat, tantum fulgorem emicare visum-a Turcis, vt eorum oculi perstringerentur, ac fassos barbaros, qui capti sunt, visos ipsis solares radios a vultu B. Ioannis erumpere: Bonfinius b etiam tradit perterritos Turcas a legionibus cœlestium Angelorum. Ex certe qua alia ratione centum quinquaginta bellatorum millia, quæ florentissimo pollebant equitatu, pelli e castris potuissent a paucissimo peditum ferme inermium numero, nisi cœlites exiguis ijs copijs nomen Iesu inclamantibus se conjunxissent? Atque ideo ex his emendandus est Æneas Syluius, qui humana prudentia hæc metiens B. Ioannem perperam carpsit c, ac plura falsa rei veritatem ignorans inseruit, & casu victoriam, miraculo

Parta est ab exiguis copijs victoria.

a Epistola eius lit. apud Wadding. hoc ann. 43. & in annal b Bonfin. dec 3. l. 8.

Conspicuū miraculum negari non potest.

c Æn. Sylu. hist Bohem. cap. 65.

Google

ratulo conſpicuo tribuendam, vt ipſe B. Ioannes & Callixtus Papa teſtantur, aſcripſit. Cæterum Æneas Syluius, de re vniuerſa accuratius edoctus, menſe aprili anni inſequentis ad Alfonſum Aragonum Regem ita ſcripſit a: *Percuſſit de cælo Deus hoc anno*, nimirum a rei geſtæ tempore nondum euoluto, *Turcos: neque enim humana victoria fuit, qua apud Albam parta eſt.*

a Æn. Syluius p.166.

36. 37 Quod ad eorum numerum attinet, fama varia increbuit. Verus ille putandus eſt, quem Pontifex in literis b ad Imperatorem Æthiopum, tum in alijs encyclicis definiuit, quemque Ioannes Capiſtranenſis in poſterioribus literis c circumſcripſit, nimirum viginti quatuor millia trucidata non a cruceſignatis, ſed diuina vi; plura vero in fuga mutuis vulneribus ſe confeciſſe diuinitus: reliquum autem exercitum fugientem a Mahomete, atque proceribus apud Sophiam contineri ægerrime potuiſſe: claſſem hoſtilem ſexaginta quatuor triremibus fuiſſe conflatam, e quibus viginti ſeptem interceptæ fuerint ab Hungaris, trecentas bombardas captas: tum Pontifici ſacros ſtimulos addidit, vt Græciæ & Paleſtinæ recuperandis operam daret, duodecim equitum Italorum millia ſubmitteret, hoc robore ſuffultos Hungaros maximas res geſturos in opportuniſſima hac occaſione: denique Reges Chriſtianos ad hoſtem trepidantem obterendum impelleret.

De caſuſ numero variata fama.
b Lib. 10. pag.272. Quis verus numerus fuerit.
c Exta apud Wadding hoc ann. num. 59. & in annal. proiun.

38. &c. Cæterum accepto tanto victoriæ nuntio Pontifex, principes ac præſules de ea certiores factos d apoſtolicis literis Deo gratias retetre iuſſit, ſuppeditauit Hungaris quæcumque potuit contrahere nummaria ſubſidia e, crucemque miſit, vt in prælio ad uerſus Chriſti hoſtes præferretur.

d Lib. breu. p 19. 20. 23. 26 & 27.
e Ead. l. breu pag. 31.

Incredibili deſiderio propagandæ victoriæ, euertendique Turcici imperij flagrabat Huniades, vt Dionyſius tit. S. Cyriaci in thermis presbyter Cardinalis Pontifici ſignificauit f: regia tamen Hungariæ nonnulli proceres ad faciendum cum Turcis fœdus proni erant, ad quorum intringenda conſilia Pontifex legatum incumbere iuſſit g; indoluitque Imperatorem arma cum Ladislao ad perſequendos Turcas non expediuiſſe, quos intentari anathematis terrore pacem iuſſit redintegrare h. *Maxime*, inquit, *ſtante tam gloriosa victoria nobis cœlitus data cum populatibus cruceſignatis, tuo fratre & tuo milite; ſine Rege, ſine duce, ſine Imperatore. O domine dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum! O corda lapidea, quæ ad hoc non mouentur! eſtque claſſis noſtra maritima cum legato cæmerario, die eſt, verſus Conſtantinopolim, & Imperator dormitat. Exurge Domine & iuua ſanctum propoſitum noſtrum, prout ex grandi fide noſtra firmiter tenemus, &c. Datæ die* II. *nouembris* MCCCCLVI. *pontificatus noſtri anno* II.

f Lib. breu. pag. 22.
g Ibid. p. 55.
h Ibid. p. 43.

Mahometes ſine Imperatore, ſine Rege ſine duce victus.

41. &c. Angebatur grauioribus curis Pontifex, cum marcere otio Fridericum videret: nec minus alij torpebant Reges, quos excitare nitebatur, atque in primis Alfonſum Aragonum, & vtriuſque Siciliæ Regem vrſit, vt nuncupatum de conficienda ſacra expeditione votum exequeretur, non pertimeſcendas ab ipſo Turcarum vires, quæ a ruſticanis ſine Rege fractæ eſſent; at flecti non potuit, verum a Pontifice defectionem meditatus; eſt, cum Beneventi & Terracinæ eccleſiaſticarum vrbium præfecturam, ac regni Neapolitani ius fiduciarium ſibi & ſpurio Ferdinando confirmari miſſo oratore popoſciſſet, repulſamque eſſet paſſus. Solicitatus i pariter inter alios Reges Carolus Rex Francorum, vt parta in Pannonia victoria ad Turcas delendos vteretur, floccique facienti monita Calliſtus diuinas iras ipſi intentauit.

Cæſaris & Regum torpor.
i Sur. l. 16 annal. cap. 39.
l Lib. breu. pag. 19.

Calliſtus, &c. Quis tam durus, qui nos in tam firmo propoſito & ſecuritate victoriæ noſtro tempore cœlitus conceſſæ non ſequatur? Væ, væ aliter ſentientibus ſ, & caueant ab ira Dei; nam qui in hoc turbabit nos portabit iudicium, quicumque ſit ille] Contempſit monita Carolus humana ductus ſapientia, quem in inſaniam verſum perijſſe viſuri ſumus.

Intentata Gallo Regi diuina ira niſi arma uertat in Turcas.

44 In Luſitania pium præferebat ardorem Alfonſus Rex, bellumque ſacrum adminiſtrare in Turcas optabat, quem ideo decumanum aurum hoc anno collectum colligendumque proximo in Luſitania inſumptus bellicos conferri impendique iuſſit a. Rogari etiam Florentini b, Genuenſes c, & Veneti d ne Chriſtiano nomini deeſſent.

Luſitanus ad bellum ſacrum paratum ſe exhibet.
a Ibid. p. 46.
b Ibid. p. 20.
c Ibid. p. 51.
d Ibid. p. 19.

45. &c. Eodem pio ſtudio permotus Pontifex concitare Æthiopas in Mahometanos conatus eſt, deque parta in Hungaria victoria Zaraiacob eorum Regem certiorem fecit e, & quaſdam ſanctorum reliquias pro ſacro munere ad eum miſit.

Æthiopas ad ſacram militiam hortatur Calliſtus.
e Lib. 10. pag. 272.

49. 50 Non voce tantum ſed exemplo, totius orbis Chriſtianos principes in arma pro fide augenda delendaque ſuperſtitione Mahumetica concitauit Calliſtus, quippequi vires omnes ſuas in Turcas effudit, pontificiaque ornamenta, vt inſtrueret maritimos terreſtreſque exercitus, diſtraxit, quod ſæpius ipſe profeſſus eſt f. Neque ad irritum cecidere pontificij conatus, diſtractæque opes centum animarum millia Chriſto comparauere; inſtructa enim illa magnis ſumptibus claſſis, quæ duce Ludouico Cardinale legato orientem petierat, Turcici imperij oras maritimas euaſtauit g, ac tres inſulas inſignes Mitylenem, Stalimenem, & Naxon in Ægeo mari barbaris eripuit. Ex quo telici nuntio ingenti lætitia affectus Calliſtus, Ioannem Caruial Cardinalem legatum in Hungaria de re bene geſta factum certiorem Germanos Hungaroſque in Turcas incitare iuſſit h. Præter eam claſſem, quæ in oriente verſabatur, Pontifex aliam ab Alano Cardinale Auerionenſi conflari voluit i, ac Renatum Regem Siciliæ & Prouinciæ comitem rogauit l, vt legato adeſſet. Ingentis preterea aluei triremē fabricatam armamentis omnibus & neceſſario commeatu munitam Rhodum ſubmiſit m.

f Lib. breu. pag. 22.

In Ægeo mari geſta feliciter res a legato Cardinale.
g Ibid. p. 42.
h Ibid. p. 55
i Ibid p. 13.
l Ibid. p. 42.
m Ibid p. 52

51 Inter hæc n die XI. aug. e vita deceſſit maximo rei Chriſtianæ damno Ioannes Huniades, qui partam victoriam perſequi & cruceſignatas acies educere in Turciam decreuerat o: corrupto p enim cœli tractu ex barbarorum cadaueribus, quæ intolerabilem fœtorem halabant, lethalem contraxit morbum, ex quo paulo poſt obijt, aſſtante illi beato Ioanne de Capiſtrano, quantumuis infirmo, & ſacramentis omnibus ipſum muniente. Dedit is moriens multa pietatis ſigna, & adipiſcendæ felicis æternitatis argumenta, quæ his verbis Æneas Syluius deſcribit q: *Vbi adeſſe extremum vitæ tempus agnouit, & vrgere eius morbi, non eſt paſſus dominicum corpus ad ſe deferri, neque enim dignum exiſtimauit ſeruum a Domino viſitari. Surrexit e lectula quamuis labentibus membris, & cum deficiente virtute ſuis pedibus ire non poſſet, in eadem ſe vehi ſacram iuſſit, ibique de more Chriſtiano ſi qua extabant rerum humanarum veſtigia ſordium confeſſione deterſit, & ſacroſanctam accipiens Euchariſtiam inter ſacerdotum manus terrena faſtidientem animam exhalauit.* Acerbiſſimum ex egregij principis obitu ſenſit dolorem Pontifex, qui regijs ipſum apicibus inſignire decreuerat r, vt maiori apud cruceſignatos auctoritate ſacrum in Turcas bellum conficeret.

E Turcarū cadaueribus exorta peſtis.
n Apud Wadding b. hoc ann. num.
o Call. lib. 1. breu. p. 22.
p Æn. Syl. Tagl. in lib apud Wadding hoc an.
q Æn. Syl. hiſt. Bohem. cap. 67.

Huniadis pium obitus.

52. 53 Suffectus eſt a cruceſignatis in locum Huniadis, qui in cœlo triumphaturus abierat, Nicolaus

r Lib. 1. breu pag. 49.

de Vvylak, de cuius strenuis virtutibus B. Ioannes Capistranensis hæc scripsit ad Callistum: *Est idem ipse Nicolaus princeps illustris in magnificentia excellens, in consilio prouidus, in gerendis cautus, virilis animi, in fide feruens, in vestra sanctitatis obedientia humilis, sui honoris amulator, & magni zeli, potens in opere & sermone, qui inter alios principes, prælatos & barones huius regni de principalioribus reputatur, & de eo geruntur magnæ expectationem.*

Io: Vvilak illi iustificatus.

54. &c. Non diu post hæc vitæ superstes fuit B. Ioannes; decreuerat enim illi coronam immortalitatis Deus pro susceptis & impensis pro Christiana re tot tantisque laboribus, cuius eximia gesta, ac virtutum exempla ab ipso morti proximo præbita Ioannes Taliacotianus in literis a ad B.Iacobum Picenem datis describit, ex quibus hæc pauca delibamus b: *Fuerat*, inquit, *sibi in Norimbergensi ciuitate reuelatum, quod in breui non per martyrium sanguinis, sed per martyrij desiderium in Hungaria vitam finiret*; multisque interiectis: *Cum autem molestis sui corporis angeretur doloribus dicebat cum Apostolo: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Nocte sequente post natiuitatem virginis Mariæ oranti reuelatum extitit, se omnino ex hac infirmitate moriturum, quod sæpenumero tam fratribus, quam secularibus viris reuelauit.*

B. Ioi Capistranēsis pie emoritur.

a Ext. apud Vvadd. hoc ann. n. 84 Ostensum illi diuinitus genus mortis.

59. &c. *Eodem tempore serenissimus Rex Ladislaus audita beati patris infirmitate, descendendo per Danubiū, cum his cum multis principibus, dominis, & prælatis visitauit: cui pater sic debilis, vicumque valuit, obuiam se fecit: sed secunda vice de strato non valens exurgere, tum in cellulam venientem ad fidei causam defendendam, & ad bene beateque viuendum atente commonuit, aperiens ei se ex illa infirmitate omnimodo moriturum. Quod audiens Rex maximo mœrore perfusus est, similiter & barones; & post verba consolatoria ab illo exeuntes, osculata manu, lachrymis omnes perfundebantur, ac recedentes aly dicebant: O regnum desolatum! Alij: O nos miseros! quid faciemus sine patre sancto? Alij: Magis ab hoc viro solo timebamur, quam ab infinitis millibus armatorum; & similia ad inuicem sæpius replicabant. Rex autem non solum suum medicum assistere iussit, verum etiam eidem, & si totum regnum exponi deberet, assumm ministrari præcepit.* Multis interpositis tradit vt pie sacramenta susceperit, vtque prophetiæ spiritu diuinitus afflatus plura prædixerit in vita; morte tamen imminente hæc inter alia prænuntiarit.

Inuisitur a Rege Ladislao.

63 *Plangebat amarissime excidium Christiana religionis, plangebat & inertiam Christianorum. Prædixit partem Christianitatis a Turcis occupandam: & compatiens regno Hungariæ sæpius dicebat: Væ regno Hungariæ. Prædixit quendam suum socium a familia separandum, & ad episcopatus dignitatem assumendum: iste fuit Alexander de Ragusio, qui licet tunc ab hoc proposito esset alienus, factus est, & nunc etiam est episcopus Scardonensis. Prædixit illustri domino comiti Cilie, quod caueret sibi, quod non faciens, fuit interfectus a domino Ladislao filio illustris domini Ioannis de Hunyad in castro Nandralbensi.* Demum post alia vaticinia addita, de obitu deque miraculis ad eius sepulchrum editis subdit.

Parcem Christiani imperij occupandā a Turcis prædicit. Magnum Hungariæ excidium prænuntiat. Comiti Ciliæ insidias imminentes.

64. &c. *Transiit hic beatissimus pater anno Domini* MCCCCLVI. *die autem* XXIII. *octobris hora vigesima prima die sabbato sepultus & humatus feria sexta proxime sequenti. Post cuius transitum illic cœpit coruscare miraculis adeo, vt ad eius sepulchrum tanquam ad sepulchrum Apostoli vndique populi confluant; nec mirum, nam per merita istius sancti post suum obitum varia febres, variique dolores, & diuersa infirmitates fugata, patientes sanguinis fluxum, apostomata, plagas, & vicera curati, rupti & morbo caduco laborantes, paralytici, aridi, contracti, hydropici, obsessi, amentes, claudi, surdi, muti, cuti, & muti liberati sunt: multieres a periculo partus liberata facilitatem parendi habuerunt: multi etiam liberati sunt a variis pernalis & damnis: nonnulli a periculo mortis: agonizantes & in extremo laborantes mox sani euaserunt; & (quod his omnibus maius est) duo mortui ad merita ipsius sancti vitificati sunt, & viuunt vtrique; quinque etiam pene mortui, aut visitato sepulchro, aut emisso voto per suos apertissime per hunc beatum virum suscitati sunt, &c. Ex Florentia* MCCCCLVI. *die* X. *febr.* Hactenus Ioannes Taliacotianus ad B.Iacobum Picentem scribens. Rogarunt sæpius plures Reges Romanos Pontifices, vt eundem B.Ioannem Capistranensem a in sanctorum numero reponerent, habitæque de eius miraculis fuere plures actiones; ac demum Leo X. b anno MDXV. illum in Capistranenti oppido & agro vt beatum ritu solemni coli permisit. At de ijs satis: nunc alias huius anni res prosequamur.

Quo die obierit.

Post mortem cœlestibus claret miraculis.

Duo mortui ab eo ad vitam reuocati.

a Vvadd. hoc ann. n. 13. Decretus illi beatorum honos

b Ext. de eo decret. apud eund. n. 120

69 Non modo ad fideles e Turcica immanitate impietateque iudaica vindicandos, verum ad errores e Christianis regnis excindendos apostolicas curas intendebat Callistus. Hærebat tum in Boemia Hussitica perfidia, cuius præcipui defensores erant Georgius Podiebratius regni administrator, & Ioannes Rokyzana archiepiscopalis sedis Pragensis inuasor. Hos Pontifex post tot gesta cum impijs bella molliori via flectere ad officium nisus est, ac Georgium hortatus c, vt errori abolendo manuret operam, atque Rokyzanam vna cum alijs Boemici regni oratoribus mitteret ad Boemiam cum Romana ecclesia conciliandam.

Hussitæ ad ministrationem regni Bohemici potiti.

c Lib. breu. pag. 17.

70 Hoc anno Callistus ne aliquis in sacris concionibus in sacello pontificio habendis indignum quid temere effunderet, cauit d ne quis inconsulto magistro palatij apostolici suggestum in eo conscenderet, ni prius orationem habendam illi ostendisset, eaque emendasset quæ fuissent censura notata.

Callisti sanctione quid temere pro concione coram Pontifice dicatur.

d Lib. 10. pag. 176.

71.72 Auctum est hoc anno a Callisto Cardinalium collegium, atque in primis mense februarij Rodericus ipsius nepos, qui postea pontificatum Alexandri VI. sibi nomine indito gessit, Cardinalium numero adiectus e est, & diaconus S.Nicolai in Carcere Tulliano creatus; Iacobus princeps Lusitanus diaconus S. Eustachij, qui pileum cardinalitium breui cum immortali corona commutauit; cum enim vitæ ac voluptati castitatis studium prætulisset, in ipso iuuentutis flore, ex seminis copia intlamatione correptus obijt, vt refert Duardus Nonius f, qui eum animi modestia, grauitate, ingenij acumine, & eruditione præstantissimum & continentissimum fuisse celebrat, additque: *Cum omnis libidinis expers esset, & in grauissimum morbum incidisset, a quo liberari posse medici dicebant, si fœmina accederet: magno animo & maiori pœnitate respondit, malle se mori, quam pollui. Obijt Florentiæ, & ibi sepelitur honorificentissime in æde S.Miniati.*

e Lio. 24. Bullar p. 121. Iacobus Cardinalis Lusitanus obit.

f Duard. Nonius de vera Reg. Portug. genealog. in Ioan. 1. Mori malle quam pollui tetsatus.

73 Deuexo anno cum adesset aduentus Christi saluatoris secunda Cardinalium creatio a Callisto celebrata est XVI. kal. ianuarias exeunte hoc anno; de qua hæc S.Antoninus g: *Alios quoque in secundo anno instituit Cardinales quinque, videlicet episcopum Papiensem Longobardum*, is erat Ioannes Castellio titulo S. Clementis decoratus; *episcopum Senensem de Senis oriundum*; is fuit Æneas Syluius, qui primo renuntiatus presbyter S. Sabinæ, demum Pontifex factus Pius II. appellatus est; *archiepiscopum Neapolitanum*, is dicebatur Raynaldus Piscicellus, ac presbyter tit. S.Cæciliæ est creatus, *episcopum Zamorensem dominum Ioannem de Mella*; qui presbyterales titulos Sanctæ Priscæ accepit; *& quendam olim beneficiatum clericum*; is fuit Iacobus Thebaldus, qui titulo presbyterali S.Ana-

Cardinalium creatio.

g S. Ant. 3p. tit. 22. c. 14. in princ.

S. Anastasio ornatus est : quibus sextum addit Ciaconius, nimirum Richardum Oliuerium de Angio Normannum episcopum Constantiensem, cui titulus S. Eusebij datus est. His consentanea tradit Ioannes Gobelinus.

Indict. 5.

IESV CHRISTI
Annus 1457.

CALIXTI PP. III. annus 3. FRIDERICI III. IMP. OCCID. annus 18.

1. 2 CAlixtus hoc anno nouam classem, quam superiori moliri coperat, instruxit, eamque mox atque parata est, in orientem vela soluere iussit, vt ostendunt literæ ad Ludouicum patriarcham Aquileiensem eundemque Cardinalem legatum decimo martij die hoc anno datæ a, ad quem etiam hæc scripsit b: *Expectamus a die in diem charissimum in Christo filium nostrum Alfonsum Portugallie, &c. Regem illustrem, qui cum sua validissima classe contra Turcas venire decreuit. Insuper non desinimus solicitare & impellere dilectos filios Ianuenses, quos non dubitamus ex eorum nauibus opportunum numerum in augmentum classis nostre missuros. Strenue inuadas hostes, eorumque damnis & vexationibus toto posse inuigiles & anhelet. Dat. xxix. martij MCCCCLVII. anno 1.* Erant ij pontificij nepotes Vitalis de Villanoua, Geraldus Castelnerdius, & Aranos, qui habenas sibi ad scelera ob auunculi auctoritatem immissas arbitrati non in Turcas vertere impetus, sed ad agitanda latrocinia in Cyprum incurrere contra edicta Pontificis, qui orientales Christianos vexari vetuerat; ob quod flagitium in vincula a legato coniecti fuere c. Cum autem increbresceret rumor Mahometem II. depellendæ prioris ignominiæ cupidum innumerabiles copias coepisse, vt in Pannoniam iterum irrumperet, magis expectatione Lusitani Regis angi æstuareque cœpit Dei vicarius, ac Sibuensem episcopum vrbi d, vt Alfonsum ad expeditionem sacram conficiendam impelleret.

Papa classis in Turcas a Calixto. a Ibid. p. 70. b Ibid. p. 76.

Expectatus Rex Lusitanus.

Legatus instare iussus Turcas

Nepotes Calixti a Turcis in Cyprios arma auertunt. c Æn. Syl. op. 169.

Mahometes Hungaricam expeditionem meditatur. d Ibid p. 82.

3 Trepidatum admodum in Pannonia fuisse nouæ irruptionis a Mahomete faciendæ metu, maximoque timore perterritum Belgradi populum, in quem sæuissimus barbarus primos impetus effundere constituerat, testatur præter alios Æneas Syluius in literis e ad Alfonsum Aragonum & vtriusque Siciliæ Regem scriptis, quibus eum rogat, vt in tanto discrimine arma in barbaros expediat. Irretitus f vesanis libidinibus Alfonsus ad pia Æneæ consilia obsurduit, & quam habebat paratissimam classem immittere meditabatur non in Turcas, sed in Christianos, nimirum Genuenses, qui ideo a sacro bello non sine graui rei Christianæ damno retardati fuere: at de his inferius.

e Æn. Syl. op. 166.

f Gobelin. in comm. Pij II. Auertit arma Lusitanus in Ligures.

4 &c. Cæterum non iniani ex causa ceperat Hungaros nouæ irruptionis Turcicæ terror: Mahometes enim legato minitanti Turciam a Christianis ipsi eripiendam, si Hungariam affectare pergeret, responderat g, Turciam sibi curæ non esse, modo Hungaria potiretur. Augebat eam suspicionem, eumque motum, patere barbaro occasionem debellandæ Pannoniæ, eam intestinis motibus fluctuaret, tum ob Vlrici Ciliæ comitis eiusdemque Regis auunculi cædem, tum ob Ladislaum & Matthiam Huniadis filios in vincula coniectos, quorum maior natu Ladislaus extremo supplicio affectus fuerat. Narrant hæc pluribus Æneas Syluius h, Thurosius i, & Bonfinius k.

g Lib. 1. brev. pag. 80.

Hungaria dissidijs intestinis agitata.

h Æn. Syl. hist. Bohem. c. 66. 76. & 68

i Thur. chr. c. 58. 59. & 60

k Bonfin. dec. 3. l. 8. Coel. hist. Hussit. lib.

Callixtus conciliare pacem inter Regem & Cæsarem nititur.

8, 9 Præter intestinas illas Hungarorum dissensiones, vigebat adhuc bellum inter Ladislaum & Fridericum Imperatorem, cui sedando Callixtus legatum dare operam iussit a, cum inde Turcarum augerentur animi ad Pannoniam inuadendam, reperent cæteri Christiani principes, ac pontificij in oriente conatus debilitarentur. Increduere adeo inter Fridericum & Ladislaum odia, vt Friderici vitæ cõparatæ insidiæ fuerint; quare maximi motus in Pannonia Germaniaq; sunt excitati, de quibus Callixtus in literis ad Alanum Cardinalem in Gallijs legatum missis ita queritur b: *Intelleximus, non sine summo merore, ingentes discordias & dissensiones in Hungaria & Alemannia subortas esse, ex quibus tanti inter principes illarum partium motus excitati sunt, vt, quod quasi abominabile est, charissimus in Christo filius noster Fredericus Romanorum Imperator semper augustus in discrimen capitis adductus sit.* Ob structas itaque sibi insidias valde iratus Fridericus bellum atrox Ladislao intulit, atque Austria ab ambobus cruore flammaque fœdata est: ad quæ tollenda mala Pontifex eundem Fridericum flectere ad pacem redintegrandam, vertendaque in Turcas arma conatus est.

a Lib. 1. brev. pag. 94.

Fridericus Cæsar in discrimen vitæ adductus. b Lib. 1. brev. pag. 94.

10 Admonitus c pariter Ladislaus, vt omisso Austriaco bello fœdus faceret cum Friderico, & Hungariæ regno, cuius abiecisse curam videbatur, consuleret.

Ladislaus ad pugnandum in Turcas cum Cæsare armis commonitus.

Callistus, &c. Tibi non minor cura esse debet ad hostes fidei propulsandos, & maxime Turcas, qui regno tuo Hungariæ latissimo & quondam florentissimo non solum vicini sunt, illique molestias in dies inferunt, sed etiam non paruas eius prouincias sibi vsurpauerunt: dolemus certe & angimur vehementer, cum in dies ex illo regno Christianos capi & in barbaricam deduci captiuitatem accipimus, miramurque te non maiori studio teneri prodefensione ipsius regni, quam videmus; qui, dum in Austria cum patruele tuo contendis, præfati regni curam postposuisse videris, tanquam plus doleas vnam tibi per Christianos villam auferri, quam si per Turcas tua prouincia surripiatur. Certe illud palam est quod, cum tu & dictus Imperator inuicem discordes estis, & domestico bello impliciti, non solum Hungaria, sed tota vere Christianitas in periculo ponitur; nam quomodo Gallici & Hispani vel Anglici contra Turcas exercitum ducere curabunt in remotis agentes, quando vos, qui prope estis, & quorum potissime res agitur, inter vos diffidentes nihil cogitare videmini super his, quæ Turcarum perfida gens aduersus Christianos in dies molitur? *Dat. &c.* Paruit Pontifici, ac legationem ad Fridericum, pro pace conficienda decreuit d, iamque de formula fœderis pene conuentum erat, cum Ladislaum mors inopina abstulit. Hortatus erat iam ante ineunte anno eundem Regem Pontifex, vt exercitum in expeditionem aduersus Turcas educeret, ac partas a legato pontificiæ classis præfecto victorias, de quibus diximus anno superiori, ad illum magis confirmandum significarat e.

Hungari crebris excursionibus Turcarum infesti.

Callistus, &c. Ad xx ix. decembris, [nimirum anni superioris,] accepimus literas a classe nostra, quemadmodum tres insulas Turcorum expugnasset, & ad obedientiam sanctæ matris Ecclesiæ redimasset, scilicet Mitilenum, Taxum, & Stalimnium, quæ conficiunt circa xx. millia animarum. Vides igitur, potentissime Rex, quanta nobis auxilia præstet omnipotens Deus, vides infideles ipsos ante & retro profligatos, exterritos, & in magnam trepidationem compulsos, vides dexteram glorioſissimi Iesu Christi nos ad delendam perditissimam gentem conuocare. Perseuera igitur, fili charissime, vt in victoria nobis cœlitus vndecunque data, vt quod reliquum est damnatissimæ gentis cum adiutorio viuificæ crucis conteramus, &c. [Verat inducias iniri.] *Dat.* die

Hungarorum discordiæ exitiales rei Christianæ.

c Æn. Syl. hist. Bohem. c. 69. Cardin. Papien. l. 8. comment. & Coel. histor. Huss. lib. 11.

Proposita Hungaro parta a legato victoria. e Lib. 1. brev. pag. 11.

Mitylenæ Taxus Stalimene ereptæ Turcis

die secunda Ianuarij MCCCCLVII, *pontificatus nostri anno secundo*.

Turcicas indutias respuit Ladislaus. *a Ibid. p. 91. b Ibid. p. 92.*

11. 12 Confirmatæ a Pontifice Ladislaus Mahometem indutias cum Hungaris flagitantem repulit, quo circa Ladislaum ipsum commendauit a Callistus in literis ad Cardinalem Strigoniensem Apostolicæ sedis legatum datis b; ac B. Iacobum Picentem Minoricam sanctitate & miraculis illustrem, atque ad martyrij palmam aspirantem in Hungariam misit, vt B. Ioannis Capistranensis muneri in crucis symbolo fidelibus conterendo, & sacris concionibus habendis succederet; quem eidem Regi commendauit, audita adhortatione, vt vires in Turcas effunderet, adiunctaque sponsione diuinum ei atque apostolicum præsidium in proterendo Christiano cultu nunquam defuturum.

B. Iacobus Picens B. Capistrano suffectus.

13. *Ea*, inquit, *misimus ipsius dilectum filium fratrem Iacobum de Marchia ordinis Minorum professorem verum Dei, & militem Christi ardentissimum, cuius tam doctrina & sanctimonia vitæ, tum feruore & charitate recreabuntur animi Christifidelium. Nam cum superiore anno acerba quidem, sed gloriosa sibi mors, vobis eripuerit fratrem Ioannem de Capistrano, hic vir sanctorum operum illius, & glorioſi laboris successor, qui diuino exustus feruore charitatis animam suam, quam Deo dicauit, constanter exponere parauit aderit: Dat., &c. die* XVII. *maij* MCDLVII. Commendauit quoque Iacobum Ioanni c Caruial legato apostolico, tum Hungariæ ac Boemiæ episcopis d; illumque amplissimis mandatis & prærogatiuis instruxit e, vt Hungaros & Boemos in sacra arma concitaret, ac religionis splendorem ab hæreticis Hussitis obscuratum in pristinam gloriam restitueret f.

c Ibid. p. 91. d Ibid.

e Ibid. p. 91. Religioni in Bohemia instaurandæ dare operam iussus. *f Cod. pag.*

14 Ad componendas easdem religionis controuersias decreuisse Ladislaum ad Pontificem insignem legationem Æneas Syluius g & Cocleus h referunt: quo tempore etiam oratores ad Carolum VII. Francorum Regem, ad Margaritam illius filiam sibi iungendam thoro legauit; sed vt humanarum rerum summa inconstantia & vitrea felicitas est, idem Ladislaus Hungariæ ac Boemiæ Rex, qui ad summas spes pubescebat, repente obijt; decubuit enim æger i horis tantum triginta sex vel septem. Cum vero is medicorum remedia a mali ferocia eludi persentiret, abiecta corporis cura, ad salutem animæ enixe incubuit, ac plurima in eo pietatis signa extremo illo vitæ tempore emicuisse, refert Æneas Syluius k.

g Æn. Sylu. hist. Bohem. cap. 69. h Cocl. histor. Huss. l. 11.

i Extat de re his. ap. eund Æn. Sylu. n. 324. & ex eod. apud Cocl. lib. 11. k Æn. Sylu. hist. Bohem. cap. 70. Ladislai pius obitus

15 *Intromissi*, inquit, *sacerdotibus de curatione animæ actum: Christiano more sacramenta exhibita... Rex ornamenta sua Pragensi ecclesiæ legauit, insigniaque crines in auri modum fulgentes, ne qua superesset vanitas amputari: id ministri causa more nectentes neglexere. Vbi anima ægra amplius demorari non potuit, sacram candelam petiit, eamque manu prehendit, & intuens Saluatoris imaginem crucifixi crastinum dominicam diceret orsus, ad finem vsque perduxit: pronuntiatisque vltimis verbis, sed libera nos a malo, nihil amplius locutus, non extrema pati sed quietem arripere visus mortalis vitæ lumen reliquit.*

Hussitæ ne eum illi intulisse crederent.

16 Plures in eam sententiam abiere, Georgium Podiebrarium & Rockyzanam Hussitarum hæreseos antesignanos violentam illi mortem veneno conciuisse: verebantur enim, vt Æneas indicat, ne Ladislaus, qui semper animo reque ipsa ab hæresi m abhorruerat, concurrentibus nuptiarum specie catholicis principibus, hæreticos e Boemia tolleret. Agunt pluribus de Ladislai morte præter Æneam Syluium Thurosius n, de quo paulo ante memoraui, Bonfinius o, Dubrauius p, & alij. Vt porro

m Æn. Sylu. hist. Bohem. cap. 71. n Thur. c. 62 o Bonfin. l. 3 dec 3. p Dubr. l. 29

Hungariæ Boemiæque regna atque Austriâ eminentia in Ladislao, dimissa fuerint, proximo dicetur annotatione intermissum de bello Turcico sermonem repetituri, ex Hungaricis rebus ad Bosnenses digredimur.

17. &c. Imperabat Bosnæ Sthephanus Thomas Rex iam ante Romanæ ecclesiæ ritu & fide coniunctus qui ex parta ab Hungaris victoria confirmatus, acceptas iam a Turcis cladeſ vlcisci, atque amissa repetere decreuit, legauitque Nicolaum de Sibinico Minoritam ad Pontificem, vt pia de conficienda a se sacra expeditione consilia exponeret, poscereturque crucem, ac triumphale eius vexillum apostolica sacratum prece in fidei hostes attollendum mitti. Excepit benigne legationem Callistus, Regemque ipsum sacri belli cupidum suis adhortationibus vehementius accendit a, ac Ioanni Caruiali S. Angeli diacono Cardinali præcepit vt vexillum crucis sacra instratum prece illi traderet. Consulit se in Bosnam idem Ioannes Cardinalis, ac plura de gerendo in Turcas bello cum Stephano Rege constituit.

Bosnæ Rex sacrâ in Turcas bellum suscipit. *a Lib. 1 ius pag. 97.*

20. 21 Non incurrit Mahometes in Boeniam vel Panoniam, quamuis extremum illum excidium interminatus esset legato apostolico; sed in Macedoniam ad opprimendum Scanderbegum strenuissimum religionis propugnatorem exercitum conscripsit.

Scanderbegus Mahometis summas spes.

22. &c. Tanta erat barbarorum multitudo, vt Scanderbegus tueri agros non potuerit, atque immunitam arcem se ac suos subducere hostili furori sit coactus. Effecta itaque in Macedonia fuit ingens vastitas, & Scanderbegus Turcicis castris circumseptus est, misitque Georgium Petri abbatem ad Pontificem, vt auxiliares copias eliceret: at non poterat Callistus adeo celeriter exercitum cogere, exhausto præcipue ærario. Quam potuit itaque opem illi præstitit, tradita subsidiaria auri decumani vi, ac legato apostolico, nimirum Ludouico Cardinali imperauit, vt classem suam victricem, si opus foret, in copias Turcicas Scanderbegum obsidentes verteret, Reges ac principes ad ferendam Macedoniæ opem vrgere magis ac magis statuit, de quibus Scanderbegum ipsum certiorem fecit b, vt fortiter barbaricos excuperet impetus, repelleretque, dum vniuersi Christiani apostolica industria ad arma sacra coirent. Turcici in Scanderbegum belli historiam ita describit Marinus Barletius c. Cum ad Trapezuntini imperij excidium prouolaret Mahometes, Scanderbegus Belgradum in Epiro, acceptis ex Apulia auxiliaribus copijs, obsidione cinxit irrito successu, nam Mahometis iussu Sebalias bassa tanta velocitate in Christiana castra absente Scanderbego, oppressis vel corruptis excubitorum stationibus, irrupit, vt maxima clade nostros deleuerit.

Scanderbegus intra arcem cõpulsus a barbaris.

Belgradũ in Epiro obsessum ab Scanderbeg.

b Lib. 13. pag. 180. c Barlet. in vit. Scanderb. lib. 8.

30. &c. Inter hæc fregit d hoc anno Ludouicus patriarcha Aquileiensis idemque Cardinalis legatus varijs tumultuarijs certaminibus Turcas, eorumq; classem pluribus captis nauibus disiecit e; de qua victoria hæc scripsit Callistus f XXIV. sept. die huius anni: *Classis nostra orientalis cum legato nostro sulcat maria orientalia triumphando, & his diebus proximis non solum terras, sed etiam fusas vestra vigintiquinque Turcorum armatas captiuauit.* Faucbat enim aperte Deus causæ suæ, vt idemmet Pontifex significauit Cardinali Strigoniensi g. *Pro virili*, ait, *tua operare super hoc quod poteris in partibus ipsis; nam victoria in manibus est, cuius in dies certiora videmus signa ab omnipotenti Deo ostendi, quod videre licet ex turpi fuga ingentissimæ classis apud insulam nostram Mitylenen Turcorum a paucis Christianis facta, &c. Datum die penultima nouembris* MCCCCLVIII. *anno* III. Id mirum nunc accidit h, vt virago captis armis

Magna clades Christianis illata.

d Ibid. p. 72. e Turcæ naualibus prælijs sæpius victi. f S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 14. §. 1. Plat. 1. Iren pag. 124. g Ibid. p. 131 Coniungere omnes Christianas vires in Mahometem nisus Callistus. Turcæ fugati Mitylene a paucis Christianis. *h Æn. Sylu. hist. de Asia min. cap. 74*

armis ingruentes in oppidum Turcas repulerit, cuiesque exemplo suo ad eos persequendos confirmarit.

Christianorum coetus solemnes indicti.

34. &c. Decreuit porro idem Pontifex, vt Christiani nominis causam promoueret, solemnes coetus celebrare, ad quos omnium Regum principumque oratores conuocaret, vt in ijs certa consilia ad bellum cum hoste fidei gerendum expediri possent: de qua re Cardinalem Strigoniensem certiorē factum instare iussit a, vt ab Imperatore alijsque Regibus oratores Romam mitterentur. Sed parum profuere pontificij conatus, Germani enim non vertere arma aduersus Turcas, sed in Christi vicarium exacuere linguas, atque eum primum per calumniam insimularunt, quasi sacrum aurum in vsus suos, non in sacram expeditionem insumeret. A qua labe quam purus esset Callistus, ex his verbis, quæ ad S. Antoninum archiepiscopum Florentinum scripsit b, intelligi potest: *Non ignorare debet quantis affligimur expensis in sustentando armatam, & eam fortificando cum legato nostro in partibus orientalibus, & in Albania, Hungaria, & alibi, ita quod vix superfunt nobis necessaria vitæ.* Eluit præterea aspersam illam a Germanis auaritiæ sordium maculam amplissimis firmissimisque argumentis Callistus in literis ad Fredericum Imperatorem scriptis c.

aExtat Aen Syl ep. 371.

bIbid. p. 98.

Ab quorundam principibus calumnias appetitus Callistus.

41 *Callistus*, &c. Nunc classis nostra Rhodum tuetur, Cyprum, Mitylenem, Chium, & omnes in oriente Christiani nominis insulas, quæ sine tali præsidio haudquaquam Turcorum nauibus indies incursantibus resistere potuissent. Quodque laudabilius est, ac diuino nobis munere concessum, non tantum quas diximus insulas legatus noster sua prudentia & armorum robore tutatus est, sed alias pleraſque Turcorum domino seruientes ad Apostolicæ sedis deuotionem obedientiamque redegit, nouissimeque non pauca eorundem Turcorum nauigia ad oppugnandas Christianorum insulas exeuntia potenter inuasit, debellauit, in potestatem recepit. Nec Albania ingruentes barbarorum impetus proximis diebus inclinare potuisset, niti nostrarum interuenissent pecuniarum auxilia, quæ Scanderbechio misimus. In his nos rebus pecunias consumimus: in his profundimus quidquid vndecumque contrahere possimus auri vel argenti: honorem Dei non nostrum quærimus; pro salute populi nobis commissi laboramus, non pro priuata vtilitate nostra curamus, ne nostro tempore Christianum nomen spurcissimi Turcarum pedes conculcare possint, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum pridie kal. septembris anno* MCCCCLVII.

Infulę oriētales defensæ.

Fracta Turcica classis

Macedonia ob missa Scanderbegho subsidia fusa rata.

42. &c. Præter falsas hasce criminationes temere in Pontificem iactatas, nonnulli electores imperij arcanas coitiones ad apostolicam auctoritatem labefactandam turpiter fecere, inscio & inconsulto Friderico Imperatore, quem ne improbi calumniatores suborarent, Callistus B. Iacobo Picenti nuncio mature operam instit d, vt elusis improborum hominum conatibus, ira in communem fidei hostem verteretur, tum addidit: *Caueant ab ira Dei, nos enim officium nostrum exercere non cessabimus opportune, eiusque officium nostrum, vt loquamur cum B. Ambrosio e, nulli nocere, omnibus velle prodesse; posse solius Dei est.* Auctas fuisse postea flexu temporum eas Germanorum suorum commodorum plus æquo amantium in Romanos Pontifices querelas, ingraueſcentibusq; odijs demū hæresi Lutheranæ maxima pabula & incrementa præbuisse visuri sumus. Scripsit vero Æneas Syluius Cardinalis eximium libellum apologeticum, eaque iniqua querelarum capita luculenter confutauit.

Coitiones principum electorum aduersus Apostolicæ sedis auctoritatem dissuasæ

dExtat Aen. Syl. apud Vvadd. hoc anno n. 1.

e Ambr. l. 3. de offic. c. 4.

50. Grassati porro fuere insigni flagitio in aurum pro Turcico bello collectum, qui in Pontificem eiusmodi querelas de corrasa pecunia ex Germanis protulerant: inter quos Ioannes episcopus Herbipolensis, cum subsidiarias illas pecunias latrocinio inuasisset, quæstores pontificios eas repetentes prouincia abegit: cum autem illum merita pœna multare pararet Callistus, & archiepiscopus Moguntinus pro Herbipolensi episcopo deprecator accessisset, respondit Pontifex vsurum se clementia, si ille expiaret scelus, raptaque restitueret.

Aliqui Germani præsules sacrū pro Turcico bello aurum diripiunt.

aExtat ea lit. apud Aen. Syl. c. 327.

51. &c. Nec Germani modo Pontifici sacram pro amplificando Christi cultu expeditionem conficere annitenti aduersati sunt, verum etiam Galli conniuente Carolo Rege, nec vires, nec opes ad religionis hostes debellandos conferre voluerunt b: quocirca grauissime questus est e Callistus apud Alanum Cardinalem in Gallijs legatum Carolum Regem crucesignatæ expeditionis in Turcas abiecisse curas, neque clerum ad persoluendas imperatas decimas perpellere.

Galli vires opesue in Turcas conferre nolunt.

bLib. 1. Aeneæ pag. 74.

52. &c. Plures vero ex Gallicano clero cum decimas pendere iuberentur, pernicioso diffugio nefarium Germanorum exemplum imitati, a Pontifice ad futurum concilium prouocarunt: quam prouocationem mox Callistus, vt temerariam & impiam, vt quæ summam Romani Pontificis auctoritatem euerteret, diffugia sceleratis omnibus ad eludendam ecclesiasticam seueritatem pararet, ecclesiasticam hierarchiam pessumdaret, indictum denique in Turcas bellū disturbaret, rescidit c, censuitque animaduertendum in flagitij auctores. Alano itaque Cardinali legato e Gallijs discedēti dedit mandata d, vt Parisios reuerteretur & academicos clericos ad prouocationē, quam ad futurum concilium conceperant, reuocandam cogeret, nec rem impune abire pateretur, cum pernicies illius exempli in vniuersam Ecclesiam dimanatura esset: additque querelas, clerum adeo deditum sordibus, vt Christi causam desereret, neque ex opum suarum affluentia in sacri belli sumptus aliquid vellet conferre, dum Pontifex Romanus vix sustentandæ vitæ necessaria sibi reseruabat, noctesque insomnes in religionis defendendæ cura & cogitatione ducebat: legatum denique ad animi constantiam in iussis perficiendis est adhortatus.

Impia prouocatio a Pontifice ad concilium a Gallis facta.

Impia appellatio Parisiensis academiæ.

c Lib. 25. pag. 134.

dLib. 1. Aeneæ pag. 103.

60. &c. In Suecia maximæ rerum conuersiones ex intestinis seditionibus factæ: Carolus enim Rex post gesta plura cum Christierno Daniæ Rege bella, cum solium firmatum putaret, sortis abiectæ immemor, ex qua fuerat excitatus, populorum odia incurrit, regnoque ob tyrannidem pulsus est, ac tria regna Daniæ, Sueciæ, & Norwegiæ iterum sub vno principe Christierno coaluere. Cæterum Christiernus a Callisto solicitatus, vt arma aduersus Turcas stringeret, aliorum Regum exemplo suis commodis affixus hæsit.

Suecia causa bellis

66. &c. Concitauit hoc tempore Callistus Ludouici Bononiensis Minoritæ opera in Turcas Vsumcassanum Perſidis & Armeniæ Regem, ac pro Syria ex infidelium tyrannide vindicanda eundem Ludouicum ad Æthiopas legarat, vt in Ægyptum ex Æthiopia cum exercitu crucesignato irrumperent; Persas sibi fœdere iunxerat, Deruſos, Macademos, & alios principes, qui maritimas oras imperij soldani Babylonij incolentes, misso Anthiocheno archidiacono, permouere ad excutiendum Babylonium iugum nisus est, ac propterea classem pontificiam in Rhodio portu tenuit, vt ijs principibus contra soldanum suppetias ferret, intermissumque tot annis Syriacum bellum redintegraret: id vero tentatum a Callisto, cum iam ante ijdem principes Eugenio Palæstinam ad Christi cultum reducere meditanti armorum societa-

Babylonici imperij principes solicitati ad defectionem.

cietatem aduersus soldanum polliciti essent, vt docent pontificiæ literæ ad illos datæ a.

a Lib. 14. pag. 205. Castellani in Granatenses crucis symbolo insigniri iussi

70. 71 Ad coercendos etiam Saracenos Afros, edomandosque Granatenses intentus, archiepiscopo Hispalensi prouinciam dedit b, vt Henricum Castellæ Regem eiusque signa secuturos crucis symbolo insigniret. Henricum vere ineunte exercitu maximo succinctum ad Granatam vsque excurrisse, hostiumque agros vastasse narrat Mariana c; sed aliquot nostrorum agmina in tumultuario prælio a barbaris Granatensibus cæsa, eamque ob causam Henricum non modo sata, vt antea, concremari, verum & vites arboresque ferro flammaue deleri iussisse: qua vastitate perculsi Granatenses de inducijs egere, easque in aliquot annos impetrarunt, pacti annuum vectigal duodecim millium nummorum Henrico se pensitaturos, sexcentis Christianis libertatem daturos; si vero is Christianorum deesset numerus, in eorum locum Granatenses suffecturos. Exclusi fuere fœderis beneficio Giennenses, quos domare bello Henricus constituerat: ad eos autem interim fatigandos Garcias Manriques Castanedæ comes duobus millibus equitum præfectus est: sed is Maurorum insidijs circumuentus ingentem accepit cladem, atque ab hoste captus est; multo tamen postea auro redemptus, & pax cum Granatensibus firmata.

bIbid. p. 165 Exactus ab Henrico ager Granatensis.

cMarian. l. 22. c. 18.

Equestres copiæ circumuentæ insidijs.

72 De Nauarricis autem rebus tradit idem Mariana d, Carolum Vianæ principem, ad quem materno iure sceptrum hereditarium spectabat, Nauarra discessisse, cum paternis & comitis Fuxensis iunctis fœdere viribus impar, ad Stellam victus fuisset. Is autem ad Carolum Francorum Regem, deinde ad Pontificem, tum Neapolim ad patruum Alfonsum Regem se contulit, atque ab eo veluti regnorum iustum heredem exceptum ferunt: quo tempore, dum pacis rationes conquiruntur, nouæ rerum conuersiones in Nauarra accidere e, cum ij, qui Caroli partes tuebantur, Pampelonæ ipsum Regem pronuntiassent, professi vni tantum Regi non duobus se parituros. At de his turbis satis: nunc ad pie gesta a Pontifice narrationem conuertamus.

dIbid. Carolus Vianæ princeps Nauarra fugere coactus Regum opem implorat aduersus iniustum parentem.

eIbidem & Surit. c. 41.

73. &c. Hoc anno Callistus ad memoriam diuinitus concessæ Christifidelibus anno superiori victoriæ recolendam, ecclesiasticum de transfigurato Domino in monte Thabor diem festum agi iussit f sexta augusti die, recurrentibus in posterum singulis annis celebrandum. Aream festiuitatem non tam instituit, quam instauravit Callistus, cum eam longe ante hæc tempora celebratam in suis ad martyrologium Romanum notis adiectis ostendat Cardinalis Baronius g ex vetustissimis cum Græcorum tum Latinorum monumentis, ex quibus eorum error refellitur, qui festum hoc a Callisto III. primo institutum affirmarunt. Editum porro fuit hoc anno ea de re pontificium diploma h, de quo Platina i & Monstreletus meminere, quorum postremus addit, decretas instructo agmine religioso solemnes supplicationes, ac peractas vbique Deo laudes grateasque tum institutum, vt inter secundam & tertiam pomeridianam horam, qua cælesti virtute parta victoria fuerat, campanæ ad angelicam precationem repetendam pulsarentur, eumque morem in nonnullis ecclesijs Galliarum perstitisse.

Transfiguratio Christi institutum a Calisto.

fS. Ant. 3. p. tit. 22. c. 14. in princ.

g Baron. in not. ad mart. Rom. die 6. augusti.

h Lib. 13. p. 240. & in annalib.

i Plat. in Call. & alij.

81. &c. Eodem anno decreuit Christi vicarius solemni ritu sanctorum honores Osmundo episcopo Sarisberiensi k, qui vitæ sanctitate & miraculis insignibus in Anglia floruerat; de quo S. Antoninus & Baptista Platina m meminere. De eo etiam agit in adiectis notis n ad martyrologium Romanum, atque in annalibus o meminit magna cum laude Cardinalis Baronius, ipsumque sanctitati & doctrinæ coniunxisse miraculorum gloriam refert, obieruatque p eundem sanctum alterius sancti episcopi nimirum Anselmi gesta conscripsisse.

Osmundus episcopus in sanctorum albo repositus.

kLib. 11. p. 55 in Plat. in Call. III.

l Baron. in not. ad mart. Rom. die 4. dec.

m Ann. 1. MCLXVII. num. xvi.

n Baron. in not. ad die.

89 Hoc anno apud Rhodios insigne miraculum populorum pietatem auxit a; sacratissima enim spina, quæ olim Christi domini caput transfixerat, cum spinea corona redimitus fuit, atque a Rhodijs equitibus magna diligentia seruata singulis annis recurrente feria sexta hebdomadæ, qua dominicæ passionis memoria recolitur, efflorescere ipsa meridie, ac deinde arescere consueuerat, nitidiores flores tribus ante meridiem horis præter consuetudinem reddidit, magno equitum & ciuium Rhodiorum concursu & admiratione. Vt autem miraculi fides extaret, manaretque ad posteros, Iacobus Millius ordinis magister publicum ea de re monumentum, adhibitis testium nominibus, confecit; quod in Italicum sermonem Iacobus Bosius conuersum historiæ mandauit b.

a Bosius p. 1. l. 7 hist equit S. Io. Ierus. Spina dominica miraculo flores produxit.

Publica de ea re monumenta edita.

b Ext. ibid.

IESV CHRISTI annus 1458.

Indict. 6.

CALLISTI PP. III. FRIDERICI III. IMP. OCCID. annus 4 annus 19.

1. 2 Arserat Hungaria intestino bello postquam Ladislaus Rex Ioannis Huniadis filios Ladislaum comitem supplicio affici, ac Matthiam in vinculis teneri iusserat: Michael enim Zilagius horum auunculus, indignam nepotum sortem vlturus, Transiluaniam contracto exercitu occuparat c, & turbas graues inuexerat; demum vero extincto anno superiori Ladislao Hungariæ ac Boemiæ Rege Michael Hungaricum regnum, vt Georgius Podiebratius Boemicum administrandum suscepit, celebratisque ordinum regni comitijs, persuasit Hungaris, vt cum Ioannes Huniades Pannoniam ab irruentium Turcarum tyrannide eripuisset, ad rependendam illi gratiam ipsius filium Matthiam euocherent ad regium solium, qui paterna imitatus exempla patriam contra hostes tutaturus esset: nec dissensere Hungari; cuius rei non obscura præsagia ediderat B. Ioannes Capistranensis, dum quoties cum Huniadis filijs Ladislao & Matthia obambulabat, maiorem natu Ladislaum a sinistris, a dextris alterum, cui Hungarica corona erat reseruata, præter morem collocaret d. At qui vocabatur ad solium Matthias, asseruabatur in carcere, atque ex Viennensi custodia Pragam abreptus fuerat Georgij Podiebratij astu & improbitate. Callistus autem cum Matthiam ipsum in Boemico versari carcere didicisset, & ad Hungaricum solium vnanimi ordinum consensu vocatum, mox apostolica intendit studia, vt ille vinculis absolueretur, ac Ioanni Caruial Cardinali legato præcepit e, vt pontificio nomine ad id perficiendum incumberet.

Michael Zilagius in Ladislaum Regem rebellat.

c Thurocz. c. 61. Occupat Transylvaniam.

3. &c. Apostolici legati ac Pannoniæ ordinum precibus adductus Georgius Podiebratius, felicemque Matthiæ sortem miratus, eum ex custodia educere decreuit; quem tamen ad rerum suarum amplitudinem firmandam adegit f, vt affinitatem cum ipso, ducta in vxorem Catharina filia, pacisceretur; atque ita sibi deuinctum cum ornatissimo comitatu in Hungariam dimisit, vt delato sceptro potiretur. Creditum vulgo est Ioannis Huniadis virtutem in filio merito præmio affectam fuisse: ac Pontifex vbi in eodem regno redintegratam pacem, & Matthiam e vinculis ad sceptrum vocatum accepit, palam magis ex ingenti lætitia prædicauit Huniadis virtutes, ac Deum ob illius merita filium ad regios apices extulisse affirmauit; de quibus hæc ad Cardinalem S. Angeli scripsit g: *Credibile est animam ipsius inuicti athletæ*, nimirum Ioan-

Matthias Io. Huniadis filius Rex Hungariæ renunciatus. Prædictum illud fuerat a d. 10. Capistranensi. Georgius Podebratius coronato Bohemiæ rege Matthiam seruat in vinculis.

d Vvadding. 1456. num. 1. Lib. 1. hist. pag. 151.

Matthias carcere emissus.

f Ranz. ind. 30. Dubr. l. 30. & alij.

g Lib. 1. hist. pag. 163.

Ioannis Huniadis, *quam in aternam sedem pro suis meritis haud dubia receptam esse confidimus, exoresse immortalem Deum, vt patriam & regnum illud, pro quibus ipse tot annos indefesse pugnasset, & a quibus tot insignibus cladibus, Turcorum auersisses furorem, non pateretur domesticis dissensionibus lacerari, sed suis eximijs factis eam dares successorem, qui ab ipso non degeneraret, tutelamque Christiani nominis ea constantia susciperet, quam ipse cum summa gloria antea ab inuicte atque susceptisset, & susceptam nunquam nisi cum vita simul amisisset, &c.*

6. &c. Explicuit conceptam illam ex Marthiæ id regios apices vocatione lætitiam Calliſtus literis a ad nouum Regem miſſis, in quibus expoſuit non ambigere ſe vllaremus, quin cœlesti munere orbi Chriſtiano datus eſſet ad Mahometicam ſuperſtitionem excindendam: parentis itaque virtutes pie æmularetur. Cum igitur id maximi referret ad res Chriſtiani imperij firmandas debilitandumque hoſtem, Calliſtus curas, vt id perficeret, omni ſtudio contendit: & quod Ioanni Caruial Cardinali legato commendarat, etiam Elizabeth Reginæ b & Michaeli Zilagy c regni Hungarici præfecto, tum Cardinali d Strigonienſi enixe commendauit: *Duabus*, inquit, *rebus admodum auxij & ſoliciti ſumus: optamus enim pro fulci obtinenda victoria de perditiſſimis Turcis, vt inter Imperatorem & Regem Hungariæ, & alios iſtarum partium principes Chriſtianos ſit vnitas, bonaque concordia & pax: ſecundo quod ab eiſdem principibus nulle conditiones pacis ſeu treguarum cum Turco acceptentur.* De eodem ad epiſcopum Vvaradienſem, qui in regia Hungarica pollebat auctoritate, hæc ſcripſit Calliſtus e: *Per eos*, nempe *Chriſtianos, nulla conditiones pacis ſeu treguarum, que nonniſi inſidioſa eſſe poſſent, cum perfido & nefario Turco acceptentur, prout eiſdem principibus ſcribimus, & ſub interminatione anathematis & maledictionis perpetua prohibemus.*

12 Expetebat autem Mahometes inducias cum Hungaris, vt eius belli cura vacuus vniuerſas vires in Aſiam aduerſus Vſumcaſanum Regem Perſidis, a quo acri erat petitus bello, transferret: quod cum non lateret Pontificem, qui Vſumcaſanum ſpe ſacræ expeditionis a Chriſtianis in Turciam conficiendæ in Mahometem concitarat, principibus inducias eas admiſſuris anathematis terrorem intentauit, ipſoſque ad bellum gerendum ichoarmorum fœdere vrſit; qua de re hæc ad Marthiam ſcripſit f: *Hortamur tuam celſitudinem, quam non dubitamus in hoc diuino opere fore ſtrenuiſſimam, vt velit & conſiliare ſibi velit Imperatorem, Regem Polonie, Regem Boſne, cæteroſque iſtarum partium Chriſtianos principes, ac cum eis pacem, concordiam, & vnitatem habere, & multum inſurgere in hoſtes crucis, in quorum totale exterminium omnibus facultatibus pergas, nec eorum fallaces & inſidioſas poſtulationes pacis & federum admittas, ſed aſpneris & abijcias: & ita celſitudini tua auctoritate Dei, & ſub anathemate & maledictione eterna precipimus & mandamus; non enim pax petitur ab illis, quam inſita animis perfidia nunquam ſeruarent, ſed obtentu pacis occaſionem ſibi parare tentant, vt improuiſos & inopinatos Chriſtianos adorientur, & ſtim explent ſanguine Chriſtifidelium, &c. Dat. die* XIII. *maij* MCCCCLVIII.

13. &c. Præcepit pariter Calliſtus g obiecta ſacrorũ interdictione Caſimiro Regi Poloniæ, vt inducias a Turca oblatas reſpueret, cauſaſq; eaſdem addidit. Adiecit vero adhortationem, vt armorum ſocietatem cum Hungariæ Rege atque Imperatore conflaret ad fidem cultumq. Chriſti latius circumferendum, ad quod Caſimirus regijs literis egregie ſe comparatum profeſſus erat. Id enim vnum molichantur Turcæ, vt Chriſtianos principes inuicem ſegregatos opprimerent: atque ideo ijs in Hungaria, Polonia, Germaniaque torpentibus otio, partem copiarum miſit in Macedoniam ad obruendum Scanderbegum: qui tamen animo non deiecit, ſed magnis cladibus inuicta virtute attriuit Chriſti hoſtes, atque inſtar munitiſſimi propugnaculi coercuit a. In medio huius belli ardore idem Scanderbegus Pontificem de omnibus certiorem fecit: cui Calliſtus animos, vt hoſtes contunderet, addidit, ac ſubſidiarium aurum ſubmiſit, & Cæſaris Reginæque oratores ad expeditionem Turcicam conficiendam vocari ſignificauit. Horratus h preterea eſt Calliſtus Alfonſum Regem Aragonum, a quo commendatitias literas acceperat, vt auxilia illi ſubmitteret: *Videmus enim*, inquit, *cum prope ſolum furori ſæuiſſimorum Turcorum quaſi murum quendam firmiſſimum eſſe oppoſitum, qui ipſorum aditum præcludit, ne in Chriſtianitatem irrumpant: nec nos latet quot cladibus ipſe cum ſuis ſubditis affectus fuerit.*

16. 17 Adorti interea ſunt Turcæ magno molimine Scanderbegum, cui opportunas ſuppetias tulit e pontificio iuſſu Michael Borgia nepos Pontificis. Partam autem de Turcis victoriam a Scanderbego deſcribit pluribus Marinus Barletius d: dum enim Aſiaticis rebus diſtinebatur Mahometes, ducum, qui limitem Macedoniæ inſidebant, opera Ameſam Scanderbegi nepotem, promiſſo diademate Epirotico, in illum concitauit. At Scanderbegus coactis vndecim armatorum millibus pulcherrimam victoriam de Romaniæ baſſa & Ameſa, quem non trucidari ſed vinum capi iuſſit, reportauit: *De noſtris*, ſubdit Barletius, *ſexaginta ſolummodo aut paulo minus deſiderotos fuiſſe narrant.* Eiuſmodi cladis Turcicæ aliqua præſagia præcurriſſe refert auctor, videlicet exeunte vere ſanguine pluiſſe. Ex captiuis vero Turcis nonnullos dimiſſos cum eorum duce refert auctor, aliquos Chriſtianam religionem amplexos in Epiro remanſiſſe, alios ad varios Reges, vt teſtes victoriæ, miſſos.

18. 19 Cæterum Pontifex Michaeli Borgiæ imperauit, vt e Macedonia ad claſſem pontificiam reuerteretur, ad quam ſex naues commeatu onuſtas ſe mittere ſignificauit, ac breui alias quatuor triremes optime munitas ſubmiſſurum: extant de eodem miſſo ſubſidio literæ e datæ ad Ludouicum patriarcham Aquileienſem Cardinalem legatum in oriente, & pontificiæ claſſis præfectum: qui cum ob principum Chriſtianorum conceptam expectationem fallentium, neque crucis ſigna in Turcas ſequentium inertiam fatiſceret ſub legationis onere, neque arduum quid in hoſtem, qui impigre vires omnes ſuas cogebat, gerere poſſet, a Calliſto excitatus eſt ad cõſtantiam: *Conſidera*, inquit, *quanto feruore & perſeuerantia dilectus filius Cardinalis S. Angeli legatus in Hungaria & ad fines perfidi Turchi acquirendo terras deſpoti Raſſie defuncti pro nobis & ſancta Romana eccleſia omni timore poſtpoſito, laboribus, & periculis legationem ſuam exercet, impauide, viriliter, & potenter nos confortando continue ſuper ampriſia iſta, & ad ſuſtinendam claſſem, etſi non magnam, in partibus ipſis orientalibus. Dat. &c.* III. *aprilis anno* MCCCCLVIII. Cum autem increbreſceret fama Mahometem in Pannoniam irruptionem facturum, Pontifex Ludouicum Cardinalem vehementius eſt adhortatus f, ne claſſis imperium abijceret, atque etiam addidit, vt Cypro, quam Caramanus inuadere minitabatur, ſuccurreret.

Calliſtus, &c. Hortamur tuam circumſpectionem, vt hoc tam neceſſario tempore, quo perfidum Turcum cum ingenti exercitu in Hungariam eſſe venturum aiunt, vbi etiam toto poſſe, vt eidem occurratur, laboramus; velis legationem hanc noſtræ claſſis ſuſtinere, ne ex illius deſertione animoſior Turchus fiat. [Nonnulliſque interiectis de Cypria re, adiungit:] De perfi-

a *Ibid. p. 166* Calliſt. ad illum ſcribit.

b *Ibid. p. 178* c *Ibid. p. 171* d *Ibid. p. 174* Inducias cum Turca pangi vrget.

e *Ead. pag.*

Regem Poloniæ inducias eſſe Turca facere vetat. g *Ibidem pag. 171.* Turcæ diſſociatos Chriſtianos opprimere meditati.

a *Lib. 1. hiſt. pag. 140.*

b *Ibid. p. 140*

Teſtatur Calliſtus prope ſolum Scanderbegũ reſtitiſſe Mahometi

c *Ibid. p. 174* Nepotem ad ferendas ſuppetias mittit

d *Marin. Barl. l. 9.* Scanderbeghi nepos in eum cũ Turcis cõiurat.

f *Ibid. p. 171* Caramanꝰ Cypriis intentat exitium.

Pannoniæ inſidiatus Mahometes.

perfido Caramano, quod Regi Cypri minetur dolemus; quid pro eiusdem regni tutela classis nostra possit efficere videat tua circumspectio, & eidem succurrat. Dat. XIX. *maij anno* MCCCCLVIII. Sed de ijs hactenus nunc ad res Boemicas traducenda est narratio.

20 In Boemico interregno post Ladislai lugubrem obitum plurimi Reges ac principes ad solium Boemicum aspirarunt a, quibus omnibus opponebat se Iersico, siue Georgius de Gunstad & de Podiebrat, vulgo Podiebratius, regni eiusdem administrator, qui coactis regni ordinum comitijs quadragesimali tempore partim alios ad ipsum renunciandum Regem pellexit, partim coegit.

a *Aen. Sylu. hist. Boem. Papiens. in comm. Cocl. l. 12. Naucl. vol. 2 gener. 49. Dubr. hist. Bohem. lib 30.*

Podiebratius Boemiæ Rex renunciat.

21 Porro questus est Pontifex, in ea Georgij ad regnum Boemicum, tum in alia Matthiæ ad Hungaricum electione consultum non fuisse, vt apostolica auctoritate celebraretur, cum eorum regnorum supremum imperium iuris esset Romanæ ecclesiæ: curas vero intendit, vt in Boemia vetus religionis cultus resloresceret; vt testantur literæ ad Ioannem Caruial Cardinalem legatum datæ b. Non norat Callistus hypocritim Georgij, qui vt firmaret solium, præferebat laruam religionis ad catholicos ea specie sibi deuinciendos, ducendosque sub iugum: cum enim veteris moris & instituti esset, vt Boemiæ Rex a Pragensi archiepiscopo, aut, si is deesset, ab episcopo Olomucensi sacro oleo liniretur, ac diadema acciperet, iamdiu vero Pragensis ecclesia pastore vacaret, Olomucensis autem præsul tantum designatus esset, nec dum sacris pontificalibus initiatus, cæteriue Germani episcopi illi se muneri ingerere detrectarent, Georgius in Pannoniam oratores misit, qui a Matthia genero episcopos peterent ad regiam consecrationem perficiendam. Missi itaque fuere Iaurinensis & Vaciensis episcopi, qui præsente Prothasio designato Olomucensi episcopo ritu veteri ipsum ante celebritatem ad obtemperandum Pontifici, colendam fidem orthodoxam, hæreticique excindendas sacramento adegerunt; quibus de rebus hæc Dubrauius scriptis mandauit c.

Sine pontificia auctoritate Reges Hungariæ & Bohemiæ deligi non debent.

b *Ibid.*

Piæ fraudis arca a Podiebratio.

c *Dubr. hist. Bohem. lib 30.*

22 *&c. Affuit & Prothasius Olomucij electus, vt testimonium de iuramento perhiberet. Iuramentum Latine primum recitatum palam fuit, deinde vernacula lingua Georgio per regni cancellarium, vt vocant, perlectum: quo audito schedam ille in manus sumit, nec dubitat in omnia illa verba, quæ sibi concepta & scripta fuerant, ore suo iurare, obedientiam videlicet sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ in vnitate fidei, quam eadem Romana catholicaque & apostolica ecclesia profitetur, prædicat, ac retinet, custodire, & illam tueri & propugnare pro virili enixe velle, ac populum sibi subiectum ab omnibus erroribus, sectis, hæresibus, atque ab aliis articulis Romanæ atque fidei catholicæ contrarijs reuocare, & ad vitam cultumque veterem reducere ac restituere.* Confirmat Dubrauij dicta idem Matthias Hungariæ Rex, qui aliquot post annis, cum Georgius detracta fucatæ pietatis larua in hæresi obsordesceret, iurisiurandi a Georgio exacti & reddita formulam vulgauit, de quo in libro d priuilegiorum Romanæ ecclesiæ tabularij Vaticani, & in m. s. Vallicellano e extat regium diploma. Formulam autem illius iurisiurandi a Georgio nuncupati præfixa est eiusdem Regis literis f. Tum tostatus tabellio id iusiurandum delatum fuisse a designato Rege, & a Ioanna eius vxore *in camera*, vt ipse ait, *secreta regi solita habitationis.*

Sacramenta soleta de colenda fide ab eo nuncupata

d *Lib. Bren. Rom eccles. p. 337. & in f. Vall. sc. lit. B. nu. 12 p. 193 & in annalib. Cocl. d. prim Rom edit. 15 p. 236. & in f. Vallic. p. 19. & in annalib. & Card. Papiensi in comment.*

26 Obstrinxisse se clanculum hoc sacramento Georgium, ne Hussitica lue inquinatos populos a se abalienaret, obseruat Iacobus Cardinalis Papiensis g: ad catholicos vero deludendos palam ab episcopis corona redimiri voluisse: eumque plures catholicos a se auersos videret (nam & præter nonnulla Boemiæ oppida prouinciæ finitimæ Morauia, Lusatia, Silesia, Boemiæ contributæ illius, vtpote hæreticis, iugum subire pio ardore renuebant a) quos in armis expeditissimos habebat Hussitas adduxit ad Iglauiam Moraniæ arcem obsidendam, eamque ad deditionem compulit, necatis mulctatisue exilio ijs, qui ipsi aduersati fuerant. Redactæ dein sub iugum Bruna & Olomuca Moraniæ metropolis.

Plures prouinciæ Podiebratij ob hæresim agnoscere recusant a *Cocl. l. 12.* & *Card. Papiensis in comment.*

27 Addit Cardinalis Papiensis vsum arte alia Georgium ad constabiliendum solium, & catholicos sibi deuinciendos, scilicet Romanum Pontificem literis plenis officiorum & pietatis notis delusisse, atque ab eo apostolica diplomata elicuisse, quibus Boemi iussi sunt Georgio vt vere catholico Regi obtemperare, atque illico omnes ei se submisisse.

28 Subdit idem Papiensis, Georgium, cum cerneret se Callisti suffragijs res suas plurimum euexisse, omnibus artibus & lenocinijs eius voluntatem beneuolentiamque ad se allicere conatum, misisseque impostorem Roraum ad procuranda Romæ negotia, qui multis dolis pollicebatur Pontifici Ioannem Rokyzanam ad ipsum venturum, cuius ope omnes religionis controuersiæ sedandæ essent. Cum autem de concepta ea spe sibi ablandiretur Pontifex, eamque exposuisset Gabrieli Minoritæ Veronensi, qui e Boemia redierat, Gabriel Georgij, & eius procuratoris fraudes ipsi detexit, docuitque nunquam Romam accessurum hæresiarcham Rokyzanam, nisi vinctus traheretur; tum pontificia diplomata hæretico Regi ad religionis causam proterendam viui fuisse demonstrauit, quod Callisto acerbissimum dolorem attulit. Ac de Boemicis rebus satis: nunc Italicas aggredimur.

Podiebratij orator Pontificem circumuenit.

Detecta dolus a Callisto Rochizanæ & Georgij fraudes.

29 Vrgente exitiosum bellum in Genuenses, spreta religione, Alfonso Aragonum & vtriusque Siciliæ Rege, Petrus de Campofregoso, Genuensis reipublicæ imperium Carolo VII. Francorum Regi detulit communi senatus decreto, vt illius clientela ab Alfonsi vexatione tuta esset. Ioannes itaque dux Lotharingiæ filius Renati Regis, qui Neapolitanum sceptrum sibi iniuste ereptum contendebat, a Carolo ad Liguriam administrandam missus, Sonam mense aprili applicuit; deinde Genuam se contulit; ex cuius aduentu in Italiam perturbatus Aragonius Genuam mari obsedit c; terra vero ipsiusmet Alfonsi fœderati Ioannes Philippus Fiscus, Petrus Spinula, & Andreas ac Barnabas Adurnij comparato exercitu castra posuere. Excepit horum impetus repulitque communito egregie portu Ioannes Andegauensis, cui saluti fuit Alfonsi mors, quæ in XXVII. Iunij diem incidit d; quod tempus confignat etiam Æneas Syluius e in calce historiæ.

Genuenses Alfonsinatu Gallonū Regis clientelę se committunt.

b *Foliet l. 10 Bizar. l. 13. Sur. in annal. l. 16. c. 44. & 47. Marian l. 22 cap. 18 Paul. Aemil. in Car. VII & alij.*

c *Foliet l. 11 Bizar. l. 13.*

d *Mastr. cod. 3 pag. 75.*

e *Aen. Sylu. hist. Bohem. c. 71. Sabellic. enead. 10. ibid. c.*

30 Ipsum gloriæ auidum extitisse ferunt. Nec desunt f qui ipsum perstringant proferendi imperij libidine non humanum modo, sed diuinum quoque ius proterere consueuisse: sedi Apostolicæ atroces iniurias intulisse: tum in affecta etiam ætate inseruisse amoribus, & clerum populumque iniquis vectigalibus oppressisse: antequam tamen diem obiret, auctæ vitæ culpas plurixit, ac rite sacramentis communitus g est, iamque humanum despiciens fatum humili sepulchro ante fores ecclesiæ Populeti condi h voluit: inique vero Neapolitanum regnum reuocandum legibus ad ius Romanæ ecclesiæ. Ferdinando ex adultera suscepto testamento reliquit, præceptisque ad firmandum solium instruxit, vt tradit S. Antoninus i. Alia regna insulæ Siciliæ, Sardiniæ, Aragoniæ, Valentiæ, fratri Ioanni Regi Nauarræ hereditaria ex testamento Ferdinan-

f *Gobelin. in comm. lib. 1. Sur. lib. 16. ann. cap. 47.*

g *Marian l. 22 c. 18.*

h *Id. ibid. 18. Ant 3 p. tit. 18. c. 16. § 1. Iouian. Pis. de bell. Neap. lib. 1. Gobelin. in comment. 6 Matton. lib 22. c. 18 Sur. lib. 16. c. 47.*

dinandi patris ipsum reliquisse, docent [a] historici Hispani.

[a] Extat sup. n. 47. & alij.

Callistus Neapolitanum regnũ ad Romanam ecclesiam devolutum pronuntiat.

31. &c. Accepto de Alfonsi Regis obitu nuntio Callistus, tueri Romanæ ecclesiæ iura decreuit, regnumque Neapolitanum ad sedem Apostolicam reuersum pronuntiauit, cum Alfonsus illud transmittere in filium spurium iure non potuisset, quod vi & armis rapuerat: imperasse autem Ferdinando intentata anathematis pœna, ne sibi regios titulos arrogaret, edixisseque, vt si quam controuersiam haberet, disceptaret iure & æquitate, narrat Monstreletus [b], confirmantque S. Antonimus & [c] Surita [d]. Extat de his Callisti edictum [e].

[b] Monstr. vol. 3. pag. 75.
[c] S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 16. §. vlt.
[d] Sur. annal. t. 16. c. 48.
[e] Lib. 18. pag. 138. & in annalib.

34. &c. Prouocauit [f] ab ea sententia Ferdinandus, regiosque titulos imalit: tum habitis Capuæ comitijs regni procerum, eos ad fidem sibi præstandam iureiurando obstrinxit [g]. Franciscum etiam Sfortiam Mediolani ducem affinitate coniunctum Ferdinando illius causam tuendam suscepisse, conquestumque de Callisto, narrat S. Antonimus [h], quasi decessorum suorum, qui Ferdinando concessissent, vt Alfonso succederet, sancita sine causa conuellieret. At Constabat regnum Neapolitanum summo iure ad sedem Apostolicam redijsse, cum ipse Alfonsus in literis [i], quibus regnum Eugenio acceptum retulit, hæc iurasset: *In regno & terra præfatis nullus succedat, qui non fuerit de legitimo matrimonio procreatus*. Adde, iura Ferdinando potiora Ioannem Regis Alfonsi fratrem, & Renatum Andegauensem obtinuisse; atque ideo alij indignati spurio subijci, duce principe Tarentino Ioannem Regem [l], alij Andegauensium partium Renatum [m] ad accipiendum ceptum solicitarunt.

[f] S. Ant. sup. §. vlt.
[g] Sur. lib. 16. cap. 49.
[h] Extant an. Christ. 1445 num. 2.
[i] Callisti mors.
[l] S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 16. §. vlt.
[m] Lib. 2. hen. Callist. III. pag. 28.

40. 41 Inter tot Christianæ rei administrandæ curas Callistus senio & ægritudine quadraginta dierum confectus e vita excessit octauo idus augusti [n], quo festum transfigurati Christi recolitur, quod ipse ob Turcas diuinitus victos celebrari ritu solẽni in Ecclesia iusserat; quique cœlesti gloria coruscantem Christum singulari pietate coluerat, die transfigurationis vocatus est, vt in cœlo (quod par est credere) æternam transfigurati Christi gloriã intueretur, cum sedisset annos tres, menses quatuor, duobus minus diebus; cuius corpus conditum est sepulchro in basilicæ Vaticanæ ædicula sacra, cui B. Mariæ febris nomen inditum erat; quam olim, dum gentilitia vigebat superstitio, Apollini potitam fuisse tradit Ioannes Gobelinus [o]. Nec prætermittendas has laudes putamus, quibus illum Baptista Platina [p], qui Romæ tum agebat, exornat: *Callistus in omni vita vir integerrimus est habitus: sed hæc eius præcipua laus est, quod, dum episcopus esset aut Cardinalis, beneficium aliquod in commendatione nunquam collocauit, dicens se vna sponsa, & quidem virgine contentum esse, hoc est ecclesia Valentina, vt ius pontificium mandat: eleemosynas præterea pauperibus Christi & seruis Dei frequentes dabat tum publice tum priuatim; virgines pauperes collata dote maritis collocabat: nobiles ad inopiam redactos sua impensa in vita retinebat. Vtebatur & munificentia erga principes quando opus erat; maxime vero erga eos, qui nomen Christianum auctoritate & opibus suis iuuare poterant*. Et infra: *In victu suo parens est habitus: in sermone modestissimus: facilis aditu quantum ei per ætatem licebat, iam enim octogesimum attigerat annum*; dissensit S. Antoninus, qui illi octogesimum quartum tribuit, *nec tamen ex studijs suis quidquam remiserat. Legebat ipse aut legentes audiebat, si quid in tanto rerum fastidio ei temporis supererat*. Et infra: *Orantes ad se venientes mira benevolentia complectebatur; quorum precibus aut petitatis ab honesto discedere nunquam voluit.*

[n] Nullis Regum precibus ab honesto discessit.
[o] Gobelin. in chron. Pij II. lib. 1.
[p] Platin. in Call. III. Eius elogium.

Caterum plures id in Callisto arguunt, ipsum propinquorum augendæ amplitudini nimis studuisse, atque vna die duos sororum filios sacro purpuratorum collegio aggregasse, nimirum Ioannem Ludouicum Milam, & Rodericum Lenzuolium, cui, ac Petro illius fratri gentilitia insignia, & Borgiæ cognomen tribuit. Traduntur vero, contradicente illi aperte & constantissime Dominico Capranica Cardinale Firmano, Petrum Spoleti ducem in Vmbria creasse, & vrbi ac copijs pontificijs præfecisse [b].

[a] Poggius in vita m. f. Card. Firmani.
[b] Calliſt. lib. 18. cap. 23. Dominici Cardinalis Capranicæ obitus.

42 Dum iusta funebria demorruo Pontifici persoluebantur, Dominicus Capranica, de quo paulo ante memoraui, Romanus tit. S. Crucis in Ierusalem presbyter Cardinalis ac Firmanus episcopus, summusque pœnitentiarius, doctrina ac virtutibus insignis, qui Callisto successurus putabatur, e vita migrauit: *Cum multa deuotione*, inquit S. Antoninus [c], *ex hoc mundo transitum faciens, in aspero reperitus cilicio, quod ad carnem ferebat assidue*.

[c] S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 16. §. vlt.

43. 44 Conscripsit eius vitam Poggius [d], ac de singulari eius liberalitate in pauperes hæc narrat: *Illud in eo homine prædicatione dignum fuit & optimi viri indicium, quod multitudini bonestiorum hominum, quos premi inopia sciuit, pro facultatibus subuenit: quamuis ea illi essent tenues: Percontabatur amicos diuersorum ordinum, qui domum suam frequentarent, de Vrbis ac ciuium conditione, deinde singulorum necessitate perspecta, aut ijs salaria ad vitæ sustentationem suppeditauit, aut alia ope iuuit: multis victum ac vestitum præbuit; quamplurimorum etiam filias sua pecunia collocauit*. Et infra: *Nemo autem vnquam ab eo frustra quidquam petijt; quare aliquando sibi calceos detraxit, vt cuipiam largiretur: quandoque etiam cum offensum fortuna quempiam vidit minus bene vestitum, suum amiculum dedit, & cum pecunia ad erogandum non sufficeret, sæpius vasa argentea, quæ habebat, conflari, & pecuniis distribui iussit: cumque ob eam rem ab amicis argueretur, respondere consueuit, hominis proprium sibi videri quam plurimis benefacere, quod adeo in communi vita sit, vt plerumque necessarijs ad victum deficientibus pecuniam sumere mutuo ab amicis cogeretur*. Tum addit idem auctor: *Fœminam nullam domum suam ingredi est passus, sine ea aliena, sine comunctæ aliqua cognatione essent: quod si forte aliquam sua opera indigere aut coniunctarum vllam ad se venire contigisset, in vestibulum domus descendens, aut propinquam eadem, illam audiebat, dimittebatque, &c.*

[d] Poggius in vita m. f. Card. Firmani.
Singularis eiusdem in pauperes liberalitas.

45 Obijt hoc anno e mense iulio Ioannes Rex Cypri, qui non Cyprios modo, sed Ierosolymitanos & Armenios etiam regios titulos præferebat, ob ignauiam conspicuus; nam, cum secundis nuptijs Helenam Palæologam despoti Moreæ filiam duxisset vxorem, ab ea regnum administrari permiserat, a qua vtpote schismarica catholici oppressi fuere: quippequæ Cyprios a Latino ritu ad Græcum veteremque perfidiam reducere annitebatur, schismaticosque in scelere confirmabat: quod facinus tanto furore patrauit, vt cum Ioannem Lusitani Regis filiũ eiusdemq; Cyprij generum, qui regnandi spe Carolam ipsius Helenæ filiam Cyprij regni heredem secum matrimonio iunxerat, ad instaurandum Latinum ritum & schismati Græcanico excindendo generose incumbentem videret, ipsum veneno sustulerit, vt vulgo creditum fuit. Præter Carolam vero regnorum heredem reliquit Ioannes Iacobum nothum filium Cyprij regni facem ac pestem, qui ne regnum affectaret, Nicosiensis archiepiscopus designatus fuerat; quique contractis cum Carola inimicitijs ad soldanum Ægypti confugit, contendens Mahometica lege, in qua spurij fœminis

Ioannis Cyprij Regis obitus.
[e] Steph. Infessura in hist. Cypri.
Eius ignauia insignis.
Succedit Carola filia.
Relinquit nothum futurum Cyprij regni facem.

minis, quamuis legitimis nuptijs procreatis præferuntur, sibi Cyprum sceptrum debitum esse, Mahumetanique armis regnum Carolæ ademit, vt dicetur postea.

Tom. XIX

PIVS PAPA II.

1.2 a IVstis funeribus Callisto ex maiestate pontificali persolutis, cnodecuiginti Cardinales, qui tunc in Vrbe superstites erant, conclaue ingressi XIV. kal. septembris Æneam Syluium tit. S. Sabinæ presbyterum Cardinalem & Senensem episcopum, de quo sæpissime memoranimus, summum Pontificem renunciarunt, natum nobilibus parentibus, nimirum patre Syluio Piccolomineo, matre Victoria Fortiguerra, de qua refert Platina a, visam sibi per quietem infantem cum mitbra parere, ac veritam, ne somnium puero & familiæ ignominiam præsagiret, neque antea etiam suspicionem reliquisse, quam intellexisset filium designatum esse Tergestinum episcopum: sed augustior apex illi reseruatus erat. Vt vero res gesta sit, refert accuratissime in suis commentarijs Ioannes Gobelinus b: ex quo hæc delibamus: *Cardinales duodeviginti decima die post Calisti obitum conclaue ingressi sunt, tota ciuitate suspensa in eventum rerum, quamuis fermo communis Æneæ Cardinali Senensi pontificatum maximum attribueret, neque enim quisquam fuit de quo maior esset opinio. Conclaue in apostolico palatio apud S. Petrum perstructum est, in quo duæ clausæ sunt aulæ, & sacella duo: in maiori cellulas fecere, in quas Cardinales ederent dormirentque; minus, quod S. Nicolai appellatur, consultationi electionique Pontificis asseruarunt, deambulationi omnium aulas. Ipse die ingressus nihil actum est circa electionem: sequenti capitula quædam edita sunt, quæ obseruari a nouo præsule statuerunt, iurarunt que singuli ea sese seruaturos, si electio super se caderet.* Quænam autem hæc fuerint, non prodit Gobelinus, sed nos ex m.s. tabularij e Vaticani Nicolai Cardinalis Aragonij paulo post referemus.

Æneas Syluius Callisto sufficitur.

a Platin. in Calisti. Præsagium de illius pontificatu matri oblatum.

b Gobelin. in comm. Pij II lib. 1.

c Ibid. ibid.

Subdit auctor, vt superatis nonnullis difficultatibus, consentientibus demum omnium suffragijs, Pontifex creatus sit; tum subiungit.

Pij II. nomen accipit.

3.4 b *Priora exuit indumenta & album Christi tunicam accepit, & interrogatus, quo nomine vellet vocari, Pio, respondit: & mox Pius II. appellatus est: & inuitis quibusdam capitulis nudius tertius in collegio editis, in altari positus rursus a Cardinalibus adoratus est, pedes eius, & manus, & ora osculantibus: atque ea facta publicata est populo Pontificis electio ex alta fenestra, acclamatumque Pium II. Pontificem haberi, qui fuerat Cardinalis Senensis.*

5.&c. Quod ad ea rerum capita d attinet, ad quæ
b Cardinales iureiurando obstrictos, si pontificatum assequerentur, indicat Gobelinus, & quæ Pius iuramento in conclaui firmauit; ea fuere præcipua, de vrgenda sacra expeditione in Turcas, reuocandæ sanctitate morum in curiam Romanam, non transferenda sede fine purpuratorum consilio & consensu, seruando in creandis Cardinalibus Constantiensis concilij decreto, tribuendis quolibet mense Cardinalibus centum aureis ad vitam sustentandam, conferendis rite sacerdotijs, non abalienandis Ecclesiæ iuribus, non inferendo cuiquam principi bello nisi causa in consistorio pro æquitate librata, non occupandis in curia obeuntium bonis, non augendis vectigalibus, adigendis præfectis prouinciarum, vrbium, & arcium interpontificij tempore Cardinalium cœtui parituros.

Confirmauit Pius hæc conuenta amplissimo diplomate, cui hæc verba adscripsit: *Ego Pius II. promissa omnia, & singula promitto & inuiolabiliter seruare, quantum cum Deo & bonestate & iustitia sedis Apostolicæ potero.*

d Extat in m.s. Vatic. Mic. Card. 4 mag. sign. lit. C. n. 164. & alio m.s. sign. lit. E p. 289. & in m.s. Alex VII. p. 158.

Sententia pontificio emblemati adiecta. Pij II primitiæ. a S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 7. in prine.

9.&c. Sponsionem hanc sigillo suo corroborauit, in cu-
a ius circulari limbo inscripta erat hæc sacra sententia: *Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui.* De Pij primordijs pauca hæc perstringit S. Antonius a: *Hic natione Senensis, nobili & antiqua familia ortus, studijs ab adolescentia deditus, iuris scientia peritus, ac literis gentilium valde eruditus, eloquentissimus vir, bonus & iustus reputatus est amator pacis, & zelator fidei.* Primordia eadem accuratius Pius ipse describit b graphice in literis ad Petrum Noxetanum equitem paucis ante annis datis, in quibus diuinam prouidentiam adorat, quæ ipsum per varios honorum gradus euexerit.

b Æn. Sylu. epist. 118.

12.13 Sacrosanctis initulis redimitus est apud S. Pe-
a trum III. nonas septembris, vt Gobelinus c alijque d tradunt: eademque die equestri pompa ducta veteri instituto basilicam Lateranensem adijt. Tum Christifideles omnes encyclicis literis de Callisti obitu, suaque electione certiores fecit, excitauitque, vt pias pro ipso preces Deo funderent, quo Ecclesiæ gubernacula probe moderaretur: extantque typis cusæ eo argumento ad academiam Parisiensem missæ literæ e.

Quo die huius anni corona redimitus. c Gobelin. in comm. l. 2. d Plat. in vita. Steph. Infess. & Luc. e Lucius super mss. Bibl. sign. n. 181. & alij. e Æn. Sylu. epist. 304. ss. Apost. sp. tit. 22. c. 17. in princ.

14 &c. Vniuersas vero curas pontificatu inito ad Ec-
a clesiæ restituendum splendorem, religionemque aduersus Turcas defendendam conuertit f, cumque tantæ rei moli par esse non posset, nisi aduersus tremendabilem hostem Christianorum principum copiæ fœdere iungerentur, celebres indicendos conuentus Mantuæ censuit g. Commendatum est noui Pontificis pium religionis studium, & decretum ea de re mox editum adiungit Gobelinus h. Extant eo argumento in libro breuium Pij II. tum inter alias typis cusas ad Francorum Regem datæ literæ i, quibus illum ad Christianos de Turcica immanitate eripiendos excitat: similiterque hortatus est k Fridericum Imperatorem, ac Matthiam Hungariæ, & Casimirum Poloniæ, & alios Reges, vt in Turcas conflarent exercitus, atque ad indictos conuentus Mantuæ agendos oratores mitterent.

f Gobelin. in comm. l. 2. g Ibid. ibid. h Lib. breu. p. 1. & apud Æn. Sylu. ep. 385. i Lib. breu. pag. 3.

19 In hoc pontificatus Pij II. exordio plures Regũ
a principumque oratores ad eum de summa dignitate ab ipso acceptæ gratulaturi, ritèque obedientiam ei delaturi accessere m: inter quos etiam Florentini suo officio non defuerunt. Legationis princeps erat S. Antoninus archiepiscopus Florentinus, qui elegantem ad Pium in consistorio orationem habuit, eaque oratione historiæ suæ, seu chronicis in tres distinctis partes finem imposuit.

m S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 17. in princ. S. Antoninus a Florentinis oratoribus ad Pium II.

20.&c. Inter exteros Reges ac principes, qui ad Pium
a eandem ob causam oratores miserè, Ferdinandus, qui Neapolitanum sceptrum inuaserat, mox suos decreuit n, vt Pij beneuolentiam sibi conciliaret, cum ex ea constabilienda sua res esset. Excepit vero eos benevole Pontifex, cum Regi Alfonso fuisset addictissimus, illiusque partes semper extulisset; & mox propositis ab ipso legibus o Ferdinando, quibus apostolica liberalitate beneficiarium Romanæ ecclesiæ regnum adipisceretur. Describit eas Gobelinus p: *Censum*, inquit, *apostolicæ cameræ debitum a Regina Ioanne in bonis vsque diem non solutum quotannis exoluet Pontifici Romano: quoties auxilium petierit libenter offeret: ecclesiarum iura non attinget: Picenino ex agro Ecclesiæ inhibet excedere, nisi parueris, armis coget: Sigismundo Malatestæ eam pacem largietur, quam Pontifex dixerit: Beneventum Ecclesiæ restituet: Terracinam in annos decem sub censu tenebit; exin Romano præsuli tradet. Dura le-*

n Gobelin. in comm. l. 2. S. Ant. 3. p. tit. 22. c. 17. in princ. Sur. in 16. c. 10 Ioann. Pontan. de bello Neapol. l. 1. Marian. l. 22. c. 19. & alij. o Extat in m.s. cod. bib. Vatic. sign. lit. B n. 19. pag. 95. p Gob. cod. l. 2. Dicta Ferdinando leges.

ges

Aut ijs regno pocitu rum aut spretis ce ti turum,

gis Ferdinando visa, sæpeque oratores missi, ac remissi sunt, qui mentem Pontificis ad pauciora deflecterent. Quibus responsum est, Pium haudquaquam mercatorem esse, qui multa petat, vt vel panca reportet: dixisse illum in primo colloquio quod in vltimo dicendum erat, nec Regi conditionem sperandam fore meliorem, quamuis Pontifex Roma sit abiturus: aut his legibus regnum obtinendum, aut eo carendum esse.

a Ex tabul. ibid. b Ex tabul. ibid. Rescissum a Pio Calli sti aduersus Ferdinandum decretum.

27 Has pactiones Ferdinandus ad se delatas admisit a, quas mox confirmauit Pius edito diplomate b IV. id. nouembris: tum etiam Callisti decretum de Neapolitano regno ad ius sedis Apostolicæ reuocato rescidit, ac proceres regni, vrbium magistratus, præfectos arcium, ac populos, qui ob sacramentum fidei contra apostolica sancita Ferdinando præstitum censuris ecclesiasticis se irretierant, ab ijs solutos, ac liberos renuntiauit. Indictum etiam sacrorum iustitium in locis, quæ illi parerent, dissolut.

Ægerrime Galli ferût Ferdinandum a Pio asserturn regno. c Gobelin. in comm. l. 2.

28. 29 Euehente ita ad solium Neapolitanum Pio Ferdinandum Alfonsi nothum filium grauissime conquesti c sunt Caroli Francorum & Renati Regum oratores; & Massiliensis etiam episcopus pro Renato Rege, qui iam multo temporis cursu regios gesserat apices, pulsusque ab Alfonso fuerat, acerbe perorauit: sed Pium ab ipso scisciturum esse retert Gobelinus, num Renatus Iacobum Piccininum Romanæ ecclesiæ ceruicibus imminentem, quique iam Assisium, Nuceriam, Gualdumque occuparat, propulsare posset; eoque negante, respondisse: *Quid ergo est, quod expectamus ab eo, si nobis pereuntibus opem nullam valet afferre? nobis in regno necessarius, qui & sua possit & nostra tueri. Vos regno iampridem carueritis, ac tandiu carebitis, donec vires adsint, quibus hostem nobis indulgentibus possitis ejicere.* Subdit auctor: *Atque ita verbosa legationi verbis occurrit. Ferdinando regnum concessum est decreto Senatus*, Cardinalium nimirum, *& Latinus Cardinalis Vrsinus, qui Regem in verba Pij, ac successorum eius iurantem coronam donaret, in Apulum missus.* Extant in pontificio regesto d ea mandata apostolica data Latino de Ferdinando regni Neapolitani iuribus indicendo, regijsque insignibus ei conferendis.

Respondet Pius necessariam fuisse illius amicitiam.

Latinus Cardinalis Vrsinus ad Ferdinandum coronam cingendum missus d Lib. bullar 31. pag. 18.

30. &c. Quod ad traditi Ferdinando iure fiduciario regni leges attinet; eæ ferme sunt, quas iam longe ante Carolo I. præscriptas sæpiusque repetitas vidimus, inserteque sunt diplomati apostolico e, quo Pius Ferdinando regnum ipsum Neapolitanum contulit: quas Ferdinandus admisit, inseruitque regio diplomati ita consignato. *Anno Dominj* MCCCCLVIII. *die nona septembris.*

e Ext in mss. cod. Vall. sig. lit. B. nu. 19. pag. 97.

IESV CHRISTI annus 1459.

PII PP. II. annus 2. FRIDERICI III. IMPER. OCCIDENT. annus 20.

Indict. xi

Consultum a Pio ne eo extincto aliquod schisma oriatur. f Lib. 2. p. 261.

1 PIus Papa Mantuam profecturus, eo primum curas vertit, vt si ab Vrbe absentem se obire diem contingeret, successuri Pontificis electio fieret legibus, ne inexpectato aliquo casu nouum aliquod in Ecclesia schisma, si Cardinales locorum internallis sententijsque discreparent, consurgeret: edita itaque sanctione statuit f, quid in eo rerum discrimine agendum foret.

Præscript. dierum numerus pro conclaui in eundo.

Pius, &c. Ordinamus quod si nos vltra ciuitatem Florentiæ contingat decedere, condito prius, donec aliud fuerit ordinatum, in cathedrali ecclesia eius ciuitatis, in qua obitum eiusmodi euenire contigerit, corpore nostro, aut ad propinquiorem cathedralem delato, si locus ipse decessus non fuerit ciuitas; Cardinales, qui in curia remanserint, alios Cardinales, qui nobiscum ad memoratam dietam exierint, triginta, si vero citra eandem ciuitatem, aut in eadem mors ipsa acciderit, quindecim tantum dies a die obitus antedicti in huiusmodi fienda electione expectare teneantur, & debeant: necnon postquam omnes simul ad hanc ipsam vrbem conuenerint, finitis prius demore exequijs eundem dierum numerum restringere, si eis videbitur, libere & licite valeant, ac mox conclaue ad celebrandam electionem ingredi similiter teneantur & debeant, &c. *Dat. Romæ anno* MCCCCLIX. *non. ianuarij pontificatus nostri anno* I.

2. 3 Ne autem interea Turcæ Christianos orientales, & Græcorum reliquias opprimerent, dum decernendis parandisque auxilijs dabatur opera, sacrum equestrem ordinem creauit a, qui in insula Lemno, ac finitimis insulis Ægæi maris præcipuas sedes locarent, atque eorundem Turcarum comprimerent impetus, ne ex Hellesponto in Ægæum mare excurrerent, atque etiam inde facilius bellum inferri Turciæ posset: paribus vero horce religiosos equites prærogatiuis, & insignibus decorauit, quibus Rhodia militia ornata fuerat: tum plures domos, prædia, vectigalia aliorum ordinum, qui obsoleuerant, attribuit. Consignatum est hac temporis nota diploma: *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLIX. XV. *kal. febr. pontific. nostri anno* I.

Nouus militia in Turcas institutus. a Lib. 3. p. 6.

4. &c. Interiectis aliquot diebus Mantuam profecturus, vt narrat auctor m.s. tabularij Vaticani b, XXII. ianuarij Roma discessit, quamuis multi obluctarentur, ac varijs terroribus a suscepta sententia illum dimouere conarentur, quod his verbis refert Gobelinus c: *Ad hæc Pontifex: Meliora, inquit, præstabit Deus, cuius acturi causam peregre profecturi sumus: quod si permiserit diuina miseratio id fieri, quod timetis, priuari his temporalibus bonis Ecclesiam, quam fide maluimus: nisi seruamus, quod promissum est, peris fides nostra; & quis amplius crederet nobis? Religio quoque in discrimine ponitur, quam Turcæ oppugnant, aduersus quos conuentus indictus est; sin pergimus, narrat. Temporale regnum Ecclesia & hoc sæpe amissum est & sæpe recuperatum: spirituali si semel excidemus difficile vendicari aliquando poterit. Pereant hæc fluxa dum solidiora illa retineamus.* Nec plura loquutus iter ingressus est, Ex itinere Fridericum Imperatorem, atque Albertum Marchionem Brandeburgensem, & alios Germaniæ proceres rogauit, vt ad Mantuanos cœtus pergerent. Diffugia inania captauit Fridericus, cauillisque senatorum vtentem ita monuit Pius d: *Consulat honori suo, consulat Christianæ religioni, neque committat, vt sua negligentia Christianam rempublicam periisse aliquando dici possit: neque consideicorum inepias audiat, qui subtilitate quadam iuris negant eum obedire oportere, qui ad ea loca vocetur alternatim nominata; neque Vlricum audiat iuris interpretem magis, quam suam conscientiam.*

Pius vertit Mantuam proficiscitur. b Apud reg. 11. brev. Callist. III. l. 28. c Gob. in cb. Pij II. l. 2. d Lib. brev. pag. 4.

12. &c. Peruenerat Senas Pius, atque vt patriam augeret, Radicofanum a Romanæ ecclesiæ ditione abalienauit, ac Senas archiepiscopali apice insigniuit: & cum multorum Regum ac principum oratores confluxerunt in eam vrbem. Interposuit sane Pontifex, qui supremum in Hungariam sedis Apostolicæ beneficiariam imperium obtinebat, vt ex veruftis monumentis constat, ad controuersiam dirimendam studium; sed illud elusit ambitio Friderici, qui a perduellibus Hungaris solicitatus ex Austria hostiles acies in Pannoniam effudit e, quæ se coniuratis iungerent; vnde maxima clades illata f est eidem regno: parte alia Mahometes imminebat; ficque vno eodemque tempore duorum Imperatorum impetus a Matthia sustinendi fuerunt: quæ pericula reformidans Pontifex

Senæ archiep scopali insignitur. Germaniæ vires a Friderico effusæ in Hungariã. e Bonfin. dec. 3. l. 10. f Ibid.

Matthiam ipſum hortatus [a] eſt, vt fortem animum gereret, ac ſuam ei operam non defuturam ſpopondit. Vt vero Fridericus dominatus ambitum ingentibus poſtea damnis luerit, dicetur interius: nunc ad Boemicas res traducenda eſt narratio.

[a] *Lib. brev. pag. 52.*

18 Aſſerendi ſibi Boemiæ ſceptri auidus Georgius, cum plures proceres ſibi aduerſari ob hæreſim Huſſiticam, qua erat inquinatus, videret, ementita pietatis larua plures decepit [b], partim vi attriuit, partim fœderibus ſibi adiunxit; vtque antea erat expertus res ſuas plurimum auxiſſe delata ex arcano Calliſto III. obedientia, ita ſi illius ſucceſſori Pio eam eam præſtaret partes ſuas ſe amplificaturum ſperans, oratores eam ob cauſam ad ipſum miſit [c]. Egiſſe id illum ex trium imperij electorum principum conſilio, nimirum Ludouici Bauariæ, Friderici Saxoniæ ducum, & marchionis Brandeburgenſis, qui in conuentu Ægræ celebrato ſignificauerant, ſolium eum egregie firmaturum, ſi religionem illius baſim poſuiſſet, neque a Romanæ eccleſiæ fœdere, & obſequio diſcederet, refert Dubrauius [d].

Bohemi catholici a Georgio Podiebratio oppreſſi.

[b] *Gobelin. in comm. Pij II lib. 2.*

[c] *Cocl. lib. 12 hiſt. Huſſit.*

[d] *Dubr. hiſt. Bohem. l. 30.*

19. 20 Adhibitus eſt a Georgio illi muneri Procopius Boemiæ protonotarius, qui fidem publice nouo Pontifici, ipſius Georgij nomine, cæterorum oratorum more, obligare detrectauit, ſed in arcano conſiſtorio addixit [e], ne in Georgium, vt aiebat, Boemos Huſſitas concitaret. Exceptus is eſt perhumaniter, & petenti pro Boemis ad Mantuanos conuentus venturis fidei publicæ ſyngraphamtradidit Pius; non tamen Georgium publice Regem appellauit, cum publice obedientiam non detuliſſet: ac Procopio poſtulanti quid Georgio, vt publice regios titulos aſſequeretur, agendum eſſet, reſpondit illum poſſe, ſi hæreſes ex Boemia excinderet, iuque ſimplici traderet [f]. Cum autem Boemo oratori honores facti non eſſent, quibus Regum oratores alioqui conſueuere, Pius alijs literis profeſſus eſt [g] non decuiſſe, vt qui publice regio nomine miſſum ſe non diceret, vt orator regius exciperetur.

Obtenditur Georgio a B. Capiſtrano anathemate percuſſum.

[e] *Gobel. l. 2. Campan. Coel. lib. 2.*

[f] *Lib. brev. pag. 30.*

[g] *Ead. pag.*

Dediſſe præterea Georgium alia ſuis oratoribus mandata refert Dubrauius [h], vt nimirum ab ipſo communari pactiones expoſcerent, quæ de calicis vſu Boemis laicis permiſſo a concilio Baſileenſi confectæ fuerant; ſed repulſam eſſe paſſum, quod ea indulgentia plerique Boemi abuterentur, ſcilicet calicem ex ſalutis neceſſitate ſumendum effutirent, ac pueruſis Euchariſtiam porrigerent. Detrectabant Vratiſlauienſes, cæteriquc Sileſij Georgij iugum ſubire, cum noſſent illum Huſſitica lue pollutum; quo circa Georgius exercitum in eos duxit, & ſuburbana cepit; a mœnibus tamen fuit propulſatus, quos narrat Dubrauius [i] proteſtos, tunc Georgio ſe obſequentes futuros, cum ille ſacramento promiſſa Pontifici impleuiſſet.

Vratiſlauienſes appetunt bello.

[h] *Dubr. l. 30.*

[i] *Dubr. l. 30.*

21 Miſiſſe eoſdem Vratiſlauienſes ad ſedem Apoſtolicam oratores, qui de Georgio conquererentur, illum hæretica labe contaminatum, & iniuria regios illi apices aſſerros eſſe, cum iam ante a B. Ioanne de Capiſtrano internuncio apoſtolico anathemate ob impietatem ſuam perculſus fuiſſet, narrant auctores [k]: cum vero ij blande ac benigne, vt par erat, ob ardens religionis ſtudium eſſent excepti, concepit Georgius iniquam ſuſpicionem in Pontificem, quaſi illos ad detrectandum eius iugum animaſſet, petijtque vt ipſos apoſtolicis imperijs ad ei obtemperandum adigeret: cui reſpondit Pius [m] imperatorium eſſe partium, cum Boemiam imperij fiduciariam eſſe agnoſceret Georgius, id præſtare; pontificiarum vero pacem conciliare; Porro numquam Sileſios ad deijciendum a ceruicibus illius iugum a ſe incitatos.

[k] *Cocl. hiſtor. Huſſit. l. 12, & alij.*

[m] *Lib. brev. pag. 67.*

22. 23 Cæterum poſtulatis, precibuſque Georgij, qui ſe catholicum eſſe affirmabat, morem gerens, ad Vratiſlauienſes [a], quod Georgio hæreſeos notam inurerent, nuntios miſit, ad ipſos in concordiam cum Georgio redigendos, quorum meminit Dubrauius; additque inſtructos auctoritate, vt controuerſiam de calicis vſu ſedarent [b]; at non permiſſos a Georgio ea de re verba facere; ſed tantummodo adire Vratiſlauienſes, vt eos ipſis conciliarent, quos aperta vi proterere non potuerat. Hæc de Boemis partim Senis, partim Mantuæ, vel in Boemia geſta hoc anno conungenda duximus, ne eadem ſæpius repeteremus; nunc de alijs Regum principumque oratoribus, qui Senis Pium conuenere, dicere pergimus.

[a] *Eiusdem epiſtola apud Cocl. l. 12.*

Miſſi a Pio internuntij pro conciliandacon cordia.

[b] *Dubr. l. 30.*

Data ijs prouincia, vt controuerſiam de calicis vſu ſedent.

24. &c. Legati ab Henrico Caſtellæ Rege fuere Rodericus epiſcopus Ouetenſis, & Alfonſus regiorum conſiliorum participes, qui conceptam ab Henrico lætitiam ob pontificias inſulas Pio delatas ſolemnibus verbis expreſſere, tum ſpes ingentes de Mahometica ſuperſtitione delenda. Quos cum in Caſtellam dimitteret Pius viciſſim Henrico, ſacrum, quo ardebat, fidei amplificandæ ſtudium ei aperuit [c]; comparari propterea maritimum terreſtremque exercitum, ſeque Mantuam iter adornare, vt celeberrima expeditio in hoſtes Chriſtiani nominis conficeretur.

Henricus Rex Caſtellæ ad Chriſtianam rem amplificandam paratum ſe exhibet.

[c] *Lib. brev. pag. 17.*

32 Abeunti Senis, & Florentinum agrum ingreſſo, obuiam prodiere Florentinorum oratores dignitate & opibus præſtantes, cumque Chartuſianorum monachorum ædes peteret, Fauentinus, Forolimienſis, & Cornelienſis præfecti, clientes imperij eccleſiaſtici ei obuiam fuere, ac paulo poſt Galeatius Franciſci Sforiæ ducis Mediolanenſium natu maior filius, cuius eximias dotes virtutumque ſigna primis illis annis micantia effert inſigni commendatione Gobelinus [d], neque eo ſuboit: *In ipſo*, inquit, *vrbis ingreſſu, poſtquam ſacerdotes ſarta ferentes benedictionem Pontificis acceperunt, & pompam ducentes præceſſerunt, Sigiſmundus Malateſta, & alij Eccleſiæ vicarij, quorum ſupra meminimus, ſellam Pontificis ſubiere ſummique dominum humeris aliquandiu portauere. Galeatius, qui minor eſſet, & viribus paululum imbecillis, quamuis onus ferre non poſſet, manum tamen apposuit quaſi adiutor vultus cupiens videri portantium. Priores vrbis hunc atque inde pedibus incedebant. Mutabantur autem portantes per dimenſa loca, & honoratiores ciues id ſibi muneris expetebant. Galeatius cum aliquantiſper pedibus ambulaſſet, iuſſu Pontificis equum aſcendit, & paulo poſt Eccleſiæ vicarij. Vrbs plena populo fuit, & ſuo, & alieno. Vieni ex oppidis & agris nouum viſuri præſulem vndique concurrerant, fœminarumque diues ornatus viſebatur, mira veſtium varietas, domeſticus ſimul & peregrinus cultus. Ingreſſus eccleſiam S. Reparatæ, & ſacellum B. Ioannis, vtrobique populo benedixit.*

Pij iter verſus Florentiam.

A Florentinis magnifice exceptus.

[d] *Gobelin. in comm. l. 2.*

33. &c. Plura addit auctor de Florentinorum rebus & Coſmæ Medicæi opibus, potentia, rebuſque geſtis, tum ſubiungit, Antoninum archiepiſcopum Florentinum vitæ ſanctitate inſignem mortalem vitam cum immortali per id tempus commutaſſe, atque hoc illum exornat elogio: *Scripſit plura volumina, quæ docti laudant; prædicator acceptus in populo, quamuis ſcelerum infectator vehemens: Correxit cleri, & populi mores: lites diligenter compoſuit, inimicitias quoad potuit ex vrbe pepulit: prouentus eccleſiæ inter Chriſti pauperes diſtribuit: in cognatos & affines ſuos, niſi admodum inopes eſſent, nihil contulit: vitreis ac fictilibus tantum vaſis eſt vſus: familiam, quæ perexigua illi fuit, contentam modico voluit, & ad philoſophiæ leges vixit.* Poſt plura

S. Antonini pius obitus.

Eius elogium.

ra de vitæ sanctimonia eius obitum idem auctor hisce verbis describit: *In ea igitur positus ægritudine curauit primo omnia Ecclesia, quod omnibus mandatur fidelibus, sacramenta suscipere: cumq; in die Apostolorum Philippi, & Iacobi ante crepusculum extremam unctionem, simulque plenariam indulgentiam astantibus fratribus suis, qui sanctum virum in ea ægritudine assidui ac frequentes magna cum charitate obseruarunt, suscepisset, cumque illi circumfusi lecto matutinum officium decantarent perueniissentque ad laudes, tum vir sanctus in ipsa iam mortis anxietate positus magno conatu in seruore spiritus initium aliis faciens dixit: Deus in adiutorium meum intende; quod immensa pietatis signum magna fuit gemituum nobis astantibus ac lachrymarum reintegratio. Cum vero quasi ad ipsum vitæ terminum deuenisset, nec iam ulla nisi pauca admodum atque ea semimortua verba proferret, hoc sæpius ex ore eius verbum auscultantibus audiebatur: Seruire Deo regnare est; quasi iam laboris sui præmium paratamque ante oculos mercedem intueretur. Aliud hoc item verbum sæpius proferebat: Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio.*

37. &c. Addit idem auctor visam a viro sancto illius animam eadem, qua discessit e corpore, hora in cœlum euolare, pluraque miracula contacto sacro pignore, vel eiusdem apud Deum implorata ope, effulsisse. Denique flexu temporum tot edita sunt ad eius sepulchrum cœlestes virtutes, vt inter sanctorum numerum solemni ritu fuerit collocatus. Curatus vero fuit magnificentissime tumus a pluribus episcopis iussu Pij, atq; ex publico sumptus facti, cum omnia eius bona pauperum manus asportarint. De relictis ab eo ingenij & doctrinæ monumentis Franciscus Castellionus Sixtus Senensis, Ioannes Trithemius, Robertus Card. Bellarminus, & Possevinus in suis scriptorum ecclesiasticorum catalogis meminere.

Pius in Bononiam ingressus.

Postremæ eius voces

Cæterum Pius Florentia quinta maij discedens die nona maij Bononiam ingressus est magna ciuium pompa & gratulatione, de qua plura scribit Gobelinus a, vtque gestandæ pontificiæ sellæ vi bis primores colla supposuerint, ac Pius sex diebus Bononiæ manserit. Cuius temporis spatio, scilicet duodecimo maij die datæ fuere literæ apostolicæ b ad Ioannem Regem Aragonum, vt ad inducias Mantuæ conuentus veniret, pridieque eius diei rogatus c Carolus Francorum Rex, vt comitem de Duracio consiliarium suum mitteret: quo etiam die exaratis literis de Renato Rege, qui aduersus Pium ob traditum Ferdinando regni Neapolitani ius maxima, vt ipse interpretabatur, sui & nominis Gallici iniuria exulceratus apostolicas literas in Prouincia admitti vetuerat, grauiter questus est, gestaque a se in re Neapolitana excusauit, nec iura Neapolitani regni Renato vel Gallis ademisse ostendit.

a Gobel. sup. lib. 2.

b Lib. Brem. pag. 34.

c Ibid. p. 33. Renatus aduersus Pium exulceratus.

40 Bononia Ferrariam contendit per Rhenum flumen, quem Borsius Arestinus in ea vrbe Romanæ ecclesiæ nomine princeps fiduciarius, in agri Ferrariensis limite obuiam factus honorificentissime excepit: *Summis*, inquit Ioannes Gobelinus d, *honoribus Pium excepit, adnixusque eos superare, per quos iter fuerat habitum. In porta claues vrbis Pontifici obtulit, pedestrisque ad sellam eius inter portantes tandiu profectus est, quoad equum ascenderet inberetur. Tecta pannis omnis via fuit, & strata floribus, per quam itum est ad maiorem ecclesiam: adornata domus, & omnia plena cantibus, ac personantibus erant, acclamante populo: Pio Pontifici vita. Cardinalibus & vniuersæ curiæ ministrata ciboria e palatio, ludi multiplices exhibiti, orationes complures ab oratoribus disertissimis habitæ. Celebritas hic sanctissimi corporis Domini acta est, solemnis pompa per forum ducta, Pontifice populo benedicente, & hostiam immaculatam portante. Mansum est hic octo diebus.*

d Gobel. sup. lib. 2. Bononia excepta Pius honorificentissime.

Mantuam ingreditur.

41 Ferraria pius profectus est Mantuam, cuius imperium per id tempus obtinebat Ludouicus Gonzaga marchio, *armorum*, inquit Gobelinus a, *& literarum peritia clarus, mitis ingenij, & iustitiæ obseruantissimus*. Celeberrimos vero vndique ad visendum Pontificem populorum concursus fuisse narrat Gobelinus b, tum seruatum in Mantuæ ingressu pontificio pompæ ordinem describit.

a Gobel. sup. lib. 2.

b Gobel. sup. lib. 2.

42. 43 Kalendis iunij Pontifex vna cum Cardinalibus, episcopis, & vniuerso clero ad ecclesiam descendit c, vbi re diuina solemni apparatu ingentique astantium pietate peracta, episcopus Coronensis de Pontificis suscepto consilio, conuentus causa, & tyrannidis Turcicæ arrerendæ necessitate pro concione disseruit. Tum Pius ipse breuem orationem habuit, in qua tuendi nominis Christiani curas a Regibus, qui suos oratores maxima ex parte non mittebant, respui expostulauit; demumque professus est tandiu se moraturum Mantuæ, donec principum animos exploraret, ac si venirent, vna cum ijs Christianæ rei consulturum, sin minus, Romam infecta re, ad quam venerat, repetiturum; nunquam tamen susceptum de religione defendenda propagandaque consilium, donec vita superstes esset, se abiecturum. Deinde omnibus, qui sacra exhomologesi conscientiam expiassent, gratuitam noxarum veniam tribuit d, ac principes Christianos de suo Mantuam aduentu certiores factos hortatus est e, vt vel ipsi venirent, vel oratores suos sine mora legarent.

c Gobel. lib. 3

Incusat segnitiem in delegienda expeditione orator.

d Lib. Brem. pag. 34. & al. pag.

e Ibid. p. 38. 71. & 92. g Ibid. p. 58. & 81. h Ibid. p. 39. & 80. i Pag. 46. l Pag. 58. m Ibid. pag. & 61. n Pag. 34. 46 & 63. o Lib. Brem. pag. 51.

44. 45 Missæ eo argumento ad Fridericum Imperatorem f, ad Carolum Francorum Regem g, ad Sabaudiæ h & Bauariæ i duces, Venetos l, Florentinos m, & alios n literæ fuere. Et quidem cum Fridericus ob imperatorios apices Ecclesiam ab infidelium grassationibus tueri, & barbarorum castra ferro demouere in primis teneretur, illum Pius tranimisso pilei & ensis, quos apostolica precc sacrarat, mystico munere additis literis excitare ad religionis causam defendendam aduersum Turcas eniue est o. Excepit munus sacrum Fridericus, at non in Turcas, sed in Hungaros vertit arma, vt antea indicatum est; maximusque aliorum principum torpor extitit, de quo apud Carolum Francorum Regem Pius vehementer questus est p, cum Peloponesus, quæ conficiendæ in occidente crucesignatæ aduersus Turcas expeditionis spe & expectatione barbarorum iugum excussérat, in priorem seruitutem mittenda esset, si ostentatæ suppetiæ euanescerent.

Solicitatus ad inuadendam sacrã militiam Imperator p Ioviu. p. 55

46. 47 De missis a Thoma despota Peloponesi principe ad Pium oratoribus pro eliciendis auxilijs aduersus Turcas, vtque Thomas ipse aduersus fratrem Demetrium, qui cum Mahomete Græcij imperij euersore infandum fœdus pepigerat, arma cepisset, seque adiunxerit catholicis, hæc narrat Gobelinus q: *Turcas, qui arma in se verterant, prælio fudit, captiuosque multos cepit, ex quibus sexdecim per legatos, quos diximus, Pontifici dono misit, auxilium secundis rebus efflagitans, nec magno exercitu opus dicebat, Italorum parum manum sufficere ad ejiciendos peninsula Turcas. Re in senatu discussa placuit trecentos illuc pedites mittere: Blancha Mediolanensium centum suo ære conduxit, Pius reliquos, quamuis non probaret captis ingentibus tam debile fundamentum apponi, Bessarioni voluit denegare, cui ea res cordi erat.*

Thomas despota auxilia implorat aduersus Mahometem.

q Gobelin. in comm. l. 2.

48. &c. Confirmati pontificijs promissis Peloponesiaci, tum submissis Italicis auxilijs, quamuis tenuissima essent, erexerunt sese, & Patras, quæ antea a Thoma Turcis deditæ fuerant, auxiliarium Italorum opera recuperarat r: plura etiam gesta a aduer-

Submissi illi leues copiæ auxiliares.

Patræ a Thoma recuperatæ.

r Gobelin. in comm. l. 3. s Pontan. l. 9 exp. 12.

aduersus Demetrium despotam: at demum Italicæ a copiæ subsidiariæ partim subortis ex æmulatione nouis dissidijs solutæ, partim hostium ingruentium multitudine perterritæ Peloponeso non sine dedecore abierunt, ac Peloponesus nullo auxiliari Christianorum exercitu sustentata Turcica tyrannide attrita est: sed eam calamitatem solutus sine fructu Mantuanus conuentus, vt dicetur inferius, peperit. Tanta porro de indictis illis occidentalium cœtibus concepta expectatio fuerat, vt orientis Reges, Trapezuntinus scilicet Imperator, Vsumcassanus maioris Armeniæ princeps, Georgius Rex Persarum, tum Georgiæ, Mingreliæ, Githorum, & Aranorum principes, aduersus Mahometem armorum societatem coierint: cumque Philippum ducem Burgundiæ solemni iamdiu voto ad crucesignata vexilla in Turcas attollenda astrictum occidentalium exercitus ducturum fama esset, Trapezuntinus Imperator illum de sociorum principum orientalium aduersus Mahometem consilijs, parandisque exercitibus certiorem fecit b; quinetiam Gorgora Georgianorum dux promisit literis Burgundo, ducturum se viginti equitum millia, ac belli socios habiturum Georgium Regem Persarum, Dauidem Trapezuntinũ Imperatorem, Bendiam Regem Mingreliæ, Rabiam ducem Anocasiæ, Bedebeth Armeniæ minoris principem, cum plures etiam alios principes orientales: accedere præterea fœderi tres alios potentissimos principes, quamuis Mahometicæ superstitionis sectatores, Caramamum, Asmailberchum, & Assembechum, alias Vsumcassanum, qui viam Georgianis ad Natoliam inuadendam sit præbiturus, seque iureiurando astrinxerit Latinis fœdere iuncturum cum ad recuperandam Ierosolymam expeditionem confecerint.

a Gobel. fas. lib. 1.

Orientales Reges in Mahometem iungere arma, auxiliaria pollicẽtur.

b Bandi eius lit. inter ep. Pij II. num. 377. & apud Meyer. hist. Flandr. l. 16. in Phil. Burgund.

51. &c. Addidit Georgianus princeps (quod postea secuta rerum experientia edocuit) ni Latini fœderis orientalium, a quibus armis iuuandi essent, ad proterendum Turcam, occasione vterentur, tantas vires illum collecturum, vt postea etiam si maxime vellent, eius conatibus impares futuri essent; pariterque Georgianorum aliorumque orientalium expeditiones in Turcam futuras irritas, ni Latini aduersa parte in ipsum irruant: fieri autem non posse, vt orientales coniunctiores vnquam animis sint ad hostem communi bello opprimendum. Quæ literæ hoc anno in Carche, che exaratæ. Confirmata hæc vniuersa tuere a Georgio Alexandro, qui Persici regni titulos sibi tribuebat, fidemque Christianam colebat. Non hæc Philippum ducem Burgundiæ permouere; in Mantuano enim conuentu illius oratores inania mandata attulere, monitique Philippum nuncupati voti reum esse, respondere illum se bello sacro deuouisse, sed ea tacita lege, modo Imperator, aut Francorum Rex, vel alius præpotens princeps se non inferior militiam piam susciperet: consecrasse quidem illi se Lusitaniæ & Aragoniæ Reges, sed omnium expectationem fefellisse; nec Burgundas Belgicasque vires Turcicis pares esse. Post varia demum colloquia Philippi ducis oratores spopondere Philippum in Hungariam duo equitum, quatuor peditum millia conducturum ad bellum in Turcas gerendum, si reliqui Christiani cum Turcis decertarent. Vt vero intestinis dissensionibus exasperati principes Christi causam turpiter deseruerint, prosequamur. Fridericus Imperator Hungaros, quibus subsidio esse debuerat, lacessiuit c, ac vicissim Germani bello Fridericum petiere: quod missis concordiæ interpretibus sedare Pius conatus est, ac denique intentato anathematis terrore Ludouicus dux Bauariæ & Albertus marchio Brandeburgensis arma posuere, ac Verda a Ludouico Imperatore fuit restituta.

Admonet Georgianus Latinos si desint occasioni tunquam ad futuram.

Culpa a Burgundo in Reges translata.

Germaniæ miseræ lacerata bellis.

c Gobel. in comm. l. 3.

59 Cœptos fuisse Mantuæ vniuersi Christiani imperij cœtus nona septembris die Pius in literis ad Ioannem Carnal in Hungaria legatũ datis significauit a; ad quos narrat Gobelinus sese contulisse omnium primos legatos orientales ex Cypro, Rhodo, Lesbo, nonnullos ex Asia, tum Macedonia, Epiro, Bosna, Illyrico ad poscendam opem aduersus Turcam & Abusacum soldanum Ægyptium, a quibus in summum discrimen erant adducti b, dissoluta post Callisti mortem pontificia classe, cui Ludouicus patriarcha præfuerat. Cum vero etiam occidentalium principum confluerent oratores, eos in contentionem venisse de honorificentioris sedis ordine: *Quod ne rebus gerendis officeret*, inquit Gobelinus, *Pontifex legem edidit, ne vel postposiri detrimentum, vel prælati iuxta honoris iuris aliquod ferrent*. Extat ea in regesto pontificio c, tum in bullario d typis cusa.

a Pius lib. breu. p. 76. Variæ Orientalium ad Pium legationes.

b Æn. Syl. hist. de Asia c. 88.

c Lib. 5 p. 72.

d Bull. in. 1. Pij II. edit. 4

60. &c. In solemni vero cœtu habito ante aduentum oratorum Francorum, cuique Franciscus Sfortia dux Mediolanensis, & Imperatoris Friderici, & Casimiri Poloniæ, Ferdinandi Neapolis, Ioannis Aragonum, Matthiæ Hungariæ, Stephani Bosnæ Regum; necnon plurium aliorum principum, tum Genuensium, Florentinorum, orientaliumque legati intererant, Pius, horis tribus, vt narrat Gobelinus, de bello sacro in Turcas gerendo orauit, atque inter alia pie libratuit hæc: *O homo, o Christiane, o qui fidelis videri vis, & cur ista Christum tulisse existimas? iustus erat & dolus inuentus non est in ore eius. Cur tot supplicijs subijcitur innocens? pro te doluit, homo, peccata tua ipse portauit homo, & tu suo liuore sanatus es homo; bonus pastor animam suam posuit pro suis, & mortem tuam morte sua redemit. Et quas tu illi gratias reddis? quid facis? quid cogitas, vt gratus inueniaris? Turca nomen sanctum blasphemant, altaria sua diruunt, legem suam, hereditatem tuam perdere conantur, & tu domi iaces in otio? O Reges, o duces, o viri potentes surgite iam tandem, & Christi Dei vestri religionem, ac honorem defendite, quando nec opes, nec vires vobis, quam Turcis minores sunt, & certissimi estis pugnaturi vobis pro lege Domini diuinum auxilium implorantibus minime defuturum, &c.* Præmia demum pro fide pugnaturis proposita attulit, non humanas modo opes gentium more expectandas, sed regnum cœleste leuis vitæ periculo comparandum: nil denique felicius ea pugna, in qua victos victoresue certissimus triumphus maneret.

Oratio prolixa habita a Pio.

Hortatoria ad principes, vt Christo reponant vicem.

Cum perorasset Pontifex, Bessarion Cardinalis Græcus sacri collegij nomine de sacro bello decernendo plura dixit, quantaque a Turcis inflicta essent mala, & quanta adessent atque impenderent: proposuitque generosis animis victoriæ præmia. Probata fuere ab vniuersis Regum oratoribus pontificia consilia; Hungari vero de Imperatore questi sunt, qui Turcis imminentibus regnum nouis tumultibus impleuisset.

Bessario Cardinalis pro Græcis perorat.

Hungari de illato a Friderico bello conquesti.

64. &c. Postridie celebratum alium conuentum, Italorum duntaxat, de copiarum contrahendarum numero, refert Gobelinus e. Cæterum ad sustentandos bellicos sumptus suam exposuit sententiam Pontifex, vt clero triennales decimæ, laicis trigesima, Iudeis vigesima omnium obuentionum imperarentur: illam omnes Itali habuere ratam, ac decretum de ea re editum chirographo, Venetis ac Florentinis exceptis, munierunt.

e Gobel. l. 3. De militari auro cõparando actum.

68. &c. Venere ad hos conuentus Gallorum Regis oratores, cumque multa de Gallico in regnum Neapolitanum iure differuissent, Pium a Ferdinandi patrocinio abducere conati sunt: de auxilijs vero in Turcas conferendis interrogati, vt petitionem eluderent respondere f, prius conciliandos pontificis industria cum Gallis Anglos, atque ad id legatum apostolicum mittendum videri. Fuse stus rerum Anglica-

Anglia ciuili bello lacerata.

f Gobel. l. 3.

rum

Dux Eboracensis Henricum regno pellit. *a Id. eod. lib. Polyd. Virg. l. 13. & alij*

rum erat ſtatus; Ioannes enim Vvaruici comes, nuntio apoſtolico pontificij nominis proditore fretus commiſſa pugna Henricum Regem cepit a, duxque Eboracenſis Regem ſe dixit, quod Richardo olim per nefas interfecto ſanguine coniunctiſſimus ſuccedere deberet: moxque ſedata eſt controuerſia, ea nimirum lege, vt Henricus in reliquam vitam potiretur ſceptro, quod vel Eboracenſi, aut illius filio tranſmittendum foret. Ceterum de ſecutis grauioribus motibus dicetur inferius.

A Gallis & Anglis deſertus Pius ad Germanos ſe cõuertit *b Gobel. ſup. lib. 3.*

His ergo ciuilibus bellis ardente Anglia, & Francia ad recuperandum regnum Neapolitanum aſpirantibus, conuertit ſe Chriſti vicarius ad Germanos b, vocatiſque Imperatoris, electorum imperij, ac plurium in Germania principum, & liberarum ciuitatum legatis, quid contra Turcas offerrent auxilij ſciſcitatus eſt: qui tandem omnes Pij ſtudio victi in eam conuenere ſententiam, vt auxiliarem exercitum pollicerentur eo numero militum, qui antea Nicolao V. Pontifice Franktordiæ decretus fuerat, nempe pedites triginta duo millia, equites decem millia, duoſque eam ob cauſam conuentus celebrandos edixere, alterum Norimbergæ in Francoſia, alterum apud Cæſarem in Auſtria, legatumque e latere mittendum, qui conuenta ad exitum perducenda curaret: quam prouinciam Pontifex Beſſarioni Cardinali Nicæno dedit, ducemque exercitus Fridericum Imperatorem dixit, qui ſi id munus obire nequiret, alium principem copijs præficeret. Hæc itaque feliciter ſancita Pius eidem Friderico, qui oratores ſuos ampliſſimis fretos mandatis legauerat Mantuam, apoſtolicis literis ſignificauit c.

Germani quadraginta duo millia armato rum pollicîti.

Imperator eorũ dux creatus.

c Lib. brev. pag 92. Rogati principes, vt indictos conuentus adeant. *Ibid p. 91.*

72. &c. Indictis autem in proximum annum Norimbergenſibus, & Auſtriacis conuentibus, Pontifex encyclicis literis ſingulos principes eſt adhortatus d, vt pium ardorem pro religione tuenda explicarent, nec deeſſent fidei, qua Chriſto ſummo Regi ſe obſtrinxerant.

Actum de armorum foedere cum Caramano *e Lib. brev. pag. 84.*

75. 76. Tum ad vrgendum parte aduerſa Mahumetem Turcarum Imperatorem, vt vires in Aſia Europaque diſtrahere cogeretur, Caramanum Ciliciæ principem, acremque eius hoſtem, qui fœdus antea cum Calliſto III. pepigerat, rogauit e, vt ſuas in Mahometem copias educeret, cum exercitus Chriſtianus in illum ſigna attolleret: qui aſſenſit, eiuſque poſtea oratores in occidentem venere, vt agitata tandem de bello Turcis inferendo conſilia ad exitum perducerentur, de quibus ſuo loco. Interea Turca, dum plura verba inutilia miſcentur a Chriſtianis in occidente, latius victoriam terra marique proferebat; adeo vt Rhodus & aliæ inſulæ a Calliſto III. partæ in maximo periculo & extremo pene diſcrimine eſſent: quibus de rebus factus certior Pius a Ludouico legato Cardinale, qui claſſem diſſoluere coactus fuerat, patriarcham Venetum agere cum ſenatu iuſſit f, vt aliquot auxiliares naues inſtruerentur, quæ Rhodijs ſe coniungerent.

Acta res ferro non verbis a Mahomete

f Ibid. p. 27.

77. 78 Nulla valida auxilia maritima ſubmiſſa ſunt, & hoc interim ſpatio Turcæ Zendren g munitiſſimam arcem Raſciæ expugnarunt: tum in Boſna Synderouiam h, quam Matthias Hungariæ Rex Stephano Regis Boſnæ filio propugnandam tradiderat, in ſuam poteſtatem redegere, corrupto ingenti auro Boſnenſi principe, qui quamuis antea oratores Mantuam pro eliciendis auxilijs in Turcas legaſſet, mox tamen ad hoſtem deſciuit. Trepidatum inde maxime eſt in Pannonia, cum iam barbaris in Vvalachiam & Hungariam facilis aditus pateret; excituſque Turcicæ irruptionis fama Pontifex Ioannem Cardinalem Carual legatum, qui in Germaniam ad Fridericum Imperatorem Matthiæ conciliandum abierat, redire

g Pius lib. brev. p. 36.

h Gob. lib. 3. Boſſuenſis tradita Zẽdren rem Chriſtianã prodit.

Cardinalis S. Angeli Mathiæ & Friderico conciliãdis incumbit.

in Pannoniam, Turciſque propulſandis operam nauare iuſſit a: tum alijs expoſuit literis b refrixiſſe admodum in Chriſtianis principibus ſacri belli ardorem, priuatiſque tantum commodis illos ſtudere; ac licet antea Italia arma aduerſus Turcas ſumere decreuiſſet, iam omnia illa cõſilia Gallorum noua in regnum Neapolitanum irruptione confunderentur: addidit tamen cœptis & non defuturum, duodecim millia equitum pontificio ſumptu aliquot menſibus ſuſtentaturum, cum maxime Rex Matthias duodecim alia equitum, nonnullaque peditum millia in Turcas immittere ſpopondiſſet: conferret itaque cum rei belhcæ peritiſſimis viris conſilia, quanto ad eoſdem Chriſti hoſtes oppugnandos exercitu opus eſſet, & ex quibus nationibus is colligendus videretur.

a Pius lib. brev. p. 44. b Ibid p. 76. Conſulta ob Gallorum in Neapolitanũ regnum irruptionem conſilia.

79. 80 Exinde igitur belli ſacri conſilia magis ſenescere cœperunt, cum Galli a Neapolitani regni proceribus Ferdinando infenſis excitati c recuperandi iuris priſtini occaſionem nollent deſerere; Pius vero cum geſta a ſe rueri, & regnum Ferdinando vellet aſſerere, cenſuerat pacandum Neapolitanum regnum, creato illius Rege Ferdinando: at inde magis bellorum faces accenſæ fuerunt, cum principes illi viri Aragonium ſpurium ſibi imperare indignarentur, magiſque ad Renatum Regem ſpectarent eorum animi; plures etiam poſcerent, vt eccleſiaſticæ ditioni coniungerentur: inter quos Aquilani Pio ſe obtulere d; ſed illos ipſe Ferdinando ſubeſſe iuſſit. Nec vero Ferdinandus pontificijs beneficijs reſpondere viſus eſt, qui cum regnum Neapolitanum Pij beneficentia accepiſſet, neque illud ſine eius ope retinere poſſet, reſtituere Beneuentum niſi intentato extremi exitij terrore abnuit.

Principes Neapolitani a Ferdinando ſpurio deficiunt. *eSur. lib. 17 cap. 1.*

d Lib. brev. pag. 9. Non reſpõdet Pij beneficijs retro mandus

81. &c. Quo tempore Ioannes dux Lotaringiæ Renati Regis filius expeditionem Genuæ ad eripiendum Ferdinando, ſibique aſſerendum Neapolitanum ſceptrum conficiebat, & comperatam partim Maſiliæ partim Genuæ claſſem 111. id. octobris conſcendit, citerioremque Siciliam adortus eſt e. Vvlturnum ingreſſus, vt nouas res tentaret, ac plures principum vrbiumque a Ferdinando ad Ioannem ipſum defecerunt.

Ioãnes dux Lotaringiæ Genuã Neapolim cum claſſe profectus. *e Pius l. brev. pag. 86.*

84. &c. Eodem anno Pius defuncto in Romana curia Gregorio patriarchæ Conſtantinopolitano Iſidorum Ruthenum Cardinalem epiſcopum Sabinenſem in eius locum ſubrogauit f.

Gregorius Græcorum patriarcha vita functus apud ſedẽ Apoſtolicã *f Lib. 3. bull. pag. 463.* Epiſcopatus non conferendos ætate imparibus muneri.

87 Per idem tempus flagitante Carolo Francorum Rege a Pio, vt comitem Marchiæ conſanguineum ſuum Caſtrenſem epiſcopum crearet, Pontifex cum animadnertiſſet illum ætate muneri imparem, quippe qui decimumnonum tantum annum agebat, hæc ipſi reſcripſit g: *Laudauimus ſemper & laudari audiuimus M, quod tempore felicis recordationis Nicolai Papa V. predeceſſoris noſtri in re ſimili a te dictum affirmatur: nam cum ad preces tuas regias quidam minor annis cathedrali eccleſia ab eodem Pontifice eſſet prafectus, improbaſſe ſublimitatem tuam promiſionem tam immaturam, & inſuper dixiſſe: Quamquam ego interceſſerim, nunquam putani tamen hoc illum eſſe facturum; oſtenderat videlicet, qua tua eſſet regendi neceſſitas, & quod eſſe deberet Apoſtolica ſedis officium. Hac ergo nos in præſentiarum ſpe ducti maiori cum fiducia honeſtati adheſimus, & non conceſſimus quod petebatur, credentes quantum ad annos tua ſerenitatis acceſſit, tantum ad honitatem tuam & ſapientiam acceſſiſſe.*

g Lib. brev. pag 81.

IESV

Digitized by Google

IESV CHRISTI
Annus 1460.

Indict. 8.

PII PP. II. annus 2. FRIDERICI III. IMPER. OCCID. annus 21.

Indicta a Pio II. in cœtu Mantuano expeditio in Turcas. *a Lib. 7. pag. 256.*

1. &c. INdicta est in Mantuano conuentu a Pio solemnis expeditio ab omnibus Christianis conficienda ad religionem contra barbaros defendendam, editumque ea de re apostolicum diploma a, quo vniuersis Christi cultoribus ingentes a Mahomete II. in expugnata Constantinopoli alijsque prouincijs euastatis acceptæ clades propositæ sunt, ac decretæ preces a sacerdotibus inter sacra fundendæ diebus dominicis: tum noxarum venia arma sacra in impios capturis promissa: decretumque id bellum triennio duraturum communi omnium Regum & principum, qui oratores miserant, consensu confirmat alijs literis Pius b. Pro sumptibus autem bellicis laicis trigesima omnium obuentionum pars, Iudæis vigesima, clericis decuma imperata, eaque de re sanctiones c in eodem cœtu Mantuano editæ fuerunt.

b Lib. 7. pag. 85. Decumę & trigesimæ pro stipendijs indictæ. *c Sup. p. 259. 262. 310. & 333.*

10 Antequam Mantuanos conuentus dimitteret Pius, aliam sanctionem edidit aduersus eos, qui, vt vana ad eludendam ecclesiasticam seueritatem caperent diffugia, ab Romano Pontifice ad futurum concilium prouocabant: ipsos enim vt hæretis nota insitos, reosque læsæ maiestatis damnauit.

12. &c. Promulgata ea sanctione Pius dimissurus Mantuanos cœtus summa rei in ijs gestæ capita expoluit quæ affert Gobelinus d: *Vt sciant*, inquit, *omnes quid adsit spei, & qui Reges, quique populi ad tuendam fidem, vel prompti fuerint, vel negligentes. Hungari, si adiumentur, summo conatu & vniuersis viribus suis Turcas inuadent: Germani exercitum pollicentur duorum & quadraginta millium bellatorum: Burgundus sex millium: Itali, exceptis Venetis ac Genuensibus, cleri decimas, populi trigesimas annuorum reddituum, ac vigesimas Iudæica substantia, ex quibus annales copiæ sustentari queant: idem facit Ioannes Rex Aragonum; Ragusei duas triremes offerunt; Rhodij quatuor. Hæc tanquam certa solemni stipulatione per principes, ac legatos promissa sunt. Veneti quamuis publice nihil promiserint, cum tamen expeditionem paratam viderint, haudquaquam deerunt, neque patientur, vt suis maioribus deteriores videri possint: idem de Francis, de Castellanis, de Portugalensibus dicimus: Anglia ciuilibus agitata motibus spem nullam pollicetur, neque Scotia in intimo abscondita oceano. Dacia quoque, Suetia, ac Norwegia remotiores pronuncia sunt, quam milites possint mittere, nec solis contenta piscibus pecuniam mittere possunt: Poloni Turcis per Moldauiam contermini suam causam deserere non audebant: Boemos mercede licebit conducere, sine ære extra regnum non militabunt. Sic res Christianæ se habent. Classem pecunia Italica parabit, si non Venetus, at saltem Genua, aut in Aragonia; nec minor erit, quam res ipsa deposcat: Hungari viginti millia equitum armabunt, peditum haud minorem numerum; qui Germanis iuncti, ac Burgundi duodenonaginta millia militum in castris habebunt. Et quis non his copijs superatum iri Turcas arbitretur? His accedet Georgius Scanderbechius, & Albanorum fortissima manus, & multi per Græciam ab hoste deficient: & in Asia Charamannus, & Armenorum populi Turcas a tergo ferient. Non est cur desperemus: tantum Deus ipse cœpta secundet. Ite & narrate domi, quæ hic gesta sunt.*

d Gobelin. in comm. l. 3. Quantus exercitus in Turcas comparandus.

Conuentū, terrestrem exercitum ex duodenonaginta millibus cōflarum iri. His Scanderbechus & Albanēses eraut accessuri. Caramanº & Armenij tergo Turcas adoriri pollicīti.

15. &c. Consentiunt dictis a Ioanne Gobelino quæ in Mantuano conuentu gesta scripsit Pontifex ad Franciscum episcopum Interamnensem Apostolicæ sedis in Anglia legatum, quem promouendæ inter Gallos & Anglos concordiæ dare operam iussit, vt Gallica & Anglica arma in Turcas verterentur. Constituta vero est pro colloquio inter Anglum Gallumque celebrādo certa dies, ad quod Bessario Cardinalis, qui Græciæ e Turcica tyrannide vindicandæ studio ingenti ardebat, legatus renuntiatus a est.

Bessarion ad Cęsarem & Matthiam cōciliādi decretus. *a Lib. 8. p. 49.*

19. 20 De data Bessarioni Cardinali Germanica legatione Pontifex Matthiam Regem Hungariæ fecit certiorem b, vtque is ad firmandam inter Germanos dissidentes concordiam, tum maxime ad dirimendam obortam inter ipsum Matthiam atque Imperatorem controuersiam incumbere iussus esset; quam nisi diuina pietas sedaret, omnia de bello sacro suscepta consilia confringerentur. Supremum autem exercitus in Germania contrahendi ducem Fridericum Imperatorem, vt iam ante memorauimus, creauit, vel si ductare copias nollet, præficiendi alicuius Germani principis potestatem eum fecit; qua de re datæ ad ipsum literæ c.

b Lib. bren. pag. 96. Matthias Rex certior de gestis factus. *c Ibid. p. 105.*

21. &c. Excepit Fridericus Imperator venientem in Germaniam Bessarionem legatum apostolicum honorificentissime, adeo vt etiam obuiam illi factus fuerit, ac Norimbergæ & Vvormatiæ celebrati sunt ordinum imperij conuentus ad necessaria pro bello sacro decernenda: verum nihil ob grauia principum dissidia gestum, vt queritur Baptista Platina d in Bessarionis laudatione.

d Plat. in pontifex. Bessarion. Dissipatæ spes cōficiēdę in Germania sacræ expeditionis.

24. &c. Per quæ tempora cum Dionysius Carthusianus Deum precaretur, vt principes Christianos sacro in infideles iungeret fœdere, excitaretque ad tot regna, ac præcipue Syriam Christiano cultui restituenda, diuinitus accepit, eos tam glorioso, & pio facinore indignos; quippe qui se in vetitarum deliciarum cœno volutarent, & hostili odio, atque crudelitate se inuicem insectarentur, vt Petrus Dorlandus in eius vita refert e; subditque: *His visionibus a Deo perceptis sanctus pater Dionysius scribens sublimioribus potestatibus, principibus, & prælatis, hortabatur tum minis, tum precibus, vt ocius a pravis se revocarent operibus, vt se castigarent, reformarent, Deo se conciliarent, ne immanentibus flagellis, ac cladibus contererentur, immo vero ne æternis cito supplicijs deputarentur.* Sed ad Pium redeamus.

e Dorland. in vita Dionys. Carthus. Erectus visis Dionysius principes ad sacram militiam ortatur.

27 Cum plures legatos in varias prouincias decreuisset, inclinante ianuario mense Mantua digressus, Ludouico illius vrbis principe comitante Ferrariam se contulit, atque a Borsio marchione Atestino obuiam veniente ingenti & magnifico apparatu, quem describit Gobelinus f, exceptus est. Deinde Bononiam, mox Florentiam adijt, honorificentissime a magistratibus, & Cosimo Medicæo habitus, cultusque. Inde Senas duodecimo a Mantuæ discessu euoluto die repetijt, ac tertio ab ingressu purificatæ Virgini sacro ecclesiastica prece sacratas faces solemni ritu elargitus est, defunctoque Antonio archiepiscopo, Franciscum sororis suæ filium, qui postea indito Pij III. nomine pontificios apices adeptus est, Senis archipræsulem dedit.

Pius a Ferrarienſi magnificentissime excep tus. *f Gobelin. in com. Pij II. lib. 4.*

Franciscū nepotem creat Cardinalem.

28. &c. Recurrentibus deinde vernæ tempestatis ieiunijs eundem diaconum Cardinalem creauit, cum quo quatuor alij sacra purpura donati fuere, nimirum Angelus Reatinus episcopus, Berardus episcopus Spoletanus, Nicolaus electus Theanensis, & Alexander ordinis Augustiniani magister.

31. 32 Pergit auctor enarrare, vt Pontifex vario humorum fluxu laborans professusque Macerētum, deinde Petriolos balneis e medicorum consilio vti coactus longiores moras in Senensi agro traxerit;

Diuertit Pius ad balnea.

quo

Cardinalis Borgia perstrictus lasciuiæ.

quo tempore Rodericus Borgia Cardinalis Callisti III. nepos magno cum ecclesiasticæ dignitatis dedecore Senis impurorum amorum illecebris irretitus ob choreas cum puellis agitatas a Pio grauissimis hisce monitis perstrictus est a: *Si diceremus ista nobis non displicere, erraremus vehementer: displicent certe super quam dici possit, vituperatur enim ecclesiasticus ordo, vituperatur ministerium nostrũ, neque ad vitæ honestatem, sed ad occasionem lasciuiæ datari, & magnifieri videmur. Hinc principum, & potentatuum in nos surgit contemptus: hinc quotidiana lasciuorum irrisiones: hinc etiã reprehensiones vitæ nostræ, cum reprehendere alios volumus: vicarius quoque Christi, qui indulgere talia creditur, in eundem cadit contemptum.* Et paulo infra: *Circumspectio tua ijs vanitatibus modum imponat, dignitatem suam recogitet, nec velit inter iuuenes & mulierculas amatoris nomen tenere: si enim hæc rursus acciderent, cogeremur offendere, nobis inuitis & dolentibus ea accidisse, neque sine rubore tuo esse nostra emendatio posset.*

a Lib. brev. pag. 161.

b Gobel l. 4.

c Pius II. l. 9. pag. 156. Brixinensis Cardinalis a Sigismundo Austriæ capitur.

33. &c. Inter hæc, vt refert Gobelinus b, & etiam confirmant acta pontificia c, violauit atrociter ius ecclesiasticum Sigismundus dux Austriæ in Nicolao de Cusa tit. S. Petri ad vincula presbytero Cardinale, & episcopo Brixinensi, cum quo de nonnullis iuribus ecclesiasticis contenderat, illum enim ipso paschatis die illucescente aurora obsidione cinxit in castro Bruneck, eoque in suam potestatem redacto, castrum Tanferr, ac vim auri ingentem, tum plura syngrapha, ac literas, quibus rescissa erant ecclesiæ Brixinensis priuilegia, extorsit: de quibus cum Sigismundus in iudicium apud sedem Apostolicam vocatus fuisset, Pontifex antequam in eum seueritatem adhiberet, ipsum monendum censuit, eique cum ad dicendam causam constituit; questusque est apud Fridericum Imperatorem d de patrato a Sigismundo flagitio, maxime cum rogatus esset e, vt a vexando Cardinale sibi temperaret. Perculit f deinde VI. id. augusti anathemate Sigismundum ipsum ipernentem iudiciorum ordinem, rescissis literis ac promissis, quæ ab eodem Cardinale extorserat: quem ob tantum scelus ducali indignum nomine censuit; tum omnes illius partium sectatores censuris deuouit. At is non modo iustis imperijs non paruit, verum in nequitia obfirmatus contra editam hoc ipso anno Mantuæ sanctionem ab apostolica sententia ad futurum Romanum Pontificem, vel futurum concilium œcumenicum prouocauit g, notariamque ei de re formulam ad valuas ecclesiæ Florentinæ affigendam curauit: quocirca commotus merito Christi vicarius alia iudiciaria acta aduersus furentem principem, eiusque perfidiæ participes auctoresue, quorum præcipuus erat Gregorius Heimburgensis, qui eloquentiæ suæ lenocinijs abutebatur ad flagitia, proximo anno edere compulsus est h.

d Lib. brev. pag. 168. e Ibid. p. 181 f Lib. 10. pag 231. & l. 11 pag. 33.

Prouocat nefarie Sigismundus ad Concilium.

g Extat prouocatio to. 2. ver. Germanæ edit. Froben.

45. &c. Dum ita ius ecclesiasticum aduersus Sigismundum Austriacum tuebatur Pontifex, conuenere illum Senis Henrici Castellæ Regis oratores: cum vero de auxilijs in Turcas ferendis actum esset, nihil certi respondere ob bellum in Granatenses gerendum; quin etiam Pius regijs precibus adductus promulgauit i, licet ex decreto Mantuano abrogarat fuisset noxarum iam ante concessa gratuita venia; non tamen abolitam illam, quæ stipem in propulsandis Granatensibus Saracenis collocaturis proposita erat.

h Lib. 11. pag. 148. Castellæ Regis ad Pium legatio.

i Lib. 7. pag. 307.

Trium patriarcharũ legatio ad Pium.

55 Decreta est hoc anno a tribus patriarchis orientalibus Alexandrino, Antiocheno, & Ierosolymitano ad Romanum Pontificem insignis legatio, qua Moyses archidiaconus Antiochenus perfunctus est, magni apud orientales nominis vir: significabant ij admissa abs se decreta concilij Florentini, orabantque Latinos, vt ex eorum ceruicibus Mahumeticum iugum depellerent, vt tradit Ioannes Gobelinus a; subditque: *Audiuit Pontifex legationem & priuatim & publice, & collaudatis patriarchis scripta, quæ Moyses attulerat, in Latinum translata in archiuijs ecclesiæ Romanæ recondi iussit, ipsumque donatum ad propria remisit.*

a Gob l. 4.

56. &c. Adiungit Gobelinus insignem hanc aliam legationem: *Pauci deinde secutis diebus legati ex Monobassia Pontificem adeunt, se atque vrbem dedentes. Ea est Peloponesi ciuitas ad orientem Chersonesi in altissimo monte sitens, rupibus vndique præruptis tuta, vnico tantum aditu inuicta communi, portu & naualibus quondam ornata, Lacedæmonem hic olim fuisse quidam opinantur Græcia robur ac columen, nobis incertum.* Causam ob quam Monobassienses in sedis Apostolicæ fidem ac potestatem venere, aperit Georgius Phrantzæ b, nimirum Mahometem, dum Thomas Achaiæ despota fratrem Demetrium ob initum cum Turcis fœdus bello vrgebat, & Messeniaci sinus vrbes expugnabat, vtriusque, seu hostis amicusue esset, opprimendi occasionem arripuisse, promolasse itaque maximo succinctum exercitu Spartam, eiusque viribus impares Demetrium venienti obuiam processisse, sequo & Spartanos illi de didisse. Redactus ita in Mahometis potestatem Demetrius principatu cedere, Turcicoque adiungere imperio, tum filiam thoro Mahometi iungere iussus est; qui mutire contra non ausus nobiles Græcos Turcasque Monembasiam, vbi illa versabatur, misit, vt Reginam ad sponsum deducerent, vrbisque dominatum occuparent: at Monembasiotæ hortatore Manuele Palæologo arcis præfecto, Demetrij quidem filiam dimisere, at negarunt vrbis deditionem se facturos, cum illa præclarum ob situs munitionem naturæ donum esset, ac non nisi nutui diuino obtemperaturos, nec de ijs, quæ Deus condidisset, decernendi vllam habere potestatem; mox vero Thomæ Despoto se commisisse, illumque ad pontificiam ditionem ipsos ad eliciendа auxilia traduxisse. De ea Monembasiensium deditione voluntaria addictaque Pontifici fide editæ sunt publicæ tabulæ, quæ in tabulario Romanæ ecclesiæ fuere reconditæ, vt Pius in literis proximo anno ad Monembasiotas datis testatur c, quibus Gentilem Mereosiam præfectum Monembasiæ excipere, illique arcium potestatem tradere iussit.

Monobassienses pontificio imperio se submittunt

b Phrantz. l. 3 c. 24.

c Lib. 12. pag 288.

62 Hoc anno Ioannes dux Lotaringiæ Renati Regis filius, pellectis ad suas partes plurimis d proceribus, & vexillo pontificio ad deludendos Romanæ ecclesiæ clientes abusus, late victorias protendit, & Aquila, Luceria, Foggia, Troia, Manfredonia, pluribusque alijs vrbibus potitus e est. Aduersus quem Pius ex inito cum Mediolanensi duce fœdere auxiliarem exercitum Simoneto duce Ferdinando submisit. Auctus porro ecclesiasticis copijs Ferdinandus in Gallos signa extulit, ipsosque ab agrorum grassatione cohibitos, intra Sarnum compulit: cumque extraheretur obsidio, timens ne sui paulatim dilaberentur, vi oppidum capere constituit: sed cum impressio hostilis facta esset, Ioannes Lotaringiæ dux princepsque Tarentinus adeo fortiter Ferdinandi excepere impetus, vt eius exercitum conciderint, ac Ferdinandum Neapolim fuga se proripere coegerint; de qua clade Pius ad Bessarionem Cardinalem scripsit f.

d Colen. l. 6. Plures proceres Gallicas partes secuti. e Ibid. l. 6.

Ferdinãd' ad Sarnum fusus fugaeusque.

f Pius l. brev. pag. 130.

63. &c. Parta a Gallis ea victoria omnia ad victores prona, Ferdinando aspera visa sunt: Salerni

princeps, cui etiam parebat Nola, dux S. Marci, & vniuerſa Seuerina ſtirps opibus, & ſanguinis charitate conſpicua in Gallorum partes tranſijt a. In Aprutio autem Piccininus contra pontificiarum copiarum auxiliarium Ferdinandi duces, nimirum Alexandrum Sfortiam & Fridericum comitem Vrbinatem magnam pugnam conſeruit, in qua multus vtrinque fuſus ſanguis, pendente & ambigua victoria, campo tamen hoſtes cedere coegit. Cæterum admonuit Vrbini comitem Pius b, ne hoſtem ad certamen admitteret, cum Galli mora non impetu frangendi eſſent. Salubre erat Pontificis conſilium; vt enim Ferdinandi res collapſæ mora reſtitutæ ſunt, ita impetu poſt Sarnenſem victoriam a Gallis opprimi poterat, ſi fugientem inſecuti verſus Neapolim inopinato caſu trepidantem, neque admodum Ferdinando addictam, ſigna conuertiſſent.

a Gobel. lib. 4

b Lib. brev. pag. 134.

68. &c. Suſtinuit labantes Ferdinandi res Pius, ſeque Gallorum hoſtem profeſſus eſt, atque ob id plures tumultus in ditione eccleſiaſtica facti, tum ipſi Vrbi Tiburtij facinoriſiſſimi ſicarij opera iniecti, patefactaque eſt procerum aliquorum Vrbem in rebellionem trahere meditantium coniuratio: quo accepto Pius mox Senis Romam ſe contulit: cumque venienti Romani iuuenes occurriſſent, vt pontificiæ ſellæ humeros ſubmitterent, ſuaderentque aliqui, ne ijs ſeſe committeret, ipſum reſpondiſſe refert Gobelinus c: *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, &c. Portabunt humeris quem pedibus calcare voluerunt.* Exceptus eſt a Romanis ingenti lætitia, ſacerdotaleque in Vrbem imperium aſſeruit.

Romam contendit Pius.

c Gobel. l. 5. Maxima lætitia exceptus.

73 Inter ſuperiores vero bellorum motus, dum cuncta ad Gallos proniora erant, Genua, ex qua maritima præſidia ad Neapolitanum regnum recuperandum parabant, in libertatem vindicata eſt d. Fecit eam in Gallos ipſos coniurationem Proſper Adurnius communicato cum Pontifice conſilio, a quo ad rem gerendam accenſus, atque a duce Mediolanenſi adiutus irrupit inſtructo armis agmine in Genuam, occupatiſque prætorijs ædibus, ciues in ſuas partes allexit. Perculſus ea detectione Ludouicus Vualla, qui Caroli Francorum Regis nomine vrbi præerat, in arcem profugit, eamque aduerſus oppugnantes egregie tutatus eſt donec terreſtres, ac maritimæ Gallorum ſubſidiariæ copiæ aduentarent: quorum vires pertimeſcens Adurnius Paulum Fregoſium archiepiſcopum Petri antea caſi a Gallis fratrem ſocium ſibi aſciuit, oppoſuitque terreſtribus hoſtium copijs, quas Conſtinenſis prætectus ducebat. Conſerto demum cruento prælio Pauli virtute multa cum ſtrage Galli propulſati fuere: cum autem parte altera periculum immineret, ne Renatus Rex claſſe portum adoriretur, expoſitiſque in terram copijs irrumperet, eo mox prouolarunt armati Genuenſes, ac partim cæſis partim in mare dilectis Gallis, Renatum Saonam repetere coegerunt. Quibus animaduerſis Galli præſidiarij qui arcem tenebant, incolumitatem pacti deditionem fecere. Subinde Genuenſes excuſſo Gallorum iugo inter ſeſe tumultuari cœperunt. Proſper Adurnius deiectus principatu, quem rapuerat, & Spineta in eius locum ſubrogatus, quo paulo poſt accepta pecunia abdicare ſe coactus eſt. At de Italicis Galliciſque rebus hactenus; nunc Germanicas aggrediamur.

d Gob. l. 5. Bizar l. 13. Foliet. l. 11. Pigna l. 8. & alij.

Genua Gallis pulſis libertatem recuperat.

Galli Genua propulſati.

Arx deditionem Genuenſibus facit.

Pulſis Gallis Genuenſes in factiones diuiſi.

74. 75 Legarat Pius anno ſuperiori in Boemiam archiepiſcopum Cretenſem, & Franciſcum patria Toletanum, vt Vvratislauienſes, qui Regis Georgij Podiebratij ingum ſubire detrectabant, ipſi conciliarent. Conceperant ij iuſtas de Georgio hæretis labe inquinato ſuſpiciones, ac profitebantur prius diſcrimini expoſituros corpora, quam animas in periculum amittendæ fidei & immortalitatis adducturos: cum vero Pontifex Georgij, qui obedientiam Romanæ eccleſiæ detulerat, promiſſis confideret, legatis anno ineunte ſignificauit a pacem inter illos conciliari poſſe, ſi Georgius Vvratislauienſes clientelæ Romanæ eccleſiæ permutteret, iniurias condonaret, præficeret Vvratislauiæ quem ciues poſcerent, tum alias Vvratislauienſium immunitates confirmaret: quas leges Georgius admiſit.

Georgius Rex Bohemię catholici laruam præfert.

a Lib. brev. pag. 94.

76. &c. Compoſitis ita Pontificis opera Boemiæ rebus, Georgius egit fictum interpretem concordiæ inter Fridericum Imperatorem ad ſceptrum Hungaricum aſpirantem, ac Matthiam Pannoniæ Regem ad repetendam vltionem Auſtriæ ingruentem; atque vt erat mirus fraudium artifex, clandeſtinis artibus catholicos principes diſſenſionibus implicuit b, tantumque in Germania nouis factionibus conflatis excitauit incendium, vt nulla ex ea auxilia, quæ in conuentu Mantuano promiſſa erant, elici poſſent; quo viſo Beſſarion Cardinalis legatus ciuilis belli extinguendi cupidus cenſuit vnanimi fœdere eos, qui in neutram partem inclinabant, coniungendos, vt alteram factionem, quæ ad pacem redigi detrectaret, armorum terrore in concordiam redigeret: cuius conſilium Pius commendauit c, ipſum publicos cœtus indicere iuſſit, ad quos ambæ diſſentientes partes, tum qui neutri factioni ſtuderent vocarentur. Sternere autem ſibi ad Germanicum imperium ijs diſſenſionibus viam Georgius aniitebatur, quod ipſum Friderico eripere, allectis in ſuas partes nonnullis principibus perrentaſſe refert Gobelinus d.

Agit concordiæ interpretem inter Imperatorem & Hungarum Georgius ex arte Germaniam turbis miſcet.

b Gobelin. l. 5 Imperatori conſultus a Cardinale Beſſarione.

c ibid. p. 100

d Gob l. 5. Sopitæ turbæ germanicæ.

88. 89 Compoſitis deinde vtcunque Germaniæ rebus Cardinalis Auguſtenſis opera, meliores ſpes de inſtauranda facta expeditione affulgere viſæ, ac Pontifex Beſſarioni Cardinali legato de pace confecta gratulatus pios hoſce ſtimulos addidit, vt egregie cœptis inſiſteret: *Laus Deo, qui tanto beneficio Chriſtianitatem affecit; facultatem nunc habet Germania in defenſionem fidei arma conuertere; tempus eſt reditum, in quo promiſſum Mantuanum exoluere, & Saluatori noſtro munus ſuum poteſt præſtare. Credimus circumſpectionem tuam nunc huic rei tanto intendere, & ad proſecutionem cœptorum inſtare.* Subdit ineundam eam rationem, vt Imperatore domeſticis implicito difficultatibus, Fridericus Palatinus expeditioni pontificio & imperiali nomine præficiatur; quod conſilium eidem Imperatori expoſuit e. Detrectauit Fridericus Palatinus f Germanici exercitus in Turcas ducendi imperium ſuſcipere; quocirca Chriſtiana res admodum eſt afflicta, nullo principe illius patrocinium ſuſcipiente.

Beſſario expeditionem in Turcas promouere inſtit.

De palatino illi præfecto ad eam.

e ibid. p. 190

f ibid. p. 200

90 Inſtabant porro Hungaris pericula tum a Turca, qui funeſtam aliquam rei Chriſtianæ cladem inferre moliebatur; tū a Friderico Imperatore, qui ad ſolium Hungaricum aſpirabat: quamobrem de inducijs cum Turca faciendis agitabant Hungari conſilia; quod cum in aliarum Chriſtiani imperij prouinciarum damnum vertendum eſſet, Pius Marthiæ Pannoniæ Regi quadraginta millia nummorum in bellicos impendenda ſumptus ſpopondit g, ſpemque maioris præſidij iniecit ſi fœdus Turcicum reſpueret.

Hungari deferti de inducijs cū Turca agitant.

g ibid. p. 176

Promittimus, inquit, *vt ſint bouni in manibus præfati legati noſtri quadraginta millia ducatorum, quorum auxilio, ſi qua difficultates a Turcis vigebunt, poſſit pro tempore inſtanti periculo obuiari, non dubitamus quin dictim grandiora præſidia ſint aſſutura, & ſeruitus tua ex conſtanti propoſito ſuo gaudium ſuſceptura: ad quæ nos peragenda vires noſtras omnes, & animam denique, ſi ita neceſſe erit, pro ſalute eorum noſtrarum parati ſumus conferre. Dat. Senis* XX. *februarij anno* II. De eadem vi auri ſuppeditanda Hungaris, ſi cum Turcis indu-

Promiſſum Marthiæ ſti pendium aurum ne eas paciſcatur.

inducias non pangerent; ad Cardinalem Beſſarionem ſcripſit a Pius. Sed exigua nimis illa videbatur ad bellum adeo periculoſum adminiſtrandum, aſperrimeque ferebant Hungari, duodecim equitum millia ſibi promiſſa, vt Turcicum bellum conficerent, non ſubmiſſi: qua de re cum apud Pontificem graues querelas funderet Ioannes Caruial Cardinalis legatus, reſpondit b Pius a ſe tot equitum millia ſuſtentari non poſſe, niſi alij, qui ea ſubſidia erant polliciti, ſuam pariter ad id operam conferrent; aliiſque literis hanc excuſationem attulit c: *Nouitas pontificatus, & peregrinationes curie, & mora diuturna Mantuani conuentus nos exhauſerunt: pauxillum tamen quod eſt, & qua in poſterum erunt contribuere in opus Dei non recuſamus; malumus enim priuatim egere quam publice.*

a Pag. 105. Queruntur Hungari promiſſa duodecim equitum millia non ſuppeditari
b Pag. 182.
c Pag. 175. Excuſat ſe Pontifex.

patareni e Boſnia exciſi.

91. 92 Inter hos Hungaricos fluctus Stephanus Thomas Boſnæ Rex, qui munitiſſimam arcem Zendren nuncupatam Turcis prodiderat, percuſſeratque cum ipſis fœdus, vt turpiſſimi facinoris labem deleret, Patarenos Manichææ inſaniæ ſectatores e regno ſuo excindere aggreſſus eſt, ſeu religionis aſcendæ ſtudio, ſeu diripiendarum ipſorum opum cupidine incitatus; ac præcipuos impietatis ſtigmateos ad Pontificem miſit: quos ille fide orthodoxa erudiendos curauit, vt refert Gobelinus d. Increbuit poſcere etiam Regis eiuſdem oratores a Pio, vt epiſcopos in Boſna ad religionem propagandam crearet; tum coronam, qua ille ceterique ſucceſſuri principes redimiendi eſſent, tranſmitteret; tum legaret aliquem præſulem, qui Boſnenſium rerum ſtatum inſpiceret. At mox Matthias Hungariæ Rex eiuſmodi poſtulatis interceſſit, queſtuique eſt hæc a Boſnenſi petita de epiſcopis ad ſubornandam pietatis ſpecie Zendrenſis arcis proditionem; coronam vero a Pontifice conandam non eſſe, cum ſupremum in Boſnam imperium Rex Hungarus obtineret, cui reſcripſit Pontifex e, Boſnenſes oratores excuſaſſe Zendrenſis arcis deditionem neceſſitate extortam fuiſſe, periroſq; epiſcopos non denegandos videri cæterum iuri Hungarico nullum damnum illatum iri. Excuſarat apud Pontificem Ioannes Cardinalis legatus deditionis Zendrenſis arcis infamiam, tum etiam monuerat nonnullos Boemicæ hæreſeos ſuſpicione laborare, deque inducijs fœdere cum Turcis ineundo agitari; ad quæ hæc reſpondit f Pius: *Intelligimus de deſenſa Regis Hungarie ad conuentum cum Boemie Rege tenendum; vtinam talis ſit, qualem communis neceſſitas poſtulat. Intelligimus & quid de treugis cum Turcho ineundis tua circumſpectio indicet; qua in re dicere aliud non poſſumus, niſi quod vellemus ea præſtare poſſe, quæ noſtra mens agitat, ſed Dei hoc eſſe opus videmus, in cuius manu corda ſunt Regum.* Et mira: *Exhortamur ad Regem Boemie per tranſmiſſa nobis plurimum placet: quantum nos ſuis literis indicare, & intelligere ex omnibus noſtris poſſumus, quas illic habuimus; cognoſcimus mentem eius, & deuotionem Apoſtolice ſedis & vnionem regni a vero dogmate non eſſe alienam, quibus de rebus oratores ſuos non multo poſt ad nos venturos confidimus, &c. Dat. Senis XII. martij anno II.* Deluſum Pium impij hominis hypocriſi inferius planget narratio.

d Gobel. l. 5. Boſnenſis regis in coronam exhibet a Pio.
e Lib. brev. pag. 203.
f Ibid. p. 190

Cyprus in extremum diſcrimen adducta.

93 In Cypro acerbum flebileque vulnus paſſa g eſt religio, & magnæ rerum conuerſiones, ac perturbationes ſecutæ: Ludouico enim ducis Sabaudiæ filio a Carola Ioannis Regis Cypri vnica herede in thori ſolijque regij ſocietatem vocato, Iacobus regius ſpurius Ferdinandi Aragonij ſpurij, qui Neapolitanum regnum ſibi pepererat, exemplo incitatus, tyrannidem aperte affectauit; cumque Ludouici impetus ſuſtinere non poſſet, ad ſoldanum Ægyptium eundemque Babylonium, qui poſtremis in Chriſtianos graſſationibus ſupremum in inſulam imperium ſibi compararat, perfugit, atque eius implorauit opem, vt perennem regnum ſibi aſſereret; tum ſe fidiſſimum ipſius ſoldani clientem futurum eſt pollicitus. Excepta ſunt auide Iacobi verba, ac nefandiſſima iuriſiurandi formula (quam Pius & Gobelinus hiſtoriæ mandarunt) in ſoldani auctoritate ſe futurum ſpopondit, tum illius imperio per Alexandriæ compita regijs redimitus inſignibus circumductus.

Iacobus ſpurius vectigalem ſe Ægyptij ſultani profeſſus.

94 Cum id præſenſiſſet Ludouicus Sabaudus, oratorem ad ſoldanum miſit, qui vetera ſponderet vectigalia, augeretque; tum expoſceret ne Chriſtianis inter Chriſtianos ius dicere detrectaret: Iacobum e concubina natum, neque Chriſtianis legibus ad ſceptrum Cyprium admittendum. Inclinabat iam ad æquitatem ſoldanus, quantumuis eius filius, ac tres mameluchi præpotentes obſiſterent, cum Mahumetis II. Turcarum Imperatoris orator ad turbandam rem Chriſtianam ab ea ſententia illum a dimouit.

95. 96 Dum is belli turbo aduerſus Cyprum in Ægypto conflabatur, Ludouicus Rex Carole vir opem implorauit Ludouici patris ducis Sabandiæ, qui mox claſſem inſtruxit; tum a Pio II. ſubſidia ad retundendos infidelium impetus popoſcit: cui Pontifex decumas annuas, quæ in Sabaudia ex decreto Mantuano imperatæ erant pro gerendo in Turcas bello, attribuit b, atque indulgentiarum præmia ijs, qui ſubſidiarium aurum conferrent, impertiuit, ita vt nobiles tres aureos, mercatores vero duos, plebeij vnum, alij dimidium pro comparandis ſacris indulgentijs penderent. At tardiora fuere ea ſubſidia; Cyprij enim inuecto Ægyptiaca claſſe Iacobo, mox fidem illi ſuam addixere, vt Pius in Aſiatica hiſtoria narrat c: excepta Cerinenſi arce, quæ Gallico munita præſidio barbaricos aſſultus fregit: *Non tulerunt*, inquit, *eius impetum Galli, quamuis Rhodios adiutores haberent, atque auſi apud Nicoſiam expellere, in caſtellum, quod Cerines appellatur, ſeſe receperunt. Iacobus, reliquis omnibus in poteſtatem receptis, obſidionem aliquandiu circa caſtellum tenuit: deinde ſpe potiunde munitionis depoſita, dimiſſis cuſtodibus, qui Gallos ab incurſione prohiberent, Nicoſiam reuerſus ad reformationem regni ſe conuertit, legatoſque ad nos miſit, qui multa pecierent facturum ſe beneficia habentis, ſed re vera nil aliud quærebat, quam Chriſtiani Regis apud ſedem Apoſtolicam nomen vſurpare; ſed contra illis euenit quam putabat.* Extracta d eſt Cerinenſis arcis obſidio in hyemem, qua ob procellas maris Ægyptia claſſis obſidionem ſoluere, ac repetere Alexandriam coacta eſt: ac tum Iacobus cum Cypriorum, quibus infenſus erat, defectionem vereretur, omnibus precibus petijt, obtinuitque vt vnus e Mamaluchorum principibus cum patre Cypriorum in inſula ſubſiſteret.

Iacobus Cypro potitus.
a Ex. Syl. ſup. cap 87.
b Lib. 10. pag 81. 87. 98.
c Æn. Syl. ſup. c. 87. Gobel. l. 7. Iacob Luſignan hoc an. Boſ. & Nauc. vbi ſup.
d Galli Cerines caſtro ſe recipiunt. Regium nomen Iacobo a ſede Apoſtolica denegatum
e Ex. Lilius in hiſt. Cypr.

97. &c. Hac victoria inſolefcens Ægypti & Babyloniorum tyrannus, idemque fidei Chriſtianæ apoſtata, crudelitate in fideles efferatior, minaces literas & contumelijs refertas ad Pontificem miſit, in quibus de fide Chriſti deferta gloriari turpiſſime ausus eſt: cui Pius ita reſcripſit e, vt eum in ſalutis rectum tramitem reuocare niteretur.

Aegyptius ſultanus minaces literas ad Pium, ſcribit.
e M. f. Vallis ſignat n. 91. pag. 127.

100 *Comparas nos*, inquit, *pugillo, & gutta roris, & ignoras nos tot fortium bellatorum fortitudinem poſſidere, qui ad bella doctiſſimi potentiam tuam, in qua prætendis, ſi ſint immenſo labore noſtrorum ad te pateret, acceſſus, tui exercitus vitium in cinerem redigerent, & fauillam. Nunquid dubitas Crucifixo potentiſſima latiſſimaque regna deſeruire? An ignoras imperium Romanorum fore inuictiſſimum, Francorum*

Chriſtianæ imperij demonſtrata magnificentia.

regnum Chriſtianiſſimum, Angliæ ditiſſimum, Hiſpaniæ, Portugalliæ, Navarræ, Hiberniæ, Cataloniæ, Cypri, Neapolis, Norvegiæ, Suetiæ, Daciæ, Croatiæ, Friſiaque regna latiſſima ſignaculo crucis adornata? An deſpectis Hungaros homines feroces arcubus & ſagittis inuincibiſſimos, homines in equis eorum aera transuolantes? An regnum Polonorum fortiſſimum, Boemorum fortium plurimum metuendum? Denique forſan parui pendis Teutonicos per immita terrarum ſpatia diffuſos, quorum audaciam nunquam aliquis domare potuit. Et infra: *Scribis etiam nobis, quod ſanguinem Chriſtianorum effundendo coram omnium rerum plaſmatore die nouiſſimo rationem erimus reddituri: exinde Deum laudamus, quod a longe lippientibus oculis veluti palpitando Chriſtum recogneſcit, & optamus quod fidem noſtram, qua vnum Deum credimus ſine principio & fine ſuſcipias, &c. Dat. Senis in aula epiſcopali v. kal. iunij anno Domini MCCCCLX. pontificatus noſtri anno II.*

Confutatus Aegyptij tyranni argutiæ.

101. &c. Peruenit hoc anno Romam ad Pontificem insignis Trapezuntini Imperatoris, Perſarum Meſopotamiæque Regum, Caramanni Ciliciæ, aliorumque plurium principum pro armorum ſocietate contra Turcas cocunda legatio, quam deſcribit Gobelinus a, eos nimirum in Cardinalium conſiſtorio centum viginti millia bellatorum ad Turcas tota Aſia depellendos perſequendoſque vſque ad Helleſpontum pollicitos eſſe; ac flagitaſſe vt Ludouicus Minorita, quē Calliſtus ad orientales Reges in Turcas cōcitando miſerat, patriarcha orientis crearetur. Terrebant porro orientales principes Mahometis continentes victoriæ de quibus haec narrat Turcogreciæ auctor b, *Poſtea cum exercitu profectus Acnum cepit; exinde Athenas, Thebas, Thaſum, Samothracē, Argos Peloponeſi, ipſum enim exemilium Turca iam ab aliquanto tempore tenebant; tum Lemnum ceperat, & Imbrum: tandem denique finitimæ, praterquam Euboeam; tranſtulit idem ex Adriani vrbe Byzantium multos vtriuſque ſexus homines: denique ne vnum quidem annum a bello immunem exercitus iſte manere fuit; ſed & bellabat & victor euadebat, nemine ſe illi, ſicut oportebat, opponente. Orientem deinde claſſe petens, multis per mare navibus miſſis inſulam Lesbum ſua ditionis faciti hinc vtramque Phocaeam addidit veterem, & nouam, trium horarum aut vix quatuor ſpatio inter ſe remotas prope Smyrnam, quæ ad Epheſum eſt, ſub flumine Meandro ſitas; e quibus ciuitatibus magnum numerum virorum, fœminarum, & puerorum in vrbem traduxit. Profectus poſtea Caſtamonam, & Sinopen Coſti Arbanenſis Acbumata ademit, quas is longo interuallo a maioribus traditas habuerat a ſultano quidem Aladino illo magno, & formidando duce.* Haec Turcogreca hiſtoria diſcreta temporibus ſimul conſunxit, de quibus iterum inferius: nunc occidentales res percurramus.

Orientalium legatio ad Pium.

a Gobel. l. 3.

b Turcogr. l. 1

Henricus Angliæ Rex capit in prælio.

106. 107 Interea flagrante Anglia ciuili bello maximæ ibi rerum conuerſiones factæ, varijſque prælijs certatum inter Regem Henricum & ducem Eboracenſem, qui, cæſo olim iniuria Richardo Rege, ſceptrum ſibi iure debitum, non occiſoris poſteris, contendebat: ac primum ad Nyuam fluuium ſæua pugna commiſſa eſt, in qua regius exercitus a Richardo comite Vvarwicenſi concuſſus eſt, captuſque Henricus Rex, Regina & Eduardo principe fuga dilapſis. Quo audito dux Eboracenſis ex Hibernia, quo perfugerat, Londinum aduolauit, & in publico ordinum regni conſeſſu Regem ſe dixit, docuitque ſceptrum ad ſe iure ſpectare. Miſſus fuerat in Angliam Franciſcus Interamnenſis epiſcopus vt Henricum ad foedus cum Gallis ineundum flecteret, quo ex vtroque regno ad agendum Turcicum bellum auxilia elici poſſent: repulſus vero ab Henrico, nec legationem obire permiſſus, Eboracenſis ducis ſecutus partes, validiſſimus clādis Henrico Regi datæ auctor extitit: ac tum legati apoſtolici inſignibus ſuſceptis, magnum ſibi apud Anglos ex regia calamitate nomen peperit c.

Eboracēſis regnum ad ſe ſpectare demonſtrat.

Interdictum Apoſtolicæ Eboracenſem tuetur.

c Polyd. ſup. lib. 23.

108 Emergentibus ſubinde nouis rerum conuerſionibus, Regina Margareta Renati Regis filia auxilia vndique aduerſus regios hoſtes comparauit, eoſque vementes cruento prælio deleuit d, in quo Richardus dux Eboracenſis factionis princeps cum Edmundo filio ſecundo genito comite Rotlandiæ, & comite Salisberienſi captus eſt, quos Reginæ imperio cæſos Monſtreletus e refert, eorumque capita haſtis infixa, Eboracenſi vero duci ob affectatum regnum ludibrij cauſa papyraceam coronam impoſitam tuliſſe.

Præter ſpē conuerſarum rerum facies. d Gobel l. 3.

e Monſtr. anal. 3. p. 183. Polyd. Virg. lib 23. & alij.

109 Ex his Anglorum diſſenſionibus Iacobus Scotiæ Rex incurrendi in Angliam occaſionem ſumpſit, Roxburgumque ditionis Scotiæ obſidione cinxit, ac dum tormenta in arcem librari iubet, vtque arbiter & exactor laboris inſtar, vna e machinis violentia ignis, excuſſo cuneo ligneo, cæteris illæſis, Regem ipſum in terram deiectū exanimauit. Aulici, qui proximi aſtabant, ne promulgato aduerſo caſu diſſolueretur exercitus, corpus velarunt. Regina, quæ eo die in caſtra venerat, confirmato animo inſtare obſidioni duces iuſſit, ac breui in locum defuncti alium Regem ſe adducturā pollicita eſt. Puduit fortes viros vinci a fœminæ fortitudine, arcemque maiori impetu adorti Anglos laboribus vigiliiſque confectos ad deditionem compulerunt: adductus vero in caſtra Iacobus III. ſeptennis puer Scotiæ Rex ſalutatus eſt; arx vero, ne denuo belli cauſa eſſet, ſolo fuit æquata. Hunc finem vitæ habuit Iacobus II. anno a Chriſto nato MCCCCLX. ætatis anno XXIX. poſtquam regnare cœperat XXIV.

Scotiæ Rex in Angliā incurrit.

Tormenti bellici cuneo deiecti pius.

Iacob° III parenti ſuccedit.

110. &c. In Gallijs ſpoliatus comitatu a Carolo Rege Ioannes Armaniaci comes ob habitam cum Iſabella ſorore, coniugij ſpecie, inceſti conſuetudinem, rerumque omnium egenus ad Pontificem veniam tanti ſceleris peiturus acceſſit; cui Pius hanc pœnam irrogauit: *In nomine Dei omnipotentis, cuius maieſtatem offendiſti peccando, & cuius miſericordiam redeundo petis, iniungimus tibi ne ſororem tuam, quam inceſtu polluiſti, poſt vnquam alloquaris, nec literas aut nuncium mittas, neque in eo loco ſis vbi ea fuerit, atque hoc iureiurando promittas. Deinde vt quamprimum, cum facultas tibi adſit, aduerſus Turchos arma capeſſas, & anno integro pro fide bellum geras, non minorem quam viginti quinque lanceatum equitatum adducas, & hoc fac in partibus Hungaria vicinis, ſine alijs locis. Tertio iubemus, vt auriquinque millia ducatum in reparandis eccleſijs, monaſterijſque eroges: interea dum hoc facere non potes VI. feriarum in pane & aqua ieiunium indiximus, quod definere volumus quam primum in Turchos bellum caperis. Reliquam penitentiam ſine mariſtandarum puellarum, ſine orationum, aut amplioris ieiunij dictibus filius noſter Berardus Cardinalis Apoſtolus tibi iniunget, qui noſtro nomine a reatu, & cenſuris te abſoluet. Tu ergo hanc penitentiam libenter amplectere & deuote exequere. Quibus dictis comes ipſe gratias egit, iuramitque cuncta ſeruare. Quod opus & pium, & ſanctum viſum eſt inſigni animæ, quæ perierat, Domino reſtituta.* Reuocato in ſinum Eccleſiæ comite Armaniaco Pius literas commendatorias ad Francorum Regem dedit e, vt clementia in miſerum principem vteretur, ipſumque in priſtinum ſtatum & honorem reſtitueret; nam quamuis atrox facinus patraſſet, eum tamen deceptum a duobus nefarijs hominibus, qui perſuaſerant pontificiæ auctoritatis beneficientia ſororem iuſto connubio

Armaniacus comes inceſtum cum ſorore nuptiarum nomine prætexit. Colloquij & literarū commerciū cum ſorore inceſtuoſa vetitum.

Aliæ inflictæ pœnæ.

e Lib. brev. pag. 138. Subornatus fuerat ab impoſitoribus.

bio

bio iungi posse, compertaque fuisse adulterina de ea re literas, auctoresque foedus confessos.

IESV CHRISTI
annus 1461.
PII PP. II. FRIDERICI III. IMPER. OCCID.
annus 3. annus 22.

Iudic. 9.

1. &c. PEpigerat Pius arctissimum cum Ferdinando amicitiæ fœdus affiniratis, Picolomineæ familiæ amplificãdæ ipe adeo vt omnia studia ad collapsas res eiusdem Ferdinandi restituendas, ac proceres & populos in illius fidem reuocandos contulerit. In auxilium enim eiusdem Ferdinandi Antonium Picolomineum nepotem mille quadringentis equitibus, & peditibus mille succinctum submisit, a quo munitissima arx Simeßani ducis ad ostium Vulturni sita expugnata, pluresque aliæ res gestæ: in Apulia etiam ab equitatu Scanderbegi instauratæ Ferdinandi res; quinetiam ipse Scanderbegus secutus Pontificis consilium, exposita Turcis grassationibus Albania, improuide traiecit in principatum Tarentinum, illumque ferro vastare aggressus, Tranensem vrbem Ferdinando asseruit, confectisque aliquot præliis tumultuarijs propere in Macedoniam regredi coactus a est, cum illam Mahometes popularetur. Steterc ita res Ferdinandi, inque dies magis redintegratæ contracta b inter Picolomineam & Aragoniam familiam affinitate; Ferdinandus enim Mariam filiam Antonio Picolomineo Pij II. nepoti matrimonio iunxit, tributo dotis nomine Amalphitano ducatu. Exinde autem Pius maiori ardore tutatus est Ferdinandum; non enim modo clam solicitauit populos, interque alios Aquilanos c, vt a Gallis ad Ferdinandum deficerent, sed etiam anathemate perculit eos, qui Andegauensium principum ius merentur. Certatum toto anno est inter Ferdinandi Ioannisque Andegauensis sectatores; & Cosentia, quæ ad Gallos defecerat, a Ferdinandi exercitu expilata d.

Pontificia vires impendo Ferdinando cõsumptæ.

Submittit Ferdinãdo auxiliares copias.

Scanderbechus in Apuliã traijcit pugnatque in Gallos.

a Barlan vit Scanderbeg. l. 10.

b Gobel. l. 6. Affinitatẽ cum Ferdinando contrahit Pius Omni contentione eam tuetur

c Ibid. p. 187

6 Infeliciter quoque bellum a Renato Rege in Liguria gestum est, quod describit Franciscus Philelphus e: cæsis a Fregosia factione quatuor Gallorum millibus, qui irruptionem in Genuensem portum fecerant.

d Gobel. l. 5.

e Philelph. l. 19.

7. &c. In ditione pontificia plures turbæ sunt concitatæ, maxime in Piceno a Sigismundo Malatesta, qui magna clade fudit Bartholomeum Cornetanum episcopum prouinciæ præsidem; sed a Neapolione Vrsino repressus est, ac Pius ob grauiora scelera iudiciariam ei actionem de crimine hæreseos intentauit f. Commendauit f autem episcopum Tarusinum, qui increpitus ob promulgatas ab ipso literas pontificias, quibus Sigismundus Veneti nominis socius anathemate damnabatur, professus est, se Pontifici vt domino semper pariturum, quamuis episcopatus amittendi discrimen sibi adeundum esset.

f Gobel. l. 7. f Ibid. p. 136

11. &c. Vrsit eodem tempore Pius in alium Sigismundum nimirum Austriacum, pontificium ius sacrilego contemptu obterentem, cum ob pertinaciam hæreseos suspicione laboraret, iudiciariam securitatem: cui neganti se aliqua hæresi obstrictum, cum omnes symboli articulos pia & constanti fide profiteretur, obiectum g est ab ipso non teneri hunc articulum: *Credo in vnam sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam*; quæ obiectio ita comprobata illustrataque est, quippe Sigismundus, spreto Mantuano decreto, a pontificia sententia ad futurum concilium temere prouocauerat, censuris que ecclesiasticis perculsus, sacrosanctam potestatem infringere annitebatur: in quem cum Helueti conurrexissent, Albertusque dux quereretur Austriacæ familiæ iura dissipari, respondit illi Pontifex h, non aliud vitionis genus de Sigismundo a se experi, quam vt rite resipisceret, ac tum eum amantissime paterno sinu exceptum iri.

Censuræ in Sigismũdũ Austriacũ exercent.

g Bull. tom. 2. pag. 189.

Sup. p. 218

Bauaro resipiscenti iuri stare contra obiecit.

h Ibid. p. 216

15 Periclitabatur etiam dignitas Imperatoris, cui Germani in colloquijs detrahebant, bellumque intulerat illi Ludouicus Bauariæ dux. Friderico vero offerente Bauaro legibus & æquitate controuersiam diremptum iri, nequiuit illum ad pacem flectere, dedit i postea Pontifex mandata Augustensi Cardinali, vt censuris ipsum ac socios percelleret. Suscepit aduersus Ludouicum Imperatoris partes Albertus Marchio Brandeburgensis.

16. &c. At contra vtrumque coniurabat Dietherus Isemburgensis archiepiscopus Moguntinus, qui per simoniacam labem solium conscenderat, & pontificum imperatoriumque auctoritatem obterere moliebatur, cumque a minoribus iudicibus Romanæ curiæ damnatus anathemate non ad Pontificem, sed ad futurum concilium prouocasset, iactans hoc vnicum esse remedium relictum aduersus Apostolicæ sedis imperium ipsum in publico cœtu Rodulphus pontificius internuncius his grauibus sententijs refregit: *Ab eo appellasti, Diethere, qui tamen agre ferres, si quis prouincialium suorum a te ipso appellasset. Sed quem appellasti iudicem? quem prouocasti tuæ causæ cognitorem? Futurum concilium, dicis, appellani. Et vbi est futurum concilium? vbi sedet? vbi tribunal eius requirimus? pulchra inuentio, vt impunita sint scelera, vt liceat sine metu iudicij aliena inuadere. Is iudex appellatur, qui nusquam reperitur. In conuentu Mantuano aduersus hanc nequitiam lex edita est, qua appellanti ad futurum concilium eam irrogat pœnam, quæ rei maiestatis, & fautores hæreticorum plectuntur.* Pudore confusus Dietherus vocatis tabellionibus clam editam prouocationem damnauit; id quod antea etiam Fridericus Palatinus Rheni, qui eiusmodi appellationi adhæserat, a Rodulpho edoctus egerat, quamuis vterque postea ad ingenium redierit.

i Ibid. p. 216

Pronuncio nis Diethe ri iniquitas demonstratur.

Damnat suam pro uocationẽ Dietherus.

19. &c. Incendisse in se plurimorum odia Dietherum cum parum simoniaca labe principatum maioribus flagitijs inquinaret, refert Gobelinus k; quare de eo gradu deijciendo sumpta sunt a Pontifice consilia: atque Adolphus Nassouius comes imperatorio stemmate clarus in eius locum suffectus est l, qui principatum sine bello comparare ac tenere non potuit. Tradunt enim scriptores Germanici m, mense octobri anni proximi Moguntiam noctu ab Adolpho proditione capram, ac quingentos ciues ferro obtruncatos, mulieribus vim illatam; Dietherum vero pene interceptum, nisi noctis silentio per funem esse mœnibus vna cum Philippo comite Catzenelbogio demississet, ingressusque scapham piscatoriam fuga in tutiora loca se recepisset, e quibus postea in Adolphum bellum redintegrauit.

k Gobel. l. 6.

l Lib. buller 38. pag. 98.

m Naucl. vol. 2 gener. 49. Feror l. 5 in Adol. annal. Moguntarch in Dieth.

Redintegratum a Dietherobellum.

26 Implicita his dissentionibus Germania, quatiebat sui terrore Pannoniam Mahometes, adeo, vt fama increbresceret ipsum iterum ad Albam Regalem castra moturum.

Mahometes immittet Hungariæ.

27. &c. Nec minus quam Hungaria horrebat Rhodus sæuissimi illius tyranni metu, cum armorum foedus cũ soldano Ægyptio ijs pactionibus sãxisset, vt Ægyptius Cyprum sibi subigeret, ipse Rhodiorum equitum nomen excinderet, insulamque Turcico imperio adiungeret. Eo vero Turcicus terror grauius Rhodios perculerat, quo viribus admodum, ob luis, ac dein consecutæ famis grassationem, debilitati essent. Missis itaque oratoribus occidentalium Christianorum

Conspirãt Ægyptius & Turca ad delẽdos Christianos.

rum opem imploraruntne ipſis, qui tot antea pericula nominis Chriſtiani tuendi gratia adiſſent, iam in ſummum diſcrimen adductis deeſſent. Acceſſere illi primum ad Pontificem, qui Chriſti cultores encyclicis literis ad capienda arma, aliaque ferenda præſidia eſt cohortatus a.

a Lib. 37. pag. 71.

30 Funeſta quoque erat Cypriarum rerum facies, Iacobo Lutiniano, Ioannis Regis defuncti filio ſpurio, ſoldani Ægyptij ope regno potito; cuius regni in priſtinam libertatem reuocandi cupidus Pontifex, Ioannis Regis Aragonum, aliorumque principum ope claſſem parare decreuit b, cum maxime Ludouicus Sabaudus Rex Carolæ maritus ab Ægyptio exercitu obſidione cingeretur; ac Iacobi regium nomen a ſede Apoſtolica eblandiri conantis oratores repulit c.

De recuperanda Cypro agitata conſilia.

b Lib. 12. pag. 158.

c Lib. 12. pag. 155. Carola Regina in occidentem venit. A pontifice honorifice excepta

31. &c. Interea Carola Regina, vt viro in Cerinenſi arce obſidione preſſo ſuppetias ferret, cum Rhodiorum vires tenuiores eſſent, in occidentem ad colligendum auxiliarem exercitum venit, primumque adijt Pontificem, a quo honorificentiſſime accepta, cultaque eſt, prodeuntibus obuiam cunctis Cardinalibus, tum laute in palatio eſt habita, vt narrat Ioannes Gobelinus d, petentique auxilia hæc reſpondit Pius; *Quæcunque poſtulaſti ex nobis feresi equos dabimus, quibus ad ſocerum pergas, & ſumptus itineris, & frumentum, & vinum in Ancona rediens paratum inuenies, quod nauibus ad obſeſſos vehas: exercitum ipſa in Sabaudia, & in Gallia coges, quo regnum vendices.*

d Gobel. l. 7.

34 *Regina*, ſubdit Gobelinus, *pro reſponſo gratias egit*, nimirum Pontifici, *manſitque deinde diebus circiter decem Romæ donec baſilicas martyrum præcipuas viſit, & allocuta Pontificem quater aut quinquies, impetratis, quas voluit, pro ſe ſuiſque comitibus gratijs, itineri ſe commiſit. Pontifex ſingulos Cardinales ſingulos ei clargiri equos iuſſit, ad numerum vſque neceſſarium ipſe ſuppleuit, diſpenſatoremque addidit, qui cumpus itineris miniſtraret, etiam extra terras eccleſiæ, ſi neceſſitas ingrueret: comitatus eius equitum circiter quinquaginta fuit. Quod Senenſes Pontificis ſecuti exemplum per ſuos fines abunde præbuerunt; idem fecere Florentini, & Bononienſes, & deinde reliqui per quorum prouincias vſque in Sabaudiam ventum eſt, cunctis, vt Reginam decebat, ſummis honoribus exceptis. nuſquam minus quam in Sabaudia bene viſa.* Exhauſta nimirum viris & opibus erat Sabaudia, neque vlla auxilij ſpes illi ex Gallia affulſit, quamquam eam Pontifex Ludouico Regi commendauit e. Itaque collectis leuibus auxilijs poſtea regreſſa per Mantuam ac Venetias, Rhodum ſe contulit, deinde ad Cerinenſem arcem rediit, atque etiam Paphum in deditionem recepit f; ſed paulo poſt vtraque arx a Iacobo tyranno obſidione cincta, ac Paphus breui illius ingum iterum accepit g, tum reliquiæ Græcorum imperij in Aſia a Mahomete ſunt euerſæ h.

Datus illi cõmeatus.

Nulla ex Sabaudia auxilia elicere potuit.

e Lib. brev. epiſt. 388.

f Iac. Liſimanin. in hiſt. Cypr. hæc non.

g Lib. brev. epiſt. 388.

Græcorum imperij in Aſia excidij reliquiæ.

35 Duxit nimirum in Græcos Aſiaticos exercitum Mahumetes, quo tempore Dauidis Imperatoris Trapezuntini, aliorumque Aſiæ Regum fœderatorum oratores in occidente verſabantur, vt occidentales Reges ad bellum Mahometi inferendum concitarent. Legationis princeps erat Ludouicus Bononienſis ordinis Minorum, qui orientis patriarchæ titulos ſibi aſſerebat; is vero, hoc ineunte anno, a Pio ad Carolum Francorum Regem, & Philippum ducem Burgundiæ cum ampliſſimis mandatis legatus eſt i, vt ipſos ad conficiendam contra Turcas expeditionem, paciſcendumque cum Trapezuntino, Perſa, Armenio, Georgiano, Meſopotameno armorum fœdus, accenderet,

h Lib. 12. pag. 94. ex eius apud Wadding. hoc ann. num. 11.

36. 37 Profectos oratores ad Carolum VII Francorum Regem refert Monſtreletus a, atque ab eo magnifice habitos; quid vero poſtulantibus exercitum in Turcas mitti reſponderit, ſibi non exploratum addit. Inde abiere ad Philippum Burgundiæ ducem b, ad quem extant commendatitiæ Pij literæ c de his oratoribus ſcriptæ, acceptique honorifice elegantem orationem, ipſum ad bellum ſacrum ſuſcipiendum adhortantes, habuere, quæ typis cuſa eſt d, in qua etiam & pollicebantur, Aſiaticos Reges, ſi bellum adminiſtraret in Turcas, in Hieroſolymitano ſolio illum collocaturos. Spopondit illis Burgundus e opem operamque ſuam, modo principatui ab Francorum Rege cautum foret, muneribuſque egregijs eos ornauit. Reuerſi autem in Gallias exequijs Caroli Francorum Regis interfuere. Funeſtus extitit tanti Regis obitus, qui cum multa ſapientia, regno ampliſſimo armorumque potentia floreret, in ſummam calamitatem cecidit: perculſus enim aliquorum ſuſurris, qui venenum ipſi paratum ſignificaueram, in delirium melancholicum incidit, ſeptemque dies ſine cibo tranſegiſſe feruntur: quo animaduerſo, cum iam de ſalute actum eſſet, coniunctiſſimi illum ad cibos capiendos adegere, ſed fruſtra, cum iam vitalia ex inedia exaruiſſent, refert Gobelinus f: *Cæterum clauſis iam vitalibus mortem certam inuens*, inquit Paulus Æmilius, *gratias Deo egit, quod die peccatricis feſto e vita hac euocaretur; die enim diua Magdalenæ feſto deceſſit Magduni Biturigum, eius ſæculi LXI.*

Adit eum ceteris Galliorum Regem.

a Monſtr. vol. 3. pag. 85.

Burgundo regnum Hieroſolymitanũ pollicitum ſi in Syriam accederit.

b Meyer. l. 16.

c Extat apud Wadding. ann. 1460. num. 11.

d Extat apud Æn. Syluſ. epiſt. 380.

e Monſtr. vol. 3. Meyer. vbi ſup.

Funeſtus Caroli Regis obitus ſeipſum necantis fame.

f Gobel. l. 6.

Accepto eius mortis nuntio Ludouicus filius ex Belgio in Gallias profectus paternum regnum accepit g, atque a Iouenello archiepiſcopo Rhemis inunctione regia ſacratus eſt. Adfuere in ea celebritate legati orientalium Regum, flagitaruntque vt expeditionem conficeret in Turcas: ſed pluribus diebus promiſſis deluſi, re infecta reuerſi ſunt ad Pontificem, a quo non ita, vt antea, honorifice ſunt accepti, cum ſuſpicio oborta eſſet (iniqua nempe ab ijs, qui præclara aliorum facinora rodunt, iniecta; nam veram non fictitiam legationem extitiſſe inferius conſtabit) Ludouicum illum ordinis Minorum fratrem inſignem eſſe impoſtorem, qui adumbratam eam legationem confinxiſſet, vt auri vim ingentem, ac regia munera ijs artibus compararet.

g Monſtr. vol. 3. pag. 66. & alij vbi ſup. Ludouicus filius ipſi ſuccedit.

38. &c. Interea Mahometes Sinopem in ſuam redegit poteſtatem, ac ſolo terrore bellum confecit, vt narrat Pius, recenter geſtam rem hoc anno deſcribens h: deinde Paphlagoniam i ſubegit, conuertitque in Trapezuntem imperatoriam Comnenorum vrbem vniuerſos impetus j; cum inſigni ignauia Dauid Imperator ſpe incolumitatis ductus deditionem fecit: *Poſt modici temporis internallum*, ait Georgius Phranzæ m, *reperta aduerſus illum cauſa non vera, facultatibus omnibus ſpolianit, ac pugno interfecit.*

Sinope expugnata a Mahumete.

h Pius hiſtor. Aſiat. cap. 55 Phrantz. l. 3 c. 29. Bizar. hiſt. rer. Perſic. l. 9. & alij.

Subacta ab eodem Paphlagonia.

i Id. ibid.

j Pius hiſtor. Aſiat. cap. 53 Phrantz. ſup. c. 27. Calchid. l. 9. Biz. ſup. l. 9 Boſ. l. 7.

m Phrantz. ſup. c. 27.

43 Tum tyrannum propagatis in Cappadocia late victorijs, triumphali pompa reuerſum Conſtantinopolim, claſſem in Ægei maris inſulas, quæ parebant Chriſtianis, immiſiſſe traduntn, ac Lemnum Lesbumque expugnaſſe, Mitylene vrbe prope deleta, & inſulanorum multitudinem velut alteram coloniam Conſtantinopolim abduxiſſe; Nicolaum vero Cataluſium Lesbi principem patricium Genuenſem immaniter interemiſſe. Samothracem etiam inſulam a Mahomete antea captam ex literis pontificis o conſtat. Præter tot inſulas & regna adiuncta eſt Turcico imperio nobiliſſima peninſula Peloponeſus olim dicta, nunc Morea, ob Thomæ & Demetrij deſpotarum diſſidia,

Lemnus Lesbuſque a Mahomete expugnatæ.

n Bizar. hiſt. Perſic. lib. 9. Roſcus par. 2. l. 7. & alij. Samothracæ & imbrus ſubacta.

o Pius lib. 12. pag. 316.

43 De Demetrij & Thomæ Palæologorum clade prodit p Turco-græca hiſtoria; miſerum Demetrium,

p Turcog. l. 1

qui

qui socer Mahometis fieri affectarat, ad tantam redactum inopiam, vt ne quidem equum habere Adrianopoli permitteretur, & vix ob Mahometæ basse preces supplicium euasisse: de Thoma vero fratre felliciore, qui in Romani Pontificis sinum perfugit, hæc refert Gobelinus a: *Pontifex profugum benigne excepit, miseruitque nobilissimi sanguinis, mansionem ei in ædibus sanctæ Spiritus non procul a palatio, & in sumptus menstruos trecentos aureos constituit. Cardinales ducentos addidere: cui & rosa aurea in die dominica, qua inde nomen habet, dona data est, qui honor nobilioni cedit.*

a Gobel. l. 5. Quingenti aurei menstrui illi cõstituti.

44. &c. Caterum Pontifex tantis barbarorum progressibus perculsus educere exercitum in expeditionem aduersus Mahometem II. decreuit, moreque decessorum suorum ipsum monuit, vt Christianorum imperium vastare detineret, atque hortatus est b, vt Christiana sacra amplecteretur, eumque orientis imperatorem iure appellatum iri, atque imperium suum latius propagaturum religione quam armis; immo mox Ægyptios, Syros, Arabes, Afros, ab illo subactum iri: contemnendos esse eorum susurros, qui aiunt baptismo suscepto illum a Turcis deijciendum, ac modum, quo populos facile in officio contineret, edocuit: Constantini & aliorum Regum, qui Christo nomen dederant, exempla proposuit, necnon ingentem gloriam, quam Turcis ad veram fidem adductis sibi pariturus esset: inanem esse huius mundi felicitatem, ac veram in cœlo seruata lege euangelica consectandam: tum mysteria fidei Christianæ exposuit, multa de Trinitate, quam in Deo Turcæ negant, disseruit, Mahumeticæ legis deliramenta detexit; matre enim Macedone Christiana natus Mahometes, vt supra diximus, superstitiosam Mahumeticæ impietatem suspectam habebat. Et tamen obtusas aures Pio veritatem proponenti præbuit, nullamq; legem ipsum coluisse creditus est: ad quem frangendum armis Pius animum conuertit.

b M. s. Vallic sign. nu. 91. p. 92. & l. 1. epist. Pij II. num. 396.

Pius Mahometem de amplectenda Christi fide solicitat.

113. &c. Porro eas exaratas literas hoc anno colligitur ex alijs c ad Ludouicum Francorum Regem datis, quibus eum hortatus est, vt ruenti religioni opitularetur, miserumque orientis statum exposuit; ex quibus constat hoc anno Trapezuntinum bellum a Mahomete gestum, & auctores d, qui ad superiora tempora retulere, refellas.

c Pius II. lib. epist. n. 387.

d Bizar. hist. Pers. l. 9. Iouius l. 7.

Pius, &c. Quia, sicut accepimus, Mahometes Turcorum dominus Sinopin, & Trapezuntem, & multas alias in Asia ciuitates, ac prouincias de nouo sibi subiecit, & in Europam victor, ac tumens eo proposito reuertitur, vt Christianitatem proteret & conculcet, serenitatem tuam rogamus, & flentes petimus, vt respicias in quo statu est catholica fides, & quomodo ex vno latere Turci, ex alio Saraceni vrgent. Pone ante oculos lamentabiles Christianorum voces, qui per Asiam, & Græciam in medio nationis peruersæ constituti miserabilibus modis affliguntur: cogita in quo loco est sacrum Domini sepulchrum, quod inspicere absque Mahometanorum voluntate non possumus: sancta terra, quæ nobis lucem fidei præbuit, nunc in tenebris est: totus oriens plenus est spurcitia Mahometica, quæ etiam in Europam suum virus effudit, inde Græciæ, hinc Hispaniæ parte occupata, nec dies est in qua non mille Christianorum animæ pereant. Rhodus in periculo, & nobilis insula * maris quondam dicta Peloponesus in potestate Turcorum est, paucis exceptis locis: Epirus tota ad eos confluxit; Bulgaria, Vvalachia ex parte Turcis parent: Hungaria vulnus expectat, quia multis afflicta cladibus non potest tantos belli motus sustinere, nec est qui consoletur eam: timet victorem Mahometem iam spolijs orientis, & Asiæ viribus auctum. Timemus sane illi genti, timemus & alijs, qui sunt in hostium

Expostui a Pio Regi Gallo Mahometis progressus

* peninsula

Extremum Cypro & Hungariæ excidium immineri.

circuitu, nec nos sumus, qui succurrere possimus: voluimus oculos nostros modo huc modo illuc, & lustratis omnibus Christianorum prouincijs, nemo Regum, nemo principum nobis occurrit, qui tantæ rei subuenire posset, nisi tu solus, quem pius Deus sui populi saluatorem, vt confidimus, huc vsque saluauit incolumem, nec permisit in manus te persequentium incidere. Tu Dei ope hereditarium regnum in pace consequutus es mortuo patre: Philippus Burgundiæ dux clarus, & potens tibi obsequentissimus est, & cæteri duces & comites regni gloriantur, & tibi sine controuersia parent. Ex Anglia, si volueris, nil tibi aduersabitur; Hispaniam habes amicam: omnes per circuitum te venerantur, & colunt, & legationes ex longinquis partibus, ac ex ipsa Italia te honoratum, & salutatum veniunt: magna est gloria tua, magnum est Dei donum, &c. *Dat. Romæ die* XXVI. *Octobris anno* MCCCCLXI. *pontificatus nostri anno* IV. Non cepit Ludouicus pro Christo arma in Mahometem, pragmaticam tamen sanctionem, vti voto nuncupato se obstrinxerat, rescidit.

Proposita gloria si imperiũ Christianum seruarit. Burgundã futurum laborum comitem fraternosque Reges non aduersaturos.

121. 122 Extremo anno XVIII. decembris a Pio II. relati sunt in Cardinalium numerum plures doctrina, & auctoritate, gerendarumque rerum peritia conspicui viri, de quibus hæc narrat Ioannes Gobelinus a: *Cardinales ex Italicis creati sunt Bartholomæus Roverella archiepiscopus Ravennas, qui iampridem in regno Siciliæ legatum gesserat, doctrina, consilio, & morum integritate conspicuus: Iacobus episcopus Papiensis natione Lucensis, privilegio Senensis, & ab ipso Pontifice, qui dexteritatem ingenii dilexisset. Piccolomineæ donatus familia. Franciscus Mantuani principis filius nondum vigenti natus annos, verum qui corpore longe maiorem præferret ætatem, & gravitate, ac prudentia prope senili: illi ad titulum presbyterij assumpti, hic ad diaconatum,* nempe S. Mariæ nouæ. *Ex Gallicis Ioannes episcopus Astrebat egregius vir doctrina, ingenio, ac divina quodammodo memoria præstans: Ludouicus Lebretus ex regio Francorum sanguine ortus, placidæ conversationis, & cuius vita generi conueniret. Ex Hispanis Iacobus episcopus Vrgellensis domo Cardona, literis & moribus ornatus, cuius maiores ad regni quondam fastigium peruenerat: his tituli presbyterorum assignati.*

a Gobel. l. 7. Nouorum Cardinalium renunciatio.

123. &c. Reposita hoc anno est solemni ritu a Pio II. in sanctarum virginum catalogo Catharina Senensis, sanctitate & miraculis clarissima, prouehentibus sacram hanc actionem Senensibus suis precibus apud Pontificem, vt refert Gobelinus b his verbis: *Pontifex rogatus a suis ciuibus B. Catharinam Senensem inter sanctas Christi virgines referre, assito episcoporum consilio, qui tunc erant in Vrbe, de vita & miraculis inquisitione per tres Cardinales facta, qui omnia, quæ inuenerant coram retulere: interrogato consessu quid videretur, cum respondissent vniuersi canonizandam virginem esse, in basilica B. Petri suggestum apparari iussit, in quo vt diuina peracta oratione habuit de laudibus virginis, quam hic non inseruimus, in volumine reliquarum orationum conscriptam. Ea finita summo Cardinalium, episcoporum, abbatum, & aliorum, qui assistebant, prælatorum consensu, adhibitis solemnitatibus consuetis, Catharinam ipsam in catalogo sanctarum virginum ascribi mandauit: commemorationem eius fieri quotannis instituit: visitantibus sepulchrum, in quo iacent ossa in ecclesia S. Maria super Minervam, indulgentias septem annorum concessit: ac canonizationis literas ipse dictauit, quæ inter alias eius epistolas continentur.* Literæ de re in vrbe III. kal. iulij exaratæ impressæ sunt, inserteque bullario c, sed pluribus scatent mendis, quæ nos ex regesto Vaticano d emendauimus in annalibus prolixioribus.

b Gobel. l. 5.

Consecrata a Pio S. Catharina Senensis memoria.

c Buller. in Pio II. tom. 6 d Lib. 16 bull. pag. 80.

Perse-

128. 129 Perfecto sacro ritu, quo B. Catharina inter cœlites est relata Pontificem mense iulio, cum æstiui ardores accenderentur, Tibur se contulisse tradit Ioannes Gobelinus a.

a Gobel. l. 5.

Nauarræ bellum inter Regem Aragoniæ ac filium Carolum recrudescit

130. &c. In Aragonia inter Ioannem Regẽ Aragonum, & Carolum filium Vianæ principem vetus bellum recruduit: Ioannes enim vt morẽ gereret Caroli nouercæ, ex qua susceptos liberos ad solium euehere ambiebat, e maiori Baleari insula redintegrãdæ amicitiæ specie vocatum ad solemnes Ilerdenses cœtus filium nocte comprehendi violata fide, atq; in custodiam tradi iussit b; mox quin eum ficto ordine iudiciario agere cœpit, ac nouercæ priuignum tradidit. Vlturi indignum facinus Catalani arma sumpsere c, excitatique ingentes vbique pro liberando Carolo populorum motus. Accessit bello Henricus Rex Castellæ, atque in Nauarram exercitum immisit adeo, vt Ioannes Rex cinctum se vndique periculis perhorruerit. Coactus idem Ioannes filium laxauit carcere, atque omnia a Catalanis postulata admisit. Verum haud ita multo post, nimirum IX. kal. octobris Carolus mortem oppetijt d ætatis anno quadragesimo; nec defuere e, qui veneno lento propinato in carcere eum contabuisse crediderint. Moritur a patre, cum quo tot gesserat bella, veniam perijt, Nauarræque regnum Blanchæ sorori, quam Ioannes pater custodiæ addixerat, ex aui Caroli Regis testamento reliquit f.

b Sur. l. 17. c. 3 & alij.
c Gob. sup. d Sur. sup. c. 6
Catalani & Castellani pro infante arma sumunt.
E nouercæ manibus eripiunt.
Sine patre eo consensu renuntiant hæredem. Paulo post extinctus Carolus.
Nauarræ iura sorori Blanchæ relinquit.
d Sur. lib. 17 c. 44.
e Marin. l. 23. c. 1 & 4 Sur. sup. c. 24. Gobel. l. 3.

133. 134 In Anglia conuersiones factæ, totque in variis prælijs eximij duces militesque cecidere, vt si arma vertissent in Turcas, ingentes referri victoriæ potuissent. Et quidem Virgilius Polydorus g narrat, cæso a Regina Margareta Richardo Eboracensi, Richardum Vvaruicensem cum exercitu ad fanum Albani in Reginam signa extulisse, sed ab ea profligatum ac tum Regem Henricum, quem secum duxerat, in libertatem restitutum. Hæc prælia secutum est aliud cruentissimum die XXVIII. martij, vt consignat Monstreletus h, in quo Eduardus ducis Eboracensis cæsi filius, & Richardus Vvaruicensis Henricum prostrauere. Potuisse porro Reginam Margaretam post partam de Richardo Eboracensi victoriam Londinenses ad sua accipienda imperia cogere, & solio virum restituere narrat Gobelinus i: sed dum præcipuos coniuratos ad supplicium poscebat, in odium venit cunctis Londinensibus, adeo vt desperatione efferati decoram in acie mortem turpi supplicio prætulerint, atque Eduardi Eboracensis Richardique Vvaruicensis signa sint secuti. Commissa l demum est cecretoria de Anglicano regno pugna quarto aprilis die, quæ in palmarum celebritatem incidit, tanto animorum ardore odiorumque pertinacia, vt decem horis certatum sit, ac viginti hominum millia vtrinque cæsa fuerint: demum vero Henricus, cum suos terga dedisse conspexisset, vna cum vxore & filio fuga se subduxit. Capta ad decem hominum millia, quorum alij vulnerum dolore periere, alij valetudinem pristinam recepere.

g Virgil. l. 24. Polyd. l. 23.
h Mist. vol. 3. pag. 85.
i Gobel. l. 3.
Nimia acerbitate Margarera Londinenses in desperationé conijcit
l Mist. vol. 3. p. 84. Pol. sup. l. 23.
Cæsi in ciuili prælio viginti Anglorum millia.

135 Parta ea victoria Eboracensis, qui iam ante prælium Regem se dixerat, quod Henricus pactum fœdus cum Richardo violasset, coactis ad Vvestmonasterium IV. kal. iulij regni comitijs regia insignia arripuit m, atque Henricum Margaretamque regni hostes pronuntiauit, patrisque caput straminea illusum ab ijs corona honorifice sepeliuit. Ita Henricus quem Gallicæ coronæ cupidine toties pacem, & Pontificum, instabilitatem humanarum rerum proponentium, monita reipuisse vidimus, post amissas Gallicas prouincias, Angliæ etiam regno spoliatus est. Qui ad Iacobum Regem Scotiæ confugit,

Richardus Eboracensis regno potitur.
m Idd. l. 14.

collectoque exercitu ad recuperandum regnum in agrum Dunelmensem excurrit, ducemque Summersetum ad studium sui perduxit: sed ad Exhamum commissa pugna exutus exercitu iterum in Scotiam perfugit.

IESV CHRISTI annus 1462.

Indict. 12.

PII PP. II. annus 4. FRIDERICI III. IMPER. OCCID. annus 23.

1. &c. LLatum est Vrbi solemni pompa S. Andreæ Apostoli sacrum caput: & quidem illud a Thoma Peloponesi despota Pio II. Pontifici, vt supra indicauimus, dono traditum, non modo Latini a, sed etiam Græci scriptores consentiunt. Reliquerat despota illud pretiosissimum pignus Anconæ anno superiori, ad quod excipiendum, Narniamque, qua par erat, religionis magnificentia asportandum Pius Alexandrum Cardinalem tit. S. Susannæ miserat. Interea Romæ ad illud excipiendum solemnes instruebantur apparatus: seruatosque ritus describit Ioannes Gobelinus b; tum addit vt Pontifex sacrum Apostoli vertricem in Ara maxima, in qua Apostolorum principis corpus iacet, reposuerit.

S. Andreæ caput Romam a Thoma Palæologo allatum Alexander Cardinalis ad illud excipiendum missus.
a Gobel l 8. Steph. Infess. in f. Vit. fig. n. 111. & alij.
b Gobel. l. 8. In ara principe basilicæ D. Petri sacrum caput repositum.

8 Decreta est hoc anno a Ludouico Francorum Rege insignis legatio ad Pontificem, quam obiere duo Cardinales, ijdemque episcopi, Richardus Constantiensis, & Ioannes Ioffredus Atrebatensis, quos secuti sunt Andegauensis & Sanctonensis episcopi, & abbates aliquot, ac proceres nobilitate conspicui. Habuit Cardinalis Arrebatensis orationem c, deque pragmatica sanctione abrogata Pium certiorem fecit, ac Ludouici nomine fidum ei ipsum, obsequentemque futurum spopondit: tum addit Gobelinus septuaginta armatorum millia aduersus Mahometem pollicitum, si Renato Neapolitanum regnum assereret.

Insignis Gallorum Regis ad Pium legatio.
c Gobel. l. 7. Promissa septuaginta militum millia in Turcas.

9. 10 Ad hæc vero respondisse Pium, auxilia Ferdinando submissa se reuocaturum, si positis armis controuersia in iudicium adduceretur, vel si Rex armatorum septuaginta millia, vt Cardinalis Arrebatensis dixerat, instrueret; perque Italiam in Græciam, & Asiam iter pararet, simulac enim alpes superaret, omnia illi ex voto successura, Genuam subituram Regis imperium, Neapolitanum regnum sine mora Renato comparatum iri. Demum de inducijs actum, vt vel iudicio, vel pactione lis dirimeretur d. Interea dum cunctatur Ludouicus, neque inducias facit, nec valida ad Ioannem Andegauensem mittit auxilia, pugna apud Troiam commissa est, in qua Ioannes vna cum Piccinino fusus est a Ferdinando Rege XV. kal. septembris. Non ea fuit clades, quæ reperari non potuisset a Gallis, sed geminum malum eorum res fregit, nam & Sigismundus Malatesta ipsis fœdere iunctus, qui exercitum traducere in Aprutium fuerat meditatus, sexto iam ante die ad Senogalliam fuerat profligatus, & Ioannes Antonius Vrsinus princeps Tarentinus, qui antea post Sarnensem victoriam Ioannem Andegauensem imprudenti consilio auerterat, ne trepidantem Ferdinandum, antequam auxilia pontificia posset sibi adiungere, opprimeret, ab illo ad Ferdinandum ipsum desciuit.

d Gobel. l. 8.
Antonius Vrsinus defecit ad Ferdinandum

11. &c. Quo etiam anno edidit idem Ludouicus Rex præclarum iustitiæ & munificentiæ exemplum, traditis Romanæ ecclesiæ Valentinensi & Diensi comitatibus: rem gestam narrat Ioannes Gobelinus e.

Ludouicus Rex erga ecclesiam obseruantissimus.
e Gobel. l. 9.

Longe

14 Longe aberat a Ludonici religione, ac pietate Georgius Podiebratius Boemiæ Rex, a quo decreta est insignis ad Pontificem legatio, cuius princeps Procopius Rabenstenius Boemici sigilli præfectus vetere amicitia Pontifici coniunctus, & in gerendis Friderici Imperatoris rebus subministrandisq; consilijs socius, orthodoxę vero fidei obseruantissimus; tres alij oratores Hussitica erant lue infecti. Procopius Georgij nomine obedientiam Pontifici vt Christi vicario detulit: sacerdos vero Hussita de calicis communione tanquam diuinitus reuelata, & obliquis illationibus ad salutis necessitatem pertinente plura præcipiti oratione fudit.

Hussitę oratoris impia oratio.

15. 16 Ad hæc Pontifex regij obsequij significationem gratam acceptamque habere se respondit; dein de calicis vsu addidisse refert Iacobus Papiensis, qui aderat: *Non licere ab institutis Ecclesiæ, quæ Spiritu Dei regeretur, abire: instituisse autem, vt qui extra sacerdotium essent, calice abstinerent, quando & communicante turba effusionis vtrobique periculum est, & ad viaticum ægrorum sacerdote longius cum ferente seruari difficile potest; tum autem ne indocta plebs, quæ sensibus ducitur, nisi sub vtraque specie non sumi a se totum Christum & integrum crederet: conuentorum porro, quæ memorarent: conuentorum porro, quæ memorarent, modo nullam vim esse, nec licere illis, quod crederent eorum omnem rationem bipartitam videri permitti altera, vt qui vnionem Romanæ sedis seruarent, ritumque in cæteris tenerent ecclesiæ, sumendi quoque calicis vsum haberent: altera vero permitti, vt si re inde ad concilium delata illi nihilominus desiderio calicis tenebuntur, eumque missis legatis petierint indultum iri sacerdotibus suis facultatem illius ijs tantum ministrandi, quibus & per ætatem liceret, & sponte sua pie deposcerent, lege perpetuo adiecta, vt præfari populis ante calicem debeant, non in pane carnem tantum, neque in vino sanguinem tantum, sed sub singulis totum Christum atque integrum contineri: illos non seruasse conuenta, synodum quæ obtulisset non indulsisse: cum ea non seruarint, conuentorum nullum beneficium esse, quod post illa non indulserit synodus: conuenti nihil extare: non indulsisse autem, vel quod non petierint Boemi, vel quod indigni ob neglectum habiti sunt: ita causam non superesse cur aut nos ex conuentu appellent, aut Romanam sedem ijs moueri oporteat.*

Pontificis responsum

Conuenta a Bohemis non obseruata.

17 Reuersis in Boemiam ijsdem oratoribus indicti sunt ad eos audiendos solemnes Pragæ conuentus, atque prima die omnia ordine exposuere. Alcera productus Fantinus orator pontificius apostolica mandata constanti animo ita absoluit: *Imperauit Georgio, vt calice abstineret, idemque a cæteris fieret. Rememoranit quoque iusiurandum solemne, quo inter sacra coronationis de ijs cæterisque ad religionem pertinentibus se olim adegerat; præstandam protinus tanti promissi fidem edixit, quam necessario sedes Apostolica repetat: eam si non præstiterit, timendum videri, ne periurij hæresisque subeundum sit iusme iudicium, cuius rei magno Regi ad tuendam æstimationem curam non lenem esse oporteat.*

Vetat Georgio Regi ne ea lice vtatur veendumque prohibeat laicis Ni pareat periurij & hæreseos notam subi turum.

18. &c. His auditis Georgius excanduit, ac superante metum perfidia, laruam catholici Regis, quam etiam tum ad constabiliendas res suas prætulerat, proiecit; blasphemas etiam voces in sedem Apostolicam effudisse refert Cochæus a: non illam sedem sanctam esse, sed pestilentiæ cathedram: at vnionem fidelium omnium sedem esse sanctam, quæ Romæ non esset. Moxque Fantinum, cum prius illi stricto pugione mortem intentasset, & a suis fuisset cohibitus, ne illius sanguine manus commacularet, in vincula coniecit, ac Procopium Rabensteniun regij sigilli præfectum ob fidem orthodoxam suspectum iri custodiam tradidit: quamquam postea vtrumque Friderici Imperatoris aliorumque principum precibus flexus liberauit b. Conatum vero ipsum proceres Boemos catholicæ fidei cultores in suas partes trahere, sed illos constanter restitisse, testatur Gobelinus b, instruendisque fraudibus intentus, vt clerum catholicum seduceret, solemnes sacerdotum cœtus indixit; sed horum religio illius perfidiam vicit, quæ pluribus narrat auctor c.

Impie Georgius hæresim de calice Iudicia necessario, profes sus.

a Coel lib. 12 hist. Hussit.

a M. forsch. Vat inscript miscell: non b Gobel. l. 10. Card. Papiēs. vbi sup. & alij. c Gobel l. 10. d Papiens. sup cum. 6.

24. &c. Vbi Pontifex neglecta a Georgio apostolica imperia, violatum fidei sacramentum, hæresim publice vulgatam, tyrannice in legatum sæuijsse audiuit, iudiciario ordine in eum agere constituit d: ac primum ad Vvratislauienses contra Georgij vim confirmandos, proposito edicto ipsos a clientelari sponsione Georgio Regi præstanda liberauit e, ne in errorem adducerentur, cum Georgius damnatos de calicis vsu tanquam ad salutem necessarios ritus obseruaret, propagaretque in Boemia; tum iussa pontificia resipueret, neque vlla relipiscendi signa daret. Sed ex Boemicis rebus ad Hungaricas digredimur.

e Lib. 1. pag. 132. Vvratislauienses sacramento Regi hæretico præstito liberati

Plures leges a Matthia Rege editæ.

27. 28 Hoc anno Matthias Pannoniæ Rex celebratis Budæ mense aprili solemnibus regni ceritibus plures leges ad iustitiam probe administrandam, componendumque regni statum promulgauit: tum etiam de causis in ecclesiastico tribunali dirimendis decretum f tulit. Concussum g vero est regnum illud Turcici belli metu, ac Vvalachia vestigans eiusdem regni vastata fuit a Mahomete; qui, antequam signa attolleret in Hungariam, Matthiam Regem postulauit de pace, adiecta lege, vt Bosnam & Vvalachiam Turcico imperio permitteret: at Matthias, quamuis intestino cum Friderico æmulo implicitus bello, pacem earum prouinciarum damno emere constanter respuit, ac virum nobilem superiori anno a Turcica seruitute pretio erutum ad Pontificem oratorem decreuit, qui Mahometis petita minasque exponeret: Turcam maximum exercitum comparare, quo Pannoniam inuadat, Bosna & Vvalachia datis tantum placari posse, a quibus prodendis hosti animus abhorreat. Cæterum si Hungariam barbarus sibi subegerit, in Italia eius arma expectanda, cum ad occidentis imperium debellato orientali aspiret; poscere itaque Hungarum a Pontifice opem in extremis rebus. Ad hæc respondit Pius exhausto licet ærario pontificio, suo tamen auro mille equites, qui Regi profecturo ad bellum se coniungant, conducturum: non defuturos auxilio Venetos, ac proximo anno maiores suppetias submissum iri. Abijt itaque in Hungariam orator, Cardinalis Strigoniensis promissam auri vim pro Pontifice dissoluit, ac Veneti aureorū viginti millia Regi misere: sed leniora erant hæc contra exercitum validissimum subsidia. Irrupere maximo impetu Turcicæ copiæ in Vvalachiam, breuique illam tempore Mahometis imperio supremo adiunxere.

f Bar. in append. Bonfin pag. 78. g Gobel l. 9. Mahometes Matthiam de pace postulat bellum que intendit.

Postulat a Pio Matthias auxilia.

Nummarij aliquod subsidium datum.

29. 30 Gerebat tum Vvalachiæ principatum Bladus siue Vvladus, alias Dracules, vir omni fera immanior, qui vt acceptam Mahometis beneficio tyrannidem sibi assereret, omnes prouinciæ proceres sibi suspectos blande vocatos cum vxoribus, filijs, famulisque palis confixit, eorumque opes ac dignitates inter eos, quos sibi satellites asciuerat, partitus est: tanta vero virorum, mulierum, ac puerorum, in quos eam exercuit carnificinam multitudo extitit, vt ad viginti millia peruenirent. Deinde cum Mahometem metueret, armorum fœdus in Turcos cum Matthia Hungarorum Rege pepigit, Mahometisque oratores viros principes, qui ipsum petierant insidijs, superatos stipitibus ab imo ad summum.

Eius expeditio in Podoliam.

mum transfodit: & quamquam viribus impar Mahometi, implorata Hungarorum ope, collectoque decem circiter millium equitum exercitu, tarmora Turcarum agmina sæpius concidit, atque ex insidijs procurrens tumultuario certamine cædes plures edidit: quin etiam noctu incurrere in Turcarum castra, & ad ipsum tentorium Mahometis, vt eum neci traderet, irrumpere meditatus, tantum intulit terrorem, vt vix summa Mahometis diligentia Turcæ, ne in fugam se conerterent, contineri potuerint. Sed cum ab imperatorio tentorio aberratum esset, mileſq; ad diripiendam gazam Turcicam se distraxisset, adlucescente aurora fugere coactus, plures e suis amisit. Deinde Mahometes composito agmine, per Vvalachiam late grassatus, eam adeo attriuit, vt Vvalachi Mahometis exercitus terrore, & Draculis minoris nati verbis victi illum principem renunciarint. Quo cognito Vvladus in Hungariam auxilia collecturus confugit. Sed a Matthia Rege in Alba regali in vincula est conjectus, cum Hungari illum ob exercitam in principatus auspicijs hominum carnificinam iudicio postularent: quamuis postea e carcere dimissus, auctusque exercitu plura in Turcas prælia gesserit, in quibus demum occubuit, eiusque caput domo Mahumeti transmissum est.

Vvladus in Turcica castra noctu irrumpit & Mahometē quærit ad necem.

Coactus in Hungariā profugere.

Post varia prælia occiſus.

31. 32 Elatus secundis rebus Mahometes Bosnam subigere, atque in occidentale penetrare imperium constituit: neque ea res latuit Stephanum Regem Bosnæ, qui inclinante anno oratores pro imploranda ope, regiaque corona a Romana ecclesia obtinenda, tum episcopatibus in Bosna instituendis ad Pontificem legauit a; qui exposuere subacta Bosna a Turcis Pannoniam debellatum iri; eaque debellata per Dalmatas, Carnos, & Histros in Italiam barbaros penetraturos, prædictum iam ante fuisse Nicolao Pontifici, ac Venetis ni submitterentur Græcis auxilia Constantinopolim a Mahometre expugnatum iri; si pariter Bosnæ auxilia afferantur Turcas conterendi posse, ea vero ope destituta Turcas posituros, atque in Latinorum regna irrupturos.

a Gobel. l. 11.

33. &c. Dolebat Pontifex vehementissime, agitatam Mantuæ expeditionem euanuisse, neque in Germania exercitum auxiliarem b conflari potuisse, qui coniunctus Hungaris cruce signata vexilla Turciæ inferret; & licet Bessarion Cardinalis legatus plures ob id celebrandos conuentus curasset, eos tamen re infecta dissolutos; nimirum plura magno molimine tentata, sed irrito exitu euanuisse, id vnum tantum superesse, vt ipsemet Pontifex pro defendenda re Christiana ad ducendum exercitum se Christo deuoueret, Regesque ad sequenda crucis signa suo exemplo permoueret. Cum audiuissent Pontificis verba Cardinales ingenti admiratione affecti, non dubitarunt ex Deo esse quæ Dei causam agerent. Deinde Venetos in sacri belli societatem allicere literis coratus, hortatus est, vt rem hanc ijs tantum patefacerent, sine quibus ad exitum perduci non posset. Veneti igitur coacto togatorum senatu diuinum iudicarunt susceptum a Pontifice consilium, neque opera neque armis rempublicam defuturam spondere. Laudato itaque a Venetis consilio de exercitu a Pontifice ij so eius imperatore contra Turcas educendo, Pius suasoribus Cardinalibus Laurentium episcopum Ferrariensem ad Ludouicum Francorum Regem, ac Philippum ducem Burgundiæ legauit c, vt ambos ad suscipiendum religionis patrocinium restituendumque in suū splendorem orientem incitaret: qui profectus Ludouicum ad pontificia vota flectere non potuit d. Digressus inde ad Philippum ducem Burgundiæ legatus e morbo conualescentem repperit, a quo amplissima promissa retulit. Vt vero postea Philippus egregia verba & vota periurio violarit in ipso expeditionis procinctu, dicetur inferius.

b Gobel. l. 7.

Cæsent Cardinales dignam esse Pontificē Turcicam expeditionem. Veneti spōdent arma sociaturos.

Decreti ad Gallum & Burgundū legati, vt faciant arma.

c Gobel. sup. lib. 7.
d Id. lib. 9. Burgundus verba dat & difficultates injicit

39 In Cypro Carola Regina in arce Cerinensi obsessa a Iacobo fratre spurio, qui tyrannidem inuaserat, cum auxilia a principibus Christianis elicere non potuisset, vt Ægyptios pelleret, confugit ad Mahometem Turcarum Imperatorem, ac Florinum comitem Paphi oratorem misit: sed is nulla impetrare potuit, cum Mahometes de Cypro permittenda Ægyptio, & Rhodo sibi subjciendā fœdus, vt dixi, inuisset; immo cum a basla uteretur uxorem cum filijs Constantinopolim euocare, quod ipsius basſæ coniugis soror esset, nec ille fidem Christianam prodere vellet, medius ab eodem bassa sectus est.

Cypri Regina a Turcis opem poscit ac spernitur.

40. &c. Non in oriente modo Mahometani Christianos opprimebant, verum ex Africa etiam irrumpentes complures Hispanos abducebant in seruitutem, neque libertatem largiebantur, niti Christi cultum abijcerent, aut plurimo auro se redimerent; quorum miserius Alfonsus Rex Lusitanus ducentos & quinquaginta e suis subditis ex Africana seruitute eruit, ac societatem, quæ liberandis captiuis daret operam, instituendam curauit; quam Pius apostolico confirmauit diplomate, ac prærogatiuis auxit a.

Afri ex Hispania plures abducunt in seruitutem.

a Lib. 11. pag. 96.

43. &c. Gesta hoc anno feliciter res est aduersus Saracenos Granatenses, quos Henricus Castellæ Rex bello persequebatur; cui Pontifex potenti a clero subsidiarium aurum attribuit b tertiam partem decimarum, quæ pro sacra contra Turcas expeditione imperatæ fuerant; tum medium illius anni vim, quod ex indulgentiarum promulgatione recipiendum erat. Parta e igitur est de Saracenis Granatensibus Henrici Regis auspicijs insignis victoria, & arx Gaditana, vulgo Gibraltaris Christiano cultui restituta a Guzmanio Medinæ Sidoniæ duce, eoque clarior triumphus extitit, quod humano sanguine lordatus non fuit: cum enim exortis inter barbaros intestinis discordijs præsidiariæ Gibraltaris copiæ ad oppidum aliud, cui noui inierāt tumultus, tutandum accurrissent, Castellani Guzmanio duce in Gaditanam arcem fecere impetum, eaque biduo iuste potiti, maxima religionis amplificatione, cum plures olim Christiani pro ea obtinenda cæsi putarentur, quam lapides in eius mœnibus structi essent. Porro Castellæ Regem, ne in Granatenses Saracenos admodum inde debilitatos vires effunderet, Cataloniæ turbæ distraxere; illum enim Catalani aduersus Ioannem Regem Aragonum in seditionem versi eodem tempore sibi in principem aliquere d: Ioannes vero, vt partes suas constabiliret, Ludouicum Francorum Regem in armorum fœdus aduersus Catalanos allexit e, oppignerans, pactusue Ruscinonensem comitatum pro nauata opera illi se traditurum, de quibus agunt fusius historici: nobis ea perstrinxisse sufficerit.

Gaditana arx de Mauris recepta.

Cōsul Cæsaraugustanus.

b Pius lib. 1. pag. 108.

c Gobel. l. 10. Marian. de reb. Hisp. lib 23. c. 3.

d Mariā. lib. Rex Castellæ in principem aciem a Catalanis.

e Sur. t. 3. f. 6. 38 Belcar. in Comment. Gall. anno 1. n. 5. & alij.

46. 47 Hoc anno pestis Vrbem, pluraque alia loca inuasit, cum Pontifex Viterbium, inde balnea petiturus se contulisset, quo etiam Cardinales sunt profecti, atque ita breui curia ibi aucta est; sed suborta dein lues plures ciues & aulicos extinxit: quocirca Pius paucis apud se retentis Cardinalibus, ac datis alijs, quo vellent, ad declinandum morbum pergendi potestate, Volsinium se recepit, alijsque circumoppidis perlustratis, Corsinianum natale solum venit, quod assentientibus Cardinalibus episcopali intignitum dignitate Pientiam appellari iussit, ac templum imbi magnificentissime constructum dicauit; quæ fuse prosequitur Gobelinus f: extat vero apostolicum diploma g, quo idem oppidum episcopalis sedis dignitate exornauit, atque prærogatiuis affecit.

Luem in vrbe grassantem fugit Pius. Corsinianū episcopali apice ornatum Pientiam vocat

f Ibid.
g Pius lib. 1. pag. 187.

48 Inter hæc de pace inter Ludouicum Francorum Regem, & Eduardum, qui Henrico sceptrum

Angli-

Anglicum eripuerat, conciliandapactum est, sed irrito, exitu cum Eduardus veteri in Aquitaniam Normanniamque iure non decederet. Ludouicus itaque Francorum Rex Henrici Regis causam defendendam suscepit. Philippus dux Burgundiæ se cum Eduardo affinitate & fœdere deuinxerat; atque inde inter Francum Burgundumque odiorum semina pullularunt [a].

Negat Eduardus veteri in Normanniam & Aquitania iuri cedere, [a] Gobel. l. 9

49 Porro Margaretæ Reginæ in Gallias ad Ludouicum transfugienti auxiliaris exercitus decretus [b] est hoc anno, quo instructa nauigauit in Scotiam, coniunctisque Scotorum subsidiarijs copijs, in Angliam incurrit [c], aliquas expugnauit arces: sed demum conserto prælio Henricus Rex ac Regina ab Eduardo fusi fugatique fuerunt, recuperatæ arces, ferroque inmilites præsidiarios Anglos sæuitum. Hac victoria fracti omnium animi, qui Henrici partes tutabantur, ad Eduardum defecere, Henricus in Scotiam se recepit, Regina cum filio inops consilij in Gallias reuersa est.

Burgundus cum Eduardo, cum Henrico Gallus pacisciuntur. [b] Belcar. in comment. rer. Gallic. de. 1 num. 4.

Henricus iterum in Anglia fusus. [c] Gobel. l. 11.

IESV CHRISTI
Annus 1463.

Indict. 11. PII PP. II. annus 5. FRIDERICI III. IMPER. OCCID. annus 24.

Pax inter Fridericũ Imperatorẽ & Matthiã Hungariæ Regem inita.

1. &c. HOc anno Christi vicarius interuentiorum opera Fridericum Imperatorem & Matthiam Regem Hungariæ in concordiam redegit ijs legibus, vt Matthias pro redimenda sacra corona, quam olim S. Stephanus gesserat, Friderico octoginta aureorum millia penderet: eidem etiam oppida, quæ in Pannoniæ limite occuparat, permitteret: si prole caruisset, Maximiliano Frederici filio sceptrum relinqueret: Imperator vero Matthiam in filium cooptare iussus est. Cæterum Hungariæ quidem regios titulos præferre permissus est; verius tamen, ne vlterius præter ea, quæ obtineret, latius in Pannonia ditionem proferret: tum obstrictus ad Hungariam contra Turcas omni ope atque opera defendendam: quæ singula in veteri m. s. tabulario Vaticani historiæ mandata reperio, atque exarato XI. kal. nouembris diplomate confirmata.

Fridericus obsessus a fratre adactusque ad deditionẽ. [d] Lib. 25. pag. 134.

11 Ad huiusmodi autem pactiones vterque princeps necessitate coactus venit, cum in summum pene discrimen a suis hostibus adducti essent: nam in primis Imperator ab Alberto fratre, quem Hungari sociali exercitu confirmarant [d], bello est appetitus, ac Viennenses in coniurationem allecti, excusso eiusdem iugo, ipsum in Viennensi arce cum Leonora Augusta filioque Maximiliano arctissima cinxere obsidione, ac post varias hostiles impressiones, adhibito omni telorum genere, ad arcis deditionem turpiter compulere.

Decreta ab Hungaro ad Pontificẽ legatio. [e] Gobel. l. 11

12 Nec minus extitit pax Matthiæ Regi necessaria, cum ingens malorum moles instaret, qua perterritus Albertum episcopum Vesprimiensem, vt tradit Gobelinus [e], ac Stephanum Signiæ comitem ad Pontificem legauit, qui eum de imminente Turcica irruptione certiorem faceret: Hungarorum vires ad tantum hostem propulsandum impares esse, cum omne exercitus robur superioribus bellis absumptum, opesque exhaustæ essent, rogaruntque Pontificem, vt Hungaris suppetias in tanto discrimine ferret, Regesque hortaretur, ne Pannoniam Christiani propugnaculum imperij euerti paterentur, quo euerso facile iter ad inferenda cunctis prouincijs signa Turcica pateret. Audito oratore Pius, meritaque laude cumulata Hungarica virtute nonulla equitum millia sumptu pontificio in eum annum sustentaturum se est pollicitus, Regesque ad arma coniungenda concitaturum: in proximum vero annum maioris subsidij spem dedit. Quo responso accepto oratores læti in Pannoniam redierunt.

Imperatæ preces publicæ. [a] Lib. 42. pag. 332.

13 Indixit etiam pius ad conciliandam Christianis diuinam clementiam solemnes supplicationes, quas in singulis Christiani orbis ecclesijs, cœnobijs, locisque religiosis, recurrente cuiusque hebdomadæ feria quarta, composito agmine religioso peragi, precesque pro adipiscenda victoria contra Turcas fundi iussit [a].

14. &c. Excitati porro Apostolicæ sedis nomine Hungari sumpsere arma, ac Sauo transmisso hostem a tergo adoriri constituunt; reique bene gerendæ affulgebat spes, cum vnius viri perfidi scelere Bosna in Turcicam seruitutem est adducta; nam Radaces [b] Manichæus Bobazio præfectus arcem munitissimam auro Turcico corruptus Mahometi tradidit: qua elati victoria Turcæ Regem insecuti in castello Elutio obsidione cinctum fame & siti ad deditionem compulerunt: qui in seruitutem redactus septuaginta oppida munitissima octo dierum flexu Turcis dedi a præfectis iussit, ipsum vero viuum cute exutum narrat Leunclauius [c]. Tulisse famam Stephanum Regem ab ipsomet Mahomete Christiani sanguinisauido cæsum, scripsit Pontifex [d] hoc anno ad vniuersos fideles, vt eos ad religionis causam contra Turcas defendendam concitaret. At Regina Bosnæ amisso regno viroque trucidato Turcicam rabiem fugiens in Sclauoniam concessit; sed a Paulo bano contra hospitij fœdera data est in custodiam, e qua postea emissa Romam profugit, Pontificumque sustentata liberalitate, moriens Romanæ ecclesiæ imperij in Bosnam iura testamento reliquit, vt inferius videbimus. Vt vero Hungariæ Rex anno proximo Iaizam Bosnensium regiam, ac reliqum regnum bello Turcis eripuerit, suo loco dicemus.

[b] Gobel. ubi sup. & Leuncl. in dict. Hist.

[c] Leuncl. ibid.

[d] Æn. Syl. in lib. Epistolar num. 412. Regina Bosna Romam post varios errores profugit.

Scanderbechus ad stabiliendam pacem adactus.

18 Non modo in Bosna Christianæ res protritæ, verum etiam in Macedonia admodum depressæ fuere, Mahometes enim ad eam opprimendam tantos eduxit in expeditionem exercitus, vt cum immineret Scopiæ Scanderbergus barbarica potentia perterritus pacem ab hoste supplex flagitarit; deinde misso ad Pontificem oratore excusauit factum, cum pro seruanda prouincia ad id necessitate fuisset adactus, bellum tamen, cum Apostolica sedes iuberet, redintegratum iri in Turcas, ac, si principatu ab hoste pelleretur, perfugij locum in terris Romanæ ecclesiæ popposcit. Pij responsum refert Gobelinus [e] sic inquiens: *Pontifex necessariam pacem non improbauit, si (quod aiebat Georgius) imperium Apostolicæ sedis saluum esset, refugium pulso in agris Ecclesiam non defuturum, si pro religione pugnans ab hoste fidei ejiciatur.*

[e] Gobel. l. 12

19. 20 Non poterat quidem Scanderbergus humano iudicio tot exercitus aduersus se toties immissos sustinere, nisi diuina illum prouidentia texisset, atque vt alterum Iudam Machabæum cœlesti vi confirmasset. Nondum enim fluxerant induciæ, cum Mahometes [f], qui in Asia & Europa late imperium auxerat, impetus omnes in Macedoniam conuertit: sed diuino munere Syra, qui viginti millibus Turcarum succinctus erat, amissis signis & impedimentis cæsus est a Scanderbego cum octo equitum peditumque millibus occurrente: Assumbegus citra Ocridam cum triginta millibus profligatus; Iussumbeg, qui interiorem Albaniam penetrare erat ausus, cum octodecim millibus fugatus, concisis in turpi fuga duobus millibus: Curazabeg Asiaticus multis victorijs clarus a Mahomete triginta millia armatorum ad Scanderbegum debellandum expetijt: concessa ei omnia ab illo, atque etiam decem millia superaddita: sed cum

[f] Marin. Barlet. l. 12

autumno præcurſorum quatuor millia immiſiſſet, ea mature detecta terro delata fuere: progreſſus tamen in Liuad planitie caſtra fixerat, in eumque mane Scanderbegus incurrere cœperat, cum maxima imbrium copia diremit prælium, tamque ſæua tempeſtas triduo demiſſa eſt, vt barbarus prodigium eſſe ratus merſis pluribus tumentis Epirum deſeruerit. At Mahometes cum vinci armis Scanderbegum non poſſe doleret, artu aggreſſus, de pace verba fecit, quibus obtendem eius filium ſibi tradi, & liberum aditum, vt irrumperet in Venetos dari petijt: quæ poſtulata a Scanderbego repulſa fuere: ſine his legibus poſtea redintegrata pax, quam paulo poſt violarunt tœnitragi barbari, abacta e Macedonia præda.

Veneti Mahometi bellum inferunt.

21. &c. Suſceptum vero iam erat bellum a Venetis antequam Boina amitteretur Aloyſio Lauredano duce, qui Turcis ad Boſnenſem expeditionem protectis adiungendæ Veneto imperio Peloponeſi occaſionem arripuit a. Geſta initio a Venetis feliciter res eſt; Peloponeſiacus iſthmus, qui inter duo maria Ionium & Ægeum milliarium ſex interuallo protenditur, eaque de cauſa Examilium nuncupatur, longo muro ac turribus ſupra centum & quadraginta, cum vetuſta extarent fundamenta, incredibili celeritate ductis vtrinque foſſis, internoque excitato aggere communitus eſt. Inter quæ ſollicitatus eſt Philippus dux Burgundiæ miſſo Luca Dalmata internuntio, vt Turcico bello ſe accingeret; ſed, vt narrat Gobelinus b: *Laſciuienti inter delitias Burgundo quamquam ſeni, & modo in choreis modo in palæſtris voluptates haurienti, cœnaſque lautiſſimas ad noctis vſque medium perducenti, cura religionis excidit.* Correptus autem inopino grauiore morbo, ac dein eo recreatus ſuam inſpernendo voto perfidiam proceribus accerſitis accuſauit, proieciſſe diuina tantum gratia vitam ſe accepiſſe, commeruiſſeque mortem ob abiectas de ſacra expeditione curas: proinde vt omnes ſacro operi ſe accingerent, imperauit. Vocato etiam Luca nuntio pontificio referre Pio iuſſit, appetente feſto die aſſumptæ in cælum Virginis ſacro, oratores de bello Turcis inferendo acturos ſe tranſmiſſurum, rogareque, vt die conſtituta principum Italorum oratores congregaret. Miſſus eſt quoque a Burgundo Guillelmus epiſcopus Tornacenſis, qui primum Pontifici ex arcano aperuit ſuſceptam a Philippo de adminiſtrando bello Turcico ſententiam: deinde ea de re elegantem Romæ in publico conſiſtorio habuit orationem; promiſitque Philippum proximo vere ducturum in Turcas copias ſuas, non ſenio, non ſanguini parſurum, nec ducis modo, verum & militis munus acturum. Excepta eſt ampliſſimis cum elogijs huiuſmodi Philippi legatio, pluraque in eius commendationem prolata; ſed quæ repetere pudeat, cum hæc poſtea noua ſegnitie & perfidia ipſe labefactarit.

a Gob. l. 11. & 12. Colend. l. 10. Pont. l. 3. a. 27. Sabel. l. 3. dec. 6. & alij.

Examilium ductu ab vtroque mari muro communitum.

b Gobel. l. 11.

Carnis delicias curas belli ſacri delent.

Vexatus morbo Burgundus ſe reum voti violati agnoſcit.

Mittit oratores ad Pontificem pro inſtrpêdo bellico apparatu.

Coacti a Pio Italorum principum oratores.

c Gobel. l. 11.

24 Interea Pius poſtridie eius diei, accerſitis in concilium Italorum oratoribus, expoſitaque Philippi ſponſione, ſciſcitatus eſt, quæ tandem pro tuenda religione ſubſidia conferre vellent; ijſque reſpondentibus admiſſuros lubenter onera, quæ ſedes Apoſtolica in tam iuſta cauſa imponeret, ſubiecit, vt inquit Gobelinus c: *Quid opus eſt multis immoremur? Extat Mantuanum decretum, illud, ſi placet, ſeruabimus: in eo ſecundum vires diſtributa ſunt onera, clericis decima, laicis trigeſima prouentuum trium annorum impoſita ſunt: Iudeis omnium bonorum vigeſima. Laudauerunt hoc omnes populi, quamuis poſtea executio impedita eſt, Italia nouis bellorum motibus perturbata; nunc pax propemodum redijt; licebit iam Turcis inferre bellum: pecunia, quæ neceſſaria eſt, ſecundum decretum colligi poterit: nobis nec facilior vlla via occurrit, nec diſtributio æqualior,*

Ad hæc oratores Italiæ addidere, laudare ſe quidem illa tamquam priuatos, nullis tamen mandatis a principibus pro ijs admittendis fultos eſſe; conſulturos vero principes ſuos an æquis poſtulatis aſſentirentur. Ac inter hos oratores Venetus ſubiecit, non his adhortationibus egere ducem, qui iam Vrſatum Iuſtinianum magna inſtructum claſſe immiſiſſet, partemque Peloponeſi Turcis eripuiſſet; decumas, vigeſimas, trigeſimas ſenatus conſilio imperaſſet, nec rempublicam Venetam Pontifici in ea cauſa defuturam: ac tum Pius collaudatis Venetis, ad reliquos oratores conuerſus, vt auaritiæ ſuſpicionem abſte remoueret: *Ite*, dixit, vt refert Gobelinus a, *& veſtris dominis renuntiate, quæ diximus, atque hoc vnum adijcite noſcorum pecunias minime cupere nec tangere illas velle: exigant ipſi a ſuis ſubditis argentum, atque in milites & naues erogent, quibus in bello poſſimus vti: ipſi duces ſibi deligant, & ſua nauibus affigant ſigna, libentius hæc auxilia, quam pecuniaria ab eis accipiemus.*

Veneti nũquam Pontifici defuturos polliciti.

a Gobel. l. 11.

25. &c. Tum proximo die vocatis in arcanum conciſtorium Cardinalibus expoſuit vti ſextus iam annus excurreret, ex quo ipſe pontificia ſede conſcenſa bellum ſacrum pro vero Dei tuendo cultu promouere conſtituiſſet, neque iam verbis, ſed operum exemplis ad officium adduci populos, atque ad pium ardorem concitari poſſe, tum hæc ſubdidit b. *Nihil eſt, quod pro ſalute gregis nobis commiſſi perpeti non debeamus, etiamſi anima ponenda ſit. Turca modo illam modo illam Chriſtianorum prouinciam vaſtant. Boſna hoc anno capta eſt, & Rex gentis obtruncatus: trepidant Hungari, trepidant vicini omnes: quid agemus? armatas illis copias mittemus obuiam? non eſt aurum, vnde parentur: quid ergo? Reges hortabimur illis occurrant, atque hoſtes e noſtris finibus propulſent? at hoc fruſtra tentatum eſt. Non bene dicitur: Ite, fortaſſe melius audient. Venite; hoc tentare libet. Stat ſententia in bellum contra Turcas pergere, Chriſtianoſque principes, vt nos ſequantur, facto ſimul, & verbis inuitare: fortaſſe cum viderint magiſtrum, & patrem ſuum Romanum Pontificem Ieſu Chriſti vicarium, ſenem & agrotum in bellum vadentem, pudebit eos manere domi, arma capient, defenſionemque ſacræ religionis fortibus animis amplectentur. Hæc niſi via Chriſtianos in bellum excitat, neſcimus aliam: hanc ingredi placet.* Et infra: *Nec nos pugnaturi pergimus corpore debiles, & ſacerdotio fungentes, cuius non eſt proprium verſare ferrum: Moyſem illum ſanctum patrem imitabimur, qui pugnante aduerſus Amalecitas Iſraele orabat in monte: ſtabimus in alta puppe, aut in aliquo montis ſupercilio, habenteſque ante oculos diuinam Euchariſtiam, ideſt dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ab eo ſalutem & victoriam pugnantibus noſtris militibus implorabimus.*

b Gobel. l. 11.

In extremo diſcrimine Pij conſilium.

Locata in diuino auxilio Pontificis conſidentia.

c Gobel. l. 11. Itali principes præcipui Mantuanum decretum admittunt. Turci iſthmo corinthiaco potiuntur.

28. &c. Interea e oratores Italorum principum ab ijs reſponſum de petitis ſubſidijs elicuere: Mantuanum decretum de indictis decumis, vigeſimis, & trigeſimis Ferdinandus Neapolitanus Rex, Franciſcus Mediolanenſium dux, Borſius Areſtinus, Ludouicus marchio Mantuanus, tum Lucenſes admiſere, Florentini inania dedere verba, Genuenſes, Sabaudus, Montiſferratenſis, quamuis rogati, neminem ad conuentum legarunt. Quæ dum gerebantur, Veneti cum Turcis certabant in Peloponeſo & complures Ægei maris inſulæ dictæ Cyclades, excuſſo Turcico iugo, ad Venetum imperium deſciuere. Quibus auditis Pontifex d decretum de iungenda in Turcas expeditione Cardinalium aſſenſu editum in celebri cœtu ad vndecimum kal. nouembris huius anni promulgauit. Extat illud inter cætera

d Ibid. Ibid.

Pij opera typis excusum a, in quo primum prefatus, vt expugnata Constantinopoli Nicolaus V. & Callistus III. Christianos Reges ad comprimendam Turcicam tyrannidem concitare fuerint nisi, obsorduerint vero ad eorum voces populi: ex Pannonia tantum, & Germania pauci ijque ignobiles, sed in diuinitatis conspectu clarissimi, accepto crucis symbolo ad Albam Græcam Mahumeté religioni insultantem profligarint: subdit, vt ipse Callisto in apostolatus munere & fidei tuendæ cura successerit, Mantuanos coetus celebrarit, quidue egerit, & quæ sint consecuta, describit. Hoc anno Bosnam expugnatam, ac Regem qui salutem pactus se dediderat cũ patruo, a Mahometo, vt fertur, ingulatum: captam quoque Lesbon ac multitudinem puberum palo transfixam: nobiles viros, reges, sacerdotesque trucidatos; virgines ac matronas stupratas; profanata altaria, quatuor patriarchalibus sedibus occupatis a Mahometanis iam Romanam oppugnari: procurrendum itaque in hostem duce ipso Pontifice: Burgundum Venetumque duces socios futuros; Matthiam Regem exercitum in Turcas eductum: Macedones pontificia castra secuturos, ac Græcos vbique pro excutienda tyrannide arma capturos: porro in Hadriatico mari se classem cõscensurum; omnesque Christifideles ad Christianam fidem defendendam proposita certa immortalitatis spe vocare.

a Æn. Syl. lib. epist. n. 397. & n. 5. bibl. Vall. sign. n. 19. p. 131. Decretum Pij de sacra expeditione in Turcos obeunda.

41 Perlecta b hæc in publico consessu ex audientium oculis lachrymas elicuere, Burgundique oratores actis gratijs Philippo ea se relaturos spopondere, & euolutis proxime diebus vna cum Venetis, ac summo Pontifice fœdus contra Turcas ad vnum, duos, tresue annos pepigerunt ea lege, vt nulli sine socijs a bello discedere liceret; addideratque Pius, veniente Philippo in Italiam, profecturoque in oriente simul se profecturum, sultique amplissimis mandatis oratores ad eandem pactionem suos principes deuinxere. Extant hoc argumento insignes ad Christophorum Maurum Venetiarum ducem literæ a Pontifice datæ c.

b Inter epist. proceres mill. di collectas ab Hieron. Donzelin. pag. 239.

42. &c. Suscepto eo difficillimo bello Pius Franciscum Sfortiam ducem Mediolani ad societatem secum ineundam allicere amplissimis literis d est conatus, cumque ingentia mala a Turcis Christiano imperio illata, grauioraque alia impendentia exposuisset, significauit ipsi amplissimam expiandorum criminum, cœlestisque beatitudinis comparandæ, atque asserendi etiam posteris & augendi principatus occasionem patere, si expeditionem aduersus Mahometem conficere vellet, cumque Pontificem vna cum pluribus alijs principibus, maximeque Philippo Burgundiæ duce, qui nuncupato voto militiam sacram erat professus, sequeretur: nec de vlla domestica seditione metuendum, cum Florentinos, Venetos, Gallorumque Regem amicos haberet; tum Galeatium gerendo principatui parem cum Blancha ducissa relinqueret. Quibus ille acceptis literis arma senilesque annos consecrare se Christo respondit e: monuit tamen Pontificem maximo apparatu opus esse, cum Mahometes trecenta militum millia, ac plures socios Reges Mahometanos, qui Turcicum imperium deleri æquo animo non paterentur, in aciem educere posset.

c Ex. lib. epist. apud Pium II. ep. num. 392.

d Gobel. l. 12. Ducem Mediolani ad sacrum bellum follicitat.

47. &c. Extimuit Pontifex ne dux Mediolani a pio consilio deficeret, soque Blanchæ ducissæ lacrymis emolliri sineret, quamobrem grauissimis eam sententijs monuit, ne illum ab ea expeditione deterreret f: *Spes*, inquit, *magna salutis in tuo viro sita est: si sumpserit arma & senatum, ductoremque se Christianis præbuerit liberabit Dominus in manu eius populum suum, & in-*

e Epist. ead. lib. apud Pium II. ep. num. 393.

Pij ad Blancam ducissam cohortatio.

f Lib. epist. num. 393.

manissimum draconem conteret. Quod si prouinciam hanc recusauerit, nec diuinæ vocationi paruerit, cæteri quoque se subtrahent, impedieturque sua culpa Christiana fidei expectata defensio, &c. Ita prorsus contigit, cum Franciscus Sfortia, tum Philippus Burgundus eximijs cœptis turpiter defuerint, vt enim Gobelinus scribit a: *Delitijs præsentibus deuinctus animus futuræ contempsit, excusationesque procul quæsitas obtendit.*

Mediolanẽsis & Burgundus a cœptis deficiunt.

a Gobel. l. 12.

50. &c. Præluxit porro exemplo cæteris omnibus principibus vnicus Matthias Hungariæ Rex, corona & sceptro dignissimus, ac fidei defensor acerrimus, quem arctissimum contra Turcas armorum fœdus cum Venetis iunxisse, ostendunt confecta ea de re publica monumenta, quæ extant in m. s. Valliceliano b. Cuius fœderis prima pactio hæc fuit, Venetos tandiu aperto bello Turcam infectaturos, quandiu Matthias Rex cum eo bellum gereret: illos præterea instructuros classem quadraginta triremium, atque in loca maritima incursuros; per Dalmatiam etiam, perque Peloponesum pedestres equestresque acies ad distrahendum in pluribus locis hostem educturos. Obstrinxit se vicissim Hungarus per loca Turcico imperio contermina irrupturum cum exercitu maximo aduersus infideles: constitutumque est, vt nihil Veneti in lumine Hungarico, nihil Hungarus in Veneto nouarent, nec pars altera, altera non assentiente, cum Turca pacem conficeret. Reseruatum præterea ius vniuersis Regibus, ac ducibus accedendi huic fœderi. Interea Veneti immissa florentissima classe Lemnum & Imbrum insulas eripuere Turcis.

Hungariæ Rex fœdus init arctissimum cum Venetis.

b MS. Vall. sign. lit. B. n. 18. pag. 87.

Lemnus & Imbrus captæ a Venetis,

58. &c. Hoc anno Bessario Cardinalis idemque patriarcha Constantinopolitanus, & archiepiscopus Euboeæ creatus post mortem Isidori Cardinalis Sabinensis, ad Græcos encyclicas literas c dedit, vt eos a schismate in Ecclesiæ sinum reuocaret, eorumque errores egregie confutauit. Scripsit etiam d ad Græcos contra Palamam hæreticum, qui collectas sanctorum patrum auctoritates de processione Spiritus Sancti a Vecco patriarcha in netarium sensum distorserat, & Græcos suis fucis ac sophismatibus fascinarat: cum vero Græci in perfidia obfirmati hæserint, eo grauius Turcica seruitute obtriti fuere. At de his hactenus nunc Italica percurramus.

Bessario subrogatus in patriarchatu Constantinopolitano Isidoro.

c Ext. inter opusc. aur. pag. 359.

d Extat eius lit. inter opusc. aur.

74. &c. Fractus demum est in Piceno varijs tumultuarijs prælijs Sigismundus Malatesta, ac plura oppida exceptis Arimino & Cisterna, illi erepta fuere. Præfuisse huic bello aduersus Sigismundum Malatestam Cardinalem Theanensem, & Fridericum ducem Vrbinatem, refert Gobelinus e, addiitque vt ille accitis admodum viribus, ac pertimescens ne principatus etiam Ariminensis sibi eriperetur, oratores ad Pontificem miserit, pacemque ignominia non vacuam cum difficultate sit consecutus, & tum hæreses, quarum notatus erat infamia, damnarit.

e Gobel. end. lib. 12. Pro retinẽdo Arimino pacem exorat Malatesta.

78. &c. In Neapolitano regno deprimi cœpta superiori anno ob Troianam cladem Ioannis Andegauensis res, quamuis postea Iacobi Piccinini peritia assurgere vitæ essent, Celanensi comitatu occupato, & Ferdinando in fugam acto, hoc demum anno penitus conciderunt f; nullis quippe auxilijs stipendijsue ex Gallia Andegauensi submissis, illius partium sectatores ad Aragonium proni spectarunt: Pontifex autem, ac Franciscus Sfortia dux Mediolanensis ei fœdere iuncti victoriam in celeritate sitam rati, vires omnes ad partes Gallicas iam inclinatas profligendas cum eodem Ferdinando contulerunt: adeo vt Pius in senatu ad patres retulerit paucissimas vrbes, arcesue, nempe Ortonam in Aprutia, in Apulia Mantredoniam, sanctam Seueram, arcem Luceriæ,

Gallica res euersa in regno Neapolitano.

f Gob. l. 11. & 12. Pontan. l. 5. & 6. Sur. l. 18. c. 5. Sabellio lib. 18. c. 5. & alij. Pauca vrbes arcesque a Gallis retentæ.

& Cam-

& Campibassi comitis toparchiam; in Calabria Maritheam, tum Castrum oui e regione Neapolis, ac prope Baias arcem Ænariæ in Gallorum imperio remansisse, quarum etiam nonnullæ inclinante hoc anno, aliæ proximo in Ferdinandi potestatem, partim vi, partim deditione, redierunt.

81. &c. Dum ita Andegauensium res corruebant, graues iras in Pontificem concepit Ludouicus Francorum Rex, & cum affinis sui causam misso exercitu subsidiario constabilire facile potuisset, minaces literas misit, vt refert Ioannes Gobelinus a. Legatique sunt ad deliniendas Regis iras obiectaque diluenda a Pontifice, & Cardinalium senatu Theodorus episcopus Feltriensis, & Ludouicus archidiaconus Bononiensis Apostolicæ sedis nuntius, qui triennales, vel quinquennales inducias paciscerentur, si Ludouicus in Turcas vertere arma, decerneret: sed is animus ab eo aberat, deque restituendo Anglico solio Henrico Rege cogitabat.

a Gobel. l. 12. Missi ad Ludouicū interuntij pro conciliandis inducijs.

84. &c. Tulit sacro coenæ dominicæ die Pius b anathematis sententiam in plures principes pontificijs imperijs repugnantes, nimirum Sigismundum Austriacum, eiusque defensorem Gregorium Hamburgensem, Diethetum olim archiepiscopum Moguntinum, Palatinum Rheni, ac eorum fœderatos proceres: ad quos anathematis ignominia a Diethetri partibus direllendos hæc iussit Pius.

b Lib. epist. p. 213. & l. 41. pag. 341 Instauratæ aduersus plures principes sententiæ anathematis.

Pius, &c. Districte præcipimus & mandamus quatenus singulis diebus in omnibus, & singulis ecclesijs vestris, in quibus conuentualem missam dici contigerit, inter missarum solemnia mox post orationem dominicam propulsatis campanis, candelis accensis, omnis clerus genibus flexis subnixa voce legendo psalmum centesimum octauum, qui incipit: *Deus laudem tuam ne tacueris*; vsque ad finem dicat. Quo finito sacerdos celebrans similiter dicat collectas seu orationes, scilicet: *Hostium nostrorum quæsumus domine, elide superbiam*: & aliam cuius initium: *Ecclesia tua, &c.* Quibus finitis candelas extinctas in signum maledictionis in terram proijciant: quem modum tamdiu seruari volumus, & mandamus, donec prætati rebelles humiliati ad pœnitentiæ lamenta peruenerint, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXIII. XV. *kal. februarij pontificatus nostri anno* V. Qua vero ratione Diethetrus dimisso bello pontificijs imperijs se submiserit, atque Adolpho honore archiepiscopali cesserit, nonnulla oppida & vectigalia ad vitam honorifice sustentandam pactus, refert Gobelinus c, morumque, ait misericordia ecclesiæ Moguntinæ, quæ ipsius causa direptioni expolita esset, & acrioribus conscientiæ stimulis incitatum: cum etiam eius pater vir probitate insignis, audita apostolici anathematis sententia lata in filium præ dolore animam efflasset d. Vt autem Diethetrus Adolpho defuncto, iterum archiepiscopatum fuerit assecutus, illumque probe administrarit, suo loco dicetur: nunc ad Georgium Boemum conuertenda est narratio.

Solemni ritu e fidelium cœtu eiectus pronulgatur.

c Gobel. l. 12.

d Idib. Senon. Moguntin. rebus in Adolph. 12.

Georgij Regis Bohœmiæ impietas.

96. &c. Proiecerat infeliciſſime Georgius Rex Boemiæ, indutam politico dolo, catholicæ pietatis laruam superiori anno in solemni principum conuentu, cum Boemos ad ritum Latinum adducere iussus esset, contenderatque impie communionem sub vtraque specie laicis ad cœlestem beatitudinem obtinendam omnino necessariam, ac Fantinum nuncium apostolicum in vincula coniecerat; ob quod scelus Pontifex mox Vvratislauienses sacramento fidei Georgio præstitæ absoluit, idemque edictum hoc anno instaurauit e: & additisque imperijs, ac precibus hortatus est Reges, principes, virosque nobiles catholicos, tum Morauos, Boemos, Lusatios fidei orthodoxæ cultores, vt opem Vratislauiensibus conferrent, si eos Georgius ad clientelare officium præstandum adigere niteretur.

e Ext. apud Cocl. lib. 12.

100. 101 Iustam Romanæ ecclesiæ fœcunditatē veritus Georgius, ne Pontifex ei, iudicio hæreseos postulato, coronam adimeret, mulcere ipsum blandis literis a nisus est, ac professus se Apostolicæ sedis dignitatem semper tutaturum, rogauit vt Vvratislauienses ad ipsi parendum induceret: tum Fredericum Imperatorem deprecatorem adhibuit, quem affecerat recenter summo beneficio, a suis enim obsessum, eiurrens cum exercitu liberauit b, ira tamen, vt Fridericus ipse nec vinceret nec periret: quapropter Fridericus Georgio admodum obstrictum se esse arbitratus, omni studio dedit operam, vt illum in gratiam cum Pontifice reuocaret; misitque eam ob causam ad Apostolicam sedem Vvolfangum oratorem, atque opem sibi in extremum discrimen adducto, a Georgio latam Pio exposuit, precesque addidit, vt Vvratislauienses ad fidem eidem Georgio addicendam impelleret. Cui sic rescripsit e Pontifex: *Certum profecto est eum, qui seipsum ab Ecclesia catholica sibismatice separat, in republica Christiana nullam aut regiam aut aliam posse tenere dignitatem. Nos quoque, vt fidelem Christi vicarium decet, eundem pro ethnico & publicano, atque abscisso de corpore Christi membro sine vlla dissimulatione habere tenemur.* Dein Cæsarem est adhortatus, vt Georgium ad fidem orthodoxam traduceret, cumque se regiæ dignitati gerendæ idoneum Georgius ipse damnata hæresi præstiterit, cum cæsareis se assensurum votis.

a Ex. apud Cocl. lib. 12.

b Gobel. l. 12. A Georgio liberatus Fridericus illum tuetur. Legationē decernit ad Pontificē

c Apud Cocl. lib. 12.

102. &c. Nisus est Imperator ab hæresi Georgiū abducere; sed ille obstirmatus in pertinacia saniora consilia respuit: cumque omnes præter Vvratislauienses obsequentes haberet, duces Saxoniæ affinitate sibi coniunxisset, de Imperatore a se periculo maximo erepto esset optime meritus, Matthiam veteri sponsione & affinitate sibi deuinxisset, Vvratislauienses armis se posse frangere credebat; sed fefellit eum spes, cum ij fortissime se tutati sint, & principes, de quibus paulo ante memorani, publicam Ecclesiæ causam priuatæ antepoſuerint: at de his inferius.

Monitus a Cæsare Georgius vt resipiscat ab hæresi.

Propulsatur fortiter ab Vvratislauiensibus

105. 106 Collustrabat per hæc tempora Gallias, ac præcipue Aquitaniam pluribus ijsque insignibus miraculis Petrus Berlandus olim archiepiscopus Burdegalensis, ad cuius sepulchrum Burdegalæ ingentes fiebant populorum, illius suffragijs diuinam opem & misericordiam implorantium, concursus: quibus permotus Ludouicus Francorum Rex enixe Pontificem rogauit, vt illum in sanctorum numerum reponeret: qua in re debitam consilij maturitatem adhibiturus Pius Petragoricensi, & Vasatensi episcopis imperauit d, vt testium dicta de eius vitæ sanctitate, cœlestibusque prodigijs ab eodem editis, in publicas tabulas referenda curarent, tum interrogandorum testium formulam præscripsit.

Petrus Berlandus archiepiscopus Burdegalensis miraculis illustris.

d Lib. 42. pag. 47.

107. &c. Migrauit in cœlum hoc anno B. Didacus Minorita, cuius felicem obitum describit ex antiquis & probatissimis monumentis vitæ illius auctor e: *Latus*, inquit, *de morte sua proxima, quam lucrum maximum deputabat, & de vicina accersione securus, vtrumque brachium pariter in altum erigens, quod visu fuit mirabile, cum sinistrum vi morbi depressum paulo ante mouere non posset ad fratres adstantes, & spectantes conuersus crucem ligneam, quæ ad caput reposita erat, arcte complectitur, & ore oculisque sæpe suauissime osculatus, cum ingenti pietate sequentem hymnum pronuntiauit. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera, quæ sola fuisti digna sustinere Regem cælorum & dominum, quæ vbi dixisset beatissimam animam Deo reddidit*

B. Didacus miraculis claret.

e Franc. Pegn in vit. S. Didac. l. 2. c. 1.

Crucis dulcedinem prædicat.

didit anno MCCCCLXIII. *die* XII. *mensis nouembris*. Confirmatur hæc a Sixto V. a in sanctione, qua cultum illi decreuit.

a Bull. in Sixt. V confir. 42.

Alexandri Oliua Cardinalis obitus.

110. &c. Romæ ingens sui desiderium reliquit hoc anno Alexander Oliua de Saxoterraro Augustinianus Cardinalis, qui sanctitatem morum spectatæ scientiæ coniunxerat, cuius pium obitum ita describit Ioannes Gobelinus b: *Alexander Cardinalis S. Susanna non sine summo Pontificis maiore febre correptus extinguitur, cuius vita sanctimonia cum per omnem vitam emicuisset, tum maxime in obitu claruit, qui etsi dies quamplures agonizauit, nunquam tamen intermisit de fide catholica disputare, symbolum exponere, abstrusos scripturarum sensus aperire, dubiaque resolnere; hortari astantes ad euangelicam vitam, ad cælestis patriæ desiderium erigere, contemnenda esse huius promissa sæculi, quæ, velis nolisue, relinquere oportet: in ea patria thesaurizandum, cuius gaudia sine carent. Cum rogaretur testamentum facere: Animam, inquit, meam Deo relinquo, Pio Pontifici corpus, & hæc, quæ vocantur sæculi bona: ipsi familiæ curam, & sepultura meæ committo. Demde quasi dormiens expirauit, ingens sacri collegij decus, in quo vitæ fulgor cum doctrinæ luce contendit.* Addendus alijs insignibus viris Blondus Flauius natione Forliuiensis egregius historiarum scriptor, qui hoc anno obijt c, quique ab Honorio & Arcadio Cæsaribus (cum inclinasse Romanum imperium memoraui) ad ætatem suam vniuersalem historiam (quæ nobis in conscribendis annalibus fuit viui) propagauit, Eugenio IV. Pontifici, cui ab epistolis erat, acceptissimus.

b Gobel. l. 11.

Sacris colloquijs & precibus extremos dies transigit.

Blondus historiographus obit hoc anno.

c Gobel. l. 11.

114. 115 Ad tuendum apostolicæ dignitatis splendorem reuocauit hoc anno Pius publicis literis d vniuersa scripta, quæ olim pro Basileensi conciliabulo aduersus Eugenium IV. sedisque pontificiæ auctoritatem temere ediderat.

d Extat in bull. Bor. in Pio confir. 10.

116. &c. *Pius, &c.* Nos homines sumus, & vt homines errauimus: neque imus inficias multa, quæ diximus, scripsimus, egimus damnari posse: verum non vt Arrius, Eutyches, Macedonius, aut Nestorius, & alia blasphemorum turba, ex animo damnatam viam elegimus: seducti peccauimus vt Paulus, & ignoranter persecuti fuimus Ecclesiam Dei, & Romanam primamque sedem: propter quod prostrati ante oculos diuinæ pietatis supplices oramus: *Delicta iuventutis meæ, & ignorantias ne memineris; &c. Et infra:* Cogimur igitur, dilecti filij, B. Augustinum imitari, qui cum aliqua in suis voluminibus erronea inseruisset, retractationes edidit; humilis & probatissimi viri ingenij, qui suas ineptias verecunde confiteri, ac corrigere, quam impudenter defendere maluit. Idem & nos faciemus, confitebimur ingenue ignorantias nostras, ne per ea, quæ scripsimus iuuenes, error irrepat, qui postea in futurum Apostolicam sanctam sedem oppugnare. *Et post multa.*

Sumptum ex Augustino exemplum.

124. 125 Recognouimus errorem nostrum, venimus Romam, Basileense dogma reiecimus, Eugenio Pontifici maximo caput submisimus, & reconciliari ecclesiæ Romanæ doctrinam eius imbuimus, & illud Hieronymi diximus: *Ego nullum primum nisi Christum sequens beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri communione consocior: super illam fundatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum dominicam comederit, profanus est: si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio.* Eramusque adhuc pene laici, quando ad Eugenij obedientiam rediuimus: ex Basilea clericali tantum charactere insigniti recessimus, nec vnquam sacros imbuimus ordines nisi post veritatem cognitam, Basileensium coecitate relicta, &c. [Affert plura argumenta ad confirmandum pontificium primatum a Christo institutum; tum hanc S. Bernardi ad Eugenium III. sententiam: *Tu es, cui claues tradita, cui oues credita sunt. Sunt & alij quidem cœli ianitores, & gregum pastores; sed tu tanto gloriosius, quanto & differentius vtrumque præ illis nomen hæreditasti. Habent illi assignatos sibi greges, singuli singulos: tibi vniuersi credita vna summa; nec modo vnum, sed & pastorum tu vnus omnium pater.* Hæc Bernardus ad Eugenium III. scribit, cui supremam & omnimodam in Ecclesia potestatem concedit. Quod ille de tertio testatur Eugenio, hoc nos de quarto, & omnibus alijs Romanis Pontificibus profitemur, quia dignitatis est auctoritas. Liquet igitur vnum in Ecclesia caput esse & vnum principem, quia pax populi ex vno rectore dependet, & pluralitas principum discordiam parit. Christus Ecclesiæ suæ in vltimo testamento pacem reliquit, & pacem multis verbis commendauit: dedit ergo & regimen pacis amicum, id est, monarchicum sub B. Petro, & successoribus eius administrari cuncta præcipiens, clauibus illi commissis, & cura gregis demandata.

Argumenta grauissima quibus pontificia auctoritas confirmatur.

126 Hæc nos de Romani Pontificis auctoritate & potestate sentimus, cui & congregare generalia concilia, & dissoluere datum est, qui etsi filius est propter regenerationem, propter dignitatem tamen pater habetur: & sicuti filiationis causa venerari debet Ecclesiam tanquam matrem, ita & prælationis causa prætertur ei vt pastor gregi, princeps populo, rector familiæ: cum his & generalis concilij auctoritatem, & potestatem complectimur; quemadmodum & nuo nostro Constantiæ, dum ibi fuit synodus vniuersalis, declaratum definitumque est. Veneramur enim Constantiense concilium, & cuncta quæ præcesserunt a Romanis Pontificibus nostris præcessoribus approbata, inter quæ nullum inuenimus vnquam fuisse ratum, quod stante Romano indubitato præsule absque ipsius auctoritate conuenerat, quia non est corpus Ecclesiæ sine capite, & omnis ex capite defluit in membra potestas. Hæc nostra sententia est, filij, hoc credimus & profitemur, hæc iam senes, & in apostolatus apice constituti pro veritate asserimus: si quæ vel vobis, vel alijs conscripsimus aliquando, quæ huic doctrinæ repugnent, illa tanquam erronea, & iuuenilis animi partum pensata iudicia, reuocamus, atque omnino respuimus. *Dat. Romæ apud S. Petrum* VI. *kal. may anno* MCCCCLXIII.

Pij de ea publica professio.

IESV CHRISTI
Annus 1464. Indict. II.

1. 2 ANnus hic vniuerso Christiano orbi lugubris extitit Pij summi Pontificis morte, quæ indictam aduersus Turcas pro restituendo orienti Christi cultu crucesignatam expeditionem arcano Dei iudicio disturbauit, confuditque. Intentissima sanecura, laboreque indefesso ad illam maturandam incumbebat, adeo vt nimijs curis valetudinem aduersam sibi creauerit, vt narrat Cardinalis Papiensis, qui de decreta a Burgundiæ duce, in Turcas profectionem pollicente, legatione, gestaque anno superiori, facta mentione, subijcit a: *Sumpsit ex eo tempore graniores solito curas pastor deuotus ad condictam expeditionem festinans, seque quotidie necessarijs instruens, supra autem ætatem laborans imminuit, agram alioquin, valetudinem suam; pedum enim & totius corporis acres surrexerunt dolores, doloribusque adiuncta est febris: itaque magna instauratione opus esse medici contendebant ad futuræ nauigationis laborem; ea nisi esset*

Nimijs curis se confecit Pius in Turcici belli apparatu

a Papiens. epist. 50

Ex doloribus arthriticis febrē contrahit.

ante

ante resumpta, citium pronunciabant interitum: experti vero non aliunde magis, quam ex balneis illam resumptam, suadere iterum Petriolanas aquas coperunt, docentes sine iis conatus suos inanes futuros. Auscultauit consilijs Pius, quamquam inuitus: ac ne per hoc inceptum opus vel paululum tardaretur, anticipans tempus extrema iam hyeme Senam atque Petriolum profectus est. Non ibi se quieti otioque dedit, sed ita indulgebat valetudini, vt ingentes rerum moles volueret, totamque curam in sacri belli apparatum intenderet, vt ostendunt plures eius literæ ibidem exaratæ: inter quas insignes sunt [a], quas dedit ad Franciscum Sfortiam ducem Mediolanensem, quem de profectione sua, susceptoque a se consilio exponendæ periculis vitæ suæ pro impetij Christiani salute iterum certiorem factum hortatus est, vt peregrinos ad sacram expeditionem venturos, ac per ipsius ditionem iter habituros omni humanitate a populis sibi subiectis excipi iuberet, neque vllam in commercio fraudem interri patoretur.

a Ext. apud Æn. Syl. epist. 382.

Perusini ad pendenda subsidia intentato anathemate adacti.

3. &c. Pro conficienda autem sacra expeditione Pius e singulis vrbibus ecclesiasticis subsidia eliciebat, ad quæ populi se obstrinxere pro communi causa: at Perusini varia aucupati diffugia auxiliaurum non pendebant, nec frumentum mittebant: a quibus ludi verbis non ferens Pius Vintimilien. episcopo Perusij præfecto imperauit, vt anathema interdictumque ecclesiasticum ipsis intentaret, ni medio excurrente maio quindecim aureorum millia fisco inferrent: instruebat eo maiori solicitudine Pontifex necessarios sacri belli apparatus, quo Venetis in Peloponeso non leuis clades illata erat a Turcis, qui obsessi in Corinthien. arce assilientem in muros ducem Christiani exercitus peremerant: ijs vero auxilium laturi alij Turcæ contracto quindecim militum millium exercitu isthmi Corinthiaci mœnia a Venetis extructa deiecerant, peninsulamque hostili furore perlustrant. Quibus ex rebus Philippus dux Burgundiæ, causas intringendi voti quæritans, tergiuersari cœpit, moraſque trahere, donec aliquo casu expeditio dissolueretur. At Pontifex ex eo magis ingentia Venetis adducenda auxilia ad restituendam lapsam rem Christianã ratus, grauissimis literis [b] Burgundum excitare nisus est, vt signa moueret, ac præclare gesta a Matthia Hungariæ Rege illi propoſuit: *In Hungaria*, inquit, *res feliciter prosperæque succedunt. Charissimus in Christo filius Matthias Rex ardentissimo animo bellum ingressus vniuersum Bosna regnum, per Turcos anno superiore occupatum, recuperauit.* His consona de Bosna Turcis erepta tradit Bonfinius [c], nimirum Matthiam Regem exploratis Iaizensium animis, qui Turcicum iugum ægre ferebant, aduolasse cum exercitu, atque vrbe potitum: deinde arcem Iaizensem ad deditionem coegisse: tum septem & viginti finitima oppida recepisse: his omnitum trophæis Albam regressum, sacro cœnæ dominicæ die S. Sthephani corona antea, a Friderico recuperata, fuisse redimitum. Porro Mahometes, cum Bosnam ab Hungaro sibi erepram audisset, Iaizam procurrit cum exercitu: sed Hungari & Iaizenses maximo animi robore subeuntem in mœnia hostem propulsarunt.

Venets res in Peloponeso a Turcis oppressa.

b Ext. apud Æg. Reys in consistorio recit.

Bosna a Matthia Rege recuperata.

c Bonfin. dec. 3 lib. 10.

Iaiza erepta Turcis a Matthia Rege.

Mahometes Iaizam propulsatus.

25. &c. In eo itaque statu in oriente sita res erat, vt Veneti maioribus auxilijs egerent, ac si Burgundiæ dux cum Pontifice, duce reipublicæ Venetæ, tum Rhodijs d equitibus, dum Hungarus parte alia Christi hostes oppugnabat, decretum in oriente bellum obiret, ingens de erigenda propagandaque re Christiana spes affulgebat: sin Burgundus promissa non perficeret, ingens exitium imminebat. Illi itaque a cœptis deficere meditanti Pius [a], ne sibi, & Christiano nomini deesset, suadere nisus est. Irretitus priuatis commodis Philippus pontificia monita, fidem de sacro bello gerendo socijs datam, nuncupata Deo vota, honoris decus parui fecit, fefellitque expectationem orientis, orbisque spes. Dum porro Senis versabatur Pius, præfecit cum imperio classi, quæ in Pisano portu instruebatur, perque fretum Siculum Anconam nauigatura erat, Nicolaum tit. S. Cæciliæ Cardinalem.

a Ext apud Æn. Syl. num. 382. Totius orbis spes Burgundus fallit.

d Lib. 2. p. 84. Sur. annal. t. 17. c. 53. & Marian. lib. 23. c. 6.

33. Alium etiam legatum in Aragoniam misit [d] nimirum Ludouicum tit. SS. Quatuor coronatorum presbyterum Cardinalem, vt ad concordiam adduceret Ioannem Regem populosq; dissentientes: cœperant iampridem gerere cum Ioanne acre bellum Barcinonenses post Caroli Viannæ principis mortem, atque renuntiarunt principem Petrum Lusitaniæ comitem stabuli nepotem Vrgellensis comitis ex regia Aragonia stirpe satum, cuius pater ab Alfonso in acie cæsus occubuerat. Ex illo porro Petri Lusitaniæ equitum magistri in Cataloniam aduentu, susceptoque principatu grauissima mala emersere. Ceptam enim cum venisset Lusitaniæ Rex cum exercitu, vt Tingitanæ prouinciæ metropolim, cui Tanger nomen est, expugnaret, ex magistri equitum recessu admodum debilitatus a Mauris ex Tingis mœnibus propulsatus est. Castellanus autem tacto in Grammatenem agrum impetu Regem barbarum, vectigal penuere recusantem, ad officium compulit: dein celebrato iterum cum Lusitano Rege colloquio pactus nuptias est inter Ioannam filiam, & Lusitani filium Castellani Lusitanique sceptrorum heredes, vt ea regna inuicem coalescerent. At de his inferius: nunc ad Pium reuocanda est narratio.

d Lib. 2. p. 84. Sur. annal. t. 17. c. 53. & Marian. lib. 23. c. 6. Decreta legatio in Aragonia ad pacem restituendã. Petrus Lusitan. princeps Aragonij Regni nomen arripuit.

33. 34 Reuersus Senis Romam vocaris Cardinalibus, Georgio Podiebratio Boemiæ Regi male de fide catholica sentienti diem dixit, vt tradit Platina e; quod a Cardinale Papiensi [f] confirmatur: *In solio*, inquit, *residens longa oratione Hussitarum defensi errores, ostium inde Georgij, maleficia effidas, turbolentorum armamas, manifestum periurium, relapsum in hæresim, intercessores elusos, patientiam suam magnis lamentationibus proferens vindictã nimium tardata adesse iam tempus ostendens diem dicendæ ante se causæ centesimum octogesimumque ab illo constituit.* Sigismunci etiam Austriaci, quem Imperator in gratiam cum Ecclesia reducere, vt diximus, annitebatur, causam Berardo tit. S. Sabinæ presbytero Cardinali cognoscendam demandauit.

e Platin. in Pio II. f Papiens. ep. 41. Castellan. filiam Lusitaniæ hæredi collocat & cur. Georgio Regi Boemiæ dies dicta.

35. Posuit denique superbiam ac pertinaciam Sigismundus Austriacus, vtque censuris solueretur Fridericus Imperator genibus legati apostolici aduolutus, deprecator extitit, vti Papiensis e narrat: *Diuino tandem est humiliatus miraculo*, inquit, *atque eo quidem vsque humiliatus, vt Romanorum Imperator Augustus Cæsar orbis nostri alterum caput, consanguinitate illum attingens, cum summa sedis gloria, ante genua legati apostolici procidens non ante surgendum putauerit, vel finem obsecrationibus imponendum, quam pœnitenti & satis pro iniurijs facienti pœnarum abolitionem restitutionemque est consecutus.* Hæc de Sigismundo Papiensis.

Pro eo Imperatore ad genib. veniam a Legato petit.

e Papiens. ep. 382. Frederici Cæsaris pia demissio & charitas in fratrem. Iniurias ei pianti Sigismundo venia data.

36. 37 *Cupiens Pius sanctissimus*, ait idem Papiensis f, *profectionem suam in Turcos perficere, quæ fidelibus repromissa iam erat ad XIV. ka. inij in basilicam SS. Apostolorum mane descendit, sicut suus erat mos semper cum Vrbem relinquebat, atque ibi venerabis arist, successu rerum pie deprecato, Roma egressus est patribus & prælatis lecticam eius sequentibus. Ad pontem miluium dimisit a se omnes, præter eos, qui secum erant iussi.* Consentit Cardinali Papiensi Ioannes Antonius

tonius Campanus a, qui eundem discessum, ac varias in itinere difficultates describit, quibus enarratis hæc subijcit: *Fabriano discedens Pius* b, *iter flexit ad fanum Virginis Lauretanæ votæ nuncupaturus, vbi & aureum obtulit calicem, ac patenam eximiæ magnitudinis.* Meminit de eo Pij munere Turselli-mus: *Peracto voto*, inquit c Campanus, *Pius d. ingressus Anconam* XV. *kal. sextilis supplicationes trium dierum decrevit, præfatus initia rerum Deo, cætera virtuti commendanda esse.*

38. 39 Interea nuncijs literisque Ragusinorum certior factus est, Turcam ad triginta milliaria a Ragusio castra posuisse, ac minitari excidium vrbis. Mox his auditis Pontifex, quos ante corporis stipatores contraxerat, nauigare Ragusium, frumentumque inuehere iussit, tum literas secuturi proximo maioris subsidij testes dedit; ad quod comparandum Cardinalem S. Angeli consuluit. Vt vero is sese ad ducendas auxiliares copias obtulerit, ac vna etiam cum ipso pergere Pius deliberarit, describit Iacobus Cardinalis Papiensis.

40. &c. Confirmat Campanus e sumptum fuisse a Pio consilium adoriendi Turcica castra, si barbarus Ragusium obsidione cinxisset: tum Christophori Mauri ducis Venetorum aduentum. Ingrauescentemq; deinde Pontificis morbum, describit: *Nuntio*, inquit, *allato de incursione Turcarum in agrum Ragusinum, milites ducentos ad corporis custodiam comparatos cum pancis saggittarijs triremi expedita navigare extemplo Ragusium iussit. Triremes Venetas numero duodecim, in quibus & Venetorum dux aderat, vbi appropinquare intellexit, deferri se iussit ad primum litus classem inspecturus; eaque inspecta subgemuit una cum cæteris voce, nuper sibi navigandi occasionem defuisse, nunc occasioni se defuturum. In cubiculum relatus solui statim profluuio cœpit, medicis nihil periculi promittentibus. Et hæc quoque principum miseria est, inquis, ne in morte quidem cavere assentatoribus: postulavitque Eucharistiam, quam & triduo prius acceperat, & paulo ante ad Lauretanum. Asciri deinde patres iussit, quos hortatus est vt in expeditione persisterent: triremes & quæ in porta erant, & quas venire per fretum siculum nunciabatur, tradi Venetis iussit: pecunias ad aureum numisma quadraginta millia ex decimis exactas Matthiæ Regi Pannoniorum mitti in sumptus belli.* Affert postremam morientis Pij ad Cardinales hortatiuam orationem Papiensis f conceptam plurimo pietatis sensu delibutis verbis.

45. &c. Fleuit Pij mortem orieus, qui eius auxilio Turcicæ seruitutis iugum excutere sperauerat. De eo enim refert Marinus Barletius g, illum decreuisse, cum Dyrrachium peruenisset, Scanderbegum regia corona redimire, vt maiori auctoritate bellum in Turcas gereret.

Luxerunt etiam reliqui boni omnes: at felicitas non calamitas vocanda est in tanto religionis tuendæ conatu animam efflasse, vt egregie perpendit Cardinalis Papiensis h. Licet vero ob susceptum liberandi a Turcica seruitute orientis, obterendæ Mahumeticæ superstitionis consilium, obitumque in eo vrgendo mortem nunquam intermoritura sit Pij gloria, non defuere tamen qui eius carpendæ occasionem sumpserint. Ex aduerso autem exitu non damnandum fuisse Pij consilium, quod mox atque Cardinalibus patefactum fuerat, iudicatum est a Spiritu sancto afflatum extitisse demonstrat Iacobus Papiensis: *Sciebat*, inquit, *devotissimus Pontifex placere Deo liberatum iri creditum gregem; sed an liberatum vellet certus non erat: impleuit ergo quod debuit, idemque patienter tulit, quod ei est placitum. Hoc tamen boni est assequutus, quod sedes, vt cum antea a sæculi potestatibus fidelium calamitates vni imputarentur Pontifici, nunc ipsidem merito imputentur, quorum & accusata sit contumacia, & falsus fervor detectus.*

49 Sedit annos sex minus quatuor dies; renuntiatus enim fuit summus Pontifex, vt supra vidimus, anno sæculi excurrentis quinquagesimo octauo XIV. kal. septembris; vita vero functus est peruigilij assumptæ in cælum Virginis nocturna hora circiter tertia, vt idem Cardinalis Papiensis testatur a, & confirmat Baptista Platina b: egisse vero ipsum ætatis annum quinquagesimum octauum in eius epitaphio dicitur, consonantque Pij commentaria c & alij.

50. &c. Solemni ritu celebratum est funus Pij, cuius corpus Romam delatum in æde S. Andreæ Apostoli, vti iusserat, conditum est. Deinde Christophorus Maurus Venetorum dux in cardinalitium senatum venit, receptusque in consessum inter duos postremos Cardinales Pium vt verum Pontificem ac dignum Petri Apostoli successorem laudauit, defleuitque tantos illius conatus interruptos, hortatusque est Cardinales vt eum legerent, qui opus cœptum perageret; aut Venetos Ecclesiæ adhortationibus bello implicitos collatis opibus adiuuaret. Cardinales instructas triremes Venetis decreuerunt, recepta reddendarum fide, si aut decretum non probaret suffectus Pontifex, aut Pij exemplo ad pergendum statueret: ad Matthiam vero Hungariæ Regem inuenta duodequinquaginta aureorum millia misere.

Tum disceptarunt inter se an Pontificem Anconæ delecturi essent; cumque Romæ deligendum statuissent, quod plures senio graues Cardinales Anconam non possent accedere, redeunte Venetias Christophoro duce, Romam ipsi se contulerunt; nam seditiones in varijs ditionis ecclesiasticæ locis exoriebantur, & Antonius Picolomineus Pij sororis filius iniurias pro beneficijs Romanæ ecclesiæ relaturus Hadrianam molem munitam milite tenens perduellionem minabatur si Pontifex Ferdinando socero gratus non crearetur. Demũ conclaue ingressi Cardinales, scriptis nonnullis legibus futurũ Pontificẽ iureiurando deuinxere, decretã se in Turcas expeditionem omni studio, contentione opumque largitione promoturum: solutiores curiæ mores disciplinæ severitate astricturum, synodum œcumenicam triennali flexu celebraturum, in qua Reges ac principes in Turcas incitandi forent: eiusdem ecclesiæ patrimonium non alienaturum, nulla noua portoria, vectigaliaue imperaturum: ius ecclesiasticum defensurum; alia denique nonnulla de Cardinalium numero & ornamentis, tuendaque cleri libertate præscripserunt.

PAVLVS II.

53. &c. Sancitis hisce legibus confirmatisq; sacramento, Petrus Barbus Card. tit. S. Marci patria Venetus creatus est Pontifex prima suffragiorum collatione, nõ sine insigni admiratione, cum nullus eorum temporũ memoria nõ sine plurium dierum disceptatione dissensioneq; Pontifex renuntiatus esset. Trigesima vero augusti die celebrata electione, ipsũ Pauli II. nomine accepto XVI. septemb. tiara pontificia redimitum, atq; ad basilicam Lateranensem, acta veteri more equestri pompa, perrexisse, narrat Stephanus Infessura b. Fama est c prænuntiatum fuisse Paulo pontificatum a B. Virgine, dum Ancona rediens epidemico morbo percussus in æde Lauretana remotis arbitris eius oraret, vt pristinæ valetudini restitueretur, precesque prolixiores fundenti leuis somnus obrepsisset, in quo per speciem de recuperanda mox valetudine, adipiscendaque dignitate pontificia edoctus est quare

a Campan. in vit. Pij II. Platin. in eod. Steph. Infess. in arch. Vat. sig. n. 111 & alij.
b Camp. in vit. Pij II.
Munera Lauretanæ Virgini a Pio oblata.
c Turselin. hist. Lauret. l. 1. c. 26.
d Campan. ubi sup.
Ragusini a Turca intentata extrema omnia.
Subsidiaria annona Ragusium a Pio transmissa.
e Campan. in vita Pij II.
Venetorũ dux cum triremibus duodecim accedit.
Pius in procinctu sacri belli moritur.
f Papien. epist. 41.
g Barlet. in vita Scanderb. l. 11.
h Papien. ubi sup.
a Platina in vit. Pij II.
Sedis tempus.
b Plat. in Pio II.
c Gobel. lib. 1 in princ.
Eius ætas.
Romæ conclaue celebratum.
b Infess. in arch. Vat. sig. n. 111.
c Turselin. Lauret. hist. cap. 1.
In ædicula Lauretana de pontificatu adipiscendo diuinitus fa. ctus certior

Ingentem ædem circumextruxit: a Bapt. Mil. lib. 6.

quare vocato ædis sacræ præside idoneam materiam condendo ingentis amplitudinis templo, quod tuo complexu contineret ædiculam, nomine suo sumptuque comparare iussit, ac deinde illud ad fastigium pene perduxit a: vt in quodam diplomate protestus est, se in eadem æde Deiparæ opem vimque cœlestem sensisse, expertumque esse. Sumpsit pro symbolo hanc sententiam: *Benefac Domine bonis, & rectis corde.*

b Papien. comment. Cardinalitia dignitas ab eodem aucta.

57. &c. De gestis a nouo Pontifice hæc recenset Papiensis b: *Cardinalibus, qui sacris indusi vestibus a prælatis inferiorum ordinum, præterquam in loco, non dignoscebantur, vsum mitræ jericeæ damasceni operis, rubraque capitia indulsit, quibus soli antistites Romani vtebantur: subsellia quoque tam ad senatus, quam ad sacrificiorum consessum altius eleuauit, aureos mensurnos * centum singulis patrum instituit, quibus annua quatuor millia ex sacerdotijs non prouenirent.* Subdit auctor conquisitis vndique gemmis ipsum delectatum, mithramque tribus cinctam coronis, cuius vsus multo tempore fuit intermissus, nouam confecisse gestasseque, centum & viginti millibus nummum æstimatam: iuratas vero in comitijs leges, in quibus inter alia pro restituenda re Christiana œcumenicum concilium celebrare ante & post pontificatum vouerat, abolevisse; tum addit Cardinales, vt subscriberent, placitis, etiam non cognitis, partim illexisse blanditijs, partim terrore compulisse, ratum pontificalem auctoritatem nullis legibus ab electoribus in angustum contrahendam. Porro dissoluendi voti in conclaui nuncupati suasores Paulo fuisse Stephanum Mediolanensem, & Theodorum Tarusinum antistites, qui cardinalitiam dignitatem ambiebant, plurimaque apud Paulum valebant auctoritate, narrat c Papiensis, nec diuina vltione eos caruisse.

* mensurnos

Pactiones iuratas in conclaui ac maxime de concilio celebrando dissoluit.

c Papiens. comment. l. 2.

62. Cæterum constat Paulum ipsis pontificatus exordijs animum ad fidei Christianæ causam contra Turcas fulciendam curas intendisse, a centillia aureorũ centum annua, & omne vectigal ex alumine recigendum obtulisse, tum principes Italos de subsidiario auro pro cuiusque facultate conficiendo postulasse.

Agitata a Paulo expeditionis Turcicæ consilia.

63. Sub primis pontificatus Pauli auspicijs in Bosna rem feliciter peractam a Matthia Pannoniæ Rege, ac Iaitzium obsidione liberatum refert Franciscus Philelphus d. Quæ vero gesta sint a Venetis in Turcas describit in literis ad Christophorum Maurum e hisce verbis: *si nulla a vobis Turci iniuria lacessiti, tum Neopacti, quæ vestra est vrbs, in Aetolia vicos ac suburbia diripuerunt atque vastarunt, tum Argos in Peloponneso venerunt in prædam, soloque æquarunt, quid nunc eos existimatis animo volutare? Sed posteaquam autumno superiore vos forti strenuaque manu adorti Peloponesum, eorum vires vna cum ipso Humare, quem rerum bellicarum peritissimum habent, vno impetu ex Isthmo expulistis, tam cœperunt animaduertere alia sibi consilia meunda.*

d Philelph. l. 26. epist. 1. e Lib. 22. ep. 1

Turci Neopactum & Argos diripiunt.

Ex Isthmo repulsi.

64. 65. Depulsi Peloponneso Turcæ iterum irrupere, & cum exercitus crucesignati spes euanuissent, Sigismundum Malatestam Spartanæ arcis obsidionem soluere coegerunt, cum Veneta classis, ob exortas cum Rhodijs equitibus simultates, in ipsam Rhodum impetus male auertisset.

66. &c. Gerebat cum Rhodijs soldanus Syriacus bellum, quod Carolæ & Ludouico Regibus Cypri regno pulsis auxilium tulissent: cumque duæ triremes Venetæ e Syria profectæ plurimis Saracenis ac mercibus ditissimis onustæ essent, equites Rhodij easdem triremes expugnarunt, atque infideles eorumque gazam auexere, Venetis triremibus libere dimissis. Efferatus ea iactura soldanus Venetos omnes mercatores per Syriam sparsos edicto comprehendi, atque in vincula ad se perduci iussit a. Ad suos igitur liberandos Veneti infensi Rhodijs primum missis oratoribus captos Saracenos eorumque merces repetiere: sed cum magister Rhodius iure belli captos contenderet, Venetæ classis prætectus Rhodum adnauigans instructis quadraginta duabus triremibus exercitum exposuit b, missoque oratore bellum indixit, ni erepta restituerentur. Censuere plerique propulsandum ingentis belli periculum redditis barbaricis mercibus; sed repugnantibus Hispanis equitibus discussum id consilium est. Denique cum Veneta castra ad vrbem, a qua insula nomen accipit, oppugnandam posita essent, interpretibus pacis Cypriæ Reginæ oratoribus composita res est c, Saracenis cum mercibus Venero duci restitutis.

a Papien. sup. epist. 54.

b Bos. sup. lib.

Composita pax interprete Cypria Regina.

c Bosius sup. lib. 6.

70. Quod vero ad Neapolitanas res attinet; pronæ in exitium Andegauensium res hoc anno, & proximo penitus euersæ sunt, diuturnoque bello finis impositus adeo, vt Ioannes Renati filius in insula Ænaria, dum munitionem obsidebat, fusus d fugatusque Prouinciam repetierit, aduersos belli casus æque ac parer, patruus, auusque in Neapolitanis bellis perpessus: eoque magis Ferdinandi res confirmatæ sunt, quod Ludouicus Francorum Rex non sine graui Aurelianensis & Andegauensis ducum offensione Liguriæ iura in Franciscum Stortiam ducem Mediolanensem transtulit e, ac Saonam, quam præsidiario munitam milite tenebat, illi tradidit; moxque Sforția tumultuantem Genuam mutuis laceram dissensionibus, ex quo Gallicum imperium excusserat, nec Pauli Fulgosij archiepiscopi & ducis tyrannidem ferentem, delinitis auro promissisue principibus viris, in suam potestatem redegit f.

d Pontan. l. 6 Surc.

Liguriæ iura in ducẽ Mediolanẽ sẽ trãsfusa

e Simon. l. 30 de reb. gest. Francisci Sforiæ Fulget. hist. Genuen. l. 12.

f Bizar. hist. Genuen. lib. 14. & Fulget. vbi sup.

71. In Cypro collapsa est penitus Genuensis res, ac simul Christiana in deteriorem statum conuersa, nam Iacobus Cerinensi arce potitus Famagustam trium annorum obsidione defessam ad deditionem compulit ea conditione, vt Genuenses suis legibus viuere permitteret. Ita vniuersa Cypro subacta subiectaque Ægyptio imperio ac tum Mamalucorum princeps Iacobum e medio tollere, ac Cypri dominatum inuadere, Christianamque religionem abolere decreuit: quo animaduerso Iacobus, coactis omnibus Francico sanguine ortis, vno die Saracenos omnes nil metuentes contrucidauit, exceptis ijs, qui in Famagustano præsidio erant. Hanc Saracenorum cædem vlcisci parabat soldanus Ægyptius, cum amplissimis muneribus, necnon vectigali aucto placatus est. Tum vero Iacobus omni libidinum generi dedidit se: postea tamen ad constabiliendum solium Catharinam Corneliam vxorem duxit, quam Veneta respublica specie cohonestandi Iacobi, ac successionis spe in filiam cooptauit, centum millium nummorum dote constituta.

Genua in illius potestatem redacta.

Pauli Fulgosij tristis fors.

Famagusta a Iacobo tyranno ad deditionem coacta.

Saracenorum in Iacobum coniuratio.

Oppressi a Iacobo Venetorũ amicitia regnum firmat Iacobus.

72. Hoc anno crudelis, & impius tyrannus Anguillariæ toparcha Euersus nomine e viuis sublatus, partaque pax est Romanæ ecclesiæ, quæ diutius ab eo vexata fuerat. Recenset eius, quem non tam hominem quam portentum habitum affirmat, scelera Cardinalis Papiensis g, impietatem scilicet in Deum, adeo vt diebus dominicis ad priuatum opus miseros subditos cogeret, dictitans impie domini dies illos esse, ac propterea sibi domino merito debitos; libidines, adulteria, rapinas, homicidia, latrocinia, perfidiam, coniurationesque in Pontifices Eugenium, Nicolaum, Callistum, Pium, paratumque eidem veneficium, tum varias grassationes. Succedere illi filij Franciscus & Deiphobus parenti moribus non absimiles, qui primum belli denuntiatione territi Vpupam Tolphamque restituere, dein cum Caprarolam

g Papien. ciu. ment. l. 2.

Euersi comitis impietas insignis

Eius filij ditione omni exuti.

ima-

inualescẽt, superbasque adderent voces, repentino bello periti proximo anno Friderico Feretrano & Neapolione Vrsino ducibus ecclesiastici exercitus, vniuersa diritione exuti sunt, dedentibus se vltro oppidanis, ac latronum iugum excutientibus: euasit fuga Deiphobus; eius tamen primogenitus, ac Franciscus vna cum filijs in carcerem Hadrianæ molis abducti sunt, idque iure passi qui iniurias insontibus intulerant: *Ex terris enim cauisque sub terram carceribus extracti multi sunt*, inquit Papiensis, *quos tyrannorum crudelitas annos iam multos supplicijs miserandis afflixerat.*

IESV CHRISTI
annus 1465.

Indict. 13.

PAVLI PP. II. annus 1. FRIDERICI III. IMPER. OCCID. annus 26.

Solicitati principes Itali, vt stipendia Hungaro cõtra Turcã suppeditent.

1. 2 PLurima de parandis ad sacrum ab Hungaris Venetisque susceptum aduersus Turcas bellum subsidijs agitata sunt consilia, coactis ea de causa in Vrbe principum Italiæ oratoribus; sed retugientibus singulis oneris partem in se suscipere, Christiana res afflicta iacuit. Narrat hæc fusius Iacobus Cardinalis Papiensis a, vt nimirum Paulus II. sex mensibus integris cum oratoribus ipsis de ijs egerit, atque ad alios suo excitandos exemplo, centum aureorum millia annua spoponderit; Ferdinandi Regis Neapolitani legati pollicici sunt sexaginta aureorum millia dare Hungaris, tum quingentos equites totidemque pedites mittere subsidio, qui per Epirum ad gerendum bellum progrederentur: Veneti, licet Turcico impliciti bello, in quo ad sustentandos nauales terrestresque exercitus septingenta annua aureorum millia collocarent; tamen vt alios etiam ad propulsandos communes hostes suo exemplo traherent, pararentque Pontifici, quinquaginta millia annua Hungaro promittere: aux Mediolanensis equitum duo millia, pedites mille obtulit regijs copijs adiungendos: Florentinus equites mille cum peditibus quingentis sociandos Mediolanensibus auxilijs, aut, si mallet Pontifex, viginti quatuor aureorum millia annua, quorum duo tantum in menses singulos penderentur. Ea autem lex a Mediolanensi, Veneto, ac Florentino adiecta, vt decimæ cleri ecclesiasticorum, vigesimæ Iudæorum, trigesimæ ciuium ipsis permitterentur, quas non poposcit Neapolitanus, quod regnum bello exhaustum diceret; sed debitos a se in eam diem ecclesiæ Romanæ census sibi condonandos flagitauit: e quibus patebat eos, Venetis exceptis, non tam laboranti rei Christianæ opem ferre velle, quam belli occasione ex sacro auro compendia aucupari.

Quæ pro milia a Rege Neapolitano,

Quæ a Venetis.

Quæ a Mediolanensi duce.

Quæ a Florentinis.

At maiora postulata quam promissa.

Pertẽtatus a Mahomete Ferdinãdus an vellet auxilijs Turcicis totius Italiæ imperium arripere.

3. 4 Interea Mahometes ingentes bellicos faciebat apparatus, oppugnabatque Christianos: vtque Italos a ferenda Græciæ ope distraheret, ac bellum ciuile in ea accenderet, Ferdinandi Regis Neapolitani oratoris sui opera pertentauit animum, an Turcicis opibus subsidiarijs fretus in Italia imperium suum proferre vellet. Gratularus itaque de electis Gallis, octingenta aureorum millia annua ei se suppeditarum pollicitus est, si bellum Italis principibus inferret. Tum obtulit amicitiæ fœdus arctissima affinitate firmatum iri. His auditis Ferdinandus, quamuis admittenda non censeret a Mahomete proposita, quibus non tam firmaret solium quam euerteret, seque in discrimen amittendi regni coniecturus esset, si illud Turcicis viribus amplificare niteretur, tamen vt expetitam a Turcis amicitiam suam ostentaret, terroremque sui ex oblato subsidio incuteret, Pontificem & Cardinales consuluit, quid ea in re sibi gerendum videretur. Refert hæc Papiensis a, vtque Ferdinandi oratores in sacro senatu vigesima quinta februarij die habito ea exposuerint. *a Iac. Papiens. ep. 85.*

Audita potentia ex Mediolanẽsis ducis affinitate insolescit.

5. 6 Tum simultatem porro gerere cœpit Ferdinandus cum Pontifice iura Ecclesiæ defendente: mox enim ac nuptiæ inter Alfonsum eius filium, & Hippolytam filiam ducis Mediolanensis contractæ sunt, firmatis rebus insolescens, non modo instare, vt census imminueretur, verum & oppida, quæ in Neapolitano regno Romana tenebat ecclesia, repetere est aggressus. Ostentabat ad petita elicienda recens in Ecclesiam beneficium de submissis auxiliaribus copijs aduersus Anguillariæ comites Franciscum, & Deiphobum hoc anno a Paulo perdomitos: sed cum illum potius vetus in eosdem comites, Andegauenses partes olim secutos, odium, quam in Ecclesiam amor adduxisset, sola vero Ecclesiæ, quæ tot annis pro asserendo illi regno Neapolitano plures exercitus contra Ioannem Andegauensem sustentarat, liberalitate sceptrum sustineret, indignas censuit Paulus eius preces; vnde varias obortas altercationes refert Platina b.

Ingratus Ferdinãdi in ecclesiã animus.

Repulsæ eius preces a Paulo II.

b Platin. in Paul II.

7 In Castella hoc anno ciuile bellum conflatum est, indignantibus proceribus illis ex pactis Ioannæ Henrici vxoris cum Lusitani filio nuptijs, sceptrum Castellanum regiæ Lusitaniæ interendum; & creuere adeo odia, vt Ioannam susceptam adulterio promulgarint, atque Alfonsum Henrici fratrem vndecimum sceptri heredem renuntiarint. At nec propterea sedati animi sediuosorum, qui Henrico regnum abrogare, illique regium insigne in theatrali pompa decutere ausi sunt c: *Vt discant*, inquit Mariana d, *Reges prius seipsos regere quam populos: agnoscant furentis multitudinis vires: regij splendorem nominis magis veneratione quam viribus constare, nec purpuram alij interdum esse vsui, quam ad velanda vulnera & metus, quibus torquentur. Peracta res est a perduellibus mense iunio in Aulæ suburbanis, vbi excitato theatro effigies Henrici regalibus induta insignibus collocata est, ac deinde obiecta ex iudiciario edicto crimina, quibus regnum Henrico sudarat, tum singulis ornamentis spoliata statua deturbataque est, indeque Alfonsus regius frater elatus, ac popularibus vocibus Rex Castellæ salutatus.* A populo in ecclesiasticos irrepsit seditio, atque alij e sacro suggestu concionati sunt nulla alia de causa, quam propter hæresis crimen Regem de honore dejci posse: alij contrarias conciones habuere.

c Mariana l. 23. cap. 9. d Mariana. loc. c. 6.

In theatrali pompa imagini regiæ corona & sceptrũ detracta.

Alphonsus frater Henrici Regis saluetus Rex.

8. 9 In alia Hispaniarum parte de sceptro Aragonensi inter Petrum magistrum equitum Lusitaniæ aui materni comitis Vrgellensis iura obtendentem, & Ioannem Regem certabatur e: sed cum Petrus impar viribus esset, etsi bello strenuus, a Ferdinando Ioannis filio fusus f est. Henricus iam regno illo exutus cum mense augusto e Scotia in Angliam irrepsisset, vt res nouas moliretur, a custodibus limiti impositis mox agnitus, atque ad Eduardum adductus, ludibrij causa vinctus per Londinensis vrbis compita duorum quondam florentissimorum regnorum Galliæ & Angliæ Rex circumductus g, ternoque deinde acto circa patibulum gyro, in carcerem conditus est: in quas calamitates se conjicere cœpit, cum politicorum vesanis cõsilijs subornatus vertere Anglica arma in Turcas, vt Gallico parceretur sanguini, detrectauit. Porro Eduardus omnes Henrici partes deserturos in gratiam admisit; suos vero, quorum ope ad solium viam sibi struxerat, prædijs ac muneribus affecit.

Cuncti bello ardent Catalonia.

e Zurr. annal. l. 17. c. 6. f Zurr. l. 18. c. 3 Marian. l. 23. c. 10.

Henricus Rex Galliæ & Angliæ ducto circa patibulũ gyro in carcerẽ truditur.

g Mille. vol. 1. ep. 119 Pol. Virgil. l. 24.

Eduardus solium firmat clementia & liberalitate.

10. &c. In Gallijs principes coitione facta aduersus Ludouicum Francorum Regem ciuile bellum concitauere,

In Gallia accensum in Regem ciuile bellum.

tauere, cuius semina a Ludouico ipso Rege iacta incaute fuisse superiori anno refert Belcairus a; quod inani publici boni specie, ac nomine fucarunt, pugnaque conserta est ad Montem Lethericum vigesima septima iulij huius anni die ancipiti vtriusque victoria, vt hic narrat Cominus b, qui certamini interfuit in quo discrimen adijt Rex Ludouicus, tum Carolus Burgundus coniuratorum princeps in pugnae ardore sauciatus.

a Belcair. in Meten in commen. rer. Gallic. dec. 1 l. 1 n. 14. Commissa ad montem Lethericū cruenta pugna.

b Mist. col. 3 p. l. 5. Cominæ annal. lib. cap. 5. Saluberé cū filiū Ludouico a Stortia suggestum. Coniurati, ante ab inuicē diuulsi

13. 14 Porro Ludouicus Rex eo liberatus periculo, cum in Lutetiae conspectu fixissent castra coniurati, a Francisco Stortia duce Mediolanensi salubribus instructus consilijs, ne se amplius certaminis aleae exponeret, sed Gallos principes inter sese foedere iunctos inuicem diuellere niteretur, ac singulis postulata quamuis amplissima concederet, cum inuicem segregatos postea debellaturus esset. Burgundum itaque ad suscipienda pacis consilia singulari arte pellexit, omniaque a coniuratis petita admisit. Caterum ex eiusmodi ciuili bello plura alia bella oborta sunt secuturis annis.

15 Eodem anno decessit Ludouicus Cardinalis Alebretensis tit. SS. Petri & Marcellini, cuius pium obitum Iacobus Cardinalis Papiensis c his verbis narrat Francisco Picolomineo Cardinali Senensi, qui postea renunciatus Pontifex Pius III. appellatus fuit: *Admirabilis fuit hic transitus eius. Moriturum se nostis, cogitare & loqui alia de re praterquam de salute anima non potuit: fuerunt sibi lachryma sua panes, dum recogitauit annos praeteritos: cubiculum eius assiduis questibus, & compunctionibus cordis repletum est. Sacramentum domini nostri Iesu Christi sumpturus e lecto in terram iussit se deponi, nec aliter Deo suo communicandum putauit: horas canonicas non ante dimisit quam a voce est ipse dimissus: inter orandum, si quando labente iam memoria alicuius verbi est facta omissio, totes iterauit donec quod exciderat est assecutus. Cum ab ijs vacabat, passio Saluatoris nostri legebatur, assiduo inter audiendum non cessabat suspirium & fletus*, &c. Illum porro ex pietatis sensu, quo erat delibutus, Minorum cultum induisse, & cum eo in Aricciana aede sepulchro marmoreo mandatum, refert Lucas Vvadinghus d. Vitam etiam dimisit e hoc eodem anno alter Ludouicus patriarcha Aquileiensis tit. S. Laurentij in Damaso Cardinalis, partis ad Rhodum, Lesbumque insulas de Turcis victorijs clarus, dum pontificiam classem Callisti nomine in oriente cum imperio moderaretur.

c Papiens. epist. 136. Ludouici Cardinalis Alebretens. fata mors.

d Vvaddin. hoc ann. n. 9. e Steph. Infess. in f. Vat. ipso n. 111. Ludouici tit. S. Laurentij Cardinalis obitus.

16. 17 Quod ad Turcicas res spectat; Mahometem, dissecto crucesignato exercitu; quem Pius comparauerat, in Macedoniam aduersus Scanderbegum arma vertisse, narrat Marinus Barletius: sed illius copias ad decem Turcarum millia a Scanderbego caesas f. At Mahometes audita ducis fuga, & exercitus caede, alium ducem nimirum Balabanum Baderam, qui primus in expugnatione Constantinopolitana attulerat in muros, atque ex infimo gradu ad praefecturae dignitatem peruenerat, submisit cum exercitu quindecim millium equitum, & trium millium peditum; quem Scanderbegus etiam multis certaminibus fregit diuina ope, ac Lagupum auxiliaris alterius exercitus ducem in acie transfixit hasta, & caput ipsius amputauit: quibus victis dissipatus Turcicus exercitus, ac caesus est amissis viginti quatuor Turcarum millibus.

f Marin. Barlet. l. 11. in vita Scanderb. Mahometis dux iterum fusus a Scanderbego.

18. 19 Vbi suos duces caesos fuisse accepit Mahometes, furore percitus, primum duos Ianizzaros subornauit, qui fingerent studio religionis ad eum perfugisse, deinde incautum obtruncarent: sed diuina prouidentia pernicioſa eorum consilia confregit; nam baptismalibus sacris ficto animo initiati, & inter praetorianos milites ascripti vtrique inter se, & meditatum crimen sibi mutuo obijcere coeperunt: quare patefactis insidijs extremo affecti supplicio periere: itaque Mahometem ad vim apertam conuersum, vt Scanderbegum obruerer, in expeditionem eduxisse ducenta armatorum millia tradunt. At Scanderbegum ex Pauli Angeli Dyrrachini episcopi, & Veneti oratoris consilio arces tortissimis praesidijs communiuit g, adeo vt Mahometes, cum exasperetur Croiae obsidio, Constantinopolim redierit relicto in castris Ballabano cum viginti tribus millibus militum: tum illi adiunxit alios octo praefectos, quibus singulis septem millia militum attribuit. Dum vero per Chaoniam rediret, quosdam populos necnon Chidnenses Scanderbegi clientes, quos expugnare vi non poterat, promissis & blanditijs victos ad octo millia, praeter mulieres & infantes, contrucidauit. Interea cum stipendia viresque Scanderbego in tantis difficultatibus deesse nt, ad Paulum II. clam confugisse, vt opem posceret, atque in Cardinalium coetu h expotuisse memorat Barletius: quantos bellicos labores in fide Christiana defendenda exantlasset: Croiam principatus sedem ingenti obsidione vrgeri; qua expugnata, subactaque Macedonia impetus Turcico: in reliquas prouincias effundendos. His addit Marinus Barletius, Pontificem complexum esse omni officiorum genere Scanderbegum, ingentemque illi auri vim pro bellicis sumptibus contulisse. Scanderbegum vero pontificijs subsidijs comparatum maximum exercitum, quantum nunquam antea, ex Epiro & Macedonia, & ex Illyrico & Dalmatia collegisse, adeo vt barbari occiso Ballabano apostata, obsidionem soluerint. Vt autem Mahometes his cladibus in rabiem accensus bellum vere insequenti redintegrarit, ac tandem Scanderbegum oppresserit, proximo anno dicetur.

Insidiae diuina prouidentia dissipatae.

Immanis eius perfidia.

Implorat auxilia a Pont. Scanderbegus.

g Marinus Barlet. vbi sup.

Adiuuat suos a Pontifice.

Turcas multis praelijs atterit.

Adigit ad soluendam Croiae obsidionem.

20. &c. Contingimus orientalibus rebus insigne martyrium B. Andreae Chientis, qui Constantinopoli triumphalibus palmis Ecclesiam illustrauit, Graecisque constantiae exemplum, ne ad Mahometis infandam superstitionem deficerent, reliquit: incrimen enim vocatus ab impijs, falsisque circumuentus testibus, quasi damnata Christiana religione Mahumeticam sectam professus iterū ad Christum se transtulisset, cum post acerrima tormenta admirabili constantiae prodigio infideles in sui admirationem conuertisset, neque ingentibus promissis, nec minis posset adduci, vt Mahometis sacrilegos ritus susciperet, inuictum spiritum Deo reddidit: cuius historiam Gregorius Trapezuntinus latinis literis e tradidit, qui eiusdem martyris implorata ope maximo periculo ereptus fuerat; subditq; vt honorificentissime Christianorum, & Mahometanorum centum millibus concurrentibus ad Galatam sacra illius reliquiae in aede Deiparae sepulchro conditae sint, omnisque corruptionis immunes permanserint. At a gloriosissimo martyre ad impium haereticum Regem sermonem conuertamus.

B. Andreas Chiensis affectus martyrio.

e Georg. Trapez. & ex eo Surius die 29. maij. Eius reliquiae corruptionem experteae.

26. &c. Hoc anno Georgius Podiebratius Rex Boemiae, qui ad Pontificem controuersias fidei inter catholicos & haereticos referre debuisset, de ijs cognoscere ausus est, amicente Rokyzana allicere ad Hussiticam sectam vniuersos catholicos communionis vtriusque speciei, & vniformis ritus Boemici assimulata causa. Tenuit haereticī Regis dexteram in sublimiore loco idem haereſiarcha Rochyzana, qui se archiepiscopum Pragensem designatum esse contendebat, ac primum calumnijs catholicos, vsum calicis non porrigentes laicis, onerare, & Regem impium demulcere blanditijs coepit: cui respondit Hilarius Pragensis ecclesiae decanus; ea quae vocant cōpactata, nun-

Rex Bohemiae fidei controuersiarum iudicem agit.

d Cochlaeus Hussit. l. 12. acta disp. cū Rochyzana apud Cochl. f. 349 466. Considere ad dextera iubet haeresiarcham.

nunquam conflata pro catholicis, neque a Ioanne Rochyzana, & sectatoribus obseruata, atque ideo pactionum in Basileensi consilio confectarum tenditragum, plurium hæreseon reum, blasphemiæ in Ecclesiam, anabaptismi, porrigendæ pueris Eucharistiæ, innouatorumque rituum; in eiusdem vero Eucharistiæ controuersijs de Vvicleffismi erroribus vehementissime suspectum Rokyzanam ipsum conuicit. Non his aures præbuit Rex Podiebrarius, sed garrulum Rochyzanam more impostoris impudentissimi triumphantem, quasi victoriam retulisset, Pontifici & vniuersæ Ecclesiæ infelicissime prætulit, seque ac suos in maximas calamitates coniecit.

Indict. 14.

IESV CHRISTI
annus 1466.

PAVLI PP. II. annus 2. FRIDERICI III. IMPER. OCCIDENT. annus 27.

Albania. Scanderbegũ oppressa Mahometes Italiam petit.

1. &c. MAhometes secundo rerum cursu ferociens cum sibi non vniuersi occidentis vti verius fuerat, sed Hungarorum tantum, Venetorum, Macedonumue bellum imminere cerneret, maximum exercitum in Macedoniam primum effudit, vt illam primo impetu obtineret; potituque facile vicis Scanderbegi copias oppressit, ac fortissimum ducem, qui viginti annis propugnaculi instar Turcicorum exercituum irruptiones repressérat, exutum vniuersa ditione eiecit. Cuius calamitatis accepto nuntio Paulus Reges ac principes est adhortatus a, vt quas a diuino Numine vires bellicas opesque acceperant in hostem fidei Christianæ insultantem conuerterent: inscriptæ sunt apud Iacobum Papiensem, cuius opera in ijs exarandis Paulus vsus est, Philippo Burgundiæ duci.

a Extat eius lis. apud Gaudin. Papien. epist. 163. Paul° principes hortatur, vt arma in Turcas moueãt

7 Cæterum Scanderbegum ex bellicis laboribus morbum contraxisse, refert Barletius b, ex quo dum decumbebat, Ahamatem Turcarum præfectum cum XV. millibus equitum irrupisse ad Scodrensem agrum euastandum: ad quem propulsandum Scanderbegi imperio Christianum exercitum signa extulisse, suique terrore hostem dispulisse; tum subdit de Scanderbegi pia morte: *Scanderbegus eadem nocte, qua Turcitus & barbarus exercitus aufugit, post sacram confessionis pœnitentiam, cæteraque ecclesiastica Sacramenta, qua decet veneratione percepta, continuo se animumque suum Deo maximo tradens* XVI. *kal. februarij anno Domini* MCCCCLXVI. *extremum diem suum obiit. Ferunt igitur Scanderbegus tres & LX. annos natus* XXIV. *sui imperij anno e vita migrasse.* Et infra: *In eius quoque obitu equus, in quod ipse equitabat cum pugnaturus esset, ferus, rabidus, & indomitus factus est, ita vt nullũ amplius dorso suo perpeti vellet, qui paulo post extinctus est. Sepultus autem est Scanderbegus in vrbe Lyssi in ecclesia maiore* D. *Nicolai.* Principatus partem illius fratris filius Turcica superstitione infectus rapuit c, partem Veneti suæ ditioni adiecerunt. Croia pariter, ad cuius irruptiones coercendas Mahometes arcem proximam condiderat, barbaricum iugum subijt: mox in Dalmatiam circumiectasque maris Ionij insulas penetratum, de quibus Borsium Ateſtinum a Ferdinando Rege Neapolitano certiorem fuisse factum narrat Ioannes Baptista Pigna d.

b Barlet. l. 9. c. 29.

Scanderbegi pia mors.

d Ioan. Bapt. Pigna l. 8.

8 Interijt hoc anno, acuto afflictatus morbo, Franciscus Sfortia dux Mediolanensis, qui bellica virtute humanaque prudentia præditus, Mediolanensem ducatum, Liguriam, Corsicamque sibi, ac posteris pepererat, cuius laudes plerique historici, interque alios Simoneta a celebrarunt: obijci id tamen potest ipsum Pij II. preces de ecclesiastici exercitus aduersus Turcas capessendo imperio respuisse, spreuisseque ingenti suo damno monita de consecranda Christo vita, quæ breui peritura esset, neque ad irritum cecidere hæc eiusdem Pij verba: *Si virum tuum*, Biancham ducissam Mediolanensem alloquitur b, *in prouinciam sibi decretam iusseris ire, aut ire volentem non impediueris, & illi & tibi optime consules, ambo post hanc vitam cum Christo regnabitis: aliquin & illi & tibi timemus:* quæ verba tot oracula fuisse putes, nam cum Franciscus irretitus voluptatibus, quibus ipsum fœdasse extremos vitæ suæ annos tradunt c, sacrum pro Christo bellum gerere detrectasset, repentino adeo morbo est oppressus, vt Simoneta encomiastes taceat ipsum sacramentis ecclesiasticis rite procuratum fuisse. Blancha etiam haud ita multo post, cum abijsset Cremonam ob filij ingratos mores, adeo subita morte extincta est, vt veneno eam peremptam plerique crediderint d.

a Simon. l. 31. Cerius. Plat. in vit. Paul. II. Augustin. Iustin. lib. 5. Bizar. histor. Genuen. l. 15. Foliet. l. 11. Pign. lib. 8. Naucl. vol. 2. gener. 49 & alij.

Francisci Sfortiæ ducis Mediolanẽsis mors.

Respuerat ecclesiastici exercit° contra Turcas imperium.

Repentina & misera extinctus morte.

9. &c. Successit Francisco in principatu Ioannes Galeatius filius, qui in Galliam auxiliares copias equestres ad Regem Ludouicum adducturus profectus erat: is dispares admodum paternis mores induit e, superbos nimirum, & tyrannicos, vt clientes a se abalienare cœperit; præterea ab ecclesiasticis varijs artibus aurum ingens corraserit per speciem mutui; re vera nunquam dissoluendi, nec in illo exigendo Cardinalium pepercit dignitati; eorum enim, qui census ecclesiasticos in sua ditione obtinebant, procuratores, spretis etiam querelis pontificijs (qua de re extant apud Iacobum Papiensem Pauli literæ f) nouis vectigalibus onerauit. At de his hactenus; nunc ad alia traducenda est narratio.

Blancha paulo post iublata.

b Extãt post lis. apud Æneã Syl. epist. 391.

c Naucl. ubi sup. & alij.

d Ang. Iustin. l. 5. & alij.

e Bizar. l. 14. hist. Genuen.

f Papien. ep. 173. 174.

13. &c. Licet superiori anno III. kal. nouembris pacem Ludouicus Rex cum principibus coniuratis, qui bello publici boni specie concitato, priuatas res sectati publicam inuexerant & calamitatem, pepigisset, mox tamen ad arma iterum ventum est; exorto enim inter Britanniæ & Normanniæ duces dissidio, Ludouicus arrepta occasione segregatum ab alijs coniuratis adortus h, Normanniæ vrbes sub imperium suum redigere cœpit. Instauratis ita rebus suis, pacato regno, & amplissima recuperata prouincia honorificentissimam legationem ad Paulum II. hoc anno adulta ætate decreuit: qua perfuncturus, Carolus Borbonius archiepiscopus Lugdunensis hæc mandata accepit, vt conceptum a Ludouico ab ipsa iuuenta ineunte singulare in sedem Apostolicam studium exponeret; vtq: illud abrogata pragmatica sanctione, quæ conferendorum sacerdotiorum vsum, ac libertatem Pontifici in Gallijs ademerat, in lucem collocasset, contrariasque iuri pontificio sanctiones Pictauis editas rescidisset. Sed a Gallicis rebus ad Hispanas digredimur.

Redintegratum in Gallijs ciuile bellum Normãnia a Ludouico erepta Carolo fratri.

g Mõstr. vol. 3. in fine.

h Gagum in Ludou. XI. an. 1. primi. Roman. eccl. pag. 423.

Abrogata ab eo pragmatica.

18. 19 Triplici bello ardebat Hispania: Castellæ sceptrum Henrico Regi eius frater Alfonsus eripere nitebatur, Nauarram Fuxensis sibi asserere molichatur, Cataloniam duorum principum contentiones laniabant, ac demum Petrus Lusitani regni equitum magister effluente iumo seu curis bellicis oppressus, seu veneno extinctus i est, pro regno amplissimo, quod armis se comparaturum sperabat, triste sepulchrum sortitus: veraque enituit sententia, quam inalienum detortam sensum his concepram verbis: *Labor pro latitia*; gentilitio stemmati inscripserat. Dum vero eius obitum flebant Catalani, Ioannes Rex in ea rerum perturbatione Tortosam, ac nonnullas arces in suam potestatem redegit: verum Catalani, habi-

Hispania triplici bello lacerata.

i Surit. l. 18. c. 7. Marian. l. 23 c. 10.

Petrus Lusitan° princeps in bello Catalonico ardore extinctus.

Renatus Rex a Barchinonẽsib⁹ aduersus Ioannem expetitur. a Id ib. Paul Æm in Lud XI. Gaguin ens Aug Iust l. 5 & alij.

to Barchione ordinum conuentu, Renatum Regem in principem labente inde sibi asciuere, difficilimusque bellum Ioanni Regi conflarunt a; Renatus enim patris Ludouici Andegauensis in regnum Aragonum iura persequenda suscepit. Vt autem Ioannes Andegauensis in ea expeditione obierit, suo loco dicetur: nunc pontificia gesta percurramus.

Beneuentanorum archiepiscoporum repressa temeritas.

20 Repressit hoc anno Paulus archiepiscoporum Beneuentanorum temeritatem, qui ex suscepta sine iure & auctoritate apostolica consuetudine assurgentem tribus coronis thiaram constitutis diebus solemnibus, quibus cathedralium ecclesiarum antistites auriphrigiata mithra vtebantur, gestare, ad emulandam Romanorum Pontificum maiestatem, & corpus dominicum ante se circumferre audebant, ac Nicolaum archiepiscopum, & successores talia in posterum audere pontificio edicto vetuit b.

Plures corruptelæ a Paulo in Romana curia sublatæ. c Roder Sanc. Palent episc. bisl. Hisp. p. 4 c. 40.

21.22 Sustuliſſe etiam Paulum e Romana curia plures corruptelas, testatur Rodericus Sancius episcopus Palentinus c his verbis: *In principio pontificatus sui Romanam curiam omni simonie, & extorsionis labe seuerissime purgauit, cunctosque officiales, ac curiales reformauit, domumque habuit mundissimis atque honestissimis viris refertam.* Abrogatus tum fuit abbreuiatorum ordo, quod indignis sordibus munus fœdaret, vt Ægydius Viterbiensis Cardinalis d narrat: Refert Baptista Platina e, in eo ordine plures oratores, & poetas, & vtriusque iuris peritos fuisse: sed parum intererat quam ornate dicerent scriberentue, aut grata carmina funderent: id vero ferendum non visum est Paulo, munera ab ijs non integre exerceri, sordesq, simoniacas ex aula Romana remouendas constituit. Cæterum Platina f ob iacturam muneris, & lucri insana ira concitus, cum sibi aditus ad Pontificẽ non daretur, exarauit epistolam, qua Paulo interminari non est veritus, se & alios conuenturos, concitaturosque Reges ac principes, vt concilium indicerent, in quo Pontifex ob pulsos sedis Apostolicæ administros in iudicium vocaretur: ob quod temerarium facinus mox in carcerem traditus est, e quo tandem Francisci Gonzagæ Cardinalis precibus lapso quadrimestri liberatus est.

Abbreuiatorũ abrogatus. Platina ob id mire exasperatus. d Dlat. in Paul II. f Hæc apud Platinam.

23. &c. Ne vero magistratus iuri dicundo præpositi, prouinciarum præsides, vrbiumque, & oppidorum præfecti cæca auaritia abducti a iustitiæ tramite deflecterent, edita sanctione manus temperare ab accipiendis muneribus iussit g: *Præter esculenta*, inquit, *& poculenta, quæ breui tempore consumi possunt; quod tempus ad biduum moderamur. Aliquin tam dantes, quam accipientes, etiam si pontificali aut maiori dignitate præfulgeant, dummodo non sint sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales, qui in sacro collegio coram nobis sponte sua obtulerunt, & promiserunt non recepturos huiusmodi munera, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, a quo absolui non possint nisi a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti. Et insuper omne, quod acceperint, & aliud tantumdem reddere teneantur.* Quæ sanctio, cum ad continendos in officio prouinciarum præsides, pontificioſque administros, tum ad seruandas incorruptas leges maximi referret, a Sixto IV. postea confirmata est h.

Esculenta rinum & poculenta munera permissa. g Lib. 1. pag. 176 & 184 h prim Rom. eccl. 2 pag. 351. & ms. Vall fig. lit. D. nu. 12. p. 214. extat etiã in bullar. in Paul II. constit. 3.

Georgius Rex Bohemiæ ob hæresim exauctoratus. i Naucl. gen. 2. gener. 19. k Crom. l. 26. m Michou l. 4. hist. Pol. f. 68. n Dubrau. lib. 30. o Paul. Iouius ep. 233. Papiens. Cromer l. 26.

26. &c. Hoc anno fuisse Georgium Podiebratium hæreseos damnatum, regiaque exutum dignitate, tradit Nauclerus i illorum temporum scriptor, cui consentiunt Michouias, Cromerus k, ac Dubrauius m. Pronunciata est labente decembri ea sententia, vt ex pontificijs literis n, tum ex Iacobo Cardinale Papiensi o constat: & licet Pontifex latam sententiam vigesima tertia decembris, Papiensis vigesima quinta testentur, haud tamen dissentiunt, cum distinctis diebus, nimirum in senatu Cardinalium primo, quod designat Paulus, deinde interiecto biduo in Vaticana basilica publice pronuntiata a sit: qua in re adhibitam summam consilij maturitatem, ac tentata primum omnia, vt Georgius ab hæreseos pertinacia reuocaretur, denumque vrgente necessitate cum apostolica abusus benignitate, catholicos opprimeret, ac religionem euerteret, decretoriam sententiam laram iustissime ostendit Cardinalis Papiensis b. Spectabat sceptrum Boemicum dotali iure ad Casimirum c Regem Poloniæ, quem ideo legatus pontificius Rudolphus episcopus Lauentinus erat adhortatus, vt illud sibi vendicaret, pollicebaturque ipsi, vt refert Cromerus d, non solum subsidium pontificium, verum & Siletiam Lusatiamque vltro illi se dedituras, cum primum arma aduersus Hussitas cepisset, aut aliquẽ e filijs cum exercitu mitteret: verum Casimirus iustis precibus non assensit, seque Georgij, ipsius amicitiam exambientis, fraudibus postea irretiri passus est.

a Id ib. epist. 282. b Id. eod. ep c Michou. l. 4 f. 62. d Crom l. 26. Polon⁹ ad Bohemicũ sceptri capessendi excitatus. Salubria monita aspernatur

31 Hoc anno decimanona octobris conciliata est pax e eiusdem nuntij apostolici opera inter Polonos, & cruciferos equites, finisque sæuissimo bello Prutheno, quo Casimirus Rex, & Ludouicus ordinis magister annis quatuordecim contenderant, impositus. Huiusmodi autem pacis beneficio amplificatum est Polonicum imperium: quippe Pomerania, Chelmensis & Michalouiensis prouinciæ recuperatæ cum illo coaluerunt: tum etiam Culmensis ecclesia, quæ ducentis iam annis ab ecclesia Polonica diuulsa Rigensi paruerat, ad ius imperiumque Gnesnensis metropolis reuocata. Missi autem sunt a Casimiro Rege ad Paulum II. Papam oratores, vt pacem apostolica auctoritate muniẽdam curarent, tum interuentij Rudolphi operam integritatemque commendarent, tum ob eximia virtutum ornamenta cardinalitia purpura decorandum expoſcerent. Vt vero Prussica pax ea lege a Pontifice confirmata sit, vt Casimirus tuendam religionem, hæresimque Hussiticam excindendam aduersus Georgium Podiebratium susciperet, proximo anno dicetur.

eId. ib. Alex. Guagn. in Casimir IV. & alij. Inter Polonos & Cruciferos constituta pax

IESV CHRISTI
Annus 1467.

Indict. 15.

PAVLI PP.II. annus 3. FRIDERICI III. IMP. OCCIDENT. annus 28.

Repetita a Paulo II. in Georgium anathematis sententia f Lib. 1. de cur. p. 105.

1. &c. Recurrente coenæ dominicæ die Paulus II. cum solemni more hæreticos anathemate percelleret, latam superiori anno in Georgium Podiebratium Boemiæ tyrannum sententiam confirmauit f. Cæterum cum plures ambigerent, num ex apostolico decreto in Georgium edito anno superiori præstitæ illi fidei, & obsequij religione soluti essent, ad eos de rei gestæ veritate edocendos hoc anno Paulus promulgauit diploma g, in quo expositit, vt vocatis in concilium Cardinalibus, alijsque viris doctrinæ laude præstantissimis, re diligentissime discussa, consensuque vnanimi Georgius ab iure regni depulsus fuisset decretoria sentẽtia ob hæresis, & periurij crimina, quorum cognitio ad Apostolicam sedem spectabat, atque ad omne dubium ex hominum mentibus depellendum pronuntiauit, regiæ Boemicæ clientes a quouis iureiurando Georgio delato liberos esse, neque vllam culpæ, vel infamiæ maculam illius imperio repudiato suscepturos: aliaque diplomate eadem die exarato fœdera quæcumque a Regibus ac principibus cum Georgio ista rescidit, & quæuis sacramenta propterea

g Lib. 1. pag. 186

pterea occupata veluti impietatis munimenta, non vincula religionis, irrita pronunciauit a; tum vniuersos admonuit officij, ne vllam cum Georgio societatem inirent: & ad perficienda ea, quæ ab Apostolica sede decreta fuerant in Georgium, Paulus legatum iam ante in Boemiam Rudolphum episcopum Laudensem victricia crucis signa attollere, populosque ad religiosam militiam cogere, ac decumanum aurum ex ecclesiasticis censibus redigere iussit b.

a *Lib.1.ep. cur pag.141* Interdicit Apostolica crucesigna. ta signa in Georgium iussus attollere. b *Ibi. p.137. & 143.*

9. &c. Metuebat præ cæteris principibus Georgius Casimirum Poloniæ Regem, cum ad illum, vt indicauimus, corona Boemica hereditario iure vxoris suæ Elizabeth, quæ Ladislai postremi Regis defuncti soror erat, spectaret. At subornatus adeo fuit hæreticorum fraudibus Casimirus, vt neque vllo tuendæ religionis pio studio, neque regni amplissimi sibi debiti illecebra a catholicis fœderatis se fuerit moueri. Vt vero postea liuore in Matthiam Pannoniæ Regem ob susceptam religionis causam, admissosque Boemicos apices, quos ipse repudiarat, cum hæreticis in catholicos turpissime arma iunxerit, dicetur interius. Porro dum solicitabatur Polonus ad sceptrum Boemicum eripiendum Georgio, principes Germaniæ nimiam Poloni potentiam vereri cœperunt: tum Imperator fluctuare quid ea in re potissimum ageret: conqueri etiam de tradito a Pontifice regno Boemico; Boemiam imperij esse beneficiariam, neque ab alio, quam ab Imperatore cuipiam tradendam.

Poloni potentia Germanis inspecta.

16 Auctus est decima octaua die septembris Cardinalium collegium, donatis sacra purpura octo viris insignibus. Fuere illi c Thomas Bourcherius archiepiscopus Cantuariensis presbyterali titulo S. Cyriaci in thermis donatus: Stephanus Varada archiepiscopus Colocensis presbyterali tit. SS. Nerei & Achillei insignitus: Oliuerius Carafa archiepiscopus Neapolitanus presbyter Cardinalis tit. SS. Petri & Marcellini, deinde S. Eusebij, postmodum Albanensis episcopus, subinde Sabinensis, postremo Ostiensis creatus: Amicus Agnifilus Aquilanus episcopus presbyter Cardinalis tit. S. Balbinæ, deinde S Mariæ transtyberim: Ioannes Baluus episcopus Andegauensis presbyter Cardinalis tit. S. Sufannæ: Marcus Barbus Venetus episcopus Vincentius Pauli II. patruelis presbyter Cardinalis tit. S. Marci primum, dein episcopus Prænestinus: Franciscus Roboreus Saonensis ordinis Minorum supremus acminister presbyter Cardinalis tit. S. Petri ad vincula, qui post Paulum pontificatum Sixti IV. nomine accepto gessit; ac Theodorus ex marchionum Montisferrati familia satus, qui diaconus Cardinalis S. Theodori renunciatus est.

Auctus Cardinalium senatus. c *Fel. Chr. in elich. Card. par altera.* Eorum nomina.

17. &c. Excitatum est ingens in Italia hoc anno repentini belli ciuilis incendium ex Florentinorum factionibus, quod paulo post restinctum est. Defuncto Cosmo Medice, cuius nutu pluribus annis Florentina respublica administrata fuerat, successit eius filius Petrus, qui paternam auctoritatem retinere conatus est, cui multi propagationem dominatus in vna familia, veluti publicæ libertatis cladem, exosi sese opposuere; pulsique in exilium a Medicea factione ad Bartholomæum Coleonem militiæ clarissimum perfugere, commissoque cruentissimo prælio, atque ancipiti victoria, vtrinque discessum est.

Turbæ in Florentina republica exortæ post obitum Cosmæ Medicei.

21 Cataloniam maior belli turbo quatiebat, ac Renatus Andegauensis non de illa modo, verum & de aliorum regnorum iure cum Ioanne Rege certabat, cuius filius Ioannes comparato exercitu, Gallorumque Regis instructus auxilijs Barcinonem exeunte augusto peruenit d, collatisque cum Aragonijs signis ipsos acie deleuit: dein tamen Gerundensem obsidionem soluere fuit compulsus.

Ioannes Andegauensis Regis Aragonum copias delet. Gerundæ obsidione depellitur.

22 In Belgio intestinum bellum instauratum est; Leodienses enim, educto exercitu Hoyum repentino expugnarunt impetu, ac Ludouicum episcopum ac principem suum in fugam egere: in hos deinde Carolus comes arma conuertit, eosque ad Trudonense oppidum deleuit: promouit postea Leodium exercitum, cuius terrore perculsi Leodienses salutem pacti illius imperijs se submisere.

23 Successerat is iam recenter Philippo patri duci Burgundiæ, qui die decima quinta iunij obierat a. Ipsum veluti laudibus cumulatissimum plerique celebrarunt; inter quos Monstreletus b chronicon eius elogio clausit. Neque illi sui defuerunt nœui, susceptusque nothorum grex a Mahumeticæ spurcitiæ licentia vitam illius non abfuisse ostendit; & ob molles delitias, quibus erat irretitus, repetita toties de sacro in Turcas bello gerendo, sociandoque Pio II. vota ac promissa violauit.

Philippi ducis Burgundiæ obitus. a *Beluac. ep. Matth. in chron. rer. Gallic. dec. 1. l. 2.* b *Mirr. vol. 3. p. 150. Meyer ad. ib. Liberat. 17. Naucl. gener. 49. col. 2. & alij.* Mahumeticam libidinum licentiam sectari vitus.

IESV CHRISTI
Annus 1468.

PAVLI PP. II. annus 4. FRIDERICI III. IMPER. OCCID. annus 29. Indict. 1.

1. &c. De epiphaniæ sacro Germanici imperij ordinum conuentus solemnes, qui anno superiori indicti fuerant, pro tuenda religione, ac republica Christiana, quæ ab externis internisque oppugnabatur hostibus, Nurembergæ celebrati c fuerunt: in quibus decretum, fuit pacandam prius Germaniam, quam ex ea crucesignatus exercitus educeretur; pacemque a Friderico in annos quinque imperatoria sanctione indictam vniuersæ Germaniæ ex Pontificis literis d constat. Ad firmandam porro eam concordiam Paulus censurarum ecclesiasticarum poenas illam violaturis proposuit, vt mutuo fœdere coniuncti catholici aduersus impios maiores vires colligerent: cumque internus hostis Georgius Podiebrauius Hussitarum signifer prius opprimendus videretur, munus imposuit e Laurentio Rouarellæ episcopo Ferrariensi, vt fideles ac crucis signa contra Boemos hæreticos vocaret.

Nurembergæ celebrati solemnes conuentus. c *Cali. Vrsid. l. 12. c. 37.* d *Paul. II. t. 1. pag 26. & seq. 34.*

4. &c. Scribit Cranzius f illum a Friderico Augusto monitum, vt se exutum Boemico sceptro ob hæresim agnosceret, regnique imperij vectigalis ius ad Imperatorem, vt legitimum successorem recidisse, vtque Romanæ ecclesiæ pareret; at illum ob hæc accensum ira in Austriam exercitum immisisse: ad quem coercendum merito Pontifex Germanos in sacra arma concitauit g. Antequam autem hæc iuberet, cum cœnæ dominicæ sacra recurrerent, perculsus anathemate fuerat Georgius, eiusque filius Victorinus ob hæresim, spretaque apostolica imperia, tum Ioannes Rochizana, qui se pro designato Pragensi archiepiscopo gerebat, quique Georgio ob impietatem bellis vexato consuluisse refert Dubrauius h, vt monasterium S. Crucis in veteri Pragensi vrbe illum pretiosissimis thesauris spoliaret, eoque lucro delinitum tyrannum non illud modo, sed aliorum etiam monasteriorum sacram gazam expilasse, vt partim illam sectatoribus donaret, partim ingentes opes cumularet. Verum impius Rochizana, qui Georgij armis fretus humanæ vindictæ illudere putabat, diuinam non euasit; quippe de eo hæc tradit historiæ Michouius i: *Ioannes Rochizana Bœmica hæresis vertex, & auriga doctus, subita paralysi percussus apud Pragam loquendi vsum amisit, iustissimo Dei iudicio, vt qui lingua sceleratissimam hæresim extulit, & prædicauit, lingua languidata puniretur.* Porro Geor-

Georgium ob hæresim exauctoratum euertere nititur Pontifex. f *Sup. p. 29.* Monitus a Friderico Georgius regnum ob hæresim ad Imperatorem delolutum. In Austriam irrumpit. g *Cromer. lib. Vrsperg. in. c. 39.* h *Paul. lib. 8. pag. 135.* i *Ibidem.* *Michou. l. 4. c. 68.* Diuina vltione percussus Rochizana.

Georgium grauissima sibi & posteris mala, tum Boemiæ clades ob auscultatum nefarium hæresiarcham accersiuisse, indicat Ioannes Cochæus a.

aCochbistor. Hussit.l.12. Cur excidet Polonus iure hæreditario,

9. &c. Delatum sane iam antea sceptrum Boemicum Regi Poloniæ fuerat, vt diximus, a fœderatis catholicis: cum vero mora proderet rem catholicam, & fideles Boemos cum Romana ecclesia sentientes Georgij immanitati exponeret, neque ius hæreditarium sibi vellet armis asserere; catholici alium principem, nempe Matthiam Hungariæ Regem optandum censuerunt, qui ipsos ab impietate tyrannideque Georgij vindicaret. Accessit imperium Romani Pontificis, ad quem excindendæ hæreseos cura spectabat, ac latæ tanta æquitate sententiæ ad exitum perducendæ necessitas: neque etiam defuit Imperatoris auctoritas, qui cum ob supremum in Boemiam beneficiariam dominatum, iam damnato Georgio, de eo regno decernendi ius ad se spectare contenderet, nec viribus ad illud sibi comparandum polleret, ita cum Matthia Rege pactus est b, vt si nullos susciperet liberos, Hungariæ Boemiæque regna Austriacæ stirpi transfunderet. Postulatus etiam est de fœdere a Matthia Casimirus Poloniæ Rex: ille vero exitiale rei Christianæ consilium secutus respondit, nunquam se iure ad regnum Boemicum siue hereditario siue ab ipsis Boemis catholicis delato abdicasse. Accessere ex huiusmodi dissensione animi hæreticis, qui de se deque Hussitica hæresi actum omnino videbant, si Casimirus aliorum Regum fœderi assensisset; in tot quippe tantasque angustias adductus erat Georgius, vt etiam liberos suos regnandi spe ejiceret.

Cæsar cum Hungaro pacisciturde regno imperij beneficiario. bCoch.histor. Hussit.l.12.

13. 14 Immiserat itaque Georgius c Victorinum filium cum exercitu in Austriam, sed cum auxilia Hungarorum immineremt d, in Morauiam fuga se properipere coactus est: quem mox Matthias in itinere secutus ad prælium & fugam compulit, Trebyczoque receptum obsedit ac vrbem incendit, atq; Victorinus ægre euasit ex arce, quę mox dedita est Matthiæ, eiusq; in tectum ac potestatem venit Bruna vrbs nobilissima, eunde que cupidissime excepit Olomuca prouinciæ metropolis: quarum exemplum plerteque vrbes & arces secutæ sunt. Demum amissa Morauia Georgius plenus ignominia abicedere coactus est. At de his inferius; nunc Italicæ res orationem ad se vocant.

cMichon.l.4 c.68. Victorinus Georgij filius Austria pulsus. dCromer.hist Pol.l. 3 cap 37.

15. &c. Sedatum hoc anno et Etruscum bellum Pauli II. Pontificis diligentia, vt Bartholomæus Coleo communibus fœderatorum principum stipendijs conductus arma aduersus Turcas verteret, attributo illi annuo centum millium aureorum stipendio, quod principes Itali parcita æqua oneris portione essent persoluturi: qua de re diploma e a Paulo concordiam apostolica auctoritate imperante, editum.

eExtat in m.s. Vatt signat. lit. b.nu.19. pag.43.

21. &c. Tum promulgatum fuit f ipso die purificatæ Deiparæ sacro in ecclesia, cui Aracœli nomen inditum, ad conciliandam maiorem rei auctoritatem, a diacono Cardinale sacro ornatu, & mithra insignito ex editiore loco, adstantibus principum oratoribus, vt iussa acciperent. Quæ cum singulis, quorum interesse poterat ordine nuntiata essent, nouæ lites emersere, quibus auferendis data opera est.

fCard Papiē comm lib.4. Solemni ritu promulgata pax.

27. 28 Cum enim non sine magna laude pro constituenda confirmandaque pace Italiæ desudasset Paulus, principes tamen, qui Romanæ sedi ob id beneficium haud parum erant obstricti, exinde auerendorum a Pontificis obsequio illius clientum occasionem caprarunt: nam Galeatius Mediolani dux inique in id prorupit, vt inter fœderatos, suæue commendatos clientelæ Fridericum Vrbini comitem, Alexandrum Sfortiam Pisaurienſem, Thadeum Manfredum Imolensem toparchas, tum Anconitanos, ac Bononienses numeraret: sed ad eas discutiendas fraudes huic promulgationi interessuit Paulus, obnoxias Mediolanensi vrbes aliquasque, vt socias designauit.

Dux Mediolani fraudibus pacem turbare visus.

29. &c. Acta temere Mediolanensis dux non rescidit, immo Ferdinandus Rex Neapolitanus eosdem clientes ditionis ecclesiasticæ, quos Galeatius fœdere sibi iunctos renuntiarat, socios literis regijs a designauit, indeque ab ingrato Rege ecclesiam Romanam, a qua ad solium prouectus præter merita, in eoque confirmatus fuerat, deprimere annitente, noua dissensionum semina iacta fuere, occupata ab Alfonso primogenito, exercitum e Tuscia reducente, Tolphæ noua arce, non sine ingrati animi labe: *Parum enim*, inquit Papiensis, *vt visum est ad memoriam beneficij retulit nongenta atque eo amplius aureorum millia, quæ paulo ante seruandi regni sibi ac patri causa Romana sedes insumpserat, tantoque insuper discrimine, quæ in continuatione belli, magnis detrimentis coacta erat subire.*

Ferdinandus Rex Neapolitanus ingratus in ecclesiā Romanam e Ext. ibid. p.29.

32. 33 Hoc anno exeunte octobri miseranda de Leodiensibus strages edita est h a Carolo Burgundiæ duce, cuius implacabilis furor neque ab Honuphrio episcopo Tricaricensi Apostolicæ sedis legato, neque a Ludouico episcopo Leodiensi, pro quo principatui asserendo susceptum erat bellum, neque a Leodiensibus magistratibus, qui veniam petituri accesserant, conjectique in vincula deinde strangulati fuere, flecti ad misericordiam potuit. Coniuraruit cum Carolo in Leodiensium exitium Ludouicus Francorum Rex, primusque in sociam vrbem eius nomen inclamantem irrupit. Effecta est ea Leodij vastitas die dominico, vt refert Comineus, cum populus bellicis curis solutus hostem colendo potius diuino Numini, quam cædibus perpetrandis emendere putaret; tantamque adhibuit, Burgundus in miseros crudelitatem, vt horrore audientes perfundat de Leodiensium enim occisione hęc tradat Belcairus c: *Quadraginta hominum millia cæsa numerat Munsterus, mulierum quidem duodecim millia, quas in turbas simul religatas in Mosam præcipitatas refert.* Dum furebat in vrbe capta hostis, cecinisse refert clerum in templis: *Omnia, quæ fecisti nobis Domine, in vero iudicio fecisti; quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obedituimus.* De eodem excidio alij meminere d.

Leodienses summa ira ge affecti. hPhilipp Cō. mn.l.1.c.35 39.& 40.et Nauc.gedec 49.vol 2 Pa pienſ.comm. l.4. Meyer. in Car. Bar. lib Ægid.de Roya en ann Belg.hoc an. Longinus in chron.Cisn. & alij.

cBelcair.dict l.2.nu.19

dRemer.Snui l.11.& alij. Alphonsus Castellæ tyrannus diuino iudicio extinctus.

34 Eodem anno Henrici Castellæ Regis hostes, de quibus supra egimus, oratores ad Paulum II. misere; at ij Vrbis aditu sunt prohibiti, donec sponderent, se regio nomine Alfonsum principem non ornaturos. Quibus in conspectum admissis, multa querentibus respondit Pontifex, Alfonsum ob aliena scelera diu vitam non propagaturum: quæ vox iusti oraculi fuit, quippe Alfonsus dum regione mlue infectam declinabat, mense iunio repentina vi morbi oppressus est, siue peste, quæ multos consumebat, siue veneno extinctus, tum Henrici Regis partes sensim sese extulere e, Toletumque in illius potestatem reuocatum. At coniurati Isabellam Henrici sororem Reginam sibi præficere sunt moliti, quam illa dignitatem respuit f magna animi constantia. Demum septembri mense redintegrata pax est his legibus, vt Henricus quandiu superstes esset regium nomen auctoritatemque retineret: Isabella soror Castellani sceptri heres agnosceretur, Regina vero Castellæ adulterij notata infamia pontificiaque auctoritate ab Henrico viro segregata vna cum filia in Lusitaniam ablegaretur; coniuratis data venia, atque in pristinos honores restituti. Quibus sancitis Antonius Venerius Apostolicæ sedis legatus coniuratos censuris, quibus se irretierant, soluit.

eMarin.sup lib.cap 11. Henrici Regis partes restitutæ. fMarian.l. sup.c.13.Su rit.annal.t. 18.c.19.

In

a Papien.ep. 246.248. Pestis Romę grassata.

35 In Vrbe grassata a est hoc anno pestilentia, quæ plures e pontificia familia, & inter alios ipsummet Pauli lenirum, necnon medicum ad quotidiana pontificia obsequia incumbentem, abstulit; quamob causam Iacobus Cardinalis Papiensis Paulum ipsum hortatus est b, vt Vrbe excederet, seque tanto periculo subduceret. Alijs autem literis mense insequenti exaratis accepisse se illum vno eodemque tempore subijcit c ægrotasse, & conualuisse, quorum altero dolore, altero lætitia se affectum fuisse confirmat: *Ex vs enim sum*, inquit, *qui beneficentiam suam expertus, & libertatem sine metu agens denuum, & patrem mutare non cupio*.

b Ibid. p 246.

c Ib. p. 259.

Ioānis Turrecremate obitus.

36. &c. Obijsse per id tempus ex eius sepulchrali titulo tradunt Ioannem Turrecrematam Cardinalem Hispanum doctrina, ac probitate vitæ clarum: egregiaque extant in Vrbe tanti viri munificentiæ monumenta, nimirum templi fornix ad sacrum S. Mariæ super Mineruam templum, cœnobij claustrum, institutumque Deiparæ annuntiatæ ad virgines dotandas sodalitium.

d Fel. Ciz. in elench. Card. par. alt. Nous Cardinalium creatio.

39 Hoc anno XXI. nouembris auxere d Cardinalium senatum Ioannes Baptista Zenus Venetus protonotarius Pontificis sororis filius creatus S. Mariæ in portico diaconus, deinde presbyter S. Anastasiæ, ac demum episcopus Tusculanus: Ioannes Michaelius Venetus protonotarius pariter alterius sororis filius diaconus S. Luciæ in septem solijs renuntiatus, inde S. Angeli in foro piscium, postea presbyter S. Marcelli, inde episcopus Prænestinus, ac demum Portuensis. Eodem anno in secreto consistorio creati sunt quatuor alij Cardinales, Ioannes patria Vvratislauiensis, idemq; Strigoniensis archiepiscopus; Petrus Foscarus Venetus; Ioannes Baptista Sabellus Romanus, Franciscus Ferricus Burgundus patria Cluniacensis, de quibus admittendis ad cardinalitium munus, si Paulum ijs nondum promulgatis, e viuis excedere contingeret, extant tabulæ a Cardinalibus confectæ, quarum hæc est præcipua pars: *Voluit sanctissimus dominus noster, quod in casu quo (quod absit) accideret casus mortis sue, immediate de eo momento intelligantur ipsi quatuor Cardinales esse publicati, & nos teneamur sub eisdem penis superius nominatis eos nominare, quos ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc recipimus in Cardinales, in socios, & in fratres cum omni charitate, non obstantibus quibuscunque solemnitatibus in assumptione Cardinalium consuetis, quibus etiam sanctissimus dominus noster pro hac vice derogauit*.

Cur non fuerint postea admissi.

40 Cum postea inopina morte Paulus extinctus esset, in cardinalium numerum a veteranis non recepti sunt, ob decretum Eugenij IV. in causa Dominici Capranicæ Firmani prolatum, cuius mentionem Paulus non fecerat, quod Iacobus Papiensis confirmat in suis literis.

41 Edidit eodem anno Pontifex sanctionem celeberrimam de non alienandis bonis ecclesiasticis, ac pœnas graues ijs, qui contra intenderent, inflixit.

e Papien. Clement. l. 7. ep. 310. Bed. 58 episc. Patens c. vlt. Steph. Infessur. m. f Vat. sign. nu 111. hoc anno Friderici Imperatoris in Vrbe aduentus.

42. &c. Extremo anno, nimirum kal. decembris vt idem Iacobus Card. Papiensis e testatur, nuntiatum fuit in Vrbe, Fridericum Imperatorem soluendi voti causa Romam contendere. Vocatis Pontifex in concilium Cardinalibus quatuor episcopos alioq; designauit, qui secunda salutationis officia præstarent: demum Cardinalem Rothomagensem episcopum Ostiensem, ac Franciscum Picolominæum S. Eustachij diaconum Cardinalem Pij II. nepotem delegit, qui bidui iter ementi tertia venienti officia præstarent. Factos illi Romam ingredienti honores describit Cardinalis Papiensis, additque

Fridericum priuatim cum Paulo, tum in consistorio de tuenda Christiana republica, ac bello Turcis & hæreticis Boemis inferendo egisse. Denique communi animo hæc constituta refert a: *Alterum, vt Litera ad principes vtriusque nomine mitterentur, quibus illi ad kalend. nouembris anni venientis legatos suos Romam mittere rogarentur de ratione tuenda fidei cum Pontifice agturos: alterum, vt Venetis diutino Turcorum bello exhaustis decima clericorum, Hebræorum vigesima, & secularium trigesima in ditione sua concederentur, quales decreto Mantuani comentus Pius olim Italis quibusque indixerat.*

a Id comment lib. 7. Decreta Veneti de cumarum sublidia

IESV CHRISTI Annus 1469. Indict. 12.

PAVLI PP. II. annus 5. FRIDERICI III. IMP. OCCID. annus 30.

1. &c. FRidericus Imperator sacris in Vrbe locis religiose lustratis a summo Pontifice officijs, beneficijs, muneribusque ornatus Germaniam repetiturus, præstari solita a Cæsaribus Pontifici officia demissione Christiana pie præstitit, & equum consceusuro stapedem tenere voluit; deductusque triumphali pompa Roma lætus discessit; de quibus agit Augustinus Patritius b.

b Aug. Patr. in vita hic sign. in F nu 73 pag. 17.

6. &c. Tradit Iacobus Cardinalis Papiensis c, eo magnificentius habitum Fridericum, quod notissimum esset illum numquam propugnandæ Ecclesiæ, tuendæque Pontificum dignitati, ex quo accepit imperium, defuisse. Inter alia vero Paulus militarem S. Georgij ordinem in monasterio Mylstatensi Salisburgensis diœcesis Friderici rogatu instituit, imperatis nonnullis legibus, quas apostolicum diploma complectitur d: ac Viennæ oppidum in Austriæ ducatu, & diœcesi Patauiensi situm, opulentum, populo refertum, nobili academia, sacris Dei templis, monasterijs, xenodochijs, alijsque complurimis religiosis ædibus exornatum episcopali dignitate insignuit e.

c Papien in comm. l. 7 so. a. rer. germ. pag. 140. S. Georgij ordo militaris institutus.

d Lib. 8 bull. pag 30.

e Viennensis episcopat° a Paulo II. constitus. Vict. pag. 287

9 Incurrebat interea hostili irruptione in Friderici terras Victorinus filius Georgij Pouiebratij Boemiæ tyranni, ad quem comprimendum Pontifex principes catholicos coniunctos illi fœdere intentata anathematis pœna diuellere ab eius societate annisus est, Matthiamq; Regē in Georgium ipsum incitauit situm Laurentium episcopum Ferrariensem apostolicæ legationis munere in Germania & Pannonia fungentē Matthiæ ipsi aduersus eundem Georgium consilio operaque omni iussit adesse g.

Victorini in terras Friderici excursiones

f lib. p. 55. 56 & 63.

10. 11 Gesta h est feliciter res ab Hungaro Rege qui ex Pannonia in Moraniam crucesignatas copias' mouens Spilibergum diuturna pressum obsidione ad faciendam deditionem compulit: deinde Olomucium profectus ab orthodoxis Boemis habitis solemnibus ordinum comitijs, Boemiæ Rex & marchio Moraniæ ingenti plausu & gratulatione omnium est salutatus. Inde in Silesiam signa conuertit victricia, atque ab vniuersis Silesijs i Luzatijsque, præterque alios ab Vvratislauiensibus honorificentissime vti legitimus ipsorum princeps exceptus est; cumque oratores suos in Austriam ad Fridericum imperatorem misisset, vt pacta ad sustinendos bellicos sumptus stipendia exigeret, concepta spe delusus est: indeque inter ipsos noua parta dissidia. Interea in Moraniam, vt Victorini Georgij filij irruptiones coerceret, reuersus illum ad Visztelium oppidum

g Lib. 2. pag. 44.

h Papien. ep. 27. Io Tur. in chr. c. 66. Bonif. lib 4. dec. 2. Ranz. indic. Matthias Hungarus Bohemiæ Rex & marchio Moraniæ salutatus.

i Dubr. l. 30. Michou. l. 4. c 68. Cromer l. 27. Cromer Vvundal. l. 23. c. 1. Victorinus a Matthia intercept°

intercepit : in quem tamen clementia vſus eſt. Vt vero Caſimirus Matthiæ bellum intulerit dicetur inferius : nunc geſta cum Turcis bella ſuperioribus adiungamus.

Venetorũ in Turcas res geſtæ. *a Fruſius l. 39 6. 1. annal Papien ep. 227 Sab ennead. 10 l 6. Bonfin. dec. 4. lib. 2. Crom l 17. b Sabel. ibid.*

12 Præfectus orientali ſacro bello a Veneris Nicolaus Canalius Ænum oppidũ in Thraciæ ora ſitum diuitijs affluens, magnoque a Turcis munitum præſidio, adortus die ſeptimo expugnauit a, moxque direptum flammis deleuit : duo millia hoſtium tuiſſe inde in Euboeam abducta, refert Sabellicus b, ac plura illius egregia facinora recenſet.

Turcica in Croatiam irruptio.

13. &c. Cæterum ex victoriæ alijs magnis cladibus immixtæ fuere, atque a Turcis non vnius oppidi, ſed plurium prouinciarum Chriſtiani imperij vaſtitas effecta eſt. Præbuit tanto malo initium duorum fratrum Croatienſium diſſenſio, quorum natu minor Martinus nomine Stephano fratri toparchæ inuidens, ductuſque auaritia, cum amnem Lupranam Turcicas irruptiones a Croatia arcentem tantum æſtate vadoſum præſidio tueretur, cum Aſſambeo Boſnæ præfecto Chriſtianæ legis apoſtata pactus ſingula equitum capita ſingulos nummos argenteos, ac præterea de fratre vltionem ſumptum iri, Mahometano exercitui in Croatiam aditum aperuit. Conſtabat is viginti millibus equitum ad curſum expeditis, qui mox imparatis Chriſtianis miſerandas clades intulit ; in vno emporio octo millia paucis horis trucidarunt, ac tria millia abduxere in ſeruitutem. Illatæ hæ calamitates magna ex parte fuere terris Auſtriaco principatui obnoxijs ; quamobrem Fridericus Imperator, qui ſæpius antea torpuerat, dum agebatur de propulſandis e Pannonia Turcis, elidendaque Mahometis tyrannide in dies latius ſeſe efferente, his ſtimulis excitatus eſt c. vt proximis annis ad expeditionem conficiendam ſe commoueret: ſuſceptа etiam fuiſſe a Ludouico Francorum Rege pia conſilia de gerendo aduerſus barbaros bello ſacro Pontifex teſtatur, exactæque ea de cauſa a clero decimæ fuerunt: qui vero ijs cogendis præfectus fuerat Ioannes Balues Cardinalis clandeſtinis artibus alebat bella ciuilia inter Ludouicum Regem, ac fratrem Carolum, eiuſque ſoederatos Britannum Burgundumque duces : cuius proditione patefacta a diuina prouidentia in cuſtodiam traditus eſt ; liberiorem tamen ſummæ ob dignitatis gradum, quem tenebat: cumque a iudicibus interrogatus eſſet, terrore diuini iudicij actus mox omnia, vti erant, fatſus eſt ; de quibus monitus a fratre Rege dux Carolus flexit animum ad concordiam, & amicum colloquium cum fratre in Britanniæ & Andegauiæ limite celebrauit: ita tamen, vt inito domeſticorum conſilio in Regis poteſtatem non ſe traderet. Vt vero, vincente ſuſpiciones omnes natura, fraterna beneuolentia tanta ſuauitate animis perfuſis, vt oculi non continerent lachrymas, redintegrata ſit pax, deſcribit Cardinalis Papienſis d.

c Apud Papiſ ep. 394.

Balue Cardinalis proditio patefacta.

d Papienſ. comm l. 7. Paulus cũ Veneris arctiſſimum fœdus init

24. 25 In Italia hoc anno, cum Ferdinandus Rex Neapolitanus beneficiorum ab eccleſia Romana acceptorum immemor illius ditionis amplitudini inuideret, ſtrueretque ad debilitandas eius vires inſidias, Paulus cum Venetis fœdus ſanciuit in annos viginti quinque, ac priſtina iura ſua ex iniquis inuaſorum manibus Eccleſiæ reſtituere pertentauit.

Ariminum ex nothi Malateſtæ tyrannide eripere nititur Paulus.

26. 27 Fretus ita Venetorum ſocietate armiſque Pontifex Ariminum & nonnulla oppida, quæ Sigiſmundo Malateſtæ olim iure fiduciario tradita, ipſo ſine liberis iuſtis nuptijs procreatis vita functo, ad eccleſiaſticum imperium redierant, repetere conſtituit, ac domare bello Robertum Malateſtam, qui ex concubina natus Ariminenſem principatum inuaſerat, illuſeratque Romanæ eccleſiæ. Ducto ad Ariminum ponFerdinãd° Rex aduerſus eccleſiã immittit exercitum. *a Papiẽſ. chron. l. 5. Luc. Minutol. apud Card. Papiẽſ ep. 338. Pign lib. 8. b Io. Petr. Arimenſ. apud Pap. ep. 335*

tificio exercitu, cum rei feliciter gerendæ ſpes affulgeret, Ferdinandus Rex violata pace, quam anno ſuperiori cum Paulo pepigerat, copias ad Ariminenſem obſidionem ſoluendam miſit, atque arcano Dei iudicio oppreſſa eſt iuſta cauſa, & eccleſiaſticus exercitus a ſpuriorum principum copijs fuit profligatus; quam cladem deſcribit Cardinalis Papienſis a : Non defecit propterea Pontifex animo, vt Ioannes Petrus Arriuabenus eidem Cardinali Papienſi ſignificauit b, ſed in ſuſcepto reſtituendi Eccleſiæ Arimini conſilio perſtitit.

28 Conſultus hoc anno Paulus a Petro Antiocheno eodemque Maronitarum patriarcha de arcanis fidei Chriſtianæ myſterijs, vnica nimirum diuinitatis eſſentia trinitateque perſonarum, tum de Chriſti vnica perſona, dupliciſque, nimirum diuinæ & humanæ naturæ diſcrimine, quid ex diuinis oraculis, & ſacris concilijs tenendum eſſet, ita ipſum erudiuit.

29 *Paulus, &c.* Licet in ſancta Trinitate æterna Patre, & Filio, & Spiritu ſancto ſit vna eſſentia, vna natura, vna potentia, vna voluntas, & vna operatio, iuxta ea, quæ determinata ſunt per ſacroſanctum vniuerſale concilium Nicænum primum, & iuxta auctoritatem S. Auguſtini ponentis in interpretatione euangelij ſecundum Ioannem homilia xxiv. dicentis : *Faciamus voluntatem Patris, voluntatem Filij, voluntatem Spiritus ſancti, quia Trinitatis huius vna voluntas, vna poteſtas, una maieſtas eſt.* Et iuxta dicta B. Baſilij Cæſarienſis epiſcopi in interpretatione primi pſalmi, vbi ait : *Quorum autem vna natura eſt, horum eadem ſunt operationes.* Et iuxta dicta B. Gregorij Nicæni in ſermone contra Eunomium ſecundo, vbi ait : *Vnam voluntatem eſſe Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, natura communio proteſtatur : tamen in domino noſtro Ieſu Chriſto ex tempore incarnato ſunt duæ naturæ vnitæ in vno ſuppoſito diuino, ſcilicet diuina & humana perfecte in omnibus proprietatibus ſuis.* Sicut ex determinatione quarti concilij ſcilicet Chalcedonenſis expreſſe habetur. Similiter in ipſo domino noſtro Ieſu Chriſto ſunt duæ voluntates quantum ad proprietates naturales, id eſt, proprietates duarum naturarum, ſcilicet diuina, & humana vnitæ in vno ſuppoſito diuino, & concordes in vnum, ſiue ſimul indiuiſæ, inconuertibiles, inſeparabiles, inconfuſæ, non autem ſeparatæ, neque contrariæ ſicut impij hæretici dixerunt. Et ſimiliter dicendum eſt de operationibus Chriſti; agit enim vtraque forma ſecundum diuinorum prædicatorem Leonem cum alterius communione, quod proprium eſt, Verbo ſcilicet operante, quod Verbi eſt, & carne exequente, quod carnis eſt. Et S. Athanaſius in ſermone contra Apollinarium facto ait : *Quando dicis : Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix, tamen non mea, ſed tua voluntas fiat.* Et iterum : *Spiritus prompta eſt, caro autem infirma* ; *duas voluntates hic oſtendit, tam humanam, qua eſt carnis, quam diuinam, qua eſt deitatis.* Et Cyrillus epiſcopus Alexandriæ in interpretatione epiſtolæ ad Hebræos ait : *Si autem perfectos nos fecit per aquam & ſpiritum, quomodo non operatus eſt diuine pariterque humane?* Hæc autem manifeſtat decretum ſacroſancti ſexti concilij ſub Conſtantino principe in regia vrbe celebrati, quod præſentium lator tibi oſtendet, cuius ſententijs, & determinationi in omnibus acquieſcere, & adhærere debes, &c. *Dat. Roma apud S. Petrum anno* MCCCCLXIX, *non. auguſti pontificatus noſtri anno* V.

De Deo vno & trino.

SS. Patrum authoritates.

De duabus naturis in Chriſto.

Et duabus operationibus.

Leonis, Athanaſij & Cyrilli authoritates.

IESV

IESV CHRISTI
annus 1470.

Indict. 3.

PAVLI PP.II. annus 6. FRIDERICI III. IMPER. OCCID. annus 31.

1. &c. ALexander Foroliuiensis episcopus legatus pontificius Casimirum Poloniæ Regem adijt, vt Cromerus [a] & alij scribunt, Pontificemque excusauit si Boemiam illi non traderet, cum nefas esset, partum ius alteri adimere, præclaraque Matthiæ Hungariæ Regis erga sedem Apostolicam Christianamque rempublicam in arcendis Turcarum grassationibus, & Hussitis hæreticis edomandis merita obstarent; hortatusque ipsum est, vt controuersiam affinitate sedaret, filiamque in matrimonio cum Matthia locaret, & vna cum ipso aduersus Georgium hæreticum arma viresque iungeret. Sed alia Casimirus secutus est consilia, cum Boemiæ regnum Vladislao filio comparare decreuisset, adeoque vrgeret Georgium, vt vnus illi sceptrum traderet, atque hæresim damnaret; arterebat enim Georgium Matthias felicibus armis; cui de reportata de hæreticis Boemis insigni victoria Pontifex inclinante anno est gratulatus.

[a] Crom. l. 29

De Matthia Poloniæ Regi conciliando actum.

Sacrilegum votum a Mahomete de euertenda religione Christiana nuncupatum.

2. Inter hæc Turcarum Imperator coniunctis plurium regnorum viribus ad euertendum Christianum imperium fastu & furore turgidus anhelabat. Refert Cardinalis Papiensis nuncupatum ab illo notarium de delendo nomine Christiano iuramentum, quo, insimulatis Christifidelibus idololatriæ ob sacratum imaginum cultum, se ad euertendas aras, profananda sacra, fundendumque Christi cultorum sanguinem obstrinxit. Conceptam illius formulam, in Latinamque linguam versam [b] Veneti cum habuissent, exposuere Pontifici.

[b] Ext. apud Card. Papiens. ep. 379.

3. Perduxit ad exitum temerarium votum Mahometes, instructaque ingenti classe [c], tum maximo, & fortissimo succinctus exercitu Lemnum Imbrumque insulas vastauit, ac demum Euboeam, vulgo Negropontum nuncupatam, Venetæ obnoxiam ditioni adortus, Chalcidem vrbem illius principem, ac munitissimum vniuersæ Græciæ propugnaculum obsedit, insulamque cum continente ponte iunxit, per quem ex Græcia pedestris exercitus in eam irrupit: tum prima impressione vicos Stora & Basilicon oppressit, acerrimisque oppugnationibus Chalcidenses fatigauit: denique Illyrici cuiusdam debiliora loca, qua impressio hostilis tentanda esset, ostendentis proditione, quamuis Venetæ classis latura subsidium adesset, impetu cepit [d].

Lemnos & Imbrus ab eo expugnatæ.

[c] Ant. Cocc. Sabel. ennead. 10 l. 7. Iust. Thorig in Mahom. II. Euboea ob tinenti ab eo iuncta.

[d] Raphael. Volater. lib. 19 & alij.

13. &c. Deplorat illius cladem Sixtus IV. [e] in literis encyclicis proximo anno datis, ac describit Georgius Phrantzæ [f], additque: *Quo facto omnes in circuitu paruæ insulæ, & oppida vltro se dediderunt*; idemque de alijs metu perterritis refert. Perijsse quadraginta millia Turcarum sub Chalcidis mœnibus tradunt [g]: capta vero vrbe obuij ferro cæsi, imbellis multitudo sub hasta diuendita, milites Itali palis confixi, denique cuncta sacra funestata; masculos omnes, qui duodecimum annum excesserant, contrucidatos, pueros & feminas abductos in seruitutem, tradit Turcograecæ historiæ auctor [h].

[e] Sixt. IV. in bull. pag. 12

[f] Phrantz. l. 3 cap. 30.

Quadraginta millia Turcarum in obsidione pereunt. Summa crudelitas exercita in Chalcidenses.

[g] Turcograec. hist. l. 1.

[h] Id. ibid. & Sabellic. ennead. 10 l. 7

16. &c. Ascriptum est [i] Negropontense excidium Nicolai Canalij ignauiæ, qui vrbem præsidijs necessarijs non firmasset; qui pontem, quo iungebatur Euripus, & aditum ex insula ad continentem præbebat, non disturbasset, vt facili opere fieri poterat, sicque Mahometes intra insulam inclusus omni ope nudatus fuisset; qui etiam ferre auxilia hostemque adoriri distulisset, dum barbarus tota nocte in mœnia impetum faciebat. Territus quidem ille Venetæ classis prospectu soluere obsidionem decreuerat, ne exercitum in extremum exitium adduceret, sed a nonnullis ducibus confirmatus est, vt omni contentione vndique in obsessos concurreretur; ita enim posse opprimi, dum illi sociorum præsentia incautiores reddebantur: successitque, vt dictum est, Turcis ex sententia meditatum scelus, apertaque est ferro in vrbem via, dum classis vanos tubarum clangores dabat. Appulere postea ex Creta, & Italia tarda auxilia, cum Turca Chalcide iam esset potitus; Veneti vero ex male gesta a Canalio rei indignatione Nicolaum Mocenicum misere ad exercitum cum ampliſſimo imperio, qui Canalium eiusque filium, tum notarium coniecit in vincula, transmisitque ad senatum. Cum autem Turcicæ expeditionis princeps esset Pontifex, ad illum Veneti mittendum Canalium ipsum decreuere, vt is pœnas suæ ignauiæ daret. At contra Paulus in clementiam pronus pro ipso apud Christophorum Maurum ducem deprecator accessit [a].

Nicolaus Mocenicus ille solicit[a] a Venetis. Sabellic. vbi sup.

[i] Ext. apud Card. Papiens. ep. 379. Lemnos & Imbrus ab eo expugnatæ. [c] Ant. Cocc. Sabel. ennead. 10 l. 7. Iust. Thorig in Mahom. II. Euboea obtinenti ab eo iuncta. [d] Raphael. Volater. lib. 19 & alij. [e] Sixt. IV. in bull. pag. 12 [f] Phrantz. l. 3 cap. 30. Quadraginta millia Turcarum in obsidione pereunt. Summa crudelitas exercita in Chalcidenses. [g] Turcograec. hist. l. 1. [h] Id. ibid. & Sabellic. ennead. 10 l. 7 Nicolai Canalij ignauiæ clades ascripta. [i] Præter Sabel. vbi sup. Pet. Iustin. in hist. Ven. Bonfin. to. 2. lib. 3

[a] Lib. brev. pag. 61.

48. Reliquit hoc anno maximum sui desiderium Ioannes Casual Cardinalis S. Angeli virtutum claritate, & rerum gestarum amplitudine florentissimus, quem Iacobus Papiensis in commentarijs elogijs insignibus exornat [b]: *Præter gloriam*, inquit, *insti sacerdotij in domum primitias vel intulit, bonum nomen, iuxta verbum scripturæ, diuitijs multis anteferens. Quamdiu vero apud Pontifices egit idem, qui foris, esse non desijt; pependit a Romana ecclesia non principum nutu; quodque admirabile ingentibus videatur, toto eius cardinalatu nulli vnquam non interfuit senatui, solemnibus sacris nullis non affuit; munera vero cuncta publice celebritatis sic primus obiit, vt nec valitudo vnquam, nec priuata occupationes eum abduxerint.* Ex infra: *Mores eius ab omni ambitione longissime aberant. Habitabat ædibus modicis apud sacellum Marcelli martyris, nulla aulæorum aut vestis fragula vanitate, familia quoque is erat cultus atque modestia, vt in ea sancti senis disciplina facile videretur. Amictebatur cilicio eoque oculis oratione ieiunijsque semper intentus. Prætereo subsidia inopibus prabita, sanctarum ædium instaurationes, quæ nec rara fuerunt, nec modica; patrocinia labentibus tenuiorum causis fortissime præstita, quarum erat satelles assiduus, &c.*

Cerualis Cardinalis obitus.

Sub purpura gestabat cilicium.

[b] Card. Papiens. l. 7.

49. &c. In Anglia hoc anno bella ciuilia e recruduere, Richardo comite Vvaruicensi, qui Eduardum deiecto Henrico, solio regio imposuerat, ab eodem Eduardo, qui illius offenderat dignitatem, dissentiente. Oppressus initio est Richardus, coactusque cum suis in Gallias aufugere, accepto a Ludouico Francorum Rege maritimo exercitu, excitaraque Londini seditione Regem Eduardum, ne laniaretur a populo, ex Anglia fugere compulit: tum Henricum Regem diuturni carceris squallore liberatum, regijsque ornatum insignibus ad solium euexit; quas rerum conuersiones Franciscus episcopus Andriensis, qui in Caroli Burgundi aula versabatur, Iacobo Cardinali Papiensi literis significauit. Vt vero Eduardus Caroli ducis Burgundiæ opera de Henrico & Vvaruicensi triumpharit, proximo anno dicetur. Cæterum has Eboracensium & Lecestrensium mutuas clades diuinæ vindictæ ob euastatas ab eorum patribus Gallias tribuit Belcairus [d].

Eduardus Angliæ Rex regno pulsus.

[c] Francisc. epist. Andronen. apud Papiens. ep. 378. Chron. Comin. c. 51. 52 53. Additions ad Mat. Westm. pag. 37 Polyd. Virg. l. 23. Meyer l. 17. in Cap. Burgund. Bel. ca. loc. citat. a. 26 &c. Anglia in duas factiones diuisa

[d] Belcair. loc. citat. a. 26.

52. &c. Inter hæc ardente Gueldria ciuili bello, atq; Arnulpho illius duce seniore in filium Adolphum sibi rebellantem arma expedire parante, rogatus ab Arnulpho Dionysius Carthusianus, vt apud Deum concordiæ interpretem ageret, coelesti responsum ab angelo accepit, Gueldriam ob crimina populi exitiali & calamitoso bello atteritum iri, atque in potestatem externi principis impij redigendam, nisi Gueldrenses

Oblatum Dionysio Carthusiano immines Gueldriæ excidium.

commissa scelera deferent; ac mox Arnulpho Adolphoque ducibus impendens Geldriæ excidium prædicens, literis a hortatus est, vt publica expiatione scelerum pœnas auerterent. Consentiere ostensis exitus; nam Carolus dux Burgundiæ Adolphum, qui parentem impie vexarat, concordiam cum eo confirmare respuentem intercepit, misitque in carcerem, ac mox Geldriam omnem sui ditioni adiecit, non dissentiente Arnulpho duce seniore, a quo ducatus iura coemit, ac testamento etiam accepit exheredato ingrato filio, qui insitos a natura in parentes affectus extinxerat; atque hunc exitum habuit Dionysij Carthusiani vaticinium. Diuinam porro vitionem infelicem Adolphum ita infectatam tradit Cominius, vt cum post diuturni carceris squallorem ereptus in Lotaringia Carolo a Gandauensibus, libertati restitutus ad Margaretæ Belgici principatus heredis nuptias eueheretur, apud Tornacum trucidatus sit.

a Ext. inter oper. Dionys Carthus. & in eius vita Subacta a Burgundo Geldria.

55 Redegit hoc anno Paulus II. iubileum annum a trigesimo tertio ad vigesimum quintum recurrentem edito apostolico diplomate b,

Iubilæus annus redactus ad vigesimum quintum.

b Comin. l. 4. c. 1. Meyer. lib. 17.

IESV CHRISTI
Annus 1471.

Indict. 4.

SIXTI PP. IV. annus 1. FERDINANDI III. IMP. OCCID. annus 32.

Vrget Paulus concordiam inter Imperatorem & Hungarum.

c Paul. lib. brev. ann. 7. pag. 75.

4. 3 AD sedem Apostolicam perlatum est Fridericum Imperatorem, & Matthiam Hungariæ Regem in concordiam redijsse: ex quo felici nuntio ingenti gaudio perfusus Pontifex Paulus eidem Imperatori significauit c, si ita res esset, diuino se Numini gratias agere, atque vtrique ipsorum gratulari: si autem nondum perfecta esset, ambos enixe rogare hortarique, vt inter se & cum alijs principibus fœdus ad Turcarum tyrannidem comprimendam sancirent, Italorumque principum exemplum, & belli sacri ardorem proposuit, qui oratorum opera, optatissimam armorum pro tuenda propagandaque re Christiana societatem pepigissent.

Ratisponenses cursus pro tuenda re Christiana indicti.

3. 4 Interea Fridericus præteritis Turcarum incursionibus Carinthiam & Croatiam excursionibus cum se impare barbaris arcendis ab auito principatu cognosceret, Germanorum principum auxilia postulanda decreuit, indixitque solemnes ordinum imperij cœtus Ratisponæ ad VIII. kal. maij, diem nimirum S. Georgio martyri sacram, cunctosque ipsum Germaniæ principes eo vocasse refert Augustinus Patricius d, vt de Christianæ reipublicæ salute cum ipsis consuleret, omnibusque precibus a Pontifice petijsse, vt aliquem e sacro senatu illuc legaret, qui sedis Apostolicæ nomine ijsdem conuentibus Ratisponensibus præsideret; cumque din inter purpuratos disceptatum esset, quis tanto muneri aptior videretur, Franciscum Cardinalem Senensem, qui postea in pontificatu Pij III. nomen gessit, delegit.

d Patr. apud Fas. ep. 39 & rer. Germ. to. 3. p. 145. Franciscus Cardinalis Senensis in Germania legatus decernitur.

5. &c. Narrat Ioannes Antonius Campanus e episcopus Interamnensis, qui Cardinali legato pariter adhærebat, quæ in ijs celeberrimis conuentibus gesta sint, habitam nimirum a Tridentino antistite nomine Cæsareo orationem, cuius præcipua capita his verbis attingit: expositisse Carniolam recenter euastatam, & principum ciuitatumque oratores hortatum vt arma pro fide in hostem expedirent. Post Tridentinum episcopum exposuit legatus antea Turcã facile ex Europa depelli potuisse, neque neglecta iam ceruicibus Germanorum immine, in eaque necessitate omnium arma fodiendo, in illumque vertenda. At Friderici angustus animus egregie cœpta disturbauit, ac decem millia militum ad Turcarum grassationes coercendas per stationes in limite dispositas postulauit. Restitit illi legatus ac enisus est suadere, vt nõ exiguus exercitus, sed ingens decerneretur: proposuit in primis confici bella non minus illato terrore quã prælijs futuros hosti luuibrio Germanos, si in rã augusto conuentu exiguas adeo copias comparandas sanxerint: animo consternatos populos Turcis finitimos, desperaturos, dein vbi hæc auxilia contulerint principes, ad alia segniores futuros; proinde ante omnia de summa belli capiendum consilium, inspiciendas Germanorum vires, habendosque maximos ex omni Germania delectus. Laudata quidem legati sententia est; sed Imperator propterea suam sententiam non mutauit; quocirca suspicionem pluribus iniecit, ipsum præsenti discrimini velle occurrere, futura non cauere.

Obsistitur legatus, vt non leuis sed florentissimus exercitus cõscribatur

Cæsar præsentibus occurrit futura nõ cauet

a Campã l. 6 n. 14. 16. & l. 8. rer. germ. n. 9.

12 Affuisse a ijsdem conuentibus Hungarorum, Boemorum, Polonorumque oratores, tum etiam Saxoniæ principes, memorat Campanus: iacta vero in ventos verba plurima, atque Imperatorem mutata in deterius sententia ex illis decem millibus, quos ad præsens discrimen auertendum postularat (nam & Turcæ denuo irrupisse in Carniolam ferebantur) sex millia detraxisse, & tantum quatuor millia fatisfore adiecisse.

Mutata in peius Cæsarea sententia.

13. 14 Cæterũ ad decreta de vniuersa expeditione ad exitum perducenda obtorpuit Cæsar, Germanique, orta inter Palatinum & Cæsarem dissentione, in contrarias factiones distracti sunt.

15. &c. Oberat plurimũ rei Christianæ alia discordia, quam Georgij Podiebratij Boemiæ tyranni impietas concitauerat, quam ipso etiam extincto magis auctam esse constat. Et quidem cum iam ab Hungaro Silesia, Morauia, Luzatiaque spoliatus b, multisque incommodis ac morbo pressus c Boemicum sceptrum in aliquem e filijs transfundere cuperet, atque e malis, in quæ ob hæresim se coniecerat, emergere, optabat se in gratiã sedis Apostolicæ restitui, adeo vt id ex animo ipsum ambiuisse putet Cochæus d, atque Saxoniæ duces concordiæ apud Paulum interpretes adhibuisse: qui vtpote orthodoxi dogmatis erant cultores religiosissimi, responderunt Georgij votis, suoque ad Pontificem misere oratores, qui nonnullas concordiæ pactiones pro conciliandis ecclesiæ eodem Georgio Hussitisque attulere: atque imprimis pollicebatur ille se palam professurum, non esse ad consequendam felicem immortalitatem necessarium, vt fideles omnes sub vtraque specie Eucharistiam accipiant: exceptum iri archiepiscopum, quem Pontifex Pragensi ecclesiæ præfecturus esset, atque ad abolendas omnes corruptelas, reparandumque diuini cultus nitorem amplissima auctoritate ac potestate perfuncturum: & si in nonnullis locis porrigendæ infantibus rationis expertibus Eucharistiæ vsum ob inueteratam consuetudinem tollere non posset, relata ad sedem Apostolicam controuersia, illius imperia, regia coniuncta opera, perfectum iri. Ne autem orirentur seditiones, cum religionis splendorem rituſque veteres in pristinum statum redigeret, poscebat Georgius, vt regium ad id consilium ab archiepiscopo expeteretur. Spondebat quoque daturum se operam, vt ecclesiastica prædia & vectigalia ecclesijs restituerentur, neque ritus Romanæ ecclesiæ ritibus aduersantes in Boemiam inducerentur. Deprecabatur vero, vt cum plures laici Eucharistiam sub vini specie accipere consueuissent, ea ipsis facultas permitteretur. Denique poscebat, vt omnia, quæ in ipsum acta erant, rescinderentur, regnaque ipsi

Bohemicæ res.

b Paul. II. l. brev. p. 163. c Ang. Patric. apud Papeb. Cocl. lib. 12. Dubr. l. 30. in fin.

Georgius in angustias coniectus expetit ecclesiæ gratiam.

d Cocl. histor. Hussit. lib. 12.

Quæ a Georgij oratoribus in conuentu proposita.

ipſi aſſereretur dignitas; viciſſimque ille omnia catholici Regis officia & obſequia ſedi Apoſtolicæ præbiturum pollicebatur. Cum hæc a Pontifice & Cardinalium ſenatu, qua par erat, maturitate exculta eſſent, graues in iiſdem ambages compertæ ſunt, atque ad omnes diſſipandos dolos, ſingulis pactionum capitibus adiectæ ſunt notæ interrogationeſque, vt ad eas Georgius reſponderet, arctioribuſque vinculis ita deuinciretur, vt redintegrata Boemiæ cum Romana eccleſia coniunctio facile dirimi non poſſet: quorum omnium formulæ a miſſæ fuere ad Franciſcum Cardinalem Picolominæum in Germaniæ legatum, vt pertentaret Georgium, an reuera reconciliationem concordiamque proueheret. Addita ſunt alijs literis ad Cardinalem ipſum legatum octaua aprilis die datis b imperia, vt in Ratiſponenſibus certibus non in Turcas modo, ſed in hæreticos quoque Boemos ſacrum bellum promouendum curaret, cum nonniſi vexati ad piam mentis ſanitatem reduci nequirent.

Quæ reſpõſa ſint a Pontifice.

a Ext. apud Paul. II. lib. breu. ann. 7. pag. 150.

b Ib. p. 118.

Hydrope extinguitur Georgius.

27. 28 Dum hæc de reconciliando Georgio agitabantur, pro quo non modo principum Saxoniæ oratores deprecatores acceſſerant, verum etiam Caſimiri Regis Poloniæ legati c acriter rem vrgebant, hydrope infelix princeps interijt hoc anno, vt non modo ex ſcriptoribus d pene omnibus, verum etiam ex Laurentij Roſarellæ e nuntij apoſtolici, Pontificiſque f literis conſtat. Et quidem vigeſima ſecunda die martij, vt obſeruat Michouias, cum iam quindecim ante diebus raptus fuiſſet ad diuinum tribunal, maiorum, quæ Boemiam Georgiumque oppreſſere, præcipuus auctor perfidiſſimus Ioannes Rochizana, nondum vero miſſi pro impetranda venia principum Saxoniæ oratores redijſſent, vt narrat Cochlæus g. An Georgius vere ſcelerum ſuorum pœnituerit, ſeque a ſacerdote catholico cenſuris imminente morte abſoluendum curauerit, dum Romam oratores pro eblandienda venia pergebant, nos latet.

c Paul. Libr. pag. 178.

d Cochl. hiſt. Huſſit. l. 12. Michou. l. 4 c. 62. Cbron. l. 27. & alij.

e Apud Paul. II. lib. breu. pag. 172.

f Lib. breu. p. 163. & 178.

g Cochl. vbi ſup.

In nouas diſſẽtionũ fluct' cõiecta res Bohemica.

29. &c. Licet ex Georgij obitu erecti plurimum fuerint catholicorum animi, grauiorum tamen diſcriminum ſuſpicio ſuborta eſt ob ingentes diſſenſiones, quæ mox ſecutæ ſunt, vt dictus Laurentius nuntius apoſtolicus Pontifici ſignificauit; quas vberius enarrat Martinus Cromerus h, nempe cum ad renuntiandum Georgij ſucceſſorem comitia haberentur Pragæ, alios Imperatori, alios Matthiæ, alios Vladislao Regis Poloniæ filio, alios Alberto duci Saxoniæ, alios Henrico Georgij filio, alios Ludouico Regi Francorum, alios Ludouico Bauaro ſtuduiſſe; ſed inter tot factiones tres præcipuæ, quæ Hungarum, Poloniam ac Saxonem vocabant ad ſceptrum, eminebant, vt deſcribit Campanus i. At breui Saxonica factio diſſipata euanuit, Hungarica vero & Polonica ſteterc; & quidem Moraui, Sileſij, Luzatij Matthiæ, quemiam Regem ſuſceperant, adhæſere, alij in Cuthnenſibus comitijs Vladislaum Caſimiri Regis filium natu maximum l, ad quem materno hereditario iure regnum ſpectabat, ad ſceptrum Boemicum exciuere qui ab affectando Boemiæ regno, quod delatum iam ante Matthiæ fuerat, non abſtinuit; quamuis Paulus ſummam in eo diligentiam ad imminentia inde bella, allatura rei Chriſtianæ exitium, auertenda collocarit.

h Cromer. l. 27.

i Campan. epiſt. 6. & 10. 2. rer. Germ. p. 848. n. 3.

Albertus Saxo ſibi nõ profuit ſed obfuit Hũgaro.

l Michou. l. 4 c. 62. Cromer lib. 27.

Poloniæ Regis filio delatũ a Bohemis ſceptrum admittit.

39. &c. Miſerat iam ante Caſimirus ſuos ad ſedem Apoſtolicam oratores, qui cum in Poloniam redirent Pontifex Laurentium epiſcopum Ferrarienſẽ nuntium de his, quæ geſta erant, certiorem fecit m, tũ etiam vt iiſdem oratoribus propoſuiſſet, controuerſiæ æquitate dirimendæ onus Eccleſiam ſuſcepturam, ne armis res deciderentur: ſed fruſtra conſum-

m Id. p. 178.

pta opera: nam Vladislaus a magno ſuccinctus exercitu Boemiam ingreſſus cupide a Pragenſibus exceptus eſt auguſto menſe. Neque his contentus Caſimirus ſecundum natu filium Caſimirum cum fortiſſimorum militum exercitu miſit in Pannoniam, vt eam veluti materno iure hereditariam ſibi compararet: ſed is cum ad Nitram vſque excurriſſet, neque Hungaros in ſuas partes poſſet pellicere, non ſine ingenti diſcrimine a Matthia propulſatus eſt, & coniurati grauibus malis affecti.

a Michou. l. 4. c. 62. Cõt. eod. lib. 27.

In Hungaria coniuratio inita aduerſus Matthiam.

47 De Cyprijs rebus hæc refert Iacobus Cardinalis Papienſis b: *Auditi Cypry oratores, quorum fuit deprecatio, vt princeps eorum Iacobus Rex appellaretur.* Potiebatur ille vniuerſæ inſulæ imperio, verum vt ex Stephano Liſiniano c conſtat, iterum a Paulo, vt ante a Pio II. repulſam paſſus eſt, cumque inique Carola cum viro Ludouico ab Ægyptijs regno pulſa eſſet: is vero ad firmandam tyrannidem Catharinam Marci Cornelij patritij Veneti filiam duxit vxorem, cui reſpublica, vt ſupra indicatum eſt, centum millium nummorum dotem regni Cyprij Venero imperio coniungendi ſpe conſtituit.

b Papien. p. 381. Iacobi Cyprij tyranni oratores repulſi.

c Steph. Liſ mentio hiſt. Cypr.

His addendum videtur Vſumcaſſanum Regem Meſopotamiæ Perſide Indiaque poſitum, arma aduerſus Mahometem II. conuerſurum appellaſſe de fœdere Paulum Pontificem, veluti ſupremum Chriſtianorum principem, vt ſociali bello Mahometes poteretur. Functus eſt iterum ea legatione Ludouicus Bononienſis Minorita, qui in Tauricam Cherſoneſum progreſſus, ne qua, vt antea, impoſturæ ſuſpicio interponeretur, adductis teſtibus Genuenſibus fide digniſſimis, qui literas Vſumcaſſani ipſi tradi viderant, ad Caffenſem epiſcopum detulit: qui publicis tabellionibus vocatis, atque interpretibus eas ex Arabico in Latinum ſermonem vertendas curauit; ac deinde vna cum publicis monumentis, quæ veras eſſe Vſumcaſſani literas demõſtrabant, ad ſedem Apoſtolicam miſit, in quibus geſta prælia ita deſcribit.

Vſumcaſſanus Pontificem de fœdere in Turcam appellat.

48. 49 *In nomine ipſi Dei.* Super me venit cũ maxima multitudine, & cũ amicus meus fueris, tua benedictione mediante inimicum meum Iamſa[is Callifti tẽporibus capta Babylone in Vſumcaſſanum irruperat] ſuperaui, & vici. Poſt hæc filius eius Arſandach nomine, qui patre maiorem exercitum habebat, & ipſe ſuper me venit cum exercitu maximo, fregi, rupi, & trucidaui, & id tua mediante benedictione; & quis homo poteſt ire contra voluntatem Dei? non enim poteſtate mea aut viribus meis ſuperaui illos, ſed virtute Dei, qui ſecundum eorum malam diſpoſitionem illos male diſpoſuit: vna omnes illos a maiore ad minorem trucidaui: ipſos malos Deus peſſime perdidit. Tertio ſuperuenit Soltainnoſſair, qui erat magnus Rex Perſarum cum centum ſeptuaginta millibus hominum, exceptis centum & ſeptuaginta millibus curruum, cum gubernatoribus ipſorum, in nomine Domini illos cxxx. cum curribus, & rectoribus curruum perdidi, duces & barones trucidaui; omnium dominorum capita ad ſuas regiones miſi, & cum ipſi male diſpoſiti forent, propterea illos Deus peſſime perdidit, & gratias ago Deo meo, quoniam omnes illos perdidi, & ſuperaui: & ſi rogares, quot regna, patrias quot ceperim, ſic reſpondere poſſem, caput tot regnorum eſt India, finis locus Cathay, latus vnum eſt Aſia, & alius Æthiopia. De omnibus eſt laudandus Deus; omnes ciuitates fortiſſimas, & caſtra cepi, propter cauſas iſtas tardus fui ad complendum ordinata, & promiſſa per me: ſed ſi mihi largitur vitam Deus promiſſa complebo, &c.

Parta ab Vſũcaſſano victoria.

Aſſambeh filius Othman.

50 Non vane hæc iactata fuere; proximo enim anno

anno Vſumcaſſanus acre bellum cum Mahomete Turcarum Imperatore in Aſia geſſit: ſed principes Chriſtiani, exceptis Venetis paucisque alijs, quantumuis eos proximis annis Vſumcaſſanus repetitis legationibus excitarit, vel marcuere otio, vel ad ciuilia bella conſurrexerunt.

Nouæ in Anglia cõuerſiones.

§1. &c. Anglia quidem hoc anno ineunte triſtia viciſſitudinum exempla edidit. Pertugerat, vt ſuperiori anno diximus, Eduardus Rex Angliæ ad Carolum ducem Burgundiæ ſororium ſuum, qui illum multo auro, & conducta claſſe inſtruxit, qua Londinum inuectus ibi amicorum opera exceptus eſt, ac mox comparato exercitu aduerſus Richardum Vvaruici comitem ſigna extulit, eumque in acie obtruncauit. Deinde etiam aduerſus Margaretam Reginam, & Eduardum Henrici filium Vvalliæ principem progreſſus victoriam retulit, Eduardus vero in acie cum Regina ipſa matre captus, cum ad eundem Eduardum Regem adductus eſſet, interrogatuſque cur regnum armis diuexaſſet, reſpondit ſe auitum regnum recuperatum venille: ob cuius vocis conſtantiam mox a Georgio Clarentiæ, ac Richardo Gloceſtriæ ducibus contrucidatus eſt: Margareta in cuſtodiam tradita, poſtea pretio redempta fuit a Gallo Rege. Supererat tot malorum ſpectator Henricus Angliæ olim Rex: quem cum Guillelmus Facombrigius contracto maritimo terreſtrique exercitu liberare tentaſſet, propulſatus exitium illi parauit; nam, vt Eduardus omni inimicorum metu liber imperaret, Henricus in Londinenſi turri interfectus eſt: Henricum porro, præſertim ex quo ciuilis belli calamitatibus fuit afflictus, ſanctiorem viram ſectatum referunt; atque etiam miraculis, quorum plura narrat Nicolaus Harpsfeldius, inclaruiſſe.

Eduardus Vvaruici comitẽ obtruncat.

Regis Henrici filius captus in prælio.

Henricus Rex in carcere cæſus.

Borſius Ferrariẽſis ducis titulo inſignitus.

56. &c. Hoc anno aprilis menſe Borſius Ateſtinus Mutinæ dux optime de ſede Apoſtolica meritus maxima pompa, vt regiam non æquaret modo, ſed vinceret, Vrbem ingreſſus a Pontifice Ferrariæ ducis titulo exornatus eſt, cum antea vicarij pontificij poteſtate tantum fungeretur. Quo autem ritu & pompa res geſta ſit, deſcribit Pigna a. Verum, vt vitrea humana felicitas eſt, partus nouus ducalis honos verſus eſt paulo poſt in titulum ſepulchri; ex morbo enim XIII. kal. ſeptembris Borſius obijt, ac fratri Herculi principatum nouæ dignitatis acceſſione amplificatum reliquit.

a Pigna ibid Paulo poſt vertus honos in titulum ſepulchri.

60. &c. Triſtiori fugacis & inertæ humanæ felicitatis exemplo Paulus II. Pontifex vegeta valetudine florens, nocte ipſa, quæ in vigeſimam ſextam iulij diem excurrebat, mane in lecto expiraſſe compertus eſt; nimia ſcilicet craſſiorum humorum plenitudine interceptis venis, cum die præuia in Cardinalium ſenatu lætior vegetiorque quam antea eſſet viſus. Pontificatum tenuit ſeptem annis, menſe vno minus & quatuor diebus, cũ anno milleſimo ſexageſimo quarto die trigeſima auguſti Pontifex renuntiatus fuerit, vitam deſeruerit nocte vigeſimam ſextam iulij huius anni præcedente, vt probatiſſimi eius æui chronographi referunt b: quamquam non deſint qui v. kal. auguſti c, vt Baptiſta Platina, alijque, deceſſiſſe Paulum ſcribant. Plura reprehenſione digna ſtylo aculeato recenſet Platina, qui diuini imperij oblitus: *Principem populi tui non maledices*: nefarie ſatyras in eum ſcribere auſus eſt: ſed opponimus maledici hominis ſatyris Ægidium Viterbienſem Cardinalem, qui de ipſo hoc inſigne elogium monumentis mandauit d.

Paulus repentina morte obijt.

Platina in Paulum Satyram ſcripſit.

b Inſcr. ſepulcr. Vat. fin. n. 115. Panuin. in Pont. II. & alij.

c Apud Papiẽſ. p. 397.

d Ægid Card. Vit. in hiſtor. ſui ſæculor. a Leon. X. ſub. id. ex.

Pauli elogiũ inſigne ex Ægidio Viterbien.

63. &c. *Tam liberalis Paulus fuit, vt paucis egentiũ non donauit: tam inſtus, vt furum, ſicariorum, maleficorum nemini pepercerit: tam clemens, vt occidi neminem paſſus ſit. Exilia peccata paulo poſt donabat venia: magna aut ad triremes, aut ad carceres condemnabat.* Et infra: *Fuit Paulus eruditione Pio minor, animi magnitudine, & augenda reipublica ſtudio non inferior, ſacrarum rerum exornandarum cura minor: vterque inſtus, vterque clemens: ille eloquentia, hic magnificentia melior. Vterque in ecclesijs collocandis diligens, in hominum delectu accuratus: ille ad externa recuperanda, hic ad domeſtica exornanda incitator: ille facilis in admittendis omnibus gratiſſimus, hic difficilis non niſi nolẽtu: viſus graniſſimus & admirabili veneratione adorabatur.* Et infra: *Facundia, & literaria ſtudia ornabant Pium, Paulum gravitas, liberalitaſque commendabat: ille fouendis bonis ingenijs; hic viduis, virginibus, epiſcopis, nobilibuſque pauperibus ſuſtentandis operam dabat: alter inerauditum epiſcopum vocabat aſinum; alter amarum pontificem lupum appellabat: is omnes eſſe doctos; hic neminem pauperem eſſe laborabat: amabat ille elegantiora ingenia; hic viros magnanimos atque liberales: florere ſub Pio mirum in modum bonarum artium ſtudia; incredibilis ſub Paulo inſtitia viguit: omnes eo principe poeſim, oratoriam, & cultiores muſas adamabant; nemo hoc Pontifice vel ſeditiones ciuitatum, vel viarum latrocinia exercebat: ille vt nemo eſſet ignarus literarum; hic iuta vt eſſent omnia procurabat. Fuit Paulo ad ſeruandam inſtitiam, ad iuuandos egenos, ad ſacra exornanda maius ſtudium.* Conſurrexit inter alios Franciſcus Philelphus a ſatyricos libellos, qui mox a Pauli obitu per Italiam ab impijs hominibus vitiorum cupidis diſſeminati fuerunt: qui narrat inſignem fuiſſe Pauli frugalitatem, nam in prandio peponibus & minutis piſciculis, ac frigida aqua Tyberina pro potu vſum, atque ex turbulenta concoctione inſurgentibus flatibus meatus, per quos fit reſpiratio, obſtructos fuiſſe, ex quo nervorum contractio & continuo mors fuerit conſecuta. Illud porro certum eſt teterrimam calumniam a nouatoribus b ei imponi, dum in actu venereo a diabolo ſtrangulatum mentiuntur: fingunt etiam alia quæ a pijs auctoribus refelluntur c.

a Philelph. l. 35. ep. 1. ad Six. IV.

Impudẽtiſſima nouatorum calumnia.

b Pleſſ. in myſt. iniquit. c. Greſſer. cap. 64.

SIXTVS PAPA IV.

66. &c. Iuſtis funebribus Paulo ex maieſtate pontificia perſolutis, Franciſcus Robureus vulgo de Ruuere, Saonenſis, iam ante a Paulo ipſo ex Franciſcana familia in Cardinalium numerum adſcitus, nona aug. die d Pontifex delectus eſt, ac Sixti nomen ſuſcepit, quod die Sixto Papæ ac martyri ſacro Cardinales concilare eſſent ingreſſi; ſymbolumque ex pſalmographo e mutuatus eſt: *Auxilium meum a Domino, qui fecit cælum & terram.* Arcano quidem diuinæ prouidentiæ conſilio vocatum ad pontificatum, & ſuſcipiendæ ab eo Franciſcanæ diſciplinæ, dignitatiſque pontificiæ aliquando gerendæ ſigna in eo præluxiſſe, ſeruatumque vitæ & maximis ereptum periculis S. Franciſci cuius ſacra veſte a matre cœleſti monitu nuncupati voti ergo indutus fuerat, ope refert Bartholomæus Platina Cremonenſis f, adeo vt detracta illi veſte Franciſcani ordinis ſtatim febre & angina correptus ſit, eademque reſtituta S. Franciſco addictus, liberatus ſit; addiditque cum nonum annum nactus eſſet ordinis mores vitamque imbibiſſe. Proteſtus quidem eſt Sixtus publicis literis g, ſe meritis S. Franciſci ad varios honorum gradus, tum ad ſummum pontificatum prouectum fuiſſe. Ob inſignia autem virtutum, ac doctrinæ ornamenta amittente Beſſarione cardinalatu a Paulo II. eſt inſignitus: nec propterea literarum eum abiciſſe ſtudia, ſed pluribus etiam editis commentarijs Eccleſiam doctrinæ ſuæ radijs colluſtraſſe, egregijſque ijs doctibus iter ſibi ad ſummum pontificatum ſtruxiſſe, recenſet Platina h.

Franciſcus Robureus Pontifex renuncatus. Sixti IV. nomen accipit.

d Paul. Bernard. Nicol. in ſ. Vaſic. ſig. nu 110. Platin. ſ. Vaſic. in Sixt. IV. vita.

e Pſal. 120. Quæ ſentẽtia pro ſymbolo accepta ab ipſo

f Barth. Plat. in Sixt. IV. vita in ſ. bibl. Vaſic.

70 Pontificia thyara exornatus eſt VIII. kal. ſeptembris: cumque ad Lateranenſem baſilicam de more feſto ornatu, ac ſolemni pompa pergeret, vitæ peri-

g Ext. apud Luc. Vvadd. t. 8. an. 1503 num. 46.

Sacra purpura ornatus monumẽta ingenij edidit.

h Plat. in Sixt. IV.

Orta ſeditio dum ad Lateranum ſolemnem pompam diceret.

periculum adijt; equites enim pontificij, dum turbas submouerent, quoidam habuere aiperius, qui vocatis alijs subsidio illos adorti sunt, Pontificemque ex lecticam saxis appetierunt: sed Latinus Vrsinus obequitans plebis furorem compressit: recenset hæc Panuinus a; ex quo etiam colligitur, egisse tum Sixtum ætatis annum quinquagesimum septimum, cum natum referat XII. kal. augusti huius sæculi anno quartodecimo. Eodem die exaratis encyclicis literis b Christifideles de susceptis a se catholicæ Ecclesiæ gubernaculis certiores fecit, rogauitque, vt preces Deo funderent, quo eius ope confirmatus tantum nanus ad diuinæ gloriæ propagationem gereret.

a Panuin in Sixt. IV.

b Ext. apud Fel. Contel.

71 Sub primis pontificatus sui auspicijs Christianam religionem tueri armis aduersus fidei hostes constituit, significauitque Christifidelibus c, non opes modo, verum etiam cruorem suum se profusurum.

Decernit tueri fidem contra Turcas.

c Sixt. Libro & bulla p. 35. ep. 11. dib. pag. 12 num. 10.

72. &c. Describit alijs literis encyclicis d Mahometis II. Turcarum Imperatoris secundos progressus, acerrimaque in oppugnando Christiano imperio molimina, quo Christiani coniunctis animis ad illius vim infringendam consurgant. Excitatum Sixtum ad sacram in Mahometem expeditionem conficiendam a Bernardo Iustiniano oratore Venetorum refert additionum ad Monstrelectum auctor, illique expositum ab eo tyranno erepta Christianæ reipublicæ duo imperia, regna quatuor, prouincias viginti, ducentas vrbes, innumerumque populum male perditum: quæ oratio in calce operis Sixti IV. de sanguine Christi extat.

76. &c. Cum autem tantæ rei moles tam ardua exigeret, vt Christiani imperij principes & episcopi ad solemnes cœtus vocarentur, vt communi sanctione belli sacri auxilia decernerentur, concilium œcumenicum Laterani celebrandum indixit e: cumque Imperator Fridericus Vtini cogendum poposciisset, in quam vrbem se conferre pollicebatur, Sixtus Mantuam, vel Anconam proposuit: *Verum cum hac deliberatione rem in longum protrahi videret*, ait Bartolomæus Platina f, *patrum consensu quatuor legatos decernit, Bessarionem Nicænum in Gallium, Rodericum Borgiam vicecancellarium in Hispaniam, Melcum Barbum in Germaniam, Oliuerium Caraffam Neapolitanum Cardinalem classi maritimæ in Turcos præfecit*. Extant de his legationibus plurima diplomata, de quibus proximo anno agetur: addimus nunc de Germanica legatione, eam traditam Cardinali S. Marci, vt pacem inter Hungarum & Polonum de Boemiæ sceptro certantes conciliaret, districtaque in mutuam perniciem arma in Turcas auerteret.

Concilium a Sixto indictum Laterani. Fridericus Imperator de loco litem mouet

e Plat. in Sixt. IV. vita & bulla ibid. Quatuor legati in varia regna decreti a Sixto.

79. &c. Quintam addit legationem Cardinalis Papiensis g: sed quæ fuerit non exprimit, ait enim: *Audio Cardinales duos nouissime factos esse: legatos vero quinque, qui ad rem Christianam proficiscantur*. Ascripta est ijs literis dies XXVI decembris: fuerunt ij Petrus Riarius mediocri familia Saonæ ortus, & a Sixto a teneris annis in Franciscano sodalitio educatus, quem episcopum Tarusinum ante designatum presbyterum Cardinalem tituli Sancti Sixti creauit, & Iulianus Raphaelis fratris filius episcopus Carpentoratensis S. Petri ad vincula presbyter pariter Cardinalis, qui postea pontificios apices consecutus Iulij II. nomen sibi indidit: in ea vero re ipsum conceptum in conclaui iusiurandum violasse, vt priuatis indulgeret affectibus, queritur Iacobus Papiensis h.

g Papien. ep. 407.

Cardinalitius senatus auctus.

h Id. ep. 431. 433, & 498 i Plat. m. s. Vat. in scripti Mus. Dionysij Carthusiani pia mors.

83 Hoc anno paulo ante kalend. augusti pie obijt i Dionysius Chartusianus in Hasbania, e vico ignobili Leodiensis diœcesis dicto Rikelo ortus, qui plura volumina magno pietatis sensu delibuta conscripsit: nonnulla tamen caute legenda aduertit Robertus Cardinalis Bellarminus. Hoc vero ad illius commendationem referunt, Eugenium IV. dum aliquem ex pijs eius commentarijs forte inspexisset, exclamasse: *Lætetur mater Ecclesia, quæ talem habet filium*.

Operum illius insigne elogium. Obitus Amedei.

84. 85 Hoc eodem anno Amedeus III. Sabaudiæ dux exeunte iunio mense Aureliæ ab hominibus demigrauit, quem singulari in pauperes liberalitate viuum, vt de ea quererentur politici memorat Lambertus Vvanderburchius a: *Admonitus*, inquit, *aliquoties, nullam arcem, nullum propugnaculum, nulla mœnia æque ditiones suas conservare respondit, atque hominum egentium, qui ipsi Deo curæ, singularem hanc curam. In ea vna prouinciarum suarum omnium vires roburque, quod nulla queant expugnare castra, nulla euertere tormenta, consistere. Eos ille homines commilitones suos appellare, eos accurate liberaliterque habere, ijs cibum, & potum, & detractas subinde corpori suo vestes de sua prabere manu, eorum conuictu, ac familiaritate gaudere, & prope nonnunquam discumbere vestis illius omnium mentibus. Cum a legato forte quodam exteto nullos unum canes haberet venaticos interrogaretur, ingentem se postridie illi huiusmodi canum numerum ostensurum respondit: reuersum autem ad horam conditam hominem, cum canes nulli apparerent, in proximum abduxit triclinium, vnde in subiectam aulæ planitiem despectus erat, ibi mensam illi admirabundo oblongam strauit, & ciborum omni genere refertissimam, accumbentesque ad eam mendicos paupertesque quamplurimos ostendit, atque hisce hominum affatur verbis: Isti, vir amice, canes sunt, quibus in vita hac, cuius brevis interuaque periodus est, calum ego venor, alimentoque expedio, quæ mauna omni præstantiora famem mihi in perpetuum sistant*. Addit auctor laborasse illum morbo molestissimo & contimo, cumque illius consolandi gratia proceres ad eum accederent, ipsummet eos solatum: *Deum nunquam nobis viciniorem esse demonstrando, quam cum maxime varijs corpus hoc exeretur cruciatibus, nullaque remedia, quæ anima vulneribus curandis adhibentur tam fatere dolorem, quam quæ maxime sunt salutaria*. Philiberrus filius eius nominis primus in principatu illi successit; ac sunt qui scribant Amedeum post mortem miraculis claruisse.

a Card. Bell. l. 3. de offic. principis Lib. Vvanderb. in Amed III.

Insignis eius liberalitas in pauperes.

Mira eius patientia.

Fertur claruisse miraculis.

IESV CHRISTI Annus 1472.

Indict. 5.

SIXTI PP. II. annus 2. FRIDERICI III. IMPER. OCCID. annus 33.

1. &c. SIxtus studio tuendi aduersus Turcicas irruptiones Christiani imperij accensus, cum classem adiunctis sibi Venetis & Neapolitano Rege instruendam decreuisset, illique Oliuerium Caratam præfecisset, Christifideles apostolico diplomate propesita immortalitatis spe solicitauit, vt religiosam militiam in classe ecclesiastica, in qua humanissime excipiendi essent, profiterentur, palamque vulgauit b terra marique vires omnes in Turcas se impensurum.

Fideles ad cruceatam in Turcas militiam excitati.

b Lib. brev. & bull. p. 39 epist. 31.

4. 5 Instructa a Pontifice, Ferdinando Rege Neapolitano, ac Venetis classe triremium centum & eo amplius; eius pars Oliuerium Caratam tit. S. Eusebij presbyterum Cardinalem legatum exceptura, cum in Tyberinum alueum inuecta esset, pontificia precatione solemni ritu fuit sustrata, vt describit Raphael Volaterranus c: *Die*, inquit, *solemni corporis Domini circumlato sacramento a Pontifice Vaticani ad*

c Mf. archiu Vat. sign. 20 & Papien. epist. 448. Classis pontificia sacra prece a Sixto sustrata.

ad molem vſque Hadriani, atque in domo ſacra ad baſilicam Petri: in ea Cardinalis Neapolitanus familia Caraffa natus, tit. S. Euſebij, legatus ante ad claſſem maritimam deſignatus, ſacris eſt operatus Pontifice, & patribus aſtantibus. Ijs expletis vexilla triremium per oratores principum, & potentatuum portata ad Pontificem ad ſummum ſolium, in quo reſederat, ſunt: qui illis benedixit ſolemni ex cerimonialibus benedictione. Inde diſceſſum eſt ad horam xx. ipſe Pontifex comitatus patribus, & prælatis ad triremes profectus eſt, quæ paulo infra tenobium S. Pauli porta Oſtienſi Piſis adiecta medio alueo Tyberis ſubſederant. In prætoriam aſcendit Pontifex, & patrum nonnulli, ex cuius puppi loco edito, vnde videri ab omnibus poterat, ſimuli ſolemnitate triremibus benedixit, quæ quatuor tantum erant, nam reliqua numero quatuordecim cum duabus onerarijs E nduſtum præceſſerant. Tot eo anno armauit Eccleſia, cum Veneti quinquaginta ſex, Ferdinandus triginta armaſſet. Benedixit etiam legato, & familiæ, & pronuntiari alta voce iuſſit, remittere ſe culpam, & pœnam ijs nautis, vel pugnatoribus, qui aut in pugna, aut alio caſu vita excederent. Quibus actis legatum reliquit in claſſe, ipſe ad Vaticanum reuerſus eſt.

Quit triremiũ numerus a ſocijs cõparatus.

6. 7 Dicendum nunc eſt de alijs legatis, de quibus anno ſuperiori memorauimus. Offert ſeſe primum Cardinalis Beſſarion, ad quem ſcripſit a Ludouicus Francorum Rex humaniſſimas literas, & gratulatus de legatione in Gallijs gerenda ei data, ipſum hortatus eſt, vt protectionem ſuſciperet b. Profectus in Gallias mutatam improborum hominum opera Regis mentem reperit c, adeo vt de ſuæ legationis æſtimatione maximum diſcrimen adierit. Demum aſſenſit Rex, vt ad ipſum pergeret, munuſque ſibi ab Apoſtolica ſede iniunctum libere obiret d.

a Papienſ. ep. 436.

b lib. ep. 439. & ep. 544.

c lib. ep 455. Gallus legarum male recipit.

d Epiſt. 450. Indigna ad ueritus animos poſſent.

8 Cum vero vrgeretur a Cardinale Beſſarione, vt cum Carolo duce Burgundiæ fœdus pangeret, collapſæque religionis, & Græciæ Turcica oppreſſæ ſeruitute miſereretur, reſpondit e pacem reintegrari non poſſe, niſi prius Burgundiæ Britanniæque duces, qui Gallicæ coronæ beneficiarij regijs non obſequebantur imperijs, anathemate percellerentur. Quod cum veluti indignum legato ſedis Apoſtolicæ, nimirum vt in priuatarum partium ſtudia ſe vltro ſineret, qui concordiæ futurus interpres omnesque partes conciliaturus venſſet, Beſſarion tacere detrectaret, Rege perſtante in ſententia ſua in Italiam reuerſus eſt, & Rauennæ febri, ac dyſenteria obijt f. Ipſi ſuperuenſſe tebrim ex legationis inteliciter geſtæ dolore refert Cardinalis Papienſis; celebrat 8 vero eiuſdem laudes, obitumque deflet in literis ad Campanum datis: *Ad hunc*, inquit, *referebantur noſtra conſilia, ad hunc legationes vndecunque nos adeuntes. Sine Nicæno nec operum initia erant nec exitus: tota operum moles huius vnius humeris inſiſtebat. Omitto amorem in nos, qui maior eſſe non poterat: officia in cæteros, qua plura prope ab vno illo proficiſcebantur, quam a reliquis patribus: religionem quoque, pietatem, munificentiam, animi magnitudinem, qui nil humile, nil, quod non dignitati coniunctum eſſet, poterat cogitare.*

e Ms. f. Vatic. arch. inſcripſit Miſcel. in Sixt. IV. 208

f Papien ep. 510. & 500

g lib. ep. 498. Beſſarionis Card. obitus.

Quę relicta ab eo ingenij monumenta.

9. &c. Reliquit egregia doctrinæ monumenta, vt Trithemius & Bellarminus aiunt, de quibus ſupra ſæpius meminimus h. Bibliothecam, quam ingenti ſtudio compararat, Venetæ reipublicæ teſtamento legauit, vt iam ante petita pontificis venia decreuerat, cum a ſenatu magnis affectus beneficijs, atque etiam ſubacta a Turcis Græcia ciuitate donatus, tum grauiſſimis rationibus adductus eſſet, vt Græci, qui Venetias confluere ſolent, fructum ex ijs capere poſſent, vt diſerte in literis ad eundem ſenatum Venetum antea datis i explicat. Acta fuere a duce & ſenatu Veneto honorificentiſſimis literis gratiæ. Porro corpus illius Rauenna Romam in ſepulchro conditum eſt, quod ipſe ſibi parauerat in baſilica ſanctorum Apoſtolorum iuxta monumentum martyris Eugeniæ, vt ait Phrantzæ; cum autem patriarchatus Conſtantinopolitani titulos poſt Iſidorum Cardinalem Ruthenum geſſiſſet, in eius locum ſuffectus eſt Petrus Riarius Cardinalis, Pontificis ex ſorore nepos, ſedente Conſtantinopoli Simeone Graco.

h Gagnin. in Ludou. XI. Fratrem veneficij opera ſuſtulisse accuſatur Ludou.

i Gagnin. in Ludou. XI. Meyer. l. 17. Belle. for. Suur. l. 18. annal. c. 39.

Petrus Riarius Conſtantinopolit. patriarchatui ſuffectus.

11. &c. Quod ad Galliarum bella ciuilia attinet, ad quæ ſedanda Beſſarionem miſſum vidimus; ſatisque Ludouicum Francorum Regem & Carolum ducem Burgundiæ adeo eſſerarant, vt non modo palam ferro flammaque, ſed clam quoque veneficio k ſe mutuo lacerarentur. Cum etiam Carolus dux Aquitaniæ veneno ſublatus e eſt, accuſatumque ferunt a Iordano abbate veneficio Ludouicum vti ſceleris auctorem; atque mox copijs, quas diſpoſuerat, immiſſis Aquitaniam recepiſſe: at Burgundum ira accenſum in regiam ditionem irrupiſſe d, Noellam Viromanduorum vrbem compulſſe ad deditionem, ac mox pactionum oblitum in dedititios ſæuiſſe, & ſacra templa humano cruore reſpertiſſe: inde Royam cepiſſe; Bellouacos adortum, ſed non ſine cæde ſuorum propulſatum; per Normanniam ferrum flammamque circumtuliſſe.

k Gagnin. in Ludou. XI. Meyer. l. 17. Belle. for. Suur. l. 18. annal. c. 39.

l Gagnin. in Lud. Phil. Comin. in chr. c. 57. 58. 59. Meyer. l. 17. Belc. dec. 1. l. 2.

Aquitania a Ludouico accepta.

d Gagnin in Lud. Phil. Comin. in chr. c. 57. 58. 59. Meyer. l. 17. Belc. dec. 1. l. 2.

Roderici Cardinalis in Hiſpania legatio

12. Per idem tempus xv. maij, ait Volaterranus, *abijt in legationem Hiſpanicam Rodericus olim S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus, poſt epiſcopus Albanenſis vicecancellarius, annos natus duodequadraginta.* Extant in Vaticani tabularij m. s. volumine apoſtolicæ literæ e, quibus ille ad gerendam maiori cum dignitate legationem prærogatiuis ampliſſimis exornatur. Valentiæ primum quam honorificentiſſime exceptus cultuſque a ciuibus, ad clerum illius eccleſiæ, cui epiſcopus præerat, concionem habuit, a Iacobo Cardinale Papienſi compoſitam, quæ inter eius epiſtolas f extat. Obiuit improbe legationem Rodericus, vt idem Cardinalis Papienſis g in literis ad Franciſcum decanum Toletanum ingenue deſcribit: *Vicecancellarius*, inquit, *Pontificem nullus, artibus & corruptelis ſuis creatum, concupitam diu in patriam profectionem facile impetrauit, vt honoratus iret, vt populis ſe videndum præberet, vt ex tribus regnis omniſariam meſſem conmeteret nullo ipſorum regnorum vſu, nulla neceſſitate Apoſtolicæ ſedis legatum pari poteſtate deſignari ſe procurauit. Valentiam nauigauit, aditum legationi pecunia redimens, in vlteriorem Hiſpaniam tranſijt, vtrobique multa vanitatis, & luxus, & ambitionis, & auaritiæ documenta relinquens, nullo eorum perfecto, quod ſibi ad nomen legationis prætenderat.*

e Ms. Vatic. arch. inſcripſit Miſcel. in Sixt. IV. 208

f Papien ep. 510. & 500

g lib. ep. 498. Beſſarionis Card. obitus.

Relicta vitiorum veſtigia.

13. &c. Dum in ea legatione verſabatur Rodericus, datæ illi partes fuerunt, vt Elizabeth Caſtellani regni heredis ac Ferdinandi Aragonij matrimonium ſolutis canonicis legibus confirmaret h, tum vt Nauarrici regni ciuiles motus ſederet: grauioribus enim bellis lacerabatur Nauarra, cum poſt mortem Caroli Viannæ principis, ad quem materno iure hereditario ſceptrum ſpectabat, Ioannis illius patris Aragonum Regis partes auctæ eſſent; partim etiam Henricus Caſtellæ Rex illud armis ſibi pepererat i: partim Gaſto Fuxenſis comes, qui Leonoram Caroli detuncti principis ſororem ſibi matrimonio iunxerat, ad quam regni Nauarræ iura hereditaria pertinebant, regnum dotale ſibi aſſerere nitebatur l; iſque ſtudio concordiæ cum Ioanne Rege ſocero pepigerat, vt in reliquam vitam Regis ei nomen permitteret, ipſe vero eius nomine regnum adminiſtraret.

h Raphael Volater. l. 22

Gaſto Fuxẽſis regno Nauarræ potitur.

i Raphael Volater. l. 22

l Surit. Lanõ n. 2. l. 8. c. 50 Steph. Garinæi l. 29.

Verum

E viuis tol litur.

Verum hoc anno e viuis sublatus est magno humanarum rerum instabilitatis exemplo: inter quæ Ioannes Aragonum Rex Leonoræ parer Barcinonenses decennali belli fossos pactione militari, interprete Gaspare viro religione conspicuo, in fidem recepit.

Lusitani Regis in Phutense regnum expeditio. Arzila expugnata

27 Eodem Anno Alfonsus Lusitaniæ Rex instructa trecentarum nauium classe, exercitum triginta armatorum millium in expeditionem eduxit in regnum Phutense, & Arzilam vrbē insignem die Bartholomæo Apostolo sacro expugnauit, duobus Maurorum millibus cæsis, & quinque millibus in seruitutem abductis. Vrbem etiam aliam, cui Tanger nomen, solo terrore fugatis ciuibus occupauit: septembris vero die vigesimo septimo Lusitaniam repetijt, confecto viginti tribus diebus bello grauissimo, ac se Regem Algarbiarum citra & vltra mare Africum inscripsit. At de Hispanicis rebus hactenus; ad alia nos conferamus.

Africani nomen accepit.

Legatio germanica gesta a Marco Cardinale.

28 Imminebat Turca Germaniæ in qua functus est legatione hoc anno Marcus tit. S. Marci presbyter Cardinalis Aquileiensis, ad Hungariæ Poloniæque Reges de Boemiæ regno decertantes conciliandos, conficiendamque in Turcas expeditionem profectus a.

a Sin. IV vit. legat. p. 68. Matthiæ Regi Hungariæ partes suscepit Sixtus aduersus Polonum. b lib. pag. 67. c lib. pag. 69. De concitandis in Polonum cruciferis actum. d lib. pag. 62. Silesij & Morani interdicto anathemate obsequi iussi Matthiæ. e lib. pag. 66.

29. &c. Tuendas suscepit Sixtus in hac controuersia Pannoniæ Regis partes aduersus Polonum, quem ad hæreticorum Boemorum deferendas parte, iungendamque cum Matthia amicitiam est adhortatus b. Matthiam vero Regem solicitauit c, vt concordiæ cum Polono vias conquireret, quo amborum arma in communem hostem verterentur. Ad remouendum autem facilius ab Hungarico bello Polonum, liberauit Sixtus cruciferos equites fœderis sacramento, quo antea se ei deuinxerant, ac prouincias, quæ Polonico regno ex illius concordiæ legibus adiunctæ fuerant, ab eiusdem Casimiri imperio liberas esse renuntiauit d.

33. &c. Editum etiam est a Sixto insigne aliud diploma e, quo Boemos, Silesios, & Morauos Vladislai partium sectatores interrato anathemate Matthiæ Regi iussit obsequi, docuitque, vt ille rite electus, eiusdemque electio confirmata ab Apostolica sede fuisset; contra vero Vladislaus suo iure excidisset, qui a catholicis primum designatus Rex, vt Boemiam ex Georgij Podiebratij tyrannide liberaret, electionem non admisisset. Cum autem a Marco Cardinale legato de pace inter Polonum & Hungarum agi cœptum esset, pactæ demum fuere inducie, vt tradunt Matthias Michouias f, & Martinus Cromerus g, ad S. Ioannis Baptistæ natalitia, vt interim Olomucæ publici cœtus de Hungarica & Boemica controuersijs sedandis haberentur: eos tamen cœtus non habitos ob constituti temporis angustias, sed in Poloniam Marcum Cardinalem legatum se contulisse, quem magnifice exceptum a Casimiro Rege Michouias h hisce verbis describit: *Casimirus Poloniæ Rex obuiam illi personaliter Vieliczkam versus eum Casimiro filio in comitatu insigni eximit, & a processionibus omnium ecclesiarum, ac vniuersitatis magno honore a tribus tandem filijs regijs, Alberto, Alexandro, & Casimiro pulchre coram perorantibus exceptus fuit. Altera die splendido prandio refectus, & audientia illi die sequenti concessa, commemoratis pernitiosis criminibus Turcæ, pacem cum Hungariæ Rege multipliciter persuasit, obsecrans Regem, vt quæ armis quæsiturus erat per conditiones pacis susciperet, & cum cæteris catholicis Regibus contra Turcam in arma prodiret.* Decretum demum a Polono in cœtibus regni ordinum kal. nouembris habitis, vt Nyssam ineunte februario anni proximi oratores mitterentur ad pacem cum Boemis Hungarisque agitandam conciliandamque: quibus Sixti literæ ad Marcum Cardinalem legatum missa consentiunt.

f Mich sup. cap. 63. g Cromer. lib. 27. b Mich. l. 4. cap. 63. Legatus a Polono honorificentissime exceptus. Conuentus Nyssæ indictus pro pace.

Matthias Mahometis opprimendi occasioni deest.

40 Profectus Nyssam, in qua de pace habiti solemnes Hungarorum, Boemorum, Polonorumque conuentus fuere, Cardinalis legatus proximo anno nihil omnino prætermisit, quod redigendis illis in concordiam conducere potuit, sed irrito conatu. Accusant Polonum b Matthiam Regem, qui cum a Turcica grassatione, propter bellum, quod Vsumcassianus in Mahometem susceperat, metu solutus esset, difficiliorem se præstiterit: cum potius Turcici abolendi imperij occasionem arripere debuisset, iunctoque cum Polono fœdere in Turcas Persico bello turbatos incurrere: quippe Vsumcassanus, misso superiori anno Ludouico Bononiensi Minorita, cum Pontifice antiquum fœdus instaurarat, vt Christianos Reges principesque ad Turcas in Europa debellandos concitaret, dum eosdem in Asia ipse cum maximo & fortissimo exercitu edomaret: nec fidei præstitæ barbarus defuit, Pontifex vero classi marinæ in Turcas Oliuerium Cardinalem Carafam Neapolitanum legatum præfecit.

Vsumcassanus cum Christianis fœdus in Mahometem init.

41. &c. Direxit vela versus Rhodum pontificius legatus: compositisque inter Rhodium principem & equites controuersijs sublatis ex Rhodio portu anchoris vna cum Venetis & Neapolitanis triremibus Sataliæ portum diripuit, ac deinde Smyrnam a Tamerlane iam ante nostris ereptam, recuperauit; quæ confirmat Bartholomæus Platina in m.s. vita Sixti IV. & ex eo Panuinus reperit; fusius autem Coriolanus Cepio b Dalmata, qui triremis vnius præfectus sub Petri Mocenici, qui Venetæ classi præerat cum imperio, auspicijs pugnabat, describit. Collato dein consilio ad Samum insulam, Attalam vrbem Pamphiliæ principem, nobilissimum Ægyptiorum Syrorumque emporium, adoriri decreuerunt (classis erat, adiunctis duabus Rhodijs, nauium octuaginta quinque) primoque impetu refracta portus cathena, occupatæ turres, suburbanæ officinæ direptæ, primi vrbis muri admotis scalis a nostris conscensi: vbi vero ad secundos ventum est, scalæ eorum altitudinem æquare non potuerunt. Abducendæ inde classis post illatam regioni vastitatē sumptum consilium est, ac Rhodum adnauigatum, quo Vsumcassani orator accessit, qui narrauit ipsius duces minorem Armeniam Turcis obnoxiam inuasisse, & Tocat vrbem validissimam, pluraque alia oppida expugnasse. Nec modo Trapezus belli causa olim Dauidis Comneni regia expugnata est ab Vsumcassano, verum Sinope quoque illius iugum admisit; tunc etiam Mahometis imperatoris Constantinopolitani exercitus ab eodem concisus est, vt narrat accurate Matthias Michouias c, qui addit Casimirum Regem Poloniæ ab Vsumcassano missis oratoribus solicitatum fuisse, vt in Mahometem arma iungeret. At pulcherrima gerendi belli sacri occasione vsi non sunt Christiani: non enim Polonus, non Hungarus, non Imperator copias in Turcas pararunt, quamobrem & inertis Frederici ditio, finitimæque prouinciæ a Turcis vastatæ fuerunt: quas clades describit Michouias d.

Nauigat Rhodum legatus.

Littora Asiæ a nostris infesta ta. b Coriolan l. 2. Bzius bib. Hist. p. 2. d. 9. Petr. Iustin. lib. 9

Cur Attalia expugnata non fuerit. Vsumcassani in Mahometem expeditio.

Sinope eidem dedita

c Mich. lib. 4. c. 69. Cromer. l. 27. Bizar. rer. Persic. lib. 10

d Mich. l. 4. c. 68.

48. &c. Eodem tempore Ioannes Basilius, decreta ad Sixtum amplissima legatione, significauit se Florentini concilij sancita admisisse: a Constantinopolitano patriarcha petere iura sacra desijsse, ex quo barbarico iugo pressus esset: Pontificem etiam, vt Christi vicarium veneratus, vt mitteretur legatus, qui in Moscouia corruptelas, si quæ irrepsissent, tolleret, flagitauit: Zoem etiam ex Palæologorum stirpe imperatoria procreatam sibi, conciliatore

Sixto procuratorum opera despondit, quemadmodum refert Volaterranus a: ex quibus nuptijs affulgebat aliqua spes, Ioannem Basilium ad recuperandam Græciam conuersurum impetus, & Græcos facile illi adhæsuros. De Tartaris etiam in Turcas concitandis agitatum; sed coniungendos potius arctissimo fœderis nexu Christianos principes visum est, quorum arma & domando hosti paria essent, & victoriæ nullum nouum terrorē, clademue allaturæ: atque in primis in Italicis inter se concilandis, quorum oratores apud sedem Apostolicam agebant, desudatum est.

a M. f. urbis Vatic.

De instauranco fœdere Italico actum.

5 2. &c. Quod ad Ferdinandum Regem Neapolitanū attinet; nactus ille Sixtū in asserendis iuribus Ecclesiæ Paulō prædecessore inferiorem animis, cupidumque consanguineos illustrandi atque augendi, de nepte regia pontificio nepoti matrimonio iungenda egit, impetrauitq; vt Soranus comitatus, quem Pius II. dum Gallos Ferdinandi hostes eiecit, comparauerat, ecclesiasticæque adiunxerat ditioni, restitueretur Neapolitanæ coronæ: ad quæ ductum Sixtum Leonardi Riuerij nepotis ad opulentas nuptias euehendi, & rebus ecclesiasticis ditandi illecebra, indicat Bartholomæus Platina b in m.s. vita Sixti Papæ. Ductus præterea humanis affectibus Sixtus Hieronymum Riarium, cui ecclesiastici exercitus supremum contulerat imperium, Imolæ & Forliuij toparchia donauit: sed male collatæ Ecclesiæ opes illi ac filijs exitium postea attulere; hæc enim de eo refert Petrus Iustinianus c: *In Italia Hieronymus Riarius Sixti Pontificis nepos, & Imola Forliuyque princeps, in cubiculo a ciuibus conspiratione occulta occisus, in forum de palatij fenestra proijcitur.*

Ferdinād' poscit a Sixto vectigalis pendendi onere liberari.

Soran' comitatus a ditione ecclesiastica diuulsus.

b Plat. m.s. arch. Vat.

Imolæ & Foriliuij toparchia ab alienata a Sixto.

c Petr. Iustin. hist. Ven. l. 9

In cubiculo miserè cæsus.

63 Migrauit in cœlum hoc anno Bononiæ Ludouicus Morbiolus d, qui pietatis miro delibutus studio populum ad contemptum mundi virtutesque incirculis hortari solebat: *Per noctem*, inquit Sigonius, *lachrymans lapide pectus percutiebat, totus in meditatione passionis Christi defixus. Interdiu ne otio languesceret sacras ex ossibus imagines sculpere docuit, aut prædicationi se tradidit, homines ad cælestem gloriam conscendendam, & humanam contemnendam adhortans: v. Kal. nouembris migrauit ad cælum, sepultusque est in cœmeterio S. Petri, & post sex menses, cum miraculis clarere cœpisset, in ecclesiam translatus est.*

Ludouici Morbioli mors.

d Mamm. in corm.

Totus in Iesu Crucifixi meditatione versabatur.

Indict. 6.

IESV CHRISTI
Annus 1473.

SIXTI PP. IV. annus 3. FRIDERICI III. IMPER. OCCID. annus 34.

1. &c. OLiuerius Cardinalis Carafa Apostolicæ sedis legatus classis pontificiæ præfectus in Vrbem reuersus, vt Stephanus Infessura e refert, viginti quinque camelos præda onustos, ac totidem Turcas per triumphi speciem secum circumtulit; hostilia etiam complura signa attulit, & cathenæ in portu Attaliæ refractæ partem ante basilicæ Vaticanæ fores suspendit; Petrus vero Mocenicus classis Venetæ præfectus subactis Sichino, Seleucia, & Corico munitissimis arcibus, quas Caramanni filio fœderato Vsumcassani restituit, maiora molieba-

e Steph. Infess. cod. m.s. Vat. sign. n. 111. & m.s. Vatic. ibi.

Iacobus Cypri tyrannus a suis veneno peremptus.

tur, cum Iacobi Cyprij tyranni mortis fama illum a cœptis reuocauit: retert vero Stephanus Infessura, Iacobum veneno fuisse interemptum ab vxoris patruo, & auunculo, cum regni administrationem omnem in se transferre affectarent; ac Iacobum defunctum anathematis reum sine regijs honoribus in sepulchrum illatum fuisse, cum arcano Dei indicio cera in vniuersa insula ad honestandum illius tumulo reperta non esset; idque teterrimo crimini, quo ex fœdere cum Saracenis se deuinxerat, ascriptum.

Carolæ Reginæ frustra petita a Venetis senatu regno Cypro restituti.

a Blond. p. 2. l. 9

b Cepio l. 2.

4. &c. Meditata est Carola Regina, quæ a Iacobo fratre nothō soldani Ægyptiaci viribus spoliata regno fuerat, amissum regnum recuperare, ac Mocenicum mitis oratoribus solicitauit a, vt iam ante expulsam in regiam se dignitatem restitueret, sed repulsam ab illo passa est, vti Coriolanus Cepio refert b, quod diceret politicorum more regna non legum formulis litiumque contestatione, sed armis virtuteq; regia teneri; nec Cyprum ab imbelli fœmina depulsa regno, sed virtute tantum Veneta contra vim Ægyptiam defendi posse. Confirmatæ fuerunt a Petro Mocenico Catharinæ Iacobi Regis demortui vxoris, vti Veneti nominis filiæ ac sociæ, partes, enixaque illa est filium, cui paternum nomen inditum est; sed biennio tantum vixit. Cæterum turbidæ c admodum Cypriæ res fuerunt.

c Blond. p. 2. l. 9.

Interea circumferente latius victorias in Asia Vsumcassano, Mahometem Imperatorem terror inuasit, ne ipsum Christiani coniunctis adorirentur viribus, acceptasque vlciscerentur iniurias; vtque Vsumcassanus Venetos sibi conciliarat, ita illic Matthiam Regem Hungariæ deliuire muneribus constituit, adhibuitque fœderis interpretem Nicolaum Varuedam de Vilach recenter Bosnæ Regem appellatum, plurima ei pollicitus, si rem perficeret. Matthias itaque, amplificandi Hungarici limitis occasionem tibi oblatam ratus, oratores ad Mahometem misit, qui his legibus fœdus auxiliaque in Vsumcassanum paciscerentur, si Bosnam Seruiamque, aut harum alteram Hungaro permitteret.

Metuit Mahometes ne Christiani Vsumcassano iuncti illum euertant.

Hungarum sibi conciliare animi tur.

8 Dissuadente vero Pontifice ne Mahometi fœdifrago fideret, initum non est a Matthia cum Turcarum Imperatore fœdus, siue quod ice Matthias pontificijs monitis morem gesserit, siue Mahometes propulsato Vsumcassano Hungari amicitiam, vti haud amplius necessariam, contempserit. Deinde hunc plurimis ingentia illa Mahometis & Vsumcassani prælia Coriolanus Cepio d ex literis Catherini Zeni oratoris Veneti, qui in castris Vsumcassani versabatur, Sabellicus e, Bizarrus f, alijque: e quibus Sabellicus refert, vt Vsumcassanus, qui Pyrameti, Caramani, & Tartarorum Imperatoris subsidijs erat fultus, trecenta & quinquaginta milia armatorum in expeditionem eduxerit; Christianorum autem auxilia, & tormenta bellica, quæ illi maxime erant necessaria, non acceperit, cum ad maritimam Asiæ oram, vti promiserat, ad conferenda de belli summa consilia non accessisset; Mahometes autem Turcarum Imperator trecenta viginti millia militum ad signa coegerat. Et quidem illum, vt Persis occurreret, omnes gerendis armis idoneos ex vniuersis regnis contraxisse, & Constantinopolim maximis præsidijs relictoque minore filio communiuisse, ne illam Christiani expugnarent, dum in Vsumcassanum moueret, narrat Michouias g.

d Coriol. Cepio l. 2.

e Sabellic. enn. 10. l. 7.

f Bizar. hist. rer. Persic.

Ad Asiæ maritimam oram non accedit Vsumcassanus.

Trecenta millia bellatorum educta a Mahomete in Persam.

g Michou. l. 4. c. 69.

9 Concurrere Turcicæ Persicaque acies in Armenia, geminoque prælio decreta res h; in primo Vsumcassani filius triginta millibus equitum succinctus præfectum Romaniæ, qui quadraginta millia Turcarum ducebat, asperrima clade deleuit. Quo successu prospero elatior Vsumcassanus vniuersis viribus adoriri Mahometem constituit: & prima quidem impressione Turcæ maxima strage cæsi a Persis fuere; sed cum peruentum esset ad regiam munitionem, quæ de more in medijs castris excitata erat, & cathenis, curribus, tormentisque dispositis egregie communita, mox emissis e bellicis machinis globis laniati sunt Persæ, & horrifico illo strepitu, cui non assueuerant, perterriti equi,

In Armenia certatum.

h Coriol. Cepio Sabellic. enn. 10. l. 7. Turcor. de Bizar. lib. 9

Inuto victores Persæ. Tormentis bellicis inferior Vsumcassanus.

Mahometes impedimentis & gaza perſica potitus.

equi, ſeſſores inde abripuerunt; perijtque in eo congreſſu Vſumcaſſani filius: tum vero effuſus in Perſas turbatos Tureicus equitatus illos ad fugam capiendam compulit, adeo vt Vſumcaſſanus ad montana Armeniæ perfugerit: Mahometes vero Perſica gaza, & impedimentis potitus triumphantis inſtar Conſtantinopolim ſit reuerſus, quamuis multo plures in eo prælio amiſiſſet, decem enim millia Perſarum, quadraginta Turcarum tum cæſa ferunter.

Amiſſa a Chriſtianis recuperandę Conſtantinopolis ſpes. Carinthia & Styria vexatæ a Turcis. a Mich. ſup. c. 69.

10. &c. Quo etiam anno Turcæ ex Boſna erumpentes Carinthiam Styriamque Auſtriacæ ſtirpis hereditarias prouincias late ſunt populati a, non audente Friderico Imperatore arma in eos vertere; quo cognito cum in Cardinalium ſenatu flagitaſſet, vt ad Auguſtenſes cœtus legatus pontificius decerneretur, obſtitit Franciſcus Cardinalis Senenſis, vt refert Volaterranus: *Petente*, inquit, *Imperatore, vt ad conuentum Auguſtenſem legatus mitteretur, dixit in conſiſtorio Cardinalis Senenſis decem conuentus intra non multos annos habitos, eoſque irritos fuiſſe, proceres ad ingentes apparatus ornandos ſubditos onerare, reique inuidiam in Eccleſiam, cuius imperio fieri dicunt, derivare.* Cæterum alij ſolemnes conuentus pro diriminenda Boemicæ coronæ lite inter Polonum & Hungarum b celebrati ſunt; ad quos Marcus tit. S. Marci Cardinalis pontificius legatus protectus eſt, vt omnium arma in Turcas auerterentur: ſed illius diligentiam odiorum pertinacia, partiumque aduerſarum, parta iura tuentium, cupiditas eluſere.

b Mich. l. 4. c. 6. Cromer. l. 27. & alij.

Caſtellæ Rex Rodericum excipit honorifice.

18. &c. Minus feliciter quoque geſta a Roderico Borgia Cardinale Hiſpanica legatio: is quidem ex Aragonia Matritum profectus honorificentiſſime ab Henrico Rege Caſtellæ exceptus eſt; ab eo enim incedente ad dexteram collocatus eſt, qui honos, vt obſeruat Mariana c, legatis apoſtolicis deferri erat ſolitus. Cum vero ad mutuam concordiam reducendos Hiſpanos, pacandaſque Hiſpanias ſtudia conuertiſſet, Henricus Rex ponere arma recuſauit, nullaque in re legato morem geſſit: quinetiam ambiguam ipſius apud Pontificem fidem accuſauit. Et quidem illum Ferdinandi Ioannis Regis Aragonum filij, qui Habellæ Henrici ſorori coniungendi Aragonio Caſtellani ſceptri ſpe nupſerat, partibus ſe implicuiſſe ſcribit Mariana d, & confirmat Platina e. Cumque is multo improbo quæſtu ex legatione parco rediret in Italiam, extremum naufragij diſcrimen adijt, quod diuinæ vltioni tribuit Cardinalis Papienſis f: *Ante aſtium*, inquit, *Anſerici fluminis octobris die x. ingenti orta tempeſtate conſtratis duabus quatriremibus duabus, in quibus ipſe & familia cum omni preda Hiſpanica vehebatur, altera lachrymabili damno ante oculos ſuos depreſſa eſt, altera, quæ ſua erat, diſſracta iam puppe, cum haud procul exitio eſſet, remiſſis paululum ventis egre in portum Liburnum lacera, ac vexata protruditur. Præter ceteram turbam quinque, & ſeptuaginta ex familia periere: in his epiſcopi tres, Pharenſis, Aſſiſienſis, & Ortanus, inreconſulti amplius duodecim, equeſtris ordinis ſex: iactura autem rerum amplius triginta, millium aureorum eſt æſtimata. Inania nunc appetamus concedamusque omnia gratia, negemuſque de erratis noſtris curam Deo non eſſe.*

c Mariana l. 23. c. 18. Negat tamen arma ponere.

d Id. ib. c. 19 e Plat. in Sixt. IV. vita ſub. Roderici reditus ex Hiſpania. f Papien. ep. 544. Naufragium in portu paſſus.

21 Celebrabatur in Hiſpania Darocenſis eccleſia magno piorum concurſu ob inſignis prodigij, quo ſpecies ſacramentales in carnem & ſanguinem conuerſæ fuerant, monumenta, quæ in ea extabant, ac magna religione colebantur, ad quam augendam Sixtus veniam criminum eam ſacram ædem rite inſtraturis contulit, deque eodem prodigio hæc memorat: *Inter grandia miracula, quæ tempore recolendæ memoriæ Iacobi Aragonum Regis Chriſtifidelibus oſtenſa fuerunt, quinque ſcilicet hoſtiæ in ſacratiſſimum corpus domini noſtri Ieſu Chriſti per quendam presbyterum tunc miſſam in quodam colle Echin nuncupato Valentinæ diœceſis celebrantem pro nonnullis capitaneis exercitus Regis prædicti contra Saracenos directis communicandis conſecratæ, dum exercitus ipſe contra huiuſmodi Saracenos bellum habiturus eſſet, ac ex tunc antequam boſtia huiuſmodi, vt præmittitur, conſecrata per dictos capitaneos ſumi potuiſſent in corporalibus inuolutæ, & per dictum presbyterum ob metum, & inuaſionem ipſorum Saracenorum ſub quodam lapide repoſitæ viſibiliter in colore, & forma mundiſſimæ carnis, & puri ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti conuerſæ fuerunt, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum anno* MCCCCLXXIII. XII. *kalend. iulij pontificatus noſtri anno* II. In alia etiam Hiſpana eccleſia ſeruari diuinum cruorem, in quem ſacramentales ſpecies, ad ſacerdotis de tanto myſterio ambigentis fidem corroborandam, tranſmutatæ fuerant, inferius dicetur.

Transubſtantiatio inſigni miraculo confirmata.

IESV CHRISTI annus 1474. Indict. 7.

SIXTI PP. IV. FRIDERICI III. IMPER. OCCIDENT. annus 4. annus 35.

1. &c. CHriſtiernus Danorum Rex vna cum Ioanne Saxoniæ inferioris duce, & ſplendida equitum auratorum caterua, peregrini cultu, vt refert Albertus Crantzius a, Romam verſus iter inſtituit b. Ingreſſus Vrbem honorificentiſſime a Pontifice eſt exceptus; de quo hæc Cardinalis Papienſis c: *Nos hic Dacorum Regem honoribus ſummis acceptimus: turba omnis curialis egreſſa eſt obuiam, patres ad portam congreſſi medium illum per vrbem ad baſilicam Petri, inde ad Pontificem perduxere, inri decendo tunc publice præſidentem. Religio ſumma in ſummo Rege enituit: procubuit in genua ante illius pedes, nec ante ſe eleuari eſt paſſus, quam ſermonibus ſuis eſſet reſponſum. Redeuntes in cubiculum Xyſto, exeuntique ad diuina horum dierum gremia eius ſemper portauit: lauanti manus pelium ſuſtinuit. Inter duos primos Cardinales ſeſſum receptus, non prius ſedere, non prius tegi voluit, quam vtrumque ab vtroque factum eſſet: me hodie alterum ex duobus illi aſſidentem rogari per interpretem fecit, vt paterentur poſt omnes Cardinales ad oſculum crucis eum aſcendere; eſt enim hoc dies parafceue: cum rogarem cur ita depoſceret; vt habeatur, inquit, inſtar bonos ſummo ſenatui. Plura huiuſmodi hoc ſolo triduo ſunt ab eo præſtita Apoſtolicæ ſedi, in quibus trium magnorum regnorum Rex a ſeptentrionibus veniens nobis Italis, quo animo eſſe in ſummum ſacerdotium debeamus exemplo ſuo edocuit. Romæ* IV. *aprilis* MCCCCLXXIV.

Dani Regis peregrinatio.

a Plat. in f. Vat. in vit. Sixti IV. b Crant. Dan. l. 8. Sagen. de epiſc. Bon. in Philip. Calli. dori. Excipitur Romæ honorificentiſſime. c Papien. ep. 566. Religioſiſſime ante Pontificis pedes proſolnitur.

Donatum roſa aurea teſtatur Nauclerus d, ac tuliſſe famam illum Romam veniſſe non modo vt votum compleret, ſed etiam vt Chriſtianos aduerſus Turcam ad ſacrum bellum concitaret. Digreſſus Roma, atque ab Italicis principibus magnifice cultus, vbi Germaniam attigit, exortum Coloniæ inter cives, & Robertum archiepiſcopum Bauara ſtirpe oriundum, qui Carolum ducem Burgundiæ auxilio vocauerat, bellum ſedare ſtuduit, ſed eius pij conatus ad irritum cecidere.

Recuſat niſi poſt Cardinales ad crucis oſculum accedere.

d Naucl. vol. 2. gen. 50. Hieroſolymitanę profectionis votum permutatum. Coloniēſe diſſidium in reditu ſopire ſtudet.

4 Conceperat e non dubias proferendi imperij ſpes Burgundus, ſi Robertum archiepiſcopum Coloniæ reſtitueret; partis enim aliquot Colonienſis principatus ad Rhenum ſitis arcibus, Ferretanum comitatum, quem a Sigiſmundo Auſtriaco coemerat, reliquæ ditioni coniunctum ſe ſperabat; quocirca ad Nuſſiæ oppugnationem animum obfirmauit.

e Philipp. Comin. in chron. l. 1. cap. 63.

Belli inter archiepiscopum & ciues causę *a Naucl. gen 50. Meyer. l 17. & alij.*

5. 6 Porro belli Coloniensis, susceptique a Friderico Imperatore in Burgundum belli causas referunt a, Robertum agros ecclesiasticos consulsque antea oppignoratos repetere voluisse, ac propterea ejectum a ciuibus: illum vero accisse Burgundum, & archiepiscopatum illius clientelæ commendasse, qui honos, cum ad Imperatorem spectaret, excitatus est Fridericus, vniuersaque commota Germania ad imperij iura tuenda: vt vero Nullus propulsatus sit Carolus, inferius narrabitur.

Germania in Burgundum concitata.

Marci Cardinalis e legatione reditus.

Nunc de Marco Cardinale legato, a quo nauata pro sedando hoc bello opera est, addimus, ipsum hoc anno æstate exacta e septentrionali legatione reuersum, cuius in ea gesta in purpuratorum senatu recensita, vt nimirum Polonum Hungarumque Reges de Boemia disceptantes in concordiam redegisset, Augustenses conuentus pro Turcica expeditione decernenda adijsset, in quibus nullum principes de sacro in Turcas bello fœdus sanxissent; denique pro Coloniensi bello sedando labores consumpti essent, exposuit b Iacobus Papiensis Theodoro Cardinali S. Theodori; tum de legato addidit: *Postremo procumbens in genua veniam poposcit, quod nec publicis necessitatibus, nec imperio Pontificis, nec patrum expectationi sciret esse satisfactum: nihil tamen omissum affirmauit, quod vel potestatis, vel diligentia, vel consilij sui fuisset. Laudatus a Pontifice est, simulque ab eo, & patribus gratia verbis honorifica habita. Vale* XV. *nouembris* MCCCCLXXIV.

b Papien. ep. 601.

Venia flagitata si publicæ expectationi nõ respõdisset

Violata pax a Polono.

7. &c. Quod ad pacem inter Vladislaum filium Regis Poloniæ, & Matthiam Hungariæ Reges conflatam attinet; paulo post violata est, eodem enim anno digresso legato Casimirus ex Polonia exercitum sexaginta millium armatorum, vocatis ad signa Lituanis Tartarisque, eduxit c mense augusto aduersus Matthiam, irrupitque in Silesiam, ac mense octobri Vladislaus alia viginti millia Boemorum paterno exercitui coniunxit, a quibus copijs Vratislauia obsidione cincta est: nulla tamen res gesta memorabilis, immo in pabulatione plures Poloni intercepti, adeo vt maximo eorum numero carceres Vratislauienses omnes referti essent: quinetiam submissæ a Matthia Rege in Poloniam expeditæ copiæ regiones illas effusa populatione vastarunt. Accidit etiam in Polonico exercitu magnum incendium, quo plurimi absumpti sunt, persequente diuina ira sacrilegos, qui argenteas pyxides, quibus inclusa erat sacra Eucharistia, furto abstulerant, vt narrat Michouias d: *casuali*, inquit, *exorto incendio, quod ventus augebat vehemens, multi mortales, equi plurimi, & currus cum victualibus quingenti tanto exercitu opem non ferente absumpti sunt, repertaque fuerunt in seminustis quadrigis pixides diuinissimum sacramentum Eucharistiæ continentes, & intellectum est conflagrationem ignis plagam fuisse Dei.* Tribuit etiam idem incendium diuinæ vltioni Cromerus e, additque Polonos ex Boemorum coniunctione illam impietatem contraxisse. Affert pariter editum a Casimiro severitatis in sacrilegos exemplum; illum enim iussisse tres equestris ordinis armatos, qui Eucharistiam cum vasculo argenteo erant furati, vnos, inspectante exercitu, concremari. Cæterum fractis Regis Poloniæ conatibus, de redintegranda pace actum est, habito a Casimiro Poloniæ, Vvaladislao Boemiæ, & Matthia Hungariæ Regibus in aperto campo colloquio vigesima prima nouembris. Inclinabat Matthias, vt illa affinitate firmaretur, sed obstitit tanto bono Reginæ Poloniæ pertinax arrogantia, cui præter æquum indulsit Casimirus, nimirum obijcienti, Matthiam non Regum, sed comitum genere procreatum, & fratriolim inimicum extitisse. Inducijs porro bello sedato Matthiæ aduersus Turcas arma vertere licuit, cum iam illi ob Boemicum bellum Sabatiam arcem ad Sani littora excitassent; ex qua Pannoniæ imminebant.

c Id. cap. 69. Thurocz. in chron. c. vlt. Ranzan. in dict. 34.

Vvratislauia frustra tentata.

Vastata ab Hungaro Polonia.

d Mich. l. 4. cap. 63.

10. 11 Cæterum permoueri Reges ad iungenda arma in Turcam non potuerunt, quamuis hinc Moldauus, hinc Venetus socijs destituti duos maximos illius exercitus profligarint. Et quidem prima a Stephano Palatino Moldauiæ parta victoria insignis fuit, qua centum viginti millia Turcarum diuina virtute deleta fuerunt. De Stephani vero pietate hæc refert Michouias: *Nec in superbiam ex hac victoria elatus diebus quatuor continuis ieiunium in pane & aqua egit: per vniuersam quoque terram suam hanc mandauit edixit, ne quis auderet sibi, sed soli Deo victoriam illam appropriare.* Cum vero extimesceret, ne ipsum Mahometes maioribus copijs lacesseret, Casimiri Regis Poloniæ clientelæ se commendauit, habitique a sunt ordinum regni Polonici conuentus de bello in Mahometem decernendo, a quo Casimirus vehementer abhorruit.

Palatini victoria pietas insignis.

e Cromer. l. 18. Casimirus in tuenda re Christiana socordiæ se præbet.

12. &c. Illatum b parte alia bellum est Christiano imperio a Mahomete, cuius tamen impetus feliciter fracti sunt: proferendæ enim in Italiam tyrannidis cupidus Scodram Macedoniæ vrbem, ex qua in Neapolitanum regnũ facilis traiectus erat, submisso Solimano Europæ bassa cum exercitu octuaginta millium militum obsidione cinxit: insigni tamen Antonij Lauredani patricij Veneti arcis præfecti, qui a Sixto commeatu & auro adiutus est, virtute Turcæ, qui iam antea submissas a Petro Mocenico suppetias repulerant, & potundæ vrbis spe muros ascendebant, magna strage propulsati fuere; ac dein morbis ex aeris grauitate atriti, metuque maximi apparatus, qui fiebat Venetijs, fracti, obsidionem soluerunt, cum obsessi extrema aquæ penuria laborarent. Porro soluta obsidione magna turba, quæ ad fluuium ad sitim explendam accurrit, subito rigescentibus membris interijt.

b Coriol. Cepio l. 3. Scodra a Turcis obsessa. Turcæ magna strage propulsati.

15. 16 Per idem tempus instauratum est fœdus nouum inter Italiæ principes de tuenda pace Italica, propulsandoque hoste, si illi bellum inferretur: in cuius fœderis societatem Ferdinandus Rex Neapolitanus vocatus est, idque potissimum eo fœdere constitutum, vt copiæ semper apparatæ in omnem euentum a socijs haberentur, & si in aliquam partem hostis irrumperet, eo sociales turmæ mox submitterentur: cuius fœderis monumenta publica c extant in m. s. codice Vallicellano.

Nouũ fœdus sancitũ inter Italiæ principes.

c M. s. Vallicell. sig. tit. B. num 19 pag. 156

17. &c. Verum in ditione ecclesiastica intestino bello data est occasio; cum enim Nicolaus Vitellius d Fiterratem vrbem munitissimam suæ tyrannidi subiecisset, missusque ad eam expugnandam esset Iulianus S. Petri ad vincula Cardinalis legatus obsidionem fixit: ac tum Ferdinandus Rex pro ea pontificio imperio restituenda interpretem tucatæ concordiæ se exhibuit, ita vt Nicolaum in tyrannide confirmaret. Ferdinandi itaque nomine Fridericus Vrbinas cum ad castra accessisset Vitellium adduxit, vt aliquam officicij speciem præstaret legato: ita tamen composita res visa est, vt in perniciem rei ecclesiasticæ, & inanes Robureæ familiæ spes, & iniqua commoda redundaret e. Affinitatem porro cum Friderico Vrbinate iunxit Sixtus, inque Vrbem venientem magnifice excepit: *agebatur* f, inquit Papiensis, *de despondenda filia Friderici Ioanni ex fratre filio, & Senogallia Mundanioque illis tradendis: pretium est carnis, & sanguinis id perniciosum exemplum fuisse.* Indignum visum est, Sixtum, qui tot ante annis rerum humanarum contemptum inter fratres Minores erat professus, ex Ecclesiæ spolijs & opibus principatus suis condere. Quod ægre ferens idẽ Papiensis exclamabat: *O Paule II. vbi tua nunc*

d Apud Pap. epist. 585. & epist. 588. Fiternum a Vitellio ereptum ecclesiæ.

Prodita res ecclesiastica Ferdinandus.

e Papien. ep. 588.

Ex spolijs ecclesiæ suos ditat Sixtus.

f M. Sanct. Vatic.

Sacrilegi Polonidiuinitus exusti.

e Crom. l. 18. Casimiri Regis iussu tres equestris ord. sacrilegi concremati.

Inducię inter Reges pactæ.

in paranda, & retinenda rebus Ecclesiæ laudata attentio! Obsistere quidem Sixto initio viri Cardinales; at demum defeciuisse ipsos ab ea constantia, atque Pontificis, & Iuliani Cardinalis gratia victos, scribit Bartholomæus Platina a. Verum has Ecclesiæ exuuias posteris calamitates maximas attulisse, ac grauioribus bellis ditionem ecclesiasticam fuisse attritam, magnasque populorum strages editas, visuri sumus, dum Pontifices in spurios, vel nepotes principatus transferre affectarunt. Porro Fridericus hoc anno comitis titulos cum ducalibus commutauit Sixti IV. liberalitate.

a Plat. in vit. Sixt. IV. m. s. arch. Vat. Ecclesiasticæ opes nepotibus pepere runt exitium.

22. &c. Hoc ineunte anno obijt b Petrus Riarius tit. S. Sixti, in Franciscana familia apud Sixtum, educatus, atque ab illo ad pontificatum euecto in collegium Cardinalium cooptatus: extinctum veneno Stephanus Infissura c refert: sed nullum præsentius venenum voluptatibus fuit, quibus illum intabuisse diserte narrat Raphael Volaterranus d.

Petri Riarij Cardinalis mors. *b Celsus Verona. apud Pap. ap. 559 Brus. Florentib. 5. c Iust. in chr. hoc an. Plat. in vit. Sixt. IV. d Volat. Antropol. l. 22.*

25 Eodem anno vndecima decembris die mortuum Henricum Castellæ Regem tradunt, ac diuturno morbo emarcuisse, cum rite omnibus sacramentis fuisset procuratus; ex cuius morte maximi de regni successione seditionum motus oborti, cum alij Ioannam filiam ad sceptrum vocarent, alij ipsam suscepta tuisse adulterio contenderent, atque Isabellæ Henrici sorori regiam hereditatem decernerent: vt vero ob id concitarum sit bellum inter Regem Lusitanum, qui Ioannæ nupsit, ac Ferdinandum Aragonium Ioannis Regis filium, qui Isabellam vxorem duxerat, proximo anno dicetur.

Henrici Castellæ Regis mors.

26. &c. Hoc interim spatio Sixtus religiosum ordinem Minimorum a Francisco Paulano sanctitate & miraculis clarissimo institutum amplissimo diplomate e VI. kal. iunij pontificatus anno III. confirmato confirmauit, multisque immunitatibus, quibus sacri alij ordines potiebantur, donauit.

De regni successione certatum. *e Sixt. in bull. bulla in Six IV confir. 5* Minimorũ ordo a Six to confirmatus. *Aug. Iustin. hist. Genuen lib 5.*

31 Confirmatus etiam est a Sixto, vt refert Augustinus Iustinianus episcopus Nepesinus, ordo Augustinianorum discalceatorum adstrictioris disciplinæ, cuius conditor fuit Baptista Poggius Genuensis doctrinæ fama, & pietatis opinione clarissimus, multisque a Deo muneribus ornatissimus, ordinis S. Augustini.

Augustinianorum discalceatorum initium.

IESV CHRISTI
annus 1475.

Indict. 2.

SIXTI PP. IV. annus 5. FRIDERICI III. IMPER. OCCID. annus 36.

Celebratus annus iubilæus. Ferdinãdi in Vrbem aduentus. *f Sixt. IV. in reg. 11 de gestis num p. 8. g Steph. Infess. in chron* Reginæ Cypri pontificia liberalitate sustentata. *h Onuphr. in Six. IV. i Bosbisl. ap Hier. p. 2. l. Sig. de epis. Bonon. l. 4 ann. 1475.*

1 RECurrente vigesimo quinto anno Pauli II. decreto a Sixto IV. confirmato f celebrando, præter viros alios dignitate conspicuos Ferdinandus Siciliæ Rex in Vrbem se contulit, atque basilicas Lateranensem & Vaticanam intertextis auro peristromatibus donauit g: quamuis alia ab ipso cum Pontifice agitata consilia tum creditum sit. Cæterum cum magno comitatu venienti officia omnia regio apparatu præstita referunt h: Carolam etiam Reginam olim Cypri Romam venisse i, & a Pontifice summa exceptam benevolentia, ac liberalitate sustentatam: tradit vero Sigonius l, paucis ob vehementes bellorum suspiciones infestaque itinera religionis causa Romam contendentibus, Sixtum Pontificem, vt longinquarum nationum saluti consuleret, iubilæum Bononiæ instituisse amplissima noxarum proposita venia ijs, qui expiata rite conscientia a kal. maijs ad pridie kal. sequentis anni decretas quatuor illius vrbis ecclesias suis ad Deum imperatis precibus pie lustrassent, ingentesque populorum concursus eo factos. Extat de eodem iubileo Bononiæ indicto pontificium diploma a, tum etiam aliud b rogatu Scotorum editum, vt in Scotia sacro indulgentiarum beneficio potirentur; imperata tamen ijs aliqua pecuniæ summa, quæ in rei Christianæ vsum aduersus Turcas impendenda erat.

a Sixt. IV l. 23. pag. 2. b Ibid l. p. 42.

2. &c. Inter hæc sedatum in Germania periculosissimum bellum, quo flagrauit Coloniensis archiepiscopatus. Premebatur longa obsidione Nussia a Carolo duce Burgundiæ proferendi imperij cupido, immo & eripiendi Romani imperij Frederico, a quo in Treuerensi colloquio regium diadema nomenque se eblandiri non potuisse indignabatur, vt refert magni Chronici Belgici auctor c. Ambitiosa vero consilia ingentibus viribus aggressus centum millia bellatorum d ex Gallis, Anglis, Germanis, Italisque ob suas ingentes opes in castris continebat; inquem Ludouicus Francorum Rex armorum societatem iniit e cum Imperatore, atque vbi inducias quas cum Burgundo pepigerat, hoc anno exiere, plures illi vrbes repentina irruptione eripuit, ac si exercitum cum Imperatore, vt conuentum erat f, coniunxisset, magnum Burgundo imminebat periculum, ne sub Germanorum Francorumque potentia succumberet.

Imperium a Burgundo affectatum. *c Chron. Belg. d Id. ibid. e Id. c. 67. f Id. cap. 66. Belc. dec. 2. l. 3. n. 6. Meyer l. 17.*

5. &c. Fridericus vero ad liberandam Nussiam ingentem ex Germania eduxit exercitum, ac primum aliquæ leues velitationes factæ; cum vero commeantes vtro citroque Alexandro episcopo Foroliuiensi Apostolicæ sedis legato dirempta lis est fœdere, non armis g. Cæterum obsidioni Nussiæ instabat adhuc Carolus, cum Eduardum Anglorum Regem, quem solio restituerat, in Gallias exciuit h, vt coniunctis armis Ludouicum Francorum Regem opprimerent: sed euertit humana consilia Deus, & Galliarum saluti consulur; qua enim re Burgundus Gallis nocere posse sperauerat, ea concordiæ lux affulsit; abalienatus enim a Burgundo Anglus pacem confecit, habito cum Ludouico apud Pinquiniacum colloquio, ac septuaginta quinque millium aureorum vectigali annuo donatus est. Burgundus vero Gallum sibi conciliare coactus decima tertia septembris die inducias in annos nouem pepigit. Sed ab his ad Hispanicas res stylum conuertamus.

Friderici ad liberandam Nussiam expeditio. *g Apud Card Papien. epist 625.* Anglorum in Gallias expeditio. *h Phil. Cõ. in chr. Lud. XI c. 96. Paul. Æm. & Gaguin. in eod. Lud. Polyd. Virg. lib. 24 Meyer. l. 17 Ægid. a Rupe in annal Belc. dec. 1. l. 3. n. 7. & alij*

13. &c. Agnouerat Henricus Ioannam dum vixit, & morte imminente a se progenitam, heredemque testamento reliquerat; atque ideo marchio Villenæ, ac plures principes & præsules ipsam Reginam professi Alfonsum Lusitaniæ Regem exciuere i, vt illam vxorem duceret, & Castellæ, ac Legionis sceptra Lusitano coniungeret, quem Ferdinandus Ioannis Aragonum Regis filius dotali Isabellæ Henrici sororis iure bello grauiori oppressit. At non defuere illum inter & Isabellam dissidia, cum hæc Castellani regni apices cum ipso partiri nollet, ac duarum Reginarum Neapolis exempla proferret: sed ita ea lis composita est, vt in literis publicis ad seruandum viri decus Ferdinandi nomen Isabellæ præferretur; in gentilitio autem stemmate Castellana insignia, vt dignitate augustiora dextera parte, sinistra Aragonia locarentur.

Cum Gallo pacem pertulit. Burgund. ad pacem adactus. *i Sanct. l. 19. c. 18. 23.* Oborta inter Ferdinãdum & Isabellam dissidia. Qua lege composita. *k Apud Pap. ep 654 Aug Iust. l. 5. Bizz hist. Genuen.*

23. &c. Interea contigit inopinatum Theodosiæ nobilissimæ atque opulentissimæ Genuensium in Taurica Chersonesi Colonia, quæ vulgo Caffa dicebatur, celebratissimumque erat omnium nationum emporium, excidium, quod Landinius eques Rhodius certis acceptum nuntijs in literis ad Iacobum Cardinalem Papiensem datis describit l.

l. 14. Folie l. 11. Machon. l. 4. c. 70. Crag l. 28. Bonfin l. 4. dec. III. Taurica Chersonesis expugnata a Turcis.

30. &c. Hoc anno intendit litem Venetis de Cypro

Cyprio regno apud ſedem Apoſtolicam Ludouicus dux Sabaudiæ, ſed irrito euentu, cum illius cauſæ cognoſcendæ difficultatibus pontificius ſenatus ſe non implicuerit. Cum vero plerumque de titulis controuerſis principum oratores ad ſedem Apoſtolicam miſſi decertent, ea lis dirempta eſt: Sixtus enim inſtaurauit Clementis V. Ioannis XXII. & Pij II. ſanctionẽ, qua ſtatutum fuerat, ne ex honorificis appellationibus, vel ampliori gradu ijs conceſſo a curia Romana quippiam alicui addatur, vel alteri detrahatur.

Fideles ad Virginis opem implorandam contra Turcas excitati.

34. &c. Eodem anno Sixtus ad implorandam precibus beatiſſimæ Virginis diuinam opem aduerſus ingraueſcentem infidelium Eccleſiam opprimentium tyrannidem, inſtaurauit recolendum ſolemni celebritate myſterium, quo illa poſt conceptum in virginali vtero Chriſtum Numinis impulſu Elizabeth ſalutatura conuenit, de quo ad præſules datæ encyclicæ literæ [a]; ſubiunxitque precum horariarum in ea celebritate formulam, atque eam pie repetituris nonnulla indulgentiarum præmia impertiuit.

[a] Six IV. bul. tom. 1. p. 193

Iudæorum in puerum Chriſtiano immane facinus.

37 Eodem anno ingens ſcelus Tridenti eſt patratum a perfidis Iudæis, qui puerum Chriſtianum nomine Simeonem furto ſublatum occulte, dum paſcha celebrabant, excarnificarunt; cuius martyris hiſtoriam Ioannes Tiberinus [b] eodem anno ſcripſit: ſacræ autem reliquiæ in templum S. Petri delatæ ſunt, ad quas venerandas populorum ingentes concurſus facti fuere, & miracula plurima, reſtitutis ſanitati infirmis, emicuerunt. Rei geſtæ tempus confignat his verbis auctor: *Natus eſt Simeon, de quo agimus, die veneris* VI. *kal. decembris anno poſt Virginis ſalutifero* LXXII. *ſupra millenum quatercentenum ex Andrea & Maria parentibus pauperrimis, domino Ioanne Hinderbach IV. pontifice, & domino Tridentino imperante feliciter. Ob quam rem Iudæi omnes a maiore uſque ad minorem in carceribus catenisque conclusi ſunt, non inde recitſuri prius, quam debitas panas luant. Tridenti* II. *non. aprilis* MCCCCLXXX. Fulſiſſe ipſum in eadem eccleſia Tridentina multis miraculis confirmat chronicon Salisburgenſe, ac Iudæos demum damnatos exuſtoque fuiſſe.

[b] Apud Sum. mari. Sabel. l. 10. Enn. 7. Lang. in chr. Cniz. Caniſ. antiq. lect. tom. 2. p. 1283. Naucler. in Pol. in chron. & alij.

Martyris corpus miraculis inclaruit. Sumptum de Iudæis ſupplicium

Indict. 9.

IESV CHRISTI
Annus 1476.

SIXTI PP. IV. FRIDERICI III. IMP. OCCIDEN.
annus 6. annus 37.

Iulianus Roboreus Cardinalis in Gallias legatus decernitur.

1. &c. CVm immanſſimus Chriſtiani nominis hoſtis Mahometes capta, vt vidimus, Caffa Genuenſium vrbe opulentiſſima, alia cultorum Chriſti loca terra marique inuadere pararet, iamque infeſta ſigna Italiæ finibus interret, Sixtus Papa curas apoſtolicas intendit, vt Chriſtianos principes ad illius conatus comprimendos concitaret: atque ideo vt antea, cum primum pontificatum iniit, legationes plures ad Reges miſerat, ita poſtea Iulianum Roboreum S. Petri ad vincula presbyterum Cardinalem fratris ſui filium in Gallias legauit: qui præter acceptos in Gallijs honores, nullum eorum, ob quæ miſſus fuerat, ad votum perduxit; ac ſimile onus a Sixto iniunctum eſt Dominico epiſcopo Reatino c in Germania, Hungaria, Polonia, & Boemia, & circumiectis regionibus, vt nimirum Chriſtifideles earum partium ad expeditionem conficiendam in Turcas ſuis adhortationibus impelleret: quam etiam ob cauſam Lucam epiſcopum Sibinicenſem in Caroli ducis Burgundiæ principatu nuntium creauit [a]. At ea etiam legationes irrito conatu geſtæ, interim immaniſſimo fragore Turca quingenta militum millia in Moldauiam ſe miſſurum minitante.

[a] alib. pag. 31

Dominico Reatino epiſcopo in Hungariæ & Poloniæ & Bohemiæ regna miſſus.

c Reg. a. leg. pag 13.

Promouere ſacram expeditionem nitus.

Pabula a Stephano vuaywoda erepta hoſti.

Tartari ab eo cæſi.

Turcas nocturnario prælio fudit.

Crudelitatem in crudeles exercet.

Vvalachia ferro flammaque vaſtata.

Miſſa ad Matthiam ex Italia ſtipendia.

Sinderouiẽſis regio ablata Hungaro.

7. &c. Nec Turcæ modo, ſed etiam Tartari in Stephanum vaywodam Chriſtianæ fidei pugilem coniurarunt. At ille Tartaros primo impetu obtriuit, auertitque in fugam, in qua plures quam in pugna trucidauit: in Turcam deinde Danubianum ſuperantem victricia conuertit ſigna, ſtragemque de barbaris edidit: haud tamen arcere trajectu potuit; & quos vinos cepit, aut cute exuit, aut ſtipitibus transfixit vt crudelitatẽ, Turcicam pari crudelitate plecteret. At demum cum illi Chriſtianorum principum deeſſent auxilia, vndique a Turcis circumfluus, paucis e ſuis deſideratis, fuga ſe ſubduxit, cum tamen hoſtium prope triginta millia ferro deleuiſſet. Inde Turcæ libere in Vvalachiam peruagati; in quos Matthias Pannoniæ Rex conflato exercitu ſigna extulit: ac tum ille Hungaricæ expeditionis metu in fugam ex Moldauia ſe coniecit: ſed rurſus Turcarum exercitus ex Boſna medio octobri repente in Chriſtianum irrupit imperium, & Carniolam, Carinthiam, partem Styriæ, Salisburgenſem & Bambergenſem epiſcopatus populatus ad finitimos Italiæ montes penetrauit; quin etiam Turca quinque arcibus munitiſſimis, quas in Sinderouienſi regione inferiori ad littus Danubij Matthias excitarat, eſt potitus.

Burgundus regium nomen iterũ affectat.

11. &c. Hoc anno Carolus dux Burgundiæ, aſſequendæ regiæ coronæ ambitione inutra æſtuans, cum Maximiliano Frederici Imperatoris filio nuptias filiæ pactus eſt ea lege, vt genero Romanorum regnum decerneretur: ſibi vero ducales apices cum regijs mutare fas eſſet. At ambitionis votis potiri non potuit; dum enim in Heluetios iniqua gerebat bella ferente opem duce Lotaringiæ Heluetijs, maxima ſuorum internecione profligatus eſt ad Moratum oppidum: Renatus etiam dux Lotaringiæ coacto apud Argentinam exercitu amiſſum principatum armis repetere ſtrenue cœpit, ipſumque Nanceium expugnauit [b]: cum Burgundus biduo poſt cum exercitu affuit, vrbemque cinxit obſidione, in qua proximo anno ineunte miſere perijt. Dum autem eam obſidionem vrgebat Carolus, ad ipſum ſe contulit Alfonſus Luſitaniæ Rex [a], vt auxilia ab illo pro comparandis Caſtellæ & Legionis regnis eliceret, ac fœdus ipſum inter & Ludouicum Regem Francorum redintegraret: ſed permouere nunquam Carolum potuit, vt cœpto bello abſiſteret.

Recuperata a Renato ditio.

[b] Corin. in chron. Lud. cap 90.

Luſitanus Rex auxilij ſpe deluſus.

cId. cap. 90. & 91.

14 Hoc etiam anno Pontificem Campagnanum ſe recepiſſe, refert Stephanus Infiſſura [d], cum lues oborta eſſet ex ingenti Tyberis eluuione, quæ ineunte anno eodem Romæ plana omnia loca merſerat; legatum vero Cardinalem Melphitenſem reliquiſſe in Vrbe.

Iterum extrema clade Burgundus affectus.

15. 16 Eodem anno vergente Galeatius Maria Sforcia Mediolani dux a coniuratis in eccleſia S. Stephani trucidatus eſt, cum illi ex temerarij ludimagiſtri ſermonibus ea opinione imbuti eſſent, immortale nomen ſibi parituros, ſi patriam Galeatij tyrannide liberarent. Animo adeo alacri extitiſſe in tormentis Olliatum ex coniuratis vnum fertur, vt cum a carnifice lacerareturr, has voces emiſerit: *Colligite, Hieronyme, ſtabit vetus memoria facti: mors acerba, fama perpetua.* Inclyciſſimus prorſus homo, qui pertinaciam conſtantiæ genus eſſe putauerit, neque admiſſum ſacrilegium & homicidium deflenerit, ac priuata auctoritate tyrannum interimere licitum, & glorioſum putauerit, atque inanis gloriolæ vmbra delu ſus veram ſanctorum gloriam non ſit conſectatus.

[d] Sect. Inſſſ. m. ſ. arc. Vat.

Effigies Virginis picta a S. Luca deportata ſolemni põpa a Sixto.

Non

Non ſucceſſit vero Mediolani in libertatem vindicandi conſilium a coniuratis initum, quamuis apud Ligures nonnullæ ſeditiones commotæ fuerint recuperandæ libertatis cauſa.

a Ext.apud Oldanum. Rubeum in Brixiæ hiſt. B. Iacobus Picenus puerum odio religionis trucidatum reuocat ad vitam.

18. &c. Hoc anno B. Iacobus Picenus Minorita effulſit miraculis, inter quæ illud admodum inſigne & publicis monumentis a confirmatum, quod Brixiæ edidit, reuocato ad vitam puero ſexenni Conrado nomine Friderici Lauellongi filio, qui cum puerum alium Hebræum nomine Ioſephum deducere ad B. Iacobum ſoleret, a quo fidei Chriſtiana informabatur, inflammatus Iudæus rabie Ioſephi pater nomine Salomon, interceptum Conradum trucidauit, ac recondidit in camini poſtica parte intra craſſitiem parietis, quem obductum ſarmenticio fumo, ne facinoris nota extaret, obfuſcauit. Occiſi pueri parens, cum apud B.Iacobum de filij iactura conqueſtus eſſet, ab eo diuinitus colluſtraro de Conradi filij cæde edoctus eſt; verum ab infanticida vllam vltionem repetere vetitus. Protectus vero ad domum Hebræi B. Iacobus præſente eo murum dirui iuſſit, ex quo puer viuidus, ac vegetus emerſit: quo perculſus prodigio Salomon vna cum Ioſepho filio Chriſtiana ſacra amplexus eſt.

b Iac.Volat. in diar. Cardinales creati.

21 Extremo anno, nempe XVII. decembris, in Cardinalium collegium adlecti b ſunt Carolus archiepiſcopus Lugdunenſis, Ioannes Melinus epiſcopus Vrbinas, Georgius Coſta archiepiſcopus Vliſſiponenſis, ac Petrus Tiraſonenſis epiſcopus.

Indict. 10.

IESV CHRISTI
Annus 1477.
SIXTI PP. IV. FRIDERICI III. IMPER. OCCID.
annus 7. annus 38.

Data a Sixto opera pacando Mediolanenſi principatui

1. 2 SEruatoris anno ſeptuageſimo ſeptimo Sixtus apoſtolicas curas ad ſuſtentandam pacem Italicam conuertit, ne bellis ciuilibus turbatam Italiam Mahometes inuaderet: cumque ob cæti ſuperiori anno Galeatij Mariæ ducis Mediolanenſis necem graue periculum immineret, ne illius principatus populi in varias factiones diſcinderentur, legatum decreuit c Ioannem SS. Nerei & Achillei Cardinalem, ampliſſimiſq; fulciuit mandatis d, vt eos omnes, qui res nouare molirentur, anathemate percelleret. Cõpreſſis vero nouarum rerum cupidis, nec Genuenſibus conſenſu vnanimi ad libertatem aſpirantibus, Ioannes Galeatius puer principatum pacatum retinuit e.

c Sixt.reg.2. leg.p.36.61. Ioannes Cardinalis decretus legatus.
d Sup n.36.
e Sup.cap.95 additionum ad Monſtr. auctor.

3. &c. In Gallia Carolus dux Burgundiæ in Nanceienſi obſidione, a Renato iuniore duce Lotaringiæ fuſus tribuſque confoſſus vulneribus nimiæ ambitionis crudeliratiſque pœnas dedit. Cuius audita cæde Ludouicus Francorũ Rex fiduciarias Gallicæ regiæ prouincias quas patrijs legibus ad fœminei ſexus heredem deuolui non poſſe diſceptabat, mox inuaſit. Deliberaſſe f initio Ludouicum Mariam cũ Carolo filio matrimonio iungere, vt ampliſſimas prouincias ſine vllo tumultu bellico Galliæ adijceret; ſed elatum ſuccedentium rerum felicitate, ſpoliare vi, quam in nurũ illam aſciſcere maluiſſe; vnde tot bella ad noſtra vſque tẽpora ingenti Chriſtiani imperij malo propagata tradit Belcairus f.

Ducis Burgun. cædes. Gallus Rex fiduciarias prouincias repetit.
f Belcair.hiſt. l.3.n.17. Ludouici error maximus.

9 Hoc anno Sixtus IV. augendi promouendiq; cultus beatiſſimæ Virginis pio ſtudio incitatus, ſacrarum precationum formulas inter diuina myſteria, & preces horarias recurrente conceptionis Deiparæ feſto die repetẽdas inſtituit, ac Chriſtifidelibus eas preces laudeſque diuinas celebraturis præmia indulgentiarum impertijt, quæ in feſto corporis Domini inſtituras preces frequentantibus a deceſſoribus Pontificibus

Fideles ad Virginis cultum accenſi.
f Belc. hiſt. l.3. n.17.

concеſſa fuerunt.

10. 11 Auctum fuit eodem anno x. dec. a Sixto IV. collegium Cardinalium, vt memorat Stephanus Infiſſura a. Fuere illi Chriſtophorus Roboreus Saonenſis archiepiſcopus Tarantaſienſis creatus presbyter tit. S. Vitalis, ſed is labente bimeſtri accepto in titulum ſepulchri cardinalatu obijt: Hieronymus Baſius Roboreus ex ſororis Sixti filius epiſcopus Recinctenſis & Macerarenſis renuntiatus presbyter tit. S. Balbinæ: Gabriel Rangonus ordinis Minorum epiſcopus Agrienſis, presbyter tit. SS. Sergij, & Bacchi: Petrus Foſcarus primicerius S. Marci iam ante a Paulo II. in Cardinalem adſcitus, non tamen pro Cardinale habitus, quod promulgatus non fuiſſet, qui titulum S. Nicolai inter imagines accepit: Ioannes de Aragonia Ferdinandi Regis Siciliæ citerioris filius protonotarius apoſtolicus primum creatus diaconus S. Hadriani, deinde presbyter tit. S. Sabinæ: is inſigni labore monumenta præſtantiſſima Romanæ eccleſiæ collegit, cuius opus in conſcribendis annalibus tum Cardinali Baronio tum mihi magno vſui fuit: Raphael Galeottus Riarius protonotarius Apoſtolicus, is S. Georgij ad velum aureum diaconus creatus, qui varios poſtea titulos geſſit.

Auctus Cardinalib. lenatus.
a Inſiſſ.m.ſ. archiep. Tar.

12 Miſertus Sixtus ægrotantium pauperum anguſtias, expoſitorumque infantium calamitates, ad eos leuandos animum adiecit. Et quidem Bartholomæus Platina b & Panuinus c meminere inſtauratas ab illo, redactaſque in ampliorem ſplendidioremque formam xenodochij ſancti Spiritus ædes, quæ vetuſtate lababant, & non eas modo diſiectis veteribus, magnifice refeciſſe, verum ad illius vectigalia annua, quæ diſſipata fuerant, reſtituenda augendaque, vt in eo infantes expoſiti alerentur, & ægri pauperes ſpe ſalutis corpore allecti ſacramentis rite procurarentur, incubuiſſe. Condidit propterea pium ſodalitium, cui ipſemet nomen dedit, in quod qui referri vellent ad eleemoſynam erogandam xenodochio obſtricti erant: ingentibus vero ſacris beneficijs pro obtinenda noxarum expiatione afficiebantur. Extat d de his inſigne diploma, quod lector cupidus conſulat; hac vero temporis nota conſignatum eſt: *Dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis dominicæ* MCCCCLXXVII. XII. *kal. aprilis pontificatus noſtri anno* VII. *Ego Sixtus catholicæ Eccleſiæ epiſcopus intrani ſanctam confraternitatem hoſpitalis noſtri ſancti Spiritus die* XXI. *martij* MCCCCLXXVIII. *benedicens omnibus & ſingulis auctoritate Dei omnipotentis, & beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & noſtra omnibus & ſingulis, vt dictum eſt, qui eandem confraternitatem intrabunt, ſiue fuerint prælati ſiue clerici ſiue laici cuiuſcunque ſexus; concedimuſque eis, vt in mortis articulo poſſint, & valeant noſtra auctoritate plenarie abſolui ab eorum cõfeſſoribus pariformiter, & ſemel in vita, & eadem manu concedimus omnia, & ſingula in bullis noſtris contenta. Et ego Sixtus Papa IV. ſupraſcripta propria manu ſcripſi, & eadem manu mea ſubſcripſi.*

Inſtauratũ xenodochium S. Spiritus.
b In Sixt.IV. c Panuin. in vita eius.
d Ext in bul. in Sixt.IV. conſt.14. & m.ſ. Vall. fig lia B.nn 19. pag.196. Sixtus pio illi ſodalitio nomen dat.

Indict. 11.

IESV CHRISTI
Annus 1478.
SIXTI PP. IV. FRIDERICI III. IMPER. OCCID.
annus 8. annus 39.

1. &c. HOc anno Florentiæ coniuratorum in Medices dira impietas, ipſos, dum cæleſtis hoſtia immolabatur, pollutis aris mactare amiſa eſt; ſed tantum abtuit, vt ob eam coniurationem depreſſa ſit Mediceorum familia, vt potius maiori, quam

Coniuratio in Medicæos.

quam ames, existimatione atque auctoritate, extremo affectis supplicio aduersarijs, floruerit. Cum vero Franciscus Saluiatus Pisanus archiepiscopus coniurationis particeps e fenestra prætorij laqueo suspensus a fuisset, necnon Raphael Riarius Cardinalis quamuis insons in custodiam traditus, ac Florentini auctore Laurentio Medice ad inuadendas ditionis ecclesiasticæ vrbes excurrissent, Sixtus tuendi iuris ecclesiastici studio Laurentium Medicem ac Florentinos censuris ecclesiasticis perculit.

a Volaterran. Georg. Raphae lib 5.

Spreuæ a Florentinis censuræ, vt iisquæ. Post aliquod tempus dimissus Cardinalis.

11 Spreuere b pontificias censuras Laurentius Medices, ac Florentini tanquam vltionis causa latas, nec Raphaelem Cardinalem ad Sixti imperia emiserunt e carcere, sed aliquandiu detinuere intentato illi capitis iudicio, impositoque Pactiæ coniurationis crimine: demum veriti ne ea res fœderatos ab ipsis alienaret, & fideles religionis ergo in Florentinam rempublicam conspirarent, tum etiam Raphaelis cognita innocentia, agebat c enim tantum decimum octauum ætatis annum, & recentissime e Pisana academia exierat, neque in societatem tantæ coniurationis ascitus videri poterat, quamuis illius præsentia coniurati ad sceleris captandam occasionem abusi essent, incolumem dimisere.

b Sixt. I bull op. 187. Brut Florent hist. l. 7. & alij. c Volaterran. Georg l. 5.

Bellum Florentinis in dictum a Sixto.

13 At non propterea placatus est Sixtus, moxque in eosdem fortissimum exercitum immisit d, inita belli societate cum Ferdinando Rege Neapolitano, qui assurgentem in dies Florentinam potentiam tolerare non poterat. Acerbiora plerisque visa sunt Sixti imperia, & doloris ob repressam coniurationem impatientia æquitatis metas egressa.

d Brut. lib. 7. Malauolt. a p l. 8. & alij

Gallorum Rex ac plures principes Sixto aduersati.

13. &c. Laniata itaque a multis non Florentinis modo, sed alijs etiam liberis populis Italis, & transalpinis pontificia existimatio est, vt aduersus Sixtum Ludouicus Francorum Rex, Ioannes Galeatius dux Mediolanensis, Venetj, Hercules dux Ferrariæ, Robertus Malatesta Ariminensis toparcha, Antonellus Foroliuiensis ad arma coiuerint, eidemque ad concilium œcumenicum iudicium intendere sint molliti. Vrgere præcipue illum eo terrore aggressus est Ludouicus Rex Francorum: ac præsulum conuentu indicto e Aureliæ, nouaque difficilia ferere pragmatica sanctione restituta, & ecclesiarum annatis abrogatis mutabatur, quasi ea de causa ingens auri vis Romam exportaretur, quo ditatus Pontifex non Turcis, sed finitimis Christianis bella inferret: sed cum ea magno ardore animorum agitarentur, regio iussu concio difficilis est, ac res in alios cœtus Lugduni cogendos, qui postea habiti non sunt, extracta: puduit enim Ludouicum abrogatam tanta religionis pompa pragmaticam instaurare. Missi vero ab eo sunt oratores tum ad Mediolanensem principem, vt eum ad ferendas Florentinis suppetias excitaret, quo munere functus est Philippus Comineus f, qui Ludouici XI. & Caroli VIII res gestas Gallico sermone miride conscripsit; tum ad Pontificem, vt illum a bello in socios Florentinos gerendo obiecta prouocatione ad concilium absterreret, cumque Florentinum illud bellum plenum esset inuidia, & ex Gallica legatione alicuius ingentis mali periculum immineret, Iacobus Cardinalis Papiensis consultus a Sixto oratores mora & blandis verbis emolliendos suasit g.

Actum de reuocanda pragmatica a Dugan in Ludou. XI. Paul. Æmil. in eod.

f Philip Cominæum libr. Ludou XI. edit. Reiz. dec 1. lib. 3. pa. 56. De prouocatione ad Concilium edenda. g Papiens. ep 593.

18. &c. Porrexerant oratores regij libellum supplicem h, quo poposcerant aut Florentinos in gratiam recipi, aut concilium in Gallia congregari: quibus responsum constanter est a Sixto de principis gestis semper bene sentiendum, tum illius principis maxime, qui sit a Deo constitutus; in ferenda sententia consultos fuisse Cardinales, ac maximam consilij maturitatem adhibitam: lepræ siue peccati iudicium a Deo sacerdotibus delatum, nec fas esse Regi, summi sacerdotis iudicio resistere, nec Pontificem iure obstringi ad factorum rationem reddendam; expiatum demissione reddidisse. Ad postulatum vero concilium responsum est, præsules defendendæ sacerdotalis ordinis causæ in concilio non defuturos: nec celebrari concilium posse nisi Cæsar & alij Reges consenserint; cæterum ex Nicæna synodo congregandi concilij potestatem spectare ad Pontificem, illique reseruatum vt decernat num concilium celebrandum sit pro Ecclesiæ conspicua vtilitate; neque ex Regis Galliæ voluntate penderc vt concilium congregetur, vel non congregetur: interminanti vero Gallorum Regi pragmaticam sanctionem ab ipso restituturum iri, responsum id a decore regiæ maiestatis abhorrere; nam eam vel iustam esse vel iniustam; si iusta sit, cur tam solemni pompa rescissa? si vero iniusta; cum quo decore restitui possit? *Quod*, inquit, *sereniss. dominus Rex Francia velit repetere pragmaticam, non potest sine maxima admiratione audiri: agitur enim hic de honore, & de conscientia sua maiestatis. De honore quidem, quoniam aut pragmatica iusta est, sancta est, honesta est; aut iniusta, & inhonesta: si iusta, quam ob rem reuocauit eam, & abnegauit cum tanta solemnitate maiestatis sua? si vero iniusta, & inhonesta, cum quo honore sue potest eam reassumere? Agitur etiam hic de conscientia sua, quia non quinis homo, sed doctor gentium, & vas electionis beatus Paulus Apostolus est ille, qui dixit: Si quod probaui iterum reprobo; ac subinde: Si quod reprobaui iterum approbo; prænecatorem me constituo; quod nomen absit a fama, & reputatione tanti principis. In potestate serenitatis sua est facere de facto, quod velit, sicut in potestate Pontificis est factis proportionabiliter respondere de iure: sed non sperat Pontifex, neque potest sibi persuadere, quod Rex ille Christianissimus tam grandem maculam velit inferre gloriæ sua.*

Ad obiectionem de pragmatica dilemmate responsum.

h Sixt. I. bull op. 187. Brut Florent hist. l. 7. & alij. Volaterran. Georg l. 5.

26. &c. Quod ad reuocatos ex Romana curia præsules attinet; non posse Regem de sacerdotibus iudicare, cum ex Apostolo non iudicandus sit alienus seruus, qui domino suo stet vel cadat. De Laurentio Medice pontificiam sententiam aspernante additum, teneri subditum ad seruandam iniustam sententiam, multo magis ad iustam, adijciturque: *Cor igitur illius, quod instar Pharaonis induratum est, seramque obduxit naturam, emollire regia maiestas suis exhortationibus debet, vt lapidea duritie in carneam teneritudinem commutata instar prodigi filij dicat: Pater peccaui in cælum, & coram te. Hoc si Laurentius fecerit, & imponendam secundum canones penitentiam contrito corde amaroque animo tulerit, reliqua facile componentur.*

Teneri subditi ad seruandā iniustam sententiā multo magis ad iustam. Pœnitenti Laurentio veniam datum iri.

29 Venisse propterea ad Sixtum ab Imperatore Friderico & Matthia Pannoniæ Rege oratores, vt illum ad pacem redintegrandam cum Florentinis, imminente Christiani imperij excidio Mahometes II. commouerent, tradunt a. Tanta porro contentione suscepta res Florentina est a Venetis, vt pacem, de cuius legibus dicetur inferius, a Turcis coemerint, quo Florentinis tuendis Othomannico bello liberi vacarent. Querebantur ij in difficillimum se bellum aduersus Turcas a Romana ecclesia maximorum auxiliorum spe adductos fuisse, implicatos vero bello magnis quotidie atteri cladibus, dum Sixtus eorum calamitate, & re Christiana neglectis in suorum augenda amplitudine, belloque ciuili ecclesiasticas opes consumeret: denuntiatumque itaque fuit Sixto contractum a Venetis cum Turca pacis fœdus: quo audito vehementer obstupuit, cum Ludouici Francorum Regis, Friderici Imperatoris, eiusque filij Maximiliani ducis Burgundiæ oratorum b precibus permotus ad sedandam Florentinam

Rogatus a Cæsare & Hungaro Sixtus, vt pacem det. a Brut. Flor. hist. lib 7. & Cromer. lib 19 & alij. Venetj emunt pacē a Turca, vt Florentinæ reipublicæ opē ferant

Grauate rem accipit Sixtus. b Sixt. I. brem & bull. 198 119.

nam controuersiam, vertendaque aduersus Turcas Christianum laniantes imperium arma incumberet.

Sequestra pax admissa a Sixto cum Florentinis.

30. &c. Vrgentibus porro Florentinorum foederatis, vt odidui flexu sumpta in Florentinos arma ponerent, & censurarum in eos latarum vim omnem adimeret, dum pacis redintegrandæ ratio exquirebatur, assensit Pontifex, ne rei Christianæ deesset, ac Ludouicum Francorum & Eduardum Angloru[m] Reges vna cum Cardinale legato interpretes concordiæ designauit. Sed huius compromissi pactiones Florentini eorumque socij non admisere, exeuntibusque prioribus inducijs, Perusium ex insidijs opprimere pertentarunt, propulsatique in circumiecto agro effuse populationem fecerunt. Senensium etiam Pontificis sociorum nonnulla loca vi cepere, ac diripuere; qua iniuria exasperatus Sixtus eos nouis edictis perculit a. Nec modo edictis, sed suis etiam, ac foederatorum armis aduersariorum conatus comprimere nitus est, nam ad distinendum ducem Mediolanensem, ne Florentinis auxilia submitteret, Heluetios in eum concitauit b, fauitque c Genuensibus, qui Mediolanense iugum deiecere, sibique pristinam libertatem asseruerunt d Neapolitani Regis auxilijs tulti, tum sua virtute, qua Ioannis Galeatij Mediolanensium ducis exercitum instructa acie profligarunt.

Pertentatū ab ijs Perusium.

a Ibid.

Heluetij in Mediolanē sem concitati.

Genua libertati restituta.

b Lud. Canit. in annal. Cremonen. Aug. Iustl. l. 5 Foliet. l. 11 d Id. ibid. Bizar. lib. 15. Naucl. vol. 2 genr. 50. & alij.

40.41 Ex his & alijs Christiani imperij intestinis tumultibus auctus animis, atq; efferatus Mahometes liberius in finitimas Turcico imperio prouincias grassatus Charinthiam igni ferroque e vastauit, Croiam f Macedoniæ vrbem principem olim Scanderbegi victorijs nobilitatam, prelijam annua obsidione ob commeatuum inopiam ad deditionem coegit: Scodram atrociori quam antea triennij oppugnatione adortus est: Driuastum cepit: Lysium ad Drymonis ripam eripuit, denique Venetos ad Scodram, Tenarum Laconiæ, & Lemnum insulam sibi dedenda exoratæ pacis causa adegit: mox ad Rhodum Italiamque subijciendas aspirauit.

e Id. ead. lib.

f Bonfi. dec. 4 l. 5. Sabel. in enead. 10. l. 7

Mahometes in Christianos grassatur.

Croia expugnata.

Deditæ a Venetis arces fortissimæ pro impetranda pace a Turca.

Diu a Venetis Mahometis distractæ vires ne Christianum imperium obruerent.

42. 43 Premebat tum sua tyrannide Mahometes Bosnam, quam Regina Catharina religiosissima Thomæ olim regis vxor diu Romæ Pauli II. & Sixti IV. pontificum liberalitate sustentata hoc anno moriens testamento Romanæ ecclesiæ legauit g, eamque ob causam ensem & calcaria in Cardinalium senatu Pontifici oblata, scripsit ad Franciscum Gonzagam Cardinalem Mantuanum Iacobus Cardinalis Papiensis, qui anno insequenti culpa ignobilis medici illi elleborum male temperatum ad quartanam depellendam præbentis extinctus est.

Bosniæ Reginæ mors.

Elixt eius testam. in cod. m. s. arch. Vat. sign. var. circa med.

Extremo anno Olomucæ confecta pax est, inter Hungariæ ac Poloniæ Reges & communi consilio de catholica religione in pristinum restituenda splendorē, deconstabilienda Pragendis archiepiscopatus dignitate, exorando Pontifice, vt Boemos solueret censuris, quibus eos Paulus II. deuinxerat, deliberatum.

IESV CHRISTI
Annus 1479.

Indict. 12. SIXTI PP. IV. annus 9. FRIDERICI III. IMPER. OCCID. annus 40.

Ausias Cardinalis in Germania decretus.

1. &c. CHristi vicarius plures legationes ad Reges principesque ad sacrum bellum aduersus communem hostem concitandos, inflammandosque populos ad nomen crucesignatæ militiæ dandum misit: in primis enim Ausiam tit. S. Sabinæ presbyterum Cardinalem summa instructum auctoritate in Germaniam legauit h; perinde mque prouinciam in Pannonia, Boemia, ac Polonia gerendam Ioanni Aragonio S. Hadriani diacono Cardinali imposuit a; vt subortas inter eos Reges de Boemiæ regno controuersias sedaret, atque ideo si vsus poscere videretur, inducias & colloquia imperaret.

Ioannes S. Hadriani Cardinalis in Bohemiā Poloniā & Hungariā missus.

a Ib. p. 157. ad 58.

b Rapo. Volat. l. 5.

19 In Etruria gesta sunt varia prælia; refert enim Iacobus Volaterranus b coniunctis Pontificis, ac Ferdinandi Regis Neapolitani exercitibus acri bello Florentinos fuisse petitos, ac plures arces amisisse, nimirum Montem imperialem, Podium Bonizi, Cestaldum, pluraque vallium Elsæ & Ambræ oppida, victoresque late finitima loca terruisse: collabentibus ita Florentinorum rebus pacis colloquium inter Ferdinandum Regem & Laurentium Medicem Neapoli habitum, eaque arte Laurentium imminens exitium auertisse, cum Ferdinandus augendarum rerum suarum gratia pontificiam causam contempserit.

Florentini a Pontifice & Ferdinādo in discrimen adducti.

20. &c. Ineunte hoc anno obijt Ioannes Rex Aragonum octogenario maior, vt Surita c, & Mariana d, alijque testantur; Ferdinandum vero patri successisse in regno Aragonum, qui coniunctis cum Castella Aragonijs viribus Mauros postea euertit: hoc autem anno classem instruxit ad reprimendas Mahometis Turcarum principis victorias, cum ille mense decembri immissa centum & quinquaginta nauium classe Rhodum oppugnauit: vt vero ab ea diuinitus propulsatus sit, proximo anno dicetur. Dum autem eiusmodi maritimum exercitum conflabat, terrestri alio Hungariam improuisa irruptione vastauit e: quo tempore Matthias celeberrimum faciebat colloquium cum Vvladislao Boemiæ Rege Olomucij pro confirmanda pace, quam ab vtrisque oratoribus amplissimis superiori vergente anno conciliatam vidimus.

Ioannis Regis Aragoniæ mors.

c Sur. lib 10. cap 17.

d Mariana l. 15. in fin.

Instructa a Ferdinādo Aragoniæ Rege & Ilia bella Castellæ Regina classis in Turcas.

Turcarum in Hungariam irruptio.

e Bonfin. dec 4 l 5.

23. 24 Sancitum in ijs conuentibus erat restituendum in Boemia catholicæ fidei splendorem, mutuisque auxilijs Turcicos impetus propulsandos: sed eodem momento & Turcæ & hæretici improuiso casu ad religionem euertendam in vtrumque Regem coniurarunt: atque in primis, quod ad Boemos hæreticos attinet, illi commota seditione Pragæ sacrorum ordinum religiosos viros partim trucidarunt, partim dispulerunt, ac monasteria spoliarunt ob retentam veteris religionis sanctitatem, ac multorum senatorum, qui regio iussu eos patrocinio suo tegebant, sanguinem effudere. Tam dirum facinus Vvladislaum Pragam ex dicto conuentu redeuntem ad lachrymas coegit, parantemq; iustam vltionē Georgij Podiebratij filij permulserunt, vt leui impolita mulcta crimen dissimulatione obliteraret: verū inde aucta est magis hæreticorum insolentia; quod ad Mathiam Regē spectat vastatum est eius regnum a Turcis f, cum ob nimiam siccitatem flumina vado traijcerentur; cumque in recedentes Turcas signa Matthias attolleret, ad prædam repetendam, illi triginta millibus captiuorum abductis in Bosnam se receperunt.

Hussitæ rebellant.

Habiti clementius ut solebant.

f Bonfin. ubi sup.

25 Parte alia mense octobri quadraginta tria Turcarum millia cum ingenti Valachorum multitudine in Transiluaniam irruperunt g. Auxit ea mala pestis, quæ Pannoniæ maximam cladem intulit; necnon Friderici Imperatoris cum Matthia discordia; sed ob communes acceptas a Turca calamitates pactis cum Fridorico inducijs aduersus Turcarum Imperatorem se accinxit, partaque nobili victoria superiores grassationes cruento prælio vltus est h.

Alia Turcarum in Transyluaniam excursio.

g tom. 2. rer. Germ. ex edit. Freti pag. 168.

h Ib. orator. Hungar. in dieta Germ. Bonfin. dec. 4. l. 5.

26. &c. Deleto Turcico exercitu Matthias, qui Mahometis diram extinguendi Christiani nominis cupidinem norat, censuit illum maiori apparatu ad obruendam Pannoniam vires conuersurum: ad cuius reprimendos impetus, mox a comparata victoria maiorem militum delectum instituit in Hungaria,

misitque suos in Germaniam oratores [a], vt Germanos ad iungenda in Turcas socialia arma concitaret: si enim principes imperij Germanica arma cum Hungaricis coniunxerint, non modo imperium ab eorum populationibus vindicatum iri, verum plures prouincias ex hoste eripiendas. Defuere Germani Hungariæ Regi, atque ita amplificandæ rei Christianæ optatissima amissa fuit occasio, vt refert I. Bonfinius, qui vbi Hungaricum exercitum in Bosna vltra Iaiczam etium dierum itinere irrumpentem, Burbosignam vastatam, Verbos oppidum direptum excisumque, fugatum bassam, & postea contractis nouis copijs irruentem in Pannones onustos præda, sed Croatorum virtute cæsum descripsit, subijcit Fridericum inducias violasse, atque Matthiæ arma contra Turcas ferenda in se conuertisse. Vt vero Germanis Hungarisque mutuis implicitis dissensionibus Mahometes nouis cladibus rem Christianam atflixerit, proximo anno dicetur.

[a] tom. 2. per. Germaniæ edit. Frcss. pag. 166. Monti Germani, vt iũgant arma. Spreti a Germanis Hungari Fridericus odij exercet cum Hungaro.

[b] Bonfin. dec. 4 l. 5. In Bosna Turca propulsati. Illyricum vastatum. Ex Hungarorum & Germanorum dissidijs Turca efferatior fit.

30. 31 Addimus nunc, Ioannem Basilium ducem Moscouitarum [c], Nouogardiensem florentissimam in Russia rempublicam, quæ amplissimos ad orientem principatus obtinebat, oppressisse, suoque adiecisse imperio. Præterea tradit Cromerus [d], Basilium ipsum ea elatum victoria Russiam Lituaniamque vniuersam animo complexum esse: Casimirum vero poloniæ Regem ad ipsius progressus abrumpendos diutius in Lituania moratum esse.

[c] Ann. Christ 1472. n. [d] Crom. l. 29.

Petrus Osma hæresiarcha.

32 Hoc anno Sixtus Petri Osmani hæreses atque opiniones erroneas aduersus indulgentias & confessiones, ac Pontificis supra concilium auctoritatem, quibus Salmaticensem academiam infecerat, ab Alfonso archiepiscopo Toletano apostolicis suffulto mandatis damnatas pontificia censura proscripsit, ac Petrum ipsum eiusque sectatores, nisi hæreses publice execrarentur, constitutis in hæreticos pœnis affici iussit [e].

[e] Lib. bull. 44 pag. 317. & bullar. in Sixt. IV. obsist. 17.

IESV CHRISTI
Annus 1480.

Indict. 13. **SIXTI PP. IV. FRIDERICI III. IMPER. OCCID.**
annus 10. annus 41.

Ex Christianorũ dissidijs eos Turca opprimit. Rhodus a Turca tentata.

1. &c. MAhometes Turcarum princeps Christianum imperium euertere annisus est, captata occasione ex Christianorum dissidijs; comparata enim centum nauium classe, eique præfecto Mesete, quem alij Misacum appellant, bassa Palæologa stirpe Græca progenito, Rhodum qua tormentorum summa vi, qua insidijs tentauit: sed diuina potissimum ope omnes barbarici conatus compressi tractique fuerunt, qui nullis humanis viribus a Rhodijs sustineri posse videbantur, vt ex Petri Albassoni supremi equitum magistri literis ad Fridericum Imperatorem datis constat [f]. Omnium vero præliorum, quæ commissa sunt, asperrimum VII. kal. augusti gestum est, cum Turcæ impressionem in semidiruros muros fecissent, cæsoque præsidio iam duo Turcarum millia Mahometis signa in turri fixissent; de quo prælio hæc refert Rhodiorum equitum princeps: *Eo in conflictu vexillum sacratissimæ imaginis domini nostri Iesu Christi, & religionis nostræ ante hostis conspectum eximus: summa itaque vi horis duabus pugnatum est. Tandem Turci pressi, fatigati, perterriti, vulneribus quoque fessi terga vertunt, & fugam tanto impetu arripiunt, vt sibi ipsis impedimento essent, & perniciem afferrent. Cecidere ea in pugna Turci tria millia quingenti, vel circiter, quorum cadauera intra vrbem, & supra mœnia, & in fossa & munitionibus hostium, & mari reperta sunt, & postmodum ad lucem vsque combusta, quorum spolijs nostri potiti fuere, qui fugientes Turcos vsque ad campi planitiem magno animo secuti eos trucidantes tandem incolumes regressi sunt. In prælio quidam ex nostris militibus, & balinis inter confertissimos hostes constanter pugnantes occubuere: nos nostrique commilitones, pluribus vulneribus acceptis, Deo gratias acturi præsidio valido muris imposito domum reuertimur. Nec id profecto sine diuino auxilio contigit, qui tantam cladem auertit; misit enim Deus (non ambigimus) de cœlo auxilium, ne plebecula Christianum coleus Mahometis spurcitijs inficeretur.*

[f] Ext. l. 2. rer. German. ex edit. Freher.

Eductum in Turcas vexillum Christi. Propulsati Turcæ cæsique.

11 Retulere a post partam victoriam transfugæ, qui e Turcicis castris ad Christiana se contulere, potissimam causam, cur tanta barbarorum multitudo, in fœdissimam fugam sit versa, hanc fuisse, ostensum nimirum cælo prodigium, quo tempore signa Saluatoris nostri, B. Virginis, & S. Ioannis Baptistæ equestris ordinis Ierosolymitani patroni in mœnium ruinis defixa sunt, atque a Turcico exercitu splendidissimam crucem aurei coloris in aere conspectam, visamque Virginem candidissimo amictu induram, quæ sinistra tenebat clypeum, dextra lanceam vibrabat, virumque pene lacera veste, & cameli pelle coopertum, hosque innumeram militum cœlestium aciem sequi, atque vrbis obsessæ auxilio procurrere: cuius ostenti tanto terrore sunt capti Christi hostes, vt ipsis irruptionis in vrbem vrgendæ defuerit animus.

[a] Bosius hist. eq. Hier. 2. p. l. 12 & Guil. lel. Caturcel. vicecanc. & alij.

Prodigio cælesti defensa Rhodus ex Turcarum relatu.

12. &c. Prodidit literis huius prodigij historiam Guillelmus Caturcensis eques, qui interfuit, tum historici plures, qui de ea Rhodi oppugnatione scripserunt, meminere. Et sane non sine diuino miraculo mœnium ruinis propulsatos infideles testatur Pontifex [b]; de cæsorum Turcarum numero hæc scripsit Rhodius princeps: *Vt perfuga diuulgauerunt, Turcorum nouem millia occisa sunt: ingens quidem multitudo vulnerata, inter quos quidam capitanei, ac Germanus bassa, & quidam Turci gener occubuere.*

[b] Lib. brev. & bullar. p. 240. & 242 Cæsa in obsidione Turcarum nouem millia. Eodem tẽpore inuasa a Turcis Italia.

17. 18 Dum vero Rhodus a bassa Palæologo obsidione premebatur, Mahometes in Italiam cum magna classe ire iussit visirem bassam alium, nimirum Gedunem Achmetem rei militaris peritissimum, qui ex Apollonia Epiri oppido proximam extremæ Italiæ littoralem oram ex improuiso adortus Hydrunto præcipuo Calabriæ oppido ingenti omnium terrore potitus est, dirissimaque ciuium edita strage non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercit; quam tunestam cladem inter cæteros [c] Volaterranus narrat [d], additque: *Sanctorum reliquiæ canibus obiectæ; virgines raptæ, & ad stuprum deductæ, ac super sanctissimas aras violatæ; nihil crudelitatis aut impietatis omissum est: cuique nobili caput abscissum, & affixum lanceis tota vrbe ad spectaculum deferebatur. Dies hic magni mali initium est, & incendium toti Italiæ formidandum.* Sectus e fuit ferra lignea archiepiscopus, cum crucem teneret manibus, ac fideles ad obeundam pro Christo mortem cohortaretur: octingenti circiter oppido educti nudi cum fidem Christi damnare respuerent, seque ad constantiam cohortarentur, a Turcis in parua valle, quæ vallis martyrum dicta est, contrucidati sunt.

[c] M. sanped. nil Sixt. IV. inbi Vatic. n. 4155. Volat. sign. nu. 111. Steph. Infess. sign. nu. 111. Turcegr. lib. 1. [d] Volat. diar. m. sarcb Vatic. sig. n. 113 pag 280. Archiepis. Hidrunt. Serra sect. [e] Ld. Alber. in disc. pat. Salentin. regn. Ital. 9. Octingenti cives affecti martyrio. [f] M. f. vat. ex post. Sixt. Rapb. Vol. l. 7. Brut. histor. Flor. lib. 7. Sixtus de Italia deferenda consilium agitat. Ad defendendam Italiam obfirmat animum.

19. &c. Non desunt, qui dicant [f], Sixtum vbi captum Hydruntum percrebuit, territum atque animo consternatum de vrbe deferenda, ac petendis Gallijs consiliũ agitasse: verum postea metu posito, mutatoq; consilio ad paranda auxilia, defendendasq; generosi instar pastoris cues assurgens animis imperauit Italiæ principibus inducias, vt omnium arma aduersus communem hostem verterentur: cum Venetis die ascensionis Saluatoris sacro armorum in Turcas fœdus pepigit

a Lac. Volat. in diuers. b M.s. Vallic. fig. lit. B. n. 19 p. 205. &c.

pigit a Gabrielem Rangonum Cardinalem in Neapolitanum regnum legauit b, vt crucis symbolo fideles insigniret: Transalpinorum Regum opem per sacrosancta quæque implorauit, veniæque criminum spe proposita ad nomen Christianum defendendum concitauit: tum de subsidiarijs nauibus a se transmissis Rhodum, cuius nondum erat soluta obsidio, edocuit. Extant quoque aliæ apostolicæ literæ c, quibus deplorat Pontifex ingentia mala a seruissimo Turca Hydrunto atque finitimo agro illata, tantaque eum dominandi & extinguendæ fidei Christianæ cupidine flagrare, vt Romam in Turcicam seruitutem redigere, templaque eius sacratissima funestare moliretur: eius tamen infringendos conatus subijcit, si Christiani Reges, principes, ac populi fidem Christianam tuendam susciperent: non sua virtute Turcas, sed Christianorum inertia & discordijs protulisse auxisseque imperium: bellum itaque strenue pro Christo susciperent, pugnaturum cum ipsis militiæ cœlestis principem, Apuliæque tutelarem archangelum Michaelem; nec defuturam diuinam opem, qua confirmati Dauid, Gedeon, Machabæi præclarissimas de Dei hostibus victorias retulere, denique amplissimam criminum veniam consecuturos.

Iterum noui stimuli addit in Christianis, vt consurgant in arma.

c Lib. brev. & bullar. pag. 236.

Publicæ preces imperatæ pro diuina ope implorãda.

29. &c. In hoc labantis Christianæ rei discrimine Sixtus, veteri more institutoque sanctissimorum pontificum, suffragia cœlitum imploranda ad diuinam lenicndam iram decreuit; eamque ob causam octauam a festo omnium Sanctorum recurrentem diem sacram constituit, atque ab omnibus ecclesijs vbique coli, & celebrari iussit d: Cæterum spopondit Sixtus classem viginti quinque triremium se instructurum, ac Neapolitanæ, quæ ex quadraginta constanda erat coniuncturum, vti refert Iacobus Volaterranus e. Legatum præterea fuisse ad Genuenses Cardinalem Sabellum addit auctor, vt classem parandam curaret, atque intestinas ciuium dissensiones sedaret.

d Lib. brev. & bullar. pag 240. Cardinalis Sabellus ad Genuenses legatus decernitur.

e Lac. Volat. in M.s. arc. Vat fig. n. 111. f. 2 Aug. Iustin. l. 5. Bix. l. 15.

32 Cum porro Turcæ ex Hydruntina vrbe vehuti ex arce munitissima in Salentinum agrum, superique maris littoreas oras excurrerent, classe inuecti sunt ad diripiendam Lauretanam ædem: *Verum*, inquit Tursellinus f, *ad sacra domus conspectum ingens repente terror totam Turcarum peruasit aciem, cunctosque e vestigio inimicissimis animis referre coegit pedem stupore attonitos, & Deum profecto pro illa ade stare memorantes.* Subdit auctor Cardinalem Robureum Laureti patronum eo admonitum periculo templum excitatis propugnaculis aduersus repentinos hostium incursus communiuisse. Erat is Iulianus episcopus Sabinensis Cardinalis S. Petri ad vincula nuncupatus, Sixti IV. fratris filius, qui ei post Pium III. accepto Iulij II. nomine in pontificatu successit, vt diximus supra. Ad pacandos autem principes, ne ab arcendis communibus hostibus retardarentur, in Gallias iterum missus est.

f Turs. hist. Laur. l. 2. c. 4.

33. &c. Interea de legatione Iuliani deque alijs Cardinalibus in alia regna missis meminit Iacobus Volaterranus g, qui ex ecclesiæ Volaterranæ archidiacono in scribarum pontificiorum numerum superiori anno ascitus fuerat, ac insignes de rebus a Sixto IV. gestis commentarios, qui nondum typis cusi in tabulario Vaticano reconditi seruantur, edidit. Neque in Gallijs modo, sed etiam in Angliam & Scotiam legationis munus Iuliano iniunctum est, vt inter Gallos Anglosque pacem ad vertenda in communes hostes arma conciliaret, vt ipsius docet diploma h. Eum vero mense septembri Parisios peruenisse, honorificeque exceptum tradunt h, indeque Peronam profectum; cumque fidem publicam, vt pergeret ad Maximilianum elicere non potuisset, Lure-

g Volat. lib. 2 m. s. arc. Vat fig. n. 111. Legati in varia regna missi.

h Reg. legatio num pag. 89 & Chron. Lauden. XI.

tiam extremo decembris mense reuersum. Cæterum legati diligentia colloquium inter Ludouici Regis, & Maximiliani Austriaci oratores habitum est, re tamen infecta dimissum. Extant in m. s. codice Vallicellano a capita controuersiarum, quæ vtrinque in eo colloquio agitatæ fuerunt. Soluto conuentu sopitæ fuere ad aliquod tempus hæ lites, quæ postea inter Carolum V. Maximiliani nepotem, & Franciscum I. funestissima bella accenderunt.

Negatus Iuliano legato commeatus liber in Maximilianum.

a M. s. Vallic. sig. lit. B. n. 19 p. 163.

38 Restinctæ sunt hoc anno reliquiæ ciuilium Castellæ & Legionis bellorum, quæ diu arserant tauillæ, Ioanna, de cuius iustis natalibus controuersum fuerat, quæque se, vt Henrici Regis vnigenitam ac regnorum heredem gerebat, Clarissarum sacra instituta Coimbricæ amplectente, ac die XV. nouem. huius anni vota religiosa nuncupante, qua de re extant b acta publica. Post hæc Ioanna aliquorum suborn ata consilijs, qui Castellæ & Legionis regna bellis ciuilibus miscere sui commodi spe atque illecebra meditati sunt, pristinos Castellæ & Legionis regios titulos recepit, atque ad rescindendam religiosæ vitæ professionem ediram metum, ac necessitatem ob pacem inter Alfonsum & Fernandum Reges conciliatam obtendit. Verum Innocentius VIII. cum ingentia inde oborirura bella, ac Lusitana & Castellana arma ab Afris & Granatensibus in ipsa fidelium viscera vertenda, ac religioni exitium parari præuideret, apostolico diplomate Ioannam monastica institura deferere vetuit c, vt suo loco dicetur.

Ioanna Castellana fit monacha.

b Ext. apud Innoc. VIII sign. n. 1909 secr. p. 576.

c Inn. VIII lib signatur n. 1909.

39. &c. Eodem anno d Florentini sine festi malis, siue auxiliorum spe delusi, siue ad meliorem mentem reuerti in Ecclesiæ gratiam a Romano Pontifice recipi flagitarunt. Honorificentissimam itaque duodecim ciuium legationem ad Apostolicam sedem misere; subituros se demisse qualescumque illius leges professi. Oratoribus igitur in Vrbem venientibus nulli officij causa obuiam prodiere, neque coram Pontifice admissi, nisi prius imperatas ab illo concordiæ leges recepturos se sponderent. Demum prima aduentus dominica die in porticum basilicæ Vaticanæ conuenere, Pontificem & Cardinales præstolantes, vbi Sixtus pro foribus templi genibus nixos virga leniter diuerberatos solemni ritu expiauit, atque adeo Florentinos omnes sacræ fidelium communioni restituit. Ingressi deinde basilicam oratores rei sacræ interfuere; qua peracta domum aulicis Cardinalium eos comitantibus perducti sunt, posteaque oppida reipublicæ Florentinæ erepta restituta. Hæc pluribus rerum Florentinarum scriptores, omnium autem accuratissime Iacobus Volaterranus e horum spectator describit in Sixti rebus gestis. Piam eorum orationem suis conceptam verbis affert Brutus f, ac responsum acerbe a Pontifice queritur, eumque in Florentinos inuectum commemorando vniuersa, quæ ciuitas aduersus pontificiam maiestatem commisisse argueretur, vt constaret reditum in gratiam tempori non hominibus datum: verum ex Iacobo Volaterrano, qui pontificium responsum affert, constat, nihil iracunde gestum, sed ex solita g Ecclesiæ dignitate benignitateque expiatum crimen.

d Inn. VIII lib signatur n. 1909. d Iac. Volat. in m. s. arch. Vat sign. num 111. Brut. hist. Flor. l. 7 & alij. Florentini veniam a Pontifice poscunt.

e M. s. archiu Vat. sign. n. 111

f Brutus hist Flor. lib. 7.

42 Hoc quoque anno apud Heluetios migrauit in cœlum Nicolaus sanctitate insignis eremita, qui annis viginti non alio cibo quam sacra Eucharistia vitam sustentauit, de quo Nauclerus h & alij agunt.

g Volat. ubi sup. Nicolaus Eremita Heluetius.

h Naucl. vol. 2 gen. 30.

43 Auxisse i eodem anno Sixtum Cardinalium collegium refert Stephanus Infissura, & consentit Iacobus Volaterranus, qui hæc habet k: *Idibus maij, qua die luna euenerunt, Cardinales quinque in secreto senatu designati sunt, qui nihilominus ante aliquot menses creati dicebantur, sed ad eam diem secreto habiti non absque causa est credendum. Eorum nomina hæc sunt:*

i Steph. Infiss. m. s. Vat. sig. n. 221. hoc anno.

k Iac. Vol. l. 2 m. s. arc. Vat sig. n. 111. & Felix Contel in elench. Cardinales noui in senatũ adsciti.

Paulus Fregoſius archiepiſcopus Genuenſis presbyter tit. S. Anaſtaſiæ: Coſmus Vrſinus monachus ordinis S. Benedicti abbas Farfenſis, & Tranenſis archiepiſcopus presbyter tit. SS. Nerei, & Achillei: Ferricus de Cluniaco Burgundus epiſcopus Tornacenſis tit. S. Clementis: Ioannes Baptiſta Sabellus protonotarius diaconus S. Viti in Macello: Ioannes Columna diaconus S. Mariæ in Aquiro.

Indict. 14.

IESV CHRISTI
Annus 1481.

SIXTI PP. IV. annus 11. — FRIDERICI III. IMP. OCCID. annus 42.

Inſignes res hoc anno geſtæ.

1 ATtulit vniuerſo Chriſtiano orbi felicem rerum conuerſionem repentinus interitus Mahometis II. hoſtis Chriſti cultorum acerbiſſimi, qui Rhodios iterum bello petere decreuerat; ea namque inſula ab imminenti pernicie liberata eſt, atque Hydruntum pulſis Turcis fuit receptum: de quibus acturi, quæ ordine temporum geſta ſunt afferemus.

Cardinalis Melphetenſis legatus in Germania decernitur.

Cum in Germania ordinum imperij ſolemnes conuentus celebrandi eſſent ad conficiendam contra Turcicas gratiationes expeditionem, ac Fridericus & Matthias Hungarus ob id in concordiam redigendi eſſent, decretum eſt in ſacro purpuratorum ſenatu, vt Cardinali Melphitenſi, qui poſtea accepto Innocentij VIII. nomine Sixto in pontificatu ſucceſſit, vt ſupra dixi, ea prouincia daretur. Verum ipſe proximo menſe legationem depoſuit; in cuius locum ſubrogatus eſt Vrſinus Theanenſis epiſcopus.

Cæſar in tuenda re Chriſtiana ignauus.

2 Fudere plura contra Turcas verba inania Germani Imperatore Friderico, cui cum poſt Mahometis II. mortem amplißima recuperandæ ditionis amiſſæ affulgeret occatio, non cum Matthia iunxit arma in Turcas, ſed veteri occupandæ Hungariæ ambitione percitus, regnum Hungaricum vaſtauit, atque ita Matthiam a perſequendo Baiazete Mahometis ſucceſſore, ac redintegranda in pluribus prouincijs religionis maieſtate reuocauit, vt Nauclerus Germanus auctor eius temporis obſeruat a.

a *Nauel. vol. 2 gen. 50.* Interprete Gallo fœdus initum ad Turcas pellendos Italia.

3. &c. Celebrati fuere Romæ a Sixto Pontifice vna cum Regum, ac principum oratoribus conuentus ſolemnes, vt vniuerſi ad ſuſtentandam labantem Chriſtianam rempublicam conſurgerent, factumque eſt Ludouico XI. Francorum Rege vrgente, vt ad ſacrum bellum gerendum in Turcas, eoſque Italia pellendos fœdus ſanxerint, ſumptuumque bellicorum onera ad ſuppeditanda militi ſtipendia conflandamque claſſem inter ſe partiti fuerint: qua de re extant in m. s. codice Vallicellano b publicæ tabulæ tunc confectæ.

b *M. ſ. Vall. ſign. lit. B. n. 194. 2. 2.*

14 Dum Italia, exceptis Venetis, qui antea deſerti a cæteris Chriſtianis pacem a Mahomete II. redemerant, bellum parabat in Turcas, ij in finitimos Hydruntino agros tectis excurſionibus omnia vaſtabant, tantuſque Calabros terror inuaſerat c, vt ex Italia in Hiſpanias abiectis omnibus fortunis vitæ ſeruandæ cupiditate aufugerent: qui vero cepe rant arma Turcici furoris formidine pauidi, abiectis in prælio armis, vitam ignaue orarent mox a barbaris immaniter contrucidabantur.

c Io. *Albin. de bello Hydrunt.*

15. &c. Tradit Iacobus Volaterranus d, Iulianum Robureum Cardinalem in Gallijs legatum, de quo paulo ſupra memorauimus, nauiter ad elicienda auxilia incubuiſſe apud Regem: *Gallorum oratores*, inquit, *die mercurij* XIV. *martij in ſecreto ſenatu auditi ſunt: obtulerunt in ſubſidium belli aduerſus Turcos aureorum trecenta millia, ducenta videlicet a clericali poteſtate exigenda, cætera a ſæculari.* Tum octauo aprilis huius anni die Sixtus ſacros ſolemnes cœtus in baſilica Vaticana celebrauit, atque inter diuina myſteria, quæ auguſtiori pompa peracta ſunt, encyclicas datas ad omnes Chriſtifideles literas a legi iuſſit, quibus per baptiſmalia ſacra, perque fuſum a Chriſto in cruce cruorem ſolicitati ſunt, vt qui mutuo bello eſſent impliciti, pacta inter ſe ſequeſtra pace, iunctis animis armiſque in ferociorem communem hoſtem proſilirent: ex quibus hæc decerpſimus.

d *Volat. in m. ſ. Vat. fign. n. 111.* Galli trecenta aureorum millia polliciti contra Turcas.

Promulgata in Turcas ſacra militia.

21 *Sixtus, &c.* Non impoſſibilia vel nimis arduа eis imungimus, aut minus vtilia: neceſſitas ipſa vtilitatem arguit, cum niti defenſioni ſe accingant, manus dare & in ſeruitutem venire, atque ea pati, quæ victoribus libuerint, ſit neceſſe: quæ quidem qualia ſint, aliorum exempla nos docent. Imperator Conſtantinopolitanus, dum regia vrbs expugnatur, prælio cadens etiam mortuus capite truncatur: Græcorum proceres, atque omnis nobilitas, depoſitis armis trucidantur: Raſciæ deſpotis in poteſtatem redactis eruti ſunt oculi: Trapezuntinorum Imperator contra datam fidem occiditur: Rex Boſniæ in fidem ſuſceptus inter vina mactatur. Verum eſt, quod ille ait: *Regnum non capit duos.*

e *Extat m. ſ. perg. arc. Vat. inſcript. breu. ſeu bull. diuer. p. 244 bull. 158. & in m. ſ. Vall. bibl. fig. n. 19 p. 208. & ſ. Rer. Germ. ex Freher. edit. tom. p. 162.*

Ablatam ſalutis ſpem niſi armis cõparetur probatur exemplis.

22. &c. Nolint igitur ſperare Chriſtiani principes, & populi, vt libertatem victore Turco retinere poſſint: nolint multum in ſuis fictis blanditijs, & falſis pollicitationibus confidere. Quem ex deuictis regulis vel cum toleranda conditione ſeruatum videmus? Cui fidem vnquam ſeruauit Turcus? Abijciant hãc falſam & inanem ſpem Chriſtiani proceres, & in Deo ſolum, atque in eorum dextris ſalutem reponant: ſi enim viriliter pugnauerint, non ſolum propria defendent, ſed ab alijs iam deperdita recuperabunt: ſin vero, quod Deus auertat, in ſolita negligentia atque deſidia perſeuerauerint, ſeipſos & reampublicam Chriſtianam perdent. Quid enim Chriſtianis deeſt quod ad victoriam conſequendam deſiderari poſſit &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die* XII. *aprilis anno* MCCCCLXXXI. *pontificatus noſtri anno* X.

Infidas eſſe Turcarum blanditias.

25. &c. Non ſufficiſſent pontificia ad frænandos Turcicos impetus, liberandamque ab eorum tyrannide Italiam adhibita ſtudia, niſi diuina prouidentia Mahometem II. crudeliſſimum Chriſtianorum hoſtem ſuſtuliſſet repentina morte, quæ contigit tertia die menſis maij ſanctæ crucis inuentioni ſacra, vt hoſtem crucis virtute crucis triumphatricis extinctum conſtaret. Addit Stephanus Infiſſura b, Pontificem de Mahometis morte certiorem factum ſolemnes ſupplicationes decreuiſſe, inſtructoque agmine religioſo die quarta, quinta, & ſexta iunij in ſuburbanis S. Petri vna cum Cardinalibus de depulſa effera peſte Deo gratias egiſſe: quod etiam Raphael Volaterranus c confirmat. Interemptum veneno nonnullos ſuſpicatos refert Nauclerus, qui tyranni immaniſſimi præcipuas res geſtas perſtringit d. Ipſum interiiſſe in procinctu expeditionis Syriacæ (potius Italicæ quamuis Syriacam fingeret) trigeſimo ſecundo anno regni ſui refert Turcogræcæ hiſtoriæ auctor e. Porro Mahometem e Chriſtiana matre, vt ſupra diximus, natum Mahometica deliramenta floriſſe tradunt f, atque de Chriſtiana religione plura percentatum: quinetiam paulo ante mortem a Maximo patriarcha ſacri ſymboli interpretationem popoſciſſe addit Turcogræca hiſtoria (ni forte aſcribat Maximo, quod de Gennadio conſtat) pluresque libros de rebus fidei noſtræ e Græca in Arabicam linguam traductos perlegiſſe, ſed vitiorum dulcedine corruptũ in Mahumeticæ impietatis cœno hæſiſſe,

Mahometes virtute crucis extinctus.

b *Steph. Infiſſ. m. ſ. Vat. fign. num. 111.* Acta Numini de eo ſublato gratiæ

c *Raph. Vol. lib. 7.*

d *Nauel. vol. 2. gen. 50.*

e *Turco græc. lib. 2.* Chriſtiana matre fatus fuit Mahometes.

f *Bizar. lib. 9* De Chriſtianæ religionis myſterijs doceri aliquando voluit.

Certatum de imperio inter filios

so, quamquã religioni Christianæ mysteria suspiciebat. De secuta porro inter Turcas intestina dissensione post Mahometis mortem consentiunt vniuersi historici, & Volaterranus ex Veneti oratoris literis confirmat, ac Iamsiaros absente apud Trapezum Baiazethe, ne Zizimus imperium corriperet, Baiazethis loco, Isacio bassa præcipuo auctore, illius filium, donec Constantinopolim reuersus esset, ad solium extulisse. Sublato itaque tyranno, & Turcis inter se digladiantibus, de recuperando Hydrunto vrgeri magis cœpta sunt consilia, antequam nouus tyrannus subsidiariam suis classem submitteret.

Submissa classis a Rege Lusitano in Turcas. Hydruntũ terra & mari obsessum Demũ Hydruntum restitutum, Christianis Turcæ ob fractam fidem captivos. a Volat. l. 3. m. f. archiu. Vat tign. nu 49. & 111.

29. 30 Refert Raphael Volaterranus classem Alfonsi Regis Lusitaniæ vigesima octaua augusti die per amnem Tyberim in Vrbem venisse, vt nimirum pontificia prece sacraretur, in Turcos vela factura. Vrgebatur vero tum acerrime terra marique Hydrunti obsidio, ac demum barbari nouarum impressionum metu concussi, cum auxiliorum expectatione languerent, & Mahumetem Imperatorem obijsse, nec subnitti a Baiazethe auxilia accepissent, animo consternati incolumitatem pacti decimo septembris die Hydruntum dediderunt a. Comportarant iam sua in naues, cum visæ sunt in ijs puellulæ Appulæ barbarico cultu indutæ, quas secum abducebant: quare ad iustam indignationem adducti Christiani in illos, vt in fœditragos impetum fecere, eosque gladio concidissent, nisi Alfonsius dux ipsos vitæ seruasset, quibus postea in bellis Italicis vsus est: pars Pontifici vt belli socio in prædam cessit.

31. &c. In eo bello absumpta, in seruitutemue adducta ad viginti quinque Christianorum millia tetatur Ioannes Albinus b, ac Ferdinandum ad sumptus in rem militarem faciendos non modo decimas a sacerdotijs coegisse, verum pontificio permissu vasa quoque sacra & donaria conflasse scribunt, Regemque Matthiam Hungariæ duo delectorum equitũ millia Turcicis prælijs assueta subsidio misisse c. Interea idem Matthias, ad distrahendas vires Turcicas in prouincias Hungariæ finitimas incurrebat. Addit Nauclerus nonnullas prouincias e Mahumetica seruitute ad Christianum imperium redactas: *Vicelaus Macedoniæ olim dux mortuo Mahometo statim amissam ditionem cum ingenti Turcarum cade recuperauit, nec dissimilia egit Ioannes Cernouichus.* Inferre quoque Turcico imperio arma capto Hydrunto meditũ Alfonsum ducem Calabriæ refert Ioannes Albinus, cum maxima populorum pars militesque omnes Byzantium prouolassent: vbi Mahometis morte cognita inter fratres bellum flagrauit; sed Cardinalem Ligurem, nimirum Paulum Fregosum, qui pontificiæ classi præerat, liberatæ Italiæ contentum gloria, Sixti mandato viginti triremes Liguſticas ad ostia Tyberina reduxisse, cum Ferdinandus non suppeditatis sociæ Ligurum classi opportunis subsidijs in eorum odia incurrisset.

b Albin. de bello Hydrũt

c Bonf. 4. dec 6 m. f Vall. sign. dist. 8. n. 19. pag. 2 2. Naucl. vol. 2 gen. 50.

Macedoniæ pars recepta ex Turca.

Inuidia belli in Turciam non translati in Pontificem aspersa.

35. &c. Dum vero Christiana religio in Græcia sensim aboletur ob schismaticorum scelera, ea Deo auctore apud incognitas incultasque gentes propagata est; subactæque d a Ferdinando Castellæ Rege plures Canariæ insulæ, ac barbari ad humanitatem Christique cultum traducti fuere. Cum autem Lusitani etiam earum insularum imperium sibi vendicarent, ne ex dissensione bellum oriretur, eisdem insulas cum Ferdinando & Elizabeth partitus est Alfonsus Rex ijs legibus, vt nunquam a Ferdinando eiusque heredibus de Azoribus insulis, nec de Guinea, siue Æthiopia occidua, nec Phutensi regno ad Lusitanicum imperium a Saracenorum tyrannide reuocato lis Lusitanis inferretur: qua de re publica acta sunt edita a.

d Sur. l. 18. a 39. Marian l. 19. Canariæ insulæ plures partæ a Castellæ Rege Lusitani de ijs certant.

a Ext. apud Sixt lib. 60. pag. 30.

39 Obijt porro hoc anno Alfonsus Lusitaniæ Rex virtutibus principe dignis ornatissimus, quem ad submittendas in Turcas victrices classes paratissimum vidimus; de quo hæc habet Iacobus Volaterranus: *Mortuus est Alfonsus ætatis suæ anno quinquagesimo secundo die XXVIII. augusti apud Sintram oppidum Vlixponensis diœcesis eo ipso die, quo classis sua per amnem Tyberim trahebatur.* Præter naualem exercitum, de quo paulo ante memorauimus, etiam aliquas naues ad ferendam Rhodijs opem misit, quas duæ triremes Ibleti Flisci oppugnarunt; sed non impune latum facinus, altera enim capta, altera in fugam versa b. Summæ illi datur laudi auxisse rem Christianam in occidua Æthiopia, cui Guineæ nomen indicum, vt referunt e auctores, qui de regione illa tunc recens detecta scripsere, addunteque ipsum in redimendis captiuis tanta liberalitatis laude floruisse, vt redemptoris captiuorum cognomen retulerit. Perlata eius mortis fama Lusitana classis, quæ ex viginti tribus nauibus in Italiæ subsidium præfecto Garsia Elborensi antistite regio sanguine procreato conflata erat, Lusitaniam repetijt, noui Regis mandata acceptura. Successit in paternum regnum Ioannes d virtutum ornamentis excultissimus, nouum & viginti annos natus.

Alphonsi Regis Lusitaniæ mors

b Valat. l. 2. m. f. arc. Vat sign. n. 111. Auctum est ab eo Christianum imperium.

c Io. Baros in Asia dec. 1. l. 2 Ant. Vasc. in Alfon V. Ioannes filius illi succedit.

d Vald. 3 an. arch. Vat sig n. 111.

40. 41 Eodem anno excepit Romæ Sixtus Æthiopum legationem pro instauranda vetere cum Romana ecclesia coniunctione, vt refert in diarijs Volaterranus, ex quo pauca hæc delibamus: *Veri Christiani sunt, quibus Rex ille imperitat, quem nos Presbiterianum vulgo dicimus; sed eorum ritus a nostris admodum differunt. Id fuit præcipuum petitionum suarum, vt cum eis Latina legis, & lingua episcopus mitteretur, qui & sacra nostra illis ostenderet, & Christianam doctrinam in eorum terris seminaret.*

42 Quo etiam anno Sixtus sanctorum martyrum cultum honoremque decreuit e Minoritis quinque, qui anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo, Honorij III. anno IV. XVIII. kal. februarij Marrochij a tyranno Mahometano, quem euangelij lucem illustrare annitebantur, conrucidati fuerant f, pluribusque editis miraculis post mortem effulserant: quorum sacra pignora Conimbricam delata, magnaque religione culta a fidelibus, qui eorum precibus ingentia beneficia retulerunt.

Martyres Marochitani in sanctorum albo repositi.

e Extat festum pontif. sancto gr. in archiu S. Mariæ de Aracœli.

f Sur. t. 1. die 16. ianuar. Bolan. t. 2. 16 ianuar.

IESV CHRISTI
annus 1482.

Obortum inter Sixtũ & Ferdinãdũ bellum

1 Pontificem Vrbemque ipsam, ac totam fere Romanæ ecclesiæ ditionem in summas angustias adduxere Ferdinandus Rex Neapolitanus beneficiorum ab Apostolica sede, cuius vectigalis erat, acceptorum immemor, eiusque filius Alfonsus Calabriæ dux, occasione dissensionis Venetos inter & Herculem Ferrariæ ducem ob Rhodiginum agrum ortæ: Ferdinandus enim Herculi genero, cui Eleonoram filiam matrimonio iunxerat, laturus suppetias præmisit Alfonsium filium quatuor millibus militum succinctum, quem Sixtus (qui animaduersa Ferdinandi in sedem Apostolicam perfidia fœdus cum Veneris pepigerat) aditu in pontificiam ditionem prohibuit: vt ducem Ferrariensem ecclesiastici imperij beneficiarium, qui contra sedem Apostolicam Florentinis antea subsidio adfuerat, iusta pœna percelleret.

Alfonsus aditu in pontificiã ditionem prohibitus

leret. Offenderunt quoque Pontificem retentæ a Ferdinando Turcarum cohortes, quæ Hydrunto capto in nostrorum potestatem venerant, vt eas aduersus Christi cultores immitteret: nec modo vectigal eidem ecclesiæ debitum non pensum, sed pontificium etiam in regno Neapolitano ius labefactarum.

Agnatum de pace.

2. &c. Delinire iustas Sixti iras velle præsensit Ferdinandus, missisque suis & fœderatorum, videlicet Mediolanensium, Florentinorum, ac Ferrariensium oratoribus pacem cum eo conficere, vel ipsum a Venetorum societate dimouere nitus est; illos vero diu apud Pontificem moratos refert Iacobus Maffeus Volaterranus, irrito tamen exitu, nouoque odiorum fomite excitato; addit; Calabriæ ducem die duodecima iunij ad veteres aquæductus duxisse exercitum, sed Romanis obuiam venientibus recessisse. Hæc fuere infidi Regis in sedem Apostolicam officia, a qua sceptrum indignus acceperat, & contra Turcicam tyrannidem tectus fuerat.

Ad Marinum defixa a Ferdinando castra.

Inuasio in regnũ Neapolitanum exercitus.

6. &c. Inclinatis pontificijs rebus, Veneti ad Ferdinandum bello distrahendum classem nauigiorum centum impositis octingentis equitibus Illyricis, præfecto Iordano, in littoreas Aprutij & Apuliæ oras immisere, factaque excursione, & mira equorum velocitate longis spatijs emensis obuia quæque igni ferroque vastarum: ac portum S. Viti, Piscariæ arcem, nonnullaque alia loca occuparunt. Exercitum etiam terrestrem subsidiarium, cui Robertus Malatesta præerat, ad Pontificem misere, qui sacro assumptæ Virgini die Vrbem ingressus est; cumque is in Alsium, qui in Velitrensi agro castra fixerat, dispositisque tormentis bellicis munierat, signa extulisset, conserta pugna adductus erat in extremum discrimen ecclesiasticus exercitus, vt refert Stephanus Infissura, cum cælum tulit opem: addit enim auctor crebro imbre effuso pulueremtormentarium madefactum adhibitum ab hostibus ignem concipere non potuisse, atque ita pontificios milites in castra inimica irrupisse. De hac victoria Pontifex Fridericum Imperatorem certiorem fecit a, vt ipse inique petitus bello fuisset a Ferdinando, demumque vim vi repulisset: tum appellato teste diuino Numine professus est, nihil se antiquius, quam pacem habuisse, ac lacessitum inuitumque imperasse arma nullam aliam ob causam, nisi vt dignitatem sedis Apostolicæ tueretur.

Inuasum regnũ Neapolitanum exercitus. Auxiliaris exercitus in vrbem admissus. Profligatæ Ferdinãdi copiæ.

Diuina ope parta victoria.

a *Lib. breu. an.12.pag.1* Profitetur victor Sixtus se pacẽ exambire.

10 Quod vero attinet ad Robertum Malatestam, quo duce hostis profligatus fuerat, eius triumphales laudes in titulum sepulchri abierunt: cum enim reuersus Romam magnificentissime a Sixto fuisset exceptus cultusque, paulo post ex castrensi labore, & æstu pugnæ correptus tebre obijt, cuius funeri ingentem a Pontifice honorem habitum refert Stephanus Infissura b, & equestrem statuam marmoream eius sepulchro impositam, cui subiectam hanc inscriptionem refert Sabellicus c: *Veni vidi vici, lauream Pontifici reuuli, mors secundis rebus inuidit*; quæ in d funereis insignibus exarata fuerat. Contulisse Sixtum illi morituro extremæ vnctionis sacramentum, atque vna cum Cardinalibus defuncto funebria sacra peregisse, narrat vetus ciuis Romani m.s. codex e.

Roberti Malatestæ obitus.

b *Infiss. m.s. Vat. signat. n.111.*
c *Sabellic. Enn.10.l.7.*
d *M.s arch. Vat. signat. n.111.*
e *M.s. arch. Vat. signat. n.111.*

11 E bellicis laboribus breui pacis fructus collecti fuere; victus enim Ferdinandus, occupatisque a Venero pluribus maritimis arcibus timebat, ne pro demeritis regno deturbaretur a Sixto, Gallusque in veterum iurium recuperandorum spem vocaretur: officijs itaque mox demulcere statuit, quem armis opprimere non potuerat. Missum ab eo Ancilum oratorem ad Pontificem, qui puram chartam detulerit, in qua Pontifex ipse quas vellet leges præscriberet, refert dictum vetus Romani ciuis m.s. cod. f, concordiamque a pacis percupido facillime immeritus elicuit.

f *M.s. arch. Vat. signat. n.111.*

Pacem efflagitat Ferdinandus.

12. &c. Victus est sua sponte precibus & officijs Sixtus, qui vi & armis vinci non potuerat, atque triophæum reportatæ victoriæ B. Virgini posuit, nempe templum, cui pacis nomen inditum est, excitauit, in quo imaginem Deiparæ, ad quam plura recenter edita fuerant miracula, collocauit a.

a *Lib. breu. an.12.*

17. &c. Addit Stephanus Infissura b, Pontificem a fœdere Venero discessisse, armorumque societatem cum Ferdinando Neapolitano in Venetos iniuisse. Iam enim Veneti Herculem, Ferraria terra & aquis obsidione cincta c, in extremum discrimen adduxerant d, cum Sixtus, qui illum castigatum non perditum voluerat e, legatum Cardinalem subsidiarijs succinctum copijs submisit f, ne Veneti insignem vrbem pontificij imperij occuparent, eosque hortatus est, vt omissa Ferraria ciuile bellum pacarent, ex quo Turcica tyrannis inualesceret. Flectere eos non potuit, vt cœpto desisterent, quos proximo anno intentatis ecclesiasticis pœnis obsidionem Ferrariensem soluere iussit, omniaque Italica arma in hoc bellum incubuisse visuri sumus.

b *Infiss. m.s. Vat. signat. n.111.*
c *Sabellic. Enn.10.l.7.*
d *M.s arch. Vat. signat. n.111.*
e *M.s. arch. Vat. signat. n.111.*

Commota ob Ferrariam obsessam vniuersa Italia.

f *Lib. breu. pag.246.*

19. &c. Hoc anno g centum Turcarum millia a Baiazete eorum principe immissa in Transiluaniam irruperunt: qui tamen a Stephano Bathoreo Pauli Knes præcipua virtute deleti sunt. Commissum prope Synderouiam prælium narrat Bonfinius h. Certiorem fecit Pontificem medio septembris de præclaro triumpho de Turcis deportato Matthias Rex, de quo Sixtus ingenti affectus gaudio literis i gratulatus, solicitauit eundem vt pernicioso bello, quod cum Friderico Imperatore victor gerebat, finem imponeret, vt coniuncti Germani Hungaricique exercitus occupatas a barbaris prouincias recuperarent.

g *Sixt. l. breu. an.12.p.209*
h *Bonfin. dec. 4. l. 6. Crũ. l. 19 & alij.*

Significata ab Hungaro Pontifici victoria.

i *Lib. breu. an.12.p.209*

35. 36 Gerendæ autem in Turcam rei præclara affulgebat occasio; Zizimus enim Baiazetis frater Asia minori cruento prælio eiectus in Ægyptum profugerat, ac deinde inito cum Ciliciæ Rege fœdere, Asiaque frustra tentata, cum a Baiazete vrgeretur, e Cilicia naui conscensa Rhodum se receperat l, vt Christianorum principum arma ad paternum imperium recuperandum sibi compararet; pollicitus eorundem Christianorum principum amicitiam semper se culturum, si eorum ope saltem regni partem reciperet: causam vero suam hoc argumento fulciebat, quod ipse patre imperium iam adepto, frater vero ex patre priuatam tum vitam agente genitus esset. Porro Baiazete promissis minisque instante, vt sibi Zizimus dederetur, visum est eum in Gallias auehendumque de re factus certior Pontifex Rhodiorum consilium collaudauit m. At de Zizimo rursum inferius: nunc ad Mahometanos Granatenses attinet procurrat narratio.

Zizimus Baiazethi frater profugit ad Christianos.

l *Sabell. enn. 10. l. 8.*

m *Lib. breu. an.12.p.193*

37. 38 Hoc anno iniecta n est fax postremi Granatensis belli, quo demum Granata, Maurorum incolarum regia aliquot post annis arsit, Mahumeticæque superstitionis sordibus Hispania expiata est. Memorabile certe est, quod Iacobi Regis oratores in Viennensi concilio Clementi V. de Granata retulere, in ea tum ducenta millia capita reperiri, neque ex ijs quingenta esse, quæ gente Maurica fata essent, nec auos, aut patrem matremue Christianos nacta essent, Christianæ legis defertores ad quinquaginta millia in ea versari, mancipiorumque Christianorum numerum ad triginta millia, & eo amplius. Indignum itaque erat tandiu regnum illud Mauricum stare, in quod veluti in seminam nostri apostatæ confluebant.

Postremum Granatense bellum.

n *Marin. anal. tom.4. l.20. c.42.*

Granata apostatarũ semina.

39. 40 Expugnatam a Ferdinandi & Elizabeth Regum ducibus improuiso impetu, admotis nimirum antequam fulgeret aurora scalis, vigesima septima

Alhamara arx expugnata.

februa-

februarij die Alamam arcem munitiſſimam, cæſoſque Saracenos, refert Surita a, protolaſſeque mox Albohacenum Granatæ Regem tribus equitum, & quinquaginta peditum millibus ad obruendos noſtros antequam ſubſidiariæ ad illos copiæ accurrerent ſuccinctum; ſed Chriſtiano exercitu veniente obſidionem ſoluere coactum, variaſque in Bæticam excurſiones, & iterum nouas in Alhamæ mœnia hoſtiles impreſſiones infelici exitu egiſſe: Ferdinandum vero ad vrgendam victoriam conſcripto nouo exercitu menſe iulio caſtra Loxæ admouiſſe, ſed a barbaris non leui accepta clade propulſatum: quocirca ad reficiendas vires, tantique belli ſuſtinendam molem apoſtolica præſidia imploraſſe a Sixto Pontifice: qui apoſtolico diplomate b Chriſtifideles ad religioſam profirendam militiam, & Ferdinandi ſigna ſequenda, atque ad conferenda pecuniaria ſubſidia propoſitis indulgentiarum præmijs pellexit. Cœleſtis autem gloriæ ſpe confirmati fideles intrepido animo partim crucelignatæ militiæ ſe addixere c, partim tanta ſuppeditarunt Ferdinando nummaria ſubſidia, vt plures deinde victoriæ de Mauris reportatæ ſint.

a Surit.to.4. lib.10.c.42. Albohacenus Rex propulſatus.

b Lib.72.bullar.pag.3.

c Sur.annal. to.4. lib.20. c.43.

Sanctorum catalogo B.Bonauẽtura adſcripeus.

46 Decreuit d ſolemni ritu hoc anno Sixtus ſanctorum cultum B.Bonauenturæ epiſcopo Cardinali, & inſigni Eccleſiæ doctori, de quo antea a nobis in concilij Lugdunenſis hiſtoria mentio honorifica facta eſt. Singulos ritus in ea religioſa celebritate ſeruatos deſcribit accurate Iacobus Volaterranus, qui conſentiunt ijs, quæ a nobis alibi in conſecranda alicuius viri ſancti memoria allata fuerunt.

d Volat.in.f. arc.Vat.ſig. num.111.& Sixt.IV. in bull.claſſ.21.

Indict.1.

IESV CHRISTI annus 1483.

SIXTI PP. IV. annus 13. FRIDERICI III.IMPER.OCCID. annus 44.

Suſcepti in Venetos belli cauſa

1. &c. CVm ſacræ in Turcas expeditionis, coniungendarumque cum cæteris principibus virium deſiderio flagraret Sixtus, Venetos vero nec prece nec promiſſis ab oppugnanda Ferraria Romanæ eccleſiæ vectigali poſſet diuellere, iudiciario ordine in eos agere conſtituit, ac Friderico Imperatori expoſuit e, quanto ſtudio pacem inter principes Italos conciliaſſet, preceſque addidit, vt Ioannem Mocenicum Venetæ reipublicæ principem a ſuſcepto opprimendæ Ferrariæ conſilio reuocaret; eodemque argumento literas ad alios Chriſtiani orbis Reges ac principes ſcripſit f.

e Lib. brev. an.12.p.301

f Regiſt.epiſt. cond.epiſt.

4 Cum nil preces profuiſſent, ad Ferdinandum Regem Neapolitanum, Ioannem Mariam Galeatium ducem Mediolani, Florentinos, Fridericum marchionem Mantuanum, Herculem Ferrarienſem ducem ad propulſandam vim Veneram, quæ ijs omnibus terrorem afferebat, ſibi fœdere iunxit interprete Franciſco S.Mariæ nouæ diacono Cardinale, ſocialiaque cum ijs conuenta, aſſentiente Cardinalium ſenatu, firmauit g.

g Lib bullar. 104.pag.31

5.6 Venetos igitur armis compreſſurus Pontifex Alfonſum Ferdinandi Regis Neapolitani filium Calabriæ ducem ſuum in exercitu vicarium deſignauit h, ac duci Mediolani fœderato ob impenſum in tuenda Ferraria aurum ſubſidiarium permiſit, vt noua Inſubribus vectigalia imponeret i. Interea pars Venetæ claſſis a pontificijs capta eſt, acceptiſque Sixtus eadere a Cardinale Gonzaga Apoſtolicæ ſedis legato laureatis literis diuino Numini pro collato beneficio gratias egit l. De eadem victoria memorat in apoſtolicis literis mox datis ad Ferdinandum Regem Neapolitanum, cui ſignificauit a, quibus auxilijs exercitus pontificius ad victricia ſigna prouehenda indigeret, eamque ob cauſam exemplum literarum Cardinalis legati ad eum ſe tranſmittere: tum Deum hominesque obteſtatus eſt, ſi quid aduerſi accideret, culpam Regi ipſi, qui ſuis partibus deeſſet, aſcribendam.

h Pag.287.

i Pag.397. Pars Venetæ claſſis capta ab exercitu Pontificio.

l Ibid.p.459.

a Pag.459.

7. &c. Extracto Ferrarienſi bello habitum eſt Cremonæ conſilium de eo ſedando, pacandaque Italia, ac decretum Venetos anathemate percellendos, ni bello abſiſterent; quod deinde in Cardinalium ſenatu a Sixto confirmatum eſt, vt tradit Iacobus Volaterranus b: hiſque ſancitis diploma apoſtolicum de ea re confectum promulgatum eſt c; diuulgatoque edicto queſtus eſt Sixtus Venetos omnes concordiæ modos reſpuiſſe, ac dum fallacem pacis ſpem injicerent extremos impetus in Ferrariam effudiſſe: monitos officij, ne aduerſus Eccleſiam, ad quam ſupremum Ferrariæ imperium ſpectaret, ſuſciperent, monita contempſiſſe, atque ideo edicta a Clemente in eos lata ob Ferrariam oppugnatam in eos a Sixto inſtaurata fuerunt: miſitque d iudiciarium hoc edictum in Venetos conſcriptum ad Fridericum Imperatorem, ad Reges Galliæ, Hiſpaniæ, Pannoniæ, Angliæ, & Luſitaniæ, ad ſeptemuiros Germaniæ, alioſque principes, vt illud promulgandum in ſua ditione curarent; tum eos adhortatus e eſt, ne præſidio Romanæ eccleſiæ deeſſent, conqueſtus f grauiſſime Venetos, Cardinales & præſules ſuæ nationis a Romana curia reuocaſſe.

Venetis anathema intentatum

b Volat.diar. m.ſanct.Vat lib.4 ſignat. n.111.

c Extat in arc. typis cuſo Rome an 1607 ſignat. lit.C. 111.n.43.

Implorata aduerſus Venetos Regum ad x.lia.

d Lib. brev. an.11.p.597 ibid p.617. 620. 622. 623.

f Sup p.617. Non abſtinuit a corruptis Venetis

18. 19 Moniti porro officij Veneti abiecta cenſurarum religione, aliarumque pœnarum acerbitate cœpto non deſtitere, ſed a Pontifice ad concilium œcumenicum prouocarunt: quo acerrimo telo plures principes vſos alias vidimus ad defugiendam eccleſiaſticam ſeueritatem: ad quos coercendos auſus Pius II. in conuentu Mantuano tantum facinus auſturos anathemate iam ante percuſſerat; cuius veſtigia ſectatus Sixtus accepto de ciuſmodi Venetorum appellatione nuntio, edito diplomate g demonſtrauit, Apoſtolicam ſedem, & in ea ſedentem vniuerſis concilijs auctoritate antecellere.

g Extat in dict lib.typis cuſo Rome ann 1607 fig.lit C.111.n 43.

20. 21 *Sixtus, &c.* Nos, qui diſponente Domino, qui nos vnxit oleo lætitiæ præ conſortibus noſtris, in eo ſumus officio conſtituti, vt ſingularum animarum ſaluti conſulere, iuſtitiam colere & iniquitatem odire debeamus, attendentes quod de minoribus ad maiores iudices dumtaxat appellare legalis permittit auctoritas, & propterea inhibet ab imperiali, & præfato prætorio iudicio appellari, & quod non homo, ſed is dumtaxat, qui ſolo verbo fecit cœlum & terram, Apoſtolicam ſedem, & in ea ſedentem prætulit vniuerſis etiam concilijs, quæ ab ea robur acceperiſſe ſanctorum patrum decreta teſtantur, & etiam Gelaſius Papa contra Acacium Fauſto legato ſcribens, dum ait: *Ipſi ſunt canones, qui appellationes totius Eccleſiæ ad huius ſedis examen volucre deferri, ab ipſa autem nunquam appellari debere, & ipſam de tota Eccleſia iudicare: de ipſius autem iudicio nunquam iudicari ſenſerunt.* Et dum ſcribit ad orientales epiſcopos dicens: ſedem prædictam nulla ſynodo præcedente ſoluendi quos ſynodus inique damnauerat, & damnandi quos oportuit nulla exiſtente ſynodo habuiſſe facultatem... Teſtantur etiam quamplurimorum antiquorum conciliorum epiſtolæ, in quibus verba illa apponuntur: *Salua in omnibus apoſtolicæ ſedis auctoritate*; & quod de ijs, & quamplurimis alijs iuribus, & canonibus, ac auctoritatibus piæ memoriæ Pius Papa II. prædeceſſor noſter dudum de fratrum ſuorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium, & prælatorum, ac iuriſperitorum tunc Romanam curiam ſequentium conſilio in conuentu Mantuano auctoritate apoſtolica in perpetuum valitura conſtitutione; omnes qualitercumque

Appellatio nis iniquitas demonſtrata.

appel-

appellantes a Romano Pontifice canonum transgressores, ac illos ex eis, qui ad non indictum nec congregandum concilium appellare praesumerent, aliud caput in Ecclesia Dei, ac imaginarium maius, & sublimius tribunal confingentes contra Apostolum dicentem: *Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id, quod Christus instituit*: huius sanctae sedis primatum negare, Ecclesiae vnitatem diuidere, non vnum solum priuilegium eidem Ecclesiae adimere, sed praecipuam & principalem dictae sedis auctoritatem, quam & vox Christi & maiorum traditio, & canonum fulcit auctoritas, penitus subuertere non verentur, prae caeteris detestabiliores esse, & eorum appellationes huiusmodi quacumque occasione interponerentur non solum irritas, & inanes, sed fraudolosas & sacrilegas, & haereticas esse declaratuit: &c. *Dat. Romae apud S. Petrum anno incarnationis dominicae* MCCCCLXXXIII. *id. iulij pontificatus nostri anno* XII.

Veneti trahere mitun tur Gallos vt valere appellationem ad Cõcilũ cõtendãt, Gallus Rex Pontificijs decretis parẽdũ decernit.

22. &c. Obfirmati contra haec imperia Veneti, missis in Gallias & Hispanias oratoribus, Reges aduersus Sixtum incitare pertentarunt [a], vt ad regiam auctoritatem confirmandam pontificiam elideret, prouocationique ab sede Apostolica ad concilium assentirentur: sed eorum conatus non profuere: immo Ludouicus Francorum Rex eam Sixti in Venetos sententiam in solemni hominum frequentia promulgari iussit: quo nomine plurimas illi Pontifex per apostolicas literas gratias egit [b], perque sanctissimum virum Franciscum Paulanum sacri Minimorum ordinis conditorem, cui etiam prouinciam dedit [c], vt Regem hortaretur, ne venientem ad se Venetum oratorem audiret, donec pontificij & foederatorum principum oratores ad aulam regiam peruenissent.

[a] Lib. brev. an. 12. p. 736 & an. 13. p. 2.
[b] Lib. brev. ann. 13. pag. 738.
[c] Ibid. p. 719.

Gall. Rex pro Bapti sto Paulano in Gallias pel lexendo interterere Pontificem adhibet.

28. &c. Ludouicus porro graui & diuturno morbo pressus cum S. Franciscum Paulanum miraculis inclarescere accepisset Pontificem rogauerat, vt in Gallias eum mitteret. Sixti igitur hortatu & imperio longinqui iter sanctus senex hoc anno ingressus est, Gallias sanctimoniae suae radijs collustraturus, nouoque religioso ordine decoraturus: quem a Ludouico Rege nixo genibus, & venerabundo exceptum, refert Philippus Commeus [d]. Licet vero sanctorum virorum repetitis precibus optata sanitas arcano Dei consilio Regi restituta non sit, animae tamen eius saluti summo emolumento extitit consuetudo operaque B. Francisci, adeo vt qui ad mortis mentionem inhorrescere consueuerat, denuntiationem illius constantissime exceperit, & sacris omnibus, quae ad animam expiandam spectabant, rite procuratis, editaque pietatis insigni significatione sanus mente, & libera locutione animam Deo reddidit die sabbati, vti experierat, Deiparae, cuius cultui adiectissimus fuerat, sacro, in eiusque templo, Cleriaci a se magnificentissime constructo sepeliri voluit. Sub mortem errores suos agnouisse, atque hisce monitis Carolum filium successorem informasse narrat Belcarius: *Illis*, nimirum aulicis, *non nimis largiendo*, *& ab istis*, nempe plebeis, *non minis exigendo te pariter omnibus aequum praestabis*: *aequitate regna crescunt atque confirmantur*; *tyrannica imperia eius dilabantur, ac ruunt*: *Regem ex bono, & aequo imperantem non solum sui, vt communem parentem amant, colunt, venerantur, sed finitimi quoque sibi asciscere cupiunt, seque sponte subdunt*; *tyrannum vt communem hostem, etsi metu interdum dissimulant, omnes pariter execrantur*. Laudat e eum idem Belcarius, quod Christiana constantia Baiazetis legatos, qui ingentia munera deferebant, modo fratrem Zizimum diligenti custodia obseruaret, repulerit.

Mahometis nomẽ inclamari vetitum in ditione Christiana.

[d] Comin. 6. 5.

S. Francisci de Paula opera Ludouic. Rex pie vitam claudit.

Monita a Ludouico data Carolo filio.

[e] Bel. lar. l. 4. n. 17.

Repudiata a Ludouico Turcarum amicitia & munera.

35. 36 Turbida fuisse Caroli VIII. initia tradunt auctores [a]; principes enim, cum decimumtertium tantum aetatis suae annum Carolus ageret, rerumque vsu parum exercitus, de regni procuratione capessenda inter sese contenderunt. Ad quos motus sedandos Sixtus octauo octobris die Carolo significauit [b] legari in Gallias Ioannem tit. S. Susannae presbyterum Cardinalem, qui paulo post episcopus Albanensis renuntiatus est.

Turbida Caroli VIII. regni principia.

[a] Paul. Aem. in Car. VIII. & alij.
[b] Leo brev. an. 13. mens. oct. Volat. l. 5.

37. &c. Obierat ante Ludouicum Gallorum Regem Franciscus Phoebus illius nepos Rex Nauarrae, in ipso adolescentiae flore non sine suspicione veneni, cui Catharina soror successerat, nupseratque Ioanni Lebretensium principis filio. In Anglia obijt etiam Henricus V. Rex, commendatis Richardo fratri Gloceftiae duci duobus impuberibus filijs, quos ille regnandi cupidine interfecit: Vt vero tyrannus ab Henrico VI. qui in Britannico exilio degebat, Gallorum ope, regno vtraque priuatus fuerit, suo loco dicetur. Nunc ad Hispanicas res narrationem conuertimus.

43. &c. Peruaserat in ipsa Granatensis regni penetralia Castellanus victor exercitus atque Alhamam superiori anno impetu ceperat, quam Maurorum Rex vehementissime oppugnauit [d]: sed Henricus de Methymna Alindica, qui diu ante cum Marchione Gaditano, a quo parta fuerat Alhama, inimicitias gesserat, religionem vindictae praetulit, & contractis raptim copijs ad ferendas aemulo suppetias prouolauit, iunctusque illi arctissimo foedere hostem strenue retudit. Vastatus deinde est a Ferdinando Rege Granatensis ager: tum maritima classe instructa Mauritaniae infestata obsessaque littora, ne ex Africa auxilia ab hoste peterentur. Quibus de rebus Pontifex tactus certior Ferdinandum, & Elizabeth [e] ad vrgendam proferendamque victoriam incitauit. Neque hoc loco praetereundum Ferdinandum magna laude imperasse, ne Mahometis nomen a Saracenis ex turrium fastigio inclamaretur, ac Viennensis concilij ea in re mandatum perfeciisse: Babylonium vero soldanum, cuius viribus opibusque diutius Granatense regnum stetit, a Saracenis fuisse aduersus Christianos incitatum, & questum grauissime apud Pontificem, cuius iras Sixtus suis literis lenire conatus est [f], illique Christianos in eius ditione degentes commendauit.

Castellę Regis irruptio in Granatenses.

[d] Aelius Ant. Nebrise rer. Hisp. dec. 1. l. 1. c. 2. 3. 4. 5.
[e] Id. c. 7.

Iudaica impietas in Hispania.

[f] Lib. brev. pag. 472.

46. &c. Nec modo Mahumetica superstitio coercita est, sed Iudaica etiam repressa perfidia a Castellae & Aragoniae Regibus: plures enim reperti [g] sunt, qui cum sacris Christianis initiati fuissent, clam veterem superstitionem repetentes sabbatarios ritus, caeteraque Iudaicas cerimonias obseruabant, noctuque synagogam ingrediebantur: cumque eorum numerus adeo excreuisset, vt religioni ab ijs magnum discrimen impenderet, pij viri re cum Gonsaluo Mendozio & Hispalensi archiepiscopo & S. R. E. Cardinale communicata, eam detulere ad Reges, ac Pontificem Romanum, cuius imperio constituta sunt sacra tribunalia in eos, qui in flagitio obdurescerent; ijs vero, qui perfidiam damnarent, venia proposita: vt vero acerbe de fontibus sumptum sit supplicium, ac resipiscentibus venia data fuerit describit Marineus [h]: sed ab Hispanis ad Germanos digredimur.

[g] Lucius Marin. Sic. de rebus Hisp. lib. 19. cap. 22.
[h] Id. ibid.

52. &c. Affectarat Hungaricam coronam Fridericus Austriacus Caesar, atque ingentes regno clades, & sibi curas, & ignominiam peperit; lacessitus enim Matthias bellica laude viribusque praestantior illum Austriaca ditione exuere constituit intermissa Turcica expeditione, a qua intempestiue reuocatus a Frederico fuerat, potituque; anno superiori Hamburgo

Fridericus Caesar Hungarum in se efferat.

[i] Bonfin rer. Hung. dec. 4. l. 6.

Petitus bello pacem ambit.

go magnis molitionibus bellum vrfit; quo territus Fridericus, in bello pacem, & in pace bellum quærere assuetus, pontificium oratorem ad Matthiam misit, vt eum de fœdere posularet. Non fuit conciliata pax, quandoquidem Matthias, cum bello superior esset, victoriæ cursum tenere statuit. Ex quo bello Baiazethes intētus in omnes occasiones amplificandi imperij ad nouas res excitatus est, & Boemi hæretici concitandarum in catholicos magnarum turbarum occasionem sumpserunt, ex quibus catholica res admodum depressa est, eo procedente hæreticorum furore, vt cum primum in Pontificem & Cardinales conceptum animis virus effudissent, in Vvladislaum Regis Poloniæ primogenitum, & Boemiæ Regem probra iactarint, ac demum senatum catholicum, & viros religiosos contrucidarint.

Turcæ in Bessarabiā irrumpunt

Oppressæ eorum insidiæ. *a Dubr. l. 31*

56. 57 Instructas etiam Vvladislao Regi Boemiæ Poloni primogenito sæuas insidias a Pragensibus, ac feliciter discussas fuisse refert Dubrauius a, nec tamen Polonus, non Germanus, non Hungarus, vt erant a Pontifice solicitati, in hæreticos ipsos conjurarexerunt. Fluctuauit deinde Boemia aliquot annis, suorumque sanguine maduit; quarum turbarum principes erant nonnulli impij sacerdotes b, qui calicis vsum ab omnibus vsurpandum, & concilij Basileensis conuenta violari conenebant. Vt vero Lutherus sopitum ignem accenderit, suo loco dicetur: nunc reliqua persequamur.

Instauratæ lites de calice. *b Id. ibid.*

B. Leopoldus clarus miraculis.

58. &c. Efflorebat in Austria B. Leopoldi olim Austriæ principis gloria ob res mirabiles eius precibus a Deo patratas, de quibus cū Fridericus Imperator ad Pontificem retulisset, de consecranda illius memoria actum est, ac demum anno proximo ea de re decretum editum, de quo Fridericus pontificijs literis certior factus est c. Decretos postea ab Innocentio VIII. eidem B. Leopoldo sanctorum honores suo loco dicetur d.

c Lib. brev. an. 14. 24. feb

d Nauclerus generat. 30.

Cardinalis Ettoteuillæus moritur.

61 Interea obiere hoc anno præstantes aliquot Cardinales, inter quos tum Cardinalis de Ettor euilla Rothomagensis nuncupatus, de quo hæc scribit Iacobus Malfeus Volaterranus e: *Cænobia, multa, quibus præfuit præcipue extra Italiam ornauit, & ampliauit, & sacris vestibus decorauit. Roma testimonium perhibent basilica B. Mariæ maioris cultu præcipuo, & religione semper a se habita, & templum Augustinianensium paulo ante obitum a fundamentis instauratum.* Consecuti sunt eum mense septembri presbyteri Cardinales Auxias tit. S. Sabinæ, ac Fericus Cluniacus tit. S. Vitalis, qui repente intercluso spiritu interijt; vigesimo secundo autem octobris Franciscus Gonzaga diaconus Cardinalis S. Mariæ nouæ Bononiæ legatus f. Suffecit autem proximo mense Sixtus in eorum locum alios quinque, de quibus ait idem Iacobus Volaterranus g: *Quo in senatu vel creati, vel publicati fuere quinque Cardinales Ioannes archiepiscopus Consanus ex Comitibus Romanis prosapibus pater fere octogenarius; episcopus Turonensis natione Gallus ex ordine Minorum vir sanctitate clarus, tunc absens: Ioannes episcopus Gerundensis orator Regis Hispaniæ vir senio confectus, sed auctoritatis maximæ, & virtutis magnæ, & curialis antiquus: Ioannes Iacobus episcopus Parmensis vir mediocri litteratura maxima humanitate, & dexteritate præditus: Baptista protonotarius ex Vrsina familia vir summa industria, & peritia legum admodum clarus.*

e Volat. in f. arc Vat fig. n. 49. & 111

Ecclesia Augustiniana ab eo condita.

f Id. ibid.

g Lib. brev. an. 13. mens. octob.

Cardinalitius senatus auctus.

Mirus in Elia Turonen. Archiepiscopo humanarum rerū contēptus.

62. 63 Quod ad Turonensem archiepiscopum attinet; is erat Elias viceçomitum de Bourdeille nobilissima stirpe satus, qui mortalibus humanis rebus valere iussis, Franciscanis institutis mores excoluerat, & theologicæ scientiæ laude floruit; qui a Sixto presbyter Cardinalis tit. S. Luciæ in Silice renuntiatus, oblato sibi dignitatis insigni nullum lætitiæ signum edidit; proximo vero anno e mortali vita migrauit, ac miraculis post mortem effulsisse traditur, de quibus Ioannem de Planis episcopum Petragoricensem acta publica conficienda curasse anno MDXXVI. vt illius memoria consecraretur, refert Lucas Vvadinghus a.

a Vvadd. in ann. t. 7. ann. 1481. nu. 35 & in catal. Script. ord Minor. per Bosmar. in eius vit. Pet. Frc. in Gall purpur.

Controuersia de immaculata Conceptione.

64 Agitabatur hoc tempore grauis inter theologos controuersia de beatæ Virginis immaculata conceptione; cumque in ea controuersia nulla ab Ecclesia decretoria fidei sententia lata fuisset, ad sedandas eiusmodi turbas Sixtus anathematis pœnā imposuit ijs, qui perstringerent hæreseos crimine eos, qui contrariam susceptæ ab ipsis opinionem tenerent.

IESV CHRISTI
Annus 1485.

SIXTI PAPÆ IV. FRIDERICI III. IMP. OCCID. annus VLTIMVS. annus 43. Indict. 2.

1. &c. IN Lusitania præter intermissam solutionem annui vectigalis, quod Lusitani Reges, vt sedis Apostolicæ beneficiarij, pendere debent, decretum erat, ne quis Apostolicæ sedis literas atque imperia, nisi prius facta a regij sigilli præfecto poreſtate, exciperet, ac plura alia immunitati ecclesiasticæ aduersantia fiebant; quibus vt occurreret Pontifex, Ioannem Regem superiori anno literis apostolicis reuocare a cœptis annisus erat b; eumque nondum sublatum id vitium esset, grauissimis iterum sententijs eundem Regem edicta ecclesiasticæ libertati contraria rescindere, annuumque censum soluere iussit, tendentique contra apostolicam sanctitatem intentauit c.

Immunitati ecclesiasticæ asserēdæ data a Sixto opera.

b Lib. brev. an. 12. pag 371.

c Lib. brev. an. 13. 5 feb

4. &c. Grauiter etiam questus est de eodem Rege, mulctatum inuite exilio ab eo episcopum Siluensem, quod ad regium arbitrium nutumque dignitate episcopali se abdicare abnuisset; ob quod factum illum pœnas in Viennensi concilio decretas contraxisse pronuntiauit d.

Siluensis episcopus indigne actus in exilium.

d Regest post eund. epist.

7. &c. Vrgebat magno rei Christianæ damno bellum Matthiæ Hungariæ Rex aduersus Fridericum Imperatorem, dumque victricia signa latius circumferebat in Austria, finitimas Turcico limiti prouincias suas barbarico furori relinquebat expositas: quos, vt in concordiam adduceret e Christi vicarius nullas apostolici muneris partes prætermiserat; sed odiorum pertinacia omnia eius studia respuerat, ac Matthia Viennæ oppidis potitus castra apud Viennam posuit, quam ab eo subactam, in eaque ipsum interijsse videbimus f. Interea euanuere consilia de expeditione in Pragenses conficienda, Turcæque in Hungariam incurrerunt. Neque Hungariæ modo fiduciarias terras, sed eiusdem Friderici etiam prouincias vastabat Turca, septem enim barbarorum equitum millia per Croatiam in Carinthiam & Carniolam excurrerunt: sed cum præda inde ingenti onusti incederent, ac decem captiuorum millia abducerent, contractis raptim Christianorum copijs a despota Lupo Garaij, & Matthia bano, comite Berardino, ceterisque prouinciæ regulis cæsi sunt, amissaque omnia recuperata: in quo bello Berardini Frangepanis virtus admodum enituit. Neque ea clade deterriti sunt Turcæ, quin nouas in Christianos irruptiones aucta ex Matthiæ & Friderici dissensionibus audacia moliti sunt.

Inuasio Croatiæ Sclauoniæ & Carnioliæ facta a Turcis.

e Ibid. inter im. mens.

f Ienſin. dec 4. lib. 6.

14. &c. Inter hæc Sixtus, qui mundi iuris pontificij

tificij ſtudio bellum geſſit cum Venetis, nil intentatum reliquit, vt honorificas ſacroſanctæ maieſtati leges referret; ac propterea legatum ab eo ad Venetũ principem ac ſenatum, Cardinalem Vliſſiponenſem XIX. martij die refert manuſcriptum diarium vetus a. Decreta porro hæc legatio fuit, cum Ioannes Mocenicus Venetæ reipublicæ princeps cenſurarum laqueis irretitus ea religione ſolui flagitaret, controuerſiamque de Ferrarienſis agri limite, tum de Roberto Sanſeuerinate, & Guidone Rubeo Parmenſi in priſtinos principatus reſtituendis pontificio arbitrio ſe permiſſurum ſignificaſſet b.

a M.ſ.diar. arch Vatic. ſign. n.111.

b lib.13.mart

28. 29 Non admiſiſſe porro Sixtum tolerabiles pacis cum Venetis leges memorat Iacobus Maffeus Volaterranus c, ſed dum ſui iuris tenax plura poſceret, paucioribus contentus eſſe coactus eſt: Ferdinandus enim Rex Neapolitanus, cuius conſilio Sixtus bellum ſuſceperat in Venetos, & reliqui ſocij principes pontificiam cauſam prodiderunt, ſuiſque commodis inſeruientes eccleſiaſtico nomini parum detulere. Vrgebat etiam eos imminentium extracti belli malorum timor: nam Ferdinandus, Venetis Calliopoli, Nerito, Recaliſca, & alijs locis in Calabriæ oraporitis d, nouos motus in regno metuebat, ne veteres in eo factiones recrudeſcerent. At Veneti continuis Mediolanenſis ducis in Brixiano, & Veronenſi agris excurſionibus vexabantur e, atque inconſulto ſummo Pontifice, qui plura cum illis irrito exitu colloquia de pace agitarat, apud Balneolum Brixiani agri oppidum inter ſocios principes, ac Venetos fœdus ſanctum eſt f, de quo agit g Marcus Antonius Sabellicus horum, vt ipſe teſtatur, inſpector.

c Volat.vbi ſup.

Proditus a fœderatis Sixtus.

d Ann.13.18 febr.

Veneti Ferdinandi res in diſcrimẽ adducunt.

e Sabellicus. 10.l.7.

f Lib. brix. an.13.13 in lij Volater. m.ſ.arc.Vat ſign.n.40.& alij Sabel en 10 l.7.in fin Bruni hiſt. l.10.l.8. & alo.

g Sabell.vbi ſup.

20. &c. Indoluit Sixtus detractum tuiſſe a ſocijs Eccleſiæ iuri & honori: atque ita ingraueſcente arthritico, quo laborabat morbo, obijt, vt narrat Raphael Volaterranus h: *Pridie* ■ *auguſti anno ſalutis* MCCCCLXXX. *v. pontificatus* XIII. nimirum abſoluto ineuntis decimiquarti die quarta, ſedit enim annus tredecim diebus tribus, cum ex Paulo Benedicto Nicolao i, & Bartholomæo Platina l creatum Pontificem nona auguſti anno MCCCCLXXI. viderimus.

Sixti obit'

h Raph.Volat.l.22.

i Paul. Bened Nic.m.ſ arc Vat ſig. n.210.

l bar. Plat. m.ſ.ar. Vat ſig.n.

24. &c. Scripſit præter alios eiuſdem Pontificis res geſtas Raphael Volaterranus m, qui ſimulandi neſcius, nonnullos eiuſdem pontificis næuos perſtringit, tum eiuſdem virtutes in luce collocat. Suorum inprimis ipſum fuiſſe amantiſſimum, nimiſque in eos indulgentem, quorum cauſa magnam ſibi creauit inuidiam. Interiectis nonnullis de bellis a Sixto geſtis in Nicolaum Vitellium Tifernatem, in Laurentium Medicem Florentinum, in Ferdinandum Regem Neapolitanum, in Venetos, in Columnenſes, queritur, illum viam induſtriæ præclauiſſe, muneribus Romanæ curiæ turpiſſime auro diuenditis, non suo, ſed aliorum vitio.

Suorum amori plurimũ indulſit Sixtus.

m Raph.l.22

28. &c. Peractis demortuo Pontifici nouem dierum ſpatio funebribus ſacris, cum purpurati patres conclaue ingrederentur, reuocatum eſt in dubium, an Aſcanius Sforcia Cardinalium ſenatui antea aſcriptus, in quo ſacer ritus de aperiendo ore nondum perfectus fuerat, ſuffragium conferre ad creandum nouum Pontificem poſſet, tandemque patrum ſententia decretum eſt poſſe, petito ex veteribus exemplo. At antequam rogarentur de noui Pontificis creatione ſententiæ, Cardinales nonnullas leges cõdidere, quibus nouum Pontificẽ conſtrictum voluere, quamuis iam ante ab Innocentio VI. ſancitũ viderimus n nulla humana arte pontificiam auctoritatem contrahi poſſe, neque Cardinales, Romana eccleſia ſuo viduata paſtore, vlla alia poteſtate quam ad dandum orbi antiſtitem pollere. Eas refert accuratiſſime Ioannes Burchardus Argentinenſis clericus o, ſacris ceremonijs præfectus; quarum priores ſcriptæ fuere ad dignitatis cardinalitiæ augendam amplitudinem, in primis nimirum, vt centum aurei mentrui ex pontificio ærario ſuppeditarentur Cardinalibus, qui annua quatuor millia aureorum ex ſacerdotiorum vectigalibus non haberent; vt liberæas omnis in conſilijs dandis permitteretur; vt in nullum iudiciarius ordo inſtitueretur, niſi conſentientibus tribus Cardinalibus ex quolibet ordine ſingulis delectis, neque in eum ferretur ſententia, niſi ex conſtitutione Silueſtri: immunitas pendendi vectigalis ſancita: omnium ſacerdotiorum in eccleſijs, quibus præſunt, conferendorum ius datum. Conſtituerunt etiam cenſuras cuipiam Cardinali non incuſſum iri, niſi iuris canonici leges ita ſanxerint; quæ omnia ſinguli Cardinales, ſi ad pontificatum eueherentur, ſacramento confirmarunt. Aliæ vero ad rei Chriſtianæ amplificationem defenſionemque pertinebant; obſtrinxit enim ſe in primis futurus Pontifex ſe vectigale aurum ex alumine redigendum in ſumptu belli Turcici collocaturum, decumaſque, ac v igeſimas in militum ſtipendia deriuaturum: curiam apoſtolicam extra Italiam ſine conſenſu Cardinalium, vt duæ partes in ■ conſpirent, non translaturum; Eccleſiæ iura non abalienaturum: nullum præſulem niſi conuictum criminis ob cuiuſuis principis preces honore deiecturum; dignitate vero & virtutibus tantum conſpicuos ad cardinalitios aut præſulares apices euecturum.

Conſtitutæ in conclaui leges a Cardinalibus.

o Burch.m.ſ. arc.Vat.ſig. n.104.p.144.

Controuerſum an Aſcanius Cardinalis admittẽdus ad cõclaue.

INNOCENTIVS PAPA VIII.

40. &c. His conuentis, cum Cardinales numero viginti quinque vota explicuiſſent, vndecim ſuffragijs ornatum Cardinalem S. Marci ferunt, virum præſtanti pietate, qui religionem pontificatui prætulerit, vt refert Infiſſura a; verum mutatis animis omnium conſentientibus ■ ſuffragijs Ioannes Baptiſta Cybo patria Genuenſis presbyter Cardinalis tit. S. Cæciliæ, idemque epiſcopus Amalphitanus IV. kal. ſeptembris Pontifex renunciatus eſt, & Innocentij VIII. nomen accepit: ac mox Cardinales ſuperiorum in conclaui confectarum pactionum tabulas ſacramento confirmandas illi propoſuere: neque ipſe abnuit; a quo iuriſiurandi nuncupati formulam conceptam refert Burchardus c; additque denunciatam populo noui Pontificis creationem a Franciſco Piccolomineo Cardinale Senenſi, ac ſeruatos de more ſacros ritus accuratiſſime deſcribit.

Integritas ſingularis Cardinalis S. Marci.

a Infiſſ.m.ſ. arc.Vat.ſig. n.111.

b Leon Oliuet epiſc.in vita apud Maſſ.

c Burch.m.ſ. arc.Vat.ſig. n.104.p.144.

47. &c. Cepiſſe inter alios de Innocentij pontificatu ingentem lætitiam viſus eſt Ferdinandus Neapolitanus Rex, cum Innocentius adoleſcens inter Alfonſi Regis familiares d fuiſſet, ac Ferdinandi opera Amalphitenſi epiſcopatu donatus e, viciſſimque illum Innocentius ante pontificatum amore & obſeruantia, vt ſuæ dignitatis auctorem maximum, complectebatur f. An non vſus eſt gratia, qua pollebat apud Innocentium, Ferdinandus, ſed ea aburi voluit, indeque exercendæ in ſuos tyrannidis, infringendi iuris eccleſiaſtici, auertendi vectigalis Romanæ eccleſiæ pendi ſoliti occaſionem ſumpſit, quaſi Romanus Pontifex iniuſtarum eius voluntatum mancipium eſſe debuiſſet: quare poſtea Innocentius ad eum redigendum ad officium arma ſumere, & cum Gallis de Ferdinando deturbando e ſolio conſilia agitare coactus eſt: non defuiſſe autem illi in iuſtis rebus, atque hoc ipſo anno de inſtruendo bellico apparatu ad illius regnum a Turcica irruptione vindicandum agitaſſe poſtea videbimus.

Pontificis ſtudia Ferdinãdo promiſſa.

d Raph.Volat.l.22.

e Brut hiſtor. Flor.l 8.

Pontificis beneuolentia atque vſus Ferdinandus.

f lib.1.hiſt. pag.6.

Impoſitam illi ſolemni ritu tiaram pontificiam die duodecima ſeptembris memorat oculatus teſtis manuſcripti Vaticani auctor g, qui etiam tradit factionum, quæ Vrbem extremo Sixti pontificatu & interpontificij tempore ſeditionibus vexarant, principes Vrbe iuſſos excedere, ne celebritas aliquo tumultu diſtur-

Seditionũ vrbanarum auctores pulſi.

g M.ſ.arch. Vat ſig.nu. n.111.

disturbaretur: ritus vero in ea seruatos cerimoniarum magister accurate describit [a], non discrepantes ab ijs, quos Baronius [b] ex Centio Camerario in Cœlestino III. recenset, & nos in Bonifacio VIII. ex Iacobo Cardinale diacono S. Georgij ad velum aureum repetiuimus [c].

60. &c. Salutatus [d] est nouus Pontifex ab Alfonso duce Calabriæ, a Ferrariensi bello reuerso, die vigesima octobris, quem honorificentissime exceptum refert m.s. Vaticani auctor [e]. Admonitus [f] autem est a Ferdinando, qui post Mahometis II. mortem Macedoniæ littora infestarat [g], Baiazethem maximam instruere classem, vt Italiam inuaderet: quamobrem Innocentius encyclicis literis [h] principes omnes ad cõferenda in communem hostem subsidia, ne imparatos aggressus ipsos opprimeret, perq; obtritos Italos ad cęterarum gentium euersionem prosiliret, hortatus est: ipsosq; eam ob causam oratores suos amplissimis fretos mandatis ad sedem Apostolicam mittere iussit [i]; ac Matthiam Hungariæ Regem solicitauit, vt omisso bello Austriaco victricia in Turcas signa conuerteret ad distrahendas eorum vires: pergeretque agere fortissimum defensorem Christiani imperij, religionisque athletam inuictissimum.

63 *Innocentius*, &c. Pluris facere velit periclitantis fidei catholicæ causam, quam quascumque alias a nequissimo ipsius fidei hoste conditiones forsan oblatas; quamquam enim & inuictum animi tui robur, & constantia singularis, fideique tuendæ, quo semper flagrasti, ardor, ac prudentia excellentiæ tuæ nobis iam pridem perspecta sint; tamen propter ea, quæ de expugnationibus quorumdam Valachiæ super Danubium, noua allata proxime tuerunt, & quæ idem Rhodiani scribunt se a Turco literas recepisse, quibus expresse affirmat, se iturum in expeditionem, non tamen ad eorum damna; & charissimus in Christo filius noster Ferdinandus Rex Siciliæ de illius apparatu, qui sit apud Apolloniam significat, atque idem Ragusæi affirmant, cogimur etiam in tuto timere, atque prospicere, ne perfidissimi hostes re ipsa, id quod omnes iampridem sciunt, experti, excellentiam scilicet tuam ad eorum impetus reprimendos plurimum omnium posse, consuetis artibus, & innata calliditate aliquid moliri conentur: quod sanctum istud propositum tuum aliqua ex parte retardari per ipsorum falsas pollicitationes valeat. *Dat. Romæ die* XXI. *nouembris* MCCCCLXXIV. *pontificatus nostri anno* I.

64. &c. Quod spectat ad Turcicas in Valachiam ac Moldauiam irruptiones, subactasque bello vrbes, de quibus memorat Pontifex; refert Michouius [l], Baiazetem, dum voluptatibus indulgebat, a suis excitatum exercitum duxisse in Bessarabiam, & Kiliam Bialogrodumque vrbes expugnasse: additque Cromerus [m], Stephanum Palatinum imparem viribus ad aspera montibus siluisque obsita loca se subduxisse, qui fide & clientela regiæ Hungaricæ destitutus, ad Casimirum Poloniæ Regem confugit [n], illique clientelarem fidem addixit, vt Polonicis armis principatum recuperaret; de quo proximo anno dicetur. Quamuis vero Turcas ex agris dispulerit, Kiliam tamen, & Bialogrodum recuperare nunquam potuit.

72. &c. Inter hæc cum Baiazethes instructo nauali exercitu in Italiam irrumpere meditaretur, tentatum est an deliniri, atque a bello retardari posset: Innocentius namque, ac Ferdinandus Neapolitanus Rex Petrum Ambussonium Rhodiorum equitum supremum magistrum, non minus prudentiæ laude, quam rei militaris gloria præstantem rogarunt, vt suam apud illum ea in re auctoritatem adhiberet: qui iam ante misso oratore Turcicæ linguæ peritissimo Baiazetem monuerat, Christianos principes ineum armorum fœdere coniunctum iri, atque illius fratrem Zizimum vi & armis in imperium Turcicum inuecturos, si cuipiam Christiano principi bellum inferret: tum professus erat, sanctas antea cum ipso concordiæ leges violari, si classem ex Hellesponto educeret. Quibus auditis Baiazethes damnauit belli consilia, ne Christianos Reges ad opponendum sibi Zizimum æmulum imperij incitaret.

77. 78 Hoc anno [a] Vilnæ in Lituania S. Casimirus Casimiri Regis Poloniæ & Elizabeth filiæ Alberti Cæsaris Hungariæ & Boemiæ Regis filius, ac Ioannis Alberti, Alexandri, & Sigismundi postea Regum, & Friderici S. Luciæ in septem soliis diaconi Cardinalis frater in cælum abijt, cum spretis nefarijs hortatibus mori quam fœdari maluisset: cuius vitam sanctissimam, & glorioſissimam mortem consecutis cœlestibus miraculis clarissimam describit Zacharias Ferrerius Gardiensis episcopus [b] in Polonia & Lituania legatus apostolicus.

79. &c. Obijt quoque hoc anno Leopoli in Russia acerrimus hæreticorum, & schismaticorum impugnator Ioannes de Ducla B. Ioannis Capistranensis discipulus, qui S. Bernardini Franciscanæ disciplinæ instauratoris instituta in Poloniam inuexit, & quamuis cœcitate percussus, in errorum tamen tenebris iacentes meliori luce collustrare non destitit. Ipsum ingentibus post mortem miraculis coruscasse, refert Lucas Vvaddinghus [c], ob quorum splendorem Sigismundus Poloniæ Rex professus regnum Polonicum barbaris cinctum sanctorum tutelarium patrocinio stare, a Paulo V. primum, tum ab Vrbano VIII. expetijt [d], vt Ioannem ipsum in sanctorum numerum referret.

82 Inuentum hoc anno [e] est sub Ioannis Regis Lusitaniæ auspicijs a Iacobo Cano regiæ classis præfecto Congi regnum amplissimum, in quo religionem Christianam feliciter propagatam, excisumque idolorum cultum inferius visuri sumus. Propagato ita in dies latius Lusitano imperio, Innocentius regijs permotus precibus confirmauit iura in Guineam, & alia Saracenorum & cæterorum ethnicorum loca, quæ subijci contingeret Lusitano Regi a Nicolao V. Callisto III. & Sixto IV. concessa.

[a] *Michou. l. 4. c. 73. Cro. l. 28. Zach. Ferrer. Gar episc.* S. Casimiri obitus.

[b] *Apud Gallon. f. Vall. bibl. pag. 60* Ioannes de Ducla Minor celebris miraculis.

[c] *Vvadin. in annal. Minor. tom. 7. ann. 1484 n. 25.*

[d] *Extat eius lit. n. 32. 33.*

[e] *Osor. l. 3. & Maff. lib. 3.* Congi regnum inuentum a Iacobo Cano. Guinea & infidelium inuenta loca concessa Lusitano.

IESV CHRISTI
Annus 1485.

Indict. 3.

INNOCENTII PP. VIII. FRIDERIC. III. IMP. OCC.
annus 1. annus 46.

1. &c. Terruit Baiazethes Christianum imperium formidando instructæ in portubus Macedoniæ classis apparatu: quocirca Itali principes ex Pontificis consilio classem florentissimam sexaginta triremium, ac nauium maioris alnei viginti ornarunt, partito in æquas portiones onere. Cupiebat itaque Innocentius arctissimo fœdere coniungi Christi cultores, vt sacra crucis dominicæ signa in religionis hostes attolli & circumferri possent: obstabant vero bella, quæ præcipue inter Matthiam Hungariæ Regem & Fridericum Imperatorem, tum inter Albertum Brandeburgensem & Othonem Bauarum erant obortæ; quorum arma si in Turcas iuncta fuissent, ampliſſima illis regna eripi potuissent. Cum autem Georgius vtriusque Bauariæ dux, se pacis inter eos interpretem futurum exhiberet, pia illius studia laudauit Innocentius, & vt strenuam cœptis daret operam est adhortatus [f].

11. &c. Sedatum quidem fuit bellum Bauaricum, Austriacum vero magis accensum; quippe Vien-

Obiectus Italiæ a Baiazete grauis terror.

Germaniæ bellis lania ta.

[f] *Innoc. l. 2. bren. pag. 6.* Vienna ab Hungaro obsessa.

[a] *Burchar. mag. arch. Vat. sign. nu. 27. pag. 229.*

[b] *Bar. an. t. 13 ann. 1191. n. 2. & seq.*

[c] *To. 14. ann. 1295. n. 2. & seq.*

Defendere rem Christianam nititur Innocentius aduersus Turcas.

[d] *M. f. arch. Vat. signat. n. 111.*

[e] *Ibid.*

[f] *Ibid.*

[g] *Sabel. dec. 10. lib. 7.*

[h] *Inn. l. 1. bren. an. 1. pag. 59*

[i] *Ib. p. 63. & reg. post edd. epist.*

Monitus Rex Hũgariç, vt arma in Turcas vertat.

Pactiones a Turca oblatas repudiet.

Significatũ in Apolloniæ portu classem instrui.

Expedito Baiazethis in Valachiã

[l] *Michou. l. 4. c. 73.*

[m] *Crom. l. 19* Valachus ad Casimirum confugit.

[n] *Crom. l. 19*

Monitus Baiazetes Christianos coniunctũ iri & bellũ alicui inferat.

Vienſa a Matthia Pannoniæ Rege, ad deditionẽ compulſa a eſt, quam idem Matthias pridie feſti corporis Chriſti pompa triumphali ingreſſus ad Neapolim vulgo Nenſtat nuncupatum debellandum exercitum immiſit. Ita vniuerſa pene Auſtria exutus Fridericus, quem Hungariam affectaſſe vidimus, per Germaniam oberrans, dolorem amiſſi auiti principatus lenire nitebatur. Petierat vero Matthias ſuperiori anno Zizimum ſibi tradi b, vt eum Baiazethi opponeret, ac regiam Othomannicam ciuilibus bellis implicaret. Eundem etiam a Rhodio principe popoſcerant Ferdinandus c Caſtellæ, Aragoniæ, & Siculæ inſulæ Rex, tum alter Ferdinandus d Neapolitanus: poſcit etiam eundem Ægypti ſoldanus e; cum enim Baiazethes Caramano bellum indixiſſet, metuebat ſubacta Caramania in ſe Turcicos impetus verſumiri. Quibus Regum poſtulatis pulſatus Rhodiorum equitum magiſter reſpondit, ſibi integrum non eſſe Zizimum illis tradere, cum Pontifex Romanus illum ſibi dedi iuſſiſſet, nec ſine eius aſſenſu quidquam a ſe decerni poſſe. Geſtiſſe morem Gallos Rhodioſque equites Innocentio, tradito f illi Zizimo; nec tamen ob nouas inter Chriſtianos commotas diſſenſiones, quæ Pontificem ipſum exercuere, ſacrum decerni in Baiazethem bellum potuiſſe, ſuo loco dicetur.

a Biſm. dec. 4 l. 6. Nauler. ad. 2. gener. 50. lib 26. Fridericus auito principatu pulſus.

b Baſus p. 2. lib. 13.

c Idib. ibid. d Ex. apud Boſ. lib. 14. e Idib. ibid.

21 In Hiſpania conſtitutum fuerat ſacræ cenſuræ tribunal ad Marranicæ hæreſis, qua opibus etiam, & dignitatibus profanis & eccleſiaſticis conſpicui non pauci infecti erant, infandas propagines late pullulantes excindendas; cuius metu adeo inhorruere homines impij, vt in Aragoniæ regno ſeditionem concitatam maxime a neophytis ex ſuperſtitione & ſtirpe Iudaica ad Chriſti cultum adiunctis referat Surita g, additque non defuiſſe viros primarios, qui his ſe coniunxerint, contenderintque indici nouas leges contra Aragoniam libertate.n.

Cenſura fidei cõſtituta in Hiſpania.

Mota a nõ nullis ſeditio in Aragonia.

g Surit. to. 4. annal. l. 20. c. 65. & Mariana lib. 25. c 8.

22. &c. Poſt varias concertationes Aragoniæ libertatis aſſerendæ ſpecie ſtruxerunt impij vitæ eorũ, qui de religione quæſtiones habere cœperant, inſidias; & Petrum Arbueſium principem fidei cenſorem apoſtolicum, recenter ab Alexandro Papa VII. in beatorum albo repoſitum, dum ad nocturnas preces in eccleſia Cæſarauguſtana progreſſus ante aram mixis genibus orabat, decimaquinta ſeptembris die vulneribus contodere, nec inter lethales ictus aliæ ab ipſo expreſſæ voces, quam laudes & grates actæ Chriſto, qui illum pro fide mori vellet; diffugientibus autem ſacrilegis ſicarijs clerus, qui ſacras laudes Deiparæ occinebat, Arbueſium in ſuo volutarum cruore, piaſque preces intercliſis vocibus repetentem extulerunt. Vixit biduo integro, totoque eo ſpatio nihil præter diuinas laudes locutus. Id porro mirum accidit, vt cum martyris corpus ſepulchro ritu eccleſiaſtico redderetur, eius ſanguis ab impijs illis ſolo ſparſus feruere viſus ſit: qua de re publicas tabulas tunc confectas refert Surita h; quo prodigio orthodoxa fides aduerſus Marranos corroborata eſt; tantum enim abfuit i, vt ſacrum tribunal habendarum de religione quæſtionum euerſum fuerit cæde Arbueſij, vt multo magis ea firmatum ſit.

Petrus Arbueſius cenſor martyrio affectus In Beatorũ numero adſcriptus

h Surit. to. 4. annal. l. 20. c. 65. Mariã l. 25. c. 8. & alij. i Sup. cap. 65 Marian. ibi ſup.

26 Cæterum non modo de excindendis hæreſibus, verum perpoliendis etiam eccleſiaſticorum moribus, atque eccleſiaſticæ diſciplinæ in priſtinum ſtatum reſtituendæ a Ferdinando & Elizabeth Regibus nauata eſt opera: Innocentium enim Pontificem excitarunt vt ſacerdotum vitia libidineſque apoſtolica falce amputaret, qui licet iuuentutem ijſdem vitijs contaminaſſet, vtpote quem nothos filios palam ſuſceptos eccleſiaſticis opibus auxiſſe ferunt; tamen illius, cuius vices gerebat, memor encyclicis literis Hiſpaniarum archiepiſcopos, communicato cum ſuffraganeis epiſcopus conſilio, clericorum vitijs caſtigãdis, ac diſciplinæ ex canonicis inſtitutis ſanciendæ operam nauare iuſſit a, ac ſi defuiſſent officio pontificiam ſeueritatem intentauit.

a Lib. 1 brev & p. 218. & regeſt. poſt. eand epiſt.

27. &c. Emicuit præterea Ferdinandi & Elizabeth pietas in circumferenda amplificandaque Chriſtiana religione, gerendoque aduerſus Granatenſes Mauros bello ad impiam ſuperſtitionem in Hiſpania delendam: quos pios conatus quamuis antea adhibuiſſent, hoc tamen anno maiori contentione vrſere. Accenderat primam belli Maurici, quo Granatenſe regnum conflagrauit, ſordibuſque Mahometicis expurgatum eſt, facem Maurorum Rex Hali Abenhaian bellicis artibus exercitus, nouarumque rerum cupidus violatis inducijs, captaque quadriennio ante Zahara, omnibuſque Chriſtianis incredibili ſeuitia trucidatis. Verſa autem res eſt contrario, quam Maurus putarat, exitu; quippe ea perfidia & crudelitas totius Maurici generis excidio vindicata b eſt virtute Ferdinandi Regis. Geſtum vero hoc anno maximo apparatu bellum Mauricum narrat Ælius Antonius Nebriſſenſis c. Deinde recenſet nomina arcium, quæ Ferdinandi & ducum eius virtute Mauris ereptæ fuerunt: quare Granatenſes metu perculſi Albohaceno deiecto, ad ſolium extulere Mulem Abohardillem, qui fratris Albohacem cruore mox purpuram tinxit. At de his hactenus: nunc ad Gallicas res digredimur.

b Ælius Ant Nebriſſ dec. 2. l. 1. Lucius Marin. l 20 Mariã. l. 25 c. 1. & alij. c N. briſſ. l 4 c. 1. Mariana l. 26. c 6.

36. 37 Tenebat tum Francorum ſceptra Carolus VIII. qui cum Ioannem Baluam epiſcopum Cardinalem Albanenſem, alioſque ampliſſimos oratores ad deferendã Innocentio veluti Chriſti in terris vicario obedientiam miſiſſet, Pontifex eum ad ornandum regijs virtutibus animũ, ſectanda præclara maiorum ſuorum exempla, ſtudioque hereditario complectendam Romanam eccleſiam hortatus eſt d: ijs enim officijs & diuinam gratiam, & ſecundos rerum ſucceſſus ipſum promeriturum.

Alboaceu Rex deiectus. Dela ta Innocentio a Gallo Rege obſequia.

d Lib. 1. brev pag. 164.

38. &c. Præbuit ſe Innocentius eccleſiaſtici iuris aſſertorem vindicemque inſtitiæ, vt refert m. 6. Vaticani auctor e, adeo vt in Ferdinandum Regem Neapolitanum pontificium ius proterentem, inque ſuos tyrannidem exercentem bellum ſuſceperit ſi cuius exordia inde erupiſſe tradunt f, Alfonſum nimirum Calabriæ ducem procerum diuitias vi ac dolo inuadere meditatum g, cumque ex Aquilano agro croci ferace ingentes opes ſe cumulaturum ſperaret, comitem Montorij officij cauſa ad ſe venientem cum vxore circumuentum calumnijs Neapolim vinctum duci iuſſiſſe h. Exaſperati ea iniuria Aquilani in Ferdinandum rebellarunt i, ac Pontificis, ad quem ſupremum ſpectabat imperium, opem implorarunt, vt inique oppreſſis ſubueniret. Defendere inſontes, ius pontificium tueri, tyrannumque ad officium redigere conſtituit Innocentius ex iudiciario ordine. Deſierat nimirum Ferdinandus, qui ob impuros natales regio apice erat indignus, inque parto vi & iniuria regno parenti ſucceſſerat, pendere nummarium veſtigal, quod Gallicæ ſtirpis Reges inferre Romanæ eccleſiæ erario conſueuerant, ac ſplendide fiduciaria officia ſe exhibuiſſe putabat, ſi phaleratum equm obtuliſſet. Immunitatem etiam ſacerdotalis ordinis turpiter labefactabat: cumque proceres in ſe coniuratos vidiſſet n, ad remouendam a ſe inuidiam ex comitis Montorij iniquis vinculis in ſe concitatam, illum vxoremque liberos dimiſit; quibus Aquilam redeuntibus Pontifex datis XVI. nouembris literis gratulatus eſt o. Placato ob liberatos hoſce inſontes populorum odio, Ferdinandus coniuratos proceres deliniuit, diſſociatoſque deinde inſigni perfidia oppreſſit p; vtque Pontificem inteſtino

e Lib. 1. brev pag. 57 m ſ. arc. Vat fig. n. 111. f Volater. an trepol. lib. 25 g Mariana. l. 25 c. 7. h Comin. l. 7. cap. 1.

Mõtorij comes indigne circumuentus.

i Surit. l. 20. c. 66. Bruti lib. 8. Sabellic. en. 10 l. 8. l M ſ. arch. Vat fig n. 111. Panin in Innocen VIII.

m Panin. in Innoc. VIII

Iura eccleſiæ a Ferdinando peſſumdata.

Comes Mõtorij liber dimiſſus a Ferdinãdo

n Raph. Vol. lar. l. 6.

o Lib. 1. brev pag. 49.

Illatum a Ferdinãdo Pontifici bellum.

p Marian l. 25 c. 7. m. ſ. arch Vat fig n. 111. Panin. in Inn. VIII

ſtino bello implicaret, Virginium Vrſinum in ſuas partes pellexit: abductæ ab hoc ingentes Romanorum prædæ fuerunt, atque excurſiones ad portas Vrbis factæ. Nauatam autem tum a Iuliano Roboreo Cardinale, poſtea Pontifice, diligentem operam ad propulſandos perduelles narrat Stephanus Infiſſura a; additque Philippus Comineus egiſſe interpretem vt Renatus dux Lotaringiæ Renati ſenioris Regis Neapolitani ex Ioannis filij nata pronepos ad ſolium hereditarium euocaretur. Cuius belli faces vniuerſam Italiam inflammarunt, nam Ferdinandus Rex Laurentij Medices opera, tũ Florentinorum tum Sfortiæ ducis Mediolanenſis auxilia ſibi aſciuit b: Pontifex vero non Venetos modo, verum & Genuenſes ſibi fœdere coniunxit c, comparataque d eſt proximo anno in Genuenſi portu claſſis ad Renatum ducem Lotaringiæ, de quo paulo ante memoraui, cum Gallico exercitu in Neapolitanum regnum tranſportandum: quare Ferdinandus maximis curis torqueri cœpit.

a *M.ſ arch. Vat. vti ſup*

Italia bello correpta.

b *M.ſ. arch. Vat. ſign. xii. & Bruni l. 8.*

c *Lib. Brev pag. 65. Ang. Inſt. l. 9. de Comin. l. 7. c. 1.*

45 Interea Veneti, cum diutinum bellum cum Hercule Aeſtino duce Ferrariæ geſſiſſent, atque a Sixto cenſuris perculſi eſſent, quod vrbem pontificiæ ditionis adorirentur, quantumuis iuſto bello Aeſtinum petiiſſent, illi demum iura ſedis Apoſtolicæ reueriti, cœptis deſtitere, atque in gratiam Eccleſiæ ab Innocentio e reſtituti fuere.

e *Lib. ſign. an 1909. p. 191*

46. &c. In Scotia cum ingentes tumultus concitari eſſent, regnique ordines in Regem coniurationes varias feciſſent, Pontifex ad publicam pacem reſtituẽdam has leges tulit f, vt in primis Iacobus Rex acceptas a ſubditis iniurias æterna obliuione obtereret, vtque Scoti in eius fide & obſequio cõſtantiſſime perſtarent, vetiti apoſtolico imperio fœdera cum externis inire, omniaque contraria ſacramenta penitus reſciſſa: ijs, qui contra hæc tetendiſſent grauiſſimæ pœnæ impoſitæ: ad quæ perficienda Iacobus Imolenſis epiſcopus internuntius pontificius amplißima auctoritate inſtructus eſt.

f *Lib. boll. ann. 1. t. 2. p. 448 ſign. rec. an. 1908.*

52. 53 Hoc anno Henricus Richemundiæ comes in Britannia minori exul nullis tretus opibus ingentis flagitij commiſſi a Richardo Rege, a quo fratris filios interfectos fuiſſe vidimus odio, occulteque g a matris & vitrici propinquis excitus accepto a Galliarum Rege auxiliari exercitu exiguo, in Vvalliam traiecit, concurrentibus ad eum Anglis: quem in litus excenſu facto crucem in arena digito effinxiſſe tradunt h, libaroque illi pio oſculo, Dauidica illa verba repetiiſſe: *Diſcerne Deus cauſam meam*. Commiſſa autem cum Richardo pugna illum diuino humanoque patrocinio deſtitutum vicit, ferroque confecit regia corona redimitum; quippe cum victoriam ad hoſtem inclinare videret, ea ambitione æſtuauit i, vt corona exornatus occumberet; ita qui eam nepotum ſanguine tinxerat, etiam ſuo miſer cruentauit. Victorem vero vniuerſa Anglia tyrannide liberata Regem ſalutauit. Partam hanc victoriam xi. kal. ſeptembris anni ſequentis refert Polydorus Virgilius l, additque m illum omnibus hoſtibus, qui dierum quadraginta flexu in fidem eius, ac poteſtatem venirent, pepercißſe regio diplomate; quo promulgato plures proceres Richardi partes antea ſecuti mox ipſi adhæſerunt. Cæterum huiuſmodi rerum Anglicarum conuerſionem hoc anno contigiſſe paret ex literis n pontificijs proximo ad Henricum datis, quibus illum Innocentius explicitæ in hoſtes clementiæ laude decorauit, atque epiſcopum Dunelmenſem, qui pro Richardo legationis munere functus fuerat, commendauit.

g *Comin l. 5 c. vlt. Volat. l. 3. pag. 78. Polyd. Virg l. 25 & alij.*

Henricus Richemundiæ Anglia potitus.

h *Harpſf. ubi ſup. 1486. 1. kal. ſept.*

i *Volat. ubi ſup.*

Richardus tyrannidis pœnas dat

l *Polyd. Virg. l. 25. in fine. m Id. l. 26. n Lib. Brev pag. 170.*

Henricus VII. a Clemẽtia regnũ auſpicatus.

54. &c. Hoc anno ineunte, die epiphaniæ ſacro, ſolemni ritu conſecrata eſt ab Innocentio memoria Leopoldi, ob relicta ſanctitatis exempla Pij nuncupati, olim marchionis Auſtriæ, qui incælum migrauerat anno Chriſtianæ ſalutis MCXXXI. de quo in ſanctorum numerum referendo iam ante Pontifices ſacram actionem internuntijs ea de cauſa in Germaniam miſſis, inſtituerant. Duxerat ille vitam ſanctiſſimã, quamuis vxoriæ rei & liberorũ & ſæculi curis implicitus, ſuſcepitq, ex coniuge Agnete imperatoris filia virtutibus non diſpare duodeuiginti filios, quos veluti diuinæ liberalitatis pignora dilexit, educauitque in cultu diuino. Cum autem vna cum vxore Deiparæ templum, in quo diuino cultui daretur opera, ponere meditaretur, deque loco ambigeret, diuino miraculo accidit, vt ventus flammeolum Agnetis capite ſublatum procul in remota loca detulerit, ac nono poſt anno, cum relaxandi animi gratia deambularet, ſuper frutice in ripa Danubij illæſum illibatumque repererit, vbi veluti volente Deo nobile & opulentum templum octauo a Vienna lapide Clauſtriburgum nuncupatum condidit. Claruit maximis poſt mortem miraculis, quæ in publica acta redacta fuere, nec ſæculorum flexu illius gloria obſoleuit; etenim centum ac nonaginta miracula recentiora Cardinali S. Marci in Germania legato fuere expoſita, dictiſque teſtium confirmata, quibus varia inſanabilium morborum genera, implorata B. Leopoldi ope diuina vi depulſa fuerunt adeo, vt paralytici contractique membrorum vſum, cæci viſum, ſurdi auditum, muti vocem, robur debiles, diſcruciati doloribus valetudinem, vincti cathenis libertatem, naufragi portum, leproſi ambuſtique carnis nitorẽ, parturientes deploratæ leuamen, epileptici ſanitatem, moribundi vitam receperint: quinetiam infantes vel aquis ſuffocati, vel in vtero materno extincti eiectique, ad vitam precibus ſancti viri reuocati cœlesti virtute fuerunt. Promulgatum itaque ab Innocentio eſt inſigne diploma a de ſanctorum honoribus B. Leopoldo, qui ob ſingularem in Romanum Pontificem obſeruantiam peculiaris ſancti Petri filius dici erat ſolitus, ab Innocentio II. decretis.

In coniugali ſtatu diuinis rebus maxime addictus. Templum ab eo Virgini poſitũ.

Paralytici diuinitus curati.

a *Extat in bul. inn. VIII. conſt. 19. extat apud Bellar. l. 3. de offic. princip. Chriſtiani.*

61 Efflorebat quoque tum in Suecia B. Catharina filia S. Birgittæ ſanctitatis fama, ac plures illius precibus cœleſtes virtutes ediræ circumferebantur: quibus permoti Iacobus archiepiſcopus Vpſalenſis, alijque Suecæ antiſtites vna cum Ioanne Daniæ, Norwegiæ, & Sueciæ Rege ab Innocentio poſtularunt, vt ipſam ſanctis Virginibus annumeraret; qui eidem archiepiſcopo ita reſcripſit b: *Satisfaceremus libenter tam pio deſiderio Regis ipſius, & aliorum, niſi nos reſpectus alterius nuper facta canonizationis de ſancto Leopoldo teneret. Nam cum res hæc magni ſit momenti, non niſi rariſſime fieri conſueuit: aliter tantum myſterium quantum illud eſt vileſceret.* Et infra: *Tempore procedente, & data meliori occaſione ſtudebimus quantum cum Deo licebit, prafato Regi & nationibus iſtis ſatisfacere, &c. Dat. Romæ die* xi. *februarij* MCCCCLXXXV. *pontificatus noſtri anno* i.

B. Catharina Sueca clara miraculis.

b *Lib. i. Brev pag. 122.*

De ea inter ſanctas virgines referẽda actum

IESV CHRISTI annus 1486. Indict. 4.

INNOCENTII PP. VIII. FRIDER. III. IMP. OCC.
annus 2. annus 47.

1. &c. Ardente inter Ferdinandum Regem atque Innocentium bello, Britanniæ dux Innocentium de redintegranda cum Ferdinando pace ſolicitauit; cui reſpondit Innocentius Ferdinandum

nullis

Si fuſcepti in clientelã nõ fuiſſent Neapolitani deſecturi erant ad Turcam.

mullis apoſtolicis monitis ad æquitatem flecti potuiſſe, regnique proceres ob ſæuam eius tyrannidem in tantam deſperationem venuſſe, vt niſi ab Apoſtolica ſede excepti fuiſſent, ad Turcarum tyrannum defectionem molituri eſſent. Ex quo non impetu, ſed iuſtitiæ, & religionis cauſa ſuſceptum in Ferdinandum bellum conſtat: ad cuius propulſandas iniurias Fridericum, vt laboranti Eccleſiæ opem ferret, eſt adhortatus a. Conceptæ ſunt ijſdem ferme verbis ad ſeptemuiros imperij principes, tum ad antiſtites Germaniæ, necnon ad Heluetios fœderatoſque populos, quorum extat catalogus b, tum ad Renatum ducem Lotaringiæ. Hunc vero cum ampliſſima iura ad Neapolitanum regnum obtineret (quippe qui ex Iolanta filia Ioannis olim ducis Calabriæ, quem cum Ferdinando bellum graue egiſſe vidimus Renato ſeniori Regi Neapolitano Ioannis parenti) genus referret, ad auitũ ſolium euehere in animum induxit c, ratus nimirum Italiam ſtante Ferdinando nunquam pacatam futuram.

a Lib. 2. brev. pag. 152. Renatus iunior in Ferdinandũ cõ citatus.
b Regeſt. poſt caud. epiſt.
c Ibi p. 241.

9. 10 Ortas ea de cauſa in ſenatu ingentes diſſenſiones narrat Stephanus Infiſſura d, cum nonnulli Cardinales pacem admittendam contenderent, factionis vero Gallicæ Cardinales aduerſarentur, negantes pacta cum Gallis fœdera iure infringi poſſe, nec ſocios hoſti prodi.

d Ibid. p. 180

Promiſſa a Gallo. Pontifici ingentia auxilia. *e Infiſſ. vbi ſup.*

11 Percrebuiſſe ijſdem diebus Carolum Regem pollicitum Pontifici ſubſidiarium exercitum, vimque auri ingentem in ſumptus bellicos narrat Infiſſura e; quæ vera fuiſſe docet Philippus Cominæus.

Contendit Carolus Rex ad ſe ſpectare regni Neapolitani iura. *Comin. lib. 7. cap. 1.* Renati pro ſeipſo,

12. &c. De comparata etiam in Genuenſi portu claſſe ad Renatum ducem Lotaringiæ cum exercitu in Neapolitanum regnum traijciendum meminit idem Philippus Comineus f, traditq; Carolum Francorum Regem ad Neapolitanum regnum aſpiraſſe, idque ad ſe iure hereditario ſpectare contendiſſe, cum Ludouicus parens a Renato ſeniore Siciliæ Rege heres inſtitutus fuiſſet, ac propterea de comparando Renato Neapolitano regno colloquia prorogata fuiſſe, demumque Renatum, cum ad regiam Gallicam ſe contuliſſet, poſt diutinas moras elicuiſſe auxilia, de quibus memorat Infiſſura; cumque bellico apparatu facto Lugdunum commenderet, de pace Pontificem inter, ac Ferdinandum redintegrata nuncium accepiſſe, atque ita Gallorum in Neapolitanum regnum expeditionem fuiſſe diſſolutam.

f Comin. l. 7. cap. 1.

Sancit Ferdinandus pacem cũ Pontifice. Violata pax a Ferdinando.

18 Violata paulo poſt pax eſt ab eodem Ferdinando: quippe cum Gallicam expeditionem, cuius terrore qualcumque pacis leges a Pontifice imperandas exambiuerat, diſcuſſam ſolo pacis rumore accepiſſet, tum Gallos non niſi inuidiam ſumptuumque damna ex inſtructo bellico apparatu retuliſſe, ſolutus metu, ſæuire decreuit in omnes, qui in patrocinium apoſtolicum ſe contulerant: ac primum Aquilanos, nil tale metuentes oppreſſit, cæſo archidiacono, qui eos in Apoſtolicæ ſedis fide & clientela continuerat.

Proceres ab eodem oppreſſi. *b Volat. l. 12. Panuinius Innoc. VIII*

19. 20 Vertit g deinde iras in proceres, qui illum ſacramenti religione ab exercenda crudelitate reuocatum iri putarunt (nam prudentiores voluntarium exilium crudeli letho prætulere) nilque profuit Innocentio pacis vades accepiſſe h Ferdinandum Regem Hiſpaniarum, Ludouicum Sforziam ducem Mediolanenſium, vel Laurentium Medicem, vindictæ enim furore ardentem continere non potuerunt.

g Comin. l. 7. cap. 1.

Perfidiæ. Innocẽtius de expulſis tyranno ſociis.

21. &c. Ob hanc Ferdinandi perfidiam turpem & indecoram pacem cum eo initam creditum eſt, atque a pluribus Innocentius, quem antea ad principes ſcripſiſſe, incolumi Ferdinando Rege pacem ſtare non poſſe vidimus, in inuidiam mollis, & timidi animi, abiectique clientum ad eum transfugientium patrocinij, tyrannique ſæuitiæ expoſitorum adductus eſt. Verum non leue diſcrimen aderat Gallorum aduentu non tam hæc mala tollenda, quam augenda; quippe Matthias Hungariæ Rex Ferdinandi gener ſolicitabatur, vt Pontifici bellum inferret, ne illum regno pelleret, pertimuitque Innocentius, ne ille in Picenum irrumperet.

Trepidatũ ne Hũgar⁹ in Picenũ irrumperet

35. &c. Eodem anno Innocentius tuendæ libertatis eccleſiaſticæ ſtudio, cum Florentini magiſtratus temere clero noua vectigalia imperarent, eos literis increpuit a: cumque detraherent etiam iuri pontificio Veneti, dum epiſcopum cardinalitia inſignem dignitate præfectum eccleſiæ, Patauinæ nollent in poſſeſſionem admittere, poſcerentque importune, vt alteri, quem commendabant, Patauini epiſcopatus gubernacula conferret, ipſos ad officij religionem excitauit b.

Violata a Florentinis immunitas eccleſiaſt. *a Lib. 2. brev. pag. 444.* Veneti obſiſtunt decretis Innocentij in Patauini epiſcopat⁹ collatione. *b Lib. 8. brev. pag. 348.*

38. 39 Læſerat porro grauiter Matthias ius eccleſiaſticum coniecto in vincula Petro archiepiſcopo Colocenſi, quem Bonfinius ait c fuiſſe virum, *Libero acrique ingenio & animo pro aſſerenda ſæpe veritate, & vtilitate publica vſque adeo vehementi, ac intrepido, vt formidoloſam Regis iracundiam quandoque non expauerit*; addit etiam literarum ſtudijs clarum, quibus in Italia operam dediſſet. Cum itaque indignum eſſet tantum metropolitam teneri in vinculis, Innocentius Matthiam monuit d, vt eum in libertatem reuocaret, & ſi ab ipſo læſus eſſet, magnitudinem animi, quam toties egregijs clementiæ exemplis oſtenderat, explicaret; vel ſi læſæ maieſtatis reum ſeueritati legum ſubijci vellet, illius cauſam ad apoſtolicum tribunal reijceret, cum netas eſſet apud laicum iudicem archiepiſcopum iudicio poſtulari. Non admiſit pontificias preces Matthias, ad quem emolliendum reducendumque ad officij religionem poſtea ab Innocentio Angelum Hortanum epiſcopum internuntium apoſtolicum miſſum teſtatur Bonfinius e, demum vero Petrum fuiſſe carcere ſexto poſt anno vrgente legato apoſtolico liberatum a Ioanne Coruino.

Colocẽſis cẽtus in vinculis *c Bonfin. dec 4. l. 5. in fin*

d Lib. 2. brev. pag. 321.

Reprehenderat in Matthiam tyrannidis

e Bonfin. dec. 4. l. 8.

40. 41 Cæterum hoc anno celebratos a Matthia ſolemnes conuentus Budæ ad temperandam optimis inſtitutis Hungariam, atque in ijs ſaluberrimas leges latas, narrat Bonfinius f. Ad intercipienda in primis litigantium ſubterfugia, tollendamque litium æternitatem decretum, vt ex certo temporis & prorogationum numero definirentur. Vetita etiam monomachia. Reliquas ſanctiones proſequitur Bonfinius, atque hæc etiam de eodem Rege commemorat: *Non ſolum proceres nobiliſque milites officij gratia, ſed gregarios quoque viſitauit. In caſtris agrorum charitate contubernia inſtrauit, ſæpe languentes propria manu pauit, ientaculaque porrexit, hortabatur ad conualeſcendum, increpitabat puſillanimes, & deſperatos conſolabatur, ſæpe in acie vulnera obligauit.* Cumque vberiorem quoque Auſtriam ſibi ſubijcere meditaretur, triplici Hungarorum, Boemorum Ralcianorumque ſuccinctus exercitu, Frederico Imperatori plures munitiſſimas vrbes ademit g. In Styriam etiam eruptione facta vicina oppidula ſubegit: denique vt Germanicas vires magis diſtraheret, cum Carolo VIII. Francorum Rege Maximiliani ducis Burgundiæ Frederici filij hoſte armorum fœdus ſanciuit, vt ſimul in Belgio a Gallis & in Auſtria ab Hungaris Auſtriacus vexaretur.

f Bonfin. dec 4. l. 7. Vetita ſingularia certamina.

Humaniſſimus in milites Matthias.

Frederici Imperator deturbat Auſtria. *g Id. ib. Abrahã Bakſchay in chron. Hũg.*

42. &c. Dum vero in Germaniam proferre victorias Hungarus anhelebat, Germani eunte anno habitis Francofurti comitijs ad confirmandam labantem pene Auſtriacam potentiam ſuperſtite Cæſare eius filium Maximilianum Regem Romanorum creauerunt. Lapſis aliquot diebus redimitus eſt die nona

Maximilianus creatus Romanorũ Rex.

apri-

Ritus in Maximiliani Cæsaris creatione seruati.

aLib.1.n.3.per Germanicam editionem Freheri pag.17. bCranz.Saxo l.13.c.2.

aprilis Maximilianus Aquisgrani Germanica corona solemni ritu, qui in publicis monumentis a tunc editis describitur in historia Germanica ex editione Freheri, quem lector cupidus consulat. At Galliæ Pannoniæque Reges Maximiliani æmuli ægre tulere, ipsum ad cæsareum fastigium fuisse euectum, scribitque Krantzius b ei a Francis literas aculeatas missas, quibus ipsum hoc scommate pupugere, se Regem Romanorum iactare, cum Romæ nihil potestatis aut opum haberet. Maximilianum vero ad repetendas amissas Belgij vrbes exercitum comparasse, pluresque, nimirum S.Audomari Fanum, Morinum, Atrebatum, aliasque arces in suam potestatem redegisse: de quibus etiam meminit Comineus c.

Plures vrbes in Belgio ereptæ Gallo.

cCrl.l.7.c.3

Angliæ sceptrum firmatum in Henrico

46. &c. Hoc anno Innocentius ad sedanda exitiosa Anglorum bella, quæ ob veteres controuersias de sceptri Anglici successione inter Lecestrienſem, & Eboracensem regias stirpes iamdiu exarserant, Lecestriensi familiæ regnandi iura asserit, atque inter Henricum VII. & Elizabeth Eboracensem initum coniugium solutis contrarijs legibus confirmauit, præcepitque Anglis d apostolico pro imperio, ne vnquam posthac de successionis iuribus nouas lites, quæ tantum cruoris fuderant, mouere auderent. Paruere Angli Romano Pontifici, atque ex hoc matrimonio Henricus VIII. susceptus est, qui postea seuæ libidinis furijs agitatus Anglos a Romanæ ecclesiæ obsequio diuulsit, vt suo loco dicetur: nunc Hispanas res percurramus.

dLib.sign.n. 1900.& seq. pag.413.

Reuertenti apostatæ pandit sinũ Pontifex.

aLib.2.brev pag.251.

52. &c. Dum Ferdinandus Rex & Elizabeth Regina ad pellendos Hispania Mauros incumbebant, Abohardilles e & Boabdilles de regno inuicem dimicabant, illudque diuiserant, vt Granata quidem Almeria, & Malaca Abohardilli concessa essent; reliqua ditione Maurica Boabdilles potiretur. Versus est primus impetus in Loxam, quæ se Boabdilli dediderat, adeo vt Rex barbarus facta prius cum Ferdinando pactione Loxam dediderit, seque ad illius pedes victus proiecerit. Tum Ferdinandus imposito Loxæ crucesignatorum præsidio, ad Illorum situ arcem munitissimam, e qua in Granatam prospectus patet, quam barbari dextrum regni, & vrbis oculum appellitabant, castra posuit: cum timore perterriti barbari supplices mox deditionem octaua die innij fecerunt; promptaque tum fuere ad victorem finitima, quibus Ferdinandus potitus crucesignata castra ad Moclinum oppidum, quod Granatensis regni clypeum Mauri vocabant, mouit, ac tamen decima septima innij die militari fœdere in nostrorum potestatem venit; eodemque victoriæ impetu Colomera & Montifrigidus Ferdinandi pariter imperium accepere, effusæque deinde in Granatensem agrum copiæ cladem barbaris longe lateque intulerunt. Interea continebat se intra Granatæ mœnia hostis ad sexaginta millia peditum, equitum duo millia accinctus, ac pugnæ conserendæ in asperrimis angustijs occasionem quærebat: initoque tumultuario certamine propulsatus est.

eSur l.20.c. 68. Marian l.25.cap.9. Mauri discordijs laborant. Loxa Ferdinando Regi dedita. Plures arces ereptæ Granatensibus.

Moclinum Granatæ clypeus.

Ferdinãdo deditur.

Quãtus fuerit Maurorum exercitus.

57 Confirmata est hoc anno sanctione apostolica censorum fidei auctoritas, quam magistratus laici infringere moliebantur; latas enim ab illis sententias exequi detrectabant, ni prius iudiciaria acta discussissent: atque ita vis sacri iudicij obsolescebat. Edixit f itaque Christi vicarius ad tollendam eam corruptelam, vt eiusmodi magistratus percellerentur anathemate, nisi sex dierum interuallo inquisitorum decreta exequerentur.

Seculares magistratus causas de hæresi cognoscere affectant. fBullar in Iun VIII. const 10. & in append. direct.in Innoc VIII.

58 In Boemia recruduerat vetus Hussitarum hæresis flagitio & opera Augustini Luciani olim episcopi Sanctuarienſis, qui ad ipsos iamdiu defecerat, innumeraque perpetrarat mala; quem promissa venia in Ecclesiæ gremium reuocare annitebatur Innocen-

Hussitica hæresis confirmata ab episcopo transfuga.

tius: superiori enim anno Patauiensem episcopum ad tam pium opus incumbere iusserat, certumque erat illum ex Boemia educendum, vt miseris hæreticos tenebris inuolutis magister errorum adimeretur; cumque videretur nonnullis tot scelerum reum, vt qui sepultam netariam sectam ab inferis reuocauerat, venia non donandum, iterum mense martio huius anni eidem episcopo Patauiensi ita respondit Pontifex a: *Cum dilectus filius noster Ioannes tit.S.Praxedis presbyter Cardinalis Mediolanensis illum ad cor reuersum, & ad gremium prefatæ matris Ecclesiæ redire cupientem nobis significauerit, non possumus more pij patris calamitati sua misericorditer non compati.* Denique archiepiscopatus Pragensis administratori partes dedit b, vt illum damnata rite hæresi donaret venia ea lege, vt ad sedem Apostolicam se conferret. Extincta deinde sensim est Hussitarum hæresis, donec Lutherus eam hydram pluribus horrentem capitibus in Christianorum exitium suscitauit.

aLib.2.brev pag.251.

bIb.p.438.

59 Insigne hoc miraculum editum Cracouiæ narrat Langius c: *Anno*, inquit, *Domini* MCCCCLXXXVI. *cum essem Cracouiæ metropoli Poloniæ literarum vacans studio, consulatus quatuor vigiles viros robustos, & eiusdem concines vrbis, quia nocte furem deprehensum accepta mercede abire permiserant, decollari fecit in foro, primo, tertio, & quarto viriliter a spiculatore decollatis, secundum in ordine ledere nequiuit, sed leui ictu tactum parum perfricauit, meritis enim diuæ Barbaræ se in ipsa hora, vt post retulit, deuouerat: & ita eius patrocinio mortis discrimen euasit, & diu superuixit; & huic quidem spectaculo eruento curiosus spectator interfui.*

cLangius in chron.Cuim. Miraculum insigne diuæ Barbaræ ope editum.

60. 61 Flagitauit hoc anno Casimirus Poloniæ Rex opem a Christi vicario aduersus Turcas & Tartaros, qui Lituaniam & Russiam infestis excursionibus vexarant, misitque oratores amplissimos, qui nouo Pontifici obedientiam deferrent: iustisque precibus flexus Innocentius sacrum in barbaros bellum indixit d. Nec modo Polonos, Lituanos, Mazouios, Russos, verum etiam Prussos, Liuones, Germanos, Boemos, proposita noxarum venia, immortalitatisque spe, cohortatus est, vt sacram militiam profitentes Casimirum Regem pro tuendo nomine Christiano, ac religione amplificanda sequerentur.

dLib.18.bull pag.8. & in l.sign.1909. pag.291.

62 In Lituania & Russia præsules Poloni catholici non raro alios Ruthenorum præsules schismaticos vexabant, vt eos ad sinum Romanæ ecclesiæ traducerent; quare Iosephus metropolita Kyouensium Niphonem patriarcham Constantinopolitanum consuluit, quid de Florentino concilio sentiendum esset. At Nipho catholicum dogma complexus eundem metropolitam docuit, Florentinam synodum sanctam & œcumenicam extitisse, atque in ea orientalem ecclesiam Latinæ fuisse coniunctam communi præsulum consensu; sed minoris ordinis sacerdotes in eos consurrexisse, coniunctionemque dissoluisse, atque ob id Græcos a Latinis spretos in Turcarum seruitutem addictos fuisse: hortatusque est Ruthenos, vt Latinis, seruato ritu Græco, adhærerent.

63. &c. Quod ad tyrannum Constantinopolitanum attinet e, proferebat latius Turcicum imperium; potitus enim Baiazethes superiori anno Valachiæ parte, hoc anno Caramaniam olim Ciliciam dictam inuasit: qua oppressa signa in Caitbeum Ægypti soldanum extulit, cum is Zizimi vxorem & filios sue commissos custodiæ prodere detrectaret.

eBasius p.2. l.14. Barclaius de rer. Persic. l.10.& alij.

Mancipia Christiana Mauris vẽdita vetita.

68. &c. Hoc anno Ioannes Rex Lusitaniæ pietate conspicuus sanctissimam legem edidit f, ne Æthiopes, qui sacro baptismo lustrati essent, Mauris venderentur: quippe Lusitani in Congensi

fBarros sup. cap.3.

regno

regno & Guinea plura mancipia emebant, quæ poſtea diſtrahebant Mauris, cum maximum ex eo commercio quæſtum facerent: neque eos mouebat religio, adeo auaritia pietatem omnem extinxerat: ſiquidem miſeri fide Chriſtiana leuiter tincti in Maurorum redacti poteſtatem Chriſtum deſerere, & Mahometem colere cogebantur. Cum vero religionem nefario quæſtui Luſitanus prætuliſſet, mox auriſodinas diuina liberalitas illi aperuit, ex quibus longe maiora lucra, quam ex mancipiorum diſtractione fuerunt facta.

Indict. 5.

IESV CHRISTI
Annus 1487.

INNOCENTII PP.VIII. annus 3. FRIDER.III.IMP.OCC. annus 48.

1. &c. INnocentius cum Turcicam tyrannidem ingraueſcere, ac modo crebras in Germaniam excurſiones agi, modo Italiæ littora infeſtari, ſeuaque de excindendo imperio Chriſtiano vrgeri conſilia doleret, iuncto cum Marco Barbadico Venetiarum duce armorum fœdere, expeditionem aduerſus Turcas indixit, cuius conficiendæ Friderico Imperatori pronunciam dedit: tum ſacerdotiorum decumas pro faciendis in rem militarem ſumptibus clero imperauit. At is bello exitiali implicitus fruſtra Auſtriam a Matthia Rege Hungariæ recuperare annitebatur, infelici exitu conferta pugna, & regulis ad defectionem temere ſolicitatis, demum ne grauiora in ſe traheret exitia, cum eodem Hungariæ Rege acto ad oppidum, cui S. Hippolyti nomen eſt, conuentu, inducias popigit, vt referunt ſcriptores Hungari a.

Inducię inter Frederi cũ Imperatorẽ & Matthiã pactæ.

a Bonfin. dec 4. l. 6. Abrahã Bzouius in chronolog Hungar. ſec. xv. & alij.

6. 7 Interea Turcicus terror Italiam concuſſit: Bucolinus perditiſſimus homo inita cum Turcis ſocietate Auximum occupauerat, auxiliaque ab ijs valida maio appetente præſtolabatur b: ſpondebat autem hoſtis religionis, ſe vnius ſemeſtris ſpacio vniuerſum Picenum Othomânico ſubiecturum imperio, ſi Turcarum decem millia ipſi mitterentur. Procurum eſt magno ardore ad coercendis incendij primas faces extinguendas, & Iulianus Cardinalis S. Petri pontificio exercitu Auximum cinxit: ſubmiſit etiam duce Iacobo Triuultio mille equites ſubſidiarios Ludouicus Sforcia: Ioannes quoque Balua Cardinalis Gallicæ militiæ florem eo adduxit. Demum Bucolinus a Laurentio Medice perſuaſus eſt opera Gentilis epiſcopi Aretini, vt acceptis ſeptem aureorum millibus Auximum Romanæ eccleſiæ reſtitueret: a Mediolanenſi vero duce accitus, cum ſe flagitio tantam peperiſſe putaret, eo contendit, vbi iuſto ſcelerum contra ſpes ſuas præmio, nimirum ſuſpendio, affectus d eſt.

Quæ promiſa Turcis a Bucolino.

b Vialard. in vita Innoc. VIII. l. 2. Nouoc. 18.

Necatus Mediciani ſuſpendio.

c Vialard in vita Innoc. VIII. l. 2. Nouoc. 18.

d Vialar. vbi ſup.

8. &c. Ceterum cum expeditio comparanda fuiſſet in Turcas, gerendæ rei ſprera eſt occaſio, nouæque inter Pontificem & Ferdinandum exortæ ſunt diſcordiæ, quas deſcribunt accurate Surita e, & vitæ Innocentij auctor, vt Ferdinandus inſigni perfidia proceres Romanæ eccleſiæ in ſuperiori bello fœderatos ad conuiuia & choreas excitos interceperit, ſæuitiamque ſuam expleuerit. Proiecerat f iam Ferdinandus procerum, quos proditione ceperat, truncos artus in mare; ne tamen populorum odia, ac Pontificis ſeueritatem in ſe concitaret, inferri illis quotidie cibos fingebat.

Italorum varia diffidia.

e Surit. l. 20. c. 66.

f Surit. l. 20. c. 66.

11. 12. Negarat etiam Ferdinandus Rex pendere annuum veſtigal Eccleſiæ, cuius exigendi prouincia internuntio tradita eſt. At quam indigne a tyranno is habitus ſit narrat hiſce verbis Stephanus Infiſſura a: *Cui reſpondit debitum eſſe ſe debere reſpondere cenſum Eccleſiæ: quod verbum cum plaries repetiſſet, ait ſe non habere pecuniam, immo ſe expoſuiſſe pro eccleſia tot pecunias, quod non eſſet inconueniens ſi Papa per quatuor annos futuros dictum cenſum remitteret, & ita iuſſit referri Pontifici. Demum expoſuit dictus epiſcopus qualiter Papa cum tota curia mirabatur, quod ipſe, qui eſt dominus temporalis haberet conferre beneficia in regno ſuo, & quod illa, quæ Papa contulisset, non acceptaſſet, & quod de cætero abſtineret. Ad quod reſpondit, homines ſui regni eſſe ſibi bene notos, & Pontifici & curiæ ignotos, & propterea ſe velle dare beneficia illis, quos cognoſcebat eſſe dignos: & quod Papa neque curia poterat illos melius quam ipſe cognoſcere, & ideo intendebat illos eligere; & quod contentabatur quod poſtea Papa illos taliter eccleſiaſticos confirmaret. Deinde dixit: Veni ad aliud; & epiſcopus dixit, quod Papa mirabatur, quod contra promiſſa, capitula cepiſſet barones regni, qui ſub fide ipſius Pontificis remanſerunt, & quod deberet illos relaxare. At ille incontinenti ait, ſe velle caſtigare dictos barones, qui fecerant prodimentum, deinde, quando ſibi placuerit, eos dimittere.* Flectere tyrannum monitis ad officium eniſus eſt Innocentius, repulſamque indignam paſſo internuntio, de Carolo Francorum Rege ad regnum Neapolitanum euocando egit. Euerti haud poterat Ferdinandus Rex, ni forte totius Italiæ, immo & rei Chriſtianæ ruinam ſecum traheret; non enim periculum aberat, ne qui religioni vltionem præferre conſueuerat, Turcam exciret; quem etiam Mauris Granatenſibus clam tuliſſe ſuppetias narrat vitæ Innocentij ſcriptor b, vt ſcilicet Ferdinandus Hiſpaniarum Rex, qui ſe vadem præſtiterat, eo cuntractus bello iura pontificia armis tueri prætermitteret: neque Carolus Francorum Rex tam cito expedire arma poterat, quem a Maximiliano Belgij & Burgundiæ principe, Cæſareque deſignato cladem accepiſſe memorat Infiſſura c. Cenſuit itaque animaduerſionem de fœditrago in aliud tempus differendam, quam Neapolitani exules, qui ad Gallicam aulam tranſtugerant, nimirum Salerni princeps, & Bifiniani reguli cæſi a Ferdinando filij, vrgere non deſtiterunt d.

a Alnſiſſ. in Innoc. VIII aulico. vbi ſup. Panuin. in eod.

Impie arrogata a Ferdinando ſacerdotiorũ collatio.

b Vialard. in vita Innoc. VIII. Gallus a Maximiliano iuſus.

c M. ſ. archiu Vat. ſigna. III. Cranz. Saxo. lib. 13. cap. 7.

13. &c. Quod ad Ferdinandum Regem Hiſpaniarum attinet; illum Mauricum bellum indictum pro fide amplificanda ab Innocentio vrſiſſe, comparato exercitu duodecim millium equitum, & quadraginta millium peditum, qui ſacro crucis ſymbolo inſigniti ſanguinem pro Chriſto fundere paratiſſimi ad expiandam Mahumericæ ſuperſtitionis ſordibus Hiſpaniam læti prouolabant, referunt ſcriptores e. Tradunt hiſtorici f in hoc bello ſacro crucis ſtemmate inſignitos milites non iam militari licentia incolas, qua pergerent, oppreſſiſſe; ſed excitaſſe ad religionem, adeo vt viri, pueri, fœminæ illis obuij occurrerent, feliceſque de hoſtibus fidei triumphos precarentur. Poſitis a Ferdinando ad Malacam crucefignatis caſtris, Aboardilles Granatenſis Rex Rodomum ducem ſuum cum copijs ad propugnandam Malacam ſubmiſit g, ac deinde ipſe viginti millibus peditum, equitum mille ſuccinctus ſubſecutus eſt, multo maiori exercitu aduerſus Boabdillem æmulum relicto: ac cum noſtri in eum erupiſſent, diſſipatis mox caſtris Granatam aufugit, qui a ſuis contemptus excipi non potuit æmulo communi iam conſenſu Granatenſium rerum potito: denique Malacenſes ſalutem pacti die VIII. auguſti ſe dediderunt, arciſque præſidiarij fame perdomiti ſunt, atque in ſeruitutem addicti.

d Panuin. l. 10. c. 70. Marin. l. 25. c. 10. & alij.

e Surit. l. 20. c. 70. Marin. l. 25. c. 10.

Malaca obſeſſa.

f Surit. l. 20. c. 70. Marin. l. 25. c. 10.

g Surit. vbi ſup.

Deditione recepta.

Pulu-

17. &c. Pullulabant in Caſtella ingentium bellorum ſemina, quæ Innocentij diligentia ſuffocata fuere: Ioanna enim, quæ ſe Caſtellani ſceptri heredem a patre Henrico Rege fuiſſe inſtitutam contendebat, e monaſterio, in quo monaſticam vitam erat profeſſa, erumpere molita eſt, cuius iura Luſitani tuebantur. At Innocentius, cum ex ciuili bello grauiora in rem Chriſtianam damna redundatura, atque a Mauris arma Ferdinandi Regis Aragonum & Elizabeth eius vxoris Reginæ Caſtellæ diſtrahenda forent, intentato anathematis terrore præſulibus, ac proceribus præcepit a, ne Ioannæ ſtuderent, quam in ſeptis monaſterij contineri iuſſit.

a Lib. ſing. n. 1900. P. ſecr pag. 513.

22. &c. Caterum cum Gallæciam ſuſcepta Compoſtellana peregrinatione perluſtrarent Ferdinandus & Elizabeth Reges ad monaſterium, cui B. Mariæ de Zebrero, nomen erat, in quo inſignis miraculi monumenta ſeruabantur, peruenere; nam dum inter ſacra de veritate Euchariſtiæ ſacramenti anceps hærebat ſacerdos, vini ſpecies in ſanguinem verſæ fuerant, cuius miraculi memoriam ſuis literis recolit Innocentius b.

Euchariſtiæ miraculum.

b Lib. bull. 30 pag 132.

26. &c. In Scotia Regina Margareta ſanctitatis fama & miraculorum gloria adeo eſſloruit, vt Scoti præſules, ac proceres & populi popoſcerint ab Innocentio, vt eam in cœlitum ordinem aſcriberet: quorum precibus permotus Pontifex de geſtis eius rebuſue admirandis, ac teſtium dictis publicas in tabulas referendis nonnullis præſulibus mandata dedit c. Ad ſedem Apoſtolicam venerat archiepiſcopus S. Andreæ, vt Iacobi III. Scotorum Regis nomine obſequia Pontifici, vt nouo Chriſti in terris vicario, demiſſo præſtaret: quem Innocentius nouo honore auxit, quippe qui illum primatem totius Scotiæ ac legatum natum eiuſdem ſedis Apoſtolicæ creauit d.

Iacobus Rex. Margaritæ Scotiæ Reginæ ſanctitas eluceſt.

c Ib. p. 515.

d Lib. bullar 24 pag. 25.

34 Hoc anno Carola Regina Cypri din Romæ Pontificum beneficentia ſuſtentata obijt; de qua hæc refert Ioannes Burchardus e: *Die lunæ* XVI. *iulij hora* XIII. *Romæ in Burgo S. Petri in domo ſua ſolita reſidentiæ obijt illuſtriſſima domina Carola Cypri Regina, & eius corpus eodem die circa horam* XXII. *aſſociatum fuit per prælatos ac familias ſanctiſſimi domini noſtri & reuerendiſſimorum dominorum Cardinalium ex domo prædicta uſque ad baſilicam S. Petri, in qua non longe a capella S. Andreæ & Gregorij in Vaticano ſepultura traditum, &c.* Reliquiſſe illam teſtamento iura Cyprij regni Sabaudiæ duci, quibus auctis eius tituli fuere, referunt ſcriptores f.

e Burch. m. ſ. Vatic. diar

f Steph. Liſſeum. in hiſt Cypr. Vsum derbarch. in Sabaud. hiſt.

IESV CHRISTI
Annus 1488.

Indict. 4.

INNOCENTII PP. VIII. FRIDER. III. IMP. OCC.
annus 4. annus 49.

Maximilianus captus dein liberatus.

1. 2 INgentes in Belgio populares tumultus facti fuerunt, quos cum Maximilianus armis compeſcere niteretur, repente a furente plebe Brugenſi circumfuſus, fugientibus ſuis oppreſſiſue, ineunte februario in cuſtodiam traditus eſt, vitam lachrymis deprecatus. Denique tertio poſt menſe, cum Fridericus Imperator Gandauenſes ſeditionis auctores magnis cladibus attriuiſſet g, Brugenſes ad pacem adacti ſunt; ac Maximilianus, vbi iuratus ſpopondit omnibus veniam ſe daturum, liberatus eſt.

g Trithem. ubi ſup.

Scoti rebellant in Regem.

3. &c. Grauius ciuilis belli diſcrimen eodem tempore paſſa eſt Scotia; proceres enim regiam ſæuitiam veriti Iacobum Regem ſuis regijs copijs in acie captum interemerunt, indictoque conuentu, omnium ordinum regni decreto declaratum eſt, Iacobum Regem iure interfectum; communi tamen conſenſu eius filius maior natu annorum circiter ſexdecim in ſede regia locatus fuit, qui paternæ calamitatis exemplo territus tanta animi moderatione ac prudentia eſt vſus, vt breui tranquilla pace vniuerſum regnum potiretur.

Pronuntiatū a Scotis iure cæſum Eius filius euectus in ſolium.

8 Inter hæc inſtauratum eſt a Ferdinando Hiſpaniæ Rege bellum a in Bohardillem Regem, ac Veram, Murgim, Veles album, rumbeuque, tum alia oppida Chriſtiano adiunxiſſe imperio, necnon Almeriæ & Baſtæ agros vaſtaſſe, refert Mariana.

Plures arces ereptæ Mauris. a Suris. t. 20. annal. c. 65. & 66. Marian. lib. 25. cap. 65. b Suris. c. 79. & Marian. cap. 13.

9. &c. Diſtinebat b Ferdinandum grauis cura, ne Baiazethes Turcarum Imperator formidandum bellicum apparatum, quem in ſoldanum Ægyptium inſtruere ferebatur, in Siciliam verteret, claſſemque propterea ornari omnibus neceſſarijs iuſſit. Porro huius anni appetente vere centum millia Turcarum in Ciliciam progreſſa impoſita mari apparatiſſima claſſe referunt ſcriptores c. Nec minores militum delectus habuerat Baitbens ſoldanus Memphyticus, atque inter Amanum montem & ſinum Iſſicum eodem loco, quo olim Alexander magnus cum Dario conflixerat, cruentam pugnam medio auguſto conſeruit, quæ totum diem pertinaciſſimis animis tenuit, adeo vt triginta vel eo amplius Turcarum equitum millia cæſa fuerint, reliqua fuga diſſipata.

c Sur ſup. c. 79. Boſius p. 2. l. 14. Bizar hiſt. rer. Perſ. l. 10. Sanſelic. can. 10. l. 8. & alij.

Inter hæc Matthias Hungariæ Rex pactis cum Friderico inducijs a Rhodio Zizimum ſibi dedi poſcit, cum varias coitiones cum proceribus Turcis Zizimi ſtudioſis feciſſet. Adducta re in conſilium equeſtre, cenſebant nonnulli permittendum Zizimum Matthiæ Regi, qui Turcas ſine mora bello petere poſſet: at cum Pontifex ſumma vi aniteretur, vt ſibi traderetur, vitium eſt morem ipſi gerendum, cum præſertim ſperarent Rhodij pontificia auctoritate decretum in Baiazethem bellum maiori impetu apparatuque geſtum iri. Ita inſcius futurorum euentuum Rhodiorum equitum princeps Zizimum pontificiæ poteſtati permiſit, aſſentienteque Gallorum Rege proximo anno in Italiam duci iuſſit.

Matthias ſibi tradi Zizimum poſcit.

Zizimum Pontifici dedendum decernitur

17. 18 Hoc anno d Cyprum Veneto adiunctam imperio referunt, concedente Venetias Catharina Cornelia Regina, quam a Veneta republica in filiam cooptatam diximus. Hanc vero Cyprianum rerum conuerſionē peperit celebratiſſimus toto ille Baiazethis bellicus apparatus, quem orienti occidentiq; terroré intuliſſe memorauimus: cum enim fœmina imbellis in tanto diſcrimine Cyprium ſceptrum, quo par erat, robore non defenſura crederetur contra potentiſſimum hoſtem, ſi in eam inſulam arma verteret, Veneti Georgium Cornelium eiuſdem fratrem ſubmiſere, qui ipſi ſuggereret, vt ex imminenti periculo in tutum locum ſeſe reciperet, Venetaque reipublicæ regnum, cuius adminiſtrationem poſt Iacobi Luſiniani Regis mortem etiam tum geſſerat, tuendum permitteret. Aſſenſit illa fraternis conſilijs, ac ſine vllo inſulanorum motu Cypro exceſſit: Franciſcus vero Priuolus valida claſſe ad Turcas, quibus appellendi in Cyprum poteſtas negata fuerat, ſi vi quid molirentur, propulſandos inuectus, regni Cyprij habenas regendas accepit. Vt vero magnificentiſſime bucentauro pannis oſtro auroque intertextis inſtraro Cypria Regina excepta adductaque Venetias fuerit, deſcribit Sabellicus e.

d Sabell. eum 10. l. 5. Petr. Iuſt. l. Boſius p. 2. l. 14.

Cyprus in Venetorū ditionem cedit.

Regina Cypria Venetias concedit.

e Sabell. ibid f Inſiſſ. m. ſ. arc. Vat. fig. n. 111. & Sabell. eum 10. lib. 8.

19. &c. Iniecti ſunt f hoc anno dicioni eccleſiaſticæ varij tumultus, ac ſeptima quidem aprilis die Hieronymus comes Riarius Foriliuij princeps, de quo ſæpius ante meminimus, cum improbe im-

Bononia a Bentiuolo occupata.

perareť, domestica coniuratione oppressus est; Bononiam sibi subiecit Bentiuolus, qui partium aduersarum studiosos partim ferro partim exilio multauit a. Brachij Perusio potiti fuere electis emulis. Recrudescentibus etiam veteribus odijs inter Guelphos & Gibellinos editæ strages: Tudertum, Fulginium, & plura Picni loca a pontificio imperio deficere visa sunt. Accusant nonnulli Innocentium mollioris animi, qui proceres in vrbibus nimium superbe sese efferre, & quemque in patriam suam tyrannidem affectare permiserit.

a Idib. ibid. Bracchij Perusium inuadunt. Plura in Piceno loca deficiũt ab Innocentio

IESV CHRISTI
Annus 1489.

Indict. 7.

INNOCENTII PP. VIII. FRIDER. III. IMP. OCC.
annus 5. annus 50.

1 HOc ineunte anno fractus in Asia a Mamalucis Baiazethes, metuens ne sibi Zizimi fratris causa bellum inferretur, oratorem legauit ad Carolum Francorum Regem, vt eundem imperij æmulum Zizimum in Gallijs a Rhodijs equitibus custoditum retineret: cuius beneficij eblandiendi gratia pollicitus est omnes sacras reliquias a Mahomete II. parente suo Constantinopoli, inque alijs Europæ & Asiæ vrbibus repertas se daturum: nauaturum præterea operam, vt ex Ægyptiorum manibus terram sanctam vindicaret, ipsamque ipsi traditurum: postremo ingentem pecuniæ vim pro alendo fratre quotannis suppeditaturum. Extant de huiusmodi postulatis Gallo Regi a Turca propositis publica monumenta b: quibus consentanea Guillelmus Ialinius, qui Petro Borbonij ducis a secretis erat, memoriæ posteritatique prodidit c. At sero Turcicus orator hæc mandata tulit; iam enim Carolus Rex assiduis Innocentij VIII. qui Baiazethis bello adoriundi, Græciæque Christiano restituendæ imperio agitabat consilia, precibus victus Zizimum, quem nunquam regio conspectu dignatus fuerat, apostolicis internuntijs perducendum Romam commiserat.

Quæ Baiazethe promissa Gallo Regi, vt Zizimum teneret.

b Apud Ciacon. in Innoc. VIII. c Ialin. in hist. Calab. V. II.

Allata sero hæc promissa. Zizimus Romam perductus.

2. 3 Exceptum vero magna pompa Romæ obuiam prodeuntibus Pontificis & Cardinalium familijs referunt scriptores d: ex quibus Stephanus Infissura addit die proximo Zizimum ante Pontificem in solio considentem quem purpuratorum patrum corona cingebat, adductum, quantumuis edoctus esset de ritu Christianorum Regum, qui ter genu flectere, Pontificisque pedem deosculari solerent, quidquam contra Turcarum Imperatorum morem faitumque agere abnuit e, ac modice inclinato capite pontificiam dexteram ac humerum porrecto amplexu deosculatus est; quæ, præter alios, Burchardus, qui tum sacris ritibus præerat, accuratissime describit f.

d Infiss. m.s. Varc. Valent. in vit. Innoc. VIII. Bzouius an. 1. 4. & alij. e Infiss. vbi sup. Valent. in vita Innoc. VIII. f Burch. m.s. arch. Vatic. pag. 685.

Zizimus in pontificium conspectũ admissus

4 Perductum etiam in Cardinalium senatum soldani Ægyptij oratorem refert Infiflura, eumque Christianorum ritum in salutando Pontifice non curasse, ac pronum Innocentij genu non pedem deosculatum. Vrgere ille Pontificem annitebatur, vt bellum in Baiazethem indiceret: missusque g est ab Innocentio ad Caitbeum soldanum Philippus Canonius apostolicus internuntius, sed intestinæ nostrorum discordiæ salubria de redintegranda veteris Christiani imperij amplitudine consilia discusserunt.

Viget Pontificem Ægyptius orator, vt bellum decernat in Baiazethem.

g Bzouius hist. equit. Ierosolim. t. 2. l. 14

5. &c. Creuere in dies hæc mala; nam Ferdinandus Rex Neapolitanus pactiones superiori fœdere confectas violarat, ac vectigal Romanæ ecclesiæ pendere detrectabat; quocirca Pontifex die Apostolorum Petri & Pauli sacro anathematis sententiam illi intentauit, ni vertente bimestri centum persoluisset: cumque gerenda res armis videretur, Nicolaum Pitiliani comitem ecclesiastico exercitui præfecit solemni ritu, vt narrat Stephanus Infissura a. Exarsit ob id indignatione Ferdinandus adeo, vt de ecclesiastica ditione inuadenda iactarit, immo etiam illius orator nefariam ad concilium prouocationem edere non perhorruit, quod Innocentius mense septembri vectigalia ecclesiæ non soluentes anathemate perculisset. Tanta vero Ferdinandi proteruia lacessitus Pontifex promulgauit apostolico decreto Ferdinandum Neapolitani regni iure excidisse, illudque ad Romanam ecclesiam reuersum; egitque de euocando Carolo VIII. Francorum Rege, qui Neapolitani regni iura hereditaria Renati senioris Neapolitani Regis testamento ad se pertinere contendebat. Obstabat autem Francorum Regis consilijs atque amplitudini Hispaniarum Rex, quem Neapolitanum prope præcipitantem sustinuisse memorat Surita b: vtque Gallicas vires elideret, cum Henrico Anglorum ac Maximiliano Romanorum Regibus, necnon Britanniæ duce amicitias iunxit c.

Decretum in Neapolitanũ bellum ob non solutum cẽsum. a Infiss. ubi sup.

Francorũ Rex excitus in Ferdinandum Regẽ Neapolit.

b Surit. l. 10. cap. 8. c Cap. 10.

10. 11 Gerebatur a Ferdinando sacrum bellũ auctore atque hortatore Romano Pontifice; nam Sixtus IV. pro vindicanda a Mahumeticæ superstitionis sordibus Hispania sacrã expeditionẽ indixerat, propositis fidelibus amplissimis diuinis muneribus, ac prærogatiuis Regibus Castellæ, qui ob susceptũ pium bellum confectumque apostolico imperio immortalem gloriam sibi peperere: extantque exarata hoc anno ab Innocentio noua diplomata d, quibus Sixti priuilegia confirmata sunt, collataque subsidia Ferdinando, vt Mauros victricibus armis expugnaret.

d Lib. bullar. 46. pag. 39.

12. &c. Confecta porro est e hoc anno a Ferdinando ad regnum Granatense domandum, Christianoque adiungendum imperio crucesignata expeditio maiore quam vnquam antea apparatu; siquidem duodecim equitum, quinquaginta peditum millia & eo amplius, præter inconditam calonum grassatorumque turbam, crucis symbolo distincta vicarij Christi auspicijs f sub tigois numerata sunt. Ad Bastam vrbem munitissimam ventum est, vbi pugnarunt obstirmatissimis animis barbari, prefliq; demum quarta decemb. die pactione militari vrbis portas crucesignatis victoribus aperuerunt. Mox Taberna & Seron se dediderunt, quin etiam Almeria & Guidixium vrbes fortissimæ, quæ diu Christiana arma exercere potuissent, tradita sunt a Rege barbaro, qui ad Ferdinandum pronus accessit, vt ad eius imperia capessenda paratum se offerret. Duæ præterea arces, in quibus Regum Maurorum filij thesaurique asseruari consueuerant, Almunecat & Salembina exeunte anno victoriæ impetum non ferentes a Mahumetica seruitute ereptæ fuerunt.

Ferdinand Regis in Granatenses expeditio. e Anal. oratio de eo habita coram Innoc. VIII. & Cardin. Lucius Marinæus de reb. Hisp. l. 20. Surit. l. 20. c. 81. Marian. lib. 25. cap. 13. f Innoc. l. 4. ann 1490. pag. 197.

15. &c. Ad septentrionem g, infestantibus Tartaris, quos duo ductabant Cæsares siue ziari, Podoliam & Russiam Polonis obnoxiam, ac ferro flammisque sæuientibus, Casimirus Rex Ioannem Albertum filium validis cinctum copijs in eos immisit, qui geminam de ipsis victoriam reportauit: illi eminus telis equites equosque valde exagitarunt; sed vbi nostri præcipiti cursu impressione in hostem facta, barbarorum latera fodere cœperunt, eos in fugam inque cœnosam paludem impulere, qui partim capti, partim cæsi, pauci ex quindecim equitum millibus cum cœno luctati amissis equis euasere: recuperata est præda omnis, captiuique in libertatem vindicari. Parto eo triumpho, ad aliam Tartarorum aciem, eamque mulso ebriam pecudum more mactarunt, ipso cæsare, qui suos ad pugnam dirigere nitebatur, inter alios obtrun-

Tartari Podolia depulsi. g Mich. l. 4. c. 44. Cromer l. 29. ex Vapouio.

Recuperati captiui Christiani

obtruncato, quæ accurate describit Cromerus a.

a Id.Cr.ibid Auctus Cardinalium senatus.

19. 20 Auctum hoc anno Cardinalium senatum referunt scriptores b, e quibus Stephanus Infissura observat solutam fuisse sacramenti religionem, qua se Innocentius in conclavi deuinxerat, ne in creandis Cardinalibus numerum viginti duorum excederet: sed eiusmodi pactiones, quæ a Cardinalibus ad contrahendam pontificiam auctoritatem, dum Ecclesia suo pastore viduata est, conficiuntur, irritas decretas Innocentij VI. sanctione vidimus c: *Creauit*, inquit Raphael Volaterranus d, *nouem Cardinales. Primo Laurentium, nempe Cybo, archiepiscopum Rheutentanum nepotem suum ex fratre, eundemque castellanum S. Angeli. Hic fuit reputatus semper spurius.* Et infra: *Alter fuit Ardicinus de Porta episcopus Alerensis vir doctissimus, qui propter eius virtutem & benemeritum ad Cardinalatum peruenit. Alter fuit filius Laurentij de Medicis cognatus Francischerti filij ipsius Papæ Innocentij. Hic erat puer vt dicitur quindecim annorum: dicitur tamen fuisse creatus sub conditione quod non veniret ad Vrbem, nisi circa certum tempus*, nempe triennal-, *venit tamen & admissus fuit*, nempe anno ætatis XVIII. *fuit is Ioannes Medices, qui in pontificatu Leonis X. nomen accepit.*

b Burch.in diar.in sept. Vat fig. n. Steph. Infiss.fig. eod. num. Vsodac in vit. Innoc VIII.

c Annal.c.16 num.1353. num.29.

d Volat.l.22. & alij.

Carni & sanguini indulget nimium Innocentius. Cardecini Cardinalis elogium.

e Burchar.in diarijs.

Indict. 6.

IESV CHRISTI
anno 1490.

INNOCENTII PP.VIII. FRIDER.III. IMP.OCC.
anno 6. anno 51.

1. &c. ACcenso Turcas inter & Mamaluchos bello ab vtroque barbarorum Imperatore certatum est de Zizimo a Pontifice Romano, apud quem is versabatur, repetendo. Et quidem Baiazethem de Petro Aubussonio Rhodiorum equitum magistro, qui Pontifici Zizimum tradidisset, vehementer questum refert Bosius f, atque Aubussonium ad lenienda illius iras respondisse, non posse Pontificem tantum bellum suscipere, nisi cum aliquo præpotenti Rege arma iunxerit; iungendi autem huiusmodi fœderis difficillimas futuras rationes, atque ita omnia belli consilia mora dissolutum iri. Quæ dicta veluti oracula accipiens Baiazethes, conciliatus Rhodio principi oratorem ad Pontificem misit, vt eum de fœdere postularet, atque centum & viginti aureorum millia penderet, vt Zizimum in custodia detineret, cum contra Cairbei Ægyptiorum soldani orator promissa vberiora faceret, vt tradito sibi Zizimo bellum in communem hostem decerneretur: quæ Stephanus Infissura in diarijs suis accurate describit g.

Baiazethes in Rhodios infensus ob Zizimum Pontifici deditum.

f Bos.p.2.l.14

Innocentius a Baiazethe postulatus de fœdere.

g Infiss.m.s. arc. Vat fig. n.111.

7. &c. Cæterum Baiazethes vertere aduersus Pontificem arma non ausus, ne sepultos segnitie Christianorum animos exsuscitaret, abblandiri potius auro promissisque eidem Pontifici constituit, a quo impetrandæ pacis spes non aberat, vti contigit: cum enim Innocentius transalpinorum Italorumque principum oratores in sacro senatu coegisset, nulla de expeditione in Turcas consilia decerni potuerunt, sed inanes de honorum gradibus ac locorum dignitate tumultus inter eos concitati h fuerunt. Itaque Pontifex, cum mense septembri graui lethargo laborasset, atque exinde minus esset gerendis rebus idoneus, in sententiam de Turcico auro accipiendo, nec lacessendo Baiazethe, præter Rhodiorum principis expectationem iniuit, omissis sacræ ad recuperandū orientem militiæ consilijs: mutata quippe tum erat rerum facies, in Germania & Pannonia, ex quibus educēdi erant crucesignati exercitus, bello intestino Hungaris laborantibus, ob importunū luctuosissimumq; Matthiæ Hungariæ Regis Turcicis certaminibus exercitatissimi obitum a: cum enim Zizimum ad Turcas ciuili bello dittrahendos sibi dedi postulasset, cessit e vita irreparabili rerum Hungaricarum damno apoplexia percussus, cum paulo ante vegetus vigensque videretur, de cuius decessu hæc refert Bonfinius b: *Cum rancos*, inquit, *semper gemitus emisisset, variaque ingenita penitentia inacta (veluti diuinam veniam imploraret) edidisset, e profundo demum capitis animam efflauit.* Et infra: *Princeps iustissimus anno salutis nonagesimo supra millesimum & quadringentesimum, nonis aprilis die, ætatis autem an no quadragesimo septimo cum perpetuo sui desiderio diem obiit.* Cæterum præclara gesta Matthiæ Regis panegyrico stylo Bonfinius prosecutus est c, qui illius virtutes describens optimi principis exemplar effornat, atque priscorum Regum more aditum omnibus vel miserrimæ fortunæ hominibus præbuisse ait: Turcica castra mercatoris d cultu interdū perlustrasse: in conficiendis expeditionibus cautum æque atque audacem fuisse, non diu meditato consilio solum, sed ex itinerum occasione & atrocibus tempestatibus, cum hostis tutum se fore putaret, prælium sæpe sumpsisse, atque in arte militari etiam tum ignota alijs commentum: quocirca eo Rege Hungaria late amplificata est: quo mortuo mox ipsa sua magnitudine laborauit.

Matthiæ Regis Hungariæ obitus

a Infiss.m.s. arc. Vat.fig. n 111. Bonfin. dec.4. lib.3. Trithem.in Spon. Rain. Mich. l.4.c. 75 Naucler vol.2.gen.50 Sabell. enn. 10.l.8.

b Bonfin.dec 4.l.8.

Iesu nomē moriēs implorat.

c Bonfin. dec. 4.l.9.

Laudati eius mores d Id.l.8.

12. 13 Certarum de illius sceptro quinque principes, Maximilianus Cæsar, Vvladislaus Rex Boemiæ, Ioannes Albertus eius frater Poloni Regis filius, Ferdinādus Rex Neapolitanus, ac Ioannes Coruinus Matthiæ nothus filius, tot idemque legationes in ordinum regni conuentibus audite. Pars maior Vvladislaum Boemiæ Regem Beatricis e Reginæ ope, quæ illum in maritum sibi ex pactione inani spe delusa f, destinarat, ad Hungariæ & Boemiæ sceptra comungenda optauit. Itaque mox accurrit Vvladislaus tumultuarijs copijs in Boemia collectis instructus, quem XI. kal. octobris apud Albam regalem corona redimitum solemni ritu describit spectator Bonfinius g.

De Hungarico sceptro certāt quinque Reges.

Vvladislaū a maiori parte Rex delectus.

e Bonfin. vbi sup. & dec.5 lib.1.

f Burchard.in Alex.VI.

g Bonfin.dec 4.l.10.

14. 15 Interea Germani, Poloni, Turcæ, ipsique discordes Hungari Pannoniam laniare cœperant h: nam Ioannes Albertus a patre Casimiro exercitu aditus irrupit in Hungariam, vt fratri Vladislao, qui Beatricis Reginæ ope Budam receperat, regnum præriperet: qua fraterna dissensione vsus Maximilianus Austriam repentina vrbium defectione occupauit, cum enim se Hungariæ Regem diceret, Austriaci, qui Hungaris tantum Regibus se parituros sacramento spopondērant, se illius religione solutos putarunt, si in Maximiliani fidem redirent: qui eo principatu auctus finitimas prouincias Hungaricas inuasit, ac Sempronio Vesprinio Sabaria potitus Albam regalem vi expugnauit i; necnon Zagabriam aliaque castra qua vi qua deditione suorum opera recepit. Parte alia augebat terrorem Turca, qui Modrusiam vsque per Croatiam quotidianas excursiones fecit l, agrosque ferro & igni populabatur. At de his hactenus; nunc ad sacrum in Granatenses Saracenos bellum traducenda est narratio.

Albertus Polonus regnum affectat

h Naucl.vol. 2 gen.50 Bonfin. dec. 4. l.10.

Austria a Maximiliano recuperata.

i Id.loc.cit. Dubr.l.31. & alij.

Turcarum in Hungaria excursiones.

l Bonfin.eod lib.

16. &c. Partarum superiori anno inclinante a Ferdinando Hispaniæ Rege victoriarum fama permotus Pontifex hoc incunte Deo de Mauris perdomitis, amplificatoque Christiano imperio grates persoluit solemni ritu, quem Burchardus cæremoniarum præfectus describit m: habitaque est coram Pontifice & Cardinalibus oratio n pangyrica, quæ typis cusa est, proposito themate sacro: *Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra.*

m Burch.m.s arch Vatic. pag.938.

n Ext. typis cusa Romæ.

21 Compleuerat hæc Maurica clades ira & terrore Africæ & orientis Mahumeticæ superstitioni addictos Reges, quorum præcipuus Babylonius idemque Ægy-

Ægyptius Antoniam Millarum Minoritam, qui sacræ Ierosolymorum ædi præerat, oratorem misit in Hispanias a, vt Ferdinando Regi denunciaret, se cunctos Christianos in Ægypto Syriaque agentes, ac templa omnia & nostræ religionis vestigia deleturum, protinus etiam conuulsoque sacrosancto Christi sepulchro, ni Granatenses bello infestare desineret. Quibus terriculis a conficienda Maurica expeditione, atque suscepto de Granata expugnanda, quæ veluti cadaueris truncati informe caput stabat, consilio abductus non est Ferdinandus, misso ad soldanum ipsum Petro Martyre oratore, qui illi referret b quo iure, quaue de causa Mauri bello peterentur, doceretque humaniter cum ijs agi, qui Christiani imperij iugum suscepissent.

a Sanut.l.10. c.63. Marin. l.25.c.15. Iactati ab Æg prio terrores.

b Innoc.epist. comm.1490 l.4.p.270. Petrus Martyr orator missus ad Ægyptium

IESV CHRISTI
annus 1491.

Indict.9.

INNOCENTII PP.VIII. FRIDER.III. IMP. Occ.
annus 7. annus 52.

1. &c. Conuulsum est ex Hispania Mauricum regnum c, quod magno religionis dedecore, cum ad illud Christianorum colluuies patria sacra damnatura confluere soleret, octingentis ferme annis steterat, ac demum Granata superstitionis Mahumeticæ in occidente arx, in quam toties excitus Acer ferrum facesque immanissimis eruptionibus per Hispanias octo sæculis circumtulerat, octimestri obsidione ad deditionem compulsa fuit: *Quinquaginta millia militum erant, in castris*, inquit Mariana d, *quinta equitum parte, Hispanæ iuuentutis flos ingenti delectu contracta, viuida virtus, vigensque*. Inde nunquam efferre pedem nisi debellata Granata Ferdinandus & Elizabeth decreuere. Structa ab iis est vrbs Sancta fidei Mahumetissimum e Granata excisura rapido opere, mœnibus, turribus, fossis, aggeribus, vallo, munita finitimorum populorum diligentissimis laboribus; nec minora edita fuere fortitudinis exempla in propulsandis Granatensibus, qui crebris eruptionibus ad disturbandum opus irruebant præcipites; at demum fame ad deditionem compulsos proximo anno dicetur.

c Inscript.mss. ann. Vat sign n.111 & alij Ælius Antonius Nebris. in præf. dec. 2. Luc. Mar. l. 20. Sur l. 20 c.8. & seq. Marian. lib. 25. cap vlt. Paul Lang. in chr Cist. Trit. in chr. Sponi. Bubus p.2.l.14. Vol l.2. Sab enn 10. l.8 & alij

Quinquaginta millia militum addicta a Ferdinando d Marian. l.25.c.16.

Multa præclia gesta. In ijs Granatenses cæsi.

6. 7 Propagauit interea apud occidentales Æthiopas diuina pietas euangelium. Lusitana classis, quæ extremo anno superiori Vlissipone soluerat, mox atque ad regni Congitani prouinciam, cui Sono nomen est, applicuit, illius princeps Regis patruus ætate affectus cognito diuino instinctu præconum euangelicorum appulsu, magna nobilium ripatus carerua testo buccinarum clangore tympanorumque sonitu venientes ingenti lætitia excepit, & Christiani Æthyopis interpretis opera imbutus sacrorum Christi cognitione salutaribus aquis ablui postulanit. Inditum est Sonitarum regulo Emmanuelis nomen, quod Regis Lusitani frater patruelis gerebat. Rerum vero diuinarum studio adeo inflammatus est Emmanuel, vt sacerdotum amplexus consilium, omnia idola, quæ in suo principatu erant, solemni celebritate combusserit.

Praecones euangelici quàto gaudio a Congitanis suscepti. e Bar d c. 1. Asia l. 3. c.9. Prof. la & alij.

Idola exusta.

8. &c. Antequam ad Ambassem Congi regiam vrbē peruenirent præcones euangelici, instructa officij ergo paganorum agmina ijs obuiam prodiere; cumque ad Regem peruenissent, & ab eo essent honorificentissime excepti, Ioannes ordinis Prædicatorum, qui alijs sacerdotibus præerat, ac Ruizius Sozaorator Lusitanus ecclesiam Deo optimo maximo ponendam decreuerunt. Quo vero die primum ecclesiæ saxum iecerunt, Rex Congi baptismi sacramento nuit renatus, eique Ioannes nomen, quod Lusitanus Rex tam pij auctor operis habebat, impositum: sex etiam principes vna cum Rege sacro lauacro intincti, centumque & eo amplius animarum millia Ecclesiæ aggregata fuerunt. Deinde religio in Congi regno maxime effloruit præcipuis Alfonsi Regis filij natu maximi auspicijs, qui reuersus ex regni finibus, in quibus aduersus finitimos bellum gerebat, sacrum baptisma in Ambassensi ecclesia, Alfonsique nomen quod filij erat Lusitani Regis, suscepit a, magnamque procerum multitudinem, & alios, qui ad visendam sacram celebritatem confluxerant, ad veri Dei cultum pellexit.

Regis Congitani filius nomē Christo dat.

a Io. Barr l 3. cap. 10. & Oros. l 3.

11. &c. Ardebat b interea multiplici bello externo internoque Hungaria, qua occasione Turca ad eam opprimendam incurrit. Itaque Christiani principes ab Vladislao Hungariæ & Boemiæ Rege pacandi fuere, vt deinde armorum molem aduersus communem hostem omnibus formidandum conuerteret; in primis Albertum fratrem facto de pace colloquio VIII. kal. martij sibi conciliauit, traditis illi quibusdam Silesiæ vrbibus, & vectigali nummario: cum etiam episcopi Varadiensis opera aduersi Hungarorum & Polonorum exercitus sese fœdere iunxerunt. Tum Vladislaus, aduersus Maximilianum Romanorum Regem ad repetendas ab eo Hungaricas vrbes contendit, & celebratis demum Pontificis & Poloniæ Regis opera conuentibus, cum ex ijs dissidijs Hungariam Turca discerperet conuentum est in eas leges, vt Vladislao sine liberis moriente regnum ad Maximilianum vel heredes perueniret.

Turcæ Hungariam infestant. b Bonfin. dec 3. l 1. Cromer. l.29. Dubr. l.31. & alij Polonus cis Hungaris conciliatus

14 Inter hæc Turcæ ex intestinis Hungarorum bellis sumpta audacia imparatas milite prouincias finitimas aggressi, omnis ætatis sexusque homines in seruitutem abduxerant, Christiana templa incenderant, & obuia quæque ferme ad Varadinum vsque necnon Croatiam, Transiluaniæque limitem populati sunt, & Sabazium arcem munitissimam obsidione cinxere. Vt autem postea fusi profligatique fuerint, proximo anno dicetur.

Turcarum in Hungaria grassationes.

15. &c. Composito porro Hungarico bello, Maximilianus Cæsar implicitus Gallico est, prouocatus a Carolo Francorum Rege genero c, qui non modo socero Margaritam filiam remisit, verum etiam Annam, ad quam Britanniæ minoris spectabat imperium, iam Maximiliano desponsam, matrimonio secum iunxit, ne Britannia a Gallia diuulsa, redactaque in Cæsaris potestatem ingentium postea bellorum cladiumque materies inde nasceretur.

Inter Maximilianū & Galliæ Regem orta discordia. c M. s. archiep Vat. sign num 111. Cuspin. l 9. c. 3. Gagus in Carol. VIII. Trithem chr. Sponi Sab bell. en. 10. l. 8 Sanut. l. 20 c. 87. Marin. l. 26. c. 1. Pol. l. 26. & alij.

IESV CHRISTI
Annus 1491.

Indict.10.

INNOCENTII PP.VIII. FRIDER.III. IMP. Occ.
annus 8. annus 53.

1. &c. Hoc ineunte anno Ferdinandus Hispaniarum Rex Granatam Maurici sedem imperij pactionibus, superiori extremo anno confectis, in deditionem accepit; defixaque in altissima arcis turre cruce dominica conspecta ex equo in terram desilijt d, nixusque in medio exercitu ad pugnam instructo cum sacerdotibus & proceribus genibus laudes cecinit Deo, qui post tot sæcula Bæticam Christianæ religioni, pulsa Mahumetica impietate, restituisset. De Granata a Mauris Ferdinando Regi dedita die secunda ianuarij, & vniuerso eo regno Christiano imperio adiecto post ferme octingentos annos,

d Burch. m. s. arch. Vat. & alind m. s. sign n. 11. Lucius Marin. Sic. de reb Hisp. lib. 20. Marian l. 25. c. 18. Sanut l. 20. c. 92. Trithem. in chr Span. Raphael Volat. Geogr. lib 2. vol 2. c. 50. Sabell. 10. l. 8 & alij.

annos, extant missæ ab eodem Rege ad Venetiarum ducem laureatæ literæ a, quibus additæ sunt aliæ Bernardi Roiæ, quæ singulas deditionis circumstantias recensent; vt Mauri tame oppressi deditionis verba nuncuparint, ac datis obsidibus Hispanos in arces duas munitissimas admiserint: vbi mox sacrosanctum missæ sacrificium factum sit, ac dein Rex & Regina equitum decem, peditum quinquaginta millibus succincti triumphali pompa in vrbem sint ingressi. Cæterum vergente anno Alexander VI. qui Innocentio successit, Granatæ archiepiscopalis dignitatis apicem restituit b, ac Guidixensis & Almeriana ecclesiæ metropolitanæ Granatensi subesse iussæ.

a Extat l. 1. lit. princip. pag. 3. Granatæ Ferdinãdo & Isabellæ Regibus dedita.

b Alex. VI. l. bull. sign. an. 7. pag. 321.

7.8 Hic vero Granatensis triumphus a Ferdinando & Elizabeth eximio alio facinore fuit cumulatus; Mauricis enim sordibus Hispanias liberasse nõ contẽti, Iudaica etiam superstitione expiare decreuerunt c: *Iudæorum multitudinem*, inquit Mariana, *qui ex Hispania discesserunt, ad certum numerum reuocare prompsimus non est: plerique scriptores centum & septuaginta familiarum millia abyssse confirmant, quidam ad octingenta millia capita permeasse ait, ingens numerus ac vix fidem facturus*. Nonnullos ex ijs, cum ad colligenda vasa segniores extitissent, nec vellent Christo nomen dare, sub hasta venditos addictosque seruituti; ex his vero, qui solum verterunt, plures itinerum incommodis vel lue perijsse refert d Surita.

c Rapt. Vol. l. 2. Mariana de reb. Hispã l. 26. Quãtus eorum numerus electus ex Hispania Magnus numerus in itinere periit.

d Sup. c. 5. l. 1 cap. 6. Hostia sacra confossa a Iudæis

9 Addit Nauclerus nefarium hoc hominum genus in Sternebergensi Germaniæ oppido detestabile scelus commisisse: cum enim Christianorum relatu Christum in Eucharistia existere audissent, acceptam a sacrilego sacerdote confoderunt ferro: ex qua stillauit cruor; tum subdit: *Principes autem illustres Balthazar & Magnus fratres re comperta cum vestigia vulnerum, qua remanserant, cernerent, Iudæos cremari fecerunt triginta numero: Petrus vero prædictus sacerdos se illis sacramentum vendidisse confessus est, & quomodo post punctiuras Iudæi sacramentum cruentatum & panno inuolutum sibi retinuerint, & quod suffoderint in terram, vbi eo indicante inuenimus est cruore conspersum. Sacerdos degradatus & incineratus fertur: in eodem autem loco bodie multa fiunt miracula*. Cruor diuinitus ex ea emanat.

10. &c. Hoc anno vigesima octaua ianuarij die pax Pontificem inter ac Ferdinandum Regem Neapolitanum, eiusque filium Alfonsum ducem Calabriæ, interprete Hispaniarum Rege, conciliata est e. Nec parum ad flectendum ad officium Regem Neapolitanum ostentata in Pontificis opem Caroli Francorum Regis arma valuerunt. Pristinæ itaque fœderis leges, quas liberatum se periculo putans Ferdinandus intregerat, redintegrate, vt nimirum annuum vectigal veteri more Pontificibus penderet: pontificiam in conferendis Neapolitani regni sacerdotijs auctoritatem non labefactaret: ne se cautis ecclesiasticis obtruderet: cæsorum procerum Ecclesiæ fœderatorum filijs faceret satis. Fuisse vero eidem Alfonso regni Neapolitani iura tradita, necnon Ferdinando filio principi Capuæ, & clientelaris sponsionis sacramenta solemni ritu Alfonsum Innocentio Pontifici detulisse, ostendit eiusdem Innocentij diploma f.

Inter Pontificẽ & Ferdinãdũ Regem Neapolitanum pax constituta.

e Sura. 4. lib. 20. c. vit. Mariam. l. 25. c. 18. Rafic. in summa duc Lotharin. l. 5 & alij. Capuæ princeps ad pescendam a Pontifice venisse missus

14 Eodem anno eademque die, qua Granatam Christi subditam imperio Romæ nuntiatum est, inuentum fuisse Romæ titulum crucis dominicæ in basilica eius nominis sacra, quam Petrus Mendoza Cardinalis ac Toletanus archiepiscopus Hispaniarum primas instaurandã curabat, refert Stephanus Infissura gaudijq; Innocentium iussisse illum in solemnibus ecclesiæ celebritatibus in ara fidelibus exponi; quem Burchardus g se vidisse ac tetigisse refert, cum Pontifex vna cum Cardinalibus in eam ecclesiã se contulisset.

f M. s. Vallic. biblioth. Titulus crucis Christi Romæ inuentus.

g Infiss. m. s. arch. Vatic. n. 111. h Burch. m. s. arc. V n. sig nu. 104 pag. 1040.

15 Oblatum dono x ix. maij eiusdem anni Pontifici a Baiazethe Turcarum Imperatoris oratore nomine Chamisbuerch ferrum lanceæ, quo Christus dominus in cruce perfossus fuerat, in Mahometis II. thesauro, in quem vrbis Constantinopolitanæ spolia ex ecclesijs rapta congesta fuerant, repertum, refert idem Burcardus a) quod Petrus Delphinus in literis ad Ioannem maiorem eremi confirmat b: addit vero Burchardus se in dubium reuocasse, an illud verum ferrum esset Christi vulnere consecratum, cum Nurembergæ Cæsar, Parisijs Francorum Rex religiose illud asseruare contenderent. Tum qua religiosa pompa illud exceptum sit describit c. Porro non sine causa eam dubitationem adduxerat Burchardus rituum præfectus; siquidem extant d Balduini II. Imperatoris literæ, quibus ferrum lanceæ dominicæ a se oppigneratum Ludouico IX. ob cœlestes virtutes sanctorum honoribus postea culto professo; non ferrum autem integrum, sed cuspidem tantum in Gallijs haberi Turcicum oratorem dixisse refert Stephanus Infissura e. Quod vero ad eam lanceam attinet, quæ dominica dicitur, inter cæsarea insignia religiose custoditur in Germania, de qua & alijs passionis Christi monumentis Innocentium VI. Caroli IV. Imperatoris rogatu apostolico diplomate festum diem, & sacras preces horarias celebrandas in Germania instituisse vidimus f; eam ex aliqua dominicorum clauorum parte elaboratam eleganti artis lenocinio, tradinamque a Sampsone Italiæ comite Rodulpho Burgundiorum Regi, ac demum ab hoc inuito, Henrico Regi Saxonum ducis filio collatam, ex Baronio diximus g. Perlatas autem ad Pontificem vna cum ijs spongiam & cannam passione Christi consecratas, refert Iacobus Bosius h. His vero muneribus conciliare sibi Innocentium studebat Baiazethes, ne occidentales principes in ipsum concitaret.

a Ibid. p. 1089 Ferrum lãceæ quo Christi latus confossum ad Pontificẽ transmissum a Turca.

b Pet. Delp. l. 3. ep. 13. Galliæ Regi cuspis lanceę tantũ oppignerata a Balduino.

c Burch. vbi sup. pag. 1093.

d Idem 5. hist. Francor. ex editione Duchesnij.

e Infiss. m. s. arc. V. sig n. 111. Lãcea Christi in Germania quid sit.

f Tolet. an. an. Christ. 1354. n. 18.

g Eod. an. in fine. Alia sacrã lipsana ad Innocẽtiũ a Baiazethe transmissa.

h Bosius p. 2. l. 14. Mota incõsulte ab Albanensibus arma. Expeditionem in Hungariã Baiazethes molitur.

16. &c. Inter quæ vires effudit in Macedones siue Albanitas, qui iugum barbaricum excutere pertentarant, concepta vana decernendi in Turcas a Christianis occidentalibus belli spe delusi. Dein Baiazethes domitis Albanitis ingentem aliam expeditionem conficiendam suscepit in Hungaros, sed cum pacata Hungariæ ciuilia bella audiret cœptis abstitit, Hungarorum virtutem veritus: quippe illi ingruentes Turcas Albæ Græcæ mœnibus fortiter propulsarunt, Sabarium non sine strage hostili obsidione liberarunt i, barbaricas excursiones coercuerunt, duce Paulo Kinisio bellica laude præclarissimo. Postulatus vero de pace Vvladislaus ea lege, vt Turcas ipsos in finitimos Christianos imperio suo non obnoxios incurrere sineret, turpem eiusmodi pacem generose respuit. Debuerat Maximilianus Cæsar se Vvladislao fœdere in Turcas iungere; sed societatem armorum cum Henrico Anglo ad Galliam inuadendam percussit l.

i Bonfin. ibid Cromer. lib. 29 Fœdus a Maximiliano initum cum Anglo l Ext. apud Dalgast. t. 1 pag. 412.

19. &c. Inter illos ciuiles Christiani imperij motus obijt hoc anno Innocentius die xxv. iulij m, de quo hæc testatus est Leonellus episcopus Concordiensis n in frequentissimo Cardinalium conuentu: *Visitatus*, inquit, *a Domino pluribus longisque morbis, quos patientissime toleranis, multa sancta & vtilia cogitata perficere nequiuit. Aduenientе demum diuinæ vocationis hora, sumptis ex ritu Christiano deuotissimo animo salutaribus sacramentis, spiritum reddidit Creatori*. Consentiunt Onuphrius Panuinus, Vialardus, & alij ipsum multa pietatis signa extremo vitæ tempore explicuisse. Laudatam a multis in eo humanitatem singularem, pacisque amorem, in eius vita Papyrius Massonus commemorat sic inquiens o: *Vidimus ipsum (quod sane rarissimum est) eadem se in pontifi-*

k Infiss. m. s. arc. V. sig n. 111. & aliud m. s. sig eod. n. Vial. in vit. Innoc VIII. & alij n Ext. eius oratio apud Papyr. Masson. in Inn. VIII. Sacramẽtis rite munitur Innocẽtius.

o Masson. in Inn. VIII. Singularis in Innocentio emicuit humanitas

pontificatu adeuntes humanitate, affabilitate, ac benignitate ſuſcipere, qua & epiſcopus & Cardinalis antea conſueuerat, vt idem ſemper ſeruato tamen decoro, fuiſſe videretur, nec immutati in eo mores, ſed aucta tantum dignitas cognoſceretur. Pauciſque interiectis, *Obſeruabat illud, quod eſt principis proprium, vt ſine concedendo ſine negando neminem a ſe triſtem dimitteret.* Quod ad ſedis tempus attinet; cum renuntiatus fuerit Pontifex XXIX. auguſti die anni MCCCCLXXXIV. mortuus vero fuerit vigeſima quinta iulij anni MCCCCXCI. ipſum ſediſſe annis ſeptem, menſibus decem, diebus viginti octo perſpicuum eſt.

Pontificatus tempus.

Iuſtis de more ei perſolutis eadem die Cardinales conclaue ingreſſi ſunt, vt refert Infiſſura [a], qui eorum nomina recenſet: agitarique mox de præficiendo Eccleſiæ paſtore cœptum eſt: quibus vero animi dotibus is ornatus eſſe deberet, diſſeruerat elegantiſſime Leonellus epiſcopus Concordienſis, de quo ſupra memoraui, in oratione [b] coram Cardinalibus habita, dum fluctuantis Eccleſiæ ſtatum, quantoque & quam perito moderatore opus eſſet, deſcripſerat.

[a] Infiſſ. in ſ. arc. Vat. ſign. n. 111.

[b] Ext. apud Maſſon. vbi ſup.

ALEXANDER VI.

Corrupti auro Cardinales corruptum mortibus Pontificē deligunt

34 Verum ab optimis huiuſmodi ſuſcipiendis conſilijs longiſſime abfuere tum plerique Cardinales, quos partim auro corruptos, partim ſacerdotiorum præfecturarumque pollicitationibus, partim vitiorum impurorumque morum ſimilitudine pellectos ſuffragia ſua in Rodericum Borgiam tulille, queruntur auctores [c]; nec virum delegiſſe caſtimonia, ſed ſtupris inſignem: de effrænata quippe eius laſciuia a Pio II. increpitum fuiſſe vidimus [d]; neque huiuſmodi monitis caſtigatus ſordes ſuas oculuit, ſed iuſtæ fere vxoris loco cultuque peſſimo exemplo Vanoziam pellicem Romanam, ex qua plures liberos ſuſcepit, vtque legitimis procreatos nuptijs quibuſcumque potuit opibus & honoribus auxit, habuiſſe damnatur: qui vero ſuffragia turpi ſacrilegio vendidere Borgiæ Cardinales; *Primi*, inquit Raphael Volaterranus [e], *ingratum eum ſenſere, ac omnes ſub eo poſtea varia calamitate ſunt preſſi, partim exilio, partim carcere mulctati.*

[c] Infiſſ. in ſ. arc. Vat. ſign. n. 111. Pann. in Alex. VI. Sur. t. 5. annal. b. c. 11. Marill. 26 c. 2. & alij. Rainald. ad ann. Chriſti 14. num. 1. Admiſſi ſceleris vindicē ſentiūt.

[d] Pius II. in comm. l. 1.

[e] Volat. l. 22

Cardinalis S. Petri in Gallias fugit.

25. &c. At Iulianus Robureus Cardinalis S. Petri ad vincula in Gallias aufugit iram Alexandri veritus, cum celebrandum eſſe concilium œcumenicum diceret [f], nimirum ad erigendam Eccleſiam a ſimoniacis conculcatam, a qua calamitate vt eam liberaret, adepto pontificatu grauiſſimas conſtituit pœnas aduerſus ſimoniacos, qui auro promiſſiue pontificatum acciperent, vel conferrent, vel illius ſcelcris ſocietate ſe irretirent, edita ſanctione inſigni, quæ iterum iterumque ab eo promulgata, ac demum in Lateranenſi œcumenico concilio confirmata fuit, vt ſuis locis dicetur. Illum autem & Cardinalem Senenſem, qui vt ſæpe diximus, in pontificatu Pij III. nomen accepit, vna cum nonnullis alijs collegarum flagitium damnaſſe, refert Infiſſura [g]: *Hi*, inquit, *nihil habere voluerunt, dixeruntque in pontificatu voces gratis eſſe dandas, & non muneribus.* Inciditſle eius electionem in III. idus auguſti, & pontificium diadema illi impoſitum VII. kal. ſeptembris tradunt.

[f] Iul. II. in bulla indict. Lateran. conc. Cur edita in ſimoniacos Cardinales ſanctio

[g] Infiſſ. vbi ſup.

28. 29 Addit Stephanus Infiſſura Alexandrum in primo conſiſtorio mox nepotem ſororis filium archiepiſcopum Montis regalis ſacra purpura donaſſe. At quia ſacramento in conclaui ſe adſtrinxerat Cardinalium numerum non auctaturum, ni prius ad minorem redactus foret, hac interpretatione eluſit vim ſacramenti, ita ſcilicet concepiſſe ſacramenti formam mente, vt nemini recenter cardinalitiæ dignitatis ornamenta, niſi ex conſenſu maioris partis ſenatus cardinalitij, collaturus eſſet, quod publico diplomate [a] eſt profeſſus. Hoc vero laude digniſſimum in eo de coercita ſicariorum immanitate & licentia, libereque admiſſo ad tribunal vtroque ſexu ad exponendas publice querimonias, refert Infiſſura: *Notitiam*, inquit, *habuit qualiter a die extrema infirmitatis Innocentij vſque ad eius coronationem pluſquam ducenti & viginti homines diuerſis locis & temporibus interfecti fuerant: habuit etiam notitiam de interfectoribus, de cauſis, & prodimentis, & omnibus his, quæ in Vrbe geſta fuerunt plenam notitiam habuit.* Et infra: *Eodem menſe*, nimirum ſeptembri, *ordinauit viſitatores carcerum, & fecit quatuor commiſſarios, qui audirent querelas in Vrbe, & ordinauit ſindicatum vignole & ſuorum officialium, & ſtatuit etiam audientiam in die martis omnibus ciuibus tam maribus, quam fœminis, & audiuit ipſemet querelas, & iuſtitiam mirabili modo facere cœpit.* Conciliauit ſibi eo iuſtitiæ ſpecimine populi animos, atque hoc ipſo anno plures principes, miſſis ampliſſimis oratoribus, illi vt Chriſti vicario obedientiam ritu ſolemni detulere, quorum orationes typis cuſæ extant.

[a] Lib. 3. bull ſuar pag. 31.

Coerciti ab eo ſicarij.

Caſimirus Poloniæ ſceptrū eū Hungarico iungi vetat

30. 31 Obijt hoc anno Caſimirus Rex Poloniæ, cum eccleſiaſticis ſacramentis pie ſe muniuiſſet, a quo exheredatum Vladislaum ait Chromerus [b], ne Poloniam Hungariæ Boemiæque coniungeret. Celebratis inde ordinum regni comitijs poſt varias concertationes Ioannes Albertus ad Polonicum ſolium Elizabeth Reginæ ac Friderici fratris epiſcopi Cracouienſis, eiuſdemque Cardinalis ſtudijs euectus eſt [c], atque ad firmandam aduerſus æmulos fratres Alexandrum ac Sigiſmundum, qui etiam Polonicum ſceptrum poſtea acceperunt, potentiam, cum natu maiore fratre Vladislao fœdus ad ſe mutuo aduerſus omnes defendendos percuſſit.

[b] Cromb. 29. in fine.

[c] Id. l. 30. Albertus ſceptro Polonico potitus.

Ardicinus Cardinalis Camaldulē ſe inſtitutū amplectitur.

32. 33 Dedit eodem anno inſigne Chriſtianæ demiſſionis ac virtutis exemplum Ardicinus de Porta Cardinalis & epiſcopus Alerienſis doctrina & pietate conſpicuus, qui rerum diuinarum ſtudio inflammatus Camaldulenſium inſtitutis ſe totum, abiectis curis omnibus, addicere decreuerat, veniamque cardinalitia dignitate ſe abdicandi a Pontifice obtinuerat: at rem ægre ferentes alij Cardinales ab eodem reuocandum curarunt, cum ipſe hæc Alexandro reſcripſit.

Beatiſſime Pater.

Ego quod in arduis collegium teneatur Pontifex conſulere non inficior, tamen petenti ſibi niſi quod ſalutem animi concernit credo ſolius Pontificis auctoritatem ſufficere: quid eſt enim, beatiſſime pater, ingredi & profiteri religionem, niſi humiliare & exinanire ſemetipſum, & formam ſerui accipere, ſeque vſque ad mortem obedientem facere exemplo Saluatoris noſtri, qui dum id fecit, exemplum nobis præbuit? Gregorius Nazianzenus epiſcopus, vt ſcientiæ & contemplationi vacaret epiſcopatum dimiſit: quare qui me properantem ad religionem accuſant, etiam hos accuſent. *Et infra*: Hic de animæ meæ ſalute agitur, quæ ſola ante oculos verſatur: licet enim exploratum habeam Cardinalium epiſcoporumque ſtatum quauis alia religione perfectiorem eſſe, exiſtimaui tamen ad inferiorem religionem tranſitum fragilitati meæ tutiorem eſſe. Non eſt inſcia ſanctitas veſtra ſe animæ meæ rationem in diſtricto iudicio reddituram, quam longe meliorem redder, ſi humilitati meæ hoc indulſerit, quam ſi ab hoc meo veteri & ſancto propoſito me reuocauerit. In hoc annuat ſanctitas veſtra humillimis & lachrymoſis precibus meis, nec velit in amaritudine animæ meæ me morte acerbiorem vitam agere. *Et infra*: Quocumque in loco voluerit me eſſe, ſanctitati veſtræ acquieſcam, & quidquid mandauerit exequar, Chriſti vicario tamquam Chriſto obtem-

Mota lis an collegium Cardinalitū conſuli debuerit.

Gregorij Nazianzeni exemplum propoſitū. Expoſitatio cur ex ſuperiore ſtatu ad inferiorem deſeuerit.

obtemperabo, & ab eius obedientia discedere nefas esse existimabo. *Ex Concilione die* XXII. *Iunij* MCCCCXCII.

34 Adijt a hoc anno VII. decembris die Barcinone ingens vitæ discrimen Ferdinandus Hispaniarum Rex. Consueuerat ipse Regum Hispanorum veteri more, singulis hebdomadis feria quinta pro tribunali iustitiam omnibus administrare: cumque medio ferme die pro curanda publica re absumpto rediret, insidijs petitus ac ferro lauciatus est ab homine rusticano furibundo Ioanne nomine, quem insigni clementia trucidari veruit, quamquam postea, inscio eodem Rege, de scelesto homine sumptum sit supplicium. Illum vero delusum a dæmone, qui ad religionis assertorem clarissimum tollendum e medio, insano homini persuaserat cæso Ferdinando ipsum Hispaniarum imperio potiturum; ac solemne sacrum pro regia incolumitate peractum præsente Alexandro Pontifice tradit in diarijs suis Burchardus.

a Sum. Sanuto l. 1. c. 12. & Mariana l. 26. c. 4. Ferdinandus insidijs appetitus.

Patefactus a Columbo nouus orbis

35. &c. Patefiebat b a Christophoro Columbo ijs diebus Ferdinandi Regis auspicijs altera pars orbis, quæ ad occidentem traiecto oceano porrigitur, ac postea dicta est America, in quam penetratum a Christianis illaturis euangelicam lucem tot gentibus errorum tenebris inuoluris. Mirum sane tot fluxisse sæcula, quibus cupido inuestigandi sitæ ad occidentem orbis amplissimæ partis mentem nullorum principum subierit, cum pro angusto agello tot sæua bella gesserint: mirum æque est, habitum ludibrio Columbum, cum ad occasum patere vastissimas terras, solemq; ad eas sua luce collustrandas nobis occidere comenderet: maximisq; laudibus cumulandus Ferdinandus, qui opes non in luxum resue inutiles, sed ad lustrandas gentes incognitas, atque ad Christum traducendas effuderit.

b Sur. 15. Oct. 1493. Mirũ principes de eo inquirendo tot sæculis torpuisse.

IESV CHRISTI
annus 1493.

Indict. 11.

ALEXANDRI PP. VI. FRIDERICI III. IMP. OCC.
annus 1. annus 54.

1. &c. c *Tertia aprilis*, inquit Burchardus c, *Papa pro matutinis se parante, episcopus Sitriensis orator Regis Hungariæ legit coram Pontifice & Cardinalibus ibidem præsentibus literas eiusdem Regis prima die martij proxime præteriti in Hungaria datas, per quas significabat ei se magnam & singularem victoriam habuisse contra Turcas, qui regnum Hungariæ inuaserant, quindecim millia vel circa occidisse & prostrauisse, & non modica spolia exinde reportasse.* Memimit Bonfinius d de repressis ab Hungaris Turcarum in Transiluaniam excurrentium conatibus, deque barbaris præda onustis in recessu tumultuaria pugna deuictis: sed haud diu constans extitit huiusmodi bellica felicitas, quippe non ita multo post Turcæ Hungaris, qui Germanica auxilia non expectarunt e, cladem intulere, partim necatis ducibus Christianis, partim in seruitutem abductis: *Ex nostris*, inquit, Bonfinius, qui fuse hæc sequitur, *quinque millia & septuaginta septẽ, ex hostibus mille circiter occidere. Hungaris omnibus nasi amputati, vt in certum victoriæ argumentum ex nasorum numero non dubius casorum hominum numerus colligeretur. Clades* V. *idus septembris accepta.* Qua clade perculsus Vladislaus Hungariæ ac Boemiæ Rex decreuit cruce signatum exercitum educere aduersus Turcas, eorumque grassationes coercere; cuius rei fama permotus Alexander Christifideles ad sequenda illius signa propositis amplissimis indulgentiarum præmijs excitauit.

c Burch. m. s. arc. Vat. sign. n. 104. p. 111 Pax in Hungaria de Turcis victoria.

d Bonfin. dec. 3. l. 3.

5. &c. Ad promouendum vero sacrum bellum decreuit legatum Vrsum episcopum Trauensem, cui etiam amplissima alia prouincia demandata est, vt Pragenses, qui diutius Ioannis Hus erroribus irretiti fuerant, censuris solutos Romanæ ecclesiæ reconciliaret; quippe Vladislaus Hungarico sceptro potitus pertinaces ad officium reduxerat, adeo vt ipsimet datis communi consensu ad Alexandrum VI. Pontificem literis hæreses damnarint, atque Romanæ ecclesiæ ritus omnes se amplecti velle, neque ab ijs defecturos sint professi: qua etiam de re Vladislaus Rex ad Alexandrum ipsum scripsit. Itaque Vrso legato tum Pragensium in gratiam cum Ecclesia restituendorum, tũ pacis inter Boemiæ proceres conficiendæ, tum belli sacri in Turcas indicendi parandique partes datæ fuerunt a. Restincta est ita hæresis Boemica, Pragensibus a legato in communionem ecclesiæ Romanæ reuocatis, adeo vt exiguæ eorum reliquiæ hæserint, quos magna ex parte carcerum & suppliciorum metu adactos ab Vladislao aliquot post annis ad damnandam hæresim visuri sumus. Quod vero ad Turcici belli apparatum attinet; non respondere legati conatibus felices exitus; quippe Baiazethes Macedonia vastata captoque Dyrrachio vrbe amplissima, Veneto imperio formidinem incussit, præclaraque in eum agitata consilia euanuerunt.

Hussitæ grassati in Bohemia.

a Lib. 3. sect. pag. 108.

10. &c. Hoc anno pie obijt Fridericus III. Imperator rite sacramentis ecclesiasticis procuratus, religionis laude conspicuus princeps, qui ab ipsa adolescentia, in qua loca Christi domini cruciatibus ac vestigijs consecrata lustrauit, tum Ecclesiæ Felicis schismate vexatæ affuit. Ceterum in bellis siue aduersus Hungaros, siue Turcas minus felix: eius imperium diuturnum quidem fuit, sed maximis cladibus a Turcis illatis Christianis luctuosum, quas Paulus Langius b in eius elogio recensct: *Quis*, inquit, *ignorat, aut sine mœrore audire potest, sub eius imperio ipso viuente & regnante a Christiana religione abrepta esse duo illa totius mundi pulcherrima Constantinopolitanum, ac cum nobili illa vrbe Sinopi Trapezuntinum imperia? quis vel etiam ignoret totidem regna a nobis paucis hinc annis diuulsa, Thraciam, Beotiam, Atticam, Macedoniam, Thessaliam, Achaiam, Aetoliam, Bithyniam, Cappadociam, Lyciam, Cariam, Lydiam, Ciliciam, Paphlagoniam, Pamphyliam, Pontum duas & viginti gentes olim Mithridati subiectas continentem, Phrygiam, omnemque Hellespontum, quin vtramque Mysiam ac Bulgariam, omnemque cum Rascia Seruiam, & quidquid denique ab Andrinopoli Sauoque amne ad Danubium vsque interiacet, Bosnam, nobilemque illam Mitylenen, cum innumeris gentibus, quas inter nuncupatim Scordiscos, Triballos, Bastarnas, & Taurinos meminisse magnitudo cladis interpellat? Missis Dalmatas, Epiroticos, Isauros, Helladas, Illyricos, Noricos, Pannonios, & cum Polonis a suis prope sedibus profligatis nos ipsos Germanos cruentissima Mahumetici furoris arma toties expertos. Tacco Chalcidis fine Negroponti excidium, Hydruntinaque vrbis etiam in præcedentibus sua miseria anno memorata calamitatem, cuius archiepiscopum ligneo ferro interfectum meminisse horret, totius denique Maleſutensis episcopatus lamentabilem vastationem.*

b Lang. in chron. Carn. Ipso imperante ducta maxime Turcarum potentia.

14. &c. At tot ab Ecclesia arcano diuini Numinis iudicio acceptæ clades amplissimorũ ad illam accessione regnorum, de qua supra egimus, reparari visæ, dum Congi & Guineæ regnis, nec non Canarijs insulis Indijsque illatum euangelium, & regnum Graiatense debellatis Mauris Christo redditum est. Secunda etiam Christophori Columbi in Americam nauigatione prima Hispanorum colonia, Deo propitio,

Friderici obitus.

Turcica arma in Germaniã progressa.

Colonia in nouum orbem ita ducta.

in

in nouum orbem a Christianis deducta est, maximo religionis incremento, summaque gloria Ferdinandi & Elizabeth Regum, quos veluti Christiani imperij augustissimos propagatores omnis pia coleret posteritas.

Inter Castellanii & Lusitanum de noui orbis imperio certatum. a Io. Barr. & Sur. vbi sup.

18. &c. Exorta vero mox post Christophori Columbi reditum lis est a inter Castellanum & Lusitanum Reges de Oceani nouique orbis imperio: nã Lusitanus inuentas a Columbo insulas ad se spectare contendit, negabat vero Castellanus, cui fauit Alexander VI. qui Ferdinando noui orbis iura imperiumque pluribus ampliſſimisque diplomatibus asserui, easdemque prærogatiuas contulit b, quas Pontifices Lusitanis Regibus in Africæ occiduis littoribus & Guinea & fodinis auri fuerant impertiti. Missum autem ab Alexandro in nouum orbem fuisse Bernardum Boil ordinis Minorum genere Catalanum vna cum duodecim sacerdotibus, vt incultas illas regiones, euangelij semine iacto, excolerent, referunt historici, extantque pontificiæ literæ, quibus apostolatus inter gentes noui orbis ampliſſimum munus illi impositum est.

b Alex. VI. l. 1. litter. Bull. n. 134.

c Inſſſ. in ſ. arc. Vat. fig. n. 181. d Burch. in ſ. arc. Vat. fig. n. 104. p. 113. Excu. Gal li a Neapolitanis proceribus. e Surit. to. 3. lib. 1. cap. 22 ſic edit. c. 21 & 22. Alphonſus publico op dio ardet.

27 Hoc anno, teſtibus Stephano Infiſſura c & Ioanne Burchardo d, sancitum fuisse fœdus inter Alexandrum Papam & Venetos, ac ducem Mediolanensem eiusque patruum Ludouicum Sforciam, ad defendendos nimirum mutuis auxilijs principatus suos metu expeditionis Neapolitanæ confici cœptæ a Carolo Francorum Rege, refert Hieronymus Surita e; ingentes namque ex ea motus in Italia excitatum iri timebatur. Vrgebant f Gallum assidue precibus Neapolitani proceres, in quos Ferdinandus tyrannidem exercuerat sæuissimam ob initum cum Romana ecclesia Pontificeque Innocentio fœdus, quippequi nonnullos ex illis obtruncarat, alios autem in carceribus quotidianis ludibrijs vexabat, quamuis anno superiori cum Innocentio fœdus de sarciendis læsorum iniurijs, vti vidimus, redintegrasset.

28. &c. Excitum etiam Carolum in Italiam a Ludouico duce Mediolanensi confirmat g Bernardinus Corius, qui eiusdem ducis literas affert: cuius quoque partes efferebant Florentini, quorum præcipuam factionem ducebat h Hieronymus Sauonarola ordinis Prædicatorum eloquentiæ gloria florentissimus, qui publice declamabat, prout sibi finxerat animo, Carolum Regem a Deo in Italiam adductum iri, vt publica crimina plecteret. Neque ille modo, vt factionis Florentinæ signifer, & Ludouicus Sforcia dux Mediolanensis, & Cardinalis Ascanius Caroli Regis Gallorum partes fouebant, immo Alexander, a quo Carolus Andegauensium iure hereditario Neapolitano regno indui deposcebat, alienus non putabatur. Quæ præsentientes Ferdinandus Neapolis alterque Ferdinandus Siciliæ & Hispaniarum Reges consilia, ad ea disturbanda mutuam operam contulerunt; & Neapolitanus quidem ad deliniendum Alexandrum, de affinitate, deque filia sua notha Alexandri ipsius filio coniungenda postulauit i; Hispanus vero metuens ne Carolus Gallorum Rex parto Neapolitano regno Siciliæ insulam veteri iure affectaret, cum iam se Siciliæ & Ierosolymarum Regem in Cardinalium senatu oratoris Aubinij voce se appellasset; oratorem ad Alexandrum misit, vt a Gallica illum amicitia diuelleret, contenditque ab eo, ne noua in Italia bella conciari sineret, quin potius dissipatis omnibus intestinis Christianorum discordijs arma sacra in Turcas iungerentur, vt refert Stephanus Infiſſura l.

g Bernar. Corius p. 7. h Phil. Com. l. 8. c. 29. Sollicitatur Gallus ab Hieronymo Sauonarola ad Italicã expeditionẽ. Surit. vbi sup. p. 22. Hiſpanus Rex Carolo infenſus. l Inſſſ. vbi ſup.

35 Hoc anno B. Franciscus Paulanus, cuius sanctitas longe lateque refulgebat, ac ingens multitudo piorum virorum ad eum confluebat, vt monasticis disciplinis ab ipso excoleretur, religiosæ vitæ formulam sanctissimis præceptis ex euangelio decerptis ornatissimam composuit, quæ ab Alexandro VI. ampliſſimo diplomate a confirmata est.

Minimorũ regula instituta. a Lib. 4. Bull. pag. 119.

36. 37 Hoc tempore florebat Ioannes Picus Mirandulæ comes eruditionis gloria adeo, vt linguarum plura genera ac scientias omnes callere videretur; inanis gloriolæ impulsus aura cum Romam ad Innocentium VIII. venisset, nongentas quæstiones discutiendas propugnandasque proposuit b, quarum tredecim de hæresi suspectæ vitæ sunt, in quibus male sentire de Christi descensu ad limbum, de pœnis damnatorum æternis credendis, de libertate, de cultu sacrarum imaginum, de assumptione hypostatica humanitatis Christi a Verbo diuino, de transubstantiatione in Eucharistia, quasi posset esse substantia panis cum corpore Christi, nec non magiam & cabalam laudasse existimatus sit, quare in iudicium vocatus professus est nuncupato sacramento, se omnia dicta sua pontificijs decretis submittere, nongentarumque propositionum libellus ab Innocentio prohibitus est: qua de causa cum ab æmulis magnum in ipsum odium concitaretur, quod affectato philosophiæ fastu hæresiarcham egisset, ille apologeticum librum edidit, in quo tredecim propositiones suas ancipites, quæ offensionem auxerant, in catholicum sensum traduxit. Cum itaque sapienter, modeste, ac pie omnem hæreseos suspicionem deterſisset Picus, ab Alexandro VI. diplomate XIII. innij huius anni consignato cohonestatus est, sublataque omnis actio, quam censores fidei illi intenderant.

b Ioan. Pico Mirand. Nongenta quæſtiones propoſitæ a Io: Pico Mirandulano. Adducitur in ſuſpicionem hæreſeos.

38 Ob piam illam demissionem Christianam Ioannes Picus diuinam clementiam sibi conciliauit, *simulate illa experrectus*, inquit Ioannes Franciscus eius nepos, *diffluentem luxu animum retudit & conuertit ad Christum, atque fœminea blandimenta in superne patriæ gaudia commutauit, negletaque aura gloriæ, quam affectauerat, Dei gloriam & Ecclesiæ vtilitatem tota cepit mente perquirere, adeoque mores componere, vt posthac vel inimico iudice comprobari posset.* Addit macerasse ipsum carnem flagellis, ac libros quinque, quibus elegiaco carmine amores suos luserat, nec non plura rhythmis Etruscis conscripta religionis causa exussisse, atque ad ipsum venientes optimis & sanctissimis præceptis instruxisse, illudque S. Francisci verbum: *Tantum scit homo, quantum operatur*; in ore frequentissimum habuisse. Proximo vero anno MCCCCXCIV. ætatis trigesimo secundo Florentiæ, cum prius vouisset Prædicatorum familiã ingredi, pijssime obijt; ferturque post mortem ignibus vallatum apparuisse, quod in purgatorio pœnas daret ob ingrati animi vitium, quod ingentes naturæ dotes penitus Christo non consecrasset, seque piorum precibus commendasse.

Posthac falsum & vo laptates spernit Picus. Carnem macerat. Post mortẽ purgatorijs ignibus cinctus apparuisse fertur.

IESV CHRISTI Annus 1494. Indict. 2.

ALEXANDRI PP. VI. MAXIMILIANI ROM. REGIS annus 2. annus 1.

1. a IN eunte anno Ferdinandus Rex Neapolitanus septuagenario maior repentina apoplexia percussus interijt nullis munitus sacramentis, vt ait Stephanus Infiſſura & Ioannes Burchardus c. Verum Comineus d contracto ex belli imminentis curis morbo, sacra eum confessione conscientiam expiasse dicit, sperareque addit pœnituisse illum commissorum

Ferdinandi Regis Neapolitani obitus. c Burch. in ſ. arc. Vat. fig. n. 104. p. 122 & d Comin. l. 7. cap. 12.

rum

rum criminum. Addit Burchardus ſublato Ferdinando æmulo, Carolum contendiſſe hereditario Andegauenſium principum iure a Renato ſenore Rege ſupremis tabulis deuoluto Neapolitanum regnum ad ſe pertinere, rogaſſeque oratorum ſuorum opera Alexandrum, ne Alfonſum Ferdinandi filium eo indueret, pontificiaue auctoritate redimiri diademate iuberet.

Contracta inter Alphonſū & Pontificem affinitas.
a Inſſff. Burchar. obi ſup. Sur. t. 3. l. 1. c. 22. & 23. Marian. lib. 16. c. 9. Nauclerus gen. 50. & alij.

3. &c. Vincere arte niſus eſt Alfonius Gallorum Regis conatus, cumque Alexandrum filiorum ſuorum amplitudinis cupidiſſimum eſſe cognoſceret, deuinxit illum ſibi affinitate, Sanciamque filiam ſuam notham Iofredo illius pariter notho filio pactus eſt a, mox que decretus b cum ampliſſima auctoritate Ioannes Borgia legatus Cardinalis Monisregalis, qui pontificio nomine regia ornamenta eidem Alfonſo conferret c. Tum ſeptima maij die d, quæ erat feria v. conſcenſo in cælum Chriſto ſacra, legatus in principe Neapolitano templo Alfonſum regni Neapolitani iuribus induturus, vexillum romanæ eccleſiæ, quod ab Alexandro Romæ acceperat, atque a Coeſulando Borgia equite Rhodio delatum ei tradidit, promulgato prius pontificio decreto, quo huiuſmodi auctoritas conceſſa fuerat: ac tum Alfonius ſacramentum fidei publice dexulit; quæ ſingula geſta ſuis inſtructa circumſtantijs deſcribit Burchardus e.

b Lib. ibid. c Ferron. lib. 1. & alij. d Burch. ibid pag. 161. e Idib ibid.

Vexillum Romanæ eccleſiæ Alphonſo datum.

15. &c. Eadem die compleuiſſe Alfonſum facta Alexandro promiſſa tradit Burchardus f, celebrataſque eius Sanciæ filiæ impuris natalibus ortæ cum Iofredo Borgia eiuſdem Alexandri filio conſtitutas ante, vt diximus, nuptias, perfectaque impoſitæ Alfonſo coronæ pompa, Iofredum creatum a ſocero Tricarienſem principem, comitem Clarimontis, Lauriæ, & Caruolæ. Subinde Pontifex Francorum Regem monuit g, vt expeditionem Italicam intermitteret, graſſari enim in Vrbe peſtilentiam, extimeſcere ſe ne in ditione eccleſiaſtica tumultus bellici concitarentur, ne annonæ inopia tranalpinorum acceſſu magis ingraueſceret, neue etiam Alfonſus Neapolitanus Rex defendendi ſui cauſa Turcam in Italiam exciret, atque ita Chriſtianum imperium barbaricæ affiratı pateret. Ad quæ exponenda Franciſcum Cardinalem S. Euſtachij legatum ad Carolum Regem miſit, eumque dare operam conciliandæ paci iuſſit h.

Spuria Alphonſi ſpuſio Pontificis nupta.
f Burch. obi ſup. Sur. t. 3. l. 1. c. 30.

Monitus Gallus Rex ne Italiam ingrediatur.
g Inſſff. in ſ. nar. Vat. fig. n. 411.

Obiectum illi Turcam exciti in.
h Lib. 52. Instor. pag. 211.

Caroli reſponſum ad Alexandrū

18. &c. Non admiſit Carolus in colloquium Franciſcum Cardinalem legatum, veluti ſuſpectum hoſtem, quod Aragonias partes aduerſus Gallos Pij II. auunculi exemplo foouiſſet, Alexandri vero monita hoc reſponſo eluſit; ob peſtilentiam ſe non expaueſcere, cum lautiſſimos commeatus rerumque affluentiam ſecum illaturus foret; non formidare Turcam, cum ab incunte ætate pro amplificanda fide aduerſus Turcas arma exercere vellet, nec venientis impetus defugere. Antequam vero ſigna Italiæ inferret, ampliſſimos oratores, quorum princeps erat Eberardus Aubignius, ad Alexandrum miſit, qui exponerent Neapolitanum regnum Gallicis armis ex infidelium vel impiorum tyrannide partum olim fuiſſe, principumque Andegauenſium, quorum ſtirps defecerat, iura ad Carolum deuoluta, ad quæ repetenda illum trangreſſurum alpes, ſimulque ab ſede Apoſtolica, cui Galli ſemper addictiſſimi extiterant, beneficium auicum illi reſtitui depoſcerent. Ad quæ Alexander reſpondit i, iam Neapolitanum regnum a prædeceſſoribus ſuis tribus principibus ſtirpis Aragoniæ, nimirum Alfonſo I. Ferdinando, Alfonſoque II. varijs diplomatibus iure beneficiario conceſſum, æquumque non videri vt Carolo traderetur, ni prius iudiciario ordine diſquireretur cuiuſnam gentis, an Gallicæ, an Aragoniæ iura potiora eſſent; aduerſanteque petitis Alexandro, ab eo ad concilium prouocatum, tradit Surita, additque a intentatas a Pontifice cenſurarum minas Carolo ex decreto Pij II. in Mantuana ſynodo promulgatos ſed eludebatur Alexandri auctoritas, quod vitio intruſus in pontificatum diceretur.

Repetit Gall. Neapolitani regni iura.
i Guicciard. lib. 1.

a Sur. t. 3. l. 1. c. 30.

21. &c. Iam Alpes tranſgreſſus Aſtæ verſabatur Carolus, cum puſtulato morbo decubuit non ſine vitæ periculo, neque Alfonſus, quamuis validiſſimam claſſem ad Genuam ſolicitandam, vt Mediolanenſe iugum excuteret, inſtruxiſſet b, terreſtremque etiam exercitum, qui Gallis iter intercluderet oppoſuiſſet, rem, vt poterat, feliciter geſſit; immo victo ſimilis interpretibus concordiæ Venetis maiorem regni partem Carolo obtulit c, qui ſpretis ijs continuato itinere in Etruriam penetrauit: vbi mox nouæ rerum conuerſiones ſubſecutæ: Petrus enim Medices Florentinæ reipublicæ princeps, qui inuitis ciuibus Alfonſo Regi Neapolitano adhæſerat, Gallorum progreſſibus territus Carolum adijt d, vt illius iras deliniret, ac Petramſanctam, Serzanellum, Liburnum, Piſaſque illius poteſtati permiſit: qua re male geſta Florentinorum odia in ſe incendit, vt cum Ioanne Cardinale, qui poſtea in pontificatu Leo X. dictus eſt, ac Iuliano fratribus in exilium rerum omnium egenus profugerit e. Augebat illius inuidiam Piſas a Carolo Rege, ciuium lamenta miſerato libertate fuiſſe donatas: eo tamen diſſimulato dolore Florentini Carolum honorificentiſſime exceptum patrem patriæ, libertatiſque vindicem appellarunt.

Ingentia Caroli præmiſſa de Turcico imperio excindendo.
b Guicc. l. 1.

Pars Neapolitani regni ab Alphonſo ob fata Carolo.
c Ferron. l. 1.

d Volater l. 3 Ferron. lib. 1 & alij.

Petrus Medicæus rhetorem exactus cum fratribus.
e Idibia.

Vitæ libertate donatus.

25. &c. Succumbente ſub Gallica potentia Florentia Romam terror concuſſit, miſeratque Alfonſus in Vrbem Ferdinandum ducem Calabriæ vt Alexandrum contra factionem Gallicam tueretur, ſed id præſtare non potuit, cum Romani rerum ſuarum diſcrimen adire recuſarent f, Regemque præpotentem, a quo gratiam paciſque honeſtiſſimas rationes referre poterant, pro tuendis alienis commodis in ſe irritare.

f Burch l. 2 & Volat. l. 3.

Car. VIII. in vrbem ingreſſus pacificus.
g Burch in f. arc. Vat. fig. n. 404. &.

29. 30. Itaque miſſus eſt Ioannes Borgia Cardinalis ab Alexandro vt de ingreſſu in Vrbem cum Carolo paciſceretur, vt refert Ioannes Burchardus g. Nocturnus eius diei, quæ annum claudebat, tenebris, hora nimirum ſecunda, Carolus Vrbem ſine bellico ſtrepitu pacificus ingreſſus eſt; de cuius geſtis proximo anno dicetur.

De nouo orbis imperio certatum inter Luſitanum & Caſtellanū

31. Agitata hoc anno lis eſt quanta vnquam maxima de dimidio orbe terrarum inter Ferdinandum Caſtellæ, & Ioannem Luſitaniæ Reges: Ferdinandus quippe Pontificis decreto inſulas obtinuit a Chriſtophoro Columbo parefactas, & tractum terrarum omnem, quæ centum leucarum ab inſulis promontorij viridis Fortunatiſue interuallo ad occidentē ſolem pertinerent: quærente autem de eo Luſitano Rege, ea concordiæ ratio h inita eſt Tordeſillæ ſeptimo idus iunij, vt linea aſtrologorum concipienda mente a polo arctico ad antarcticum per ſpatia trecentis & ſeptuaginta leucis ab inſulis Capitisviridis porrecta duceretur, quæ inſtrandas ad occidentem a Caſtellano noui orbis terras, ab alijs a Luſitano ad orientem aperiendis diſtingueret.

h Sur. t. 3 l. 3 c. 29. Mariā l. 30. c. 6. & alij.

Hiſpani barbaros ſcelerum ferditate aſperant.
i Pet. Mar. d. . . cap. 4.

Bello victi barbari.

32. &c. Condita eſt hoc anno in Hiſpaniola prima vrbs, in eaq; templa & altaria Chriſto poſita; Cuba etiam & Iamaica inſulæ inuentæ. Cæterum Hiſpani, qui morum probitate pellicere ad fidem Chriſtianam barbaros debuiſſent, illos mille iniurijs affectos in deſperationem coniecere i, vt neglecta agricultura quinquaginta & eo amplius millia hominum perierint, paſſimque tanquam morboſi gregis pecudes caderent; præſertim Cibanorum montium auri

auri feracium accolæ, qui a nostris auri cupidine opprimi fremebant. Tentarunt quinque millia barbarorum Hispanos bello conficere, sed equorum impetu prostrati sunt.

a Lib. 3 bull fol. p. 249.

36. &c. Comulit a hoc anno Alexander VI. Ferdinando & Elizabeth Hispaniarum Regibus Africæ expugnandæ ius, adeo vt ea expugnata cæteris regnorum titulis Africanum adjicerent, addita tamen lege, vt Christi cultum in Africa restituendum curarent. Instruxerunt itaque classem ijdem Reges aduersum Afros, vt Christi imperium latius proterrent; ad quod bellum sacrum promouendum Alexander adhortatus est Hispanos b, vt opes viresque in conficiendam expeditionem conferrent, atque indulgentiarum præmia militibus proposuit, tum populos procereisque concordiam colere iussit.

b Lib. 7 bull fol. pag. 89

Indict. 13.

IESV CHRISTI
Annus 1495.

Alexandri PP. VI. Maximiliani Rom. Reg.
annus 3. annus 2.

Mors lites de Pontificatu Alexandri.

1 Carolo Rege in ædibus S. Marci commorante c, eiusque metu Alexandro in mole Hadriana se continente agitatum est ab aliquibus Cardinalibus anceps consilium de instituendo iudiciorum ordine aduersus Alexandrum ipsum, qui simoniaco scelere pontificatum inuasisse diceretur, vitamque inlignibus flagitijs maculasset; eiusque d res inijs angustijs tuere, vt bis tormenta bellica ad quassandam Hadrianam molem adducta scribat Comineus e, totiesque reducta: iactabant aduersarij, antemurale arcis pontificiæ diuinitus labem sponte fecisse, vt de simoniaco Pontifice pœnæ a læsa Ecclesia sumerentur.

c Burch. in f. arc. Vat fig. n. 104. l. 2. De mole Adriana expugnanda consilia agitata.

d Burch. in f. arc. Vat sign. n. 104. l. 2.

e Comin. sup. cap. 8 Visum est toleranda potius sceleratis hominis ignominia, quam schisma fieret.

2 Verum prudens salutareque a Carolo captum est id consilium, vt vna cum alijs Christifidelibus morbidum potius Ecclesiæ caput toleraret, quam si cum Ecclesiæ discrimine amputare niteretur, inconsultique factionis Cardinalibus, qui graues inde iras concepere f, fœdus pepigit pontificiæ maiestati iniquum, vt obseruat Comineus g, quippe Carolus quatuor arces, nimirum Terracinam, Ciuitatem veterem, Viterbium, Spoletumque exterquebat, a Gallis retinendas, donec ipse Neapoli obsessisset; cuius vis atque iniuriæ Alexandro illatæ causa fœciale fœdus ad infringendam Gallicam potentiam initum postea fit, memorat idem auctor h. Aliæ pactiones fuere, vt Cardinales, cum quibus inimicitiam conceperat, in gratiam admitteret, Zizimum soldanum ipsi traderet, tum diadema Neapolitanum, adiecta formula sine alterius damno, conferret; quas leges refert Burchardus.

f Comin. sup. c. 8 Burch. vbi sup.

g Loco ibid Initum cum eo fœdus.

h Ibid Quæ pactiones firmata.

Cardinales cum Alexandro suas lites componunt. i Burch. l. 2.

3. &c. Pacto fœdere Pontifex in regiam Vaticanam redijt, solemnique ritu Francorum Regem excepit, atque eius rogatu Guillelmum Brissonetum episcopum Maclouiensem, e cuius consilijs Rex ipse pendebat i, sacra purpura insigniuit. Cæterum Carolus Alexandro consuetos honores ter genuflexus præstitit, vt memorat Burchardus; subditque 1 die SS. Fabiano & Sebastiano martyribus sacro peractam magna pompa ab Alexandro rem diuinam, id pie expetente Rege, qui Pontificis sacrificantis manibus aquam affuderit. Vigesima octaua ianuarij die Zizimus Soldanus Francorum Regi traditus est, cum illius opera ad Turcas ciuili implicandos bello Europaque ejciendos vsurum præferret, dieque insequenti ex Vrbe discessit, equitante e sinistro latere Cardinale Valentino, quem honesta legationis quadrimestris in Neapolitano regno gerendæ specie obsidem acceperat.

Ipse aufugit.

Gallici vero exercitus prima acies iam liliata signa Neapolitano regno intulerat, primoque impetu fusis fugatisque ijs, qui ad tuendos S. Germani aditus accincti erant, prona omnia ad deditionem reperebat, adeo vt Alfonsus non de pugna, sed fuga cogitarit a: præceps autem adeo extitit eius fuga, vt quo die Francorum Rex Roma excessit, peruenisse referat Burchardus, Alfonsum Neapolitanum Regem mari fugam cepisse. Nonnulli suspicati sunt b, Turcas auxiliares ipsum euocaturum in Francos, cum suis diffideret, quibus se inuisum esse dolebat: verum tanto flagitio abstinuit, regalemque fastum conculcare, seque monasticæ vitæ addicere maluit, vt diuinam molliret iram, quam in se asperatam sentiebat, atque in filium Ferdinandum, regnum transtulit, vt inuidiam, qua premebatur, a se remoueret: cuius rei famam summa celeritate, exeunte ianuario Romá peruasisse tradit Burchardus, subditque Cardinalem Valentinum Franco Regi obsidem datum aufugisse.

a Burch. vbi sup. Sebastiã Branc. in f. arc. Vat sig. n. 111. Comin. l. 7. c. 13. Ferron. l. 1. Sum. n. 5 l. 2. & alij.

b Comin. Religiosæ vitæ se addicit ad expiandæ scelera.

c Comin. l. 7. cap. 13. Neapolitani regni populi se Carolo dedunt.

7 Recepto filio Alexander multa moliri cœpit c in Francorum Regem, qui progressus in Neapolitanum regnum pronos in obsequium populos, ipsique tamquam liberatori gratulantes Aquilanos obuios excepit. Capuani die vigesima prima februarij nonnullis confectis pactionibus se dediderunt d. Venienti Auersam Neapolitani se suaque detulere, ac demum in regiam vrbem maximis amoris officiorumque significationibus admiserunt; præcipuas tamen arces præsidiarijs copijs instructas tenuit Ferdinandus, vt testatur Burchardus e.

d Burch. vbi sup.

e Burch. in f. arc. Vat fig. n. 104. dub. 2

8. &c. Conuersum est repente ad Gallos omne Aprutium, ac vniuersa Apulia, dempta Brundusina arce, & omnis Calabria, exceptis paucissimis arcibus, in Francorum Regis fidem ac potestatem sponte venerunt, adeo vt obuij trium itinerum interuallo, antequam Gallicus exercitus prodiret, munitionum præfecti, vrbiumque magistratus deditionis verba nuncuparint. Septima f die martij Neapolitana arx Gaijo Regi pactione militari tradita, ac decimaquinta g castrum Oui munitissimum ei deditum, aufugiente in Ænariam insulam Ferdinando Rege, ac paulo post tradita arx Caietana a præsidiarijs auro victis. Quibus victorijs cumulatus Francorum Rex cum ad reliquas arces Brundusinam nimirum, Mantiam, Turpiam, Rhegium excurrere, necnon Ænaria Ferdinandum pellere debuisset, vt ijs in suam potestatem redactis votum de restituenda orienti religione nuncupatum persolueret, in quo quidem gloriæ & laborum socios alios Reges habiturus erat, ipsum iuuenili lenitate ad agendas fabulas se conuertisse narrat Burchardus h. Nec minus ab eo Gallisque Christianæ rei illusum est, cum garrirent ex Neapolitano regno in Græciam contra Turcas crucis signa illaturos, fictaque prodigia de sepulchro dominico Gallicis armis recuperando spargerent i. Hanc vero artem accusat in Carolo Comineus l, politicumque hoc commentum vt pessimum damnat, cum arcana cordis quamuis altissimis tenebris abdita, diuino oculo omnes animorum sinus penetranti pateant, neque humano fuco æterna sapientia deludi queat. Iactatæ vero hæ de Turcica tyrannide delenda voces rapidisque victorijs peragrata Italia tantum terrorem Turcis intulerunt, vt nonnulli eorum profani sacerdotes actum de Turcico imperio vaticinarentur m. Perstringunt nonnulli Venetos Turcico corruptos auro operam dedisse, vt veneno Zizimus necaretur: alij autem Alexandrum Pontificem carpunt n, qui Zizimum lento tabo infectum Gallo Regi tradiderit. Verum

f Ibid. sup. lib. 2.

g Ibid. ibid. Ferdinãdi fuga in insulam Ænariam.

h Burch. in diar. l. 2.

i Ibid. ibid. Comin. l. 8. cap. 12. Politico dolo ostentata spes restituendæ Græciæ religionis.

Omittit Carolus reliquas regni arces expugnare. Negligit expeditionem Turcicam.

Zizimus Gallo Regi traditus. Gallorum in regnum Neapolitanũ irruptio. Alphonsi exercitus profligatus.

l Ibid. p. 17.

m Burc. in f. arc. Vat fig. n. 104. lib. 2

n Ferr. l. 1. in Car. VIII. Zizimi mors.

rum ipsum ex intemperantia lethalem morbum contraxisse refert Burchardus a.

a Burch. in fasc. Rer. Ital. tom. 3. pag. 194. lib. 2.

13 Cum vero Carolus promulgasset in Neapolitanum regnum ea potissimũ de causa se incurrere, vt e propinquo in Turcam copias mitteret, Veneri antequam in Gallum ipsũ armorum foedus iniret, illum de Turcica expeditione non verborum inanium iactantia, nil aliud quam Christianorum orientalium strages paritura, sed re ipsa gerenda pertentarunt, ac Philippo b Comineo Gallico oratori proposuerunt, in foedus Maximilianum Cæsarem ac Ferdinandum Hispaniarum Reges adductum iri, tum Italiam bellicos sumptus suppeditaturam, diuisa ex æquo in omnes oneris portione: Neapolitanam vero litem ita diremptum iri, vt assentiente Pontifice Alfonsus Ferdinandusue annuum vectigal Gallo Regi penderet; illique fidem addiceret: præterea Gallus tres arces insignes in eo regno retenturum, ex quibus bellum conficeret in Turcas, aliquæ vero Apuliæ vrbes traderentur Venetis, qui Gallo Regi ingentem vim auri ad faciendos in sacram militiam sumptus persoluerent, tum centum triremes instructuros. Ingentia erant hæc promissa, quibus subuectus Francorum Rex Constantinopolitanum imperium, cuius hereditario iure ex despotæ Moreæ cessione parto potiri se iactabat, perdomare, Christoque subijcere potuisset: neque enim Hungariæ, Boemiæ, Poloniæ, alijque Reges in tam præclaro opere defuturi videbantur, doletque Comineus c pacta adeo honorifica vtilisque a Carolo admissa tunc non fuisse.

b Idib. ibid. Quæ proposita a Venetis subsidia pro recuperanda Grecia.

c Idib. ibid.

Repudiata male a Carolo Venetorum pacta.

14 Cumque pateret a Gallo Turcicum bellum negligi, atque a Comineo regio oratore quærerentur diffugia, obiecere illi Veneti, Carolum Regem Christianæ reipublicæ fucum fecisse, belliquæ Turcici specie Florentinorum ac Pontificis inuasisse vrbes, necnon Mediolanensem principatum a duce Aurelianensi affectari, neo pati velle, vt Italia inani de religione amplificanda figmento delusa Gallicæ seruituti subijceretur; atque ideo foedus in eum sanctum est d Venetijs, promulgatumque dominica palmarum; de quo hæc habet Burchardus e: *IV aprilis nuntiatum est in Vrbe ligam inter sanctissimum dominum nostrum Papam, serenissimos Maximilianum Romanorum & Hispaniarum Reges, & Venetiarum & Mediolani duces pro communi Christianorum beneficio & cura, ac totius Italiæ quiete Venetijs conclusam esse & approbatam.* Addit Romæ duodecimo aprilis die in ecclesia S. Petri eam armorum societatem diuulgatam.

Detrahitur Carolo iactatæ religionis larua.

d Blond. cap. 15 Babell. Gueciard. lib. 2.

e Burch. in fasc. Rer. Ital. fig. 9. 194. Guic. l. 2.

15. &c. Missus porro est ab Alexandro in Germaniã episcopus Concordiensis, vt Maximilianum in Carolum Francorum Regem concitaret, iussus conqueri expugnatum iniuria a Gallis Neapolitanum regnum: commonitum vt staret iuri, sententiamque pontificiam acciperet: proposita fuisse pericula impendentia a Turcis, si Italiam bello ciuili implicaret: legatum iam ad ipsum Franciscum Cardinalem S. Eustachij, repulsumque, ac duas illum arces ditionis pontificiæ extorsisse: Zizimum in eius custodia perijsse: magno rei Christianæ damno reuocatos ab Africano bello Hispaniæ Reges. Vrsit porro Alexander Ferdinandum & Elizabeth Hispaniæ Reges, ne Gallos Neapolitanarum rerum potiri paterentur, intentanitque anathema Neapolitani regni clientibus, qui Gallis studerent: quod ijsdem Hispaniæ Regibus expostulat f, vt eos ad reuocandum Ferdinandum Aragonium in regnum Neapolitanum excitaret: eo quippe restituto sacrum bellum in Turcas facilius posse redintegrari dicebat,

f Lib. 7. bull. fol. 245. 254

19 Ita expeditionis Turcicæ ostenta species est ad depellendos regno Neapolitano Gallos, qui eandem spem orbi Christiano iniecerant, ipsos nimirum, confecto Neapolitano bello arma aduersus Turcas versu-

ros. Tradit vero Ferronius a a Venetorum aliorumque fœderatorum oratore Carolo Regi aperte denuntiatum, vt Turcicam conficeret expeditionem, cuius ostentatione Neapolitanum regnum sibi pepererat, vel illud Ferdinando restitueret; responsum b autem a Carolo ademptum maioribus suis per vim Neapolitanum regnum, solitosque Gallos sine eorum hortatu in Turcas arma capessere, suisque auspicijs gerere. Abiecta itaque de restituenda orienti religione cura, Christiani principes in mutuas cædes vires exercuere.

a Ferron. lib. 1. in Carol. VIII.

b Ferron. lib. 1. in Carol. VIII. Quid responsum a Carolo.

20. 21 At Carolus compositis rebus Neapolitanis, aduersariorum numero territus, in Gallias redire decreuit, adducta secum parte exercitus, parte rebus omnibus male instructa in regno relicta, proximo tempore validissima auxilia pollicitus: vigesima autem maij die ipsum Neapoli mouisse traditur, cum prius in ea vrbe sine pontificia auctoritate Neapolitani regni insignia solemni ritu suscepissets quippe Alexander promissis de conferendo illi iure beneficiario adiecta, sine alterius damno formula, veluti vi extortis stare abnuit, cumque in Vrbem iter tenderet Carolus, metuens Pontifex ne quæ extorquerentur pactiones, Vrbem vacuaret primo, dein Perusium petijt, præfecto Romæ sedis Apostolicæ legato Cardinale S. Anastasiæ c, qui venientem Regem pontificio nomine honorifice exciperet.

Redit in Gallias nõ dum pacato regno.

Alexandri ex Vrbe profectio.

c Lib. 3. bull. fol. pag. 269

22 Regressus Romam Carolus biduo in ea moratus, nec ob Alexandri fugam, abruptumque ab illo fœdus, Italosque & Reges exteros in eum concitatos Vrbis imperium arripuit, vt plerique pertimuerant, nec litem Alexandro de pontificatu fraude simoniaca inuaso mouit, vt nouarum rerum cupidi restituendæ ecclesiasticæ disciplinæ specie optabant. De qua animi moderatione a Carolo ostenta memorat Petrus Delphinus d, subditque; *Redit pacificus Rex Gallorum, neque ingum, vt putabatur, Roma imposuit: vtinam absoluta spiritualis seruitutis iugo gloriari habeat in perpetuum vera libertate, ac reformata in melius viuendi ratione dicere verius possint Romani, quam olim Iudæi responderint Domino. Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam. Reformandam gladio paulo post vrbem Romam concionator quidam magni in populo hoc*, nimirum Florentino, *nominis contestatur*, is erat Hieronymus Sauonarola, *ego autem quo motius eius interpreter vaticinium posse quidem fieri arbitror, vt reformanda sit gladio, sed gladio spiritus, quod est verbum Dei.*

d Pet. Delph. l. 4. ep. 33.

23. &c. Digressus Vrbe Viterbium perrexit, frustraque Alexandro de colloquio postulato, illi quamuis infenso aduersario ecclesiasticas arces antea pactione sibi traditas restituit e, excepta Ostia, quam Iuliano Cardinali S. Petri ad vincula tanquam Ostiensi episcopo reddidit: deinde in Etruriam profectus noxias in ea traxit moras cum, itinere concitatiore anteuertere hostiles insidias potuisset: Veneti vero cum metuerent, ne subacta Etruria Carolus reliquæ Italiæ iugum imponeret, Florentinis auxiliares copias submisere, quas cupide exceptas, vrbemque egregie communitam Petrus Delphinus Augustino Barbadico Venetiarum duci descripsit f. Inualit tum Florentinos maior terror, cum mox accepissent Senenses Gallicum iugum subijsse, vnde Florentiæ maiores instructi sunt bellici apparatus ad Gallicam vim retundendam, tuendamque Etruscam libertatem. Quam rerum conuersionem prædicto Veneto duci Petrus Delphinus significauit g: *Magna*, inquit, *ciues istos inuasit trepidatio, metus ingens, consternatis eorum animis & conterritis tam vicino pressæ libertatis*, nempe Senensium, *exemplo, commoti enim tam suo ipsorum*

Restituens Pontifici a Carolo arces.

e Comin. l. 7. & 11. & l. 8. cap. 2.

f Pet. Delph. l. 4. ep. 32.

g Id. ep. 34.

periculo, tum vicem fortunarum humanarum mirantur, populum potentia fatis clarum tam facile capisse seri potestatis aliena. Gubernatorem Rex in sua profectione vnum e suis ducibus Senis relicturus creditur, & de hac satis. Florentia in dies munitur magis, & militum numero & armorum multiplicium copia. Dux Vrbini vnatis quartus Florentiam aduenit, cinctus aliquot cohortibus & aequalibus Petri Medicis in diuersas Italiae vrbes ad tempus relegatis, donec regia maiestas perstrinxerit. Florentia die XVII. *iunij* MCCCCXCV.

26. &c. Audito Florentinorum apparatu Carolus Rex, ne quod discrimen adiret, Senis Pisas contendit [a], nec Florentiam ingressus est [b]. Tum Apennino ingenti labore superato Fernoum octo miliarium a Parma interuallo quinta die iulij peruenit, cum foederatorum principum aduersae copiae numero validiores itinera intercludere conatae sunt. Promulgabat [c] Carolus properare se in Gallias, vt fortissimum exercitum in Turcas colligeret, atque in reditu cum Maximiliano Rege Romanorum de sacro bello colloquia facturum; sed omnia per simulationem vtrinque geri videbantur, atque in contrarium conserta atroci ad Tarrum flumen pugna fuso Christiano cruore eruperunt. Depulli fuere castris Itali maiori eorum strage quam Gallorum, siquidem ex Gallis minus ducentos, ex Italis tria millia & eo amplius deliderata Comineus [d], qui aderat, & alij testantur. Egregia autem bellica facinora Gallorum Regem tunc edidisse, ac virtute praecipuaque sanctorum tutelarium, quorum reliquias lustrandi venerandique votum conceperat, religione maximis ipsum fuisse periculis creptum ferunt. Aliter rem describit Petrus Delphinus [e]. Caterum Alexander scriptis ad Augustinum Barbadicum Venetorum ducem literis gratulatus est Venetae virtute pulsos fuisse Italia Gallos, atque eorundem victrice classe Apuliam receptam fuisse.

[a] *lib.ep.35.* [b] *lib.ep.36.* [c] *Sum.s.l.2 cap.6.* [d] *Comin.l.8. c.10 Sabell. sup.l.9. Leon.c.11. Sab.ecd,l.9 Ferron.l.2. Sum.lib.2. cap.14.* [e] *Pet.Delph. l.4.ep.41.*

Iactata dolo vtrinque Turcica expeditio.

Versa in Christianorum caedes mutuas.

Cruento praelio Itali propulsi.

32 Parte alia in Etruria Florentini, cum Gallorum res inclinasse vidissent, collectis animis ad sua oppida recipienda consurrexerunt in arma, vt scripsit Petrus Delphinus [f] ad Venetum ducem, tum ad pontem saccum Gallos tumultu praesidiario a Florentinis, quibus deditionem fecerant, immaniter iugulatos contra militarem sponsionem, quaesitumque barbara immanitate in eorum visceribus aurum scribit: *Affirmant*, inquit [g], *concisos fuisse, ac dilaniatos omnes Gallos a militibus praeda intentis, inuentosque in occisorum visceribus aureos multos, quos singuli fere timore appropinquantis exercitus territi hauserant, quemadmodum auri auidissima suapte natura gens illa est. Florentia die* VII. *augusti* MCCCCXCV.

[f] *Pet.Delph. l.4.ep.47.* [g] *Lib.4.epistol.49.*

Quaesitum in Gallorū visceribus aurum.

33 Peruenerat Astam incolumis Carolus, sed illum grauis cura Mediolanensis belli premebat; dux enim Aurelianensis Ludouicus postea eo nomine dictus XII. in Gallorum Regū serie, a Ludouico Sfortia lacessitus. Nouariam nonnullasque arces eripuerat [h]; sed deinde Nouariae obsessus [i] in extremam rerum inopiam adductus est. Ad quem liberandum Gallorum Rex vrbis deditionem & concordiam ijs legibus cum Sfortia pactus est, vt is Genuam Gallorum Regum beneficentiae accepram referret, duasque naues ad suppeditandos Neapolitanis arcibus commeatus instrueret. Postulati [l] deinde Veneti de pace fuere a Gallo Rege, cui Venetiarum dux Augustinus Barbadicus hanc pacis formulam antea propositam, reperiunt, vt Christiana arma in Turcas verterentur: Ferdinandum consentiente Pontifice Gallorum Regis beneficiarium se professurum, & quinquaginta millia annua nummorum ducalium persoluturum: tum ingentem auri vim mutuandam a republica Veneta, cui propterea Brundusium, Hydruntum, Tranum oppignerarentur, repraesentatarumque Tarentum vero duasque alias arces maritimas Carolo Regi, quas ante in Italicae expeditionis procinctu expetierat, ad bellum in Turcas ex ijs gerendum datum iri; Regem Romanorum ex Germanicis prouincijs in Turcas eruptarum, Italiam omnem auxilia adiuncturam: praeterea Venetam rempublicam centum triremes suis sumptibus egregie instructas Gallo Regi suppeditaturam, tum subsidium terrestre quinque millium equitum Venetis stipendijs conductum iri. Hae conditiones ampliss imae, cum in tabulas redactae a Philippo Comineo Gallo Regi, qui tum Lugdunum peruenerat, patefactae essent, spretae a malo fuerunt.

[h] *Sum.s.l.2 c.18.Guic. lib.2.* [i] *Lib.3.hist. fol.pag.280* [l] *Comin.l.8. cap.12.*

Promissa Carolo triremes centum. Spreta ea rum Venetorū pactio

34. 35 Inde Gallorum in Neapolitano regno res pessum iere: Ferdinandus vero Neapolicanus, qui Aenaria insula pulsus non fuerat, Venetorum, quibus Hydruntum, Tranum, Brundusium, Monopolim, & alia loca pignori subiecerat, opibus, nec non Ferdinandi Siciliae & Hispaniarum auxilijs adiutus, post plures ancipitesque pugnas Neapolim VII. iulij die [b] recuperauit. Maximis etiam illum iuuit praesidijs Alexander, qui ad ipsum legatum amplissima fultum potestate Ioannem designatum episcopum Amalphitanum misit [c], vt in Neapolitano tolio eum constabiliret, inque eiusdem fide populos aduersus Gallos confirmaret.

Gallorum res labefactatae in regno Neapolitano.

[b] *Sum.s.l.2 c.18.Guic. lib.2.* [c] *Lib.3.hist. fol.pag.280*

36. &c. Tantum valuere in Ferdinandum Aragonensem Alexandri VI. Pontificis studia, vt principis Montispenserij, cui regni gubernacula Carolus tradiderat, ignauia [d], ac nobilium, qui a Gallis in munerum largitione spreti fuerant, quos populi, etsi onerum Aragoniorum grauitate leuati, mox secuti sunt [e] defectione, Galli ipsi varijs consumpti incommodis nunc victores nunc victi partas vrbes eadē facilitate, qua pepererant, conuersis studijs amiserunt. Perijt etiam pars magna eorundem Gallorum, qui concurrerant ad Neapolitana lupanaria, nouo morbi genere [f] ad plectenda hominum crimina immisso, quem Itali Gallicum, Galli Neapolitanum, alij rectius luem veneream flagellumque scortatorum nuncuparunt. Eodem autem tempore, quo in Italia lues venerea grassata est, etiam in Germania scortatores afflixit, atque a viris pijs existimatum est eā pestem ad blasphemorum in ganeis & lupanaribus lasciuientium coercendam licentiam diuinitus immissam, adeo vt Maximilianus Caesar nouo casu percitus grauem sanctionem [g] in blasphemos ediderit.

[d] *Comin.l.7. cap.15.* [e] *Id c.14.* [f] *Boerchan.sec Vat.Ag n.114.lib.2.* [g] *Ext.apud Dolcast. in constit.imper in Maximil. p.110.*

Recuperatae vrbes ab Aragonijs.

Horrenda lues venerea exorta.

Insigne diuini amoris prodigium.

42. 43 Hoc anno cum diuina iustitia nouo supplicij genere impudicitiae deditos plecteret, in pia virguncula insigni diuini amoris prodigium edidit, vt publicis tabulis tunc consignata monumenta [h] docent, quibus refertur Stephanam Quintianam dioecesis Brixiensis tertij ordinis S. Dominici, qualibet sexta feria in matutina oratione rapeam in ecstasim inflictos diuinitus dominicae passionis dolores toleraſſe.

[h] *Ext.apud Hier.Ingin.*

Ioannis Regis Lusitaniae obitus.

44.45 Obijt eodē anno Ioannes Lusitaniae Rex [i] amplificati apud Afros imperij, propagataeque Christianae apud Aethiopas occidentales religionis gloria clarus, quam ipsum foedasse crudelitate Comineus accusat [l]: excusat tamen Osorius, ac propinquorum caedes necessitati ascribit. Plura molitus erat [m], vt in Georgium filium nothum sceptrum Lusitanum transferret, atque ab Alexandro oratoris opera institerat, vt idem Georgius apostolica auctoritate iustorum natalium dignitate iuris fictione donatus regno idoneus renuntiaretur: sed cum id fine Emmanuelis ducis Visensis, cui ex Lusitaniae praescripto regnū debebatur, iniuria fieri non posset, illiq; acriter Isabella Regina Emmanueli consanguinitate

[i] *Io.Baros. dec.1.Asiae l 3.c.12.Pfor l 1.Sur.s.to l.2.c.15.* [l] *Comin.l.8. cap.17.* [m] *Sur.to.5 l 1.c.29.*

Emmanuel relictus testamento haeres.

nitate coniuncta resisteret, repulsam passus, tandem cum vitæ finis adesset, quo mors vanis consilijs volum derrahere solet, Emmanuelem, cuius fratrem natu maximum sua manu in conuiuio interfecerat a, vti iura decreuerant, testamento successorem reliquit, sacrisque omnibus, quæ ad expiandum animum pertinebant, rite procuratus, virtutis & pietatis insigne specimen dedit.

a Comin. sup. cap. 17.

Emmanuel vero regno inito, cuius insigne vigesima septima octob. exacto ætatis vigesimo sexto anno, accepit b, Georgij Costæ Lusitani Cardinalis opera fidem suam publice Alexandro Pontifici, vti Christianum decebat principem, præstitit, *pollicitus*, inquit Osorius c, *fidem per omne vitæ spatium erga sanctam Romanam ecclesiam summo studio seruaturus & pro illius sanctitate, quoties opus ita fuisset, pugnaturus*. Nec modo a pietate, verum a clementia duxit regni auspicia; Iudæos enim, qui Ioanne Rege libertatem amiserant, quod temporis flexu constituto inopia impediti exire Lusitania non potuissent, liberos esse iussit, oblatumque ab ipsis magnum argenti pondus respuit: *Statuebat enim*, addit auctor, *gentem illam beneficijs ad studium Christianæ pietatis allicere*.

b Blo. Barroſ. de vit. Lſ. 4. c. 1.

c Oſor. l. 1. Delatum ab eo obſequium Pontifici.

46 Eodem anno Alfonsus Neapolitanus olim Rex d, regno profugus, dum illud a Ferdinando filio recuperabatur, Messanæ in Sicilia apud Olivetanos monachos calculi doloribus grauissimis extinctus est decima octaua nouembris, cum eleemosynis ac precibus, necnon singulari in aduersis tolerandis patientia anteactæ vitæ scelera expiasset.

Alphonſi Regis Neapolitani mors.

d Comin. l. 7. cap. 1. Sand. § 1. c. 18. & alij.

47. &c. Quo etiam anno Franciscus Ximenius, gestarum postea rerum magnitudine clarissimus, Cardinale Mendoza defuncto, factus est archiepiscopus Toletanus, qui Cardinalis Ferdinando & Elizabeth consuluerat, vt mediocris conditionis hominem, modo alijs integritatis, prudentiæ, grauitatis, & doctrinæ dotibus præditus esset, ad eam dignitatem euenerent. Floruerat Ximenius inter Minoritas doctrinæ & sanctitatis opinione, præcipuaque inter eos, qui S. Francisci disciplinam in pristinum nitorem restituram colebant, munera gesserat, optaratque in Africam ad euangelium Saracenis S. Francisci exemplo interemptum proficisci; sed *deterruit hominem*, aut Gomesius, *vates mulier, & vt a proposito desisteret effecit; seruari enim eum ad res maximas perficiendas dicebat, &c. in quibus grauiora certamina sustinenda forent*. Creatus archiepiscopus magno animi robore pietatis Christianæ splendorem suæ diœcesi restituere aggressus est, tum luxus opumque contemptum initio sectari visus est adeo, vt ordinis sui fratribus sociatus asello veheretur in lustranda prouincia, dimidiamque vectigalium partem egenis conferret. Remisit deinde ex illo vitæ genere Ximenius Pontificis imperio, quem diuitias æque ac paupertatem passum, refert Gomesius; cum enim splendor vitæ magnum habeat momentum apud vulgus, quod vano rerum apparatu duci consueuit, ad vindicandam a contemptu publicæ personæ dignitatem, ita cultus exteri amplitudinem sibi asciuit, vt cum magnificentissime & molliter stratos lectos haberet, in nuda tamen humo cubare sæpe deprehensus sit.

Franciſcus Ximenius archiepiſcopatu Toletano auctus.

Euangelij Africis prædicandi deſiderio arſerat.

Prædicta illi ad quę diuinitus ſeruaretur Paupertatem ſequitur.

Paret Pontifici eſſeculum in ſe acerbitatē exercet.

Indict. 10.

IESV CHRISTI
Annus 1496.

ALEXANDRI PP.VI. MAXIMILIANI ROM.REG.
annus 4. annus 3.

4. &c. Alexander Papa ad augendas suas partes, distinendumque nouis curis Carolum Francorum Regem, Henricum Anglorum Regem ad mutuum armorum foedus cum Maximiliano Romanorum, & Ferdinando Castellæ Regibus, ac Veneti duceque Mediolanensi anxea firmatum pellexit, ac iulio mense exeunte solemni ritu promulgauit, vt narrat Burchardus a. Expectabatur interea vt Maximilianus Cæsar in Italiam descenderet b a Pontifice, Ludouico Sforcia duce Mediolanensi, ac Venetis, vt ferunt, exercitus ad Gallicam vim Germanicis armis infringendam; decretusque est ea de causa legatus Bernardinus Caruial tit. S. Crucis in Ierusalem presbyter Cardinalis ea specie vt ad augustale insigne suscipiendum sociaret. Instructus autem est auctoritate idem legatus c, vt Carolo Francorum Regi censuras ecclesiasticas intentaret, ni bello Italico abstineret.

Anglus in belli ſocietatem contra Gallum excitus ab Alexādro.

a Burch. in Vit. Pij. II. p. 1041. 2. b Burch. eod. l. 2. Sabellic. en. 10. lib. 9. Comin. lib. 3 Iouius lib. 4 Matthæus lib. 30 Bin. l. 16 & alij. c Lib. p. 387.

6 Profectum ad Maximilianum Regem Cardinalem legatum, habitumque honorifice, Rege ad illius ex equo delilieme prospectum, eumque, complexu perhumaniter recipiente tradit Burchardus, addiitque in eo congressu legati crucem a dextris, enim vero Cæsaris a sinistris collocatam fuisse, se vero ad Romanorum Regem missum, vt sacris ritibus, qui peragendi erant, præesset: tum rituum, qui in coronanda ferrea corona celebritate seruandi sunt formulam describit d.

Quis honos a Cęſare legato Pontificio exhibitus.

d Burch. l. 2. pag. 66.

7. &c. Decreuerat Maximilianus post acceptam e ferream coronam in Insubria, etiam Romæ auream e pontificijs manibus capessere, cumque ab Italis, a quibus erat excitus, copijs auroque subsidiario se instructum iri speraret, exiguo comitatu stipatus venerat f, adeo vt factos omnij cautapo ulorum concursus pœniteret, neque Comum Mediolanumue, vbi apparatus splendide comparati erant, ingredi voluerit. Mille equites penitumque cuo millia, cum Dertona recessit, secum duxisse tradit Burchardus g. Cultum magnificentissimæ Cæsarem a Genuensibus referunt Genuenses historici h, ornataque i in eo portu classe Pisas contendisse, indeque exceptus cupide a Pisanis Florentinos obsidione depulit, motisque aduersus Liburnum castris a Gallis propulsatus Germaniam repetijt, cum interea Turcæ Croatiam multis irruptionibus actis vastarent l.

Maximiliani in Italiā aduentus. e Comin. l. 8. c. 14. & 15. Ferron. in Car. VIII. l. 2. Sabell. en. 10 l. 9. Sur. t. 3. l. 2. c. 28. & 30. & 41. & alij. f Sur. t. 3. l. 2. cap. 3.

g Burch. ubi ſup. h Foliet. l. 12. & Aug. Iuſtin. l. 5. ibidem.

10. &c. Quod porro ad Neapolitanas turbas attinet gestum a dum est bellum ancipiti euentu. Inter quæ Alexander Pontifex, Veneti, & Mediolanensis dux communibus stipendijs conductum exercitum aduersus Gallos immisere. Coniunxit armis Alexander ecclesiasticarum censurarum fenecitatem n: sicque Gallicus exercitus & censuris ecclesiasticis, & hostes ratis Italorum armis pressus, necnon omni ex Gallia auxiliorum spe depulsus tumultuari in duces cœpit, prœliumque inire cum hostibus, ad quos etiam plures Germani desciuere, detrectauit: itaque salutem pactus, & commeatu libero impetrato deditionis verba nuncupauit ea lege, vt instrumenta omnia bellica, & arces, quæ præsidijs Gallorum tenebantur, in Ferdinandi potestatem redirent.

l Sabell. en. 10 l. 9. Iouius l. 4. Volat. l. 23 Sur. t. 3. l. 2. c. 4 Guic. l. 2. inter Ferdinandū & Gallos certatum. m Comm. l. 8. c. 14. & 15. Ferron. in Car. VIII. l. 2. Sabell. en. 10 l. 9. Sur. t. 3. l. 2. c. 28. & 30. & 41. & alij. n Lib. 7 bull. ſec. p. 169. Ferdinandi Regis Neapol. obitus.

13 Tanta porro auctus victoria Ferdinandus, iunior, qui iam firmato solio, ductaque in coniugem consanguinea, vacabat delitijs, atque ad summum humanæ gloriæ felicitatisque fastigium assurexisse videbatur, repente morbo extinctus est o. Cuius mortem diuinæ vltioni aliqui ascribunt, cum ille Theanensem episcopum securi percuti iussisset. Succes-

o Burch. l. 2. Iouius lib. 4 Guic. l. 3.

cessit

Gallicæ classis dedition. eius dupt.

Cæsit Ferdinando in Neapolitano regno Fridericus parruus.

14. &c. Potitus regno Fridericus, cum Galli aliquot Caietam adhuc tenerent, qui confectas a socijs pactiones respuebant, ad eos inde disturbandos exercitum mouit, & licet initio Galli nonnullis eruptionibus strenue resisterent, demum tamen spe suppetiarum orbati deditionem fecerunt, impotitique nauimale compaginatæ periere, vt narrat Burchardus a. Hic fuit Neapolitani belli a Carolo Francorum Rege sacra in Turcas belli specie suscepti funestus exitus.

a Burch. in sac. Vat. Sup. t. 3. l. 2. c. 34. & 38. Ioann. lib. 4 Guicc. lib. 3. Ferron. in Car. VIII. lib. 2.

21. &c. Inter hæc Constantinus Georgianorum Rex Nikum monachum ordinis S. Basilij oratorem misit ad Alexandrum, vt regium obsequium illi, veluti Christi vices in terris gerenti deferret b, ipsumque rogauit, vt occidentales Reges ad sacrum in Saracenos bellum adornandum concitaret, cum quibus ipse & orientales Christiani arma iuncturi essent; idemque vetus cum Romana ecclesia fœdus redintegraturus expetijt, vt Florentini concilij de orientalis ecclesiæ cum occidentali Romana coniunctione, damnatisque Græcorum erroribus decretum sibi transmitteretur: quod mittens Alexander admonuit c Georgianum, vt illud decretum, quo processio Spiritus sancti ex Patre ac Filio velut vnico principio asseritur, & primatus Pontificis in totius orbis ecclesias agnitus est, promulgandum curaret.

b Lib. 7. bull fer. p. 368.

c Ibid. p. 369

24 Dum Georgiani coniunctionem cum Romana ecclesia exoptabant, ex septentrione Moscouitæ in finitima regna Romanæ ecclesiæ ritui addicta Sueciam Liuoniamque, & alias septentrionales prouincias magno armorum terrore irruperunt: aduersum quos Succi quinquaginta bellatorum millia eduxere, quibus Alexander pro Christi fide in schismaticos pugnaturis indulgentiarum amplissima præmia proposuit d.

d Lib. 7. bull fer. p. 296.

Christianissimi titulũ ad Ferdinãdũ deinde meditatur Alexander.

25 Hoc anno idem Alexander, cum iam antea Christianissimi Regis splendidum nomen a Francorum Rege in Ferdinandum Castellæ & Aragonum Regem transferre conatus esset, repugnarentque purpurati patres, Catholicum eum dixit e. De his honorum titulis, quibus Francorum & Hispanorum Reges decorati fuere, certe inanibus, nisi splendore operum ornarint nomina, varij varia opinantur; & quidem S. Ludouico, qui pro amplificanda fide Christiana in Tunetum, Ægyptum, Syriamque expeditiones difficillimas suscepit, Christianissimi nomen nõ reperimus ideo datum fuisse, sed Ludouico XI. pietate longe inferiori, cum exitiosam pestiferamque pragmaticam sanctionem conuulsisset, a Pio II. inditum f.

e Comin. l. 8. c. 19. Sur t. 3. l. 2. c. 40. Marian. lib 26. c. 12. Volat. l. 2.

Catholici nomen tribuit. Ludouico XI. Christianissimi nomen datum.

f Surit. ubi sup.

26. &c. Hoc quoque anno Emmanuel S Lusitaniæ Rex, Iudæos & Mauros omnes in Lusitano regno agentes die constituta excedere iussit, impositis cunctantibus seruitutis pœna, ac tum illico Mauri traiecere in Africam. Cumque pariter solum vertere Hebræi amitterentur, Rex pio religionis incitatus studio, sed non ita æquo, vt impuberum saluti consuleret, illos, qui nondum decimum quartum ætatis annum excesserant, e patrum complexu vi abstrahi iussit, inque religione Christiana educari: quod ægre adeo tulere parentes, vt non detuerint qui filios crudeliter in puteos proiecerint, sibique necem intulerint; plerique autem, ne vitam in tot ærumnis ducerent, Christo impia simulatione nomen dedere. Narrant hæc Osorius & Mariana h, & tanquam cum legibus & institutis Christianis pugnantia iure merito damnant, cum fas non sit quemuis inuitum ad Christiana sacra compellere, filiosue e parentum sinu diuellere, nisi ob flagitia iure patrio excidant. Potro Mauris nulla vis illata est, ne Saraceni in Asia vel Africa degentes in eorum terris Christianos opprimerent.

Iudæi ab Emmanuele Rege exacti Lusitania.

g Osor. l. 1. Crudelia eorum facinora.

h Marian. l. 26. c. 13.

30 Eodem anno, maiorum exempla secutus animum ad quærendas Indias adiecit, atque aduersus sapientum consulta respondit, Deum tuendi Indici imperij vim rationemque idoneam suppeditaturum, si eas Lusitanis paretaceret. Qua in re sane diuinæ vis suspicienda est, quæ adeo Emmanuelis mentem animumque ad incognita Indiarum conquirenda regna immenso pene discreta Oceano penetranda permouerit, cum maximis Cæsaribus ac Regibus ad Syriam ex infidelium manibus vindicandam tuendamue ob interualla locorum longe minora, animos atque audaciam viderimus defuisse.

Emmanuelis Regis decretum pium.

Superati magnanimitate ab eo Cæsares & Reges.

31. &c. Interea Emmanuel cum sacras equestres familias in Lusitania admodum a pristina pietate descuisse intueretur, iustas vxores illis permittendas flagitauit a Pontifice, excepto Hospitalariorum ordine, ex qua re an grauiora mala pullularint ambigit Osorius i: nam bellica virtus in coniugatis equitibus omnino emarcuit, cum effœminatis & mollibus auspicijs vestigalia concessa fuerint: cumque religiosorum equitum virtute multæ præclaræ victoriæ de hostibus relatæ essent, nil posthac præclare gestum est.

De permittendis equitibus religiosis vxoribus agit.

i Osor. l. 1.

37 Confirmatus hoc anno est ab Alexandro b equester ordo S. Michaelis nomini sacer, quem Ludouicus XI. in Gallijs instituerat, cum Carolus VIII. supplicem de ea re libellum sedi Apostolicæ porrexisset.

b Lib. stillic. 37. p. 144.

38. &c. Auctus est eodem anno ab Alexandro sacer senatus, vt refert hisce verbis Ioannes Burchardus c: MCCCCXCVI. *feria* VI. XIX. *februarij sanctissimus dominus noster in secreto consistorio creauit & publicauit quatuor nouos Cardinales, videlicet reuerendissimos patres dominos Bartholomæum episcopum Segobricensem magistrum domus palatij apostolici, Ioannem episcopum Agrigentinum castellanum castri S. Angeli de Vrbe, Ioannem episcopum Perusinum datarium, & Ioannem de Borgia protonotarium apostolicum ex sorore sanctitatis suæ nepotem.*

c Burch. in sac. Vat. fig. ann. 1494. l. 2. Felix Cõtel in elic. Card. Cardinales creati ab Alexandro

41 Hoc etiam anno Alexander Hieronymũ Sauonarolam Ferrariensem, qui Florentinos vi sacræ eloquentiæ versabat, ac de restituenda ecclesiastica disciplina vehementissime declamabat, sacris concionibus habendis ad populum interdixit, cum Gallo Regi, cui felices triumphos antea spoponderat, studeret, atque hypocrisis suspicione, ne res nouas moliretur, ac pseudopropheram ageret, laboraret. At ille cum suam auctoritatem obsolescere videret, quod sacris concionibus interdictus esset, pontificium imperium infringere non est veritus, iactans sibi præter fas concionandi munus ablatum, magnaque ostentatione eleemosynas publicas pharisæorum more præcinentibus tubis distribuere cœpit, corruptisque factionis suæ ciuibus, reliquos concionatores, quibus id munus ab episcopo vel Pontifice iniunctum erat, sacris suggestis arcere, vt ipse vnicus ab omnibus audiretur d.

Hieronymus Sauonarola nouas res mouit.

Concionãdi munus inuadit, cæteroſque arcet concionatores

d Pet. Delph l. 5. ep. 5.

IESV CHRISTI
annus 1497. Indict. 15.

ALEXANDRI PP. VI. MAXIMILIANI ROM. REG.
annus 5. annus 4.

1. &c. ERepta est Gallis Ostia Consalui Ferdinandi Hispaniarum Regis ducis strenuissimi virtu-

Alexander militari audacia in vrbi perstrictus.

virtute, qui magnis affectus honoribus Alexandri dissolutos mores, ipsiusque spuriorum impudentissimam lasciuiam, nec non pontificiæ aulæ licentiam indignatus militari animo, ac religioso ardore corripuit, quod pontificiæ maiestatis decus splendoremque labefactaret, hortatusque est, vt vitia sua suorumque primum submoueret, deinde Ecclesiæ sanctitatis nitorem in pristinum statum restituendum curaret. Pupugit ea militaris libertas Alexandrum, nec publicam totius orbis offensionem sustulit, cum repentino casu e veterno excitari visus est.

In spurios ecclesiasticum principatum trãsferre molitus.

3 Affectabat Alexander pontificio decore posthabito S. Petri patrimonium transferre in nothos filios a, ac septima iunij die Beneuentanum principatum ducalibus titulis insigniuit, moxque Ioanni Borgiæ duci Gandiæ tradidit vna cũ Terracinæ ac Pontis curui dominatu: *Solo*, inquit Ioannes Burchardus, *reuerendissimo domino Cardinale senensi viriliter & animose inuestituram huiusmodi oppugnante ne fieret, ex legitimis tationibus, ac euidentissimis dictis votum suum approbante, qui tamen solus restitere, ac factum ipsum impedire non potuit* b. Nec diu diuina animaduersio dilata est; tantis enim auctus S. Petri opibus infelix iuuenis, eas in scorta lenonesque profundebat c, cum æstate dimisso fratre Cardinale Valentino, necnon pedissequis abire iussis, ne quis illius delitias olfaceret, vna cum lenone personato, quem eodem equo inuehebat, inter nocturnas per Vrbem excursiones deprehensus ab incognitis sicarijs, nouem vulneribus confossus est, eiusque corpus, qua lacrimarum illuuies flumini illabitur, proiectum est, indeque fœtidum & lacerum eductum, ac tristi stupendoque diuinæ iustitiæ exemplo.

a Lib. 41. bullarum pag. 244. Fredericus Rex Neapolitanum sceptrum pontificiæ beneficentiæ acceptum refert.

Vocatur Sauonarola in iudicium ab Alexandro

b Bur. apud Burch. in f. arc. Vat. fig. n. 104 par. 2 pag. 303.

Ex spurij funesto casu mœrore confectus Alexander

4 Tradit Burchardus Alexandrum adeo indulsisse luctui, vt non nisi post aliquot dierum inediam ab amicissimis Cardinalibus, vt cibum caperet, induci potuerit, insultabantque eius calamitati æmuli, ac scommate vti pernulgarunt, illum iam Petri piscatoris dignum successorem, qui spurios filios in flumine piscaretur. Cæterum inter eos de lugubri filij cæde dolorum fluctus Alexander, cum ipsum male actæ vitæ conscientia stimularet, meruitque ne diuina in se iustitia seueritatis exemplum statueret, de parto tanto ambitu pontificatu, cuius maiestatem in se obsoloscere agnoscebat, dimittendo agitauit consilia, eaque Ferdinando Regi Hispaniarum patefecit: a quo responsum est, rem adeo grauem & arduam non nisi habita prius matura deliberatione tentandam videri, sinendumque, vt concepti de cæde filij dolorjs vis remitteretur.

Derisus a Poetis.

De pontificem dimittendo agitat consilia

Et de ecclesiastica disciplina restituenda.

5. &c. Constituerat etiam idem Pontifex ad placandam diuinam iram in pristinum statum collapsam apud plerosque fœdissime disciplinam ecclesiasticam reuocare, atque in Cardinalium senatu maximo cum pietatis sensu de Christiana sanctitate in suum vindicanda splendorem egit, designauitque sex Cardinales pietate, scientia, prudentiaque conspicuos, vt tam egregio operi sedulo studium nauarent. Iniunctumque id munus instaurandæ disciplinæ, tollendarumque corruptelarum fuit Francisco Cardinali Senensi; (qua de re ei est gratulatus Petrus Delphinus d,) Ioãni stirpis Aragoniæ principi, Georgio Vlissiponensi. Antoniotto Palauicino S. Praxedis, Galeotto Riario S. Georgij, ac Ioanni Antonio Cardinali Alexandrino; editæque sunt ab ijs plures sanctissimæ sanctiones, quæ perductæ ad exitum non fuerunt, quandoquidem cum dolor ex nece filij acceptus consenuisset, prætexuit Alexander libertatem pontificiam ijs sanctionibus imminui.

d Lib. 3. epist. 37.

Redit ad ingenium Alexander

e Burch. l. 3. Paris e Grassis l. 2 Sanut l. 3. c. 8.

9. &c. Decreuit autem hoc anno e Cæsarem Borgiam Cardinalem legatum ad conferenda apostolica Friderico Regi Neapolitano regia iura & insignia a; quem exceptum Capuæ ab illo maximis honoribus prima augusti die refert Surita, ac dein Neapolim eximia pompa ingressum, Regemque Fridericum, coactis procerum maximis cœtibus in principe ecclesia ab eodem legato regijs ornamentis redimitum fuisse.

15. &c. Hoc anno Hieronymus Sauonarola ordinis Prædicatorum in crimen vocatus apud sedem Apostolicam, quod nefanda elatus hypocrisi prophetam se dixisset, ac noua moliretur, cui propterea intentatum est ab Alexandro VI. iudicium, propositisque censurarum pœnis concionandi munus iterum est ei interdictum. Subterfugit ille temere Apostolicæ sedis iudicium, ac scripta contraria non sine impudentiæ nota sparsit. Datum itaque est pontificium diploma b ad ordinis Prædicatorum religiosos viros Florentiæ agentes, vt Hieronymus probaret, se missum a Deo: obiectum etiam illi pro concione blasphema verba illum effutijsse, quasi mentiretur Christus si Sauonarola mentiretur: atque ad vaticinia probanda in ius vocatus est.

20. &c. Non paruit ille Pontifici, cum audiri vellet, non audire Ecclesiam, atque omnes iudices suspectos sibi diceret hæresiarcharum more, missisque literis questus est apud eundem Alexandrum falsa ipsi suggesta fuisse: affictam falso hæresim: defendere se nisus est si vaticinatus esset: multis ante annis, quam contingerent futura, se prædixisse: negauit se dixisse, se a solo Deo missum, vel dixisse cum Deo se colloqui, aut se appellasse prophetam: obiecta verba blasphema interpretatione meliori dissoluit; redarguit vero eos, qui non credant reuelatis sibi a Deo priuatos gratia: tum plura ad suam excusationem, si Romam ad dicendam causam non veniret, adiecit, timere scilicet inferendam sibi necem ab aduersarijs, ac si iudex Florentiam mittatur, errata coram vniuerso populo se reuocaturum.

Non paret Pontifici.

35 Eodem anno Deus ad inferendum Indis orientalibus euangelium, Lusitanorum pios & magnanimos conatus promouit. Immisit enim mense iulio Emmanuel Rex c quatuor nauium classem Vlissipone instructam, præfecto Vasco Gamma, ad explorandas Indias, in quo facinore arduo conficiendo auctos diuinitus illi animos, confirmatosque reportatæ postea diuina Numinis vi admirabiles victoriæ, per amplissima regna diffusa Christiana religio, euersæ dæmonum aræ, obtritaque Mahumetica superstitio ostenderunt. Interea ab Emmanuele vexillum crucis effigie adornatum Gammæ nixo genibus traditum, quo Rex religiosæ Iesu Christi militiæ princeps ac moderator, sacro equitum ordini eum ascripsit; Gamma vero porrecta religiose ad crucem manu solemni sacramẽto professus est pro diuina & Lusitana gloria crucem se ante Maurorum, gentilium, omniumque barbarorum ora circumlaturum, eamque spretis omnibus periculis ad extrema vitæ suspiria defensurum, omnique fide ac diligentia ad patefaciendas Indias incubiturum. Accepto autem sacro vexillo diuinam opem imploraturus ad templum, in quo ecclesiastica sacramenta conferri mare ingressuris consueuerant, pernoctaturus se contulit, instructoque agmine religioso a sacerdotibus in naues deductus vna cum socijs indulgentiarum præmio a summis Pontificibus iam ante Henrici principis rogatu ijs, qui ad barbaras aperiendas oras contendunt proposito, donatus est, quem non ad præclaros feliceisque agendos triumphos, sed ad funus pergere plerosque existimasse, narrat Osorius d. Vt vero hæc nauigatio felicem exitum patefactis Indijs habuerit, proximo anno dicetur.

Classis Lusitana immissa in Indias.

c Io. Barros. dec. 1. Asiæ l. 4. c. 1.

Vexillum crucis Gãmæ datum a Rege.

A sacerdotum agmine lineato deductus ad naues.

d Io. Barros. c. 2. Osorii de Rebus Emman. vbi sup.

IESV

IESV CHRISTI

Annus 1498.

Indict. 1.

ALEXANDRI PP.VI. MAXIMILIANI ROM.REG.

annus 6. annus 5.

Carolus Francorũ Rex Neapolitanum regnum ineũ affectat a Comin. l. 8. c. 18. Ferr. in Car. VIII. Gagnin. in eod. Guicc. lib. 3.

1. &c. CArolus VIII. Francorum Rex Neapolitanum bellum redintegrare meditabatur a, cum in ætatis flore, dum apud Ambaliam ludentes pila circumspicit vna cum Regina coniuge recreandi animi causa, repentina apoplexia percussus abalienatis sensibus concidit, obijtque nocte antè proximum aprilis diem octauum, in quem dominica palmarum incidebat: haud tamen imparatum & immemorem salutis animæ ereptum tradit Philippus Comineus b, cum bis ea hebdomada sacramento penitentiæ noxas expiasset, & cum Ioanne episcopo Andegauensi collocutus pium firmumque propositum de nullo vnquam peccato lethali committendo edidisset, terque recuperato vocis vsu in ea cum morte lucta se Deo, Deiparæ, & SS. Claudio & Blasio commendasset. Excultum fuisse a S. Francisco Paulano pijs institutis, atque ob non gestum illi mortem ipsi aduersa accidisse tradunt c.

Miserando mortis genere perit. b Idib. ibid. In extremo vitæ actu pietatis signa dat.

c Vit. S. Frãc. a. 7.

4. 5 Cum nullam prolem suscepisset Carolus, coniunctissimus illi sanguine Ludouicus dux Aurelianensis alterius Ludouici Aurelianensis Caroli VI. fratris nepos in regnum successit, ac die maij XXVII. Rhemis magna pompa sacro oleo inunctus est, vt docet Comineus d, qui adfuit: huicque scribendi finem fecit, vir veritatis amantissimus, ac prudentiæ pietatisque laude conspicuus. Quid vero nouus Rex voluerit animo, mox pandit e, dum Gallico Hierosolymitanos, & Siculos titulos regios, nec non ducates Mediolanenses veluti hereditarios publicis inscriptionibus adiecit. Addunt f Alexandrum Pontificem a Ludouico non sine magna piorum offensione rogatum, vti leges matrimonij inter ipsum ac Ioannam Valesiam demortui Regis sororem solueret, illumque causam iudicibus Ludouico beneuolis cognoscendam demandasse.

Succedit il Ludd. XII.

d Comin. cap vlt.

e Ferron. in Ludou. XII. f Gagnin. in eod. Guicc. lib. 4. Hierosolymitanos & Siculos titulos Gallico coniugit.

6. 7 Porro Ludouicus siue adeo scelestus fuisset, vti sacramento publice protestus est, vt nunquam coniugem sanctissimam, cuius lachrymæ illum merito supplicio subduxerant, nisi meretricio affectu amplexus esset, siue periurio ad Annam Reginam inconcubinam accipiendam Britanniæ retinendæ studio se deuinciret, iuncto cum ea connubio sperata felicitate non est potitus, ac post gesta grauissima bella perturbatumque orbem sceptra duci Engolismensi inglorius transmisit. Cæterum Ioanna Valetia iniuriam ita æquo animo tulit, vt religiosam vitam amplexa omni virtutum genere floruerit. Institutus fuit ab illa sanctimonialium ordo, cui Annunciatæ nomen inditum, quod Deiparæ sacra mysteria, virtutesque præcipuo studio recolere profiteretur.

Creditum repudiata vxore diuortam legem a Ludouico XII violatam.

Ioanna Valesia ordinem Annunciatæ instituit.

8 9 In Etruria Venetus exercitus ad sex millia militum cum duce Vrbinate, ac Petro Medice, & Carolo Vrsino cum plura oppida ad defectionem pellexisset, Camaldulum, quod centum Florentini tuebantur, varijs impressionibus tentauit g, ac diuinitus propulsatus est multis cæsis, ac pluribus vulneratis, cum S. Romualdus humana specie e summo turris templi fastigio hostes tegulis lapideis obruere, nec in eum etiamsi telis expolitum hostis tela dirigere aut balliſtas torquere posset; quodque admirationem auxit, ne vnus quidem pro monasterio pugnantium sauciatus est.

g Lib. 5. 4. fol. 83.

10. &c. Hoc eodem anno Florentiæ tumultus ciuiles aucti, in quibus Hieronymus Sauonarola ordinis Prædicatorum, qui magna doctrinæ & sanctitatis opinione apud suos ob adstrictam religiosam disciplinam, necnon pietatis cultum inter populares proiectum florebat adeo, vt etiam ob Italicas calamitates multo ante quam contingerent prædictas propheta, vt diximus haberetur, captus, supplicioque affectus, exustusque est.

Sauonarola supplicio affectus.

19 Constat certe ex instrumentis publicis, atrocissimas calumnias, quas in Romana curia sparsas refert Burchardus a de arcanis exhomologeseon a sodalibus illi patefactis, vitaque impurissima, ac sacrilegijs inquinatissima, falso affictas fuisse: nocuisse autem præcipue illi congregandi concilij pro vitijs curiæ Romanæ resecandis studia, factionemque Florentiæ conflatam, opinio fuit.

Calumniæ plures ei falso affictæ. a Burch. l. 3.

20. 21 Quod vero ad vitia curiæ Romanæ a Sauonarola exagitata attinet; ea adeo pios omnes offendebant, vt Lusitaniæ & Hispaniarum Reges cultores pietatis eximij oratorum opera Alexandrum apostolici officij grauibus verbis admonuerint: *Legati*, inquit Osorius, *qui ab Emmanuele Romam missi fuerant, cum primum Romam peruenere: omnem legationis rationem cum Garsia Lasso Ferdinandi Regis legato, vti fuerant iussi, communicant. Re itaque deliberata omnes ad Pontificem adeunt, eumque Regum nomine suppliciter orant, obsecrant, & obtestantur, vt velit flagitiorum incendium pietatis studio & iudiciorum severitate restinguere, neque semel hoc ab illo libera voce contendunt, sed sæpius instant & vrgent, & publico etiam testimonio postulata consignant, vt esset omnibus testatum, nihil ab Hispaniæ Regibus omissum fuisse, quod ad labentis Ecclesiæ instaurationem pertineret. Quæ quidem admonitio hunc fructum habuit, vt Pontifex deinceps non ita dissolute rempublicam gerere videretur. Pro se autem tulit admonitionem illam sibi non ingratam accidisse.*

Alexander a Rege Lusitano officij Apostolici monitus.

22. &c. In tanta vitiorum libertate, quæ Alexandro pontifice viguere, Iudæi Christianam religionem ementiti in curiæ Romanæ officia irrepsisse comperti sunt: inter hos damnatus Petrus de Aranda episcopus Calaguritanus vna cum spurio protonotario, cui hæc obiecta fuere, ipsum effutijsse legem Mosaicam vnum habere principium, Christianam tria: Christum non esse passum, si sit Deus: orando dixisse gloria Patri, & aliarum duarum personarum diuinarum mentionem omisisse: indulgentias manes & commentitias esse ad quæstum confictas: non infernum, non purgatorium, sed paradisum tantum conditum a Deo. Erant hæc Marranicæ hæreseos præcipua capita.

Marranicæ hæreseos articuli.

36 In Germania hoc anno principum celebertimi conuentus Friburgi acti sunt b ad Christianum imperium aduersus Turcarum impetus tuendum, sed irrito exitu. Turca vero rabidus tanto impetu aduersus Polonos incubuit, vt nisi Deus succurrisset miseris afflictam iam pluribus cladibus Poloniam exitio dedisset. Nam in primis Stephanus Moldauiæ dynasta Tartarorum Turcarumque succinctus copijs primo vere in Podoliam ac Russiam tanta vi tantoque terrore irruperat, vt eas prouincias nemine aduersante euastarit c, supra centum millia Polonorum in seruitutem abduxerit. Auersa in Tauricam Chersonesum ea præda, Tartari Præcopenses nouæ prædæ cupiditate capti mense iulij in Russiam Podoliamque iterum irrupere. Collegit exercitum Ioannes Albertus Rex; sed dein temere dissoluit ob recessum hostium exercitum, cum septuaginta millia Turcarum autumno superiorum bellorum reliquias demessuri incurrere, qui nullis Polonorum viribus sed pugnante niuibus cœlo deleti fuerunt, adeo vt Turcæ Polonicam gentem diuina vi defensam non amplius bello petendam censerent: *Inuentis plerisque*

b Trithe. in chron. Spanh. hoc ann.

c Mich. l. 4. cap. 75. Plures Poloniæ vrbes euastatæ a Tartaris. Turcæ pugnante cœlo debellati.

aldib ibid. Quadraginta eorum millia frigore periere.

que omnibus, aic Cromerus a, *frigore & fame confectis, hominum quoque supra quadraginta millia alsisse & obriguisse memorantur, multi reperti postea qui interfectis equis in uiscera eorum exenteratos calentes etiamnum sese illatebrauerant, sed nullo operæ pretio; statim enim calor artus vita & sanguine destitutos deserebat, reliqui cum sese vicissimque tamen explicassent, & in Moldauiam euasissent, a Stephano palatino & Valachis Polonorum insequentium habitum mentitis, & loco rum opportunitate venientibus, diuexati & contracidati sunt, ita vt vix decem millia istro transmisso salua euaserint.*

bPet.Mart. dec.1.c.6.&7 Alex.Cadamust.c.105. Christophori Colũbi in nouũ orbẽ varia itinera.

39 Hoc anno Christophorus Colonus b, siue Columbus dictus, III. kal. iunij instructa octo nauium classe Bætica in nouum orbem soluit, australes Hispaniolæ respectu terras lustraturus, ac Pariæ vastissimæ prouinciæ Cumana, Mancapana, Curianæ regionibus perlustratis, in Hispaniolam reuersus omnia præter spem turbida reperit c, nam cum Bartholomæus eius frater Hispanos, qui spretis laboribus stupris, rapinis, & cædibus barbarorum se dedidérant, reprimere niteretur, illi rebellarant, conflaramque in insula intestinum bellum: tum apud Ferdinandum & Elizabeth Reges criminibus falsis insimularant Coloros Ligures, quasi Hispani sanguinis hostes, affectatique noui orbis imperij reos: quare arcano iussu regio intercepti ambo fratres, ob patefactum nouum orbem coronæ dignissimi, post tot exhaustos labores coniecti in vincula spoliatique omnibus in Hispanias abducti fuerunt.

cPet.Mart. cap.1.Cadamust.c.107. Columbus vas cum suare calũ nis oppressus.

Lustrata orientalis Æthiopia. *d Io.Barros. dec.1. Asiæ l.4.c.3.Osorius.& Maff lib.1.*

40. &c. Patefactæ etiam sunt maritimo itinere mensium vndecim hoc anno Emmanuelis Regis auspicijs Indiæ d a Vasco Gamma, qui Calecutium Malabarici regni emporium nobilissimũ die vigesima maij applicuit. Quod ad earum gentium ritus mores que, cum eo penetrarunt Lusitani, spectat; refert Barrosius e, eos partim Mahumetica, partim gentilitia superstitione fuisse imbutos, Brachmanasque pythagoreos sacra apud eos procurasse, quorum instituta accurate describit Ioannes Petrus Maffeius uolutatos nimirum in omni flagitiorum genere, quod se omnibus legibus solutos arbitrentur postquam certo annorum numero se continuere: terna fila e collo suspensa gestare, quibus Trinitatis imago tenuis adumbratur; simium in templo magnificentissimo adorare, ac deiramenta putidissima tanquam oracula venerari.

eBarros.sup. cap.7.

Eorum deiramenta.

44 Porro Calecutiensis Rex hospitum Europæorum nouitate perculsus eos honorifice excepit, cuius cultum describit Maffeius f. Expositurus g vero Lusitani Regis legatione Vascus Gamma professus est Lusitanum Regem a gentium Regibus nil aliud deposcere, nisi vt doctrina Iesu Christi redemptoris generis humani imbuerentur, & cæli terræque dominum colerent.

fMaff l.1, gBarros l.4 c.9 Gammæ apud eum legatio.

IESV CHRISTI
Annus 1499.
ALEXANDRI PP. VI. MAXIMILIANI ROM. REG.
annus 7. annus 6.

Indict. 2.

Granatenſium tria millia vno die baptiſmo luſtrata.

1. &c. FRanciſci Ximenij Toletani, & Ferdinandi Granatensis archiepiscoporum pio studio ingentes Granatensium multitudines a Mahumetis superstitione ad Christi cultum traductæ sunt, adeo vt vno die tria millia baptismalibus sacris initiata fuerint; cuius rei memoria Toleti & Granatæ anniuersarijs sacris XV. kal. ianuarij celebratur. Tum profana delubra Christiano expiata ritu Deo sacrata,

& Mahumetanorum voluminum, quæ aureis distincta notis erant, vt eo splendore impietatem spurcitiamque commendarent, vis ingens flammis iniecta. Qui vero veteri superstitione irretiti felices eos euangelij progressus abrumpere conati sunt, ad officium eiusdem Ximenij constantia redacti fuere. Inter quos fuit Zegri de patritia Abenhamaris familia, auctoritate, animique & corporis doribus inter Mauros spectatissimus: is Petro Leoni Ximenij a sacris ministro, vt manuesceret, traditus post aliquot dies se diuinitus admonitũ, vt Christianus fieret professus est, sacro initiari baptismate a Ximenio popoſcit, & Gonzalij Ferdinandi ob confertam olim cum Gonsaluo Ferdinandi duce celeberrimo in Granatensi planitie ancipitem pugnam nomen sumpsit, quem ad Christi cultum traductum religioni amplificandæ plurimum profuisse tradit Gomesius.

5 Dum vero ea parte Ecclesia præclaros hosce de Mahomete triumphos deportat, alia Baiazethes Turcarum Imperator Ecclesiam in Peloponeso, Macedonia, & Istria sæuissime afflixit, ab ipsis Christianis ob intestinas eorum dissensiones concitatus. Vulgo auctores a tanti facinoris culpam coniiciunt in Ludouicum Sfortiam Mediolani ducem, qui cum Venetos cum Gallorum Rege conspirare ad ipsum principatu exuendum intueretur, Antonium Bugiardũ & Martinum Cassatum ad Baiazethem miserit, eique significarit, Francorum Regem subacta Italia cum Venetis arma Christiana aduersus Turcas pro restituendo orienti Christi cultu versurum; extantque literæ eo argumento a Ludouico ad Baiazethem ipsum datæ, quas Latinitati donatas Ioseph Ripamontius historiæ suæ inseruit. Eiusdem flagitij particeps extitit b Fridericus Rex Neapolitanus, (quippe qui nosset Gallum expugnato Mediolano bellum illaturum illi regno).

Turcarum Imperator a Mediolanenſi in Christianos concitatus. *a Alexan. in bull. innoſſ. reg Neapol. conceſſi Buc. lib.1.3. Sabellicus enn.10.l. Ferr.l.3.in Lud.XII. Sur.3.4.3. c.40 Guicc. & alij.*

Et a Ferdinando Rege Neapolitano. *b Sur.id.ib.*

6. &c. Cæterum Alexander, vt excitatum incendium restingueret, Ioannem Borgiam Cardinalem legatum misit c Venetias, vt Venetos cum Mediolanensi, Mediolanensemque cum Gallo conciliaret, quo Christianorum arma in hostes fidei iungerentur. Verum legati apostolici inanes curæ fuere, cum ipse Alexander ea factione aduersus Mediolanensem nulla iniuria lacessitus, sed spe amplificandi filij spurij se irretijsset d, vt narrat Burchardus, qui etiam hæc refert de Turcis: *Innaserunt patriarchatum Aquileiensem domuij Venetorum, & illum depopulatum sunt, villas combusserunt, & magna damna intulerunt.* Confirmat idem Petrus Delphinus e. Recuperari prædia non potuit, immo captiui a Turcis, vt expediriores essent ad pugnam, metu nostrorum interfecti sunt, vt refert Sabellicus f. Mari quoque male gesta res est, quippe Veneti adipiscendæ victoriæ occasione gemina non vsi, Naupactum g, vulgo Lepanthum, amiserunt.

Decretum ad Venetos Io. Borgia Cardinalis pro communi fœdere in Turcas. *c Sur t.5.l.3 cap.38. d Burch. in ſac. Var. ſig. n.104 lib.3 p.45.47.*

ePet.Delph l.6 ep.11. Christiani captiui fidei odio cæsi.

f Sabell. ubi ſup.

Naupactũ Venetis ereptum. *g Sabell. ubi ſup.*

12. &c. Afflictis in oriente Christianis rebus opitulari conatum Pontificem narrat Cromerus h, ac Germanos, Hungaros, Boemos, Polonos ad sacram in Turcas expeditionem commouere, ad quam conficiendam anno ineunte comparatos se ostenderant. Sed Maximilianus Romanorum Rex, Gueldrensi primum bello, deinde Heluetico implicitus fuit i, de quo Heluetico bello agit Bilibaldus Pyrckeimerius Norimbergensis l, qui in cæsareo exercitu merebat, ac varia certamina describit m, quibus Heluetij Cæsarianos longe numero superiores fudere, atque inter has bellicas clades dira adeo fames laborarum esse, vt fœminæ puerique pecorum instar herbas in pratis depascerent: quod triste spectaculum se inspexisse ait, cum a Cæsare in vallis Tellinæ confinia mitteretur ad commeatus a duce Mediolanensi

hCrom.l.30 iNauel.vol a gen 30. lBilibal.l.1 de bell.Helu. ætat.in t.3 rer Germ. edit.Frcch. Diræfames

pro alendo exercitu, qui plures dies sine pane exegerat, excipiendos. Cæsarianos pariter fames ita premit, vt aliqui ad herbas vorandas se conuerterent, alij in insaniam, in rabiem alij agerentur, vinumque adepti illud cruore suo, dum partiebantur, fœdarent.

Nefanda diffidia Christianorum.

15. &c. Porro bellum illud a Francorum Rege concitatum idem auctor alijque memorant a, vt Ludouici Mauri Sfortiæ ducis Mediolanensis enertendi occasionem captaret. Spectare Insubriam ad se iure hereditario auiæ Valentinæ sororis Philippi Mariæ vltimi Vicecomitum stirpis principis, qui nulla legitima virili prole suscepta obierat, deuolutam contendebat Ludouicus XII. cuius cognitis consilijs dux adeo consternatus est animo, vt Baiazethem Turcarum Imperatorem ad interendum Venetis bellum, quo ipsos orientali implicitos ab Insubrico distraheret, concitarit, Gallorumque successibus territus mox propipuerit se in Germaniam præcipiti fuga, vt Cæsaris, cuius supremo imperio Insubria parebat, viribus contra Gallicam vim se tueretur. Vt autem illi, ita & Mediolanensibus se defendendi animi defuere; mox enim amplissima ciuitas ad omnes incertorum euentuum auras suspensa Gallos exciuit; exemploque suo finitimas vrbes b ad defectionem traxit, ac paucis post diebus arce & situ munitissima arx Mediolanensis, quæ in annos aliquot omni bellico apparatu instructa erat, a Bernardino Curtio Ticinensi auro victori Gallo diuendita est. Quibus de rebus factus certior Ludouicus Francorum Rex Lugduno Mediolanum prouolauit, atque a ciuibus exceptus c est magnificentissima pompa.

A Mediolanensi in Venetos Turca incitatus.

Ludouicus dux fugit in Germaniam.

a Id ib. Sabell. ennead 10. lib. 9. & alij.

b Burc. to. 1. pag. 580.

c Biz. ar. hist. Gen. lib. 17 Aug. Iustin. lib. 5. Foliet lib. 12.

16. &c. Vbi autem Gallum Mediolano potitum percrebuit, Genuenses communi consilio victoris potestati se permittere. Nec minori celeritate Veneti, quorum res in oriente Ludouici ducis Mediolanensis hortatu in Peloponeso & Istria a Baiazethe Turcarum Imperatore vehementer atterebatur, quidquid circa Abduam est Cremonamque ex percussio cum Gallis fœdere suæ ditioni subiecerunt d.

Cremona & agro cis Abduam posti Veneti.

d Burch. l. 3. p. 588. Sabel. enn. 10. l. 9. Ferr. l. 3.

25. &c. Appetente sæculari anno Alexander Papa decessorum pio instituto literas apostolicas deproposita ampliſſima noxarum venia ijs, qui limina Apostolorum decretis diebus religiose lustrarent, ritu solemni promulgauit, vt refert Burchardus e: qui etiam describit f varios ritus sacros, qui in indicendo anno iubileo seruati fuere, tum sacrarum precum, quæ in pandenda aurea basilicæ S. Petri porta repetitæ fuerunt formulas refert, additque g instituisse Alexandrum auctoritate pœnitentiarios, vt Christifideles a contractis noxis, nonnullis exceptis casibus, expiarent. Imperasse præterea Alexandrum, vt nullus Cardinalis iubileo anno abesset ab Vrbe, refert Petrus Delphinus h in literis ad Franciscum Cardinalem Senensem datis, quibus pontificium consilium commendat.

e Burch. eod. l. 3. p. 608. f Burch l. 3. pag. 107.

g Idib. ibid. pag. 606. Sacerdotes pro expiandis votis ampliſſima donati auctoritate.

h Pet. Delph. l. 6. ep. 1.

30 Facta est hoc anno maxima Boemorum ad Romanam ecclesiam accessio, solutisque censuris, quæ a Paulo II. latæ fuerant, Pragensis ecclesiæ sacerdotibus ampliſſima potestas data est i ab Alexandro, vt redeuntes ad sinum Ecclesiæ Hussitas exciperent.

i Lib. Iubil. to. 1. p. 262.

31 Hoc anno Marsilius Ficinus pie obijt relictis l pluribus ingenij & doctrinæ monumentis, ac post mortem Michaelem Mercatum Miniatensem philosophum Platonicum edocuit m vera esse, quæ de animarum e corpore exeuntium immortalitate ex Platonicis placitis & fide Christiana ante a post doctam disputationem concluserant: cum enim innctis dextris pepigissent vter prior e viuis excessisset (si ita Deo placeret) alterum de alterius vitæ statu faceret certiorem, contigit vt haud ita multo post Marsilius Florentiæ moreretur, ac dum summo mane Michael Mercatus philosophicis studijs operam dabat, ex inopinato sensit strepitum currentis equi, atque ad ostium domus cursum inhibentis, tum vocem Marsilij clamantis inaudijt: *O Michael, o Michael, vera vera sunt illa.* Ad vocem amici assurgens Michael fenestram aperuit, ac Marsilium candidatum vectum equo candido, aufugientemque a tergo conspexit, quem frustra clamoribus & oculis prosecutus est, donec ex oculis euanesceret: cumque deinde comperisset Marsilium eadem hora defunctum, relictis humanæ philosophiæ studijs, Christianam philosophiam mire coluit.

Marsilius post mortē amico apparet.

Confirmat quæ docuerat de animæ immortalitate.

32 Hoc anno patefactis, vt dictum est, Indijs redijt Vlissiponem Vascus Gamma a, quo recepto Emmanuel Rex gratias egit diuinæ prouidentiæ, quæ illum veluti idoneum instrumentum, quo noui orbis panderentur portæ ad euangelium tot barbaris nationibus inferendum, delegisset.

India a Vasco Gāma patefacta. a Barros l. 4. cap. 1.

IESV CHRISTI Annus 1500. Indict. 3.

ALEXANDRI PP.VI. annus 8. MAXIMILIANI ROM.REG. annus 7.

1. &c. ANnus iubileus adest, quo ingentes populorum ex omnibus Christiani orbis regnis ac prouincijs concursus facti fuerunt b: verum ob Turcicas clades, & Italica bella, quibus plurimus Christianus sāguis fusus, & peregrini religioni grauissimis incommodis affecti, iter difficile extitit. Meminere autem de ingenti mortalium linguis dissonorū in Vrbem religionis causa concursu non Itali modo, verum Galli, Hispani, Angli, Germani, Poloni scriptores c.

Iubilæi anni celebritas. b Burch. to. 1. l. 3. Volat. l. 22. Guicc. l. 4. Ferr. l. 3

Recurrente autem festo Apostolorum Petri & Pauli die Alexander fulminante cœlo extremum vitæ discrimen adijt: cum enim caminus vēto impulsus ingentem secum ruinam traxisset, concidentibus duobus contignationibus sub diffracta ingenti trabe, quæ parte altera stans infixa muro illum texit, leuiter lasus at terrore pene exanimatus in solio repertus est: *Salus autem Papæ fuit*, inquit Burchardus, *quod trabs vltima, quæ rupta est in medio, habebat in capite clauos extra murum infixos, qui illam partem sedem Pontificis existentem a capite in muro fortiter tenuerant, adeoque trabs ipsa manſit in muro, & eius medium, quod ruptum erat, declinauit in terram, & factum est Papa defensorium, ita quod omnia declinarent ad medium, & non versus Papam.* Curatis tamen vulneribus, confirmataque valetudine gratias ritu solemni Deo egit d: instauratus quoque tum ab eo pius mos a Calliſto III. institutus, vt meridie campanæ pulsarentur, quo fideles ad precationem dominicam, & salutationem angelicam repetendas excitarentur, vt diuinum Numen suis aduersus Turcas præsidio esset.

c Mich l. 4. c. 79. Polyd. Virgil. l. 26 Paul. Lang. chron. Gemt. Thritem. in chron. Sponh Marian. lib 27. cap. 7. & alij. Admirādo casu seruatus Alexāder.

d Burch. ibid pag. 87. Instaurat" pius mos de oratione angelica meridie repetenda. e Turcogr. anſ. l. 1.

5. &c. Inhiabant illi reliquijs Græciæ, atque, vt supra indicauimus, & Turcogræcæ historiæ auctor e obseruat, Baiazethes solutus metu post Zizimi mortem Venetos bello petierat. Cum vero Pontifex Venetam causam tueretur, ac Reges Christianos se fœdere coniuncturum in Turcas minitaretur, Baiazethes ipse terreri visus est; sed Gallo Germanoque a præclariſſimo consilio alienis mil geri potuit in Turcas præter inania decreta. Post quæ Methone f amplitudine, magnificentia, & opibus florentissima miserando expugnata est casu, quo scilicet tempore ob exceptas suppetias excubitores mœnibus incau-

f Burch. ubi sup. pag. 95 Methone a Turcis expugnata.

incaute abscessisse, cum aurea ingens barbarorum strages fuisset edita.

43. &c. Cum illius cladis fama ad Pontificem peruenisset, vrgere magis sacri belli apparatum constituit, ac Poloniæ, Hungariæque Reges solicitauit, vt signa in Baiazethem ad distrahendas illius vires efferrent: tum propositis sacris muneribus Christicultores ad profitendam sacram militiam cohortatus est, Turcarumque immanitatem tummam exposuit a. Submissus etiam tum Venetijs Benedictus Pisaurus ad tuendas Græciæ laceras reliquias barbaricarum victoriarum cursum continuit, vt Sabellicus narrat b: Nauplijs barbarum victorem repulit, ac Æginam & Cephaleniam insulas recepit.

a Lib.4.litter.commerc. pag.51.

b Sabellicus. 10.l.9.Petr. Bemb.Gard hist.Venet.l 9.Ruir l.8. Sur.t.3.l.4. c.24.& 30. & alij.

19 Inter hæc diuina vi Moscouitas ac Tartaros profligatos hoc anno a Vvahero Liuoniæ magistro, narrat Bredembachius c, adeo vt centum millia Moscouitarum & Tartarorum trucidata sint, vno equestris ordinis Theutonici tantum casu: *Facilio*, inquit, *ita dirempto, compertum est ex Theutonicorum agmine vnum duntaxat interemptum, Moscouiorum vero & Tartarorum circiter centena millia trucidatos, & duabus milliaribus cadauera passim disperfa iacere. Memorabilis hic erat triumphus, & singulare virtutis & fortitudinis exemplum, ac dignum quod sempiterna memoria donatum nunquam aboleatur. Moscouiorum Imperator, qui ipse in aciem non prodierat, cum summo stupore admiratur tantum exercitum tam exigua manu, tam turpiter casum & prostratum, atque illico paucis quinquaginta annis cum Teutonibus firmat.*

c Bredeb. in descrip.tertij belli Liuon. Moscouitæ magna strage deleti.

20. &c. Quod ad Alexandrum Pontificem attinet, ipsum promulgasse, religiosam in Turcas militiam se profiteri velle, atque omnia ad iter necessaria adornasse, refert Surita d: tum ad Reges omnes scripsisse castrenses in crucesignato exercitu labores se subiturum, modo Francorum, vel Hispanorum Rex illum ductaret. Missi autem fuere ad excitandos in Turcam Reges plures legati, Gurcensis Cardinalis ad Cæsarem, Reginus ad Hungarum, episcopus Callicusis ad Polonum: indulgentiæ etiam promulgatæ ad colligendam pecuniam. Verum demum mutata in peius sententia Alexandri conatus conuersi fuerunt ad augendas res Cæsaris filij sui, qui succinctus Gallicis armis Pisaurense bellum susceperat, sed ob repentinam Ludouici Mauri in Insubriam irruptionem e illud intermittere coactus est.

d Sup.c.26. ext.ea de vitis.Alex.VI apud Bos.p. 2.hist.eccl.Leuos.l.13.

23. 24 Excitus ab amicis & alijs Mediolanensibus, quibus Galli inuisi erant, Ludouicus Stortia, Nouocomi primum, deinde Mediolani a ciuibus ingenti gratulatione exceptus est; cuius partum studia, Ticinum, Parma, Veganum, & aliquæ aliæ vrbes secutæ sunt. Peruagataque esset latius a Gallis defectio, nisi Veneti, pronas in exitium Gallorum res sustentassent: Genua, Asta, & aliæ cis Padum vrbes, intentæ quo spectarent illi motus in officio se continuere. Dedita autem pacto militari Nouaria, Stortia arcem obsidione premebat, cum versa rerum alea fuga se subducere coactus, cum Heluetij pro ipso pugnare in tribules Gallorum fœderatos detrectarent, captus est. Ita formidabilis quondam princeps ex alto rerum culmine in carcerem decidit, cuius tristem casum diuinæ animaduersioni f tribuunt. Partum ab eo iniquis artibus principatum plerique affirmant, nec minus vsum scelere ad illum retinendum.

Pisaurense bellum Liuiæ Mediolanensis.

Pulsus & captus duc Mediolan. f Sabellicus. 10.lib 9.

25. 26 Perculsus eo casu frater Cardinalis cum aliquot equitum turmis in fugam se coniecit, sed a Veneto equitatu interceptus est. Cum vero Francorũ Rex metueret, ne aliquando Ascanius principatum recuperaret, a Veneris sibi dedi peruicit. Passus est Alexander Ascanium Cardinalem in Gallica custodia pro Italica quiete contra cardinalitiæ dignitatis decus detineri, & Cistercien sem abbatiam, cuius administrationem ille gesserat, Iuliani Cardinalis episcopi Ostiensis fidei commendauit a. Accepit ita merita ab Alexandro præmia Ascanius Cardinalis, qui simoniaca fraude corruptus illum ad pontificatum extulerat. Porro tulisse Ascanium ipsum summa animi constantia eam calamitatem refert Ferronius, panciſque post mensibus in libertatem restitutum b.

Carceri mãcipatus a Lib.6.hist sacr.p.143

b Ferr.l.3.

27. &c. Non pari sorte potitur illius frater, quem narrant in subterraneo specu Lochiensis arcis ferreis compagibus ferreoque ostio munita diuturnam captiuitatem pati compulsum, ne liber nouas turbas excitaret; quorum calamitate territi Insubres aliquandiu Gallicum iugum tolerarunt: *Ludouicus interea*, inquit Ferronius c, *potitus Mediolano, vt sunt Regum cupiditates insatiabiles, & sordent priora dum maiora quæque expetuntur, animum adiecit ad Neapolim, quæ a Carolo defecerat, recipiendam*; quod illius oratorem die festo S. Petri Alexandro plaudente professum, narrat Burchardus d.

Ludouicus dux carcere diuturno macerat.

c Ferron.l.3

d Burch. p. 11. in Alex. VI pag.8.

32. &c. In Hispania Granatæ orta e suit seditio ineunte anno auctoribus Albaizinensibus, qui editiorem vrbis partem proprijs discretam mœnibus incolebant, cum ingentes Maurorum ad Christum accessiones fieri pati nequirent, ædes Francisci Ximenij Toletani archiepiscopi, a quo Christiana res ardentibus studijs prouecta fuerat, oppugnarunt; & quamuis suaderent ei plerique, vt in arcem Alhambram se subduceret; maluit tamen ipse commune periculum cum suis pro Christi nomine subire. At Albaizinensibus perduellionis reis vi militari repressis a prætore, cum ijs propositum esset, eos læsæ maiestatis crimẽ suscepta Christiana religione expiare posse, tunc Christianam fidem velle se profitei renunciarunt; in quibus desudasse & elaborasse Ximenium accurate narrat Gomesius f. Hosce Granatenses neophytos magna ex parte supplices in timore fuisse, peruicaces autem animo, atque insaniam repetituros, vbi facultas esset, ait Mariana g. Nec modo Ximenium Granatensi ecclesiæ constituendæ augendæque, verum religioni etiam nouo orbi inferendæ, vindicandisque a vi & licentia Hispanorum barbaris imbellibus, qua pollebat gratia & auctoritate apud Reges operam egregie nauasse refert Gomesius h.

Mauri in seditionẽ versi.

Proposita vitæ spe Christo adiuncti.

f Gomes.lib.

g Mariana.l. 27.c.5.

Ximenij pro religione ampliscanda labores.

h Gomes.l.2. de reb.gest. Ximen.

38. &c. Spargente porro se latius inuentarum incognitarum terrarum vastissimarumque fama, hoc anno Petrus Martyr Ludouici Cardinalis Aragonij, & patrui illius Friderici Regis Neapolitani votis morem gerens, inter alia, quæ de noui orbis rebus monumentis mandauit, de Hispaniolæ incolarum superstitione plura descripsit. Deludebantur infelicissimi ethnici a dæmonibus, qui varijs spectrorum figuris se obijciebant; mentiebanturque se omnium rerum dominos in simulachris, se adorari iubebant, ac varijs miseros irretiebant erroribus.

Illudunt barbaris dæmones.

45. &c. Eodem anno rectrice cursus diuina prouidentia patefacta est a Lusitanis Brasiliæ, siue noui orbis meridionalis pars, cum illi tendere in Indiam molirentur. Solutis anchoris die nono martij, quem mensem ad iter Indicum maxime idoneum monstrauit vsus, tertiodecimo die ad Hesperidas Capralis classis præfectus peruenit, circumque eas insulas tempestate iactatus adeo, vt e nauibus vna luctata cum ventis Vlissiponem redierit, alix duodecim ad Bonæ spei promontorium flectendum facilius in occidentem progressæ post mensem circiter in continentis incogniti conspectum die vigesima 1 quarta aprilis ventis, vel potius diuino nutu, delati sunt, vbi portus, cui a

Patefacta a Lusitanis Brasilia. i Barros.l.5. c.1.Osor l.2 Maff.lib.2.

Hexter.Port ugal.c.64.

firu & tuta ſtatione Securi nomen impoſitum eſt, claſſem excepit. Defixaque ſunt in eo littore prealta crucis vexilla ſolemni ritu, ac prece conſecrata, a qua S.Crucis nouæ telluri ſaluxiferum nomen inditum, quod poſtea a profano vulgo commutatum, atque ex rubro ligno braſilo nuncupato, quod tingendis veſtibus maxime peritur, Braſiliæ cognomen datum eſt. Peracta primum in eo continente diuina myſteria in ſubdiali ara fuerunt ab Henrico S.Franciſci inſtituta ſectante. De horum populorum barbarie immaniſſima plura refert Hieronymus Oſorius a, ac deſcribit varios ritus ferinos, quibus homines per ludum mactabant ac vorabant. At de gentibus illis ad Chriſti ſigna traductis dicetur ſuis locis: nunc ad Luſitanos reuertamur.

Crucis vexilla defixa in Braſilia.

a Oſor.l.2.

51. &c. Traiecturus in Indiam Capralis ad ſulcandum immanem illum maris traiectum, qui mille & ducentarum leucarum ſpatio ad Caput bonæ ſpei patet, vela ſoluit ſociorumque parte naufragium paſſa intento in Indiam curſu appulit b in Calecutienſe portum die decimatertia ſeptembris, initaurataque inter Luſitanum & Calecutienſem Reges amicitia, quæ paulo poſt, orta inter Chriſtianos & Saracenos ſeditione, violata eſt. Adeo vero dæmonum ſeruituti addictos eos fuiſſe tradit ſcriptor itinerarij, vt ſæpius dæmones ſe illis videndos obijcerent, colloquerenturque.

b Cap.7.

55 Eodem anno ſuſcepta eſt ardua nauigatio ad luſtrandas ſeptentrionales oras a Gaſpare Corteregali; ſed quid illi in ſecunda nauigatione acciderit, quidquam accipi nunquam potuit. Eius vero frater Michael altero poſt anno eaſdem regiones petijt, nec vltra comparuit: ad quos conquirendos dimiſſa poſtea ab Emmanuele Rege claſſis nil de eorum exitu potuit cognoſcere, telluſque viridis amiſſo nomine priſtino Corteregalium tellus appellari cæpit.

Corteregalis in ſeptentrionem ardua nauigatio.

56.57 Eodem anno duodecim Cardinales creati ſunt, quorum nomina & tituli ita a Burchardo recenſentur. *Didacus tituli S. Sabinæ presbyter Cardinalis Hiſpalenſis patriarcha Alexandrinus: Iacobus tit. S. Vitalis presbyter Cardinalis Arboreenſis; Thomas tit. S. Sylueſtri presbiter Cardinalis Strigonienſis, Petrus tit. S. Cyriaci in thermis presbyter Cardinalis Reginus, Franciſcus tit. S. Cæcilia presbyter Cardinalis Conſentinus, Ioannes tit. S. Balbinæ presbyter Cardinalis Salernitanus; Ludouicus tit. S. Agathæ presbyter Cardinalis Capuaquenſis; Antonius tit. S. Anaſtaſia presbyter Cardinalis Camanus, Ioannes Baptiſta tit. S. Griſogoni presbyter Cardinalis Mutinenſis, Antonius S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis de Albreto. Ludouicus S. Mariæ in via lata diaconus Cardinalis de Borgia, Marcus S.Mariæ in portica diaconus Cardinalis Cornarus.*

Cardinalium creatio.

58 Claruiſſe tunc in Italia Ferrariæ Luciam virginem ſanctitate illuſtrem, in qua paſſionis dominicæ inſignia conſpecta ſint, refert Trithemius. Conſpecta a ſe & palpata eadem ſtigmata, dum cenſoris fidei munere fungebatur, teſtatur Henricus Inſtitoris c in libro, quo veritatem fidei catholicæ cœleſtibus prodigijs hoc tempore confirmatam probat aduerſus hæreticos. Idem etiam teſtatur publicis literis d Hercules dux Ferrariæ ad diuina miracula, quæ viderat, prædicanda, vt fideles in conſtantia fidei corroboraret.

Sanctimonialis Chriſti ſtigmatibus inſignata. c Henr.Inſt. in tract. contra Pick.

d Ex apud Henr.Inſt.

59 Traditur præterea apud Trithemium e ingens factum hoc anno prodigium in Germania, conſpectas nimirum multis in locis plurimas in hominibus, atque omnis generis veſte ſeu ſacra ſeu profana cruces diuinitus impreſſas, ſiue vt refectis vitijs memoriam paſſionis dominicæ recolerent, ſiue viſo mortis Chriſti ligno ad imminentem mortem pie

Crucis ſigna in Germania veſtibus diuinitus impreſſa. e Trith. ubi ſup.

ſe compararent mortales; nam ingentem poſtea hominum multitudinem epidemia perijſſe narrat auctor. *Erant autem*, inquit, *cruces paruulæ, varij, ac confuſi coloris, ac ſi pannus aliqua pinguedine mixti coloris eſſet inunctus, nec poterant qualibet lotione deleri, ſed poſt diem nouum aut ternium per ſe deficientes euanuerunt.* Quæ non ſine magno diuinæ prouidentiæ conſilio contigiſſe conſpicuum eſt, cum nefanda ſecta oriretur, in qua initiandi negabant crucem Chriſti, & cum ſacris myſterijs intereſſent, ad ſingula ſacerdotis verba blaſphemam vocem repeterent. Mentitum eſt; tum etiam imminentes Lutheri, Zinglij, & Caluini hæreſes crucis Chriſti ſigna ac memoriam delere amiſuræ forent.

60. 61 Repullulabat hoc tempore in Boemia & Morauia fœdiſſima Vvaldenſium hæreſis, pluresque ſalutis ſuæ immemores, propoſito fœdiſſimarum voluptatum lenocinio irretiebat: ad quam peſtem excindendam præpoſitum Nuemburgenſem Clotterthunburg nuncupatum pietate & doctrina conſpicuũ, at prædictum Henricum Inſtitoris a ordinis Prædicatorum fidei cenſores & interruntios ſuos in Germania creauit Alexander Papa, ampliſſimaque auctoritate inſtruxit apoſtolico ad eos miſſo diplomate. Prolapſos in Vvaldenſium veterum ſiue Pickardorum errores plures Calixtinos, qui in retinendæ communionis ſub vtraque ſpecie pertinacia obfirmati ad ſinum Eccleſiæ non redierant, deplorat Henricus Inſtitoris b in literis ad epiſcopum Olomucenſem datis; prodigio enim fuit ſimile, eos, qui tantam pietatis ſpeciem per ſummam hypocriſim præ ſe ferebant, erga ſacram Euchariſtiam, & calicis vſum, in eam veſaniam lapſos, vt Chriſtum ſub vlla ſpecie contineri demum negauerint.

Vvaldenſium hæreſis in Boemia repullulat.

a Inſtitoris Inquiſitor.

b Inſtit. l. alib.

IESV CHRISTI Annus 1501. Indict.14.

ALEXANDRI PP.VI. annus 9. MAXIMILIANI ROM.REG. annus 8.

1 MVlta ad comprimendam Turcicam tyrannidem inter ſummum Pontificem & Chriſtianos principes agitata ſunt conſilia, ac primum die dominica pentecoſtes promulgatum eſt ritu ſolemni in ſacello pontificio, Vvladislaum Regem Hungariæ ſacro in Baiazethem cum Pontifice & Venetis fœderi acceſſiſſe, vt narrat Ioannes Burchardus c.

Hungarus ſacro in Turcas fœderi accedit.

c Burch.m.ſ. arc.Pat p.2 pag.185.

2. &c. Irrumpere in Turcicum imperium ex Pannonia ſpondebat Vvladislaus, cui propterea Pontifex pactam auri vim in bellicos ſumptus impendendam ſuppeditabat; magna adornabatur claſſis a Pontifice, Francorum, Hiſpanorumque Regibus, Venetis & Rhodijs, quæ eodem tempore Græciæ Aſiæque littora vexare deberet, vireſque barbarorum diſtrahere, ſummo eiuſdem claſſis Imperatore Petro Aubuſſonio Rhodij ordinis principe diacono Cardinale, & Apoſtolicæ ſedis legato, de quibus Alexander Cardinalem Reginum in Hungaria legatum literis ſuis docuit d.

Belli ſacri apparatus.

d Lib breu. p.969. Bellon. p.2.lib.5

5. &c. Conceptæ ſunt ex magnificentiſſimo illo belli ſacri apparatu, ducuque decreti virtute ingentes ſpes proferendæ rei Chriſtianæ, quæ magis auctæ ſunt, cum recenter increbuiſſet fama ſedatã inter Maximilianum Cæſarem & Francorum Regem de Mediolanenſi principatu diſſenſionem, Claudia vnica Ludouici Regis filia Carolo Maximiliani nepoti in cunis vagienti ſponſa.

Per-

Quæ inter Cæsarē & Galliæ Regem conuē tia.

Cruces cæ lo lapſæ in Germanorum veſtes

a Nauclerus.

9.10 Pererebreſcebat autē tunc maxime apud populos omnium ſermo de Turcica excindenda tyrannide Conſtantinopoli: cum lapſa cælo in veſtes Germanorum crucis inſignia fuiſſent ſuperiori anno, quæ inſolitæ alicuius rei expectatione mentes perculerant, eademue hoc etiam anno repetita fuiſſent prodigia, de quibus ab inſignibus viris fide digniſſimis Cæſar admonitus eſt, ac præſertim ab epiſcopo Leodienſi a oculato teſte ac iudice, quippe ad eum adducta fuerat mulier honeſta in cuius capitiali pepło cruces ſanguineæ repente impreſſæ videbantur, licet peplum ſæpius iuſſa commutaret.

11. &c. Eaſdem cruces ſuis inſpexiſſe oculis, ſibique a Maximiliano Cæſare monſtratas fuiſſe teſtatur Ioannes Franciſcus Picus Mirandulæ comes in literis ad eundem Auguſtum datis, tum in eleganti poemate: in quo ſentit Deum in mentem hominum memoriam ſuæ paſſionis eo prodigio reuocare voluiſſe.

Sacri belli ſpecie cum Gallo in Venetos coniurat Cæſar.

15. 16 Non hæc prodigia, non orientis continuæ clades, non auitorum principatuum vaſtitas crebra, non Gurcenſis Cardinalis hortamenta, non Mirandulani comitis pij ſtimuli Maximilianum commouere, vt ſacram expeditionem in Turcas conficeret: quinimmo in Tridentinis conuentibus, in quibus bellum decreuiſſe in fidei hoſtes Gallica fretus amicitia circumferebatur, ex arcano in Venetos cum Gallis, vt Venetæ ditionis vrbes in Italico continente ſitas cum ijs partiretur, conſpirauit b.

b Guicc. l.5. Iouii rom.5 l.44.c.50.

Pontifex etiam priuatis ductus commodis arma in bellis Italicis exercuit, Fauentiniſque ad deditionem coactis, eorum princeps Aſtorgius Romam perductus Tyberi crudeliter merſus eſt, vt refert Ioannes Burchardus c.

c Burch. vbi ſup. p.172.

17. &c. Iudiciariam tunc ſeueritatem adhibuit Alexander d in Iulium Cæſarem Varanum Camerini regulum Eccleſiæ vectigalem ingentium ſcelerum reum: ueinde ad euertendos Columnenſes & Sabellos Friderici Neapolitani Regis ſocios, incubuit, in quos graniſſimam primum ſententiam tulit e, recenſitis criminibus: quæ Sixti IV. temporibus ad prodendam perdendamque Vrbem patraſſent, vtque recenter Friderico Turcas ad excidium Italiæ vocanti adhæſiſſent.

d Lib 5. Bull ſecr. pag. 40

e Ib. pag. 57

21 Percuſſi eo fulmine timoreque perterriti Columnenſes, cum fœdus inter Pontificem & Galliæ Hiſpaniæque Reges initum fuiſſe accepiſſent, ne clientibus ſuis exitio eſſent, eorum imperium Cardinalibus interpretibus Pontifici permiſere, vti refert Ioannes Burchardus f: *His*, inquit, *diebus*, nempe appetēte feſto corporis Chriſti, *Columnenſes intelligentes concordiam eſſe conceptam inter Reges Franciæ & Hiſpaniæ, & propterea ſibi timentes ob aduentum gentium Gallicarum decreuerunt terras ſuas committere ſacro collegio reuerendiſſimorum dominorum Cardinalium; quod collegium nuntiauit Papæ, qui noluit hoc fieri, ſed quod Columnenſes mitterent claues terrarum ſanctitati ſuæ cum minis, niſi id facerent, ipſos Columnenſes etiam in eorum perſonis velle punire. Decreuerunt propterea dari claues Papæ & collegio, & Papa ad cauſam miſit hoc mane ad eos reuerendum dominum epiſcopum Cæſenatenſem auditorem cameræ, qui rem concluſit cum eis.* Cum autem nonnulli Columnenſium partes tueri decreuiſſent, partim Viterbij, partim alijs in locis Vrſinorum opera oppreſſi ſunt, geremeque in exercitu militare imperium ipſo Alexandro, quem ſpuriam filiam in palatio pontificio ad adminiſtrandum rem Romanam turpiter collocaſſe narrat idem Burchardus: *Sanctiſſimus*, inquit, *dominus noſter receſſurus*, nempe XVII. iulij, *de Vrbe*

f Burch. ſ. arc Vat. p.2 in Alex. VI pag. 202.

Territi Columnenſes ſua ſubijciunt Alexandro.

Pontificij palatij cura ſpuriæ commiſſa.

commiſit cameram ſuam & totum palatium ac negotia occurrentia domina Lucretia Borgia filia, quæ huiuſmodi abſentia durante inhabitauit cameras Papæ, & dedit commiſſionem aperiendi literas ſanctitati ſuæ directas, & ſi occurreret aliquid ardui haberet conſilium reuerendiſſimorum dominorum Vliſiponenſis & aliorum Cardinalium. Nupſiſſe poſtea Alfonſo ducis Ferrariæ primogenito (quippe eius vir a Cæſare Borgia, vt vidimus, cæſus fuerat) ac Romæ ingentem ideo celebratam lætitiam, tradit auctor.

Ducis Ferrariæ filio nupta.

22 Cæterum refert idem Burchardus Alexandrum Sermonetam & alia Columnenſium loca ſua præſentia ſubegiſſe, Marinum æquandum ſolo decreuiſſe in Romanorum ſenatu, Plumbinum ad deditionem compuliſſe; ob quas inanes victorias oblitum officij apoſtolici, cœleſtiſque iræ, quæ illi ſuperiori anno triſtem necem intentarat licentiæ habenas effudiſſe fertur. At licet illum obſceniſſimis interfuiſſe ſpectaculis Burchardus & alij accuſent, tamen diuina prouidentia non paſſa eſt, vt qui corruptis erat moribus bonos mores erronea doctrina corrumperet, nam vitro ipſum caſtimoniam imperaſſe, atque etiam excolendis depranatis religioſorum moribus operam dediſſe, conſtat a.

Capea Columnenſiū oppida.

a Lib. 1. ſecr. pag. 139.

23. &c. Inter præclare geſta Alexandri VI. recenſendum eſt fouiſſe eum patrocinio apoſtolico B. Franciſcum Paulanum, atque inſtitutam ab eodem traditamque ſodalibus religioſæ vitæ formulam iterum nouo decreto confirmaſſe, quam primum Pyrrhus archiepiſcopus Cuſentinus, in cuius diœceſi noua religioſa familia initium duxerat, dein Sixtus IV. & Innocentius VIII. apoſtolica auctoritate corroborauerant. Tertiariorum etiam eiuſdem ordinis formula religioſa ab Alexandro comprobata eſt b. Quin etiam confirmauit nouum ſanctimonialium ordinem ad B. Virginis gloriam propagandam conditum a Ioanna Valeſia Ludouici XI. Gallorum Regis filia, Caroli VIII. ſorore, & matrimonio iuncta Ludouico XII. qui regno poſtea potitus eam, vt vidimus, repudiauit, quaſi prædeceſſoris Regis terrore perculſus nunquam coniugio aſſenſiſſet. Ipſa igitur, vt diximus ſupra, ſe diuinis rebus addixit. Eximia eſt religioſa noui illius ordinis diſciplina ad imitandas Deiparæ virtutes compoſita, quam Alexander proximo ineunte anno apoſtolicis literis c. inſeruit.

Confirmatus tertiariorum minimorum ordo.

b Ibid. Ioanna Valeſia noui ordinis cōditrix.

c Lib. 2. ſecr. pag. 69.

36 Nec defuit Alexander apoſtolico muneri ad naſcentia hæreſum ſemina euertenda; cum enim typographi quæſtus illecebra pellecti plures libros erroribus inquinatiſſimos excuderent, eoſdemque diſtraherent bibliopolæ, ſanxit d grauiſſimis impoſitis pœnis ne ſine epiſcoporum diœceſanorum venia ac poteſtate vlli libri typis mandarentur, vtque hæreſibus contaminati ad eos perferrentur, flammiſque abolerentur.

Bibliopolarum auaritia mala grauiora parit.

d In 4. liter. conſ. p. 32 a.

37. &c. In dirimendis etiam fidei controuerſijs Alexandrum non diſcrepaſſe a deceſſoribus ſanctiſſimis oſtendunt plura ipſius monumenta, inter quæ inſigne illud eſt quo Ruthenorum baptiſma rite collatum, nec vnquam repetendum in ijs, qui a ſchiſmate ad gremium Romanæ eccleſiæ redirent, definiuit e, cum Vvilnenſes, Kiouienſes, Luzeronenſes, & Mednicenſes a Græco ſchiſmate ad Eccleſiæ catholicæ gremium ſe conferrent: *Attendentes*, inquit, *quod per felicis recordationis Eugenium Papam IV. præceſſorem noſtrum in concilio per eum Florentiæ celebrato, in quo Græci atque Armeni vna cum Romana eccleſia ſentientes interfuerunt, definitum fuit formam huius ſacramenti baptiſmatis exiſtere: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti Amen. Ac etiam per illa verba: Baptizetur talis ſeruus Ieſu*

Alexander licet impuriſſimus fidem defendit.

e Lib. 2. epiſt. ſecr. pag. 53 Extat etiam apud Seguinum Liber. rer. Moſcouit. pag. 38.

Soluta lis de non re baptizādo ex definitione Concilij Florentini;

Chri-

Christi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: vel baptizatur manibus meis talis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; verum perfici baptisma, quoniam eius principalis causa, ex qua baptismo virtutem habet, sit sancta Trinitas, instrumentalis autem sit minister, qui tradit exterius sacramentum, sic exprimitur actus, qui per ipsum exercetur ministrum. cum sancta Trinitatis invocatione perficitur sacramentum, & propterea huiusmodi sacramenti sic in tertia persona collati reiterationem necessariam non existere.

41. &c. Cum vero ecclesia Vvilnensis Tartarorum excursionibus sæpius vexaretur, & clerus ambigeret, an liceret episcopo arma sumere ad infidelium grassationes coercendas, consultus Alexander a ab episcopo pro tuenda fide, asserendaque libertate ecclesiastica arma expedienda, omnique irregularitatis noxa purgatum fore sanxit.

a Ibid. p. 51.

48. &c. Eodem anno in Moravia contigit id quod narrat Trithemius b: *Eodem anno post mortem cuiusdam tyranni, qui pauperes inique oppresserat in Moravia, cum filius in hereditate paterna succedens quoddam eius castellum nomine Giemps cum uxore & filia inhabitaret, & ecce quadam die eo ad mensam sedente venerunt duo maligni spiritus in specie humana ad portam castri petentes intromitti, quibus portarius dixit. Qui, vel unde estis? Oportet enim ut hæc domino meo denuntiem; cui illi respondentes dixerunt: Nec ad te pertinet, nec ad dominum tuum qui vel unde simus, sed quantocyus intromitte nos, alioqui videbis quod nobis patescat introitus. Portarius currens, ut hæc domino suo enuntiaret, cum introisset ubi sedebat vidit illos duos, quos extra portam dimiserat coram domino stantes, & præ timore nil poterat loqui. Illi autem post multa minatoria & terribilia verba horrisonasque visiones (ut sim brevis in narratione) illum cum omni familia sua exire de castro compulerunt. Post quorum discessum multitudo damonum conveniens magna castrum illud inhabitare cæpit, ululantes die ac nocte, atque plaudentes mirabilia faciunt*; sed ex his ad Neapolitanas conversiones traducenda est narratio.

b Trith. in chron. Spanheim. Baluz. in additam. ad Nauc.

Pullus tyranni filius cū familia. Dæmonum grassationes horrida.

51. &c. Iactabat Ludovicus Rex. Venetisque e pollicitus est parta Neapoli ad Constantinopolim castra admotum iri bimestri vero ante regiæ classes inferum mare sulcaverant ad expeditionem Neapolitanam ituræ, quo tempore etiam exercitum terrestrem Alegrio & Obignio ducibus Romam pervenisse, narrat Burchardus d. Coniunxisse cum Gallis pontificias copias Cæsarem Borgiam tradit idem auctor, additque fœdus ab Alexandro cum Gallo & Hispano in Fredericum antea initum solemni ritu festo S. Petri promulgatum fuisse, subditque e iudiciaria sententia Fredericum in sacro purpuratorum patrum senatu iure regni Neapolitani fuisse spoliatum. Confirmat Surita f inter hos Reges extremo iunio diuisa Neapolitana iura, nempe Calabriæ & Apuliæ ducatus Ferdinando concessa: Neapolitano autem & Ierosolymitano regijs titulis cum reliquis Ludovicum fuisse apostolica auctoritate donatum, damnato lasæ maiestatis Friderico g, qui exitialia cum Baiazethe Turcarum Imperatore aduersus rempublicam Christianam fœdera percussisset, atque ingentia mala Christifidelibus ea proditione intulisset, qua de re pontificium extat diploma.

Exercitus a Gallo Rege in Neapolitanū regnum immissus.

c Surit. to. 3. l. 4. c. 38.
d Burch. in Vit. Alex. VI. pag. 196.
Coniuncte cum Gallicis pontificiæ copiæ.
e Ibid. ibid.
f Surit. to. 3. l. 4. c. 43.
Fridericus Rex Neapolitanus Christiani imperij proditor.
g Surit. to. 3. l. 4. c. 1.
h Surit. to. 3. l. 4. c. 35.

73. &c. Ferebatur fama h Fredericum Gallicis & Hispanicis armis petitum transmissurum obsidem ducem Calabriæ ad Baiazethem, ut auxiliarem exercitum Genizarorum in Italiam accerseret, & hoc periculum Gallus, Hispanus, ac Lusitanus Reges immissis classibus validissimis ad prohibenda Turcica auxilia occupaverant i, atque ita Turcica Hispana-

i Id. c. 37.
k Cap. 44.

que spe deceptus Fridericus indoluit k a Gallo se pacem non redemisse, professus cum Turca egisse non illius adducendi voluntate, sed ut rebus suis ea ostentatione pararet præsidium; quod quam infirmum esset repentina Neapolitanorum defectio, extremaque Friderici clades, quas describit Burchardus a in diarijs ostendunt: cui consentiunt Petrus Cardinalis Bembus b, Sabellicus, alijque Itali, Galli, & Hispani scriptores c: adduneque Fridericum ad Ludovicum Francorum Regem veterem Aragoniæ domus hostem conferre se maluisse, quam ad Ferdinandum, quod sanguinis iura violasset, neque ipsum admonuisse de impendenti discrimine, dum de concordia inter ipsum & Gallum confirmanda agebatur. Porro Friderico in Gallorum Regis, a quo locupletissimo comitatu stipē dijsq; liberaliter donatus est, partes concedente, ipsius filius diuersa secutus studia, cū Tarenti obsidione premeretur. Hispanis eam dedere, quam Gallis maluit.

a Burch. l. 1. p. 2. in Alex VI. pag. 101 Fredericus ad Gallum perfugit.
b Card. Bib. hist. Ven. l. 6
c Sabell. enn. 11. l. 1. Ferro l. 3 Guicc. l. 3. Surit. l. 3. l. 4. c. 40. & c. Marian. l. 27. c. 12 Fazell. poster. dec. lib. 9. & alij.

76 Cæterum Galli & Hispani inter se Neapolitanum regnum partiti, cum ex confectis pactionibus arma vertere aduersus Baiazethem Turcarum Imperatorem debuissent, bello omisso Turcico inter se dimicare cœperunt, ut proximo anno videbimus. Antequam autem eorum dissensiones in apertum bellum erumperent, classis Gallica tuendæ reipublicæ Venetæ specie, ut refert Cardinalis Bembus, in Turcas vela intendit d, sed nihil memoria dignum gestum est. Iunctis porro in Turcam fœdere Pontifice, Franco, Hispano, Lusitano, Hungaro, Veneto, Rhodio, concitato in arma Anglo, spondente crucesignatas ductare se copias Cæsare, depluentibus cælo in vestes crucibus in Germania, ingentium de hostibus crucis referendarum victoriarum spes conceptæ erant; ex tamen ad irritum ceciderunt, cum pars maxima priuata commoda, non Christiani nominis amplificationem consectaretur.

Inglesi in Turcā apparatus reducti in nihilum. Bellum male gestum.

d Per. Bemb. hist. l. 6.

77. 78 Ineunte quidem anno Gonsaluus a Ferdinando Rege Hispaniæ classi præfectus, cum post expugnatam Cephaleniam insulam rogaretur a Venetis, ut vires ad Methonem recuperandam coniungeret, iustis precibus non assensit e; siquidem a Turcis in Neapolitanos arma auertere iussum refert Surita: regia vero imperia occuluit, pollicitus f apperente vere, cum exercitum in Sicilia refecisset, rediturum ad Graciæ littora: verum promissis non stetit, Veneto vero solo Turcicæ potentiæ impare Camalis Baiazethis præfectus Iuncum arcem munitissimam in Peloponeso antea a Venetis captam vi expugnauit g. Cuius cladis fama cum ad Pontificem peruenisset, is Christianos Reges ad vires in communem hostem coniungendas solicitauit, exposuit Turcarum in Venetos impetus, Methonem & Coronem vi expugnatas, ac recenter captum Dyrrachium: tum frequentes in Hungariam, in Poloniam, in Illyricum factas excursiones, fideles ad Christum deferendum supplicijs adactos: ne vero sumptus ad sacrum bellum gerendū deessent, triennales sacerdotiorum decumas Lusitano Regi, qui sacræ expeditionis conficiendæ studium præferebat, attribuit in ipsius ditione h.

Gonsaluus defert Venetos.

e Surit. to. 3. l. 4. c. 33.
f Petr. Card. Bem. hist. Ven. lib. 5.
Iunctus a Turcis eripitur Venetis.
Et Dyrrachium.
g Id. ib. Zuh. enn. 11. l. 1. & alij.

79 Instruxit quidem Lusitanus Rex classem, sed eam non in Turcas, sed in Afros immittere statuit, cuius consilia promouere Alexander enisus i est. Ferdinandus vero & Elizabeth Castellæ Reges cum subacto Granatensi regno magnam Maurorum multitudinem ad Christi cultum pellexissent, alij in perfidia obfirmati in munitiora natura vel opere loca se recepere, ut rebellionem facerent: quorum nefarios conatus mox Ferdinandus infregit, propagandæque fidei eximiam operam dedit.

h Lib. 2. epist. Petr. p. 119.
i Lib. 2. Petr. p. 117.

Sublata inter Neophytos & veteres Christianos controuersia.

80 Fuere hanc ira plerique Mauri perfidi Christianam religionem feliciter propagari, seque ad Babylonis

lonis & Ægypti foldanum contulere, vt illum ad inferendum Hilpaniæ & Africæ bellum incitarent, cum Ferdinandus Rex Petrum Martyrem patria Mediolanensem, qui ipsi, vt supra dixi, ab epistolis erat, vt barbari apostatæ iras demulceret, atque Ægyptias res exploraret, misit: qui de gesta a se legatione commentarios edidit, ac de Mameluchis fidei Christianæ deserroribus, qui Saracenis imperabant, hæc proximo anno scripsit a: *Mameluchi*, inquit, *ex Christianis deliguntur. Hi Mahometi fellam, abnegato Christo, diuitiarum & imperij cupidinate pellexti, amplectuntur. Ex alia gente ulla censent neminem, a Iudais namque fieri quemquam Mameluchum vetant, quoniam dolosos esse & capiendis armis minime aptos Iudaos putant; ex Mahometica quoque legis viro aut femina genitos in Mameluchos conscribere pra timore recusant.* Et infra: *Ex Mameluchis proceres, ex proceribus soldani creantur: quare quoniam pallo a Christianis hoc genus hominum originem trahit, quantum cum nostra religionis ignominia, opprobrio, & dedecore hi barbari dominentur, catholici principes iam colligere potestis. Expergiscimini aliquando, & rem Christianam cupessite, non deeris sibi Christus, &c. Ex urbe Alexandria Ægypti* IV. *non. aprilis* MDII.

a Pet. Mart. l. 3. epist. Babylon. Mameluchi qui fuerint.

Ex his proceres Regesque creari soliti.

81. &c. Quod ad Turcicas res attinet; Mitylene a classe Gallica frustra tentata est, nec sociæ Christianæ classes coniungi potuere ad aliquod præclarum facinus; Hungarus vero expeditionem in Turcas confecit: cuius terrore Baiazethes maritimum bellum intermisit, viresque in Hungaros conuertit, quippe non expectata eorum in imperium Turcicum irruptione, Pannoniam traiecto Danubio inuasit b: quem Hungari fortiter exceperunt fuderuntque, duobus equitum millibus confossis. Itaque ad fluuium traijciendum resiliere Turcæ, sed iterum ab Hungaris in ripa fluminis magna strage accepta deleti fuerunt, cæsisque inter alios eorum dux: ducisque filius. Meditatum etiam Ioannem Albertum Poloniæ Regem cum Hungaris arma coniungere in Turcas, tradit Sabellicus, at pia illa consilia (si vera tamen extitere, nam inducias cum Baiazethe pepigisse refert Cromerus c) mors repentina oppressit d, siquidem apoplexia eum perijsse scribit Cromerus e. Certatum mox est de successore designando in publicis comitijs, atque a pluribus maxime minoris ordinis Vladislaus Hungariæ & Boemiæ Rex ad solium Polonicum vocabatur, vt coniunctis tribus regnis auctior viribus Turcas Tartarosque contunderet: at deinde aliorum hortatu suffragia ad Alexandrum Lituaniæ ducem conuersa, vt iterum Lituania cum Polonia coalesceret. Itaque Alexander duodecima decembris die a fratre Friderico Cardinale in Cracouiensi ecclesia solemni ritu oleo sacro inunctus & corona redimitus est quod æquo animo tulit Vladislaus, delatumque fratri sceptrum gratulatus est.

Turca Hungaros occupat.

b Pet. Bemb. hist. Ven. l. 6 Propulsatur fortiter Polonus vires iúgere in Turcas pollicitus.

Alberti Regis obitus.

c Crom. l. 30

d Mich. l. 4. cap. 79.

e Crom. l. 30

Alexander Lithuaniæ dux ad sceptrum Poloniæ vocatus.

85. &c. Hoc anno mense maio Emmanuel Lusitaniæ Rex trium nauium classem præfecto Americo f Vesputio Florentino misit ad lustrandum nouum orbem, cum anno superiori a Petro Aluaro Caprali, vt vidimus, Brasilia inuenta esset. Qui vero tam præclarũ arduumque laborem suscepit, edidit de sua nauigatione libellum inscriptione noui orbis insignitum, quem ex Hispano idiomate Archangelus Madrignanus monachus Clarauallensis in Latinum traduxit. Is confutata veterum sententia, qui nullas vltra æquatorem terras patere, vel incultas esse arbitrabantur, addit g: *Vltra equatorem natus sum ego cultiores, eosdemque habitatoribus frequentiores, quam alibi gentium vsquam comperi, si Asiam, si Europam, si Africamue spectaueris.* Quantos vero labores in vastissimo mari superando tolerarit, describit ipse, tribuendumque omnino est diuinæ prouidentiæ tantas fuisse difficultates superatas, quo euangelica doctrina ad barbaros toto submotos Oceano penetraret.

Missa classis a Lusitano ad lustrandum nouum orbem.

f Frãc. Bocch. in elogijs Flor. insign. ex lib. Amer. ad Petrum Soderin.

g Isai. c. 115 Vltra æquatorem cultissimæ populis repertæ terræ.

89. &c. Dum nouus orbis, qui interiecto mari ad occidentem patet versus polum antarcticum Emmanuelis Regis Lusitaniæ auspicijs lustrabatur ab Americo, Rex ipse de Petri Aluari Capralis mora anxius classem quatuor nauium præfecto Ioanne Nonio in Indiam misit ineunte martio, a quo insula in medio Oceano inuenta a est, cui Conceptionis Virginis nomen impositum, interroque in Indos cursu de Zamorini insidijs Caprali comparatis certior est factus, vtque illo ab hostili classe peritus vela in Lusitaniam retendisset, paulo post in Cananoris portu a Malabarum Imperatoris classe octuaginta nauium circumfusus est; sed diuina fretus ope, displosisque tormentis bellicis barbaricam classem disiecit, paronibus nouem, onerarijsque decem depressis, necnon quadringentis Mauris vel Malabaribus cæsis, adeo vt Calecutium cognita ea clade luctu completum fuerit, Christianique nominis gloria late in oriente personerit.

Insula Conceptionis inuenta.

a Io. Barros. l. 3. cap. 10. Oson. lib. 2. Maff. l. 2.

Parta a Lusitano de Zamorino victoria.

IESV CHRISTI annus 1502. Indict. 3.

ALEXANDRI PP. VI. annus 10. MAXIMILIANI ROM. REG. annus 9.

1. &c. EMmanuel Lusitaniæ Rex b infracto animo, quamuis quatuor nauium in mari mersarum iactura plures terrerentur, conferentque longinquas Indicas oras non adeundas, Indiarum tamen imperium ornata validissima classe sibi comparare constituit, vt Christi euangelium in ijs vastissimis regnis disseminaretur, Ioannisque Regis, qui Lusitanio dominatui Guineæ titulos adiunxerat, laudabili æmulatione incitatus splendida nomina domini nauigationis, conquisitionis, & commercij Æthiopiæ, Arabiæ, Perfidis, & Indiæ capessiuit, ex iure concesso a vicario Christi. Scribit Barrosius reperros in ijs oris Mahometanos, qui tanquam Christiani nominis hostes domandi, vel idololatras, qui ad rationis vsum cultumque veri Numinis adducendi essent: atque hoc iure suscepti in infideles auctoritate pontificia belli plura regna annis insequentibus, nimirum Sofalam, Quiloam, Mombazam, Oromusium, Goam, Malacam, Molucas, Dium, & Basaimm Lusitaniæ coronæ adiectas fuisse. Ad inuendam vero apostolicæ donationis, acceptique tituli possessionem viginti naues parauit c, præfecto illis Vasco Gamma, qui Indias petefecerat, rituque solemni dato crucis vexillo Oceani Arabici, Persici, & Indici dominatorem creauit, deditque mandata, vt Mahometanos bello contunderet. Solutis anchoris idem Vascus Gamma ex itinere Quiloæ tyrannum Saracenum Lusitani nominis stipendiarium se profiteri coegit d, a Rege Calecutiensi seditionis in Lusitanos auctores repetiit e, detrectantemque bello vexauit: cumque Cochimensem portum adijsset, cum eo Rege fœdera instauraturus, Cranganorenses f Christiani Lusitanæ potentiæ fama excitati, erectique ad spem libertatis aduersus infidelium vim asserendæ, communi decreto in Emmanuelis Regis patrocinium se conijcere statuerunt.

Discepratã an indicæs abijciẽda foret.

b Io. Barros. l. 6. c. 1.

Decretum est quærendum illius imperium.

Ius propagãdæ fidei partum est

Eo Lusitanũ auctum

c Io. Barros. eod. l. c. 2.

Mahometanis indictũ bellũ.

Quiloę tyrannus in clientem acceptus.

d Barros. c. 3

Osor. lib. 2. Maff. lib. 2.

e Barros. c. 4

f Cap. 6.

Cranganorẽses Christiani indigi sceptrum Regi Lusitano dant.

6 Interea Malabarum Imperator fictæ pacis illecebra pellicere in insidias Vascum Gammam tentauit, quæ virtute superatæ, multis hostium interemptis, luerunt: cumque Vascus Lusitaniam auris secundis repeteret, illum bello adortus est. Antecedebant

Malabarũ proditio in Lusitanos.

Idolum Maurorũ deprehensum.

debuerãt barbaricam classem duæ Arabum naues onerariæ, quæ primo impetu expugnatæ fuere, Mauris in mare præcipites se conijcientibus, quorum trecenti in vndis interempti; reliqua Malabarica classis fuga sibi consuluit. In ijs vero nauibus Maurorum idolum turpissimum inuentum. Applicuit Vlissipponem proximo anno kalen. septembris Gamma.

7. &c. His opportune coniungenda videntur quæ de rebus in orbe nouo gestis hoc anno refert Petrus Martyr [a] in commentarijs, in quibus laudat Hispanos, quod obscurata veterum de quæsitis terris gloria Christi religionẽ remotissimis gẽtibus intulere addiditque a Colono Cubam & Guanassam insulas hoc anno inuentas esse. Nunc ad orbis nostri res, quæ ob aduersantes sibi mutuo principum cupiditates perturbatissimæ fuerunt, narrationem conuertimus.

[a] Pet. Mart. dec. 1. l. 4. & 10.

Consilia Alexandro ob nimiũ studium in spurium inuidia.

10. 11 Seruiebat in primis Alexander Pontifex ambitioni Cæsaris Borgiæ filij sui, qui potitus iam erat, Francorum Regis beneficio, Valentino ducatu, tum armis ecclesiasticis Forocornelio, Foroliuio, Fauentia, Arimino, & Pisauro, pulsis [b] veteribus principibus: adiecerat illi Alexander Cæsenam, Fortunæ Fanum, & Britenorium [c] Columnensium castra Plumbinumque in eius ditionem concesserant, tenebatque plures alias vrbes ecclesiasticas præsidio militari. Sed his non contentus reliquos ipsorum ditionibus ac bonis principes spoliare meditatus est, de quo ingentes querelæ vulgo effusæ [d]. Perduxisse ipsum ad exitum iniqua consilia, ac Guidonem Vbaldum Vrbinatium principem amicitia coniunctissimum proditione pepulisse principatu Burchardus [e] in diario enarrat [f]. Structæ etiam insidiæ Iuliano Cardinali Ostiensi; sed ea a diuina prouidentia dissipatæ fuere, cum solium pontificale conscensurus esset. Pulsum vero a Iuliano partis per rot flagitijs omnibus principatibus Cæsarem Borgiam interius visuri sumus: nunc inanes crudelis hominis successus ex Burchardo [g] prosequamur.

Illius principatus magis auctus.

[b] Iouius. Card. Aragon. lib. 6.

[c] Guicc. l. 5.

[d] Isabell. reg. 21. l. 1. Petr. Pet. hist. Venet. l. 10. Guicc. l. 5. & alij.

[e] Burchard. in diar. in Archiv. Vat. pag. 170.

[f] A Iulio II postea euer. sa Ec. gia. [g] Isab. reg. pag. 272.

12. &c. *Feria*, inquit, *sexta*, nempe iulij die octaua, *nuntiatum est Papæ Vitellocium Vitellium de ciuitate Castelli Burgum sancti sepulchri, quod oppidum erat Florentinorum, nomine ducis Valentinensis occupasse & acquisiuisse.* De iniectis Etruriæ a Cæsare Borgia Petri Medici principatui Florentino restituendi specie tumultibus plura referunt scriptores [g]. Aretium occuparat Petrus Medices, promisque ad exitium Florentinorum rebus, Ludouicus Francorum Rex auxiliaria illis arma submisit [h], veritus scilicet, ne ex Etruria in Insubriam eius belli contagio serperet. Subdit Burchardus vigesima tertia iulij die, Alexandrum certiorem factum Camertes pactione militari se duci Valentinensi dedisse, sed cum vrbem ingressus esset Iulium Varanum atque omnes eius filios proditione cepisse, & strangulasse retert Guicciardinus [i].

[g] Isabell. reg. 21. l. 1. Petr. Bemb. lib. 6. Guicc. l. 5.

[h] Guicc. l. 5.

15. 16 Inter hæc regnum Neapolitanum cruentabatur sanguine Gallorum Hispanorumque, qui potius Constantinopolitanum imperium, omissis leuibus controuersijs, communibus armis inuadere debuissent. Manasse autem inde discordiam referunt, cum fines Galliceæ Hispaniæque ditionis accurate non fuissent designati, & quisque Capitanatam sui iuris esse affectaret. Galli [l] Hispanis, Hispani [m] Gallis culpam dissensionis attribuunt, accusantque ambos Reges dominatui totius regni inhiasse. Hæc de Italicis vrbis sufficiant: nunc res ab Hungaris & Venetis Turcico implicitis bello gestas percurramus.

[i] Guicc. l. 5. Ob limites accurate non designatos ortum Gallos inter & Hispanos bellum Neapolitanum refert. Guicc. l. 5. Mariana l. 28. c. 1.

17. &c. Obuenerat ampla commodaque occasio deturbandi Constantinopoli Baiazethis, excindendique Turcici imperij, quippe: *Exitium est*, inquit Raphael Volaterranus [a], *in Persida vir Bubulcus & idiota nomine Sophi, qui se prophetam Dei nominat, responsaque dat, operaque fause more Mosen populos audit, magnoque cum exercitu ingressus vicinas nationes subegit. Othomannus maxime aduersus, quibus malaque iam abstulit, eaque antiquis possessoribus, & dominis Assembeci nepotibus tradidit. Armenos Christianos vltro obuiam ob metum procedentes bona spe iussit esse.* De Ismale Sophi, deque eius superstitione plura Bizarrus [b] & Barrosius referunt: ob eius vero progressus perculsus Baiazethes, dum ad Persici imperij limites suos exercitus amandat, vacare bello in Christianos non potuit, neque Christiani tam idoneam occasionem, vti par erat, amplexi sunt, quamuis ab Alexandro Christi in terris vicario ad eximium triumphi genus vrgerentur. Cæterum classis pontificia sacro conducta auro quæ ad viginti naues instrui ex conuentis debuerat, tredecim tantum nauium fuit, & serius adulta iam æstate comparata: nec pariter Gallica & Hispana classes Venetæ & Rhodiæ se coniunxere, atque ideo Petrus Anbussonius legatus, qui Constantinopolim bello inuadere, vt serpentis caput elideret, decreuerat, expeditionem intermisit: Nicolaus vero Pisaurus Venetæ classis præfectus, cum late Turciæ littora vastasset, Neritum etiam insulam Turcis ademit.

[a] Volat. l. 7. Turca magnis cladibus affectus a Persis Religionis specie Saracenis delusis.

[b] Bizar. hist. rer. Persic. l. 10. pag. 206. Barros. dec. 2. Asiæ l. 8. c. 6.

IESV CHRISTI
Annus 1503.

Indict. 6.

ALEXANDRI PP. VI. MAXIMILIANI ROM. REGIS
annus 11. annus 10.

1. 2 NEglecta a Regibus religiosa in Turcas expeditione, cum Veneti Baiazethis potentiæ se impares reputarent, iniquis legibus pacem redemerunt. Neritus insula [c] vulgo S. Maura nuncupata, exigno a Morea abscissa freto, atque a Nicolao Pisauro superiori anno parta, magnisque molibus munita Turcis dedita est, qui Methonem, Coronem, Naupactum, aliasque arces Christianis ereptas retinuerunt. Francorum nimirum atque Hispanorum in Neapolitano regno dissensiones, conficiendæ in Turcas feliciter expeditionis, cum iam sumptibus viribusque exhausti essent, spem Venetis ademerant.

Neritos dedita Turcis.

[c] Surit. in. 5. lib. 5 cap. 15 d Guicc. l. 5.

3. &c. Cum porro ineunte anno inclinata admodum Hispanorum in Apulia res viderentur, a Ferdinando & Elisabeth Hispaniarum Regibus instaurata est de pace cum Ludouico Francorum Rege actio, interprete Philippo archiduce Austriæ eorum genero: verum mutatis rebus mutata fides, illusoque Galliæ Rege fallace concordiæ fœdere, maritimo & terrestri prælio magnæ Gallis cladis illatæ, postquam Consaluus auxiliares copias ex Istria in Apuliam a Cæsare iubmissas accepisset: nam quippe apud Ceriniolam certamine Galli obtriti fuere, duce Nemorosi Neapolitano prorege inter alios cæso, in quem cladis culpa deriuata est, vt qui auxiliares e Gallijs turmas præstolari in munitioribus locis noluisset. Prona deinde omnia ad victorem Hispanum fuere, quem ipsa Neapolis, cum a Gallis commeatu instrui non potuisset, pactione recepit [e] decimaquarta [d] maij Gallis militibus in arces se recipientibus; ac mox Capua quoque & Auersa Hispano se dedidere. Grauem autem in iram ex aduersis accensus erat Francorum Rex, fallaci pacis actione delusum se ab Hispano fuisse causatus [e], ac tres ipsum exercitus ac fortissimos, quorum duo per Nauarram & Rusinonem in Hispanias irrumperent, tertius in Neapolitanum regnum conten-

Hispanorũ res in Apulia inclinatæ.

Hispanus victor.

[d] Surit. in. 5. lib. 5 cap. 15 d Guicc. l. 5.

Ingens Gallorum expeditio in Hispaniã.

[e] Guicc. l. 6. Ferron. l. 3. Surit. l. 5. l. 5. c. 34. 45. Mariana l. 28. c. 3

contenderet, conflaſſe referunt Galli, Hiſpani Italique ſcriptores, deque magnificentiſſimo illius bellico apparatu plura tradunt. At eius conatus omnes vbique compreſſi.

8. 9 Inter quæ Alexander certior factus kal. ianuarij, captam Senogalliam, necnon Liberotum Firmi, ac Vitellotium Tiferni regulos dolo necatos, Vrſinum vero equitem & Paulum Grauinæ ducem Vrſinæ familiæ principes captos a filio Cæſare teneri; Cardinalem Vrſinum ad ſe venientem die ſecunda ianuarij in cuſtodiam tradidit, in qua veneno extinctus eſt, vt referunt a, ad coniurationē ſuperioris anni vindicandam, paulo vero ante eius obitum equitem Vrſinum & Paulum Vrſinum Cæſaris Borgiæ iuſſu ſtrangulatos fuiſſe ſcribit Raphael Volaterranus b. Aduerſus reliquos etiam Vrſinæ gentis proceres verſa arma, ac Iordanum Vrſinum viribus imparē deductionem feciſſe, plurimaque oppida ita Vrſinis erepta: verum Brachianum ob Francorum Regis clientelam fremente Alexandro & conquerente in Cardinalium ſenatu expugnari non potuiſſe: ; lures autem aliæ vrbes captæ ſunt abeodem Cæſare, cum Senogallia primum ſtiparus quindecim militum millium exercitu ad reliquias veterum hoſtium obterendas prouolaſſet, Tifernum, quod diu Vitelliorum tyrannidem pertulerat, in illius potentatem venit. Timore perterritus eius aduentu Ioannes Paulus Balionus, qui apud Perufinos principatum tibi pepererat, fuga Senas ſe ſubduxit.

a *Raph. Vol. anthropolog. Lat. Burch. in diar. rer. Cæſaris Borgiæ ſe multa in Vrſinos.*

b *Iouius lib. 20 Brachianū a Gallo Rege defensū*

Recuperatum Perufium.

10. Ferini & impij hominis hoſce ſucceſſus nouæ ſpes ex Neapolitanarum rerum conuertione inibant: quanquidem Ludouicus Francorum & Ferdinandus Hiſpaniarum Reges Alexandri amicitiam ad confirmandas res ſuas augendaſque magnis pollicitationibus prenſabant c. Verum hæc Borgianæ felicitatis oſtenta momento diſſipata fuerunt, extincto decima octaua auguſti die Alexandro, de quo hæc tradit Raphael Volaterranus d: *Cum animo adhuc maiora de filio concipere, diuturnioremque vitam ſibi polliceretur, ſubito in morbum incidit, ex quo paucis diebus abſumptus eſt* XV. *kal. ſeptembris anno pontificatus* XI. *ſalutis* MDIII. Animat Petrus Cardinalis Bembus a Cæſare Borgia vinum toxico miſtum paratum fuiſſe ad Hadrianum Cornetanum Cardinalem Pontifici ſumma familiaritate coniunctum e medio tollendum, vt eius ampliſſimas opes inuaderet; ſed pocillatoris errore atque vltrice diuini Numinis vi ſitienti Pontifici & Cæſari Borgiæ propinatum. Hiſque conſentanea plurimi ſcriptores tradunt: adeo vt etiam Alexandrum repente extinctum, & eodem die eius cadauer ex Vaticano rure in palatium relatum ſcribat Guicciardinus e.

Illius patrocinium expectatum a Piſanis.

c *Guicc. l. 5. Borgianæ felicitatis oſtenta diſſipata momento.*

d *Volat. l. 22*

Parato alteri dolo diuinitus illuſus.

e *Guicc. l. 5.*

11 Verum ob grauem inuidiam, quam in ſe concitauerat, pluribus calumnijs illius memoriam oneratam facile putauerim: nam in primis repentina eum morte non ſublatum, ſed ex continua periodica, ac dein hemitritæa febri ob aeris impuritatem contracta ad ſeptimum diem correcta ipſum obiiſſe, quo tempore omnibus ſacramentis rite procuratus eſt, ex fide digniſſimis manuſcriptis diarijs conſtat; ex quibus f hæc ad refellendam vulgarem famam contrariam delibanda viſa ſunt, quibus etiam omnes morbi circumſtantiæ accuratiſſime deſcribuntur: *Sabbato die* XII. *auguſti in mane Papa ſenſit ſe male habere: poſt horam veſperorum* XXI. *vel* XXII. *venit febris, qua manſit continua. Die* XV. *auguſti extracta fuerunt ei* XIII. *vncia ſanguinis vel circa, & ſupervenit febris tertiana. Die Iouis* XVII. *hora* XII. *accepit medicinam. Die veneris* XVIII. *auguſti circa horam duodecimam vel decimamtertiam confeſſus eſt domino Petro epiſcopo Culmenſi, qui deinde dixit eram eo miſſam, & poſt communionem ſuam dedit Papa ſedenti in lecto ſacramentum Euchariſtiæ; quo facto completis miſſam. Interfuerunt quinque Cardinales, videlicet Arborenſis, Cuſentinus, Montis regalis, Caſanoua, & Conſtantinopolitanus, quibus deinde Papa dixit ſe male ſentire. Hora veſperorum data ſibi extremæ vnctione per epiſcopum Culmenſem expirauit præſentibus datario & epiſcopo.*

f *M. ſ. diar. arch. Vatic. ſignat. lit. L*

Veterum opinio falſa demonſtratur.

Maximæ calumniæ ab inuidia Alexandro aſperſæ.

Quo morbi genere extinctus ſit

Sacramentis rite munitus.

12 Vita functo Alexandro Cæſar eius filius expilato ſuorum opera theſauro pontificio moliebatur in pontificatum intrudere quempiam ſuis cupiditatibus obſequentem, ac validam ideo manum contraxerat: ſed cum Galli copias in Neapolitanum regnum profecturas Vrbi admouerent, vt tutarum partium aſſertorem Pontificem nanciſcerentur, plureſque etiam ab alijs milites collecti fuiſſent, & Cardinales libertatem magnis animis tuerentur, nefario voto excidit. Quos tumultus deſcribit Raphael Volaterranus a.

a *Volat. vbi ſup.*

PIVS PAPA III.

13 Remotis qui vim inferre poterant, Cardinales conclaue ingreſſi, cum diſciplinam eccleſiaſticam labefactatam admodum perpenderent, vexarumque aliquis infidelium excurſionibus Chriſtianum imperium, nonnulla pactionum capita, quibus nouum Pontificem obſtringerent, deſignarunt, quorum præcipuum id fuit b, vt ex currente proximo biennio ſolemnes epiſcoporum totius orbis cœtus celebrarentur, ac recurrente exinde quoque triennio inſtaurarentur. Hæc polliciti patres ſinguli ſi ad pontificatum euehi contigeret, Franciſcum Cardinalem diaconum S. Euſtachij varijs legationibus, ac præſertim Germanica clarum, ob egregias virtutes Pontificem renuntiarunt; de quo hæc Raphael Volaterranus c: *Die* XXX. *vacantis ſedis triginta ſex Cardinales, quorum decurio Neapolitanus erat, conclaue ingreſſi octauo poſt die Franciſcum Picolomineum diaconum Cardinalem ſenenſem Pij II. ex ſorore nepotem Pontificem creant Pium III. appellatum, cuius fama bonitatis animi omnium ab bonitate de religione deque rebus humanis ſperandum exiſtimatione fuere.* Æmulatum illum virtutes Pij II. ac religione maxime conſpicuum fuiſſe, ſcribit Petrus Delphinus Camaldulentis ordinis ſummus præfectus amicitia illi coniunctiſſimus d.

b *Sur. t. 5. l. 5 cap. 47.* Lata lex in cōclaui de celebrando Concilio ſingulis triennijs.

c *Raph. Vol. lib. 22.* Piccolomineus Cardinalis creatus Pontifex.

d *Pet. Delph. li 7 ep. 67.*

14 Creatum Pontificem vigeſima ſecunda ſeptembris die, referunt diaria e, ac poſtridie eius diei Cardinalium ſenatum conuocaſſe addit Surita f, quamuis ante acceptas ſolemni ritu papales inſulas haberi non conſueuiſſet, atque in eo de concilianda inter Galliarum & Hiſpaniarum Reges pace egiſſe, ediciſſeque ſe omnes conatus in ea prouehenda, reſtituendaque in priſtinum ſtatum ac ſplendorem collapſa diſciplina eccleſiaſtica collocaturum, conſtituiſſeque celebrare œcumenicam ſynodum ad hæc perficienda, nec biennale interuallum, quemadmodum in conclaui ſancitum fuerat, expectare velle; ſed quantum citius fieri poſſet operam nauaturum; de quibus Chriſtianos principes omnes fecerat certiores, vt locus ac dies celebrandi concilij deſignarentur. Vt vero id felicius parageretur, componendam actutum ad normam rationis curiam Romanam, & caſtiganda quæ cenſura egere viderentur, ſiue Pontificem, ſiue Cardinales, ſiue eorum adminiſtros contingerent. Hæc pijs & ingentibus ſtudijs cum ſe profecturum oſtendiſſet, liberauit Romanum agrum externo exercitu, quo tamdiu vexatus fuerat: traduntque vetera diaria Vaticana g illum vigeſima ſexta ſeptembris permiſiſſe, vt ſeptem millia Gallorum, & mille quingenti cataphracti milites per pontem Miluium Tyberim traijcerent,

e *M. ſ. diar. arch. Vatic. ſignat. lit. L Pauuin. in pag. 111. f Surin. ſup. cap. 47.*

Promiſſa concilij celebrario biennali flexu.

De inſtauranda diſciplina eccleſiaſtica actum.

g *Ibid.*

Gallorum in regnum Neapolitanum discessus.

perque vicina Vrbis mœnibus loca Neapolitanum regnum peterent; abacta autem a Gallis nonnulla armenta in agro Romano fuisse, concitataque propterea a Romanis in Vrbe seditione Gallos aliquos cæsos fuisse.

a Raph. Volaterr. l. 22. Guicc. lib. 5. Reditus Borgiæ in vrbem. In eum Vrsini affligūt Passus suo rū stragem carcere in greditur, vt morte eua dat. Coact⁹ postea ad restituendos partos principatus.

15. &c. Auxit hos tumultus Cæsar Borgia a, qui cum parte copiarum publica fide a nouo Pontifice acceptā, Romam venerat, vt Cardinalibus gratias ageret, quod quem maxime cupiebat Pontificem delegissent; tum vero Vrsini superstites vlturi suæ familiæ fusum cruorem impetum in eum fecere, adeo vt edita aliqua strage perculsus Borgia cum aduersarij viribus augerentur, Pontificis clientelæ vna cum Squillacij principe & aliquot Hispanis Cardinalibus sese commendarit, inque Hadrianam arcem receptus sit. Ita ille totius paulo ante Italiæ terror iustæ necis metu honesto carcere se tutatus est, non prius emittendus, vt videbimus, quam partos vi principatus, collatosque a patre restituere Romanæ ecclesiæ pacisceretur; eius vero exercitus mox dissolutus est. Ita qui partam tot sceleribus dignitatem facile tueri potuerat, si copias Gallis in Neapolitanum regnum abituris coniunxisset, vel in Romaniolam, quam tenebat, se recepisset, cæco impetu Romam reuersus in carcerem, vt dicebamus, vltro se conecit, omniaque impij tyranni consilia diuino nutu euersa conciderunt, ne amplius Ecclesiam diuexaret. Restituta hoc modo, præter hominum expectationem, Vrbi & ecclesiasticæ ditioni pax est, ac pontificalium sacrorum solemnis pompa tranquille celebrata: trigesima die septembris S. Hieronymo sacra Pium sacerdotium suscepisse referunt manuscripta diaria, ac die insequenti, quæ dominica fuit, prima octobris, episcopalibus sacris initiatum: tum octaua eiusdem mensis die pontificali tiara ritu veteri redimitum. At paucis diebus eam dignitatem retinuit, cum maximas spes instaurandæ collapsæ disciplinæ ecclesiasticæ, tuendique contra Turcicam tyrannidem imperij Christiani ostendisset; quod inter alios refert prædictus Raphael Volaterranus b: *Pius*, inquit, *ex vlcere cruris, ex quo diu laborauerat, trigesimo post creationem die decessit nihilo rerum abs se gesto, quas maximo animo conceperat, nam & ecclesiam Romanam reformare, concilium celebrare, ac in Turcas proficisci auunculi imitatione statuerat.*

Pius sacris episcopalibus initiatus.

b Volat. l. 22. Eius obit⁹ intēpestiu⁹ Ostenſa ab eo maximę spes,

18 Iustis funebribus de more illi persolutis, eius corpus in basilicæ S. Petri sacello S. Andreæ marmoreo sepulchro prope auunculi Pij II. mausoleum conditum est: deinde ab Alexandro Perretto Cardinale de Montealto translatum fuit in ecclesiam S. Andreæ, cui de valle nomen inditum est, magnificentissime constructam.

Vacuum mansit sacrosanctum solium diebus quatuordecim, numerata decima octaua octobris die, qua inchoata Pius obijt; siquidem prima die nouembris die, vt testatur Petrus Delphinus c, & publica monumenta, de quibus anno proximo fiet mentio confirmant, Iulius II. in Pij locum suffectus est.

c Pet. Delph. l. 7. epist. 19

Tom. XX.

IVLIVS PAPA II.

1. &c. IVstis igitur funebribus ex maiestate pōtificia Pio III. persolutis d, Cardinales conclaue ingressi kal. nou. Pontificē renuntiarunt e summo omniū cōsensu, antequam illud esset clausum, Iulianum Roboreum Raphaelis fratris Sixti IV. filium, quē Felix Contelorius in sua Cardinalium elencho scribit fuisse Cardinalem S. Petri ad vincula nuncupatum, eundemque

d Par. e Graff. in diar. m.s. Vat. sig. lit. L. Denatur. in diar. Guicc. l. 5. & Iul. l. buli. 2. p. 97. & alibi.

episcopum Ostiensem, summumque penitentiarium, qui contracto Iuliani nomine Iulius II. appellari voluit. Porro Cardinales paulo ante eius electionem nonnullas tulere leges, quibus iureiurando nouum Pontificem deuincirent, vt Christianam rempublicam contra Turcas tueretur, ecclesiasticam disciplinam in suum pristinum splendorem reuocaret; propterea que concilium œcumenicum biennali flexu congregaret, ne temere bellis se implicaret; atque ideo nulli principi, nisi ex duarum sacri senatus partium consilio, arma inferret: quæ ac nonnulla alia ad Cardinalium dignitatem spectantia vnusquisque se seruaturum, si ad pontificatum euehi contingeret, diuino Numini iuratus spopondit: quibus de rebus publicæ tabulæ sunt confectæ a.

Iulianus Cardinalis creatus Pōtifex.

a Ext. apud acta cons. in bull. Pisan. pag. 10.

10 Quod ad res ab eo ante pontificatum gestas attinet; nonnulla ex ijs suis locis supra in annales intulimus, quibus nunc addendum videtur elogium, quo illum Bartholomæus Platina b iam ante Sixto Pontifice extinctus, in manuscriptis commentarijs ornauerat: *Iulianus*, inquit, *insigni moderatione vsus familiares, quoad fieri potuit, modestos sibi delegit, rarem supellectilem & dignitati suæ conuenientem sibi comparat, apparatu modico in victu & vestitu viens, nisi suscipere quempiam hospitio, vel conuiuio oporteret.* Et intra: *Ædificatione vero templorum ita delectatus est, profanas ædes ad tempus omittens, vt ecclesiam S. Petri ad vincula, quemadmodum cernimus breui & magnifice restituerit.* His consentanea tradunt alij, addunt que ipsum toto Alexandri VI. qui ab eo abalienatus erat animo, pontificatu, quasi voluntarium exilium delegisse, moratumque in Gallijs cultum a Carolo VIII. & Ludouico XII. Regibus, eidemque S. Franciscum Paulanum religioſi sodalitij Minimorum conditorem diuino colluſtratum lumine prædixisse, ipsum summum totius Ecclesiæ pastorem futurum.

b Platin. Plat. in Sanct. Vr.

Cōmendatus ob modestiam Sacras ædes ornauit

Prædictus illi pontificatus a S. Francisco e Paula.

11. &c. Adoranda porro diuina prouidentia, quæ dissidentes Cardinalium voluntates in eo concordibus suffragijs renuntiando Pontifice conciliarit, cum tot inter eos Hispani essent, quibus nimij in Francorum Reges studij suspectus merito videri potuisset, quibusque edixerat Alexander, caueret omnino, ne summum vnquam deferrent pontificatum Iuliano, viro cæteroqui, vt testantur plerique, largo, benefico, & liberali, & immunitatis ecclesiasticæ, & pontificiæ dignitatis defendendæ studiosissimo. Creatus itaque Pontifex apostolicis insulis VI. kal. decembris solemni ritu est decoratus, hocque symbolo vti voluit: *Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.* Tum certiores fecit Reges de suscepto pontificatu encyclicis literis c.

Veterat Alexander ne illi deferretur.

Iulij II. sententia.

c Reg. Vatic. & ex eo Ciacon. in Iul. II.

14. &c. Extremo hoc anno inclinatæ iam ante in Neapolitano regno Gallorum res contumacia militum in duces, maleque seruato castrensi ordine potius, quam Hispanis viribus prostratæ sunt. Hæsisse eos diutius, quam par erat, in agro ecclesiastico, vt interpontificij tempore Rothomagensi ad ineundum pontificatum fauerent, accusat Buonaccursius d, ac licentiæ laxasse frena adeo, vt marchio Mantuanus ab ijs indecore habitus discesserit: tum stativa in distantibus adeo locis delegisse, vt imminente hoste vires coniungere nec instruere ordines potuerint; cum enim tentato frustra per Fanum S. Germani aditu ad maritimam oram signa flexissent, in Minturnensibus paludibus siue Gariliani, quem ponte iunxerant, superandis conatu tumultuarijs varijs prælijs fusi dissipatique fuerunt, quæ inter alios Sabellicus accurate describit e, qui mense ianuario cladem Gallicam consignat, cum illam die trigesima decembris consignet Guicciardinus; se-

Gallicus exercitus ob dissolutam militarem disciplinā profligatus.

d Buonacc. in diar. Guicc. l. 6. & Marin. lib. 18. cap. 5. Tumultuarijs prælijs ater citus.

e Sabell. rer. n. l. 2. & alij

quenti-

quentibus vero diebus nouis prælijs & Caietæ deditione aucta fuerit.

18. 19. Coactis igitur ad deditionem faciendam Gallis, qui Caietam ex superioribus cladibus se receperant, Ludouicus Francorum Rex repetendi Neapolitani regni consilia dimisit. De eadem Gallorum extrema clade hæc referunt diaria cerimonialia Iulio II. Pontifice edita: *Die Mercurij* III. *Ianuarij in mane nuntiatum fuit Papæ, quadringentos pedites per capitaneos Hispaniarum emissos inuasisse Gallos extra Gaietam, Gallos aufugisse in Gaietam, & illos quadringentos Alemanos eos fuisse insequutos, & cepisse Gaietam, inde facta esse capitula concordiæ quod infra biduum, quod est per totum hodie, Galli consignent Hispanis ciuitatem & castrum, & ipsi Galli permittantur pertransire libere per mare, & cum eis omnes Galli in regno existentes, ita quod non possint descendere in terram vsque Genuam.*

20. 21 Creatos fuisse hoc anno Cardinales quatuor die XXII. nouembris testatur Paris de Grassis [a], nimirum: *Franciscus Guillelmus Gallus Narbonensis; Ioannes Hispanus, creatus est Cardinalis Hispalensis; Clemens de Rouere Sauonensis nepos Papæ Cardinalis Mimatensis nuncupatus, Galeotius de Frangotis nepos Papæ Cardinalis S. Petri ad vincula.*

[a] Paris. de Grass. m.s. arch. Vat. pag. 346. Auctus Cardinalium senatus.

Graui simis Iulius initio pontificatus sui affectus afflictusque est difficultatibus. Obortæ in primis in sacro senatu suspiciones, captaque ab aliquibus Cardinalibus Hispanæ factionis fuga, quasi Iulius Gallicis partibus addictus Hispanis infensus esset. Sumpsit res initium ex patefactis sceleribus, quæ Alexandro VI. Pontifice ab ijs, qui plurima apud eum florebant gratia, patrata fuerant: Cæsar Borgia in primis illius filius pontificiarum opum expilator, qui nonnullas Romanæ ecclesiæ arces contra fas præsidijs munitas tenebat, & ab Vrsinis, quos vakie læserat, poscebatur ad necem, in Hadrianæ mole inclusus [b] est. Caprus etiam veneficus, qui Cardinali Portuensi toxicum miscuerat, in cuius sceleris odium adductus Cardinalis Surrentinus mox in regnum Neapolitanum fuga præcipiti auolauit, secumque Ludouicum Valentinum Cardinalem abduxit vigesima [c] die decembris, quos a fuga retrahere contempsit Iulius. Die autem proximo Ferdinandum & Elizabeth Hispaniarum Reges contra improborum susurros præmonuit eos fugisse, non quod male essent habiti, sed quod mala ipsos conscientia exterruisset.

Cæsar Borgia carceri traditus.

[b] Iul. Ilerd. pag. 4. Cardinales Surrentinus & Valentinus fugiãt ex vrbe.

[c] Infessiadar. m.s. arc. Vat. sig. n. 111.

22. 23 Venisse hoc anno oratores Anglorum Regis ad obedientiam Pio III. præstandam, eamque ritu solemni Iulio in illius locum subrogato detulisse, referunt diaria [d] cerimonialia: præterea ipsos impetrasse ab eodem Pontifice, vt apostolica auctoritate leges canonicas solueret, quo Henricus Regis filius Catharinam Ferdinandi & Elizabeth Hispaniæ Regum filiam antea Arturo fratri maiori natu nuptam, eo iam defuncto, sibi matrimonio iungeret; nam ex ea affinitate Hispanus & Anglus maxima commoda, tum præcipue ad deprimendos Gallos, confirmandasque aduersum eos vires communes se consecuturos sperabant, vt pontificium diploma ostendit [e]. Nullo modo tunc in dubitationem res hæc adducta est, nimirum an vidua relicta a fratre duci ex indulgentia apostolica in vxorem posset: at postea, cum Henricus sceptro Anglo potitus nullam prolem masculam e Catharina susciperet, coniugium contra leges Christianas temere contractum causatus, ipsemet illud pontificia auctoritate contempta rescidit, atque Angliam exitiali schismate ab ecclesia Romana diuulsit, vt suo loco lugebunt annales nostri.

[d] Mf. arch. Vat. sig. num 111. p. 354.

[e] Iul. II. bulla. sec. lit. 99 sign. n 918. pag. 39. extat etiam apud Tom. Caiet. 13. tract. 14 cap. 8.

Anal. Eccl.

24 Celebrati sunt affecto iam anno solennes ordinum imperij conuentus [a], quibus Raymundus S. Mariæ nouæ presbyter Cardinalis, idemque episcopus Gurcensis interfuit pontificio nomine; quorum causa licet vulgus latuisse dicatur, tamen in ijs de tuenda augendaque re Christiana tum aduersus hæreticos Boemos, tum aduersus Turcas actum constat.

[a] Tritem. celebrat Synod.

25 Luxit [b] eodem anno orienS. Christianus extinctum propugnatorem suum fortissimum Petrum Aubussonium sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconum Cardinalem, ac supremum Ierosolymitanorum equitum magistrum, cuius præclaros de Turcis actos triumphos nulla ætas conticescet, cui si principes occidentis assensissent, non amissa modo recuperare, sed religionis etiam imperijque sui fines latius proferre potuissent; idemque egregio facinore extremum anteactæ illustris vitæ annum ornauit: cum enim animaduertisset ex Iudæorum Rhodi commorantium colluuie tanquam ex fœdissima sentina omnia pene vitia, quibus Rhodij ciues inficerentur, dimanare, eos mulctauit exilio, iussitque Niciam Prouinciæ deportari, ne, si hærerent in oriente, barbari ipsis tanquam exploratoribus vterentur; eos vero, qui superstitionem veterem exuere, cælestique lauacro expiari mallent, Christianorum numero ascriptos manere Rhodi permisit. Successit ei in equestri præfectura Aymericus Ambasianus Rothomagensis Cardinalis frater, quem Ludouicus Francorum Rex dominicæ crucis particula, & gladio, quo S. Ludouicus in Syriaca expeditione accinctus fuerat, donauit quæ sacra munera in Rhodio ærario repositа fuerunt.

[b] Bosius 2. p. hist. eccl. Hieros. lib. 16. Petri Aubussonij Cardinalis obitus.

Proscripti ab eo Iudæi & eur-

Aymericus Ambasianus succedit Aubussonio.

26 In India Christianam rem auctam narrant [c] Indicarum rerum scriptores; susceptum Cocini principis aduersus Zamorinum Calecuti & Brachmanarum Regem patrocinium a Francisco Albuquerquio, arcem a Lusitanis Cocini primum extructam. Repressa deinde varijs excursionibus Zamorini ferocia est, paxque amplissimis conditionibus exorta: qua fama Christiani nominis excitati tutores Colani [d] Regis, nostrorum fœdus exambiuere, eoque missus [e] Rodericus Dominicani sodalitij sacerdos ad disseminandum euangelium, multos ab stipendijs demonum ad Christi signa traduxit, labantesque alios in recta fide confirmauit.

[c] Io. Barros. dec. 1. disc. 3 cap. 2 & 3 Osor. l. 3. & Maff. histor. indic. lib. 2. Templum primum a Lusitanis Christo positum in India.

Zamorinus repressus.

[d] Barros. sup. cap. 1.

[e] Maff. vbi sup. Rodericus Dominicanus Christi fidē latius profert.

27. &c. Interea Christophorus Colonus perlustratis superiori anno pluribus alterius orbis prouincijs, hoc ineunte varias regiones, quas Beraga, Hiebra, & Duraba flumina interluunt, obiuit [f]. Quantos vero labores exantlarint qui posteris nouum orbem aperiebant, exposuit postea Leoni X. Petrus Martyr [g]. Subijcit mira de montibus vastis, qui a meridie sublati, atque ex oriente in occidentem excurrentes angustias eas terrarum velut repagula validissima firmant, ne aduersa duo vastissima concurrant maria: hos vero montes Dabaibam appellant; ex quibus & fluminis ex eisdem manantis nomen inditum. Qua porro superstitione Dabaibam colant, vt vetustas montes etiam coluit, sic enarrat Petrus Martyr [h]: *Dabaibam ferunt fuisse faminam apud maiores eorum magni animi & prouidentiæ, quam viuentem antiquitas obseruabat, mortuam inquiunt reuerenter coli ab vniuersis regionum illarum incolis: ab ea regiones nomen sumpsisse aiunt, & mitti fulgura tonitruaque, ac segetum stragem, si quando iratcatur; iratci namque pueriliter sentiunt Dabaibam, si negligenter sacris eius intendatur. Eam miseris inuicem superstitionem genus hominum fallax sub nomine religionis, quo frequentia dona portent ad Dabaibæ sacra, quibus ipsi fruantur.*

[f] Ibid. Diuina prouidētia in mōtibus firmādis ne aduersa cō currāt maria.

[g] Ibid. ibid.

[h] Ibid. ibid. Stultæ Americanorum fabellæ.

30 Quod ad dæmonum ludibria attinet; hoc ineunte anno in Etruria spectris horridis infestatam fuisse quandam domum refert Petrus Delphinus in-

Sacra mortibus ab vitanis facta

literis ad Petrum Barrocium episcopum Patauinum, quæ similia sunt ijs, quæ S.Gregorius narrat, dum de S. Dacio episcopo Mediolanensi in orientem profecto loquitur in dialogis: quæ permittit interdum Deus, vt increduli sciant alia esse quam quæ videntur sensibus corporeis: plures enim in eam lapsos hæresim, vt omnia tantum sensibus metirentur, indicat Ioannes Franciscus Picus Mirandularus in libro de Christiana fide, quem Iulij II. nomini inscripsit.

Cur Deus dæmonum incursiones permittat.

Indict. 7.

IESV CHRISTI
Annus 1504.

IVLII PP. II. MAXIMILIANI ROMAN. REGIS annus 2. annus 11.

Indictum Venetis a Iulio bellum

1. 2 IVlius Pontifex capta superiori anno de restituendis Romanæ ecclesiæ pristinis iuribus, & pacis inter Hispanos Gallosque redintegrandæ consilia prouexit; ac primum, antequam erepta a Venetis armis repeteret, lenitate eos ad æquitatem flectere studuit, ac Leonardo Lauredano Venetiarum duci edixit a, firmiter se constituisse Fauentiam, Ariminum, omniaque alia oppida, quæ ab Alexandri VI. obitu occupata fuissent, recuperare, ne iniuncto sibi a Deo pastorali officio deesset; neque a suscepta huiusmodi sententia vlla ratione, vllove terrore demorum iri: cuius mens animique constantia in tuendis iuribus ecclesiasticis respondit sanctissimorum antecessorum ac præsulum aliorum exemplis, qui defendendi iuris imperijque pontificij studio extremos labores tolerarunt, non adhortationibus modo ac minis, sed armis quoque hostes legum oracula spernentes obtriuere; quorum egregia facinora meritis laudibus multis in locis effert Cardinalis Baronius. Proinde perperam nonnulli auctores Iulium expeditiones contra ditionis ecclesiasticæ inuasores conficientem, magnoque vrgentem ardore carpunt; quos refert Hieronymus Rubeus b, eorumque accusationes iure retellit.

a Lib. 1. brev. pag. 7 & 27

Commêdat Iulius ob defensa Ecclesiæ iura.

b Hier. Rub. hist. Rauenn. l. 8. hoc ann.

3. &c. Reficiebantur interea a Venetis Fauentiæ mœnia, arxque necessarijs omnibus ad confringendos hostiles conatus munichatur: qua de re certior factus Iulius Angelo episcopo Tiburtino mandata c dedit, vt pontificia in eam vrbem iura denuntiaret, vetaretque propugnacula ibi ab illis excitari: tum Gallorum Regis oratori gratias agi iussit d, quod Ludouici XII. nomine Venetæ reipublicæ principes viros hortatibus vrgeret, vt erepta Romanæ ecclesiæ restituerent; vrsitque Maximilianum Cæsarem e, ne in ea re patrocinium Ecclesiæ abijceret.

Denuntiatã Venetis e Fauentiam propugnaculis muniant.

c Lib. 1. brev. p. 5 & 11.
d Ibid. p. 16.
e Ibid. p. 55.

7. & Conciliare etiam sibi aduersus Venetorum conatus Vladislai Pannoniæ Regis gratiam viresque enisus est Pontifex, eique expolnit, vt licet fœdere Venetis coniunctus esset, ad illud tamen colendum non esset obstrictus, nisi a iuribus Ecclesiæ occupandis sibi temperarent f.

f Brev. pag. 124 & 127

Æmilia cõtra fas Alexandri spurio tradita restituta.

9. &c. Dimulserat iam ante ab ecclesiastico imperio Æmiliæ partem Alexander, eamque contra fas Cæsari Borgiæ duci Valentino filio suo notho tradiderat; quem Iulius cum in arce Hadriana inclusum teneret, negauit g emittendum e custodia, nisi Cæsenam, Britenorium, & Forumliuium Ecclesiæ restitueret: qui timore perculsus, vt scelerum iustam vltionem hostiumque gladios defugeret, in eas pactiones cum Pontifice venit h, vt Apostolicæ sedis triremibus in Gallias ueheretur, ac Flaminiæ arces a suis præfectis restituerentur. Redactæ i in pontificiam potestatem duæ priores vrbes fuere. At de Foroliuio maior facta est contentio: vrbis quidem ciues sponte iugum Borgiæ a suis ceruicibus deiecerant a, ac venerant in Ecclesiæ potestatem, indeque Antonium ac Ludouicum Ordelaffos maiorum tyrannidem exambientes deturbarant; sed arx Cæsaris Borgiæ astu adhuc tenebatur, is enim præfecto clandestine suggesserat, ne vllis imperijs suis, quæ simulata tantum atque extorta essent, ad arcem dedendam adduci se pateretur. Tum Cardinalis S. Crucis, qui Hispanam factionem Ecclesiæ dignitati præferebat, concordiæq; interpretem se fingebat, aduersus Apostolicæ sedis maiestatem conspirauit; creditum enim suæ custodiæ Borgiam ex Ostiensi arce antequam arx Foroliuiensis restituta esset dimisit, nec pontificijs triremibus deportandum in Gallias imposuit, sed terrestri itinere Neapolim petere permisit b: qui dimissus mox auro ad Forliuiensis arcis præfectum transmisso illum in perduellione aduersus Romanam ecclesiam confirmauit, vt tormenta bellica in Foroliuienses ex arce contorqueret. Delusus ita Pontifex, qui Æmiliam a Borgia iuste petiuerat, Ferdinandum & Elizabeth Hispaniarum & vtriusque Siciliæ Reges, quorum ille se clientelæ commendarat, admonuit c, ne ab eo Ecclesiæ fraudem fieri paterentur: quibus permoti dedere mandata Gundisaluo proregi Neapolitano vt Borgiam qui varijs calamitatibus Italiam afflixerat, atque ad nouas excitandas turbas promior erat, vinctum in Hispaniam mitteret: paruit Gundisaluus d negans datam fidem publicam contra principis mandata valere; atque ita Iulius Foroliuiensem arcem recuperauit e, & Borgia Hispano carcere trienni maceratus est; quo laxatus, cum in Nauarram se contulisset, breui in regijs castris occisus misere petijt f.

a Lib. 1. p.

b Iulius Beroaldus in diar. Guicc. lib. 5. & alij.

Dimissus Borgia Foroliuiensem arcem retinere annititur.

c Iul. sup. ep. pag. 51.

Curat Iulius Borgiam deportari in Hispaniam.

d Guicc. l. 6. & Benacc. in diar. ann. 1507. Guicc. l. 7.

f Idib. ibid.

14. &c. Recepto Forolinio Iulius, Ariminum ac Rauennam a Veneris, Perusium a Balionibus, Bononiam a Bentiuolis repetiuit: quæ vt assequeretur, tum Christianorum arma in barbaros verteret, pacem inter Ferdinandum Hispaniarum & Ludouicum Francorum Reges conciliare studuit g; cumque ad ipsum vti supremum regni Neapolitani dominum controuersia omnis referenda esset, Carolum Carretanum marchionem Finarij, deinde archiepiscopum Thebanum designatum, denumque sequenti anno cardinalitia purpura donatum dare operam iussit h, vt in eo sanciendo fœdere ratio dignitatis sedis Apostolicæ haberetur, monuitque Ludouicum Francorum Regem, vt in ea conficienda pace dirimendæ controuersiæ decretoriam sententiam sedi Apostolicæ reseruaret i; ita enim non modo ecclesiasticæ, sed etiam regiæ dignitatis rationem habitum iri.

Forliuiensis arx recuperata.

Infelix illius mors.

Repetita a Iulio iura pontificia.

g Ibid. p. 87

h Ibid.

Admonit Ludouicus Rex Galliæ iuris rationem habitum iri.

i Ibid. brev. pag. 76.

19. &c. Non paruit pontificijs monitis Francorum Rex ingenti rerum suarum iactura: Iulius enim postea inter alias vectigalis regni iuribus illius exuendi causas hanc attulit l, ipsum beneficiarij sedis Apostolicæ regni iure non postulato decreto eius cessisse: qui vero ad Mediolanensem principatum sibi asserendum non sine suo & Ecclesiæ dedecore Neapolitano iure se abdicarat, ea potissimum de causa Mediolanensi principatu euersus est, vti dicetur suis locis. Interea confectæ sunt hoc anno Gallum inter & Hispanum induciæ, tum inter eundem Gallum & Maximilianum sancitum fœdus promissa Carolo Maximiliani nepoti Claudia cum dotali principatu Mediolanensi.

Contẽpto Pontifice male pacisciur cum Hispanis.

l Iulius in decreto ann. 1513. edit.

27. &c. In Boemia varios tumultus miscebant hæretici quam infectam hoc tempore Pickardorum & Calixtinorum sectis refert Dubrauius m, acresque aduersus catholicos turbas exciasse: & Calixtini quidem proxime accedebant ad catholicos, a quibus

In Boemia tumultus ab hæreticis excitati.

m Dubrau. lib. 32.

Calixtini, qui fuerint

bus ſolo calicis vſu, Petri Dreſdenſis & Iacobelli argutijs ſubornati diſcrepabant: Pickardi vero, qui intame illud nomen a Belga Adamitarum ſectæ auctore a ſibi adſciuerant, tranſubſtantiationem in Euchariſtia negabant. Cæterum e Boemia erupiſſe in Germaniam ſuperiorem hæreticorum exercitum atque magnas clades templis, ſacerdotibus, alijſque catholicis intuliſſe queſtus eſt, miſſis ad Pontificem oratoribus, Maximilianus Cæſar; qui coacto exercitu Boemorum hæreticorum inſolentiam contudit: in quos etiam eorumque ſtudioſos Iulius anathematis eccleſiaſtici ſententiam tulit, & arma in eos ſumpturis, vel collaturis ſtipem, indulgentiarum præmia impartitus eſt b.

Pikardi qui.

a Æn. Sylu. hiſt. Boem. cap 4. Atrox hæreſeos facinus.

b Lib. bullar fag. 171.

31. 32 Abolitam in Boemia Ioannis Varadienſis virtute Pickardorum ſectam; Calixtinorum vero toleratam fuiſſe ab Vvladislao Rege narrat Dubravius c: cum enim in frequentiſſimo ordinum regni Boemici conuentu iuſſiſſet literas exhiberi, quibus factioſi quique nomen ſuum fidemque nouo fœdere obſtrinxiſſent, eas coram omnibus mox cultro diſcerpſit, confregit ſigna, ac diſperſit, vt recolligi non poſſent, ſublatiſque ita publicis factionum monumentis, vniuerſos ad mutuam cohortatus concordiam, ad diſciſſas regni partes conglutinandas ſtudia contulit, ac Pickardicam peſtem promulgata lege extinxit d.

Calixtini & Pikardi inter ſe diſident. c Dubr. l. 32 Factioioſi tabulæ diſcerptæ a Ioanne Vadienſi.

d Dubr. l. 32

33. &c. Hoc anno exponente Pontifici Henrico Rege, Henricum VI. miraculorum gloria inclareſcere, atque illius corpus primum ab inuidis non fuiſſe veteſtis Anglorum Regum ſepulchris Vveſtmonaſterij illatum, ſed in loco ignobili Vvintonienſis diœceſis repoſitum; cumque eius ſanctitatis fama cœleſtibus illuſtrata prodigijs per orbem celebraretur, ab hoſtibus tantæ gloriæ luce perſtrictis ad eam obſcurandam iterum ad Vvindeſorenſem eccleſiam translatum fuiſſe, Pontifex eiuſdem Regis Henrici VII. & cleri Vveſtmonaſterienſis precibus annuens ad vetuſta Regum Angliæ ſepulchra illud referendū ſanxit e, rogatuſq; vt ipſum in ſanctorum numero collocaret; quod eriam precibus antea petitum fuerat ab Innocentio VIII. & Alexandro VI. partes dedit f Cantuarienſi archiepiſcopo, & tribus epiſcopis, vt de eius virtutibus & miraculis teſtes rite interrogarent, ac publicas tabulas ſingulis inſtructis circumſtantijs conficiendas curarent.

Henricus VI Anglorum Rex miraculis claret.

e Lib. bullar ſacr. pag. 533

f Ibid. p. 432.

36 Eodem anno Iulius conſanguineorum indulgens affectibus, cum ducatus Vrbini ad Romanam eccleſiam poſt Guidonis Baldi carentis prole obitum redigendus foret, dedit operam, vt Franciſcus Maria Roburenſis Vrbis præfectus in filium a Guidone ipſo adoptaretur: quam adoptionem mox confirmauit collato in principatus ſucceſſionem iure. Cumque legibus ſancitum eſſet, vt Cardinalium conſenſus poſceretur, illique abalienanda Eccleſiæ iura negarent, Iulius contrarias leges condulſit; vectigal vero annuum mille trecentorum & quadraginta aureorum imperauit; ex hac vero Iulij in Franciſcum Mariam indulgentia magna & periculoſa bella prodijſſe videbimus.

Franciſcus Maria Roucreus in ſucceſſionē ducatus Vrbini coopta tus.

g Lib. 2. bull ſacr. p. 263.

37. 38 Interea intulere Africæ bellum ad eā Chriſto ſubijciendam Ferdinandus & Elizabeth Hiſpaniæ Reges: cumque barbari excurſiones in Chriſtianorum terras facere non deſinerent, Iulius patrui ſui Sixti IV. qui Granatēſis expeditionis Ferdinando auctor extiterat, exemplum imitatus, Hiſpaniæ Reges ad Africanam expeditionem conficiendam cohortatus, decimas Hiſpani imperij clero ad ſumptus in rem militarem ſuppeditandos impoſuit.

39 Nauaſſe etiam Hiſpaniæ Reges operam profereadæ in America Chriſtianæ religioni, narrant ſcriptores a, atque ideo Chriſtophorum Columbum noui orbis inuentorem maximis ornaſſe honoribus, necnon colonias Hiſpanorum ad inſulas Americæ deducendas curaſſe, a quibus vrbes & templa conderentur.

a Herr. Laſt pag. 54.

40 Exeunte eodem anno e vita deceſſit b Elizabeth Caſtellæ Regina, cuius mira in tuenda augendaque re Chriſtiana facinora poſteri omnes celebrabunt; de qua hæc Ioannes Mariana c: *Deceſſit ad ſextum kal. decembris magno atque incredibili totius prouinciæ luctu, principem amiſiſſe dolentium ea animi magnitudine & prudentia, ijs virtutibus, vt inter laudes eius minima ſit, ſuperaſſe longo internallo Reginas alias quaſcunq; Hiſpania vidit ab omni memoria; immo vero totius orbis a multis profecto ſæculis. Granatam ſepulchro delegit.* Inſtituit teſtamento Caſtellæ hæredem Ioannam filiam nuptam Philippo Maximiliani Cæſaris filio, eidemque regni procurationem reliquit: ad quem Pontifex de morte ſocrus conſolatorias proximo anno literas dedit d: tum, de Caſtellæ, Legionis, & Granatæ regnis adeptis gratulatus.

Elizabethę Reginę Caſtellę mors b Bonaccur in diar. Groſ lib. 3. c Marian. l. 28. c. 11. Elizabethę elogium. Ioanna Caſtellę legionis & Granatenſis regnorum hæres relicta. Elizabethę Reginæ elogium. d Lib. bull. pag. 439.

Defunctus eſt eodem anno in Gallico exilio Fredericus Neapolitano regno iam ante depulſus, cuius viduam ac filios Pontifex Gallo Regi, vt eos regia liberalitate ſuſtentaret, commendauit.

41 Quo eriam anno Emmanuel Luſitaniæ Rex, cum in regno Congenſi Chriſti fidem virtute Alfonſi Regis, qui diuina ope paucis inſtructus copijs fratrem innumerabilium militum idololatrarum exercitu ſuccinctum profligarat, florere accepiſſet, plurimos ſacerdotes ad barbaros Chriſtiana pietate imbuendos tranſmittendos curauit a, a quibus euangelicam legem late diffuſam teſtatur etiam nouator f. Deſcribunt eos felices fidei progreſſus Indicarum rerum ſcriptores g.

Plures ſacerdotes ad regnum Congenſe miſſi. a Goſpar Barlæus in app. ad Sab. ann. 1505. f Id. ibid. g Oryſius l. 3 Maff. l. 3.

42 In India h Luſitani Chriſtiani nominis famam auxerunt Eduardo Pacheco duce, qui cum pauciſſimis copijs ſacra exhomologeſi & Euchariſtia communitis, quæ in India hæſerant, dum noua claſſis ex Luſitania veniebat, innumerabiles barbarorum, quos duo perditiſſimi homines Mediolanenſes transfugæ tormenta bellica conflare & torquere docuerant, multitudines Chriſti ope fudit pluribus grauibus certaminibus, in quorum vltimo, eoque atrociſſimo magna barbarorum ſtrages edita; nemo tamen e noſtris quamuis haſtis, iaculis, & infinita pilarum multitudine peterentur, cecidit i.

In India fides augetur. h Barroſ. de Aſia lib. 7 c. 5. 6. 7. &c. i Oſor. l. 3.

43 Tentati dein veneno, inſidijs, vique aperta Luſitani fuerunt a Calecutienſi Rege, cuius omnes conatus eluſi a noſtris. Denique barbarus augurum ſuorum, qui dæmonum inanibus vaticinijs illum in firmiſſimam ſpem victoriæ adduxerant, fallaciam execratus, diro confuſus pudore regno ſe abdicauit, idolorumque ædes ingreſſus eſt, vt in funeſta ſuperſtitione reliquam vitam abſumeret. Tum increpitus quod ignauiam religione tegeret, regiam repetijt: cumque bellum tedintegrare moliretur, deſertus a finitimis, quorum multi pacem cum Luſitanis pepigerant, rurſum ſtultæ Brachmanarum ſolitudini vitam addixit. Amiſit in eo bello, quod menſes quinque tenuit, vndeuiginti millia hominum, magnumque nauium numerum: Pacieeus vero gloriam Chriſti late circumtulit, & Colanenſes, qui a Saracenis ſubornati coniuraranr in Luſitanos, in Chriſtianorum poteſtatem redire compulit.

Calecutienſis Rex de luſus ab augurib. Quanta in eo bello peremptæ multitudo infidelium.

44 Inter hæc Emmanuel Luſitaniæ Rex de Cranganoris Chriſtianis, qui eius ſe clientelæ commendarant, deque noua accepti anno ſuperiori Indici imperij poſſeſſione lætus l, ad illud tuendum augendumque contra Mahometanorum vim maiorem, quam

l Barroſ. ſup. l. c. 8.

Submissa in Indiam classis auxiliaris.

quam antea classem subsidiariam laborantibus suis in India comparabat, cui Lupum Soarium præfecit. Confecta deinde in Calecutiensem expeditio & Cranganor Indiæ vrbs opulenta, quam mixti, idololatræ Malabares, Arabes, Iudæi, & Christiani incolebant, partim incensa direptaque: Christiani tamen, qui Vasco Gammæ iam ante sceptrum tradiderant a, amanter excepti, cultrique cum e latebris ad nostros accurrissent.

a Barros. sup cap. 10. Osor. vbi sup.

Indict. I.

IESV CHRISTI
annus 1505.

IVLII PP. II. annus 3. MAXIMILIANI ROMAN. REGIS annus 12.

1. &c. EMmanuel Lusitaniæ Rex in Vrbem misit, vt refert Osorius b, Iacobum Soulam Portugalensem episcopum, & Iacobum Paciecum virum iuris ciuilis scientia & dicendi facultate non vulgari præditum, qui regio nomine Iulio II. fidem obstringerent (quod etiam Rex Angliæ c ac Veneti hoc eodem anno præstitere) peterentque, vt ad sustentandos maximos sumptus, qui in gerendo sacro in Mauritanos bello faciendi erant, terret opem, muneraque ex diuino Ecclesiæ thesauro depromeret. Quibus postulatis assensit Iulius; extat namque pontificium diploma d de instauratis Emmanuelis rogatu sacris indulgentiarum præmijs, quibus iam ante Innocentius VIII. affecerat erogaturos stipem subsidiariam in bellum, quod Africæ Ioannes Lusitaniæ Rex aduersus barbaros inferre decreuerat. Cumque idem Rex Emmanuel transtulisset militiam Iesu Christi e castro Marini ad castrum Thomar, vt ex eo in Saracenorum fines facilius excurrere posset, & latius Christi imperium proferre; tum plures sanctiones ad honestandā eandem militiam, & prouehendum diuinum cultum edidisset, omnia a Iulio II. auctoritate apostolica confirmata fuere e.

b Osor. l. 4.

c Lib. breu. pag. 256.

d Lib. breu. per Sigism. fecr. p. 283.

e Lib. 11. bull. pag. 196. Ludouicus XII diuinitus sanatus fuisse creditus est. Ferron. in diario. f Ferron. l. 4 b Lib. 99. bullar secret. pag. 219.

9. 10 In Gallijs Ludouicus Francorum Rex in lethalem morbum delapsus, mense martio sanitati restitutus est, postquam, dimissa vitæ spe, Eucharistia recreatus fuisset, vt refert Bonaccursius f. Meminit de his Ferronius g; extantque ea de re Iulij literæ h, quibus confirmatur ipsum nuncupato diuino Numini voto, vi sanctissimæ Eucharistiæ consalutasse, & solemnes supplicationes instructo agmine religioso fieri iussæ sunt; in quibus sacra circumferretur Eucharistia, indulgentiæque preces pro regia salute fundentibus propositæ fuerunt.

11. &c. Cum itaque emollitus religione Ludouici Regis animus videretur, illum Iulius ad instauranduin Turcicum bellum adhortari enisus est, ac Georgium S. Sixti Cardinalem Rothomagensem, qui regiæ Gallicæ procurationem gerebat, legatum apostolicum in Gallijs creauit i, vt sacram in impios Christianorum hostes expeditionem conficiendam curaret. Porro male gestam Gallicanam legationem a Georgio Cardinale, atque omnes obuentiones, quæ ex sacerdotijs pontificiæ curiæ inferendæ erant, ad ipsum auersas fuisse queritur Burchardus k: immo accusatus m est post mortem a Iulio, quod Gallicana legatione non contentus, ad deturbandum ipsum Iulium pontificatu, vt illum inuaderet, aspirasset. Conuenere ita sensim belli sacri consilia, cum Gallorum Rex restincto pio ardore ad priores curas rediret.

Georgij Cardinalis legatio male acta.

g Lib. 99. bull. secr. p. 182.

h Burchard. in diario. Raynald. tom. 19 bullar. secr. pag. 157.

Interea pontifex apostolicas curas intendit n, vt pax inter illium ac Ferdinandum Aragonum Regem

Pax inter Hispanos & Gallos sancita.

m Lib. 3. breu. pag. 450.

redintegraretur, quæ tandem feliciter affinitate confirmata est ijs præcipuis legibus a, vt Ferdinandus Ludouici sororis filiam eamque Fuxensis comitis sororem secum in matrimonio coniungeret, in quam regni Neapolitani iura controuersa Francus transfudit, hac addita pactione, vt si Ludouicus nullis susceptis liberis obiret, Ferdinandus dotalitijs turibus potiretur: sin ipse prior nulla suscepta prole ex noua coniuge decederet, Neapolis ad Gallicam coronam reuocaretur. Præterea conuentum, vt Fuxensis comes pulso Alebretensi in Nauarræ regnum Gallicis & Hispanis armis induceretur: tum auxiliarium armorum mutuum fœdus initum, quo Pontifex consentientibus Regum votis comprehensus est. Ex quo fœdere asseruit sibi Neapolitanum regnum Ferdinandus; ac licet nullam prolem e coniuge susceperit, regnum tamen ad Gallos non deuenit.

a Bonacc. in diar. Gucc. l. 6. Marian. l. 28. c. 14.

Quæ leges constitutæ.

15. &c. De inita concordia inter Reges certior factus Iulius Ferdinando gratulatus est, eumque adhortatus, vt non modo Philippum generum, sed etiam illius patrem Maximilianum Cæsarem, qua par esset, beneuolentia complecteretur; ad quem alendum amorem, tum ad Africanam expeditionem feliciter conficiendam apostolica studia se interpositurum spopondit b. Cuius, tum etiam maxime Francisci Ximenij archiepiscopi Toletani adhortationibus permotus arma aduersus Afros vertit; qua expeditione Mazalquiuirum, siue Portus magnus in Africa Saracenis ereptus, ad circumferenda latius Christiana signa maxime opportunus. Proximo autem anno certior factus Pontifex de Mazalquiuirij expugnatione Ferdinando partam victoriam gratulatus ipsum ad eam persequendam, Africamque Christo subijciendam hortatus est; pro sustentandis vero bellicis sumptibus clero decimas imperauit c.

b Lib. 1. breu. p. 437. & l. 6. pag. 5.

c Lib. 12. bullar. pag. 97. Controuersia de reliquijs S. Annæ.

23 Delata est controuersia apud sedem Apostolicam de reliquijs S. Annæ B. Virginis matris, cuius sacrum caput ex ecclesia S. Stephani Moguntinæ diœceseos furtim sublatum fuerat, atque in oppidum Durense translatum, vbi maxima beneficia cœlestibus illustrata prodigijs, ciuibus illam religionis causa magna frequentia adeuntibus concessa fuerant: secutus diuinam sententiam Iulius sacrum pignus oppido Durensi adiudicauit d, in quo eiusdem S. Annæ gloria, vt dicebamus, ingentibus miraculis efflorescebat.

d Lib. bullar. secr. p. 134.

Composita pax inter Danum & Lubecenses.

24 In Dania sedatum est Raymundi tit. S. Mariæ noua presbyteri Card. Gurcensis A. S. L. opera exitiale bellum obortum inter Ioannem Daniæ Regem ac Lubecenses; Danus enim quamuis numero ac robore militum terra marique longe præstaret, eiusdem tamen Cardinalis monitis atque hortatibus flexus, pro singulari sua in sacrosanctam potestatem obseruantia pacis consilia amplexus est: de qua a legato factus certior Iulius Regem ipsum meritis ornauit laudibus e, vtque illibatam firmamque concordiam seruaret, est adhortatus f.

e Lib. 3. breu. pag. 603. f Lib. ibid.

Sueci rebellant in Ioannem Regem.

25. &c. Meminit de his Albertus Krantzius g, qui hoc tempore scribebat, ac pluribus narrat Ioannem Daniæ, Sueciæ, & Norwegiæ coniuncta sceptra tenuisse, ipsumque cum in Sueciam venisset, enatis suspicionibus e Suecorum potestate se subduxisse, ac deinde Suecos rebellionem fecisse; ac Reginam Christinam arce Stokolmensi expugnata a Stenone h hostium principe traditam i in custodiam in monasterio Vvastenensi S. Brigittæ, demumque Raymundi Apostolicæ sedis legati auctoritate in libertatem vindicatam, inque Daniam reuocatam: bellum autem in Lubecenses exortum, cum illi Suecis studere viderentur, iacturaque ob id accepta, efferati Dani-

g Krantz. Dan. l. 8. c. 31. & 9.

h Magn. hist. Gothor. & Sueu. lib. 23 cap.

Regina legati Apostolicæ studio restituta a Suecis libertati.

Danicas naues in portu intercepiſſent; denique arbitro concordiæ legato Magno Magnopolenſi & Friderico Sleſumici ac Holſatiæ ducibus fideiuſſoribus controuerſiam omnem diremptam. Quibus onartatis Krantzius Danicarum rerum hiſtoriæ finem imponit; eademque in Suedicis a & Vvandalicis b commentarijs reperijt.

a Kranz. lib 14.
b Vvandal. c 30.

28 Quæ vero poſt pacem confectam geſta ſint a Raymúdo legis Apoſtolicæ legato, docet Krantzius c, de quo paulo ante memoraui: ſolemni pompa gratias illú diuino Numini de pacta cõcordia egiſſe, Danos e ſacro ſuggeſtu ad ſacrum in Turcas bellum ſolicitaſſe, cleri Hamburgenſis libertatem defendiſſe, ſacerdoteſque concubinarios anathemate perculiſſe. Ex quibus paret omnibus, quanta obſeruantia Germani, Dani, Noruuegij, Suecique ſedem Apoſtolicam colerent paucis ante annis, quam Lutherus cacodæmone magiſtro vſus, vt ipſemet ſcriptis prodere d non erubuit, venenatis dogmatibus ea regna inficeret.

Cõpoſitis inducijs ſacra ſoléni pompa peracta.
c Kranz. Vvandal. l. 14 & 31.
Septentrionalia regna ante Luthe rum obſequentiſſima Eccleſiæ.
d Luther. lib de miſſa angulari.

29 Ob eximium vero in eandem ſanctam ſedem ſtudium Ioannes Daniæ, Sueciæ, Noruuegiæ, & Gothiæ Rex vna cum Chriſtina Regina & epiſcopo Ottonienſi, qui gerendarum rerum peritia in Danica aula florebat, pluribus ſacris beneficijs a Iulio e ornari meruit.

e Ital. Libro. pag. 313.

30. &c. In Polonia Alexander Rex Helenam ducis Moſcouitarum filiam Ruthenici ſchiſmatis perfidia imbutam duxerat, vt ſe aſperrimo bello, quo in Lituania preſſus fuerat, expediret; verum inter concordiæ pactiones eam Moſcouita addiderat, ne Helenam vi ad ritum Romanæ eccleſiæ compelleret: quam Alexander VI. reſcidit, religioſaque mandata Polono dedit, vt omni ſtudio & contentione Helenam ad Romanæ eccleſiæ gremium ritumq; traduceret. Cum vero ipſa in ſuſcepto errore pertinacissima eſſet, neque ab eo niſi vi dimoueri poſſet, ingentiaque exinde a Moſcouita bella inſtauratum iri Polonus pertimeſceret, conſuluit Iulium; qui illum incuſſa ab Alexandro religione liberauit, eique vt vxorem in Ruthenico ritu coleraret permiſit f, donec opportunior reuocandæ illius a ſchismate occaſio daretur; ne ſi vis illi ad Ruthenicum ſchiſma deferendum inferretur, grauiora mala pullularent. Contractas affinitates cum infidelibus vel ſchiſmaticis grauiora mala attuliſſe ſæpius eſt oſtenſum: Regem vero Poloniæ maximam cladem a Baſilio Moſcouita ſocero contractæ illius affinitatis cauſa accepiſſe narrat Sigiſmundus Liber & Herbenſtenij regulus in Moſcouiticis commentarijs.

Helena Moſcouitica Poloniæ Regina ſchiſm. aſſerta.
f Lib. 1. hiſtor pag. 308.
g Sigiſm. rer Moſcou. Commens p 10.

41. &c. Auctus eſt hoc anno ſacer ſenatus nouẽ purpuratorum numero, de quorum vt regiæ amplitudini ſtudioſorum nominibus Iulius Gallum Regem eodem die fecit certiorem h.

Auctum Cardinalium collegium.
h Lib. 1. hiſtor pag. 408.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ludouico Francorum Regi Chriſtianiſſimo.

C Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, &c. Hodie in conſiſtorio noſtro ſecreto creauimus & aſſumpſimus in ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales nouem prælatos partim de nobis optime meritos, partim proprijs virtutibus & nobilitate poſſentes, omnes tamen honoris & amplitudinis tuæ celſitudinis ſtudioſiſſimos, dilectos videlicet filios Carolum de Carreto electum Thebanum Marchionem finali, Marcum epiſcopum Senogallienſem, Leonardum epiſcopum Agẽnenſem noſtrum ſecundum carnem nepotem, Robertum epiſcopum Redonenſem oratorem apud nos tuum, Antonium epiſcopum Eugubinum, Franciſcum epiſcopum Papienſem, Gabrielem epiſcopum Vrbinatem, Fatinum epiſcopum Cæſenatem, domeſticos noſtros, ac Sigiſmundum de Gonzaga noſtrum & Apoſtolicæ ſedis notarium, ſperantes quod ipſi ſanctæ Romanæ eccleſiæ vtilitati erunt & commodo: quod maieſtati tuæ gaudio eſſe non dubitamus: ad honorem certe & commodum regni tui, propter ipſum oratorem tuum præcipue non mediocriter pertinet, & idcirco proprijs literis celſitudini ipſi tuæ ſignificare voluimus. *Dat. Romæ apud S. Petrum die 1. decembris* MDV. *pontificatus noſtri anno* III. Recenſent horum titulos Paris de Graſſis, Alfonſus Ciaconus, & Felix Contelorius a, quorum primus addit Carolum Carretanum & Sigiſmundum Mantuanum creatos diaconos, reliquos presbyteros renuntiatos fuiſſe.

Nouorum Cardinalium nomina.
a Fel. Ciacon. in vitis Cardd

45 Obijſſe vero hoc anno magnum ſacri ſenatus decus & ornamentum Cardinalem Gurcenſem, refert hiſce verbis Chronicon Sponheimenſe b: *VII. die menſis ſeptembris obijt Raymundus presbyter Cardinalis S. Mariæ nouæ Gurcenſis epiſcopus, Viterbij ſepultus: qui per triennium continue ſedis Apoſtolicæ fuit legatus de latere per vniuerſam nationem Germanicam, vir moribus & vita ſanctiſſimus, & omni integritate conſpicuus, magnus Trithemij abbatis noſtri amicus & fautor ſingularis, inſtitiæ cultor magnus, & bonorum ſimul ac diuitiarum mundi contemptor eminens conſtantiſſimus: cui ſimilem non habebat ætas noſtra.*

b Trithem. chr Sponheim.

Raymũdus Gurcenſis Cardinalis obitus. Eius elogium.

46. &c. Migrauit eodem anno ex hac vita Rauennæ Margarita virgo ſanctitatis fama conſpicua, quæ cum cæcitate percuſſa eſſet, illius tamen facies cæleſti luce radiare vita eſt, atque animorum arcana penetrabat, futuraque præcognouit, præcipueque Rauennæ depopulationem a Gallis illatam inſequentibus annis vaticinata eſt; de cuius inſigni patientia in aduerſis, editiſque prodigijs cæleſtibus plura affert Hieronymus Rubeus c. Hactenus de Europæis rebus; nunc ad Indicas orationem conuertamus.

Margarita virgo ſanctitate illuſtris.
c Rubeus lib. Rauen. l. 8.

49 Dum in Indijs Chriſtiani nominis fama, & Luſitanorum armorum terror longe lateque inferebatur, Indique, Arabeſque, & alij Mahometani commercio Indico prohibiti rundebantur, ſuggeſtum fuerat Regi Calecutienſi, illum non paribus armis cum noſtris decertare; atque ideo poſcendam a Campſone Ægypti, Syriæ, Arabiæque ſoldano auxiliarem claſſem, quæ noſtros ab Indiæ commercio imperioque arceret. Mahometanus itaque orator ad Ægyptum miſſus facile ab eo querelis Arabum aſperato auxiliorum ſponſionem elicuit: ſed conficiendæ in ſinu Arabico claſſis lignorum inopia poteſtas deerat. Arte itaque vſus Minoritam ſacræ ædis Ieroſolymitanæ in monte Sion præfectum cum literis minacibus ad Pontificem miſit, queſtuſque eſt grauiter ſe ab Regibus Hiſpanis læſum, Ferdinandum enim Granatenſe regnum excidiſſe, ac Saracenos partim necaſſe, partim in exilium pepuliſſe, alios coegiſſe vt Chriſti religionem ſuſciperent: Emmanuelem Luſitaniæ Regem claſſibus ſuis Indias infeſtas reddere, maritimiſque graſſationibus Ægyptios & Arabas in Indiam nauigantes maximis damnis affeciſſe. Querelas has crudelibus minis armauit; ni Luſitanus abſtineret India, ſe Chriſtianorum multitudines maximas in ſuo imperio contrucidaturum, eorum templa Chriſtique ſepulchrum euerſurum, tum inſtructa claſſe Europam populaturum. Proinde expoſuit Iulio dandam ab eo operam, vt Hiſpani Reges cœptis deſiſterent.

Calecutienſis Rex ab Ægyptio poſcit auxilia in Luſitanos.
Ægyptij Sultani ad Pontificem legatio.
Atrocis eioſdem minæ.

50. &c. His acceptis Pontifex literarum exemplum ad vtrumque Regem miſit, rogauitque quidnam ſoldano reſpondendum cenſerent. Contemptæ autem tum diræ barbari minæ fuerunt ab ijſdem Hiſpanis Regibus, atque reſcripſiſſe Luſitanum refert Oſorius d, maiora ſe in Mahometanos moliturum, atque ad ipſam Mecham, in qua ſepulchrum eſt Mahome-

Cõſulti de reſpõſo Hiſpani Regis a Pontifice.
d Oſor. ubi ſup ex Barroſ. l. 1.

hometis, excindendam arma conuersurum.

53 Idem vero Rex Emmanuel Ægyptij minis lacessitus duplo maiorem hoc anno classem in Indiam misit [a], adiunctis pluribus Minoritis & clericis, vt religionem Christianam amplificarent, arcesque ad maritimæ regionis tenendum imperium extrui iussit. Peregitque mandata regia præfectus Almeida, primumque Guiloæ tyrannum Abrahemum dispulit [b], ac Mahemedem Anconium Lusitani nominis amicum Regem aurea donatum corona vectigalem Emmanuelis constituit. Inde in Mombazæ principem Lusitano Regi fidem addicere detrectantem conuerso impetu cum fugauit, Mauricamque vrbem diripuit. Tum intento in Indiam cursu Almeida in Anchedinæ portu munitissimum propugnaculum excitauit [c], famaque Christiani nominis commoti finitimi barbari, necnon Onoris Rex amicitiam Lusitanam exambiuere: sed cum Almeida de Mechæ, Oromusij, Cambaiæ, Calecutijque nauibus expugnandis mandata accepisset, eas in Onoris portu succendit [d]. Facto cum Regibus Cananoris & Cochimi colloquio fœdera cum ijs sanciuit [e]; quæ tuse Ioannes Barrosius describit.

54 Inter cæteros etiam barbaros Lusitanorum amicitiam expetijt Narsingæ Rex. Est id regnum in ea Indiæ parte citra Gangem, quæ spectat ad orientem solem multis vrbibus cultum, pertusum fluminibus, atque omnium rerum copia affluens, de cuius gentis religione narrat idem Barrosius [f], Brachmanas conditorem orbis agnoscere, sed dæmones in simulachris adorare; tenuem Trinitatis imaginem colere in lapide oui magnitudine pertuso, ex quo tria fila pendent, colloque appenso; Regis pellices viuas cum illius cadauere sepeliri. His & alijs erroribus inuolura erat misera India, cum Lusitani in eas oras appulere, vtique euangelici Christianæ pietatis splendorem illi intulerunt.

55 Eodem anno Emmanuel Rex ad redigendas in suam potestatem Sofalæ, quam nonnulli verus Ophir putarunt, aurifodinas apud Afros celebratissimas, Petrum Natam classi præfectum mense maio immisit [g]: vt arcem in eo portu construeret, omnisque Zanguebaris oræ imperium a Lusitanis teneretur, nec Sofalæ princeps abnuit, vt Lusitanorum armis a Cafrorum vi & immanitate vindicaretur.

[a] Barros. l. 8. c. 3. Masseus lib. 10. Vexati Mahometani a Rege Lusitano.
[b] Barros. l. 8. c. 5. & 6.
In Anchedinæ portu excitata arx.
[c] Id. c. 9.
Ab Almeida multa præclare gesta.
[d] Cap. 10.
[e] Lib. 9. c. 1
[f] Barr. Osor. & Masseus ibid.
Illarum Indiæ Christi euangelium.
[g] Barros. l. 9. c. 6.
Sofalæ auri fodinæ occupatæ a Lusitanis

IESV CHRISTI
Annus 1506.

Indict. 9.

IVLII PP. II. annus 4. MAXIMILIANI ROMAN. REGIS anno 13.

1. &c. CHristi vicarius seuero edicto [h] simoniacas Pontificum electiones conuulsit, etiamsi apostolico insigni solemni ritu redimiti cultique a populis fuissent; eosdemque vt hæresiarchas defixoque anathematis sententia damnatos haberi, omniumque dignitatum gradu deturbari iussit: tum scelere conscios siue Cardinales, siue alios grauissimis pœnis affecit: denique concilium œcumenicum ab alijs, qui flagitio non assentirentur, celebrari iussit. Instauratum est hoc decretum [i] a Iulio proximis annis in Lateranensi concilio, vt cæteris ecclesijs puritatis exemplo Romana præluceret, dæmonumque sedem Apostolicam euertere meditantium insidiæ dissiparentur.

Sedi Apostolicæ a simoniaca fraude vindicidæ data a Iulio opera.
[h] Bull. in bul. in Iul. II. const. 3.
[i] Iulius. bull. & const. 4.
Confirmatum in Lateranensi concilio idem decretum.

6. &c. Præterea idem Pontifex, de cõparata a Baiazethe ad Rhodum obsidendam classe factus certior, Ierosolymitanos excitatos equites edicto publico Rhodum ad eam defendendam conuolare iussit, eorumque principi stimulos ad æmulandam Petri Aubussoni, qui Mahometis II. impetus fregerat, gloriam excitauit [a].

9. 10 Hoc anno [b] mense martio Emmanuel Olisipone quatuordecim nauium classem in Indiam præfecto Tristanno Acunio misit, quam pestilentia e Lusitania euecta afflixit, donec æquatorem præterueca est. Vt autem data ab Emmanuele ipso mandata e Acunio & Alfonso Albuquerquio summa fide & audacia tuerint ab ipso confecta proximo anno dicetur.

[a] Lib. 1. bres pag. 484.
[b] Io. Barros. dec. 2. lib. 1. c. 1.
Cap. 2. & 3.

11. &c. Interea Emmanuel Rex Lusitaniæ delendæ superstitionis Mahometicæ pio incitatus studio, Pontificem, legatis ad eum oratoribus suis, præcibus omnibus orauit obtestatusque est, vt Christianos principes ad pacem inter sese sanciendam, ac vertenda aduersus Turcas arma inducere totis viribus niteretur. Agitasse certe Emmanuelem vna cum Ferdinando Aragonum ac vtriusque Siciliæ, & Henrico Angliæ Regibus consilia auctore Francisco Ximenio Toletano archiepiscopo de expeditione sacra ad restituendum Ierosolymis Christi cultum, sanctissimumque eius sepulchrum e Saracenorum tyrannide liberandum, retert Gomesius [d].

De sacra in Syriam expeditione agitata consilia.
[d] Gom. l. 3. de reb. gest. Ximenij Card.

16. &c. Eodem anno Philipus Austriacus Castellæ, Legionis, & Granatæ regnorum possessionem initurus Belgico portu soluens, iactatusque tempestate ad Angliæ portum applicuit, exceptusque honorificentissime, de Margareta sorore Philiberti ducis Sabaudiæ vidua Anglo Regi connubio iungenda pactus est; cuius pactiones ac fœderis initi capita Pontifex auctoritate apostolica confirmauit [e] pontificio diplomate.

[e] Lib. bull. sect. 99. p. 142.

19. &c. Hoc etiã anno Iulius redintegrandi ecclesiastici imperij, quod Balioni & Bentiuoli oppressis Perusio ac Bononia laniarant, cupidus, decretam in eos in sacro purpuratorum senatu profectionem instituit, vt præsentia sua magis quam vi eam expeditionem conficeret, nec victoriam cruore pollueret. Vt vero vrbanis rebus consuleret præfecit ijs Antonium episcopum Tusculanum amplissima legati apostolici auctoritate fultum [f]. Addit [g] auctor, Iulium quinto post die præeunte sanctissima Eucharistia Vrbe egressum Cardinalium comitatu cinctum. Describit tuse illius itinera Paris de Grassis [h], vtque pontificijs minis exterriti Bononienses Bentiuoli iugum excutere decreuerint: isque cum Gallo duce rerum suarum incolumitatem pactus, se suaque Gallorum Regi permiserit, inque eius clientelam se receperit: tum a Pontifice petierit, vt eas pactiones confirmaret; cui Iulius, necnon socijs, quorum nomina exprimeret, vitam resque, quas insse tenerent, salvas pollicitus [i] est: cumque Bononiam ingredi pararet, obortæ sunt nouæ rerum conuersiones, ac Bentiuoli ad tolerandam obsidionem se compararunt: verum Gallis ferrum flammasque intentantibus ni Bononienses se dederent Pontifici, Bentiuolus exterritus in Gallorum castra se recepit, ac Bononienses in Pontificis fidem ac potestatem rodierunt.

Expeditio Iulij cõtra Bentiuolos & Balionos.
[f] Paris in iul. II. ms. anc. Vat. pag. 8.
[g] Idib. ibid. pag. 19.
Ex vrbe profectio.
[h] Ibid. ibid.
Bentiuoli ad bellum sustinendũ se comparant.
[i] Pag. 65.

30. &c. Addit auctor [j], Pontificem die martis decima nouembris S. Martini sacro peruigilio Bononiæ ingressum, triumphalem pompam per Bononiam duxisse; cuius ordinem idem auctor composuit; atque arcus triumphales tredecim tantum erectos, cum populus ob fremeutes circum mœnia Gallorum copias terrore suspensus opum magnificentiam explicare non auderet, tum subdit [k]: *Vnusquisque arcus in fronte suum titulum habuit*; vnus: IVLIO II. TYRANNORVM EXPVLSORI. Alius: TRANQVILLITATIS LARGITORI. Alius. LIBERATORI PATRIAE. Alius:

Iulius Bononiam victor ingredi tur.
[j] Pag. 78.
Bononienses illi applaudũt se a tyranno liberatos.
[k] Pag. 81.

BONO-

BONONIA A TYRANNIDE LIBERATA; & huiusmodi. Eiusdem pompæ celebritatem descripsit culto versu Hadrianus Cardinalis a; quibus addit Guicciardinus b, Iulium his secundis successibus erectum fuisse ad Flaminiæ vrbes ecclesiastici imperij a Venetis tenças repetendas: defuisse autem illi Gallorum Regis arma, cum Genuæ populares homines seditiones in nobiles commouissent, instruendisque in seditiosos maritimis & terrestribus exercitibus Rex intentus esset.

a Hadrian. Card in itiner. Iulij II
b Guicc. l. 7. De Flaminiæ vrbib⁹ a Venetis repetendis agit.

Gallus in Genuensiũ seditionibus compescendis occupatus.

34 Percusserat antea Ludouicus fœdus cum Maximiliano Cæsare, atque filiam Claudiam attributo dotali principatu Mediolanensi Carolo V. illius ex Philippo filio nepoti desponderat: sed Gallici regni ordines intercessere; eo enim fœdere principatum præclarissimum diuelli a Gallica corona ægre ferebant, verebanturque ne Carolus ad coniungendas etiam Germaniæ, Belgio, Hispanijs, Italiæque Gallias, vxorio iure aliquando toret aspiraturus; cum ea de causa tot antea cum Eduardo III. exitiosa bella gesta essent. Solemni itaque legatione decreta Ludouicum ab ipsis exoratum retert Buonaccursius c, vt Claudiam filiam nost Carolo Austriaco, sed Francisco duci Engolismensi Salica lege sceptri Gallici futuro heredi coniugem traderet. Offendit ea res Maximilianum, qui Ludouico Mediolanensem principatum iure fiduciario contulerat ea lege, vt Claudiam vnigenitam dicto Carolo nepoti coniugem daret cum dotali principatu.

Gallus ordines spondalia Claudiæ cum Carolo V. abrumpit.

c Buonac. in diar. Marsil. l. 9. c. 4.

35 Interea monuit eundem Regem Pontifex, ne in regni Neapolitani controuersia, quæ ipsi erat cum Ferdinando Aragonio, a quo iure a sede Apostolica accepto armis exutus fuerat, aliquid inconsulta eadem sede tentaret. Verum postea male Ludouicus, illa non consulta, transmisit iura in Ferdinandum, quem ideo hoc anno Neapolim se transtulisse memorant.

Quæritur Maximiliani violatum a Gallo fœdus.

Monitus Gallus ne inscio Pontifice de iuribus regni Neapolitani statuat cum Hispano.

36 Tradita ei testamento ab Elizabeth Regina vxore fuerat Castellani regni administratio; at Philippus Austriacus genere, Belgij & Burgundiæ princeps, illud vt iniquum improbandum contendit, cum iure hereditario ad Ioannam vxorem suam Castella pertineret, ac mense iunio varia cum Ferdinando socero fecit d colloquia, demumque ad eas pactiones venere, vt Philippus Castellæ, Legionis, & Granatæ gubernacula teneret; Ferdinandus vero præter auita regna, Neapolitanum etiam, quod superstite Isabella partum fuerat, posslideret. Atque ita Ferdinandus Aragoniam est profectus: deinde instructa Barcinone quinquaginta nauium classe Neapolim contendit cupidissime ab omnibus exceptus; vbi Consaluum, cuius virtute regnum Gallis ereptum fuerat, statu deiecit e, quod in suspicionem regni appetendi incidisset.

Philippus Austriacus regnum Castellæ abeo recipit dotali iure.

d Marian. l. 28. c. 20. & 21. Pacis inter Philippum & Ferdinãdum leges

e Marian. l. 28. c. vlt.

Consaluus a Ferdinãdo deiectus

37 Rebus omnibus recte constitutis, sequenti anno ad Castellæ Regna moderanda a filia Ioanna Regina excitus est, paucis enim mensibus Castellano regno potitus est Philippus; vtque fallaces sunt humanæ spes, cum tot alia soceri patrisque solia conscensurus crederetur, peracuta febri correptus in sepulchrum corruit f, relictis Carolo & Ferdinando filijs postea Cæsaribus. Fluctuantes post eius obitum Hispanicas res sustentauit Franciscus Ximenius archiepiscopus Toletanus cum alijs prudentissimis senatoribus, donec Ferdinandus omnium votis in Castellam vocatus excitatos motus compressit.

f Marineus l. 21. Marin lib. 28. c. 23. Surit.

Relicti a Philippo duo filij.

38.39 Obijt etiam hoc anno Alexander Poloniæ Rex g cum Podolia, Russia, Lituaniaque liberatis victoriam de Tartaris Præcopensibus retulisset. Cum nullos ex Helena ducis Moscouiæ filia schismatica suscepisset liberos, Sigismundus Oppauiæ & Glogouiæ dux illius frater ad Poloniæ & Lituaniæ sceptra excitus est: & his Matthias Michouias, & Martinus Cromerus Polonicarum rerum historiæ finem imponunt.

Alexandri Regis Poloniæ mors.

g Mich. l. 4. c. 82. Crom. l. 30.

Sigismund⁹ sceptris succedit.

40. &c. Tradunt ijdem a, Alexandri socerum Ioannem Basilium magnum Moscouiæ ducem, a quo Sarpus Tartari ac Turcæ felicissime fusi fugatiq; fuere, quemque a Romanis Pontificibus vidimus solicitatum, vt schisma damnaret, remque Christianam tueretur, hoc anno e viuis abijsse. Scribit Michouias b eum sobrietatis amantem adeo fuisse, vt ebrietates & iuscula inebriantia e Moscouia sancita lege sustulerit. Certatum est de successione inter Demetrium eius ex natu maiori filio nepotem, & patruum, sceptraque demum corripuit c Gabriel eiusdem Ioannis Basilij filius, qui Basilius postea dictus est, ac Polonos graui bello attriuit.

a Mich. Cromer. loc. sup. Sigism. Lit. de rer. Moscou. & Crom. loc. sup.

Basilij ducis Moscouiæ obitus

Ebrietas lege sublata a Moscouia.

b Mich. l. 4. c. 85.

Gabriel enim dictus Basilius illi succedit.

c Sigism. Herberst. comm. Mosc. pag. 7

43 Inclarescebat d magis ac magis annorum flexu B. Bennonis Misnensium episcopi sanctitatis gloria; cuius opera Slaui ad Christianam pietatem traducti, pijque in fide confirmati fuerant: cuius constantia emicuerat in Henrico Imperatore Ecclesiæ perduelli obiurgando, percellendoque anathematis sententia; migrauitque e ex hac vita quadringentesimo ante anno, sedis vero quadragesimo: eumque plura ad illius sepulchrum ederentur miracula, Georgius Saxoniæ & Misnensium dux ab Alexandro VI. expetierat, vt in sanctorum numero collocaretur; iterumque a Iulio II. idem contendit, cuius hortatu Ioannes Trithemius f supplices literas ad Pontificem misit, vt ad pietatem in Saxonia amplificandam B. Bennoni sanctitate vitæ anteactæ & miraculis celebratissimo sanctorum cultum decerneret. Instructa fuere summa diligentia religiosa acta de miraculis B. Bennonis implorata ope patratis, atque decimo septimo post anno Hadrianus VI. festo sanctissimæ Trinitatis illum cum B. Antonino archiepiscopo Florentino in sanctorum ordine solemni ritu reposuit; decreuitque g S. Bennonis memoriam colendam XVI. iunij die recurrente h; vt suo loco dicetur.

B. Benno miraculis claret.

d Hieron. Emser. ex Suevis. l. 3. Io. Trith. ep. 64 Illaron. in not. ad martyrol. Rom. 16. iun.

f Trith. sup. epist.

g Baron. in not. ad martyrol. Rom. h Bull. 1. in Hadriã. VI. const. 3. ext. in eccles. S. Mariæ de Anima.

44 Editæ sunt etiam hoc tempore multæ res admirabiles ad sacram Christi sindonem, quæ in Camberiacensi templo a pijs colitur; quibus permotus Iulius testum diem, quo anniuersaria expressæ in sindone diuina vi Christi imaginis memoria recoleretur, necnon repetendi precum horariarum formulam sacerdotibus Camberiacensibus præscripsit i.

i 2. 2 lit. 8. pag. 151.

45 Iacta fuisse hoc anno a Iulio celebertimi totius orbis templi ob amplitudinis magnificentiam, ob molium firmitatem, ob artis ornatusque elegantiam fundamenta refert m. s. Vaticani k auctor, ac ritu solemni pontificia prece & crucis signo primum lapidem sacratum: qua de re Henricus VII. Angliæ Rex a Pontifice certior factus est.

Instaurãdæ basilicæ Vaticanæ iacta a Iulio fundamenta

k M. sacrist. Vatican. lib. 1.

Charissimo in Christo filio nostro Henrico Regi Angliæ illustri.

Hoc die, qui fuit sabbati in albis & XVIII. præsentis mensis aprilis, post missarum solemnia vna cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, & magno numero prælatorum, ad locum processimus, in quo fundamenta locanda erant basilicæ B. Petri Apostolorum principis de Vrbe, in Vaticano; precationibusque & ceremonijs adhibitis consueris, primum lapidem nostris proprijs manibus benedictum ac cruce signatum in eodem loco posuimus, firma spe ducti quod dominus & saluator Iesus Christus, cuius monitu basilicam ipsam vetustate consumptam augustiori forma & ædificio renouare aggressi sumus, meritis & precibus ipsius

Sacri ritus ab eodem adhibiti.

Apostoli virtus nobis tribuet; vt quod tanto feruore inceptum est, absolui & perfici possit ad laudem & gloriam Dei: quod maiestati tuæ pro singulari, qua eum complectimur, charitate significandum his literis duximus. *Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris die* XVIII. *aprilis* MDVI. *pontificatus nostri anno* III.

IESV CHRISTI
Annus 1507.

Indict. 10.

IVLII PP. II. annus 5. MAXIMILIANI ROMAN. REGIS annus 14.

Iulij in vrbem reditus. *a Lib. p. 146.*

1. &c. IVlius ob partas fine cæde victorias, tyrannosque solo aduentus terrore prostratos gloria insignis, constituta vigesima secunda februarij die Bononia egressus a, imminente sacra hebdomada, qua passionis Christi misteria recoli a pijs solent, Romam vigesima septima martij die peruenit b, sessusque in ædibus S. Mariæ de populo nuncupatæ noctem duxit. Vt vero ipso palmarum die onustus palmis egerit triumphum comparatum ad pietatis pompam, instructis nempe in vijs & compitis ornatissimis altaribus, circa quæ linteatus clerus diuinas laudes concinebat, describit accurate Paris de Grassis c.

b Ib. p. 161.

c Ib. p. 163.

Galli cum Venetis fœdus ineunt. Genuæ orti tumultus. *d Bonacc. in diarijs Biz. hist. Gen. lib. 18. Aug. in Stem. 8. Fol. l. 12. Guicciar. l. 7*

6. 7 Reddita Vrbi sede Apostolica Iulius Gallicæ in Italiam aduersus Gennenses perduelles expeditionis exitum expectauit, & Fauentiæ Rauennæque a Venetis repetendarum restituendarumque ecclesiastico imperio consilia in opportunius tempus extraxit. Exorti d autem fuerant superiori anno Genuæ tumultus ingentes; nam partis honoribus elata plebs pellere nobilitatem, vererisque reipublicæ formam redintegrare ausa, Paulum Nouium ferici filij tinctorem ducem creauit. Lenocinabantur sibi plebeij Cæsarem ipsorum patrocinium susceptu rum, nec Pontificem patriæ defuturum. Verum fractæ eorum spes primis regij exercitus impressionibus euanuere, atque octidui flexu perdomiti sine vlla pactionum formula capitis fortunarumque permisso Regi imperio se dediderunt e: retractusque e fuga Paulus Nouius dux purpuram suo tinxit sanguine.

Ligures de Cæsareo & pontificio auxilio frustra præsidunt. Sub iugum missi. *e Bonacc. in diarijs Biz. Foliet. Aug. Inst. Guicc. vbi sup.*

8. &c. Sedata huius Ligustici belli tempestate, noua alia ex Germania Italiam infestatura procella conflabatur. Coegerat f solemnes ordinum imperij cœtus Constantiæ Maximilianus Cæsar, ac subsidiaria agmina & stipendia deposcebat a principibus, vt veterem imperij Germanici splendorem in Italia instauraret. Querebatur confectas antea cum Ludouico Francorum Rege pactiones de principatu Mediolanensi ab eo violatas g: querebatur de Venetis, ipsos cum Gallo Rege fœdus pepigisse, neque imperatoria modo, verum pontificia h iura labefactare i, ac Germanicæ gentis decus penitus in Italia interiturum, nisi ad illud in pristinam restituendum dignitatem insigne augustale pontificia manu accepturus Romam contenderet. Accensum ad id Maximilianum ipsum hortatu Pontificis Gallicam potentiam in Italia ingraueſcentē meuentis nonnulli tradunt l. Illud sane constat, Iulium, cum ab Romanorum & Gallorum Regibus muruas geri simultates conspiceret, ad eos in concordiam reuocandos, vt sua ex Venetis Romanæ ecclesiæ iura peteret, principesque ad sacram in Turcas expeditionem conficiendam concitaret, studia apostolica contulisse, atque ea de causa Antoniotum Palauicinum

Germanus Cæsar veteris iura repetere molitur in Italia. *f Trith. chr. Spō. hoc ann. Basil. in addit. ad Nauc. Guicc. l. 7 Bia. l. 18. & alij.*

g Basin ad dit. ad Bonacc.

h Trith. chr. Spō. hoc ann. Id. ibid. l Guicc. l. 7. Cauitel. hoc ann. in hist. Gre. & alij

Pacem inter Gallum & Cæsarē redintegrare nituntur Pontifex.

Cardinalem a S. Praxedis ad Ludouicum commorantem Genuæ mox atque eam in suam potestatem redegit, ad Maximilianum vero Bernardinum Cardinalem S. Crucis b legatos decreuisse. Exceptum illum, cultumque magnis honoribus a Maximiliano, narrat Nicolaus Baselius c. Post quam legationem non abstitit Iulius a conquirendis vniuersis concordiæ rationibus; Gallumque literis solicitauit d, vt honesta pacis fœdera cum Cæsare pepigisset, potentiaque Gallica partis tot olim de Christiani nominis hostibus victorijs nobilitata, ad Baiazethem Turcarum Imperatorem accepta a Persis clade consternatum obterendum vteretur.

a Parisius. lib. II. ms. anc. Vat. pag. 193. b Idib. ind. pag. 206.

c Basil. in addit. ad chr. Naucler. d Lib 8. hist. pag. 602.

Lusitaniæ Rex promotor belli sacri. *e Lib. 8. hist. pag. 599.*

11. 12 Excitabatur Iulius ad inferendum Turcis bellum ab Emmanuele Lusitaniæ Rege qui continuis victorijs in India Christi cultum imperiumque Lusitanum proferebat; misitque e eam ob causam hoc anno ad sedem Apostolicam Didacum Almediam: cui Pontifex rescripsit f, retardatum se hactenus ob Regis Gallorum Cæsarisque discordias a vocandis Regum principumque oratoribus, vt tam optata sancta expeditio decerneretur; tantoque se illius conficiendæ desiderio flagrare, vt bellum illud administrare, & capitis periculum in castris crucesignatis suscipere secum ipse statuisset: adesse egregiam rei gerendæ occasionem, cum Sophi Persarum Rex Turcicam potentiam conterere iam cœpisset.

f Ibid. Decreta ab ipso ea de causa legatio.

13. 14 Restituta g est hoc anno insula Socotora Christiano imperio in maris Erythræi faucibus sita. Insulani tincti erant Christianis sacris, Abissinorum Iacobitarumque ritum sectantes, crucis dominicæ cultores eximij, cuius imaginem affixam pectori circumferunt, atque in templis religiose collocant; psallunt vero ter coram illa singulis diebus Caldaico idiomate, & mares Apostolorum, fœminæ vero Mariæ nomina gerere solent. Subierant illi iugum Mauricum viginti sex abhinc annis, cum Rex Caxemij Fartacum in Arabia classe immissa, arcem munitissimam in ea condidisset, adegeratque insulanos ad vectigalis annuam pensionem: cumque Triſtanus Cugna Arabes, qui ad extremos spiritus pertinacissime se defenderant, in arce oppressisset, Socotorini mox atque victorem Christianum esse rescinere, ad ducis pedes prouoluri per sanctissimum Iesv nomen eum obsecrarunt & obtestati sunt, vt gentem ijsdem sacris addictam, eiusdemque consortem spei, contra infidelium hominum vim tyrannidemque tueretur.

g Io. Barros. dec. 2. lib. 6. cap. 3.

Socotora imperio Christiano restituta.

Vt subacta fuerit antea ab Arabe Rege.

15. 16 Cæterum in Indis Laurentius Brisa in Cananoris arce grauissimū bellum pluribus mensibus sustinuit ab infido Rege Malabarum Imperatoris auxilijs fulto oppugnatus: ac licet barbari ad quinquaginta armatorum millia concurrissent, multis tamen prælijs feliciter initis hostium impetus propulsauit non sine diuina ope, cuius certissima signa emicuerunt; quandoquidem cum Lusitani salutem suam beatissimæ Virginis enixe commendassent, commeatumque inopia premerentur, die assumptæ in cælum eidem Virginis sacro tempestas maxima in mari coorta tantam locustarum maritimarum multitudinem ad singulos vndarum accessus in portum eiecit, vt earum salubri carne, vt immisso cœlitus manna pluribus diebus victitarint, ac post fractos omnes barbarorum impetus maxima eorum strage, demum Triſtanni Acunij Socotora subacta venientis aduentu territus Cananoris Rex pacis leges Christiano nomini honorificas accepit; quam victoriam diuino Numini ascriptam refert Maffeius h.

Cananoris arx obsessa in India.

Diuinitus commeatus immissi Lusitanis.

Soluta obsidio classis Lusitanæ aduentu. *h Maff. l. 3.*

17 Compositis ita Cananoris rebus, Triſtannus Cugna vires cum Francisco Almeida prorege iunxit aduersus Calecutiensem Malabarum Imperatorem ac

Pana-

Pratois portus oppugnatus a Lusitanis. *aBarros.dec 2.l.2.c.1.2. Ioã 4.Oros l.5.Maffei. lib.3.*

Panánem insigne emporium vi cepit, incenditque. Inter quæ Alfonsus Albuquerquius a, qui post expugnatam Socotoram a Tristano Cugna cum classe Arabiæ oram perlustrare, atque Mahometanos omni cladium genere afficere iussus fuerat, contempta vili præda, subijcere regna Mahumetica constituit; vt Arabes, qui olim inuaserant Hispanias, in ipso Arabico solo domarentur ab Hispanis: Ormusiense regnum naualibus percelebre atque opulentissimum aggressus est, ac præteruectus Felicis Arabiæ oras Ormusij regni subactis multis oppidis in Ormusiæ insulam regnique sedem victoriæ cursum conuertit.

Ormusiense regnum inuadunt Lusitani.

18 Imperabat Ormuzijs Zeiphadinus puer, Ismaelis Regis Persarum, qui falsorum vaticiniorum, nouæque sectæ illecebra Mahometanos deceperat, vectigalis; cuius regiæ procurator classem ac viginti millia hominum ad pugnam in Lusitanos instruxit: precatus vero Deum Albuquerquius, vt pro Christiani nominis gloria decertanti adesset propitius, tanta vi hostilem classem fudit, vt cælum pro Christianis pugnasse videretur: sed diuina ope domiti Saraceni ijs legibus pacem admisere b, vt Zeiphadinus Rex in clientelam Emmanuelis Lusitaniæ Regis concederet, quindecim millium aureorum vectigal penderet, necnon ad extruendam arcem Albuquerquio necessariam materiam, operas, sumptuique suppeditaret: sed Arabes animaduerso Christianorum exiguo numero, fidem maligne seruarunt, nostrique operum laborumque pertæsi in Albuquerquium seditionem mouere, quasi extructa arce ab Arabibus & Persis, mox atque classis abiceederet, præsidiarij opprimendi forent. Ita desertus Albuquerquius cœpto destitit, omnem tamen insulam vastauit, tum ad Socotoræ arcem, quam Farraces oppugnabant, proximo ineunte anno commode accurrit.

Nauali prælio victi Saraceni.

bBarros.l.2 cap.4 & 5. Oros. & Maffeius vbi sup.

Arx ab Albuquerquio excitari nũla.

Socotorinis præsidarijs ferr opem.

19. &c. Peruenit interea ad Pontificem paucis post diebus nouus nuntius ab Emmanuele Rege Lusitaniæ cum regijs literis de Taprobana c Christiano adiuncta imperio, deque insigni maritima victoria de barbaris habita; quo lato nuncio vniuersi gaudio completi sunt: inde Iulium ingens amplificandæ in oriente religionis, superstitionisque Mahometicæ delendæ desiderium cepit; ductaque solemni sacra pompa de euertenda Turcica tyrannide iniit consilia; deditque propterea operam vt Reges iungeret fœdere; quos de propagato in India Christiano imperio fecit certiores.

Taprobana insula Christiano adiuncta imperio. *cOsor.lib.4. Maffei.3.*

De propagato in India imperio Christiano Reges facti certiores.

24 *Hoc anno* MDVII. *die Iunæ* XVII. *maij*, ait Paris de Grassis d, *publicati fuerunt tres Cardinales, duo ex tribus, qui prius creati fuerant secrete ab eodem Pontifice Bononiæ existente, scilicet dominus Franciscus de la Tremoglia Gallus Cardinalis Auxitanus; dominus Reginaldus de Pria Cardinalis Baiocensis: dominus Ludouicus de Ambasia Cardinalis Albiensis; & cum ipsis eadem die creatus & publicatus est simul alius ad instantiam Regis Castellæ dominus Franciscus ordinis Minorum Cardinalis Toletanus.* Primus ex his paucis mensibus superstes dignitatis titulo sepulchrum ornauit: quartus vero cognomine Ximenius pietate & rebus pro Christo præclare gestis inclaruit.

Auctum collegium Cardinalium. *dPar.f.348*

Felix obitus S. Francisci Paulani.

25 Eodem anno migrauit in cælum Franciscus Paulanus sanctitate & miraculorum gloria celeberrimus, conditor Minimorum triplicis sodalitij; cuius religiosa institura viuo & spirante ipso confirmata a Romanis Pontificibus refert Leo X. in diplomate e de ipsius memoriæ consecratione edito.

e Leo X. in bull. f.38

IESV CHRISTI
Annus 1508.

Indict. 11.

IVLII PP. II. annus 6. MAXIMILIANI ROMANOR. REGIS annus 15.

Principib. Christianis in Turcas coniungendis data opera.

1 IVlius consilia iam a se suscepta de principibus Christianis, ac præcipue Germano & Gallo (inter quos initæ iam fuerant inducíæ, opera Bernardini Carnalis Cardinalis S. Crucis atque sedis Apostolicæ in Germania legati) conciliandis, & religione Christiana in pristinam in Europa, Asia, & Africa amplitudinem & dignitatem, euerso Turcico imperio, restituenda promouere eiusdem Cardinalis legati opera annisus est.

Maximilianus in Italiam tẽtat irrumpere. Repulsi a Gallis Germani.

2 Dispiciebat tum Maximilianus e summis alpium iugis Italiam, vt in eam signa cæsarea inferret; tentauitque irruptionem partim ad Carnicas alpes, partim ad Tridentinas fauces. Ad Petram castrum Pitilianus & Triuultius Gallicis copijs fulti Germanos repressere a: dehinc ductore marchione Brandeburgensi Germani per Venetam ditionem penetrare nisi sunt; cum quibus vario vtrinque euentu plura prælia gesta fuere: cumque Cæsar in Germaniam retroflexisset, ad Cadurium Germanicæ copiæ ingenti clade profligatæ sunt a Venetis; qui etiam Tergestum b & Gurcensem comitatum partim armis partim auro subegerunt: expediuere etiam Galli arma, vt Venetorum socij, & castra in Mantuano agro posuere, ne Mantuanus princeps quippiam Cæsaris gratia nouaret. Implicitus his difficultatibus Maximilianus, triennales inducias cum Zacharia Contareno duce Venetorum & Ludouico Gallorum Rege medio iunio pactus c est; demumque vergente anno cum Gallo prætermissis Venetis fœdus sanciuit d.

a Paul. Iouius in episc. l. 9.

Cæsi a Venetis. *bNic. Basil in addit. ad Nauc. Sur. c.18. Paul. Iouius epist. lib. 9.*

Triennales inducias init Cæsar cum Gallo. *cSurius t.3. c.19. dCap.27.*

3. &c. Ita vtri compos factus est Iulius, redactis ijsdem Regibus in concordiam, vt ipsemet in edicto apostolico e, quo Venetos monuit, vt ecclesiastici imperij vrbes restituerent, testatur, se nimirum Bernardini episcopi Sabinensis, & Georgij tit. S. Sixti presbyteri Rothomagensis Cardinalium legatorum opera Maximilianum & Ludouicum in concordiam redegisse, admisisseque ad fœdus nonnullos alios principes, optasseque se, vt Veneti ab ijsdem in societatem adiungerentur; ita enim coniunctos omnibus mutuo armorum fœdere in Turcas crucesignata vexilla arrolli potuisse: sed Maximilianum & Ludouicum, tum Ferdinandum Regem Aragonum contendisse f prius a Venetis repetenda, quæ ipsis eripuissent, vt rutius cum Turca bellum gereretur: inde vero infelicissime Christiana arma vertenda aduersus barbaros in fidelium viscera conuersa sunt, dictumque a nonnullis g Turcici belli speciem obtensam fuisse ad bellum in Venetos comparandum: qui quidem ad rerum exitum non ad consilia spectarunt.

Pax sancita. *eLib 8.brev. extrip. in sa Roman. ann. 1507.*

Iulius commonet Venetos, vt restituant vrbes ecclesiasticas. *fFerron l.4*

gNic. Basil. in addit. ad Nauc. Bun. hæc in diar. Gasit. histor. Crit. hoc anno

9. 10 Inter hæc incitatus Campso Ægypti soldanus a Mahometanis Indiarum Regibus contra Lusitanos classem in Arabico mari instruxit: at Rhodiorũ equitũ princeps Andreæ Amarotti opera soldanicam classem adortus, quinque naues mari mersit, sex cepit, trecentis Mamalucis cæsis: ex reliqua classe quatuor naues fluctibus haustæ sunt, vt decem tantummodo naues Alexandriæ portum tenuerint. Elaborata a naualibus fabris materia camelorum dorso tridui itinere ad Suezium maris rubri portum subuecta est, compactisque duodecim nauibus Ægyptij vela fecere in Indiam, & cæso Francisco Almeida proregis filio Lusitanam classem fudere; sed eam filij cladem Almeida prorex postea vltus est.

Sultanus Ægyptius in Lusitanos classẽ parat. Eius pars maxima capta vel depressa a Rhodijs. Duodecim naues a camelis deportatæ. Cum Mauritanis pugnatem fœliciter. *hOsor.l.1.*

11. &c. In Africa etiam hoc anno gestum h ab Em-

manuele Rege Lusitaniæ bellum aduersus Phutensem seu Fezzensem Regem; atque paucissimis militibus maximæ barbarorum copiæ propulsatæ fuerunt, Submisit a præterea auxiliarem classem Lusitanis in Arzilæ arce obsessis, quam Fezzensis Rex assiduis impressionibus quatiebat, postquam in vrbem ferro irrupit; & Christianos omnes, quos interceperat, nullius ætatis sexusue discrimine contrucidarat: Castellanorum autem & Lusitanorum virtute exutus castris fugere compulsus est; ad quam eiuendam ignominiæ labem proximo anno maximo instructus exercitu iterum Arzilam est adortus b.

a Id. c. 24.

Phutensis Rex obsidione pulsus.

b Cap. 30.

15. &c. Hoc anno Vvladislaus Pannoniæ ac Boemiæ Rex Pighardos, qui Boemiam inficiebant, iudiciaria seueritate coerceri iussit: e quibus plures carcere inclusi duas professionis fidei formulas ediderе; vnde postea Ioannes Faber triginta articulos decerpsit c, in quibus Lutherum, qui aliquando aduersus ipsos vt hæreticos scripsit, deinde se ijsdem coniunxit, perfidia & impietate illos vincere ostendit.

Pighardi a Bohemo Rege vexati.

c Io. Faber. episc. Vienn. in opuscule xxx. art. quibus Pighardi prius est Lutherus.

19 Porro Vvladislai frater Sigismundus Rex Poloniæ magnis & periculosis bellis implicitus erat, vti a Pontifice indicatum vidimus: Tartari enim Lituaniam varijs irruptionibus infestarunt. Michael etiam Helinskeus siue Glinski parta antea bello gloria elatus coniurationem fecit cum Moscouitarum duce, vt Lituaniæ tyrannidem arriperet: plures cepit arces; tum Basilium Moscouiarum ducem, qui anno superiori in Lituaniam expeditionem conficerat, fœdere sibi iunxit: qui data occasione lætus, ad Polonicas vires accidendas sexaginta militum millia auxiliaria submisit. Sed de Glinskio perduelli, de Moscouitis, ac de Tartaris gloriosæ a Sigismundo victoriæ habitæ fuerunt. Quod enim ad Tartaros attinet; cum mense iulio in Volyniam irrupissent, prædamque abigerent, Ioannes Camienetius comparatis Podoliæ belli subsidijs, eos omnes fudit, prædamque recuperauit. Deinde cum in Lituaniæ ducatum autumno tres Tartarorum acies incurrissent, ex a Constantino duce, Poluz Rutheno, & Luca Morauo ingenti virtute ac felicitate obtritæ fuerunt.

Plures in Polonum hostes insurgunt.

Parta de ijs victoria

20. &c. Quod ad perduellem Helinskeum & Moscouitam pertinet: egressus Cracouia IV. maij die Sigismundus Polonicis & socialibus copijs succinctus, Helinskeum ipsum & Moscouitas (quorum exercitus ad sexaginta bellatorum millia perueniebat) traiecto Borysthene assecutus in fugam egit, impedimentisque hostium potitus proferre victoriam statuit: quibus perculsus Basilius inducias ab eo poposcit; ac deinde pax hisce legibus constituta, vt arces a Michaele Helinskeo interceptæ, vel quæ iampridem illi paruerant, Lituanis redderentur: ille vero omnibus rebus exutus apud Moscouitas exularet, caprique superioribus bellis in libertatem vindicarentur. At de his hactenus.

Moschi a Sigismundo Rege fusi.

Coactus ad pacem Basilius.

24. &c. Ereptis ab hominibus pluribus Cardinalibus, inter d quos Antonius Ferrerius tit. S. Vitalis, qui contracto ex carceris squallore morbo, & auro netarie corraso in præfectura Bononiensi multatus diu elanguit, ac demũ extinctus fine funebri honore clam in Augustinianorum templo conditus fuit; creatos eodem anno nouem alios memorat Paris de Grassis e, quorũ nomina sunt, Sixtus de Rouere Papæ nepos Cardinalis S. Petri ad vincula, quem etiam in publico proposuit: alij autem octo fuere, sed labente tantum triennio postea promulgati. Christophorus archiepiscopus Eboracensis de Anglia tit. SS. Petri & Marcellini, Antonius de Monte archiepiscopus Sipontinus Tuscus S. Vitalis; Marcus episcopus Sedunensis Heluetius S. Potentianæ; Petrus de Accoltis episcopus Anconitanus Tuscus S. Eusebij; Achilles de Grassis episcopus ciuitatis Castelli Bononiensis S. Sixti; Franciscus Argentinus Venetus S. Clementis; Bandinellus Beratensis Genuensis S. Hadriani postea S. Sabinæ; Alfonsus Petrurius administrator Suanensis Senensis S. Theodori.

d Paris in lib. ser. Iul. II. ex Sanc. Vat. pag. 295.

Creatio nouorum Cardinalium promulgata.

e Idib. ibid. pag. 347.

IESV CHRISTI Annus 1509. Indict. 12.

IVLII PP. II. annus 7. MAXIMILIANI ROMAN. REGIS annus 16.

1. &c. EXoptauerat Iulius, missisque legatis apostolicis operam dederat, vt Ludouicus Gallorum & Maximilianus Romanorum Reges litem de Mediolanensi principatu componerent, quo Hispanorum Regum, qui in Africa & Indijs religionem proferebant, exemplo, ipsi Poloniæ & Hungariæ Regibus iuncti Turcas nostra ignauia tandiu ferocientes Europa depellerem: sed politici suggessere repetenda prius ab ijsdem Regibus iura, quæ Veneti varijs bellis occuparant, in eandemque armorum societatem suorum commodorum illecebra Ferdinandum vtriusque Siciliæ & Aragonum Regem, tum Iulium Pontificem plures veteris ecclesiastici imperij vrbes iuste reposcentem, tum alios principes pellicere censuerunt. His Cameraci, interpretibus Georgio Cardinale Rothomagensi, & Margareta Austriaca, constitutis, Maximilianus & Ludouicus fucatis varijs inferendi belli causis inuidiam in Venetos promulgatis literis consecerunt a.

Conspirat cum Pontifice Reges in Venetos

a Petr. Iust. in annal. lib. 11. Quæ respondent singulis Veneti.

5. &c. Aduersus has Regum querelas tuebantur se Veneti, varijsque iuribus sultos se contendebant. Maximiliano quidem opponebant petitos bello se ab eo fuisse, bellique iura parta iuste detinere, nec pactam triennalem sequestram pacem ab eo infringendam. Ludouico Galliarum Regi autem respondebant, nullas ipsi ereptas vrbes fuisse in Insubria, sed veterum tyrannorum seruitute eruras: aduersus Hispanum obijciebant, Neapolitanum regnum non iure, sed ferro ab eo comparatum, atque a iusto Rege Ferdinando ipsis Tranum, Brundusium, Hydruntum, aliaque loca oppignerata fuisse. Quod vero ad pontificiæ ditionis ciuitates occupatas attinet; disceptabant se non Pontificibus, sed tyrannis, qui eas diutino iugo attriuerant, ademisse. At querebatur Pontifex eos plura nouasse; spreuisse etiam anathemata quotannis ecclesiastici iuris inuasoribus incuti solita; libertatem ecclesiasticam & apostolicam in conferendis sacerdotijs maiestatem inique violasse: quibus lacessitus quamuis optasset, vt Veneti a Regibus fœdere iunctis amicitia comprehenderentur, quo omnes Christianorum vires & impetus, vt Anglus & Lusitanus alijque principes cum ipso percupierant, in Turcas effunderentur; solicitatus tamen a Maximiliano, Ludouico, & Ferdinando, vt antequam Turcarum tyranno bellum indiceretur, Veneti ad erepta tum illis tum Romanæ ecclesiæ restituenda iura apostolica auctoritate armisque socialibus adigerentur, ipsis adhæsit: præmonuit vero eosdem Venetos, vt Fauentiam & Ariminum restituerent Ecclesiæ; ira enim Regum impetus retardatum iri, fœdusue dissoluendum: ac senatus quidem Venetus iustis pontificijs postulatis flectebatur, cum Dominicus Triuisanus fallacibus argumentis eos in aduersam partem traxit. Coactus itaque vim precibus addere Iulius, concepta libertatis ecclesiasticæ restituendæ, maiestatis sedis Apostolicæ

Eorum excusatio erga Pontificem.

b Raf. Iuffer. Ranen. l. 8. Quæ obiecta sint a Iulio.

Monti Venetivt pro defugiéda procella ecclesiasticas vrbes restituant.

ſtolicæ ſtrenuè, eiuſque iurium recuperandorum, necnon conficiendæ facilius cruceſignatæ expeditionis ſpe adductus, Regibus fœdere ſe iunxit, ac Venetos eccleſiaſticis iam irretitos cenſuris minaci diplomate a monuit, vt & eccleſiaſtico ordini priſtinam libertatem, apoſtolicæ maieſtati debitam obſeruantiam, pontificiæ ditioni ablata iura, necnon Regibus iniuria erepta reſtituerent: parere vero recuſantibus ſacra & bellica arma intentauit.

a Ext. typis cuſa ann. 1607. Dominic. Triuiſanus in aduersâ parte eos trahit. Pœnitet ſe 30 Venetos non conciliaſſe ſibi Iulium.

10 Commouit id edictum Venetos, quos pœnituiſſe referunt b non conciliaſſe animos ſibi Pontificem, dum ab ipſis Fauentiam aliaque Eccleſiæ oppida, quæ poſt Alexandri VI. obitum eripuerant Eccleſiæ, reposceret: qui ad eludendam pontificiam ſeueritatem, ad Deum ſummum iudicem, & ad futurum concilium prouocarunt. Tum magnos belli apparatus fecere c, tum claſſem eos inſtruxiſſe tradunt d: cœptum autem erat bellum die decimaquinta aprilis, ac varia tumultuaria prælia erant geſta, quibus vires ſuas æquare cum Gallicis viſi fuerant: ſed demum die decimaquarta e maij ad Abduam vnius grauiſſimi certaminis aleæ res ſuas omnes commiſerunt. Inclinabat initio ad eos victoria, ſed pugnaſſe in ipſos cœlum viſum, ventorumque turbine & grandine verberati maxima ſtrage deleti, caſtriſque exuti fuerunt; in quo loco victor Ludouicus Gallorum Rex poſtea Virgini Deiparæ templum poſuit.

b Petr. Iuſtin. lib. 10. c Petr. Iuſtin. lib. 10. d Idem ibid. Cauſtel. hiſt. Cre. Initio pari ſucceſſu certant cũ Gallis. e Bonacc. in diar. Guicc. l. 8. Cauſtell. eppid. a Sabel. Nic. Barſel. in addit. ad Naucl. Pugnante in eos cœlo deleti. Erepta ijs a Gallis vrbes.

11 Concilio ita Veneto exercitu, cum alius inſtaurari non poſſet, mox Gallus ad colligenda victoriæ præmia decurrit; ac Carauagium, Bergomum, Brixiam, Cremam, Cremonam, Piſcheriam ſolo terrore ſubegit: Pontifex vero eadem vſus victoria conſternatos metu Venetos aggreſſus, Fauentiam f, tum plura alia ditionis eccleſiaſticæ loca ab ijs recepit: quibus lætus gratias ritu ſolemni Deo egit; arbitratuſque Venetis obtritis principum Chriſtianorum arma aduerſus Turcas auertenda, conficiendamque cito ſacram expeditionem ſolemnes eadem cauſa precationes indixit, vt refert Paris de Graſſis g.

e Petr. Iuſtin. Guicc. l. 8. Eccleſiaſtice vrbes recepit ex Venetis a Pontifice. f Petr. Iuſtin. Guicc. l. 8. g Paris. in Iul. II. ms. pag. 393.

12. 13 Fefellit Pontificem ſua expectatio; neque enim fœderati Reges perfecerunt iactata promiſſa de bello Turcis conterendo, poſtquam Venetos ad officium adegiſſent; quinimmo ijs pacẽ orantibus atque etiam vires maritimas auxiliares aduerſus infideles ſpondentibus repulſam perperam dãtes Venetum nomen penitus extinguere meditati a fundendo Chriſtiano ſanguine non deſiterunt h: Interea literas, vt refert Petrus Iuſtinianus i, ad Iulium miſere, quibus eum rogabant, vt ſicuti optimum Pontificem decebat, concordiæ ipſos inter ac Reges interpretem ageret, deſineretque eccleſiaſticis cenſuris & armis eos inſectari, atque in omne æuum eo beneficio obſtringeret: queritur tamen auctor fuſtra hæc tentata fuiſſe. At non deerat cauſa: Veneti enim adhuc Rauennatem arcem, quæ a pontificio exercitu oppugnabatur, aliaque loca detinebant; tum etiam cum Bentiuolis a Pontificis ſententijs ad futurum concilium prouocarant: cuius appellationis libellus cum Romam perlatus eſſet, Iulius grauiſſimo edicto l eiuſmodi prouocationum genera damnauit; nec modo conſtitutas Pij II. decreto pœnas eos contraxiſſe, verum etiam ſanxit habendos ſchiſmaticos illos omnes, qui huiuſmodi prouocationi conſentirent.

h Petr. Iuſtin. lib. 10. i Petr. Iuſt. l. 10. Guicc. l. 8 Rogatus Pontifex, vt interpretem cõcordiæ agat. Veneti & Bentiuoli ad cõcilij prouocant

l Ext. bibl. Laur. cod. 22.

14. &c. His perculſi edictis Veneti nullum præſtantius ad ſananda accepta vulnera lapſaſque res inſtaurandas remedium putarunt, quam ſi illata Eccleſiæ damna iniuriaſque ſarcirent. Dammarunt itaque conceptam ad futurum concilium prouocatio-

Parent Põtifici.

nem, interminanti edicto antea promulgato paruerunt, ac legationem ampliſſimam, cuius princeps fuit Dominicus Triuiſanus, is ipſe qui antea Fauentiam non reſtituendam male ſuaſerat a, ad Pontificem decreuere, qua cenſuris ſolui flagitarunt b, demiſſa in poſterum obſequia polliciti: de quibus extant c publica monumenta die vltima iulij huius anni indictione XII. conſignata. Vt autem hæc ad exitum fuerint perducta, anno inſequenti dicetur.

a Guicc. l. 8. b Petr. Iuſtin. lib 11. c Ext. typis cuſa Romæ ex typogr. Vatic. ann. 1606.

19 Deſcendit interea extrema æſtate in Italiam Maximilianus Cæſar, nec modo Germanica, ſed Gallica etiam, Hiſpanica, & Italica auxilia coegit ad Patauium recuperandum: Venetus tamen tantum conſtantia poſt tot calamitates potuit, vt cæſareos impetus fregerit d, quamuis octoginta e vel eo amplius equitum peditumque millia ſub ſignis recenſeret. Liberato f autem Patauio Veneti inſtructo exercitu Montemſilicem, Ateſte, Citadellam, Montagnanam, Coloniam, Baſſanum, Vicentiam, Bellunum, Foltriam, Rhodigium in fidem recepere, Comaclum inuaſere, ad Ferrariam vero infeliciter rem geſſere, accepta a Pontifice Ferrarienſium clientela g. Sedare iterum hæc bella ſtuduit Iulius h; ſed cum Maximilianus poſtulatis modum non poneret, conuentus re infecta dimiſſus eſt, non ſine rei Chriſtianæ detrimento: Iſmael enim Perſarum Rex oratores ſuos ad Venetos miſerat, vt ipſos ad coniungenda cum Perſis in Turcas arma conciaret; qua iconea tamque occaſione ob Europæorum Regum bella in Venetum nomen vti ſe non poſſe reſpondit i Leonardus Lauredanus dux.

Placato Põtifice Venetia virtus reflorefcit. Recuperatum a Venetis Patauium. d Petr. Iuſtin. lib. 10. e Guicc. l. 8. & Cauſtell. hoc ann. hiſt. Cremon. f Pet. Iuſtin. lib. 1 Plures vrbes ab ijſdem recuperatæ. g Guicc. l. 8. h Guicc. l. 8. Maximilianus cõcilium Venetis abnuit. Perſa ſolicitat Venetos de animis iungendis in Turcas. i Ext. ibid. l Guicc. l. 8. Contra fœdera a Gallo ducis Ferrariæ accepta clientela. m Id. ibid. & Cauſtel. in hiſt. Cremo.

20, 21 Diffidere l interea cœpit Gallorum Rex a Iulio II. Pontifice ex leui & iniqua cauſa, quod nimirum, quodam Prouinciæ epiſcopo in Romana curia defuncto, epiſcopatum illum Iulius ipſo Rege inconſulto contuliſſet; non conſentus enim regio iure Ludouicus inuaſit eccleſiaſticum, ac ſacerdotum in Romana curia cauſas agentium cenſus rapuit: cumque inter Regem, antequam Italia abſcederet, ac Pontificem fœdus m, Franciſco Cardinale Alidoſio adminiſtro, ictum fuiſſet, quo inter alia cautum fuit, Regem ipſum nullum virum principem, nullumue populum Romanæ eccleſiæ clientem in fidem recepturum, illud poſtea violauit, cum Ferrarienſis ducis patrocinium aduerſus Pontificem ſuſcepit; ex quo tot tantaque bella ſchiſmatis exordia, Gallicique in Italia excidij cauſæ pullularunt. At de his ſatis; nunc Africanas res aggrediamur.

Oranum Afris ereptum.

22. &c. Hoc anno illatus eſt ingens in Africa Tremeſenijs terror, expugnataque biennio ante Merſercalubiranæ arce portu inſigni inſtructa, ereptum ijs armorum vi fuit Oranum Franciſci Cardinalis Ximenij Minoritæ archiepiſcopi Toletani in exercitu cruceſignato imperantis auſpicijs; qui Hiſpanos ad ſacrum illud bellum ſuſcipiendum commouerat, ſumptuſque in rem militarem fecerat, ea cum Ferdinando Rege confecta pactione, vt Oranum vel Eccleſiæ Toletanæ addiceret imperio, vel ſi eius dominatu potiri mallet, actas impenſas Ximenio ipſi refunderet. Ex cuius vrbis in celſo colle poſitæ mœnibus, turribus ac loci ſitu munitæ, atque altera parte perfuſæ mari, altera pomarijs & irriguis fontibus cinctæ ſex millia domorum continentis, & mercimonijs florentiſſimæ expugnatione, inclinatæ adeo res barbaricæ fuerunt, vt poſtea Bugia & Tripolis in Chriſtianorum redactæ ſint poteſtatem; quæ fuſe enarrat Gomeſius; ſubiungitque inclamato S. Iacobo tutelari hoſtes e cliuis depulſos, ac noſtros per planitiem ſe effudiſſe in fugientes, qui vrbe excipi non potuerant: diſiectas a cruceſignata claſſe hoſtilia

Oranum imperio expugnatum

lis machinas; tum facto impetu superata ascensu mœnia, defixa in propugnaculis Christiana vexilla: tum Mauros sine sæuitiæ fine contrucidatos, adeo vt cadaueribus viæ stratæ essent: captiuorum numerum quinque millia & eo amplius extitisse, triginta tantum ex nostris desideratis: prædam quingentis millibus nummum aureorum æstimatam. Vt vero Ximenius vrbem ingressus grates Deo egerit, captiuos Christianos liberarit, ac profana templa a funesta superstitione expiarit, describit idem Gomesius.

Cæſi Mauri capiuę.

28 Personuit tota Africa tantæ victoriæ fama, ac Tremesenij terrore perculsi alij in Fezzanum regnum transfugere, alij rabie inflammati mercatores Christianos, necnon Iudaicam gentem, quæ frequens Africam incolit, velut illorum cognatam trucidarunt, continente se in arce Rege Tremesino, dolenteque commissos regiæ fidei obtruncari. Porro Cardinalis Ximenius ancipiti cura distrahi cœpit, an latius circumferre victoriam tentaret, an remearet in Hispaniam; demumque dissensione oborta ipsum inter & Petrum Nauarram, qui eius præsentia suæ detrahi auctoritati, nec militaria iussa exercitum capessere, tum hominem cucullatum, vt aiebat, & togæ muneribus addictum, sibi in castrensi imperio anteferri indignabatur, decimo kal. iunias ex Oranico portu in Hispaniam redijt: cumque vbique honorificentissime exciperetur, humanam quoad potuit laudem subterfugit.

Mauorũ legens cõsternata.

29 Impositus a est hoc anno finis diutinæ de regni Castellani procuratione inter Ferdinandum & Maximilianum Reges Caroli V. auos controuersiæ; eum enim Galliæ Rex & Cardinalis Rothomagensis iudices designati essent, in Blesensibus conuentibus pridie idus decembris concordiæ leges hæ conceptæ, vt Ferdinandus quoad superesset Castellæ sceptra tractaret, inque ordinum regni Castellæ cœtibus sacramento populos ad Carolum regni heredem agnoscendum adigeret, eique annuam auri pensionem ad dignitatem sustentandam solueret, ac pristinæ opes ijs, qui Caroli partes erant secuti, restituerentur.

a Guicc. l. 8. Mariana de rebus Hispan. l. 29. cap. 1.

Pax a Gallo Rege inter Ferdinandum & Maximilianum sancita.

30 In India Albuquerquius Almeida instructis vndeuiginti nauibus, & Calecutiensem oram præteruectus, incensisque hostium nauibus aduersus Zabaium Goensem Regem, qui inito cum Myrhoeeno & Calecutiensi fœdere soldanum ad Lusitanos India exturbandos concitarat, arma vertit, atque in Dabulis vrbem maritimam facto impetu eam ferro deleuit, nimiumque iræ, cæsis etiam infantibus fœminisque, indulsit. Inde quinto ianuarij die huius anni præda omni in naues impolita versus Diu velificauit, incurritque in classem Regum infidelium ex centum nauibus & eo amplius, quibus etiam nonnulli Christiani Europæi inuidia Lusitani nominis adducti præerant, conflatam: suosque ad pugnam cohortatus Christi nomen, religionis sanctitatem, sectæ Mahometanæ impiam ferocitatem commemorans, diuinumque auxilium pollicitus conserta pugna præclarissimum triumphum reportauit; quæ memorat Osorius b. Confirmatum est ea victoria in Indijs Christianum imperium, vt fides per orientem diffunderetur, si enim tum succubuissent nostri circumsessi ab hostibus innumerabilibus fuissent, qui odium conceptum animis in Christum, metuque cohibitum repente effudissent. Inde in Melichiazium Mahometanum regulum versa belli moles: is & Lusitanos reddidit impetrata pace, hostiumque classem tradidit, e qua triremes incensæ sunt, cum nautarum numerus deesset; tum oram omnem Dium inter & Cochimum arces interiectam excursionibus peruagatus, omnibus

Lusitanorũ in Indiam expeditio ingens.

b Osor. ibid. Saracenica classis incensa.

Regibus & dynastis iugum Lusitanum imposuit: Cananorem vero reuersus in arcis conspectu soldani Ægyptij milites partim necauit suspendio, partim tormentis laniauit; quo facinore victoriæ gloriam obscurasse visus est.

31 Dum hæc in Indijs gerebantur, Emmanuel Rex percepto soldani Ægyptij in Christianum nomen odio, ad constabilienda Indiæ præsidia parabat classem nauium quindecim, cui mille & quingenti milites impositi, Ferdinando Coutigno duce: quæ duodecimam martij huius anni Olyssipone soluit, mensesque octobri peruenit in Indiam, iunctusque Albuquerquio Almeidæ successori Calecutienem Regem domandum adorrus est, vrbemque regni principem inuasit, atque etiam ipsam regiam cepit incenditque, vbi magna infidelium multitudo partim ferro partim flammis perijt, nonnulli ex nostris cæsi sauciatique, atque ipsius Goutignij manu & ira magis, quam par erat, promptioris cædes victoriam deformauit. Porro Almeida cum Lusitaniam repeteret, & promontorium Bonæ spei superaturus aquationem faceret, commissa temere cum Æthiopibus rixa iaculo transfixus occubuit a.

Calecutiensis Regis classis capta.

32. &c. De Lusitanorum in India victorijs gratulata ei est Emmanueli Regi Helena Æthiopum orientalium Imperatrix, illumque de ingenti bellico apparatu a soldano Ægyptio instructo fecit certiorem, spopondit que aduersus Saracenos auxiliares copias; præterea significauit antiquissimum apud Æthiopas celebrari oraculum, ab Rege Francica regione oriundo Saracenos omnes deletum iri: tum particulam crucis dominicæ, quæ ab Æthiopibus singulari veneratione colereturr, instar maximi & præclarissimi muneris oratoris opera transmitti.

a Osor. vbi sup.

b Exstat lib. apud Damianũ Goez. t. 2 Hisp. illust. p. 129.

35 Obijt hoc anno XI. kal. maij Richemundiæ Henricus VII. Anglorum Rex virtutibus præstantissimus, qui cum morbo absumeretur egregium clementiæ exemplum præbuit, dum edicto omnibus pœnam remisit, qui leges generatim violassent, exceptis homicidis & furibus, quod facinoribus suis non regium apicem, sed proximum lætissent. Ornatur maximis elogijs a Polydoro Virgilio c, qui post commemoratas illius virtutes fortitudinem in periculis, prudentiam in rebus gerendis, comitatem, honestatem, iustitiam, de eiusdem pietate hæc refert: *Impiger fuit religionis & iuris obseruator ac cultor; libenter enim rebus diuinis operam dabat, interesseque dum fiebant, nec vllo negotio aut tempore ab eo officio excludebatur: attente audiebat quotidie binas ternasue missas, quas vocamus, & sæpe concliones sacras: assidue inopibus hominibus eleemosynam dabat, & id quidem in occulto cum licebat, iuxta illud Christi seruatoris præceptum, vt ne sciret eius sinistra manus, quid dextra faceret; &c.* Successit illi filius Henricus VIII. qui eximij principis exempla initio præbuit, deinde in tyrannum deterrimum, & hostem Ecclesiæ desciuit.

Henrici VII. Anglorũ Regis obitus.

c Polyd. Virg. l. 26. Mariã. l. 29. col. 7.

Illius elogium.

IESV CHRISTI
Annus 1510.

Indict. 13.

IVLII PP. II. annus 8. MAXIMILIANI ROMAN. REGIS annus 17.

1. &c. Distractus fuerat diu cura ancipiti pontificius animus; cum hinc Veneti Ecclesiæ imperia se religiose accepturos profiterentur, ac proinde nefas esset repellere supplices, atque a Christi, cuius vicibus fungebatur, exemplo desciscere;

scere; hinc fœderatorum Regum terrebat potentia, cum illi controuersias Cæsari vrbes, Patauium, nimirum, Taruisium, & Vicentiam tradi postularent: demum cum Venetos cum Maximiliano conciliare frustra studuisset, non immemor se non regiarum cupiditatum satellitem esse, sed a Deo præfectum Christiano orbi, vt nexus criminum solueret, omnibusque in cælum iter panderet, Venetos in Ecclesiæ gremium restituit, hisque ad tuendum ius ecclesiasticum pactionibus constrinxit a, ne vlla sacerdotia muneraue ecclesiastica conferrent, dataque ea de re mandata pontificia exequerentur: ne lites sacerdotum in pontificia curia dijudicari vetarent, neue fori ecclesiastici causas cognoscendas sibi arrogarent, neque decumas vel aliud vectigal ecclesijs imperarent: prouocationem ad concilium editam damnarent: cuius iuri in ditionis ecclesiasticæ terris vtcumque parto, tum vicedomini Ferrariensis magistratui renuntiarent: ne clientibus Romanæ ecclesiæ sulcandi nauibus sinus Hadriatici maris libertatem adimerent, neque aliarum gentium peregrinis mercibus, quæ eorundem clientum ratibus veherentur, vectigal vllum imponerent: ne Ferrariæ aliarumque illius toparchiæ terrarum imperium affectarent: pactiones omnes ab ipsis cum aliquo ecclesiæ Romanæ principe nefarie factæ, quibus Ecclesiæ detraheretur, irritæ censerentur: ne quempiam Ecclesiæ hostem exciperent: extorta ab ecclesiasticis restituerent, sarcirentque damna. De quibus confectas in Cardinalium senatu publicas tabulas memorant auctores b.

Veneri in gratiam admissi a Pontifice

a Bonnac. in diar. Guicc. l.8. Marian. l.29 c. 23. Belcar. lib.11.n 49

b Lib. ibid.

7. &c. His conuentis ex decreto pontificio, Veneti oratores in porticum basilicæ Vaticanæ se conulerunt, atque ad Iulij in solio ante æneas portas locato considentis, & Cardinalium præsulumq; corona cincti pedes in genua se proiecere, præsentibus cæsareis, Gallis, Hispanis, & Anglis legatis; ac supplices errati veniam poposcere, rituque solemni censurarum nexibus, quibus se irretierant, liberati fuerunt, ea incussa pœna, vt septem vrbis basilicas religiose lustrarent. Describit illius ritus formulæ Paris de Grassis c. Vbi vero Venetias perlatus est optatissimus nuntius de solutis ecclesiasticarum censurarum nexibus, quibus diu impliciti luxerant; senatus populusque publica lætitiæ signa ediderunt, atque in triduum decretas supplicationes fuisse, refert Petrus Iustinianus d.

Pactiones cum ijs initæ.

Veneti cēsuris soluti

c Paris de Grassis to.3 diar. ceremonial. nu.5. pag.320.

d Pet. Iustin. lib.11.

12 Ob pacem cum Venetis a Pontifice initam, succensere ipsi Maximilianus Cæsar & Gallorum Rex cœperunt, quod a Cameracensi fœdere desciuisset: sed asperse ab auctoribus ea de causa Iulij nomini labeculæ facile eluentur, si perpendatur cæsarea in controuersias vrbes iura ambigua fuisse, Venetos diutina possessione potitos: consentaneum etiam magis rationi fuisse, vt Itali potius quam Germani Italicarum vrbium dominatum haberent; a pontificiæ autem maiestatis apice abhorruisse, vt supplices Venetos tot egregijs in sedem Apostolicam benefactis conspicuos repelleret, præcipue cum ijdem Veneti Cæsarem decretis multis legationibus ad pacem flectere pertentassent. At graniorem Iulio adhæsisse inuidiam traduxit, ex bello ab eo in Ludouicum Francorum Regem suscepto importuno maxime eo tempore, quo paci omni contentione consulendum erat, vt arma Christiana aduersus Turcas & Afros verterentur.

e Bonnacc. in diar. Tarib. chron. Spōhr. Guicc. l.8. Cæsar & Gallus indignatur pacē Venetis datam. Guicc. eod. l.

13 Exambiuerat f iam ante, vt dictum est, Gallicam clientelam Alfonsus Ferrariæ dux, eamque auri vi ingenti coemerat, cui iratus est Iulius, quod supremum Ecclesiæ imperium non videretur agnoscere; quod nouum vectigal Ferrariensi portui imposuisset, promercale sal in Comaclensi agro non sine domini supremi damno conficeret; & quod censum annuum quatuor millium aureorum veteri more non solueret. Succensuit etiam Ludouico Galliarum Regi, quod auri illecebra delinitus apostolicam maiestatem in accipienda fiduciarij Romanæ ecclesiæ principis clientela læsisset.

f Guicc. l.8. Dissidij inter Pontificem ac Ferrariensem causæ.

14. &c. At antequam expediret arma, iudiciorum seueritatem adhibuit in ducem Ferrariensem, illumque monuit a officij, tum defectionis ad Gallorum Regem redarguit; cumque is auxiliarem exercitum duci Ferrariæ transmisisset, Iulius Gallici exercitus præcipuos duces Carolum Ambasianum principatus Mediolanensis moderatorem, Galeatium & Marcum Antonium Palauicinos, Theodorum, Georgium, & Alexandrum Triuultios, Baiardum, Fontraglium, Castilionæum & Fuxensem regulos, ob effectas in agro Bononiensi clades, & lata perduelli auxilia anathemate percusit b.

Violatū a Gallo Rege fœdus cum Iulio initum.

a Lib.99 bullar. secr. pag 137.

b Lib. bullar. secr. 99. pag 162.

18. 19 Tum contendit Bononiam, vt Ferrariense bellum magis vrgeret, feliciterque conficeret, vt obseruat c Paris; sed omnia contra vota euenisse, fuisseque ad exitium prona: nam plures in eum Cardinales, qui a pontificijs consilijs abhorrebant, non Galli modo, sed etiam Hispani illius apostolico solio euertendi cupidine incitati in ipsum coniurarunt; de quorum defectione hæc refert Paris de Grassis: *Die, inquit, ionis venerunt nova ex Florentia, qualiter quinque Cardinales, qui per eam viam veniebant ad Bononiam, sequentes Papam & eius curiam, aufugerunt inde ad civitatem Ianuæ amisso Pontifice: de quo alias Papa admodum miratus est, satisque doluit, maxime de duobus Hispanis; nam de tribus Gallis aliquantulum dubitauit, vt a Rege Francia infigati recederent. Nomina Cardinalium sunt hæc, videlicet, reverendissimus dominus Bernardinus Carnagial Hispanus episcopus Sabinensis Cardinalis S. Crucis; reverendissimus dominus Guillelmus episcopus Prænestinus Maclouiensis Gallus; reverendissimus dominus Franciscus Borgia tit. SS. Nerei & Achillei Cardinalis Cusentinus Hispanus; reverendissimus dominus Reynaldus tit. S. Vitalis Baiocensis Gallus, & reverendissimus dominus Fredericus S. Theodori diaconus Cardinalis Senensinus.*

Plures Cardinales a Iulij consilijs abhorrent.

c Id. ibid. p. 537. Guicc. lib. 8.

Quinque Cardinales a Iulio II. deficiunt.

20 Subornati d hi fuerant a Ludouico Gallorum Rege, qui Nannetensem etiam Cardinalem omni contentione in suas partes trahere studuit: sed vir ille vitæ sanctimonia conspicuus, censuum ecclesiasticorum, quos in Gallia habebat amplissimos, iacturam, & etiam egestatem pati maluit, quam a sede Apostolica discelli. Porro antequam Cardinales, de quibus paulo ante memorani, a Iulio desciscerent, coactos a Ludouico Rege in Gallijs plures cœtus ad infringendam pontificiam auctoritatem, primum Aurelia, dein Turonis, referunt scriptores e: & quidem in Aurelianensibus conuentibus suggestum fuit, vt prætermissis nefarijs labefactandæ religionis consilijs, de suo iure cum Pontifice armis decerneret; in Turonensibus vero seditiosos defectionem a Pontifice, ac schisma suasisse.

Cardinalis Nannetensis constantia insignis

d Iacob. Paris to. 4. pag. 70.

e Guicc. l.9. Iul. in exili in Gall. quod erat in appēd. concil. Pis.

21 Hanc vero nefariam Gallorum Regis in Pontificem coniurationem execratum Ferdinandum Hispaniarum Regem memorat Ioannes Mariana f, & Cæsarem ipsum Iulio conciliare annisum: tum sumpta fuere ab Hispanis consilia de Maximiliano Romanorum Rege a Gallico fœdere diuellendo, Gallisque Italia depellendis, quæ postea coniunctis Italis, Germanis, & Hispanis ad exitium perducta fuere.

f Marian. l. 30. c. 1.

22. 23 Interea vigesima septima septembris die cum Matthæus episcopus Gurcensis eiusdem Maximiliani orator in Gallias perrexisset, icto Gallum inter & Cæsarem fœdere, indictum est proximo ineunte martio

Cōciliabulum Lugduni cogere molitur Ludouicus.

martio Lugduni conciliabulum, quod transfugæ Cardinales cogere se posse disceptabant a; quod Iulius conceptæ in conclaui de synodo œcumenica conuocanda sponsioni iureiurando confirmatæ defuisset: quæ dum agitant politici & præsules factiosi, graue bellum est concitatum a Gallico exercitu in Pontificem, qui Bononiam ingressus erat, vt describit Paris b. Cum vero se in maximum vitæ discrimen adductum videret Iulius, vt populum Bononiensem sibi conciliaret, vectigalium partem dimidiam illi remisit, qui pro tuendo Pontifice arma cepere, adeo vt recensita fuerint sub signis quindecim millia peditum, & equitum quinque millia, ducibus Regino & Aragonensi Cardinalibus: *Galli bis auditis*, inquit Paris, *media nocte ad Papam humillime mittunt nuntios, qui veniam de machinatis, & vt impune abire liceat, supplicitèr petant: quod Pontifex benigne concessit, quamquam populo exclamante, non victoriam in manibus habere videbantur, suffragante cælo propter imbres & nimbos nocturnos, quos Galli sufferre non potuerant, & inopiam cibatus, & furorem populi, ac multitudinem exercitus nostri vndequaque exuncti. Sic itaque Galli licentia data abierunt cum promissione, omnia, quæ ad Pontificem pertinerent, reddituri, prout reddiderunt.*

Gallorum a Bononiæ oppugnatione discessus.

Hispanum Gallo opponere Iulius molitur.

24. &c. Ad sustinendam huius belli molem Iulius iam ante Hispanum Gallo opponere decreuerat, atque in Ferdinandum Regem plurium regnorum coniunctione præpotentem, deque Christiana re optime meritum Neapolitani regni iura edito diplomate transfudit. Non detuere autem causæ grauissimæ, ob quas Pontifex Gallum accepto ab Apostolica sede iure fiduciario priuaret, obiecitque illi in primis, nunquam Romano Pontifici clientelarem sponsionem, vti conuentum erat, præsentem solemni ritu addixisse: tum regni Neapolitani iura sede Apostolica inconsulta, quantumuis rogatum viderimus, ne quid sine illius auctoritate statueret, abalienasset ob quæ Neapolis & Caietæ imperium ad sedem Apostolicam iure reuersum sanxit; idque ius in Ferdinandum traduxit: diuulsas Neapolitani regni partes redintegrauit; confectas etiam antea Ferdinandum inter & Ludouicum Regem pactiones rescidit: tum clienti Regi eadem ferme leges, quas alijs Neapolitanis Regibus impositas vidimus, imperauit c.

Neapolis & Caieta vt deuoluta sint ad sedē Apostolicam.

28. 29 Cæterum magis Pontificem in Gallos concitauit Ferdinandus, vt eos veluti maiestati pontificiæ infensos Insubria Liguriaque deturbaret: cui amplam occasionem dabat insania senatorum Ludouici, qui impia illi consilia de abrogando Iulio per coniuratos episcopos pontificatu suggerebant; a quibus cum Ferdinandus regia grauitate abhorreret, non modo religionem suo asseruit splendori, sed & res suas vehementer auxit: quippe ex concepta in nomen Gallicum ira Iulius, quo Hispanum Regem præmiorum amplitudine a Gallorum fœdere molitionibusque auerteret, etiam vectigal nummarium, quod in regni Neapolitani iure concedendo imperatum erat, remisit non sine rei ecclesiasticæ damno; additque Mariana d militare vectigal non fuisse a Iulio remissum, vt Hispanis armis in Ferrariensem verteretur, Laudatus e vero est a Iulio Ferdinandus quod Granatense regnum expugnasset, noui orbis populos ad Christum adduceret, Neapolitanum regnum pulsis Gallis sibi comparasset, Afros contudisset, Bugiæ regnum atque Oranum subegisset, tantoque religionis asserendæ studio æstuasset, vt ingentes cumulos auri annui, quod a Iudæis exprimebat, amittere maluerit, quam eos in suis regnis, quæ impietate fœdabant, tolerare.

Pe. Ludouici de Lucena Epistola de rebus gestis Ferdinandi Regis Catholici.

c Mariana l. 29. c. 24. De Gallo Insubria pellendo actum.

a Bullar. in Iul. II. constit. 27.

b Paris to. 3 pag. 598.

d Id. ibid.

e Lib. Bullar. to. pag. 313

30. &c. Quod ad partas, non sine immortali laude a Ferdinando in Africa victorias, attinet; expugnato superiori anno, vti diximus, Orano Petrus Nauarrus crucesignatorum dux bellica virtute clarissimus hoc ineunte Bugiam olim Thabracam sitam in Numidiæ littore non procul a Mauritaniæ Cæsariensis finibus barbarorum regiam sedem impetu expugnauit a; quod præclarissimum facinus Gomesius b in rebus gestis Ximenij Cardinalis Toletani Africanæ expeditionis auctoris fuse narrat. Nec minus emicuit Petri Nauarri virtus in tuenda parta Bugia, propugnandaque, quam in expugnanda enituerat; Regem enim Bugianum quinto post mense amissam vrbem recuperare molientem castris exuit c, atque adeo obtriuit, vt nil postea hostile tentauerit, sed regno fortunisque spoliatus priuatam vitam egerit. Inde vero increbrescere magis Nauarri gloria, eiusque terror per Africam circumferri cœpit, hisque successibus elatus Tripolim barbaris eripuit, vt idem narrat Gomesius d.

a Paris to. 3 pag. 518.

b Gomes. de rebus gestis Fræ. Card. Ximen. l. 4. Marian. lib. 29. c. 22. Bugia Rex iterum victus.

c Gomes. l. 4. ubi sup. Tripolis capta a Petro Nauarra.

d Gomes. l. 4. Sanut. Marian. l. 24 c. 24. dug. in fin. lib. 6.

34. &c. In India hoc anno Alfonsus Alburquerquius prorex ad confiabiliendum Christianum in ijs orientis oris, quas ducentis ante annis Arabes Mahometica superstitione inficere cœperant, imperium subacta Goa incubuit, cum plures illius gloriæ inuidi simultates cum eo gerere, ipsumque deferere cœperunt: quo cognito Zabainus contracto fortissimo exercitu coegit Albuquerquium e vt inde discederet: qui tamen recenti Lusitana classe & alijs auxilijs confirmatus Goam repetijt f, eamque imperu receptam constituit caput Christiani in Indijs imperij: cuius in futuras ætates propagandi causa Lusitanos milites ad Indicas mulieres baptismo rite expiatas connubio sibi iungendas, attributis illis agris collatoque dotali auro incitauit, fouitque tanto studio, vt hos generos, desponsasque barbaras filias vocaret. Partam autem diuina ope tantam victoriam religionis amplificationi admodum opportunam conspicuis argumentis constitit g. Dum muri reficiebantur, extruereturq; arx in id opus, pluraq; diruerentur ædificia: *In domus cuiusdam parietinis*, inquit Osorius, *Æneum crucis pendente Christo simulacrum apparuit euidenti plane argumento, in ijs olim regionibus non modo Christianam fidem, sed cum ea salutarem quoque vsum imaginum (quem verentes ipsi scilicet pietatis antiquæ asserores, ac diuinæ voluntatis interpretes funditus extirpare conantur) ex apostolica traditione viguisse.* Propagatam autem fidem in ijs oris non modo a S. Thoma Apostolo, de quo solo Indicarum rerum scriptores meminere, verum postea a Prædicatoribus & Minoritis legatis ad gentes a Romanis Pontificibus, eosque per Indiam & alia vasta Tartarorum regna euangelium disseminasse ante funesta schismatis tempora, vidimus. Subdit h auctor eodem ferme tempore missos e Lusitania euangelicos præcones ad fidem in regno Congi amplificandam, necnon artifices ad templa diuino Numini ponenda.

e Barros. l. 4. c. 4. & 5 Maff. lib. 4. & alij. Iterum recuperata.

f Barros. c. 8 9. 10. & 11.

g Maff. l. 4. in fin. Christi Æneæ imago reperta in pariete.

h Id. ibid. Missi sacerdotes ad Congenſes regnum.

40 Editum est hoc anno insigne prodigium in principatu Brandeburgensi, quo & Christi in Eucharistia præsentia, quam paucis post annis hæretici impie negaturi erant, confirmata est, iustisque pœnis affecti Iudæi, qui liuore & odio vetere in Christum efferati, carnificinam in Eucharistiam exercuere, ex cuius punctionibus purus cruor diuinitus stillauit.

IESV CHRISTI Indict. 14.
Annus 1511.

IVLII PP. II. annus 9. MAXIMILIANI ROMAN. REGIS annus 18.

Incun-

Maximilianus celebrando in Iulium II. conciliabulo adhæret

IN eunte anno Maximilianus Romanorum Rex, transfugarum aliquot Cardinalium, Gallorumque consilia secutus conflando nouo schismati occasionem præbuit, iratus quod Pontifex optime meritam de Ecclesia & Christiana religione Venetam rempublicam aduersus Reges in eius excidium coniuratos tueretur; nec vectigales illius vrbes in prouinciam Germanicam redigendas curaret. Factiosorum itaque impulsus consilijs finxit a pacandorum bellorum ciuilium defendendæque Ecclesiæ causa ad creandos oratores pro conciliabulo in Iulium II. prouehendo permotum fuisse. Adiecit etiam decerni oratores, qui a Pontifice & Cardinalibus poscerent, vt concilium ex Constantiensi decreto indiceretur. At ij suo apud Pontificem munere, vti par erat, perfuncti non sunt, sed apud transfugas, & paucos numero & schismatis crimine suspectos de conciliabulo cogendo egere.

a Extat eius diploma apud acta ciuilab. Pisan. pag. 22.

Iuliur âdû inique vio lacum obij citur Iulio II.

2 Pari modo XV. februarij die concinnatum est Ludouici Francorum Regis edictum b, quo decretum Constantiense de frequenti conciliorum celebratione non seruatum questus obiecit acerbe Iulio, violatam ab eo nuncupati in conclaui de colligendo excurrente biennio concilio iurisiurandi religionem; disceptauit ex Basileensium schismaticorum placitis ad Pontificem concilij congregandi ius non spectare: denique falso concluſit gerendum morem ijs Cardinalibus, qui Mediolanum transfugerant, solemnesque episcoporum conuentus celebrari expetebant; Ludouicum tamen Regem ingenue tassum aiunt: hanc dolo tragœdiam a se excitatam, vt Pontifici infenso negotium faceſſeret.

b Ext. in actis cõciliab Pis. pag. 24.

Diceptant non spectare ad Pontificẽ congregandi Cõcilij auctoritatem

Nõ tumultus pacare sed nouos mouere stu dent.

3. &c. Delusi suis cupiditatibus Bernardinus episcopus Sabinensis, Guillelmus episcopus Praenestinus, & Franciscus tit. SS. Nerei & Achillei Cardinales, Maximiliani Cæsaris & Ludouici Gallorum Regis, cui Scotus & Nauarrus addicti erant, fulti studijs XVI. die maij indicendi concilij non ad sedandos Ecclesiæ motus, sed nouos excitandos auctoritatem sibi arrogarunt. Prætexuere decretum concilij Constantiensis de synodo oecumenica cuiuslibet decennij flexu cogenda non seruatum a Iulio; cumque in ea de grauibus Ecclesiæ offensionibus ab ipso inuectis agendum foret, concilij conuocandi ius ad eum non spectare, sed ad Cardinalium senatum; ipso vero iam diuiso non pertinere ad eos, qui Iulio adhæresceren, quia vel culpæ illius consentirent, vel libertate agendi carerent: quorum sophismatum falsitas satis parebat; nam si Constantiense decretum obsoleuerat, vtpote nõ seruatum a superioribus Pontificibus, Iulium non constrinxit, cum insequentia tempora demonstrassent ex frequentibus concilijs grauiora incommoda emergere, cum ad ea pauci tantum episcopi confluerent, & factiosis nouandi occasio præberetur. Falsum etiam Pontificem non ambiguum concessa a Christo indicendi concilij auctoritate exutum, nec si ea ad Cardinales deuenisset, ipsam potius ad paucos factiosos & calumniatores spectare, quam ad reliquos patres numero ac probitate præstantiores, cum quibus vniuersa ferme Ecclesia sentiebat: præterquamquod si concilium ab ijs indici oportuisset, debuisset id maiori moderatione fieri, monitis prius solemni ritu Pontifice, Cardinalibus, episcopis, ac principibus, vt celebrando concilio non deesſent: principes etiam & præsules adhortari debuissent, vt Pontificem ad id excitarent: tum cæsareos Gallicosque oratores ad eundem mittere, vt concilium indiceret: sed inanibus argutijs perditam rem finxerunt, pontificiamque in indicendo concilio auctoritatem ad primum occupantem, spectaturam, vt ipsi fassi sunt in literis c

Inanes eorum argutiæ pro schismate conflando.

Cur decretum Constantiense obsoleuerit episcoporum vitio.

c Ext. in apud. act. conc Pis. p. 166. acta Pisan. conciliabuli

ad Cardinalem factionis antea participem, qui eorum præcipitem in indicendo concilio temeritatem damnabat. Irrisere igitur tantam audaciam probi quique, quam etiam damnarunt nonnulli Cardinales, qui antea ipsos de prouehendæ synodalis rei studio commendarant, cum maiori prudentia & maturitate tantam rem illos suscepturos arbitrarentur: cumq; edicto ab illis multa hypocrisis pompa promulgato a sua nomina adiecta vidissent, eos statim atq; Arimini vbi agebat Pontifex, affixum est, falsitatis illud coarguisse publicis tabulis, refert Paris de Grassis b.

a Ext. ibid. pag. 43.

b Paris tit. 3 pag. 680.

8. &c. Cum itaque ex ijs vnus quereretur suũ nomen inscio & inconsulto se huiusmodi indictioni appositum fuisse, respondere impudenter e Caruaialus, Cusentinus & Narbonensis: *Tres ex nobis sufficienter facere illum actum possimus*. Ex quo vera pietate ductos non fuisse constat, cum falsa instrumenta ediderint adeo præcipiti impetu, & perturbatione, vt ne quidem socios monere potuerint, cum inordinatis cupiditatibus Gallorumque Regis imperio leuiter circumagerentur. Porro Christi vicarius, ad compescenda furialia ausa fraudesque detegendas, medio iulio ex sacri senatus suffragijs concilium Lateranense apostolica auctoritate indixit d.

Impudens responsum schismaticorum

c Ext. ea lis. in appel. act. Pisan. conc. pag. 178.

Indicitur Lateranẽse concilium.

d Extat ad conc. Later. & in bullar conf. 29.

16. &c. Pontificijs hisce literis perculsi seditiosi Cardinales Caruaialus, Narbonensis, & Cusentinus, qui synodum nunquam a Iulio indicendam falso erant vaticinati, fassi sunt pontificiæ esse maiestatis præsidere concilio, verum alios ad deturbandam Ecclesiæ pacem struxere dolos, ac nouam litem de loco tuto, in quo illud cogeretur, & ipsi ferendæ sententiæ libertatem nanciscerentur, crearunt e: tutum autem locum eum volebant, qui partium suarum principis non Pontificis subesset imperio; monitique publicis edictis, vt ad sedem Apostolicam reuerterentur, atque a turbanda Ecclesia, cogendoque schismatico conuenticulo absisterent, proposita si redirent ad officium venia, si in pertinacia hærerent dignitatum abrogatione, Alexandro episcopo Alexandrino purpurati senatus internuntio, & concordiæ interpreti superba & multis mendacijs subornata responsa dedere f, confictis inanibus periculis, contendenteſque falso ius vocandæ synodi ad se deuenisse, seque Paulo Petrum reprehendenti comparantes. Quæ responsa ac postulata cum a Pontifice & Cardinalibus discussa essent, compertum est ipsos splendido Ecclesiæ maiestatis in pristinum decus vindicandæ obtentu ad eam euertendam incumbere, laruaque hypocrisis inducta instaurare Basilienſis conciliabuli, a quo schisma maximo Ecclesiæ damno conflatum fuerat, damnatos errores.

e Ext. ea de re lit. in appõd. act. conciliabul. Pis p. 68.

Fatentur Pontificem præsidere debere synodo.

Mouent controuersiam de loco tuto.

Data ab ijs Pontificis intermissio responsa.

f Ext. in act. concil. ab Isaac p. 97.

Parefacta hypocrisis.

24. &c. Interea Pontifex vna cum sacro senatu omnia studia conferebat ad reuocandos ab impio conatu seditiosos Cardinales. Extat eo argumento insigne pontificium diploma, quo moniti sunt officij V. kal. augusti, ijsque quinquaginta dierum peremptorius terminus præfixus est, quo edictum de cogendo conciliabulo reuocare iussi sunt, propositaque redituris venia, ipsi sque fides publica data est. Nisi etiam sunt plures viri insignes literis suis fugitiuos Cardinales a flagitio schismatis abducere; inter quos Angelus eremita, cœlestibus interdum visis colluſtrari solitus, obiurgatoriam epistolam ad Bernardinum Caruaialum dedit g.

31 Scripsit quoque VI. idus eiusdem mensis ad Ludouicum Francorum Regem, ne Ecclesiam schismate laniaret: sciret, Romanum Pontificem Dei vicibus in terris fungi, sedemque Apostolicam omnium ecclesiarum caput a nemine, præsertim laico, vllo modo vllane auctoritate iudicari posse, ne Apostolorum Petri & Pauli iras in se concitaret; Pontifi-

g Ext. inter eius opera.

Gallorum Rex monitus officij.

Ostensum Angelo anachoretæ Gallicam potentiam obtritum iri. Quid de Bernardino eidem significatum.

a Ex. in append. Conciliab. Pisan.

cem non ipsius iudicijs obnoxium, immo auctoritate ad ipsum, ni resipisceret, de regio apice deijciendum pollere. Iulio vero XI. kal. nouembris significauit, se ex quodam viso cognouisse, Gallorum Regis ipsi aduersantis potentiam obtritum iri, ac Bernardinum Caruaialum, aut ad sanitatem reuersurum, pariturumque omnibus Romanæ ecclesiæ præceptis, vel e vita migraturum, aut honore auctoritateque omni exutum iri; atque etiam ab eo petijt, vt Decij a commentarium, quem ad conciliabuli Pisani commendationem ediderat, ad se mitteret, vt illius sophismata retelleret. Scripsit vero idem Angelus pro Iulio apologeticum librum aduersus schismaticos. Scripsere etiam inter cæteros Thomas de Vio Caietanus postea Cardinalis creatus, & Franciscus Poggius eruditos commentarios; quorum posteremus, cum aduersarij Basileensium schismaticorum ex abbatis Siculi, Ludouici Romani, & Cardinalis Arelatensis scriptis errores instaurarent, eorum argutias docte confutauit: quem lector auidus consulere poterit.

32. &c. Interea iudiciaria actio instituta est aduersus schismaticos, ac Bernardinus Caruagialus episcopus Sabinensis, Guillelmus episcopus Prænestinus, Franciscus tit. SS. Nerei & Achillei Cusentinus, Renatus tit. S. Sabinæ Baiocensis cardinalitia dignitate cunctisq; sacerdotijs decretoria sententia spoliati sunt.

Bernardinus Gallis se cõiungit

37. &c. Perculsus ea Bernardinus Caruaialus seditionis præcipuus auctor, qui Pisas profecturum se denegarat, nisi cæsarei oratores adessent, in desperationem coniectus Gallis se coniunxit; a quibus præses conciliabuli renunciatus primam sessionem quinta nouembris die tenuit b. In secunda sessione supremam auctoritatem de eorum cauſis, qui conciliabulo adhæresceret, cognoscendi sibi asciuit. In tertia Pisani conuentus præsules numero pauciſſimi, & Gallorum Regis Iulij Papæ hostis seruituti addicti, fingentes vniuersam Ecclesiam ab ijs repræsentari, decretum Constantiensis concilij de Pontifice ambiguo subijciendo concilio in alienum sensum detortum promulgarunt; ex quo malo intellecto Basileenses schisma conflarant: quorum furibunda sæcaque vestigia secutum Pisanum conuenticulum, ex antecedenti subolo, & in aduersum sensum detorto plenam vitio conclusionem elicuit, Pontificem atque Ecclesiam cum ipso sentientem paucorum impostorum delitis imperijs esse obnoxiam. At non modo non subiectum conciliabulo, verum nec etiam generalibus omnium principum, episcoporumue conuentibus subijci indubitatum Pontificem, excepto casu hæresis, demonstrauit præter alios Thomas de Vio Caietanus c, de quo paulo ante memoraui, erudito commentario, quem edidit, ad notarios Pisani conciliabuli comprimendos conatus.

b Acta Pisan. concil. p. 9. Quid actũ in conciliabulo.

c Tho. de Vio tract. de institutione auctoritatis Papæ & concil.

42. &c. Prorumpere vlterius parabat proiecta schismaticorum audacia, cum fortuito casu conciliabulum suum dissoluere coacti sunt repentino terrore circumfusi d, oborto inter Pisanos & eorum familiares tumultu, ac duodecima die nouembris temporum angustijs pressi Mediolanum traducendum decreuere, donec de communi loco cum Pontifice consensissent. At indignum erat, vt pari iure cum Pontifice contenderent, subditique principi suo leges imperandi darent, maxime cum nulla vrbs ad tuendam in celebrando cõcilio ecclesiasticã dignitatem accõmodatior, quam ipsa Christiani orbis metropolis esset. Illi vero Mediolanum cõcessere e die septima decembris, quorum ingressu funestatam vrbẽ arbitratus clerus Mediolanensis, mox sponte templa clausit. Vt vero Galli acerbitate vsi in pios Mediolanenses vi ipsos ad excuriendum conuertis rebus Gallicis iugum concitarint suo loco dicetur. Nunc a Pisani conciliabuli temerarijs cœptis, ad reliquas turbas, quæ hoc anno Christianum orbem terruerunt, narrationem conuertamus.

Conciliabulũ transfertur Mediolanum.

d Guicc. l. 9.

e Acta concil. Pis. p. 104.

f Guicc. l. 10.

46. &c. Verit studia sua Iulius post receptã deditione Mirandulam ad vrgendum Ferrariense bellum, atque XI. febr. die Imolam, ac vigesima Ranennum perrexit a: cum eius copiæ a Ferrariensi Gallicis viribus suffulto deletæ sunt b; ad ipsas tamen instaurandas res maiori ardore incubuit, & Cardinalium collegium ad ingraueſcentem factioſorum hominum temeritatem reprimendam auxit, donatis publico sacræ purpuræ iure octo viris insignibus, cum quibus curas partiretur, quos triennio ante creatos Cardinales, sed non promulgatos vidimus, quorum nomina his verbis recenset Paris de Grassis: c *Anno* MDXI. *Rauennæ die lunæ* X. *martij Pontifex Cardinalibus antiquis* XI. *præsentibus creauit nouos Cardinales octo in totum: ex quibus fuerunt duo absentes: nomina eorum sunt. reuerendissimus dominus Christophorus archiepiscopus Eboracensis natione Anglicus, & tunc Regis Angliæ orator: reuerendissimus dominus Antonius de Monte archiepiscopus Sipontinus, & sunus auditor camerę, & rotæ: reuerendissimus dominus Petrus de Accolitis episcopus Anconitanus natione Tuscus tunc referendarius, & signator supplicationum gratia, & auditor rotæ ac vicarius Papæ in vrbe: reuerendissimus dominus Achilles de Grassis frater Germanus meus episcopus ciuitatis Castelli natione Bononiensis tunc referendarius & auditor rotæ, ac multarum legationum officio functus, sub sanctissimo domino nostro ad Regem Francię, apud Heluetios, apud Imperatorem, apud Regem Hungariæ, apud Regem Polonię: reuerendissimus dominus Franciscus Argentinus episcopus Concordiensis, natione Venetus, tunc datarius apostolicus: reuerendissimus dominus Bandinellus Saulus, natione Iannensis electus secretarius Papæ, & multorum collegiorum officialis. Absentes autem fuerunt, reuerendissimus dominus Matthæus episcopus Sedunensis natione Heluetius: reuerendissimus dominus Alfonsus filius magnifici Paudulphi Petrutij patriæ Senensis tunc electus Suanensis.* Perculit ea nouorum Cardinalium creatio seditiosos, qui e pontificia curia aufugerant, non tamen coercuit.

Versus in Ferrariẽse bellum.

a Sanuc. in diarijs. b Idẽ. ibid. Põtificus exercitus fusus.

Auctum Cardinaliũ collegium. Cardinaliũ nouorum nomina.

c Par. in 3. pag. 640.

Mediolanensis senatus cẽsuris percussus.

50 Dum Bononiæ agebat hoc anno Iulius die cœnæ dominicæ, quo hæretici & alij grauiorum scelorum rei consueuerunt solemni ritu anathemate percelli, in Mediolanenses pariter senatores, & aliarum Insubriæ vrbium magistratus, ob præstita Gallorum Regi in exigendis nouis vectigalibus ab eo impositis obsequia, sententiam apostolicam tulit; eademque pœna inuoluti qui ad sedem Apostolicam accessuros itinere prohibebant, aut ius ecclesiasticum inuadebant, aut pontificiam ditionem occupabant: quo flagitio Gallorum Rex & ipsius administri se deuinxerant: nec non Alfonsus Atestinus ob Ferrariam iuris pontificij vrbem retentam, & Iacobus Triuultius Gallorum dux, qui Alfonsum ipsum regio imperio armis tuebatur, eadem sententia inuoluti c, & omnibus qui sentirent, cum ipsis, sine vllo dignitatis vel ordinis discrimine anathematis & interdicti pœna est irrogata.

c Lib. bull. 7. pag. 150.

Actum de concordia inter Gallum & Pontificem.

51. &c. Fiebant interea varia de concordiæ legibus Pontificem inter Gallumque colloquia: belli causas inuidiamque quisque in alium se iudice derinabat; Ludouicus enim Francorum Rex datis Blesis nonis martij ad Henricum VIII. Anglorum Regem literis, questus est, omnem se operam in bello æquitate dirimendo, tuendisque fœderatorum iuribus posuisse, atque episcopum Parisiensem ad Mantuanos certos ea de causa cogendos legasse. Cogendi d

d Paris in 3. pag. 667.

ij erant

ij erant ; vt Italica confecta pace arma aduerſus barbaros verterentur , miſſuſque eam ob cauſam a Maximiliano Cæſare Matthæus Langius antiſtes Gurcénſis fuit; ab Hiſpano vero Rege duo oratores decreti : Pontifex tamen neminem miſit , quod eos coetus apud ſe celebrari percuperet , Pariſienſemque epiſcopum ad ſe pellicere ſtuduit a; ſed is improuide Gurcenſi legationis ſuæ ſummam commiſit , quocirca ab Hiſpanis Germaniſque oratoribus Gallicæ amplitudinis æmulis proditus b eſt , ac Pontifex in priſtina deprimendi nominis Gallici voluntate confirmatus hæſit .

a Bonnac. in diario. Pariſienſis epiſcopi error maximus .

b Paris to. 3 pag. 667.

54. 55 Hoc anno cum cæſareus exercitus in Tarui ſinos fines, Venetamque ditionem duce Paliſſia incurriſſet, atque in Caſtrum nouum , cui Hieronymus Æmilianus nobilis Venetus , poſtea congregationis Sommaſchæ conditor , a Veneta republica præfectus erat , belli moles eſſet verſa e, Caſtro vi expugnato , Æmilianus a victore in ſqualidum carcerem incluſus eſt d , in quo multa mala perpeſſus , diræque mortis metu perterritus , ad B. Virginis , quæ Taruiſij colitur , ſingulari pietatis ſtudio implorandam opem conuerſus , poſt defleta anteactæ vitæ ſcelera, diuinitus ab ea e carcere diſruptis vi culis ereptus eſt , vt refert Auguſtinus Turtura in eius vita e : ſubditque vt Tarunium ingreſſus maricas , compedes , colli vincula, & pilam marmoream clauesque in Deiparæ ſacello e tholo ſuſpenderit ; indeque digreſſus Venetias per compita & vicos, inque area S. Marci beneficium a Deipara acceptum prædicarit .

B. Virgo carceratũ miraculoſe liberat .

c Turtura in vit. Hier. Æmil. l. 1. c. 5. d Id ibid. c. 7. & 8.

e Ibid. c. 8.

56. &c. Quæſitæ porro ſunt a Pontifice variæ concordiæ rationes inter Venetos ac Cæſarem, ſed ea ad irritum cecidere . Nulla etiam concordiæ ratio iniri potuit inter Galliæ Regem ac Pontificem ob Gallici oratoris ſummam in rebus gerendis imperitiam, qui ex nutu oratoris cæſarei proditoris ſui pendebat. Adhibitus eſt etiam cõcordiæ interpres Scotiæ Regis orator ; ſed importuno caſu res diſturbata fuit , nam Gallicus exercitus , vt Ferrariam liberaret ad Bononiam caſtra promouit , adeo vt Pontifex perſuſus metu Bononia Rauennam ſe proripuerit . ne in Gallorum poteſtatem veniret : Galli vero vaſtato Bononienſi agro Bononienſes etiam ad deditionem pellexerunt, fugato Franciſco Alidoſio Cardinale Iugaro , qui cum Rauennam ad Pontificem ſe contuliſſet ab Vrbini duce ipſi infenſo , cum ex equo deſiliret , trucidatus eſt ; quem caſum adeo graviter luxit Pontifex , vt ſtatim Rauenna diſceſſerit .

Gallorum progreſſus in agro Bononienſi .

Alidoſius Cardinalis trucidatur

62 Antequam inde diſcederet , exercitui XXII. maij præfecit Petrum tit. S. Cyriaci in thermis presbyterum Cardinalem , quo defuncto lapſo quadrimeſtri Ioannem Medicem S. Mariæ in dominica Cardinalem ob iuuenem florem impigrum ad labores, proſapiæ claritate florentem , belliciſque ſtudijs idoneum , legatum renuntiauit f, atque ampliſſimis mandatis inſtruxit .

f Lib. bullar. to. 4. pag. 3.

63. 64 Cæterum ex erepta Pontifici Bononia maximam ſibi Ludouicus Francorum Rex inuidiam conflauit , adeo vt ad euertendam eius potentiam plures Reges conſpirarint . Excitabantur g illi a Iulio , vt pontificiam maieſtatem tuendam ſuſciperent: a Gallo transfugarum Cardinalium factionem ali, ad Eccleſiam Dei funeſto aliquo ſchiſmate labefactandam: ab eodem eccleſiaſticas vrbes expugnari . Cuius rei indignitate permoti ſocialia expedire arma decreuerunt : prius tamen Ludouicum ipſum officij & æquitatis monuerunt . Conſuluiſſe autem Ferdinando Ximenium Cardinalem , vt omiſſo Africano bello laboranti Romanæ eccleſiæ opitularetur, necnon Iulio addidiſſe animos , illique auri ſubſidiarij vim ingentem ad reprimendos Gallicos impetus obtuliſſe , refert Aluarus Gomeſius a.

Gallorum inuidiam cõtrahit ob captam Bononiam.

g Guicc. de bel. Ital. Mæon. lib. 10. cap. 3.

a Gomeſ. de reb. geſt. Frã Xim. l. 5.

65 Adijſſe hoc tẽpore Mutinam, quæ pontificiæ ditioni ſe ſubmiſerat, maximum diſcrimen, diuinaq; tantũ ope ab imminenti exitio liberatã, traditur in ms. codice bibliothecæ noſtræ Vallicellanæ b: *Veniſſet*, inquiunt acta , *ex eorum* , nempe Gallorum , *exercitu ad reprimendos Gallicos impetus obtuliſſe* , refert Alvarus Gomeſius a.

65 Adijſſe hoc tẽpore Mutinam, quæ pontificiæ ditioni ſe ſubmiſerat, maximum diſcrimen, diuinaq; tantũ ope ab imminenti exitio liberatã, traditur in ms. codice bibliothecæ noſtræ Vallicellanæ b: *Veniſſet*, inquiunt acta , *ex eorum* , nempe Gallorum , *exercitu horribili voto vrbs Mutina in vltimum diſcrimen , vt B. Geminiani paſtoris protectoriſque noſtri precibus ac meritis , Deus miſericors manum ſuam ſuper nos protendiſſet diuinitus . Itaque factum eſt , vt B. Geminianus ſub ſenis ſpecie Carolo Ambaſiano ibidem occurreret, ſeque nuper ex vrbe profectum ſimulans , his verbis percontaretur . Quo tenetis iter ? Mutinamne tenditis ? eam forte imparatam offendere putatis ? heu miſeri , quam longe falſa ſit opinio veſtra mox videbitis ; ipſa enim vrbs non a viribus tantum , quibus vobis reſiſtere poſſit eſt parata , verum etiam tantas habet copias , quarum preualidum impetum ſuſtinere minime poſſitis , quodque a veſtris cogitationibus plane eſt alienum : nihil mihi dubium eſt , quin modo earum eruptionem expectare audeatis ad vnum omnes occiſione occidamini . Confeſtimque digito eis oſtendit erumpentem porta exercitum, earumq; viſus eſt videri oculis , ſtemque auribus audiri tympanorum horribilis ſonus , tubarumque clarus clangor . Quibus viſis auditiſque tantus ferocibus ac inuictis animis iniectus eſt terror , vt diſſipati ac palantes nullius rei niſi fuga memores vnis hoſtibus tergiuerſarentur , ac in traiectu effuſi iam fluminis fluxenti fere milites ſubmergerentur , cæteri partim Herberiam , partim Regium , alij Corrigium fugientes ſe reciperent . Corrigium Carolus ipſe Ambaſianus aufugit , ibique ſeu viſa rei horrore , ſeu fugiendi labore , vel alia quapiam cauſa grauo morbo correptus, cum prope eſſet, vt mortem cum vita cõmutaret, venerando patri Angelo de Fauentia ordinis Prædicatorum inter ſuorum peccatorum confeſſionem, quod noctu viderat reuelauit, ac venerãdi ſenis relationem omniaque ex ordine viſa peregit.* Pertituiſſe Carolum Ambaſianum , cum ſibi finem vitæ adeſſe intelexiſſet , geſti in Romanam eccleſiam belli tradunt b, mitteq; oratore ut ominis veniam, vsq; cenſuris, quibus deuinctus fuerat ob vexatum armis Pontificẽ, ſolueretur, ſupplicem flagitaſſe; antequam tamen veniæ nuntium acciperet, ab hominibus demigraſſe .

Diuino prodigio liberata a S. Geminiano .

A ſpectris fuſus exercitus Gallicus .

Poposcit veniam ob geſtum bellum in Pontificem .

b Guicc. l. 10

66. 67 Succeſſit ei in militari imperio Gaſto Fuxenſis ; qui cum Mutinenſibus ſua aduerſus Gallorum vim turantibus minitatus eſſet , vbi e Rauenna rediret , flammas per Mutinam ſparſurum , vates extitit inopinato euentu ; quippe proximo anno in Rauennate prælio cæſus per Mutinam eius cadauer innumeris præeuntibus facibus deportatum eſt , vt in eodem Vallicellano ms. narratur . Eius vero prælij ſequenti anno commiſſi apparatus ingentes hoc ipſo facti fuere ; initum cum Pontifice plurium Regum fœdus ; decretum Raymundo Cardonæ Neapolitano proregi ſocialis exercitus ſummum imperium : conuerſæ in Italiam copiæ , quæ in Africam traiecturæ erant.

Gaſtonis Fuxenſis mine cõtrario exitu eluſa.

Africanæ copiæ conuerſæ in Italiam .

68. 69 Magno rei Chriſtianæ exitio fuit hæc diſcordia , & efflorescentem Chriſtiani nominis in Africa gloriam labefactauit : conſternata enim ſuperioris anni victorijs & expeditionis a Ferdinando Rego conficiendæ apparatu Mauritania magna ex parte in fidem eius ac poteſtatem venit , antequam ſe ex Hiſpania mouiſſet ; quapropter prona omnia ad Ferdinandum futura ſpes ingens affulſerat , ſi a glorioſiſſimis cœptis ob Italica bella reuocatus non fuiſſet c . Non modo Tunetanum Regem , verum etiam Tremeſenium & Cadilhametum principem , necnon Algerij regulum Chriſtiano imperio ſe ſubieciſſe tradit Gomeſius d ; adeo vt ſi Ferdinandus Rex in Africam traijceret, ſub illius ſignis ad reliqua barbarica regna debel-

c Guicc. de bellis Ital. Prona ad iugum ſub eundum Africa .

d Gomeſ. de reb. geſt. Card. Xim. lib. 5.

debellanda se fasturos stipendia pollicerentur, quamuis Phutensis ferocia tumidus contra obniteretur: sed ab Africanis rebus ad Indicas progrediamur.

Malaca in India capta a Lusitanis. a Io Barros dec. 2 l. 5. c. vlt. & lib. 6

70 Hoc anno Malaca vrbs Indiæ opulentissima Mahometanis erepta a, Christianoque addicta est imperio Lusitanorum armis: qua victoria ad viciniores oras euangelio iter munitum est vulgata enim Lusitanæ virtutis fama Siamõsis Rex, qui extremæ ad ortum Indiæ oræ imperat, duodecimque millia elephantorum habere dicitur; ex quibus quatuor millia semper ad subitos bellorum casus armata sunt, oratorem cum pretiosis muneribus gratulatum misit. Iacensis pariter & Peguensis, qui post Gangem ad solis occasum dominatur, ac Somatræ Reges legatos ad Albuquerquium ipsum decreuere: *Alij*, inquit Osorius, *Regis pacem & amicitiam petebant, alij libenter se Regis Emmanuelis imperium accepturos esse dedebant.* Interea Zabaimus Goæ imperij recuperandi cupidus, nunc victo nunc victori similis ducum opera Goenses difficillimo implicuit bello b, atque in Benestarino oppido in insula aditu tuto arcem excitauit, belliciisque præsidijs egregie muniuit; ex qua creberrimis incursionibus, occupatisque omnibus aditibus quibus commeatus inferri poterant, Lusitanos adeo attrinuit, vt nonnulli Mahometicam superstitionem professi sint: cum Machiadus Lusitanus pietatis studio crudele facinus, occisis duobus filijs, quos baptismo expiauerat, ne a Christo ad Mahometum deficerent, patrauit, seque a Turcis ad Christianos contulit, vt eos in constantia confirmaret.

Varij Regum gentium ad Albuquerquium legationes.

Goa oppugnata ab Indis. b Barr. dec. 2. l. 6. c. 8. & 9. & 10 Osor. lib. 8. Maff. l. 5.

Adducta in discrimen.

71. &c. In nouo orbe cum nauta Hispanus Cubensi regulo suasisset, vt abiecto dæmonum cultu B. Virginis opem implorarent, orta est inter barbaros, qui se mutuo conficiebant bello, de B. Virginis dæmonumque potentia contentio, quam diuino miraculo sæpius diremptam narrat Petrus Martyr c: *Pacto*, inquit, *fœdere conuentum est, non vt singulari electorum ex vtroque exercitu certamine, vt sæpe Romanis multisque alijs contigit apud antiquos, aut fatali aliquo consilio res deterrentur, sed vt alterne ex vtroque populo manibus post terga ligatis, & ad vincientis arbitrium post terga innodatis vinculis in aperto agro singuli inuenes sisterentur, eumque meliorem esse Zemen aduersi annuerunt, qui sua partis colligatum inuenem citerius liberaret. Sancito fœdere inuenes alterne vinciunt duos commendatorianos aduersum, aduersi vero commendatorianum ter idem tentasse inquiunt, terque inuocatum sui Zemis dæmonem ad ligatum ex aduerso accurrisse vtroque vinclo inspectante; sed proclamante Commendatoriano assueta appellatione: Sancta Maria adiuua me, sancta Maria adiuua me; aduenisse illico candidatam Virginem, & fugato dæmone imposita virga, quam manu gestabat in Commendatoriani vincula solutum subito fuisse ante alterius oculos Commendatorianum, transisseque in aduersum ea vincula, quibus erat commendatorianus ab hostibus innodatus, ita quod hostes reperirent liberatum aduersæ partis inuenem, suum vero duplicibus astrictum vinculis. Sed neque his contentos referunt hostes: præstigijs namque id agi humanis arguunt, non melioris numinis aduenientis potestate.* Et paulo post: *Fœdus initur, vinciuntur inuenes, viris grauibus octo adstantibus statuto limite locantur. Dato signo suum quisque Zemen appellat in auxilium, vocat aduenientem Zemis dæmonem caudatum, hiatu rictu dentatum, cornutum, Zemen ipsum manufactum emulantem. & ligati & spectantes cernunt volentem e vinculis iam solut. sibi dicatum inuenem. Ad proclamantis commendatoriani vocem præsto fuit beata Virgo, viris grauibus protentis oculis ad rem tendentibus animum, assueta fecit virga in aduersum fugato dæmone transilire sui clientis vincula. Percalsi tanto miraculo Commendatoris hostes, Virginis Zemen suo Zeme dignorem esse fatebantur.* Addit auctor susceptam ab ijs propterea Christianam fidem, adeo vt centum & triginta barbari quondam hostes reguli vno die sacris baptismalibus fuerint initiati.

De potentia Virginis & dæmonũ certatũ inter gentiles. c Pet. Mart. dec. 2. c. 6.

Fugatus a Virgine dæmon & liberatus cliens.

IESV CHRISTI

Annus 1512. Indict. 13.

IVLII PP. II. MAXIMILIANI ROMAN. REGIS annus 10. annus 19.

1. 2. COngregati Mediolani seditiosi Galli, Ludouico Francorum Rege impulsore, cum multa ad schisma confirmandum moliti essent, præside Bernardino Caruaiale, quem Basilius instrumentum diaboli appellat a, sua spe & cæsareorum procuratorum expectatione delusi sunt: suscipiri enim curarum æstu Maximilianus fluctuabat, cum hinc a Ferdinando Hispaniarum Rege deterreretur b, ne schismaticorum societate se contaminaret, suosque potius procuratores ad Lateranense concilium, quam conuenticulum Pisarum legaret; hinc vt datam fidem seruaret, a Gallo moneretur: sed vt refert Cocinus c, oratores quos Mediolanum mittebat e Tridentina vrbe, ad quam peruenerant, reuocauit; cumque Gallorum Regis potentiam inclinatam vidisset, ad eam profternendam Pontifici atque Hispano & Anglo se coniunxit. Factiosi tamen, qui cæsareis precibus incitati conciliabulum indixerant, in pertinaci mentis duritie perstiterunt.

a Extat de re hac in app. Sciarab. Pisæ p. 168.

b Gomez l. 5. in gest. Card. Ximenij. Cæsar defert Gallo redit ad Pontifex obsequium

c Cocin. de bellis Ital. Hispano & Anglo se coniungit.

3. 4. Inter hæc descendere cœperant ex summis alpium iugis Helvetij, a quibus Nauarretum direptum est d: nec leuis terror seditiosos inuasit; quippe a Sedunensi Cardinale religionis studio accensi Helvetij pontificia stipendia, quam Gallica maluerunt; indeque conuersæ Gallorum res.

d Ib. p. 131.

5. 6. Extremo ianuario Cardinalis Medices in Æmilia legatus Hispanicis auxiliaribus copijs suffultus Bononiam obsidione cinxit: qua de re certior factus Gasto Fuxensis e ad illam soluendam prouolauit, vt Bononienses in perduellione confirmaret; cumque erumpere in castra Hispanorum pararet, ij motis tacite castris periculo se subduxere sexta februarij die. Quo successu elatus Fuxensis Brixiam, quæ defecerat ad Venetos contendit, nonullasque Venetorum copias in itinere fudit: deinde die decimaoctaua ingressus arcem in Brixianos irrupit, ac miseram vrbem rapinis & cædibus compleuit tanta immanitate, vt cadauerum strues ingentes ad quatuordecim millia cumulata referat Bonaccursius f. Adhibitam in Brixianos a Gallis tãtam crudelitatem vt etiam pueros puellasque contrucidauerint, confirmat Petrus Delphinus g, additque in literis ad Eusebium Priolum monachum, quod postea euenit, Gallos immanitatis suæ pœnas Deo daturos.

Bononia obsessa.

e Bonacc. in hist. Guicc. l. 10. & alij Soluta Bononiæ obsidio.

Veneti fusi.

f Bonacc. in hist.

Brixiæ horrenda vastitas.

g Pet. Delph. l. 10. ep. 18.

7. &c. Vastata Brixia Galli Bergomum ad deditionem compulere, auctoque nouis delectibus in Gallia habitis exercitu idem Gasto versus Bononiam signa vertit mense martio, ac pontificios Hispanosque eam infestantes solo terrore dispulit. Quibus bellicis euentibus confirmati Mediolanensis conuenticuli schismatici in sexta sessione XXIV. martij die Pontificem contumaciæ impudenter accusarunt h, quod non de alio loco ipsis accepto, prætermissa Lateranensis concilij mentione, conueniret, deinde eo dementiæ progressi sunt, vt minas de abroganda ipsi pontificia auctoritate intentarent i, quod scelus vt rite peragere viderentur, duo decreta proposuere conciliorum mali interpretes vel illusores; quorum

Gallorum schismaticorum facinus impium.

h Bull. Sciarab. Pisæ p. 152. Fauci impostores exauctoramentũ interẽtã: Rõtheri lib. p. 175.

gesta

gesta a Thoma de Vio irrita & inania esse ostenduntur. Indignati illi curarunt, vt eius liber tyrannico Ludouici imperio flammis exureretur, maxima ipsius Thomæ gloria, regioque dedecore: quid enim glorioſius auctori catholico potest accidere, quam si eius scripta ab hæreticis vel schismaticis exurantur? Verum Ludouicus ægrè ferebat suum facinus in pseudosynodo tuenda in luce & omnium oculis constitui: quantumuis re vera ipsemet eandem pseudosynodum, vt theatralem ludum ad exagitandum Pontificem inuentum sperneret, vt Cabanillæ Ferdinandi Regis oratori indicauit: quippe Anglerius eius apud Ferdinandum Regem Hispaniæ orator in literis ad marchionem Bellicensem datis a ait, Ludouicum Regem Hieronymo Cabanillæ Valentino equiti Hispani Regis nomine de conciliabulo, Pisano promoto, suscepto que schismaticorum patrocinio conquerenti respondisse, eam synodum tabulam esse, & declamatiunculam ioco excogitatam ad trahendum in regias partes Pontificem; quam vero tristi Gallicarum rerum exitu peracta sit hæc synodalis tabula dicetur interius.

a Angler. epist. 469. 477. 484. Ludouici XII Regis insignis impietas.

20. 21 Coegere illi decima nona die aprilis septimam sessionem, in qua conciliabuli causarum actor Pontificem in crimen vocatum de spretis turbulentorum hominū imperijs postulauit vt sacrosanctæ potestatis vsu interdiceretur: ac tum Bernardinus Caruaial schismatis huius, vt diximus, signifer & conuenticuli præses, quem plerique historici b nimiæ antipapatus ambitionis accusant, simulata pietate atque animi lenitate subdidit, synodum ea de re mature, benigne, & misericorditer deliberaturam: ita rite peracturos scelus, & vi ecclesiam Romanam se oppressuros putabant. Paucis autem ante diebus Gasto Fuxensis, qui ad Rauennam florentissimo succinctus exercitu castra posuerat, cum impetu vrbem capere non potuisset, commeatuumque laboraret inopia, turpe autem pedem referre putaret, Hispanicum exercitum, cui Raymundus Cardona præerat, castrensi vallo egregie munitum ad pugnam coegerat; in qua vndecima aprilis sacra dominicæ resurrectioni die tot exercitatissimorum in bello militū millia vna cū pluribus ducibus cecidere, vt ab ijs Mahumetani imperij pars magna expugnari potuisset: duodecim enim Hispanorum, qui in Africa contra Mauros egregie se gesserant, millia occubuisse ferunt, plures strenui duces capti: ipse legatus apostolicus Cardinalis Medices postea futurus Pontifex Gallos cum eorum Rege ad obsequium admissurus, in eorum potestatem venit; Gallorum sex septemue millia cæsa; inter quos Fuxensis, quamuis Hispani Regis sororium se prædicaret, vulneribus confossus: Alegrij pater filiusque duces peritissimi conciti: delibatus denique Gallici roboris flos eo prælio ita obtritus, vt victores victi exactique Italia fuerint, vt postea dicetur. Ab inita tamen hac pugna ira succensi Rauennam circumsteterc: quæ certis pactionibus pseudolegato Sanseuerinati Romanæ ecclesiæ nomine deditionem fecit.

Nefaria schismaticorum in Pontificem decreta. Immane prælium ad Rauennam commissum. b Guicc. l. 9. Angel. Vallisumbros. Nic. Basil. in appēd. ad chron. Nauci Stepb. Insiss. m. f. rata fig. a. 3. hoc ann.

Cæsi duodecim Hispanorum millia.

Truncidati Gallorum duces.

Rauenna Gallis dedita.

22 Tantarum vero cladium nuntius Romam allatus ita omnia terrore repleuit, vt multi suaderent Pontifici, vt fugam triremibus caperet; sed ille intracto animo ad lapsas res instaurandas incubuit eo maiori ardore, quo Galli mense aprili Faventiam, Forumliuium, Imolamque occuparunt c.

Galli ad se ditionem conciare Romanos in Pōtificē nituntur. c Burnacc. in diar. iv.

Ecclesiasticæ vrbes occupatæ a Gallis.

23. 24 Affulsit in eo rerum statu aliqua concordiæ spes: quippe Francorum Rex aliquot ante Rauennatē pugnam diebus has pactiones proposuit. Bononiam a se restitutum iri Pontifici, Altorium Aretinum redditurū ecclesiæ Lugū & alias, quas in Flaminia eripuerat terras: vectigal nummarium ac militare veteri instituto persoluturum, salem in principatu Ferrariensi non contecturum, conciliabulum Pisanum extinctum iri. A Pontifice vero pro amplissimis ijs pollicitis, quę antea a Iulio, necnon ab Hispano & Anglo Regibus summa cupiditate experta vidimus, tantummodo pax orata, vtque Ferrariensis dux censuris solutus in pristinam amplitudinem suaque iura restitueretur; Bentiuoli priuatis fortunis potirentur, Bononia tamen extorres; transfugæ autem Cardinales cæterique præsules, qui conciliabulo adhæserant, in gratiam a Pontifice admissi pristinis honoribus fruerentur. Hoc pacis colloquium extraxit Iulius: ad auertendas tamen bellicas calamitates vrgente rem precibus Cardinalium senatu, nona post cladem Rauennatem die, nimirum vigesima aprilis, superiorem concordiæ formulam admisit, suoque eam obsignauit chirographo, modo Gallorum Rex post cruentæ victoriæ acceptum nuntium eam firmaret, & quæcumque alia Ecclesiæ recenter erepta restitueret.

Pax a Iulio admissa.

Resciſſa a ſchiſmaticis.

25. &c. At Mediolanensis conuenticuli schismatici, quibus immeritis adeo honorifice consulerat, præcipiti temeritate nefarium in Christi vicarium edictum de abrogata illi pontificia auctoritate conscripserunt, atque ecclesiasticum sibi arrogarunt imperium, vt eo colore vrbes ecclesiasticas Gallis proderent: tum varijs probris Iulium onerarunt, quod Rauennati prælio, in quo tantus sanguis Christianus effusus fuerat, occasionem præbuisset. Verum id crimen in ipsos potius conijciendum constat; cum in eo bello ipsos vim & iniuriam intulisse, Iulium autem eam passum vniuersarum gentium testētur historici. Interea Heluetij a Matthęo Sedunensi Cardinale legato concitati subito terrore schismaticos coetus dissoluerunt euerteruntque, ne cœptum scelus perficerent, quasque tenebras Christiano orbi offuderant, Lateranense concilium suo splendore discutere cœpit.

Heluetij cōcitati in Gallos schismaticos.

26. &c. Non potuit tamen indictum decima nona aprilis, vt constitutum fuerat, inchoari concilium, ob recentissimam Rauennatem cladem; cuius prorogationis ad kal. maij factæ causas Iulius exposuit encyclicis literis a, quæ ab Antonio de Monte tit. S. Praxedis Cardinale in actis inseruntur. Appetente autem maio, cum eædem difficultates obstarent, immo maiores se obijcerent ob factiosos, quos Gallico auro inductos copias ad pellendum Vrbe Pontificem disturbandumque concilium in Romano agro comparasse vidimus, extractum est concilium in tertiam diem maij. Meminit de his prorogationibus concilij, deque illius apparatu Paris de Grassis b, vtque in primis nauata sit opera emendandis curiæ Romanæ officijs, ne quid episcoporum ad concilium confluentium oculos offenderet. Designatos ad id octo S. R. E. Cardinales consensit Mariana c, Siciliæ præsules admonitos de adeundo concilio se excusasse, sed repetitis edictis increpitos monitosque officij.

Lateranense Concilium ex tractum ad kal. maij

a Extat ad conc. Laterā. p. 16. ex edit. Binij to. 4. part. 2.

b Paris to. 2. Mural. l. 3. cap. 10.

Patres Romani vocati.

c Marian. l. 30. c. 10.

35. &c. Tertia die maij cœptum est Lateranense concilium, cui præfuit Iulius, & Cardinales sexdecim, præsules vero octoginta tres interfuere: tantus vero concursus populi extitit, vt ad quinquaginta hominum millia ascenderet, & ad arcendum tumultum dispositæ circa Lateranenses ædes militares stationes fuerunt. Seruatos in prima sessione ritus describit Paris; a Iulio autē indicti concilij causæ fuere expositæ, nimirum ad insurgentem hæresim extinguendam, expoliendos mores, restituendamque Christianam disciplinam, sedanda bella intestina, atque expeditionem in Turcas concipiendam.

40. &c. Laborabat tunc intestinis seditionibus regia Othomannica, Baiazethis filijs inter se de impe-

rio

rio certantibus ; ex quibus etiam Ægidius Viterbiensis in oratione a habita in hoc conciliari exordio, vbi derivatam a synodis in Ecclesiam vtilitatem luculenter exposuit, occasionem cepranit incitandi patres, vt discissas orbis partes conglutinandas & cruce signatam expeditionem ad Constantinopolim & Solymas a Saracenis repetendas decernendam curarent. Referunt acta concilij, in hac sessione Bernardinum Zanum archiepiscopum Spalatensem concionem habuisse, in qua is totius orationis neruos intendit, vt patres ad indicendum in concilio sacrum aduersus Turcas bellum concitaret ; ac vbi miserandam Ecclesiæ conditionem, ac tot regna amplissima superstitionum tenebris inuoluta exposuit, & continuas Othomannorum in Ecclesiam ipsam grassationes, ferocesque ad eam euertendam conatus in omnium oculis defixit, palam edixit ni Germani Hungaris, Galli Germanis, Hispani Gallis se iungerent, barbaricæ seruituti addicendos.

a Ext. in act. conc. Lat. to. 4 p. 2 ex edit. Binij p. 8 & apud Ferron. in Lud. XII. lib. 4.

Habita a Spalatensi archiepiscopo oratio de expeditione in Turcas decernenda

Sessio secunda.

46. 47 *Die maij* XVII. subdit Paris, *celebrata est publica sessio, quæ fuit secunda in concilio apud hostium Lateranensem, Pontifice a principio vsque ad eius finem præsente cum Cardinalibus* XVI. *& prælatis mitratis* LXXXVI. *ac quatuor generalibus ordinum mendicantium necnon principibus & oratoribus Regum & principum, ac alijs dominis & baronibus, officialibusque capellæ, ac concilij specialiter deputatis & alijs interesse solitis.* In ea sessione lectæ sunt Regis Angliæ literæ de fœdere icto cum Pontifice aduersus schismaticos, nullo cardinalitiæ vel regiæ dignitatis habito discrimine. Præterit silentio Cardinalis de Monte, qui acta concilij Lateranensis conscripsit, illustre adeo Henrici Angliæ Regis in Ecclesiam obseruantiæ aduersus schismaticos monumentum; Ferdinandi vero Regis Aragoniæ & vtriusque Siciliæ & Sardiniæ nomine dati mandati exemplum b inseruit, quo Hieronymus de Vich orator Iulium II. verum Pontificem profiteri, schismaticorumque impietatem damnare iussus est, necnon Lateranensi concilio ad Christianam pietatem instaurandam, decernendumque pro amplificanda religione in Dei hostes sacrum bellum, tum ad pia omnia illius decreta suscipienda adhærescere.

b Ext. in act. Later. conc. ex editione Binij tom. 4 par. 2. p. 23.

Amplissima Catholici Regis officia.

48. &c. Tradit Paris c, lecto eo mandato, populum e concilij loco iussum abscedere; tum subdit, lectū fuisse decretum, quo rescissa sunt Pisanæ pseudosynodi acta, adeo vt schismatici, qui antea Iulium sacrosanctæ potestatis vsu interdixerant, mutire postea non sint ausi, quippe cum ipsi faterentur, duo concilia contraria simul congregari non posse, Romanumque vniuersalem Ecclesiam potioribus signis repræsentaret, cui centum & eo amplius præsules Pontifice præside interessent ; patebat ipsos schismaticorum synagogam congregasse.

c Paris to. 3. pag. 831.

Sessio tertia.

52. 53 Extracta inauremnum fuisse tertiam sessionem, vt præsules septentrionalium regnorum, ad quos fama concilij iam inchoati peruaserat, eo temporis interuallo Romam confluere possent ad concilij maiestatem augendam, indicat d oratio a Thoma de Vio Prædicatorum ordinis magistro in hac sessione habita ; in qua ille plura de Christo & Ecclesia B. Ioanni in apocalypsi sub Ierusalem sponsæ specie præsignata præfatus, demum ad Pontificem conuersus, eum vt clementia vteretur in illos, qui aberrarant, quo ad concilium supplices venirent, tum ad multarum gentium Christianarum, quæ Lateranensi concilio se adhæsuras professæ erant, expectandos oratores & antistites est adhortatus. Nec illius spes ad irritum cecidere ; siquidem excurrente medio a secunda ad tertiam sessionem tempore, Germania, Castella, Aragonia, Sardinia, vtraque Sicilia, Anglia, Dania, Norwegia, Scotia vna cum Italia, & Hungaria Lateranensi concilio, missis oratoribus mandatisue amplissimis, adhæsere ; tributque cœlesti prodigio victorem schismaticum, cum hinc illum Pontifex, ne ad occupandam Vrbem prouolaret vereretur ; hinc fracti Hispani pertimescerent, ne ad inuadendum Neapolitanum regnum præsidijs nudatum, concitandoque ad defectionem instabiles populos procurreret, paulo post dissipatum, Christophorus Marcellus in oratione a habita in concilio Lateranensi, cui diuinum illud beneficium ascribit.

d Acta concil. Lateran. ex editione Binij to. 4. p. 2. pag. 26.

Multa regna adhærent concilio Lateranensi

Contusi Galli schismatici.

54 Refert Hieronymus Rubeus milites exuuijs onustos, cum imperijs castrensibus ob cæsos saucia tosue præcipuos duces non coercerentur, exportandis collocandisque in tuto opibus intentos se subduxisse e castris: ingruentibus autem Heluetijs atque in Insubriam signa infesta attollentibus ad viginti quatuor millia duce Cardinale Sedunensi legato ex Flaminia, quam subegerant, schismaticos castra mouisse ; cuius rei famam octaua die maij huius anni Romæ increbuisse affirmat m. s Vaticani auctor b: tum vero Pontificem cum reliquis exercitus collegisset, nouisque delectibus refecisset, reuocato e in suas partes nepote duce Vrbinate, qui antea pontificias iras ob cæsum Cardinalem Alidosium metuens ad Gallos fuga se receperat, & cum Gastone Fuxensi delectionis concilia agitasse ferebatur, in trepidantes fugientibusque similes instauratse bellum & cum Hispano Rege, Henrico Anglo, Cæsare, ac Venetis fœdus sanxisse, quod decima septima die maij Romæ promulgatum est, eaque de causa festi ignes fulsere.

Commune fœdus in Gallos sanctum.

Ravenna restituta Pontifici.

55. &c. Cum vero Rauenna a Gallis exiguis præsidijs teneretur, subsidiario exercitu pontificio aduenience duce Troilo Sabello, eorum iugum excussit d, compulsique ad deditionem hostes arcem Pontifici restituerunt : quo exemplo erectæ reliquæ Flaminiæ vrbes certatim in Pontificis fidem rediere, ac paulo post Bononia Bentiuolorum seruitutem exuit ; quippe viginti quatuor millibus Heluetiorum, quibus Veneti quinque peditum millia, sexcentos caphractos equites, & duo millia leuioris armaturæ iunxerant, signa victricia circumferentibus e, Cremonaque & Bergomo potitis f, Gallisque eorum congressum fugientibus Bentiuoli inclinatas Gallorum res conspicati, Bononia aufugerunt g, quam die sacro corporis Christi Cardinalis Gonzaga Mantuanus ac Vrbini dux triumphali pompa ingressi, ecclesiastico imperio restituerunt ; quæ pluribus describunt auctores, omnium vero accuratissime Paris de Grassis h.

d Rub. histor. Rauen. l. 8. Bononia & aliæ vrbes eidē se subijciunt.

e M. Sanctbius Vat. cum sup. f Bonacc. in diar.

g Id. lib. Guicciard. in l. 10 Sanut. lib. 10 c. 3. & c.

59. 60 Inter hæc Cardinalis Medices sedis Apostolicæ legatus, quem Galli vinctum abducebant in Gallias non sine Ecclesiæ dedecore, opera familiaris sui amputantis Galli militis manum, quę frenum equi, cui insidebat Cardinalis tenebat, ciuiumq; Bissinanensium subsidio ex hostium manibus elapsus Mantuam se contulit : cuius rei historiam instructiam circumstārijs Paris de Grassis refert i, diuinamqiadorat prouidentiam, quæ illum in terris postea futurum Christi vicarium ex hostili seruitute vindicauit.

h Paris de Grassis to. 3 pag. 854.

Cardinalis Medices e vinculis fugit.

i Ms. Sanctbius Vat. signat. n. 111.

Hispano exercitui se coniungit.

61. 62 Liberatum eo periculo Cardinalem Medicem Bononiensem legationem resumpsisse testatur m. s. Vaticani auctor l, ac deinde mense augusto Hispano exercitui se coniunxisse, vt nimirum Petrum Soderinum Gallorum Regis fœderatum, qui schismaticis ad Pisanum conciliabulum inchoandam fauerat, principatu depelleret ; ac vna cum Iuliano fratre Mediceam stirpem in pristinum in republica Florentina gradum restitueret, factumque votorum compotem;

l Ms. Sanctbius Vat. signat. n. 111.

potem ; expugnato enim Prato a Ferdinando Gonsaluo, Florentia terrore perculsa, Soderino magistratu ex vrbe pulso, numerataque Hispano ingenti auri vi, Cardinalem Medicem vna cum illius familia excepit. Visus est ille singulari humanitate in aduersarios plures, quos opprimere potuisset; ob quam eum Petrus Delphinus commendauit a.

Petrus Soderinus Florentia pulsus. Medicei patriæ restituti. a Pet. Delph l. 10. ep. 9. Ludouicus XII. percussus anathemate.

63. &c. Quod ad Ludouicum Francorum Regem attinet; fuisse ipsum mense iunio in Cardinalium senatu anathemate percussum, refert Paris de Grassis. Qua sententia data in eiusdem Regis & foederatorum imperio, nimirum in Insubria, Liguria, Nauarra, Britannia minori magnæ rerum conuersiones ac perturbationes sunt conjecutæ: medio enim labente iunio Galli, qui viribus inferiores cum Heluetijs inire pugnam non audebant, Ticinum se recepere, vt eandem vrbem firmarent validis præsidijs, donec noua ex Gallijs venirent subsidia, tumultuaria pugna fuit impedimenta, ac tormenta ænea amisere, moxque fuga præcipiti trans alpes anolarunt b, segnesque misere obtruncati fuere: Ticinum ingenti pompa legatum apostolicum Matthæum Cardinalem Sedunensem excepit c, eodemque victoriæ cursu abreptum Mediolanum, quod schismaticorum conuenticulum adeo exhorruerat, Pontificis fœderatorumque fidem implorauit.

b Buon. dec. in diar. Insl. lib. 11. Guic ciard. l. 10. Gallorum clades. c Ext. de bis lat. Card. apud cæsalab Pisan. p. 149 151. 153. d Ang. Insfin l. 6. Bir. l. 18 Foliet. l. 12. Guicc. l. 10 Paris tom. 3 pag. 866. Genuenses Gallos pellunt.

67. 68 Ex qua Insubriæ rerum commutatione Galli Ligariæ dominatum breuissimi temporis spatio amiserunt d: cum enim Cardinalis Sedunensis Genuenses literis solicitasset, vt Gallicum iugum a suis ceruicibus depellerent, tantus terror Gallum præfectum inuasit, vt quamuis initio Ligures regias partes tueri vellent, tamen in arcem se receperit prætermissa publicæ rei cura; acciditque vt populus arma, quæ ad Gallos defendendos acceperat, demum ad seipsos in libertatem vindicandos retuuerit: ad quod Pontificem, qui anno superiori ipsos ad libertatem capessendam missis exercitibus excitarat, cohortatum esse refert Paris. Restituram fuisse in pristinam libertatem, dignitatemque Genuensem rempublicam, creato Ioanne Fregolio duce, tradunt historici Genuenses e.

e Ang. Insfin hist. aur. Fulin. ibi sup.

69. 70 Confluebant per eos dies Romam plurium Italicarum vrbium, quæ in libertatem pristinam assertæ fuerant, oratores, inter quos Bononienses superioris ad Bentiuolos defectionis veniam supplices popoposcisse xxv. iunij tradit Paris f: proximo mense Placentinorum etiam, qui in Romanæ ecclesiæ potestatem rediere, oratores Romã accessisse addit g: tum septembri mense ineunte Regienses quoque oratores fidem Iulio & successoribus solemni ritu deuouerunt: vigesima septima octobris Parmenses quoque fidem in consistorio publico Iulio addixere.

f Paris to. 3. pag. 870. g Idem 898.

71. &c. Ante hos Alfonsus Ferrariæ dux, cuius causa bellum a Gallo Rege susceptum in pontificem vidimus, inopina rerum conuersione perculsus, ne Pontifici adhærentium fœderatorum armis principatu exueretur, tentandam pontificiam clementiam ratus, vna cum Fabritio Columna, quem in Rauennate prælio ceperat, accessit h, vt censuris solueretur; cuius aduentum maximæ gloriæ versum Pontifici refert Paris i, ob prostratum scilicet adductumque ad pedes pontificios hostem: additque Iulium erga ipsum hoc clementiæ specimen explicuisse, vt non ante valuas basilicæ, sed in consistorio Cardinalium absolueretur; verum subdit postea ab eo Ferrariam repetijsse promisso Atestino comitatu ac viginti millium nummorum cenlu: at ille collato cum Fabricio Columna consilio in Neapolitanum regnum contentis itineribus clam inscio Pontifice aufugit l, deinde in Illyricum

Ferrariæ dux a Pontifice veniã precatur. h M. Jacob. Vas sign. a. 111. Buonac in diarijs. i Paris to. 3. pag 879. Iulius Alphõsus Ferrariam restituere fugit. l Paris e Grassis ubi sup & misc. arc. Vas sig. a. 111. Buon. in diarijs.

traiecit, ac demum a Prospero Columna stipatus incolumis in principatus sui limites deductus, regiaque a Ferrarientibus pompa exceptus, Pontificis Venetorumque vim propulsauit, atque etiam Regium suæ ditioni adiecit a.

a Idem. Jacob. Vat.

77. &c. Infelicior longe alterius Ludouici Gallorum Regis fœderati, nimirum Ioannis Alebretensis Regis Nauarræ fors extitit, qui seruatæ cum Gallo amicitiæ odio Hispanis armis regno depulsus est; an iure an iniuria Galli Hispanique non minus verbis quam armis certarunt. Cæterum a Ludouico Rege ad Ioannem Alebretensem in Nauarræ regnum restituendum instructus est maximus exercitus, a quo Pompelona obsidione cincta. In ea vero Gallica irruptione admissum est a blasphemo milite Germano ingens sacrilegium, ob quod diuinæ vltionis exemplum in illum fuisse editum: refert hisce verbis Mariana b: *Quidam centurio Germanicus aperto sacrario pixidem argenteam prædandi auidus, Eucharistiam, qua ea continebatur, in altare impius iuxta & temerarius proiecit; virgo templi editua eo spectaculo commota: Apage, inquit, tantum nefas: Christiana sacra impijs attrectare manibus non metuis? non te pudet? cælo vindictam expecta. Adesi in limine quem violasti, testis idem & vltor Deus. Ad quam ille renidenti vultu: Hic, ait, Hispanorum Deus est, non Germanorum.* Et paulo post: *Suscepta impietas impune non fuit: Iuda instar proditoris diruptis effusisque visceribus perijt.* Soluta c est Pompelonę obsidio superueniente subsidiario Hispanorum exercitu; secutaque alia ex alijs bella fuere, de quibus suo loco dicetur: nunc ad concilij Lateranensis historiam redeundum est.

Pompeiopolis a Gallis obsessa. b Marian. l. 30. ep. 19. Sacrilegiũ Germani militis. Dictum illius impij. Diuina de eo vltio. c Gomez. l. 5.

82. &c. Venere in Vrbem mense augusto tres Ioannis Regis Daniæ & Norvegiæ oratores ad Iulium Pontificem, quem verum Christi in terris vicarium agnouit, professusque est, se vna cum suis Norvuegijs & Danis indicto a Pontifice concilio, vtpote conciliorum supremo præside adhæsurum, precesque Maximiliani Cæsaris & Regis Francorum petentium, vt Pisano conciliabulo faueret, non admisisse; tum etiam significauit, Iacobum Scotiæ Regem in ipsius Pontificis obsequio perstare, necnon daturum se operam, vt Moscouitarum princeps ad pontificium concilium oratores mitteret: quæ singula diligenter recenset Paris de Grassis d. His consentanea repetit Petrus Cordier e Parisiensis doctor, qui ad Daniæ, Scotiæ, Sclauoniæ, & Gothorum Reges missus fuerat a Gallo conciliabuli rogatu, in literis ad eandem pseudosynodum datis, quæ Lugdunum profugerat; ibique adhuc trepida hærebat, vt Gallicanum clerum acerbis decumarum imperijs vexaret: testaturque Danorum Regem pontificiam auctoritatem defendisse, ac pollicitum se daturum operã, vt Moscouita in Ecclesiæ gremium reuerteretur, mitteretque oratores ad concilium indicendum a Pontifice, si in loco accommodo celebraretur. Scotum etiam Regem de discordia Pontificis indoluisse, ac præsules Scoros pontificiam auctoritatem concilij auctoritati prætulisse, atque argumentis Thomæ Caietani tenacius inhæsisse scribit memoratus pseudotheologus Parisiensis, quæ ipse, vtpote schismaticus tenebrio, confutare nisus sit.

Daniæ & Norvegiæ Rex Lateranensi cõcilio adhærent. d Paris to. 3. pag. 905. e Petr. Cord. in actis suæ Legation. Petrus Cordier pseudolegatus schismaticorum. Scribit cõtra pontificiam authoritatem.

86. &c. Ita pseudosynodi schismatici pudore oppleti conticescere coacti; pontificia vero maiestas in dies magis efflorvit: in primis enim Cæsar a Gallica factione se diuulsit, atque ex conuentu Treuerensi Matthæum Langum Gurcensem episcopum oratorem decreuit ad Pontificem pro redintegranda cum eo concordia: datas iam ante ad transfugas Cardinales de congregando concilio literas, vt subreptitias improbauit, ac damnandi Pisam conuenticuli, amplectendæ-

Maximilianus a conciliabulo recedit.

ætendæque synodi Lateranensis partes impositi præfecto episcopo Gurcensi : quem iam, ante Rauennatem cladem, pacem inter Pontificem & Cæsarem conciliasse tradit Baselius a : sed illius formulam tantummodo XXV. nouembris die in æde S. Mariæ de populo solemni ritu euulgatam.

a Basel. in addit. ad chronologia Naucl.

90. 91 Donatus postea est cardinalitia purpura Gurcensis a Iulio, cum in æde B. Mariæ de populo concordiæ inter Pontificem Cæsaremque redintegratæ leges euulgandæ essent ; quem tamen insignijs sacris abstinuisse refert Paris de Grassis, qui singulas rei gestæ circumstantias describit b : ac sancitum est fœdus inter Pontificem, Cæsarem, Hispaniæque & Angliæ Reges, de quo meminit Petrus Iustinianus c ; neque admissos Venetos ab irato Pontifice refert, cum Veronam ac Vicentiam ipsi Cæsari dimittere recusassent : quare Venetos recuperandi veteris imperij studio Gallo postea se coniunxisse videbimus.

b Paris de Grassis to. 3 f. 9 ; 8.

c Pet. Iustin. lib. 11.

Veneti fœderis beneficio excluſi.

Triſtissima porro erat hoc tempore Italiæ facies; cum fœderati exercitus, pulsis iam Gallis, de præda inter se partienda certarent, & vrbes quas possent sibi subijcerent. Disceptatum maxime de Mediolanensi principatu, quem Heluetij præsidiario exercitu tenebant, quorum proceres in Badensi conuentu pro Maximiliano Sfortia sententiam tulere ; fuisse autem postea a Gallis pulsum victis Heluetijs, dicetur suo loco : nunc ad Lateranense concilium, a quo digressi sumus, reuocanda narratio.

De præda Italica inter victores certatum.

92. &c. Promulgato fœdere, de quo paulo ante memorauimus, cæsareus orator in proxima sessione tertia, Lateranensi concilio coniunctum & obsequentem futurum Maximilianum Regem Romanorum professus est d : *Lecti literis patentibus*, ait Paris de Grassis, *idem Gurcensis surrexit, & qualiter approbabat nomine Cæsaris in omnibus velle concilio Lateranensi stare, & procuratores per Cæsarem in concilio Pisano reuocauit : & statim procurator concilij, qui fuit dominus Marianus de Cucinis alioquin procurator fiscalis, rogauit omnes præsentes in testimonium, vt moris est, & notarij concilij, ad eum accesserunt, qui ex cedula sua, prout ipse pronuntiauerat, legit illis verbatim, illis scribentibus.* Ex quibus fuisse subreptitium colligitur diploma illud, quod in Pisanæ pseudosynodi principio legitur. Cum autem hæc in concilio palam esset professus Gurcensis, ipsum ad pontificiorum pedum oscula accessisse refert Paris de Grassis : cum subdit Galliam ob schisma sacris interdictam fuisse excepta minori Britannia, cum in sedis Apostolicæ obsequio constans perstaret : quam etiam alias, sæuiente Auinionensi schismate, pietatis in Romanum Pontificem exemplo, quamuis vndique cinctam schismaticis, præluxisse vidimus. Porro Annam Britannam, ad quam principatus ille spectabat, ex Ludouico Rege viro partum gerentem, sæpius ipsum non sine lacrymis & flexis genibus orasse ferunt e, vt a schismate moliendo absisteret, alioqui diuinas illum iras in se commoturum ; nec putare se vnquam prolem feliciter in lucem editurum, aut vita fruiturã, vti contigit ; quippe enixa est ægre puerum Gallici sceptri tuturum heredem, qui baptismi sacramento renatus mox vitam cum morte commutauit. Tradunt etiam f Normannos & Aquitanos sacramento fidei Ludouico Regi addictæ solutos, earumque prouinciarum Anglis ereptarum iura restituta Henrico Regi ; quem ad eas comparandas classem ingentem instituisse, & Gallica littora infestasse scribunt historici g : quæ in edicto mense augusto conscripto in Ludouicum contineri vel in alio potuerunt, sed in sanctione a Lateranensi concilio confirmata prætermissa sunt.

d Paris to. 3 f. 948.

Cæsar adhæret concilio Lateranensi.

Gallia interdicto subiecta, excepta Britannia.

Anna Britannæ Galliarum Regis pij conatus.

e Marian l. 30. c. 13. Aquitani & Normani Sacramento fidei liberati.

f Ext. in act. conc. Later. sess. ex editione Binij tom. 4 concil. par 2. p. 31.

g Gomez l. 5. Polyd. Virg. l. 27.

99 Interfuisse dictæ tertiæ sessioni centum viginti patres, quorum nomina ab Antonio Cardinale de Monte recensita sunt, refert Alexius episcopus Melphitanus in oratione tum habita a, conquestusque est de principibus atque alijs antistitibus, qui ad tantum concilium, in quo de submouendis vitijs, atque decernendo in fidei hostes bello sacro agendum erat, maiore numero non confluxissent, indignumque id esse exclamauit : *Cum tandiu, inquit, tamque vehementer concilium inuocarent & optarent, nunc inceptum etiam vocati & iussi postponunt.*

a Ext. in act. conc. Later. sess. 3. & 4. die p. 2. ex edit. Binij p. 32.

Præsulum non cõcurrẽtium ad concilium inertia insignis.

100 In proxima sessione IV. Leonardus Lauredanus dux Venetorum concilio Lateranensi adhæsit, Pisanique conciliabuli schisma execratus est ; atque Francisco Foscaro oratori mandata amplissima b dedit, quorum formula in actis concilij extat. Lectæ etiam in eadem sessione literæ Ludouici XI. quibus olim pragmaticam sanctionem rescinderat : quæ veluti iniqua ac iuri pontificio aduersa ab omnibus damnata est.

Sessio IV. Veneti cõcilio Lateranensi se coniungũt.

b Ext. in act. conc. Later. sess. 4.

Pragmatica sanctio damnata.

101. 102 Non latam tum fuisse decretoriam sententiam de abroganda pragmatica sanctione, sed promulgatum a Pontifice ac sacro Lateranensi concilio, in proximis sessionibus iudiciarium ordinem ad eam discutiendam rescindendamque constitutum iri : tum præsules ac proceres Gallos, qui pragmatica sanctione hactenus erant abusi, in iudicium vocatos, ad afferendas causas, ob quas non abroganda videretur, ostendum acta Lateranensis concilij c descripta ab Antonio Cardinale de Monte.

Iudiciarius ordo indictus ad abrogandam sanctionẽ pragmaticam.

c Ext. in act. conc. Later. sess. 4. ex edit. Binij t. 4. concp. 2. pag. 38. 39.

103 Celebrata est quinta sessio, quæ fuit sessionum Lateranensis concilij, quibus Iulius præfuit, vltima, in qua Christophorus Marcellus perorauit d, conuersusque ad Pontificem ipsum hortatus est, vt sicut oppressam hostium armis Ecclesiam erexerat, ita depressam vitijs in pristinum sanctitatis splendorem restitueret : at pia hæc consilia meditantem oppressit mors, de qua proximo anno dicetur.

Sessio V.

d Ext. ibid.

104 Hoc anno Sigismundo Poloniæ Regi exornandæ regijs insignibus coniugis celebritate dicto, viginti quinque equitum millia Præcopensium Tartarorum irrupere in Volyniam, Russiam, & alias prouincias ; ad quorum reprimendos impetus collecto raptim exercitu, Poloni mixto cum hostilibus aciebus atroci certamine in castra Tartarica penetrantes captiuos soluere cœperunt : qui mox erectis in cœlum liberis manibus, victoriamque a Deo precati, secures arripuere, versique in milites Tartaros adorti sunt tanto impetu, vt ij mox in fugam se conicerint, atque ita exiguo cruore parta de immanibus hostibus pulcherrima victoria, qua sexdecim millia Christifidelium ex barbarorum seruitute eruta sunt e. Attritus ea clade Taurica Chersonesi Cæsar pacem a Sigismundo Rege petijt dato Medlingeri Imperatoris nepote obside. Cæterum adeo virtutum exemplo Polonis præluxisse Sigismundum ferunt, vt ad illius exemplum compositi ebrietatem aliaque vitia, quibus dediti erant, execrarentur.

Tartarorũ præcopensium irruptio in Poloniam.

Parta de ijs victoria Sexdecim millia captiuorum erepta.

e Id. ibid.

105. 106 Ardebat interea, vt antea indicatum est, Turcicum imperium grauissimis dissensionibus ; quippe Selimus Baiazethis II. filiorum natu vltimus bellica laude florens, parenti ac fratribus eripere imperium meditatus, expeditionem confecit, cum illi plures proceres studerent in quem Adrianopoli Baiazethes duxit exercitum, prælioque fudit : ex qua fuga seruatus f Selimus procerum opera patri reconciliatus est, inuitoque deinde patre postea renuntiatus Imperator, prætorianos milites largitionibus sibi deuinxit, patremque ipsum coegit in amœnum locum secedere, in quo senium transigeret : ita Baiazethis summa felicitas repente in summam calamitatem conuersa est. Describit tristem casum

Selimus parenti & fratribus imperium eripere meditatur.

f Paul. Iouius lib. 14.

Funditur a Baiazete.

Paulus

Paulus Iouius, ex fidissimis cubicularij Baiazethis scriptis.

107 Porro Selimus interempto Baiazethe fratres Achomatem & Corchutum, tum nepotes ferro vel laqueo necauit, duobus Achomatis filijs Amurate & Aladino ad Ismaelem Persarum & Campsonem, Ægypti & Syriæ Reges transfugientibus; quamobrem postea ingentia conflata sunt bella, adeo vt Selimus iras, quas in Christianos conceperat, tardius effundere potuerit; quippe qui mox atque potitus est imperio, de excindenda Rhodo, pellendisque oriente Christianis superbe minas iactarit a.

108 In Indijs Christiana res diuina ope virtuteque fidelium aucta b ac firmata est, capto Benastarino arce munitissima Turcarum præsidio infesta, victricibus armis Albuquerquij prorogis, qui Cochimum reuersus infideles sedibus distingui a fidelibus voluit ad arcenda scelera, quæ ex ea permixtione oriebantur: quo factum, vt quadringenti circiter Malabares ab idolorum cultu ad Christiana sacra traducti sint:

109. 110 Inter hæc in vlteriore India, Malaca in grauissimum discrimen multis perita bellis adducta est c: sed diuina ope & terrestribus prælijs hostes fusi sunt, & naues hostium cibarijs onustæ interceptæ. Quo etiam tempore Molucæ insulæ, Bendaque nucum myristicarum caryophyllorumque feraces veteribus Latinis Græcisque incognitæ, in quibus nulla Christianæ religionis vestigia merant, ab Antonio Abreo ac socijs institoribus patefactæ d sunt: qui mox columnas crucis trophæo insignitas in ijs locauere, suisque laboribus euangelio viam aperuere.

111 Increbrescente latius Christianæ potentiæ fama Zamorinus Calecutiensis Rex ab Alburquerquio pacem flagitauit e, locumque arci ad Calecutum condendæ attribuit. Tum Maldiuarum Rex in Emmanuelis fidem iure stipendario venit. Quinetiam Abyssini Imperatoris orator fœdus cum Lusitano Rege experens accessit; qui solemni pompa & sacerdotum canibus exceptus est.

a Ioui. hist. lib. 34.

Patrem Veneno tollit. Fratres & nepotes persequitur.

a Ioui. sup. lib. 37.

b Barr. Bocard. 2. lib. 9. cap. 1. Albuquerquij ducis pium factum.

Infideles sedibus a Christianis distincti sunt.

c In. Barros dec. 2. Asia lib. 6. c. 7. Osor. l. 8. Maffei lib. 5.

d Io. Barros dec. 2. Asia lib. 6. c. 7. Osor. l. 8. Maffe. lib. 5.

Calecutij Rex pacem exorat a Lusitano.

e Io. Barr. l. 7. c. 5. 6. Oso. & Maff. ubi sup.

Maldiuarũ Rex fit eorum vectigal.

IESV CHRISTI
Annus 1513.

Indict. 15.

LEONIS PP. X. MAXIMILIANI ROMAN. REGIS
annus 1. annus 20.

f Panuin. in Iul. II. fol. 8. pag. 72.

IVlius Papa f lethalem morbum contraxit, quo diu elanguit, rebusque mortalibus nuntium remittere paratus, gratias Deo egit de concesso interuallo, vt animæ saluti consuleret, & anteactæ vitæ culpas detleuit. Tum conceptas pro libertate ecclesiastica constabilienda curas non intermittens, Lateranense concilium promoueri voluit, designauitque Raphaelem Cardinalem Riarium episcopum Ostiensem proximæ sessionis præsidem ac moderatorem g.

g Paris to. 3. ms. f. archiu. Vat. p. 972. Sessio V.

2. &c. In quinta itaque sessione, cui, vt dixi, morbo implicitus præesse non potuerat, priora consilia de simoniaca peste a supremi pontificatus vertice auertenda vrsit, atque ad exitum perducenda curauit in solemni patrum cœtu, in quo promulgatum est diploma septimo iam ante anno editum h contra eos, qui simoniaca fraude ad pontificatum amitterentur; quo non illis modo abrogabatur pontificatus, verum etiam grauissimæ Cardinalibus alijsque in id operam collaturis pœnæ impositæ erant. Assensere vniuersi patres: dein lectum est decretum de tollendis curiæ corruptelis, ac disciplina restituenda, nec non de abroganda pragmatica sanctione, qua pontificiæ maiestatis auctoritas a Gallis præsulibus proceribusque labefactata fuerat: cumque constituta dies nondum affulsisset, necdum publicæ tabulæ de iudicio ijs intentato allatæ essent, tum Pontificis ægritudo ingraueiceret, illius discussio extracta est. Interfuisse vero illi sessioni centum triginta quinque præsules scribit Paris.

h Barr. sup. ... ann. Chr. 1505. ... ext. in actis conc. Lateran. sess. 5 ep. 45.

Actum de abroganda sanctione pragmatica.

7. &c. Paucis post diebus Iulius diuina diarrhœa consumptus sacro viatico se munijt, atque accersito Cardinalium collegio sanxit a ipso defuncto, creandi Pontificis ius ad Cardinales tantum, non ad concilium Lateranense spectare, neque ad purpuratorum comitia pseudocardinales admittendos, immo Vrbis aditu arcendos, ne eam inficerent: quibus ex animo quidem, vt priuatus ignosceret, vt vero Pontifex canonicarum legum seueritate percellendos decreuit; quæ singula Paris de Grassis accurate describit b, deque ipsius morte ac funere addit: *Tandem circa horam noctis decimam quæ est inter dies* XX. *&* XXI. *februarij sanctissimus dominus noster Iulius Papa II. mortuus est, cuius spiritus in pace quiescat*. Professus est extremis vocibus, se tot anxias curas in pontificatu pertulisse, vt martyribus quodammodo æquari posset. Sedisse annis nouem ac mentibus tribus tradit m. s. Vaticani auctor c, quibus addendi sunt viginti dies; cum ipsis kal. nouembris excurrentis anni MDIII. creatus fuerit Pontifex, & vigesimo februarij labentis huius extinctus sit.

Sancita a Iulio in extremo morbo.

a Guicciar. l. 11. Panuin.

b Paris e. l. 3 pag. 984.

Obit Iulij Pontificatus tẽpus.

c M. s. arch. Vat. signat. n. III.

10. &c. Celebratus est a pluribus oratoribus maximis laudibus; & quidem decantatæ illæ fuere in sacrosancto Lateranensi concilio, interque alios Ioannes Maria de Monte archiepiscopus Sipontinus ipsius præconia eleganti oratione d perstrinxit. Quod vero plerique eum carpunt auersi nimium a Ludouico Francorum Rege animi, adeo vt sæpius pacis expetitæ conditiones respuerit, præterent silentio Ludouicum intemperanter admodum in Iulium se gessisse, rogatum enim sæpius vidimus, ne quid de Neapolitano regno in Hispanum transfundendo sine Apostolicæ sedis sententia decerneret, iusta postulata respuisse: vidimus eundem geminato periurio clientelis Ecclesiæ nimirum ducis Ferrariensis patrocinium ad se auertisse: nec tueri cum iure potuit, cuius tutelam occœcatus auaritia contra fas arripuerat: vidimus nefario schismate Ecclesiam scindere molientem. Si perstringunt alij, illum non modo Gallos, verum Hispanos cæterosque exteros Italia pellere meditatum, vt liberatoris nomen vere vsurparet, quem tandem latet eodem studio Gallos, Hispanos, Germanosque concitari, ne in ipsorum terris externa dominatio figatur? Bella denique cruenta gesta cum Venetis, cum Gallis, cum Ferrariensi, enatasque ex ijs calamitates, vrbium excidia, conuersiones principatuum, populorum strages opponunt, a quibus pontificia charitas abhorrere debeat; sed ea bella iuste ab ipso gesta tuetur Robertus Cardinalis Bellarminus e, atque a calumnijs aduersariorum egregie vindicat.

Xenia ad Ludouicum XII illum in se sua culpa aspernatum.

d Xenia ad Ludouicum XII illum in se sua culpa aspernatum.

Obiectio de bellis gestis.

e Bellar. de potest. Summi Pont. in temporal. c. 11.

LEO PAPA X.

13. &c. Ingressi conclaue Cardinales Ioannem Medicem diaconum Cardinalem patria Florentinum, ætatis triginta septem annorum idibus martij Pontificem renuntiarunt: seruatos vero tum ritus fuse describit Paris, additque vt initiatus tiaraque redimitus sit, quam triplici diademate radiantem illi impositam ab Alexandro S. Eustachij diacono Cardinale Farnesio acta f concilij Lateranensis referunt. Cæterum ex ijs, quæ scribit Cardinalis Baronius g, Leo nonus potius quam decimus dicendus esset. In-

Obiit Ioannes Card. Medices Papa creatus. Quæ supra ab eo sententia.

f Acta concil. Later. ante sess. 6 p. 16.

g Baron. tom. Ann. Christ. 963. num.

scripsit vero pro insigni pontificio sententiam Danidicam a, qua ante Alexander vsus fuerat: *Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.*

a Psal. 119.

18 Mox vt renuntiatus fuit Pontifex, antequam etiam pontificale insigne acciperet, vniuerso Christiano imperio summa diligentia prospexit Leo. Minitabatur Turca Rhodijs, contractis maritimo terrestrique exercitibus, vti Iulio II. antea indicatum fuerat: quocirca vniuersos equites mox Rhodum proficisci iussit, noxarum veniam subsidium militare nummariumue collaturis proposuit: tum Rhodiæ militiæ magistrum ad barbaricos impetus retundendos excitauit b. Instruendas etiam in Neapolitano & Gennensi portubus naues ad Rhodum fortissimis præsidijs muniam curauit c: nec Selimus paratam aduersus vim Turcicam Rhodum adoriri ausus est.

Selimus instigatur Rhodo.

b Ext. de eo lit. apud Petr. Bemb. l. 1. ep. 12. & lib. 2. ep. 2.

c Lib. 2. p. 7. & 8.

Munitam Rhodum Selymus non ausus adoriri.

19 Laboranti parte alia septentrioni ob Regis Poloniæ & Prussiæ magistri dissensiones consulere, religioni in Boemia ob hæreticorum factiones periclitanti succurrere, ad reuocandam in obsequium sedis Apostolicæ Galliam incumbere non omisit in his pontificatus primordijs. Tum vero nil antiquius habuit d, quam vt cœptum iam Lateranense concilium ad felicem exitum perduceret.

d Ext. de eo ipsius decreto in actis circa Lateranen se concilium celebrare persequitur Leo. Gallia diu dicit pro rescindenda sanctione pragmatica.

Quinque iam sessiones celebrarat Iulius II. ac sextam ad III. idus aprilis indixerat: verum quoniam Leo nouus Pontifex ea die pompa solemni Lateranensem ædem adire constituerat, postridie eius diei sextam sessionem XVII. die eiusdē mensis extraxit, ac præsulibus Gallicanis, & prouinciarum senatibus, & alijs omnibus quacumque præclara dignitate præditis, qui sanctionem pragmaticam tuerentur, edixit e, vt ad dicendam causam, ob quam ea, vt dignitati ecclesiasticæ aduersa rescindi non deberet, comparerent.

e Ext. id edictum in act. concil. ante sess. 6.

20 Die itaque XI. aprilis, qui fuit anniuersarius cladis Rauennatis, quo ab hoste captus fuerat, solemni pompa ad basilicam Lateranensem perrexit: *Equus eius fuit*, inquit Paris, *ille idem, super quo captus fuit in prælio Rauennatensi; sic enim ipse triumphare in eo voluit, in quo etiam victus fuerat, Frænum eius duxerunt quatuor hi, videlicet, dux Ferrariæ, dux Vrbini, dux Camerini, & dominus magnificus Laurentius de Medicis nepos ipsius, & hi vsque ad fontem, qui est in platea S. Petri pedites ambulauerunt, cum tamen Pontifex ter de more illos inuitasset ad equitandum &c.* Successere in id munus alij proceres: reliquos vero ritus descriptos a Paride præterimus, tum ijs, quæ alibi in pontificum auspicijs dicta sunt, consentiant.

Anniuersarius die quo captus fuerat pompa agitat triumphalem.

Qui princeps eius frenum duxerint.

Sessio sexta Lateranensis concilij.

21. &c. Digreditur deinde auctor ad sessionem sextam Lateranensis concilij, quæ prima Leone Pontifice celebrata est XXVIII. die aprilis, cui viginti duo Cardinales, præsules nonaginta interfuere: Simon vero Bengnius episcopus Modrusiensis de Ecclesiæ cladibus orationem habuit, atque ad Leonem & concilij patres conuersus eos hortatus est, vt restinctis ciuilibus Christianorum odijs, deletisque Pisani schismatis reliquijs, ad ferendam orientalibus Turcico iugo pressis opem, auertendaque impendentia reliquis Christifidelibus exitia omni studio incumberent. Cum hæc dixisset magno eloquentiæ ardore: *Denum*, inquit Paris, *procurator & promotor petierunt emitti citationem per edictum contra Regem Franciæ super pragmatica sanctione tollenda: & Papa similiter tacuit nolens respondere, quia sic mihi secrete prius dixerat, nolle aliquid contra Regem Francia attentare.* Flectere illum potius ad officium clementia, quam seueritate frangere statuerat.

Pia ad Pontificē & patres adhortatio.

Galliæ Regem flectere ad concordiā nititur Leo.

26. 27 Postmodum actum fuisse ait Paris iussu Pontificis a patribus coram tribus Cardinalibus in priuato cœtu de triplici rerum operosa mole, nimirum de Vrbis orbisque Christiani perpoliendis moribus, atque ad primæuam sanctitatem reducendis; de pace in republica Christiana concilianda; ac demum de schismate ex Dei Ecclesia excindendo.

Decreta a Polono ad Leonem legatio.

28 Dum hæc aguntur decreti sunt a Sigismundo Poloniæ Rege oratores, qui regia obsequia Leoni X. vt vero in terris Christi vicario deferrent, ac Polonicæ gentis nomine concilio Lateranensi se coniungerent: de quorum aduentu certior factus Pontifex die vigesima maij publico edicto a septimam sessionem ad XV. kal. iulij indixit.

a Ext. in act. circ. Lateran. sess. 6.

29 Interea Italicarum rerum mutata est facies: nam Galli subitam funestamque apud Nouariam cladem acceperunt b; quippe ea vrbs euersis iam muris Heluetiorum virtute ita defensa est, vt non modo Galli per late patentes ruinas irrumpere ausi non sint, sed etiam soluta obsidione cruentissimo prælio profligati fuerint: Gallorum decem millia circiter, Heluetiorum mille quingenti cecidisse feruntur cæde qua victoria Leo Pontifex Maximiliano Sfortiæ fœderato, qui principatum illa sibi asseuerat, est gratulatus d.

Galli apud Nouariam ab Heluetijs cæsi.

b Aug. Instit. l. 6. Pet. Iust. l. 11. Guicc. l. 11. Ferr. in Lud. XII.

d Guicciard. ubi sup. d Ext. apud Petr. Bemb. l. 3. ep. 1.

30. 31 Prona mox ad victorem omnia fuere, Gallis trans alpes se recipientibus: Mediolanum & aliæ Insubriæ vrbes veniam a Maximiliano poposcere e, arces vero Mediolanensis & Cremonensis supperiarum desperatione extremo anno cedere f fuerunt. Conuersæ etiam Ligiriæ res g, atque pontificia & Hispana ope pulsis Adurnijs Octauianus Fregosus Genuæ ducales apices accepit, seque Pontificis clientela communiuit h: Helueticus & Mediolanensis exercitus in Guillelmum ducem Montisferrati, qui Gallum exceperat, signa conuertit, ac Pedemontium & Montisferratensem agrum late vastarunt. Cæterum Heluetij magnam sibi superiori victoria gloriam pepererunt, existimatumque est, tot calamitatibus affectos aduersarios ob susceptum schismaticorum patrocinium: sed ad res apud Lateranum, vbi ad consulendum vniuerso Christiano imperio cœtus agebantur, gestas redeamus.

Galli Italia abscedunt.

e Petr. Iustin. l. 11. Guicc. lib. 12.

f Guicc. l. 11. in fin. & alij.

g Id. ib. Aug. Iustin. l. 6.

Conuersæ Genuæ res.

h Bizar. l. 18. Foliet. l. 1.

32 Cum Polonici oratores, de quorum aduentu mentionem factam vidimus, in Vrbem mense iunio venissent, eos in celeberrimo patrum senatu audiuit Pontifex, in quo habitam a Gnesnensi archiepiscopo legationis principe interciam fletibus & suspirijs orationem de Tartarorum, Moscouitarum, Turcarumque in Christianam rempublicam grassationibus mutuo pontificis & principum fœdere reprimendis, ait Paris de Grassis i. Orantem illum eodem argumento in Venero senatu, se audijsse refert Iodocus Ludouicus Decius, deque legationis ad Pontificem causis hæc tradit: *Summa legationis tum fuit, vt ad concilium Lateranense nuper a Iulio institutum regio nomine orator iret, tum etiam res Prutbenicas paulisper apud Romanum Pontificem infectas tutandas susciperet.*

Auditi Poloni oratores.

i Paris in sua diar. t. 4 p. 43.

33. 34 Grauissimæ erant de supremo Prussiæ imperio controuersiæ Polonos inter & Cruciferos equites, quibus Albertus marchio Brandeburgensis, qui in perditissimum postea apostatam desciuit, præerat: ad quas dirimendas cum plura habita essent colloquia, atque ex ijs maius incendium excitandum meueretur, Leo iam mox a suscepto pontificatu Polonum monuerat l legatum ad rem componendam missum iri, aut si mallet controuersiam Lateranensi concilio permitteret.

Gratia inter Polonos & Cruciferos dissidia.

l Ext. eius lit. apud Bemb. lib. 1. ep. 5.

35. &c. Renuntiatum deinde Pontifici est, concordiam inter Sigismundum ipsum atque Albertum, Pruthenorum equitum principem sancitam fuisse, qui rescripsit m longinqua amplius iudicia non pe-

Sancitū inter Polonos & Cruciferos fœdus.

m Ext. eius lit. apud Bemb. l. 2. ep. 19.

tenda

tenda, sed illud fœdus si æquum esset religiose colendum. At pacis leges Albertum respuisse, nec Prussiam solemni ritu præstita fide Sigismundo acceptam referre voluisse, atque eo diffugio vium, Pontifice Cæsareque inconsultis se pacisci de his non potuisse; atque ita consilia de fœdere incundo contracta addit auctor. Et quidem Albertum in inuidiam dissolutæ concordiæ vocatum apud Leonem patet ex pontificijs literis a Extractam ad biennium discordiam, ac Prussicorum equitum rogatu Moscouitarum ducem a Cæsare in Polonos concitatum refert Iodocus b, ac summo conatu eosdem Cruciferos contendisse, vt Pontifex & Cæsar ea lite se implicarent.

Negat Albertus ijs stare.

a Ext. apud Petr. Bemb. l. 2. p. 10.

Bladerus in Sigism.

39 Inferri vero hoc anno cœptum acre bellum Polonis a Basilio paulo post Helenæ Reginæ mortem, & Vvilnensis arcis ligneæ conflagrationem, narrat prædictus Iodocus, eundemque Moscouitarum ducem oratores ad Maximilianum Cæsarem misisse, vt regiam coronam ab eo eblandiretur, atque auxilia, & præsertim artifices conflandi librandique tormenta bellica peritos sibi compararet; proditam autem a catholicis priuati commodi illecebra publicam rem conqueritur auctor.

Vilnensis arx flamis exusta.

40 Victum aliquot tumultuarijs prælijs Moscouitam a Polono hoc anno refert Iodocus c; inter quæ percelebre illud fuisse, quod exeunte octobri commissum est, meminit Paris d de Grassis: *Eadem*, inquit, *die*, nimirum dominica octaua ianuarij, *dum Papa se vestiret venturus ad ecclesiam S. Angustini, orator Regis Polonia præsentauit literas Papæ, quibus significabatur qualiter Rex ille in vigilia omnium sanctorum nuper præterita bellando cum Moscouitis vicit eos, fugauitque; ex quibus triginta millia cæsa fuerunt.* Sedare hoc Moscouiticum bellum legato ad Sigismundum & Basilium oratore nitus est Leo ei; Moscouitarum siquidem cum Romana ecclesia coniunctionem instaurare, omniumque Christi cultorum arma aduersus ficei hostes vertere peroptabat; quade re in omnibus pene Lateranensis concilij sessionibus maximo studio & contentione actum est.

c Iodoc. in Sigism.
d Paris to. 4 pag 47.

Triginta millia Moschorum cæsa. Leonis studia pro Moscho & Polono conciliandis.

c Iodoc. vbi supra.

41 Interfuisse inter hæc Polonos oratores septimæ sessioni, atque aduentus sui causas recensuisse memorat Paris f in eiusdem sessionis historia.

f Paris to. 4. pag. 44.

42. 43 Lectæ postea sunt coram patribus Maximiliani Mariæ Sforiæ Vicecomitis ducis Mediolanensis literæ, quibus ille inter alia principatum paternum Iulij ope sibi restitutum professus est g: *Postremo*, inquit Paris de Grassis, *Phedra legit quandam sedulam, sine literas patentes Bernardini Carnagial & Frederici Sanseuerinatis olim Cardinalium subscriptas manibus eorum prius; per quas ipsi confitebantur errorem suum, & confitebantur concilium Lateranense esse legitimum ac verum, & promittebant velle illius sanctionibus stare, & approbarunt omnia ibidem acta fuisse bene & sancte gesta, & precabantur Pontificem & omnes de concilio perseuerare de bene in melius & velle habere pro commendatis, &c. Qua lectio sic placuit patribus, vt Deum benedixerint.* Demum repetita sunt e sacro suggestu decreta de legatis ad principes Christianos decernendis pro mutua pace concilianda, belloque aduersus fidei hostes conuertendo.

g Sist. in act. concil.

Cardinales schismatici cõcilio Lateranensi adhærent.

44. &c. Paucis post diebus Bernardinus Caruaialus & Sanseuerinas, de Pontificis & patrum clementia concepta spe certissima, ad Leonis pedes supplices se contulerunt; quos egisse iam ante de concordia refert Guicciardinus h, deque restituenda ijs sacra purpura disceptarum, diuque Cæsaris & Hispaniarum Regis oratores, necnon Sedunensem & Eboracensem Cardinales reluctatos, remque velut sedis Apostolicæ maiestate indignam, cuius exempli pernicies posteritati propaganda esset, execratos, ac Iulij II. qui morte sibi imminente seuerum in eos boni publici causa se præbuisset, constantiam extulisse: verum Leonem in mitiorem partem flexisse mentem, ac nomen Pisani conciliabuli clementia quam acerbitate extinguere maluisse, nec Ludouici Francorum Regis, qui pro ijs deprecator accesserat, exasperandum animum censuisse. Quomodo vero a Leone admissi in gratiam fuerint, describit accuratissime Paris a huiusmodi ritus præcipuus moderator: aitque eos absolutos a Leone, & ad cardinalitiam dignitatem restitutos, ac pœnam ijs ad crimen expiandum impositam, vt singulis mensibus vno die ieiunio carnem macerarent; quod si valetudo aduersa non ferret, duo templa pie lustrarent. Ob tributam autem ijs veniam plurima in Vrbe tota lætitiæ signa sunt edita; ac proximo die Pontifex Cæsarem de his omnibus certiorem fecit b.

Agitatum an Carolina latui restituendi foret schisma.

a Paris to. 4. pag 47.

Celebrata in Vrbe lætitia.

b Extrinsi. in Bib. l. 3. c. 1.

51. 52 Porro infelices reliquiæ conciliabuli Pisani vltrice cælo nullibi firma sede stare poterant; Pisis enim Mediolanum, vt vidimus, dein Mediolano Astam, Asta Lugdunum translatæ fuerant, ac breui dissolutæ, cum impudentissimi flagitij schismaticos etiam puderet: inter quos abbas Subastensis conciliabuli protonotarius actorumque scriptor, qui plura pro conciliabulo in lucem ediderat, ad Leonem perfugit c, ac veniam a clemente Pontifice obtinuit.

c Leon. X. brev. lib. 5. pag 10.

53. &c. Decretum octaua iulij die a Leone X. legatum in Gallias Robertum tit. S. Anastasiæ presbyterum Cardinalem dictum Nannetensem refert Paris, cum Ludouicus Rex ad prensandam Ecclesiæ amicitiam animum flexisset: de illius tamen in gratiam recipiendi modo dissensum est; quippe Rex a ritu, quo ecclesiasticis censuris solui debuisset abhorrebat, ne sciolimatis crimine irretitus videretur; Ecclesiæ vero maiestas poscebat, vt rite ob susceptum Pisani conuenticuli patrocinium expiaretur. Accesserat alia nouarum offensionum occasio; nimirum Leonem Pontificem non modo arma cum Heluetijs, Stortiæ Mediolanensi, Hispanis, cæsarianisque ad depellendos Italia Gallos coniunxisse d, verum etiam Henricum VIII. Anglorum Regem ad inuadendas Gallias iuuisse; vt circitus vndique hostibus Ludouicus ad officium cogeretur: tum Iacobum Regem Scotiæ veterem Francorum amicum deterruisse literis e, ne Anglum Romanæ ecclesiæ causam propugnantem bello peteret; sed potius inita cum illo fœdera religiose coleret: at Scotus licet pontificijs hortatibus parere initio decreuisse:, Gallicis tamen precibus fatigatus, vt Anglum a Gallico bello distraheret, in Angliam incurrit; verum infelici, vti paulo infra dicetur, exitu.

Ludouicus Rex abnuit schismatis crimen expiare.

d Guicc. l. 12 Anglus in schismaticos Gallos cõcitatus.

e Id. ibid.

Scotus in Angliam incurrit.

57. &c. Neque Scoticæ eruptionis formidine deterritus est Anglorum Rex ab apparando bello, quod aduersus Ludouicum Pisano inquinarum schismate, censurisque a Iulio Papa perculsum, ad tuendam sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ auctoritatem suscepit. Traduxit itaque Caletum Henricus exercitum circiter kal. iulias aduersus Gallum, atque inita cum Maximiliano Cæsare armorum societate Morinorum oppidum vulgo Teroanam obsidione cinxit f, Gallicumque exercitum subsidia bellica inferre vrbi obsessæ molientem profligauit, ac medio augusto eadem vrbe potitus est: quo etiam tempore in Anglia ducum opera aliam victoriam de Iacobo Rege Scotiæ, qui spretis pontificijs monitis Ludouici Francorum Regis partes defendendas susceperat, reportauit, cæso in ipso pugnæ ardore misero Rego, quem veluti schismaticum ob contractas irrogatas a Iulio II. Francorum Regi & omnibus illius socijs censurarum pœnas habitum, refert Paris de Grassis g, ex Eboracensis Cardinalis sententia. De gemina hac victoria gratulatus

Anglorum expeditio in Gallos schismaticos.

f Polyd. Virg. l. 25. Ferron. in Lud. XII. Nicol. Basil. in addit. ad Nauel. Guic. l. 12. & alij. Teroana expugnata ab Anglo. Diuina in Scotũ Regem vltio.

g Paris to. 4. pag. 64.

a Apud Bib. li. 4 ep. 79.

est Leo Pontifex a Henrico Anglorum Regi, reportatosque in tuenda Ecclesiæ causa triumphos diuinæ beneficentiæ ascripsit, per quos, sedatis Christiani imperij bellis ciuilibus, conficiendæ aduersus Turcas vniuersali expeditioni via muniretur.

Ludouicus Rex schismaticus magnis calamitatib' prosl os.

61.62 Iniecerat Henricus Rex partis ijs victorijs ingentem Gallis terrorem, ac si exercitum florentissimum, quem ex sex millibus equitum, peditum millibus quadraginta conflatum misisse aiunt b, in regni interiora effudisset c, in maiores longe angustias adduxisset Ludouicum Francorum Regem, qui Pisani schismatis causa suis inuisus erat: & Heluetij parte alia Burgundiam inuaserant, ac Diuionem ducatus caput vehementissime oppugnabant, conducti d a Maximiliano Cæsare, qui e Belgij finibus irruptionem in Gallias minitabatur: sed Henricus excita Taruanna ob exortam de illius possessione inter ipsum & Maximilianum litem ad Tornacum castra posuit, illudque cepit; quo tempore Heluetij maximis promissis & pactionibus ex illorum sententia confectis deluti f a Tramulio, Diuionensem obsidionem soluere: ac tum Ludouicus Rex, cum a Regina, proceribus, clero, ac populo omnibus precibus vrgeretur f, vt in gratiam cum ecclesia Romana rediret, cinctus vndique periculis, amissa bis Italia, pulso regno Nauarræ Rege socio, Scoto in prælio interfecto, Dano non iuuante, Cardinalibus Pisani schismatis signiferis ad Ecclesiæ gremium traductis, magna Gallorum Pisana acta damnantium parte sibi intensa, adijciente pios stimulos Roberto Cardinale legato, oratores ad Leonem Pontificem mittendos decreuit.

b Masson. in Ludou. XII
c Guicc. l. 12
Heluetiorũ in Burgundiam irruptio.
d Nic. Basil
Tornacum Gallis exceptũ ab Anglo.
e Masson. in Ludou. XII
f Guicc. l. 12

Decreti a Gallo oratores ad Leonem.

Cardinalis Strigoniensis legatus decernitur in Polonia Bohemia & Hũgaria
g Id. ib. p. 54

63. &c. Missum a Leone Pontifice legatum apostolicum Thomam tit. S. Martini in montibus presbyterum Cardinalem Strigoniensem genere Hungarum in regna Pannoniæ, Boemiæ, ac Poloniæ, medioque Iulio abeuntem consuetis honoribus fuisse affectum, refert idem Paris g. Ipsum profectum in Hungariam, vt religiosam crucis militiam aduersus Selimum, qui a Perside in illud regnum Turcica signa conuerterat, promulgaret, ait Dubrauius h; extantque Leonis Papæ literæ ad Vvladislaum Regem datæ i, quibus pontificiam opem ob ingentes Turcarum ingruentium apparatus bellicos imploranti legatum iam decreuisse ait, amplissimisque ad obeundum munus instruxisse mandatis, nec non decumana subsidia viris ecclesiasticis indixisse, rum ad vniuersos Reges legare constituisse internuntios ad eos in concordiam redigendos, vt fœdere iuncti hostis ferocientis conatus infringant: tum pios stimulos ad sacrum bellum ingentibus animis administrandum grauissimis sententijs adiecit.

h Dubr. l. 32
i Apud Bib. lib. 4 ep. 22.
Selymus a Perside in Hungariã arma Turcica auertit.

68. &c. Instructus l est inter alia amplissimis mandatis, vt aduersus hæreticos iudicia exerceret, orthodoxæque religionis dignitatem aduersus impios assereret; tum in simoniacis fraudibus inquinatos, & pontificiorum diplomatum adulteratores implorato principum auxilio animaduerteret. Agebatur vero continentibus studijs in Boemia de Calixtinorũ Hussitarumq; reliquijs Ecclesiæ conciliandis, maxime cũ aduersus Selimum, qui ad religionem Christianam extinguendam sacrilego & impio voto se obstrinxerat, vniuersi arma expedire deberent; cumq; illi inanes fucos afferrẽt ad colorandum crimen detectionis a Romana ecclesia, quod pactiones a Basileensi concilio initæ rescinderentur, Leo Cardinalem legatũ pro instaurandis ijs pactionibus, modo non violarentur a schismaticis; potestate auxit m; ita tamen, vt singula cõtrouersia ad concilium Lateranense referrentur. Qui vero essent articuli controuersi inter hæreticos vel schismaticos, ac Romanam ecclesiam, in Basileensis concilij reperta historia antea dictum est: a Leone vero eximie recensentur, & quæ concedi illis possent, vel quæ nulla ratione concedenda essent distinxit.

l Leo X. l. 16 p. 53.
m Leo X bull. lat. 16 p. 56

77. &c. Dum longinqua regna legatorum opera componere nititur Leo ipsemet proximos Italiæ motus comprimere studuit. Disceptabant Veneti a cum Maximiliano Cæsare de veteri plurium vrbium possessione, atque demum Raymundus Cardona prorex Neapolitanus Hispanorum vires in Vicentinum agrum effudit b, ac die septima octobris Venetum exercitum, cui Bartholomæus Alniamus summo cum imperio præerat, cruento prælio fudit. Euersæ sunt admodum Hispana vi res Venetæ, quippe Vicentia, Bergomum, Brixia, aliaque loca ad victorem inclinarunt c: Pontifex vero eundem Raymundum Cardonam Neapolitanum proregem rogauit, vt ab hostili in Venetos, qui arbitrum pacis Leonem delegerant, impressione sibi temperaret: Maximilianum pariter misso Romam Cardinale Gurcensi Pontificem controuersiarum iudicem delegisse, ait Guicciardinus d; contractam tamen ferendæ sententiæ potestatem ita voluisse, vt ea partibus inconsultis non promulgaretur.

Pulsis Gallis Cæsar cum Venetis de præda certat.
a Pet. Iustin. hist. Ven. l. 12. Guicc. l. 12.
b Id. ib. Nic. Basil in addit. ad Naucler. Marian. lib. 30. c. 21.
Multæ vrbes occupatæ ab Hispanis.
c Pet. Iustin. l. 11. Guicc. l. 11.
d Guicc. l. 12

Cæterarum quoque Italicarum rerum, Ligusticarum nempe & Etruscarum Leo arbiter extitit, sedauitque pontificia auctoritate Genuense bellum, ac Lucenses Florentinis conciliauit. Cæterum Florentia hoc anno tres e suis ciuibus sacra purpura donatos suspexit: de qua Cardinalium creatione hæc memorat Paris e. *Die lunæ, quæ fuit* XXIII. *decembris* MDXIII. *sanctissimus dominus noster Leo quatuor Cardinales creauit*; & infra, *nomina autem Cardinalium quatuor nouorum sunt, Laurentius Puccius nuper datarius natione Florentinus; Iulius de Medicis natione Florentinus consobrinus Papæ*, is in pontificatu Clementis VII. nomen sibi asciuit, *Bernardinus* * *de Bibiena Florentinus alumnus Papæ & thesaurarius; Innocentius Cibus nepos Papæ ex sorore natione Ianuensis.*

e Paris n. 4. pag. 58.
Auctũ Cardinalium collegium.
*Alij Bernardum vocant.

88. &c. In octaua sessione XIX. decembris die habita Ludouicus Francorum Rex Leonem verum Christi vicarium per literas atque oratores Claudium episcopum Massilienſem & Ludouicum de Solerijs profectus est, eique obedientiam detulit; Pisani conciliabuli acta damnauit ac schismaticos Lugduni congregatos se dilapaturum pollicitus est. Admissas clementer eiusdem Regis excusationes a Leone refert Paris, subditque: *Inde idem orator aliud dedit mandatum Papæ, in quo constituit suos procuratores Cardinalem Sanseuerinum, & prædictos duos*, nimirum Massilienſem episcopum & Ludouicum Solerium, *ad comparendum nomine suo.* Eo monumento publico Francorum Rex f de non missis ob grauissima externa internaque bella præsulibus ad Lateranense concilium purgabat, missurumque proximo tempore policebatur f: tum vt de pragmatica sanctione abolenda actionem extraherent, Pontificem & concilium orabat, donec ecclesiæ Gallicanæ ac regij procuratores, quamprimum in Vrbem mittendi, audirentur.

Sessio VIII. Ludouicus Francorũ Rex legatos ad Leonem mittit.
Excusat se ob bella hactenus nõ misisse.
f Ext. eius assertio in cõcil. Lateran. sess. 8.

92.93 Disseminabantur tum in aliquorũ impiorũ philosophorum scholis nefariæ opiniones de natura animarum humanarum: nonnulli siquidem Arabum ac veterum ethnicorum falsa doctrina infecti effutire cœperant, animam sua natura mortalem esse: alij licet immortalem statuerent, vnicam tamen esse in omnibus hominibus, atque ex antiquorum hæreticorum prauis dogmatibus multiplicari per traducem disceptabant; ex quarum hæreseon sentina cum innumeri alij errores, quibus Christiana conuellebatur religio, pullularent, g concilij sen-

Errores de anima humana sparsi.

aAP.Later. ſeſſ.8.p. 81. extetiã in bullar.in Leon.X.con ſtit.5.

tentia a confirmatum eſt antiquum fidei orthodoxæ dogma, animam eſſe immortalem, in ſingulis diſtinctam numero, creari a Deo, effarmariſque iam corporibus, vti in Viennenſi ſynodo declaratum fuerat, infundi: rum eorum inſanæ argutiæ damnatæ, qui impium dogma iuxta philoſophiam verum, quamuis iuxta theologiam falſum faterentur, iactabant.

94. &c. Poſt quam ſanctionẽ, Vincentium Senenſem archiepiſcopum promulgaſſe aliam de legatis pro pace mutua inter principes redintegranda decernendis (vti in ſuperiori ſeſſione agitatum fuerat) de Turcica expeditione conficienda, de excindendis Boemicarum hæreſum reliquijs, actorum concilij ſcriptor b & Paris de Grattis referunt. Tertiam vero legit Ioannes Franciſcus epiſcopus Taurinenſis c, qua Leo profeſſus eſt, ſe reſtituendæ in priſtinum ſplendorem diſciplinæ eccleſiaſticæ dare operam decreuiſſe; ac ſi principes in concordiam redigi contingeret, ad conficiendam aduerſus infideles expeditionem ſe incubiturum.

bActa concil Later.ſeſſ.8 pag.710. cActa concil Later.ſeſſ.8.

97. &c. Denique non prætermittendum viſum eſt, in prædicta ſeſſione octaua peroraſſe poſt diuina myſteria peracta Ioannem Baptiſtam Gargam equitem Rhodium, ac Pontificem & patres de Rhodo aduerſus Selimi ingentes apparatus firmanda tuendaque monuiſſe, quotidianaique Turcorum maritimas graſſationes expoſuiſſe.

100. &c. Aucta ſunt ea mala temporum decurſu obſurdeſcentibus ad Pontificum clamores preceſque principibus Chriſtianis. Conſtat quidem Leonem omni conatu vniuerſos Reges ac principes ad mutuam concordiam reducere ſtuduiſſe, vt ſacrum bellum aduerſus Chriſtiani nominis hoſtes poſt obtritum oriẽtem iam occidenti imminentes ſuſciperetur; omnium nationum epiſcopos ſumma cupiditate in ſingulis Lateranenſis ſynodi ſeſſionibus id expetijſſe, pioſque ſtimulos ſponte incitaro Pontifici addidiſſe: cuius ſanctiſſimi conſilij ad exitum perducendi ſtudio, exeunte anno Laurentium Feltriæ epiſcopum deſignatum in Germania interruntium apoſtolicum apud Cæſarem & ſeptemuiros operam nauare iuſſit d, vt ad omnia alia inteſtina Chriſtianorum bella componenda eos permoueret.

Magno molimine eniſus eſt Leo Reges in Turcam conſiigere.

d Lib.1 Area pag.84.

105. 106 Ad ſedanda pariter bella ab Hiſpanis Anglilq; cum Gallis geſta, Leo Ferdinandum & Henricum Reges rogauit e, vt pacis conſilia cum Ludouico ad vertendos in Turcas impetus amplecterentur. Et ſane Henricum ſolius pontificij honoris cauſa ſumpſiſſe arma ac poſuiſſe refert Polydorus Virgilius f; nam cum poſt expugnatum Tornacum Maximilianus Cæſar illum ad vrgendum victoriæ curſum incitaret, redeunte ad pontificium obſequium Francorum Rege in Angliam ſe recepit. De collocata vero apud eos Reges Ferdinandum & Henricum opera, vt ciuilia cum Gallis eorumque fœderatis bella componerent, monuit Leo Hungariæ Regem auctorque extitit, vt eoſdem ad pacem conficiendam horraretur, vt Selimi Turcarum Imperatoris exultantis imminentiſque Hungariæ ferocia conrundi poſſet; tum animos ad propugnandum Chriſtianum imperium adiecit g.

Rogatus Anglus vt pacem cũ Gallo ineat *eLib.6.ep.15* **Ponit arma, quæ pro Pontifice ſumpſerat.** *fPolyd.Virg lib.17.*

g Ex.apud Petr.Bemb. l.6.ep.25.

107. &c. Meditatum fuiſſe Leonem bellicos labores cum Cæſare ac Regibus ſubire, atque exercitum Chriſti cruce inſignitum ex omnibus fidelibus populis conflatum ad Turcicam tyrannidem obterendam educere, profeſſus eſt publicis literis h; in quibus, recenſitis Turcarum graſſationibus in Hungaria, Polonia, ac regionibus finitimis a Turcis Tartariſque glacialis oceani accolis illius fœderatis editis, expoſitaque Selimi immanitate, qui patre, fratribus, ac nepotibus interemptis, Chriſtianum cruorem ſitiret, ac iam plura Hungariæ oppida expugnaſſet, nec non in Croatia & Dalmatia natura ſitus & arte munitiſſimas arces Sijn & Chalcuna inuaſiſſet, ſibique etiam Moſcouitas & Tartaros alios fœdere coniunxiſſet, ac Vvladislaum & Sigiſmundum Reges maximis damnis affeciſſet, ſacram militiam promulgari iuſſit, eamque profeſſuris noxarum veniam ſuceptis rite ſacramentis contulit, decumas ſacerdotibus ad ſuppeditanda militi ſtipendia imperauit, pluraque adiecit, quibus etiam ij eodem ſacro munere affecti, qui milites ad ſacrum bellum mitterent, vel ſtipem pro opum ſuarum tenuitate vel amplitudine porrigerint, vel qui in exercitu operam locauerent, aut in itinere obirent. Coacti fuere pontificio ſtudio ſolemnes Germanorum, Polonorum, & Hungarorum cœtus pro belli ratione in Turcas incunda; atque in ijs mutuum fœdus contra Turcas ſanctum eſt: verum irrito exitu diſſolutum, vt dicetur inferius. Nunc ad Africanas, Indicas, & Americanas res properat oratio; ex quibus Indicæ primæ occurrunt.

h Lib.bullar 1604.p.34.

Indictum a Iuæ Rege Luſitanis bellum.

116 Ineunte hoc anno Iuæ maioris Rex Mahumetica ſuperſtitione infectus comparata aliquot ante annis maxima claſſe, bellicis tormentis egregie inſtructa, illique duodecim militum millibus impoſitis, nec non cum Malacenſibus nonnullis coitione facta, nondum bene confirmatum Malacæ Luſitanum imperium, Chriſtianamque religionem in ijs oris propagari cœptam conuellere conatus eſt i ſed diuina vis noſtris affuit, cuius ope potentiſſimus fidei hoſtis fuit profligatus: fracti pariter Bintani Regis conatus fuere.

Bintani Regis prodi tio agre oppreſſa.

117 Liberati eo periculo Luſitani, quos Deus amplificandi per Indica regna euangelij adminiſtros delegerat, in maximum aliud adducti ſunt a Mahomete Bintani Rege, qui proditione arce Malacenſi pene potitus eſt; quæ fuſe Barroſius a & Oſorius b proſequuntur: nunc ab vlterioris Indiæ rebus ad Arabicas narrationem traducamus.

aBarroſ.d.9. lib.6.
bOſor.de l.8

Luſitani Erythræũ mare victrici claſſe ſulcant.

118 Hoc anno Luſitani duce Alfonſo Albuquerquio Erythræi maris imperium victrice claſſe, portubuſque idoneis occupatis ſibi peperierunt: quod ſingulari diuini Numinis beneficio ad fidem Chriſti in vaſtis Abyſſinorum regnis tuendam factum obſeruat Ioannes Barroſius c; Æthiopas enim Abyſſinos vnicum tantum portum Arquico nomine in mari Erythræo habuiſſe d; quem ſi poſtea Stephanus Gamma quadringentis præſidiarijs aduerſus Mauros, qui iam labente anno huius ſeculi decimo tertio maiorem Abyſſini regni partem armis ſubegerant, munuiſſet, nullas iam Chriſtianæ religionis futuras reliquias in eo regno, quod principum Chriſtianorum ope deſtitutum, atque vndique Mauris cinctum tot ſæculis in fidei Chriſtianæ, quamuis aliquibus obſcuratæ ob ſacerdotum imperitiam erroribus, conſtantia perſtitiſſe mirum eſt.

alo.Barr.de cad 1.d.8.c.2 Oſor.lib.9. dEod.c.ap.8 **Æthiopia infeſtata a Mauris.**

Perentibus opem Luſitanis libe rata.

119. &c. Porro neque hoc loco ſilentio prætereundum eſt diuinitus factum prodigium e dum Albuquerquius mare Erythræum ſulcabat: quippe in ea cœli parte, quæ Abyſſinum regnum ſpectat, purpuream crucem præclariſſima luce radiantem conſpexit, moxque cum cæteris claſſiarijs nixus genibus pias haſce voces effudit: *Salue crux noſtræ redemptionis inſigne. Salue victoriarum noſtrarum ſpiritualium & temporalium index, ornata pretioſiſſimo Ieſu Chriſti cruore. Salue arbor diuina, cuius fructus mortem fructum peccati perimit.* Porro Albuquerquius ad occupandum Arabici maris imperium, fauceſque tenendas Adenam vrbem Arabiæ maritimam inuadere decreuit, ſed turbato ordine demum noſtri

Oſtenſa cæ lo crux purpurea. *eIdc 2.Oſor l.9.Maff l.5*

Exultat ea viſa Luſitani.

Adena oppugnata ab Albuquerquio.

nostri post atrox prælium non sine fortissimorum virorum clade repulsi sunt; quæ iterum iterumque frustra tentata, & succenso Zeilæ portu & pluribus hostium nauibus interceptis in Indiam rediit, ac rem Christianam vehementer auxit.

Factus cer tor Pontifex de partis in India victorijs. *a Paris in m.s. diar. t. 4 pag. 54.*

125. &c. Pontificem autem a Lusitano de partis in India aduersus infideles triumphis, & expugnata aurea Chersoneso constabilitaque Christiana religione certiorem factum, meminit Paris de Grassis a, subditque: *Sua sanctitas consistorialiter decreuit de eo gratias reddere Deo publicas iuxta morem, quem antecessores seruarunt.*

Azamora restituta imperio Christiano

131. &c. Indici hi triumphi Africanis cumulati fuerunt; hoc enim anno idem Emmanuel in Africa Azamoram vrbem opulentam, nonnullasque alias finitimas diuina vi, quæ Mauros terrore dispulit, Christiano restituit imperio b. Cum etiam perculsæ metu Tite & Almedina vrbes ciuibus desertæ a nostris occuparæ sunt, firmissimisque præsidijs communitæ. Extant insignes Lusitaniæ Regis ad Leonem Pontificem de reportata hac victoria, propagatoque Christiano imperio literæ c.

b Oser. lib. 3.

c Ext. apud Damian. a Goez. tom. 1 Hisp. illustr. pag. 115.

Patefactæ in America incognitæ terræ.

139 In America incognitæ prouinciæ lustratæ sunt ab Hispanis: etenim hoc anno kal. septembris Vascus Numez, qui Darienes præfecturam inuaserat, comparata manu centum nonaginta bellatorum, ad subigendas nouas gentes oraisque incognitas conquirendas se accinxit. Facile subacti sunt barbari, cum sclopis territi nostros fulmina habere in manibus putarent: cumque reguli Quarequamij familia scelere sodomitico infecta esset, Vascus ad vitij terrorem barbaris imprimendum sodomitas rabidis canibus laniandos exposuit: ac barbari contestati sunt sæpius vitium sodomiticum iactis cælo fulminibus vindicatum.

IESV CHRISTI
Annus 1514.

Indict. 2.

LEONIS PP. X. MAXIMILIANI ROMAN. REGIS
annus 2. annus 21.

Lusitani Regis legatio insignis. *d Paris. diar. m.s. arc. Vat. t. 4. pag. 94.*

1. 2. AVctum est Lateranense concilium Emmanuelis Lusitaniæ Regis oratorum, qui post Africanam victoriam affecto superiore anno decreti fuerant, accessione. Describit Paris de Grassis d solemnem apparatum, quo obedientiam Romano Pontifici regio nomine delaturi, aduectaque ex Indijs insolita munera partarum in extremo oriente victoriarum nobilissima monumenta oblaturi Vrbem ingressi sunt; additque, vt Lusitani oratores Regis Emmanuelis nomine fidem sedi Apostolicæ solemni ritu addixerint e, vtque Leo sacratam antea precibus rolam auream Lusitano deferendam tradiderit. Traditos etiam Emmanueli ensem ac pileum natalitio Domini consecratos addit auctor. Cæterum de Leonis Papæ in hosce beneficentia dicetur inferius: nunc ad se Lateranensis concilij res nos vocant.

Delati ab oratoribus Lusitanis Pontifici ob sequium. *e Ibid. p. 95*

Sessio 11. *f Ext. in act. conc. Later. sess. 9.*

3 Celebrata est III. nonas maij vna concilij sessio: in qua ijdem Lusitani oratores adfuerunt, regiasque literas protulere f, quibus amplissimis mandatis ad decernendum vna cum alijs Christianis Turcicum bellum, prouehendamque Ecclesiæ amplificationem sulti erant.

Gallorum episcoporũ accessus a Mediolanẽsi retardatus.

4. &c. Ijs a Thoma Phedra coram patribus perlectis, procurator concilij conquestus est de Gallis præsulibus, qui moniti, vt synodo se sisterent, de pragmatica sanctione responsuri, nondum paruissent: verum Claudius episcopus Massiliensis Francorum Regis orator eam accusationem diluit, commendata eorum in sedem Apostolicam obseruantia, vtpote qui iter essent aggressi, sed a Mediolanensi principe (quem ducatus inuasorem appellabat) denegato inique ad synodum libero commeatu, retardati bimestri flexu in Sabaudia substitissent. Gallici vero præsules, ad eluendam Mediolanensis ducis improbitatem, seque Lateranensi synodo coniungendos, publicis monumentis a vndecima ianuarij die confectis a Pisana synodo defecerunt; iterumque decima septima die martij coram iudice ordinario sedente, seruato iudiciario ordine Pisana acta damnarunt, ac Leonem summum in terris Christi vicarium reueriti, si quas contraxissent pœnas ecclesiasticas solui carum nexu postularunt, Lateranensique concilio se adhærere sunt professi, tum ad expeditionem conficiendam in Turcas, tum ad pacem inter Christifideles componendam, tum ad mores seueriori disciplina instituendos perpoliendosque: professi etiam sunt, se nullum vnquam schisma conflare vel a communione sedis Apostolicæ desciscere meditatos.

a Ext. in act. conc. Later. sess. 9.

Pisana acta damnata a Gallis præsulibus.

Censuræ quibus erant deuincti ob schisma solutæ.

8. &c. Eximere vero Mediolanensem ducem ex culpa nisus est eius orator coram patribus, ipsumque fidem publicam illis non denegasse, sed deliberandi causa rem extraxisse disceptauit. At Pontifex Gallorum præsulum demissione flexus in eos clementia vsus est, censuraque ecclesiasticas, quibus ob Pisana gesta se irretierant, remouit ea lege, vt constituta die proximæ sessioni se sisterent. Ne quis autem aditum ipsis ad sedem Apostolicam intercluderet, pœnæ in eos, qui contra tenderent constitutæ sunt; ac preces, proposito indulgentiarum præmio, indictæ pro publica pace inter principes concilianda prouehendaque.

Quinquies centena milia mutuis discordijs cæsa.

14 Assensere his decretis omnes patres; nil enim altius omnium animis infixum erat, quam vt positis mutuis odijs principes arma aduersus Christiani nominis hostes verterent; qua de re tum in præcedentibus sessionibus sacræ conciones habitæ erant, tum in hac ab Antonio Puccio cameræ apostolicæ clerico inculcatum comploratumque, in bellis ijs ciuilibus quinquies centena fortium virorum millia, a quibus infidelium imperia excindi poterant, interempta fuisse. Delapsus deinde orator ad corruptos populi, cleri, ac monachorum mores, de ijs in pristinum splendorem restituendis egit, de quibus in vltima superioris anni sessione Leonem patribus editam sanctionem significasse vidimus; ea porro diutino ac diligenti disquisitione librata, demum lecta in concilio atque a patribus probata fuit b, grauissimisque concepta verbis, qua præsulum & abbatum promouendorum merita dijcuti iussa sunt, expressæ dotes, quæ in ijs desiderarentur, vetitum nullum præsulem nisi iusto examine prævio gradu deijci, ac monasteria alienæ fidei commendari prohibita.

b Paris. ubi sup.

Actum in cõcilio de disciplina ecclesiastica instauranda.

22. &c. Datæ etiam Cardinalibus leges, vt ex doctrina Apostoli ita caste, ac sobrie viuant, vt non solum a malo sed etiam mali specie abstineant; modestiæ laude excellant, venientium ad sedem Apostolicam negotia pie promoueant; ne se cuipiam principi aduersus alium addicant, iniuste oppressos leuent; doctos & probos viros excipiant; sacerdotibus honeste cultis familiariter vtantur, qui comam non alant; explorent quænam hæreses & in quibus locis pullulent, qui populi bello vexentur: si legati e latere decernantur, ne mittant in prouincias internuntios, sed eas ipsi lustrent; munere suo assistendi Pontifici fungantur, immunitatibus careant, si sine iusta causa abfuerint: libertas omnis dicendi in senatu ijs permissa, ac pœnæ arcana consilia parefacturis propo-

propoſitæ. Latæ etiam leges pro Chriſtianæ diſciplinæ ſanctitate reſtituenda, atque in primis artium magiſtri diebus feſtis diuina tantum docere iuſſi; blaſphemis grauiores inuentæ pœnæ tum ſodomitis, tum concubinarijs, tum ſimoniacis.

31. &c. Pro redigendis ſacerdotibus ad officium, propoſita ſacri ſtipendij mulcta ijs qui diuina intermittant; ſacerdotijs exui iuſſi, qui dierum quindecim flexu precarium officium bis non perſoluerint. Pro libertate eccleſiaſtica aſſerenda veteti principes vectigalia ſacerdotum inuadere: defixi etiam anathemate Reges, qui decumas clero imponant. Pro incorrupta etiam fidei tuenda puritate, decreta aduerſus hæreticos inquiſitio. Sed quam male, proh dolor! ſeruatæ hæ ſanctiſſimæ leges, paucis poſt annis enata Lutheranæ hæreſeos hydra demonſtrabit. Demum ſeſſio decima indicta eſt principio decembris, ſed cum ea, quæ proponenda erant, ſæpius diſcuſſa ob ſui grauitatem nondum digeſta eſſent, ea ſeſſio in proximum annum iterum iterumque extracta eſt.

De bello Turcico actum.

37. &c. Interea Leo omnem curam poſuit inducendis ad exitum arduis illis conſilijs, quæ in ſuperiori ſeſſione de pace inter Chriſtianos redintegranda, vertendiſque eorum armis aduerſus Turcas promulgarat; quæ ſubinde eo magis intendit, quo Selimi Turcarum Imperatoris potentiam in dies ingraueſcere, Sophimque Perſidis Regem, cuius vis illius dominandi cupidini frænum injicere poterat, ab eo fractum audiuit: omnes namque maximus inceſſit timor, ne Turca triumphato Perſa ad conuellendam Chriſtianam rem ſæuos furenteſque impetus effunderet: nec fruſtra concepti erant metus; quippe ipſum meditatum [b] vniuerſi orbis imperio potiri, primumque Italiam excidio dare eo ipſo tempore, quo Lateranenſe celebrabatur conſilium: ſed ab ea conficienda expeditione a Perſa, qui Amuratis illius nepotis profugi ſuſcepta cauſa in Turciam incurrerat, diſtractum reterunt literæ [c] Henrici Pœniæ ad Cardinalem Saulum Genuenſem Conſtantinopoli datæ; atque adeo per Bithyniam, Phrigiam, Galatiam, atque Armeniam maiorem irrupiſſe traiecto Araxi fluuio prope Choim oppidum, comparentibuſque Perſarum copijs cum Vſtaoglo duce ab Iſmaele præmiſſo, & quadraginta millibus cataphractorum equitum ſuccincto conflixiſſe, eoque in acie cæſo bellicis cormentis, quorum fragores non ferebant equi, Perſas profligaſſe, occiſis ex ijs viginti millibus, & impedimentis direptis; verum magno Turcarum cruore eam conſtitiſſe victoriam, cum quinquaginta Turcarum millia Selimus amiſiſſet, Armeniæ tamen metropolim aliaſque vrbes ad deditionem pellexiſſe. Cum vero victoriæ fructu potiri tuto putaret, ac pacare prouinciam, verſa omnia in contrarium, cæſos præſidiarios Turcas qui Tauriſium inſederant, ac Selimo comparatas fuiſſe inſidias, vt in imperatorio tabernaculo trucidaretur, demumque nocturno victum prælio Amaſiam Cappadociæ vrbem ſe ſubduxiſſe.

a Leo apud Pet. Bemb. l. 10. ep. 5. 6. 7 Italica Selimi expeditio retardata a Perſa. *b Barro ſ. lib 10. c. 6.*

c Extat apud Bzouium hiſt. eor' Perſar. lib. 10.

Selimus Perſas vincit.

43. &c. At Pontifex qui pro Chriſtianæ reipublicæ ſalute excubabat, per exploratores recentem Selimi de Perſa victoriam, nondum autem extremos aduerſos caſus acceperat, metuenſque Hungariæ, quam anno ſuperiori adortus fuerat, Maximilianum Cæſarem grauiſſimis verbis monuit [d], vt diſſenſiones ipſum inter ac principes Chriſtianos finitimos, Gallum nimirum ac Polonum Reges & Venetos, amica pactione componeret, periclitantiſque rei Chriſtianæ aduerſus Turcam Perſicis ſpolijs exultantem patrocinium ſuſciperet. Miſerat iam Maximilianus Joannem Cuſpinianum iuriſconſultum conſiliarium cæſareum ad Budenſes conuentus pro pace cum Hungaro & Polono conficienda, quam hoc ipſo anno nouembri menſe pactam refert Iodocus [a] ſancitumque, vt proximo anno tres Reges in colloquium venirent. Cæterum præter Cæſarem reliqui etiam omnes Reges, ac principes a Pontifice ſolicitati ſunt, vt ſedatis diſcordijs arma inferrent Selimo excidium Chriſtiano imperio poſt triumphos Perſicos minitanti.

d Extat apud Petr. Bemb. l. 10. ep. 5.

50. &c. Dignum inter alia natati conciliandæ publicæ pacis pontificij ſtudij opus extitit confecta Leonis opera inter Ludouicum Francorum & Henricum Anglorum Reges pax, atque affinitate confirmata; vt refert Polydorus Virgilius [c], qui Leonem Papam ſacri belli caput vocat: *Per literas*, inquit, *Leonis Pontificis Romani & pacem & ſororis connubium ab Henrico petiuit & impetrauit*, nimirum Ludouicus; *nam cum Leo, qui caput erat belli, pacem dandam ſuis literis decerneret, non equidem fuit quidquam negandum, cum præſertim Carolus princeps Caſtellæ, cui Maria pacta erat, impubes eſſet. Pax autem ea lege conficitur, vt Ludouicus Rex augeret dotem puellæ Mariæ aſſignatis agris ex quibus illa poſt mortem viri vectigal ad tricena bina millia coronatorum in ſingulos annos caperet, & millia centum penderet quotannis Henrico vſque ad quinquennium completum.* Edita Romæ de compoſita hac pace publicæ lætitiæ ſigna a Gallis Angliſq; refert Paris de Graſſis [d]. Iunctis igitur mutuo fœdere Gallis & Anglis ſperabat Pontifex facilius vim Turcicam a Chriſtianis auertere; quare de conciliata ea pace Vladislaum Pannoniæ Regem certiorem fecit: cum ad eum in Turcas, qui anno ſuperiori aliqua oppida ipſi eripuerant, & cum forti exercitu in limite Hungariæ, dum Selimus in Armenia maiori, vel Cappadocia agebat, excubabant, concitandum, quinquaginta aureorum millia annua pollicitus eſt: ſi vero ſua tueri tantum oppida vellet, non Turcica aderiri, viginti millia in militare ſtipendium promiſit [e].

a Iodoc. in Sigiſmund. Fœdus inter Cæſarē & Hūgarū agitatum.

b Nic. Baſ. in add. ad Nauclerum. Ferron. in Ludou. XII c Polyd. l. 27 Inter Gallos & Anglos ſancita pax.

Cōfirmata affinitate.

d Paris in 4. pag. 110. Decreta Hungaro Regi ſtipēdia, vt bellum in Turcas moueat.

e Apud Bib. l. 10. ep. 3.

53. &c. Emerſerat paulo ante Pannonia ex ciuili bello, quod ruſticani aduerſus nobilitatem conflauerant [f], præcipueque in Tranſiluania. Cuius leuandæ calamitatis ſolicitus Pontifex Sigiſmundum Poloniæ Regem precibus vrſit [g], vt compoſito, quod gerebat cum duce Moſcouitarum bello, periclitanti Hungariæ opem ferret. Similiterque ſolicitatus eſt Liuoniæ equeſtris ordinis princeps a Pontifice [h], vt operam ſuam ad ſedandum Moſcouitæ cum Polono bellum conferret, quo Sigiſmundus Vladislao fratri ſuppetias afferre poſſet, ne Hungaria ciuilibus armis laniata in ſeruitutem mitteretur a Turcis, atque ex ea ad conuellendum reliquum imperium Chriſtianum fidei hoſtes erumperent.

f Abraham. Barſchay in chronol. hoc ann.

g Apud Bib. l. 9. ep. 3.

h Ibid. ep. 4. Liuoniæ magiſter ad pacem promouendam ſolicitatus.

57. &c. Dum hæc conſulendi reipublicæ Chriſtianæ ſtudio perſcribebat Pontifex, qui etiam Piſonem internuntium pro Moſcouita & Polono inter ſe conciliandis miſerat [i], fauit diuinum Numen pijs eius conſilijs; ſiquidem ijs ipſis diebus ſeditioſos a Ioanne Tranſiluano oppreſſos narrat Iodocus [l]: ob quam victoriam ſterit Hungarica res, ne Turcico poſtea furori ſuccumberet. Polonia etiam, quam Ioannes Baſilius Moſcouitarum dux formidando exercitu quatiebat, parta diuinitus victoria ab imminenti exitio vindicata eſt: licet enim ſuperiori anno Sigiſmundus Moſcouiticum fudiſſet exercitum, is tamen a Baſilio fuerat inſtauratus, ac maiori terrore ad Lituaniam cædibus rapiniſque atterendam immiſſus, a quo Smolenſkea arx ad Boryſthenem amnem ſita obſidione cincta [m] eſt. Locarant nonnulli flagitioſi Latini artifices operam ſchiſmatico in ſubrandis tormentis bellicis: verum arx munitiſſima natura arteque, propugnaculis nimirum ingentis magnitudinis ex

Victi a Tranſiluano ſeditioſi.

i Iodoc. in Sigiſm. hoc ann.

l Id. ibid. & Laurit. Surius in comment. hoc ann.

Vt Smolenſea arx a Baſileo Moſcho capta. *m Idem in Sigiſm. Sur. in comment. hoc ann.*

quer-

quibusdam lignis terra lapidibusque repletis & circumactis septa, facile omnem vim telorum eludebat; cum ad artes conuersus Moscouita Michaelis Helinsæi industria ea potitus est. Dum vero ipsius arcis obsidio in longius trahebatur, Romanus Pontifex, qui in concilio Lateranensi de Moscouitarum schismate & erroribus edoctus, eos in ecclesiæ Romanæ gremium reuocare cupiebat, tum illud bellum, quod ipsos inter & Polonos gerebatur, sedare, vt Pannoniæ opitularetur, Pisonem internuntium apostolicum legauit, qui primum ad Sigismundum, deinde ad Basilium se conferret. Sublatam de pace actionem, quod Moscouita Smolenskea arce proditione parta insolenter se extulisset, confirmat ipse Piso internuntius in suis literis ad Ioannem Coritium datis.

60. &c. Tandem subdit Polonum motis in hostem castris prima Moscouitarum agmina gemino prælio tumultuario deleuisse; ac tum Moscouitam copias omnes, quæ octuaginta militum millibus constabant, idoneo vltra Borysthenem loco collocasse; at Polonos, tranato incredibili virtute turgido imbribus flumine, incurrisse in hostes, deque illis quadraginta millibus circiter cæsis, quatuor millibus captis, atque inter hos octo exercitus præfectis, trecentisque proceribus, necnon raptis viginti equitum millibus, e Polonis autem quadringentis tantum defideratis, triumphasse octaua septembris die ipso virginis Deiparæ natalitio: quibus consentanea paucis post parram victoriam diebus Sigismundus Rex ad Leonem X. Pontificem scripsit, cuius laureatas literas a in annalibus prolixioribus reperies.

a Ext. n. 3. Polonic. rer. pag. 5.

63. &c. Sigismundus post relatam huiusmodi victoriam Vilnam redijt, secumque nobilissimos Moscouitas in acie captos in triumphi speciem circumduxit: exercitum vero ad persequendam victoriam & Smolenskeam arcem recuperandam immisit; sed irrito exitu, nam ob ingruentis hyemis inclementiam non sine damno soluta obsidio est: tria tamen insignia oppida ad Polonicum imperium reducta fuere. Conduxerat etiam stipendio Sigismundus Medingerum Tauricæ Chersoneli Cæsarem, vt Moscouitam lacesseret: verum infidus Tartarus positis non longe a castris Polonicis legionibus suis euentum pugnæ est præstolatus, vt in victum faceret impetus: itaque Polonicam secutus victoriam exercitum in Moscouiam duxit, eamque: *Tanta cade affecit*, inquit Iodocus, *vt supra hominum memoriam similis præda ex Asia non credatur abacta*. Ita Mahometanus Christianorum dissidijs vsus magnam eorum multitudinem in seruitutem abduxit. Melius consuluisset rebus suis Moscouita, si Romani Pontificis salubribus monitis obtemperasset. Qui præterea Pisonis internuntij apostolici viatorem, qui kal. augusti fidem publicam petiturus perrexerat, amne mergi iussit: quo casu exterritus Piso hæsit in Polonia. Denique de Moscouitis prætercundum non est, ipsos præter Græcanicum schisma pluribus alijs fœdissimis erroribus (quorum maxima parte infectos fuisse Græcos sui temporis recenset Aluarus Pelagius b in suo de hæresibus catalogo) contaminatos esse constat ex ijs, quæ Ioannes Laskus archiepiscopus Gnesnensis in concilio Lateranensi Leoni Pontifici, qui errantes ipsos in rectum salutis iter reuocare optabat, retulit c hoc anno.

Smolenskea fruitra a Polonis tenta.

Tartari grassantur in Moscos

Missus internuntius Pontificis ad Moscú, Repulsus a nicito.

b Alu. Pelag. in sum. lib. 1. art.

c Ext. ex relatione in ms. [illegible] pag. 53.

87. &c. A Moscouitis septentrionalibus ad meridionales Maronitas digredimur; ad quorum patriarcham viros religiosos Franciscanæ familiæ cum apostolicis literis Leo misit, vt eum orthodoxis institutis erudirent: tum ab illo quæsiuit, qua ratione apud eos patriarcha crearetur, qui ritus seruarentur, qua forma in sacramentis conficiendis vterentur, vt inde discutiendorum, qui apud ipsos inualuissent errorum occasio caperetur. Excepit patriarcha nomine Furache filius Mobaret Maronitarum maxima cum veneratione ac letitia pontificias literas, atque honoris ergo eas more gentis capiti imposuit. Licet autem sedi prophetarum Dei, nimirum Apostolorum se insidere ex suorum traditione dicat, Romani tamen Pontificis apices atque imperia colere professus est, necnon diuinorum mysteriorum ritus cum nostris consentientes seruare: cæterum ostendit in suis literis ad Leonem missis a, aliquibus veterum Armeniorum erroribus in conficiendo sacro chrismate ex varia aromatum mixtione se irretitum, ex imperitia nimirum, non ex impietate.

Exceptus honorifice a patriarcha.

a Ext. eius lit. in ms. bibl. Vallicell. sign. lit. G n. 20. p. 47.

101. Iis acceptis Pontifex, qui de pluribus Maronitarum erroribus certior factus fuerat, patriarcham ipsum docuit, sacrum chrisma ex oleo tantum & balsamo conficiendum, seponendamque omnem aliam aromatum congeriem; circa baptismum, nō expectandum diem quadragesimum ad expiandos illo infantes, vti Maronitæ consueuerant, quare plures nondū renati moriebantur: quibus verbis sacrum corpus Christi conficiendum esset; qui ritus in clericis initiandis seruandi: tum plura de matrimonij & pœnitentiæ sacramentis, de paradiso & purgatorio, de Spiritu sancto a Patre Filioque tanquam vnico principio & vnica spiratione procedenti; de Eucharistia a Christifidelibus in paschate suscipienda, ac de primatu Romanæ ecclesiæ apostolicis literis informauit: quæ sacra oracula reuerenter a se excepta alijs literis b Maronitarum patriarcham testatum esse, missisque oratoribus sacrosanctæ sedi Apostolicæ obedientiam deferentem, aggregantemque se cum suis concilio Lateranensi, vituri fumus.

Veterum miceri aromata in confectione olei.

Emendæ plures Maronitarum errores.

b Ext. in act. conc. Later. sess. 11.

102. Interea Leo alijs literis c Dauidem Abyssinorum Imperat. rem hortatus est, vt in disiunctissimis illis regionibus propagandæ Christi gloriæ ac religioni operam studiose nauaret.

c Ext. apud Bemb. lib. 9. epist. 41.

Missa ad Abyssinos legatio a Pontifice.

103. &c. Peruenisse sub hoc tempus Olisiponem Dauidis Æthiopum orientalium Imperatoris insignem legationem, quam Matthæus natione Armenius religione Christianus cum nuene Æthiope obiuit, vt Emmanuelem Regem Lusitaniæ ad ineundam armorum societatem compellendumque Mahumeticum imperium excitaret, refert Osorius d; qui de Æthiopum moribus atque erroribus locutus scribit eos circumcisionem seruasse (non quidem quod vim aliquam diuinam inesse arbitrentur, sed vt Abrahami & veterum sanctorum exempla sectentur) Eucharistiam dedisse infantibus, ad sacerdotes vxores ducere, quibus extinctis cœlibes viuant: cæterum monachis, qui apud eos summo in honore habentur, vxores ducere nefas esse.

Missa alias ab Abyssino in occidentem legatio.

d Osor. lib. 9. Manuel. lib 30. cap. 23.

110. 111. In America amplificata est Christiana religio, conditique quinque episcoparus Leonis Pontificis auctoritate, ad quem præcipuas res gestas Petrus Martyr e scripsit f; tum recenset prouincias quæ Christiano adiunctæ sunt imperio, deque Vraba & Beragua Pariæ regionibus, in quas inuectæ sunt Hispanæ coloniæ; tum de frugiferis arboribus, plantis, animalibusque nostro orbi incognitis plura addit. Quem commentarium hac temporis nota consignat: *Ex catholici Regis curia pridie nonas decembris anno a Christi natali* MDXIV.

Amplificata in America Christiana res.

e Pet. Mart. dec. 3. cap. 5 & 9.

Aliqua mira in America reperta.

IESV CHRISTI
Annus 1515.
LEONIS PP.X. annus 3. MAXIMILIANI ROMAN.REGIS annus 22.

Indict. 3.

Cele-

Sessio 8. Episcopi aduersus Cardinales & monachos cõquesti.

1 CElebrata est, post magnas inter Cardinalium ac præsulum ordines concertationes, decima Lateranensis concilij sessio: quippe præsules grauissime conquestos episcopalem auctoritatem a cardinalitia imminui; nec non monachorum immunitatibus apostolicis ventium licentia labefactari, refert Paris de Grassis a insua historia synodali, additque priorem quidem litem compositam, alteram vero extractam fuisse.

a Paris in 4. pag. 116.

b All. concil. Lat. sess. 10.

2. 3 Disceptatum b iamdiu fuerat a theologis magna contentione de mutuis pecunijs, quæ publica auctoritate dantur pauperibus ad eos ab vsurarum voragine vindicandos, num certo temporis intervallo aliquid præter sortis rationem exigere liceret, quo administri eiusmodi piorum collegiorum sustentari possent; aliquibus doctoribus id licere affirmantibus, negantibus alijs c. Quam controuersiam concilio consentiente ita diremit Leo d, pro administrorum stipendijs persolui aliquid posse, verum sanctius fore, si administri aliunde sustententur.

An ratione mutui aliquid exigere liceat.

c Ibid.

d Ibid.

4 Lecta deinde est a Bernardo episcopo Tarusiensi, patrumque suffragijs confirmata sanctio ad constabiliendam episcoporum auctoritatem: nam inprimis ad compescendam canonicorum & aliorum clericorum licentiam, qui apostolicas immunitates in irritamenta vitiorum & munimenta audacix aduersus episcopos, qui eorum flagitia coercere vellent, conuertebant, constitutum fuit, vt exempti, si deliquerint, a suis episcopis pœna afficiantur. Cardinalium familiares, qui re ipsa huiusmodi sint, non vero alij, qui eiusmodi priuilegium affectarant soliti ad eludenda episcoporum imperia, immunitate donati: instaurata Viennensis concilij sanctio de exemptis sanctimonialium monasterijs semel vnius anni interuallo lustrandis a diœcesano: lex de casibus, in quibus in exemptos concessa ordinarijs auctoritas, confirmata: rescissæ omnes immunitates, quæ non vocato in ius eo, cuius interest, concederentur; dicendi iuris limites ordinarijs definiti.

Exempti delinquentes ab episcopo puniendi.

Immunitas data familiaribus Cardinalium.

Rescissæ immunitates non vocato eo cuius interest

5 Demum ad comprimendam laicorum ius ecclesiasticum obterentium licentiam, veteres in eos leges instauratæ, & Cæsar, Reges, ac principes admoniti, vt eas ad exitum perducendas curarent. Synodi vero prouinciales singulis triennijs ad emendandos errores celebrari iussæ.

Pœnæ in eos constitutæ, qui hæreses libris mandarent,

6 Promulgata tertia sanctio est a Francisco episcopo Nannetensi, ad illorum improbitatem atque auaritiam, qui libros infectos erroribus contra fidem orthodoxam e Græca, Hebraica, Arabica, Caldaica linguis, in Latinam translatos, vel famæ virorum dignitate conspicuorum detrahentes typis cudunt, vulgantque, cohibendam.

Vocati in ius Galli prosâcti ope pragmatica rescindenda.

7. &c. Dirimenda supererat controuersia de pragmatica sanctione: cum vocati in ius Galli siue ecclesiastici, siue nobiles, forensesque illius assertores nondum in concilio comparuissent: quibus cum fides publica esset tradita, constituta est dies peremptoria prima octobris: captabant quippe diffugia varijs excusationibus.

Ludouicus XII. nuptialibus iocis extinctus.

e Ferron. in Ludou. XII. Mass. in eod. fid. ib. Petr. Iustin. l. 11. Guicc. l. 12. Aug. Iustin. Ion. Ferron. Petr. Defrey Ansar.

10. &c. Inter hæc repentinus turbo Italiam concussit. Obierat e kal. ianuarij Ludouicus Francorum Rex, dum compositis cum Anglis & Hispanis rebus Mediolanensem expeditionem meditabatur; sed eas curas pereuntis vitæ formidine reprimere iussus est: secundis rebus aduersisque exercitus princeps, qui plurima Gallorum fortissimorum millia stragibus pro imperij proferendi cupidine exposuit, longe clariorem famam adepturus, si vires non cum finitimis Christianis, sed cum Turcis exercuisset. Laudatur f quod expilationem quamlibet populorum penitus oderit, plebeijque ordinis patter appellaretur, prædicareque consueuerit, nihil decere potius quam multa largiri sapientem Regem.

Succeßit ei in Gallico regno Franciscus Valesius Engolismensium dux ipsi sanguine coniunctissimus, qui anno superiori Claudiam illius filiam Leonis legem de propinquitatis gradibus soluentis auctoritate a duxerat, ætate florens, quem Rhemis sacra de more vnctione delibutum XXV. ianuarij die tradunt, ac regalibus titulis ducales Mediolanenses adiunxisse. Insubriam itaque repetiturus controuersias cum Henrico Anglorum Rege & Carolo Belgij principe composuit: armorum vero fœdus cum Venetis sanciuit: aduersus quem ex alia parte Maximilianus Cæsar, Ferdinandus Hispaniarum Rex, Maximilianus Maria dux Mediolani, atque Heluetij arma vireſque pro tuenda Italiæ libertate auctore Pontifice coniungere decreuerunt; cum noua dissidiorum seges orta est: Adurnij enim Mediolanensibus armis fulti, Genuensium rerum dominos Fregosos bello & insidijs fatigarunt, adeo vt Genuensis dux præstitam Pontifici fidem, nulla nimirum cum Gallo consilia nisi coniuncta cum Pontifice ipso se inituram, fregerit, legibusque de transferendo ad Gallos Genuæ imperio ducalem apicem cum præfecturæ nomine commutauerit.

Franciscus dux Engolismæ sceptris succedit.

a Leo brem. par. 1. p. 34 & 50.

Mediolanũ affectat

Leo illi aduersatur.

Exortæ inter Genuẽses turbæ. Cũ Gallis pacisciũtur

15. &c. Ita Genua potitus Franciscus Francorum Rex Pontificem varijs legationibus ac sponsionibus in suas partes pellicere tentauit: quem ambiguis responsis elusit Leo Cæsari Regique Hispaniarum coniunctior, vti dignitas ecclesiastici imperij deposcebat: etenim Gallus Parmam & Placentiam, quæ sedi Apostolicæ restitutæ fuerant, repetiturus erat; tum etiam, vt Rhegium ac Mutina in fœderati Ferrariensis potestatem redirent enisurus. Itaque arma Gallica pertimescens Leo, Prosperum Columnam cum mille quingẽtis equitibus ad arcendos alpibus Gallos ad ducem Mediolanensem submisit b. Verum Prosper, dum sine metu apud Villamfrancam agebat, astu a Palicio Gallorum duce oppressus est; parte alia Heluetij, qui alpium fauces cum maximo exercitu obsederant, deluli; nam Francorum Rex per incognita & prærupta itinera alpes superauit cum florentissimo exercitu, quo præter pedites, cataphractorum equitum circiter quatuor millia, quorum singuli de more ternos vel quaternos equos trahebant; leuis autẽ armaturæ ad octo millia fuere c.

Genua potitus Franciscus.

Gallica arma pertimescit Leo.

Frustra Gallis itinera tẽtant abrumpere

b Ferron. in Franc. I.

Expeditio Gallorum florentissima.

20 Contulere cum ijs signa Heluetij apud Marignanum tertio a Mediolano miliari decima tertia septembris die prono iam in occasum sole, cum in castra Gallica cæco furore irrupissent, adeo vt non modo pugna ad quartam vsque noctis horam pertinacissimis animis producta fuerit; verum etiam albescente aurora instaurata, donec post, quinque horarum circiter interuallo, multiplices editas vtrinque strages Heluetij a Veneto exercitu Gallis subsidio veniente a tergo oppugnati certamen intermisere, ac seruato militari ordine Mediolanum se recepere, Gallis in castris, quæ tormentis bellicis egregie sepserant, se continentibus, ne partam victoriam corrumperent. Adijsse in hoc certamine Franciscum Regem discrimen ingens, atque pium votum de peregrinatione ad sacram Christi syndonem obeunda nuncupasse refert Gualterus d. Communis sententia ex Heluetijs quatuordecim millia interfecta affirmat, ex Gallis ad tria & eo amplius.

c Alasso in Franc. I.

Sæuum Heluetiorũ cũ Gallis prælium. Heluetij victi.

d Gualt. in Chronolog.

Horrenda strages. Mediolanum Francisco dedi tum.

21. 22 Debilitati porro tanta cæde Heluetij ad patrias sedes per Rætias alpes reuersi sunt, ac mox Mediolanum deditionem fecit arce excepta, quam Maximilianus Maria Stortia cum fortissimis præfi-

diarijs insidebat : Mediolani exemplo aliæ vrbes in victoris pariter fidem ac potestatem venere, præter Cremonensem arcem. Trigesimo obsidionis die Maximilianus hostilibus vndique impressionibus lacessitus, ac maxime diiectis per cuniculos ignis vi molibus exterritus, pacto annuo ad vitam sustentandam vectigali, principatui, quo ob ignauiam indignus existimatus est, cessit. Franciscus vero omans Mediolanum ingressus ædem in loco, in quo Heluetios vicerat, beatæ Mariæ sacram, cui victoriæ nomen inditum est, condidit : quæ pluribus Guicciardinus, Belcairus, & alij referunt.

Maximilianus dux ad dedition̄ coactus.

33. &c. Inter hæc Leo, cum varia de fœderatis ad reprimendam vim Gallicam excitandis, instauraudisque lapsis rebus inijsset consilia, metuens ne primus Gallorum exciperet impetus, antequam socij Reges opem ferrent, ac Medicea domus & Florentina respublica in discrimen adducerentur, pacem, quam cum eo victor vehementer expetebat, bello ancipiti præferendam censuit, quæ sancita est ijs legibus, quas partim extorsit necessitas : quippe ex Parma Placentiaque Pontifex præsidia militaria deducere pactus est a, vt ijs Gallus potiretur ; tum etiam ex Verona subsidiarias copias arte elicere, & amicitiam dissoluere cum Cæsare. Cæterum Franciscus Pontificem ecclesiasticumque imperium, tum Medices & Florentinam rempublicam regijs armis aduersus omnes hostes tueri ; Iuliano Leonis fratri Laurentiique illius filio ampliſſima in Gallijs vectigalia, & militaria munera cum egregio stipendio tradere spopondit : nullius præterea Ecclesiæ beneficiarij principis patrocinium suscipere ; quin potius Pontifici vectigales suos plectere meditanti opem ferre. Actum præterea est, de celebrando Bononiæ colloquio, in quo deinde Franciscus solemni ritu Leoni vt Christi in terris vicario obsequium detulit de qua pia Christiana demissione hæc ad Regis matrem Leo scripsit.

Inter Frāciscum & Pontificem initum fœdus.

Pacis leges inter Pont. & Francisc. a Guicc. l. 13.

In Mediolanorū commodū pax versa.

Leo, &c. Franciscus Gallorum Rex filius tuus hodie Bononiam ad nos veniens clarum atque illustre nobis obsequij obseruantiæque munus præstitit, ea pietate & religione, vt libentissime illum amantissimeque obortis prope paterna lætitia lacrymis complecteremur ; ageremusque Deo optimo maximo gratias, qui nobis filij tui vicarium in terris gerentibus, dederit, vt huius reipublicæ maiorem dignitate & auctoritate filium tantum Regem, tantis opibus, tanta potentia præditum omnibus animi corporisque dotibus peromatum, florentem ætate, eidemque reipublicæ se tam pie coniungentem, addicentem, submittentemque conspiceremus. *Dat. III. idus decembris anno III. Bononiæ.*

Leonis lit. ad Reginā Francisci matrem.

32. &c. De pijs officijs a Rege Leoni peracturo sacra præstitis hæc refert Paris de Grassis b : *Ab altaris gradibus ad sedem paramentorum eunte Pontifice Rex sustulit caudam, me eidem porrigente ; de quo illico aduertentem feci Pontificem ; & Papa ad Regem conuertens orauit vt dimitteret ; sed Rex benigne perseueranit, asserens se vicario domini nostri Iesu Christi libenter seruire, etiam in minoribus : & sic vsque ad sedem sustulit ; cui in fine Papa benedixit. Rex sedente Pontifice etiam sedit super faldistorio parato ad dexteram Papæ.* Paucis interiectis addit auctor : *Admonui Regem, quoties Pontifex aliquid sacrum dicturus aut facturus surgeret, etiam ipse Rex surgere vellet : quod benigne semper fecit. Eundem Papam a sede paramentorum ad altare Rex præcessit, & super cussino in eodem latere strato Rex transuersalis genuflexit : quando Papa fecit confessionem, Rex respondit eidem ad longum : quando Papa similiter ad solium iuit, etiam Rex præcessit, & stetit apud faldistorium suum, quod posui inter faldistorium episcopi Ostiensis & sedile episcoporum : sic quasi erat in medio hinc inde : & stetit cum Papa Pontifice & sedit cum eodem sedente.* Et infra: *Leuato autem sacramento, cum omnes præsertim prælati nostri surgerent, ipse surgere noluit, sed deuotissime ambobus genibus terræ innixus, & manibus ante suam faciem coniunctis mansit. Pontifex data pace episcopo Cardinali assistenti, etiam dedit Regi primo, deinum duobus diaconis assistentibus, & ad suam genuflexionem rediit. Similiter dum Sacramentum ad solium Pontificis portaretur, ibidemque esset semper Rex sic, vt supra, deuotus genuflexus perstitit. Hoc facto Papa communicauit, cui aquam Rex stans ministrauit : ego dixi prius Papæ an placeret, quod id fieret ; & Rex audiens non permisit me Pontificem de hoc interrogare. Itaque barones duo regij cum nostris ministris de credentia attulerunt bacilia cum mantilibus, & absque eo quod Rex faceret probam aquæ, cuius ego pragustationem dedi archiatriclino papali, extendimus mappam ad spatulas Regis, & dedimus bacilia in manibus, & Papa continue laudans deuotionem Regis lauit : & demum gratias egit ei.*

b Paris tom. 4 pag. 401. Latina vestis pontificia a Rege delata.

Rex cum principib⁹ Pontificijs manibus aquā affundit.

36. &c. In hoc Bononiensi congressu constitutum ait Ferronius, vt pragmatica sanctio nouis conuentionibus in eius locum substituris aboleretur : ferunt Regi Pontificem muneris insignis loco particulam dominicæ crucis inclusam nempe aurea cruce gemmis quindecim pretiosissimis exornata tradidisse : Parmam & Placentiam veluti vetus Mediolanensium principum patrimonium Regi redoidisse : actum etiam de bello Turcis inferendo, imperijque Constantinopolitani titulos a Pontifice Regi delatos ; sed Franciscum Antonij Gratiani iuris prætecti & aliorum vsum consilio eos temptisse : Ægidium Augustinianorum magistrum communi cum Rege consilio ad Maximilianum Cæsarem legatum decreuisse, vt pacem cum Venetis redintegraret ijs legibus, vt Brixiam ac Veronam, accepta ab ijs ingenti auri vi restitueret : optabat enim Leo arma Christianorum in Turcas vertere ; atque adeo Emmanuelem Regem Lusitaniæ ad sacrū id fœdus cum Gallo & Romano Pontifice prouocauit.

Decreta legatio ad Cæsarem Maximilianum.

40 Hactenus de pontificio cum Francorum Rege fœdere, quod armorum terrore extortum fuit : ex cuius formulis Franciscus Parmam ac Placentiam Romanæ ecclesiæ ademit ; quod Leonem ægre passum esse, doloremque alto pressisse animo ferunt. Permolestum etiam fuisse Leoni aiunt a esse obstrictum ad Mutinam Rhegiumque parta a Iulio II. restituenda Ferrariæ duci, refusis ab eodem duce quadraginta aureorum millibus, quæ Romana ecclesia Cæsari, empta ab eo Mutina, numerasset : atque hanc pactionem a Pontifice varijs obtrusis difficultatibus minime completam. Ex his vero reselias eos, qui Leonem vt Francisci Regis amplitudini iniquum perstringunt, cum Franciscus re ipsa de Romana ecclesia male meritus fuerit, a qua Parmam ac Placentiam Mutinamque extorserit : amplissimas vero ditiones a Turca repetendas illi a Leone delatas malo politicorum consilio repudiauerit.

Parma & Placentia a Gallo erepta Ecclesiæ.

a Guicc. l. 13. Ægre fert Leo Mutinā & Rhegium Estensi restitui

Franciscus Ecclesiam potius quam Turcas spoliare maluit.

41. 42 Conceperat autem Selimus Turcarum Imperator sæuissima excindendæ Christianæ religionis, subijciendique suæ tyrannidi totius orbis consilia ; sed illius ambitioni obstabat Sophi, qui tuendi Persici imperij percupidus, ad iungendam cum Christianis occidentalibus armorum societatem inclinabat. Itaque cum Turca in Pannoniam primos impetus effundere meditaretur, vt ea debellata in Germaniam Italiamue irrumperet, Leo Hungariæ Regi subsidiarium aurum transmisit, vt copias aduersus Turcicos impetus contraheret : tum Poloniæ Regem solicitauit vt arma cum Gallo, Germano, & Hunga-

ro

10 in Turcas coniungeret, ac de Selimi Turcarum tyranni consilijs, opportunaque educendæ in eum, Christianis fœdere mutuo deuinctis, Persarum Rege socio, expeditionis occasione, certiorem literis a fecit.

a Leo X. l. 11 ep. pag. 85.

43 Habiti sunt celeberrimi opera Pontificis conuentus Viennæ, quibus vna cum Cæsare tres Reges Sigismundus Poloniæ, Ludouicus Boemiæ, Vvladislaus Hungariæ, Thomas Strigoniensis Cardinalis legatus apostolicus, cui sacerdotem argenteam crucē prætulisse narrat Cuspinianus, Matthæus Cardinalis Gurcensis cæsareorum consiliorum moderator, Laurentius Feltrensis præsul pontificius apud Maximilianum internuntius, cum Hispaniæ Angliæque Regum, & aliorum principum oratores, præter Regias, episcopos, & principes alios interfuerunt. Coactos hosce nobilissimos cœtus medio iulio ad eum finem, vt pax in vniuerso Christiano imperio redintegraretur, memorat Ioannes Dantiscus in poemate; additque eorum auctorem fuisse Thomam Strigoniensem legatum apostolicum, qui rempublicam Christianam superioribus difficilijs intestinis laniatam restituere, atque infideles perdomare annitebatur.

Celeberrimus Viennensis Regum conuentus.

44 Plurima in eo senatu Regum agitata sunt de sacra in Turcas conficienda expeditione, de qua Poloniæ, Boemiæ, & Hungariæ Regum oratores primis diebus suaforias conciones habuerunt: deinde Maximilianus Cæsar professus est, se illam semper meditatum, sed a Gallis Regibus distractum fuisse; cuius Latinam orationem historiæ suæ inserit Richardus Bartholinus b.

Cæsar intermissi belli sacri culpam deriuat in Gallum.

b Bartol. in Hodoporico l. 2.

45. &c. Laudauit 11. kal. augusti hoc Regum fœdus luculenta panegyrica oratione idem auctor, spesque ingentes ex felici huiusmodi coniunctione Christianæ reipublicæ magno splendore affusas proponens, diuinam prouidentiam extulit, quæ Mahometanos Reges mutuis dissensionibus implicuisset, ne Selimus Italiam, quam tantopere affectabat, inuaderet, excindendique Turcici imperij felicem occasionem ostendit.

50. &c. Diremptas in his conuentibus controuersias, quas inter Cæsarem & Sigismundum Poloniæ Regem intercessisse vidimus, refert Iodocus Ludouicus Decius c; nimirum reciprocum fœdus a Maximiliano, quod antea cum Basilio Moscouitarum duce aduersus Polonum sanxerat; decretosque ab eo oratores, qui Moscouitam ipsum honestis legibus ad pacem cum Polono conficiendam, hortarentur. Abiecisse quoque Maximilianum patrocinium magistri Prussiæ, illumque Polono Regi addicta solemni ritu clientelari spontione conciliandum sucepisse: ad decretam vero in Turcas expeditionem facilius conficiendam, de pace inter Cæsarem & Venetos instituta actionem, ac designatos ad eam prosequendam ex Hungarico senatu legatos; verum eos ex inopia commeatus remoratos.

c Iod. Lud. Decius in Sigism.

Abiecta a Cæsare cruciferorum clientela.

53. 54 Interea Ismael Sophi ad reprimendos Selimi impetus, non modo ad Fabricium Rhodiorum equitum principem oratorem misit, vt occidentales Christianos Reges ad inferendum Turcis bellum impelleret, pollicitus, se omnes vrbes & oppida, quæ quondam Christiani fuerant imperij, Christianis restituturum; verum etiam ad Alfonsum Albuquerquium d Indiarum proregem, qui deportatis maximis triumphis Christiani nominis gloriam longe lateque amplificauerat, oratorem suum Coieleamum nomine legauit, vt Lusitanam amicitiam expeteret.

Ismaelis ad Christianos legationes variæ.

d Ext. de eo Leon. l. 2. hist. pag. 85.

55. 56 Porro Albuquerquius, cum omnem ferme oram Indici maris, quæ Indo fluuio & Cori promontorio definitur, sub Christianum imperium subiunxisset, Malacam etiam adiecisset, regnum Armuzij armis cepisset, firmasset arce munitissima, & prudentia stabilijsset, Lusitanum & Christianum nomen latissime propagasset, æmulos suæ virtutis & gloriæ luce adeo perstrinxit, qui eum in inuidiam affectatæ vniuersæ Indiæ tyrannidis vocarunt apud Emmanuelem, vt ipsum ex India reuocaret: cum in lentum morbum incidit, quo ingrauescente sacris expiauit animum, reuisendæque Goæ, cuius imperij erat conditor, cupiditate incensus Indiam repetijt: ac licet initio moleste tulerit sibi successorem datum, deinde tamen diuinam in eo agnouit prouidentiam, ne eo moriente Christiana res periclitaretur; abiectaque omni rerum humanarum cura, conuersaque ad diuina recolenda mente pie obijt decima sexta decembris ætatis anno sexagesimo tertio, vt tradit Ioannes Barrosius a, integris sensibus ac rite sacramentis munitus; mortique proximus cruciatuum & mortis Christi sacram historiam coram se repeti iussit: *Crebrisque*, inquit Osorius b, *gemitibus, & alijs eiusmodi signis se ea lectione mirum in modum recreari demonstrabat.*

Vocatus in inuidiam apud Lusitanum Regem.

Pie ad obitum se cōparat.

a Barros. dec. 1. l. 10. c. 8

b Osor. l. 10.

57. 58 In Africa & Phutensi regno varia cum Mauris prælia lætis initijs & funesto exitu a Lusitanis gesta sunt. In alia autem Mauritaniæ parte felicius terra marique aduersus Afros Turcasque pugnatum est a Ferdinandi Regis Castellæ ducibus; nam in primis ad Cossyram insulam vulgo Pantalaream appellatam mense iulio Ludouicus Requesenius nouem triremium dux Solimanum piraticæ classis principem rapinis ac flagitijs insignem, qui superioribus annis Christiana littora vexauerat, ac Siculis spolijs tredecim piraticas triremes onerarat, adortus vicit c: quatuor hostiles naues fuga lapsæ, tres fluctibus depressæ, sex nostrorum in potestatem redactæ, nongentis barbaris, qui in ijs vehebantur, partim cæsis, partim in seruitutem adductis. Aliquanto post parta d est alia victoria terrestris de ferocissimo alio pirata Omicho siue Horuscio cognomento Barbarossa, patria Mityleneo, qui ex vili prædone sensim latrociniorum magnitudine auctus, etiam Africæ regnum deprædatus est. Potitus ante erat pluribus Tunetani regni locis maritimis, secundisque rebus elatus Bugiam vrbem regiam Hispano eripere, atque in ea imperij sedem collocare meditatus, cum superiori anno in portum classe inuectus, arces, quas Christiani obtinebant exploraret, bellico tormento laniatum brachium amiserat; cuius vice cum ferreum sibi aptari iussisset, hoc anno maiori conatu nefaria consilia intendit: Turcica enim classe & Maurorum maximo collecto exercitu Bugiam obsidione cinxit, varijs hostilibus impressionibus minorem arcem mari imminentem, cæsis omnibus Christianis, expugnauit.

Lusitanorū gesta in Africa.

Mauritani ab Hispanis fusi.

c Surit. in C l. 10. c. 97. Maran. l. 30. c. 16.

d Surit. sup. cap.

Barbarossæ brachiū tormento laniatum.

59. 60 Adducta erat ea vrbs in extremum pene discrimen, qua capta reliquæ Mauritaniæ arces periclitabantur; cum Balearium prorex impositis classi tribus selectorum militum millibus ad eam propugnandam procurrit Ferdinandi Regis imperio e; adeo vt barbarus extracta in plures menses obsidione, cum post varias molitiones facto simul in quinque loca cum omnibus copijs impetu, maxima strage Maurorum propulsatus fuisset, demum desperata victoria discesserit: quem felicem triumphum describit Mariana f.

Bugia ab eo in discrimen adducta. Obsidione liberata.

e Surit. in C l. 10. c. 97.

f Marian. l. 30. c. 16.

61. &c. In America simul cum Hispano imperio propagata est Christiana religio; idque mirum narrat Petrus Martyr g in commentarijs suis hoc anno conscriptis: præmuntiatum iam ante barbaris fuisse Hispanorum aduentum, tristibusque elegijs calamitates publicas ab ipsis inferendas celebratas fuisse; tum defixo in ijs oris crucis signo dæmones se nus-

g Pet. Mar. dec. 3. c. 7.

In America propagata religio.

quam visendos obiecisse. Confirmata vero est fides miraculis, indigneque illud est, quod in Bainoa prouincia euenit, quo Dei contemptor, & sacrilegus dynasta cœlesti vltione ad pietatem adductus est, vt auctor his verbis memorat a: *Regionis regulus vxorem in sacello a Christianis in eius ditione structo orantem reperit; connubium petit: habendam esse rationem loci Deo sacri vxor arguit; cuius verba hæc fuerunt: Tritona trinoca; quod sonat, esto quietus; Techeta cynato ponucchima; quod sonat: Dominus multum irascetur; inquit excusso brachio marinus: Guaibba; idest: Vade; Cynato macbabuca guamchima; interpretatur: Quid ad me quod irascatur Deus? Vim vxori intulit: repente mutus effectus est, & semimanens, pœnitentia ductus & miraculo perculsus donec vixit egit vitam religiose, nec passus est vltra sacellum verri aut ornari aliena manu. Eo miraculo & incola multi, & Christiani omnes commoti sacellum pientissime frequentant: aquissimo libentique animo ferunt, regulum fuisse passum eius contumelia vindictam.*

a Id.ib.c.8.

Sacrilegiũ in barbaro repente vindicatũ. Perculsus miraculo barbarus crimen ex piat.

64 Optabat Pontifex noui orbis incolarum mores perdiscere: quibusnam superstitionibus irretiti tenerentur; vtque ad excipiendos euangelicos fatus comparati viderentur: de quo certior factus Petrus Martyr a Galeatio Butrigario & Ioanne Ruffo archiepiscopo Cusentino Leonis internuntijs plura de barbarorum institutis accuratissime ad Leonem Pontificem conscripsit, inter quæ narrat, illos, vtpote in omne lasciuiæ genus effusos, de vxorum pudicitia omnino diffisos, heredes principatuum creare solitos filios ex sororibus progenitos: extincto que regulo charissimas illius pellices formæ elegantia præcellentes cum mundo muliebri viuas sepeliri.

Vxores viuæ sepeliri solitæ a barbaris cum regulis.

IESV CHRISTI
Annus 1516.

Indict. 4.

LEONIS PP. X. annus 4. — MAXIMILIANI ROMAN. REGIS annus 23.

Præsules de monachorum priuilegijs conquesti sunt.

1. &c. DEcima sessio concilij Lateranensis, quæ die quarta iunij celebranda erat, extracta est in decembrem ob varias præsulum, immunitates monachorum abrogandas contendentium, episcopalemque societatem ad allerendam antistitum auctoritatem in Vrbe institui deposcentium lites, quas describit Paris de Grassis b episcopus Pisaurien sis & pontificiarum cæremoniarum præfectus.

b Paris in 10.4 mss. arc. Vat pag. 161.

4 Celebratos deinde xv. decembris die in palatio apostolico generales præsulum cœtus, atque in ijs decreta, quæ in proxima sessione proponenda erant, excussa fuisse, addit auctor c: primum erat de pactionibus conclusis inter pontificem Gallisque Regem, secundum de antiquata sanctione pragmatica, tertium de mandato monachis denuntiando, ne sine accepta a præsulibus potestate conciones habeant; quartum de concordiæ ratione inter præsules ac monachos, quæ fere ab omnibus reiecta est.

c Id. ibid. pag. 173.

Sessio x.

5. &c. Proximo die sessio habita est, in qua Antiocheni siue Maronitarum patriarchæ oratores literas illius produxere, quibus ille grates Leoni agebat de misso ad se internuntio apostolico, Armeniorumque veteres errores circa sacrum chrisma, quod ex multiplici aromatum permistione confici consueuerat; tum circa baptismum, qui quadragesimo tantum die conferebatur Maronitis, deposuisse addebat, ac fidem orthodoxã & institutа Romanæ ecclesiæ colere professus, apostolicos apices venerabatur, ac Romano ipsi Pontifici fidem suam præstabat, deferebatque obedientiam. Quibus perlectis Maronitæ oratores exarata literis complexisse, atque ad exitum perduxisse referunt acta concilij, confirmatque Paris dum ait: *Demum iterum ante pedes Papæ comparuerunt, & illis osculatis præstiterunt obedientiam capite solum tangente: demum ducti sunt ad loca sua in sedilibus prælatorum, post tamen omnes prælatos sedentes, quia ipsi erant religiosi.*

Vetiti monachi sine episcoporum mandato conciones habere.

9. &c. Addit auctor deinde Andream episcopum Reualiensem oratorem marchionis Brandeburgensis ascensu suggestu sanctionem perlegisse, ne monachi sine episcoporum mandato & auctoritate sacras haberent conciones, neue in ijs titillandis fidelium auribus, commentis inanibus, sed explanandis euangelicis oracul is, mentibusque ad pietatem flectendis studerent; funesta quippe ea tempora ab Apostolo prænunciata immuebant; de quibus ita ad Timotheum scripserat a: *Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt; sed ad sua desideria congregabunt sibi magistros, prurientes auribus: & a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur*: propterea concionatores iussi examini subijci, admittique vetiti nisi doctrina, ac morum probitate præluerent; tum moniti scripturæ sensum ex sanctis patribus explanent, vetitique diem iudicij vel aduentus antichristi præfigere; quo errore Anabaptistas illaqueasse simplices viuri sumus.

a 2. Tim. 4. Adulteratum a multis Verbũ Dei.

12. &c. Promulgata deinde in concilio est prolixior sanctio, qua abrogatæ pragmaticæ sanctionis vice, pacta inter Leonem Pontificem & Franciscum Gallorum Regem in Bononiensi colloquio de sacerdotijs, & dignitatibus conferendis ecclesiasticis continebantur: Gallo enim Regi datum est, vt promouendum in episcopum ætate, doctrina, & moribus idoneum proponeret, qui si repellatur a Pontifice, alterius proponendi potestas illi collata est, necnon detrahendi canonicis & monachis episcoporum & abbatum designandorum iuris causæ adductæ fuere, vacaturi vero in ecclesijs cathedralibus vnius sacerdotij collatio & auctoritas Pontifici reseruata, ac priuilegia nonnulla viris doctrina conspicuis attributa. Cum autem scientiarum varij sint dignitatis ordines, theologos iuris pontificij interpretibus, hosce cæsareis iurisconsultis, iurisconsultos medicis, medicos philosophis anteferendos constitutum est.

Cur sublata in Gallijs episcoporum & abbatum electiones.

18. &c. In concubinarios vero sacerdotes graues instauratæ leges, tum pœnæ concubinatum spe quæstus permittentibus irrogatæ; laici vero admoniti, vt a scortis abstineant, ac si continere nolint vxorem ducant.

21 Veterum vrbes, oppida, aliaue loca sacrorum vsu interdici, nisi ob incolarum vel magistratuum crimen. Quas omnes pactiones inter sedem Apostolicam & Gallos Reges in Bononiensi conuentu factas Leo confirmauit ea lege, vt Franciscus Rex sex mensiũ flexu publicis literis ratas & gratas se habere profiteretur, tum in legum Gallicarum tabulas referret. Consentientibus omnibus patribus fusio hoc decretum confirmatum, narrat Paris de Grassis, quamquam Francisci Regis oratores ferre palam suffragia subterfugerint. *Oratores*, inquit, *Francie duo episcopi in vrbe presentes noluerunt concilio presentes esse, quia, vt mihi dixit Papa, noluerunt consentire reuocationi pragmatice, ne displicerent prelatis & nationi; sed consenserunt secrete.*

22 Irrita deinde facta fuit apertius iterum nouo decreto in concilio eadem pragmatica sanctio, quæ Carolo VII. Rege in Bituricensibus conuentibus, vigente Basileensi schismate, aduersus Romanorum Pontificum auctoritatem lata fuerat: quam licet a Ludouico XI. abrogatam magna religionis testificatione

Pragmatica sanctio rescissa.

tione in publico Cardinalium ſeriatu viderimus, eatamen re ipſa ob præſulum & regiorum adminiſtrorum pertinaciam reſciſſa non fuerat, nec quæ a Sixto IV. aſſentientibus regijs oratoribus ſtatuta erant a, perfecta fuerant; nec præſules Galli repetitis ſæpius monitis Innocentij VIII. & Iulij II. obtemperarant, donec idem Iulius, quamuis ſacroſanctæ poteſtatis vi eam poſſet conuellere, iudiciarium tamen ordinem in concilio Lateranenſi ſeruare maluit, quem præſulibus Gallis diem conſtituiſſe, vt in concilio ad dicendam cauſam, ob quam reſcindenda non eſſet, ſe ſiſterent: ac dein Leonem X eius inſtituiſſe veſtigijs, ac ſæpius iudicium extraxiſſe, vt præſules ſtatuto die adeſſent. Verum conquiſita fuiſſe ab ijs diffugia ad declinandum acceſſum ad ſedem Apoſtolicam paruit, cum iam paretactis itineribus, Inſubriaque ac Liguria in Gallorum poteſtatem redactis ad ſubſellia Lateranenſia non venerint. Lata itaque eſt a Leone decretoria ſententia b, qua pontificiam auctoritatem conciliorum auctoritati antecellere demonſtratum, ac promulgatum eſt.

a *Sup. conſtitutio in princ.*

Quæſita a Gallis varia diffugia ne cõparerent.

b *Extr. in act concil. & in bull. in Lat. conſt. 10.*

Ad perpetuam rei memoriam, ſacro approbante concilio.

23. &c. Sicut piæ memoriæ Leo Papa I. prædeceſſor noſter, cuius in hoc libenter, quoad poſſumus, veſtigia imitamur, ea quæ in ſecunda Epheſina ſynodo temere contra iuſtitiam & catholicam fidem geſta fuerunt, poſtmodum in Chalcedonenſi concilio mandauit ac fecit, pro dictæ fidei firmitate reuocari; ita & nos a tam nefariæ ſanctionis & contentorum in ea reuocatione retrahi aut deſiſtere, ſalua conſcientia, ac noſtro & ipſius eccleſiæ honore non poſſe aut debere cenſemus. Nec illud nos mouere debet, quod ſanctio ipſa & in ea contenta in Baſileenſi concilio edita, & ipſo concilio inſtante a Bituricenſi congregatione recepta & acceptata fuerunt; cum ea omnia poſt translationem eiuſdem Baſileenſis concilij per felicis memoriæ Eugenium Papam IV. etiam prædeceſſorem noſtrum, factam, a Baſileenſi conciliabulo, ſeu potius conuenticulo, quæ præſertim poſt huiuſmodi translationem concilium amplius appellari non merebatur, facta exigerint, ac propterea nullum robur habere potuerint; cum etiam ſolum Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem tanquam auctoritatem ſuper omnia concilia habentem conciliorum indicendorum, transferendorum ac diſſoluendorum plenum ius & poteſtatem habere, nedum ex ſacræ Scripturæ teſtimonio, dictis ſanctorum patrum ac aliorum Romanorum Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum, ſacrorumque canonum decretis, ſed propria etiam eorundem conciliorum confeſſione manifeſte conſtet, quorum aliqua referre placuit, reliqua vero, vt pote notoria, ſilentio præterire. In Alexandrina enim ſynodo Athanaſio ibidem exiſtente, Felici Romano Pontifici ab eadem ſynodo ſcriptum fuiſſe legimus, Nicænam ſynodum ſtatuiſſe, non debere abſque Romani Pontificis auctoritate concilia celebrari: neque nos latet etiam eundem Leonem Pontificem Epheſinam ſecundam ſynodum ad Chalcedonenſem tranſtuliſſe: Martinum etiam Papam V. præſidentibus ſuis in concilio Senenſi poteſtatem transferendi concilium, nulla conſenſus ipſius concilij mentione habita, dediſſe. Epheſinam quoque primam ſynodum Cœleſtino, ac Calcedonenſi eidem Leoni, ſextam Agathoni, ſeptimam Hadriano, octauam Nicolao: etiam Conſtantinopolitanam ſynodum Hadriano, Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris maximam reuerentiam exhibuiſſe eorundemque Pontificum inſtitutionibus & mandatis in ſacris conciliis per eos editis & factis reuerenter & humiliter obtemperaſſe. Vnde Damaſus Papa & cæteri epiſcopi Romæ congregati ſcribentes de concilio Ariminenſi epiſcopis in Illyrico conſtitutis, præiudicium aliquod per numerum epiſcoporum Arimini congregatorum fieri non potuiſſe teſtantur; quandoquidem conſtet Romano Pontifici, cuius ante omnia decebat ſpectari decretum, talibus non præbuiſſe conſenſum; eundemque Leonem Pontificem vniuerſis Siciliæ epiſcopis ſcribentem idem voluiſſe apparet: conſueuerunteque antiquorum conciliorum patres, pro eorum, quæ in ſuis conciliis geſta fuerunt, corroboratione, a Romano Pontifice ſubſcriptionem approbationemque humiliter petere & obtinere, prout ex Nicæna, & Epheſina, ac Chalcedonenſi huiuſmodi, & ſexta Conſtantinopolitana, & ſeptima eadem Nicæna, & Romana ſub Symmacho ſynodis habitis, earumque geſtis, necnon in Aimari libro de ſynodis manifeſte colligitur: quod etiam nouiſſime Conſtantienſes patres feciſſe conſtat: quam laudabilem conſuetudinem ſi Bituricenſes & Baſileenſes ſecuti fuiſſent, huiuſmodi moleſtia proculdubio careremus. [Nonnullis interiectis, quibus Bituricenſis conuentus regnante Carolo VII. habiti corruptelæ damnati ſunt, additur.]

Baſileenſes ſchiſmatici nullum illi robur addere potuerunt.

Concilio-rum auctoritas inferior pontificia.

Veterа cõcilia paruere Pontificibus.

27 Et cum de neceſſitate ſalutis exiſtat, omnes Chriſtifideles Romano Pontifici ſubeſſe, prout diuinæ ſcripturæ, & ſanctorum Patrum teſtimonio edocemur, ac conſtitutione felicis memoriæ Bonifacij Papæ VIII. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, *Vnam ſanctam* declaratur: pro earundem fidelium animarum ſalute ac Romani Pontificis & huius ſanctæ ſedis ſuprema auctoritate, & Eccleſiæ ſanctæ ſuæ vnitate & poteſtate, conſtitutionem ipſam, ſacro præſenti concilio approbante, innouamus, & approbamus, &c. *Dat. Romæ in publica ſeſſione in Lateranenſi ſacroſancta baſilica ſolemniter celebrata anno incarnationis dominicæ* MDXVI. XIV. *kal. ianuarij, pontificatus noſtri anno* IV. Corroboratam omnium ſententijs hanc ſanctionem refert Paris de Graſſis: *Omnes*, inquit, *abſolute reſpouerunt: Placet; & inter alios Papa dixit: Non ſolum placet, ſed multum placet, & perplacet.*

Prouncia tũ eſſe de neceſſitate ſalutis ſub eſſe Romano Pontifici.

28. &c. Alia ſanctione compoſitæ ſunt ingentes illæ lites, quas vidimus ab epiſcopis creatas tuiſſe monachis, quos immunitatibus ab Apoſtolica ſede conceſſis abuti, indeque præſularis dignitatis ſplendorem auctoritatemque obſolefcere conquerebantur: temperatæ enim ita fuere illorum prærogatiuæ, vt debitus honos epiſcopis deferretur, & monachorum pax aſſereretur a. Iuſſi in primis monachi ad indictas ab epiſcopis ſolemnes ſupplicationes accedere, excipiendarumque ſacrarum exhomologeſeon auctoritatem ab illis petere, ſubijcere ſe examini an Latinæ linguæ cognitione inſtructi ſint cum ſacris ordinibus initiari cupiunt, ne templa ab alieno epiſcopo conſecrari procurent, ne pernigilio paſchæ campanas pulſent antequam in principe templo pulſatæ fuerint; laicos a pendendis decumis dehortari vetitis debitus erga epiſcopos obſeruantiæ cultus ijs commendatus; tertij ordinis ſodales epiſcopis ſubditi pronunciati, reliquæ vero monachorum prærogatiuæ confirmatæ.

Pœna in eos conſtituta qui pragmatica ſanctione vtuntur.

Priuilegia in maximo conſtituta reuocata.

a *Extr. in act concil. & in bul. in Lat. conſt. 11.*

38 Indictam deinde fuiſſe duodecimam ſeſſionem ad XVI. martij, diem refert Paris de Graſſis, tum addit: *Quibus expeditis procurator fiſcalis fecit officium contra abſentes contumaces, & Papa ſurgens depoſita mitra cantauit ex libro: Te Deum laudamus, &c.* Hactenus de Lateranenſis ſynodi ſeſſione vndecima: nunc reliquas huius anni res geſtas proſequamur.

39. &c. Debilitatum eſt hoc anno Chriſtianum imperium triſtibus duorum Regum funeribus, quorum ſapientia & auctoritate plura florentiſſima regna ſuſten-

Ferdinãdi Hiſp. Regis obitus.

sustentabantur, succedentibus in eorum solia pueris, qui licet generosissimi, impares tamen per ætatem tantæ rerum moli extiterunt: nam in primis initio anni Ferdinandus Hispaniarum, vtriusque Siciliæ, Sardiniæ, Africæ, maritimi tractus, & noui orbis Rex, diuturno morbo absumptus, dum vitæ extrahendæ causa nouum subinde solum mutat, in vico, cui nomen Matricalesium inditum est, resciso Burgensi testamento, nouoque facto, quo Ioanna filia regnorum hæres instituta [a] est, administratio Carolo illius filio commendata, huiusque in Hispanijs procurator renuntiatus Franciscus Ximenius Cardinalis & archiepiscopus Toletanus: Ferdinando vero nepoti ex consiliariorum sententia nulla alia hereditas quam fraterna beneuolentia relicta [b], e vita discessit ritesacris omnibus Christianis expiatus. Omnium consensu lauream inter principes Christianos meritis & auctoritate, sua ætate ipsum retulisse, Volaterranus scribit [c], nec immerito, cum etiam aliæ ætates felices censendæ sint, quæ pares illi ferant, vt qui Granatensi regno Christi cultum restituerit, Africæ oram domuerit, Marranos expulerit, monachorum sodalitia purganda, tribunalia ad hereses excindendas erigenda curauerit, nouum orbem patefecerit, in eoque religionem amplificarit, atque instituerit episcopatus, sedis Apostolicæ dignitatem tuendam armis aduersus schismatis Pisani fautores susceperit, deque æmulis triumphando Neapolitanum & Nauarricum regna suo imperio adiunxerit. Prænuntiatam Alfonso Regi a viro sancto Carmelita hanc illius felicitatem ipso die, quo in lucem editus fuerat, refert Ioannes Mariana [d].

42 Morabatur Florentiæ Pontifex, cum de Ferdinandi obitu ab internuntijs suis in Hispania agentibus certior factus, literas [e] contracti ex eo maximi doloris indices ad Maximilianum Cæsarem scripsit.

43. 44 Porro Carolus in Cæsarum ordine postea dictus V. accepta aui morte Hispaniarum Regem se dixit Pontificis maximi & Cæsaris hortatu; quod matri Ioannæ Reginæ superstiti nulla, vt aiunt, ob mentis motionem de gerendo & administrando regno cura esset. Strenuam vero dedisse operam Ximenium, vt Castellæ ordines illi vna cum matre regium nomen deferrent [f]: cumque nonnulli proceres nouos excitarent motus, ad eos compescendos vertisse curas; tum ad instituendam militiam, quæ non ex profligatis vagisque hominibus, qui armati sese in omnium scelerum genus effunderent, sed ex bene moratis vrbium ciuibus, qui a flagitijs sibi temperarent, quod ex Ferdinando Rege, qui pietatem cum militari arte semper coniunxerat, ipsum hausisse refert auctor [g].

45. &c. Igitur Ximenius publico edicto ad omnes vrbes misso excitauit ciues multis propositis immunitatibus, vt nomen darent militiæ, qui reipublicæ, quoties flagitaret necessitas, ad illam tutandam præsto cum armis futuri essent: atque ita nullo publicæ rei sumptu plusquam triginta millia lectissimorum militum ex vrbium ciuibus modico temporis interuallo ad omnes incursus hostiles sunt comparata, ludusque militaris apertus fuit. Confecisse præterea feliciter Cardinalem Ximenium Nauarricum bellum multis interfectis addit [h]: quippe Ioannes Alebretensis Nauarra ante pullus, simulatque Ferdinandum Regem obijsse cognorat, auiti regni recuperandi cupidus, Gallicisque fultus præsidijs, per valles Pyrenæorum montium Roncalem & Ilamam exercitum induxerat; ad quem propulsandum Antonius Manricus Nauarrensium dux difficilem subijt prouinciam, inperatoque euentu Ferdinandus Vilalua Placentinus tribunus militaris Gallos in præruptis montium angustijs vepribus obsitis deprehensos sudit: quo comperto Ioannes Rex obsidionem oppidi S. Ioannis in citeriori montium radice siti soluit, regressusque in Gallias inopina morte extinctus est. Cum Ximenius, vt rebellandi occasionem Nauarrensibus adimeret, oppidorum mœnia, paucis exceptis euerti iussit, ne in præsidijs sustentandis opes absumeret, quas in tutanda ab Afrorum Turcarumque grassationibus maritima ora erat collocaturus; eamque ob causam ipsum validam instruxisse classem subdit Aluarus Gomesius [a], quæ octo militum millia Didaco Vera duce in Oranica expeditione virtutis militaris claritatem adepto in Algerij littore III. kal. octobris exposuit ad expugnandum Algerium, quod ab Horuscio Barbarossa, qui ex pirata Regem se dixerat, Morabitorum Mahometanorum Christianum iugum excutere optantium factione occupatum fuerat, depulso illius principe, qui Hispaniarum Regis fiduciarium se profitebatur: verum contrario successu gestum bellum est; quippe Algerium a tyranno fortissima Turcarum manu & Numidarum equitatu numeroso munitum erat adeo, vt Christiani in plures diuisi acies, cum in quatuor locis simul imperum fecissent, hostibus impares ingenti accepta clade deleti fuerint. Porro Hurosium Barbarossam, qui ex Mauritaniæ ora deturbare Christianos, & Africam in Selimi Turcarum Imperatoris seruitutem redigere annitebatur, obiacentes Italiæ insulas infesta classe vexasse, ostendunt pontificiæ literæ [b].

50. &c. Instructa [c] est in Genuensi portu pontificijs auspicijs sumptuque maxima ex parte classis decumano scilicet sacerdotali auro conducta, in qua præter minora nauigia decem & nouem erant triremes, tres maioris aluei naues, ac duæ Liburnicæ; quæ Mauritaniam versus vela direxit [d], ac nimia cupiditate prædæ faciendæ egregij facinoris, nimirum intercipiendæ Biserræ & Turcicæ classis auehendæ vel incendendæ occasionem amisit: maxime cum Gallorum Rex quantam spoponderat classem non coniunxisset, Christianos tamen barbarica seruitute pressos in libertatem vindicauit, ac prædam ingentem auertit [e].

55. &c. Dum bellum in Africa gerebatur, Selimus in Asia post necatum superiori anno Aladolum Tauri & Antitauri Regem in Syriam irrupit, ipsisque kalendis septembris castris positis ad Singam amnem non procul ab Aleppo foedanum eiusque Mamaluchos prælio fudit proditione Caierbei præfecti Aleppi, & Comagenes prouinciæ, qui in medio pugnæ ardore desciuit, vertitque in Campsonem arma, adeo vt infelix Rex excussus equo conculcatusque interierit: qua victoria parta Selimus Syriam Turcico adiecit imperio, ac deinde ad Ægyptum inuadendam terrestrem exercitum promouit. Hi porro Selimi progressus maximam vniuerso imperio Christiano iniecere formidinem, adeo vt Pontifex sustentandæ rei Christianæ percupidus, vniuersos Reges ad capienda arma præmonuerit, ne intestinis discordijs distracti sub ferocientis rerenti tyranni vi succumberent.

58. &c. Cæterum Selimus Turcarum Imperator extremo superiori anno cum prædictam in Ægyptum expeditionem conficere decreuisset, ne distraheretur ab Hungaro, pacem ab eo petierat: Turcicam vero ingraueſcentem potentiam veritus Pontifex, Vladislaum monuit, ne pacem inducias ue cum Selimo pangeret, qui subactis orientalibus prouincijs omnes impetus in Pannoniam conuersurus esset: tum cæteros Christianos Reges est adhortatus, vt fœdera cum eodem Rege Hungaro aduersus Turcas, a quibus de pace rogatus erat, inirent: cumque a propinquiore Francorum Rege perhumanum responsum accepisset, nimi-

a Guic. de rebus gestis Card. Ximen. l. 5. Sua. to. 6 l. 10 c. 99. Marian l. 30. c. 27. b Guicc. l. 12

c Volater. l. 22. Com. Præcipuæ illius res gestæ.

d Marian. de reb Hisp. l. 25. c. 18.

e Ext. apud Bemb. l. 11. ep. 24.

Ioanna Regina lamentis impos regnum administrare non potuit Ximenus dat operam vt regnum Carolo V. asseueretur. Guicc. l. 6.

f Idem ibid.

Ora arte a Ximenio exercitus sine sumptu ad subitos casus comparatus.

g Id. ibid.

h Id. ibid.

Ioannis Alebretensis in Nauarram expeditio.

Infelici exitu dissoluta.

a Eod. l. 6.

Algerio propulsatus Hispanus exercitus. Aucta in Africa Barbarossæ potentia.

b Ext. apud Bemb. l. 12. ep. 8 ep. 9. c Aug. Iust. l. 6.

d Aug. Iust. lib. 6.

e Id. ibid.

Selimi in Sultanum Ægyptiũ expeditio.

Syria turcico adiecta imperio.

nimirum apostolicis se iussis obtemperaturum, vires-
que omnes in tuenda religione impensurum, in spem
maximam adductus est, vt Christiani principes vali-
da auxilia submissuri essent, idque Vesprimiensi epi-
scopo significauit a: tum ad Dalmaticas arces com-
muniendas annonam ex Sibinicensi penu subminis-
trauit. Percusserat anno superiori foedus armorum
cum Maximiliano Cæsare & Sigismundo fratre Polo-
niæ Rege Vvladislaus aduersus Turcas, suspensique
erant expectatione florentissimæ alicuius expeditionis
omnium animi, cum illius obitus Christianas spes
attriuit; de quo hæc Paris de Grassis: *In testamento
suo Pontificem Romanum ac ecclesiam Romanam reliquit
ad defensionem filij, & quodam modo pro executore
testamenti sui.*

62. 63 Successit in Pannoniæ ac Boemiæ regnis
Vvladislao Ludouicus eius filius, ob ætatem gerendo
regno non idoneus: quem Leo consolatorijs literis b
erigere conatus paterna omnia officia ei spopondit: *Et quoniam*, inquit, *legatus scripsit ad nos, patrem
tuum extremo vitæ suæ tempore nobis te commendauisse;
omnes nostras opes, omnem auctoritatem ad te fouen-
dum ornandumque pollicemur, teque iam in charissimi
nobis filij locum agnoscimus atque recipimus, &c. Dat.
pridie non. aprilis* MDXVI *pontificatus nostri anno* IV. *Ro-
mæ*. Præterea legauit ad eundem Regem Robertum
archiepiscopum Reginum; vt vna cum Thoma Car-
dinale Strigoniensi optima suggereret consilia, Hun-
garicamque rem pontificio nomine administraret;
hortatusque est cunctos Pannoniæ principes, vt com-
muni consilio & consensu regnum Hungaricum tue-
rentur; tum etiam Cardinalem Strigoniensem c, vt
omni cura studioque ad componendas quæ suis exo-
rientes discordias incumberet.

64. &c. Asserendæ publicæ paci, continendisque
in Ludouici impuberis fide atque obsequio principi-
bus ac populis nauauit studiose operam idem Cardi-
nalis, celebratique sunt ordinum regni Hungarici
conuentus sine vlla dissensione, Turcæque pacem an-
tea ab Vvladislao petitam iterum a Ludouico petie-
runt: de quibus idem Cardinalis legatus Pontificem
consuluit, num ea conficienda esset. At Leo, quem
vniuersos Christianos Reges in bellum aduersus Tur-
cas educere meditantem, eiusmodique pacem Vvla-
dislao dissuadentem vidimus, adhibitis in consilium
Cardinalibus iterum pacem dissuasit d, Christiano-
rum Regum subsidia rursus pollicitus: illam enim
grauiora discrimina parituram, quam Turca hostili
animo poscceret, quo nimirum, protrito in oriente
soldano, crudelius deinde bellum in Hungaros gere-
ret. Armatus pacem orabat Turca; licet enim in
Syria fulminaret, confinijs tamen Pannoniæ præfectos
maximis instructos copijs imposuerat, qui continuis
hostilibus impressionibus Dalmatiam & Croatiam
adeo atterebant, vt ij sibi suisque fortunis iam pene
desperantes palam professi sint, ab Apostolicæ sedis
ac Pannoniæ Regis obedientia ad Turcas defecturos,
nisi vel Pontifex, vel Hungarus Rex, vel quiuis alius
princeps Christianus opportuna auxilia submitteret:

71. &c. Externi belli terror auctus est ciuilibus
discordijs, quæ florentissimum Hungariæ regnum af-
flixere, de quibus hæc Iodocus: *Horribile est referre
quam cito regnum illud nulli in orbe secundum opi-
bus armisque potens splendorem suum exuerit, atque
ex nuper domestica & paulo post etiam a Turcis accepta
clade vix dum respirans, variis intricatum fuerit factio-
nibus*. Tantis vero malis mederi non potuit Sigis-
mundus Poloniæ Rex, cum Moscouiticis Tartaricis-
que bellis implicitus teneretur, adeo vt a Tauricano
Cæsare, quem socium in Moscouitas sibi asciuerat,
Russia, Podolia, atque Hungariæ pars ferro flamma-
que fuerint euastatæ improuisa excursione, dum a bar-
baro fœderato nil hostile meturebatur: supra triginta
millia illos fuisse, & in quatuor agmina diuisos irru-
pisse, & supra quinquaginta Christianorum millia
abduxisse in seruitutem luget idem auctor a.

74 Immisit deinde in Lituaniam Moscouita exer-
citum, sed strenue a Polono ad Starodubam victus b
propulsatusque deinde ab ipso Basilio reuocatus est
ad depellendos Tartaros, qui glomeratis octuaginta
equitum millibus in Moscouiam irrumpentes com-
missa pugna victoriam retulere; in qua Moscouitarum
viginti & eo amplius millia cecidisse, præter maxi-
mam multitudinem in seruitutem adductam, ferun-
tur. Ita mutuis Polonorum Moscouitarumque bellis
vti Christiani nominis hostes & Poloniam Moscouiam-
que depasti sunt; quos ad hæc mala Christifidelibus
infligenda præstigijs afflatuque dæmonum impelli
solitos narrat Iodocus. Feciss eos iterum affecto
autumno excursiones in Russiam prædæ superioris il-
lecebra pellectos, addit auctor; sed egregie a Polo-
nis, qui ad subitos euentus se iam parauerant, re-
pressos: at Basilium Moschouitarum ducem præteri-
tis Tartarorum Tauricanorum irruptionibus male af-
fectum positis superbis animis mentem ad pacem
cum Polono redintegrandam flexisse.

75. &c. Auxere superiora mala, atque hostibus
fidei ad lacessendum Christianum imperium addidere
audaciam grauissima alia duorum maximorum Re-
gum, qui præcipui rei Christianæ defensores esse de-
buissent, nimirum Maximiliani Romanorum, ac Fran-
cisci Gallorum Regum dissidia; quæ ex Heluetiorum
contrarijs factionibus aucta, cum octo regiones, quas
Cantones vocant, Gallo Regi, reliquæ vero Cæsari
adhæsissent: ex quorum discordia, tum ex Zuingliana
hæresi obtrita eorum vis & gloria obsoleuit. Non
deerant vero argumenta & rationes, quibus Matthæus
Cardinalis Sedunensis, cui postea assensit c Leo, du-
cebatur, vt Heluetios suarum partium sectatores Cæ-
sari Germano, Hispanisque coniungeret; siquidem
Galli non obsecundabant pontificijs votis in suscipien-
do aduersus Turcas bello, sed Neapolitanum regnum
Carolo postea inter Cæsares Væius nominis nuncupa-
to eripere moliebantur.

79. 80 Inter quæ Maximilianus Hispano instru-
ctus auro quindecim Heluetiorum millia ex quinque
regionum socijs conduxit, coniunctisque quinque
millibus equitum, a Matthæo Cardinale Sedunensi
sociatus in Insubriam irrupit, & Asulam obsedit d,
quo tempore Brixia a Venetis Gallisque ingenti obsi-
dione premebatur; sed facta ab ipso in ea arce expu-
gnanda longa mora, Galli e, qui irruptionis illius
timore perterriti, suisque diffisi viribus Mediolanum
deserere cogitarant, collegere animos, extractoque
bello Maximilianum in Germaniam se subducere coe-
gerunt, ac Brixia pluribus a Veneto hostilibus im-
pressionibus fatigata demum deditionem fecit. Re-
dintegrata tandem pax est f medio augusto Nouio-
duni inter Franciscum Galliæ & Carolum Hispaniæ
Reges, ea præcipua pactione, vt Francisci filia in-
cunabulis adhuc vagiens cum dotalibus Neapolitani
regni controuersis iuribus Carolo V. desponderetur;
ac Nauarra constituto temporis flexu vel restitueretur,
vel eo elapso, Gallo Regi ad recuperandum id
regnum armis iuuare Nauarrum liceret.

81. &c. Non caruit autem intestino bello Pon-
tifex: siquidem Franciscum Mariam Roboreum Iu-
lij II. nepotem damnatum legibus depulit Vrbini
principatu, quem in Laurentium fratris filium tran-
stulit g.

84. &c. Ardebant hoc tempore in Germania
grauiora odia inter politiorum literarum studiosos ac
theolo-

a Est apud Bemb. l. 11. ep. 27. Vladislai Regis obitus.

b Extant apud Bemb. l. 11. ep. 23. Missus in Hungar. Regnus archiep. Monici Hungari vt regnum tueantur. c Ib. ep. 5.

Petitum a Pont. consilium an pax cum Turca admittenda sit.

d Ib. ep. 2. Dalmatia a Turcis vexata. Dalmatæ in extremã pene desperationem adacti.

Hungari in grauissimas dissensiones propsi.

Tartarorũ Præcopensium irruptio in Poloniam. a Id ibid.

b Leunclauius de bellis Moscor. Moschi a Tartaris profligati.

Secundo in Russiam excurrunt sed propulsantur.

Orta inter Gallũ Regem & Maximilianũ dissidia.

c Guicc. l. 11. Franciscus Rex sua commoda Christi causæ præfert.

d Guicc. l. 11. Immissus a Cæsare in Longobardiam exercitus. e Guicc. l. 6. Cunctatione nimia profligatus. Composita pax inter Franciscũ & Carolũ V. f Guicc. l. 11

Cæsaris ad Pont. de bello turcico gerendo responsum. g Ext apud Bemb. l. 12. ep. 26.

Reuclin hæresis crimine petitus.

theologus; ex quibus postea auctore Luthero immensum hæreseos incendium conflatum est. Florebat laude literaria Ioannes Reuclin Capnion Phorcensis legum doctor, linguarum trium Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ pene ex æquo peritus, vt ait Basilius a. Cum vero cabalicas nugas b, vt Genebrardus c testatur, sectaretur, Iacobus Hoestratus ex Prædicatorum ordine theologus, qui censuram sacram agebat, illi crimen hæreseos intendit. Commota fuit inde in Dominicanos maxima inuidia; quippe literarum cultiorum amantes, quorum princeps Erasmus Roterodamus erat, Reuclini causam tuendam susceperet: qua discussa, theologi vt inuidi calumniatores male audierunt in aula cæsarea. Inde vero censorum fidei auctoritas adeo obsoleuit, vt exorientem postea Lutherum hæresiarcham comprimere non potuerint, vt affirmat Albertus Pius in suo primo responso ad Erasmum, qui dixerat commotum Lutheranum turbinem a sacerdotum quorundam impia vita & theologorum fastu, & monachorum tyrannide: is vero maximi mali auctor non minus monachorum quam theologorum hostis, cum ordinis canonicorum S. Augustini esset apostata, atque ex humaniorum literarum cultu magnum nomen adeptus esset, antequam Lutherus monasteria manu hostili effringeret, monastica instituta publicis scriptis traduxerat d, tanquam illa vel Pythagoræ dicta inuenta essent a recentiori ætate accepta: religiosos viros pharisæos ob disciplinæ & precum formulas, histriones ob vestium varietatem appellarat, ac pluribus alijs aculeatis conuitijs onerarat.

a Basil. in fin. Chron. Albert. Pius Carp. in resp. ad ep. 1. Erasmi.
c Genebr in Chron.

Præludia Lutheranæ hæreseos.

Erasmus apostatæ odium professus est in religiosos.

d Alb. Pius de Monarch.

96. &c. Nec procacem linguam hic continuit Erasmus; verum illam in sanctos, immo & in virginem Deiparam exacuerat e: a quorum ope implorarda Christifideles auocare dicterijs conatus, illis idololatriæ scelus attribuebat; erroneas opiniones aduersus primatum Petri & potestatem Pontificis Romani sparsit f: calumniatus est sanctiones ecclesiasticas g figi & refigi ad populum irretiendum, meranque in eum tyrannidem exerceri: nuncupata Deo vota improbauit h: cœlibatum damnauit i in sacerdotibus & episcopis: coniugium modo, dum virginitati illud præterebat, inter sacramenta annumerauit, modo (vti hæretici inconstantes esse solent) vt Ecclesiæ decretis detraheret, e sacramentorum numero, allatis inanibus rationibus, sustulit l: confessionem sacram derisit m: finxit sola fide iustificari homines n; bella o in Turcas & alios Christianæ fidei hostes dissuasit, hortatus p ipsos vt tolerantia vincere niterentur: Marsilij etiam & Ianduni damnatas hæreses reuocare ab inferis non perhorruit, ac repetere eisdem impiorum argutias; instauauitque ac sparsit hæreses Valdensium & Vvicletfistarum Hussitarumque negantium ecclesiasticos in bona temporalia ius aliquod consequi posse. Quid plura? omnia pro intellectus malesani modulo tum profanatum sacra mensus, in ipsam sanctissimam Triadem consurrexit, Arrianumque dogma pluribus locis, quos refert idem Albertus Pius q, fouit. Tum auctoritatem sacrarum r scripturarum & conciliorum s in dubium reuocauit, in eamque impietatem prolapsus t est aduersus Spiritum sanctum, vt in præfatione aduersus Hilarium non minus impie quam imperite hæc effutierit: *Audemus Spiritum sanctum appellare Deum, quod veteres ausi non sunt.* Denique infelix homuncio religionem Christianam, vt stultitiæ quoddam genus derisit; ac virulento atheismo inficiebat incautam iuuentutem, quamuis sacerdotio initiatus, & inter theologorum numerum cooptatus, antequam Lutherus in Ecclesiam erumperet: eaque venena auidius hauriebantur, quo Latinarum elegantiarum melle perlita erant; nec hæresiarcharum more commentarios omni ex parte inquinatos conficiebat, sed breuibus & aculeatis sententiolis hæreses instillabat.

Impia dogmata ab Erasmo sparsa.
e Ib. Albert. in Erasm.
f Lib. 4.
g Lib. 85.
h Lib. 5.
i Lib. 17.
l Lib. 18.
m Lib. 19.
n Lib. 20.
o Lib. 21.
p Ibid.
Fauit Turcis Erasmus.
Arrium sequit' Erasmus.
q Pius l. 12.
r Lib. 11.
s Lib. 10.
t Eod. lib.
Negauit diuinitatē Spiritus S. Lutheri præambulo exstit.

101 Permisit hoc anno Leo X. a publicos honores sacros, quibus viri beati decorari solent, a Seruitis dari B. Philippo Benitio ordinis seruorum B. Mariæ illustratori & amplificatori, patria Florentino; qui in arte medendorum corporum clarus, vbi ad medendas animas se contulit, maiorem longe claritatem adeptus est: de quo a nobis supra mentio facta b. Emmanuelis etiam Lusitaniæ Regis rogatu concessit c, vt in dioecesi Conimbricensi B. Elizabeth Reginæ, de cuius vita sanctissima, miraculisque cœlestibus illustrata suis locis egimus d, memoria celebritate anniuersaria recoleretur: cui postea Vrbanus VIII. solemni ritu sanctorum honorem cultumque decreuit.

a Annal. Seruor. cant. 3. l. 6. c. 2. Philippus Benitius in albo beatorum collocatus.
b Annal. to. 14. an. Chri. 1285. n. 82. & seq.
c Osor. l. 10.
d Annal. to. 15. an. 1327 n. 42.

102. &c. In Africa Phutensis Rex collectis triginta equitum & peditum septuaginta millibus Arzillam oppugnauit: sustentata tamen est submissis aliquot ex Bætica & Algarbio subsidijs; ac demum, Lupo Siqueira cum nauibus triginta iussu Emmanuelis veniente, soluta obsidio.

Arzila a Phutensi Rege obsessa.

103 Ornata eodem anno est Africa Gundisalui Mauti, qui Mahometem execratus se ad Christum adiunxerat, martyrio insigni, quod describit Osorius: *Is*, inquit, *omnem a corpore dolorem nomine Christi sæpius inuocato depellebat, & illi gratias agebat, quod se tanto beneficio cumularet, neque enim sibi clarius in hac vita munus concedi potuisse dicebat, quam vt pro illius nomine, qui tantos in cruce pro generis humani salute cruciatus pertulisset vitā cum insigni cruciatu profunderet: neq; solam supplicijs oblectari videbatur, verum & supplicibus verbis flagitiorum veniam postulabat.* Et intra: *Cum vero Christū in supplicijs laudari & Mahumetis nomen lacerari perspicerent, linguam illius præciderunt; qui tamen ipso spiritu, qui e vultu & ex oculis eminebat, eorum immanitatem & impietatem refutabat & clariorem triumphum tacitus ex eorum crudelitate victor agebat, quam verbis dicere potuisset: mente enim tunc cum Deo clarius, exulsa lingua, loquebatur, & magnificentius Christi numini vota persoluebat, quam si summis humana eloquentiæ viribus hostes exterreret. Biduo hæc cruciamenta inuicto animo pertulit: & sic tandem in cælum e corporis vinculis expeditus immigrauit.*

Insignis Gōdisalui constantia.

104. &c. Decretæ sunt hoc anno ab Emmanuele Lusitaniæ Rege legationes insignes, amplificandæ religionis studio: in primis Congensis gesta est magna cum dignitate & splendore Christianæ fidei; siquidem sacerdotes vna cum libris sacris, rebusque alijs ad diuina peragenda necessarijs honorificentissime exceptos ab Alfonso Congi Rege, quem Christianis sacris initiatum, ingentibusque miraculis in fide confirmatum vidimus, narrat Osorius e; additque abhorruisse Emmanuelem a funestis triumphis, quos Christiani principes de mutua populorum interneccione agere solent, ac Francisco Gallorum Regi, eum ad belli societatem secum aduersus Hispanum ineundam solicitanti, hoc anno rescripsisse: *A bellis, quæ Christiani principes inter se gerebant, vehementer abhorrere; sibi namque in animo esse, Saracenis si posset perniciem & interitum machinari, Christianis vero principibus bonam mentem & animorum concordiam cum bonorum omnium amplificatione precari.*

Missi ad Congenses Ecclesiastici viri.
e Osor. l. 10.
Lusitanus de belli societate in Hispanum solicitatus a Gallo.

107. &c. Decreta alia legatio est ab Emmanuele ad Regem Sinarum. Sina porro Tartarici olim vastissimi imperij pars extitit, vt ex Marci Pauli Veneti, qui in Tartarica aula multum auctoritate & gratia potuit, easque terras peragrauit, narrationibus constat; missique etiam fuere a Romanis Pontificibus

bus episcopi & sacerdotes a Clemente V. & Ioanne XXII. ad eas gentes luce euangelica colluſtrandas; sed vitio ingenij ad voluptates artesque magicas pronæ, religio ita paulatim extincta est, vt tenuissima illius vestigia in aliquibus locis perstiterint. Quibus vero hoc tempore moribus & institutis præditi Senenses essent, cum nouus ad eos aditus non per septentrionales oras siue Tartaricas regiones, sed per Indias euangelio panderetur, describunt Lusitani historici a, ex quibus hæc refert Ioannes Petrus Massæius b: *Vitam cultui Gallico & Germanico non absimili multis in rebus instituunt: ludis & iocis & vini copia frequenter oblectantur: amoribus atque libidinibus nimium dediti sunt: mulieres nobiles carpentis bombycina veste & auro pulcherrime facto, & vndique tectis per vrbem vehuntur: cantibus & symphoniis & instrumentis musicis animorum curas iucundissime relaxant. Auguriis dediti sunt: fortibus euentura prædicere nituntur: magos in honore habent: mathematicas disciplinas colunt, & astra diligenter obseruant: in libris describendis & rerum memoria propaganda aneis formis vti solent, quarum vsus adeo antiquus apud illas est, vt qui primus eam artem excogitarit ignoretur. Arte & structura non parum eleganter magnisque sumptibus ædificant: templa amplissima multisque statuis & picturis illustrata frequentant; & quamuis varia simulacra venerentur, vnum tamen Deum rerum omnium opificem & rectorem præcipue colendum esse dicunt, eique potissimum supplices preces adhibendas: vnius mulieris imaginem, quam appellant Nammam, quam aiunt esse apud Deum summum humani generis aduocatam, honoribus summis efficiunt, &c.*

a Io. Barros dec. 3. l. 2. c. 7. Osorius l. 1. b Maffæ. l. 6 Mores Senensium.

Vna cum Idolis Deũ summum colunt.

IESV CHRISTI
Annus 1517.

Indict. 5. **LEONIS PP. X. MAXIMILIANI ROMAN. REGIS** annus 5. annus 24.

1 CLausum est Lateranense concilium hoc anno post celebratam medio martio duodecimam sessionem: quatuor vero ante diebus actus est omnium episcoporum conuentus ad excutiendam parandamque materiem rerum, quæ in proximo celeberrimo cœtu promulgandæ erant. Præfuisse illi sessioni summum Pontificem, octodecim interfuisse Cardinales, tres Latinos patriarchas Antiochenum, Alexandrinum, & Aquileiensem, tum octoginta sex archiepiscopos & episcopos, nonnullosque Regum ac principum oratores, referunt acta concilij c; quibus consentanea scribit Paris de Grassis d; qui subdit: *Ego huic Cardinali*, nimirum Bernardino tit. S. crucis, *operatus sum, quod missa hac santanda demandaretur, quia sicut ipse fueras causa concilij propter conciliabulum per ipsum Pisis præsumptum etiam inchoatum, sic ipse idem clauderet concilium Romæ per suam missam.* Tam paucos numero præsules ex tot amplissimis regnis, quæ tunc Romanæ ecclesiæ parebant, toties ad concilium apostolico imperio vocatos venisse indicat eorum temporum socordiam, quibus plures episcopi, abiecta ecclesiarum cura, terrenarumque rerum amore irretiti inanibus curis se implicabant; quamobrem nec vnius pseudomonachi impios furores coercuerunt: & huius concilij decreta optato fructu magna ex parte demum caruerunt.

Vltima sessio Lateranensis Cõcilij. c *Acta Lat. Concil. sessione.* d *Paris in 4. m. s. archiv. Vat.* Insignis præsulum non accedentiũ ad Concilium ignauia.

2. &c. Orauit e in hac vltima sessione Maximus Corninus episcopus Isernensis de conciliorum dignitate auctoritateque: tum de Græcia, in qua olim sanctitas & doctrina adeo efflorueranr, f Mahumeta-

e *Acta Concil. Later. vbi sup. Paris. de Grass. vbi sup.* Cæsar ad sacram expeditionẽ in Turcas solicitatus.

norum seruitute vindicanda: ac solitis precum diuinarum formulis repetitis lectæ sunt Maximiliani Imperatoris deligiati literæ a ad Leonem missæ, quibus profitebatur se Pontificem & concilij patres aduersus Turcas crucis signum attollentes secuturum; quarum literarum præcipua & postrema pars ad pietatem composita hæc est: *Rogamus sanctitatem vestram, imploramus, obtestamur, vt prouideas, ne quid detrimenti Christiana respublica capiat: confirmet opinionem, quam omnes de ea conceperunt, succurrat nutanti reipublicæ Christianæ, liberet e faucibus sæuissimorum luporum oues sibi commissas: neque expectet quod Christiani principes congregentur, quippe longum illud esset, & fortasse periculosum; sed sanctitas vestra gladio Domini super femur potentissimum sinistra iter auspicatissimum ingrediatur, qua quanto magis ab alijs principibus derelicta erit, tanto erit gloriosior, tantoque magis immensa Christianorum multitudo confluet Deo victimas gratas offerri optantium. Nos vero, qui aut vbi sanctitatem vestram deseremus, qui vitro cupimus hanc fragilem & corruptibilem coronam, quam gerimus, cum illa pretiosissima & æterna martyrij corona permutare? neque vero subueretur beatitudo vestra Turcarum potentiam, non tot apparatibus, non tanta bellatorum copia indigemus; ipse namque Deus est, pro quo certaturi sumus: ipse docebit* b *manus nostras ad prælium, & ponet vt arcum æreum brachia nostra: ipse dabit nobis protectionem salutis sua, & dextra eius suscipiet nos. Quod si hac tam sancta deliberatio in auras euanescat, prout alia hactenus fecerunt, neque alia expeditio fiat, tum summum illum rerum opificem obtestamur, per nos non defuisse, quin vita & sanguine nostro Christianæ reipublicæ consuleremus: videbuntque gentes & ipse, cui nil ignotum est Deus, nos nulla alia pro re magis vnquam elaborasse: per quem vero decrit, is sciat se rationem ante tribunal Dei redditurum. Cætera intelliget sanctitas vestra ab oratore nostro, cui latius scribimus. Datum in oppido nostro Mechliniæ die vltima mensis februarij anno Domini* MDXVII. *regnorum nostrorum Romani* XXXII. *Hungariæ vero* XXVII.

a Ext. in actis conc. Later. sess. 12 & apud Dolgast. to. 3. pag. 485. Literæ eius ad Leonẽ.

b Psal. 12.

Mortis pro Christo oppetẽdæ cupidi esse.

6. &c. Non Cæsaris modo, sed aliquorum etiam principum se ad crucesignatam expeditionem conficiendam paratos esse profitentium ostensas patribus literas narrat Paris de Grassis. Porro vna cum Cæsare Franciscum Galliarum, Carolum Hispaniarum, & Henricum Angliæ Reges arma ad pontificium imperium versuros se aduersus Turcam spopondisse ostendunt Leonis ad Regem ipsum Anglorum aliquot ante hanc sessionem diebus datæ literæ e. Cæterum lectis Maximiliani Cæsaris, & aliorum principum de Turcico bello suscipiendo in concilio literis: *Episcopus Melitensis*, inquit Paris, *venit ad papam, & acceptam de manibus suis cedulam legit in ambone: cedula autem de non innadendis edibus Cardinalis filius, qui est electus in Papam, sicut est mos Romanorum facere, ac sæpe fingere hunc & illum esse electum Papam, vt hac occasione diripiant domum & supellectilem eius: & placuit omnibus indifferenter. Demum patriarcha Aquileiensis similiter acceptam*, nimirum schedulam, *legit, qua multa continebat, præsertim clausuram concilij & causas clausuræ, ac etiam tres decimas in vniuerso orbe pro expeditione contra Turcas.*

Gallię & Hispaniæ Reges plura in Turcas pollicĩti.

e *Ext. apud Bemb. l. 4. ep. 21.* Electi Pontificis ę des diripi vetitum.

16. &c. Rogatis patrum sententijs nonnullos discrepasse, extrahendumque concilium, vt expeditio Turcica conficeretur censuisse, atque inter hos Hadriensem episcopum, necnon Prædicatorum ordinis supremum magistrum; quod sane vel ad prouehendum bellum sacrum, vel oborientem præter omnium expectationem Lutheranam hæresim in ipso ortu extirpandam plurimum præsidio & adiumento esse potuis-

Decretum pro tuẽda contra Turcas Christiana re.

Summus Prædicatorum magister consulit non dissoluendam Synodum.

tuisset : caterum corroborato superiori decreto dimissam esse synodum narrat Paris a.

a Paris ep. 4 pag. 187 Cardinales legati ad Reges decreta.

31 Vt autem bellorum ciuilium metu soluti principes coniunctis viribus aduersus Turcam verterent arma, quinquennales inducias inter principes ipsos Christianos, iam ante, vt in literis ad Angliæ Regem datis constat, decretas solemni ritu inter diuina mysteria Leo imperauit; tum Cardinales aliquos rerum gerendarum peritia claros in plura regna legandos constituit; de quibus scripsit b ad Ludouicum Pannoniæ ac Boemiæ Regem, vt forti animo arma in Turcas caperet, maiorumque suorum gloriam fortibus factis cumularet.

b Apud eund. l. 5. ep. 1.

32 In ea etiam cogitatione curaque versatus est, ne Mediterraneo mari hostiles excursiones a barbaris, vt superiori anno, fierent: acceperat enim maximam a Selimo classem compararam; ac licet eam integram nondum immissurum sentiret, plures tamen piraticas naues Christianas prouincias insulasque populaturas pertimuit. Ad quæ propulsanda pericula validam classem instruere, ac pontificiæ Hispanam Gallicamque coniungere decreuit, qua de re ad Franciscum Regem Gallorum datæ literæ c.

De maritimis Turcarum grassationibus comprimendis actum.

c Ext apud eund. l. 14. ep. 16.

33. &c. Auctus est paulo post Turcicus terror, cum recentium de Mamaluchis Ægyptijsque partarum a Selimo victoriarum fama occidentem peruasisset: Selimus enim post cæsum superiori anno Campsonem Guarium, aduersus nouum soldanum Tomumbeium Circassum genere, fidei Christianæ desertorem, qui Alcairi ad Ægyptium imperium clarus fuerat, bellum instruxit, illumque vna cum omni fere Mamaluchorum genere impio male perdidit d; captum enim in acie Mustaphæ opera, mulo impositum & cathena vinctum per vastæ vrbis vicos ingenti cum opprobrio circumduci iussit, illiusque laniatum corpus ad portam vrbis appendi, vt Ægyptijs suæ tyrannidis metum injceret.

Exercitus in Tomumbeium a Selimo caruificina.

34. &c. Post tot clades Mamaluchi, qui ad ipsum defecerant, venia ampliſque stipendijs donati sunt, quamquam ij, qui Alcairum aduersus illius vim tueri ausi erant, licet pactione militari deditionem fecissent, ferro tamen concisi fuerunt. Tantus terror ob hos successus mox Ægyptiaci imperij prouincias omnes peruagatus est, vt etiam feri Arabes illius iugo ceruices submiserint. Excisum ita est Ægypti, Syriæ, Babylonis, & Arabiæ soldanorum ac Mamaluchorum regnum, Turcicoque adiectum, non sine maxima totius occidentis formidine, ne sub tantæ potentiæ mole, præsertim ob ciuiles discordias, succumberet, quandoquidem Selimus palam iactabat, se iam oriente subacto aduersus occidentem victrices exercitus educturum: tuendoque Christiano imperio intentus Leo d vna cum Cardinalibus & Regum ac principum oratoribus sanctiorem senatum, vt superius indicauimus, instituit, in quo plura de conficiendæ expeditionis ratione consilia iniuit, inuadendum nempe Turcam in oriente, non in Christiano solo expectandum; pangendas ex omnium principum consensu adiecta grauissimarum pœnarum acerbitate inducias, vt qui eas intringeret publicus hostis censeretur: sacrum militare sodalitium instituendum, cui Pontifex Regesque voto se aggregent, illique sanctæ cruciatæ nomen indendum videri: præficiendos crucesignatorum exercituũ imperio Cæsarem Regemque Francorum, quos alij suis iuuarent auxiliaribus copijs: implorandam publice diuinam opem, pijsque operibus conciliandam.

Mamaluchi contra pactiones ferro concisi.

Turcicum imperium auctum.

Selimi de occidente subijciẽdo iactantia.

d Ext. ad eund. l. 14. ep. 9. & apud Dolgast. to. 2 pag. 137.

Leonis protenda re Christiana consilium.

35 Ad suppeditandos autem sumptus in rem militarem faciendos, consultum est, vt Reges ac principes, quorum capita præcipue ab hoste expeti pluribus exemplis cognitum est, vitro maximam vectigalium partem pio huic bello addicerent: vt ecclesiastici decumas penderent, vel etiam frugali vitæ genere contenti reliquas opes in id conferrent: vt laici nobiles decimam, vigesimam infimi, artifices vero partem congruam quæsiti ex manuum laboribus stipendij soluerent; tum indulgentiarum præmia ijs, qui pecuniam pro religionis & fidei defendendæ causa præberent, proposita promulgarentur.

36. &c. Sancitum de copiarum numero, vt cæsareus exercitus ex peditum sexaginta millibus, equitum leuioris armaturæ duodecim millibus, grauioris autem quatuor millibus conflatus per Hungariam Constantinopolim tenderet: vt Franciscus Gallorum Rex quinquagiena millibus peditum, equitum cataphractorum quatuor millibus, leuis armaturæ octo millibus succinctus per Dalmatiam in Macedoniam irrumperet, Cæsarique se coniungeret: vt Emmanuel Lusitaniæ Rex instructa trecentarum nauium classe vel Constantinopolim, vel Syriam, vel Ægyptum peteret: de quibus libellus suis distinctus capitibus nitidioris ordinis studio ad Reges ac principes mittendus compositus est, vt quid ijs acidendum detrahendumue foret perpenderent, suaque consilia cum Romana ecclesia conferrent. Transmissum a est hoc senatus consultum pontificium ad Maximilianum Imperatorem delignatum, atque imperij principes, qui in Augustano conuentu adhibitis peritorum consilijs illud maxime laudarunt; missumque fuisse ad cæteros Reges non dubitamus.

Germani principes decreatum pontificij laudant.

a Ext. de eo acta apud Dolgast to. 2 pag. 138.

37. 57 Excitato ita vniuerso orbe Christiano ad Christi fidem & religionem, quam Selimus Turcarum Imperator euertere moliebatur, tuendam fortiter, excindendamque cum Turcico imperio Mahometicam superstitionem, tum ad constituendum ærarium militare, decretaque ex principum vnanimi cum Pontifice & Cardinalibus consensu indulgentiarum salutiferæque pœnitentiæ promulgatione, excitauit dæmon Christianos mutuo fœdere consti tu in Turcam.

Lutherus inter eos dissidia spargit.

b Cochlæus de actis & scriptis Lutheri hoc an. Plemberg. in vit. & reb gest. Luther. c. 2. Surius in comment. Seruat. Aldegund. rer. l. 5 in Alber. Al Raynun. in hoc haret. & alij.

ijsdem diebus satellitem suum improbissimum Lutherum pseudoaugustinianum, ad nouas hæreses in Vvittembergensi academia aduersus sacrarum indulgentiarum, & sacramenti pœnitentiæ vim dignitatemq; diffundendas, discordiasque & bella inter Christianos serenda; auctusque deinde audacia Germanos in communem hostem armandos in mutuas strages tanto dissidijs implicuit, vt inter se dimicantes irruenti Solimano non occurrerint.

38. &c. Cœpisse porro Lutherum hoc anno peruigilio sanctorum omnium aduersus indulgentias hæresim propugnare more scholastico, quam Erasmus instar mimi & scurræ vomuerat, testatur nefandus illius discipulus Philippus Melanchton in epistola ad Georgium Bucholtzerum sic inquiens: *Pridie kal. nouembris* MDXVII. *Lutherus proposuit axiomata, quibus impostura indulgentiarum*, ita loquitur hæreticus, *taxentur, & doctrina de pœnitentia renouata est*. Cæterum Lutherus, cum primum venena cœpit fundere, ea specie boni temperauit: non oppugnauit aperte pias huiusmodi Christifidelium eleemosynas cum indulgentias lucrarentur in sanctissimos vius, siue ad templa diuino ponenda Numini reficienda, siue ad Christianam religionem contra infideles defendendam conuertendas, sed inuchi visus est aduersus eos, qui simplices falsis pollicitationibus & erroribus irretitos, nimiumque de sua salute præfidentes in salutis discrimen impellerent: de quo hæc narrat Vlembergius c: *Factum est, vt partim coctionatorum importunitate, partim vulgi credulitate & imprudentia partim etiam antistitum incuria & securitate abusus quidam in hoc negotio subnascerentur. Hanc nactus occasionem Lutherus, ad archiepiscopum Moguntinum literas dedit, vltimo octobris anno* MDXVII. *exaratas; quibus eum*

Negat expedienda in Turcas arma.

Quæ die coeperit publice hæresin promulgare. Lucher. sixum cum Tetzelio dominicano contrahit:

c Vlemb. c. 2. in Luth. vit.

monuit

mouit diuulgari passim indulgentias papales ab ipsius commissarijs, earumque virtutem immodice praedicari: quin & vulgi animis eam inseri persuasionem, eos qui diplomata quaedam a quaestoribus pecunia redemerint, certos esse de salute. An Lutherus conflandæ conciona-toribus inuidiæ causa calumniam illam adhiberet, non proditur: id tamen certissime constat, impudentissimum impostorem hoc ipso crimine, quod alijs obiecerat, se deuinxisse, ac populos in apertum exitium falsa salutis confidentia ex sola fide vacua bonis operibus concepta praecipites coniecisse [a].

a Cocle. in act. Luther. Errores aduersus indulgentias iam antedamnati.

64. &c. Mouisse iam ante in Salamanticensi academia has lites de indulgentiarum vi, deque sacramento poenitentiæ Petrum de Osma, diximus, eiusque errores a Sixto IV. damnatos [b] fuisse, tum nascentem haeresim, ne Hispaniam inficeret, Alfonsi archiepiscopi Toletani diligentia extinctam: sed ea virtute non valuit Moguntinus archiepiscopus, vt eosdem errores instaurantem Lutherum compesceret: qui vero ex muneris sui dignitate eiusmodi controuersias tollere debuerat Ioannes Terzelius ordinis Praedicatorum sacræ fidei censor, imprudenter incendium auxisse fertur [c]: *Ex hac*, inquit Surius [d], *lite ortum est illud immane & horrendum Lutherana haereseos incendium, quo tota pene Europa postmodum conflagrauit: in ipsis huius tragediae initijs visus est Lutherus etiam plerisque viris grauibus & eruditis non pessimo zelo moueri, planeque nihil spectare aliud quam Ecclesiae reformationem.* Verum ipsum non pietatis studium sed liuor in Dominicanos accenderat; non enim illenec Staupitius eius ordinis prouincialis magister ferre poterant, diuulgandarum indulgentiarum munus, honorem, & quæstum non Augustinianis sed Praedicatoribus cessisse [e]; quod confirmat Ioannes Faber [f] his verbis: *Lutherus propterea quod in Romanis indulgentijs concedendis non poenitentiarius, non commissarius creatus est, odio & inimicitia persuasus contra Ecclesiam intumuit.*

b Sixt. IV. lib bull. 44. arch. Vat. pag. 317. bul in Sixt. IV. const. 17.

c Cocle. & alij.

d Sur. in comment. hoc ann. Horrendū in ecclesia dissidium ex monachorū dissidio.

e Cocle. in actis & scripsit Luth.

f Io. Faber. lib. de instr. eccl. SS.

67 De Staupitio tradit Coclæus, illum apud Saxoniæ duces, quibus ipsius cognatio subdita erat, in primis charum, atque apud Fridericum principem electorem gratia & auctoritate floruisse, illique instillasse plura de quæstorum & præfectorum in impartiendis indulgentijs auaritia; flagitijs & publica offensione emungi argento Germaniam ab Italis religionis specie, & parta per sacras expiationes, in profana lenocinia effundi: atque ita eundem Fridericum deprauatum fuisse, ac Lutheri postea, vtpote academiæ Vvittembergensis ab ipso excitatæ doctoris theologi, patrocinium suscepisse. Deplorandane res, vt magnis virtutibus, & pijs operibus clarus princeps ab hypocritis maximo catholicæ rei detrimento fuerit subornatus.

Subornat ab eo Saxoniæ dux

68 Arbitrantur nonnulli deplorando casu fortuito in haeresim impulsum Lutherum, atque ex abusu indulgentiarum cepisse occasionem; qui casus si non incidisset, tot tantæque haereses non fuissent emersurae. At illum iam ante oppugnandæ religionis disseminandarumque haeresum ad nomen sibi ex nonis opinionibus in disquisitionem vocatis comparandum sumpsisse consilium, indicant quæ anno superiori de merito bonorum operum & libero arbitrio conuerterat. Praeterea eum cacodæmonis familiaritate inquinatum fuisse tradunt, ac disertissime ipsemet non semel scriptis prodidit [g].

Superiori anno nouas fuderat haereses Lutherus.

g Flemberg. in vita Lutheri. Primum iuri cāmili studuit.

69. &c. Excultus vero literis ac Erfordiæ aetatis anno vigesimo artium magister creatus est: cumque in agro versaretur, percussum fulmine socium intuitus metuque perterritus nuncupato voto religiosis S. Augustini institutis, non sine multorum admiratione, se astrinxit. Fuisse autem in disputando acer-

rimum, inanis gloriæ cupidum, audacem, & in contradicendo vehementissimum Lutherum memorant [a]. Blasphemum etiam illum fuisse, ac easdem impias voces, quas dæmones, & damnati in diuinam iniuriam effundunt, vomere coepisse, ipsemet profiri publicis scriptis non erubuit, quem Sanderus [b] ita refellit: *Lutherus in praefatione primi tomi operum suorum: Ego, inquit non amabam, immo odiebam iustum & punientem peccatores Deum, tacitaque si non blasphemia, certe ingenti murmuratione indignabar. & post furebam fera & perturbata conscientia; & quae sequuntur. Si haec non est blasphemia, equidem nescio quid appellem blasphemiam, aut quid eo nomine accipi debeat. Non amabam, inquit,* Deum: *parum hoc ei visum est? Immo, inquit, odiebam, quem tandem? Deum: quem? Creatorem tuum. At forte putaueras illum potuisse iniustum esse. Oderam, inquit, iustum & peccatores punientem:* O *monstrum hominis, &c.*

a Vlemb. a. & alij.

b Sander. de visibil. monarch. l. 7. Blasphemiæ eius horrendæ.

80. &c. Dum foeda tempestas conflabatur in Germania, in Italia diuturnis bellis, quæ aduersus Venetos gesta a pluribus Regibus fuerant, finis impositus est, redintegrata inter Cæsarem & Gallorum Regem pace, ac Verona a Germano tradita Lautrechuo Gallorum duci, quæ mox Veneto est restituta [c]. Quo confecto bello, ac Venetorum, Germanorum, Gallorum, Hispanorumque compositis in Italia controuersijs, fore videbatur, vt Itali diuturna placidissimaque pace fruerentur, cum ex huius incendij fauillis rediuiua noui belli flamma fuit accensa: Franciscus enim Maria Robureus Vrbinate principatu pulsus a Laurentio Medice veteris ditionis recuperandæ cupidus promissis ingentibus exauctoratas copias rapto viuere assuetas ad se pellexit. Ex quinque millibus Hispanorum militum veteranorum & octingentis equitibus seu Vasconibus, seu Italis praecipuum illius exercitus robur constabat: quibus succinctus Vrbinatem principatum, obsecundantibus populorum studijs, quantumuis Pontifex numerosos exercitus, sed bellandi peritia impares opponeret, recepit, atque inde latius in reliquam ditionem ecclesiasticam infesta signa circumtulit.

Pacata bella Italica.

c Pet. Iust. l. 12. Guicc. l. 12. & alij. Petr. Delp. l. 11. ep. 40. Vrbinas bellum redintegrat.

Medicem a Ruuereo pulsus.

86. &c. Describit pluribus Francisci Mariæ per Picenum hostiles excursiones Guicciardinus [d], Pisaurensemque obsidionem magna clade accepta coactum soluere addit. Cum vero illius exercitus Lauretanam aedem sacris muneribus ornatissimam expilare moliretur: *Praemissi*, inquit, *exploratores haud procul Laureto aberant, omniaque tuta esse cernentes laetitia gestiebant; cum subito acrium grex luporum (vt ferinam hominum rabiem fera comprimerent) e saltu proximo erumpunt, ac velut facto agmine in praecursores impetum faciunt, illorumque plerosque repentino terrore amentes iugulant laniantque: caeteros in fugam vertunt, salutis iam magis quam praeda memores: qui vt ad primum agmen metu, cursu, lassitudine exanimati pervenere, receptis demum a pauore tanto animis, effusae fugae terroriscque causam sociis tanti sceleris aperiunt.* Et mox: *At vasani exercitus duces exploratorum terrorem tanquam vanum militari deridiculo eludentes nihilominus festinabant ad praedam; verum enimuero, vt sacrae aedes in conspectum se dedit, repens ingens exercitum pauor inuasit, cunctique lymphatis similes trepidare caperunt, diuinitus incussa formidine omnium pectora percurrente. Tum vero excussa vasania, ad se redeunt scelerisduces & sine diuum ira Numinis, sine templi religione conterriti, cuncti pariter praemeditato latrocinio desistunt. Caeterum ne subinde militares animi ad ingenium redirent, consternatis nouum miraculum additur. Iam multum diei processerat, cum repente nebulam de caelo lapsam ferunt, qua paulatim circa templum densata eius conspectum ademit, cum tamen caetera circumloca*

d Guicc. l. 13. Pisauro propulsatus.

Exploratores Lauretanæ ædi inhiantes laniati a lupis.

Diuinitus iniecto terrore auersum scelus.

Nebula regitur cæplum.

loca sole essent illustria : ea species oculis obiecta militum animos quoque immobiles tenuit. Exinde ingenti horrore perfusi procumbunt in genua, versaque in religionem audacia, ad placandam Dei ac Deipara iram, Lauretum ire pergunt : simili ac præcipue cohortium duces Lauretanam ædem intrant venerabundi, ac positis humi genibus cogitati sceleris veniam exposcunt. Vitro etiam Virginem, quam diripere destinauerant, muneribus colunt.

Coniuratio Alfonsi Card. Petrucci ad uersus Leonē cōflata. *a Paris de Grassis in mſſtiar. Guicc. l. 13. Malasnd. 3 p. l. 7.*

89. 90 In medio huius belli incendio Pontificis vita petita insidijs fuerat a nonnullis coniuratis, quorum princeps extitit Alfonsus Cardinalis Petrucius, trahereque nisus est in exitium alios Cardinales, qui Francisco Mariæ Roboreo Iulij II. nepoti clam fraudebant a, vt Vrbini principatum contra Mediceorum vim sibi assereret: furebat autem ira Alfonsus se pontificia arte & Medicea factione vna cum Borghesio & Fabio tratribus aduersæ factionis principibus exilio bonisque multatum fuisse, adeo vt pristinam amplitudinem splendidumque clientum & stipatorum numerum alere amplius non posset; eoque ipsum furor impulit, vt de trucidando manu sua Leone Papa iniret consilia: sed cum horror inauditi facinoris deterreret, vel Franciscum Mariam Roboreum in Vrbem inducere, vel Pontificem tollere veneno constituit; cumque res & sententia non succederet, ex Vrbe abscessit: quem cum moliri Senarum statum Caroli Balioni & Francisci Mariæ Roborei armis b conuellere ac peruertere accepisset Leo, illum XV. idus martij facta de restituendo ipsi re priuata sponsione lenire studuit c.

Senatum statum conuellere nititur. *b Malasnd. ubi sup.*

c Ext. eius ist apud Bemb. l. 14. ep vlt.

91. &c. Contempsit apostolica imperia Alfonsus; cumque suscepta de Senarum peruertendo imperio consilia ad exitum perducere non posset, priora de occidendo Pontifice veneno vrsit cum Antonio Nino, qui ipsi a secretis erat, atque in Vrbe versabatur: sed interceptis literis, reque detecta, Leo dolo fallere dolosum hominem aggressus, oratoris d Hispani fallacis concordiæ interpretis opera, datagueſide publica illum in Vrbem elicuit, atque in carcerem duci iussit: querenti vero de fide violata Hispano oratori, responsum, chirographum immunitatis non obstringere, cum intentatæ Pontifici necis crimen in eo conceptis verbis expressum non esset, cuius reus tenebatur Cardinalis Petrucius: cum eo vero fuisse conjurationis particeps Bandinellus Cardinalis Saulus in vincula coniectus est e: cuius seueritatis causas Pontifex Regum oratoribus, moxque ipsis Regibus significauit, extantque literæ ad Francorum Regem XIV. kalend. iunij scriptæ. Narrat huius coniurationis seriem Paris de Grassis f, additque Raphaelem Riarium episcopum Ostiensem, dictum Cardinalem S. Georgij & collegij sacri decanum, senio grauem, in crimen eiusdem coniurationis adductum XXIX. maij, comprehensumque Leonis iussu, non sine Cardinalium maxima offensione, terroreque.

d Guicc. l. 13 A pontifica imperia sperneus traditur dolo in carcerem Bandinellus e Saulus vinculis addictus. *e Ext. apud Bemb. l. 15. ep. 23.*

f Paris m. ſ. arch Vat. to. 4 p. 200.

Alij Cardinales eiusdem criminis rei capti.

94. 95 Dum nouæ in dies de captis Cardinalibus haberentur quæstiones, onerarunt illi duos alios Cardinales crimine læsæ maiestatis, qui de impia societate appellari non quidem asseuerant, sed tamen crimen ad Pontificem, vt vitæ suæ caueret, non detulerant: eos vero fuisse Volaterranum, & Hadrianum S. Crysogoni: qui in consistorio octaua iunij habito, cum diu crimen pertinacissime negassent, demum iussi a tribus Cardinalibus, qui in actis iudiciarijs eorum nomina perlegerant, se ad pontificios pedes abiecerunt ad veniam exorandam, excusaruntque se non putasse Petrutium tantum scelus perfecturum, illiusque vt pueri puerilia loquentis dicta contempsisse. Subiungit Paris, Volaterranum Petri Soderini olim Florentiæ principis fratrem, & Hadrianum prædictis tribus Cardinalibus concordiæ interpretibus absolutos, imposita cuique duodecim millium & quingentorum nummorum mulcta.

96. &c. Porro a, Alfonsus Petrucius coniurationis auctor, cardinalitia dignitate exutus proxima nocte strangulatus impij furoris pœnas dedit: duo illius sceleris administri publice quadrifariam ferro truncati sunt. Supererant in carceribus Raphael Riarius olim Cardinalium decanus, & Bandinellus Saulus; quorum primus iuribus pristinis restitutus est, cum admissi erroris veniam demisse postulasset: Bandinellus vero grauiore obstrictus crimine conflatæ Leoni violentæ necis, qui perpetuo carceri addictus fuerat, atque cardinalitia purpura spoliatus, iterum ea indutus, ac pristinis sacerdotijs & collegio sacro restitutus, verum suffragij ferendi, eoue ab alijs ipsi collato potiundi iure mulctatus: quod Pontifex sibi ac successoribus reseruauit.

a Guicc. l. 13. Malasnd. p. 3. l. 7. Petrucius excardinalis laqueo præfocat.

100. &c. Exasperatos autem abalienatosque ob dictam iudicialem acerbitatem aliorum Cardinalium animos suspicatus Leo, magnum fidissimorum nouorum Cardinalium numerum, nimirum vnum ac triginta, agre consentientibus b tredecim antiquis, in sacrum senatum adlegit; quorum nomina Paris c ita describit: *Die mercurij prima iulij*, & infra, *publicatâ creatione Cardinalium* XXXI. *quorum nomina & cognomina hæc sunt, cum risu, & lætitia, & admiratione omnium. Franciscus de Comitibus electus Cosanus Romanus. Ioannes de Piccolhominibus archiepiscopus Senensis. Ioannes Dominicus de Cuppis electus Tranensis Romanus. Nicolaus episcopus Pistoriensis, absens annorum* LXXV. *Raphael episcopus Gioffetanus Senensis, castellanus S. Angeli absens. Andreas de Valle episcopus Melitensis Romanus. Bonifacius Ferrerius episcopus Hipporegiensis. Ioannes Baptista Palanicinus episcopus Canallicensis Ianuensis, referendarius. Scaramutia Triultius episcopus Comensis Mediolanensis, referendarius. Pompeius Columna episcopus Reatinus Romanus, absens. Dominicus Iacobatius episcopus Lauriensis, Romanus, auditor rotæ annorum* LXXIV. *Franciscus de Vanden episcopus Landunensis Gallus, absens. Hadrianus de Traiecto episcopus Dertusensis Flamingus, absens.* Hic in pontificatu Hadriani VI. nomen retinuit. *Laurentius Campegius electus Feltrensis Bononiensis, auditor rotæ, absens apud Cæsarem orator Papæ. Ferdinandus Ponzetius electus Melphitensis Florentinus, thesaurarius Papæ annorum* LXXX. *Aloysius de Rubeis protonotarius apostolicus affinis Papæ, Florentinus. Sylvius Passerinus protonotarius, datarius. Franciscus Armelinus Perusinus, clericus camerinus & protonotarius. Thomas Gaetanus generalis Prædicatorum. Ægidius generalis Eremitarum Viterbiensis. Christophorus Romanus Forolivensis generalis Minorum. Guillelmus Ramundus de Vich Valentinus frater oratoris Hispani. Franciottus Vrsinus protonotarius, affinis Papæ, pridie miles. Paulus de Casis protonotarius, regens cancellaria. Alexander de Casarinis protonotarius, Romanus. Ioannes de Saluiatis protonotarius affinis Papæ, Florentinus imberbis. Hercules Rangonius protonotarius, cubicularius Papæ, Mutinensis. Augustinus Triualtius protonotarius cubicularius Papæ Mediolanensis. Franciscus Pisanus Venetus protonotarius, absens. Alfonsus infans Portugalliæ annorum septem, absens.* Impositam illi legem, ne donec proiectiorem ætatem attigisset, pileum cardinalitium gestare posset, traditur in nota d libro bullarum a Cardinale S. Praxedis apposita.

Auctus Cardinalium senatus. *b Paris in mſſtiar. Gio mſ. de reb. gest. Xtmi lib. 7.* *c Par. ibid.* Nouorum Cardinalium nomina.

d Bullar. diuers lib. sign. lit. A. n. 36. pag. 113.

103. &c. Obijt hoc anno in Hispania Franciscus Cardinalis Ximenius archiepiscopus Toletanus, & paulo ante Hispaniarum moderator, quem extremo

Cardinalis Ximenius pius obit[e].

vitæ

LEONIS PP. X. annus 6. MAXIMILIANI ROMAN.REGIS annus 25. Indict.6.

vitæ tempore illustria religionis documenta dedisse narrat Aluarus Gomesius a. Reliquisse ipsum quingenta millia aureorum præter supellectilē pretiosissimam narrat Paris de Grassis. Ingentes vero opes, quibus abundabat, ad propagandam fidem, Mahometanorumque Afrorum tyrannidem conterendam ipsum conuertere consueuisse vidimus: cumque hoc anno ob concilij Lateranensis decretum de cogendis sacerdotiorum decimis pro suppeditandis sumptibus in sacram rem militarem faciendis Aragoniæ clerus tumultuaretur, Ximenius ita statuit, non spoliandum, vt alias, fallaci sacræ expeditionis conficiendæ sponsione sacerdotalem ordinem decumana vectigalium parte; at si res vere ac serio in Mahometis cultores gerenda esset, non modo decumas, sed & omnes census ecclesiasticos atque omne aurum argentumque sacrum suæ diœcesis Pontifici detulisse narrat Gomesius b. Inter præclarissima vero eius gesta, id non silendum est, ipsum diuino afflatum spiritu cum multæ hæreseon pestes propediem in Dei Ecclesia grassaturæ forent, & sacram scripturam deprauaturæ, vetustas in externis linguis Hebraica, Syriaca, Arabica, & Græca linguis editiones maximo labore & sumptu typis excudendas curasse.

a Gom. l.7. Vt Card. Ximenius visus sit opibus aduersus Mauros

b Gom. l.7.

Sacra scriptura varijs ab eo linguis cusa.

108. &c. Cum temporis cursu fama ipsius sanctitatis inclaresceret, Complutensis academia literis ab Vrbano VIII. expetijt vt illum in sanctorum numerum referret: adduntur quæ alię ad Cardinales congregationis sacrorum rituum de prouehenda adscriptionis Cardinalis Ximenij in sanctorum numerum actione, supplices literæ eadem die exaratæ c. Accessere Complutensibus deprecatores Cæsaraugustæ, Palentiæ, Cordubæ, Seguntiæ, Legionis canonicorum collegia, ac pluribus literis eodem anno similiter flagitarunt, vt in beatorum albo collocaretur, contectaque sunt acta publica d, in quibus præcipua illius præclara & sanctissima gesta describuntur. Inter alia autem miracula eius meritis a Deo edita refertur esurienti illi sodaliq; in deserto agro mensam diuinitus positam fuisse; ficientibus agris pluuiam fœcundam a Deo repente obtinuisse, Vallisoleti dirum incendium signo crucis extinxisse, Oranenses obsessos a Mauris obiecta cœlesti specie non semel liberasse.

c Ext. in ms. Actum de eo Sanctis annumerando.

d Alia Telesina hist.

115 Hoc anno Leo ad fouendam sacris præmijs pietatem certas sacrarum precum formulas in Christi ac Deiparæ honorem conceptas, quæ coronæ nomine insignitæ definitoque orationis dominicæ atque angelicæ repetendarum numero distinctæ sunt, apostolica auctoritate confirmauit e.

e Roder. in bullar. n.36 & ex eo Wad. to 8. ann. 1513. n. 38.

116 Eodem anno f mense iunio senio obijt Eduardus Galuanus decretus ab Emmanuele ad Abyssinorum Regem orator. Is ante obitum Francisco Aluaro sacerdoti indicauit mortem Georgij Galuani filij, quam diuinitus præcognorat, illum nempe vna cum omnibus, qui ipsius naui vehebantur, mari perijsse, ipsumque diuina misericordia cœlos petijsse, cum in suscepta pro Dei gloria expeditione obijsset: additque Laurentio Cosmo nonnullisque alijs in insula Daleca a Mauris capita recisa fuisse, quæ postea vera comperta fuere. Floruerat Eduardus literis, & præter historica monumenta hortatiuam orationem de Ierosolymis recuperandis enertendaque Mecha scripsit.

f Io. Barros dec. 3. lib. 1. c. 4. Eduardi Galuani vaticinia.

1. &c. CONgregati fuere Maximiliani Cæsaris imperio Augustæ Germaniæ principes, vt optima pro excindendo Christianis armis Turcico imperio susciperent consilia: ad quos cum Pontifex superiori anno affecto amplissimam belli administrandi & conficiendi in militum stipendia erarij formulam a Cardinalium, necnon regiorum oratorum consilio, libratam tranmisisset, illi eam summopere commendarunt; censuerunt tamen non differendum bellum, sed actutum capienda arma; cum hostis potentia in dies ingraueisceret, iamque ducentarum nauium classem comparasset; proxima itaque ætate inchoandum in Africa bellum aduersus Turcas, Mauros vero ab ijs nondum subactos in eosdem concitandos, pulsisque Africa Turcis in Ægyptum bellum transferendum ad conuellendam ex ea nondum firmatam Turcicam tyrannidem, solicitandumque ad incundam cum cæteris armorum societatem Persarum Regem.

Agitata plura de bello Turcico consilia.

a Ext. apud Dolg. to. 2. pag. 132.

4. &c. Dum autem eo tempore Cæsar atque Hispaniarum Reges hæc bella gerebant, debere aliam expeditionem confici a Sigismundo Poloniæ Rege, quem vna cum Polonis, Hungari, Boemi, Silesij, Lusacij, Austriaci, Moldaui, Valachi sequerentur; inque proximas Turcicas prouincias irrumpendum: consequentibus vero annis vniuersalem expeditionem, irruente per Forumiulium Francorum Rege, conficiendam; tum de colligenda pecunia, inferendis in castra commeatibus, seruandis quinquennalibus inter principes inducijs, compescendis turbarum concitatoribus ac fœditragis, conducendis Tartaris, Sophique in societatem adiungendo, partiendaque præda plura addidere: quæ omnia Pontificis regiorumque oratorum in Vrbe arbitrio submiserunt, descripsereque in libello, qui typis excusus est. At discreparunt Germaniæ principum consilia non parum a pontificijs: cumque plura de victorijs ab alijs gentibus referendis statuissent, ab admouenda glorioſissimo operi manu refugere videbantur; siquidem nihil decreuerant de copiarum ex singulis prouincijs illico conscribendarum sustentandarumque numero: cum enim Pontifex vna cum Regum oratoribus censuisset, vt Cæsar simul cum Poloniæ Rege & septemuiris quinquaginta millia peditum, equitumque viginti millia in Turcarum finitimas prouincias effunderet, ipsi ad id perficiendum consilia non accommodauerant.

Germanicus belli sacri visi refugere.

32. &c. Accepto itaque hoc responso Maximilianus, cum plura maximis implicita difficultatibus neque ad exitium perducenda contineret, consuleis oratoribus Polonis & Gallis nomine Christianæ reipublicæ, cum ipse a Dano, Hungaro, & Hispano ad ferendam pro ijs sententiam mandatis amplissimis instructus esset, proposuit Germanici imperij proceres non sat hostiles vires perpendisse, cum Selimus post Ægyptios perdomitos, etiam Sophi Persarum protriuisset: singula iterum reipublicæ Christianæ discrimina defixit in oculis principum, eosque iussit salubriora pro expeditione conficienda agitare consilia, dareque operam, ne celeberrimi Augustenses cœtus irrito exitu dissoluerentur, pollicitus decernenda colligendaue pro bello sacro subsidia in nullos alios vsus auersum iri, vt ex publicis monumentis patet b.

b Ext. apud Dolgast eod to. 2. pag. 138.

Cæsar ex animo expeditionē percupit.

36. &c. Vrsisse vero Cæsarem ex animo, non ostentandæ magnanimitatis suæ causa, belli sacri rationem, demonstrant Pontificis literæ datæ ad Laurentium Miedzileski apostolicum in aula Polonica internuntium; qui post facta plura cum Maximiliano collo-

colloquia vna cum cæsareis oratoribus ad Regem Poloniæ, vt eadem consilia proueheret missus est, quem Leo de quatuor Cardinalibus legatis cum amplissima decretis potestate certiorem fecit [a], nimirum Cardinale de Campegio ad Henricum Angliæ Regem, Ægidio Cardinale ad Hispanum, Bernardo de Bibiena ad Gallum, Cardinale de Farnesio ad Cæsarem, qui pro expediendis omnibus ad gerendum sacrum bellum necessarijs erant missi.

[a] Lib. brev. 8. pag. 114.

Solemnes supplicationes instituuntur.

40. &c. Proximis post missos [a] latere legatos diebus tradit Paris de Grassis fuisse indictas solemnes supplicationes a Pontifice ad agendas Deo gratias de sociali principum omnium in Turcam inito fœdere, ac pactis quinquennalibus inducijs tanta religione, vt carũ temerator veluti publicus hostis ab omnibus obterendus esset: tanta denique consensione ab omnibus susceptа pôtificia imperia vt ab apostolicæ sedis nutu in gerendo hoc bello sacro se pendere velle profiterentur. Quarum supplicationũ nudis pedibus a basilica S. Petri ad ecclesiam S. Mariæ supra Mineruam peractarum a Leone & Cardinalibus historia descripta est in encyclicis pontificijs literis [b], quibus per vniuersum orbem ordini ecclesiastico mandata apostolica data sunt in singulis vrbibus & vicis solemnes supplicationes ad exorandum quoque diuinum Numen, vt perdomitis Turcis Constantinopolim & Ierosolymam Christiano imperio restitueret, celebrarentur. Fecisse solemnem hanc obsecrationem pontificem nudis pedibus memorat etiam Belchairus [c], eiusque eximium defendendi Christiani imperij studium commendat.

Nudis pedibus peregit supplicationem Leo. [b] Extan. lib. bullar. 102. pag. 215.

[c] Belchair. l. 16. n. 2 Leonis X. elogium.

52. &c. Porro ex prædictis legatis Cardinalis Farnesius, cum ad oppidum suum diuertisset, inque itineris instruendo apparatu necteret moras, siue etiam aduersa valetudine implicitus teneretur, in eius locum Thomam de Vio Cardinalem Caietanum a Pontifice subrogatum tradit Paris de Grassis [d]. Grauissima hæc omnium fuit legatio, cum ad Lutheranæ hæresis opprimendа delendaque semina, & Boemorum Husitarum reliquias Ecclesiæ conciliandas; necnon Cæsarem, ac Daniæ, Sueciæ, Noruegineque Regem in Turcam concirandos mitteretur: de qua extant pontificiæ literæ [e]. Descripsit nonnulla illius legationis gesta Iacobus Manlius f Friburgensis in commentarijs ad Fabricium Carretanum Rhodiæ militiæ principem, & quos ritus in tradendis Alberto Moguntino archiepiscopo cardinalatus insignijs, inque porrigendis pontificio nomine Maximiliano Cæsari pileo & ense, apostolica prece consecratis, in celeberrimo Augustano conuentu obseruarit.

Thomas de Vio missus in Germaniam legatus. [d] Paris to. 4 pag. 273. Goecc. l. 13.

[e] Lib. bull. 10. pag. 215.

[f] Ext. to. 2. rer. Germ. ex editione Freberi pag 398.

64. &c. Donatus solemni ritu ense & galea idem Cæsar a legato apostolico, habita pia oratione [g] ad imperij ordines, qua conceptum ab incunte ætate religiosum conficiendi in Turcas sacri belli ardorem suum explicuit, Turcarum infaustos progressus imminensque reipublicæ Christianæ excidium; nisi principum aduersus illos arma verterentur, proposuit, atque his verbis concluſit: *Maiores nostri quantas res gesserunt, vt in Asia reprimerent Mahometicam barbariem? Illi non dubitarunt talem hostem procul quærere; nunc Turca regnum nobis vicinum inuaserunt, nec tam Pannonia quam Germania bellum denuntiant: multos iam annos Hungarorum virtute barbaries illa est a nostris cervicibus depulsa: nos vicissim nationi bene merita defensionem debemus;* & infra: *Si animi non abhorrent ab hoc bello, hac deliberatio facilis erit; nam summus Pontifex, Rex Hispaniæ, & Veneti classem instruent, & ciuitates in littore Epiri & Peloponesi sitas inuadent: noster exercitus cum Gallicis & anglicis auxilijs in Pannonia dimicandus erit; nam ideo properamus, vt hoc regnum Turcico latrocinio liberetur. Inde in Illyricum transferri bellum erit commodissimum. Formulam etiam propono quantum pecuniæ, quantum equitum ac peditum singulis principibus Germaniæ imperandum esse putem: commeatus autem, vt Danubio conuehantur a me certe prouidebitur.*

[g] Ext. apud Dolgast. to. 2. pag. 436.

Belli præmia exposita.

70. &c. Adminuabant ea molimina apostolici legati, a quibus Leonis Pontificis nomine luculentissimas orationes hortatiuas ad Germanos principes aliarumque nationum oratores habitas refert Vitellius Plocensis episcopus a Sigismundo Rege Poloniæ orator missus, qui in eo conuentu eiusdem Regis nomine confirmauit, Sigismundum, quamuis alijs implicitum bellis (siquidem cum Moscouita nondum veteres composuerat contentiones, atque huius anni principio nouam victoriam retulerat [a]) vires omnes in Turcas conuersurum, nec Pontifici neque Cæsari defuturum.

Germani ad piam bellum ab externis principib⁹ sollicitati.

[a] Leo lib. brev. pag. 114.

76. &c. Hærebant Germanorum consilia nullos habitura progressus; quippe a stipendiorum largitione decernenda abhorrebant, quos fathanas metuens ne Mahumetica superstitio ob tantum Pontificis cum Cæsare ac Regibus consensum deleretur, a sacro bello abalienare satellitum suorum opera visus est: etenim falsæ atrocissimæque in Leonem & Romanæ ecclesiæ administros calumniæ iactabantur; vrgeri sacrum bellum non vt eo obtererentur Turcæ, sed vt simplices & credulι Germani per decimarum ac vigesimarum speciem rebus suis expoliarentur; eoque prorupit seditio, vt etiam orationes [b] plenæ schismatico furore hoc anno ab Vdalrico Hutteno Lutheri fautore habitæ sint, ne pro fide in Turcas sumerentur arma, & vt ex serie constat, assumptæ fuerint in exemplum sacræ indulgentiæ extruendæ ecclesiæ S. Petri causa impartitæ, cum nonnisi vnus claudus & alter in illud incumberent opus, dum Laurentius Medices ingentes moles extrueret, ex gesto aduersus Franciscum Mariam Roburcum Vrbinate principatu depulsum bello; substitutoque in eius locum Laurentio ipso Medice: acerbissime declamatũ in Pontifices, qui sacras opes ad consanguineos ditandos auerterent; aperta defectio a fide Apostolica inculcata: pontificij administri, vt publici impostores, traducti: missæ ad Reges pro Christianæ fidei cultoribus sub triumphalibus crucis signis congregandis legationes omnibus verborum contumelijs proscissæ; sanctissima consilia defendendæ religionis, Christique cultus orienti restituendi in inuidiam adducta. Contra quos inquos susurros extat Thomæ de Vio Cardinalis legati e latere oratio, qua pietatem Germanorum inflammare nitebatur, atque ab omni auaritiæ perfidiæque suspicione sedem Apostolicam vindicabat: ex qua potior hæc pars decerpenda visa est.

Germani ne priuatis commodis officerent a bello sacro abalienati.

[b] Ext. to. 2. rer. Germ. ex editione Freberi pag 398.

86. &c. *Non vos terreat decima, vigesima, aut quinquagesima insuetum nouumque nomen: horrendum quoque nobis etiam (hæc affirmauerimus) si nuda occurrerent. Verum cum quinquagesimas, vigesimas, decimasque non soluere, sed deponere, idque tutissime, & ea lege debeant, vt nisi definito tempore in expeditionis istius opus conferantur, illis, qui deposuerint, restituantur; pium, sanctum, optabileque cuilibet fore Christiano censebitis. Quocirca trepidare timore, vbi non est timor designans, dicentes expeditionem hanc fucatam esse, aut sacram subiegere famem. Nos, inquiunt, Turca sumus, quibus expellendis incumbitur; in nos expeditio tota sæuiet. Vacate & videte, quæso, quam supernaculanens est metus ac timor iste: percipite quam pie quam sancte, & cum sacris initiatis & populis vniuersis agatur: nolumus nos thesaurarij aut exactoris officio fungi, non eo tendimus, vt in nostram potestatem ærа redigantur.* Nonnullisque interiectis: *Ex-*

Negant Germani conferre sumptus in bellum turcicum.

pectas

pellat Romana ecclesia; vniuersa Christiana reipublica capita & membra in sereniſſimũ hunc conuentum ſuſpiciunt: ſi definitur nunc nihil, ſi in alium conuentum differtur, confundemur omnes in expectatione noſtra. Cauete, ne dilatio boſti componendi cum Perſis finitimiſque alijs tempus præbeat, Germanos principes linguarum morſibus exponat, Chriſtianiſque populis deſperationem inducat. Cæterum tot in Romanam ecclesiam calumniarum auctor malorumque fons extitit Lutherus, qui virulentis declamationibus Germanos infecerat: de quo Cæſar ex Auguſtanis conuentibus conqueſtus a eſt apud Pontificem b, vt apoſtolica illum auctoritate coerceret, monuitque, plures magnates præpotentes ipſius patrocinium ſuſcepiſſe.

a Apud Dol laſ. to.1. pag.140.
b Apud Vilb. lib.3. c Vlember. cap.2.

91 Tradit Vlembergius c multas magnaſque habitas inter Germaniæ theologos hoc anno concertationes de Lutheri dogmatibus, eumque a Vvolfgango Palatino Heidelbergam anni principio excitum, vt cum theologis illius academiæ diſceptaret; ſuamque opinionem de indulgentijs hæreſiarcham magno conatu tutatum: Ioannem vero Eckium in academia Ingolſtadienſi theologum in theſes eiuſdem Lutheri de pœnitentia notationes ſcripſiſſe a Gabriele epiſcopo Aiſtetenſi rogatum, & Carloſtadium virulento libello reſpondiſſe eidem Eckio; ex quo Lipſica diſcepratio proximo anno exorta. Meminit etiam idem auctor Vlembergius de ſuperioribus Maximiliani ad Pontificem miſſis literis, additque pollicitum ſe daturum operam, vt quæ a Pontifice ipſo in ea cauſa decreta eſſent per omnes imperij prouincias rata & fixa haberentur.

c Vlemberg. cap.2.

92. &c. Opprimenda videbatur in ipſo ſemine Lutherana hæreſis, ſi pontificio tribunali Lutherus ſe ſiſtere coactus fuiſſet; ſed academicorum Vvittembergenſium & Friderici ducis Saxoniæ, qui omnes a Luthero ipſo contaminati ſunt, precibus Leo vinci ſe paſſus eſt, & legato Auguſtinianorumque promagiſtro rei componendæ prouinciam dedit; at pia horum ſtudia Lutheri pernicacia eluſit: ac ſubdolus & immanis hæreſiarcha viri boni larua tectus in orbis theatrum ſeſe inferebat, vt ex Georgio principe Saxone auditum ſumus: ob reprehenſas enim quæſtorum in diuendendis indulgentijs corruptelas, publici boni & ſalutis animarum cauſa ſe rapi ab aduerſarijs in iudicium, iniuſteque oppreſſum querebatur, vt narrat Ioannes Cocłæus d: *Hinc*, inquit, *illius miſerta poetarum rhetorumque docta cohors, & in aduerſarios eius odio accenſa, impigre pro eo & lingua & calamo decertabat, cauſamque eius laicis commendabilem reddebat: at variis cauillis & inuectiuis prælatos Eccleſiæ theologoſque perſtringebat, incuſans eos auaritiæ, ſuperbiæ, inuidiæ, barbariei & ignorantiæ, qui innocentem Lutherum non ob aliud perſequerentur, quam ob doctrinam; quod videretur & eſſet doctior eis & liberior ad dicendum veritatem contra impoſturas & præſtigias hypocritarum: cumque valerent non ſolum ingenio & acrimonia, verum etiam elegantia ſermonis, ſiue loquendum ſiue ſcribendum eſſet, facile traxerunt laicorum animos in fauorem commiſerationemque Lutheri, tanquam is propter veritatem & iuſtitiam vexaretur ab eccleſiaſticis inuidis, auaris, indoctis, qui in otio luxuque viuentes, ſuperſtitionum adinuentionibus a ſimplici plebe pecuniam emungerent. Tetzelio itaque, qui antea quoque per indulgentiarum frequentes prædicationes pecuniarum collector fuerat, per huiuſmodi querimonias criminationeſque tum Lutheri tum poetarum & rhetorum in dies magis ac magis decreſcebat auctoritas apud populum, minuebatur plebis ad indulgentias deuotio, inuiſi reddebantur quæſtores & commiſſarij, tarefcebant manus largientium; Lutheri autem contra augebatur auctoritas, fauor, fides, exiſtimatio, fama, quod tam liber acerque videretur veritatis aſſertor contra fraudes quæſtorum, & fumos bullarum, quas non gratis darent, ſed pecunijs venderent indulgentiarum commiſſarij.*

Vvittembergenſes academici illi ſaeuæ impie.

Querimur calide ſe oppreſſum ab aduerſarijs.

d Cocłæus de actis & ſcriptis Lutheri. Vlemberg. ca.2. & 3. Rhetores & poetæ fuere hæreſiarchæ aduerſus theologos.

100. &c. Non immunem culpæ fuiſſe Tetzelium, adeo vt proximo anno a Militio internuntio apoſtolico acriter increpitus fuerit; quamobrem tanto dolore fuit affectus, vt contracto morbo obierit, narrat Vlembergius. Cæteros etiam Tetzelianos adminiſtros admiſiſſe tradit Florimundus Raymundus a in diuulgandis indulgentijs corruptelas grauiſſimas; cum illi emungendarum a fideli populo pecuniarum, quam expiandarum animarum maiori ſtudio vterentur.

a Florim. Raym. l.2. c.8.

103. &c. Inter hæc aliaque cum legatus Cardinalis in iudicium vocaſſet Lutherum, tradit Vlembergius b Lutherum in conſpectum legati venire detrectaſſe, niſi Imperator cæſarea fide illius ſecuritati caueſſet. Qua in re obſeruandum, nunquam hæreſiarchis ita chirographum impunitatis tradendum, vt in publica actione errores ſuos pertinaciter tueantur, atque auditores inficiant, ſed vt illos reuocent; hac enim fretus auctoritate Lutherus hæreſim damnare abnuit: conuictuſque male ipſum ſtatuere peccatorem iuſtificari præſidentia ac perſuaſione, quod ſibi remiſſa ſint peccata, & opinionem contra indulgentias diuulgatam Clementis VI. decreto damnatam deliberandi ſpatium flagitauit. Quid vero reuerſus egerit ita deſcribit Vlembergius ex ipſis Lutheri actis: *Reuerſus poſtridie Staupitium ſecum adduxit, alioſque nonnullos, tum notarium & teſtes, & magnis quibuſdam viris præſentibus, inter quos & conſiliarij Imperatoris quatuor erant, ſolemniter proteſtatus eſt, colere ſe reuerenter & ſequi eccleſiam Romanam in omnibus dictis ſuis & factis præſentibus, præteritis, & futuris.*

Iudicium Legati ſub terra fugit.

b Vlember. cap.3.

Lutherus mentitur ſe catholicæ fidem profiteri.

106 Addit Vlembergius confectis diebus a Cardinale legato facta noua concordiæ colloquia: *Deliberatum*, inquit, *ad horas aliquot de mediis, quibus hæc controuerſia ſine religionis & Eccleſiæ detrimento ad eum modum ſopiri poſſet, vt & ſalua eſſet Pontificis auctoritas, nec Lutherus infamiæ notam ſubiret. Paulo poſtquam ſolutum fuit hoc colloquium, Vvenceslaus, qui Luthero impenſe fauebat, ſolus ad Cardinalem rediit, eique non exiguam huius rei ſiducian conſciendæ ſpem iniecit: cumque iam noua actionis fundamenta quædam iacta viderentur, Staupitius una cum Vvenceslao inſcio Cardinale nec boſpite ſalutato Auguſta diſceſſit.*

De ſopienda diſcordia ſine Lutheri infamia quæſiti modi. Lutheri & ſociorum fuga.

107 Peruaſiſſe rumorem ad Lutherum, data mandata legato apoſtolico, vt ipſum ac Staupitium incarcerem conjiceret, refert Cocłæus e: vt vt res fuerit, Staupitium mox ſecutus eſt Lutherus, cui cenſuræ eccleſiaſticæ a legato, ni errores reuocaret, intentatæ fuerant, noctuque Auguſta Vvitembergam vltima octobris die ſe protipuit d, cum appellationem a legato ad Pontificem in publicis locis defigendam curaſſet. Tum legatus Fridericum Saxoniæ ducem admonuit, vt Lutherum vel ad obtemperandum ſuæ Pontifici cogeret, vel e Saxonia pelleret.

e Cocłæus in actis & ſcriptis Luth. hoc ann.
d Id. ibid.

Ad Pontificem prouocat.

108 &c. Cum hæ literæ die XIX. nouemb. Saxoniæ duci fuiſſent redditæ, mox ille eas Vvittembergam tranſmiſit Luthero, qui cognito principis ſtudio veteratoris more geſta Auguſtæ in ſui commendationem detorſit; ac, ne ille ſui cauſa in diſcrimen aliquod incideret, ſolum vertere ſe paratum ſignificauit: cumque vrgendum Romæ iudiciarium in ipſum ordinem noſſet, vigeſima octaua nouembris die a Pontifice, vt aliorum mortalium inſtar erroribus obnoxio, ad concilium prouocauit: dumq; in eo loco agebat, legatum blandis ac fallacibus literis illuſit, vt narrat Cocłæus

Saxo indigne fauet Luthero.

A Pontifice ad concilium prouocat Lutherus.

a Cochl. ibid.

Cochlæus a hiſce verbis: *Culpam agnoſcebat nimiæ tum vehementiæ tum irreuerentiæ ſuæ in Papam, proinde petebat veniam tanquam pure & ex animo dolens ac pœnitens, quod & per omnes concliones ſe populo annuntiaturum premittebat, operamque daturum, vt poſthac aliter ſit, aliterque loquatur quam antea: vnum enixe petebat, vt poſſit audire vocem ſponſæ, quam certum eſt audire vocem ſponſi. Hæc & id genus multa honorifice ſcribebat ad ipſum legatum. Ad alios vero longe aliter ſcripſit, non ſolum priuatim, ſed & publice, virum illum grauiſſime accuſans tyrannidis, ſuperbiæ, infidelitatis, ignorantiæ, &c.* Ex quibus Lutherum fuiſſe nequiſſimum impoſtorem, mendaciorum & calumniarum mirum artificem patet, diabolicoque incenſum aduerſus Eccleſiam furore.

Blandis ſcripeis Legatus alloquitur illuſus.

Alijs ſcripeis lacerat.

112. &c. Dum Auguſtæ Vindelicorum verſabatur Thomas Cardinalis legatus ad diſcutiendos errores, quos Lutherus hæreſiarcha circa indulgentias & purgatorium, ſacramentum pœnitentiæ & anathematis vim incautis effundebat, varios eruditos commentarios edidit: quibus inter alia hypocritæ obgannie-bant imperfectæ eſſe virtutis ſibi indulgentias comparare, nec de Deo illum egregie mereri, qui imperfectum virtutis actum ſectaretur: imperfectorum porro hominum eſſe indulgentiam, quæ pœnæ relaxatio ſit, exambire.

Hæreſiarchæum in indulgentias blaſphemiæ.

135. &c. Ab indulgentiarum & purgatorij controuerſijs impius Lutherus ad profanandum etiam pœnitentiæ ſacramentum, ſubornandoſque fideles ne rite ſacra exhemelogeſi crimina expiarent, malum animum applicuit. Obſtitit etiam noua in Germania factio hæreticorum re bellum ſacrum in Turcas decerneretur, haud aliter quam ſi eum Turca coniuraſſent, vt exciſa Chriſti religione, Mahometes in Germania imperaret; imprudenterque negabant bellum in Turcas ſuſcipiendum. Eo autem tempore Gallos ad vertenda aduerſus Turcas arma pie fuiſſe comparatos, ex legationis in Gallias miſſæ geſtis conſtat.

Diabolica ad tollendos pœnitentes impoſtura.

150. &c. Ingreſſus enim menſe nouembri adulto Pariſios ſolemni pompa, Bernardus de Bibiena S. Mariæ in portica diaconus Cardinalis legatus apoſtolicus, die b ſexta decembris in publico ſenatu conſiciente in ſolio Rege, orationem habuit, qua grauiſſimis argumentis, exemplis, ac rationibus Francorum Regem permouere conatus eſt, vt ſacram in Turcas expeditionem, quæ æternum illi decus foret paritura, conficeret. Ad cuius ſingula præcipua capita reſpondit Rex c, proteſtatuſque eſt comparaturum contra Turcas quadraginta millia peditum, quorum viginti millia Germani Heluetijque ſtipendiarij forent, alia viginti millia Angli, Vaſcones, & Galli conflarent: præterea tria millia cataphractorum equitum, quorum duo millia ex Gallia, mille ex Italia peterentur, tum leuioris armaturæ ſex millia equitum, necnon tormentorum bellicorum neceſſarium apparatum inſtructurum: quin etiam caſtrenſes ſubire labores, & ducatare exercitum velle, & quocumque Pontifex proficiſci iuberet ſe præſto affuturum; ac ſi ex copijs non ſufficerent, maiores educturum.

b Extat de re ipſius Inſtructiones. Lucæ prim. in pum pag. 52

Bibienæ Card. legati in Gallia geſta.

c Ibid.

Exercitus ab eo promiſſus.

155. &c. Porro inter Francorum Hiſpanorumque Reges viribus atque ætate florentes, intenſa exercebatur æmulatio omnium, quæ rempublicam Chriſtianam peſſundederunt malorum fons: & Hiſpanus d quidem e, oratoris ſui in Anglica aula opera Anglum omni contentione a Gallico fœdere abducere annisus eſt; ac viciſſim Franciſcus Rex clam Caroli Hiſpaniarum Regis potentiam infringere ſatagebat, ne ad Germanicum imperium eueheretur: atque aſſequendi imperij ſpe deiectus, decreuit conatus ſuos conuertere ad Fridericum Saxoniæ ducem, de quo ſibi affinitate coniungendo agitabat, ad Germanicum ſolium euehendum. Ita diſturbata tunc fuit Caroli V. electio.

d Ib. pag. 49 & 51.

e Ead. pag. 50.

Simultas inter Carolum & Franciſcum Reges.

165. 166 E Germania ad Daniæ ac Sueciæ proxima regna digreſſimur: in quibus violatæ ſunt induciæ quinquennales hoc anno, quæ prius omnibus principibus fuerant imperatæ; quippe Chriſtiernus Daniæ Rex a Goſtauo archiepiſcopo Vpſalenſi, cuius pater Ericus ab æmulo Stenone regni ſpe depulſus fuerat, concitatus, Stocholmiam obſidione cinxit; ſed cū fractos impetus ſuos videret, exercitū ad claſſem reduxit: aduerſis autem furentibus ventis quatuor mentium flexu agitatus repulſuſque in littus, quaſi cælum de illius perfidia ob ſpretas cenſuras apoſtolicas, ijs qui publicam pacem turbarent propoſitas, ſumeret pœnas, in eas adductus fuit anguſtias, vt fame pereundum ipſi foret, niſi Steno hoſtis commeatus abunde ipſi ſuppeditaſſet; quem tamen ex inſidijs fallaci amicitiæ oſtentatione capere ſtuduit: ſed illo acceſſum detrectante, cum nobiliſſimos obſides accepiſſet pollicitus in congreſſum amicumque colloquium ſe cum Stenone poſtea venturum eos in Daniam cuſtodijs conſtrictos, interque ipſos Goſtauum Ericſon poſtea Regem abripuit, ac proximo anno bellum in Suecum redintegrauit.

167 Confecta eſt hoc anno in Africa ſecunda expeditio ab Hiſpanis aduerſus Turcas Caroli Regis auſpicijs; Horruc enim Barbaroſſa, qui ex pirata Algerij & Tremeſinij Rex euaſerat, atque in Bugiæ obſidione brachio mutilatus fuerat, dum Oranum oppugnabat, fuſus in fuga trucidatus eſt, eiuſque caput per Hiſpanias infixum haſtæ circumlatum in ſignum victoriæ: quippe is Italica, Hiſpana, Gallica & Africana littera ſatiſſime inteſtatur: tranſmiſſa ad Maximilianum Cæſarem a Carolo vexilla hoſtibus erepta Germanici hiſtorici tradunt, Maurorumque quadraginta millia in Tremeſenij expugnatione cæſa. Cæterum in illius locum Aradinus Barbaroſſa ſucceſſit, ac fraternam immanitatem in Chriſtianis diuexandis æquauit: pro hac vero victoria proximo anno ad Algerium ab Hiſpanis magna clades accepta eſt.

Turcæ victi in Africa.

Horrucus Barbaroſſa trucidatus

IESV CHRISTI
Annus 1519.

LEONIS PP. X. anno 7. MAXIMILIANI ROMAN. REGIS anno 26. Indict. 3.

1. &c. BElli ſacri conſilia inopino caſu ob Maximiliani Cæſaris obitum conſeneſcere cœperunt: contra vero impius hæreſiarcha Lutherus, quem eiuſdem Cæſaris in Eccleſiam & fidem catholicam obſeruantiſſimi metus aliquantulum coercuerat, audacia & petulantia auctus, in eccleſiaſticos viros & pontificios adminiſtros conceptum animo virus liberiore & furiali lingua effundere cœpit, vt narrat Vlembergius a. Vt vero Maximilianus ſumma cum pietate ad mortem ſe comparauerit, pluribus Cuſpinianus b necnon Ioannes Faber in oratione funebri retulerunt, multiſque laudibus eius geſta extollunt, eccleſiarum nimirum occidentalium cum Romana coniunctioni ſtuduiſſe, ac ſchiſma Piſis, dein Mediolani, ac demum Lugduni conſtandum aduerſus Iulium II. diſcuſſiſſe: Dei & Eccleſiæ præcepta coluiſſe: blaſphemos ita habuiſſe exoſos, vt nullum eorum, quantumuis chariſſimum, apud ſe verſari paſſus fuerit: ieiunia eccleſiaſtica pie obſeruaſſe: nullum ſacerdotem coram ſe ſtare permiſiſſe, ſed ſibi aſſidere iuſſiſſe: ſeueram legem in eos, qui intemperanter vino abuterentur, tuliſſe: pauperes ita amaſſe, vt moriens xenodochia decem

a Vlemberg. in vit. & geſt. Luther. c. 3

b Cuſpinian. in Maximilian. Maximiliani elogium.

Xenodochia decé ab eo construi iussa.

decora suo sumptu construi, annuoque censu donari iusserit: missæ sacrificio quotidie interesse voluisse: salubrem mortis cogitationem, vt humana contemneret, ita versasse animo, vt extremo vitæ quinquennio secum quocumque pergeret etiam in acie sarcophagum circumferret. Qua pia assiduaque cogitatione vsus Maximilianus, cum morbũ augeri sentiret, semel atque iterum sacra exhomologesi animum expiauit: deinde nona ianuarij die sanctissimum Christi corpus tanta pietatis testificatione suscepit, vt præsentes omnes lacrymas profunderent. Extrema etiam vnctione liniri flagitauit, astantesque circum se flentes conspicatus, moriturum hominem, cum mortalis esset, fiere vetuit. Tum euangelicam lectionem, qua Christi domini cruciatus recensentur, repeti iussit.

Sacramentis expiatus moritur.

4. &c. Vbi vacuum esse cæsareum solium accepit Romanus Pontifex, omnes eo curas intendit, vt septemuiros ad Imperatorem virtutibus clarum, opibus, viribus, & auctoritate pollentem designandum permoueret; proposuitque a in eo statu rempublicam Christianam sitam, vt eum exigeret, qui mutua pace deuinctos Reges Christianos teneret, & aduersus Turcas maximum & fortissimum exercitum in expeditionem educeret. Prouinciam etiam dedit Thomæ Cardinali Caietano legato, & Caracciolo apostolico interuntio, vt principes ad dandu orbi Christiano strenuum & præpotentem defensorem cohortarentur.

a Ext. to. 3. ver. Germ. ex edition. Freher. pag 238.

Galliæ & Hispaniæ Reges exãbiunt imperium. b Belcair. l. 6. n. 9.

7. &c. Aspirabant summo studio ad imperium Franciscus Gallorum & Carolus Hispaniæ & vtriusque Siciliæ Reges, ambo ætate, opibus, regni amplitudine, virtutisque spe & opinione florentissimi; & quidem Gallum arte vsum, refert Belchairus b: *Vt*, inquit, *maiorem & apud Leonem & apud septemuiros Germanos gratiam iniret, magnamque de Turcico bello suscipiendo spem daret, Petrum Nauarrum Franciscus cum viginti triremibus aliquotque alijs nauibus, in quas quatuor peditum millia imposita erant, aduersus Mauros Italicam maris Tyrrheni oram suis latrocinijs infestantes, mareque adeo ipsum mercatoribus tutum reddentes, ire, & si ita ferret occasio, in Africam transire iussit.* Porro Leonem Pontificem Carolo Francicum ea in re oppositisse queritur Carolus in suo ad Clementem VII. dato apologetico libello, c: *Non*, inquit, *ad ipsius Gallorum Regis promotionem; sed vt per eiusmodi Galli concurrentiam vtroque nostrorum exclusio foluto fœdere tertius subintraret minori potentia præditus.* Metuebat certe Leo, si Carolus ad fastigium imperij eueheretur, sedem Apostolicam ab eo oppressum iri, suorumque decessorum decreta tueri conabatur, qui Neapolitanum regnum neque Insubriæ neque imperio connumgendum iunxerant, pontificiæ libertatis asserendæ causa: quare legatus apostolicus in primo conuentu, qui Vesaliæ habitus est, vacuo solio cæsareo pontificio nomine septemuiris exposuisse apud Dolgastum traditur, ne Regem Neapolitanum ad imperium vocarent, cum regnum Neapolitanum coniungi imperio non posset.

Caroli electio formidanda Pontifici visa. c Ext. apud Dolg. to. 2. pag. 479.

10. 11 Ijsdem precibus vsus est legatus in conuentibus Francofurtensibus, adeo vt imperium tertio principi non ambienti, immo & respuenti delatum fuerit, vt dicetur paulo inferius. Cum vero misissent d Gallus & Hispanus suos ad sibi concilianda septemuirum studia, oratores Galli in Francofurtensi conuentu orare, vti putabant, non potuerunt: quippe Caroli arte exercitum Germanicum tuendæ dignitatis specie conscriptum fuisse ferunt e, ad eos, qui imperium in exteram gentem transferre voluissent, conscriendos. Itaque Ioannes Alebrandensis,

Cõtractus a Carolo exercitus in Galli fautores. d To 3. ver. Germ. ex. edition Freheri. e Guicc. l. 13

comes Drocensis, Guillelmus Gournerius eques auratus, & Carolus Guillart senatus Parisiensis præses, a Francisco Rege legati Confluentiæ substitere, & quinta iunij die suasoriam ad principes orationem scripsere a; proposuereque præter alia ingrauescentem Turcarum tyrannidem, ac vim, ad quam obterendam nemo esset Francisco Rege, si ad imperatorium solium eueheretur, parator: neque ad conficiendam tantam expeditionem scientiæ militaris expertem, sed exercitatissimum deligendum; nec Francum Germanis suspectum videri debere, cum Francorum Germanorumque vnam olim fuisse rempublicam testentur antiqua Germanorum monumenta.

a Ext. to. 3. ver. Germ. pag. 141.

12. 13 Prætulere contra cæteris omnibus imperij candidatis Carolum Hispaniæ Regem ipsius legati b; concluseruntque demum non transferendum ad Gallos imperium, sed ex Germania Imperatorem petendum: exactos iam fere nongentos annos, ex quo a Gracis ad Francos Germanos traductum sit: qui fuerint ij Franci sæpe in controuersiam vocatum fuisse ab eruditissimis viris; sed tamen Francos quamuis Gallijs dominarentur Germaniam non deseruisse.

Quæ pro Carolo ad ducta sint. b Ext. ibid. pag. 144.

14. &c. Hæc peracta publice fuerunt: quæ vero in arcano conuentu inter solos septemuiros gesta fuerint, Thomas de Vio Cardinalis legatus apostolicus in Germania ex scribæ cæsarei scripto accuratissime, Leoni summo Pontifici exposuit c; nimirum Albertum archiepiscopum Moguntinum pro Carolo, vt sanguine Germanico genito ad imperium eueheudo, repellendoque Francisco Gallorum Rege orationem habuisse, Richardum vero Treuerensem archiepiscopum pro Gallo Rege ad cæsareum solium promouendo multa argumenta grauissima attulisse; adiecisseque inter alia Moguntinum fassum esse quanta Germaniæ mala pareret longinqua Cæsaris absentia; persuadere tamen voluisse, vt septemuiri in deligendo Carolo ab eo metu ac liberi forent; nullatenus tamen se agnoscere, quæ ratione is metus abstergi posset: Cæsare namque agente in Hispania, quæ præsentem sum Regem exigit, necessario Germaniam tumultibus, bellis ciuilibus, Turcicisque incursionibus conflagraturam, atque ita Germaniam & imperium tunc futurum instar nauis in alto mari fluctuantis ac procellis laniatæ, dum nauarchus & quisquis illius clauum tenere debet, in tellure versatur: fides quippe suas tenentem in Hispania Cæsarem & administris Hispanis, Belgisue, aut Burgundis, vel Italis cinctum nunquam res Germanicas nisi ementitis fucis adulteratas intellecturum.

c Ext. lib. collect. lit. princ. pag. 67.

Ostensum Germaniã ciuilibus bellis laboraturam absente in Hispania Cæsare.

23. &c. Quarta die iulij mutata sunt priora de Carolo deligendo consilia, imperiumque in gentem Germanica retinendum visum est, delatumque illud fuit Friderico duci Saxoniæ, quem dictus Cardinalis Caietanus in literis ad Leonem X. missis d testatur ingenui animo cæsareos apices respuisse, atque transtudisse suffragia in Carolum; aspernatum etiam ingentem auri vim, quæ ab Hispanis administris grati animi ergo ei delata est, ac suis intentata principis iram imperasse, ne quis munera Hispana acciperet: quæ quidem vt egregium virtutis ab eo editum facinus prædicant nonnulli Germani historici e. Sed si quis ad ea, quæ postea contigere animum conuerterit, diuinam adorabit prouidentiam, quæ non sit passa imperium ab eo suscipi, qui Lutheranæ hæresi se addicturus erat; nec abest coniectura Fridericum non amore virtutis, sed delitiarum imperatorium munus respuisse, vt epicuream sullamue traduceret vitam; siquidem ipsum alto virtutis culmine euersum tantæ fuisse inertiæ videbimus, vt templa ipsa, quæ condiderat, funestari, euerti altaria, cõiugari matrimonij specie sacerdotes, moniales ex monasterijs ad lupanaria ab-

Mutatis studijs principum delatum est imperium Friderico Saxoni. d Ext. ibid. pag. 72.

Ab eo repudiatum & contemptum Hispanũ aurum. e To 3. ver. Germ. ex edit. Freher

Infamis illius inertia.

ripi, vrbes seditionibus exagitari, latronibus vias compleri, fundi innoxium sanguinem, iura conculcari, omnem omnium denique scelerum licentiam in suo principatu exerceri permiserit [a], de quibus eum ab Adriano VI. Pontifice correptum dicetur suo loco. Repudiato autem a Friderico Saxone imperio, postera die [b] nimirum quinta iulij Albertus Moguntinus archiepiscopus in templo S. Bartholomei, ad quod nobilitas omnis populusque confluxerant, e suggestu Carolum archiducem Austriæ & Hispaniæ Regem in locum Maximiliani Cæsaris defuncti subrogatum promulgauit, atque in illius effusas laudes, ob quas cæteris omnibus Christianis principibus illum septemuiri prætuleram, excurrit.

[a] Exulat ex Adrian. VI. in Eccium in actis & scripti Luth. [b] Ibid.

Carolus renūtiatur Cæsar ab arch. Moguat.

27 Præscriptæ vero fuere nonnullæ leges Cæsari a septemuiris: quarum præcipuæ erant, vt Pontificem & Romanam ecclesiam, cuius erat aduocatus, ac rempublicam Christianam tueretur; leges imperij ac præcipue bullã dictam auream assereret, iura principũ & ordinum imperij confirmaret, de rebus imperij sine septemuirum consensu non statueret, cum finitimis Regibus pacem coleret, nec inconsultis principibus bellum moueret, Germanos proceres non exteros Germaniæ negotijs præficeret, noua vectigalia non imperaret, si quam alienam prouinciam ordinum viribus subijciat, eam coniungat imperio. Additæ sunt nonnullæ aliæ leges, quas apud Dolgastum lector earum cupidus inspicere poterit.

Leges Carolo impositæ.

28. &c. Partam cæsaream dignitatem Carolo Pontifex gratulatus, horatusque ipsum est, vt tot ornamentis a Deo auctus illi gratiam pijs operibus rependeret, fœdera antea cum alijs Christianis Regibus ad Mahumeticam superstitionem excindendam inita coleret, causam Ecclesiæ tueretur, denique concitatam de se vniuerso orbi spem & expectationem egregijs factis sustentaret.

31 Non poterat Carolus imperium accipere, nisi ex veteri pactione de regni Neapolitani fiduciarijs iuribus decederet; siquidem Romani Pontifices, Imperatorum vim infensam experti, ad similes procellas auertendas hoc decretum, quoties regnum Neapolitanum conterreret, instaurabant. Itaque Carolus a Pontifice popolcit, vt sacramenti religione solueretur: qua ipsum solutum fuisse publico diplomate dicetur postea.

Poscit Carolus solui sacramento pro retinendo regno Neap.

32. 33 Contraxit ex tradita Carolo æmulo dignitate, amissaque imperij spe ingentem dolorem Franciscus Galliarum Rex: qui licet dum angustale solium vacuum fuit, concordiam cum Carolo confirmarit, postea tamen belli consilia sed infelici exitu, suscepit, de quo hæc tradit Belcarius [c]: *Melignanensi victoria elatus, & sibi nimium arrogans, Carolum autem pro se pro nihilo ducens, malis ingenijs animum operam dabat, & inani spe magna omnia sibi promittebat: quanquam de eius existimatione, præsertim in Germania, multum decesserat, vel quod in imperij petitione repulsam passus fuisset, vel quod Vitembergensem regulum, qui se eius ope fretus a Sueuica societate subduxerat, Vitembergenses hoc nomine expulerant, eiusque ducatum Carolo vendiderant, ea de causa in Caroli clientelam accepti, regulus patrimonio spoliatus ad Caroli clementiam confugere, & quas dedisset Carolus leges subire coactus fuisset: nec tamen idcirco in integrum restitutus fuisset.* At de alijs inter eosdem Reges iarum causis funestisque bellis consecutis iterum inferius.

[c] Belcar. l. 16. n. 179.

Franciſci existimatio in German. extenuata.

34 Circumuenire interea Carolum in ipso limine imperij suis fraudibus atque hæreseos veneno inficere nisus est Lutherus [d], datis ad eum literis, quibus innocentem se ementiebatur, atque aduersarios catholicæ fidei assertores in crimen adducebat: sed diuina

[d] Cochlæus in actis & scriptis Luth. Sue in comment.

enim texit clementia, ne corrumpi se sineret a nequissimo hæresiarcha, qui in dies magis magisque insolescebat, tundebat impudenter conuitia & calumnias, fraudes dolosque adhibebat, & a Romano Pontifice aperte deficere cœperat ob comparatam sectatorum multitudinem: quinquemestri enim interregno in summa quidvis agendi & loquendi licentia latius grassata erat hæresis: *Cum*, inquit Vlembergius [a], *Fridericus electus, Saxonia dux, cuius in imperio summa erat auctoritas, Lutherum patrocinio suo foueret, & velut obiecto sui nominis scopo tueretur: vnde factum est, vt qua per Pontificem & ecclesiastici fori iudices adhibenda erant gliscenti malo remedia, ea non satis expedita essent, & tardius procederent.*

[a] Vlemb. cap. 3. Saxo Lutherum fouit in interregno.

35 Nondum ab Ecclesia defecerat Fridericus, immo egregia in eam studia præseferebat, adeo vt illi Leo rosam auream pontificijs precibus de more sacratam transmiserit Miltitij internuntij apostolici opera, cui Lutheri ab hæresi reuocandi prouincia data est: hic demulcendum ferocem pseudomonachum [b] arbitratus, nonnulla concordiæ capita constituit, vt nimirum demissione Christiana plenas literas Lutherus mitteret ad Pontificem, causamque suam illius arbitrio subijceret; tum vt causa cuidam episcopo Germano committeretur, a quo silentium vtriqueparti imponendum foret.

[b] Ibidem.

Proditeres catholica ab internuntio Pont.

36 Caruere exitu consilia Miltitij, cum non veris medicamentis curaretur, sed inuolucris subdolis tantum vulnus tegeretur: quippe ingenti damno versum est Lutherum a Saxone Vvitrembergia ciectum non tuisse, dissuadente apostolico internuntio; neque enim illius aperta ad Hussitas vel Turcas defectio tantum detrimenti attulisset. Accepit vero res catholica vulnus maximum cum in Lipsiensi disputatione hæresis palam ventilata curiosorum ingenia ad nouos errores exsugendos concitauit.

37 Infelix vero ea concertatio inde sumpsit initium, quod cum propositionibus Lutheri de indulgentijs censorias annotationes Eckius apposuisset, Carolstadius hæresiarcha amici Lutheri patrocinium suscepit. Immiscuit se huic disputationi Lutherus, cum Eckius duodecim pronunciationibus Lipsiæ disceptandis etiam inseruisset de prærogatiua & potestate Romanæ ecclesiæ, cuius olor nouus hæresiarcha publicato libello blasphemis salibus lectori inculcabat, se non timere Papam seu nomen Papæ, multo minus pappos & puppas istas.

Lutheri in Papam verba.

38. &c. De illius vero disceptationis capitibus agitatis hæc tradit Cochlæus [c]: *Disputatum est inque ab illis & acriter & copiose, primum de pontifice & primatu Romani Pontificis, deinde de purgatorio, de indulgentijs, de pœnitentia, & de absolutione sacerdotis; sed longe alia tunc erat Lutheri & mens (nisi omnia simulauerit) & vox de reliquis illis, quam paulo post; nam & ipse protestationem, quam alij duo præmiserant, approbabat & amplectebatur, & de Romana ecclesia longe reuerentius loquebatur, quam postea; adeo vt non solum Latine, verum etiam Theutonice sententiam suam declarans diceret, se non impugnare nec Christiane a quoquam impugnari posse primatum & obedientiam Romanæ ecclesiæ, nec derogare se Pontifici quidquid tribuitur ei.* At versipellis impostor pontificiam auctoritatem non diuino iure, sed humano constituram varijs argutijs fucisque iam ante finxerat, ac libello fallaci promulgarat.

[c] Cochlæus de actis & scriptis Luther.

Senſere aliqui non fuiſſe diſceptandum cum hæreſiarchis.

46. &c. Senſere nonnulli, non fuisse disceptandum cum hæreticis, quod ita magis eorum impietas dissemineur; contra quos ita Ioannes Eckius [d] apologiam suam texuit; *Patres sancti præceperunt statim obuiandum esse hæreticis & quid si nos quoque hoc iam supplicio effecit Deus, quod non statim vivas Lutheranos repuli-*

[d] Ia. Eck. in 2. hom. il. domin. 9. post pent. 107.

repulimus? Ita iam neque mandatis, neque edictis, neque excommunicationis locus vllus reliquus est: ita alius ex alio princeps: multa subinde vrbes deficiunt a fide & sacramentis Ecclesiæ; vnde & spensa a capi iubet vulpeculas dum parvæ sunt. Pia quidem Eckij mens, piusque ardor fuit, vt hæresiarcham conuinceret, verum publicæ illæ de fide concertationes grauiora mala pepererunt: quæ expertus Georgius Saxoniæ princeps postea in literis ad Regem Angliæ scriptis Eckium, Lutherum, & Carolstadium primos pugnæ infelicissimæ duces dixit [b]; satius enim erat, vt episcopis ac Pontifici controuersia omnis committeretur: qua in re Ioannes Fischerus episcopus Roffensis, ac postea Cardinalis & martyr Tertullianæ argumentatione vtitur, qui ait [c]: *Quid promoueris exercitatissime scripturarum, cum si quid defenderis negetur e diuerso, si quid negaueris defendatur? Et tu quidem nihil perdes, nisi vocem in contentionem.*

[a] Conc. 2. Opprimi initio impetus debuit facto non verbis. Necent disceptationes publicæ cum hæreticis.

[b] Io. Fisch. in art. 33. Zuinglius hæresim excitat.

50. &c. Emersit eodem anno noua hæresis ab inferis iam sæpius victa ac sepulta in Berengario, in Vvaldensibus, in Albigensibus, in Vvicleffistis & Thaboritis, iterumque reuixit in Zuinglio; cum vero scripturæ sacræ veritatem nitidissimam negare non posset, a nocturno spiritu edoctus est, quo diffugio veritatis vim eludere posset, vt ipse publice professus est, sic inquiens: *Tanquam ex machina visus est mentior adesse (ater fuerit an albus nihil moror, somnium enim narro) qui diceret. Quem ignaue, respondes ei quod exodi xii. scribitur: Est enim phase, hoc est transitus Domini. Proinus, vt hoc phantasma visum est, simul expergefio, & e lecto exsilio, locum apud septuaginta vndique primum circumspicio, ac de eo coram tota concione pro virili edisserо. Vide*, subdit Florimundus Raymundus, *figuratum corporis Christi receptionem, maximum ab angelo an diabolo reuelatam. Quam bene putas.* inquit Vvestphalus in apologia contra Caluinum, *fundamento hoc fidei nostræ niteur? Numerum nostrarum salutis nunquid bene prospectum erit, si somniatori credamus, cui mentior apparuerit; quem ater an albus fuerit ipse nesciat? Ea vero fidamus ei & credamus, verbum, est, in sacra Scriptura accipiendum esse pro significat, &, corpus, pro symbolo corporis. Abite, abite cum somnijs vestris, & nigris monstrorum. Nos Dei Filio assentiamur & credamus, de quo Pater ipse cœlo clamat: Hunc audite.*

Fundamentum Caluinismi.

51. 57 Erumpentibus ita in publicum hæresiarchis cruentissimis animarum prædonibus, monachi & sacerdotes vitijs carnis victi ad deprædandas animas cum ijs decurrerunt, quos populi vitijs pariter infecti secuti sunt, & Ecclesiæ voces contempserunt, vt trecentis quinquaginta ante annis circiter Spiritus sanctus per S. Hilegardis virginis os prædixerat diserтissime, vt obseruat noster Thomas Bozius [d]; fallaci scilicet voce infectos flagitijs in errorem abductum iri, ex hæresi bella ciuilia oritura, maximamque futuram sectarum varietatem.

Vaticinium S. Hildegardis de futura hæresi in Germania. [d] Bozius l. 6 sign. c. 2. ex S. Hildegar. vita c. 2.

58 Hoc anno Christiernus Daniæ Rex maximum eduxit exercitum contra Stenonem Suecise principem, in cuius regnum hyeme per concretas gelu aquas irrupit; commissoque in Vvestrogothia glaciali prælio, Stenonem telo in femore sauciauit: ex quo vulnere cum Stocholmiam deferretur, animam exflauit. Suecus vero exercitus fugatus dissipatusque fuit, quem frustra instaurare nisa est Christina Regina vidua, quæ auxiliares copias a Sigismundo Rege Poloniæ amplis stipendijs conducendas imploravit; sed cum ille externo cum Basilio Moschouitarum duce implicitus esset bello, nulla submisit Christinæ subsidia: Christiernus vero distractos in varias factiones Suecos per concretum glacie mare adortus e suo adiecit imperio, ac proximo anno Stocholmiæ solemni ritu Sueconum insigne regium accepit, quod mox præsulum procerumque sanguine tedauit, vt dicetur.

Stenonis Sueci a Danoin prælio sauciatis obit.

[e] Olaus mag. l. 8. c. 40

59 Irrupisse eodem anno Moscouitas in Lituaniam, ac diuino miraculo profligatos, narrat Zacharias episcopus Gardiensis [a] in actis publicis proximo anno conscriptis de miraculis, quæ Deus B. Casimiri precibus ediderat: duo enim millia Lituanorum sexaginta millia Moscouitarum equitum implorata diuina ope magna clade profligarunt, ita vt vix vnus e Lituanis, qui B. Casimiri apud Deum suffragia pie implorarant, caprus vel interemptus fit.

Moschouitarum in Lithuaniã irruptio repentina. [a] Zachar. episc. Gardien. legat. apost. mss. Vatic. bibl. sign. lit. L. pag. 361.

60. 61 Porro Basilius Moscouitarum dux, qui olim Sixto IV., vt vidimus, obedientiam detulerat, deinde sacri imperij in ecclesiasticos cum profano coniungendi cupiditas quemq; a gremio Romanæ ecclesiæ diuulserat, hoc anno de redintegranda cum Romana ecclesia Moscouitica coniunctione pia agitauit consilia: de quibus monitus summus Pontifex Gardiensem episcopum ad eum legauit, vt cum ipso de Moscouitis a schismate reuocandis, fœdereque iungendis cæteris Christianis principibus ad excindendam Mahumeticam superstitionem, ac diuinum cultum toto orbe propagandum conferret; tum apostolicis literis [b] amantissimi patris officia illi spopondit, spesque affulgebat expeditionem maximam in Turcas conflatum iri, si Basilius suscepta consilia ad exitum perduxisset; quæ demum irrita expectatione leuere.

Basilius Moschorũ dux consilia agit de schismate abjiciendo

[b] Lib. 3 brev. inter pag. 85 & 86. Basilius a eo pus de scit.

62. &c. In Africa Aradinus Barbarossa fratri Horuco in Tremesenij & Algerij regnis, vt diximus, successerat, ad quem Algerio deturbandum Carolus V. Hugonem Moncadam Siciliæ proregem cum veteranorum militum exercitu immisit; poteratque Algerium primo expugnari impetu, sed duces incontraria consilia euntes faciendam in mœnia impressionem adeo retardarunt, vt hostes septem dierum spatio retecerint vires, seque ad nostros propulsandos egregie comparauerint; cum inopino casu classis nostra collapsa est: die enim S. Bartholomæo Apostolo sacro vehementes adeo coorti sunt venti, vt viginti sex naues in terram illiserint, & quatuor millia militum fluctibus hausta perierint. Collegit naufragij reliquias Moncada, atque Algerij expugnatione prætermissa in Ebusum insulam se recepit: refecto vero exercitu proximo anno Gerbarum regulum Saracenum post atrox & anceps prælium subegit, illamque olim Hispanis clades egregie vltus vectigal annuum viginti quatuor millium aureorum pendere coegit.

Aradinus Barbarossa fratri Horuco in eo succedit.

Classis Caroli V. mersa fluctib⁹.

Gerbarũ regulus subactus.

69 Parta etiam in America de Potenchianensibus victoria Ferdinandus Cortesius, qui non amplius quingentis peditibus & sexdecim equis, pluribus tamen tormentis bellicis munitus quadraginta millia barbarorum profligarat, bellum difficillimum suscepit [c] aduersus potentissimum Regem Muteczumam, qui vastas prouincias suo imperio continebat, vt Christianum imperium Caroli Cæsaris auspicijs latius diffunderet. Belli iustæ causæ non deerant; quandoquidem & Zempoalenses, qui abiecto idolorum cultu ad sanam veri Numinis religionem ac fidem traducti fuerant, de Tenuchtitano alias Mexicano Rege querebantur, quod præter grauissima prouincialium tributa mancipiorum, ijsque deficientibus filiorum ipsorum partem vectigalis loco internalibus monstris immolandam illi præbere cogerentur, addebantque fauente Deo cæli terrarumque conditore, quem nostri prædicarant, ad cuius gloriam simulachra parentum confregerant, victoriam sibi polliceri.

[c] Petrus Martyr. dec. 5. c. 1. In Mutecznmã Mexici Regẽ suscepta expeditio. Æquissima belli causa prætexta.

70 Cum imperium Mutecznmæ ingressus esset Cortesius, plures reguli illi paruerunt. Tascalutecani vero contractis quatuor militum millibus armatorum

Plures reguli ad Ferdinandum Cortesium deficiunt.

Centum quinquaginta millia barbarorum in nostros ruunt.
a Ex Cortes vita Ferd. Cortes pag. 7.

restiterunt; qui fusi pacem petiere; redintegrata tamen mox crebra prælia, quibus magnæ clades barbaris illatæ, qui efferati ad centum a quinquaginta millia, vt scribunt, primo crepusculo in Christiana castra humanæ sagiuæ spe irruerunt: sed accepta ingenti strage a quadringentis in fugam acti pacem postularunt. Tædebat Cortesij socios tot laborum; cum ille certa Dei præsentia Christique fidei in immensum amplificandæ spe ad constantiam labantes confirmasset, proterreque latius victorias, atque in abditiores regiones humanitatis expertes penetrare, ad eas rationis iugo Christianoque subdendas imperio constituit. Tascaltecani victoris clementia deuincti centum bellatorum millia auxiliaria obnixe denuere; retentis ille duobus millibus ceteros dimisit. Progressus in Chiiuutecalentes ab ijsque benevole exceptus mox sensit infidos, sed proditores debellatos sibi parere coegit.

Mexicani Regem in suam potestatem redigit Cortesius.

71. &c. Mouit inde aduersus Mutezumam Regem Mexici, qui illum placare muneribus studuit, atque ab itinere suscepto reuocare: sed Cortesius insuscepta constans sententia iter ingressus est. Tum iustis copijs deditiorum Americanorum quatuor millia, Hispanorum vix trecentum recensita: sed tormenta & equi, ignota Mexicanis bellandi genera, tantum terrorem Mutezumæ inferebant, vt vltro se dediderit cum Tenustina vrbe amplissima sexaginta millia domorum circiter continente. Reducto deinde in suam potestatem Mutezuma Rege, dæmonum simulachra hominumque immolandorum infandam lanienam tollere, barbarosque a veteri superstitione ad veri Dei cultum traducere decreuit: infandos vero ritus a dæmone humanæ carnificinæ appetentissimo inductos Clementi VII. Pontifici exposuit Petrus Martyr b.

Simulacra dæmonum & sacrificia humana tollit.

Cedit imperio barbarus.
c Ferd. Cort. vit. pag. 130
Prædictum illi olim hoc a dæmonibus.
Cruces & Christi imagines in templis proponitur.
d Id. ibid. pag. 132.

75 Addit his Ferdinandi Cortesij vitæ auctor c, Mutezumam conscriptis publicis tabulis cessisse imperio, habitaque ad suos oratione lachrimis suspiriisque intercisa professum, prædictum olim fuisse, exterram gentem candidam barbaram orientalem venturam, quæ Mexicanum imperium capesseret; sibique pariter ab oraculis significatum ipsum octauo regni sui anno regia sede deturbatum iri, nec filios sibi successuros (quamuis tum decimum septimum iam egisset) proinde hortatum Mexicanos, vt Ferdinando Cortesio parerent: contra autem Cortesium spopondisse Mutezumæ, illum se regiæ dignitati asserturum. Tradit etiam idem auctor d decreto Ferdinandi idola elisa, sacrificia humana vetita fuisse, cruces erectas, Christi, virginis Deiparæ, ac sanctorum imagines in templis propositas: sacerdotes diuinis operari singulis diebus, & Mexicanis baptismo abluendis dare operam iussos: paucos tamen Christiana sacra amplexos siue superstitioni veteri addicti essent, siue Hispani alijs rebus intenti; qui tamen singulis diebus diuinis interesse iubebantur.

B. Francisco de Paula decreti sanctorum honores.
e Part. to. 4. f Ext. in bullar. in Leon X. const. 38.
g An. 1474, n. 18. 19.

76. &c. Hoc anno repositus est a Leone X. in sanctorum numerum B. Franciscus de Paula ordinis Minimorum conditor: in qua celebritate seruatos ritus describit tuse Paris de Grassis e: extatque pontificium diploma f, quo sanctissimi viri admiranda gesta, patrataque miracula recensentur, quorum nonnulla ino loco attulimus g: vt ampliorem ecclesiam S. Francisci imperio euersa priore excitarit, nudis pecibus & illæsis calcarit ignem, cæcis visum, mutis vocem, claudis incessum, morituris salutem restituerit, cubiculario Pauli II. ad hæc inquirenda submisso tempus, quo sacris initiatus fuerat, designarit; illoque præsente ad vim diuinæ gratiæ in asperrimo vitæ genere tolerando ostendendam ardentes prunas illæsis manibus contrectarit.

88 Hoc anno cum eo prorupisset principum iniquitas ac temeritas, vt campum singulare certamen imituris aperirent, ac spectatores ad cruenta illa immaniaque spectacula concurrerent, Leo Iulij II. decessoris sui sanctionem instauranit: tum acerbiores in eiusmodi pugnarum moderatores spectatoresque poenas incussit apostolico diplomate a.

Monomachiæ vetitæ a Leon. X.
a Extat in bull. in Leo X. const. 31.

IESV CHRISTI
Annus 1520.

LEONIS PP.X. annus 8. CAROLI V. ROMANOR.REGIS annus 2. Indict. 8.

1. 2 INeunte anno Ioannes episcopus Misnensis decreto quarto ianuarij die promulgato, Lutheri libellos, quibus Hussiticam hæresim instaurabat, proscripsit; ex quo ille rabie inflammatus episcopum maledictis proscindere aggressus est: cum vero episcopus religione præstans & nobilitate conspicuus esset, nobiles Saxones ita eius causam tuendam in aula Friderici ducis susceperc, vt Lutherus protectionem ad Boemos meditatus fit: verum fluctuantem ipsum aliqui Franconiæ nobiles nouarum rerum cupidi in suscepto scelere confirmarunt: qui impium mense iunio librum, vt improuidos lectores inficeret, præfixo reformationis mendacissimo titulo, Carolo V. Cæsari & Christianæ Germaniæ nobilitati inscriptum Theutonico sermone edidit, perditam Ecclesiam abiectamque ab ecclesiasticis vitis eius cumen mentiens.

Lutheri libri damnati a Misnēsi episc.

Meditatur Luther profectionem ad Hussitas.

3 Quo autem omnium animos ab Romani Pontificis studio & obsequio abalienaret, externas pontificiæ curiæ pompas, opum amplitudinem, ac magnificentiam, & quicquid censura dignum videbatur per summam inuidiam traducebat, veterum quorundam hæreticorum hypocrisim æmulatus, qui in Dei administris opes improbarant; Cæsaremque adhuc iuuenem pluribus verborum lenocinijs incitabat, vt Pontificem omnemque clerum persequeretur, sepultamque Marsilij & Ianduni, qui Pontificem & clerum Cæsari obnoxios, vt Ludouico Bauaro Ioannis XXII. hosti infensissimo morem gererent, fuscerant, instaurans hæresim, *probare satagebat*, inquit Ioannes Coclæus b, *Cæsaris gladium in omnes non modo laicos, sed & clericos liberam habere absque vllo impedimento libertatem*.

b Cocl. in actis & scriptis Luther. hoc ann. Insusurrat Cæsari habere gladij potestatem in clerum.

4. &c. Fanebat illi hæresi politicorum imprudens cohors, quæ ecclesiastici ordinis dignitate oppressa cæsaream excitatum iri fluxe arbitrabatur. Lutherus autem non tantum sacerdotalem ordinem laicis subijci, ac bonis exui voluit; verum penitus excindi, dum mulierculas & puppulos episcopis & sacerdotibus pares dignitate & auctoritate effurijt publicis libellis editis: *Non esse contendebat*, ait Coclæus c, *inter laicos clericosque differentiam, præterquam in officio, cum per baptismum omnes consecremur in sacerdotes, adeo vt vnusquisque, qui ex baptismo exciderit, possit iactare se iam presbyterum, episcopum, & Papam esse*.

Negatur a Luthero sacerdotalis ordinis dignitas.
c Coclæus in actis & scriptis Luther. hoc ann.

14. &c. Porro quia, vt ait propheta: *abyssus abyssum inuocat*; ex superiori Lutheri dogmate duo errores grauissimi pullularunt: nam consecrare amissi sunt sacris sacerdotalibus non initiati, ac stulti & idolatræ populi hostiam non consecratam adorarunt d: tum etiam cum esse se sacerdotes persuasi essent, quod regale sacerdotium ad Christianos omnes deuenisse Lutherus prædicaret, non tantum sacerdotes, sed etiam reges, conuulso omni statu politico, esse voluerunt, vnde tot cruentæ stragis consecutæ: iactanti enim

Ex Lutheranismo errores sequuti.
d Florim. Raym.

Iesu nomē blasphemis libris appositum

enim Luthero se Iesu Christi spiritu plenum, credidērunt: hic namque impostor singulis pagimis, quas impietate & conuitijs in Ecclesiam fusis intarciebat, Iesu nomen venerabile superponebat, vt omnia a spiritu Christi suggesta, inque optimum finem tendere ab imprudentibus putarentur: tantam etiam arrogantiam audaciamque sumpsit, vt flagitium superioribus seculis inauditum, dignum antichristo patrare non fit veritus: sacros enim canones & sanctorum patrum decreta publice damnauit, pro ea scilicet auctoritate qua a lucifero instructus erat, ac flammis iniecit [a], eddita insana voce: *Quia conturbasti sanctum Domini, Dens te consumat igne aterno*. Vt vero tam impij horrendique facinoris fama latius pernaderet, libellum edidit, quo iure merito id a se perpetratum disceptabat, ac triginta articulos ex decretorum volumine collectos, inque alienum sensum detortos exagitabat.

Ius canonicum flāmis iniicit

a Cochlæus vbi sup. Vlemberg. cap. 5.

18. &c. Consurrexere aduersus Lutherum plures viri doctissimi, qui vesanam eius maledicentiam confutarunt; inter quos Ioannes Faber in erudito commentario inscripto Adriano VI. Pontifici triginta illos articulos calumnijs & impietate contextos esse demonstrauit, atque imprimis damonem mendacem, magistrum secutus hæresiarcha obijcere non erubuit, in iure canonico scriptum esse, Papam & suos diuinis mandatis non esse obstrictos.

Articuli I

49. 50 Neque illud silentio prætereundum videtur, Lutherum, qui antea Boemos ob schisma damnauerat in Lipsiensi disputatione, Ioannis Vvicleffi & Ioannis Hus hæresiarcharum venenatos libros clam ad se perferendos curasse ex Boemia; ex quibus omne pestiferum virus exsuxit, illudque parauit in libro, quem contra septem a Christo domino instituta sacramenta conscripsit hoc titulo prænotatum: *De captiuitate Babylonica Ecclesiæ præludium Martini Lutheri* [b].

Vvicleffi & Ioannis Hus libros ad se perferri iubet

b Vlemberg cap. 5.

51. &c. Nondum tot flagitiorum fama percrebuerat, cum Leo Pontifex Lutherum quotidie in peius ruentem, atque perituras cum eo animas ab errore conatus est eripere; propositoque edicto [c] ipsum in ius vocauit, damnauitque eius hæreses, quibus negabat sacramenta nouæ legis ijs, qui non ponunt obicem, gratiam iustificantem conferre; remanere peccatum post baptismum in puero somniabat; contritionem velut hypocrisim damnabat; remissionem peccatorum in eo statuebat, vt quis crederet peccata sibi remissa esse: mulieribus ac pueris æque ac sacerdotibus absoluendi potestatem conferebat; contendebat suscipiendam Eucharistiam non excussa conscientia, nec præmissa exhomologesi, sed cum fiducia tantum consequendæ in Eucharistia gratiæ: communionem laicis sub vtraque specie suadebat; indulgentias temnebat; excommunicationem non timendam, sed diligendam aiebat: conciliorum auctoritatem proterebat: negabat aduersus Turcas arma capienda; nouus Mahometis socius, liberum arbitrium conuellebat: purgatorium ex sacra Scriptura probari non posse fingebat; deque animarum in igne purgatorio statu falsa statuebat, ac denique mendicantes religiosos ordines improbabat.

c Ext. illud apud Cochl. in act. & script. Luth. hoc ann.

Lutheri hæreses damnatæ.

56. &c. Damnata etiam fuere a Leone omnia Lutheri scripta, ipseque hæresiarcha, vt resipisceret benigne solicitatus, ac tum ipsi tum sectatoribus promissa venia: at in pertinaces velut in hæreticos iudiciaria seueritas adhiberi iussa. Moniti præterea omnes Christifideles obiecta anathematis religione, vt conducti temporis flexu defugiant, nec vllum cum ijs commercium ineant: data mandata archiepiscopis, episcopis, præsulibus, Regibus, septemuiris, cæsareis principibus, ac magistratibus, vt Lutherum & sectatores comprehendant: loca ad quæ illi se contulerint interdicto subijciant: iussi etiam præsules eosdem hæreticos promulgare: omnibusque eam promulgationem impedituris censurarum pœnæ intentatæ quod decretum XV II. kalendij consignatum est.

Data de Luthero comprehēdendo imperia.

60. 61 Promulgandi huius edicti prouinciam data fuisse Ioanni Eckio, & Hieronymo Aleandro, refert Vlembergius [a], subditque: *Aberat tunc Fridericus elector Aquisgranum euocatus, vt Imperatori nouo Carolo V. coronam imperij susceptura assisteret. Igitur rector & professores vniuersitatis seruitij nonnihil, & inopes consilij rem tantam principi perferipserunt: qui XVIII. nouembris ex itinere cum in Hassia esset, ita respondit, vt suspensos eos ac dubios relinquere videretur*. Ita Vvittembergenses academici cognito principis erga Lutherum studio, hæresiarchæ nefando se coniunxere. Monitus vero est a Leone Fredericus Saxoniæ dux, vt Lutherum veluti hæreticum in custodiam traderet, donec de eo quod iustum foret ex Ecclesiæ decretis constitueretur. At ille hæresiarchæ impiorum susurris fascinatus aperte texit, atque interuentiosum apostolicorum petita iusta elusit, deriuata in Eckium culpa, qui nimio, vt aiebat ipse, ardore alios vna cum Luthero eadem causa implicuisset.

a Vlemberg. in actis & rebus gestis Luther. c. 5.

Saxoniæ dux Luthero fauet.

62. 63 Confirmatum in eo Lutheri suo patrocinio tegendi consilio ab Erasmo Roterodamo refert Vlembergius: Louanio enim illum euocasse, consuluisseque in re dubia, & Erasmum respondisse Lutherum non iniuria varios abusus reprehendisse, sed maledictis verborumque acerbitate abstinere debuisse. Qualis vero fuerit Erasmus Roterodamus, cuius iudicium Saxonum princeps Romani Pontificis decretoriæ sententiæ prætulit, describit egregie ex eiusdem Erasmi scriptis impijs Albertus Pius [b] Carporum princeps; nempe apostatam & atheum fuisse, qui innumeras hæreses nefarijs scriptis sparserit, & Luthero ad Ecclesiam concutiendam tela ministrarit. Cæterum promulgato eo edicto plures, qui imprudenter hæresiarchæ laqueis se irretiri fuerant, ad Romanæ ecclesiæ gremium redierunt, quorum nonnullos iterum relapsos docet Ioannes Eckius [c]. Quid vero tum Carolus V. Imperator designatus magna cum religionis ac pietatis laude a pontificijs intermuntijs admonitus egerit, referunt Vlembergius & Cochæus: quorum posterior hæc habet: *Religiosa sua & pietatis & obedientiæ mox certissima exhibuit indicia, seuere præcipiendo, vt Martini Lutheri libri a sede Apostolica damnati publice comburerentur. Combusti sunt igitur per lictores & carnifices tum in Brabantiæ vrbibus tum in ciuitatibus imperij, Coloniæ, Moguntiæ, &c.*

b Albert. Pius in lib. aduers. Erasm.

Erasmi iudicium pōtificio inepte præfert.

c Io. Eck to. 2 hom. dom. 6 post pasch.

Cæsareo iussu Lutheri libri in pluribus locis exusti.

64. &c. In Anglia etiam, vbi pontificia sanctio magna religione excepta est, conquisiti omnes Lutheri libri, fuerunt publice igne Londini concremati, adstante cœtu amplissimo procerum; ad quos Ioannes Fischerus episcopus Rossensis, postea Cardinalis & martyrij laurea redimitus, piam concionem habuit de tuenda veteri religione orthodoxa ab Apostolis eorumque successoribus accepta, quam impugnabat Lutherus: atque vbi Spiritum veritatis perpetuo manere in Ecclesia, quam a falsis opinionibus, quæcumque tandem oriantur, vindicauit, ac Pontificem Romanum in Aarone præfigurarum supremum Ecclesiæ caput demonstrauit, falsum dogma Lutheri de iustificatione per fidem sine operibus confutauit: postremo rumusculos & falsas laudes, quæ de Luthero iactabantur, ne quis ab impio hypocrita subornari se pateretur, discussit, tum de Lutherano furore hæc addidit: *Et quid putatis Martinum Lutherum & suos sequaces facturos, si Papam eiusque fautores haberet in sua potestate, quos toties contumelioſe papistas, papastres,*

In Anglia Lutheri libri ignibus traditi.

Contumelia Lutheri in pios catholicos.

firos, & papenſes vocat? non humaniter, vt equidem opinor, illos tractaret, quam tractarit eorum libros, hoc eſt detestales, quos combuſſit; nam & illos fortaſſe eadem inſania combureret, vel alios quoſuis Chriſtianos, quos credat ſuis aduerſari dogmatibus, & impedimento eſſe, quominus ab omnibus approbentur. Quam furialem Lutheri veſaniam deſcribit Henricus VII. Angliæ Rex in ſuo aureo libello proximo anno edito a: *Medicinam*, inquit, *nullam, nullam prorſus manum medicantis admittit: quomodo enim curari poteſt, qui ſe tractari non patitur? aut quomodo tractari poteſt, quem ſi quid duces negatur? Si quid mones trahitur? ſi quid hortaris, obnititur? ſi quid placas, incenditur? ſi quid aduerſaris, inſanit? Aliquin, ſi curari potuiſſet, quid omiſit pientiſſimus Chriſti vicarius, quo paſtoris ſui ſecutus exemplum ouem hanc errantem quæreret, inueniret, in humeros tolleret.* Et infra: *Chriſtianos omnes obſecro, & per Chriſti viſcera, cuius fidem profitemur, obteſtor, vt ab impijs verbis auertant aures, neque ſchiſmata foueant & diſcordias, hoc præſertim tempore, in quo maxime oportebat aduerſus hoſtes Chriſti Chriſtianos eſſe concordes; neque aduerſus Chriſti vicarium probris & detractionibus inſultent, quas in Pontificem fraterculi furor eructat.* At de his hactenus: nunc ad Carolum V. de quo facta ſuperius mentio, reuocanda eſt narratio.

a Henric. VIII. Angl. Rex in lib. aduer. Lud. Furialis Lutheri pertinacia.

69 Ex Hiſpania in Germaniam profecturus, regnorum præcipuam procurationem commiſit Hadriano tit. SS. Ioannis & Pauli presbytero Cardinali Dertuſenſi b, qui poſtea Leoni in pontificatu ſucceſſit: cum vigeſima maij die dominica, poſt audita diuina myſteria, ſacræ confeſſionis & Euchariſtiæ ſacramentis munitus, mare ingreſſus eſt, plaudentibus Belgis, Hiſpaniſq; frementibus; ac ſecunda nauigatione in Angliam applicuit: vbi cum Henrico Rege & Catharina matertera pentecoſtes celebritatem publica magnificentia peregit, ſanxitque cum eo amicitiæ fœdus.

Hiſpaniarum procuratio relicta Hadriano Cardinali.

b Vinc. Blaſius l. 2. c. 11. Illius profectio, in Angliã appellit iucunduque iter cum Henrico. Cita in Hiſpanijs rebellio.

70. &c. Interea Hiſpaniarum vrbes armorum ſocietatem aduerſus adminiſtrorum regiorum vim conflauerant, illique honeſtum ſanctæ germanitatis nomen indiderant: contendebant quippe iniquum eſſe ſpoliari auro Hiſpanias ad gerenda in alijs regnis bella. Deſcribit horum tumultuum cauſam Hyeronymus Oſorius c in rebus geſtis Emmanuelis Luſitaniæ Regis, qui a perduellibus ſollicitatus vt Caſtellæ gubernacula capeſſeret, tanta religione fidem coluit, vt eam Hiſpaniarum prætulerit imperio, neque ex Chriſtianorum, ſed infidelium cladibus ſuam amplitudinem augere voluerit; daturumque ſe operam eſt pollicitus, vt in gratiam cum Carolo rediret. Publicæ autem huius in Hiſpania diſſentionis contagio ad epiſcopos & doctores ſerpſit, qui ſcriptis inter ſe, atque etiam armis, certarunt: Antonius epiſcopus Zamorenſis collecto exercitu in Caſtellam irrupit aduerſus Antonium Brunigam regiæ partis vindicem, Toletique exceptus ſe in Toletanum archiepiſcoparum intruſit, quaſi a ciuibus illius archiepiſcopatus adminiſtrationem ſuſcipere potuiſſet, ac publici boni tuendi ſpecie primatis Hiſpaniarum ſolium occupauit: cuius facinoris fama cum ad Leonem X. peruenniſſet, Hadriano Cardinali prouinciam dedit d, vt Antonium ipſum intentatis grauioribus pœnis a turbanda publica Hiſpaniarum pace, alendiſque diſcordijs abſiſtere iuberet. Inualuiſſe adeo diſcordiam, vt vtraque factio comparatis exercitibus in Caſtella atrox prælium inierit, proximo anno dicetur.

c Oſor. l. 12.

Zamorenſis epiſcopus Toletum occupat.

d Lib. breu. pag. 136.

73, &c. Porro Carolus V. cum ex Anglia in Belgium traiecisſet, inde Aquiſgranum ſe contulit e; & quamuis hortarentur eum ſeptemuiri, vt illum locum morbi epidemici labe infectum, cum alio ſalubrioris cæli commutaret, a ſententia tamen dimoueri ſe non eſt paſſus, redito reſponſo, par non eſſe, vt lex a Carolo IV. confirmata conuelleretur a Carolo V. Solemni itaque ritu in ea vrbe ix. kal. nouembris corona argentea redimitus eſt.

e Surius in comm. Gnicc. l. 13.

Carolus V Aquiſgrani corona germanica redimitus.

76. &c. Hoc vero ornatu cæſareo auctus Carolus dignas Cæſare curas poſuit in pacando Chriſtiano imperio, quod violata quinquennalium a Pontifice imperatarum induciarum religione, nouis in dies turbabatur bellis; nam Dani & Sueci inter ſe digladiabantur, & (quod maioris afferebat periculi metum) Polonus cum cruciferis veteta inſtauurarat bella; ad quæ componenda Pontifex Sigiſmundum Regem Poloniæ literis xv. iulij die exaratis adhortatus eſt, vt pacem cum Pruſſiæ principe redintegraret.

80. 81 Abhorrebat a pacis concilijs Albertus cruciferi ordinis princeps: in quem ideo graues querelas Sigiſmundus Rex apud Leonem fudit, ab illo nimirum pacem ſanctiſſime contectam ſedente Paulo II. Pontifice fuiſſe violatam; & cruciferos equites, qui a Polonis Regibus in Pruſſiam inducti fuerant, vt infideles debellarent, arma in ipſos Poloniæ Reges verſiſſe, & aſſidue Chriſtiano ſanguine illa fœdaſſe, quæ ſe Chriſto conſocraſſe gloriabantur.

82. &c. Inſtauraram fuiſſe inter Polonos & cruciferos pacem videbimus inferius: quam omnes pij, vt rei Chriſtianæ maxime neceſſariam continentibus votis petebant; etenim Turcæ Dalmatiam & Croaciam excurſionibus atterebant, cum a Ludouico Hungariæ Rege Sigiſmundi Poloniæ Regis Pruthenico bello impliciti nepote, omni auxilij ipſe Dalmatæ deſtituti eſſent: qui in extremum pene diſcrimen adducti ad Pontificem perfugerunt, ac miſſo oratore proteſti ſunt, ſe neceſſitate preſſos ad Turcicum fœdus ineundum adactum iri, atque iter ad interiores Chriſtiani imperij partes penetrandas aperturos, niſi Hungariæ Rex ipſis auxilia ſubmitteret. Eo res Chriſtiana adducta erat, vt nili diuina prouidentia Selimum fieri noſtræ hoſtem immaniſſimum ſuſtuliſſet, ab ipſo triumphis Syriacis, Ægyptijs, Armenijs, Perſicis, Africanis elato, inque, occidentem vniuerſas vires Mahumeticas effundere meditante, maximum diſcrimen religioni noſtræ conflaretur: at diuinum Numen, ex cuius nutu omnia pendent, illum in ipſo ſceleris conatu extinxit canceroſo vlcere in illius renibus exorto f; ex cuius ſæuitia vniuerſo corpore computreſcente, ſæuus tyrannus teterrimam animam æremo funeri tradidit: quem imperaſſe tradunt g annis octo ac ſex menſibus, ſceptrumque Turcicum reliquiſſe Solimano filio: qui paternum in Chriſtianos odium non æquare modo, ſed ſuperare viſus eſt, parumque abfuit quin religionis Chriſtianæ reliquias ex ipſa Conſtantinopoli ac pleriſque alijs vrbibus excinderet.

Extrema omnia a Selymo in tentata.

f Tarcagnot. l. 2. append. Nauc. Sabellic. hoc ann. Bizar. hiſt. rer. Perſic. l. 10. Bonfin. p. 2. l. 8 l. 4. nucidu. & pandect. §. 225.

87. 88 Hoc anno Chriſtiernus Daniæ Rex, qui Elizabeth Caroli V. ſororem vxorem duxerat, poſt necatum Stenonem Stocholmiæ principem Suecicum diadema capeſſiuit: ſed cum plures a ſe auerſos eſſe ſuſpicaretur, eorum, quos ad conuiuium vocarat, ſanguine indutam purpuram cruentauit. Truncatos capite inter eos Suedici generis proceres Scarenſem & Strengenenſem epiſcopos refert Surius: eidem ſenatum Stocholmienſem trucidatum; mox ſæuitum in plebem: plures, qui latebris ſe occultauerant propoſita impunitate prodeuntes a Danis cæſos; eorum vero cadauera triduo inſepulta relicta vna cum Stenonis reſoſſo e ſepulchro corpore concremari iuſſit tyrannus, quaſi de rebellibus omnibus triumphaſſet. At male crudelitate firmantur Regum ſolia, diuinaque eum mox iuſtitia e Suecia tot hominum polluta cruore diſpulit. Hauſerat ex Lutherana hæreſi crudelitatem Criſtiernus, quam ab interuntio pontificio expilato, conjectoque in carcerem inchoarat, ac

Solymanus Selymo ſucceſſit.

g Turcograc. l. 2. Bizar. hiſt. rer. Perſ. l. 2. Paul. Iouius l. 10.

Chriſtiernus Suedica corona redimitus.

e Surius in commentar. Lamenta in Suecos exercita.

plures

plures episcopos Suecie congregatos subiectis flãmis se exussisse ipsemet apud Clementẽ VII. postea tulit a est, cum sceleris patrari veniam posceret: ex quibus emendes Ioannem Meursen b, qui in historia Danica impudentissime mentitus est, Romanum Pontificem Christierno persuasisse, vt carnificinam illam in Suecos exerceret, quam Olaus Magnus describit c.

a An. Christi 1520. n. 58.

b Ioh. Meurs. in hist. Dan. l. 3.

c Magnus l. 8. c. 39.

89 Potitus est Suedico sceptro Gostauus Ericson Stenonis Sture principis nepos, ac proximo anno ab episcopis catholicis corona redimitus d: in quo Ioannes Magnus Lincopensis Gothus nobilitatis ac doctrinæ laude insignis, postea archiepiscopus Vpsalensis, historiæ suæ Gothicæ ac Suecie finem imposuit. Porro Christiernum non Suecia modo, sed Dania etiam ob barbaram tyrannidem pulsum diu profugum & inopem fuisse, demumque miserè perijsse visuri sumus. Perpessum sub eo Rege multa mala virum insignem Georgium de Scorborch Lundensem archiepiscopum, quod ei nollet tradere insulam Bornholmensem, refert Surius e.

Gostauus Ericson ad Suecie regnum electus.

d Olaus Magnus l. 7. c. 5. Christierni ob tyrannidem Dania & Suecia pulsus.

e Surius in comment. ad MDXVII Lundensis archiep. ab eo pulsus.

90. &c. Hoc anno Iacobus Scotiæ Rex Christierni nepos, misso Ioanne Albaniæ duce, Leoni Pontifici obedientiam detulit solemni ritu, qui in publicis monumentis describitur f.

f Ext. l. 2. hist. Leon. X. pag. 37.

Iacobus Rex Scotiæ defert obsequiũ Pontifici.

96 Quod ad res noui orbis attinet; ineunte anno Ferdinandus Cortesius in Tenustitana vrbe leges dicebat barbaris, sacrilegoque idolorum cultu sublato religionem Christianam constabiliebat; cum a Didaco Velasques Cubæ prorege illius gloriæ inuidente bello peritus est; a quo auxilia ad Christianum proferendum imperium afferri debuissent. Dum vero ad vim vi propulsandam incumbit Cortesius, Tenustitanaque discedit vrbe, barbari, qui idola euersa indignabantur, externoque iugo nondum assueuerant, & incitati quoque g ab ipso dæmone, qui Mutezumæ Regi videndum se obijciebat, atque Hispanos sibi immolari iubebat, interminatus procul discessurum, cum nec missam, nec crucem, nec baptismum Christianorum pati posset, adeo vt vel ipsi vel Hispanis abeundum esset; arma cepere in Christianos, ac licet victor Cortesius propere rèdijsset, & Rex Mutezuma seditionem comprimere niteretur, tumultus tamen magis aucti, inter quos infelix Rex a suis saxo collisus occubuit. Post varia prælia atrocia Cortesius h, ad Tascaltecanos se recepit, cum hos in fide constantes esset expertus. Tepeacam circiter kal. iulij huius anni, quod populus ille duodecim Christianos immolasset deuorasseque, subegit: Guaccachiullanos in ditionem recepit: hostium triginta millia cum ducentis peditibus Hispanis, equitibus tredecim, auxiliarium Americanorum tribus millibus iudit: deinde Izzucam sex millibus propugnatorum munitam, quamuis centum ac viginti millia Coluanorum, vt scribunt, ad opem ferendam accincta essent, debellauit. Pererebrescente harum victoriarum fama, populi finitimi, quos Tenustitanorum & Coluanorum potentia terruerat, certatim in Hispanarum Regis ditionem concesserunt.

g Petrus Martyr. dec. 5. c. 4. & 5.

h Cap. 6. Mexicani coacti a dæmone in Cortesium

Cortesij varia prælia.

97 Tedebat militarium laborum Hispanos, cum Ferdinandus Cortesius ipsos ad illos tolerandos accendit: euerti iam cœpta idola: vetita humana sacrificia: Americanos eo ocimestri, quo Mexicum tenuerant, religione orthodoxa informari cœptos; nec tantam gloriam deferendam videri. At barbarorum Rex Quahutimocus ad consilia pacis initio se comparabat i, cum a suis ob dæmonum quæstus commotus, immaniter efferatus quatuor Hispanos, quos habebat in vinculis, ingentemque aliam multitudinem, quam ad quatuor hominum millia fuisse ferunt, immolauit dæmoni; qui sacrificio infando placatus

Socij ad constantiã excitati pro euertẽda idololatria.

i Ibid. pag. 187 Horrendũ sacrificium oblatum dæmoni.

sese illi videndum obtulit, addiditque animos, ne metueret Hispanos, quorum exiguus erat numerus, nec Hispanorum socios, qui obsidionem soluturi essent; sed fortiter potius in eosdem irrueret, neque ad ipsos mactandos ope se defuturum. Quibus vehementer barbarus accensus interminatus est, se numina sua celebri sacrificio Christianorum placaturum, serpentes Hispano cruore & rigrides carnibus saginaturum. At longe aliter ac vaticinatus fuerat mendacij pater, res euenit; tot enim Americani ad Ferdinandi Cortesij castra contra Tenustitanos confluxere, vt ducenta a hominum millia in illis conspecta fuerint. Initis multis certaminibus, cum Mexicani quadraginta Hispanos cepissent b, ipsos ante dæmonum aras confodere, palpitantibus cordibus idola fricuere; sanguinem vero in cælum proiecerunt: sed tanti sceleris pœnas proxime luerunt c subacto Mexicano imperio.

Spontio dæmonis fallax.

a Ibid. pag. 196

b Ibid. pag. 199

c Ibid. pag. 207.

98 Hoc eodem anno per occidentem pandit nauum iter ad Indos Fernandus Magellanes, cum Carolo V. persuasisset, Molucas Aromatum affluentia ditissimas adeo ad orientem austrumque submotas, vt per occidentem adiri, Castellæque imperio adiungi possent; vnde inter Castellanum & Lusitanum Reges orta dissidiorum materia, de quibus fuse Ioannes Barrosius d.

Per occidẽtem apertum iter ad Indos.

d Barros. dec. 3. l. 5. c. 8. 9. 10 Vincent Bleff. to. 2. l. 2. c. 10.

IESV CHRISTI
Annus 1521.

Indict. 9.

LEONIS PP. X.	CAROLI V. ROMAN. REGIS
annus 9.	annus 3.

1. &c. CVm præfixa a sede Apostolica Luthero eiusque sectatoribus ad resipiscendum dies iam fluxisset, illique pontificia monita respuerent, Leo decretoria demum sententia e Lutherum ipsum hæreticos crimine damnauit, & omnes, qui illi studerent, constitutis in hæreticos pœnis & censuris sine vllo sacræ vel profanæ dignitatis discrimine percelit, ac præsules, principes, & magistratus ad eos comprehendendos consurgere, tum concionatores eorum errores confutare iussit.

e Ext. in bullar. const 44. in Leon. X.

Lutherus cum sectatoribus dãnatus anathemate.

5. &c. Nec a Pontifice modo ineunte ianuario mense Lutherus damnatus est; verum medio aprili a theologis Parisiensibus etiam hæreseos sententia perculsus, cum illos antea causæ iudices delegisset; pronuntiatumque ipsum aliorum hæreticorum more scripturam sacram in alienum sensum detorquere, cuius decreti præcipua capita recenset Vlembergius f.

Lutherus hæreseos damnatus a theologis.

f Vlenberg. in vit. Luth c. 7.

8. &c. Parabatur interea Vormatiæ conuentus, quem Carolus V. maxima cum principum atque aliorum ordinum frequentia & pompa erat celebraturus: antequam vero inchoaretur, Lutherus ad fallendos religionis specie simplices plures libros g, qui pietatem spirare videbantur, edidit. At in cœtibus imperatorijs Hieronymus Aleander internuncius pontificius grauissimæ Lutherum hæreseos, impietatis, ac perduellionis accusauit; sed illa accusatio male a politicis ascripta est inuidiæ, donec plures impij articuli ex libro Lutheri de captiuitate Babylonica ab eodem Aleandro expositi fuere: qui cum omnem ecclesiasticum & politicum statum conuellerent, principum animi in Lutherum eiusque studiosos vehementer commoueri cœperunt: ac tunc Fridericus Saxoniæ dux publice negare cœpit eos esse articulos Lutheri, sed ab aduersarijs innocenti affictos: ortaque inde controuersia Lutherum accersendum decretum est: mirum vero fuit Cæsarem ac principes fidem publicam

Plures libelli a Luthero per hypothesim editi.

g Cochlæus in act. & script Luther. hoc ann. Surius in comment

fungra-

ſyngrapha pro pſeudomonachi pontificia ſententia damnati incolumitate obſtrinxiſſe : addita tamen ea lege, ne in itinere cõciones publicas, vti vetuerat Pontifex haberet, vel ſcripta noua ederet. At ille, cũ adeo ſeuere fidem in Cæſare & principibus exegiſſet, fidem a ſe præſtitam non ſeruauit; ſiquidem Erphordiæ dominica in Albis impie ex ſuggeſtu coram populo declamauit, declamationemq; vt ſceleris veſtigia manerent, typis excudi iuſſit: in qua plura protulit contra virtutem bonorum operum, & contra leges humanas.

Fides publica hæreſiarchæ data. Ab eo nõ ſeruata fides.

11 Quodnam vero Erfordiæ concionante Luthero oſtentum contigerit, narrat Vlembergius ex Daniele Greſſero a, qui tum concioni interfuit; nimirum concionante Luthero templum intremuiſſe cumque omnes ad fugam ſpectarent, illum præſenti animo eos eſſe iuſſiſſe, ſpectrum enim ac terriculamentum eſſe dæmonis, nec diu poſt populus hæretica rabie efferatus crudelem in clerum ſeditionem mouit: *Ea primitiæ fuerunt*, inquit Vlembergius, *ſpiritus illius, qui Lutheri ex cathedra docentis commouit templum, & in animos auditorum collapſus paulo poſt excitauit ſeditionem hanc, eaque re præſagium dedit quid in templo Dei in orbe Chriſtiano per homines illius doctrinam machinaretur.*

Concionãte Luthero templum tremuit. a *Greſſer. & ex eo Vlembergius. & alii Lutheranæ hiſtoriæ ſcriptores.*

12 *Quacunque iter faciebat*, ait Coclæus, *frequens erat concurſus hominum videndi Lutheri ſtudio: in diuerſoriis multa propinatio, læta compotatio, muſices quoque gaudia adeo vt Lutherus ipſe alicubi ſonoræ teſtudine ludens omnium in ſe oculos conuerteret, velut Orpheus quidam, ſed veſtus adhuc & cucullatus, eoque mirabilior.* Eo pomparico apparatu maximorum ſcelerum reus Vvormatiam peruenit decima ſexta aprilis, & die inſequenti coram Cæſare aliiſq; principibus productus, a cæſareo oratore interrogatus eſt, an libros, quos ſupra memorauimus, ſuos eſſe agnoſceret, & quidquam ex ijs reuocare vellet: qui editos a ſe taſſus eſt; at temporis ad deliberandum de ijſdem approbandis reuocandiue ſibi dari poposcit, obtinuitque a Carolo ea lege, vt die altera eadem hora aderet. Nimia clementia vſus eſt Cæſar in perditiſſimũ hæreſiarcham, qui imperatorijs chirographi impunitatis leges non obſeruauerat, ac toties varijs diffugijs iudiciorum ordinem eluſerat, comparabatque ſibi apud ſimplices ex ijs concertationibus publicis auctoritatem & famam; adeo vt ipſe in actorum Vvormatiensium hiſtoria non ſincera fide ſcripta fingat, inſanam mulierculam, conſpecto hominum ad videndum celebre illud nouæ impietatis monſtrum concurſu, exclamaſſe: *Beatus venter qui te portauit*; aitque vulgus cautam euangelij curatum aduerſus clericos; ſiquidem ſuas hæreſes euangelij nomine colorabat; traditiones vero patrum, Eccleſiæ conſenſum, interpretationes ſacræ ſcripturæ a concilijs propoſitas vt aniles fabulas, traducebat.

Deductus cum plauſu Vvormatiam Lutherus.

Fingit cautam euangelij defendi a vulgo contra clerum.

13 Cæterum poſtridie eius diei ad principum conſeſſum reductus, cum preſſe ad rem Cæſari & principibus reſpondere cogeretur, ſe Pontificibus & concilijs, ſiue vniuerſæ Eccleſiæ in ſcripturarum ſacrarum interpretatione prætulit. Inſpecta eius proteruia principes per cæſareum oratorem illum ita increpuere: *Tu qua vniuerſale Conſtantienſe concilium damnauit ex vniuerſa Germanica natione congregatum, reſuſcitas, & per ſcripturam conuinci vis: in quo ſane vehementer deliras; quid enim attinet nouam diſputationem celebrare de rebus per tot ſæcula ab Eccleſia & concilio damnatis?* Rogatus vt male cœpta damnaret, nulla vnquam ratione de impia ſententia dimoueri ſe paſſus eſt.

Increpat ab oratore cæſareo.

14. 15 Poſtero die coacti ſunt principum cœtus ad audiendam Cæſaris ſententiam, quæ Burgundico idiomate ab ipſomet exarata fuit, atque in Latina verba translata a, cuius hæc pars præcipua eſt: *Quandoquidem pertinax heſterno die Lutheri reſponſum coram omnibus audiuimus, meritem ergo vobis meam aperio: pœnitere me quod tamdiu diſtulerim contra hominem illum eiuſque falſam doctrinam procedere, nec me poſthac audire illum velle quidquid etiam allaturus ſit: iubeo autem vt quamprimum ex mandati præſcripto reducatur, caueatque ipſe ex publica fidei ipſi data formula, ne palam concionetur, neue populo prauæ ſuæ dogmata inſtillare pergat, ne denique ipſius opera motus aliquis excitetur. Equidem, ſicut iam dixi, contra eum haud ſecus atque contra notorium hæreticum plane deliberaui procedere, ſimulque a vobis repoſco, vt in iſta cauſa id ſtatuatis, quod deceat probos Chriſtianos, & vt vos futuros recepiſtis. Scriptum manu propria die XIX. aprilis anno MDXXI.*

a *Extat apud Io. Coclæũ hoc anno Vlembergius. c. 6. & apud Dolgaſi. to. 2. pag. 142.*

Profitetur Carolus pœnitere ipsũ quod Lutherum tandiu pertulerit. Iuſſa in eũ ſeuerius diſtringi vt in notorium hæreticum.

16. &c. Incenſi ira Lutherani aduerſus Cæſarem commouere ad ſeditionem populos affixis publicis ſcriptis pertentarunt: quos motus ſe ſedaturos putarent principes, ſi Lutherum pijs monitis a ſuſcepto flagitio reuocarent. Amica itaque cum eo fuere iterum colloquia, ſed irrito euentu.

Narrantur Lutherum populum ad ſeditionem concitare.

19. &c. Interfuiſſe his Vvormatienſibus actis Ioannem Coclæum eccleſiæ B. Virginis Francofordiæ ad Mœnum decanum, ipſe refert, ſeque acceſſiſſe a nemine vocatum, ſed ſtudio tuendæ aduerſus Lutherum fidei, vitæ etiam ſi opus foret profundendæ ſtudio incenſum, ſecumque tres libros, quos pro venerabili Euchariſtiæ ſacramento contra captiuitatem Babylonicam Lutheri conſcripſerat, detuliſſe: Alexandri vero pontificij internuntij opera in colloquium cum Lutheio in archiepiſcopi Treuerenſis aula veniſſe, vt ipſum ab impietate abduceret: ſubdirque, altera die veniſſe ad Lutherum duos doctores iureconſultos, petijſſeque ab eo, vt libros & ſcripta cæſareæ maieſtati, principibus, ordinibuſque imperij ſubmitteret: ſed illum reſpondiſſe, verbum Dei hominum iudicio non permittendum, quaſi eius impia deliria verbum Dei eſſent: dein meliora deliberare iuſſum poſcentibus vt ſua ſaltem concilij futuri iudicio ſubmitteret, non aſſenſiſſe: vocatumque ab archiepiſcopo Treuerenſi, ac monitum iterum remotis arbitris vt concilio, Cæſari ordinibuſque imperij ſua ſubijceret, in priori pertinacia hæſiſſe: ſuperbus enim nequiſſimuſque impoſtor, a dæmone edoctus, vniuerſæ Eccleſiæ catholicæ leges dare non verebatur, contendebatque, vt nudo eius verbo contemptis conciliorum, patrum, veterumque traditionum auctoritatibus crederetur, & accepta ab Apoſtolis ſacra conuellerentur: quo quid impudentius fingi queat nemo non videt.

Ioannis Coclæi cũ Luthero congreſſus

Negat ſe concilio vnquã ſubmiturum.

Se cum Chriſto impie confert.

Impietatẽ doctrinam euangelicam vocat

15. &c. At Cæſar conſpicatus Lutherum rationibus & monitis ad officium flecti non poſſe, ne Eccleſiæ aduocati nomen dignitatemque prodere videretur, imperatoria vi & auctoritate vna cum eius ſectatoribus & propugnatoribus coercendum cenſuit. Compoſuiſſe igitur Cæſarem in illum edictum communi ordinum conſenſu refert Surius b, quod nouatores ſolitis artibus eludere atque eleuare ſtuduerunt, cuius præcipua pars hæc eſt: *Conflat hunc vnicum non hominem, ſed dæmonem potius figura & ſpecie humana, cucullo monaſtico indutum, complurium hæreticorum extreme damnatas hæreſes, quæ iamdiu obſoleuerant, in vnum quaſi lernæam paludem coegiſſe, multaſque præterea recentes atque nouas exogitaſſe hoc prætextu, quod fidem producat: quam propterea ſedulo inculcat omnibus, vt veram ſinceramque fidem deſtruat & labefactet, ac ſub nomine fucoque euangelica doctrina omnem euangelicam pacem & Chriſtianam, bonarum rerum harmoniam atque conſtitutionem, ipſam denique pulcherrimam Eccleſiæ hierarchiam extinguat,*

b *Sur. in commentiſ. hoc anno.*

Nõ homo ſed dæmon cucullatus viſus.

gnat, euertat, diſſoluat, & obruat. Ita per imprudentiam dimiſit hæreſiarcham Carolus V. cum tamen dimittere non debuiſſet niſi damnaſſet hæreſes: cuius comprehendendi onus alijs inerter impoſuit, Lutheri tamen libros flammis deleri iuſſit.

42. &c. Acerbius hoc decretum ignaris rerum viſum eſſe refert Vlembergius a; cum in eo damnos hominis forma indutus Lutherus dicatur; ſed non ſine cauſa creditum agitari illum dæmonum furijs multa oſtendunt: cum occultis dæmonum infeſtationibus a primis annis obnoxius fuerit, ac dæmone familiari vti ſit creditus, atque Maximilianus Cæſar Auguſtæ in Lutheri cucullo dæmonem latitantem vidiſſet; nec defuere ex eius ſectatoribus ſacramentarij & Zuingliani, qui a caterua dæmonum illum obſideri vere obiecerunt b.

a Vlemberg in vit. & geſtis Luth.

b Id. ibid. In arce Alſtatenſi latens libros hæreticos ſcribit.

45. &c. Tectus porro Saxoniæ ducis patrocinio Lutherus ad eludendas iuſtas Cæſaris iras in arcem ſiue Alſtatenſem ſiue Vvartbergenſem munitiſſimam ſubductus eſt, pluresque nefarios libros ad concitandam defectionem a ſede Apoſtolica conſcripſit, interque alios de confeſſione ſecreta ad Franciſcum Sichink, in quibus gladios & arma Pontifici, epiſcopis, & clero vniuerſo interminatus eſt: in eademque arce inita noctu cum cacodæmone diſputatione, cuius acta aliquot poſt annis eum, volente ita diuino Numine, euulgaſſe dicemus ſuo loco, magiſtri argumentis victus miſſæ ſacrificium, quod antea leuioribus velitationibus oppugnarat, abolendum decreuit. Quo eodem tempore eius ſocij Auguſtiniani Vvittembergenſes hæreſi contaminati diabolico impulſu miſſam abrogarunt; quorum ille facinus iure aſcripſit dæmoni. Iuſſit tamen ipſos contra conſcientiæ morſus in ſcelere perſtare, ſui exemplum proponens, qui cum ex diuinis oraculis, diſtortis nimirum, ac depravatis ex ſuggeſtione dæmonis finxiſſet ſua dogmata: *Vt auderet*, inquit Ioannes Coclæus c, *vnus contradicere Papæ, & credere eum eſſe antichriſtum, epiſcopos eſſe eius apoſtolos, academias eſſe eius lupanaria, ait ſibi ſæpe palpitaſſe cor tremulum & reprehendens obieciſſe: Tu ſolus ſapis? tot ne errant vniuerſi? tanta ſæcula ignorauerunt? quid ſi tu erres & tot tecum in errorem trahas damnandos æternaliter?* Subdit Coclæus adieciſſe Lutherum ſe contra hos conſcientiæ cruciatus a Chriſto verbis certis & fidelibus confirmatum, ſiue diuinæ ſcripturæ oracula, quæ in fictitium ſenſum detorqueret, ſiue etiã obiectam aliquam ſpeciem a dæmone in angelum lucis transformato intelligat.

Magiſtro dæmone noctu vtitur.

Miſſæ abolitio a Luthero aſcripta dæmoni.

Suis iubet vt pugnet cum conſcientia.

c Coclæus in actis Luth. ex eiuſd. ſcriptis.

50. &c. Merito igitur Surius, dum hanc hiſtoriam repetit, admirans Lutheranorum hunc impietatis ſignifcrum conſcientiæ ſuæ obluctantem ſequentium facilitatem exclamat d: *An non perſpicuum eſt omnino perire velle eos, qui tali homini, qui contra conſcientiam ſuam ſe in pleriſque feciſſe affirmat, auſcultent? pugnare enim contra conſcientiam malis deterrentem quid eſt aliud quam rebellem eſſe lumini, nec velle obtemperare veritati, ſed ea contempta eo comiti, vt liceat quidquid libet?* Inſanum æque eſt, & commiſeratione dignum quod Lutherus in ſua ad Vvittembergenſes Auguſtinianos hortatiua oratione, hanc amentiam pertinaciamque rez conſcientiæ appellauit, *aduerſum iudicium tantatis Dei pugnare & cum Iacob contra Deum prælare.* Admiratione autem & luctu dignum, impoſtorem vnum eloquentia ſua & inſtantia tot ſectatores nactum.

Mirum eſt non deſertum a ſuis Lutherũ.

d Surius in comment.

Docet ſuos Lutherus pugnã dum cũ cõſcientia.

Statuit ſolam fidem ſufficere ad ſalutem

53 Huius rei cauſam in cæſareo edicto indicatam explicat Surius, nimirum vitiorum illecebra delinitis placuiſſe ſolius fidei ad ſalutem ſufficientis dulce & fallax blandimentum.

54. &c. Ex Saxonia non in alias modo Germaniæ prouincias, ſed longinqua etiam regna auari bibliopolæ hæreſeos naſcentis ſemina tranſtulerunt, adeo vt in Anglia plures curioſitate ducti Lutheri lectitarent libros: qui cum in Henrici VIII. Regis, tum ſapientiæ laude florentis, manus veniſſent, ille ad communiendos contra hæc venena præſenti antidoto Anglos, librum de aſſertione ſeptem ſacramentorum aduerſus captiuitatem Babylonicam Lutheri a compoſuit Leoni X. inſcriptum, in cuius præludio pietatis & obſeruantiæ in Eccleſiam ſtudio adductum ſe profitetur: pluribuſque interiectis, vt magis Pontificibus quam Luthero, magis fidelibus omnibus quam apoſtatæ credendum ſit, nec ſolum euangelio, ſed etiam traditioni, cum ſcripturarum auctoritas certa ſit ob traditionem Eccleſiæ; contuitiſque Lutheri aduerſus indulgentias, Pontificis primatum, ac ſeptem ſacramenta blaſphemis ineptijs in libertatem carnis, qua Lutherus quoſque laſciuos ad ſe pellexit, ita inuectus eſt: *Fidei diuitias in hoc extollit, vt nos reddat pauperes bonorum operum, ſine quibus, vt beatus Iacobus ait* b, *Fides omnino mortua eſt. At Lutherus ſic fidem nobis commendat, vt non ſolum permittat nobis vacationem ab operibus bonis, ſed etiam ſuggerat audaciam qualitumcumque facinorum; ait enim? Iam vides quam dives ſit homo Chriſtianus ſine baptizatus, qui etiam volens non poteſt perdere ſalutem ſuam, quantiſcumque peccatis, niſi nolit credere: Nulla enim peccata eum poſſunt damnare, niſi ſola incredulitas. O vocem impiam & omnis impietatis magiſtram, ita per ſe exoſam omnibus, vt non ſit opus eam redarguere! Ergo non damnabit adulterium, non damnabit homicidium, non periurium, non parricidium, ſi tantum credat ſe quiſque ſaluandum fore per virtutem promiſſionis in baptiſmate, &c.*

E Saxonia in alias prouincias hæreſis propagata

Rex Angliæ ſcribit in Lutherum

a Paris in vit. 4 in m.ſ. Pat. Polyd. l. 27. Surius in comment. & ex eo Cocl. in actis & ſcrip. Luther extat præfixus operib. Io. Fiſch. epiſc. Roff. & in bibl. Pat.

b Iac. 2.

Ad omnia ſcelera ſuos cohortatur Lutherus.

68. &c. Defendit etiam cauſam ſacerdotum adverſus Lutherum idem Rex: atque vbi plura argumenta ex Matthæo, ex Paulo ad Timotheum, ex actis Apoſtolorum pro aſſerenda ſacerdotij dignitate cumulauit, ita hæreſiarchæ ſophiſmata confutat: *Si ideo nihil eſt ordo ſacerdotij, quia quilibet Chriſtianus eſt ſacerdos, eadem ratione ſequetur, vt nihil ſupra Saul habuerit Chriſtus, nam & de Saul dixit Dauid* c: *Peccauit tangens Chriſtum Domini: nihil habuerit Chriſtus ſupra quemquam eorum de quibus dictum eſt* d: *Nolite tangere Chriſtos meos: nihil denique ſupra quemquam Deus eorum omnium, de quibus per Prophetam dixit ipſe* e: *Ego dixi dij eſtis & filij excelſi omnes: poſtremo qua ratione Chriſtiani omnes ſacerdotes ſunt, eadem etiam ratione Reges ſunt; non enim ſolum dicitur: Vos eſtis regale ſacerdotium, ſed etiam ſacerdotale regnum.*

Vana Lutheri argutia.

c 1. Reg. 24

d Pſ. 100.

e Pſal. 81.

Eadem ratione ſunt Reges omnes Chriſtiani qui ſacerdotes

73. 74 Quem librum Pontifici Cardinalium corona cincto orator Anglus detulit, magnoque applauſu & gratulatione acceptum, refert Paris de Graſſis f. Tam gratum autem accidit Leoni id munus Henrici Regis, vt defenſoris Eccleſiæ titulo decorauerit, quem veluti perpetuum & immortale regiæ gloriæ monumentum in eius poſteros tranſfundendum conſtituit g.

f Paris in m.ſ. arch. Vat pag. 328.

g Ext. in bullar tom. 1. in Leon. X. conſt. 45.

75 Interea humani generis hoſte ſuadente principum animi, qui ad reprimendam hanc beluam, atque ad Imperatoris Turcarum Solimanni (cuius Lutherus adeo ſtudioſus erat, vt Chriſtianæ religionis excidium nihili ducens, fideles in eum conſurgentes admirabundus compellaret h: *Quid mali fecit Turca?* frangendos impetus coniunctiſſimi eſſe debuiſſent, ſimultates inter ſeſe gerebant, ac bellum, quod pluribus annis Chriſtianam rempublicam depaſtum eſt, acrius accenderunt: ex quo hæreſis latius diffundendæ Luthero, & Solimanno inuadendæ Pannoniæ, proferendæque tyrannidis occaſio data eſt.

Pro Turcis declamat. Ex ciuilib. bellis Lutheranæ hæreſis aucta.

h Luth. in lib. aduerſ. bullam cœnæ Domini.

Tantorum malorum cauſam alij aliam fuiſſe dicunt : inter quos Franciſcus Guicciardinus [a], qui principum mentes pro libito ſuo frequenter interpretari conſueuit, parumque erga Romanos Pontifices æquus, in Leonem culpam conijcit : conſtat tamen Franciſcum Regem Francorum Nauarricum & Neapolitanum regna Carolo Cæſari, Cæſarem vero Mediolanenſem principatum ac Burgundiæ ducatum Franciſco eripere meditatos ; neque adduci a Leone potuiſſe, vt ampliora regna fidei hoſtibus maiori cum laude & emolumento ſibi compararent.

Mutua Hiſpaniæ & Galliæ Regum inuidia malorum cauſa

[a] Guicc. l. 14 Ferro l. 5.

76. 77 Queritur Belcairus epiſcopus Metenſis [b], Leonem, qui Parmam ac Placentiam a Iulio ditioni pontificiæ reſtituras, ſibique ereptas a Franciſco Rege agre ferebat, metuebatque ne Gallus & Hiſpanus concordes Italiam inter ſe partirentur, ex eorum principum diſſenſione augendarum rerum ſuarum confirmandique pontificij imperij occaſionem captaſſe, atque cum vtroque de ſocietate clam egiſſe ; ſed arctius cum Franciſco Rege, cum nimiam Caroli potentiam formidaret, ac ſex millia Heluetiorum Antonij Puccij Piſtorientis epiſcopi internuntij opera in Picenum exciuiſſe ; tum ſubdit : *Iam inter ipſum Franciſcumque Regem de inuadendo regno Neapolitano*, pro tuendo ſcilicet iure pontificio, nec enim adhuc publico diplomate coniungendi cum Neapolitano regno imperij poteſtatem fecerat Cæſari, *pertractabatur ea conditione, vt Caieta & quidquid inter Lirim fluuium pontificiamque ditionem continetur, Leoni, cæterum regnum alteri Franciſci filio acquireretur: cuius quod tenellus adhuc, atque infans eſſet, curam & quodammodo tutelam legatus pontificius Neapoli reſidens ſuſciperet, regnumque donec is ad pubertatem perueniſſet adminiſtraret.* Hæc Belcairus, qui ſubdit Pontificem, metuentem ne Gallus agitata conſilia patefaceret, ſeque aduerſus ipſum Cæſari coniungeret, amicitiæ fœdus cum eodem Cæſare ad Gallum Mediolanenſi principatu, reſtituto Franciſco Sfortia, depellendum, confirmaſſe [c].

[b] Belcair. l. 16. n. 14.

[c] Belcair. l. 16. n. 26.

78. 79 Non deſuere nouæ cauſæ, quæ Leonis animum a Gallica amicitia auerrere, nam præter Parmam ac Placentiam in Romani pontificatus ditionem redigendas, pendendumque de integro regni Neapolitani vectigal & penſionem annuam decem millium aureorum Iulio Cardinali Medici a Carolo attributam, Galli auaritia occæcati ius pontificium in Inſubria temere violarunt : quod Ferronius [d] ſubtricere non potuit. Conſentiunt aliarum gentium hiſtorici [e], exaſperatum a Gallis Leonis animum, Cæſaremque ipſius amicitiã appetentem non negligendum duxiſſe.

Inter Gallum & Leonem de regno Neap. Hiſpanis etipiendo actum.

[d] Ferron. lib. 4.

[e] Continuator. Sabellic. hoc ann. Guicc. l. 14. Polyd. Virg. l. 27.

80. &c. Solutum porro Carolum veteribus legibus, vt Neapolicanum regnum & imperium coniuncta retineret, imperata tamen auctiori pro Neapolitano regno annua penſione, refert idẽ Ferronius [f], extantque pontificia diplomata hoc anno edita, quibus ſingulæ fœderis pactiones deſcriptæ ſunt.

Permiſſum Cæſari vt cum imperio coniunxit regnũ Neapol.

[f] Ferron. l. 5 Andreas Fuxen. Nauarricæ expeditionis dux.

84. &c. Iunctis fœdere Pontifice & Carolo V. Franciſci Gallorum Regis partes admodum depreſſæ fuerunt, ac res Chriſtiana ex ciuili eo bello miſere affiicta eſt, cuius mali inuidiam alter in alterum deriuauit. Vt vt ſe res habuerit, ſiue illud vtriuſque Regis ſiue alterius culpa geſtum fuerit, conſtat ex Gallorum Regis apologia, atque hiſtoricorum monumentis [g], illum arma primum Nauarræ, quæ Carolo V. parebat, reſtituendi auito regno (quod a Ferdinando Caroli auo odio Piſani ſchiſmatis, & Ludouici XII. qui ſchiſmaticorum partes aduerſus Iulium II. ſuſceperat, expugnatum vidimus) Henrici inuadi ſpecie intuliſſe, immiſſo Andrea Fuxeo, qui Eſparrous dicebatur, cum pedeſtri exercitu Aquitanico & equitatu Pictonico. Is celeritate vſus, antequam Hiſpani copias pararent, Pampilonam nobilium & oppidanorum, qui Henricum Regem in Nauarricum ſolium reſtitutum cupiebant, opera egregia vſus recepit poſt hoſtiles aliquot in arcem impreſſiones, in quibus Ignatius Loyola in crure ſauciatus a profana militia ad diuinam ſe tranſtulit ; a quo poſtea ſocietas Ieſu magno Eccleſiæ tuendæ & propagandæ futura ſubſidio condita eſt. Cum vero inſtituendæ ſanctioris vitæ deſiderio deſiliſſet e lecto inempeſta nocte, vt ſe virginis Deiparæ clientelæ commendaret : *Ingenti motu*, inquit Orlandinus, *concuſſum eſt terra ſolum, & cubiculum in quo orabat intremuit, ſine id exorati numinis indicium fuerit, vt olim vſu Paulo Silaque venit nocturnos carceris inter horrores cum Deo laudes hymnoſque canerent ſic fugati dæmonis argumentum, qui ab eo viro, cuius in anima thronum ſibi Deus fecerat, ingenti rabie efferatus velut amplius non rediturus abſcederet.* At de eo iucunda ſuis locis recurret mentio : nunc intermiſſam hiſtoriæ ſeriem repetamus.

Ignatius Loyola in Pampelonæ obſidione lauciatus. A D. Petro ſanatus.

Maximas in animo lectas partes init.

102. &c. Recepta Pampilona, ſecuta regiæ vrbis exemplum minora oppida victori Gallo ſe dediderunt : neque Hiſpanorum ob eam iacturam mouebantur animi, cum inter ſeſe plebeij ac nobiles diffiderent adeo, vt die vigeſima ſecunda aprilis huius anni inito atrociſſimo certamine plebij cæſi fuerint [a], captique in acie eorum duces carnificis manu obtruncati : Antonius vero Acunius Zamorenſis epiſcopus ſeditioſorum ſignifer in fuga interceptus, quinto poſt anno ob eliſum præfecto arcis, cum quo familiariter veſcebatur, proditione caput, miſere necatus eſt.

In Hiſpania turbæ inter plebeios & nobiles.

[a] Vincent. Blaſc. to. 1. l. 2. c. 16.

108, &c. Porro Gallorum res in exitium tendere cœperunt in Inſubria, ac deſcribit Ferronius Mediolanenſes Gallis infenſos fuiſſe ob noctumas direptiones impetu factas in domos ciuium, iniectaſque templorum ſacræ ſupellectili ſacrilegas manus referunt [b]. Par ſcelus [c] in Gallijs patratum, vbi clatri & cancelli argentei in eccleſia S. Martini Turonenſis euulſi fuere : cæterum quæſita per ſcelus ſubſidia nil ſacrilegis profuere. Coniunctis etenim pontificio & cæſareo exercitibus [d] primum Parma ac Placentia vi expugnatæ ſunt, & pontificiæ ditioni reſtitutæ : Mediolanum vero non ſine maxima victorum admiratione, captis pauore Gallis, primo impetu a Iulio Medice Cardinale legato, Friderico marchione Mantuano, & Proſpero Columna ducibus, receptum : ex cuius victoriæ nuntio Leonem Pontificem ingenti diffuſum lætitia referunt, in qua apoplexia correptus nullis perceptis ſacramentis ætatis anno quadragetimo ſexto nondum exacto [e] deceſſit inopina morte.

Mediolanenſes Gallis infeſti ob latrocinia.

[b] Continuat. Sabellic. & alij.

[c] Ferron. l. 5

[d] Guicc. l. 14 Continuat. Sabellic. Camutellenſ. Crem. & alij

Mediolanum ijs ereptum.

Leo repentina morte ſublatus.

[e] Panuin. in illius vit.

111. 112 Profecutus eſt Leonis ampliſſimum elogium Paulus Iouius [f], & Onuphrius Panuinus [g] mixtas næuis virtutes illi aſcribit : *Fuit*, inquit, *rerum diuinarum diligens obſeruator, ſacris cæremonijs deditus, corpore procero, decora facie, naſo grandiore, oculis cæſtentibus & teſijs, aſpectu grato & venerabili : in dicendo elegans, ſententijs grauis, ingenio peracuto, in audiendo patiens, in loquendo prudens, eloquio facilis, aditu omnibus permiſſo, iuſtitiæ acerrimus cultor, nam & graſſatores cohibuit, & ex ijs multos capitali pœna affecit. Id vnum ei datum, quod voluptatibus, venationibus, aucupijs effuſe deditus, luxui & ſplendidiſſimis conuiuijs muſicaque magis, quam tantum Pontificem deceret, totos dies impenderet : pecunia quærenda cauſa cum multa tum adſciſcijs tum effuſis largitionibus & bellorum vſibus abſumpſiſſet, precio Cardinales aliquot legit, & officia quædam venalia excogitauit, vt cubicularios, ſcutiferos, milites S. Petri, & ripæ portionarios. Fuit omnium, qui ad eam diem fuerant, Romanorum Pontificum liberaliſſimus.* Quod attinet ad tempus, quo pontificatum geſſit ; cum illum

[f] Ionius in vit. Leon. X

[g] Panuin. in vit. Leon. X

Eius dotes

Eiuſdem næui.

Quanto tẽpore ſederit.

illum renuntiatum summum Pontificem viderimus v. idus martij nimirum die vndecima anni MDXXI. obierit autem hora septima post primum diem decembris; ipsum sedisse annos octo, menses octo, dies viginti duos dicendum est. Cuius morte audita Lutherus procaciſſime illi insultauit; &, vt scurra spurciſſimus erat, non propheta, in libello haec verba impura scripsit: *Qui pro nimis moritur, ad eius sepulturam compulsari debet crepitibus ventris*. Quae indignae voces iac demonstrabant, quo spiritu ille ageretur.

Emmanuel Lusitani Regis obitus. *a Io. Barro. dec. 3. l. 9. c. 7. Osor. l. 12. Maff. l. 6.*

Paucis post Leonis obitum diebus ex hac quoque vita migrauit Emmanuel Lusitaniae Rex [a], maximo proborum omnium luctu. Conscripsit eius res praeclare gestas elegantissimo stylo Hieronymus Osorius episcopus Silurensis, atque ipsum hoc elogio exornat: *Optima, vt videbatur, valetudine & corporis robore & incolumitate vigebat; in morbum subito incidit, ex quo post dies nouem decima tertia die mensis decembris ex hac vita migrauit: quinquaginta duobus annis & sex mensibus vixerat, e quibus viginti sex annis & mense cum dimidio regnauit. In ipso vitae fine maxima quaedam insitae religionis & pietatis documenta dedit: testamentum cum singulari prudentia fecit: animum sacris sanctissimis expiauit: mortis certissimae aduentum aequissimo animo tulit: sacerdotes, qui illum circumsistebant, & hymnis atque precibus ad Deum adhibitis vota pro illius salute sempiterna faciebant, adiuuabat, & versus sacrorum carminum multis in locis memoriter pronuntiabat. Fuit in Bethlemitico templo, quod fundarat, cum multis lachrymis, quas desiderium illius excitabat, cum regio funere omniumque ferme principum & nobilitatis vniuersa celebritate in sepulchro conditus.* Et infra.

Multa pietatis documenta dedit.

113. 114. *Quanto studio Mahometis nomen extinguere conaretur, vrbes, quae illius imperio & audacia captae sunt, & arces similiter aedificata atque munita declarant. Itaque felicitas illius, quae fuit incredibilis, non est fortunae, vt hominum vulgus loquitur, sed diuino beneficio, quod virtutibus illius fauebat, attribuenda.* Nonnullisque aliis interiectis verbis, subdit: *Ecclesia sanctionibus alacritate singulari parebat: mores & ritus ab Ecclesia constitutos summa sanctitate & caerimonia tuebatur: tempore, quo memoria supplicii, quod Christus pro nobis in cruce pertulit, ritu solemni celebratur, a templo minime discedebat, & tribus diebus, quibus sanctissimum Eucharistiae sacramentum erat in sepulchri quadam similitudine conditum, vt nobis memoriam nostrae salutis repraesentaret, neque vestes exuebat, nec ab eo loco nisi ad aliquod breue tempus absedebat, & cum somnus illum complectebatur, ibi sine vllo vitae delicatioris instrumento parumper accubabat.*

Insignis eius pietas in recolenda Christi morte.

115. &c. Passa autem est Ecclesia in Emmanuele iacturam fortissimi defensoris, qui assidua pro Christi religione amplificanda agitans consilia cum Dauide Abyssinorum Christiano Rege foedus aduersus Turcas, qui Aegypto potiti illius imperio imminebant, pepigerat: adeo vt Aloysius [b] eius Venetus in suo commentario Italico referat, agente se Scyropoli, oratorem presbyteri Ioannis, quem indigenae pretiosum appellant, ad Ismalem Sophi Persam venisse, quo principis sui nomine hortaretur, vt Solimannum adoriretur, Syriamque infestis armis peteret: educturum enim principem ipsum aduersus Turcas in Aegypto dominantes ducenta militum millia, conueniisseque cum Lusitaniae Rege, vt quinque ac triginta triremes, & quaedam alia nauigia omni bellico apparatu instructa mitteret, spemque affulgere, vt vniuersa Aegyptus a Solimanno deficeret. Concitauerat enim Syriam in arma Gazelles Mameluchorum imperij redintegrandi studio, eorumque reliquias collegerat: at Farat bassa Solimanni dux Gazellem cruentissimo proelio cum omnibus Mameluchorum reliquijs concidit: ex qua victoria Turcarum arma in duriora Christianos verti coepere; quandoquidem Solimannus a parente Selimo mandata testamento acceperat [a], vt Albam regalem inuaderet, vt in media Christianorum regna ex ea arce irrumpere posset, neque Christianos in Turciam irruentes expectaret: Rhodum etiam debellaret, vt Syriam pacatam tenere posset: tum ea bella praesens obiret; quippe in aegras non fore eas victorias, quas Imperator suo tuiore non peperisset.

b Ribier p. 2. l. 10 Sabell. comment. hoc ann. Ilsanor l. 11. c Ingul. l. 18

Mameluchi concisi

a Bafius p. 2. lib. 18.

122. 123. Haec tyranni parentis iussa peregit Solimannus: at Christiani Reges Lateranensis synodi monita contempsere; quibus inuicem se in mutuis bellis persequentibus, Turcae inter se coniunctissimi Solimanno Imperatore Albam regalem ad confluentes Saui & Danubij sitam, apud quam Mahumetem II. B. Ioanne Capistranensi & Ioanne Huniade propugnatoribus diuinitus debellatum vidimus, ingenti pressam obsidione ad deditionem [b] compulerunt, maxima Christiani imperij clade & ignominia.

Concilij Lateranensis decreta in fumos dilapsa.

b Bafius p. 2. l. 18 Sabell. comment. hoc ann. Ilsanor l. 11. c Ingul. l. 18

124. &c. Auctus eo triumpho Solimannus Rhodiacam expeditionem, quae Mahometi II. olim etiam infeliciter cesserat, conficere meditatus est: accenderant enim vetera odia barbarica e missa Gazelli a Fabricio Carretto principe belli ad Syriam e Turcico imperio diuellendam subsidia: necnon Amaralius eques Lusitanus flagrans odio in Rhodiorum equitum magistrum, a quo ipse principatus fuerat deiectus, Solimannum assiduis hortatibus ad eam bello expugnandam incitauit, a quo proximo anno lubricam videbimus.

Ferdinandi Cortesij in Mexicano regno gesta. *d Pet. Mar. dec. 5. c. 8. et Ferdin. Cortes. pag. 207.*

128. &c. Hoc interim spatio recuperata est [d], Tenustitana lacunaris ciuitas amplissima Mexicanorum regia a Ferdinando Cortesio, quem immortalia facinora ad barbaros humanarum victimarum carnificina infames & execrabiles, qui ob tuenda daemonum simulachra rebellarant, edomandos, Christianoque subijciendos imperio euicisse, refert Petrus Martyr in commentarijs inscriptis Hadriano VI. qui cum obijisset antequam ipsi traderentur, successori Clementi VII. oblati fuere. Fuit tum Cortesius ab hoste captus, sed mox a socio, qui manus inuasoris vno ictu abscidit, liberatus: ac demum cum partem, in qua Rex barbarus latebat, explorasset, in eam improuiso impetu incurrit, illumque ac proceres cepit: quo in custodiam tradito ingens ciuitas discepto fere omni eius populo in deditionem Cortesij venit, omnesque nationes, quibus Rex barbarus dominabatur, Christiano imperio subiectae fuere.

Captus a Cortesio Rex Mexicanus.

IESV CHRISTI
Annus 1522.

Indict. 10.

HADRIANI PP. VI. annus 1. CAROLI V. ROMAN. REGIS annus 4.

1. &c. EXegerat Dei Ecclesia in orbitate ac luctu mensem vnum, dies septem, cum Cardinales duo de quadraginta, qui sacris comitijs intererant, diuino potius instinctu, quam humano ducti consilio, Hadrianum tit. SS. Ioannis & Pauli presbyterum Cardinalem & episcopum Dertusensem communibus suffragijs praeter omnium expectationem ad pontificiae dignitatis apicem, quem illi diuinitus iamante praedictum ferunt [e], ob egregia eius virtutum ornamenta euexere v. idus ianuarij [f]. Agebat ipse tum Victoriae in Cantabria Hispaniarum administrationi cum duobus collegis intentus, cum nuntius de pontificatu ei delato a Gerundensi episcopo

Hadriani VI. creatio

e Paul. Ion. in Hadr. vit. f Ex mort. ej.

missus est. At ille conuersis ad amicos oculis: *Si vera,* inquit a, *sunt quæ nuntiantur, multa profecto plurimum est dolendum.* Allatum postea est ei factum a Carumalibus electionis decretum, quo pacare accepto, vt Deo obtemperaret, pontificium cultum induit, ac pristino Hadriani nomine retento sexti cognomen adiecit.

a Paul. Ios. Dolet de Pontificatu sibi delato.

4 Fuit patria Traiectensis patre natus Florentio humilis & obscuræ conditionis viro, honestis tamen moribus prædito, at adeo egestate pressо, vt cum eximiæ indolis filio literis instituendo par non esset, in collegio quodam Louaniensi gratis educandum tradiderit: vbi optimus adolescens tanta cum ingenij ac diligentiæ laude studijs nauauit operam, vt breui temporis spatio inter philosophos, ac theologos principem locum sit consecutus, neque pontificij iuris aliarumque scientiarum expers extiterit. Cum itaque doctrinæ ac probitatis gloria floreret, Margarita Maximiliani Romanorum Regis filia, quæ Belgis præerat, in eum sacerdotium parochiale conferendum curauit, dein Louaniensium canonicorum collegij decanus creatus est, ac postea in ea nobili academia scrinij præfectura auctus (cancellarium vulgo vocant) penes quem scholarum suprenum imperium manet: deinde Carolo in Romani imperij & plurium regnorum spes adolescere incipienti, ad eius optime conformandos mores, literasque perdiscendum ipsius animum præceptor datus a Maximiliano Cæsare illius auo: postea ad Ferdinandum Hispaniarum Regem orator missus, designatus est ab episcopus Dertusensis; Ferdinando quinto, & Carolo in aui materni regna succedente, Hadrianus ex oratore Cæsareo consiliorum reipsorum rerumque omnium particeps ac moderator factus, Maximiliani rogatu commendationeque a Leone X. anno a virgineo partu MDXVI. in Cardinalium numerum relatus. S. Ioannis & Pauli titulo insignitus est; abeunteque in Germaniam Carolo, Hispanicæ aulæ procurator relictus, strenuam operam compescendis populorum seditionibus nauauit: qua solicitudine districto demum pontificatus illi delatus est.

Doctrina clarus.

Primitiæ illius.

5. &c. Non defuere, qui Cardinales acerbe carpserint, ratione Belgam Pontificem delegisse, qui longe trans alpes degeret, dum ecclesiastica ditio a duce Vrbinate & Balionibus bello lanabatur; quo maxime tempore Italia Hispanis & Gallicis concussa armis præsentia Pontificis egeret. Verum qui rem altius perpenderint, periclitantem nimirum ob Lutheri hæreses in Germania religionem, sapientiam Cardinalium cogetur iudicare, quod eum ad pontificatum euocarint, qui Cæsaris gratia & potentia fretus Lutheranam impietatem in dies ingrauescentem excidere posset. Cardinales quidem eo consilio ductos ipsum delegisse ostendunt datæ a Carolo V. ad Cardinalium senatum literæ b. Affectum Hadrianum magnis honoribus muneribusque ab Hispanis præsulibus, ac proceribus, qui ad eum vndique concurrere, refert Vincentius Blascus c; familiaque pontificali compositа, Victoria profectum Burgos, Palentiam, Eldanam, Vallisoletum, ac demum Cæsaream augustam se contulisse, cumque in ea vrbe S. Lamberti sepulchrum aperuisset, & aliquas reliquias e corpore abscinderet, ex ijs recentem & purpureum cruorem fluxisse de illius italico itinere inferius; recentenda enim nunc sunt, quæ pro redintegranda re Christiana gesserit dum in Hispania moras traxit.

Veriti plures ne in Hispaniâ sedem Apost. transferret.

b Ext. apud Dolgast. in vita pag. 149.

c Blasc. in vita c. 29. S. Lamberti lipsana puris cruore fundunt

8. &c. Vbi primum pontificatum iniuit, mox curam omnem ad sopienda Cæsarem inter & Gallum bella conuertit d: literasque ad Franciscum Regem plurimis paterni amoris notis insignes, atque hortatiuas ad faciendam concordiam misit e, quibus pollicebatur, se abiecisso omni humano respectu communis parentis affectus erga omnes expliciturum: ex qua

d Guicc. l. 14

e Ext. eas de re ib. pag. 100. ait epist. Bembum.

apostolici amoris significatione Gallum Regem plurimam cepisse lætitiam; neque alium delegisse pacis arbitrum, quam Hadrianum, quamuis plures principes se concordiæ futuros interpretes vtro exhibuissent, indicauit vltima aprilis die episcopus Bajocensis a, qui hæc ex regiore se excepisse significauit, decreto pontificio internuncio archiepiscopo Barensi.

Profitetur Hadrianus se communem patrem actu-rum.

a Ferus. l. 16. b. Extans. pag. 100.

12. 13 Verum integerrimi Pontificis studia ad conciliandam inter Carolum V. & Franciscum Francorum Regem pacem frustra adhibita sunt b, quamuis Anglorum Rex minitaretur Gallo bellum, nisi inducias triennales cum Cæsare atque Italis faceret. Recuperandi Mediolani fallaces spes titillabant Franciscum Regem; verum non modo eo potitus non est, sed reliquas etiam vrbes amisit: secutæ enim deinde in Insubria & Liguria importunæ sæuæque clades a Gallis & cæsareis acceptæ illataque, plures vrbes ab insolescente milite expilatæ, ac denique Galli ab hostibus Italia pulsi fuere, cuius cladis causam omnem Belcharius conuertit c in Ludouicam Regis matrem, quæ stipendiarium aurum ad castra Gallica transmittendum, in alios vsus conuertendum curauit.

Gallo bellum indicitur ab Anglo nisi inducias admittat.

b Belcair. l. 17. n. 36.

c Belcair. l. 16. n. 47.

14. Interea euersis Gallorum rebus in Insubria, in Liguriam concursum est a cæsareis, atque apud Genuam victricia castra locata sunt: eodemque die Petrus Nauarrus cum duabus triremibus Genuensem portum ingressus est ad flectuantem vrbem in Gallorum Regis obsequio confirmandam, dum aliæ maiores copiæ properabant; sed ciues in diuersas partes abtracti parum suæ saluti consuluere, ac spe pacis illusi, ab Hispanis per murorum ruinas irrumpentibus direpti sunt.

Polli Insubria Galli. in Liguriâ vers. Hispanorum impetus.

15 Auxit bellicas calamitates pestis, quæ huius anni æstate adulto mense iunio Romam inuasit, vt Hieronymus Niger suis literis XXVI. iunij consignat d, adeoque, mox Cardinales & aulicos hinc inde diffugisse, nec ea consilia politica ad illius vim serpentem depellendam adhibita; adeo vt per compita repentina morte concidere visi sint homines e; in qua publica confirmatione Pontifice & Cardinalibus absentibus, ac magistratuum inertia dum pijs precibus operibusque ad diuinam placandam iram vacandum esset, execrandum ac pessimum factum a Demetrio Spartano Græco magicarum superstitionum peritо patratum est: is siquidem pollicitus malum a se sedatum iri, taurum carmine magico manuefactum tenui filo cornui dissecto illigato per vrbem circumduxit, mirante rem stulta plebecula ignara flagitij; ac deinde in amphitheatro dæmonibus immolauit f. At vbi tantum scelus cognitum est, mox publica comploratione illud expiare populus studuit, vt refert idem Hieronymus Niger g horum testis oculatus; decretas nimirum traxit solemnes supplicationes, instructaque religiosa pompa infinitam adolescentum seminudorum fœdeque diuerberantium, ac diuinam misericordiam altissimis vocibus implorantium multitudinem præire, subsequi hominum turbam squalentibus facies indutorum, pariterque flebili vlulatu Dei misericordiam inuocantium; demum claudere agmen matronæ accensas faces manibus prætendentes in lacrymasque effusæ. Scribit falso auctor recentior h, sedatam pestem ab illo infando mago præsente in Vrbe Hadriano sub initio autumni: sed ea res veritatis fuco penitus caret, cum toto autumno pestis maxime sæuierit: tum sanctio i in magos edita demonstrat quantum Hadrianus a tolerando tam impio facinore abhorreret. Sed eo absente nonnulli vrbani magistratus scelus permisere; ferunt quæ vetera diaria l, dum sacrilegum sacrificium peragebatur dæmoni, varia ferarum monstra in aere visa. Putabatur Hadrianum audita sæuientis Romæ epidemiæ fama Italicum iter intermis-

Italia & bello & epidemia vexata.

d Lib. rer. bell. in princ. pag. 103 & 106.

e Ibid. pag. 106.

Immolatus a mago taurus dæmoni.

f Id. ibid. Bizar. hist. Gen. l. 19.

g Niger. in ist. sup. pag. 106.

Romani scelus christiana pietate expiare nituntur.

h Bizar. hist Gen. l. 19.

i Ext. in bull. cons. 2.

l M. S. diar. Hadrianus in Vrbem properat.

termissurum, cum incunte iunio de retardato aduentu se excusasset [a], coniecta in eos culpa, qui expeditam ad traijciendum classem non submisissent: verum Vrbis calamitas extimulauit pium pastorem, vt ad solandas oues procurreret.

[a] Supra pag. 103.

16 Instructa itaque [b] quinquaginta nauium classe, qua militum quatuor millia, aulicorum vero & præsulum duo millia vehebantur sexta augusti die mare ingressus, prospero flatu vius Genuam applicuit, ac miseram vrbem ob recentem direptionem moerore pressum solatus est.

[b] Ext. ius de reb. in. lib. 1. hist. prom. pag. 104. & 105.

Prouolarunt e eo mox Franciscus Sfortia dux Mediolanensis, Prosper Columna, & Daualus marchio Piscariæ pontificij & cæsarei exercitus duces ad pia oscula eius pedibus figenda, omnique religionis nexu, si quo in diripienda Genua se deuinxissent, solui petierunt: quibus ab Hadriano responsum ferunt [d]: *Nec possum, nec debeo, nec volo.*

[c] Aug. Iust l. 6. Fauer. l. 12. Sanar. lib. 19.

[d] Id. ibid. Quid ducibus Hispanis absolutionem ob direptam Genuam poscentibus respõderit.

17. 18 Breui dein nauigatione die S. Augustino sacro Ostiam cum octodecim triremibus applicuit, viginti nauibus vi tempestatis tardius sequentibus, atque octo Cardinalibus, qui illi obuij occurrerant alijs triremibus inuectis. Ex Ostiensi portu eadem die monasterium S. Pauli petijt, cui Romani in porta arcum triumphalem eleganti opere excitauere quingentorum aureorum ducalium sumptu: sed illum interrumpi Pontifex iussit, dictitans triumphales arcus gentilitios potius ritus, quam Christianos & religiosos decere: controuersum vero fuisse, an in basilica S. Pauli tiara pontificia cingendus foret, vt ea redimitus Vrbem ingrederetur; ac demum contrariam visisse sententiam, nempe in porticu basilicæ S. Petri apostolico insigni ornandum videri: ita die sequenti cum vniuersa curia se ad S. Pauli ædes effudisset, Hadrianum e tumulo mane ce more nunquam a se singulis diebus intermisso, rediuina facta post conuictos a Cardinalibus acceptos honores in sacrarium basilicæ se cum ijs recepit: ac primum de pontificatu sibi delato gratias egit, deinde causas tardioris aduentus exposuit, ac denique Cardinales humaniter exorauit, ne quispiam proscriptos reosque icelerum suis domibus exciperet, finerentque vt ad iuris legumque asserendam seueritatem torensis satellitij præfectus eorum domos ingredi posset: cuius postulatis cum omnes vno ore morem gessissent, a cubicularijs & scutiferis subcollantibus in sede gestatoria ad portam Vrbis delatus est: deinde equo conscenso, præeunte, vt moris est, sanctissimo Eucharistiæ sacramento ad Vaticanas ædes se contulit: pompa non tam apparatu magnifico, quam lætis plausibus, necnon testo tormentorum bellicorum reboatu effusa extitit. Die insequenti acerbissima lex, ne quis armatus incederet promulgata est, ac die dominica solemni ritu tiaram ad basilicam S. Petri accepit, minori quam olim concursu, cum plebis pars in suburbanis pestis reliquias perpurgaret: quæ Italico sermone narrat Hieronymus Niger literis suis, quibus adscripta est dies f kal. septembris huius anni.

Cardinales monet ne reos excipiant ædibus.

[e] Ead. pag. 107.

Prohibet gestari arma.

[f] Ext. sup. pag. 107.

19. &c. Tristissima g tum erat rerum Christianarum facies; ecclesiastica ditio ab internis hostibus vastabatur: Franciscus Maria Roboreus, vti dictum est, Vrbinatem principatum occuparat: Perusium inuaserant Baliones: Camertes & Ariminum Sigismundus Malatesta sibi subiecerat: Ferrariensis dux infestus erat: pars maxima Italiæ cæsareis & Hispanicis armis expilata & cruore fœdata fuerat, oppressis Gallis, qui lapsas res redintegrare magnis viribus annitebamur. Distracto ijs bellis Cæsare, Lutherus furorem impietatemque latius diffundebat, ac sectatorum suorum opera Christiana sacra vi & armis in Germania profanabat: Turca in Pannoniam incursionem facere nuntiabatur: mari vero Rhodum, Christiani in oriente imperij propugnaculum extracta iam aliquot mensium obsidione oppugnabat. Iulius Medices Cardinalis Rhodiam militiam ante Cardinalatum professus, ac plures alij Pontificem vrsere precibus a mox atque peruenit, vt Hispanicam classem egregie instructam Rhodum ad ferendas obsessis equitibus supperias mitteret: ac pio Pontifici iuuandæ Rhodi vota non deerant, sed mittendæ classis Hispanæ non integra illi fuit potestas: augere enim eo milite exercitum contra Gallos malebant [h] Hispani, timebantque ne, si ea classis a Turcica, quæ longe viribus præstabat, opprimeretur, ipsorum res in Italia pessum irent: atque ideo amissæ Rhodi culpa, non Pontificis negligentiæ, sed belli auctoribus tribuenda sit. Porro Turcæ recurrente octaua die a celebrante corporis Christi duce Mustapha bassa classe ducentarum & octoginta nauium in Rhodium portum inuecti erant: quibus ex Syria tot aliæ naues se coniunxere, vt classis ad quadringentarum numerum peueniret; totque ex Asia traductæ sunt copiæ, vt in castris ducenta millia militum verterentur.

[g] Conuiuar. Sabell. hoc ann. Surius in comment. Pannin. in vit. Had. VI. Miser Christiani imperij status.

[h] Paul. Iou. in vit. Hadr VI. Regum Christianam rem spernentiũ furor ingens.

Rhodus obsessa a Turcis.

22 Tanti belli mole pressus Rhodius princeps, missis oratoribus Pontificem rerum Cæsaremque, ac Francorum & Anglorum Reges solicitauit, vt ad commune propulsandum periculum vires coniungeret: Venetum etiam in Cretæ insula præfectum orauit, vt subsidia obsessis mitteret: tum Dominicum Treuisanum Venetæ classis præfectum in Cretensi portu agentem literis est hortatus, vt afferret opem; nuntiauitque expugnata Rhodo Venetos reliquam orientalem ditionem amissuros: semiebantque inter Venetos prudentissimi Turcis inferendum bellum, ne Rhodo potirentur. At obtenta est a Veneris manis religio fœderis cum Turca tum fœdus violaturo cum prima opprimendæ reipublicæ se daret occatio, initi.

[i] Cousin. Sabell. hoc an.

Prædictum Venetis ni Rhodo ferrent auxilia C. prius amissuros.

23 Tenuit obsidio menses sex, in qua, nulla ad Rhodios vel leuissima aliquot equitum, maxima autem ad Turcas auxilia peruenere, adeo vt præter illa ducenta millia, quæ in insulam exiecndisse diximus, alia centum millia decretis varijs supplementis accesserint e: quinetiam cum Turcæ post acceptas varias clades in pluribus eruptionibus ac prælijs aduersus duces suos seditionem commouerent, ductosque se ad crudelem carnificinam quererentur, veriti ne Christiani Reges in eos expeditione confecta irruerent, Solimannus eorum Imperator a Peri bassa admonitus ad Turcas fugam meditantes sua præsentia confirmandos, vigesima octaua iulij die in insulam traiecit, suorumque animos auxit, professus prius se vita imperioque exutum iri, quam inde stante Rhodia vrbe abscederet.

[e] Bos. p. 2. lib. 19.

Turcæ sæpius propulsati ab equitibus.

Proditoris consilio mutat mentem.

24. &c. Verum post multas hostiles impressiones maximas Turcarum strages passus de soluenda obsidione cogitabat, cum illum in priore consilio confirmarunt missis ex vrbe obsessa literis proditores, quorum princeps erat Amarallus eques ordinis sigilli præfectus (vulgo cancellarium, vt dixi, vocant) Is in rabiem efferatus aduersus Philippum ordinis principem, quod dignitatem illi collatam adipisci non potuisset, ex inuidia eo se abripi passus est, vt ad vniuersum ordinem male perdendum coniuraret cum Turcis, eosque crebris hortatibus ad expeditionem Rhodiam solicitarit, iamque abituris consilia suggesserit, ipsos nimirum ob pulueris sulphurei inopiam, atque militum paucitatem necessario arce tandem potituros: tanto autem angore conscientiæ, flagitijque cruciatu agitabatur infelix ac profligatissimus

simus homo, vt funestæ voces ex illius ore audirentur, percupere se, vt anima sua a diabolo absorberetur: tum deprehensus vna cum seruo neophyto, qui literas in Turcica castra conecerat, iudiciario ordine seruato capitali sententia damnatus, quadrifariamque sectus meritas pœnas tulit a. Rhodij autem auxilij a principibus occidentalibus spe destituti, coacto demum militari consilio deditionẽ fecere, cum Solimannus salutem ac fortunas incolumes sponderet: atque ita ipso die natali Domini Turca Rhodum victor sit ingressus: sed miles pactorum immemor Christianorum opes diripuit, verberibus sæuijt, templa Christiana profanauit, infirmos e xenodochijs eiecit, atque inhumane equites morti proximos per fenestras præcipites deturbauit, virgines ad stupra rapuit, neophytos ad Christianam fidem damnandam adegit. Inter hos perquisitus diligentissime Zemisses filius Zemi fratris Baiazethis II. aui Solimanni, qui Christianis sacris initiatus erat, atque in insula Rhodo equestris ordinis sumptu alebatur, deprehensus est, atq; a Solimanno interrogatus se Christianum constanter professus est; moxq; barbari iussu vna cum duobus filijs masculis trucidatus martyrij palmã accepit. Quanto vero Turcarum cruore & calamitate constiterit Solimanno Rhodia victoria indicauit bassa Turcicus Rhodio oratori, vt refert Belchairus b hisce verbis: *Crolas Achimetus inter cunctã se xaginta quatuor Turcarũ millia in hac obsidione violenta morte, circiter quinquaginta morbis periisse confessus est.*

Horrẽdus illius finis

a Bosius vbi sup.

Pactionibus Rhodus Turcis dedita.

Violata a Turcis.

Zemisses repositus Zetis II. affectus martyrio vna cum filijs.

b Belchair. l. 17. n. 32. Sexaginta Turcarum millia trucidata in Rhodia obsidione. Turcicum bellum neglectum a Carolo V. ingenti suo malo.

29. &c. Potuerat facile Carolus V. Turcas ab Alba regali superiori anno, atque hoc a Rhodo depellere; sed Gallico intentus bello, dum ea negligit, vix postea a Vienna Austriæ Solimannum propulsare potuit, ingentiaque hæreticorum in dies viribus, audacia, & furore auctorum, bella sustinuit. Illorum propugnator erat Fridericus Saxoniæ dux, qui primus gremium, quo viperas fouerat, ab ijs laniari sensit; nam Saxonia intestinis hæreticorum seditionibus igni, ferro, cædibus, rapinis, stupris ac sacrilegijs hoc anno vastari fœdarique cœpit b: tiquidem Lutherum impia sua doctrina facinorosorum hominum colluuiem ex vniuersa Germania in Saxoniam traxisse tradit Dubranius c. Horum multitudine & patrocinio fretus Lutherus agente Cæsare extra Germaniam distento Gallico bello, ex arce Alstetensi in Thuringia, in qua mensibus sex delituerat, quamque suam Pathmon quasi ob fidem Christi ac non ob euersam Christi doctrinam persecutionem esset passus, Ioanni euangelistæ stulte se comparans, appellabat, prodiens in publicum, Vvittembergam redijt, ac paulo post simultates cum amicissimo Carlostadio exercuit.

Saxonia infelix cõditio.

b Hadrian. in lib. ad Fred. ducem

c Dubr. l. 13

Sex mensibus latuit in arce Lutherus.

33. &c. Porro inimicitiarum eam fuisse causam indicat Ioannes Cochæus d, quod Carlostadius turpissimam hæresiarchæ gloriam, euersis altaribus & profanato Eucharistiæ sacramento, ac diffractis Christi & Deiparæ & sanctorum imaginibus, sibi peperisset. Reuocata ab inferis hæc Iconaclastarum hæresis vniuersam deinde infecit Germaniam: nam Zuinglius & Balthasar Pacimontanus Carolstadio ad sacras imagines abolendas, sanctorum reliquias dissipandas, altaria euertenda se coniunxerunt.

d Cochæus in Actis et Script. Lutheranis

Iconoclastarum hæresis Germaniam infecit.

39 Reuelatum sibi Christum non esse in Eucharistia a spiritu viro persimili statura humana maiore professus est Carlostadius, quẽ fuisse atheũ testatur Lutherus: quamquã etiã ipse in literis ad Erasmũ scriptis se importunis cogitationibus vrgeri nullũ esse Deũ fateatur.

Carlostadius & Lutherus athei ex ipsorum dictis.

40. 41 Tradit Cochæus, Lutherum hoc anno inuectum aduersus Carlostadium, quod tanta scelera absente se ac sine sua auctoritate patrare ausus esset: ac licet Augustinianos apostatas Vvittembergenses, qui sacrosanctum missæ sacrificium, aboleuerant commendarit, tamen non rite peractum (ipsius scilicet iniussu) flagitium, redarguit. Idem libello edito suasit non sumenda contra Turcas arma; dein subdit a: *Ad hæc permittit Turca vnũquemq; in fide sua permanere, quod Papa non facit.* Quibus verbis volebat, vt quisque quam vellet impiam superstitionem profiteri permitteretur.

Cur Lutherus a Carlostadio dissentiens

a Cocl. in act. et script. Luth. hoc anno

Vult impijs sectarum fingẽdarum licentiam tradi.

42 Interea cum Henrici Angliæ Regis liber ex Latino in Germanicum sermonem ab Hieronymo Emsero conuersus magnos animorum motus pro asserenda veteri religione a Christo eiusque Apostolis accepta ac sanctis patribus confirmata excitasset, Lutherus ira audaciaque turens omni conuitiorum & scurrilitatum genere Regem ipsum proscidit: cui responsum est a Thoma Moro, & confutata eius vaniloquentia. Eoque prorupit ipsius arrogantia, vt dementer statuens sua deliria esse verbum Dei, & omnibus sanctis patribus prætulerit, hisque verbis suos fascinarit: *Verbum Dei est super omnia; diuina maiestas mecum facit, vt nihil curem, si mille Augustini, mille Cypriani, mille ecclesiæ Hentricianæ contra me starent, Deus errare & fallere non potest: Augustinus & Cyprianus, sicut omnes electi, errare potuerunt & erranerunt.*

Liber Regis Angliæ de tuenda religione promulgatus in Germania.

Sancti Patres a Luthero contempti.

43. 44 Mirum est furenti homini, ac mentienti sua verba a diuina maiestate proficisci, atque omnes sanctos Ecclesiæ doctores errasse, idque non alijs miraculis quam stupris, confessionibus, conuitijsque confirmanti ab aliquibus fidem adhibitam. Ad subterfugiendũ deinde Ecclesiæ & Christi vicarij iudicium ampullosis verbis sibi in Pontificẽ & Ecclesiam ipsam imperium arrogauit, sic inquiens: *si solius Christi sumus, quis est iste stolidus Rex, qui suis mendacijs nos Papæ facere molitur? nos non sumus Papæ, sed Papa noster est: nostrum est non iudicari ab ipso, sed ipsum iudicare; spiritualis enim a nemine iudicatur, & ipse iudicat omnes.* Quibus verbis omnem hierarchiam ecclesiasticam euersam volebat, & cuilibet sordidissimo impostori iactanti se spiritualem, auctoritatem in summum Pontificem & vniuersam Ecclesiam sibi asciscere posse contendebat: ac post plures blasphemas voces addit: *Ego & Ecclesiam eius & defensorem ipsum Henricum nempe pro eodem ducens, vtrosque eodem impetu inuadam, & Christo auce conficiam: certus enim sum dogmata mea habere me de cælo.* Quibus argumentis certus esset sua dogmata e cælo, an ab inferis haberet, non explicat; in pluribus tamen operum suorum locis cum cacodæmone se familiariter egisse profitetur.

In Regem Angliæ Lutheri conuitia.

Spirituales se vocat Lutherus atque adeo a nemine iudicandos.

45. &c. Non certum fuisse Lutherum ipsum suam a Deo accepisse doctrinam, ex eodem Luthero ita arguit Surius b: *Si certus fuit, vt ait, de doctrina sua, cur toties eam mutauit: sed astute facit quod nullum vult pati iudicem, vt sub hoc pretextu liceat ei scribere quidquid libet. An non pudet Christianos homines tam prodigiosæ temulentiæ negatorem esse secutos?* Idem hæresiarcha impurissimo ore mentiens animas ab episcopis trahi in exitium, eos contrucidandos suasit, Germanicam plebem suo pseudoeuangelio ad seditiones mutuasque cædes efferauit.

b Surius in commen.

48 Auctæ hæ seditiones fuere translatione corrupta bibliorum sacrorum a Luthero in Germanicum idioma; editaque nefaria Lutheri molimina vbi Henricus Anglorum Rex olfecit, Fridericum, Ioannem, & Georgium Saxoniæ duces, vt ea disturbarent admonuit c, ne sacra oracula ab impio nebulone, vt accidit, peruerterentur. Promulgata porro inter impios, vel simplices Lutherana scripturæ versione, Hieronymus Emser insignis theologus non modo Lutheri errata in versione correxit, verum aliam edidit Latino textui consentientem magno populi Christiani bono, qui a venenatis fontibus abductus est, didicitque vbinam errasset Lutherus, Lutheranosque de peruersa eoan-

Scripturas Luthero corruptas. Saxoniæ duces moniti ab Anglo vt hæresiarchã opprimant

c Henr. Angl. Reg. lib. apud Cochl. Translatio in vulgari cura catholicis facta.

so euangelio gloriantes confutauit. Sed antequam ea pia elucubratio prodiret, iam calcographi translatum a Luthero testamentum late dispersérant, idiotis illud adeo auide amplectentibus, vt secum assidue in sinu ferrent, & paucis mentibus indefesso studio ac labore ita mandabant memoriæ, vt eruditos etiam theologos glomeratis citationibus male intellectis obruerent, iamque mulierculæ catholicos etiam doctores obiurgarent imperitiæ, atque adeo superbia tumerent, vt so socioſque tantum euangelica luce collustratos putarent. Addit Cochæus leues imuenes sceleribus & apostasia contaminatos ad concionandi munus doctrinæque nouæ virus aspergendum populis admissos; sacerdotes autem doctrina, dignitate, ætateque venerandos eiectos, censibus ecclesiasticis decumisque defraudatos, appetitos iniurijs solum vertere coactos.

Sacerdotes boni & ve digalibus exuti.

52 Edidit præterea hæresiarcha sermone Germanico duos pestiferos libros, alterum aduersus quadragesimalia & alia ieiunia imperata ab Ecclesia, siue Benedictinis & Carthusianis indicta, atque omnia Ecclesiæ instituta, quæ in sacris scripturis expressa non sunt, damnauit: alterum aduersus castitatis vota solemni ritu nuncupata, quæ obseruari nec posse nec debere sanxit ex falsa interpretatione diuini imperij: *Crescite & multiplicamini*; proinde suo furiali more sacerdotes, monachos, & moniales desertis monasterijs ad nuptias prouolare iussit a.

In ieiunia declamat.

Diuinum imperium in falsam interpretationem distortum.

a Sarius in comment. Anabaptistica secta ortus.

53. 54 Cæterum hoc anno Vvitembergæ præter Lutheranam, & Carlostadianam siue Sacramentariorum hæreses, iam ante magno Christiani imperij malo diffusas, nata est noua omnium hæreseon pestilentissima, nempe Anabaptistica, quæ baptismum puerorum commentum esse diabolicum oblatrabat, atque a mille & quadringentis annis nullum fuisse Christianum mentita est, ac Lutheranæ & Sacramentariæ sectarum more purum Dei verbum a se doceri iactabat. Nulla autem vnquam hac hæresi immanior fuit, vel rapacior; nam omnes, qui illi repugnarent, contrucidari, eorumque bona expilari iussit; atque ita Germania tricipite monstro posthac laniata est b. Quas tres hæreses in orbis perniciem oriundas designatas fuisse per tres soles falsos transfixos cruentis gladijs, qui in multis Germaniæ locis apparuere illius anni principio, quo Lutherus suam hæresim ex inferis eduxit, Hermannus c de Kersenbroch horum temporum testis oculatus enarrat. De Anabaptisticæ vero hæreseos auctore passim controuersum est, cum plures hæresiarchæ, immo & plures dæmones ad horrendum hoc monstrum edendum concurrerint. Accusat in primis Vlembergius d Lutherum omnium hæresum vel instauratorem vel parentem; qui Vvaldenses Moraviæ docuerit puerorum baptismum omittendum, quod propria fide carerent. At Philippus Melanchton Lutheri discipulus in suo commentario in epistolam ad Colossenses Carlostadium huiusmodi hæresis progenitorem contendit: alij Thomam Munzerum, alij Balthasarem Pacimontanum, alij Nicolaum Storckium, alij Bernardum Rotmannum, alij Melchiorem Hoffmannum in crimen vocant, alij e Nicolaum Pelargum Lutheri discipulum, cui Carlostadius & Melanchton, atque ipse Matthias Sellarius, qui aliquandiu eam sectam impugnarat, adhæserint, cœlestium visionum iactatione, & scripturæ oraculis in alieno sensu propositis deceperit. Id vero certissimis argumentis constat, cacodæmonem, qui toties in angelum lucis se transfiguranit, hos pseudoeuangelistas fascinasse, quorum alij a Deo Patre, alij a Filio, alij a Spiritu sancto se missos professi, erroris, & pseudoprophetiæ conicti sunt. De Pelargo autem, qui cum socijs nouum reformationis, verius deformationis genus finxerat, ac plures ad euangelicam libertatem, vt iactabat, prædicandam submiserat, narrat Meshouius a illum Mahometis exemplum secutum suasisse simplicibus, Michaelis archangeli colloquio se frui; cum a cacodæmone infeliciter illuderetur.

a Meshou. in hist. Anab

b Hermann de Kersenbr. in hist. Anab. Alex. VII.

d Vlember. in vit. Luth. c. 10. Sander de visib. monarch. l. 7.

e Meshouius hist. anabapt. lib. 1.

Nicolaus Pelargus Anabaptisticæ sectæ conditor.

55. &c. Dum ita nouæ in dies hæreses aliæ alijs fœdiores ob permissam licentiam fingendi, disseminandique quamuis impietatem, subnascerentur, Carolus V. de tot malis certior factus, laxatas impijs habenas adducere, atque ex consilio procerum, qui ad Nurembergensem conuentum pro temperando imperij statu se contulerant, cæsareum gladium in hæreticos stringere, tum supperias Hungaris periclitantibus afferre velle Hadriano Pontifici significauit. Poposcitque subornatus a politicis noua iurgia ferentibus e vt, ad adhibendam animaduersionis seueritatem in hæreticos, & Pannoniam contra Turcarum impetus tuendam, annatas, quas vocant, sibi Hadrianus concederet.

Carolus V de stringêdo in hæreticos gladio agitat.

b Cochæus in act. & scrip. Luth. Vlembergæ. c. 10.

c Ext. eius lis apud Del. gall. to. 1. pag. 447.

58. 59 Sine iusta causa postulari Germanicas annatas a Cæsare visum est Pontifici; cum eæ non singulis annis pendantur, & modicam admodum auri vim conflare possint; tum eo exemplo mox ad alios Reges & principes serpente suis iuribus sedes Apostolica exuenda foret. Cæterum Carolus repulsam passus Vvormatiense edictum non sine summo dedecore & malo suo in Lutherum & sectatores exequi, vel Ludouicum Pannoniæ Regem sororium ab extremo exitio vindicare prætermisit. At quam gratiam Lutherus Carolo V. ob intempestiuam illam indulgentiam retulerit, scribit Ioannes Faber d, nimirum Lutherum improperasse Carolo ipsius electionem, promulgasse traditum sibi publicum impunitatis chirographum fuisse violatum: docuisse cunctos Germaniæ principes nullam seruare fidem: satyricis libellis cæsaream dignitatem atque Austriacam domum traduxisse.

Ignauæ Carolus V. Lutheranos grassari patitur.

d Io. Fab. cur Lutherus volumen approb. doctrin. c. 25.

60. &c. Impendentia mala ex apostolica specula conspicatus Hadrianus, non animarum solum, sed etiam corporum secuturas strages luxit e, atque imperij ordines Nurembergæ congregatos admonuit, vt non modo Christifideles hæreticis fœdarentur, verum etiam plebeij & nobiles ab huiusmodi seditiosis tum ad ecclesiasticorum, tum ad principum opes inuadendas concitarentur: pseudoeuangelium hoc recens latrocinandi prætextum splendidum esse, ac proculdubio magistratuum & principum leges obtrituros, qui conciliorum sanctiones temnerent, & sacros Ecclesiæ canones exurerent: denique vt Lutherum hæresiarcham ex Vvormatiensi edicto tollerent, ad veteres piorum Imperatorum, qui hæreticos percussere gladio, leges prouocauit.

Admonitio ab Hadriano de malis imminentibus principes.

e Ext. eius lis apud Del. gall. to. 1. pag. 448.

65. &c. Fuisse hæc diuini Spiritus in tanto Pontifice commonentis Germanos principes officij, vt impendentia mala, sublato Luthero ac repressis sectatoribus auerterent, oracula, rerum exitus demonstrabunt. Iussus etiam est Franciscus Cheregatus internuntius monere Germanos insistere Mahometis vestigijs Lutherum ad Christianum populum subornandum: non audiendas illius argutias, cum res fidei credendæ sint, non argumentis probandæ, neque in politicis principatibus de legum æquitate cum reis disceptari, sed quos deliquisse constiterit, plecti. Cum vero Germani nonnullas de curiæ Romanæ corruptelis querelas effudissent, sanctissimus Pontifex omnes sequerendi causas abscissurum est pollicitus. Quæ gesta sint ab internuntio apostolico, proximo anno dicetur.

Internûtij conatus a duce Saxoniæ elusi.

72. &c. Interea Hadrianus Fridericum Saxoniæ ducem ab hæresiarcha fascinatum grauissimis literis monuit f, tot malorum causam, quæ in vniuersam Germaniam redundarent, ipsi ob susceptum Lutheri patro-

f Extat in bull. Lor. in Hadr. VI. const. 4. & in ... conc. Colon.

Lutheri iactantia reuixisse in ipso spiritum Danielis.

patrocinium ascribi: perpenderet num vni pseudomonacho flagitijs inquinatissimo, per summam fraudem more hæreticorum iactanti in se reuixisse spiritum Eliæ & Danielis, seque diuinorum oraculorum verum esse interpretem prædicanti, potius, quam vniuersæ Ecclesiæ atque omnium gentium & ætatum sanctissimis doctoribus, in his, in quibus de perpetua felicitate adipiscenda, vel de subeundis supplicijs in æternum duraturis agitur, fides adhibenda esset: agnosceret tandem in nequissimo homine malignum spiritum, non diuinum, ex malignis eius operibus, ex virulentis verbis, ex rabidis concionibus, quibus lacteos ad abluendas manus in sanguine sacerdotum hortabatur. Postremo pontificali constantia Frederico interminatus est, ipsum nec diuinam nec apostolicam, nec cæsaream vltionem, ni resipisceret, euasurum. Nec modo a Pontifice, verum a Georgio duce Saxoniæ, tum ab Henrico Angliæ, tum a Ludouico Pannoniæ Regibus de reprimendo Luthero commonitum Fridericum, refert Vlembergius a.

Saxo a pluribus principib. admonitus vt Lutherum opprimat.

a Vlember. vit. Luther. cap. 10.

89 Dum plures in medio Christiani imperij gremio ab Ecclesia deficiebant, euertebant altaria, ac sacerdotes abiecto diuino cultu in libidinum cœno volutabant; in Indijs & in America inter medias barbarorum nationes amplificatus b est diuinus cultus, posita templa, erectaque altaria ad diuina mysteria peragenda, multique ad fidem ab impura superstitione traducti fuere: nam cum in Coromandelij tractu euangelica lex olim a S. Thoma Apostolo sata, & ipsius irrigata cruore hostis humani generis opera proculcata postea aruisset, auspicijs Ioannis Regis Lusitaniæ, qui Emmanueli successerat, reflorescere cœpit, ac diui Thomæ reliquiæ reperræ sunt c in quodam templo cum literis in lapidea tabula incisis, quæ testabantur templum id a sancto Apostolo quondam extructum, ac decimas mercium ab Sagamo Rege illi attributas. Repertum etiam est cadauer cuiusdam S. Thomæ discipuli: quæ reliquiæ in pretiosis arculis fuerunt repositæ, dein vero biennio post in templum a Constantino Erigantio prorege Goæ extructum translatæ.

b Barros l. 7. c. 11. Masf. lib. 8. Euangelium in India propagatum. Reliquiæ D. Thomæ repertæ.

c Io. Masf. ibid.

90 Hoc etiam anno in orbe nouo ingens barbarorum numerus diuina ope, atque Hispanorum ductu fortuna Christo accessit, vti refert Petrus Martyr d in commentarijs archiepiscopo Cusentino transmittis, vt Clementi VII. offerrentur: ac multa dæmonum simulachra excisa sunt, impiæque superstitiones, quibus homines veluti felicitatem adepturi immolabantur dæmonibus, abolitæ. Cum noui indies tractus & populi patefierent, nec ad amplissimam & albescentem messem colligendam operæ sufficerent, Carolus V. ab Hadriano flagitauit, vt ex Franciscano ordine præcones euangelicos ad barbaras gentes sacrosanctis mysterijs imbuendas mitteret: cuius preces lætus admisit Pontifex, ac Minoritas in Americam profecturos beneficijs ac gratijs, vt latius Christi gloriam proferrent, exornauit e.

Christiana fides propagata in America.

d Pet. Mar. dec. 6. c. 1.

e Hadr. lit. apud Vsod to 7. hoc ann. n. 3

IESV CHRISTI
Annus 1523.

Iudict. 10.

HADRIANI PP. VI. CAROLI V. ROMAN. REGIS
annus 2. annus 5.

Missus ab Hadriano internuntius pro reuocandis ad officiu Germanis

f Cael. hoc eum in aduersus & scripsi. Luther.

1. &c. AGebantur Nurembergæ solemnes Germanorum principum, ordinumque imperij conuentus f anno superiore cœpti; cum internuntius pontificius eosdem principes ordinesque imperij vrsit, vt de conficienda expeditione ad Turcas Pannonia depellendos salubria consilia explicarent; tum ad imminentia mala auertenda, hæresimque, ne latius grassaretur, restingendam, Leonis X. & Caroli V. edicta aduersus Lutherum & eius sectatores exequerentur: non defuturum autem Pontificem suo muneri in tollendis acerbioribus imperijs, si quæ Germaniæ a Romana curia imposita essent, mitigandis exactionibus, abolendis corruptelis, si quæ irrepsissent, atque etiam concilium œcumenicum ad restituendam in pristinum splendorem disciplinam ecclesiasticam, motusque omnes sedandos in Germanica vrbe celebraturum. At quamuis adeo iusta posceret Hadriani nomine legatus, Nurembergenses tamen cœtus permouere non potuit, vt pontificia cæsareaque mandata conficerent: sed saluberrimis consilijs, quæ Pontifex diuino afflatus spiritu pro Germaniæ salute proponebat, repudiatis, inania diffugia subornati politicorum arte captauerunt, fingentes aptiora remedia præsentibus malis adhibitum iri in ea potissimum temporum difficultate; vt responsum ab ipsis internuntio pontificio redditum ostendit a. Maxime vero in ea re aberrarunt; nam ob toleratum hæresiarcham ciuilibus bellis Germania cruentata est.

a Ext. apud Doig to. 1. pag. 452.

14. &c. Franciscus autem Cheregatus internuntius pontificius cum superiori responso iusta Hadriani Pontificis postulata eludi, atque hæresi liberas furoris habenas laxari cerneret, instare vt iudiciaria seueritas ex Pontificis Cæsarisque edictis in Lutherum & sectatores adhiberetur, non desitit: de concilio vero œcumenico a Germanis postulato subiecit, vt ea, qua decebat ratione peteretur, qua scilicet Pontifici leges dari non viderentur. Institit præterea, vt nulli sacrum suggestum ascendere, nisi ab episcopis approbati sinerentur: ne libri, nisi tacta ab ijsdem potestate typis excudi aut distrahi permitterentur: tum vt clerici vxorem ducere ausi, ac religiosorum ordinum apostatæ, non a laicis, sed ab ecclesiasticis tantum iudicibus punirentur.

Monita Cheregati internuntij pontificij.

20 Iusta adeo internuntij apostolici postulata congregati Nurembergæ imperij Germanici cœtus respuerunt, fatenturque se alijs magis necessarijs rebus districtos, quasi maioris ponderis vlla res ijs posset incumbere, quam vt imperia apostolica de hæresi excindenda, imminentibus Germaniæ stragibus auertendis, Pannoniæ excidio propellendo conficerent: sed partim Lutherano studio, partim nefariæ politicæ artis præcepto tallaci occæcati, immensis calamitatibus aditum patefecerunt. Datum autem Cheregato responsum his verbis conceptum erat: *Quamuis principes & reliqui ordines Germaniæ nationis iterum pro verbis verba dare potuissent; cum tamen alijs magis necessarijs occupati essent negotijs, pontificium oratorem priori responsione contentum esse sufferunt, donec grauamina nationis Germanicæ summo Pontifici transmissa forent, ac inde manifestum fieret, num verba eius tam blanda facta etiam debita secutura essent.*

Internuntij Apostolici monita vt insania spreta ab impijs politicis.

Finxere se occupatos alijs rebus grauioris momenti.

21. &c. Confusus indigno hoc responso Apostolicæ sedis internuntius Nuremberga abscessit: quid enim indignius, quam hæreticis impunitatem permittere eo fuco, quod vellent prius experiri, num Hadrianus præclaram sui in Germaniam studij testificationem opere completurus esset, ac ni vel leuia vel conficta onera graniora tollerentur, defectionem ab sede Apostolica, omneque impietatum genus in Germaniam inuehere? Cum vero Cæsar cum Francorum Rege bellum gereret, hæreticis spargendæ impietatis habenas laxauit, ne forte tumultus Germaniæ iniiceret; eaque dissimulatione imperium in extremum discrimen adduxit, ac pontificia & cæsarea edicta, ex quibus Germaniæ salus pendebat, summa laude promulgata impune proteri passus est. Præterita itaque silentio causa de constituendo aduersus Lutherum supplicio, id tantummodo elicere a principibus potuit inter-

Permissa ab ijs compellendæ religionis licentia.

interfuisse apostolicus, vt sacerdotes, qui incestas nuptias desertis altaribus moliebantur, ac monachi, qui e claustris aufugiebant ad hereticorum castra, ab episcopis canonica lege plecterentur: vetarentur typis imprimi vel distrahi Lutheri venenatæ elucubrationes: monerentur episcopi de idoneis concionatoribus ad populum euangelica lege erudiendum præficiendis: grauiora interim onera, de quibus effusæ erant plures in Vvormatiensi conuentu querelæ, Pontifici expositũ iri, atque ex eiusdem decreto & Cæsaris adiumento concilium ad dirimendas exortas de religione lites congregandum: de quibus nomine Cæsareo edictum conscriptum promulgatum est a.

a Ext. apud Dolg. to. 2. pag. 150.

Fraus insignis Lutheri fugę in principes illius delirijs mancipatos.

28 Cum autem Lutherus ac nouatores animadverterent eo percelli se, qui prætermissis expositionibus euangeliorum ab Ecclesia receptis, illustratisque a sanctis patribus, peruersas & diabolicas interpretationes ad fascinandos simplices populos obtrudebant: *Sumpta inde occasione*, inquit Cochlæus, *ediderunt librum tum latine tum Germanice, cui titulum fecere. Centum grauamina Germaniæ in quibus sane recensendis non solum maligne in odiũ Papæ & cleri omnia exaggerabant, & in peiorem partem interpretabantur; verum etiam impie plerisque antiquissimis caremonijs Ecclesiæ, quibus episcopi & clerici in suis functionibus vtebantur, derogabant & abrogatas volebant.*

Grauamina Germanica a Lutheranis promulgata.

29. &c. De grauaminibus siue acerbioribus tributis a Romana curia Germanico clero imperatis, veteres querelas effusas in Basiliensi conciliabulo vidimus b, atque de annatis abolendis aduersus Eugenium IV. præcipiti seditione agitatũ, recruduisse et iterum eas lites Maximiliano Cæsare, atque in decem capita d redactas, at nil aduersus fidem orthodoxam pertentatum fuerat: iam vero in noua grauaminum formula septuaginta septem articulis comprehensa, nonulla Lutherano veneno inquinata, alia per calumniam afficta fuere inserta, atque in primis male conquesti sunt de quadragesimali ieiunio principes, quasi ex Romanæ ecclesiæ tyrannide lex ea manasset.

Sumptum a Lutheranis exemplũ ex Basiliensi conciliabulo.

b Ann. Christ. 1447.

c Ann. Christ. 1510.

d Ext. apud Dolg. to. 2. pag. 119.

37. &c. Querebantur deinde imperij ordines de corruptelis in piacularibus indulgentijs commissis, quas etiam Romana ecclesia damnabat: plura tamen falsa Pontificibus, quæ ex impostorum officina emerserant, effingere, quasi obiecta indulgentiarum spe omnia scelera suaderentur, quæ non ex indulgentijs, sed ex Lutherana hæresi, quæ fide sola cum dæmone contenta, bona opera damnauit emerserunt: nam quot & quanti essent Lutheranorum ipsorum sacrilegi abusus, describit his verbis Ioannes Faber e.

Lutheranorum corruptelæ intolerabiles præteritæ silentio.

e Io. Fab. disp. cum Balthas. c. 9

57. &c. *Bona opera, ieiunare scilicet, orare, confiteri, flentes voce insanientium & obsessorum more clamare solent, quod hæc omnia ad mortem peccata sint. Pari ratione animoque armati imaginibus Christi. Mariæ, sanctorum facere conati estis, cum earum aspectu pia mentes percussa tam multis seculis conceptam passionis Iesu memoriam recoluerint summa cum deuotione: hæc vos pedibus calcastis, & quasi idololatriam deprædicastis.* Iam vero quis satis deplorare possit sacrilegos nouatorum abusus, quos in sacra inuexerunt; qui enim summa impietate sacros ritus in Ecclesia institutos carpsere Lutherani, ij vel nouos finxere, vel a Luthero confictos suscepere.

Bona opera peccata vocant.

Christi memoriam abolere conati Lutherani.

61. 62 Sustulere etiam Lutherani morem celebrandi Latino sermone sacrificij, cum prætexerent Latinas voces ab ignaris non intelligi, atque ideo pietatis fructum nullum colligi: quorum fraudes & sophismata idem Eckius f egregie refellit; ac Latino sermone diuina mysteria pie, ac merito celebrari, nec pietatis vllo fructu imperitos Latini sermonis orbari, cum populus mysterij Latine peracti ignarus non sit, genteſque Christianæ aliis linguis dissonæ in Latina conueniant. Derisere quoque Lutherani accendendorum in sacrificio cereorum morem, & catholicorum Deum cæcum esse cauillati sunt, quasi meridie illi accensa face opus esset: quam impiam cauillationem refregit idem Eckius a, allatis ex exodo diuinis imperijs datis Moysi de accendendis lucernis in tabernaculo testimonij.

f Eck. to. 2. hom. 3. in dies Rogationum.

a Id. to. 3. hom. 3. in die purif.

63 Exacuere vero stylum, præter Clichtoueum & Eckium, aduersus sacrorum rituum euersorem Lutherum in Germania Thomas Murnerus, Ioannes Dietembergius, Ioannes Cochlæus, de quo inferius. Et quidem Eckius Latine, Murnerus Germanice piam ac eruditam Regis Angliæ assertionem de septem sacramentis contra captiuitatem Babylonicam a calumnijs hæreticorum vindicarunt, ac Lutheri mendacia confutarunt, quorum vltimo & quinquagesimo veluti mendaciorum regi Murnerus coronæ figuram appinxit; quandoquidem impudentissimus hæresiarca, cum librum maledictis & mendacijs farciuisset, ausus est in fine hæc verba apponere: *A virulentia & mendacijs abstinui.* Tam promptus vero mendaciorum artifex fuit Lutherus, vt Dietembergius eximius theologus in duabus dumtaxat confutationibus, quas in Lutherum de votis & de confessione scripsit, cum comiserit octingentorum & septuaginta quatuor mendaciorum, præter alia innumera, quæ in alijs responsionibus suis perstrinxit.

Quinam aduersus Lutherum pugnarint.

Impudentia Lutheri horrida.

De innumeris mendacijs conuictus.

64. &c. In Anglia scripsere aduersus Lutherũ Ioannes Fischerus episcopus Rossensis vir summæ eruditionis vitæque integerrimæ, necnon Thomas Morus regij sigilli præfectus, qui ambo postea, vt supra dixi, martyrij pro fide palmam retulere. Et sane Fischerus præter dictum volumen contra assertionem vnius & quadraginta articulorum impiorum Lutheri, etiam Oecolampadium impietatis alium signiferum quinque libris de Eucharistiæ sacramento confudit: tum pro detentione sacri sacerdotij Henrici Angliæ Regis librum aduersus Lutherum strenue propugnauit, adductis sacræ scripturæ & sanctorum patrum testimonijs.

67. 68 Cæterum non rescripsit furenti Luthero regio responso indigno Henricus Anglorum Rex, sed summa grauitate ac prudentia imminentis periculi admonuit b Fridericum principem electorem, & Ioannem fratrem Lutherana impietate infectos ducos Saxoniæ, Thuringiæ Lantgranios, ac Misniæ marchiones, si hanc pestem fouere pergerent, leuia fuisse ingentium malorum principia: Mahometanæ superstitionis exordia a paucis nebulonibus ducta: conciratum iri in bella a Luthero Germaniam, mutuisque debilitatam cladibus Turcico furori in prædam expositum iri; impendenti itaque Christiani imperij excidio, compressa ea noua secta antequam adoleceret, occurrerent.

Monitis ab Anglo principes ne pestem Lutheranã foueant.

b Ext. apud lit. regiæ Cochlæus in actis & scrip. Luth. ann. 1533.

69. 70 Henrico Angliæ Regi Georgius Saxoniæ dux catholicus (nam Fridericus & Ioannes prædicti monitis aures obturarunt) rescripsit, Lutherum initio ouina pelle tectum in orbis theatrum prodijsse, cum de emendandis ab Ecclesia nonnullis corruptelis agere præseruliset: ac paulo post conciliatis hominum studijs lupinam rabiem in conuellenda religione effudisse, vt superius indicatum est.

Georgij ducis sententia de Luthero.

71. &c. Patratum illius auspicijs est hoc anno obscenum execrabileque facinus; siquidem ijs ipsis diebus, quibus fideles recolendæ acerbissimæ Christi passioni, expiandæque vitæ criminibus conscientiæ vacare solent, vt puro pectore dominicum corpus excipiant, Lutherani malis furijs acti, nouem virgines genere nobiles & Deo sacras ex monasterio Nimicensi clam ad stupra rapuerunt Vvittembergam: at de tanto suorum flagitio diabolo satelles Lutherus non indoluit, sed triumphauit c: similiterque celebrauit publice

c Cochlæus in act. & scrip. Luther.

blice panegyrica oratione Lutherus Leonardum Koppen raptorem inceſtuoſum, & diabolica amentia & impietate illum cum Chriſto animas ex inferorum poteſtatibus rapiente contulit. Vtinam animaduerterent hæretici, quam fœde Lutherus Chriſto illudat, qui illum cum nefandiſſimo ſtupratore, & humanæ redemptionis ſacroſanctum myſterium cum ſacrilego virginum raptu comparet. Earum infelicium monialium quam nomine Catharinam de Bore, poſtquam biennio in lupanari Vvittembergenſi a ſcholaſticis vulgo illuſa fuit, iam grauidam Lutherus ſibi coniugem optauit, ex qua altero poſt nuptias menſe filius illi natus eſt, vt Faber ipſi publice obiecit.

Lutheri impietas in Chriſtū

74 Extuliſſe omnium primus publice ſcortationis obtenſo coniugij nomine vexillum fertur a Carloſtadius, ac ſacerdotes ſuo exemplo a ſacris altaribus ad ſacrilegos thalamos pellexiſſe; cuius deteſtabile ſcelus Lutherani adeo commendarunt, vt mimica ſcurrilitate illius veluti viri beati memoriam conſecrarint, confecta ſtultiſſima & impia miſſæ formula, Diocletiani & Iuliani apoſtatæ, qui Chriſtiana ſacra ab hiſtrionibus derideri iubebant, exempla ſecuti; & quales ipſi eſſent, nimirum ſtupris contaminatiſſimi, ipſimet depingere non erubuerunt hiſce verbis: *Nos ergo concubinis noſtris gnati te Deus poſſimus, vt illius, qui patres noſtros ſectatus antiquos tibi placet, nos imitatione gaudeamus in æternum.*

Carolſtadius ſacerdos primū auſus pallā ducere cū cubinam. *a Cochlæus an. 1525.*

75. &c. Denique, vt huius beati infeliciſſimos exitus claudamus, exprobrat Luthero Ioannes Faber, illum in exilium ab eo fuiſſe proiectum, & modo ligna in foro, modo pyra, aut placentulas vendidiſſe; ac demum moriturο dæmonem per triduum adſtitiſſe, vt eius teterrimam animam raperet in tartara, ſcribit Meshouius b. Hactenus de infauſtis nuptijs ſacerdotum, qui tallaci euangelij ſpecie ſubornatum Mahumetiſmum in Chriſtianum imperium inuehere moliti ſunt.

b Meshou. hiſt. Anab. lib. 3.

78.79 Porro Lutherus, vt facilius plebem in omne impiæ doctrinæ genus præcipitem ageret, non Pontificem ſolemneſque epiſcoporum & doctorum cœtus controuerſiarum fidei iudices ſtatuit, ſed imperitam plebeculam, edito hoc anno exitiali libello, aperuitque tritam ab omnibus impoſtoribus viam, vt peruerſas ſacræ ſcripturæ interpretationes obtruderent populis, qui falſa a veris diſcernendi ignari, vt luce ipſa clarius patet, varias pugnanteſque inter ſe ſectas condidere, quos non Chriſti, ſed dæmonum voces inde ſecutos conſtat, cum vox Chriſti ſemper ipſa ſibi conſentiat. Qui vero Pontifici, conciliis, & epiſcopis ius terendarum legum ademit, ipſe legislatoris munus inuaſit c, ac tres hoc anno legum ſuarum libellos edidit, alterum de formula baptiſmi, cuius ſacramenti profanandi fuiſſe auctorem interius videbimus; alterum de inſtitutione cultus diuini, cum antiquus ille a Spiritu ſancto & Apoſtolis inſtitutus ipſi non placeret; tertium de communi fiſco, cui ad alliciendos ad ſectam quoſque nefarios, eccleſiarum, epiſcoporum, ac monaſteriorum prædia ac iura attribuit. Tantæ prædæ dulcedine improbos homines adeo deliniuit, vt proximo anno ad principatus eccleſiaſticos occupandos, expilandaque monaſteria ad arma coierint. Eadem rapinarum cupiditas corrupit complures magnoſque principes, atque integra regna Lutherana abyſſo ſubmerſit: in Suecia enim, cum Guſtauus regni gubernacula capeſſiuiſſet, a Laurentio S. Andreæ archidiacono, Lutherano veneno infectus eccleſiarum vectigalia inuaſit d.

Nouum legislatorem Lutherus agit. *c Florber. c. 11.*

Guſtauus Suecię Rex bona eccleſiaſtica diripit. *d Io. Magn in vit. Pont. Vpſal.*

80. &c. Abhorruit a tam nefando exemplo Poloniæ Rex, qui protuenda religione, arcendaque hæreſi pium edictum conſcripſit e, ac flammis aboleri Lutheranos libros iuſſit. Poloni etiam præſules eximiam pro incorrupta religione ſeruanda operam nauarunt; & celebratis hoc anno Lancitiæ comitibus contra Lutheranam ſuperſtitionem decretum ab ipſis eſt, reſtituendam in priſtinum ſplendorem religionem Chriſtianam. At detocere a tam præclaro exemplo plerique alij inertes epiſcopi, ob quorum ignauiam & imperitiam propagata eſt hæreſis. Sed ab hominibus impijs ad ſanctos narrationem conuertamus.

Celebrata in Polonia ſynodus aduerſus hæreſim Lutheranam.

89. &c. Actum antea fuerat apud Iulium II. de ſanctorum honoribus B. Bennoni epiſcopo Mindenſi decernendis, ac demum hoc anno victima die maij, qua feſtum ſanctiſſimæ Trinitatis agebatur, fuiſſe decretos referunt a, confirmatque diploma b pontificium, quo eximiæ illius virtutes ac præclara geſta repetuntur, vt nimirum in primo iuuentutis flore voluptati frena iniecerit, monaſticiſque inſtitutis excultus abbatem egerit: dein præpoſitum Boslarienſem in Hildeſemenſi diœceſi; demum Mindenſis creatus epiſcopus Gregorij VII. partes aduerſus tyrannidem Henrici IV. tutatus ſit, illumque ac marchionem Miſnenſem Eccleſiæ aduerſarios anathemate percuſerit, pulſuſque propterea Miſnia, ac deinde in vincula coniectus, diuinaque virture reſtituturus libertati, ac Mindenſi epiſcopatui, claues eccleſiæ fuæ, quas in flumen proiecerat, cum ejceretur, redux e piſcis capti ventre receperit, flumen aliquando calcarit ſicco pede, vt euangelium populo prædicaret, aquam diuino beneficio in vinum conuerterit, fontem ex arente terra tuſis ad Deum precibus excitarit, in varijs locis eodem tempore viſus ſit, percuſſus alapa ob defenſa Eccleſiæ iura a marchione Miſnenſi cœleſtem vltionem illi prædixerit, quæ ſancto epiſcopo paulo poſt vita pie functo ita contigit, vt diploma narrat.

B. Benno ſanctis adſcribitur. Eius virtutes. *a Bzouius an. 1137. n. 6. & in Martyr. Romano 16. Iun. Surius 7. Cochæus an. 1524. Hadriani inſc. Panuin. in eius vita. b Ext. in arcæol. B. Mariæ de Anno. & apud Surium in bullar. eius conſt. 5*

93. &c. *Marchio cum tempus illud euenuſſet, quo ſanctus vir ipſum marchionem pœnas daturum prædixerat, in hanc vocem prorupit: Benno ſuperiori tempore neſcio quod periculum nobis hodierno die euenturum minabatur, mortuus eſt ille, non igitur eſt quod nobis timeamus. Vix ille hæc verba finierat, ſubito conſternitur, & auxilium eorum, qui aderant implorans miſerandum in modum, ac mire cum dolore & gemitu moritur. Hinc facile concipi poteſt, diuinam poteſtatem diuino homini communicatam fuiſſe.* Interecta aliorum miraculorum poſt eius mortem editorum narratione hoc inſigne ſubijcitur: *Habitus quoque epiſcopalis, quo corpus ſuum terræ commendatum extitit, vna cum mitra epiſcopali vltra ducentos annos ſub terra latuit, & abſque vlla alteratione ex ſepulchro effoſſus hodie integer cernitur & oſtenditur. Poſſent hoc quamplurima alia miracula afferri: multos enim diuini Bennonis meritis e mortuis exſtitiſſe conſtat, multos variis morbis curatos, denique qui votum fecerit, neminem illius beneficium non ſenſiſſe.*

Illius vaticinium cō pleti poſt mortem.

Eius veſtes ſacræ poſt ducentos annos in terra integræ ſeruatæ.

95. &c. Eadem die qua Hadrianus B. Bennoni ſanctorum honores tribuerat, etiam B. Antoninum ordinis prædicatorum archiepiſcopum Florentinum poſt diutinum examen de vitæ eius ſanctitate & miraculis editis a Leone X. habitum, iterumque accuratiſſime expenſum numero ſanctorum aſcripſit: qua de re cum diploma ob immaturam ac repentinam Hadriani conſecutam mortem nondum confectum eſſet, illud a Clemente VII. ſucceſſore poſtea, hoc eodem anno, fuit promulgatum c, in quo de pia eius morte partæque felicis æternitatis argumentis hæc referuntur: *Cum annum ſeptuageſimum ageret, quod ſæpius prædixerat, ſuſceptis de more ſummo cum deuotione Eccleſiæ ſacramentis, bonis omnibus (ſi quæ tunc illi remanſerant) inter pauperes Chriſti diſtributis cum lachrymis imagine crucifixi amplexa, ac ſæpius ijs repetitis verbis: Seruire Deo regnare eſt, Ac: Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam neſcio;*

B. Antoninus Archiepiſc. Florentinus ſanctis adſcribitur. *c Ext. in bullar in Clem. VII. conſt. 1.*

Annum obitus ſui diu ante prædixit.

geſcit; hilari atque læto animo coram ſuis charis religioſis fratribus lacrimis & fletibus VI. *nonas maij anni* MCCCCLIX. *ita immaculatam animam reddiderat Chriſto, vt tum Apoſtolo dicere poſſes: Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui; in reliquo reposita eſt mihi corona iuſtitiæ.* Nonnullis interiectis adduntur hæc de miraculis, implorato eius apud Deum nomine, editis: *Eius inuocato nomine dæmoniaci a malis ſpiritibus liberati: diuerſorum morborum generibus oppreſſi, & a medicis omnino deſtituti, ac mortui, & pro mortuis vtique habiti reuixerant, ac priſtinæ ſanitati reſtituti, ac leproſi mundati fuerant: præterea claudi inceſſum, ſurdi auditum, muti loquelam, contracti motum liberum, cæci lumen recuperauerant.*

Miracula diuinitus edita.

101. &c. Inſtituto de ſanctis Beuzone atque Antonino ſermoni addimus S. Ignatium ſocietatis Ieſu conditorem peracto in Montiſerrato & Minoreſſa ſanctiratis tyrocinio hoc anno veniſſe ad Vrbem Pontificis pedes exoſculatum, limina Apoſtolorum luſtraſſe, indeque in Syriam facta ſibi ab eodem Hadriano poteſtate profectum, ad viſenda Chriſtianæ religionis monimenta. In qua pia peregrinatione quot & quam mira acciderint viro ſancto enarrat Ioannes Petrus Maffeius [a] eius vitæ ſcriptor.

Peregrinatio S. Ignatij ad limina Apoſtolorum.

[a] Maff. l. 1. c. 12.

106 Quod ad res orientales attinet; ex deploratiſſimæ ob Rhodi deditionem Soliymanno factam exiterunt: ac prima die ianuarij huius anni Philippus Lilesdamus equitum Rhodiorum princeps Rhodio portu ſoluens, profectuſque Romam ab Hadriano amantiſſime exceptus eſt. Vt vero Melitæ inſula Siciliæ adiacens illi a Carolo V. ea lege conceſſa fuerit, vt Siciliam a barbarorum impetu tueretur, inferius ſuo loco dicetur.

Rhodiorū princeps deſertus a Regibus bellum interminat.

107 Interea Theophilus patriarcha Alexandrinus literas Græce ſcriptas ad Hadrianum mittit, quibus obedientiam ei detulit, atque ipſum Eccleſiæ catholicæ ſummum antiſtitem eſſe proteſtus eſt: quas Hieronymus Aleander tum Vaticanæ bibliothecæ curator, ac poſtea archiepiſcopus Brunduſinus & S. R. E. Cardinalis, multarum linguarum & diſciplinarum peritiſſimus, in Latinum ſermonem conuertit.

Patriarcha Alexandr. obſequium defert Hadriano.

108 Hoc ineunte anno Pontifex [b] Arimino ditionis eccleſiaſticæ vrbe, cedentibus Malateſtis, potitus eſt: tum ad ſedandos inteſtinos tumultus conuerſus Alfonſum Ateſtinum Ferrariæ, & Franciſcum Mariam Roboreum Vrbini duces in gratiam recepit, omniaque edicta a Iulio II. & Leone X. aduerſus eos conſcripta irrita eſſe iuſſit. Cum ita a Gallis Ferrarienſem & Vrbinatem diſtraxiſſet, etiam Venetos a Gallica amicitia diuulſit, & Carolo Regi Romanorum, Ferdinando archiduci Auſtriæ, ac Franciſco Sfortiæ duci Mediolani ſolemni fœdere iunxit. Premebatur tum ingenti obſidione arx Mediolanenſis, quam omni ope deſtituti milites præſidiarij incolumitatem pacti cæſareis dediderunt, quæ mox Franciſco Sfortiæ reſtituta eſt.

[b] Guicc. l. 15

Vrbinas & Ferrarienſis a Gallo diuulſi.

109 Cum ita Gallicæ res penitus rueren in Italia, ſolaque Cremonenſis arx pro ijs ſtaret, Franciſcus Francorum Rex ad eas inſtaurandas cogitationes omnes intendit: nec deerant, qui ad accendendum bellum faces admouerent: inter quos Franciſcus Soderinus Cardinalis Volaterranus, qui gratiam apud Hadrianum oſtentato conciliandæ inter Chriſtianos pacis deſiderio inierat, proditionis conuictus eſt. Patefacta tum etiam coniuratio [c], quæ cum Gallo ab aliquibus proceribus Siculis conflata fuerat; cuius participes nonnulli principes ſupplicio affecti fuere.

Cardinalis Volaterrani proditio.

[c] Guicc. l. 15 Patefacta Siculorum coniuratio

110. &c. Porro opera omni atque induſtria eiſus fuerat Hadrianus [a], vt pacem inter Chriſtianos principes redintegraret, & concuſſo a Solimanno atque a Luthero Chriſtiano imperio opitularetur, ſuperiorique anno cum Italiam peteret, legatis ad principes internuntijs eos ſolicitarat, vt oratores ad ſedem Apoſtolicam mitterent, quo coniunctis mutuo fœdere armis ſacra in Turcam expeditio conficeretur; tum pro ſacroſanctæ poteſtatis faſtigio inducias imperarat. Admiſerat eas Cæſar, modo diuturnæ eſſent; at Franciſcus Galliarum Rex niſi pro breuioris temporis flexu reſpuebat, vt maiori ſcilicet apparatu Inſubriam repeteret: atque ita cum maximum comparallet exercitum, Pontifex in eum veluti publicæ pacis hoſtem, omniumque malorum auctorem vehementer in Cardinalium ſenatu inuectus, ad infringendos eius conatus armorum ſocietatem cū Carolo V. Cæſare, Henrico Anglorum Rege, Venetis, Florentinis, Senenſibus, Lucenſibus, ac Franciſco Mediolani duce iniit [b] die tertia auguſti: quo promulgato fœdere ſolemni ritu, contracto ex aeris æſtuantis intemperie morbo latente ac remiſſo XVIII. kal. octobris obijt; de quo Vuilelmus [c] Vltraiectinus hæc habet: *Hodie capta ſunt exequiæ: humatus eſt in ſacello diui Andreæ: inter duos Pios tenet medium... pientiſſimus. Monumenti ſuperior pars tenet talem ſcripturam: Hic nihil ſibi infe ciuit in vita duxit, quam quod imperaret. Roma XXII. ſeptembris anno, &c. XXIII.* Contempſiſſe optimum Pontificem inanem eloquentiam, & politioris Latinitatis fucos, & elegantias nempe gentilitia impietatis putidas, idem retert Hieronymus Niger.

[a] Guicc. l. 15

Solicitati principes vt mittant Romam oratores.

Repudiatæ a Gallo inducię impetratæ a Pont.

[b] Continuat Sabell. hoc ann. Guicc. l. 15 in Pontif. m. Hadr. VI.

[c] Vltraiectin. ex Fafc. Laprÿ.

Hadriani obitus.

111 Vixit annis ſexaginta quatuor, menſibus ſex, diebus tredecim: ſedit vero anno vno, & menſibus octo, diebus ſex, vt in ſepulchrali eius inſcriptione legitur, quam apponit Guillelmus Enckenuordius epiſcopus Dertuſenſis & datarius, quem in ægritudine capta, vocatis ad ſe Cardinalibus ſacro illorum collegio aggregatum presbyterali SS. Ioannis & Pauli titulo inſignuit nullo alio ad eum honorem delecto; adeo vt repulſam tulerint interioris Germaniæ proceres, qui eum vrgebant, vt propinquum ſuum eruditionis laude præclarum cardinalitia dignitate decoraret, vt qui omnis humanæ neceſſitudinis reſpectum ſibi abiciciſſet, Chriſtique tantum gloriæ in conferendis ſacerdotijs ſtuderet, tranſmiſſis etiam ad viros probos ſine vllo ſtipendio quod Romanæ curiæ pendi conſueuerat, diplomatibus. Opes ipſum non in propinquos profundendas, ſed retinendas ad ſuſtinendam maieſtatem pontificiam, cum Chriſto ſint conſecratæ, cenſuiſſe narrat Paulus Iouius [d] in eiuſdem vita; quamuis ea in re ipſe, vt rebus diuinis minus addictus, Hadrianum durum & illiberalem vſque ad notam naturæ ſubagreſtis appellet.

In extremo morbo Guillelmū Enckenuordiū creat Cardinalē.

[d] Paul. Ioū. in vit. Hadr.

112 Si vero traducatur a nonnullis ob fœdus cum Regibus aduerſus Gallum Italiæ imminentem poſtremis vitæ diebus initum, cuius promulgandi celebritatem cum ſua præſentia in baſilica S. Mariæ maioris augere voluiſſet, ſpretis medicorum conſilijs lethalem morbum irruentibus in renes humoribus contraxerit, facile ab eorum dicterijs purgatur; cum id fœdus non in Francos proxime, ſed aduerſus Turcas ad eos Chriſtiani

Decreuerat Hadrianus celebrare Concilium ad Lutheri hæreſim exscindendam.

[e] Ius in vit. Hadr. VI.

Hadriani conſilia de calligandis Vrbis vitijs.

Relictus Gallo locus ſi fœderi vellet accedere.

stiani imperij præcipuæque Italiæ finibus arcendos percussum fuerit: quare ad illud confirmandum solicitatus fuerat Franciscus Rex; ac licet illud speraret, relictus a tamen ei locus est, si ad oblatas pactiones accedere voluisset.

a Panvin. in Hadr. VI.

120. &c. Iustis funebribus illi ex maiestate pontificia persolutis, Cardinales conclaue ingressi, atque in duas factiones, Pompeio Columna & Iulio Medice aduersis ducibus, diuisi, de Pontifice designando certabant; cum interea Gallicus exercitus duce Bonneto descendebat b ex alpibus instructis ad pugnam triginta millibus peditum duobusque equitum millibus cataphractis, totidemque sagittarijs equestribus, ex quorum aduentu ingentes in Italia motus excitari cœperant, & in ditione ecclesiastica vetera instaurata sunt bella; nam Ferrariæ dux in spem Mutinæ ac Regij vrbium recuperandarum erectus, ab ecclesia Romana ad Gallos desciuit, Mutinaque frustra tentata Rhegium Rubieramque subegit, dum Galli vlterius progressi aliquot locis potiti Mediolanum versus signa extulere; adeout Caroli V res in maximum periculum deducerentur, cum dux Suessæ orator cæsareus Romæ petijt a Cardinalium senatu aurum subsidiarium ad comparandas contra Gallos copias: cui responsum est Cardinales nulli alteri rei, quam creando nouo Ecclesiæ pastori ex officij religione obstrictos: iniuste autem a fœderatis querelas fundi, cum nullas aduersus ducem Ferrariæ ecclesiasticas vrbes occupantem supperias tulerint, atque ita ictum antea ab Hadriano fœdus dissolutum esset.

b Contin. Sabell. hoc an. Fr. Ariensis a Pont. defecit.

Cæsareæ res in discrimen adductæ.

CLEMENS PAPA VII.

Iulius Medices creatus Pontifex.

125. 126 Inter hæc Iulius Medices Leonis X. patruelis, Iuliani, quem olim a coniuratis Florentiæ cæsum vidimus, filius, presbyter Cardinalis tit. S. Laurentij in Damaso communi Cardinalium consensu Pontifex salutatus est: qui admisso delatæ ipsi dignitatis iure flagitauit c iterum seruato scrutiniorum more deligi, protestatus d, parto iuri se non diffidere, vel eo cedere; sed ad corroborandum magis pontificale ius id expetere.

c Guicc. l. 19 Panvin. in Clem. VII. d Ext. in m. f. bibl. Vall. gn. lit. A. in med.

127 Confecto de more scrutinio, Cardinales priorem electionem confirmarunt, atque illic pontificio cultu ornatus est. Quod ad ipsius primordia attinet; post Iuliani Pactiana coniuratione cæsi necem circiter altero & trigesimo die, posthumus natus ex occulto coniugio, sub patrui Laurentij tutela pueritiam in literarum studio transegit, pulsisque Caroli VIII. Regis Francorum vi Florentia Mediceis, octodecim annos patria abfuit, militiamque Rhodiam professus est. Patruelem Ioannem Cardinalem in pugna Ravennate secutus, clam victorum manus effugit: paucis vero mensibus Florentia ab eodem Ioanne Cardinale pactione militari recepta, & pontificatu parto archiepiscopus Florentinus designatus est, deinde creatus diaconus Cardinalis S. Mariæ in Dominica, ac mox presbyter tit. S. Clementis Romanæ curiæ negotiorum molem tractauit, pontificij sigilli suscepta custodia; inde auctoritate & opibus creuit: edidit vero in cardinalatu maximum pietatis specimen, condito Romæ monasterio e, cui B. Magdalenæ nomen inditum est, quo mulieres ab impura vita reuocatæ ad abluendas lachrymis conscientiæ maculas, mentemque cœlestibus rebus imbuendam exciperentur; quod adepto pontificatu pluribus ornauit priuilegijs, eiusque curam in diuinis Ioanni Petro Caratæ episcopo Theatino pietatis opinione celebri concredidit. Gerentibus Leone X. & Carolo V. Cæsare fœdere iunctis bellum cum Francisco Gallorum Rege, ecclesiastici exercitus legatus creatus, Parmam & Placentiam, Gallis depulsis, in Romanæ ecclesiæ ditionem reuoca-

Clementis VII. primitiæ.

e Bullar. in Clem. VII. const. 15. Pietatis specimina multa in cardinalatu ab eo edita.

uit. Appetita fuit insidijs eius vita superiori anno a nonnullis Florentinis; sed ex ijs Dei ope ereptus, vt narrat Petrus Delphinus a.

a Delph. l. 11 ep. 14.

128 Creatus vero Pontifex Franciscum Soderinum Cardinalem Volaterranum, qui ex Hadrianæ molis carcere in conclaue a Cardinalibus admissus fuerat, & pugnacissime illi ne eligeretur obstiterat, in gratiam recepit b, Clementisque nomen, quod ornarat opere, sibi asciuit: tum encyclicis literis c de patra pontificia dignitate Reges certiores fecit hac nota temporis consignatis: *Datum, &c. MDXXIII. ante coronationem.*

b Guicc. l. 15 Clementis nomen ornat opere. c Ext. apud F. l. Contel. in eli. Card par. altera. d Id. Contel. ibid.

129. &c. Redimitus d est solemni ritu sacra tiara v. kal. nouembris. Sedati fuere mox ab illius creatione bellici in ecclesiastica ditione tumultus e: siquidem Ferrariæ dux illius peritiam in rebus gerendis veritus, ab incepta Mutinensi expedition deftitit. Reliqua etiam Christianorum principum bella elanguere; & in Insubria Galli, cum Mediolani muros diu tormentorum æneorum ictibus diuerberassent, editaque late mœnium strage hostiles impetus facere pararent, imbrium vi ab oppugnatione retardati, castra inde remouere coacti fuerunt, ac dein vires distraxere. Cæterum cum Reges, vbi Clementem ad pontificatum euectum accepissent, mox ad eum in suas partes alliciendum oratores legassent, ille neutri parti aduersus aliam studere, sed vtramque paterno sinu complecti se velle respondit, pacisque arbitrum pro apostolico munere inter Gallum & Hispanum futurum pollicitus est.

d Sabell. Enn. 9. l. 8. e Sabell. Enn. 9. l. 8.

Galli Mediolani ob fidionem soluere coacti.

137. &c. Efflorescebat per eos dies Christiana religio in America, in qua Minoritæ a sede Apostolica missi sedulam operam in barbaris a superstitione ad Christum traducendis, & lege euangelica erudiendis collocabant, missisque nouis subsidiarijs præconibus euangelicis præpositus est Martinus Valentinus, pio euangelij latius proferendi ardore & sanctimonia vitæ conspicuus. Pellectam a Martino Valentino ad Christum ingentem barbarorum multitudinem, & in sortem sanctorum ac domesticorum Dei dignitatem cooptatam videbimus, dum passim in occidente plures tumidi scientia, arrogantia, opibusque, terga verterent Ecclesiæ, & fœdus cum inferis inirent.

IESV CHRISTI
Annus 1524.

CLEMENTIS PP. VII. CAROLI V. ROMAN. REGIS
annus 1. annus 6. Indict. 11

1. &c. CVm Ferdinandus Austriæ archidux Caroli V. frater, qui in Germania vices cæsareas gerebat, de indicto Nurembergæ principum conuentu Clementem fecisset certiorem, ac pro catholica fide asserenda sedisque Apostolicæ dignitate tuenda omnem operam suam per literas primum, deinde per oratorem Romam missum pie detulisset, Pontifex Laurentium Campegium tit. S. Anastasiæ presbyterum Cardinalem, virum doctrina eximijsque virtutibus ornatissimum, legatum decreuit f, commendauitque Carolo V. vt cæsareis literis illius incolumitati & dignitati apud Germaniæ principes consuleret, quos moneret, vt decretoriam in Lutheranos latam imperatoriam sententiam exequendam curarent, neque impiam eorum causam iterum in iudicio controuerti permitterent. Addidit etiam pios stimulos, vt qui imperio & tot alijs regnis a Deo ornatus fuisset, non pateretur ea ipso imperante nefanda hæresi contaminari, & cultum diuini Numinis ex ijs diuelli.

Cardinalis Campegius missus ad Nurembergen comitus. f Cochlæus an. 1524.

Adhi-

Georgius Saxoniæ dux principatum suũ vindicat a peste Lutheranæ sectæ anno 1525. pag. 53.

4 Adhibuisse Georgium ducem Saxoniæ insigne pietatis studium ad tuendam catholicam fidem, ex Cocleo patet, eamque pestem a suo principatu auertisse: de quo præclaro facinore illum Pontifex meritis affecit laudibus a, rogauitque vt ad Norembergenses conuentus se conferret, quo in ijs constanti animo religionis Christianæ causam propugnaret, legatoque apostolico suam operam nauaret.

a Lib. brem. an. 1524. pag. 43.

Excitatus Salisburg. Card. vt legato suam operam præstet.

5 Excitatus etiam est a Clemente Cardinalis Salisburgensis b, vt in eodem conuentu Norembergensi suam industriam ad orthodoxæ fidei retinendam splendorem coniungeret cum Campegio legato: de cuius itinere in Germaniam, vtque ob Lutheranæ plebis insolescentem procaciam consuetum legatis apostolicis cultum Norembergam ingressus non induerit, meminit Cocleus. Ipsum ingentibus exceptum honoribus referunt Hieronymi Nigri literæ c, ac ducem Saxoniæ, ne in colloquium cum eodem legato veniret e Norembergensi conuentu se prorupisse.

b Lib. brem. an. 1524. pag. 42.

c Epist. l. 1. collect. lit. princ. pag. 122.

Fridericus Saxoniæ dux legati colloquiũ defugit.

6 Addit Cocleus, confidentem cum principibus Cardinalem legatum in coetu Norembergensi, habuisse orationem, ac summa grauitate vtum, imperij principes ordinesque admonuisse d, vt Lutheranam hæresim, quæ non modo catholicam religionem, verum omnem rempublicam bene constitutam conuulturabat, excinderent, atque ad factiosorum conatus, antequam confirmaretur eorum audacia, intringendos vires intenderent: si enim cunctarentur, eorum studia & pia consilia ad irritum casura; proinde Leonis X. & Caroli V. Cæsaris edicta exequerentur: se pro antiqua erga ipsos beneuolentia ac diuturna cum Germanis familiaritate omnia præstiturum pollicitus est, quidquid honeste ab Apostolica sede obtineri posset, ooeraque, de quibus Germanica natio conquerebatur, mitigaturum iri: darent modo ipsi operam, vt extincta Lutherana hæresi Christiana arma ad Turcarum tyrannidem propagatam latius, comprimendam verti possent. Quam vero opportune id ettiagitaret a principibus legatus apostolicus comprobauit decreta missaque a Ludouico Pannoniæ Rege Norembergam legatio, quæ multis cum lachrymis in extremo discrimine contra Turcas opem implorabat.

Principes moni i periturã cum religione Germaniã d Cocleus an. 1524

Nota cunctandum in tanto malo.

Grauamina misericordiarum iri promissum est.

Retundendam tyrannidem Turcicam.

d Cocleus an. 1524.

7. &c. Post varias in ijs cœtibus, ancipites in deliberando concertationes, licet ordinum pars maxima pia & catholica esset, nonnulli tamen ijs permisti e viri reprobi pontificia & cæsarea postulata eludere: non audita etiam Pontificis monita, qui dogmata sibi in controuersiam adduci vetuerat, nam tynodum œcumenicam celebrari ad controuersias dirimendas postularunt, cum tamen ea in superioribus concilijs diremptæ essent, & conciliorum auctoritatem ita spernerent Lutherani, vt illis sua deliria anteferrent. Tum in eo vehementer aberrarunt, quod nonvetera Ecclesiæ sancita firma esse iusserint, sed credendorum iudicium detulerint ad cuiusque prouinciæ doctos viros; ex quo maxima confusio oboritura erat. Vt autem Cæsari de obseruando Vormatiensi edicto, paruisse viderentur, adiecere, vt omnes principes illud quantum possent obseruarent. Denique Hungarorum opem exposcentium, ne Turcico furori exponerentur, preces in Spirensem conuentum reiecere; atque ita fucato mortalis generis cruenta duo reipublicæ Christianæ vulnera a Germanis obuoluta fuere, compositio absentis Cæsaris nomine edicto f, quod in arctum collectum affertur a Ioanne Cocleo.

e Cleon. lib. brem. ann. 1524.

f Ext. apud Dolg. to. 2. pag. 52.

14. &c. At Pontifex mox atque a Cardinale legato illius Norembergensis edicti exemplum accepit, grauiter questus est, a Germanis impiæ doctrinæ illecebra delinitis sedi Apostolicæ & Cæsari illusum fuisse, dum de ijs, quæ ab vtroque decretoria sententia constituta fuerant, deliberatio denuo esset habenda: quorsum enim a viris doctis excutienda Lutheri dogmata, nouæque suscipiendæ lites, si apostolica auctoritate damnata sint, eiusque scripta exuri fuerint iussa? Iam vero prospiciens animo Clemens Germanos in Lutheranam hæresim ruere, atque defectionem a Cæsare moliri, literas ad Cæsarem ipsum vna cum edicto Norembergensis exemplo transmisit g, hortatusque eum est, vt tum fidem Christianam a Lutheranis labefactatam, tum cæsaream auctoritatem imminutam restituere in pristinum statum fortiter aggrederetur.

g Lib. brem. an. 1524. pag. 45.

Clemens apud Gallum queritur de Nurenberg. comitijs.

10 Questus etiam est Clemens tum apud Anglum, tum apud Franciscum Regem Francorum de Norembergensi Germanorum conuentu, eiusque vt filij Ecclesiæ primogeniti opem pro asserenda fide orthodoxa implorauit. Tuebatur vero strenue Franciscus catholicam pietatem, nec Lutheranam superstitionem transferri in Gallias patiebatur, constitutis in hæreticos supplicijs: cuius egregia studia laudauit Pontifex, quantamque de illius virtute pro defendenda euangelij puritate expectationem concepisset, literis ei significauit h.

h Clem. VII lib. brem. an. 1524. pag. 243

11. 12 Pollicebantur hi Reges ad nascentem hæresim delendam regiam opem, ac nisi exitiale bellum inter eos accensum fuisset, facile Lutherana impietas euulsa fuisset. Nocuit etiam rei catholicæ Cæsaris ex Germania absentia, quo præsente Lutheranarum ciuitatum oratores mutire aduersus illius vim auctoritatemque non essent ausi. Is vero cum in Hispania Burgis ageret, pontificiis monitis illico paruit, atque Norembergensia decreti formulam conuulsit, Spirensem cœtum cogi vetuit: tum ne de rebus ad fidem orthodoxam spectantibus inconsulta sede Apostolica quidquam decerneretur, sed Vormatiense edictum obseruaretur, edixit grauissimis literis ad principes ordinesque imperij Germanico sermone conscriptis, e quibus Ioannes Cocleus e præcipuam partem in Latinum sermonem translatam affert.

Bella ciuilia fomite hæresi præbuere.

Carolus V Pontifici adhæret contra Luth.

e Cocle in act. ex scrip Luth ann. 1524.

13. 14 Antequam cæsareum mandatum, quod a Lutheranis fuit neglectum, perferretur in Germaniam, Ferdinandus Cæsaris frater, auctore Cardinale Campegio legato apostolico, qui interfuit vna cum aliquot principibus & episcopis, conuentu Ratisponæ habito, de asserenda fide catholica, ac iudiciaria seueritate ex Vormatiensi edicto adhibenda in Lutheranos edictum promulgauit, cuius vis maxime valuit ad principatus ipsis obnoxios a Lutherana impietate vindicandos. Recenset idem Cocleus i præclara hæc catholicorum acta, quæ Norembergæ felicem exitum habere non poterant.

Perdinandus Archidux cœt catholicorum celebrat Ratisponæ.

i Cocleus an. 1524.

15. &c. Cæterum cum vitia & corruptelæ, quæ in clerum irrepserant, publicam offensionem concitarent, ac materiam maledicentiæ hæreticis ad religionem labefactandam præbuissent, editam fuisse a legato apostolico sanctionem e ad corruptelas huiusmodi abolendas, atque ecclesiasticum ordinem in sanctitatis splendorem restituendum, refert Cocleus. Inter alia edixit ne quis sacras conciones haberet nisi missus ab episcopo, vt scripturæ sacræ interpretatio ex sanctis patribus peteretur, vt sacri veteres ritus incorrupti seruarentur, conuiuia in exequijs & sodalitiorum ingressu sublata, parochorum iura a præsulibus suis legibus circumscribi iussa, vt sacris initiandi subijcerentur examini, festorum celebrandorum numerus definitus, nuptias in ecclesia fine consensu episcopi celebrari posse sancitum, in ieiunijs indicendis sublata anathematis pœna, sacerdotes apostatæ grauibus pœnis perculsi. Sortilegi nota infamiæ inusti, hæretici ecclesia pelli iussi, leges canonicæ quæstus gratia solui vetitæ: denique ad disciplinam ecclesiasticam adstringendam synodos singulis annis celebrari iussum est.

Editæ sanctiones a legato Apost pro ecclesiastica disciplina instaurandæ

e Ext. in app. conc. Colon. & in edit. concior. to. 4 & apud Dol. to. 3. pag. 487.

Hæc

40 Hæc a catholicis, quos asserendæ incorruptæ fidei pius ardor vrebat, in Germania gesta: quæ vero a Luthero & sectatoribus acta sint nunc percurramus. Inprimis hæresiarcha diuinarum humanarumque legum euersor, libero turens calamo, libellum edidit, in quo instar rabidi canis immanes latratus in principes edidit: dein multæ hypocrisis lucis impietatem condecorans persuadere voluit, vt prius decies morerentur Christiani, quam paterentur audire, vt pontificij cæsareique edicti seueritas in ipsum Lutherum adhiberetur.

Lutheri scriptiuncula.

41 At liberæ imperij ciuitates, quæ Lutherano veneno magna ex parte corruptæ fuerant, Nurembergensis decreti interpretationem pro se detorserũt, mensequę iulio Spiram misere oratores, qui eo impietatis ex nimio proprij sensus amore progressi sunt vt decreuerint deligendos esse ex singulis ciuitatibus viros peritos, qui fidei Christianæ dogmata toto orbe tot sæculis recepta, atque a concilijs œcumenicis iam constabilita in disputationem vocarent, suamque sententiam cuiusque vrbis senatui porrigerent, qui deinde eam suis oratoribus traderet, vt omnium vtrium consultationibus vna collatis vna ex omnibus communis fieret consultatio. Nulla certe pestis funestior hac a politicis importari potuit ad omnium hæreseon genera in Christianum imperium inuehenda; siquidem ciuitatum Germanicarum magistratus repudiata conciliorum œcumenicorum auctoritate, ferendæ de fidei dogmatibus sententiæ ius sibi arrogarunt.

Liberæ ciuitates hæresi infectæ. Lutherani ex Nurẽbergensi decreto in solesciunt.

Magistratus vrbiũ reiectis cõcilijs de fide decreta condere moliuntur.

42 Hæ de fide contentiones bella ciuilia in Germania pepererunt: quandoquidẽ Lutherani in arma coiuere rebellionis signifero Francisco de Siching, quẽ duo apostatæ Oecolãpadius & Bucerus impulere a, vt arrepto ij laudato tuendi euangelij nomine Treuerensem archiepiscopatum inuaderet. Primo ille impetu quandam ex arcibus eiusdem principatus Treuerensis cepit, ac mox castra ad Treuirorum vrbem promouit: sed post aliquot dies obsidionem soluere compulsus est, arque archiepiscopus ad Lutheranos hostes obterendos conturrexit b fortiter, comunctis secum tendere Ludouico Bauariæ duce, comite Palatino Rheni, ac Philippo Lantgrauio Hassiæ, Sichingijq; ac ferocrati proceres bonis omnibus exuti sunt: aduersus Sichingium autem, de quo Lutherus ad Vlricum Hutterum efferum sedis Apostolicæ hostem scripserat, fecit magis, quam vlli terrarum orbis principi confidere, proximo anno arma versa tuere: quem, postquam pacis leges propositas rupit, in arce Lanstal obsessum, iacto e tormento bellico globo lapidumq, illisu dilaniatum, temeritatis pœnas dedisse referunt annales Treuerenses c, tum historiæ d illius lugubris auctor.

Ex hæresi bella pullulant. Franciscus Sichingius hæresim armis propagat

a *Cocl. an. 1524. annal Treuir. in Richard.*

Treuerensem archiepiscopũ inuadit.

b *Cocl. vbi sup.*

Schingij funestus exitus.

c *Annal. Treuir. in Richer. Surius in comment. d Rer. to. 3. rer. Germ. ex editione Freher. pag 252.*

43 Inter quæ Lutherus, vt plebis amantissimum se ostentaret, eamque in principes commoueret, libellum edidit de negotiatione & vsura, inquo multa onera recensuit, inuidiamque omnem in eosdem principes, vt socios furum contulit. Qua in re animadvertendum est, illum initio de acerbioribus imperijs Ecclesiæ plura conquestum; postea vero ad politicum omnem statum euertendum fraudes struxisse, eiusque discipulos ipsum flagitio superare animos; de Muntzero enim rusticanarum seditionum concitatore, ac pseudopropheta Anabaptistico ac nouæ reformationis auctore, cui fauebat Carlostadius, hæc refert Vlembergius e.

Lutherus plebem cõcitat in principes.

e *Vlemberg. vbi.*

44. &c. *Qui hos sequebantur, cœlestes iactabant afflatus, seque Dei vocem intus loquentis audire gloriabantur; vnde cœlestes prophetæ per Lutherum sunt appellati: somnijs, visionibus, & enthusiasmis multum tribuebant f: mortificationem carnis instanter vrgebant, & reformationem hominis interioris: ab illa morum laxitate & dissolutione, quam gignebat euangelium Lutheri, ad austeritatem quandam & seueriorem viuendi rationem homines reuocabant:* at ea hypocrisi grauiora velabant scelera, nec zonulum Muntzerum Lutherus ferre potuit, quem Friderici electoris ope fretus Alstedo, Mulhusio, Zuuicauia pepulit, docuitque Mulhusienses quibus argumentis ille conuincendus esset: *Quærendum,* inquiebat, *a quo missus sit, aut vocatus ad docendũ: si respondeat a Deo eiusque Spiritu, probet hoc ipsum editis signis & miraculis; Deum enim, quotiescumque mutare vult ordinariam agendi rationem, semper opus illud adiunctis miraculis confirmare.* Hæc Lutherus exaratis Vinariæ xv. augusti literis, quæ si ab ipsomet & alijs hæresiarchis exigantur, eos facile conficiendos patet. At tantus propheta nouæ religionis reformatæ auctor, cum C., gnæ ageret, referens se a Deo illuc missum, puellæ pulchritudine captus, ni eam cognosceret non posse verbum Dei prædicari vaticinatus est: consuluitque a vidua in re ardua pari fraude eam fœdauit: scortationes enim innocens ludi genus, & adulteria misericordiæ opera esse, cum Carpocrate sentiebat. Cum autem e pluribus vrbibus a magistratibus electus esset, a rusticis, quibus libertatem prædicabat, velut propheta e cælo demissus susceptus est: electos vocabat suos sectatores, monebat omnes fratres esse & Adami filios, ac proinde sublatis vectigalibus ex æquo opes dispertiendas. Si scripturæ sacræ ea repugnare obijciebatur, eam contemnebat, addebatque se Dei voluntatem annuntiare: si poscebantur miracula, ecstases & vaticinia opponebat, ita se cum Deo conuenisse, sic velle, nec a blasphemis verbis sibi temperabat; Deum a se reiecturum nisi sibi, vt olim Abrahamo, aj pareret.

Exigit Lutherus a Munzero vt doctrinam nouis miraculis probet.

Eiusdem impudicitia.

Electos vocat suos sectarios.

53 Disseminarat etiam Zuinglius inter Heluetios hæresim, suosque sectatores commouerat in catholicos adeo, vt clerus grauissimam persecutionem sit passus. At in Lucernensibus conuentibus veterem a Christo & Apostolis traditam religionem publico decreto assertam huius anni principio contra Tigurinos, refert Surius a. Porro licet constabilita fuisset Lucernæ catholica religio, tumultuari tamen hæretici non destiterunt: ad quos sedandos ciuiles motus, cum Heluetiorum ordines ad solemnes nouos cœtus cogerentur, dedit Pontifex Ennio episcopo Verulano internuntio apostolico mandata b, vt ad eumdem conuentum se conferret, curaretque vt in Lutheranos decretum ederetur; tum etiam episcopum e Lausanensem, qui pro fide atrocibus iniurijs ab hæreticis fuerat affectus, solicitauit, vt in conuentu ipso Heluetios ad catholicam religionem defendendam concitaret.

Tigurini a Zuinglio corrupti.

a *Surius in comment. Diuina prouidentia vt eodem tempore hæc susceperint barbari.*

b *Clem. lib. brev. ann. 1524. pag. 162.*

54 In posterioribus hisce Heluetiorum cœtibus, cum de asserenda religione catholica aduersus nouatores actum fuisset, trium pagorum siue regionum (vulgo cantones vocant) oratores adeo Zuingliano veneno infecti fuere, vt palam ad impietatem defecerint, seque segregauerint ab alijs decem Heluetiorum tribubus: quas Clemens Pontifex cohortatus est d, vt pietate constanti orthodoxam fidem tenerent tuerenturque, grauiter gemens tot animas dæmonum laqueis irretitas, a Christo & ab Ecclesia plane defeciisse.

Lausanensis episcopus ab hæreticis vexatus.

c *Ib. pag. 163.*

Actum de fide tuẽda ab Heluet. Tres Heluetiorum tribus Zuinglianismũ professæ. Decem in religione constantes.

d *Ib. pag. 542.*

55. &c. Tigurinos omnium primos a Zuinglio subornatos diuina incruenti sacrificij mysteria sustulisse, refert Laurentius Surius; eandemque Tigurinorum impietatem sunt amplexi plures alij Heluetiorum populi, quos etiam secuti sunt Geneuenses. De Zuinglianæ vero pestis grassatione, ortaque inter Lutheranos sectarum varietate, adeo vt proximo anno Zuinglius Lutherum eiusque sectatores a dæmone instigari promulgarit, hæc refert Surius e: *Per hoc tempus Zuinglius non contentus a Lutheri Lutheranos, sed ipse potius de suo nomine sectam auspicari cupiens, non solum cæte-*

e *Id. ibid.*

catholicos transubstantiationis asserторes, sed etiam Lutherum ipsum una cum pane & vino verum Christi corpus & sanguinem in Eucharistia inberi dicentem oppugnare coepit, &c.

Oecolampadius Basileensis corrumpit. Fischerus eum confutat.

58. &c. Inter hos inclarescere flagitio coepit hoc anno Ioannes Oecolampadius, ac non modo Basileensem inquinare veneratis concionibus, verum scriptis pestiteris exteras gentes impia doctrina inficere pertentauit: in quem Ioannes Fischerus episcopus Roffensis scripsit, docuitque in fidei controuersijs standum esse sanctorum patrum, qui diuina luce collustrati sacras scripturas interpretati sunt, dictis, non tenebrionum inuentis, qui nusquã a nouis figmentis cudendis desituri sunt. Eodemque anno Monasteriensis respublica in Vvestpalia, extremæ calamitatis futura exemplum ab anita religione, in qua etiamtum floruerat, deficere coepit, impura doctrina quorundam sacerdotum contaminata, vt deplorat Hermannus de Kersenbroch a.

a Herman. de Kersenbr. in. vit. Alex. VII. in act. Monast. an. 1524. & 1525.

Eorumdẽ tyrannis in sacerdotes.

62 Porro hæretici, qui initio libertatem quiduis sentiendi permittendam ad rauim prædicabant, aucti numero tyrannidem exercuere in catholicos, & Turcis nequiores euasere, quod Ioannes Eckius ita deplorat: *An non hoc miserabile? Quid est me in media Turcia posse tamen pro more Christiano & catholico missam celebrare, in vrbibus autem aliquot Christianorum idem mihi non licere? Turcarum Imperator permittit patriarchæ Constantinopolitano crucem præferri, quod apud nos legatis exhiberi solet; & apud Christianos nonnullos non liceat cultum diuinum pro officijs pietatis exequi? O tempora, o mores, o gradus & senitam certissimam, & viam latam ac spatiosam ad inferna!*

In Boemia & Hungl decretum Religionẽ tuendam. b Dubr. hist Boh. l. 33. Iglauienses subornati a Sperato apostata. Ludouicus Rex eum conijcit in vincula. Pighardi ab eodem Praga eiecti. c Lib. brev. an. 1524. pag. 500. d Luth. in vesal. concl. 15. & de decem præcept. c. 1. e Luth. in libell. ad Vuald. de Euch. apud Cocl. ann. 1523. f Clem. lib. breu. ann. 1524. pag. 516.

63. &c. Cæterum sanasse Ludouicum Pannoniæ & Boemiæ Regem publicis edictis aduersus Lutheranam impietatem, seruandam Christianæ fidei incorruptam puritatem retert Dubrauius b, cumque Pragam ad componendum Boemici regni statum se contulisset, omnes veteres magistratus sustulisse, & Iglauienses, qui auitam religionem cum noua superstitione commutare cœperant, a *Sperato*, ait auctor, *quodam plane desperato fascinati*, castigasse. Præbuisse illum etiam egregium pietatis exemplum Pragæ in Pighardis hæreticis ex regia vrbe pellendis, immo ex vniuerso regno proscriptis, ostendunt Clementis Pontificis gratulatoriæ de tam præclaro facinore, quo regnum a pestilenti factione liberarat, datæ literæ c. Pighardi porro, qui late in Boemia pullularant, nequissimum erat hæreticorum genus, quos Lutherus mitio parum honestos hæreticos, quibus se consociaret, censuerat; quocirca Eckium rogauit ne sibi eam maculam inureret, atque etiam in d eos quos infelices hæreticos vocat, vltro scriberet, dein vero societatem eorum affectauit, turpissimisque hominibus turpissime est blanditus e.

Calixtini a catholicis tantum vsu calicis discrepabant. Strigoniẽsis archiep labores egregij. g Id. ibid.

66. &c. Erant præterea in Boemia alij f ab ecclesiæ Romanæ ritu discrepantes, qui catholicum de transubstantiatione dogma venerabantur, ac vel omnino cum Ecclesia Romana consentiebant, vel tantummodo de vsu calicis dissidebant: quos propterea Romanus Pontifex paruis admodum in rebus ab orthodoxis dissentire aiebat. Coniunxerant autem se ijdem Calixtini catholicis ad spurcissimos Pighardos tumultu populari Praga depellendos; quos cum Lutherani in eandem vrbem reuocare, atque a catholicis diuellere Calixtinos, ac Pighardis consociare annitterentur, Pontifex Strigoniensem archiepiscopum in Ludouici Regis aula florentem gratia, ad comprimendos eorum conatus iussit incumbere g.

69. 70 Vsus est quoque Clemens eiusdẽ archiepiscopi Strigoniensis a opera ad restinguendum incendium belli iam ante accensi, vt vidimus, inter Sigismundum Poloniæ Regem & Albertum Brandeburgensem equestris ordinis Prussiæ principem. Composita est proximo anno inter illos concordia, sed cum ex illa fidei catholicæ maiestas reflorescere debuisset, deficiente ad Lutheranam lasciuiam Alberto b, scortumque, nobilissimum scilicet Danorum Regis filiam nomine Dorotheam coniugij specie ducente, fœdata est. Dorotheæ porro parens Christiernus, postquam Lutherana lue respersus fuisset ex Dania profugerat in Belgium ad Isabellam Caroli Cæsaris sororem. Capessiuerat, eiecto Christierno, Daniæ sceptrum Fridericus Holsatorum princeps. Ne vero in ijs septentrionalibus regnis hæresis serperet, Clemens Laurentium Campegium Cardinalem Germaniæ Pannoniæque legatum c etiam Daniæ, Sueciæ, Norwegiæque res ecclesiasticas curare iussit.

Bellum inter Cruciferos & Polonos sopire nititur Clemens. a Clem. pag. 502. Prussorum princeps ad Lutheranam hæresim deficit. b Sur. in comment. an. 1525. Fridericus Holsatiæ princeps Dania potitus. c Clem. lib. breu. ann. 1524. pag. 502. d Id. pag. 161.

71. &c. Nec modo in ea regna, verum in Moscouiam curas pontificias protendit d, hortatus ad commune religionis fœdus Basilium ducem; ac Paulum Centurionem Genuensem ad eum legauit. Narrat de hoc Paulus Iouius e, illum diu ante acceptis a Leone X. Pontifice literis commendatijs, mercaturæ causa in Moscouiam se contulisse, atque cum Basilij principis familiaribus de coniungenda Romanæ Moscouitica ecclesia egisse, vt Christianum imperium aduersus Turcas maioribus viribus polleret. Adeo hi sermones grati fuere duci, vt Paulum ipsum e mercatore legatum factum ad Hadrianum VI. Pontificem miserit; siquidem iam antea piam eam voluntatem diu aluerat, vt narrat Paulus Iouius: quo defuncto cum Clemente VII. Paulus egit, qui duci regia insignia & pontificia studia si ecclesiæ Romanæ Moscouitas coniungeret, pollicitus est.

e Paul. hist lib.

Legatio decreta a Moscho ad Pont. De fœdere in Turcas ineundo Moscho agit. Obstat Lutheranæ sectæ. Meditatur Solimanus in Achomatem Ægypto potitũ arma vertere. Confirmatus in rebellione Achomates. Christiani subsidij spe. f Ib. pag. 164. g Bzius p. 3 hist. equit. Hierus. Bis. hist. rer. Per s. l. 11.

74. 75 Accepit perhumaniter pontificiam legationem Ioannes Basilius, ac Demetrium multis legationibus apud Prussiæ magistrum & Maximilianum Imperatorem perfunctum Romam transmisit proximo anno, pollicitus lubenter cum cæteris Christianis principibus religiosa fœdera in Turcas se initurum. Obfuit tam egregio consilio Lutherana hæresis, quæ Turcarum incrementis fauit; ob confiatas enim a Luthero eiusque sectatoribus seditiones nulla auxilia Hungaris a Germania submissa sunt, quantumuis a Ludouici Regis oratoribus subsidiaria arma efflagitata ad Albamregalem recuperandam frangendosque Turcicos impetus viderimus.

76 Perebat vero ab Hungaro pacem Solimannus, vt impetus omnes in Ægyptum conuerteret aduersus Achomatem præfectum, qui memor illatæ sibi a tyranno iniuriæ, intentatique supplicij in Rhodia obsidione ingum Turcicum excussierat, atque Alcairum in defectionem traxerat, suscepto soldani nomine; ac reliquijs Mamalucorum, necnon Christianorum virtute fultus bellum eidem Solimanno indixerat, cui Pontifex de armorum societate postulatus spopondit f daturum se operam, vt compositis ciuilibus bellis Christiana arma aduersus Turcam verterentur.

Non lata sunt a Christianis auxilia. Achomates a Turca victus & interfectus.

77. &c. Non opportuno tempore lata sunt a Christianis arma subsidiaria: nam antequam ciuilia bella sedari possent, Solimannus Abrahimum bassam aduersus Achomatem submisit g, qui Turcarum ad ipsum transfugientium ope breui Achomatem cepit, atque interemit, & Alcairum in Solimanni fide & obsequio continuit. Ex qua Achomatis noui Ægypti soldani clade Christiani imperij res vehementer afflictæ fuere; nam Rhodus vti sperabatur, recuperari non potuit, ac Solimannus Ægypto Syriaque pacatis

vires

vices omnes ad obruendam Hungariam intendit, vt dicetur inferius.

Galliæ res depressæ, a Guicc.l.15

82 Auctæ interea res cæsareæ, & Gallicæ depressæ fuere; nam Fontisarabici arx munitissima ab Hispanis Gallo erepta est a in Nauarræ & Galliæ limite: in Insubria vero ob sæuientis hyemis inclementiam maximis incommodis Gallicus exercitus attritus est: Cremonensis b arx a cæsarcis in deditionem accepta: deinde Galli post nonnulla aduersa prælia, cum Heluetijs ad eos subsidio venientibus itinera fuissent intercluſa, alpes transgredi compulsi sunt c. Tuebantur adhuc Gallicum nomen Nouaria, Lauda, & Alexandria præsidio militari munitæ; sed breui a cæsareis ad deditionem faciendam adactæ. Exactis ita vniuersa Insubria Gallis intermissa pacis inter principes consilia redintegrare Clemens Pontifex constituit, atque amplissimarum indulgentiarum præmia noxas per sacram confessionem expiaturis proposuit, ac triduana ieiunia ad placandam diuinam iram, vt bella ciuilia tolleret, Christianaque arma auerteret in Turcas, omnibus Christifidelibus indixit d.

b Id. ibid. Galli eiecti Italia. c Id. ib. Sabel. contin. hoc ann. Ferro l. 7. Iterum de pace redintegrata colloquia.

d Clem. lib. brev. ann. 1534. pag. 372. De inuadenda Gallia Cæsarei consilia in vnq. e Guicc. l. 15

83. 84 At quamuis omni contentione tum piorum precibus apud diuinum Numen, tum internuntiorum opera apud Reges pacem in Christiano imperio redintegrare anniteretur; tamen eius labores ad irritum cecidere: siquidem exactis Italia Gallis de inuadenda ipsa Gallia cæsareis & Italicis armis sumpta sunt consilia e, procurante duce Borbonio, qui regnum illud partiri cum Anglo erat pactus. Hæc vero nouorum bellorum consilia confingere omni opera contendit Clemens, vt Matthei Guiberti datarij ad apostolicum in Anglia internuntium datæ literæ ostendunt f.

f Ext l. 1. collect. lit. princ. pag. 134.

85. &c. Porro Cæsar Turcici belli abiectis curis, instructa in Genuensi portu classe g conductas sacro auro copias in Prouinciam, quam imperij beneficiariam contendebat h, effudit duce Borbonio, non tamen ex Perpinianensibus claustris per Narbonensem prouinciam ad coniungendas cum Borbonio copias irrumpere, vti spoponderat i, aulus est. Borbonius vero post occupata plura minora oppida Toloni arce & Aquisextijs potitus, cum Arelatem oppugnare, aliaque militaria tentamora aggredi meditaretur, a cæsareis ad Massiliam vi capiendam, reuocatus est: ad quam exercitus hæsit, fessusque est ob præsidiariorum virtutem locique munitionem k, cum Franciscus Rex contracto valido exercitu ad Mediolanense bellum se accinxit. At Clemens, quem anxius impendentis rei Christianæ ex funestis hisce bellis ciuilibus exitij metus vrgebat, Capitaneum archiepiscopum ad Hispaniæ & Angliæ Reges properare iussit l, vt pacis consilia proueheret: tum Francisco Gallorum Regi significauit m quanto concordiæ ipsum inter & æmulos Reges instaurandæ arderet studio; neque vllis laboribus vel ipsi vitæ pro ea perficienda parsurum.

g Aug. Inf. l. 6 & alij, Herrer. l. 7 Non aulus Carol. V. irrumpere in Narbon prouinciâ. h Ferr. l. 7 & Guicciar. vbi sup.

i Lib. 1. coll. lit. princ. Ferr. l. 7. Guic. l. 15.

l Ibid. m Ibi. pag. 523.

90. 91 Descendebat tum ex alpibus maximo cum exercitu in Insubriam Franciscus Rex, cum antea Borbonium atque cæsareos bellica arte delusisset, quasi in eos Massiliensi obsidione fessos expeditionem ductaret: cuius tamen militaria consilia illi præsentientes, tum metu depulsi soluta Massiliæ obsidione copias ex Prouincia in Liguriam & Insubriam reduxere præcipiti cursu, ne eas milite idoneo nudatas inuaderet Gallus: qui antequam idoneis præsidijs Mediolanum munire potuissent, eos consecutus summa celeritate signa victricia Mediolano intulit o, multasque circum vrbes arcesque in suam potestatem redegit.

Insubriam nouam Gallus medita tur. Reducit copias in Italiã Borbonius. Mediolano multisque vrbibus potitur Gallus n Aug. Inf. l. 6. Contin. Sabell. hoc ann. Ferr. l. 7. Guicc. l. 15.

92 Parto Mediolano poterat Franciscus Insubria cæsareos inopina eius victoria perturbatos facile depellere, si in eos fluctuantes & pauidos signa victricia vertisset: sed cum aliquot diebus Mediolani substitisset, hostes ex metu recreati se erexere, ac Ticinum, Cremonam, Laudamque ingentibus præsidijs firmarunt, vt astu & locorum munitione bellum extraherent, rerumque redintegrandarum occasionem captarent, vt Ioannes Baptista Sanga exaratis XXI. nouembris literis a scribit.

Munitæ egregiæ Cæsareis plures vrbes.

a Ext ibid. pag. 140. Francisc. I. Neapolitanum regnũ inuadere meditatur.

93. &c. Cum vero Franciscus Rex victrices copias in Neapolitanum regnum, ad illud occupandum diuellendosque ex Insubria Hispanos, traducere moliretur, Pontifex, illum ab ea mente dimouit, vt eiusdem Ioannis Baptistæ Sangæ literæ ostendunt b: idemque conqueritur, Hispanos regiarum voluntatum interpretes eo temeritatis prorupisse, vt Romanum Pontificem communem omnium Christianorum parentem suis tantum voluntatibus inseruire vellent, & quasi legem darent, aulos ad eum scribere sacra oracula in nefarium sensum detorta: *Qui non est mecum contra me est*; quam ob rem Clemens Gallis clam se coniunxit. Emersisse ex his bellis ingentia mala deplorat c Iacobus Sadoletus, Turcicam tyrannidem auctam, ac Albæ regalis præfectum Turcam facta ex ea eruptione Seuerinum arcem munitissimam Budam inter Albamque interiacentem expugnasse, Turcicisque grassationibus infelicem Hungariam patere: in Croatiam præterea & Istriam Christiani nominis hostes infestis agminibus longe lateque excurrisse, ingentesque prædas egisse.

b Ext ibid. pag. 140. Hispani Pontificem mancipare seruituti conati. c Lib. 1. coll. lit. princ. pag. 136. Seuerinum a Turcis expugnatum. Hungaria a Turcis afflicta.

101 Hoc anno Clemens Andreæ Gritti ducis Venetorum precibus permotus post adducta in religiosam disquisitionem miracula diuinitus ad imploratam apud diuinum Numen Laurentij Iustiniani patriarchæ Venetiarum opem edita, de quibus sacra actio iamante a Sixto IV. Leone X. & Hadriano VI. fuerat instituta, ac diu qua decet consilij maturitate excussa, eundem Laurentium beati nomine exornauit, eiusque effigiem in ecclesijs & altaribus totius ditionis Venetæ exponi, memoriam ecclesiastico ritu recoli permisit d.

Laurentius Iustinianus patriarcha miraculis clarus.

d Apud Sur. to. 1. & apud Bollan. 8. ianuar.

102 Radiare in orbe Christiano cœpere eodem anno Theatini ordinis primordia sub auspicijs Ioannis Petri episcopi Theatini, qui in pontificatu Pauli IV. nomen accepit, & Gaietani Thienæi sacerdotis Vicentini, cui maximæ virtutes illustratæ miraculis beati titulum peperere: qui sacer ordo amplissimo diplomate e confirmatus est.

Theatinorum ordinis exordium.

e Bullar. in Clem. VII. const. 31.

103. &c. Decreuit hoc quoque anno Æthiopum orientalium Imperator legationem ad Romanum Pontificem, tum ad Regem Lusitaniæ f pro sacro bello contra Saracenos suscipiendo, excindendaque superstitione Mahumetica, ac funesta Europæorum principum bella ciuilia planxit, eosque sollicitauit, vt positis odijs ad Syriam Christi cultui restituendam se accingerent.

f Apud Damian. Goez. to. 2. Hisp. ad Iust pag. 1295.

109. &c. Recruduit per idem tempus dissensio inter Lusitanos Castellanosque de noui orbis limitibus iam ante mota coram Hadriano VI. Definierat eos Alexander VI. vt nimirum Lusitani ad orientem, Castellani ad occidentem incognitas terras perlustrarent: nec verisimile videbatur eas nationes vnquam in extero orbe concursuras; at insatiabilis ambitio duabus gentibus vastissimum orbem angustum effecit; vbi enim Magellanes per occidentem ad Molucheas insulas penetrauit, mox de earũ certatum est supremo imperio. Veterem possessionem retinere Lusitani annisi sunt, atque arguebant, eas intra limites ab Alexandro designatos contineri g. Demum ijdem Lusitani ad componendas exorientes discordias a Carolo V. postulatunt, vt iudiciario ordine prius rem cognoscerent: extracta lite, neque arbitris inter se se consentientibus, eo res processit h, vt Lusitani in Indijs viribus superiores arcere Castellanos parerent: & Carolus V. si

Orta inter Castell. & Lusit. discordia de noui orbis limitibus. Magellanes per Occidentem ad Moluchas insulas penetrat. g Pet. Mar. dec. 5. c. 7. & dec. 6. c. 9.

Carolus V Lusitano rum inas incendit. h Ibid. l. 10.

fius

sue naues lacesserentur, terrestri prælio Lusitaniam vndique Castellana ditione cinctam obruere meditaretur, pro tuenda Alexandri VI. donatione: de qua quidem variarum gentium Reges grauissime sunt cõquesti, cum iuris sit naturalis terrarum incognitarum possessionem inire, nec rationi consentiat, vt dimidius orbis terrarum genti exiguæ ascribatur, quæ nec etiam in vastissima imperia colonias deducere, torque nationibus eruiendis adducendisque ad cultum diuinum par esse possit.

B. Martin. Valdiuia legatus Apost. in Mexicum missus.

112. 113 Hoc anno Martinus Valentinus legatus apostolicus cum duodecim Minoritis ad Mexici imperij regiam vrbem peruenit excitus [a] a Ferdinando Cortesio Mexici debellatore, qui adeo sacerdotes venerabatur, vt nunquam cum ipsis misceret colloquia, nisi detecto capite, & fixo humi genu. Ex sacerdotum autem præsentia religioni constituendæ nauata opera; cumque varia difficultates in noua illa ecclesia instituenda emergerent, hoc anno Ferdinandi Cortesij diligentia prima synodus Americana Mexici celebrata, cui Martinus tanquam legatus pontificius præsedit. In ea vero agitatum, quam potissimum vxorem neophyti e pluribus, quas habuerant, retinere deberent: sancitumque vt quamcumque vellent ex his ritu Christiano sibi copularent, cæteras vero repudiarent. Ad propagandam dein religionem imposuit Cortesius prouincijs præfectos [b], vt omnia idola diffringerent: ipseque ad nouas quærendas terras mense octobri huius anni expeditionem confecit.

[a] Mexici expugnati & ipsi Idola contrita.

Prima synodus Americana. Indictum Mexicanis vt vna vxore contenti essent.

[b] Ibid. pag. 239.

114 Meminit de ijs Christianæ religionis inter Mexicanos felicissimis progressibus Laurentius Surius [c], obseruatque eo tempore, quo Martinus Lutherus dæmonis organum infelix Christianos a vera fide abducebat, diuinam prouidentiam alterum Martinum ad gentem idololatram Romani Pontificis opera legasse, qui dæmonum seruos Ecclesiæ aggregatos in filios Dei cooptaret: cum id hæreticorum omnium signum sit certissimum, vt bonos corrumpant; Romanæ vero atque apostolicæ ecclesiæ id decus singulare atque ornamentum, vt impios dæmonum laqueis irretitos ab idolorum cultu & ferina barbarie ad agnitionem Dei humanitatemque traducat.

[c] Sur. in comment. ad. 1558. 1.

IESV CHRISTI
Annus 1525.

Indict. 13. CLEMENTIS PP. VII. annus 2. CAROLI V. ROMAN. REGIS annus 7.

1. 2 EXcurrentis sæculi annus vigesimus quintus non tam solemni Christianorum expiatione a Clemente summo Pontifice Romæ indicta lætus, quam bellorum ciuilium, quæ Gallorum & Hispanorum æmulatio, hæresisque Lutheranæ impia rabies peperit, cladibus lugubris extitit; tum etiam ob grassatam Romæ [d] pestilentiam, quæ Christifideles ab itinere deterruit.

Celebratus iubilæus.

[d] Clem. lib. breu. anb. 1526. pag. 4

3 In Pannonia maximos exortos motus, equestri ordine coniurante aduersus regios administros, & omnes, exceptis Transiluaniæ & Illyrici præfectis, gradu deijcere, ac leges Regi dare annitente, narrant Hungarici annales [e]: quæ ciuiles dissensiones extremi Pannoniæ excidij præludia fuere; sed hæc proximo anno lugenda erunt: nunc in alios incidimus luctus, quibus ob Lutherum hæresiarcham afficitur Germania.

Ciuiles motus in Hungaria.

[e] Nic. Pan. Isthuanff. hist. l. 8. de reb. Hung.

4 Ementiebatur hic draco [f] animas ab ecclesiasticis in exitium trahi, inuidensque eorum opibus, hæc acerbe obijciebat: *Ad quid prosunt, nisi vt voluptatibus indulgeant ex aliorum sudore & labore, verbumque Dei impediant?* ita sua delicamenta, vt Dei verba infelicibus populis venditabat. Cum vero tam audax & sacrilegum nefas, contemptis pontificijs querimonijs, dissimularent Germani proceres, repente rustica plebs ab Anabaptisticis concionatoribus fascinata in arma coijt, vt ecclesiasticos, necnon ciuiles magistratus exinderet, ac templa vna cum vrbibus diruerent, rata se per omnia scelerum genera diuinæ iræ inseruire.

[f] Luth. in bulla aduers. epist.

Rusticorũ Lutheranorum rebellio.

5. 6 Scripsit inter alios Petrus Crinitus [a] rustici huius belli historiam ad Albertum tit. S. Petri ad vincula presbyterum Cardinalem Moguntinum, eumdemque Magdeburgensem archiepiscopum, ac tempus rei gestæ ita consignat: *Hoc anno a Iesu nato* MDXXV *seditio & crudelissima & pernitiosissima ignobilis vulgi contra superiores, & magistratus in Germania coorta est.* Erupisse primam mali labem in Hegania tradit, cum Huldericus dux Vitembergensis principatum recuperare amitteretur, Sueui vero fœderati ductore Georgio Vvalpurgensi in eum signa extulissent: dissipato autem Vitembergensi exercitu XIV. kal. martij, rusticos ad quatuordecim millia hominum congregatos varios etiam alijs in locis exercitus conflasse, ac mox in viros nobiles & ecclesiasticos, sacraque omnia effrenato furore charitatis specie debacchatos esse.

Vastitas horrida a Rusticis illata.

[a] Pat. Crinit. in 3. rer. Germ. in adu. Frob. pag. 394 Mesbom. hist. Anabapt. l. 1

7. &c. Pellecti erant in hanc coniurationem falsæ libertatis illecebra, ac primum euersa hierarchia ecclesiastica volebant, vt ministri Ecclesiæ a populo deligerentur, qui ijs grata prædicarent, quod vocabant pure docere verbum Dei: secundo decimarum ius abrogabant: tertio seruitutis iugum omne excussum volebant: quarto venandi piscandique libertatem restitutam optabant: quinto siluas ad cædendam materiam communes futuras sanciebant: sexto tollebant vectigalia: septimo census emphyteuticos ad veterem morem reuocabant: octauo alios annuos temperabant: nono acerbitatem legum in delinquentes mitigatam volebant: decimo agros & prata iusto non empta pretio in commune ius redigebant: vndecimo exequiarum honores ac sumptus abrogabant: duodecimo diuini verbi interpretandi, legumque condendarum ius sibi asciscebant. Pellectam talsæ illius libertatis Christianæ dulcedine, quæ duodecim ijs articulis exposita erat, multitudinem arma sumpsisse describit Hubertus [b]; concitabat enim ira suos Muntzerus his venenatis ac rabidis literis [c]: *Quousque chari fratres obdormiscitis? quandiu voluntati Dei repugnatis, quem vsque adeo deseruisse vos arbitramini? Ab quoties iam dixi, quid agere vos deceat. Deus diutius se manifestare abnuit*, nempe prætensa est sceleri diuina reuelatio, *standum vobis est. Si detrectauerittis sacrificium, cuadet suspirium, & maior oritur tribulatio. Identidem repeto: Eritis diaboli martyres.* Hoc vnum vere prædixit Muntzerus; nam vt diaboli martyres cæsos eius sectatores videbimus.

[b] Huber. ubi sup.

[c] Extat apud Arnol. Mess. hon. hist. Anabapt. l. 1. Muntzeri furiales literæ.

10. &c. Trahebant præterea ad facinus inuitos finitimos intentata vitæ bonorumque iactura, quorum duces erant minoris ordinis sacerdotes, qui Lutheranum & Anabaptisticum virus hauserant: inter quos præter Muntzerum Antonius Ersenath vna cum Scaplero & Phifero scelere emicuit; ingentem enim exercitum collegit venenatis literis, quibus euangelium & iustitiam se promoturum spondebat.

Venenata scriptiuncula impostorum.

13. 14 At quanta scelera per fallacem euangelij speciem & fucum patrata sint ab impijs, describit Ioannes Atrocianus, despectas leges, spretam scripturam, cæsos monachos, raptatas moniales, sacras opes direptas, proiectas calcatasque sanctorum reliquias; tum etiam baptisteria, in quibus Christo initiati fuerant

Christi & Virginis imagines affixa patibulis.

rant, atque Eucharistiam conculcata a rusticis hæretico furore inflammatis. Sacras etiam imagines flammis injectas, & consputa sacerdotum ora deplorat idem Atrocianus; adeo vt cum se Christi esse dicerent, Christo bellum intulerint, Mahometanique requiores Christi simulachris laqueos iniecerint, ac Deiparæ imagines patibulis affixerint, quod plangit Ioannes Faber a.

a Fabr. in lib. cui nomen Luth. opprob. de Brunsw. c. 22.

Fridericus dux Saxoniæ vitus sublatus.

15.&c. Inter hos motus Fridericus dux Saxoniæ, ob laxatas seductoribus impietatis habenas tot malorum reus, ex hac vita ad diuorum tribunal abreptus est: cui Ioannes frater etiam Luthero ad insaniam addictus tanta dissimulans facinora successit. At dux Georgius catholicus Saxoniæ princeps conscripsit in seditiosos exercitum, ac Maguntinum & Brandeburgensem electores, Philippum Langrauium Hassiæ generum suum, atque Henricum ducem Brunsuicensem in societatem sibi adiunxit aduersus Munzerum, qui factiosos inani iactantia obfirmabat in scelere, effutiens se omnes bombardarum globos illæsa manica excepturum, tormentorumque fragores, vt luporum vlulatus spernendos. Sed breui turgidus tumensque animus refractus est, vt narrat Cochæus b: conserto enim prælio profligati rebelles, ex quibus sex millia & eo amplius cæsa sunt: duo antesignani Munzerus presbyter ac socius cognomento Pfiterus siue Fistulator monachus apostata capti affecti sunt supplicio: sed Fistulator in pertinacia obduruit; Munzerus vero ergores reuocasse fertur, ac prætua confessione sacra ritu catholico sub vna specie Eucharistiam sumpsisse, non sine multis veræ pœnitentiæ signis. Similiter debellati sunt in alijs prouincijs finitimis pseudoeuangelici. Cæsa ex ijs trimestri spario supra centum millia non aliter ac pecora retert Gaspar Hedion c, quod alij confirmant d: inter quos Ioannes Faber e, qui in confutandis hæresiarcharum argutijs strenuam dedit operam, pluribus rem gestam enarrat: *Quomodo miserim cum miseris agitur simplicibus imperitis hominibus, qui cum istis nebulonibus circulatoribus, impostoribus, scurris, pseudoprophetis conscleratissimis aures indoctas prabent seducti, fama, possessionibus, corpore, fortunis, omnibus sunt mulctati, exusti, spoliati, quo illi, qui Lutheri, Zuinglij, Carolstadij institutis decretisque nefarijs promoti, impio errore immersi, inebriatique ita mortui sunt. Interim illa arundines renouarunt, fassaque sunt suos spiritus somnia, reuelationes, doctrinas non veras sed erroneas.* Fixere scilicet ex euangelio alchoranum, voluere omnia communia, vt aliena expilarent, libertatem Christianam in licentia scelerum collocarunt; defuisse autem iustam rebellandi causam rusticanis demonstrat Ioannes Eckius f, ac seditiosorum argutias dissoluit.

b Cochæus in act. & script. Luth. hoc an.

Munzer in morte relapsus.

Pseudoeuangelici cæsi in pluribus locis. Cæsa ex ijs supra centũ millia.

c Gasp. Hedion in contin. Sabell.

d Sur. in comment. & alij.

e Io. Fab. aduers. cum Luth. c. 12.

Defuit iusta rebellandi causa.

f Io. Eck in 2 homil. 12. dom. 24. post pent.

21 Facti etiam a plebe in Vltraiectina vrbe Lutherana hæresi infecta in ecclesiasticos maximi tumultus fuere g, qui aliquot annis ob ascitum Caroli ducis Geldriæ patrocinium sæuierunt, donec ab episcopo Vltraiectinus principatus in Carolum V. transfulus est, vt potentia sua furentes hæreticos in officio contineret. Nullam pestem Lutherana deteriorem ad Christianum delendum imperium vnquam orbi inuectam obseruat Vuillelmus Heda h; cum principes conflata ecclesiasticis pericula temnerent, donec eodem cum illis exitio ab hæreticis se inuolui animaduertere: tunc enim non pietatis studio, sed priuati commodi tuendi gratia consurrexisse ait impios, nec tamen, etiamsi ingentem illorum stragem ediderint, malum sedatum fuit.

g Lamber. Hortens. hist Vltraiect.

h Guil. Heda hist. apisc Vltraiectin. in Philipp.

22. 23 At tot malorum auctor Lutherus horum tumultuum exordio triumphauit gaudio, ac libellum scripsit, præfixo titulo: *Fidelis admonitio ad omnes Christianos pro seditione & rebellione præcauenda:* sed in eo seditionis faces accendere nisus est, ac iactans verba sua Christi verba esse, falso prædixit biennio vertente, omnia ecclesiastici ordinis vestigia deletum iri: pariterque falso prædixit rusticis victoriam, ac principibus, & ecclesiasticis viris excidium, necnon cœlestia prodigia euenda a Deo: quæ stulta mendacia vera sunt signa illius pseudoapostolatus.

Exultat Lutherus in medio Germaniæ luctu.

24 At versipellis impostor vbi cæsas rusticorum acies audiuit, contraria occinere cœpit a; nam in libello Theutonico hunc præfixit titulum: *Terribile factum & iudicium Dei in Thomam Munzerum, in quo Deus manifeste illius spiritum mendacij arguit ac damnat.* Veram hanc Lutheri sententiam esse recte ait Ioannes Cochæus; nec minus ea Lutherum quam Munzerum conuinci dæmonem per vtriusque os ostentato Dei nomine locutum. Præterea idem impostor, quem rusticos ad conflandam seditionem inflammasse vidimus, cum iactaret eos a cœlesti Numine in arma concitari, eorum iam stragem conspicatus, libellum edidit, in quo ipsos arguebat per euangelij speciem, arma in principes & magistratus capessiuisse, omnisque humanitatis in sectatores suos immemor edixit, non aliter quam rabidos canes eorum reliquias trucidandas; accidisseque.

Deletis rusticis scribit contra ipsos.

a Cochæ. & Io. Fab. vbi sup. Vlenb. in vit. Luth.

Primum dixit plenos numine rusticos. Postmodum vt rabidos canes trucidandos.

25.26 *Arbitror*, inquit, *nullum esse amplius in inferno diabolum, sed omnes prorsus in rusticos ascendisse*: nam *insania ista omnem & modum & mensuram excedit. Rustici non amplius iam pro euangelio pugnant; sed palam facti sunt perfidi, periuri, rebelles, seditiosi, latrones, raptores, blasphematores.* At quo ex tempore tot scelera & flagitia fecerunt, nisi ex quo euangelium Lutheri hausere?

27 Cæterum præter has ab agrestibus hominibus commotas seditiones, ob quas diuersarum prouinciarum campi humano sanguine inundarunt, quæque a Ioanne Cochæo recensentur, etiam, tumultus ciuitatibus iniecti sunt, in quibus plebs veneno Lutherano infecta aduersus ecclesiasticos viros & magistratus coniurauit. Et quidem Francofurti, potestate senatui catholico abrogata, viginti quatuor e plebe delecti leges impias quadraginta septem finxere, quarum præcipuas enumerat Cochæus, qui tunc in exilium pulsus est.

Francofurti a Lutheranis excitata seditio.

28 E Germania in finitimas prouincias fluxit mali labes: in Bremensi enim archiepiscopatu Lutherana pestis ita populum incessit b, vt sumptis armis consurrexerit in ecclesiasticos, templa ac monasteria euerterit, Christi, Deiparæ, & sanctorum imagines conculcarit, clerum necnon Christophorum archiepiscopum Bremensem expulerit: at in tam aduerso casu archiepiscopus catholicorum collecto exercitu Lutheranos prælio fregit.

Cochæus ab his pulsus in exilium.

In Dania pestis Lutherana furit.

b Cle. VII. inter bren. an. 1524. pag. 54. & 58.

29.&c. Exulabat tum Dania Christiernus Daniæ, Sueciæ, Norwegiæque Rex, quem populorum odia in se nimia crudelitate accendisse vidimus, petebatque auxilia a Carolo V. cuius sororem Isabellam vxorem duxerat, vt regnum recuperare posset: sed is Germaniæ Daniæque malis posthabitis, euersaque Gallica potentia, opprimendæ Italiæ studebat, vti dicetur infra. Pontifex itaque Fridericum & Christianum Holsatiæ & Sleuuici duces, qui Danicas res administrabant, rogauit c, vt Christi & Ecclesiæ causam aduersus feroces Lutheranorum impetus & conatus tuerentur. At illi non modo vires ad Lutheranam impietatem excindendam non conuertere; verum etiam Lutheranos ad conuellendam e Daniæ & Norwegiæ regnis catholicam religionem induxere, vt ereptum Christierno regnum facilius sibi affercrent: quod impium exemplum etiam in Suecia Gustauus est consectatus. Memorat vero Olaus Magnus Vpsalensis archiepiscopus d, tum in Suecia, tum in Dania ac finiti-

Christiernus Daniæ Rex pulsus ob crudelitatem.

c Ib. pag. 57.

d Olaus Magn. lib. 16. c. 31.

finitimis aliis prouincijs sanctimoniales in fidei & corporis incorrupta integritate seruanda miram constantiam fortitudinemque ostendisse, nec vllis lenocinijs a suscepto pio consilio abduci potuisse: cum tamen monachi & sacerdotes passim libidinibus sese dederent, ac deserta fide catholica latius hæresim propagarent, de qua persecutione, quam auctor passus est, multa refert.

a Ibidem. 32. &c. Qua vero arte Lutherus Danos suis erroribus irretierit, describit Florimundus Raymundus a libro de origine hæreseon: solicitasse eos literis, vt sicut Christierni tyrannidem a se depulissent, ita pontificiæ seruitutis iugum excuterent; ac suasisse laicis, vt ecclesiasticas opes inuaderent; clericis vero vt celibatus onus a se abijcerent: ad Regem autem Hafniensem academiam instaurare meditantem pseudotheologum Ioannem Machabæum ob violatam monialem Scotia profugum misisse. Coniunxit cum eo studia ad propagandam perfidiam Ioannes Pomeranus, quem Christianus Rex tanti fecit, vt contemptis episcopis, a quibus Reges regia insignia accipere consueuerant, ab eo corona redimiri voluerit. Contaminata est etiam hæresi Liuonia, scripsereque b hoc anno Lutherus, & idem Ioannes Pomeranus, ad Liuones in impietate obfirmandos.

Ioannes Pomeranus hæreseos in Dania propagator. Christianus ab eo regia corona redimitus.

b Cochl. in act. & script. Luther.

35. &c. Effugit tantum malum Polonia Sigismundi Regis virtute, atque episcoporum, qui in Lauciciana synodo fidem catholicam incorruptam tenendam sanxerant, diligentia: inter quos emicuit Andreas Critius Primislienfis episcopus, dein Plocensis, ac demum ad archiepiscopatum Gneinensem euectus, qui hoc anno grauem ac luculentam de comprimendis hæreticis orationem habuit ad Sigismundum, e qua nonnulla Ioannes Cochæus decerpsit c.

Polonia a peste Lutherana Sigismundi Regis virtute vindicata.

c Cochæ. hoc an. de act. & scr. Lut.

38. 39 Porro hoc funesto tempore, quo hæretici in Deiparam & sanctos, eorumque imagines grassabantur, plura edita sunt diuinæ in sacrilegos vltionis exempla ad confundendos impios, & viros pios in veteri orthodoxa fide confirmandos, ex quibus hæc suis circumstantijs insignita non prætermittenda ducimus ex Matthæo Tympio d: *Anno Christi* MDXXV. *cum Lutherani cathedram cathedralis ecclesiæ D. Virginis Erphordiæ vi inuasissent, & iam ad tempus occupassent, concionator quidam nomine Ioannes Culsamerus consistens in cathedra, ac digito monstrans statuam B. Virginis sub maximo organo consistentem, in has blasphemas erupit voces: Non quiescam, nec dormitum ibo antequam idolum illud (statuam D. Virginis intelligebat) ex hac ade basilica eiecero. Sed ecce subito ignis sacer digitum ipsius inuasit & eadem nocte subita morte extinctus est. Statua autem sanctissimæ Mariæ in eodem loco permansit. Circa idem tempus cum senatus omnium coenobiorum & ecclesiarum ornamenta in curiam ferri iuberet, etiam argenteas tumbas duorum patronorum sanctorum Eobani & Adalarij, sub hoc specioso prætextu, ne tempore seditionis præda fierent impiorum, aurifabro prope Prædicatores habitanti oblata est magna argentea statua S. Mariæ in sole, vt eam liquefaceret & monetam ex ea cuderet. Is (quia pessimus erat hostis Ecclesiæ catholicæ) ferreo malleo magna vi incipit contundere faciem statuæ, & blasphemo ore dicere: Sic coercenda sunt idola papistarum, &c. & subito occæcatus est, & mendicus mansit vsque ad mortem.*

Erphordiæ subito igne sacro correptus.

d Tymp. in admirando vindicta diuin. theatro de pœnis icanomachi.

Blasphèmans alius & contumdens facié imaginis cœcitate percussus.

40. 41 Hoc anno Hieronymus Emser egregio opusculo nefaria Lutheri scripta contra canonem missæ confutauit e, quem antea etiam contra Vlricum Zuinglium asseruerat. Ioannes quoque Faber hoc anno eximium commentarium f edidit, in quo grauissimas rationes, ob quas Lutheranam doctrinam approbare noluerit, in luce collocauit, quantumuis hæretici propositis deliciarum lenocinijs & sacrarum opum rapinis ipsum irretire pertentassent. Prolapsi denique eo sunt impietatis hæretici, qui latere in Eucharistia Christum nolebant credere, vt latentem etiam in Christo diuinitatem illi ademerint, illumque a Iudæis ob sua scelera supplicio affectum blasphemarint; quam horrendam hæresim ab Hutto inter euangelicos recentiores inclyto conspuram memorat idem Ioannes Faber a disceptans aduersus Balthasarem hæresiarcham.

Caholici doctores certat. [scriptis aduersus Lutherum.

e Cochæ. in act. & script Luther.

f Ext. inter Io. Fab. opusc.

Huttus hæresiarcha nouus.

a Io. Fabl. lib. disp. cum Balthas.

42. 43 Dum ita quod lubet credunt nouatores, & quisque sua deliramenta, vt euangelica oracula obtrudit, conflatæ sunt tres præcipuæ sectæ in Germania, Lutheranorum, Anabaptistarum, & Zuinglianorum siue sacramentariorum, quæ non minus inter se, quam cum catholicis digladiari cœperunt. Et quidem Zuinglius mense martio huius anni libellum edidit a de vera & falsa religione, quem Francisco Gallorum Regi capitali hæreticorum hosti inscribere non puduit. Contra Lutherus Zuinglium & Sacramentarios est execratus adeo, vt profiteretur, vel se, vel illos spiritu sathanæ agi: nec quamuis hæretici ad ineundam aliquam concordiæ rationem, vt coniunctis viribus Romanam ecclesiam oppugnarent, varia colloquia habuerint, consentire inter se potuerunt.

Zuinglij de religione libri impij.

b Sur. in comm. hoc an. Lutherus cum Zuinglio certat.

44 Lutheri porro & Zuinglij dissidia hæreticos confudere, qui se ab Ecclesiæ coniunctione tam facile diuulserant, cum se mutuo a malo dæmone subornatos vere arguerent, vt ijs catholici doctores obiecerunt; inter quos Ioannes Fischerus episcopus Roffensis, qui libros suos proximo anno editos pro Eucharistica veritate conscribebat, hæreticos ex mutua dogmatum repugnantia falsitatis coarguit c.

Se mutuo vere arguunt hæresiarchæ decipi a dæmone.

c Io. Fisch. in præf. l. 1. aduers. Oecolamp.

45. &c. Fauerat nō obscure Lutherus Berengarij & Zuinglij hæresi contra corporis Christi in Eucharistia realem præsentiam; neque enim vlli blasphemiarum generi, dum furebat, pepercit, quibus catholicam religionem conuellere tentaret; siquidem hoc ipso anno in prædicto libello contra canonem missæ doctus male a malo dæmone hæc euomuit, vt refert Ioannes Cochæus d: *Debemusne buccellam panis & vini offerre, vt acceperat pro Christianitate, ac præterea esse sanctum & immaculatum sacrificium? nonne tantundem est dicere, vt Deus pane & vino placetur, quo tamen nihil amplius est quam alius panis, quo vnusquisque vescitur.* Sed cum deinde speraret plures in errorem se adducturum, si Christum in Eucharistia præsentem fateretur, Carolstadium impiæ sectæ signiferum est persecutus, atque in fugam ad Argentinenses compulit; quibus conquerentibus de Carolstadij proscriptione, respondit: *Quoties monuit eum Philippus Vvittemberga, ne sic tumultuaretur cum Moyse, cum imaginibus, cum missa, cum confessione.* Idem tamen aduersus Sacramentarios decertans e varias hæreticorum sententias recenset, easque a dæmone confictas arguit. Hæc ille catholicorum telis aduersus æmulos Zuinglianos & Carolstadianos vsus, inque suis dogmatibus inconstantissimus, vtpote qui commentus esset sua impia dogmata ex solo summi Pontificis odio, vt ijsdem Argentinensibus pseudoeuangelicis confessus est hisce verbis f: *Hoc diffiteri non possum, nec volo, quod si Carolstadius, aut alius quispiam ante quinquennium mihi persuadere potuisset, in sacramento præter panem & vinum esse nihil, ille magno beneficio me sibi deuinctum reddidisset; granibus enim curis anxius in hac exutienda materia multum desudabam, omnibus neruis extensis me extricare & expedire conatus sum, cum probe perspiciebam hac re papatui cum primis me valde incommodare posse.* Ad hæc verba hanc animaduersionem subijcit Sanderus g: *Hinc aperte liquet, Lutherum summis viribus ea expetiisse, per qua posset papatui*

Cur mutarit sententiā Lutherus Pulsus ab eo Carolstadius.

d Apud Florim. Raymū. l. 2. c. 10. con. fin. Luth. Ger. to. 2. fol. 357. to. 8. Gen. pag. 192.

e Ext. to. 7. oper. Luth. Profitetur Lutherus conflictam a se hæresim ex furore.

g Sander. l. 4 pag. 579.

patui incommodum aliquod afferre : nonne hoc propositum ab odio in papatum concepto profectum est? Cum igitur verum sit, quod ille dixerit, impedit ita animum ne possit cernere verum, quis non videt invidiam & odium Lutheri oculis mirandas tenebras offudisse, quominus veritatem suis catholicus perspicere posset? Cum autem finxisset Lutherus manere panis substantiam cum Christi corpore, ita Ioannes Faber arguit: *Si pro sua cuique libidine ludere liceret, possem & ego adstruere, cum Christus in Cana Galilææ ex aqua vinum fecisset, mansisse ibi aqua substantiam, & nihilominus tamen istos vinum bibisse optimum; quod nemo sanæ mentis animat: Sic & virgam Aaronis, quæ versa est in colubrum, mansisse tamen virgam dicremus. Dum enim colubet esset, in textu virga appellatur* a.

Arguitur ex Scriptura.

a *Exod. 4.*

49. &c. Confutat idem Faber b alia hæresiarcharum sophismata, quorum præcipuum ex falsa interpretatione eorum verborum: *Caro non prodest quidquam*; petitum erat, ac pluribus ostenditur per carnem intelligi carnalem sensum, non autem humili carnem, quam nobis maxime prodesse probat. Plures etiam alij doctores catholici varios commentarios summo inter se consensu de Eucharistia ediderunt.

b *Ibid.* Obiectum ab hæret. Caro non prodest quidquam

52. 53 Cæterum hoc anno Lutherus cum aras calcasset, abiecto sacerdotali & monastico cultu libidinosa rabie efferatus Catharinam de Bora olim abbatissam a monasterio ad lupanar Vvittembergense tractam sibi iunxit connubio incesto, adeoque infausto, vt pertimuerint viri pij, ne ex eo antichristus nasceretur; cæterum adeo fœcundo, vt lapso vno ac altero mense ex ea proles edita fuerit. Porro antequam hoc turpe incestum committeret Lutherus, castissimi hominis personam gesserat c, quantumuis mulierum amore tureret; eoque proruperat Lutheranorum amentia, vt ipsum veluti ornatissimum virtutibus, castimonia præcipue, temperantia, atque opum despicientia admirabilem libellis publicis commendarent. Exagitarunt autem innuptas Lutheri nuptias suis scriptis plures rhetores & poetæ, ac theologi, vt Hieronymus Emser, ac Ioannes Faber, qui Herodiadem in suo sanguine saltitasse planxit; necnon principes & Reges tam infame facinus damnarunt; inter quos Henricus Anglorum Rex grauitate regia impudentiam nefariam ob hæresiarchæ oculos proximo anno posuit d.

Lutherus nubit Catharinæ.

Diu castissimi hominis personam gessit

c *Plomb in ver. Luth.* Exagitatæ a Cath. Lutheri innuptæ nuptiæ

d *Hen. VIII resp. ad Lut.*

54 Victus etiam carnis illecebris Albertus cruciferorum equitum in Prussia magister, Brandeburgensis familiæ princeps, a catholica religione defecit, atque hoc anno sacrilegas nuptias violato castimoniæ voto confecit e; quo exemplo Lutherus Albertum Cardinalem archiepiscopum Moguntinum ad simile ineundum connubium, atque ad episcopatum in secularem principatum conuertendum inducere tentauit; cuius argutias Nicolaus Serarius egregie ira confutat: *Debebat*, inquit f, Lutherus Albertum Cardinalem alloquens, *ad solam sufficere quod selfitudo vestra a Deo mas creatus est. Itane?* ait contra Serarius, *nonne mas fuit Elias, Elisæus, Ioannes Baptista, S. Paulus, Christus Iesus? An contra Dei præceptum commiserunt, quia fœminas non cognouerunt? Iouiniani est hoc vetus argumentum subantis ait S. Hieronymus lib. contra ipsum, & ad libidinem pecudum instar vesane ac impudenter adhinnientis.* Contempsit adeo constanter Albertus Lutheri lenocinia, vt is indignabundus dixerit in suis symposiacis: *Recte instituimus est Roma Albertus, ideoque Lutheranam doctrinam nostram floccifacit.*

e *Cocl. in act. & scrip. Luth.* Princeps Cruciferorum Lutheri exemplum sequitur.

f *Mogunt. ver. in Alb. Brand.* Corrumpere nititur Luth. Moguntinum Card. Lutheri artes.

55. &c. Pari laude ac constantia Lutheri impias persuasiones contempsit refregitque Georgius dux Saxoniæ scriptis extremo hoc anno ad Lutherum grauissimis literis g, quibus post obiurgatam illius in calumniando vesaniam obiecit Vvittembergam ab eo

Contēptus a Moguntino Card. Lutherus. Obiurgatus a Georgio duce.

g *Ex. apud Plomber in ver. & reb. gestis Luth. l. 17. & ex parte apud Cocl. ann. 1536.*

completam flagitijs omnibus, inque arcem apostatarum & sacrilegorum hominum, turpeque monialium prostibulum commutaram, sedulamque ab eo dæmoni in profananda religione, eximendisque monasterijs operam nauari: aperte iam ab eo Boemicam hæresim propagari, quam in Lipsica disceptatione execratus fuerat, professus omnes eos vt hæreticos se habiturum, qui se ab Ecclesiæ communione segregarint: contemnere se ipsius pseudoeuangelium, e quo tot blasphemiarum, sacrilegiorum, incestuum fructus pullularunt: bella ab eo seri, seditionesque in magistratus commoueri: diuinum iudicium ijs incendi, qui a Luthero potius quam ab Ecclesia Christi euangelium acceperint: si Christus ad Germanos propheram mittere veller, alium certe quam apostatam missurum: cæterum ipsius furialia maledicta contemni: denique si salutare consilium admittere, & a suscepta impietate velit resipiscere, omnem illi operam pro ipso cum Ecclesia & Cæsare in gratiam restituendo detulit. Non resipuit ob hæc monita Lutherus, quamquam hæresis suæ falsitatem ex aliarum sectarum discrepantia & falsitate recte cognosceret: adeo vt qui coniunctionem ecclesiarum Christi in occidente labefactauerat, exorta in ficta sua religione schismata non sine indignatione execraretur a.

Conuicta Lutheri conscientia.

61. &c. Hoc anno Tigurini qui ab Ecclesia defecerãt, dum sibi interpretandæ sacræ scripturæ pro libito ius arrogant, contempta Ecclesiæ & sanctorum patrum auctoritate, Muntzeri rapsodijs illusi Anabaptisticæ sectæ se addixere consilio ac persuasione Georgij Blaurodi sacerdotis apostatæ, qui in ipsorum certu clandestino a dæmone arreptus, de Christi regno mira figmenta vaticinatus est, vt narrat Arnoldus Meshouius b, cumque flagitijs inquinatissimi Anabaptistæ essent, ecclesiam omnis peccati expertem se constituere finxerunt; hoc, vt inter alia, dogma habent Anabaptistæ, eos peccare non posse, & quoscumque motus animi sentiant, ipsos a Spiritu sancto immitti, dæmone enim arrepti nullum plane scelus horrent. At Zuinglius, cum a nouis hæreticis suam obscurari gloriam cerneret, nec tolerare posset, spiritum Anabaptisticum spiritui suo, quem an albus an ater esset ignorabat, præterri, varias concertationes iniit cum Anabaptistis, Ecclesiæ vniuersæ traditionibus, quas ante spreuerat, se curatus, nimirum sacra oracula non in eum sensum, quem quisque insanus fingat, trahenda, sed quem sancti patres tot saculis tenuere. Cumque inde grauiores motus orirentur, iussi sunt a senatu mutuam pacem colere cum Zuinglianis. At eo mandato exposito: *In tantum ex infima plebecula sua secta*, inquit Meshouius ex vetustis monumentis, *pleroſque commouerunt, vt illi extrema quaque potius subire se, vitam & sanguinem quoque profundere, quam senatus edicto obsecundare paratos testificarentur.* De mira vero horum hypocriti ad fallendos simplices composita hæc refert auctor c: *Doctiores plerique in conspectu verba ad plebem fallitabant, ac grauiter in vitia quæque inuectis superbiam, confessiones, compositiones, aliaque id genus vitia execrabantur: eratque res cunctis stupori & admirationi, speciemque referebat spiritualis cuiusdam vitæ, quam noui illi & renati homines per adumbratam quandam senectutem rigoremque ducere credebantur.*

a *Luth. to. 1 c. 5 ad Col. apud Flor. Raymund.* Tigurini Zuingliani anabaptismo infecti.

b *Meshou. lib 2.* Aiunt Anabaptistæ suos motus esse a Spiritu sancto. Zuinglius traditione aduersus Anabaptistas se tuetur.

c *Id. ibid.* Mira eorũdem hypocrisis.

66 Agitatum hoc anno est in Caroli V. aula de rogendis Germanis sacro initiatis baptismo ad legem Christianam seruandam d; tum etiam de Mauris Hispaniæ ad baptismum adigendis intentata bonorum publicatione, in exilium ue pellendis, vel regni finibus ejiciendis. Cæterum a Carolo V. ex politicorum consilio libera omnium hæreseon generi habenæ laxatæ sunt in Germania: Mauri vero, quamuis plures viri pij senti-

d *Bisset. 3. c. 4.* Agitat Carol. V. an Germanos ad fidem cathol. adducere debeat.

Lætatur ab eo hæresi habetur.

sentirent sacra ab ijs profanatum iri, proposita bonorum proscriptione Christianam fidem profiteri iussi sunt, atque a concionatoribus & religiosis vitis pro ijs nostra religione erudiendis egregia nauata opera.

Moschus de reuocanda cum Romana ecclesia agit.

67 Dum plures in Germania, Dania, Suecia, Norunegia ab Ecclesia catholica ob hæreticorum improbitatem argutiasque deficiebant, Basilius dux Moscouiæ superiore anno a Clemente Pontifice de Ruthenica ecclesia Romanæ coniungenda ac Græcanico schismate damnando postulatus, bene animatum ad id præstandum se ostendit, vt fœdere iuncti Christiani omnes fidem & religionem contra Mahumeticam tyrannidem tuerentur, atque oratorem cum literis a ad Pontificem misit.

a Ext. inter lis princ. l. 1 pag. 147.

a Ext. apud Paul. Ion. de legatione Moschou.

Legati ad Carol. V. missi ad fœdus in Turcas ineundum.

68. &c Legauerat alios ante oratores Basilius in Hispanias ad Carolum V. Cæsarem, vt fœderis inb Fab. in ep. ad Ferd. archid. Austriæ

communem hostem Turcam rationes paciscerentur; qui cum hoc anno per Germaniam in Moscouiam redirent, Ferdinandus archidux Austriæ mores, studia, ac religionem gentis perdiscendi cupidus Ioanni Fabro b iniunxit, vt viris insignibus secum adhibitis illos de ijs diligenter percontaretur; cuius iussa accurate Faber inscripto Ferdinando ipsi libello perfecit; retulitque Moscouitas in pleriisque a catholicis non multum differre: ab archiepiscopo cæteros episcopos Moscouiæ iura petere, hunc vero Constantinopolitano patriarchæ, antequam in Turcicam seruitutem concideret, obnoxium fuisse: cæterum illi Romanum Pontificem velut Petri successorem semper præcessisse, coniugatos non bigamos sacerdotio apud Moscouitas initiari posse, defunctaque coniuge secundas naptias celebrare non posse: ritus Græcos ab ijs seruari, sacramentum ordinis apud eos solemni more conferri, coli sacras imagines, septem sacramenta retineri, sanctos patres Græcos & scripturam sacram suscipi, consecrare in fermentato, dies festos, & sanctos colere; verum processionem Spiritus sancti a Filio impie pernegare ad quos in sinum Romanæ ecclesiæ reuocandos c, Clemens Pontifex Franciscum episcopum Scarensem internuntium ad Ioannem Basilium legauit d, vt de modo ac ratione coniungendarum ecclesiarum cum eo conueniret; at neque sacrum illud fœdus instaurari nec in Turcam communem hostem armorum societas constari potuit. Commendauit eundem nuntium Clemens Polono principi, mittendique illius ad Moscouitã causas expoluit, qui ex his Christianorum discordijs efferatior effectus proximo anno Pannoniam oppressit.

Moschorũ religio.

b Fab. in ep. ad Ferd. archid. Austriæ

c To. 14. in Innoc. 10. 17 in Sixt. IV

Scarensis epist. ad Moschos missus.

d Lab. brev. an 1525. pag. 473.

Caroli IV. & Franc. I. belli Turcis fauent.

74. &c. Fauere crudelibus Turcarum consilijs Caroli V. Cæsaris & Francisci Francorum Regis pernicialia dissidia, quæ magnas secum clades ab vtroque defendas traxere: & quidem huius anni exordio Franciscus cum apud Ticinum castra posuisset, vrbemque arctiori obsidione premeret, ad cæsareos ex Mediolanensi principatu diuellendos, Alexandrum Stuardum ducem Albaniæ cum parte exercitus in Neapolitanum regnum proficisci iussit e, vt Hispanos ex eo depelleret. Ingrata fuere ea consilia Clementi Pontifici f, qui Gallum Mediolanensi principatu contentum esse voluisset, vt ira actio de pace inter vtrumque iniri posset, ac sedes Apostolica suam dignitatem auctoritatemque, diuisa inter æmulos Italia, retineret: cumque Gallus Clementem magnis promissis tentaret, vt armorum societatem cum ipso coiret, abnuit Clemens arbitri, pacifici, & communis parentis officio discedere: quod tamen officium Carolus V. qui suæ factioni Clementem mancipatum g esse cupiebat, agnoscere detrectauit.

Vgo Moncada profligatus a Gallis.

77. &c. Ruebant in dies res cæsareæ; nam Vgo Moncada educto Genua exercitu profligatus h captusque fuerat in prælio a Gallis, qui Saona & pleriſque alijs arcibus potiebantur; iamque Genua excusso Hispano iugo cum ijs sequestram pacem fecerat: Etruria omnis ad Gallicas partes se adiunxerat; Germania etiam pene omnis in armis stabat, adeo vt si prudenter res spectentur, Clemens optime de Cæsare mereretur, cum ingentibus studijs pacis consilia promouerent a; norat namque cæsareos stipendiorum inopia ad desperationem adactos pollere ferro, nec minus Gallum iam multa inani spe complecti: & quidem huic vincendi patientiam defuisse narrat Belchairus b, dum salutaria Pontificis suorumque consilia ob fallacem glorioſæ vmbram, ad quam consectandam subeundumque certaminis discrimen ab Aloysia matre sua excitabatur, abiecit.

a Ext. inter lis princ. l. 1 pag. 147.

b Belchair. l. 18. n. 10. Franciscus I. sapientia consilia abijcit. Inconsulus vires distrahit.

80 Confusa itaq; sunt contrarijs euentibus Gallorũ Regis consilia; nam ille dimisso ad inuadendum regnum Neapolitanum duce Albaniæ vires suas admodum debilitauit, atque Hispani cum illum non ijs pollere viribus, quibus Neapolim subijcere posset, viderent, non distrahendas ex Insubria vires censuerunt c, sed multo magis ad Franciscum opprimendum glomerandas; eo enim oppresso Neapolitanum regnum saluum fore. Tardior etiam Albaniæ ducis d fuit progressus, quam vt mutare hostilia consilia posset: Rhætorum e etiam quatuor millia a suis reuocata Franciſcum deseruere, ac demum Heluetij, qui pro tormentorum bellicorum custodia excubabant, pugnare in hostem irrumpentem detrectarunt f: quocirca cæsarei duces Carolus Borbonius, Daualus marchio Piscariæ, & Carolus Lanoius prorex Neapolitanus Gallorum castra munitissima tormentis bellicis vndique septa repentino impetu XXIV. februarij die S. Matthiæ sacro expugnarunt; cæsoque vna cum pluribus proceribus Boniueto rei maritimæ præfecto horum bellorum suasore & impulsore, duos Reges Franciscum Gallorum, & Henricum Nauarreorum, qui tamen mutata veste euasit, in prælio ceperunt; quibus de rebus post partam victoriam mox eadem die ad Clementem Pontificem & ad alios extant scriptæ literæ g. Fuit ingens cruor; duodecim circiter vel tredecim Gallorum millia trucidata; septem vero circiter millia flumine mersa feruntur ab ijs, qui prostrata humi cadauera recensuerunt. Accidit adeo præter omnium spem ea victoria, vt prædictus Matthæus Gibertus datarius in literis ad nuntios pontificios in Anglia eam arcano diuini Numinis consilio ascribat: *Cuius*, inquit, *iudicia abyssus multa*. Consternatum metu Mediolanum post Gallorum cladem ad cæsareas partes desciuit: reliquæ etiam Insubriæ & Ligutiæ vrbes a Gallis ad Carolum V. defecerunt.

c Guicc. l. 15 d Lit princ. l. 1 pag 153 e 154. pag. 154. f Guicciard. l. 15. Proditus est a Rhætis & Heluetijs. f Gibert. Datar. ubi sup pag. 253.

Capitur in acie cum Rege Nauarræ. Maxima clade profligatus exercitus.

g Lib. pag. 151

81. 82 Pergebat h tum Roma in Neapolitanum regnum cum exercitu dux Albanus, cum audita Regis Francorum in acie capti fama retro signa conuertit, in quem Hispani ducibus Columnensibus incurrere, pluribusque partim cæsis, partim dissipatis victoriam reportarunt. Quarum victoriarum nuntius cum ad Carolum V. in Hispania agentem, formidantemque Insubris & Neapolitani bellorum exitus, ne post amissa ea regna, etiam imperio, quod Lutherana hæresi contaminari laniarique permiserat, a Pontifice priuaretur (conceptum enim a se fuisse eum metum in apologetico libello postea indicauit) perlatus esset, victoriæ gloriam omnem Deo retulit, summumque modestiæ Christianæ specimen dedit: quippe nulla lætitiæ signa edi, non ignes festos accendi, non tormenta displodi voluit; sed solemnes supplicationes ad ædem B. Virginis decreuit, gratiasque sumpta Eucharistia Deo egit, vt Hispani, Itali, & Galli i scriptores tradunt. Cum vero regios senatores contuluisse de ratione, qua victoria vti deberet, Dosineus episcopus, qui illi a confessionibus erat, prudenter exposuit ob Lutheranorum & Turcarum

h Lib. pag 154 Insubres & Ligures ad Caroli V. deficiũt Coactari Romæ tumultus. Quid & quantum metuerit Carol. V.

i Guicc. l. 16 Belchai l. 18 n. 18. & alij

carum grassationes pacem inter pios esse perneccssariam, tum hæc addidit. *Pax igitur vniuerso Christianismo bene constituta victoria tua fructus vberrimos videri debet: quo vi pervenias, quid de Rege statuere possis expendere non erit alienum; aut enim eundem in perpetuam custodiam trades, quod non sine insigni crudelitatis nota fieri potest; aut propositis duris conditionibus quidquid poteris extorquebis: qua dua sententia infesta vtriusque nationis Hispanicæ inquam ac Gallicæ odia magis augebunt, perpetua bella parient, te immani ambitione omnium regnis principatibusque inuadendis inhiare declarabunt, te a sociis potentiam tuam ambitionemque horrentibus abalienabunt; nec te tamen, aut certe vix vti tui compotem facient: Rex enim iniquis conditionibus libe ratus tibi sempiternus hostis erit, cui si Italiæ principes liberaque ciuitates iungentur, si anglus accedat, qui simul iunctos vincere poteris.*

83. &c. At Fridericus Albæ dux, suasit vt bella in hæreticos & Turcas intermitteret, sed vniuersum potius Christianum imperium sibi subijceret, quo perdomito vnius principis nutu & auspicijs bellum aduersus barbaros geri posset; neque enim vnquam Christianos Reges inter se ad tantam conficiendam expeditionem consensuros: in quam sententiam cæsarei aulici abierunt a, quamque Cæsar amplexus iussit Franciscum Gallorum Regem in Hispaniam transferri.

a Guicc. & Belcbai. vbi sup. Vincent Blasc. l. 3. c. 3. Ferreras l. 8. Mariana hist. 3. & l. 7.

88 Dum in Hispana custodia Franciscus Rex mœrore & morbo languebat, grauiora ab illo redemptionis præmia exigente, ac ter decies aureorum centena millia a Gallis oblata respuente Carolo V. b, atque interea cæsarea seruitutis metu trepidat Italia ob cæsareorum administrorum vim atque intolerantiam, facta sunt occultæ coitiones de potentia cæsarea euertenda, ac Franciscus Daualus Pischariæ regulus omnium primus c vniuersos ad excutiendum Hispanum iugum, delendumque proditione cæsareum exercitum commouerat; at mutata postea sententia coitionis particeps prodidit d, atque a Francisco Storria duce Mediolanensi aliquot arces pro cæsareo exercitu ab omni crimine vindicando postulauit: quibus potitus Mediolanum prouolauit, arcemque in qua dux versabatur, vallo & obsidione cinxit: quæ res Italiam omnem maiori quam vnquam antea terrore perculit e.

b Fuit l. 1. hist. pr. mc. pag. 163.

c Lib 1. hist. princ pag. 174. Guicc. lib. 6.

d Guicc. l. 19 bell. b. 18.

e Id. ibid.

89. &c. In his rerũ difficultatibus Clemens abiectis bellicis consilijs, precibus Cæsarem ad clementiam in Storriam flectere pertentauit; suasit etiam, vt æquis & honestis legibus cæsareæque dignitati per honorificis Franciscum Gallorum Regem e custodia emitteret: horum enim operum gloriam immortalitati consecrandam: principatus quidem, & victorias, & regna morte vel tempore consumi; at vero Christiana res instaurata, & cœlestem felicitatem, & æternum apud posteros nomen sibi comparaturum.

Male consilia sequitur Carol. V.

92. 93 Non assensit pontificijs precibus Carolus V. sed priuati commodi vmbram inanem consectari maluit, quam permisso Storriæ principatu Mediolanensi Italiam ab intestinis bellis, Galliam a luctu, Germaniam ab hæreticis, Hungariam a Turcis, orbemque ac se & suos ab innumeris impendentibus malis vindicare.

Mexicani subacti a Ferdin. Cortesio.

94 Hoc anno Ferdinandus Cortesius finitimis Mexici prouincijs perlustratis, plures populos subegit, quibus significabat se missum a maximo Imperatore, vt legem Christi, vnicum Deum adorari euertique idola præcipientis, doceret: dæmonis dolos, quibus ipsos in internum ac nunquam intermoritura supplicia rapiebat, aperiret, necnon improbos plecteret, felicis immortalitatis præmia, atque alia fidei nostræ mysteria exponebat: quibus auditis barbari non modico stupore defixi hærebant.

Dæmoni sibi virgines immolari iubet. *a Hist. Mexicana. auct. Hisp. pag. 249.*

95. &c. Mouit castra Cortesius ad Tenticaecum, vbi plura superba templa adulterinis dijs sacra surgebant, quorum maximum dicatum a erat deæ, cui pulchellæ Virgines immolabantur: sin vero virgines non essent, dæmon ijs grauiter succensebat: atque ideo puellas a prima pueritia conquirebant, opiparaque educabant barbari; a quibus cum hæc audisset Cortesius, ipsis Christi hæc prohibentis legem, tum cæsarea imperia exposuit, omniaque idola collisit: ex quo illi magnum dolorem cepere. In hac expeditione patefacta sunt Ferdinando consilia Mexicani Regis Quehutimoci, quem secum ducebat, de ipso cum Hispanis trucidando, ac Mexico eripiendo, cum Hispani abiente eodem Cortesio mutuis inter se odijs certarent: factam coniurationem fatentes Regem ac principes Mexicanos laqueo strangulari iussit b. Eo sublato territus Apoxpalon Izcanici princeps Cortesij iussu præsentibus Hispanis innumera deorum ligrea simulacra exussit, spopondit que c nullam posthac statuam adoraturum, beneficentiæque Caroli V. principatum relaturum. Extulit d inde signa Cortesius in Taycam, ac toparcham ad se venientem humaniter excepit; in cuius procerumque præsentia missæ sacrificium a sacerdotibus solemni ritu & concentu ecclesiastico peragi iussit e, vt barbari cæremoniarum maiestate ad diuinum Numen colendum pellicerentur. Deinde Christiana fidei mysteria ijs opera interpretis exposita fuere, pollicitusque est princeps barbarus, se omnia idola concrematurum, cupientissimumque se ostendit discendorum rituum, quibus Deus coleretur: tum crucem, vt in oppido eam excitaret poposcit. Responsum ipsi crucem datum iri, deinde religiosos sacerdotes, qui Christiana lege ipsos erudirent mittendos. De secundis eius rebus meminit Petrus Martyr, qui hoc anno Francisci Mariæ Storriæ Vicecomitis ducis Mediolanensis postulatis incitatus, septimam de rebus orbis noui decadem compositam illi inscriptam edidit f, atque hoc dignum memoratu obseruat g, ex quo in Hispaniola res diuina frequenter fiat, typhones consopitos, dæmonumque spectra euanuisse. De Chiribichensibus h instituto sermone refert magicas artes apud eos maxime vigere, ita vt imperio dæmonis in subterraneis specubus asperrimo vitæ genere magistri, quos piaces vocant, tyrones macerent, qui deinde monstrifica arte imbuti euocare solent dæmonem, vt de futuris ex ipsorum furentium atque interram prostratorum labijs respondeat; idque a Christianis sacerdotibus maxime Petro Cordubensi Dominicano veriſſime compertum demonstrat i.

Caput Caroli V. Romanor. Regis.

b Pag. 252.

c Pag. 252.

d Pag. 254.

e Pag 262.

Barbaris exposita fidei Christianæ mysteria.

Insulæ in nouo orbe reperte. *f Pet. Mart. dec. 7. c. 1.*

g Cap. 9.

Fugari dæmones & typhones sopiti vi Eucharistiæ. *h Pet. Mart. dec 8. c. 8.*

i Ib ib. c. 9.

104 Hoc anno I cœptus est Capucinorum sacer ordo auctore Matthæo de Bassio Minorita sanctimonia & miraculis clarissimo. Is diuino instinctu collabens Franciscanum institutum in pristinam dignitatem vindicare, accepta ea forma habitus, quem olim S. Franciscus gestarat, aggressus est, cum pluribus diuinæ voluntatis argumentis ad id incitatus esset; profectusque Romam a Clemente VII. in cuius conspectum a Dei angelo ignaris cubicularijs adductus est, viua vocis oraculo gestandi dicti religioti cultus, & seruandæ, vt aiunt, ad literam conscriptæ a sancto conditore religiosæ vitæ formulæ potestatem consecutus est: plura vero grauioraque a præpositis, qui ab hac nouitate abhorrebant, perpessus, summa constantia demum obtinuit triennio post diploma, vt sodales sacerdotes ac laicos sibi aggregare, ac vitam rigidiorem & eremiticam ducere posset; quamuis postea e Capucinorum familia, vt liberius proximorum saluti operam daret, abierit, & res admirandas ediderit: sed diuina prouidentia plures viros illustres ex ordine Minorum

l Zachar. Bonariu in annal.

Capucinorum religionis exordia.

S. Francisci habit" restituta forma.

Matthæus Bassius ab Angelo ad Clementẽ deductus;

rim restituendæ Franciscanæ disciplinæ cupidissimos submisit ad regendos pios viros literarum expertes, ac inter alios Bernardinum Astensem, qui nouam familiam optimis legibus instruxit.

IESV CHRISTI
Annus 1526.

Indict. 14.

CLEMENTIS PP. VII. CAROLI V. ROMAN. REGIS
annus 3. annus 8.

Rogatus Carolus V vt pacem det orbi Christiano

1. &c. SOlicitatus extremo superiori anno omnibus precibus a Clemente Pontifice Carolus V. vt orbi pacem, permisso Francisco Sfortiæ Mediolanensi principatu, necnon dimisso æquis legibus Francorum Rege restitueret, cum consurgere in se nouum bellum cerneret, atque armorum fœdere Pontificem, Gallos, Venetos, ac Florentinos aduersus ipsum iungendos, distrahendas eorum vires censuit, ac Regem Gallum acerbis constrictum legibus dimitteret: Mediolanensem vero principatum in ducem Borbonium sibi fidissimum transferre constituit, vt Galliam Italiamque ea ratione sibi obnoxias teneret. Dimissus itaque Franciscus est præcipuis ijs legibus, vt duos filios obsides daret, Burgundiæ ducatum Carolo V. sponderet, Mediolanensis principatus & Neapolitani regni iuribus cederet, Nauarrum vt regni iure decederet adduceret, vectigal militare & classiarium protecturo in Italiam Cæsari penderet, tum ingentem auri vim solueret; Mediolanensis vero principis causa silentio, vt obtereretur, præterita.

Grauissima culpa a Carolo V. admissa.

De elidenda Caroli V potentia actũ a Pontifice. b Ib. pag. 197 c Ib. pag. 198 d Ib. in princ. pag. 197. e Guicc. l. 17

2 Terruerat omnes principes cæsarea vis ac felicitas, adeo vt non modo cum Anglo, quem alijs fœdere se iunxisse Belchairus narrat a; verum cum Lusitano quamuis Caroli affini de cæsarea potentia elidenda agitata sint consilia b, ne illum auro subsidiario iuuaret: quinetiam Sabaudiæ c princeps Hispanorum militum licentia fessus in fœderatorum partes inclinauit: Pontificem vero ad faciendum hoc sociale fœdus aduersus Carolum compulsum scripsit Ioannes Matthæus Gibertus d, ob Cæsaris in sedem Apostolicam contemptum, ingratique animi culpam, tum ob nimiam dominandi cupidinem: Clementem etiam ad bellica consilia suscipienda adactum refert Guicciardinus e imperdentis Italicæ seruitutis metu, cum cerneret Carolum ita cum Gallo pepigisse fœdus, vt Pontificem atque Italos principes eo non comprehensos opprimere posset, arcem Mediolanensem obsidione premi, Insubres a Germanis Hispanisque proteri: cæsareas turmas in Parmensem & Placentinum agros ditionis ecclesiasticæ immissas rapinis clientes pontificios vexasse; lata a Carolo fuisse in Hispania iniqua edicta libertati ecclesiasticæ aduersantia, atque Hispanum tabellionem subornatum in Romana curia promulgasse, ne Hispani ab ea ius peterent.

Cur Clemens in Carol. V. bellum decreuerit.

Cæsar exterritus noua conspiratione.

f Exta. ea de re lis. l 2. histr. princ. pag. 198. & seq.

Cæsari oratoris verba.

9 Porro Cæsar Pontificis, Regumque & principum Italorum consentiente conspiratione exterritus, Hugonem Moncadam amplissimis fultum mandatis ad Gallicam aulam, dein ad Franciscum Sfortiam, postremoque ad Pontificem submisit f, vt si cum Francisco Rege conuenire non posset, eidem Pontifici expetitas tot votis ac blanditijs pacis leges concederet. Cum vero is Francos deinde Franciscum Sfortiam ab eo fœdere diuellere frustra tentasset, demum Clementem adijt, expoluitque amplissimis se mandatis ad pacem cum omnibus conficiendam instructum accedere: denique sinu pacem bellumque efferre; verum Cæsarem vt amantissimum pontificiæ beatitudinis filium lubentius pacem quam bellum præstiturum accepturumque, non formidine belli, cum viribus ad dimicandum cum vniuersis polleret, sed puro colendæ cum omnibus ac præsertim cum Pontifice cunctisque Italis amicitiæ desiderio: cui a Pontifice responsum est, se necessitate ad arma capienda adactum, quæ iam deponere non posset, nisi Cæsar postulatis annueret, nimirum Italia libertate sua frui sineret, filios Gallorum Regi restitueret, debitam auri vim Angliæ Regi, cui amplitudinem suam maxima ex parte acceptam referre deberet, ad remouendas omnes futurarum discordiarum causas penderet: nec concordiam sine fœderatorum consensu redintegrari posse.

Quæ sint petita a Pont.

10. 11 His auditis Hugo Moncada actione de pace non abrupit, sed die proximo se ad varias conciliandæ pacis rationes proponendas rediturum subiecit; reuersusque hanc concordiæ formulam proposuit: Cæsarem pontificijs voluntatibus se accommodaturum, ac duntaxat seruato in speciem iudiciorum ordine tuendi honoris cæsarei gratia Francisco Stortiæ Mediolanensem principatum liberum permissurum, omnesque controuersias, quæ ipsi Cæsari cum Venetis intercedebant, dirempturum, atque ex Insubria exercitum reuocaturum, modo Pontifex vna cum cæteris Italicis principibus partem stipendiorum, quæ militi erant debita, persolueret. At Clemens, quamuis sero allatas pacis leges respuere decreuisset, vt cum Francisco & Henrico Regibus id conterret, respondit deliberationem cum sociorum principum oratoribus se habiturum: quos cum decimanona iunij die vocasset, pacis colloquium dissoluendum decreuit dato Hugoni Moncadæ hoc responso a, oratores rem omnem ad suos principes relaturos, sine quorum consessu quidquam statuere non posse.

Pacem Cæsar offert Pontifici legibus quas expetebat.

a Ib. pag. 200

12. &c. Inter hæc concitata est ingens Mediolani aduersus Hispanos popularis seditio, cum enim Antonius Leua per vrbem suo stipatus satellitio obequitaret, nec se a viro nobili salutari animaduerteret, arrogantia efferatus eum illico obtruncari iussit: quæ crudelitas Hispanis rebus pene exitio fuit; Mediolanensis enim plebs illico ad arma coiit, ac prætorianam cohortem trucidauit, pellereque Hispanos vrbe poterat, nisi ducum consilio destituta, atque aliquarum domorum incendio, necnon concordiæ interpretibus vltro commeantibus retardata conquieuisset. Interea variæ in vrbibus Mediolanensis principatus conflatæ proditiones pro Italico nomine aduersus Hispanum asserendo, quæ non erupere, excepta ea, qua Lauda ab sociali exercitu intercepta b est die vigesima quarta iunij, ex qua vrbe ad Mediolani mœnia ducendæ Italicæ copiæ Hispanos Mediolanensis arcis obsidione depulsuræ putabantur. Quæstus deinde est Carolus V. c pendente actione de pace ereptam sibi proditione Laudam fuisse, sed in promptu esse responsum, Mediolanensem ducem obsidione liberandum fuisse. Quo autem Hispanæ vires magis distraherentur de Genua ijs eripienda suscepta sunt consilia.

Crudelitas Antonij Leuæ Mediolanēses in seditionem concitat.

Laudæ a Gallis intercepta.

b Id. Guicc. lib. 17 l. 1. in princ. pag. 225. & 227

c Carol. V. in Apolog.

15. &c. Excurrit itaque in Liguriæ littora Gallica classis d præfecto Petro Nauarro, qui die decima sexta augusti Saonam deditione cepit: Genua tamen, quamuis pontificias ac Veneras naues sibi coniunxisset, propulsatus est, pariterque Vrbini dux socialis exercitus dux Mediolani obsidionem soluere coactus: irrito etiam exitu tentatæ a Clementis & Florentinorum exercitu Senæ, ac denique Franciscus Sfortia dux Mediolanensis post diuturnam obsidionem in extremam commeatuum inopiam redactus, cum socialis exercitus frustra expectatis Gallis eum liberare non auderet, incolumitatem libertatemque vigesimaquarta iulij die pactus deditionis verba nuncupauit e. Afflictæ mox inopina, Columnensium, qui paulo ante

Saona intercepta.

d Aug. Iust. hist Gen. l. 6 Bizar. d. 19. Paret. l. 12. Guicc. l. 17.

e Id. ib. appr. ad Sabell. anct. Sfortia deditionem facit.

Cle-

Clementi conciliati fuerant, proditione pontificiæ res fuere; dum enim Clemens nil hostile verebatur, Hugo Moncada ac Pompeius & Ascanius Columnēses instructo exercitu vigesima septembris die irrupere in Vrbem, ac dissimulante flagitium populo Romano ob nouum vectigal ad tolerandos sumptos bellicos impositum subirato, ignorameque quanta sibi mala ob non secuta maiorum in Pontificibus defendendis exempla imminerent, in pontificiam ædem Vaticanam impetum fecere, fugientemque in arcem Pontifice supellectilem illius & sacrum basilicæ S. Petri thesaurum expilarunt.

Columnenſium irruptio ad opprimendū Clementē.

22. &c. Triduo ante quam hæc proditio in Clementem fieret ab administris cæsareis, Cæsar apologeticum libellum a, in quo ciuilium inter Christianos bellorum causas ale in Pontificē reijcere conatus est, recensita præcipua Italicarum rerum huius temporis historia, Clementi inscripsit XVII. septembris, ac de cæsareis cum eo litibus ad concilium prouocauit.

a Ext. apud Dolg. to. 1. pag. 479.

45. &c. Interiectis nonnullis diebus alias ad Cardinalium senatum apologeticas dedit literas b, quibus publici diffidij & mali causas in ipsum Pontificem, inque Gallorum Regem auertere nitebatur, eosque vrtit, vt hortatibus eundem Pontificem ad œcumenicum concilium pro reprimenda hæresi Lutherana cogendum inducerent: Spirensem enim conuentum, in quo Germania a Romana ecclesia desciscere parabat, non sine maxima difficultate discussum; ac si illud indicere abnueret, mitit vt ipsi celebrandum curarent.

b Ext. ibid. pag. 500.

51. &c. Non minus valebat eloquentia Francorum Rex, vt ciuilium bellorum ac rei Christianæ excidij invidiam in Carolum Cæsarem atque Hispanos refunderet, libellumque eo argumento Germanis principibus transmisit, in quo Hungariæ excidium ob auersa in Gallos arma cæsarea acerbe deflebat. Contra vero Carolus, vt aspersam sibi maculam eluceret, ad septemuiros scriptis literis c questus est, nouas Francisci Regis, quem e carcere dimiserat, coniurationē a terendis Hungariæ subsidijs distractum fuisse, auxiliaremque exercitum ad Turcas retundendos pollicitus est, cum tamen a Clemente de impendente Hungarica clade commonitus ineunte anno, atque ad pacis consilia solicitatus fuisset.

Franc. I. in Car. V. Germanos conuitare nititur.

c Ext. apud Dolg. to 1. pag. 102.

59. 60 Aucto vero in dies magis Turcico terrore, defendendæ Pannoniæ solicitus Clemens internuntium suum Hieronymum Rorarium dare operam iussit apud Ferdinandum archiducem Austriæ, Cæsarisque in Germania legatum, vt Germanicis viribus labantem Hungariam sustentaret; eundemque monuit d imminentis Austriæ discriminis, cum Turca obtrita Pannonia in Austriam penetraturus esset. Non tulit illi opem Ferdinandus, quem Francorum Rex in inuidiam vocauit e, quod Hungariæ cum Turca partiendæ cupidine Ludouici Regis sororij exitium contempsisset. At Ioannes Cochlæus veras causas aperit, ob quas Ludouicus a Germanis desertus fuerit, nempe ob Lutheranorum factionem contrariam.

d Lib. breu. ann. 1526. pag. 309. e Franc. I. in apol. f Lib. breu. ann. 1526. p. 2. pag. 373. Polonus ad Hungariam tuendam solicitatus a Pontifice. Datum cō filium Hūgaris vt ecclesiarum thesauros auliti conferant.

61 Supererat vnica Hungaro spes in Sigismundo Rege Poloniæ, ad quem Clemens mense iulio internuntium suum proficisci iussit f, vt ipsum ad Pannoniam tuendam, ac nepotem Ludouicum ab imminenti interitu vindicandum hortaretur, moneretque, ne inita cum Turca, qui nullam fidem seruare consueuisset, concitasset que etiam Tartaros ad Poloniam inuadendam, fœdera coleret.

62 Cum ita Pontifex Polonum, Germanum, Gallum, Anglum, Hispanum, ad ferenda periclitanti Hungariæ auxilia hortatibus vrsisset, misisseque etiam aurum subsidiarium, demum Hungaros ipsos hortatus est g, ne sibi deesset, vtque sacro ecclesiarum thesauro pro faciendis in rem militarem sumptibus vterentur, tum ipsa prædia, domos, & alia immobilia diuenderent, quibus ipsa templa & sacra contra Turcicam vim & impietatem defenderent.

63. 64 Denique cum omnium Regum Christianorum repetitis vocibus frustra implorata essent auxilia, ipsi demum Hungari sibi ipsis defuerunt: nam cum Solimannus ducenta a ferme militum millia summa celeritate eduxisset, illi ad coniungendas copias & sequendum Ludouicum Regem tardissimi fuerunt, adeo vt Rex h vix viginti sex circiter millibus militum succinctus esset; cum non expectatis quadraginta millibus Transiluanorum, quos Ioannes comes ducebat, nec alijs quindecim millibus, qui ex Illyrico veniebant, nec Boemico equitatu, Pauli Tomorai archiepiscopi Colocensis ordinis Minorum, viri quidem pij & generosi, sed imprudentis importunis suasionibus permotus, contra militarium virorum & sapientium sententiam in hostes incurrere decreuerit: atque ad internecionem cæsus est Christianus exercitus, adeo vt decem equitum millia & duodecim millia peditum interempta sint. Rex etiam Ludouicus, quod a Pontifice Regi Poloniæ patruo, ni Pannoniæ succurreret, prænuntiatum fuerat i, perijt, cum cœnosum riuum inter Mohacium & Chelliam vicum trajcere niteretur: *Præstantissima*, inquit Istuanffus k, *indolis atque ingenij princeps, at omnibus corporis atque animi dotibus insignis, eoque infeliciori exitu indignus*. Contigit ea clades die vigesima nona augusti l: cuius rumor auxiliares copias aduentantes dissipauit l.

a Broderic. episc. Vasi. apud Sambre. hoc an. b Io. Fab. in orat. ad Reg. Angl. Guec. l. 17. append. ad chronol. Nauel. append. ad Sabel. Nicol. Isthuanf. hist. Pann. l. 8. Salom. Neugeb. hist. Pol. l. 7. Surius in com. hoc an. Sanſouin. hist. Turc. in Solimam. Ingens Hūgarorum cædes. c Lib. breu. an. 1526 p. 2. pag. 373. d Nic. Isthuanff. vbi sup. e Append. Nauel. & Sabell. f Isthuanff. vbi sup. Buda capta a Solimanno. g Lib. breu. an. 1526. p. 1. pag. 187. & 181. & p. 2. pag. 141 Pro repellendo Turca conflare templorū vasa constituit. h Lib. breu. p. 1. pag. 181 & p. 2. pag. 141. Ferdinandus cum Ioanne Vvayuoda certat de reliqua Hūgaria. Buda & Alba recepta a Ioanne.

65. &c. Interea Solimannus parta victoria late Hungariam populatus, ipsam etiam Budam in potestatem suam redegit, ac rebus secundis elatus atroque fastu turgidus etiam in Italiam ad Romam occupandam se descensurum iactabat g: Porro ex Hungarorum, qui ecclesiarum thesauros Turcis diripiendos exponere, quam milites subsidiarios ijs conducere malnerant, calamitate exemplum sumens Pontifex sacras ecclesiarum Italiæ opes, cruceſque & calices ad suppeditandos militares sumptus distrahere, si Turca irruere pararet, constituit; atque episcopos omne templorum aurum & argentum in commentarios referre iussit h.

70 Porro in Hungaria qui abscedente Constantinopolim Solimanno ob domesticos motus a Calendero Celebio in Asia excitatos, sociatis exercitibus amissa recuperare potuissent, Ferdinandus scilicet Austriacus, & Ioannes princeps Transiluanus Matthiæ olim Regis nothus filius, de partiendis inter se reliquijs Hungariæ, regioque nomine adsciscendo contenderunt, mutuis se criminationibus impetentes, quod Ludouicum Regem in medio discrimine rapiendæ illius coronæ spe deseruissent: primus Ioannes comes, cum polleret exercitu, Buda & Alba receptis a suæ factionis studiosis Regem se deligendum curauit, conditoque in Regum sepulchro Ludouici cadauere, a Paulo Vardano designato archiepiscopo Strigonienſi, ac Stephano Broderico episcopo Vacienſi solemni ritu regio diademate eū redimitus, & cum Francisco Gallorum Rege fœdus percussit.

71. &c. Cum interea Ferdinandus, ad quem ex veteri pactione regni iura spectabant, in Germania ageret, a suarum partium sectatoribus, vt in Hungariam ad regnum capessendum prouolaret solicitatus, indictis Polonij Reginæ Mariæ sororis opera solemnibus ordinum regni conuentibus Rex creatus est, rescissa Ioannis electione, quam Turcarum ope celebratam ac Ludouicum Regem prodidisse Turcis, vt regno potiretur, obiectum est: a Ioanne itaque magna procerum pars defecit ad Ferdinandum, qui vt reliquos

Ferdinandus Polon° electus ab Hungaris.

Ioanni impactū proditionis crimen.

a *Ext. apud Dolg. to. 3. pag 494.*

Hungaria mutuis discordijs atrita.

quos ab eo auelleret publicis literis a pollicitus est omnibus veniam, ac ipsos pristinis opibus & honorum gradui se asserturum. Accensum est inde inter Ferdinandum ac Ioannem amulos atrox bellum, quod Hungaros mutuis cædibus attriuit.

78. &c. Hoc anno Carolus V. Philippo Villerio Ierosolymitanorum equitum ordinis magistro oranti opem, vt amissam Rhodum recuperaret, Melitensem insulam ad comprimendos barbarorum impetus contulit certis pactionibus b, vt in ea sedes ponerent.

b *Ibid. pag. 252.*

84. 85 Quo etiam anno Mauri in Hispania ab eodem Carolo iussi publico edicto proposito, aut decimaquinta februarij solum vertere, aut damnata superstitione Mahumetica Christo nomen dare, magno numero ad sacros baptismi fontes confluxere, alij varijs artibus iudiciorum ordinem eludentes hæsere in Hispania, alij sumpsere arma & montium iuga insedere; sed demum conserto prælio a Christianis expugnati, partim cæsi, partim exuti bonis, addictique in seruitutem fuerunt. At dum Christiana sacra a gente in perfidia obfirmata protantantur, plura prodigia contigere; siquidem Tonen Deiparæ virginis necnon duorum angelorum illius lateribus adstantium effigies hoc ipso anno lacrymas fudere horarum trigintasex flexu, quæ in chrystallino vase condita fuere; adeo vt Virginis lacrymæ velut in gemmas concretæ ab angelorum lacrymis discretæ viserentur, donec ex anno MDCC. quo Mauri perfidi Hispania pulsi sunt, in tenuem vaporem soluta euanuerunt. Visum etiam est Cæsaraugustæ in Carmelitanorum æde vnius e tribus Marijs sepulchro dominico adstantibus simulachrum, atque misculpiam sudario Christi effigiem saxeam fiere. In Belgio etiam imago Dei genitricis lacrymas effundere visa est per hæc tempora, cum Lutherana hæresis eas prouincias inficeret, vt refert Tilmannus Brondenbachius c; qui etiam scribit Embricæ piam fœminam claudam, dum ad imaginem B. Virginis Deum orabat, membrorum integritatem firmitatemque recepisse.

Mauri Hispania eiecti.

Nonnulli rebellât & seruituti addicuntur. Alij baptismo ficte initiati. Lacrymæ e sacris imaginibus fluunt.

c *Tilman. redemb. l. 3. colla. c. 19*

86 In Germania porro ingraueſcebat adeo hæresis ob Caroli Cæsaris procul in Hispania contra iusiurandum in ipsis imperij auspicijs conceptum agentis ignauam tolerantiam, vt nouatores ex apostatarum fidei ad sacrilegam eorum sectam accessione triumpharent, indeque munimenta perfidiæ struerent: quos Ioannes Faber insignis theologus, strenuusque religionis orthodoxæ in tanta deserrorum multitudine propugnator retudit, causasque ob quas hæresis Lutherana augeretur pandens, rem improbitati & simplicitati hominum, tum hæresiarchæ astutiæ, necnon præsulum ignauiæ tribuendam demonstrauit.

Defectorũ multitudinem tribuunt miraculo Lutherani.

87. &c. Cum cœtus Spirenses hoc anno celebrandi essent, indixerant catholici principes theologis, vt Lutheri opera inter se partiti, impia & seditiosa illius dicta excerperent, confutarentque: inter quos Ioannes Cocæus d ex operum particula quingentas prauas perniciosasque propositiones decerpsit, adeo vt non modo ob quadraginta & vnum articulos a sede Apostolica damnatos, sed ob bis mille execrandas sententias igni concremandus foret. Dum ita a theologis Lutheri hæreses ex eius scriptis decerpebantur retellebanturque, pestilentes nouos libellos excudebat hæresiarcha, e quibus duos notandos ac perniciosissimos ad seditiones concitandas in clerum in ijs conuentibus Spirensibus peruulgatos, narrat Cocæus e: quibus scilicet consulebatur principibus, vt ex ecclesiasticis opibus ærarium publicum conflarent.

d *Cocla. ad Io. abb. st. S. Pantal. Colon.*

e *Cocla. in act. & scrip Luth.*

97 Porro ex Turcarum in Pannoniam irruptione Lutherani superbientes expetiere, vt in eodem

Expetit a Luth. cõciliabulum

Annal. Eccl.

Spirensi conuentu, controuersiæ de religione subortæ dirimerentur; non quod errorem suum deponere, sed in eum alios pellicere molirentur, ac Germaniam a sedis Apostolicæ obsequio diuellere, atque adeo ad creandam illi inuidiam de oneribus impositis Germaniæ libellum, quem Hadriano VI. delatum vidimus, multis additamentis auctiorem diuulgarunt, conquesti etiam concilium a Clemente Pontifice pro tollendis dissidijs non congregari. At Carolus V. de eorum dolis & improbitate factus certior fidei catholicæ articulos in disceptationem & controuersiam vocari vetuit in eo conuentu, in quo nihil actum, præter auctas a Lutheranis turbas, & pararas rei Christianæ insidias. Iuit enim permissa quibuuis male agendi euertendæque religionis licentia, dum decretum est, vt quisque ita se gereret, prout Deo ac Cæsari rationem redditurum se existimaret, tuendæque fidei contra impios vel Solimanni ab Hungaria propulsandi cura sopitæ sunt.

98. &c. Apud Heluetios eodem tempore initi sunt solemnes cœtus Badenses de religionis dissidijs, cum Zuinglius dogma de præsentia Christi in Eucharistia, missæ sacrificium, sanctorum apud Deum deprecationes, cultum sacrarum imaginum, indulgentias, necnon virtutem baptismi conuelleret: quibus hæresiarcha se sistere ausus non est; sed Oecolampadius alijque præcipui impietatis vexilliferi conuicti profligatique sunt, adeo, vt hæresis Zuingliana communi omnium decreto damnata sit: quamuis illi potius conciliorum sancita, sine alia disquisitione noua, asserere hæresiarcharum supplicijs potius debuissent. Eorum gesta narrat Ioannes Cochræus a. Qui vero fuerit disputationis Badensis exitus ita describit.

a *Cocla. hac an. in actis & scrip. Luth. ann. MDCXX. VI. & Surius in comment.* Heluetiorum decreta pro fide cathol.

103. 104. *Quanto autem illis omnibus nempe hæreticis superior solidiorque fuerit dominus Eckius publico declaratum fuit Heluetiorum decreto, in quo catholicorum obseruationes, Eckij que propositiones comprobata atque plena fœcritatis edito confirmata fuere: quarum sane iste fuit tenor. I. Verum Christi corpus eiusque sanguinis præsentia sunt in Sacramento altaris. II. Quæ & vere offeruntur in officio missæ pro viuis & defunctis. III. Virgo Maria aliique sancti colendi inuocandi sunt, vt intercessores. IV. Domini nostri Iesu Christi eiusque sanctorum imagines delendæ non sunt. V. Post hanc vitam purgatorius est ignis. VI. Pueri etiam Christianorum in peccato originali nascuntur, VII. Baptismus Christi non omnis tollit originale peccatum.* Et infra: *Vt igitur hæc omnia firmius tenerentur, additum fuit in fine decreti, certos constitui debere adnigilatores, qui vna cum magistratibus & officialibus publicis diligenter huic causæ inuigilent, ac prauaricatores denuntient, cuiuscunque status fuerint, vt iuxta demeritæ sua puniantur, adeo fane, vt reus in vno canone ab omnibus alijs canonibus reus eiusdem exterrifque habeatur, nec vsquam liceat profugis euadere pœnas.* Huius decreti instam fœcritatem si adhibuissent Heluetij in hæreticos, imminentia ciuilia bella auertissent: at eorum facinoribus & grassationibus toleratis, mutuis inde se cædibus cruentarunt, eorumque potentia & gloria valde depressæ fuerunt.

Iussi hæretici pœnis affici.

105. &c. Adegit etiam Ioannes Faber in superiori Badensi disputatione in eam desperationem Oecolampadium, vt palam librorum suorum partem damnaret. Præscribere autem diuinis miraculis modum & numerum, atque in benignissimam Dei largitatem latrare ausus Oecolampadius, aiebat si corpus Christi in Eucharistia esset, plus miraculorum in ea, quam in vllis Dei operibus nos habituros: quam argutiam petitam a perfidia redarguit Ioannes Fischerus b, & in manna solo Eucharistiæ symbolo duodecim miracula insignia effulsisse demonstrauit.

Ob segnitiem in ijs puniendis grauissimis malis oppressi. Fassus Oecolampadius se mendacem. Impugnata Eucharistiæ miracula ab hæret.

b *Ibid. l. 2. c. 8.*

108. &c. Obijcienti vero hæresiarchæ dicere Apostolum Iudæis, eundem cibum spiritualem fuisse, qui nobis est; ex quo inferebat cum illi Christum figurate ederint, etiam nos figurate tantum edere, respondit Fischerus a: *Conuenimus in altero cum Iudæis, quod eundem cibum spiritualem vtrique sumimus: verum in altero longe præstimus eis, nempe quod nos in Eucharistia corporaliter Christo pascimur, illis in manna tantum spiritualiter.* Addit Fischerus si, vt mentitur Oecolampadius, in Eucharistia Christi corpus non esset, frustra a Christo manna anteferretur, cum manna pani triticeo præferenda sit, & aprior corporis Christi figura esset, quam panis triticeus; & maiori cum fido a pijs manducari potuisset, quam Oecolampadij placentula, vt alibi demonstratur: idemque confirmat Chrysostomi & Irenæi auctoritate: quibus abunde confutata est Oecolampadij hæresis de spirituali tantum corporis Christi manducatione in Eucharistia; quam hæresim postea Caluinus diffudit magis, propagauitque.

a Id l.2.c.8

Grauissimum cõtra hæret. argumentum

112. &c. Sumebantur eo tempore in Anglia pœnæ de Lutheranis, qui ex Germania in regnum illud hæresis pestem inferre molichantur; qua de re impudenter queri ausus est Lutherus, datis ad Henricum Regem b literis blanditijs & assentationibus refertis, quibus satyrarum, quas in eum scripserat, veniam petebat, nouoque libro eius se laudes celebraturum, si annueret, pollicebatur. At præsentiens hæresiarchæ dolos Henricus blanda eius mendacia respuit, fideiq; causam tutatus est eleganti epistola c, ex qua hæc delibanda visa sunt: *Vehementer miror qua fronte possis apud me iactare, te nihil aliud docere, quam fide Iesu Christi filij Dei pro nobis passi & suscitati saluos fieri oportere: tum super hoc fundamentum ædificare postea charitatem erga proximum, & obedientiam erga politicos magistratus & crucifixionem corporis peccati. Vtinam, Lutbere, hæc tua verba tam vera forent, quam falsa esse cognosco: nam, quæso, quomodo super fidem ædificas charitatem, cum solam fidem doces ad salutem sine bonis operibus sufficere? Et infra: Idem dixisti, denuo eo ipso in libro, in quo falso quereris id tibi per calumniam falso exprobatum prius, sic enim scribis: Sacrilegium est, & impietas velle placere Deo per opera, & non per solam fidem. Quæ verba non minus aperta sunt, quam quæ prius tibi scripta sunt in Babylonica, cum hunc in modum scripsisti: Ita vides quam diues sit homo Christianus sine baptizatus, qui etiam volens non potest perdere salutem suam, quantiscunque peccatis, nisi nolit credere: nulla enim peccata eum possunt damnare, nisi sola incredulitas: cætera omnia, si redeat vel stet fides, in promissionem diuinam baptizato factam in momento absorbeantur pereandem fidem. Hæc tua verba tam manifeste quid sensis indicant, vt nec vllam possent, nec admittant glossulam; neque enim color vllus affingi potest, quin contra Christi verba: Angusta d est via, qua ducit ad cælum: tu cum euangelica libertate tua latam nobis ac facilem sternis illuc, quo tibi lene vulgus concilies, docens satis ad salutem fore, si quis Dei tantum promissionem credat absque vllo bonorum operum labore: quod genus fidei longe abest a D. Pauli sententia e fidem tradentis, qua per dilectionem operatur.* Quæ literæ vna cum alijs a Cochæo & Emsero in Germanicam linguam translatæ sunt f ad obstruendum os impudentissimo hæresiarchæ? qui erroribus contaminatissimos libros euangelium appellabat.

b Henric. VIII. inter opera Fisch. Rossin.

c Apud Cochl. in act. & script. Luth. hoc anno.

Lutheri fidem quod super fidē ædificet charitatē.

d Matth.7.

e Gal.5.c.2 Corinth 13.

f Cochl. in act. & script Luth.

118 Eodem iure, quo Lutherus, Anabaptistæ dæmonum ludibria pro diuinis oraculis obtrudebant; Tiguroque electi concesserant Basileam, ac plures infecerant adeo, vt habita sit solemnis disceptatio, in qua Oecolampadius ad patres & traditiones Ecclesiæ confugit: *O miseri & fatui*, aiebat ille, referente Arnoldo Meshouio ex ipsius Oecolampadij scriptis, *vobisne primum fidei suæ Christus reuelauit mysteria, & tot tam sæculis, tot insignes pietate viros, tot tantisque miraculis fulgentes Ecclesiæ suæ antistites latere voluit? vos appello, inquit, an tot animarum millia quæ in Ecclesia hoc modo baptizata sunt, & qua tali baptismate rectum & Christiana fidei conformem esse credidere, perpetuis gehennæ ignibus adiudicata censetis? an credibile est, a Deo eos sathanæ traditos tanquam prædæ relictos? Agite mentem vestram, excutite, vel hoc discrimine a tam doctis & sanctis hominibus, num vos perspicuæ discedere oporteat docete.* Hæc si iusta lance librasset Oecolampadius nunquam nitidissimos scripturæ textus figurarum vmbris obscurasset, cum ijs verbis tum ipse, tum omnes nouatores conuincantur: sed quid ad hæc Anabaptistæ? Reperiere id quod Lutherus de se iactarat: *Nos habemus*, inquiebant nimirum falsa & insana persuasione illusi, *verbum Dei, quod omnino illis debet præferri.*

Hæreticorum se Ecclesiæ præferentium insania ab Oecolampadio agnita.

119. 120 Fatua pariter interpretatione scripturæ illusam fœminam Anabaptisticam institutis e sua secta duodecim apostolis, se Christum dixisse ex scriptura, quæ testetur nihil apud Deum impossibile, refert ex Sebastiano Franco Anabaptista Arnoldus Meshouius, funestumque & atrocem casum hunc subdit: *Sanctogalli, quod oppidum catabaptistarum tum habebatur, & celebre & vastum quasi asylum perenne, sub initium februarij ani* MDXXVI. *bini fratres germani Thomas & Leonardus sartores tota de catabaptismo, de prophetijs, & cæteris noua doctrina mysterijs nocte miris sermonibus transacta, cum dies illucesceret, qua erat octaua februarij, aduocatis parentibus Leonardus Thomæ fratri in medium prodire iusso, genibusque in terram coram parentibus, & qui aderant vicinis prouoluto, patris voluntatem, vt præstolaretur, imperat. Spectantibus res istbæc timorem incussit, ideoque videret quid ageret, neque durius quid in fratrem statueret, Leonardum monuere: quibus ille nihil se aliud quam patris voluntatem, suspicionis quasi remouens materiam, affatum promisit. Sed verba fudit tantum, nec aliud; quippe vt primum istbæc reddidit, correptum, quem ad hoc attulerat, cæsem astutum fratris per iugulum adigit caputque detondet: quod parentum pectus adolutum pectora exanimat; & vox spectantium e manibus elapsus foris in publicum profilit, impletam patris voluntatem professus.* Cuius patris? non alterius certe quam illius, qui fuit homicida ab initio, atque Anabaptistæ vocare patrem soliti sunt dæmonem, iuxta illud Christi dictum ad Iudæos impios: *Vos ex patre diabolo estis.* Fuisse vero arreptum hunc a dæmone, id probat quod horrendum flagitium sancte & pie se patrare arbitratus sit, ac sine humanitatis sensu veluti amens discurrerit falsa vaticinans. Patrata ab alijs Anabaptistis maxima alia scelera, vt homicidia, stupra, & adulteria, cum iactarent eam esse voluntatem patris, lugubres aliæ testantur historiæ: nonnullas narrat Erasmus Albertus in suo contra Carlostadium, Anabaptistica lue etiam infectum, libello.

Fœmina se Christū dicit.

Anabaptistæ illusi a dæmone exemplum crudele.

121.122 In Prussia hoc anno ac superiori Lutherana hæresis ob corruptelas morum late grassata est, cum Albertus Brandeburgensis cruciferorum supremus magister nobile scortum, vt dictum est, sibi iunxisset; vtque principatum ecclesiasticum transfunderet in filios spurios, illius ius sibi cæsarea beneficentia conferri postulauit: sed iustam repulsam accepit a Carolo principe, quem Pontifex etiam apostolicis literis, ne sacrilegis illius votis assentiretur, admonuit a. Passus repulsam Albertus fracta fide Cæsaribus, quorum clientela ordo steterat, transfugit ad Polonum Regem, qui cum antea flagitasset, vt militaris cruciferorum fami-

a Libbrem. ann. 1526. p.14.19.

Polonus apostatam Albertum in clientelā accipit.

familia extingueretur, priuatum commodum, nomine magno Christianæ rei damno ac religionis dedecore, diuinæ cauſæ prætulit, cum ita politicam rem augere putaret; quamuis eodem anno regia Polonorum familia pro tenui partis Pruſſiæ acceſſione, arcano diuini Numinis iudicio, duo florentiſſima regna Boemiæ & Pannoniæ amiſerit. Itaq; diuinis & humanis ſpretis legibus, religionis ac fidei apoſtata, & filijs ſpurijs, ex ſcorto nimirum ſuſcipiendis, Pruſſiæ ius beneficiarium tribuit; de quo plura Polonica hiſtoria a.

Amittit duo regna diuinitus caligatus.

a Solomon Neugebau. l. 7. hiſt. Pol.

123 Iam ex ditione Alberti, quæ cruciferorum extiterat, in proximas Regi Poloniæ obnoxias terras ſerpebat impietas, ac Gedanum vulgo Dantiſcum prænobile in Viſtulæ faucibus emporium infecit adeo, vt Ioannis vexilliferi impulſu factus ſit impetus in eccleſias, direptus ſacer ornatus, ſacramenta polluta, eccleſiaſtici viri pulſi, ſenatus catholicus electus, deque vrbe Poloniæ Regum veteri repudiata clientela in reipublicæ formam redimegranda inita conſilia. Confugere Cracouiam ſupplices ad Sigiſmundum Regē Poloniæ catholici, vt refert Polonicæ hiſtoriæ ſcriptor b.

Gedanum hæreſi contaminatū.

Direptæ eccleſiæ. Pulſi catholici ad Polonum confugiūt.

b Id. ibid.

124. &c. Contra quos auſi ſunt hæretici oratores mittere ad euerſæ religionis facinus excuſandum; quos ille diſſimulata ira, ne in rebellionem apertam ex deſperatione conijceret, cum benigno reſponſo dimiſit. Cæterum celebratis Perricouiæ procerum comitibus decima nona februarij die Gedanenſe iter eſt ingreſſus: cuius venientis terrore perculſi hæretici varia colloquia de ſumendis armis, ipſoque mœnibus propulſando habuerunt; ſed inter ſpem metumque ancipites cum tandem admiſerunt: ac quem Barnimus Pomeraniæ dux eius ſororis filius, alijque plures viri nobiles ſe contulere, quorum numero & virtute ſubnixus religionem orthodoxam in priſtinum ſplendorem, & catholicos in ſenatoriam dignitatem reſtituere aggreſſus eſt: ſeditionisque auctores partim ſupplicio capitali partim exilio affecit. Tam egregio facinore Sigiſmundus Rex peſtem Lutheranam a Polonia depulit.

Polonus Rex Gedanum ſe cōfert.

Vindicata a peſte Lutherana Polonia.

125 Ruebat præceps in Lutheranam hæreſim ſacerdotum & monachorum turba mollitie voluptatum victa: quorum pars cum ductus per ſpeciem coniugij ſcortis fœdas furioſaſque cupidines expleuiſſet, conſcientiæ ſtimulis & libidinum cœno excitata iterum ad caſtra Eccleſiæ ſe conferebat: quibus benigne colligendis eorumque curandis vulneribus ſedulam operam dabat in Polonia Gneſnenſis archiepiſcopus Apoſtolicæ ſedis legatus: qui cum in clericis Eccleſiæ conciliandis expediriorem rationem, in monachis impediriorem reperiret, quod illi ad ſua monaſteria vel pudore vel metu ſodalium victi redire detrectarent, ſummum Pontificem conſuluit, quænam miſerorum vulneribus lethiferis medicamina admouenda eſſent, cui Clemens ad miſerendum pronior reſpondit c, vt monachos apoſtatas publice hæreſi damnata presbyterorum ſimplici cultu permitteret incedere, nec redire ad monaſteria cogeret.

Ruit in hæreſim impura ſacerdotum turba. De ijs ad officium reuocandis exercitæ curæ.

c Lib. brev. ann. 1526. p. 1 pag. 87 Permiſſum vt conuerſi ad fidem agant in ſæculari habitu.

126. &c. Maior in Suecia, quam in Poloniæ clericorum, parochorum, & monachorum ad ſacrilegas nuptias concurrentium licentia graſſabatur; de quibus factus certior Clemens Lincopenſi & Aroſienſi epiſcopis prouinciam dedit d, vt quos poſſent a Lutherana hæreſi in Eccleſiæ ſinum reuocarent: at in eos, qui in pertinacia & impietate obdureſcerent, legum ſeueritatem adhiberent, & Guſtaui delecti Regis Sueciæ opem implorare iuſſit. At fruſtra contra Lutheranos illius potentia implorata; licet enim maxime a præſulibus catholicis ad Suedicum ſolium euectus fuiſſet, ad Eccleſiam tamen euertendam coniurauit cum hæreticis, ſubornatus a quodam e familiaribus ſuis, qui ærarij difficultates pertimeſcenti perſuaſit, vt ex Lu-

In Suecia lapſi turpiter monachi & ſacerdotes.

d Id. ibid. pag 186. Guſtauus ab epiſcopis eiectus ad ſolium coniurat ſi. Eccleſiæ exitium.

theri dogmate eccleſiaſticorum opes inuaderet, iiſque coniugij obtenta ſpecie ſcorta ſibi iungere permitteret. Prolapſam in hæreſim magnam Suecorum multitudinem ob impias de religione diſceptatiuncu-las publice habitas, teſtatur Olaus Magnus a, cum ſpretis ſanctorum patrum & conciliorum decretis vulgus ignarum adhiberetur, vt de ſacroſanctis myſterijs ſententiam ferret, atque ab hæretico concionatore eloquentia florente in errorem impelleretur. Tueri autem conatus eſt magno ardore & conſtantia fidem catholicam Ioannes deſignatus archiepiſcopus Vpſalenſis, circumuentusque calumnijs a Lutheranis apud Guſtauum Regem in arcem Holmenſem, vt iudicium ſubiret vocatus eſt, probriſque exceptus, quod Lutheranis aduerſaretur; expoſuit Lutheranos eſſe, qui regium nomen intamarent, regnumque euerterent; ſilereque iuſſus in monaſterium S. Franciſci amandatus eſt, addito imperio, ne inde excederet. Vt vero tentata ſit a Laurentio Andræa, qui Regem corruperat, eius conſtantia, deſcribit Ioannes Magnus b, qui ſubdit archiepiſcopum impia ſuadenti hæc reſpondiſſe: *Se nequaquam vitam ſuam aut patriam tanti æſtimare, quod propter hanc vel illam vera religionis deſertor eſſe velit; quid enim prodeſſet vniuerſum mundum lucrari & animæ ſuæ detrimentum pati: ſi tamen in, me in voto Regis eſt me perpetuo exilio damnare, damnet: Domini eſt terra & plenitudo eius: ſi me per medium ſecare voluerit, ſecet, Eſayam habeo in exemplum: ſi in pelagus me proijci iubeat, Ionam veniſcor: ſi me lapidare voluerit, lapidet, Stephanus mecum eſt Protomartyr: ſi caput auferre, auferat, habeo Ioannem Baptiſtam ſimili violentia trucidatum: ſi facultates diripere, diripiat, Nudus ingreſſus ſum mundum & nudus reuertar in terram.* Hoc reſponſo, non abſimili illi, quod S. Baſilius Modeſto præfecto reddidit c, audito Guſtauus Rex ad ſaniorem mentem non redijt, ſed pulſo ſancto archiepiſcopo, quem impium papiſtam vocauit, pſeudoeuangelij Lutherani concionatorem inſtituendum decreuit.

a Olaus Magnus l. 16. cap. 32.

Ioannes archiepiſc. Vpſalenſis metuit fidē

b Io. Magn. de vit. Pont. Vpſal. Intentata illi mors.

Dignum conſtantis præſule reſponſum.

c Baron. Annal. to. 4. an Chriſt. 370. n. 4.

131 In Gallia habitæ ſunt hoc anno plures ſynodi ad eam ab hæreſibus vindicandam, cum plures grammatiſtæ excolendæ politioribus literis iuuentutis ſpecie e Germania contaminati hæreſi irreperent: edi, tumque eſt in prouinciali ſynodo Turonenſi ſanctiſſimum hoc decretum d: *Inuigilent ne aliquibus in collegijs, aut ſcholis hæretici aut de hæreſi ſuſpecti præponantur; & ſi qui ſint præpoſiti, implorato Regis Chriſtianiſſimi auxilio expellantur.* In Carnotenſi etiam ſynodo plures piæ ſanctiones pro aſſerenda orthodoxa fide editæ e, atque in primis reprimi iuſſi, qui concionatoris munus in eccleſijs non miſſi ab epiſcopis ſibi arrogabant, erroreſque ſerendæ religionis ſpecie ſpargebant.

d Synod. Turon apud Bolbel. l. 5. doc. Eccleſ. Synodi in Gallia aduerſus hæreſim habitæ.

e Gilliacenſ. 14. c. 18.

IESV CHRISTI
Annus 1527.

Indict. 15.

CLEMENTIS PP. VII. annus 4. CAROLI V. ROMAN. REGIS annus 9.

1. CVm Pontifex omni contentione pacis promoueret conſilia, pactiſque cum cæſareis inducijs, ſtipendia etiam Borbonij ducis exercitui perſoluiſſet, ac dimiſſis eccleſiaſticis & ſociorum copijs iter in Hiſpaniam pro redigendis in concordiam Regibus, ac depreſſa diſcordiarum cauſa, erigenda re Chriſtiana meditaretur, irruente Germanico exercitu prædandi ſpe allecto, odioque in pontificium nomen incitato, nec Romanis, qui impune an-

Clemens a Cæſareis proditus pacis initę inducia.

so superiori Leoninam vrbem diripi fuerant, inani cæsarei patrocinij fiducia ad defendendam vrbem, vt par erat, vimque barbaricam infringendam se comparantibus, oppressus est. Nec tantæ cladis præsuntium defuisse ferunt a: *Erat*, inquit Cocleus b, *tum Romæ Italus quidam sacco indutus, qui ante captam Vrbem sæpe prædixerat grave imminere Vrbi exitium, nisi homines pravam vitam corrigerent, ac pœnitentiam agentes iram Dei precibus averterent: cumque id sæpe fecisset magnis clamoribus, in publico comprehensus & in carcerem conjectus, ibique detentus fuit, donec Deus re ipsa comprobavit quod illis prædixerat.*

a Pomon. l. 3 Grolier. de dirept. urbis Sanson. l. 15.
b Cocl. in act. & scrip Lut. hoc an Sur. in com.
Vates pœnitentiam prædicans conjectus in carcerē

3 Inter hæc Franciscus, cui Angelorum agnomen additum, Minoritani ordinis supremus ministter, qui iam ante in Hispanias profecturus, vt inde in Americam ad disseminandam inter barbaras illas gentes Christianam fidem traijceret, pijs mandatis a Clemente Papa fuerat instructus c, vt Carolum V. ad redintegrandam pacem sacra eloquentia adhortaretur, ab illo ad Clementem ipsum transmissus est d, vt cæsaream erga eum officiosam voluntatem ipsiusque salutifera de pacanda Christiana republica agitata consilia exponeret: venturum scilicet in Italiam quinque militum millibus succinctum ad suscipienda augustalia imperij insignia: ijs acceptis mox in Germaniam ad Lutherum sine vlla noui concilij œcumenici indictione comprimendum perrecturum: aquis legibus cum Veneto senatu fœdus inieturum: cognitionem causæ Francisci Sfortiæ ducis Mediolanensis duobus iudicibus a Pontifice & a se delegatis commissurum, ac si criminis læsæ maiestatis convictus foret, Mediolanensem principatum Carolo Borbonio cæsarea beneficentia traditurum: exercitum omnem ex Italia abductum iri, Apostolica sede ac Venetis stipendia militi debita persoluentibus: Gallo Regi obsides filios vicies centena millia aureorum constitutis temporibus numeranti restitutum iri: ad prouehendam autem pacem ac perficiendam, inducias octo mensium pangendas.

c Clem. I. brev. ann. 1526. p. 2. pag. 332.
d Guicc. l. 17 Ext. etiam ea de re lit. l. 1. de liber. princ. p. 180

4. &c. Admittendæ hæ Pontifici inducie visæ sunt, vt ijs initis ipse ad Reges pacem ipsos inter conciliaturus se conferre posset: sed hæc consilia Galliæ Regis administri non admiserunt. Nec minus Hispani administri insolescentes superbia procliuem ad concordiam Cæsaris animum corruperunt, ac Pontifici indignas inducierum leges imperarunt; mutata quippe erat rerum Italicarum facies. Georgius Fronspergus conflatum in Germania exercitum in Italiam duxerat e, neque Heluetij, vt erant polliciti fœderatis, itinera intercluserant: cæsarea classis nouarum copiarum supplementa ex Hispania in regnum Neapolitanum transuexit: cuius pars tempestate disiecta a Regis Galli & Venetorum triremibus bello petita est; at non sine cæsareæ rei incremento, cum ex triremes Hispanas insecutæ obsidionem Genuæ soluerint. Ex quibus successibus elatus Lanoius prorex Neapolitanus, tum a Columnensibus exasperatus, Pontifici induciarum pacisque cupidissimo quasi victo & prostrato leges proposuit acerbissimas.

Pollicetur Cæsar fine nouo concilio Lutherum re pressurum
Pacis inter Clem. & Cæs. leges propositæ.
Proficisci ad Reges statuit Clemens pro vrgenda concordia.
Ad iniquā sortem adductus.
e Guicc. l. 17
Ingens rerum conuersio.
Acerbissimæ leges ab Hispanis imperatæ Pontifici.

8. &c. Contigit inter hæc vt idem Lanoius prorex Neapolitanus, qui ad pellendum Vrbe exuendumque ditione ecclesiastica Pontificem anhelabat f, Frusinone vltima ianuarij die aliqua copiarum parte amissa, fuerit propulsatus ab ecclesiastico exercitu g, versusque in fugam: ex quo successu sumptis animis ad frangendum Hispani fastum, bellum in regnum Neapolitanum traductum est, atque socia classis, vt littora incursaret, excita. Venerat Renatus Valdemontij comes ducis Locharingi frater, qui regni Neapolitani iura hereditaria sibi debita esse contendebat: is cum aliquot copijs in illud irrupit, incussusque est ingens Hispanis terror; nam a classe Castellum maris ac Surrentum, ab exercitu vero terrestri Aquila, Ceperanum, Celanum, comitatus Taliacotij, & alia loca hosti adempta a: quo tempore nonnulla leuia nummaria subsidia a Francisco Gallorum Rege accepit Pontifex, ac longe maioribus promissis oneratus est, quæ si opportuno tempore submissa fuissent, cæsareorum administrorum res in summas angustias adductæ fuissent: iamque ad ipsa Neapolis mœnia mox b sociales copiæ Hispano maximum pauorem iniecerant; sed longa & irrita Gallorum auxiliarium expectatio felices successus euertit: aptior quippe longe erat mouendis quam gerendis bellis Francicus Rex. Carolus autem Borbonius aduersus Vrbem vel Etruriam exercitum Germanicum adduxit, si aliqui motus Florentiæ excitati fuissent.

f Sanson. l. 15.
g Lut. princ. l. 2. pag. 49. & 50
Prorex Neap. propulsatus Frusinone.

a Ib. pag. 57. & 60.
Defectæ promissa Gallorum auxilia.
b Lut. l. 2. princ. pag. 59.
Franciscus Rex Italicas res deserit.

11. 12 Cuius terrore Clemens animum ad inducias faciendas decimaquinta martij c, conuertit: quas cum Feramosca Cæsaris & proregis Neapolitani oratore pepigit ijs legibus, vt cæsareo exercitui, quem ductabat Borbonius, sexaginta millia nummorū penderet d; & capta vtrinque loca restituerentur. Constitutum e etiam, vt Neapolitanus prorex Romam accederet; Triuultius vero Cardinalis legatus ad castra cæsarea se conferret, vt Borbonius retro signa abduceret, nec ditionem ecclesiasticam Etruriamue vexaret, vt constituto temporis flexu Gallus Venetusque inducias possent admittere. Hac tractus fallaci fiducia, quod Borbonius cæsareis imperijs pariturus esset, cum Feramosca Caroli V. orator ad eum literas de inducijs seruandis deferret; & quamuis ille iam ante palam protestus esset f confectis a Pontifice cum prorege pactionibus se stare nolle: ac licet etiam Galliæ & Angliæ Reges Clementem monuissent, ne se Hispanorum fidei & potestati committeret; licet etiam Gallus Venetusque damnarent inducias g, atque inuicem pro redintegrando bello nouas coitiones facerent, Triuultio tamen legato Cardinali dedit mandata, vt exercitum ex Neapolitano regno reuocaret, ac Valdemontium ducem, Venetarumque copiarum præfectum, tum Andream Laurentium & Horatium agminum ductores copias ex hostico solo iussit educere h. Aquila, Ponscurtus, Ceperanum & alia loca Hispano restituta sunt, omnique exercitus naualis & terrestris ex cursu victoriæ & Salernū obsidione i reuocatus l, non sine magno militum ducumque dolore & Hispanorum gaudio.

c Ib. pag. 61.
Inducie iancitæ & quibus legibus.
d Guicc. l. 18
e Lib. 2. lit. princ. p. 62.
Incaute fecit Hispanis Pont.
f Ib pag. 56
g Ib. pag. 70
Captas vrbes restituit Hispano.
h Sup pag. 62.
Pendit aurum Borbonij exercitui.
i Ib pag. 69
l Pag. 72.

13. 14 At dum expectatione pacis promissisque Neapolitani proregis delusus Clemens minus suis rebus consulit, Germanicus exercitus delato auro non placatus, immo, vt latronum mos est, spe prædæ irritatus, cum aliquot diebus tumultuatus esset, ac maiora longe depoceret stipendia, nec quisquam persolueret, inualescente maxime factione Lutheranorum militum ductorumque, quos fero in Pontificem Romanum odio hæresis imbuerat, signa per Flaminiam circumtulit, ac nullo sacri & profani discrimine rapinis ac stupris obuia fœdauit: a cuius exercitus grassatione & insolentia Montis Guardiæ moniales insigni prodigio vindicatas memorat m Ascanius Persius; siquidem ingruentibus Lutheranis angeli militaris cultus specie induti monasterium primis tenebris tutati, moniales noctu Bononiam incolumes deduxere ad cœnobium S. Magdalenæ, earumque supellectilem pertulere, neque perfecta ex humanis oculis auolarunt.

Non placatus auro sed irritatus germanicus exercitus.
In Flaminiam irrūpit.
m Ascan. Persius de imagine Montis Guardiæ Angeli Moniales miraculose seruant.

15 Audito Germanici exercitus per Flaminiam progressu, completa n tunc terrore omnia fuere Romæ, vt Hieronymi Nigri literæ xv. aprilis die Romæ exaratæ ostendunt, quibus significat proregem quidem

n Lut princ. l. 2. pag. 72.

quidem Neapolitanum Florentiæ agere, atque bona ſpe pacis Lactare, Pontificem: verum apud Liuium legi, *barbaris ex fortuna pendere fides*. Putabatur in Florentiam, in qua iacta erant ad Medices euertendos diſcordiarum ſemina, impetus cæſarei exercitus conuerſum iri, atque ideo ad eam tuendam omnium ſociorum vires confluxere: quod cum hoſtes reſcirent, incredibili celeritate, fruſtra eccleſiaſtico exercitu infrequente, Romam contenderunt.

Romani prouolat Borbonius

16 Hoſte imminente Romani proceres [a] Pontifice moniti [a], vt opes ad comparandas copias ad repellendum latronum exercitum conferrent, nec ſumptus in rem militarem ſuppeditarunt, nec vt par erat expediuerunt arma. Die quinta [b] maij hoſtis comparuit, atque ſcalis applicatis ad muros, bis non ſine cæde propulſatus eſt; cum Borbonius dux ſegnius rem agi arbitratus, ante omnes prouolauit, atque in ipſo tertiæ impreſſionis furore, glande peritus occubuit: cum ante a Pontifice vna cum Germanis Hiſpaniſque, quos ductabat, anathemate fuiſſet perculſus. Non tamen ducis nece conſternati Germani, tecti nebula, quæ eorum conatui fauit, tranſcendere muros, ac tranſtyberinam Vrbis regionem obtinuerunt.

[a] *Ibidem.* Infanda Romanorum ſegnities ac perfidia. [b] *Guicc. l. 17 & alij.*

Tranſtyberina regio occupata.

17. 18 Eodem die prono in occaſum ſole cum pontes reſcindi iuſſiſſet Pontifex, & Romani factionis cæſareæ inducia treui inſanirent, adeo vt anguſtos pontium aditus milite & vallo tormentiſque non munirent, agminatim per Sixtinum pontem in Vrbem irruperunt, quam cæde, incendio, rapinis, ſtupris ſine vllo prorſus vel ſacri diſcrimine compleuerunt. Interfecta in illius impetus & furoris ardore circiter quatuor hominum millia feruntur, cum ipſi e ſuis mille in montium expugnatione amiſiſſent. Ita Clemente a ſociis Gallo Venetoque, quos deſeruerat, deſerto, ipſum prudente Hiſpano, cuius fidei ſe commiſerat, non ferente ſuppetias ingenti eccleſiaſtico exercitui, cui Vrbinas præerat, ac Romanis contra cæſareos non ſe defendentibus, ſed in palatijs ſe continentibus: Roma infœliciſſime vaſtata [c] eſt ab Hiſpano Germanoque exercitu, eccleſiæ cædibus profanatæ; Romam vel cæſi vel deditione nuncupata tormentis ſubiecti, vt reconditas opes proderent: in quo auctrimine Clemens ſe in molem Hadrianam recepit.

Romani detrectant pontes ſuper vel tueri.

Cæſa in bellico ardore quatuor Romanorum millia.

[c] *Blaſius Caſenas magiſt. Germanor. diarior. to. 10. pag. 154.*

19. 20 Paratæ erant Clementi maximæ calamitates, niſi diuina miſericordia eas auertiſſet: nam Georgius Froſpergius patria Sueuus Lutheranæ impietati ad inſaniam deditus, Italicam expeditionem eo conſilio ſuſceperat [d], vt ſuis manibus ſummum Pontificem ſtrangularet laqueo, quem auro intexendum curauerat, geſtaratque in ſinu, identidem ſuis oſtentans, veluti de egregio facinore, quod furiali animo conceperat; verum diuina vltione percuſſus ex equo corruens infelicem animam Lethæ tradidit: Lutheranique milites cardinalitijs veſtibus induti ſimiarum inſtar pontificiam deriſere maieſtatem, ac Lutherum ioco Pontificem renuntiarunt. Breuem hanc impiorum hominum lætitiam futuram præuiſſe virum pium, quem imminentem Vrbi cladem vaticinatum diximus, cum e carcere, in quem coniectus fuerat, a Germanis emiſſus fuiſſet, refert Cochæus [e] (quod alij confirmant [f]) *Dimiſſus*, inquit, *e carcere a militibus, eis quoque prædixit brene fore eorum gaudium ex illa præda. Cum igitur euenirent ea, quæ prædixerat, creditus eſt prophetia habere ſpiritum, quem & vita auſteritate probauit, Ioannis Baptiſtæ nomen habens & vita inſtitutum ſequens.*

Lutherani dux meditatus præfocare Pontificem d *Sanſouin. lib. 15.*

Lutherus ab impijs Pontifex acclamatus.

e *Cochl. vbi ſup.* f *Sanſouin. hiſt. l. 1. hoc ann. Sur. in commentar.*

21 Obſeſſus ab exercitu cæſareo in arce Clemens oppugnationem ſuſtinuit, ſperans fore, vt eccleſiaſticus ſociorumue exercitus ſuppetias afferret. Verum Vrbinas parum fidus Pontifici rem male geſſit: nam Peruſio admouit a copias, vt Gentilem Balionum præfectura ipſi a Pontifice demandata pelleret, ac Ioannis Pauli Balionij filios in eam vrbem induceret: dein tot moras nexuit, nouarumque difficultatum cauſas ingeſſit, vt licet florentiſſimus exercitus ad pugnam pro liberando Pontifice inſtructus, in quo Galli ac Veneti ad certandum erant paratiſſimi, prope Romam acceſſerit, nulla tamen vel leuiſſima velitatio tentata ſit, quamuis remoueri caſtra vetaret Pontifex, vt hoſtes ad æquiores conficiendas pactiones flecteret.

Vrbinatis proditio. a *Guicc. l. 18*

Auxilia ſero e Gallia ſubmiſſa.

22 Demum cum Vrbinas prima iunij die caſtris abceſſiſſet, atque ex Gallia, quæ parabantur auxilia, ſero nimium aduentarent: cæſarei vero oppugnationem omni conatu vrgerent, & cuniculis ſub propugnacula actis diſijcere arcem molirentur, tum menſe iulio peſtis late graſſaretur, atque morbi ſæuitia aliquos e cubicularijs peremiſſet, Clemens vniuerſæ conſulturus Eccleſiæ edito diplomate [b] modum ſubrogandi Pontificis præſcripſit, ſi eum in carcere extingui contingeret, vitæ ſuæ metuens, ne vel a Germanis Lutheranis, vel a Columnenſibus necaretur, proregem Neapolitanum, qui Senis agebat, exciuit, vt cum eo de deditione facienda ageret. Cupide acceſſit ille, cum ſupremum exercitus imperium extincto Borbobio duce adepturum ſe ſperaret; ſed ab exercitu parum honorifice habitus diſceſſit. Præerat vero Philibertus Auraſiorum regulus exercitui Germanico, Hiſpanico vero Hugo Moncata; cum quibus deditionem pactus non libertatem ſed vitam hoc pretio redemit, vt quadringenta millia nummorum penderet, arcem Hadrianam, Oſtiam, Ciuitatem veterem, Tiphernum, Placentiam, Parmam, Mutinam traderet; & in cuſtodia cum tredecim Cardinalibus detineretur.

b *Ext. apud Vitorellum addit. ad Ciaccon.* Peſtis in arce Adriana exorta. Necati a Germanis vel Columnenſibus metuit Clemens. Vitam redemit ingenti pretio vrbiſque deditione.

23. &c. Audita capti Pontificis tama multo magis pij omnes ingemuere, atque Henricus Angliæ Rex Cardinali Cybo literis ſignificauit [c] ſe cum defenſoris fidei titulos gereret, vias omnes ad dignitatem ſanctæ Romanæ eccleſiæ aſſerendam initurum; immo & regium ſanguinem profuſurum, actumque eſt magno ſtudio de conuocandis in vnum locum Cardinalibus, qui libertatem retinebant, ac Galliæ & Angliæ Reges Auctionem deſignarunt [d], cum is locus ad cogendum concilium eſſet idoneus: verum confuſis in tanta rerum perturbatione Cardinalibus, certaque expedire conſilia nequeuntibus, Galliæ & Angliæ Reges, tum Veneti Heluetijque Romanæ eccleſiæ patrocinium ad Pontificem communem omnium parentem e cæſareorum ſeruitute vindicandum ſuſceperunt [e]: communique Regum ſumptu inſtructus exercitus prafecto Odetto Fuxio Lautrechij regulo in Italiam emiſſus eſt [f].

Clemens tenetur captus ab Hiſp. c *Lib. 2. hiſt. princ. p. 74.* Angliæ Rex agit cum Gallo de liberando Pontifice. d *Id. pag. 78*

e *Clem. l. 3. brev. pag. 5.* f *Id. ab Camitell. hiſt. Crem. hoc anno & alij.* Immiſſus exercitus a Gallo & Anglo in Ital.

29. &c. Interea dum ſuſpenſa eius expectatione fluctuabat Italia, cæſareus exercitus Romæ peſte cõſumebatur [g]; Gallorumque aduentu res cæſareæ in Inſubria deprimi cœptæ: oppidum Boſchi in agro Alexandrino Germanis oppreſſis receptum: Genua terreſtri maritimoque exercitu cincta a Cæſare deſciuit [h]: Alexandria & Papia ad deditionem compulſæ: Ferrariæ dux & Mantuæ marchio ad Gallicas partes traducti. Inter quæ Carolus V. partim conſcientiæ ſtimulis agitatus, partim pudore affectus, quod ſummum Chriſtianorum omnium principem, nec ambiguum Dei vicarium, ipſe qui Eccleſiæ defenſorem ſe eſſe iactabat, in cuſtodia detineret (quo tempore hæretiarchis Luthero & Zuinglio, alijſque omnibus impietatis monſtris libertatem ſummam permittebat, tutoque graſſari ſinebat) mandata dedit exercitus

g *Guicc. vbi ſup.* Cæſareæ res depreſſæ in Inſubria. h *Id. ibid. Paul. Iou. l. 25. Camit. vbi ſup. & alij.*

ſui

sui ducibus, vt Pontificem liberum quidem dimitterent, & colerent, ac in pristinam assererent dignitatem, sed aurum ab eo ad soluenda militi merita stipendia exprimerent; tum hæc addidit: sedulo autem cauete certis obsidibus, ne Pontifex, si forte iniuria nondum oblitus hostilem animum induret, vobis non magnopere nocere possit. Cuius rei indignitatem Paulus Iouius, quamuis cæsarianæ factionis studiosus, silentio prætermittere non potuit, ingentem auri vim ab egeno, ac spoliato & mancipe Pontifice cuius infirmissima esset fides, apud creditores inique petitam; tum subdit de impia cæsarianorum barbarie. *In hac negotij difficultate vni omnium Germani indomita feritate nequaquam tuerse ciuitatis spoliis exsaturati, cum promissa pecunia aquas publicanorum pactiones suspectarent, superbeque reijcerent, truculentissime cunctis, qui aderant in arce, Pontificique in primis atque senatui, nisi mature pecuniam expedirent, terrima supplicia comminabantur. Res autem eo deducta est, vt Clemens longe charissimos atque honestissimos ex familiaribus, qui secum erant representanda pecuniæ obsides frementibus deposcentibus Germanis tradere sit coactus. Horum sacratis manibus illico minaces barbari catbenas iniecerunt, & tanta truculentia ad exprimendum aurum terruerunt, vt in campo flora ad erectas dicatasque latronum suspendijs furcas damnatorum more catbenati perducerentur, parato ibidem ad legem agendum carnifice, si paulo asperior concionis fremitus emanasset. Per hunc modum misere pallentes & extremo supplicij metu perfusi, terque in concionem producti præclara ope magni Numinis seruati sunt, cum spes auri vel in efferatis diuturna immanitate animis misericordiam exprimeret.* Ex his Ioannes Maria archiepiscopus, ita ex patibulo ereptus, solium apostolicum postea conscendit, in quo Iulij III. nomen accepit. Vt vero ij barbarorum horum crudeles manus effugerint, auctor subinde describit.

Addit, vt spolient opibus vitibusque.

Germani supplicia Pontificiæ Cardinalibus comminati.

Perducti vincti ad furcas obsidet.

33. 34 Dum ab Hispanis in custodia habebatur Pontifex, Lautrechij Gallorum exercitus ducis fuerunt literæ ad eum clam delatæ a, quibus certior factus est, illum cum maximo exercitu a Gallo & Anglo Regibus pro ipso ex proditorum manibus eripiendo mitti; quo ex nuntio valde erectus est & recreatus: sed ducis ipsius moras diu sustinere non potuit: ac Lautrechius, cum post superiores victorias Boscho, Alexandria, Genua, Ticino expugnatis Antonium Læuam exiguis Hispanorum succinctum copijs exosumque Mediolanensibus pellere Mediolano posset b, atque ita Germanis in posterum aditus intercludere, ne in Italiam irrumperent, præclaræ occasioni rei gerendæ defuit; atque in ferenda ope, suadentibus enim id Venetis, alij obstitere, adeo cunctatus est, vt Pontifex cum principatum ecclesiasticum dissipari, clientesque obteri doleret, omnia cæsareis dare & spondere pro redimenda libertate constituerit: sed nec ea sufficiebant, cum plura Hispani poscerent c, quam ipse præstare posset.

a *Clem. lib. brev. ann. 1527. pag. 336.* Certior factus Clemens de Lautrechij aduentu.

Illius victoriæ. b *Guicc. l. 18 Pan. Iou. l. 25.* Hispanos Mediolano pellere potuit.

Ea tum impatiès Clemens. c *Guic. ibid*

35. &c. Interea Carolus V. scriptis die nona nouembris literis d amplissimis Clementi expostulauit, ipsum a se omni officiorum genere affectum iri, si in Hispaniam ire vellet, ac se de Vrbis excidio, cæterisque vi militari illatis purgauit, cum tantorum facinorum nunquam conscius extitisset; rogauit etiam, vt pacem orbi Christiano restituendam curaret, atque Angliæ & Galliæ Reges ad iungenda in Turcas arma adduceret.

d *Ext. apud Summont. p. 2. hist. Neap l. 7. c. 2.*

43. &c. Septimus iam excurrebat mensis, ex quo Clemens Papa seruiturem Hispanicam patiebatur: & quamquam Cæsar indicto sibi ab Anglo pro liberando Pontifice bello territus, eum liberari iussit mense augusto a, vt Ioannis Cardinalis Saluiati literæ ostendunt, administrorum tamen perplexo consilio res extrahebatur: quippe ob prosperos Lautrechij in Insubria successus efferati grauiores in dies pactiones exigebant a Clemente, quem conculcata sacrosancta maiestate indigne habebant: quibus de rebus apud Cardinalem Toletanum, cæsaream amicitiam pollicentem, conquestus est Clemens b, precesque addidit, vt qua apud Carolum V. valebat gratia, ipsum ad pacem vniuerso imperio Christiano præstandam induceret. Quibus literis adscripta est hæc loci ac temporis nota: *Dat. Romæ in arce* XV. *nouembris* MDXXVII. *pontificatus nostri anno* IV.

a *Ext. l. 1. Iul. princip. pag. 78.*

b *Lib breu. ann. 1527. pag. 350.*

46. &c. Cum vero Franciscus de Angelis Minorum ordinis supremus minister ad Carolum V. internuntius apostolicus pro rebus Christiani imperij pacandis a Clemente sexta decembris die fuisset decretus c; iamque maximo cum incommodo ad satiandam proditorum religionis Christianæ auaritiam vndique petitæ a Pontifice opes collectæ effusæque fuissent, dies nona decembris condicta est d, qua e funesto carcere Christi vicarius in libertatem restitueretur; cum ipse subuectus ne Hugonis Moncadæ artibus adhuc detineretur, mercatoris cuiusdam subornatus militarem custodiam eludit e. Nullis consitantibus Cardinalibus noctu Vrbem veterem ingressum addit Guicciardinus f, neque a pluribus sæculis auditum, vt Romanus Pontifex ex tanta potentia in tam infelicem statum decideret: nec minus admiratione dignum fuisse, ex adeo miseranda seruitute breui in pristinam potentiam maiestatemque assurrexisse; ex quo patet quanta veneratione Christianus populus Romanum Pontificem prosequatur.

c *Lib. brev. an. 1527. pag. 423.* Cæsareorũ ducum insignis improbitas.

d *Guicc. l. 18 Belch. l. 19. n. 44.*

e *Iou. l. 25. f. Guicc. l. 18* Noctu Vrbem veterem ingreditur Clemens.

52. &c. Misera quidem tum erat ecclesiastici imperij facies: cadente enim Roma, oppressoque Pontifice Mutinam inuaserat dux Ferrariensis, Veneti Rauennam honesta tuendæ illius specie detinebant, Perusium Vrbinas ad Balionium traduxerat, Bononiam affectabant Peppuli, Camerinum Sarra Columna occupauerat, Ostiam, Ciuitatem veterem, Viterbium, & alias arces insidebant Hispani, Narniam Interamnemque oppugnauerant & exciderant Germani, qui decimaseptima iulij egressi Vrbe iterũ septembri exeunte reuersi maiora quam antea mala miseris Romanis intulerunt.

Ditio ecclesiastica misere laniata.

57. 58 Dum vicarius Christi sub impiorum seruiture gemebat, hæresiarchæ summa furendi in Christum libertate abusi in Germania noua hæreseon monstra effuderunt. Cum enim Lutherus, docente ita dæmone, sacerdotium, atque adeo panem in corpus Christi commutandi potestatem sustulisset, nec tamen negare posset Christi corpus in Eucharistia existere, fœdissimum errorem commentus est, Christi corpus vbique esse, atque secta Vbiquetariorum est conflata, vt narrat Coclæus, subijcitque g, mox Zuinglium & Oecolampadium contra Lutherum Germanicos libros edidisse, semperque illi dum vixere, aduersatos, nec paucos sectatores præsertim Argentinæ, Basileæ, Constantiæ, Vlmæ, Augustæ, Turegii, ac Bernæ, sibi conciliasse. Vt vero catholici hosce hæresiarchas inter se certantes confutarint subdit idem Coclæus: *Quos tamen omnes euidentissime confutauit & conuicit venerandus pater Ioannes Fyscherus Episcopus Roffensis in Anglia libris quinque, & Iodocus Clichtoueus theologus eximius in Gallia libris duobus, quibus nemo eorum hactenus respondit: transtulit quidem Fyschert quinque prologet in theutonicum Ioannes Cochlæus: Verum tanta est dementatæ plebis peruersitas & pertinax adhæsio, vt nihil in contrarium vel audire vel legere dignentur, ne de opinione semel concepta vacillare aut dubitare quidquam videantur.*

Conspicua Luth. contradictio.

g *Cocla. hoc ann.* Zuinglius & Oecolamp. in Lutherum insurgunt.

Qui scripserint aduersus hos hæresiarchas.

Inter

Erasmus in Lutherū scribit. a Sleid. Pius l.10.

59. &c. Inter alios, qui aduersus Lutherum hoc anno scripsere, Erasmus, qui licet catholicus videri vellet, priuatarum tamen hæresum, quas recenset Albertus Pius a, lue pollutus erat, tertium librum insignem & prolixum pro asserenda humana libertate edidit, in quo vti ab amicis catholicis erat rogatus, omnia de seruo arbitrio Lutheri argumenta dissoluit, tum inter cætera hanc in eius libros & pseudoeuangelium sententiam memoria dignam promsit b: *Quid hic commemorem quanta inter euangelistas, (sic enim ipsi se vocant) dissensio, quam atrox odium, quam amarulenta contentio: immo quanta inconstantia, cum ipse Lutherus toties mutarit sua placita, & subinde nona paradoxa subpullulent. Promisit sibi nutrificam apud posteros memoriam: at ego potius auguror futurum vt nullum nomen sub sole fuerit vnquam execrabilius Lutheri nomine.*

b Erasm. apud Cocl. in actis & scrip. Luth. an. 526. Luheri in constantia.

65. &c. Translatum ab eodem hæresiarcha nouum testamentum in Germanicam linguam, ac multis locis deprauatum simplices animas errorum laqueis irretierat; quod cum damnatum fuisset a catholicis principibus, aspersa est ijs teterrima calumnia quod euangelij hostes essent. Itaque edita est ab Emsero Germanica versio hoc anno, qua edita Lutherani testamenti nomen auctoritatemque apud plebem obsolcuisse refert Cocl.eus c, atque Georgium ducem eidem Emserianæ editioni præfationem adiecisse, in qua pseudoeuangeliſtarum fraudes impietatesque in totius populi Germanici oculis defixæ fuerunt.

Cur sacra scriptura traducta a catholico theologo in Germ. linguam. c Cocl. in act. & scrip Luth.

68. &c. Ex his hæresiarchis Iacobus Kantius inualuit Vormatiæ hoc anno d, ac septem articulos proposuit disceptandos, quorum tertium & quartum impietate insignes refert Ioannes Cocl.eus e: *Tertius*, inquit, *ita habebat: Baptismus paruulorum a Deo prorsus non est, sed diuelle contra Deum & contra Dei doctrinam, qua nobis per Christum Iesum filium eius proposita est. Quartus vero sic: In sacramento seu cœna Domini neque est substantiale corpus aut sanguis Christi.* Porro aduersus hunc hæresiarcham libro edito Cocl.eus baptismum infantium tutatus est, eiusque consilio Anabaptistæ & Lutherani Vormatia eiecti fuerunt.

Iacobi Kantij se missū a Deo iactantis fautor. d Cocl. in act. & scrip Luth. hoc ann. e Id. ibid.

72. &c. Infecerat pestis Anabaptistica inter alias prouincias maxime Moraniam: cumque Ioannes Faber Ferdinandum Regem secutus, ad impietatem excindendam studia sua vertisset, plures conciones sacras ad populum ab errore eruendum habuit, monuitque in primis, ne cuilibet obuio impostori mox fidem præberet. Quam fœdæ autem hæreses inter eos spargerentur, ita enarrat: *Christum etiam Dei filium esse negant: magnis clamoribus plenis buccis negant magistratus esse in Christianis. Sunt qui tenent Christum breui venturum, eorumque opera ad eos, qui veteris sunt fidei omnes cædendos vsurum, ac tandem etiam mulos damones ad salutem vocaturum, vindicaturumque. Multis locis tenent omnes dementias dormire: dormituros que cum anima & corpore ad extremum vsque diem. Plerique vetus testamentum contemnunt, perinde vt Manichæi. Non pauci etiam a nouo testamento desciscere, quinetiam omnia communia facere conantur, etiam vxores, Nicolaitarum more: quando enim pater sine spiritus iubet, sic enim aiunt, quamcunque accesserint sororem, eam cuilibet illico communem, obtemperantem, subditam esse necesse est.*

Morauia anabaptismo infecta

Anabaptistę Christū Dei filium negant. Alij eorū errores.

76 In Silesia prodijt hoc anno nouus hæresiarcha Gaspar Sunenckfeldius, qui non modo pestiferis argutijs præsentiam corporis Christi in Eucharistia oppugnauit, verum alias hæreses, sectamque sui nominis condere cœpit; cuius hæresiarchæ meminit Vlembergius f.

Gaspar Sunenckfeldius hæresiarcha. f Vlemberg. in vita & gest. Luth. cap. 18.

77. 78 Exorientibus ita in dies nouis hæresiarchis horrida blasphemiarum portenta per Germaniam disseminata sunt, vt refert Ioannes Cocl.eus g: quippe apostata Præmonstratensis Iuliano nequior, cum infernum esse negasset, addidit hanc blasphemam vocem: *Christus cum hanc vocem dixisset: Eli, Eli, lamma sabathani; damnatus fuit quia desperauit, &c.* Qua in re postea Caluinus etiam delirauit. Nonnullique interiectis narrat illusos a dæmone trecentos Anabaptistas prope Apocellam cœlum ascendere molitos, ac dein in promiscuos concubitus rem totam versam.

g Cocl. in act. & scrip Luth. Mesbou. hist. l. 3.

79. 80 Deludi vero soliros Anabaptistas inanibus promissis a dæmone, testantur graues auctores h, nam Anabaptistica apostatæ excucullato nupta conuocatæ multitudini ad conuiuium dapes ab angelis cœlo inferendas ridiculo & inani exitu promisit. Qua multo infelicius illusa est alia Anabaptistica mulier Basileæ; cum enim in carcere dæmon illi spopondisset, ipsam sine cibo & potu diuino miraculo vitam sustentaturam, omne cibi genus respuit, ac die decimo fame arida extincta est. Non defuit i qui eodem spiritu instinctus filium tanquam Isaac immolaret: denique nulla res adeo absona & impia fuit, quam dæmon fidei catholicæ defensoribus non persuaserit k. Subornati Roteburgenses Anabaptistæ fuerant a Michaele Sellario, quem Anabaptistæ protomartyrem suæ sectæ vocant: deque huius sectæ signifero Nicolao Pelargo narrat Meshouius illum Monachij inter inopes calamitosos grauissimo morbi genere iusto Dei iudicio extinctum.

h Florimund. Raymun. & ex eo Arnold Mesbou. l. 4 Anabaptisticæ illusæ a dæmone. i Felix Capito & ex eo Arnold. Mesbo. hist Anabapt. l. 4 k Cocl. in actis & scrip Luth. hoc an.

81. &c. In Liuonia eodem anno laxissimis habenis Lutherana hæresis furere cœpit: vt narrat Tilmannus Bredenbachius l; idemque hæc in Belgio contigisse repetit: *Scribit Christianus Massæus chronicon libro vigesimo anno salutis* MDXXVII. *die* XX. *iulij Tornaci Lutheranum quendam nomine Henricum fuisse combustum: is (vt ait Massæus) sequenti nocte socijs in carcere totus ardens apparuit, illis præ timore clamantibus ait: Nisi ab errore cessetis, metum peribitis in æternum. Excitatus clamore carcerarius consules vrbis aduocauit; dicunt illis vincti: Facite de nobis quod volueritis, modo prius confiteamur, ne cum Henrico pereamus. Hæc Massæus.*

Liuonia contamina ta hæresi. l Bredenbachius in hist Belli Liuonici.

Hæreticus post supplicū socios edocet de paratis inferorum pœnis.

87. &c. In Gallijs ineunte februario huius anni Antonius de Pratis archiepiscopus Senonensis, idemque extremo anno creatus tit. S. Anastasiæ presbyter Cardinalis f, Parisijs insignem synodum prouincialem celebrauit, in qua recentiorum nouatorum hæreses damnatæ, ac plura sanctissima decreta ad Gallos ab errorum labe vindicandos edita fuerunt: ac primum quidem recensitis Lutheri hæresibus perculit anathemate omnes, qui fidem Romanæ ecclesiæ abijcerent, atque in eos sine vllo ordinis discrimine legum seueritatem adhibendam sanxit: tum monuit suffraganeos episcopos, vt loca hæreticæ contagionis suspecta adirent g, a vicinis de prodendis hæreticis sacramentum exigerent, & vrbium magistratus iureiurando adigerent contra hæreticos publicam opem sese allaturos.

f Clem. lib. epist. an. 1527. pag. 418.

Senonēsis synodus aduersus Lutheranos. g Sixt. senen bibl. l. 4. concil. p. 2. pag. 149.

105 Florebat ea tempestate in Polonia B. Hyacinthi gloria multis miraculis, quæ edebat Deus, eorum misertus qui se illius patrocinio commendarent: quibus permotus Clemens ordini Prædicatorum permisit h, vt horarijs precationibus sacrisque anniuersarijs eius memoriam in Polonia recolerent.

B. Hiacinthus miraculis clarus. h Lib. 3 brev. p. 5.

106 Quod ad res Polonicas attinet; Tartari Precopenses, ineunte hoc anno per concretas gelu paludes & indurata stagna in Lituaniam irrupere, factisque late varijs excursionibus ingentem Christianorum multitudinem in seruitutem erant abducturi, cum Ostrogius Polonorum dux tanta celeritate incurrit, vt hostes antequam equos conscendere possent, obtriue-

Tartarorū in Lithuaniam irruptio.

rit

rit, magna ipsorum strage edita, ac septingentis captis: quam victoriam ornarunt quadraginta Christifidelium millia e barbarica seruitute liberata: suscepta deinde affecto iam anno in Tartariam expeditio equestris, factaeque circa Oczacouiam ad Borysthenis ostia excursiones in barbaros, quibus victis ingens a nostris praeda acta est.

Ferdinandus Bohemica corona redimitus.

107 Eodem anno Ferdinandus Austriacus mox ob veteres inter Fridericum Imperatorem & Matthiam Regem de regni successione pactiones iterum inter Maximilianum & Ludouicum solemni ritu instauratas, in Boemiam primum progressus solemni ritu Pragae diadema sumpsit communi ordinum consensu; inde fortissimo succinctus exercitu in Pannoniam irrupit, cum iam Palatinus coactis Posonij procerum comitijs Ioannis Scepusiensis comitis electionem irritam pronunciasset; Ferdinandum vero Regem appellasset, venientique cum suis occurreret: cuius coniunctione confirmatus tantum terrorem Ioanni Regi aemulo Ferdinandus iniecit, vt ille Budam deseruerit; qua sine cruore potitus traiecto Tibisco illum insecutus est, partaque de eius ducibus, qui temere praelio dimicare ausi sunt, victoria vniuersa Hungaria depulerit a, qui cum in Poloniam confugisset, atque vna cum Hieronymo Lasco Siradiensi Palatino, qui sapientiae & doctrinae laude florebat, militaria consilia contulisset, ab eodem Lasco Achitophele altero impie persuasus est, vt Solimanni Turcarum Imperatoris contra Austriacum opem implorare t, vt barbaricis armis in regnum restitueretur.

Budae potiur.

a Salomon. Neugebau. vti sup.

Repulsus Turcam euocat.

108. &c. Deficiente porro in multis Europae locis religione, nouos sibi in altero orbe fideles Christus peperit. Insignis enim hic annus fuit ob Mexicanos ad vnius Dei cultum traductos; ex quibus sexaginta & amplius myriades Ecclesiae adiunctas memorat Mexici expugnati historiae auctor b: quibus erudiendis quidem nauari iam opera coeperat biennio ante; hoc vero anno longe maiori ardore & feliciori exitu pium opus vrgeri coeptum est, duorum episcoporum scilicet Iuliani Garciae ordinis S. Dominici Tlaicallatensis, ac Ioannis Zumarragae Minoritae Mexicani auspicijs: etenim ij plures sacerdotes virosque religiosos in vineam Domini traxere, qui quidem initio summos labores sustentarunt, cum nec audirent nec audirentur: coeperunt vero ipsi virorum nobilium filios lingua Castellana instruere, vicissimque Mexicanam, vt populis Christi lucem exponerent, perdiscere.

Propagata apud Mexicanos religio.

b Hist. Mex. expugn.

Sexaginta myriades Mexicanorum conuersae ad Christum.

Episcoporum & sacerdotum aduentus in Mexicū

116 Ac maximo ad rem Christianam inter barbaros constabiliendam praesidio fuit omnia funditus euertisse templa, omniaque idola abolcuisse: cum enim nullum haberent locum, ad quem pro sacris peragendis conuenirent, ad ecclesias confluebant, euangelicos praecones de rebus fidei differentes auidis auribus excipiebant, sacrificio missae rituum perculsi sanctimonia & maiestate attenti aderant, atque adeo accedente interno aurae coelestis afflatu ad sacrum demum baptismatis fontem tanto numero concurrere, vt in Xomilchensi oppido quindecim hominum millia vno die coelesti lauacro expiata fuerint a duobus sacerdotibus, ac non nemo Franciscanus multorum annorum flexu quadringenta hominum millia baptizarit,

Profuit idola ac templa euertisse.

In vno oppido vno die quindecim millia baptismo initiata

117. 118 Porro in condenda Mexicana ecclesia profusum aliquot martyrum, qui pro fide ab idolorum cultoribus trucidati sunt, cruorem, memorat auctor c: cum enim ipso initio expugnati Mexici daemon saepius barbaris videndum se obijceret, ac suaderet, vt in auita religione perstarent, colerent eius amicitiam & familiaritatem, minareturq; si ritus profanos abijcerent, non solem non imbrem, non

c lib. pag. 330.

vitam, non filios se daturum, & argueret pusilli animi quod paucos numero Hispanos neci non darent; nonnulli aliquos Hispanos trucidarunt, defendendaque idola susceperc, obijciebantque Hispanis veteres deos tanta solicitudine aurum non confectatos, vt ipsi confectarentur. Recondebant etiam idola, & cruces superponebant, vt tallerent Hispanos: sed tum contigit, vt daemones in idolis latentes a cruce fugarentur; ex quo magna admiratione affici coeperunt, & Crucifixi, quem praedicari audiebant, vim fateri. Collocarunt etiam tunc nostri pluribus in locis sanctissimum Eucharistiae sacramentum, cuius praesentia daemones fugati sunt: ad id ipsum etiam fatendum adacti fuere daemones ipsi a sacerdotibus, cum inquirerent cur non amplius, vt consueuerant, Americanis intuendos sese obijcerent. Ita sensim daemon disparuit, cum ad Mexicanos, qui baptismo abluti vel Eucharistia vel cruce muniti erant, accedere non auderet.

Daemonū fraudes ad barbaros conciliandos in Christianos.

Daemones fugati virtute crucis

Et praesentia Eucharistiae.

IESV CHRISTI
Annus 1528.

CLEMENTIS PP. VII. annus 5. CAROLI V. ROMAN. REGIS annus 10. Indict. 8.

1. &c. PRaesidebat Gallus florentissimo suo exercitui, quem ductabat Lautrechius, adeo vt Clementem Pontificem, in armorum societatem trahere niteretur ad offensas Apostolicae sedis vindicandas: iure quidem pellendos Italia Hispanos, qui tam inique & immaniter Romanam ecclesiam oppressissent, ac praficiendum regno Neapolitano nouum Regem videbatur; sed ancipites & incerti bellorum exitus ab ijs deterruerunt Pontificem. Itaque foederatorum Regum oratori respondit, decreuisse communis pareneis gerere officium, nec pacis actionem posse abrumpere, cum Caesar anno superiori tertia augusti die literis regia manu exaratis spopondisset pacis rationes pontificio arbitrio se commissurum,

Sollicitatus Clemens, vt iniurias vlciscatur. a Guicc. l. 18

Imola & Ariminum ad ecclesiast. ditionem reuocata.

Lutrechij in Neap. regno irruptio.

Germani Roma diuulsi.

4 Assurgere dein pontificiae res paulatim coepere a Gallici exercitus opera, qui duce Lautrechio per Aemiliam ac Picenum, in quibus aliquot vrbes, quae a Clemente defecerant, vt Imola Ariminumque, Ioanne Saxatello & Sigismundo Malatesta deturbatis, ad Ecclesiae imperium certis pactionibus redierunt, irrupit in Neapolitanum regnum, in quo a populis Hispani imperij pertaesis auide exceptus Germanos ex vrbe Roma diuulsit. Minitabantur illi ferociter reliquias eiusdem vrbis abolere: sed demum placati auro a Pontifice ad tuendum Neapolitanum regnum die decima septima februarij aegre abscesserunt b: eadem die Amicus Arsolus militari succinctus manu Romam procurrit, eam in Pontificis potestatem redegit, omnes Germanos & Hispanos, qui in domibus alibiue residui erant, contrucidauit: quos dum perquirebat c plures a suis praedae factae. Egressa ex Vrbe omnibus ornamentis spoliata quinque millia Germanorum tantum, nam reliquos pestis consumpserat.

b Lib. 2. lit. prine pag. 90. Guicc. l. 18.

Maxima eorū pars casibus varijs absumpta.

c Bod. lib. 2. lit. princ. pag. 91.

Plures vrbes ad Gallos in regno Neap. deficiunt.

5 Caeterum laetissima Gallis belli Neapolitani initia fuere, populis certatim deditionem facientibus, adeo vt qua vi, qua pactione, Aquila, Amalphi, Barolo, Trano, Capua, Nola, Acerra, Auersa partis, & vniuerso ferme regno occupato Lautrechius exeunte aprili Neapolim obsidione cinxerit d. Intercludere pariter mari nitebatur commeatus Philippinus Auria, qui Gallicae octo triremium classi praerat; quae, cum minus valida esset, eam Hugo Monrata prorex laetissimo Hispanorum militum flore imposito

Obsessa Neapolis.

d Guicc. l. 18 & 19. cum notat. Sabell. Petr. Iust. l. 12. Belcbair l. 19. & 20. Bod. l. 2. lit. princ. pag. 118. Rosius l. 2. & alij.

postro nauibus stolonas, funesta accepta clade maio mense fusus est a. Luit ille tum pœnas proditionis iam ante in Pontificem admissæ saxis obtritus ambustusque flammis: periit etiam Cæsar Feramosca fallacis pacis interpres. Ita amisso maris imperio adductæ b in summas angustias res cæsareæ, adeo vt diuina vindicta vrgeri viderentur: nec multo post Columnenses, qui tot sedi Apostolicæ intulerant iniurias, ab abbate Farfensi Vrsinæ stirpis profligati.

a Guicc. l. 19 Rosin. l. 2. aug. hist. lib. 6.

b Gucc. l. 19 Exactæ a Columnensibus pœnæ t

6. &c. Interea dum in exitium vergebant Neapolitanæ res, instructa in Germania copiarum supplementa ad decem circiter militum millia in Italiam Tridento descendere; quibus auctus Antonius Leua Insubriæ præfectus cæsareus impetu & militari dolo Ticinum Gallis eripuit: necnon Liguria pristinæ libertatis cupidine Francorum Regis iugum excutere meditata est.

Submissa e Germania Hispanus auxilia In Insubria & Liguria Gallicæ res collapsæ.

10. 11 Inter hæc in Neapolitana obsidione Lautrechius, qui vt Pontificem in armorum societatem sibi adiungeret pollicebatur c Medices ad Florentinæ rei principatum se reuocaturum, mense augusto peste, quæ exercitus vexabatur, interemptus est d. Ruere etiam iam ante in peius res Gallorum cœperant; nam post partam a Philipino Auria naualem victoriam, qua Hispanæ vires maritimæ conciderant; cum victoribus nulla a Gallo Rege præmia persolue-rentur, immo capti prælio optimates cæsarei, a quibus magna auri vis exigi poterat, repeterentur, indignatus e Auria pro egregijs militaribus officijs rependi iniurias, nec solui stipendia, ad Cæsarem patriæ suæ libertatem pactus defecit: cuius defectio Neapolitanum regnum Gallo Regi abstulit; nam cum cæsarea vexilla extulisset, ac duodecim triremibus subuectus, quæ antea Gallo Regi parueranr, ad Caietam applicuisset, cæsareæ res mox ita erectæ sunt, vt pluribus circa Neapolim receptis oppidis & vrbibus, interclusi Gallico exercitui epidemia laboranti commeatus fuerint: quorum inopia Galli, qui Neapolim ad deditionem famis pestisque sæuitia cogere putauerant, obsidionem soluere coacti f cum Auersam contenderent, ab hostibus in itinere circumuenti ad internecionem cæsi sunt.

Lautrechius Pontifici ingētia spōdet. c Lib. 2. hist. princ. pag. 107.

d Guicc. l. 19 Belch l. 20. & alij.

Auria a Gallis abalienatus.

e Extat de ea lit. princ. pag 110. Guicc l. 19. Aug. Instit. lib. 6.

Deficit ad Caro l. V. Euersæ Gallorum res.

f Guicc. l. 19 Belch. l. 20.

12. 13 Secuta est Neapolitanam cladem Liguriæ defectio; nam Andreas Auria Genuam inuectus Gallicam classem portu dispulit, vrbem in pristinam libertatem restituit, ac deinde Saonam Gallo ademit, nec principatum Liguriæ sibi delatum accipere voluit.

14. &c. Inter quæ Clemens, cum Gallicas res euersas cerneret, atque a Cæsare, qui in extremum discrimen Neapolitanum regnum adductum viderat, necessariamque sibi Pontificis amicitiam animaduerterat, de redintegrando fœdere solicitaretur g, adeo vt culpam ab exercitu suo admissam emendaturum se polliceretur, vrgeret etiam precibus Pontificem, vt Vrbi sedem restitueret; sponderet præterea h Medices ad Florentinum principatum se reducturum, ac Mutinam, Regium, Rauennam, Ceruiam, Romaniæ ecclesiæ a Venetis, & Ferrariensi duce restitutum iri; demum Clemens cæsaream amicitiam deletis obliuione præteritis iniurijs amplecti, omnique contentione pacis consilia prouehere decreuit. Egressus itaq; Viterbio die v. octobris, die vi. ingressus est Romam: cuius conspectus lacrymas elicuit, cum iam non Vrbs sed Vrbis triste & miserabile cadauer videretur.

Pontificii amicitiam prensat Cæsar.

g Lib. 2 hist. princ. pag. 118.

h Lib. 2 hist. princ pag. 129.

Reuersus Romam Clemens

18. &c. In his bellorum turbinibus, ac Romanæ ecclesiæ calamitatibus exultantes hæretici ad dolos vimque, vt fidem orthodoxam in Germania abolerent, se conuertere: ineunte quidem anno apud Heluetios Bernenses i, licet in conuentu Badensi omnium ordinum consensu iam ante fuissent Lutheranæ & Zuingliana hæreses proscriptæ, ac decretum, vt vetus religio a Christo instituta, & per Apostolos eorumque successores tradita coleretur, tamen pernicioso capro consilio solemnes catholicorum hæreticorumque de fide concertationes indixere, ac repudiatis Basileensis & Constantiensis, aliorumque veterum conciliorum sanctionibus, se controuersiarum iudices atque arbitros dogmatum fidei constituerunt, suosque clientes ipsorum placitis stare, ac religionis figmentum, quod temere conflarant, ab ijs coli, deserta antiqua religione voluerunt; quæ insana hæreticorum gesta deplorat Ioannes Cochæus a. Post hos autem Bernenses nefarios cœtus Zuinglianam hæresim late grassatam apud Heluetios, & Christi vicarium loco antichristi habitum, apostatas vero incestis nuptijs infames apostolorum loco habitos luget Surius b.

Hæretici fidem orthodoxam abolere nituntur.

i Cochl. in act. & script. Luth. hoc an. Surius in comm.

Se arbitros dogmatum fidei statuūt

a Cochl. hoc ann. Apostatæ loco Apostolorum Papa pro Antichristo habiti.

b Sur. in comment.

25. 26 Inuidit Lutherus Zuinglio, confictumque a se pseudoeuangelium obscurari indoluit: Stylum itaque vertit aduersus æmulos hæresiarchas, qui cum ipso de comminiscendis nouis religionum monstris impietate certabant, adeo vt ijsdem argumentis semetipsum atque illos conficeret. Vbi vero Lutheri in Sacramentarios liber euulgatus fuit, Zuinglius, Oecolampadius, ac Bucerus in Lutherum alios libros ediderunt, cum ij magistro in nulla re concederent; sed spreta veritate, quam neutra pars tuebatur, de inani gloria certarent, vt alij præ alijs victisse viderentur c.

In Lutherum alij hæresiarchæ certant.

c Sur. in comm. hoc ann.

27. &c. Gerebat etiam vtraque secta odia aduersus Anabaptistas, vt superius dictum est, ac Lutherus hoc anno scripsit d in Balthasarem Pacimontanum Anabaptisticæ factionis signiferum, quod is Lutherum suæ sententiæ fauere diceret; impius vero calumniator catholicos in inuidiam adducere annisus est, quasi Anabaptismi fautores, quod Lutheranum pseudoeuangelium non admitterent. Idem tamen inconstantissimus homo catholicorum argumentis in Anabaptistas vsus est, eosque retellere non potuit, nisi ad Ecclesiæ auctoritatem, quam toties obtriuit, confugeret, adeoque præter morem Romanam ecclesiam commendarit: *Nos*, inquit, *fatemur sub papatu multa esse bona Christiana, immo omnia bona Christiana, atque etiam inde ad nos defluxisse; nempe confitemur in papatu veram esse scripturam sacram, verum baptismum, verum sacramentum altaris, veras claues ad remittenda peccata, verum prædicandi officium, verum catechismum, ualuti orationem dominicam, ac decem præcepta, & articulos fidei.* Idem recte & grauiter dixit e Sathanam Anabaptistarum opera fidei dogmata in dubium vocasse, vt insanas opiniones pro fide statueret: quibus dictis seipsum erroris conuicit. Cæterum quamuis Anabaptistas persequeretur, tamen non feriendos gladio a magistratu contendit f, sed cuique quidlibet credendi permittendam libertatem, atque hanc ineptam rationem attulit, si male quis credat sat pœnarum apud inferos luiturum.

In Lutherum alij hæresiarchæ certant.

d Cochl. in act. & script Luth.

e Vlemb. in vit. & gest. Luth. c. 19.

f Cochl. in act. & script Luth.

31. &c. Captus in Austria fuerat Balthasar hæresiarcha, cum populum seduceret, atque in Viennensi carcere diu tentus, cum iam in se ferendam mortis sententiam nosset, interprete Ferdinandi Regis quæstore obtinuerat, vt in alicuius viri docti congressum colloquiumque veniret, professus nolle se in impio quouis errore perire. Excitus itaque Strigonio Ioannes Faber Ferdinandi Regis iussu prolixam cum eo disputationem habuit, in qua omnes hæreses, quæ hoc tempore grassabantur, confutauit, atque acta diuulgaturus, ea Georgio duci Saxoniæ inscripsit g. Verum licet conspicuis argumentis conuictus esset ipsum spiritu erroris agi, non vero Ecclesiam, cui

Balthasar hæresiarcha captus

g Io. Fab. in ep. ad Georg. duc. Saxon.

Balthasar Viennæ flammis exultus.

Christus spiritum veritatis spoponderat; tamen more hæretiarcharum, quos ab errore difficillimum est euellere, anceps & inconstans in fide fluctuauit, atque ob ingentia scelera & flagitia, quæ fecerat, concitatasque populorum in principes seditiones, Ferdinandi iussu Viennæ combustus est a.

a Crantz. in vand. lib. Metro. hist. Austr. l. 2.

40. &c. Hoc anno cum ex Lutheri deliramentis laici eadem potestate ac sacerdotes instructos se somniarent ad consecrandam Eucharistiam, impius rusticus ludibrio id perrentaturus repentina morte exanimatus est: quam rem compertissimam Erasmus ad episcopum Leodiensem scripsit b, & ex eo Matthæus c Tympius & Iodocus Coccius d narrant.

b Erasm. l. 20. epist. ad episc. Leodic. c Matth. Tympius in theol. diu. vers. pag. 316. d Iodoc. Coc. t. 2. l. 6. e Cocl. hoc ann. Vlemb. c. 19 Sur. in comm.

47. &c. Eodem anno in Saxonia, cum hydra Lutherana nimis turpis videretur, secta sunt plura eius capita ab ipsis Lutheranis, ac Ioannis ducis electoris auctoritate noua condita e est superstitio, quæ vt occulteret priora fœditatum monstra, plures veteres ecclesiæ Romanæ ritus ac dogmata Luthero contraria sibi asciuit; vt populi in sui principis fide continerentur f, cum permissa hæreticon omnium licentia & sublato omni diuino timore politica administratio peruerteretur; ac Lutherani ob illa duo principia, quod sola fides sine bonis operibus ad salutem sufficeret, quodque nullum liberum arbitrium esset, cunctis sceleribus laxas habenas darent: quare Philippus Melancton nouus hæresiarcha non tam Lutheri posthac discipulus, quam magister (de quo dixit Faber g Lutherum ipsum compellans: *Si ille tuus logodædalus non esset, nescio quid præstare posses*) barbarica illa dogmata speciosis interpretationibus emolliuit; præcipuusque huius fictitiæ religionis, quæ mollium Lutheranorum dicta est, plattes extitit, & catholicorum eam respuentium persecutor, id inter cætera sanxit.

Lutheranæ sectæ reformatio.

f Vlemb. in vit. Luth. c. 19. Lutheri dogmata præcipua mutata.

g Fab. in censura vis. Sax. c. 46. Melanctõ nouus hæresiarcha. Lutherus ab eo redargutus.

50. &c. *Vulgare est, vociferari de fide, & tamen intelligi quid sit fides non potest, nisi prædicato pœnitentia. Plane vinum nouum in vtres veteres infundunt, qui fidem sine pœnitentia sine doctrina timoris Dei, sine doctrina legis prædicant, & ad carnalem quamdam securitatem assuefaciunt vulgus.* Hæcille, qui cum efferre oculos ad hauriendum catholicæ veritatis lucem debuisset, ac tacere, damnatam iusse a Romano Pontifice Lutheri doctrinam, hæretiarcharum tamen gloriam infamem exambiens, & Pontificem & Lutherum hac eadem censura percellere maluit: *Ea securitas est deterior, quam omnes errores, qui antea sub Papa fuerunt.* Idem contra dogmata Lutheri, qui expilari sacerdotes iusserat, beneficentiam erga sacerdotes commendauit: *Quia scriptum est*, inquit, *duplici honore digni sunt.* Emendauit etiam Lutheri infaniam, qui sublato libero arbitrio hominem ad brutorum animantium sortem deiecerat, atque hac interpretatione temperauit: *Humana est vis libera, vt facere possit iustitiam carnis, seu iustitiam ciuilem, vbi lege & vi cogitur: vt non furari, non occidere, non mœchari, &c.* Ita minus absurdam Lutheri doctrinam Melanchton reddidit, cui Lutherus etiam in sua Teuthonica visitandi formula consensit.

Prussi negant episcopis decumas.

79 In Prussia, quam hæresis Lutherana ob Alberti cruciferorum magistri defectionem ab Ecclesia, intecerat, nouatores, qui sibi sacerdotalem ordinem ex Lutheri deliriis & peruersa sacræ scripturæ interpretatione arrogabant, decumas pendere episcopo Vvladislauensi detrectarunt; monitique officij a Rege Poloniæ suum sacerdotium commentitium prætexuerunt; ad quos Sigismundus Rex de technis Lutheranis edoctus ipsos in principes æque ac sacerdotes coniurasse hæc scripsit: *Si per legem gratiæ liber est populus a soluendis decimis, qua ministris Dei debentur, eadem lege liber erit a soluendis tributis, quæ alijs ordinibus & potestatibus debentur: nam lege gratiæ omnes pariter Christiani in eam libertatem sunt asciti. Si ob hoc quod sublatum est sacerdotium Iudæorum, non plus habeant sacerdotij Christiani sacerdotes, quam id quod commune est omnibus, neque illis suos prouentus deberi; pari ratione abolito regno Iudæorum Christiani non plus erunt Reges quam cæteri Christiani, nam per legem gratiæ omnes ex æquo regale sacerdotium esse censentur: quod si Christiani principes decimas & prouentus successoribus Apostolorum non recte contulerunt, minus recte Apostolis ipsis primi illi Christiani pretia bonorum suorum omnium conferebant. Si nefas est Pontificem ob non redditas decimas populum excommunicare, maius erit nefas quod Apostoli ob negatam pecuniam Ecclesiæ diratam vtraque morte condemnabant. Si non pendendum est pastori nisi pascat & doceat, non pendendus erit etiam a plebe suus census ordini, seu statui militari, nisi militet & populum Dei tueatur. Si denique non sunt validæ dotes & priuilegia maiorum & antecessorum nostrorum ecclesijs collata, cuius erunt firmitatis illa alijs ordinibus sub paribus signis, pari atramento & pelle conscripta? Atque hæ sunt illæ euangelicæ rationes, quæ nunc orbem terrarum seditionibus, tumultibus, periurijs, & sacrilegijs implent. Datum Petricouiæ x. Ianuarij anno Domini* MDXXVIII. Imperante Poloniæ Sigismundo Rege sapientissimo, hæresis afflauit tantum illius regni finitimas Germaniæ prouincias, interiores vero penetrare non potuit.

Comment. Lutherano Polono valido argumento.

80. 81 In Galliam cœpit hoc anno hæresis manifeste irrepere, dareque sui furoris signa furialia: nam in regia vrbe Lutetia nonnulli noctu præcipuis Christi & B. Virginis simulachris præ templi foribus expositis capita præsecuerunt. Quo scelere perculsus Franciscus Rex ingentia præmia ijs, qui auctores facinoris detegerent, proposuit; tum illa sacrarum imaginum capita dehonestata argenteis imaginibus inclusit, vt iniuriam Christo & Virgini illatam sarciret, tum exoriens hæreseos incendium restingueret: de quo egregio facinore illum Clemens commendauit a.

In Gallia irrepit hæresis. Præfecta Christi & virginis imaginibus capita. Illatæ iniuriam sarcit Gallus Rex.

a Lib. brev. ann. 1528. pag. 159.

82. &c. Celebrabatur hoc tempore insignis synodus prouincialis Parisijs pro asserenda incorrupta fidei orthodoxæ puritate anno superiori cœpta, cui præerat Antonius de Prato archiepiscopus Senonensis Galliarum & Germaniæ primas, ac tit. S. Anastasiæ presbyter Cardinalis, a quo plura sanctissima decreta sunt b promulgata: atque inter alia sacrificium incruentum a Christo sacerdotum opera Deo offerri quotidie, quamuis cruentum semel oblatum sit, illustratum est; adiectaque fuere plura alia, quibus vis & numerus Sacramentorum asserti fuerunt: *Etsi Christus assiduus pro nobis Pontifex c non per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta; negari tamen non potest sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech d, ac proinde huius exemplo sacrificium aliquod obtulisse e, quod exteriora panis & vini forma veteri illi Melchisedech oblationi responderet; erat enim sacerdos Dei altissimi f: quod vtique fecit in suprema illa cœna, nam accepto pane gratias egit, & fregit, dedisque discipulis suis dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur; & ab euangelicis sacerdotibus ingi semper observantia præcepit iterari. Hoc facite (inquit g) in meam commemorationem. Hoc enim holocaustum: hæc victima pro peccato: hæc hostia pacifica, hoc ingens sacrificium, hæc munda (iuxta missæ nominis Hebraici rationem) oblatio, quam in omni loco Malachias prædixit h offerendam, cum (repudiatis legis antiquæ cæremonijs) ab ortu solis vsque ad occasum magnum esset nomen Domini in gentibus. Nihil igitur in sacrificijs maius esse potest, quam corpus & sanguis Christi, nulla potior oblatio: qua in re cum vniuer-*

b Act. Conc. Sen. ext. t. 4 conc. p. 2. ex edit. Binij. Decretum de baptismo.

c Hebr. 9. d Ps. 109. e Gen. 14. f Ibid. g Luc. 22. h Malac. 1.

vniuersalis Ecclesiæ ritu tam aperte consentiunt Ignatius, Irenæus, Cyprianus, Athanasius, Chrysostomus, ac reliqui posteriores, & concilia prope innumera, vt qui contrarium sensisse præsumpserit, manifestam hæreseos labem incurrat. Non prætermisimus prædixisse etiam Isaiam a Deum ex Græcis, & Lydis, & Latinis, & alijs gentibus leuitas & sacerdotes creaturum: ergo in lege euangelica debere esse leuitas & sacerdotes: ergo & sacrificium.

a Isaiæ 66.

101. &c. Denique post confutatos hæreticorum errores præmoniti sunt Gallia Reges, vt pium ardorem ad excindendam a Gallijs hæresim explicarent; hæcque adcita sunt exempla: *Laborarunt olim aduersus hæreticos strenue Christianissimi principes Constantinus, Valentinianus, Theodosius, Clodoueus, Carolus magnus, & Ludouicus pater S. Ludouici; sed nunquid præmio id fundati sunt? maxime certe; nam apud Deum gratiam inuenerunt, qua nihil in vita est expetibilius, & apud homines immortale sui nominis decus adepti sunt: contra vero principes, qui hæreticorum consuetudini abusi, & eorum delirijs consortio impijs erroribus non obstitere, sed impenderunt subsidium, iram Dei vindicem sensere, &c.* Non fuerunt hæc inaniter iactata verba; cum enim postea nonnulli Galli Reges patrocinium hæreticorum male ab infaris politicis persuasi susciperent, se regnumque illud florentissimum in summas angustias adduxerunt: quorum funestæ clades alibi lugendæ erunt.

Propositæ veterum exemplo.

Vaticinium verum in fautores hæret.

102. 103. Hoc anno schismatis Anglicani & secuti postea religionis orthodoxæ excidij semina iacta sunt b Thomæ Volsæi Cardinalis imprudentia & ambitione: is enim imperitorum quorundam theologorum de coniugio Henrici Regis dissentientium suffragios collegerat, matrimonium ipsum legibus nominitum, vt qui Arthuri fratris defuncti vxorem duxisset, quod illi diuino iure vetitum interpretarentur, vt propterea a Romano Pontifice concessa dispergendi eiusmodi coniugij venia non valeret. Speciosum erat assentantium pontificum ad matrimonium dirimendum argumentum, cum nulla proles masculla ex illo suscepta esset, imminueretque periculum, ne ad extorrem principem Angliæ imperium deferretur. Itaque licet mutio Henricus a coniugis repudio abhorrere visus esset, tamen partim quod simultates cum Carolo V. seruare gereret, partim quod voluptatum illecebris delinitus alias nuptias concupisceret, partim quod filium habere exoptaret, causam apud sedem Apostolicam iudiciario ordine experiri constituit. Itaque rogatus Pontifex, vt ius in ea controuersia diceret, cum ob beneficia in aduersis rebus iam ante accepta Henrico Regi obstrictus esset, illumque magis sibi deuincire cuperet, eo adductus est, vt Laurentium Campegium Cardinalem ad cognoscendam causam legatum decreuerit. Cuius legationis occasione Henricus in spe dissoluendi coniugij, inque innocentissimæ coniugis abalienatione magis confirmatus est; ex quo ad concubitus promiscuos dilapsus, non vti Cardinalis Volsæus animo agitarat, Galliarum Regis affinitatem, repudiata cæsarea, exambiuit; sed Annæ Bulleinæ hæreticæ scortique impurissimi seruituti regium decus prostituit, & hac cathena iuretitum dæmon ab Ecclesiæ obsequio diuulsit.

b Sanderus de sch. Angl. Pol. Virg. l. 27. Harpsfel in hist. eccl. Angl. & alij

Volsæus Card. de matrimonio Regis Henrici mouet.

A repudio iuxio abhorret Henricus Rex.

Decretus in Anglia legatus Card. Campegius.

Henricus Rex auersus ab vxore dilabitur ad scorta. Quanta inde mala sint consequuta.

IESV CHRISTI
Annus 1529.

Indict. 4. CLEMENTIS PP. VII. annus 6. CAROLI V. ROMAN. REGIS annus 11.

1. &c. PAtratum est Basileæ immane facinus, conflata ab hæreticis coniuratis seditione, qua Turcico more in sacra templa incursum est, ac diruris altaribus, & sacris imaginibus concrematis, tunc missæ sacrificium abolitum, ac de magistratus gradu catholici dejecti. Quamquam vero Erasmus iam pridem in sacras imagines impie effutierat, tamen hoc Basileensium facinus damnauit, cuius ne particeps videretur, Basilea Friburgum concessit, libellumque edidit aduersus hæreticos, qui se falso euangelicos iactant, atque inter alia illud obseruatione dignissimum dixit: nullum se nouisse ex illis, qui non seipso videretur esse factus deterior.

Basileæ ob sacra ab hæreticis catholicos coniuratio.

Erasmi de pseudoeuangelicis sententia insignis.

5. &c. Tradit Cochlæus a hæreticos Lutheranos & Zuinglianos turoris & dogmatum coniunctionem Philippi Lantgrauij Hassiæ opera Marpurgi pertentasse, cum superioribus annis hæretiarchæ singuli contendentes se diuino lumine ad euangelium purum docendum collustratos suggestas a dæmonibus interpretationes, ac fœdissima ludibria credulis volaticisque hominibus proponerent. *Conuenerunt quidem illi & multi complices eorum*, inquit auctor, *atque vt aliquid effecisse viderentur, conscripserunt ac ediderunt aliquos articulos, in quibus contra catholicam ecclesiam consentiebant inter se, velut Herodes & Pilatus contra Christum: verum in principali articulo de venerabili sacramento Eucharistiæ, de quo præcipue contenderant semper, hæsit ac permansit inter eos dissordia.* Sacramentarij victum fuisse Lutherum iactarunt, victissimque Lutherani Sacramentarios confusos diuulgarunt. Enixum Lantgrauium eos ita inter se conciliare, vt quamuis circa Eucharistiam dissiderent, tamen mutuo se fratres appellarent, sed abnuisse Lutherum, consentit Surius b. Ita Lutherus & Zuinglius se mutuo hæreticorum loco, vti re vera erant, habuerunt. Suabachi quoque hæreticorum conuentus acti, vt in catholicos fœdus pangerent; sed eorum controuersiæ nullo modo tolli potuere, vt refert Surius c. Nec cessisse rem felicius in Smacaldiensi conuentu tradit plurimis interiectis idem auctor.

a Coc. hoc an. Sur. in com. Hassia Lantgr. Lutheranos & Zuinglianos conciliare nititur.

Irrito successu res tentata.

10. Sed quid mirum si Lutherani cum Lutheranis, aut Zuingliani cum Zuinglianis non conueniant, cum Lutherus a Luthero, & Zuinglius a Zuinglio dissideant, vt editi antilogiarum libri d, vulgatæque anno superiori palinodiæ testantur: at non modo antilogum & bicipitem aut burontem Lutherum, vt Ioannes Faber ob dogmatum inconstantiam, verum septicipitem demonstrauit Ioannes Cochlæus e.

b Sur. in comment. c Sur. in comm. hoc ann. d Io. Fabri antilog. Zuing. & Oecol. antilog. Luther. e Coch. in acta & script. Lut. hoc an.

11. 12. Ad conciliandum f Lutheranæ sectæ patrocinium antiquitatis, concitandumque in catholicos Germaniæ plebis odium, Ioannes Agricola poeticus theologus, & sacerdos non vnctus, vt ipsemet gloriatur, scilicet non consecratus, sed commentitius (horrendum enim, id diuinæ vindictæ genus in se traxerunt Germani, obseruat Surius g, vt qui ab Ecclesia calicis, quem sibi per inuidiam præreptum a sacerdotibus aiebant, cupiditate desciuerunt, sacerdotes fictitios sint nacti, qui pro corpore & sanguine Christi panem pistorium & virum popinale porrexerint) edidit h quandam Ioannis Hus hæretiarchæ concilij Constantiensis iussu exusti historiam in quadam bibliotheca repertam, cuius auctor incertus omnia præsens viderit: in cuius præfatione impius ac blasphemus Agricola eundem Ioannem Hus probum Dei amicum, concilium vero Constantiense synagogam antichristi vocat. Ipse porro Agricola vt parem ac reliqui hæretiarchæ gloriam æmularetur, Antinomorum, vt refert Vlembergius i, sectam condidit nefandissimam, de quibus hæc tradit Petrus Cratepolius l: *Antinomi quasi legem spernentes, sine*

Sacramentarij & Lutherani inter se non conueniunt. Lutherus & Zuinglius se habent pro hæreticis.

f Coch. ibi sup.

Ioannes Agricola Antinomorum princeps.

g Sur. in comment.

Lutherani dum calicem affectant se vsu Eucharistiæ priuant.

h Coch. ibi sup.

i Vlemb. in vita Luth. l Cratep. in Antin.

non impugnantes, vel legi diuinæ contrarij adeo efferunt euangelium, teste Staphilo, vt affirment legem Dei prorsus inutilem, & neque ante neque post iustificationem necessariam esse, hominesque euangelicos non obligari ad bona opera diuinæ legis. Placuit adeo iuuentuti petulanti Agricolæ bona opera improbantis exitialis doctrina, vt posthac ingentes motas de his concertationes adituri simus, quamuis ipse Ioannes Islebius errorem suum Lutheri hortatu damnasse teratur [a].

Corrupta iuuentus amplectitur inde hæresim. [a] Sur. in comm. ann. 1538.

13 *At præpotens Deus*, inquit Surius, *nouis in dies emergentibus hæreseon & scelerum portentis noua adhibebat flagella*; inuexit nimirum hoc anno nouum morbi genus, quem sudorem Anglicum dixere, quo paucarum horarum spatio correpti vitam cum morte commutabant [b]: de quo inter alios agit Hermannus de Kerssenbroch in Monasteriensi historia ms. additque in ea calamitate sacerdotes, qui numero pauci erant, instar numinum habitos, cum ad sacramenta ægris administranda vocarentur: dein vero deferuescente morbo epidemico ita contemptos, vt vix cum agasonibus conterrentur, ac lupi & seductores appellarentur: *Quos*, inquit, *tamen Christus lucem mundi & salem terræ nominare non dubitauit. Profectò hæc sunt illa tempora, quibus salem infatuatum ab hominibus conculcatum iri Christus prædixit.* Antuerpiæ tridui spatio quadringentos & amplius is morbus extinxit. Itaque confugisse referunt Antuerpienses ad diuinum auxilium, & cum solemnes supplicationes senatus populusque decreuisset die archangelo Michaeli sacro subito malum euanuit; cuius beneficij memoriam anniuersaria supplicatione colunt.

[b] Herm. de Kerss. l. 1. c. 9.

Prædictio Christi de sale infatuato tunc illustrata. Liberata Antuerpia diuinitus. [c] Auber. Miræus in chr.

14 *Hoc anno* MDXXIX, inquit Tilmannus Brendenbachius [d], *Delphis (quæ celebris est Hollandiæ ciuitas) in monasterio S. Annæ fuit sanctimonialis quædam vocata Anna Georgij nothæ filia eiusdem viri nobilis alterius prouinciæ iuuenis pene in idem monasterium intrusa, quæ cum annum ætatis ageret vigesimum quartum, in grauem incidit infirmitatem circa horam septimam vespertinam, ex quo examinis facta est circa horam tertiam, iacuitque omnium vitalium sensuum expers ad quartam horæ partem, tandemque sibi restituta graviter ingemuit, oculosque in prioriss.m conuersus ait: Charissima mater, vbi nunc fui? equidem vidi scribas & pharisæos ardentes in barathro gehennæ: mater vero pietatis sermonibus eam reprimere conabatur, existimans illam mentis impotentiam incurrisse. Respondit illa, se nulla mentis inopia laborare, sed plenissime sibi constare: Vtique, inquit, Lutheranos ardentes in abysso inferni; cumque obmurgaretur a quadam sorore astante, prohiberetur que talia proloqui, illa mox lucidiori voce subiunxit: Tunc, inquit, vis vt fileam? non eloquar solum, sed vociferabor & eiulabo, quoniam ab omnipotente Deo compellor hæc eloqui, vidique Lutheranos in profundis abyssi infernalis & quendam tamdudum hic Delphis defunctum, quem quidem ipsa nec viderat vnquam nec nouerat, sed quædam laica mulier lecto assistens eundem nouerat. Vidi præterea, inquit, illam personam, qua vt ab hac religione monastica deficerem, blandis perniciosisque suggestionibus pellicere conabatur tartareis ignibus mancipatam; sed gratias ago tibi, benignissime Iesu, quod perseuerauí in hoc sacro instituto, tuum hoc est donum, non meritum meum, &c.* Subdit auctor illam pluribus grauioribus oppressam morbis, effusis ad Deum pijs precibus, feliciter obijsse. Cæterum ad continendos in fide orthodoxa Batauos, ac Belgas Carolus V. Lutheri scripta flammis aboleri iussit [e], atque in errorem lapsis, si dicto die illum damnarent, veniam proposuit; pertinaces vero ac relapsos vltimo supplicio affici voluit.

[d] Tilmann. Brendenbac. l. 7. collat. c. 37.

Cæleste visum de Lutherano rũ damnatione.

[e] Ext. eius dec. typis cus. Gand. an. 1559.

15. &c. Eodem anno solemnes Germaniæ conuentus Spiræ indicti sunt, ad quos Pontifex internuncium suum legauit, cum in ijs de Pannonia aduersus Turcarum irruptionem defendenda tractandum esset: de qua re extant datæ ad Ferdinandum Boemiæ & Hungariæ Regem septimo martij die literæ [a]: celebrati autem fuere ij conuentus mense aprili, in quibus cum de religionis controuersijs actum esset, sancitum fuit vt Pontifex de concilio œcumenico in Germania celebrando postularetur: veritum abrogari missæ sacrificium: ex fectæ, quæ præsentiam corporis Christi in Eucharistia negabant, in Germania damnatæ: in Anabaptistas adhiberi iussa legum seueritas: tum nonnulla auxilia ad propulsandos Turcas Ferdinando Regi decreta. Extat ijs de rebus Ferdinandi Regis edictum hac loci ac temporis nota consignatum: *Datum in sacri imperij ciuitate Spira* XXII. *aprilis anno a natiuitate Christi* MDXXIX. In margine autem huic edicto apud Dolgastum hæc adiecta sunt: *Contra hoc decretum die* XIX. *aprilis statim protestati sunt Ioannes elector Saxoniæ, Georgius marchio Brandeburgensis, Ernestus & Franciscus duces Lunæburgenses, Philippus Langrauius Hassiæ, Volfgangus princeps Anhaltinus: quorum protestationi communicato consilio coniunxerunt se ciuitates Argentina, Noriberga, Vlma, Constantia, Remlinga, Vrimsbemium, Meminga, Lindauia, Campodunum, Hailbonna, Isna, Vaissenburgum, Nortlinga, Sanctgallum. Et hæc est prima origo nominis Protestantium.* Ita illi in Germaniæ perniciem coniurarunt, cum ab ipsis auxilia contra Turcas in Pannoniam irruentes poscerentur. Carolus vero V. obstupuit tot ac tantos hostes a pseudomonacho hæresiarcha, in quem damnatum ab Ecclesia ferrum distringere contempserat, suisse concitatos, a quibus Austriaca prosapia grauissimis bellis ac proditionibus affligenda erat, didicitque serius eos, qui suaue Ecclesiæ iugum excutium, etiam regium iugum, cum primum viribus valuerint, excussuros. Vt autem honestis fucis coniurationem Protestantes colorarent, petiere a Carolo V. vt concilium liberum in Germania pro tollendis religionis dissidijs celebraretur, non quod illi, vtpote conciliorum irrisores, concilij decretis parere vellent, sed vt specie concilij contra veterem morem congregandi, in quo ipsi iudices sederent, catholicos opprimerent.

Spirenses conuentus.

[a] Ext. inter hæres. Clem. hoc an pag. 70.

Quid in ijs sancitũ sit.

Lutheranorum cõspiratio in gratiam Turcarum. Protestantium origo.

Protestantes concilium petunt.

Porro Carolus V. Saxoniæ duci & coniuratis respondit, sibi & reliquis principibus animæ suæ salutem & conscientiæ tranquillitatem non minus esse curæ, quam illis; nec minus optare concilium, quam illi optent: neque ipsos eo tempore, quo Turca Germaniæ immineret, diffidere debuisse, neque obsistere quominus Ferdinando fratri auxilia contra Turcas subministrarentur. Cum vero iam tandem agnosceret Cæsar quanta diligentia nascentes hæreses excindendæ essent, aduersus Anabaptistas, omnium hæreticorum sceleratissimos, capitalem sententiam promulgauit [b]. Lege in Anabaptistas actum fuisse memorat Ioannes Faber [c], eosque a dæmone occæcatos infestosque supplicium interrito vultu pertulisse, dæmonumque martyres factos.

Quid protestantib' a Carol. V. responsum.

[a] Ext. ap. ad Dolg. to. 2. pag. 155. [c] Io. Fab. in lib. de sacrif. in missa & sacerdotio meæ legi.

32. 33 Inter hæc cum increbresceret fama [d] Solimannum Turcarum Imperatorem rogatu Ioannis Regis Hungariæ a Ferdinando pulsi, qui contempta Christiana pietate Turcica arma implorauerat, Othomannicum vexillum explicuisse, ac Ferdinandus aduersus eundem Solimannum pontificiam opem expostularet [e], Clemens ob superiora bella & Vrbis vastitatem ærario exhaustus primum ecclesiasticas decumas & alia subsidia iam ante Ludouico Regi decreta attribuit [f], necnon Vincentium Pimpinellam archiepiscopum Rossanensem nuntium in Pannoniam misit, vt Hungaros ad regnum contra Solimannum defendendum

[d] Lib. 2. Hist. princ. pag. 170. Turca a Ioanne Transylua no concitatus in Ferdinandum. [e] Ib. p. 176. Petit opẽ a Pontif. Ferdinandus. [f] Sup. pag. 170.

dendum hortaretur, ac pontificio nomine illius patrocinium susciperet: tum ordines excitauit a, vt coniunctis animis Ferdinando, qui ad sedis Apostolicæ tutelam confugerat, contra hostes adhærerent.

a Lib. brev. ann. 1529 pag. 212.

34. &c. Promulgato etiam per vniuersa Christiana regna diplomate apostolico ingentia indulgentiarum præmia contulit Clemens fidelibus, qui vel stipem pro Pannonia Germaniaque defendendis contra Turcas conferrent, vel militaria præsidia submitterent, vel arma induerent, ac bellicos labores susciperent: de quibus Ferdinandus Rex meminit in suis flebilibus encyclicis literis b, quibus vniuersos fideles ad arma aduersus Turcas capienda pro Christiani nominis gloria asserenda concitat.

b Ext. apud Dolgas. to 3 pag. 305.

40 Exitio fuit infelici Hungariæ ciuilis discordia; nam Ioannes Rex pulsus, qui Lasco interprete Solimannum politicam rem diuinæ & publicæ Hungarorum saluti præferens, vt diximus, euocauerat, vt ipsius beneficio in regnum Hungaricum restitueretur, præmisit nonnullas copias, quæ amicis Transsiluanis coniunctæ copias Ferdinandi versus Cassouiam fuderent: reliqua victoria lætus Ioannes e Polonia in Pannoniam, vt venienti Solimanno supplex occurreret, prouolauit: reducis vero Ioannis aduentu audito plures proceres Hungari etiam ecclesiastici Ferdinando infensi ad eum se contulerunt, ciuilique bellum conflatum est, Ioannis ac Ferdinandi exercitibus Hungaricas arces igni ferroque partientibus. Hæc totius mali origo fuit; si enim Hungarici ordines Pontificis, qui tutelam regni contra communem hostem susceperat, monitis paruissent, ac Ioanne Christiani Hungaricique nominis proditore barbari beneficiario contempto, adhæsissent Ferdinando, publicæ saluti Pannoniæque dignitati felicius consuluissent: sed illis inter se certantibus, ac Turcicum patrocinium admittentibus profligata est Hungaria.

Ferdinandi copiæ profligatæ.

Hungari inter se diuisi.

Turcæ se subijciunt.

41. 42 Ferdinandus autem cum Solimannum Viennam tendere nosset, exercitum a Zagabriæ obsidione reuocauit, vt Viennam firmissimis præsidijs muniret. Non ita valido præsidio Budam firmauerat, vnde factum vt præsidiarij postquam aliquot diebus Turcas mœnibus gladijs torrissime submouissent, demum suæ paucitati diffisi, facta in præfectum rebellione, pacti deditionem Turcas in arcem induxere, a quibus paulo post armis sarcinisque exuti fuere; cumque chirographum impunitatis expectare iussi essent, extra vrbem deducti exceptis aliquot adolescentibus omnes ad vnum contrucidati a perfidis, perfidiæ & proditæ rei Christianæ pœnas dederunt: præfectus vero custodia eductus a Ianissaris diuinæ prouidentiæ beneficio cum flumio mergendus esset, in cymbam Ianissaris multis insilijt, ac sine remigio in aduersam ripam euasit. Porro Solimannus Budam Ioanni Regi restituit, cumque Strigonium peruentum esset, Paulus Vardanus archiepiscopus Strigoniensis Turcarum multitudine perterritus, cum metueret Ferdinandum vti Viennæ conseruandæ intentum sero opem allaturum, in Turcicam clientelam se commendauit, deinde Iauarinum, Altemburgum, & alia oppida a præsidiarijs Turcarum multitudine perterritis deserta & incensa fuerunt.

Budenses præsidiarij se Turcis dedunt.

Archiepiscopi Strigoniensis turpissima defectio.

43. &c. Ita nemine obuio vel resistente, in Viennam castra Solimannus mouit, ac XXVI. die septembris in coronæ speciem circa vrbem consedit, ac longe lateque prouinciam vastauit. Subruerunt murorum partem actis cuniculis barbari; sed cum per ruinas in vrbem penetrare niterentur, magna eorum edita strage propulsati sunt. Deinde ad artes conuersi, tres Germanos, qui antea fidem Christianam deseruerant, subornarunt, vt in vrbem tanquam e vinculis effugissent & reciperent, & condicta die & hora, cum vndique in vrbem impetus fieret, ignem diuersis locis injicerent ædibus ad vrbem concremandam: sed diuina prouidentia nefarium contexit consilium; nam Turca damnata Mahometis superstitione ad nostros transfugiens fraudem aperuit, ac tum proditores conquisiti sceluique fassi supplicio affecti sunt. Elusa ea fraude, Solimannus totius exercitus vires vna hostili in muros impressione experiri constituit: sed prima Turcarum acie cæsa, cæteri subsequi detrectarunt, maluerunque rudi a suis ducibus tustibus clausque ferreis, gladijsue concidi, quam gressum ad oppugnationem vrgendam promouere a.

Vienna a Solimanno obsessa.

Insidiæ diuina prouidentia frustratæ.

48. 49 Feruntur perijsse b in ea Viennensi oppugnatione Turcarum octoginta millia, quorum pars maxima calonum erat; militum enim viginti & eo amplius millia Isthuanffus censet: extrema autem agmina secuti equites, qui Vienna eruperunt, magnam multitudinem hostium contrucidarunt, necnon plures captiuos in libertatem vindicauere; ceperant enim illi in Viennensis agri populatione ad sexaginta Christianorum millia, vt Surius narrat: Solimannum Ioanni sacram olim coronam iam multis tectarum flagitijs, sceptrumque, & alia insignia regia contulisse, accitosque proceres illi parere iussisse, tum valido Ianizerorum præsidio communita Buda Constantinopolim se recepisse addit Isthuanffus c.

a Nic. Isthuanff. lib. 10.
b Sur. in comm. Conf. Sub hoc ann.

50. &c. Dum Constantinopolim Solimannus Caroli V. Cæsaris, qui in Germaniam ex Italia aduenturus cum exercitu ferebatur, metu discedit Hungaria, in qua hyemem traducturus putabatur, nominus Carolus fluctuabat incertus an ad defendendam Germaniam contra Solimannum procurreret, an componendis rebus Italicis vacaret: ineunte quidem anno Cardinalis S. Crucis Pontifici nomine cæsareo pollicitus Ostiam & Ciuitatem veterem Romanæ ecclesiæ restitutum, & Cardinales obsides liberatum iri, Neapolim protectus est, vt regios administros ad perficienda imperata cæsarea adduceret: restitutaque fuisse eas arces refert Franciscus Guicciardinus d: de quibus etiam Pontifex Carolo V. VII. maij gratias egit.

c Nicol. Isthuanff. Lio Caroli V. curæ grauissimæ.
d Guicc. l. 19

56 Cumque morbo implicitus decubuisset, vocatis Cardinalibus aperuit se decreuisse, si valetudini restitueretur, ad Reges proficisci concilianda pacis causa, ac si ab hominibus demigraret, eosdem est adhortatus, vt ad redintegrandam pacem, ac sananda tam acerba Christianæ reipublicæ vulnera, studia sua viresque omnes intenderent. Tum episcopum Vasionensem internuntium ad Cæsarem misit e, vt cum eo de pace publica conferret, consuleretque num Pontificem in Hispaniam proficisci, an vero ipse Carolus in Italiam venire mallet.

e Lib. 2 litter. princip. pag 161. Consulit de ea Carolum V. Carolus V Clem. consulit. an sit venturus in Italiam f Ib. pag. 183. 184. Clementis responsum

57 Misit vicissim suos oratores Cæsar ad Pontificem, qui ipsum de pacandæ Italiæ ratione consuluere: quibus Clemens non armis, sed concordia controuersias omnes Italorum esse dirimendas respondit f. Roganti etiam Cæsari, vt prior ipse Pontifex suam de pontificio in Hispaniam vel Cæsaris in Italiam accessu depromeret sententiam, significauit publicæ rei magis interesse, vt Cæsar in Italiam se conferret, quo imperatoria insignia e pontificijs manibus acciperet, atque in Germaniam ad eam contra Turcicas irruptiones tuendam transcenderet.

58. 59 Legauit eodem tempore Clemens archiepiscopum Capuanum ad Franciscum Francorum Regem, vt actionem de pace publica in regia Gallica proueheret, atque eidem Regi protectionis in Gallias & Hispaniam consilio detulisse vires significauit g.

g Lib. brev. ann. 1529. pag. 236. Fœdus init Clemens cum Cæsare ad restituendos Florentiæ Medicæos.

60. 61 Dum ita publicam pacem suadebat Clemens, priuatum fœdus cum Cæsare ad restituendam Medi-

Præcipuæ fœderis leges.

Medicææ familiæ dignitatem extremo iunio inijt, ijs legibus vt Alexander Medices pontificius nepos Margaritam archiducissam Austriæ, Caroli Cæsaris notham filiam vxorem duceret, armisque Cæsareis in principatum Florentinum reuocaretur; vrque Rauenna Ceruiaque cæsarea si vel auctoritate Romanæ ecclesiæ restituerentur, necnon Mutina, Regium, ac Rubiera, quas Ferrariæ regulus tenebat, redderentur, saluis tamen pristinis iuribus Cæsarum controuersis. De Francisco Stortia conuentum, vt commune consilium Pontifex ac Cæsar inter sese conferrent, quo illius causa non suspectis iudicibus committeretur: Venetis fruendæ pacis huius beneficio potestas facta, si Rauennam Ceruiamque restituerint Romanæ ecclesiæ, si occupatas in regno Neapolitano vrbes reddiderint, si debita antea Cæsari & Ferdinando ex veteribus conuentis munera præstiterint.

De Mediolanensi duce quid decretum.

62. 63. His adiectum est, Cæsarem fratremque Ferdinandum Boemiæ Vngariæque Regem omni studio & contentione enisuros, vt hæretici in catholicæ Ecclesiæ sinum reducerentur; Pontificem vero præsidia & adiumenta diuina adhibituros: ac si ij in pristina errorum pertinacia obdurescerent, Carolum & Ferdinandum bellum ad infringendam eorum contumaciam ipsis illaturos; ac Pontificem ceteros Reges ac principes, vt vires suas ad tantum malum a Christiano imperio excindendum coniungant permoturum: decretum ne Pontifex clientum cæsareorum, aut Cæsar pontificiorum patrocinium susciperent.

De hæreticis ab impietate reuocandis pactio inita.

64. &c. Ita publicæ paci muniti sunt aditus, cuius interpretem egit Clemens; mox enim Gallum Regem edocuit a, vt inter ipsum & Carolum pacem componere episcopi Vasionensis opera studuisset, optameque Cæsare vt illius conficiendæ vinculex & interpres foret, ita cum ipso pepigisse, vt maiori apud eum pro pace constituenda auctoritate polleret; nec quidquam pollicitum, quod illi detrimentum afferret. Significauit etiam Clemens Henrico Angliæ Regi a se percussum fœdus cum Cæsare eo consilio, vt viam publicæ paci aperiret, nec minus in ipsum, quam antea communes amantissimi parentis peracturum partes. Assensere pontificijs precibus & consilijs Francorum Anglorumque Reges: & quidem Henricum Anglum institutæ de concordia publica actionis promotorem fuisse, ac duos oratores episcopum Londinensem & Suffolcij ducem misisse Cameracum, refert Guicciardinus b.

Clementis apud Gallum officia verba. a Lib. brev. an 1529. pag. 310.

Ad pacem prom. vtri Reges.

b Guicc. l. 19 Paul. Ion. l. 26.

67. &c. Porro Franciscus Rex natorum suorum obsidum liberandorum desiderio Ludouicæ matris opera cum Margareta Austriaca Caroli amita Cameraci in colloquium venit, ac quinta augusti die pax fuit promulgata ijs legibus c, vt regij filij in pristinam libertatem restituerentur, cum duodecies centena ducalium nummorum millia Cæsari, cæsareo vero nomine Anglo Regi ducenta millia penderentur; vt Gallus Rex post ratum habitum hoc fœdus sex hebdomadarum tractu vrbes & arces, quas in Neapolitano regno, vti Barolum, siue quas in Insubria tenebat, restitueret, & omni iuri hereditario in Astensem principatum cederet; vt supremo Belgij & Atrebati imperio, necnon iuribus controuersis Tornaci & Attrebati se abdicaret; ac ne posthac Gallus Rex Germanicis vel Italicis rebus se implicaret; remissa vero a Cæsare Burgundiæ ducatus petitio. Huius fœderis inter Carolum V. & Franciscum redintegrati auctorem fuisse Mercurinum Gattinariam tradunt d. Is Cæsarem Burgundiæ ducatum ambientem libere admonuit non modo ducatum non comparaturum, sed etiam comitatum Burgundiæ amissurum, cum Sequani belli calamitatibus pressi ad Gallum spectarent. Porro Mercurinum Gattinariam Cæsarei scrinij præfectum Pontifex ob egregiam nauatam publicæ paci operam cardinalitia purpura ornauit.

Cõcordiæ leges præcipuæ. c Guicc. l. 19 Belcair l. 10 Ferron. l. 8. in Franc. I & alij.

d Ferron. l. 8 in Franc. I.

71. &c. Licet vero Neapolitanæ res Cameracensi fœdere pacatæ fuerint, in Etruria tamen atrox bellum ortum est, cum Florentini asserere libertatem contra Pontificem & Cæsarem fœdere iunctos Medicibus ipsos subijcere meditantes decreuissent. Appulso quidem Genuam Carolo oratores misere, vt cum ipso fœdus sancirent, nulla Pontificis ac Medicearum facta mentione: sed repulsam passi sunt, Mercurino Cardinale Gattinaria, de quo paulo ante memoraui, respondente eos ob Gallicæ factionis partes suscepta aduersus Cæsarem libertatis ius amisisse, Cæsaremque de ijs pro sua voluntate statuere posse: cæterum admoniti sunt vt cum Clemente lites suas componerent: quod adeo pertinaciter detrectarunt, vt Nicolaum Caponium reipublicæ dictatorem summo magistratu deturbarint, quod cum Pontifice de pace æquis legibus agere deprehensus esset ex hisce literis e: *Scis ex arcano me agere cum grauissimo illo, quem nostri homine, maximeque familiari Pontificis. Is mihi retulit, Clementem satis prospere & firmiter conualescentem eo esse animi decreto, vt se honesta conditione cum ciuitate conciliet, & belli consilia penitus abijciat; neque acerrime sit laturus, quod populus perpetuo rempublicam administret, & parta libertatis iura tueatur, modo per æquas conditiones ciuili more propinquorum suorum ratio apud magistratus habeatur.* Deformata dein magis est Florentinæ reipublicæ facies; nam Carnuccius ad magistratum euectus, homo temerarius, ex Lutheranæ impietatis, quæ sacra quæque expilationi exponebat, institutis, templorum, sacerdotum, & pauperum publicas opes inuasit. Cæterum Pontifex tot iniurijs a Florentinis lacessitus cæsareum exercitum, suppeditato stipendio, concitauit b.

Florentini pacisci volunt cum Cæsare. Dimissi vt paciscãtur cum Clemente.

Caponius a Florentinis officio deturpatur. e Ext. apud Paul. Ion. lib. 27.

b Guicc. l. 19 Paul. Ion. lib. 27.

74. &c. At Florentini licet Perusium, quod ad defectionem pellectum copijs munierant, tum Arretium Cortonamq; amisissent, ad tuendam tamen libertatem animos obfirmarunt c, quod sperarent Cæsarem ob Solimanni in Austriam irruptionem, in Germaniam abiecta rerum Italicarum cura prouolaturum. Ita cruento exorto bello Etruria rapinis & cædibus completa est.

Perusium receptum a Pont.

c Guicc. l. 19

Florentini ad bellum obfirmati.

Inter quæ Carolus cum Genua Placentiam se contulisset, aduentanti tres Cardinales legati occurrerunt, vt pontificiæ ditionis fines ingressum sacramento adigerent, ipsum nihil vnquam de pontificio iure libertateque detracturum: *Ea autem iurisiurandi formula*, inquit Paulus Iouius d, *verbis vtte conceptis ex sacris cerimoniarum libris petebatur*. Inserta, iam ante fuit ea formula nostris annalibus, ex qua Reges Romanorum iurare consuesse vidimus. Cum vero de colloquio inter Pontificem & Cæsarem faciendo pro Italica pace redintegranda actum esset, ac disceptatum, num Pontifex Cæsarem, an Cæsar Pontificem adiret, constitutum est, vt refert Franciscus Guicciardinus e, vt Pontifex Bononiam se conferret, illumque Carolus, vt gradu honoris augustiorem conueniret.

d Paul. Ion. l. 27.

e Guicc. l. 19

Bononiam se confert Clemens.

84. &c. De salutato Bononiæ a Cæsare Pontifice hæc rituum magister narrat: *Cæsar super scalas & gradus*, nimirum ecclesiæ S. Petronij, *ascendens, nec præcedente, venit ad suggestum, vbi Papa & Cardinales erant expectantes & sedentes. In primo ingressu quadratura versus faciem Pontificis; electus Imperator genuflexit; tum ad gradus solij, inde ad pedes Pontificis genuflexus est & osculatus est pedem, successiue manum, & subleuatus ab ipsomet Papa ad osculum faciei receptus. Habuit adhuc genuflexus nonnulla verba con-*

Quo ritu Cæsar Pontificem sit veneratus.

Digitized by

congratulatoria & reingratitiua ad inuicem cum Papa.

a Paul. Ion. lib. 27.

Retert Paulus Iouius a illa ita fuisse concepta: *Ad Pontificis pedes flexo genu prouolutus, ac mox dextra laui arridentisque Pontificis erectus ad osculum Hispanica oratione: Veni, inquit, sanctissime pater, ad pedes tuos, quod summo voto semper expetiui, vt sessis Christiana respublica rebus communi consilio succurramus. Oro Deum optimum maximum, qui me huius voti compotem fecit, vt nostris consilijs adsit, atque hic aduentus meus Christianis omnibus sit salutaris. Tum Pontifex: Certe hoc ipso congressu, inquit, sicuti Deus immortalis & sancti cœlites certissimi sunt testes, mihi nihil vnquam fuit antiquius: & iam superis gratias ago, quod te videam prospere atque feliciter mari terraque perductum, vesque eo deductas inuocar, vt te auctore de concordia omnium & solemni pace minime desperemus. Obtulit subinde Cæsar auri signati circiter libras decem.*

Eiusdem supplex oratio.

85 Addit rituum magister marchionem Mantuanum xx. die nouembris Bononiam ingressum, atque a pontificia & cæsarea familijs honorifice exceptum itum de Mediolani duce subdit: *Illustrissimus dominus Franciscus Sfortia dux Mediolanensis venit secrete (intrando noluit sibi exhiberi honorem, neque pompam) affidatus per literas Papæ, iam rebus suis apud Imperatorem dispositis, cum multis nobilibus.* Et infra: *Dux vix sustinebatur pedibus cum baculo in manu genuflexus voluit omnino osculari pedes Pontificis etiam recusantis hoc, propter infirmitatem & impotentiam prefati ducis: & iussus a Papa voluit sedere, sed stans cum baculo secreto locutus est cum Pontifice submissa voce. Deinde vertit se ad prefatos Cardinales, me sic annuente, & inuicem amplexi sunt & osculati.*

Dux Mediol. Pontificem adit.

86 Itaque Carolus clementia vsus omnem controuersiam sustulit, supplicemque vt victor & triumphator recepit in gratiam, tabulisque augustalibus rite confectis vniuersum Mediolanensem principatum, pro quo tanta contentione, tanta præliorum varietate, tot annis bellum gesserat, in illum contulit, imperata ei quadringentorum millium nummum pensione, & annuo alio quinquagintamillium ad decennium vectigali imposito; Mediolanensem vero arcē necnon Nouocomum in annum retinuit. Obstupuere multi restitutam ita a Cæsare Insubriam; sed Germanicarum rerum miserum statum, Ferdinandi fratris assiduas preces, cum Solimannus Vienna discessurus iureiurando minitatus esset validioribus copijs instructis se reuersurum, necnon Pontificis, qui Medices Florentiam reducere cupiebat, hortationes ad id ipsum impulisse memorat Guicciardinus, vt ita rebus Italiæ compositis, susceptaque anguitali corona, ad Germanicas administrandas expeditior esset: quibus contentanea tradit Iouius b.

Quibus legibus beneficiarium ducatum acceperit.

b Iou. l. 27.

87. &c. Vna cum Sfortia Mediolanensi omnes, qui eo bello se implicuerant, in gratiam vtrinque recepti: de duce Ferrariensi additum, si cum Pontifice & Cæsare pacisceatur, hoc fœdere comprehensum iri. Porro Veneti, quos antea Gallorum Anglorumque Regum precibus Rauennam, Ceruiamque, vt Pontifex eorum fœderi contra Cæsarem accederet, restituere noluisse vidimus, Carolo conciliati sunt ijs legibus, vt Rauennam & Ceruiam restituerent Pontifici, ipsi autem Cæsari vrbes arcesque, quas in Neapolitano regno sibi pepererant; ac si quis posthac Neapolitanum regnum bello adoriretur, subsidiarias quinquecim triremes egregie instructas submitterent: de patriarchatu Aquileiensi controuersię iudiciario ordine dirimi iussæ: dux Vrbinas vti Venetorum fœderatus ad pacis beneficium admissus. Sancita plura præterea pro Italia defendenda. Scriptas has pacis leges die xxiii. decembris memorat Guicciardinus.

Veneti quibus legib. Cæsari conciliati.

90. &c. Dum ita optatissima pax turbulentissimis temporibus Italiæ restituebatur, nouæ dissensiones in Anglia commouentur, quæ lugendæ sunt, regnique illius perniciem peperere. Cum inuita nimirum Henricus Rex posceret, ac piam coniugem vellet dimittere, vt Annam Bulleinam insignem pellicem, hæresique infectam sibi iungeret, Cardinalis Campegius in Anglia legatus contuluit a Pontifici, vt cognitionem causæ illius matrimonij ad sedem Apostolicam reuocaret: at Clemens ne in amicissimi Regis odium offensionemque incurreret, arbitratus fore, vt insani illius amores tractu temporis deferuescerent, iudiciarium ordinem a legato extrahi iussit b: inter quæ Carolus V. & Ferdinandus Hungariæ Rex eius frater oratorum opera expetiere, vt materteræ Reginæ, quæ ad sedem Apostolicam prouocarat, cum in Anglia omnes iudices præpotenti Regi obnoxij suspecti essent, causa Romæ cognosceretur: quorum iustis precibus cum repugnari non posset, datis xxix. maij die ad Cardinalem legatum literis, illum adhuc diffugijs vti iussit; quæ Henrici Regis animum incensum libidine magis exasperarunt. Clemens igitur litem a legato extrahi iussit, ac Thomæ Vvolsæo Cardinali litis infelicis auctori indicauit c Reginæ causam cogente iustitia ad subsellia Apostolica reuocatam.

a Guicc. l. 19 Polyd. Virg. l. 27. Pontifex litem de iudicia extrahit.

b Ead. de eo lit. l. 2. prine pag. 176.

Henricus Rex exasperatur in Clementē.

c Ib. pag. 334.

95. 96 In nouo orbe barbaræ & dæmonum superstitionibus addictæ gentes innumeræ Christi euangelium susceperе hoc tempore, quo Lutherano pseudoeuangelio delusi Germani a Christo deficiebant; quos felices progressus suis literis Petrus Gandauensis ita describit d: *Benedictus Deus, aliam viam multi nunc cœperunt ingredi, sese ad Christianissimum conuertentes, maxima deuotione baptisma postulant, confitentes peccata sua, & baptizantur ego cum socio fratre meo in hac prouincia Mexico vltra bis centena millia, immo adeo multos, vt mihi de numero constare non possit. Frequenter vna die baptizamus quatuordecim millia hominum, interdum decem millia, interdum octo: singula autem prouincia loca & parochia modo habent sua templa, & sacella, tabulas pictas, cruces & vexilla maximum erga Deum amorem & deuotionem ateſtantia.* Quibusdam interiectis addit: *Sic laboremus in istorum infidelium conuersione ad fidem vnusquisque pro viribus, & spiritu suo. Mihi est officium predicare octies atque dies: in die legere & scribere, simul & cantare doceo: nocte vero doctrinam Christianam & sermones. Et quoniam terra ipsa est admodum magna, & populus infinitus, & fratres euangelizantes pauci ad docendum tantam multitudinem, nos fratres collegimus in domibus nostris filios principum & magnatum huius regionis ad erudiendum eos in fide catholica, qui postmodum parentes suos instituant.*

d Petr. Gandauen. loc.

Bis centena millia baptismo lustrata à Petro Gandauen.

IESV CHRISTI
Annus 1530.

CLEMENTIS PP. VII. annus 7. CAROLI V. IMPER. OCCID. annus 12. Indict. 3.

1. 2 ACtæ sunt solemni ritu Deo gratiæ de pace, quæ inter Cæsarem & Venetos Mediolanensem, Mantuanum, & Sabaudum duces pridie fuerat promulgata: in qua celebritate seruatos ritus recenset qui illis præerat. Describit vero eandem celebritatem, ac totius ferme Italiæ de confecta confirmataque pace gratulationem, festosque applausus Paulus Iouius e.

Promulgata pax inter Cæsarē & principes Italos.

e Paul. Iou. l. 27. & alij.

Pacis

Florentini pacis beneficio exclusi.

3 Pacis beneficium non sunt consecuti Florentini, cum illi oratores cum inanibus & parum expeditis mandatis ad Pontificem Cæsaremque mississent, vt refert idem Iouius. Obrepserant ad supremos Florentinæ reipublicæ magistratus viri obscuri & sordidi suarum rerum augendarum ex patriæ incommodis cupidissimi, qui libertatis tuendæ nomine populo lenocinati, sæuissimam tyrannidem, eiectis proceribus, & oppresso sacerdotali ordine, exercebant: in quos præter Philiberrum Aurasiæ principem, qui Neapolitanum exercitum vrbi admouerat, hortatu Pontificis ex Insubria Germanicæ & Hispanicæ copiæ ductæ a sunt; adeo vt diuturna obsidione pressi post multa de pace habita colloquia, necnon varia & atrocia prælia, in quibus princeps ipse Aurasius magnus cladis Romanæ auctor interemptus est b, deditionem fecerint: de quibus inferius; nunc reliqua gesta Bononiæ prosequimur.

Libertatis specie tyrannidem pasti. a Guicc. l. 10

b Ibi. l. 19. Princeps Aurasius interceptus

4 Receperat Pontifex c pacis beneficio a Venetis Rauennam Ceruiamque totics antea frustra expetitas, ea lege, vt ciuibus, qui Venetorum imperio occulte fauerant, parceretur: quibus ita assensit Clemens, vt omnes ciues Rauennates se filiorum loco habiturum polliceretur.

c Rub. hist. Rauen. l. 9. Rauenna & Ceruia restitutæ Pontifici.

5. &c. Inter hæc dum agebatur de exornando augustalibus insignibus Cæsare, ac decretum erat adeundam Vrbem, ab eo consilio Germanorum principum literis reuocatus est Carolus, cum illius præsentia ad componendas ciuiles turbas, ingraueiscentesque de religione dissentiones, necnon parandum aduersus Turcam bellum expeteretur. Itaque Bononiæ eam pompam celebrandam decretum est. Descriptæ sunt accuratissime singulæ cerimoniæ ab rituum præfecto, ex quo d hæc de cæsarea in Pontificem demissa obseruantia decerpimus: *Cæsar dimisso paludamento valde ponderoso, & alio ex simplici tela aurea multo leuiori recepto, & coronam imperialem, & in manu pomum deferens, reuersus est ad Pontificem, quem mox Papa secum capiens, ambo exeuntes sub baldachino per pontem erectum & in medio ecclesia venerunt ad portam eiusdem, & descendentes in manum dextram pomicium vnum ibi erectum, ad finem scalarum, vbi equus albi coloris phaleratus pro Papa præparatus, & scala lignea trium pedum, super quam Pontifex ad equum ascenderet, præordinata existebant: dum appropinquarent, me annuente, serenissimus Imperator præuenit ad staphan equi Papæ sinistram, quam parumper tangens Pontifex recusans illud opus sibi ab Imperatore præstari, & eo persistente in seruitio, Pontifex toleranit, referendo talem actum humilitatis ad honorem Saluatoris, cuius vices in terris gerebat. Sic ascendit equum, & dum Imperator adhuc equum per aliquos passus duxere per frænum vellet, Papa omnino retinuit.*

Cur Cæsar Romam non adierit pro accipiendis imperialibus ornamentis.

Bononiæ coronatur. d M. S. bibl. Card. Barb. sig. n. 1105 pag. 100.

46. 47 Paucis post diebus Pontifex diploma de, impositis Carolo V. ferrea & aurea coronis promulgauit e, & quæ veteri more atque instituto in Cæsarum consecratione defuissent, apostolica auctoritate suppleuit. Præterea ipsum ab omnibus clientibus imperij vt Imperatorem coli iussit, ac Leonis X. exemplum secutus permisit vt regnum Neapolitanum cum imperio, dum superstes foret, coniunctum teneret.

e Ext. in bull. conf. 11.

De concilio celebrando habita colloquia.

48. &c. Habita interea sunt Bononiæ inter Pontificem ac Cæsarem plura colloquia de instauranda re Christiana, cum nullum concilio œcumenico ad excindendam hæresim aptius remedium videretur: at Clemens quantumuis a Germanis conuentibus atque a Cæsare rogatus, ab illo conuocando abhorrebat co fretus argumento, quod fidei orthodoxæ dogmata in disceptationem vocanda non sint. De petito autem a Lutheranis perfida & mala arte concilio hæc Andreas Maurocenus historiæ suæ mandauit a: *Concilium nonatores petebant, in quo de maximarum rerum controuersijs agitaretur: & licet hac vna adhibita ope sæpius ab Ecclesia hæreses profligatæ ac penitus euersæ fuissent, præsensque afflictis Christianæ reipublicæ rebus remedium videretur; tamen is erat peruersorum hominum, qui se capita atque antesignanos profitebantur, liuor, illud in Pontificem odium, vt non ad confirmandam, sed potius ad conuellendam religionem concilium postulare viderentur. Quæ res Clementem permouebat, ne tam facile Cæsari Germanorum nomine concilium petenti assentiretur, veritus ne illo ad labefactandam & penitus conuellendam pontificiæ maiestatis auctoritatem abuterentur.* Assensisse vero Cæsari Clementem, pollicitumque concilium a se indictum iri, si ad excindendum hæresim necessarium foret, refert Guicciardinus b: qua de re inferius. Cum vero ex Germanorum hæresi infectorum cum Italis commercio iam plures omniumordinum in Italia hæc lues corripuisset, eam Clemens seuero edicto Bononiæ promulgato c restinxit.

a Aud. Mauroc. lib. Ven. lib. 4.

b Guicc. l. 10 Plures Itali infecti hæresi.

c Bullar. in Clem. VII. conf. 27.

53 Auctus est Bononiæ XIX. martij Cardinalium senatus, & quatuor viri insignes variarum gentium sacra purpura ornati sunt; quorum fuere hæc nomina & tituli d. Franciscus tit. SS. Petri & Marcellini Bituricensis Gallus. Bernardus tit. S. Stephani in Cœlio monte Tridentinus orator Regis Ferdinandi Hungariæ. Ludouicus tit. S. Cæsarei in palatio episcopus Maurianensis de Sabaudia de Chalant; quartus vero extitit Garsias Hispanus, episcopus Oxomensis tit. S. Susannæ.

Creati noui Card. d M. S. bibl. Barb. sig. n. 1105 pag. 108. Eorum nomina.

54. 55 Triduo post, cum Cæsar ita res Italicas composuisset, duci Mediolanensi ac Venetis pacem dedisset, Florentinos armis domari iussisset, onusque dirimendæ controuersiæ, quæ de Mutina & Rhegio erat inter Pontificem ducemq; Ferrariæ, qui Bononiam se contulit e, vtriusque voluntate suscepisset, Bononia in Germaniam iter intendit f.

Carolus Germaniã proficiscitur.

e Guicc. l. 10 f M. S. bibl. Card. Barb. sig. n. 1105 pag. 151.

56 Præter eas de Mutina & Rhegio controuersias eriam de Ferraria disceptasse Clementem refert Guicciardinus g. Eas vero vrbes maxime optauit Clemens h, vt restituerentur, ne Parmæ ac Placentiæ principatus a reliqua ditione ecclesiastica distingerentur. Cæterum cum maioribus controuertijs distineretur in Germania Cæsar, hanc de Mutina diu protraxit ad suum nimirum in Belgium aduentum; ac demum illam supremi esse iuris Cæsarei dixit, ipsamque Atestino adiudicauit: quam sententiam idem Clemens vt iniquam aspernatus i est.

g Guicc. l. 10 h Id. ib. 19.

Mutina Atestino a Cæsare ad iudicata.

i Id. ib. 20.

57. &c. Quod ad Cæsaris in Germania gesta attinet; visus est primo aduentu Lutheranam hæresim comprimere, cum ab ea Christiernum Daniæ, Norumegiæ, ac Sueciæ Regem sororis virum regno eiectum abduxisset, de quo Pontificem certiorem fecit, vt eius flagitia deleret apostolica clementia. Porro Christiernus præter hæresim horrendum facinus patrarat: nam cum vereretur ne episcopi ipsum ab Ecclesia deficientem merita censura percellerent, vocatos specie amicitiæ ad prandium Sueciæ episcopos concremarat igni, ac deinde hæresim Lutheranam palam erat professus: quod flagitium cum a Pontifice Cardinalibus expositum esset, visum est ob temporum calamitatem, temperandam clementia seueritatem, dataque fuere hæc Cardinali Campegio legato mandata.

Christiernus Sueciæ Rex veniã flagitij obtinet.

clemens, &c. Seruatoris nostri exemplo ad clementiam proni, & eidem maiestati in omnibus, quibus possumus, complacere cupientes, de fratrum eorundem consilio tuæ circumspectioni concedimus, quod in aliqua cathedrali ecclesia, missa solemni prius per te vel alium celebrata, ipsoque Cæsare præsente, in conspectu procerum & populi ad diuina conuenien-

Quæ præscripta sint legato legere.

uenientibus, eundem Christiernum, si coram te constitutus id humiliter ac flexis genibus petierit, a crimine hæresis huiusmodi, illa prius canonice per eum abiurata, a sacrilegio vero & cæde crematorum episcoporum, prius idonea cautione, & suo etiam iuramento de veniendo personaliter ad sedem Apostolicam intra sex menses tunc computandos, pro venia personaliter a nobis, & eisdem fratribus in basilica B. Petri petenda, deque intra annum, postquam in regnum Sueciæ restitutus fuerit, vnum hospitale pœnitentiæ nuncupatum, in dicto regno pro alendis Christi pauperibus construendo, & congruenter ad minus in annuo reditu duorum milium ducatorum auri dotando præstitis, in foro conscientiæ tantum, alias in forma Ecclesiæ consueta absoluere, pœnitentiamque salutarem ad nos veniendi & dictum hospitale construendi, ac dotandi huiusmodi, & si quid aliud iniungendum existimaueris, iniungere libere & licite possis & valeas, &c. *Datum Romæ die* XV, *anno* M.D.XXX. *pontificatus nostri anno* VII. Non expiauit sitc tragœdia Christiernus, captusque ab hostibus mittitur in carcere postea periit.

Pœna ad expiandum crimen imposita.

Christierni impœnitentis tristis exitus.

60. &c. Porro Cardinalis Campegius tum vna cum Cæsare Augustam continuebat, vbi ipsa nes imperij conuentus indicti erant, in quibus fides publica data est hæreticis hæresim profitiuris: sperabat enim Cæsar se religionis dissidia ea benignitate sublaturum, vt in Turcam omnium animi verterentur. Irrito itaque conatu laborem intempestiuum, cum putrida vlcera ferro & igne purganda, non manibus blandimentis exulcerandi forent. Adeo Cochlæus Ioannem ducem electorem Saxonicum, item Ioannem Fridericum, necnon Ernestum & Franciscum duces Luneburgenses, ac Volfgangum principem Anhaltinum, tum Lutheranæ hæresis signiferos, inter quos hæresiarcha Melanchton eminebat, Augustam auxisse; quietum Lutherum ipsum per literas partem habuisse in comitatu, sed cum Cæsaris non permisisset, quod ille iam imperatorio decreto proscriptus esset, nec vicinæ imperij vrbes cauere eius securitati auderent, ipsum in arce sua munitissima Coburgensi reliquisse. Vt vero Cæsar, vbi Augustam cum fratre Ferdinando peruenit, Saxonem ac locios proceres ab hæresi ad Ecclesiæ castra traducere tentarit, describit Cochlæus [a]. Sed ij principes ad insaniam addicti hæresi, Cæsarem in solemni supplicatione, qua sacra Eucharistia circumferenda erat, comitari detrectarunt.

Melanchtonem deducit Saxo.

Cur Lutherum Coburgi reliquerit.

[a] *Cochl. in act. & scrip Luth. hoc ann.*

65. &c. Vigesima iunij die celebrati sunt solemnes imperij cœtus, in quibus Cæsar causas ipsius Augustani conuentus Friderico Palatino interprete e scripto [b] explicuit; vt nimirum Turca moliretur subacta Hungaria in Germaniam penetrare, atque adeo Hungaros, ne sub illius tyrannide succumbant sustentandos, & attollenda in barbarum ligna, cuius animus in omnes nocendi occasiones intentus esset, ac Vienna superiori anno oppugnata Austriæ ac Stiriæ graviores clades intulisset. Digressus deinde est ad mala, quæ exortæ hæreses, inter quas anabaptistica locum principem obtinebat, inuexissent: Germanos hortatus est, vt exitialia illa dissidia abolerent, & in concordiam cum Ecclesia redirent, coniunctisque viribus & animis in communem hostem consurgerent. Cumque eodem argumento orator Cardinalis Campegij legati apostolici, qui tum morbo implicitus decumbebat, peroraisset, optima verba hæc ab Alberto Cardinale Moguntino de pacandis dissidijs Turcisque propulsandis addita sunt: *Tales omnino sese exhibebant*, inquit, nimirum Cæsar, & Ferdinandus Rex, septemuiri, ac principes, *vt consilia & facta sua in primis Deo, deinde & beatissimo patri nostro Papæ Clementi VII. omnium*

Expositio Augustani conuentus causæ.

[b] *Ex. apud Dolg. to. 1. pag. 505.*

Christi pastori & Petri successori probare, & coram hominibus etiam officio suo satisfacere possint.

75. &c. *Cæsar*, inquit Cochlæus, *antiquæ Romanorum exemplo, ac laudabili religiosoque maiorum instituto causam religionis omnibus aliis causis necessitatibusque præferens, in proximo confessu publico audientiam dedit Lutheranis principibus, qui ex scripto fecerunt vocitari fidei suæ confessionem Theutonice per D. Christianum Beyer, quam Latinam exhibuerunt; cuius architectus præcipuus fuerat Philippus Melanchton.* Quæ Lutheranæ fidei formula in multis discrepabat a superiorum temporum doctrina Lutherana, nam ne diora monstra occuluere ab ipso exordio, vt impiæ causæ æquitatis patrocinium ascisceret, & qui etiamnum conciliorum auctoritatem fuerant infectati, quoniam ab ijs iam ante ipsorum deliramenta damnata fuerant, ad concilium prouocauerunt, non quod synodalibus decretis stare vellent, sed quod Pontificem Clementem ab eo in Germania congregando abhorrere nossent, vt qui pluribus conuentibus iam ante illud emanantibus non assensisset; de quo subdole questi sunt [b]. Hæc autem hæreticorum ad concilium prouocatio eo spectabat, vt inter Carolum Imperatorem & Clementem Pontificem dissidiorum semina spargerent, cum pro celebrando in Germania concilio non conuenturi viderentur.

Lutherani fidei formulam edunt a Cochl. in act. & scrip. Luth. hoc ann. Vlemberg. in vita Luth.

Cur petierint concilium.

[b] *Apud Dolgast. tom. 1. pag. 156.*

79. Fidei capita in colloquio Augustano proposita a Lutheranis extant apud Melchiorem Dolgastium [c], de quibus hæc obseruat Cochlæus [d]: *Post exordium commemorantur* XXI. *articuli de fide ipsorum: deinde annectuntur alij articuli, in quibus recensentur abusus (vt aiunt) mutati, quorum tituli sunt. De vtraque specie: de coniugio sacerdotum: de missa: de confessione: de discretione ciborum: de votis monasticis, & de potestate ecclesiastica. In articulis de fide multa dissimulabant, quæ antea aliter docuerant: in articulis de abusibus, poterit aliquis ille architectus vel manifestorum argui mendaciorum; aut enim: Falso accusantur ecclesia nostra, quod missam abolerent, retinetur enim missa apud nos & summa reuerentia celebratur: seruantur & vsitatæ cæremoniæ fere omnes, præterquam quod Latinis cantionibus admiscentur aliquis Germanicæ. At manifestum erat omnibus Lutherum multis antea annis & libris de abroganda missa primata scripsisse, & sacrum canonem tam maiorem quam minorem explosisse, ipsumque sacrificium tum Latine in libro de captiuitate Babylonica, tum Teutonice in sermone de nouo testamento sustulisse.*

[c] *Dolgast. to 1 pag. 136.*

[d] *Cochl. in act & scrip Luth.* Quæ grauamina in Latine Lutherani.

80. &c. Ita hæretici, ne tam turpes, quales erant, Cæsari viderentur, nonnulla dogmata, quæ non credebant, professi suæ confessioni attexuere: alia quæ tenebant eloqui erubuerunt: alia varijs inuolucris subornarunt. Quin etiam postea Philippus Melanchton suam hanc confessionem sæpius immutauit, cum omnes hæreses illi accommodare niteretur: *Adeo*, inquit Surius [e], *varius & inconstans fuit*, scilicet Melanchton, *id quod necesse est illis euenire, qui a veritate defluxerunt, vt ipsem quoque confessionem Augustanam crebro postmodum mutauerit, quod vtique abstinere debuit omnes cordatos homines, ne tam incerta & ad humani ingenij mutabilitatem subinde in alias formas transformata doctrina sese accommodarent.* Nonnullisque interiectis de Melanchtone, qui primum duo sacramenta tantum, dein tria, mox quatuor statuerit, exclamat: *O iusta Dei iudicia! qui decreta conciliorum & Pontificum ducunt pro nihilo, eo amentiæ deuoluuntur, vt plus apud eos valeat Lutheri & Melanchtonis, quam Pauli, id est Christi in Paulo loquentis, auctoritas.*

[e] *Surius in comm. hoc ann.* Mutata sæpius a Melanchtone fidei confessio.

Infana Lutheranorum impietas.

85. 86 Prolata Augustæ a Lutheranis confessione, quid a Cæsare & catholicis gestum sit, tradit Vlem-

borgius, nimirum illius formulam traditam theologis excutiendam tum subijt: *Obiectum continuo fuit, protestantes de nonnullis fidei capitibus aliter nunc in hac confessione loqui, quam Lutherus & Melanthon docere consueuerant annis superioribus. Quædam etiam magni momenti dogmata prorsus in hoc scripto non attingi, qua pridem libris in vulgus editis summo conatu propugnarant, emendata sunt, quod liberum arbitrium sit inane sine re, nudumque nomen: quod Deus sit author peccati, & mala per homines non permissione tantum, sed efficaciter etiam operetur: quod omnia necessario fiant, nec vlla sint in rebus humanis contingentia: quod Pontifex Romanus non sit Christi vicarius & caput Ecclesiæ militantis, sed antichristus: quod in Ecclesia nullum sit externum sacrificium: quod baptizati omnes ex æque tam fœmina quam viri sint sacerdotes: quod fideles in omni bono opere mortaliter peccent: quod matrimonium contractus sit mere ciuilis, & quod causa matrimoniales non ad episcopum, sed politici magistratus tribunal pertineant.* Interiectis nonnullis auctor, vt Protestantes Cæsar interrogarit, an eorum confessio integra foret, ijque nil addere voluerint, subiungit: *Id cum Cæsari renuntiatum esset, theologi catholici Ioannes Faber in primis & Eckius confutationem Augustanæ confessionis paucis diebus absoluerunt: in qua principio notarunt ea, quæ probanda censebant, deinde qua protestantes contra veritatem & receptam Ecclesiæ doctrinam asseruerant, adductis scripturæ sacræ sanctorumque patrum testimonijs, & firmis rationibus, solide confutarunt: demum prolixe demonstrarunt in multis rebus fœdam inter confessionem hanc & Lutheri, Melanthonis, aliorumque scripta discrepantiam & pugnam inueniri.* At Cæsar & principes catholici, cum hæreticorum confessionem impietatemque, vt par erat, confutatam a theologis legissent, ignari blanditijs efferari monstrum hæresis, atque acerbitate domari, mitius cum nouatoribus agi voluerunt: qua mansuetudine præposteta cum diutius extractum esset responsum, impudentiam ferociamque eorum auctas narrat Cochlæus a.

Turpiter hæreses præteritæ silentio a Lutheranis.

Abusi catholicorũ benignitate hæretici.

a Cochl. in act. & scrip. Luth. hoc ann.

87. 88 Porro exitialia erant, vt toties monuerant Pontifices, cum hæreticis colloquia, ac multo magis decuerat, vt Carolus V. non verbis, sed ferro, vt diximus, fidei causam tueretur, ac tum veterum Imperatorum, tum sua in hæreticos edicta vi cæsarea armaret; quod ita erat manifestum, vt id Lutherus ipse (quod mirentur omnes) publice promulgaret b: *Edidit*, inquit Vlembergius, *eodem anno commentariolum c in psalmum LXXXII. quo disputat inter cætera quæstionem, an magistratus hæreticos & pseudoprophetas impedire debeat, aut potius efficere, cum errores in vulgus sparguntur. Respondet principio quosdam non hæreticos tantum esse, sed & seditiosos ac turbatores pacis publicæ, quos procul dubio per magistratum iustis pœnis afficiendos decernit: deinde qui dogma fidei vel articulum quendam oppugnent fundatum in scripturis, & confessione publica totius orbis Christiani comprobatum, hos puniendos a magistratu, nec vllo pacto tolerandos asserit, cum non hæreses modo, sed & blasphemi sint in sanctum Dei nomen; neque vero cum id genus hominibus vel disputandum sit vel agendum multis, sed eos tanquam impios in Deum & manifeste blasphemos simpliciter damnandos, nam huiusmodi dogmata, quæ publico vniuersalis Ecclesiæ consensu recepta sint, iampridem satis examinata fuisse, & rationibus, scripturæ sacræ testimonijs, professione totius orbis Christiani, insuetis miraculis, multorum martyrum sanguine, omnium Ecclesiæ doctorum auctoritate & libris ad eum modum confirmata & stabilita, vt ea in disputationem postliminio reuocari non deceat.* Hoc ille argumento aduersus Anabaptistas se tuebatur, seq; gladio suo confidebat, cum ex scripturæ sacræ interpretatione temeraria vniuersa religio Christiana ab ipso euerteretur.

Non verbis sed ferro debuit Carol. V. tueri causam ecclesiæ.

b Vlemberg. lib. c. 23.

c To. 5. Ienensis edit. pag. 147.

Lutheri vera sententia quomodo agendũ sit cum hæreticis.

89. &c. Septima die augusti a celeberrimus consilius habitus est, in quo Ioachimus elector Brandeburgensis princeps eloquentiæ laude clarus Lutheranos grauissima oratione hortatus est, vt recepta veteri religione pristinam concordiam cum reliquis ordinibus imperij redintegrarent; nisi ita fecissent, grauissima bella ciuilia excidiaque prouinciarum secutura ad quæ hæretici referta fraudibus & querelis iniquis responsa dedere.

a Cochl. in act. & scrip. Luth.

95. &c. Facta sunt plura cum hæreticis colloquia b irrito exitu; nam licet ij plures errores veluti de sola fide ad salutem necessaria, conuicti sacris oraculis, damnassent, mox tamen ad vomitum redierunt, omnisque opera elusa est, cum hæresiarcha Lutherus nullam cum catholicis concordiæ rationem admitti iuberet. Saxone itaque abeundi veniam postulante, Cæsar Protestantibus præcepit die vigesima tertia septembris, ne quid nouarent: sed quam imprudenter id voce, non ferro imperatum ijs qui tanta nouarant, demonstrant rerum exitus: ac de his controuersijs demum ad concilium referendum statuit

b Vlemberg. in vit. Luth.

Facta cum hæreticis plura colloquia sed frustra.

109. 110 Admonuit etiam Cæsar Saxoniæ ducem ac alios viros principes, ne catholicis ad religionem defendam vim inferrent, nec nouos libros aduersus vetera Ecclesiæ instituta excudi permitterent: tum cum catholicis contra Zuinglianos & Anabaptistas conuenirent consulturi quid in eos decernendum esset: *Verum illi*, ait Cochlæus c, *eiusmodi articulos recipere noluerunt.*

c Cochl. in act. & scrip. Luth.

111. &c. Præterierunt flagitio hanc excusationis fucum, quod sibi chara esset animæ salus, quod doctrina ipsorum pia esset, ac religione prohiberentur a restituendis ecclesiasticis opibus, quas ipsi rapuerant; eiusmodi siquidem latrocinij illecebra Lutherus auaros & sacrilegos homines in hæresim induxerat: quorum impostura Cæsar hoc responso per Ioachimum principem electorem Brandeburgensem refregit d, veteres Saxoniæ principes veram religionem coluisse, nec pro hæreticis habendos, atque nouam sectam recenter inductam diuinis oraculis non esse subnixam, nec vnquam vllis legibus proditum esse, vt clerum spoliare liceat, ac dein facinus excusare, quasi tas non sit illi pristina iura restituere. Illustrem adeo veritatem Protestantes mendacijs & fraudibus obscurare nisi sunt: ad quos per eundem principem Ioachimum iterum est responsum e: sed surdis, cum monerentur officij, cani fabula visa est a Cæsare, qui verbis inanibus Christi causam aduersus immanissimos latrones tantum defenderet.

Fallax eorum pretextus.

d Apud Dolg. to. 1. pag. 510.

e Apud Dolg. to. 1. pag. 510.

116. &c. Conuolarant quoque ad Augustanos conuentus Zuingliani, ac Bucero interprete promouenteque Hassiæ Lantgranio, cum Protestantibus dogmatum concordiam frustra facere pertentarunt, vt pluribus enarrat Vlembergius f. Cum autem vtraque factio deliria sua varijs artibus conciliare frustra studuisset, pari quidem in catholicos odio, sed non dogmatum professione consensit. Itaque Zuingliani post Lutheranos discrepantem suæ confessionis formulam Cæsari obtulerunt: quorum hæresi confutata rogati sunt, vt suos errores deponerent: *Zuingliani*, inquit Cochlæus g, *respondebant se ad hoc non habere mandatum aut commissionem a suis ciuitatibus: petebant autem exemplar confutationis, vt suis exhibere possint; quod Cæsar iustis rationibus denegauit, quamuis vellet permittere, vt eis bis aut ter aut sæpius recitaretur, si audire velint.* De quo editum decretum affert Dolgatus h. Eadem repetita sententia die xx. octobris: *Exemplum confutationis*, nempe qua Faber & Eckius confessionem Argentinensem, siue Sueuicam, cuius Bucc-

f Vlemberg. in vita Lut.

g Cochl. in act. & scrip. Luth. Interrogati Zuingliani an vellent damnare errorem.

h Dolgast. pag. 510.

Bucerus auctor, confutauerant, *ipsis dare non posse*; *nam & Saxoniæ principi grauibus de causis hoc denegatum*, scilicet exemplum confutationis confessionis Augustanæ Protestantium. Flecti eos non potuisse a Cæsare refert Cochlæus a: *Illi*, inquit, *pertinaces in opinione sua perstiterunt*. De quibus hæc addit Surius: *Illi in sua sententia perstitere, neque catholicis neque Lutheranis per omnia subscribere volentes, quia videbantur sibi rectius sapere, & plus aliquid vidisse in scripturis, quam vel catholici vel Lutherus ipse cum sua coborte vidisset. Et id quidem temporis Argentinenses Zuinglij partes sequebantur, quos Lutherus prorsus execrabatur: at Bucero postmodum a Zuinglianis ad Lutherum inclinante, eo tandem res rediit, vt qui hodie Argentinæ concionantur Lutheri de Eucharistia doctrinam propugnent, etquidem acri contentione contra Caluinianos & Zuinglianos: itaque aut illi omnes perierunt, qui in illa vrbe prius Zuinglium secuti sunt, aut certe eos perire necesse est, qui illic hodie cum Lutbero sentiunt. En in huiusmodi labyrinthos incidimus, cum nos ab Ecclesia catholica separamus*. Cæterum ab Hassiæ Lantgrauio, cum Zuinglianis Heluetijs aduersus Cæsarem si Ecclesiam catholicam armis tuendam susciperet, fœdus percussum fuerat mense septembri, vt tradit idem auctor.

a Cochl. vbi sup.

Argentinenses a Zuinglio ad Lutherum diuersi.

123 Dum Carolus reliquas ciuitates & principes pro asserenda orthodoxa religione fœdere iungere annititur, ac decretum de ea re edere molitur, nonnulli populi, quibus intermisti erant hæretici, illud accipere cunctati sunt, de quibus apud Dolgastum in margine hæc leguntur b: *Decretum religionis cum pleraque omnes ciuitates approbassent, soli Augustani, Vlmenses, Frankfordiani, & Hallenses deliberandi & ad suos referendi tempus petierunt*. Verebantur scilicet harum vrbium proceres multitudinis impetum, contra quam Cæsar ipsos armorum vi se defensurum edito die XIII. nouembris rescripto pollicitus est.

De tuenda religione decernere molitur Cæsar.

b Ext. apud Dolgast. to. 30. pag. 514.

Nonnulli magistratus vrbium non assentiuntur.

124. &c. Lapsis aliquot diebus pro retinenda vera & catholica religione communi principum & ordinum catholicorum consensu, nimirum Caroli V. & Ferdinandi Regis, quinque electorum, triginta principum laicorum, viginti trium abbatum, viginti duorum comitum, pluriumque procerum, ac multarum ciuitatum imperatoriarum & liberarum, quæ oratores miserant, consensu decretum c promulgatum est, cuius præcipua pars hæc erat, vt vniuersi, qui negarent sub speciebus panis & vini consecratis, vel sub qualibet ipsarum Christi corpus vere & essentialiter contineri, plecterentur, atque extra celebritatem sacrosanctæ missæ sub vnica panis specie sacramentum percipere liberum esset: vt viris ecclesiasticis ac monachis pristina iura restituerentur: vt sacerdotes, qui duxissent concubinas sacerdotalibus censibus mulctarentur: nisi a legato apostolico accepta venia crimen rite expiassent. Multa etiam pro comparando ad Turcam propulsandum exercitu, & administranda iustitia sancita: postremoque adijciuntur plurium procerum nomina, qui scribendo adfuere, & hæc loci ac temporis nota: *Dat. in nostra & imperiali ciuitate Augustensi* XIX. *die nouembris* MDXXX.

c M. Sanct. Vat. sign. lit. T. pag. 193.

Parte alia Lutherani principes, vt se aduersus Cæsarem viris ecclesiasticis pristina iura restituere meditantem tuerentur, ad XXII. decembris ad Smacaldiam conuenerunt, ac fœdus, cui postea alij principes & ciuitates se iunxere, inter sese aduersus Carolum Imperatorem pepigerunt d, adeo vt res spectare ad arma videretur. Verum Carolus ad regnum Romanorum Ferdinando fratri asserendum animum conuertit.

d Sur. in comment.

171. 172 In eodem Augustensi conuentu de congregando concilio actum est; cum enim Carolus V. Lutheranos in controuersijs fidei ad concilium in Germania congregandum prouocare audisset, scriptis cæsarea manu ad Clementem literis rogauit a, vt ad obstruendum os Lutheranis, totque de religione dissidia tollenda in Germania concilium cogeret: quinetiam Cardinalis Campegius legatus Pontificem admonuit, omnes principes catholicos, qui in Augustano conuentu de fide bene sentiebant, in eadem sententia esse, necessarium scilicet pro euellenda ex Germania hæresi vt concilium conuocaretur, ea tamen lege, vt hæretici suos errores deponerent, ac fidei catholicæ institutis & obsequio sanctæ matris Ecclesiæ se accommodarent: quæ etiam Maius orator cæsareus exposuit Clementi, qui exaratis sua manu literis Carolo V. respondit, vt maxima prudentiæ maturitate perpenderet an concilium œcumenicum consequendæ rei gratia necessarium sit; ac necessarium senserit, polliceri Lutheranis iussit concilium celebratum iri hac lege addita, vt quemadmodum Cæsar scripserat, mox suos errores deponant, ac sanctæ matri Ecclesiæ obedientiam deferant, eiusque ritus & doctrinam teneant, donec a concilio aliud decernatur, cuius decretis & imperijs omnino se subijciant. Sine huiusmodi autem legibus concedi non posse concilium nisi maxima cum Christiani populi offensione, & pessimo posterorum exemplo: proinde necessarium esse vt cæsarea maiestas diligentissime agat, vt in has leges Lutherani iurent, quæ ad exitum perducantur, vt sedes Apostolica confidere queat hæreticos concilio impetrato pristinos errores non recepturos; alioqui publicam offensionem concitatum iri: porro mox atque illi hanc conditionem admiserint obseruarintque, pollicitus est Carolo Clemens, concilium eo tempore, quod existimatum fuerit consentaneum, congregatum iri, breuissimo scilicet interuallo, pro certo haberet.

a Ext. de re lit. l. 1. prim. pag. 197.

Ea lege promissum hæreticis concilium, vt promittant stare illius decretis.

173. 174 Cæterum de tempore & loco celebrandi concilij, cum videatur maxime necessarium, vt illud in nulla alia Christiani imperij prouincia quam in Italia celebretur; arbitrari Romam omnibus ad sustentandam tantam multitudinem, quanta ad concilium ventura esset, maxime idoneam, cum hoc concilium non ob schisma plurium Pontificum, neque ob principum Christianorum dissidia, quæ mouendæ de hoc vel illo loco controuersiæ ac suspicionis occasionem dare possent, sed ad excindendas hæreses ac decernenda aduersus infideles bella indicendum sit: decere præterea, vt concilium in ea vrbe peragatur, quæ arx Christianæ fidei est, & in qua tot alia concilia celebrata fuerunt: moneri etiam hac de causa, quod Vrbs post tot tantasque perpessas calamitates ex diuturna pontificiæ curiæ absentia maximum detrimentum erat acceptura: si vero Roma grata non fuerit, vel Bononiam, vel Placentiam, vel Mantuam amplas ciuitates congregando concilio accommodas futuras. Quæ literæ die vltima iulij anni MDXXX. Romæ consignatæ sunt.

Significat Clemens celebrandum Romæ concilium.

175. &c. Expetijt iterum a Clemente Carolus b, vt concilium œcumenicum indiceretur: cui Clemens respondit se de his consilium cum Cardinalibus habiturum, principesque Christianos tacturum certiores, & eorum voluntates circa concilium ipsum exploraturum, ac de egregio illius in Ecclesiam & Mediceam stirpem studio gratias egit. Edoctus vero est a Ferdinando Hungariæ & Boemiæ Rege de solutis Augustanis conuentibus, atque nulla ratione Lutheranos a pristinis erroribus abduci potuisse; ad concilium tamen œcumenicum prouocasse: idemque tum legatus Cardinalis tum orator cæsareus retulerunt. Quibus acceptis Clemens concilium in Italia celebrandum, ne scilicet hæretici illud turbare possent, censuit, atque

b Ext. ea de re lit. lib. 3. lit. princ. pag. 3.

Decernit Clemens celebrare concilium in Italia.

ad Ferdinandum Regem, vt episcopos & oratores paratos esse iuberet, apostolicas literas dedit a; quæ literæ fuere encyclicæ ad alios Reges immutata paululum verborum formula missæ. Porro Gallorum etiam Rex antequam pontificias literas acciperet, Clementi consuluit, vt pro excindenda hæresi concilium indiceret; cui Clemens de egregia Christianæ reipublicæ cura gratias egit b, quodque vna cum Cæsare de celebrando concilio consentiret. At quamuis œcumenica synodus maxime necessaria esset, a Clemente tamen nunquam indicta est; non quod, vt Guicciardinus opinatur c, de pontificatu ob controuersos iustos natales, vel ob emptum, vt ait, Pompeij Columnæ Cardinalis suffragium, vel ob Florentinos vi & armis sub iugum Mediceum missos, sibi litem intentandam veteretur, cum Carolus V. iureiurando sponderet se affuturum synodo, nec quidquam aduersus illius dignitatem agitari passurum; verum quod Lutheţani, qui prouocarant ad concilium, leges a Cæsare ipsi Clementi, vt vidimus, promissas, quod ad veterem ritum mox essent redituri, & concilij œcumenici congregandi sanctiones essent admissuri, aspernarentur, vtpote qui prouocationem ad concilium non illius, vt diximus, iudiciariæ sententiæ excipiendæ desiderio, sed ad captanda diffugia prouocassent, Turcicique belli in Cæsarem fama confirmati, feralia inter se contra catholicos armorum fœdera inirent d.

Artes adhibet ad corrumpendos proceres. Strigonij receptum a Ferdinando. Visegradum & Vaciam recuperata.

a Lib. brev. ann. 1530. pag. 604.
b Ibid. pag. 619.
c Guicc. l. 20.
Cur non fuerit ab eo indictū.
d Sur. in comment. Sæua Solimani consilia. Decretæ Pont. Christianos in eum coniũgere.

178. &c. Quod ad Turcicam rem attinet; cum ingentes bellicos apparatus Solimannum facere, atque in media Christiani imperij viscera penetrare, & moliri arma vimque latius circumferre Pontifex accepisset, sociali fœdere omnes Reges iungere in Turcam constituit; cum maxime sublata iam essent inter principes Christianos intestina bella, datisque encyclicis literis ad Carolum V. e, Ferdinandum Hungariæ ac Boemiæ f, Franciscum Galliæ g, Henricum Angliæ h, Sigismundum Poloniæ, Ioannem Lusitaniæ Reges, & ad Sabaudiæ ac Mediolani duces, eos rogauit, vt oratoribus, quos in aula pontificia habebant, ampliſſima mandata darent, vt de auxilijs contra Turcas ferendis paciscerentur: tantam enim armorum molem parari a Solimanno, vt proximo anno exercitum in expeditionem educturus videretur i.

e Lib. brev. ann. 1530. pag. 278.
f Ibid. pag. 279.
g Ibid. pag. 338.
h Ibid pag. 339.
i Lib. brev. ann. 1530. pag. 339.

181. &c. Præterea Clemens Eleonoræ Reginæ de celebratis cum Gallo nuptijs gratulatus l eam hortatus est, vt vinculum concordiæ inter Carolum V. & Franciscum redintegratæ pro salutis publicæ commodo omni studio necteret, necnon Gallicæ aulæ proceres m fouendæ paci operam dare iussit: quinetiam vniuersos Reges ac principes de constabilita inter Cæsarem & Gallum ob receptos filios ac sponsam concordia certiores fecit, iamque retuncto bello in Turcam arma expedienda, qui geminos exercitus ad euertendum Christianum imperium compararet. Cum vero Turca in Hungaria fortissima præsidia reliquisset, non modo ad Ioannem beneficiarium suum tuendum, verum ad finitimas Ferdinandi prouincias populandas, Regum & principum oratoribus ostendit Pontifex, maximi interesse Ferdinandum subsidiario iuuare auro, vt communem rem Christianam vna cum priuatis tueretur, atque menstrua octoginta aureorum millia soluenda decreuit; ita vt Cæsar viginti millia singulis mensibus, Gallus totidem, Romana ecclesia decem, totidem Anglus, reliqui principatus Italici ratam portionem penderent: de quo encyclicas nona augusti die ad Reges, vt cum oratoribus conuenta rata haberent, literas misit n.

Excitata Eleonora Regina, vt pace alias inter Reges
k Ibid pag. 251.
l Ibid. pag. 195.
m Ibid. pag. 195.

184. 185 Quid vero in Hungaria gestum sit hoc anno describit Nicolaus Isthuanffus o, nimirum Ioannem Turcici imperij beneficiarium præstantissimos quosque proceres subornare promissis & munerum & oppidorum largitione, aut ferocibus minis deterrere pertentasse, adeo vt multi suis tantum commodis comparandis intenti publicam salutem neglexerint. Interea vero Ferdinandus exercitum ex Pannonia & Boemia collegit, præfecitque illi Rogendorffium, qui secundo Danubio descendens Strigonium peruenit, recepitque, cum Paulus Vardanus archiepiscopus a Turcica societate, quam antea metu victus inierat, abhorrere profiteretur; ac dein Vissegradum & Vaciam obsidione cepit, ne quid a tergo hostile relinqueret: tandem kal. nouembris Budam delatus est.

Pro iuuando Ferdinando Pontifex ludia.
n Lib. brev. ann. 1530. pag. 387. & pag. post eand ep. & pag. 387.
o Nicol. Isthuanffius de reb. Hung. lib. 11.

186 Iam Budæ consumptis commeatibus & pabulis Ioannes tyrannus cum suis Hungaris ac Turcis ad extremam inopiam erat redactus, ac passim homines & equi in vrbis plateis emoriebantur, cum Mahometes Samandriæ & Nandoralbæ præfectus ex Thracia & Bosna deductis præsidijs, atque ab Ibraimo equitum Europæorum magistro copijs acceptis aduentans Christianum exercitum Budensem obsidionem soluere coegit tanta celeritate, vt plurima suppellex cum multis infirmis relicta fuerit in castris, quos misere hostes contrucidarunt. Vt vero Solimannus Lutheranorum in Germania tumultuantium seditionibus animatus maximo exercitu succinctus ad Pannoniam ac Germaniam obruendas irruperit, dicetur proximis annis: nunc Florentinas res, quæ cæsareas vires importuno admodum tempore distraxere, ne in Lutheranos vel Turcas effunderentur, prosequamur.

Depulsi ex Budensi obsidione Christiani a Turcis.

187. &c. Hoc igitur anno perdomuit Florentinos Clemens, vt nepoti Alexãdro principatũ pareret, ignarus post ingentes strages Florentinorum etiam nepoti mortem violentam parari, in qua ecclesiasticis Sacramentis ad cælestis immortalitatis coronam reportandam se communire non posset. Describunt pluribus a Florentini belli seriem Guicciardinus & Iouius, vt nimirum post Empolim & Volaterras amissas Florentini quamuis in certamine Philibertum Aurasiæ principem occidissent b, demum a Ferdinando Gonzaga duce Mantuæ, qui in militari imperio successit, fame perdomiti sint, atque ad nuncupanda deditionis verba, suaque omnia Cæsaris arbitrio permittenda, incolumi tamen libertate, adacti. Immutata tunc est reipublicæ forma, libertatisque studioli vel exilio vel morte cum Francisco Carduccio mulctari, adeo vt qui supererant Florentiæ pactam libertatem tueri non sint ausi, atque Imperatori Alexandrum generum principem Etruriæ imponenti obtemperarint. At de his satis. Nunc causa Henrici Anglorum Regis diuortium cum vxore malis artibus procurantis narrationem nostram ad se trahit.

Florentinæ res.
a Guicc. l. 20 Iou. l. 20. l. 2. hist. princ. pag. 187. 188. 190. 194. 195. & 202.
b Clem. lib. brev. ann. 1530. pag. 119. & 23.

191. 192 Fingebat Henricus se conscientiæ stimulis agitari, quod fratris defuncti vxorem duxisset, cum tamen cœca retinendi in suo genere sceptri Anglici ambitione percitus efflagitarit a Pontifice, vt filij nothi sui cum Maria filia legitima coniugium rescissa diuina lege comprobaret; ac postquam venales doctorum omnium gentium calamos pro conquirendis causæ suæ fucis coemisset, minas etiam defectionis ab Ecclesia, ni iniquis suis votis pareretur intentauit, vt tradit Nicolaus Sanderus c in historia Anglicani schismatis.

Discordiæ inter Anglum & Pont. crescunt semina.
c Sander. de schism. Angl. lib. 1.

193. &c. Cum porro Carolus V. illud diploma ad Pontificem transmisisset, atque Henricus Rex oratorum opera libellos pro sua causa propugnanda conscriptos obtulisset Clementi, illos omnes Thomæ de Vio Cardinali Caietano, theologicæ scientiæ laude præclaro, huius causæ cognitori dedit, vt suam sententiam in hac controuersia expromeret d. Vetuisse Clo-

Consulcus Thomas de Vio in causa Regis Angliæ & Eccl. Card. Caiet. to. 3. tract. 1. c. 1

Clementem die XIII. mensis martij intentato anathemare Henricum secundas nuptias ante decretoriam sententiam moliri, proximo anno visuri sumus, necnon omnibus eius administris, qui ipsi ea in re opera nauassent, censurarum poenas imposuit. Extracta autem est a Pontifice, vt indicauimus supra, in plures annos iudiciaria sententia, cum Henrici Regis mentem flexu temporis leniendam, vel venereas faces extinguendas putaret; misitque a ad eum medio iulio Antonium Pulleonem, vt ipsum ad suscipiendum rei Christianæ contra Turcas & Lutheranos patrocinium excitaret; tum rationes omnes pertemauit, vt controuersiam dirimendi coniugij amoris pacisque studijs componeret: de quo ad Franciscum Regem Francorum, quem Anglus causæ interpretem adhibuerat, datæ mense octobris extant literæ b.

Vetitus Henricus secundas inire nuptias.

a Clem. lib. brev. ann. 1530. pag. 300.

b Lib. 3. lit. princ. pag. 3

203 Hoc anno Gebenna a duce Sabaudiæ & nobilitate consensu & auxilijs episcopi Gebennensis obsidione pressa est: sed Bernenses, Friburgenses, & Thuricenses illi auxilia laturi pace bellum diremerunt.

Gebenna obsessa a Sabaudo.

204 Hoc etiam anno Lusitanum imperium latius propagatum est in oriente; nam Turcis Adeni obsidione solo Lusitanorum terrore depulsis, Adeni siue Oromulij, tum Xacrij Reges vectigales se Lusitani Regis ad firmandum solium contra hostiles impetus constituerunt, vt Damianus Goez narrat hisce verbis c: *Remai x. triremibus alluarijs nauibus & gaulis XL. improuiso Adenam obsederunt mari; terra vero equitatu & peditatu maximo copijs videlicet auxiliaribus, nam ipsi Rhomai deerant; plus minus duranit obsidio menses V. Oppugnabatur quotidie mari praecipue, atque adeo terra extructo in modum muri tabulato contextis trabibus ad exteriorem cisternam, & tormentis collocatis, quarum quatuor erant basiliſci, tormentorum omnium genus impetuosissimum, quibus murum totum ea parte diruerant propeque expugnauerant vrbem, nisi defensa pertinacissime fuisset. At vt refectum est classem nostram aduentare, Rhomai obsidione ignita discesserunt.* Et infra: *Nuncijs hinc inde commeantibus adquieuit Rex, vt pareret Lusitanorum Regi, solueretque quotannis iure tributi seraphinorum decem millia ponderis & valoris Ormuzij, qua regia vrbs est cognominis insula inter sinus Persici angustias. Ea summa Latina supputatione quingenta facit sestertia. Gratis etiam dedit statim seraphinos mille quingentos, id est sestertia LXXV. vt Ormuzij ex puriori auro fieret corona, quam Regi Lusitania mitus in symbolum amicitiæ & obedientiæ. Scripta super ea re sunt tabulæ, subscribentibus Rege & Hectore Silueria, cuius exemplum Nonius Cugna ad Regem Lusitaniæ misit: id ad nos perlatum non est. His ita se habentibus, Rex Xacrij scripsit ad Hectorem ne grauaretur regnum ipsius accedere, quod est in exteriore flexu Arabici sinus in regione Homeritarum iuxta Ptolemæi traditionem, se pariturum Lusitanorum Regi, & pensurum tributum, vt constituerat; daturum praterea quidquid tormentorum ancorum Xacrij & Dopharij haberet, &c.*

Turcæ Adoni obsidionem soluunt. Adeni Rex Lusitanorum vectigalis fit.

Xacrij Rex concedit in eiusdem clientelam.

c Damian. Goez in 2. Hisp. illust.

IESV CHRISTI
Annus 1531.

Indict. 4.

CLEMENTIS PP. VII. CAROLI V. IMP. OCCID.
annus 8. annus 13.

d Surius in comment. hoc ann.

1. 2 FErdinandus Pannoniæ & Boemiæ Rex, vti in Augustanis conuentibus a catholicis conuentum erat, cæsarea dignitate Coloniæ auctus est; de quo hæc tradit Laurentius Surius d: *Anno MDXXXI. pridie epiphania Domini, Ferdinandus Coloniæ in primario templo, vbi trium beatissimorum Magorum corpora condita asseruantur, electorum principum suffragijs creatus est Romanorum Rex, & die XI. mensis ianuarij Aquisgrani coronatus.* Quam electionem confirmauit Clemens: *Pro vniuersa*, vt ait a, *Christiana reipublica salute*; ornauitque mysticis muneribus, atque enim, vt confodiendos Ecclesiæ hostes, ac pileum, vt tegendam patrocinio cæsareo eandem Ecclesiam significaret, in natalitijs Domini pontificalibus precibus sacratos transmisit b.

Ferdinandus Rom. Rex electus.

Confirmata a Clemente illius electio

a Lib. brev. ann. 1531. pag. 35.

Ense & pileo sacrum donat

b Ibid. pag. 254.

3 *At Saxo*, inquit Surius c, *eam electionem per filium suum irritam protestatur, habuitque principes alios praesertim Lutheranos, qui ei consentirent; verum Cæsar, quod ampliſſimas haberet ditiones, nec posset semper esse in Germania, consultum omnino putauit, vt in imperio haberent aliquem loco suo, qui ipso absente rebus praesset.* Patebat causa, cum absente Carolo V. Germania a nouatoribus euersa fuisset, vt propterea præpotentis Regis præsentia opus esset, qui illorum temeritati frænum injiceret: ij vero Ferdinandi, qui pro asserenda fide catholica egregia plura facinora fecerat, potentiam veriti, post inita inter sese ad Smacaldiam fœdera, Galliæ & Angliæ Reges, qui ægre ferebant in dies augeri cæsareas vires, in societatem armorum contra Carolum V. & Ferdinandum pellicere tentarunt d.

c Surius in comment. hoc ann.

Intercedit Lutherani principes.

Nituntur Angliæ & Galliæ Reges ad societatem armorum pellicere.

d Sur. ibid.

4 Spopondisse Clementem Cæsari vidimus datum se apostolica auctoritate operam, vt catholici Reges ac principes suas cum illo vires opesque ad hæreticos obterendos coniungerent, si mansuetudine in viam salutis, atque ad officium reuocari non possent; sed Franciscus & Henricus Reges tormidantes ne oppressis hæreticis, ac Germaniæ dissentionibus sedatis Carolus & Ferdinandus in nimiam potentiam assurgerent, spreta religionis causa, non Cæsari, vt par erat, in hæreticos, sed hæreticis contra Cæsarem auxilia decreuerunt, vt Belchairus episcopus Metensis memorat e.

e Belchair. l. 20. n. 36.

5 Suscepto Lutheranorum patrocinio Franciscus Rex optime stirpis suæ amplitudini consuluisse sibi visus est, cum ita perpetuos in Germania hostes opponeret Austriacis: verum, vt inania sunt humana consilia, obtigit postea, vt hæresis Germania in Gallias propagata, ipsius stirps hæreticorum tumultibus intestinis excisa fuerit, Anglia pariter ab hæresi euasstata. Quatitus est nefario facinori fucus, quod Lutherani, vt supra dictum est, concilium pium & liberum deposcerent: sed quanta fraudum & impietatum moles sub honesto postulato lateret non conspexere; vt enim Lutherani dæmoniorum doctrinas euangelium Dei appellabant, ita concilij pij & liberi nomen a veteribus œcumenicis concilijs ad sathanicum impiorum conuenticulum transferebant f.

Concilibulum non concilium poscebant Lutherani

f Jo. Eck. in enchirid. de conciliis.

6. &c. Cæterum cum extremo superiori anno vniuersi Reges ac principes literis encyclicis admoniti fuissent a Clemente, vt paribus studijs pro celebrando concilio œcumenico consentirent, non parum in tanta re tepere visi sunt, nec Pontifex illud apostolica auctoritate indixit, cum illi hæretici non essent assensuri, neque coercendi: quam imprudenter enim omnia conciliorum decreta temnerent hæretici patet ex Luthero, qui professus est, in libro de formula missæ, non veritatis tuendæ, sed contradicendi tantum studio litem coniunxisse: *Si quo casu*, inquit, *concilium statueret, minime omnium nos vellemus vtraque specie potiri; immo tunc primum in despectum concilij vellemus aut vtra tantum, aut neutra, & nequaquam vtraque potiri, ac plane eos anathema habere quicumque auctoritate talis concilij potiretur vtraque.*

Reges pro cõcilio celebrando repsde agunt.

Lutheri contradictio de cõmunione sub vtraq; specie.

21 Grassante porro latius impiorum furore amplexa

plexa erat Geberna, pulso episcopo, Zuingliana hæresim tam immani impietate, vt marmor aræ principis, in quo toties Christus immolatus incruento sacrificio fuerat, ad cataſtam publicam translatum fuerit, vt in eo rei caderentur : verum impij consilij auctor illud primus suo sanguine cruentauit a, cum rebus conuersis magistratu deiectus fuisset.

a Rayn. in hist.

22. &c. Inter hæc Thuricenses Heluetij coniunctis sibi septem toparchijs Zuingliana hæresi contaminatis alias quinque regiones Helueticas, qua religionem catholicam retinuerant, opprimendas armis constituerunt, causati eas nolle audire verbum Dei, nimirum sui Zuinglij impia dicta, vt vniuersa natione Heluetica ad Zuinglianam hæresim acta tyrannidem & impietatem in Sabaudiam Italiamque proferrent. Sed nefaria eorum consilia confudit Christus, atque ingentem hæreticorum multitudinem exigua catholicorum manu obtriuit : de quo hæc narrat Benedictus Accoltus Cardinalis ex literis Ennij episcopi Verulani apud Heluetios internuntij ad Pontificem datis b : *Cum iam res (vt te audisse iam non dubito) ad manus deuenisset, primo in prælio octingenti ex nostris maximo Christianæ pietatis studio inflammati paulum extra aciem, quæ ex octo tantum hominum millibus constabat, primi procurrere, incredibilique virtute & fortitudine viginti hominum millia sunt adorti, quos continuo occisis hominum amplius tribus millibus, & totidem fere captis, qui proiectis armis mortem supplices sunt deprecati, in fugam coniecerunt.* Et infra : *Interfecti sunt noui fere omnes tantorum scelerum & perfidiæ auctores : inter quos ceciderunt quamplurimi sacerdotes, qui abiurato vera religionis cultu se se in sacbana famulatum contulerant, repertusque est multis vulneribus confectus Zuinglius.* Cuius vtpote hæresiarchæ cadat, iudiciaria sententia fuisse igni crematum memorat Coclæus c.

Zuingliani Heluetij in catholicos insurgunt.

b Card. Accolius apud Sadolet. l. 7. pag. 27.

Octingenti viginti millia a Catholicis fuit.

Hæresecodissemina tores occisi Zuinglius trucidatus

c Cochlæus ad Lutb. hoc an.

29. &c. Eiusdem cineres cultos ab hæreticis, qui sanctorum reliquias contemnebant proijciebantque, testatur Surius, additque Oecolampadium hæresiarcham, de quo sæpius mentio facta est, auaritæ clauis terrore impiam animam æterno funeri tradidisse, in lecto enim a concubina extinctum repertum esse : prius ferro dein veneno ipsum sibi mortem conscisce voluisse ferunt.

32. 33 Deinde tria alia prælia facta sunt, in quibus omnibus catholici diuina virtute hæreticos contuderunt ; quæ singula accurate describit Coclæus d ; ex quo hæc delibanda visa sunt.

d Coc. in ead & script. Lut. hoc an.

34. &c. *Apud Heluetios admodum religiosum ac venerabile, miraculisque clarum est templum Deiparæ virgini Mariæ sacrum, quod Eremus dicitur : ad quod sanc publicam processionem instituerunt quinque cantones catholici a senibus puerisque, & mulieribus virginibusque, ac omni turba imbelli peragendam : id quod Turicenses Zuinglij peruersa doctrina imbuti egerrime ferebant. Decreuerunt itaque, facta expeditione, templum illud demolire, atq; imaginem diuæ virginis Mariæ minutatim discindere, atque comburere. Quod vbi perceperunt quinque cantones, festinanter illuc profecti sunt, atque indutis rursus super arma albis indutijs, in montis planitie duriter exceperunt hæreticos, interfectis plus minus quinque millibus, raptisque vexillis quatuor, quorum vnum Turicensium, alterum Basiliensium, tertium Schafhusensium, quartum Mulhusensium fuisse dicitur. Erant quidem hæretici opibus, auxiliisque & numero militum, atque armorum & bombardarum apparatu longe valentiores quam catholici. At catholici fide, pietate, religione bonaque conscientia atque recta in Deum & sanctos eius fiducia egregie armati, feliciter vicerunt semper : toto enim expeditionis tempore obseruarunt religiose pristinam suam deuotionem, secundum*

Virginis templum clarum miraculis apud Heluetios.

Illud hæretici euertere nitun tur.

In quinto prælio quinq; millia eorum interfecta.

que habuerunt suos sacerdotes, vt interessent eorum sacrificijs, in quotidianis missis ferro ac religiose flexis genibus ad Deum orantes tum ante prælium tum peracto prælio. Prostrati ijs cladibus hæretici pacem exorarunt, ea lege peruersa, vt sibi quod vellent de fide sentire liceret : quo audito Pontifex indoluit tantarum victoriarum fructum perijsse magna ex parte ; ipse namque censuerat prostrato hoste hæretico non intermittendum bellum, donec is ad veram religionem esset reuersus ; quo argumento ad quinque pagorum Heluetios literas dedit e.

Insignis catholicorũ pietas in his expeditionibus.

e Lib. brev. ann. 1531. pag. 649.

38 Excindendæ armorum vi hæreseos aderat, tum occasio, si Galliæ & Angliæ Reges cum Cæsare in tam pium opus pari animorum contentione conspirassent, cum maxime illustria a Deo signa pro religione catholica asserenda data essent : nam & Tigurini, apud quos Zuinglianæ hæresis teterrima sentina conflata fuerat, auitæ pietatis memores in ea publica consternatione cum impietatis signiferos extinctos viderent, fidem catholicam iunt professi, vt Ennius episcopus Verulanus apud Heluetios legatus ad Pontificem scripsit b.

Potuere Reges delere hæresim

b apud Card Iacob. Sadol. l. 7 p. 273.

39. &c. Territus Tigurinorum clade ac publicis gemitibus Carlostadius, qui diaconum apud eos agebat, Basileam se contulit, sed diuinam vindictam non effugit ; vt narrat Meshouius ex publico Basileensium testimonio : *Basilea*, inquit, *ad munus concionatoris euectus, cum satis diu in perniciem eius ecclesiæ vixisset, sub ipsa concione nouissima, quam habuit in templo, vir quidam oblongus & ater comparuit, quem ex opposito suggesti consistentem proximum se consuli locare vidit, qui mox templo egressus in domum eius se contulit, vbi neminem reperit, præter vnicum filiolum patri apprime charum : hunc apprehensum crinibus rapuit sublimem quasi terræ allisurus, & tamen illæsum deponens iussit nunciare patri adfuisse atrocem virum, qui ipsum quæsiuisset, ac reuersurum eundem post triduum, & secum esse abducturum : quare domum reuersus, postquam ista comperisset a puero, & consulem interrogasset quisnam vir ille longus esset, qui in templo ipsi adstitisset, hic autem se neminem vidisse affirmasset, primum vehementer exterritus animoque perculsus est : deinde præ mœrore in lectum sese coniecit, & tertio die iuxta vocem ex terribili nuntio auditam e vita commigrauit. Id dant testimonij Basileenses, id temporis ministri de Carlostadio.* Hic vero animaduertat lector, hunc virum oblongum & atrum illum fuisse, de quo Carlostadius profiteri erat solitus, sibi a viro humana statura longiore reuelatum fuisse, Christum in Eucharistia præsentem non esse. Sublatis ita Zuinglio, Oecolampadio, & Carlostadio, licet reflorescere tum visa sit religio catholica Tiguri, postea tamen miseri Tigurini amisso veræ fidei lumine in obscuro errorum salo fluctuarunt, quos impius Henricus Bullingerus in Zuingliana hæresi confirmauit.

Iesus a Carlostadio ad Zuinglium, hæresim.

Bullingerus inter Tigurinos instaurat hæresim.

45. &c. Eo felicior extitit Georgius Vicelius apud Nymicenses Lutheranus præco, quem ex assidua sanctorum patrum lectione Lutheri eiusque sectatorum impietatem deprehendisse tradit Vlembergius c, cumque transfugiendi ad Ecclesiæ castra signa dedisset, non aliter quam hæresis & latrocinij reum in squallidum carcerem fuisse detrusum, paratasque Lutherum & socios iam illi laqueos & patibula, cum diuina prouidentia sæua impiorum hostium pectora mollibit, vt ille Ecclesiæ in tuenda fide catholica vsui foret.

c Vlemb. 23 pag. 412.

Iosam Lutheri de suo doctoratu iactãtia.

57 Eodem anno cum Albertus marchio Brandeburgensis, qui Prussiam, deserto ordine equestri, tyrannide oppresserat, ad Sacramentarios defectionem meditaretur, ac Lutherum consuluisset ; is, cum dogma suum alijs argumentis quam ijs, quibus or-

Consultus de Eucharistia ab Alberto Brãdeburgensi Lutherus.

thodo-

thodoxi fidem catholicam asserunt, tueri non posset, resipiscere, redireque in castra Ecclesiæ visus, hæc argumenta de Christi in Eucharistia præsentia ad confirmandum in ea sententia Albertum proposuit a; ex quibus perspicue patet, omnes nouatorum sectas contemnendas esse: *Certe*, inquit Lutherus, *dogma hoc de Christi præsentia in altaris sacramento non ex humanis traditionibus, vel institutis natum extra scripturas, sed in Euangelio solide, dilucide, pureque per indubitata ipsius Christi verba fundatum, & ab exordio nascentis Ecclesiæ toto terrarum orbe in hanc horam vsque magna fidelium confessione creditum: quemadmodum non modo scripta sanctorum patrum Græcorum non minus quam eorum qui in ecclesia latina floruerunt: sed & quotidianus fidelium vsus & continua praxis vsque in hanc horam abunde testificentur, quod ecclesiæ totius testimonium si præterea nihil aliud satis esse debeat, vt permaneamus in hoc dogmate, nec vllos fanaticos spiritus audiamus vel toleremus, tum periculosum sit & horrendum audire quippiam vel credere, quod communi sententia doctrina fideique Ecclesiæ vniuersalis aduersetur, quodque ab initio per annos mille quingentos & amplius toto terrarum orbe seruatum sit & creditum. Si nouum esset dogma, quod vel ab exordio nascentis Ecclesiæ aut toto terrarum orbe Christiani nominis tam vnanimiter creditum non fuerit, non tam abominandum videri, vel tanto cum periculo coniunctum, in dubium vocare rem hanc nec disceptare quid sit credendum. Iam vero quia ab exortu Christianismi per vniuersum mundum quocunque se porrigunt Ecclesiæ fines magna semper animorum consensione creditum sit, Christum in Eucharistia vere præsentem esse: si quis nunc de veritate huius articuli dubitet, hunc nemo facere, ac si non credat Ecclesiam catholicam: atque ita non modo damnet vniuersam Ecclesiam velut hæreticam, sed & Christum ipsum cum omnibus Apostolis & prophetis, qui hunc fidei articulum: Credo sanctam Ecclesiam catholicam, fundarunt & solidis testimonijs confirmarunt.* Ex his Lutherum & Lutheranos, atque alios omnes nouatores ipiorummet iudicio condemnatos percipere quius potest.

a *Luth. to. 5. oper. Ienen. impres. pag. 466.*

Proprio testimonio damnatus Lutherus.

58. &c. Quod attinet ad Albertum Brandeburgensem; ille perduellionis crimine damnatus in Augustano conuentu Regem Poloniæ, cuius clientelæ commendauerat Prussiam, detentorem nactus est; Polonus enim rem politicam diuinæ prætulit. Periculum etiam immanebat, ne Liuonia Prussiæ exemplo cæsareum pontificiumque iugum simul excuteret, eoque metu anxius Clemens monuit Carolum V. b, vt religioni orthodoxæ in Liuonia consuleret, caueretque ne hæreticus in summum equestrem magistratum irreperet: cæterum mota a pellione Vvitembergensi, qui plebem hæreti infecerat seditione Torpati sacra profanata sunt, sacerdotesque pulsi: ob gulæ autem & ventris illecebras plures in hæresim laptos narrat Tilmannus Bredenbachius, qui insigne diuinæ in eos iustitiæ exemplum sic refert: *Paucis ab annis, postquam Torpatenses in Lutheranam doctrinam conceſſerant, feria sexta solemne paschæ festum proxime præcedente, finita Lutherani ecclesiastæ concione, ciuibus e templo diuæ Virgini matri sacro reuertentibus, quidam alium conciuem & familiarem inuitat ad prandium, rogat vna dominum comitetur, habere se paratum insignem petasonem Vestphalicum. Alter parum abhorrens respondet, sibi esse gallum opipare elixum, quem cupiat in symbolum adferre. Dum ad mensam accumbitur, alter os quoddam galli ambedere volens, imprudens ipsum pene deglutit: quod cum neque transmittere, neque eximere valeret, eo ipso die suffocatur. Alter postridie Paschæ malo spiritu corripitur, & non multo post rabie & furore exagitatus animam vna cum dæmone exhalat.*

Albertus apostata postulatus iudicio. Deficit ad Polonum. Periclitata Liuonia ne hæresi infi cerentur. *b Lib. pag. 23*

Vindicta diuina in ieiunij vio latores.

66. &c. Hoc anno a Melchior Hoffmannus pellio Suenus ex Lutherano in anabaptismum prolapsus, Argentoratoque pulsus in Frisiam & Barauiam ad spargenda figmenta dæmonis, a quo erat illusus, eas prouincias magis infecit, cum iam Lutheranismo & Zuinglianismo contaminatæ essent, & Hoffmannistarum nouam sectam impiam condidit: iactabat nouam Ierusalem a se conditum iri, & viam aperiendam ad nuptias agni; sed prius primogenitum omnem Ægypti, quo nomine episcopos & principes designabat, a se interemptum iri: fungi se Michaelis & angelorum munere, ac deliramenta alia ridicula & absona per falsas apocalypsis interpretationes probata proponebat. Vt autem illusus a dæmone, qui ipsi, vt Argentoratum rediret imperauit, misere perierit, proximo anno dicetur.

a Vbbo Emmius l. 55. rer. Frisic. Frisia & Hollandia infecta Anabaptismo. Hoffmannus pseudoprophetæ.

71. 72 Interea Ferdinandus Rex a suis exploratoribus de indicta in proximum annum barbarorum expeditione edoctus a Pontifice subsidiarium aurum ad sumptus in rem militarem faciendos expetijt; cui rescripsit Clemens b, se, quamuis magna erarij inopia ob Vrbis direptionem & clades acceptas premeretur, centum tamen milia aureorum illi in sex menses subministraturum; si autem Turca Italiam adoriretur, vicissim ipsius Ferdinandi opem periturum. Præterea ad eam auertendam procellam Ferdinandus Germaniæ principes hortatiuis literis e solicitauit, ne barbarorum aduentum præstolarentur, sed vltro Turcis bellum interrent, ac Ioannem Regem æmulum, qui fidei hostes in Christianum imperium concitarat, exambiro per scelus regno deturbarent.

Poscit opē Ferdinandus a Pontifice. *b Lib. brev. ann. 1531. pag. 441.*

Ferdinandus a principibus auxilium petit. *c Ext apud Dolgast. to. 3. pag. 515.*

73 Retardabant Germanorum impetus commotæ a Luthero de religione dissensiones; quinetiam ipsi Reges catholici, quamuis solemni fœdere nncti essent, occultis tamen fraudibus in æmulos conspirabant. Accusant Hungarici annales d Franciscum Gallorum Regem veluti dilacerandæ Turcicis armis reipublicæ auctorem, cum Austriacæ stirpis gloriam ægrius quam dignum erat pateretur; nec dissimulauit eiusmodi facinus Belcarius episcopus Metensis, Franciscum sanxisse fœdus cum Ioanne Vaiuoda Turcarum cliente, & Caroli V. socialia Gallorum arma aduersus infideles experentis preces inani responso eluisse refert e.

Mutua dissidia in ferendi belli consilia dissipant. *d Nicol. Isthuanffi. l. 11* Ira & inuidia Francisci Ingētia mala peperere. *e Belcar. l. 20. n. 37.*

74. &c. Hoc anno Moldaui & Valachi Turcarum vectigales in Poloniam incurcerunt; sed diuina opera repulsi f obtritique sunt; aliquot enim secundis prælijs vsi Poloni mense augusto Procuriam & Guoldeciam duce Ioanne Tarnouio hosti ademerunt, tum Petrum Moldauiæ Palatinum viginti duobus militum millibus succinctum, in Poloniæ fines irrumpentem cum exiguis copijs deleuerunt, hostium castris & tormentis potiti.

Moldauiæ Valachi in Poloniam irrumpunt. *f Neugebauer. hist. Pol. l. 7.*

78. &c. Ineunte eodem anno Pontifex, implorante legum opem Catharina Regina Angliæ, conquerenteque Henricum Regem non dirempta matrimonij cum ipsa iam ante contracti controuersia, vxorem aliam ducere meditatum, superioris anni decretum instauranit g, atque anathematis pœnam Henrico proposuit, si eo flagitio se contaminaret; controuersiaque nondum sublata Catharinam Reginam in pristina coniugalia iura restitui iussit: omnes vero, qui opera & consilio contra hæc tenderent, ecclesiasticis censuris subiecit. Extant quoque datæ literæ h Clementis ad Henricum Regem multis paternæ benevolentiæ notis insignes, quibus seruati a se iudiciorum ordinis causas explicuit, primum illi impense studuisse constitutis Campegio & Volsæo Cardinalibus legatis ei addictissimis, qui in iplius regno ferrent sententiam; sed Regina intercedente, prouocanteque ad sedem

Angliæ Regina aduersus virum leges implorat. *g Lib. brev. ann. 1531. pag. 23.*

Facti seueritatem apud Henricum excusat Pontifex. *h Ib. pag. 102*

dem Apostolicam, se nec supplicis preces repellere, nec iusti iudicis officium denegare potuisse.

89. 90 Cum autem in hac causa rescinderdi coniugij regijs cupiditatibus assentiri nequiret Clemens, in alijs, quæ honesta videbantur, morem gessit Henrico: nam eius rogatu Eduardum Leeum Eboracensi archiepiscopatui, ac Stephanum Gardinerium episcopatui Vvintoniensi XXIII. octobris præfecit a. Cuius etiam precibus permotus contulit postea Pontifex Cantuariensem archiepiscopatum Thomæ Cramnero. Sed multum nocuit rei Christianæ preces Regis admisisse, cum ille eas dignitates tribuendas curaret viris perditis, qui ipsius libidini ad euertendam in Anglia hierarchiam ecclesiasticam, atque hæresim propagandam seruirent: illos enim præcipuos defectionis a Romana ecclesia, excitandæque in Anglia impietatis administros fuisse, refert Sanderus b quippe de Cramnero altero Iuda ac proditore tererrimo narrat illum, antequam Pontifici fidem sacramento addiceret, accersito tabellione edixisse, edito publico instrumento, se non habere in animo Pontifici in re voluntatibus regijs aduersante fidem seruare, solemni autem iureiurando veteri more nuncupato archiepiscopatus possessionem inuasisse: cæterum adeo effrontem & obscoenum fuisse, vt pellicem secum in curru palam circumferret, quam dein Eduardo Rege in vxorem duxerit; Henrico vero adeo gratum extitisse, vt palam iactaret vnum Cramnerum nunquam regijs voluntatibus defuisse.

Præfecti male episcopi ad voluntatē Regis.

a Lib. brev. ann. 1531. pag. 605.

Promotivi perditissimi.

b Sander. l. 1 de schism. anglic.

91. &c. Trahebatur ita in exitium Henricus Rex lenocinijs assentatorum, qui intentatas a Pontifice ecclesiasticas censuras spreuere; simulque impudicis amoribus ita se inflammari passus est, vt post incussam anathematis religionem vehementius ad veritas Annæ Bolenæ nuptias exarserit: Lutheranismus enim, vt libidinum licentiam & coniugiorum dissolutionem facile permittit, mire arridere cœperat tum Henrico cum aulicis, quibus indignum videbatur non permitti a Pontifice, vt, cum Henricus prole mascula, qua sceptri Anglicani maiestatem sustinaturæ esset, careret, ex nouorum euangelistarum, aut veterum gentilium institutis vxorem pro retinendo Anglici nominis splendore, commutaret.

Impulsus in exitium Henricus ab assentatoribus.

102 At de Europæis rebus hactenus: nunc Americanas, quæ propagata latius fide in dies efflorueré breuiter perstringamus. Cum fides catholica in Germania & alijs regnis septentrionalibus deficeret, a viris pijs prædicatum est, hoc tempore gentem aliquam superstitionibus diabolicis deditam ad vnius Dei cultum religionemque traductum iri; inter quos Ioannes Eckius c insignis theologus hoc ea potissimum ratione comprobabat: *Quoties populus Dei a vero eius cultu in fide defecit, totiès alium populum fidelem sibi Deus in alio loco suscitauit, &c.* Fuere illi populi Mexicani, apud quos iacta iam ante euangelij semina vidimus, fungente apud eos legati apostolici munere Martino Valentino Minorita tam prospero successu, vt in datis hoc anno ex Mexicano regno literis d ad Matthiam Vveissen commissarium, vt vocant, generalem familiæ Vltramontanæ, testetur decies centena Mexicanorum millia sacro baptismatis fonte lustrata fuisse, atque in dies vberrimas segetes euangelicas adolescere. Quæ confirmat Zumarraga episcopus Mexicanus in literis ad Franciscanos in Tolosanis comitijs congregatos missis e, in quibus plura alia memoria dignissima de euersis dæmonum templis, diffractis idolis, quæ dæmones inlidebant, de sublata humana carnificina, excitatis ecclesijs, pueris concionatorum munere fungentibus, nonnullisque a suis parentibus martyrio affectis, tum de gymnasijs ad excolendam doctrina euangelica iuuentutem institutis plura adijcit.

c Io. Eckius in 3. de ipso vide contra Turc. hom. 3. &c

Amplificata fides apud Mexicanos.

d Ext. apud Wadding. to. 2. ann. 1530. n. 1.

e Ext. apud Wadding. to. 3. ann. 1531. n. 2.

IESV CHRISTI
Annus 1532.

CLEMENTIS PP. VII. annus 9. CAROLI V. IMP. OCCID. annus 14. Indict. 5.

1. &c. CErtior factus Clemens hoc ineunte anno tum a patriarcha Aquileiensi ex oriente reuerso, tum pluribus scriptis Constantinopoli literis, Solimannum pacto cum Persa fœdere, Christianos bello petiturum; Regum oratores, qui Romæ agebant, ad se exciuit, ac proposito rerum statu hortatus est, vt singuli suos principes excitarent ad consilia & arma pro asserenda publica salute iungenda: tum etiam ad Reges ipsos scripsit a, vt eorum torporem discuteret.

Regum oratoribus discrimen impendens significat Clemens.

a Lib. brev. ann. 1532. pag. 92. & 287.

7 At Veneti, necnon Poloniæ Rex initas iam cum Turca inducias abrumpere detrectarunt, quod omnes Christiani Reges Christianum nomen tueri, ac Turcicum vti poterant opprimere negligerent: quin potius Galliæ & Angliæ Reges in Carolum V. Turcico distentum bello coniurasse visi sunt. Cæterum Scotus, qui tam vastis terrarum interuallis disiunctus erat, ad gerendum commune in Turcam bellum paratum se exhibuit; cui a Pontifice actæ sunt gratiæ b.

Gallus & Anglus in Carol. V. conspirant

b Lib. brev. ann. 1532. pag. 407.

8. &c. Pium huius Regis votum ad exitum perduci non potuit, quoniam finitimi Reges, vt diximus, pari studio non ardebant, cum quibus copias iunxisset. Itaque Carolus V. & Ferdinandus, qui Ludouicum Pannoniæ Regem antea deseruerant, ab omnibus ferme, præterquam a Pontifice, destituti Turcicam tempestatem sustinere sunt coacti. Vt vero eos imparatos Solimannus opprimeret, consueto dolo vsus est: de pacis scilicet colloquio habendo agere cœpit, interprete Ioanne Transiluaniæ Vaiuoda, qui ad Pontificem scripsit optare Solimannum non modo Hungaricam controuersiam æquis legibus, quarum pacisendarum potestatem sibi factam dixit, dirimere; verum cum vniuersis etiam Christianis Regibus perpetuum fœdus sancire: quibus acceptis Pontifex eidem Ioanni respondit, pacem se præferre bello, atque cum Carolo & Ferdinando de pace conciliandæ acturum: tum cum, vt sociandæ confirmandæque publicæ concordiæ operam daret, humanissimis literis adhortatus est c.

Turca pacis spe lactat Christianos dū bellum parat.

Interpretē concordiæ Transiluanum adhibet.

c Ib. pag. 63.

11. 12 Egit itaque Laurentius Campegius Pontificis legatus cum Cæsare ac Ferdinando de pace cum Ioanne æmulo ac Turca, adeo vt etiam tres oratores amplissimis freti mandatis ad Solimannum fuerint legati, quorum princeps erat Leonardus Negarola nobilis Vicentinus multarum linguarum peritia insignis; sed ij aliud responsum ab illo non retulere, nisi vt Turcica castra sequerentur. Præsenserant barbaricos dolos Christiani, neque ita in pacis actionem intenderunt, vt ad repellendum armis bellum non se compararint.

De pace colloquia acta inter Ioannē & Ferdinandum.

13. &c. Indicti primum fuerant Spiræ solemnes Germaniæ comitentus, ad quos Pontifex Hieronymum Aleandrum archiepiscopum Brundusinum internuntium miserat d, vt religionis causam promoueret: sed ij Ratisponam ob imminentem Turcarum irruptionem translati a Cæsare fuerunt e. De quorum conuentuum felici exitu solicitus Pontifex, die septima martij Carolum V. est hortatus f, vt catholicam rem aduersus hæreticorum factiones constabiliret, tuncque necessaria ad propulsandum Turcam diligenter adornaret, nec in Hispanias incompositis Germaniæ rebus, reuerteretur. Extracta sunt in mensem augustum cœtus Ratisponenses: quamquam enim, vti dicetur, iam Turca in Hungariam irruperat, nullus tamen tollendarum

d Ibid. pag. 374.

e Cocl. in act. Luth. Cæsarem hortatur Pontifex, vt hæresi reprimendæ & Turcis coercendis incumbat.

f Lib. 3. lit. princ. pag. 81.

Lutherani an Turcis an Catholicis se cõiungant incerti.

a Cocl. in act. Luth. hoc ann.

darũ controuersiarum modus reperiebatur; quippe Lutherani principes Suinfordian in Franconia conuenerant a dubij atque hæsitantes an Turcis, an vero catholicis se coniungerent: deinde eo hæreticorum improbitas, vel aliquorum catholicorum simplicitas progressa est, vt ordinum imperij nomine Carolum ad indicendum cæsarea auctoritate concilium solicitarint: quorum susurris Imperator sapienter aures occlusit, expositque qua diligentia apud sedem Apostolicam & sacrum senatum pro impetrando concilio esset vsus, vtque Pontifex legationem in Gallias decreuisset, ac de forma & modo & loco concilij grauissimæ difficultates exortæ essent. Cæterum creditus est Franciscus Gallorum Rex disturbasse concilium, vt Germaniam religionis dissidio implicitam aduersus Carolum Imperatorem teneret b. Porro significauit Carolo V. Clemens c se aduersus Turcas decem equitum Hungarorum millia ecclesiasticis stipendijs conducturum, neque ob difficultates temporum maiores copias instruere posse. Præter hæc vero subsidia etiam duodecim triremes cæsareæ classi coniunxit d. Denique misso Hippolyto Medicæo Cardinale legato Cæsarem ac Ferdinandum ad constantiam spemque in Christo collocandam excitauit, vt cum Matthias Rex olim impetus Turcicos copijs minoribus toties fregisset, ipsi maioribus succincti debellare Solimannum non vererentur.

Quid hæreticis respõdit Cæs. V

b Lib. 3. lit. princ. pag. 12.

c Lib. 3. lit. princ. pag. 14.

Decẽ millia equitũ pro tuẽda Hungaria pollicetur Clemens.

d Clem. lib. brev. ann. 1532. pag. 204.

24 Debilitabantur eorum vires ex ciuilibus dissidijs, cum Lutherani Suinfurti congregati plura contra rem catholicam & cæsaream dignitatem deposcerent e, ex Solimanni aduentu efferatiores redditi, demum ad Nurenbergenses conuentus pellecti sunt, in quibus vt Iouius tradit: *Fit decretum e summa concilij, vt in aliud tempus Lutherana causa cognitio differatur, cæteris que controuersijs & rebus omnibus postpositis omnes in vnum belli apparatum animos intendant.* Transmisit ad Pontificem Cæsar, vt ait Cardinalis Campegius f, eiusmodi decreti formam die tertia augusti Ratisponæ consignatam g.

Hippolyti Medicei in Germaniã missus.

e Sur. in comment. hoc ann.

f Lib. 3. lit. princ. pag. 17.

g Bull. din. lib. sign. lit. A n. 36. pag 77.

25. &c. Ratisponæ deinde die tertia augusti hæc sanctio a Cæsare promulgata est, ne excurreret eo tẽporis flexu, donec celebretur concilium, quispiam aliũ religionis mutatæ causa persequatur, vel capiat, vel morte afficiat: pollicitus etiam est Cæsar daturum se operam, vt ad sedanda dissidia concilium labente anno celebretur; cui sanctioni nomen, *Interim*, inditum fuit; sed hoc interim Christianam pietatem in Germania pene interemit; hæresum enim fœdissimarum monstra, quæ grassabantur in Germania, liberius posthac furorem effuderunt.

h Sur. in comm. hoc ann.

29. 30 Porro seueritatem in Lutheranos adhibere non est ausus Imperator ob externi discriminis Turcici terrorem, ne simul Lutheranos & Turcas sustinere cogeretur, refert Laurentius Surius h; vti viciſſim Lutherani metu seruituris Turcicæ catholicis, quos oderant, se coniunxerunt. Tradit idem auctor, speraſſe Carolum paucorum mensium spatio concilium celebratum iri. Et quidem Pontificem accepto imperatorio decreto consensisse, vt concilium ad dirimendas Lutheranas controuersias cogeretur, ipsemet Carolus testatus est i. At cur celebrari non potuerit concilium, paulo ante ex pontificijs ad Cæsarem datis literis k dictum est; Gallorum scilicet Regem obstitisse, ne eo indicto cæsarea amplitudo augeretur; quam ob causam etiam ipsum Turcas concitasse in Carolum creditum est m, & Lutheranam factionem non consopiri, sed ea Carolum fatigari exoptasse. Non assensisse etiam, vt concilium cogeretur Henricum Anglorum Regem narrat Belcarius n: & in hoc sane manifesta causa extitit, quod nimirum ab ecclesia Romana, ex cõ-

Cur Lutheranorum impietatẽ Carol. V. dissimulauit.

i M. Jarch. Rat sign. lit. T. pag. 446. Carol. V. in recens. Ratisp. an. 1541

k Gallis & Angliæ Reges celebrando cõcilio obstiterunt.

l Ext. l. 3. lit prin. pag. 12

m Paul. Ios. l. 20. Nicol. Ishuanff. lib. 11.

n Bele. l. 20

cepto ob intentatum sibi anathema, si Annam Bolenam in matrimonium ducere tentasset furore, deficere meditaretur: Gallo autem & Anglo Regibus concilium respuentibus Lutheranos ad officium non redigendos, sed graniora schismata in Ecclesia exoriri posse ex concilij celebratione Pontifici visum est.

Pertinuit varia Clemens in cõcilio cõ lebrando pericula.

31. &c. Hæc Christianorum dissidia trahebant Solimannum quasi ad certum triumphum in Germaniam, ad quam obterendam quingenta hominum millia secum ducebat a, in quibus, vt e captiuis postea cognitum est, trecenta fere equitum millia erant. At cum ita barbarus ad Germaniam mergendam instar tumidi maris se efferret, ad Guntium oppidulum velati ad aremam fractus est, non sine præsentis diuini Numinis auxilio. Describit memorandam obsidionem Ishuanffus b, subditque: *Ferunt equitem humana sperie maiorem & augustiorem splendentibus armis ex arce erumpentem, plurimosque in auxilium laborantium oppidanorum milites adducentem visum esse, qui insolitum Turcis pauorem & formidinem iniecisset, vt præcipiti e manibus fuga retrocesserint, eumque oppidanorum plerisque atque conspectum, qui D. Martini tutelare numen, ad ferendum obsessis auxilium opportune apparuisse, suisque animos restituisse interpretabantur, sicuti a plerisque eorum id affirmantibus postea auditum fuit.* Id miraculum patratum diuinitus se didicisse a Nicolao Duriſſio Guintij præfecto testatur Paulus Iouius c.

Solimãnus irrumpit in Germaniam.

a Sur. in comm. hoc ann.

Ad Guntium oppidulum retardati Turcæ.

Cælestis auxilio Christianis affuit.

b Ishuanff lib. 11.

c Paul. Ios. l. 30.

32. &c. Singulare fuit diuinæ prouidentiæ beneficium, vt Solimannus in Guintij obsidione tempus bello idoneum contereret, nec irrumperet in Germaniam antequam omnes copiæ Christianæ instructæ essent: quas vbi ad pugnam paratas in Viennensi planitie srare, ac Lutheranos Carolo Imperatori conciliatos accepit, etsi numero militum nostros duplo amplius superabat, immemor pronocationis ad vniuersum certamen factæ, fugientis instar retro signa vertit: *Cæsar vero*, inquit Coclæus d, *septendecim millia Turcarum, qui populando moram fecerant, assensus incursioni eos dedit.*

Retardatã Turcæ Germaniæ copiæ congregatæ.

d Cocl. in act. & script. Ios. l. 30. Sur. in com. Nicol. Ishuanff. l. 11 & alij.

33. 40 Multis interiectis quibus varia Solimanni itinera, necnon aliqua oppidulorum excidia describuntur, vtque etiam Drauum flumen non sine periculo nando traiecerit, partemque bellicarum machinarum amiserit, subdit e hanc inutilem expeditionem, documento fuisse: *Eius vires nequaquam bello insuperabiles esse, postquam omnem certaminis aleam vitando, Cæsaris Caroli Augusti Christianorumque principum congressum tantopere formidasset.* Impulerant scilicet illum ad eiusmodi bellum suscipiendum ciuiles Germanorum discordiæ, de quibus fœdaris ipsum certiorem factum fuisse a proditoribus existimatum est f.

Solimãni expeditio dilapsa.

e Id. ibid.

e Surius in comment. f Ishuanff. lib. 16.

41 *Visit Carolum Ferdinandus Rex*, inquit Ishuanffus g, *vellet aduersus Ioannem Solimanni patrocinio ac auxilijs destitutum, omnem belli terrorem conuertere, eumque Buda ac tota Pannonia expellere; ipse tamen in sententia perstitit, ita vt Italicas cohortes in Pannonia fratri militaturas relinqueret, Hispanos autem & Germanos secum in Italiam deduceret.*

Ioannem Turcarum fœderatũ opprimere poterat Carolus.

42. &c. Non defuisse plures causas dimittendi gloriosissimi, & cæteroqui salutaris consilij, cum posthac Pannonia nunquam recuperari vniuersa potuerit, obseruat Surius h. Addit idem auctor h obuenisse hoc tempore præclarissimam restituendæ orientali imperio Christianæ religionis occasionem, si Gallus & Anglus, vti ab Imperatore postulati fuerant, vna cum Veneris classes suas cum pontificia & cæsarea, cui Andreas Auria præerat, coniunxissent, cum Graci, absente Solimanno, omnibusque Turca-

g Sur. in comment.

h Sur in comm hoc ann.

rum viribus alio distractis, Turcicum iugum e suis ceruicibus depellere exoptarent; quæ spes ex eiusdem Auriæ felicibus in oriente successibus confirmantur.

47. &c. Descripsit Andreæ Auriæ egregia in hoc bello facinora Paulus Iouius a, ac Venetos recuperandæ Constantinopoleos occasioni tum defuisse, nimirum Andream cum triginta quinque onerarijs & quadraginta octo rostratis nauibus traiecisse in Græciam, aliquanto tamen serius quam volebat, sic vt Himeraion Othomannicæ classis præfectum, qui in Ambracio sinu cum septuaginta triremibus militari apparatu parum instructis delituerat, opprimere non potuerit. Fugato autem Himeraio, versi sunt ab Auria impetus in Coronem insigni portu præmobilem, quæ hoc militari ordine expugnata est. Deinde, omisso Iunco, aduersus Patras victricia signa effusa sunt, consternatique terrore barbari deditionem fecerunt ijs legibus, vt salute pacta, saluoque fœminarum pudore in Æroliam trajicerent; quod ab Auria summa fide præstitum, vt iustitiæ laudem apud Turcas colligeret. Deuectus inde ad Naupactæi sinus angustias, qua geminæ arces antiquo munitæ opere imminent, quas Dardanellos vocant. Harum alterum olim Rhium in Achaia adortus Turcas solo terrore ad pactiones venire adegit: cum in Æolia castrum munitissimum obsidione cinxit, pertractoque muro pertinacissimi præsidiarij contrucidati, alij qui celsiorem turrim inhidebant in desperationem efferati iniecta tormentario pulueri face seipsos turrimq; horrendo dissilientium murorum crepitu concremarunt. His gestis Andreas per maritima litora late terrorem circumtulit, Pontificemque de bellico successu fecit certiorem.

a Iou. l. 30. Bizar. hist. Gen. l. 31.

Corone subacta.

Patræ receptæ.

52. 53 Quod ad gestas in Pannonia res attinet; indignati sunt Itali b, Carolo Imperatore cum Germanis & Hispanis in Italiam abeunte, se in Hungariam ablegari, quasi ille & Ferdinandus Rex sperarent Italico sanguine victoriam esse relaturos, aut in aduersis casibus nullam omnino iacturam se facturos: itaque media exercitus pars duce Tito Marconio Volaterrano, continuatis die noctuque itineribus in Italiam deuolauit. Hippolytus vero Cardinalis Medices legatus, qui Cæsarem in secundo agmine cum sacerdotum & togatorum turba erat secuturus, iuuenili ingenio Cardinalitiam purpuram fastidiens, affectanteque militare imperium, cum paucis armatis equitibus cultu militari Cæsarem præcurrens suspicionem iniecit, ne Florentiam nouo bello implicare vellet: cumque nuntijs reuocatus non pareret, iussu cæsareo in custodiam traditus est: sed postea Cæsar Pontificis eius patrui offensionem metuens illum laxauit, ac Paulum Iouium de capto legato certiorem factum mollioribus literis delinire Pontificem iussit c. Addidque Iouius se id diligenter fecisse, remque a Clemente æquissimo animo acceptam, cum simul captum dimissumque nepotem audiuisset, Cæsarem vero Italiam ingressum, ac singulari studio exceptum a Venetis, vrbium ingressu abstinuisse, ne affectati totius Italiæ imperij suspicionem moueret.

b Iou. l. 30. Italorum seditio aduersus Cæsarem.

Hippolytus legatus cultu mutato fugit.

Captus ex Cæsareo iussu c Iou. eod. lib. 30.

54. &c. Conuenerat inter Clementem & Carolum, vt colloquium Bononiæ principio octobris fieret, quemadmodum pontificiæ encyclicæ literæ d ad Senenses, ad Lucenses, ad Genuenses, ad Florentinos, ad marchionem Montisferrati, atque ad Mediolani & Sabaudiæ duces secunda octobris scriptæ docent, quibus detensum ipso contra Turcas Christianum imperium, & antequam tendat in Hispanias de re Christiana restituenda se acturū significat, Vt vero Cæsar Pontificem Bononiæ salutarit describunt diaria: *Cæsar*, inquit, *in medio capella videns Pontificem primo genuflexit in conspectu, tum ante gradus, inde ad pedes Pontificis procidens osculatus est, Ioanne Francisco discooperiente pedem, & vix potuit se inclinare cum Papa eum sublenauit, vt non pateretur osculari dictam manum: & aliquantulum elenatus etiam Papa erectus in facie deosculati, & ad inuicem amplexi multa alacritate & lætitia.*

d Clem. lib. breu. ann. 1532. pag. 450.

Cæsar adit Pontificē.

Ad pontificios pedes procumbit

61 Quæ autem in hoc Cæsarem inter ac Pontificem habito colloquio fuerint agitata, aggrediamur. Tres potissimum ob causas illud fuisse decretum, nempe ad cogendum concilium œcumenicum pro excindendis Lutheri & aliorum fanaticorum hæresibus: ad Italiæ pacem, quam Gallorum Rex turbare non occultis artibus molichatur, asserendam; & ad Henricum Anglorum Regem, a fœdis impijsque amoribus ad officium reuocandum, referunt historici, & Vaticana monumenta testantur. Vtque ab extremo ducamus initium, acerbe ferebat Carolus V. Henricum humanis & diuinis violatis iuribus, pellicem materteræ religiosissimæ fœminæ anteferre, deque tanto scelere ipsum conquestum apud Pontificem fuisse, vt malo occurreret, narrat Paulus Iouius a. Parte alia querebatur Henricus, litem ex Anglia in Italiam reuocatam, Clementemque in Cæsarem nimium propendere. Quid vero ad acerbiores querelas minasque Henrici Anglorum Regis responsum sit a Clemente, patet ex mandatis b, quibus internuntius apostolicus instructus est, vt ijs expositis Anglię Regis animum ad æquitatem flecteret.

Quæ fuerit agitata inter Pontificem ac Cæsarem.

a Iou. l. 30. Guicc. l. 20. Belcb. l. 20.

b Ext. apud Pia. IV. lib. breu. ann. 1562. pag. 432. Regis Anglij querelæ responsum.

62 Negauit in primis omnia nutu Cæsaris agi; permissum repugnante Cæsare, vt controuersia a doctoribus discuteretur; dilatam fuisse sententiam, etiamsi Cæsar ac Regina contenderent, vt Henricus Rex, qui nullos oratores ad subsellia apostolica pro contestanda lite miserat, contumaciæ damnaretur, decretoriam sententiam in Anglia ferri non potuisse, cum Regina de vi conquesta ad tribunal apostolicum prouocasset, illudque nulli partium suspectum esse, atque in eo solam iuris rationem habitum iri. Proinde monitus est, ne cupidis rerum nouarum, quorum perditissima mens esset, assentiretur, priuato affectui religionis studium, & Dei causam anteferret, neque imminentium dissidiorum auctor malorumque fons esse vellet.

63. &c. Vt vero in schisma & hæresim ob impuros adulteræ amores impulsus sit ab impijs assentatoribus, ac suprematu sacrorum curam sibi arrogarit, describit Sanderus c: nam infimulatus primum est clerus Anglicanus contra regiam voluntatem auctoritatemque, Campegium Romani Pontificis legatum excepisse, & quasi in reum læsæ maiestatis bonorum ecclesiasticorum proscriptio facta est: cumque Angliæ archiepiscopi tam iniquo furori constanter obuiam ire debuissent, clerum ipsum prodiderunt, qui ne bonis exueretur professus est, Regem suprema in regno suo potestate tam in clerum quam in populum pollere: ex quo nefarij politici occasionem sunt aucupari, vt ecclesiæ Anglicanæ caput Regem promulgarent; quæ accuratissime recenset idem auctor, subditque, vt Clemens Henricum monuerit, ne rescisso controuerso connubio pellicem induceret, & ille contemptis paternis monitis furens libidine finxerit factam sibi a Pontifice ducendæ in matrimonium Annæ Bolenæ potestatem, & clandestinas nuptias cum ea extremo hoc anno confecerit.

c Sander. de schism. Angl. lib. 1. Circumuentus ab eo clerus.

68. &c. Asserere vero Italicam pacem omni contentione nitebatur Clemens, atque exercitum communi sumptu sustentandum arbitrabatur, ad Heluetiorum, quorum pars Zuingliana hæresi infecta erat, impetus infringendos: quippe iam ante vehementer trepidatum fuerat, ne Lutherani incendij faces Italiæ inferentur: quam ob causam, non Gallicæ partis

odio,

odio, Clemens Venetæ reipublicæ principem ad suppeditanda sociali exercitui pacis Italicæ vindici stipendia hortatus est [a].

a Lib. brev. ann. 1531. pag. 61.

72 Conciliatis ita Carolo V. catholicis Heluetijs, qui potius cæsarea, quam Gallica ope ad hæreticorum Zuinglianorum, cum quibus tam insignia prælia conserta fuisse vidimus, impetus retundendos existimauerant, nonnulli politici, qui regias cupiditates diuini Numinis gloriæ & religionis propagationi præferebant, se bene mereri de Francisco Rege putauerunt, si Heluetios hæreticos Gallicæ coronæ contra Cæsarem fœdere iungerent: ob quod arcano consilio permisit Deus, vt ijdem Heluetij Sacramentarij in Gallias Zuinglianam hæresim inuecherent, cuius cauia Francisci Regis stirps penitus conuulsa est, & Gallia innumeris cædibus & incendijs deformata.

Politici Galli sibi Heluetios hæreticos adiungunt.

Ex impio fœdere pessumdata Gallia.

73 Hoc anno Clementis Pontificis iussu Thomas de Vio Cardinalis, Lutheranorum, qui circa fidem ac virtutum opera & merita intandas hæreses commenti erant, suisque argutijs irretiebant ita simplices, vel improbis lenocinabantur, vt pietatis specie in flagitioru cœno hærerent, fallacias confutauit egregio commentario, ex quo nonnullos floſculos delibandos censuimus. In primis, cum hæretici somniarent se iustificari fide, seu credulitate, qua crederent se iustificatos, ita hunc errorem confutauit [b]: *Nulla scripturæ auctoritate, nullo sacri fix documento doceмur, oportere nos huiusmodi credulitatem habere absque hæsitatione aliqua; ratio autem hæsitandi est, quia communiter nullus scit an ex parte sui impedimentum aliquod inueniatur suscipiendi donum remissionis peccatorum, nullus regulariter scit an ipse desit gratia Dei, & propterea sic hæsitans nullam iniuriam infert diuinæ promissioni, quoniam non hæsitat ex parte Dei, non hæsitat ex parte meriti Christi, non hæsitat ex parte sacramenti, sed hæsitat ex parte sui; scriptum est enim: Delicta quis intelligit? Testatur quoque hanc communem hæsitationem de effectu singulari diuinæ misericordiæ, hoc est remissionis peccatorum istius viri nunc deuote conuersi ad Deum, Ioel propheta cap. II. nam de ijs, qui conuertendi erant ad Deum ex toto corde in ieiunio, fletu, & planctu, citata diuina misericordiæ excellentia super peccata, subiungit: Quis scit si conuertatur Deus & ignoscat? Neminem ergo eorum, qui conuertebantur certum esse, seu quemlibet sub hæsitatione esse, an ignosceret Deus illi, manifestat. Et confirmatur, quia credulitatis hæsitatio non rationabiliter tollitur, nisi, & infra, vel diuina reuelatione, quæ in proposito non habet locum, quia quamuis Deus reuelauerit quod omnes, qui vitæ intus & extra confidunt se consequi remissionem peccatorum per meritum Christi consequuntur illam, non tamen reuelauit quod iste nunc rite conuertitur intus & extra; hic enim effectus particularis non comprehenditur sub reuelatione, cui innititur fides Christiana, &c.*

b The. Card. Caiet. to. 3. tract. 11. c. 3 An credendum sit remissa esse nobis peccata.

Probatur non valere eam confidentiam.

74. &c. Negantibus Lutheranis merita bonorum operum, detorquentibusque in prauum sensum nonnulla sacra oracula, Thomas Cardinalis sic respondit [c]: *Meritum vitæ æternæ non est tam actio nostra, quam actio Christi capitis in nobis & per nos: Supponendum est enim cum Apostolo ad Roman. XII. ad Ephes. IV. & ad Coloss. II. homines in gratia constitutos esse Christi capitis membra viua.* Et infra: *Huic autem præsupposito adiunge, quod etiam sacra Scriptura tradit, videlicet & passiones & actiones viuorum Christi membrorum esse passiones & actiones Christi capitis.* Prolata ea propositione ex diuinis oraculis, subdit: *Et isto modo meritum æternæ vitæ non tam attribuitur operibus nostris, quam operibus Christi capitis in nobis & per nos, ita quod hinc discernitur inter meritum æternæ vitæ: in infantibus baptizatis detetur æterna vita merito dumtaxat Christi illo, quod mortuus est Christus in hac vita mortali degens, patiens, & moriens: adultis autem proficientibus in gratia debetur æterna vita dupliciter, primo ex iure meriti Christi, quod in propria persona meruit, postea ex iure meriti Christi, quod Christus caput in adulto & per adultum operando meretur.*

c Cap. 9. Meriti gloria tribuenda Christo & cur.

79. &c. Progressi vlterius impietate hæretici sanctissimam Trinitatem oppugnare sunt ausi; adeo vt ob illam quiduis scribendi licentiam a Carolo V. inconsulte ac perperam permissam in Germania, & clementiam intempestiuam, venales libri contra Trinitatem in ipsis cœtibus Ratisponensibus expositi fuerint, teste Cochlæo [a], qui ait, Michaelem Seruetum Hispanum inter alias hæreses scripsisse Christum secundum, vt aiebat, carnem & animam fuisse ab æterno, ac secundum has, nempe carnem & animã creatoré fuisse; tum aduersus sanctissimam Trinitatem plura blasphema effutijsse. Fuisse illum professione medicum, refert Genebrardus [b], nec scelus impune tulisse; cum enim Geneuæ suam impietatem propagaret, æmuli Caluini hæresiarchæ consilio comprehensus ignique crematus est. Cæterum Caluinum, suo se iudicio condemnasse constat dum, edito libro animaduertendum gladio in hæreticos docuit: quin etiam Lutherum in Carlostadium principis sui vi vsum, suo loco dictum est, turpissimumque & exitiale Carolo V. fuit, non animaduertere in Lutherum alioſque hæreticos, vt Leo X. & Clemens VII. omnibus precibus ab ipso petiere. Neque silentio prætereundum est, Germanum quendam in Lutheri schola edoctum in Trinitatem sanctissimam hoc anno conspurcexisse, eosdemque quos Seruetus errores inter Lutheranos diffudisse.

a Cocl. in actis Luth. Michael Seruetus Trinitatis hostis.

b Genebrar. in chron. Exuritur postea Geneuæ. Animaduertendũ gladio in hæreticos sentiunt hæretici.

85. 86 Hoc anno Ioannes dux Saxoniæ, qui Lutheranam sectam in Spirensi & Augustensi comentibus in Germania constabiliuerat, diuina vltione percussus, imminente morte, cum ad Christi tribunal vocaretur, horrendos leonis instar edens rugitus misere perijt [c]; in cuius funobri oratione Lutherus impudentissime gloriatus est, se illius principis & omnium Lutheranorum animas æternæ morti ac nunquam intermorituris supplicijs suæ hæreseos confessione Augustæ promulgata addixisse; vt mirum sit nouatores tam impium proditorem sectari; fuere enim hæc hæresiarchæ ad Lutheranos verba: *Omnes scitis quomodo caput nostrum princeps elector secundum Christum Augustæ ante biennium mortuus, ac veram mortem passus est, non pro seipso tantum sed pro nobis omnibus.* Hæ infandæ voces ita a Cochlæo confutatæ sunt: *Hæc verba virulentus apostata sæpe repetit multum odiose aduersus Cæsarem, omnesque alios principes catholicos; neque tamen scit stolidus blaterator quonam tendant ea verba; elector enim Augustæ vtique in corpore mortuus non fuit: at mors animæ longe grauior est, quam corporis, sicut & ipse fatetur Lutherus: si ergo in anima ibi mortuus est, quid laudis aut gloriæ inde accepit? nonne per talem mortem excidit a Deo? non enim est Deus mortuorum sed viuentium, eorum inquam qui in anima viuunt, etiamsi corpore mortui sint, vt Deus Abraham, Isaac, & Iacob: quod si princeps elector veram ibi mortem passus est, vt ait Lutherus, non in corpore, sed in anima, non recte comparat eum Christo, qui vtique in corpore, non in anima mortuus fuit. Et multo ineptius ait quod elector ille non pro seipso tantum, sed pro nobis omnibus mortem Augustæ passus sit, quasi alter Christus. At Paulus contra ait: Vnus est Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.* Delirat vlterius Lutherus, dum ait ibi: *oportuit eum omnes malas offas, atque acouita, sine cicuta exedere, quas propinauit ei diabolus: illud vero est vera & horren-*

c Plumb. in vita Luth. cap. 24.

Joannis ducis Saxoniæ obitus infelix

Ex Lutheri verbis Lutherani omnes damnandi.

Petitio a dæmone aconita Lutheros edere ait.

horrendo mori, quo diabolus aliquem interemit. Respondet Cochlaus: Ecce quam terribiliter exacuat Deus superbum apostatam, vt etiam contra proprium patronum, & principem suum factus sit palam proditor, & animicida, quem ait omnes malas offas atque aconita exdisse, &c. O quam validum & efficax est illud verbum Apostoli a de homine hæretico! proprio iudicio condemnatus, quales ibi dicit offas & cænas? numquid corporales? At non est ibi corporaliter mortuus ille princeps. Dicit igitur spirituales, quæ sunt falsa doctrina, hæreses, schismata, superbia, inobedientia, &c. per quas sane pestes diabolus miseras interimit animas.

a Tit. 3.

87 Eodem anno Christiernus Rex Daniæ, qui exustis, vt vidimus, proditione catholicis episcopis hæresim in regnum suum inuexerat, eoque pulsus interprete Carolo V. in gratiam cum Ecclesia ea lege fuerat restitutus, vt ad sedem Apostolicam pro expiando rite tam immani scelere se conferret, detrectans commendare se eiusdem Ecclesiæ clementiæ, in Daniam spe recuperandi regni profectus diuinam vltionem in se attraxit; de quo Cardinalis Campegius ad Iacobum Saluiatum XVI. augusti die scribens b ait, ex aula cæsarea Lubecensium literis increbuisse, Christiernum, a hostibus in carcerem coniectum fuisse, ac per eosdem dies eius filium vnigenitum sceptrorum heredem dysenteria perijsse, maximo Imperatoris, qui ipsum paterno amore complectebatur, luctu. Addit vero Surius c, Christiernum postea in carcere veneno necatum, ac Regibus ne in tyrannidem iusta conuertant imperia documento futurum. *Hoc*, inquit, *anno Daurum Rex ob tyrannidem pulsus e suo regno conscripto milite decimo exijt sui anno gonarus est amissas recuperare ditiones: sed vbi in Norwegiam & Daniam venit, captus est parum integra fide, cum literis & sigillis eorum ipsi fuissent. Missus deinde in carcerem ad supremum vsque diem vita sua mansit captiuus: tandem cum populus videretur propensissimum illum esse animis, fertur præsentissimo veneno sublatus. Fuerat illius certe immanis & barbara planè crudelitas; cui etiam hoc accessit, quod in Lutheri hæresim lapsus, in ea quoque diem suum obijt. Potest ille Regibus ac principibus esse exemplo, vt si recte & ordine jubatis suis imperare, & dominari velint, prius suis affectibus suoque animo dominari discant.* Addit Belcarius d, eius in ea regna Daniam, Norwegiam, ac Sueciam ita diuisa: *In eius locum Dani ac Cimbri Fridericum Holsatensium regulum Christierni auum, Sueci Gustauum ex illustri Heroicorum familia subrogarunt.* At hi Reges cum ex Christierni funesto casu ad colendam religionem catholicam erudiri debuissent, Lutheranæ hæreti in suis regnis impij furoris habenas laxarunt; quo flagitio maxime Gustauus se constrinxit.

Christiernus captus a suis.

b Sanders. lib. 3 de schis. pag. 179. Bel. lib. 10 p. 43. Olaus Magn.

c Sur. in comment. hoc ann.

Veneno tollitur.

d Belcar. ibid.

Fridericus Dania Gustauus Suecia ponit.

88 Pessumdatæ vero in Suecia religionis causas refert Olaus Magnus e ob præsulum inertiam, qui se tempori accommodarunt, necnon sacerdotum & monachorum ignauiam, qui voluptatum mollitie se frangi passi sunt: quos antiquis patribus fuisse dissimiles expostulat. Porro Regem Gustauum, cuique proceres ac magistratus ad rapinas ecclesiarum, & cæterorum, quæ diuino cultui consecrata erant, se conuertisse, idem auctor f deplorat, deque sacrilegijs patratis conqueritur. Cumque sacerdotes Sueci de spoliatis ecclesijs & monasterijs quererentur, dirum facinus per speciem regij mandati, erogandarumque pauperibus eleemosynarum fuisse excusatum, idem Olaus deplorat; verum principes Suecos ex sacris spolijs non locupletatos, sed maiori pressos egestate obseruat.

e Olaus Magn. lib. 16. c. 36.

Opes ecclesiasticæ rapit Gustauus.

f Id. ibi. c. 37

89.90 Hoc quoq; anno Melchior Hoffmannus Anabaptistæ Hoffmannistarũ auctor fascinatus fallis dæmonis oraculis Argentoratum e Frisia reuersus, in carcere inficiter animam dæmoni, cuiquo latus inierat, reddidit, omniaque illius oracula, apocalypses, vaticinia, cælestes illustrationes, quas fingebat, atque extases, inuentos abierunt. Pseudoprophetæ huius historiam, & ipso dignum exitum describit Arnoldus Meshouius ex certissimis monumentis. Licet vero adeo manifeste pateret hunc fuisse illusum a dæmone, eius tamen sectatores in impietate perstiterunt, quorum dux Ioannes Tipenmacher cum per Amsterodamum Harlemum & Lugdunum Batauorum pro amplificanda secta excurreret, captus abductusque Hagam comitis exustus est.

Melchior Hoffmannus fascinatus a dæmone.

Anabaptistæ Bataui non resipiscunt.

Ioannes Tipenmacher exustus.

91. &c. In Vvestphalia pestis Anabaptistica, & Lutherana, ac Zuingliana Monasterium inuaserunt, deq; ingruentibus malis florentissimæ quondam vrbi, dũ catholica religio in ea effloruit, factus certior Carolus V. non ferro vt debuit, sed calamo compescere dirum ingrauescens malum pertentauit, datis ad Franciscum designatũ episcopum Monasteriensem, qui armis fulciendus fuerat, literis a. Mittit Franciscus cæsarei scripti exemplum ad senatum Monasteriensem perduellem, additis suis literis XXI. augusti die huius anni consignatis, quarum summa erat, vt pio inflammati ardore Lutheranos & seditiosos concionatores profligarent, & antiquas inueteratasque Ecclesiæ cerimonias seruarent. At magistratus perduelles hæretica infecti lue respondere, se non posse arcere canes a verbo Dei (ita dæmonis figmenta euangelicis pigmentis colorata appellarunt) addidereque Bernardum Rothmannum sacerdotem apostatam, & alios concionatores articulos de abusu rituum ecclesiasticorum tollendo proposuisse, necdum a clero catholico fuisse responsum.

a Ext. apud Herman. de Kerssenbroc. hoc ann. in m. s. Alex. VII. pag. 130.

Senatus Monasteriensis monitus officij ab episcopo.

Hæretici senatus nefandum responsum.

94. &c. Dum septentrionalia ea regna pestis Lutherana contaminabat, atque diabolicis interpretationibus Christi euangelium in ijs euertebatur, latius tum in Guinea, Arabia, Perside, India cis & vltra Gangem, tum maxime in orbe nouo fides catholica splendoris sui radios diffundebat, vno eodemque tempore ethnicis ab stipendijs dæmonum ad Ecclesiæ castra traductis, quo ab ijs Christiani voluptatum & impuræ libertatis a Lutbero propositæ amore deficiebant. Ad tantam messem colligendam, supremus Minoritarum minister a præconibus euangelicis rogatus est, vt laborum & gloriæ socios mitteret: qui ad sodales literas de viris idoneis mittendis dedit b, cum ea auctoritate ab Apostolica sede instructus esset.

Fides in vtraque India propagata.

b Ext. apud Vvadding. annal. to. 8. ann. 1532. nu. 5.

97 Hoc anno Franciscana familia nouam fœcundissimamque viris sanctis propaginem fudit: instituta c enim est noua congregatio strictioris obseruantiæ, confirmataque a Clemente VII. quæ traditam a S. Francisco religiosæ vitæ formulam ex Nicolai III. & Clementis V. declarationibus obseruare profiteretur, nouique in dies religiosi ordines a viris sanctis conditi fuere ad tuendam Ecclesiam, cum plures apostatæ eam conuertere niterentur.

Congregatio noua strictioris obseruantiæ.

c Ext. in bul. const. 31. in Clem. VII.

IESV CHRISTI
Annus 1533.

CLEMENTIS PP. VII. annus 10. CAROLI V. IMPER. annus 15. OCCID. Indict. 6.

1. &c. SVscepta sunt, agente Bononiæ Cæsare, congregandæ œcumenicæ synodi a Pontifice consilia, pro excindenda Lutherana hæresi, & Regibus

bus Christianis sociali contra Turcam foedere iungendis; decretique sunt eam ob causam in Germaniam, Angliam, Galliamque internuntij, verum irrito successu, cum Lutherani non legitimum concilium, sed conciliabulum, in quo ipsi non acciperent, sed ferrent sententiam, exoptarent; Anglus autem & Gallus dissentirent. Refert Guicciardinus a Caesarem omnibus precibus institisse apud Clementem, vt nulla interposita mora concilium apostolica auctoritate indiceret: at Pontificem eas preces non admisisse, opposuisseque periculum imminere, ne si Gallorum & Anglorum Reges ab eo alieni forent, nouum conflaretur schisma, neque componerentur Christianorum mores; proinde prius flectendos ipsos molliter ad tam pium opus comprobandum, atq; oratores ad eos mittendos videri: verum subiecisse Caesarem, quid tandē futurum esset, si illi sine iusta causa dissentirent, vrgisseque Pontificem, vt eo etiam casu concilium indiceret; sed nunquam ad id illum adducere potuisse: itaque legatos fuisse internuntios cum mandatis ad Reges, nulla tamen vel exigua rei perficiendae spe.

Postulatū a Clemente concilium

a Guicc. l. 19

Responsū a Clemente communi Regum consensu congregādum.

7. &c. Interea antequam a Regibus certum responsum de mutua studiorum pro celebrando concilio œcumenico consensione tulisset, Hugonem Rangonum internuntium apostolicum in Germaniam decreuit b, qui Lutheranis principibus leges nonnullas aequissimas ad concilium veteri maiorum instituto celebrandum necessarias exponeret; quarum praecipuae hae fuere c: *I. In primis, quod vniuersale ecc concilium, quod indicendum & celebrandum proponitur, liberum sit, & iuxta morem Ecclesiae confectum, atque multis ante saeculis ab initio vsque vniuersalium conciliorum ad haec tempora obseruatum celebretur. II. Quod si qui concilio interesse habeant, eius decretis stare, & inuiolabiliter parere propterentur & promittant. III. Quod si, qui iusta causa impediti ei interesse non poterunt, suos legitimos procuratores cum sufficientibus mandatis mittant. IV. Quod interim ea, de quibus apud Germanos in materia fidei est controuersia, nisi ab eis prorsus immutetur, aut attenuetur, sed res vsque ad decisionem concilij pacata maneant. V. Quod de loco iam nunc omnes consentiant, in quo concilium celebrari habeat, alioqui omnis apparatus & labor irritus esset, &c.* Quae celebrandi concilij leges cum Saxoniae duci caeteriisque proceribus Lutheri sectatoribus propositae fuissent, admittere illi concilium detrectarunt, cum obtenderent id vnum quaeri, vt Pontificis auctoritas constabiliretur, nec ad seruandas concilij sanctiones obstringi vellent: tum despecto Pontifice caesareum nomen pontificio praetulerunt, vt accurate narrat Ioannes Cochlaeus d: qui de pontificio & caesareo oratoribus ad Lutheranos principes missis, & legibus pro celebrando œcumenico concilio propositis locutus haereticorum dolos pro eludendo concilio aperit; ijsque consentanea refert Surius sic inquiens e: *Fuit ea profecto mira Luiberi & aliorum dogmatistarum versutia, quod suis principibus & magistratibus persuadere potuerunt, se nihil magis petere quam concilium; & tamen cum iam esset habendum concilium, ijsdem persuadere eiusmodi non esse legitimum concilium. His illi atque alijs quibusdam artibus mire illuserunt Germaniae, & horrendum in modum permultos fascinarunt prodigiosa quadam incogitantia passim ruentibus miseris mortalibus in praecipitia mortis aeternae, ad quae vocabantur ab ipsis animarum parricidis, licet interim viderentur sibi iam tandem veram agnouisse vitam & lucem, & euasisse laqueos & impostoras pontificias.* Celebrato concilio Tridentino, cum vrgerentur Protestantes, vt illius decreta amplecterentur, declararunt detracta larua, quodnam concilium percuperent, nempe haereticorum conuenticulum, in quo Romanum Pontifi-

Missus ad Lutheranos principes internuntius.

b Lib. brev. ann. 1533. pag. 25.

Leges propositae Lutheranis pro celebrando cō cilio.

c ib. pag 26.

Negant Lutherani eas admittere.

d Cocl. in act. & Lut.

e Sur. in commen. hoc ann.

Vt principes Lutherani illusi fuerint.

cem & vniuersam Ecclesiam catholicam coniunctam suo capiti, idololatriae, alijsque criminibus in eam falso coniectis, damnarent: quos grauissimus & luce nitidioribus argumentis refellit Lindanus a.

a Linden. in apolog. lib. relig. Aethiopū Imperatoris legatis

20. &c. Hoc anno Bononiae, ad quam vrbem Clemens iturus colloquium cum Caesare se contulerat, exceptae sunt celeberrimae Dauidis Aethiopum Imperatoris veterem cum Romana ecclesia coniunctionem reintegrantis, Ioannis Lusitaniae, ac Ferdinandi Romanorum Regis, tum Austriae aliarumque prouinciarum legationes: vtque ab Aethiopica & Lusitana coniunctis ducamus initium, Ioannes Lusitaniae Rex significauit b Pontifici Regem Manicongi cum ingentibus ei subditis populis Christiana sacra amplexum esse, atque in Aethiopiam orientalem, quae Christum colebat Lusitanos classibus penetrasse, ac Franciscum Aluarum ab Rege Abyssino legatum, vt demissa obsequia regio nomine Pontifici deferret.

b Ext. eius hist. in. f. hist Card. Bark. fig. a. n. 1105 pag. 178.

23. &c. Lectae postea sunt literae eiusdem Imperatoris Aethiopum ad Ioannem Regem Emmanuelis filium & regnorum successorem vigesimo quarto anno huius saeculi missae, quibus inita antea cum Lusitanis foedera instaurabat, ac profitebatur se soldani Aegiptij & aliorum Maurorum Regum amicitiae nuntium remissurum; seque ab inferendo Mauris bello destitisse, ne Christianorum ecclesiae in Aegypto & Syria euerterentur a Mahometanis; tum quod nullius Christiani Regis auxiliaribus armis iuuaretur: tum etiam maximo animi dolore accepisset, Europaeos Reges mutuis dissensionibus efferatos, vertendis aduersus Saracenos armis inter se dimicare: denique Lusitanum Regem ad vires omnes in impios Mauros effundendas inflammabat, seque laborum bellicorum & gloriae socium futurum spondebat. Post has literas, de quibus nos suis locis, lectae sunt aliae eiusdem Danidis imperatoris ad Romanum Pontificem datae, quibus illum Christi vicarium ac Petri successorem agnoscebat, commemorabatque vt Eugenius Iacobo Imperatori Aethiopum significasset, Palaeologum Graecorum Imperatorem, & Constantinopolitanum & Alexandrinum patriarchas Romanae ecclesiae se coniunxisse, atque Aethiopas in eandem fidem consensisse, ac Romanos Pontifices vt regni caelorum dominos & totius orbis Christiani iudices agnoscere.

Aethiopes Europaeos solicitant ad iungenda arma in Mahometanos.

27. &c. Lectae denique sunt aliae literae c eiusdem Imperatoris Aethiopum, quibus professus est, Romanis Pontificibus Petri successoribus claues datas regni caelorum: ac post recensita amplissima sua regna, in quibus florebat Christiana religio, non sanctitate & opum armorumue potentia Europae Regibus Christianis cedere significauit; addiditque se Franciscum Aluarez oratorem misisse ad obedientiam summo Pontifici solemni ritu deferendam, ac lubentissime vires opesque coniuncturum cum caeteris Christianis ad delendam superstitionem Mahumeticam, aduersus quam solus in Africa crucis vexillum triumphale potenter attolleret, necnon ad sepulchrum dominicum ex impiorum tyrannide vindicandum. Quibus publicis Aethiopum fidei & obseruantiae in Romanam ecclesiam monumentis in sacro senatu promulgatis, idem Franciscus Aluarez Abyssini Imperatoris orator Clementis fidei ac voluntati Aethiopas ipsorum nomine addixit.

c Ext. ibid. pag. 1300.

Alia Aethiopum Imperatoris literae.

31. &c. In eodem sacro purpuratorum senatu ante Lusitaniae & Aethiopiae Regum oratores admissum Cardinalem Tridentinum Ferdinandi Romanorum, Pannoniae ac Boemiae Regis oratorem refert Damianus de Goez, quem popposcisse auxilia contra Turcas indicant Clementis literae d.

Ferdinandus Rex postulat auxilia cōtra Turcas

d Lib. brev. ann. 1533. pag. 30.

34. 35 Factum fuisse etiam arcanum fœdus inter Clementem & Carolum, refert Guicciardinus: Pontificē a spopondisse iudiciarium ordinem se aduersus Henricum Anglorum Regem eiusque pellicem Annam Bolenam seruaturum, amboique se deuinxisse, nullum nouum fœdus ab altero cum vllo principe, dissentiente & inconsulto altero socio, sancitum iri. Cæterum pacata Bononiensi fœdere Italia, Carolus V. in Hispanias reuersurus ad iter se comparabat, cum Pontifex duos Cardinales legatos creauit, vt eum comitarentur, donec Genuæ mare ingrederetur b.

a Guicc. l. 20 Spondet Carolo V. Clemens iudicio in Henricum actum.

Discessus Carol. V. b M. f. Card Barb. sign. n. 1105. pag. 183. c Bullar. in Clem. VII. const 37.

36. &c. Dum Bononiæ agebat Christi vicarius, religiosum Barnabitarum ordinem nouum Ecclesiæ ornamentum XV III. februarij die condidit c, cuius auctores Bartholomæus Ferrarius & Antonius Maria Zacharia sacerdotes probitate conspicui extiterunt.

Proximo mense Bononia discessit Pontifex: cuius itinera recenset accurate diariorum pontificiorum scriptor d, subditque: *Ante vigiliam annunciationis B. Mariæ venit Lauretum causa deuotionis, vbi ipse celebrauit missam planam in die festi illius.* Ornasse Clementem pluribus egregijs operibus ædem Lauretanam Leonis X. patruelis sui exemplo, refert Lauretanæ historiæ scriptor Horatius Turiellinus ex Hieronymo Angelita & traditionibus Lauretanis. Tum narrat vt Pontificem ceperit cupido translationem sanctæ domus e Galilæa intentius explorandi, ac tres cubicularios in Dalmatiam, in quam primum diuinitus delata fuerat, ac Nazarethum misisse: hos vero primum sacram ædiculam diligenter dimensos profectosq; in Illyricum adiculam satis vetustam Lauretanæ instar miraculorum monumentis insignem reperisse, inscriptionemque parieti affixam legisse, Lauretanam domum ibi olim fuisse, mensuris autem admotis omnia prorsus inter se conuenisse: protinus in Galilæam perrexisse, ac Nazarethum venisse, sacræ domus fundamenta ab incolis monstrata dimensos, eaq; cum æde Lauretana congruentia inuenisse: tulisse etiam duos lapides, quibus domus struuntur, atque eos cum lapidibus ædis Lauretanæ comparatos simillimos repertos, cum nulla talis lapidicina in Piceno inueniatur. Dum vero nullo pontificio noui circundantur ædi Lauretanæ parietes cœlato marmore conuestiti, conspecta est sub imis parietibus ædiculæ, proximi ruris sæpes oppressa, atque militaris viæ indicia, certa veteris miraculi monumenta inuenta sunt.

Varia Clementis itinera. d M. f. Card Barb. sign. n. 1105. pag. 184.

Eius cura in veritate domus Lauretanæ explorandæ.

42 Hoc circiter tempore apud Batauos cum hæresis latius serperet, atque Christi, & B. Virginis, sanctorumque imagines ab impijs hominibus abolerentur, diuinum Numen eas honore afficiendas insigni miraculo demonstrauit; Delphensi enim oppido flammis delecto tres Deiparæ imagines, quarum prima erat in antiquo templo, secunda in domo senatoria, tertia iuxta ædes prætoris, flammæ non læsere, vt narrat Tilmannus Bredenbachius e.

Imagines a flammis illæsæ.

43 Exoia sunt hæc & alia miracula Lutheranis; sed qualia sint eorum prodigia, & a quo spiritu, an coelesti, an infernali tradita sit nouatorum religio, ab Vlembergio f ex Lutheri scriptis a Lutheranis ipsis excusis enarrante audiamus: *Cum tempore quodam*, inquit Lutherus, *euigilarem circa medium noctis, huiusmodi disputationem mecum exorsus est Satan: Heus, inquit, eximie doctor, an ignoras quod annis quindecim missam celebrasti pene quotidie? quid? si huiusmodi cultu nihil aliud quam idololatriam exercueris, nec in missa verum Christi corpus & sanguinem adoraueris, sed nudum panem merumque vinum, atque eadem alijs adoranda proposueris? Ad hæc Lutherus; Ego vero sacerdos sum, inquit, vnctus chrismate per episcopum, & rite consecratus; fecique omnia ex mandato superiorum & obedientia: quid ni igitur Eucharistiam rite confecerim & consecrarim? quandoquidem serio prolocutus sum verba consecrationis, & quanta potui deuotione missam peregi. Verum hoc a me dici nec tu vtiquam ignoras. Excipit diabolus: verum est fateor; at Turcæ etiam & gentiles in templis suis omnia faciunt mandato superiorum, & obedientia, & serio peragunt cultus suos: sacerdotes Ieroboam omnia faciebant attentius forte, nec minus deuote quam qui erant Ierosolyma sacerdotes: quid autem si & ordinatio tua, vel vnctio & consecratio nec Christiana sit, nec vera? quemadmodum Turcarum & Samaritanorum falsi sunt sacerdotes, falsus est & impius cultus.*

e Tilm. in Bredenbac. collat. l. 3. cap. 24. f Vlemberg in vit. Lutheri cap. 25. Lutherus promulgat finem cum dæmone disputationem, Dæmon monet liteChristum non esse in Eucharistia.

44 *Hoc loco, inquit Lutherus, erupit mihi profecto sudor & cor tremere cœpabat, atque palpitare. Diabolus insigniter argumenta sua dirigere nouit in aduersarium, & vehementer vrgere: vocem habet grauem atque robustam, nec in huiusmodi disputationibus multum temporis intercedit ad deliberandum, sed responsiones alternantur, velut in momento. Atque ego quidem in hoc congressu satis expertus sum, qui fiat, quod mane nonnunquam homines inueniuntur in lectis mortui. Potest corpus occidere diabolus, hoc vnum est; quin & animam disputando potest in eas angustias redigere, vt illi migrandum sit in momento, quo me frequenter ab eo pene redactum memini. Sane quidem in hac disputatione tenebat me velut comprehensum. Ego perquam inuitus coram Deo sustinuerim grandem illam innumerabilium abominationum congeriem, quam obiecerat, sed iubens adeodum innocentiam meam defenderim. Attendebam igitur dum sermonem prosequeretur, quas rationes contra sacerdotium meum, & consecrationem in medium afferret. Hactenus Lutherus.*

Alia dæmonis obiectio conferentis sacerdotes Christi cū Mahometis sacerdotibus. Horrida Lutheri vesania.

45. &c. *Diabolus autem attentum nactus auditorem, ex intimo mendacionum penu rationes protulit, ad euertendum sacerdotium & inge sacrificium omnino, quinque de quibus, cursu non interrupto, disseruit oratione satis prolixa, quam hoc loco totam intexere nihil attinet, &c.* Cum ea Lutheri de hæresi hausta ab ipso dæmone magistro confessio in luce ab ipso Luthero collocata fuisset, hæretici confusi sunt adeo, vt ad sedandos eorum æstus excusa sit a Luthero apologia, cum edoctus a dæmone sentire cum Sacramentarijs videretur.

Disputantem contra sacerdotiū dæmonem audire nō abnuit.

48. &c. Catholici vero gratias egere præpotenti Deo, qui Lutherum adegisset, vt cacodæmonem hæresum suarum contra missæ sacrosancta mysteria magistrum & auctorem publice profiteretur: ac mox præcipui orthodoxæ fidei athletæ Ioannes Faber paucis post diebus Latine, & Ioannes Cochlæus proximo anno Germanice, necnon Paulus abbas Veteris cellæ ordinis S. Bernardi pro Christo, institutoque ab eo sacerdotio contra dæmonis & Lutheri argutias pios & doctos commentarios ediderunt. Enarrat etiam eandem apocalypsis diabolicæ & Lutheranæ historiam accuratissime idem Cochlæus a in actis & scriptis Lutheri, quem lector consulat: consulat etiam Ioannem Fabrum b, qui demonstrat ex ipsius Lutheri verbis Lutherum atheum fuisse, & dæmonis cultorem ac discipulum, leui que ingenio & imbecilla fide, qui se a dæmone vanissimis stultissimisque argutijs vinci siuerit.

Doctores catholici confutant dæmonis argutias.

a Cochl. ann 1534. b Io. Fabr. lib. de sacr. Missæ sacri

53. &c. Mirabitur vero quispiam cur Lutherus non expauerit sermonem conferre cum dæmone, cur tentatorem terrificum saltem exemplo Iuliani apostatæ non abegerit signo crucis, quem cum se potius attentissima mente audiuisse differentem testetur, patet illum familiaritate dæmonis vti consuesse, atque ab eo instrui, neque ad Christi nomen & crucem eius propterea confugisse, vt Iulianus apostata vti crucis signo vetitus c, si dæmonum familiaritate vti vellet: quare arguitur a Ioanne Fabro indoctiorem fuisse carbona-

Cur Lutherus non abegerit dæmonem signo crucis.

c Greg. Naz. in orat. 1. in Iulian. apost.

bominij, qui in vastissimis silvis dæmones apparentes signo crucis abigere consueuerint.

58.59 Eodē anno Lutherus, qui licet scelestissimus esset, viri tamen boni laruam sustinere amucebatur, cum familiam suam omni vitiorum labe coinquinatā videret, speciosam dedit operam, vt eam componeret, quemadmodum ex ipsius hæresiarchæ scriptis refert Vlembergius a. Qui obscenissima Lutheri dogmata miseros mortales in omnia scelera trahentia perpenderit, non mirabitur eius familiam ita contaminatam fuisse, vt Lutherum ipsum illius puderet: contaminatiq; eadem contagione sectatores, quorum mores Georgius Vvicelius paulo ante Lutheranus superiori anno graphice depinxit hisce verbis b: *Nostra factio, scilicet Lutherana, vivit vt docet, docet vt vivit. Docent bona opera, bonam conversationem, laboriosam vitam coram Deo nihil esse, ideo ab huiusmodi abstinent: docent peccata neminem furlium damnare, ideo libere ac præcipiter peccant. Manifesta est archiepiscopalium luxuria atque tyrannis.* Tanta quidem a Luthero exercita est in catholicos, vt ipli Vvicelius obiecerit imperatam ab illo immanem catholicorum carnificinam, scriptis in epistola ad Lyncum verbis illis sanctissimis: *Absque misericordia perdantur papistæ.*

a *Vlemberg. in vit. Luth.* Lutheri familia impurissima.

b *Georg. Vicelius in apolog.* Neminem ob peccata damnari docēt, ideoque peccant.

Hoc anno Ioannes Matthias Harlemensis pistor c, illusus a dæmone, appenso ad latus cultello lapideo se Moysem esse iactauit missum a Deo, vt humanum genus circumcideret. Deinde cum fraus non succederet, damnata circumcisione, mutatoque imposturæ genere, Amsterodamum profectus, Enochum se dixit missum a Deo, vt ad nouam Ierosolymam populum conuocaret. Consilium eius fuit condere Anabaptisticum imperium, sublatis vi & ferro omnibus principibus, qui contra sentirent, euulgatoque libro insana sua dogmata restitutionis, seu reformationis titulo inscripta proposuit.

Ioannes Matthias Mosem agit.

c *Lambert. Hortensius.* Circumcisionem tēptat inducere de rebaptismō. Condere molitur antichristicū imperium sublatis principib⁹

60. 61 Vbi autem sectam augeri vidit maiora meditatus est, nimirum adiuuante dæmone orbem subigere: synodum seu verius satanicam synagogam indixit, in qua pseudochristus hic duodecim apostolos creauit, vt euangelium nouum prædicarent, quibus spiritum suum afflatu sui impertijt, ex quibus fuit Ioannes Bocoldus Leydensis tartor, qui Monasterium Vvestphalorum protectus, eam vrbem Lutheranismo infectam Anabaptistica pestе magis corrupit, quem Regis iustitiæ nomen tyrannidemque inusitatum vsurpasse sumus: impostura vero suis ita Ioannes Matthias resciuit Batauos, vt diuina & humana miscuerit: ereptam fuisse ijs mentem a dæmone patuit, cum enthusiasmo correpti constantissimo prædicarent, extremum diem iudicij intra triduum affuturum: quo terrore perculsi plures conscenderunt arbores vlumum iudicij diem expectaturi: at vbi exitus fefellit expectationem confecti fame domum redierunt. Alij de statu mentis adeo deturbati fuere, vt permoueri non potuerint, vt descenderent, sed fame perire maluerint, donec præ imbecillitate ruentes animas infeliciter efflarent. Caterum impostores ij Amsterodamum & alias vrbes maritimas suis erroribus adeo infecerant, vt iussu Caroli V. in eos iudiciario ordine inquisitum sit: nouem in conuenticulo nocturno deprehensi, abductique Hagam capite truncati d sunt, eorumque capita Amsterodamum remissa furcis fuere infixa: non tamen defecit error a multis, qui carceres & vincula contempsere, ac multas seditiones deinde concitarunt.

Ex ijs vn⁹ tyrannidē corripit inter Monasterienses.

Anabaptistæ conscēdunt arbores, vt Christo ventura occurrant. Nonnulli fame enecati sunt.

Nouem Anabaptistæ capite plexi.

d *Lambert. Hortens. de motu Monast. l. 7.*

63 In Sabaudia Chamberiaci magna religione seruabatur sacra sindon, cui corporis Christi in sepulchro iacentis effigies impressa diuinitus est: hæc non sine diuinæ prouidentiæ singulari beneficio e medijs flammarum globis, quibus ædes exarsit, erepta fuit: quamuis capsa argentea, qua inclusa erat, iam liquefacta esset: eumque integra reportaretur flammarum globi cessere, nec detuere hæretici qui miraculum temnerent, Synodoenique exutiam præoicarent.

Sacra Sindon e flammis seruata.

63 In Vuestphalia hoc anno Bernardus Rotmannus Monasteriensium seductor mutato Lutheranismo cum Zuinglianismo, demū etiam Anabaptismum professus, docuit inter alia, puerorum baptismum esse abominationem coram Deo, vt pueros gratia & spe hereditatis cœlestis orbaret, sacramenta & missas & alia sacramentalia a diabolo & antichristo, hoc est Pontifice Romano, quæstus gratia esse excogitata: proximo anno etiam polygamiam, & concubitus promiscuos, & magicas artes professus est, ac demum pseudochristum contendentem sibi a Deo reuelatum abrogandum esse symbolum: *Credo in Deum*; sequutus est, cum aliud symbolum proponeret de vxorum ducendarum multitudine, & fictitio Christo in terra regnaturo, pro quo vita & opes profundendæ essent.

Prohibita versio vulgaris scripturæ.

64 In Scotia archi-episcopus S. Andreæ & episcopi, ne simplex populus ex praua sacræ scripturæ interpretatione in hæresim pelliceretur, illam in linguam vernaculam verti vetuere: ex quo pio decreto Alexander Alesius Scotus, qui Vvittembergam, vti sentinam hæreseos, & impiorum hominum asylum perfugerat, libellum scripsit ad Iacobum V. Regem, in quo episcopos summa laude dignissimos in crimen vocatos calumnijs laniauit; quas Cochæus contrario libello dissoluit a. Floruit pluribus post hæc annis in Scotia orthodoxa religio.

a *Coch. in add. & scrip Luth.*

65. &c. At in Anglia hoc anno furere late hæresis cœpit, sumpta ex incestis Henrici cum Anna Bolena nobili scorto contra apostolicas sanctiones & obiectam anathematis religionem nuptijs, quas cum extremo superiori anno clandestinas confecisset, satiata libidine non contentus, eas hoc anno publica pompa pridie idus aprilis, qui dies sepulto Domino sacer fuit, celebrauit, mirumque fuit præstantem ingenio Regem crassis adeo tenebris fuisse obductum, vt tantum scelus specie pietatis tucare voluerit: finxit enim se conscientiæ stimulis adactum Catharinam vxorem, ex qua legitimam prolem susceperat, repudiasse: at potiori iure Annæ Bolenæ nuptias, quam Catharinæ horrere illum debuisse demonstrat Sanderus b, addatque: *Omnes Anglicani protestantes Lutherani, Zuingliani, Calvinista, Puritani, & Libertini, cæteraque omnes hæreticæ pestes, quibus patria nostra misere perijt, has turpissimas & incestuosas Henrici & Annæ Bolenæ nuptias adorant, velut fontem euangelij sui, matrem ecclesiæ suæ, originem suæ fidei.* Et infra: *Verum quidem est per has nuptias aditum vobis patefactum esse ad omnem hæresim omnemque nequitiam. Sed, o immensam Dei bonitatem, qui quod hæreses vestras non alio partu, quam per tam nefandas nuptias in lucem exire permisit, eo ipso declarauit illas turpissimarum tenebrarum filias esse, nec aliter quam per opera tenebrosa procreari potuisse, & oportuit filiam cum patre, sororem cum fratre commisceri (nam & hoc Annam Bolenam paulo post perpetrasse constabit) vt pulcher ille partus fieret, a quo vestra religionis fundamenta constituerentur, & ecclesia vestra non iam ex sanctissimo Christi latere, vt catholica, sed ex impuris meretricis lumbis profecta stabiliretur.*

Incestæ Henrici nuptiæ cū Bolena.

b *Sander l. 2 de sch. Anglic.* Infandæ ex nuptiæ laudatę ab hæreticis.

68. 69 Subdit Sanderus, Catharinam Reginam non modo thalamo regio, vt antea diu, verum a cohabitione & palatio exclusam in villam Bedfordiensis prouinciæ tribus stipatam ancillis se contulisse, seque orationibus, ieunijs, alijsque sanctissimis operibus pro salute adulterorum exercuisse: at aulicos, & plures sacerdotes, ac nonnullos abbates ad incundam ab Anna adultera gratiam, vt sibi

Anna Bolena patris fratrisque concubitū non horruit.

Catharina Regina exclusa palatio.

bi ad honores opesque aditum munirent, se convertisse, creasse vero Henricum impium triumuiratum: ex Thoma Cromuelo, Cranmero archiepiscopo, & Audlæo scrinij magistro ad perdendos viros ecclesiasticos, eorumque opes in regium fiscum auertendas, ac diuulgatos ea de causa libellos, quibus persuadebatur Regi, vt præsules, sacerdotes, ac monachos ad panem in sudore vultus comedendum redigeret, refert idem Sanderus a.

a Sander. ib. Thomas Morus scribit pro ecclesiasticis

70 Spargebantur hæc vel approbante, vel connuente Rege, applaudenteque eius senatu, cum catholici pio ardore hæreticorum technis obsistendum rati sunt: inter quos Thomas Morus doctissimum librum edidit b, quem libellum supplicem animarum in purgatorio inscripsit; siquidem ecclesiasticæ opes maxima ex parte pro concilianda expiandis animabus diuina clementia clero relictæ fuerunt.

b Id. ibid.

71 Interea Anna & Cromuelus, atque alij orthodoxæ religionis hostes Henricum ad euertendum ecclesiasticum ordinem impellere non desiterunt, eique superbia incestisque amoribus furenti persuasere c, vt in solemnibus conuentibus episcopos & clerum omnem adigeret ad deferendam illi solemni sacramento obedientiam, quam Romano Pontifici præstare consueuerant; ita enim Cranmerum archiepiscopum primatem Angliæ excusso Pontificis iugo, translataque in Regem suprema in Anglicanam ecclesiam auctoritate, liberius ex Regis voluntate sententiam, spretis apostolicis fulminibus, laturum: cumque noua res & inaudita esset, visum est tentandum Ioannem Fischerum episcopum Roffensem catholicorum columen; si enim ipse succumberet, cæteros omnes facile eius exemplum secuturos; si nabnueret, & in sacerdotali constantia perstaret, illius obruendi occasionem non detuturam; siquidem Anna Bolena eius odio ob defensam Reginæ causam flagrabat adeo, vt etiam coquum Richardum Risæum, qui ipsum veneno interimeret d, mercede conduxerit: sed vir pius ad maiora prælia a diuina prouidentia reseruatus est.

c Sander. l. 1 Persuasum Henrico, vt suprema in ecclesiam auctoritatem corripiat in Anglia.

Veneno tentatus Ioannes Roffensis ab Anna Bolena

d Id. ibid.

72 Concepit inde grauiora odia in virum sanctum noua Iesabel, ac politici Anglicanam ecclesiam Regi subijcere meditati ipsum per insidias circumuenere adeo, vt asserendæ regiæ potestatis specie irretierint: persuasit enim ijs, qui in fidei tuendæ constantia perstabant, vt adhibita exceptione, quantum per Dei verbum liceret, obedientiam Regi in causis ecclesiasticis ac spiritualibus sacramento sponderent: *Cuius facti Roffensem*, inquit Sanderus, *postea vsque adeo pœnituit, vt publice se incusans diceret suas, id est episcopi, partes fuisse non cum exceptione dubia, sed apertis & disertis verbis cæteros potius docuisse, quid verbum Dei permitteret, quidue prohiberet, quominus alij in... frandem incurrerent, nec vnquam sibi deinceps peccatum hoc satis expiasse videbatur, quousque proprio sanguine hanc maculam eluisset: Rex tamen hac ratione obtinuit quod expetebat.*

Errorem postea plã git.

73.74 Arrepta his fraudibus sacrosancta in ecclesiã Anglicanam potestate Henricus, impium Thomam Cromuelum legatum suum ad sacras causas cognoscendas creauit, & cum Cranmero Cantuariensi archiepiscopo egit, vt quemadmodum conuentum fuerat, contra pontificias sanctiones regium cum Catharina coniugium rescinderet, solemnemque incestarum nuptiarum pompam extraxit in peruigilium resurrectionis dominicæ diem, atque augustiore apparatu quam vllam vnquam antea Reginam, diademate regio Annam Bolenam pellicem postridie kal. iunij insigniuit: quæ vbi audijt Clemens in Cardinalium senatu eiusmodi incestas nuptias exposuit, vt in eos lege ecclesiastica animaduerteretur; sententiam vero tersum distulit, vt ea de re consilia cum Carolo V. conferret, vel maiori maturitate expenderet.

Heanem ad cognoscendas sacras causas Cromuelli constituit.

Differt Clemens sententiã ferre.

75 Cum autem Henrico perspicuum esset, Pontificem a iustitiæ tramite non detlexurum, pristinos errores nouis erroribus cumulauit, vt memorat Sanderus a: *Sub pœnis*, inquit, *grauissimis edixit, ne quis in posterum illam (scilicet Catharinam coniugem... Cæsaris materteram) Regina nomine, vel Henrici vxoris appellatione dignaretur; sed vt tantum Arturi principis defuncti vidua ab omnibus vocaretur. Deinde admonitus ab Anna quod grauida iam esset, ac partui proxima,* nondum enim quinto mense a nuptijs lapso filiam enixa est, quæ Elizabeth dicta fuit, *Mariam ex Catharina filiam decem & septem annos natam, quam antea Vvallia principem regnique heredem vniuersi ordines iurato professi fuerant, omni regio ornamento detracto tanquam spuriam & illegitimam ad Catharinam matrem... remitti iussit, vt priuatam cum ea vitam ageret.*

a Sander. de schism. Anglic.

Henrici in Mariam filiam vesania.

76 Dum Angli ab ecclesiæ Romanæ coniunctione Henrici Regis impietate diuulsi sensim deficiebant, Pontifex Iacobum V. Scotiæ Regem nepotem... Henrici in pristina fide & obsequio confirmare amisus est: nec pijs consilijs felix defuit exitus; Iacobus enim coactis regni ordinibus proposuit ob oculos quanti referret acceptam a maioribus veram religionem contra hæreticorum insidias tueri, adeo vt communi ordinum consensu constitutum fuerit coniunctionem veterem cum Romana ecclesia retinendam. Nunc de colloquio inter Clementem & Gallorum Regem Massiliæ condicto agamus.

Colloquiũ Clementis cum Francisco I.

77. &c. Commouerat vehementer illius colloquij mentio Caroli V. animum, atque Italis principibus terrorem iniecerat b ne Henrici ducis Aurelianensis & Catharinæ Medicis causa bellitaces in Italia succenderentur. Verum Pontifex omnia, de quibus cum Gallo agebat, contulit cum eodem Carolo c, Venetumque senatum fecit certiorem eo consilia sua tendere, vt publica Italiæ pax confirmetur colaturque: Cæsaris pariter ac Francisci Regis amicitiam fouere velle, seque communem omnium parentem profiteri.

b Iou. hist. lib. 31.

c Lib. brev. ann. 1533. pag. 563.

85. &c. Sed Anglorum Rex ab illis ad officium, inque mutuam cum Pontifice, Cæsare, Gallo, & alijs Regibus consensionem redigi non potuit; adeout eius oratores a Pontifice, ad concilium non quidem œcumenicum, ad quod celebrandum Pontifex Gallum Anglumque Reges flectere nitebatur, sed angulare, quod Anglus pro sua libidine regeret, prouocarint: quibus Gallorum Rex auxilium poscentibus respondit d se contra religionem nolle Henrico associari: in alijs Henrico fratris animum præstiturum. Vt vero Franciscus Gallorum Rex optime de Ecclesia meritus est in propugnanda Ecclesiæ causa, ita in disturbando œcumenico concilio, quod se in Italia celebraturum Clemens erat pollicitus, Ecclesiæ res vehementer afflixit.

d Guicc. l. 20 Gallus male obstat ne in Italia concilium celebretur.

90. &c. Reuerso Romam decima decembris die e Clemente, postridie perlata est compositi publica pace Turcici belli fama: angebat enim f Solimanni animum vehemens cura, ne Christiani percusso sociali fœdere in Coronem portum inuecti Græcos ad defectionem impellerent: quare hoc ipso anno Coronem terra marique ingenti obsidione premi iussit g; quæ Andreæ Auriæ Cæsareæ classis præfecti pontificiorumque & Rhodiorum equitum sociorum virtute soluta h est, ac Turcæ terra marique fugati sunt: ex qua clade concepto grauiori terrore Solimannus paci assensit, quam Cæsar, Galliæ & Angliæ Regum suspectis consilijs perculsus, amplexus est.

e Pet. Paul. Gualter. in diar. m s. f Paul. Iou. lib. 31.

g Nicol. Isthuan. ff. hist. lib 12.

h Lib. brev. ann. 1534. pag. 340.

IESV CHRISTI
Annus 1534.

Indict. 7. **CLEMENTIS PP. VII. annus 11. CAROLI V. IMPER. annus 16.**

1 INeunte hoc anno Henricus Angliæ Rex consuluit Thomam de Vio Cardinalem, atque decerpta e scripturis sacris duo argumenta ei proposuit, quibus coniugium cum Regina Catharina diuina lege rescissum contendebat. Primum erat petitum ex cap. XVIII. Leuitici, in quo hoc diuinum imperium expressum a est: *Turpitudinem uxoris fratris tui non reuelabis, quia turpitudo fratris tui est*. Respondit Cardinalis, de fratre uiuente diuinum oraculum intelligi, non extincto; idque probauit ex alio textu eiusdem capitis, in quo hæc lex data est: *Sororem uxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa uiuente*. Si enim sororem uxoris extinctæ ducere liceat, pari ratione uxorem fratris extincti a fratre duci posse: si uero frater extinctus sit sine liberis, id tum in lege naturæ tum in lege Mosaica fuisse imperatum: quod iam in alio opusculo demonstrarat consultus a Pontifice.

Argumentum I. Henrici petiti ex scripturis pro rescindendo coniugio. a *Leuit. 18.* Refellitur.

2 Secundum argumentum, petitum est ex euangelio Matthæi IV. in quo de Herode dicitur: *Posuit in carcerem propter Herodiadem uxorem fratris sui; dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam.* Respondit Thomas Cardinalis, locutum Ioannem de uxore fratris uiuentis, non extincti; ac tunc Herodis fratrem uixisse ex Iosepho b & Egesippo c ostendit, addiditque ut si quæ alia argumenta Henricus haberet, illa in medium afferret. At Henricus pellicis illecebris deuinctus scripturarum uerum sensum noluit perpendere, neque illud S. Petri d recoluit: *Hoc primum intelligentes, quod omnis Prophetia scripturæ propria interpretatione non fit.*

Secundum argumentum dissoluitur. b *Iosephus Iudaic. l. 18. c. 4.* c *Egesip. de excidio Hier. l. 2. c. 4.* d *Pet. 2. ep. cap. 1.*

3. 4 Interea cum Clemens aduersus Henricum Regem Angliæ iudiciariam actionem urgeret, Franciscus Gallorum Rex Henricum ipsum oratoris opera solicitauit, ne a Pontificis Romani obsequio deficeret: qui Henricus conceptam animo defectionem se dilaturum respondit, si decretoriam sententiam Pontifex differret: cumque concordiæ spes affulgeret, cæsareorum administrorum importuna ui latam sententiam querntur Belcairus e. Erat huiusmodi sententia apud Sanderum f, qua promulgatum est Annæ Bolenæ cum Henrico Rege matrimonium irritum esse, ac Reginam Catharinam regio thoro restituendam, atque Henricus, si in male coeptis perstiterit, anathemate deuinctum.

Lata in Henricum sententia. e *Belchair. lib. 10.* f *Sander l. 1 de schism. Angl. apud Dauid Camerar. Scot. lib. 1.*

5 Multi de hac sententia grauissime questi sunt, quamuis esset iustissima, cum non esset ferenda nisi ad euertendum Henricum; si ea lata sententia efferatus Ecclesiam persequeretur, Cæsar consurgeret nimiumque præcipitis decreti Pontificem & Cardinales postea uehementer pœnituit, ut Belchairus narrat g: biduo enim lapso uenisse nuntium cum amplissimis mandatis, nec retractandæ sententiæ ullam rationem inuentam; Henricum uero ab Ecclesia defecisse. Impulsum ad tam impium & sacrilegum facinus ab adulatoribus deplorat Laurentius Surius h.

g *Belchair. l. 10. n. 54.*

6. 7 Enarrat uero fusius huius catastrophes cœptæque persecutionis in catholicos seriem Sanderus i, atque Elizabeth Bartonam sanctimonialem pietatis fama conspicuam quod diceret Henricum amplius Regem non esse, quod ex Deo non regnaret, ac prædiceret Mariam Catharinæ filiam regni gubernacula suo iure capessituram, morte affecisse: cuius dictis postea exitus consensserunt. Ioannem quoque Fischerum Rossensem episcopum, ac Thomam Morum & alios in uincula coniecisse, ac Minoritas, qui de obseruantia dicuntur, e suis monasterijs pepulisse, cum illi Christianæ constantiæ, regiæ impietati non assentirentur, ac secundas Henrici nuptias damnarent: ac baronem Dacrium uirtute spectatissimum, qui impietati non consensurus uideretur, calumnijs oppressit: denique se schismaticum professus in publicis ordinum comitijs iniqua impiaque sanxit a.

h *Sur. in com. hoc an.* i *Sander l. 1 de schism. anglic. hoc ann.* Monialis uaticinati. a *Sand. ubi sup.* Ecclesiæ Anglicanæ se dixit caput. b *Id. ibid.* Procerес Christianos opprimit Henricus. Tristi successu confusa politicorum hæresis.

8. &c. Prorupit ad maiora flagitia Henrici furor: nam in solemnibus ordinum conuentibus archiepiscoporum & episcoporum nonnullorum impietate, quos subornauit uel oppressit, opera se supremum ecclesiæ Anglicanæ caput dixit b. Tentauit etiam Franciscum Gallorum Regem ad impietatem pellicere, sed eius oratores a Galliæ Rege auditi non sunt: Lutherani etiam principes, licet de illius defectione ab Ecclesia lætarentur, causam tamen damnarunt. Hæc fuere tristia Anglicani schismatis exordia, ac post maximas sanctorum uirorum cædes, ac religionis excidium, ipsi hæretici Angli ecclesiæ suæ caput tam uæsana & sacrilega assentatione tot annis adoratum nostra ætate in publica catasta carnificis manu immaniter detruncarunt, ac post conculcatum sacerdotium etiam regium culmen obtriuerunt.

Disturbatis a Gallo concilium.

12. &c. Potuisset, ut supra indicatum est, tot tantisque malis concilium œcumenicum mederi, Anglosque in orthodoxa religione continere; sed Franciscus Gallorum Rex, qui ex Germaniæ factionibus cæsaream potentiam posse extenuare sperabat, in Massilienti conuentu fallacibus argutijs illud disturbarat: ex quo cum apud Germanos in summam inuidiam adductus esset, literis c fedare odia annisus est, finxitque se nil a Pontifice grauioribus precibus efflagitasse, quam ut concilium celebraretur: & quantumuis ipse plures apologias d ad inuidiam eluendam conscripserit, reatum suum magis patefecit illis, quam exterserit: præcexuit enim ille nec sibi, nec Germanis in Italia, quæ pontificijs & cæsareis armis teneretur, tutum accessum patere, uererique ne pontificia decreta ui potius, quam æquitate ederentur.

c *Extant. in 3 rer. Germ. ex edit. Freher. pag. 299.* d *Extant ib. pag. 297.*

15. &c. Placuit maxime Francisco Rex hæreticis disturbantibus ea ratione œcumenicum concilium, quod Clemens se indicturum Carolo V. promiserat; uerum Germanorum catholicorum animos a se abalienauit; quos cum suis apologijs tibi consociare non posset, coniunxit se hæreticis aduersus catholicos ignarus malorum, quæ hæreticorum societas Gallico regno allatura esset, non aliter quam cæsarei politici nascentem hæresim palpauerant, dum obterere pontificiam tantum maiestatem cæsareamque efferre uideretur; ignorantes quantas illa clades Cæsaribus inuectura foret. Interea in Germania excitati sunt noui bellici motus, cum Vldericus Vvittembergensis princeps ditionem suam a Ferdinando repetere, cui suppeditauit sumptus Galliæ Rex deprimendæ Austriacæ domus studio, ac Philippum Lantgrauium Hessorum principem suppeditatis militi in exitiabile bellum sumptibus in Ferdinandum commouit. At Ferdinandus Rex ubi hæreticos arma impia sumpsisse uidit, extimuit ne illi secundis elati successibus ad maiora audenda, religionemque euertendam consurgerent, certioremque de omnibus factum Clementem rogauit, ut idonea subsidia pro tuenda re catholica ipsi transmitteret; qui exhaustum prorsus esse superioribus calamitatibus, tum classis ad depellendos Italia Turcas sumptibus pontificium ærarium respondit e; pro uiribus tamen ei se non defuturum: inter quæ imparatus cæsareus exercitus, inita equestri tumultuaria pugna, Banaro glande plumbea icto, in fugam actus est turpissimam, ac

Coniungit se Gallus hæreticis aduersus catholicos

Vvittembergensis principatū recuperare affectat.

e *Lib. breu. ann. 1534. pag. 185.*

muni-

munitiſſima oppida Aſpergum, Auracum, Niffa, & alia ad victorem prona, Vdalricum cupidiſſime exceperunt.

Quibus legibus pax inter hæreticos reſtituta.

18. &c. In huius belli diſcrimine ſummo pax redintegrata eſt ijs pactionibus, vt Lantgrauius copias diſſolueret, Ferdinandus vero principatus Vittembergenſis iacturam, atque Vdalricum in priſtinam ditionem, quam fiduciario iure acceptam Auſtriacis principibus referret, reſtitutum æquo animo pateretur; grauiora enim ab Anabaptiſtis Monaſterienſibus pericula conflabantur, quæ in eorundem demum capita verſa ſunt. Quæ quidem mala a diuina prouidentia miſerta pereuntis Monaſterienſis populi, varijs prodigijs præſignata, refert oculatus teſtis Hermannus de Kelenborch in m. s. hiſtoria Monaſterienſi; nam igneis nubibus interdum noctu Monaſterium cingi ab agreſtibus viſum eſt: dæmonibus etiam inſeſſi Anabaptiſtæ veterum ſtrium & magorum more bacchari ſunt per vrbem: ſpectra etiam dæmonum oſtentata in aere; fragores & turepitus inſueti auditi: interdum etiam tympana pulſata in nubibus, ac territi cives ad diuinam implorandam miſericordiam conuerſi eſſent, niſi a ſuis pſeudoprophetis miſſent illuſi inanibus mendacijs.

Monaſterienſis clades prænuntiata.

Epiſcopi monita ad ſenatum. Spreta a ſenatu per duelli.

21. &c. Conatus eſt Franciſcus Monaſterienſis epiſcopus huic malo mederi, ac ſenatui præcepit, vt ex cæſareo mandato ſectam Anabaptiſticam ſeditiones cædeſque ſpirantem coerceret: ſed vt ſenatus tentarat epiſcopum, ita a ciuibus contemptus eſt. Inter quæ, duos putidiſſimos impoſtores illuſos a dæmone, ac Ioannis Matthiæ pictoris Harlemenſis pſeudochriſti pſeudoapoſtolos Anabaptiſticos Monaſterium ingreſſos narrat Hermannus, ac veluti prophetas a fanaticis exceptos: & Rothmannum pſeudoprophetam moniales ex monaſterio abduxiſſe tribus exceptis, cum interminaretur monaſterium ſponte ruiturum, atque in reuinctorum corpora magico potu dæmones immittere conſueuiſſe: addit multos dæmone correptos more bacchantium per vrbem diſcurriſſe, e quibus quidam ita impie exclamabat ad plebem: *Væ, væ vobis impijs: agite pœnitentiam, agite pœnitentiam: dies ille Domini magnus & terribilis adeſt. Reſipiſcite, reſipiſcite: æterna damnationis pœna & cruciatus nullo tempore finiendus vos manet, qui Chriſtum ex Maria humanam carnem aſſumpſiſſe creditis.* Eodem furore etiam correptæ mulieres vaticinia de quodam Rege Sion futuro iactarunt: molliebatur enim Sathan quoddam antichriſticum condere imperium Mahumetici inſtar. Quibus tumultibus perturbati ſimplices, cum in fide fluctuare cœpiſſent, a Bernardo Rothmanno in impietatem impulſi ſunt.

A Ioanne Matthia pſeudochriſto miſſi pſeudoapoſtoli.

Aiit ſcelus eſſe credere verbũ incarnatũ.

25 Vt vero Anabaptiſtæ in ædibus Kniperdollingi eo tempore promiſcuis concubitibus, quos baptiſmum igneum vocabant, plures in ſectam allexerint, deſcribit Hermannus; cuius ſceleris auctor fuit Ioannes Mathiſſon pſeudopropheta, qui noctu prælecto Geneſeos capite, vbi verba: *Creſcite & multiplicamini*; repetierat, extinguebat faces, vt pudorem omnem extingueret.

Plures Monaſterium confluunt. Senatus Monaſterienſi oppreſſus ab Anabaptiſtis.

& nouis magiſtratibus tẽpla ſpoliata.

26.27 Excita tunc a Rothmanno verbis fallacibus ingens Anabaptiſtarum in finitimis vrbibus oppidiſque latitantium multitudo Monaſterium confluxit: quorum acceſſione elati Anabaptiſtæ promulgarunt etiam tum ſenatum Monaſterienſem ex inſtinctu carnis fuiſſe deſignatum; iam vero ex ſuggeſtione ſpiritus (nimirum ſathanici) eſſe eligendum atque ita magiſtratus, qui rebellarent in epiſcopum, oppreſſi ſunt ac diguitate deturbati: qui vero ſucceſſores dati viri impij partientes inter ſe patranda ſcelera in virginum & monachorum cœnobia, canonicorum collegia, ac ſacras ædes impetum fecere XXIV. februarij die, veſtes, argentum, aurumque omne, & ornamenta diripuere, Chriſtique & ſanctorum imagines diffregere, eorum reliquias & ſacroſanctum Domini corpus pedibus conculcarunt, ſacros libros & cruces ligneas in cinerem redegerunt. A quo autem inſtincti eſſent, & quos colerent, quos odiſſent ex his agnoſcas: *Nullas*, inquit Hermannus, *Chriſti crucifixi, Mariæ virginis, Apoſtolorum, aut martyrum imagines, quas non perdant, ferunt: at diabolorum, Iudæorum, impiorumque tyrannorum icones nulla retinẽtium manus violauit.*

Horrida eorum ſacrilegia.

Pareitum ab ijs dæmonis imagini non Chriſti.

28. &c. Patrato eo facinore triumpharunt Anabaptiſtarum ſigniferi, ac ſocios excierunt; factaque hac rerum conuerſione magnæ Anabaptiſtarum Batauorum turmæ contendere Monaſterium; ſed illi intercepti, partimque aquis merſi, partim combuſti, partim in fugam conuecti fuere, atque vrbs Monaſterienſis obſidione cincta. Tanta vero pſeudopropheta pollebat auctoritate apud illuſos Monaſterienſes, vt edicto omnia bona in commune redegerit; illuſus vero a dæmone promulgauit, ſe cum paucis militibus omnes hoſtes ab obſidione diuina vi, quam pater erat pollicitus, depulſurum: conceptaque ea mentis præſidentia in caſtra hoſtium cum ſuis commilitonibus non ita multis erupit: ſed vndique circumfuſus in fruſta diſcerptus eſt. Cum autem ita vates cum ſuo vaticinio perijſſet, prodijt nouus pſeudoproheta regiam perſonam in theatro Monaſterienſi ſuſtentaturus, atque cum regno Anabaptiſtico promiſſo a dæmone perituras. Is fuit Ioannes Bokelſon Leydanus ſartor impoſtorum Rex, qui confictis varijs vilis ac mendacijs ſtultos Anabaptiſtas nouorum vaticiniorum cupidos faſcinauit, vtque vera dicere crederetur, cum eo alter impoſtor Kniperdollingus coniurauit: cumque ex ſeruili ſcorto genitus eſſet, regnum Monaſterienſe inuaſit hoc modo, vt narrat Hermannus: *Cum ſatanas animaduerteret ſuum regnum non tam ſub magiſtratu ciuitatum, quam vnius dominio & tyrannide poſſe propagari; ideoque poſt feſtum Iacobi alium quendam propetam in vrbe excitat, cuius nomen Ioannes Duſentſchuer aurifaber Vvarendorpenſis. Hic concione frequenti in forum aduocata: Fratres Chriſtianiſſimi (inquit) pater cœlitus mihi reuelauit, vobiſque publicandum commiſit, Ioannem Bokelſonem Leydanum virum Dei, & prophetam ſanctum per vniuerſum terrarum orbem Regem fore: ille dominabitur Imperatoribus, Regibus, principibus, & omnibus mundi poteſtatibus: ipſe ſuper omnem magiſtratum erit, nullus vero ſupra illum: ille occupabit ſceptrum & ſedem Dauidis patris ſui donec Deus pater regnum ab eo repoſcerit. Inde a ſenioribus ibi aſtantibus gladium acceptum ſibi reddi poſtulat*; creditum, & obtemperatum eſt impoſtori deliro ab ijs, qui Eccleſiam contemſerant, & inanes illuſtrationes ſequebantur: *quem cum Regi iam deſignato in manus tradidiſſet: Accipe, inquit, gladium iuſtitiæ, omnemque cum ipſo poteſtatem, quo omnes populos terra tibi ſubijcias, eaque ita vtaris, vt Chriſto ad iudicium redeunti rationem reddas; ſimulque ipſum fragrantiſſimo liquore inungens his verbis: Ego te in Regem noui populi populique Dei, patre iubente inungo, teque in facie totius populi Regem nouæ Sionis pronuntio*; alluſit nempe ad oraculum: *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius.* Rothmannus vero prædicauit huius pſeudochriſti Reges futuros pediſſequos, ac Reginas pediſſequas. Verum proximo anno hic antichriſtus iuſto & immani ſupplicio ſublatus eſt.

Subrogat nou' pſeudoprophetæ.

Sathanæ conſilium de antichriſtico regno condendo.

Negatur Chriſtus & obtruditur pſeudochriſtus.

Falſi tituli illi aſcripti.

36. &c. Quam vero perſpicue dæmon Lutheranis illuderet, vti Anabaptiſtis illudebat, demonſtratum hoc anno eſt, dum extrahebatur Monaſterienſis obſi-

obsidio nam vti cum Luthero erat congressus dæmon contra missæ sacrum, ita cum Donero Strasburgensi Lutherano concionatore colloquia miscuit, vt illi persuaderet Christum non natum esse ex Virgine, non pro peccatis humani generis expiandis cruci affigi voluisse, non denique diuinitatis participem: sed Luthero Donerus fuit prudentior, quippe qui non crediderit dæmoni, cui Lutherus credidit. Insignem adeo historiam, quæ in vulgus edita est & offensa Luthero, narrat Vlembergius a, additque discessurum dæmonem fœtorem ingentem effudisse.

a *Vlember. in vit. Luth. cap. 26.*

Lutherus apud suos male audit quod doctrinam acceperit a dæmone.

39. &c. Ex Doneri exemplo non resipuit Lutherus, nec didicit non credendum dæmoni contra missæ mysteria disceptanti, cum neque aduersus Christi diuinitatem arguanti credendum sit: porro cum ob editam anno superiori nocturnæ cum cacodæmone disputationis historiam, vt simplices ijsdem argutijs tamquam dæmonis discipulus irreiret, quibus se illaqueatum fatebatur, ac non tenuem iniecisset suis sectatoribus suspicionem, se ad Zuinglianos defecisse, vt eam deleret professus est verum Christum qui ex Virgine natus, ac pro nobis passus, & ad dexteram Patris in cœlo sedet, vere in Eucharistia esse sub qualibet specie, ac suscipi non tantum a pijs sed etiam impijs. At idem sublato sacerdotio nudum panem pro vero Christi corpore adorandum proposuit, ac suos sectatores ad idololatriam impulit, vt supra dictum est.

43 Ex Lutheri placitis sibi inuicem aduersantibus Zuingliani illius in suas partes trahendi concepta spe, auctore Bucero pseudodominicano apostata pestilenti conuenticulum Constantiæ ad pugnantia dogmata concilianda coegerunt: *Sed*, inquit Surius, *laboratum est frustra, vtraque pars suam sententiam pertinaciter tuebatur, nec Tigurini Buceranæ prælibgias admittebant*. Repetitus ex pius is labor est, sed irrito successu, a nouatoribus, qui tanquam vulpes auersis vultibus coniuncti sunt, vt per tota Ecclesiæ flammas circumferant. Interque alios Ioannes Caluinus Buceri socius ex vtraque secta nouam suo nomine hoc circiter anno condidit, inque Lutherum, Zuinglium, & Oecolampadium errorum magistros consurgens, Christum in Eucharistia præsentem absentemque esse commentus est, ac inanibus fucis verborumque figmentis nouæ cupidis superstitionis illusit: a quo Galliæ maxime infectæ fuere.

Caluinistæ principia.

44. 45 Hoc porro anno Parisijs affigi cœpta b sunt nocte publica scripta aduersus Eucharistiam; sed a Francisco Rege nefarii eiusmodi conatus repressi sunt. Dabat tum operam theologiæ in eadem vrbe S. Ignatius Loyola, incensusque fidei tuendæ studio omnem diligentiam in reuocandis in Ecclesiæ sinum hæresi contaminatis collocabat: a quo hoc anno nouem in tanti laboris & gloriæ consortium adsciti viri pij & industrij, inter quos Franciscus Xauerius Indiarum apostoli titulum promeruit adeo vt assumptæ in cœlum Deiparæ die festo, nuncupatis votis procurandæ salutis animarum coaluerit eius societas, vt eiusdem societatis monumenta testantur c.

b *Surius in comment.*

S. Ignatius socios sibi asciscit Parisijs.

c *Ie. Petr. Maff. l. 1. c. 21. Ordinem hist. soc. Iesu l. 1.*

46. &c. Susceperat Ignatius vna cum socijs consilium adeundæ ex Pontificis permissu Ierosolymæ, vt orientales gentes a Mahumetis superstitione ad Christum reuocaret, sed mutauit diuina prouidentia eorum consilia; neque enim in Palæstinam profecti sunt, sed horum alter nimirum Xauerius ad Indos & Iaponios conuertendos se contulit, Ignatius vero erudiendæ Christianæ iuuentutis, cum hæretici politiarum literarum docendarum specie Germaniam Galliasque submissis præceptoribus inquinarent, onus suscepit.

Pia eorum consilia diuinitus eo mutata.

54 Hoc anno Solimannus Turcarum Imperator in Persas mouit aduersus Thamasaem Ismaelis Sophi filium, ac regni superstitionisq; successorem, ac simul Hariadenum Barbarussam classis præfectum ad subijciendos Afros immisit: Aloysium vero Grittum ducis Venetiarum filium Turcicæ amplitudinis augendæ cupidissimum, consiliorumque omnium participem legatum decreuit in Pannoniam ad eam Turcico nomine administrandam, controuersiasque cum Ferdinando dirimendas, vt Persis sub iugum missis, debellata Africa, & Hungaria in prouinciam redacta, deinde Hispaniam, Germaniam, atque Italiam vicissim mole obrueret.

Solymanni ad obruendum imperium Christianum consilia.

55. &c. At callidis, audacibusque consilijs eorum non respondere, quamuis initio læti affulserint; quippe licet in expeditione Persica a Thamaso Rege in regni partes interiores se recipiente ad comparanda auxilia, Armenia, Babylonia, & Assyria potitus esset, maximam tamen postea cladem accepit: Aloysius Grittus eius in Pannonia legatus Ianissarorum succinctus copijs, & imperatorijs mandatis instructus, cum Moldauiæ & Valachiæ monarchiam imperium magno fastu arripuisset, inque Transiluaniam esset transgressus, Americum Cibacum episcopum Varadiensem designatum prouinciæ a Ioanne Rege Ferdinandi æmulo præfectum trucidauit. Cuius necem Hungari vlciscendi decreuerunt collectis quadraginta armatorum millibus, a quibus Grittus ipse dum vna cum filijs fugam capere molitur & Solimanni diploma præfert manu, comprehensus raptatusque est ad supplicium. Ita penitus excisus est e terra, Deo vindice, qui ob nouatam Solimanno contra rempublicam Christianam operam potiri Hungaria sperabat, de quo Surius b.

a *Bizar. Fer. Persic. l. 11.*

Aloysius Grittus Moldauiæ & Valachiæ moderator pro Turca. Trucidat episcopū Varadiēsem.

b *Sur. in comment.*

58. 59 Accidit etiam post Gritti necem vt Ioannes Lascus nefarius ille politicus, qui vt a Ioanne Rege gratiam iniret, Christianum nomen prodiderat, ac Solimannum aduersus Christi cultores concitauerat, proditionis suspicione perstrictus, tanquam Gritti consiliorum particeps, ab Rege Ioanne in vincula sit coniectus c, tormentisque cruciatus, quamuis Sigismundi Poloniæ Regis rogatu tandem ea euaserit.

Ioannes Lasci Hungariæ proditor. Vinculis mancipatus.

c *Idibid.*

60. 61. Inter quæ Hariadenus Barbarossa, comparata octoginta triremium & aliquot biremium classe in Italiam cursum impetusque intendit, maritimæque oræ & oppidis parum munitis vastitatem intentauit: inde in Africam summa celeritate inuectus Tunetanum regnum, pulso Muleasse Rege Roscetis fratris reducendi specie, occupauit, ex eo Neapolitanum regnum Romamque inuasurus, ni proximo anno eius audacia a Carolo V. contusa fuisset.

62. &c. Eodem anno Clemens sexta aprilis die, cum religio Christiana late in Indijs efflorescceret, Martinum Lusitanæ regiæ principem archiepiscopum Funchalensem Indiarum primatem confirmauit d: perque eadem tempora fides in insulis Mauricis amplificata est, ac plures gentiles euersis inanium deorum simulachris Christianam religionem susceperē, Simonis Vasæi & Francisci Aluari sacerdotum ope, qui incredibili ardore in erudiendis neophytis fidei mysterijs defudarunt, tantaque multitudo vndequaque Christiana sacra expetebat, vt adultæ segeti metendæ impares essent. Antequam vero altioribus radicibus fixa esset in ijs regionibus fides, concitata a Mahometanis dira persecutione euulsa est: Momoiano tamen regulo, qui Ioannis nomen in sacris baptismalibus acceperat, ad supplicia omnia pro Christo perferenda paratum se offerente: at sæuo errore deceptus filijs vxorique necem intulit, ne ob imbecillitatem a Christo desciscerent, fideique præmia sibi extorqueri

Fides propagata in Mauricis insulis.

d *Lab. breu. ann. 1530.*

sine-

sinerent. Hac libertate Mahometanorum seruitia magis concitata est; sed antequam carnifici dederetur procerum deprecatione seruatus est.

65. 66 Propagabatur eodem tempore latius in America Christiana religio, ac noua terrarum ora antea nostro orbi incognita a cæsarea classe patefactæ fuerunt; de quibus cum certiorem fecisset Clementem Scalensis episcopus, actæ illi a Pontifice gratiæ fuerunt a.

a *Lib. brev. ann. 1534. pag. 93.*

67. 68 Contabuit vero Clemens diuturno stomachi vitio, ac recurrentibus grauioribus morbis vexatus extremo augusto cum XXII. septembris die in morbum esset relapsus, commendaritias literas Alexandri Florentiæ ducis & Hippolyti Cardinalis causa ad Carolum V. XXIII. eiusdem mensis misit b. At ambo breui misere periere c: nam quamuis Clemens ad ciuitatem in officio continendam munitissimam arcem Florentiæ construendam curasset, tamen Alexander ob fœda adulteria concitato in se suorum odio a Laurentio consanguineo postea trucidatus est; atque Hippolytus Cardinalis, vertente ab obitu Clementis anno, non sine veneni suspicione fuit extinctus, adeo vt opes, deliciæ, curæque perituri sæculi exitium illis pararint. Cæterum biduo a datis superioribus literis ingrauescente morbo Clemens obijt, de quo hæc Paulus Gualterius Aretinus a: *XXII. septembris Clemens iterum coepit agrotare, die* XXV. *septembris, hora* XVIII. *& media Clemens VII. obijt Romæ, die* XXVI. *septembris sepelitur in ecclesia S. Petri.* Translatus postea fuit in ecclesiam S. Mariæ supra Mineruam, cum ipse singulari pietatis cultu Virginem esset prosecutus, quod testatum reliquit publico insignique monumento aliquot ante obitum mensibus, dum ad alendam fidelium obseruantiam in Deiparam sacrarum indulgentiarum præmijs sodalitium, cui rosarij nomen est, afficit b.

b *Ibid. pag. 575.* c *Guic. l. 20*

Infelix filius ne patrem quidem

a *Paul. Gualt. vbi sup.* Clementis obitus & sepultura.

b *Bullar. in Clem. VII. conſt. 40.*

LAVS DEO.

INDEX
IN ANNALES ECCLESIASTICOS.

A

ABAGA Tartarorum im-Perſide Rex. ſuccedit patri Haloano. Anno 1264. num. 68. promittit auxilia Latinis ſi aduerſum Saracenos bellum geſſerint. 1267. n. 70. dum bellis diſtrahitur cum ſeptentrionalibus Tartaris, Bendocdar Antiochiam expugnat. 1268. n. 53. a Chriſtianis in Bendocdarem conciratus illum multis cladibus vexat. 1271. n. 20. ſoldanum Ægyptium Turquia depellit. 1274. n. 21. eam Liuoni Regi Armeniæ offert. ibid. incitatur ab eo ad Syriam reſtituendam Chriſtianis, n. 22. & ſeq. mittit oratorem ad Lugdunenſe concilium. ib. illius orator ſacro baptiſmo luſtratus, ibid. monitus Abagha, vt nomen Chriſto det. ib. Bendocdarem vincit. 1277. n. 16. mittit oratores ad Pontificem. 1278. nu. 17. ſpondet ſe coniuncturum copias ſi Chriſtiani acceſſerint. ib. ſignificat Koblei Cham maximum Imperatorem Chriſtiana ſacra ſuſcepiſſe. ib. poſcit ſacerdotes pro erudiendis Tartaris. ib. Nicolai Papæ III. ad eum literæ. n. 18. ſolicitatur ab ipſo ad amplectendam Chriſti fidem, ib. reſpuit infeliciter baptiſmalia ſacra ſuſcipere. nu. 20. Saracenos Mangodauiotis fratris opera profligat. 1262. n. 1. dum ad Syria pellendos Saracenos exercitum cogit veneno a Saracenis extinguitur. ib.

Abel dux. Iricum Regem Daniæ fratre trucidat regni inuadendi cupidine. 1250. n. 38. a Friſijs proximo anno interficitur. ib.

Abenfutus Mauorum Rex. victus diuina opc ab Alfonſo Rege Legionis. 1230. n. 31.

Abrahimus baſſa. Ægyptum recuperat interfecto Achomate, qui ſoldani nomen acceperat. 1524. n. 77.

Abſalon Roſchildenſis epiſcopus. excito e Gallijs B. Vuillelmo Roſchildenſi abbate religioſam diſciplinam in Dania inſtaurat. 1202. n. 29.

Abyſſini. eorum errores. 1514. n. 103.

Academia Toloſana. inſtituta pro reſtituenda priſtino ſplendori religione. 1228. n. 29.

Acconius ſubdiaconus. legatur in Dalmatiam ab Honorio III. 1221. n. 39. piratas excindit. ibid. Boinenſes hæreticos perſequitur. ib.

Achomates Ægypti baſſa. in Soliman nunc rebellat. 1524. n. 76. implorat ſocialia Chriſtianorum arma. ib. capitur a Soliman duce & interimitur. n. 77.

Adam Cardinalis Anglus. ab Vrbano VI. poſt tormenta cardinalatu exauctoratus. 1386. n. 11. reſtitutus a Bonifacio IX. in cardinalatum & priorem titulum S. Cæciliæ. 1389. n. 13.

Adamita ſiue Pikardi hæretici. nefanda eorum ſpurcitia. A. 1421. nu. 5.

Adelaſia Turrenæ Regina. ob celebratas nuptias, cum eſſet fiduciaria ſedis apoſtolicæ, inconſulta eadem ſede, anathemathe deuincta abſolui poſtulat. 1243. nu. 24. abſolui iuſſa. ib.

Adelfonſus Rex Legionis. inceſtas cum nepte conficit nuptias. 1198. n. 33. eius regnum interdicto eccleſiaſtico ſubiectum. ib. conatur fruſtra Pontificem delinire muneribus. ib. fidelium conſortio eijcitur. ib.

Adena. oppugnata ab Albuquerquio. 1513. n. 119.

Adena Rex. Luſitanorum veſtigalis fit. 1530. n. 204.

Adolfus Colonienſis archiepiſcopus. ob defertas Othonis partes deiectus archiepiſcopatu. 1205. nu. 46. in eius locum Bruno ſuffectus. ib. illum infeſtat, arguiturq; ab Innocentio III. 1206. n. 11. deiecto Theodorico Colonienſi archiepiſcopatu potius. 1212. n. 5.

Adolphus Gueldria ducis filius. ambitione percitus patri ſeni principatum & libertatem eripit. 1470. n. 49. diuina in eum vltio. ib.

Adolphus Holſatiæ comes. Franciſcanam diſciplinam amplectitur. 1244. nu. 54. pietate floret. ib. inſigne ab eo contemptus mundi exemplum editum. ib.

Adolphus Naſſouius Cæſar. poſt Rodulphi Cæſaris mortem creatus Romanorū Rex. 1292. n. 21. repetit Burgundiæ comitatum a Philippo IV. 1294. nu. 25. armorum fœdus init cum Eduardo Angliæ Rege. ib. arguitur eo bello ſe implicuiſſe. ib. ingentes parat copias in Gallos, quæ mox diſſolutæ. ibid. in Belgium venienti Eduardo pollicetur cum eo copias contra Gallum ſe coniuncturum. 1297. n. 42. promiſſis non ſtat. ib. Albertus Auſtriæ dux in ipſum concitatus. ib. prætermiſſa eius mentione pax inter Anglum Gallumque conſtituta. 1298. n. 2. abrogatum illi iudiciario ordine a ſeptemuiris imperium. n. 13. ab Alberto emulo acie victus moritur. ib. illius filius ab hoſte captus. ib.

Adolphus Naſſouius archiepiſcopus Moguntinus. ſubrogatus a Pio II. in locum Dietheri. 1461. n. 19. cedit illi archiepiſcopatu Dietherus. 1463. n. 84.

Adulatio. digna principe aduerſus adulatores vox. 1235. n. 76. Henricus VIII. Angliæ Rex in exitium impulſus ab aſſentatoribus. 1531. n. 91.

Adulterium. mori maluit, quam illud prohibendo morbo admittere Ludouicus VIII. Galliæ Rex. 1226. n. 42.

B. Ægidius S. Franciſci ſocius. pie moritur. 1262. n. 28. audito paradiſi nomine rapi in extaſim ſolitus. ib.

Ægidius Romanus Auguſtinianæ familiæ. nonnullas opiniones maleſanas reuocat, dictaque Apoſtolicæ ſedi ſubijcit. 1285. n. 76. creatur archiepiſcopus Bituricenſis, ac multas ſacras lucubrationes pie componit. n. 77.

Ægidius Aluarus Albornotius Hiſpanus presbyter Cardinalis tit. S. Clementis. mittitur legatus ab Innocentio VI. pro recuperanda ditione eccleſiaſtica a tyrannis inuaſa. A. 1353. n. 1. &c. exceptus a Florentinis magnis honoribus. n. 3. 4. domat Ioannem de Vico & patrimonium B. Petri recuperat. 1354. n. 1. ad Picenum recuperandum exercitum promouet. n. 3. creat Nicolaum Laurentium Vrbis ſenatorem. ibid. data illi ab Innocentio VI. prouincia conferendi vna cum Petro Oſtienſi imperatoria ornamenta Carolo Cæſari. 1355. n. 2. Firmum, Recinetum, Anconam, & alias vrbes recuperat, nec non Rauennam & Ceruiam. nu. 19. &c. Cæſenam expugnat 1357. n. 6 ſocias prædonum turmas diſſipat. ib. Franciſcum Ordelaffum obſidet Forliuij. ib. relicto in caſtris Androino abbate Cluniacenſi redit ad aulam pontificiam. ibid. in Italiam mittitur iterum, atque Franciſcum Ordelaffum arctiore obſidione premit. 1359. n. 6. prædatrices turmas ab Ordelaffo excitas auro ſibi conciliat. ibid. Ordelaffum ad deditionem cogit. ibid. pœnitentem abſoluit. ib. Bononiam recipit a Ioanne Olegiano promiſſa illi Firmana toparchia. 1360. n. 6. Bononiæ obſidione Bernabonem propulſat. nu. 10. iungit fœdus cum Italis principibus aduerſus Bernabonem Vicecomitem. 1362. n. 1. confirmatur ab Vrbano V. in legatione Italica. nu. 12. reſtituta Pontifici omni ditione eccleſiaſtica in Siciliam miſſus Ioannam Reginam in verba Pontificis adigit. 1365. nu. 8. venientem in Italiam Pontificem excipit. 1367. nu. 4. Viterbij moritur. n. 15. Tolerum defertur eius corpus piorum humeris. ib.

Ægidius Munio. creatus antipapa Clementis VII. nomen accipit. 1423. n. 7. Valentini eum Paniſcolæ obſidere meditati prohibentur ab Alfonſo Rege. n. 8. antipapatu ſe abdicat. 1429. n. 1. & 2.

Ægipti ſoldanus. Cyprum ſubigit. 1426. n. 24. accepto auro libertati Reges reſtituit. 1431. n. 35. Rhodum oppugnat. 1444. n. 10. propulſatur. ib. Iacobo notho Cyprium regnum adiudicat. 1460. nu. 93. Cyprum illi ſubijcit. n. 95. minaces literas ad Pium II. ſcribit. n. 97. refringit eius minas Pius. n. 100.

Ægipty. fugati diuinitus apud Damiatam caſtra deſerunt. 1219. nu. 12. in caſtra

Christianorum tentant irrumpere, sed propulsantur.n.13. frustra tentant opem ferre obsessis. n. 14. partem crucesignatorum temere excurrentium cædunt, vt prædixerat S.Franciscus.n.14.

Ægiptus. inuasa a crucesignatis. A.1218. n.6. perita bello a crucesignatis. 1249. n.1. iubacta a Selimo. 1517.n.23.

Æneas Syluius. sequti Basileensis schismatis veniam poscit. 1445. nu.26. oratoris Cæsarei munere fungitur apud Eugenium IV.ib. missus a Frederico ad Georgium Pocebratium pro componendis rebus Boemicis.1451.n.11. illius cum Thaboritis gesta.n.13. creatur Cardinalis presbyter tit.S.Sabinæ.1456.n.73.Pontifex creatur, & Pij II. nomen accipit. 1458.part.2.n.1.& seq. V. *Pius II.*

Æthiopes. cum Romana ecclesia veterem coniunctionem redintegrant.1441.n.3.& 1442. n. 8. solicitant Europæos ad iungenda arma in Mahometanos. 1533.n.23. agnoscunt Romanum Pontificem Christi in terris esse vicarium.ib.& n.27.

Æthiopum orientalium Imperator dictus presbyter Ioannes. legationem mittit ad Sixtum IV. pro instauranda Æthiopicæ ecclesiæ cum Romana coniunctione. 1581. num. 40. V. *Zara Iacob Imp. & Dauid Imperator*.

Afri. Siciliæ insulam infestant. 1389. nu.1. a Siculis contusi. n. 6. a Liguriæ grassationibus coerciti. 1390.n.21.

Aiacium. in Armenia a Saracenis captum. 1347. n.28.

Alani. eorum princeps Millemus ad fidem catholicam traductus. 1335.n.35.

Alba. a Frederico vastata.1243.n.2.

Albania. ad coniunctionem cum Romana ecclesia reuerta. 1250. n.46.

S.Albanus. direptorem ipsius ecclesiæ in Anglia censuras deridentem repentino morbo plectit, atque ad resipiscentiam adducit. 1243. nu. 42. eius vestis ab Eduardo I.. viuido adeo cruore consperſa inuenta est, ac si recenter effusus esset.1314.n.27.

Albatorum secta.pia initio fuere illius studia. 1399.n.11. in eam ob plura flagitia animaduertit Bonifacius IX. 1400. num. 5. & 6.

B.Albergatus. Vide. *B.Nicolaus Albergatus*.

Albericus Barbiani comes pontificij exercitus dux. a S.Catharina Senensi in extasim rapta solicitatur ad bellum in schismaticum exercitum Vrbi imminentem. 1379. nu. 24. missum illi diuinum auxilium.ib. schismaticos Vascones & Britones ad internecionem cedit ad Marinum. ib. arcem Hadrianam restituit Vrbano VI.n.25.

Albertus & Albertinus. notarij A. S. missi a Pontifice ad Alexium Imperatorem internuntij. 1198.n.86.

Albertus Livonia episcopus. instituit militarem Cruciferorum ordinem. 1205. nu. 54.

Albertus Magnus ordinis Predicatorum.creatur episcopus Ratisponensis. 1260.n.15. cedit dignitate metuens onus curæ animarum.ib.

Albertus Rodulphi filius postea Cæsar. donatur a Rudolpho Austriæ ducatu armis erepto Othakero Regi Boemiæ.A.1278. n. 42. rebellat Adolpho Cæsari a Gallo Rege concitatus. 1297.n.42. Adolphum in prælio necat. 1298. n.13. a septemuiris se creandum curat, atque Aquisgrani argentea corona cingitur. n.14. decæso Adolpho iudicium illi intentatum ab electoribus nonnullis. 1300.n.25. armorum vi eos ad obsequium cogit. ib. postulatur iudicio a Bonifacio VIII. ob inuasum imperium. 1301.n.1. principes electores in eum consurgunt. n.3. eos ad pacis accipiendas leges cogit.1302.n.18. Palatinatum vastat. ibid. admisso a suis militibus sacrilegio,& diuinitus castigato,eam ecclesiam, in qua admissum erat locupletat. ib. confirmatur Romanorum Rex a Bonifacio VIII.1303.n.1.pontificia auctoritate suppleti defectus, qui in electione intercesserant. ib. iussi Romani imperij populi ipsi parere. n.7. septemuiri illi adhærere iussi. ib. Pontifici vetere instituto sacramentum fidei præstat. n.8. bellum infert Regi Boemiæ. n. 15. decem millia Cumanorum habentia saginam humanam in delitijs trucidat. ib. solicitatur a Bonifacio VIII. vt aduersus Philippum Galliæ Regem insurgat. n. 35. extincto filio Rudolpho Rege Boemiæ regnum sibi asserere tentat. 1307.n.26. a Cuthmensibus propulsatur. ib. a nepote occiditur. 1308.n.19. præripuerat illi Sueuiæ ducatum. ib. Henricus VI. Alberto subrogatus. ib.

S.Albertus Carmelita. sanctissime vitam claudit. 1292.n.23.eius anima in cœlum efferri visa.ib. ex sacro corpore suauissimus odor effluuit. ib.

Albertus Bauariæ dux. absoluitur a schismate damnata hæresi Ludouici Bauari parentis sui. 1354.n.16.

Albertus Magnopolensis ducis filius Suecia Rex. a Suecis deturbato Magno, ad Sueciæ & Gotiæ regna euehitur. 1363.n.13. pacta concordia Magno Gotiam permittit. ib. Finlandico bello implicitus a Magno lacessitur, eumque prælio delet. ib. captum septennali carcere macerat.ib.

Albertus episcopus Alberstadensis hæresiarcha. inducto fato merita ac demerita sustulit. 1372. nu. 33. 34. damnatus a Gregorio XI.ib.

Albertus Suecia Rex. bellum infert Margaretæ Reginæ Daniæ & Noruegiæ. 1388. n. 11. tunditur & capitur in acie cum filio. ib. toto septennio tentus in carcere. ib.

Albertus Austriacus Imperator. in imperio atque Boemiæ & Hungariæ regnis succedit Sigismundo socero. 1437.n.23. iniqua Boemorum hæreticorum perita repellit n.23.Hungarica corona redimitur. 1438.n.22.creatur Cæsar. n.23. male Basileenses schismatis auidos touet.1439. n.18. schismatis exordia tollere abnuit nu. 22. diuinum non promeruit patrocinium, qui Ecclesiæ defuit.n.23. moritur. 1439. n. 39. 40. succedit illi in Hungariæ & Boemiæ regno Ladislaus posthumus. ib.

Albertus Austriacus. Fridericum fratrem Imperatorem obsessum in Viennensi arce ad deditionem cogit. A.1463.n.11.

Albertus Saxonia dux. discordibus suffragijs vocatur ad sceptrum Boemicum. 1470. nu. 29. potiri eo non potest, obestque Matthiæ Regi ne eo potiatur.ib.

Albertus Moguntinus archiepiscopus idemque Cardinalis. cardinalitijs insignibus solemni ritu ornatur. 1518. n.55. Lutheri blanditias & impia consilia reijcit.1525. n. 54.

Albertus Brandeburgensis princeps Crucigerorum magister. deficit ad Lutheranam hæresim.1524.n.69.70. Danorum Regis filiam Dorotheam specie coniugij ducit concubinam. ib.& A. 1525. n.54. Prussiam in spurios transfundere molitur, repulsusque a Cæsare. 1526. n.122. deficit a Cæsare ad Polonum. n. 122. ad sacramentarios defectionem meditatur. 1531. n.57.ipsum ab eo cõsilio reuocare nititur Lutherus. ibid. perduellionis crimine postulatus in conuentu Augustano deficit ad Polonum. ib.n.58.

Albigenses vel Patareni, aut Manichæi,aut Cathari siue Valdenses hæretici. Galliam Narbonensem inficiunt. 1198. n.36. insignis eorum hypocrisis. ibid. ad ipsos conuertendos Raynerius & B.Guido legati decreti ab Innocentio [illegible] decreta Innocentij aduersus hæ[illegible] fautores.ib. cœlesti viso offensa episcopo Albiensi consanguinei hæretici perditio. n.37. leges in hæreticos Manichæos latæ. 1199. num. 24. exagitantur Vrbeuetere. ib. præfectum proditione captum martyrio afficiunt.n.25. mentiuntur hæretici se a Deo missos. n.26. confutantur ab Innocentio III. atq; vrgentur,vt missionem miraculis probent.n.27.blasphemant Moysem.1200. nu.14. vetus & nouum testamentum damnant,& sacramenta spernunt. ib. omnia sacra deridicula effutiunt. ib. duos constituebant Deos. 1204. n.59. in veteris testamenti auctorem blasphemabant. ib. eorum in Christum blasphemiæ. ib. Deo bono tribuebant vxores. ib. eorundem blasphemiæ in Romanam ecclesiam.n.60.& in sacramenta præcipue in Eucharistiam. ibid. damnabant coniugium. ib. negabant resurrectionem. ib. de animabus fingebant anilia.ib. qui perfecti inter eos dicerentur.n.61. qui credentes. ib. deliramenta alia circa salutem. num. 62. luxuriam negabant peccatum, fœdaque eorum impudicitia. num. 63. aliæ eorum ineptiæ. ibid. sacras damnarunt imagines. ib. alij eorundem errores. nu.64. Vvaldenses in sandalijs sanctitatis apicem collocarunt.ib. eiurari solita ab his ritu diabolico fides catholica. ib. anabaptismus ab ijs inductus. ib. ostensum diuino prodigio Albigenses hæreticos seruire dæmoni. 1206. n.30. eorum blasphemiæ aduersus Ecclesiam. 1207. n.3. centum quinquaginta hæretici in vna disputatione a Didaco Oxomensi episcopo conuersi. ib. Sanctos veteris testamenti damnatos effutiunt. ib. mortem intentant S. Dominico. ibid. Gualterius Card. S.Mariæ in porticu creatur legatus ad delendos Albigenses. 1208.n.15. Philippus Galliæ Rex in eosdem concitatus. ib.

ib. Raymundi Tolosani comitis hæreticorum fautoris mores turpissimi & impij. n. 23. constata in Albigenses cruccata expeditio. n. 24. S. Guillelmus archiepiscopus Bituricensis se illi deuouet. ibid. S. Maria Oigniacensis triennio ante, eam conficiendam e cœlo accepit. ib. queritur apud eam Christus, se totam fere Albigensium prouinciam amisisse. ibid. Iacobus de Vitriaco crucem in eos cœlesti viso prædicare iussus. 1209. nu. 21. prædictum cœlitus hæreticis Biterrensibus expugnatum iri a crucesignatis. nu. 21. vt expugnati fuerint. n. 22. eorum flagitia. ibid. Carcassonensium hæreticorum euersio prædicta ab eorum episcopo. num. 23. Simon Montfortius ad eos debellandos creatus princeps. nu. 24. Albiorum vrbs cum diœcesi subacta a Montfortio. n. 12. centum quadraginta hæretici in rogum ardentem vltro se præcipitant ne damnent hæresim. ibid. crux in cœlo conspecta versus Albigensium partes tendere. 1212. n. 10. impietas Albigensium. n. 11. cœlesti terrore pulsi arce Altipulli. ib. feritas Albigensium in crucesignatos. nu. 12. prædicit S. Dominicus Regem Aragonum ob defensas eorum partes occisum iri. nu. 13. Miramomelinum ex Africa excitasse dicuntur ad Hispanias & Gallias occupandas. nu. 33. Vaurensis synodus aduersus eos celebrata. 1213. n. 26. Albigensium clientelam suscipit Petrus Rex Aragonum. ibid. diuino miraculo a Simone Montfortio vincuntur. 1213. num. 58. viginti eorum millia cæsa. n. 59. vicecomitissæ Turenæ hæreticæ immanitas in fœminas catholicas. A. 1214. n. 18. eiusdé viri in viros crudelitas. ib. plures hæreticorum arces subactæ a Simone Montfortio. n. 17. 18. eorum dogmata damnata in Lateranensi concilio. 1215. n. 7. in eos Ludouicus Philippi Regis Galliæ filius expeditionem ducit. n. 20. quæ ab eo gesta. ib. & seqq. rebellant aduersus Simonem Montfortium. 1217. n. 55. in Tolosana obsidione eum balista contorta interficiunt. num. 51. Guidonem Bigerronum comitem Montfortij fratrem necant in obsidione Castri noui Arriani. num. 36. Almericum Montfortij filium in angustias redigunt. ib. in eos Ludouicus regni Galliæ heres expeditionem ducit. ib. Tolosæ mœnibus eum propulsant. ib. eo discedente insolescunt. ib. a Raymundo iuniore efferuntur. 1221. nu. 42. Raymundus iunior ab Honorio III. omni principatus iure exutus. ib. funesta Raymundi senioris Albigensium defensoris mors. 1222. n. 48. celebratæ synodi aduersus Albigenses a Conrado Card. A. S. L. 1223. nu. 39. vt Albigenses impostorem antipapam coluerint. ib. insignis aduersus Albigenses Ludouici VIII. sanctio. n. 44. detectis in Castella Albigensibus facem subijcit Ferdinandus Rex tanquam victimarius. n. 46. ad officium redacti in Gallia Ludouici VIII. opera. 1214. n. 39. Raymundus comes & socij conciliati modo pertinaces hæretici supplicio afficiantur, & clero erepta restituantur. ib. resistunt iterum Legato, atque in eos Ludouicus VIII. expeditionem ducit. 1226. n. 34. subacti a Ludouico Tolosa excepta. n. 39. 40. & 41. a S. Ludouico bello petiti. n. 62. a Fulcone episcopo Tolosano retortæ eorum iniuriæ. ib. delera a S. Ludouico Albigensis hæresis. 1228. n. 24. inquisitio in Albigenses constituta. ib. seueræ leges in Albigensium hæreticorum reliquias editæ a Raymundo comite. 1233. n. 59.

Albobacenus Rex Marrochianus. in Hispanias traijcit. 1340. n. 44. Regis Castellæ classem fundit. ib. plusquam quadringenta millia peditum eduxit. n. 48. exsis ducentis millibus fugit. nu. 51. duos filios amittit. ib.

Albori montis accolæ. Christianam fidem suscipiunt. 1330. n. 55.

Alborum Nigrorumque factio perdita. exorta Florentiæ. 1300. num. 22. a Matthæo Aquasparta legato comprimi non potuit. ib.

Alexander Papa IV. ante pontificatum dictus Reginaldus episcopus Ostiensis a S. Stanislao e morbo pristinæ sanitati repente restitutus. 1253. n. 17. creatur Pontifex e Cardinale Ostiensi. 1254. n. vlt. illius genus & patria. ib. creat Octauianum Cardinalem legatum ad reprimendos Manfredi conatus. 1255. n. 1. tentat molliores vias ad reuocandum Manfredum ad officium. ib. initam a legato concordiam cum Manfredo vt Conradini nomine administrationem regni gereret rescindit. n. 8. Edmundum Regis Angliæ filium ad regnum Siculum vocat. n. 9. non seruata ab Anglo promissa. ib. aduersus Ezelinum creat legatum Rauennatem archiepiscopum. n. 10. Claram in sanctarum virginum numerum refert. n. 20. de miraculis Augustini Nidrosiensis archiepiscopi & Nicolai filij Canuti Daniæ Regis inquiri iubet. n. 25. 26. confirmat literis miraculum stigmatum S. Francisci, & sibi notum testatur. n. 27. in eos, qui occultant hæreticos pœnas constituit. n. 32. instituit censores fidei in Gallia. n. 33. legibus agit in Alfonsum III. Regem Lusitaniæ adulterum. n. 48. sacram militiam professuris contra Mauros indulgentias largitur. n. 50. filium Regis Lectouiæ coronari iubet. nu. 58. contra barbaros in Poloniam irrumpentes fideles concitat. n. 59. Vvatlandiæ, Ingriæ, & Careliæ ad Christum conuersis episcopum præficit. num. 6. &c. Iacobum archidiaconum Leodiensem in Prussiam mittit. n. 65. eundem creat legatum in exercitu profecturo in Syriam. n. 66. consulit Orientali imperio. n. 74. cæso a Frisijs Vvillelmo Rege Romanorum vetat eligi Corradinum. 1256. n. 5. intentat septemuiris anathema si id audeant. n. 6. turbas Sorbonicæ academiæ aduersus religiosos sedat. n. 19. damnat nouam hæresim fingentem nouam legem spiritus. n. 20. iudiciariam actionem instituit de miraculis S. Richardi Cicestrensis episcopi. num. 25. Calabria Siciliaque ad Manfredum desciscunt ab Alexandro. n. 26. terræ sanctæ & antiochenis subsidia comparat. n. 45. legatos mittit ad Theodorum Imperatorem pro Græcis a schismate reuocandis. n. 47. de congregando concilio œcumenico pro stabilienda ecclesiarum coniunctione agit. ib. controuersiam de imperio inter Richardum & Alfonsum electos in longius tempus extraxit. A. 1257. n. 8. in Boemia censores fidei contra hæreticos creat. n. 12. sacras indulgentias impertitur sumpturis arma contra Lituanos. num. 21. Danielem Regem Russiæ deficientem ad Ecclesiæ sinum reuocare studet. nu. 26. latas a Danis præsulibus leges pro tuenda libertate ecclesiastica confirmat. n. 30. concitata seditione a Manfredianis in Vrbe fugit. 1258. n. 5. flexus misericordia in Anagninos, quos Brancaleo parabat excindere, pacem init cum Brancaleone. nu. 6. qui hactenus Alexandro Siculi adhæserant a Manfredo obtriti. n. 7. inter Genuenses & Pisanos pacem componere annititur. n. 29. arbiter ab ijs controuersiæ deligitur. ib. Genuenses, ac Venetos tumultuantes in Syriæ portubus conciliare nititur. n. 37. frustra Vbertum Palauicinum rogat, vt Philippum legatum captum ab Ezelino dimittat e carcere. 1259. nu. 10. restituendæ ecclesiasticæ disciplinæ dat operam. n. 21. Sorbonicos doctores increpat quod nimium Guillelmo de S. Amore studeant. n. 27. ijs intentatum anathema si commercium cum eo aliquod habuerint. ib. Belam Regem Hungariæ solicitatum a Tartaris vt ipsis adhæreat monet officij. n. 32. de pace agitat cum Manfredo. 1260. n. 1. poscit vt exulibus restituantur bona ac Saraceni eijciantur. ib. repulsam iniquam a Manfredo patitur. n. 2. graui bello a Manfredo in Piceno & Campania fatigatur. ib. indicit Romæ concilium. 1261. n. 4. extrahit ob Tartaricæ irruptionis rumores. ib. moritur n. 7. eius sedis tempus & elogium. ib. succedit illi Vrbanus IV. in pontificatu. ib.

Alexander V. antea dictus Petrus de Candia ex Cardinale cit. basilicæ XII. Apostolorum creatur iure ambiguo Pontifex in Pisano conuentu 1409. n. 72. eius summa inopia in pueritia, & primitiæ. ib. sententias in causa schismatis hinc inde latas dissoluit. ib. indicit concilium ad proximum triennium. n. 73. vniuersa Ecclesia illi non paruit. n. 80. Roma ad illius obsequium reuocata. n. 85. iudiciariam sententiam in Ladislaum velut in tyrannum promulgat. ib. damnat Ioannem Hus hæresiarcham Pragæ hæresim disseminantem. num. vlt. Bononiam se confert. 1410. nu. 5. e nutu & imperio Balthassaris Cossæ pendet. ib. Romani portarum Vrbis claues illi deferunt. ib. moritur. ib.

Alexander VI. fraude simoniaca in pontificatum irrepit. 1492. n. 14. infamem concubinatu publico vitam duxerat. ib. potitus rerum ficarios coercet. nu. 28. in iustitia administranda fortem ac strenuum se præbet. n. 29. decernit legatum in Boemiam, a quo Hussitæ damnata hæresi conciliati Romanæ ecclesiæ. A. 1493. n. 5. Bernardum Minoritam ad

fidem Americæ inferendam mittit. n. 18. Americam Ferdinando & Reginæ Elizabeth tradit. ib. sacra instituta B. Francisci Paulani confirmat. num. 35. Alfonso Ferdinandi Aragonij filio Neapolitani regni ius tradit, & cum eo affinitatem contrahit. 1494. n. 3. & seq. Carolo VIII. regnum Neapolitanum, vt iure Gallis debitum reperenti censuras intentat. ibid. Ferdinando & Elizabeth Castellæ regibus expugnandæ Africæ ius confert. nu. 36. de illo submouendo pontificatu vtpote inique correpto agitata conilia 1495. n. 1. schismatis metu toleratus in pontificatu, concordiam init cum Carolo Rege. n. 2. a Carolo summis honoribus vt Pontifex colitur. n. 3. tradit Carolo Zizimum soldanum ad implicandos Turcas ciuili bello. ibid. fœdus sociale cum Germano, Hispanoque & Mediolanensi, ac Venetis conflat aduersus Carolum VIII. n. 14. quæ nam obiecerit Carolo. n. 15. redeunte Carolo fugit ex Vrbe. n. 22. Caroli in eum licet hostem insignis animi moderatio. ib. restituæ illi a Carolo arces. n. 23. in Gallos censurarum pœnas obijcit ad eos Neapolitano regno deturbandos. n. 10. Constantinus Rex Georgianorum illi obsequium defert. 1496. n. 21. mittit ad eum decretum Florentini concilij. ibid. meditatur titulum Christianissimi a Gallo in Hispanum transferre, quem demum Catholicum vocat. n. 25. confirmat equestrem ordinem S. Michaelis. 1496. n. 37. auget Cardinalium senatum. n. 38. Ioanni Borgiæ spurio Beneuentanum ducatum inique confert. 1497. n. 3. paulo post eum funestissima morte confectum luget. ib. terrore conscientiæ malæ perculsus de pontificatu dimittendo agit. n. 4. & de ecclesiastica disciplina restituenda. n. 5. mox ad ingenium redit. ib. regni Neapolitani iura Friderico confert. n. 9. in ius vocat Hieronymum Sauonarolam. n. 15. rogatus a Ludouico XII. de soluendo eius matrimonio beneuolis iudicibus in Gallia rem committit. 1498. n. 5. Hussitarum ingentem numerum conciliat Romanæ ecclesiæ 1499. n. 30. celebrat iubileum annum. 1500. num. 1. fulminante cœlo ruinis tecti cadentis pene obruitur, ac miro modo seruatur. ib. pium morem de pulsandis meridie campanis pro fidelibus ad preces incitandis instaurat. ib. creat nouos Cardinales. 1500. n. 56. exuit topachia Astorgium Fauentinum, qui crudeliter flumine mergitur. 1501. n. 15. in Columnenses ac Sabellos arma vertit. n. 21. & 22. confirmat iterum Minimorum ordinem. n. 23. & ordinem annuntiatæ. ib. Græco ritu collatum baptismum valere confirmat. n. 37. fœdus init cum Gallo & Hispano ad exuendum Fredericum regno Neapolitano. n. 51. inter eos regnum Neapolitanum partitur. ibid. nothum a Gallo donatum Valentinensi ducatu in possessionem plurium principatuum ditionis ecclesiasticæ inducit. 1502. nu. 10. 11. deest pactis instruendæ classis pro inuadenda Constantinopoli. A. 1502. n. 17. incumbit ad plures principatus in Cæsarem Spurium congerendos. 1503. nu. 8. Vrsinos persequitur & alios minores tyrannos. ib. parato veneno Cardinali Cornetano fertur illusus diuinitus ac interemptus. 1503. n. 10. refellitur vulgaris fama illi per calumniam aspersa. n. 11. morbi illius historia fidissima. ib. sacramentis rite munitus est mortuus. ib.

Alexander episcopus Terfattensis. morti proximus docetur a B. Virgine de translata Nazarethana domo in Dalmatiam, & repente curatur. 1291. n. 70.

Alexander II. Rex Scotiæ. exercitum educit aduersus Henricum Regem Angliæ. 1244. n. 43. cum eo pacem conficit. ibid. dum Angelethæ insulæ dominum persequitur, moritur. 1249. n. 10.

Alexander III. Scotiæ Rex. Gamelinum S. Andreæ episcopum sua sede pellit inique. 1257. n. 32. a suis conijcitur in vincula. ibid. liberatur factionis signifero ab vxore adultera veneno sublato. nu. 33. dum nuptiales choreas agitat, visa est effigies hominis mortui carne nudati chorearum agmen claudere. 1286. n. 24. eodem anno lapsus equo sibi ceruices allidit. ib. ex eius morte grauissima secuta bella. ib.

Alexander Rex Poloniæ. succedit Alberto fratri. 1501. n. 81. ducta Helena Moscouitica schismatica grauibus bellis implicatur. 1505. n. 30. de Tartaris insignem victoriam refert. 1506. nu. 38. moriens regnum Sigismundo fratri relinquit. ibid. & n. 39.

Alexander Stuartus dux Albaniæ. missus cum exercitu in regnum Neapolitanum. 1525. n. 74. a Cæsareis profligatur. n. 81.

Alexander Olima Augustinianus. creatus Cardinalis a Pio II. 1460. nu. 28. pia eius mors. 1463. n. 110.

Alexandreta olim Issus. a Constantio Rege Armeniæ recuperata. 1347. n. 30.

Alexandria Ægypti. capta impetu a crucesignatis. 1365. n. 19. ab ijs deserta ne raptas opes amitterent. ib.

Alexandrini. Ecclesiæ partes tuentur aduersus Fridericum II. 1240. n. 20.

S. Alexius. curat moribundam S. Franciscam Romanam. 1398. n. 41.

Alexius senior Imper. Constantinopolitanus. missi ad eum internuntij ab Innocentio III. vt arma in Saracenos coniungat. 1198. n. 86. monita contemnit. n. 88. scribit Innocentio III. liberandæ terræ sanctæ nondum tempus appetijsse. nu. 62. stulte astrologis paret, ac tunc periclitatur. n. 62. Innocentij ad eum responsum. ibid. resilit a promissis, ac disputat imperium præcellere sacerdotio. nu. 65. poscit ab Innocentio ne faueat Alexio nepoti profugo. 1202. n. 36. Innocentij ad Alexium responsum. 1202. n. 36. 37. Latinos Constantinopolim obsidentes adoritur ac repellitur. 1203. n. 15. abiecto imperio fugit. ib. Ducam Mursiphilum fugientem intercipit. 1204. nu. 14. orbat illum oculis. ib. cedit imperio & Halmirum relegatur. ib. post Balduini Imperatoris mortem demum in Germaniam amandatur. ibid.

Alexius Isaaci Imperatoris filius pulsa Imperatore e carcere fugit ad Innocentium III. pro recuperando imperio. A. 1202. n. 35. a Pontifice ad Philippum Sueuum se confert. n. 36. a Philippo Sueuo commendatur Bonifacio Montisferrati marchioni nu. 38. ab eo restituendo alienus fuit Pontifex. ib. queritur Innocentius III. crucesignatos auerti ad restituendum imperio Constantinopolitano Alexium. 1203. n. 10. ad crucesignatorum exercitum se confert. n. 12. ingentia ab eo promissa crucesignatis data. n. 14. fugiere Alexio patruo salutatur Imperator a Græcis. num. 15. parco imperio obsequium defert Innocentio. num. 17. solicitatur ab Innocentio ipso vt promissa de coniungendis Romanæ Ecclesiæ Græcis compleat. 1204. n. 2. datam fidem Latinis vna cum patre infringit. n. 3. in eum plebs rebellat. ib. Latinos in palatium imperatorium inducere meditatur. ib. proditur a Mursiphilo Duca. ib. ab eodem capitur, strangulatur & clausa latus illi perfringitur. n. 9.

Alexius Strategopulus Cæsar. vincit Epiri despotam & Villarduinum Achaiæ & Peloponesi principem. 1260. n. 51. auctus audacia ad capiendam Constantinopolim assurgit. ibid. creatus Cæsar a Michaele Palæologo. ib. capit Constantinopolim prodizione 1261. n. 26. missus contra Epiri despotam funditur & redigitur in seruitutem. n. 34.

Alfonsus I. Rex Lusitaniæ. Lusitaniam sedis Apostolicæ vectigalem constituit. 1198. n. 35.

Alfonsus Rex Castellæ. Saracenos bello lacessit. 1212. n. 18. consurgit ad eum opprimendum Miramomelinus Marrochitanus. ib. maximo prælio eum delet Alfonsus. n. 22. eiusdem laureatæ literæ ad Innocentium de parta victoria. ib. paucis e suis desideratis centum millia & amplius Saracenorum trucidauit. ib. illius mors. 1214. n. 29. succedit illi Henricus filius. ib.

Alfonsus II. Rex Lusitaniæ. grauissime obiurgatur ab Honorio III. ob violatum ius ecclesiasticum. 1220. n. 51. incertæ illi minæ de regno ad exteros deriuando. 1222. n. 52.

Alfonsus Rex Legionis. Emeritam expugnat. 1230. n. 31. Abenfutum Regem prælio vincit. ib. Badalocium capit. ib. plures alias vrbes capit. ib. S. Iacobus in illius acie pugnare visus. ib. S. Isidorus cælesti viso prædixit referendas ab eo victorias. ib. confert se ad ecclesiam S. Iacobi. n. 32. pie moritur & succedit illi Ferdinandus filius ac legionis regnum Castellæ regno coniungit. n. 33. Mauros conterit. n. 57. vetat quippiam recipi a iudicibus, ijsque stipendia suppeditat. ib.

Alfonsus Siciliæ & Lusitaniæ Regis frater. priuato Sanctio regni administratione, illum regno exuit, quod sibi vendicat. 1245. n. 73.

Alfonsus Pictauiæ comes frater S. Ludouici. in Tolosatium comitatu succedit Raymundo. 1249. n. 8.

Alfonsus Rex Castellæ. succedit patri Ferdi-

dinando. 1253. nu. 26. expeditionem Africanam meditatur. 1252. n. 32. ineundi cum nonnullis Saracenis fœderis potestatem obtinet. ib. parandæ illi expeditioni dat operam. 1253. n. 44. & 1254. num. 24. propositæ eum secuturis indulgentiæ. A. 1255. nu. 49. Carthaginem, Siluam, & Pacium Mauris adimit. n. 51. in ijs vrbibus episcopatus condendos curat. ib. Salamanticensem academiam stipendijs locupletat. n. 52. reperit ducatum Sueuiæ, at Sueui Corradino adhæsere. ib. creatur discordibus suffragijs Imperator. 1256. n. 7. poscit ab Vrbano IV. imperatorium diadema. 1262. n. 1. respondet illi Vrbanus ambigua esse illius iura. ib. mittit procuratorem ad Vrbanum pro obtinendo imperiali diademate. 1263. n. 38. ornatur ab Vrbano electi in Regem Romanorum titulo. n. 39. Granatæ & Murciæ Reges contundit. n. 61. sepulchri locum deligit in insula Gaditana. ib. euocat in eum Afros Granatæ Rex. 1264. n. 35. cruentam victoriam refert de Saracenis. ib. excito in auxilium Iacobo Rege Aragonum Murciam expugnat. n. 36. mittit oratores ad Vrbanum in causa imperij, sed Richardo æmulo ab hostibus capto extractum ab Vrbano iudicium. n. 37. monetur a Clemente IV. vt æqui accipiat si ipso & Riccardo exclusis tertius euehatur ad imperium. 1265. num. 59. Granatenses bello petit. 1266. n. 25. Rex Aragonum fert illi contra Mauros auxilia. ib. Murciam ad deditionem compulsam illi restituit. ib. Granatenses certis legibus ad obsequium reuocat. ib. dicta illi dies a Clemente pro dirimenda imperij controuersia. n. 36. ventilata eius causa. 1267. n. 22. monetur a Clemente potiora esse Ricchardi iura. n. 27. Regem Granatæ contundit. n. 32. mittit oratorem cum instrumentis causæ imperatoriæ ad Clementem. 1268. nu. 43. eo casu & instrumentis amissis sententiam poscit exerahi. ibidem. sepremuiri tantarum morarum impatientes de tertio eligendo inter se agunt. ib. mittit ad Gregorium oratores pro imperatorio diademate poscendo iam sublato æmulo Richardo. 1272. n. 33. responsum illi non posse conferri non vocatis Richardi electoribus. ib. queritur de Etruriæ præfectura concessa Carolo Regi. ib. responsum illi recte concessam cum de eiusdem Alfonsi iure non constaret. ib. mittit copias in Insubriam. n. 39. ex anathemate percelli iussæ ob turbatam Italiæ pacem. n. 39. Rudolphus Cæsar elegitur spreta illius ad imperium controuersia. 1273. nu. 8. colloquiũ poscit cum Gregorio Papa X. de arcanis rebus acturus. n. 37. honesto responso repellitur. ib. certat frustra officijs apud Gregorium pro obtinendo imperio, eiusque oratores re infecta dimissi. 1274. n. 5. fauet illi Othocarus Rex Boemiæ contra Rudolphum & alios electores. 1274. nu. 44. inclinare etiam ad Alfonsum visa Italia. ib. monetur a Gregorio, vt ab imperio ambiendo absistat rei Christianæ causa. ib. mittit ad eum internuntium, ac docet sex electores cum Rodulpho sentire. n. 47. in Insubria nouas res tentat. 1275. n. 4. ad colloquium Belliquadrense profecturus Barcinonæ funus S. Raymundi Pennafortij cohonestat sua præsentia. n. 13. illius cum Gregorio congressus & querelæ. n. 14. contrarium votis Pontificem experitur. ib. regressus in Hispaniam resumit imperij insignia. n. 15. iubetur a Gregorio illa deponere. ib. demum nomen & insignia imperij deponit. n. 16. geminam cladem accipit a Mauris. ibid. moritur eius primogenitus relictis duobus filijs. ib. inde secura de regni successione bella. ib. secundum natu præfert nepotibus ex maiore natu filio. 1276. nu. 47. Philippi Galliæ Regis arma in se concitat. n. 47. & 1277. n. 2. Violanta Regina vxor eum deserit, quod primogeniti liberos indigne tractaret, atque in Aragoniam perfugit. n. 6. aduersus eum Philippus sororis viduæ & pupillorum causam tuetur armis. 1278. n. 24. pacem refugit Alfonsus ac de loco pro ea tractanda futilem quæstionem mouet. n. 25. arguitur a Nicolao III. Compostellanam ecclesiam oppressisse. n. 31. ius ecclesiasticum violat. 1279. n. 24. vetitus tertias decimarum aut vacantium ecclesiarum vectigalia occupare. ibid. astrologiæ iudiciariæ ad insaniam se addicit. 1282. n. 34. profugit sibi, regno exutum iri. ib. inde factus suspicax & crudelis id malum parit. ib. adductus in contemptum de restituendo regio iure nepotibus ex primogenito agit. ib. a Sancio priuatur regno ex lata a fratre sententia. ib. confugit ad Regem Granatæ. ib. Hispali Sanctium sententia iure regio deijcit. ib. nititur Martinus IV. Hispanos ad illius obsequium reuocare. 1283. n. 54. testamento regnorum heredes dicit Alfonsum & Ferdinandum ex primogenito nepotes. 1286. n. 21. in Caluariæ monte cor sepeliri voluit. ib. Latinæ linguæ vsum in re forensi abrogauit. ib. sacras scripturas in vulgarem linguam transferendas curauit. ib.

Alfonsus Portugallię dux. ob præclaras de Saracenis victorias ab Alexandro III. regia dignitate insignitus. 1253. n. 46.

Alfonsus III. Rex Lusitanæ. ecclesiasticam libertatem asserit. 1268. nu. 37. monitus officij a Clemente IV. ib. ei ob violatum ius ecclesiasticum intentatæ a Gregorio X. censuræ. 1273. nu. 26. illius obitus. 1279. n. 29. pium testamentum condit. ib.

Alfonsus Rex Aragonum Petri Aragonij filius. regni heres a patre testamento relictus. 1285. n. 25. Siciliæ regnum fratri Iacobo permittit. 1286. nu. 8. Balearium insularum regno patruum Iacobum exuit. nu. 9. ad Pontificem mitigandum se conuertit ne censuris vrgeatur. n. 10. oratores mittit ad Nicolaum IV. pro obtinenda pace. 1288. n. 14. quid ijs responsum a Pontifice. ib. restituit in libertatem Carolum II. Regem Siciliæ acceptis obsidibus eius filijs Roberto & Ludouico. ib. extorta per eum a Carolo sacramenta rescissa a Pontifice. num. 12. percellitur anathemate quod in eo liberando grauissimis nexibus illum constrinxerit. ib. prensat Ecclesiæ gratiam, sed eam negat Nicolaus, nisi Iacobo Baleare regnum restituerit. 1290. n. 20. fœdus cum Rege Francorum ac Pontifice init, & quibus legibus. nu. 51. moritur. ib. succedit illi Iacobus Siciliæ tyrannus. n. 52.

Alfonsus Tariffæ præfectus. filium potius iugulari ab hoste patitur quam deditionem faciat. 1295. n. 55. territi eius constantia Mauri discedunt. ib.

Alfonsus filius Regis Lusitaniæ. patrem Dionysium præferentem pellicem matri suæ S. Elizabeth bello vrget. 1318. n. 39. & 1322. nu. 16. precibus S. Elizabeth ad Deum fusis patri conciliatur. ib. Pontificem de relata cum Castellano de Mauris florentissima victoria certiorem facit. 1341. n. 3. 4. bello sacro se deuouet. n. 5.

Alfonsus Regis Aragonum filius postea Rex. Sardiniam sibi armis subijcit. 1324. n. 36. 37. & 1325. nu. 11. succedit Iacobo patri in regno Aragonum. 1327. n. 39. se pro Sardinia vectigalem Romani Pontificis profitetur. 1328. n. 81. & 1329. n. 83. in Mauros bellum gerit. 1330. n. 44. ob illata Genuensibus damna ab ijs bello petitur. 1332. n. 21. lacessitur etiam a Saracenis. ibib.

Alfonsus Rex Castellæ. in Mauros bellum sacrum suscipit. 1328. n. 75. &c. collata illi subsidia ecclesiastica. ib. ciuilibus discordijs distrahitur. n. 80. Petrus Cardinalis Carthaginensis episcopus ad eas componendas missus. ib. Granatensem Regem vincit. 1330. n. 44. plures ex eo arces recuperat. ibid. pellicis amoribus eneruatus cœpta non prosequitur. ib. a Marrochitano Rege bello premitur. 1333. n. 20. Heracleam amittit. ib. tot Christiani ex eius regno auecti, vt nummo capita singula venderentur. ib. turpẽ pacem cum hostibus conficit. ib. Garpos & alios barbaros ad viginti millia cædit capitue Gundisalui ducis opera. 1339. n. 76. classem instructam contra barbaros amittit. 1340. n. 44. Alboacenum Regem Marrochitanum, qui ad sexcenta millia militum duxerat vincit, cæsis ducentis millibus Maurorum & viginti Christianis tantum desideratis. n. 51. plures vrbes barbaris eripit. 1341. nu. 6. Gallos Angloſque conciliare enititur. n. 9. nauale victoriam insignem refert ad Guadamecili ostia. 1342. n. 24. Algeziram longa obsidione premit. ib. barbaros in transitu Palmonis fluminis delet. 1343. nu. 37. ire controuerso in insulas fortunatas cedit gratia Ludouici Hispani. A. 1344. §. vlt. ante n. 51. Algeziram deditione capit. n. 51. 52. curat episcopalem sedem in ea a Clemente VI. excitari. ib. Heracleam obsidet. 1350. n. 41. 42. ibi extinguitur. ib. eius elogium. ib.

Alfonsus eremita olim episcopus Giennensis pietate insignis. pro Vrbani VI. pontificatu scribit. 1379. n. 8.

Alfonsus Rex Aragonum. succedit in regnum Ferdinando patri. 1416. nu. 12. nimium antipapæ & schismaticis fauet. ib. missis oratoribus coniungit se Constantiensi concilio. n. 26. fouet antipapæ pertinaciam. A. 1418. n. 14. obstat ne

Pa-

Paniſcolæ opprimatur 1419. n. 6. & 7. Corſicam oppugnat 1420. n. 9. euocatur in auxilium a Ioanna Regina ſucceſſionis in regnum ſpe. ib. Ioannam obſidione liberat. ib. regnum Neapolitanum inuadit. 1421. n. 1. Auerſam obſidet. ib. magna clade propulſatur. ib. inducias facit cum Ludouico Andegauenſi. ib. extincto Petro de Luna antipapam & anticardinales creandos curat ad Martinum V. diuexandum. 1423. n. 7. impiæ eius artes & impius animus. num. 7. antipapam & anticardinales creandos curat. ib. prohibet Valentinis ne impios capiant. n. 8. in Senenſi concilio intendit litem Martino V. de pontificatu. nu. 11. ducatu Calabriæ non contentus totius regni Neapolitani adminiſtrationem inuadere nititur. n. 13. capere Ioannam Reginam conatur. ib. eam obſidet. ib. fuſo exercitu in aream, cui Oui nomen eſt, ſe recipit. ib. Auerſam amittit. ib. eius adoptio ob proditionem reſciſſa. ib. a Catalana claſſe periculo eripitur. ib. vaſtat Neapolim. ib. Maſſiliam impetu capit diripitque. ib. antipapam ad ſinum Eccleſiæ redire cupientem confirmat in flagitio. 1424. n. 1. Neapolim & Caietam amittit. n. 17. legatum Cardinalem ad ſe venientem aditu prohibet. 1425. n. 2. in eum legibus agere Martinus decernit. ib. Genuam immiſſa claſſe tentat, eaque depulſa cum clade. n. 5. ob impia facinora & ſchiſma propagatum in ius vocatur. 1426. nu. 1. pertinaciam deponit. 1427. n. 20. Cardinali Fuxenſi legato occurrit. nu. 21. nudo capite legatum coopertum caput habentem alloquitur nu. 21. obſequia defert ſedi Apoſtolicæ. 1428. n. 1. regnum Neapolitanum inuadit. 1433. n. 29. tuetur Ioannam Eugenius IV. contra Alfonſi vim. ib. conſilijs euaneſcentibus, & vi fracta decennales inducias cum Ioanna pangit. ib. extincta Ioanna a nonnullis Neapolitanis in ſpem regni vocatus Caietam obſidet. 1435. n. 13. funditur a Philippi Mediolanenſis claſſe & capitur cum Ioanne Nauarræ Rege, & Henrico principe. n. 14. ſuadet Philippo vt ſibi potius faueat, quam Renato. ib. ſine redemptionis pretio ab eo dimittitur. ib. Baſileenſes in Eugenium IV. commouet. 1436. nu. 21. ditionem eccleſiaſticam inuadere nititur. ib. regnum Neapolitanum occupat ex parte. 1437. n. 25. miſſæ in eum copiæ ab Eugenio. ib. promouet ſchiſma in Baſileenſi conciliabulo aduerſus ipſum. 1439. n. 37. ingratus illius in ſedem Apoſtolicam animus. n. 38. ex Eccleſiæ diſſidio rem ſuam auget. 1440. n. 13. de colendo antipapa agitat, ſi fauere illi velit contra Gallos. ib. Eugenij apologia ſi in cauſa regni Neapolitani illi aduerſetur. ibid. pacis expectatione Gallos deludit. ib. Auerſam capit. ib. iudicio & armis in eum agit Eugenius ob inuaſum regnum Neapolitanum. 1441. n. 16. non paret Eugenio Alfonſus, ac per aquæductum in Neapolim irrumpit. n. 11. pulſo Renato regnum ſibi vi comparat. ibid. poſtulat Eugenium de fœdere. ib. cum ipſo concordiam redintegrat. A. 1443. nu. 1. &c. ius beneficiarium regni Neapolitani ab eo accipit. nu. 6. Franciſcum Stortiam Piceno depellit. n. 9. ſe ad perſequendum Amedeum antipapam obſtringit. 1445. n. 1. aduerſus Florentinos hoſtes Eccleſiæ arma vertit ſpe ſubijciendæ Etruriæ. 1446. n. 12. repellitur. ib. Mediolanenſem principatum Tuſculumque affectat. 1452. nu. 16. Ferdinandum nothum ad populandam Etruriam mittit. ib. fruſtra ſolicitatus a Genuenſibus vt in Turcas arma verteret. ib. a Calliſto III. ſolicitatus gerendi in Turcas belli ſpem præbet. 1455. nu. 30. inſigni perfidia acceptas contra Turcas decumas inſumit in Genuenſes. n. 34. Imminſſo Iacobo Piccinino Senenſes vexat, affectatque Etruriam. 1456. n. 6. flectitur demum a Calliſto ad inſtaurandam pacem Italicam. n. 7. docetur a Calliſto veram gloriam petendam a Deo nu. 11. prodit rem Chriſtianam cauſatus impie non prius Turcas petiturum bello quam Genuenſes domuerit. ibid. cruce ſignatam in Turcas claſſem auertit contra Genuenſes. n. 12. 13. execratur eius perfidiam Calliſtus. ib. irretitus ſcorti amoribus Alfonſus Chriſti cauſam deſeruit. ibid. neglecto Turcico bello Genuenſes infeſtat. 1457 nu. 3. eos graſſationibus ſuis adigit ad clientelam Galliçam aſciſcendam. 1458. n. 29. Genuam obſidet ac repellitur. ibid. moritur. ib. præter fas Ferdinando ex adultera ſuſcepto Neapolitanum regnum relinquit. n. 30.

Alfonſus Card. S. Euſtachij. A. S. L. Bononiam recuperat. 1420. n. 10.

Alfonſus Borgia Alfonſi Regis Aragonum ſenator. excindendo ſchiſmati eximiam operam nauat. 1429. n. 1. &c. pontificatū ſummum deinde in præmium diuinitus adeptus. n. 2. creatus Cardinalis tit. SS. IV. Coronatorum. 1444. num. 22. in pontificatu Calliſti III. nomen tulit. 1455. n. 17.

Alfonſus Toſtatus Abulenſis epiſcopus. poſtulatus ſuſpicione hæreſeos maculam egregie deterget. 1443. n. 25.

Alfonſus Luſitaniæ Rex. Guineam ſibi ſubijcit. 1454. num. 8. intentatæ ipſi minæ a Ioanne Caſtellæ Rege. num. 10. eius in Africa progreſſus. ibid. collata illi a Nicolao V. barbarica regna, quæ patefaceret. 1455. n. 7. ad bellum pro recuperanda Conſtantinopoli obſtringit ſe voto. 1456. n. 8. mittit claſſem quæ ob Italica bella retro vela flexit. n. 10. & 11. ſocietatem inſtituit pro liberandis captiuis. 1462. nu. 40. in Afros expeditionem ducit, atque Arzilam capit. 1472. nu. 27. Tingim occupat. ib. Africani titulum accipit. ib. excitur a nonnullis proceribus, vt ducta Ioanna Caſtellæ & Legionis regna Luſitano coniungat. 1475. nu. 13. excluditur regno Caſtellæ ab Iſabella & Ferdinando. ibid. confert ſe ad Burgundum pro impetrandis auxilijs. 1476. n. 11. claſſem mittit ad Hydruntum ex Turcarum manibus recuperandum. 1481. n. 29. de Canarijs inſulis paciſcitur Ferdinando Rege. num. 35. Rhodijs opem tulit. num. 39. moritur. ibid. eius elogium. ibid.

Alfonſus Henrici Caſtellæ Regis frater. a rebellibus Caſtellæ Rex ſalutatur. A. 1465. n. 7. prædictum illi a Pontifice ob aliena ſcelera non diu victurum, & paulo poſt moritur. 1468. n. 34.

Alfonſus dux Calabriæ poſtea Rex Neapolitanus. Florentinos graui bello vrget. 1479. n. 19. ad Hydruntum recuperandum ex Turcis arma coactus vertere. 1481. n. 29. Sixtum IV. in Vrbe molitur opprimere. 1482. n. 2. profligatur. n. 6. ſuccedit Ferdinando patri. 1494. n. 1. cum Alexandro VI. affinitatem contrahit. n. 3. ab eo vexillum Romanæ eccleſiæ accipit. ib. offert partem regni Neapolitani Carolo VIII. ſi expeditionem intermiſerit. nu. 21. imminente eodem Carolo fugam carpit. 1495. nu. 6. creditum fallo Turcas ab eo excitum iri. n. 16. lancinatus conſcientiæ terrore nuntium rebus humanis remittit, regnumque in filium Ferdinandum transfert. ib. Meſſanæ apud Oliuetanos ex calculi doloribus moritur. n. 46.

Alfonſus archiepiſcopus Toletanus. damnat errores & hæreſes Petri Oſmani. 1479. n. 32.

Alfonſus Congi Regis filius poſtea Congi Rex. ſacris baptiſmalibus initiatus profternendæ idololatriæ dat operam. 1491. nu. 10. fratrem idololatriam inſtaurantem cinctumque maximo exercitu diuina ope paucis ſtipatus profligat. 1504. n. 41. fidem euerſa idololatria in regno Congi propagat. ib.

Alfonſus dux Ferrariæ. iurgia cū Iulio II. cōtrahit. 1510. n. 13. eius clientela a Gallo Rege perperam ſuſcepta. ib. pontificium exercitum fundit Gallorum ope. 1511. n. 46. pulſis Italia Gallis ad Pontificem ſe confert pro impetranda venia. 1512. n. 71. iuſſus Ferrariam reſtituere fugam capit. ib. Ferrariam reuerſus Pontificis Venetorumque vim repellit. ib. Regium ſuæ ditioni ſubijcit. ib.

Alfonſus Petrutius Cardinalis. aduerſus Leonem ira inflammatus coniurat. 1517. n. 89. dolo tallitur & conjcitur in carcerem. nu. 91. conuictus ſceleris cardinalatu exuitur, & laqueo ſtrangulatur. n. 96.

Algerium Algerij. regnum occupat Barbaroſſa. 1516. n. 45.

Algerium a Carolo Rege fruſtra tentatum. 1516. n. 45. & 1519. n. 62.

Algezira. erepta Mauris. 1344. n. 51. ſedes epiſcopalis in ea conſtituta. ib.

Almaricus hæreſiarcha. docuit teneri quemlibet credere ſe eſſe membrum Chriſti. 1209. n. 28. damnatus ex ira & dolore moritur. ib. eius diſcipuli fingunt legi euangelicæ ſucceſſiſſe legem ſpiritus & adulteria & ſtupra fingunt eſſe charitatis opera, eodem n. 28. Almarici oſſa retoſta exuſta & cineres proiecti. ib. alij ſequacium errores. ib.

Almaricus Simonis comitis Montisfortis filius. ſuccedit in principatu patri. A. 1218. nu. 53. redigitur in anguſtias ab Albigenſibus. 1219. n. 36. opem illi fert Ludouicus Galliæ hæres. ib. eo diſcedente recuperata amittit. n. 37. ſolicitatur ad conſtantiam

tiam ab Honorio III. A.1223.n.41. promissa illi auxilia. ib.

Aloysius Gritus ducis Venetiarum filius Christianorum hostis. a Solimanno in Hungariam missus ad eam Turcico nomine administrandam. 1534. n.54. Solimanno seruit ad perdendum Christianum imperium. ib. Moldauiæ & Valachiæ montanæ imperium corripit. n.55. in Transilvaniam transgressus episcopum Varadiensem trucidat. ibid. ab Hungaris cæditur vna cum filijs. ibid. eius ipes de Hungariæ regno acquirendo euanescunt. ibid.

Altare. eorum consecratio a S.Petro iussa. 1198.n.19.&c. Innocentius III. altare S. Fortunati consecrat Tuderti. ibid. nu. 22.&c.

Alvarus Capralis. Calecutij Regem maritimo prælio vincit. 1501.n.89.

Amarallus eques Lusitanus. classem soldani Ægyptij profligat. 1508. n. 9. ex inuidia in Rhodiorum principem ad perdendam Rhodum coniurat. 1521. num.124. discessum meditante Solimanno illum retinet in Rhodia obsidione. 1522.n. 24. horrendus eius furor.ib. quadrifariam sectus proditionis dat pœnas. ib.

Ambitio. crudele ambitionis exemplum in Abele duce, & tristis exitus. 1250. nu. 38. & 39. Vvalterus Artholiæ comes cæso nepote Rege Scotiæ ad inuadendam Scoticam coronam, corona ferrea ignita inuritur, & proditorum Rex acclamatur. 1436. n.29. funestus ambitiosi hominis exitus. 1450. n. vlt. ambitiosi filij in parentem facinus & diuina vltio. 1470. n. 49. Richardus Rex Angliæ exambit confici in prælio recimitus corona, quâ flagitio rapuerat.1485.n.45.

B. Ambrosius Sanjedonius ordinis Prædicatorum. diuino miraculo in infantia curatus a membrorum contractione distortioneque. 1221. n. 53.

Ambrosius Minorita. miraculis claruit. 1240. n. 22. de ijs quæstio instituta. 1240. n. 22. & 1250. n. 49.

Amedeus dux Sabaudiæ. Rhodum a Turcarum insultu defendit 1310. n. 43.

Amedeus I. dux Sabaudiæ. expeditionē ducit in Turcas. 1366. n. 12. 13. Gallipolim illis eripit. ib. Genuæ principatum episcopo eripere affectat.1371.n. 6. iussus a Gregorio X. ereptis absistere. ib.

Amedeus Saluciarum Cardinalis. Martinum V. Constantiæ pontificio diademate cingit. 1417. n. 1. in Gallias legatus mittitur pro sedando bello Anglico. 1418. n. 24.

Amedeus II. dux Sabaudiæ in antipapatu dictus Felix. creatus a Basileensibus schismaticis.1439.n.33.antipapatus illi a pythonibus prædictus. ib. quid de eo senserit B. Ioannes Capistranensis. ib. qualis fuerit electorum ipsius conditio. n. 36. lata in eum sententia ab Eugenio IV. 1440. n. 1. damnatum illius facinus impium a Carolo Galliæ Rege. nu. 4. & ab Anglis. nu. 6. a genero duce Mediolanensi scelus execrante temnitur. ib. vt factiosos Basileenses auro & promissis corruperit. n. 9. aucta illius ex interregno insolentia. nu. 10. Auenionem imadere tentat. A.1445.nu.25. propulsatæ eius copiæ. ib. Germani eiusdem schisma execrati. 1447. n. 17. in eum seueritatem adhibet Nicolaus V. & Francorum Regi Sabaudiam occupandam tradit. n. 18. quæ illi promissa si ab impietate discederet. ibid. eius conatus pro subornando Gallo elusi. n. 20. Gnesnensis archiepiscopus acceptum ab ipso anticardinalatum deponit. num. 21. abiecto antipapatu Amedeus demum fatetur Nicolaum esse verum Pontificem. 1449. nu. 5. &c. Ripaliam reuertius rerum cœlestium contemplationi se addicit. ib. Cardinalatu & episcopatu Sabinensi donatus est a Nicolao V. 1450. nu. 20. post abiectos fallaces antipapatus honores sanctissimam viram duxit. ibid. insignes eius sententiæ. ib. pie moritur. ib. funesta senatoris præcipui qui illi suaserat, vt antipapatum corriperet, mors. ib.

Amedeus III. dux Sabaudiæ. pia eius mors. 1471. nu. 84. insignis eius charitas in pauperes. ib. mira in morbo patientia. nu. 85. post mortem fertur claruisse miraculis. ib.

Americani. prodigijs potentiam & vim B. Virginis contra dæmones experti. 1511. n. 71.

Americus Vespatius. ad lustrandum nouum orbem missus. 1501. n. 85. vltra æquatorē cultissimas terras reperit,& orbi nouo Americæ nomen imponit. 1501.n.85.

Americus Cibacus episcopus Varadiensis Transilvaniæ præfectus. ab Aloysio Gritto Solimanni legato trucidatur. 1534. n. 55. Hungari eius cædem Aloysio vna cum filijs cæso vindicant. ib.

Amor diuinus. ex impetu amoris diuini nominis eques in monte Caluariæ expirat. 1216. n. 24. V.*Charitas*.

Amsterodamum. Anabaptistica peste infectum. 1533. num. 61. editum in ea vrbe insigne miraculum eucharisticum. 1452. n. 27.

Amurates I.Turcarum Imperator. inito cum studiosis Cantacuzeni fœdere Didimoticum, & Ypsalam, & Hadrianopolim capit. 1361. num.8. Thebas Latinis eripit. 1364. nu. 25. Zagoram, & Ischebolem Græcis. 1365. num. 22. Ianizzarorum ordinem instituit, vt ex Christianis adolescentibus apostatis quintus quisque illi ascribatur. ibid. erepta illi Gallipolis ab Amedeo duce Sabaudiæ. 1366. n. 12. 13. maximi illius in Europa progressus. 1372. n. 28. sociale in eum bellum a Gregorio XI. constatum. 1372. n. 28. in Hungariam penetrare molitur. 1373. nu. 3. indicta in eum sacra expeditio. ib. ad indignum fœdus cogit Palæologum. 1374. n. 4. 5.

Amurates II. Turcarum Imperator. succedit Mahometi I. in Asia. 1420. nu. 27. petitur bello a Mustapha patruo. 1422. n. 1. eum interimit in prælio. ib. Europæum regnum recuperat. ib. aduersus Græcos conuertit impetus. ib. Constantinopolim terra marique oppugnat. 1424. n. 23. Georgius Bosnæ despota se illius seruituti committit. 1429. nu. 21. Thessalonicam Venetis eripit. 1430. nu. 8. Alberto Regi sex oppida in Hungaria adimit. A.1437.nu.23. Georgius Seruiæ despota illius iugum excutit,cæsisque Turcis regnum recuperat. 1442. n. 13. Scanderbegus ab eo deficit, & Croiam recuperat. ib. funestæ illius de Christianis victoriæ. 1443. n. 13. Georgium Seruiæ despotam cum filijs capit. n. 15. ducenta Christianorum millia in seruitutem abducit. ib. Ianizzarorum ordinem ex adolescentibus Christianis ad fidem eiurandam adactis restituit. ib. cæsæ eius copiæ a Scanderbego. n.21.init bellum sociale Christianorum contra Amuratem. 1444. n. 1. cum Vladislao Rege inducias decennales pactus n. 5. bellum vertit in Caramanum. ib. non impeditur traiectu in Europam a Christiana classe. 1444. n. 7. prostrata prima acie Turcarum fugam cogitat, & a suis inhibetur. n.9. cæso Vvladislao Rege refert cruentam victoriam victo similis. n. 14. vertit arma in Scanderbegum, & ab eo victi Amuratis duces 1445. nu. 14. Huniadem superat numero, amissis triginta quatuor Turcarum millibus. 1448. nu. 7. victi eius duces a Scanderbego. ib. ab Huniade vincitur. 1449. n. 10. Croiæ mœnibus propulsatur a Scanderbego. 1450. n. 15. moritur ex ira & pudore. ib. succedit illi Mahometes II. ib.

Anabaptismus, & Anabaptista. inductus a Vvaldensibus. 1204. n.64. vsurpatus a Græcis, & Latini ab ijs rebaptizati Romanæ ecclesiæ odio.1215.n.9.& 1346.n. 64.Anabaptisticæ sectæ exordia.1522.n. 53.54.qui fuerint huius auctores.ib.certissime constat eos a dæmonibus fuisse fascinatos. nu. 54. a Thoma Muntzero Anabaptismus propagatus. 1524. nu. 43. 44. Anabaptistarum mira hypocrisis. ib. plebs rustica ab anabaptistis concionatoribus in arma ad delenda omnia sacra concitata. 1525. n. 4. præcipua horum postulata nu. 7. qui fuerint inter hos signiferi. n. 10. patrata ab ipsis mala. n. 13. &c. bello franguntur. nu. 15. cæsa ex ijs supra centum millia. ib. Hutti Anabaptistæ in Christum blasphemiæ. 1525. n. 41. Tigurini Zuingliani ruunt in Anabaptismum opera dæmonis nu. 61. aiunt Anabaptistæ suos motus esse a Spiritu sancto. ib. mira horum hypocrisis. ib. fingunt se impeccabiles. ibid. sola traditione reuinci potuere a Zuinglio. ibid. præferunt se Ecclesiæ, & redarguuntur ab Oecolampadio. 1526. n. 118. fœmina Anabaptistica se Christum dicit. nu. 119. Anabaptistæ illusi a dæmone crudele exemplum. ib. & 120. patrata ab Anabaptistis ingentia scelera, quasi a Deo ea patrare iuberentur. ib. Vvormatia infecta Anabaptismo. num. 68. nonnulli Anabaptistæ Christum Dei filium negant. n. 72. multi dæmones saluos futuros deliriunt. ibid. alij negant vetus testamentum. ibid. Anabaptistæ Apocellani inter Heluetios illusi a demone. 1527. n. 78. Anabaptisticarum mulierum illusarum a dæmone exempla nu. 79. Anabaptista filium impie immolat seque Abrahamum esse fingit. n. 80. Michael sellarius Anabaptista Roteburgen-

ſes ſeducit,& merito ſupplicio affectus. ib. Nicolai Pelargi Anabaptiſticæ ſectæ ſignifieri mors infelix. nu. 80. Lutherus in Anabaptiſtas ſcribit, ac dæmonem eorum opera inſanas opiniones pro fide ſtatuere velle pronuntiat. A. 1528. n. 27. Balthaſar Pacimontanus Anabaptiſticæ ſectæ propagator & auctor maximus errores agnoſcit, ac Viennæ exuritur. n. 31. lata in Anabaptiſtas capitalis ſententia. 1529. n. 15. &c. a dæmone infeſſi ſupplicium ferunt vultu interrito. 1529. nu. 1. illo infectæ Friſia & Hollandia. 1531. n. 66. Anabaptiſtæ exorti inter Batauos auctore Ioanne Matthia Harlemenſi piſtore illuſo a dæmone. 1533. n. 59. correpti a dæmonibus, menteque capti prædicant inſtare diem iudicij intra triduum n. 60. conſcendunt arbores, e quibus enecti fame plerique miſere corruunt. ib. diſtrictæ iuſſu Caroli V. in eos leges, atque ex ijs nouem capite plexi. ib. dira Anabaptiſtarum pertinacia. ib. Anabaptiſtæ Monaſterium Veſtphalorum inficiunt illuſi a dæmone. 1534. n. 21. retinctis magico carmine dæmones immittunt. ib. arrepti a dæmone hortantur ad peruerſam pœnitentiam populum, ne credat filium Dei incarnatum. n. 21. arreptitiæ mulieres vaticinantur plura de imperio Anabaptiſtico. ib. baptiſmum igneum inſtituunt, quod extincto igne concubitus promiſcuos exercerent. n. 25. numero auctı opprimunt Monaſterienſes n. 26 27. magiſtratus inertes pellunt otheio. ib. omnia ſacra exſecrant & profanant. ib. Chriſti, & Virginis, & Sanctorum imagines frangunt, dæmonum vero & perſecutorum Eccleſiæ imaginibus parcunt. ibid. anabaptiſtæ Batani Monaſterium confluunt. num. 28. in eos ignibus & aquis ſæuitum. ib. eorum pſeudoprophera illuſus a dæmone perit. ib. Monaſterij regnum condunt. ib. Chriſtum negant & nouum Regem pſeudochriſtum creant. ib.

Anabaptiſticum imperium. condere illud molitur perſuaſus a dæmone Ioannes Matthias Harlemenſis. 1533. n. 59. inchoatum Monaſterij a Ioanne Bokelſon, eius pſeudoapoſtolo & in eius ſupplicio poſtea exciſum. 1534. n. 28.

Anagnia. ob proditionem in Bonifacii conſlatã magnis attrita cladibus. 1303. n. 43.

Ancona. oppugnata a claſſe Veneta. 1277. n. 43. ea maris procellis illiſa. ib.

S. Andreas Apoſtolus. eius reliquiæ Conſtantinopoli Amalphim translatæ. 1208. n. 29. eius caput Romam perlatum. 1462. n. 1.

Andreas dux poſtea Hungariæ Rex. ſimultates cum Emerico fratre exercet. 1198. nu. 78. obiurgatur ab Innocentio. ibid. Leonem Cardinalem legatum prohibet aditu in Bulgariam 1204. n. 45. obiurgatur ab Innocentio nu. 46. paraturus in Syriam profectionem Belam filium corona cingendum curat. nu. 47. Leoni legato iter in Bulgariam permittit. ibid. eligitur Imperator Conſtantinopolitanus a nonnullis. 1217. n. 4. illum Petrus ſocer Antiſſiodorenſis comes occupat, & Conſtantinopolitanum iter mox arripit. ibid. prodito Petro a Theodoro Comneno, & coniecto in carcerem rogatur vt pro liberando Petro bellum Theodoro inferat. n. 15. ſacramento ſe aſtringit legato apoſtolico ad Iudæos & Saracenos in Hungaria reprimendos. A. 1233. n. 53. eius filia B. Elizabeth in ſanctarum viduarum albo collocata. 1235. n. 22.

B. Andreas Galerannus. Virginis ope ex dæmonis eum in aera cum equo rapientis poteſtate eripitur. 1251. nu. 13. Chriſtum peregrini ſpecie excipere meruit. ib. in vita & poſt mortem miraculis claruit. ib.

Andreas Ladislai Regis Hungariæ frater. in Poloniam fugit, cum adductus eſſet in ſuſpicionem affectati regni. 1290. 39. a proditoribus a fratre immiſſis mergitur aquis. ib. excitatur a B. Cunegunde matertera ad vitam. n. 40. ab eadem iterum e vita iuſſus diſcedere, cum in diuina gratia obijſſe cognitus eſſet. ib.

Andreas Venetus Hungariæ Rex. Hungariæ regnum occupat poſt Ladislaum. 1290. n. 41. compoſita inter eum & Carolum controuerſia a Bonifacio, vt Carolus Regis nomen, Andreas regni adminiſtrationem gerat. 1299. n. 12.

Andreas Caroli Hungariæ Regis filius Siciliæ Rex. Ioannam regni Siciliæ hæredem vxorem ducit. 1333. n. 27. regio titulo donatur a Clemente. 1344. n. 16. temnitur ab vxore nolente cum in regiæ auctoritatis ſocietatem admittere. nu. 30. monita Ioanna a Clemente vt Andreæ concilietur. 1345. nu. 23. præſcriptæ a Clemente leges quibus regia corona cingendus eſſet. ibid. pro ſceptro & diademate laqueus & præcipitium illi parantur ab impijs. ib. crudelis illius mortis hiſtoria. n. 27. 28. Maſſilienſes vindictam illius necis a Pontifice expetunt. n. 29. ſupplicium de eius interfectoribus ſumptum. 1346. n. 45. Ludouicus Hungariæ Rex frater pro vindicanda eius morte indicit bellum Ioannæ Reginæ. 1347. n. 12. & 1348. n. 1.

Andreas Dandalus dux Venetorum. cum Pontifice fœdus init in Turcas 1344. nu. 2. partæ de Turcis Smyrnæ magna ad eum laus pertinuit. ib.

B. Andreas Corſinus epiſcopus Feſulanus. pia eius mors. 1373. n. 27. 28. cœleſti luce moriturus circumfunditur. ib. poſt mortem eius corpus ſacrum odorem ſpirat. ib. inclareſcit miraculis. ib. reuelat diuinitus vt die S. Petro ſacro pugnetur contra Eccleſiæ hoſtes, & ſpondet victoriam. 1440. n. 11. in aere pugnare in hoſtem viſus. ib.

B. Andreas Chienſis Martyr. mira illius in confeſſione fidei Chriſti conſtantia. 1365. n. 20. eius reliquiæ expertes corruptionis. ib.

Andreas Contarenus dux Venetorum. in extremo reipublicæ diſcrimine locata in Deo ſpe fortiter patriam tuetur. 1379. nu. 8.

Andreas Auria. Genuam pulſis Gallis in libertatem reſtituit. 1528. n. 13. Saonam ex ijs recipit. ib. delatum ſibi Liguriæ principatum reſpuit. ib. egregia eius facinora in oriente. 1532. n. 47.

Andronicus abbas Clusiatenſis. ſubrogatus Ægidio Cardinali in Italica legatione infeliciter eam gerit. A. 1357. nu. 6. Galliæ & Angliæ Reges ad firmandas pacis leges ſacramento adigit. 1360. n. 3. creatur Cardinalis ab Innocentio VI. num. 5. miſſus ad Italiam pacandam ab Vrbano V. 1363. n. 6. cum Bernabone pacem init. 1364. n. 3.

Andronicus Palæologi filius poſtea Imperator. pactam Græcorum cum Romana eccleſia coniunctionem ratam habet. 1277. n. 29. viuo patre Michaele de orthodoxa fide ſuſcepta literas dat. 1280. n. 19. de voce, filioque, in ſymbolo addenda non reſpondet. ib. ſuccedit Michaeli Palæologo patri. 1283. nu. 74. ſepulchri honore patris corpus non eſt dignatus ex odio initæ ab eo cum Romana eccleſia coniunctionis. ib. ſchiſmaticum patriarcham catholico ſubrogat. 1284. n. 44. in catholicos præſules perſequutionem exercet n. 45. Ioannem Veccum patriarcham, & Conſtantinum Meliteniotem & Georgium Metochitem ob catholicæ fidei conſtantiam carceribus damnat. nu. 47. & 52. Andronicus ſenior plures prouincias in Aſia a Turcis occupatas amittit. 1300. nu. 36. ab Andronico iuniore nepote ex primogenito vexatur, nec Turcis reſiſtit. ib. Latinorum armis Turcas Philadelphiæ obſidione depellit. 1303. nu. 60. non ſoluit ijs ſtipendia, eorumque arma in ſe concitat. ibid. in eum expeditionem duce Carolo Valeſio promouere nititur Clemens. 1306. num. 2. & 1307. nu. 6. ſpreto nepote Andronico ex primogenito imperiũ tranſmittere nititur in ſecundum natu filium Cõſtantinum. 1321. n. 15. inde Græcorum turbatæ res. ib. Turcas euocat Andronicus ſenior in exitium ſuum. ibid. dum a Romana abhorret Eccleſia ac Turcas colit, Græciam male perdidit. ibid. maximis terretur prodigijs. ib. euocat Turcas in Europam aduerſus nepotem. 1322. n. 50. ijs profligatis a nepote pacem efflagitat. ib. præter ſpem a victore totius imperij adminiſtratio illi permiſſa. ib. a Tartaris grauiſſimas clades accipit. 1324. n. 39. de Græcis ad coniunctionem Romanæ eccleſiæ adducendis agitat. ibid. & 1326. num. 26. die Spiritui ſanctoſacra prodita Conſtantinopoli imperio deturbatur a nepote Andronico iuniore. 1327. num. 52. Andronicus in carcere oculorum vſum amittit, fœdiſque conuitijs exagitatur. 1332. nu. 22. nepote morbo implicito monachus fieri cogitur ne affectet imperium. ib. in latrina noctu omni deſtitutus auxilio miſere moritur. ib.

Andronicus iunior Andronici ſenioris ex filio nepos poſtea Imperator. imperium auo eripere tentat. 1300. n. 36. 37. auctæ ex ijs diſſidijs Turcarum vires. ib. bellum gerit in auum annitentem transfundere imperium in ſecundum natu filium Conſtantinum. 1321. n. 15. 16. exciti contra eum ab Andronico ſeniore in Europam Turcæ. ib. & 1322. nu. 50. Turcas

cas profligat. num. 50. annis ab eo pacem efflagitat. ibid. cum posset ipsi acerbiores leges imperare, totius imperij administrationem illi permittit. ibid. Constantinopolim proditione capit. A. 1327. num. 52. die Spiritui sancto sacra annum Andronicum male sentientem de Spiritu sancto deturbat imperio. ibid. morbo implicitus Andronicum seniorem annum morte intentata ad monachatum cogit. 1332. n. 22. omni destitutum auxilio in carcere tenet vsque ad mortem. ib. Turcarum grassationibus pressus de orientali ecclesia Romanæ coniungenda agit. 1333 n. 17. decreti ad eum a Ioanne legati. ib. perstat in schismate. ib. & A. 1334. n. 4. & seq. denunciatum illi ni vires cum Latinis iungeret in Turcas, hostis loco futurum. ib. non in Turcas sed in Rhodios suspectos impetum vertit. 1335. n. 28. poscit auxilia pro recuperandis quatuor vrbibus Asiaticis, ac vt controuersia de processione Spiritus sancti agitetur in concilio. 1339. n. 19. quid illi a Benedicto XII. responsum nu. 32. Constantinopolitanæ pseudosynodo præest, in eaque decernit diuinitatem esse lucem corpoream increatam, quæ visa fuit ab Apostolis in monte Thabor. 1341. n. 119. ex insano labore in statuenda insana hæresi contracto morbo moritur. 129. 130. sceptrum Ioanni Palæologo nouemni relinquit. ib.

Angeli. sacras reliquias obseruant, & eas deferentes custodiunt. 1205. n. 41. pro orantibus militibus pugnam conficiunt. num. 50. Cælestinum in puericia errantem corripere soliti veluti pedagogi. 1294. n. 8. 9. viaticum deferunt S. Raymundo Nonnato. 1240. num. 62. ab angelis in cœlum defertur filius S. Franciscæ. 1411. n. 10. deducunt moniales montis Guardiæ Bononiam, atque ab iniurijs aduentantium Lutheranorum vindicant. 1527. n. 13. angelus deducit Matthæum Bassium ad Clementem VII. pro instituendo Capucinorum ordine. 1525. n. 104.

Angelica oratio. instauratur pius mos de oratione angelica meridie repetenda. 1500. n. 1.

Angelus Accaiolus Cardinalis tit. S. Laurentij missus legatus in regnum Neapolitanum regio diademate redimit Ladislaum. 1390. n. 11.

Angelus Corarius Cardinalis. V. *Gregorius XII.*

Angelus anachoreta Camaldulensis. Schismaticos Cardinales obiurgat 1510. n. 24. cognoscit diuinitus Gallorum Regis potentiam obtritum iri ob schisma. nu. 31. scribit apologeticum libellum contra schismaticos. ib.

Angli. odio Ioannis Regis Ludouicum Gallici sceptri hæredem Regem eligunt. 1216. n. 2. in eundem postea coniurant. 1217. n. 78.

Anglia. Romanæ ecclesiæ vectigalis constituta a Ioanne Rege. 1213. n. 78. sacramenti ab eo præstiti formula. n. 81. donatio de regno Angliæ promulgata in Lugdunensi concilio. 1245. n. 56.

Anibaldus Cardinalis. legatus in Italiam missus. A. 1348. n. 11. petitur insidijs. 1350. n. 3.

Anima. defuncti reuersa mira de altera vita narrat. 1324. n. 54. animarum pulchritudinem cognitione intuitiua spectabat S. Catharina Senensis. 1380. n. 25. anima Marsilij Ficini apparet Michaeli Mercato, deque immortalitate animæ veram conclusionem olim factam confirmat. 1499. n. 31. varij circa animam errores damnati. 1513. n. 92. natura est immortalis, ibid. creatur a Deo & infunditur embryoni. ib.

Anna Bolena haretica concubina Henrici VIII. suis amoribus fascinat Henricum VIII. Regem Angliæ. 1528. n. 109. in eam Henricumque se leges districturum spondet Clemens Carolo V. 1533. nu. 34. incestas cum ea Henricus nuptias celebrat. n. 65. ex ijs nuptijs Puritanorum Libertinorumque hæresis exorta. ibid. Annæ impuritas quæ patris fratrisque concubitum non horruit. ib. Anna tentat veneno Ioannem Fischerum episcopum Rossensem. num. 71. solemni ritu diademate regio ab Henrico præter fas redimita. n. 73. damnatæ a Clemente illius cum Henrico adulterinæ nuptiæ. 1534. n. 3 4.

Anna Georgij monialis. ostensa morituræ Lutheranorum damnatio. 1529. n. 14.

Antherus nepos Vrbani IV. creatus Cardinalis tit. S. Praxedis. 1261. n. 36.

Antiochenus patriarcha. illius fiduciarium se professus Antiochenus princeps 1205. n. 38.

Antiochia. Tartarorum fit vectigalis. 1260. n. 36. a Bendocdare capta. 1268. n. 53. septemdecim millia Christianorum cæsa, centumque millia seruituti mancipata. ibid.

B. Antoninus episcopus Florentinus. pius eius obitus & elogium. 1459. nu. 33. & 1523. n. 93. in sanctorum ordine collocatus ab Hadriano VI. ibid. miracula ab eo diuinitus edita. ib.

S. Antonius dictus Patauinus. pia eius mors. 1231. n. 33. quid senserit de extrema vnctione. ib. refelluntur sparsæ in eũ nouatorum calumniæ. ib. maximis miraculis inclaruit. 1232. n. 33. in sanctorum albo collocatur a Gregorio. n. 34. eius lingua cæteris consumptis carnibus integra in sepulchro inuenta. 1263. n. 89. quid de ea S. Bonauentura dixerit. ib. in trãslatione reliquiarum eius Patauij celebrata, edita plura miracula. 1350. n. 13.

Antonius Vrsinus princeps Tarentinus. parta Sarnenti victoria dissuadet Ioanni Andegauensi ne Ferdinandum persequatur. 1459. n. 62. deficit ad Ferdinandum & Gallicas res profternit. n. 10.

Antonius Acunius episcopus Zamorensis. rebellantibus Hispanis aduersus Carolum V. ducem se præbet 1521. n. 102. plebeijs cæsis in fuga intercipitur. ib. a custode suo benigne habitus illi caput allidit. ib. misere necatur. ib.

Antonius Lena Hispanus Mediolani præfectus. immanis eius superbia. 1525. n. 12. Hispanos Mediolani in extremum pene exitium adducit. ib.

Antonius de Prati archiepiscopus Senonensis. Parisijs synodum insignem celebrat ad reprimendos hæreticos. A. 1527. n. 87. creatur Cardinalis tit. S. Anastasiæ. ib.

Antuerpia. diuino beneficio morbo epidemico liberata. 1529. n. 13.

Appellatio. in causis ecclesiasticis valet appellatio ad sedem Apostolicam. 1213. n. 25. appellatio impia Parisiensis academiæ a Pontifice ad concilium. 1457. n. 54. rescissa a Callisto III. ib. appellationis ad concilium iniquitas demonstratur. 1483. n. 20. Venetis Gallum Regem trahere nitentibus vt appellationem ad concilium valere contenderet contrarium sensit, pontificiamque sententiam promulgari iussit. n. 22.

Aquapendens. ab Innocentio III. ad ditionem ecclesiasticam reuocata 1198. n. 25

Aqua vino mixta in calice. an vertatur in sanguinem Christi. 1202. n. 17. cur in sacrificio miscenda vino. 1439. n. 15. &c.

Aquitania. a Philippo IV. erepta Eduardo Regi Angliæ. 1294. n. 25.

Arabia. a Selimo subacta. 1516. n. 26.

Aradinus Barbarossa Algerij Rex. succedit Horruco fratri cæso ad Oranum. 1518. n. 167.

Aramanus Turcarum princeps. in Armeniam incurrit, eamque vastat 1322. n. 33.

Arausicanum concilium. celebratum a Romano Cardinale legato pro hæreseos Albigensis reliquijs excindendis. 1228. n. 28.

Arduinus de Porta Cardinalis. Camaldulensi institutum amplectitur. 1492. n. 32. reuocatus, ab Alexandro VI. instituti suscepti rationem reddit. ib.

Arelatense regnum. fuit iuris cæsarei. 1226. n. 30.

Argentinenses. a Zuinglio ad Lutherum delapsi. 1530 n. 116.

Argon Abagha filius postea imperator. defert apud Cobilam supremum imperatorem vexari Christianos a Mahomete Chan apostata facto Saraceno. 1284. n. 31. iussus occidi a Mahomete liberatur & renuntiatur Imperator. ibid. fugientem Mahometem capit interficitque. ibid. Galliæ & Siciliæ Reges solicitat ad iungendas vires contra Saracenos 1285. n. 77. &c. solicitatus ad amplectendam Christi fidem. 1291 num. 32. eius filius Carbaganda Christiana sacra & vna Nicolai nomen suscipit. ib. moritur Argon. n. 37.

Armannus siue Hermannus hæresiarcha, cultus Ferrariæ pro sancto. 1301. n. 25. eius corpus exhumatum exustumque, & ara cum donarijs dissecta. ib.

Armenia. illius regni iura plures ad se spectare contendunt post Leonis mortem. 1220. n. 57. Tartarorum vectigalis facta. 1260. n. 36. a Bendocdare soldano vastata. 1275. n. 50. a Saracenis vastata 1322. n. 30. & a Tartaris & a Turcis. n. 33. sumptum illius patrocinium a Tartaro. 1323. n. 9.

Armenij. eorum patriarcha pallium a legato pontificio suscipit. 1205. n. 30. decreta Romanæ ecclesiæ suscipit. ib. a soldano Babylonio magna clade victi. 1266. n. 47. veterem coniunctionem

cum Romana eccleſia redintegrant. A. 1318. n. 7. ob hæreſes inter eos ſparſas grauiſſime vexati a Saracenis, 1323. n. 6. perunt a Romano Pontifice fidei incorruptæ formulam ib. Tartarorum Imperator eorum clientelam ſuſcipit, n. 9. inducias ineunt cum Saracenis. ib. oppugnantur a Saracenis, 1329. n. 94. iuuantur auro ſubſidiario a Pontifice. ib. poſcunt auxilia contra Saracenos. 1331. n. 30 promiſſa ipſis a Gallo Rege, ib. a Saracenis extrema clade attriti. 1335. n. 33. & 1337. n. 24. varijs erroribus infecti, 1341. nu. 45. deſcripti ij in libello a Benedicto XII. ad Armenios tranſmiſſo vt eos damnarent. n. 46. fingere inter alia diuinitatem eſſe corpoream & increatam lucem. n. 118. grauibus cladibus affecti a Saracenis. 1344. n. 7. & 8. miſſi a Clemente VI. legati in Armeniam pro abolendis veteribus Armeniorum erroribus. n. 67. Armenia a Saracenis vexata, ab ijſque captum Laiacium. ib. Cyprij & Rhodij ijs auxilia ferunt, ib. hæreſiarchæ exorti inter Armenios, & qui fuerint eorum errores. 1351. num. 1. &c. Romanæ eccleſiæ conjuncti in Florentino concilio, 1439. n. 13. & 14.

Arnaldus Ciſtercij abbas, ad conuertendos Albigenſes cum alijs pluribus monachis adhibitus, 1206. n. 28. præcipit Simoni Montfortio vt terrarum hæreticis ereptarum eripiendarumque principatum capeſſat 1209. n. 24.

Arnaldus de Pelagrua Cardinalis diaconus, missus a Clemente V. legatus pro recuperanda Ferraria. 1309. n. 7. Venetos maxima cæde profligat. ib. & n. 8. Ferrariam recuperat, ib. conflatam Ferrariæ conjurationem opprimit. 1310. n. 29. reos plectit. ib. iuſſus Henrico VI. Cæſari coronam imponere. 1311. num. 6. id præſtitit. 1312. n. 35.

Arnaldus de Villanoua medicus. errores ſpargit 1310. n. 39. in jus vocatus a cenſoribus fidei fugit. ib. in mari moritur. ib. eius errores damnati. 1317. n. 62.

Arnaldus Sermola archipresbyter Latrocinantium turmarum dux, a ſuis cæſus immaniter. 1365. n. 5.

Arnoldus abbas S. Iuſtinæ, octenni carcere ab Ezelino de Romano maceratus. 1255. n. 10. eius sãctitas illuſtrata miraculis. ib.

Arnulphus dux Gueldriæ. ab Adolpho filio impie vexatus. 1470. n. 49. iura ducatus transfert in Carolum ducem Burgundiæ, ib.

Arſuf arx Syriæ munitiſſima. erepta Chriſtianis a Bendocdare. 1265. n. 39.

Arthurus Britanniæ comes. a Philippo Rege fulcitur vt Normanniam, Turoniam & Andegauiam ſibi comparet. 1202. nu. 23. Ioanne Regi Angliæ auunculo bellum indicit. ib. Turoniam, Andegauiam, & Pictauiæ partem ſibi ſubijcit. ib. Alienoram Ioannis Regis Matrem obſidet. ib. fundirur a Ioanne & capitur in acie. ib. in iudicio Ioanni ſiſtitur. ib. temere minas in victorem iactat. ib. incluſus carcere in eoque extinctus nullam ſui memoriam relinquit. ib.

Arx Hadriana, infeſta a Gallis anno integro Vrbi infeſta fuit. A. 1379. n. 25. cæſis ſchiſma eis pactione militari Vrbano reſtituta. ibid. ex parte a Romanis euerſa mutataque marmoribus. ib. inſtaurata a Bonifacio IX. 1389. n. 12.

Arzila in Phutenſi regno. erepta Mauris ab Alfonſo Rege Luſitaniæ. 1472. n. 27.

Aſanes Rex Bulgariæ. coniunctis cum Ioanne Vatacio copijs Conſtantinopolim obſidet, 1235. n. 53. diuinitus profligatur. ib. ad eum diſtrahendum Bela Hungariæ Rex in eum concitatus. n. 54. initum cum Ioanne Vatacio fœdus abrumpit. 1236. num. 68. rogatus a Gregorio IX. vt Ioanni Imperatori Conſtantinopolitano opem ferat. 1237. n. 70.

Aſcanius Sforcia Cardinalis, in fuga interceptus. 1500. n. 25. conjectus in carcerem magno & æquo animo fert calamitatem n. 26. in libertatem reſtituitur. ib.

Aſſaſini. eorum Rex mittit Sicarios ad trucidandum S. Ludouicum. 1236. nu. 46. dein mutato animo eum præmonet. ib. excinduntur a Tartaris. 1257. num. 59. Aſſaſinorum leges ac mores ib. & n. 60. inſignis eorum principis impoſtura. nu. 60. deliberarat aliquando eorum princeps, quem ſenem vocant, fidem Chriſtianam amplecti. ib.

Aſſiſium, ditiom eccleſiaſticæ pulſis Cæſareis reſtitutum. 1198. n. 15. 16.

Aſtrologi. Dum ijs paret Alexius Imperator periclitatur. 1199. n. 62. aſtrologorum ineptijs illuſus Manfredus perit. 1266. n. 10.

Aſtrologia. Alfonſus Caſtellæ Rex aſtrologiæ iudiciariæ addictus ſibimet exitium parit 1282. n. 34. V. etiam *Manfredus*.

Aſylum. hæretici & Iudæi eccleſiarum aſylo repellendi. 1281. n. 18.

Ateſtini marchiones. in fidem Pontificis redeunt. 1328. nu. 54.

Athenæ. captæ a Turcis. 1455. n. 6.

Auaritia. ita occæcauit Syros, vt nummis Machometi infauſtum nomen inſculperent. 1253. n. 52 muliercula Chriſtiana pro veſte Euchariſtiã Iudæo vẽdit. 1290. n. 50. auaritia Ioannis Adurnij Genuentis Orientem perdidit. 1422. n. 1. quæſitum a Florentinis in Gallorum dediti-

rum temporum doctrina Lutherana. eodem num. 75. prouocant ad concilium & cur. ibid. turpiores hæreſes præteritæ ſilentio a Lutheranis. n. 85. dicta confeſſionis Lutheranę formula diſcutienda traditur theologis a Carolo & catholicis principibus Auguſtani comentus. ib. ij lecta theologorum confutatione mitius agi voluere cum nouatoribus. ib. abuſi catholicorum benignitate hæretici. ibid. prætexuerunt flagitio eam excuſationem, quod ſibi chara eſſet animæ ſalus, &c. n. 111. redarguuntur a Carolo. ib. conuenerunt etiam Auguſtæ Zuingliani. n. 116. de tuenda religione decretum editum. n. 123. 124. actum quoque eſt de concilio in Germania auctoritate pontificia celebrando, deque expeditione Turcica. n. 171. nulla ratione ab erroribus abduci potuere Lutherani. n. 175. ſoluitur Auguſtanus comentus. ib.

Auguſtinus Nidroſienſis archiepiſcopus. de eius miraculis inſtituta noua actio iudiciaria. 1241. nu. 42. de eo inter ſanctos referendo actum. 1255. nu. 25. miraculis fulget. 1268. n. 48. de ijs iudiciariam actionem perfici iubet Pontifex. ib.

Auguſtinus Romanus ordinis Eremitarum S. Auguſtini. eius errores damnati. 1435. n. 5

Auximum a Bracolino occupatum. 1487. n. 6. ægre receptum. ib.

Aymericus Rex Cypri. viduam ab Henrico Rege Ieroſolimitano relictam ducit, & Cyprium ſceptrum cum Ieroſolimitano coniungit. 1198. n. 84.

Aymericus Card. tit. S. Martini in montibus. commendata illi a Clemente VI. Ioannæ Reginæ tutela. 1343. n. 74. ſacramentum fidei exigit ab eadem Ioanna. 1344. n. 16.

Aytonus Rex Armeniæ Ioannes dictus. Syris contra Bendocdarẽ fert ſuppetias. 1265. n. 41. alter ex eius filijs captus in prælio a Saracenis, alter occiſus. 1266. n. 47. ſperatis Occidentalium Regũ auxilijs deſtitutus pacem cũ Bendocdare paciſcitur. 1270. n. 27. filium redimit. ib. tradito illi ſcepiro monaſticam vitam amplectitur. n. 28. a fratre Sebath regni adminiſtratione exutus. 1294. n. 27. proditus a Tartaris excæcatur a Sembath fratre. 1298. n. 16. diuinitus illi oculorum reſtituto vſu regnum recipit. ib. a Saracenis graui bello premitur. 1299. n. 43.

Aytonus princeps Curchi. hiſtoriam de Tartarorum rebus geſtis conſcribit Clementis V. iuſſu. 1307. n. 2.

Azatines ſoldanus. ejectus regno a Tartaris ad Græcos confugit. 1257. n. 62.

Azo Ateſtinus. Ferrariam Romanæ eccleſiæ eripit. 1320. n. 18.

Azo vicecomes. creatur a Ludouico Bauaro Mediolani præfectus. 1329. n. 2. Ludouicum Bauarum Mediolano propulſat illius perfidiam veritus. n. 14. ad pontificias partes redit. ib. patruum Marcum vicecomitem laqueo ſtrangulat, eiuſque cadauer in publicum vicum e feneſtris projicit. ib.

Azotum. ereptum Chriſtianis a Bendocdare. 1265. n. 39.

Azymum. vt Græci de conſecratione a Latinis facta in azymo male ſentiant. 1333. n. 11. & 12.

Ba-

B

Babylonium regnum. subactum a Selimo. A.1517. n. 26.

Badalocium. ereptum Saracenis ab Alfonso Rege Legionis. 1230. n. 31.

Baiazethes I. Turcarum Imperator. macedoniam inuadit. 1388. n.3. Theſſaliam infeſtat. ibid. Conſtantinopolim obſidet. 1393. n.6. imminentibus Hungaris auxiliaribus ſoluit obſidionem. ib. Hungaros nocturno prælio fugat. ib. Conſtantinopolitanum Imperatorem vectigalem facit. ib. Achaiam & ducatum Athenarum populatur. 1394. n. 23. 24. Siliſtram & Empolim expugnat. ib. plures alias excurſiones in finitimos Græciæ agit. ib. progreſſus eius immanes in varijs prouincijs & regnis. 1395. n.23. in eum expeditionem ſuſcipit Sigiſmundus Hungariæ Rex. ib. a Sigiſmundo funditur. ib. ab eodem bello peritur. 1396. n. 18. ad Nicopolim progreſſos Sigiſmundi auxiliares Gallos numero obruit amiſſis ſexaginta Turcarum millibus. ib. Hungaricum exercitum ſolo terrore diſſipat. ib. Emmanuelem Imperatorem ad petendum occidentem pro implorandis auxilijs adigit. 1400. n. 8. in Achaia a Petro de S. Superano deletur. ib. a Tamerlane peritur bello. 1401. n. 17. eius filius Orthogules in acie cæſus. ib. Conſtantinopolitanam obſidionem vrget. 1402. n. 5. & 6. irrumpente in eius regnum Tamerlane ſoluit obſidionem. ib. cruentiſſimo prælio deletur. ib. capitur in fuga. ib. Ludibrijs exponitur. ib. includitur cauea vt fera. ib. aſcendenti in equum dorſum calcandum præbere cogitur. ib. ex deſperatione ſibi caput illidit. ib.

Baiazethes II. Turcarum Imperator. Zizimum fratrem in imperio æmulum patitur. 1481. n. 25. centum millia Turcarum mittit in Tranſiluaniam qui deleantur a Stephano Bathoro. 1482. n.29. præſtat amicitiam Ludouici XI. & munera ei offert vt Zizimum teneat in cuſtodia, ſed eius munera a Gallo ſpreta. 1483. n. 28. in Beſſarabiam mittit exercitum. Matthia in Fridericum arma auertente Croatiam, Charinthiam, & Carniolam vaſtat. 1484. n. 7. in Valachiam & Moldauiam ducit expeditionem. 1484. n.64. Stephanum principem pellit. ib. vexat Regnum Poloniæ. 1486. n. 60. Caramaniam inuadit. n. 63. Caitbeo Ægyptio bellum infert. ib. multa Carolo VIII. promittit ſi in Gallia Zizimum retineat ſed ſerius. 1489. n.1. Zizimi metu poſtulat Innocentium VIII. de fœdere. 1490. n. 1. mortuo Matthia Rege Hungariam populatur. 1490. n. 15. ferrum lanceæ dominicæ dono tranſmittit Innocentio VIII. & alia ſacra lipſana. 1492. n. 15. Macedones ad libertatem aſpirantes opprimit. num.16. in Hungaria eius exercitus cæſus. 1493. n.1. Hungaros deincredit. ibid. Dyrrachium capit. num.5. vexat Poloniam. 1498. n. 36. eius exercitus gelu & niuibus confectus cœlo pro Polonis pugnante. ib. a Mediolanenſi & Neapolitano proditoribus concitatur ad armaVenetis inferenda. A.1499. n.5. Naupactum Venetis eripit. n. 12. & Methonem. 1500. n. 5. Nauplijs repulſus eius exercitus. n.13. Ægina & Cephalenia ex eo recuperatæ a Venetis. ib. Coronem & Dyrrachium ijs eripit. 1501. n.77.78. in Hungaria fuſus eius exercitus. n.81. Neritou inſulam e Venetis recipit. 1503. n. 7. Selimum filium illi imperium eripere meditantem fundit. 1512. n. 105. 106. illi reconciliatus procerum opera paulo poſt exuitur imperio, & priuatus in amœno loco degere cogitur, ac breui moritur. ib. eius filij laqueo aut ferro necati. ibid.

Baldach ſive Babylon. impetu capitur a Tartaris. 1258. n. 40.

Balduinus Belgij comes poſtea Imperator Conſtantinopolitanus. ſacram expeditionem pro liberanda terra ſancta ſuſcipit. 1203. num.2. a Venetis laderam ex itinere expugnare cogitur. num.3. pro reſtituendo Alexio iuniore Conſtantinopolim obſidet. n.14. poſt Alexij mortem expugnata Conſtantinopoli creatur Imperator. 1204. n.15. de parto imperio gratulatur illi Innocentius III. n, 19. vt diuiſerit imperium cum marchione Monriſerrati & Venetis. 1205. n. 5. Bonifacium marchionem Theſſalonicæ Regem creat. ib. pacta illius cum cruceſignatis partim confirmata ab Innocentio partim reſciſſa. num. 9. diuidit exercitum in plura loca. n. 17. cum paucis ad obſidendam rebellantem Hadrianopolim proficiſcitur. ib. obruitur numero a Bulgariæ Rege excito a Græcis in auxilium. ib. viuus capitur. ib. monetur Bulgarus ab Innocentio vt illum reſtituat libertati. nu. 22. in carcere obit ex acceptis vulneribus. ib. & n. 24. inſignis eius caſtimonia n.25. ſuccedit illi in imperio Henricus frater. 1206. n. 6.

Balduinus comes frater Raymundi comitis Toloſani. proditione capitur a Ruptarijs. 1213. n. 64. eius conſtantia, pietas, & fides inſignes. ib. negato Euchariſtiæ vſu eam ſibi adorandam oſtendi impetrat adoratque. ibid iuſſu fratris crudeliſſime occiditur, n. 65.

Balduinus II. Imperator Conſtantinopolitanus. venit in occidentem comparandi ſubſidij cauſa. 1238. n. 21. ſpineam Domini coronam Venetis oppignerat. ib. ea a S. Ludouico redempta. ib. a Pontifice fideles ſolicitari ad conferendam illi opem. nu. 22. audita Ioannis Imperatoris morte in orientem reditum accelerat. 1239. n. 80. ſexaginta millia militum in Græciam ducit. ib. Tzurulum expugnat. ib. Ioannis Vatacij claſſem profligat. ib. imperij diademate redimitur. 1243. n. 46. ingraueſcente Ioannis Vatacij potentia ad Fridericum confugit. n. 49. ab eo deluditur. ib. præſtita illi ab Innocentio ſubſidia. ib. pacis interpretem agit inter Fridericum II. & Innocentium IV. 1244. nu. 20. amittit Conſtantinopolim. 1261. n. 26. pro recuperando imperio conflat exercitum cruceſignatum. 1262. n. 33. Genuenſes Venetorum odio aduerſus illum ſchiſmatico Palæologo adhærent. 1263. nu. 17. Michaele Palæologo de coniunctione eccleſiarum agente ab Vrbano IV. deſeritur. nu. 65. & a Gregorio X. in Lugdunenſi concilio. A.1274. n.13. eius filius Philippus Caroli Regis Siciliæ filiam ducit vxorem. ib.

Baldus iuriſconſultus Peruſinus doctiſſimus. conſultus a Cardinalibus an valeret Vrbani VI. electio, pro Vrbani electione fert ſententiã edito commentario. 1378. n.37. 38. probat ex eorundem eligentium verbis. ib. Romam excitur ab Vrbano. n. 39.

Balthaſar Coſſa Cardinalis. ea dignitate auctus a Bonifacio IX. 1402. n. 7. creatur ab eo legatus in Æmilia. 1403. n. 8. Bononiam recuperat. nu. 10. coniurat aduerſus Gregorium XII. quaſi in ſchiſmatis propagatorem violatoremque ſacramenti. 1408. n. 20. &c. meditanti iter in Picenum Gregorio inſidias comparat. n. 42. abrogatum illi a Gregorio ipſo ius apoſtolici legati. ib. diplomata Gregorij exurit. nu. 43. ſuccinctus mille & quingentis equitibus ad Gregorium intercipiendum excurrit. ib. eiuſdem ambitio & alia vitia. ib. defectionis a Gregorio auctor cæteris Cardinalibus fuit. ib. cur in eum inimicitias ſuſceperit. ib. delatum pontificatum non admittit, ſed Petrum Cretenſem Pontificem creandum conſulit. ib. Vrbis imperium illi reſtituit. 1409. nu. 85. extincto Alexandro V. creatur ambiguus Pontifex. 1410. nu. 18. accipit nomen Ioannis XXIII. ib. V. *Ioannes XXIII.*

Balthaſar Pacimontanus hæreſiarcha. conuictus erroris a Ioanne Fabro fluctuat in fide. 1528. n. 31. ob ſcelera flammis exuritur. ib.

Baptiſmus. Caſſani Perſidi imperantis filius ante baptiſmum moſtro ſimilis. 1301. n. 37. iuſſus exuri cum matre Armenia Chriſtiana. ib. ſuſcepto baptiſmo in puerum elegantiſſimum vertitur. ib. viſo miraculo Caſſanus & plurimi Tartari vim baptiſmi admirati ad Chriſtum conuertuntur. ib. ſi dubium iuſtum incidat an quis vere baptizatus ſit qua forma ſit baptizandus. 1333. nu. 40. nouatorum circa baptiſmum errores. V. *Anabaptiſmus & Anabaptiſtæ*.

Baptiſta S. Franciſci filius. diuino miraculo abduci Neapolim non potuit. 1413. n. 21.

Baptiſta Poggius Genuenſis. inſtituit ordinem Auguſtinianorum diſcalceatorum. 1474. n. 31.

S. Barbara. ciuem Gorcomenſem ambuſtum tuetur donec ſacramentis muniatur. 1448. n.11. clientem ſuum liberat vt ferro capite truncari nequiuerit. 1486. n. 59.

Barchinonenſis comitatus. vectigalis eccleſiæ Romanæ. 1218. nu. 71. vectigal a Iacobo Rege pro eo exigit Honorius III. ib.

Barlaamas monachus dein epiſcopus Gyracenſis. Græcos monachos illuſos a dæmone commincit. 1341. n.119. damnatur in pſeudoſynodo Conſtantinopolitana, in qua decretum diuiniratem eſſe corpoream lucem, eamque increatam. ib.

Cyrenſi epiſcopatu donatur. ibid. plures commentarios ſcribit ad Græcos fide orthodoxa informandos. ib.

Barnabitarum ordo. confirmatus a Clemente VII. A. 1533. n. 36. qui fuerint illius conditores. ib.

Barba Inſula. adiuncta Chriſtiano imperio a Cruciferorum principe. 1254. n. 29.

Bartholomæus archiepiſcopus Barenſis S. R. E. vicecancellarius. pro eo creando Pontifice Robertus Gebennenſis conſilia intendit. 1378. n. 1. &c. Galli ex mutuo liuore in eum conſentiunt. n. 3. Vrbani VI. nomẽ in pontificatu accipit V. *Vrbanus VI.*

Bartholomæus Ferrarius Sacerdos. Barnabitarum ordinem cum Antonio Maria Zacharia inſtituit. 1533. n. 36.

Baſilea. hæreticorum coniuratione in ea oppreſſi catholici. 1529. n. 1.

Baſileenſe concilii & Baſileenſes. initio pauci præſules ad illud conuenere. 1431. n. 20. diſſolui iuſſum ab Eugenio IV. ob graues cauſas n. 21. Sigiſmundus Imperator pro eo confirmando interpretem agit apud Eugenium n. 26. &c. perſtanti in ſententia reſiſtit. ib. Baſileenſe concilium ſuam auctoritatem pontificiæ præfert. 1432. n. 8. decretum Conſtantienſe de non ambiguo Pontifice ad non ambiguum male transfert. ibid. temeraria eiuſdem ſanctio. ib. alia eiuſdem acta temeraria. n. 10. mouentur ab Eugenio, ne in hæreſim & ſchiſma proruant. n. 12. temere in ius vocant Eugenium nu. 17. ab Eugenio concordiæ ſtudio inſtauratum Baſileenſe concilium. n. 19. Boemi in concilio Baſileenſi auditi. 1433. n. 2. Eugenij in Baſileenſes clementia. n. 3. & 4. Baſileenſium erga Eugenium vaſania. ib. temere ab ijs motæ lites. num. 9. temere decernunt ſine ſuo conſenſu concilium transferri non poſſe. n. 11. & non fuiſſe ab Eugenio diſſolutum concilium n. 17. interminantur põtificarum ſe ei abrogaturos ni ipſis adhæſerit. ib. in pertinacia obfirmati hærent. nu. 18. 19. iniquæ eorum ſententiæ reſciſſæ ab Eugenio. n. 20. 21. poſtulant impie contumaciæ crimine Eugenium. nu. 22. imperatoria auctoritate coerciti ne grauiora nouarent. n. 24. conciliantur Eugenio ſed non ſynceris animis. n. 25. miſſi ab ijs oratores ad Imperatorem Conſtantinopolitanum. nu. 28. pacis ſtudio ceſſit Baſileenſibus Eugenius. 1434. nu. 1. præter morem conciliorum ſibi præſides deligunt. 1434. nu. 14. pontificias obuentiones ad ſe deriuare inique tentant. 1435. num. 1. pacem inter Gallos & Anglos conciliare nituntur. num. 3. conuentis ab Eugenio IV. cum Græcis initis repugnant. nu. 8. poſcenti Imperatori vrbem Italiæ maritimam pro celebrando Concilio non aſſentiuntur. ib. errores Auguſtini Romani damnant. ib. Romanum Pontificem ſibi temere ſubijcere moliuntur. 1436. nu. 1. conferendarum indulgentiarum ius ſibi arrogant ib. decem epiſcopi cum tredecim abbatibus, ijque acephali pro concilio œcumenico ſe gerere auſi. ib. Boemos Huſſitas conciliant Eccleſiæ permiſſa certis legibus duplici ſpecie laicis. ib. concitantur a Rege Aragonum & Philippo Mediolanenſi aduerſus Eugenium n. 21. inter ſe diſſentiunt in deligenda vrbe ad quam transferatur concilium pro conciliandis Græcis. A. 1437. n. 2. &c.

Baſileenſe concilibulum poſt diuiſionem Concilij translationemque & Baſileenſes. pars ipſorũ pertinax in ſchiſma proua. 1437. n. 5. & 6. diuiſo Baſileenſi concilio lis orta quæ pars concilij nomine inſignienda foret. n. 13. a factioſis Baſileenſibus illata vis Cardinalibus legatis. n. 15. & 16. factioſi Baſileenſes reſcindendæ translationis concilij poteſtatem ſibi arrogant. nu. 15. Baſileenſes ſchiſmatici vocati in iudicium a Ferrarienſi concilio. 1438. n. 4. contraxiſſe cenſuras pronuntiantur. nu. 5. Græcis Ferrariæ cum latinis congregatis furore efferati ſchiſma impie moliuntur. n. 13. fouentur ab Alberto Romanorum Rege. 1439. n. 18. impiæ eorum concluſiones aduerſus Eugenium. n. 19. inſana eorumdem hypocriſis in patrando ſcelere. n. 25. quam pauci numero rebellarint aduerſus Eugenium. ib. magna ex parte peſte abſumuntur. nu. 27. Baſileenſium errores damnati ab Eugenio n. 28. &c. vt Dioſcorum & damnatam ſynodum Epheſinam ſint imitati. nu. 30. & ſeq. vt in hæreſeos præcipitia abierint. n. 32. eorumdem inſolentia in contemnendis epiſcopis. n. 33. creant Felicem antipapam ex prædictione magorum. ib. non præſules ſed infimi ordinis ſacerdotes id ſcelus auſi nu. 36. vnicus Cardinalis Arelatenſis perfidus flagitij auctor maximus. 1440. n. 3. percelluntur ab Eugenio iuſta ſententia. ibid. eorum vaſania. n. 4. latrocinia exercent in ſacerdotes. ib. damnatur eorum ſchiſma a Carolo Galliæ Rege. n. 5. execrationi ſunt Anglis n. 6. corrupti fuere auro & promiſſis ab Amedeo n. 9. præclara Eugenij conſilia impediuere. 1441. n. 5. Baſileenſium iniqua geſta damnata a Carolo VII. Rege. n. 10. Caſtellæ Rex eorum vaſaniam deteſtatur, armiſque coerceri cupit. n. 13. permiſſus a Baſileenſibus calicis vſus non profuit. nu. 15. Baſileenſes contraria edicta pontificijs edunt, turbaſque excitant in prouincijs. 1442. n. 10. male ſtatuunt fideles teneri ad miſſam in parochia audiendam, & repetendam confeſſionem apud monachos mendicantes factam. 1443. n. 23. Ludouicus Delphinus in eos bellum mouet. 1444. nu. 13. Colonienſis & Treuirenſis archiepiſcopi ob ſecutum ſchiſma Baſileenſe de gradu dejecti. 1446. n. 1. Germani Baſileenſe ſchiſma execrati. 1447. n. 17. pelluntur Batilea ſchiſmatici Baſileenſes. ib. Baſileenſes clerus populuſque veniam ſchiſmatis poſcunt a Nicolao 1448. nu. 1. demum Amedeus Antipapa creatus a Baſileenſibus fatetur Nicolaum V. eſſe verum Pontificem. 1449. nu. 1. Baſileenſes pſeudocardinales fictione iuris deligunt Nicolaum V. Pontificem ad fibras ſchiſmatis amputandas n. 5.

Baſilica vaticana. V. *Vaticana Baſilica.*

Baſilius Trinouitæ in Bulgaria archiepiſcopus. iter ſuſcipit pro adeunda ſede Apoſtolica ad confirmandam coniunctionem cum Romana eccleſia. A. 1203. n. 20. prohibitus a Græcis alios mittit. ib. eius ad Innocentium III. literæ. 1204. n. 30. recepto a Pontifice pallio obedientiam polliceetur. n. 32. conſtituitur patriarcha. n. 38. nuncupari ab eo ſacramenti formula. n. 44.

Baſilius dux Moſcouiæ. Florentinum concilium admittit. 1472. n. 48. Sixtum IV. vt Chriſti vicarium veneratur. ib. Zoem Paleologinam ducit vxorem. ib. Nouogardiensem rempublicam opprimit. 1479. nu. 30. inhiat Ruſſiæ & Lithuaniæ vniuerſæ. ib. moritur. 1506. nu. 40. lege ebrietatem ſuſtulit. ib. Gabriel filius illi ſuccedit. ib.

Baſilius dictus antea Gabriel dux Moſcouitarum. victus a Sigiſmundo Rege Poloniæ 1508. n. 20 Polonum graui bello perit. 1513. n. 39. triginta millia Moſchorum vno prælio amittit. n. 40. Smolenkeam arcem ad Boryſthenem ſitam capit. 1514. n. 57. grauem a Tartaris cladem accipit. n. 63. fœdus cum Romana eccleſia reſpuit. ib. a paucis Lituanis magno prodigio eius exercitus fuſus. 1519. n. 59. de inſtaurando fœdere cum Romana Eccleſia agitat. n. 60. agit cum Carolo V. de fœdere in Turcas. 1525. n. 68. miſſus ad eum interruntius a Pontifice. ib.

Batby Tartarorum dux. Hungariam populatur & alia regna. 1241. n. 16.

Beguardi hæretici. damnati a Clemente V. in concilio Viennenſi. 1312. n. 17. eorum errores. ib. & ſeq. hypocriſis & impuritas. ib.

Bela Andreæ Regis Hungariæ primogenitus, a Strigonienſi archidiacono coronari iuſſus. 1204. num. 47. a Gregorio IX. ſolicitatus vt Aſanem Regem Bulgariæ Latinos infeſtantem bello petat. 1238. nu. 6. concedit illi Balduinus controuerſia in Bulgariam ira. ib. illius metu Bulgarus Latinis conciliatus. n. 21. victus prælio a Tartaris fugam capit. 1241. n. 20. transfert in Fridericum Hungariæ ſupremum imperium ſi ab eo reſtituatur in regnum. nu. 32. defuit pactis Fridericus. ib. infectantur illum Tartari quocumque pergit. 1242. n. 7. exponit Pontifici Germanos non impleſſe conditionem de pellendis Tartaris, qua fidem Cæſari deuinxerat. 1245. n. 80. declaratur immunis a præſtanda fide Cæſari. ib. recedentibus Tartaris recuperat regnum. n. 81. poſcit auxilia contra Tartaros. 1247. n. 26. Fridericum ducem Auſtriæ in prælio necat. ib. ſubijcit ſibi Auſtriam. ib. infectatur Boſnenſes hæreticos. ib. in iudicium vocatus a Pontifice ob iniqua bella cum Boemo. 1254. n. 32. ad pacem redintegrandam paratum ſe offert. ib. pacem cum eo redintegrat aſſerta ſibi Styria permiſſis Boemo Auſtria ac Boemia. n. 33. ſolicitatus a Tartaris vt ipſis ad ſubijciendum occidentem adhæreat. 1259. n. 32. ab Alexandro confirmatur in officio. ib. de Stiria cum Othocaro Re-

Rege Boemiæ ceriit. A.1260.n.24. affinitate inita bellum componit. ib.irrumpentes Tartaros profligat. 1261. nu. 4. monitus ab Vrbano IV. ne affinitatem iungat cum Tartaris. 1264. n. 51. ſolicitatur vt Cumanos Chriſti fidem profeſſos Chriſtiano ritu viuere indicto bello ſacro cogat. ib cum Stephano filio bellum gerit. ib. Reginæ Hungariæ precibus apud Deum rouocata pax. ib. moritur. 1270. n. 29. ſuccedit illi Stephanus filius. ib. filia Belæ Margareta ſanctitate floret. n. 32.

Belga. a Vvillelmo Rege Romanorum profligati. 1253. n. 7.

Belgradum. obſeſſum a Mahomete. 1436. num. 14. diuino miraculo liberatum. n. 26.

Bellum. in hoſtes fidei geri debet ex pio ſtudio. 1348. n. 24. prædicta a S. Birgitta clades ni ij dimitterentur qui rapinarum cupidine arma ſumpſerant. ib.

Bendocdar ſoldanus Aegypti & Babylonis, dum fingit contra Tartaros ducere exercitum Cæſaream dolo opprimit. 1264. nu. 69. arcem cui nomen erat Arſuf expugnat. 1265. n. 37. prodigio oſtenſa ea clades. ib. Azotum & plures alias arces capit. n. 39. & Neapolim Samariæ n. 41. Abagham Regem Tartarorum varijs bellis diſtrahit. nu. 47. Ptolemaidem tentat. 1266. n. 41. Sapheum expugnat. ib. Chriſtianos qui Mahometi nomen dare recuſarent morte affici iubet. ib. ſexcenti martyrio ab eo affecti ib. duos Minoritas & priorem Templariorum cute exui iubet. ib. nocte eorum corpora cœleſti luce fulgere viſa ib. Armenios delet. n. 47. Antiochiam capit. 1268. n. 53. ſeptemdecim millia Chriſtianorum in ea trucidat, ac centum millia mancipat ſeruituti. ib. Tripolis ſuburbana vaſtat. ib. Præbonelli portum in Armeniæ introitu capit. ib. Ptolemaidem in extremas redigit angustias. n. 25. propulſatur Eduardi Anglici ſceptri hæredis virtute. ib. Rex Armeniæ cum eo concordiâ paciſcitur. n. 27 ab Abagha vexatur. 1271. num. 20. implicito Abagha Tartaricis bellis Turquiam ſubigit. 1274. nu. 21. redeunte Abagha eam amittit, cæſiſque extremis agminibus recedit in Ægyptum. ib. de Syria illi adimenda inter Abagham & Gregorium X. agitatum. ib. Armeniam vaſtat. 1275. n. 50. a Tartaris profligatur. 1277. n. 18. paulo poſt moritur. ib. eius filius paulo poſt regno pulſus. ib.

Benedictus Cardinalis tit. S. Suſanna. in imperio Conſtantinopolitano legatus creatur ab Innocentio III. 1205. n. 14.

Benedictus Caietanus. creatus Cardinalis diaconus S. Nicolai in carcere Tulliano. 1281. n. 11. miſſus ad Carolum I. Siciliæ Regem vt pericula imminentia ſi e regno recederet exponeret, flectere non potuit. 1283. n. 12. miſſus ad exorta inter Gallum & Anglum diſſidia componenda. 1290. n. 17. in pontificatu Bonifacij VIII. nomen acceptit. ibid. V. *Bonifacius VIII.*

Benedictus XI. ante pontificatum dictus Nicolaus ordinis Prædicatorum. A.1303. n. 45. eius patria & primitiæ. ib. arguit Fridericum Regem Trinacriæ annos regni non a confecta pace, ſed ab arrepta tyrannide numerare. nu. 49. Fridericus illi ſacramentum fidei nuncupat. n. 50. de Seruijs ad coniunctionem cum Romana eccleſia adducendis agitat. ibid. Nicolaum Cardinalem in Etruria legatum paciferum creat. 1304. n. 1. Florentinos ob motam ſeditionem in legatum in ius vocat. n. 4. Petrum & Iacobum Columnenſes in gratiam cum Eccleſia reſtituit. nu. 9. Sciarram Columnam & Guillelmum Nogharetum proditorum Bonifacij duces percellit anathemate. nu. 13. clientelarem ſponſionem illi præſtat Iacobus Rex Aragonum pro Sardinia & Corſica. nu. 16. arguit Fridericum de affectato Regis Siciliæ nomine n. 18. Chaldæorum patriarcha defert illi obſequium. num. 23. Benedictus moritur & miraculis claret. n. 31. veneno ficubus aſperſo necatus creditur. n. 35. inſigne ab eo demiſſionis Chriſtianæ exemplum in excipienda matre cultu pauperculo induta. ib.

Benedictus XII. ex Cardinale tit. S. Priſcæ creatur Pontifex, dictus antea Iacobus Nouellus. 1334. n. vltim. eius primitiæ moreſq. ib. Ludouicum Bauarum incitat vt in gratiam redeat cum Eccleſia. 1335. n. 1. Romanis poſcentibus vt ſedem Apoſtolicam Vrbi reſtituat, annuit, ſed a Gallorum Regis ſtudioſis diſturbatur. n. 5. reconciliationem Ludouici Bauari extrahit in longius tempus infelici ſucceſſu. n. 7. ob exortos in Italia motus profectionis Italicæ conſilia abijcit n. 8. fruſtra Regem Galliæ ſolicitat, vt in extremum diſcrimen adductæ Armeniæ ſuccurrat. n. 33. Alfonſus Aragonum Rex Sardiniæ & Corſicæ regnum pontificiæ liberalitati acceptum refert. n. 39. legatorum opera a Roberto Siciliæ Rege Sacramentum fidei exigit. n. 43. Fridericum Trinacriæ Regem cenſuris deuinctum officij admonet. nu. 50. gratulatur Hungaro Regi de parta de infidelibus victoria. nu. 53. Eduardum Angliæ Regem admonet vt magicam impietatem ex Hibernia excindat n. 59. Caſtellæ Regem admonet, vt vitia in regno exorientia comprimat. n. 65. abrogat omnes commendas. nu. 67. definit a beatis diuinam eſſentiam nulla mediante creatura in ratione obiecti ante diem iudicij intuitiue conſpici. 1336. n. 3. de Ludouico Bauaro conciliando cum Eccleſia agitat. nu. 17. interrupta actio reſiliente a cœptis Ludouico. n. 29. 30. ſpreta Benedicti monita a Ludouico eod. nu. 30. violata ab eo promiſſa data Benedicto. n. 39. deterret Philippum Regem ne Scotico bello ſe implicet. n. 46. Petrus Rex Aragonum Sardiniæ & Corſicæ regnum Benedicto acceptum refert. 1336. nu. 47. 48. Petrum Cæſarauguſtanum epiſcopum regiæ Aragoniæ procuratorem bella alentem in ius vocat. nu. 49. Treuerenſem archiepiſcopum ab affectando Moguntino archiepiſcopatu reuocat. nu. 57. Caſimiro Regi Poloniæ poſtulanti, vt cenſus Romanæ eccleſiæ pendendus ad ruſticas familias contraheretur repulſam dat. n. 61. Philippi Regis Galliæ preces ne Ludouicum Bauarum conciliaret Eccleſiæ, repellit. A.1337. n. 2. reſiliente a cœptis Ludouico diſturbata ea reconciliatio. n. 4. Henricum inferioris Bauariæ ducem Eccleſiæ reſtituit n. 5. obſtringit ſacramento nullum ſe Imperatorem agniturum niſi quem Romana eccleſia confirmaſſet. ib. Eduardum Angliæ Regem monet, ne cum Ludouico Bauaro fœdus iungat antequam Eccleſiæ ſit reſtitutus. ib. & ſeq. legatos mittit pro ſopiendo bello inter Anglos & Gallos. nu. 11. conuenitur a Gallo Rege, ac iniqua illius petita repellit. n. 22. 23. eum admonet non defuturam diuinam vindictam, ſi decumanum aurum inuaſerit. ib. legatum mittit pro conciliandis inter ſe Luſitaniæ & Caſtellæ Regibus. n. 25. Italicis prouincijs imperij, præfectos imponit. n. 26. rogatur a Romanis vt ſedem Vrbi reſtituat. ib. Græcis eccleſiæ Romanæ reſtituendis operam nauat. n. 31. 32. Spirenſis conuentus oratoribus reſpondet, ſi Ludouicus Bauarus pacem cum Eccleſia exoperat, iungat eam cum Gallo. 1338. n. 1. vi, non iure a Ludouico imperium occupari. n. 10. miſſo internuntio Ludouicum monet vt animæ ſuæ ſaluti conſulat. n. 16. exigit vectigal a Luſitaniæ Rege. 1338. n. 27. & a Petro Rege Aragonum pro Sardinia & Corſica. n. 28. Bononienſes Benedicti gratiam prenſant. n. 30. iudiciariam actionem inſtituit aduerſus Petrum Trinacrium. nu. 33. diſcordiam inter Balearem & Aragonium Reges conciliare nititur. n. 49. inter Hiſpaniæ Reges pacem componit. n. 50. legatos mittit pro pace inter Anglum & Gallum iungenda. nu. 54. præcipit clientibus imperij ne Eduardo agenti vicarium Ludouici Bauari pareant. n. 69. Tartarorum Imperator ſacra illius prece luſtrari expetit. n. 73. Minoritas mittit pro religione inter Tartaros propaganda n. 77. Cardinales nouos creat eorumque nomina. nu. 82. Bauarum monitis pijs in gremium Eccleſiæ reuocare ſtudet. 1339. n. 1. & ſeqq. ab obſidione Cameraci reuocare nititur Eduardum. n. 9. legatos Cardinales acturos de pace ad eum mittit. n. 13. Gallum diſtrahit ne contra Ludouicum Bauarum irrumpat in Germaniam. ib. petentibus Græcis vt quæſtio de proceſſione Spiritus Sancti dirimatur in concilio reſpondet iam eam in Epheſino & Lugdunenſi concilijs definitam. num. 32. ad petita auxilia reſpondet conceſſum iri cum reuerſi fuerint ad eccleſiæ finum. ib. cenſuris percellit Trinacrios Petro Aragonio obſequentes. n. 44. illi Robertus Siciliæ Rex octo millium vnciarum auri cenſum pendit. n. 60. & Aragonius pro Sardinia & Corſica duo millia marcharum argenti. ib. Mediolanenſis decem millia aureorum annua illi pendit vacante imperio; quinque millia Veronenſis. ib.

publi-

publicam pœnitentiam Scaligeris ob cæ-
sum Veronensem episcopum imponit .
n. 68. monet Alfonsum Castellæ Regem
de ecclesiasticas opes inuadat . nu. 79.
Eduardum Angliæ Regem contenden-
tem iure a se acceptos Gallici regni titu-
los monet vt eos abijciat . A. 1340. n. 4.
perstringit quod se vicariũ Ludouici Ba-
nari in imperio dicat . n. 8. iniusta Phi-
lippi Regis petita repellit . n. 18. inter-
nuntiorum opera inducias inter An-
glum Gallumque pacisc̃itur . n. 25. ad
eius obsequium redeunt Bononienses .
n. 60. inuasores ecclesiasticarum vrbium
comprimere nititur . n. 61. monita Lu-
douico Bauaro resipiscentiam meditan-
ti ab eo data nu. 67. 68. amplificandæ
inter Tartaros fidei dat operam . n. 74.
permittit vt Carolus marchio Morauiæ
cingatur diademate a Pragensi episcopo
viuo patre. 1341. n. 16. Mediolanenses &
alios populos cõciliat Ecclesiæ. n. 18. Ar-
meniorum errores censura corripit de-
scribitque in libello, quos ab Armenijs
deleri iubet . nu. 46. Benedicti præci-
pua gesta virtutesque . 1342. num.
1. propinquos sua sorte contentos esse
iussit . ib. post mortem miraculis cla-
ruit . nu. 5. succedit illi in pontificatu
Clemens VI. n. 6.

***Benedictus XIII. antipapa, alias Petrus de
Luna.*** creatur antipapa cum ardentissi-
mum desiderium redintegrandæ eccle-
siarum coniunctionis præferret. 1394.
n. 6. astringitur in conclaui ad cessionis
votum si Pontifex studio pacis cesserit .
ib. illudit Gallis varijs imposturis . nu.
7. &. seq. vrgentes cessionem accusat
quod Pontificem alterius generis quam
Gallici pati non possint . nu. 13. Gallos
principes missos a Carolo orantes vt
schisma tollat fallacibus promissis eludit.
1395. n. 1. & seq. agitant Galli de excu-
tiendo illius seruituris iugo . nu. 5. mit-
tit oratores ad Bonifacium IX. specie
concordiæ, ac noua in eũ molitur. 1396.
n. 3. coniurationem contlat cum Martino
Rege Aragonum, & Honorato Fundo-
rum comite, ac Ioanne de Vico ad in-
tercipiendum Bonifacium . 1397. nu. 6.
cessionem subterfugit fingens se pacisci
velle cum Bonifacio . n. 7. ob perfidiam
suam omnium odia contrahit. 1398. n. 1.
Galli excutiunt seruitutis illius iugum
quod potiri tantum antipapatus hono-
ribus vellet, non schisma tollere . ib. de-
seritur a suis anticardinalibus . nu. 17.
conuincitur schismatis & hæresεos pu-
blicis scriptis anticardinalis de Agrifolio.
n. 18. obsidetur a Gallico exercitu. 24.
solicitatus a Vvenceslao Cæsare vt schis-
ma cessione tollat, eius petita insulso re-
sponso eludit . n. 36. pro ipso liberan-
do interpretem agit Rex Aragonum .
1399. num. 9. multa sacramento spon-
det, sed perfidia maiori violat . ib. Bo-
nifacium IX. varijs dolis opprimere in
Vrbe nititur . 1400. nu. 2. fascinat suis
artibus Aureliæ ducem vt obsequium
illi a Gallis restituendum curet . 1401.
n. 12. peierat spondendo cessurum gra-
du si Pontifex cesserit . ib. ex Auenio-
nensi custodia euadit . 1403. nu. 17. de-
sertunt illi iterum obsequium Galli . nu.
21. inflatus inde superbia in pertinaciã
obdurescit . A. 1404. n. 3. mendacijs Gal-
los deludit . ib. iterum mittit oratores
ad Bonifacium, qui illum inanibus pro-
missis irretiant . ibid. extincto Bonifacio
admonetur vt cedat, vt ex communi
omnium consensu Pontifex deligatur .
n. 9. negant eius oratores id congruere
antipapæ dignitati . ib. dolis circumuenire Innocentium VII. nititur . 1405. n.
11. repulsi eius oratores . ib. solicitatur
a Gregorio XII. ad mutuam cessionem,
vt tertius Pontifex comunibus suffragijs
deligatur . 1406. n. 14. mendaces lite-
ras scribit ad Gregorium. 1407. n. 1. dif-
fidunt Gallo periuro & superbo homini.
num. 3. hortantur vt coram suis an-
ticardinalibus cedat Gregorio cedente .
ib. monita temnit . ib. intentata illi a
Gallis defectio ni cedat . ib. percellit
anathemate inani ab ipso deficientes . ib.
consurgunt in eum Sorbonici vt in schis-
maticum . ibid. Gregorium ad collo-
quium pellicere nititur ad cum suis
fraudibus irretiendum . ibid. pacisci-
tur de loco colloquij in sua posito
potestate, in quo possit Gregorium
opprimere . num. 4. 5. declinante eum
locum Gregorio cum pactæ leges im-
pleri non possent, negat locum permu-
tandum . n. 6. securitatis modos Grego-
rio denegat . ib. fraudes illius & perfi-
dia . ibid. dum specie colloquij Grego-
rium distinet, classem ad Romam inter-
cipiendam submittit . 1408. nu. 4. con-
trarijs ventis retardata classe conatus il-
lius euanescunt . ib. non procuratæ ec-
clesiarum coniunctionis inuidiam deriuat
in Gregorium . 1408. n. 40. ob nota
illius periuria a Gallis deseritur . ib. ina-
ni anathemate Regem percellit . ibid.
spreta eius diplomata, laniata, exusta-
que ib. calumniæ eius in Gregorium ce-
dente Gregorio in cõcilio detersæ. 1415.
n. 30. vocatur in iudicium a concilio
Constantiensi . ib. vrgetur a Sigismun-
do Imperatore & a Ferdinando Rege
Aragonum vt cedat . n. 47. & ab alio-
rum Regem oratoribus . ib. Paniscolam
se subducit nu. 51. consultus in ea re S.
Vicentius Ferrerius edixit deserendum
ob pertinaciam schismatis . ib. & 52.
consultum illi fuit ab eodem sancto viro
vt prius vitam in summa inopia degeret,
quam discordiam foueret inter Christia-
nos . ib. deseritur communi consilio ab
Aragoniæ Castellæ & Nauarræ Regibus.
n. 52. & 1416. nu. 1. &c. arguitur per-
fidiæ, quod repetita toties sacramenta
intringeret . nu. 27. constituta illi dies
iudicij . n. 32. varios ad turbandam Ec-
clesiam nectit dolos . 1417. n. 4. damna-
tur demum a concilio vt hæreticus &
schismaticus . num. 8. cum paucis
schismaticis sedem pestilentiæ Paniscо-
læ retinet . ib. demonstratum ipsi cessio-
nem piam & necessariam . 1418. n. 12.
deseritur a suis anticardinalibus, qui ad
Martinum transfugiunt n. 18. pro eo do-
mando parata arma, sed ab Alfonso Rege
protegitur . 1419. n. 6. infeliciter in hæ-
reti & schismate moritur . 1423. n. 7.

Benenentani archiepiscopi . repulsa eorum
temeritas . A. 1466. n. 20.

Beneuentum . a Friderico obsessum. 1240.
n. 15. & ab eius ducibus expugnatum.
n. 46. vastatum a Carolo I. Siciliæ Rege.
1266. n. 14.

Benenentus Minorita . claret miraculis.
1236. n. 28. de ijs iudiciaria actio insti-
tuta . ib.

S. Benno. ab Hadriano VI. in numerum san-
ctorum relatus . 1523. nu. 89. miracula
ab eo in vita & post mortem edita . ib.
& n. 93. ipsius vestes duecnis annis inte-
græ in terra seruatæ . ib.

Berengarius Carcassonensis episcopus. prædi-
xit populo hæretico illorum euersionem.
1209. n. 23.

Berengaria Regina. fratri Henrici in Castel-
læ regnum succedit, illique filium præfi-
cit . 1217. n. 83.

Berengarius Prouinciæ comes. ab eo defi-
ciunt Massilienses ad Tolosanum. 1227.
n. 34. susceptа a Pontifice Berengarij
clientela . ib.

***Berengarius archiepiscopus Compostellanus .
A. S. L.*** componendo Lusitaniæ ciuili
bello felicem dat operam . 1322. n. 16.

Bernabo Mediolanensis princeps. fratrem na-
tu maximum veneno tollit . 1355. nu.
25. a Marquardo legato cæsareo legibus
& armis premitur. 1356. n. 30. eo bel-
lo implicito Genuenses illius iugum ex-
cutiunt . ib. Ægidio Cardinali Albornо-
tio ob receptam a Ioanne Olegiano Bo-
noniam bellum mouet, Bononiamque ob-
sidet . 1360. nu. 6. censuris perculsus
eas spernit n. 9. concordiæ leges omnes
repellit n. 10. Bononiæ obtidione pelli-
tur . ib. & 1361. n. 1. iudiciaria sen-
tentia ob infestatam ditionem ecclesia-
sticam a Cæsare percellitur . ib. in eum
principes Itali fœdus iungunt . 1362.
n. 1. iudiciaria sententia in eum fertur ab
Vrbano V. 1362. n. 12. & 1363. nu. 1.
profligatur magna clade . ib. conciliari
poscit & struit dolos. ib. decreta in eum
sacra expeditio . ib. a Gallo & Cyprio
Regibus vrgetur vt bello abstineat. 1363
n. 5. 6. Cæsareo terrore & aliorum prin-
cipum minis permotus pacem admit-
tit . 1364. n. 2. & 3. conductis latro-
num turmis Genuam frustra tentat .
1366. n. 20. ecclesiasticos vexat, diui-
naque & humana iura proterit . 1368.
num. 1. in eum dictatæ leges ab Vrba-
no. ib. in eum Cæsar concitatus arma
mouet . n. 8. pacem poscit . ib. ad eum
reprimendum creatus Guido Cardinalis
a Carolo IV. cæsareus vicarius . ib. re-
uerso in Germaniam Cæsare tyrannidem
proferre meditatur . 1369. nu. 8. Etru-
riam infestat . 1370. n. 15. metu Lu-
douici Hungariæ Regis fœdus redinte-
grat cum Pontifice . num. 16. Italiam
iterum turbat . 1371. num. 7. Grego-
rius in eum Cæsarea & Hungarica
arma implorat . ibid. vtitur in
eundem legibus ob grauissima scelera .
1372. n. 1. parta a Bernabone victoria
ad Herberiam . nu. 3. 4. Ecclesiam ve-
xat, atque in suo principatu Cæsarem
Pontificemque agere contendit . 1373.
nu. 10. iudicio hæresεos postulatur &

gra-

graui bello vrgeretur. n. 13. &c. plura amittit oppida. ib. prælio victus pacē expetit. n. 14. captus a nepote veneno extinguitur. A. 1385. n. 12. peccata planxit. ib.

S. Bernardinus, inclarescit pietate & doctrina. 1420. n. 21. Iesu nomen nouo picturæ genere adorandum proponit. ib. orta inde lis eaque sedata. ibid. eius pia opera Bononiæ edita. 1424. n. 18. pia eius mors. 1444. n. 22. fulget miraculis. ib. eius corpus vigesimo sexto post mortem die suauem odorem efflat. ib. de eius miraculis instituta actio iudiciaria. 1445. nu. 27. in sanctorum numero collocatur: 1450. n. 2.

Bernardinus Carnagial tit. S. Crucis. fidem fallit Pontifici, atque Cæsarem Borgiam ante restitutam arcem Forliuiensem in libertatem restituit. 1504. n. 9. coniurat in Iulium ad conflandum schisma. 1510. n. 18. insanibus argutijs contendit ad se & socios spectare ius congregandi concilij. 1511. n. 3. quid de eo ostensum diuinitus Angelo anachoretæ. n. 31. cardinalitia dignitate & sacerdotijs exuitur. nu. 32. in desperationem coniectus conciliabulo Pisano interest. n. 37. Pisis Mediolanum se transfert. n. 42. Mediolano electus ad Leonis X. Pontificis pedes supplex accidit. 1513. n. 44. restituitur cardinalitiæ dignitati imposita ob admissum flagitium pœna. ib.

B. Bernardus Senensis. Oliuetanorum ordinem condit. 1320. nu. 50. pia eius mors. 1348. n. 35.

Bernardus Ruthenensis episcopus. A. S. L. missus a Benedicto XII. pro conciliandis inter se Lusitaniæ & Castellæ Regibus. 1337. n. 24. ijs conciliatis creatur Cardinalis. 1338. n. 50.

Bernardus Boil Minorita. missus ab Alexandro VI. vna cum duodecim Sacerdotibus ad fidem Americæ interendam. 1493. n. 18.

Bernardus de Bibiena Card. S. Mariæ in portica. eius in Gallia legationis gesta. 1518. n. 150.

Bernardus Rotmannus Monasteriensium seductor. e sacerdote ad Lutheranismum, e Lutheranismo in Zuinglianismum, e Zuinglianismo ad Anabaptistas deficit. 1533. n. 63. eius blasphemiæ & deliramenta. ibid.

Bertholdus marchio Hontbruchensis. vtriusque Siciliæ administrationem gerit pro Conradino. 1254. n. 49. ab Innocentio iudiciaria sententia percellitur. n. 51. pontificijs partibus adhæresit. n. 55. territis Cardinalibus post mortem Innocentij ob defectionem Manfredi eos animat vt subsistant Neapoli ad creandum Pontificem. n. 67. in dignitate magistri castrorum Siciliæ collata ab Innocentio confirmatur. 1255. n. 1. dum redit Fogia a Manfredo profligatur. ib.

S. Bertrandus Conuenarum episcopus. eius reliquiæ solemni ritu a Clemente V. translatæ. 1309. n. 1.

Bertrandus de Goto archiepiscopus Burdegalensis. creatur Pontifex. 1305. num. 5. Clemens V. nomē accipit. ib. V. *Clemens V.*

Bertrandus de Poieto Cardinalis A. S. L. creatus a Ioanne XXII. publicæ pacis seruator & arbiter. A. 1320. n. 10. cum Raymundo Cardon a duce copiarum Roberti Regis Galeatiū gemino prælio fundit. 1323. n. 24. Mediolanum obsidet, atque a Cæsareis depellitur. ib.

Bertrandus episcopus Æduensis. contra Petrum Cunerium ius ecclesiasticum defendit. 1329. n. 19.

Bertrandus S. Mariæ in Aquiro diaconus Cardinalis. legatus decernitur a Benedicto XII. pro Angliæ & Galliæ Regibus inter se conciliandis. 1337. n. 11.

Bertrandus Cardinalis Ebredunensis. missus in Aragoniam legatus pro pace inter Balearem & Aragonium concilianda. 1344. n. 33. elusi eius labores a Petro Rege. ib. in Siciliam legatus mittitur. 1246. n. 44. iussus inquirere in Ioannam Reginam ac principes. 1347. n 12. censurarum pœnas intentat Ludouico Hungaro regnum Neapolitanum ingresso, & quid ipsi ab eo responsum. ib.

Bertrandus Patriarcha Aquileiensis. ob defensum ius ecclesiasticum proditione cæsus 1350. n. 16. opes ecclesiasticas non consanguineis sed pauperibus tribuit. ib. insigni constantia de hostibus Ecclesiæ plures victorias retulerat. ib. eius pietas illustris. n. 19. 20. eius corpus corruptionis immune. ib. post mortem fulsit miraculis. ib.

Bertrandus Guesclinus. vagas turmas ducit e Gallia in Castellam. 1365. n. 5. Petrum Regem Castellæ ingentia illi spondentem tentorio excipit. 1369. n. 11. prodit illum hosti Henrico, qui Petrum ferro confodit. ib.

Bertutius dux Venetorum. fœdus armorum init cum Clemente VI. in Turcas. 1343. n. 1. & seq.

Berytum. fugientibus Saracenis receptum a Germanis. 1198. n. 79.

Bessario Nicænus archiepiscopus postea Cardinalis. conuincit auctoritatibus sanctorum Patrum Marcum Eugenicum procedere Spiritum sanctum a Patre Filioque. 1439. n. 4. annuo stipendio sexcentorum aureorum donatur ab Eugenio IV. n. 12. creatur Cardinalis. 1439. n. 41. scribit pro concilio Florentino. 1440. nu. 16. expetitur a pluribus in Pontificem. 1455. n. 17. discussa eius electio ab Alano factioso. ib. a Pio II. missus in Germaniam pro expeditione in Turcas promouenda. 1460. n. 19. & 21. creatus a Pio patriarcha Constantinopolitanus. 1463. n. 58. scripti ab eo plures sacri commentarij. ib. legatus in Galliam pro excitando Ludouico Rege ad bellum turcicum, male ab eo excipitur. 1471. n. 6. & seq. moritur. n. 8. eius elogium. ib. quæ reliquerit ingenij monumenta n. 9. Veneto senatui ampliſſimam Bibliothecam Græcam relinquit. ib.

Birgerus Suecia Rex. a fratribus finis interceptus. 1306. n. 13. & seq.

S. Birgitta. docetur diuinitus Vrbanum si Auenionem redeat illico moriturū. 1370. nu. 19. a Christo in extremo vitæ actu commentur. 1373. n. 15. 26. Sacramentis rite munita piè moritur. ib. illi sanctarum viduarum cultus decretus a Bonifacio IX. 1391. n. 29.

Biterra & Bitterenses. cælitus prædictum eorum excidium. A. 1209. n. 21. vt expugnati fuerint. ib. eorum scelera. ib.

Bizochi. eorum origo & hæreses. 1294. nu. 26. eorum secta pestifera damnata a Ioanne XXII. 1321. n. 18. plures ex ijs exusti. 1322. n. 51.

Blancha Regina mater S. Ludouici. offert Innocentio IV. se cum filijs ad Fridericum tyrannum edomandum venturam in Italiam. 1247. n. 15. rogata a Pontifice ne exercitum nisi iussa transmittat. n. 16. eidem Reginæ a S. Ludouico in Syriam abituro regni administratio relicta. 1248. n. 31. illa Innocentio in Italiam redituro Gallicas vires offert. 1251. n. 18. moritur. 1252. nu. 29. S. Ludouicum docuit, vt prius morti quam peccato succumberet. ib. ante mortem sanctimonialium vota professa est. ib. acerbe illius mortem planxit S. Ludouicus. n. 30. & seq. summa diligentia pro illa preces fundendas curauit. ib.

Blancha Regina Nauarræ. relinquitur Caroli fratris testamento hæres. 1461. n. 130.

Blascus Alagonius Friderici aragonum dux. copias Caroli Regis Siciliæ fundit. 1300. n. 19.

Blasphemi. diuina in blasphemum doctorem vitio. 1201. n. 37. blasphemi deridentes imaginem Saluatoris subito turris casu elisi. 1239. n. 29. Saracenus blasphemans in Christum in riui exigui transitu repente cum equo absorptus nusquam inueniri potuit. 1264. nu. 18. lata lex a S. Ludouico contra blasphemos. 1267. n. 63. eam exequitur. ib. piæ S. Ludouici voces auditis maledictis ineum a blasphemis iactis. ib.

Blasphemus. Stippo vir sanctus in phreneſi blasphemias profert, & post mortem miraculis claret. 1231. n. 40. horrenda blasphemia Friderici II. Imp. 1239. n. 26.

Boamundus princeps Tripolitanus. Saracenos Tripolim inducit. 1278. n. 69. Mahumeticam impietatem e tabigio ecclesiæ Templariorum promulgari iubet. ib. in flagitia se effundit. 1279. n. 49. monitus a Nicolao III. vt scelera emendet. n. 50.

Boamundus Thenpulus. coniurat in rempublicam Venetam. 1310. n. 30. a fœmina occisus in fuga. ib.

Bochardus Magdeburgensis archiepiscopus. ob promulgatas in Ludouicum pontificias censuras immaniter cæsus. 1326. n. 8. veniam poscentibus Magdeburgensibus quæ pœnæ impositæ. ib.

Boemi. compactatis abusi. 1448. n. 5.

Boemia. ad Germanos translata post Vvenceslai III. exedem. 1306. n. 16.

Boleslaus Pudicus Cracouia dux. exemplo Kunegundes vxoris filiæ Regis Hungariæ castitatem colit. 1239. num. 68. pellitur a Conrado Masouiæ duce. 1244. n. 51. Iaczuuingos barbaros excindit. 1264. n. 46. sanctæ vxoris precibus victoriam de Ruthenis comparat. 1266. n. 40.

Boleslaus Sæuus dux Silesiæ. tyrannidem exercet in ecclesiasticos. 1257. nu. 17. dum tentat fratrem spoliare capitur. n. 20. eius posteri regno Poloniæ exclusi, qui ecclesiarum prædijs ditari voluerant. ibid.

S. Bonauentura ord. Minorum Card. ad archiepiſcopatum Eboracenſem a Clemente IV. euehitur. A. 1265. n. 74. dignitatē reſpuit. ibid. creatus Cardinalis a Gregorio X. 1272. n. 68. ipſius pius obitus 1274. n. 28. eius laudes celebratæ a Petro epiſcopo Oſtienſi. ib. vt a Chriſto Euchariſtia refectus fuerit dum ab illius vſu ex Chriſtiana demiſſione abſtineret. ib. poſt mortem inclareſcit miraculis. ib. in ſanctorum confeſſorum numerum relatus a Sixto IV. 1482. n. 46.

Bonifacius comes Montiſferrati, dein Theſſalonicenſis Rex. ſacram expeditionem in terram ſanctam ſuſcipit. 1202. nu. 38. commendatur eius fidei Alexius iunior vt Conſtantinopolitano imperio reſtituendum curet. ib. detrectat intereſſe Iaderæ excidio. 1203. n. 6. Alexium pulſo ſeniore Alexio in imperiū reſtituit. 1203. n. 15. occiſo Alexio a proditore Murſiphilo, Conſtantinopolim expugnat cum alijs cruceſignatis. 1204. n. 13. Theſſaliæ Rex creatur a Balduino. 1205. n. 5. Theſſalonicenſe regnum ſibi ſubijcit. ib. & n. 17.

Bonifacius VIII. creditus auctor formulæ, qua Cæleſtinus V. pontificatu ceſſit, 1294. n. 20. ſubrogatur Cæleſtino. n. 23. prædictus illi antea fuerat a Cæleſtino ipſo pōtificatus. ib. Cæleſtinus apud Bonifacium omnia anteactæ vitæ peccata confeſſione expianit. ib. Romæ Bonifacius conſecratur Pontifex. 1295. n. 1. Cæleſtinum in ſolitudinem ania fugientem perſequitur. n. 11. reductum e fuga in arctiſſimam cuſtodiam tradit ſchiſma reformidans. nu. 13. extincti exequias honorifice celebrat. n. 15. clientelarem ſponſionem a Carolo II. Rege Siciliæ exigit. n. 16. legatum mittit pro ſancienda pace inter Iacobum Aragoniæ & Galliæ & Siciliæ Reges n. 20. Sardiniæ & Corſicæ regnum ex arcano Iacobo promittit. n. 24. deluditur ab Aragonijs. ib. magnis promiſſis Fridericum inuaſorem Siciliæ poſt Iacobi ceſſionem delinire fruſtra nititur. n. 28. Gerbam & Cherchinas inſulas obiacentes Africæ tradit iure fiduciario Rogerio Lauriæ. n. 36. inter Genuēſes & Venetos imperat inducias. n. 38. Albanenſem & Prænestinum epiſcopos Cardinales pro bello inter Gallum & Anglū exorto cōponendo legatos creat. n. 41. indicit inducias inter Germaniæ, Galliæ & Angliæ Reges nu. 42. &c. inferentes merces veritas Saracenis cenſuris percellit. nu. 47. inſtituit vt Apoſtolorum, euangeliſtarum, & quatuor doctorum feſta ritu duplice celebrentur. nu. 56. Petrum S. Mariæ diaconum Cardinalem legatum pacificum creat in pluribus prouincijs. 1296. nu. 1. Piſanos in gratiam cum Eccleſia reſtituit. n. 4. delata illi ab ijs Piſanæ vrbis adminiſtratio. ib. fruſtra ſolicitat Fridericum vt Sicilia diſcedat & concordiæ legibus ſtet. n. 7. eius internuntij pacem Siculis offerentes repulſi. n. 10. in Fridericum & Siculos iudicio agit. nu. 14. S. Ludouicum Minoritam creat epiſcopum Toloſanum. 1296. n. 16. anathema violaturis inducias inter Gallos Angloſque & Germanos intentat. n. 19. verat eccleſiaſticis ne vlla præſtent ſubſidia ſine apoſtolicæ ſedis facultate. nu. 22. ob id edictum Philippus in eum commouetur. n. 24. reddita illi a Bonifacio facti ratio. ib. colloquium Romæ celebrat cū Aragoniæ & Siciliæ Regibus. A. 1297. n. 1. Sardiniæ & Corſicæ regnū certis legibus iure fiduciario tradit Iacobo Regi n. 2. in eum rebellant Cardinales Columnenſes ſubornati a Friderico n. 26. negant ſcripto libello Bonifacium legibus pontificatum tenere. ibid. damnat eos vt ſchiſmaticos, bonisque & honoribus exuit. ib. ſextum decretalium promulgat. 41. Philippum Galliæ Regem in aduerſis tuetur contra Anglum Germanumque. n. 42. 43. conſultur a Rege Siciliæ an nepos ex primogenito defuncto, an ſecundus natu filius in regnum ſuccedere debeat. 1297. nu. 53. decernit ſuperſtitum natu maiorem patri debēre ſuccedere. ib. Fraticellos & Bizochos hereticos nequiſſimos hypocritas perſequitur. 1297. n. 55. ſtationes Vrbis confirmat, additque ſingulis diebus centum indulgentiæ dies. ib. conciliat pacem inter Angliæ Galliæq; Reges 1298. nu. 1. ab ijſdem concordiæ interpres renuntiatus fuit. ib. & n. 2. Angliæ ac Galliæ Reges ſolicitat ad ferendam Armeniæ opem contra Saracenos. nu. 16. pronuntiat aduerſus catholicum Armeniæ ſoluendi gradus conſanguinitatis auctoritatem penes Romanum Pontificem conſiſtere. 20. periclitatur Reate ex terræ motu. n. 23. Cardinales creat. ibid. Iacobum Regem Aragonum ad iungendam cum Carolo II. claſſem adducit. 1299. n. 2. Præneſte excindit atq; aliam vrbem condit, quam ciuitatem papalem appellat. n. 6. conciliat diſcordiam inter Carolum & Andream de Hungariæ regno diſceptantes. n. 12. edicit Eduardo Scotiam non Angliæ, ſed Romanæ eccleſiæ beneficiariam eſſe. 1299. nu. 14. quid illi ab Eduardo reſponſum nu. 20. monachos a baſilica Lateranenſi ſubmouet, & clericos ſubrogat. n. 32. baſilicam S. Petri ſacerdotijs & veſtigalibus auget. ib. religioſos viros mittit in orientem ad propagandam fidem. n. 39. ſolicitatur a Caſſano Tartaro vt copias mittat pro recipienda Syria. n. 44. Iubileum annum celebrat. 1300. nu. 1. Fridericum & Siculos eorumque ſocios Genuenſes grauibus cenſuris percellit. n. 10. Regem Aragonum permouet vt mittat claſſem pro recuperanda Trinacria. n. 19. Carolum Valeſium in Italiam euocat. n. 20. Matthæum Aquaſparram Cardinalem Portuenſem ad ſedandas Florentinorum factiones mittit. n. 22. vocat in ius Albertum Cæſarem ob inuaſum inique cæſo Adolpho imperium. 1301. n. 1. & ſeqq. & Vvenceſlaum Regis Boemiæ filium ob inuaſam Hungariæ coronam n. 7. & 10. Carolum Valeſium creat Pontificiarum copiarum ducem. n. 11. pacandæ Etruriæ partes illi imponit. ibid. Sanctij Regis Caſtellæ filios natalium iuſtorum dignitate donat. n. 18. vetat patriarchalium ſedium canonicis inconſulto Pontifice patriarchas creare. n. 24. cum Gallis maxime faueret Gallorum Regis odia incurrit. n. 26. aggreditur oppreſſam ordinum Galliæ libertatem reſtituere. nu. 29. 30. Gallos præſules ad concilium vocat. ib. Caſſani Tartari Perſidi imperantis oratorem excipit. n. 31. Philippum Galliæ Regem ſolicitat ad expeditionem Syriacam, iungendaque cum Caſſano aduerſus Saracenos arma. ibid. Genuenſium matronarum, quæ mundum muliebrem pro comparanda claſſe in Saracenos diſtraxere, pietatem commendat. n. 32. Porcherum Spinulam Minoritam Genuenſi archiepiſcopatui, quo ceſſerat, reſtituit. n. 35. Fridericum in gratiam admittit conſulens iuribus Eccleſiæ, paciſque fallacis iniquitatem temperans 1302. n. 2. & ſeqq. internuntios ad eum mittit. ib. Siculos cenſuris abſoluit. n. 8. adductus in inuidiam a Gallis, dum ijs conſulit, quaſi ſupremum Galliarum imperium inuaderet. nu. 11. proditur a præſulibus, quorum tuendam cauſam ſuſceperat. ib. edit ſanctionem, eſſe de neceſſitate ſaluris vt Chriſtiani Romano Pontifici ſubſint. n. 13. Ioannem tit. S. Marcellini & Petri presbyterum Cardinalem legatum in Galliam mittit. n. 14. ſpernit Philippus veniam admiſſæ in eum culpæ depoſcere. n. 16. Albertum Auſtriacū Regem Romanorū confirmat. 1303. n. 1. & ſeqq. defectus, qui in Alberti electione interceſſerant, ſupplet ib. clientes Romani imperij ac ſeptemuiros parere Alberto iubet. n. 7. decretoriā fert ſententiam pro Carolo contra Vvenceslaum iunioré regnum Hungariæ affectantē. n. 16. & ſeqq. fœderis inter Trinacriæ & Siciliæ Reges iniri leges temperat. nu. 24. conſulit iuribus Romanæ eccleſiæ. ib. Bonifacij querelæ aduerſus Philippum Galliæ Regem. nu. 34. grauiores minas Philippo intentat. n. 35. intentus ſcribendis edictis, intentos capiti gladios non animaduertit. ib. & n. 41. cuſtodijs conſtringitur ab hoſtibus. n. 41. illuſus ab ijs conſtantiam ſeruat. ib. liberatur ab Anagninis. ib. Romam reducitur. ib. confectus dolore moritur. n. 42. eius corpus poſt trecentos annos corruptionis expers inuentum. n. 44. ex eo calumniæ aduerſariorum confutatæ. ib. quæ pœnæ reſipiſcenti Guillelmo de Nogareto ob captū Bonifacium impoſitæ. 1311. n. 50.

Bonifacius IX. dictus in Cardinalatu Petrus Thomacellus trigeſimo circiter ætatis anno creatus Pontifex. 1389. n. 12. caſtitatis laude & prudentia excelluit. ib. arcem Hadrianam inſtaurauit. ibid. Romanos redigit ad officium. ib. Cardinales creat. n. 13. Adamo Anglo epiſcopo Londinenſi reſtituit Cardinalatum, & Pileo Rauennati ſchiſmatico ad officium reuerſo. ib. cum antipapa cenſuris impie percellere nititur. nu. 14. iubileum annum celebrat. 1390. nu. 1. Vvenceslaum Cęſarem fruſtra ad ſchiſma abolendum ſolicitat. n. 6. duce Bauariæ interprete offert antipapæ legationem in ijs regnis, quæ ipſi parerent, ſi velit in Eccleſiæ ſinum reuerti. ib. ſchiſmaticos Eccleſiæ conciliare omni opere conatur

tur & cenſuris ſoluit volentes nu. 9. Ladislaum in gratiam admittit & in regno Neapolitano confirmat. n. 10. miſſo legato regio diademate redimiri iubet. n. 11. Nauarra a Carolo Rege ab eius obſequio diuulſa. n. 20. legatos mittit in Hiſpaniam pro Caſtellanis a ſchiſmate abducendis. A. 1391. n. 1. caruit ſucceſſu legatio Petri archiepiſcopi Toletani pertinacia. n. 4. Trinacriam in tetrarchias diuidit, quod Maria Regina nupſiſſet ſchiſmatico. n. 7. ſubacta a Martino Trinacria ab eo ad antipapam deficit. ib. edicta a Richardo Rege lata contra libertatem eccleſiaſticam reſcindit. nu. 15. ſanctarum viduarum cultum decernit S. Birgittæ nu. 29. ſubmittit Ioannem Thomacellum cum exercitu ad tuendum Ladislaum. 1392. num. 1. Martinum Aragonium, & Mariam Reginam Trinacriæ hoſtes pronuntiat. n. 4. proceres qui vrbium plurimarum præfecturas inuaſerant donat venia imperato annuo vectigali. n. 5. Bononienſes difficili bello ab eo liberati profitentur Bononiam, Imolamque iuris eſſe pontificij. ibid. Ancomitanos damnantes ſchiſma cenſuris ſoluit. 1393. n. 1. &c. proſligat Britones infeſtantes patrimonium. ib. Viterbium recuperat. ibid. ereptum illi a Biordo tyranno Perufium. ib. Capitolinorum magiſtratuum effuſam licentiam compeſcit. nu. 5. extincto Clemente antipapa eius anticardinalibus ſpondet priſtinam dignitatem ſi redeant ad Eccleſiam. 1394. nu. 6. miſſis internuntijs Gallos tentat vt ſibi obedientiam deferant, ac repellitur. n. 15. indicit ſacram militiam pro tuendo Ladislao. n. 20. contra Turcas ſacram indicit expeditionem. n. 24. 25. iuuat auro & armis Ladislaum pro recuperando regno a quo Auerſa & Capua captæ. 1395. nu. 16. Romanos noua molientes reprimit. nu. 17. arcem Adrianam inſtaurat, & Capitolinam milite firmat. ib. Biordo a ſocio cæſo Perufium recuperat. 1396. n. 1. prodita eius cauſa a Richardo Angliæ Rege a Gallis ſubornato. nu. 2. legatos antipapæ concordiæ ſpecie noua molitos comprimit. n. 3. nititur Trinacrios in ſuo obſequio continere. nu. 4. ac principes Italos coniungere fœdere aduerſus Genuenſes Gallico imperio ſe ſubijcientes. nu. 6. Anglos in Italiam fruſtra euocat, quos opponat Gallis. 1397. n. 1. ægre fert ſe a Vvenceslao Cæſare & Angliæ Rege ad ceſſionem voluntariam pro eccleſijs coniungendis ſolicitari. n. 3. tentatur ab Anglis Galliſque vt cedat pontificatu, data inani ſpe, quod antipapa ceſſurus eſſet. ibid. conflata in eum ab antipapa coniuratio grauiſſima ad eum intercipiendum. nu. 6. irrito exitu ea diſſipata. ib. fruſtra Gallum Regem antipapæ infenſum ſibi conciliare conatur. 1398. nu. 31. tuentur eius cauſam theologi Angli aduerſus ſchiſmaticos. ib. omni ſtudio Ladislaum in regno Neapolitano confirmare nititur. n. 37. 38. plures principes ad illius partes pellicit. ib. roganti opem Imperatori Conſtantinopolitano aliqua ſubſidia præbet. n. 40. ſacram militiam indicit aduerſus Turcas. A. 1399. n. 1. &c. Chalcedonenſem epiſcopum legatum creat ad cogendas auxiliares copias. ib. Honoratum Fundorum comitem ſchiſmatis auctorem victricibus copijs perſequitur. n. 14. Anagniam ab eo recuperat, & alias arces. ib. Tarentini principatus donationem collatam a Ladislao Raymundo Baucio confirmat. nu. 19. Fundorum comitem ad poſcendam miſericordiam adigit. 1400. n. 2. conflatam ab eo & Columnenſibus coniurationem opprimit. ib. & ſeq. in Albatorum ſectam animaduertit. n. 5. & 6. Regi Poloniæ contra Tartaros ſubſidia præbet nu. 7. fideles monet vt Imperatori Conſtantinopolitano opem ferant, grauiora enim pericula capta Conſtantinopoli impendere. nu. 8. &c. recuperata a Ladislao Neapolitanum regnum Neapolitanum ad ſuum obſequium redigit. nu. 11. ſeptemuiris deijciendi Vvenceslai Cæſaris ob eius flagitia poteſtatem confert. nu. 12. fœdus init cum Ruperto. 1401. n. 1. &c. confirmat eius electionem. n. 9. Nicolaum & Ioannem Columnios clementer in gratiam admittit. n. 11. Iacobellum Gaietanum quem funditus excindere poterat, venia & nonnullis caſtris donat. ib. creat nouos Cardinales. 1402. n. 7. pronuntiat iure exauctoratum Vvenceslaum & ſuffectum illi Rupertum. 1403. nu. 1. oratores Ruperti excipit qui obſequium ipſi polliciti. nu. 8. 9. Balthaſarem Coſſam Cardinalem creat legatum pro recuperanda Romania. ib. Bononiam, Perufium & Aſſiſium recuperat a Mediolanenſi tyranno. n. 10. decernit legatum in Hungariam pro ea Ladislao comparanda. nu. 14. præcipit lancita lege ne clientes Eccleſiæ præficere ſibi magiſtratum poſſint. 1404. n. 1. antipapa ad eum oratores mittit. nu. 6. datum ab eo ipſis reſponſum. ibid. pungitur aculeato verbo, ac de ſimoniaca fraude arguitur. n. 7. contracto ex ira morbo moritur. ib. politica peritia floruit. n. 8. & caſtitatis laude. ib.

Bononia. occupata a Pepulis diuendita Ioanni Mediolanenſi. 1350. n. 6. ex pacis legibus Ioannes profitetur eam eſſe iuris pontificij. 1351. n. 27. recepta a Martino V. 1420. n. 10. a Bentiuolo erepta Innocentio VIII. 1488. n. 19. a Iulio II. pulſis Bentiuolis recuperata. 1506. n. 3. 1507. n. 6. a Gallis capta. 1511. nu. 56. recuperata iterum a Iulio II. 1512. n. 55.

Bononienſes. ad obſequium Benedicti XII. redeunt. 1340. n. 60. profitentur coram Bonifacio Bononiam Imolamque iuris eſſe pontificij. 1392. n. 5. in Eugenij IV. poteſtatem redeunt. 1435. n. 11. & Foroliuienſes. 1436. n. 22.

Bononij ſiue Bonihomines. hæretici peſſimi fuere. 1198. n. 37. nefanda eorum hypocriſis. ib.

Borſius Ateſtinus. Ferrariæ ducis titulo exornatur. 1471. n. 56.

Boſna olim Dardania. ad obſequium Romanæ eccleſiæ reuerſa. 1445. n. 23. ſubacta a Mahomete. 1463. n. 14. Boſnæ regnum a Matthia Rege recuperatum. 1464. n. 3. relictum teſtamento eccleſiæ Romanæ a Catharina Regina. A. 1478. n. 42.

Bouinenſe prælium. in eo Otho Cæſar fuſus a Philippo Rege Galliæ. 1214. n. 2.

Boyſſerbam ſummus Tartarorum Imperator. poſtulatur de fœdere a Pontifice aduerſus Saracenos. 1322. n. 41.

Braccius de Montone Perusij tyrannus. ditionis eccleſiaſticæ partem ſibi ſubijcit. 1419. n. 2.

Braccius de Fortebraccijs. Aquilam diu obſidet. 1424. nu. 14. ex vulneribus acceptis infeliciter moritur. ib.

Brachmana ſiue Gymnoſophiſta. eorum deliramenta 1498. n. 40.

Brancaleo. ob ſecuras Manfredi partes carcere incluſus. 1258. n. 5. liberatur a plebe. ib. Pontificem & Cardinales cogit ad fugam. ib. furorem exercet in ſtudioſos Pontificis. ib. Anagninos odio Pontificis delere decernit. ibid. Pontificem ad eum placandum adigit. ib. init fœdus cum Manfredo. ib. ſublatus e vita a diuino Numine colitur a perduellibus. ib.

Branda Cardinalis. miſſus legatus ad cogendam militiam cruceſignatam contra Boemos hæreticos. 1421. nu. 6. koributum Polonum tuentem Boemos anathemate percellit. 1424. n. 10.

Braſilia. a Luſitanis patefacta. 1500. n. 45.

S. Brigitta V. *S. Birgitta*.

B. *Brinolphus epiſcopus Scarenſis*. ſanctimonia floret. 1290. n. 46. ea cognita Magnus Rex Sueciæ ad eius pedes, quem ante vexarat ſe proſtrauit. ib.

Britannorum. electus cæſareis ab Innocentio III. receptum. 1198. nu. 25.

Brixia. ab Henrico VI. Cæſare obſeſſa. 1311. n. 23. interprete Cardinale Fliſco deditionem facit. ib.

Bruno archiepiſcopus Colonienſis. in locum Adolphi qui Othonem Regē deſeruerat ſuffectus, 1205. n. 46. creatur archiepiſcopus deiecto Adolpho. 1207. n. 46. in Philipppi poteſtatem redigitur. 1206. n. 10. e carcere in libertatem reſtituitur. 1207. nu. 8.

Bruno epiſcopus Herbipolenſis. miraculis coruſcat 1218. n. 63. & 1247. n. 24. de ijs inquiri iubet Gregorius. ib.

Brutus dux Cumanorum. Chriſto nomen dat. 1227. n. 50. oſtenſum illi cœleſte viſum. ib.

Bucerus apoſtata dominicanus hæreſiarcha. pro Luthero & Zuinglio conciliandis fruſtra laborat. 1534. n. 43.

Bucicaldus Gallici exercitus dux. Petrum de Luna antipapam Auenione obſidet. 1398. n. 24. ad iuſtas pactiones illum adigit. 1399. n. 9. fert auxilia Emmanueli Imperatori Conſtantinopolitano contra Turcas. 1399. n. 5. ob ſtipendia male ſoluta abſcedit. ib. inſtructa claſſe Romam intercipere nititur quo tempore Gregorius ex ea ad colloquium celebrandum diſceſſit. 1408. n. 4. a Ioanne Maria Mediolanum excitus vrbem ſibi ſubijcere molitur. 1409. n. 86. excluditur petito arcis aditu. ib. deficientibus eodem tempore ab eo Genuenſibus recedit inglorius. ib.

Bucolinus Auximi tyrannus. Turcas ad ſubi-

gendam Italiam euocat. A. 1447. n. 6. ad dedendum Auximum adigitur. ib. a Mediolanensi duce accitus laqueo strangulatur. ib.

Bugia Numidiæ vrbs regia. ab Hispanis capta. 1570. n. 30. strenue defensa. ib.

Bulgari. redintegrant coniunctionem cum Romana ecclesia. 1202. n. 33. Caloioannis Regis ad Innocentium III. ea de re literæ. ib. aliæ de eodem Basilij Bulgarorum archiepiscopi. ib. Innocentij ad eum responsum. n. 36. vt plures Reges Bulgariæ Romanæ ecclesiæ coniuncti fuerint. ibid. Ioannis Bulgariæ Regis literæ confirmantis coniunctionem cum Romana ecclesia. 1203. n. 20.

Bulgaria. a Stephano Rege Hungariæ vectigalis constituta. 1270. num. 30. subacta a Ludouico Hungariæ Rege. 1366. n. 11. Manichæorum in ea nefanda colluuies conuersa. ib.

Burgundiæ comitatus. a Rudolpho Cæsare ad Philippum IV. deficit. 1294. nu. 25. pro eo repetendo Adolphus Cæsar Philippo intentat bellum. ib.

C

Cælestinus IV. succedit Gregorio IX. ac sexdecim tantum diebus pontificatum tenet. 1241. n. 87.

Cælestinus V. creatur Pontifex. A. 1294. n. 1. præmonuerat Cardinales pœnã daturos ni labente bimestri præficerent Pontificem. ibid. eius patria & genus. nu. 8. & 9. in prima illius pueritia dæmon disturbare conatus est matrem ne literis operam daret. ib. in pueritia diuina præuentus est gratia ac cœlestibus visis monitus edoctusque ab angelis. ib. monastica instituta sectatur. ibid. mira illius abstinentia in eremo. ibid. diuinitus edito campanæ suauissimæ signo excitabatur noctu ad preces. ib. inuitus diuinoque terrore intentato a Petro Columna Cardinale actus pontificatum delatum admittit. n. 10. noluit equum conscendere sed asinum Christi exemplo. ib. insidentis asino frœna duxere Siciliæ & Hungariæ Reges. ib. claudus illi asino postea impositus diuinitus curatus est. n. 11. Aquilæ consecratur Pontifex. n. 14. Cardinales creat. n. 16. Gregorianam constitutionem de includendis conclaui Cardinalibus renouat. nu. 17. 18. Neapolim petit, ac duci se a Carolo Rege finit. ib. imminente Christi natali ab hominum commercio abscedit vt diuinis vacet. ib. deliberat de abijciendo pontificatu. n. 19. 20. sanctionem edit Romanum Pontificem abdicare se pontificatu posse. ib. inaudita eius humilitas in dimittendo pontificatu, seque accusando coram Cardinalibus. ib. hortatur Cardinales vt quamcitius subrogarent ipsi Pontificem. nu. 21. proximo a dimisso pontificatu die curat claudum sacra prece lustrando. nu. 22. in eius locum suffectus Bonifacius VIII. nu. 23. remoratur in aula pontificia vt crimina apud Bonifacium sacra exhomologesi expiet. ib. prædixerat Bonifacio antea pontificatum. n. 23. in solicudinis auia se condit vnico sodali sociatus. A. 1295. n. 11. cum iussu Bonifacij quæreretur in Græciam traijcere parat. ib. ventis aduersis repellitur. ib. agnoscitur a nauis ac interruntijs pontificijs traditur. ib. reijcit impia consilia suadentium vt se Pontificem diceret. ib. recluditur in honesto sed arcto carcere a Bonifacio. n. 12. patrat miracula. ib. arctissimæ custodiæ traditur a Bonifacio metuente ne schisma aliqui conflarent. nu. 13. maxima constantia fert carceris angustias. n. 14. sanctissime moritur. ibid. prodigijs illustrata eius sanctitas. nu. 15. sepelitur Ferentini. ib. missus a Bonifacio Cardinalis procelebrandis eius exequijs. ib. miraculis inclaresci t. ib.

Cæsar Borgia filius spurius Alexandri VI. creatur Cardinalis. 1493. nu. 33. datur obses Carolo VIII. addito Neapolitanæ legationis titulo. 1495. nu. 4. fugit e Gallorum a quibus comiter habebatur custodia. nu. 6. creatus in regno Neapolitano legatus Fridericum Aragonium Regia corona exornat. 1497. n. 9. abiecta purpura Valentino ducatu donatus a Ludouico XII. Galliæ Rege. 1502. nu. 7. ab Alexandro VI. parente Forocornelio, Forolimio, Fauentia, Arimino, Pisauro, Fano, Britenorio, pulsis minoribus tyrannis, auctus. nu. 10. 11. Vrbino Guidonem Vbaldum deturbat. ib. in Etruriam ditionem profert Petri Medicis restituendi specie. nu. 12. Camerinum capit ac regulum Iulium Varanum vna cum filijs laqueo strangulat. ibid. Vrsinos crudeliter persequitur. 1503. n. 8. Senogalliam subigit, Tifernum ac Perusium. ib. maiores spes augendarum rerum ex Gallorum Hispanorumque bello concipit. n. 10. multa feruntur de hausto ab eo veneno, quod Cardinali Cornetano paratse dicitur. ib. pontificium thesaurum Alexandro extincto diripit. n. 12. ab Vrsinis oppugnatus in arcis Hadrianæ carcerem veluti in asylum se condit. n. 15. euersa momento eius felicitas. ib. partos male principatus reddit. ib. ex custodia arcis Hadrianæ dimittitur a Iulio II. ea lege, vt Cæsenam, Britenorium & Forumliuij restituat Ecclesiæ. 1504. nu. 9. fraude Cardinalis S. Crucis dimittitur ante arcem Foroliuiensem restitutam. ib. Neapolim profectus in Hispaniam vinctus auchitur procurante Iulio, ac triennali carcere maceratur. ib. dimissus in Nauarræ Regis castris misere occiditur. ib.

Cæsarea Syriæ. a Bendocdare Soldano dolo capta. 1264. n. 69.

Caffa. a Turcis adempta Genuensibus. 1475. n. 23.

Caieta & Caietani. a Iacobo Aragonio obsessa. 1290. n. 25. fortiter illi restitit. ib. Caietani ciues priuilegijs exornati. ib. Caietani a Gregorio IX. ad Friderici obsequium reuocati. 1233. nu. 32. eius fœuitiam mox experti. ib.

Calipbius Baldacensis. captus a Tartaris, 1258. n. 41. inter aceruos auri gemmarumque fame perit. ib.

Calix & Calicis vsus. calicis vsus permissus laicis Boemis a Basilecnsibus additis certis legibus. A. 1436. n. 16. 1437. n. 22. permissus a Basilecnsibus sine pontificio assensu maiores turbas peperit non præteritas sedauit. n. 23. quid de calicis vsu Pius II. oratori Boemo responderit. 1462. n. 15. & seq. pontificio nomine Georgio imperatur vt calicis vsu abstineat & laicos eius vsu prohibeat. num. 17. dum Lutherani calicem affectarunt priuarunt se vero Eucharistiæ vsu. 1529. n. 11. 12.

Calixtini hæretici. qui fuerint. 1524. n. 66.

Callistus III. creatus Pontifex ex Cardinale sanctorum quatuor Coronatorum. 1455. n. 17. prædictus illi fuerat a S. Vincentio Pontificatus. ibid. Reges missis legatis ad sacrum in Turcas bellum solicitat. nu. 27. Nicolaum de Cusa ad Anglos Gallis conciliandos in Britanniam mittit nu. 27. B. Vincentium Ferrerium in sanctorum numerum refert. nu. 40. Gallum Regem frustra in Turcas concitare nititur. 1456. n. 1. & Alfonsum Regem Aragonum. nu. 10. pius Callisti ardor pro tuenda contra Turcas fide. n. 13. Cæsarem & Germaniæ principes incitat vt in Mahometem consurgant. n. 16. indicit sacras preces in Turcas. n. 19. partam diuinitus de Mahomete victoriam celebrat. ibid. Æthiopas concitare in Mahometanos conatur. 1456. n. 45. opes omnes in bellicis sumptibus contra Turcas exhaurit. nu. 49. Mitylenem, Stalimenem & Naxon Turcis eripit. nu. 50. prima Cardinalium creatio ab eo facta. nu. 71. secunda. n. 73. eius nepotes non in Turcas sed in Cyprios arma verunt. 1457. n. 1. redintegrare pacem inter Hungaros & Cæsarem nititur. num. 10. legati opera Turcas contundit in Græco mari. n. 30. indicit solemnes Christianorum conuentus. n. 36. ab ignauis principibus calumnijs appetitur. nu. 36. eius apologia. ib. & nu. 41. Vsumcassanum & alios principes solicitat in Mahometem. n. 66. festum transfigurationis Christi instituit nu. 73. B. Olmundum episcopum Sarisberiensem in Sanctorum ordine ponit. n. 81. deluditur a Georgio Podiebrario hæretico Rege officiosis literis 1458. n. 27. docetur demum pontificia diplomata vsui fuisse hæretico Regi ad religionem obterendam. nu. 28. extincto Alfonso Rege pronuntiat Neapolitanum regnum ad Romanam ecclesiam reuersum. n. 31. moritur die transfigurato Christo sacra. n. 40. eius elogium. ib. nullis Regum precibus ab honesto voluit discedere. ibid. nimio amori suorum indulsit, ac nepoti Spoletanum ducatum contulerat pessimo exemplo. n. 41.

Caloioannes Bulgariæ Rex. coniunctionem cum Romana ecclesia redintegrat. 1202. n. 33. eius literæ ad Innocentium. III. ib. petit ad se mitti legatos apostolicos. 1203. nu. 20. profitetur se velle Pontificis & S. Petri seruum esse. ib. mittit ad eum regia ornamenta Innocentius. 1204. nu. 34. vocatur in auxilium ab Hadrianopolitanis aduersus Balduinum Imperatorem. 1205. n. 17. eius copias ex-

exigua fundis, & vitam capit. ib. mouetur ab Innocentio vt eum restituat libertati, & cum Latinis ineat foedus. nu. 21. quid responderit Innocentio. n. 22. vt a Cardinale legato regia corona redimitus sit. n. 24.

Caluinus. V. *Ioannes Caluinus.*

Camaldulum. diuinitus detensum a S. Romualdo. A. 1498. n. 8. & 9.

Camaterus patriarcha Constantinopolitanus. Innocentij III. legatos excipit humaniter. 1199. n. 60. obijcit primatum ad Ierosolymitanam ecclesiam spectandum videri. n. 61. respondetur ad eius quaesita. ib. resilit a cœpta actione de connubione ineunda cum Ecclesia. ib.

Cambaliensis archiepiscopatus. apud Sinas Tartaris subditos instituitur a Clemente V. 1307. n. 29. primus illius archiepiscopus Ioannes de Monte Coruino fidem inter Tartaros amplificat. 1333. nu. 31.

Cameracense colloquium. in eo inter Ludouicam Reginam & Margaretam Austriacam pax inter Carolum V. & Franciscum I. confecta. 1529. n. 67.

Campso Ægypti soldanus. Calecutij Rex ab eo poscit auxilia contra Lusitanos. 1505. n. 49. eius mine in Christianos. ib. in Lusitanos comparat classem, cuius pars maxima a Rhodijs capta vel depressa. num. 9. rubro mari classem imponit, ac Lusitanos in India fundit. num. 9. victus in proelio a Turcis & occisus. 1516. nu. 55.

Canaria insula. nonnullae ex ijs a Castellanis subactae, & Christiana lege excultae. 1481. n. 31.

Canis Scaliger. praefectus Veronensis bello premit Tarusinos. 1319. nu. 5. & seq. Ludouico Bauaro se coniungit. ibid. postulatus Iudicio a Ioanne XXII. Parauium obsidet, spernitque censuras. 1320. nu. 13. delectus magna clade Patauio propulsatur. ibid. ad pontificias partes se confert depresso Galeatio. 1323. n. 24. ad Ludouicum Bauarum postea deficit. ib. pontificium exercitum Mediolano depellit, ibid. Tarusio potitur & mox extinguitur. 1329. nu. 19. 20. pulsis principatu filijs nothis eius fratres succedunt. ib.

Canonizatio. ritus in ea seruati. 1228. nu. 33. quanta maturitas consilij in sanctorum cultu alicui decernendo adhibetur. 1255. n. 25. & 26.

Cappadocia. subacta a Mahomete II. 1461. n. 42.

Capralis Lusitanus classis praefectus. Brasiliam inuenit. 1500. n. 45. infelix eiusdem in reditu nauigatio. n. 51.

Capucinorum ordo. eius exordia. 1525. nu. 104. illius auctor Matthaeus Basilius ab Angelo ad Clementem VII. deductus potestatem obtinet instituendi sodalitij. ibid.

Carbagandu Argonis Imperatoris Tartarorum filius. Christiana sacra & Nicolai nomen suscipit. 1291. n. 32. postea in apostasiam lapsus est. ibid. testamento Cassim succedit in Persico imperio. 1304. n. 27. extincta matre Christiana fit apostata. ibid. orateres mittit ad Clementem V. pro recuperanda Syria. A. 1307. num. 1.

Carcassona. a crucesignatis ad deditionem compulsa. 1209. nu. 83. predicta ab episcopo Carcassonensium euersio. ib.

Cardinales. grauissimae poenae in eos, qui Cardinales laeserint iniuria constituta ab Honorio III. 1225. n. 51. Cardinalium senatui dimidia vectigalium pontificiorum pars attributa. 1289. num. 50. Cardinales in conclaui praeter fas nonnullas leges dant futuro Pontifici. 1484. n. 28. leges a Martino V. Cardinalibus datae. 1424. n. 4. iussi abstinere a malo & a specie mali. ib. ac patrocinio Regum & principum. ib. Cardinali legato extra ciuitatem obuius factus Rex Aragonum. 1424. n. 21. nudo capite colloquitur cum illo coopertum caput habente. ib. Christiernus Danorum Rex recusat nisi post Cardinales ad crucis osculum accedere in parasceue. 1424. nu. 1. Cardinalitia dignitas a Paulo II. aucta. 1464. n. 57. prima Cardinalium creatio celebrata ab Vrbano IV. 1261. nu. 36. secunda 1262. n. 52. a Nicolao III. 1277. num. 58. a Martino IV. 1281. num. 11. a Nicolao IV. 1288. num. 1. a Caelestino V. 1294. num. 16. Cardinales in factiones diuisi creant Pontificem Burdegalensem archiepiscopum. 1305. n. 1. & seqq. ab eo Lugdunum exciti praeter morem. nu. 11. Cardinalium prima creatio celebrata a Clemente V. 1305. n. 14. secunda creatio 1310. n. 47. alia a Clemente V. celebrata 1312. n. 54. Cardinales post Clementis V. mortem in contrarias factiones discissi. 1314. n. 15. ad conclaue non redeunt. 1315. n. 1. Philippi comitis Pictauij industria Lugduni conclaui inclusi Iacobum Portuensem episcopum Pontificem renuntiant. 1316. n. 2. Cardinalium prima creatio celebrata a Ioanne XXII. nu. 19. noua Cardinalium creatio celebrata a Ioanne XXII. 1317. nu. 55. Cardinales creati a Benedicto XII. 1338. nu. 82. Cardinalium creatio prima celebrata a Clemente VI. 1342. nu. 29. secunda. 1344. n. 68. tertia 1348. n. 36. quarta. 1350. n. 47. Cardinales ab Innocentio VI. creati. 1356. n. 41. celebrata ab eo secunda creatio. 1361. nu. 4. 5. Cardinales creati ab Vrbano V. 1366. n. 33. secunda creatio. 1368. n. 9. tertia. 1370. n. 20. Cardinales creati primo a Gregorio XI. 1371. n. 10. creati secundo. 1375. n. 31. S. Catharinae monita Gregorio data de doribus in Cardinalibus exigendis. ib. creati Cardinales ab Vrbano VI. 1378. n. 104. secunda Cardinalium creatio ab eo celebrata. 1381. n. 26. tertia. 1385. nu. 3. & 4. creati primum a Bonifacio IX. 1389. n. 13. creati a Gregorio XII. 1408. n. 8. secunda creatio. n. 58. creati a Ioanne XXIII. 1411. num. 9. Cardinales a Martino V. creati. 1425. n. 26. creati alij. 1430. n. 6. creati ab Eugenio IV. 1431. n. 34. creati ab eodem. 1439. n. 41. & 1440. n. 11. Cardinalium alia ab eo facta creatio. 1444. n. 22. postrema. 1446. n. 4. Cardd. creati a Nicolao V. 1455. n. 14. Cardinalium prima creatio celebrata a Callisto III 1456. n. 71. secunda. n. 93. creati a Paulo II. A. 1467. n. 16. secundo creati. 1468. n. 39. Cardinales creati a Pio II. 1460. nu. 28. Cardinalium creatio secunda celebrata a Pio II. 1461. num. 121. Cardinales creati a Sixto IV. 1471. num. 79. creati ab eodem 1476. num. 21. alij. 1477. num. 10. creati alij a Sixto. 1480. num. 43. & 1483. num. 61. Cardinales creati ab Innocentio VIII. 1489. num. 19. creati ab Alexandro VI. 1492. num. 28. creati secundo. 1495. num. 3. creati tertio. 1496. n. 38. creati quarto. 1500. n. 56. creati a Iulio II. 1503. nu. 20. secunda creatio ab eodem celebrata. 1505. n. 41. latum in simoniacos Cardinales decretum a Iulio. 1506. n. 2. creati noui Cardinales a Iulio. 1507. nu. 24. iterumque alij. 1508. n. 23. alij iterum. 1511. n. 46. creati a Leone X. 1513. nu. 77. &c. creati secundo. 1517. nu. 100. Cardinales moniti ab Hadriano VI. ne reos excipiant aedibus. 1522. n. 17. ab Hadriano VI. vnus tantum Cardinalis creatus. 1523. n. 114. creati a Clemente VII. *Vide* in Clemente, & ita in singulis Pontificibus.

Cardinales Galli postea schismatici. ex mutuo liuore sibi obsistunt, ne quis eorum ad pontificatum promoueatur. 1378. n. 3. Vrbanum vt virtutibus pontificatui parem deligunt. nu. 4. metu perciti ob popularem tumultum fingunt Cardinalem S. Petri creatum Pontificem. n. 10. reducti ex ijs aliqui sprera morte electionem Vrbani confirmant. ib. pacata seditione Vrbanum solemni ritu tiara cingunt. nu. 14. ad Caesarem & principes & Cardinales Auenione degentes scribunt Vrbanum rite electum. nu. 18. 19. praedictum schisma eorum a S. Catharina Senensi. n. 22. acerbe obiurgantur ab Vrbano. 23. 24. in eum concipiunt odia. ib. & nu. 25. increpantur de iniustitia & simoniaca nequitia, & alijs vitijs. ib. parant illi insidias. n. 26. ad eum vi aperta opprimendum coniurant. n. 27. consulunt Ioannem de Lignano & Baldum ex ficto themate, fiunteq; certiores electionem valere. n. 29. & seqq. ad 39. oblatum ijs ab Vrbano pro dirimenda controuersia concilium respuunt. n. 42. & seqq. diuulgant se incitatos a Carolo Gallorum Rege ad conflandum schisma. 1378. n. 46. &c. iuuantur a Ioanna Regina Siciliae irata Vrbano ob male habitum ab eo oratorem. ib. ad illius nutum creant antipapam. ib. pars orbis maxima eorum impietatem detestatur. n. 51. 52. creant antipapam. ib. vt tres Cardinales Italos antipapatus spe ad se pellexerint. ib. excidunt ab infanda spe & Ecclesiam maximis tumultibus implent. ib. casum electionis vt mendaces sepius mutat. ib. immittunt exercitum ad opprimendum Romae Vrbanum. 1379. n. 24. exercitu caeso Anagnia fugiunt, atque a Ioanna Regina protegunturr. nu. 26. conuicti mendacij. 1379. nu. 44. spernendam eorum consensionem docet S. Catharina in exhalim rapta. n. 49. cur rebellarint aduersus Vrbanum. nu. 52.

argumentur a Petro Cardinale Tolentano non discedendum fuisse ab Vrbano, nisi post latam a Concilio sententiam. n. 13. &c. gratia Lusitanorum praesulum adversus eos argumenta. A. 1381. n. 34. creatis duobus Pontificibus simul viuis ius dignitatis amisere. ib. Petri Flandrini excardinalis & sociorum in morte impenitentia. n. 47. demonstratur non esse incredibile eos potuisse labi. n. 22. &c. extincto Roberto antipapa meditantur ne subrogent in illius locum alium antipapam vt schisma tollatur. 1394. num. 6. honorificas redeundi ad Ecclesiam leges ijs proponit Bonifacius IX. ib. illudunturr a Petro de Luna cessionem commendante. ib. astringunt futurum antipapam ad cessionem si Pontifex cesserit. ib. creant antipapam Petrum de Luna. n. 7. fastu suo se in maximas difficultates conicere. n. 12.

Cardinales Gregory XII. plures ab eo discedunt. 1408. n. 31. multa in eum vi & dolo gesserunt, ibid. indicunt concilium ad tollendum schisma. ib. eorum argumenta, ob quae Gregorius concilium celebrare non possit. n. 32. quid Gregorio conanti eos ad se reuocare responderint. n. 44. & 51. iudiciaria acta in eos a Gregorio confecta. n. 60. lata in illos ab eo sententia. 1409. nu. 1. &c. quae ab ijs gesta in Pisano concilio. n. 13. obiectum ijs a caesareo oratore moliri ipsos nouum schisma conflare. n. 13. & 14. caput controuersiae inter eos & Gregorium. n. 47. &c.

Cardinales sub Iulio II. schisma meditati. dicendum a Iulio II. 1510. num. 18. contendunt inanibus argutijs ad se ius congregandi concilij spectare. 1511. n. 3. mentiuntur plures Cardinales sibi adhaerere, qui Iulio adhaerebant. ib. iactant impudenter tres ex ipsis sufficere pro indicendo concilio. n. 8. indicto a Pontifice Lateranensi concilio mouent controuersiam de loco. n. 16. monentur officij a Iulio. n. 24. instaurant conciliabuli Basileensis errores. ib. intentant exauctoramentum Pontifici. 1512. n. 7.

Cardinales fraudati. simoniacum Pontificem creant. 1492. n. 24. eundem scelerum vltorem sentire. ib.

Cardinalis S. Petri. fingitur creatus Papa a Cardinalibus ad Romanos deludendos. 1378. n. 10. durius attrectatus ab ijs, qui pedes podagricos osculabantur verum aperit se factum esse Papam. nu. 10. inde aucta seditio. ib. moriens testatur Vrbanum VI. creatum legibus Pontificem. n. 41.

Cardoccius seditiosus Florentinus. ad summum magistratum in Florentina republica euehitur a seditiosis. 1529. n. 71. sacerdotum & ecclesiarum opes inuadit. ib. caesareo premitur exercitu, ac plures vrbes amittit. n. 74. Florentia deditione recepta afficitur supplicio. 1530. n. 140.

Carlis. daemonum superstitionem abijcit. 1255. n. 61.

Carolj barbari. infestant Sueciam. 1290. n. 47. sub iugum missi a Trugillo dant Citrillo nomen. ib. Suedico adiecti imperio. ib.

Carlostadius. V. *Ioannes Carlostadius.*

Carmelita. veniti variegata veste vti ab Honorio IV. A. 1286. n. 36. siccti monte Carmelo a Saracenis ob mutatam vestem. ib.

Carola Cypri Regina. succedit patri Ioanni Regi. 1456. nu. 45 contrahit inimicitias cum Iacobo fratre notho. ib. pellitur Aegyptijs armis regno Cypri. 1460. n. 93. in occidentem venit pro colligendis auxilijs. n. 31. leues copias auxiliares ad virum ducit nu. 34. Paphum recipit deinde amittit. ib. mittit oratorem ad Mahometem pro recuperando regno & contemnitur. 1462. n. 39. extincto Iacobo prensat regnum a Venetis, sed repellitur. 1473. nu. 4. sustentatur Romae a Sixto IV. 1475. n. 1. litem intendit Venetis apud Pontificem sed frustra. n. 30. moriens iura regia relinquit testamento duci Sabaudiae. 1487. n. 34

Carolus I. Andium dux, Prouincie comes, ac demum vtriusque Siciliae & Ierosolymae Rex. in eum transferre Siculi regni iura decernit Vrbanus V. 1263. n. 78. & 1264. n. 2. creatur Vrbis senator a Romanis. nu. 3. Vrbanus non perpetuam sed ad tempus aliquod eam illi dignitatem confert. ib. obsequitur illi Carolus. ib. suscipit comparandae armis Siciliae prouinciam instigatus ab eo. num. 12. Clemens IV. coeptam cum eo ab Vrbano actionem perficit. 1265. nu. 11. victis hostium insidijs Romam ingreditur. n. 12. corripitur a Clemente ob inductos in palatium Lateranense Gallos nobiles. ib. errati veniam poscit. ibid. Siciliae vtriusque iuribus donatur & quibus legibus. n. 19. & seq. regios titulos arripit. n. 21. Manfredus illum ad certamen allicere nititur ante Gallici exercitus aduentum. n. 25. regia inunctione linitur cum vxore Beatrice. 1266. n. 1. in Neapolitanum regnum irrumpit. nu. 9. interpellantem de pace Manfredum acuto & graui responso repellit. nu. 10. maxima strage delet eius exercitum ipsumque Manfredum occidit. nu. 12. triumphales Caroli literae ad Clementem. nu. 13. Beneuentum vastat & corripitur a Pontifice. ib. regno potitur ac Luceriam Saracenorum expugnat. n. 17. Manfredi vxorem ac liberos carcere includit. n. 22. Gibellini principes Caroli meru ad Pontificis obsequium reuocati. ib. creatur a Clemente publicae pacis in Hetruria arbiter. 1267. n. 5. & 6. rebelles graui bello vexat. ib. Saraceni Luceriae in eum rebellant. n. 12. Saraceni ex Africa in eundem exciti. ib. Henricus Hispanus in eundem coniurat. n. 13. Romani ad defectionem ab eodem adducti. n. 17. concitati aduersus eum in Sicilia motus. 1268. n. 2. ex Hetruria in Siciliam signa conuertit. n. 3. Henrici Castellani cum coniuratio. nu. 25. Corradino irrumpente in regnum Nuceriae obsidionem soluit. n. 29. prima eius acies dissipata ab Henrico. n. 30. secunda perrupta a Corradino. ib. colligendis spolijs inuentum Corradinum fundit. ibid. redeuntem Henricum vincit. ib. ipsius litteras ad Clementem de reportata victoria. n. 32. Corradinum Henricum que atque alios duces capit, & capitali supplicio afficit. n. 34. Henricum perpetuo carceri addicit. ib. senatoriam Vrbis dignitatem capessit. ib. Siciliae insulam ad obsequium reuocat. n. 35. Conradum de Antiochia rebellionis auctorem supplicio afficit. ib. licentiam grassandi in Siculos militi male permittit. n. 36. de ea permissa licentia obiurgatur a Clemente. ib. spernit Pontificis monita ac rebellandi Siculis occasionem praebet. ib. Nuceriam ad deditionem compellit. 1269. n. 1. Christianos qui Saracenos ad rebellionem impulerant perimit, ac Saracenos addicit seruituti. ibid. plures ad Christiana sacra perducit. ibid. Philippum filium cum principis Achaiae filia haerede matrimonio iungit, atque in Graeciam ditionem profert. n. 4. euentu ambiguo bellum gerit cum Palaeologo. ib. Palaeologus arbitrum deligit S. Ludouicum vt Carolum a bello Graeciae inferendo auertat. 1270. nu. 10. extincto S. Ludouico ad Tunetana castra peruenit cum classe. n. 25. barbaros Tuneto erumpentes delet. ib. Tunetanus Rex ab eo pacem efflagitat. ib. Caroli Regis stipendiarius efficitur. ib. suis commodis magis quam propagandae fidei studuisse accusatur. ib. intermissa expeditione Syriaca redit in Siciliam. nu. 24. eius classis magna ex parte hausta fluctibus. n. 24. thesaurus, quem a Tunetano Rege acceperat fluctibus haustus. ib. castigatus ob non mandatum operi votum creditus est. ib. adit Cardinales Viterbij ac solicitat vt Pontificem det Ecclesiae. 1271. nu. 3. praefecturam Hetruriae abroget Guidoni e Montforti ob trucidatum in ecclesia Henricum principem. ib. Maria Antiochena in eum transfert Hierosolymitanos titulos. 1272. n. 20. eos Siculo titulo coniungit. ib. Isabellam filiã Ladislao Regi Hungariae matrimonio iungit. 1272. n. 48. filiam aliam Philippo Balduini II. filio dat vxorem, ac bellum gerit cum Palaeologo. 1274. n. 19. iussus seruare inducias. ibid. exercet controuersias cum Rodulpho Romanorum Rege. n. 5. regni Hierosolymitani proceres fidem Carolo obstringunt posthabito sacramento Hugoni Regi Cypri dato. 1277. n. 16. rebellantes aduersus Palaeologum odio religionis catholicae ab eo susceptae tuetur. 1278. n. 13. victae eius copiae. ib. de foedere cum Rhodulpho Caesare agitat interprete Pontifice. 1278. nu. 61. Siciliam vtranque pontificiae beneficentiae refert, atque in Nicolai III. verba iurat. nu. 66. iussus a Nicolao Hetruriae praefectura cedit, atque pontificium legatum in arcium possessionem inducit. n. 68. senatoria Vrbis dignitate iussus discedere discedit. n. 69. commendata a Nicolao eius fides & modestia insigni dicto n. 69. affinitatem iungit cum Rodulpho. 1279. n. 10. Prouinciae & Folkaquerij comitatus Caesareae beneficentiae acceptos refert. n. 11. imperij terras nõ inuasurum spondet. ib. & 1280. n. 1. &c. creatur Vrbis Senator a Martino. 1281. n. 14. Ioanne

ne Procida auctore Palæologus Imperator & Petrus Rex Aragonum in eum coniurant. n. 27. 28. emabat tunc classem aduersus Palæologum. ib. crucis symbolum pro recuperanda Syria accipit. A. 1282. n. 5. de restituendo prius imperio Constantinopolitano Philippo genero consilia agitasse ferunt. n. 7. Siculi in eum coniurant & Gallos passim caedunt accepto vespertini officij signo. nu. 12. immanis populorum oppressio ipsi ruinam peperit. ib. cognito mali forte ferri leges pro leuandis iniquis oneribus. ib. datas a Cardinale legato Messanensibus concordiæ leges temere repellit. 1282. n. 22. cum Messanam impetu capere posset, militem continet, ne eam vastaret. ib. veniente Rege Aragonum obsidionem soluere cogitur. ib. cius naues plures vel incensæ, vel captæ, ibid. Calabri in eum defectionem moliuntur, & egre eos continet. n. 27. ingentes copias e Gallia elicit. 1283. n. 5. prouocatus ad singulare certamen a Petro Rege Aragonum stulte illud admittit. n. 6. Martino IV. iubenti vt regno Siciliæ recuperando instet, non paret. ibid. ostensæ illi proditoris fraudes, nec credit. ib. missus ad eum Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano. n. 12. non audiens pontificis monita in graues calamitates se conijcit. num. 13. Burdegalam it confert, nec comparuit Petrus Rex Aragonum deridens eius Britanniam. ib. tandem se velut puerum illusum ab hoste agnoscit. ib. pollicetur Siculis a se Guilhelmi II. leges restitutum iri. 1283. nu. 41. cum rediret in regnum eius filius Carolus princeps Salerni ad pugnam elicitus in prælio nauali capitur. 1284. n. 14. audito eo casu nullum doloris signum edit. ib. dum de eo liberando agitat, resque dolo a Siculis extrahitur, expeditionis Siculæ conficiendæ tempus amittit. ib. dum classem instruit pro expeditione conficienda in Siculos, morbum lethalem contrahit. 1285. n. 1. munitus ecclesiasticis sacramentis pie obit. ib. & n. 2.

Carolus Salernitanus princeps postea Siciliæ Rex II. eius nomine. S. Magdalenæ corpus adhibita pia diligentia inuenit. 1279. n. 12. Siculorum probas consuetudines instaurat. n. 41. parat expeditionem in Siciliam. n. 13. contra legati monita imprudenter pugnam init cum hoste eum prouocante. n. 14. capitur in portu Neapolitano. ib. abducitur in Siciliam, ac inde patris expeditio in Siciliam retardata. ibid. agenti in Siculo carcere Ierosolymitani regni reliquiæ illi ereptæ ab Henrico Cypri Rege. 1286. n. 33. interprete Eduardo Angliæ Rege cum Alfonso Aragonio fœdus pacticitur. 1287. nu. 4. propositas ab Aragonijs duriores pro eo liberando leges respuit Nicolaus IV. 1288. n. 15. datis obsidibus filijs Roberto & Ludouico in libertatem restituitur. nu. 16. a Nicolao V. Sicula corona exornatur. 1289. nu. 1. & seq. Friderici, Conradi, & Manfredi tyrannorum leges Siculis impositas abrogat. ibid. viginti vncias auri annuas ecclesiæ Reatinæ tradit. ib. bello in Calabria periit a Iacobo Aragonio. A. 1290. n. 24. Caieta ab eodem obsessa fert suppetias. ib. cum Iacobus obrui posset cum eo inducias biennales conficit. ib. exasperatus in eum Robertus Atrebatensis discedit in Gallias. ib. arguitur a legato imprudentiæ Carolus. ib. Caietanos immunitate vectigalium ad decennium donat. ib. Carolum Martellum primogenitum a legato Hungarica corona cingendum curat post Ladislai illius auunculi mortem. n. 41. conciliat Alfonsum Aragonium Gallis & Pontifici. 1291 n. 39. tradit Carolo Valetio Andium & Cenomanorum comitatus filiamque Clementiam in vxorem vt iuribus in Aragoniam cedat. ib. Cælestino V. insidente Ilino stratoris munere fungitur cum Carolo Martello filio Hungariæ Rege. 1294. n. 10. clientelarem sponsionem præstat Bonifacio VIII. 1295. n. 16. fœdus cum Iacobo Rege Aragonum sancit. n. 20 Luceriam Saracenorum, excisa superstitione, vocari iubet ciuitatem S. Mariæ, & ecclesiam cathedralem condit ac ditat. n. 37. deluditur a Iacobo Rege Aragonum, qui Siculis suadet, vt fratrem Fridericum creent Regem Siciliæ. 1296. nu. 6. Fridericus acceptis regni insignibus in Calabriam incurrit, illique Rhegium & alia oppida eripit. num. 14. illius filius S. Ludouicus nuncupato voto S. Francisci institutа amplectitur. nu. 16. extincto primogenito Carolo Martello, consulit Bonifacium Papam, an nepos ex primogenito an filiorum superstitum natu maximus succedere deberet. 1297. nu. 53. pronunciatum pro superstitum filiorum natu maximo contra nepotem. ibid. S. Ludouicus episcopus Tolosanus natu secundus illius filius pie moritur. 1297. n. 68. Iacobus gener cum eo classem aduersus Fredericum iungit. 1299. nu. 2. fundit maxima clade Fridericum. n. 3. deluditur a Iacobo qui captum Fridericum elabi finit, & Carolum mox deserit, cum Siciliam restituere illi posset. ib. imprudenter Philippum filium in Siciliam mittit. n. 4. Philippus eius filius in prælio captus. ibid. Roberti alterius filij opera Catanià ad deditionem pellicit. n. 5. eius nepos ex Carolo Martello primogenito ab Hungaris in regnum excitus. n. 12. 13. arguitur a Bonifacio Friderici internuntios inconsulta sede Apostolica excepisse. 1300. num. 15. missa illi classis auxiliaris a Iacobo Rege Aragoniæ. n. 19. exercitus a Carolo in Siciliam immissus profligatus a Friderici duce. n. 19. excitus in eius auxilium e Gallijs Carolus Valesius n. 21. cũ Carolo Valetio Robertum filium Calabriæ ducem in Siciliam mittit. 1302. n. 2. eius duces fracti diffugijs & mora ob epidemiam fallacem cum Friderico pacem ineunt iniquis legibus. ib. colloquium celebrat Pictauij cum Pontifice & Galliæ Nauarræque Regibus. 1307. n. 1. obstringit se ad mittendum vnum e filijs ad recuperandam recipiendamue a Tartaris Syriam. 1307. nu. 4. moritur. 1309. n. 17. virtutes eius & vitia. ib. non ex primogenito nepos sed certius natu filius in regnum successit. n. 18.

Carolus Valesiorum & Alençonij dux. Aragoniæ & Valentiæ iuribus induitur a Martino IV. A. 1283. n. 24. &c. inter illum Alfonsumque Aragonium Eduardus Angliæ Rex concordiæ interpretem egit. 1286. n. 13. Philippus IV. Galliæ Rex illum in regnorum possessionem inducere nititur. n. 28. attributæ Philippo decimæ ea de causa a Nicolao IV. 1288. n. 15. cedit iuribus in Aragoniam & Valentiam acceptis a Carolo II. Andium & Cenomanorum comitatibus, eiusq; filia Clementia in vxorem Neapolitani regni hæredi data. 1291. nu. 51. fœdus init cum Iacobo Alfonsi successore ac iure in Aragoniam cedit. 1295. nu. 20. missus aduersus Ioannem Hannoniæ comitem, qui in Gallias incurrebat, illum ad officium redigit. num. 41. excitus a Bonifacio aduersus Siculos. 1300. num. 21. & 1301. nu. 11. pontificiarum copiarum dux creatur. ib. administratio patris ditionis pontificiæ illi tradita. ib. creatur pacis publicæ arbiter in Herruria. ib. Florentini publicæ rei gubernacula illi tradunt. ib. conflatæ dein in eum ab alba factione conspirationes. ib. eam deprimit pellitque in exilium. ibid. euehere illum ad imperium meditatus est Bonifacius. n. 26. ducit in Siculos exercitum. 1302. n. 1. eius impetus effugijs & mora fracti a Frederico. num. 2. grassante in castris peste pacem iniquam inter Fridericum & Carolum II. componit. ibid. expeditionem in Græcos ducere meditatur. 1306. num. 2. studet illi Clemens V. ac decimas attribuit. ib. plura consilia iterum ea de re agitata. n. 6. Philippi fratris odio spe imperij Germanici deturbatur. 1308. n. 19. plura Aquitaniæ loca Eduardo fiduciarium sponsionem præstare detrectanti eripit. 1324. n. 38.

Carolus Martellus Caroli Siciliæ Regis II. primogenitus Hungariæ Rex IX. ornatur Hungarica corona iure Mariæ Reginæ Ladislai fine prole defuncti sororis. 1290. n. 41.

Carolus Hungariæ Rex Caroli II. Regis Siciliæ ex primogenito nepos. composita inter eum & Andream Venetum controuersia a Bonifacio VIII. 1299. n. 12 postulatus iudicio a Bonifacio Boemiæ Rex quod Hungariam inuaderet. 1301. nu. 2. pro Carolo contra Hungarum tuendo missus in Hungariam legatus Cardinalis Ostiensis. n. 4. cum Alberico Cæsare expeditionem ducit aduersus Venceslaum Boemiæ Regem 1303. n. 15. Cumanos in ea expeditione ducit, quorum decem millia trucidata. ib. pro eo sententia lata a Bonifacio aduersus Boemum. n. 16. iussi Hungari Carolo parere. n. 23. extincto Vvenceslao Boemiæ Rege Otho dux Bauariæ illi oppositus a seditiosis. 1307. n. 15. lata a Clemente V. pro illo sententia aduersus Othonem ducem Bauariæ. ib. missus eius gratia Gentilis Cardinalis legatus

ius in Pannoniam. n. 21. conciliati Carolo omnes qui antea Boemo aut Bauaro adhæserãt. n. 22. apud Albamregalem sacra corona solenni ritu redimitur. ib. Gentilis legatus Budæ plures leges sancit pro regno illius componendo. A. 1309. nu. 15. 16. extincto Carolo II. auo paterno de regni successione controuersiam mouet. n. 18. a Roberto patruo victa eius causa. ib. in Matthæum Palatinum perduellem pugnaturus militem sacramentis muniendum curat. 1312. n. 52. diuina ope cruentam de eo victoriam refert. ib. Vrsinum schismaticum Seruiæ Regem vincit. 1320. n. 1. eius regni partem maximam subijcit. ibid. eundem Vrsinum ad accipiendas leges schismaq; damnandum compellit. 1322. n. 48. insidijs appetitus e periculo euadit. 1331. n. 25. redibat tunc victor e Tartarico bello. ibid. principatum patruum a Roberto repetit. n. 26. iuncto cum Roberto fœdere sponsalia inter Andream filium & Ioannam regni hæredem celebrat in Sicilia. 1333. nu. 27. plura cum Tartaris prælia feliciter conficit. 1334. n. 26. sacræ indulgentiæ illi collatæ si in bello cadat. ib. de barbaris retert victoriam. 1335. nu. 50. cum Boemo & Polono fœdus init. ibid. eius filius Ludouicus a Casimiro auunculo Poloniæ heres designatus. 1339. n. 80. Caroli piecas inlignis. nu. 81. ingens precum numerus ab eo fundi solitus restrictus a Benedicto XII. addita lege vt duodecim pauperes vltra solitos aleret. ibid. solicitatur a Benedicto vt Bosnenses ad fidem catholicam reuocandos curet. 1340. nu. 73. moritur pie tribus regnis tribus filijs destinatis. 1342. n. 28. succedit illi in Hungaria Ludouicus. ib.

Carolus dux Calabriæ Roberti filius. præceptorẽ conformandorum morum habuit S. Eleazarum comitem. 1323. nu. 69. expeditionem in Trinacriam ducit. 1325. n. 11. Panormum Messanamque frustra oppugnat. ib. paratas insidias feliciter euadit. 1326. n. 17. &c. Neapoli moritur relicta Ioanna puella hærede. 1328. nu. 59. pontificiarum partium studiosi ob eius mortem consternati. n. 60.

Carolus IV. Gallia Rex. Philippo V. fratri succedit. 1322. nu. 30. vrgetur a Ioanne XXII. vt tuenti Armeniæ succurrat. ib. colloquia inania pro ea re miscet. ib. Anglico bello se implicat cum Eduardus fiduciariam pro Aquitania sponsionem illi non præstaret. ib. damnato Bauaro annititur ad imperium, sed a Germanis deluditur. 1324. n. 25. Carolum Valesium ad recipiendam Aquitaniam immittit, atque plura loca sibi subijcit. n. 38. flectitur a Pontifice vt pacem cum Anglo componat. ib. aspirat ad occidentale imperium dissentientibus inter se Germanis. 1325. n. 1. arguitur a Ioanne XXII. quod in consectando imperio sit remissior. nu. 5. & seqq. vrgetur a Leopoldo Austriaco vt bellum Ludouico Bauaro inferat. ibid. plures Germani ad eum spectant. ibid. Boemiæ Rex & archiepiscopus Treuirensis illius consilijs aduersantur. ib. interprete sorore Regina Isabella fœdus init cum Eduardo Angliæ Rege. n. 12. frustra Ioannes in eum meditatur transferre imperium. A. 1326. nu. 7. structæ a magis illius vitæ insidiæ. 1327. n. 44. in fontes ex legibus animaduertit. ibid. moritur nullo herede relicto. 1328. nu. 68. in eo Philippi pulchri stirps regia breuissime exaruit. ib. succedit illi Philippus VI. ib. & seqq.

Carolus Ioannis Regis Boemiæ filius postea Imperator eius nominis IV. ostensum illi diuinum iudicium aduersus Guidonem Delphinum Viennensem ob adulteria illius. 1333. n. 22. lasciuiam coercet, ac templum Virgini ponit in Parmensi agro. ib. Boemica corona eum exornandum curat a Pragensi archiepiscopo Ioannes Rex. 1341. n. 16. conuenit cum patre Clementem VI. ac de imperio sibi comparando agit. 1346. n. 18. Pontifici quænam promiserit. 19. creatur Cæsar. n. 31. Bonnæ argenteam coronam accipit. n. 33. confirmatur a Clemente in cæsarea dignitate. ibid. in Leodiensi agro ab hostibus funditur. nu. 38. ad tuenda iura Romanæ ecclesiæ & nefaria acta Bauari rescindenda se obstringit. 1347. n. 1. extincto repentina morte Ludouico Bauaro, imperij libenis habenis potitur. nu. 10. 11. Pragensem academiam instituendam curat. ib. illius res amplificatæ. 1348. nu. 15. Germaniam peragrat cum exercitu. ib. sequaces Ludouici Bauari aduersus illum Eduardum Regem Angliæ Cæsarem creant, sed is electionem iniquã respuit. ib. Bauaros principes persequitur ac ad eos conciliandos Ecclesiæ interpretem agit. nu. 22. creatus ab ijs Guncherus Schuruuartzburgensis Cæsar Pontificem Cæsari subesse decernit. 1349. nu. 13. paulo post contractis manibus in Caroli potestatem redigitur. ibid. Aquisgrani iterum corona redimitur. 14. Ludouicus marchio Brandeburgensis cæsarea insignia illi restituit. ibid. Nicolaum Laurentium captum in Germania perduci vinctum Auenionem iubet. 1350. n. 3. Italiam ingreditur pro suscipienda imperiali corona. 1354. nu. 6. pontificio iussu tres patriarchæ decreti pro ferrea corona illi in ecclesia S. Ioãnis Modoeciæ imponenda. nu. 9. inito fœdere præfecturam Mediolanensem confert Vicecomitibus. n. 11. Pisani se illi subijciunt. ib. insignia imperij recuperat a Ludouico marchione Brandeburgensi. 1354. n. 18. duo Cardinales decreti pro imperiali corona illi conferenda. 1355. nu. 2. lustrat Vrbis ecclesias. ib. a Petro episcopo Ostiensi, corona imperiali redimitur. n. 16. coram eo sacramenta Pontifici nuncupata confirmat. ibid. Roma digreditur cum nouarum rerum cupidi Romani illum in Vrbe retinere vellent. n. 17. 18. repulsis Gibellinis profitetur se non defuturum Pontifici pro recuperanda ditione ecclesiastica. n. 19. rogatur ab Innocentio VI. vt pacis interpretem inter Gallos & Anglos agat. 1356. nu. 30. plures leges in conuentibus Moguntinis promulgat. n. 13. in conuentibus Nurcmbergensibus archiotatum Brandeburgensem Ludouico dicto Romano confert. n. 14. mittit exercitum contra Venetos ad imperij vrbes ab ijs recuperandas. n. 29. Marquardum in Italia creat legatum, qui Bernabonem & Galeatium edictis armisque premit. A. 1356. n. 39. eius duces fusi a Bernabone. ib. specie castigandi sacerdotum vitia ius ecclesiasticum ledit. 1359. n. 11. monitus officij cæsarei sanctionem pro iure ecclesiastico fert. ibid. Bernabonem ob infestatam ditionem ecclesiasticam sententia percellit. 1361. num. 1. filium Vvenceslaum suscipit, qui tristi præsagio fontem baptismalem loco contaminauit, atque aram in qua corona cinctus est stercore foedauit. nu. 2. pontificiam causam tuetur aduersus Bernabonem Vicecomitem. 1364. nu. 1. cum Hungaro pacem redintegrat. n. 10. 14. Vrbanum V. adit. 1365. n. 1. in Italiam venit. 1368. n. 4. Romanæ ecclesiæ priuilegia instaurat. n. 5. in Bernabonem arma vertit. n. 8. Hetruriæ motus componit. ib. Vrbanum comitatur. ib. lustrorũ munere more solito fungitur. ib. Imperatricem a Pontifice corona exornari curat. num. 8. redit in Germaniam creato Guidone Cardinale cæsareo in Italia vicario. ib. obtinet a Gregorio XI. vt Vvenceslaus adolescens creari Cæsar possit. 1376. n. 13. creandum curat in Francofurtensi conuentus sordis artibus, proditoque imperio vectigalia publica abalienat. ib. Robertus Gebennensis & alij Cardinales ad eum scribunt de canonica Vrbani VI. electione. 1378. nu. 17. 18. electionem Vvenceslai filij in Cæsarem confirmari ab Vrbano VI. obtinet. nu. 41. moritur magno Ecclesiæ damno. n. 120. 121. arguitur quod malis artibus socordi filio peperrerit imperium. ib. rerum a se gestarum scripsit historiam. ibid. præclara filio reliquit monita. ib. pro tollendo schismate concilium celebrandum experiebat. 1379. n. 3. 4.

Carolus Dyrrachij dux. dolo infaustas nuptias cum Maria Ioannæ Reginæ Siciliæ sorore celebrat. 1343. n. 73 Ludouicum Regem Hungariæ adit atq; ad amplexus admittitur. 1347. n. 1. dein proditione sine ordine iudiciario in eodem loco necatur, in quo Andreas necatus fuerat. ibid.

Carolus Rex Navarræ dictus Malus. ex insidijs comitem Engolismensem inuidens eius virtuti trucidat. 1353. n. 15. aduersatur Ioanni Regi atque ab eo in custodiam traditur. 1356. n. 1. Galliam ciuili bello miscet. 1358. nu. 3. contendit materno iure Gallicum sceptrum sibi debitum antiquiore, quam quo Anglus sibi debitum contendat. ib. auxilia ab Anglis accipit ad turbandam Galliam. ib. de Burgundiæ ducatu certat. 1364. n. 15. bellum in Castellæ Regem mouet iuncto cum Aragonio & Henrico comite fœdere. nu. 18. obtenta in Normanniæ partem iura commutat cum Monte Pessulano

ſalino. A. 1371. num. 5. ob plures Caſtella vrbes ciuili bello partas ab Henrico petitur bello. 1373. nu. 24. pacem ab eo redimit contracto cum eo fœdere. ibid. in crimen adducitur veneni Guidoni Cardinali & Gallo Regi parati. ib. a Gallo Rege petitus bello plures vrbes amittit in Gallia. ib. infelix eius mors. 1387. n. 10.

Carolus Hiſpanus magiſter equitum idemque comes Engoliſmenſis. proditione trucidatus a Rege Nauarræ. 1353. n. 15.

Carolus Delphinus poſtea Gallia Rex dictus eius nominis V. ſeditioſos comprimit. 1359. n. 1. eorum principem dictum Iaqueorum Regem candenti tripode rediuiri iubet. ib. accepta a patre poteſtate regia corona redimitur. ib. grauiſſimo bello petitur ab Eduardo Angliæ Rege. ib. ſuccedit Ioanni Regi. 1364. n. 16. 17. bellum gerit cum Eduardo Angliæ Rege. 1370. n. 20. & 1371. n. 1. cõponit cum Nauarræ lites de iuribus in parte Normanniæ illi dato Montepeſſulano. 1371. n. 4. 5. Santonas, Engoliſmam, Rupellã & alias vrbes Anglo eripit. 1372. n. 26. Britanniam minorem fugato Ioanne ſubijcit. ib. tentatus veneno a Nauarræ Rege Carolo eum bello petit, & pluribus vrbibus exuit. 1373. n. 24. Vvaldenſes in Delphinatu exagitat. 1375. n. 26. fauet Cardinalibus Vrbano VI. rebellantibus ad conflandum ſchiſma. 1378. n. 46. creato antipapa cœtum epiſcoporum & doctorum ampliſſimum celebrat. n. 60. 61. conſultum illi Cardinalium contraria aſſerentium dicta non admittenda. ibid. ſpretis ſanis conſilijs ex improborum ſententia tyrannide catholicos opprimit. nu. 62. peruertere nunquam potuit Belgas, Britones, & Aquitanos. ibid. monetur a Petro principe Aragonio de impendente diuina ira, niſi obſequatur Vrbano. 1379. n. 48. S. Catharina in extaſim rapta dictat plura ad eum ſacra monita vt ſchiſma abijciat. n. 49. Pilei Cardinalis Rauennatis ad eum monita, n. 52. perſequitur catholicos. nu. 53. regnum ab Anglis odio ſchiſmatis vaſtatum luget. 1380. num. 9. graui & lethali morbo percuſſus ob crimen conflati ſchiſmatis ex Roderici Ruizij Franciſcani vaticinio fertur, ib. ſubducit ſe ab antipapæ obſequio publico decreto. ibid. & nu. 10. profitetur eum Papam ſe agnoſcere quẽ ſynodus œcumenica verum Papam pronuntiaſſet. eod. n. 9. ſuccedit illi Carolus filius eius appellationis VI. Ruizij de eo vaticinium. 1381. n. 33.

Carolus comes Alenconius regia ſtirpe ſatus. S. Dominici inſtituta ampleditur. 1359. n. 1.

Carolus Zeno. Caloioannem pulſo Andronico reſtituit imperio. 1379. n. 55. reuerſus ex oriente Genuenſes vincit. 1380. n. 28.

Carolus Dyrrachij dux poſtea Sicilia Rex III. eius nominis. a Ludouico Hungariæ Rege contra Venetos bello præficitur. 1380. n. 4. 5. ſpondet Vrbano Hungarus illum compoſito bello Veneto miſſum iri cum exercitu aduerſus Ioannam Reginam Siciliæ ſchiſmaticam. ib. excitatur a S. Catharina Senenſi vt bellum pro vero Pontifice contra ſchiſmaticos ſuſcipiat. ib. a Ludouico Hungariæ Rege mittitur contra Ioannam Reginam. A. 1381. n. 1. & 2. Vrbanus ab eo ſacramentum exigit de parte regni conferenda nepoti pontificio. ib. &c. fiduciario regni iure induitur. ib. redimitur regia corona ab Vrbano. n. 24. inſtruitur ab eo auro plurimo in militum ſtipendia. ib. Othonem Ioannæ virũ aditus obſæpientem propulſat. ib. certatim populi in eius obſequiũ procumbunt. ib. patefactæ venienti Neapolis portæ. ib. Reginam Ioannam in arce obſidet, & Othonem fugat. ibid. Othonem ſubſidio venientem vincit, capitque. ib. cogit ad deditionem Ioannam. ib. regnum Neapolitanum in ſuam poteſtatem redigit. ibid. principatuum pontificio nepoti promiſſorum poſſeſſionem conferre illiabnuit. nu. 26. inde odiorum & malorum ſeges exorta. ib. Maſſilia, Arelatum & plures arces ad Carolum ſpectant. ib. cunctando Ludouici Andegauenſis ab antipapa creati Regis impetus frangit. 1382. n. 10. 11. fallaci officij ſpecie Vrbanum capit, deinde cum ipſo pacem init. 1383. n. 1. &c. vexillum Eccleſiæ de manu Vrbani accipit profecturus contra Ludouicum Andegauenſem. 1384. n. 1. Luceriam Pontificis nepoti ex pacto concedit. ib. Gallorum impetus ex conſilio Othonis Brunſuicenſis mora & tædio frangit. nu. 2. & 3. interclusis commeatibus ita fatigat Andegauenſem vt morbo perierit. ibid. priores rixas exercet cum Vrbano. nu. 4. in eum coniurat cum Cardinalibus & præſulibus. ib. ob captos ſex Cardinales Vrbanum Luceriæ obſidet. 1385. n. 4. ab eo anathemate percellitur. ib. Vrbani nepotem regno inhiantem capit. n 5. Caroli exercitus a ſchiſmaticis diſſolutus n. 7. fugit illius vim Vrbanus. ib. euocatur ab Hungaris in ſpem regni. nu. 9. regni Hungarici diademate redimitur. ib. ex inſidijs obtruncatur. 1386 nu. 1. eius corpus caret eccleſiaſtica ſepultura. ib.

Carolus VI. Gallia Rex. ſuccedit Carolo V. patri. 1380. num. 10. regitur a patruo Ludouico duce Andegauenſi. nu. 11. ab eo in præcipitia ſchiſmatis abripitur. ib. fruſtra ſolicitatur ab Hungariæ & Caſtellæ Regibus vt eccleſiarum coniunctionem ſub vno capite tueatur. n. 12. Genuenſes ab eo poſcunt opem contra Afros. 1390. n. 21. mittit exercitum duce Ludouico Borbonio in Africam. nu. 22. reſtitutis in libertatem Chriſtianis compoſitum bellum. ib. dum aduerſus Britanniæ ducem exercitum ducit amentia percutitur. 1392. n. 7. recreatus e mania ad redintegrandam eccleſiarum coniunctionem animum conuertit. ib. in chorea grauiſſimum diſcrimen vitæ adit. ib. ſchiſmatis defenſi ſceleri illius calamitas tributa. 1394. n. 2. vrgetur a Sorbonicis doctoribus vt tollendo ſchiſmati det operam. nu. 3. extincto Clemente antipapa ſuadet anticardinalibus ne quem in illius locum ſubrogent quo ſchiſma tollatur. n. 6. ſpretum ſapiens illius conſilium a ſuperbis anticardinalibus. ib. a Benedicto XIII. antipapa fucatis promiſſis deluditur. n. 12. miſſi ad eum internuntij a Bonifacio IX. n. 15. mittit principes ad exorandum antipapam vt ſchiſma tollat. A. 1395. n. 1. &c. fallaci reſponſo ab eo deluditur. ib. fœdus affinitatemque cum Richardo Angliæ Rege iungit. 1396. n. 2. eum impellit ad iniqua conſilia deturbandi Pontificis falſo pollicitus ceſſurum antipapam. n. 2. Genuẽſes ſe ob mutua diſſidia illius imperio ſubijciunt. n. 6. in eum Bonifacius IX. Italos principes coniungit fœdere. ib. auxiliares copias ſubmittit Sigiſmundo Regi contra Baiazethem I. 1396. n. 18. ex ab Hungaris deſertæ obruuntur numero, ceſis Turcarum ſexaginta millibus. ib. ſe ſubducit ab obſequio antipapæ ob perfidiam illius in fouendo ſchiſmate. 1398. n. 1. in promulgando eo decreto epiſcoporum partes male inuadit. n. 2. Papæ & antipapæ ex æquo ceſſionem male imperat, ac multa perperam agit. ibid. & ſeqq. pragmaticam ſanctionem edit & ſe conſtituit acephalum. n. 16. partes eius ſequuntur anticardinales contra antipapam. n. 16. ducis Bucicaldi opera antipapam obſidet. n. 24. Bonifacium IX. amittentem illum ſibi conciliare reijcit. n. 31. Richardum Angliæ Regem vrget vt a Bonifacio deficiat. n. 31. Vvenceslaum Cæſarem ſolicitat vt Pontificem ad ceſſionem vrgeat. n. 36. Bucicaldum ducem cum copijs ad Emmanuelem Imperatorem contra Turcas defendendum mittit. 1399. nu. 5. ad eum confugit idem Emmanuel Imperator Conſtantinopolitanus pro auxilijs contra Baiazetheu eliciendis. 1400. n. 8. ob mentis alienationem nulla dare potuit. ib. miſſis oratoribus Germanos ſolicitat, vt deturbandum curent Pontificem cum antipapa. nu. 16. prudens Germanorum ad eum reſponſum. ib. relabitur in amentiam, indeque orta bella ciuilia. 1412. n. 7. ab Henrico V. Angliæ Rege graui bello petitur & plura amittit in Normannia. 1415. n. 54. graui bello ab eo premitur. 1418. n. 24. a factione Burgunda circumductus fidiſſimorum clientum cædes approbare cogitur. 1418. n. 25. a duce Burgundiæ in Angliæ Regis poteſtatem redigitur. 1420. n. 6. Carolo filio exheredato Angliæ Regem data illi in vxore filia regni heredem moderatoremque inſtituit. ibid. e viuis decedit. 1422. n. 33. ſuccedit filius Carolus VII. in regni parte. ib.

Carolus Rex Nauarræ, idemque comes Ebroicenſis. Nauarros antipapæ parere iubet. 1390. n. 20.

Carolus Malateſta princeps Ariminenſis. in concilio Conſtantienſi nomine Gregorij XII. pontificatu cedit pro tollendo ſchiſmate. 1415. n. 28.

Carolus Delphinus poſtea Gallia Rex eius nominis VII. ægre ex ſeditioſorum manibus euadit. 1418. n. 25. cum Ioanne duce Burgundiæ bellum gerit & Angli metu pacem cum eo facit. 1419. nu. 9. cum is fidem non ſeruaret, colloquium cum eo

eo init. ib. eo inscio trucidatus Burgundus. ib. Burgundi filius Philippus Delphini odio Regem cum parte regni in Angli potestatem redigit. A. 1420. nu. 6. exheredatur a patre deliro. ib. in eum Henricus Angliæ Rex ingentem exercitum ex Anglia eduxit. 1421. n. 18. succedit Carolo VI. patri defuncto in regni partem. 1422. n. 33. regium insigne Pictauij accepit. ib. obsequentem se præbet Pontifici & ius ecclesiasticum tuetur. 1424. n. 20. diuina virtute illius res visæ assurgere. ib. Ioanna virago Aurelianensis dicta diuinitus submissa ad ferendam illi opem 1428. nu. 9. & 10. ipsa Anglos Aureliæ obsidione depellit. 1429. n. 18. eiusdem ope hostes magnis cladibus atterit. 1430. n. 2. Anglos cædit in Normannia. 1435. nu. 3. Anglo Regi Aquitaniam Normanniamq; offert si paci assentiat. n. 4. pacem Anglo respuente eam sancit cum Burgundo. n. 5. Lutetiam recuperat, & Suessiones & Laudunum & alias vrbes. 1436. n. 23. aduersus factiosos Basileenses pontificiam auctoritatem primum tueri decernit. 1438. n. 13. dein ad Basileenses deficit. nu. 14. postea Basileensibus se præfert, & pragmaticam schismaticam edit. ib. auertere schisma nititur, sed pia eius consilia Turonensis archiepiscopus prodit. 1439. n. 24. instaurat sanctionem pragmaticam. n. 37. damnat Basileen ses schisma concilio. 1440. nu. 4. dubitanti an Papa esset superior respondet Eugenius litem sæculorum praxi diremptam. ib. monitus vt pragmaticam aboleret repugnat. n. 5. profitetur Eugenium IV. esse verum Christi vicarium. 1441. n. 9. queritur a Basileensibus Ecclesiæ monarchiam dissolui. n. 10. poscit concilium celebrari in Gallijs. n. 12. cur illi repugnarit Eugenius. n. 13. rogatur Carolus a Castellæ Rege vt vesaniam Basileensium reprimat. ib. illius filius Ludouicus Ecclesiæ creatus signifer bellum suscipit in Basileenses schismaticos. 1444. nu. 13. Nicolaus V. illi Sabaudiam antipapæ eripiendam attribuit. 1447. nu. 18. concordiæ interpretem agit. ib. Anglos inducianum fractores bello vexat. 1449. n. 16. vniuersa pellit Normannia & parte Aquitaniæ. 1450. n. 20. Aquitaniam subigit. 1451. n. 2. solicitatur vt arma in Turcas vertat. ib. & 1453. n. 13. Anglos in Aquitaniam reuersos iterum pellit, n. 20. Burdegalam recipit, ac duabus arcibus munit. ib. corripitur a Callisto III. quod vires cum alijs Regibus in Turcas iungere detrectet. 1456. nu. 1. Ludouicus Delphinus ab eo dissentiens ob matrem ab illo spretam se ad Burgundum confert. n. 5. intentata Carolo a Callisto diuina ira ni vires contra Turcas vertat. 1456. n. 4. &c. Genuenses ab Alfonso Rege diuexati, se Caroli VII. Regis clientelæ commendant. 1458. nu. 29. mittit Ioannem Andegauensem ad Ligusiam administrandam. ibid. Alfonsi impetus propulsat. ib. acerbe queritur apud Pium quod Ferdinando notho Aragonio regnum Neapolitanum tradiderit. 1459. n. 37. Pij consilia de Turcico bello confundit. A. 1459. n. 77. Genua illius iugum excutit. 1460. n. 73. Armaniaci comitem ob incestum cum sorore principatu exuit. n. 110. eius copiæ Genuensi porru magna clade propulsatæ. 1461. n. 7. rogatur ab orientalibus Regibus vt arma iungat in Turcas. n. 36. 37. sacram militiam temnit. ib. in delirium melancholicum incidit, seque veneni metu fame enecat. ib. moriens pietatis dat signa. ib.

Carolus Rex Nauarræ Nobilis dictus. apoplexia moritur. 1425. n. 5. succedit illi Ioannes Aragonius princeps dotali vxoris iure. ib.

Carolus Suecia Rex. amissa Gothlandia Norwegiæ regnum Dano eripit. 1452. n. 14.

Carolus Viena princeps. vocatur a Patre Ioanne Rege specie redintegrandi fœderis. 1461. n. 130. truditur in carcerem a patre traditurque nouercæ. ibid. pro insonte sumunt arma Catalani. ibid. renuntiant heredem sine consensu patris. ib. veneno extinguitur. ib. Nauarræ regnum relinquit sorori. ib.

Carolus dux Caroleſij postea dux Burgundiæ. vincit Ludouicum XI. ad montem Lethericum. 1465. nu. 10. sumpto Leodiensis episcopi patrocinio Leodienses subijcit. nu. 22. succedit Philippo patri. n. 23. rebellantes Leodienses impetu capta ciuitate ad quadraginta millia cædit. 1468. n. 33. duodecim millia mulierum immanissime mersit. ibid. Gueldriam sibi subijcit. 1470. n. 49. Eduardum Regem Angliæ profugum restituit regno. 1471. n. 51. bello petit Ludouicum XI. Regem Galliæ. 1472. n. 12. Neellam Viromanduorum ad deditionem compellit. ib. fruit in dediticios. ib. Bellouaco propulsatur. ib. ad proferendam ditionem Nussiam oppugnat. 1474. n. 4. in eum tota Germania commota. nu. 6. affectat imperium. 1475. nu. 2. plures illi vrbes ereptæ a Ludouico Rege Galliæ. ib. Angliæ Regem contra Gallum concitat. n. 5. ad pacem cum Gallo adigitur. ib. pacem cum Imperatore conficit & Nussiæ obsidionem soluit. 1475. n. 5. regium nomen affectat. 1476. n. 11. magnam cladem accipit ab Heluetijs. ib. Renatus ex eo recuperat amissam Lotharingiam. ib. Nanceium obsidione cingit in ea perituras. ibid. a Renato iuniore cæditur in prælio. 1477. n. 3. iustas ambitionis crudelitatisque dat pœnas. ib.

Carolus dux Normannia. ducatu a Ludouico XI. fratre Rege spoliatur. 1466. n. 13.

Carolus VIII. Galliæ Rex. monita illi a Ludouico patre data. 1483. num. 28. initia eius regni turbida fuere. n. 35. obsequium defert Innocentio VIII. 1485. n. 36. vocato ab Innocentio in spem regni Neapolitani Renato contendit a Renato seniore relicta Ludouico patri regni Neapolitani iura. 1480. nu. 12. serius Renato auxilia decernit. ib. S. Audomari fanum, Morinum, Arrebatum, & alias arces amittit, quæ illi a Maximiliano Cæsare ereptæ. n. 42. in Belgio cladem a Maximiliano accipit. 1487. nu. 12. ingentia illi a Baiazethe promissa si rediret Zizimū in Gallia, sed serius. A. 1489. n. 1. vocatur ab Innocentio VIII. in spem regni Neapolitani contra Ferdinandum. 1489. n. 5. Maximilianum Cæsarem & Ferdinandum Regem Castellæ aduersarios patitur. ib. Margaretam Maximiliani filiam sibi pactam dimittit, & Annam ducissam Britanniæ ducit vxorem. 1491. n. 15. ab exulibus Neapolitanis solicitatur ad regnum Neapolitanum sibi armis comparandum. 1493. n. 27. & a Ludouico Sfortia Mediolanensi. n. 28. Siciliæ & Ierosolymorum titulos Gallicis addit. ib. meditanti expeditionem Neapolitanam varios terrores obijcit Alexander VI. 1494. n. 15. spernit eos terrores. n. 18. inania dat promissa de transferendo in Turcam bello ex regno Neapolitano. n. 22. Pisas ac plures alias arces a Florentinis recipit. 1494. n. 21. Vrbem pacifice ingreditur. n. 29. de Alexandro VI. capiendo & pontificatu flagitio parto deturbando agitat. 1495. nu. 1. schismatis metu cum eo pacem conficit. nu. 2. summis ipsum honoribus colit vt Pontificem. n. 3. soldanus Zizimus illi traditus ad Turcas ciuili bello implicandos. ib. fugiente Alfonso potitur regno Neapolitano. n. 6. & residuas nonnullas arces a Ferdinando Alfonsi Regis filio tentas expugnare male negligit. num. 8. politico dolo fallaces spes restituendæ in Græcia religionis ostentat. ibid. quæ a Venetis illi proposita subsidia ad recuperandam Græciam. num. 13. male reijcit proposita a Venetis ac demendacissima hypocrisi arguitur. num. 14. sociale fœdus in eum conflatum auctore Alexandro Papa. n. 14. & 15. redit in Gallias nondum pacato regno Neapolitano. nu. 19. regressus Romam nil aduersus Alexandrum principes omnes aduersus ipsum concitantem agit. n. 22. eidem licet hosti ecclesiasticas vrbes restituit. n. 23. in eum bellum apparatum iactata per hypocrisim expeditione in Turcā postea conficienda. n. 26. prælio ancipite hostiles turmas repellit. ib. relicti ab eo præsidiarij in Etruria cæsi. 1495. n. 32. superatis multis periculis Ludouicum Aurelianensem obsidione liberat, n. 33. cum Mediolanensi pacem init ea lege vt Genuam Gallorum Regum beneficentiæ acceptam referat. ib. oblata illi a Veneris pacta vt bellum transferat in Turcas. ib. oblatæ triremes centum. ib. eius res in Neapolitano regno labefactatæ. n. 34. & seqq. lues venerea relictum ab eo exercitum depascit. n. 36. nulla suis subsidia mittit, qui arcibus tormentisque hosti permissis discedunt e regno Neapolitano. 1496. n. 10. Caietam demum amittit, nu. 14. impositi naui laceræ Galli pereunt naufragio. ib. iterum affectat regnum Neapolitanum. 1498. nu. 1. apoplexia extinguitur. ibid. succedit illi Ludouicus XII. n. 4.

Carolus Ambasianus dux exercitus a Ludouico XII. in Italia constitutus. a Iulio II. damnatus anathemate

fusus

fusus a spectris diuinitus apparentibus. A. 1521. n. 65. in morte gesti in Pontificem belli veniam poscit. ib.

Carolus Rex Hispaniarum postea Imperator dictus eo nomine V. extincto Ferdinando auo Regem se dicit. 1516. n. 43. contra Ioannem Alebretensem Nauarram sibi asserit. n. 45. Algerium frustra oppugnat. ib. pacem conficit cum Francisco Galliæ Rege & quibus legibus. 1516. n. 80. simultates gerit cum eodem Francisco], qui illi obsistere nititur ne ad imperium euehatur. 1518. n. 159. ducum opera Mauros in Africa prælio vincit trucidato Horruco Barbarossa. nu. 167. Tremesenii expugnat cæsis quadraginta Maurorum millibus. ib. tentato Algerio maximam cladem accipit. ib. eius electio Pontifici formidanda visa. iussique legati septemuiros deterrere ne eum eligerent. 1519. nu. 7. exposita causa, quod ex veteribus decretis Insubriam & Neapolitanum regnum coniungere cum imperio non posset. ib. &c. callide exercitum contrahit in Germania in Galli tauroret. n. 10. quæ pro Carolo eligendo proposita in comitijs. n. 12. &. 13. contra ostensum absente eo in Hispania Germaniam ciuilibus bellis laboraturam. nu. 14. Fridericus dux Saxoniæ repudiato imperio dat operam vt Carolo imperium deferatur. n. 23. renuntiatur Cæsar. ib. quæ leges illi imponat. n. 27. poscit a Leone iohui sacramento vt regnum Neapolitanum coniungat cum imperio. n. 31. Hugonem Moncatam mittit cum exercitu aduersus Algerij tyrannum. 1519. n. 62. eius classis naufragium passa. ib. Gerbas subigit. ibid. Ferdinandi Cortesij opera Mexicanum regnum in America subigit. num. 69. Lutheri libros comburi iubet. 1520. n. 63. ex Hispania in Germaniam profecturus Hispaniarum administrationem relinquit Hadriano Cardinali. nu. 69. appellit in Angliam & fœdus init cum Henrico Rege. ib. eo absente rebellant Hispani. n. 70. Aquisgrani Germanica corona redimitur. nu. 73. Magellanes eius auspicijs per occidentem ad Moluccas insulas perueni. nu. 98. Vormatiæ imperij conuentus celebrat. 1521. n. 8. accusato impietatis Luthero Saxone contendente Lutherum calumnijs peti, fidem publicam imprudenter dat hæresiarchæ. ib. hæreses suas astruentem Lutherum obiurgat oratoris opera. n. 13. fert in Lutherum sententiam. n. 14. 15. dolet tamdiu se toleraſſe hæresiarcham impium. ib. cum Leone X. pacisci tur de Gallis restituto Francisco Sforcia Insubria depellendis. 77. veteribus legibus soluitur vt cum imperio regnum Neapolitanum coniungere possit. nu. 80. pertinus bello in Nauarra a Francisco, Pompeiopolim aliasque arces amittit. n. 84. rebelles Hispanos domat. n. 102. coniuncto cæsareo exercitu cum Pontificio Gallos Mediolano pellit. nu. 108. respuentem inducias Franciscum maiori clade afficit Liguriamque illi eripit. 1522. n. 14. Gallico intentus bello neque Albaregali nec Rhodo a Turcis obsessæ opem ferre curauit. n. 29. catholicos Germanos ab hæreticis oppriui, sacerdotesque bonis exui ignaue patitur. n. 48. pia desideria de hæreticis gladio coercendis & Hungaris tuendis contra Turcas concipit, & auare & iniquæ annatas poscit pro ijs perficiendis n. 55. negatis ipsi annatis Lutheranos grassari inerter patitur. nu. 58. spreta eius auctoritas, sprotaque edicta in Nurembergensi conuentu. A. 1524. nu. 7. & seqq. Nurembergensis conuentus decretum rescindit. n. 28. verat de rebus ad fidem orthodoxam spectantibus quidquam decerni inconsulta sede Apostolica. ib. iubet Vvormatiense edictum obseruari. ibid. & nu. 22. ducum opera Gallos ex pluribus Insubriæ arcibus depellit. n. 82. elatus secundis successibus ad Galliam inuadendam aspirat. n. 83. 84. conductam sacro in Turcas auro classem auertit nefarie in Gallos. n. 85. ducum opera Prouinciam occupat exceptis Massilia & Arelate. ib. non ausus, vt erat politicus, in Narbonensem Galliam eodem tempore irrumpere. ib. Massiliam frustra ducum opera obsidet. nu. 85. Mediolanum a Gallo Rege occupatum amittit. n. 92. eius administri leges dare Clementi Pontifici moliuntur. n. 93. de Moluchis insulis litem mouet Lusitanis. n. 109. iniquas ijs minas intendit. ib. dum cæsareo nomine tuetur in Hispania, Germania euertitur, ciuilique bello supra centum hominum millia cæsa. 1525. n. 15. deliberat an Germanos ab hæresi reuocare debeat, ac male agendi ijs permittit habenas. n. 66. Mauros libi subditos cogit ad baptismum suscipiendum. ibid. mittit ad eum oratores Moschouita pro ineundo fœdere in Turcas. n. 68. Genuam amittit capto in prælio Hugone Moncata. n. 77. ducum opera fundit Franciscum I. capitque. n. 80. Insubres & Ligures ad eum a Gallo deficiunt. n. 81. exercitum tendentem in regnum Neapolitanum ducum opera profligat. n. 81. metuebat tunc ne Insubria regnoque Neapolitano amissis exueretur imperio ob laxatas hæresi habenas. n. 81. victoria modeste vtitur. n. 82. pia consilia illi a Dosimeo episcopo suggesta pro pacanda re Christiana armisque in hæreticos & Turcas vertendis. ib. ijs spretis nefaria ducis Albę sequitur consilia. n. 83. in Christianos omnes affectat tyrannidem. ibid. Franciscum Regem in Hispaniam transferri iubet. n. 83. pia consilia Clementis VII. aspernatur. n. 92. Franciscum Sfortiam principatu Mediolanensi deturbare molitur. ib. & n. 93. rogatur a Pontifice vt Mediolanensem principatum Sfortiæ permittat, Gallumque Regem æquis legibus dimittat. 1526. nu. 1. pontificias preces temnit, ac tyrannide premere Christianos omnes deliberat. ibid. Gallum Regem acerbissimis legibus ad suam augendam amplitudinem dimittit. ibid. Pontifex in eum cum Italis, Anglis & Gallis ad elidendam eius potentiam conspirat, seruitutis ab eo imponendæ metu n. 8. terrigus sociali bello de pace agit cum Pontifice. n. 9. 10. 11. Laudam & Saonam amittit. n. 12. Mediolano socialem exercitum propulsat ducum opera. n. 15. Mortiam ad arcem Mediolanensem dedendam compellit. ib. Clementem prodituone fere intercipit. ibid. ab eius oratore pontificia regia & basilica S. Petri expilatur. ib. de cæsareis litibus cum Pontifice ad concilium prouocat. n. 22. in crimen a Francisco I. de Hungaria non defensa contra Turcas vocatus. n. 51. eius frater Ferdinandus cæso Ludouico Rege, Hungariæ Boemiæque regnum occupat. A. 1526. n. 71. Rhodijs equitibus opem ad recuperandam Rhodum poscentibus negat, sed Molitem tradit. n. 78. Mauros Hispania eijcit. n. 84. rebellantes addicit seruituti. ib. misso Francisco de Angelis Clementem de pace certis legibus solicitat. 1527. nu. 3. polliceatur inter alia se repressurum Lutherum. ib. mutatis rebus eius administri acerbissimas leges imponunt Pontifici n. 4. nefarij eorum conatus ad opprimendum Pontificem. nu. 8. populus illius administer præcipuus. n. 8. Cæsaris res in regno Neapolitano in exitium præcipites. ibid. Feramoscam oratorem mittit ad Clementem pro redintegranda pace. n. 11. 12. restituere illi captæ in regno Neapolitano vrbes. ib. persolutum a Pontifice Caroli exercitui stipendium vt in Insubriam redeat. n. 13. non placatus eo idem exercitus, sed ad rapinam more latronum irritatus ibid. expectatione emptæ pacis illusus Pontifex, & Roma vastata quinta maij. n. 16. obsessa a Caroli exercitu Clemens. n. 21. vitam redimere cogitur ab exercitu cæsareo n. 23. Gallico exercitu in subsidium Pontificis veniente, Genuam, Ficinum, Alexandriam & Boschum amittit. n. 29. tenet in custodia Pontificem, & Luthero ac Zuinglio & alijs hæresiarchis summam malo agendi permittit libertatem. ib. demum iubet dimitti Pontificem sed opibus arcibusque spoliatum ne iniuriam vlcisci possit. ib. ab eius militibus supplicia Pontifici & Cardinalibus intentata. ibid. purgat se literis de Vrbis excidio Pontificisque seruitute. n. 35. demum mercatoris cultu ægre ex cæsareorum administrorum manibus elapsus est Clemens. nu. 46. religionem in Germania euerti patitur. n. 68. &c. 77. &c. eius frater Ferdinandus Boemiæ regno potitur & Hungariæ, pulso Ioanne Rege. nu. 107. eius auspicijs episcopi & sacerdotes in Mexicum mitti fide inter barbaros propagandæ. n. 108. &c. plures vrbes in Neapolitano regno amittit. 1528. n. 5. obsessa a Gallis Neapoli maritimo prelio vincitur prorege ipso capto. ib. repente lapsas res redintegrat. n. 6. Ticinum a Gallis recuperat. ib. Philippinum Auriam Genuæ libertatem pactus ad sua stipendia traducit. n. 10. Gallicum exercitum obsidione Neapolitana depulsum ducum opera prosligat. ib. & n. 11. prensat amicitiam Pontificis. n. 14. culpam ab exercitu cæsareo admissam se emendaturum pollicetur. n. 14. rogat vt sedem

Vrbi reſtituat. ib. Medices ad priſtinam amplitudinem ſe reducturum ſpondet, ib. catholicos Baſileæ opprimi ab hæreticis magiſtratus pelli, miſſaque ſacrificium aboleri, ignaui patitur. A. 1529. n. 1. Proteſtantes in ſe conſurgere obſtupeſcit ob non diſtrictas in pſeudomonachum leges. n. 15. capitalem ſententiam fert aduerſus Anabaptiſtas. ibid. eius frater Ferdinandus a Solimanno Hungariæ regno eiicitur. nu. 41. Solimannum ducum opera Vienna propulſat. nu. 48. conſultum illi a Clemente vt in Italiam veniat ad accipienda imperij inſignia. n. 57. fœdus & affinitatem init cum Clemente, & quibus legibus. n. 60. ſpondet ſe cum Ferdinando fratre ad hæreticos ad officium reuocandos vires conuerſurum. n. 62. cum Galliæ & Angliæ Regibus pacem ſancit certis legibus. n. 67. a ducatu Burgundiæ ambiendo abducitur. ib. Genuã applicat. n. 71. Florentinos pacem flagitantes remittit ad Clementem vt cum eo pacem conficiant. ib. adit Bononiæ Pontificem adit nuncupato prius fidei ſacramento. n. 74. pontificios pedes genaſenus oſculatur. nu. 84. Franciſco Stortiæ certis legibus confert Mediolanenſem ducatum. n. 86. Venetos ad pacem admittit Rauenna & Ceruia ab ijs Pontifici reſtitutis, ac redditis arcibus occupatis in Neapolitano regno. num. 87. reliquas Italiæ lites componit exceptis Florentinis, 1530. num. 1. & 3. cur Romam non adierit pro recipiendis ornamentis imperatorijs. 1531. n. 5. Bononiæ coronatur. ib. Bononiæ imperatoria inſignia accipit a Pontifice. ib. & n. 9. ſtratoris munere fungitur. ibid. habita inter eum ac Pontificem colloquia de inſtauranda re Chriſtiana. n. 48. Bononia in Germaniam iter intendit. n. 54. adiudicat Mutinam Ateſtino; quam ſententiam vt iniquam aſpernatur Clemens. n. 56. Chriſtiernum Daniæ Regem ſororis ſuæ virum ab hæreſi reuocat. nu. 58. fidem publicam male dat hæreticis in Auguſtanis conuentibus. 1531. n. 60. Ioannem ducem electorem Saxoniæ & ſocios principes fruſtra ad fidem catholicam reuocare nititur. ib. ij ipſum in ſolemni ſupplicatione, qua Euchariſtia circumferenda erat, comitari recuſant. ibid. cauſam Auguſtani conuentus exponit. n. 65. non verbis ſed ferro debuiſſe Carolus cauſam fidei contra hæreticos tueri. n. 87. & 95. agit cum Pontifice de cogendo concilio. 1532. n. 29. eum hortatur Pontifex vt hæreſi reprimendæ & Turcis coercendis det operam. 1532. n. 13. ſolicitatus a Lutheranis ad indicendum concilium quid reſponderit. ib. in Ratiſponenſi conuentu ſanctionem edidit cui nomen, *Interim*, inditum. ibid. n. 15. id Chriſtianam pietatem pene interemit in Germania. ibid. cur Lutheranam impietatem diſſimularit. num. 29. non vrget victoriam cum Ioannem Turcarum fœderatum in Pannonia opprimere potuiſſet. 1532. num. 41. ſuo iuſſu captus Hippolitus Card. legatus qui mutato cultu fugerat, ac paulo poſt dimiſſus, nu. 52. in Italia vrbium [illegible] greſſu ſe abſtinet, & cur. nu. 52. Bononiam venit. n. 54. ad Pontificis pedes procumbit. ib. de colloquio inter ipſos ibi habito. n. 61. poſtulat a Clemente concilium. A. 1533. n. 1. quid illi a Clemente reſponſum. ib. &c. arcanum fœdus cum eodem Pontifice paciſcitur. n. 34. poſcit ab eo, vt legum ſeueritas in Henricum Angliæ Regem ciuſq; pellicem adhibeatur. ib. diſceſſuro duos Cardinales legatos adiungit Clemens donec ingrederetur mare. ib. deprimẽdi illius ſtudio Gallus Angluſque obſtitere ne concilium a Clemente in Italia celebraretur. A. 1533. n. 85. ducum opera ſoluit obſidionem Corones. 1533. n. 90. cum Solimanno eius potentia territo pacem amplectitur. ib. eius odio ne Lutheranos ad officium rediget, obſtitit Franciſcus I. ne Concilium in Italia celebraretur. 1534. n. 12.

Carolus Borbonij dux, pulſis Inſubria Gallis in Galliam bellum transfert. 1524. num. 83. de partienda cum Anglo Gallia paciſcitur Franciſci Regis odio. n. 83. irrumpit in Prouinciam. n. 85. Tolonum & Aquas ſextias occupat. ib. Arelatem oppugnat. ib. ad Maſſiliã oppugnandam reuocatur a cæſareis. ib. Gallo Rege in Inſubriam irruente reducit copias in Italiã. n. 90. Gallo Rege Mediolani ſubſiſtente præcipuas Inſubriæ arces prælidijs firmat. n. 92. Franciſcum I. in Ticinenſi prælio fundit capitque. 1525. n. 88. in eum Carolus V. Mediolanenſem principatum transfundere molitur. 1526. n. 1. de Mediolanenſi principatu illi tradendo paciſcitur Cæſar. 1527. n. 3. illius aduentantis metu Clemens cum Cæſareis inducias init aurumque Carolo Borbonio pendit. n. 12. non placatur auro, ſed irritatur. n. 13. in Flaminiam irrumpit. nu. 14. Romam proculat. n. 15. in muros aſſilit. n. 16. Vrbem impetu capit. ib. dum ſe vicliſſe putat glande petitus occumbit. ib. paulo ante vna cum ſuis anathemate percuſſus fuerat. ib.

Caſimirus Poloniæ Rex. Vladislao parenti in regnum ſuccedit. 1339. n. 30. poſtulat cenſum Romanæ eccleſiæ pendendum reſtringi ad ruſticas familias, ac repellitur a Benedicto XII. nu. 61. de Eccleſia bene meretur. 1339. n. 80. & ſeq. Ludouicum Hungari Regis filium ex ſorore nepotem ſucceſſorem deſignat. n. 80. & Ruſſiæ partem ampliſſimam ſibi ſubijcit, 1340. num. 77. propulſat Tartaros. nu. 78. receptis Cuiauia & Dobrima ſua in alias prouincias iura Cruciferis permittit. 1343. num. 38. eccleſiam magnificam condit in loco in quo Euchariſtia proiecta cœleſti luce fulſerat. 1347. n. 31. Ruſſiæ partẽ Poloniæ adijcit. 1349. n. 24. 25. inflatus ea victoria gentilitias libidines ſectatur, & magnus cladibus a Lituanis dein atteritur. ib. ereptas antea Ruſſis prouincias amittit. 1351. n. 32. euocat in auxilium Ludouicũ Hungariæ Regem. ib. ſubmiſſo ab eo auxiliari exercitu profligat Tartaros. 1352. nu. 6. &c. criminum, & mortis facerdotis, qui ipſum ad Chriſtianam pietatem co[illegible] landam hortatus fuerat, veniã poſcit. A. 1353. n. 18. monetur ab Vrbano vt Reginam Aleydem thoro reſtituat. 1365. num. 15. Voliniam Poloniæ reſtituit. 1366. num. 29. moritur. 1370. num. 27. pia eius munera in eccleſias. ibid. Ludouicus nepos Hungariæ Rex Poloniam Hungariæ coniungit. ibid.

Caſimirus II. Rex Poloniæ. ex duce Lituaniæ creatur Rex. 1444. n. 12. conciliat Pontifici plures Polonos ſchiſmate Baſileenſi infectos. 1447. nu. 21. ſolemni ritu diademate redimitur. ib. Pruſſi ad eum contra Cruciferos deficiunt. 1454. n. 11. magna clade a Cruciferis afficitur. ib. delatum illi Boemiæ ſceptrum damnato hæreſcos Georgio. 1466. nu. 26. promiſſum, illi Luſatiam ac Sileſiam vltro ſe dedituras, mox atque in Huſſitas arma cepiſſet. ibid. pacem ſancit cum Cruciferis, atque Pomeraniam Chelmenſem & Michalouienſem prouincias ex fœdere ſibi aſſerit. n. 31. ſubornari ſe ſinit a Georgio, vt ad capeſſendum Boemiæ regnum flecti non potuerit. nu. 9. eius potentia Germanos ſuſpecta fit. ib. regni Boemici iure hæreditario excidit & cur. 1468. n. 9. poſtulatur de fœdere a Matthia Rege, illudque reſpuit. ib. hæreticorum audaciam imprudentia ſua fouet. ib. Vladislaum filium extincto Georgio ad ſceptrum Boemicum promouendum curat. 1471. n. 29. Caſimirum filium in Hungariam maximo cum diſcrimine mittit. nu. 39. vetiti a Sixto IV. intentato anathemate Boemi, Sileſij, & Moraui eius partes ſequi. 1472. num. 33. pronuntiatur ſuo iure excidiſſe, vt qui electus a catholicis contra Georgium hæreticum, electionem non admiſiſſet. ib. colloquia pacis inter eum & Mathiam Hungariæ Regem inſtaurata. ibid. legatum pontificium honorifice excipit. 1472. n. 33. dum Vratislauiam Matthiæ tentat eripere, Polonia vaſtata eſt ab Hungaris. 1474. n. 7. diuinæ vltionis in ſacrilegos Polonos terrore actus tres impios equeſtris ordinis cõcremari iubet. ib. Palatinũ Moldauiæ in clientelam accipit. 1474. n. 10. in tuenda re Chriſtiana ſocordem ſe præbet. ib. pacem conficit cum Matthia Rege. 1478. n. 43. eius filius Caſimirus mori maluit quam fœdari. 1484. n. 77. poſcit opem ab Innocentio VIII. contra Turcas & Tartaros. 1486. n. 60. miſſo Ioanne Alberto filio Tartaros Podoliam vaſtantes cedit. 1489. nu. 15. moriturus vetat Poloniam coniungi cum Hungaria. 1492. n. 30. ſceptrum Polonicum relinquit Alberto filio ſecundo natu. ib.

S. Caſimirus Regis Poloniæ filius. ſanctiſſime moritur cum maluiſſet mori quam fœdari. 1484. nu. 77. quatuor eius fratres Reges fuere ib. miraculis inclareſcit. ib. Zacharias Ferrerius epiſcopus Gardienſis de eius vita & miraculis ſcripſit. ib. Lithuanorum duo millia implorata eius ope ſexaginta Moſchouitarum millia fundunt. 1519. n. 59.

Caſſanus Tartarus. coniurat in Baydonem Chriſtianorum ſtudioſiſſimum. 1295. n. 49. præ-

49. prælio fundit ac fugat. ib. Christianos affligit. ibid. mutato animo illos fouet, ib. Saracenis bellum mouet. ib. & A. 1299. n. 43. Armeniæ & Georgiæ Regibus sibi coniunctis vincit Saracenos. n. 44. Pontificem ac Reges occidentales solicitat, vt copias mittant pro recipienda Syria victis iam Saracenis. 1299. n. 44. Syriam Christianis tradi iubet a duce Cotuloſſa, ſi Christiani ad Syriam venerint. 1300. n. 33. Damaſcum amittit proditione ducis Capchik. ibid. & dein Syriam. ibid. mittit oratorem ad Pontificem Galliæque & Siciliæ Reges pro iungendo contra Saracenos armorum fœdere 1301. n. 31. congregat orientales Christianos contra Saracenos. num. 36. in procinctu belli morbo tentatur. num. 36. expeditio Christianorum orientalium diſſoluta ob Caſſani morbum. ib. fidem Chiſtianam ſuſcepiſſe fertur ob inſigne miraculum in filio patratum. n. 37. expeditionem mouet in Saracenos ad liberandam Syriam. 1303. nu. 61. diſtrahitur ab eadem expeditione a Baydone Imperatore. ib. multas leges Tartaris tranſmittit. 1304. n. 27. &c. moritur. ib. ſuccedit illi frater Carbaganda Christianus. ib.

Caſtellana ciuitas. proditione præfecti a Friderico Cæſare occupata. 1336. num. 18. orta inde inter Gregorium & Fridericum diſcordiarum ſemina. ibid.

Caſtellani. in Henricum Regem rebellant. 1465. n. 7. regnum illi abrogant. ibid. Alfonſum eius fratrem ſalutant Regem. ib. obijciunt Ioannam heredem ſuſceptam adulterio. ib.

Caſtitas. Balduinus I. Imperator Conſtantinopolitanus bis in qualibet hebdomada proclamari iubebat, ne quis in ſuo palatio cubaret qui alienam mulierem attigiſſet. 1205. num. 25. inſignis caſtimonia Boleſlai Pudici Cracouiæ ducis viri S. Cunegundis virginis. 1239. num. 68. præclarum iuuenis caſti exemplum, qui virginem oblatam ad ſtuprum tangere abnuit ac dotem illi contulit, patremque ab extrema egeſtate liberauit. 1270. n. 31. ardentiſſimus amor virginitatis in B. Margareta Hungara. n. 32. inſigne in. Clariſſis caſtitatis ſeruandæ exemplum. 1291. n. 13. pro ſeruãda virginitate monacha æſtu barbaro perſuadet vt illi mortem inferat. 1326. nu. 9. malnit mori Bonifacius IX. quam fœdari. 1404. nu. 8. ſimiliter Iacobus Cardinalis. 1456. n. 71. & S. Caſimirus Polonus. 1484. n. 77. caſtitatis hoſtem ſe profitetur Lutherus. 1522. n. 52. inepiæ eiuſdem argutiæ. ib.

Caſtracium Interamnellas Ludouici Bauari foederatus. plurium vrbium dominatu potitus in media felicitate extinguitur, eiuſque filij principatu pulſi. 1328. n. 53.

Caſtrum S. Angeli. V. *aux Hadriani*.

Catalani. Catalaniæ turmæ immiſſæ contra Turcas arma auertunt in Græcos. 1314. n. 8. a Græcis auertuntur in Gallos Achaiæ & Peloponeſi dominos. ib. Gualtherum de Brenna ducem in prælio necant. ibid. Athenarum & Neopatriæ ducatum Friderico Regi Trinacriæ deferunt. ib. Catalanæ ſocietatis facinora impia. A. 1322. n. 49. Catalani aſciſcunt in Regem Petrum principem. 1464. n. 32. eo extincto vocant ad principatum Renatum Regem. 1466. n. 19.

Catania. ad deditionem a Roberto duce Calabriæ adducta. 1299. n. 5.

Catay. propagata in eo Christiana religio. 1307. n. 30.

S. Catharina Senenſis. Gregorium XI. monet, vt viros virtutibus excultiſſimos ad Cardinalitiam dignitatem euehat. 1375. nu. 31. adhibetur a Florentinis concordiæ interpres cum Pontifice. 1376. n. 8. ab ijſdem impie quæritur ad necem 1377. n. 3. inſignis eiuſdem conſtantia. ib. impetrat a Chriſto pacem inter Florentinos & Vrbanum VI. 1378. nu. 21. Florentia non diſcedit niſi pace confecta. ib. vt prædixerit ſchiſma futurum in Eccleſia. nu. 22. arguit tres Cardinales Italos, qui obiecta antipapatus ſpe ab Vrbano V. defecere. n. 52. ad conſtantiam Vrbanum excitat. n. 59. illum vt verum Pontificem reueretur. 1379. n. 20. &c. Ioannam reginam Siciliæ admonet, vt ad veri Pontificis obſequium redeat. ib. antipapam & anticardinales execratur vt dæmones. ibid. prædicit Ioannæ populos ipſi fidos non futuros. ib. rapta in extaſim dictat literas ad copiarum crucefignatarum contra ſchiſmaticos ducem, atque ad pugnandum pro Chriſto fortiter hortatur. nu. 24. eius precibus ſchiſmaticus exercitus ad internecionem cæſus. ib commendat Vrbanum de intermiſſo veteri more reuocato in ſolemni ſupplicatione nudis pedibus celebrata. n. 25. diuinitus illuſtrata videt Romanos in iras a dæmonibus concitari. n. 34. 35. pia monita dat Carolo Gallorum Regi. n. 49. Ludouicum Hungariæ Regem hortatur vt arma vertat in ſchiſmaticos pro tuendo Vrbano V. 1380. nu. 3. Carolum Dyrrachinum incitat vt aduerſus Ioannam Reginam Siciliæ ſchiſmaticam expeditionem ſuſcipiat. n. 4. 5. pius eius obitus. nu. 24. propheriæ dono illuſtris fuit. ib. Chriſti ſtigmata arcano modo impreſſa geſtauit. ib. animas ex ſingulari dono iuuebatur. nu. 25. peccatorum fœtorem ſentiebat. ib. diu ſola Euchariſtia vitam ſuſtentauit. n. 26. admiranda ſæpe in Euchariſtia vidit. nu. 27. in numerum ſanctarum virginum refertur a Pio II. ib. & 1461. n. 123.

S. Catharina virgo Sueca S. Birgitæ filia. de vero Vrbani VI. pontificatu fert teſtimonium popularem tumultum exortum poſt Vrbani creationem. 1379. num. 20. ſanctiſſime moritur. 1381. num. 45. ſtella diuinitus illius exequias illuſtrare viſa. ib. miraculis claret. 1485. n. 61. de ea in ſanctarum ordine reponenda actum. 1485. ib.

Catharina Boſna Regina. amiſſo regno Romam profugit. 1463. n. 14. Pontificum liberalitate ſuſtentatur. ib. moriens eccleſiæ Romanæ Boſnam teſtamento relinquit. 1478. n. 42.

Catharina Cornelia Regina. Cyprum Venetis adminiſtrandam tradit, & Venetias concedit. A. 1488. n. 17.

Catharina Regina Angliæ. mota in eam lite de coniugio, a quouis iudice in Anglia exiſtente vt ſuſpecto prouocat ad Pontificem. 1529. nu. 90. aduerſus virum leges implorat. 1531. n. 78. quid decernat Pontifex. ib. admiſſa eius appellatio a Clemente. ib. excluditur palatio ab Henrico. 1533. n. 68. prohibet Henricus ipſam Reginæ nomine appellari. num. 77. eius filia Maria poſtea Regina vt ſpuria & illegitima reiecta. ib. decretoria ſententia a Clemente iuſſa reſtitui thoro regio. 1534. n. 4.

Catholici nomen. tributum Regibus Hiſpaniæ, Chriſtianiſſimi Regi Francorum. 1496. n. 25.

Catholicon Armeniæ. Armeniæ catholicon obſtringit ſe ad mittendos in Vrbem ſingulis quinquennijs legatos. 1205. nu. 30. a pontificio legato in Romani Pontificis verba ſacramento adigitur. ib. inſtitutiones Romanæ eccleſiæ partim ſuſcipit, partim ſuſcipiendas differt vt in ſolemni Armeniorum concilio id perficiat. ib.

Cencius S. *R. E. camerarius*. creatur Pontifex & Honorij III. nomen accipit. 1216. n. 17.

Cenſura eccleſiaſtica. ritus ſeruatus in abſolutione ab ijs. 1228. nu. 25. earum vis inſigni miraculo oſtenſa. 1453. n. 18.

Cenſus debitus Rom. eccleſiæ. repetit illum Innocentius III. a Luſitaniæ Rege. 1198. n. 34. V. *Denarius*.

Certamen ſingulare. Carolus Siciliæ Rex æſtu prouocatus a Petro Aragonio imprudenter illud admittit. 1283. n. 5. & 6. Martini IV. PP. ad illud diſcutiendum ſolicitudo eod. n. 6. & 12. Carolus magno ſuo damno Pontificia monita negligit. n. 14. Robertus Gebennenſis Cardinalis legatus poſtea antipapa impie monomachiam permittit. 1376. n. 9. prohibiti a Iulio II. & Leone X. 1519. n. 88.

Cervia. reſtituta Clementi VII. a Venetis. 1530. n. 4.

Cham, ſive Cham Tartarorum Imperator. a Tartaris cultus pro filio Dei. 1247. n. 79. mittit oratores ad Benedictum XII. ſeqs eius precibus commendat. 1338. n. 73. miſſi ad eum Minoritæ Chriſtiana fide ipſum ac Tartaros inſtructuri. n. 77. &c. 1340. n. 74. V. *Tartari*.

Chaldæorum patriarcha. obedientiam defert Benedicto XI. 1304. n. 23.

Charitas in deum. V. *Amor diuinus*.

Charitas proximi. S. Dominicus ſe vendendum in mancipium offert pro conuertendo hæretico. 1207. nu. 3. egregium nobilis viri facinus vitam pro alijs exponentis profundentiſque. 1241. nu. 24. Ioppenſis comitis 1244. n. 14.

Cherebina inſula. ereptæ Afris a Manfredo Claramontio. 1389. n. 6.

Chriſtiani. a Tartaris ſuis ejecti ſedibus. 1244. n. 1. a ſoldano Babylonio in Chriſtianos Syros immittuntur. ib. Ieroſolyma ab ijs occupata. nu. 7. ad eam defertam Chriſtianos reuocant ac trucidant. ib. ſepulchrum dominicum prophanant. ibid. Chriſtianos & Saracenos iunctos fœdere profligant. n. 12. Ioppen-

ſem comitem capiunt, illumque ſoldano Ægyptio dedunt. nu. 14. a Tartaris pulſi ſedibus Damaſc ũcapiunt. A. 1245. n. 96. in Syriam irrumpunt & Ieroſolymam capiunt. ibid. ſepulchrum dominicum violant. ib.

Chorea. choream nuptialem Alexandri Regis Scotiæ excarne figuræ humanæ monſtrum viſum eſt claudere. 1286. nu. 24. triſte diuinæ iuſtitiæ exemplum in epiſcopo Cytizenſi choream ducente. 1352. n. 31. funeſtus chorearum exitus. 1382. n. 28. in choreis duo incenſi triſti exitu & Gallorum Rex agre periculum euaſit. 1392. n. 28.

Chriſtianiſſimi nomen. tributum Regi Francorum, Catholici Regibus Hiſpaniarum, 1496. n. 25.

Chriſtianus Moguntinus archiepiſcopus, ob inertiam ab Hugone Cardinale legato exauctoratus. 1251. n. 12.

Chriſtianus patriarcha Antiochenus ordinis Prædicatorum. ad aram ſacris indutus veſtibus trucidatus, 1268. n. 53

Chriſtianus Holſatiæ & Slesuici princeps. Daniæ regno potitus a Ioanne Pomerano hæretico corona cingi voluit contemptis epiſcopis. 1525. n. 30.

Chriſtiernus Daniæ Rex. Gotlandiam ſibi ſubijcit. 1452. nu. 14. Noruuegiam amittit. ib. Romæ magnificentiſſime excipitur. 1474. n. 1. prouoluit ſe ad Pontificis pedes. ib. eius obſeruantia erga Cardinales. ib. permutatum illius votum Ieroſolymitanæ protectionis. ib.

Chriſtiernus Daniæ Rex. Sueciam inuadit obſeſſa Strocholmicia. 1518. n. 165. repulſus grauiora mari patitur. ib. tame perituras a Stenone aliuc, ib. & 166. eiuſdem in Stenonem perfidia. ib. glaciali prælio Stenonem fundit, 1519. nu. 58. Succos Stenone ex vulneribus extincto ſuo adijcit imperio. ib. Suedica corona redimitur. 1520. n. 87. carnificinam in Sueros exercet. ib vocatos ad cœnam epiſcopos concremat. ib. ob tyrannidem Sueciæ regno, dein e Dania pellitur. num. 89. ob crudelitatem ex Dania in Belgium fugit ad Iſabellam Caroli Cæſaris ſororem. 1524. n. 70. & 1525. nu. 29. Iridericus Damiæ, Guſtauus Sueciam occupant. ib. ab hæreti reuocatus a Carolo V. illius vxoris fratre. 1530. n. 57. Sueciæ epiſcopos proditorie concremarat. ib. veniam flagitij obtinet, & quibus legibus ib. non expiauit rite crimina captuſque ab hoſtibus in carcere miſere poſtea perijt. ib. captus a ſuis. 1531. n. 81. veneno tollitur. ib.

Chriſtophorus Daniæ Rex. Erico fratri ſuccedit. 1320. n. 7. regno pellitur. 1339. n. 84.

Chriſtophorus Mauri dux Venetorum. ſociaturus Pium in Turcica expeditione Anconam accedit. 1464. n. 40.

Chriſtophorus Columbus. nouum orbem inuenit. 1492. n. 35. primam coloniam deducit in Americam. 1493. n. 14. eius opera euangelium nouo orbi illatum eſt. num. 18. Cubam & Iamaicam inſulas inuenit. 1494. 32. ex Hiſpaniola continentis varias regiones luſtrat. 1498. n. 39. Hiſpanorum calumnijs circumuentus in vincula inique conijcitur. ib. reſtitutus libertati & dignitati Cubam & Guanaſſam detegit. A. 1502. n. 7.

Chriſtus. de Chriſti & Apoſtolorum paupertate ortæ graues quæſtiones. 1322. n. 53. 54. 56. lata a Ioanne XXII. ſententia. 1323. n. 61. Chriſtus in Euchariſtia Duaci apparet. 1254. n. 75. nunc in ſpecie pueri. ib. Thomas Cantipratenſis vidit in forma viri ſpineam coronam habentis, cumque adoraſſet lachrymabundus, vidit in forma elegantiſſima ſine corona ſpinea, alijs apparuit vt in cruce extenſus, alijs vt venturus ad iudicium. ib. pueri ſpecie in Euchariſtia ſe videndum præbet. 1256. n. 18. V. *Euchariſtia.* Chriſtum in cruce deſperaſſe mentiuntur nonnulli hæretici. 1527. nu. 77. Chriſtum Dei filium negant aliqui Anabaptiſtæ. ib. Chriſti diuinitatem matriſque virginitatem oppugnat dæmon diſputans cum Lutherano miniſtro. 1534. n. 36.

Chunegundes Boleſlai ducis vxor & virgo. V. *B. Cunegundes.*

Circumciſio. a Iacobitis vſurpata. 1237. n. 90.

Ciuitas Caſtelli. pulſis Germanis imperio pontificio reſtituta. 1198. num. 16. V. *Tifernum.*

Ciuitas Papalis, condita a Bonifacio VIII. 1299. n. 6.

S. Clara. mundo nuntium remittit S. Franciſci verbis incitata. 1212. n. 39. ægrotans inuiſitur ab Innocentio. IV. 1253. num. 13. id antea myſticis verbis ipſi prædictum fuerat. ib. pia eiuſdem mors. n. 14. celebratæ ab Innocentio eius exequiæ. ib. ab Alexandro IV. in ſanctarum virginum cathalago collocatur. 1255. n. 20. vt morituram conuenerit beatorum cœlitum chorus. ib. plura ab ea edita miracula. ib.

Clemens IV. dictus antea Guido Fulcodi ex epiſcopo Sabinenſi creatur Pontifex. 1265. n. 1. eius primitiæ ac doces. ib. ipſius pater inter Carthuſianos ſanctiſſime vitam cluſerat. ib. vix Cardinalium lachrymis vinci potuit, vt ſuſciperet pontificatum. n. 3. eximia illius de contemptu opum ſententia. nu. 6. neptem priſtina fortuna contentum eſſe iuſſit. n. 10. neptem mediæ conditionis viro in matrimonio locari iuſſit. ib. vlas preces tibi a conſanguineis porrigi vetat. ib. duas filias ex legitimo connubio a multis exambitas bonis Eccleſiæ dotare abnuit, eaque Deo virginitatem inter moniales vouerunt. ib. Manfredi tyrannidem domandam aggreditur. n. 11. cœptam ab Vrbano cum Carolo actionem perficit. ib. Carolum corripit ob inductos nobiles in palatium Lateranenſe. n 12. Siciliæ vtriuſque iura in eum transfert, & quibus legibus. n. 19. de accepto regio nomine Carolo gratulatur. n. 21. regia inunctione a nonnullis Cardinalibus iuniri iubet. ib. a Manfredo in magnas anguſtias conijcitur. nu. 22. prohibet Carolo ne ante Gallici exercitus aduentum cum Manfredo pugnet. nu. 25. religioſam militiam indicit ad aperiendum iter venientibus Gallis. n. 26. Reges concitat ad ferendam terræ ſanctæ opem contra ſoldanum Bendocdarem. n. 41. & ſeqq. Guidonem Cardinalem legatum in Damiatn mittit. nu. 51. agitat de tertio eligendo ad imperium, Alfonſo & Richardo excluſis. n. 59. Ochobonũ S. Adriani diaconum Cardinalem legatum in Angliam mittit. n. 60. perduelles proceres Anglos cenſuris ferit. n. 70. S Bonauenturam archiepiſcopatui Eboracenſi, S. Thomam archiepiſcopatui Neapolitano præficit, ſed vterque honorem reſpuit. n. 74. ſacram militiam indicit aduerſus Manfredum. A. 1266. n. 8. Manfredi minas generoſo reſponſo retundit. ib. Caroli ad eum literæ de Manfredo cæſo. nu. 13. queritur Beneuentum vaſtatum fuiſſe a Carolo. n. 14. Picenum recuperat. n. 22. Gibellini proceres ad eius obſequium redeunt, & pax Italiæ reſtituitur. ib. auxilia afflictæ terræ ſanctæ ſubmittit. num. 45. & ſeq. Regem Boemiæ præmonet vt fœdera reſpuat cum Corradi Sueui auunculis. 1267. n. 3. Corradinum Italicam expeditionem ducentem percellit anathemate. n. 4. regni Ieroſolymitani mulctam illi intentat. n. 4. publicæ pacis munus commendat in Etruria Carolo. I. nu. 5. controuerſiam de imperio inter Alfonſum Richardumq; vemilat. n. 22. ſignificat Alfonſo Richardum potiore iure niti. n. 27. Regi Aragonum ſacrum in Syriam bellum volenti conſulit vt prius pellicem abijciat. n. 33. Narbonenſem archiepiſcopum in ſuſpicionem hæreſcos adductum in ius vocat. n. 35. ſcribit ad eum apologiam Narbonenſis archiepiſcopus, ac transubſtantiationem profitetur. n. 36. *B.* Eduuigem in ſanctarum viduarum numero collocat. n. 39. S. Ludouicum expeditionem pro reſtituenda Syriæ religione conficientem commendat. n. 49. gentes ab internuntijs male cum Græcis roſcindit. n. 72. cenſurarum pœnas Siculi regni inuaſoribus intentat. 1268. nu. 3. insultat illi in Viterbij conſpectu Corradinus. n. 20. graue Clementis de Corradini temeritate oraculum. ib. Viterbium fortiſſimo præſidio munit contra eius impetus. ibid. Henricum Caſtellanum Vrbis ſenatorem monet vt corpeis flagitijs abſtineat. n. 31. partam a Carolo de Corradino & Henrico victoriam eodem temporis momento cognoſcit. n. 34. pijs eius orationibus ac meritis adſcripta victoria. ib. iterum ſententiam differt ob amiſſa inſtrumenta cæſo Alfonſi oratore. n. 43. ſeptemuiri tantas moras inique ferunt, ac de tertio eligendo conſilia conferunt. ibid. præteritorum reddit rationem. ibid. de miraculis *B.* Auguſtini Nidroſienſis archiepiſcopi iudiciariam actionem perfici iubet. n. 48. rogat Genuenſes vt claſſem S. Ludouico in Syriam profecturo offerant. n. 51. Genuenſes cum Venetis conciliare nititur ſed frustra. n. 53. Clementis obitus. ibid. eius virtutes. n. 54. carnis macerationi deditus. ib.

Clemens V. Philippi Gallorum Regis artibus ex archiepiſcopo Burdegalenſi creatur Pontifex. 1305. nu. 3. turpe fœdus inijt cum Philipppo pro obtinendo pontifica-

tificatu . ib. & n. 4. eius primitiæ . ibid. in monte Pessulano clientelarem sponsionem pro Sardinia & Corsica accipit a Rege Aragonum . nu. 8. Cardinales Lugdunum euocat pro suscipiendæ tyaræ pontificiæ celebritate . nu. 11. & seqq. inopina muri ruina periclitatur . nu. 13. Eduardus Angliæ Rex supellectilem illi auream transmittit . ib. Iacobum & Petrum Columnenses cardinalatui restituit & alios Cardinales creat . n. 14. Bonifacij VIII. sanctionem , quæ a verbis ; *Vnam sanctam*, ducit exordium, explicat. A. 1306. n. 1. expeditionem in Græcos schismaticos promouere nititur duce Carolo Valesio . num. 2. Robertus dux Calabriæ Caroli II. nomine clientelarem illi sponsionem præstat . num. 6. varia Clementis per Galliam itinera . ibid. clientelarem sponsionem exigit a Iacobo Aragonum Rege pro Sardiniæ & Corsicæ regno . n. 12. Christianam rem in Syria instaurare molitur . n. 12. colloquium ea de re habet Pictauij cum Galliæ, Nauarræ , & Siciliæ Regibus , alijsque principibus . 1307. n. 1. solicitatur a Carbaganda, siue Carbanda Rege Tartarorum, ad pellendos Syria Saracenos . ib. consilia agitat pro efferendo ad Constantinopolitanum imperium Carolo Valesio . n. 6. prædicit futura mala si Turcæ Constantinopolitano imperio potiantur . ib. pacis fœdera inter Belgam & Gallum confirmat . n. 8. confirmat & fœdus inter Gallum & Anglum . n. 9. Petrum Cardinalem Ostiensem in Anglia legatū mittit. 1307. n. 9. Philippum Galliæ Regem accusantem hæreseos defunctum Bonifacium VIII. a cœptis reuocat . nu. 9. illum omnibus censuris ob conflatam in Bonifacium coniurationem absoluit . ib. Templarij equites magno numero & magnæ auctoritatis apostasiæ crimen non coacti coram Clemente fatentur . n. 12. damnantibus hæresim veniam clementer indulget . ib. Hungariæ regnum Carolo contra ducem Bauariæ asserit . num. 15. Gentilem legatum Cardinalem in Hungariam mittit . n. 21. iudiciariam actionem instituit de miraculis S. Ludouici episcopi Tolosani virtute editis . n. 22. decernit gesta ante susceptas papales insulas valere . n. 27. commendas , quas vocant, ex stimulo conscientiæ reuocat . ib. Ioannem de Monte Coruino Minoritam creat Cambaliensem archiepiscopum. n. 29. Magnum Cham ad fidem Christianam amplectendam solicitat . n. 30. iubet comprehendi Templarios . 1308. n. 1. indicit concilium Viennense . n. 4. coram eo Templarij fatentur Christum ab ijs in nuncupanda professione negatum & conputam crucem . ib. & seq. damnat Dulcinistas . nu. 9. indicto sacro bello excindit . ib. incensam Lateranensem basilicam reficiendam curat . n. 10. dum moras trahit in Gallia Itali in eum rebellant . n. 12. Ferrariam recuperat post Azonis Arestini mortem . n. 14. Philippi Gallorum Regis insolentia scitius curat ne imperium ad Carolum Valesium Philippi fratrem transferatur . 1308. n. 19. de Vrsio Raciæ Rege Romanæ ecclesiæ conciliando agit . n. 26. iubet Rascios vt vocem , *Filioque* , in symbolo additam decantent . nu. 27. Tartaris conuertendis dat operam . n. 30. Olgerucani Imperatoris oratores excipit de fœdere contra Saracenos iungendo . nu. 31. regiæ Cypriæ controuersias sopire nititur . n. 36. celebrat translationem reliquiarum S. Bertrandi Conuenarum episcopi. A. 1309. n. 1. accusandi Bonifacij potestatem Philippo Galliæ Regi facit . n. 4. &c. Venetos ob Ferrariam occupatam anathemate percellit . nu. 6. sacrum bellum indicit contra Venetos . n. 7. eos magna cæde profligat legati opera , ac Ferrariam recuperat . nu. 7. confirmat electionem Henrici VI. , illique diem pro conferendis insignibus imperatorijs, constituit. n. 11. extincto Carolo II. Siciliæ Rege adiudicat regnum non Carolo nepoti ex primogenito , sed Roberto Caroli filio natu tertio. n. 18. regia inunctione illum perlinit . ibid. & seq. clientelarem sponsionem ab eo excipit . ib. controuersias inter Fridericum & Robertum Reges componit . nu. 23. crucesignatorum exercitum , creato in eo legato Petro episcopo Ruthenensi & duce Hospitalariorum magistro mittit . nu. 13. sacramentum fidei ab Henrico Cæsare exigit . 1310. n. 8. promouet Henrici partes vt iura Cæsarea in Italia recuperet . nu. 9. mittit Arnaldum S. Mariæ in Aquiro diaconum Cardinalem pro sociando Henrico . n. 15. Æmiliæ administrationem tradit Roberto Regi Siciliæ . nu. 18. Henricus in Clementem male se gerit. n. 21. ab eo Veneri misericordiam & veniam poscunt . n. 31. omnibus contra Bonifacij memoriam testari volentibus potestatem facit . n. 37. 38. nouos Cardinales decernit legatos pro coronando Henrico VI. 1311. n. 6. dat ijs imperia vt exigant ab Henrico vt præstita a Cæsareis oratoribus sacramēta renouet. n. 19 Philippū omni crimine & pœna ob Bonifacium in custodiam traditum liberat . 1311. nu. 25. Bonifacianam controuersiam Philippus permittit Clementi . ib. nil statuit Clemens contra Bonifacium , cum ab hostibus meræ calumniæ illi impactæ essent . n. 32. gesta Bonifacij aduersus Philippum abrogat. ib. prommittit Guillelmum Nogaretum, Sciarram Columnensem & Anagninos, qui in Bonifacium fecerant impetum, absolutionis datæ Philippo sententia non comprehendi . n. 50. pœnitentibus tamen ijs nonnullas ad crimen expiandum pœnas imponit . ib. celebrat Viennense concilium . n. 54. Dulciniſtarum libertatem refellit . num. 66. Ioannem de Monte Coruino creat archiepiscopum Cambaliensem . nu. 74. Templariorum ordinem extinguit. 1312. n. 1. Templariorum bona addicit Hospitalarijs . n. 5. declarat Pontificem cedere posse pontificatu . 1312. nu. 10. declarat e concilij sententia Bonifacium fuisse catholicum & indubitatum Pontificem . n. 13. Beguardos damnat. n. 17. celebritatem Corporis Domini instaurat. n. 18. Petri Ioannis Olini errores damnat . n. 19. sancit inquisitionem in hæreticos. n. 21. linguæ Arabicæ & Hebraicæ scholas in archigymnasijs aperit . ib. sacram expeditionem pro recuperanda Syria indicit, & sexennales decumas imperat . 22. ecclesiasticæ disciplinæ restituendæ dat operam . nu. 23. dissolura Viennensi synodo præsules, qui accesserant, sacris præmijs afficit , inertes , qui non accesserant, pœna afficit . n. 26. controuersiam de Lugduni principatu inter archiepiscopum & Galliæ Regem componendam finit cedente archiepiscopo principatus iure. n. 29. monet Henricum Robertumque Reges vt ob religionem præstiti sacramenti pacem inter se componant . n. 44. & seq. ridet eam religionem Henricus, atque abeunte Pontifice vniuersam Italiam sibi subijcere molitur . n. 47. tertiam Cardinalium creationem celebrat Clemens . n. 54. Nicolaum tit. S. Eusebij presbyterum Cardinalem ad Galliæ , Angliæ & Nauarræ Reges cruce insigniēdos mittit. A. 1313. n. 1. tres Cardinales mittit ad componendam inter Henricum Cæsarem, ac Robertum Regem Siciliæ controuersiam , n. 21. censurarum pœnas eis incutit , qui Siciliæ regnum inuaserint . ibid. eius censuræ a Roberti hostibus cauillo illusæ . n. 23. summam in Henrico Cæsare perfidiam expertus est . n. 26. & seq. Venetos in Ecclesiæ gratiam restituit . n. 31. Cœlestinum V. in cœlitum numerum refert . n. 40. creat Robertum Regem legatum imperij in Italia . 1314. n. 1. editas sanctiones in Viennensi concilio promulgat. n. 14. septimo decretalium libro componendo intentus moritur. n. 15. eius corpus in patrio solo sepulchro mandatum. ib. ab hæreticis calumianis multis post annis flammis traditum . ib.

Clemens VI. ex Cardinale tit. SS. Nerei & Achillei creatur Pontifex . 1342. nu. 6. eius primitiæ . ib. excelluit doctrina . ib. mittit legatos pro Anglis Gallisque inter se conciliandis . n. 7. inducias inter eos pangit. ibid. Italos principes fœdere iungit aduersus Ludouicum Bauarum . n. 16. rogatura Romanis , vt sedem Vrbi restituat. n. 20. fœdus init contra Turcas cum Venetis, Rhodijs, & Cyprijs. 1343. n. 1. &c. Græcos ad instaurandum cum Romana ecclesia pristinum fœdus solicitat . n. 11. & seqq. inter Tartaros fidem propagare curat , nu. 21. Ludouicum Bauarum monet , vt rite ad Ecclesiam redeat . n. 42. postulat iudicio Moguntinum archiepiscopum . nu. 61. mittit legatum Cardinalem pro gerenda Ioannæ Reginæ Siciliæ tutela. n. 74. religiosam expeditionem indicit in Turcas . 1344. n. 1. Smyrnam ijs eripit . n. 2. Guidonem Armeniæ Regem monet , vt errores inter Armenios glisscentes excindat. n. 4. cum Ludouico Bauaro de eo conciliando Ecclesiæ agit. n. 9. Andream Hungarum Ioannæ virum regio nomine donat . n. 16. permittit Ioannæ Reginæ regni administrationem , ex quo grauiora mala exorta . n. 30. eam atque virum ad mutuum coniugalem amorem hortatur .

tur. ib. denarium S. Petri in pluribus regnis colligendum curat. §. vlt. antenum. 39. Ludouicum Hiſpanum creat principem inſularum fortunatarum. nu. 39. Algeziræ ſedem epiſcopalem conſtituit. nu. 52. Pragenſem eccleſiam archiepiſcopali ſede inſignit. n. 64. Cardinales creat. n. 68. creat Hubertum Delphinum Viennenſem crucefignati exercitus ducem. A. 1345. n. 3. a Ludouico Bauaro diu expectato ad reſipiſcentiam deluditur. num. 18. Ioannam Reginam admonet, vt Siculo Regi concilietur. n. 23. præſcribit leges, quibus Andreas corona cingendus erat. ib. decretoriam in Ludouicum Bauarum ſententiam fert, 1346. n. 1. &c. omni iure ad imperium & quoſcumque alios principatus exuit, ibid. præcipit electoribus, vt nouum Cæſarem creent. n. 9. Henricum Moguntinum archiepiſcopali iure deijcit. n. 12. ſufficit in eius locum Gerlacum Naſſouium. n. 17. a Ioanne Rege Boemiæ & Carolo filio conuenitur. n. 18. quæ nam cum ijs pepigerit pro transferendo ad Carolum imperio. n. 19. eligendum eum curat. n. 31. Carolum in Cæſarea dignitate confirmat. nu. 33. Cantacuzenum rebellem Palæologo de fœdere poſtulantem repellit. num. 64. Turcis inducias petentibus concedit ob ciuilia Occidentalium bella. ibid. interruntios mittit in Armeniam ad hæreſes, quæ in ea pullularant excindendas. n. 67. Poſonienſis concilij acta confirmat. n. 72. precibus Caroli IV. Pragenſem academiam inſtituit, 1347. n. 11. Bertrando Cardinali legato munus iniungit, vt in Ioannam Reginam, ac principes inquirat, an necis Andreæ Regis ſint conſcij. n. 12. a Nicolao Laurentij tribuno Vrbis impie citatur, vt Vrbi ſedem Apoſtolicam reſtituat. num. 13. inuaſa ab eodem tribuno perduelli ditio pontificia. ib. Clementis in eundem literæ. nu. 17. B. Yuonem in ſanctorum ordine reponit. n. 32. poſcit ab eo Ludouicus Hungarus iura Neapolitani regni, quod armis ſubegerat, 1348. n. 1. quid illi a Clemente reſponſum. num. 2. Ioannam ex Aquenſi carcere educi iubet. num 11. ſoluit leges conſanguinitatis, vt nubat Ludouico principi Tarentino, ib. Auenionem ab ipſa emit. ib. auro inſtruit claſſem, vt regnum recuperet, ib. Legatos decernit pro Neapolitano regno pacando. ib. rogatus a Carolo Cæſare, vt conciliet Eccleſiæ Bauaros principes, negat id fieri poſſe, niſi illi rite crimen expient. n. 22. Reges ad recuperandam Syriam fruſtra ſolicitat. 1348. nu 29. Petrum Rogerij neporem Cardinalem creat. n. 36. petenti ius regni Siculi Hungaro negat concedi poſſe. quod Robertus iuſtus Rex agnitus eſſet. 1349. n. 7. Flagellantium ſectam damnat. num. 18. Turcæ ab eo inducias poſcunt. n. 31. ſolicitatur a Græcis de fœdere in Turcas. num. 31. Iubileum annum redigit ad annum quinquageſimum. 1350. num. 1. plures in eum rebellant in ditione eccleſiaſtica. nu. 6. ediſis percellit Ioannem Vicecomitem Mediolanenſem ob Bononiam occupatam. ibid. in eum bellum mouet. nu. 12. Ioannæ cauſa illi ab Hungaro permiſſa. n. 22. interruntios mittit ad Cantacuzenum, acturos de Græcis ad coniunctionem Romanæ eccleſiæ reuocandis. n. 30. armorum fœdus contra Turcas cum Venetis, Cyprijs, ac Rhodijs redintegrat. n. 33. ſenatum Cardinalium auget. n. 47. implorata Caroli Cæſaris ope Mediolanenſem ad pacem adigit. n. 27. Reginam Ioannam abſoluit, ac ſententiæ acquieſcit Ludouicus Hungarus. n. 32. temperat ſanctionem Gregorij X. de conclaui. A. 1351. num. 39. Venetos & Genuenſes inter ſe conciliare nititur. 1352. nu. 12. 13. &c. Sacramentis rite munitus moritur. n. 21. ſynodum œcumenicam cum Græcis celebrare in finibus vtriuſque imperij decreuerat. ib.

Clemens VII. antipapa. creatur a coniuratis in Vrbanum VI. ſchiſmaticis. 1378. n. 52. cur potiſſimum delectus ſit. n. 56. &c. creat pſeudocardinales. n. 115. repudiat concilium pro tollendo ſchiſmate. 1379. n. 3. 4. mittit exercitum ad Vrbanum opprimendum. nu. 24. eo cæſo & & amiſſa mox arce Hadriana Anagnia fugiens in arce Speluncæ latet. n. 26. Neapolim fugit. ib. conſurgente in Ioannam populo, triremes conſcendit & Speluncam primo dein Fundos redit. n. 27. maritimam fugam in Prouinciam capit. n. 30. ſub eo monſtro Gallia graues calamitates paſſa. ib. aduerſus Pontificem acta tyrannica edit. nu. 33. in catholicos perſecutionē indicit. ib. Germani & Angli in eum pro Vrbano decertunt. n. 36. & 42. mittit Petrum de Luna pſeudolegatum in Hiſpaniam. n. 43. Vrbani legatos in Hiſpaniam & Gallias miſſos in carcerem conjiciendos curat. n. 43. & 50. Ioanna Regina Siciliæ ob ſequutas eius partes regno exuta. 1381. n. 24. deinde vita. 1382. nu. 1. Ioannes Rex Caſtellæ Gallis abblandiens ad eum deficit. 1381. n. 27. &c. eius pſeudolegatus conuictus a Luſitanis, pulſuſque. nu. 34. ad eum deficit Petrus Rex Aragonum. 1383. nu. 3. Neapolitani ad eumdem deficiunt. 1387. nu 2. & Nauarri & Rhodij. nu. 10. cenſuris aduerſus Bonifacium agere auſus. 1389. n. 14. Ludouicum II. Andegauenſem Regem Siciliæ inungit. ib. Ioannes de Monteſono Gallus in Clementem ſcribit. num. 15. mollioribus vijs tentatur a Bonifacio IX. vt ſchiſma damnet. 1390. n. 6. oblata illi cum dignitate cardinalitia in regnis pluribus legatio. ib. Petrum de Tureio pſeudolegatum mittit cum Ludouico II. Andegauenſi. nu. 16. Carolus Rex Nauarræ ad eum deficit. num. 20. cum Ludouico Andegauenſi ad pellendum Ladislaum regno Neapolitano coniurat. 1392. n. 1. &c. a Raymundo Rogerio vexatur in comitatu Auenionenſi. n. 1. & 2. Carolus Galliæ Rex, dum arma exercet pro trahendis ad illius obſequium Britonibus, amentia percellitur. n. 7. vrgetur a Gallis, vt pro redintegranda eccleſiarum coniunctione antipapatum abijciat. 1394. nu. 2. & 3. monetur a Petro de Luna illius ſe cauſam defendere amplius nō poſſe. n. 4. contabeſcit mœrore. ib. cenſuit Petrus de Luna cum regio conſilio eum gradu debere cedere. ib. infeliciter moritur. ib. miſera illius ſeruitus dum vixit in antipapatu. ib. laſciuia infamis extitit. ib.

Clemens VIII. antipapa. V. *Aegidius Munio.*

Clemens Papa VII. creatur Pontifex. A. 1523. n. 125. &c. eius primordia. n. 127. multa pietatis ſpecimina in cardinalatu ediderat. ib. mulierum pœnitentium cœnobium condiderat. ib. Franciſcum Soderinum Cardinalem inimicum recipit in gratiam. num. 128. Laurentium Campegium Cardinalem mittit ad Nurembergenſes conuentus pro tuenda re catholica. 1524. n. 1. flectere non potuit ordines imperij, vt leges in Lutherum ac Lutheranos ferrent. nu. 7. hortatur Cæſarem, vt fidem catholicam tueatur. n. 14. Gallum hortatur, vt regnum vindicet a peſte Lutherana. n. 20. opem poſcit contra impios. ib. dat operam, vt archidux Auſtriæ cum pluribus catholicis ex edicto Vvormatienſi in ſuis prouincijs in Lutheranos animaduertendum decernant. n. 23. 24. hac ratione pars Germaniæ ſeruata ab hæreſi. ib. bellum inter Cruciferos, & Polonos ſopire nititur. 1524. num. 69. Cardinalem Campegium religioni in ſeptentrionalibus regnis tuendæ dare operam iubet. n. 69. cum Baſilio Moſchorum duce de armorum in Turcas fœdere agit. nu. 74. pacem inter Franciſcum I. & Carolum V. redintegrare nititur irrito ſucceſſu. n. 82. Cæſarei adminiſtri leges illi dare impudenter volunt, vt cæſareis cupiditatibus contra Gallum ſeruiat. nu. 93. Laurentium Iuſtinianum patriarcham beatorum honoribus colendum decernit. n. 101. Theatinorum ordinem confirmat. nu. 102. mittit Scarenſem epiſcopum ad Moſcouitas pro ijs Eccleſiæ coniungendis. 1525. num. 68. poſtulatus de fœdere a Gallo dum florebant Gallicæ res, detrectat a paciferi officio diſcedere. n. 74. ob ſpreta eius conſilia Gallus extrema paſſus. nu. 77. condendi Capucinorum ordinis Matthæo Baſſio ab Angelo ad ſe deducto poteſtatem facit. 1525. n. 104. rogat Carolum V. vt det pacem Chriſtiano orbi. 1526. nu. 1. aduerſus Carolum in Chriſtianos omnes tyrannidem affectantem bellum decernit pro tuenda Italiæ libertate. n. 8. pacis vniuerſalis ſanciendæ modos exponit Carolo V. n. 9. ab Hiſpanis & Columnenſibus proditione fere interceptus in arcem effugit. 1526. n. 15. illius palatium & baſilica S. Petri a proditoribus expilata. ibid. Carolum V. ad defendendam contra Turcas Hungariam ſolicitat. n. 51. Ferdinandum archiducem & Germanos fruſtra vrget, vt Hungaris opem ferant. n. 59. conſulit Hungaris, vt eccleſiarum theſauris pro milite ſuſtentando in Turcas vtantur. n. 61. minitante Solimanno irruptionem in Italiam eccleſiarum aurum & argentum conflare in ſumptus militares cōſtituit. n. 65. pacē certis legibus cum cæſare agitat. 1527. n. 3. conuerſis rebus a Cæſareis adminiſtris acerbiſſimæ leges illi imperantur.

n. 4.

n.4.ad eum Vrbe pellendum & exuendũ
ditione eccleſiaſtica anhelat prorex Neapolitanus.A.1527.n.8.proregem Neapolitanum Fruſinone propulſat. n. 8. Neapolitanum regnum inuadit & Hiſpanos res occoparis pluribus vrbibus in diſcrimen adducit. ibid. a Gallo Rege deſtituitur promiſſis auxilijs. ibid. in eum Carolus Borbonius ducit cæſareum exercitum n. 11. inducias certis legibus ſancit cum oratore cæſareo. ib. incaute Hiſpanis fidit. ib. reuocat exercitum ex Neapolitano regno. n. 12. captas vrbes Hiſpanis reſtituit. ibid. perdit animum exercitui ducis Borbonij. ib. non placat auro cæſareos ſed irritat ad prædam. n. 15. Romani infeliciter detrectant pro eo arma capere. n. 16. Vrbinas dux Pontificij exercitus nullas illi fert ſupperias. n. 17. irrumpente in Vrbem hoſte ſe in molem Hadrianam recipit. n. 18. Vrbem vaſtari videt. ib. obſidetur in arce n. 21. proditur ab Vrbinate. ib. ſera auxilia illi e Gallia ſubmiſſa. n. 22. exortа peſte in arce, vitæ ſuæ metuit. ib. necari etiam a Germanis vel a Columnenſibus timet. ib. pacificitur cum cæſareis ac vitam auro plurimo vrbisque deditione redimit. ib. captus tenetur ab Hiſpanis. nu. 23. Gallarum & Angliæ Regesad eum liberandum mittunt exercitum. nu. 23. &c. iubetur a Carolo V. dimitti, ita tamen, vt ſpolietur auro & ercibus. n. 29. illi & Cardinalibus ſupplicia interminantur Germani. ibid. ſeruitutem Hiſpanam in ſeptimum vſque mentem paſſus eſt. nu. 43. ad proditorum ſatiandam auaritiam opes vndique peritas effundit. n. 46. mercatoris cultu militarem cuſtodiam eludit. ib. noctu Vrbemuetterem ſine comitatu pontificio ingreditur. ib. breui in priſtinam dignitatem reſtituitur. ib. miſera ſtatus eccleſiaſtici conditio eo oppreſſo. nu. 57. anniuerſarijs precibus recoli B. Hieronymi memoriam permittit. n. 105. rogatus vt communi in Carolum V. tederi accedat, vindicerque iniurias reſpondet communis ſe parentis partes agere velle. 1528. num. 1. Imolam Ariminumque & Romam Gallorum ope recuperat. 1528. num. 4. preuſat eius amicitiam Carolus V. nu. 14. ſpondet etiam ſuorum ſe culpam emendaturum. ib. Romam redit. ibid. mota lite de coniugio Regis Angliæ infeliciter Regi abblanditur, ac legatum Cardinalem ad cauſam cognoſcendam mittit. n. 108. fideles excitat ad ferendas ſuppetias Ferdinando contra Turcas. 1529. nu. 34. Oſtia & Ciuitas vetus Clementi reſtituta a Carolo V. 1529. nu. 50. fœdus affinitatemque init cum Carolo V. nu. 60. Mercurium Gattinariam cæſarei ſcrinij præfectum ob præſtitam in pace conciliandа operam purpura cardinalitia donat. 1529. n. 67. &c. de pace cum Florentinæ reipublicæ dictatore clam agit. n. 71. inde ſeditioſi in eum magis exaſperati. ib. Perufium recipit. 74. pertinaces Florentinos bello implicat. ib. ſacramento fidei veteri more Carolus V. illi ſe obſtringit. ibid. Bononiam ſe confert. ib. &c. ad pontificios pedes ſe abijcit, pedem illius deoſculatur dein manum poſtea faciem. ib. ſupplex Caroli ad eum oratio. ib. conuenitur a duce Mediolani. n. 85. Henrico Angliæ Rege amoribus Annæ Bolenæ meretriculæ implicito litem de illius coniugio de induſtria extrahit. n. 90. a legato interea ad ipſum Pontificem a Regina prouocatum eſt. ib. ob captata diffugia a Clemente Henricus Rex in eum exaſperatus. ib. reſtituta ei a Venetis Rauenna & Ceruia. A. 1530. nu. 4. Carolum V. imperatorijs inſignibus exornat Bononiæ. ib. & n. 5. ſtratoris munus præſtat ei Cæſar. ib. habita Bononiæ plura colloquia inter Pontificem & Carolum de inſtauranda re Chriſtiana. n. 48. noluit celebrari concilium, cum Lutheranæ controuerſiæ in alijs concilijs eſſent deciſæ. ib. edicto reſtrinxit Lutheranam hæreſim in Italia. num. 48. auget Cardinalium numerum. n. 53. Chriſtierno Sueciæ Regi, qui epiſcopos concremarat, veniam dat, & quibus legibus. n. 57. rogatus a Carolo V. aſſentitur vt certis legibus ſiat concilium. nu. 171. ſignificat concilium celebrandum Romæ. n. 173. faciendum in Italia oenicen. 175. cur nunquam indictum ſit a Clemente. ib. tædere iungere principes Chriſtianos in Solymannum nititur. n. 178. 180. conſultus a Pontifice Thomas de Vio Card. Caietanus in cauſa Henrici Regis Angliæ. 1530. n. 193. extracta ab eo in plures annos iudiciaria ſententia cum putaret Regis mentem flexu temporis leniendam. ib. confirmat electionem Ferdinandi Regis Romanorum. 1531. num. 1. enſe & pileo ſacris eum ornat. ib. poſcit ab eo opem contra Turcas Ferdinandus Rex Romanorum. n. 71. quid ipſi poliiceatur Clemens. ib. implorante Angliæ Regina aduerſus virum leges Pontifex anathematis pœnam Henrico proponit ſi aliam vxorem duxerit. n. 72. facti ſeueritatem apud Henricum excuſat, ibid. principes ad conficiendam contra Solimannum expeditionem ſollicitat. 1532. n. 1. hortatur Carolum V. vt ad hæreſim comprimendam & Turcas coercendos incumbat. n. 13. decem millia equitum pro tuenda Hungaria polliceatur. ib. Hippolitum Card. Medicem in Germaniam mittit. ibid. pertimuit varia in concilio celebrando pericula. n. 29. de Hippolito eius nepote. V. *Hippolitus*. ad pontificios pedes procumbit Bononiæ Carolus V. n. 54. de colloquio inter eos ibi habito. n. 61. querelis Regis Angliæ reſpondet. nu. 61. 62. pontificio iuſſu confutati Lutherani a Thoma Card. de Vio egregio commentario. nnm. 73. 74. &c. confirmat familiam Franciſcanam ſtrictioris obſeruantiæ. 1532. n. 97. petenti Concilium Carolo V. aſſentitur modo Galliæ & Angliæ Reges aſſenſerint. 1533. n. 1. ad eos ad id adducendos legat internuntios, ib. mittit ad principes Lutheranos internuntium vt proponat leges, quibus celebrandum ſit concilium. nu. 7. reijciunt eas leges Lutherani, nec ſe ad ſeruandas concilij ſanctiones obſtringi volunt. ib. Æthiopũ Imperator miſſo oratore illum colit agnoſcitque ſummum in terris Chriſti vicarium. n. 27. arcanum fœdus init cum Carolo V. num. 34. ſpondet illi ſe in Henricum eiuſque pellicem animaduerſurum. ibid. creat duos legatos Cardinales ad ſociandum Imperatorem donec mare fuerit ingreſſus. ib. Basnabitarum ordinem confirmat. num. 36. Bononia diſcedens ad Lauretanam ædem luſtrandam ſe confert ib. mittit exploratores ad translationis diuinitus factæ indagandam veritatem, quidue ab ijs compertum ſit. ib. Lauretanæ ædis parietes cælato marmore conueſtiri iubet, & quid tunc deprehenſum. ib. differt in Henricum ferre ſententiam. A. 1533. n. 73. 74. celebrat colloquium cum Franciſco I. n. 77. Galliæ & Angliæ Reges illi obſiſtunt ne concilium in Italia celebret. n. 77. pronuntiat decretoriam ſententiam valere prius Henrici cõiugium, poſterius cum Anna Bolena irritum pronuntiat. 1534. n. 3. & 4. Henrico in cœptis perſtanti anathema intentat. ib. nimium præcipiti ea actione Angliam perdidit. n. 5. biduo poſt internuntius concordiæ venit ad Clementem & nulla concordiæ inuenta ratio. nu. 5. deficit ab eo Henricus. ibid. archiepiſcopum Funchalenſem primatem conſtituit Indiarum orientalium. 1534. n. 62. tondalitium cui roſarij nomen eſt confirmat. n. 68. moritur ac ſepelitur in eccleſia S. Mariæ ſupra Mineruam. ib. eius nepotes quos tantis curis euexerat ad opes honoreſque, ſortiti infelices breueſque vitæ exitus. ib.

Clementia. inſignis fuit in Richardo parcente ſuæ interfectori. 1199. n. 47. Chriſti e cruce pendentis imago capite annuit illi qui hoſti pepercerat. 1232. n. 32. inſignis S. Ludouici clementia in ſicarios ad eum trucidandum miſſos. 1236. nu. 46. ſingularis clementiæ exemplũ in S. Philippo archiepiſcopo Bituricenſi. 1323. n. 67.

Clementia Reginæ Ludouici Hutini Regis vxor. relicta a viro prægnans. 1316. n. 11. parit filium qui dictus Ioannes breuiſque aui exitit. ib.

Clodia. recuperata a Venetis. 1380. n. 28.

B. Coleta Clariſſa. diem & horam obitus Martini V. prædicit. 1431. nu. 2. piæ eius mors. 1447. n. 28. ipſius precibus petulans iuuenis diuinitus conuerſus. 1447. n. 29.

Colmanus ſiue Callimanus Bulgariæ Rex. ad coniunctionem cum Romana eccleſia ſolicitatur. 1245. n. 11. oblatum illi ea de cauſa ab Innocentio IV. concilium generale. ib. in iuuentute extinguitur. nu. 12. inclinabat ad coniunctionem cum Romana eccleſia. ib. euerſa eius morte pia ea conſilia. ib. accepto eius obitus nuntio Vatacius Serras, Meleuicum & alias arces occupat. ib.

Colocenſis archiepiſcopus. in quo caſu ad eum ſpectet ius coronæ imponendæ Regi Hungariæ. 1212. n. 7.

Colomanus Rex Ruthenorum. in Boſna hæreticos perſequitur. 1238. n. 53. religionem in ea reſtituit. n. 54. hæreticos e Boſna exſcindit. 1239. n. 69. in acie cæſus a Tartaris. 1241. n. 20. cum Regina Salomea vir-

virginitatem coluerat. ib.
Colonia. ex duorum Cæsarum controuersia in archiepiscoporum principũ factiones distrahũtur. A. 1205. n. 46. obsessa a Philippo Sueuo ab Othone Saxone liberatur. num. 49. Philippo se demum dedit, 1206. nu. 10.
Columna ignea, cælo in corpus B. Iordani delapsa. 1236. n. 29. columna ignea in Czeslai ord. Prædicatorum orantis caput delapsa Tartaros suo splendore Vratislauiæ arcis obsidione depellit. 1241. n. 5.
Columnenses. a Friderico Siculo ad rebellionem aduersus Bonifacium VIII. solicitati eius nuntios excipiunt. 1297. nu. 26. repetitæ ab ijs arces a Bonifacio, ibid. rebellant ac scriptis negant illum legibus creatum Pontificem, nec cedere potuisse Cælestinum. ibid. deijciuntur de omnis dignitatis gradu exuunturque bonis. ib. fidei censores in eos vt in schismaticos iussi agere. nu. 41. Prænestę ob secutas eorum partes excisum. nu. 6. Sciarra Columná ob captum Bonifacium a Benedicto XI. perculsus anathemate, 1304. n. 14. coniurant in Bonifacium, & noctu Capitolium oppugnant. 1400. n. 2. &c. oppressa eorum coniuratio. ib. in gratiam clementer admissi. 1401. nu. 11. defuncto Martino V. eius thesaurum diripiunt. 1431. n. 10. in ius vocati rebellant. ib. & n. 11. domiti ab Eugenio IV. n. 12. & 1436. n. 22. vna cum Hispanis coniuratione facta irrumpunt in pontificium palatium ad Clementem VII. opprimendum. 1526. n. 15. palatium expilant & Vaticanæ basilicæ thesaurum. ib. illatarum Pontifici Clementi iniuriarum dant pœnas. 1528. n. 5.
Cometes. Vrbani IV. obitum portendit, 1264. n. 70. cometes ingentium commotionum prænuncius existimatur. 1402. n. 1.
Commenda. a Clemente V. ex stimulis conscientiæ reuocatæ. 1307. n. 27.
Communio. quo tempore satisfiat præcepto communionis paschalis. 1440. n. 19.
Compaternitas. inter virum & vxorem matrimonium non soluit. 1199. n. 52.
Conceptio immaculata Virginis. Paulus ordinis Prædicatorum aduersum eam declamans Cracouiæ repente extinguitur, 1361. n. 3. in ea controuersia vetitum obiecto anathemate ne quis contrariæ sententiæ assertores hæreseos damnet, 1483. n. 62.
Conceptionis insula, inuenta a Ioanne Novio. 1501. n. 89.
Conciliabulum Perpinianense. 1409. nu. 84. eius acta. ib.
Conciliabulum Basilense schismaticum. V. *Basilęnse conciliabulum.*
Conciliabulum Pisanum. Gallorum Regis iussu congregatum, 1511. nu. 37. eius acta. ib. transfertur Mediolanum. nu. 42. eius acta damnata a Cardd. schismaticis. 1513. n. 44. damnata a Ludouico XII. n. 81. a Gallis præsulibus. 1514. n. 4.
Conciliabulum Mediolanense. in eo schismatici Iulium deturbare gradu minitantur. 1512. n. 7. abrogatam ab ipsis auctoritatem Iulio mentiuntur. nu. 25. disturbant pacis consilia inter Gallum Pontificemq. ib. dissipentur ab Helvetijs. ib. & n. 63. Mediolano Astam, Asta Lugdunũ trãsfertur, & dissoluitur. A. 1513. n. 51. 52.
Concilium. oblatum ab Vrbano VI. Cardinalibus schisma molientibus. 1378. nu. 42. repudiatum impio more hæreticorum a schismaticis. ibid. expetitum a Cæsare & Gallo Rege. 1379. n. 3. & 4. schismaticorum pertinacia in eo repudiando. ib. Hispani in primo conuentu in controuersia de papatu decernunt standum concilij œcumenici sententiæ. ib. Petrus de Luna suasit Alfonso eremitæ olim episcopo vt cum Vrbano primum electo staret donec a concilio œcumenico aliter decretum fuisset. nu. 15. Carolus V. Rex Galliæ schismatis conflati pœnitens decernit eum Papam verum se agnoscere, quem verum synodus œcumenica definiret. 1380. nu. 9. probat Petrus Toleranus archiepiscopus Vrbanum nisi post latam a concilio œcumenico sententiam deseri non debuisse. 1380. n. 13. Angli suadẽt schisma a cõcilio œcumenico tollendum. 1396. nu. 2. Petrus Osmanus concilij auctoritatem pontificiæ præferens damnatur. 1480. n. 1. pontificiam auctoritatem concilij auctoritati antecellere demonstratur. 1483. nu. 20. conciliorum auctoritas inferior pontificia. 1516. nu. 23. vetera concilia paruere pontificibus. ib. rogatus Clemens VII. a Carolo V. assentitur vt fiat. 1530. n. 171. quibus legibus. ibid. significat celebrandum Romæ. nu. 173. decernit faciendum in Italia. nu. 175. cur nunquam indictum sit a Clemente. ibid. Carolum V. ad indicendum concilium solicitant Lutherani. 1532. nu. 14. quid ab illo responsum. ib. Galliæ & Angliæ Reges celebrando concilio obstiterunt. n. 29. pertimuit varia Clemens VIII. in concilio celebrando pericula. ib. postulatum a Cæsare. 1533. n. 1. non assentiuntur Galliæ & Angliæ Reges vt congregetur. ib. propositæ leges Lutheranis. n. 7. V. *Synodus.*
Concilium Londinense primum. celebratur ab Huberto Cantuariensi archiepiscopo, 1200. n. 16. 17. additum in eius decretis saluo in omnibus sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, honore & priuilegio.
Concilium Monspelicnse, eius acta. 1214. num. 20.
Concilium Londinense secundum. celebratum ab Othone Cardinale legato. 1237. nu. 41. & seqq.
Concilium Lateranense sub Innocentio III. celebratum. 1215. nu. 1. patrum, qui illi interfuere, numerus. n. 2. in eo damnati Albigenses. nu. 7. damnatus abbas Ioachimus & defensus Petrus Lombardus in quæstione de essentia Trinitatis, n. 8. Almaricus hæresiarcha in eo damnatus. n. 9. Græci Latinos rebaptizantes & altaria in quibus Latini celebrarant abluentes, damnati anathemate. ib. de ordine sedium patriarchalium in eo lata sententia. nu. 19. reliqua eius statuta, ib. & seqq.
Concilium Lateranense sub Eugenio IV. Florentia ab Eugenio IV. Romam translatum. A. 1444. n. 15. in eo Mesopotameni Romanæ ecclesiæ coniuncti. ibid. instaurata vetera de duabus naturis in Christo decreta. ib.
Concilium Lateranense sub Iulio II. & Leone X. indictum a Iulio II. A. 1511. n. 8. ab eo celebrari cœptum. 1512. n. 35. in eo actum de bello in Turcas. n. 40. rescissa Pisani & Mediolanensis conciliabulorum acta. n. 48. Christiani populi spreto schismaticorum conuenticulo Lateranensi concilio adhærent. n. 53. Ludouicus XII. Gallorum Rex se excusat de non missis oratoribus ad Lateranense concilium. & Pisani conciliabuli acta damnat. 1513. n. 88. varij errores de anima humana damnati in eo concilio. ib. in eo prælates Galli acta Pisanæ pseudosynodi damnant. 1514. nu. 14. pragmatica sanctio rescissa. 1516. n. 22. victima sessio concilij Lateranensis. 1517. n. 1. decretum in ea editum de tuenda contra Turcas Christiana re. ib. Prædicatorum magister altiori lumine collustratus negauit dissoluendum concilium. n. 16.
Concilium Tolosanum. in eo constituta fidei censura contra hæreticos. 1228. n. 27.
Concilium Lugdunense I. ab Innocentio IV. celebratum. 1245. n. 24. quæ in eo proposuerit Innocentius. nu. 29. lata in eo aduersus Fredericum sententia. n. 32. de Tartaris & Saracenis propulsandis in eo actum. n. 47. & seqq.
Concilium Lugdunense II. celebratum a Gregorio X. & quo ritu. 1274. n. 1. in eo Iacobus Rex Aragonum illi a latere assedit. ib. in eo constitutiones pro sancienda disciplina ecclesiastica promulgatæ. n. 4. in eo imperij dissidia pacata & vetera Romanæ ecclesiæ iura a Rodulphi Cæsaris oratoribus confirmata. n. 5. in eo Græcorum Imperatoris oratores orthodoxam fidem circa primatum Romani Pontificis, circa processionem Spiritus S. e Patre Filioque, & circa Eucharistiam in azymo professi. n. 14. in eo Paleologus vna cum Græcis Romanæ ecclesiæ aggregatus. num. 18. exceptus in eo Tartarorum Regis Persidi imperantis orator sacro baptismo lustratus. n. 22. in eo de electione Pontificis constitutio promulgata. n. 24. S. Bonauentura concilio illi interfuit, ac dum celebraretur e viuis in cælum abijt. n. 28. plura in eo ad restituendam disciplinã Christianam constituta n. 32. ordines religiosi sine auctoritate apostolica conditi dissolui iussi. n. 33. indicta aduersus Saracenos expeditio. n. 35. & seqq.
Concilium Danicum. in eo latæ leges pro coercenda procerum tyrannide. A. 1257. n. 29. confirmatæ ab Alexandro. n. 30.
Concilium Constantinopolitanum, a Ioanne Vecco patriarcha celebratum. 1277. n. 34. in eo Græci Romanæ ecclesiæ primatum professi schisma eiurarunt. ibid. in eodem professi Spiritum S. a Patre Filioque procedere. ib. professi quoque Eucharistiam in azymo posse confici. ib.
Concilium Toletanum. 1302. n. 29. quæ in eo sint decreta. ib.
Concilium Viennense. 1311. n. 54. ob quas causas congregatum. ib. in eo extinctus Templariorũ ordo. 1312. n. 1. Beguardorũ errores in eo damnati. n. 17. instaurata celebritas corporis domini, num. 18.

dam-

damnati errores Petri Ioannis Olini. n. 19. In eo tres Reges Syriacæ expeditioni se deuouent. & sexennales decimas indicit. ib.

Concilium Papiense. illius actæ a Clemente VI. confirmata. A. 1346. n. 72.

Concilium Pisanum in vis ambigua. indictum a Cardinalibus. A. 1408. n. 21. argumenta obiecta a Greg. XII. Cardinalibus, ob quæ Pisanum concilium valere non possit. n. 47. acta Pisani concilij. 1409. nu. 12. quæ sint obiecta aduersus illius auctoritatem a Cæsareo oratore. n. 13. & 14. difficultates ingentes circa illius auctoritatem. num. 45. in nona sessione promulgatum licuisse ab vtroque contendente discedere. nu. 46. Pontifex & antipapa in eo in ius vocati. nu. 71. &c. tertius Pontifex ambiguus in eo creatus. n. 72. controuersia fuit concilij Pisani auctoritas. n. 79. schisma auxit non sustulit. ib.

Concilium Ausitrium. celebratum a Gregorio XII. 1409. n. 82. in eo decernit Gregorius cedere si emuli cedant. n. 85.

Concilium Romanum. celebratum a Ioanne XXIII. aduersus Ioannem Hus hæresiarcham. 1412. num. 5. damnati in eo Vvicleffi libri. 1413. n. 1.

Concilium Constantiense. indictum primo a Ioanne XXIII. 1413. n. 33. inchoatur & causa Ioannis Hus in eo agitata. 1414. n. 9. eius celebritas insignis. nu. 14. tribuit illi auctoritatem Gregorius XII. 1415. n. 1. definit illi præesse Ioannes. ib. eiusdem concilij auctoritas maior fuit controuersorum Pontificum auctoritate. num. 7. pontificatus iure deturbat Ioannem XXIII. 1415. n. 22. in eo damnati articuli Ioannis Hus & Vvicleffi. n. 35. in eo Benedictus antipapa, vt hæreticus & schismaticus damnatus. 1417. n. 12. decreta in eo edita ad futura schismata præcauenda. n. 17. illius decreta, quæ ad fidem spectarent tantum confirmata. 1418. n. 2.

Concilium Papiense siue Ticinense. indictum a Martino V. 1423. nu. 1. ob luem Senas translatum. n. 3.

Concilium Senense. exoritur in eo turba. 1423. n. 10. Senensium imperare concilio meditantium impia temeritas. num. 11.

Concilium Basileense. V. *Basileense concilium, & Basileenses*.

Concilium Basileense factum schismaticum post eius dimissionem. V. *Basileense conciliabulum*.

Concilium Ferrariense. indictum ab Eugenio IV. A. 1437. n. 17. inchoatum præside B. Nicolao Albergato. 1438. n. 1. &c. in eo factiosorum Basileensium decreta rescissa exceptis gestis cum Boemis. ib. vocati in iudicium Basileenses schismatici. nu. 4. Imperator & patriarcha, & alij præsules Græci ad Ferrariense concilium veniunt. n. 6. promulgatum Ferrariæ concilium œcumenicum congregatum ex Latinis & Græcis. n. 11. & 12. de purgatorio igne & additione in symbolo vocis, *Filioque*, disceptatum. nu. 15. &c. ob sæuitiam pestis transfertur Florentiam. 1439. n. 1.

Concilium Florentinum. cur Ferrariæ translatum Florentiam. A. 1439. n. 1. in eo tŏuentum a Græcis vocem *Filioque*, additam, vt explicationem necessariam. 1439. nu. 4. protossi Græci Spiritum sanctum procedere ex Patre Filioque vnica spiratione. num. 5. primatum Pontificis ignemque purgatorium professi. nu. 6. diremptis alijs controuersijs Romanæ ecclesiæ coniuncti. num. 7. & seqq. in eo Armenij Romanæ ecclesiæ coniuncti. nu. 13. 14. extrahitur Florentinum concilium ob Basileensium schisma. num. 18. Florentia Roman transfertur. 1442. num. 1.

Concilium Salisburgense. celebratum ab Eberhardo archiepiscopo Salisburgensi ad vindicandas a Boemorum hæresi Germaniæ prouincias. 1420. n. 16. in eo plures leges ad restituendam disciplinam ecclesiasticam & populi mores excolendos promulgatæ. ib.

Concilium Lusitanum. celebratum a Gnesnensi archiepiscopo & Polonis præsulibus. 1423. n. 16. in eo plura decreta ad coercendam Hussiticam hæresim ne Poloniam inficeret edita. ib. eorum præsulum studio abducti Vvladislaus Poloniæ Rex & Vvitoldus dux Lithuaniæ, ne Polonici imperij propagandi causa Bohemorum hæreticorum patrocinium capesserent. ib.

Concilium Lausanense. translatum Basilea Lausanam ab antipapa Felice & schismaticis Basileensibus pro schismate Basileensi abolendo. 1449. n. 1. in eo dissolutum Basileense conciliabulum in tot annos extructum. ib. in eo abiectus ab Amedeo duce Sabaudiæ antipapatus male susceptus. nu. 5. in eo fictione iuris a schismaticis Nicolaus V. Pontifex electus ad schismatis fibras omnes amputandas. ib. & nu. 6. soluto ab ipsis schismaticis Lausanensi concilio redintegrata est pristina ecclesiarum occidentalium. ib. admissi in gratiam a Nicolao V. Lausanensis Concilij præsules & gesta antipapæ in conferendis sacerdotijs studio pacis confirmata. ib. anticardinales etiam vera dignitate cardinalitia donati. n. 7.

Concilium Lateranense sub Iulio II. V. supra inter alia concilia Lateranensia.

Concilium Parisiense. V. *Parisiense Concilium*.

Confessio. imperata ter in anno in concilio Tolosano. 1228. n. 27. facta apud monachos repeti dein non debet ex necessitate apud parochum. 1321. n. 37. V. *Exhomologesis*.

Congi regnum. inuentum auspicijs Ioannis Regis Lusitaniæ. 1484. n. 82. in eo Christiana religio propagari capta. ibid. & 1491. n. 6.

Conradinus Iunius. a Conrado patre excommunicato & hoste Ecclesiæ commendatur clientelæ Innocentij IV. 1254. n. 46. assertum illi regnum Ierosolymitanum & principatus Sueuiæ cum alijs iuribus controuersis Siciliæ. n. 47. administratione regni Siciliæ deturbati eius procuratores. n. 51. & seqq. eius nomine Siculi regni administrationem gerit Manfredus. 1255. n. 1. ducatum Sueuiæ ab eo repetit Alfonsus Rex Castellæ, sed repellitur. n. 53. prohibitus ab Alexandro IV. ne in Cæsarem eligeretur. 1256. nu. 5. & 6. illum venenatis placentulis extinguere molitur Manfredus. 1258. nu. 8. confecta Corradini morte, a Manfredo, qui se tueri Corradini iura finxerat, regnum occupatum. n. 11. Conradini ad Siculos orator viuere illum contestatus obtruncatur. ib. eum Germani meditantur ad imperium euehere. 1262. n. 4. Vrbanus vetat eligi, censuraque in eos, qui ipsum elegerint, innouat. ib. in Siciliam expeditionem meditatur. 1267. n. 1. eius in Italia progressus. n. 3. percellitur anathemate a Clemente IV. n. 4. intentata illi iactura regni Ierosolymitani. ib. censuras in eum a Clemente latas contemnit. 1268. n. 18. progressus illius lubrici per Ligutiam atque Etruriam. n. 18. Senas accedit. n. 20. in Viterbij conspectu insultat Clementi Pontifici. n. 20. Clementis de illius temeritate graue oraculum. ib. triumphantis more a Romanis excipitur. nu. 25. citeriorem Siciliam inuadit. n. 29. secundam Caroli aciem perrumpit. nu. 30. dum spolia colligit deletur, fugaque sibi consulit. ib. intercipitur in fuga vna cum præcipuis ducibus. n. 34. capitali sententia damnatus Neapoli manu carnificis capite truncatur. ib.

Conradinus ordinis Prædicatorum pietate insignis. eius precibus & opera Bononia a Martino V. recuperata. 1420. n. 10.

Conradus Spoleti dux & Assisij comes antea ab Henrico Cæsare creatus. ab Innocentio III. e mala possessione depellitur. 1198. num. 15.

Conradus Maguntinus archiepiscopus & episcopus Sabinensis. Regem Armeniæ minoris corona cingit. 1198. nu. 88. inter Armeniæ Regem & Antiochiæ principem pacem confirmat. ib. monetur, vt Cæsari faueat quem Ecclesia confirmarit. num. 28. agitat de concordia inter Othonem & Philippum Cæsares electos. 1199. nu. 38. inter Emericum Regem Hungariæ & fratrem Andream ducem pacem componit. n. 39. eius mors. 1200. num. 38.

Conradus episcopus Herbipolensis. ob defensa iura ecclesiastica occiditur. 1203. nu. 45. quæ pœnæ iunctæ eius interfectoribus. num. 46. 47. repertus est post mortem sub serica veste gestasse cilicium. n. 48.

Conradus episcopus Portuensis. A. S. L. synodum celebrat Parisijs & Senonis aduersus Albigenses. 1223. n. 29.

Conradus Friderici II. filius. Germanicas copias adducit ad patrem Fredericum. 1238. num. 70. Henricum Lantgrauium Thuringiæ electum Cæsarem opprimere nititur. 1246. num. 9. ab eo extrema clade deletur. ib. confugit ad Bauarum. n. 10. ni ab eo fuisset exceptus Germania pellebatur. ib. Henricum Regem Aquisgranum petentem pro accipienda corona fundit. 1247. n. 1. in Henrici sectatores crudelitatem exercet. ib. in eum sacrum bellum propositis indulgentijs promulgatum ab Innocentio IV.

A. 1248. n. 8. Vvillelmus Conrado oppositus Aquisgranum illi eripit, 1248. nu. 14. ad confirmandum aduersus Ecclesiam tyrannidem nouos hæreticos tuetur. n. 15. & 16. percellitur anathemate ab Innocentio, 1251. nu. 9. a Vvillelmo Rege iure ducatus Sueuiæ exuitur. n. 17. Neapolitanum regnum occupat, 1253. n. 1. aduersantes sibi opprimit. ib. aduersus illum Carolum Andegauiæ & Prouinciæ comitem excire meditatur Innocentius, sed irrito exitu. n. 2. deinde Richardum Cornubiæ comitem. n. 5. vocatur in iudicium ab Innocentio, 1254. n. 41. obijcitur illi violenta fratris Henrici mors. n. 42. dum arma Ecclesiæ & clientibus intentaret repente moritur. n. 44. in extremo vitæ actu sacerdotum ministerio ad expiandam conscientiam caret, qui sacerdotes fuerat infectatus. n. 45. moriturus filium Conradinum Innocentij clientelæ commendat. num. 46.

Conradus dux Mosuie. Poloniæ ducatum Boleslao pudico eripit, 1244. n. 51.

Conradus Coloniensis archiepiscopus, in Angliam se confert pro Richardo electo in Germaniam ducendo. 1257. n. 6. illum Aquisgrani regio diademate insignit. num. 8.

Conradus puer. odio fidei Christianæ a Iudeis exarnificatus, 1303. n. 64. fulget miraculis. ib.

B. Conradus Placentinus eremita. pie moritur. 1351. n. 40. claret miraculis. ib. eius corpus corruptionis expers suauissimum odorem efflat. ib.

Conradus archiepiscopus Pragensis. hæreticis fauet. A. 1426. n. 41. infeliciter perit. ib.

Conradus Lauellongus Brixianus puer. odio fidei occisus & sepultus in muri crassitie restituitur vitæ, 1476. n. 18.

Consanguinitas. soluendi gradus consanguinitatis auctoritas penes Romanum Pontificem consistit. 1298. n. 20. 21.

Consecratio. responsum Innocentij III. ad dubia de verbis consecrationis. 1203. num. 13.

Constantia mira equitis in seruitute Saracenica, 1203. num. 11. S. Dominici. 1207. num. 3. episcopi Tolosani aduersus comitis minas. 1213. num. 24. Balduini comitis fratris comitis Tolosani, 1213. num. 64. insignis principis fœminæ constantia audita filij nece. 1250. n. 36. S. Hedyuigis in morte viri quem diligebat siccos tenentis oculos. 1238. nu. 69. constantia Bonifacij VIII. inter hostes, 1303. nu. 41. S. Catharinæ Senensis. 1377. n. 3.

Constantia Imperatrix Regina Sicilia vidua. Siculi regni iuribus indui cum filio Frederico efflagitat atque obtinet. 1198. n. 67. sancit futuras liberas præsulum electiones. n. 68. Marcualdo noua in regno Siciliæ molienti bellum denuntiat. n. 69. moritura testamento regni moderatorem Pontificem relinquit, illique Fridericum filium commendat. num. 70.

Constantinopolis. oppugnata a Latinis. 1203. n. 15. expugnata. 1204. nu. 3. arguit Latinos Innocentius III. de versis in Constantinopolitanos armis. 1205. num. 7. de-

que sacrilegijs in ea commissis. ib. Constantino, eius a Ioanne Duca Vatacio Imperatore Græcorum & Asane Rege Bulgarorum obsessa. A. 1235. n. 53. diuinitus liberata a Ioanne Brennensi cum paucissimis copijs, ibid. capta proditione a Michaele Palæologo. 1261. n. 27. obsessa a Baiazethe & liberata a Gallis. 1399. n. 3. iterum obsessa a Baiazethe. 1401. n. 17. Tamerlanis aduentu liberata. ib. & 1402. nu. 5. obsessa a Mahomete II. 1453. n. 1. ostensum prodigio Mahometi Græcos a Deo desertos. ib. a Mahomete II. capta impetu. nu. 4. 5. funesta illius vastitas. ib. & n. 6. pro ea recuperanda Christiani occidentales inania consilia agitant. n. 12.

Constantinopolitanum imperium. vt male a Latinis diuisum sit. 1205. n. 5. ex illius excidio quatuor exorta imperia. 1205. num. 26.

Constantinus Bulgaria Rex. graui bello Michaelem Palæologum implicat, & in fugam cogit. 1264. n. 65.

Constantinus Melitiniota. ob fidem catholicam productus in pseudosynodum Constantinopolitanam processionem Spiritus sancti ex Patre filioque profitetur. 1284. n. 46. conijcitur in carcerem ob constantiam. n. 48. post mortem Vecci patriarchæ carcere liberatus iterum cum schisma damnaret in carcerem traditus. n. 52.

Constantinus Armenia Rex. solicitatus vt veteres errores abolendos curet. 1346. n. 67. Saracenos propulsat. 1347. n. 30. Alexandretam capit. ib. monitus a Clemente VI. vt Armenios a veteribus erroribus abducendos curet. ib. frustra occidentales solicitat ad bellum sacrum. A. 1347. num. 29.

Constantinus Imperator Æthiopum. mittit oratorem ad Eugenium, & veterem cum Ecclesia Romana coniunctionem redintegrat. A. 1441. n. 3.

Constantinus Palæologus Imperator Constantinopolitanus. succedit in imperium fratri Ioanni Palæologo. 1449. n. 12. monetur a Nicolao V. impendentis diuinæ iræ ni schisma excindendum curet. 1454. nu. 1. & seqq. solicitatus vt causam ruentis imperij cogitet. ib. prædictum illi labente triennio excindendam Constantinopolim. n. 3. ignaue permittit a Mahomete in Bosphori thracij angustijs arcem excitari. 1452. nu. 16. expugnata Constantinopoli dum fugam tentat in porta obteritur. 1453. n. 5. præcisum eius caput præfixumque hastæ. ib.

Constantinus Rex Georgianorum. obedientiã defert Alexandro VI, 1496. n. 21.

Contemptus mundi. insigne exemplum editum ab Adolpho Holsatiæ comite. 1244. n. 54. egregia de opum contemptu sententia. 1265. n. 6. Guido Montisferetri comes mundi fastum calcare deliberat & S. Francisci institutis se addicit. 1296. n. 3. S. Ludouicus Caroli Siciliæ Regis filius regni iure se abdicat & eadem instituta amplectitur, n. 16. cœlesti viso humana repudiat B. Laurentius Iustinianus. 1399. n. 27.

Contritio. V. *Pœnitentia*.

Corradinus soldanus Sephadini filius, in Cruciferorum Pelusium obsidentium castra tentat irrumpere ac propulsatur. A. 1219. n. 13. exercit ex rabie Ierosolymam. ib. comminatur se dominicum sepulchrum euersurum. ib. cedit partem nostrorum temere excursiones agentium vt S. Franciscus prædixerat. nu. 14. pro eo conuertendo ad eum se confert S. Franciscus. ibid. prædicantem de fide Christi attente audit. ib. proponit illi S. Franciscus conditionem, vt in medio rogo disceptetur de Christo & de Mahomete & a flammis illæso credatur. ib. conditionẽ non admittit suorum coniurationem veritus. ib. dimittit honorifice S. Franciscum. ib. eius precibus se commendat. ibid. spondet Christianis regnum Ierosolymitanum restituturum & sumptus pro Ierosolymæ mœnibus reparandis, si a Pelusij obsidione discedant. 15. capto Pelusio castris incensis abit. n. 16. Coradinus septingentas & quinquaginta nostrorum naues græco igne exurit. 1221. n. 11. Christianum exercitum deriuato nilo ad deditionem cogit. n. 12. Pelusium recipit. ib.

Corcyra. erepta Margaretæ Reginæ a Venetis. 1385. n. 9.

Corduba a Ferdinando Rege Castellæ Saracenis erepta. 1236. n. 57. Corona spinea Domini oppignerata Venetis a Balduino II. 1238. n. 21. redempta magno pretio a S. Ludouico. ib.

Corone. erepta Venetis a Turcis. 1501. nu. 77. capta ab Andrea Auria. 1532. nu. 47. pressa obsidione a Solimanno. 1533. n. 90. soluta illius obsidio ab Andrea Auria. ib.

Corradus Corradinus. V. *Conradus & Conradinus*.

Corsica. illius pars Genuensibus attributa ab Honorio III. 1217. n. 100. a Genuensibus ex Corsorum consensu occupata. 1347. n. 22.

Corteregalis. ab eo inuenta terra viridis ad septentrionem. 1500. n. 55. infelix eius nauigatio. ib.

Cosmus de Melioratis presbyter Cardinalis tit. S. Crucis. creatur Pontifex. 1404. n. 10. V. *Innocentius VI*.

Cosmus Medices respublica Florentina princeps. eo extincto turbæ exortæ in Florentina republica. 1467. n. 17.

Cramnerus. V. *Thomas Cramnerus*.

Credentes, quinam dicerentur inter hæreticos, & vt different a perfectis. 1204. num. 61.

Cremonenses. inuocata ope SS. Petri & Marcellini fundunt Mediolanenses. 1213. num. 17.

Crescentius Card. diaconus S. Theodori. legatus mittitur ab Honorio III. in regna septentrionalia. 1220. n. 32.

Creta. in Venetorum potestatem cedit. 1205. n. 5.

Cretenses. rebellant in Venetos. 1364. nu. 8. 9. victi bello ad officium redeunt. ib.

Croia. obsessa a Turcis liberataque a Scanderbego. 1465. n. 19. post Scanderbegi mortem in Turcarum seruitutem redacta. 1466. n. 7.

Crucesignati. in hæreticos Albigenses mouent. 1208. n. 28. triennio ante vitæ a S. Ma-

S.Maria Oigniacenſi cruces e cælo deſcẽdere. ib. S. Guillelmus Bituricenſis archiepiſcopus ſacræ militiæ nomen dat, & crucis ſymbolum induit. ib. quinquaginta crucesignati deiecti præcipites e turri diuinitus ſeruantur. A. 1209. n. 26. crucesignatus percuſſus ballista in cruce pectori affixa illæſus. ib. prodigium de crucibus Toloſæ apparentibus. 1210. n. 13. crucesignati militis crux in ignem iniecta illæſa reliqua veſte redacta in cineres. 1211. n. 16. ſuper Crucesignatorum occiſorum cadaueracolumna ignea cælo lapſa. n. 17. S. Maria Oigniacenſis diuinitus videt crucesignatorum cæſorum animas in cœlum euehi. ib. crucesignati vox conſtantiſſima. n. 19. octingenti duce Montfortio centum millia hæreticorum fundunt. 1213. n. 58. pium & factum S. Ludouici Regis in crucesignanda cruce regia familia. 1245. n. 98. viri inuitis vxoribus poſſunt crucesignari. 1313. nu. 2. vetat Fridericus II. Imp. crucem geſtari. 1240. nu. 13. ſacerdotes in medio ignis, in quem erant iniecti ob geſtatam crucem, Deo laudes concinunt. ib. crucesignati ſæpe triſti exitu deleti ob grauiora flagitia. 1396. n. 18.

Crucifererorum militaris ordo. inſtituitur ab Alberto Liuoniæ epiſcopo. 1205. n. 54. eorum ordo in Lateranenſi concilio confirmatus fertur. 1215. n. 19. maxima ſtrage deleti ab infidelibus. 1237. nu. 63. aggregati illis Hoſpitalarij S. Mariæ Theuthonicorum. nu. 63. cruciferi equites duo odio religionis a Lituanis infidelibus exuſti. 1279. num. 42. viſi ab ijs in cœlum conſcendere. ib. cruciferi Pruſſos nimia tyrannide ad defectionem compellunt. 1454. n. 11. Poloniæ Regem vincunt. ib. vno tantum cæſo centum millia circiter Moſchorum & Tartarorum interimunt, 1500. n. 19.

Crucifixi effigies. in cœlo conſpecta. 1248. nu. 30.

Crucifixus puerulus a Iudæis. miraculis coruſcat. 1250. n. 48. crucem a natura impreſſam humeris geſtabat. ib.

Crudelitas. Ruthenorum fidei hoſtium. 1232. n. 6. Stedhingorũ. 1233. n. 41. Ezolini de Romano. 1255. nu. 10. & 1256. n. 39. Iudæorum in Hugonem puerum. 1255. n. 78. Ordelaffi tyranni Foriliuij. 1355. nu. 19. & 1357. n. 6. Florentinorum in monachum. 1375. n. 13. Vvenceslai Boemiæ Regis. 1403. nu. 6. Tamerlanis. 1405. nu. 5. Io. Mariæ Vicecom. 1409. n. 86. diuino miraculo non eſt flexus. ib. vincitur humanitate a canibus rabidis. ib. vltore Deo poſtea perit. ib. & 1412. n. 6.

Cruentæ Ieſu. inexhauſta. 1413. n. 27.

Crux. conſpecta in cœlo verſus Toloſanas partes tendere. 1212. nu. 10. triumpho S. Crucis dies feſtus in Caſtella inſturatus & cur. 1212. n. 34. crux in cœlo conſpecta pugnantibus crucesignatis aduerſum Saracenos. 1217. n. 33. viſæ cæleſtes acies pro ijs pugnare. ib. Chriſti e cruce pendentis imago oſtenſa in cælo. 1227. n. 26. inſignis in viro religioſo crucis amantiſſimo miraculum. 1238. nu. 64. inſignia inter Saracenos edita virtute crucis Chriſti prodigiũ. A. 1247. n. 77. vrius vrina crucem proluẽs repente moritur. ib. Saraceni manus, qui percuſſerat crucem exareſcit. ib. alter infidelis in ipſo eijciendæ in illam vrinæ conatu examinatus procumbit. ibid. Crucifixi in cælo conſpecta effigies. 1248. num. 30. cruces in diuerſis locis conſpectæ in cælo. num. 31. Crux luciditſſima in cælo conſpecta antequam S. Ludouicus crucis ſymbolum acciperet. 1249. n. 99. defectu ſceptri crucem accipit Rodulphus Cæſar, ac principes in ſua verba ſacramento adigit. 1273. n. 8. crux in cælo conſpecta. num. 9. conſpecta in aere aliæ crucis ſigna. ib. crucis rutilantis prodigium conſpectũ ante ianuam carceris in quo fuit conditus B. Petrus Cæleſtinus. 1295. n. 14. cum ſignum ſalutis ſuæ a Rabinis promiſſum eſſet certo die ſignum crucis in eorum veſtibus apparuit. 1295. n. 57. eo viſo multi Iudæi ad Chriſtum conuerſi. ib. cruces diuinitus efformatæ. 1345. n. 3. maris procellæ a B. Petro Thoma proiecta cruce compoſitæ. 1361. num. 9. crucis dominicæ particula ab infidelibus auchi e Polonia non poteſt. 1370. n. 27. ſanctæ crucis officium a Gregorio XI. inſtitutum. 1377. num. 7. crux in cælo niuei coloris apparet prædicante Minorita. 1414. n. 19. ea conſpecta centum viginti Iudæi ad Chriſtum conuerſi. ib. crucis titulus Romæ inuectus. 1493. num. 14. crucis ſigna cælo lapſa in Germania. 1500. nu. 59. & 1501. num. 9. oſtenſa a Maximiliano Pico comiti Mirandulano, qui de ijs ſcribit. num. 11. crucis virtute fugari dæmones mirantur Mexicani. 1527. num. 118. oſtenſa cælo crux purpurea. 1513. n. 119. dæmones fugari virtute crucis. 1527. n. 17. crucis ſigno dæmones abigere ſoliti carbonarij in ſyluis. 1533. nu. 53. cur Lutherus apparente illi dæmone ſigno crucis ad eum abigendum non ſit vſus. ib.

Cuba & Guanaſſa inſulæ. inuentæ. 1502. num. 7.

Cumani. eorum dux ad Chriſti fidem conuerſus paganis dæmones aſtare moriturus videt. 1227. nu. 50. fides inter Cumanos propagata. n. 51. ſæuiunt in Hungaros ob Curenem ducem ab ijs cæſum. A. 1241. num. 21. indictum ijs ſacrum bellum, vt qui Chriſtianam fidem erant profeſſi Chriſtiano ritu viuerent. 1264. n. 51. graſſantur in Hungaria. 1279. n. 30. ad eos coercendos celebrata ſynodus Budæ. n. 34. ea a Ladislao diſturbata. ib. Cumanis adhæreſcit. ib. de ijs ad fixas ſedes tenendas cogendis atque ad baptiſmum ſuſcipiendum inducendis actum. n. 36. diuinitus antea victi Tartaros in Hungariam euocant. 1285. n. 73. Ladiſlaum vincunt. ib. puerulos ſale conditos vorant. 1303. n. 15. ad decem millia ab Alberto Cæſare in odium ſcelcris trucidati. ib.

S. Cunegundes Imperatrix. ad calumniam impudicitiæ diluendam ſuper ignitos vomeres nudis plantis inceſſit. 1200. n. 44. ſanctarum virginum catalogo adijcitur. ib. plura miracula ad eius ſepulcrum edita. ib. tranſlatæ ipſius reliquiæ ibid.

B. Cunegundes, alias Kinga, Belæ Regis Hungariæ filia nupta & virgo. nubit Boleſlao duci Cracouiæ. A. 1239. n. 68. illum permouet ad colendam caſtitatem. ib. cæleſtem infantem ſalutauit Virginem his verbis, *Aue Regina cælorum*. ib. quarta & ſexta feriis ſemel tantum vbera ſuxit. ibid. florentiſſimam victoriam ſuis precibus Polonis obtinet contra Ruthenos. 1266. nu. 40. nepotem Andream extinctum aquis ad vitam reuocat. 1290. n. 40. iterũ e vita abire iubet ob maximas cauſas diuinitus oſtenſas. ib. datis eximijs ſanctitatis ſignis moritur. 1292. num. 22. viſa eius anima in cælum efferri. ib. inclareſcit miraculis. ib.

Curonij, fidem Chriſtianam amplectuntur. 1232. n. 3.

Cuyne ſive Gogebam. Tartarorum Imperator creatur & quibus ritibus. 1245. nu. 21. de Chriſtiana religione bene ſentire viſus eſt. ib. occidentem ſibi ſubijcere meditatur. n. 23.

Cyprij Græci. ad coniunctionem cum Romana eccleſia reuerſi. 1445. num. 22. & 1250. n. 41.

Cyprus. ſubacta ab Ægyptijs. 1426. nu. 24. Ianus Rex captus & viginti millia Chriſtianorum in ſeruitutem abducta. ib.

Czeslaus ordinis Prædicatorum. diuino miraculo Tartaros Vvratislauiæ arcis obſidione depellit. 1241. n. 5.

D

Dacrius haro pietate & armis conſpicuus. ne fidem tueretur calumnijs opprimitur ab Henrico. A. 1534. n. 6. & 7.

Damon. felis horrendi ſpecie apparet, ac ſe ab hæreticis Albigenſibus cultum demonſtrat. 1206. n. 30. fugit deinde relicto fœtore intolerabili. ib. dæmones Cumanis non baptizaris aſtare oſtenſi ducì Cumanorum. 1227. n. 50. immolari ſibi iubent virgines coronatas floribus & concremari. 1232. n. 7. Stedinghos in Bremenſi archiepiſcopatu faſcinant. n. 8. dæmon horrendis formis apparet Stedinghis. 1233. n. 43. dæmones præſtigijs Chriſtianum exercitum debilitant. 1241. nu. 8. Tartaros concitant, vt irrumpant in Hungariam. n. 14. dæmon amaſiæ ſpeciem induit & amantem crudeliſſime in fruſtra diſcerpit. 1260. n. 16. Polonum equitem ante mortem a diuina iuſtitia dæmonibus traditũ ipſi torquẽt. 1270. n. 50. præuidens dæmon in D. Cæleſtini pueritia ſigna illius ſanctitatis obſtitit, ne ſtudijs excolatur. 1294. nu. 8. varia ſpecie matrem pueri deludere nititur. ibid. diſſolutæ illius artes ab anima defuncti patris imperatoris, vt in ſtudijs educaretur. ibid. contemplationi deditos per oeſtaſes & lachrymas aliquando deludit. 1312. num. 17. dæmones in incubos & ſuccubos tranſformati magos deludunt. 1317. nu. 53. vt annulis, ſpeculis & circulis ſe includendos curent. ib. acerbiſſime tentant S. Eleazarum in extremo vitæ actu.

A.1323. n.69. victi ab eo. ib. dæmon tam horrenda forma apparuisse fertur Leopoldo Austriaco, vt illum in phrenitidem lethalem egerit. A.1326. n.7. mēdacijs deludit Cantiæ principem, & in exitium trahit. 1330. nu.50. impudicæ fœminæ incubi specie illudit, eique mortem affert. n.58. dæmones docent Magos Christum ob scelera crucifixum. 1335. n.60. non esse adorandam Eucharistiam. ib. concitant tempestatem in supero mari. 1345. n. 85. victi a S. Catharina Senensi concitare Romanos aduersus Vrbanum VI. 1379. n.34.35. dæmonum spectra torquent sacrilegos. n.53. dæmones in serpentibus adorari soliti a Lithuanis. 1386. nu.4. &c. homines sibi immolari jubent. ib. lædere non posse Christianos euertentes eorum idola & lucos, mirantur gentiles. 1387. nu.15. ludibria dæmonum a sacerdote Christiano dissipata. n.16. dæmonum tyrannis aduersus idololatras. n.17. & 1413. n.24. dæmon plures hostes aduersus Eugenium concitat, idque cælesti viso ostensum. 1433. n.25. dæmon fascinat rusticum, vt Ferdinandum Regē Hispaniæ occidat, eoque occiso regnum comparaturum illi falso spōdet. 1492. n.34. dæmones illudere barbaris solici varijs spectris. 1590. nu.38. grassationes eorum horridæ in castro Moraviæ dicto Giemps. 1591. n.48. dæmonum infestationes in Etruriæ domo. 1503. n.30. cur dæmonum infestationes & spectra patiatur diuina prouidentia. ib. fugari a B. Virgine victique. 1511. n.71. dæmon Zuinglium docet, Christum esse tantum significatiue in Eucharistia. 1519. nu.50. immaniras dæmonis in exposcenda hominum mactatione. 1519. n.69. dæmon se videndum obijcit Mexicano Regi, ac nec missam nec crucem nec baptismum se pati posse profitetur. 1520. num. 96. horrendum humanum sacrificium factum dæmoni. n.97. confusio dæmonis fallax data barbaris. ib. dæmon specie hominis humana statura maioris persuadet Carlostadio Christum in Eucharistia non esse. 1522. n.39. dæmon Gregorium Blauuordum apostatam arripit & Anabaptismum prædicat. 1525. n.63. sibi virgines immolari iubet. num.95. dæmonum vis vi missæ repressa. ibid. dæmones illusisse Anabaptistis varijs exemplis probatur. 1526. num. 119.120. dæmones fugantur in Mexico virtute crucis, & Eucharistiæ præsentia. 1527. nu.118. dæmon ita occupat hæreticos, vt vultu interrito mortem ferant. 1529. n.15. apparet concionanti Carlostadio. 1531. num.39. is ex terrore moritur cōdicta ab illo die. ib. promulgatus a Luthero magister Lutheranæ sectæ. 1533. n.43. oppugnat insanis argutijs sacrificium & Eucharistiam. ibid. sacrificia Christi cum sacrificijs Baal & Mahometis impudentissime comparat. num.44. dæmonis impia argumenta confutare a doctoribus catholicis. ib. dæmonum spectra in aere conspecta a Monasterienſibus. 1534. nu.18. miri dæmonum effectus in Anabaptistis Monasterienſibus. ib. & seqq.

dæmonis disputatio cum Donero Lutherano aduersus Christum. A.1534. n.36. victus discedit fœtoremque ingentem effundit. ib.

Dalmatæ. ad Romanæ ecclesiæ coniunctionem redeunt. 1199. n.55.

Damascum. a Choraſminis captum. 1345. num.96.

Damiata. V *Pelusium*.

Damordai Tartarorum Armenia adiacentium Rex. ad Armeniam vastandam concitatus ab Ægyptio. 1322. nu.33. detestandum Mahometis nomen illi promissum a Saracenis si Christi fidem excindat ex Armenia. ib.

Danis. inuasores Daniæ percussi anathemate quod Dania sit Romanæ ecclesiæ fiduciaria. 1220. n. 32.

Daniel Rex Russorum. coniunctionem cum Romana ecclesia redintegrat. 1246. nu. 29. Pontificis beneficio ducales titulos cum regijs commutat. ib. turpiter deficit ab Ecclesia. 1257. n. 26.

Dantes Aligerius Florentinus. pulsus in exilium ob secutam Alborum factionem. 1301. se addicit poeticæ arti. ib.

Daroca. in ea seruantur sacræ hostiæ, e quibus purus sanguis manauit. 1240. nu.26.

David Comnenus. Trapezuntinū condit imperium ex Constantinopolitani imperij ruinis. 1205. n. 26.

David Scotiæ Regis filius postea Rex. Eduardi Regis Angliæ sororem vxorem ducit. 1328. n. 72. succedit in Scotiæ regnum Roberto patri. 1329. nu. 82. ius ecclesiasticum opprimit. 1330. n. 50. monetur officij. ib. æmulum patitur Baliolum ab Anglo adiutum. 1333. n. 23. prælio vincitur ac Vvaruicum amittit. ib. pellitur Scotia ab Eduardo. 1335. nu. 30. perfugit ad Philippum Galliæ Regem atque ab eo iuuatur classe. ibid. Philippus factam cum Anglo pacem rescindit pro Dauide tuendo contra Eduardum. 1336. n. 42. funditur ab Anglis & capitur in prælio. 1346. n. 43. ob sacrilegia permissa ea clades ipsi ascripta. ib. telo quo pes confixus erat implorata S. Niniani ope liberatur, ib. in libertatem restituitur ex Anglico carcere. 1358. n. 4. initæ ab eo pacis leges repudiatæ a Scotis de transferendo ad Anglos sceptro, ib.

David Roberti Regis Scotiæ filius. impudicitiæ frena laxat. 1402. n. 2. interimitur. ibid.

David Imperator Trapezuntinus. frustra occidentales Reges solicitat de iungendo fœdere in Turcas. 1459. n.48. & 1460. n. 101. imperio & vita exuitur a Mahomete II. 1461. n. 38.

David Abyssinorum Imperator. Regem Lusitaniæ postulat de fœdere in Mahometanos. 1514. num. 103. & 1533. num. 23. Pontificem summum Christi in terris vicarium esse agnoscit. ibid. & n. 37.

Decretales. a Gregorio IX. opera S. Raymundi Peniafortij collectæ. 1234. nu. 26.

Deipara. Reginaldum decanum diuinitus sanat. 1218. num. 36. iubet ingredi ordinem Prædicatorum. ib. Christum ob crimina Christianorum iratum placare offensa cælesti viso. A.1216. n.48. condendi ordinis a mercede redemptionis captiuorum auctrix. 1218. nu. 71. &c. se videndam exhibet S. Petro Nolasco & S. Raymundo Peniafortio. ibid. confugientem ad se vinculis liberat. 1219. num. 31. vt clientum sacrorum officia compenset. 1225. nu. 37. militem in mare lapsum sustinet ne pereat. 1254. nu. 17. Tersactensem episcopum morti proximū curat, ac de translata ede Nazarethana docet. 1291. n.70. eius imago læsa fluit diuinitus sanguine. 1320. n.18. cōfugientes ad se Moscouitas tuetur cōtra Tartaros. 1395. n. vlt. diuina in eius imaginis violatorem vindicta in eumque pœnitentem clementia. 1405. n. 14. nauis eius ope naufragio liberata. n. 25. innocens eiusdem ope erepta a morte. ibid. in incendio tres Deiparæ imagines seruatæ. 1533. n. 42.

Deiparæ beneficia. 1422. n. 24.

Delphense oppidum. incenditur. 1533. n.46.

S. Delphina virgo & Virgo. cum viro S. Eleazaro virginitatem colit. 1323. n. 68. pia ad eam vox S. Eleazari. ib. claret miraculis. 1363. n. 26. de ijs inquirendis instituta actio. n. 26.

Delphinatus Viennensis. Gallicæ coronæ coniunctus. 1344. n. 62. 63.

Demetrius Thessalonicæ Rex. pro contrahendis auxilijs in Italiam venit. 1222. nu. 25. Thessalonicam interea amittit. ibid. Guillelmus frater pro ea recuperanda expeditionem virget. 1224. n. 24.

Demetrius Paleologus. infeliciſſima illius sors qui Mahometis socer fieri affectarat. 1461. n. 43.

Denarius S. Petri. exactus pluribus in regnis. 1317. n 49. 1336. n. 63. 1339. n.82. 1344. n.33. & 5. vlt. ante n. 39.

Diana. dæmon est succuba. 1317. n. 53.

Didacus Oxomensis episcopus. Romam pergit pro obtinenda facultate euangelij inter septentrionales prædicandi. 1206. n. 17. facultate non obtenta cum S. Dominico socio in Gallia Narbonensi remoratur. ib. Cistercienses abbates hortatur vt sine pompa euangelium prædicent hæreticis. ib. præfert ijs Christianæ demissionis exemplum familia Oxomum transmissa. ib. argute confundit hæreticos. n. 26. in vna disputatione centum quinquaginta hæreticos ad fidem conuertit. 1207. n. 5. reuertitur in Hispaniam & paulo post moritur. ibid. claruit miraculis. ib. vt dimiserit in Gallias S. Dominicum. ib.

S. Didacus Minorita. apud Canarienſes euangelium propagat. 1436. nu. 25. felix eius mors. 1463. num. 107. crucis dulcedinem moriturus prædicat. ib.

Dietherus archiepiscopus Moguntinus. ex leuibus causis prouocat a Pontifice ad concilium. 1461. nu. 16. demonstratur prouocationis iniquitas, ib. pellitur archiepiscopatu. n. 19. bellum redintegrat. ib. percellitur anathemate. 1463. n. 84. cedit archiepiscopatu certis pactionibus. ib.

Dioclij. ad Romanæ ecclesiæ obsequium reuersi. 1199. n. 55.

S. Dionysius. curat, obiecto cælesti viso sa-

ſacrum fieri a Pontifice pro liberanda e purgatorio Philippi Regis anima. A. 1223. n. 38.

Dionyſius Luſitanie Rex. Nicolao IV. interprete concordiam redintegrat cum prælatis regni ſui. 1289. n. 16. conturis tollitur. n. 38. nimio ſtudio erga nothum, in ſe Alfonſum filium ex S. Elizabeth ad bellum concitat. 1318. n. 39. & 1322. n. 16. equitate flexus conciliatur filio & ſtat iuri eod. an. 1322. nu. 16. defectis præteritis flagitijs pie moritur. 1325. n. 15. Alfonſus filius e S. Elizabeth ſuſceptus illi ſuccedit. ib.

Dionyſius Carthuſianus. oſtenſū illi epiſcopi pro quo orabat damnati triſte ſupplicium. 1452. n. 18. oſtenſa illi diuinitus orientis a Turcis ſubacti cauſa. 1454. nu. 6. principes ad ſacrum bellum literis ſollicitat. ib. diuinitus agnoſcit, indignos qui bellum gerant pro Chriſto, cum libidine & mutuis odijs ardeant. 1460. n. 24. oſtenſum illi diuinitus Gueldriam in principis impij poteſtatem ob peccata redactum iri. 1470. n. 49. pie moritur. 1471. n. 83. Eugenij IV. de eo elogium. ib.

Diſputatio. Heidelbergica & Lipſica maxime nocuere rei catholicæ. 1518. n. 91.

Dominicani. eorum ordo ab Innocentio III. confirmatus. 1215. n. 17. oſtenſum Innocentio III. ruentem eccleſiam Lateranenſem ſuſtentari a S. Dominico, dum ordo Dominicanus confirmandus poſcebatur. ibid. confirmatus idem ordo ab Honorio III. 1216. nu. 48. Dominicani Hungari Cumanos ad fidem Chriſti pelliciunt. 1227. n. 50.

S. Dominicus. Didaci Oxomenſis epiſcopi familiaris extitit. 1206. n. 27. in Narbonenſi Gallia conuertendis hæreticis dat operam, ib. diuino miraculo fides, quam docebat comprobata. nu. 29. hæretici illud præterire ſilentio non potuere. ib. diuino prodigio nouem matronis demonſtrat ipſas damnoni adhæſiſſe. nu. 30. eadem conuertit. ibid. grauiſſimos labores tolerat prædicando inter hæreticos. n. 31. epiſcopum aduerſus hæreticos diſceptaturum monet vt ſacra oratione & demiſſione ſe muniat aduerſus hæreticos. ib. patientia inſigni conuertit hæreticum. ib, a Didaco Oxomenſi epiſcopo reuerſuro in Hiſpaniam in Gallia relinquitur. 1207. nu. 3. intentatam ab hæreticis mortem temnit. ib. mira eiuſdem conſtantia. ib. ſeipſum offert vt vendatur in mancipium pro hæretico conuertendo. ib. prædicit Regem Aragonum in bello ob ſuſceptas hæreticorum partes occiſum iri. 1212. nu. 13. quadrageſimam pane & aqua tranſegit & in paſchate vegetior viſus eſt. ib. venit ad concilium Lateranenſe. 1215. n. 17. poſcit ordinem Prædicatorum confirmari ab Innocentio III. ibid. repugnante Innocentio obiectum illi cæleſte viſum quo S. Dominicus ruentem eccleſiam Lateranenſem ſuſtentare uiſus. 1215. n. 17. ab Honorio III. obtinet vt Prædicatorum ordinem confirmet. 1216. n. 48. cæleſte viſum S. Dominico obiectum. ib. cum S. Francisco amicitiam arctiſſimam iungit. n. 49. illum ac ſodales ad perſeuerantiam hortatur. A. 1217. n. 51. quadraginta crucefignatos ſuis precibus e naufragio eripit. ib. Romæ mortuum ad vitam reuocat. 1218. n. 35. S. Hyacinthus ſe illius diſciplinæ addicit. ibid. eius precibus Reginaldus decanus diuinitus ſanatur & ſe illius ſodalitio aggregare a B. Virgine iubetur. n. 36. moriens ſalubribus præceptis informat ſodales. 1221. n. 52. traditur ſepulturæ ab Vgolino Cardinale legato Bononiæ poſtea Pontifice. ib. celebrata reliquiarum eius translatio. 1233. n. 39. ex illius ſepulchro cœleſtis odor affiatur. ibid. de eius vita & miraculis inquiſitio inſtituta. ib. in ſanctorum albo collocatur. n. 25.

Dominicus de Capranica Cardinalis. creatus a Martino V. 1430. n. 6. ab Eugenio IV. dignitate deiectus prouocat ad concilium ibid. in priſtinam dignitatem reſtituitur ab Eugenio. 1434. n. 1. moriens in aſpero cilicio repertus. 1458. n. 42. liberalitas illius ſingularis in pauperes. n. 43. admiranda in eodem continentiæ cura. ibid.

Donerus concionator Staſfurtenſis Lutheranus. cum eo dæmon humana effigie diſputat aduerſus Chriſti diuinitatem & alia eius myſteria. 1534. nu. 36. Luthero magiſtro prudentior dæmonem vicit. ibid.

B. Dorothea Pruſſiæ. in morte ſacra Euchariſtia ab ipſo Chriſto ſe ſpecie cœleſti oſtendente refecta. 1399. n. 22. in eius corpore poſt mortem ſigna felicis immortalitatis viſa. ib. fulget miraculis. ib.

Duellum. V. *Certamen ſingulare.*

Dulciniſta. fabulantur licentiam libidinum eſſe legem amoris & Spiritus ſancti. 1308. nu. 9. eam legem ſucceſſiſſe legi euangelicæ. ib. indicta in eos ſacra militia delentur eod. nu. 9. eorum libertas euangelica. 1311. nu. 66. confutata a Clemente V. ibid. blaſphemiæ in eccleſiam. n. 71.

Dulcinus pſeudomonachus hæreſiarcha. libidinum data licentia, lenocinijs multitudinem impiam ad ſe pellicit. 1305. n. 18. deblaterat omnia bona & corpora eſſe communia. ib. captus membratim concisus exuſtuſque. 1308. n. 9.

Durandus epiſcopus Meldenſis. ſcribit pro parte affirmante animas ſanctorum ante diē iudicij viſione beatifica potiri. 1333. n. 45. aliquos errores inſerit, ob quos exagitatur. ib.

Dyrrachium principatus. Latinis erepcus a Macedonibus. 1391. n. 27.

E

S. E*dmundus.* V. *S. Edmundus.*

Ebuſus inſula, alias Yuica, Tarraconenſis archiepiſcopi virtute ſaracenis erepta. 1235. n. 35.

Eccleſia. probatur Eccleſiæ vnitas. 1198. nu. 87. nemo aduerſus Eccleſiam felix. 1223. n. 18. V. *Eccleſia Romana.*

Eccleſia Romana. erepta illi a Cæſaribus iura, vrbes ac prouincias reſtituit Innocentius III. 1198. n. 13. & n. 16. & ſeq. Luſitaniæ eccleſiæ Romanæ veſtigalis ab Alfonſo conſtituta. nu. 35. de eccleſiæ Romanæ dignitate admonitus Alexius Imperator Conſtantinopolitanus. n. 87. Vulcanus Rex Dioclitæ, Dalmatiæ & Seruiæ ad eccleſiæ obſequium redit. A. 1199. n. 55. Londinenſe concilium in ſuis decretis addit hanc formulam: *Saluo in omnibus ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ honore & priuilegio.* 1200. nu. 16. 17. inſignis Regis Francorum erga eccleſiam obſeruantia. 1200. n. 12. Bulgari coniunctionem cum Romana eccleſia redintegrant. 1202. n. 33. &c. Armenij nulli alij Latino epiſcopo quam Romano Pontifici obnoxij. 1202. n. 40. Alexius iunior parto imperio Conſtantinopolitano obedientiam defert Innocentio III. 1203. n. 17. &c. Caloioannes Imperator Bulgariæ reiectis Græcorum promiſſis profitetur ſe velle eſſe ſeruum S. Petri. 1203. n. 10. eius edictum, vt omnes Romanæ eccleſiæ in diuinis ſint obnoxij. nu. 28. Bulgarorum patriarcha, recepto a Pontifice pallio, obedientiam Romano Pontifici pollicetur. 1203. nu. 33. Boemiæ dux regia dignitate ornatus ab Innocentio. 1204. num. 56. coronari iuſſus ab Othone. ib. Petrus Rex Aragonum ſe Romanæ eccleſiæ fiduciarium conſtituit. 1204. n. 73. Sardinia Romanæ eccleſiæ obnoxia. num. 75. hæreticorum blaſphemiæ aduerſus Eccleſiam. 1207. nu. 3. Fundanus comitatus eccleſiæ Romanæ datus a Friderico II. 1212. n. 2. Anglia & Hibernia a Ioanne Rege veſtigales Romanæ eccleſiæ conſtitutæ. 1213. nu. 79. 80. Sardinia eccleſiæ Romanæ fiduciaria. 1217. n. 86. ſimiliter Corſica. n. 100. a Luſitano Rege exigit cenſum Honorius pro Luſitania Eccleſiæ veſtigali. 1218. n. 71. & a Iacobo Rege Aragonum pro comitatu Barchinonenſi. ib. Reginaldus Rex inſulæ Man ſe eccleſiæ Romanæ veſtigalem conſtituit. 1219. n. 44. Daniæ Romanæ eccleſiæ fiduciaria. 1220. nu. 32. Seruiæ & Dioclitæ Rex coniunctionem cum Romana eccleſia confirmat. 1220. n. 37. Dania Romanæ eccleſiæ ſtipendiaria. 1223. n. 35. & Sardinia. 1224. n. vlt. Ruſſiæ Reges Romanæ eccleſiæ aggregati. 1227. nu. 8. Cumani eccleſiæ Romanæ ſe aggregant. n. 50. Græci ob negatum Romanæ eccleſiæ primatum libertatem amiſere. 1232. n. 52. Ludouicus comes Feretranum comitatum Romanæ eccleſiæ teſtamento reliquit. 1236. n. 26. 27. lecta in concilio Lugdunenſi donatio facta de regno Angliæ. 1245. n. 55. Lituania fiduciaria Romanæ eccleſiæ. 1251. n. 44. vt Luſitania eccleſiæ Romanæ conſtituta fuerit veſtigalis. 1253. n. 46. denunciari iuſſum Germanis principibus Pannoniam eccleſiæ Romanæ fiduciariam eſſe. 1291. n. 47. Sardinia & Corſica traditæ a Pontifice Regi Aragonum. 1297. nu. 2. & 7. Clementi V. Sardiniæ & Corſicæ regnum ſolemni ritu accepta refert Rex Aragonum. 1305. n. 8. & 1306. n. 9. Polonia Romanæ eccleſiæ veſtigalis. 1324. nu. 53. Sardiniæ & Corſicæ regnum. 1329. n. 83. Luſitania. 1338. nu. 27. Fortunatarum inſula

fulatum princeps fit ecclesiæ vectigalis. A. 1344. n. 39. Bosna illi testamento relicta. 1478. n. 42. Congi regnum ab ecclesia Romana fidem Christi excipit. 1491. n. 8. Granarense regnum excita Mahumetica impietate Christi fide excolitur. 1492. nu. 1. &c. sacerdotes ab ecclesia Romana missi ad Congi regnum idololatriam excindunt. 1504. nu. 40. missi in Mexicum. V. *Mexicani.*

Ecclesia SS. Sergij & Bacchi. instaurata ab Innocentio III. 1198. n. 3.

Ecclesia S. Mariæ maioris. iubileo anno lustrari iussa a Christifidelibus. 1373. n. 15.

Festafes. a diabolo interdum immissæ. 1312. num. 17.

B. Edmundus archiepiscopus Cantuariensis. e canonico Saresberiensi ad eam dignitatem euehitur. 1233. n. 64. in Gallia pie obit. n. 59. claret miraculis. n. 61. ad eius reliquias, edita maxima miracula. 1241. num. 87. in sanctorum catalogo reponitur. 1246. n. 49. ipsius reliquiarum translatio celebrata. 1247. n. 21. inuentum eius corpus incorruptum. ib. secunda eius translatio. 1249. n. 7.

Edmundus comes Cantij. illusus a Mago quod dæmon diceret ipsius fratrem viuere ob cõmotam Angliam capite damnatur. 1330. n. 50.

Eduardus. Anglici sceptri heres, postea Angliæ Rex. Londinenses rebelles prælio fundit. 1264. n. 32. dum longius eos persequitur, Henricus & Richardus Reges ab hostium alia acie capiuntur. ib. & n. 33. dat se obsidem Simoni de Montefortì pro liberando patre. 1265. n. 71. Simone tyrannidem suam constabiliente exercendi in campo equi specie fugit ex hostis manibus. n. 72. collecto exercitu filium Simonis profligat. ib. & n. 73. Simonem cum duobus filijs necat in prælio. ib. Henricum patrem in regiam dignitatem restituit. ibid. Glouerniæ comitem Londino potitum domat, ac Londinenses Henrico conciliat. 1267. num. 33. sacram militiam profitetur in Saracenos. 1270. num. 23. cum classe ad Tunetana castra accedit. 1270. n. 23. 24. confectas pacis leges damnat. ibid. alijs Regibus intermittentibus sacram expeditionem in Syriam, ille in Syriam tendit. n. 24. eiusdem constantia. ibid. Ptolemaidem peruenit. ib. redactam in extremas angustias liberat. n. 25. Thealdo internuntio in Syria electo in Pontificem magnifice necessariam supellectilem donat. 1271. n. 20. succedit in regno Angliæ Henrico patri. 1272. n. 63. sauciatur ab immisso sicario a soldano Babylonio. ib. redit in occidentem. ib. iterum symbolum crucis accipit pro reparandis Syriæ rebus. 1278. n. 82. attributæ illi decimæ. ib. Leolinus Vvalliæ princeps in eum rebellat. 1282. nu. 33. prælio victi amputatum caput hedera coronari iubet Eduardus. ib. Vvalliam sibi subijcit. ib. deterretur a Martino ne cum Petro Aragonio perduelli Ecclesiæ affinitatem contrahat. 1283. num. 36. expeditionis Syriacæ consilia abijcit. num. 61. percratus morbo crucis symbolum induit. 1286. n. 8. exorta inter illum & Philippum Galliæ Regem dissidia. A. 1290. n. 17. missi ad ea sopienda legati. ib. supremus a Scotis dominus Scotiæ agnoscitur. n. 37. Ioannem Baliolum Regem Scotiæ creat. ib. agitat consilia pro recuperanda Syria, eaque abijcit. 1292. n. 6. in ius vocatur ob factas ab Anglis in Gallia grassationes. 1293. num. 3. & 1294. n. 25. cum non compareret percellitur edicto, ac illi Aquitania bello repentino eripitur. ib. cum Adolpho Rege Romanorum fœdus armorum in Gallum init. 1295. n. 42. missi ad eum Cardinales legati pro redintegranda concordia. ib. Regem Scotiæ ab ipso deficientem capit, regnoque exuit. 1296. nu. 17. traijcit in Belgium. 1297. n. 42. paciscitur cum Adolpho Cæsare, vt coniunctis armis inuadant Galliam. ibid. promissis deest Adolphus bello ciuili implicitus. ib. Scotiam suæ ditioni ex parte subijcit. 1299. num. 14. mota illi lis a Bonifacio VIII. Scotiam non esse Angliæ, sed Romanæ ecclesiæ beneficiariam n. 14. quid Eduardus Bonifacio responderit. ibid. Ioannem Baliolum laxat e custodia. ib. supellectilem auream Clementi V creato Pontifici tranimittit. 1305. nu. 13. in eum consurgit Robertus Brusius contendens sibi iure debitum Scotiæ sceptrum. 1306. n. 13. illum ducum opera gemino prælio profligat. ib. fœdus cum Philippo Galliæ Rege contracta affinitate firmat. 1307. nu. 9. rebelles Scotos magnis cladibus atterit. nouique Regis fratres capitali supplicio afficit. nu. 13. moritur. ib. vt Syriacum bellum cum Carbanda Tartaro agitarit. ib. Eduardus II. filius ipsi succedit. n. 14.

Eduardus II. Angliæ Rex. Isabellam Philippi Francorum Regis filiam vxorem ducit. 1307. n. 9. succedit patri Eduardo. nu. 14. exercitum ducit in Scotiam aduersus Robertum Brusium, nullaque re gesta dissoluit. 1309. n. 13. Scotia pene vniuersa ad Robertum deficit. ib. se bello Syriaco deuouet cum Gallo Rege socero. 1312. n. 22. e manu Nicolai Cardinalis tit. S. Eusebij crucis symbolum accipit. 1313. num. 1. Scotiam maximo exercitu comparato recuperare tentat ac maxima clade fundituf. 1314. nu. 27. apud Elienses vestem S. Albani conditam comperit viuido adeo cruore consperiam ac si recenter esset effusus. ibid. se beneficiarium Romanæ ecclesiæ profitetur. 1316. nu. 24. pro Anglia & Hibernia vectigal pendit. ibid. cruento prælio vincit Eduardum Hibernicæ coronæ innaforem. 1318. n. 27. 28. capitali supplicio afficit. ib. pijs præceptis a Pontifice instruitur. 1319. nu. 20. Vvaruicum & alia loca illi a Roberto Brusio erepta. nu. 21. Vvaruicum obsidione cingit ac propulsatur. num. 22. Eduardum inter & Robertum Brusium concordia agitata. 1320. n. 37. monitus a Pontifice ne graue ferat regium nomen a Romana ecclesia Roberto datum, ex quo nil illius iuri detractum promulgatur. 1320. num. 37. &c. conspirant in eum Angliæ proceres. 1321. n. 43. prælio eos frangit. 1322. n. 29. crudelitate victoriam fœdat. nu. 21. a Roberto Brusio Scoto vexatur bello. ib. terra marique Scotiam oppugnat. ib. defectu commeatuum dissoluit eam expeditionẽ inglorius. ib. Carolo Regi Galliæ denuntianti, vt pro Aquitaniæ ducatu fiduciariam sponsionem præstet male abnuit. n. 30. immissus Carolus Valesiorum dux cum exercitu plura Aquitaniæ loca illi eripit. A. 1324. num. 38. concordiæ interpretem pro eo agit Pontifex apud Galliæ Regem. ibid. missa Regina pacis interprete fœdus init cum Gallo. 1325. num. 12. transfundit Aquitaniæ iura in filium, vt sponsionem clientelarem Gallo Regi exhibeat. ibid. orta inter illum & Gallum dissensio cum Gallus partas bello arces retineret. 1326. n. 11. 12. inter eum & Reginam Isabellam dissensiones ortæ. nu. 13. se ab Hugone Spenserio male regi sinit. ib. in eum Regina cum proceribus Anglis conspirat. n. 16. in Vvalliam amisso Londino, fugere cogitur. n. 16. infectante eum cum exercitu vxore in Hiberniam fugam tentat. ib. reiectus aduersis ventis capitur. ib. in custodiam traditur tristi reseruandus supplicio. ib. illius fidissimus consultor e patibulo suspenditur. ib. publico ordinum decreto regio munere deturbatur agente vxore, ac filius subrogatur. 1327. n. 43. nonnullis de eo liberando agentibus necatur in carcere. ib. exusta candente ferro illi viscera fuisse ignito ceru fertur. ib.

Eduardus Roberti Brusij Regis Scotiæ frater. Hiberniæ Regem se dicit. 1318. n. 27. victus prælio cruentissimo capite minuitur. ib.

Eduardus III. Anglia Rex. post Caroli IV. mortem iura in Galliæ regnum obtendere non potuit. 1428. nu. 69. spreta male eius affinitas a Philippo VI. nu. 72. affinitatem cum Roberto Brusio Scotiæ Rege iungit. ib. Scotiam onere fiduciario liberam pronuntiat. ib. Edmundum Cantiæ comitem patruum ob commotas in Anglia turbas cædi iubet. 1330. n. 50. Rogerium de Mortuomari suspectum de praua consuetudine cum Isabella Regina matre supplicio iubet affici. 1330. nu. 50. tuetur Baliolum vectigalem aduersus Dauidem Scotiæ Regem. 1333. n. 23. Dauidem fundit. ib. Vvaruicum Angliæ restituit. ib. Eduardum Baliolum in Scotiæ possessionem inducit. 1335. n. 36. Dauidem prælio delet. ib. excipit Galliæ Rex profugum Dauidem ac pro eo restituendo classem mittit. ib. monetur a Benedicto vt magos excindat in Hibernia. n. 60. exasperatur in Philippum Galliæ Regem ob non restitutas controuersas Aquitaniæ terras. 1336. n. 41. & ob submissa Dauidi Scoto contra Anglos auxilia. ib. mittit ad Philippum oratores & pacem sancit nulla Dauidis Scoti mentione habita. 1336. n. 42. 2. Philippo resciſſa pax ni Dauid Rex Scotus ea comprehenderetur. ib. a Philippo Aquitaniæ parte exuitur. n. 46. fœdus init cum Ludouico Bauaro contemptis censuris antequam Ecclesiæ cõciliaretur Ludouicus contra Philippum Galliæ Regem. 1337. nu. 5. & seqq. missi ad

ad eum legati Cardinales pro reformanda pace cum Philippo. n. 17. ius ecclesiasticum violat in Anglia. n. 19. parando in Gallum bello dat operã & trecentarum nauium instructa classe Antuerpiam applicat. A. 1338. n. 54. postulatis ampliſſimis promiſſis actionem pacis repudiat. n. 58. vicarij cæsarei nomen accipit a Ludouico Bauaro XII. obiurgaturque a Pontifice. ib. clientes imperij prohibiti a Pontifice ne illi pareant. n. 69. Cameracum obsidet. 1339. n. 9. interclusis a Gallo commeatibus obsidionem soluit. n. 13. & seq. concordiam respuit. Aquitaniamque & Normanniam affectat. n. 15. vsurpat Gallica insignia & quo iure. ib. Belgas in sua verba adigit. 1340. n. 1. contendit apud Pontificem Galliæ Regis titulos iure a se acceptos. n. 4. monetur a Benedicto vt eos abijciat. ib. arguitur quod se Ludouici Bauari vicarium in Germanico imperio dicat. n. 8. excursiones hostiles in Gallium agit. n. 9. quibus argutijs concenderit sibi Galliæ regnum iure debitum. ibid. Gallicam classem capit mergitue mari. n. 25. Tornacum obsidet. ib. pactis inducijs obsidionem soluit. ib. discedit ab eius fœdere Ludouicus Bauarus. 1341. n. 9. comitis Montisfortis ducis Britanniæ clientelam accipit aduersus Gallum. 1343. n. 24. expeditionem Turcicam disturbat. 1345. n. 9. casu Arteuelda illius res in Belgio collapsæ. ib. Gallum Regem vna cum pluribus alijs Regibus in Cressiaca pugna vincit. 1346. n. 38. in Anglia ducum opera fundit Scotos capto eorum Rege. n. 43. in Britannia & Aquitania Gallos cædit. n. 43. multas vrbes capit. ibid. nauale victoriam de Gallis refert. 1347. n. 24. Itium vulgo Caletum capit. ibid. eius victoriæ Anglis exitiales cum Anglorum quinquaginta millia in ijs referendis absumpserit. ib. init inducias cum Philippo ad reficiendum ærarium. ibid. a nonnullis principibus post Ludouici Bauari mortem eligitur Cæsar contra Carolum Cæsarem. 1348. n. 16. abnuit Germanico bello se implicare, suffectusque a perduellibus Guncherus Schuuartzburgensis. 1349. n. 12. cruentam nauale victoriam refert de Hispanis in Aquitanico mari. 1350. nu. 40. Guinarum arcem recipit. 1352. nu. 19. obsidentes eam Gallos fundit. ibid. detrectat profiteri se clientem Gallicæ coronæ pro Aquitania. 1355. n. 26. &c. Aquitaniæ principatum confert filio. ib. capto ab eo Ioanne Gallorum Rege non festos ignes accendi iussit, sed diuina sacrificia pro ijs, qui ceciderant in prælio peragi iussit. 1356. nu. 7. in Angliam Ioannem Regem transferendum curat. 1357. n. 1. acerbas pacis leges imponit Gallo, ac ne perficiatur obstitit. 1358. n. 3. ciuili bello Gallos turbat. ib. Danidem Scotiæ Regem in libertatem restituit impositis acerbis legibus. n. 4. Galliæ regnum sibi subijcere molitur. 1359. n. 2. Rhemos obsidet irrito successu. ib. plures Galliæ prouincias vastat. 1360. nu. 1. immissa in eum diuinitus terribili tempestate votum Deo nuncupat de pace admittenda. ibid. controuersiam obtenti in Gallicum sceptrum iuris abijcit. n. 3. pacem cum Ioanne Rege Caletum traducto sancit sacramento. ib. Ioannem Regem Galliæ libertati restituit. nu. 4. Londini celebrat cum Galliæ Scotiæ & Cypri Regibus solemnes conuentus. A. 1364. nu. 16. 17. ab eo censum exigit Vrbanus V. pro Anglia & Hibernia. 1365. n. 13. bellum redintegrat cum Gallis. 1370. n. 21. & 1371. n. 1. Santonas, Engolismam, Rupellam, Britanniam & alia loca amittit. 1372. nu. 26. permittit Vvicleffo vt impias hæreses disseminet. 1377. num. 6. in extremo senio scortationi deditus. ib. infeliciſſime moritur sine sacramentorum vsu. ib. impudens meretrix illius annulum e manu morientis extorquet. ib. succedit illi ex primogenito defuncto nepos. ib.

Eduardus Balliolus Scotiæ Rex. regnum Eduardi Angliæ Regis liberalitati acceptum refert. 1333. n. 23. iuuatur ab eo contra Danidem Regem. ib. inducitur in Scotiæ possessionem ab Eduardo. 1333. n. 36. contra eum Danidi profugo Galliæ Rex mittit auxilia. ib. & 1336. n. 41.

Eduardus Iunior dux Aquitaniæ. a patre creatur dux Aquitaniæ vt eam contra Delphinum tueatur. 1355. n. 26. in finitimas prouincias excurrit. 1356. nu. 7. impar copiarum numero deprehenditur a Ioanne Rege Galliæ. ib. legatis Cardinalibus pacis interpretibus assentitur periculi terrore percitus. ib. Ioannem Regem irruentem temere capit, funditque eius exercitum. ib. eius modestia & pietas in parta victoria. ib. Burdegalam spolijs onustus se recipit. ib. inducias cum Gallis init. 1357. n. 1. Ioannem in Angliam delusis Vasconibus transfert. ib. sancita inter Galliæ & Angliæ Reges pace abiecto ducis nomine se principem Aquitaniæ dicit. 1360. n. 3. Petrus Rex Castellæ pulsus regno ad eum perfugit. 1366. n. 32. qui eum in regnum restituit victo fugatoque Henrico. 1367. n. 18. a Petro promissis deluditur. ib. concepta inde ira Petrum deserit, qui mox ab Henrico æmulo infestatur. ib. inuident Eduardi felicitati Galli, & Henrico fauent. ib. præmoritur vno patre, & filius eius auo succedit. 1377. n. 6.

Eduardus Eboracensis Rex Angliæ IV. victor cruentissimo prælio regios titulos accipit ob violatum ab Henrico fœdus. 1461. n. 135. Henricum & Margaretam hostes regni pronuntiat. ib. Henricum redeuntem in regnum profligat, atque in Scotiam abigit. ib. respuit fœdus cum Ludouico XI. Galliæ Rege. 1462. nu. 48. Gallus tuendum Henricum suscipit aduersus ipsum. ib. fœdus init cum Burgundo. ib. Henricum & Margaretam prælio fundit fugatque. n. 49. irrepentem in Angliam Henricum capit. 1465. nu. 8. ter circa patibulum circumduci iubet & in carcerem conjci. ib. Henrici sectatores venia donatos sibi conciliat. ib. suos sequaces præmijs amplissimis afficit. ib. Gallicis auxilijs regno pellitur restituto in solium Henrico VI. 1470. nu. 49. perfugit ad Burgundum. ib. instructus exercitu Richardum Vvarwicensem obtruncat, Henricumque capit. A. 1471. nu. 51. Margaretam Reginam cum filio regni herede capit. ib. Eduardum heredem regni Henrici VI. filium trucidat. ibid. bellum mouentibus aduersarijs ad liberandum Henricum, illum interficit. ibid. traijcit in Galliam exercitus a Burgundo. 1475. nu. 5. placatus auro pacem cum Gallo sancit. ib. moritur & filios impuberes commendat Richardo fratri, qui eos interficit. 1483. n. 37.

Eduardus Henrici VI. filius. ob liberiorem vocem occisus. 1471. n. 51.

Eduardus V. Angliæ Rex pupillus. succedit patri Eduardo IV. 1483. n. 42. necatur a patruo Richardo. ib.

Eduardus Galuanus Lusitanus. ante obitum multa vaticinatur. 1517. n. 116.

Ekardus hæresiarcha pseudodominicanus. fœdissimæ eius hæreses damnatæ. 1329. nu. 70.

S. Eleazarus Arianæ comes. cum vxore S. Delphina virginitatem coluit. 1323. nu. 68. 69. pia eius vox. ib. egentium patrocinia suscipiebat in aula Neapolitana. ib. imminente morte a dæmonibus diuexatus. ib. sanctissime, & placide demum moritur. ib. translatæ Aptam eius reliquiæ miraculis claruere. ib.

Electi pauci. visum cæleste de ea re. 1356. nu. 42.

Electio Pontificis. ritus in electione Pontificis olim seruati. 1198. nu. 5. Constitutio Gregorij X. de electione Pontificis. 1274. num. 24. &c. temperata a Clemente VI. 1351. n. 39. de electione Pontificis multa constituta a Concilio Constantiensi. 1417. nu. 3. si metu extorta sit electio quid agendum. n. 14. 15. electio Pontificis fraude simoniaca celebrata pronunciatur irrita a Iulio II. 1506. n. 1. & a concilio Lateranensi. 1513. n. 5.

Electiones præsulum. Constantiæ Reginæ Siciliæ sancit, vt sint liberæ. 1198. n. 68.

Eleemosynæ. insignes Innocentij III. eleemosynæ. 1202. nu. 30. & seq. S. Iulianus episcopus Conchensis totum episcopalem censum erogabat pauperibus. 1207. n. 18. Guillelmus episcopus Niuernensis duo millia pauperum alere solitus. 1217. num. 66. eleemosynæ insignes S. Elizabeth. 1225. num. 23. famis tempore pauperes liberaliter pauit. ibid. pauperum hostis, & raptor pupillorum, diuina vltione corrosus a muribus. 1237. n. 61. eleemosynam distribuente S. Richardo episcopo Cicestrensi, panis pro impijs diuinitus multiplicatus. 1262. n. 23. exhaustum horreum in vsus pauperum ab Vlrico episcopo Racemburgensi diuinitus iterum repletum. nu. 27. effusa in pauperes eleemosynæ Henrici Anglorum Regis. 1272. n. 62. præclarum de ijs S. Ludouici dictum. ib. Villaco absorpto terræmotu sola viri eleemosynarij domus stetit. 1348. nu. 35. pecuniæ inexhaustæ quæ in nomine Iesu dispersæ. 1423. nu. 17. aiebat Amedeus III. dux Sabaudiæ precibus pauperum firmari magis principatus quam arcibus. 1471. n. 84. canes venaticos vocauit pauperes

in quibus alendis cælum capiatur. ibid.
B. Elizabeth Hungara. Lantgrauij Thuringiæ viri obitum effuse deplorat. A. 1227. n. 48. ab Henrico leuiro vna cum filijs pellitur palatio, atque ad inopiam redigitur. ib. erecta animis inter aduersa Hymnum, *Te Deum laudamus*, decantari iubet a Minoritis. n. 49. despicit pompam sæculi. ib. ex aduersis ad apicem Christianæ pietatis effertur. ib. Bertholdum iuuenem lasciuientem precibus suis sepente diuino amore ita inflammat, vt æstum ille ferre non posset. n. 29. diem suæ mortis prædicit. 1231. nu. 34. moritura diuinis delitijs affluit. nu. 35. coruscat miraculis. 1232. nu. 9. de ijs inquiri iubet Gregorius. ib. in sanctarũ numero collocatur a Gregorio. 1235. n. 22. sacræ eius reliquiæ oleo manante. n. 25. celebratá earum translatio. n. 25.
S. Elizabeth Regina Lusitaniæ Petri Aragonum Regis filia. Dionysio Regi Lusitaniæ in matrimonio collocatur. 1282. nu. 35. multa virtutis exempla præbet, cum Dionysius Rex spurium filio suo legitimo præferret. 1322. n. 16. precibus suis pacem inter filium patremque conciliat. ib. extincto viro Rege se totá rebus diuinis addicit. 1325. n. 15. xenodochiũ cõdit, atque pijs insudat operibus. 1327. n. 42. sanctissime moritur. 1336. n. 70. miraculis fulget & in sanctarum viduarum numero postea reponitur. ib. & 1516. nu. 101.
Elizabeth Hungaria Regina. ex insidijs Carolum Regem obtruncandum curat. 1386. n. 1. paulo post capta crudelitatis dat pœnas. n. 3.
Elizabeth Barthona monialis pietate insignis. Henrico in schisma lapso dicit eum Regem non esse quod ex Deo non regnaret. 1534. n. 6. prædicit Mariam suo iure aliquando regnaturam. ibid. morte ab Henrico afficitur. ib. eius vaticinio postea consensit exitus. ib. V. *Isabella*.
Emericus, siue Henricus Hungariæ Rex. moritur relicto Ladislao filio regni hærede. 1205. n. 54.
Emerita. Saracenis eripitur ab Alfonso Rege Legionis. 1230. nu. 31.
Emmanuel II. Imperator Constãtinopolitanus, obsidetur a Baiazethe I. Constantinopoli. 1393. n. 6. euocat in auxilium Hungaros. ib. fugatis Hungaris obsidetur a Baiazethe. ib. ad vectigal annuum pendendum & alias indignas pactiones cogitur. ib. Siliſtram, Empolim, & alias plures vrbes amittit. 1394. num. 23. 24. Bonifacij IX. contra Turcas opem implorat. 1398. n. 40. collata illi tenuia subsidia, ob schismatis calamitates. ib. & 1399. n. 1. a Baiazethe grauissimo bello vexatus in occidentem venit ad Reges in eum concitandos. 1400. n. 8. &c. Bonifacius ad ferendam ei opẽ Christifideles solicitat. ib. leuia auxilia elicit ob tristem rerum statum. ib. obsidetur Constantinopolis a Baiazethe. 1402. n. 5. 6. liberatur Tamerlanis irruptione in Turcicum imperium. ib. a Mahomete in extremum periculum adductus redit ad obsequium Romanæ ecclesiæ. 1420. n. 37. extincto Mahomete ad Turcicum imperium diuidendum Mustapham contra Amuratem. ruetur. ib. eo interempto ab Amurate in maximo discrimine versatur. A. 1422. n. 2. Martinus V. illi auxilia vndique submittenda curat. ibid. promissus ipsi crucesignatus exercitus, si coniunctionem cum Romana ecclesia firmet. n. 5. apoplexia interimitur. ib. succedit illi Ioannes primogenitus. ib.
Emmanuel Rex Lusitaniæ. ex duce Visensi regnum testamento relictum capessit. 1495. n. 43. illius in Indæos clementia. ib. ea abusos in exilium pellit, minores annis quatuordecim iubet baptismo lustrari. 1496. n. 26. ad quærendas Indias animum conuertit. n. 30. generosa animi illius vis, qua cæteros Reges vicit. ibid. agit apud Alexandrum VI. de permittendis equitibus religiosis, vxoribus. 31. classem in Indiam mittit præfecto Vasco Gamma. 1497. n. 35. eius auspicijs Brasilia a Caprali Lusitaniæ classis præfecto patefacta. 1500. nu. 45. Corteregalem ad explorandum septentrionem mittit. n. 55. Americum Vesputium ad lustrandum nouum orbem mittit. 1501. num. 85. sub eius auspicijs insula Conceptionis inuenta. num. 89. Calecutij Regem Aluarij Capralis opera fundit. n. 89. aduersus plurium senatorum sententiam comparandum Indiarum imperium retinendumque decernit. 1502. n. 1. iure propagandæ fidei partum est. ib. Vascum Gammam dato crucis vexillo, oceani Arabici, Persici & Indici dominatorẽ creat. ib. Quibus Rex se clientem Emanuelis profitetur. ib. Cranganorẽses Christiani a Mahometanis oppressi illi sceptrum Indicum offerũt. ib. in regno Congi fidei propagandæ dat operam. 1504. n. 40. in India Pacieci ducis opera Calecuticnsem Regem domat. nu. 42. & 43. per oratores suos Iulio II. fidem obstringit. 1505. nu. 1. lacessitus ab Ægyptio Mahometanos vexat in India. n. 53. Sofalæ aurifodinas occupat. n. 55. solicitat Iulium II. ad bellum sacrum in Turcas decernendum. 1507. n. 11. Socotoram subigit. nu. 13. ducum opera Ormusiense regnum inuadit. n. 18. Taprobanam subijcit. n. 19. Phutensem Regem obsidione Arzillæ pellit. 1508. n. 11. Albuquerquij opera Saracenos Reges in India contundit. n. 30. Calecutij Regem multis cladibus vexat. n. 31. postulatur de fœdere in Saracenos ab Helena Imperatrice Æthiopum. nu. 32. Goam Albuquerquij opera capit & fidem propagat in India. 1510. nu. 34. Malacam subigit. 1511. nu. 70. Reges trans Gangem eius amicitiam vel clientelam experunt. ib. Molucas insulas sibi subijcit. 1512. nu. 109. Calecutiensis Rex loco ad condendam aream attributo pacem eius experit. nu. 111. Maldiuarum Rex fit eius vectigalis. ib. Æthiopes tuetur contra Mahometanos. 1513. nu. 118. Albuquerquij opera Adenam expugnat. 119. Azamoram in Africa ac nonnullas alias vrbes Mauris eripit n. 131. insignis eius legatio ad Leonem. 1514. n. 1. &c. Abyssinorum Imperatoris ad Emanuelem legatio. n. 103. Phutensem Regem Arzillæ obsidione propulsat. A. 1516. n. 102. solicitatus de fœdere in Castellanum a Gallo respondit nolle se alia bella quam in Christi hostes suscipere. n. 104. Sinus inferre Christi religionem nititur. nu. 107. pijssime moritur. 1521. n. 112. eius insignis pietas in recolenda Christi morte. n. 113.
S. Engelbertus archiepiscopus Colonienſis. monitus de insidijs illi paratis diuinæ se committit prouidentiæ. 1225. nu. 11. trucidatur a Friderico comite Isembergensi ob defensum ius ecclesiasticum. ib. cœlesti viso inter sacra docet pium canonicum, se vita beata potiri. n. 12. coruscat miraculis. 1226. num. 52. eius viscera corruptionis expertia. ib. cœleste visum obiectum Ludouico canonico regulari de recepto in cœlum S. Engelberto. 1225. n. 12.
Enius siue Henricus Sardiniæ Rex. in Picenum immissus a Friderico II. patre suo. 1239. n. 33. prælules ad concilium venientes intercipit. 1241. nu. 54. capitur in prælio a Bononiensibus. 1249. n. 12. conabuit in carcere. ibid.
Episcopi episcoporũ decedentium bona spectare ad ecclesias ait S. Stephanus Diensis episcopus moriturus. 1213. n. 71. episcopi in Dania & Norwegia pie sedant bellum inter Danos & Norwegos. 1257. nu. 31. episcopatus non conferendi ætate imparibus muneri. 1459. n. 87.
Erasmus Roterodamus pseudotheologus. factus apostata ordinis canonicorum S. Augustini religiosorum hostem se palam profitetur. 1516. n. 84. sparsis impijs dogmatibus tanquam archihæresiarcha Luthero præit. n. 96. fauit Turcis contra Christianos. ib. Arium secutus est. ib. negauit impie diuinitatem Spiritus sancti. ib. consultus a Friderico duce Saxoniæ electore respondet impie non malam causam susceptam a Luthero sed acerbius agi. 1520. n. 62. 63. qualis fuerit Erasmus. ib. scribit aduersus Lutherum pro libertate. 1527. n. 59. ait Lutherum cupidine proferẽdæ nominis gloriæ cõminisci hæreses, sed nullius vnquam nomen futurum execrabilius. ib. ob pseudoeuangelicorum impietatem Basilea Friburgum concedit. 1529. nu. 1. illius de hæreticis iudicium. ibid.
Ericus Rex Daniæ. a fratre Abele captus proditione. 1250. nu. 38. eiusdem in morte constantia. ibid. prædicit Abeli fratri diuinam vltionem. ib.
Erius Daniæ Rex. Vvestrogotiam vastat. 1284. n. 23. pacem affinitatemque cum Magno Rege Suecix init. ib
Erockaton Regina Tartarorum. pientissima fœmina dum vixit filium in fide Christi continuit. 1304. n. 27.
Euangelista filius S. Francisci. pia eius mors. 1411. n. 10. visa eius anima ab angelis in cælũ deferri. ib. euoluto anno ad S. Frãciscũ matrẽ archangelum custodẽ deduxit. ib.
Eucharistia. vini species in sanguinem versæ, & panis in carnem mutatus. 1198. nu. 39. simile miraculum conspectum a Ioanne e Vitriaco. ib. Parisiensis episcopus senio moriturus hostiam consecratam a non consecrata discernit. ib. S. Mariæ Niuellensis quadraginta diebus sola Eucha-

charistia vitam sustentat. ib. diuino miraculo ostensum sanguinem sub specie panis realiter contineri, nec a laicis vtramque speciem affectandam. nu. 50. S. Maria Oigniacensis sæpius Christum pueri specie circùtulum angelis videt. ib. sanguis ex Eucharistia manat. A. 1200. n. 50. Christus sub specie pueri in Eucharistia visus. ib. viræ virgines, quæ sola Eucharistia vitam sustentarent tum ad quadraginta dies, tum ad plures annos. ib. licet Eucharistia sit figura, tamen veritatem corporis Christi continet. 1202. n. 26. prosternens se ante Eucharistiam in loco cœnoso diuinitus vestes non inquinat. 1203. num. 42. piæ consuetudines inductæ in Germania pro Eucharistiæ cultu. ib. Albigensium blasphemia in Eucharistiam & in Deum & in Christum. 1204. num. 59. & 60. Balduinus comes negato Eucharistiæ vsu, eam sibi ostendi poscit, atque adorat moriturus. 1213. nu 64. Eucharistia a Iudæo sacrilego inter nummos proiecta nummos in sui speciem conuertit. 68. & seq. stupens ad miraculum vna cum alijs Iudeis ad fidem conuertitur. nu. 70. S. Maria Oigniacensis post transactos in sacra meditatione ac fine cibo triginta dies Eucharistiam sumebat. 1213. n. 72 ea percepta mira sentiebat. ib. Frisiæ pars eluuione mersa ob sacrilegium in Eucharistiam commissum. 1218. n. 45. religiosa virgo sola Eucharistia in Anglia vitam sustentat. 1225. nu. 38. S. Hugo Lincolniensis rei periculum fecit. ib. sacramentales vini species in sanguinis formam diuinitus versæ Florentiæ. 1229. nu. 61. Stedinghi magi illusique dæmonum præstigijs indignissime Eucharistiam tractant. 1233. nu. 45. insigne de veritate sacramenti Eucharistiæ miraculum. 1240. n. 26. sacra linteа sanguine delibuta Daroca translata. ib. Eucharistia ab Angelis sacram pompam agentibus delata. S. Raymundo Nonato. nu. 62. Eucharistia in lacunam proiecta a furibus cœlesti luce claret. 1250. nu. 47. Rudolphus Hapspurgensis comes ob præstitum Eucharistiæ cultum dando equum sacerdoti eam deferenti ad infirmum, præmij ergo imperium accepturum sit certior, 1251. n. 57. S. Ludouicus obtinet ab Othone Card. legato vt Eucharistia in naui regia exponatur. 1254. nu. 14. Christus in Eucharistia se videndum multis exhibet Duaci in ecclesia S. Amati n. 65. Thomas Cantipratensis narrat se illum vidisse. ib. Christo in Eucharistia apparente S. Ludouicus & Simon Montfortius, ad sacrum spectaculum se conferre detrectarunt fide sola contenti. 1256. n. 18. apud Vulsinium vini species in sanguinem versæ. 1264. n. 26. institutum ab Vrbano festum corporis Christi. ib. reuelatum fuerat S. Iulianæ virgini hoc festum instituendum. n. 28. S. Bonauentura indignum se pie reputans dum Eucharistiam sumere non audet, diuinitus Eucharistia in illius os immolat. 1274. n. 28. Eucharistia in aqua bullente illæsa. 1290. nu. 50. ex ea confossa sanguis emanat. ib. iniecta in frigidam sanguinem tingit. ib. sponte euolat in mensam. ibid. captus sacrilegus Iudæus exustus. ib. Eucharistia perfossa acubus ac tusa fundit sanguinem. A. 1299. n. 47. cœlestes faces loco, in quo erat condita, illuxere. ib. diuina in Lituanos ob Eucharistiam conculcatam vltio. A. 1311. n. 71. Eucharistia a Beguardis contempta. 1311. n. 13. vt illusi fuerint a dæmone. ib festum corporis Domini instauratum a Clemente V. 1312. n. 19. quam pie Eucharistiam perceperit S. Thomas Aquinas, qui de ea scripserat. 1323. n. 64. clam gestata, a spiritu sæpe Alesij apparente, ac mira de altera vita narrante agnoscitur, præsentemque in ea Saluatorem mundi esse. 1324. nu. 54. auditus ex Eucharistia perfossa a Iudæis pueri vagitus. 1330. n. 53. miracula a sacra Eucharistia edita. ib. docent dæmones Eucharistiam non esse adorandam & Christum ob scelera crucifixum. 1335. n. 60. in medijs ignibus illæsa. 1345. n. 32. in paludem proiecta ex cœlesti fulgore inuenta. 1347. n. 31. plura edit miracula. ib. contossa cultris sanguinem manat, & miraculis claret. 1379. n 56. sola Eucharistia diu vitam sustentat S. Catharina Senensis. 1380. n. 26. in Eucharistia veram carnem suspicit eques Vvicleffista & conuertitur. 1382. n. 36. &c. miracula in Eucharistia ostensa. 1384. n. 13. diuina vltio in eum qui Eucharistiam superbe sumebat. n. 14. diuina in sacrilegos vltio qui Eucharistiam indigne attrectarat. 1386. n. 7 Eucharistia in medijs flammis illæsa. ibid. eam ab ecclesia ad infirmum, & ab infirmo ad ecclesiam comitantibus indulgentiæ centum dierum propositæ. 1389. n. 1. &c. vltio diuina in Eucharistiæ derisorem hæreticum. n. 22. argutiæ contra Eucharistiam confutatæ a Vvillelmo Vvindesordo. 1396. n. 9. hæretici araneam Eucharistiæ præferentis os aranea tetramox obsidet. n. 17. Christus cœlesti specie se ostendens sacra Eucharistia reficit B. Dorotheam Pruthenam. 1399. nu. 22. B. Laurentius Iustinianus in Eucharistia Christum in pueri forma inuetur inter diuina. ib. Eucharistia ferro a Iudæis confossa multa edit miracula. n. 27. abiecta in paludem a bobus adoratur & miracula plura edit. ib. species vini temere a sacerdote effusæ, versæque in sanguinem crucifixi effigiem pingunt. 1408. n. 71. nobilis Vvicleffista conuersus ægrotans nil præter Eucharistiam sumere potuit. 1414. n. 17. prædicante de Eucharistia Minorita crux niuei coloris in cælo apparet. n. 19. puella Hollanda sola Eucharistia vitam sustentat. 1424. n. 22. idem fit in puella Schidensi. 1427. n. 22. instaurata vetera decreta de colenda solemni pompa Eucharistia. 1429 n. 20. calicis vsus permissus Boemis laicis. 1436. n. 16. Christiani primitiuæ Ecclesiæ sæpissime sub vna specie Eucharistiam recepere. 1437. n. 20. Christus est integer sub qualibet specie. nu. 22. Eucharistia æque in fermentato ac in azymo conficitur. 1439. num. 8. cur Romana ecclesia conficiat in azymo, & Græca in fermentato. A. 1440. n. 18. an ipso paschatis die Eucharistia recipienda. n. 19. contendunt hæretici non tantum sub qualibet specie contineri quantum sub vtraque. 1441. n. 15. ex Eucharistia sanguis diuinitus manat. 1447. num. 9. in medio incendio illæsa vna cum hierotheca. 1452. num. 17. ostensum miraculo Eucharistiam purgata rite conscientia excipiendam. 1453. n. 18. Eucharistiæ species post centum & amplius annos incorruptæ. ib. Ladislaus Boemiæ Rex Eucharistiam circumlatam ab hæreticis non adorat & cur. nu. 23. vini consecrati species diuinitus versæ in sanguinem seruantur in duabus Hispaniæ ecclesijs. 1473. nu. 21. diuina vltio in milites Polonos, qui Eucharistiam cum vasculo argenteo erant furati. 1474. n. 7. Nicolaus Heluetius eremita annis pluribus sola Eucharistia vitam sustentauit. 1480. n. 41. vini species in sanguinem versæ seruantur in Hispaniæ monasterio dicto B. Mariæ de Zebrero. 1487. n. 21. vini species in sanguinē versæ. 1488. n. 21. Eucharistia a Iudæis confossa cruore manat. 1492. n. 9. Christi in Eucharistia veritas insigni prodigio cōfirmata. 1510. n. 40. diuina animaduersio adhibita in sacrilegū militē Germanū in Eucharistiā blasphemātē. 1512. n. 77. Zungliana hæresis contra Eucharistiam orta auctore dæmone. 1519. n. 50. &c. Lutherani ordinibus non initiati fingunt se Eucharistiam consecrare. 1520. n. 14. ecclesia a dæmone Eucharistiā oppugnauit Lutherus 1521. n. 45. ait Carlostadius sibi reuelatū a spiritu humana statura maiore Christū non esse in Eucharistia. 1522. n. 39. inter Tigurinos & Geneuenses sublatū missæ sacrificium. 1524. nu. 55. Ioannes Oecolampadius inter Basileenses in Eucharistiam scribit. n. 58. pro Eucharistia scribit eximie Ioannes Fischerus episcopus Rossensis. ib. Eucharistia ab hæreticis conculcata. 1525. n. 14. fugati dæmones & sopiti typhones ab Eucharistia. nu. 95. &c. in conuentu Badensi fides de præsentia Christi in Eucharistia asserta ab Heluetijs. 1526. n. 103. miracula, quæ in Eucharistia fiunt, impugnata ab hæreticis. n. 105. defensa exemplo mannæ a Ioanne Fischero. ib. si Christus non esset in Eucharistia, figura illius, scilicet manna præferenda foret Eucharistiæ. n. 108. Lutheri Vbiquetariorum hæresim commiscentis insanus error. 1527. nu. 57. 58. præsentia Eucharistiæ fugantur dæmones. 1527 n. 118. impius rusticus consecrādæ Eucharistiæ auctoritatē sibi arrogans repētina morte diuinitus mulctatur 1528. nu. 40. præsentiæ Christi in illa argumenta proposita a Luthero Alberto Brundeburgensi ne ad Sacramentarios deficeret. 1531. n. 57. contra Eucharistiam dæmon cum Luthero disputauit. 1533. num. 43. & seqq. confutata a doctoribus catholicis dæmonis argutiæ. ib. in ea Caluinus Christum præsentem absentemque comminiscitur. 1534. num. 43.

Euersus comes Anguillariæ. ob infandam ty-

tannidem & impietatem a Paulo. II. euertitur. A. 1464. n. 71.

Eugenius IV. vt prædictus illi fuerit pontificatus. 1431. n. 3. eiusdem primitiæ. ib. tiara pontificia redimitur. n. 5. imminentes illi graues labores ostensi diuinitus S. Franciscæ. num. 10. Columnenses ob thesaurum prædecessoris expilatum damnat. ib. in periculum ab ijs & Philippo Mediolanensi adductus, adiuuatur a Venetis. n. 11. Cardinalem Cæsarinum præficit Basileensi concilio. nu. 17. vrgetur ab Imperatore Constantinopolitano ad celebrandum in Italia concilium. n. 20. dat mandata vt Basileense concilium dissoluatur pro eo Bononiam transferendo. ib. resistente sibi legato concilium dissoluit. n. 25. vrgetur a Sigismundo Imperatore vt Basileensem synodum redintegret. n. 26. creat nouos Cardinales. n. 34. Dominicum de Capranica repellit Cardinalatu, qui prouocat ad concilium. n. 34. perstanti in sententia concilij dissoluendi concilium illi resistit. 1432. n. 8. suam auctoritatem pontificiæ temere præfert. n. 8. dux Mediolanensis in eum Basileenses concitat. ib. missis oratoribus Basilenses admonet, ne in schisma & hæresim ruant præcipites. n. 12. temere ab ijs in ius vocatur. n. 17. concordiæ studio concilium Basileense instaurat. n. 19. vexatur bello a Mediolanensi duce. n. 20. Sigismundum Imperatorem cum copijs Mediolanensibus in Vrbem admittere detrectat. n. 21. Alfonsum S. Eustachij Cardinalem inuadentem nomine concilij præfecturam Auenionensem depellit misso Petro Fuxensi Cardinale. 1432. n. 22. Eugenij in Basileenses clementia. 1433. nu. 2. Basilcensium temerarias aduersus illū decreta. n. 11. monet Basileenses vt cæteris litibus sepositis ad hæresim excindendam incumbant. ib. cur Eugenius Sigismundum suspectum habuerit. 1433. n. 12. pacisitur cum Sigismundo. ib. duos Cardinales ad Sigismundum Romam deducendum mittit. n. 13. solemni ritu illum corona imperatoria exornat. nu. 14. exhibet illi stratoris officium Imperator. ib. Basileenses temere illi interminantur pontificatus abrogationem si ipsis non adhæserit. n. 17. iniqua Basileensium gesta rescindit. nu. 20. ostensum diuinitus S. Franciscæ plures hostes aduersus Eugenium a dæmone concitari. n. 25. aduersus Alfonsi Regis Aragonum vim Ioannam tuetur. nu. 29. inter Alfonsum & Ioannam decennales induciassancit. ibid. B. Laurentium Iustinianum ad episcopatum admittendum adigit. n. 30. pacis studio cedit Basileensibus. 1434. n. 1. &c. molliter tuetur pontificiam auctoritatem. ib. Franciscum Sfortiam ne magis noceret creat Piceni marchionem. n. 6. coniurant in eum Romani. ib. in honestum carcerem deducitur. ib. fuga elabitur sumpto cultu monastico. n. 9. a Florentinis magnifice excipitur. nu. 9. Roma ad illius obsequium vi adacta. n. 12. Constantinopolitanum & Trapezuntinum Imperatores ad coniunctionem cum Romana ecclesia solicitat. n. 15. & 18. & Syros & Armenios. ibid. Basileenses pontificias obuentiones ad se deriuant. A. 1435. n. 2. accōmodat se Græcis grauissimis de causis vt concilium celebretur Constantinopoli. nu. 8. obsistunt illi Basileenses & contraria proponunt Græcis. ib. proditio conflata aduersus Eugenium a Philippi administro. n. 10. B. Albergati rogatu vitam proditori donat. ibid. redeunt ad illius obsequium Bononienses. nu. 11. & Malatestæ Pisauri principes. ib. Ioannæ II. extincta regni Neapolitani iura ad Eugenium deuoluta. n. 12. Ioanni Vitellesco regni administrationem confert. ib. Neapolitanos commonet ne quem Regem sibi asciscant inconsulta sede Apostolica. n. 13. inuito Eugenio ab Alfonso Aragonum Rege regnum Neapolitanum occupatum. ib. in partes Renati inclinat Eugenius, & Burgundum rogat, vt eum carcere emittat. nu. 15. Eugenio leges dare, eumq; sibi subijcere Basileenses inique moliuntur. 1436. n. 1. Rex Aragonum & Mediolani dux aduersus ipsum. Basileæ existentes concitant. 1436. n. 21. confert se Bononiam. n. 22. Foroliuienses ad officium cogit. n. 22. & Columnenses Ioannis Vitelleschi opera. ib. indicit Ferrariæ concilium consentiente potiore parte Basileensium præsulum. 1437. n. 17. ostensa diuinitus S. Franciscæ imminentia Eugenio pericula. n. 19. Ioannem Vvitellescum mittit cum exercitu aduersus Alfonsum Regem Aragonum. n. 25. magos plecti iubet a censoribus fidei. nu. 27. Ferrariensi concilio B. Nicolaum Albergatum Card. præsidem imponit. 1438. n. 1. Ferrariæ Ioannem Imperatorem Constantinopolitanum excipit. n. 6. de pragmatica sanctione Biturigis edita a Gallo Rege conqueritur 1438. n. 14. grassante Ferrariæ peste concilium Florentiam transfert. n. 21. 22. Hungaros ad sacram in Turcas expeditionem concitat. nu. 21. B. Nicolaum Albergatum ad Nurembergenses conuentus mittit. n. 23. Florentiam ingreditur. 1439. n. 1. consentientibus Græcis processionem Spiritus sancti ex patre & filio tanquam ab vnico principio & vnica spiratione promulgat. n. 5. 6. & 7. corpus Christi æque in azymo ac in fermentato rite confici. nu. 7. alias controuersias de purgatorio igne, de statu animarum, de primatu Pontificis Romani dirimit, Græcosque Romanæ ecclesiæ coniungit. n. 8. 9. Græcis in Turcas subsidia præbet. nu. 10. coniungit Græcos Romanæ ecclesiæ, eorumque veteres controuersias dirimit. 1439. nu. 7. &c. subsidia præbet Græcis contra Turcas. n. 10. Isidorum Kiouiensem archiepiscopum mittit ad Moschouitas. n. 11. de Indis & Æthiopibus Ecclesiæ conciliandis agit. nu. 17. extrahit Florentinum concilium ad compescendam Basileensium arrogantiam. n. 18. nefariæ Basileensium aduersus ipsum conclusiones. n. 19. damnat Basileensium errores. n. 28. &c. demonstrat Papam non dubium superiorem esse concilio, exemplo S. Leonis, qui Ephesinum concilium damnauit. n. 31. oppositus Eugenio antipapa a Basileensibus. nu. 33. promotum illius odio schisma ab Alfonso Rege Aragonum. nu. 38. pacandæ Germaniæ dat operam. ib. auget Cardinalium senatum. n. 41. fert sententiam aduersus Basileenses schismaticos. A. 1440. nu. 2. & 3. in eum eomurat Ioannes Vvitellescus Cardinalis. nu. 11. oppressa eius consilia. ib. diuina ope liberatur aduersus immissum a duce Mediolanensi exercitum. nu. 12. Ludouicum Scarampum patriarcham Aquileiensem & Petrum Barbum Cardinales creat. ib. negat celebrandum nouum concilium, sed Florentino in Basileensium discordia adhærendum. nu. 12. ab eo Aragonum Rex defectionem meditatur pro augendis rebus suis. nu. 13. eius constantia contra iniquas Regis Aragonum cupiditates eod. nu. 13. fœdus cum Genuensibus init pro tuendo regno Neapolitano. ib. Castellæ tumultus sopire nititur. n. 14. Iacobitas orientales conciliat Romanæ ecclesiæ. 1441. nu. 1. &c. ad eum Constantinus Imperator Æthiopum mittit oratores, seque illi coniungit. ib. de restituendo Syriæ cultu agitat Eugenius. n. 3. sacra eius consilia impedita a Basileensibus schismaticis. n. 5. in eos censores fidei creat. nu. 7. Galliæ Regem de Basileensium excessu tacit certiorem. num. 9. colitur ab eo amplissima legatione. n. 10. condolet illi Gallus, quod Basileenses monarchiam ecclesiasticam euertere sint conati. ib. Castellæ & Poloniæ Reges illi adhærent. n. 13. & 14. iudicio agit in Alfonsum regni Neapolitani inuasorem. n. 16. Florentia Romam traducit concilium, & quas ob causas. 1442. nu. 1. Æthiopibus Syris Ægyptijsque fidei orthodoxæ capita exponit. ibid. Eugenij decreta referunt Æthiopes inter veterū conciliorum decreta. n. 7. Basileensium impudentia in decretis aduersus Eugenium ferendis. n. 9. percellit eos Eugenius iusta sententia. ib. postulatur ab Alfonso Neapolitanarum rerum potito de fœdere. n. 11. insignis Francisci Sfortiæ in Eugenium proditio. n. 12. pacem init cum Alfonso. 1443. n. 1. confert illi regni ius fiduciarium. n. 6. eius opera Franciscum Sfortiam Piceno proditione inuaso depellit. n. 9. ad liberandos a Turcica seruitute Græcos operam conuertit. n. 13. 14. encyclicæ illius literæ ad Christifideles de Turcarum immanitate & progressibus. n. 15. &c. cum Scanderbego Albaniæ principe & Vvladislao Poloniæ & Hungariæ Rege fœdus sancit in Turcas. nu. 21. Germanos tertium concilium cogere molientes a male cœptis reuocat. nu. 23. septuaginta triremium classem in Turcas comparat, illique Franciscum condulmerium nepotem præficit. 1444. n. 2. Vvladislaum Regem religione liberat, vt pactas cum Amurate inducias infringat. n. 5. ex nepotis, quem classi præfecerat, imperitia clades maxima accepta. n. 9. Corsos ad obsequium redeuntes excipit. n. 11. fœdus cum duce Mediolanensi sancit. n. 12. Mesopotamenos Romanæ ecclesiæ conciliat. n. 15. Græcos docet vnica spiratione procede-

redere Spiritum ſanctum. n. 27. mancuparum illi ſacramentum ab Alfonſo deperſequendo antipapa. A. 1445. n. 1. decernit legatum in Turcas Cardinalem tit. S. Clementis. & claſſi eum præficit. n. 15. Chaldæos & Maronitas in fide orthodoxa & coniunctione Romanæ eccleſiæ confirmat. nu. 20. 21. Dardaniam vulgo Boſnam ad eccleſiæ Romanæ obedientiam reuocat. nu. 23. in acephalos animaduertit. num. 25. denegat Cæſari concilij noui celebrationem in Germania, & qua de cauſa. num. 26. iudiciariam actionem inſtituit de miraculis & ſanctitate B. Bernardini Senenſis. nu. 27. ſeptemuiri ab eo defectionem moliuntur. 1446. nu. 1. reuocantur a Cæſare ad obſequium Eugenij. n. 4. legatos fœderis interpretes Thomam epiſcopum Bononienſem & Ioannem Caruaialem creat Cardinales. ib. Germanos ad obſequium redeuntes admittit, eorumque poſtulatis aſſentitur. 1447. n. 1. & c. concilia œcumenica amplecti profitetur. nu. 5. tollit nonnulla onera. n. 6. Treuerenſem & Colonienſem archiepiſcopos in priſtinum ſtatum reſtituit. n. 7. B. Nicolaum Tolentinatem in ſanctorum albo collocat. n. 8. in ægritudine conſulit futuri Pontificis electioni. nu. 12. ſanctimoniæ opinione floruit. n. 13. abſtemius fuit. ib. ſuperioribus ſtipendia familiarium conſueta tantum contulit. ib. in veſte linea non dormiuit. ib. prædictus illi pontificatus olim fuerat, gerendique pontificatus tempus prædictum. nu. 13. futuro ſucceſſori prædixit pontificatum. ib.

Eugubium. pulſis cæſareis dictioni eccleſiaſticæ reddituum. 1198. n. 16.

Exarchatus Ravennæ. ab Innocentio III. recuperatus pulſis cæſareis. 1198. n. 25. a Rodulpho Cæſare Romanæ eccleſiæ reſtitutus. 1275. n. 35.

Excommunicati. non eſt moris Romanorum Pontificum illos in conſpectum admittere. 1243. n. 21.

Exhomologeſis. Andreas Galerannus mutilam exhomologeſim faciens a dæmone atra nube circumfuſo in aera cum equo rapitur. 1251. n. 13. implorata Virginis ope liberatus integram facit, atque in virum ſanctum conuertitur. ib. adoleſcens a morte ad vitam vt exhomologeſim faciat reuocatus. n. 14. V. *Confeſſio.*

Extrema vnctio. ea linitur S. Antonius de Padua. A. 1231. nu. 33. refelluntur hæretici qui ſanctum virum illam reſpuiſſe aiunt. ib.

Ezelinus ſenior Patauij dominus hæreticus. in eum inſurgunt Patauini. 1231. n. 20.

Ezelinus de Romano iunior poſtea hæreticus. parentem Ezelinum hæreticum ni cõuerti velit tradere meditatur. 1231. n. 20. hæreſim labitur, ac in ius vocatur a Pontifice. 1246. n. 25. crudelitas illius & tyrannis in ſubditos. 1252. n. 10. ob ſpretas pluribus annis cenſuras crimine hæreſeos damnatur. 1254. n. 35. pœnis in hæreticos propoſitis obnoxius pronuntiatur. n. 36. ſocerum & eius filios in carcerem coniectos fame necat. 1255. n. 10. Philippus Ranennas archiepiſcopus in eum legatus creatur. ib. Arnoldum abbatẽ ſanctiſſimum in carcere cõficit. ib. aſtrologorum ineptijs ſe deludi gaudet. A. 1256. nu. 38. in Mantuanum agrum irrumpit, ac Patauium interea amittit. ib. fruſtra illud tentat. ib. eius crudelitas. ib. pontificios vexat. 1258. n. 1. legatum fundit capitque. n. 3. Brixiam occupat. ib. Brixia potitus victorię ſocios pellit. 1259. n. 1. conflata inde in eum coniuratio. ib. Mediolanum ſubijcere fruſtra molitur. ib. cæſus a fœderatis ipſius exercitus. n. 2. &c. captus in acie ex vulnere accepto moritur impie contemnens eccleſiaſtica ſacramenta. ib.

F

Famaguſta Genuenſium colonia. a Petrino Rege ipſis ex fœdere permiſſa. A. 1373. n. 9. trium annorum obſidione a Iacobo tyranno ad deditionem compulſa. 1464. n. 71.

Fames. molita in Gallijs. 1198. n. 9. in Italia. 1202. n. 31. horrenda fame laborant Hungari. 1243. n. 8. dira in Germania fames eaque a B. Chriſtina prænuntiata. 1270. n. 33.

Fantinus Michael claſſis Venetæ præfectus. Turcas ad Caſſandram inſulam profligat 1423. n. 25. Platanæam ſubigit. ib.

Fantinus internuncius Pontificis. Georgio Regi Boemiæ imperat ne calice vtatur, prohibeatque laicos eo vti. 1462. nu. 17. mortem illi Georgius ſtricto pugione intentat. n. 18. in cuſtodiam traditur. ib. dein au Cæſaris preces liberatur. ib.

Federicus ſiue *Fredericus.* V. *Fridericus.*

B. Felix Valeſius. ſe coniungit B. Ioanni e Matha pro condendo Trinitariorum ordine 1198. n. 88.

Felix antipapa. V. *Amedeus dux Sabaudiæ.*

Ferdinandus ſeu Fernandus Rex Caſtellæ. quamuis illegitimis natalibus ortus ſuccedit regno poſt Henrici auunculi mortem. 1217. nu. 83. bello petitur a patre Alfonſo Rege Legionenſi contendente Caſtellam dotali iure ſibi debitam. 1218. n. 64. aduerſus eundem contendit Ludouicus IX. ob illegitimos Ferdinandi natales regnum ſibi debitum. ib. declaratur ab Honorio III. legitimus regni heres. n. 66. detectos in regno Caſtellæ Albigenſes damnat incendio, facemque, vt victimarius ſubijcit. 1223. n. 46. triumphat de Saracenis. ib. in Beticam victorias profert. 1225. nu. 41. &c. ſolicitatur ab Honorio, vt ex Hiſpania Saracenos excindat. n. 43. multa præclare gerit in Mauros. 1229. num. 57. ſuccedit Alfonſo Legionis Regi, & Caſtellæ regno Legionis regnum coniungit. 1230. n. 33. rebellat in eum Didacus, ſed diuino miraculo caſtigatus ſe ſubijcit. ib. Vbeda ab eo capta. ib. Abenhutum Regem fundit fugatque. ib. Cordubam Saracenis eripit. 1236. n. 57. reportari iubet Maurorum humeris campanas ab Almanſore olim ereptas Compoſtellanæ eccleſiæ. ib. plura alia oppida capit. ib. hæreticos candente ferro ad ignominiam inuri iubet. n. 60. Giennium & alia loca Saracenis eripit. 1243. n. 43. Granatæ Regem ad parienda cum ipſo Granatæ veſtigalia adigit. ib. Hiſpalim obſidet. A. 1247. nu. 19. capit poſt ſexdecim menſium obſidionem. 1248. num. 44. ipſius mors. 1251 num. 26. eius elogium. ib. ſuccedit ipſi in regno Alfonſus filius. ibid.

Ferdinandus Alfonſi Regis Caſtellæ filius primogenitus. moritur. 1275. nu. 16. relinquit ex filia S. Ludouici Alfonſum & Ferdinandum filios. ib. præreptum ijs regnum a patruo Sancio. ib.

Ferdinandus Rex Caſtellæ. Heracleam ſiue Tariffam Mauris eripit. 1309. n. 32. Algeziræ obſidionem ſoluere cogitur. ibid. Mauros vincit. 1312. n. 53. vocatus in ius apud Deum in trigeſimum diem a duobus fratribus, quos e rupe præcipitari iuſſerat, trigeſimo die repente moritur. ib. Alfonſus filius puer regnis ſuccedit. ib.

Ferdinandus Rex Luſitaniæ. Petro parenti ſuccedit. 1367. nu. 19. cæſo Petro Rege Caſtellæ Regem ſe Caſtellæ dicit. 1370. n. 17. grauiſſimo bello ab Henrico Rege vexatur. 1373. n. 23. 24. fœdus cum eo redintegrat. ib. moritur nulla relicta prole maſcula. 1383. nu. 6. eius frater Ioannes heres a Caſtellano regno inhiante in carcerem traditur. ib. Ioannes filius nothus Auſij magiſter in regno ſuccedit. ib.

Ferdinandus Henrici II. Regis Caſtellæ frater. delectus Rex a proceribus regnum reipuit. 1406. n. 17. nepotem puerum ſalutandum curat. ib. in inuidiam affectati regni a fratre vino vocatus fuerat. ib.

Ferdinandus Rex Aragonum. vrget Petrum de Luna, vt pontificatu controuerſo cedat. 1415. nu. 47. eo in pertinacia obdurato, conſulit S. Vincentium Ferrerium. n. 51. reſponſum illi a ſancto viro, deſerendum, ni ecr rogatus ſchiſma propagare deſineret. n. 51. ſe ſubducit ab obſequio antipapæ. 1416. n. 1. & coniungit ſe concilio Conſtantienſi. nu. 9. & 10. pie obit, & Alfonſo filio ſceptra relinquit nu. 11.

Ferdinandus epiſcopus Robicenſis. inter Canarienſes fidem propagat. 1436. n. 25.

Ferdinandus Regis Luſitaniæ frater. Saracenis obſes datus ſexennio integro ſeruitutem æquiſſimo animo patitur. 1437. nu. 24.

Ferdinandus Alfonſi Regis filius nothus Rex Neapolitanus. iniquo teſtamento relictum illi a patre regnum Neapolitanum. 1458. nu. 30. pronuntiante Calliſto III. regnum Neapolitanum ad eccleſiam Romanam reuerſum prouocat ab ea ſententia. n. 34. plures æmulos patitur. ib. certis legibus a Pio II. regni iura accipit, reſciſſo Calliſti decreto. n. 20. & ſeqq. a Latino Cardinale legato regia corona redimitur. nu. 29. principes Neapolitani ab eo deficiunt ad Renatum Regem & Ioannem filium. 1459. n. 79. ingratus eius in Pium animus. ib. ad Sarnum funditur fugaturque. 1460. nu. 62. plures vrbes amittit. ib. Pius & dux Mediolani pro eo tuendo fœdus ineunt. ib. labentes eius res ab eodem Pontifice ſuſtentatæ.

nu. 68. Pius pro eo tuendo vires omnes impendit. A. 1461. nu. 1. filiam Pij nepoti matrimonio iungit. ib. a Scanderbego iuuatur in Apulia. ib. Pius anathemate illius hostes percellit. ib. apud Troiam Ioannem Andegauensem & Piccininum fundit. 1462. nu. 9. principem Tarentinum in suas partes pellicit. n. 10. plures vrbes recuperat. 1463. nu. 78. Ioannem Andegauensem fundit in Ænaria insula prouinciamque repetere cogit. 1464. nu. 70. portentatur a Mahomete an vellet totius Italiæ imperium Turcicis auxilijs arripere. 1465. n 3. impudentia illius insignis in consulendo Pontifice, an oblata admittenda essent. n. 4. aucta potentia ex affinitate cum duce Mediolanensi contracta insolescit, nu. 5. ingratus illius in Ecclesiam animus. n. 6. affectat diuellere clientes Ecclesiæ ab illius obsequio. 1468. num. 29. bellum infert Paulo II. eumque prohibet, ne Ariminum recuperet. 1469. n. 16. obtinet a Sixto IV. vt Soranus comitatus ei tradatur, abalieneturque a ditione pontificia. ib. prodit rem ecclesiasticam Vitellio in Tiferni tyrannide confirmato. nu. 17. Etruriæ occupandæ cupidine fœdus armorum init cum Sixto aduersus Florentinos. 1478. n. 12. Florentinis plures arces eripit. 1479. n. 1. ad petendam pacem terrore adigit. ib. cum Laurentio Medice contempta causa pontificia pacem facit. ib. ereptum illi Hydruntum a Turcis. 1480. n. 17. Hydruntum ex Turcis sociorum ope recuperat. 1481. n. 29. subsidia mittit duci Ferrariæ inuaso a Venetis. 1482. n. 1. ob subsidiarias copias ingressu prohibitas per ditionem ecclesiasticam bellum Sixto Pontifici mouet. ibid. Turcicas copias retinet, vt ijs vtatur in bellis Italicis, ib. Pontificem in Vrbe opprimere molitur, sed repellitur. nu. 2. & 6. insigni victoria eius filius Alfonsus profligatus. nu. 6. a Venetis graui bello vexatur. ib. metu extremi exitij territus pacem exorat a Sixto. nu. 22. a Venetis bello graui premitur in Calabria. 1484. n. 18. cum ijs inconsulto Pontifice, quem in bellum traxerat, pacem conficit. ib. & nu. 19. benuolentia Innocentij VIII. abutitur. n. 47. tyrannidem exercet in Neapolitanos. 1485. n. 38. ius ecclesiasticum protexit. ib. comitem Montorij iniquo in vincula conijcit. ib. in eum coniurant proceres. ib. liberat comitem ad leuandam inuidiam, dissociatosque proceres opprimit. ib. in eum iudiciario ordine agere constituit Innocentius VIII. ib. Innocentium intestino bello implicat. ib. Florentinos & Mediolanensem sibi coniungit in Pontificem. 1485. n. 38. in eum excitur Renatus dux: ib. coactus Innocentius Neapolitanorum patrocinium admisit, cum illi ad Turcam Ferdinandi odio defecturi essent. 1486. n. 1. territus Gallicæ classis apparatu pacem ab Innocentio petit ac obtinet. nu. 9. & 10. liberatus metu pacem violat. nu. 18. Innocentij socios astu & vi opprimit. nu. 19. sacerdotiorum conferendorum ius sibi arrogat. 1487. n. 12. monitus ne ius ecclesiasticum inuadat, nego pacem violet, temnit monita. ib. in ius vocatur ob non persolutum censum. A. 1489. n. 5. prouocat inque ad concilium, ac pronuntiatur regio iure excidisse. ib. vocatur in regni Neapolitani spem Carolus VIII. ib. tyrannidem in Neapolitanos sæuissimam exercet. 1493. n. 27. in eum ab exulibus Carolus VIII. concitatur. ib. non perceptis sacramentis repentina apoplexia extinguitur. 1494. nu. 1. succedit illi Alfonsus dux Calabriæ filius. n. 3.

Ferdinandus princeps Aragonius, postea *Hispaniarum & vtriusque Siciliæ, & Africæ, nouique orbis Rex catholicus dictus*. Petrum Lusitanum prælio fundit. 1465. n. 8. dotali iure regno Castellæ potitur. 1475. num. 13. succedit in Aragoniæ regnum Ioanni patri. 1479. nu. 20. nonnullas ex Canarijs insulis sibi subijcit, & cum Alfonso Rege Lusitaniæ pacisci tur. 1481. n. 35. Granatense bellum suscipit. 1482. nu. 37. Alhamam expugnat. ib. Albohacenum Regem propulsat. ib. Mauros bello fatigat. 1483. n. 43. nomen Mahometis a Mauris in regnis suis inclamari vetat. ib. Iudaicam impietatem reprimit, atque censuræ fidei tribunalia erigi in Hispania satagit. nu. 46. cæco B. Petro Arbuesio a Marranis in eos sacra tribunalia magis confirmat. 1485. n. 22. concubinarios sacerdotes exagitandos curat. n. 26. Maurico bello incumbit. num. 27. Ioxam atque alias arces Granatensibus eripit. 1486. nu. 52. Malacam a Mauris deditione accipit. 1487. n. 13. Bohardilli Regi Granatæ plures arces eripit. 1488. nu. 8. Bastam Almerium Guadixium & alias vrbes Mauris eripit. 1489. n. 12. celebratæ Romæ eius laudes ob Mauros perdomitos. 1490. n. 16. Ægyptius soldanus in eum inanes terrores effundit. n. 21. misso Petro Martyre oratore iusti in Mauros belli causas exponit. ib. Granatam obsidet & Sanctæ fidei vrbem extruit. 1491. n. 1. &c. Granatam capit. 1492. nu. 1. petitus insidijs a rusticano ad sceptrum anhelante sanciatur. num. 34. dæmon sceleris auctor. ib. clementia illius insignis qua vitam proditoris seruari iussit. ib. sub eius auspicijs inuentus orbis nouus a Christophoro Columbo. n. 35. concordiam sancit cum Lusitano de nouis terris inueniendis. 1494. n. 31. eius auspicijs condita prima vrbs in Hispaniola. n. 32. expugnandæ Africæ ius illi collatum ab Alexandro VI. n. 36. Catholici titulo exornatur ab eodem. ib. eius studijs Granatenses a Mahomete ad Christum traducti, vt vno die tria millia sint baptismo lustrata. 1499. n. 1. Mauros rebellantes comprimit. 1500. n. 32. propolita vitæ spe. rebellionis reos Ecclesiæ conciliat. ib. partitur regnum Neapolitanum cum Gallo, atque ad spoliandum Fridericum coniurat. 1501. n. 51. de limitibus partorum principatuum certat cum Gallo. 1502. n. 15. rusticis rebus suis de pace cum Gallo agit pacisque expectatione illusum acceptis e Germania auxilijs opprimit. 1503. n. 3. Gallicum exercitum varijs tumultuarijs prælijs attrit ope Gundisalui ducis. n. 14. Caietam recipit, & vniuerso regno Neapolitano potitur. n. 18. dimissum Cæsarem Borgiam res nouas molientem ob Iulij preces in Hispaniam vinctum auchi iubet, & carcere triennali macerat. A. 1504. nu. 9. mortua Isabella vxore regnum Castellæ ad Ioannam filiam transfertur. nu. 40. pacem conficit cum Ludouico XII. & quibus legibus. 1505. nu. 12. Philippo genero cedit regno Castellæ. 1506 n. 36. quibus legibus cum eo pacem sanxerit. ib. in Neapolitanum regnum se confert. n. 36. Gundisaluum suspectum de affectato regno deijcit. ib. cum Pontifice, Germano, & Gallo conspirat in Venetos. 1509. n. 1. Oranum Ximenij Cardinalis opera expugnat. 1509. nu. 22. in eum Iulius II. Neapolitana iura transfundit. 1510. nu. 24. nummarij vectigalis onere liberatur. nu. 28. eius præclara gesta a Iulio celebrata. ib. & n. 29. Bugiæ regnum & Tripolim Petri Nauarræ opera Afris eripit. nu. 30. ab Afris in Gallos armagnertit. 1511. n. 64 & 67. Tunetanus & Tremesenius & Algerij regulus solo metu ab eo subacti. n. 69. eius exercitus ad Rauennam a Gallis concisus. 1512. n. 20. Florentinæ reipublicæ principē fœderatū Galli Regis in exilium pellit. n. 61. opprimit Regem Nauarræ regnoque depellit. n. 77. Gallos Pampelunam obsidentes depellit. ib. Solimannum piratam Requesenij ducis opera profligat. 1515. n. 57. Horuscium Barbarossam prælio ad Bugiam fundit. nu. 59. in America imperium religionemque latius profert. nu. 61. pie moritur, 1516. n. 39. præcipue eius res gestæ. ib. succedit illi Carolus V. ex filia Ioanna nepos. n. 43.

Ferdinandus II. Rex Neapolitanus. regia iura in eum transfert Alfonsus pater nuntium sæculo remissurus. 1495. nu. 6. vim Gallicam metuens in insula Ænaria subsistit. n. 8. Hydruntum, Tarentum, Brundusium ac Monopolim Venetis oppignerat. 1495. n. 34. Hispanis auxilijs & pontificijs adiutus pellit Gallos, regnumque sensim recuperat. nu. 35. 36. Gallos Neapolitano regno deturbat receptis ex ijs arcibus tormentisque bellicis. 1496. n. 10. regno potitus dum vacat delitijs moritur. n. 13. ascripta eius mors vltioni diuinæ ob Theanensem episcopum securi percussum. ib. succedit illi in regnum Fridericus patruus. ib.

Ferdinandus Cortesius Mexici debellator. Montezumam Mexicanum Regem graui bello perit. 1519. n. 69. centum quinquaginta millia barbarorum fundit. n. 70. Mexicanum Regem in suam potestatem redigit. nu. 71. simulachra dæmonum destruit. ib. sacrificia humana tollit. ib. Mexicanis ad Christum pelliciendis eximiam dat operam. n. 75. & 1520. nu. 96. dæmon in eum concitat barbaros. ib. varia cum ijs eiusdem prælia. ib. socios excitat ad euertendam idololatriam. n. 97. barbaros domat quamuis dæmon ijs se auxilio non defuturum spopondisset. ib. Mexici Regem capit, ac toto Mexico potitur. 1521. n. 128. primæ synodo in America celebratæ interest. 1524. nu. 122.

131. fidei amplificandæ & ſtabiliendæ rei Chriſtianæ ſtudet. n. 94. idola dæmonis collidit. ib. Regem & principes Mexici cõuictos proditionis ſupplicio afficit. ib.

Ferdinandus archidux Auſtriæ, poſtea Hungariæ Boemiæque Rex, ac demum Cæſar. in Ratiſponenſibus conuentibus cum aliquibus catholicis principibus ſtatuit ex Vvormatienſi edicto in Lutheranos animaduertendum. A. 1524. n. 23. 24. hac ratione vindicat ab hæreſi hereditarias prouincias. ib. monitus a Clemente vt Hungaro opem ferat. 1526. n. 59. 60. a Lutheranorum factione impeditur. ib. cæſo Ludouico Rege ad capeſſendum Hungariæ regnum cum exercitu irruit. 1526. n. 71. dat operam vt reſcindatur electio Ioannis Tranſyluani. ib. obijcit proditum ab illo Turcis Ludouicum Regem. ib. deligitur Hungariæ Boemiæque Rex, ac Ioannem atroci bello vexat. ib. ſolemni ritu Pragæ Boemicam coronam accipit. 1527. n. 107. in Hungariam mouet exercitum ac Budæ potitur. ibid. Ioannem æmulum Hungaria pellit. ibid. Balthaſſarem Pacimontanum hæreſiarcham anabaptiſmi auctorem maximum flammis exuri iubet. 1528. nu. 31. &c. in Spirenſibus conuentibus vetat abrogari miſſæ ſacrificium atque hæreſes negantes Euchariſtiam damnat. 1529. n. 15. obſiſtunt illi hæretici, ideque ſe Proteſtantes vocant. ib. illi Solimannus mouet bellum. n. 32. Ferdinandi copiæ a Turcis profligatæ. n. 40. plures Hungari ab eo ad Ioannem deficiunt. ib. Budam Strigoniumque & alias vrbes amittit. n. 41. Viennæ obſidetur. n. 43. Solimannum Vienna propulſat. n. 48. ducis ſui opera Strigonio & alijs locis potitur in Hungaria. 1530. nu. 184. is obſidet Budam. n. 86. depellitur a Turcis. ib. Rex Romanorum electus. 1531. num. 1. eam electionem confirmat Clemens VII. ib. enſe ac pileo ſacro ipſum ornat. ib. poſcit opem a Pontifice & principibus contra Turcas. n. 71. petitus bello ab hæreticis. 1534. n. 15. fuſo eius exercitu amittit principatum Vvittembergenſem. ib. redintegrata pace cogitur tolerare iacturam. n. 18.

Feretranus comitatus. teſtamento relictus eccleſiæ Romanæ a Ludouico comite. 1236. n. 16.

Fernandus Magellanes. per occidentem ad Indos iter pandit. 1520. n. 98. de Molucarum inſularum imperio litem mouet inter Caſtellæ & Luſitaniæ Reges. ib.

Ferraria. recuperata ab Eccleſia. 1240. n. 10. a Clemente V. iterũ poſt Azonis Areſtini mortem recuperata. 1308. n. 14. a Venetis deinde affectata. ib. & 15. occupata a Venetis. 1309. n. 6. Venetis magna cæde profligatis recuperatur a legato. n. 7. 8. ab Areſtinis occupata. 1317. n. 30. redit dein ad Ioannis XXII. obſequium. n. 31. ſub Azonis & Opizonis Areſtinorum ſeruitute ſuccumbit. 1320. num. 18.

Ferrum lanceæ dominicæ. tranſmiſſum a Bajazethe ad Innocen. VIII. 1492. n. 15. quid ex eo ſit in Gallia aut in Germania. ib.

Fides Chriſtiana. diuina in doctorem de ea detrahẽtem vitio. A. 1201. n. 37. offert ſoldano S. Franciſcus ſe de fide diſceptaturum cum quouis in rogo incenſo ita vt a flammis illæſo credatur. 1219. n. 14. pro fide Chriſti ſexcenti martyrio affecti a Bendocdare ſoldano. 1266. n. 41. cæleſtis lux in eorum corpora delabi viſa. ib. pueri odio fidei Chriſtianæ a Iudæis excarnificati coruſcant miraculis. 1287. n. 18. Alfonſus Tariffæ præfectus fidem filij vitæ præfert. 1295. num. 55. in rogis fides comprobata. 1319. num. 31. miraculis ſanctorum comprobata. V. *Miracula, & Sancti.* in edendo fidei decreto Pontificem ſine concilio œcumenico errare poſſe contendit Michael Cæſenas hæreſiarcha. 1331. n. 8. viginti duo Chriſtiani ob fidei conſtantiam Damaſci martyrio affecti. 1351. nu. 25. Thomas Hungarus cum tribus Minoritis Alexandriæ martyrio afficitur. 1358. n. 7. eorum corpora cæleſti ſplendore circumfuſa radiant. ib. fides Chriſtiana inſigni miraculo Brixiæ confirmata. 1476. num. 18. propagata apud Mexicanos. 1519. n. 75. ſolam fidem ſufficere ad ſalutem fingit Lutherus. 1521. n. 53. demonſtratur ex eo dogmate pellici Lutheranos ad omnia ſcelera. n. 54. propagata in India orientali. 1522. n. 89. & in America. n. 90. & 1523. n. 137. & in Mauricis inſulis. 1534. n. 62.

Fides, id eſt ſecuritatis ſponſio. hæreticis Eccleſia diſſentiente a principibus dari non poteſt, & ſi data ſeruent peccant. 1422. n. 21. male ſeruata Luthero hæreſim non damnanti. 1521.

Flagellantium ſecta. in ortu ſuo pietatem ſpirauit. 1260. nu. 6. plura virtutum exempla ab ijs data. nu. 7. penetrat ex Italia in Germaniam. n. 8. prolabitur in varios errores. ib. ex pijs initijs orta. 1349. n. 18. in hæreſim deficit. ibid. damnata a Clemente VI. ib.

Florenſis ordo. conditus a Ioachimo abbate. 1220. n. 31. hæreſeos labe immunis declaratur. ib.

Florentia Florentini. a Senenſibus extrema clade affecti. 1260. n. 4. victoris iugum accipiunt. ib. grauia inter ſe exercẽt diſſidia. 1273. n. 27. eos Gregorius X. inter ſe conciliare tentat. ib. ob Guelphorũ pertinaciam Florentia interdicto ſubiecta. n. 30. eorum furor aduerſus S. Catharinam. ib. ſacrorum vſui ab Innocentio V. reſtituti. 1276. n. 24. Florentini factionibus diſciſſi. 1304. n. 1. dum ijs conciliandis dat operam legatus graniores tumultus excitant. n. 3. vocantur in iudicium a Benedicto XI. nu. 4. Henrico VI. Cæſari parere detrectant. 1310. nu. 17. Roberto Regi Siciliæ præturam deferunt. n. 21. magna clade apud Montem Catinum ab Vgurione cæſi. 1315. n. 1. Florẽtini iniquas iras cõcipiunt in Gregorium XI. 1375. n. 13. crudelitatem exercent in eccleſiaſticos. ib. adhibita ab illis in eos legum ſeuerras. 1376. nu. 1. interpretem concordiæ adhibẽt S. Catharinam n. 8. interdicto violato profanãt ſacra. 1377. n. 2. pacem cum Vrbano VI. ſanciunt. 1378. n. 21. precibus B. Andreæ Corſini diuinitus ducis Mediolanenſis exercitum fundunt. A. 1440. nu. 11. fauent Franciſco Sforziæ Picenum inuadenti. 1446. n. 12. in eos Alfonſus Rex Aragonum concitatus. ib. Piſanum archiepiſcopum inuadere molientem prætorium e feneſtris prætorij ſuſpendunt vt prodirorem. 1478. n. 1. anathemate percelluntur a Sixto IV. ob violatum ius eccleſiaſticum. ib. premuntur bello. n. 11. Perufium pertentant. n. 30. amiſſis multis arcibus in diſcrimẽ adducti pacem a Ferdinando exorant. 1479. n. 19. veniam petunt a Pontifice. 1480. n. 39. ritu ſolemni expiato crimine ſacris reſtituti. 1480. n. 39. ex fœdere inter Clementem VII. & Carolum V. Alexandro Medici ſubijciendi decernuntur. 1529. nu. 60. venientem in Italiam Caroulm V. de pace poſtulant. n. 71. dimittuntur ad Clementem Pontificem. ib. inſtantibus reſponſum, ob Gallicæ factionis partes ſuſceptas contra Cæſarem ius libertatis ipſos amiſiſſe. ibid. Nicolaum Caponium dictatorem ſuum ob habita de pace cum Clemente colloquia magiſtratu deturbant. ib. Carduccium ſeditioſum & nequiſſimum præficiunt reipublicæ mox euertendæ. ib. ſacras expilant opes ac Perufium occupant. ib. & n. 74. in eos a Clemente cæſareus exercitus concitatus. ib. Perufium, Areriumque & Cortonam amittunt. ib. cædibus rapiniſque vexantur. ib. beneficio pacis inter Cæſarem & Angliæ principes initæ excluſi Florentini. 1530. n. 3. ſupremos reip. gradus obtinuerant homines obſcuriſſimi, qui libertatis tuendæ nomine tyrannidem oppreſſo ordine ſacerdotali exercebant. ib. obſidione preſſi. ib. perdomiti a cæſareis vrgente Clemente VII. ib. immutatur reip. forma. ib.

Florentius Hollandiæ comes. ſacram militiam in Stedinghos magos ſuſcipit. 1233. n. 46. eos delet. 1234. n. 43.

Florentius congregationis pauperum magiſter. poſt mortem cæleſti viſo oſtenſa eius felicitas. 1400. n. 16.

Flores. emiſſi diuinitus a ſpina dominicæ coronæ dum die paraſceues Rhodi fieret ſacrum. 1457. n. 89.

Florinus comes Paphi. a Carola Regina miſſus orator ad Mahometẽ pro recuperãdo regno. 1462. n. 39. cum prodere fidẽ Chriſtianam nollet medius ſectus eſt. ib.

Felix. V. *Felix.*

Femina fortes. earum exempla in Ioanna Aurelianẽſi. 1429. n. 9. & 1430. n. 2. in Margareta Regina Angliæ. 1460. n. 108. in Regina Scotiæ. n. 109.

Fetor peccati. eum ſenſere SS. aliqui vti S. Catharina Senenſis. 1380. num. 25. & S. Philippus Nerius. ib. & S. Franciſca Romana. 1411. n. 10.

Fons. miraculo ſcaturit. 1210. n. 12. fons ſanguineus Pariſijs ebullit cædium futurarum prænuntius. 1421. n. 19.

S. Franciſca Romana. perire mauult quam magico carmine curari. 1398. nu. 41. a S. Alexio diuinitus ſanatur. ib. pia Euangeliſtæ eius filij mors. 1411. n. 10. archangelus cuſtos ab eo ad ipſam deductus. ib. peccati fœtorem ſentit. ibid. Deiparæ ope filius ab ea diuelli ab hoſte non

non potuit. A.1413. nu.21. imminente Eugenio IV. aduersa diuinitus S.Franciſcæ oſtenſa. A.1431. n.10. & 1432. n.25. condit familiam ſanctimonialium Turris ſpecularis. nu. 32. oſtenſa illi diuinitus imminente Eugenio pericula. A.1437. nu. 19. Eugenium admonet vt Cardinales & viros ſanctos in concilium adhibeat, ac publicas indicat preces. ib. pia eius mors. 1440. n.15. diuinis viſis in morbo recreatur. ib. extinctum corpus ſuauiſſimos odores ſpirauit. ib. a ſanctis viris Bernardino & Capiſtrano oratione funebri laudata. ib. miraculis claret. ib.

S. Franciſcus ad ſanctiorem vitam a Deo vocatus. 1206. n.43. abrenũtiata paterna hereditate ait ſe maiori fiducia dicturum: *Pater noſter, &c.* ib. Chriſtus ſe illi in cruce confixum obijcit, ac paſſionis ſuæ memoriam illi imprimit. ib. ad reparandam Eccleſiam cœleſti voce incitatur. ib. audito euangelio: *Nolite poſſidere aurum, neque argentum*; eam vitæ formam arripit, ac vitam eremiticam colit Franciſcano ordini daturus exordium. 1208. nu. 29. religioſæ vitæ formulam ſcribit. 1210. n.28. repellitur ab Innocentio III. ſed cœleſti viſo illi oſtenſum eſt quantus eſſet quem repulerat. ib. eximia parabola demonſtrat, non eſſe metuendam profeſſionem paupertatis ſuis indictæ. ib. principum & Cardinalium gratiam ſibi conciliat. ib. plures ſodales Romæ ſibi aſciſcit. ibid. de confirmando eius ordine actum ab Innocentio in Lateranenſi concilio. 1215. nu. 19. cum eo S. Dominicus arctiſſimam amicitiam iungit. 1216. num. 49. cœleſte viſum de eo S. Dominico obiectum. ib. prædicit crucelignatis cladem ſi excurrant e caſtris Peluſiacis. 1219. nu. 14. ad Coradinum ſoldanum Ægypti & Babyloniæ ſe confert, vt eum ab impietate reuocaret. ib. fidem Chriſti ipſi & ſatrapis prædicat. ib. offert conditionem ſe arcentem rogum ingreſſurum, vt de Chriſto & Mahomete diſputet cum quouis Mahometis ſacerdote, vt a flãmis illæſo credatur. ib. non admiſſa eſt a ſoldano conditio. ib. dimittitur honorifice. ib. eius precibus ſe commendat ſoldanus. ib. redit in occidentem. ib. paſſim in vrbium compitis prædicat de æternitate. ib. plures conuertit Bononiæ. ib. colitur a populis. ib. obedientiam Honorio III. & eius ſucceſſoribus defert. 1223. n.55. confirmata ab Honorio diſciplinæ a S. Franciſco traditæ formula. ib. cœleſti viſo obiecto ſtigmata diuinitus impreſſa S. Franciſco. ib. ea viſa ab Alexandro IV. in ipſo vipĕre. ib. pia eius mors. 1226. n.50. ſtigmatum illi impreſſorum qualis fuerit forma. ib. ea palam ab Aſſiſinatibus conſpecta, ibid. imminente morte ſe paupertatis amantiſſimum demonſtrat. ib. monita ab eo ſodalibus data. nu.51. vt pontificatum viuens Gregorio IX. prædixerit. 1227. num. 15. ſanctorum numero aſcribitur, 1228. nu.33. hereticum pœnitentem carcere liberat. ibid. translatio reliquiarum S. Franciſci celebrata. 1230. nu.21. edita ab illo plura miracula. ib. dubia circa regulam S. Franciſci ſoluta a Gregorio. ibid.

S. Franciſci familia nouo Capucinorum germine fœcundata. 1525. nu.61. ipſius habitus reſtituta forma. A. 1525. nu. 104.

S. Franciſci familia ſtrictioris obſeruantiæ. cõfirmatur a Clemẽte VII. A.1532. n.97.

Franciſcus Dandalus dux Venetorum. fœdus init cum Pontifice & Gallo Rege Imperatoreque Conſtantinopolitano contra Turcas. 1338. n.85.

Franciſcus Aſculanus Minorita. damnat hæreſim & cur. 1344. nu. 14. 15.

Franciſcus archiepiſcopus Cretenſis A. S. I. Turcas magna clade apud Imbrum inſulam deler. 1347. nu. 27.

Franciſcus Baroncellus. tribunarum Romæ inuadit. 1353. num. 5. poſt quadrimeſtre tempus a populo necatus. ib.

Franciſcus Ordelaffus Forolivienſis tyrannus. perculſus anathemate iactat non minus ſibi ſapere ad guſtum cibos, quam antea. 1354. nu.3. ſeptem ſacerdotes interdictum violare abnuentes laqueo ſtrangulat, alios ſeptem cute nudat. ib. Cardinalium & Pontificis imagines concremat. ibid. Cæſena graui obſidione illi erepta. 1357. nu.6. capta eiuſdem vxor pertinaciſſimi pectoris femina. ib. obſidetur Forliuij. ib. eiuſdem in filios immanitas. ib. cogitur ad deditionẽ ab Ægidio Cardinale. 1359. n.6. pœnitẽs abſoluitur ab hæreſi. ib.

Franciſcus Catalaſius Genuenſis. Ioannem Palæologum reſtituit in Conſtantinopolitanum imperium, deturbatque Cantacuzenum. 1355. nu.32.

Franciſcus Prignanus Vrbani VI. nepos. multos illi principatus regni Neapolitani confert Vrbanus. 1381. nu.1. non conterente eorum poſſeſſionem Carolo Rege, nata inde malorum ſeges. num.26. capitur conijciturque in carcerem. 1385. num. 5. aduerſarum rerum tædio affectus ſe ferro ex deſperatione lauciat. 1395. nu.16. male partæ opes illi nocuere. ibid. mari cum tota familia ſubmergitur. ibid.

Franciſcus Pertarius hæreſiarcha. negat ſacramenta rite conferri in Eccleſia. 1396. nu.9. repreſſus a Bonifacio IX. ib.

Franciſcus Carrarius Patauij princeps. a Venetis principatu & vita exutus. 1405. n.23.

Franciſcus Sfortia. Ludouici Andegauenſis dux bello vrget Ioannam Reginam Neapolitanam. 1420. nu.7. exercitum Aragonium fundit. 1422. nu.13. Reginam obſidione liberat. ib. Auerſam capit. ib. immiſſus a Mediolanenſi Picenum occupat. 1433. nu.26. concordiæ ſtudio creatur ab Eugenio IV. Piceni marchio. 1434. nu.6. Aſſiſium & plures alias vrbes proditione occupat. 1442. nu.12. ſuſceptum a Philippo Mediolanenſi illius patrocinium. ib. ab Alfonſo Rege Aragonum Piceno depellitur. nu.9. a Florentinis adiutus Picenum iterum inuadit. 1446. nu.11. Mediolanenſem principatum poſt Philippi mortem occupat. 1452. num.2. & 3. plures de eo principatus iure cum eo diſceptant. ib. ad belli ſacri in Turcas ſocietatem incitatur a Pio II. 1463. nu.42. delitiarum deſerendarum illi animus deeſt. n.47. in eum Ludouicus Galliæ Rex Liguriæ iura tranſfundit. 1464. nu.70. Genuam in ſuam poteſtatem redigit. ib. cum Ferdinando Neapolitano affinitatem iungit. 1465. num.5. impudicitiæ vacat & moritur. 1466. nu.8. in temporarijs rebus prudentiſſimus in æternis ſtultus. ib. ſacramentis in morte non fuit procuratus. ib.

Franciſcus Piceninus. immiſſus a Philippo Mediolanenſi Picenũ vexat. A. 1432. n.20.

Franciſcus Condulmerius Cardinalis Eugenij IV. nepos. a rebellibus Romanis truſus in carcerem. 1434. nu.6. &c. reſtituitur libertati. nu.12.

Franciſcus Piccolomineus. creatus Senenſis archiepiſcopus dein Cardinalis a Pio II. 1460. nu.27.28. in pontificatu Pij III. nomen geſſit. ib. in Germaniam legatus decernitur a Paulo II. 1479. n.3. vrget Germanos, vt bellum ſacrum gerant in Turcas. nu.5.

Franciſcus Interamnenſis epiſcopus. miſſus in Angliam a Pio II. vt pace ſancita Anglorum Gallorumque arma vertantur in Turcas. 1460. nu.106. reiectus ab Henrico illius regno euertendi maximus fit auctor. ibid.

Franciſcus Robureus Minoritarum magiſter. creatur Cardinalis tit. S Petri ad vincula. 1467. num.16. in pontificatu Sixti IV. nomen poſtea accepit. 1471. nu.66.

S. Franciſcus de Paula. inſtitutus ab eo ordo Minimorum confirmatus a Sixto IV. 1474. nu.26. ob inſignium miraculorum famam a Ludouico XI. Rege excitus in Galliam adhibito Pontifice interprete. 1483. num.28. a Rege in genua prouoluto excipitur. ibid. non illius corpus ſed animam ſanat, vt pie ſe ad mortem comparet. ib. colluſtrat Galliam ſuæ ſanctimoniæ radijs. ib. in Gallia moritur & miraculis poſt mortem inclareſcit. 1507. nu.25. in ſanctorum ordine ob inſignia miracula reponitur a Leone X. 1519. nu.76.

Franciſcus Phœbus Rex Nauarræ. in adoleſcentiæ flore moritur. 1483. nu.37. ſuccedit illi Catharina ſoror nupta Ioanni Lebretenſium principi. ib.

Franciſcus Ximenius Minorita Cardinalis. creatur archiepiſcopus Toletanus. 1495. num.47. cum in Africam traijcere pararet pio euangelio prædicando deterritus eſt, quod ad maiora reſeruatus eſſet. num.47. initio pauperem cultum tenet, deintolerat diuitias ac ſplendorem, ſed clanculum acerbitatem in ſe exercet. ib. tanto ardore ad ſalutem incumbit Granatenſium vt tria millia vno die baptiſmo luſtrata ſint. 1493. nu.1. pro religione in America propaganda plures labores ſubit. 1500. na.32. Oranum impetu expugnat in Africa. 1509. nu.22. templa Mahumetica Chriſto conſecrat. ib. redit in Hiſpaniam. n.28. Petrus Nauarra cum eo iurgia contrahit. ib. Bugiæ & Tripoli comparandis ſubſidia confert. 1510. nu.30. a Ferdinando Rege regiæ procurator relinquitur. 1516. nu.39. dat operam, vt Carolo V. ab ordinibus regni adminiſtratio deferatur. nu.43. qua arte exercitum ſine ſumptu ad ſubitos omnes caſus compararit. num.45. Nauarram Carolo V. aſſerit. ibid. Nauarræ regni oppida paucis exceptis ad tollendam rebellandi occaſionem mœnibus exui iubet. ib. claſſem inſtruit in Afros, & Algerium fruſtra tentat. num.45. pius eius obitus. nu.103. vt opibus vius ſit pro amplificanda fide. ibid. ſacram ſcripturam variis linguis excudendam curauit. ib. miraculis cla-

claret.nu.108. de eo inter ſanctos referendo actum.ib.

Franciſcus Albuquerquius prorex India. Goenſem Regē graui bello petit.A.1509. nu.30.Dabulis vrbem vaſtat.ib. ſociam Regum Mahumetanorum claſſem profligat. ibid. Calecutienſem Regem diuexat. nu.31.Goam capit.1510.nu.34. ea pellitur.ib.iterum eam recuperat.ib.Chriſtiani in India imperij in ea vrbe ſedem figit. ib. eximia eius ſtudia pro fide conſtabilienda.ib.eius expeditio in mari Erythreo contra Mahometanos.1513.nu.19.oſtenſa illi cœlo crux purpurea.ib.poſt ampliſſima geſta in India vocatur in crimen apud Regem Luſitaniæ.nu.55.ex dato ſucceſſore agnoſcit diuinam prouidentiam.& pijſſime moritur.nu.56.

Franciſcus Maria Vrbini dux. Alidoſium Cardinalem trucidat.A.1511.n.56. defectionis ad Gallos agitans conſilia reuocatur a Iulio.1512.nu.54. ducatu Vrbini a Leone legibus & armis ſpoliatur inducto nepote.1516.nu.81. Laurentio Medice pulſo Vrbinum recuperat.1517.num.80. Piſaurum tentat, ac propulſatur. nu.86. Picenum expilat.ib.eius exercitus diuinis prodigijs æde Lauretana depulſus. ibid. præfectus eccleſiaſtico exercitui nullas fert ſuppetias Pontifici in anguſtijs conſtituto.1527 num.17.18. abnuit obſeſſo ferre auxilia. ſed prodito Pontifice Perugium illi eripit deturbato gentile Balionio præfecto, ac præfectura in Ioannis Pauli filios translata.nu.21.

Franciſcus Alidoſius Cardinalis. a duce Vrbini trucidatus.1511.nu.56.

Franciſcus I.Galliæ Rex. ex duce Engoliſmenſi Ludouico XII.ſuccedit.1515.n.10. Mediolanum affectat.ibid. aduerſatur illi Leo X.ib.Genua potitur.ibid.exorta inter eius diſſidia.ib.in Inſubriam cum exercitu florentiſſimo irrumpit.nu.15.Heluetios ad quatuordecim millia cædit.n.20. Mediolanum recipit. ib. Maximilianum Sfortiam in arce obſidet. nu.21. pacto annuo ſtipendio ad deditionem allicit. num.22. cum Leone fœdus ſancit. nu.23. Bononiæ cum eo colloquium init.ib.ex Chriſtiana demiſſione infimis officijs colit,veſtiſque pontificiæ laciniam geſtat.ib.& nu.32. ſacris operantis manibus aquam affundit. ib. delatos ipſi a Leone Conſtantinopolitani imperij apices ex politicorum conſilio temnit.nu.36.Parmam Placentiamque ex fœdere recipit.nu.40.ad Mutinam Regiumque Ateſtino reſtituenda certis legibus Pontificem adigit.ib.Romanam eccleſiam, quam Turcas ſpoliare maluit. ib.Maximilianum Cæſarem Inſubria propulſat.1516.nu.79. Venetis ad Brixiam recuperandam opem fert. ib. pacem init cum Carolo V. & quibus legibus.ibid.& cum Maximiliano Cæſare. 1517.num.80. poſtulatus de bello in Turcas gerendo pollicetur legato quadraginta millia peditum,& equitum cataphractorum tria millia.1518.nu.150. inuidet Carolo Regi Hiſpaniæ, ac ne imperio potiri poſſit vires intendit.nu.155.Fredericum ducem Saxoniæ illi opponere nititur. ib. contra Mauros claſſem comparat. 1519.num.7. fauet illi Leo pro comparando imperio. ib.Carolus V. eum deludit comparato in Germania exercitu contra Francifci fautores. nu.10. in comitijs propoſita argumenta, ob quæ imperium illi eſſet deferendum.nu.11. Fridericus Saxo ad Carolum imperium ſibi delatum refudit.n.23. Francifci exiſtimatio ex Caroli electione in Germania extenuata.num.32.de regno Neapolitano vni ex filijs comparando agit cum Leone.A.1521.num.76.ſegnius reſponder ad petita Leonis,qui cum eius æmulo Carolo V. paciſcitur de Franciſco Inſubria depellendo.nu.77.ex illo fœdere eius res afflictæ.nu.80.Henrici Regis Nauarræ regno reſtituendi ſpecie Carolo V. bellum infert.nu.84.Pompeiopolim expugnat.num.102.Parmam Placentiamque amittit, ac mox Mediolanum. num.108. quæſitæ ſacrilegio opes illi non profuere. ibid.conciliare illum Carolo V. amititur Hadrianus.1522.nu.8.recuperandi Mediolani ſpe reſpuit inducias, grauioreſque clades in Inſubria & Liguria patitur. nu.12.Genuam amittit.nu.14. & Mediolanenſem arcem.1523.nu.108. Ferrariæ, Vrbini & Venetorum duces ab illius fœdere diuulſi. ibid. imperatas ab Hadriano VI.inducias repudiat, inque eum initum fœdus armorum.nu.110.ſi fœderi in Turcas velit accedere, relictus illi locus. num.119. in Italiam mittit exercitum. nu.120.Ferrarienſem ad ſuum fœdus reuocat. ib. eius exercitus Mediolano propulſatus.nu.129.eius opem implorat Clemens VII.contra Lutheranorum impietatem. 1524.nu.20. Lutheranam hæreſim conſtitutis in impios ſupplicijs arcet Galliæ regno. ibid. plures vrbes arceſque in Inſubria amittit. 1524 num.82. Carolus Borbonius de illo ſpoliando regno cum Anglo paciſcitur.nu.83.84.excepta Maſſilia & Arelate Prouinciam amittit. nu.85. cæſareum exercitum ad Maſſiliam defixum temnit.nu.90.in Inſubriam irrumpit cum exercitu.nu.90.Mediolanum capit, ac multas circumiectas vrbes. nu.91.diutius Mediolani ſubſiſtit,muniendarumque arcium tempus dat hoſti.nu.92.in Neapolitanum regnum copias traducere molitur.n.93.ducem Albaniæ eo mittit.1525. n.74.Ticinum obſidione premit.ib.ſolicitat Clementem de fœdere qui damnat eius conſilia.ib.inconſulte vires diſtrahit. nu.80.proditur ab Heluetijs.ib.capitur in acie cum Rege Nauarræ.ib.eius exercitus extrema clade cæſus.ib.cæſus etiam exercitus quem in regnum Neapolitanum mittebat. num.81. magnum terrorem afferebat Carolo V. cum extrema eſt paſſus.num.82.transfertur in Hiſpaniam. num.82. ad iniquas ſui ipſius redimendi cauſa leges cogitur.nu.88.dimittitur acerbiſſimis legibus a Carolo V. 1526.nu.1. territi eius calamitate principes Itali cum Anglis Galliſque in Carolum V. conſpirant.nu.8.renouato bello pro recuperandis filijs Laudam Saonaroque intercipit. nu.12. ſcriptis literis creat inuidiam Carolo V. ob affectatam ab eo tyrannidem in omnes Chriſtianos,Hungariam Turcico furori expoſitam.nu.51.vocat in crimen Ferdinandum archiducem potiundæ Hungariæ cupidine Ludouico ſororio opem non tuliſſe.nu.59.Odettum Lautrechium mittit in Italiam cum exercitu ad liberandum Pontificem.A.1527.n.33. Genuam, Ticinum,Alexandriam,& alias vrbes recipit.ib.& nu.34.Lautrechium in regnum Neapolitanum immittit.1528.nu.1.pluribus vrbibus captis Neapolim terra marique obſidet.nu.5.Philippini Auriæ opera Hiſpanam claſſem fundit, exuſto Hugone Moncata præfecto.nu.5. Pontificem in ſuas partes allicere enititur.nu.10.dum captos proceres abAuria repetit nec ſoluit laborum præmia, ab eo Auria cum duodecim triremibus ad Cæſarem deficit.ib.ex ea occaſione Neapolitanum regnum amittit.ib.extincto morbo Lautrechio eius exercitus dum ſoluta obſidione Aueriam tendit profligatus.num.11.Genuam Saonamque amittit.nu.12.13.ſacris imaginibus illatam iniuriam ab impijs ſarcit.1528.nu.80.ſolicitatur a ſynodi Pariſienſis patribus ad hæreticos infectandos.nu.101.ſolicitatur a Clemente VII.vt pacem cum Carolo V.ineat. 1529.nu.64. pro liberandis filijs obſidibus pacem cum Cæſare init in Cameracenſi colloquio.n.67. vrbes arceſq; Neapolitani regni Inſubriæque reſtituit. nu.67.Belgij & Atrebati ſupremo imperio ſe abdicat.ib. Tornacique & Atrebati iuribus.ib.retinet ducatum Burgundiæ.ib.Lutheranorum patrocinium ſumit contra Carolum V. 1531.nu.4.eius ſtirps eam ob cauſam excifa. ib. & 1532.nu. 72. illius ira & inuidia ingentia mala peperere. 1531. nu.73. creditus diſturbaſſe concilium,vt Germaniam religionis diſſidio impliciram aduerſus Carolum V. teneret. 1532.nu.13. celebrando concilio obſtitit.nu.39.abhorret a congregando concilio ex politicis cauſis vna cum Angliæ Rege.1533.nu.1. colloquium celebrat Maſſiliæ cum Clemente VII.n.77. obſiſtit iterum vna cum Anglo, ne celebretur Concilium ſtudio deprimendi Cæſaris factione Lutherana. 1533.n.85.Henrico VIII.rebellante contra Eccleſiam detrectat eius criminis ſocietate ſe inquinare.ib. ob diſturbatum concilium grauem inuidiam colligit. 1534.nu.12.ſcribit ad extenuandam inuidiam apologiam, qua ſcelus magis patefecit.ib.coniungit ſe Lutheranis principibus aduerſus Ferdinandum & Carolum V. num. 15. reprimit diſſeminantes Pariſijs errores contra Euchariſtiam. 1534. n. 43.

Franciſcus Cheregatus A. S.N. ab Hadriano VI.miſſus ad Nurembergenſes comentus vrget principes,vt pontificia cæſareaque edicta in Lutherum exequantur. 1522.nu.11.contempta eius poſtulata ab impijs politicis.nu.20.

Franciſcus II.Sfortia Mediolani dux. arcem Mediolanenſem cæſareis armis ereptam Gallis recipit. 1523. num.108.obſidetur in arce a Francifco Daualo Piſcheriæ regulo.1525.nu.88.ad eum liberandum ſocialis exercitus immiſſus repellitur ab Hiſpanis.A.1526.nu.12.dedit arcem Mediolanenſem Hiſpanis.nu.15.ex pace inita inter Cæſarem & Clementem VII. illius iis non ſuſpectis iudicibus commiſſa.1529. nu.60.61. Bononiæ adit Pontificem eiuſque

que pedes deoſculatur.nu.90.traditus illi ducatus Mediolanenſis iure beneficiario certis legibus.nu.86.

Franciſcus Sichingius Lutheranus. tuendi euangelij ſpecie Treuerenſem archiepiſcopatum inuadere tentat.1524.nu.42. Treuiris propulſatur.ibid.obſidetur in arce Lauſtal,& cormento bellico laniatus dat pœnas impietatis.ib.

Franciſcus Dunalus Piſcharia regulus. ſolicitat ad defectionem ducem Mediolani, moxque in eum vt proditorem inſurgit.1525. nu.88.

Franciſcus de Angelis ordinis Minorum magiſter.a Carolo V.ad Clementem VII.miſſus pacis interpretem agit certis legibus. 1527.num.3. pax ea ſequeſtra turbata a Cæſareis adminiſtris.nu.4. miſſus a Carolo V. pro dimittendo e ſeruitute Clemente munere ſuo ſtrenue fungitur.n.46.

Franciſcus Carducius. morte mulctatur. 1530. n.187.

Franciſcus Aluarus ſacerdos. fidem Chriſti in Mauricis inſulis propagat. 1534.n.62.

Fraticelli. eorum origo & nefandæ hæreſes. 1294. n.26. finxere veram eccleſiam ex ipſis tantum conſtitutam. 1294. nu.62. inſana eorum impietas. 1297.n.55. fugiunt in Græciam. ib. Fraticelli creant antipapam. 1297. n.55. Fraticellorum horrenda luxuria. ib. variæ ſectæ eo nomine Fraticellorum contentæ.1317.n.56. 57. damnantur a Ioanne XXII. nu. 57. Fraticelli pſeudominoritæ exuſti ob pertinaciam in hæreſi. 1322. nu.51.52. Fraticelli pſeudominoritæ qui fuerint. num. 61. Fraticellorum hypocriſis. 1331.n.1. & ſeq. inſtituta in eos inquiſitio. ib. Fraticelli ſomniant inter ipſos ſacram hierarchiam conſiſtere. 1374. nu. 14.

Fridericus Rex Siciliæ poſtea Imperator II. eius nominis. induitur iuribus regni Siculi vna cum matre Conſtantia ab Innocentio III.1198. n. 67. pontificijs ſubſidijs victoriam refert de Marcualdo. 1200. n. 1. Iacobum Mareſcallium cuius opera reportata erat victoria Andriæ comitatu donat. n. 4. illius electio ad imperium Henrici V. ſtudio exorta reſcinditur. 1200. n. 27. pulſo Vvilielmo Capparono potitur pacato Siciliæ regno. 1203. n. 69. legati pontificij poteſtati ſub tutela Innocentij traditur. 1204. n. 74. queritur Otho affectari ab eo imperium. 1209. n. 8. reſponſum ab Innocentio ita ſe Friderico profuturum vt Othoni non obſit. nu. 9. ab Othone bello petitur. 1209. n. 20. Capuam. Salernum, Neapolim amittit. 1210. nu. 2. Calabriæ parte exuitur. 1211. n. 1. damnato a Pontifice Othone vocatur ad imperium. n. 4. populi in eius obſequium contra Othonem pellecti. 1212. n. 1. Romam ſe confert. ib. donationem Fundani comitatus collatam Romanæ eccleſiæ cõfirmat. ib. protectus in Germaniam Othonis inſidias eludit. ib. Germaniæ principes ad ſe pellicit. 1213. n. 23. pium edictum edit pro tuenda in regno Siciliæ libertate eccleſiaſtica. 1213. n. 23. deſeto a Philippo Galliæ Rege Othone victoriæ fructum carpit. 1214. num. 31. Aquiſgrani Romanorum Rex inungitur. A.1215. n. 35. crucis ſymbolum contra Saracenos induit. ib. potente veniam Othone in Lateranenſi concilio, ac plura promittente confirmatur in imperio, atque Otho deturbatur iure imperij. nu. 37. ſpondet filium ſe e patria poteſtate emiſſurum. ib. ſacræ expeditioni ſe deuouet. 1219. n. 6. accipitur in clientelam apoſtolicam ab Honorio III. nu. 7. alias ex alijs moras nectit & decipit eundem Honorium, mittendaque in Ægyptum retardat auxilia. n. 9. in Henricum filium Siciliæ regni iura transferre iubetur ne imperium & Sicilia coniuncta putentur. 1220. n. 1. petitis de reſtituendis ditionis pontificiæ locis annuit, ſed Siciliæ iura in filium non transfert. ibid. fallacibus promiſſis deludit Pontificem. ib. res orientales conijcit in periculum expeditioniſque ducendæ moras conquirit. n. 6. vt Henricus filius Rex Romanorum eligatur procurat. n. 12. ſpondet dolo non coniunctum iri imperium cum Siciliæ regno. num. 16. paciſcitur cum Tuſculano epiſcopo de tuendis Eccleſiæ iuribus. n. 19. imperatorijs inſignibus decoratur ab Honorio cum Conſtantia Imperatrice. n. 21. cruceatam militiam iterum voto nuncupato ducere ſpondet. n. 22. ſanctiones ſanctiſſimas in baſilica Vaticana promulgat aduerſus hæreticos. n. 23. & pro libertate eccleſiaſtica. ib. illius moras nectentis culpa crucefignatos vltimo diſcrimini expoſitos queritur templariorum magiſter. 1220. n. 59. arguitur ab Honorio quod rẽ Chriſtianam negligat.1221.n.6.monetur vt mittat cæteros ſi nolit proficiſci. ib. mittit quadraginta triremium claſſem. nu. 7. reſcribit illi Honorius debuiſſe prius mittere ſi nolebat proficiſci, eaſque ſerius miſſas. ib. reſtituto Ægyptijs Peluſio ex accedunt. nu. 14. arguitur ab Honorio eius negligentia amiſſam Ægyptum. nu. 18. ob ipeim aduentus illius non receptas fuiſſe Ieroſolymas. nu. 19. intentatum cunctanti anathema. n. 21. procerum Siculorum potentiam euertit. n. 34. Mirabertum Saracenorum ducem Siciliam infeſtantem comprimit. 1222. nu. 1. redintegrandi ſacri belli conſilium præfert. num. 5. celebrat colloquium cum Honorio & Ioanne Rege Ieroſolymitano. 1223. n. 1. ſpondet ſe copias in Syriam ducturum nu. 3. extincta Conſtantia Imperatrice Ieroſolymitani regni hæredem ſibi deſpondet. n. 4. pacem init cum Thomaſio Celanenſi comite & fœderatis Pontificis opera. 1223. n. 14. ingerit ſe ad præficiendos eccleſijs epiſcopos. ib. eius orator inſolentiſſima iactat verba coram Pontifice. n. 15. monetur officij ab Honorio. ib. & ſeq. nullum principem aduerſus Eccleſiam fuiſſe felicem. n. 18. ſacramento ſpondet vna cum Henrico filio ſe in Pontificis poteſtate futurum. n. 19. &c. excitatur ab Honorio pro liberando Vvaldemaro Rege Daniæ.n.28.magnam præfert oſtentationem ducendi in terrã ſanctam exercitus & conflandæ claſſis. 1224. n.4. & ſeqq. excitat Honorium vt Gallos, Anglos, & Hungaros ad ipſius ſequenda ſigna concitet. nu. 12. Reginæ Georgianorum traiecturo in Orientem Frederico auxiliarem exercitum ſpondet. n. 18. Daniæ Regem ſibi iure fiduciario ſubijcere nititur, data illius liberandi ſpe.A.1224.n.28. mittit ad Honorium Ioannem Regem Ieroſolymorum pro expeditionis Syriacæ tempore extrahendo. 1225. n. 2. certis legibus illi prorogata profectio. ib. ſolicitatus ab Honorio grauiſſimas leges in hæreticos,conſtituit. nu. 47. clientes Eccleſiæ ſibi ſubijcere nititur edictis, eoſque pœnis obiectis ad ſua ſigna euocat.1226. n. 1. correptus ab Honorio repungit Honorium. ib. ingratæ querelæ illius aduerſus Innocentium III. retelluntur. nu. 4. & ſeqq. & de electo Othone ad imperium. n. 7. exprobatum illi exuiſſe regno Ieroſolymitano Ioannem Brenenſem ſocerum. nu. 11. deponit arrogantiam & verbis mollioribus demulcet Honorium. n. 14. fouet itinerum graſſatores. ib. Henricum filium ad Inſubres opprimendos vocat. n. 17. Henrico propulſato ab inſubribus deluſæ eius artes. n. 17. & ſeq. fœderatæ Inſubrum vrbes pro tuenda libertate illi reſiſtunt. n. 19. Pontifice interprete cum ijs concordiam firmat. n. 25. poſcit ab Honorio ne cæſarea in Arelatenſi regno iura Albigenſis belli occaſione inuadantur. n. 30. mittit duces in regnum Ieroſolymitanum cum copijs. 1226. n. 55. eorum opera arcem Montisfortis occupat. ib. monetur ab Honorio vt Ioannem Regem ſocerum in priſtinam dignitatem reſtituat. 1227. n. 1. reſpuit preces Honorij. n. 4. vrgetur a Gregorio vt nuncupatum votum de expeditione in Syriam conficienda impleat. n. 20. imperatoriorum inſignium myſteria illi explicita. n. 22. moras nectit & crucefignatum exercitum in locis inſalubribus periturum detinet. nu. 27. 28. votum infringit. ib. ducem exercitus Lantgrauium veneno peremiſſe creditur. ib. morbum ſimulat. ib. a Gregorio IX. anathemate percellitur. n. 29. cauſæ a Gregorio expoſitæ. n. 34. abiecta Chriſti cauſa ſe delitijs dedidit. n. 35. ipſius cauſa non receptæ Ieroſolymæ, dum pro Peluſio offerrentur. n. 37. ſolicitatur ad defendum crimen. n. 40. deſpicit pontificia monita. n. 45. literas mendacijs refertas ſpargit in Pontificem. ib. illius culpa diſſoluta expeditio ſacra. n. 46. in concilio a Gregorio celebrato ob ſcelera ſceleribus cumulata anathemate iterum percellitur. 1228.n.3.intentatæ illi hæreticorum pœnæ ſi interdictum violarit. n. 4. regni Siculi iuribus exuitur. ib. hæret in pertinacia, Romanoſque in Gregorium concitat. nu. 5. Vrbo illum pellit. n. 6. in Syriam traijcit anathemate non ſolutus. n. 9. infame cum Saracenis fœdus init. ib. recuperata Ieroſolyma templum Domini relinquit pactione Mahometanis. ib. ducum operaditionem eccleſiaſticam inuadit. nu.10. Picenum ab ijs vaſtarum. ib. Neapolitanum regnum a pontificio exercitu inuaſum.

ſam.num.12.Gregorij literæ de prodita a Friderico re Chriſtiana in terra ſancta. A.1229.nu.2.vt templum Dei cultu impio Mahometis profanandum reliquerit. ib. abactas a Saracenis prædas reſtitui iubet Fridericus.n.3.ſua arma ad ſoldanum Babylonium mittit, profeſſus nunquam ea aduerſus ipſum reſumpturum. num.4. diſſimulat patratas a Saracenis Chriſtianorum cædes.ib. Saracenis ſe munificum, Chriſtianis vero iniquum præbet.ib.exercitum Chriſtianum Saracenis cuſtodiendum committit.num.5.vitia & mores & cultum Saracenorum induit. ib. Ieroſolymas iniquis legibus ab ijs recipit.ib.proterum reſpuit conſilia.nu.7.fœderis occultas leges tenet. ib.pactas cum eo concordiæ leges a Babylonio ſoldanus Babylonius reſpuit.nu.8. Ieroſolymitanam coronam, quia anathemate percuſſus, ſibi ipſe imponit. nu.13. deliberat de Ieroſolyma muniendæ.ib.dein nec munire vult, vt promiſerat, nec muniri permittit a Templarijs. nu.14. de inito turpiter fœdere cum Babylonio turpiter gloriatur. nu.22.Antiochiam,Tripolim & alias Chriſtianorum arces Saracenis expugnandas permittit. num.23. iuſte interea Gregorius in regno Neapolitano bellum aduerſus ipſum gerit.nu.31.reuerſus plura amiſſa loca recuperat.nu.32.inſurgit in Gregorium atroci bello.ib.abſoluti ſacramento fidei a Pontifice omnes illius ſubditi.nu.37.triſtem rerum exitum metuens Gregorius de pace poſtulat.n.42.facile a pacis cupido pacem obtinet.nu 44.pollicetur ſacramento pontificijs imperijs ſe pariturum. 1230.nu 4. acceptas iniurias remiſſurum.ib.de recuperata Eccleſiæ gratia illi Gregorius gratulatur.nu.12.Gregorium inuiſit Anagniæ. nu.15.fuit in ſubditos, qui Pontifici adhæſerant. nu.17. monetur ne vindictam exerceat.ibid.Templarios exagitat.1231. nu.2.fert iniquas leges in clerum.num.10. monetur a Gregorio, vt eas reſcindat.ib. monitis pontificijs exulceratur. nu.10.ſeditioſos clam tuetur aduerſus Pontificem. 1232.nu.43.Saracenis contra Chriſtianos fauet.ibid. Berythi regulus illi Ptolemaidem eripit.num.44. ea diſcordia pacata a Pontifice.ib.ſolicitatur a Gregorio, vt Saracenos Luceriæ ad Chriſti cultum adducat.1233.nu.24.vocanti eum Pontifici ad rebellantes Romanos comprimendos deeſt. nu.26. nonnullos Meſſanæ rebellantes male perdit.ib.accuſat Gregorium nimiæ in Inſubres indulgentiæ. 1233. num.28. Caietanos opera Gregorij ad obſequium reuocat, moxque vltionem in eos exercet.nu.32.promiſſa non curat. ib.exoſos, crimine hæreſeos circumuentos perdit. nu.34. pontificiam cauſam contra Romanos tueri velle præ ſe tert. 1234. num.4. dein turpiter fugiens eam deſerit.ib.Henricus filius in eum rebellat in Germania. nu.8.profectus in Germaniam redigit terrore ad officium.nu.10.dein in Apuliam ablegat, ac damnat carcere.nu.11.Pontificem arbitrum deligit pro Inſubrum controuerſijs componendis, ſed tempus anguſtius definit.num.13.micantem auro & gemmis coronam B.Elizabeth ſepulchro offert,cuius virum ſuſtuliſſe credebatur. nu.22.præmorietur a Gregorio ne Inſubrico bello ſe implicet. A.1236.nu.2. inhiat totius Italiæ dominationi.nu.3. Iacobum Præneſtinum Cardinalem pacis interpretem ob conciliatos inter ſe Placentinos repellit.nu.6.in Inſubriam irrumpit.n.12. Veronam ad ſuas partes traducit.ib.Cremonam tentat.ib.Vincentiam vi capit atque alias arces. ib.ſigna aduerſus Mediolanenſes conuertit.ib.rebellante in Germania Auſtriæ duce in Germaniam ſe conferre cogitur. ib.amiſſas arces ab eo recipiunt Inſubres.ib.Gregorium iterum adhibet ad redintegrandam pacem num.13. Romanos ad ſeditionem concitat in Gregorium.nu.14.arguitur a Gregorio Siculos eccleſiaſticos grauiter oppreſſiſſe.ibid. dum obiecta purgare nititur repungit Pontificem. ib.arguitur Tiſernum proditione præfecti ſibi ſubieciſſe nu.18. mancipaſſe vinculis Regis Tunetani nepotem pro ſuſcipiendo baptiſmo venientem. num.22.Auſtriacum debellat & ditione exuit nu.23. arguitur prohibuiſſe præcones euangelicos ne ſacras conciones haberent.nu.25 ſecundis rebus elatior petitos apoſtolicos legatos pro redintegranda cum inſubribus pace repellit. 1237.nu 1. &c. Mediolanenſes ad Olei flumen delet. num.7 Montem clarum capit.ib non ſine magno cruore ſtetit illi victoria. num.9.a Mediolanenſibus ad pugnam in aperto campo prouocatur.ib.Romanos a Pontificis obſequio abducere nititur.nu.12.ſolicitatur a Gregorio, vt arma in Saracenos vertat nu.80 & ſeq. petentibus pacem Mediolanenſibus eam male repudiat. 1238.nu.69.Brixiam obſidet, atque obſidionem ſoluere cogitur.nu.71.largitionibus Romanos ſubornat aduerſus Gregorium.ib.percellitur anathemate a Gregorio. 1239.nu.1.obiectum illi affectaſſe ſibi Romam ſubijcere pulſis Pontifice & Cardinalibus.nu.2.nefaria alia eius geſta.nu.3. & ſeqq. in Pontificem grauiſſimas iras concipit.nu.17.in eum calumnias effundit. num.18.comminatur impieſſe baſilicam S.Petri profanaturum.nu.23.Chriſti vicarium ad extremam egeſtatem redacturum.nu.24. negat Cæſarem a Pontifice fidelium cœtu poſſe depelli, & alias hæreſes commineiſcitur. num.25. accuſatur a Pontifice prætuliſſe Chriſto Mahometem. nu.26.negaſſe virginitatem Deiparæ.ibid. perſecutionem in clerum & monachos concitat. nu.29.patrimonium B.Petri occupare tentat. nu.33. Ennium in Picenum immittit.ib bellum gerit contra Inſubres. nu.34. Rauenna & Tarniſium ab eo deficiunt. num.37. moniti ſeptemuiri, vt nouum Cæſarem reiecto Friderico creent. 1240 nu.2.vocatur in auxilium a Senenſibus contra Florentinos.nu.3.aliquas Piceni vrbes & oppida ſibi ſubijcit. nu.5.Viterbio ad eum deficiente Pontificem cingit periculis.nu.9.in eum Romani capiunt crucis ſymbolum.n.9.crudelitatem exercet in crucefignatos,& ſacerdotes cremat. nu.13. in regnum Neapolitanum, amiſſa Vrbis potiundæ ſpe, ſe recipit.nu.14.Beneuentum obſidet.nu.15.Campaniam fruſtra tentat.num.17.irrumpit in Romaniolam.ib.Faventiam obſidet.ib.Ferrariæ Venetorum ope, in quos affectabat imperi ſui ex ipſo recuperata.nu.19.Prouinciæ comes & Arelatenſis archiepiſcopus ab eius obſequio deficiunt,n.20.Alexandrini aduerſus ipſum pontificias partes amplexi.ibid. indictum a Gregorio concilium diſturbare nititur.nu.55.graſſantibus in Hungaria Tartaris pacem cum Gregorio eam cupiente detrectat. A.1241.num.29. creditus Tartaros exciuiſſe ad Chriſtiani imperij excidium. ib. Bela ſuptemum Hungariæ imperium transfert in Fridericum, ſi illum in regnum reſtituerit.n.32. inſignis vecordia Friderici hoc bellum non ſuſcipientis.ib.vrgetur a ſeptemuiris, vt in Germaniam contra Tartaros procurrat.nu.35.inanes cauſas ad perſequendum Pontificem obtendit.ib.Beneuentum ducum opera expugnat num.46.ærarium rapinis eccleſiarum & ſacrilegijs reficit. nu.47 cum prouocaſſet ad concilium, venientes ad concilium perſequitur. ib.maritimo prælio partim capit partim mari mergit.nu.55.ex impio ſucceſſu inſoleſcit. nu.56.captos præſules abducit in ſeruitutem. num.64. partem variis incommodis enecat.nu.67.Gallos præſules liberat motu belli ſibi a S Ludouico intentati. n.76. Romam ſibi ſubijcere tentat irrito exitu. nu.79.defuncto Gregorio duos Cardinales ſoluit e vinculis ea lege,vt creato Pontifice redeant ad carcerem.nu.85.redeuntis ad carcerem Othonis laudat virtutem ſed in cuſtodiam tradit.nu.86.interpontificij tempore Romanam eccleſiam ſuæ ſeruituti ſubijcere annititur. 1242.nu.4. vaſtat ditionem eccleſiaſticam.ibid Aſculum compellit ad deditionem. ib.Henrici primogeniti mortem plangit nu.10. Romam duobus menſibus obſidet,obſidioneque propulſatur 1243.nu.2.Albam vaſtat.ib.eius infana edicta in Cardinales & pontificios.ibid.gratulatur Innocentio IV. de adepto pontificatu.1243.nu.10.mittit ad eum Innocentius legatos pro conficienda pace.nu.13. arias querelas fundit aduerſus Innocentium quæ ab eo refringuntur.nu.16.& ſeqq.Viterbienſes Friderici iugum excutiunt.nu.23.fruſtra eos obſidet, ac propulſatur.ib.Balduinus II.ab eo auxilia contra Vatacium poſcit.nu.49. inducias inter eos ad annum paciſcitur.ibdemum Vatacio ſchiſmatico collocata illi in matrimonio filia fauet.ib.Balduino Imperatore & Raymundo Toloſano comite pacis interpretibus ſpondet facturum fatis pro omnibus, ob quæ denunctus eſſet anathemate,& damna refecturum. 1244. nu.20.inconſtantiſſime dem promiſſa infringit.ibid.moniti ab Innocentio de illius perfidia princi es.ib.inani diſſugio prius ſolui cenſuris vult, quam promiſſa compleat.nu.32 ſtruit inſidias Pontifici.ib.eas eludit fuga Innocentius.num.33.abruptæ concordiæ inuidiam inique deriuat in Pontificem.ib. & nu.35. perſecutoris Eccleſiæ infame nomé ſibi parit.ib.indicto concilio Lugdunenſi vocatur in ius ab Innocentio, vt reſpondeat ad obiecta ſcelera. 1245. nu.1. anathemate percellitur.nu.2. oblatam pacem ab Innocentio contemnit. ib. coacto Lugdunenſi concilio ingentia promittit patribus, vt Eccleſiæ graciam

comparet . A.1245.nu.27. quid ad ea reſponſum ab Innocentio. ib. de Friderico grauiſſime conqueritur in concilio Innocentius. n.29. obijcit Luceriam Saracenis condidiſſe. ib. eorum ritus amplexum . ib. creberrima periuria. ib. uatæ Friderico inducię , vt ad concilium accederet . num. 31. ſpernit ſe illi ſubijcere. ib. ducis Auſtriæ filia abnuit illi nubere niſi communioni fidelium reſtituatur. n.32 laturo in eum ſententiam Pontifice prouocat eius orator ad concilium celebrius. ib. obiectum illi in ſententia , vt amanter ad pacem inuitatus tuerit . n. 33. parere Eccleſiæ promiſerit , nec promiſſa compleuerit. ib. quæ illi ſcelera obiecta . ib. periurij commicitur , & fœderis violati, & ſacrilegij. ib. ſuſpectus de hereſi iuſtiſſimis de cauſis pronuntiatur. ib. deturbatur imperij iure . n.45. ſubditi ſacramenti illi præſtiti religione abſoluti . ib. cenſuræ in eius ſectatores latæ. ib. exinde grauioribus malis obrutus. n.46. audito latæ in ſe ſententiæ nuntio ira incenditur . nu.58. ſcribit aduerſus Pontificem, ac diripiendas eccleſiaſticorum opes conſulit . ib. magnum ex eo dedecus ſuſcipit . nu. 62. Siculi deficiunt ab eo, in quē miſſi duo Cardinales legati. 1246. n. 11, inuitam a concilio hęreſeos infamiam varijs artibus detergere cnitur. n.17. illius purgatio , vt futilis reijcitur . ib. imperatumilli vt cum exiguo comitatu pro ſe purgando veniat . ib. reſpuit pontificia imperia . num. 21. Henricum Regem Conradi filij opera profligat . 1247. nu. 1. in locum Henrici defuncti Vvillelmus dux Hollandiæ creatus Romanorum Rex , nu. 5. mittit Sicarios ad necandum Pontificem, quorum inſidiæ diuinitus patefactæ. num. 9. aperto bello opprimere Pontificem tentat. n.10. dum Taurinum cum exercitu prætergreditur Parmam amittit. ib. perculſus ea defectione reflectit iter, & Parmam obſidet . ib. S. Ludouicus Pontifici aduerſus Fridericum arma Gallica offert . nu.12. aduerſus eundem Blancha Regina cum filijs in Italiam venturam ſpondet. n. 15. fert iniquas leges aduerſus eccleſiaſticos. 1248. n. 1. in eum & filium Conradum ſacrum bellum propoſitis indulgentijs promulgatum . nu. 7. Boemiæ proceres ad eum deficiunt. n. 8. ijdem victi . nu. 9. Vvillelmus Cæſar illi oppoſitus Aquiſgranum capit & coronatur. n.14. hæreticos nouos ad confirmandam contra Eccleſiam tyrannidem tuetur eius filius. nu. 15. a Parmenſibus profligatur . n.17. vrbs quam condiderat dixeratque Victoriam , incenſa. ib. Parmenſes pacem orantes ſtulte & crudeliter repulerat . num. 18. eius impia immanitas in Marcellinum Aretinum epiſcopum. nu.20. vt Saracenis adminiſtris vſus ſit ad epiſcopos ſacerdoteſque excarnificandos . n.22. Entius eius filius nothus , dum agrum Bononienſem vaſtat, captus . 1249. num.12. a Friderico nunquam liberari potuit , ſed in carcere interiit. ib. igne ſacro Fridericus vexari cœpit . 1249. num.13. Petrum e Vineis præcipuum ſcelerum adminiſtrum proditionis accuſatum oculis orbat . nu. 13. tradit Piſanis quibus erat exoſus . ib. Arelatum & Auenionem in Gallia ſibi ſubijcit. A.1250.n.31. moritur infeliciter a Manfredo , vt aiunt, ſtrangulatus . ib. iuſſit teſtamento reſtitui rapta Eccleſiæ.n.33. propagata fuit ob illius tyrannidem in eccleſiaſticos, hæreſis . 1251. nu.34.

Fridericus comes Iſembergenſis . S. Engelbertum cognatum archiepiſcopum Colonienſem ius eccleſiaſticum defendentem trucidat.1225.n.11. ſucceſſor ad ſumendam de eo vltionem concitatus.n.14. rotæ ſupplicio afficitur Fridericus. 1226. nu.52.

Fridericus Auſtriæ dux . conferto cum Bela Hungariæ Rege prælio interimitur . 1247.n.26.

Fridericus ſiue Fredericus Petri Regis Aragonum filius, poſtea Trinacriæ Rex. Iacobo cedente iuribus inſulæ Siciliæ eam ſibi aſſerit . 1295. n. 28. ingentibus promiſſis fruſtra delinitur . n. 28. titulum domini Siciliæ ſibi aſciſcit . nu. 36. ſuadet Siculis Iacobus Rex , vt Fridericum fratrem creent Regem Siciliæ . 1296. n. 6. coactis regni ordinibus creatur Rex . ib. ſolemni ritu inſigna regia accipit. n.14. intentatum illi a Bonifacio VIII. iudicium . ibid. in Calabriam incurrit , ac Rhegium aliaque oppida ſibi ſubijcit . ib. vocatus Romam ad colloquium cum Pontifice, ac Siciliæ & Aragoniæ Regibus, negat accedere . 1297. n. 1. ad defectionem a Bonifacio Columnenſes Cardinales pellicit . n. 26. a Iacobo Rege Aragonum & Carolo II. funditur . 1299. n. 2. 3. captus ab Aragonijs dimittitur . ib. partam de eo victoriam Iacobus frater perſequi negat . ib. Philippum principem Tarentinum in Siciliam irruentem fundit , capitque . n. 5. Catanam amittit . n. 6. Iacobus Rex Aragonum mittit in eum Carolo ſocero auxiliarem claſſem, quæ Siculos ad Pontia inſulæ oram delet. 1300. n. 19. Regis Caroli copias Blaſci Alagonis ducis opera prælio terreſtri delet . ib. exercitus in eum e Gallijs Carolus Valeſiorum dux . n. 21. effugijs & mora frangit impetus Gallorum . 1302. n. 2. grallante in eorum caſtris lue, pacem inquam Gallis tallacemq; paciſcitur. ib. admittitur in gratiam a Bonifacio Papa. temperata earum legum iniquitate . n. 24. arguitur a Benedicto XI. numerare regni annos non a pace confecta , ſed ab arrepta tyrannide . 1303. nu. 49. ſacramentū fidei Benedicto nuncupat . n. 50. nō contentus Trinacriæ Regis nomine affectat Regis Siciliæ nomen. 1304.n.18. corripitur a Benedicto. ib. fœdus armorum init cum Henrico VI. Gente exiſtente . 1312. nu. 32. comparata triremium quinquaginta claſſe Robertū bello, perit, Rhegiumque & multa Calabriæ loca illi eripit . 1313. n. 22. & 23. latas a Clemente V. cenſuras in Siciliæ inuaſores eludit . ib. audita Henrici Cæſaris morte copias e Calabria abducit. n. 29. petitur bello a Roberto . 1314. num. 7. eum repellit Drepano , iniquo inducias ib. Athenarum & Neopatriæ ducatus a Catalanis turmis illi delatus . n. 8. petitur a Roberto bello ob arces in Calabria occupatas , & Siciliæ Regis nomen inuaſum. A. 1317. n. 17. 18. cenſuris deuinctus vt eas arces reſtitueret , cenſuras ſpernit. n. 19. Roberto Trinacriam vaſtante ſe in arce munitiſſima continet . ib. in concordiam venit permiſſis ijs arcibus arbitrio Pontificis . ib. bellum redintegrat in Robertum ob acceptam ab eo Genuæ præturam . 1320. n. 14. Genuam fuſtra tentat cum Gibellinis . ibid. Iſchiam populatur . ibid. fugatus fingit retuliſſe victoriam, ac Genuam iterum tentat ac propulſatur. ib. nititur Robertum inſidijs perimere . 1325. n. 8. &c. Panormo Meſſanaque Carolum Calabriæ ducem propulſat . n. 11. a pace abhorret ni Trinacria permittatur poſteris . 1326. n. 12. mittit Petrum filium cum claſſe ad Ludouicum Bauarum pro iungendo armorum fœdere ad inuadendum regnum Neapolitanum. 1328. nu.52. hauſta fluctibus in reditu magna ex parte eius claſſis ib. Panormitanam arcem recuperat Robertique Regis claſſem repellit . 1333. n. 27. moritur, ac poſteros in tyrannicis ſucceſſionem inducit . 1337. n. 26. Petrus filius in Trinacriæ regno ipſi ſuccedit . ib.

Fridericus dux Auſtriæ. Cæſar creatus diſcordibus ſuffragijs . 1314. num. 17. ad concordiam cum æmulo a Ioanne XXII. ſolicitatus . 1316. n. 5. ſubmiſſis copijs Canem Scaligerum Patauij obſidione depellit . 1320. n. 13. armorum fœdus init cum Pontifice aduerſus Matthæum Vicecomitem . 1322. n. 5. & ſeq. mittit in Inſubriam Henricum fratrem cum equeſtribus copijs . ib. perſuaderur a Matthæo Pontificem ad Gallos imperium velle transfundere, ac Germanis Italiæ ingreſſum intercludere . nu. 9. damnat fœdus initum cum Pontifice, ac fratrem reuocat . ib, antequam Hungaricas copias ſibi coniungeret ad certamen elicitur ab hoſte . n. 24. 25. victus cruento prælio a Ludouico Bauaro capitur vna cum fratre Henrico. ib. liberatur ea lege vt iuribus imperatorijs cedat . 1325. n. 1. reſtituitur a Pontifice in priſtina iura reſciſſo fœdere icto cum Ludouico . n. 5. inſtante plures Germani vt Rex Romanorum confirmetur . ib. negat Pontifex non diſcuſſa electione . ib. Boemiæ Rex , & alij principes cum Friderico & Ludouico conſpirant ne Gallus imperio potiatur . ib. partitur cum eo imperium æmulus Ludouicus . ib. cum ipſo Ludouicus habito colloquio permittit, vt in Germania regium nomen retineat 1326. n. 7. cum Moguntino & Colonienſi mittit oratores ad Ioannem XXII. vt confirmetur in imperio . ib. a Ioanne alia meditante repellitur. ib. iterum a Ioanne confirmari in cæſarea dignitate poſcit. 1328. n. 38. & 39. repellitur a Pontifice quod iure non nitatur . ib. acturus conuentus Tridenti cum Ludouico Bauaro moritur . 1329. n. 16. 17.

Fridericus comes Montiſeretri . dæmonolatriæ addictus triſti ſupplicio perit. 1322. n. 1. eius ſtirps exciſa . n. 2.

Fridericus Trinacriæ Rex. succedit fratri Ludouico. A. 1355. nu. 24. pacem certis legibus componit. 1372. n. 5. &c. missis oratoribus obtinet a Gregorio XI. sacrorum vsum Trinacriæ restitui. 1372. nu. 7. Pontifici sacramentum fidei præstiturum pollicetur. ib. initum cum Ioanna. fœdus sacramento confirmat. 1374. n. 19. missus ad eum a Gregorio XI. internuntius pro regia corona illi conferenda. 1375. n. 19. eius obitus. 1377. num. 7.

Fridericus Austriæ dux. Ioanni XXIII. a concilio fugienti fauet. 1415. n. 16. radactus armis ad officium Ioannem e fuga. reuocat. n. 17. & 21.

Fridericus marchio Brandeburgensis elector. vna cum Sigismundo Imp. Martinum V. in solemni pompa equestri deducit. 1417. n. 2.

Fridericus III. Imperator. subrogatur in locum Alberti Cæsaris. 1440. n. 12. de sedandis Ecclesiæ dissidijs agitat. ibid. Ladislaus Rex Boemiæ Hungariæque illius fidei commendatus. ib. rogatus a Boemis, vt Boemicum regnum capesceret vel suo, vel tutelari nomine, id detrectat. ib. misso Ænea Syluio oratore poscit celebrari concilium in Germania, ac repulsam patitur. ib. septemuirum schismatica consilia repellit. 1446. n. 2. concordiæ interpretem agit vt Coloniensis & Treuerensis archiepiscopi damnata neutralium factione ad Eugenij IV. obsequium redeant. ib. & seqq. & 1447. n. 1. & seqq. pœnas in schismaticos constituit. n. 17. Basileense conuenticulum dissipat. ib. in Italiam venit accepturus imperiale diadema. 1352. n. 1. & seq. cur Mediolanum declinarit, nec acceperit coronam Longobardicam. n. 2 &c. a Nicolao eã accipit, ac dein imperiale diadema. 1452. n. 3. stratoris munus illi exhibet. ib. maxima consilia cum Nicolao V in ventos abitura agitat. n. 4. Ladislaus Bohemiæ Hungariæque Rex, quem secum adduxerat, ab eo pertentat fugam. n. 6. multorum odia in se concitat ob detentum penes se Ladislaum. n. 7. solicitatus a Calliſto III. ad vertenda in Mahometem arma. 1456. n. 18. in gerendis inimicitijs cum Ladislao occupatur. ibid. ex insidijs ab Hungariæ Rege sibi comparatis ægre euadit. 1457. nu. 9. bello Ladislaum insidiatorẽ petit. ib. eo extincto aduersus Matthiam Regem Hungariæ vires effundit. 1459. n. 12. in Mantuano conuentu de eo queruntur Hungari. n. 64. creatur a Pio II. dux exercitus promissi a Germanis contra Turcas. n. 68. pacem pangit certis legibus cum Matthia Hungariæ Rege. 1463. n. 1. a fratre Alberto obsessus ad deditionem turpiter cogitur. n. 11. a Georgio Boemo ita liberatur, vt nec vinceret nec vinceretur. nu. 100. Georgium Pontifici conciliare nititur, responsumque in Christiana republica hæreticum Regem esse non posse. n. 101. monet frustra Georgium, vt damnet hæresim. ibid. flexis genibus veniam poscit a Berardo Cardinale legato pro fratre Sigismundo Austriaco. 1464. n. 35. monet Georgium ob crimen hæreseos Boemiæ regnum ad Cæsarem deuenisse. A. 1468. nu. 4. ab eo bello petitur. ib. tradit ius fiduciarium Boemiæ Matthiæ Regi ea lege vt si moriatur, sine liberis Hungaria & Boemia ad Friderici posteros perueniant. nu. 9. &c. Romam se confert. n. 42. cum Paulo II. colloquia facit de re Christiana tuenda. ib. ordinem militarem S. Georgij a Paulo confirmandum curat. 1469. n. 6. & Viennæ condi episcopatum. ib. eo agente in Italia, a Boemis Austria infestata. n. 9. pacta stipendia negat Matthiæ Regi. n. 10. cum Matthia redintegrat pacem. 1470. n. 1. detrectat bellum suscipere in Turcas. n. 5. & 12. cum Palatino rixam contrahit. n. 13. indicto Laterani concilio a Sixto IV. litem mouet de loco concilij, ac disturbat concilium. 1471. n. 76. gerendæ rei contra Turcas occasioni deest, dum in eos pugnabat Persa. 1472. nu. 41. victo Persa a Turcis vexatur in Carinthia & Styria. 1473. n. 10. & 1476. n. 7. & in ipsa Germania. ib. infeliciter Matthiam Regem, dum in Bosna Turcas persequitur, bello petit, cum quo iungere arma debuisset. 1479. n. 26. in se Matthiam Regem, affectata Hungaria, concitat. 1483. n. 52. Austriæ parte maxima exuitur a Matthia & eodem tempore a Turcis vexatur in aliis prouincijs. 1484. n. 7. Viennam amittit & auito principatu pellitur. 1485. nu. 11. in vlteriori Austria & Styria vexatur a Matthia Rege. 1486. n. 40. Maximilianum filium creandum Cæsarem curat. n. 41. inducias init cum Matthia Rege. 1487. n. 1. captum a Brugensibus filium liberat attritis seditiosis magna clade. 1488. n. 1. recuperat Austriam extincto Matthia. 1490. n. 14. pie moritur. 1493. n. 10. ipso imperante nec resistente aucta est maxime Turcarum potentia. ib.

Fridericus Rex Neapolitanus. succedit Ferdinando nepoti. 1496. nu. 10. Caietam sibi subijcit pulsis Gallis. ib. imponit illos naui male compaginatæ naufragio mergendos. ib. solemni ritu acceptum pontificiæ beneficentiæ regnum refert. 1497. n. 9 Baiazethem concitat in Venetos. 1499. nu. 5. petitur bello a Gallo & Hispano coniunctis, atque a Pontifice. 1501. n. 51. qua ratione inter eos Reges diuisum sit eius regnum. ib. committit se Galli Regis potestati. nu. 73. ipsius filius Tarentum Hispanis dedere maluit quam Gallis. ib. Turcicum fœdus illi peperit exitium, vt rei Christianæ proditori. ib.

Fridericus dux Saxoniæ. Lutherum hæresiarcham a Staupitio subornatus infeliciter defendendum suscipit. 1517. nu. 67. monetur a legato, vt Lutherum ad parendum Pontifici cogat, vel e Saxonia pellat. 1518. nu. 107. rebellanti aduersus legatum Cardinalem indigne fauet. 1518 n. 108. Gallorum Rex pro eo ad imperium euehendo vires intendit. num. 155. delatum illi imperium a septemuiris. 1519. n. 23. illud repudiat, consulitque Carolo deferri. ib. Hispana munera temnit & a suis accipi vetat. ib. non virtutis, sed inertiæ studio id fecisse exitus docuere. ib. in interregno Lutherum fouit. nu. 34. ad eum Leo X. mittit rosam auream, misso Miltitio internuntio. n. 35. Lutherum a Leone X. damnatum tuetur. A. 1520. n. 60. consulit impium. Erasmũ de Pontificis sententia in Lutherum. n. 62 huius apostatæ iudicium pontificiæ sententiæ præfert. ib. Lutheri ab internuntio Pontificio impietatis accusati causam defendit in Vvormatiensi conuentu. 1521. n. 8. chirographum impunitatis illi impetrat. ib. Saxoniam ab hæreticis ferro, rapinis, stupris ac sacrilegijs vastari ignauissime patitur. 1522. n. 29. monitus ab Anglo, vt Lutheri sacram scripturam peruertentis molimina opprimat. nu. 48. monetur ab Hadriano VI. omnium malorum, quæ in Germaniam redundarent, causam ob protectum Lutherum ipsi tribui. nu. 72. pseudomonacho, fingenti in se reuixisse spiritum Danielis, magis credit, quam Christi vicario. ib. commonitus a pluribus Regibus & principibus, vt hæresiarcham opprimeret obtorpuit. ib. defugit colloquium cum Campegio Cardinale legato. 1524. nu. 5. impie moritur, quo tempore Germania ab hæreticis laniatur. 1525. n. 15.

Fridericus Holsatiæ princeps. pulso Christierno, Daniæ regnum obtinet. 1524. nu. 70. monitus a Clemente VII. vt hæreticos reprimat, hæreticis se addicit. 1525. nu. 29.

Fridericus Albæ dux. nefarijs consilijs corrumpit Carolum V. 1515. n. 83.

Frisia, & Frisii. ingentem classem comparant aduersus Saracenos. 1217. n. 22. magnam eluuionem paritur Frisia ob sacrilegium in Eucharistiam commissum 1218. nu. 40. a Vvillelmo Rege Romanorum perdomita. 1255. n. 54. infecta ab Anabaptistis. 1531. n. 66.

Fuga. Christiani a Chorasminis interrogati cur mortem præferrent fugæ, hoc responsum accepere: *Maluimus mori in bello casis corporibus, & animabus glorificatis, quam turpiter cedere fugitiui*. 1244. nu. 12.

Fulco sacerdos pietate & miraculis clarus. monet Richardum Regem Angliæ imminentis mortis ni pacem cum Gallo ineat. 1198. n. 32. præclara eius gesta, & miracula. nu. 38. plures meretrices conuertit. ib. monasterium conuersarum condit Parisijs. ib. Richardum Angliæ Regem acerbe de vitijs obiurgat. nu. 40. in vincula coniectus diuinitus liberatur. nu. 41. vt a Deo a vita impura ad sanctissimam conuersus sit. ib. in pellendis morbis vi diuina donatus. ib. sacram militiam in Saracenos promulgare iussus ab Innocentio III copias crucesignatas perducit Venetias. 1202. nu. 30. ibi pie moritur. ib.

Fulco episcopus Tolosanus. ingressus Tolosam hæreticam, in summas angustias redigitur. 1205. n. 57. Raymundum comitem Tolosanum reum anathematis monet, vt Tolosa absit dum sacra confert. 1211. n. 14 iussus a tyranno vrbe excedere, constanter respondet. ib. confert

ſe ad Simonem comitem Montfortij. n. 15. a Tolotanis diabolorum vocatus epiſcopus ſubinfert vera dixiſſe, ſe eorundem Tolcſanorum epiſcopum eſſe, qui ſint diaboli. A. 1227. n. 62. reſtituitur in epiſcopatum, atque in hæreticos cenſuram exercet. 1228. n. 27. 28. eius mors. 1231. n. 23.

Fulco de Villareto Hoſpitalariorum magiſter. crucefignatum exercitum ducit in orientem. 1309. n. 13. Rhodum capit. 1310. n. 43. propulſat Turcas, ibid. plures Ægæi maris inſulas ſibi ſubijcit victrice claſſe. 1315. n. 3. 4. cum in Syriam impetus vertere debuiſſet ſe delitijs dedit. ibid.

Fulginium. Germanis pulſis ad ius pontificium reuocatum. 1198. n. 16.

Fundanus comitatus. a Friderico Romanæ eccleſiæ donatus. 1212. n. 2.

G

Gabriel Condulmerius ſororis Gregorii XII. filius. factus Cardinalis. A. 1408. nu. 8. creatus Pontifex Eugenij IV. nomen accipit. 1431. n. 3.

B. Gaietanus Theatinus Vicentinus ſacerdos. Clericorum regularium ordinē vna cum Ioanne Petro Carafa epiſcopo Theatino inſtituit. 1524. n. 102.

Galanda inſula. adiuncta Chriſtiano imperio. 1254. num. 29.

Galata ſiue Pera. Genuenſibus tradita a Michaele Palæologo. 1261. n. 35.

Galeatius Vicecomes. poſt mortem Matthæi patris ſe ducem a Mediolanenſibus renunciari nititur. 1322. n. 6. pellitur a Mediolanenſibus. ib. orta noua factione euocatus iterum Mediolanum ſibi ſubijcit. n. 12. 13. cum temperet cenſuras graue illi motum bellum a Pontifice. 1323. n. 24. duobus frangitur prælijs. n. 24. obſeſſus Mediolani Ludouici Bauari clientela regitur, atque a Gibellinis liberatur. ib. ob acceptam eius clientelam Ludouicus Bauarus in ius vocatus. n. 30. Bauarum ipſum Mediolano excipit. 1327. n. 2. & 3. cum filio & fratribus in vincula conijcitur ab ingrato tyranno. ib. laxatus vinculis ſub Caſtruccio ſtipendia turpiter meretur. 1328. n. 53. miſere extinguitur. ib.

Galeatius Sforzia dux Mediolani. ſuccedit in principatu Franciſco Sfortiæ patri. 1466. n. 9. ſuperbia & tyrannide clerum populumque vexat. n. 9. ob tyrannidem exoſus Mediolanenſibus, interficitur a coniuratis. 1476. n. 15.

Galfridus Mediolanenſis Cardinalis. creatus Pontifex Cæleſtini IV. nomen accipit, 1241. num. 87.

Galli. iuncti Venetis Conſtantinopolim expugnant. 1204. n. 12. & ſeqq. pro fide multa contra Albigenſes prælia conficiunt. V. *Albigenſes*. aduerſus Miramomelinum Hiſpanis ferunt auxilium. 1212. n. 22. & 23. Petrum Regem Aragonum hæreticis fauentem cædunt in prælio. 1213. nu. 58. Othonem Imp. profligant. 1214. n. 31. Peluſium in Ægypto expugnant. A. 1249. n. 4. Manfredum vna cum Saracenis debellant, & vtraque Sicilia potiti. A. 1266. n. 12. & ſeqq. V. *Carolus I*. cæduntur proditione a coniuratis Siculis pulſato ad veſperas ſigno viſus. 1282. n. 11. Carolus Gallica ſtirpe fatus Hungariæ regno potitus. 1308. nu. 25. Aquitaniæ partem Anglis eripiunt. 1324. nu. 28. Belgas domant. 1328. n. 70. ab Anglis maritimo prælio profligati. 1340. nu. 25. terreſtri etiam prælio in agro Creſciaco cæſi. 1347. nu. 24. oppreſſis graniſſime ab Anglis cælum fert ſuppetias. 1360. n. 1. inforliciter ſchiſmate implicantur a Carolo V. Rege. 1378. n. 62. pro tuendis Genuenſibus in Afros expeditionem conficiunt. 1391. n. 21. Sigiſmundo Hungariæ Regi ferunt auxilia contra Baiazethem I. 1396. n. 18. ſexaginta Turcarum millia cædunt, & numero hoſtium deſerti ab Hungaris obruuntur. ib. aſcripta eorum clades ipſorum vitijs ingemibus. ibid. a Benedicto antipapa deſciunt. 1398. n. 1. ad Blangium cæſi ab Anglis. 1415. n. 55. grauiſſimis diſcordijs vexantur. 1418. n. 24. & 25. & 1419. n. 8. 9. Anglo ſeruire coguntur. Burgundi proditione. 1420. n. 6. eorum ſtrages ſanguinei fontis prodigio ſignificatæ. 1421. n. 19. ab Anglica tyrannide diuina ope liberantur. 1429. n. 18. Anglos vniuerſa Normannia & Aquitania pellunt. 1451. nu. 8. Neapolitanum regnum ex Aragonijs recuperant. 1494. n. 10. paulo poſt amittunt. 1495. n. 32. Inſubriam Liguriamque ſibi ſubijciunt. 1498. n. 15. Neapolitanum regnum recuperant. nu. 73. cæduntur ab Hiſpanis & pelluntur regno. 1503. n. 5. & 18. cædūt Venetos & ditione exuunt. 1509. n. 10. implicantur ſchiſmate a Ludouico XII. 1510. n. 20. Inſubriam Liguriamque amittunt. 1512. n. 66. & 67. & Nauarram. n. 8. varia gerunt bella cum Carolo. *V. Franciſcus I.* & in alijs Regibus.

Gallia Narbonenſis. infecta hæreſi. 1198. nu. 36. pro ea expurganda miſſi legati apoſtolici. ib.

Gallipolis. capta a Ioanne Duca Vatacio. 1255. n. 53. omnes Latini in ea ſine ætatis & ſexus diſcrimine cæſi. ib.

Garpi. ex Africa copias in Hiſpaniam ducunt. 1339. n. 76. magna clade victi. ib.

Gaſpar Snuenfeldius hæreſiarcha. ſectam ſui nominis condit. 1527. n. 76.

Gaſto Foxenſis comes. cum regni Nauarræ poſſeſſionem eſſet iniurus dotali iure, moritur. 1472. n. 23.

Gaſto Foxenſis Gallici exercitus dux. Bononiam obſidione liberat. 1512. nu. 5. Brixiam, quæ ad Venetos defecerat, inhumaniſſime cædibus complet. n. 6. Bergomum ad deditionem compellit. n. 7. Rauennam obſidet. n. 20. cruentiſſimo prælio Hiſpanos Pontificis ſocios delet. nu. 20. in eodem prælio vulneribus confoſſus perit. ib.

Gaucelinus presbyter Cardinalis SS. Marcellini & Petri. Belgas Philippo V. Galliæ Regi conciliat. 1319. n. 16.

Gaufridus de Belloloco. ſcribit vitam S. Ludouici imperio Gregorij X. 1272. n. 59.

Gaufridus archiepiſcopus Eboracenſis. ob fratris Regis tyrannidem anathemate, lato in inuaſores bonorum Eccleſiæ diſcedit ex Anglia. A. 1207. n. 18.

Gazelles boſſa. Mamaluchorum imperium reſtituere nititur. 1521. n. 115. cruentiſſimo prælio concinditur cum reliquijs Mamaluchorum. ib.

Gedeminus Lituanie & Ruſſie Rex. deamplectenda Chriſti fide agitat. 1323. n. 19. cum cruciferis fœdus paciſcitur. ib. miſſi ad eum pontificij internuntij pro inſtruendis fide Lituanis. 1324. n. 39. in eo pietas refrigeſcit. ib.

S. Geminianus. Mutinam periculo vaſtitatis liberat. 1511. n. 65.

Genua, Genuenſes. illius principatus ſpectat ad epiſcopum. 1371. n. 6. Zuinglianam ſectā amplectūtur. 1524. n. 55. obſeſſa a duce Sabaudiæ. 1530. n. 203. ſoluta obſidio ob hæreticos ſubſidium laturos. ib. pulſo epiſcopo Zuinglianam hereſim immani impietate amplectitur. 1531. n. 21.

Genizzarorum ordo. inſtitutus ab Amurate ex Chriſtianis apoſtatis. 1365. n. 22.

Gentilis Cardinalis. celebratis regni Hungarici comitijs conciliat Carolo omnes, qui cum Boemo aut Bauaro ſenſerant. 1308. n. 22. plures leges Budæ pro temperando Hungariæ regno fert. 1309. nu. 15.

Genua & Genuenſes. multis prærogatiuis & Corſicæ parte ab Honorio III. donati. 1217. nu. 100. in Sardinia cum Piſanis bellum gerunt. 1258. n. 29. cum ijs ac Venetis in Syriæ portubus. nu. 32. apud Tyrum magnam cladem accipiunt. nu. 37. a Venetis ac Piſanis delentur nauali prælio amiſſis viginti quinque triremibus. ib. Genuenſes reiciſſo cum Palæologo fœdere inito reſtituti ſacrorum vſui. 1264. n. 57. cum Venetis odia exercent, atque ex eorum diſcordijs Syriaca res peſſundata. 1268. n. 53. cum Venetis in concordiam perducti. 1271. n. 40. Piſanos extrema clade delent maritimo prælio. 1284. n. 20. modeſte victoriæ vſi. ib. certant cum Venetis. 1295. nu. 38. indictas a Bonifacio inducias reſpuunt. ib. cum Venetias inuadere pararent, diſſidijs ſciſſi expeditionem diſſoluunt. n. 39. fœmutuo conficiunt. ib. Genuenſes matronæ mundum muliebrem diſtrahunt pro comparanda claſſe contra Saracenos. 1301. nu. 32. multæ obſequijs crucefignatorum ſe deuouent. ib. Genuenſes ciuili bello impliciti Roberto Siciliæ Regi reipub. gubernacula committunt. 1318. n. 32. Cataloniam & Baleares inſulas infeſtant. 1332. n. 21. Corſicam occupant. 1347. nu. 22. Sardinia ab ijſdem affecta. ib. Genuenſis cum Veneris belli initia funeſta. 1350. n. 36. Chalcidem Genuenſes diripiunt, & ſuos liberant, quos Veneti ceperant. ib. quanta ex eo bello ſecuta mala, n. 37. variæ eorum nauales pugnæ cum Venetis. 1351. nu. 22. Petrus Rex Aragonum in eos concitatus. ib. eidem fœderi contra Genuenſes accedit Imperator Conſtantinopolitanus. 1352. n. 12. 13. Genuenſes in Venetos conuungunt ſe Turcis. ib. cruentam & funeſtam victoriam referunt de Venetis. n.

14.&c. transuectis sexaginta millibus Turcarum Constantinopolim obsident. ibid. cogunt. Camacuzenum ad pellendos Venetos & immunitatem vectigalium promittendam Genuensibus. ib. in Venetos concitant Ludouicum Hungariæ Regem. A.1353. n.10.11. in Sardico mari vincuntur a Venetis & Aragonijs. ib. ea clade depressi se Ioannis archiepiscopi Mediolanensis imperio subijciunt. nu. 12. pacem flagitant a Venetis, ac detrectantes eam magna clade fundunt apud Sapientiam insulam. 1354. nu. 13. sparso ab Aragonio falso rumore victos esse Genuenses, Sardiniam amittunt. nu. 14. implicito ciuili bello Bernabone se in libertatem vindicant. 1356. nu. 3. lites de Corsica cum Petro Rege Aragonio componunt. 1360. nu. 11. 12. propulsant Sinopenses Theodosia. 1361. n. 9. a B. Petro Thoma Regi Cyprio conciliantur. 1365. n. 18. solicitantur ad bellum in Turcas. 1372. n.29. Genuensium mercatorum prætores in Cyprij Regis conuiuio posthabiti Venetis rixam ex inuidia excitarunt. nu. 31.32. ob sicas sub vestibus reconditas læsæ maiestatis rei e turri præcipitati. ib. Genuensium indigna cædes sequuta. ib. exinde inter Genuenses & Cyprium exortum bellum. ib. Cyprios bello vexant, ac Famagustam ex pacis legibus sibi comparant. ib. de imperio insulæ Tenedo & alijs iuribus controuersis certant cum Venetis. 1378.n.119. in eos Ludouicum Regem Hungariæ, Patauij regulum & patriarcham Aquileiensem concitant. ib. vicissim a Veneris Mediolanensis. Cyprius & marchio Carreti incitati. ib. Venetos mari vincunt. 1379.n.54.55. capta Clodia Venetijs maximum terrorem intulerunt. ib. poscentes pacem repellunt, & mox superbiæ pœnas dant. ib. funduntur extrema clade. 1380. n.28. vitam sine spe libertatis pacti Clodiam dedunt. ib. liberant Vrbanum VI. ab extremis periculis. 1385.n.7. Genuæ excipiunt. n.8. eum, vt par erat, non colunt. n.12. inde grauiora mala passi. ib. ab Afris infestantur. 1390. n.21. Gallos in Afros concitant. ib. liberati eorum captiui. ib. ob mutua diffidia se Gallo Regi subijciunt. 1396. nu. 6.7. Phocæa vetus & noua ijs in Ionia a Tamerlane ereptæ. 1404.n.24. & Capha in Chersoneso. ib. pulso Buccicaldo se in libertatem asserunt. 1409. nu. 86. in Philippi Mariæ Mediolanensis seruitutem lapsi. 1421.n.23. Alfonsi Regis Aragonum impetus propulsant. 1425. n.5. infestati ab illo Gallicæ clientelæ se committunt. 1458. n.29. terra marique obsessi. ib. Genua Gallicum iugum excutit. 1460.n.73. frustra tentata a Gallis. 1460.n.73.& 1461. n.7. in ducis Mediolani potestatem redacta. 1463. n.70. Genuenses mutuis laborant dissensionibus, ac in potestatē ducis Mediolanensis concedunt. 1464. n.70. Famagustam in Cypro amittunt. nu. 71. Ioannis Galeatij ducis Mediolani iugo excusso se in libertatem asserunt. 1478. num. 30. pro Hydrunto ex Turcarum manibus recuperando egregiam dant operā. A.1481.n.29. a Ferdinando Rege male habiti detrectant sub eius signis in Græciam bellum transferre. n.31. &c. Genuenses in Gallos rebellant. 1506.nu. 34. perdomiti. 1507.n.6. excusso Gallorum iugo se in libertatem vindicant. 1512.n.67.68. Octauianus Fregosus ducales apices apud eos accipit. 1513.n.30. obiurgitina dissidia Gallicum iugū subeunt. 1515.n.10. dum in contrarias factiones scinduntur, nec Gallica admittunt auxilia, diripiuntur ab Hispanis. 1522. n. 14. Genua a cæsareo imperio diuulsa inque Gallorum potestatem post obsidionem grauem redacta. 1527.n.29. ab Andrea Auria pulsis Gallis in libertatem restituta. 1528.n.12.

Georgia. infestata a Tartaris. A.1240.nu.38. Regina Rusudes auxilium poscit a Gregorio IX. ib.

Georgiani. sedem Apostolicam colunt. 1224. num.17. promittunt auxiliarem exercitum cum Imperator traiecerit. nu.18. primum victi, dein Tartaros delent. ib. Romanæ ecclesiæ se coniungunt. 1496.num.11.

S. Georgius. visus in Christiano exercitu Saracenos in Maioricæ expugnatione obterere. 1230.num.37. ordo militaris S. Georgij instituitur. 1469.num.6.

Georgius Metochites. ob constantiam fidei catholicæ, carceris squallore damnatus. 1284.num.47. laxatus iterum carcerem pro Christo libertati schismaticorum prætulit. num.52.

Georgius Seruiæ despota. se clientelæ Turcicæ turpiter committit. 1439.num.21. Turcicum iugum excutit. 1442.nu.13. regnum recuperat. ibid. vna cum filijs capitur ab Amurate. 1443.num.15. liberatus seruit Amurati, ac prohibet Scanderbeghum ne Vvladislao se coniungat. 1444.nu.6. eius mores. ibid. Huniadem fugientem retinet. num.9.

Georgius Podiebratius. oppressis catholicis Pragam occupat. 1448. num.5. nititur Callistus redigere illum ad officium molliore via. 1456.num.69. Ladislaum Regem veneno sustulisse creditus. 1457.num.16. extincto Ladislao Boemicum regnum administrat. 1458.n.1. Matthiam creatū Regem Hungariæ carcere liberat tradita illi Catharina filia in vxorem. nu 3. renuntiatur Boemiæ Rex. 1458.n.21. pietatem simulat. ib. sacramentum de colenda fide catholica nuncupat. nu.22. plures prouinciæ ob hæresim eum Regem agnoscere pie detrectant. num.26. deludit Pontificem missis officiosis literis. num.27. catholicos in Boemia opprimit. 1459.num.18. in publico consistorio eius orator fidem catholicam profiteri detrectat. num.19. Silesios detrectantes parere hæretico, bello appetit. num.20. cum fingeret se catholicum. Vvratislauienses ad eius obsequium adducti. 1460.num.75. Germaniæ principes dolo mutuis diffidijs implicat. num.76. affectat imperium. ibid. missis oratoribus obedientiam defert Pio II. 1462. nu.14. imperatum illi ab internuntio pontificio, vt calicis vsu abstineat, & laicis eiusdem vsum prohibeat. num.17. ira efferatus impietatem detegit, atque internuntio mortem intentat. ib. illum in vincula conijcit. ib. rogatu Cæsaris in libertatem restituit. ib. Silesij sacramenti illi præstiti religione liberati. nu.24. periclitanti Friderico opē fert. A.1463. nu.100. eodem interprete prensat Ecclesiæ gratiam. nu.101. responsum a Pio in Christiana republica hæreticum Regem esse non posse. ib. si hæreticum damnauerit regiæ dignitati assertum iri. ib. monetur a Friderico, vt resipiscat ab hæresi. num.102. obdurescit in pertinacia. ibid. iudiciaria dies illi indicta a Pio II. 1464. num. 33. controuersiarum fidei iudicem se constituit. 1465.num.26. catholicos ad Hussiticam sectam trahere molitur. ib. Rokizanam hæresiarcham infeliciter præfert Ecclesiæ. ib. damnatur decretoria sententia a Paulo II. crimine hæreseos 1466.num.16. tentata prius sunt omnia, vt flecteretur ad officium. ib. solicitatus Calimirus Rex Poloniæ, vt ex eius manibus sceptrum sibi vendicet. ib. repetita sententia Georgius omni iure regio depellitur. 1467. num. 1. indicta aduersus illum crucesignata militia. ib. subornat Poloniæ Regem ne delatum amplissimum regnum admittat. num.9. monetur a Friderico regnum Boemicum ob illius hæresim reuersum ad imperium. 1468.n.4. exercitum in Austriam immittit. 1468. num.4. ex Rokizanæ consilio monasteria & templa diripit. ibid. Boemiæ regnum Matthiæ Regi Hungariæ datum. num. 9. filios regni spe eijcere cogitur. ib. Victorinum in Austriam immittit. n.13. fugato filio Victorino a Matthia Rege, Moraniam & Silesium amittit. num.14.& 1469.num.10.& Lusatiam. 1471.num.15. in extremas redactus angustias Saxoniæ duces adhibet concordiæ interpretes. ib. hydrope extinguitur. nu.27.

Georgius dux Saxoniæ. infeliciter Lipsiensem disputationē permisit. 1519.n.36.&c. monuit Fridericum ducē Saxoniæ, vt Lutherū opprimeret. 1522.n.48. scribit Angliæ Regi, Lutherum ouina pelle indutū specie tollendarum nonnullarum corruptelarum in theatrū orbis prodijsse, mox parta auctoritate in oues Christi lupinam rabiem exercuisse. 1523.num 69. insigni pietate catholicam fidem tuetur ac principatum sinum Lutherana peste vindicat. 1524.n.4. aduersus rusticos hæreticos sacra & profana miscentes arma capit. 1525.nu.15. grauissimis literis Lutherum coarguit. num.45.

Georgius Blaurockius apostata. arreptus a dæmone prædicat Anabaptismum. 1525 num.61.

Georgius Frölperger dux Germanici exercitus Lutheranus. Italicam expeditionem suscipit eo consilio, vt Pontificem suis manibus strangulet. 1527.num.19. laqueum intertextum auro ostentare ob id solitus. ib. ex equo corruens antequam Romam perueniret animam sathanæ tradit. ib.

Georgius Victelius præco Lutheranus. ex assidua sanctorum patrum lectione fidem catholicam amplectitur. 1531.num.45. Lutheranæ sectæ flagitia graphice describit. 1533.num.58.

Geraldus Segarellus hæresiarcha impurissimus. eius turpia dogmata. 1311.num.71.

Geraldus episcopus Cauricensis. magorum ope ra Pontificem perimere nititur. 1317. n.53.

nu.53.perpetuo carceri addicitur a Pontifice.ibid.a plebe furente mdatur cute & crematur. ib.

Cerardus episcopus Sabinensis A.S.L. in Siciliam missus a Martino IV.conciliare nititur Messanenses Carolo. A.1282.n.22.concordiæ leges temere a Carolo reiectæ. ib.

*Cerardus de Pinibus Hospitalarius eques.*Turcarum classem Rhodum obsidentem fundit.1322.num.4.decem Turcarum millia in Episcopia insula exposita cædit, aut in seruitutem addicit.ib.

*Cerardus Supremus Minoritarum minister.*inter Bosnenses fidem catholicam propagat. 1340.num.73.

Cerardus Magnus. illius virtutes & pia studia.1384.num.6.7.

*Cerlacus Nassouius Moguntinus archiepiscopus.*subrogatur a Clemente VI.in locum Henrici exepiscopi.A.1346.num.17.Rentæ conuentus septemuirum indicit, & cum alijs declarat Bauarum iuste a Pontifice de honore deiectum.ib. creat cum ijs Cæsarem Carolum IV.ib.cuius armis principatum consequitur.1348.num.16.

*Germani.*ad obtequium Eugenij IV.damnato neutralium schismate, reuocati.1447. num 1.&c.

Germanus patriarcha Græcorum. scribit ad Gregorium IX. de Græca ecclesia cum Romana coniungenda. 1232.nu.46. Gregorij ad ipsum literæ.nu.52.missi ad eum apostolici internuncij.1233.num.5.doctrina de processione Spiritus sancti ex Patre & Filio illustrata.num.7.ostensum licuisse additionem vocis, *Filioque*. ib.varia Germani effugia. num.9.expositæ Germano & Græcis conditiones,quibus admittendi sint ad obsequium Romanæ ecclesiæ. n.9.

*Gerualdus patriarcha Ierosolymitanus.*aduersatur Friderico ad eripiendum illi regnum Ierosolymitanum.1232.num.44. vocatur in occidentem a Gregorio IX.nu.45.

Gerso.V.Ioannes Gerso.

*Gertrudes Regina Hungariæ S.Elizabeth mater.*a coniuratis occiditur, 1213.num.20. coronam, quam diebus solemnibus gestare erat solita, Vvratislauiensi ecclesiæ contulerat, vt in calicem verteretur.n.20.

S. Gertrudes. stigmata diuinitus S.Gertrudi impressa. 1340.num.79.victoriam impetrat suis precibus Vvillelmo Hollandiæ comiti contra comitissam Hannoniæ. 1351.nu.36.37.pia eius mors.1358.nu.7.

Gerunda. a Gallis iame expugnata. 1285. num.26.

Giennium. a Ferdinando Rege Castellæ ereptum Saracenis. 1243.num.41.in ea vrbe constitutus episcopus.ib.

Gilbertus Glouernie comes. specie ferendi Eduardo auxilij Londinum occupat. 1267.num.34.donatur ab Eduardo regni herede.ib.

Goleranus Henrici Cæsaris frater. in Brixiæ obsidione telo transfixus.1311.n.23.

Gotfredus Alatinus. reatus Cardinalis diaconus ab Vrbano IV.1261.num.36.

*Gradensis patriarchatus.*translatus Venetias. 1450.num.19.

*Græci.*ad coniunctionem cum Romana ecclesia, & societatem armorum in Saracenos, solicitati.1198.num.86.87.solicitati ab Innocentio III.ad redintegrandam cum Romana ecclesia coniunctionem.ib.a Latinis vincuntur. A.1203.n.15.Alexius Imperator pollicetur se eos ad coniunctionem cum Romana ecclesia adducturum. ib.prohibent Bulgarorum archiepiscopum ne pro coniungenda Romanæ ecclesiæ Bulgaria Romam se conferat. 1203.num.20. rebellant in Alexium iuniorem Romanæ ecclesiæ odio. 1204.num.3. eo occiso sub iugum mittuntur a Latinis.num.22.fœdera cum infidelibus epoto sanguine iurare in Latinos soliti.num.15. damnabant Latinorum baptismum.ib.Latinos, vt canes habebant.ib.Bulgaros & Turcas concitant in Latinos.1205.nu.20. a Latinis oppressi Bulgaros & Turcas in auxilium vocant. 1205.num.20.Latinos rebaptizare aiti. 1215.num 9.altaria, in quibus Latini sacerdotes celebrarant,abluere netarie moliti.ib.damnati anathemate in concilio Lateranensi. ib.ob negatum Petri primatum libertatem amisere.1232.nu.52.internuntij a Gregorio IX. ad eos Romanæ ecclesiæ coniungendos missi, eorumque acta. 1233. num. 6. & seqq. in concilio Lugdunensi II.processionem Spiritus sancti ex Patre & Filio, ac primatum Romanæ ecclesiæ profitentur.1274.n.14.potior ac doctior Græcorum pars schisma damnauit. nu.15. nonnulli impudentes Latinos dixere hæreticos.ibid. coacta synodo coniunctionem cum Romana ecclesia confirmant.1275.num.49.deturbato schismatico patriarcha eligunt Ioannem Veccum catholicum.ib.congregata synodo dogma catholicum confirmant.num.34.rebellant pseudomonachi.num.40.iubentur addere symbolo vocem, *Filioque*, eamque additionem decantare.1278.nu.7.ritus eorum confirmati, qui non aduersantur fidei puritati.ib.præsules absolutionem contractarum censurarum,confirmationemque dignitatum petere iussi. ib. relabantur in schisma.1284.n.44.& seqq.monachi illusi a dæmone contemplari se aiunt animam lucecircumfusam in vmbilico intueri.1341. num.119.fingunt diuinitatem esse corpoream, eamque increatam lucem.ib.confirmarunt errorem alio, nimirum lucem, qua Christus in monte Thabor circumfulsit, & quæ ab Apostolis conspecta est, diuinitatem fuisse.ib.is error in pseudosynodo Constantinopolitana, cui præfuit Andronicus,confirmatus.ib.solicitati Græci a Clemente VI.ad instaurandum pristinum cum Romana ecclesia fœdus. 1343. num.11. & seqq. dum Latini bellum in Turcas gerunt Ioannes Cantacuzenus Turcas in Græcorum exitium armat. 1346.nu.64. Cantacuzeni odio eius sectatores multa impietate rebaptizant. ib.Palamas præter alios errores plures diuinitates inducit. 1347.num.26. ij a Cantacuzeno in pseudosynodo approbati.ibid.a Turcis auxiliaribus Cantacuzeni in seruitutem abducuntur vel necantur. num.27. Pontificem de fœdere in Turcas postulant.1349.num.31.pro ijs ecclesiæ Romanæ coniungendis decreuerat Clemens VI. in confinibus vtriusque imperij synodum œcumenicam celebrare. 1352.nu.21.&c. terræ motu concussis vrbibus inuaduntur a Turcis.1354.nu.30. missi ad eos Ecclesiæ Romanæ conciliandos legati.A.1356. num.31.grauibus excursionibus vexantur a Turcis.1356.num.36. Didymotichum, Ypsala & Hadrianopolis erepta Græcis a Turcis.1361.num.8.Zagoram & Ischebolem amittunt. 1365.num.22.ob eorum perfidiam consuetam Ludouicus Hungariæ Rex a Turcica expeditione retardatus.1366.num.1.&c. Græcorum patriarchæ & alij schisma eiurant. 1367.n.1. exquirit Gregorius XI.causas cur Græci nõdum rite se Romanæ ecclesiæ aggregarint. 1374.n.1. ostensum diuinitus a Christo S. Brigittæ Græcos a Turcica seruitute atterẽdos ni Romanæ ecclesiæ se coniũgerent. 1374.num.5.variæ apud Græcos rerum conuersiones.1379.nu.55. Turcarum vectigales facti.1393 n.6.Siliſtrã, Empolim, & alias vrbes a Turcis expugnatas amittunt.1394.num 23.24. a Turcis maximis cladibus affecti Latinorum implorant opem.1400. num.8. imminente extrema eorum clade a Baiazethe; liberantur ipso capto a Tamerlane.1402.num.5.& 6.in extremum periculum adducti a Mahomete ad Romanæ ecclesiæ obsequium redeunt.1420.num.27. a cœptis resiliunt. 1422.num.15.in Florentino concilio professi additionem vocis,*Filioque*,vt explicationem necessariam iure factam. 1439. num.4. Spiritum sanctum ex Patre Filioque tanquam ab vnico principio & vnica spiratione procedere.nu.5.a Marco Ephesino varijs mendacijs ad schisma reuocati. 1440.nu.16. Turcis operas pro extruenda arce in angustijs Bosphori Thracij præbent.1452.num.16.suas opes conferre pro defendenda Constantinopoli nolunt. 1453.num.1. iancire fœdus cum Romana ecclesia tandiu abnuunt, donec vndique a Turcis cincti fuere.num.2. sero classis a Pontifice ijs submissa.num.3.Græcorum excidium propter schisma prædictum a S.Brigitta.num.4.cœlesti prodigio ostensum Mahometi eos diuino præsidio destituros. ib. extrema Græcorum in excidio Constantinopolitano calamitas.n.5.qui supertuere Latinis coniungi pertinaciter respuerunt. n.14. Athenæ a Turcis captæ. 1455. n.6. Græci Asiatici exciso Trapezuntino imperio in seruitutem redacti a Mahomete II.1461.n38.ab eodem Græcorum insulæ subactę.n.42.ac Peloponesus expugnata.ib.

*Granata & Granatenses.*a Ferdinando & Isabella Regibus capta.1492.nu.1.&c. Granatensium tria millia vno die baptismo lustrata.1498.nu.1.

Gregorius S.Maria in Aquiro diaconus Cardinalis. eiecto cæsareo duce præficitur Spoleto & Assisio.1198.nu.22.

*Gregorius IX.*succedit Honorio III.in pontificatu.1227.nu.13. illius genus & patria. ibid.virtutes & munera.ibid.optime de S.Francisco & eius familia erat meritus. nu.14. ea dignitas ipsi a S.Francisco prædicta.num.15.quo ritu corona redimitus, & pompa equestri Lateranum deductus sit.num.16.encyclicæ ad fideles eius literæ.ib.trãsmittendo in terram sanctam exercitui dat operam.nu.18.& seqq. Fridericum ad eam ducendum solicitat.n.22. augustalium insignium mysteria illi aperit.

rit.num.22.& ſeqq.Fridericum ob violata vota,diſſipatamque ſacram expeditionem anathemate percellit.num.29.cauſas ſententiæ in eum latæ exponit.num.34.ad reſipiſcentiam eum hortatur, num.40. Romæ concilium celebrat & in Fridericum in eo rurſus anathematis ſententiam fert. A.1228.num.3.ſtatutas in hæreticos pœnas intentat ſi interdictum violare perrexerit.nu.4.iuribus Siculi regni exuit. ib.Romani in ipſum a Friderico concitatinum.5.eijcitur ex Vrbe,ac Perusium ſe confert.num.7. mittit monachos ad Fridericum, qui moneant illum officij.nu.8. premitur bello a Friderico. nu.10. mittit exercuum in regnum Neapolitanum, a quo multa præclare geſta n.12.S.Ludouicum excitat ad delendos Albigenſes.n.20. Raymundo ac Toloſanis ad pacem admiſſis conſtituta in Albigenſes inquiſitio. nu.24.& ſeqq. S.Franciſcum in ſanctorum numerum refert. nu.33. de indigno Friderici cum Saracenis fœdere inito literas promulgat. 1229. num.2. queritur gladium, quem ex ara S.Petri ſumpſerat Fridericus, oblatum ab eo fuiſſe ſoldano Babylonio. nu.23. conceſſiſſe templum profanandum Saracenis.ib.vt iuſte Gregorius arma in Neapolitanum regnum conuerterit.nu.31. graui a Friderico in Siciliam reuerſo petitur bello.num.32.Inſubres in auxilium vocat.num.33.vndique accerſit auxilia.nu.35.de pace poſtulatur a Friderico.num.42. ad pacem inclinat.nu.44.ſua auctoritate Ioannem Bremenſem euehendum curat ad imperium Conſtantinopolitanum.num.46. ciuilia Gallorum bella pacare nititur.nu.56. Iudæorum filios ab altero parente conuerſo in fide educandos ſancit.n.60. in Vrbem vocatur.1230. num.1.pacem cum Friderico redintegrat. num. 3. pollicetur ſacramento Fridericus eius ſe imperijs pariturum. num.4. Friderico de reditu ad obſequium Eccleſiæ gratulatur. num.11.ab illo conuenitur Anagniæ.num.15.rurſum monet ne opprimat eos, qui Eccleſiæ fauerunt. num.17. redit Romam.num.18.Lateranenſe palatium amplificat.ib.dubia circa regulam S.Franciſci ſoluit.num.22.inquiri iubet de miraculis B.Virgilij.num.26.epiſcopalem eccleſiam in maiori Baleari inſtituit.n.36. monet Fridericum, vt leges contra ius eccleſiaſticum latas reſcindat. 1231.n.10. ſerpentem in Italia hæreſim flammis comprimit.num.13. leges grauiſſimas fert in hæreticos,num.14.& ſeqq.Fridericum incitat, vt edicta in hæreticos renouet.n.16. Patauinos inſurgentes aduerſus Ezelinum hæreticum laudat.nu.20. de Lucæ archiepiſcopi Strigonienſis miraculis inquiri iubet.num.42. Ruſſiæ Regem in ſinum Eccleſiæ admittit.nu.43.oppreſſam in Caſtellæ & Luſitaniæ regnis libertatem eccleſiaſticam reſtituere conatur n.49.& 50. fideles excitat ad Perſas in Syriam irrumpentes comprimendos.nu.53. amplificandæ in ſeptentrionalibus regionibus fidei dat operam.1232.num.1.in Pruthenos diram in Chriſtianos carnificinam exercentes expeditionem indicit.num.7.& in Stedinghos dæmonum cultores.n.8. B.Antonium dictum Patauinum ob ingentia miracula in ſanctorum ordine reponit. A. 1232.num.34.Fridericum admonet, ne Saracenos foueat.num.43.aſſerit regnum Ieroſolymitanum Friderico contra proceres Gallici generis illi infenſos.nu.44.euocat in occidentem patriarcham Ieroſolymitanum Friderico aduerſantem.num.45. cum eo agit Germanus Græcorum patriarcha de Græcorum eccleſia cum Romana coniungenda. num.46. Gregorij ad eum literæ. nu.52. mittit internuntios ad Vatacium Imperatorem ad Græcos vera fide erudiendos 1233.num.5. eorum acta cum Germano patriarcha.num.6.& ſeqq. diſſoluta ea actio exaſperatis vtrinque animis.num.15.conatur Gregorius ſoldanum Damaſcenum ad Chriſti fidem adducere.poſt num.15.eum & alios ſoldanos miſſis Minoritis inſtruere tentat.ib. ſolicitat Fridericum, vt Saracenos Luceriæ ad Chriſti cultum traducat.num.24. rebelles Romanos experitur. num.26. deſeritur a Friderico ibid.Romam non ſine graui periculo ſe confert.num.27.a Romanis magnifice excipitur, ijſque iterum rebellantibus diſcedit.ibid. accuſatur a Friderico nimiæ in Inſubres indulgentiæ. num. 28. Caietam ad Friderici fidem reuocat. n. 32. inter Florentinos & Senenſes concordiam conciliare nititur.n.35. Florentinos peruicaciæ damnatos anathemate percellit. n. 36. Ioannem Vicentinum miraculis illuſtrem literis ſolatur. n.38. de S. Dominici miraculis inquiri iubet. nu. 39. ad Stedinghos magos dæmonis præſtigijs illuſos excindendos ſacram expeditionem indicit. n.45. Iudæos in Germania impie graſſantes iubet comprimi.n.49.mittit Iacobum Prænestinum Card. in Hungariam pro re catholica aſſerenda. nu.50. de miraculis B. Lucæ Strigonienſis archiepiſcopi inquiri iubet. n. 54. B. Virgilium archiepiſcopum Salisburgenſem in ſanctorum ordinem aſcribit. n. 55. Raymundum comitem Toloſanum permouet ad ſeueras leges contra hæreticos ferendas. n.59. de B. Stephani Dienſis epiſcopi miraculis inquiri iubet. n. 65. Romanos rebellantes percellit anathemate. 1234.n.1. Fridericus præfefert ſpeciem illius tuendi, ac mox perfide deſerit. n.3. Romanos conductarum copiarum Germanicarum opera delet. n.6. ſanctionem inſtaurat de non alienandis Eccleſiæ bonis. num. 10. precibus S.Ludouici permotus claudi in Gallia proſtibula iubet.n.17.ædium meretricibus locatarum dominos percellit anathemate.ib. B.Dominicum in Sanctorum albo collocat. n. 24. decretales B. Raymundi Peniatortij opera compilat. n. 26. vt plurium ſanctorum familiari conſuetudine vſus ſit Gregorius. ib. indicit ſacram expeditionem in Saracenos. nu.27. ſoldanos plures ad fidem Chriſti pellicere nititur. n.27. S.Ludouicum ad ſacram militiam ſolicitat. n.30. Stedinghi magi, extrema internecione indicta a Gregorio, ſacra militia deleti. n. 43. pacem init cum Romanis. 1235. n.3. & ſeq. Henricum Regem patri Friderico rebellantem cenſuris percellit. 1235.n.8. redeuntem in gratiam cum patre ſolui iubet ea religione. n.10. arbiter deligitur pro componendis inter Inſubres & Fridericum controuerſijs. n. 13. B.Elizabethã ſanctis viduis annumerat. n.22. mittit ad Tunetanum Regem Minorum miniſtrum ad eum fide catholica inſtruendum. A. 1235. n.36. ſoldanus Icomij de fœdere cum eo agit.n.39. Friderico ſtudet pro retinendo regno Ieroſolymitano. n. 41. ſacram expeditionem inſtaurare nititur in Syriam.n.46. Theobaldum Regem Nauarræ ad ferendam Conſtantinopoli opem ſolicitat. ib. rogat Belam Hungariæ Regem, vt Conſtantinopolitano imperio ſuccurrat. n. 54. impendens Longobardicum bellum ſopire ſtudet. 1236. n. 1. Fridericum admonet, ne eo exitiali bello ſe implicet. n.3. Iacobum Card. Prænestinum ad ſedandam diſcordiam mittit. n.5. eo repulſo rogatus iterum Oſtienſem & Thomam tit. S.Sabinæ Cardinales mittit ad redintegrandam pacem.n.13. Romani in Gregorium a Friderico in ſeditionem concitati. n. 14. arguit Fridericum oppreſſiſſe Siculos eccleſiaſticos.ib. repungitur a Friderico ab adulatoribus ſeducto. n. 17. corripit Fridericum ſubiecuſſe ſibi Tiſernum proditione præfecti obnoxium eccleſiæ. n. 18. Regis Tuneti nepotem pro baptiſmo ſuſcipiendo venientem in vincula conieciſſe.n.22. indiciariam actionem de miraculis a Beneuentano Minorita editis inſtituit. nu. 28. monet Ludouicum Regem, vt leges iniquas contra libertatem eccleſiaſticam reſcindat. 1236. n. 31. obiurgat Toloſæ comitem ob non repreſſam hæreticorum inſolentiam. nu. 39. mittit legatos Cardinales pro pace inter Fridericum & Inſubres concilianda. 1237.n.1. ij repulſi.ib. ab eius obſequio Romanos abducere tentat Fridericus. n.12. in hæreticos,qui Montempeſſulanum infecerant, animaduerti iubet.n.26. Othonem Cardinalem legatum decernit in Angliam. n.38. de veritate ſtigmatum S. Franciſci ſcribit ad Germanos. n.60. Hoſpitalarios Ieroſolymitanos S. Mariæ Theutonicorum aggregat Cruciferorum ordini. n. 63. admonet Vatacium infeſtantem Conſtantinopolim, vt arma cum Latinis in Saracenos iungat. n.68. rogat Aſanem Regem Bulgariæ, vt Ioannem Imperatorem Conſtantinopolitanum iuuet. nu. 70. ſolicitat Fridericum, vt exercitum in Syriam ducat. n.80. S.Raymundum Nonnatum, auditis miraculis a Deo pro confeſſore ſuo editis, Cardinalem creat S. Euſtachij.n.91. Belam Hungariæ Regem ſolicitat, vt Bulgarum a Latinis infeſtandis abducat. 1238.n.6. pacem promouet legatorum opera inter Fridericum & Mediolanenſes, ſed eam reijcit Fridericus. num.70. dum de concordia agitat cum Friderico, in eum Romani a Friderico ſubornati. n. 71. percellit Fridericum anathemate. 1239.n.1. ſcelera Friderici exponit. nu.2. & ſeqq. hæreſes eiuſdem infandas diuulgat. n. 36. Iacobum Prænestinum epiſcopum in Gallias pro flagitanda ope legatum mittit. 1239. n.38. decretam Germaniæ præ-

ſules

iules latam in Fridericum ab eo sententiam promulgare. A. 1240. n. 1. scribit ad septemuiros, vt Imperatorem sibi præficiant. n. 2. respondent nonnulli male non esse Pontificis exauctorare Imperatorem. eod. n. 2. Viterbio ad Fridericum deficiente cinctus periculis ad cruceatam militiam aduersus hostem capessendam concitat. 1240. n. 13. Ferrariam recuperat. n. 19. de miraculis Ambrosij Minoritæ Vrbeuetani inquiri iubet. n. 22. aduersus infideles Estoniæ expeditionem indicit. n. 34. Rusudes Regina Georgianorum ab eo poscit auxilia. n. 38. quid illi responsum a Gregorio. ib. Nameten-sem episcopum ad ecclesiam Ierosolymitanam transfert. nu. 37. pro tuendo Constantinopolitano imperio Hungaros aduersus Ioannem Vatacium Imperatorem solicitat. 1240. n. 51. concilium œcumenicum indicit. n. 52. grassantibus in Hungaria Tartaris se ad pacem cũ Frederico redintegrandam paratum offert, ac spernitur. 1241. n. 29. vasane iactitat Fredericus Gregorium in ipsum arma-versurum, si moueat in Tartaros. n. 35. classem confici iubet Ianuæ ad deducendos Romam præsules. n. 53. profligata ea classis ab hoste. n. 55. Gregorij ad captos præsules consolatoriæ literæ. n. 69. multis aduersis premitur. n. 79. curis ac senio confectus obit. n. 80.

Gregorius X. ex Leodiensi archidiacono creatus Pontifex. 1271. n. 13. eius virtutes & patria. ib. e Syria in occidentem media hyeme nauigat. n. 20. queritur de eo Palæologus, Constantinopolim non diuertisse. ib. in Italiam peruenit. 1272. nu. 1. Viterbium se confert. ib. instaurandis Syriæ rebus operam dat. ib. duodecim triremes instructas submittit. n. 4. pontificali tiara Romæ reuinitur. nu. 9. deferentes Saracenis merces percellit anathemate. ib. Cusentinum archiepiscopum creat patriarcham Ierosolymitanum. n. 17. confert Nazareno archiepiscopo auctoritatem cognoscendi de iuribus regni Ierosolymitani inter Hugonem Regem Cypri & Antiocheni principis filiam. n. 19. concilium indicit pro instauranda re Christiana. n. 21. Palæologum Imperatorem ad coniunctionem ecclesiarum perficiendam inuitat. n. 25. patriarcham Constantinopolitanum ad concilium vocat. nu. 30. edicit Carolo Regi Siciliæ, vt liberum commeatum Græcis oratoribus tradat. ib. poscenti Alfonso Castellæ Regi imperiale diadema sublato iam Ricchardo æmulo respondet conferri non posse non vocatis ipsius electoribus. n. 33. pacem in Italia alere nititur. nu. 39. illius imperio Veneti ac Genuenses pacem conficiunt. n. 40. pacem inter Hungariæ & Boemiæ Reges initam confirmat. n. 48. monet Othocarum Regem Boemiæ ne Ladislaum Regem Hungariæ bello petat. 1272. n. 48. Ladislaum Regem Hungariæ salubribus præceptis instruit. n. 51. Philippum Regem Galliæ ad sectanda paternarum virtutum exempla hortatur. n. 57. Gaufrido de Belloloco S. Ludouici scribendæ vitæ munus iniungit. ib. duos Cardinales creat, quorum alter fuit S. Bonauentura, alter Innocentius V. n. 68. Armenios, Græcos, & Tartaros inuitat ad concilium. A. 1273. n. 5. præsulibus imperat, vt quæ sint correctione digna in scripta redigant. n. 6. monet Germanos, vt in vno Cæsare eligendo consentiant, alioquin se illum renuntiaturum. n. 8. ab Eduardo Angliæ Rege salutatur. n. 22. postulatur ab eo aduersus Guidonem de Monteforti iustitia. ib. sententiam in eũ fert. ib. intentat Regi Lusitaniæ censuras ob violatum ius ecclesiasticum. n. 26. Florentiam petit & Gibellinæ & Guelphæ factionis proceres conciliare studet. n. 27. ob pertinaciam Guelphorum Florentiam interdicto subijcit. nu. 30. Pisanos in Ecclesiæ gratiam reuocat. num. 32. Galliam petit. 1273. nu. 37. poscenti cum eo colloquium Castellano respondet ad concilium se pergere, vtque oratorem fidissimum mittat, suadet. n. 40. Guidonem de Monteforti nudo corpore & laqueo collo iniecto absolutionem petentem primum repellit, dein volentẽ in carcerem mittit, ac demum pœnitentem sceleris absolui iubet. n. 43. Palæologi conciliari Ecclesiæ flagitantis demissæ ad eum literæ. n. 44. Francorum Rex controuersia in Venusinum comitatum iura in Gregorium transfundit. n. 51. concilium Lugdunense II. inchoat, & quo ritu. 1274. n. 1. illius ad Patres oratio. n. 3. Rodulphus Alfonsusque electi Cæsares certant apud eum officijs. n. 5. Alfonsi oratores re infecta dimittit. ib. Romanæ ecclesiæ iura constabilit, atque a Rodulpho confirmanda curat. ib. causam Balduini II. deserit. n. 13. Michaelis Palæologi Imperatoris oratores excipit. ib. fidem Romanæ ecclesiæ professos audit. n. 14. conciliat Apostolicæ sedi Michaelem Palæologum. n. 18. ad eundem gratulatorias literas mittit. n. 19. Andronicum hæredem imperij hortatur ad constantiam fidei. ib. præsules Græcos admonet vt curas in populis a schismate reuocandis collocent. ib. Abaghæ Regis Tartarorum Persidi imperantis oratorem excipit. n. 21. baptismo lustratum ab episcopo Ostiensi veste pretiosa donat. n. 23. sanctionem edit inuitis Cardinalibus, de ijs conclaui includendis, & forma creandi Pontificis. n. 24. plures graues sanctiones ab eo latæ. n. 32. & seqq. Philippo Francorum Regi de resumpto crucis symbolo gratulatur. n. 34. galliarum decumas illi attribuit. nu. 35. Alfonsum Regem Castellæ ab imperio ambiendo abducere nititur. n. 47. Rodulphum Cæsarem confirmat. n. 55. decernit illi tradere imperatorium diadema. n. 56. Othocarum Rodulpho conciliare nititur. n. 58. Lugduno discedit. 1275. n. 1. Rodulphi oratores deposcentes illi imperatorium diadema audit benevole. n. 3. gratulatur illi de fœdere inito cum Carolo Rege Siciliæ. n. 5. inter Rudolphum & Othacherum Boemiæ Regem conciliare pacem conatur. nu. 9. Belliquadrum se confert. n. 12. excipit venientem Alfonsum Castellæ Regem n. 14. causas illi exponit, ob quas imperio potiri nequeat. ib. Alfonsum regressum in Hispaniam insignia imperij resumentem ad illa abijcienda adigit. nu. 16. eius sanctio pro restituenda Lusitaniæ ecclesiastica libertate. nu. 21. Iacobum Regem Aragonum adulterum corripit. n. 28. intentato anathemate adulteram abijcere iubet. ib. Lausanæ colloquium habet cum Rodulpho Cæsare. nu. 35. sacramento in pontificia verba adigit. ib. Romaniolam & exarchatum Rauennæ ab eodem recipit. ib. & seqq. Rodulphum crucis symbolo insignit pro restituenda Christiano imperio Syria. nu. 42. redit in Italiam. nu. 46. discedens Florentia ciues sacris interdicit ob nefarias eorum factiones. ib. Regem Siciliæ ad colloquium Romæ faciendum vocat. ib. dat operam, vt auxilia in Syriam mittantur. ib. pie moritur Aretij. A. 1276. n. 1. ingentia illius consilia. ib. inclarescit miraculis. n. 2. decreti illi honores ab Aretinis. ib. institutu de eo in cælitum albo collocando examen. n. 13.

Gregorius XI. ex diacono Cardinale subrogatur Vrbano V. 1370. n. 21. duo Cardinales decernit legatos ad bellum sedandum inter Anglos & Gallos. 1371. nu. 1. conuenitur Auenione a Rege Nauarræ. n. 4. 5. ab oratoribus Petri Regis Aragonum pro Sardinia & Corsica officium clientelare recipit. n. 5. Geneuensis episcopi in Genenã iura aduersus ducem Sabaudiæ tuetur. n. 6. cæsarea & Hungarica arma aduersus Bernabonem Vicecomitem Italiæ perturbatorem implorat. n. 7. auget Cardinalium senatum. n. 10. in Bernabonem tyrannum armis legibusque agit. 1372. n. 1. Ferrariensem præfecturam tradit marchionibus Atestinis in totam vitam. n. 4. decem millium aureorum vectigal annuum imponit. ib. pacis leges inter Ioannam & Fridericum Trinacriæ Regem temperat. 1372. n. 7. decernit Trinacriæ Reges sacramentum fidei præstituros Pontifici. 1372. nu. 7. sociale bellum conflat contra Turcas ad abrumpendos horrendos Amuratis I. in Europa progressus. 1372. nu. 28. 29. damnat Albertum episcopum Alberstadensem merita & demerita fato inducto tollentem. 1372. n. 33. 34. Raymundi Lulli nomine inscriptos pestiferos libros damnat. 1372. n. 35. imploratum Gregorij auxilium contra Turcas. 1373. n. 1. decernit classem tenendam in Ægeo mari ad arcendos traiectu Turcas. ibid. sacram in Hungaria expeditionem contra Turcas decernit. n. 3. &c. inter Genuenses ac Cyprios conciliare pacem annititur. 1373. n. 8. 9. Bernabonem ius ecclesiasticum indigne opprimentem legibus armisque persequitur. num. 10. &c. damnat crimine hæreseos. ib. plures arces illi eripit. nu. 13. 14. cogit ad flagitandam pacem. ib. in Turlupinos & Valdenses fidei censuram exerceri iubet. nu. 19. &c. exquirit causas cur Græci nondum rite ad Ecclesiam redierint. 1374. n. 1. decernit sacrosanctam sedem Vrbi restituere, vt antea sacramento erat Deo pollicitus. nu. 23. retardat pro-

profectionem concilianda inter Anglos & Gallos pacis ſtudijs diſtrictus. A. 1375. n. 22. Vvaldenſes in Delphinatu exagitat. n. 26. 27. auget Cardinalium ſenatum. n. 41. monitus a S. Catharina viros virtutibus exultiſſimos ad eam dignitatem promouendos. ib. Florentinos in ius vocat. 1376. n. 1. creat in Italia legatum Robertum Gebennenſem. n. 8. a quo plura crudeliter geſta. nu. 9. in Italiam redit. n. 10. &c. permittit Carolo IV. vt filium Vvenceslaum creandum Cæſarem auret. n. 13. &c. Gregorij in Vrbem aduentus. 1377. n. 1. officium ſanctæ crucis inſtituit. ib. redire Auenionem cogitat. 1378. n. 1. in morbo ſanctiones edit de ſucceſſore deligendo. ib. monita Cardinalibus electuris data. n. 2. ſacramentis rite munitus obit. n. 3. illius virtutes. n. 3.

Gregorius XII. ante electionem ſacramentum nuncupat de pontificatu deponendo, ſi antipapa gradu ſuo ceſſerit. 1406. n. 9. deligitur Pontifex, cum diuinæ gloriæ cupidior videretur quam ſuæ. ib. electus ſacramentum id confirmat. n. 13. ſolicitat Petrum de Luna ad mutuam ceſſionem. n. 14. ſolemni ritu tiaram accipit. ib. fallacibus antipapæ literis deluditur. 1407. n. 1. imprudenter mittit oratores ad paciſcendum de colloquio cum impoſtore verſutiſſimo. n. 3. pacta pro colloquio Saona, quæ in antipapæ erat poteſtate, periculum aduertit, ac declinare nititur. n. 6. quærit ſecuritatis modos, ſed illi defuere. n. 12. violat ipſi præſtitam fidem Ladislaus ob ſuſpectum colloquij locum. n. 14. Roma illi erepta vbi ab ea diſceſſit. nu. 16. a ſuis & ab hoſtibus proditus in maximis difficultatibus verſatur. n. 20. promulgat cauſas, ob quas Saonam non adeat. n. 23. grauem contrahit inuidiam. ibid. ad ipſius obſequium redit Sigiſmundus Hungariæ Rex, indulgentiaſque eum contra Turcas ſequuturis impertitur. n. 32. dum ſpecie colloquij diſtinetur ab antipapa, ille ad intercipiendam Romanam claſſem mittit. 1408. nu. 4. aduerſantes ſibi Cardinales paſſus nuncupatum de non creandis nouis Cardinalibus ſacramentum ſoluit, ac duos nepotes creat Cardinales. n. 8. &c. veterani Cardinales ab eo diſcedunt. ib. contra eius cenſuras prouocant ad concilium. ib. de eo & antipapa honore depellendis conſpirant cum anticardinalibus. num. 20. circumuenitur calumnijs, & in crimen propagati ſchiſmatis adducitur. ib. indicit concilium. ib. plura in eum vi & dolo geſta a Cardinalibus. n. 21. &c. falſo cum antipapa veluti eiuſdem criminis reus comparatur. n. 32. antipapa cauſam non procurate eccleſiarum coniunctionis in eum derinat. n. 40. profugos Cardinales ad ſe reuocare fruſtra nititur. n. 41. meditanti iter in Picenum inſidiæ illi a Balthaſare Coſſa comparatæ. nu. 42. reuocare conanti Cardinales ex Piſana congregatione, quid ipſi reſponſum. n. 44. Cardinalibus obiecit non poſſe ab ipſis concilium celebrari. nu. 47. iudiciaria ſententia eos damnat. nu. 51. Senis nouos creat. n. 58. Cardinales profectus Ariminũ iudiciaria acta in Cardinales, qui ab eo deteceranr, edit. n. 60. ipſeque ab ijs vt iniquæ illius ſententiæ. n. 67. ab ipſo iterum repetitæ, pœniſque grauioribus exacerbatæ. A. 1409. n. 1. apologiam ſcribit, ac promulgat ſibi fuiſſe illuſum a Petro de Lunæ. n. 5. 6. inſtat vt locus tertius communis eligatur pro celebrando concilio. n. 10. legatos in varia regna mittit. n. 11. cœptum Piſanum Concilium aduerſus ipſum & Antipapam. n. 12. reſpuit pium conſilium illi a Carolo Malateſta ſuggeſtum, vt Piſtorium accedat, ac Piſanis patribus ſe coniungat. n. 34. quæ illi obiecta ſint in Piſano conuentu. n. 47. in eodem lata aduerſus ipſum & antipapam ſententia. nu. 71. illi oppoſitus Alexander V. n. 72. poſt ſententiam Piſani concilij a multis habitus vt verus Pontifex. 1409. n. 79. Aquileienſem ſynodum nullo fructu ac multo labore celebrat. nu. 81. decernit in ea ceſſurum ſe gradu ſi æmuli cedant. n. 83. decernit in varia regna legatos. ib. paratas inſidias eludit pontificio cultu depoſito. ib. in regnum Neapolitanum ſe recipit. ib. ab eo ad ſuum obſequium populos pellicere nititur Alexander V. 1410. n. 6. deſeritur ab Hungariæ Romanorumq; Rege. n. 27. ſecũ non ſentientes dánat edictis Caietæ. 1411. n. 11. deſeritur a Ladislao. 1412. n. 1. petitus inſidijs conſcenſis nauibus in Caietano portu per interum & ſuperum mare fugam capit. n. 4. in Dalmatiam applicat, indeque vnius diei ſpatio ſulcato mari adriatico Ariminum venit. ib. vocatus ad concilium Conſtantienſe indictum a Ioanne XXIII. contendit Ioannem antipapam eſſe, nec illi parendum. 1414. n. 4. auctoritatem confert Conſtantienſi concilio, ſeque illi coniungit. 1415. n. 1. Caroli Malateſtæ opera cedit pontificia dignitate in concilio Conſtantienſi. n. 28. commendatur a S. Antonino. ib. confirmata eius geſta. ib. ſolemni ritu cum gaudio inſignia pontificia deponit. n. 29. calumnias ab antipapa aſperſas detergit. ib. legario Picena illi ad vicam a concilio decreta. ib. de geſtis in pontificatu rario ab eo exigi vetita. ib.

Gregorius de Montelongo A. S. L. Ferrariam recuperat capto Salinguerra. 1240. n. 19.

Gregorius Cyprius in ſchiſma relapſus. fit patriarcha ab Andronico. 1284. n. 44. tyrannidem exercet in catholicos præſules. n. 45. ſede per nefas parta tandem eijcitur. n. 53.

Gregorius Palamas hæreſiarcha. fingit diuinitatem eſſe lucem corpoream, eamque increatam. 1341. n. 119. matrimonia auſus reſcindere, & inuitis vxoribus viros attondere in monachos. ib. plures diuinitates fingit. 1347. n. 26. eius errores damnati. ib.

Grimoardus abbas S. Victoris ordinis S. Benedicti. creatur Pontifex. 1362. n. 6. Vrbani V. nomen accipit. ib.

Gualterius Brenenſis comes. Diuppidum circa Capuam profligat. 1201. n. 37. pontificios hoſtes iterum fundit. n. 39. crux aurea ante pugnantem ferri viſa. ib. ex præclare geſtis fibi præfidit. A. 1205. n. 69. capitur, atque ex vulneribus obit. ib.

Gualterius S. Mariæ in portica diaconus Cardinalis. legatus in Gallijs creatur ad excindendos Albigenſes. 1208. n. 15.

Gualterus de Brienca Athenarum dux. in prælio cæſus a Catalanis. 1314. n. 8.

Gualterus de Brenna dux Athenarum. creatus dux Florentinæ reipublicæ. 1342. num. 20. §. 2.

Guiboga Tartarorum dux. Sydonem euertit. 1260. n. 29.

B. Guido ordinis Hoſpitalariorum conditor. adhibitus ab Innocentio III. pro hæreticis Albigenſibus conuertendis. 1198. n. 37.

Guido Bigerronum comes frater Simonis Montfortij. cæſus in obſidione noui caſtri Arriani. 1219. n. 36.

Guido abbas Ciſtercienſis. creatus Cardinalis tit. S. Laurentij. 1262. n. 52.

Guido Groſſus archiepiſcopus Narbonenſis. creatur Cardinalis Sabinenſis ab Vrbano IV. 1261. n. 36. in Angliam ad componendas illius turbas ab Vrbano miſſus. 1263. n. 84. abſens creatur Pontifex & Clementis IV. nomen accipit. 1265. n. 1.

Guido de Monteforti præfectus Etruriæ. Henricum filium Richardi Regis Romanorum orantem in templo trucidat. 1271. nu. 3. poſt tantum nefas in ſummam infelicitatẽ lapſus. ib. grauem in eum tert ſententiam Gregorius X. 1273. n. 22. poſcit veniam flagitij. nu. 41. iniecto collo laqueo tranſeuntis Gregorij pedibus ſe abijcit. nu. 42. ad ſubeundum carcerem ſe offert. ib. repulſus iterum initat, & carceri mandatur. nu. 43. cenſuris abſoluitur. ibid. captus a Siculis. 1287. n. 7. moritur cum mori quam fœdari adulterio maluiſſet. ib.

Guido Montiſeretri comes. Flaminiam bello vexat, ac vincitur a Ioanne Epa duce pontificio. 1281. nu. 12. rebellat iterum ac Cæſenam, Forumliuium & alia oppida ſibi ſubijcit. 1282. n. 29. anathemate percellitur a Martino IV. n. 30. perdomitus a Ioanne de Epa redit ad officium. 1283. nu. 48. rebus humanis nuntium remittit. 1296. n. 3. S. Franciſci cultum induit. ib.

Guido Belgij comes. a Philippo Galliæ Rege deficit. 1296. n. 17.

Guido Turrianus. Mediolanum Henrico Cæſari reſtituit. 1310. n. 17.

Guido Tarlatinus epiſcopus Aretinus. B. Virgo in ſomnis congregationem Oliuetanam illi commendat. 1320. n. 50. tuendi nominis Cæſarei ſpecie Titernum, ac plura ditionis pontificiæ loca occupat. 1324. n. 20. Mediolani Longobardicam coronam Ludouico Bauaro imponit. 1327. n. 2. coram Ludouico Bauaro, pro quo multa impie geſſerat, accuſatus perfidiæ. 1327. n. 18. ex dolore morbum contrahit, præteritaque flagitia execratur. ib.

Guido Delphinus Viennenſis, ſaxo eliſus perit in arcis Sabaudæ obſidione. 1333. n. 22. ob adulteria diuino iudicio damnatus oſtenditur Carolo Boemo poſtea Imperatori. ib. ſuccedit illi in principatu Robertus frater. ib.

Guido Armeniæ Rex. opem a Clemente VI. poſcit. 1344. nu. 7. 8. erroribus veteribus abolendis dat operam. ib.

Guido Card. episcopus Portuensis, missus legatus in Hungariam. A. 1349. n. 1. inter Hungaros & Neapolitanos inducias conciliat. n. 7. Castellæ & Aragoniæ Reges inter se conciliat. 1360. n. 6. creatur a Carolo IV. recedente in Germaniam cæsareus in Italia vicarius. 1368. n. 8.

Guillelmus episcopus Albiensis, ostensa illi cœlesti viso hæretici consanguinei damnatio. ib. 1198. n. 37.

Guillelmus Tancredi Regis Siciliæ filius, captus ab Henrico Cæsare proditione, exsectus & excoecatus in Germanico carcere extinctus. 1198. n. 64.

S. Guillelmus archiepiscopus Bituricensis, sacræ in Albigenses hæreticos militiæ nomen dat. 1208. n. 24. de eius miraculis instituta actio iudiciaria. 1217. n. 64. in sanctorum numerum refertur. 1218. n. 33.

Guillelmus Hollandiæ comes, crucesignatas copias ducit aduersus Saracenos. 1217. nu. 35. in Lusitania subsistens Mauros profligat. ib.

Guillelmus episcopus Nivernensis, duo millia pauperum alere solitus. 1217. nu. 66. eius obitus. ib.

Guillelmus archiepiscopus Eboracensis, miraculis claret. 1223. num. 48. de ijs institura actio Honorij iussu. ibid. iterum repetita. 1224. num. 47. in sanctorum numerum refertur ab Honorio III. 1226. n. 49. orbato oculis nouos oculos restituit. ib.

B. Guillelmus abbas Roschildensis, sanctis adscribitur ab Honorio III. 1224. n. 30.

Guillelmus marchio Montisferrati, exercitum pro recuperanda Thessalonica ducit in Græciam. 1225. n. 9. morbo oppressus moritur. ib.

Guillelmus episcopus Mutinensis postea Cardinalis Sabinensis episcopus, Russia Reges ad sinum Romanæ ecclesiæ pellicit. 1227. n. 8. pijssime moritur cum prius cœlesti viso mors imminens illi ostensa esset. 1251. n. 15.

B. Guillelmus Briocensis, in SS. albo collocatur ab Innocentio IV. 1247. n. 22.

Guillelmus S. Eustachij diaconus Cardinalis, mittitur legatus ab Innocentio IV. cum exercitu ad ineundam regni possessionem. 1254. n. 48. Manfredi odia in se concitat, a quo captata defectionis consilia. nu. 65. male rem gerit. n. 67. amittit exercitum. ib.

Guillelmus de Sancto amore pseudodoctor Sorbonicus, perperam scribit contra statum monasticum. 1256. n. 19. refellitur a S. Thoma. ib. damnatur a Pontifice. ib. eius libri exusti. ib. contentio ex inuidia orta est. n. 24.

Guillelmus Villarduinus Achaiæ & Peloponesi princeps, vincitur ab Alexio Strategopulo Michaelis Palæologi duce. 1260. nu. 51. in fuga sub aceruo palearum capitur. ib.

Guillelmus archidiaconus Rhemensis, creatus Cardinalis tit. S. Marci. 1262. n. 52.

Guillelmus marchio Montisferrati, quæ pœna illi ab Honorio IV. imposita ob cædem Terdonensem episcopum. 1285. n. 68.

Guillelmus de Belloioco Templariorum magister, dum mœnia Ptolemaidis tuetur telo confixus pie moritur. 1291. n. 7. eo cadente ob sequuta dissidia Ptolemais cecidit. A. 1291. n. 7.

Guillelmus tit. S. Clementis presbyter Cardinalis, missus in Galliam legatus pacem sancit inter Aragoniæ, Galliæ & Siciliæ Reges. 1295. n. 20.

Guillelmus de Longbareto alias *Nogareto coniuratorum aduersus Bonifacium VIII. princeps*, captum Bonifacium incessit probris. 1303. nu. 41. refracta constanter a capto Pontifice eius audacia. ib. pœnitenti quæ pœna ob captum Bonifacium imposita. 1311. n. 50.

Guillelmus Okam pseudominorita, damnatus hæreseos a Ioanne XXII. 1329. n. 69. impietatis veniam poscit. 1349. n. 16. 17. refelluntur qui negant fuisse hæreticum. ib.

Guillelmus archiepiscopus Sabinensis ordinis Prædicatorum, pie moritur. 1336. n. 69. tria templa extruxit. ib.

Guillelmus de Curte Cardinalis A. S. L. Italos principes mutuo tædere iungit contra Ludouicum Bauarum. 1342. n. 16.

Guillelmus archiepiscopus Cambaliensis, cum pluribus Minoritis missus in Tartariam ab Vrbano V. 1370. n. 9.

Guillelmus de Agrifolio anticardinalis, antipapam suum schismatis & hæreseos crimine conuincit. 1398. n. 18.

Guillelmus dux Montisferrati, Galliæ Regis fœderatus, graui bello ab Helvetijs & Mediolanensi pressus. 1513. n. 30.

Guinea, sive Æthiopia occidua, collata Regi Lusitano. 1484. n. 82.

Guncherus Schwartzburgensis comes, creatus Cæsar a rebellibus. 1349. n. 12. 13. decernit Pontificem Cæsari subesse debere ex Marsiliana hæresi. ib. contra sentientes læsæ maiestatis damnat. ib. contractis paulo post manibus in Caroli iuni Cæsaris potestatem redigitur. ib.

Gundisalvus Alcantaræ magister, victoriam insignem refert de Mauris. 1339. n. 76. plurium inuidiam virtute contrahit. ib.

Gundisalvus dux, de limitibus Calabriæ certat cum Gallis. 1502. n. 15. acceptis Germanicis auxilijs Gallos pellit Neapolitano regno. 1503. n. 3. auxiliarem exercitum profligat. n. 14. Caietam ex ijs recipit. n. 18. a Ferdinando Rege statu deijcitur. 1506. n. 36.

Gundisalvus Afer martyr, extrema potius perpessus est ab Afris quam Christi fidem abnegaret. 1516. nu. 103. supplicijs pro Christo tolerandis se oblectari constanter dixit. ib.

Gustavus Rex Suetiæ, infectus Lutheranismo ecclesiasticas opes diripit. A. 1523. n. 79. hæresim propagat. 1525. n. 29. ab episcopis electus ad solium in Ecclesiam conspirat. 1526. n. 128. Ioannem archiepiscopum Vpsalensem ob constantiam in fide persequitur. ib. eo pulso concionatorem Lutheranum instituit. ib. regno Suetiæ potitus, 1532. n. 87. opes ecclesiæ rapit. n. 88.

H

Hadrianopolis, rebellat aduersus Latinos. 1205. n. 17. ad eam obsidendam Balduinus Imp. properat. ib. a Ioannitio siue Caloioanne Rege Bulgariæ apud eam Balduinus fusus, captusque. ib.

Hadrianus V. ex Cardinale diacono S. Adriani creatur Pontifex. A. 1276. n. 26. patria fuit Genuensis dictus Otobonus. ib. gestis legationibus antea fuerat clarus. ib. Syros ingentis auxilij ope erigit, sed mox emoritur. n. 27. de temperanda Gregorianæ constitutionis acerbitate egerat, ortaque propterea inde seditio in Cardinales. n. 28.

Hadrianus VI. ultimus episcopus Dertusensis, postea Pontifex eius nominis VI., creatus Cardinalis. 1517. num. 100. ipsi administrationem Hispaniarum relinquit Carolus V. in Germaniam profecturus. 1520. n. 69. rebelles plebeios domat. 1521. n. 102. diuino instinctu absens creatur Pontifex. 1522. n. 1. dolet de pontificatu sibi delato. ib. doctrina claruit. n. 4. ex infima sorte omnes honorum gradus virtute emensus. ib. dum aliquas e S. Lamberti corpore reliquias abscindit, purus ex illis cruor manauit. n. 5. Franciscum I. cum Carolo V. conciliare nititur. nu. 8. eo abiente a mago Romæ taurus immolatus est dæmoni, conscijs nonnullis impijs magistratibus Capitolinis. n. 15. in magos sanctionem edit. ib. audita Vrbis peste laborantis calamitate spreto periculo ad eam proficiscitur. ib. cæsareos duces direptionis Genuensis reos absoluere detrectat non expiato crimine. n. 16. Romam ingressurus vetat triumphales arcus sibi parari. n. 18. Cardinales adducit ne reos suis ædibus excipiant. ib. arma gestari vetat. ib. Carolo V. annatas petenti repulsam iustam dat. 1522. n. 58. monet principes imperij Norembergæ congregatos, vt mala Germaniæ impendentia auertant, & hæreticos ex veterum legum præscripto feriant gladio. n. 60. Germanos admonet Lutherum Mahometis vestigijs insistere, nec cum reo de legum æquitate disceptandum, sed legem exercendam. n. 65. monet Fridericum Saxonem, vt Lutherum hæresiarcham malorum fontem opprimat, vltionemque si detuerit officio interminatur. n. 72. Franciscum Cheregatum mittit ad Norembergenses conuentus, ac monet vt pontificia cæsareaque edicta in Lutherum ad exitum perducenda curet. 1523. n. 1. eluia eius postulata ab impijs politicis. n. 20. B. Bennonem in sanctorum numero reponit. 1523. n. 89. & B. Antoninum archiepiscopum Florentinum. nu. 95. patriarcha Alexandrinus illi obsequium defert. n. 107. Arimino potitur. n. 108. Ferrariæ & Vrbini duces a Gallico fœdere diuellit, & Venetos. ib. imperat Gallo Regi inducias. n. 110. pro pace publica fœdus armorum init cum Hispano, Anglo, Germano, atque Italis. ib. moriturus creat Cardinalem Guillelmum Enkenuordium. n. 114. propinquos ditare noluit. ib. concilium ad excindendam hæresim celebrare decreuerat. nu. 115. ad castiganda Vrbis vitia incumbebat. ib.

Hæreses, Hæresiarchæ, Hæretici, dæmon inter matronas hæreticas diuino prodigio apparet. 1206. n. 30. fugit relicto fœtore ingenti. ib. hæreticorum Albigensium errores & scelera, *vide Albigenses*. tanto in eos arsit odio Ferdinandus Rex Castellæ, vt facem

Digitized by Google

eum asturis subiecerit tanquam victima. 1233. n. 46. serpunt in Italia. 1231. n. 13. graues in eos fert leges Gregorius IX. 1231. n. 13. grauia in eosdem edicta. Fridericus n. 16. hæreticus in Gallia. palam Filio Dei eiusque operibus renuntiare non exhorruit. ib. Hæretici a Ferdinando Rege Castellæ candente ferro ad ignominiam inuri iussi. 1236. n. 60. hæresis nefandissima a Friderico II. diuulgata. 1239. n. 26. hæresis in Germania pro confirmanda tyrannide Friderici inuenta. 1248. n. 15. negat sacerdotem lethali noxa constrictum conficere posse. ib. vim anathematum interdictorumque negauit. ib. hæreticorum magna multitudo in Insubria post eædem S. Petri martyris conuersa ob diuina miracula. 1253. n. 11. & seqq. pœnæ in occultantes hæreticos constitutæ. 1255. n. 31. censores fidei contra hæreticos in Gallia creati. n. 33. hæresis de noua lege spiritus succedente legi euangelicæ damnata ab Alexandro IV. 1256. n. 20. hæretici ecclesiarum asylo repellendi 1281. n. 18. hæresis Fraticellorum & Bizochorum exorta. 1294. n. 26. qui fuerint eius auctores. ib. fœmina Anglica mentitur Spiritum sanctum in ipsa incarnatum pro salute fœminarum, ac baptismum profanae. 1301. n. 25 exusta Mediolani. ib. hæreses Beguardorum damnatæ. 1312. n. 17. hæretici in Boemia exusti. 1318. nu. 44. quænam hæreses inter Armenios exortæ. 1351. num. 1. &c. hæresiarchæ in principio agnoscunt Romani Pontificis primatum & se illi subijciunt. 1378. num. 116. hæretici Vvicleffitæ ab Henrico V. vt Regis Deique proditores strangulari, exurique nisi. 1414. num. 15. eorum grassationes in Boemia. 1418. n. 6. & 7. damnati superbia occoecati deficiunt. ib. exemplum eius rei in Vvicleffo hæresiarcha. ib non dandam hæreticis fidem publicam, vel seruandam, nisi hæresim damnent. 1518. n. 103. cum hæreticis disceptationes sæpe exitiales. nu. 46. quæ fuerint primæ Lutheri hæreses contra iustificationem & indulgentias. n. 103. Zuinglianæ siue Caluinianæ seu Sacramentariorum hæreseos initia auctore dæmone. 1519. n. 50. S. Hildegardis vaticinium de hæresi a nebulone in Germania spargenda. n. 56. Iconoclastarum exorta hæresis. 1522. n. 33. & Anabaptistarum. n. 53. 54. per tres soles falsos gladijs cruentis transfixos apparentes tres hæreses significatæ. ib. monet Hadrianus VI. principes Germanos, vt hæreticos feriant gladio. 1522. n. 60. in Ratisponensi conuentu a nonnullis principibus sancitum ex Vvormatiensi edicto animaduertendum in hæreticos. 1524. n. 24. hæretici Germaniam bellis ciuilibus fœdant. n. 42. & 44. mira hæreticorũ hypocrisis. ib. initio quidvis credendi libertatem cuique permittendam prædicarunt, mox aucti numero tyrannidem in sacerdotes exercuerunt. n. 62. hæreticorum est bonos corrumpere, & a vera fide abducere; veræ autem Ecclesiæ idololatras ad Christum adducere. 1524. n. 114. rusticorum hæresi infectorum dira coniuratio. 1525. n. 5. &c. cæsi supra centum millia. n. 15. Hutti blasphemiæ in Christum. n. 41. hæreticorum dissidia arguunt ipsos agi a dæmone. A. 1525. n. 44. hæresim a se confictã ex furore & odio fatetur Lutherus. n. 45. &c. hæreticorum figmenta refelluntur. ib. & n. 49. hæretici suorum multitudinem stulte miraculo tribuunt. 1526. n. 86. in conuentu Badensi iussi hæretici plecti ab Heluetijs. n. 104. hæreticorum se præferentium Ecclesiæ insania redargitur ab Oecolampadio. n. 118. hæreticorum insanæ opiniones. 1527. nu. 68. &c. nefanda turpitudo. n. 72 &c. hæreticorum a dæmone illusorum exempla. n. 78. & seqq. hæreticus exustus socios post mortem de æternis supplicijs paratis hæreticis admonet. 1527. n. 81. hæretici magistratus contemptis conciliorum decretis se dogmatum fidei iudices constituunt. 1528. n. 18. hæresiarchæ se mutuis scriptis lacerant. 1528. n. 2<. &c. hæretici fidem suam immutant pro libito, & prius se erasse fatentur. n. 47. Christi & Deiparæ imaginibus præfecant capita hæretici Parisijs. n. 80. principes fautores hæreticorum infelices. n. 101. fides publica malo ijs data cum putrida vlcera ferro & igne sint purganda. 1530. n. 60. exitialia publica cum hæreticis colloquia. n. 87. & 95. Lutheri vera sententia quomodo agendum sit cum hæreticis. ib. eod. n. 87. animaduertendum gladio in hæreticos sentiunt etiam hæretici. 1532. num. 79. quodnam Concilium postularunt. 1533. n. 7. hæretici Angli professi Regem esse ecclesiæ Anglicanæ caput. 1534. n. 8. euoluto post sæculo suæ ecclesiæ capiti caput amputarunt carnificis manu. ib. vt hæretici illudantur a dæmone varia exempla. n. 21. & seqq.

Halon Tartarorum Rex. Saracenos grauiter atterit. 1257. n. 58. Assassinorum gentem delet. ib. Persidem subigit. ib. in Turcas incurrit. n. 62. eos ad vectigal pendendum adigit. ib. soldanum Azatinem eijcit. ib. Saracenos cædit. 1258. n. 40. Baldach alias Babylonem impetu expugnat. ib. Calyphium inter aceruos auri & gemmarum, quibus pasci eum iubet, fame enecat. ib. Christianos blande fouet. ib. Hamam, Calamelam & Damascum Saracenis eripit. 1260. n. 26. Halappiam impetu capit. nu. 27. Syriam sub iugum mittit. ib. de restituenda Christianis Ierosolyma deliberat. n. 28. audita Mangonis fratris morte in Tartariam secedit. ib. præfecit bene se de fide Christiana sentire. n. 29. fauit Christianis. ib. præficit Guibogam Syriæ. ib. contra Saracenos bellum redintegrat. 1264. n. 68. in procinctu belli extinguitur morbo. ib. filius Abagha illi succedit in regnum ib.

Hannibaldus ordinis Prædicatorum. creatus Cardinalis basilicæ duodecim Apostolorum. 1262. n. 52.

Haquinus Norwegiæ Rex. Magnum Sueciæ & Gotiæ Regem parentem suum carcere liberat. 1363. n. 13.

Hariadenus Barbarossa. comparata classe Italiæ litora infestat, vastatque plura oppida. 1534. n. 60. 61. Tunetanum regnum occupat. ib.

Hasiludia. cur vetita a Pontificibus, tristisque eorum exitus. 1279. n. 16. vetita a Clemente V. ob grauia mala ex ijs consequuta. A. 1313. n. 7.

S. Hedwiges. in morte viri siccos tenuit oculos. 1238. n. 59. flentes sanctimoniales corripuit, quod diuinæ voluntati humanam non accommodent. n. 60. viro mortem prædixit. ib. mira eius constantia excitantis filium ad prælium contra Tartaros, in quo diuinitus norat ipsum occubiturum. 1241. nu. 6. gratias Deo agit quod filius pro diuino obtequio sanguinem fuderit. n. 10. S Hedwigis pia mors. 1243. nu. 38. extinctæ corpus lucidissimum euadit. ib. de eius vita & miraculis inquiri Vrbanus IV. iubet. 1262. n. 27. in sanctarum viduarum numerum relata. 1267. n. 40.

Hedwiges Regina Poloniæ. extincto viro Clarissarum institutis se addicit. 1393. n. 30. pie moritur. 1399. n. 8. insignes eius virtutes. ib. e Christi crucifixi imagine effusæ ad eam diuinæ voces ib.

Helena Æthiopum Imperatrix. postulat de fœdere in Saracenos Emanuelem Regem Lusitaniæ. 1509. n. 32.

Helias Minoritarum supremus minister. ob malã administrationem munere a Pontifice deturbatus. 1239. n. 36. ira peritus ad Fridericum hæreticum deficit. ib.

Heliones de Villeneua Rhodiorum equitum magister. fœdus init cum Clemente VI. aduersus Turcas. 1343. n. 1.

Heluetij. tuendum Iulium II. suscipiunt aduersus Gallos. 1512. n. 25. conciliabulum Mediolanense dissipant. ib. in Badensi comuentu principatum Mediolanensem adiudicant Maximiliano Sforzæ. 1512. n. 91. ad Nouariam Gallos cædunt. 1513. n. 29. Burgundiam inuadunt, auroque & promissis a Diuionensi obsidione repulsi. n. 61. 62. a Francisco I Rege Galliæ cæsi strage maxima. 1515. num. 21. Zuinglianismum amplectuntur. 1528. n. 18.

Henricus V. Imperator. crudelitas eius in Tancredi Regis Siculi filium. 1198. nu. 64. afflictæ Henrici morte terræ lætæ res. nu. 79.

Henricus siue Emericus Hungariæ Rex. Andream fratrem ducem aduersarium experitur. 1198. n. 78. ipsis conciliandis Innocentius operam nauat. ib.

Henricus Ierosolymitanus Rex. nostu dum frigidum aerem in exedra carpit cadens moritur. 1198. n. 83. 84. Aymericus Rex Cypri ducta vidua illi succedit. ib.

Henricus Dandalus dux Venetorum. crucesignatos adigit ad Iaderam excindendam. 1203. n. 4. de Iadertinis victionem sumit. ib. Constãtinopolim vna cum Gallis crucesignatis expugnat. n. 25. quænam pacta cum Gallis inierit. 1205. n. 1. & seqq. Cretam Veneto adiunxit imperio. ib. capto Balduino ex Adrianopolitana clade fugit. n. 18.

Henricus Imperator Constantinopolitanus. succedit Balduino fratri, ac de illius clade & captione scribit ad Innocentium III. 1205. n. 17. Balduini comperta morte renuntiatur Imperator. 1206. n. 6. moritur, ac succedit illi Petrus Antissiodorensis. 1216. n. 25. insignes illius virtutes. ib.

Henricus Brabantiæ dux. Leodium vastat.

A.1213. n.11. iterũ Leodienſes aggreditur & a Leodienſibus S. Lambertum auxiliarem vocantibus deletur magna clade. n.16. aduerſus Stedinghos magos ſacram militiam ſuſcipit. 1233.n.46. eos delet extrema internecione. 1234.n.43.

Henricus III. Angliæ Rex. Ioanni Regi parenti a Ludouico Gallo ampliſſima regni parte depulſo ſuccedit. 1216.n.33. Romani Pontificis cliẽtem ſolemni ritu ſe profitetur. 1216.n.33. ſuſceptum ab Eccleſia eius patrocinium aduerſus Ludouicum Regem. ib. eius patrocinium ſuſcipit Honorius III. 1217. num. 60. regia inunctione ſacratur ætatis anno decimo. ib. & 1217. num. 67. Ludouicus princeps ex Anglia diſcedere coactus. n.78. Londinum recuperat, & pacem cum Ludouico conficit, eaque ab Honorio confirmatur. 1218.n.59. proceres ad reſtituendas arces, quas tenuerant adigit. n. 47. Norualliæ principem infeſtum patitur. ib. cenſuræ Norualli eodem iuſſu Honorij inflictæ. ib. petitur bello a Ludouico VIII. Galliæ Rege. 1224.n.14. Rupellam amittit. ib. & Petrachoram, Lemouicam, & alias vrbes vſque ad Garumnæ littus amittit. ib. adductus in periculum totius amittendæ Aquitaniæ. nu. 31. Honorij literæ ad Ludouicum datæ, vt illum ad pacem cum Henrico flectat. n.31. & ſeqq. monetur ab Honorio ne Ludouicum Regem in Albigenſes mouentem bello petat. 1226. n.34. promittit eius iura illibata ſeruatum iri. ib. ciuili bello vexatur. 1234.n. 19. Richardi comitis hoſtis regij necem lacrymis proſequitur, & pro illius anima ſacra peragi iubet. nu.19. Leolinus Northualliæ princeps dicere ſolitus, ſe magis Henrici eleemolynas formidare, quam eius copias. n.20. Henrici Regis filio delatum Siculi regni ius, vt Anglicis armis exturbetur Manfredus. 1255.n.8. non ſeruata ab Henrico promiſſa. ib. Henricus Rex Angliæ ſegniter de Sicilia filio Edmundo comparanda agit 1256. n.26. expeditionem non conficit Manfredo interea tyrannidem firmante. ib. Henrici Angliæ Regis inania conſilia pro comparanda Edmundo filio Sicilia. 1257.nu. 42. & 1258.n.13. ciuilia bella, conanti obſiſtere. ib. monetur ab Vrbano ipſum in re Sicula pactis deſtiſſe, ac ne Gallis bellum in Manfredum ſuſcepturis obſtat. 1263. n.79. ciuili bello implicatur. n.83. Pontifex eius partes tuetur ac fœdera coniuratorum reſcindit. ib. S. Ludouicus concordiæ interpres inter Regem & proceres coniuratos adhibitus, ib. pro Henrico fert ſententiam. 1264. n. 32. pax iterum a proceribus violata, & ab ijs cum Richardo fratre capitur in prælio. n.32. miſſa illi auxilia a S. Ludouico. 1265.n.69. Eduardus filius Henrici ſe pro illo obſidem dedit hoſti. n.71. circumducitur per regnum, arceſque hoſti tradendas iubet ab hoſte coactus. ib. cogitur contra filium pugnare, ac Simone cum duobus filijs cæſis in libertatem reſtituitur. n. 72. 73. Glouerniæ comes Londinum illi eripit. 1267.n.33. Londinenſes in Henrici obſequium ab Eduardo filio reuocari. ib. mittit filium cum claſſe in Syriam. A.1270.n.24. moritur. 1272. n. 61. ſingularis illius pietas in audiendo miſſæ ſacrificio. ib. argutum illius ad S. Ludouicum reſponſum. ib. fertur miraculis coruiciſſe. n 62. effuſæ illius in pauperes eleemoſynæ. ib. ſuccedit illi Eduardus filius, qui tunc in Syria agebat. n.63.

Henricus Rex Caſtellæ. immatura morte ex tegula fortuito decidente oppreſſus. 1217.n.83. ſuccedit illi Ferdinandus ex Berengaria ſorore inceſto matrimonio natus. n.83.

Henricus Rex Cypri. ſuccedit patri Hugoni nouem tantum menſes natus. 1218.n.18.

Henricus Friderici II. Imp. filius. creatur Rex Romanorum. 1220. n. 12. cum patre Friderico ſacramento ſpondet ſe in Pontificis poteſtate futurum. 1223. nu. 19. a Friderico patre euocatur e Germania ad obruendos dolo Inſubres. 1226. n.17. ab ijs Verona propulſatur. n.18. regredi in Germaniam cogitur. ib. Tridentinam vrbem ſibi reſiſtentem incendit. n. 19. in parentem rebellat. 1235. n.9. veniente Friderico illi ſe ſubijcit atque in gratiam recipitur. n.10. paulo poſt abdegatur in Apulum carcerem, in quo extinguitur. n.11. Conradi fratris iuſſu, ne Siciliam obtineret, peremptus creditur. 1254. n. 42. paulo poſt eius interfectores perempti. ib.

Henricus Zuerinenſis comes. Vvaldemarum Daniæ Regem opprimit. 1223. nu. 24. Honorius III. Regis patrocinium aduerſus illum ſuſcipit. n. 25. & ſeq.

Henricus archiepiſcopus Colonienſis. ſuccedit S. Engelberto. 1225. nu. 13. excitatur ad vltiſciendam eius cædem. ib.

Henricus Thuringiæ lantgranius Romanorum Rex. templum ponit nomini S. Elizabeth, cui viuenti grauius negotium exhibuerat. 1235. n. 35. annitente Pontifice a multis principibus electus contra Fredericum II. 1246. n. 5. mittit oratores ad Innocentium IV. n. 6. Conradum inito prælio profligat, nu. 10. pepuliſſet Germania ni Bauarus illum excepiſſet. ib. ex inſidijs a Conrado tunditur dum Aquiſgranum peteret pro accipienda argentea corona. 1247. n. 1. mœrore victus moritur, ib. Vvillelmus Hollandiæ comes in illius locum ſubrogatus. n.4.

Henricus cum barba Sileſiæ dux. liberalitate in eccleſiam Lubecenſem magnificus, 1237. n. 62. eius modeſtia in cultu ſingularis. 1238. n. 59. cœlibatum coluit vna cum S. Hedunige. ib. vt illi mortem S. Heduuiges prædixerit. n. 60.

Henricus dux S. Heduuiges filius. a matre, quæ norat diuinitus occubiturum in bello, ad prælium contra Tartaros incitatur. 1241. n. 6. mira S. Heduuigis conſtantia audito eius mortis nuntio. n. 10.

Henricus Ebredunenſis archiepiſcopus. creatus ab vrbano IV, Cardinalis Oſtienſis. 1261. n. 36.

Henricus Regis Caſtellæ frater. creatur vrbis ſenator. 1267. n. 13. in Carolum Regem Siciliæ, atque in Pontificem coniurat. ib. Romanos ad defectionem trahit. n.17. monetur a Clemente IV. vt auſis ſceleribus abſtineat. A. 1268.n.21. diripit Vrbis ſacraria, atque in ijs reconditæ.n.25. Corradinum Vrbe excipit. n. 28. & in expeditione Sicula ſequitur. n.29. profligat primam Caroli aciem. n.30. fugientes ardentius inſequitur. ib. Corradino interea profligato redit, atque a Carolo vincitur. ib. capitur in fuga. n.34. carcem perpetuo addicitur. ib. demum veniam ſcelerum flagitans ab Honorio IV. abſolnitur. 1286.n.20.

Henricus Richardi Regis Romanorum filius. in eccleſia a Guidone e Montefort proditione trucidatus. 1271.n.3.

Henricus Cypri Rex. Ptolemaidem Carolo II. Regi Siciliæ eripit. 1286.n.33.

Henricus Rex Nauarræ. ſuccedit Theobaldo fratri. 1390.n.24.

Henricus Charinthiæ dux, ideuque Boemiæ Rex. poſt Vvenceslai II. mortem Boemiæ regno potitus. 1306.n.16. ab Alberto Rege pulſus iterum illud recuperat. 1307. n.26. ab Henrico Cæſare pulſus. 1310. nu. 1. in eius locum Ioannes Rex ſubrogatus. ib.

Henricus VI. Imperator. ex Lucemburgenſi comite ſumma conſentione opera Clementis V. a ſeptemuiris Cæſar creatur. 1308. n. 19. Aquiſgrani argentea corona redimitur. 1309.n.9. electio eius a Clemente V. confirmata, dieſque illi conſtituta pro imperatorijs inſignibus conferendis. nu. 11. Ioannem filium creat Regem Boemiæ. 1310.n.1. in Italiã iter apparat, ac ſacramento fidei ſe Clementi obſtringit. nu. 2. Italicarum vrbium oratores excipit. n.8. Clemens Italos ad eius obſequium adducit. n.9. &c. miſſi a Clemente Cardinales legati pro eo ſociando. n.15. Florentini ad reſiſtendum Henrico ſe comparant. nu.17. Mediolanum a Guidone Turriano illi reſtitutum. ib. Italiam ſibi ſubijcere meditatus eſt. nu. 21. vt ingratus fuerit erga Pontificem. ib. Mediolani ferrea corona redimitur. 1311. nu. 1. dum vectigal a ciuibus exigit, excitatur in eum ſeditio. ib. inde Guelpha Gibellinaque factiones recruduere. ib. Genua, Patauium, Taruiſiumq; ſe illi ſubijciunt. n.6. quinque Cardinales pro eo corona exornando decreti. n.6. ad ſacramenta ab oratoribus præſtita renouanda adigere illum iuſſi. n.19. Brixiani in eum rebellant ob factionem Gibellinam ab Henrico prouectam. n.22. in obſidione Brixiæ Goleramum fratrem amittit. n. 23. Cardinalis Fliſci opera Brixiam deditione accipit. n.23.24. pulſis Turrianis Matthæum Vicecomitem Mediolano, Veronæ Canem Scaligerum, Mantuæ Paſſerinum, Parmæ Corrigianum præficit. ib. a Genuenſibus magnifice excipitur. ib. detrectat facere fœdus cum Roberto Siciliæ Rege. 1312.n.32. & 33. init fœdus cum illius hoſte Friderico Rege Trinacriæ. ib. Guelpharum partium principes euertere meditatur. ib. Robertus Siciliæ Rex diſturbandam ſuſcipit eius imperatoriam conſecrationem. ib. Romam ingreditur. n.33. Vrbis parte potiore excluditur. nu.34. inhiat regno Neapolitano, ib. repudiatis Clementis monitis exitium ſibi peperit. ib.

plu-

plura init prælia aduerſa in Vrbe.ib.cogit Cardinales ad imperatoria inſignia ipſi conferenda in æde Lateranenſi. ib. ab Arnoldo Sabinenſi epiſcopo Cardinale coronam accipit. n.35. ſancit de prætermiſſis obſequijs præſtandis præſenti Pontifici eam rem ſecuturis Pontificibus damno non futuram.n.38. confirmat nuncupata ſacramenta. ib. paulo poſt ea velut inania verba contemnit. nu. 44. monetur a Cardinalibus, vt vi præſtiti ſacramenti pacem cum Roberto redintegret, ib. negat ſacramento fidei ſe aſtrictum Romanis Pontificibus.ib. arguitur ex proprijs verbis. ib. adductus in anguſtias ſigna reflectere cogitur in Etruriam. n.47. Italiam omnem ſibi ſubijcere molitur. ib. Peruſinum aruum vaſtat. ib. exceptus ab Aretinis ad Florentiam obſidendam prouolat.ib. poſt aliqua prælia, Pitis iudicio in eos agit, & in Robertum Regem. A. 1313. n.10. fauerat ingredienti Italiam Robertus premſaratque eius amicitiam. n.12. &c. repulſus, atque Aſta in Pedemontano comitatu priuatus eius progreſſus abrumpendos ſuſcepit. ib. Henricus Robertum damnat, vt prodicorem imperij, regnoque & Prouinciæ comitatu deturbandum ſancit. ib. fert in eundem capitalem ſententiam. ib. iniuſta in pluribus fuit eius ſententia, cum Siciliæ regnum non ſpectaret ad imperium.ib. reſciſſa eius ſententia a Clemente V. n.21. tres Cardinales ad eum coptis auertendum miſſi.n.21. ſpretis Pontificis monitis ad perdendum Robertum ſe accingit. n.22. Robertum geminam claſſem Piſanorum. & Genuenſium, & Friderici Regis Trinacriæ immittit. nu. 22. 23. cum vltionem Chriſtianæ reipublicæ paci præferret in imperij limine extinguitur.n.24. quodnam fuerit illius mortis genus.ib. & n.25. parto imperio primas virtutes nimio taſtu corrupit. n. 26. inſignis illius in Pontificem perfidia in affectando Vrbis dominatu. ib. promiſſa Pontifici data violauit. ib. eo mortuo ſocij eius metu conſternati. n.29.

Henricus Cypri Rex. graui morbo affectus de regni adminiſtratione cum fratre Almarico contendit. 1308. n.36. ſoldanus Ægyptius illi bellum indicit. 1321. n.35. Armenios iuuat contra Saracenos. nu.40.

Henricus de Cena pſeudominorita hæreſiarcha. duas fingit eccleſias, aliam diffluentem diuitijs, ac delitijs, cui præſit Pontifex, aliam inopem & pannoſam, ſed meritis ditiſſimam, qua ſectarij pſeudominoritæ contineantur. 1318.n.45. damnatæ a Ioanne XXII. eius hæreſes.ib.

Henricus Auſtriacus. a Frederico fratre immiſſus aduerſus Matthæum Vicecomitem.1322. n.5.& ſeq nulla re geſta redit in Germaniam. ib. vna cum Friderico Cæſare capitur poſt cruentiſſimum prælium.n.24.25.

Henricus Halecia & Poſnania dux. ſe Romanæ eccleſiæ veſtigalem profitetur. 1324.n.53.

Henricus archiepiſcopus Moguntinus. archiepiſcopatui contra Balduinum Treuerenſem aſſeritur a Romana eccleſia. A. 1336.n.57. ingratus illius animus. ib. in Spirenſibus conuentibus iudicem controuerſiæ inter Pontificem & Ludouicum Bauarum male ſe conſtituit. 1338. n.1. poſtulatur iudicio a Clemente VI. 1343. n.61. ſpernit cenſuras pontificias. ib. ob praua eius facinora Boemica eccleſia a Moguntini epiſcopi imperio ſoluta. 1344. n.65. a Clemente IV. deturbatur iure archiepiſcopali. 1346.nu.12. in eius locum ſuffectus Gerlacus Naſſouius.n.17. multa aduerſus Carolum Cæſarem molitur, atque ab eo Moguntia pellitur.1348.n.16. vexat Moguntinam eccleſiam. 1353. n.17. repentina morte rapitur ad diuinum tribunal. ib.

Henricus Duſemer Cruciferorum magiſter, Liuanos, cæſis duodeuiginti millibus, fundit.1346. n.63.

Henricus Traſtamara comes Alfonſi Regis ſpurius, poſtea Caſtellæ Rex. pulſus in exilium a Petro fratre Rege cum turmis vagis Gallorum euocatur a Petro Aragonum Rege.1362.n.18. redimit pacem Aragonius promiſſa illius nece.1363.n.8. fuga diſcrimen euadit. ib. partitur verbis Caſtellæ regnum cum Aragoniæ & Nauarræ Regibus. 1364. n.18. Gallicis turmis ſuccinctus irrumpit in Caſtellam. 1366. nu. 30. 31. ſe Regem Caſtellæ dicit. ibib. Petri odio omnibus ſibi ſtudentibus, illum regno depellit. ib. Olgis regni coronam ſuſcipit. num. 32. a Petro Rege vincitur fugaturque. 1367. num. 18. recedente Eduardo Aquitaniæ principe inſtructus exercitu a Gallis redit in Caſtellam, & potitur Burgis. ib. Iacobum Balearem principem intercipit. ib. Toletum obſidet. 1369. nu. 11. accurrentem ſubſidio Petrum fundit. ib. fugientem in vicinum oppidum obſidet. ib. interceptum pugione confodit.ib. plures æmulos in regno patitur. 1370. nu.17.18. Ferdinandum Luſitaniæ Regem grauiſſimo bello diuexat. 1373.nu.23.24. ad petendam pacem cogit. ib. vires in Carolum Nauarræ Regem, qui plures Caſtellæ vrbes captas tenebat conuertit. ib. eundem ad pacem poſcendam affinitate firmandam adigit. ib. orto ſchiſmate in priore conuentu decernit in controuerſia de pontificatu ſtandum concilij ſententiæ.1379. n.5. monetur a Petro Aragonio principe prophetiæ dono claro ne ſe a ſchiſmaticis irretiri ſinat. 1379.n.6. diuina ira percuſſus moritur ob exceptum Petrum de Luna.n.7.

Henricus Rex Caſtellæ. Ioanni impubes ſuccedit. 1390.n.20. Clementi antipapæ adhæreſcit. 1393.nu.6. moritur relicto puero Ioanne.1406.n.17.

Henricus IV. ex duce Lancaſtria Anglia Rex. capto Richardo Rege ad cedendum regio iure adigit. 1399. n.20. in carcere necat. 1400.n.8. &c. ſtudioſos Richardi mouentes bella profligat. 1401. nu.15. Lollardos ſiue Vvicleffiſtas ſancita lege exuri iubet.n.16. omnes hæreticorum cœtus, propoſita capitali pœna prohibet.ib. ſuadere illi niuntur Vvicleffiſtæ, vt eccleſiaſtica veſtigalia inuadat. A. 1404.n.20. iniqua ea conſilia reſpuit. ib. lepra extinguitur.1412.n.7.

Henricus V. Anglia Rex. ſuccedit Henrico IV. parenti.1412. n.7. in eum coniurant Vvicleffiſtæ duce Ioanne Oldcaſtelio. 1413.n.13.& ſeqq. ſæua in eum hæreticorum conſilia.1414.n.15. hæreticos, vt Regis Deique proditores ſtrangulari exurique iubet.ib. mille & ſexcentarum nauium claſſe inuehitur in Galliam.1415. n.54. Arcfluctum capit in Normannia. ib. victricia ſigna circumfert per Galliam.ib.Gallos prælio fundit.n.55. redit in Angliam.ib. conuenitur a Sigiſmundo Imperatore, vt pacem Galliæ reſtituat. ib.irrumpit in Normanniam, eamque victorijs peragrat. 1418. nu.25. Rothomagum obſidet. ib. turbas maximas miſcet in Gallia. ib. Rothomagum capit, victoriamque latius profert. 1419. nu.8. & 9. a Philippo duce Burgundiæ Lutetia & aliæ ſexdecim vrbes illi deditæ Delphini odio. 1420. n.6. ducta Caroli VI. filia regni heres pronuntiatur. ib. ob ſoceri morbum regni adminiſtrationem accipit. ib. ingentem exercitum educit ex Anglia contra Delphinum. 1421.n.18.rogatus de pace a B.Nicolao Albergato conſilium ſpernit. n.20. eius exercitus epidemico morbo ex parte conſumptus.ib. ex iniqui belli laboribus morbum lethalem contrahit.1422.n.28. angitur ob non conuerſa in Turcas arma. ib. ſero votum Syriacum nuncupat. ib. ſuccedit illi filius Henricus VI. ibid.

Henricus Aragonius princeps. Henricum Caſtellæ Regem in ſuam redigit poteſtatem.1420.n.3. & 4. petitur bello a proceribus. ib. ex illius cuſtodia fugit Rex venationis ſpecie. nu. 5. capitur & bonis exuitur. ib.

Henricus VI. angliæ Rex. ſuccedit patri Henrico V. in Anglia. 1422.n.28. & in regni Galliæ parte Carolo VI. n.33. eius adminiſtri potentiæ ſuæ præfiſi, diuina & humana iura calcare poſſe gloriantur. 1425.n.7. quid ijs a Martino V. reſponſum.ib. arrogant ſibi eius adminiſtri ſacerdotiorum conferendorum ius, & plura impie agunt.1426.n.19. Ioanna virago dicta Aurelianenſis ad Anglorum tyrannidem tundendam diuinitus conſurgit.1428. n.9. Henricus conductum ſacro auro aduerſus hæreticos exercitum immittit impie aduerſus Gallos. 1429. n.17. a Ioanna virguncula conciſus diuinitus eius exercitus. nu.18. 19. magnis cladibus ab eadem attritus. 1430. n. 2. in prælio captam necat inique.ib. poſt Ioannæ necem illius res magis euerſæ. ib. eius copiæ cæſæ in Normannia. 1435. nu.3. pacis leges reſpuit Aquitania & Normannia non contentus. n. 4. Lutetiam ac Sueſſiones, & Laudunum & alias vrbes amittit. 1436. n.23. 24.damnatis Baſileenſibus adhæret Eugenio IV.1438.n.14.& 1440.n.6. dum vnius opiduli inique occupati a ſuis poſſeſſionem tuetur, bello ſe implicat, quo ampliſſimas vrbes amittit. 1448. n. 16. & 1450. n. 20. Aquitaniam recuperat

perat, iterumque amittit. A.1453.n.10. implicatur in Anglia inteſtino bello. 1459.n.68. a Ioanne Vvaruici comite capitur in prælio, ib. dux Eboracenſis Regem ſe dicit, cum Richardo olim iniquè oppreſſo gradu coniunctior eſſet. ib. pace ſancita conuenit regnum ad Eboracenſis poſteros transfundendum. ib. & 1460. n. 106, internuntiis pontificius, quem ſpreuerat, eius calamitatis auctor, ib. a Margareta Regina cæſis hoſtibus regno reſtituitur. n.108. a Regina Margareta Richardo Vvaruicenſi victo in libertatem reſtituitur. 1461.n.133. &c. in alio decretorio prælio cruentiſſimo victus cum vxore & filio fugit. nu.134. hoſtis Anglorum pronuntiatur. nu. 135. qui pacem pertinaciſſimè reſpuerat, cupidine Galliæ coronæ Gallico & Anglico regno exulat. n. 135. ad extremum profligatur. ib. eum Gallus tuendum ſuſcipit. 1462.n.48. in Angliam incurrit, & arces aliquas recipit. n. 49. fuſus in prælio in Scotiam confugit. ib. irrepit in Angliam ad res nouandas, captuſque circa patibulum ducto trino gyro conjicitur in carcerem. 1465.n.8. quæ cauſa tot malorum fuerit. ib. e carcere regio ſolio reſtituitur. 1470.nu.49. profligatur ab Eduardo & capitur. 1471.nu. 51. eius filius Eduardus & Margareta Regina profligati. ib. Eduardus cæſus Margareta capta. ib. de eo liberãdo amici agitant. ib. interficitur in carcere. ib. ex quo aduerſis premi cœpit ſanctiorem vitam ſectatus eſt. ib. fertur poſt mortem inclaruiſſe miraculis. ib. & 1504. n. 33. de ijs actio iudiciaria inſtituta. ib.

Henricus Beaufort epiſcopus Vvintonienſis Regis Angliæ auunculus. creatus Cardinalis 1426 num. 26. & legatus aduerſus Boemos hæreticos. 1427.n.1. conductum ſacro auro exercitum in Gallos auertit, 1429.n.17. obiurgatus excuſat ſe regia vi adactum. ib.

Henricus Caſtellæ Rex. ſuccedit Ioanni parenti. 1454.n.10. vertit arma in Granatenſes. 1455.n.39. & 1459.n.24. Granatenſes Mauros contundit. 1462.n.43. Gaditanam arcem ab ijs recipit. ib. aduerſus Ioannem Regem in principé aſciſcitur a Catalanis ib. Granatenſem Regé ad pendendũ vectigal cogit. 1464.n.32. Ioannã filiã Luſitano heredi in matrimonio collocat ad coniungenda ea regna. ib. in eum rebellant Caſtelliani, quod regnũ Caſtellæ Luſitano coniungendum rei Chriſtianæ cauſa decreuiſſet. 1465.n.7. illius imagini ſceptrum & corona decuſſa in theatrali pompa. ib. ſublato Alfonſo fratre regia iura illi reſtituta ea lege, vt poſt mortem Iſabella ſoror ſuccedat, reiecta Ioanna filia. 1468.n.34. moritur, ac de regni ſucceſſione ingentia exorta bella. 1474.n.25. & 1475.n.13.

Henricus VII. Angliæ Rex. ex Richemundiæ comite, cæſo Richardo Angliæ tyranno, Rex creatur. 1485 n.52. a clementia regnum auſpicatur. ib. ducit Elizabeth Eboracenſium principum heredem, ac regnum iure duplice confirmat. n.46. veriti Angli intentato a Pontifice anathemate, ne de iure regni ua- uas lites moueant, ſed Henrico pareant. ib. moritur. A.1509.n.38. pietate & alijs virtutibus inſignis extitit. ib. ſuccedit illi Henricus VIII. ib.

Henricus VIII. Anglia Rex. ſuccedit Henrico VII. parenti. 1509.n.35. Iulij 11. cauſam contra Gallum tuetur. 1512.n.1. eius literæ ampliſſimis officijs refertæ lectæ in ſecunda ſeſſione concilij Lateranenſis nu. 46. & 47. ad Aquitaniam Normanniamque recuperandas exercitum parat. n.92. Morinorum oppidum vulgo Teroanam expugnat. 1513.n.57. ducum opera Iacobum Regem Scotiæ in Angliam irrumpentem cædit. ib. exciſa Teruana ob lites ortas cum Maximiliano apud Tornacum caſtra metatur. n.61.62. illud expugnat. n.105. reuerſo in gratiam cum Eccleſia Gallo ſe recipit in Angliam. ib. pacem ſancit cum Gallo, eamque affinitate confirmat. 1514.n.50. comburi Lutheri libros iubet in Anglia. 1520.n.64 Carolum V. venientem excipit. n.69. cum eo fœdus pangit. ib. ſcribit in Lutherum pro aſſertione ſeptem ſacramentorum ac Leoni X. inſcribit. 1521.n.54. demonſtrat Lutherum ſuos ad omnia ſcelera hortari, propoſito dogmate, quod ſola fides ſufficiat ad ſalutem. ib. demonſtrat eadem ratione omnes Reges eſſe, qua ſacerdotes, tollique regnum ſi tollatur ſacerdotium. n.68. Defenſoris fidei titulo exornatur a Leone X. cui librum inſcripſerat. n.73. in eum ſcribit conuitia Lutherus. 1522. n.42. monet duces Saxoniæ ne a Luthero ſcripturam ſacram Germanica verſione peruerti patiantur. n.48. monet Germaniæ principes ne Lutheranam hæreſim foueant. 1523.n.67. quid de Luthero ad Henricum ſcripſerit dux Georgius. n.71. territus Caroli V. potentia cum Pontifice & Gallis Italiſque in eum conſpirat. 1526.nu.8. falſas excuſationes Lutheri, quod pia opera non excluderet, refellit, conuincitque mendacij. n.112. pro liberando Clemente VII. conſpirat cum Franciſco I. aduerſus Carolum V. 1527. n.23. mota lite de eius coniugio ab aſſentatore Thoma Vvolſæo Card. viſus abhorrere a repudio. 1528.n.108. &c. non recte illi abblanditur Clemens miſſo legato pro cognoſcenda cauſa. ib. abalienato a coniuge innocente animo dilabitur ad ſcorta, & Annæ Bolenæ hæreticæ amoribus irretitur. ib. eo animaduerſo cauſa eius de induſtria a Clemente extracta, ne meretriculam ſibi coniugio iungeret. 1529.n.90. interea Regina a legato ſuſpecto iudice in Anglia. ad Pontificem prouocat. ib. admiſſa a Pontifice iuſta prouocatione, in eum, a quo votis fruſtratus eſt, exaſperatur. ib. diſcordiæ inter ipſum ac Pontificem creſcunt. 1530. n.191. conſultus a Pontifice Thomas de Vio Cardinalis Caietanus in cauſa Regis. n.193. adhæret Lutheranis contra Carolum V. 1531.n.4. Angliæ Regina aduerſus virum leges implorat. n.78. Pontifex anathematis pœnam ei proponit ſi aliam duxerit vxorem. ibid. facti ſeueritatem apud ipſum excuſat. ib. præfecti male in Anglia ad voluntates Regis epiſcopi a Pontifice. n.89. impulſus in exitium ab aſſentatoribus. n.91. obſtitit celebrando cõcilio, & cur. A.1538.n.29. eius querelis reſponderur a Clemente. n.61.62. circumuentus ab eo clerus. n.163. fecit factam ſibi a Pontifice ducendæ in matrimonium Annæ Bolenæ poteſtatem. ibid. diſſentit vna cum Galliæ Rege, vt congregetur concilium. 1533.n.1. inceſtas nuptias celebrat cum Anna Bolena. n.65. quanta fuerit illius ſcorti impuritas. ib. Catharinam Reginam palatio excludit. n.68. obſiſtit ne concilium celebretur. n.85. in ſocietatem ſchiſmatis pellicere nititur Gallorum Regem, ſed in ea re paſſus repulſam. ib. Henrici argumenta contra prius coniugium diſſoluta a Thoma de Vio Cardinale. 1534.n.1. & ſeqq. lata in eum ſententia a Clemente. nu. 3. & 4. intentatum illi anathema ſi in cœptis perſtaret. n.4. biduo poſt peruenit Romam eius nuntius ad litem componendam. ib. cum retractandæ ſententiæ non reperiretur ratio exaſperatus deficit ab Eccleſia. n.5. morte afficit Elizabetham Barthonam monialem pietate & prophetiæ dono conſpicuam. n.6. dictum ab ea Regem non eſſe, qui non regnaret ex Deo. ib. Ioannem Fiſcherum & Thomam Morum in vincula conijcit. nu.7. proceres pios opprimit. ib. ſe Eccleſiæ Anglicanæ caput dicit. n.8.

Henricus Rex Nauarræ. Gallicis armis Nauarram recipit. 1521.n.84. capitur in prælio Ticinenſi. 1525.n.80. mutato cultu euadit. ib.

Henricus Lutheranus. cõbuſtus Tornaci ſocijs poſt mortem apparet, ſeque æternis ignibus ob hæreſim addictũ refert. 1527.n.81.

Hercules dux Ferrariæ. petitus bello a Venetis. 1482.n.1. initio illi Sixtus IV. infenſus. ib. adducto eo in periculum placatur Sixtus, & auxilia mittit. n.17.

Hermannus hæreſiarcha. V. *Armannus.*

Hibernia. Romanæ eccleſiæ vectigalis conſtituta. A.1213.n.78.

Hieronymus ſupremus Minorum miniſter in pontificatu dictus Nicolaus IV. miſſus a Ioanne XXI. ad conciliandos Galliæ & Caſtellæ Reges. 1277.n.5. creatur Cardinalis a Nicolao III. 1277.n.58.

Hieronymus eremita Camaldulenſis. inter Lituanos fidem Chriſti propagat. 1387. n.16. ludibria dæmonum diſſipat. ib. infeſſas dæmonibus arbores euertit. ib.

Hieronymus Pragenſis hæreſiarcha. propagat Pragæ hæreſim Vvicleffiſticam. 1408.nu. 69. in ius vocatur a concilio Conſtantienſi. 1415.n.34. damnat hæreſim multis pijs verbis. n.45. multas hæreſes contra myſterium Trinitatis finxerat. 1416.nu. 13. reuerſus ad vomitum coram concilio præter ſpem approbat hæreſes Vvicleffi & Ioannis Hus. 1416.nu.20. diſſentit ab ijs circa ſacramentum Euchariſtiæ, & ſecum pugnat. ib. damnatur & exuritur. n.21.

Hieronymus de Sanctafide Hebræus medicus. librum edit de Chriſto vero Meſſia, ac plura millia Hæbræorum conuertit. 1412.n.8.

Hieronymus Riarius nepos Sixti IV. donatur a Sixto IV. toparchia Imolæ & Foriliuij. 1472.n.52.

Hiero-

Hieronymus Olliatus. ducem Mediolani interficit, deque interfecto impie in tormentis gloriatur. A. 1476. n. 15.
Hieronymus Sauonarola ordinis Praedicatorum. falso vaticinatur Ecclesiam gladio reformandam. 1495. n. 22. Florentiæ nouas res molitur. 1496. n. 41. interdictus sacris concionibus non paret, & cæteros cõcionatores arcet munere cõcionandi. ib. in iudicium vocatus a Pontifice, non paret. 1497. n. 15. & 20. supplicio afficitur. 1498. n. 19. afflictę illi plures calumnię. ib.
Hieronymus Æmilianus congregationis Somaschæ conditor. e tetro carcere a B. Virgine liberatur. 1511. n. 54.
Hieronymus Lascus Siradiensis Palatinus. Ioanni ex Hungaria profugo consulit, vt Solimannum contra Maximilianum vocet. 1527. n. 107.
Hieronymus Alexander. missus nuntius in Germaniam, 1532. n. 13.
Hierosolyma. euersa a Coradino in vltionem obsessi Pelusij. 1219. n. 13. recepta a Friderico II. ex turpi fœdere. 1229. n. 6. eam ille non munit, vt promiserat, nec muniri permittit a Templarijs. n. 14.
Hierosolymitana ecclesia. an sit prima omnium. 1199. n. 61.
Hierosolymitanum regnum. Carolo II. ereptum a Cyprio. 1286. n. 33.
S. Hildegardes. eius vaticinium de hæresi Lutherana. 1519. n. 56.
Hippolitus Card. Medices. mittitur a Clemente VII. in Germaniam. 1532. n. 13. cultu mutato fugit. n. 52. captus cæsareo iussu sed paulo post dimissus. ib. rem æquo animo tulit Pontifex, cum simul captum ac missum accepisset. ibid.
Hispalis. obsessa a Ferdinando Rege Castellæ. 1247. n. 19. capta. 1248. n. 44.
Hispaniola. structa in ea prima vrbs. 1494. n. 32.
Hollandia. infecta ab Anabaptistis. 1331. n. 66.
S. Homobonus Cremonensis. miraculis fulget, ac in numerum sanctorum refertur. 1199. n. 20. inter medias preces animam fudit. ib.
Honoratus Gaietanus Fundorum comes. magnus schismatis auctor coniurationem grauem cum antipapa & Rege Aragonum contra Bonifacium conflat. 1397. n. 6. grauissimis in eum edictis a Bonifacio animaduertitur. 1399. n. 14. recensita grauiora eius flagitia. ib. adempta illi Anagnia. ib. acerrimo bello vexatur. ib. exuitur ditione sua maxima ex parte. 1400. n. 2. ex dolore aduersarum rerum infeliciter perit in schismate. ib.
Honorius III. Pontifex. succedit Innocentio III. 1216. nu. 16. eius patria & genus & gesta ante pontificatum munera. ib. ad restituendum Syriæ Christi cultum incumbit. n. 20. Henricus Rex se illius clientem solemni ritu profitetur. n. 33. reuocare Anglos ad Henrici obsequium enititur. n. 36. confirmat formulam religiosæ disciplinæ a S. Dominico institutam. nu. 48. & 49. Petrum Antissiodorensem electum Imperatorem Constantinopolitanum exornat imperatorio diademate. 1217. n. 4. Ioannem Columnam Cardinalem illi legatum adiungit. n. 8. captis proditione Imperatore & legato a Theodoro Græco, Hungariæ Regem solicitat, vt eos liberandos curet. n. 15. expeditionem in terram sanctam promouet. nu. 18. solemnes supplicationes pro Christiano exercitu indicit. n. 27. nudis pedibus capita SS. Apostolorum Petri & Pauli in supplicatione gestat. n. 28. Præsulum Lusitanorum literæ ad Honorium de victis diuinitus Saracenis & Christi imagine in cœlo ostensa. n. 32. 33. crucesignatis Germanis & Batauis imperat, vt in Syriam iter persequantur. n. 38. S. Dominicum & Sodales ad perseuerantiam hortatur. nu. 50. prohibet Iacobo Regi Aragonum, ne ditionem Simonis Montfortij inuadat. n. 55. de vita & miraculis B. Guillelmi archiepiscopi Bituricensis actionem instituit. n. 64. Henrici Regis Angliæ patrocinium suscipit. n. 69. imperat Philippo Regi Galliæ, vt Ludouicum filium ex Anglia reuocet. ib. Vgolinum episcopum Ostiensem pro tuendis Sardiniæ iuribus legatum Pisas mittit. n. 86. Corsicæ partem dat Genuensibus. n. 100. Pelagium Albanensem episcopum legatum decernit aduersus Saracenos. A. 1218. n. 1. præcipit crucesignatis, vt Pelusium contendant. n. 9. filiorum Hugonis Cypri Regis defuncti patrocinium arripit. n. 18. in gratiam admittit liberato legato Theodorum Comnenum Epiri dynastam. nu. 20. reuocat crucesignatos ab inferendo illi bello. n. 21. sanctis annumerat Vvillelmum archiepiscopum Bituricensem. n. 33. cæso Simone Montfortio iubet Gallis præsulibus, vt eius filium Almaricum tueantur. 1218. n. 53. pacem inter Ludouicum sceptri Gallici heredem & Henricum Angliæ Regem confirmat. n. 59. declarat Ferdinandum legitimum Castellæ regni heredem. n. 66. aduersus Saracenos Hispanorum arma concitat. n. 69. a Lusitano annuum vectigal exigit. n. 71. repetit ab Aragonio censum pro Barchinonensi comitatu. ib. Fridericum solicitat, vt pugnantibus in Ægypto crucesignatis opem submittat. 1219. nu. 6. expeditionem indictam deceptus a Friderico differt. n. 9. fit certior de capto Pelusio a crucesignatis. n. 18. gratulatur victoribus. ib. promissis tallacibus deluditur a Friderico. 1220. n. 3. Nicolaum episcopum Tusculanum mittit ad illum, vt de tuendis Ecclesiæ iuribus paciscatur. n. 19. Fridericum cum Imperatrice corona imperiali exornat. n. 21. fert anathematis sententiam in hæreticos & ferentes leges aduersantes libertati ecclesiasticæ. n. 23. curat, vt Fridericus in eosdem leges promulget. nu. 24. Anicensis episcopi interfectoribus expiatoriam pœnam publicam infligit. n. 29. declarat Ioachimũ abbatem hæreticum nõ fuisse, sed errantem. n. 31. Cardinalem Crescentium legatum in regna septentrionalia mittit. nu. 32. Daniæ inuasores percellit anathemate, quod Dania Romanæ ecclesiæ sit fiduciaria. ib. Seruiæ & Dioclitæ Regis confirmantis pristinam cum Romana ecclesia coniunctionem ad Honorium literæ. n. 37. fidem in Liuonia, Estonia, ac Prussia propagare nititur monachorum opera. n. 38. B. Hugonem episcopum Lincolniensem in sanctorum catalogo collocat. n. 47. Alfonsum Regem Lusitaniæ ob oppressum clerum obiurgat. n. 50. 51. Raymundus Antiochiæ princeps poscit ab Honorio, vt se Armeniæ Regem a Pelagio legato coronari iubeat. n. 57. creat Vgolinum episcopum Ostiensem legatum pro comparandis crucesignatis copijs. A. 1221. n. 2. arguit Fridericum quod rem Christianam negligat. n. 6. vrget ad mittendos alios si nolit proficisci. ib. significat missam ab eo seriis classem. n. 7. obiurgat illum cladis Pelusiacæ causam extitisse. n. 18. ob spem illius aduentus non receptas esse Ierosolymas. n. 19. intentat cunctanti anathema. n. 21. Acconium subdiaconum in Dalmatiam mittit aduersus piratas. nu. 39. quæ ab eo feliciter gesta. ib. Raymundum, iuniorem ob Albigensium partes detensas omni iure principatus exuit. n. 45. inquiri iubet de miraculis B. Stephani episcopi Diensis. n. 49. permittit sanctorum cultum tribui a Molisnensibus B. Roberto abbati. ib. intentat minas Alfonso Regi Lusitano, ni emendet male gesta regnum illius ad exteros deriuatum iri. n. 52. pro instaurandis terræ sanctæ rebus colloquium insigne celebrat. 1223. nu. 1. patriarchæ Alexandrini ad eum literæ, vt Ægyptum liberet, & Imperatorem ad expeditionem conficiendam conciret. nu. 10. Celanensem comitem ac socios conciliat cum Frederico. n. 14. Fridericum se ad præficiendos ecclesijs episcopos ingerentem monet officij. ib. & seqq. Fridericus atque Henricus filius sacramento spondent se in Honorij potestate futuros. n. 19. Regem Daniæ oppressum defendendum suscipit. n. 24. excitat Fridericum ad eum liberandum. n. 28. Almarico comiti contra Albigenses auxilia spondet. n. 28. monetur cœlesti viso, vt sacrum faciat pro liberanda e purgatorio igne Philippi Regis anima. 1223. n. 38. Norualliæ principem Henrico Regi rebellantem percellit anathemate iubet. nu. 47. de miraculis B. Guillelmi archiepiscopi Cantuariensis inquiri iubet. 1223. n. 48. & de miraculis Ioannis episcopi Vicentini. n. 49. religiosæ disciplinæ formulam scriptam a S. Francisco confirmat. nu. 55. vt S. Franciscus illi & successoribus obsequium addixerit. ib. crucearam expeditionem indicit aduersus Saracenos. 1224. n. 1. & seqq. deluditur magnifica Friderici II. ostentatione. n. 4. rogatur ab eo, vt Gallos & Anglos conciret in sacrum bellum. n. 12. Conradum Cardinalem in Germaniam legatum mittit. n. 13. bellum inter Ludouicum Galliæ & Henricum Angliæ Reges sedare nititur. n. 14. Russutonæ Reginæ Auognię ad Honorium supplices literæ. n. 17. de Tartarica in Georgiam irruptione & clade Tartarorũ fit certior. ib. pro ferendis Constantinopolitano imperio auxilijs curas intendit. n. 23. Guillelmo Roschildensi abbati sanctorum cultum decernit. n. 30. Guillelmum episcopum Mutinensem in Liuoniam & Prussiam mittit legatum. nu. 38. Galliæ Regis opera Albigenses ad officium reuocat. n. 39. Frederico Imperatori

vi tempus certis legibus transferendi in Syriã exercitus extrahit. A. 1225. n. 3. cõsulit Belæ Hungariæ Regi, vt abalienata iura regia reuocet. n. 22. contraria sacramenta præstita in regia inunctione, vt irrita rescindit. ib. Ludouicum VIII. Galliæ Regem ad pacem dandam Angliæ Regi vrget. n. 28. bellorum contrarios euentus proponit. ib. adducit, vt arma in Albigenses exerceat, n. 34. defert sanctorum honores B. Laurentio archiepiscopo Dublinensi, n. 39. Ferdinandum Regem Castellæ solicitat, vt hæreticos grassantes in Italia legibus comprimat. n. 47. grauissimas pœnas statuit in eos, qui Cardinales iniuria affecerint. n. 51. Reatinam ecclesiam consecrat, n. 55. Fridericum elientes Ecclesiæ edictis sibi subijcere nitentem coarguit. 1226. n. 1. ab eo corripi non ferente repungitur. ib. refellit iactatas querelas a Frederico. n. 4. & seqq. exprobrat ipsi exuisse Ioannem Brienensem regno Ierosolymitano. n. 11. placare eum nititur Fridericus blandis verbis. n. 14. inter Insubres & Fridericum pacem conciliare nititur. n. 20. firmat inter eos concordiam. n. 25. cæsarea iura in regno Arelatensi tuetur. n. 30. prohibet Anglo ne Ludouicum Albigensi bello occupatum lacessat. n. 34. Guillelmum archiepiscopum Eboracensem in sanctorum numerum refert. n. 49. monet Fridericum, vt Ioanni socero restituat administrationem regni Ierosolymitani. 1227. n. 1. repulsam passus illum ditionis pontificiæ parti præficit. n. 4. Germanos vrget, vt itineri Syriaco se accingant. n. 7. Russiæ Reges aggregari Romanæ ecclesiæ flagitantes admittit. 1227. n. 8. illius mors. n. 12. decretales ab eo compilatæ. ib. index Romanorum Pontificum ab eo editus. ib. succedit illi Gregorius IX ib.

Honorius IV. creatur Pontifex ex diacono S. Mariæ in Cosmedin. 1285. n. 14. eius genus & primitiæ. ib. monasterium in paterno fundo condiderat, nu. 15. Romam proficiscitur, ac solemni ritu tiara accepta ad fideles encyclicas dat literas. n. 19. leges pro leuandis Siculorum oneribus tuendaque libertate promulgat. n. 28. perduelles earum legum beneficio priuati, n. 62. episcopatuum conferendorum ius in Sicilia tempus pontificiæ sedi reseruat, ib. Rudolphum Cæsarem ad excipiendum diadema imperatorium euocat, 1286. n. 1. Ioannem Cardinalem Tusculanum ad eum mittit. ibid. Iacobum Aragonium Regem Siciliæ creatum a perduellibus anathemate percellit, 1286. n. 8. & episcopos, qui regiæ inunctionis peregerant munus. nu. 9. sententiam in Alfonsum Aragonum laturus spe obsequij ab eo dictam retardat. nu. 10. Henricum comitem Montisferetri veniam poscentem absoluit, n. 19. & Henricum Hispanum, n. 20. Carmelitas vti variegata veste prohibet, nu. 36. Honorij mors. 1287. n. 9.

Hprosetus Barbarossa. e prædone Rex euadit in Africa, 1515. nu. 57. in prælio brachium amittit. ib. a Bugiæ obsidione ægre depellitur. n. 59. Algerium tuetur contra Hispanorum arma. 1516. n. 45. Italiæ insulas infestat. ib. Oranum obsidet & fusus prælio trucidatur. A. 1518. num. 167.

Hospitalarij equites S. Ioannis. Templarios extrema internecione delent in Syria. 1259. n. 61. quid de Hospitalariorum cultu sancitum sit ab Alexandro IV. ib. Rhodum & circumiacentes insulas oppugnant contra Turcas. 1306. n. 12. Rhodo potiti Rhodiorum equitum nomen adepti. 1310. n. 43. propulsant Turcas. ib. in eos translata a Clemente Templariorum bona. 1312. n. 5. Rhodo tandem pulsi a Solimanno. 1522. n. 24.

Hospitalarij Ierosolymitani S. Mariæ Theutonicorũ. aggregati Crucigeris. 1237. n. 63.

Hospitalitas. Christus peregrini specie excipi voluit a B. Andrea Galeramno. 1251. num. 13.

Hubertus Cantuariensis archiepiscopus. Ioannem Angliæ Regem ac Reginam insignibus regijs ornat. 1200. n. 15. celebrat Londinense concilium, & quæ in eo decreta sint. ib.

Hubertus Cantiæ comes. in somnis a crucifixo monitus, ecclesiam a direptione vindicat. 1234. n. 20. reuocatus ab exilio beneficium pio operi tribuit. ib.

S. Hugo Lincolniensis episcopus ordinis Chartusiani. insignis eius in morte fiducia. 1200. n. 19. nec odio, nec amore, nec timore vnquam deflexit a iustitia. ibid. heredem ecclesiam instituit, ib. imminentia Angliæ mala prædicit. ib. in cinere moritur. ib. eius cadauer lacte candidius & vitro pellucidius post mortem visum. n. 20. eius memoria consecratur ab Honorio III. 1220. nu. 47. eius corpus corruptionis expers inuentum. 1280. nu. 11. oleum ex eo exudasse inuentum. ib.

Hugo Card. in Germania legatus. de pace inter Philippum & Othonem agit. 1206. n. 17. quas leges iniuerit. 1207. nu. 8. Philippum absoluit. ib.

Hugo Rex Cypri, moritur. 1218. nu. 18. filiorum eius patrocinium susceptum ab Honorio III. n. 18. succedit illi Henricus filius. ib.

Hugo Marchia comes. rebellat S. Ludouico. 1242. n. 12. ab illo comprimitur. ib.

Hugo puer octennis, Christi odio a Iudæis excarnificatus omnibus supplicijs quæ Christus passus est, 1255. n. 78. diuinitus patefactum scelus. ib.

Hugo Rex Cypri. ad regnum Ierosolymitanum vocatur. 1269. n. 5. Maria Antiochena illi de eo litem intẽdit. 1272. n. 18.

Hugo ordinis Prædicatorum, creatus Cardinalis a Nicolao IV. 1288. n. 1.

Hugo Spenserius Angliæ regia procurator, discordiam inter Regem Reginamque serit. 1326. n. 13. &c. monetur a Pontifice grauiora illi impendere discrimina, ni concordiam instauret. ib. cum Rege Londino fugere cogitur insectante eum Regina. ib. capitur & in furcam agitur, ib. Regem in exitium trahit. ib.

Hugo Rex Cypri. fœdus init cum Clemente VI, aduersus Turcas. 1343. nu. 1. & seq. fert auxilia Armenijs, 1347. n. 28.

Hugo Moncata. Algerium frustra tentat. 1519. n. 62. naufragium passus. ib. Gerbas subigit. ib. captus a Gallis in prælio A. 1525. n. 77. de pace agit cum Clemente VII. 1526. nu. 9. cum Columnensibus proditionem conflat in Clementem, atque in pontificium palatium irrumpit, illumque & basilicam S. Petri expilat. nu. 15. maritimo prælio victus exulque a classe Gallica in portu Neapolitano. 1528. n. 5. proditionis suæ in Clementem dat pœnas. ib.

Humanitas Christi glorificata. vt in eam Angeli prospicere desiderent. 1333. num. 45.

Humbertus Delphinus Viennensis. principatum sponte in maiorem Galliæ Regis filium transfert. 1344. n. 62. 63. creatur a Clemente VII. crucesignati exercitus dux. 1345. n. 3.

Humfridus dux Glocestriæ. Iacobam Hollandiæ comitissam adulteram ficto coniugio ducit. 1425. n. 9. damnatum id coniugium a Pontifice. ib.

Humilitas. certandum humilitate aduersus hæreticos filios superbiæ docet S. Dominicus. 1206. n. 31. Magnus Rex Sueciæ ad B. Brinolphi episcopi Scarensis pedes veniam errati in eo vexando admissi petens, se prostrauit. 1290. n. 46. Cælestinus V. noluit equum conscendere, sed asinum. 1294. n. 10. Siciliæ & Hungariæ Reges illius asini frena duxere. ibid. inaudita Cælestini V. humilitas in dimittendo pontificatu. n. 20. insigne demissionis exemplum datum a Benedicto XI. in excipienda matre cultu pauperculo. 1304. n. 35.

Hungari, & Hungaria. ob grauiora vitia a Tartaris excisa. 1241. n. 15. & 20. declarat Innocentius IV. eam non futuram imperio obnoxiã. 1245. n. 81. a Cumanis Tartarisq; adeo afflicti Hũgari, vt animalium inopia bigas trahere cogerentur. 1285. n. 73. Hũgaria sedis Apostolicæ fiduciaria. 1291. n. 47. a Solimãno subacta. 1526. n. 63. 64. &c.

Hus. V. *Ioannes Hus.*

Hussitæ hæretici. grassantur in Boemia. 1417. n. 7. proposita laicis communione sub vtraque specie eos in fraudem impietatemque pertrahunt. ibid. in ipsos sanctiones editæ a Martino V. 1418. nu. 6. eorum grassationes in catholicos. ib. nimia clementia aucta eorum impietas, euersaque res catholica. nu. 10. missæ sacros ritus immutare ausi. 1419. n. 10. ex Vvenceslai socordia efferati Pragenses magistratus trucidant n. 10. Zisca duce vastant diripiuntque loca sacra. ib. in tres sectas diuiduntur. 1421. n. 5. eorum spurcitia. ib. horrendæ eorum grassationes in catholicos. 1422. n. 17. fugant Sigismundum Imp. n. 18. & 19. decretum in eos Nurembergense. n. 20. a Polono auxilia conquirunt. n. 21. belluini eorum mores. 1425. n. 13. cædunt magna strage catholicos. 1426. n. 16. miles ab ijs cæsus docet vxorem cœlesti visu, se æternam salutem in eo prælio promeritum. ib. plures alij cœlestem immortalitatem contra eos pugnando promeriti. 1427. n. 4. catholicos in fugam auertunt. ib. Regem Poloniæ ducemque Lithuaniæ concordiæ interpretes adhibent. 1427. n. 10. magnæ ab ijs clades illatæ. 1430. n. 1. vastatæ ab ijs Germaniæ

mania prouincia aliqua. ib. quadragin-ta equitum milia in eos educta. A. 1431. n. 19. diſſipant catholicum exercitum. ib. ſcinduntur in factiones. 1434. n. 22. mutuis ſe bellis conficiunt. ib. reliquiæ Thaboritarum & Orphanorum flammis pereunt. nu. 33. demum Huſſitæ Sigiſmundo obſequium reſtituendum decernunt. n. 24. conciliantur Eccleſiæ in concilio Baſileenſi. 1436. nu. 19. iniquas pactiones extorquent a Sigiſmundo Imp. ib. rebellant ac Senatum Pragenſem truci-dant. 1483. n. 52. parant inſidias Vladislao Regi, ſed ex diſſipatæ. num. 56. a Luciano epiſcopo Sanctuarienſi apoſtata in hæreſi confirmati. 1486. num. 58. ab hæreſi reuocati ad coniunctionem cum Romana eccleſia. 1493. n. 5. & 1499. n. 30.

Hutus hæreſiarcha. illius in Chriſtum blaſphemiæ. 1525. n. 41.

S. Hyacinthus. S. Dominici diſciplinæ traditur. 1218. n. 35. prædicatorum ordinem propagat in Polonia. ib. pie moritur. 1257. n. 13. vt ad Ruſſos & Polonos imbuendos pietate incubuerit ib. vt flumen iecta illi veſte inſpectantibus Viſſegradenſibus traiecerit. ib. miraculis fulget, & in beatorum ordine reponitur. n. 105.

Hydruntum. captum a Turcis. 1480. nu. 17. archiepiſcopus ſerra ſectus. ibidi octingenti Hydruntini martyrio affecti. ib. ex Turcis recipitur. 1481. n. 29.

Hypocriſis. ea decepti populi ab hæreticis. 1198. n. 36. & 37.

I

Iacoba Bauariæ comitiſſa. virum ducem Brabantiæ inique dimittit. A. 1425. n. 9. Humfrido duci Gloceſtriæ contra iura nubit. ib. pontificia ſententia damnata. ibid.

Iacobellus Gaietanus Honorati olim Fundorum comitis filius. venia donatus a Bonifacio IX. quamuis penitus ad extrema redigi poſſet. 1401. n. 11.

Iacobellus Grammaticus hæreſiarcha. calicis vſum neceſſarium laicis ad ſalutem fingit. 1415. n. 25. eius errores damnati. ib.

Iacobita. eorum patriarcha Romano Pontifici ſe ſubijcit. 1237. n. 87. infeſtantur a Tartaris. ib. qui fuerint eorum errores. ib. & n. 90. redeunt ad obſequium Romanæ eccleſiæ. 1441. n. 1.

S. Iacobus Apoſtolus. cum multitudine militum albatorum apparet in exercitu Alfonſi Regis Legionis, ac fundit Saracenos. 1230. n. 31.

Iacobus de Vitriaco Cardinalis. teſtatur viciſſe ſuis oculis vini Euchariſtici ſpecies in ſanguinem verſas. 1198. n. 29. teſtatur ſe viciſſo S. Mariam Niuellenſem hoſtiam non conſecratam repellere. ib. iubetur a S. Saturnino prædicare crucetam expeditionem aduerſus Albigenſes. 1209. n. 21. rogatus a Fulcone epiſcopo Toloſano ſcribit res miras B. Mariæ Oigniacenſis. 1213. n. 72.

Iacobus Mareſcallus Innocentij III. conſobrinus. Marcualdum & alios Friderici II. hoſtes prælio vincit. A. 1200. nu. 1. Andriæ comitatu donatus. n. 4.

Iacobus Petri Regis filius Aragoniæ Rex. caſo patre, in Simonis Montfortij poteſtatem cadit. 1214. n. 15. ſaluatur Rex patruis regnum affectantibus. ib. Pontificis opera e ſeruitute eripitur, & in regnum reſtituitur. nu. 30. ab eo exigit Honorius III. veſtigal pro Barchinonenſi comitatu. 1218. n. 71. 72. ex Deiparæ ſe illi videndam obijcientis conſilio fauet inſtituendo ordini B. Mariæ a mercede redemptionis captiuorum. ib. Zeitum Valentiæ Regem ad pendendum veſtigal adigit. A. 1225. n. 41. &c. poſcit pontificijs manibus corona redimiri. 1229. n. 58. Maioricam Saracenis eripit. 1230. n. 36. in ea Eccleſiam cathedralem excitat. ib Gerundenſi epiſcopo linguam abſcindit, obiurgaturque ab Innocentio IV. vt reſipiſcat. 1246. nu. 43. paret pontificijs imperijs. n. 48. Mauros Valentino regno eijcit. 1254 n. 25. affinitatem turpiter contrahit cum Manfredo hoſte Eccleſiæ. 1262. num. 9. monitus quanta ſcelera Manfredus admiſiſſet vtile honeſto prætert. ib. S. Ludouicus cœptam iungendæ cum Iacobo affinitatis actionem abrumpit, quod Iacobus cum hoſte Eccleſiæ affinitatem contraheret. n. 16. in auxilium Alfonſi Regis Caſtellæ excitus. 1264. n. 36. Murciam ad deditionem compellit. 1266. n. 25. eam ſumma fide Regi Caſtellæ reſtituit. ib. Granatenſes ad obſequium Regis Caſtellæ certis legibus adducit. ib. de re optime geſta gratulatur illi Clemens IV. ib. petit diſſolui matrimonium ob Lepram vxoris, ſed repellitur. n. 28. ſacræ expeditioni pro recuperanda Syria ſe addicit. 1267. nu. 33. monetur a Clemente IV. vt prius pellicem abijciat. ib. bellum Aſiaticum ſuſcipit, ac mare ingreditur. 1269. n. 5. iactatus tempeſtate pellicis ſuaſu expeditionem ignaue dimittit, reditque ad portum. nu. 5. monitus a Clemente IV. fuerat Chriſtum eius obſequio non egere, ni pellice abiecta Chriſtum crucifigere deſineret. ibid. præſentia ſua cohoneſtat funus S. Raymundi Peniafortij. 1275. nu. 13. mittit Petrum filium contra Mauros. nu. 17. decernit, vt ſi in bello cadat, eius filij, non vero patrui ſuccedant in regno. ib. iubetur a Gregorio X. intentato anathemate adulteram abijcere ac viro reſtituere. n. 31. a Mauris ſuorum temeritate eladem ad Luxenum accipit. 1276. n. 23. Mauros in Valentino regno rebellantes comprimit. ib. contracto morbo ex bellicis laboribus plangit flagitia. ib. ſi vita ſuperſit ſe ordini Ciſtercienſi addicere meditatur. ib. regna inter filios diuidit. ib. ex eius morte res Chriſtiana ingens damnum paſſa. ib.

Iacobus Card. Præneſtinus ordinis Ciſtercienſis. ad conciliandam inter Inſubres & Fridericum pacem miſſus. 1236. n. 5. ob conciliatos mutuo Placentinos repellitur a Friderico. n. 8. legatus in Hungariam miſſus a Gregorio IX. 1233. n. 50. quæ geſta ab eo fuerint in ea legatione. ib. & n. 54. legatus etiam in Galliis. 1239. nu. 38. peregrini habitu Fridericianorum inſidias eludit. ib.

Iacobus archidiaconus Leodienſis dictus in pontificem Vrbanus IV. creatus in Pruſſia legatus bellum inter Pomeraniæ ducem & Cruciferos componit. A. 1255. n. 65. impoſita illi orientalis legatio ad ferendam Syriæ opem. nu. 66. creatur patriarcha Hieroſolymitanus & dein Pontifex. 1201. num. 7. V. ***Vrbanus IV.***

Iacobus Columna. creatus Cardinalis a Nicolao III. 1277. num. 58. rebellat in Bonifacium VIII. 1297. nu. 26. vt ſchiſmaticus de dignitate cardinalitia deijcitur. ib. in eam poſtea vna cum Petro Columnenſi reſtituitur. 1305. num. 14.

Iacobus Sabellus. creatus ab Vrbano IV. diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedin. 1261. num. 36. & 1285. num. 14. in pontificatu Honorij IV. nomen tulit. ib.

Iacobus Rex Balearium. a patre Iacobo Balearium regnum cum Ruſſinonis & Montispeſſulani comitatibus accipit. 1275. nu. 23. regno exuitur ab Alfonſo nepote. 1286. nu. 9. in regnum reſtituitur a nepote Iacobo Rege Aragonum. 1297. nu. 26.

Iacobus Petri Aragonij filius, poſtea Rex Aragonum. regnum Siciliæ inuadit extincto patre. 1286. nu. 8. ab Honorio IV. percellitur anathemate. ib. negat Nicolaus IV. eum Regem Siciliæ agnoſcere. 1288. n. 14. intentatæ illi cenſuræ ni regnum Carolo II. reſtituat. n. 23. percuſſi anathemate epiſcopi, qui illum corona cinxerant. ib. Catanzarum in Calabria ad eum deficit. nu. 24. obſeſſæ vrbi fert auxilia. ib. repulſus Caietam obſidet. n. 24. 25. a Carolo inducias poſcit ac biennales obtinet. ib. extincto fratre Alfonſo in regno Aragonum ſuccedit. 1291. nu. 52. & ſeqq. prohibiti Aragonij ne illum Regem niſi rite abſolutum admitterent. ib. Cæſaraugustæ inſigne regium accipit. ib. fœdus init cum Pontifice, Galliæque & Siciliæ Regibus, & Valeſiorum comite. 1295. n. 20. cedit Siciliæ iure. ib. affinitatibus firmat fœdus. ib. cenſuris abſoluitur. n. 24. Sardiniæ & Corſicæ regna ex arcano ei promiſſa. n. 24. Pontificem Galloſque deludit. ib. ſuadet Siculorum oratoribus, vt Fredericum fratrem creent Regem Siciliæ. 1296. n. 6. parto Murciæ regno Romam venit a Bonifacio VIII. excitus. 1297. n. 1. regnum Sardiniæ & Corſicæ illi iure beneficiario a Pontifice traditum. n. 2. ſacramenti ab eo præſtiti Pontifici formula. ib. creatur exercitus crucefignati dux in orientem traiecturi. n. 17. Balearicum regnum Iacobo patruo reſtituit. nu. 25. coniungit claſſem cum Carolo II. ad reſtituendam illi Siciliam. 1299. n. 2. 3. Fridericum capit liberumq; dimittit. ib. Carolum mox deſerit. ib. pro Sardinia & Corſica clientelarem ſponſionem præſtat Clementi V. 1306. num. 10. & cenſum pendit. 1316. n. 27. moritur. 1327. n. 38. illius elogium. ib.

Iacobus epiſcopus Portuenſis. creatus Pontifex

fex Ioannis XXII. nomen accipit. A. 1316. n. 2.

Iacobus ſceptri Aragonij heres, iuri regni fratris gratia cedit, & Calatrauæ habitum induit. 1319. n. 29.

Iacobus Minorita martyr. in rogo illæſus fidem comprobat, vt erat inſtus a Mahometanis. 1319. n. 31. clam necatur. ib.

Iacobus Nouellus Mirapiſcenſis epiſcopus, creatus Cardinalis tituli S. Priſcæ. 1327. n. 55. doctos commentarios ſcribit de viſione beatifica. 1338. n. 45. in pontificatu Benedicti XII. nomen accipit. ib. V. *Benedictus XII.*

Iacobus Columna Stephani filius. ſententiam pontificiam aduerſus Ludouicum Bauarum promulgat Romæ. 1318. n. 20.

Iacobus II. Rex Balearis. ſubterfugit clientem ſe Aragoniæ aulæ profiteri. 1338. n. 49. ſolemni ritu ſacramentum Petro Regi nuncupat. 1339. n. 78. ex arrogantia dein a promiſſis reſilit, ibi de ſtructis inſidijs Aragonio Regi in crimen adducitur. 1342. n. 25. damnatur iudiciaria ſententia a Petro Rege. 1343. n. 25. conſpirantibus in eum ſubditis Balearico regno pellitur. ib. Ceritaniæ & Ruſſinonenſis comitatus partem amittit. ib. & 1344. n. 33. Perpiniani obſeſſus ſe hoſti dedit. ib. redigitur ad priuatam fortunam ib. montem Peſſulanum vendit Gallo. 1345. n. 13. Ceritaniam & Ruſſinonem repetit. ib. in maiorem Balearem ad regnum recuperandum exercitum facit. 1349. n. 36. cæditur ab Aragonijs, ib.

Iacobus Arnoldi Gandauenſis ſanctæ, perſuadet Eduardo Angliæ Regi, vt Gallica inſignia accipiat. 1339. n. 15. comitem Belgij pellit. ib.

Iacobus Carrara Patauij princeps. in medijs epulis cæſus. 1350. n. 21.

Iacobus Balearis iunior. Neapolitanam coronam contra pacta cum Ioanna Regina inita affectat. 1363. num. 8. non aſſentientem votis deſerit. ibid. abit in Caſtellam ſub Petro facturus ſtipendia. ib. captus in prælio conijcitur in vincula. 1367. n. 18. a Ioanna Regina redimitur. ib.

Iacobus Vrſinus Cardinalis. adhæret initio Vrbano VI. 1378. n. 41. confirmanti electionem Vvenceslai adeſt. ib. & pacem ineunti cum Florentinis. ib. adhibetur ab Vrbano interpres pro reuocandis Gallis a conſilio ſchiſmatis. n. 42. offert ijs ſynodum œcumenicam. ib. illectus ſpe antipapatus ad cœtus ſchiſmaticorum ſe confert. n. 52. illuſus a Gallis ad Vrbanum redire non auſus. ib. moriens profitetur Vrbanum eſſe verum Pontificem, atque ſynodum œcumenicam neceſſariam ad tollendum ſchiſma affirmat. 1379. n. 1. &c.

Iacobus comes Marchiæ, idemque Rex II. Neapolitanus. cum Ioanna vxore mittit oratores ad concilium Conſtantienſe. 1416. n. 27. ab vxore in carcerem conijcitur. 1418. n. 31. reſtitutus in libertatem parat vltionem. ib. oppreſſus ab hoſtibus in fugam compellitur. ib. tertij ordinis S. Franciſci inſtituta amplectitur. ib. & 1430. n. 7.

Iacobus Scotiæ Rex. obiurgatur ab Eugenio IV. ob iniquas leges contra iuſ eccleſiaſticum latas. A. 1436. n. 29. paret Eugenio, & legatum ad res componendas poſcit. ib. a patruo ambitione furente interficitur. ib. eius interfector ignita ferrea corona a carnifice cingitur, & proditorum Rex appellatur. ib.

Iacobus archiepiſcopus Trenerenſis. ob ſecutum neutralium ſchiſma dignitatis iure depulſus ab Eugenio IV. 1446. n. 1. redit ad officium. n. 4. & 1447. n. 7.

Iacobus Piccininus. immiſſus ab Alfonſo Rege Aragonum Senenſes vexat. 1456. n. 6. reprimitur, ib. Pontificis & Ferdinandi copias cruenta victoria fugat. 1460. n. 63. res gallicas inſtaurat in regno Neapolitano. 1463. n. 78.

Iacobus Regis Luſitani filius. creatus Cardinalis diaconus S. Euſtachij. 1456. n. 71. mori maluit quam fœdari. ib.

Iacobus Ioannis Regis Cypri filius nothus, Carolæ regnum præripere molitur, atque ex Mahometana lege regnum ſibi debitum contendit. 1458. n. 45. fiduciarium ſe Ægyptij ſoldani profitetur. 1460. n. 93. Cypro potitur. n. 95. Cerinenſem arcem ſibi ſubijcit. 1464. n. 71. Famaguſtam trium annorum obſidione Genuenſibus eripit. ib. Mamaluchorum ducem ſibi parantem inſidias cum Mamaluchis trucidat vno die. ib. placat muneribus ſoldanum Ægyptium. ib. libidini ſe totum dedit tranquillo dominatu potitus. ib. Catharinam Corneliam a republica Veneta cooptatam in filiam vxorem ducit. ib. & 1471. n. 47. regium nomen a Paulo II. petens repellitur. ib. interimitur veneno a patruo & auunculo vxoris Venetis. 1473. n. 1. ſine regijs honoribus ſepelitur, vt reus anathematis. ib. dejuit cera in tota inſula pro componendo ejus funere. ib.

Iacobus II. Rex Scotiæ, ſuccedit patri Iacobo I. 1460. n. 109. in Angliam incurrit, Roxburgumque obſidet. 1460. n. 109. tormenti bellici cuneo ex inopinato caſu conficitur. ib. ſuccedit illi Iacobus III. ib.

Iacobus epiſcopus Papienſis, creatus Cardinalis a Pio II. 1461. n. 121.

B. Iacobus Piceus. Brixiæ puerum trucidatũ odio fidei, ſepultumq; in craſſitie muri uocat ad vitam. 1476. n. 18. occiſorem Iudæum ad fidem vna cum filio conuertit. ib.

Iacobus Canus Luſitanus. Congi regnum inuenit, & fidem Chriſti illi infert. 1484. n. 82.

Iacobus III. Scotiæ Rex. a Scotis in acie captus & interemptus. 1488. n. 3. eius filius in Regem admiſſus. ib.

Iacobus IV. Rex Scotiæ. in Angliam irrumpit dum Anglus in Galliam incurrit. 1513. n. 57. in prælio cæditur ſchiſmatici partes ſecutus. ib.

Iacobus V. Scotiæ Rex, fidem orthodoxam in publicis ordinum comitijs tuendam docet decernitque. 1533. n. 76.

Iacobus Kauius Anabaptiſta. iactat ſe miſſum a Deo, impijque eius articuli. 1527. n. 68.

Iacxuingi barbari. ob graſſationes in Chriſtianos factas exciſi. A. 1264. n. 46. coniuncti Lituanis Poloniam vaſtant. 1281. n. 39. monitu & ope S. Michaelis archangeli ad internecionem delentur. ib. in tanta hoſtium ſtrage nullus Polonus deſideratus. ib.

Iadera Dalmatiæ vrbs. a Venetis cruciſignatorum opera exciſa. 1203. n. 4. illius excidio aſcripta diuinæ vltioni ob exceptos hæreticos. ib. a Venetis ad Hungaros defecit. 1311. n. 73.

Iagello dux Lituaniæ, idemque Poloniæ Rex, ducta Heduuige Poloniæ herede Lituaniam coniungit Poloniæ. 1382. n. 26. & 1386. n. 4.

Iaudamus hæreſiarchæ. Pontificem ſubijciendum Cæſari impie fingit, atque Ludouico Bauaro aſſentatur. 1327. n. 1. damnatur a Ioanne XXII. n. 27. ſtulte blaſphemauit Chriſtũ fuiſſe jure Tiberij Cæſaris ſubditum. ib. primatum Pontificis cum ſchiſmaticis negauit. ib. refellitur. n. 70. & ſeqq. ſtatutis in hæreticos pœnis afficiendus pronunciatur. ib.

Ianus Rex Cypri. in acie captus ab Ægyptijs. 1426. n. 34. indigna paſſus ab Ægyptijs. ib. libertatem auro redimit. 1431. n. 35. moritur. ib.

Iaquai ſeditioſi, eorum Rex ferreo ardente tripode coronatus. 1359. n. 1.

Iconoclaſtæ. impiorum adorant imagines, qui Chriſti imagines conculcant. 1427. n. 10. crudelia eorum facinora in catholicos. 1429. n. 16. eorum hæreſis Germaniam infecit. 1522. n. 33.

Iaolum. turpiſſimum a Luſitanis iumentum in naue Maurica. 1502. n. 6.

Ieiunium, nonnulla dubia circa ieiunia in Apoſtolorum peruigilijs diſſoluta. 1206. n. 35. S. Dominicus tranſacta quadrageſima pane & aqua, in paſchate vegetior viſus eſt. 1212. n. 13. a Kinga lactente quartis & ſextis ferijs ſeruatum diuinitus. 1239. n. 68. diuina vltio in ieiunij violatores. 1531. n. 58.

Ieſu nomen a S. Bernardino picturæ nouo genere piorum veneration propoſitum. 1420. n. 23. & 1434. n. 18. audito eo nomine Turcæ diuinitus perterrefacti proſtraque ad Belgradum. 1456. n. 26.

Ignatius Iacobitarum patriarcha. Romanæ eccleſiæ ſe coniungit. 1247. n. 32.

S. Ignatius Loyola Societatis Ieſu conditor. dum ſæculare militiam exercet ſauciatur in expugnatione Pampelonæ. 1521. n. 84. ſanatur a S. Petro ipſi apparente. ib. dum ad diuinam militiam ſe transferre deliberat cubiculum intrenuit. ib. maximas ille in animo luctas paſſus eſt. ib. in Vrbem venit, ac pontificios pedes exoſculatur. 1523. n. 102. in Syriam proficiſcitur & Chriſti monumenta luſtrat. ibid. mira in eo itinere ipſi contingunt. ib. nouem ſocios ſibi aſciſcit, atque in his S. Xauerium. 1534. n. 44. 45. die aſſumptæ Virgini ſacro cum ijs vota religioſa Deo nuncupat. ib. quæ fuerint pia eius conſilia. ib.

Ignis. hæreticus pœnitens in flammis illæſus. 1209. n. 25. Euchariſtia in ignibus illæſa. V. *Euchariſtia*. ignis cultus pro Deo a Samagitis. 1413. n. 24. in medijs ignibus imagines ſacræ illæſæ. 1533. n. 42.

ſacra

ſacra Syndon in igne illæſa. V. *Syndon ſacra*.ib.

Imagines ſacræ. diuinæ iuſtitiæ in ſacrilegos eas impie tractantes exempla. A. 1199. n.5.6.diuinæ vltionis prodigium in eum, qui Chriſti & Virginis imagines laſerat. 1383.n.10. & in ſacrilegum molientem rapere argenteam imaginem.n.11.

Imagines B. Virginis.læſa a ſacrilego fluit diuinitus ſanguine. 1302.n.18. ſacrilegus violatæ Virginis imagine repente percuſſus paralyſi. 1405.n.24. imago crucifixi diuinitus picta.1408.n.71.imago æneæ Chriſti e cruce pendentis in craſſitie muri Gozi, cum capta eſt, inuenta. 1510.n. 34. blaſphemans in imaginem Deiparæ ſubito igne ſacro correptus. 1525.n.38. tundens ſacras imagines ſubito coecitate percuſſus.ib.imagines Deiparæ diuinitus ſeruatæ in oppido Delphenſi incenſo. 1533.n.42.

Imagines fuſcinatæ. fictæ a magis ad perdendum Ioannem XXII.1317.n.52.

Immortalitas animæ.inſigni viſo comprobata.1499.n.31.

Imperator ſine Cæſare. ritus in eius conſecratione ſeruandus.1209.n.18.imperatoriorum inſignium myſteria explicantur. 1227.n.22.qua verborum forma Romanorum Rex confirmatur. 1303.n.5. ardua lis mota a Ioanne XXII. contra Ludouicum Bauarum non accipiendam imperij adminiſtrationem a Cæſare electo diſcordibus ſuffragijs, antequam lis dirimatur. 1323.n.30. decernunt Germani, agente Ludouico Bauaro excommunicato, Cæſarem pontificia approbatione non indigere.1338.n.10. præcipuum eorum argumentum refellitur. n.11. & 13. reſcindendorum coniugiorum auctoritatem ad Cæſarem ſpectare contendit idem Ludouicus.1341.n.14.15.decernunt contrarium ſeptemuiri Reipæ decernentes iam diu imperium vacaſſe. 1346.n.31. ſtratoris munus præſtat Romano Pontifici.1453.n.2.3. & 1550.n.5. V. *Romanus Pontifex*. quo ritu Pontificem ſit veneratus Carolus V.1529.n.84.

Imperatorie inſignia.eorum myſteria elegantèr explicata a Gregorio IX. 1227.n.22.

Imperium.vacante imperio iura ab Henrico Imperatore occupata recuperat Innocentius III.1198.n.13.præfectus Vrbis ſpreto ſacramento, quod Henrico Cæſari adixerat,in verba Pontificis iurat.ib.innaſa ab Imp.plura loca Romanæ eccleſiæ recuperata ab Innocentio III.n.14.& ſeq. lata ab eo in imperij controuerſia ſententia. 1200.n.23.24.&c.poſſe eam ſe ferre demonſtrat. 1203.n.34.35. debent præſules in imperij controuerſia Pontifici adhæreſcere. 1303.n.40. imperij vires eneruatæ malis artibus Caroli IV.Vvenceslaum filium ad imperium prouehentis. 1376.n.13.

Impudicitia. triſte eius exemplum. 1335. n.58.V.*Luxuria*.

Indiæ orientales. maritimo itinere patefactæ a Luſitanis.1498.n.40.

Indulgentia. conceſſæ ducentibus meretrices, vt liberent a peccato. 1198. n.38. Petri Oſmani aduerſus indulgentias & confeſſionem errores damnati. 1479. n.32. theſes aduerſus eas proponi coptæ a Luthero hereſiarcha. A. 1517. n. 58. errores aduerſus indulgentias iam ante ficti damnatique.n.64.

Infideles. viſi dæmones terrerrimi inter infideles. 1227.n.50. infidelibus illatum euangelium. V. *Fides*: *Pruſſi, Lithuani, Congitani, Americani, Mexicani*.

Ingris. ad fidem Chriſti perducta. 1255. n.61.

Initiandi. quo ſenſu ſacerdotalibus vel epiſcopalibus ſacris initiandi dicantur digni in conſecratione.1206.n.36.

Innocentius III. Papa. Lotharius antea dictus ex diacono Cardinale creatur Pontifex.1198.n.1.2.& 5.illius animi dotes. n.2.eiuſdem primitiæ. ib. & n.3. & 4.ritus in eo eligendo ſeruati.n.5. præceſſerant nonnulla de eius pontificatu præſagia. n.6. cæleſte viſum de eo obiectum pio ſacerdoti.ib.Philippum Regem Galliæ ſerio monet, vt reiecta pellice vxorem regio thoro reſtituat.n.8.pontificalibus ſacris initiatur. n.12. lachrymas in conſecratione ex pietate fundit. ib. ſolemnem pompam coronatus ducit ad Lateranenſe palatium. ib. ſenatorem ſacramento fidei in ſua verba reſtituto veteri more adigit.n.13. vetera iura a Cæſaribus occupata recuperat. n.14. Picenum a Marcualdo Germano duce recipit.ib.certatim populi excuſſo Germanico iugo illi ſe ſubijciunt. ib. vana Marcualdi promiſſa reſpuit. ib. Conradum Spoleti ducem ad deditionem cogit. n.15.Aſſiſium,Tudertum,Fulginium,Eugubium,Peruſium,Ternum,& alias vrbes a Germanis occupatas recuperat. n. 16. 17. luſtrat loca ad deditionem eccleſiaſticam reuerſa. num. 18. eccleſiam S. Eleutherij nomini ſacram conſecrat.ib.& eccleſiam S.Ioannis. ibid. nonnulla altaria baſilicæ ſancti Petri,quæ non fuerant conſecrata, ex oſtenſo pio ſacerdoti viſo & miraculis confirmato ſacrari iubet.n.19.fons nouus in illius aduentu Spoleti ſcaturit.n.22.Tuderti altare S Fortunati conſecrat. ib.pretioſa munera offert. ib.Radicophanum, Aquampendentem, montem Flaſconis, Tuſcanamque, & Rauennæ exarchatum, & Britenorium Eccleſiæ reſtituit. n.25. diſciplinam eccleſiaſticam in ſuum ſplendorem reſtituit. n.26. pro adminiſtranda iuſtitia ter in hebdomada conſiſtorium celebrat. ib. Petrum diaconum Card. S.Mariæ in Gallias legatum mittit. n.31. diſſidia inter Galliæ & Angliæ Reges componere ſtudet.n.31.Raynerium legatum in Hiſpaniam pro ſedandis Regum diſcordijs mittit.n.33.inceſtas Legionenſis Regis cum nepte nuptias damnat. ib. oblata ab Adelfonſo Rege munera reſpuit. ib. a Luſitano Rege cenſum pro Luſitania ab Alfonſo Rege fiduciariæ eccleſiæ conſtitutu repetit.n.35.Albigenſium hæreſim e Gallia Narbonenſi excindendam aggreditur.n.36. hypocriſim hæreticorum exponit. ib.Raynerij opera vtitur pro eadem hæreſi delenda.ib.Guidonem Hoſpitalariorum ordinis conditorem contra hæreticos legatum illi adiungit.n.37.præcipit principibus,vt hæreticos proſcribant. ib. præſules, vt in eoſdem conſurgant concitat. ib.meretrices ducentibus, ad eas e vitio abducendas proponit indulgentiarum præmia. n. 38. plurium Regum lites diiudicat. n.50.51. Arglus apud eum Gallorum Regem in ius vocat. ib. munera ad Ricardum Angliæ Regem mittit, & eorum myſticas ſignificationes explicat. n. 52. Othonem Cæſarem electum aduerſus Philippum Sueuum ipſi commendat. n. 54. ad pacificendas cum Francorum Rege inducias adducit. ib. & n.55. Gallus apud eum Philippi Sueui cauſam tuetur.n.56.Philippus initio ambire gratiam Innocentij magno rerum ſuarum damno negligit.n.58.fidei ſacramento liberat Germanos, qui ſe Philippo Sueuo obſtrinxerant.ib.Philippum Sueuum anathemate deuinctum promulgari iubet. ib. Othonem ad imperium promouere annititur. ib. Sutrinum epiſcopum, qui Philippum Sueuum occupatas eccleſiæ terras reſtituere detrectantem abſoluerat,epiſcopatu deiectum in monaſterium conijcit. n. 62. Sibiliæ olim Reginæ Siciliæ cum filijs liberandæ e Sueuico carcere dat operam. n.64. Conſtantiam Reginam Siculi regni beneficiario iure induit. nu.67. electiones præſulum liberas fore decernit, ac ritum celebrandarum præſcribit. num. 68. Octauianum Cardinalem legatum mittit pro contrahendis in Conſtantiæ Reginæ & filij Friderici obſequio populis.n.69. a Conſtantia Regina moriente Fridericus illius fidei commendatus. n. 70. aliquot præſules deſignat pro cura pueri Regis gerenda. ib. Marcualdo inſidiatori Regis ſe opponit. ib. Norunegos Sueronis tyrannidi reſiſtere iubet. n. 71.72. illius ſtudioſos percellit anathemate. ibid. Islandos illi obſequi vetat. ib. pacem inter Ericum Hungariæ Regem atque Andream ducem promouet. n. 78. clades a Saracenis illatas terræ ſanctæ ſarcire ſtudet. n. 79. ex Gallia & Anglia armorum ſubſidia elicere parat. n. 83. 84. Siffridum Cardinalem tit. S. Praxedis pro claſſe comparanda Venetias mittit. ib. Italos ad ferendam Syris Chriſtianis opem concitat. ib. ſacrum in Saracenos bellum pro ſacra concione promulgari iubet. n. 85. Alexium Imperatorem Conſtantinopolitanum vt arma iungat aduerſus Saracenos prouocat. nu. 86. mittit ad eum oratores. ib. demonſtrat vnicam eſſe Eccleſiam,cui præeſt Romanus Pontifex. n. 87. inſignia regia Armeniæ Regi Moguntini archiepiſcopi opera confert. n. 88. Trinitariorum ordinem ex diuino oſtenſo condit. ib. Gregorium S. Mariæ diaconum Cardinalem legatum in Siciliam mittit. 1199. n. 1. alios legatos aduerſus Marcualdum mittit. ib. Marcualdum poſcentem veniam rite abſolui iubet. n. 9. a præmiſſis deficientis dolos aperit. n. 12. Siculos vt illi obſiſtant hortatur. n. 13. S. Homobonum catalogo ſanctorum adijcit. n. 20. grauiſſimas fert leges in Patarenos hæreticos. n. 24. confutat hæreticos mentientes ſe a Deo miſſos. nu. 27. ro-

gat Moguntinum archiepiſcopum, vt adhæreat illi, quem Romana eccleſia approbarit. n. 38. Legionenſis Regis nuptias cum nepte diſſolui iubet. n. 40. Gallis præſulibus imperat vt interdicto pareant ni Rex Reginam thoro reſtituat, electa pellice. n. 42. lites de affinitate & compaternitate dirimit. n. 52. Vvlcani Regis Sorores Dalmatiæ & Dioclitæ ſe illius obſequio addicentis literæ. n. 55. Camatero patriarchæ Conſtantinopolitano controuerſias mouenti reſpondet. n. 61. Alexij Imperatoris nugas refellit. n. 62. Marcualdum & ſocios ducum opera fundit. A. 1200. n. 1. Philippus Francorum Rex in cauſa Inſeburgis Reginæ ad eum oratores mittit, vt interdictum tollat. n. 10. quid ijs reſponſum. ib. paret illi Philippus pulſa pellice & reducta Regina. n. 11. 12. 13. ſcribit ad Germaniæ principes pro Othone Saxone. nu. 24. Friderici electionem extortam a principibus reſcindit. n. 27. Philipoum Sueuum imperio indignum promulgat. n. 34. deterendum Othoni imperium concludit. n. 35. Conradum Hildeſemenſem epiſcopum cenſuris percellit. n. 40. in Innocentem clementiam explicat. ib. Chunegundem Imperatricem in ſanctorum numerum refert. nu. 44. confirmat imperium Othoni. 1201. n. 4. promittit illi coronam imperialem. ib. cur Philippum Sueuum repudiarit. n. 7. præcipit Germanis vt Othonem Imperatorem agnoſcant. n. 9. dat legatis mandata, vt principes ac populos in illius verba adigant. nu. 13. 14. iuiurandum ab Othone præſtitum Innocentio. n. 15. 16. demiſſæ Othonis literæ ad Pontificem n. 17. querelis de proiecto Othone reſpondet. num. 23. Gualterium Brenenſem excipit. nu. 37. mittit Petrum Portuenſem legatum in Apuliam. n. 39. queritur Philippum fauere Marcualdo tyranno. n. 40. expeditionem crucеſignatorum in terram ſanctam vrget. n. 43. extincto Marcualdo Siciliæ tyranno grates Deo agit. 1202. n. 6. religioſam diſciplinam apud Benedictinos inſtaurat. n. 7. monachorum proprium habentium corpora in ſterquilinium proijcienda ſancit. nu. 7. Ioannis Capellani opera hæreſim e Dalmatia excindere nititur. nu. 8. pœnitentes ob grauiora ſcelera publicis pœnis afficit. nu. 10. & 12. ad quæſita de ſacrificio miſſæ reſpondet. n. 14. an aqua in ſanguinem vertatur. n. 17. calumnijs a Pariſio proſcinditur nu. 31. refutantur. ib. eleemoſinæ inſignes Innocentij. ibid. Caloioannes Bulgariæ Rex ab eo regia inſignia depoſcit. n. 33. Alexius Imperatoris Iſaaci filius Innocentium adit. n. 35. ab eo in priſtinum ſtatum reſtituendo ſe alienum oſtendit Innocentius. n. 38. Armeniæ Regis legatos excipit. nu. 39. ſancit vt nullus Latinus præſul Armenios cenſuris poſſit percellere, quos ſedi tantum Apoſtolicæ futuros obnoxios conſtituit. n. 40. maxima expeditio eius auſpicijs apparata in terram ſanctam. 1203. n. 1. Petrum Capuanum Cardinalem creat, S. Marcelli legatum creat in exercitu. n. 2. vetat intentato anathemate, crucеſignatos inuadere Chriſtianorum terras. ib. fert ægre excidium Iaderæ. n. 5. placatur Venetis. n. 7. queritur crucеſignatos diuerti ad reſtituendum Alexium. n. 10. illi Alexius iunior parto imperio obſequium defert, & Græcos ad coniunctionem cum Romana eccleſia adducturum pollicetur. ib. Caloioannis Romanæ eccleſiæ ſe ſubijcientis ſupplices ad Innocentium literæ. n. 20. maxima Innocentio pollicetur Philippus Sueuus pro eius gratia promerenda. n. 28. 29. contendit Innocentius dirimendæ inter electos Cæſares controuerſiæ ius ad ſe ſpectare. n. 30. obiurgat Magdeburgenſem archiepiſcopum, quod in Cæſaris electi cauſa Pontifici non conſentiat. n. 41. interfectoribus epiſcopi Herbipolenſis pœnitentibus graues pœnas imponit. n. 46. Gallorum Regem conſilia pacis reſpuentem officij admonet. n. 55. Gallicas cauſas ad ſe ſpectare diſtinguit, non ratione feudi, ſed occaſione peccati. n. 57. Ioannem Regem Angliæ de violato iure eccleſiaſtico obiurgat. n. 61. Vvlſtanum epiſcopum Vvigornienſem ſanctorum ordini aſcribit. n. 62. Alexio iuniori Græcos Romanæ eccleſiæ coniungere meditanti gratulatur. A. 1204. n. 2. de Græcis ſubactis & capta Conſtantinopoli gratulatur Baldnino Imperatori. n. 20. regia ornamenta ad Caloioannem ſiue Ioannitium Bulgarorum Regem mittit. n. 34. Trinouianum archiepiſcopum Bulgariæ patriarcham creat. n. 36. Regem Hungariæ ob interclуſum legato iter redarguit. n. 45. archidiacono Strigonienſi coronandi Andreæ Regis munus iniungit. n. 47. Leonis Cardinalis ad Innocentium literæ de geſtis in Bulgaria. ib. Germaniæ nonnullos præſules obiurgat quod in controuerſia imperij cum Romana eccleſia Othoni non adhæreant. n. 51. Othocarum ducem Boemiæ regia dignitate donat. n. 56. Othoni Cæſari illius coronandi prouinciam dat. ib. Albigenſium hæreſi delendæ nauat operam. n. 57. concordiam inter Gallum & Anglum redintegrare nititur. n. 66. Galliæ Regis exceptionem quod de eo bello cognoſcere non debeat refellit. n. 69. Petrus Rex Aragonum militarem balteum & diadema accepturus accedit ad Innocentium. nu. 71. nuncupato ſacramento ſe Innocentij fiduciarium conſtituit. n. 73. Fridericus Rex ſub tutela Innocentij traditur cuſtodiendus a legato. n. 74. Romanæ eccleſiæ in Sardiniam iura contra Piſanos aſſerit. n. 75. eccleſiaſticos increpat ob ſæculare tribunal aditum. n. 80. candentis ferri & aquæ frigidæ iudicia damnat. ib. pacta inter Gallos & Venetos confirmat, quæ æquitati fuere conſona. 1205. n. 1. & ſeqq. arguit crucеſignatos quod omiſſis Græcis in Saracenos non irruperint. n. 7. ſacrilegia ab ijs commiſſa damnat. ib. retinendum cenſet Græciæ imperium a Latinis. n. 10. Benedictum Card. tit. S. Suſannæ in eo legatum creat. nu. 14. patriarcham Veneti generis Conſtantinopolitanum deſignatum confirmat & conſecrat. ib. & n. 16. iuramentum de diuidendis inter victores cenſibus eccleſiaſticis reſcindit. ibid. Henrici Imperatoris literæ ad Innocentium de infelici Baldnini caſu. n. 17. monet Bulgarorum Regem, vt Balduinum Imperatorem in libertatem reſtituat, ac pacem cum Latinis conficiat. n. 21. quid illi a Bulgaro reſponſum. n. 23. gratias illi agit Bulgarus, quod ab eius legato coronatus ſit. n. 24. Heroſolymitanum patriarcham confirmat. A. 1205. n. 27. fideles ad ferenda terræ ſanctæ auxilia ſolicitat. n. 29. Armeniæ Regis ad eum literæ. n. 30. vt Armeniæ patriarcha ſumpto a legato pallio ſe Romanæ eccleſiæ ſubiecerit. ib. Armeniæ Regis ad eundem literæ de Antiochia in Rupini defuncti filij poteſtatem & ius reducta. n. 33. extortum a Venetis iniquum a patriarcha Conſtantinopolitano ſacramentum reſcindit. 1206. n. 1. cuerſas Othonis electi res redintegrare nititur. n. 11. Adolphum Colonienſem archiepiſcopum, vt illi ſtudeat, ſolicitat. ib. pulſo Othone ad Philippi Sueui partes demum inclinat. n. 14. Philippi Sueui ad eum literæ. ib. legatos decernit pro pace cum Philippo Sueuo ineunda. n. 18. Boemiæ Regis cauſam de matrimonio committit archiepiſcopo Salisburgenſi. n. 19. Tarraconenſi archiepiſcopo iungendi Regis Aragonij ius confert. n. 35. de ſeruandis in peruigilijs Apoſtolorum ieiunijs, necnon de mittendis reſponſa dat. n. 35. Viterbium proficiſcitur ad Patarenos excindendos. 1207. n. 1. quas leges Philippo Sueuo impoſuerit pro eo abſoluendo. 1207. n. 7. & 8. abſoluto cenſuris gratulatur. ib. Poloniæ ducem obiurgat ob diuexatum archiepiſcopum Gneſnenſem. n. 12. Cracouiæ ducis clientelam accipit. n. 14. Stephanum Cardinalem creatum archiepiſcopum Cantuarienſem conſecrat. n. 17. indignante Rege id ſe inconſulto factum, ſpreta regia ira, mittit ad ineundam eccleſiæ poſſeſſionem. ib. Romani aduerſus Innocentium turbas excitant. 1208. n. 6. quinquaginta ſex ſenatores creat petente populo. n. 7. ob mutuas ſenatorum diſſenſiones ita populo flagitante vnum tantum creat ſenatorem. ib. necato Philippo Cæſare dat operam, ne quis aduerſus Othonem eligatur. n. 10. queremi Gallo Regi hoſtem Galliæ cuchi ad imperium, reſpondet Othonem pollicitum pacem ſe ex pontificiæ voluntate confecturum. n. 12. eundem ſolicitat ad hæreſim Albigenſem extinguendam. n. 15. Gualterium S. Mariæ in porticu diaconum Cardinalem legatum mittit. n. 15. rogat Philippum, vt hæreſi Albigenſi extinguendæ det operam. ib. in Raymundum comitem Toloſanum, ac immiſſum ab eo ſicarium ob cæſum legatum Petrum de Caſtro nouo fert ſententiam anathematis. n. 16. Raymundum veniam poſcentem ad publicam pœnitentiam admittit. n. 23. Angliæ regnum ſacris interdicit ob Cantuarienſem archiepiſcopum aditu in Angliam prohibitum. n. 26. miſſis ab Othone imparibus dignitate oratoribus pro imperatoria corona depoſcenda admonet, vt pares pro tanta re mittat. 1209. n. 1. canonicas ſoluit leges, vt Philippi Sueui filiam

ducat

ducat vxorem. n.1. dat operam. vt Insubres & Etrusci se Othoni subijciant. A.1209.n.7.asserere nititur iura Ecclesiæ in terra comitissæ Mathildis. ib.querenti Othoni affectari imperium a Friderico, respondet ita Friderico profuturum, vt Othoni non officiat. n.9. sacramenti ab Othone emcupati Innocentio formula. n.10.corona imperatoria Othonem exornat.n.19.mox illius perfidiam experitur. n.20.Raymundo comiti Tolosano venienti purgationem indicit. n.26. Ioannem Regem Angliæ percellit anathemate. 1209.n.29. similiter Othonem Neapolitanum regnum inuadentem. 1210. n.1. liberat eius subditos sacramenti illi præstiti religione.n.2.monet Anglum. vt ablata ab ecclesiasticis viris restituat. ib. S.Franciscum, vt ignotum repellit. n.28.ostensum illi cœlesti viso quamuis esset quem repulerat. ib. ardua censet professionem paupertatis indictam Franciscanis. ib. docetur eximia parabola famem ijs non metuendam.ib.censuras in Othonem renouat. 1211.n.3.Anglos sacramenti Ioanni Regi præstiti religione liberat.n.10. Sanctium II.Regem Lusitaniæ officij admonet.n.11.poscenti in morbo veniam gratulatur de resipiscentia. n.12. testamentum eius confirmat. ib. Norvegiæ turbas componere nititur.n.13. ardua tria Innocentij consilia. 1212.n.1. Fridericum Othoni opponit pro eo deturbando.n.2.decernit, vt Colocensis archiepiscopus absente vel nolente iniuria. Strigonienli archiepiscopo Hungarum corona cingat.n.7.negat Gallo Regi posse dissoluere illius matrimonium.n.9. victus eius constantia Philippus controuersiæ finem imponit. ib. congregati Aurasiæ præsules de attrita hæresi Albigensi gratias illi agunt. 1212.n.12. consulunt, vt Tolosam debellandam curet.ib.imminente bello Maurico in Hispania solemnem supplicationem,ac ieiunium indicit.n.19. certior fit a Castellæ Rege de victoria diuinitus parta. n.33.Anglici regni iura ob Ioannis Regis pertinaciam in Gallis Regem transfundit. n 36. Philippum ad expeditionem incitat.ib.expeditionem in terram sanctam promulgat.1213 n.1.solemnes preces indicit.ib.Robertum S.Stephani in Cœlio monte presbyterum Cardinalem in Gallias mittit. n.2.promulgat coniugatos inuitis vxoribus crucis symbolum posse accipere.ib.soldanum Babylonis monet, vt Ierosolymam & eius ditionis loca restituat.n.3.Armeniæ Regem ob inuasam Antiochiam arguit.n.4.pœnitenti sacrorum vsum restituj iubet. ib. Pelagium Card. Albanensem legatum creat in imperio Constantinopolitano, vt Græcos sub ditione Latinorum agentes abducat a schismate. n.6. œcumenicam synodum indicit. n.7. concilij Vaurensis ad eum litera de rebus Albigensium, n.42.conuenitur a Iudæo petente baptismum, quod Eucharistia inter nummos proiecta illi conuersi essent in similem Eucharistiæ speciem.n.68.commendat illum Senonensi archiepiscopo. ib.Petrum Beneventanum Cardinalem legatum mittit in Gallias. 1214.n.15. Iacobum Aragonij sceptri heredem a Simone Montfortio dimitti iussum in regnum restituit. n.30. concilium Lateranense celebrat. A.1215.n.1. quæ in eo gesserit. ib. & seqq. vigesimam clericis, decimam Cardinalibus imperat in sacri belli sumptus.n.14.pacem promulgat ad quadriennium.n.15.cœleste visum illi obiectum de S.Dominico.n.17.confirmat prædicatorum ordinem. ib. Tolosanum comitatum asserit Simoni Montfortio. n.34. in Raymundi filium adiudicata illi parte Prouinciæ, clementia vtitur, ib. Ioannis Regis Angliæ causam tuetur aduersus proceres Anglos.n.30.seditiosos percellit anathemate. n.32. spretis Othonis precibus Fridericum in imperio confirmat. n.37. Petrum Cardinalem S.Pudentianæ in Germaniam legatum mittit.1216.n.1. moritur Perusij.n.9. sedis eius tempus. n.10.fabula de animæ illius statu retunditur.n.11.preclaræ eius virtutes.n.13.14. quantum a luxu abhorruerit.n.15.ministerijs domesticis viros religiosos adhibuit.ib.profusæ eius eleemosynæ.ib.succedit illi in Pontificatu Honorius III.ib.

Innocentius IV.dictus antea Sinibaldus, ex Cardinale creatus Pontifex. succedit Cœlestino IV. 1243.n.5. illius genus.n.6.mittit legatos ad Fridericum II.acturos de pace.n.13.retringit iniquas Friderici querelas.n.16.Viterbienses ad eius obsequium redeunt. n.23.Turritanam Reginam veniam poscentem ob initus cum hoste Ecclesiæ nuptias absoluit. n.24. magno honore a Romanis excipitur.n.28.incumbit ad excolendos Christiana religione infideles. n.34. nascentem in Illyrico hæresim extinguit.n.35. Balduino II. Imperatori præstat subsidia.n.49. pacem init cum Friderico interpretibus concordiæ Balduino Imperatore & Raymundo Tolosano.1244.n.20.Friderico promissa astringente perfidiam illius diuulgat. ib. creat plures Cardinales ad confirmandas suas partes. n. 31. ad pacem adstringendam propius agit cum Friderico. n.32. petenti, vt prius solueretur anathemate quam promissa impleret, repulsam dedit, ib.structas sibi insidias agnoscens, mutato cultu, fugam noctu carpit. ib. Genuam petit.n.34.Genua in Gallias se recipit.n.36.S.Ludouicus ope illi non defuturum contra Friderici tyrannidem pollicetur. n.37. pacis leges inter Scotum Anglumque confirmat.n.43.concilium Lugdunense indicit. 1245.n.1. Fridericum percellit anathemate.n.2.Friderico pacem offert, quam ille contemnit. ib.Sanctium Lusitaniæ Regem de gesto male regno corripit.n.5.& seqq.Bulgariæ Regem ad coniunctionem cum Romana ecclesia solicitat.1245.n.11. concilium generale illi offert.ib.ad Tartaros conuertendos Minoritas mittit.n.15. celebrat Lugdunense concilium.n.24.quid Friderico pollicenti ingentia pro recuperanda Ecclesiæ gratia responderit.n.28.de Friderico grauissime conqueritur.n.29.obijcit illum Saracenis Nuceriam condidisse,eorumque ritus amplexum.ib.& creberrima periuria,deque ijs eum conuincit. ib.fert in eundem sententiam.n.32.& seqq.iure imperij deturbat.n.45.censuris sectatores illius deuincit. ib.decreta edit de propulsandis Tartaris, & expeditione in Saracenos conficienda.n.50.& 51. hastiludia vetat. n.53. octauas natiuitatis Deiparæ festiuas instituit. n.54. iura Ecclesiæ in Angliam Sardiniamque & in Hungariam asserit.n.55. & seqq. atroces a Friderico aduersus Innocentium scriptæ literæ.n.58.Sanctium Regem Lusitaniæ regni administratione priuat. n.67. decernit regni iura penes Sanctium eiusque filium remansura.n.71. conuenitur Lugduni a S.Ludouico. n.78. decernit Pannoniam Romano imperio non futuram obnoxiam. n.80.redintegrat concordiam inter Pomeranum & Crucigeros. n.87. excitat Danum ad defendendam contra Barbaros Estoniam.n.92.pro recuperandis Ierosolymis studia intendit, atque Othonem Card.legatum mittit ad Regem Galliarum.n.96.hortatur principes electores, vt Lantgrauium Turingiæ Imperatorem salutent. 1246.n.1. illius creati Cæsaris oratores excipit. n.6. Germanos in ipsius obsequium adigi iubet.ib.duos Cardinales mittit in regnum Neapolitanum ad depellendam a populis Friderici tyrannidem. n.11. Etruscos & Picenos ad eam excuriendam solicitat. n.16.purgationem hæresis factam a Friderico, vt futilem reijcit.n.17. imperat illi, vt ad sedem Apostolicam cum exiguo comitatu pro se purgando ab hæresi veniat.ib.Russos ad coniunctionem cum Romana ecclesia admittit.n.28. Danielem ducem regijs apicibus exornat. n. 29. hortatur ad Tartaros propulsandos.n.30. Vvillelmum Card.episcopum Sabinensem in Norvvegiam legatum mittit.n.32.dat prouinciam illi conferendi Haquino regia insignia.n.33.eundem Haquinum detersa natalium labe donat iure sustinendi sceptri.n.34.excitat ad finitimos infideles edomandos. n.36. cruciatæ militiæ symbolum mittit ad Colocensem archiepiscopum, vt excindat Bosnenses hæreticos. n.37. Iacobum Regem Aragonum, qui Gerundensi episcopo linguam absciderat, obiurgat, vt resipiscat.n.43.paret illius mandatis Iacobus. ib. Edmundum Cantuariensem archiepiscopum sanctorum numero ascribit.n.49.plura illius recenset miracula. ib. soldanum Babylonium de pace postulat.n.52.de subsidio in Syriam transmittendo agit. n.54.Petrum Capocium legatum in Germaniam mittit. 1247.n.2. Vvillelmum Hollandiæ comitem in locum Henrici Thuringij subrogandum curat. n.5. submissi a Friderico sicarij ad Innocentium necandum. 1247. n.9. diuinitus insidiæ patefactæ.ib.aperto bello illum opprimere nititur Fridericus; sed dum Taurinum prætergreditur, audita Parmæ defectione, iter reflectere cogitur. n.10. S. Ludouicus Innocentio contra Fridericum armorum suorum potentiam offert.n.12.Regina Blancha se pro eodem exercitum ducturam spondet. ib. acta illi ab Innocentio gratiæ.n.15 rogat eam ne iniussa transmittat exercitui in Italiã.ib.creat Octauianum Card.S.Mariæ in via lata legatum in Italia.n.17.dat subsidia Ferdinando Regi Hispalim obsidenti.

n.19.

n.19. B.Guillelmum Briocenſem ſanctis aſcribit.n.22.Laudemeritæ Regem ad coniunctionem cum Romana Eccleſia admittit. n. 39. legat ad orientales nationes euangelicos præcones.n.30.31. Iacobitarum Neſtorianorumque patriarchæ ſe illi ſubijciunt.n.36. & 42. expeditionem ducendam in Syriam a S.Ludouico promouet.n.56. Saracenos principes ad amplectendam fidem Chriſtianam ea expoſita ſolicitat.n.57. ſoldani Saraceni honorifice illi reſpondent.n.69.mittit alios ad conuertendos Tartaros. n.78. propoſitis ſacris indulgentijs bellum promulgat in Conradum.A.1348.n.8.Ezelinum de Romano in ius ob ſuſpicionem hæreſeos accerſit.n.25.reliquias Albigenſium excindi iubet.n.27.Innocentij ad S.Ludouicum in Ægyptio carcere literæ conſolatoriæ. 1250.n.11. ad Innocentij obſequium redeunt Cyprij Græci.1250.n.41.necnon Albaniæ, Vnaniæ & Philot Græcorum prouinciæ ſe illi ſubijciunt.n.44. & ſeqq. de Ambroſij Minoritæ miraculis iubet inquiri.n.49. deque BB.Auguſtini Nidroſienſis & Stanislai Cracouienſis epiſcoporum, necnon Ioannis Boni Auguſtiniani miraculis. n.50. & 51. audita Friderici morte reditum in Italiam meditatur. 1251.n.1. Manfredum tyrannidem in Sicilia affectantem comprimit.n.6. Vvillelmo Regi imperatoria ornamenta pollicetur.n.9. Conradum Friderici filium anathemate percellit.n.12.Lugduno diſceſſurus ciues in clientelam accipit. n.15. illi redituro Blancha Regina Gallicas vires offert.n.18. Genuam feliciter ingreditur Innocentius.n.30. rgot quæſtionem de hæreſi aduerſus Ezelinum.n.36.Siculorum & Neapolitanorum ſe illi ſubijcientium oratores amanter excipit.n.38. Manfredus populorum defectione territus in gratiam Innocentij admitti poſtulat. n. 41. permiſſus illi principatus Tarentinus iure fiduciario a Pontifice. ib. mox reſilit Manfredus, ſeque hoſtem Innocentij profitetur.n.42. Perufium ſe confert Pontifex. n. 43. iniquas Friderici leges reſcindit. 1252.n.3. de B.Roſæ Viterbienſis & Simonis Minoritæ miraculis inquiri iubet. num. 7. 8. in Ezelinum tyrannum ordinem iudiciarium vrget.n.10.Petrum Veronenſem, poſtea martyrem, cenſorem creat.n.11. dolet de eius cæde.n.15.in hæreticos ſancit graviores leges. ib.Haquinum Norwegiæ Regem Syriacæ profectioni ſe deuouentem in clientelam accipit. n.22. ſtudioſi Innocentij in Neapolitano regno opprimuntur a Conrado. 1253.n.1.Andegauiæ & Prouinciæ comiti regium ius offert, vt Conradum regno Neapolitano exturbet.n.3.irrito eo molimine Richardum Corrubiæ comitem fruſtra tentat.n.5. Vvillelmi Cæſaris partes in Germania efferre nititur.n.6.B.Petrum Martyrem ob edita maxima ab eo miracula in ſanctorum numero reponit. 1253.n.10. B. Claram morti proximam Aſſiſij inuiſit.n.13.id myſticis verbis antea S.Claræ fuerat prædictum.ib.eius exequias celebrat.n.14. viſo Reginaldo epiſcopo Oſtienſi diuinitus ſanitati reſtituto & B. Stanislao, illum ſanctorum numero aſcribere ſtatuit.n.17.dum orat Deum, vt oſtendat miraculo ſanctorum honores decernendos eſſe B.Stanislao,mortuus in vitam reſtituitur.n.18. indicit cruceatam militiam ad propulſandos Ruſſia Tartaros.n.23.promulgat vetera monumenta, quibus conſtabat Luſitaniam ſedis Apoſtolicæ vectigalem eſſe.A.1253.n.46.præcones euangelicos ad varias gentes fide Chriſtiana inſtruendas mittit.n.48.ſolicitat Alfonſum Pictauiæ comitem,vt exercitum in Syriam ducat. n. 50. damnat Chriſtianos, qui in Syria nummis Machometi nomen inſculpebant.n.52.Sattacho Regi Tartarorum de ſuſcepta fide Chriſtiana gratulatur. 1254.n.4. Turcarum ſoldanum ad Chriſtianam religionem inuitat.n.5.nonnullos proceres Græcos in ſinum Eccleſiæ admittit.n.6.Theobaldum Nauarræ, & Iacobum Aragoniæ Reges in Mauros bellum gerentes in clientelam apoſtolicam admittit. n.25. Cruciferis Barthæ & Galandæ inſularum poſſeſſionem aſſerit. n.29.inquiri iubet de miraculis Nicolai filij Canuti Daniæ Regis. n.30. dat mandata internuntio, vt Othacherum Boemiæ Regem regijs inſignibus exornet ob contractum a Magguntino archiepiſcopo anathema.n.31 pacem inter Othacherum Boemiæ & Belam. Hungariæ Reges conciliare annititur. n.32. damnat Ezelinum de Romano crimine hæreſeos.n.35.& 36. Conradum in iudicium vocat.n.41. obijcit illi videntam fratris Henrici mortem. n.42.dum arma aduerſus Innocentium vertere Conradus cogitat moritur.n.44.Conradinus a moriente Conrado clientelæ Innocentij commendatus.n.46.aſſerit Conradino regnum Ieroſolymitanum & ducatum Sueuiæ, & alia iura, ſi quæ habeat. n. 47. Guillelmum tit. S.Euſtachij diaconum Cardinalem cum exercitu ad inuadendam regni poſſeſſionem mittit.n.48.regni pro Conradino adminiſtratores iudiciarijs edictis perſequitur.n.51.certatim ad Innocentij obſequium transfugientibus populis, Manfredus ſe illi ſubijcit,& principatum Tarentinum,ac nonnullos comitatus ab eo recipit.n.56. ſtratoris officium ingredienti in regnum illi a Manfredo exhibitum.ib.Capuam proficiſcitur.n.62. ciuitatum oratores excipit & populos exornat beneficijs. ib.grauiora a Friderico & Conrado impoſita vectigalia abolet. n.63. Neapoli honorificentiſſime, vt dominus excipitur.n.64.Meſſanenſes & alios prærogatiuis auget. ib. Manfredus ab eo deficit & colorem obtendit, quod ab Innocentio eriperentur Conradino iura ſua. n.65. implicitus morbo decumbit inter tot proſpera. n.67.profligatus a Manfredo illius exercitus.ib.moritur.n.70.conficta de mortis genere fabula refellitur. ib. refelluntur nouatorum calumniæ. n.73. 74.

Innocentius V.dictus antea Petrus de Tarantaſia. Aretij creatur Pontifex. 1276.n.15. auxilia aduerſus Mauros Hiſpaniam infeſtantes decernit. n.19. Florentinis ſacrorum vſum reſtituit. n.24. Rodulphum Cæſarem Italiam ingredi meditantem prohibet ingreſſu ni lites cum Carolo Siciliæ Rege compoſuerit. ib. moritur Romæ.n.25.de eius ſcriptis.ib.

Innocentius VI. ex Oſtienſi epiſcopo creatur Pontifex dictus antea Stephanus Albertus. A.1352.n.31. mittit Ægidium Albornocium Cardinalem ad recuperandam ditionem eccleſiaſticam ex inuaſorum tyrannide.1353.n.1.Sardiniam & Corſicam illius beneficentiæ acceptas refert Petrus Aragonum Rex. n.9.mittit ad eum oratorem Ioannes Cantachuzenus pro eccleſiarum inſtauranda coniunctione.n.23.24. pactiones a Cardinalibus in conclaui factas reſcindit. n.29.30. opera Ægidij legati patrimonium B. Petri recuperat. 1354.n.1.munus iniungit tribus patriarchis, vt Carolo Cæſari ferream coronam imponant. n.9.10. Albertum ducem Bauariæ conciliat Eccleſiæ. n.16.17. mittit in Raſciam internuncios pro euellendis ſchiſmatis erroribus.n.26.27.duos Cardinales decernit pro conferendis inſignibus imperatorijs Carolo Cæſari.1355.n.2.iurat Carolus in illius verba.n.16.Piceni & Æmiliæ multas vrbes arceſque recuperat.n.19.Ioannam Reginam Siciliæ ob non ſolutum cenſum in ius vocat.n.22.fruſtra inter Gallos Angloſque pacem conciliare annititur.n.26.miſſo legato cogit Caſtellæ Regem ad coniugem regio thoro reſtituendam.n.29.Ioannes Palæologus Imperator ad illius & Eccleſiæ obedientiam redit.n.23.legatos mittit pro bello ſedando inter Gallos & Anglos.1356.n.1.Talayrandum epiſcopum Albanenſem & Nicolaum tit. S. Vitalis presbyterum Cardinales mittit legatos pro pace inter Gallos & Anglos conciliandа. 1356.n.7. capto Ioanne Rege rogat Cæſarem,vt interpretem pacis agat inter Gallos & Anglos.1356.n.10.hortatur Eduardum Angliæ Regem, vt clementia vratur in victos. ib. Ludouicum Hungariæ Regem creat ſigniferum Eccleſiæ, vt Raſcios ad obſequium Eccleſiæ reuocet.n.28.eundem conciliare Veneris nititur. n.29.eundem rogat, vt opem ferat Eccleſiæ aduerſus perduelles.n.29. mittit ad eum oratores Ioannes Palæologus Imp. & poſcit opem contra Turcas.n.31.B.Petrum Thomam internuntium in Græciam mittit pro ſchiſmaticis conciliandis Eccleſiæ. n.31. Petrum Caſtellæ Regem monet, vt Reginam Blancham eiectis pellicibus thoro reſtituat.n.37.ſex Cardinales creat.n.41.inducias conciliat legatorum opera inter Anglos & Gallos.1357.n.1. Ægidij Cardinalis opera Cæſenam recuperat. n.6. Regem Hungariæ ſigniferum Eccleſiæ creat contra perduelles, ac plura auxilia ab eo elicit.n.6. reuocat ex Italica legatione Ægydium Cardinalem. ib.legatorum opera componendæ paci inter Gallos & Anglos dat operam.1358.n.2.illata lite contra priuilegia mendicantium, ea confirmat.n.6. Guidonem Cardinalem Portuenſem mittit ad pacandas Hiſpanias.1359.n.2 Ægidium iterum legatum in Italiam decernit.1359.n.6. Forumliuiſii recuperat eiuſdem opera.n 6.clementia vtitur in Franciſcum Ordelaffum. ib.Ludouicum Brandeburgenſem marchionem veniam rite poſcentem abſoluit. nu.8.& ſeqq.

seqq. Bononiam recipit Ægidij Cardinalis opera. A.1360.n 6. proreprimendo Bernabone Vicecomite auxilia vndique contrahit.ib.Cardinalium senatum auget. 1361.n.5.Castellæ & Aragoniæ Reges inter se cõciliat.n.6.Romani se illi subijciũt. 1362.n.2.moritur.ib.eius elogium.ib.

Innocentius VII. in conclaui sacramentum nuncupat se pro extinguendo schismate, si necesse fuerit, cessurum pontificatu. 1404.n.9.eius primitiæ.n.10.indicit concilium pro tollendo schismate. ib. Ladislai gratia decernit non assensurum se publicæ paci nisi Ladislaus regnum Neapolitanum retineat.n.14.n.15.nimia in Romanos vtitur indulgentia, ex qua illi magis insolescunt.n.19.poscit ab eo opem Imperator Constantinopolitanus contra Tamerlanem.1405.n.1. Forumliuium & Cæsenam recuperat. ib. in eum rebellant Romani. n.7. trucidatis a nepote aliquibus primarijs ciuibus seditiosis commotaque seditione fuga præcipiti, ex Vrbe discedit.n.8.antipapæ dolos & calumnias dissoluit.n.11.ob seditiones Vrbanas extrahit concilium.ib.iudiciario ordine agit in Columnenses atque in Ladislaum Regem.1406. n.5.& 6. restituta illi a Ladislao arx Hadriana.n.7. donatum venia creat vexilliferum Romanæ ecclesiæ. ib. moritur. n.8. eiusdem elogium, & sedis tempus.ib.

Innocentius VIII. ex Cardinale tit. S.Cæciliæ creatur Pontifex.1484.n.40.ad defendendam rem Christianam contra Turcas convertit studia.n.60. Guineam & alia infidelium loca inuenta inueniendaque concedit Regi Lusitano. certis legibus. n.82. in Ferdinandum Neapolitanum ina ecclesiasticum proterentem iudiciario ordine agit. 435.n38. ab eo implicatur bello intestino.ib. vocat Renatum ducem Lotaringiæ pro eo in Neapolitanum regnum inducendo. ib.init fœdus cum Venetis & Genuensibus.ib.Mediolanensis & Florentini in eum Neapolitano coniuncti. ib. Venetos absoluit censuris ob Ferrariam oppugnatam contractis.n.45. B.Leopoldum in sanctorum numerum refert.n.54. rogatur a Ioanne Sueciæ Rege, vt B.Catharinam S.Birgittæ filiam miraculis insignem in sanctarum catalogo collocet. n. 61. coactus Neapolitanorum susceptit patrocinium, cum detecturi essent ad Turcam. 1486.n.1. petenti Ferdinando Rege pacem metu Gallicæ expeditionis eam admittit.n.10.mox deluditur a Ferdinando, qui dissoluta Gallica expeditione Innocentij socios opprimit.n.18.19.20. vocatur in inuidiam de proditis tyranno socijs. n.21. prohibet intentato anathemate ne Angli moueant nouas lites de successionis iure regio.1486.n.46. intentat anathema magistratibus laicis detrectantibus fidei censorum sententias exequi ni causas de hæresi cognoscerent. n.57. Bucolinum Turcas in Picenum vocantem ad dedendum Auximum cogit. 1487.n.6.Ferdinandum frustra monet officij, vtque pacis initæ capita seruet. n.12.differt in eum vltionem.ib.Zizimum e Gallijs ad se adducendum curat inania in Turcas consilia meditatus. 1488.n.9. &c. Bononiam a Bentiuolis, Perusium a Braccijs, atque in Piceno plures arces sibi eripi patitur.n.19.quo ritu a Zizimo Romam perducto salutatus sit.A.1489.n. 2.vrgetur frustra ab Ægyptio soldano, vt bellum decernat in Baiazethem.n.4.iudiciario ordine agit in Ferdinandum ob vectigal annuum non persolutum. n.5.pronuntiat illum regio iure excidisse. ib.agit de vocando in possessionem Neapolitani regni Carolo VII. Galliæ Rege. ib. creat nouos Cardinales. 1489.n.19. postulatur de fœdere a Baiazethe. 1490.n.1. irrito exitu consilia agitat de bello Turcis inferendo.n.7.tentatus letbargo bellica consilia abijcit.ib.pacem init cum Ferdinando Neapolitano.1492.n.10.titulum Crucis inuenit.n.14.donatur a Baiazethe ferro lanceæ quo Christi latus confossum est.n.15.moritur.n.19.eius elogium.ib.

Inquisitio. acerbe exercita in hæreticos in Gallia.1238.n.52.

Ingeburges Regina Galliæ. pro ea Philippo Regi concilianda, eijciendaque pellice laborat Innocentius III. 1196. n.8. grauia monita ea de causa Regi data. n.30. Petrus Cardinalis eandem ob causam missus in Gallias.n.31.iussus interdicto eas subijcere ni Regina in pristinum statum restituatur. ib. Gallia interdicto subiecta. 1199.n.44. pro ea restituenda iterum nauata opera.1200.n.9.ad pontificia imperia reducitur in regiam & superinducta pellitur.n.12.13.non restituitur thoro, sed controuersia de coniugio instauratur. ib. in ea causa apud Suessiones concilium habitũ. 1201.n.30.tædio disceptantium affectus Philippus Ingeburgem recipit.ib.Ingeburgi querenti de auersio ab ea Philippi animo, responsum id ex maleficio fieri creditum. 1205.n.58.demum a Philippo Rege admissa in gratiam negante Innocentio matrimonium dissolui posse.1212.n.9.

Insubres iuuentur libertatem contra Fridericum II.1226.n.18. Henricum Cæsarem eius filium propulsant.ib.conciliantur Friderico Honorio III.interprete.ib.

Insulæ Fortunatæ. Ludouicus Hispanus comes Clarimontis. earum princeps creatus a Clemente VI.1344.n.39.&c.

Intercessio sanctorum. V. *Suffragia* & *sanctorum invocatio*. *Sanctorum suffragia*.

Interim. sanctio edita in conuentu Ratisponensi a Carolo V.1532.n.25.pene interimit Christianam pietatem in Germania. ibid.

Inuidia. ex mutua Caroli V. & Francisci I. inuidia res Christiana pessumdata. 1518. n.155.ex inuidia Lutherana hæresis sumpsit exordium. 1517. n.64. ex inuidia Amarallus eques Rhodum perdidit.1521. n.124.

Ioachimus abbas. oppugnauit Petrum Lombardum dicentem: *Summa res est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, & illa non est generans, nec genita, nec procedens*. 1215.n.8.damnatus a concilio Lateranensi. ib.non fuit Ioachimus hæreticus, sed errans.ib.subiecerat omnia scripta correctioni sedis Apostolicæ. ib. & 1220.n.30.

Ioanna Ludouici Hutini filia Regina Navarræ. post Caroli IV. mortem succedit in regnum Nauarræ cum Philippo viro duce Ebroicensi.A.1328.n.69.

Ioanna Imperatrix Constantinopolitana. pro Græcis Romanæ ecclesiæ restituendis maximam operam nauat.1337.n 33.

Ioanna I. Regina Siciliæ. Roberto auo succedit.1343.n.74. iuuenili leuitate prudentum consilia respuit. 1343.n.74. mittit Clemens VI Cardinalem legatum progerenda illius tutela. ib. sacramentum fidei legato nuncupat. 1344.n.15. extorquet importunis precibus a Clemente liberas regni habenas.n.30.Andreæ viro imprudenter inuidet, nec ad regiæ auctoritatis dignitatem illum admittere dignatur.ib. monetur a Pontifice, vt virum coniugali amore complectatur.ib.& 1345.n.23. ad disturbandam viri regiam inunctionem suam retardat. 1345.n.23. Andreas laqueo & præcipitio necatur. n.27. causa necis a multis Ioannæ ascripta. ib.in crimen vocatur ab Hungariæ Rege. 1346. n. 52. Bertrandus. Cardinalis legatus a Clemente iussus in eam inquirere. 1347. n.12.veniente in regnum Ludouico Hungaro in Prouinciam, cum Ludouico principe Tarentino fugit.1348.n.1.eius filius Carolus Martellus in Hungariam transmissus. n.2. in eam petit Ludouicus inquiri. ib. detinetur in Aquensi carcere a Prouincialibus. ib.quæ pro Ioanna allata sint in iudicio.ib.iussu Clementis libertate donatur.n.11.solutis gradibus consanguinitatis, Ludouico principi Tarentino, ex quo gerebat vterum, nubit. ib.reuerso in Hungariam Ludouico reuocatur a Neapolitanis. ib. Auenionem pretio venit Pontifici.ib.instructa auro comparat classem, ac Neapolim redit.n.12.contra Hungaros bellum gerit. ib. cum ijs inducias pacisciturn.17.cum viro dissidia exercet. 1350.n.22.a Ludouico Hungariæ Rege in regnum reuerso in discrimen adducta. ib.illius causæ cognitio permissa ab Hungaro Pontifici.n.27.absoluitur a Clemente. 1351. n.32. dimittitur a Ludouico Hungaro in libera regni possessione.1352. n.1.trecenta aureorum millia illi remissa a Ludouico.n.5.Trinacriæ maximam partem recuperat ab Aragonijs.1354.n.15. postulatur iudicio ob non præstitum clientelare officium, nec solutum censum. 1355.n.22.ciuili bello implicatur.ib.plura loca amittit in Trinacria.n.23.24.relinquitur vidua a Ludouico Rege.1362.n.2.Iacobum Balearicæ stirpis profugum principem sibi despondet reiecto Gallicæ stirpis principe. 1362. n.10.11. deseritur a Iacobo cum regnum ipsi nollet subijcere. 1363. n. 8. sacramentum fidei nuncupat Ægidio Cardinali legato. 1365.n.8. petitur bello in Pedemontio a Mediolanensi. 1366.n.28. eius vir in Hispania captus coniectusque in vincula ab ea redimitur. 1367.n.18.conuenit Romæ Vrbanum V.1368.n.10. præsente Rege Cypri rosa aurea donatur, vt nobilior.ib. petitur bello in Prouincia a Ludouico Andium comite. ib. pontificia & cæsarea clientela tecta Prouinciam retinet. ibid. cum Friderico Rege Trinacriæ certis legibus pacem componit. 1372. n.5. &c. creato Vrbano ad eum quadraginta aureo-

rorum millia & alia munera ampliſſima mittit. A.1378.n.46. in Vrbanum deinconcipit odia ob minus honorifice habitum oratorem.ib.conflando ſchiſmati fauet.ib.vrgetur pijs monitis a S. Catharina Senenſi, vt a ſchiſmate diſcedat. 1379. n.20.prædictum illi populos ipſi fidos nõ futuros. ib.regni Siciliæ & aliorum principatuum iuribus ab Vrbano exuitur iudiciaria ſententia. n.24 fugientem ad ſe antipapam excipit Neapoli.n.26.ſumentibus arma Neapolitanis, eum dimittit. n.27.agit de pace cum Vrbano.n.31.iudiciaria ſẽtẽtia damnatur,omniq iure regio exuitur.1380.n.1. & 2. diu dilata eſt in eam ſententia, vt reſipiſceret.nu.3. concitatus in eam Hungarus.n.4.S.Catharina Senenſis in eam bellum ſuadet. n.5.Carolum Dyrrachij dux ad expeditionem in eam conficiendam ſolicitarus. ib Raynaldum Vrſinum Ioanna aduerſus Vrbanum incitat in B.Petri patrimonio. n.6.&c. ex antipapæ vaſanis conſilijs Ludouicum Andegauenſem adoptat in filium, ac ſanguine coniunctiſſimos in ſe concitat.n.11. & 12. in eam Carolus Dyrrachinus ab Vrbano regia corona redimitus exercitum ducit. 1381.n.24. incaſſum ab ea comparatæ copiæ fugantur.ib.a Neapolitanis deſerta.ib.de ea prædictio S.Catharinæ ad exitum perducta. ib.obſidione premitur. ib.victo & capto viro Othone deditionem facit hoſti. ib.ſerius ad eam liberandam Maſſilienſes triremes appulere.ib.regnum vniuerſum in Caroli poteſtatem redactum.n.25. violenta & infelix eius mors. 1382.n.1. ſeptem diebus eius corpus populo expoſitum, ne ſuperſtes crederetur.ib.

Ioanna II.Neapolitana Regina. Ladislao fratri ſuccedit. 1414.n.6. vna cum Iacobo viro Rege oratores mittit ad concilium Conſtantienſe. 1416.n.27. eccleſiaſticas arces Martino reſtituit.1418.n.29. virum Iacobum in carcerem detrudit.n.30.& 31.licentiæ frænum laxat. ib. virum reſtituit in libertatem, paratemque vlciſci iniuriam in fugam adigit. ib. regni adminiſtrationem amaſio Caracciolo permittit. 1420. n.7. indignati Neapolitani in eam rebellant.ib.peritur bello a Ludouico Andegauenſi. n.8.obſidetur Neapoli. n.9.Alfonſi Regis Aragonum opem implorat.n.10.liberatur obſidione, ib. Braccium vocat Capuæ & Aquilæ principatibus illi datis, 1421.n.1.in Regem Aragonum regni iura transfundere molitur. ib.rebellat Pontifici. ib. Auerſam recuperat, & Franciſcum Sfortiam ſibi conciliat. 1422.n.34. ab Alfonſo illi fructa inſidiæ.1423.n.13. obſidetur in Capuana arce. ib.liberatur a Francisco Sfortia.ib.Neapolim a Catalanis vaſtatam luget. ib, reſciſſa Alfonſi obſidione Ludouicum Andegauenſem cooptat in filium & heredem. 1423.n.13.ab Alfonſo Rege Aragonum bello vexatur, 1433.n.29. defenſæ Ioannæ partes ab Eugenio IV.ib.Alfonſi vim eludit.ib.Ludouicum Andegauenſem, quem in ſpem regni adoptauerat,extinctum luget.1434. n.28. moritur. 1435.n.12.poſt eius mortem maximæ inter Neapolitanos diſſenſiones ſecutæ.ib.

Ioanna Virago dicta Aurelianenſis. miſſa diuinitus ad Galliam ab Anglorum tyrannide vindicandam.A.1428.n.9. & 10. Anglos Aureliæ obſidione depellit parta diuinitus victoria.n.18. plura eximia facinora edit. 1430.n.2. poſt crudelitatem exercitam in Anglicum ducem diuino patrocinio deſtituta in Anglorum poteſtatem cadit. ib.circumuenta iudicio tanquam ſaga exuritur. ib. a Gallis & alijs cum Debbora & Iuditha comparata.ib.

Ioanna Henrici Caſtellæ Regis filia ambigua. relinquitur teſtamento heres ab Henrico, & agnita pro legitima. 1475.n.13.petita bello ab Elizabeth & Ferdinando. ib. ingreſſa monaſterium cum res nouare vellet intentato anathemate perſtare monacha iubetur.1487.n.17.

Ioanna Valeſia Regina Gallia. Inique repudiata a Ludouico XII. 1498.n.9. religioſam vitam amplexa ordinem Annuntiatæ inſtituit.ib.is ab Alexandro confirmatus. 1501.n.23.

B.Ioannes de Matha. Trinitariorum ordinem condit. 1198.n.88.

Ioannes capellanus Innocentij III. A S. L.Bulgaros Rom.eccleſiæ coniungit. 1204.n.28.

Ioannes Rex Angliæ. a fratre Richardo teſtamento regni heres relinquitur. 1199.n. 47.regia inſignia ſolemni ritu accipit. n. 48. cum Philippo Galliæ Rege pacem init. 1200. n.14. ſoluto priore coniugio Iſabellam comitis Engoliſmenſis filiam ducit vxorem.n.15.magnificentiſſime excipitur Pariſijs ita,vt regias ædes illi Philippus relinqueret.1201.n.31.pangit cum eo fœdus.ib.dicta illi a Philippo dies, vt de terris beneficiarijs reſpondeat.ib.bello petitur ab Arthuro nepote Britanniæ comite.ib.Alienoram matrem Mirebelli obſeſſam liberat.ib.Arthurum in acie capit. ib.Turoniam & Andegauiam recuperat. ib. Arthurum temere ipſi miniſtrantem carcere includit, vt nullam poſthac ſui memoriam reliquerit. ib. magna ditionis parte exuitur a Philippo Rege.1203.n.54. monitus de hoſtis progreſſibus, gloriatur ſe vna die recuperaturum quæ illo multo tempore rapuerit. ib. tuetur eius partes Innocentius III.& Gallum bello abſtinere iubet.n.55. reſponſum a Gallo cauſam beneficiarij principis cognoſcendam tantum a ſupremo domino. ib. vt Ioannes ſua culpa bellum in ſe accẽderit.n.58.obiurgatur ab Innocentio ob ius eccleſiaſticũ violatũ.1204.n.51.Normannia illi erepta a Philippo Galliæ Rege. 1205.n.58. iura eccleſiaſtica temere occupat. n.61. Pictauium illi a Philippo Rege eripitur. 1206.n.33.Andegauum capit vaſtatque. ib. ad biennium inducias cum Philippo Rege paciſcitur.ib.graues iras concipit ſe inconſulto Stephanum Cardinalem creatum archiepiſcopum Cantuarienſem, 1207.n.17. ab eccleſiaſticis grauiora vectigalia extorquet. n.18.frater eius Gaufridus archiepiſcopus Eboracenſis odio habens eius tyrannidem diſcedit ex Anglia. ib.Henricum filium poſtea Regem ſuſcipit.ib.prohibet ingreſſu in Angliam Stephanum archiepiſcopum Cantuarienſem. 1208.n.26. interdicta ſacris ob id Anglia flectitur ad officium,& Stephanum euocat.ib.tyrannidem exercet in eccleſiaſticos,& anathemate petrellitur. A.1209. n.29.ab eccleſiaſticis magnas opes extorquet.1210.n.9.monetur, vt ablata reddat. ib. internuntios pontificios de pace acturos repellit.1211.n.10. Angli ſacramenti illi præſtiti religione liberati. ib. de eius tyrannide queruntur Angli apud Innocentium.1212.n.36.iura Anglici regni ab eo in Galliæ Regem transferuntur.ib.ſententia in Ioannem lata promulgatur in Gallijs.1213.n.73.Philippus Rex illi bellum mouere iuſſus. ib. ob plura Ioannis flagitia in eum Philippus conſurgit. ib. conclamata ſalute oratores ad Innocentium ſupplices mittit.n.74. monita minis mixta illi data ab Innocentio. ib.ſuprema regnorum iura in Pontificem transfert. n.78.vectigalem ſe illius conſtituit. n.80. ſacramentum fidei ipſi præſtat.n.81.in Petrum Eremitam crudelitatem exercet. n.83. eraijcere parat in Pictauiam, ſed a ſuis deſeritur. n.85. legato ſolemni ritu diadema offert n.86.eius oratores a Pontifice humaniter excepti, n.88. ſuſcepto eius patrocinio Innocentius vetat in eum bellum geri.ib.aduerſus Philippum Othonem Cæſarem concitat, ſed is apud Bouinas deletur. 1214.n.21. in Andegauia a Ludouico Philippi filio vincitur.n.25.Pictones ab eo ad Ludouicum deficiunt.ib. quinquennales inducias impetrat.ib.conurant in eum proceres ob negata veterа priuilegia.1215.n.36.ad ea permittenda adigitur. ib. facti pœnitens ea reſcindit. n.29.monitus,vt fidem datam ſeruet, ciuili bello implicatur.n.30. rebelles perſequitur, eoſque in extremam deſperationem adigit.n.34. in ipſum rebellant Angli. 1216.n.2. Ludouicus Gallici ſceptri heres Rex eligitur. ib.ab eo fugatur. ib.a multis deſeritur.ib.a Vvalone legato apoſtolico ad meliorum ſpem excitatur.ibid. eius aduerſarij anathemate ab eodem percuſſi. ib. cinctus vndique angustijs moritur.n.31.ſuccedit illi Henricus filius,a quo recuperatum regnum.n.33.Ioannis anima precum ſuffragia implorat pro impetranda diuina miſericordia.1226.n.47.

Ioannes abbas Caſemarij. Patarenos in Boſna conuertit. 1203.n.22. miſſus in Gallias præcipit Philippo Regi, vt inducias faciat cum Anglo. 1203.n.35. quid illi a Philippo reſponſum. ib.iuſſus cum præſulibus Gallicanis expendere an valeat Regis exceptio, non ſpectare ad Pontificem de principis fiduciarij iure cognoſcere, cum non ratione feudi, ſed peccati cauſa ſpectet ad Pontificem.n.57.

Ioannes Brennenſis comes & Rex Ieroſolymorum poſtea Imperator Conſtantinopolitanus. ducta Ieroſolymitana Regina creatur Rex. 1210.n.33. adoritur Saracenos ſed imbellibus viribus.ib.multa præclare gerit,ſed numero inferior hoſti cedit. ib.Peluſium cum crucеſignatis in Ægypto obſidet.1219. n.12. fugatis diuinitus Ægiptijs eorum caſtris potitur. ib. Coradinum ſoldanum propulſat.n.13. Ieroſolyma & alias arces & ſumptus pro reficiendis euerſis mœnibus promiſſi,ſi a Peluſij obſidione diſcederet. n.15. Peluſio potitur.n.16.Peluſio ſe ſubducit cum ſuis Ptolemai-

lemaidem. A.1220.n.55.vrgetur ab Honorio III. vt cœpta perſequatur. n.56. vxoris iure aſpirat ad regnum Armeniæ. n.57. pro inſtaurandis Syriæ rebus colloquium celebrat cum Honorio III. & Friderico II. in Campania. 1223.n.2. filiam regni Ieroſolymitani heredem Friderico viduo deſponder. n.4. in Galliam & Angliam ſe confert pro auxilijs eliciendis. n.8. mittitur a Friderico ad Honorium pro extrahendo Syriacæ profectionis tempore. 1225.n.2. collocat Friderico in vxorem Iſabellam filiam. n.11. exuitur ab illo regno Ieroſolymitano. ib. diſcrimen vitæ adit cum nepote ex Gualterio & Tancredi filia prognato. ib. confert ſe in Gallias. ib. ſolicitat Honorius Fridericum, vt illum regni Ieroſolymitani adminiſtrationi præficiat. 1227.n.1. ab Honorio parti ditionis pontificiæ præficitur, vt regium decus ſuſtenet. ib. extincto Roberto Imp. vocatur ad imperium Conſtantinopolitanum deſponſa Balduino II. filia. 1228.n.39. a Gregorio IX. immiſſus Neapolitani regni partem Friderico eripit. 1229.n.32. Caietã expugnat. ib. a Greg. IX. appellatur Imperator Conſtantinopolitanus. n.46. imperiali corona redimitur. ib. e Gallia ad Pontificem ſe confert. 1231.n.57. Gallipolim amittit. 1235.n.53. Ioannem Vatacium Imperatorem, & Aſanem Bulgariæ Regem Conſtantinopolim obſidentes diuinitus profligat. ib. Gregorij de ea victoria literæ. ib. Ioannis mors. 1239.n.80. paulo ante ex cœleſti viſo purpuram imperatoriam cum Franciſcana veſte commutauit. n.81. ponitur illum Chriſti pauperratem abiectionemque non eſſe imitatum. ib. vt ſit vere annumerandus Conſtantinopolitanis Imperatoribus. ib.

Ioannes Columna Cardinalis. creatur legatus in imperio Conſtantinopolitano. 1217.n.9. adiungitur comes Petro Imperatori. ib. cum eo proditione capitur a Theodoro Comneno. n.10. graues minæ ab Honorio III. intentatæ Theodoro ni illum dimiſerit. n.11. carcere liberatur a Theodoro Comneno. 1218.n.29. Conſtantinopolim petit ad gerendam legationem. ib.

Ioannes Ducas Vatacius Imperator Nicæus, ſuccedit Theodoro Laſcari. 1222. n.24. petitur bello a Roberto Imperatore Conſtantinopolitano. ib. eum profligat, pluresque in Aſia vrbes illi eripit. ib. miſſi ad eum & patriarcham interuntij de conjunctione Græcorum cum Romana eccleſia acturi. 1233.n.6. expoſitæ leges, quibus Græci ad obſequium ſint redituri. n.9. ex politica arte nefariæ leges ab eo propoſitæ & reiectæ. n.13. & ſeqq. Gallipolim capit. 1235.n.52. coniunctis cum Aſane armis Conſtantinopolim obſidet. ib. a Ioanne Brennenſi Imperatore paucis copijs ſuccincto diuinitus profligatur. n.53. Latinos Conſtantinopoli imperantes graui bello premit. 1237.n.68. monetur, vt arma in Saracenos cum Chriſtianis iungat. ib. Tzurulum & claſſem amittit. 1239.n.81. de Græcis eccleſiæ Romanæ conciliandis agit. 1240.n.51. Theſſalonicenſe regnum occupat, ac Ioannem Comnenum inſignibus imperatorijs exuit. 1243.n.46. Balduinum in extrema penuria conijcit. n.49. Friderici II. filiam ſibi matrimonio iungit. ib. extincto Colmanno Rege Bulgariæ Serras, Metenicũ, & Rhodopes montis oppida capit. A.1245.n.12. grani morbo oppreſſus obit. 1255.n.75. illius virtutes & vitia. n.76. dignæ ipſius in adulatores vox. n.77. quæ obtulerit pro comunctione eccleſiarum perficienda, petieritque. 1259.n.48.

Ioannes epiſcopus Vicentinus. pro tuenda libertate cæſus miraculis claret. 1223.n.49. de illis inſtituta actio. ib.

Ioannes Vicentinus ordinis Prædicatorum. ab improbis exagitatur. 1233.n.38. Gregorij ad eum literæ. ib.

Ioannes Theodori Comneni filius, agens Theſſalonicæ Imperatorem a Ioanne Vatacio deijcitur. 1243.n.46.

B. Ioannes Bonus Auguſtinianus. de patratis ab eo miraculis inſtituta Innocentij IV. iuſſu actio iudiciaria. 1250.n.51.

Ioannes impera Græcorum heres. dati illi tutores a Theodoro Laſcari moriente, Muzalo & Arſenius patriarcha. 1259.n.53. electus a Græcis ad gerendam imperij adminiſtrationem Palæologus ſpondet imperij habenas illi reſtituendas cum adoleuerit. n.57. poſcit auxilia occidentalium contra Palæologum. n.1

B. Ioannes epiſcopus Boſſinenſis. Reginæ Hungariæ oranti pro auertendo bello inter Belam Regem, ac Stephanum filium, cæleſti ſpecie docet auditas a Deo eius preces. 1264.n.51. &c.

Ioannes Veccus patriarcha Conſtantinopolitanus. cum in ſchiſmate pertinacior eſſet, conjectus eſt in carcerem. 1275.n.49. in eo lectis Ioannis Blemmydæ ſcriptis ad fidem catholicam conuerſus eſt. ib. a catholicis ad patriarchatum electus. ib. celebrat ſynodum Conſtantinopoli. 1277.n.34. dogmata Romanæ eccleſiæ confirmat. ib. fert anathema in ſchiſmaticos. n.40. ſchiſmaticorum furorem ſub Andronico metuens, patriarchatu cedit. 1284.n.44. vocatus in iudicium a ſchiſmaticis proceſſionem Spiritus ſancti a Patre & Filio confitetur. n.46. librum edit continentem auctoritates ſanctorum patrum. ib. Andronici omnes blanditias reſpuit. n.47. relegatur in carcerem arcis in ſinu Aſtaceno ſitę. ib. moriturus in carcere profitetur teſtamento ſe ob fidem catholicam in carcerem conjectum. ib. ſepelitur in carcere, ne eius reliquiæ venirent in manus catholicorum. n.52.

Ioannes XXI. ex cardinale Tuſculano dicto Iuliano creatur Pontifex. A.1276.n.29. Gregorianam ſanctionem, vt rigidiorem mitigat. ib. legatos mittit ad Palæologum ad Græcos in Eccleſiæ obſequio confirmandos. n.45. indicit crucefignatis, vt ad ſequenda Philippi Galliæ Regis ſigna ſe inſtruant. n.46. Philippum Regem Galliæ cum Alfonſo Rege Caſtellæ conciliare nititur. n.47. Prædicatorum, Minorumque magiſtros ad conciliandos ambos Reges mittit. 1277.n.5. Regem Luſitaniæ monet ne eligendorum præſulum munus ſibi arroget. n.12. religioſos viros ad prædicandum euangelium infidelibus mittit. n.14. Abaghæ Tartarorum Regis oratores excipit. ib. Græcis in coniunctione Romanæ eccleſiæ confirmandis dat operam. ib. ruentis teſtudinis cameræ ruderibus noctu oppreſſus moritur. n.19. Virtutes illius & vitia. ib.

Ioannes Cajetani Cardinalis diaconus S. Nicolai in carcere Tulliano. creatus Pontifex Nicolai III. nomen accipit. 1277.n.53.

Ioannes de Epa. creatus a Martino IV. Romaniolæ comes eam in Pontificis obſequio confirmat. 1281.n.12. & ſeqq. de Guidone Montisferetri comite victoriam refert. ib. Æmiliam perdomito Guidone comite Mõtisferetri Eccleſiæ reſtituit. 1283.n.48.

Ioannes de Procida. ob ſecutas Manfredi partes bonis pulſus, ac furens odio in Carolum Siciliæ Regem, Palæologum Imperatorem, & Petrum Regem Aragonum concitat. 1281.n.27. Siculos diuertit ne pace a Iacobo Rege pacta cum Gallis inſula Siciliæ Carolo II. reſtituatur. 1305.n.36.

Ioannes epiſcopus Tuſculanus Cardinalis. miſſus ad Rudolphum Cæſarem legatus. 1286.n.1.

Ioannes de monte Coruino ordinis Minorum. a Nicolao IV. ad inſtruendos Tartaros miſſus. 1289.n.62. inter Tartaros fidem propagat. 1305.n.19.20. a Neſtorianis inuidis calumnia petitus innocentiam deregit. ib. Cambalienſem eccleſiam condit. ib. creatur archiepiſcopus Cambalienſis. 1311.n.74. inter Tartaros religionem propagat. ib. & 1333. num.31. moritur illique Nicolaus Minorita ſubrogatur. ib.

Ioannes Balioleus Scotiæ Rex. creatur ab Eduardo Angliæ Rege, quẽ ſupremum dominum agnoſcit. 1290.n.37. ab illo deficit. 1296.n.17. a Scotis proditus capitur, regiumque decus amittit. ib.

Ioannes Hannonia comes. Anglo coniunctus incurrit in Gallias. 1295.n.41. a Carolo Valeſiorum comite perdomitus. ib.

Ioannes Armeniæ Rex. S. Franciſci inſtituta amplexus pro tuenda fide contra Saracenos bellum gerit, eoſque proſternit. 1306.n.13. demum ab ijs occiditur. ib.

Ioannes dux Sueuiæ. patruum Albertum Cæſarem ob præreptum ſibi ducatum Sueuiæ occidit. A.1308.n.19.

Ioannes Rex Boemiæ. ab Henrico patre Cæſare in regni poſſeſſionem inductus, pulſo duce Charinthiæ. 1310.n.1. inuentos Pragæ Dulcinianos exurit. 1318.n.44. concordiæ inter Ludouicum Bauarum, ac Pontificem interpretem agit. 1330.n.28. ſpondet omnia a Ludouico geſta reſciſſum iri, modo illi aſſeratur imperium. ib. illi reſponſum a Pontifice impijs geſtis ſe indignum imperio reddidiſſe. n.32. Ludouici Bauari partes tuendas ſuſcipit. n.39. Italici regni adminiſtrationem arripit. ib. ex conſenſu Pontificis in Italiam veniſſe fingit. 1331.n.18. Lucam in ſuam poteſtatem redigit. n.19. & Rhegium & Mutinam. ib. in eum Guelphi & Gibellini coniurant. ib. plures hoſtes in eum in Germania conſurgunt. ib. in Boemiam pro ea tuenda redire cogitur. ib. interpretem concordiæ agit inter Ludouicum Bauarum & Pontificem. 1332.n.10. Italicam expeditionem iterum ſuſcipit aduersus Mediolanenſem & Scaligerum. 1333.n.26. cladem grauem accipit. ib. cum filio Ca-

rolo diſcedit Italia. ib. Carolum filium exornandum curat Boemica corona. A.1341.n.16. Clementem VI. adducit, vt Pragam archiepiſcopali apice inſigniat, 1344 n.65. quæ cauſa eum ad id permouerit. ib. bellum cum Polono gerit. 1345. n. 14. conuenit Clementem Auenione. 1346. n.18. agit cum eo de imperio ad Carolum filium transferendo. ib. controuerſiam cum Polono permittit Pontifici. ib. quæ promiſerit Pontifici. n.19. eius filius Cæſar creatus. n.31. fert auxilia Gallo Regi contra Anglum. n.38. in Creſciaca pugna occiditur. ib.

Ioannes XXII. creatur Pontifex ex epiſcopo Portuenſi. 1316. n.2. illius genus & primiciæ. n.3. &c. Lugduni pontificalibus inſulis decoratus. n.5. diſcordibus ſuffragijs electos Cæſares cohortatur ad pacem. n.5. celebrata ab eo prima Cardinalium creatio. n.19. transfert Auenionem ſedem Apoſtolicam. n.19. creat Robertum Regem Romæ Senatorem. n.23. Eduardus II. Rex Angliæ ſe illius beneficiariũ profitetur. n.24. intermiſſum pluribus annis cenſum Ioãni perſoluit. ib. Iacobus Rex Aragonũ pro Sardinia & Corſica ſe illius beneficiarium profitetur. n.27. præceptis inſtruit Philippum Galliæ Regem. 1317. n.3. & ſeqq. internuntios mittit ad deficientes principes Philippo conciliandos. n.6. B. Ludouicum epiſcopum in ſanctorum numerum aſcribit. n.9. eius virtutes & miracula recenſet. n.10. & 11. Toloſanam ſedem in archiepiſcopalem excitat. n.12. eius diœceſim in plures epiſcopatus diuidit. ib. inter pretem concordiæ agit inter Siciliæ & Trinacriæ Reges. n.20. Roberti Regis clientelarem ſponſionem admittit. n.23. verat in Inubria Etruriaque vrbium præfecturas accipi a quoquam ſine pontificio conſenſu, donec legitimus Cæſar confirmatus ſit. ib. Ferrariam illi eripiunt Aneſtini. n.30. vocati in ius Ferrarienſes illius obſequio ſe addicunt. n.31. mittit in Inſubriam internuntios ad ciuilia illius bella tollenda. n.32. imperat inducias inter Eduardum II. & Robertum Bruſium. n.41. S. Petri denarium exigit in Anglia, Dania, Suecia, Norwegia, & Polonia. n.49. 59. nonnulli Cardinales ab eo diſſentiunt, ſed conciliantur. n.51. nonnulli impij ipſum & Cardinales aliquos magicis artibus perimere moliuntur. n.53. in ſceleſum auctores animaduertit. n.53. euangelicos præcones ad gentes mittit. 1318. n.7. cum Armenijs veterem eccleſiarum coniunctionem redintegrat. ib. gymnaſia in Armenia excitanda curat. n.15. inter Armenium & Cyprium pacem promouet. n.18. & inter Cyprium ac Genuenſes. ib. Robertum Belgij ducem ad imperatas inducias ſeruandas adigit. n.18. arguit Robertum Regem Siciliæ, quod inconſulto ipſo Genuæ præfecturam admiſerit. n.32. dum hæret in Gallia Italiæ populi crebras ab eo defectiones moliuntur. n.41. Dulcinianorum naſcentes hereſes in Boemia & Polonia extinguere nititur. n.43. 44. Henrici de Cena pſeudominoritæ hereſes damnat. n.45. rogatus a Polonis, vt regiam dignitatem ipſis reſtituat, reſpondet, vt iure ſuo vtantur, A.1319. n.1. perſtringitur a Dubrauio inpaſam a Ioanne in ea re imperatoriam dignitatem. n.5. refellitur Dubrauius. ib. concordiam Gaucelini Cardinalis opera inter Philippum Regem Galliæ & Belgij comitem conciliat. 1319. n.16. Gallo Rege comparante ſe ad expeditionem Aſiaticam, cenſet prius reliquos principes Chriſtianos inter ſe conciliandos. ib. Eduardum Anglum monitis inſtruit. n.19. inter eum & Scotum pacis actionem inſtituit. n.21. pacem reſpuentem Scotum in ius vocat, n.22. imperium transferre ad Gallos meditatur. 1320. n.8. & 9. init fœdus cum Philippo Galliæ & Roberto Siciliæ Regibus ad domandos Gibellinos. ib. creat vicarium imperij in Inſubria ad euertendum Matthæum Vicecomitem. n.10. Bertrandum de Poieto Card. legatum creat paciferum. n.10. Philippo Valetio victo a Vicecomitibus eius partes depreſſæ. ib. ſpernentem cenſuras Matthæum Vicecomitem iudicio hæreſcos poſtulat. n.13. & Canem Scaligerum. ib. & Paſſarinum Mantuæ præfectum. ib. Thalmud aboleri flammis iubet. A.1320. n.24 Robertum Bruſium Scotiæ dominatorem ob ſpreta imperia anathemate percellit, n.36. ſtudio concordiæ regio nomine illum appellat, affirmans ex appellatione nullum ius ex Clementis ſanctione ipſi partum iri. n.37. & ſeqq. biennales inducias inter Angliæ & Scotiæ Reges promulgat. ib. in fin. B. Thomam Herefordenſem in ſanctorum numero collocat. n.43. inquiri iubet de miraculis editis a duobus minoritis ab hæreticis trucidatis. 1321. n.18. damnat errores Ioannis de Poliaco doctoris Sorbonici. n.37. in Fridericum comitem Montisferetri & ſocios dæmonolatriæ deditos cruciatam militiam indicit perditque. 1322. n.1. plures rebelles vrbes ad officium redigit. n.2. fœdus init cum Friderico Auſtriaco aduerſus Matthæum Vicecomitem reum hæreſcos. n.5. ab eo deferitur a Matthæo perſuaſus Pontificem Germanos Italiæ ingreſſu imperioque velle excludere. n.9. certior fit a Ludouico Bauaro captum in acie Fridericum. n.14. 15. offert ſe concordiæ interpretem Ioannes, ſed Ludouicus eius opera non vtitur. ib. mittit Compoſtellanum archiepiſcopum pro ſopiendo bello inter Dionyſium Regem Luſitaniæ & Alfonſum filium. n.16. oraturis pro anima Philippi V. indulgentias proponit. n.22. Carolum in regno ſucceſſorem vrget, vt ſuccurrat Armeniæ. n.30. ſummum Tartarorum Imperatorem ad Armeniorum clientelam ſuſcipiendam fidemque Chriſti hortatur. n.41. Vrotius Seruiæ Rex ad Pontificis obſequium ab Hungaro compulſus. n.48. grauem quæſtionem de paupertate Chriſti & Apoſtolorum agitat. n.53. & ſeqq. ab eo petunt Armenij incorruptæ fidei formulam. 1323. n.6. mittit internuntios pro conciliandis Eccleſiæ Seruijs. n.14. Orofio Regi ſacramenti formulam præſcribit. ib. Galeatium Vicecomitem cenſuras ſpernentem Mediolani præfectura euertere nititur. n.24. duobus prælijs vincit ducum opera. ib. Canis Scaliger & Paſſarinus ad Ioannis, dein ad Ludouici Bauari partes deficiunt. ib. & ſeqq. Ioannis exercitus Mediolani obſidione depulſus ob acceptam Galeatij clientelam a Ludouico Bauaro. ib. agit legibus in Ludouicum Bauarum. n.34. definit controuerſiam de Chriſti paupertate. A.1323. n.61. damnat hæreticos negantes Chriſtum & Apoſtolos ius habuiſſe in rerum vſu. ib. in ſanctorum ordinem reponit Thomam Aquinatem. n.64. de miraculis Philippi archiepiſcopi Bituricenſis inquiri iubet. n.67. obijcit Ludouico Bauaro, illum iura pontificia interregni tempore infregiſſe. A. 1324. n.1. &c. poſcenti Ludouico, vt iudicium in ſemeſtre tempus extrahatur, biemeſtre conſtituit. ib. nouam expeditionem aduerſus Vicecomites inſtaurat. n. 12. 13. contendit creatis duobus Cæſaribus interregnum eſſe, donec lis a ſede Apoſtolica dirimatur. ib. percellit eum anathemate. ib. edicit, vt labente trimeſtri non Regis, ſed electi in Regem titulos vſurpet. ibid. exaſperatus Ludouicus illum apud principes in inuidiam vocat quod iura principum vſurpet. n.14. Aneſtinos ob Ferrariam, Adriam, & Comaclum occupata cenſuris armiſque perſequitur. n.19. ob ſpreta pontificia monita Ludouicum Bauarum quæſitis ex electione iuribus degradu deijcit. n.22. & ſeqq. fruſtra annititur transferre imperium a Germanis in Gallos. n.25. ira incenſus Bauarus ab eo prouocat ad concilium. n.28. apperitur impia calumnia quod in edendo fidei decreto de paupertate Chriſti hæreſim promulgarit. ib. & ſeqq. Bauari Fraticellorumque calumnias & argutias edita tertia ſanctione retellit. n.31. fœdus inter Ludouicum Bauarum & Fridericum controuerſos Cæſares irritum damnat. 1325. n.1. Fridericum priſtinis iuribus reſtituit. n.5. vrgetur a Germanis, vt Fridericum confirmet. ib. reſpondet non ſibi oblatum electionis decretum. ib. agnoſcunt Germani moliri ipſum transferre ad Gallos imperium. ib. incuſat Carolum Galliæ Regem, quod ad accipiendum imperium & Bauarum bello infectandum animis ſit remiſſior. ib. pertinaces pſeudominoritas detrahentes ipſius ſanctionibus infectatur. n.20. Petri Ioannis Olivi hæreſiarchæ memoriam & errores damnat. ib. & ſeqq. Ioannem Cardinalem S. Theodori legatum in Italiam mittit. 1326. n.1. creat paciferum in Etruria. ib. pacem inter Ludouicum & Fridericum initam diſturbat. n.6. & 7. Fridericum flagitantem, vt ipſum confirmet, repellit. ib. meditatur fruſtra transferre imperium ad Carolum Galliæ Regem. ib. de Andronico Eccleſiæ conciliando agit. n.36. vrgetur a Romanis imminente Ludouico Bauaro, vt in Vrbem veniat. 1327. n.4. oratoribus Romanorum extrahit reſponſum. n.8. arguit Romanos, quod ſe ob translatam in Gallias ſedem dixerint acephalos. n.12. vi & armis continere Romanos ne deficiant ad hoſtem fruſtra tentat. n.14. Marſilij & Ianduni hæreſiarcharum errores refellit. n.30. & ſeqq. creat nouos Cardinales. n.52. damnatur capitali ſententia impie a Ludouico Bauaro velut in theatrali ſcena. A.1328. n.23. poſcit ab eo Albertus Auſtria-

Iriacus, vt Fridericum confirmet in imperio.n.38. negat iure id fieri posse, cum Fridericus decretum electionis nunquam transmiserit ad sedem Apostolicam. ib. & 39.rescindit omnia, quæ in Ludouico corona imperatoria cingendo gesta sint. n.40.solicitat septemuiros, vt nouum creent Cæsarem.ib.oppositus a Ludouico Ioanni antipapa Petrus de Corbaria. n.42. preces publicas indicit pro extinguendo schismate. n.46. Roma ad eius obsequium reuocata. n.48. Ateſtini marchiones illius amicitiam prensant. n.54. plures vrbes ad illius obsequium redeunt. ib. pacem inter Anglos Scotosque conciliat. n.72. censuris Robertum Scotiæ Regem liberat.n.73.sacerdotiorum decumas certis legibus Alfonso Castellæ Regi pro gerendo in Mauros bello concedit. n.75. clientelarem sponsionem pro Sardinia ab Alfonso Aragonum Rege exigit. n.81 ordinem eremitarum S. Pauli instituit. n.84.fœdus init in Turcas cum Gallo Rege, Venetis, & Imperatore Constantinopolitano.n.85.antipapa in eum præsente Ludouico Bauaro anathema promulgat.A.1329.n.1.ea impia gesta inuisa cœlo ostensa.ib. Pisani a Ioanne in gratiã admissi.ib.passim Italæ vrbes ad Ioannem, damnato Bauaro, redeunt.n.7.Azonem præfectum Mediolani a Bauaro deficientem in gratiam recipit.n.13.14.Ioannem Vicecomitem abijcientem pseudocardinalitios honores creat Nouariensem episcopum. n.15. Robertus dux Bauariæ illi obedientiam defert contra Ludouicum Bauarum. n.17. Romani se suaque Ioanni contra Ludouicum Bauarum, & antipapam deuouent. n.18. plures illius hostes Gibellini proceres infeliciter pereunt. n.19.20. sententiam fert in Michaelem Cæsenatem hæresiarcham & sectatores. n.21. Ekardi hæresiarchæ errores damnat.n.70.decernit, vt episcopus S.Andreæ Scotiæ Reges inunctione regia & corona exornet. n.79. subsidiario auro iuuat Armenios. n.94. Trapezuntinum Imperatorem ad coniunctionem cum Romana ecclesia solicitat.n.95.per Tartariæ regna missis sacerdotibus & episcopis fidem amplificare nititur.n.96.& seqq. Æthiopum Imperatori formulam orthodoxæ fidei transmittit. n.98. captus antipapa pendente e collo laqueo se ad illius pedes abijcit. 1330.n.11. damnanti hæresim & schisma ignoscit. ib. & seqq.in custodia honesta detinet, ne forte male periret. n.27.Ludouicus Bauarus ambit eius gratiam,sponderque omnia gesta rescissurum modo teneat imperium. n.28. respondet Boemo Regi Ludouicum tenere non posse vetere iure, cum eo sit priuatus, non nouo, cum ob impia gesta noui iuris capax non sit.n.32.conuenitur a Philippo Galliæ Rege, & cum eo arcana consilia de expeditione Asiatica agitat.n.44.&c.ante monet Dauidem Scotiæ Regem.ne ius ecclesiasticum lædat. n.50.&c. Nascarinos ad seruandam incorruptam fidem hortatur. n.55. & Albors montis accolas. n.56. & Iacobitarum patriarcham. n.57. censores fidei instituit contra Marsilij & Ianduni sectatores.A.1331.n.1.&c.& contra Fraticellos.ib.& seqq.refellit Ioannem Regem Boemiæ iactantem ex consensu pontificio in Italiam venisse. n.18. Leonis Armeniæ Regis oratores excipit. 1331.n.30.rogatus a Gallo sacram expeditionem indicit contra soldanum Babylonium pro recuperanda Palæstina.1331.n.30. datum ab eo consilium Mariæ Aragonum Reginæ contra magicas insidias. n.37. quæstionem agitat an animæ sanctorum ante diem iudicij visione beatifica potiantur. A.1331. n.43.pro parte negante argumenta colligit. n.44.45. inde sumpta detrahendi occasio.ib.dum sedem Italiæ restituere,meditatur eius protectio retardatur a Gallo Rege. 1332.n.1. grauiora postulantem Philippum repellit. n.2. Bononienses se suaque illi subijcium. nu.8.cur Bauarum in gremium Ecclesiæ non restituerit. n.11.arguit Philippum Regem nuncupati voti immemorem esse, monetque, vt Eduardum Regem sibi deuinciat, non exasperet. n.25 creat Philippum Galliæ Regem ducem decretæ expeditionis. 1333.n.1.decumas sexennales illi tribuit. ib.petenti,vt prælati ficte crucem induant, respondet fictionem procul in ea re amandandam. n.11. diuina ira intentata si fingat.ib.societatem armorum conflat cum eo, & Siculo, & Cyprio, & Venetis, ac Græcis contra Turcas. nu.14.mittit legatos ad Græcos in sinum Ecclesiæ reuocandos. n.17. & ad Zichos conuertendos. ib. bellum Scoticum sedare tentat. 1333. n.23.distinetur a Gallo Rege, ne Italiæ restituat Apostolicam sedem. ib. Italicas turbas sedare tentat.n.26.ob confectum cum Ioanne Rege Boemiæ fœdus Robertum Regem aduersarium patitur, ac plures vrbes ditionis pontificiæ amittit. ib.Ludouici Bauari oratores excipit, & quo responso dato eos dimiserit.n.28.29. Nicolaum Minoritam creat archiepiscopum Cambalicnsem. n.31. Tartarorum Reges ad fidem amplectendam solicitat. n.35. præscribit qua forma baptismus & ordines in dubio an sint collati, sint conferendi. num.40. vrget Andronicum Imperatorem, vt schismate damnato se coniungat ecclesiæ Romanæ. 1334. n.1. classem mittit contra Turcas.n.11 turandæ Armeniæ dat operam. n.12. in eum rebellat Bononia.n.17.18.Ludouicum Bauarum vrget, vt omni mora abiecta ad Ecclesiam redeat, ne a diuina ira obruatur.n.19.calumnijs appetitur quod male senserit de visione beatifica.n.27.profitetur si quid in concionibus dixerit contrarium,id non dixisse decidendo, vel decernendo, idque se reuocare. n.28. morbo implicitus profitetur se tenere animas sanctorum ante diem iudicij visione beatifica frui.n.34.sacramentis rite procuratus obit n.39. oriens grauem in eo iacturam passus.n.40. perperam vocatur in inuidiam a nonnullis Minoritis, cum optime de eorum ordine meritus sit. ib.

Ioannes de Poliaco doctor Sorbonicus. damnati eius errores a Ioanne XXII.1331.n.20. vsque ad 37.

Ioannes Cardinalis Vrsinus S.Theodori diaconus. creatur legatus, ac pacis arbiter in Etruria.1326.n.1.Castrucius poscit ab eo in gratiam admitti cum Ecclesia.n.2.imminente Vrbi Ludouico Bauaro .iussus confirmare Romanos in obsequio Pontificis.1327.n.14. in Vrbem ingredi tentat. n.15. propulsatus suburbana succendit. ib.

Ioannes Achaiæ princeps. nititur Romam in Pontificis fide continere aduersus Ludouicum Bauarum. 1327.n.14.repulsus Romanum agrum euastat.ib.

Ioannes Palæologus Imperator Constantinopolitanus. Andronico patri succedit. 1341. n.129.illius procurator Ioannes Cantacuzenus imperatoria ornamenta corripit.ib. & n.130.in eum rebellat. 1346.n.64.incitati in eũ Turcæ a Cãtacuzeno.ib.exuitur toto ferme imperio,demumque Constantinopoli intercipitur a Cantacuzeno.n.27. eius filiam Helenam vxorem ducit.ib.Clementé de fœdere in Turcas postulat.1349. n.31. Thessalonica Constantinopolim occulte delatus Cantacuzenum imperio deturbat,attonderque in monachum. 1355. n.32.fœdus facit cum Romana ecclesia. n.33.mittit oratores ad Innocentium VI. ac poscit opem contra Turcas.1356.n.31. Didymotichum & Hadrianopolis a Turcis illi eripiuntur studiosorum Cantacuzeni factione.A.1361.n.8.Zagorã & Ischebolem amittit.1366.n.1.obedientiam defert Vrbano V. ib.promissa illi auxilia si Græcos ecclesiæ Romanæ coniunxerit.ib. confert se Budam ad Hungariæ Regem, ac pro auxilijs impetrandis obstringit se ad fidem catholicam amplectendam. n.4. additi Palæologo stimuli, vt rem perficiat.n.5. Amedeus Sabaudiæ fert illi auxilia, & Gallipolim ereptam Turcis,ipsi restituit.n.12.solicitati eius filij, vt constantes persistant in coniunctione Romanæ ecclesiæ.1367.n.10.Romæ Vrbanum V.conuenit.1369.n.1.fidem catholicam profitetur.ib.vaga turmæ illi concessæ,vt eas in Turcas educat, sed eæ eum sequi detrectant.n.6.profitetur non aliam catholicæ Ecclesiæ nomine intelligere quam Romanam.cui præsit Vrbanus V. 1370.n.1. commendatur Regi Hungariæ Reginæque Siciliæ. n.6. decreta illi a Gregorio auxilia ad Turcas traiectu ex Asia in Europã arcendos.1373 n.1.turpe fœdus cum Turcis init. 1374.n.4. necessitate se adactum excusat apud Pontificem. n.5.infelicissima eius sors.1375.n.5.pulso Andronico restituitur a Venetis in imperium. A.1379. n.55.

Ioannes Cantacuzenus. accepta imperij administratione pro Ioanne Palæologo, imperatoria ornamenta arripit. 1341.n.129. 130. rebellat aduersus Ioannem Palæologum.1346.n.64. postulat ducem pontificij exercitus de fœdere. n.64.repellitur a Clemente VI. ib. Turcas in Græcorum exitium armat.ib.dissentientes Turcas inter se coniungit, vt traiecto Hellespontro irrumpant in Græciam.ib.toto ferme potitus imperio ipsa domum Constantinopoli potitur 1347.n.25.dat filiam Helenã Ioanni Palæologo. ib. errores Palamæ illusi a dæmone, ac plures diuinitates fingentis in pseudosynodo approbat. ib.Orchani Turcarum Regi filiam tradit. n.27. subditos a Turcis socijs trucidatos vel in

ſeruiturem abactos diſſimulat. ib. poſtulat cum Palæologo Pontificem de fœdere in Turcas. 1343. n. 31. eius filius Manuel deſpota Peloponeſum occupat. 1350. n. 28. 29. interruntios Pontificis acturos de Græcis ad Romanam eccleſiam reuocandis excipit. n. 30. petit, vt in ſynodo controuerſiæ dirimantur, cauſatus pauciores Græcos interfuiſſe Lugdunenſi concilio. ib. adhæret Venetis contra Genuenſes, 1352. nu. 12. 13. obſidetur a Genuenſibus, & Turcis. ib. paciſcitur fœdus pulſis Venetis, & data Genuenſibus immunitate. ib. a Turcis quaſſata terræ motu oppida vrbeſque inuadentibus magnas clades accipit. 1354. n. 30. ob diſſidia cum Joanne Palæologo obſidetur Conſtantinopoli. ib. repellit barbaros, ac Matthæum filium in imperij ſocietatem cooptat. ib. parto per ſcelus imperio depellitur, atque a Palæologo interceptus attonderur in monachum. 1355. n. 32. eius ſtudioſi inito cum Turcis fœdere illis Didymotichum, Yptalam & Hadrianopolim produnt. 1362. n. 8. ſolicitatur ab Vrbano V. vt clerum Conſtantinopolitanum a ſchiſmate abducat. A. 1367. n. 9. primatum Romanæ eccleſiæ pie profitetur. 1375. n. 2.

Joannes Comnenus Baſilius Imperator Trapezuntinus. ab vxore Irene veneno necatur, 1341. n. 131.

Joannes Vicecomes archiepiſcopus & princeps Mediolani. Bononiam occupat. 1350. n. 6. &c. percellitur cenſuris. ib. terrore Caroli Cæſaris pacem expetit, quæ certis legibus conceſſa. 1351. n. 27. Genuenſes ſe ſuaque illi ſubijciunt. 1353. n. 12. morte repentina e viuis eripitur. n. 11. ſuccedunt illi Matthæus, Bernabos, & Galeatius nepotes. ib.

Joannes Galliæ Rex. Philippo VI. patri ſuccedit. 1350. n. 40. Guinarum arcem illi eripit Anglus. 1352. n. 19. 20. conflatam in eum coniurationem ab Anglo eludit. ib. diſſidia nata inter eum & Carolum generum Nauarræ Regem. 1354. n. 19. & 1355. n. 27. detrectante Eduardo Aquitaniam fiduciario iure acceptam profiteri, filium creat ducem Aquitaniæ. 1355. n. 26. Carolum Regem Nauarræ generum ſibi inſidiantem in carcerem conjicit. 1356. n. 1. &c. petitur bello a Caroli fratribus. ib. in Eduardum iuniorem, qui in Pictauiam irruperat, mouet exercitum. n. 7. vicerat niſi vincendi patientia illi defuiſſet. ib. acturos de pace legatos repellit additis verborum minis. ib. capitur in prælio. ib. abducitur Burdegalam. n. 8. in Angliam transfertur. 1357. n. 1. acerbiſſimæ illi ab Anglo pacis leges impoſitæ. 1358. n. 3. ne eas operi mandare poſſit impeditur. ib. Delphino poteſtatem facit, vt regia corona exornetur. 1359. n. 1. ſacræ in Saracenos expeditioni ſe addicit. 1363. n. 14. dux illius ſupremus creatur ab Vrbano V. ib. cum Petro Cypri Rege paciſcitur fœdus, ib. Burgundiæ ducatum ad Gallicam coronam reuocat, geritque bellum cum Nauarræ Rege 1364. n. 15. in Anglia moritur celebrato Londini cum tribus Regibus conuentu. 1364. n. 16. 17. ſuccedit illi Carolus filius. ib. Philippo filio Burgundiæ ducatum relinquit. ib.

Joannes Birellius Carthuſianorum ſummus præfectus. De eo creando Pontifice inclinantes Cardinales Talayrandus abduxit. 1352. n. 25. poſt mortem claruit miraculis. ib.

Joannes epiſcopus Citizenſis. choræas ducens medius inter duas mulierculas repente expirat. 1352. n. 31.

Joannes de Vico. tyrannide occupat plures vrbes eccleſiaſticas. 1353. n. 3. 4. domatur ab Ægidio Card. A. S. L. metuenſque ne ab Vrbeuetanis necaretur legato deditionem facit. 1354. n. 1.

Joannes Pipinus ſociarum Turmarum dux, ſe Apuliæ Regem dicit. 1355. n. 22. victus redimitur corona papyracea, & patibulum pro regia ſede fortitur. ib.

Joannes Olegianus. Bononiam Vicecomitibus eripit. 1355. n. 25. eã Eccleſiæ accepta Firmana toparchia reſtituit. 1360. n. 1.

Joannes Delphinus dux Venetorum. pacem redimit a Ludouico Hungariæ Rege reſtitutis illi Dalmatiæ arcibus. 1357. n. 7. 8.

B. Joannes Columbinus Jeſuatorum conditor, Vrbanum V. omni officiorum genere colit. 1367. n. 4. pie moritur, & miraculis fulget. ib.

Joannes dux Britanniæ. a Carolo V. Regem Galliæ ditione exutus fugit in Angliam, A. 1372. n. 36.

Joannes Vvicleffus hæreſiarcha; & Vvicleffiſta. euertere eccleſiaſticum ordinem conatur, quod epiſcopali honore exambito ornari non potuiſſet. 1377. n. 4. 5. eius hæreſes contra Euchariſtiam & contra primatum Romanæ eccleſiæ. ib. & contra ius eccleſiaſticum. ib. horrendæ blaſphemæ voces aduerſus Deum. ib. vocatus in ius in ſynodo Lambathenſi hæreticas propoſitiones in mollioré ſenſum detorquet. 1378. n. 116. ſcriptis ad Vrbanum VI. literis illius ſententiæ omnia dicta ſubijcit. ib. dein petulanter in eum inſurrexit. ib. damnatur ab academia Oxonienſi. 1380. n. 21. eius ſectatores Vvicleffiſtæ grauem in Regem & clerum coniurationem conflant, demumque oppreſſi. 1381. n. 38. pſeudoapoſtolos mittit ad propagandam hæreſim. 1382. n. 33. damnati eius errores in ſynodo Londinenſi. n. 36. poſtulatus iudicio a Vvillelmo Courtenecio archiepiſcopo Cantuarienſi hæreſim damnat. n. 38. damnati eius errores iterum in Oxonienſi ſynodo, iterumque ipſe eos damnat. n. 39. 40. quantum hypocriſi ſua Anglorum mores fœdauerit. n. 41. dum in Deum, & ſanctos blaſphemam concionem parat diuina vltione percellitur. 1384. n. 8. moriturus deſperat. ib. eius ſcripta a Richardo Rege incendi iuſſa. 1388. nu. 12. Vvicleffi libri, in quibus trecentæ hæreſes inuentæ, exuſti. 1396. n. 17. & 1409. n. 88.

Joannes de Lignano iuriſconſultus Bononienſis doctiſſimus. conſultus a Cardinalibus de electione Vrbani VI. an valeret, demonſtrat eam valere. 1378. n. 29.

Joannes Ambianenſis Cardinalis poſtea ſchiſmaticus. acerbe obiurgatus ab Vrbano VI. de vitijs, in eum ſuſcipit iras implacabiles. 1378. n. 45. inſtigat cæteros Cardinales Gallos ad conflandum ſchiſma. ib. damnatur ab Vrbano iudiciaria ſententia. n. 105. extincto Carolo V. qui moriturus ſchiſma damnauerat e Gallica aula, raptis ſecum theſauris fugit. 1380. n. 10.

B. Joannes Bryllingtonienſis canonicus regularis. claret miraculis in vita, & poſt mortem. 1379. n. 55. quamus fuerit illius orantis feruor. ib.

Joannes Monttfortis comes dux Britanniæ. edoctus ab antipapa ante ſchiſma de vera Vrbani VI. creatione ſchiſma execratur. 1380. n. 9. Anglicas partes contra Carolum V. tuetur. ib.

Joannes Rex Caſtellæ. in Salamanticenſi conuentu ad antipapam deficit Gallorum placita inique ſequutus. 1381. n. 27. inique ius ferendæ ſententiæ vſurpauit in ea cauſa, quæ a concilio œcumenico tantum erat dirimenda. n. 33. prædicta impendens illi diuina vindicta a Roderico Ruizio. ib. iudiciaria ſententia ab Vrbano VI. de gradu deijcitur. 1382. n. 12. Joannes Leceſtriæ dux in eum concitatus. n. 22. & 1383. n. 7. extincto Ferdinando Rege Luſitaniæ, eius fratrem Joannem in carcerem conjicit, vt regnum dotali iure ſibi vendicet. n. 6. opponit ſe illi Auiſij magiſter ac Luſitanum ſceptrum corripit. ib. Joannes Luſitaniam inuadit cum auxiliaribus Gallis. 1385. n. 10. 11. multis prælijs atteritur. ib. Guadalupei tẽpli theſauros rapit qui latrocinio nõ profuere. ib. petitur bello a Joãne duce Leceſtriæ. A. 1386. n. 14. ſubmiſſus Caſtellano in auxilium Ludouicus Borbonius. ib. ex equo in terrã allius miſere perit. 1390. n. 20. ſæpius admonitus fuerat a pio eremita, vt tollendo ſchiſmati daret operam. ib. prædicta ab eodem eius mors. ib.

Joannes Auiſij magiſter Ferdinandi Regis nothus, dein Luſitaniæ Rex. Joanne patruo regni herede detento a Joanne Rege Caſtellæ, regni habenas capeſſit. 1383. n. 6. Joannem Regem Caſtellæ Luſitaniam inuadentem varijs cladibus atterit. 1385. n. 10. 11.

Joannes Galeatius Vicecomes dux Mediolanenſis. ficta pia peregrinatione Bernabonem capit, eoque veneno extincto tyrannidem arripit. 1385. n. 12. titulum Regis Longobardiæ affectat. 1386. n. 10. 11. reluctante Vrbano VI. ab eo deficit. ib. Veronã Antonio Scaligero eripit. 1387. n. 13. Vicentiam ex pactione debitam Patauino intercipit, eumque terrore complet. ib. ducales titulos emit a Vvenceslao Cæſare. 1395. n. 18. commiſſo ad lacum Benacum prælio Rupertum Cæſarem propulſat. 1401. n. 9. Florentinos graniore bello premit. 1402. n. 1. totius Italiæ tyrannidem affectat. ib. Bononiam Ioanni Bentiuolo eripit. ib. dum Florentinis imminet e ſummo rerum culmine præcipitat in ſepulchrum. ib.

Joannes dux Leceſtriæ. pro regno Caſtellæ bellum gerit. 1386. n. 14. Ludouicum Borbonium & Gallos ſibi aduerſantes patitur. ib.

Joannes de Monteſono Theologus Gallus. ſcribit grauiſſime contra ſchiſmaticos. 1389. n. 15. & 1391. n. 18. ſ. 1.

Joannes Thomacellus. miſſus cum exercitu a Bonifacio IX. Ladislao ab hoſtibus preſſo ſuccurrit. 1392. n. 1. & 2. Aquilam recipit. ib.

Joannes Dominici ordinis Prædicatorum, poſtea Cardinalis. ſacram militiam aduerſus Baiazethem a Bonifacio IX. iuſſus promulgat.

A. 1394.

A.1394. ñ. 24.25. creatur Cardinalis a Gregorio XII.1408.n.8.Gregorij nomine indicit concilium Constantiense,1415.n.26. creatur in Boemia legatus contra Hussitas.1418.n.8.

Ioannes *Aragonum Rex.* ex equo ruens ceruices sibi elidit poenas schismatis daturus. 1395.n.22. succedit illi Martinus frater. ib.

Ioannes *de Cetina Minorita.* affectus martyrio claret miraculis. 1397. n. 17.

Ioannes *Bentiuolus.* Bononiæ dominus ab aduersa factione cæsus. 1402. n. 1. Ioannes II. Rex Castellæ succedit Henrico II. 1406. n. 17.

Ioannes *dux Burgundiæ.* inuidia furens in Aureliæ ducem illum ex insidijs trucidat, 1407. n. 31. petitus bello Aurelianenses vincit. 1411. n. 8. crudelitas eius in hostes. ib. miscet turbis Galliam. 1418. n. 25. sæuit in aduersarios. ibid. pacem sancit cum Carolo Delphino mox fidei deest nec vrbes regias restituit. 1419. nu. 8. 9. specie colloquij inscio Delphino trucidatur proditione, qui Aureliæ ducem proditione trucidarat. ib. illius impietas insignis in arcendis sacro baptismo aduersariorum filijs. ib.

Ioannes Hus haresiarcha. Vvicleffi haereses propagat in Boemia. A.1408.n.69 damnato a Pragensibus doctoribus Vvicleffo palam eius haereles tueri nonausus. 1409. n. 88. a Sbinkone archiepiscopo Pragensi sacris concionibus interdicitur. nu. 89. plebem ignaram & impiam in archiepiscopum concitat. ib. damnatur ab Alexandro V. ib. ex indulgentijs sumpta occasione declamat in Romanum Pontificem. 1411. n. 6. tres sectarios ob blasphemas voces capitali affectos supplicio vt martyres impudenter colit. ib. damnatur in cõcilio Romano a Ioanne XXIII. 1412.n.5.errores eiurat. nu. 5. eiusdem intanda perfidia dum euangelij nomen suis haeretibus imponit. 1413. nu. 9. a Pragensi ecclesia damnatur. nu. 10. eius cauta in concilio Constantiensi excuti cœpta. 1414. n. 9. qualis sponsio salutis illi praestita. n. 11. accusatores suos pronocat ad concilium. ib. dum se ostentare nititur ob detectam impietatem territus fugit.1415.n.. in fuga comprehenditur.n.32. articuli illius damnati a concilio. n. 35. promittit se damnaturum haereses. n. 36. reuersus ad vomitum negat quæ scripsisset se reuocaturum. ib. crematur. ib. cineres illius in Rhenum proiecti.ib.

Ioannes Maria dux Mediolani. bello graui implicitus a Facino Scaligero. 1409. n. 86. horrenda eiusdem immanitas. ibid. vincitur humanitate a canibus rabidis. ib. a plebe demum discerptus raptatusque. ib. & 1412. n. 6.

Ioannes XXIII. creatur Pontifex Bononiæ iure ambiguo ex Cardinale S. Eustachij.A. 1410.n.18.Ludouicus Andegauensis maxime illi fauit.ib.iudiciaria acta in Gregorium XII.& Petrum de Luna cõficit.n.23. auctæ eius partes Sigismundo Hungariæ Romanorumque Rege ad eius obsequium se conferonte.n.27.aduersus Ladislaum Siciliæ Regem concitat Ludouicum Andegauensem.1411.n.2.in Vrbem se confert. n. 3. inanem pompam de victo Ladislao agitat.n.4.in Ladislaum grauiora conscribit edicta.n.5.decernit concilium celebrare in Vrbe. n.7.plures Cardinales creat. n.9.sacram militiam in Ladislaum indicit. 1412.n.2. ad suum obsequium illum allicit cogitue.ib.insulæ Siciliæ iura in eum transfert.n.3.celebrat concilium Romæ.A. 1312.n.5.damnat Ioannem Hus,ac sectatores. ib. Vvicleffi libros damnat. 1413. n. 1. Roma pellitur a perfido Ladislao. n.19.Constantiæ concilium indicit. n.21. Gregorium prouocat, vt veniat ad concilium.ib. inuitus & per simulationem promouet coniunctionem ecclesiarum. n.23. varia eius itinera. 1414.n.5. Ladislaum Etruria pellere nititur.ib.Auenionensem comitatum recipit. ib. Bononiæ arcem extruit.n.6.extincto Ladislao Romam reuerti meditanti obstant Cardinales, vt ad concilium celebrandum prius incumbat.n.6.Constantiam ingreditur & concilium inchoat.n.7. dum putat firmare res suas euertit. ib. in Ioannem Hus iudicio agit.n.9.Vvenceslaum hortatur, ne haereli nouæ Boemiam infici patiatur. ib.desinit præesse Constantiensi concilio. 1415. n.2. emittitur, vt Pisana acta confirmentur sed frustra. ib.fide cedit pontificatu verbisque ambiguis.n.3.detectis dolis fugam simulato cultu capit.n.5. in eum iudiciario ordine agi cœptum.n.6.& n.16. reducitur ad concilium. n.21. lata in eum sententia pontificatus iure priuatur ob plura crimina. n.22.e carcere fugit,dein sponte Martino se subijcit.1419.n.5.creatur primus Cardinalis.n.6.

Ioannes *Oldcastellus Vvicleffista.* concionandi munus sibi arrogat.1413.n.13. in ius vocatur a synodo.n.14. effugit e carcere, & Vvicleffitas concitat in Regem ac clerum.ib.& 1414.n.15.

Ioannes *Rex Lusitaniæ.* Septam in Africa capit.1415.n.56. propulsat barbarorum impetus.ib.

Ioannes *Premonstratensis apostata.* Hussiticam haeresim amplificat.1418.n.6.

Ioannes *Rex Castellæ.* in Henrici principis Aragonij potestatem redigitur.1420.n.3. fugit ex eius custodia, captumque bonis exuit. ib. ciuili bello petitus. 1430.n.14. rogat Galliæ Regem, vt vesaniam Basileensium reprimat.1431.n.13. litem mouet Lusitano de Africæ terris comparatis. A.1454. n.10.iniqua lis morte sopita.ib. succedit illi Henricus filius.ib.

Ioannes *Adurnius.* occœcatus auaritia Amuratis exercitum ex Asia in Europam transportat.1422.n.1.

Ioannes *Imperator Constantinopolitanus.* resilit a cœpta coniunctione cum Romana ecclesia. 1422. n. 15. in occidentem venit ad efflagitandam opem. 1423. n. 26. confugit ad Sigismundum Imperatorem petiturus auxilia contra Amuratem oppugnantem Constantinopolim. 1424. n. 23. poscit in Italia celebrari concilium ad quod se conferre velit pro redintegranda ecclesiarum coniunctione. 1431. n. 21. missis oratoribus a Basileensibus quid responderit. 1433. nu. 28. Basileenses obstitum ne concilium celebretur Constantinopoli, vt Eugenius IV. celebrandum consenserat. A.1435. n.8.actio de celebrando cum Græcis concilio perturbata a Basileensibus. 1437. n. 2. accedit ad Ferrariense concilium. 1438. n. 6. qua pompa exceptus sit. ib. Florentiæ honorifice excipitur, 1439. n. 1. decreto de processione Spiritus sancti ex patre filioque tanquam ab vnico principio & vnica spiratione assentitur. n. 5. solemni decreto de coniunctione Græcorum cum Romana ecclesia assentitur. n. 7. & 8. promissa illi ab Eugenio IV. subsidia contra Turcas. n. 10. delendi schismatis curas remittit ob Latinorum diffidia. 1441. n. 5. moritur, 1449. n. 21. succedit ei frater maximus Constantinus. ibid.

Ioannes Premonstratensis apostata. dat impietatis poenas. 1422. n. 19. colitur vt martyr ab hereticis. ib.

Ioannes Armaniaci comes. ad schisma Petri de Luna redit. 1422. n. 26.

Ioannes dux Bethfordiæ. Gallici regni partem pro nepote administrat. 1422. nu. 33. iniqua & infelicia eius consilia. ib.

B.Ioannes de Capistrano Minorita. Fraticellos persequitur. 1426.n.17.18. mittitur in Germaniam a Nicolao V.ad pietatem propagandam. 1450.n.5. maximis miraculis fulget.n.15.in Boemiam mittitur ad conuertendos Hussitas.ib. in Hungariam se confert cum sexdecim millia Hussitarum conuertisset in Boemia. 1455. n. 26. in Transiluania & Valachia vndecim millia haereticorum conuertit. ib. Hungaros ad Belgradum tuendum contra Mahometem concitat. 1456. n. 14. 15. cum paucis crucesignatis irruit in Turcas. nu. 26. diuino prodigio, victoriam refert interfectis viginti quinque millibus Turcarum. ib. licet agrotus Huniadem ægrotantem sacramentis munit. n. 51. genus mortis illi diuinitus ostensum. n.54. inuisitur in ægritudine a Ladislao Rege. n.59. multa prædicit. n.63. post mortem miraculis claret. n. 64. Beatorum honos illi decretus. ib.

Ioannes *Gerson.* absolutis in cantica commentarijs pie moritur. 1429. n. 22. tertur claruisse miraculis. ib.

Ioannes Rokizana inter Hussitas signifer. obsequium spondet Boemorum nomine Romanæ ecclesiæ. 1436. n. 19. ex arcano promissus illi a Sigismundo archiepiscopatus Pragensis. ib. tumultum Pragæ excitat contra catholicos monachos & sacerdotes. n. 20. territus Sigismundi minis fugam capit. ib. coram Ioanne Carualiale Cardinale legato diuinitus obmutescit. 1448. nu. 5. Pragensi archiepiscopatu iure repulsus a Pontifice. 1451. n. 12. frustra pertentatur a Callisto III. vt ad fidem orthodoxam redeat. 1456. n. 69. in suspicionem propinati Ladislao Regi veneni adductus. 1457. n. 16. catholicos calumnijs onerat. 1465. n. 26. eos ad Hussiticam sectam abducere molitur. ib. plurium haereseon reus conuincitur publice. ib. consulit Georgio vt monasteria templaque expilet. 1468. n.4. vocis viu anuso moritur. ib.

Ioannes Vvicleffeus patriarcha Alexandri-

nus

nus poſtea Cardinalis. tradita illi Ioanna II. extincta regni Neapolitani adminiſtratio. A.1437.n.12.miſſus cum exercitu pro tuenda Iſabella Regina aduerſus vim Alfonſi Regis Aragonum. A.1437.n. 25. in ſuſpicionem affectatæ tyrannidis & conflatæ coniurationis cum duce Mediolani adductus. 1440. n. 11. in aditu artis Hadrianæ, dum reſiſtit præfecto cæſus. ib.

Ioannes Huniades regni Hungariæ moderator. Turcas fundit in Seruia, ac Georgium Seruiæ deſpotam regno reſtituit. 1442. n. 13. ni Amuratem viciſſet actum erat de Hungaria. ib. in Valachia diuinitus Amuratem profligauit. ibid. infelicem pugam Vvarnenſem ſuadet. 1444. n. 9. in fuga retinetur a Seruiæ deſpota. n. 9. regni adminiſtratio poſt Vvladislai necem illi commendata. 1445. n. 13. expeditionem ducit in Turcas. 1448. nu. 6. numero ſuperatur a Turcis cæſis triginta quatuor eorum millibus. n. 7. ad Belgradum Mahometem vincit. 1456. n. 15. & ſeq. corrupto aere ex Turcarum cadaueribus contrahit lethalem morbum, ac pie moritur. n. 51. ſacramentis a B. Ioanne Capiſtrano munitus eſt. ib.

Ioannes Carualialis Cardinalis S. Angeli. ob legationem Germanicam ſtrenue geſtam creatus Cardinalis. 1445. n. 4. in Boemiam mittitur a Nicolao. 1448. n. 3. &c. coram eo Rochizana diuinitus obmutescit. n. 5. pugnat in Raſcis contra Turcas. 1458. n. 19. pius eius obitus. 1470. n. 48. ſub purpura geſtabat cilicium. ib.

Ioannes epiſcopus Leodienſis. horrendum diuinæ iuſtitiæ in eo exemplum. 1452. n. 18.

Ioannes archiepiſcopus Rhemenſis. Sueſſionenſem ſynodum celebrat. 1455. n. 45.

B. Iacobus Picens. in Hungariam miſſus pro vrgendo turcico bello. 1457. n. 12.

Ioannes Rex Cypri. moriens Carolæ regnum relinquit. 1458. n. 45. eiuſdem inſignis ignauia. ib.

Ioannes dux Lotaringiæ, idemque Andegauenſis. miſſus a Carolo VII. ad Liguriam adminiſtrandam. 1458. n. 29. contra Alfonſi Regis & ſociorum impetus defendit Genuam, ib. plures Neapolitani proceres ad eum deficiunt. 1459. nu. 79. & ſeq. claſſe inuehitur ad recuperandum ex Ferdinando Neapolitanum regnum. n. 81. plures vrbes in ſuam poteſtatem redigit. A.1460.n.62. ad Sarnum fundit fugatque Ferdinandum. n. 62. Genua a Gallis deficiente aſperiores illius res factæ. 1460. n. 73. Pius II. in eum vires omnes effundit. 1461. nu. 1. perculſi anathemate ab eo, qui eius parces tu ebantur. ib. inſignis Regis Ludouici XI. pro eo ad Pium legatio. 1462. n. 8. a Ferdinando apud Troiam funditur. n. 9. eius res victo Malateſta in Senogallia & Tarentino deficiente ad Ferdinandum proſtratæ. n. 10. plures vrbes amittit. 1463. n. 78. in Ænaria inſula fundituꝛ, ac Prouinciam repetere cogitur. 1464. n. 70. excitus a Catalanis Ioannis Regis exercitum profligat. 1467. nu. 21. Gerundenſi obſidione pellitur. ib.

Ioannes Fvarwici comes. Henricum VI. in prælio capit. A.1459. n. 68.

Ioannes Armaniaci comes. varijs pœnis affectus ob inceſtum cum ſorore. 1460. nu. 110. vt ab adulteratoribus literarum apoſtolicarum deceptus ſit. ib. a Gallo Rege principatu exutus. ib.

Ioannes Rex Aragonum. Carolum filium Regem Nauarræ ſpecie redintegrandæ concordiæ opprimit & nouercæ cuſtodiæ tradit. 1461. n. 130. conſurgentibus in eum pro inſonte populis lento (vt ferunt) infectum veneno in libertatem reſtituit. ib. Ruſſinonis comitatum tradit Ludouico Galliæ Regi pro retinenda contra Caſtellanum Catalonia. nu. 43. Renatus Rex a Catalanis aduerſus eum incitatus. 1466. n. 19. funditur a Ioanne Andegauenſi. 1467. n. 21. Barcinonenſes decennali bello feſſos in deditionẽ recipit. 1472. n. 23. moritur, illique ſuccedit Ferdinandus filius. 1479. nu. 20.

Ioannes Turrecremata Cardinalis. eius mors & præclara geſta. 1468. n. 36.

Ioannes Balua Cardinalis. diuinitus in proditione inſigni deprehenſus. 1469. n. 13. percitus terrore diuini iudicij nefariæ ambitionis conſilia fatetur. ib.

Ioannes Galeatius dux Mediolani. principatum fluctuantem pontificia ope confirmat. 1477. n. 1. aduerſus Sixtum IV. Florentinis opem fert. 1478. nu. 13. Genuam amittit. n. 30.

Ioannes Rex Luſitaniæ. ſuccedit Alfonſo patri. 1481. n. 39. ſub eius auſpicijs inuentum regnum Congi. 1484. nu. 82. Guinea & alia infidelium loca inuenta illi conceſſa. ibid. Æthiopas baptiſmo luſtratos Mauris vendi vetat contempto lucro. 1486. n. 68. mox Deus illi Sofalæ aurifodinas aperit. ib. in regno Congi fidem Chriſti propagandam curat. 1491. n. 6. de nouo orbe inuento a Caſtellano certat. 1494. n. 31. concordiam init cum Ferdinando. ib. moritur ac teſtamento relinquit hæredem Emanuelem ducem Viſenſem. 1495. 42.

Ioannes Vnda Minorita. pie moritur & miraculis clarescit. 1484. n. 79.

Ioannes Albertus Caſimiri Regis Poloniæ filius. Tartaros clade inſigni vincit. 1489. n. 15. extincto Matthia Rege Hungariam affectat. 1490. n. 12. cõciliatur fratri Vvladislao. 1491. n. 11. ſuccedit Caſimiro in regno Polonico. 1492. n. 30. vexatur a Turcis. 1498. nu. 36. latæ illi cœlo ſuppetiæ & quadraginta millia Turcarũ niuibus confectæ. ib. in Turcas fœderi accedere pollicetur. A.1501.n.81. apoplexia moritur. ibid. ſuccedit illi Alexander Lituaniæ dux. ib.

Ioannes Medices Cardinalis. donatur adoleſcens iure ſacræ purpuræ. 1489. n. 19. in exilium pulſus a Florentinis. 1494. n. 21. creatus a Iulio II. legatus Bononiam obſidet. 1512. nu. 5. cogitur obſidionem ſoluere. ib. in Rauennate prælio in Gallorum poteſtatem incidit. n. 20. miro caſu cum duceretur in Galliam e Gallorum manibus elabitur. n. 59. legationis munus reſumit. n. 61. Florentinæ reipublicæ principem ſchiſmaticorum fœderatum Florentia pellit. n. 61. Mediceam ſtirpem Florentiæ in priſtinum ſtatum reſtituit. ib. clementia vtitur in aduerſarios. ib. creatur Pontifex. A.1513. num. 13.

Ioannes ordinis Prædicatorum. Congi regno fidem Chriſti infert. 1491. n. 6.

Ioannes Congi Rex. ſacris baptiſmalibus initiatus. 1491. n. 8.

Ioannes Picus Mirandulanus comes. ingenij gloriæ ſtudio elatus nongentas quæſtiones proponit. 1493. n. 36. crimine hæreſeos poſtulatur. ib. hæreſeos ſuſpicionem pie deterget. ib. poſthac voluptatibus nuntium remittit. nu. 38. carnem macerat & pie moritur. ib.

Ioannes Rex Daniæ. Suecia potitur. 1505. num. 25.

Ioannes Rex Nauarræ. ob ſocietatem cum Ludouico Galliæ Rege ſchiſmatico regno pulſus. 1512. n. 77. iuuatur ſubſidiario exercitu pro recuperando regno. ib. Pompeiopoli repellitur. ibid. extincto Ferdinando Nauarram recuperare retrat. 1516. n. 45. in præruptis montium fuſæ Gallorũ copiæ. ib. ea clade territus oppidi Ioannis Pedeportus obſidionem ſoluit. ib. reuerſus in Galliam inopina morte extinguitur. ib.

Ioannes Reuclinus Capnion iuriſconſultus, trium linguarum peritia floret. 1516. n. 84. ob deliria caballiſtica in crimen hæreſeos vocatus. ib. multos nactus defenſores in ſummam inuidiam adducit cenſores fidei. ib.

Ioannes Tetzelius ordinis Prædicatorum fidei cenſor. imprudenter hæreſeos incendio naſcenti fomitem præbuit. 1517. n. 64. increpitus ab interuntio pontificio ex dolore contracto morbo moritur. 1518. num. 100.

Ioannes Eckius doctor Ingolſtadienſis. pro fide in Lutherum certat. 1518. n. 91. imprudenter diſputationibus ſuis Lutheranæ hæreſeos per totam Germaniam ſpargendæ occaſionem dat. ibid. Lipſiæ diſceptat aduerſus Lutherum pro auctoritate pontificia. 1519. nu. 38. nocuit rei Chriſtianæ ea diſputatio. n. 46. data illi prouincia promulgandæ pontificiæ aduerſus Lutheri hæreſes ſententiæ. 1520. n. 60. accuſatur a Saxone qui nimio ardore plures alios pari cum Luthero cauſa inuoluerit. n. 61. in conuentu Badenſi Oecolampadium & alios hæreticos conuicit. 1526. n. 103.

Ioannes Carloſtadius. Lutheri hæreſiarchæ deliramenta tuetur in Lipſica diſputatione. A.1519.n.46. cum Luthero exercet inimicitias, ſacramentariorumque & Iconoclaſtarum hæreſes ſpargit. 1522. n. 33. ait ſibi reuelatum a ſpiritu humana ſtatura maiore Chriſtum non eſſe in Euchariſtia. n. 39. teſtatur Lutherus Carloſtadium fuiſſe atheum. ib. accuſatur a Melanctone fuiſſe illum Anabaptiſtarum parentem. n. 54. primus ſacerdotum auſus ducere concubinam coniugij ſpecie. 1523. n. 74. a ſcurris impudens illius ſcortatio celebrata & beatus pronuntiatus. ib. quam infelix ille extiterit. n. 75. pulſus a Luthero ſe confert ad Argentinenſes. 1525. num. 45. Baſileæ concionatorem agit. 1531. nu. 39. ex terrore moritur condicta die a dæmo-

mone. ibid.
Ioannes Zuinglius V. *Zuinglius.*
Ioannes episcopus Misnensis. damnat Lutheri libros. 1520. n. 1. proscinditur ab eo maledictis. ib. hæresiarcham in summas adducit angustias. ib.
Ioannes Fischerus episcopus Roffensis postea Cardinalis. scribit aduersus Lutherum. 1520. n. 64. aduersus Oecolampadium. 1524. n. 58. tentatur veneno ab Anna Bolena ob defensam pietatem. 1533. n. 71. circumueniri se finit ab impijs politicis, & male obedientiam Regi defert in causis ecclesiasticis, addita tamen exceptione aliqua. n. 72. acerbe postea errorem plangit quo alijs nocuerat. n. 72. conijcitur in vincula & in carcerem ab Henrico VIII. 1534. n. 6. 7.
Ioannes Oecolampadius hæresiarcha. Basileenses inficit hæresi. 1524. n. 58. in eum scribit Ioannes Fischerus Roffensis episcopus. ib.
Ioannes Petrus episcopus Theatinus, dictus in Pontificatu Paulus IV. vna cum B. Gaietano clericorum regularium ordinem condit. 1524. n. 102.
Ioannes Pomeranus hæreticus. Daniam hæresi contaminat. 1525. n. 30. Christianus Rex ab eo corona regia cingi voluit. ibid.
Ioannes Machabæus hæreticus. stuprata moniali euadit Lutheranus euangelista. 1525. n. 30. Daniam hæresi inficit. ib.
Ioannes Transyluania princeps, postea Hungariæ Rex. imminente Solimanno serius copias adducit ad Ludouicum Regem. 1526. n. 63. in crimen vocatus Ludouicum ipsum deseruisse vt regno potiretur. n. 70. cæso Ludouico Rege, ac discedente ex Hungaria Solimanno Budam Albamque recipit. ibid. dat operam vt ipsemet Hungariæ Rex deligatur. ib. regia corona solemniter redimitur. ib. cum Francisco Gallorum Rege fœdus init. ib. Ferdinandus Austriacus in eum incurrit. n. 71. obiectum illi Ludouicum Regem Turcis prodidisse. ib. procerum pars maxima ab eo ad Ferdinandum deficit. ib. atroci ab eo bello vexatur. ib. pellitur Buda & Hungariæ regno. 1527. n. 107. in Polonia profugus consilio Lasci palatini, Solimanni opẽ implorat. ib. Transiluanos in Ferdinandum commouet, sequo Turcis coniungit. 1529. n. 40. plures illi Hungari adhærent, indeque ciuile inter Hungaros bellum conflatum. ib. a Solimanno regijs insignibus redimitur. n. 48. forti Ianizzarorum præsidiario exercitu munitur. ib. artes adhibet ad corrumpendos proceres. 1530. n. 184. obsessus Budæ a duce Ferdinandi Regis. n. 186. liberatur a Turcis. ib. opprimi potuit a Carolo V. 1532. nu. 41. deturbari regno mox iussus a Solimanno. 1534. n. 54. missus Aloysius Grittus ad eum interciendum, Hungariamque in prouinciam Turcici imperij redigendam. ib. Ioannis præfectus in Transiluania, quod pro Ioanne prouinciam administrare niteretur, trucidatus. n. 55. ea rerum nouitate territus Hungaros ad Aloysium Grittum perdendum concitat. ib. Ioannem Laicum, cuius consilio Turcas excierat, vt proditorem in vincula conijcit, tormentisque subijcit. ib.
Ioannes Vpsalensis archiepiscopus. in ruenda fide catholica constantissimus. 1526. nu. 128. intentatas a Gustauo Rege minas sanctissimo responso refrigit. ib. in exilium pellitur, & eius loco concionator Lutheranus ad perdendos Suecos a Rege instituitur. ib.
Ioannes Baptista eremita. Romanos monet, vt sacra pœnitentia diuinam iram placent 1527. n. 2. conijcitur in vincula. ib. capta Vrbe laxatur e carcere a cæsareis. n. 20. prædicit cæsareis breui gaudio eos potituros. ib. consensit dictis exitus, ijs paulo post peste consumptis maxima ex parte. ib. & n. 29.
Ioannes Maria de Monte archiepiscopus Sypontinus. is tradit obsidem Germanis liberandi Pontificis causa. 1527. n. 29. ductus ab impijs ad furcas. ib. diuina opera a patibulo ad solium apostolicum postea translatus. ib.
Ioannes Agricola hæresiarcha. Antinomorum sectam condit. 1529. n. 12.
Ioannes Dux Saxoniæ. decreto Spirensi cum alijs hæreticis intercedit. 1529. n. 15. inde Protestantium factio exorta. ib. alios principes Lutheranos ac Philippum Melanctonẽ ad conuentus Augustanos secum ducit. 1530. n. 60. Cæsarem in solemni supplicatione, qua sacra Eucharistia circumferenda erat, comitari detrectat. ib. spreta Conciliorum & Pontificum auctoritate fictam a Melanctone & Luthero fidei confessionẽ impiã amplectitur. n. 80. &c. in mortis agone horrẽdos instar leonis rugitus edit. 1532. n. 85. Lutherus in eius oratione funebri pronuntiat ipsum dum hæresim Augustæ profiteretur morituerum fathanæ venenum ebibisse. nu. 86. obtruditur ab impio impostore vt martyr. ib. ad illius successorem missus a Clemente VIII. internuntius propositurus æquas leges pro celebrando concilio. 1533. nu. 7. eas respuit, nec ad concilij sanctiones se vult obstringi. ib. quale concilium expetierit. ib.
Ioannes Rex Lusitaniæ. postulatur de fœdere ab Æthiopum Imperatore aduersus Mahometanos. 1533. n. 23.
Ioannes Matthias Harlemensis pistor hæresiarcha. illusus a dæmone se Moysem iactat ad circumcisionẽ instaurandam. 1533. n. 59. dein imposturæ genus murat, atque Austerodami se Enochum dicit, atque anabaptismum prædicat. ib. creat duodecim pseudoapostolos. n. 60. ex ijs vnus anabaptisticum imperium Monasterij condere molitur. ib.
Ioannes Borcoldus Leydensis sartor hæresiarcha ac pseudochristus. creatur ab impostore Ioanne Matthia pistore pseudoapostolus. 1533. nu. 60. apud Monasterienses pseudochristum agit. n. 63. variæ illius & sociorum imposturæ. n. 21. & seqq. tyrannidem corripit. n. 28. &c. falsi tituli illi ascripti. ib.
Ioannes Caluinus hæresiarcha. vna cum Bucero Lutheranos Zuinglianis conciliare nititur irrito exitu. 1534. n. 43. ex vtraque secta nouam condit, qua Christum præsentem absentemque in Eucharistia comminiscitur. ib.
Ioannes Lascus Christiani nominis proditor. proditionis crimine postulatus in vincula a Ioanne Rege conijcitur. 1534. n. 58. 59. dignis tormentis subijcitur. ib Regis Poloni rogatu liberatur. ib.
Ioannes Momoianus regulus. susceptæ fidei Christi vxorem & filios necat, ne a Christo desciscant. 1534. nu. 62. se ad perferenda pro Christo omnia supplicia paratum offert Mahometanis. ib.
Iodocus marchio Moraniæ idemque Rex Romanorum. succedit in imperio Ruperto. 1410. paulo post extincto succedit Sigismundus. ib.
Iolanta soror Baldwini I. *Imperatrix Constantinopolitana.* Petro viro prudentior Constantinopolim mari petit. 1217. n. 11.
Iordanus Prædicatorum magister. in terram sanctam nauigans naufragio perit. 1236. n. 30. columna ignea illius corpus illustrat. ib. proiectum ad littus suauem odorem efflat. ib. eius anima se videndam præbet S. Lutgardi. ib.
Iordanus Terracinensis. creatus Cardinalis diaconus SS. Cosmæ & Damiani. 1262. n. 52.
Iordanus Vrsinus Cardinalis. creatus a Nicolao III. 1277. n. 58. legatus mittitur a Martino IV. contra Boemos hæreticos. 1426. n. 15.
Ioppe. a Saracenis oppugnata. 1198. n. 79. in ea Christiani cæsi. ib.
Iosephus Patriarcha Constantinopolitanus schismaticus. coniunctioni ecclesiarum obsistit. 1274. n. 16. gradu cedere quam damnare schisma imperitus ac pertinax maluit.
Iosephus patriarcha Constantinopolitanus catholicus. cum Emmanuele Imp. ad Martini V. ecclesiæq; Romanæ obsequiũ redit. 1420. nu. 27. priusquam moreretur decreto coniunctionis Græcorum cum Romana ecclesia subscripsit. 1439. n. 6.
Irene Imperatrix Trapezuntina. virum veneno extinguit. 1341. n. 31. dein pellitur regia. ib.
Isaacius Imperator. e carcere solio restituitur. 1203. nu. 15. Latinis fidem frangit. 1204. nu. 3. occiso paulo post filio a Mursiphilo deturbatur imperio. ib.
Isabella Ioannis Regis Hierosolymitani filia. nubit Friderico Imperatori & dotalia materna iura illi affert. 1226. n. 11.
Isabella Regina Navarræ filia S. Ludouici. a patre morituro monita est, vt omnem amorem in Deum transferret. 1270. nu. 18. extincto viro Theobaldo Rege perpetuam continentiam ac virtutes alias colit. ib.
Isabella Philippi IV. Regis Galliæ filia, Regina Angliæ. nubit Eduardo iuniori sceptri Anglici hæredi. 1307. n. 9. in Galliam mittitur a viro, atque inter virum fratremque componit pacem. 1325. nu. 12. diutius morata, quam vir vellet, in suspicionem adulterij vocatur. 1326. nu. 13. excita a viro negat reuersuram ni Hugonem Spenserium malum consultorem Eduardus abigat. ib. aucta discordia classem comparat in Batauia. ib. coniurat cum proceribus Anglis in virum. ib. simulans irruptura se per Sco-

Scotiam, recta, Londinum tendit, atque virum in fugam pellit. n.16. fugientem insectatur capitque, & in custodiam tradit tristi reseruatum supplicio. ib. Hugonem Spenserium e patibulo suspendi iubet. ibid. virum regio iure a regni ordinibus deturbandum curat. A. 1327. num. 43. Rogerius de Mortuo mari de praua cum ea consuetudine suspectus supplicio Eduardi III. iussu affectus. 1330. n.50.

Isabella Neapolis Regina. Renato viro in carcere Burgundico agente cum duobus filijs Neapolim se confert. 1435. n.15. submissus illi auxiliaris exercitus ab Eugenio IV. 1437. n.25.

Isabella Henrici Regis Castellæ soror. promulgatur heres regni Ioanna reiecta. 1468. n.34. succedit in regno Henrico fratri exclusa Ioanna. 1475. n.13. nubit Ferdinando Aragoniæ principi. ib. Aragoniæ, & Castellæ regna inde coniuncta. 1479. n.20. eius auspicijs susceptum bellum Granatense. 1482. n.27. Mahometis nomen inclamari in Castella vetat. 1483. n.43. inquisitorum tribunalia constitui a Pontifice curat contra Marranos. n.46. concubinarios sacerdotes exagirandos curat. 1485. n. 26. vna cum Ferdinando viro Granatam obsidet, & S. Fidei vrbem extruit. 1491. n.1. &c. Mauros Hispania pellit. n.7. sub eius auspicijs inuentus orbis nouus. n.35. moritur. 1504. n.40. illius elogium. ibid. Ioannam filiam heredem relinquit. ib.

S. Isidorus. cælesti viso pollicetur victoriam contra Saracenos. 1230. n.31. diuina in occupatorem ecclesiæ S. Isidori vltio. n.33.

Isidorus Kioniensis metropolita. egregia opera perfunctus pro Græcis ad Romanam ecclesiam adducendis. 1439. n.11. missus ad Moscouitas ab ijs pessime habitus. ib. creatur Cardinalis. 1439. n.41. ad Cõstantinopolitanos ecclesiæ Romanæ conciliandos missus. 1453. n.2. flectere in extremo tantum discrimine ad officium potuit. ib. ex Turcarum manibus diuinitus eripitur. ib.

Ismael Sophi. conficta inter Saracenos noua secta nouum condit imperium. 1502. n.17. cruento prælio vincitur a Selimo. 1513. n.37. ab Abyssino solicitatur in Turcas. 1521. n.115.

Iubilæus annus. institutus a Bonifacio VIII. 1300. n.1. summa magnificentia celebratus. n.6. redactus a Clemente VI. ad quinquagesimum, magna pietatis pompa celebratur. 1350. n.1. & seqq. ad trigesimum tertium redactus ab Vrbano VI. 1389. n.1. &c. ad vigesimum quintum excurrentem redactus a Paulo II. 1470. n.55.

Iudæi. Iudæa anabaptismum postulans e summa turri ilicet decidit. 1299. n.47. plures conuersi cum Eucharistia sacrilege inter nummos proiecta eos in similem speciem conuertisset. 1213. n.63. in Germania grassantes coerceri iussi. 1233. n.49. in Hungaria publicis muneribus pelli iussi. n.50. puerulum parieti configunt Cæsaraugustæ. 1250. n.48. miraculo detectum facinus. ib. Hugonem puerum Christi odio excarnificant ijs supplicijs, quæ Christus passus est. A. 1255. n.78. eius visceribus ad incantationes magicas abuti decernunt. ib. diuinis prodigijs detecti iustas sceleris pœnas luunt. ib. in Germania immanissime puellam Christianam trucidant. 1271. n.21. diuino prodigio deteguntur sceleris auctores. ib. Iudæi ecclesiarum asylo repellendi. 1281. n.18. pueros in Germania Christi odio crudeliter interimunt. 1287. n.18. edita ab ijs plura miracula. ib. sumpta de Iudæis vltio. ib. horrendum eorum sacrilegium in sacram Eucharistiam. 1290. n.50. multi ad Christũ conuersi conspecto diuinitus in vestibus crucis signo. 1295. n.57. Christi odio Eucharistiam emunt. 1299. n.47. eam transfodiunt, ex eaque sanguis effluit. ib. derecti diuinitus. ib. pœnis meritis affecti. ib. Conradum puerum odio fidei Christianæ excarnificant. 1303. n.64. diuina in eos vltio. ib. perpetuo exilio damnati in Gallia. 1306. n.18. a Pastorellis passim cæti. 1320. n.24. quingenti Iudæi misere se necandos tradunt delectis a se carnificibus. ib. plures ad fidem conuersi. ib. impia Iudæorum immanitas in Eucharistiam conuicta miraculis, & castigata. 1330. n.53. 54. passim in Germania trucidati ob inuentam hostiam sanguine delibutam. 1338. n.18. seditionis auctor sublatus a Ludouico Bauaro. n.21. cultro transuerberant Eucharistiam, ex qua sacer cruor manat. 1379. n.56. alij similiter Eucharistiam confodiunt, eorumque vultus sanguine, qui ex ea resilijt, & elui non potuit, respersi. 1399. n.27. multis inspectis prodigijs in perfidia obdurescunt. ib. ad quinque millia in Hispania conuersi ab Hebræo medico. 1412. n.8. Iudæi cur tolerandi a Christianis. 1447. n.21. coercita illorum licentia. 1451. n.5. Simonem puerum Tridentinum martyrio afficiunt. 1475. nu.37. merita pœna affecti, martyrque miraculis coruscauit. ib. Iudæus Salomon Brixiæ reuocato ad vitam puero Christiano, quem occiderat, fidem amplectitur. 1476. n.18. Iudæi conuicti Eucharistiam confodisse, atque ex ea manasse cruorem. 1492. n.9. Lusitania pulsi ab Emmanuele Rege. 1496. n.26. crudelia ab ijs edita facinora. ib. Eucharistiam confodiunt prodigioque detecti dant pœnas. 1510. n.34. exploratores pro Turcis agunt, Rhodoque exiguntur. 1503. n.25.

Iudicia Dei. quam sint occulta cœlesti viso ostensum. 1241. n.25.

Iudicium. candentis ferri & aquæ frigidæ iudicia damnata. 1204. n.80.

B. Iuliana virgo. reuelatum illi a Christo est, festum corporis Domini instituendum iri. 1264. n.30.

S. Iulianus episcopus Conchensis. episcopalem censum erogat pauperibus. 1207. n.18. ex laboribus manuum victum sibi comparat. ib. effulget miraculis. ib.

Iulianus Cardinalis Tusculanus patria Lusitanus. creatur Pontifex, ac Ioannis XXI. nomen accipit. 1276. n.29.

Iulianus Cardinalis Cæsarinus. in Germanica legatione ab Eugenio confirmatur. 1431. n.17. iubetur concilium Basileense dissoluere ob causas grauissimas. n.21. resistit Pontifici. n.23. post admonitos officij Basileenses facta iam translatione ad Ferrariense concilium se transfert. A. 1438. n.6. Hungaros contra Amuratem concitat. 1444. n.5. in fuga a latronibus occiditur. ib. an iure accuietur ob dissolutam iuramenti religionem. n.10.

Iulianus Roboreus Cardinalis. in Gallias legatus missus a Sixto IV. 2476. nu.1. Vrbem tuetur aduersus coniuratos. 1485. num. 40. Auximum obsidet pro expugnando Bucolino Turcarum fœderato. 1487. n.6. Auximum recipit deditione. ib. creato Alexandro VI. fraude simoniaca contendit congregandum Concilium ad eum deturbandum. 1492. n.25. structas a Cæsare Borgia insidias euadit. 1502. n.25. creatur Papa V. *Iulius* II. ib.

Iulianus Medices. ad aram a coniuratis occisus immani sacrilegio. 1478. n.1.

Iulius II. ex Cardinale Ostiensi creatur Pontifex. A. 1503. n.1. ante pontificatum, susceptoque pontificatu se obstringit ad congregandum concilium biennij flexu. ibid. prædictus illi fuerat pontificatus a S. Francisco Paulano. ib. Cardinales nouos creat. n.20. Fauentiam, & Ariminum, & alias vrbes a Venetis reposcit. 1504. n.1. negat emittere e custodia Cæsarem Borgiam, ni Cæsenam, Britenorium, & Forumliuii restituat Ecclesiæ. n.9. a Bernardino Cardinale S. Crucis concordiæ interprete deluditur. n.9. Ferdinandi Regis Castellæ opera dimissum Borgiam in carcere Hispano detinendum curat. ib. Foroliuiensem arcem recipit. ib. Ludouicum Galliæ Regem monet, ne inconsulta sede Apostolica de iuribus regni Neapolitani paciscatur. n.15. curat Franciscum Mariam Roboreum a Guidone Baldo in filium speque successionis cooptari. n.36. in septentrionalia regna mittit Raymundum Cardinalem Gurcensem. 1505. n.24. auget Cardinalium numerum. n.41. Simoniacas Pontificum electiones conuellit. 1506. n.1. Bononiam, pulsis Bentiuolis, recuperat. n.30. iacit fundamenta instaurandæ basilicæ Vaticanæ. 1506. n.45. Cardinales nouos creat. 1507. n.24. Reges in concordiam redigit. 1508. n.3. monet Venetos, vt restituant vrbes ditionis ecclesiasticæ ab ipsis occupatas. ib. creat nouos Cardinales. 1508. n.24. cum Germano, Gallo, & Hispano in Venetos conspirat. 1509. n.1. monet Venetos, vt restituant vrbes ecclesiasticas. n.5. concisso a Gallis Veneto exercitu Fauentiam, & alia loca ex Venetis recuperat. n.11. Venetos ob prouocationem ad concilium factam nouis edictis percellit. n.12. & 13. damnant Veneti ausa, & placare eum nituntur. n.14. Ferrariam contra Venetos tuetur. n.19. cum Gallo Rege rixas contrahit Regis ipsius culpa. n.20. cum Venetis pacem confecit. 1510. nu.1. censuris eos soluit. n.7. legibus & armis agit in Alfonsum ducem Ferrariæ. n.13. & 14. Gallici exercitus duces Ferrariensis socios censuris percellit. ib. Bononiam se confert pro vrgendo bello Ferrariensi. 1510. n.10. plures Cardinales in eum coniurant, schisma molituri. n.18. oppugnatur Bononiæ a Gallis. n.22. & 23. Cæsar in eum conciliabulo adhæret. 1511. n.1. obiectum illi a Gallo reum esse periurij ob

ob violatum ſacramentum de celebrando
buenni flexu concilio.n.2.negant Cardina-
les ſchiſmatici ad eum ius congregandi
concilij ſpectare.n.3.ad diſſipandos eorum
dolos indicit Lateranenſe concilium.n.8.
ſchiſmaticos Cardinales promiſſa venia ad
ſe reuocare nititur.n.24.monet Gallum
Regem officij.n.31.iudiciariam ſententiam
fert in Cardinales ſchiſmaticos.n.37. Mi-
randulam ad deditionem cogit.n.46.Fer-
rarienſem bello premit.ib.ab eo & Gallis
ducibus funditur eius exercitus.ib.creat
nouos Cardinales.ib.Mediolanenſem ſena-
tum cenſuris percellit ob ſtudia in ſchiſ-
maticos.n.50. ingruente Gallico exercitu
Bononia Rauennam ſe confert.n.56.Bono-
niam amittit.ib.Maximilianus Cæſar de-
ſerto Gallo ad Iulij obſequium redit.
1512.n.1.&c. ſchiſmatici in conuenticulo
Mediolanenſi illum gradu deijcere mini-
tantur.n.7.in Rauennate prælio eius exer-
citus conciſus,capturque Ioannes Medices
legatus.n.20.Rauennam & nonnullas alias
vrbes amittit.ib.& n.22.ad fractas res in-
ſtaurandas conſurgit.ib.Heluetios ad de-
turbandos Inſubria Gallos euocat.n.25.
Lateranenſe concilium celebrat.n.35.Lu-
douicum Gallorum Regem percellit ana-
themate.A.1512.n.63.illum Inſubria Li-
guriaque imperio depellit.ib.& n.67.dux
Ferrariæ ab eo veniam poſcit.n.71. impe-
rat,vt Ferrariam reſtituat.ib.Galliam in-
terdicto ſubijcit.n.92.Aquitanos Norman-
noſque ſacramenti Ludouico præſtiti reli-
gione ſoluit.ib.pragmaticam ſanctionem
iudiciario ordine damnare aggredieur.n.
101.receptis ſacramentis moritur.n.513.
n.7.purgatur ab obiectis.n.10.

Iulius de Medicis. creatur Cardinalis. 1513.
n.77.&c. in pontificatu dictus Clemens
VII.ib.

Iuramentum,V.*Sacramentum*.

Iuſtificatio.eam perfici ex præſidentia pœni-
tentis, quod ſibi remiſſa ſint peccata fin-
git Lutherus. 1518.n.103.

Iuſtinianus *Longus Genuenſis*. dum ſanciatus
ſtationem deſerit capta eſt Conſtantino-
polis.1453.n.4.

Iuſtitia. Alfonſus Rex Legionis iudicibus am-
pla dabat ſtipendia,ac vetabat quidquam
accipere a litigantibus,vt recte iudicarent.
1229.n.57.

Iuſtitia diuina. illius exemplum in Petri Pa-
rentij martyris proditorem. 1199.n.16.
diuinæ iuſtitiæ exemplum in Miecislao
duce Poloniæ corroſo a muribus. 1237.
n.61. & in laſciuiente epiſcopo. 1352.
n.31.& in Othone duce Bauariæ paupe-
rum & eccleſiaſticorum oppreſſore.1253.
n.32.iuſtitia diuina magno prodigio de-
tegit auctores ſceleris in Chriſtiana puel-
la crucidata a Iudæis admiſſi.1271.n.21.
inſigne illius exemplum in Polonum
equitem a dæmonibus ante mortem tor-
tum.1276.n.50.Ferdinandus Rex Caſtel-
læ repente trigeſimo die extinctus, cum
in trigeſimum diem in ius apud Deum
ab occidendis vocatus fuiſſet.1312.n.53.
diuinæ iuſtitiæ exemplum in tyrannos ſa-
cerdotum, carentes ſacramentis admini-
ſtrandis ab ijs in morte, quos afflixere in
vita. 1355.nu.25. Bithomienſes fodinis
argenti & plumbi diuinitus priuari ob
parochum & concionatorē ſubmerſos.A.
1367.n.18. illius exemplum in ſacrilegos
Euchariſticæ pixidis fures.1386.n.7.& in
deriſorem Euchariſtiæ. 1389.n.22.iniqua
mercatorum Stocholmenſium cædes iactis
cælo fulminibus vindicata. n.23. in Ioan-
nem Regem Caſtellæ ſchiſmaticum.
1390. n.20. ſacrilegi pſeudoepiſcopi ſup-
plicium.1391.n.21.in Franciſcum Prigna-
num Vrbani VI.nepotem,pro quo augen-
do multa ab Vrbano male geſta fuerant.
1395.n.16.in Ioannem Regem Aragonum
ſchiſmaticum. n.19.in Vvicleffiſtam pre-
ferentem Euchariſtiæ araneam.1396.n.17.
in Iudæos Euchariſtiam confodientes.
1399.n.27.in magum dæmonibus ad ina-
nes ludos vrentem. 1400.n.14.in Robert-
um Regem Scotiæ ſchiſmaticum. 1402.
n.2.in militem ſacrilegum. 1405.n.24. in
eundemque pœnitentem clementia.ib.in-
ieiunij violatorem. 1531.n.58.V.*Vitio di-
uino*.

Iuſta S. *Elizabeth pediſſequa*.ſanctitate & mi-
raculis claret.1252.n.16.

K

B. **K *Inga*.** V. *B.Cunegundis*.

K *Kobila*, ſiue *Quobley Tartarorum ſu-
mus Imperator*. ad fidem Chriſtianam
cōuertitur.1278.n.17. poſcit ſacerdotes a
Romano Pontifice pro erudiendis Tarta-
ris.ib.

***Koributus Regis Paloni nepos*,alias,*Sigiſmun-
dus*.** Boemicam coronam ab hæreticis ac-
cipit. 1425.n.13. petitus bello a patruis
odio hæreſeos.n.13.

L

L *Adislaus Hungariæ Rex*,ſuccedit Stepha-
no patri. 1272.n.48. ciuilibus diſcor-
dijs vexatur.ib.bello petitur ab Othocaro
Rege Boemiæ.ib.Iſabella Caroli Regis fi-
lia illi coniugio iuncta. ib. præceptis ſalu-
bribus inſtruitur a Greg.X. n.51.Cuma-
nos in Hungaria graſſari patitur. 1279.n.
30. ſynodū Budæ celebratā ad Cumanos
gentiles coercendos diſturbat. ib. pro eo
ad officium reuocando nauata opera. ib.
pollicetur Cumanos reprimere,& fidem
catholicam tueri. n.36. monitus in quan-
tum exitium ſeſe conijciat.n.39.a Rodul-
pho Cæſare,& Carolo Siciliæ Rege corre-
ptus ſcelera expiat. 1280.n.8. xenodo-
chium pauperibus extruit. n.9.relabitur.
n.10.effundit ſe in libidines.n.30.a proce-
ribus includiturarce cum vxore,vt vxore
contentus relinquat heredem Hungariæ.
ib.in libidinum cœno volutatur. 1282.n.
36.monetur,vt gentilium mores cultumq;
exuat. ib. Oldamirus Cumanorum
dux illi regnum eripere tentat.n.38.diui-
no auxilio illum delet.n.38 Hungariam in
diſcrimen fidei amittendæ adducit.1288.
n.24.infidelium ritus ſectatur.1290.n.38.
fratrem Andream in Polonia profugum
inſidijs necat.n.39.a Cumanis,quos puta-
bat fidiſſimos,trucidatur.n.41.

***Ladislaus Rex Siciliæ*.**cæſo patre Carolo in
Hungaria a matre Margareta Regina edu-
catur.A.1385.n.9.grauiora aduerſa pati-
tur.ib.Neapoli pellitur a Ludouici II.An-
degauenſis ducibus.1387.n.1.Caietā pro-
fugit.ib.negat Vrbanus VI.acerbe,illum in
gratiam admittere odio in patrem defun-
ctum percitus.n.2. deijcere illum regno
æque,ac ſchiſmaticum Andegauenſem ni-
titur. 1388.nu.3.&c. cenſuris ſoluitur a
Bonifacio IX. 1390. n. 10. a legato dia-
demate regio redimitur Caietæ. n. 11.
Oui & S. Hermi arces ereptæ illi a Lu-
douico Andegauenſi æmulo Rege. n. 16.
Dyrrachinum principatum amittit.
1391. n. 27. magna clade afficitur a Lu-
douico Andegauenſi. 1392. n. 2. & 3.
auxiliarem exercitum illi ſubmittit Bo-
nifacius. ib. Aquilam recipit. ib. pon-
tificia ope aſſurgere illius res cœptæ. ib.
pro eo tuendo indicta a Bonifacio religio-
ſa militia. 1394. n. 20. Neapolim ob-
ſidet, ſed irrito exitu. ib. auro & armis
iuuatur a Bonifacio. 1395. n. 16. Ca-
puam & Auerſam Ludouico æmulo eri-
pit. ib. obſidet Neapolim. ib. imminen-
te Ludouico obſidionem ſoluere coactus.
ib. confirmatur a Pontifice in aduerſis,
pluresque principes illi conciliati. 1398.
n. 37. 38. Neapolim recuperat, eiuſque
arces. 1400. n. 11. Ludouicum Ande-
gauenſem pellit regno Neapolitano. ib.
extincta ſine hærede Maria Regina exci-
tur ad regnum Hungaricum vt regni
hæres. 1403. n. 13. 14. redimitur Bo-
nifacij iuſſu Hungarica corona. n. 15.
nimias moras ad incundam regni poſſeſ-
ſionem trahit. ib. reuerſo in Pannoniam
Sigiſmundo non auſus Hungaris ſe crede-
re paternos exitus veritus. ib. creato In-
nocentio VII. Pontifice pacem Eccleſiæ
turbat. 1404. n. 14. multis ab eo bene-
ficijs ornatur. ib. pro beneficijs reponit
Pontifici iniurias, atque ad Vrbis impe-
rium aſpirat. n. 16. Romam ſibi ſubij-
cere meditatur,capta ex ſeditione ciuium
occaſione. n. 9. 10. molis Hadrianæ præ-
fectum ſubornat. ib. Iaderam auro Ve-
netis diſtrahit. 1405. n. 23. percellitur
iudiciaria ſententia ab Innocentio VII.
1406. n. 6. Innocentij ambit gratiam, il-
lique arcem Hadrianam reſtituit. nu. 7.
donatus venia creatur vexillifer Romanæ
eccleſiæ. ib. mox fidem infringit. ibid.
ingratus eius in Eccleſiam animus. ibid.
Alculum Firmumque eripit Gregorio
XII. 1407. n. 14. 15. Romam effractis
mœnibus ſibi ſubijcit,vbi ex ea Grego-
rius diſceſſit. ib. Oſtiam inſtructa claſſe
capit. ib. Vrbem triumphali more in-
greditur. 1408. n. 3. Peruſium & alias
vrbes in ſuam poteſtatem redigit. ibid.
Gregorium ad ſe poſt varios labores con-
fugientem excipit honorifice. 1409. nu.
83. Vrbis dominatu depellitur a Balthaſ-
ſare Coſſa & Paulo Vrſino. n. 85. peti-
tur bello a Ludouico Andegauenſi.1410.
n. 26. eius claſſem profligat. ib. affe-
ctat iterum Romam ſibi ſubijcere. 1411.
n. 2. a Ioanne XXIII. indictum illi ſa-
crum bellum. ib. ad Roccham ſiccam
a Ludouico Andegauenſi funditur. nu.
4. non perſequente victoriam hoſte refi-
cit exercitum,ac regni aditu in interiora
Ludouicum prohibet. ib. nouis edictis a

Ioanne deſigitur. ib. indicta in eum a Ioanne XXIII. expeditio. A. 1412. n. 2. deſerto Gregorio XII. adhæreſcit Ioanni XXIII. ib. inſulæ Siciliæ iura ab eo accipit. ib. proponit Gregorio pactiones, vt illi cedat. nu. 3. coniurat in Ioannem, Romamque ſibi ſubijcit. 1413. nu. 19. Tudertum Peruſiumque occupat. n. 21. ſeu veneno a ſcorto Peruſino genitalibus illito, ſeu igne ſacro diuinitus immiſſo perit. 1414. n. 6.

Ladiſlaus Hungariæ & Bohemiæ Rex. ſuccedit poſthumus Alberto patri. 1439. n. 40. mox atque natus corona redimitus. 1440. n. 12. plures illi ſubeſſe detrectantes æmulos illi opponunt, indeque Hungaricæ vires imminutæ. ibid. commendatur fidei Friderici Imp. ib. elegantem orationem habet coram Nicolao V. 1452. n. 5. Regem Regum nocat. ib. regna pontificiæ clientelæ cõmendat. ib. eius proceres ob eum a Friderico detentum in eundẽ Cæſarem coniurant, n. 7. Boemica corona redimitur. n. 23. hæreticum ſacerdotem coram eo ſacrum facere annitentem, ni cedat altari, præcipitari iubet, n. 23. cur Euchariſtiam geſtatam ab hæretico non ſit reueritus, ib. irrumpente in Hungariam Mahometo in Auſtriam fugit, 1456. n. 15. parta diuinitus victoria a B. Ioanne Capiſtranenſi. n. 26. morituram imiſit, n. 59. monetur ab eo vt fidem tueatur. ib. indigne Huniadis filios in carcerem conijcit, 1457. n. 4. Viricum Ciliæ comitem cedit. 1457. n. 4. maiorem natu filium Huniadis capitali ſupplicio afficit. ib. Matthiam minorem natu reſeruat in vinculis. ib. inſidias Friderici Cæſaris vitæ ſtruit. n. 8. & 9. bello vexatur. ib. monetur a Calliſto III. vt pacem redintegret cum Friderico, & periclitanti Hungariæ conſulat. 1457. n. 10. inducias cum Turcis reſpuit. n. 11. immaturus eius & pius obitus. n. 15. veneno a Georgio Podiebratio extinctus creditur. n. 16.

Laiacium. captum a Saracenis & ferro flammaque deletum. 1312. n. 30.

Laici. cur eccleſiaſticos iudicare non debeant, 1204. n. 80.

S. Lamberti, Leodienſes a Brabantiæ duce lacentiri eius implorant opem, 1213. n. 14. pugnaturis præire viſus. n. 15. eius audito nomine in fugam hoſtes auerti. n. 16. abſciſſis ex eius corpore nonnullis reliquijs ab Hadriano VI. fluxit ex ijs purus cruor. 1522. n. 5.

Lammechinus Rex Curonia. fidem Chriſti amplectitur. 1232. n. 3.

Lancea. ferrum lanceæ, quo Chriſti latus confoſſum, ad Pontificem miſſum a Turca. 1492. n. 15. cuſpis tantum lanceæ oppigneratæ a Balduino. ib.

Lanciciana ſynodus. in Polonia celebrata pro tuenda fide contra Lutheranos, 1523. n. 80.

Lanoius prorex Neapolitanus, ad opprimendum Clementem VII. anhelat. 1527. n. 4. irrumpit in Campaniam ac Fruſinone repellitur, n. 8. in regno Neapolitano graui bello premitur, ib. pacem cum Pontifice redintegrat, eumque prodit. n. 11. 12. vt ſpopondérat pro tuenda contra Borbonium Roma nõn acceſſit.

Lateranenſe concilium V. *Concilium Lateranenſe.*

Lateranenſis baſilica. exuſta. A. 1308. nu. 10. capita Apoſtolorum, & ſanctorum reliquiæ diuinitus ex incendio ſeruata, ib. territi Romani pijs operibus iratum Deum mulcere ſtudent. ib.

Latini. amittunt Conſtantinopolim. 1261. num. 26.

Latinus Vrſinus ordinis Prædicatorum. creatus Cardinalis a Nicolao III. 1277. nu. 58.

Latzco Moldauiæ princeps. vna cum ſuis ad eccleſiam Romanam redit. 1370. n. 6. 7.

S. Laurentius archiepiſcopus Dublinenſis. ob ingentia eius precibus patrata a numine miracula ſanctorum honores illi decreti. 1225. n. 40. ſeptem mortuos, quorum vnus triduanus erat, ad vitam excitauit. ibid.

B. Laurentius Iuſtinianus. ſanctimonia & prophetiæ dono fulget. 1399. n. 22. inuitus epiſcopatum admittit. 1433. nu. 30. illius virtutes in epiſcopali ſtatu. ib. inſignis eius liberalitas in pauperes. ib. ſcientiæ laude effloruit, quam infuſam diuinitus habere creditus eſt. ib. primus Venetiarum patriarcha creatur. 1450. n. 19. Venetum ducem pia demiſſione ſibi deuincit. ib. pie moritur. 1455. n. 43. Poſt mortem eius corpus ſexagintaſeptem diebus corruptionis expers inſepultum manſit. n. 44. phyſici miraculi teſtes fuere. ib. in beatorum ordine a Clemente VII. repoſitus. ib. & 1524. n. 101.

Laurentius Valla grammaticus. ob crimen hæreſeos flagris cæſus Neapoli. 1446. n. 9. dicta impia reuocat. ib.

Laurentius Medices reipublicæ Florentinæ princeps, occiſo ad aram Iuliano fratre lacerato, & ægre ſeruatus coniuratos ſacrilegos ſacerdotes ſupplicio affecit. 1478. n. 1. Piſanum archiepiſcopum inflagranti delicto comprehenſum e feneſtris præporij, quod occupaturus venerat, laqueo ſuſpendi iubet. ibid. & ſeqq. perculſus anathemate ob violatum ab eccleſiaſticum ſpernit cenſuras, & in ditionem eccleſiaſticam copias immittit. ib. periturbello a Sixto IV. n. 11. Ferdinandus Rex Neapolitanus in eundem concitatus. ibid. Gallorum Rex, ac plures principes eius cauſam vt iuſtam tuentur. n. 13. Veneti indignam pacem emunt a Turcis vt illi opem ferant. n. 11. grauiori bello preſſus Ferdinandum adit, pacemque ab eo exorat. 1479. n. 19. a Pontifice petit veniam læſi iuris eccleſiaſtici, & ſacris reſtituitur. 1480. n. 39.

Laurentius Medices Leonis X. ex fratre nepos. Vrbini principatus illi a Leone X. collatus depulſo Franciſco Maria Roboreo. 1516. n. 81. pellitur a Francisco Maria. 1517. n. 80.

*Laurentius Campegius Cardinalis a S. Lamulus a Clemente VII. ad Nurembergenſes conuentus. 1524. n. 1. eius præſentiam & colloquium defugit Fridericus dux Saxoniæ, ac Nuremberga ſe proripit. n. 5. vrget principes vt religionem tueantur contra hæreſim Lutheranam. n. 6. edicta pontificia cæſareaque exequitur. ib. ejuſa eius poſtulata a petarijs politicis. n. 7. dat operam vt a Ferdinando archiduce Auſtriæ & alijs catholicis Ratiſpona conuentus habeantur pro aſſerenda fide catholica. n. 23. 24. pro inſtauranda diſciplina eccleſiaſtica ſanctiones edit. n. 25. legatio in Dania & Suecia illi demandata. n. 69. legatus cum Cæſare Auguſtam contendit. A. 1530. n. 60. morbo implicitus perorat in conventu Auguſtano oratoris ſui opera. ibid. agit truſtra cum Cæſare ac Ferdinando de pace cum Ioanne Tranſyluano & Turca conficienda. 1532. n. 11.

Lauretana domus. diuinitus e Syria in Dalmatiam translata. 1291. nu. 68. quo tempore res contigerit. n. 69. quo in loco ſita ſacra ædicula. ib. affecti diuinis beneficijs ad eam accedentes. n. 70. miſſi exploratores in Syriam. n. 71. viſa congruere veritati referunt. ib. e Dalmatia in Italiam diuinitus aduecta. 1294. n. 24. in Lauretæ matronæ agro prouinciæ marchiæ Anconitanæ conſidet. ib. Paulus II. ante pontificatum morbo epidemico laborans, oraſque in ædicula Lauretana de valetudine recuperanda pontificatuque adipiſcendo fit certior. 1464. n. 53. circa ædiculam maiorem ædem extrui iubet. ib. Turcæ qui ad Lauretanam ædem expilandam venerant immiſſo diuinitus terrore repulſi. 1480. n. 31. a Iuliano Roboreo Cardinale munitur propugnaculis. ib. Lauretana domus diuino miraculo muneribus colitur ab exercitu, qui ad rapiendam eius gazam venerat. 1517. n. 86. Lauretanam domum pie luſtrat Clemens VII. 1533. nu. 36. ad indagandam translationis illius veritatem miſſi exploratores a Clemente VII. ib. quid ab ijs relatum. ib. deprehenſum ædem Lauretanam fundamentis carere ac ſepem proximi ruris ab ea oppreſſam. ib. translatio poſtrema. 1296. n. 58. miſſi Nazarethum ad veritatem indagandam exploratores. 1296. n. 35. quæ ſe vidiſſe retulerint. ib. ter intra vnius anni ſpatium ſedes mutat. 1295. n. 58.

Lazarus Ieroſolymitanus patriarcha. eiurato ſchiſmate ſe Romanæ eccleſiæ coniungit. 1307. n. 10.

Leonis Rex. filium apoſtolica auctoritate coronari poſcit. 1255. n. 57. annuit ill Alexander IV. ib.

Legati Apoſtolicæ ſedis. Philippus Francorum Rex occurrit legato. 1200. n. 12. n. 8. extra ciuitatem obuius factus Card. legato Rex Arag. 1427. n. 21. nudo capite colloquitur cum illo coopertum caput habente. ib. qui honos a Cæſare legato delatus. 1495. n. 6.

Leo armeniæ minoris Rex. ab Imperatore occidentis regia inſignia poſcit. 1198. n. 88. ijs redimitus a Maguntino archiepiſcopo. ib. rogat Innocentium III. vt nepoti ex Aliza nepte & Rupino maiore natu filio principis Antiocheni faueat pro ſucceſſione principatus. 1199. nu. 67. mittit ad eum Innocentius vexillum S. Petri quo aduerſus fidei hoſtes vtatur. n. 68. decernit oratores ad Innocentium. 1202. nu. 39. de miſſo vexillo S. Petri gratias agit. ib. obtinet vt Armenij a ſolo Romano Pontifice cenſuris percelli

ſ. ſ.

poſſint nec vlli alij Latino ſubſint. n.40. immiſſo Rupino nepote cum exercitu Antiochenum agrum tractis inducijs vaſtat. A.1313. n. 4. arguitur crudelitatis ab Innocentio. ib. pœnitens iubetur recipi in ſinum Eccleſiæ. ib.

Leo Cardinalis tit. S. Crucis. in Hungaria detinetur aliquandiu ne in Bulgariam tranſeat. 1204. n. 45. in Bulgariam tranſgreſſus Bulgariæ patriarcham conſecrat, & duos metropolitas. ib. regia corona exornat Caloioannem Bulgarorum Regem. ib. actæ Innocentio III. grates quod a Leone legato corona redimitus ſit. 1205. n. 24. de pace inter Philippum & Othonem agit. 1206. nu. 17. quibus legibus Philippum, vt retineat imperium, abſoluerit. 1207. n. 7.

Leo Ruthenorum dux. irrumpit in Poloniam. 1280. n. 10.

Leo Armeniæ Rex. a Saracenis infeſtatur. 1306. n. 13. a patruo Ioanne Minorita defenditur. ib. dum Gallos ſolicitat ad ſacram expeditionem ab Ægyptijs, Tartaris, ac Turcis opprimitur. 1322. n. 33. admirandam victoriam Chriſto inuocato, refert. nu. 35. miſſis oratoribus Gallorum Regem Pontificemque ſolicitat ad indicendum Saracenis bellum. 1331. n. 30. ægre fert Armenios variarum hæreſeon accuſatos apud ſedem Apoſtolicam. 1341. nu. 118. dein ad eos errores excindendos ex Armenia incubuit. ib.

Leo X. creatur Pontifex ex diacono Cardinale. 1513. n. 13. Gallis diem indicit pro reſcindenda ſanctione pragmatica. n. 19. anniuerſaria die, qua captus fuerat, pompam equeſtrem ad baſilicam Lateranenſem pontificatus poſſeſſionem inturus agitat. ib. Galliæ Regem ad concordiam flectere nititur. n. 21. a Cæſare & Venetis concordiæ interpres deligitur. nu. 77. creat nouos Cardinales. ib. &c. oratores Ludouici XII. Galliæ regis damnantis acta Piſani conciliabuli excipit. nu. 88. nonnullos errores circa animam humanam damnat. n. 92. 93. Reges mutuo fœdere in Turcas coniungere molitur. nu. 105. ſacram militiam aduerſus Selimum promulgat. n. 107. Maronitarum errores emendat. 1514. nu. 87. affectanti Inſubriam Franciſco I. Francorum Regi aduerſatur. 1515. nu. 10. cum victore fœdus ſancit. n. 23. in Bononienſi colloquio ab eo ſummis officijs colitur. ib. & n. 32. Conſtantinopolitani imperij iura defert ei Leo ſed ab ipſo ſpreta. nu. 36. ad Parmam Placentiamque Gallo, Picenum Regiumque Ateſtino reſtituenda adigitur. n. 40. pragmaticam ſanctionem reſcindit. 1516. n. 22. & ſeqq. illius fidei commendatus Ludouicus Rex Hungariæ impubes ab Vvladislao Rege morientе. n. 58. Franciſcum Mariam Robureum Vrbini principatu depellit, illo in Laurentium fratris filium translato. nu. 81. B. Benitium ordinis Seruorum in beatorum numero collocat. 1516. n. 101. B. Elizabetham Reginam Luſitaniæ ob inſignia miracula in B. viduarum catalogo reponit. ib. vltimam concilij Lateranenſis ſeſſionem tenet. 1517. n. 1. Cæſarem ad ſacram in Turcas expeditionem ſolicitat, Cæſariſq; ad eum literæ. n. 2. decretum edit pro tuenda re Chriſtiana. n. 6. legatos decernit ea de cauſa ad Reges. n. 21. Leonis cõſilium pro conficienda ſacra in Turcas expeditione. n. 32. bello petitur a Franciſco Maria Robureo, qui Laurentio pulſo Vrbinum recuperat. nu. 80. in eum conflata coniuratio ab Alfonſo Petrutio. n. 89. dolo doloſum hominem capit. nu. 91. de gradu deiectum ſtrangulari iubet. n. 96. creat vnum & triginta Cardinales. n. 100. ſupplicationes indictas contra Turcas nudis pedibus obit. 1518. nu. 40. Thomam de Vio in Germaniam mittit. n. 52. ob geſtum in Vrbinatem bellum, & promotum nepotem Laurentium maximam ſibi conflat inuidiam. n. 76. vrgetur a Maximiliano Cæſare, vt Lutheri nouatoris cauſam iudicet, promiſſumque illi ſententiam pontificiam ad exitum perductum iri. nu. 86. ignarus futurorum ferre ſententiam differt. ib. ab eo ad concilium prouocat Lutherus. n. 107. & 108. Caroli V. electio ad imperium formidanda Leoni viſa eſt. 1519. nu. 7. exponi a legato iuſſit ſeptemuiris Carolum cum imperio coniungere non poſſe regnum Neapolitanum. ib. B. Franciſco de Paula ſanctorum honores decernit ob ingentia ab eo edita miracula. n. 76. monomachiam vetat. nu. 88. Lutheri hæreſes damnat, illumque comprehendi iuber. 1520. n. 51. Lutherum cum ſectatoribus damnat anathemate. 1521. n. 1. Henricum VIII. Angliæ Regem ob librum ſcriptum de aſſertione ſeptem ſacramentorum contra Lutherum Defenſoris fidei titulo exornat. nu. 73. 74. cum Gallo agit de Neapolitano regno eripiendo Carolo V. n. 76. eo petitis non reſpondente cum Carolo V. paciſcitur de Gallis Inſubria depellendis. n. 77. veteribus legibus Carolum ſoluit, vt Neapolitanum regnum coniungat cum imperio. n. 80. imperat illi annuum vectigal pro eo regno. ib. Iulium Medicem legatum immittit aduerſus Gallos, Parmamque ac Placentiam recipit. nu. 108. eoſque pauore captos Mediolano pellit. ib. accepto nuntio diffunditur gaudio & inopina morte extinguitur. ib. eiuſdem virtutes & meui. n. 111. & 112.

Leodium, & Leodienſes. ab Henrico Brabantiæ duce captum. 1213. n. 11. iterum ab eo laceſſiti Leodienſes ſuam in S. Lamberto fiduciam locant. n. 14. cæleſti prodigio defenduntur. n. 15. Henricum ducem magna clade delent. n. 16. electo epiſcopo deſignato deficiunt ad antipapam. 1407. n. 30. redeunt iterum ad obſequium Pontificis. ib. dein ſe conſtituunt acephalos. ib. rebellant in epiſcopum Ludouicum, victumque fugant. 1467. n. 22. a Carolo duce Burgundiæ petiti bello ſe illi dedunt. nu. 23. ſolicitati ad defectionem a Ludouico XI. Rege Galliæ ad Carolum deficiunt. 1468. nu. 32. deferri ab eodem Rege oppugnatique extremam vaſtitatem a Carolo vi irrumpente patiuntur, cæſis quadraginta millibus hominum. ib. & n. 33.

Leolinus Vvalliæ princeps. inanibus Merlini vaticinijs illuſus rebellat in Eduardum ſpe conquirendæ coronæ. A. 1282. n. 33. victo amputatum caput. ib.

Leopoldus Auſtriacus. fœdus cum Pontifice, Galloque & Siciliæ Regibus init. 1325. n. 5. & ſeqq. fundit Ludouicum Bauarum ad Burgrauium. ib. fruſtra incitat Galliæ Regem, vt corripiat imperium, & Ludouicum Bauarum bello petat. ib. moritur non ſine veneni ſuſpicione. 1326. nu. 7. accuſatur a nonnullis impiæ cum mago familiaritatis, vt conſpecto dæmone ſub horrenda forma in phrenitidem inciderit. ib.

B. Leopoldus dux Auſtriæ. miraculis claret, deque ijs inſtituta actio. 1483. n. 58. ab Innocentio in ſanctorum numerum refertur. 1485. n. 54. in coniugali ſtatu diuinis rebus maxime fuit addictus. 1485. nu. 45. diuini miraculi indicio monaſterium in Danubij ripa condidit. ib. multa miracula implorato apud Deum eius nomine edita. ib.

Leſko Albus dux Cracouiæ. in clientelam apoſtolicam accipitur. 1207. n. 14.

Leſko Niger Cracouiæ, & Sandomiriæ dux. monitus a S. Michaele Archangelo Iazuuingos delet. 1282. n. 40. captos Polonos liberat. ibid. nullum in magna hoſtium ſtrage deſiderari miratur. ib. Lublini baſilicã D. Michaeli archangelo ponit. ib. de Sandomiriẽſibus aliam victoriam refert. n. 141. in Lituanos exercitum educit, quem ſacramentis confeſſionis & cõmunionis cõmuniendum curat. 1283. n. 58. eos vincit, & captiuos Polonos liberat. ib. ſpecie ducendæ expeditionis aduerſus infideles, adoritur Conradum ducem Maſouiæ. 1287. n. 11. in pœnam ſacrilegi mendacij grauiſſimis calamitatibus obruitur. ib.

B. Leſmus. S. Iuliani epiſcopi Conchenſis diſcipulus fuit. 1207 n. 18.

Liberalitas. Petrus Rex Luſitaniæ ſolitus dicere indignum videri principem, quo die nemini beneficium contulilet. 1367. num. 19. diuinæ liberalitatis exemplum in B. Liduuina eleemoſynam erogante. 1423. n. 27. V. *Eleemoſyna.*

Libertas eccleſiaſtica. pium edictum Frederici II. pro tuenda libertate eccleſiaſtica in regno Siciliæ. 1213. n. 23. quid pro ea tuenda ſanxerint Daniæ præſules. 1257. nu. 29. 30. ficta a Dulciniſtis. 1311. n. 66. confutata a Clemente V. ib.

Libertas. affectata ab hæreticis euerſo ſtatu eccleſiaſtico & politico. 1525. n. 7. patrata ab his ſcelera. n. 13. 14.

B. Liduuina. inſigne patientiæ exemplum præbet. 1399. n. 22. ex dominicæ paſſionis contemplatione ad ſanctitatis apicem aſſurgit. ib. fine cibo per plures annos ſola Euchariſtia vitam ſuſtentauit. 1433. n. 31. dies noctesque ducebat in contemplanda Chriſti paſſione. ib. pia eius mors. ib. poſt mortem eius corpus mira pulchritudine fulſit.

Linguarum donum. loquentem vno linguæ genere S. Vincentium Ferrerium lingua diſſoni intelligunt. 1414. n. 19.

Lituani. fidem Chriſtianam amplectuntur. 1251. nu. 44. fiunt Romanæ eccleſiæ vectigales. ib. relapſi Chriſtianos fundum.

A.1261.n.1.equitẽ Christianum dæmonibus immolant. ib.eorum dux Eucharistiã conspuit & blasphemat, & pedibus conculcat. 1311.nu.72.amisso mox exercitu lauciatus fugere cogitur cũ duobus comitibus.ib.Lituani maxima clade cæsi a Vinrico cruciferorum magistro.1349.nu.23. ignem & serpentes adorare soliti. 1386. n.4.&c.homines immolabant dæmoni.ib. conuersi ad Christum.1387.n.15.mirantur Christianos non lædi a dæmonibus dum arbores ipsis sacras excindebant. ib. idola passim euersa. ib. conditi duo episcoparus.ib.

Lino Rex Armeniæ. sceptrum a patre monasticam vitam amplexo accipit.1270.n.28. cum Saracenis strenue plura bella gessit. ib. Tartaris coniunctus Saracenos in Syria protrerit. 1282.n.1. Tangodomore Tartaro facto apostata decernit prius mori in prælio, quam illi parere. 1283. n.70.

Lollardi. impurissimi grassari incipiunt in Germania. 1318.n.44. multa vomuere blasphema aduersus missæ sacrificium & sacramenta & diuinitatem.ib. V. *Wicleffistæ.*

Londinensis synodus. celebrata a Thoma Arundelio archiepiscopo Cantuariensi. 139[illegible] n.9.

Longobardi. V. *Insubres.*

Lotharius diaconus Cardinalis ecclesiæ SS. Sergij, & Bacchi. creatur Pontifex & Innocentij III.nomen accipit.1198.n.2.3.& 5.

Lucas Strigoniensis archiepiscopus. miraculis fulget. 1231.n.42.de illius miraculis inquirendis instituta actio.1233.n.54.

Luceria Saracenorum. expugnata a Carolo I. 1266.n.17.ciuitas S.Mariæ, fugata superstitione, dici iussa.1295.n.37.

Lucia virgo. Christi stigmatibus insignita, 1500.n.58.

Luctus in piorum morte importunus. Ioannes Brixionensis episcopus lugens mortem Vvenceslai Boemiæ & Poloniæ Regis increpatur non legisse illud dictum diuinum Iob: *Cum te consumptum putaueris, orieris, vt lucifer.*1305.n.15.

Ludouicus VIII. Philippi Regis filius postea Galliæ Rex. Ioannem Angliæ Regem in Andegauia vincit. 1214.n.25.Pictones se illi dedunt.ib.exercitum ducit in Albigenses.1215.n.29. Narbonenses subigit.n.23. Tolosæ & aliarum vrbium hæreticarum mœnia diruit. ib.ab Anglis Rex eligitur. 1216.n.2.Ioannem Regem fugat.ib.Londini excipitur. ib. ob muasum Angliæ regnum anathemate percellitur. ib. in eas Ioannem Regem angustias redigit, vt ex mœrore obierit. nu.31. Henricus Ioannis Regis filius illi opponitur. num. 33. singulis diebus festis legati iussu cum sectatoribus anathemate percellitur. n.33. aduersatur illi Honorius III.n.36.imperat Honorius Philippo eius patri, vt ipsum reuocet ex Anglia. 1217.n.69. motuens anathema ex Anglia recedit ad tempus, n.78.eius copiæ apud Lincolniam dissipatæ.ib.ejusdem classis profligata.ib.Londini obsessus pacem init cum Henrico. ib. censurarum religione absoluitur. ib.discedit ex Anglia ob exploratam in se Anglorum, qui ipsum excierant, coniuratio-

nem. ib. pax inter eum & Henricum Angliæ Regẽ confecta confirmatur ab Honorio.A.1218.n.59.iura dotalia in Castellæ regnum ob Ferdinandi natales illegitimos contendit. nu.64. ducit copias cruceatas in Albigenses. 1219.n.36. Marmandam expugnat. n.37. excurrit ad Tolosæ mœnia. ib.varijs impressionibus eam tentat. ib. lapso militiæ, quam vouerat, tempore initis concordiæ legibus, recedit. ib. post eius discessum omnia in peius versa. ib. Philippo patri in Galliæ regnum succedit.1223.n.36.Rhemis a Guillelmo archiepiscopo sacratur. ib. profitetur malle pessundari rem suam, quam religionem catholicam. n.44. inquiri hæreticos, atque in eos ab episcopo damnatos animaduerti iubet. n.45. rogatur ab Honorio Papa, ne Anglum bello petat. 1224. n.14. respondet iusto se bello beneficiarias terras repetere. ib. Rupellam in suam potestatem redigit, & Petrachoram, & Lemouicam, & alias vrbes. ib. Raymundum Tolosæ comitem ad reprimendam hæresim quærendamque Ecclesiæ gratiam adigit. n.39. vrgetur ab Honorio, vt pacem pangat cum Henrico Anglorum Rege. 1225.n.31.& seqq. morem gerit Pontifici, & arma in Albigenses vertit. n.34.& 1226.n.30. Raymundum comitem pellere armis meditatur. n.34. plures vrbes illi vltro se subijciunt.n.39. Auenionenses illi portas occludunt, n.40. ad deditionem compellit, & mœnia solo æquat. ib. peragrat victorijs comitatum Tolosanum. n.41. Apamijs fert graues leges in pontificiarum censurarum contemptores. ib. rolicto cum exercitu prope Tolosam Hymberto e Belloioco secedit in Aluernos. ib. dum proximo vere reliquias belli conficere meditatur morbo opprimitur. ib. mira continentia enituit. n.42.maluit mori quam lædari. ib. offerentem se pro leuando eius morbo ad stuprum virginem repellit, ac nuptui tradi iubet.ib.

Ludouicus Turingiæ Lantgrauius. iussus ab Honorio III.cum crucesignatis in Syriam iter inire. 1227.n.7. Hydruntum cum exercitu peruenit. n.27. detinetur a Friderico in locis insalubribus. ib. moritur, ac veneno sublatus creditur. n.28. B.Elizabeth illius vxor eius mortem acerbissime plangit.n.48.

S.Ludouicus IX. Galliæ Rex. in regni primis auspicijs petitur bello a coniuratis proceribus. 1227.n.52. eos comprimit. ib. Albigenses ducum opera persequitur. n.62. Tolosanum agrum vastat. ib solicitatur a Gregorio IX. vt hæresim Albigensem patris exemplo extinguat.1228.n.20. eam delet solo sui terrore. n.24. cum Raymundo comite concordiæ leges vtilissimas Ecclesiæ pacisci tur. ib. inquisitionem in hæreticos constituit. ib. rebellantes proceres compescit. 1229. n.56. Britonem redigit ad officium.ib.& 1230. n.30. Henricum Angliæ Regem transfretantem in Britanniam minorem propulsat. n.32. soluta a Pontifice impedimenta vt cum Margareta Regina contrahat.n.16. claudi prostibula in Gallia iubet.n.17.solicitatur a Gregorio ad sacram in Saracenos militiam, vtque cum Anglo pacem conficiat. 1234.n.30. fert iniquas leges contra ecclesiasticos a politicis suborna-tus. 1236.n.31. monetur, vt eas rescindat. ib. liberatur diuinitus a sicariorum insidijs,quos immiserat Arsacidarum Rex. 1236.n.46.inuentos & comprehensos non supplicijs, sed donis affectis dimittit. ib. spineam domini coronam oppigneratam Venetis multo auro redimit. A. 1238. n. 21.quanta pietatis pompa eam in extructo sacello collocarit.ib.intentat bellum Friderico ni Gallos præsules captos in libertatem restituat. 1241.n.76. illius metu liberati a Friderico. ib. rebellantem Marchiæ comitem comprimit.1242.n.12.Angliæ Regem opem rebellibus ferentem tundit. n.13. Santonas ad deditionem cogit.ib. detrahentes de Henrico Rege Angliæ proceres arguit. n.14. commendat in hoste Henrico liberalitatẽ in pauperes.ib. ad Cistercienſium comitia se transfert,ac longissimo teli iactu a monasterio desilit ex equo. n.37. commendat se eorum precibus. ib. pollicetur profugo Pontifici sese opc non defuturum. ib. morbo lethali contracto sacræ in Saracenos militiæ se addicit. n.38. contactis spinea Domini corona, crucis parte,& alijs reliquijs ad sensus redijt. ib. adit Innocentium IV. Lugduni. 1245.n.78. in publicis regni comitijs solemni ritu sacram militiam profitetur. n.97. pio & faceto facinore familiam regiam cruce consignat. ib.crux aurea lucida in cœlo conspecta. n.99. pacis interpretem agit inter Pontificem & Fridericum. n.24. vbi infandam Friderici tyrannidem aduertit decernit illum bello petere. n.12. armorum potentiam Innocentio Papæ contra tyrannum defert. ib.pie interest translationi corporis S.Edmundi, quod incorruptum inuentum est. n. 21. parat exercitum pro instaurandis lapsis Syriæ rebus. 1247.n.56. tunc Crucifixi effigies in Colonienſi agro conspecta. 1248. num.30. cruces in cœlo in Frisia,& Barauia ostensæ. num. 31. ingreditur iter, regnique administrationem confert Blanchæ matri. ib. singularis S.Ludouici in castigando vestium luxu modestia. n. 32. cum in Cyprum applicuisset discordias inter Regem, ac proceres conciliat. n.33. Græcos Cyprios ad coniunctionem cum Romana ecclesia reuocat. ib. plures Saracenos ad sacra baptismalia pellicit.ib. Rex Cypri se illi socium adiungit. n.34. inducias inter Armenium, & principem Antiochenum pangit. nu.35. a Tartarorum oratoribus salutatur. ib.pia ad Tartaros transmittit munera.n.38.Ægyptum bello petit. 1249. n.1. Pelusium expugnat. n.3. B.Virginis auxilio territi hostes ex vrbe diffugere. n.3. in vrbem religiosa instructa pompa Rex ingreditur. n.4. cur non victoriam vrserit. n.5. depresso Nili alueo Ægyptum interiorem penetrat. n.6. a præfecto Alexandriæ siue Cypri euocatur. 1250.n.1. Ægyptios in itinere obuios fundit. ib. Massoram obsidet. ib.grassante epidemico morbo redire cogitur. ib. profligatur in reditu ab hoste, & capitur. ib. cum fugere posset secundo flumine, noluit suos deserere. ib.

cum

cum ægrotaret curatur eſt a medicis Saracenis. n.5. inſigni conſtantia iniquas Saracenorum minas temnit. n.6. ſingularis illius in carceris anguſtijs pietas. n.8. deliberant Ægyptij ſoldano cæſo de eo Babyloniæ, & Ægypti Rege ſalutando.n.11. ob ſummam illius pietatem dererriti. ib. Innocentij ad eum conſolatoriæ literæ. ib. liberatur ab Ægyptijs. n.12. deliberat in Syria conſiſtere. ib. Aſſaſinorum Regem ad fidem Chriſti allicere tentat. A.1251. n.50. eximia illius in rebus aduerſis vox. n.51. Sidonem, Ioppem, Cæſaream, & alias arces terræ ſanctæ munit. n.52.53. putrida Chriſtianorum cadauera ſuis manibus pie ſepelit. ib. Cæſaream Philippi expugnat. n.54.illius feueritas in equitem deprehenſum cum meretrice. ib. cur dominicum ſepulchrum non luſtrauerit.n.55. quanto pietatis ſenſu Nazaretanam domum adierit. n.56. a ſoldano Damaſceno poſtulatus de fœdere contra Ægyptios, viciſſimque ab Ægyptijs. 1252.n.28.deinde ab vtraque parte deluditur. ib. vt a Regina Blancha eruditus ſit ad mortem præterendam peccato. n.29. Reginæ matris mortem acerbe plangit. n.30. pro ea preces fundendas curat. ib. permouet Innocentium IV. vt præcones euangelicos ad Tartaros mittat. 1253.n.48.cunctatur in Syria ad ſuſtinendam rem Chriſtianam contra Ægyptios, & Babylonios. n.50. eximium illius in conuertendis Saracenis ſtudium. 1254. n.11. plures baptiſmo initiatos ſecum in Galliam adducit. ib. cur reditum maturarit in Gallias. n.13. a legato obtinet, vt ſanctiſſima Euchariſtia in naui regia exponatur. n.14. nautas ſolicitat ad expiandam ſacra confeſſione conſcientiam. num. 18. pia ipſius vox. ibid. appellit in Gallias, & crucis ſymbolum non exuit. n.19. ſingularis illius paticuta in aduerſis. ib. cenſores fidei in Gallia contra hæreticos ab Alexandro IV. conſtituendos curat. 1255. n.33. relictum ea re a S. Ludouico eximium poſteris Regibus exemplum. ib. monitus Chriſtum apparuiſſe in Euchariſtia, iubet incredulos ad ſpectandum miraculum concurrere. 1256.n.18. reſpuit affinitatem Iacobi Regis Aragonum., quod affinitatem cum hoſte Eccleſiæ contraxiſſet. 1262.n.16. actæ illi ab Vrbano IV.gratiæ.n.18.de transferendis in ſtirpem Gallicam Siculi regni iuribus cum eo agitat Vrbanus.n.20.& 1263.n.79. pacis interpretem agit inter Henricum Angliæ Regem, & coniuratos proceres. 1263. n.83.fert ſententiam pro Angliæ Rege.ib. delatæ primum S. Ludouico iura vtriuſque Siciliæ, vt vni filiorum eam compararet. 1264.n.1.& 2. officioſe reſpuit,fratri tamen Carolo pro ea comparanda vires ſpondet. ib. Vrbanus miſſo Simone legato Cardinale eius opem implorat. n.13. pro Anglia pacanda operam colloeat. n.32. Clemens IV. in ſummas anguſtias redactus a Manfredo eius opem implorat. 1265.n.22. mittit exercitum pro liberando Clemente, & Manfredo debellando. n.28. imploratum eius auxilium a Clemente pro Syria tuenda. n.41. crucis ſymbolum pro reſtituendo Syriæ Chriſti cultu recipit. 1267.n.48. commendatur a Clemente, n.49.blaſphemos ſeuero edicto coercet.n.63. ſtatutum ab eo in viro blaſphemo ſeueritatis exemplũ.ib.memoriæ cõmendanda eiuſdẽ ſententia.ib.rogat Venetos, vt cum eo contra Saracenos claſſem iungant.1268.n.51.negãt ij,ne rei mercatorię iacturã faciãt in Ægypto.ib.Michael Palæologus Imperator S.Ludouici arbitrio controuerſias cum Romana eccleſia permittit.A.1270.n.1. is rem totam vacante ſede ad Cardinales refert.ib. ſingularis illius pietas,ac demiſſio in poſcenda ſanctorum ope. 1270.n.5.6.mare ingreditur ad aquas mortuas. ib. tempeſtate iactatus appellit in Sardiniam. ib. Rex Nauarræ alijque proceres ſe illi coniungunt. nu.7. vt Tunetum contenderit, Regis Tunetani ad Chriſtum conuertendi ſpe. ib. e Tuneti expugnatione rei Chriſtianæ amplificatio pendere viſa. n.9. Carthaginem primo impetu capit. n.10. ex dulcis aquæ inopia, & commeatuum corruptione orto morbo epidemico ægritudinem contrahit. n.10. mittit ad eum oratores Palæologus, vt Carolum fratrem ab inferendo illi bello auertat, & Græcos cum Eccleſia conciliet. ib. in diuinis laudibus totum morbi tempus abſumit. ib. pie eccleſiaſticis ſacramentis munitur. n.11. & ſeqq. in ipſo extremo mortis diſcrimine amplificandæ fidei cupidine exæſtuat. ib. felix eius obitus. ib. documenta ſanctiſſima poſteris teſtamenti vice relinquit. ib. & n.18. tanta puritate conſcientiæ emituit, vt nunquam lethale crimen admiſerit. ib. vt carnem macerare ſolitus fuerit. ib. quanto ſtudio afficeretur ad diuina. n.19. quanta obſeruantia monachos ſit proſecutus. ib. S. Ludouici reliquiarum pars in Sicilia condita.1271. n.1. patrata ibi diuinitus miracula. n.2. pars alia delata a Philippo filio regnique ſucceſſore in Galliam. ib. cultæ maximo honore per vniuerſam Italiam. ibid. conditæ in æde S. Dionyſij miraculis inclareſcunt. num. 4. ſcripta eius vita iuſſu Gregorij X. 1272. num. 6. eius ſanctitas miraculis inclareſcit in dies.1281. n.19.de ijs inſtituta iudiciaria actio.ib.in ſanctorum numerum relatus a Bonifacio VIII.1297.n.58.

Ludouicus Feretranus comes. moriens eccleſiæ Romanæ ditionem ſuam teſtamento relinquit.1136.n.26.

S.Ludouicus epiſcopus Toloſanus filius Caroli II.Regis Siciliæ. datur obſes Regi Aragonum pro liberando patre. 1288.n.16. laxatus Catalano carcere Minoritis ſe aggregat.1296.n.16. creatur epiſcopus Toloſanus. ib. ſuo exemplo iuuenes ad pietatem allicit. ib. debuerat Siciliæ regno ſuccedere.1297.n.53.pia eius mors.n.68. in exequijs ſuis conſpectus eſt intereſſe ſacris precationibus. ib. inſigne illius caſtimoniæ exemplum. ib. de eius miraculis iudiciaria actio inſtituta iuſſu Clementis V. 1307.nu.22. ſanctis aſcribitur a Ioanne XXII. 1317.nu.9. ipſius virtutes.ib. & ſeqq.& miracula.num.11. translatio eius reliquiarum celebrata. 1319. num. 30. in ea multa edita miracula. ib.

Ludouicus Hutinus Philippi Galliæ Regis filius Galliæ,& Nauarræ Rex. defuncta matre Nauarræ regnũ iure materno capeſſit. A. 1307.n 14.Philippo patri ſuccedit.1315. n.2.aduerſus Belgij comitem deficientem ducit maximum exercitum. ib. cum iuro non cum hoſte pugnare coactus exercitum diſſoluit. ib. corruptus auro iudaico Iudæos in Galliam reuocat. ib. fratris Philippi opera Cardinales Lugduni includit conclaui, cogitque ad creandum Pontificem.1316.n.1.moritur relicta vxore prægnante.n.11.natus illi poſthumus Ioannes dictus breuis ætate.ib. ob Salicam legem eiuſdem filia Galliæ regno excluſa. n.18.

Ludouicus dux Bauariæ in Cæſarem electus. Cæſar diſcordibus ſuffragijs creatur. 1314. num. 17. ad mutuam pacem cum æmulo a Ioanne XXII. excitatur. 1316.n.5. Canis Scaliger in Italia eius partibus accedit. 1319.n.5. cognito Hungarorum Friderico accedentium aduentu Fridericum æmulum ad pugnam elicit. 1322.n.14.15.cruenta pugna illum capit cum Henrico fratre.ib.certiorem facit Pontificem de parta victoria. ib. offerentem ſe concordiæ interpretem non admittit. ib. Galeatij, & Mediolanenſium a Roberti Pontificiſque exercitu obſeſſorum clientelam accipit.1323.n.24.&c.Mantuanum, & Ateſtinos rebelles a pontificijs partibus ad ſuas reuocat.ib.Galeatium liberat pulſo exercitu pontificio. ib. in ius vocatur ab Ioanne ob ſuſceptam imperij adminiſtrationem antequam lis dirimeretur,& ſumptum hæreſcos crimine damnati patrocinium.ib.& n.30.diem iudicij extrahi poſtulat. n.33. mittit oratores pro componenda lite.n.34.dein mutat ſententiam, ac iudiciarium ordinem temnit. n. 35. obijcit illi Ioannes iura pontificia interregni tempore intregiſſe.1224.n 1.poſcit extrahi iudicium in ſex menſes ib.geſta ſua honeſtiſſimis verbis excuſat ib.nocuit ipſi fouiſſe impios Italiæ tyrannos.ib. trimeſtre illi tempus conſtitutum, quo non Regis ſed electi in Regem nomen ſibi tribueret, & Mediolanenſium Ferrarienſiumque clientelam deſereret. n.12.13. e contra contendit ipſe litem de controuerſo imperio diremptam eſſe prælio. n. 14. queritur apud Germanos iura imperij,& principum intringi a Pontifice. ib.non aſſentitur, vt dirimatur legibus a Pontifice controuerſia Cæſarei apicis. n.19. Danum ſibi conciliat.ib.rebellantes Pontifici clientes tuendos ſuſcipit.ib.& n.20.dignitatem regiam ſibi armis aſſerere conſtituit.n.20. iudiciaria ſententia a Ioanne omni iure ex electione quæſito priuatur. n.22.ni ponat Cæſareos titulos anathemate percellitur. n.26.27.fotæ hæreſcos crimine poſtulatur. ib.prouocat ad concilium,ac ſcribit apologiam, in qua male inſerit Pontificem in edendo fidei decreto de paupertate Chriſti a fide aberraſſe.n.28. ſubornari ſe ſinit ab aſſentatoribus hæretiarchis, & hypocritis.ib.eo piaculo ſuam cauſam iniquiſſimam reddit.n.31.pœnituit illum poſtea flagitij in promulganda fraterculorum hæreſi admiſſi. ib. cum Friderico æmulo fœdus init.1325.n.1. Fridericus Auſtriacus in eum obtenſa iura transfundit. ib. a Leo-

Leopoldo Austriaco ad Burgrauium fundatur & profligatur. n. 5. partitur imperium cum Austriaco. ib. auget potentiam Brandeburgensi marchionatu potitus. n. 8. in Italia vires quoque auget, adiunctis sibi Gibellinis proceribus. ib. cum Friderico conuenit vt ille in Germania regium nomen retineat ipse in Italiam ad imperatorium diadema ca; iendum veniat. A. 1326. n. 7. vocatur in Italiam a Gibellinis. 1327. n. 1. ex consilio hæresiarcharum Marsilij & Iandini Ecclesiam exemplo Neronis & Diocletiani cæsareæ potestati subijcere nititur. ib. Mediolani coronam Longobardici regni accipit. n. 2. in Etruriam penetrat. n. 17. a Pisanis exclusus Pisas obsidet. ib. deditione nuncupata Pisis potitur. ib. latam ab Henrico VI. in Robertum Siciliæ Regem capitalem sententiam renouat. n. 18. a Pontifice ob promulgatam impijs edictis hæresim cæsarea dignitate & omnibus iuribus & bonis priuatur n. 19. mouet Pisis versus Romam exercitum. n. 38. potitus Viterbio a coniuratis Romam euocatur. 1328. nu. 1. senator a rebelli populo Romano renuntiatur. num. 2. a Sciarra de Columna imperatorio diademate more gentilitio redimitur. num. 3. inungitur ab exepiscopo Castellano. ib. leges in Pontificem & catholicos impias edit. ib. persequitur viros pios. n. 9. & seqq. Pontificem impia sententia dignitate priuatum esse iubet. ib. dat leges pontificibus futuris tanquam sibi subditi. n. 21. 22. hæreticus homo ex consilio hæresiarcharum noua sententia damnat Pontificem hæreseos. n. 23. capitali sententia eundem damnat. ib. percellitur a Pontifice repetita sententia, ac ducatus Bauariæ iure omnibusque alijs bonis Ecclesiæ vel imperij benificentia partis mulctatur. n. 40. 41. septemuiri nouum Cæsarem creare iussi ad depellendam Ludouici tyrannidem. ib. vna cum Friderico Austriaco pontificia iussa disturbat. ib. Petrum de Corbaria pseudominoritam creat antipapam. n. 42. tiaram illi imponit. nu. 44. atque ab hoc rursum diadema accipit. ib. impia eius felicitas euerti cœpta. n. 48. fugam ex Vrbe capit imminente Roberti exercitu. ib. expeditionem meditatur in Florentinos. n. 52. Petrus Regis Trinacriæ filius ad eum accedit, ib. fœderatorum Ludouici infelices exitus. n. 53. exasperatur in Pontificem a Michaele Cæsenate hæresiarcha. n. 60. iterum Pisis iure pontificio priuat Ioannem. n. 66. damnatur a Pontifice vt hæreticus & persecutor Ecclesiæ. n. 67. excipit antipapam Pisis, eumque colit. 1329. n. 1. Pisanos vi adigit ad audiendam impiam antipapæ concionem. n. 2. præfectus militum, qui ciues ad scelus coegerat diuina vltione exustus. n. 2. Azonem Vicecomitem Mediolano præficit. ib. & seqq. in Insubriam traducit exercitum, ac mox Pisæ fugato antipapa, Pontificis partes amplectuntur. n. 5. & 6. Luca & Pistorium ab eo deficiunt. ibid. item plures Insubriæ vrbes, ib. in omnium odia incurrit ob creatum antipapam. nu. 7. Mediolano excluditur ab Azone Vicecomite. n. 13. & 14. Ticinum opprimit. nu. 16. Tridentum abit. n. 16. acturus conuentus cum Friderico Austriaco olim æmulo tamam eius mortis accipit. ib. Romani ipsius & antipapæ gesta contra Pontificem execrantur. nu. 18. eius fœderati principes male pereunt, aut eius partes damnant. n. 19. 20. Regi Boemiæ concordiæ interpretem agenti responsum a Pontifice, Ludouicum impiis gestis se imperio indignum reddidisse. A. 1330. n. 32. Italici regni administrationem Ioanni Regi Boemiæ confert. n. 39. assentatores Ludouici illi assentando blasphemare in Christum non perhorruerunt. 1331. n. 1. oratores mittit ad Ioannem pro recuperanda Ecclesiæ gratia. 1333. n. 28. 29. cur non fuerit in gratiam admissus. ib. præ se fert Cæsareos apices depoliturum, sed dein resilit ab eo consilio. ib. agit de reconciliatione cum Benedicto XII. & plures Reges principesque sibi aduersantes patitur. n. 7. perperam gesta reuocat. nu. 17. procuratorum opera facinorum veniam poscit. n. 30. promissa periurio violat. n. 39. redintegrat cum Pontifice actionem de pristina Ecclesiæ gratia recuperanda. 1337. n. 1. Galliæ Rex eam disturbare conatus repellitur. n. 2. 3. a cœptis inconstantia turpi resilit. nu. 4. 5. fœdus contra Gallum cum Eduardo Angliæ Rege init. ib. & seq. denuntiatum illi si pacem cum Ecclesia expetat, vt bello contra Gallum abstinat. 1338. n. 1. cum Germanis responsum esset, vi non iure, ab eo occupari imperium, persuadere nititur Germanis cæsaream dignitatem a pontificia confirmatione non pendere. n. 10. præcipuum eius argumentum illiusque refutatio. nu. 11. contendit sanctione edita, se iure cæsareo edictis Ioannis exui non potuisse. n. 13. 14. Fraticellorum heresim antea damnatam iterum edictis suis inserit. ib. misso a Benedicto internuntio monetur officij, vt animæ suæ saluti consulat. n. 16. 17. culpa sua in gremium Ecclesiæ non restitutus est. ib. seditiosum passim Iudæos trucidantem e medio tollit. n. 21. creat vicarium imperij Eduardum Regem Angliæ, vt Philippum Galliæ Regem facilius euertat. n. 58. excitatur pijs monitis a Benedicto vt animæ suæ consulat. 1338. n. 1. & seqq. resipiscentiæ consilia præ se fert, sed iterum iterumque cœptis resilit. 1340. n. 67. & seq. discedit ab Eduardi fœdere, & cum Philippo fœdus init. 1341. n. 9. soluendorum coniugiorum ius sibi arrogat, & alienam vxorem filio tradit. n. 14. iunctis mutuo fœdere Italis principibus a Clemente VI. penetrare in Italiam non ausus. 1342. n. 16. monetur a Clemente vt ad Ecclesiæ obsequium redeat. 1343. n. 42. inane redeundi desiderium præ se fert. ib. pontificiam demum expectationem deludit. 1345. n. 18. negat ad pœnitentiæ Christianæ leges Dei & Ecclesiæ honori consentaneas se demittere. 1346. n. 1. omni ad imperium & quoscumque principatus iure exuitur Clementis sententia. A. 1346. n. 1. &c. Boemus ad eum armis infectandum se obstringit. n. 26. decernunt electores Ludouicum Bauarum iamdiu rite de honore deiectum. n. 31. nefaria eius acta rescissa a Carolo IV. Cæsare. 1347. n. 1. repentina morte extinguitur. n. 8. 9. vt Pontifices illum sæpius impendentis diuinæ vltionis præmonuerint. ib. filij eius conflatum ab eo schisma damnant. 1354. n. 16. 17. & 1359. n. 1. 8. & seq.

Ludouicus Gonzaga. obtruncato Passarino Mantuæ principatu potitur. 1328. num. 53.

Ludouicus Caroli Hungariæ Regis filius postea Poloniæ Rex. a Casimiro auunculo Rege Poloniæ regni hæres designatus. 1339. n. 80. succedit in Hungariæ regno Carolo parenti. 1342. n. 28. vocat in crimen necati Andreæ Ioannam Reginam, atque ad vltionem repetendam se comparat. 1346. n. 52. irrumpit in Neapolitanum regnum. 1347. n. 12. obijcienti censuras legato respondet iura Ecclesiæ se seruaturum illæsa, iustamque causam Deo se commendare. ib. solo terrore Ioannam regno fugat. 1348. n. 1. principes & populi se illi subijciunt. ib. Carolum Dyrrachij ducem, qui Andreæ aduersatus fuerat, cædit in eodem loco, in quo Andreas fuerat necatus. ibid. alios principes in vincula conijcit. ibid. potitus Neapoli poscit regnum sibi pontificia auctoritate conferri. ib. Trinacriam sibi subijcere meditatur. ibid. poscit a Clemente VI. vt in Ioannam quæstio exerceatur. n. 2. eo in Hungariam reuerso Ioanna regnum Neapolitanum recuperat. 1348. n. 12. missus ad eum a Clemente Guido Cardinalis pro concilianda pace. 1349. n. 1. negat Clemens illi regnum Neapolitanum cõterre posse, cum Robertus iure regnarit. num. 7. inducias init cum Ioanna. ib. reuersus in Neapolitanum regnum Auersam capit. 1350. num. 2. ad Neapolim promouet castra. ib. Neapolitanos oratores deditionem pacisci meditantes imprudenter obiurgat adeo, vt illi armis decernere constituerint. ibid. pactis nonnullis concordiæ legibus in Hungariam redit. n. 27. Vrbis ecclesias ex itinere pie lustrat. ib. absoluta Ioanna a Clemente sententiam admittit. 1351. n. 32. spondet vinctos principes in libertatem restituere. ib. a Casimiro Rege Poloniæ excitur contra barbaros. ibid. restituit pacem Neapolitano regno. 1352. n. 1. præsidiarias copias e regno reuocat. ib. principes libertati restituit. ib. & n. 5. remittit trecenta aureorum millia ipsi pacta pro sumptibus bellicis. ib. retinet paternos principatus Salernitanum & honorem montis S. Angeli n. 6. mittit Polono quadraginta millia militum auxiliaria. ib. victoriam de Tartaris refert. ib. sacrum bellum Rascijs schismaticis indicit. 1356. n. 24. creatur ab Innocentio signifer Romanæ ecclesiæ. n. 27. 28. in Venetos Rasciorum fœderatos arma vertit. n. 29. laderam

& alia Dalmatiæ loca a5 ijs repellit. ib. implorat eius auxilium Innocentius aduersus tyrannos ditioni ecclesiasticæ incubantes. n. 30. creatur ab Innocentio signifer Ecclesiæ, & misso equitatu Ordelaffo tyranno Cæsenam eripit. A. 1357. n. 6. Spalatrum, Tranum, & alias vrbes in Dalmatia capit. n. 7. 8. Veneti ab eo pacis leges accipiunt, & Dalmatiæ arces illi restituunt. ibid. Rasciam subigit. 1359. n. 15. conuenitur Budæ a Palæologo Imperatore, vt contra Turcas exercitum educat. 1366. n. 4. Bulgariam Stratimiro Rege capto subigit. 1366. n. 11. religionem in ea restituit. ib. armorum potentiam defert Vrbano V. ad comprimendum Bernabonem iniquæ Ecclesiæ bella mouentem. 1369. nu. 9. Etruriam infestantem suo terrore compescit. 1570. n. 15. 16. in Poloniæ regno succedit Casimiro. n. 27. solicitatur, a S. Catharina Senensi vt Vrbanum VI. Pontificem contra schismaticos tueatur. 1380. n. 3. spondet composito bello Veneto Carolum Dyrrachinum, quem illi præfecerat, missurum contra Ioannam Reginam schismaticam. nu. 5. misso oratore Gallorum Regem ad tuendam ecclesiarum coniunctionem solicitat. 1380. n. 12. repellitur ob priuata commoda fallacia a Ludouico Andegauensi. n. 13. mittit cum exercitu Ludouicum Dyrrachinum aduersus Ioannam. 1381. nu. 1. captam regno exuit Dyrrachini opera. n. 24. moritur, ac filias hæredes regnorum relinquit. n. 26. illius elogium. ib.

Ludouicus Banarus iunior marchio Brandeburgensis. Margaretam ducissam Charinthiæ viuo priore viro ducit vxorem. 1341. n. 14. 15. intentatæ illi a Benedicto XII. censuræ, ibid. præcipit Clemens ne in numero electorum habeatur. 1346. nu. 9. restituit insignia imperij Carolo Cæsari. 1354. n. 18. conciliatur Ecclesiæ eiurato crimine. 1359. nu. 10. ab vxore Margareta veneno sublatus, quam contra leges duxerat. 1364. nu. 12. 13. ab eadem Maynardus filius veneno interemptus. ib.

Ludouicus rex Trinacriæ. Petro parenti succedit. 1342. n. 23. Messanam amittit, eamque Guillelmi patrui opera recuperat. ib. Melacium Ioannæ eripit. 1346. n. 58. turbato Neapolitano regno ob Andreæ Regis necem, res suas confirmat. ib. Ioannam adigit vt suis in Trinacriam iuribus cedat. 1347. n. 12. inde regium nomen sibi asserit. ib. maxima Trinacriæ parte exuitur a Ludouico Rege Siciliæ. 1354. n. 15. plura amissa recuperat. 1355. n. 23. 24. eius mors. ib.

Ludouicus Hispanus. insularum Fortunatarum princeps creatur a Clemente VI. 1344. n. 39. fit Ecclesiæ vectigalis. ib.

Ludouicus princeps Tarentinus postea Siciliæ Rex. imminente Ludouico Hungariæ Rege, Ioannam secutus in Galliam fugit. 1348. n. 1. suis precibus a Clemente VI. obtinet, vt Ioanna e carcere Aquensi educatur n. 11. solutis legibus consanguinitatis illi ex ipso grauidæ nubit. ib. redit Neapolim, Hungarosque regno depellit. nu. 12. dimittitur ab Hungaro in libera regni possessione. A. 1352. nu. 1. maximam Trinacriæ partem, pulsis Aragonijs, sibi subijcit. 1354. n. 15. postulatur iudicio ob non solutum censum. 1355. n. 22. in eum mox plures seditiosi exorti, ib. hostes comprimit, ac Ioannem Pipinum sociarum turmarum ducem Regis Apuliæ nomen affectantem corona papyracea redimitum e patibulo suspendi iubet. ib. plures vrbes in Trinacria ciuili districtus bello amittit. nu. 23. 24. plures pias peregrinationes antequam morbo lethali corriperetur obit. 1362. n. 2. pie moritur. ib.

Ludouicus I. Andegauensis comes schismaticus Rex Neapolitanus. a Ioanna Regina ex vasanis antipapæ consilijs cooptatur in filium & heredem. 1380. n. 11. & 12. ob causas politicas schisma defendendum suscipit, ac doctores Sorbonicos cum vero Pontifice sentientes opprimit. eod. n. 12. Castellæ & Hungariæ Regum oratores de vnico tantum Pontifice tenendo repellit. ib. exercitum in Italiam ducit. 1382. n. 2. 3. illius impetus tracti a Carolo Rege sentim languere. nu. 10. 11. fatigatus varijs incommodis morboque oppressus perit. 1384. n. 2. 3. serius e Gallia submissus illi auxiliaris exercitus. ib. accepto mortis nuncio, redit diuendito Florentinis Aretio. ib. eius filius Ludouicus ab antipapa beneficiario iure regio indutus. ib.

Ludouicus archiepiscopus Magdeburgensis. funestum illius mortis genus. 1382. n. 28.

Ludouicus II. Andegauensis Neapolitanus Rex. ab antipapa beneficiario iure regio induitur. 1384. n. 3. Neapolis in illius potestatem redacta. 1387. num. 1. inunctus ab antipapa. 1389. n. 14. expeditionem Neapolitanam suscipit. 1390 n. 16. Oui & S. Hermi arces ad deditionem cogit. ib. Pureolos expugnat. ib. Dyrrachinum principatum a Ladislao in Macedoniam transfert. 1391. num. 27. Aquilam amittit. 1392. n. 1. & 2. petitur bello a Bonifacio IX. & Ladislao. 1394. n. 20. Ladislaum Neapolitana obsidione depellit. ib. Auersam & Capuam amittit. 1395. n. 16. Ladislaum ægre a Neapolis obsidione remouet. ib. aduersus Raymundum de Baucio pro recuperando Tarento exercitum Neapoli educit. 1400. n. 11. interea defectione ciuium ad Ladislaum amittit Neapolim. ib. Castro nouo dedito fratrem recipit, & dimisso regno Prouinciam repetit. ib. damnatum eius consilium a pluribus. ib.

Ludouicus III. Andegauensis. Pisano concilio adhæret. 1409. n. 85. comparata aduersus Ladislaum classe, sua auctoritate perficit apud Cardinales, vt Balthasarem Cossam Pontificem elegerint. 1410. num. 18. eius classis a Ladislai classe profligata. n. 26. inuitatur a Ioanne XXIII. pro recuperando regno Neapolitano. 1411. nu. 4. ad Roccamsiccam fundit magna clade Ladislaum. ib. victoriam persequi nescit. ib. refecto a Ladislao exercitu propulsatur ne interiora penetret. ib. extincto Ladislao ad regnum Neapolitanum aspirat. A. 1414. n. 6. infert bellum Ioannæ Reginæ. 1420. n. 8. Neapolim obsidet. n. 9. excitus aduersus illum Rex Aragonum. n. 9. obsidionem soluere cogitur. ib. alio impetus conuertit, Auersamque capit. n. 10. Pontifex illi subsidiarias copias contra Alfonsum Regem Aragonum mittit. 1421. n. 1. &c. Auersa propulsat Alfonsum magna clade. ib. init cum eo indncias. ib. arcibus legatorum curæ commissis confert se ad Martinum V. ib. eius res in peius lapsæ. 1422. nu. 34. rescissa Alfonsi adoptione in filium cooptatur a Ioanna Regina. 1423. nu. 13. Neapolim recuperat. 1424. nu. 17. in castris Tarentinis moritur cum in regno esset breui successurus. 1434. n. 28.

Ludouicus Borbonius dux. auxilia Ioanni Castellæ Regi affert contra ducem Lecestriæ. 1386. n. 14. ducit exercitum contra Afros. 1390. n. 21. Tunetum frustra obsidet. ib. bellum fœdere componit. ib.

Ludouicus dux Aurelianensis. tuetur antipapæ partes, illique a Gallis obsequium restituendum curat. 1401. n. 12. ob defensum antipapam diuino patrocinio destituitur. 1407. nu. 31. a Ioanne duce Burgundiæ ex insidijs trucidatur. ib.

Ludouicus Alemanus Cardinalis Arelatensis tit. S. Cæciliæ. eius hypocrisis in moliendo schismate. 1438. n. 25. schismatis auctor præcipuus fuit. 1440. n. 3. lata in ipsum ab Eugenio IV. sententia. ib. cardinalatui restituitur damnato schismate. 1449. n. 8. pie obit. 1450. n. 20. miraculis post mortem claruisse fertur. ib.

Ludouicus Scarampus ex medico episcopus Florentinus, & patriarcha Aquileiensis, postea Cardinalis. pontificijs copijs præficitur. 1440. n. 11. cum Florentino exercitu diuina ope Nicolaum Piccininum fundit. ib. creatur Cardinalis ab Eugenio IV. ib. inter Eugenium Alfonsumque Regem concordiam redintegrat. 1443. n. 1. &c. Mitilenem, Stalimenem & Naxon Turcis eripit. 1456. n. 50. nepotes pontificios ob flagitia in vincula conijcit. n. 2. Turcas multis nauallibus prælijs fatigat. 1457. n. 30. vincit eos apud Mitylenem. ib. ad constantiam solicitatur a Calisto III. 1458. n. 19.

Ludouicus Delphinus, postea Gallia Rex eo nomine XI. creatur signifer Romanæ ecclesiæ. 1444. n. 13. Basileenses Heluetios cruenta pugna delet. ib. recipit se in Gallias post plura colloquia. ib. indignatus matrem ab adultero patre contemni se ad ducem Burgundiæ confert. 1456. n. 5. illius pater Carolus veneni metu se fame enecat. 1461. n. 36. & 37. patri succedit in regno. ib. solicitatur a Pio II. vt Christianæ religionis excisio a Turcis in oriente caulam suscipiat. n. 113. insignem legationem ad Pium mittit. 1462. n. 8. abrogat sanctionem pragmaticam. ib. spondet Pio septuaginta millia armatorum contra Turcas si Renato faueat contra Ferdinandum. ib. quid illi a Pio responsum. n. 9. &c.

Valen-

Valentinenſem, & Dienſem comitatus reſtituit, vel tradit Romanæ eccleſiæ. n.11. ſolicitatus a Pio, vt ſe ipſi addat ſocium contra Turcas abnuit. A.1462.n.33. Ioannem Aragonum Rex Ruſſinonenſem comitatum pactus eius auxilia implorat pro retinenda aduerſus Caſtellanum Catalonia. n.43. de pace agit cum Eduardo Angliæ Rege. n. 48. ab eo repulſus Henricum tuendum ſuſcipit. ib. Renati cauſam verbis tuetur non ferro. 1463. n.81. Liguriæ iura in Franciſcum Sfortiam Gallorum hoſtem magna Aurelianenſis, & Andegauenſis ducum offenſione transfundit. 1464. n.70. in eum a Gallis principibus ſociale bellum conflatum. 1465. n.10. capiti prælio victus campo cedit. ib. coniuratorum fœdera arte diſſoluit. num. 15. Carolum fratrem Normanniæ ducatu ſpoliat. 1466. n.13. cum fratre Carolo concordiam redintegrat. 1469. n. 13. ſolicitatus ad bellum ſacrum in Turcas Beſſarionem Cardinalem legatum male recipit. 1472.n.6. Carolum ducem Aquitaniæ veneno ſuſtuliſſe credidit.n.12. Aquitaniam recipit. ib. petitur bello a Carolo duce Burgundiæ. ib. lapſis inducijs Burgundo plures vrbes eripit. 1475. n.2. petitur bello ab Anglo, pacemque vectigali annuo redimit. nu.5. Burgundum deſertum ab Anglo ad pacem cogit. ib. Iulianus Robureus ad eum in Gallias miſſus pro inſtaurando bello Turcico, 1475. n.1. extincto Burgundo cum illius ampliſſimos principatus Galliæ poſſet coniungere data herede in coniugem filio, male eam ſpoliare niſus eſt. 1477. n.3. grauiſſimis inde bellis Gallos implicuit. ib. aduerſus Sixtum IV. Florentinis bellum inferentem coniurat cum multis principibus. 1478. n.13. quæ aduerſus Sixtum propoſuerit, quidue illi reſponſum. n.18. Sixtum vrget ad ſanciendum fœdus commune ad Turcas Italia depellendos. 1481. n.3. trecenta aureorum millia in ſumptus militares confert.n.15. Venetis trahere illum nitentibus, vt contenderet appellationem a Papa ad concilium valere, contrarium ſenſit, iuſſitque pontificiam ſententiam promulgari. 1483. n.22. excitat in Galliam opera Pontificis B. Franciſcum de Paula. n.28. ab eo non eſt ſanatus corpore ſed animo. ib. pie vitam claudit. ib. monita ab eo Carolo filio data. ib. Turcarum amicitiam, & munera reiecit. ib.

Ludouicus Bononienſis Minorita. Calliſti III. iuſſu maximas legationes obit apud orientales Reges. 1457. num. 66. illorum oratores adducit ad Pium II. pro iungenda armorum fœdere in Mahometem II. n. 48. iterum accedit ad Pium cum ijs. 1460. n.101. poſtulatur in patriarcham Aliæ. ib. pro orientis Regibus legationem obit apud Pium II. 1461. n.35. & apud Galliæ Regem, & apud Burgundum. n.36.37. redit ad Pontificem. ib. iniquè acculatur impoſtorem eſſe. ib. mittitur orator ab Vlumcaſſano ad Paulum II. pro iungendo fœdere in Mahometem II. 1471.n.47. calumniam omnem impoſturæ ipſi affictæ abolet. ib.

Ludouicus ducis Sabaudiæ filius Cypri Rex. ducta in vxorem Carola regnum adipiſcitur. A.1460.n.93. a Iacobo Ægyptiorum armis regno exuitur. n.95. obſidetur in Cerinenſi arce. 1461. n.30. fert illi Carola Regina leues ex occidente ſuppetias. n.34. vna cum Carola Cerinenſi arce pulſus. 1464.n.71.

Ludouicus Alebretenſis Cardinalis. pia eius mors. 1465.n.15.

Ludouicus epiſcopus Leodienſis. a Leodienſibus victus fugatuſque. 1467.n.22. Carolum ducem in auxilium vocat, qui Leodienſes ſubijcit. n.22. infelix epiſcopus quadraginta millia ſuorum cardi obiecit, quia ſacris epiſcopalibus initiari noluerat. n.33.

B. *Ludouicus Morbiolus*. totus in Chriſti crucifixi meditatione verſari ſolitus. 1472. n.63. pia eius mors. ib. miraculis inclaruit. ib.

Ludouicus Sfortia dux Mediolani. Carolum VIII. concitat ad Neapolitanam expeditionem. 1493. n.28. a Ludouico Aureliæ duce Nouaria, & alijs arcibus exuitur. 1495. n.33. illum Nouariæ obſeſſum tenet. ib. cum Carolo VIII. pacem init, vt Genuæ ſupremum imperium Gallo Regi acceptum referat. ib. metu Ludouici XII. Baiazethem in Venetos Gallorum ſocios concitat. 1499. n.5. ſpoliatur principatu a Gallo atque a Venetis. n.15. in Germaniam fugit. ib. irrumpit in Inſubriam. 1500. n.20. plures vrbes recipit. n.23. &c. fuſus captuſque in prælio ductuſque in carcerem. n. 24. & 27.

Ludouicus dux Aurelianenſis poſtea Rex Galliæ eius nominis XII. Nouariam, & alias arces eripit Ludouico Sfortiæ. 1495. nu. 33. obſeſſus ægre liberatur a Carolo VIII. ib. ſuccedit Carolo VIII. 1498. n. 4. Ieroſolymitanos titulos, & Siculos & Mediolanenſes in ſuis inſcriptionibus mox Gallico coniungit. ib. vxorem Ioannam Valeſiam corruptis iudicibus adhibitis repudiat. ib. horrendum, & incredibile illius iuſiurandum. n.6. Annam Britannam pro retinenda Britannia ducit vxorem. n.6. optata caruit felicitate per ſcelus quæſita. ib. eius metu Baiazethes a Mediolanenſi in Venetos concitatus. 1499. n.5. Mediolanenſem ſpoliat principatu. n.15. redeuntem in Inſubriam Ludouicum Sfortiam fundit capitque in prælio. 1500.n.23. &c. carcere tetro vinctum eum retinet. n.27. cum Cæſare conſpirat in Venetos. 1508. n.15. regnum Neapolitanum ſpoliato Friderico Rege partitur cum Hiſpano. 1501. n.51. Valentino ducatu donat Cæſarem Borgiam. 1502. n.10. & 11. in regno Neapolitano certat de limitibus cum Hiſpanis. n. 15. pacis actione illuſus a Ferdinando Rege parta amittit in regno Neapolitano. 1503. n.3. Hiſpaniam inuadere molitur. ib. auxiliarem exercitum mittit in regnum Neapolitanum. n.14. ob diſſolutam militarem diſciplinam profligatur. n.14. varijs prælijs tumultuarijs atteritur. ib. bellica conſilia abijcit. n.18. monetur a Iulio II. ne inconſulta ſede Apoſtolica de iuribus regni Neapolitani cum Hiſpano paciſcatur. 1504. n.14. promiſſis deeſt, & res ſuas afflixit. ib. e lethali morbo vi diuinæ Euchariſtiæ conualeſcit. A. 1505. n. 9. pacem cum Ferdinando Rege Hiſpaniæ conficit, & quibus legibus. n.11. Bononienſes in Iulij II. poteſtatem ſolo terrore redigit. 1506. n.19. deſponſam filiam Carolo V. tradit Francisco I. nu.34. male iura Neapolitana in Ferdinandum transfert. n.35. in eum rebellant Genuenſes. 1507. n.6. eos perdomat. n.7. aduerſus Maximilianum cum Venetis pangit fœdus. 1507. n.8. Maximilianum acceſſu in Italiam repellit. 1508.n.2. triennales inducias init cum Cæſare. ib. cum Pontifice, Germano, & Hiſpano coniurat in Venetos. 1509. n.8. eos maxima ſtrage delet. n.10. Carauagium, Bergomum, Brixiam, Cremam, Cremonam, Piſcheriam, ijs eripit. n 11. ſuſcepta Ferrarienſis ducis clientela contra fœdus ictum cum Iulio, infelicem rixam cum eo contrahit. n.20. pacem inter Maximilianum, & Ferdinandum Caroli V. auos conciliat circa regni Caſtellæ procurationem. n.29. aduerſus Iulium Ferrarienſem ducem tuetur. 1510. n.14. eius duces cenſuris damnati a Iulio. ib. Cardinales nonnullos male inſtigat, vt deficiant a Pontifice. n.19. a ſuis monetur ne conflando ſchiſmati vacet, ſed iura armis tueatur. n.20. Hiſpani ad eum Italia exturbandum clam conſpirant. n.21. impie conflare conciliabulum molitur. n.22. Iulium Bononiæ ducum opera infeſtat. n.23. opponitur illi a Iulio Ferdinandus, in quem Neapolitana iura transfuſa. n.24. de Ludouico Liguria Inſubriaque depellendo ducta conſilia. n.28.29. ſchiſma promouet, atque Iulio obijcit violaſſe ſacramentum de celebrando biennij ſpatio concilio. 1511.n.2. ſententiam ſtultam fert ad Cardinales profugos ius celebrandi concilij ſpectare non ad Pontificem. ib. alios Reges in ſchiſma trahere nititur. n.3. monetur officij a Iulio, vt a lanienda ſchiſmate Eccleſia abſtineat. n.31. oſtenſum Angelo anachoretæ diuinitus, illius potentiam ob ſchiſma obtritum iri. n.31. Piſis celebrandum curat ſchiſmaticum conciliabulum. n.37. eo diſſipato transfert illud Mediolanum. n.42. Bononiam capit. 1511.n.56. maximam inde contrahit inuidiam. n.63. Hiſpanus in eum arma Africana auertit. n.68. Maximilianus Cæſar eo deſerto ſe Pontifici, & Hiſpano, & Anglo coniungit. 1512. n.12. Gaſtonis Fuxenſis opera Brixiam, quæ ad Venetos defecerat cædibus complet. 1512. n. 6. Bergomum in deditionem recipit. n.7. Bononiam obſidione liberat. ib. eius victorijs elati ſchiſmatici, quos regebat, Bonificem gradu dejicere interminati. ib. inſignis eiuſdem impietas dicentis conciliabulum fabulam eſſe, & illud rutantis. ib. cruentiſſimam victoriam refert ad Rauennam, ac duodecim Hiſpanorum millia cædit. n.20. Rauennam occupat. ib. Fauentiam Forumliuiumque, & Imolam. ib. pacem cum Pontifice agitat. n.23. ſchiſmaticorum, quos corruperat, conſilijs ſubornatus pacis leges non implet mutatis iam rebus. n.25. Heluetij in eum a Iulio concitati. n.25. ſchiſmatica eius impie-

impietas conuicta in Lateranensi concilio. n.53. dissipatur eius exercitus in opibus condendis occupatus. n.54. Rauennam Bononiamque, Cremonam, & Bergomum amittit. n.55. Florentinæ reipublicæ princeps eius fœderatus in exilium pulsus a Ioanne Medice Card. legato. n.61. percellitur anathemate. n.63. inde populi in eum grauiter commoti. ib. eius copiæ ad Ticinum profligatæ. ib. Mediolanenses; ac reliqui Insubres ipsum ob schisma execrati ab eo deficiunt. ib. Genuenses excusso eius iugo se in libertatem vindicant. n.67. Rex Nauarræ eius socius regno pulsus. n.77. pro restituendo Nauarræ Rege exercitum mittit. ib. repellitur ab Hispanis. ib. eius regnum excepta Britannia interdicto subiectum. n.92. schismatis odio Normanni, & Aquitani sacramento fidei illi præstiti liberati. n.92. Anna Regina sæpius illum orat cum lachrymis, vt schisma damnet. ib. affirmat. prolem secus in lucem feliciter non edendam. n.92. solicitatur de pace a Leone X. A. 1513. n.21. apud Nouariam eius exercitus in Italiam missus concisus. n.29. Guillelmus dux Montisferrati eius fœderatus graui bello pressus. n.30. restitui in gratiam cum Ecclesia expetit; sed rite fateri admissum flagitium, atque expiare abnuit. n.53. petitur bello ab Anglo Rege. n.57. Morinorum oppidum vulgo Teroanam amittit. n.57. eius socius Scotiæ Rex in prælio cæsus. ib. ab Heluetijs in Burgundiæ ducatum irrumpentibus vexatur. n.61. vndique cinctus periculis oratores ad Leonem X. pro impetranda pace mittit. n.61. 62. Heluetios Diuionensi obsidione auro promissisque depellit. ib. oratores mittit ad Leonem X. ac damnatis actis Pisani conciliabuli adhæret Lateranensi concilio. n.88. pacem sancit cum Anglo, eamque affinitate confirmat. 1514. n.43. nuptialibus iocis vitam extinguit. 1515. n.10. eius virtutes, & vitia. ib.

Ludouicus Hungariæ Rex. in ætate impubere relictus ab Vladislao patre, pontificiæ clientelæ commendatur. 1516. n.58. & seqq. inuaditur a Turcis, atque Albam regalem amittit. 1521. n.122. 123. decernit in Boemia, & in Hungaria tuendam religionem catholicam, inque hæreticos animaduertendum. 1524. n.63. Iglauienses magistratus ob permissam hæresim honore deiecit. ib. Pighardos Praga eijcit. ib. equester ordo in eum coniurat in Hungaria. 1525. n.3. imminente aduersus eum Turca consulitur a Clemente VII. vt ecclesiarum thesauros in militum stipendia vertat. 1526. n.62. deseritur a Carolo V. & Ferdinando. n.51. & 59. non expectatis vniuersis copijs cum paucis certamen init. n.63. maxima clade cæsus perit. n.64.

Ludus. multa flagitia parit. 1383. n.16. & 1405. n.24. sublati Ludi Bononiæ a S. Bernardino. 1424. n.18.

Lues venerea. immissa diuinitus in scortatores. 1495. n.36. eodem tempore, & Neapoli, & in Germania grassata. ib.

Lugdunense concilium I. & II. Vide. *Concilium Lugdunense.*

Lugdunensis principatus. a Gallica corona Bonifacij sententia diuulsus. A. 1303. n.35. exinde in Bonifacium Philippus coniurat. ib. conniuente Clemente V. Lugdunensis archiepiscopus Lugduni imperium Galliæ Regi cedit. A. 1312. n.29.

Luipoldus intrusus in Maguntinum archiepiscopatum. cæso Philippo Sueno pellitur a Siffrido. 1208. n.11.

Lullistæ. eorum deliramenta circa doctrinam Raymundi Lulli. 1372. n.35.

Lusitania, & Lusitani. ab Alfonso I. vectigalis sedis Apostolicæ constitura. 1198. n.35. & 1253. n.46. ea de re Lucij II. literæ promulgatæ ab Innocentio IV. eod. an. 1253. n.46. in Lusitania quatuor Reges Saracenos prælio vincunt. 1217. n.33. crux in cœlo conspecta ijs pugnantibus, & cœlestes copiæ aduersum impios pugnare visæ. ib. Lusitani in regno Congi fidem propagant. 1504. n.41. in India Calecutij Regem profligant. 1504. n.42. & 43. lacessiuntur ab Ægyptio. 1505. n.53. vexant Mahometanos in India. ib. occupant Sofalæ auritodinas. n.55. Socotorum subigunt. 1507. n.13. obsessi in India a barbaris die Virgini assumptæ sacro diuinitus commeatum accipiunt. n.15. Ormusiense regnum inuadunt. n.17. nauali prælio frangunt Mahometanos. n.18. Taprobanam Christiano adiungunt imperio. n.19. ab Ægyptijs in India funduntur. 1508. n.9. Phutensem Regem in Africa Arzilæ obsidione pellunt. 1508. n.11. in India Dabulum expugnant, sociamque Regum Mahometanorum classem profligant. 1509. n.30. Goam capiunt, & in ea sedem Christiani in India imperij constabiliunt. 1510. n.34. Malacam capiunt. 1511. n.70. barbaros Goa propulsant. ib. & Malaca. n.109. Molucas insulas subijciunt. ib. & 110. Calecutiensem Regem ad pacem adigunt concessa Lusitanis arce. n.111. Regem Maldiuarum vectigalem constituunt. ib. Iauæ Regem Malaca propulsant. 1513. n.116. Bintam Regis prodicionem opprimunt. n.117. Erythræum mare victrici classe sulcant. n.118. Abyssinos tuentur contra Mahometanos. ib. ostensa ijs crux cœlestis. n.119. Adenam expugnant. ib. Lusitaniæ imperium latius propagatur in oriente. 1530. n.204.

S. Lutgardes. felicissimus eius obitus. 1246. n.50.

Lutherana secta. a Philippo Melâctone in præcipuis dogmatibus immutata. 1528. n.47.

Lutherani. in idololatriam lapsi. 1520. n.14. fingunt stulte se sacerdotes, & Reges esse. ib. damnantur vna cum Luthero anathemate. 1521. n.1. damnato a cæsare Luthero niruntur in Cæsarem populum commouere. n.16. damnantur Cæsareo edicto. n.14. 15. docentur a Luthero pugnandum cum conscientia. n.50. solam fidem sufficere ad salutem, eoque hamo quique improbi capiuntur. n.53. fingunt Germaniam centum grauaminibus ab ecclesia Romana oppressam. 1523. n.28. quam nefandæ fuerint Lutheranorum corruptelæ. n.37. bona opera vocant peccata. n.57. Christi memoriam abolere nisi. ib. sacrificij latino sermone celebrandi morem sustulere. n.61. sacrilegum Lutheranorum in rapiendis monialibus faci-nus. n.71. Lutherani primi se publice fornicarios profitentur. n.74. vetera concilia spernunt, & concilium poscunt in Nurembergensi conuentu. A. 1524. n.7. negant seruare Vvormatiense decretum. ib. referunt ad viros doctos cuiusque prouinciæ, vt quæ sint credenda præscribant. ib. exinde in singulis vrbibus magistratus reiectis concilijs de fide decreta condunt. n.41. arma sumunt ad ecclesiasticos spoliandos. n.42. frangunter. ib. plebs rustica Lutheranismo infecta ecclesiasticum, & politicum statum excindere parat. 1525. n.5. &c. horum scelera. n.13. 14. cæsa ex ijs supra centum millia. n.15. Vltraiecti seditionem mouent Lutherani. num. 21. & Francofurti. n.27. Lutheranorum aduersus Bremensem archiepiscopum seditio. n.21. Daniam, Noruuegiam, Succiamque inficiunt. 1525. n.29. & 30. diuinæ iræ in nonnullos Lutheranos signa. n.38. 39. distinent Ferdinandum archiducem Austriæ, ne Hungaro a Turcis oppugnato opem ferat. 1526. n.59. 60. Lutherani indies excrescentes numero rem tribuunt miraculo. ib. quæ auctæ hæreseos Lutheranæ fuerint causæ. ib. Lutheranus ob hæresim Tornaci exustus apparet socijs, monetque se damnatum ob hæresim æternis ignibus. 1527. n.87. Lutherani sectæ suæ præcipua capita fœdiora immutant. 1528. n.47. & 50. Lutherana dogmata a Sigismundo Rege Poloniæ confutata. n.79. Erasmi de Lutheranis, & alijs hæreticis iudicium. 1529. n.1. frustra de concordia tentant cum Zuinglianis. n.5. cœlesti viso ostensa Lutheranorum damnatio. n.14. Turca imminente rebellant, cæsareisque edictis intercedunt. n.15. dicti inde Protestantes. ib. concilium poscunt, & quodnam poposcerint. ib. præseferunt optare se concilium, vt inuidiam creent Pontifici. 1530. n.48. & 75. plures Itali infecti hæresi Lutherana. eod. n.48. eam edicto restinxit Clemens VII. ibid. in Augustani conuentu conciliabulum, non concilium œcumenicum petebant Lutherani. 1531. n.5. dubij an Turcis an catholicis se coniungant. 1532. n.13. Carolum ad indicendum concilium temere solicitant. n.13. quid ab illo responsum. ibid. cur Lutheranorum impietatem Carolus V. dissimularit. n.29. egregio commentario confutari a Thoma Card. de Vio. n.73. 74. &c. ex Lutheri verbis omnes Lutherani damnandi. 1532. n.85. Lutheranis propositæ leges pro celebrando concilio. 1533. n.7. detrectant illi eas admittere. ib. respuunt se obstringere ad seruandas Concilij sanctiones. ib. vt Lutherani a Luthero, & alijs pseudomagistris illusi sint, vt peterent concilium, & negarent esse legitimum cum habendum esset. ib. palam demum declararunt non aliud concilij nomine expeti concilium, quam hæreticorum conciliabulum. ibid. quales fuerint Lutheranorum mores. n.58. neminem ob peccata damnari volunt, ideoque peccant. ib.

Lutherus Crucigerorum magister. irrumpit in Marchiam nouam. 1342. n.27. interea vastatam a Lithuanis Prussiam dolet. ib.

ex dolore mentis fit impos. ib.
Lutherus hæresiarcha pseudoaugustinianus. præambulonem habuit impium Erasmũ Roterodamum. A. 1516.n.96. Christianos mutuo tœdere in Turcas coniunctos concitatis de religione dissidijs confundit. 1517. n. 56. 57. theses aduersus indulgentias proponit. nu. 58. ex liuore, quod promulgandis indulgentijs non esset præfectus, rebellauit. ibid. ante controuersiam de indulgentijs motam aduersus bona opera & liberum arbitrium hæreses finxerat. n. 68. vt Augustinianum ordinem ex metu sit ingressus. n. 69. blasphemiæ eius horrendæ. ibid. Heidelbergæ disputare permittitur imprudenter. 1518. nu. 91. Vvittembergenses academici illi fauent. n. 92. queritur callide se oppressum ab aduersarijs non ferentibus eius hæreses. ib. rethores & poetæ illi fauent aduersus theologos. n. 92. quæ fuerint eius primæ hæreses n. 103. mentitur coram legato se fidem catholicam profiteri. ibid. dum agitur de sedanda lite sine illius infamia fugam captat. 106. a legato prouocat ad Pontificem. n. 107. indigne illi tulit Fridericus dux Saxoniæ. n. 108. a Pontifice ad concilium prouocat. ibid. legatum blandis scriptis deludit, & virulentis ad alios datis lacerat. ib. ad profanandum pœnitentiæ sacramentum animum applicat. n. 135. Miltitium internuntium vincere illum blandit jjs annitentem deludit. 1519. n. 35. vesania Lutheri in Papam, & blasphemi eiusdem tales. n. 37. in Lipsica disputatione pontificiam auctoritatem impugnat. n. 38. debuit non verbis, sed supplicijs hæresiarcha impietas coerceri. n. 46. S. Hildegardis vaticinium de hæresi ab hoc impostore spargenda in Germania. nu. 50. eius libri damnati a Ioanne episcopo Misnensi. 1520. n. 1. ob maledicta in episcopum effusa in odium adductus protectionem ad Boemos, vel ad Turcas meditatur. ib. a Franconica nobilitate in scelere obfirmatur. ib. mentitur Ecclesiam perditam ab ecclesiasticis. ib. ecclesiasticos vult obnoxios Cæsari. n. 3. sacramentum ordinis tollit. n. 4. quanti errores inde pullularint. n. 14. eius hypocrisis in Iesu nomine blasphemorum librorum singulis paginis superponendo. ib. ius canonicum flammis injicit. ib. insana eius vox, qua fingit se esse sanctum Domini conturbatum a decretis sanctorum patrum. ib. Vvicleffi & Hussi venenatos libros lectitat. n. 49. in ius vocatur a Leone X. ac damnatæ eius hæreses. nu. 51. protegitur a Saxone. n. 62. comburi iussi eius libri a Cæsare. n. 63. combusti in Anglia. 64. furiale Lutheri in catholicos odium. ib. damnatur cum sectatoribus anathemate a Pontifice. 1521. n. 1. damnatur etiam a theologis Parisiensibus. n. 5. per hypocrisim scribit libros, qui pietatem spirare videantur. ib. in Vvormatiensi conuentu accusatur hæreseos, impietatis, & perduellionis ab internuntio pontificio. nu. 8. dux Saxoniæ contendit illi calumnias impingi. ib. accepta fide publica Vvormatiam venit. ib. concionante eo Erfurti templum intremuit, quod a dæmone concussum dixit. n. 11. dissus est sibi obiecta in conuentu Vvormatiensi, sed diuina esse oracula impie contendit. n. 12. se cũ Christo arroganter blasphemando comparat. ib. præfert se concilijs & vniuersæ Ecclesiæ. n. 12. increpatur ab oratore cæsareo. ib. damnatur Cæsaris sententia num. 14. 15. frustra insumpti labores pro eo ad veritatem conuertendo. nu. 19. negat se vnquam concilio submissurum, & pro euangelio deliramenta obtrudit. ib. nouum edictum ex ordinum consensu in eum promulgatum. n. 25. in eo non homo, sed dæmon cucullatus appellatur. ib. exposita eius impietas. ib. non sine causa dictus dæmon. n. 42. familiari dæmone vti creditus. ibid. a Saxoniæ duce protectus latet in Alstetensi arce, ac libros impios scribit. n. 45. magistro dæmone vtitur noctu, a quo missæ sacrificium impugnare docetur. ib. conscientiæ stimulis grauissime angitur. ib. in impietate a dæmone confirmatur. ib. suos docet vt pugnent cum conscientia. n. 50. statuit solam fidem sufficere ad salutem, eoque hamo improbum populum capit. n. 53. sacramenta Ecclesiæ oppugnat. nu. 54. in eum scribit Angliæ Rex septem sacramentorum assertionem. ibid. fauit Turcis Lutherus, in quos negauit sumenda arma. n. 75. latuit sex mensibus in arce Alstetensi. A. 1522. n. 29. redit Vvittembergam, ac stulte cum Ioanne euangelista vir impius se comparat. ib. cum Carolstadio inimicitias suscipit. n. 33. fatetur se atheismo admodum tentari, aitque Carolstadium atheum esse. n. 39. Turcas catholicis præfert. n. 40. statuit deliria sua esse verbum Dei, ac sanctos patres veteres contemnit. n. 42. scribit conuitia in Henricum VIII. Regem Angliæ. n. 43. ait stulte se spiritualem, atque adeo a nemine iudicandum. ibid. contendit suam doctrinam habere de cœlo, sæpius tamen familiari cacodæmone se vti profitetur. nu. 44. scripturas in Germanicum idioma vertit, perueritque. n. 48. contra ieunia & castimoniæ vota declamat. n. 52. anabaptisticæ hæreseos instaurator exstitit. n. 53. 54. mentienti in ipso spiritum Heliæ & Danielis reuixisse magis credidit Saxo, quam Pontifici. n. 72. frustra Hadrianus VI. in conuentibus Nurembergensibus instituit internuntij opera, vt pontificia cæsareaque edicta in Lutherum conscripta obseruentur. 1523. n. 20. bona opera dixit Lutherus peccata. n. 57. plures theologi in illum scribunt. n. 63. specie nonnullarum corruptelarum abolendarum prodijt in theatrum orbis, mox auctoritate parta lupinam rabiem exercuit. n. 69. raptorem monialium cum Christo impudentissime comparat. nu. 71. monialem constupratam accipit vxorem. ib. nouum agit legislatorem legumque euersorem. nu. 78. 79. scriptiunculas edit vt persuadeat populis vitam pro ipso profundendam. 1524. nu. 40. ex eius pestifera doctrina exorta in Germania bella ciuilia. n. 41. & 44. plebem concitat in principes. n. 43. eius discipuli nituntur ipsum impietate superare. n. 44. exigit a Muntzero nouo hæresiarcha æmulo, vt nouam sectam nouis miraculis comprobet, nec a se ea vult exigi. n. 44. quo tempore Martinus Lutherus a vera fide Germanos abducebat Martinus Valentinus Mexicanos ab idolis ad veram fidem traduxit. 114. ad exuendos opibus ecclesiasticos plebem instigat. A. 1525. n. 4. rusticanos in arma ciuilia concitat discipulorum opera. n. 5. 6. nefanda horum scelera. n. 13. 14. cæsa sunt ex ijs supra centum millia. n. 15. in his malis triumphat hic nebulo. n. 22. his victis contra ipsos scribit. n. 24. dum tenebant arma numine plenos iactauit, vt vidit prostratos, vt canes & dæmone plenos trucidandos edixit. ib. & n. 25. certat cum Zuinglio, & se, vel illum sathanæ spiritu agi dicit. nu. 43. Berengarianam hæresim vere exuscitauit Lutherus. n. 45. cur mutarit sententiam. ib. Carolstadium pellit. ib. profitetur a se contectam hæresim ex furore. ib nubit moniali grauidæ. n. 52. corrumpere nititur Albertum Moguntinum archiepiscopum. n. 54. redarguitur a Gregorio duce Saxoniæ. n. 55. excussi Lutheri libri a theologis, & bis mille & amplius hæreses in ijs inuentæ. 1526. n. 87. conciliabulum expetit ad reliquias catholicorum perdendas. n. 97. Lutheri inanes excusationes, quod pia opera non excluserit, refelluntur ab Henrico Rege Angliæ. n. 112. de eo comprimendo Carolus V. cum Clemente VII. pacisscitur. 1527. n. 3. capta Roma a Lutheranis militibus Pontifex acclamatur. n. 19. 20. insana eius circa Eucharistiam contradictio. n. 57. Vbiquetariorum hæresim fingit. ib. in eum Zuinglius & Oecolampadius insurgunt, & catholici in eosdem. n. 58. Erasmus in illum pro libertate scribit. n. 59. testamentum nouum deprauat & in Germanicam linguam vertit. n. 65. in æmulos hæresiarchas scribit. 1528. nu. 25. contra Anabaptistas traditiones & ritus Romanæ ecclesiæ commendat, quam veram fatetur. n. 27. quam fœde Lutherus secum pugnet & contradictoria asserat, mutetque placita, Ioannes Faber, & Ioannes Cochæus demonstrant. 1529. num. 10. consultus Lutherus de Eucharistia ab Alberto Brandeburgensi. 1531. num. 57. argumenta de Christi in illa præsentia ei proponit. ib. testimonio suo ipsemet damnatur. ib. promulgat se magistro dæmone vsum. 1533. num. 43. affert dæmonis argutias contra Eucharistiæ sacramentum. ib. fatetur se dæmonis argumentis in maximas redactum angustias. ib. promulgata Lutheri confessione confunduntur hæretici. nu. 45. cur Lutherus non abegerit dæmonem signo crucis. n. 53. indoctior fuit Lutherus carbonarijs dæmonem signo crucis abigere solitis. ib. dæmonis fuit discipulus, atque atheus. ib. exhorrescit familiæ suæ obscœnitatem. n. 58. eius sectatores edocti neminem ob peccata

eata damnati, peccata effrenate patrarunt. ib. furor Lutheri in catholicos, quos ſine miſericordia perdi iuſſit. n. 59. ex Lutheri verbis Lutherani omnes dãnandi. nu. 85. in ſuſpicionem adductus male ipſum ſentire cum Sacramentarijs. A. 1534. n. 39. profitetur eundem Chriſtum, qui in cœlo ſedet, quique paſſus in cruce, vere eſſe in Euchariſtia ſub qualibet ſpecie. eod. n. 39. pro eo concilando Sacramentarijs varie laboratum ab hæreticis. n. 43.

Luxuria. S. Ludouici ſeueritas in equitem cum meretrice deprehenſum. 1251. nu. 54. ſupplicij exemplum diuinitus editum in Zauiſſa epiſcopo Cracouienſi. 1382. n. 27. & in Ludouico Magdeburgenſi epiſcopo. n. 28. deteſtanda in Vvicleffiſtis. nu. 41. Carolus Rex Nauarræ dum fractas libidinibus vires inſtaurare nititur, ambuſtus perit. 1387. num. 10. Martinus Rex Aragonum laſciuire geſtiens cum noua ſponſa adurit ſibi vitalia & moritur. 1410. n. 1. damnati luxurioſi oſtenſum horridum. 1452 nu. 18. luxuria immiſſo luis venereæ flagello diuinitus caſtigata. 1495. n. 36. Ludouicus XII. nuptialibus iocis ſibi vitam eripit. 1515. n. 10.

M

MAcedones deficiunt ab Vroſio Rege Seruiæ. A. 1318. n. 35. redintegrant veterem coniunctionem cum eccleſia Romana. ib.

Magadeo dux Saracenorum. in prælio cæſus a pontificijs. 1200. n. 1. &c.

S. Magdalena. eius reliquiæ inuentæ. 1279. n. 12. reſerato loculo ſuauiſſimum odorem efflant. ib.

Magi & magica ars. magorum opera Tartari vincunt Chriſtianos. 1241. num. 20. quam exitiales ſint artis magicæ fructus funeſto exemplo demonſtratur. 1260. n. 16. nituntur magi perimere Ioannem XXII. 1317. nu. 52. infanda Magorum opera & iactantia. n. 53. magicæ artis triſtes fructus in Leopoldo Auſtriaco oſtenſi. 1326. n. 7. magicas artes colentium triſtes exitus in Edmundo Cantiæ principe. 1330. n. 50. magorum inſidiæ quomodo propulſandæ. 1331. n. 37. docentur magi a dæmone Chriſtum ob ſcelera ſua crucifixum, & Euchariſtiã non eſſe adorandam. 1335. n. 60. magus varijs præſtigijs deludit Pragẽſes. 1400. n. 14. demum a dæmonibus e medio abreptus. ib. nefanda magorum opera ab Eugenio IV. recenſita. 1437. nu. 27. immolatus taurus dæmoni a mago in Vrbe. 1522. n. 15. V. *Maleficia*.

Magnus Cham. ſiue *Tartarorum Imperator*. V. *Tartari*.

Magnus Rex Sueciæ. fratrem Vvaldemarum regem capit. 1277. n. 63. contentus regno Sueciæ regnum Gothorum illi relinquit. ib. pie moritur. 1290. n. 45. filiam S. Claræ inſtitutis addixit. n. 46. contracta lite cum B. Brynolpho Scarenſi epiſcopo cognita eius ſanctimonia ad eius pedes veniam petiturus ſe proſtrauit. ib. Hallandiam, Schoningiam, & Blechingiam Gothico imperio adijcit. A. 1331. n. 40. dum reiecta nuru Holſati comitis filia, ſplendidiores nuptias Aquino filio quærit, regno pellitur. 1343. n. 41. exercitum ducit in Ruſſos. 1348. n. 24. monetur a S. Birgitta, vt eos dimitteret, qui arma ad furorem exercendum ſumpſiſſent, Danos Germanoſque indicans. ib. contemptis ijs monitis deletur ingenti clade. ib. tyrannidis odio Sueciæ regno pulſus. 1363. n. 13. pacta concordia Gothiæ regnum obtinet. ib. Sueciam recuperare tentat, atque ab Alberto ſeptennali carcere maceratur. ib. a filio Aquino liberatur. ib. demum merſus aquis perit. ib.

Mahomet Cham. V. *Tangodemor*.

Mahometes I. Turcarum Imp. in Hungariam irrumpit. 1414. n. 21. iterum iterumque in eam excurrit nunc victus, nunc victor. 1415. n. 55. Græcos in extremum diſcrimen adducit. 1420. n. 27. eius metu Græcorum Imperator ſchiſma eiurat pro eliciendis auxilijs. ib. dum Conſtantinopolim expugnare molitur, improuiſa morte tollitur. ib.

Mahometes II. Turcarum Imperator. ſuccedit in Imperio Amurati. 1450. nu. 16. a fratris Thurſunis cæde crudele imperium auſpicatur. ib. ambitioſi & turpes eius mores. ib. in angustijs Boſphori Thraciæ arcem extruit ad expugnandam Conſtantinopolim. 1452. nu. 16. obſidet Conſtantinopolim. 1453 n. 3. Græcos a Deo deſertos ex cæleſti prodigio dignoſcit. n. 4. quantum exercitum adduxerit. ib. capit impetu Conſtantinopolim. n. 5. exercita ab eo crudelitas in Chriſtianos. n. 5. &c. Peram ſubigit. n. 7. pontificiam claſſem intercipit. ib. de Chriſtiana fide doceri cupit, illiuſque miratur maieſtatem, ſed eam non ſectatur. n. 15. Athenas occupat. 1455. n. 6. in Hungariam exercitum ducit. 1456. n. 14. Belgradum obſidet. n. 15. profligatur diuinitus precibus B. Ioannis Capiſtranenſis. ib. & n. 26. apud Sophiam ægre potuit continere fugientem exercitum. n. 36. in Mantuanis conuentibus orientales Reges de fœdere in eum agunt cum occidentalibus. 1459. n. 48. &c. in Raſcia Zendrenſem arcem, in Boſna Synderouiam expugnat. n. 77. promiſſi Regi Hungariæ a Pio ſtipendia pro duodecim equitum millibus contra Turcas. 1459. n. 77. 78. decreti in eum ingentes exercitus terreſtres & maritimi in Mantuano conuentu in fumos abituri. 1460. n. 12. oſtenſum diuinitus Dionyſio Carthuſianos principes indignos qui pro Chriſto bellum gerant, cum libidine & mutuis odijs ardeant n. 24. Trapezuntinus Imperator Perſidis, Armeniæque Reges centum viginti millia armatorũ polliciti Pio auxiliaria ſi Mahometi bellum inferat. 1460. n. 101. Mahometis victoriæ & progreſſus terrent orientales Reges. ib. in Græcos Aſiaticos arma vertit. 1461. n. 35. fruſtra occidentales Reges ab orientalibus in eum ſolicitati. n. 36. Sinopem & regionem Ponticam ſubigit. 1461. nu. 38. Trapezuntinum imperium excidit. ib. Dauidem Imperatorem interficit. ibid. Lemnum, Lesbum, Mitylenem, Samothracem capit. n. 42. Peloponeſum ſibi ſubijcit. ib. crudelitas eius in ſocerum Demetrium Palæologum. n. 43. ſolicitatur a Pio II. ad amplectendam fidem catholicam. n. 44. Matthiæ Regi Hungariæ bellum intendit. 1462. n. 17. in Podoliam copias ſuas educit n. 29. ab Vvlado principe in diſcrimen graue adductus. ib. Podoliam vaſtat, ſibique ſubijcit. n. 30. Boſnam affectat. n. 31. in eum Pius II. exercitum ducere deliberat. nu. 33. Stephanum Boſnæ Regem capit deditione, & crudeliter occidit. A. 1463. n. 14. Boſnam ſibi ſubijcit. ibid. ad flagitandam pacem territum Scanderbegum cogit. n. 18. Venetos in Peloponeſo opprimit. 1464. n. 3. Boſnam amittit. ib. Iaiza propulſatur a Matthia. ibid. impetus aduerſus Scanderbegum effundit. 1465. n. 16. fractis ducibus ipſe exercitum in eum ducit. ib. Croia obſeſſa reuertitur Conſtantinopolim. n. 19. in Scanderbegum iterum mouet, eiuſque copias conſcindit. 1466. nu. 8. vniuerſa illum ditione exuit. n. 7. a Venetis bello vexatur. 1469. nu. 12. Croatiam vaſtat. n. 13. ſacrilegum votum excindendæ religionis Chriſtianæ nuncupat. 1470. n. 11. Lemnum & Imbrum expugnat. n. 12. Euboeam continenti iungit, eamque impetu capit. n. 12. crudelitatem exercet in captos. n. 13. plures inſulas arceſque ſubigit terrore ſolo. ib. ab Vſumcaſſano graui bello premitur. 1472. n. 41. Trapezum & Sinopem & alias vrbes ampliſſimas amittit. ib. eiuſdem exercitus concilius ab Vſumcaſſano. ib. Germanus & Hungarus opprimendi Mahumetis occaſioni defuere. ib. aduerſus Vſumcaſſanum mouet cum trecentis millibus bellatorum. 1473. n. 8. impreſſione prima victus demum bellicis tormentis vicit. n. 9. illius exercitus fuſus in Moldauia a Stephano Palatino. 1474. n. 10. Scodram obſideri iubet in Macedonia. n. 12. eius copiæ magna ſtrage propulſatæ a Venetis. ib. Caffam expugnat. 1475. n. 33. Valachiam inuadit, pellitque Stephanum principem. 1476. nu. 7. aliquas Germaniæ prouincias populatur. ib. pacem ab eo emunt Veneti. 1477. n. 29. Croiam in Macedonia capit. n. 40. & Driuaſtum, & Lyſſum. ib. a Venetis Scodra & Tænarum Laconiæ, & Lemnos illi dedita pro obtinenda pace. n. 41. Rhodum oppugnat infeſtatque Hungariam. 1479. num. 20. Tranſiluaniam populatur. n. 25. conciſus eius exercitus a Matthia Rege. n. 26. in Boſna plura amittit. ib. eius exercitus maxima clade Rhodi expugnatione propulſatus diuinitus. 1480. n. 1. &c. Hydruntum miſſo exercitu in Calabria expugnat. n. 17. terrorem late circumfert. 1481. n. 14. dum ad ſubijciendam Italiam expeditionem conficit, die exaltationis S. Crucis repente extinguitur. 1481. n. 25. actæ Deo a Chriſtianis de eo ſublato gratiæ. ib.

Maiorica. expugnata a Iacobo Rege Arragonum. 1230.n.36. in ea episcopalis ecclesia erecta.ib.& n.37.
Malabares. inuenti,eorumque mores.1498. n.40.
Malaca in India. capta a Lusitanis. 1511. n.70.
Maleficia.eorum vis in marrimonijs dissungendis.1205.n.58.V. *Magi*.
Mamalechi. apostatæ sunt fidei Christianæ Ægyptij regni equites. 1501. n. 80. ex ijs proceres e proceribus Reges deligi soliti. ib. excisi a Turcis. 1517. n.36.
Man insula. vectigalis Romanæ ecclesiæ a Reginaldo Rege constituta. 1219. n.44.
Manfredus Friderici II. filius nothus Siciliæ tyrannus.patrẽ puluino suffocatisse creditus. A.1250.n.32.Conradi nomine Siciliæ administrationem gerit.1251.n.41.territus populorum ad Pontificem defectione ambit illius gratiam. ib. Tarentinus principatus iure fiduciario illi promissus. ib. resilit a fœdere, ac Germanicas copias ad se pellicit. n.42. Andriam opprimit. ib. Fogiam cuertit, Barolum expugnat, Anellum sibi subijcit. ib. Neapolitanum agrum vastat. ib. Conradum in Neapolitani regni possessionem inducit. 1253.n.8. eundem veneno sustulisse creditus. 1254.n.45. regno Siciliæ inhiat, atque aduersus illum Guilielmus S. Eustachij diaconus Cardinalis cum exercitu missus ab Innocentio IV. n.48. regni administrationem pro Conradino suscipit. n.50. accersit illum in iudicium Innocentius, ac contra percellit. n.51. ob defectionem populorum territus res suas componit cum Innocentio, ac Tarentinum principatum, & alios comitatus sibi asserit. n.56. venienti in regnum Neapolitanum Innocentio stratoris officium exhibet. n.61. deficit a Pontifice. n.65. fingit pati non posse Conradinum exui iuribus suis. n.65. ægrotante Innocentio a Saracenis Nuceria excipitur. n.67. inuadit relictos a Friderico thesauros, atque exercitum comparat. ib. fundit pontificium exercitum. ibid. partem regni occupat, & terrorem infert Cardinalibus post mortem Innocentij. ib. ad reprimendos eius conatus incumbit Alexander IV. 1255.n.1.&c. ad pacem Manfredum allicere tentat. ib. Manfredus audacia res suas auget. ib. penetrat in Luceriam Saracenorum. ib. Bertholdum marchionem Honebruchensem pontificiarum copiarum ducem profligat. ib. ijs legibus pacem sancit cum legato, vt terra Laboris Ecclesiæ relicta regni administrationem Conradini nomine gerat. ib. rejectæ ex pacis legges ab Alexandro. n.8. excitus ab Alexandro aduersus Manfredum Angliæ Regis filius, sed irrito exitu. ib. Manfredi progressus in Calabria, & Sicilia. 1256. n.26. Panormum sibi subijcit. ib. inania aduersus eum ab Henrico Angliæ Rege agitata consilia. 1257.n.42. suorum opera seditionem in Vrbe concitat, atque Alexandrum in fugam agit.1258. n.51. cum Brancaleone senatore fœdus init. ib. munitissimas arces Siciliæ, quæ ipsi restiterant sibi subijcit. n.7. potitus vtraque Sicilia Conradinum exstinguere veneno tentat. n.8. fingit illum extinctum, seque a Siculis Regem salutari curat. ib. fabulam spargit ad tegendam natalium labem, scilicet marrem suam a Friderico viduo ductam in vxorem. n.11. missum ad Siculos a Corradino oratorem obtruncat. ib. vt nullo iure regnum inuaserit. n.12. Vbertus Palauicinus in Insubria pertinacissime Manfredi partes tuetur. 1259. n.10. de pace inter Manfredum, & Pontificem Alexandrum agitatum. 1260. n.1. iusta Alexandri postulata repellit. n.2. euocat ex Africa Sarracenos. ib. in Picenum irrumpit. ib. Gibellinorum patrocinium suscipit. ib. graues in Etruria motus concitat. n.3. Senensibus subsidium militare contra Florentinos submittit. n.4. Florentini cæsi iugum illius accipiunt. ib. aduersus Vrbanum IV. Saracenorum exercitum immittit. 1261.n.22.impietas illius decernẽtis dam nandos ad triremes sacerdotes, qui sacra profanare recusent. ib.affinitatem cõtrahit cum Iacobo Aragonum Rege.1262.n.9.imperium Italiæ affectat. A.1263.n.64. vocatur in iudicium ab Vrbano. ib. volenti comparere pro se in iudicio dictæ leges. ib. ex a Manfredo non admissæ. n.72. agentem Vrbeuetere Pontificem opprimere tentat. ib. Florentinis imperat. n.73. Lucenses in suas partes trahit. ib. in eum Carolus Prouinciæ comes insurgit.1264. n.12. gemino exercitu Pontificem nititur opprimere, & ditione exuere. n.13. tres legati in eum creati ab Vrbano. n.16. Saracenorum dux ab eo immissus diuinitus sublatus e medio.n.17.& seqq. nec corpus illius, nec equus reperiri a commilitonibus vnquam potuere. ib. territus prodigio exercitus dissipatus. ib. Vrbem eripere Pontifici tentat.n.20. proditores repulsi. n.24.exultat de morte Vrbani IV. n.71. illius tyrannidem domandam aggreditur Clemens IV. 1265.n.11. Siciliæ vtriusque iura a Clemente in Carolum translata, vt Manfredum debellet. n.19. efferatus ob Carolum Regem Siciliæ creatum, Pontificem in magnas angustias conijcit. n.22. Carolum opprimere nititur ante Gallici exercitus aduentum. n.25. Palauicinum præficit ad abrumpendum Gallis iter. n.28. minaces literas ad Clementem mittit, Pontificisque ad eum responsum, 1266.n.8. irrumpente in Siciliam Carolo terror illi consilium adimit. n.9. ob incestum illatum sorori deseritur a Caserta comite. ib. de pace interpellat Carolum. n.10. ab illo temnitur, vt Saracenus. ib. eius inanis superstitio in consulendis astrologis. ib. cæditur in prælio. n.12. eius regnum victori cedit. n.17.
Manfredus Claramontius,Cherchinas insulas sibi subijcit.1389.n.6.
Manichæi, V. *Albigenses hæretici*,& *Cathari*.
Mantuani conuentus.celebrati a Pio II.1459. n.41. ad eos mittunt oratores Reges orientales pro iungendo in Mahometem armorum fœdere. n.48. habita in ijs a Pio II. oratio. n.60. appellantes a Pontifice ad concilium damnati anathemate. A.1460.n.10.quantus exercitus contra Turcas decretus.n.11.
Manuel Comnenus Epiri despota,& *Thessalonicæ Rex*.vectigalem sedis Apostolicæ se constituere meditatur.1252.n.55.a fratre Theodoro Comneno reduce in exilium pellitur.ib.
Manuel despota Cantacuzeni filius. Peloponesum occupat Latinis oppressis. 1250. n.28.29.
Marbassanus Ionia princeps. victus a crucesignatis Smyrnam amittit. 1344. n. 2. Smyrnam obsidet. 1345.n.1. simulata fuga Christianos fundit.ib.iterum Smyrnam obsidet,sed repellitur. ib. iterum Smyrnam oppugnat, atque in illius oppugnatione necatur.1348.n.27.28.
Marcellinus Aretinus episcopus. ob defensas pontificias partes iussu Friderici II. immanissime excarnificatus.1248.n.20.triduo post Fridericus fusus,eiusque Victoria exusta.ib.
Marcualdus imperij Marescallus. Piceno, cui ab Henrico Cæsare præfectus fuerat,pellitur ab Innocentio III. 1198. n.14. flagitat ab eodem Pontifice, vt iure fiduciario eam sibi prouinciam relinquat. ib. spretæ eius artes, ac pollicitationes ab Innocentio. ib. Siciliæ regno inhiat. n.69. indictum illi bellum a Regina Constantia. ib. se Friderici tutorem ex Henrici Cæsaris testamento mentitur. n.70. missi ab Innocentio III. ad frangenda eius molimina legati. 1199. n.1. Casinus mons ab illius obsidione diuinitus liberatus. ib. in vicina loca furorem effundit. ib. ficte gratiam Ecclesiæ ambit. n.9. legatos in locum iniquiorem allicit. n.10. absoluitur, ac imperijs pontificijs parere spondet. ib. Siculos mox circumuenit. n.12. præmoniti contra eius fraudes Siculi. n.14. Saracenos aduersus Fridericum sibi coniungit. ib. prælio vincitur cum Saracenis. 1200. n.1. incitatus est a Philippo Sueuo, vt supremum Siciliæ imperium eriperet Ecclesiæ. n.34. Fridericum Regem Siciliæ in suam redigit potestatem. 1201. n.40. non ausus est illum e medio tollere,ne regnum ad Gualterium Brenensem comitem dotali iure Tancredi olim Regis filiæ perueniret. 1202.n.4. fœda vesica in extrahendo calculo moritur.ib.
Martus Vicecomes. Lucam occupat. 1329. n.6. Pisas in libertatem restituit. eiectis Germanis præsidiarijs militibus. n.7. a Mediolanensibus maximis honoribus excipitur. n.15. a nepote Azone laqueo strangulatur post conuiuium.ib. eius corpus per fenestras proiectum ib.
Marcus Eugenius Ephesinus Metropolita schismaticus. conuincitur propter additionem vocis, *Filioque*; non fuisse exortum,schisma. 1438.n.19. conuincitur a Bessarione auctoritatibus sanctorum patrum Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere. 1439.n.4. Græcos mendacijs ad pristinum schisma reuocat. 1440.n.16. vocatus ad synodum planxit se diuerberatum a dæmonibus. eod. n.16.

n. 16. inuolerabilis eius arrogantia. ib. mentitus eſt Græcos patres a Latinis corruptos. ib. ſuadet Græcis eos in captiuitatem Babylonicam abductos cum in ſinum Romanæ eccleſiæ rediere. A. 1445. n. 17. coram Imperatore a Coronenſi epiſcopo impietatis conuictus confunditur. n. 17. infœlix eius mors. ib. Græcos vere in captiuitatem Babylonicam adduxit. n. 18.

B. Margareta Hungara Regis Bela filia. Regum nuptias reſpuens monaſterio ſe abdidit. 1270. n. 32. minitata eſt ſibi abſciſſuram nares ſi de ipſa voto virginitatis a Pontifice liberanda ageretur. ib.

B. Margareta Cortonenſis. cum prius concubina eſſet, diuinitus a canicula ad ſpectandum amaſij putridum cadauer trahitur. 1297. n. 69. conuertitur ex triſti ſpectaculo ad Deum. ib. præteritas delicias voluntarijs cruciatibus expiat. ib. delicias in fugiendis delicijs collocat. ib. tertiariarum habitum obtinet. ib. quæſita a Chriſto quid vellet, reſpondit: *Non aliud præter te Domine.* ib. claret poſt mortem miraculis. ib. in beatarum numero repoſita. ib.

Margareta Hannoniæ comitiſſa. cruentiſſimis prælijs certat aduerſus filium Hollandiæ comitem, victaque fugit in Angliam. 1351. n. 36. 37.

Margareta Tirolenſis. ſublatis veneno viro, & filio Tirolenſem comitatum ad Auſtriacos transfert. 1364. n. 12. 13.

Margareta Regina Neapolitana. caſo in Hungaria viro Rege regni adminiſtrationem pro filio Ladislao gerit. 1385. n. 9. Venetis iniuria laceſſitis Corcyram amittit. ib.

Margareta Regina Daniæ, & Norwegiæ. Albertum Sueciæ Regem ſibi bellum inferentem fundit, & capit in acie. 1388. n. 11. toto ſeptennio cum Henrico filio in carcere detinet. ib.

Margareta Regina Angliæ Renati Regis filia. Henrico VI. cæſis hoſtibus regno reſtituit. 1460. n. 108. Richardi ducis Eboracenſis occiſi capiti ob affectatum regnum papyraceam coronam imponit. ib. Richardum Vvaruicenſem profligat virumque Henricum ex hoſtibus recipit. 1461. n. 133. nimia crudelitate Londinenſes efferat in deſperationem. n. 134. ab Eduardo Eboracenſi cruentiſſimo prælio funditur, atque in fugam vna cum viro, & filio cogitur. ib. pronuntiatur ab Eduardo Eboracenſi hoſtis regni. n. 135. e Scotia in Angliam incurrit. 1462. n. 49. prælio victa in Galliam fugit. ib. in prælio fuſa, & capta. 1471. n. 51. pretio poſtea redempta occiſis iam Henrico VI. viro, & Eduardo filio. ib.

Margareta Regina Scotiæ. ſanctitate claret. 1487. n. 26.

Margareta virgo Ravennas. cum cæca eſſet eius facies cœleſti luce radiabat. 1505. n. 46. prophetia, & miraculis clara. ib.

Margareta Auſtriaca. in Cameracenſi colloquio pacis interpretem agit inter Carolum V. & Franciſcum I. 1529. n. 67.

B. Maria Deipara. V. *Deipara.*

S. Mariæ maioris baſilica. iubileo anno luſtrari iuſſa a Chriſtifidelibus. 1373. n. 15.

B. Maria Oigniacenſis, alias, *Nivellenſis*, quadraginta cibus ſola Euchariſtia vitam ſuſtentat. A. 1198. n. 39. Chriſtum ſæpe in Euchariſtia Angelorum exercitu circumfuſum videt. n. 50. triennio ante expeditionem in Albigenſes hæreticos eductam, eam diuinitus cognouit, & cruces cœlo deſcendere vidit. 1208. n. 24. Chriſtus cum ipſa querebatur ſe totam fere prouinciam amiſiſſe. ib. crucefignatorum pro fide occiſorum animas in cœlum recipi videt. 1211. n. 17. pie moritur. 1213. n. 72. ſæpe triginta quinque dies ſine cibo in ſacra meditatione tranſegit. ib. quanta dein pietate ſacram Euchariſtiam ſumeret. ib.

Maria Antiochenæ principis filia. de iuribus regni Ieroſolymitani contendit cum Hugone Cypri Rege. 1272. n. 18. transiert in Carolum Regem Siciliæ titulos regni Ieroſolymitani. ib.

Maria Regina Siciliæ. filium Ludouicum in latronum numerum relatum videt. 1307. n. 10.

Maria Regina Hungariæ. vt inſons necis Carolo Regi illatæ vitæ reſeruatur. 1386. n. 3. a Sigismundo Rege liberatur ex hoſtium manibus. 1387. n. 14.

Maria Regina Trinacriæ. ea nubente ſchiſmatico principi, Trinacria a Bonifacio VIII. in tetrarchias diuiſa. 1391. n. 6. regnum vi recuperat. ib. profeſſa obſequium antipapæ promulgatur hoſtis a Bonifacio VIII. 1492. n. 3. excutiunt illius iugum maiore ex parte inſulani. ib.

Maria Burgundæ. petita bello a Ludouico XI. Rege Galliæ. 1477. n. 3. parte ditionis ſpoliata ib. nupta Maximiliano Cæſari recuperat amiſſa. 1486. n. 42.

Maria Henrici VIII. filia, poſtea Anglia Regina. heres regni antea agnita, vt illegitima a patre Vviano reijcitur. 1535. n. 75. de ea prædictum ab Elizabeth Barthona moniali regnum ſuo iure aliquando accepturam. 1534. n. 6.

Marianus Arborea regulus. deficit ab Aragonijs. 1353. n. 10. victus Genuenſibus maritimo prælio ab Aragonijs, victores terreſtri prælio fundit, fugatque. n. 11.

Marinus Falerius Venetorum dux. coniurat in patritios. 1355. n. 25. ab ijs oppreſſus capitali ſupplicio afficitur. ib.

Maronitæ. eorum errores emendati a Leone X. 1514. n. 87. ad 101. coniungit ſe eorum patriarcha Romanæ eccleſiæ. ib.

Marquardus epiſcopus Auguſtenſis cæſareus in Italia legatus. fert ſententiam in Bernabonem, & Galeatium Vicecomites ob clauſas vrbes Cæſari in Inſubriam venienti. 1356. n. 30. graui eos bello vexat. ib. dum nimium ſibi præfidit, ab ijs funditur, & capitur. ib.

Marranica hæreſis. quæ fuerint eius capita. 1498. n. 22.

Marſilius Patauinus hæreſiarcha. Ludouici Cæſaris gratia Pontificem Cæſari ſubijciendum impie fingit. 1327. n. 1. vna cum peſtifero libro damnatur a Ioanne XXII. n. 27. ſtulte blaſphemauit Chriſtū fuiſſe iure ſubditum Tiberio Cæſari. eod. n. 27. primatum Pontificis cum ſchiſmaticis negauit. ib. refellitur. n. 30. & ſeqq. ſtatutis in hæreticos pœnis afficiendus pronuntiatur. ib. Romæ tyrannidem in clerum, & pios exercet. A. 1328. n. 9. pontificiam ſeueritatem eludit tectus patrocinio Ludouici Bauari. ib. ſchiſma conflat, creato antipapa Petro de Corbaria nequiſſimo hypocrita. ib. Ludouici Bauari in Pontificem ſententias hæreſibus, & calumnijs farcit. n. 23. Marſilij, & Ianduni hæreſes damnatæ. 1331. n. 1.

Martinus abbas. ſacras deferens reliquias ex oriente diuinitus in mari cuſtoditur. 1205. n. 41.

Martinus IV. creatur Pontifex antea dictus Simon Cardinalis tit. S. Cæciliæ. 1281. n. 3. ſuos Eccleſiæ opibus ditare abnuit. ib. reſpondet fratri bona ſua bona eſſe Eccleſiæ, quæ diſſipare nolit indiſcrete ea donando. ib. illius geſta ante pontificatum. n. 4. ex pietate in S. Martinum illius nomen ſibi impoſuit. n. 5. nouos Cardinales creat. n. 11. Ioannem de Epa Flaminiæ comitem creat aduerſus Guidonem comitem Montiſeretri, illumque comprimit. ib. reſciſſa Nicolai III. ſanctione Carolum Regem Siciliæ creat ſenatorem Vrbis. n. 14. hæreticos, & Iudæos eccleſiarum aſylo repellendos decernit. n. 19. de miraculis a S. Ludouico editis iudiciariam actionem inſtituit. n. 19. Michaelem Palæologum in ſchiſma relapſum percellit anathemate. n. 25. renouat in eum anathema. 1282. n. 7. in Panormitanos ob cæſos immani coniuratione Gallos anathematis ſententiam fert. n. 13. Gerardum Card. Sabinenſem legatum in Siciliam mittit ad reuocandos in obſequium Caroli populos. ib. Petrum Regem Aragonum, ac ſecutos illius partes cenſuris defigit. n. 23. Guido Montiſeretri comes in eum rebellat, atque Cæſenam, Forumliuij, & alia oppida illi eripit. n. 25. pugnaturis contra Siculos indulgentias confert. 1283. n. 1. & ſeqq. Carolum, qui a Petro prouocatus equeſtris centuriæ certamen admiſerat, imprudenter a male cœptis fruſtra reuocare tentat. n. 6. Petrum ob inuaſum Siciliæ regnum, in quod nulla obtinebat iura, anathemate damnat. n. 24. Aragoniæ, & Valentiæ iura regia in vnum e filijs Philippi Regis Galliæ tranſfert. n. 24. & ſeqq. & 35. triennales decimas Philippo attribuit. ib. Eduardum Regem Angliæ affinitatem cum Petro Aragonio contrahere vetat. n. 36. Venetis prohibet ne faueant Aragonio. n. 39. Æmiliam Ioannis de Epa opera, domito Montiſeretri comite, Eccleſiæ reſtituit. n. 48. pauperum inopiam in annonæ grauitate leuat. n. 51. Hiſpanos ad obſequium Alfonſi Regis reuocare nititur. n. 54. ſacramentum, quo ſe Sanctio deuinxerant, reſcindit. ib. in Aragonium, & Siculos cenſuras renouat. 1284. n. 1. & ſeqq. religioſam in eos militiam promulgat. ib. extincto Carolo I. Rege Siciliæ Gerardum epiſcopum Sabinenſem, & Robertum comitem Atrebatenſem regiæ Siculæ procuratores inſtituit. 1285. n. 5. moritur. n. 11. poſt mortem miraculis fulget. ib.

Marti-

Martinus V. ſolemni ritu pontificia corona redimitur. A. 1417. n. 2. &c. in eo diſciſſ. Eccleſiæ diuturno ſchiſmate coniunctæ. ib. deductus ſolemni pompa a Sigiſmundo Imperatore & marchione Brandeburgenſi. ib. indicit Ticinenſe concilium. 1418. n. 1. decreta concilij Conſtantienſis, quæ ſpectarent ad fidem, tantum approbat. n. 2. ſanctiones edit contra Vvicleffiſtas & Huſſitas n. 6. legatum creat Ioannem Dominici Cardinalem contra Huſſitas. n. 8. anticardinales Petri de Luna ad ſe transfugientes vera dignitate donat. n. 14. Vvladislao Regi Poloniæ pro amplificanda fide vicarij apoſtolici munus confert. n. 18. & Vvitoldo in Samagitia & Lituania. n. 20. Amedeum Cardinalem ad pacandas Gallias mittit. n. 24. Petrum S. Mariæ in Dominica legatum mittit ad ſedandas Neapolitanas turbas. n. 29. recipit a Ioanna Regina eccleſiaſticas arces. ib. permittit comiti Fuxi, vt ſororem defunctæ vxoris ducere poſſit vxorem. n. 34. Conſtantia diſceſſuro Imperatore ſtratoris munus exhibet. n. 36. Martini per Italiam itinera. 1419. nu. 1. & 2. Balthaſſar Coſſa e carcere fuga lapſus ſponte ſe illi ſubijcit. n. 5. creat illum Martinus primum Cardinalem. ib. componit pacem inter Delphinum & Burgundum. n. 9. miſſo in Aragoniam Petro Fonſeca Cardinale legato antipapam capere nititur, ſed prohibetur ab Alfonſo Rege. 1420. n. 1. ciuili bello ardente Neapolitano regno populos legato parere iubet vt legibus controuerſia dirimatur. 1420. n. 10. Bononiam recipit. ib. Florentiæ archiepiſcopatum erigit. n. 11. contra Boemos Huſſitas ſacrum bellum indicit. nu. 26. ab Emanuele Græcorum Imperatore & Ioſepho patriarcha ſummus in terris Chriſti vicarius agnoſcitur. n. 27. Petrum S. Angeli diaconum Cardinalem creat legatum in oriente, vt Græcos celebrato concilio ad coniunctionem Romanæ eccleſiæ reuocet. ib. Ioannam rebellantem regnumque in Regem Aragonum transferentem coercere nititur. 1421. n. 1. &c. ſubſidiarias copias tranſmittit Ludouico Andegauenſi. ibid. inducias facit inter Alfonſum & Ludouicum Andegauenſem. ib. Fraticellorum reliquias in Piceno excindit. n. 4. Brandam Cardinalem legatum creat ad Boemos hæreticos comprimendos. n. 6. B. Nicolaum Albergatum in Gallias mittit pro pace inter Gallos & Anglos conciliandа. n. 20. periclitanti Græcorum imperio contra Amuratem auxilia ferenda curat. 1422. n. 2. promittit crucesignatum exercitum auxiliarem ad pellendos Turcas Imperatori, ſi Græci ad coniunctionem cum Romana eccleſia redierint. ib. Antonium epiſcopum Maſſanum Conſtantinopolim mittit. n. 5. prouocat Emmanuelem Imperatorem vt promiſſa ſeruet. ibid. & ſeqq. crucesignatam expeditionem inſtaurat in Boemos hæreticos. 1422. n. 18. 19. denuntiat Polono & Lituano dare fidem & præbere auxilia hæreticis non poſſe, & ſi datam fidem ſeruauerint peccaturos. n. 21. aduerſus ſchiſmaticos Petro de Luna adhærentes adhiberi ſeueritatem iubet. A. 1422. n. 25. pacem inter Anglos & Gallos conciliare annititur. 1422. n. 30. ſynodos prouinciales cogi iubet pro expoliendis moribus. 1423. n. 1. queritur extincto antipapa ab Alfonſo Rege alium antipapam inique ſubrogatum. 1423. nu. 7. impiam litem intendit Alfonſus Martino de pontificatu. n. 11. tuendam Ioannam contra Alfonſi vim decernit. n. 14. plures pias leges pro curiæ corruptelis tollendis fert. 1424. n. 5. cæſo ad Aquilæ mœnia Braccio partem ditionis eccleſiaſticæ recuperat. n. 14. Petrum Fuxenſem Cardinalem mittit in Aragoniam. 1425. n. 2. in Alfonſum negantem legato aditum decernit legibus agere. ib. Anglos belli cupidos, ac de potentia præſidentes monet inferiores eos eſſe diuina potentia. n. 7. & 8. Alfonſum Regem Aragonum ſchiſmatis ob politicas cauſas propagati reum in ius vocat. 1426. n. 1. bellum vrget contra Boemos hæreticos. n. 11. Iordanum Vrſinum Cardinalem legatum in eos mittit. n. 15. Mediolanenſem & Venetos inter ſe conciliare nititur. n. 24. creat nouos Cardinales. n. 26. Henricum tit. S. Euſebij Cardinalem creat legatum contra Boemos hæreticos. 1427. nu. 1. obedientiam defert Martino Alfonſus Aragonum Rex. 1428. nu. 1. Venetos ad pacem cum Mediolanenſi conficiendam adigit. ib. antipapa & anticardinales in illius obſequium demum procumbunt. 1429. n. 1. & ſeqq. Cardinalem Vvintonenſem obiurgat de exercitu conducto contra hæreticos auerſo in Gallos. nu. 17. creat nouos Cardinales. 1430. n. 6. Iulianum Cardinalem Cæſarinum creat legatum contra Huſſitas. 1431. n. 1. apoplexia extinguitur. n. 2. eius mortis dies & hora prædictæ a B. Coleta. n. 2. ſuccedit illi Eugenius IV. n. 3.

Martinus de Silua Pampilonenſis epiſcopus. Nauarros in ſchiſma trahit. 1390. nu. 20. in præmium flagitij donatus pſeudocardinalatu. ib.

Martinus Montis albi dux ſenior, inde Rex Aragonum. eius filius Martinus iunior Trinacriæ regnum ſubigit. 1391. n. 6. ſuccedit fratri Ioanni in regno Aragonum. 1395. n. 19. coniurat cum antipapa aduerſus Bonifacium. 1397. n. 6. tuetur Petrum de Luna ne cedat antipapatu. n. 7. &c. obſtat ne Martinus iunior Trinacriæ Bonifacio adhæreat. 1398. n. 39. pro liberando Petro de Luna ab obſidione Auenionenſi interpretem agit. 1399. nu. 9. calidioribus medicamentis vitalia ſibi adurit dum ſectatur delitias. 1410. n. . breui extinctus nepoti ex ſorore Ferdinando regnum reliquit. ib.

Martinus Aragonius Montis albi dux & Trinacriæ Rex. Maria Regina in vxorem ducta Trinacriæ Regem ſe dicit. 1391. nu. 6. ſchiſmatis odio illi aduerſantur Trinacrij. ib. eos ſubigit. ib. deferens obedientiam antipapæ hoſtis promulgatur a Bonifacio. A. 1390. nu. 3. in eum Trinacrij maxima ex parte conſurgunt. ib. & 1398. n. 39.

Martinus Lutherus hæreſiarcha. V. *Lutherus.*

Martinus Valentinus Minorita. in Americam a Pontifice miſſus Mexicanorum ingentem multitudinem ſacro baptiſmo luſtrat. 1523. n. 137. primam ſynodum Americanam celebrat, illique præſidet. 1524. n. 112. 113. quid de eo ſcripſerit Surius. n. 114.

Martyres. martyrio affecti ab hæreticis miraculis coruſcant. 1242. n. 17. Minoritæ quatuor in India martyrij palmam tulere. 1319. n. 30. iubentur a Saracenis fidem in rogis comprobare. ib. pactum admittunt, & delectus a Saracenis iunior illæſus perſtat. ib. commota miraculo plebe clam necantur. ib. alij Minoritæ in Gallia ab hæreticis trucidati 1321. n. 17. miraculis clareſcunt. ib. de ijs inquiri iubet Pontifex. ib. affectus martyrio a Mahometanis dux præſtantiſſimus. 1425. n. 20. corona ignea in eius ſepulchrum cælo delabi viſa. ib. vigintiquinque alij dum impietatem Mahumeticam damnant occiſi. 1426. n. 24. ſubprior Prædicatorum ab Huſſitis exuſtus. 1429. n. 16.

Maſſilia. Roncelinus apoſtata eius dominatum corripit. 1211. n. 20. ob temporum angustias Maſſiliæ adminiſtratio illi permiſſa. ib. ab Alfonſo Rege Aragonū capta impetu direptaque. 1423. n. 14. fruſtra a Caroli V. ducibus obſeſſa. 1524. n. 84.

Maſſora Ægypti vrbs. in eam ingreſſi cum fugientibus Chriſtiani obruuntur numero hoſtium. 1250. n. 1. obſidione cincta a S. Ludouico, qui morbo ingraueſcente eam ſoluit. ib.

Matildes comitiſſa. repoſcit eius terras Innocentius III. 1198. n. 22. &c.

Matthæus patriarcha Conſtantinopolitanus. creatur patriarcha ex epiſcopo Equilino 1221. n. 27.

Matthæus Vrſinus. creatus Cardinalis diaconus S. Mariæ in porticu. 1262. n. 52.

Matthæus de Aqueſparta. creatus Cardinalis a Nicolao IV. 1288. num. 1. miſſus a Bonifacio VIII. Florentiam pro extinguendis Alborum Nigrorumque factionibus. 1300. nu. 22.

Matthæus Palatinus. in Carolum Hungariæ Regem coniurat. 1312. n. 52. cruentiſſimo prælio funditur. ib.

Matthæus Vicecomes Mediolani, ac totius pene Inſubriæ tyrannus. ad depellendam eius tyrannidem creatus a Ioanne XXII. imperij vicarius Robertus Rex Siciliæ. 1320. n. 10. a Roberto vicariatus prouincia demandata Philippo Cenomaniæ comiti cum Gallico exercitu immiſſo a Philippo V. ib. fortiſſimis copijs Philippum in Mortarenſi agro circumfundit, cogitque ad diſceſſum, ornatque muneribus. ib. Vercellas ſibi ſubijcit. ib. ingraueſcente inde magis eius potentia poſtulatur iudicio hæreſeos. n. 13. vrgetur bello a Roberto Rege Siciliæ imperij vicario. 1322. n. 5. damnatur crimine hæreſeos a cenſoribus fidei. ibid. eius ſcelera. ib. dæmones coluit & ab ijs reſponſa quæſiuit. ib. negauit reſurrectio-

rectionem moriturum. ib. Fridericus Austriacus in eum mittit fratrem Henricum cum equitatu grauioris armaturæ. ib. persuadet Friderico Austriaco se imperij causam agere, ac Roberto Insubria potito Germanos Italia excludi. n. 9. cum sibi denincit vt fratrem ex Insubria reuocaret. ib. moritur nonagenarius hæresi & anathemate deuinctus. ib. Galeatius filius illi in principatu succedit. ib.

Matthæus iunior Vicecomes Mediolani princeps. ob insanam libidinem a fratribus veneno necatus sine sacramentis moritur. A. 1355. num. 25.

Matthæus Sedunensis Cardinalis. Heluetios in Gallos concitat ad ferendam Iulio II. opem. 1512. n. 25.

Matthæus Bassius Minorita auctor Capucinorum. ab angelo ad Clementem VII. deductus potestatem instituendi sodalitij obtinet. 1525. n. 104.

Matthias Ioannis Huniadis filius postea Hungariæ Rex. cæso fratre in vinculis reseruatur vitæ. 1457. n. 4. extincto Ladislao creatur Hungariæ Rex. 1458. n. 1. & 2. liberatur carcere a Podiebratio tradita illi in vxorem Catharina filia. n. 3. petitur bello a Friderico Imp. exercito a factiosis. 1459. n. 12. duorum Imperatorum sustinet impetus. ib. Syderoniam commendatã principi Bosnensi amittit. 1459. n. 77. non præstita illi a Pio promulla auxilia. 1460. n. 90. indictum illi a Mahomete bellum, ni Valachiam Bosnamque illi permittat. 1462. n. 28. a Pontifice & Venetis leuibus auxilijs iuuatur. ib. Valachum auxiliari exercitu confirmat. n. 30. pacem init certis legibus cum Friderico Imperatore. 1463. n. 1. opem poscit a Pio contra Turcas. n. 3. fœdus armorum init cum Venetis contra Turcas. n. 50. Bosniam recuperat, & Iaizam Turcis eripit. 1464. n. 3. Mahometem Iaiza propulsat. ib. Paulus II. illi centum aureorum millia annua constituit, Venetique quinquaginta millia conterunt. 1465. n. 1. Neapolitanus sexaginta millia spondet. ib. delatum illi regnum Boemiæ. 1468. n. 9. cum eo Fridericus pacisciturr, vt si Matthias sine liberis obierit, Hungaria Boemiaque ad Friderici posteros deueniant. ib. Morauia & Silesia potitur. 1469. n. 10. Victorinum Georgij filium intercipit, in quem clementia vtitur. ib. Luzatiam subijcit, Georgiumque in extremas angustias redigit. 1471. n. 15. extincto Georgio ad Boemicum sceptrum vocatur a multis, sed multos patitur æmulos. n. 29. præfertur illi Vvladislaus Regis Poloniæ filius. ib. Casimirum eius fratrem in Hungariam irruentem propulsat. ib. Silesij & Moraui intentato anathemate illi parere iussi. 1472. n. 33. difficilem se præbet ad pangendam pacem cum Rege Poloniæ. nu. 40. opprimendi Mahometis occasioni deest. ib. pacem init cum Vvladislao Rege Boemiæ. 1474. n. 6. rupta pace Poloniam vastat & Polonos Boemosque Vvratislauia propulsat. ib. in Turcas ducit, eosque fugat ex Vvalachia. 1476. n. 7. quinque arces amittit in Syderouiensi regione. ibid. pacem conficit cum Polono. A. 1478. n. 43. & 1479. n. 22. & 23. infestatur a Turcis. n. 25. Turcicum exercitum delet. ib. Bosnæ partem subijcit, ac Turcas pluribus prælijs conscindit. ib. petitur infeliciter bello a Friderico Cæsare. ib. Stephano Bathoro & Paulo Knesio ducibus centum millia Turcarum delet in Transiluania. 1482. n. 29. intermissa Turcica expeditione Fridericum Austria pellere constituit. 1483. n. 52. multis potitus arcibus Viennam obsidet, dum Turcæ in eius terras irrumpunt. 1484. n. 3. Vienna Austriæ potitur. 1485. n. 11. poscit sibi dedi Zizimum, quem opponat Baiazethi. ib. bellum intentat Innocentio VIII. ni Ferdinandum socerum ad pacem admittat. n. 21. reprehensus tyrannidis a Colocensi archiepiscopo, illum in vincula conijcit. n. 38. monetur vt causam ad tribunal apostolicum referat. n. 39. singularia certamina prohibet. n. 40. in milites fuit humanissimus. ib. in vlteriorem Austriam Styriamque bellum transfert. n. 41. inducias facit cum Friderico. 1487. n. 1. postulato Zizimo ad bellum Turcis inferendum repentina apoplexia percussus moritur. 1490. n. 7. Iesu nomen moriens implorat. ib. petitia illius militaris & audacia. ib. de successione quinque Reges disceptant. num. 12.

Mauri. Valentino regno electi. 1254. nu. 25. ademptum ijs regnum Granatense. 1492. n. 1. & seqq. Mauri electi Hispania a Carolo V. 1526. n. 84. rebellantes addicti seruituti. ib. nonnulli ficte baptismum suscipiunt. ib. manare tunc visæ lachrymæ Toueti ex imagine Virginis. ib.

Maurica insula. in ijs fides Christi euersis dæmonum simulacris propagata. 1534. n. 62. in ijs Mahometani neophytos persequuntur. ib.

S. Maurus. recurrente die illius festo mons Casinus hostium obsidione diuinitus liberatur. 1199. n. 1.

Maximilianus creatur Cæsar. 1486. n. 42. ducta in vxorem Maria Burgunda Belgij vrbes a Ludouico XI. occupatas recuperat. ib. Carolum Regem in Belgio vincit. 1487. nu. 12. capitur a Brugensi plebe. 1488. n. 1. liberatur a Friderico patre. ib. extincto Matthia Rege Hungariæ Austriam recuperat. 1490. n. 14. & partem regni Hungariæ sibi subijcit. nu. 15. conuenit in eas leges cum Vvladislao Hungariæ Rege, vt Vvladislao sine liberis morieute ad Maximilianum regnum redeat. nu. 11. Gallico bello implicatur, dimissa ad eum a Gallo Margarera filia. nu. 15. aduersus Carolum cum Alexandro, & Hispano, Italisque coniurat. 1495. n. 14. & 1496. nu. 1. in Italiam venit. num. 7. a Pisanis exceptus Florentinos obsidione depellit. ib. Liburnum obsidet, ac propulsatur a Gallis. ib. in Germaniam redit. ib. cum Heluetijs grauia prælia gerit. 1499. n. 12. delapsis cælo crucibus fit certior. 1501. n. 10. & 11. inane belli sacri specimen prætexens cum Gallo coniurat in Venetos. n. 15. eius filius Philippus Castellæ regno potitus. A. 1506. n. 36. vetera iura in Italia recuperare molitur. 1507. num. 8. a Gallis accessu repellitur. 1508. n. 2. cæsæ eius copiæ a Venetis. ib. Tergestum & Gurcensem comitatum amittit ib. cum Pontifice, Gallo, & Hispano coniurat in Venetos. 1509. n. 1. cum exercitu irruit in Venetos & Patauium obsidet. n. 19. Patauio propulsatur. ib. pacis leges cum Venetis repudiat. 1510. n. 1. indicto in Iulium II. conciliabulo adhæret. 1511. n. 1. deserto Gallo, quem in discrimen coniecit, ad Pontificis obsequium redit, seque Hispano & Gallo coniungit. 1512. n. 1. &c. literas de congregando Pisano conciliabulo, vt subreptitias damnat. n. 86. adhæret Lateranensi concilio. ib. Heluetios in Burgundiæ ducatum immittit. 1513. nu. 61. 62. Venetos prælio delet, ac Vicentiam, Bergomum, Brixiamque Venetis adimit. n. 77. controuersiarum cum Venetis arbitrum Pontificem deligit. ib. monetur a Pontifice, vt compositis cæteris bellis, aduersus Turcam se comparet. 1514. nu. 43. fœdus pangit cum Turcas cum Vvladislao Rege Hungariæ. 1516. n. 58. Insubriam frustra tentat. n. 79. 80. Brixiam illi eripiunt Veneti. ib. piæ eius literæ ad Leonem X. de tuenda re Christiana. 1517. n. 2. cum Gallo pacem componit. n. 80. percupienti Turcicam expeditionem resistunt Germani. 1518. n. 36. Leonem vrget, vt sententiam ferat in ijs, quæ nouantur a Luthero, ac sententiam ad exitum perducendam pollicetur. nu. 91. male dat fidem publicam monacho hæretico, vt se coram legato sistat, quem sine illa cogere debuerat. n. 103. moritur. 1519. nu. 1. eius elogium. ib. sarcophagum circumferre solitus, & cur. ib.

Maximilianus Sforzia. in conuentu Badensi illi ab Heluetijs adiudicatus Mediolanensis principatus. 1512. n. 91. cæsis ad Nouariam Gallis principatum sibi asserit. 1513. n. 29. obsessus a Francisco I. pacto annuo vectigali deditionem facit. n. 22.

Mediolanenses & Mediolanum. student Othoni aduersus Fridericum. 1213. nu. 17. piam Cremonensium religionem deridet, & prælio eos lacessunt. ib. ab ijs diuina ope profligantur. ib. bello petiti a Friderico II. 1236. n. 12. quinquaginta armatorum millia in eum educunt. ib. Vicentiam, Veronam, ac plures alias arces amittunt. ib. digresso in Austriam Friderico amissa recuperant. ib. delentur magna clade a Friderico cruentissima pugna. 1236. n. 7. redintegratis viribus illi bellum denunciant. n. 9. pacem a Friderico petunt. 1238 n. 70. temere ab eo repulsi. ib. Fridericum Brixiæ obsidione depellunt. ib. Mediolanum Henrico VI. Cæsari deditum. 1310. n. 17. pulsis Gallis Francisco Sforziæ restituunt. 1521. n. 77. & 108. iterum a Francisco I. captum. 1524. n. 91. & 92. iterum amissum. 1525. n. 80.

Melchior Hoffmannus. pseudopropheta Ana-

Anabaptiſta. A. 1531. n. 66. a dæmone faſcinatus miſere obijt in carcere. 1532 n. 90.

Melec Meſſor ſoldanus Ægypti. Tripolim delet. 1289. n. 65. Ptolemaidi extremum terrorem injicit, ib. dum reliquias Syriæ excindere parat moritur. n. 11.

Melecnaſer Ægypti Syriæque ſoldanus. victus in Syria a Caſſano Tartaro. 1299. n. 44.

Melite inſula. a Carolo V. Rhodijs equitibus tradita. 1526. n. 78.

Mendog, ſive Mindanus Lituaniæ Rex. fidem Chriſtianam amplectitur. 1251. nu. 44. regni ſupremum imperium S. Petro defert. ib. a nepote trucidatus. 1263. nu. 88. videtur cæſus odio fidei ad quam redierat. ib.

Menendus de Cordula epiſcopus Cordubenſis. miſſus internuntius ab Vrbano VI. in Aragoniam traditur in cuſtodiam. 1379. n. 43. eundit & pro Vrbano contra ſchiſmaticos ſcribit. n. 44.

Meretrices. magna earum multitudo converſa a Fulcone pio ſacerdote. 1198 nu. 38. propoſitæ ab Innocentio III. indulgentiæ ijs, qui meretrices ducunt vxores, vt a peccato liberent. ib.

Meſopotamenſi. conciliati Romanæ eccleſiæ ab Eugenio IV. 1444. n. 15.

Meſſanenſes. territi aduentu Caroli concordiæ leges proponunt. 1282. n. 22. aduentu Petri Aragonum Regis in rebellione confirmati. ib.

Meteczuma. Rex Mexici. debellatur a Ferdinando Corteſio. 1519. n. 69. & ſeqq. cedit imperio. n. 75. prædicta illi a dæmonibus calamitas. ib.

Methone inſula. a Turcis vaſtata. 1425. n. 20. & erepta Venetis. 1500. n. 5.

Mexicanum regnum in America. ſubactum a Ferdinando Corteſio. 1519. n. 69.

Mexicani. magno concurſu fidem amplexi. 1527. n. 108. profuit templa vna cum idolis euertiſſe. n. 116. vno die quindecim millia in vno oppido baptiſmo luſtrata. ib. ad baptiſmalia ſacra certatim confluunt. 1529. n. 95. bis centena eorum millia a Petro Gandauenſi, eiuſque ſocio baptiſmo luſtrata. ib. & 96. amplificata apud illos fides Chriſtiana. 1531. n. 102.

S. Michael archangelus. monet in ſomnis Leſkonem ducem vt infideles perſequatur, 1282. n. 40. eius ope Poloni magnam hoſtium ſtragem edunt nullo Chriſtiano deſiderato. ib.

Michael Palæologus poſtea Imperator Græcorum. territus minis Theodori Imperatoris confugit ad Turcas. 1257. nu. 62. pugnat cum Tartaris, eorumque aciem vnam trangit. ib. imperij adminiſtrationem adipiſcitur donec Ioannes imperij hæres ad maturam ætatem perueniat, 1259. n. 55. dein dolo imperium arripit. n. 57. diademate cingitur ab Arſenio patriarcha, ac ſacramento ſpondet a ſe imperium Ioanni hæredi reſtitutum iri. ib. victoriam refert de Michaele Angelo Epiri deſpota & Guillelmo Achaiæ & Peloponeſi principe. 1260. n. 51. aſpirat ad occupandum Conſtantinopolim. ib. Alexij ſtrategopuli operæ Conſtantinopolim proditione capit. A. 1261. n. 26. Ioannem Laſcharim heredem imperij orbat oculis. nu. 31. anathemate percuſſus ab Arſenio pellit illum patriarchatu. n. 33. Galatam ſiue Peram Genuenſibus & alijs Latinis inhabitandam tradit. 1261. n. 35. eccleſiæ Romanæ gratiam exambit. 1263. n. 22. Vrbani IV. ad eum literæ. n. 23. vt Latinos atroci bello in Græcia ſit inſectatus. n. 24. data illi ab Vrbano promiſſa, ſi Romanæ eccleſiæ Græcos coniunxerit. n. 14. miſſi ad eum apocriſiarij. n. 37. ad delendas Latinorum reliquias e Græcia anhelat. 1264. n. 56. Genuenſes ab eius fœdere abducti. nu. 57. oratorem mittit ad Vrbanum pro redintegranda eccleſiarum coniunctione. nu. 58. profitetur ſanctos patres Latinos & Græcos inter ſe conſentire. n. 59. a Conſtantino Rege Bulgariæ in graue diſcrimen coniectus. nu. 65. ſignificat Clementi ſe compati Armenijs vaſtatis a Saracenis. 1267. nu. 67. ſolicitatur ad arma in Saracenos ſumenda. ib. euentu dubio bellum gerit cum Carolo I. 1269. nu. 4. Græcorum cum Romana eccleſia controuerſias S. Ludouici arbitrio permittit. 1270. nu. 1. oratores ad ſanctum Regem mittit in in caſtris Tuneranis, vt Græcos conciliet Eccleſiæ, & Carolum fratrem a bello inferendo auertat. n. 10. extincto S. Ludouico res diſturbata. ib. queritur comiter de Gregorio X. quod e Syria Conſtantinopolim non diuerterit. 1271. n. 20. inuitatur ad coniunctionem perficiendam a Gregorio. 1272. nu. 25. demiſſæ illius ad Gregorium literæ, quibus eccleſiæ Romanæ conciliari poſcit. 1273. n. 44. oratores mittit ad Lugdunenſe II. concilium. 1274. n. 13. fidem Romanæ eccleſiæ circa proceſſionem Spiritus ſancti, & Sacramentum in azymo, & primatum Pontificis profitetur. n. 14. coacta Conſtantinopoli ſynodo paſſus eſt pertinaciſſimos & impudentes aduerſarios. nu. 15. Ioſephum ſchiſmaticum ſede patriarchali pellit. n. 17. aggregatur Romanæ eccleſiæ. n. 18. confirmat literis coniunctionem Græcorum cum Romana eccleſia Lugduni perfectam. 1277. nu. 21. Nicephorus Ducas, & Ioannes de Patra in eum rebellant ob ſecutum dogma orthodoxum. n. 40. eius literæ ad Nicolaum III. perlatæ. 1278 n. 1. ſolicitatur a Nicolao ad perficienda cœpta. n. 4. de perduellibus, qui ab eo defecerant odio religionis catholicæ ſuſceptæ victoriam refert. nu. 13. ad Nicolai poſtulata, vt vox, *Filioque*, in ſymbolo adijciatur, non reſponder. 1280. n. 19. ab eccleſia Romana deficit. 1281. n. 25. percellitur anathemate a Martino IV. ib. incitatus eſt ad ſcelus a Ioanne de Procida Siculæ rebellionis auctore. n. 27. tremore cordis moritur. 1283. n. 71. vaticinio illuſus graue ſacinus admiſiſſe fatetur. ib. odio initi cum eccleſia Latina fœderis & fidei catholicæ, quam ante mortem ſit profeſſus caret ſepultura. n. 73.

Michael Angelus Epiri deſpota. de conciliando Pontifici Manfredo agit. 1260. n. 1. Manfredi culpa diſſoluta pacis actio. ib. a Michaelis Palæologi duce Alexio vincitur. n. 51.

Michael Caſenas ordinis Minorum miniſter & hæreſiarcha. in Perufinis comitijs, dum molitur quæſtionem de fide apud ſedem Apoſtolicam agitatam dirimere, hæreſim promulgat. A. 1322. nu. 54. lata a Pontifice contraria ſententia, eam non admittit, atque in hæreſi obfirmatur. n. 62. 63. a Pontifice deficit ad eius hoſtem Ludouicum Bauarum. 1328. n. 60. Ludouicum exaſperat in Pontificem. ib. quæ fuerint eius apoſtaſiæ exordia. ib. in Minoritas pios tyrannidem exercuit. ib. magiſtratu ſummo ordinis priuatur, ib. Gerardus illi ſubrogatus. ib. gloriatus eſt reſtitiſſe in faciem Pontifici. ib. arguitur quod ſe ſubmiſerit antipapæ. ib. damnatur a Pontifice decretoria ſententia. 1329. nu. 69. libello edito contendit Pontificem in faciendis ſine concilio fidei decretis errare poſſe. 1331. nu. 8. refellitur. ib. damnatur a Minoritis in publicis comitijs. n. 15. morte imminente reſipiſcit. 1344. n. 14.

Michael Zilagius. bellum mouet Ladislao Regi, illiq; Tranſiluaniam eripit. 1458. num. 1.

Michael Seruetus. Trinitatis hoſtis. 1531. n. 79. comburitur. ib.

Mieczislaus dux Poloniæ. diuina vltione ob ſæuitiam in pauperes a muribus corroſus. 1237. n. 61.

Militia Ieſu Chriſti. inſtituta in Italia ad comprimendos hæreticos. 1233. n. 39.

Militia Ieſu Chriſti equeſter ordo. inſtitutus in Luſitania. 1319. n. 29. Templariorum in Luſitania bona illi addicta. ib.

Militius internuncius apoſtolicus. blanditijs Lutherum hæreſiarcham ſtulte demulcendum putat. 1519. n. 35. prodit rem catholicam. n. 36. ſuadet male duci Saxoniæ, ne Vvittemberga Lutherum ejiciat. ib.

Minerba hæreticorum arx. expugnata a Monfortio. 1210. n. 12. miracula in eius obſidione viſa. ib.

Minimorum religio. confirmata a Sixto IV. 1274. n. 26. ab Alexandro VI. 1493. n. 35.

Minoritæ. miſſi ab Apoſtolica ſede ad conuertendos Tartaros. 1245. num. 15. & 1278. num. 10. inter Cumanos & Scythas Chriſti religio diffuſa a Minoritis. num. 22. illatum Sinis & Tartaris euangelium a Minoritis. 1305. n. 19. propagatum in India orientali. 1319. n. 31. 32. illatum Mexicanis. 1523. num. 137. Martyres Minoritæ. V. *Martyres*.

Minorum fratrum familia ſtrictioris obſeruantiæ. confirmatur a Clemente VII. 1532. n. 97.

Miramomalinus Rex Marrochitanus. Hiſpanias armatis inundat. 1212. nu. 18. deletus maxima clade. n. 22. & ſeqq. gloriabatur ſe baſilicam S. Petri verſurum in ſtabulum. n. 33.

Miracula. plura a Fulcone pio ſacerdote edita. 1198. n. 38. in Euchariſtia conſpecta. n. 39. mortuus reuiuiſcens multa futura prædixit. ib. die S. Mauro ſacro hoſtes montis Caſini obſidione diuinitus depulſi. 1199. n. 1. &c. S. Homobonus

rius miraculis claret.n.20.plura miracula ad ſepulchrum Petri Parentij ab hæreticis occiſi edita.A.1199.n.26.&c.S.Hugonis Lincolnienſis epiſcopi corpus poſt mortem lacte candidius, & vitro pellucidius apparet. 1200.n.20. miracula ad ſepulchrum S.Cunegundis edita. nu.45. miracula viſa in Euchariſtia.n.50.V.*Euchariſtia*. S. Lambertus Leodienſes in prælio aduerſus ducem Brabantiæ progegit. 1213.n.15. viſus præire exercitui, & hoſtes frangere. ib. edita a S.Laurentio archiepiſcopo Dublinenſi. 1225. n.40. a S.Guillelmo archiepiſcopo Eboracenſi. 1226. n.49. a S.Engelberto. n.52. & a S.Franciſco, a quo hæreticus reſipiſcens liberatus diuinitus e carcere. 1228. n.33. ingentia edita ab eodem S. Franciſco poſt mortem. 1230. n.22. a S. Elizabeth patrata. 1232. nu.9. a S.Dominico poſt mortem.1233. n.39. a Benenenuto Minorita. 1236. n.28. inſtitura de ijs iudiciaria actio. ib. B.Iordani corpus columna ignea colluſtratum. n. 30. proiectum ad littus ſuauem odorem efflat. ib. edita a Deo dum S. Raymundus Nonnatus in carcere a Saracenis teneretur. 1237. num.91. patrata precibus S.Edmundi Cantuarienſis archiepiſcopi. 1246. n.49. Vvratislauia diuino miraculo Tartarorum obſidione liberata. 1241. n.5. hæreticorum magna multitudo ad fidem catholicam ob miracula edita a S.Petro Martyre conuerſa. 1253. n.11. Andreas dux a morte reuocatus ad vitam. 1290. n.40. iterum e vita abire iuſſus. ib. edita in translatione reliquiarum S. Ludouici epiſcopi Toloſani. 1319. n.30. Iacobus Minorita iuſſus fidem in rogo comprobare a Mahometanis, in quo illæſus fidem prædicat. ib. S. Thomas Hereſordenſis epiſcopus multa miracula patrat. 1320. n. 43. minoritæ duo ab hæreticis trucidati miraculis coruſcant. 1321. n.17. Raynaldi Rauennatis archiepiſcopi corpus corruptionis expers ſeruatum. n.47. plura eius ſuffragijs edita miracula. ib. ducenti Chriſtiani Armenij octodecim millia Saracenorum equitum inuocato Chriſto fundunt, & ſex millia ex ijs cædunt. 1322. n.35. S. Thomas Aquinas claret miraculis. 1323. n.64.65. de miraculis B.Guillelmi archiepiſcopi Bituricenſis inſtitura actio iudiciaria. n.67. plura miracula ad reliquias S. Eleazari oſtenſa. n.69.&c. Gregorius X. miraculis claret. 1326. n.31. ex Euchariſtia in Vvandalia a Iudæis confoſſa manat cruor, audituſque in ea pueri vagitus. 1330. n.53.54. miracula multa ab Euchariſtia,quam indigne Iudæi tractarant, edita. ib. ducenta Maurorum millia diuinitus cæſa in Hiſpania deſideratis tantum viginti Chriſtianis. 1340. n. 51. S. Gertrudi impreſſa diuinitus ſtigmata. n.79.Miracula ſtupenda facta dum expeditio in Turcas promulgatur. 1345. n.3. &c. Euchariſtia in medijs ignibus illæſa. n.32. B.Venturinus Bergomas inter alia mortuum ſuſcitauit teſte Humberto Delphino Viennenſi. 1346. n.71. Euchariſtia in paludem proiecta cœleſti luce fulget. A.1347.n.31. B.Yuo ob ingentia miracula in ſanctorum numerum refertur. num. 32. Polonus, qui blaſphema voce perſtrinxerat S. Antonium, paralyſi percuſſus, eiuſdem ope implorata ſanatur. 1350. n.13. B. Bertrandus patriarcha poſt mortem miraculis fulſit. 1350. n.19.20. B.Conradus Placentinus eremita miraculis coruſcat, eiuſque corpus ſuauiſſimum odorem efflat. 1351. n.40. Ioannes Birellius ſummus Carthuſianorum præfectus,claret miraculis. 1352. n. 26. oleum e S. Vvalpurgis oſſibus manat diuinitus. 1359. n.11.&c. procellæ maris compoſitæ a B.Petro Thoma proiecta cruce. 1361. n.9. miraculis emicat B. Delphinus. 1363. n.26. B.Thomaſuccius ardentes prunas in veſte ſine noxa geſtat. 1375. n.18. B.Ioannes Brylingtonienſis in vita,& poſt mortem claret miraculis. 1379.n.55. miraculum ſtellæ in translatione reliquiarum S. Dominici. 1383. n. 10.Euchariſtia in flammis cruentatur,& miraculis coruſcat. 1384. n.13. ſacrilegus miraculo conuerſus. n.14. miracula Borburgi edita. 1383. n.11. miles imagine Virginis violata repentina paralyſi percuſſus, ac petita venia repente ſanatus. 1405. n. 24. S.Vincentium Ferrerium vno linguæ genere loquentem lingua diſſoni intellexere.1414.nu.20.martyris gloria diuino prodigio oſtenſa. 1425. n.20. puer extinctus Virginis ope ad vitam reuocatus. n.24. alius vt baptiſmo luſtraretur vitæ reſtituendus. 1428.n.11. miracula edita precibus S. Nicolai Tolentini. 1447. num. 8. & in ſyndone ſacra. 1453. num. 17. incorruptum diuino miraculo corpus B. Laurentij Iuſtiniani. 1455. n.44. manifeſto miraculo Mahometes ad Belgradum a pancis Chriſtianis profligatus. 1456. n.26. duo mortui precibus B. Ioannis Capiſtranenſis ad vitam reuocati. n.64. Spina dominicæ coronæ flores producit. 1457. n.89. puer occiſus ſepultuſque vitæ reſtituitur. 1476. n.18. ob inſignia miracula quinque Minoritæ martyrio affecti Marrochij in ſanctorum martyrum ordine repoſiti. 1481. num.42. ingentia, ac varia edita a B. Leopoldo. 1485. n.45. & a B. Catharina Sueca. n.61. clerus B. Barbaræ truncari capite Cracouiæ non potuit. 1486. n. 59. & 1492. n.9. Marſilius Ficinus poſt mortem apparet, & dicta antea de immortalitate animæ confirmat. 1409. n.31. Lucia virgo Chriſti ſtigmatibus Ferrariæ inſignita. 1500. n.58. Margareta virgo cum cœca eſſet miraculis clara. 1505. n.46. S.Benno miraculis clarus. 1506.n.43. & 1523. n.89. & 93. oſtenſa ad ſacram Chriſti ſyndonem. 1505. n.44. S. Franciſcus de Paula miraculis celeberrimus. 1507. n. 25. & 1519. n.76. Hieronymus Æmilianus a B.Virgine e terro carcere liberatus. 1511. n. 54. Mutina S. Geminiani ope liberata. n. 65. miracula ad conuertendos Americanos acta. 1511. n.71. purus cruor manat e corpore S. Lamberti abſciſſis ab Hadriano nonnullis reliquijs. A.1522.num.5. miracula facta a S. Antonino archiepiſcopo Florentino. n.95. miracula diuinæ iuſtitiæ edita in blaſphemis, in ſacrilegis, in Iconoclaſtis, V. *Blaſphemi, Sacrilegi, Iconoclaſtæ, Iuſtitia diuina, & Vltio diuina*.

Miſſa. bis in die ab eodem ſine neceſſitate non celebranda. 1220. n.16. reſponderur quæſtioni de verbis Domini in tranſubſtantiatione. 1202. n.24. ſingularis Henrici Regis Angli in audiendo miſſæ ſacrificio pietas. 1272. n.61. argutum ea de re illius reſponſum ad S. Ludouicum. ibid. Chriſtus inter diuina ſe obijcit B. Laurentio Iuſtiniano. 1399. n. 22. cur in ſacrificio aqua miſcenda ſit vino. 1439. n.15. eccleſia Romana cur conficiat in azymo, & Græca in fermentato. 1440. n. 18. profitetur dæmon apparens Regi Mexicano, ſe pati non poſſe miſſam, nec baptiſmum. 1520. n.96. contra miſſam diſputat dæmon cum Luthero. 1521. n.45.& 1533. n. 43. doctrinæ contra miſſæ ſacrificium auctor dæmon extitit teſte ipſo Luthero. ib. & n.44. argumenta dæmonis contra miſſam a doctoribus catholicis confutata.ib.& n.48.

Miſſio. hæretici miſſionem inuiſibilem prætexunt. 1199. n.27. vrgentur, vt viſibilibus miraculis eam probent.ib.

Modeſtus. Ferdinandus Henrici II.frater delectus Rex a Caſtellanis regnum reſpuit, ac nepotem corona cingendam curat. 1406.n.17.

Moguntini conuentus, in ijs Germani neutrales ſe profeſſi.1440.n.10.

Moles Hadriana. V. *Arx Hadriana*.

Moluca inſula. inuente a Luſitanis. 1512. n.109.

Monachi. ex mutuo liuore, & diſſidio, horrendum in Eccleſia diſſidium excidiumque religionis inuexerunt.1517.n.64.

Monarchia eccleſiaſtica.eam Baſileenſes euertere niſi, vt in ariſtocratiam conuerterent.1441.n.10.

monaſterium. peſtis Anabaptiſtica, Lutherana, ac Zuingliana vrbem florentiſſimam inuadit perditque.1532.n.91.

Moniales. in tuenda virginitate conſtantiſſimæ, cum monachi, & ſacerdotes voluptatum cauſa in hæreſim ruerent. 1525.n.29.

Monobaſſia vetus Sparta. ſe Pio II. dedit auxilia flagitans contra Mahometem II. 1460.n.56.

Mons Flaſconis. recuperatur ab Innocentio III.1198.n.26.

Monſpeſſulanus. venditus a Baleari Philippo Regi Galliæ.1345.n.13.

Monſregalis de Albarno eques Rhodius.excitis ad ſe latronum turmis tyrannidem in Italia exercet. 1353. n.8. a Nicolao Laurentij Vrbis ſenatore capitali ſupplicio afficitur.n.4.

Mors ſanctorum. non lugenda. 1305. n.15. S. Hugo moriturus ait: *Male nobiſcum ageretur ſi nunquam mori deberemus*. 1200. n. 14. in cinere animam efflat. n.19. pia mors S. Raymundi Placentini. 1200. n.51. B.Vvillelmus Roſchildenſis abbas in cinere, & cilicio moritur.1202. n.29.pia mors Fulconis presbyteri.n.30.

S. Stephani episcopi Diensis. A. 1213. n. 71 pius S. Dominici obitus. 1221. n. 52. mors felix S. Francisci. 1226. n. 50. S. Antonij de Padua. 1231. n. 33. S. Elizabeth Regis Hungariæ filiæ. 1234. nu. 34. 35. & 36. Richardi episcopi Dunelmensis. 1237. n. 58. S. Raymundi Nonnati Card. S. Eustachij. 1240. n. 62. S. Vvillelmi episcopi Briocensis. 1243. n. 88. sanctæ Lutgardis. 1246. n. 50. Guillelmi Sabinensis episcopi pia mors. 1251. nu. 13. vt illi diuinitus ostensa fuerit. ib. Blanchæ Reginæ matris S. Ludouici. 1252. n. 29. S. Clarę. 1253. n. 14. & 1255. n. 20. B. Philippi Seruitæ. 1285. n. 82. B. Ambrosij Sansedonij ordinis Prædicatorum. 1286. n. 38. B. Kingæ siue Chunegundis virginis olim coniugis Boleslai Pudicis ducis Cracouiensis. 1292. n. 22. B. Alberti Carmelitæ. ibid. n. 23. S. Nicolai Tolentini. 1306. n. 19. S. Eleazari comitis. 1323. n. 68. S. Elizabeth Reginæ Lusitaniæ. 1336. n. 70. Nankeri episcopi Vvratislauiensis. 1341. n. 43. Vrbani Papæ V. 1370. n. 23. S. Birgittæ. 1273. n. 25. S. Andreæ Corsini. ibid. n. 27. S. Catharinæ Senensis. 1380. n. 24. S. Catharinæ Suecæ. 1381. n. 45. Gerardi Magni conditoris congregationis vitæ communis. 1384. n. 6. filij S. Franciscæ Romanæ. 1411. n. 10. S. Vincentij Ferrarij. 1419. n. 11. aliorum. 1427. n. 4. B. Liduinæ. 1433. n. 31. S. Franciscæ. 1440. n. 15. B. Laurentij Iustiniani. 1455. n. 43. B. Ioannis Capistranensis. 1456. nu. 54. Dominici de Capranica Cardinalis. n. 4. S. Antonini. 1459. n. 33. B. Didaci. 1463. n. 107. Alexandri Oliuæ Card. de Saxoferrato. 1463. n. 100. S. Casimiri. 1484. num. 77. S. Francisci de Paula. 1507. n. 25.

Mortui. septem a morte ad vitam excitati, quorum vnus triduanus fuit. 1225. n. 40. vnus ad vitam a S. Stanislao reuocatus. 1253. n. 18. quadraginta a S. Raymundo Peniafortio. 1275. n. 13.

Moscouita. B. Virginis opera Liuonia depulsi. 1381. n. 50. inuasi a Tartaris Deiparæ ope eos fundunt. 1395. n. vlt. Romanæ ecclesiæ aggregati. 1472. n. 42. ad centum millia cæsi a crucigeris vno tantum catholico cæso. 1500. n. 19. diuinitus fusi a Lituanis. 1519. n. 59. de instaurando fœdere cum Romana ecclesia agunt. n. 60. Moscouitarum ritus, qui sint, quiue errores, 1525. n. 68.

Moyses Antiochenus archidiaconus. pro tribus patriarchis legationem functus obedientiam Pio II. defert. 1460. n. 55.

Muleasses Rex Tunetanus. pulsus regno ab Hariadeno Barbarossa fratris Rosceti reducendi specie. 1534. n. 60. 61.

Mundi contemptus. insignis in Iantgranio Thuringiæ. 1239. n. 65. in Ioanne Brenensi Imperatore Constantinopolitano. 1239. n. 80. in Adolpho Holsatiæ comite. 1244. n. 54. eximia a Clemente IV. data mundi contemptus exempla. 1265. n. 10. & a S. Cœlestino Papa. 1294. n. 21. a S. Ludouico Tolosano præferente Franciscanam paupertatem cuobus regnis, & multis alijs principatibus. 1296. n. 16. a Benedicto XI. 1304. n. 35. a Ioanne Rege Armeniæ. A. 1306. n. 13. a Carolo principe Alenconij Gallia stirpe regia. fati. 1359. nu. 1. & a Petro Ripacurtiæ principe. ib. ab Haquino trium regnorum hærede. 1415. n. 57. ab Ardicino Cardinale. 1492. n. 32. ab Hadriano VI. 1523. n. 114.

Manera. munerum ad Regem Angliæ ab Innocentio III. missorum mystica interpretatio. 1198. n. 52.

Murcia. eius arx ab Alfonso Ferdinandi filio militari præsidio munita. 1240. n. 23. a Iacobo Rege Aragonum deditione occupata. 1266. n. 25. ex pacto Regi Castellæ summa fide restituta. ib.

Mursiphilus Ducas tyrannus. Alexium iuniorem Imperatorem prodit, patefacto Alexij consilio de Latinis in palatium imperiale inducendis. 1204. n. 3. conijcit in vincula Alexium. ib. Latinos promissis lenire frustra enititur. ib. eum laqueo suffocat, & claua perfringit latera. ib. fingit casu cecidisse ex alto. ib. arrepta tyrannide profitetur malle euerti Græciam, quam subdi Romano Pontifici. n. 9. expugnata Constantinopoli fugit. n. 13. capitur ab Alexio seniore orbaturque oculis. n. 14. abductus Constantinopolim ex altissima columna præcipitatur. n. 14.

Mustapha Turcarum Imperator in Europa. Græci eum tuentur contra Amuratem. 1420. n. 27. in Asiam irrumpit, atque ab Amurate nepote interimitur. 1422. n. 1.

Mutina. diuinitus liberata. 1511. n. 65. Atestino a Carolo V. adiudicatur. 1530. n. 56. eam sententiam, vt iniquam aspernatur Clemens VII. ib.

N

Nanceium. recuperatum a Renato duce. 1476. n. 11. obsessum a Carolo Burgundo. ib. liberatum a Renato iuniore. 1477. n. 3.

Narbona. a Simone Monfortio exceptis Aragonijs deficit. 1213. n. 64.

S. Narcissus. sepulchro eius spoliato donarijs, epidemia Gallicum exercitum vexasse fertur. 1285. n. 26.

Nascarini. fidem Christianam amplexi. 1330. n. 55.

Navarra. diuisa a regno Galliæ post Caroli IV. mortem. 1328. n. 69. vt a Gallica stirpe ad Aragoniam traducta sit. 1425. n. 5. ad Gallicam reuocata. 1472. n. 25. ab Hispanis occupata. 1512. n. 72.

Naufragi. B. Virginis opera diuinitus liberati. 1225. n. 37.

Nauplium. ereptum Venetis a Baiazetha. 1499. n. 12.

Nazarethana edicula siue *domus Deiparæ*, translata diuinitus e Syria in Dalmatiam. 1291. n. 68. pluribus miraculis illi miraculo fides conciliata. n. 70. missi exploratores in Syriam visa congruere veritati referunt. n. 71. e Dalmatia in Picenum eadem diuinitus translata. ib.

V. *Lauretana domus.*

Neapoleo Vrsinus. creatus Card. a Nicolao IV. A. 1288. n. 1.

Neapolis Samaria. capta a Bendocdare. 1265. n. 41.

Neapolis, & Neapolitana. a Ladislao Rege recuperata. 1400. n. 11 illius regni iura ad Eugenium IV. deuoluta fuere. 1435. n. 12. Neapolitani extincta Ioanna II. in factiones diuisi, pars Renatū pars Alfonsum Regem optant. 1435. n. 12. vetiti ab Eugenio parere Alfonso. n. 15. post Alfonsi Regis mortem Neapolitanum regnum ad ius Romanæ ecclesiæ redijt. 1458. n. 31. plures sibi idem regnum debitum contendunt. ib. Neapolis a Gallis obsessa. 1528. n. 5.

Negropontus, siue *Chalcis.* capta impetu a Mahomete II. 1470. n. 12. & seqq.

Nepotes Pontificum, & aliorum ecclesiasticorum. nepotibus suis solita familiarium stipendia tantum contulit Eugenius IV. 1447. n. 13. V. *Clem. IV. & Adrianus VI.*

Nestoriani. eorum patriarcha damnato Nestorij errore se Romanæ ecclesiæ coniungit. 1247. n. 36.

Neutralium schisma. in Francofurtensi conuentu abolitum. 1445. n. 4.

Nicephorus Blemmyda abbas. illius constantia in pellenda ex ecclesia pellice Imperatoris. 1255. nu. 76. laudatus a Ioanne Duca Imperatore. ib. pro fide catholica scripsit ad Græcos. ib. oblatum a Theodoro Imperatore patriarchatum respuit. 1256. n. 56.

Nicolaus Canabus. a plebe Constantinopolitana aduersus Latinos eligitur Imperator. 1204. n. 3. mox capitur a Mursiphilo Duca. ib.

Nicolaus Tusculanus episcopus. de tuendis Ecclesiæ iuribus pacisci tur cum Friderico II. 1220. n. 19.

Nicolaus patriarcha Alexandrinus. illius literæ ad Honorium III. vt Ægyptum liberet. 1223. n. 10. exponit ab efferatis Saracenis centum quindecim ecclesias euersas. ib.

Nicolaus Canuti Regis Danię filius. miraculis claresci t. 1254. n. 30. de ijs iudiciaria actio instituta. ib.

Nicolaus III. creatur Pontifex. 1277. n. 53. S. Francisci de eo vaticinium. ib. componendis rebus Italiæ dat operam. n. 54. pro concilianda pace inter Galliæ, & Castellæ Reges legatum mittit. n. 55. Cardinales nouos creat. n. 58. Ioannis Vecci patriarchæ Græcorum ad eum literæ. n. 61. Michaelis Palæologi literas de coniunctione Græcorum cum Latinis excipit. 1278. n. 1. illum ad cœpta perficienda solicitat. n. 4. iubet a patriarcha, & præsulibus fidei orthodoxæ professionem fieri coram internuntijs apostolicis. n. 5. & a Græcis vocem, *Filioque*, addi in symbolo, eamque additionem decantare. n. 7. de ritibus iubet seruari omnes, qui fidei puritati non aduersentur. ib. monet præsules, vt censuris, quas ob schisma contraxerant, absolui & in dignitatibus confirmari postulent. ib. Carolum Philippumque generum cum Michaele Palæologo conciliare nititur. n. 15. & 16. Abaghæ Tartari Persidi

ſidi imperantis oratores excipit. n. 17. eiuſdem ad Abagham literæ. n. 18. de Xoblei ſiue Cobilæ Imperatoris ad Chriſti fidem conuerſione lætatur. ib. Abagham ad Chriſti cultum allicere tentat. n. 19. de obiaris contra Saracenos Tartaricis armis gratias agit. n. 19. dat imperia Philippo in Hungaria legato vt in Tartariæ limite epiſcopatum inſtituat. n. 22. concordiæ inter Galliæ & Caſtellæ Reges reſtituendæ dat operam. n. 24. arguit Caſtellanum de oppreſſa Compoſtellana eccleſia. n. 25. de parta in Auſtria victoria gratulatur Rodulpho Cæſari. n. 44. petente eo confirmantur a Rodulpho iura Romanæ eccleſiæ. n. 47. queritur vſurpata iura Eccleſiæ ab imperatorij ſcrinij præfecto, reſcindique eius geſta a Rodulpho iubet. nu. 51. ſacramentum fidei a Carolo Rege Siciliæ excipit. n. 66. præcipit Carolo vt cedat Etruriæ dominatu, aliter enim fœdus cũ Rudolpho obtineri non poſſe. n. 67. & ſenatoria dignitate. n. 69. parentem iuſſis commẽdat de modeſtia ac fide. ibid. ſancit ne ſenatoria dignitas poſthac vlli Regi extero conferatur. ib. Ladislaum Hungariæ Regem ad comprimendos Cumanos infideles ſolicitat. A. 1279. n. 36. ſanctionem edit ne eccleſiæ diu ſuis paſtoribus orbatæ ſint. n. 46. Boamũdum comitem Tripolitanum admonet, ne principatu ad ſcelera abutatur. n. 50. pacem inter Rudolphum Cæſarem & Carolum Siciliæ Regem conficit. 1280. n. 1. pro expiandis ſceleribus præteritis imperat Ladislao vt xenodochium pauperibus conſtruat. n. 8. ad leges ferendas in hæreticos adducit. n. 9. repente apoplexia extinguitur. n. 23. tempus illius pontificatus. n. 24. palatium S. Petri extruxit. n. 25. baſilicam Lateranenſem ornauit. ib. inter ſacra ex pietatis ſenſu fundebat lachrymas. ib. ex nimio in ſuos amore duos nepotes Etruriæ Inſubriæque Reges creare voluiſſe creditus. n. 28.

Nicolaus IV. creatur Pontifex. 1288. n. 1. eius primitiæ. ib. & n. 2. & ſeqq. qua arte ſit vſus contra poſtus ſeuitiam. ib. Cardinales ab eo creati. n. 1. literis fideles de ſua creatione certiores facit. n. 6. compulſus non ſine lachrymis admiſit pontificatum. n. 7. denuntiat Iacobo Siciliæ inuaſori vt cœptis abſiſtat. n. 10. Alfonſi Regis Aragonum oratores excipit, & negat Iacobum Regem Siciliæ agnoſcere. n. 15. duriores pacis leges propoſitas pro liberando Carolo II. reſpuit, ac decumas Gallo Regi attribuit vt fratrem in regni Aragonum poſſeſſionem inducat. n. 15. Sclauonum Regem Vroſium ad coniunctionem cum Romana eccleſia ſolicitat. n. 18. præſules Aſiaticos in fide orthodoxa inſtruit. n. 33. Chriſtianæ fidei inter Tartaros promouendæ ſtudet. n. 34. Carolum II. Regem Sicula corona exornat. 1289. nu. 1. extorta ab Alfonſo Aragonio ſacramenta reſcindit. n. 12. concordiam inter Luſitaniæ Regem ac præſules redintegrat. n. 16. & ſeqq. ſacrorum vſum Luſitaniæ reſtituit. n. 38. ſanctionem Gregorianam de includendis conclaui Cardinalibus reſcindit. A. 1289. nu. 49. dimidiam pontificiorum vectigalium partem ad Cardinalium ſenatum deriuat. nu. 50. Iacobitas, Neſtorianos, Æthiopes, Perſas, Tartaros ad profitendam fidem orthodoxam inuitat. n. 55. Ioannem de Monte Coruino & alios Minoritas ad inſtruendos Tartaros mittit. 1289. n. 62. Syri in extremo diſcrimine conſtituti eius implorant auxilium. 1289. n. 69. fideles excitat pro ferenda Ptolemaidi ope. 1290. n. 2. negat Alfonſium Aragonium in gratiam admittere, ni Iacobus Balearis in regnum reſtituatur. n. 20. ſero comparat auxilia pro ſeruandis Syriæ reliquijs. 1291. n. 6. amiſſa Syria inanes planctus fundit. n. 19. fruſtra principes ad amiſſa recuperanda ſolicitat. n. 9. indicit prouincialia concilia. n. 29. fruſtra agitat de Templarijs & Hoſpitalarijs in eundem ordinem redigendis. ib. orientales Reges, nec non Tartaros contra Saracenos concitare nititur. n. 32. Georgium Bulgarorum Imperatorem ad coniunctionem cum Romana eccleſia ſolicitat. n. 38. Stephanum Regem Seruiæ in Apoſtolicam clientelam aſciſcit. n. 43. Rudolpho Cæſari Albertoque filio duci Auſtriæ affectantibus Hungariam denuntiat eam eſſe vectigalem Eccleſiæ, ac ſi eam inuadant cenſuris perculſum iri. n. 47. in gratiam admittit Alfonſum Regem Aragonum & quibus legibus. nu. 51. eo extincto præcipit Aragonijs ne illum Regem agnoſcant, ni rite cenſuris prius abſolutus ſit. n. 55. ſpreta ab ijs Nicolai imperia. ib. cum Eduardo Rege Angliæ pro recuperanda amiſſa Syria agitat varias pactiones. 1292. n. 6. moritur. n. 17. ſanctitate & Chriſtiana demiſſione excelluit. n. 17. Fraticellos compeſcuit. 1294. n. 26. Fraticelli finxere ab eo & alijs Pontificibus ereptam auctoritatem a Deo. ib.

Nicolaus V. prædictus illi pontificatus ab Eugenio IV. 1447. n. 13. ex Cardinale tit. S. Suſannæ creatus Pontifex. n. 15. oſtenſum fuerat eius matri in pueritia futurum Pontificem. ib. eius patria & primitiæ. n. 16. Iudæos tolerandos decernit, & cur. n. 21. pacem Italicam promouet. n. 25. Baſileenſes clerum populumq; veniam poſcentes abſoluit a ſchiſmate. 1448. n. 1. antipapa damnato ſchiſmate obedientiam illi defert. 1449. n. 1. fictione iuris a ſchiſmaticis Pontifex deligitur ad amputandas ſchiſmatis fibras. n. 5. illius in antipapam & anticardinales clementia. ib. & n. 7. reſtituitur ſanitati, ac tẽpus mortis illi prædictum cæleſti viſo. 1449. nu. 12. indicit Iubileum annum. n. 15. illum celebrat. 1450. n. 1. &c. B. Bernardinũ in ſanctorum confeſſorum numerum refert. n. 2. & ſeq. B. Ioannem Capiſtranenſem in Germaniam legat. 1450. n. 5. Gradenſem patriarchatum Venetias transfert. 19. præmonet Conſtantinum vltimum Imperatorem Græcorum diuinæ impendentis iræ, ni ſchiſma a Græcis damnandum curet. 1451. n. 1. prædicit labente triennio excindendum Conſtantinopolitanum imperium. n. 3. bellum inter Gallos Angloſque ſedare nititur. A. 1451. n. 7. confert Friderico Longobardici regni inſignia. 1452. n. 2. & 3. dein imperatorium diadema, ib. ſtratoris munus illi exhibet Imperator. n. 3. demiſſa illi obſequia Ladislaus Hungariæ Rex exhibet, Regemque Regum vocat. n. 5. regna ſua illius clientelæ commendat. ib. Iſidorum Cardinalem ad Græcos a ſchiſmate abducendos legat. 1453. num. 2. tardius claſſem auxiliarem ſubmittit. ib. captæ Conſtantinopolis fama territus Chriſtianos ad eam recuperandam ſolicitat. n. 9. coniuratos opprimit. n. 24. Nicolaum de Cuſa Cardinalem mittit pro bello inter Cruciferos & Polonos ſedando. 1454. n. 11. Luſitano Regi reliquam Africam a promontorijs Boradoc & Non confert. 1455. n. 7. ex doloribus arthriticis moritur. 1455. n. 10. ſacramentis rite munitur. n. 12. qui Cardinales ab eo creati. n. 14. literariæ rei gloria floruit. n. 15. pia eius molimina aduerſus Turcas. ib.

Nicolaus Cardinalis epiſcopus Oſtienſis ordinis Prædicatorum patria Prateuſis. a Benedicto XI. creatur pacifer in Etruria. 1304. n. 1. Albos & Gibellinos exules Florentiæ reſtituere annititur. nu. 3. mota in eum ſeditio. ibid. poſt Benedicti mortem inſano politico dolo pontificatum transfert ad Gallos. 1305. n. 1. & ſeqq. obſtat ne imperium ad eos transferatur. 1308. n. 19.

S. Nicolaus Tolentinas. in pueritia Chriſtum in Euchariſtia vidit. 1306. n. 19. Auguſtiniana inſtituta amplexus ſanctiſſime vixit. ib. in morte concentus angelicos audijt. ib. miraculis poſt mortem effulſit. ib. ſanctis ab Eugenio IV. annumeratur. 1447. n. 8.

Nicolaus tit. S. Euſebij presbyter Cardinalis legatus. tres Reges crucis ſymbolo inſignit. 1313. n. 1.

Nicolaus Laurentius. tyrannidem in Vrbe abſentibus Pontificibus inuadit. 1347. n. 13. Clementi VI. diem dicit vt ſedem Vrbi reſtituat. ib. Carolum Bœmum & Ludouicum Bauarum citat vt electionis iura oſtendant. ib. ſeptem coronas tanquam theatrali ioco ſibi conferri iubet. ib. Caietani eius ſe illi ſuaque offerunt. ib. inuadit ditionem pontificiam. ib. nonnullis Italiæ vrbibus eligendi Cæſaris ius confert. n. 17. exambit cæſareum apicem. ib. de pontificatu ſummo male ſentit. ib. tribunatus officio & Vrbe pellitur. 1348. n. 13. 14. poſtulatur a legato iudicio hæreſeos. ib. diſcuſſa ſæua eius & ſectatorũ ſchiſma molientium conſilia. ib. tribunitiam tyrannidem affectat. 1350. nu. 3. in Germaniam abit. ib. conijcitur in vincula a Carolo Cæſare. ib. vinctus Auenionem perducitur. ib. ducitur in Italiam ab Ægidio Cardinale Albornotio. 1353. n. 5. creatur ab eo Vrbis ſenator. 1354. n. 3. Montrealem equitem latronum principem comprehendit in Vrbe, & capitali ſupplicio afficit. n. 4. inuadit eius opes. ib. pro firmanda potentia aduer-

aduerſus Celeſtinenſes & Sabellos vestigalibus impoſitis odia plebis contrahit. ib. ab ea confoditur, vnco trahitur, & demum in cineres redigitur. ib.
Nicolaus Spinellus Ioannæ Reginæ Siciliæ orator. ecclesiæ ſchiſmati magnam dat operam. A. 1378. n. 46.
Nicolaus Albergatus Carthuſianus poſtea Cardinalis. creatur epiſcopus Bononienſis, ac virtutibus floret. 1417. n. 12. mittitur in Galliam legatus a Martino V. 1421. n. 20. ſpernitur ab Anglo, qui paulo poſt infeliciter perit. ib. mittitur a Martino pro concilianda pace inter Mediolanenſem, & Venetos. 1426. n. 15. creatur Cardinalis tit. S. Crucis. n. 25. dignitatem inuitus admittit. ib. pacem Italicam ſancit. 1428. n. 2. legatus in Gallias mittitur ab Eugenio IV. 1431. n. 14. inducias inter Burgundum, & Carolum Regem ſancit. ib. Burgundum edito miraculo ad pacem cum Gallo faciendam adigit. 1435. n. 5. Eugenium adducit, vt proditori ſuo ignoſcat. n. 10. præſidet Ferrarienſi concilio. 1438. n. 1. mittitur ab Eugenio ad Nurembergenſes conuentus. 1438. n. 23. & 1439. n. 38. eius pius obitus. 1443. n. 24.
Nicolaus Seruarius pſeudoauguſtinianus nouator. plures illius errores damnati. 1420. n. 17.
Nicolaus Fortebrachius. rebellat Eugenio. 1433. n. 25. oſtenſum diuinitus id dæmonis inſtinctu ipſum egiſſe. ib. Romanos concitat in Eugenium IV. 1434. n. 6.
Nicolaus Piccininus. Eugenium Florentiæ intercipere meditatur. 1435. n. 10. agrum Florentinum vaſtat. 1440. n. 11. diuino miraculo profligatur die S. Petri, vt diuinitus oſtenſum fuerat. ib.
Nicolaus de Cuſa tit. S. Petri ad vincula Cardinalis. miſſus a Nicolao legatus Pruſſos in Cruciferorum fidem reuocare nititur. 1454. n. 12. a Calliſto in Britanniam miſſus pro Anglis conciliandis cum Gallis. 1455. n. 27. a Sigiſmundo Auſtriaco capitur indigne, & plura caſtra ab eo exercita. 1460. n. 53. eius cauſa a Pio defenſa. ib.
Nicolaus Canalius Veneti exercitus dux. Ænum Turcis eripit. 1469. n. 12. Euboeam imperatis, & ignauia ſua expugnari ſinit a Mahomete, 1470. n. 16. conijcitur in vincula ſuffecto illi Nicolao Mocenico. ib.
Nicolaus Helueticus eremita. annis pluribus ſola Euchariſtia vitam ſuſtentauit. 1480. n. 41.
Nicolaus dux Macedoniæ. ditionem ſuam extincto Mahomete recuperat. 1481. n. 31.
Nicolaus Pelargus Anabaptiſticæ ſectæ ſignifer. in xenodochio triſtiſſimo mortis genere extinctus. 1527. n. 80.
Nicolaus Caponius Florentinæ reipublicæ dictator. ad imminentia pericula auertenda de pace agit cum Clemente VII. 1529. n. 71. a ſeditioſis magiſtratu deturbatur ſuffecto Carduccio reipublicæ face, ac peſte. ib.
Nicopolis. ad eam Chriſtiani magna clade ſuſi a Baiazethe I. 1396. n. 18.
Nidroſienſis archiepiſcopus. de illius iuribus in creando Rege Norwegiæ. A. 1273. n. 19.
Niſon patriarcha Alexandrinus. ſe Romanæ eccleſiæ eiurato ſchiſmate conungit. 1367. n. 10.
S. Ninianus. implorata eius ope Rex Scotiæ telo, quo confixus erat, liberatur. 1346. n. 43.
Normannia. Ioanni Angliæ Regi a Philippo I. erepta, 1205. n. 58.
Norwegia. diſcordijs ſciſſa. 1211. n. 21.
Noua lex. fingunt Almarici ſectatores eam a bolitam vna cum ſacramentis. 1209. n. 28.
Nouogardia. capta a Baſilio duce Moſcouitarum. 1479. n. 30.
Nuceria. pullis cæſareis reſtitura ditioni pontificiæ ab Innocentio III. 1198. n. 16.
Nuceria Saracenorum. a Carolo tame domita, compulſique ad deditionem. 1269. n. 1. Saracen ſeruituti addicti. ib. eorum plures ad ſacra Chriſtiana perducti. ib.
Nunnius Lara Batica præfectus. a Mauris cæſus. 1275. n. 16.
Nurembergenſes conuentus. moniti ab Hadriano VI. vt pontificia edicta cæſareaque in Lutherum exequantur. 1523. n. 1. fingunt ſtulte ſe occupatos rebus grauioris momenti. n. 20. laxant impijs habenas. n. 21. fingunt Germaniam iniquis oneribus grauari, quæ prius tolli flagitant. n. 28. Lutheranorum intolerandas corruptelas ſilentio prætereunt. n. 37. ad Nurembergæ conuentus miſſus Laurentius Cardinalis Campegius. 1524. n. 1. vrget, vt pontificia, & cæſarea edicta obſeruentur contra Lutheranos, nec petitis reſpondent. ib. veterum conciliorum decreta temnunt, & concilium petunt. n. 7. quæ ſint credenda referunt ad iudicium doctorum cuiuſque prouinciæ. ib. Nurembergenſe decretum reſciſſum a Carolo V. n. 20.

O

Octauianus Cardinalis epiſcopus Oſtienſis. miſſus ab Innocentio III. pro gerenda Friderici Regis tutela, & Siculi regni adminiſtratione. 1198. n. 70. ei in Galliam venienti Rex obuius occurrit. 1200. n. 12. Reginam reduci, ac pellicem eijci iubet. n. 13. Sueſſionis Concilium celebrat. 1201. n. 30.
Octauianus S. Mariæ in via Lata diaconus Cardinalis. creatur legatus ab Alexandro IV. ad reprimendos Mantredi progreſſus. 1256. n. 1. inanibus pacis colloquijs tempus abſumit. ib. Manfredum apud Luceriam Saracenorum obſidere meditatur. ib. promis in exitium rebus pacem cum eo init ea lege, vt Conradini nomine adminiſtrationem regni gerat retenta ab Eccleſia terra Laboris. ib. ea pacis leges repulſæ ab Alexandro IV. n. 8.
Oddo Burgundiæ dux. crucem induit aduerſus Albigenſes. 1209. n. 21. flexis genibus orat Simonem Montfortium, vt terrarum hæreticarum principatum capeſſat. n. 24.
Oddo Carthuſianus. miraculis fulget. A. 1240. n. 23. morti proximus Chriſtum videt. ib. eius corpus expers corruptionis inuentum. ib.
Odetus Lantrechius. ad ferenda auxilia Clementi VII. a Gallo, & Anglo Regibus miſſus. 1527. n. 33. multas vrbes capit in Infubria. ib. nimium cunctatur, vt Clemens de ſe redimendo conſilium ſumpſerit. ib. in Neapolitanum regnum irrumpit. 1528. n. 5. pactione plures regni vrbes occupat. ib. Neapolim terra marique obſidet. ib. cæſo maritimo prælio Hugone Moncata Hiſpanos in angustias adducit. ib. Philippino Auria a Gallo ad Cæſarē deficiente, grauiora patitur. n. 10. morbo epidemico, qui ſeuiebat in caſtris, interimitur. ib. eius exercitus, cum Aueſſam tenderet, profligatus. ib.
Odo Columna Cardinalis. in pontificatu Martini V. nomen accipit. 1417. n. 1.
Oecolampadius hæreſiarcha. conuictus ab Eckio in conuentu Badenſi. 1526. n. 98. ad damnandam librorum ſuorum partem adactus. ib. fingit in Euchariſtia Chriſtum ſpiritualiter tantum manducari. n. 108. Anabaptiſtarum ſe præſentiam Eccleſiæ inſaniam redarguit. n. 118. audita Zuinglianorum cæde mœrijt. 1531. n. 29. in lecto a concubina extinctus repertus. ibid.
Oldamerus Rex Cumanorum. Hungariam ſibi ſubijcere molitur. 1282. n. 38. vincitur prælio, concitata diuinitus in eum tempeſtate. ib. cum paucis ad Tartaros confugit. ib.
Oleum e reliquijs S. Elizabeth manat. 1235. n. 25. ex oſſibus S. Valpurgis ſtillare ſolitum admiſſo in ea eccleſia ſacrilegio exareſcit. 1359. n. 14.
Olgerdus dux Lituaniæ a cruciferis maxima clade fuſus. 1346. n. 63.
Olgetucan Tartarorum Imperator. Clementem V. ſolicitat ad coniungenda contra Saracenos arma, recuperandamque Syriam. 1308. n. 31.
Oliuerius Careffa Cardinalis. præficitur pontificiæ claſſi contra Turcas. 1472. n. 4. vna cum Venetis, & Neapolitanis, & Rhodijs Sataliam diripit. n. 41. Attalium fruſtra tentat. ib.
Oliuetanorum ordo. conditus auctore B. Bernardo Senenſi. 1320. n. 50.
Opes eccleſiaſticæ. Negat Clemens IV. ex ijs dotare poſſe filias ex legitimo matrimonio ſuſceptas. 1265. n. 10. ſuos ad contemptum mundi hortatus eſt. ib. Benedictus XI. non paritur, vt mater ampliore, & ditiore cultu vtatur, ſed pauperculo contenta eſſe iuſſit. 1304. n. 35. Benedictus XII. propinquos ſna ſorte contentos iuſſit eſſe. 1342. n. 1. Vrbanus V. etiam in ſuos opes conferre abnuit. 1370. n. 22. Hadrianus VI. negat conferendas a Pontifice in propinquos opes ſed ad tuendam maieſtatem pontificiam retinendas ait. 1523. n. 114.
Oranum. Mauris ereptum. 1509. n. 22.
Oratio. Angeli pro orantibus militibus confician pugnā contra Saracenos. 1205. n. 50. mira orationis vis in iuuene pro quo orabat S. Elizabeth. ib. inſignis feruor orationis B. Ioannis Brylingtonienſis. 1379. n. 55.

Ora-

Oratio Angelica.V.Angelica oratio.
Oratorium. in quo diuina erant celebrata in medijs flammis illæſum.A.1210.n.12.
Orbis nouus, inuentus a Chriſtophoro Columbo. 1492.n.35. datus ab Alexandro Regi Ferdinando. 1493.n.18. luſtratus ab Americo Veſputio, qui illi Americæ nomen imponit. 1501.n.85.
Orbetus Turcarum Imperator. Rhodum tentat. 1522.n.47. eius claſſis profligata ab equitibus. ib. in Europam imperium profert. 1332.n.22. & 1333.n.14. a Latinis, & Græcis in eum ſocietas conflata.n.14. eius progreſſibus territus Andronicus agit de Græcis Romanæ eccleſiæ coniungendis. 1333.n.17. & 1334. n.1. in eum conflatum a Latinis,& Græcis fœdus. 1334.n.7. graui clade afficitur a Latinis.n.11.
Ordo ſacer. de teſtimonio pro conſecrandis dando. 1206.n.36. quo ſenſu dicantur digni. ibid. ſacramentum ordinis negatum a Luthero. 1520.n.4. quanti errores ex eo errore pullularint. ib.
Ordo Hoſpitalariorum ſacerdotum. inſtitutus a B.Guidone ſacerdote monris Peſſulani. 1198.n.37.cõfirmatus abInnocẽtio III.ib.
Ordo ſanctiſſimæ Trinitatis. confirmatus ab Innocentio III.1198.n.88.
Ordo crucigerorum. inſtitutus ab Alberto Liuoniæ epiſcopo. 1205.n.52. confirmatus in concilio Lateranenſi.1215.n.19.
Ordo S. Dominici. confirmatus in concilio Lateranenſi.1215.n.17.
*Ordo S.Fracifci.*cõfirmatus in eodẽ.1215.n.19
Ordo de mercede redemptionis captiuorum. inſtitutus a S.Petro Nolaſco imperio B.Virginis. 1218.n.73. confirmatur a Gregorio IX. ib. eius ordinis profeſſores nuncupant quartum votum de oppigneranda in terris Sarracenorum libertate pro liberandis captiuis,quorum ſalus periclitatur.ib.
Ordo Auguſtinianus. ex pluribus familijs in vnũ redigitur ab Alexãd.IV.1256.n.44.
Ordo Carmelitarum. conſtabilitus ab Honorio IV.1286.n.36.
*Ordo Seruitarum.*efflorefcit B.Philippo Benitio illius propagatore.1285.n.82.
Ordo Olimetanorum. inſtitutus. 1320.n.50.
Ordo eremitarum S. Pauli. confirmatus a Ioanne XXII.1328.n.84.
Ordo Minimorum. confirmatus a Sixto IV. 1474.n.26.
Ordo Auguſtinianorum diſcalceatorum. inſtitutus a Baptiſta Poggio Genuenſi. 1474.n.31.
Ordo equeſter S. Michaelis. confirmatus ab Alexandro VI.1496.n.37.
*Ordo Annuntiatæ.*inſtitutus a Ioanna Valeſia Regina. 1501.n.23.
Ordo clericorum regularium Theatinorum. a Clemente VII.confirmatus.1524.n.102.
*Ordo Capucinorum.*ab eodem. 1525.n.104.
Ordo ſtrictioris obſeruantiæ S. Franciſci. ab eodem.1532.n.97.
Ordo Barnabitarum, ſiue regularium S.Pauli. confirmatus ab eodem.1533.n.36.
*Orebita hæretici.*cur ita dicti.1421.n.5.
Oroſius Seruiæ Rex. de ſchiſmate abolendo agit cum Benedicto XI.1303.n.59.
Orphani hæretici. Ziſca extincto dixere ſe orphanos Thaboritæ. 1427.n.13.colucre eius imaginem, qui Chriſti imaginem calcabant. ib.eorum furor in catholicos. A. 1429. n. 26. Orphanorum reliquiæ flammis exuſtæ.1434.n.23.
Orthogules Bauazethis I. filius. cæſus a Tamerlane.1401.n.17.
*S.Oſmundus epiſcopus Sariſberienſis.*a Calliſto in ſanctorum numerũ refertur. 1457. n.81.S.Anſelmi geſta conſcripſit.ib.
Oſſinius Armeniæ Rex. principum occidentalium opem aduerſus Saracenos implorat.1317.n.35.veterem coniunctionem redintegrat cum eccleſia Romana.1318. n.7.
S.Oſuinus Rex martyr, deterriti prodigio Angli a feſtocius die violãdo.1384.n.13.
Otho dux Saxoniæ electus. Cæſar diſcordibus ſuffragijs poſtea Imperator. odio Philippi æmuli retinentis iura Eccleſiæ ſouetur ab Innocentio III. 1199.n.32. mortuo Richardo auunculo eius res depreſſæ. 1199.n.50. ab Engilberto cæco illi prædictum potiturum imperio. n. 50. pro ipſo fert ſententiam Innocentius aduerſus Philippum Sueuum, & Fridericum Regem. 1200.n.22. & 35. Philippum æmulum prælio vincit. n.38. confirmatur ab Innocentio III. eius electio in imperio. 1201.n.1. & ſeqq. promiſſa illi imperatoria coronario. n.4. præcipit Germanis Innocentius, vt illum Imperatorem agnoſcant. n.9. iuriſiurandi formula, qua ſe deuinxit Pontifici. n. 15. demiſſæ eiuſdem literæ ad Innocentium. n.17. queruntur Germaniæ principes Innocentium plus æquo fauere Othoni. n.20. Pontifex de obiectis ſe purgat. n.23. de pace inter Othonem, & Gallum concilianda actum. n. 26. de ſecundis ſucceſſibus illi gratulatur Innocentius. 1203.n.24. quæ ta Philippus Sueuus pollicitus Innocentio, vt ſibi potius, quam Othoni faueret. n. 29. Contendit Innocentius ad ſe imperij controuerſiæ dirimendæ ius ſpectare, atque in Othonem inclinare poſſe. n. 29. Philippum Thuringia depellit Otho. n.36. & Saxonia. ib. iuuatur a duce Boemiæ. ib. iuſſi ab Innocentio præſules adhærere Othoni. ib. is monetur ab eo ne in proſperis inſoleſcat, ſed demiſſior ſit. 1204.n.48. arguuntur nonnulli præſules Germani, quod Othoni non adhæreant. ib. data illi poteſtas ab Innocentio, vt ducem Boemiæ regia corona exornet. n. 56. a Vvilielmo comite Iuliaci, & ab Adolpho Colonienſi archiepiſcopo, & alijs deſeritur. 1205. n.42. Coloniam obſidione liberat. n.49. ad caſtrum Vaſſimberch maxima clade afficitur Limburgenſis ducis proditione. 1206. n.10. in Angliam ad Ioannem Regem fugit. ib. accepto ab illo auro ad redintegrandum bellum redit in Germaniam. ib. fracta eius potentia Innocentius de Philippo conciliando agit. n. 17. inducias annuas init cum Philippo. 1207. n.8. exercitus, quem in eum congregarat Philippus, legatorum opera diſſolutus. ib. de filia Philippi in vxorem accipienda cedendoque iure controuerſo agitat. 1208. n.1. iuſtitiæ exemplum in Philippi interfectorem parto imperio ſtatuit. n.5. vt pontificio ſtudio imperium compararit. n.6. accepta beneficia ſemper culturum pollicetur. n. 9. impares dignitate oratores mittit pro imperatoria corona poſcenda. A.1209. nu.1.monetur, vt pares mittat. ib. ſolutæ ab Innocentio canonicæ leges, vt Philippi Sueui filiam vxorem ducat. n.2. quo ritu id factum. n.5. Inſubres, & Etrufci in Othonis fidem ab Innocentio adducti. 1209. n.7. queritur Otho Fridericum affectare imperium. n.8. quid illi ab Innocentio reſponſum. n.9. ſacramentum fidei nuncupat Innocentio.n.10. eiuſdem formula. ib. magno apparatu in Italiam deſcendit. n.14. ſacramentum dat de Romanis non offendendis. n. 16. Vrbem ingreditur. ib. qui ritus in eo conſecrando ſeruati. n.18. corona redimitur ab Innocentio. n.19. motæ in Vrbe ab illius exercitu turbæ. n.20. inſignis eius poſt acceptum diadema perfidia. ib. inuadit Eccleſiæ terras. ib. violato de ſeruanda pace ſacramento in Neapolitanum regnum irrumpit. ib. percellitur anathemate. 1210. n.1. Capuam, Salernum, Neapolim, & Auerſam ſibi ſubijcit. n.2. liberantur eius ſubditi a Pontifice ſacramenti illi præſtiti religione. ib. deſeritur a pluribus Germanis. ib. eius progreſſus in Calabriam. ib. ipſum euertendum decernit Innocentius. ib. cenſuras in eum, & ſectatores renouat. n.3. Fridericus a Germanis aduerſus eum vocatur ad imperium. n.4. relicto Neapolitano regno in Germaniam proficiſcitur. 1212. n. 1. eluſa ab aduerſarijs eius vis. ib. eluſæ a Friderico eius inſidiæ. ib. ſtudioſi illius in Belgio, & in Inſubria fuſi. 1213. n.14. & 17. Philippum Regem Galliæ bello petit. 1214. n. 21. ab eo profligatur. ib. deſertus poſtea a ſuis nunquam erigere ſe potuit. ib. in morte mira contritionis ſigna dat. 1218. n.37. obiectum de illius animæ ſtatu viſum ipſius cognatæ ſanctimoniali. 1218. n. 38. ſingulis morbi diebus flagellari a ſacerdote voluerat.n.38.
Otho Cardinalis epiſcopus Tuſculanus, miſſus in Angliam legatus a Gregorio IX. 1237. n. 38. exceptus honorificentiſſime ab Henrico Rege. n. 40. concilium Londini celebrat. n.41. & ſeqq. captus cum alijs præſulibus a Piſanis. 1241. n. 61. dimiſſus a Friderico pro creando Pontifice. n. 85. ad carcerem reuertitur creato Cæleſtino.IV. pro liberandis obſidibus. n. 86. decernitur legatus ad S. Ludouicum pro expeditione in terram ſanctam promouenda. 1245. n. 96. iuſſu pontificio multos præcones euangelicos ad Tartaros mittit. 1253. n. 48. ad preces S. Ludouici in regia naui Euchariſtiam exponi permittit. n. 14.
*Otho dux Bauariæ.*repentina morte percuſſus ob flagitia,vt diuinitus antea oſtenſum fuerat. 1253. n. 32.
*Otho alter dux Bauariæ.*extincto Vvenceslao Rege Boemiæ a ſeditiolis Hungaris vocatus ad Hungariæ regnum. 1307.n.15. lata pro Carolo aduerſus illũ a Clemẽte ſen-

ſententia . ib.

Otho dux Brunſuicenſis. Ioannam Reginam Siciliæ vxorem ducit & regiam coronationem ab Vrbano VI. petit. A.1378. n. 46. &c. ea ab Vrbano negata in eum concipit odia . ib. dum regni aditus intercludere nititur, a Carolo Dyrrachino propulſatur . 1381. n. 24. obſeſſa Ioanna Neapoli in fugam compellitur . ibid. laturus obſeſſæ opem vincitur,& capitur in prælio . ib. conſulit Carolo Regi, vt Gallos mora & commeatibus interclusis frangat . 1384. n. 2. & 3. ob conſilij fidem in libertatem reſtituitur . ib. Neapolim in Ludouici II. poteſtatem pulſo Ladislao redigit . 1387. n. 1.

Othocarus ſiue Primislaus Regis Boemiæ filius poſtea Boemiæ Rex. patrem Vvenceslaum Pontifici adhærentem regno pellit . 1248. n. 8. dum Barſonem obſidet nocte ſunditur . n. 9. a patre in regnum reſtituto capitur,& truditur in carcerem. ib. patri ſuccedit,& corona exornatur ab interuntio , cum Moguntinus archiepiſcopus anathemate deuinctus eſſet . 1254. n. 31. bellum gerit cum Bela Rege Hungariæ . n 32. pacem cum eo redintegrat Morauia & Auſtria ſibi aſſertis, Styria vero permiſſa Hungaro . nu. 33. in Pruſſos infideles arma vertit . n. 34. bellum ſuſcipit contra gentiles ſeptentrionales . 1255. nu. 60. Sambienſes ad Chriſti fidem trahit . ib. afflictos a Lituanis reſumpta cruce defendit . n. 61. cenſores fidei ad excindendos hæreticos ab Alexa dro IV. creari in Boemia curat . 1257. n. 12. delatum ei imperium . 1260 n. 17. male reſpuit delatum honorem ſuperbo reſponſo . ib. matrimonij iura non colit,& libidinibus ſe inquinat . n. 21. de Styria cum Hungaro certat, cumque prælio vincit. nu. 24. pacem affimtate conciliat . ib. excitatur ab Vrbano IV. ad Ruthenos & Lituanos ethnicos edomandos . 1264. n. 45. victam barbarorum multitudinem baptiſmo luſtrandam curat . ib. Montem regalem in Pruſſia ad maris littus condit . ib. gloriatur Boemiæ terminos a mari Adriatico ad oceanum protuliſſe . ibid. in Lituanos bellum ſuſcipit . 1267. n. 46. ſeptemuiris tertium eligere meditantibus repugnat nil tentandum inconſulta ſede Apoſtolica . 1268. n. 43. actæ illi gratia a Clemente IV. ib. cum Stephano Rege Hungariæ pacem componit . 1271. n. 31. ea a Gregorio X. confirmata. 1272. n. 48. exorta inter Hungaros diſcordia poſt Stephani mortem in Hungariâ incurrit . ib. monetur a Gregorio vt pacem ſeruet, ib. Syriacam expeditionem vouet. 1273. n. 37. fauet Alonſo Caſtellano contra Rudolphum Cæſarem. 1274. n. 44. conſulit illi Gregorius Papa vt cum Rudolpho controuerſias componat . n. 58. Auſtria & Charinthia imperij fiduciariæ ab eo repetitæ . n. 59. negat præſtare Cæſari more maiorum ſacramentum . ib. monetur a Gregorio vt pacem cum Rudolpho conficiat . num. 12. fiduciarium ſe profitetur Rudolphi , & quinque vexilla illi offert . 1278. n 41. vexilla Boemiæ ac Morauiæ tradit illi Rudolphus , Auſtriæ vero & Carinthiæ ac Styriæ retinet dotis ergo filiæ Othocari nurui futuræ poſtea tradenda . ib. bellum mouet Rodulpho irrumpitque in Auſtriam . ib. in prælij procinctu monetur ipſum a ſuis proditum iri , ne pugnæ aleam ſubeat . nu. 42. ſuos ad ſeruandam fidem hortatur ſed fruſtra . ib. in prælio ſauciatur & capitur . ib. ex vulnere moritur . ib. ob ſpreta pontificia monita triſtem exitum nactus . ib. eius filius Vvenceslaus pacem a Rudolpho redimit, accepta in coniugem Rudolphi filia . ib.

Ottobonus S. Hadriani diaconus Card. miſſus in Angliam legatus a Clemente IV. A. 1265. n. 60. perducites Anglos proceres deuincit anathemate. n. 69 creatus Pontifex Adriani V. nomen accipit . 1276. num. 26.

Ottomannus ſiue Atman. Turcicum imperium in Aſia condit . 1300. n. 36. regiam ſedem Pruſſiæ in Myſia conſtituit . ib. auget potentiam ex Græcorum diſſenſionibus . ib.

P

Paganinus Auria . nauale victoriam cruentam & ancipitem refert de Venetis . A. 1352. n. 14. &c.

Pandulphus ſubdiaconus A. S. L. pontificio nomine translata ſuprema regni Angliæ in Pontificem iura admittit . 1213. nu. 78. præcipit Philippo Regi Galliæ ne Ioannem ſedis Apoſtolicæ vectigalem bello petat . n. 83.

Pandulphus Anguillaria comes. pro Vrbano IV. certans Germanicas copias conſcindit . 1264. n. 19. dum hoſtes acrius inſequitur, ab ijs capitur . ib.

Panormum & Panormitani. ab Alexandro IV. ad Manfredum deficit . 1256. nu. 26. Panormitani Gallorum carnificinam edunt, conflata in eos proditione . 1282. n. 12. perculti anathemate flagitium fucis extenuant . n. 13. fruſtra obſeſſum a Carolo duce Calabriæ . 1325. nu. 11. tertia die a ſoluta obſidione mœnium pars ſponte concidit . ib.

Paphlagonia. ſubacta a Mahomete II. 1461. num. 38.

Pariſienſe concilium alias dictum Senonenſe . celebratum Pariſijs ab Antonio de Pratis archiepiſcopo Senonenſi ad vindicandas a peſte Lutherana Gallias. 1527. n. 87. in eo plura ſanctiſſima decreta in quibus confutati doctiſſime hæreticorum errores contra ſacrificium miſſæ & ſacramenta . ib. decreta in eodem contra hæreticos eorumque fautores inquiſitio. ib. in eo ſacerdotium nouæ legis pluribus argumentis comprobatum. 1528. num. 82. præmoniti Galliæ Reges ad excindendam hæreſim , hæreſique licentiam permiſſuris intentata prædictaque diuina vindicta . n. 101. &c.

Pariſius. Camaldulenſis pietate & miraculis inclaruit . 1267. n. 83.

Parma. Frederici iugum excutit . 1247. n. 10. ab eo obſidetur . ib. Parmenſes facta eruptione Fridericum fundunt . ibid. 17. vrbem eius ligneam dictam Victoriam incendunt . n. 17.

Parochi . reſciſſa priuilegia religioſorum ab Vrbano VI. damno parochorum conceſſa . A. 1384. n. 5.

Paſſerinus Mantuæ tyrannus. a Ludouico Gonzaga obtruncatur . 1328. n. 53.

Paſſio dominica . eques in monte Caluario ex amoris diuini impetu moritur. 1216. n. 24. pretioſiſſima paſſionis monumenta oppignerata Venetis a Balduino . II. 1238. n. 21. redempta magno pretio a S. Ludouico. ib. *Si me videre cupis, quære me in vulnere lateris Chriſti &c.* reſcripſit S. Eleazarus B. Delphinæ. 1323. n. 68. B. Lyduuina meditatione dominicæ paſſionis ad ſanctitatis apicem peruenit. 1399. n. 22. ſimiles paſſioni dominicæ dolores inflicti diuinitus virgini in exſtaſim raptæ . 1495. n. 42.

Paſtorellorum ſecta. in Gallijs exorta. 1250. n. 29. grauiora mala patrat . ib. caſo duce diſſipata . ib. inſurgit belli in Saracenos gerendi ſtudio . 1320. num. 20. plura temere & crudeliter nullo duce recta patrat . ib. ob ſcelera pluribus necatis diſſipatur . ib. & ſeqq. in Iudæos grauiſſime graſſata eſt . n. 24.

Patareni hæretici . inficiunt Galliam Narbonenſem . 1198. n. 36. & Italiam . 1199. n. 22. leges in eos latæ ab Innocentio III. num. 24. V. *Albigenſes hæretici* leges in eos latæ . n. 22. Vrbeuetere præfectum proditione captum martyrio afficiunt . n. 25. æternitatem diuinitati ademere . 1225. n. 47. Dei filium non agnouere . ib. pſeudomartyres ſe præbuere in ferendis ſupplicijs . ib. quod pari cuperent ſe Patarenos dixere . ib. conſtitutæ in eos pœnæ a Friderico . ib.

Patauium. Ezelino ereptum . 1256. nu. 38. fruſtra ab eodem tentatum . ib. Ezelini crudelitas in Patauinos, qui Veronæ agebant . ib.

Patientia. mira S. Dominici . 1206. n. 31. eam admiratus hæreticus conuertitur. ib. ſingularis patientia S. Elizabeth Lantgrauiæ. 1227. n. 49. B. Liduuinæ virg. 1399. n. 22. Amedei III. Sabaudiæ ducis. 1471. n. 84. in S. Ludouico. 1254. n. 19. talius eſt Regi Angliæ grauiſſimum magis de patientia per gratiam Dei habita , quam ſi vniuerſus orbis illi ſubditus fuiſſet . ib.

Patræ. receptæ ab Andrea Auria . 1532. num. 47.

Patriarcha ſchiſmatici. miſera eorum conditio . 1311. n. 73.

Patriarchæ orientales. Pio II. obſequium deferunt . 1460. n. 55.

Paulus archiepiſcopus Smyrnenſis A. S. N. Ioannem Palæologum Imperatorem Conſtantinopolitanum conciliat eccleſiæ Romanæ . 1355. n. 33.

Paulus II. creatus Pontifex ex Cardinalatit. S. Marci. 1464. nu. 53. in Lauretana ædicula per cœleſtem ſpeciem de pontificatu adipiſcendo edoctus. ib. circa Lauretanam ædiculâ templum extrui iubet. ib. Cardinalium honores auget . n. 57. pactiones ſacramento in conclaui confirma-

mens irritas facit. n. 57. vectigalia desiuat in sumptus belli Turcici. n. 62. Euersum comitem ob impietatem, & crudelitatem euertit. n. 72. centum millia aureorum annua spondet Matthiæ Regi Hungariæ in militum contra Turcam stipendia. A. 1465. n. 1. principes Italos solicitat, vt illi subsidia conferant. ib. Scanderbegum stipendijs iuuat aduersus Turcas. n. 19. archiepiscopos Beneuentanos thiaram tribus coronis radiatam vsurpare vetat. 1466. n. 20. tollit plures corruptelas e Romana curia. n. 21. Baptistam Platinam dicentem concilio Pontificem subijciendum isto carcere macerat. ib. recipi munera a magistratibus vetat. n. 23. Georgium Regem Boemiæ damnat crimine hæreseos. n. 26. Poloniæ Regem solicitat, vt Boemiæ regnum accipiat. ib. pacem inter Polonum & Cruciferos confirmat. n. 31. repetita sententia Georgium regio iure depellit. 1467. n. . icta cum eo fœdera vel præstita illi sacramenta rescindit. ib. auget Cardinalium senatum. n. 16. sacrum bellum indicit aduersus Georgium. 1468. n. 1. Boemiæ sceptrum deferendum curat Matthiæ Hungariæ Regi. n. 9. Etruscum bellum sedat. n. 15. a duce Mediolani & Ferdinando Neapolitano pro benefactis malam gratiam refert. n. 27. &c. auget Cardinalium senatum. n. 39. Fridericum Imperatorem Romæ excipit. n. 42. de tuenda re Christiana cum eo colloquia facit. ib. ordinem militarem S. Georgij instituit. 1469. n. 6. fœdus init cum Venetis. n. 24. Ariminum recuperare tentat, sed a Ferdinando Rege Neapolitano prohibetur. n. 27. Maronitarum patriarchæ fidei orthodoxæ capita de Deo vno & trino & duabus in Christo operationibus exponit. n. 29. nubilem annum ad vigesimum quintum recurrentem redigit. 1470. n. 55. legatum mittit in Germaniam ad vrgendum bellum sacrum in Turcas. 1471. n. 3. &c. redactus in angustias a Matthia Georgius Boemus pacem ab eo flagitat. n. 15. Iacobum Cypri tyrannum regium nomen petentem repellit. n. 47. solicitatur de fœdere in Mahometem ab Vsumcassano. n. 48. Borsium Atestinum Ferrariæ ducis titulo exornat. 1471. nu. 36. repentina morte extinguitur. nu. 60. illius elogium. ib. nonatorum in eum calumniæ impudentissimæ refelluntur. ib.

Paulus Fregosus Cardinalis. Hydrunto depulsis Turcis, in Græciam bellum transferre abnuit. 1481. n. 31.

Paulus Kues. eniruit virtus eius militaris in profligando Turcarum exercitu. 1482. n. 29.

Paulus Temerarus archiepiscopus Colocensis Minorita. pietate temeraria extremam cladem affert Hungariæ. 1526. num. 63.

Paulus Vvardanus archiepiscopus Strigoniensis. a Turcica societate recedit. 1530. num. 184.

Paupertas euangelica. hæreticæ de ea opiniones sparsæ inter Minoritas. 1322. n. 51. 52. plures ob pertinaciam in hæresi exusti. ib. de paupertate euangelica orta grauis quæstio inter Prædicatores & Minores. n. 53. 54. in comitijs Perusinis Minores de paupertate Christi & Apostolorum tentantes dubium dirimere hæreticam conclusionem promulgant. ib. infana eorum temeritas. ib. damnati a Ioanne hæreseos negantes Christum & Apostolos habuisse ius in rerum vsu. 1323. n. 61. tertia sanctio in ea controuersia edita a Ioanne. 1324. nu. 31. Vbertinus e Casali damnatus a Ioanne male sentiès de paupertate Christi. 1325 n. 20. damnatus Petrus Ioannis Oliui. ib.

Peccatum. illius fœtorem S. Catharina Senensis, ac S. Philippus Nerius sensere. 1380. num. 26. & S. Francisca Romana. 1411. n. 10.

Pelagius Cardinalis Albanensis. creatur legatus in Constantinopolitano imperio pro Græcis a schismate abducendis. 1213. n. 6. strenue rem gerit. ib. in crucesignatorum exercitu legatus in Ægyptum irrumpit. 1218. nu. 6. Pelusium obsidet. 1219. n. 1. eo potitur. n. 16. confert illi Honorius maximam in castris crucesignatorum auctoritatem. n. 19.

Peloponesus. capta a Mahomete II. 1461. n. 42. occupata a Venetis. 1463. n. 21. iterũ subacta a Mahomete II. 1470. n. 13

Pelusium. obsessum a Christianis crucesignatis. 1218. n. 8. & 1219. n. 12. Ægyptij diuinitus fugati. ib. capitur Pelusiũ. n. 16. ab Ægyptijs receptum. 1221. n. 12. expugnatum a S. Ludouico. 1249. n. 2. Ægyptijs pro liberando S. Ludouico restitutum. n. 26.

Pera sine Chalcedon Genuensiũ colonia. a tertiis ciuibus dedita Mahometi. 1453. n. 7

Percualdus dux Manfrediani exercitus. cum ad obruendum Vrbanum IV. iter intenderet, diuinitus e medio sublatus. 1264. n. 18.

Perfecti. quinam ita dicti inter hæreticos, & qui credentes. 1204. n. 61.

Perpinianensis pseudosynodus. indicta a Benedicto antipapa. 1408. n. 21. eius acta. 1409. n. 84.

Persium. in Biordi tyrannidem labitur. 1393. n. 1. &c. eo trucidato a socio, redit in Pontificis potestatem. 1396. n. 1. 2. Braccijs ereptum Pontifici. 1488. n. 19.

Pestis. Hieronymus Cardinalis sæuiente Romæ epidemia in palatio media æstate plures ignes accendi iubet. 1288. nu. 1. pestis orbem depascit. 1348. n. 30. illius sæua symptomata. ib. diuinæ misericordiæ miri effectus in ea calamitate. ib.

Petrinus Cypri Rex. in regia illius consecratione exorta maxima inter Genuenses & Venetos mercatorum prætores rixa. 1372. n. 31. Genuensibus interemptis seditione, eos in se concitat. 1373. n. 8. 9. Sataliam amittit. ib. a Genuensibus bello petitus tradita Famagusta pacem redimit. ib. fœdus init cum Venetis aduersus Genuenses. 1378. n. 119.

Petrus Vrbis prafectus. ea dignitate ante a Cæsare donatus in verba Innocentij III. sacramento adigitur. 1198. n. 13.

S. Petrus. cælesti specie se obijcit pio sacerdoti. 1198. n. 19. nonnulla altaria, quæ consecrata non erant in basilica suo nomini sacra, consecrari iubet. ib. non obsequentem iussis flectit, dein pœnitent ignoscit. ib. capita Apostolorũ S. Petri & Pauli ostensa populo. A. 1268. n. 13. obiecta Vrbano VI. cælestis species S. Petri. 1389. n.

S. Petri vexillum. illud præferens Gualterius comes Brenensis diuinitus victoriam refert. 1205. n. 39. Armeniæ Rex de nisso ad se S. Petri vexillo gratias. agit Innocentio III. 1202. n. 39.

Petrus diaconus Cardinalis S. Mariæ in via lata. legatus in Gallias decernitur. 1198. n. 31. ni Rex Reginam recipiat iubetur regnum interdicto ecclesiastico subijcere. ib. data illi etiam pacis inter Gallum & Anglum conciliandæ, & promouendæ Syriacæ expeditionis prouincia. ib. & n. 83. 84. Richardum Angliæ Regem ad pangendas cum Philippo inducias flectit pollicitus Innocentij studia pro Othone ad imperium prouehendo. n. 55. Diuione, dein Viennæ concilia celebrat, & Gallias interdicto percellit. 1199. nu. 44. & 1200. n. 9. & 10. missus in Gallias legatus. 1214. n. 14. 15. nonnullos principes conciliat Ecclesiæ. n. 16. apud Montempessulanum concilium celebrat. nu. 19. rogatis patribus Tolosanum comitatum Simoni Montfortio attribuit. nu. 20. Iacobum sexennem a Montfortij potestate erutum regno restituit, Aragoniorumque turbas sedat. n. 30.

Petrus Parentius Vrbenetanus prafectus. hæreticos Manichæos infectatur. 1199. nu. 24. proditione ab ijs captus martyrio afficitur. nu. 25. diuina in illius cædis auctores vltio. n. 26. miraculis claret. ib. post eius mortem extincta hæresis. ibid.

Petrus Cardin. S. Marcelli. legatus in crucesignato exercitu. 1203. n. 2. repulsus a Veneris Iadertæ excidium meditantibus. ib. nauigat in Cyprum. n. 10. capta a Latinis Constantinopoli Venetos absoluit. 1204. n. 25.

Petrus Aragonum Rex. ambit regia corona ab Innocentio III. redimiri. 1204. n. 71. a Portuensi episcopo primum inungitur, dein ab Innocentio regijs insignibus ornatur. ib. nuncupati ab eo sacramenti formula. ib. fiduciarium se constituit Romanæ ecclesiæ. n. 73. delatum a Simomone Montfortio pro Carcassonæ principatu fidei sacramentum recusat admittere. 1209. n. 26. cælesti viso ostenditur illum a crucesignatis occidendum. 1210. n. 13. colloquium habet Narbonæ cum legatis & Simone Montfortio. n. 15. multa pollicetur pro Fuxensi comite, sed fidem violat. ib. ad eum confugit Raymundus Tolosæ comes, seque eius clientelæ subijcit. 1212. n. 13. cupidine propagandi imperij defendendos hæreticos suscipit. ib. monitus officij spernit monita. ib. de eo S. Dominicus vaticinatur periturum in bello. ib. aduersus Mauros Regi Castellæ auxilium fert. num. 23. & 27. vna cum eodem Rege Castellæ de illis victoriam reportat. n. 32. Tolosam se confert. 1213. n. 26. Galliæ Regis ius supremum in Tolosanum comitatum inuadit. ib. Raymundum

dum comitem in ſua verba inique adigit. ib. hæreticorum clientelam ſuſcipit. ib. erepta hæreticis reſtitui poſcit. ib. monetur a ſynodo officij. n. 32. varias fraudes politicas concinnat pro inique propagando imperio. n. 33. a Toloſanis ſacramentum præter fas exigit. ib monetur a legato ne copias ſubmittat hæreticis. ib. egregias virtutes fœdat ſumpto hæreticorum patrocinio. n. 52. abiecta vxore in meretricum amores effunditur. ib. iubetur Reginam recipere, ſed apoſtolica contemnit imperia. ib. bellum mouet aduerſus Simonem Montfortium. n. 53. Murellum obſidet. ib. meretriculæ amore captum ad Francos pellendos veniſſe ineptiſſime ſcribit. n. 54. a Simone Montfortio interceptis ijs literis cõtemnitur. ib. de pace a legato apoſtolico poſtulatus, pacem negat. n. 55. ſuccinctus centum millibus armatorum hæreticorum funditur ab octingentis cruceſignatis, atque occiditur. n. 58.

B. Petrus de Caſtro nouo ordinis Ciſtercienſis. creatur legatus ab Innocentio aduerſus Albigenſes hæreticos. A. 1205. num. 57. Narbonenſes hæreticos infectatur. 1208. n. 15. Raymundi comitis in ſe odium concitat ob acerbiores obiurgationes ib. proditione a ſicario a Raymundo ſubornato transfoditur. n. 16. moriturus interfectori ignoſcit. ib. eius mortem Pontifex in Raymundum comitem vlciſcitur. ib. Raymundus ad publicam pœnitentiam adactus tranſit nudus ante eius reliquias, & cultum ijs exhibere cogitur. nu. 23. ſacrum odorem etflauit eius corpus, & corruptionis expers inuentum cum refoſſum fuiſſet. ib. prædixit non euerſum iri hæreticos, niſi quiſpiam ex prædicatoribus fidei martyrio afficeretur. 1212. n. 13. eius interfector habitus in pretio a Raymundo comite, ſed ex interfectoris manibus dedignati ſunt canes panem ſumere. ib.

Petrus Lombardus. in ſententijs dixit: ***Summa res eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, & illa non eſt generans, nec genita, nec procedens.*** 1215. n. 8. oppugnatus a Ioachimo abbate tenere. ib. defenſus contra Ioachimum a concilio. ib. non propterea induxit quaternitatem. ib.

Petrus Antiſiodorenſis comes Imperator Conſtantinopolitanus. creatur Imp. 1217. n. 4. Romam mox contendit, atque ab Honorio III. redimitur imperatorio diademate. ib. Ioannes de Columna Cardinalis legatus datus illi comes. ib. Theodori Angeli Comneni poteſtati imprudenter ſe committit. n. 10. ab eo proditus in conuiuio capitur. ib. eius copiæ caſæ. n. 11. Andreas Rex Hungariæ gener rogatus, vt ad eum liberandum cogat Theodorum. n. 15.

B. Petrus Armengaldus ordinis redemptionis B. Mariæ de mercede. inter Mahometanos martyrij palmam collegit. 1218. nu. 73.

S. Petrus Nolaſcus. ſtudio ſeruandæ fidei e Gallia Narbonenſi in Cataloniam ſe confert. 1218. n. 72. liberandis captiuis operam opeſque impendit. ib. a B. Virgine ordinem redemptionis de mercede inſtituere. ib. & n. 73. floruit ſanctitate & miraculis. ib. eius nomen martyrologio Romano iuſſu Alexandri VII. adiectum. ib. quartum votum de oppignerando corpore Mahometanis pro ſeruanda proximi anima tribus religioſis votis adiecit. ib.

Petrus de Monte acuto Templariorum magiſter. illius de Ægyptijs rebus literæ A. 1220. n. 58.

Petrus Capocius Card. in Germaniam legatus mittitur. 1247. nu. 4. Nuſſiæ principum conuentus celebrat. num. 5. in ijs Vvillelmus Hollandiæ comes Rex Romanorum ſalutatur. ib.

Petrus de vineis Frederici II. in ſcribendis literis adminiſter. qui plures calumnias, & alia impietate plena ſcripſerat in Pontifices a Friderico oculis orbatus. 1249. n. 13. traditur Piſanis, quibus erat exoſus. ib. ex deſperatione in rabiem efferatus columna ſuperbum caput allidit. ib.

S. Petrus Martyr ordinis S. Dominici. cenſuram fidei exercet in hæreticos. 1252. n. 11. ab ijs trucidatur. ib. ob eius mortem indolet Pontifex & graues leges in hæreticos edit. ib. miraculis refulget. 1253. n. 10. in Sanctorum ordine reponitur ab Innocentio IV. ib. ob edita prodigia magna hæreticorum multitudo ad fidem conuerſa. n. 11. 12.

Petrus de Vico. contra Vrbanum IV. pro Manfredo bellum gerit. 1264. n. 19. eius copiæ cæſæ. ib.

Petrus de Tarantaſia ordinis Prædicatorum in pontificatu dictus Innocentius V. creatus a Gregorio X. primum Lugdunenſis archiepiſcopus, dein Cardinalis. 1272. n. 68. de eius ſcriptis. ib.

Petrus Rex Aragonum. ſuccedit Iacobo patri. 1275. n. 23. proditionem conflat aduerſus Gallos ad inuadendam Siciliam. 1282. n. 28. claſſem comparat. ib. rogatus a Pontifice qua de cauſa eam compararet, reſpondet ſibi linguam amputaturum, ſi cauſam expromeret. nu. 28. Siculos inſulanos ad Gallos cædendos impellit. 1282. n. 11. fingit ſe bellum in Afros mouere. nu. 12. dein in Sardiniæ portum applicat. ib. Carolum Meſſanam obſidentem ſoluere obſidionem cogit. n. 22. illius plures naues incendit, capitue. ib. filiam S. Elizabeth Dionyſio Regi Luſitaniæ in matrimonio collocat. 1282. n. 35. ad debilitandos Caroli impetus illum ad equeſtre certamen in Aquitania conficiendum prouocat. 1283. nu. 5. ita illum diſtrahit ne Siciliam opprimat imparatam. ib. non comparet in loco certaminis, ac deridet Caroli imprudentiam, qui ſe illudi paſſus eſſet. n. 13. Martinus IV. in Petrum ordinem iudiciarium inſtruit. n. 14. demonſtrat nulla illum in Siciliam iura obtinuiſſe. n. 14. anathemate percellit ob inuaſum proditione alienum regnum. ib. iura regnorum Aragoniæ & Valentiæ in filium Philippi Galliæ Regis tradu&a. n. 24. & ſeqq. & 35. indicta in eundem religioſa militia. ib. & 1284. num. 1. Rogerij opera Carolum Salernitanum principem ad pugnam dolo elicitum capit, num. 14. actionem de liberando Carolo extrahens retardat Caroli Regis expeditionem. ib. inuaditur a Philippo Rege Galliæ. A. 1285. n. 25. deferitur a fratre Iacobo Rege Baleari. ib. pugnam cum Gallo Rege conſerit, letalique vulnere ſauciatur. ib. fertur extinctus dum meretrice impudice vrebatur. ib. aiunt alij contracti anathematis culpam fleuiſſe, & pollicitum Pontifici obſequium. ib. Alfonſum natu maximum filium heredem teſtamento dixit nulla Siciliæ habita mentione. ib. celata aſtu politico ab Aragonis eius mors. 26.

Petrus de Columna. creatus Cardinalis a Nicolao IV. 1288. n. 1. rebellat in Bonifacium VIII. 1297. nu. 26. negat creatum legibus Pontificem. ib. honore exuitur vt ſchiſmaticus. ib.

Petrus de Murrone V. *Cæleſtinus V.* in ſanctorum albo a Clemente V. collocatus. 1313. n. 40.

Petrus de Macerata pſeudominorita dictus poſtea Liberatus. Fraticellorum hæreſeos ſignifer. 1294. n. 26.

Petrus de Poroſempronio pſeudominorita dictus poſtea Angelus. Fraticellorum antеſignanus. 1294. n. 26.

Petrus Ioannes Olivi pſeudominorita hæreſiarcha. ſpecie extollendi ordinis Franciſcani plura blaſphema euomit. 1297. n. 56. 57. eccleſiam Romanam ſtulte & impie cum Babylonica meretrice comparat. ib. a ſectatoribus colitur. ibid. eius oſſa & opera iudiciaria actione exuſta. ib. illuſus a dæmone doctrinam ſuam veram & catholicam finxit, idque ſibi a Deo reuelatum. ib. eius errores damnati in concilio Viennenſi. 1312. n. 19. deliranit pontificatum in fraterculos tranſlatum. 1325. n. 20. & ſeqq. blaſphema vomuit in Romanam eccleſiam. ib. S. Franciſcum impie prætulit Apoſtolis. ib. eius memoria damnata, & oſſa refoſſa proiectaque. ib. cultus eſt vt ſanctus a ſtultis hominibus. ib.

Petrus Ruthenenſis epiſcopus. creatur legatus a Clemente V. in cruceſignato exercitu orientem petituro. 1309. nu. 13. &c.

Petrus Gradenicus dux Venetorum. inſurgentes in ſe coniuratos opprimit. 1310. n. 30.

Petrus de Corbaria pſeudominorita antipapa. creatur ab hæreticis & ſchiſmaticis antipapa. 1328. n. 42. qui fuerint huius hypocritæ mores. ib. creat pſeudocardinales. n. 43. 44. ſimoniacam prauitatem publice exercet. ib. tyaram a Ludouico Bauaro accipit, illique diadema imperatorium confert. ib. impias Ludouici Bauari ſententias in Pontificem confirmat. ibid. catholicos perſequitur, ac duos martyrio afficit. n. 45. impia eius facinora contra Pontificem Robertumque Regem. 1329. n. 1. creat pſeudoepiſcopos. n. 2. &c. Ioannem vicecomitem creat pſeudocardinalem ac legatum in Inſubria. ib. Piſis expellitur cum ſectarijs poſt diſceſſum Ludouici Bauari. n. 5. latebras quæric. 1330. n. 1. capitur. n. 2. damnat hæreſim & ſchiſma. ib. ductus ad Pontificem pendente e collo laqueo ad illius pedes ſe abijcit. nu. 11. profitetur non eſſe Imperatoris creare

Pon-

Pontificem vel deijcere. ibid. damnat alias Ludouici & Michaelis Cæſenatis hæreſes. ib. falſo & impie pontificatum ſe geſſiſſe agnoſcit. ib. clementia a Pontifice in eum exercita. n. 25. tractatur humaniſſime, ſed cuſtoditur vt hoſtis, ne ad vomitum reuertatur. n. 27.

Petrus Friderici Trinacriæ Regis filius, poſtea Rex Trinacriæ. cum claſſe miſſus ad Ludouicum Bauarum pro inuadendo regno Neapolitano. A. 1328. n. 52. claſſe merſa mari ægre euadit. ib. Friderico patri in tyrannide ſuccedit. 1337. nu. 26. fruſtra a Benedicto poſtulat regnum ſibi liberalitate pontificia confirmari. 1338. n. 33. percellitur cenſuris, & immiſſam a Roberto Rege claſſem propulſat. ib. cenſuris ob detentum regnum percellitur. 1339. n. 44. bello petitur a Roberto, ac Liparim amittit. n. 59. moritur, illique filius Ludouicus ſuccedit. 1341. n. 23.

Petrus Cardinalis epiſcopus Carthaginenſis. in Caſtellam mittitur legatus. 1328. n. 80. ciuiles turbas ſedat. ib.

Petrus Cunerius ſenator Pariſienſis. impie ius eccleſiaſticum oppugnat. 1329. n. 75. refellitur a Bertrando Æduenſi epiſcopo. ib lata in Cunerium a Rege ſententia. ib.

Petrus de Palude ordinis Prædicatorum theologus eximius. creatur patriarcha Ieroſolymitanus. 1329. n. 94. legationem obit apud ſoldanum Babylonium. 1331. n. 30. iuſſus Gallos cruce inſignire. ib.

Petrus Rex Aragonum. ſuccedit Alfonſo patri. 1336. n. 47. Sardiniæ & Corſicæ regnum Benedicto XII. acceptum refert. n. 48. exigit a Iacobo Baleari Rege vt vectigalem ſe Aragoniæ aulæ profiteatur. 1338. n. 49. pacem cum Rege Caſtellæ init. n. 50. duo millia marcharum argenti pro Sardinia & Corſica ſoluit Benedicto. 1339. n. 60. a Baleari ſolemni ritu ſacramentum exigit. n. 73. Iacobum Balearem Regem de ſtructis ſibi inſidijs in crimen adducit. 1342. n. 25. iudiciaria ſententia eum priuat iure fiduciarij regni. 1343. n. 25. facta cum Balearibus coniuratione regno pellit. ib. Ceritaniam & Ruſſinonem inuadit. ib. ducum opera Iacobum Balearem redeuntem in regnum cædit in prælio, ac Baleares ſibi aſſerit. 1349. n. 26. fœdus armorum iungit cum Venetis contra Genuenſes. 1351. n. 22. de violato iure eccleſiaſtico nec ſoluto cenſu Sardico veniam poſcit. n. 26. cum Venetis icto fœdere pugnat aduerſus Genuenſes. 1352. n. 12. 13. pacem inter Venetos & Genuenſes diſturbat cum vellet vt Genuenſes a Sardinia & Corſica abſtinerent. n. 14. &c. mittit oratores ad Innocentium VI. pro clientis officijs præſtandis pro Sardinia & Corſica. 1353. n. 9. in Sardico mari iunctus Venetis vincit Genuenſes. n. 10. & 11. a Mariano Arborex regulo, quem opprimere nitebatur, vincitur, & Aragonij tota ferme inſula exacti. ib. Loreram in Sardinia premit obſidione. 1354. n. 14. accepto nuntio Venetos mari ſuſos a Genuenſibus, fingit Genuenſes victos fuiſſe. ibid. Sardos metu inani fractos ſibi ſubijcit. ib. premitur bello a Petro Rege Caſtellæ, ac Tiraſonam amittit. A. 1357. n. 9. inducias cum eodem pangit, quæ breui fractæ ſunt. ib. preſſus bello a Caſtellæ Rege lites de Corſica cum Genuenſibus componit. 1360. n. 11. 12. petitur bello a Petro Rege Caſtellæ. 1362. n. 18. Henricum fratrem nothum Caſtellani euocat cum vagis Gallorum turmis. ib. redimit a Caſtellano pacem, cæſo illius fratre Ferdinando. 1363. n. 8. bellum redintegrat in Petrum Caſtellæ Regem cum Henrico Murciam & Toletum pactus. 1364. n. 18. vocatur in ius ab Vrbano V. ob intermiſſam pro Sardinia annui cenſus ſolutionem. n. 19. & 1365. n. 11. miſſis oratoribus Sardiniam & Corſicam Gregorio XI. acceptas refert. 1371. n. 5. monetur pie, vt Vrbani VI. cauſam tueatur contra ſchiſmaticos. 1379. n. 44. Petrum de Luna excipit, & grauiora mala inde patitur ex vaticinio Petri principis. n. 47. multa ſpondet ſi iura regni Neapolitani illi contulerit. 1383. nu. 5. repulſus antipapæ adhæret. ib.

Petrus de Luna Cæſarauguſtanus epiſcopus regiæ Aragoniæ procurator. in ius vocatus a Pontifice quod bella aleret. 1336. num. 49.

Petrus Gomeſius tit. S. Praxedis Cardinalis. miſſus ad pacem inter Gallos & Anglos componendam. 1337. n. 11.

Petrus Rogerii monachus S. Benedicti archiepiſcopus Rothomagenſis. creatur Cardinalis. 1338. n. 82. in pontificatu Clementis VI. nomen accipit. 1342. n. 6.

Petrus Rogerii Clementis VI. fratris filius. creatus Cardinalis. 1348. n. 36. in pontificatu Gregorij XI. nomen geſſit. ib.

Petrus Rex Caſtellæ Crudelis dictus. ſuccedit in regnum Alfonſo patri. 1350. n. 43. 44. a crudelitate regnum auſpicatur. ib. meretricijs irretitus amoribus Blancham Borboniam vxorem deſerit. 1353. nu. 16. cenſuris percellitur, ac in eum. Caſtellani pro tuendo coniugij iure inſurgunt. 1354. nu. 29. pacem expoſcit, ſponderque Blancham a ſe regio thoro reſtitutum iri. ib. furit in eos, qui ad ſaniora conſilia eum adegerant. ib. ſordet in iiſdem vitijs. 1356. nu. 37. irrumpit in Aragoniam, ac Tiraſonam capit. 1357. n. 9. inducias cum Aragonio facit, moxque eas violat. ib. pacem cum eo Guidonis Cardinalis opera ſancit. 1361. n. 6. Blancham Reginam veneno interimit. ib. magna clade afficitur a Ruffo Granatenſi Rege. 1362. n. 18. eo cæſo Mahomadem in regnum inducit. ib. eundem vectigalem conſtituit. ib. Ruffum ſibi munera afferentem crudeliter trucidat cum ſuis. ibid. fœdus pactum cum Aragonio violat & Calataiubam capit. ib. in ea ſex millia innocentium ſæuiſſime trucidat. ib. in eum Henricus & Tellius fratres ſpurij cum Gallorũ turmis exciti ab Aragonio. ib. in Aragoniam iunctis ſibi fœdere pluribus Regibus incurrit. 1363. n. 8. cogit Regẽ Aragonũ ad necandum profugum fratrẽ Ferdinandum Caſtellani regni heredem pro eblandienda pace. ib. in eum grauiſſimum conflatum bellum. A. 1364. n. 18. periclitatus mari templum Virginis adit Chriſtiana demiſſione inſigni. ib. monetur ab Vrbano V. ne crudelitatem a ſuis exerceri in captos patiatur. 1365. n. 14. monetur ab eodem Vrbano V. vt pacem ineat cum Aragonenſi. 1366. n. 30. 31. ſpreto conſilio ſibi exitium parit. ib. irrumpente in Caſtellam Henrico fratre nothо ob populorum odia deſeritur. ib. parta in Aragonia abductis præſidijs momento amittit, quæ tot annis pepererat. ib. cum filijs & theſauris fugit in Luſitaniam. n. 32. inde in Aquitaniam profugit. ib. ab Eduardo reſtituitur in regnum victo fugatoque Henrico. 1367. n. 18. deludit eum promiſſis. ib. ab eo deſertus. iterum redeunte in Caſtellam Henrico infeſtatur. ib. Toleto obſeſſo ſupperias affert. 1369. n. 11. funditur ab Henrico. ib. fugit in vicinum oppidum. ib. Bertrando Gueſclino ingentia ſponder ſi illum ſaluum eduxerit a periculo. ib. ſe illius fidei committit. ibid. proditus confoditur ab Henrico. ib.

B. Petrus Thomas ordinis B. Mariæ de monte Carmelo. miſſus ab Innocentio VI. ad Genuenſes pro ijs conciliandis cum Veneris. 1353. n. 12. creatus Pactenſis epiſcopus in Raſciam mittitur ab Innocentio pro reuocandis ad Eccleſiam Raſcijs. 1354. n. 27. ad ſacrum bellum in Raſcios ſchiſmaticos Regem Hungariæ impellit. 1356. n. 24. de concordia agit iuſſu pontificio inter Venetos & Hungaros. n. 29. mittitur legatus in Græciam pro conciliandis Romanæ eccleſiæ Græcis. 1356. n. 31. dum oraret cæleſtis lux in eius cubiculum ab infidelibus labi viſa. 1359. nu. 16. eius geſta in oriente. ib. Petrum Cypri Regem ſacrat. 1360. n. 13. creatus legatus contra Turcas Sataliæ expugnatæ religionem reſtituit. 1461. n. 9. Cyprum ſuis precibus peſte liberat. ibid. procellas maris proiecta cruce componit ib. a Coronenſi epiſcopatu transfertur ad epiſcopatum Cretenſem. 1362. nu. 17. creatur patriarcha Conſtantinopolitanus. 1364. n. 25. ſubrogatur in locum Talayrandi Cardinalis ad gerendam legationem orientalem. ibid. Genuenſes Regi Cyprio conciliat. 1365. n. 18. pia eius opera in cruceſignato exercitu. n. 18. cenſuras ſert in deferentes merces veritas Ægyptijs. 1366. n. 16. non impune ſpretæ ab auarjs mercatoribus. ib. pie moritur in cinere & cilicio Famaguſtæ. n. 17. 18. eius corpus poſt mortem ſuauiſſimum odorem efflat. ib.

Petrus Cardinalis Oſtienſis epiſcopus. iuſſu Innocentij VI. coronam imperatoriam confert Carolo Cæſari. 1355. n. 16.

Petrus Ripacurtiæ comes Petri Aragonum Regis patruus. mortua vxore S. Franciſci inſtituta amplectitur. 1359. nu. 2. prædicit Vrbano V. futurum ſchiſma ſi Auenionem rediret. 1370. n. 19. diuina luce colluſtratus ſchiſma imminens prædixit

dixit. A.1379.n.6.schismaticos cum Nicolaitis comparauit.ib. monet Henricum Castellæ Regem, ne schismatis laqueis irretiri se sinat.n.7. prædicit diuinas iras principibus schismaticis impendere. ib. & n.47. & 48.

Petrus de Luna Cardinalis schismaticus ac demum antipapa. Vrbanum VI. legibus creatum Pontificē profitetur. 1378. n.29. Anagniam petit ad alios Cardinales a schismatis consilio dimouendos. ib. ab ijsdem subornatur. ib. consulit Joannem de Lignano in ea controuersia, moneturque electionem fuisse canonicam.ib. fit schismaticus. n. 56. suaserat antea Alfonso eremitæ olim episcopo, vt cum Vrbano staret donec a concilio œcumenico cōtraria sententia lata esset. 1479.n.18.mittitur legatus ab antipapa in Aragoniam, n.43. pontificium legatum intercipit ac tradit in custodiam.., ib. excipitur a Petro Rege Aragonum, atque ex prophetia Petri principis graviora illi mala affert.n.47. Ioannem Castellæ Regem circumuenit, & Castellanos in schisma inducit in Salamanticensi conuentu. 1381. n.27. e Castella irrepit in Lusitaniam.n.33. eius doli a Lusitanis præsulibus confutati.n.34. conuictus sceleris abscedere cogitur. ib. mittitur ad Gallicam aulam pseudolegatus. 1394.n.4. nequit amplius tueri antipapæ causam.ib.cedet antipapam Clementem pro redintegranda ecclesiarum coniunctione debere gradu cedere. ib. ob commendatam cessionem creatur antipapa,vt cedat.ib.V.*Benedictus XIII.*

Petrus Florentinus Cardinalis Portuensis, postea schismaticus, iustio adhæret Vrbano VI. 1378. nu. 41. adhibetur interpres concordiæ pro Gallis Cardinalibus a schismate abducendis. n. 42. offert ijs concilium celebratum iri. ib. delimitus spe antipapatus ad schismaticorum cœtus se confert. n.52. &c. arguitur grauissime a S.Catharina Senensi. ib. redire non audet ad Vrbanum. ib. promulgat cum Iacobo Vrsino & Simone Mediolanensi, synodum œcumenicam ad tollendum schisma necessariam. 1379.n.1.& 2. veritus Vrbani acerbitatem demum ad antipapam Auenionensem se confert, & casum electionis Vrbani multis inquinatum mendacijs euulgat. 1380. nu. 29.

Petrus Toletanus archiepiscopus, in comentibus oppidi, cui Yelescas nomen est, decernit cum cæteris Castellæ præsulibus,controuersiam de Vrbani VI. pontificatu committendam concilio œcumenico.1379.n.4. &c. schismaticorum respuentium concilium sophismata refellit. nu.13. agnoscit talia ab Vrbano probanda offerri, vt etiam si inferni diabolus esset, tamen audiendus foret. ib. cum mensibus quatuor pacifice pontificatum possederit sine concilij sententia deferi non posse.ib.

Petrus Auria Genuensis classis dux, elatus fastu poscentes pacem Venetos repellit, ac paulo post iustas dat pœnas. 1379. nu.55.

Petrus Thomacellus, creatus Cardinalis ab Vrbano VI. 1381. nu.26. in pontificatu Bonifacij IX. nomen accipit.1389.n.12.

B.Petrus Luxemburgensis pseudocardinalis, sanctissime moritur,& post mortem miraculis claret.A.1387.nu.11. in difficili controuersia non nocuit sequutum esse bono animo antipapæ partes. ib. diuino lumine collustratus in extremo resipiscere potuit exemplo Paschasij diaconi Cardinalis.ib.

Petrus de Duenas Minorita. affectus martyrio a Granatensibus miraculis inclarescit.1397.n.17.

Petrus de Candia. V.*Alexander V.*

Petrus de S. Superano, in Achaia Turcas magna clade afficit,1400,n.8.&c. gratulatur illi Bonifacius de parta victoria.., ibid.

Petrus Fonseca S. Angeli diaconus Cardinalis, creatus legatus iubetur in suam potestatem redigere antipapam indicto sacro bello.1420. n.2. Castellæ turbas sedare iussus. nu.3. & 4. creatur legatus orientis pro concilio celebrando Constantinopoli, in quo Græcos Romanæ ecclesiæ coniungat. n.27. in regno Neapolitano creatus legatus inducias inter Alfonsum Regem, & Ludouicum Andegauensem conciliat. 1421. nu.1. traiectione in Græciam impeditur, 1422. nu.14.

Petrus Cardinalis Fuxensis. legatus in Aragoniam mittitur.1425.n.2.demum maximis honoribus ab Aragonum Rege excipitur. 1427.n.31. antipapam & anticardinales veniam petentes Ecclesiæ conciliat.1429.n.1. & seqq.

Petrus Barbus Veneti Eugenij IV. nepos. creatur Cardinalis. 1440. n.13. in Lauretano templo de recuperanda valetudine, & adipiscendo pontificatu per cœlestem speciem fit certior. 1464.nu.53. Pauli II. nomen accipit. ib.

Petrus Borgia. creatus pessimo exemplo dux Spoleti a Calisto Pontifice. 1458. nu. 41.

Petrus Berlandus archiepiscopus Bituricensis. miraculis claret.1463.n.105. de ijs instituta actio iudiciaria.ib.

Petrus princeps Aragonius. a Mauris Tingis mœnibus propulsatur. 1464.nu.32. vocatur in spem regni ab Aragonijs. ib. funditur a Ferdinando Joannis Regis filio.1465.n.8. ex bellicis laboribus extinguitur. 1366. nu. 18. sententia ab eo vsurpata verum exitum fortita est in eius morte: *Labor pro latitia*.ib.

Petrus Antiochenus Maronitarum patriarcha, de arcanis fidei Christianæ mysterijs docetur a Paulo II. 1469.n.29.

Petrus Riarius Minorita Cardinalis. creatus est Cardinalis tit. S. Sixti a Sixto IV.1471.num.79.& patriarcha Constantinopolitanus. 1472. nu.12. oblitus Franciscanæ parsimoniæ & pietatis infeliciter luxu & voluptate confectus perit. 1474.n.22.

Petrus Osmensis. eius errores damnati a Sixto IV. 1479.n.32.

Petrus Albussenus Rhodiorum equitum princeps. Turcicum exercitum Rhodo propulsat.1480.n.1. &c. creatur Cardinalis diaconus S.Adriani. 1489.nu.22. ad expugnandam Constantinopolim se accingit, sed Alexander VI. & socij Reges illi defuerunt.A.1502.n.17. Iudeos Rhodo pellit, cum exploratores pro Turca agerent.1503.n.25. moritur.ib.

B.Petrus Arbuesius fidei censor, in templo Cæsaraugustano a Marranis occisus. 1485.n.22.pia eius mors.ib. dum ipsius corpus tumulo daretur sāguis inspersus solo feruere visus. ib. ob edita ab eo miracula beatis martyribus adscriptus. ib.

Petrus Medices reipublicæ Florentinæ princeps, Alfonso Regi inuitis Florentinis contra Carolum VIII. adhæret. 1494.n. 21. Carolo imminente territus Liburnum & Pisas & alias arces illi tradit. ib. contracto inde odio a Florentinis pellitur in exilium. ib. tentat recuperare principatum, & Camaldulo diuinitus repellitur.1499.n.8.

Petrus Navarra dux. in Orano expugnando militarem virtutem explicat.1509.n. 23. Bugiam vrbem regiam expugnat. 1510.n.30. tuetur strenue aduersus Bugianum Regem.ib. Tripolim capit. ib.

Petrus Soderinus reipublicæ Florentinæ princeps.ob secutum Gallorum schisma Florentia pellitur. 1512.n.61.

Petrus Cordier pseudotheologus Sorbonicus. pro schismaticis contra Pontificiam auctoritatem scribit.1512.n.82.

Petrus Gandauensis Minorita. ducenta Mexicanorum millia, & amplius vna cum socio baptismo lustrauit.1529.n.95.

Philadelphia. a Latinis liberata. 1303. nu. 60.

Philadelphi. vexati a Turcis poscunt auxilia ab Innocentio VI. 1353. n. 20. promisso illis modo schisma damnent. ib. in schismate obfirmantur, atque Turcicæ subijciuntur seruituti.ib.

Philibertus Auraica princeps.in obsidione Florentiæ interemptus.1530.n.187.fuerat is magnus cladis Romanæ auctor.ib.

Philippus Francorum Rex. monetur ab Innocentio III.vt electa pellice, Ingeburgem Reginam thoro restituat. 1198. n. 8. intentatæ illi diuinæ iræ. ib. Galliæ fame & tempestatibus insolitis tunc afflictæ. nu. 9. grauissimum in bello vitæ discrimen adit. ib. metuens sibi male ab Othone Saxone in causa imperij Philippo Suevo studet. nu.56.57. spondet Pontifici Sueuum in omnibus Ecclesiæ pariturum.ib. inducias quinquennales cum Anglo init. ib. ob repudiatam Ingeburgem Reginam Gallia interdicto ecclesiastico subiecta. 1199.n.44. oratorum opera postulat interdictum tolli. 1200. n.10. Rhemensem archiepiscopum, qui antea sententiam divortij tulerat, fatuitatis perstringit. ib. venienti Octauiano legato occurrit. nu.12. 13. profusis lachrymis pariturum spondet.ib. imperia de pellenda superinducta admittit. ib. polliceturse honorifice Reginam habiturum.n.13. insigne illius erga Ecclesiam obsequium.ib. pacem init cum Ioanne Angliæ Rege.. nu. 14. Innocentij curæ pro Othone illi conciliando. 1201. nu.26.in causa eius matrimonij Suessionense concilium ab Octauiano Cardinale legato habitum..

ib.

ib. diſceptantium ſtrepitu ſeſſus Reginam inſeburgem ſecum abducit, & agnoſcit Reginam. n. 30. excipit in ſuas ædes Ioannem Angliæ Regem, & in alias commigrat. ib. arctiſſimum cũ eo fœdus init. ib. fauet Arthuro Britanniæ comiti, vt Normanniam, Turoniam & Andegauiam obtineat. A. 1202. n. 23. Ioanni Regi Angliæ diem dicit pro terris in Gallia beneficiarijs. ib. bellum illi mouet. ib. magna ditionis parte Ioannem Regem exuit. 1203. nu. 54. iubetur a pontificio internuntio inducias ſancire cum Anglo. n. 55. reſpondet non eſſe Pontificis cognoſcere de cauſa fiduciarij principis, cum ea ſpectet ad ſupremum dominum. ib. arguitur ab Innocentio eam cauſam ſpectare ad Pontificem non ratione feudi, ſed ratione peccati. n. 56. oborta lis, an valeat ea exceptio. n. 57. vrgetur ab Innocentio, vt hæreticos in Gallia Narbonẽſi excindat. 1205. n. 57. anglico diſtrictus bello Normanniam Ioanni Regi Angliæ eripit. nu. 58. querenti de eo Reginæ Inſeburgi reſpondet Innocentius credi, auerſum Philippi animum ab ea ex maleficio. n. 58. Pictauium, atque alias vrbes Anglo eripit. 1206. n. 32. inducias ad biennium cum eo pangit. ib. rogat Innocentium ne Othoni hoſti ſuo faueat pro comparando imperio. 1208. n. 12. reſponſum illi ab Innocentio Othonem ſacramento pollicitum lites ex pontificio decreto cum Philippo Rege Galliæ compoſiturum. ib. ſolicitatur ad extinguendam Albigenſem hæreſim. n. 15. initat apud Innocentium, vt diſſoluat matrimonium cum Inſeburge Regina. 1212. nu. 9. negante Innocentio diſſolui poſſe Reginam recipit in gratiam, & controuerſiæ finem imponit. ib. in eum Innocentius transfundit regni Anglici iura ob Ioannis tyrannidem in clerum. 1212. nu. 36. ſolicitatur ad eam expeditionem conficiendam. ib. regni Anglici iura in eum translata. 1213. nu. 73. bellum ſuſcipit aduerſus Ioannem. ib. Philippi metu deſperatis rebus Ioannes confugit ad clementiam Pontificis, & ſe illius vectigalem conſtituit. n. 74. 78. veritũ illi bello petere Anglum factum vectigalem Pontificis. n. 83. ob Belgij comitis defectionem expeditionem intermittit. ib. petitur bello ab Othone Cæſare. 1214. nu. 22. profligat Othonem, vt poſthac ad miſerrimum ſtatum redactus exciderit imperio. ib. Ludouici filij opera de Ioanne Rege Angliæ in Pictauia victoriam refert. ib. Ioanni Regi quinquennales inducias concedit. n. 25. eius filius Ludouicus, ſuſcepta in Albigenſes expeditione, plures vrbes ſubijcit. 1215. n. 23. Simon Monfortius pro Toloſano comitatu ſe illius fiduciarium fatetur. 1215. nu. 25. eius filius Ludouicus ab Anglis Rex eligitur. 1216. n. 2. aſſentitur eius lachrymis flexus, vt expeditionem Anglicam ſuſcipiat. ib. exceptus eſt Londini ab Anglis. ib. iubetur Philippus Ludouicum filium ab affectando Angliæ regno abducere. 1217. n. 69. inſignis illius erga Eccleſiam obſeruantia, eod. n. 69. conſtituit ducere expeditionem in Toloſanos. A. 1218. n. 56. mittit filium Ludouicum aduerſus Albigenſes. 1219. n. 36. Philippi mors eiuſque elogium. 1223. nu. 33. plures comitatus adiecit Galliæ coronæ. ib. pium eiuſdem teſtamentum. n. 34. Ludouicus VIII. filius in regnum illi ſuccedit. nu. 36. eius animæ poſcit, vt Honorius pro ea liberanda e pœnis purgatorijs ſacrum faciat. n. 38. viſum illud confirmarum miraculo. ib.

Philippus Sueuiæ dux Cæſar electus. aduerſarium patitur Othonem ducem Saxoniæ. 1198. n. 56. Galliæ Rex eius partes promouet, ſponderq; ſi in gratiam admittatur omnibus Eccleſiæ imperijs ſe paritura. ib. in colligenda Innocentij III. gratia fuit negligentior. n. 58. popoſcit ſolui anathemate, ac legatos mitti ea de cauſa obtinuit. n. 63. liberauit carcere principes Siculos, ſed ad reddendas Eccleſiæ terras ab Henrico fratre occupatas non aſſentit. ib. dolo ſe abſoluendum curat non ſeruato ritu. ib. Sutrinus epiſcopus, qui eum abſoluit ab Innocentio carcere mulctatus. ibid. mittit ad Pontificem oratores pro flagitanda corona imperij. 1199. n. 35. quid ijs ab Innocentio reſponſum. ib. & n. 36. coniuncto ſibi Othocaro Rege Boemiæ res auget. n. 38. ac concordia agit cum Othone æmulo re infecta. ib. morte Richardi Regis auctæ illius res. n. 50. latum ab Innocentio aduerſus eius electionem edictum. 1200. n. 22. obiectum illi crimini, quod patrimonium Eccleſiæ ſibi olim vſurpauerit. n. 27. ſe Tuſciæ & Campaniæ ducem ſcripſerit & Transtyberinam regionem ſibi arrogarit. ib. quod ſupremũ Siciliæ imperium Marcualdi & Diupuldi opera eripere Eccleſiæ moliatur. ib. vincitur in tumultuario prælio ab Othone. n. 38. Alſatiam vaſtat. ib. cur ab Innocentio repudiatus fuerit. 1201. num. 7. & 8. quoritur de eo Innocentius eniti neporem Fridericum exuere hereditate materna, quem paterna depulit. 1201. nu. 40. pollicetur Innocẽtio ſe omnia Romanæ & aliis eccleſijs erepta reſtituturum. 1203. n. 28. alia eius ingentia promiſſa de Græcis ad obſequium Eccleſiæ reuocandis, & Saracenis Syria depellendis. ibid. ſerius Innocentio hæc pollicitus. n. 30. aduerſus Lantgranium Thuringiæ mouet n. 36. fugatur ab Othone & Rege Boemiæ. ib. Vvilhelmum Iuliaci comitem in ſuas partes trahit. 1206. nu. 42. Adolphum Colonienſem archiepiſcopum ſibi adiungit. n. 46. cum Othone circa Coloniam pugnat. ib. proditorum opera Othonem maxima clade fundit. 1206. n. 19. illum Germania pellit. ib. ambit in gratiam Pontificis admitti. n. 14 reddit Innocentio de facto ſuo rationem in controuerſia imperij. n. 15. decreti ab Innocentio pro eo conciliando Cardinales legati. n. 17. quibus legibus ab ijs fuerit abſolutus. 1207. n. 7. 8. Brunonem Colonienſem archiepiſcopum in libertatem reſtituit. ib. Luipoldum intruſum Maguntinum deſerit. ib. dimittit exercitum congregatum pro Othone perſequendo. ib. annuas cum eo inducias pangit. ib. a legatis abſoluitur cenſuris. ib. abſoluto gratulatur Innocentius. ib. comparato iam & pacato imperio occiditur a Palatino proditore. A. 1208. n. 1. eius elogium. n. 4. creditus a tyranno occiſum ideo, quia primus eccleſias tyrannis tradiderat. ib. pœnæ de illius interfectore ſumptæ. n. 5. eo ſublato Innocentius Othonem ad imperium euehendum curat. n. 20.

Philippus comes Namurcenſis. in morte mira contritionis ſigna dat. 1218. n. 59. poſt mortem miraculis effulget. ib.

Philippus Rauennæ archiepiſcopus. creatur legatus aduerſus Ezelinum de Romano a 1255. nu. 10 Patauium illi eripit. 1256. n. 38. moriente Ezelino retentus in carcere ab Vberto Palauicino. 1259. num. 10.

Philippus III. Rex Francorum. ſuccedit S. Ludouico in Tunetanis caſtris extincto. 1270. n. 23. Tunetum arctiori obſidione cingit. ib. confecta cum Tunetanis pace Syriaca expeditione male intermiſſa reuertitur. n. 24. in reditu grauia pericula patitur. ib. reliquiarum paternarum partem in Sicilia condit. 1271. n. 1. aliam ſecum effert in Gallias. nu. 2. ſalutat Viterbij Cardinales, ac rogat vt Pontificem quantocitius dent Eccleſiæ. n. 3. condit in S. Dionyſij æde paternas reliquias, ad quas edita miracula. n. 4. ſolicitatur a Gregorio X. ad ſectanda paternarum virtutum exempla. nu. 57. controuerſo in Venaſinum comitatum iure cedit gratia Romanæ eccleſiæ. 1273. n. 51. crucis ſymbolum reſumit. 1274. n. 34. gratulatur illi Gregorius, atque decumas Gallicas illi attribuit. n. 35. nepotum ex ſorore cauſam aduerſus Alfonſum Regem Caſtellæ defendendam ſuſcipit. 1276. n. 47. delinire illum nititur Ioannes XXI. vt arma aduerſus infideles vertat. ib. Eduardum Angliæ Regem de ſocietate armorum contra Alfonſum poſtulat, ſed is ſe excuſat. n. 49. Alfonſo bellum denunciat. 1277. n. 2. de pace cum Alfonſo pontificiorum oratorum opera agitat. n. 24. bellum Syriacum cogitat. 1279. nu. 6. haſtiludia celebrat triſti exitu. ib. iura regnorum Aragoniæ & Valentiæ ad vnũ e filijs eius traducta a Pontifice ad deturbãdum Petrum Aragonium. 1283. n. religioſam in eum militiam profitetur. ib. coniungit ſibi Balearem, atque in Cataloniam irrumpit. 1285. n. 25. prælio vincit Petrum Aragonium, eumque ſauciat lethaliter. n. 25. Gerundam trimeſtri obſidione obtinet. n. 26. claſſem dimittit, quæ in Narbonenſi portu exuritur ab hoſte. ib. graſſante in exercitu morbo epidemico ægrotat. ib. ob difficultatem commeatuum regreditur in Galliam. n. 27. in regreſſu conſerto prælio ægre hoſtem vincit. nu. 27. e corporis animique ægritudine moritur. ib. munitus eſt rite eccleſiaſticis ſacramentis. ib. Philippus Pulcher vocatus in regnum illi ſuccedit. ib.

Philippus Balduini II. Imperatoris filius dictus Imperator. Caroli Regis Siciliæ filiam

lium ducit vxorem, & cum Palæologo bellum gerit. A. 1274. n. 19. iussus cum eo inducias seruare. ib.

Philippus Firmanus episcopus in Hungaria legatus. iussus episcoparum instituere in Tartariæ limite. 1278. n. 22.

Philippus IV. Gallie & Nauarræ Rex. Philippo III. in regno Galliæ succedit. 1285. n. 27. fratrem Carolum ducem Valesiorum in regni Aragonici possessionem inducere nititur. 1286. n. 28. attributæ illi ea de causa decimæ a Nicolao IV. 1288. nu. 15. & 1289. num. 12. solicitatur a Nicolao ipso ad ferendam opem Syriæ in maximum discrimen adductæ. 1290. num. 10. inter illum & Eduardum nata dissidia. n. 17. missi ad ea sedanda Cardinales legati. ibid. frustra solicitatur a Nicolao ad amissam Syriam recuperandam. 1291. nu. 19. cum Alfonso Rege Aragonum fœdus init & quibus legibus. 1291. n. 51. vocat in ius Eduardum ob factas ab Anglis grassationes. 1294. n 25. Aquitaniam Eduardo eripit. ib. Belgij comitem insectatur ob affinitatem cum Anglo contractam. ib. Burgundiæ comitatum a Rodulpho Cæsare deficientem Galliæ coronæ adiunxit. n. 25. Adolphus Cæsar pro eo repetendo bellum Philippo intentat. ib. legati Cardinales ad illum Anglo conciliandum missi. 1295. nu. 41. Guido Belgij comes ab ipso deficit. 1296. n. 17. Eduardus in Belgium traijcit aduersus ipsum iunctus fœdere Cæsari. 1297. n. 42. Adolphum Cæsarem Philippus concitato in eum Alberto Austriæ duce. ib. arguitur a Bonifacio VIII. ob ecclesiarum iura oppressa. 1301. n. 26. expilat ecclesiarum bona, & populum opprimit. n. 29. 30. coercere illum meditatur Bonifacius vocatis præsulibus ad concilium. ib. Cassanus Persidis Rex mittit ad eum oratorem pro iungendis armis ad excindendos Saracenos. n. 31. solicitatur a Bonifacio ad restituendam Christi cultui Syriam. ib. vocatis ad concilium præsulibus & doctoribus Gallis adducit Bonifacium in inuidiam quasi supremum Galliarum Imperium inuadat. 1302. n. 11. fremit ob sanctionem a Bonifacio editam omnes Christianos de necessitate salutis subesse Romano Pontifici. n. 13. censuris detinctus spernit veniam culpæ in Pontificem & ecclesiasticos admissæ poscere. n. 16. dum rebellat Pontifici subditos Belgas rebelles patitur. n. 17. cladem ingentem patitur. ib. ducit in eos exercitum irrito exitu. ib. querelæ in eum a Bonifacio propositæ. 1303. nu. 34. exacerbatur in Bonifacium magis ob Lugdunensem principatum Bonifacij sententia a Gallica corona diuulsum. n. 35. Albertus Romanorum Rex in eum a Bonifacio concitatus. ib. in conciliabulo Parisijs coacto schisma conflat in Bonifacium, quem hæreticum & antipapam esse calumniatur. ib. theologos ac pios doctores pellit in exilium. ib. insidijs capi Anagniæ Bonifacium iubet. n. 41. diuina in Philippum vltio. nu. 43. Belgas maritimo, & terrestri prælio deler. A. 1304. n. 8. pacem cum ijs redintegrat. ib. discordiam cum sede Apostolica cœptam componit cum Benedicto XI. n. 9. subornato Nicolao Cardinale Prænesti Gallum creari Pontificem obtinet. 1305. n. 3. cum archiepiscopo Burdegalensi de conferendo illi pontificatu pacisciturn. 4. stratoris munus Clementi V. aliquanto itinere exhibet. n. 13. Clemens explicat sanctionem, quæ incipit a verbis, *Vnam sanctam*, ipsum non magis obnoxium Ecclesiæ quam antea foret, tumidumque fastu illius animum placat. 1306. n. 1. Iudæos perpetuo exilio damnat e Gallia. 1306. n. 18. colloquium celebrat cum Clemente & Siciliæ Nauarræque Regibus. 1307. n. 1. confirmata illius fœdera cum Belgis & Anglis. nu. 8. & 9. horrendum scelus concipit de exercenda in Bonifacij VIII. cineres vltione. n. 9. impie illum calumnia hæreseos apperit. ib. consilio Clementis absistit cœptis. ib. soluitur omnibus censuris ob conflatam in Bonifacium coniurationem. ib. Templarios dæmonolatriæ accusatos supplicijs discruciat. ib. adductus in odium nimio fastu apud Clementem, qui imperium Henrico VI. deferendum curat. 1308. nu. 19. plura Clementi pro recuperanda Syria pollicetur. n. 38. male a Clemente V. impetrat potestatem accusandi Bonifacij. 1309. n. 4. piorum odia ex re insolenti incurrit. ib. vrgente Philippo in eius memoriam iudicium hæreseos Clemens V. omnibus in eum restari volentibus potestatem facit. 1310. n. 37. capti Bonifacij crimine liberatur a Clemente. 1311. nu. 35. Bonifacianam controuersiam permittit Clementi. ib. deterrimas calumnias in Bonifacium effuderat. n. 32. Viennensi concilio interest. 1312. n. 1. orientalem expeditionem suscipiendam vouet cum Eduardo Angliæ, & Ludouico Nauarræ Regibus. n. 22. attributæ illi sexennales decimæ. ib. conniuente Clemente archiepiscopus Lugdunensis cedit in Philippi gratiam Lugdumi imperio. n. 29. e manu Nicolai tit. S. Eusebij Card. crucis symbolum accipit. 1313. n. 1. ex equo corruens infeliciter moritur. 1314. n. 26. illius virtutes, & vita. ib. stirps illius infelicissima & nurus omnes adulteræ. ib. opprobrijs plenus apparuit, qui mille opprobria in Bonifacium Pontificem confinxerat. ib. dolo & simulatione nuncupasse votum de Syria recuperanda creditus. ib. Ludouicus Hutinus filius Rex Nauarræ in regno illi succedit. 1315. nu. 2. post mortem Philippi eiusdem filia Isabella Regina Angliæ a filio Rege adulterij infamia notata affecto supplicio Rogerio de Mortuo mari eius amasio. 1330. n. 50.

2. *Philippus Seruitæ*, pie moritur. 1285. n. 82. iussus est a B. Virgine Seruitis se adiungere. ib. miraculis in vita, ac post mortem claruit. ib. a Leone X. beati titulo ornatus est. ib. & 1516. n. 101.

Philippus princeps Tarentinus. in insula Siciliæ initio feliciter rem gerit. 1299. n. 4. dein funditur, & capitur. ib. pro tuenda contra schismaticos Achaia exercitum ducit. A. 1312. n. 48.

Philippus V. Pictauij comes deinde Gallie, & Nauarre Rex. arte Cardinales Lugdunum euocatos concluai includit cogitque ad creandum Pontificem. 1316. n. 1. extincto fratre Rege regni administrationem suscipit. n. 11. Galliæ, & Nauarræ regnis extincto nepote Ioanne succedit. n. 18. consecratur Rex Rhemis. 1317. n. 1. monetur a Pontifice, vt inter diuina garrulitate abstineat. n. 3. & seqq. nonnulli principes ab eo deficiunt. n. 6. missi a Pontifice interuntij ad eos conciliandos reprimendosue. ib. pollicetur auxilia Armenio Regi contra Saracenos. 1318. n. 17. inter eum & Robertum Belgam vetus discordia recrudescit. n. 18. Pontificis opera pax inter vtrumque restituta. 1319. n. 16. comparat se ad bellum Asiaticum, sed retardatur a Pontifice, vt prius ciuilia alia bella componantur. n. 19. cum Pontifice, & Roberto Siciliæ Rege fœdus armorum init. 1320. n. 8. Philippum Valesium cum exercitu mittit aduersus Matthæum Vicecomitem. n. 10. is circumfusus ab hoste, & honorifice dimissus redit in Galliam. ib. morbo impeditus optatam expeditionem Asiaticam extrahit. 1321. n. 44. ægritudine diuturna consumptus moritur. 1322. n. 22. eius elogium. ib. succedit illi Carolus frater. ib.

Philippus Cornomanie comes, postea Gallie Rex dictus VI. pro Roberto Rege Insubriæ vicario mittitur aduersus Matthæum Vicecomitem. 1320. n. 10. circumfusus ab hostibus salutem redimit fœdere. ib. succedit Carolo IV. exclusæ eius filia, & sorore Isabella eiusdem Caroli pariter exclusa. 1328. n. 69. cur regno Nauarræ non successerit. ib. in Belgas bellum gerit, Flandriæque comitem in principatum restituit. n. 70. Pontifici studia sua viresque contra schismaticos offert. n. 71. monita pontificia de iungenda cum Anglo affinitate male repudiat. n. 72. init fœdus in Turcas cum Gallo Rege, Veneto senatu, & Imperatore Constantinopolitano. n. 85. oppugnante Petro Cunerio ius ecclesiasticum, profitetur se iura ecclesiarum auctarum potius, quam imminuturum. 1329. n. 75. catholici nomen inde promeritus. ib. ad Pontificem profectus cum eo arcana consilia de Asiatica expeditione agitat. 1330. n. 48. & seqq. Robertus Atrebas ob amissam litem de Atrebatensi comitatu ad eum deijciendum coniurat, quem se aiebat, ad solium extulisse. ib. solicitatur a Leone Armeniæ Rege, vt Saracenis bellum inferat. 1331. n. 30. permouet Pontificem, vt bellum indicat pro recuperanda Syria. ib. spondet in solemnibus conuentibus traiecturum in Syriam cum exercitu. ib. Ioannem iter in Italiam meditantem retardat. 1332. n. 1. pro conficienda sacra expeditione grauiora postulat. ib. & n. 2. arguitur a Pontifice voti nuncupati immemorem esse, & bellorum semina iacere exasperato Anglo, quem sibi deuincire deberet. 1332. n. 25. creatur dux sacræ expedi-

peditionis. A.1333.nu.1.sexennales decimæ illi tributæ.ib. nouas difficultates comminiscitur. ib. petit, vt præsules fidei crucem induant, vt plures eorum exemplo eam accipiant. n.11. arguitur, fictioremque in ea re fugiendam docetur. ib. propositæ illi diuina vltio, si quid tale ageret. ib. Armeniam iactata inani expeditione crudelitati Saracenorum exponit. ib. armorum fœdus init cum Pontifice, & Venetis, & Siculo, & Cyprio contra Turcas. 1333. n.14. externo bello se implicat pro tuendo Dauide Scotiæ Rege. n.23.distinet Ioannem XXII.ne Italiæ sedem Apostolicam restituat. n.24. artibus suis disturbat quoque Benedictum XII. ne Romæ sedem Apostolicam restituat. 1335. n.5. &c. obijcit ingenti suo damno impedimenta ne Ludouicus Bauarus in gratiam cum Ecclesia restituatur. n.7. prohibetur a Benedicto XII. ne affinitatem contrahat cum Ludouico Bauaro ni Ecclesiæ conciliatus sit. 1336. n.39. Anglum in se exasperat non redditis controuersis Aquitaniæ terris, & Dauide Scoto armis adiuto. n.41. cum Anglo pacem init nulla Dauidis Scoti mentione edita, deinde eam rescindit. n.42. sacram in orientem expeditionem intermittit. ib. dein illius consilia prorsus abijcit. n.46. Aquitaniam occupat, & ingentia Dauidi Scoto auxilia contra Eduardum mittit. ib. nititur impedire ne Ludouicus Bauarus concilietur Ecclesiæ a Benedicto. 1337. n.2. Eduardus in eum fœdus armorum sancit cum Ludouico Bauaro. n.5. &c. missi a Benedicto XII. legati Cardinales pro Eduardo ipsi conciliando. n.12. conuenit Benedictum Auenione. n.22. iniqua postulans repellitur. ib. monetur non defuturam diuinam vltionem, si opes sacras pro gerendo Saracenico bello contributas insumserit. ib. Armenij illius promissis illusi maximis cladibus afficiuntur. n.24. in eum Eduardus trecentarum nauium classe inuehitur. 1338. n.54. salubria præcepta Philippo data a Benedicto. ib. ab eo distrahitur ne irrumpat in Germaniam. 1339. n.13. & seqq. Anglo commeatus intercludit. ib. decumas pro bello sacro collectas petit a Benedicto, ac repellitur diuina illi ira proposita. 1340.n.18. classem sacro auro conductam amittit. n.25. exercitum contra Eduardum educit. ib. inducias cum eo pacisci tur. ib. inconsulto Pontifice fœdus init cum Ludouico Bauaro Ecclesiæ hoste. 1341.n.9. pro eo conciliando Ecclesiæ deprecatorem agit. ib. arguitur a Benedicto. ib. Delphinatum Viennensem Gallico regno coniungit. 1344. n.62.63. montem Pessulanum coemit a Baleari Rege. 1345.n.13. in Crescica pugna vna cum pluribus Regibus fœderatis vincitur. 1346. n.38. eius classis Itiensibus laturæ opem profligata. 1347.n.24. Itium amittit. ib. Philippi mors. 1350. n.40. succedit in regnum Ioannes filius. ib. in exugendis populorum opibus fuit versutissimus.ib.

B. *Philippus archiepiscopus Bituricensis*. de illius miraculis instituta actio iudiciaria. A.1323.num.67. singulare benignitatis exemplum ab eo exhibitum. ib.

Philippus dux Ebroicensis, idemque Nauarræ Rex. vxoris iure post Caroli IV. mortem Nauarræ regnum obtinet. 1328. n.69. fert auxilia Regi Castellæ contra Mauros. 1343.n.37. in expeditione contracto morbo moritur. ib.

Philippus Ioannis Regis Galliæ filius Burgundiæ dux. a patre creatus dux post Ioannis ducis mortem. 1364. n.15.16. & 17. litem de principatu cum Carolo Rege Nauarræ exercuit.eod.n.15.

Philippus dux Burgundiæ. eadem Ioannis patris virtutes Galliæ Regem cum parte regni in Anglorum Regis potestatem redigit. 1420. n.6. illi fidem addicit.ib. ab Anglis abalienatur. 1425. n.9. pacisci tur inducias cum Gallo Rege opera B. Nicolai Albergati. 1431.n.14. Renatum ducem Barensem capit in prælio. n.16. pacem cum Carolo VII. desertis Anglis redintegrat. 1435. n.5. permotus est inspecto miraculo edito a B. Nicolao Albergato. n.5. rogatus ab Eugenio IV. vt Renatum pro capessendo regno Neapolitano dimittat. n.13. illum liberat acceptа ab eodem valle Casletensi. 1437. n.25.26.sacræ in Turcas expeditioni se deuouet. 1453. n.13. Indis & comessationibus rem tantum gerit.ib. inuidiam non gestæ rei in Gallum Regem deriuat. ib. ad eum Ludouicus Delphinus transfugit. 1456. n.5. solicitatur ab orientalibus ad fœdus armorum, promissumque illi regnum Ierosolymitanum ab orientalibus. 1461.n.36. solicitatus a Pio, vt se illi coniungat ad gerendum bellum contra Mahometem. 1462.n.33. fœdus init cũ Eduardo Angliæ Rege hoste Gallorũ Regis.n.48.inter lasciniæ pompas voti in Turcas nuncupati obliuiscitur. 1463. n.21. correptus morbo grauiore violati voti se reum agnoscit. ib. oratores ad Pium mittit de expeditione conficienda.ib.a coeptis deficit victus delitijs. n.47. moras nectit. 1464. n.3. nuncupatum votum, & datas fidem infringit. n.25. eius filius Carolus Ludouicum XI. vincit ad montem Lethericum. 1465. n.10. moritur relicto Carolo successore, sparcitisque Mahometanorum instar deditus in Mahometanos arma stringere non potuit. 1467.n.23.

Philippus Mariæ dux Mediolani. victo Baptista Fregosio Genuam sibi subijcit. 1421. n.23. iura principatus Mediolanensis a Sigismundo Imperatore accipit. 1428. n.2.pacem init cum Venetis. ib. Columnenses in rebellione aduersus Eugenium IV. confirmat. n.11. Basileenses concitat contra Eugenium.1432. n.9. immisso Piccinino in Picenum bello vexat Eugenium. 1432. n.20. Franciscum Sfortiam ad inuadendum Picenum submittit. 1433. n.26. Romanos subornat ad prodendum ipsi Eugenium.1434. n.9. eius orator ipso inscio de Eugenio intercipiendo agit. 1435. n.10. clementia Eugenij in proditorem victus cum eo pacem agitat. ib. immissa classe ad liberandam Caietam Aragoniæ, & Nauarræ Reges fundit capitque. n.14. persuaderi se sinit, vt magis Aragonijs faueat quam Gallis. ib. eosdem Reges dimittit liberos. ib. commouet Basileenses in Eugenium. A.1436. n.21. detestatur Amedei soceri facinus qui antipapatum corripuerat. 1440. n.7. exercitum aduersus Florentinos immittit duce Nicolao Piccinino. 1440. n.11. ille diuino miraculo profligatus. ib. Francisci Sfortiæ Pontifici rebellantis patrocinium suscipit. 1442. n.12. fœdus init cum Eugenio. 1444. n.12. infelix eius mors, 1447. n.25. pepulit medicum, qui sacram confessionem inuaserat. ib.de infamo fastu sæpius a S. Bernardino increpitus fuit.ib.

Philippus I. Castellæ Rex. regnum Castellæ dotali iure recipit. 1506. n.36. pacis inter eum, & Ferdinandum socerum leges.ib. lapso anno moritur.ib.

Philippus Lileadamus Rhodiorum equitum princeps. imminente Solimanno Cæsaris aliorumque Regum opem frustra implorat. 1522. n.22. eius odio Amaralius Solimannum ad perdendam Rhodum concitarat. n.24. post sex mensium obsidionem Rhodum dedit.ib.

Philippinus Auriæ Gallicæ classis præfectus. Neapolim mari obsidet. 1528. n.5.Hugonem Moncatam maritimo prælio vincit atque interimit. n.10. plures cæsareos magnates capit. ib. cum ij repeterentur a Gallo Rege,nec merita illi præmia soluerentur, ad Cæsarem deficit pactus Genuæ libertatem. ib. duodecim Galli Regis triremes ad Cæsaris obsequium transfert.ib.ea defectione regnum Neapolitanum Gallo abstulit.n.11.

Philippus Melanchton hæresiarcha. præcipua Lutheranismi capita immutat castigatque. 1528. n.47.& 50. ductus a Ioanne duce electore Saxoniæ ad conuentus Augustanos. 1530. n.60. præcipuus architectus formulæ fidei hæreticorum ibi editæ.n.75.postea etiam suam hanc confessionem mutauit.n.86. V.etiam *Augustam conuentus*.

Philippus Lantgrauius Hassiæ. conciliare Zuinglianos,ac Lutheranos frustra enititur.1529.n.5.

Philotheus Constantinopolitanus patriarcha. eiurato schismate coniungit se Romanæ ecclesiæ.1367.n.10.

Picenum. ejecto Marcualdo cæsareo præfecto recuperatum ab Innocentio III.1198. n.14.ex eo Manfredo a Clemente IV.recuperatum.1266.n.22.

Pighardi hæretici. qui fuerint. 1524.n.63. ejecti Praga.ib.

Pileus Cardinalis Rauennas.inter Vrbanum, & Carolum Regem Siciliæ frustra de concordia agit. 1385. n.5.6. sinistram suspicionem de se apud Vrbanum VI. concitat. ib. ab Vrbano ob nimiam eius acerbitatem deficit ad antipapam. 1386. n.10. 11. impie cardinalitium pileum exuit postea Vrbano extincto ad Bonifacium IX. rediturus. ib. mittitur pseudolegatus ab Antipapa aduersus Vrbanum in Italiam. 1389. n.9. in eum ab Vrbano bellum sacrum indictum. ib.

ib. extincto Vrbano ad Bonifacium venit. nu. 13. cur dictus Pileus trium pileorum. ib.
Pisani. præsules ad concilium venientes hostili furore capiunt merguntue mari. A. 1241. n. 56. innumeris posthac calamitatibus attriti. ib. in gratiam Ecclesiæ admitti flagitant. 1245. n. 6. quibus legibus admissi. ib. bellum gerunt in Sardinia cum Genuensibus. 1258. n. 29. in Syria coniungunt se Venetis contra Genuenses, eosque delent. n. 37. in gratiam Ecclesiæ admissi a Gregorio X. 1273. n. 32. episcopalis sedes ab eodem Pisis restituta. ib. a Genuensibus extrema clade deleti in ea maris ora in qua præsules ad concilium venientes olim ceperant. 1284. n. 20. in gratiam cum Ecclesia restituti. 1395. n. 4. reipublicæ gubernaculis præficiunt Bonifaciū VIII. ib. Ludouicum Bauarum mœnibus excludere tentant. 1327. n. 17. obsessi deditionem faciunt. ib.
Pisanum concilium. V. *Concilium Pisanum.*
Pius II. creatur Pontifex. 1458. p. 2. n. 1. & seqq. ostensum mauri illius pontificatus præsagium. ib. eius primitiæ. nu. 9. curas ad bellum Turcicum conuertit. n. 14. confert Neapolitanum regnum Ferdinando Alfonsi notho filio. n. 20. rescindit Callisti decretum. num. 27. succensent illi Galli ob regni iura ad Ferdinandum auersa. n. 28. Latinum Cardinalem ad eum corona exornandum mittit. n. 29. ordinem militarem instituit in Lemno insula. 1459. n. 2. Mantuā ad indictos comentus proficiscitur. n. 4. Senis archiepiscopalem sedem instituit, & Radicofanum a Romana ecclesia abalienat. n. 12. negat publice Regem promulgare Georgium Boemum, cum publice obedientiam non detrect. n. 20. interuntios mittit in Boemiam pro sedanda controuersia. n. 22. Florentiam adeuntis sellæ proceres colla pie supponunt. n. 32. varia eius itinera. n. 37. & seqq. Mantuam ingreditur. n. 41. accusat principum segnitiem, qui sacram in Turcas militiam defugiant. n. 42. Thomæ Moreæ Despoti auxilia poscenti aduersus Mahometem leues copias submittit. n. 46. 47. orientales Reges mittunt ad eum oratores pro iungendo armorum fœdere aduersus Mahometem. n. 48. promittentibus Germanis exercitum quadraginta duorum millium armatorum contra Turcas, creat eorum ducem Cæsarem. n. 68. &c. eius in Turcas consilia confusa ob Gallorum in Ferdinandum bellum. n. 77. promittit Matthiæ Regi se duodecim millia equitum iuuentaturum contra Turcas. n. 78. ingratus Ferdinandi Beneuentum illi restituere detrectantis animus. n. 80. indicit expeditionem in Turcas. 1460. n. 11. prouocantes a Pontifice ad concilium damnat. n. 10. decimas pro sumptu bellico imperat. ib. decernit terrestrem, & maritimum exercitum in Turcas conflatum iri. n. 12. Bessarionem Cardinalem ad Fridericum, & Matthiam conciliandos mittit. n. 15. illius ex Mantuana vrbe discessus atque itinera. n. 27. Franciscum nepotem, & alios erat Cardinales. ib. Rodericum Borgiam perstringit lasciuiæ. n. 31. Sigismundum Austriacum ob violatum ius ecclesiasticum legibus persequitur. n. 33. trium patriarchatum orientalium ad eū legatio. A. 1460. n. 55. Monobassienses se illi subijcium opem poscentes aduersus Mahometem. n. 56. cum duce Mediolani fœdus init aduersus Gallos regnum Neapolitanum recuperantes. n. 62. labantes Ferdinandi res sustinet. n. 68. Romam contendit, & factionem procerum Gallis fauentium opprimit. n. 68. Genuenses ad excutiendum iugum Gallicum concitat. n. 73. promissa auxilia Hungaris non præstat, seque excusat. num. 90. regium nomen Iacobo notho Cypri tyranno denegat. 1460. n. 95. minas Ægyptij soldani refringit. n. 100. Trapezuntinus Imperator, Persarumque & Mesopotamiæ Reges, & alij centum viginti millia bellatorum auxiliaria illi polliciti si arma interat Mahometi. n. 101. poenas varias Ioanni Armaniaci comiti incesti cum sorore veniam flagitanti irrogat. n. 110. vires consumit in tuendo Ferdinando contra Gallos. 1461. n. 1. &c. affinitatem cum eo contrahit. ib. tuentes ius Gallicum anathemate percellit. ib. in Piceno aliquas clades patitur. n. 7. Sigismundum Austriacum spernentem censuras postulat iudicio hæreseos. n. 11. aduersus archiepiscopum Moguntinum demonstrat prouocationem ad concilium non valere. n. 16. Adolphum Nassouium in illius locum subrogat. n. 19. Lesbos, Lemnos, ac Mirylene illi a Mahomete ereptæ. 1461. n. 42. solicitat Mahometem ad amplectendam fidem catholicam. n. 44. &c. Ludouicum Regem Galliæ ad sacrum in Turcas bellum solicitat. n. 113. nouos Cardinales creat. n. 121. B. Catharinam Senensem in sanctarum virginum catalogo reponit. nu. 123. solemni pompa excipit Romæ caput S. Andreæ. 1462. n. 1. Ludouicus Galliæ Rex promittit illi septuaginta armatorum millia contra Turcas, si Renato fauerit in re Neapolitana. n. 8. quid ad hæc responderit Pius. ib. Valentinensis, & Diensis comitatus illi a Ludouico restituti, vel traditi. 1462. n. 11. ab oratoribus Georgij Podiebratij delata ipsi obedientia. n. 14. quid de calicis vsu responderit, nu. 15. imperat Georgio ne calice vtatur, & laicos vti vetat. n. 17. detegente impietatem suam Georgio, Siletios sacramento fidei Georgio præstitæ liberat. n. 24. Matthiæ Regi Hungariæ subsidia aliqua nummaria mittit. n. 27. Cardinalibus, ac Venetis exponit consilium conficiendæ expeditionis in Turcas. n. 33. Gallum Burgundumque solicitat, vt se addant socios. ib. exorta in Vrbe lue ad Senensia balnea se confert. n. 46. Corsinianensem episcopatum in natali solo instituit. n. 47. postulat ab eo opem Hungarus contra Turcas. 1463. n. 12. Reginam Bosnæ profugam humaniter excipit. n. 14. Scanderbego pacis cum Turca necessitatem excusanti quid responderit. n. 18. cum ducis Burgundi oratoribus pacisci tur pro expeditione Turcica conficienda. n. 21. cum principibus Italis agit de mutuis conferendis subsidijs. n. 24. ijs exponit consilium educendi in Turcas exercitus. n. 25. ducem Mediolani ad sacri belli societatem solicitat. n. 41. gesta sua in conciliabulo Basileensi retractat. n. 114. parat se ad Turcicam expeditionem. A. 1464. n. 1. Burgundum solicitat, vt copias ducat in Turcas sed frustra. n. 3. iudicium hæreseos intendit Boemo Regi. n. 33. Sigismundum Austriacum pœnitentem conciliat Ecclesiæ. n. 35. Roma discedit profecturus in Turcas. n. 36. munera offert in templo Lauretano Virgini. 1464. n. 37. Ragusinis annonam submittit. n. 38. ad eum accedit Venetorum dux cum duodecim triremibus. n. 40. in procinctu concendendæ classis moritur. n. 40.
Pius III. creatus Pontifex. 1503. n. 13. se obstringit ad celebrandum concilium singulis triennijs. ib. sacris episcopalibus initiatur. n. 5. obit concitata de se maxima spe, & expectatione. ib.
Pœnitentia. multitudo meretricum a Fulcone pio sacerdote conuersarum monasticæ vitæ se addicit. 1198. n. 38. insignis in Conuentrensi episcopo pœnitentia. n. 45. pœnitentis crimina diuinitus delcta. 1199. n. 45. in cinere efflat animam S. Hugo episcopus Lincolniensis. 1205. n. 19. mira Othonis Imp. pœnitētis contritio. 1218. n. 38. mira Philippi comitis Namurcensis contritio. n. 39. insignis in comite Sarisberiensi morituro. 1226. n. 48. Iacobi Regis Aragonum. 1276. n. 23. pœnitentis meretricis egregium exemplum, vtque eximio dolore scelerum animā pie efflarit. 1335. n. 58.
Pœnitentia publica. quænam iniuncta fuerit illi, qui episcopo linguam iussu præsciderat. 1202. n. 10. illi, qui Saracenorum iussu filium occiderat, eiusque carnibus vesci non horruerat. n. 11. quæ pœnitentia ob episcopi cædem iniuncta. 1203. n. 45. & 48. pœnitentia publica Raymundi comitis Tolosani. 1208. n. 23. hæreticus pœnitens in flammis illæsus. 1209. n. 25. pœnitentia publica episcopi Aniciensis interfectoribus ab Honorio III. imposita. 1220. n. 29. Guidonis de Montefortii pœnitentia. 1273. n. 41. & seqq. Iacobi Regis Aragonij. 1276. n. 23. imposita Marchioni Montisferrati ob cæsum Terdonensem episcopum. 1285. n. 68. Scaligeri interfectores episcopi admissi ad pœnitentiam, & quibus legibus. 1339. n. 67. 68. imposita ad crimen expiandum pœna Mediolanensibus. 1341. n. 18.
Politici infelices. Stiborius inter Boemos politicæ artis gloria insignis trabe caput collisum habuit iussu Vvenceslai Regis. 1248. n. 9. Thadeus Suessanus Friderici II. administer præcipuus in Parmensi obsidione trucidatus. 1248. n. 18. Petrus de Vineis eloquētia in Pontifices abusus ex politica insania orbatur ab eodē Friderico oculis, inque rabiem efferatus sibi ad columnam caput allidit. 1249. n. 13.

Pompe-

Pompeiopolis. a Gallis recepta. A. 1521. n. 84. in illius obsidione sanciatus Ignatius de Loyola, qui ex aduerso casu ad sanctitatem assurrexit. 1521. n. 84.
Poloni, & *Polonia*. a Tartaris vastata. 1260. num. 25. Poloni Ruthenos gemina victoria proterunt. 1266. nu. 40. pontificiam auctoritatem expetunt pro restituenda genti Polonicæ regia dignitate. 1319. n. 1. responsum ipsis a Ioanne XXII. vt iure suo vtantur. ib. Vladislaum Loctekum ducem Cracouiæ creat Regē. ib. Valia *in singulis Regibus Poloniæ*.
Polygamia inducta ab Anabaptistis Monasterienſibus. 1533. n. 63.
Ponellenus. in Eugenium IV. rebellionem concitat. 1434. n. 9. excarnificatus postea meritas flagitij pœnas dat. n. 12.
Pontifex. eligendi Pontificis antiqui ritus. 1198. num. 5. Vide *Electio*. Imperator Bulgariæ profitetur se velle Pontificis, & S. Petri seruum esse. 1203. n. 20. in controuersia plurium Cæsarum ad se litis dirimendæ, & in eum quem velit inclinandi ius spectare, demonstrat Innocentius III. n. 30. de bellis Regum ratione peccati cognoscendi ad Pontificem ius spectat. n. 55. Pontifex a nemine iudicari potest. 1206. n. 16. in causis ecclesiasticis valet appellatio ad Pontificē. 1213. n. 24. quantum vigeret Romani Pontificis auctoritas. 1223. n. 17. duplici diademate redimitus. 1227. n. 16. Græci ob negatum Pontifici primatum libertatem amisere. 1232. n. 52. Iacobitarum orientalium patriarcha Romano Pontifici se subijcit. n. 87. exauctorato a Gregorio IX. imperij iuribus Friderico mota lis a nonnullis male an Pontifex Cæsarem de honore deijcere possit. ib. non est moris Romanorum Pontificum excommunicatos in conspectum admittere. 1243. n. 21. Innocentius IV. Friderico II. imperat, vt pro se purgando ab hæresi cum exiguo comitatu veniat. 1246. n. 17. Daniel Russorum dux pontificia auctoritate regios titulos accipit. n. 29. Yaquinus detersa natalium labe sustinendi Norunegiani scepiri iure donatus a Pontifice. n. 34. indignatur Tartari Pontificem a Christianis haberi cæteris hominibus augustiorem. 1247. n. 78. Alexander III. Alfonsum Portugalliæ ducem regijs apicibus insigniuit. 1253. n. 48. indignus imperio princeps inuentato septemuiris anathemate vetatur eligi in Imperatorem. 1262. n. 4. duos electos in Regem Romanorum vocat in iudicium Vrbanus IV. 1263. n. 46. Clemens IV. neporem suum pristina fortuna contentum iubet esse. 1265. n. 10. hortatur eum ad mundi contemptum. ibid. & alia similia. V. *in Clemente IV*. Gregorius X. imperat septemuiris, vt in vno eligendo consentiant, alioquin se creaturum Cæsarem. 1273. n. 8. paritum ipsi est. ib. de creandi Pontificis forma edita sanctio a Gregorio in concilio Lugdunensi. 1274. n. 24. idem Gregorius Alfonsum Regem Castellæ ad insignia imperij deponenda adigit. n. 16. in Gregorij verba iurat Rudolphus Cæsar. 1275. n. 35. & seqq. supremus Tartarorum Imperator ab internuntijs Pontificis ad fidem Christi cōuersus. A. 1277. n. 17. Martinus IV suos Ecclesiæ opibus ditare refugit. 1281. n. 3. asini, cui insidebat Cœlestinus V. frena duxere Siciliæ, & Hungariæ Reges. 1294. n. 10. cur Pontifices terrenam pompam fine passi. n. 11. Fraticelli fingunt omnem auctoritatem Pontificibus Romanis ereptam, atque in ipsos traductam. 1294. n. 26. declarat Cœlestinus Pontificem cedere posse pontificatu. n. ... de eius cessione postea dubitarum anxiusque Bonifacius capi eum iubet, & in custodiam arctissimam tradit. 1295. n. 11. & 13. patriarcha orientalium defert obedientiam Benedicto XI. 1304. n. 23. Philippus Francorum Rex stratoris munere functus. 1305. n. 13. decernit Clemens V. gesta ante susceptas papales insulas valere. 1307. n. 27. Pontificem cedere posse pontificatu a Clemente definitum. 1313. n. 10. vt Pontifex conferre possit regiam dignitatem alicuius gentis duci. 1319. n. 5. ex regio nomine dato a Pontifice alicui principi nullum ius nouum illi comparatur. 1320. n. 37. effutiunt Fraticelli Pontificem in edendo fidei decreto errare posse. 1324. n. 28. & 31. refelluntur. ib. fingunt pontificatum in ipsos traductum. 1325. n. 37. Marsilius, & Ianduuus hæresiarchæ Pontificem subditum esse Cæsari deliranr. 1327. n. 27. negant cum Græcis schismaticis eiusdem primatum. ibid. refelluntur. nu. 30. & seqq. non pertinere ad Cæsarem instituere, vel gradu deturbare Pontificem demonstratur. ib. & seqq. impietas politicorum blasphemantium in Christum ad deprimendam pontificiam auctoritatem. 1331. n. 1. Michael Cæsenas hæresiarcha contendit Pontifices in edendis, sine concilio fidei decretis errare posse. 1331. n. 8. & seq. eius argutiæ refelluntur. ib. Cæsarem confirmatione pontificia non egere Ludouico Bauaro excommunicato agente decernunt Germani. 1338. n. 10. præcipuum eorum argumentum refellitur. nu. 11. & 12. Benedictus XII. propinquos suos, sua sorte contentos iubet esse. 1342. n. 1. Guncherus Schuuartzburgensis comes Cæsar creatus damnat hæc maiestatis sentientes Pontificem non subesse Cæsari. 1349. n. 12. 13. diuina mox vltione obruitur, ib. Albertus dux Bauariæ filius Ludouici Bauari damnat propositionem quod a Cæsare Pontifex deponi possit. 1354. n. 17. eandem damnat Ludouicus Marchio Brandeburgensis & alij. 1359. n. 9. & 1362. n. 15. 16. Vrbanus V. consanguineos suos paucis contentos effecit iussit. 1370. nu. 22. mundanam amplitudinem in ijs odit. ib. quæ virtutes in Pontifice expectantur. 1378. n. 4. ritu antiquo Vrbanus VI. in sede positus. ib. n. 14. Papa an sit supra vel infra concilium. 1415. n. 7. ambiguus est infra concilium. ib. stratoris munus Sigismundus Cæsar Pontifici exhibet. 1419. n. 36. primatus Pontificis Romani agnitus a Iosepho patriarcha Constantinopolitano. 1439. n. 6. Papam esse superiorem concilio demonstratur exemplo S. Leonis, qui Ephesinum cōcilium damnauit. A. 1439. n. 31. de eo dubitanti Carolo VII. respondet Eugenius litem sæculorum praxi diremptam. 1440. n. 4. stratoris munus ei præstat Imperator. 1452. n. 2. 3. honorifici tituli dati a Ladislao Rege Hungariæ Pontifici. nu. 4. Imperator stratoris munus præstat Pontifici. 1453. n. 2. & 3. & 1530. nu. 5. Christiernus Danorum Rex religiosissime ante pedes Pontificis prouoluitur. 1474. n. 1. pontificiam auctoritatem concilij auctoritati subijciens. Petrus de Osma damnatur. 1479. n. 3. pontificiam auctoritatem concilij auctoritati antecellere demonstrat Sixtus IV. 1483. n. 20. pia officia a Francorum Rege Pontifici sacra peracturo delata. 1515. n. 32. pronuntiatum esse de necessitate salutis subesse Romano Pontifici. 1516. n. 27. electi Pontificis ædes deripi vetitæ. 1517. n. 6. quo ritu Cæsar Pontificem sustenerat. 1529. n. 84. Carolus V. stratoris munus Clementi VII. præstat. ib.
Porchetus Spinula Minorita. restituitur Genuensi archiepiscopatui, quo cesserat. 1301. n. 35.
Præneste. excisum a Bonifacio VIII. ob Columnensium sequtas partes. 1299. num. 6.
Præsagium. pontificatus Innocentio III. deferendi præsagia ostensa. 1198. n. 6. de cæde Petri Regis Aragonum. 1299. n. 13. cœlestia prodigia imminentis belli præuncia. 1243. nu. 23.
Pragensis ecclesia. archiepiscopalis honoris apice insignita. 1344. n. 64.
Pragensis academia. instituta. 1347. n. 11.
Pragmatica sanctio. Bituricis male promulgata. 1438. n. 14. de ea cōqueritur Eugenius IV. ib. edita primum a Gallis dum schismatici essent. 1439. nu. 37. sublata a Ludouico XI. 1461. n. 117 eam restituere meditanti quid Sixtus IV. responderit. 1478. n. 18. rescissa in Lateranensi concilio. 1516. n. 22.
Premislaus Rex Bœmiæ. V. *Othocarus*.
Premislaus dux Posnaniæ. pietatis eximia exempla præbuit, piaque eius mors. 1257. n. 16.
Processio Spiritus sancti. ex Patre Filioque tanquam ab vnico principio, & vnica spiratione promulgata in concilio Florentino. 1439. n. 5.
Procopius Rasus Taboritarum dux. tyrannidem in suos exercet. 1434. n. 22. a Pragensibus funditur, & capitur in prælio. ib.
Prodigia. cœlestibus prodigijs ostensum inter Pontificem, & Imperatorem graviora bella exortura. 1243. n. 23. Syriæ clades prodigio ostensa. 1265. n. 38. in Polonia visi exercitus aerei inter se concurrere. 1269. n. 8. in Silesia, Odra, & Nyssa annes cruenta aqua fluere visi. ib. prodigia Constantinopoli visa, & audita cum Turcas in Europam auxiliares Andronicus senior euocaret. ib. plura in varijs locis ostensa. 1395. n. 23. e sacris imaginibus in Hispania, & in Belgio lachrymæ manare visæ. 1526. n. 84.

Pro-

Proſper Adornus. Genuam in libertatem vindicat. A. 1460. n. 73. deinde principatu deijcitur. ib.
Proteſtantes & eorum origo. 1529. n. 15. poſcunt concilium conciliorum irriſores ibid. V. *Lutherani*.
Prouincia. a Friderico II. deficit. 1140. nu. 19.
Prouocantes ad concilium. damnati anathemate. 1460. n. 10. Sigiſmundus Auſtriacus ob prouocationem ad concilium damnatur hæreſeos, quod non crederet articulum: *Et vnam ſanctam, &c.* 1461. n. 21. Moguntinus archiepiſcopus prouocat ad concilium, eiuſque prouocationis iniquitas demonſtratur. num. 16. de gradu deijcitur. nu. 19. dignitate demum cedit. 1463. nu. 84. Sigiſmundus Auſtriacus dein veniam petijt. 1464. n. 35.
Pruſſa Myſiæ vrbs. capta ab Othomanno. 1300. n. 36. in ea Turcarum regia conſtituta. ib.
Pruſſi. a cruciferis ad Polonos defecerunt. 1454. [illegible]2.
Prutheni. immanes Chriſtianorum hoſtes. 1232. n. 7. virgines coronatas floribus immolant dæmonibus. ib. pueros tranſfigunt verubus. ib. in eos decreta expeditio. ib.
Ptolemais. capta a ſoldano Ægypti impetu 1291. n. 7. & ſeq. aſcripta ea clades diuinæ iuſtitiæ ob nefanda ciuium ſcelera. ib. Clariſſarum in illius excidio pro ſeruanda caſtitate inſigne facinus. num. 13.
Purgatorium, & purgatorius ignis. de Othonis olim Imperatoris anima in purgatorio agentis viſum. 1218. n. 38. cæleſte viſum de Philippi Galliæ Regis anima purgatorio igne cruciata miraculo confirmatum. 1223. n. 38. purgatorio igne ſe torqueri refert anima Ioannis Regis Angliæ. 1216. n. 47. viſo cæleſti oſtenſum tres tantum animas vno die liberatas e purgatorio. 1232. n. 31. poſt mortē purgatorijs ignibus cinctus apparuiſſe fertur Ioannes Picus Mirandulæ comes. 1493. n. 38.

Q

Q Vaternitas. non datur in diuinis, vt male obiecit Ioachimus dari a Petro Lombardo. 1215. n. 8.

R

Radicofanum. eiectis Cæſareis ab Innocentio III. receptum. 1198. n. 25.
Radulphus proditor Petri Parentij martyris. diuina in eum vindicta. 1199. n. 26.
Ragonetus eques Cyprius. præfert mortem impietati Mahumeticæ. 1425. n. 20. eius gloria prodigio cæleſti illuſtrata. ib.
Raimundus V. *Raymundus*.
Rainaldus V. *Raynaldus*.
Rainerius V. *Raynerius*.
Raſcia & Raſcij. illius iura a Deſpoto Romanæ eccleſiæ relicta. 1458. nn. 18. Cardinalis S. Angeli pulſis Turcis eam recipit. ib. Raſcij & Seruij ad Romanæ eccleſiæ obſequium reuocati. A. 1322. num. 48.
Ratiſponenſes conuentus. a Ferdinando archiduce Auſtriæ & nonnullis catholicis pro aſſerenda fide catholica præſente legato celebrati. 1524. n. 23. in ijs ſtatutum ex Vvormatienſi edicto in Lutheranos agendum. ib. ea re plures prouinciæ Germaniæ a peſte Lutherana vindicatæ. ib. & n. 24. in ijs plures leges pro diſciplina eccleſiaſtica inſtauranda latæ. n. 25. &c. Ratiſponenſis conuentus alius. 1532. n. 13. edita in eo ſanctio, *Interim*, valde exitialis. n. 25.
Rauenna. a Friderico ad Venetos deficit. 1239. n. 37. a Gallis capta. 1512. n. 21. reſtituta Clementi VII. a Venetis. 1530. num. 4.
Raymundus princeps Antiochenus. morituro maiori natu filio ſpondet principatum ad nepotem deuenturum. 1199. n. 67. inde ortæ lites principatui exitium attulerunt. ib. Raymundus crucefignatus poſcit ab Honorio III. vt ſe Armeniæ Regem coronari iubeat a Pelagio legato. 1220. n. 57.
S. Raymundus Placentinus. pia eius vita & mors. 1200. n. 51. pater pauperum dictus. ib.
Raymundus Toloſæ comes ſenior. compulſus a Petro de Caſtro nouo Ciſtercienſis ordinis A. S. L. ad pacem cum eccleſia ſpondendam ſacramento adactus, & ob crebra periuria increpitus cum proditione trucidandum curat. 1208. n. 15. lata in ipſum ab Innocentio III. anathematis ſententia, & ſubditi ſacramenti illi præſtiti religione ſoluti. ib. turpiſſimi eiuſdem mores. n. 22. hæreticos coluit vt ſanctulos. ib. blaſphemæ ab eo voces in mundi conditorem fuſæ. ib iactauit ſtulte Ciſtercienſes ſaluari non poſſe, quod tenerent oues, quæ venerem exercerent. ib. audita pontificia ſententia conciliari Eccleſiæ poſcit. nu. 23. quæ leges ipſi impoſitæ. ib. pœnitentiam publicam admittit. ib. fiola collo circumducta nudus cum verberibus in eccleſiam inducitur. ib. martyris, quem occiderat, corpus ſupplex veneratur coacte. ibid. dolo ſymbolum crucis induit, vt cruceatam expeditionem diſturbet. n. 24. crucefignatis ſe coniungit ficte aduerſus hæreticos. n. 31. Pontificem adit, atque acerbe increpatur de ſuſpicione hæreſeos, & indicitur illi purgatio. n. 26. negata illi purgatio ni prius pellat hæreticos & iniqua tollat vectigalia. 1210. n. 15. ampliſſimæ conditiones illi oblatæ ſi pellendis hæreticis dare operam velit. ib. rogatus a Toloſano epiſcopo, vt propter anathema ex Vrbe diſcederet per ſpeciem ludi, quo ſacri ordines conferri poſſent, iubet epiſcopum Toloſa excedere. 1211. n. 14. belli ſacri moles in eum verſa. n. 17. Toloſæ fruſtra obſidetur, ſed plura illi loca erepta. ib. & n. 18. fugit in Aragoniam. 1213. n. 13. commendat ſe illius clientelæ. ibid. allicit Toloſam Petrum Regem Aragonum. 1213 n. 26. ſupremum ditionis imperium a Galliæ Rege auertit inique in Aragonium. ib. Raymundi purgatio de hæreſi a legatis apoſtolicis non admiſſa ob manifeſta eius periuria. n. 34. accuſationis capita Raymundo obiecta a ſynodi Vaurenſis patribus. n. 43. vt Marrochitanum Regem ad perdendum Chriſtianum imperium ſolicitarit. n. 44. cum Rege Aragonum diuinitus vincitur. n. 55. Balduinum fratrem pietate præſtantem velut Cain alter crudeliſſime occidit. n. 65. exuitur Toloſani comitatus iure, quod in Simonem Montfortium a legato apoſtolico traducitur. A. 1214. n. 20. ſententia concilij Lateranenſis comitatus Toloſani iure exuitur. 1215. n. 24. illius filio Raymundo pars principatus in Prouincia reſeruata. ib. bellum mouet Simoni Montfortio adductis Prouincialibus & Iacobo Rege Aragonum in ſuas partes. 1217. nu. 55. Toloſanam arcem eo cæſo recuperat. n. 51. Almaricum comitem in anguſtias redigit. 1219. n. 36. Ludouicum Gallici ſceptri heredem propulſat Toloſæ mœnibus. n. 37. init aliquam cum eo concordiam. ib. diſcedente Ludouico amiſſa recuperat, atque inſoleſcit. ib. anathemate vna cum filio percellitur. 1222. n. 44. dum contempto anathemate ſecundis fruitur repentina morte obruitur. n. 48. aliqua pietatis ſigna moriens edit. ib. eccleſiaſtica ſepultura caruit. ib.
Raymundus iunior poſtea Toloſæ comes. illi pars Toloſani comitatus trans Rhodanum ſita ab Innocentio III. reſeruata. 1215. n. 24. ea clementia in illum explicita, mala ingentia poſtea peperit. ib. Albigenſes hæreticos politica de cauſa tuetur. 1221. n. 42. omni principatus iure exauctoratur ab Honorio. n. 45. cum ſocijs conciliatur Eccleſiæ, modo rapta clero reſtituat, & hæreticos pertinaces ſupplicio afficiat. 1224. nu. 39. deeſt promiſſis, ac Romanus legatus Card. Ludouicum VIII. in eum adducit. 1226. n. 34. deferitur a pluribus populis Raymundus. n. 39. Auenionem amittit. n. 40. & omnes ferme vrbes Toloſa excepta. n. 41. moriente apud Aluernos Ludouico Rege ab extremi periculi terrore liberatur. n. 41. graui bello premitur a S. Ludouico. 1227. n. 62. & 1228. n. 24. pacem cum eo & Eccleſia redintegrat. n. 25. quæ leges concordiæ ob eo acceptæ n. 26. ſancit grauiſſimas leges in hæreticos. ib. Toloſanæ academiæ magiſtris ſtipendia attribuit. n. 29. in ſolemnibus conuentibus præſulum ac procerum ſeueras leges in hæreticos edit. 1233. n. 59. obiurgatus a Gregorio IX. de non repreſſis hæreticis. 1236. n. 39. iubetur traijcere in Syriam. n. 45. Maſſilienſes a Berengario ad eum deficiunt. 1237. nn. 34. veniam ob contractum anathema poſcit, & cenſuris abſoluitur. 1238. n. 52. obtinet ab Innocentio IV. vt ſibi terra Venuſina reſtituatur. 1244. n. 17. cenſuris ſoluitur quibus a fidei cenſoribus deuinctus fuerat. ib. cum Balduino II. Imperatore pacis interpretem agit inter Fridericum II. & Innocentium IV. num. 20. ipſe vltimus Toloſatium comes

comes pie moritur in expeditione Ierosolymitanæ procinctu. A. 1249. n. 8. hæreticos conuersus flammis damnauit. ib. allata Eucharistia e strato exiliens eam flexo genu accepit. ib.

B. Raymundus Penafortius. beata Virgo pro instituendo ordine redemptionis captiuorum de Mercede se illi videndam obtulit. 1218. num. 72. Gregorianas decretales compilat. 1234. num. 26. pie moritur. 1275. n. 13. reliquit doctrinæ monumenta. ib. Balearicum mare in pallio non madido sulcarat. ibid. quadraginta mortui ab eo ad vitam excitati. ib. illius funus duorum Regum præsentia cohonestatum. ibid. suauissimus odor ex eius corpore effluit. ib.

S. Raymundus Nonnatus ordinis S. Mariæ de Mercede redemptionis captiuorum. Algerij fidem Christi prædicat. 1237. n. 91. grauissima patitur a Saracenis. ib. præsentibus barbaris diuinitus cathenis solutus. ib. creatur Cardinalis S. Eustachij a Gregorio IX. ib. pie obit, & eucharistiâ in extremis ab Angelis percipit. 1240. n. 62. quando SS. numero ascriptus. ibid.

Raymundus Cardona Roberti Regis Siciliæ dux. hostilem Friderici classem Ischia propulsat. 1310. n. 14. cum Bertrando A.S.I. Galeatium Vicecomitem gemino prælio delet. 1323. n. 24. Mediolanum obsidet. ib. a Ludouici Bauari ducibus profligatur, capeusque Mediolanum abducitur. ib. & 1224. n. 12. 13.

Raymundus Lullus. apud Bugiam martyrio affectus. 1315. n. 5. plures impij libri falso ipsi ascripti sunt. ib. & 1372. n. 35.

B. Raymundus Capuanus ordinis Prædicatorum. missus in Galliam internuntius ab Vrbano VI. prohibetur ingressu. 1379. n. 50. vitam S. Catharinæ Senensis scribit. 1380. n. 24. pia eius mors. 1399. num. 21.

Raymundus de Baucio. ob mutatam egregie operam Tarentino principatu a Ladislao donatus. 1399. n. 19. dum in eum Ludouicus Andegauensis incurrit, Neapolim amittit. 1400. n. 11.

Raymundus Card. S. Mariæ nouæ A. S. L. componit bellum inter Lubecenses & Ioannem Daniæ Regem. 1505. n. 24. & 25. alia eius gesta in septentrionalibus regnis. n. 38. eius obitus. n. 45.

Raymundus Cardona prorex Neapolitanus Hispani exercitus dux. cruentissimo prælio a Gallis apud Rauennam fusus. 1512. n. 20. Venetos prælio delet, ac Vicentiam, Bergomum & Brixiam ipsis eripit. 2513. n. 77.

Raynaldus archiepiscopus Rauennas. pie moritur. 1321. n. 47. post ducentos annos & amplius illius corpus corruptionis expers inuentum. ib. plura ad eius sepulchrum edita miracula. ib.

Raynaldus & Opizo Atestini. Ferrariam ecclesiæ eripiunt. 1324. n. 19. suprema illius iura transferunt ad Cæsarem. ib. Adriam & Comaclum expugnant. ib. percelluntur anathemate. ib. indictum ijs bellum exitu irrito. ib.

Raynaldus Vrsinus. in patrimonio S. Petri, a Ioanna Regina incitatus bellum mouet aduersus Vrbanum VI. A. 1380. n. 6. in eum ab Vrbano crucesignata militia indicta. ib.

Raynerius A. S. L. ab Innocentio III. in Hispaniam legatus mittitur pro dissoluendis Legionensis Regis incestis nuptijs 1198. n. 33. inquirere iussus in Regem Nauarræ an Castellam inuaserit. ib. inter Lusitaniæ, & Castellæ Reges pacem componere iussus. n. 34. 35. censum a Lusitano Rege debitum sedi Apostolicæ reperit. ib. adhibetur ab Innocentio III. pro excindendis hæreticis Albigensibus. num. 36.

Raynerius S. Mariæ in Cosmedin diaconus Cardinalis. missus in Siciliam legatus aduersus Fridericum. 1246. n. 11.

Reate. ejectis Germanis ad ditionem ecclesiasticam ab Innocentio III. reuocatum. 1198. n. 16.

Reatina ecclesia. consecrata ab Honorio III. 1225. n. 55.

Recinetum. flammis deletum ob dæmonolatriam. 1322. n. 2.

Reginaldus decanus Aurelianensis. a B. Virgine sanatur. 1218. n. 36. iubetur Prædicatorum ordinem ingredi. ib.

Reginaldus Rex insulæ Man. se Romanæ ecclesiæ vectigalem constituit. 1219. n. 44.

Reginaldus episcopus Ostiensis. repente valetudini restitutus a S. Stanislao. 1253. n. 17.

Religiosi ordines. adempta ijs ab Vrbano VI. priuilegia de concionibus habendis, & exhomologesibus audiendis. 1384. nu. 5. ab alijs Pontificibus ijs restituta. ib.

Reliquiæ sacræ. angeli eas venerantur, ac ipsas deferentes custodiunt. 1205. n. 41. insigne de ea re cæleste visum. ib. columna ignis in cadauera cruce signatorum lapsa. 1211. n. 17. reliquiarum diuina vis insigni miraculo demonstrata. 1221. nu. 53. reliquiæ S. Dominici miraculis inclarescunt. 1233. num. 39. quanta pietatis pompa, & demissione S. Ludouicus spineam Domini coronam Parisios deportarit. 1238. nu. 21. contactis spinea Domini corona, crucis parte & alijs reliquijs redit ad sensus. 1244. n. 38. Apostolorũ Petri & Pauli capita & aliæ reliquiæ diuinitus ex incendio Lateranensis basilicæ seruantur. 1308. n. 10. ex S. Valpurgis ossibus oleum diuinitus manat. 1359. n. 11.

Renatus Rex Neapolitanus. extincta Ioanna deligitur Rex a Neapolitanis. 1435. n. 13. pro eo liberando e Burgundico carcere agit interpretem Eugenius IV. n. 15. pro eo missus ab eodem Pontifice auxiliaris exercitus. 1437. nu. 25. data Casterensi valle libertatem redimit. ib. paria officia Eugenio non reponit. n. 26. frustra Genuam recuperare tentat. 1460. n. 73. mira Margaretæ eius filiæ fortitudo. n. 108. magna clade repellitur in Genuæ portu. 1461. n. 6. a Catalanis aduersus Ioannem Regem in principem asciscitur. 1466. n. 19. eius filia Margareta Regina capta in prælio. 1471. n. 51. ea occisis viro & filio postea redempta. ib.

Renatus iunior dux Lotaringiæ. recuperat ex Burgundo principatum. 1476. nu. 11. excitur ab Innocentio VIII. in spē regni Neapolitani. 1485. n. 38. ex Iolanta filia Ioannis olim ducis Calabriæ genus ducebat. A. 1486. n. 1. obstat illi initio Carolus VIII. contendens Ludouicum patrem a Renato seniore relictum herodem. n. 12. serius elicit auxilia a Carolo VIII. ib. dum Italiam petit de pace inter Ferdinandum Pontificemque noua accipit. ib.

Resurrectio. renuit resurgere martyr. 1199. n. 26.

Revalia arx in Livonia. de ea Danus & Cruciferi certant. 1236. n. 65.

Rhodus Turcis infesta. pluribus annis oppugnata ab Hospitalarijs equitibus. 1306. n. 12. capta ab Hospitalarijs. 1310. n. 43. a Turcis tentata. 1322. n. 47. Turcæ ad eam casi. ib. Turcarũ classem intercipiunt Rhodij. 1359. n. 15. iungunt classem cum Cyprio Rege & Alexandriam capiunt. 1365. nu. 18. iubentur a Gregorio in Turcas pro tuenda Græcia traijcere. 1375. n. 9. Rhodus ab Ægyptijs oppugnata. 1444. n. 10. liberata. ib. defensa a B. Virgine, & S. Ioanne Baptista. 1480. n. 11. Rhodij classem Ægyptiam fundunt mergunteque eius partem mari. 1508. n. 9. Rhodus obsessa a Solimanno. 1522. n. 19. & seqq. deditione capta. n. 24. in eius obsidione periere ferro, vel igne sexaginta Turcarum millia, morbis vero quinquaginta millia. ib.

Richardus I. Angliæ Rex. Philippum Galliæ Regem prælio vincit, fugatque. 1198. n. 9. monetur a Fulcone sacerdote prophetiæ dono claro, ni pacem ineat, periculum illi mortis imminere. n. 32. acerbe de vitijs ab eodem obiurgatur. n. 40. vocat in ius Galliæ Regem apud Innocentium. num. 51. dein cœptis absistit. ib. munera ad eum mittit Innocentius III. cum mystica eorum interpretatione. nu. 52. ad regias Christianasq; virtutes sectandas excitatur. ib. grates agit Innocentio. n. 53. Othonis nepotis causam commendat Pontifici. nu. 54. monetur, vt concilietur Regi Gallo. n. 55. inducias cum ipso admittit. ib. cum vicecomite Lemouicum de thesauro inuento certat. 1199. n. 46, 47. occiditur in certamine. ib. occisori ignoscit. ib. fratrem Ioannem heredem testamento relinquit. n. 47. eius animam e purgatorio igne receptam in cælum ostensum est Rossensi episcopo. 1232. n. 3. vt Ricchardus pepercerit illi, qui hosti pepercerat. n. 32.

Richardus episcopus Dunelmensis. repentina morte extinctus, cum cælesti viso ostensum esset paratam illi in inferno sedem nisi resipisceret. 1226. n. 47.

Richardus Cornubiæ comes. exercitum ducit in terram sanctam. 1240. n. 49. res ab ipso gestæ. ib. discordibus suffragijs in Imperatorem electus. A. 1256. n. 7. a Germanis accersitur. 1257. n. 6. cingitur regio diademate Aquisgrani. nu. 8. electi Romanorum Regis titulo exornatus est ab Alexandro IV. 1263. n. 39. queritur eundem titulum decretum fuisse Alfonso Castellæ Regi. n. 42. responsum illi ab Vrbano IV. non potuisse se deesse æquitati. n. 45. vocatur cum æmulo in iudi-

cium ab Vrbano. n.61. implicito ciuili bello Henrico Rege rogatur ab Vrbano, vt fratri opem ferat. n.80. pro Henrico contra coniuratos arma capit. n.83. cum Henrico capitur in prælio a coniuratis. 1264. n.33. eo & Alfonso excluſis de tertio euehendo ad imperium agitatur a Clemente IV. 1265. n.59. dicta illi a Clemente dies pro dirimenda imperij controuerſia. 1266. nu.36. Richardi potiora ad imperium eſſe iura ſignificat Alfonſo Clemens. 1267. n.27. eius filius natu maior proditione cæſus in eccleſia. 1271. n.3.

Richardus archiepiſcopus Armathanenſis. monachis grauem litem intendit de eorum priuilegijs. 1358. num.5.6. fertur poſt mortem miraculis coruſcaſſe. ib.

Richardus II. Anglia Rex. ſuccedit auo Eduardo, poſthabitis patruis. 1377. n.6. decernit ſtandum pro Vrbano VI. contra ſchiſmaticos. 1379. n.42. miſſo Leceſtriæ duce Galliæ prouincias plures vaſta[illegible]io ſchiſmatis. 1380. n.9. in graue diſcrimen adducitur a Vvicleffiſtis, ſeditioſis. 1381. n.38. eos demum meritis ſupplicijs afficit. ib. Vvicleffi & ſectatorum ſcripta flammis tradi iubet. 1388. nu.12. fert leges contra libertatem eccleſiaſticam. 1391. nu.14. ex a Bonifacio VIII. reſciſſæ. ib. ius eccleſiaſticum reſtituit. ib. coercet nefaria Vvicleffiſtarum molimina. 1395. n.18. fœdus affinitatemque iungit cum Gallo Rege. 1396. nu.2. ab eo ſubornatur ad deferendum Bonifacium Pontificem fallacibus promiſſis illuſus. ib. Bonifacio monenti, vt Vvicleffiſtas tanquam Eccleſiæ regnique proditores puniat, morem gerit. nu. 9. de patruo Gloceſtriæ duce & alijs coniuratis pœnas ſumit. 1397. n.1. in Gallorum partes inclinat aduerſus Bonifacium. 1398. nu.31. monetur a theologis Anglis ne a Bonifacio Pontifice diſcedat, ſed ſchiſmaticos beneficio concilij redigat ad officium. ib. dum Gallicæ factioni contra Pontificem inhæreſcit ducem Lancaſtriæ in ſe concitat. 1399. n.20. captus ab hoſtibus regno cedit, idque in Henricum Lancaſtrium transtulit. ib. necatur in carcere. 1400. nu.8. illius ſtudioſi magna cæde profligati. 1401. n.15.

Richardus epiſcopus Ciceſtrenſis. pie moritur, ac miraculis inclareſcit. 1253. n.4. de miraculis ab eo editis inſtitui iubet Alexander IV. iudiciariam actionem. 1256. n.25. in ſanctorum numerum ſolemni ritu ab Vrbano IV. refertur. 1262. nu.23. liberalitas eius in pauperes miraculo illuſtrata. ib. eius corpus poſt mortem miro nitore fulſit. ib.

Richardus dux Eboracenſis. capto Henrico VI. ſe Regem dicit. 1460. n.106. vincitur capiturque in acie a Margareta Regina. n.108. illius iuſſu occiditur, & capite infixo haſtæ papyraceæ corona redimitur. ib.

Richardus comes Vvarwicenſis. Eduardum Regem Angliæ pellit regno, Henricumque in ſolium regium reſtituit. 1470. nu.49. ab Eduardo cæditur in prælio. 1471. n.51.

Richardus dux Gloceſtriæ, dein Anglia rex. Eduardum Henrici VI. filium ob liberiorem vocem, qua ſe regni heredem profitebatur, interficit. A. 1471. n.51. cómendatos ſibi ab Eduardo Rege impuberes nepotes nocat regnumque inuadit. 1483. n.37. petitur bello ab Henrico Richemundiæ comite. 1485. n.52. tyrannidis odio ab Anglis deſeritur. ib. & n.53. in prælio conficitur regia corona redimitus, cum ita cadere exambijſſet. ibid.

Robertus tit. S. Stephani in Cœlio monte presbyter Cardinalis. in Galliam legatus decernitur ab Innocentio III. 1213. n.2.

Robertus archiepiſcopus Cantuarienſis. ſanctitatis, & miraculorum fama claret. 1218. n.29.

Robertus Imperator Conſtantinopolitanus. matris Ioles iure Petro parenti in Conſtantinopolitano imperio ſuccedit. 1221. n.23. eccleſiarum iura confirmat. n.23. premitur graui bello a Theodoro Comneno. nu.16. Alexium & Iſacium deficientes a Ioanne duca Vatacio tuetur. 1222. nu.24. profligatur, ac plures in Aſia vrbes amittit. ib. auxiliari exercitu iuuatur ab Honorio III. 1225. n.9. moritur. 1228. nu.39. ſuccedit ei in imperium Ioannes e Brenna Rex deſponſa filia Balduino imperij hæredi. ib.

B. Robertus abbas Moliſmenſis. permiſſus illi ab Honorio III. ſanctorum cultus. 1222. nu.49.

Robertus ordinis Prædicatorum confeſſor fidei. inſontes eadem pœna inuoluit cum ſontibus imprudenter. 1238. nu.52. perpetuo carcere damnatus. ib.

Robertus comes Atrebatenſis. Ægyptios fundit. 1250. n.1. & ſeqq. cum fugientibus Maſſoram ingreditur. ib. ingreſſus numero obrutus interimitur. ib.

Robertus Flandriæ comes. partæ de Manfredo victoriæ magnus auctor. 1266. nu.10.

Robertus comes Atrebatenſis. a Carolo I. procurator regni Siculi inſtituitur. 1285. n.1. confirmatur a Martino IV. n.5. Apulos & Calabros defectionem molientes cohibet. ib. ad recuperandam Siciliæ inſulam expeditionem ducit. 1287. nu.7. illius claſſis a Rogerio Lauria profligata. ib. Catanzarum in Calabria, quod defecerat ad Iacobum Aragonium, obſidet. 1290. n.24. venientem ſubſidio repellit. ib. Caietæ obſeſſæ fert auxilia. ib. Carolus II. inducias cum hoſte biennales fremente Roberto paciſcitur. ib. in Carolum ob rem male geſtam exaſperatus recedit in Galliam. ib. a Belgis rebellantibus in foſſam decidens trucidatur. 1302. n.17. aſcripta diuinæ iuſtitiæ eius mors, vt qui diploma Pontificis laniatum flammis iniecíſſet. ib.

Robertus Calabriæ dux Caroli II. Siciliæ Regis filius natu tertius poſtea Siciliæ Rex. conſultus Bonifacius VIII. a Carolo II. an Robertus filiorum ſuperſtitum maior, an ex primogenito nepos ſuccedere debeat, reſpondet pro Roberto. 1297. n.53. in Siciliam a patre miſſus Cataniam ad deditionem cogit. 1299. n.7. cum Carolo Valeſio in Siciliam incurrit. A. 1302. n.2. [illegible] in Gallia caſtris poſtea ad pacem fallacem faciendam cum Friderico adducitur. ib. patrio nomine Clementi V. clientelarem ſponſionem præſtat. 1306. n.6. ſuccedit parenti prætermiſſo nepote ex fratre primogenito. 1309. n.18. a Clemente regijs inſignibus ornatur. ib. ſponſionem clientelarem illi præſtat. ib. a Clemente V. Æmiliæ adminiſtratio illi traditur. 1310. n.18. pontificio legato ſacramento fidem deuincit. n.18. præturam Florentiæ a ciuibus accipit. ib. Henricum VI. de fœdere, & affinitate poſtulat, ac repellitur. 1312. n.32. vbi accepit Henricum iunxiſſe fœdus cum Friderico Rege Trinacriæ, ac ſibi parari exitium, copias, duce fratre Ioanne Romam mittit ad diſturbandam conferendæ illi imperatoriæ coronæ celebritatem. ib. pluribus prælijs cum fatigat. ib. meditantem in regnum Neapolitanum irrumpere ad ſigna in Etruriam reflectenda cogit. n.47. Florentini ad quinquennium reipublicæ gubernaculis illi deferunt. ib. ab Henrico Cæſare damnatur lege maieſtatis. 1313. n.12. reſciſſa a Clemente V. ea ſententia. n.21. cenſuræ a Clemente cum bello petituris intentatæ. ib. in grane diſcrimen adducitur. n.22. gemina claſſe hinc Piſanorum, & Genuenſium, hinc Friderici Regis Trinacriæ vexatus. n.22. Rhegium, & alia Calabriæ loca illi erepta. n.23. mortuo Henrico Cæſare periculo liberatus. n.24. hoſtiles claſſes mox diſſipatæ. n.29. creatur a Clemente legatus imperij. 1314. n.1. Fridericum Regem Trinacriæ bello petit. n.7. inducias cum eo inire cogitur. ib. Petrum fratrem ac nepotem in prælio ab Vgutione in Etruria cæſos amittit. 1315. n.1. creatur Romæ ſenator a Ioanne XXII. 1316. n.23. bellum redintegrat aduerſus Fridericum Regem Trinacriæ. n.17. & cur. ib. & ſeqq. Trinacriam vaſtat. n.19. hoſtem ad pugnam nunquam elicere potuit. ib. controuerſiam permittit Pontifici certis legibus. n.20. oratoris opera fidem deuincit Pontifici. n.28. victoriarum imperij illi in Italia ſpondet Ioannes. n.30. ob militis præſidiarij inſolentiam Ferrariam amiſſam a Pontifice arguitur. ib. delata illi a Genuenſibus reipublicæ gubernacula. 1318. n.32. arguitur quod Pontifice inconſulto ea acceperit. ib. intereſt translationi reliquiarum S. Ludouici epiſcopi fratris ſui, ac in ea plura miracula patrari videt. 1319. n.30. a Friderico Trinacrio bello petitur ob præturam Genuenſem acceptam. 1320. n.14. ducum opera Fridericum bis Genuæ obſidione depellit, & Iſchia propulſat. ib. Florentinorum præfectura abit. 1322. n.5. bellum vrget in Matthæum Vicecomitem. ibid. miſſo Raymundo Cardona duce ad ineundum vicariatum Inſubriæ Galeatium Vicecomitem gemino prælio delet. 1323. n.24. Mediolani obſidione illius exercitus a cæſareis depulſus. ib. paratas vitæ a Friderico inſidias euadit. 1325. n.8. & ſeqq. mittit Carolum filium in Trinacriam irrito exitu. n.11. inter eum,

pum, & Fridericum Rex Aragonum pacē agitat. A.1326.n.17. annus populationibus Trinacriam ita atterit, vt populos pene ad rebellionem in Fridericum cogeret. ib. immisso exercitu Trinacriam vastat. n.17. &c. Ioannem principem Achaiæ mittit cum exercitu pro Roma continenda in obsequio Pontificis contra Ludouicum Bauarum. 1327. n.14. eo repulso Maritimæ, & Campaniæ arces munit. ib. Henrici VI. sententia capitalis in eum a Ludouico Bauaro Pisis renouata. n. 18. iterum Romæ. 1328. n.44. ducit exercitum aduersus Ludouicum Bauarum multa impia patrantem Romæ. n.48. fugiente Ludouico mittit in Vrbem copias, eamque in Pontificis obsequio confirmat. ib. Carolum filium Calabriæ ducem, & Florentiæ dominum extinctum luget. n.59. antipapæ nefaria in eum gesta. 1330. n.1. Romani spondent illi, vt senatori parituros. n. 39. cum Gibellinis, & Guelphis coniurat aduersus Ioannem Boemiæ Regem. 1331. n.19. ab eo reposcit Carolus Hungariæ Rex patrimonium principatum. n.26. odio Ioannis Boemi aduersus Pontificem illius fœderatum bellum gerit. 1333. n. 26. Ioannem Boemum cogit, vt res Italicas infeliciter gestas abijciat. ib. Panormum irrito successu tentat. n.27. Carolum Hungariæ Regem in Siciliam venientem excipit. ib. Ioannam neptem ex filio pronepoti ex fratre despondet. ib. Trinacriæ maritimam oram vastat, ac nullas expugnat arces. 1335. n.53. a Benedicto obtinet, vt Petrus Trinacrius edictis percellatur. 1338. n.33. in eum classem immittit sed irrito exitu. ib. Petrum Trinacriæ detentorem bello petit, & Liparum illi eripit. 1339. nu.59. octo millium vnciarum auri censum Benedicto XII. soluit. n. 60. dum Messanam obsideret Genuenses obsessis commeatus intulere 1341. ante n.39. Messana a Palicijs in eius imperium redacta. 1342. n. 23. dum tardius mittit auxilia eam amittit. ib. magnis sumptibus obtinet a soldano sepulchrum Domini, & nonnulla alia loca sacra pro instaurando in ijs diuino cultu. ib. moritur. 1343. n.70. dicere solitus literas sibi regno dulciores esse. ib. succedit in regno neptis Ioanna. 1343. n.73.

Robertus Brusius Scotiæ Rex. aduersus Ioannem Baliolum Scotiæ, Eduardumque Angliæ Reges consurgit. 1306. n 13. bis profligatus ab Anglis in siluas, & antra compellitur. ib. eius fratres capitali supplicio affecti ab Eduardo Angliæ Rege. 1307. n. 13. Ioannem Cuminium Eduardi ducem fundit resque suas amplificat. 1309. n. 13. &c. Eduardi II. impetus retundit. ib. eo discedente Scotia pene vniuersa potitur. ib. Eduardum II. ad recuperandam Scotiam irruentem fundit. 1314. n.27. in eo bello egregiam virtutem militarem explicuit. ib. eius frater Eduardus Hiberniæ coronæ inuasæ pœnas capite luit. 1318. n. 27. & 28. respuit admittere pacis actionem, deque ea pontificias literas, nisi in ijs regio nomine decresetur. 1319. n.21.22. Vvaruicum occupat. ib. Scotia interdicto supposita ob illius causam. ib. in ius vocatus mittit oratores. ib. Eduardum Vvaruici obsidione propulsat. ib. Angliā grauissimo bello diuexat. A.1320. n.36. percellitur anathemate. ib. studio tandem pacis regio nomine a Ioanne XXII. appellatur. n.37. declaratum ex ea appellatione nullum ius ipsi partum iri. n.37. a coniuratis proceribus Anglis incitatus bello Eduardum petit. 1322. n. 21. irrumpentem in Scotiam subductis illi commeatibus ad recessum cogit. ib. cum Eduardo III. affinitatem pacemque iungit. 1328. n.72. ex fœdere, Scotiam omni iure fiduciario præstādo Regi Angliæ liberat. ib. apostolica auctoritate nouo ritu sacrari cupit. 1329. n.79. moriturus dolet, quod non gesserit arma potius pro æterno regno, quam pro temporario. ib. cor Ierosolymas deferri, ac in æde sepulchri dominici condi iubet. ib.

Robertus Belgij comes. deficit a Ludouico Hutino Galliæ Rege. 1315. n.2. & a Philippo V. 1316. n.15. & 1318. n 18. arguitur a Pontifice, quod Gallos Reges distrahat a bello sacro. ib. sacris interdicto Belgio sacra profanari iubet. n.23. grauiores illi intentatæ pœnæ. ib. fracta pertinacia imperatas inducias admittit. ib.

Robertus Bauariæ dux Ludouici Bauari gesta contra Ecclesiam damnat. 1329. n.16.17. operam suam Ecclesiæ detert. ib.

Robertus Gebennensis episcopus Cameracensis. creatus Cardinalis a Gregorio XI. 1371. n. 10 creatus in Italia legatus. 1376. n.8. impiæ monomachiam permittit. n.9. carnificinam Britonibus in Cæsenates permittit. ib. pro creando Vrbano VI. Pontifice omnia studia intendit. 1378. n.1. &c. ex odio in Limouicenses concepto fauet creationi Vrbani VI. 1378. n.1.2. profitetur apud suos Vrbanum iuste rite electum. n.12. scribit de canonica illius electione ad Cæsarem, & ad Belgij Britanniæque minoris duces. n.16. 17. creatur antipapa. n.52. V. *Clemens VII. antipapa.*

Robertus Rex Scotiæ. tristes pœnas schismatis dat. 1402. n.2.

Robertus archiepiscopus Coloniensis. pulsus a subditis Carolum Burgundum in auxilium euocat. 1474. n.5.

Robertus Malatesta. missus a Venetis Sixto IV. fert auxilia. 1482. n.6. Alfonsum ducem Calabriæ Vrbi imminentem fundit. ib. moritur. n.10.

Robertus Cardinalis tit. S. Anastasiæ dictus Nannetensis. bonis omnibus a Gallo Rege spoliari maluit, quam in flagitio schismatis illi consentire. 1510. n.20. creatur in Gallia legatus ad Regem conciliandum Ecclesiæ. 1513. n.53.

S. Rochus. pia eius vita, & mors. 1327. n.56. decreti illi a Constantiensi concilio sanctorum honores. ib.

Rodericus Ruizius Franciscanus prophetia dono clarus. vaticinatur Carolum Regem Galliæ ob schisma diuinam vltionem in se concitasse. 1380. n.9.

Rodericus Borgia. creatur Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano a Callisto III. A.1456. n.71. nulla re gesta ex Hispana legatione redit. 1473. n.18. in portu naufragium passus male parta amittit. ib. creatur Pontifex. V. *Alexander VI.*

Rodericus Dominicanus. fidem Christi in India propagat. 1503. n. 16.

Rodulphus Cæsar. V. *Rudolphus.*

Rodulphus episcopus Ebroicensis. creatus ab Vrbano IV. Cardinalis Albanensis 1261. n.36.

Rogerius Fuxi comes hæreticus. Apamiæ illi ereptæ a Simone Montfortio. 1210. n.15. nefaria illius scelera. n.16. Crucesignatos plures trucidat. n.17. columna ignea in eorum corpora cœlitus delapsa. ib. infeliciter morte repentina extinctus. 1241. n.89.

Rogerius Lauria. Carolum principem Salernitanum ad pugnam dolo prouocat. 1284. n 14. pugnantem in portu Neapolitano capit. ib. intentata illi [illegible] Manfredi filiam, & alios captiuos [illegible]cipit. ib. Gallicam classem in Narbonensi portu incendit. 1285. n. 26. inde commeatuum inopiam Gallicus exercitus patitur, atque ex Aragonia discedit. ib. & n.27. Roberti Atrebatensis Siciliam inuasuri classem profligat. 1287. n.7. Gerba, & Cherchinæ insulæ Africæ obiacentes illi traditæ iure fiduciario. 1295. n.36. delet magna clade ad insulam Pontiam Siculos. 1300. n.19.

Roma. a Friderico duobus mensibus obsessa. 1243. n.2. ea repulsus. ib. a Ladislao Siciliæ Rege occupata. 1408 n.5. recuperata a Ioanne XXIII. 1409. n.85. iterum a Ladislao capta. 1413. n.19. a Martino V. recepta. 1417. nu.6. vastata a Caroli V. exercitu. 1527. n.16. a Clemente VII. recuperata Gallorum ope. 1528. n.4.

Romana ecclesia. Romanæ ecclesiæ relictus comitatus Feretranus. 1236. n.26. Russi ad coniunctionē cū Romana ecclesia reuersi. 1246. n.28. & 1247. n.38.29. Iacobitarum Nestorianorumque patriarchæ se Romanæ ecclesiæ subijciunt. 1247. nu. 36. & 43. Cyprij Græci coniunguntur cum Romana ecclesia. 1250. num. 41. & Macedones. nu.44. Vnauia, & Philot Græcorum prouinciæ se illi subijciunt. n.46. Neapolitani, ac plures alij populi Innocentij IV. imperio se subijciunt. 1251. n.38. Lituani se Romanæ ecclesiæ constituunt vectigales. n. 44. vt Lusitania Romanæ ecclesiæ vectigalis ab Alfonso Portugalliæ duce fuerit facta. 1253. n.48. Vvarlandia, Ingria, & Carelia ad Christi fidem traductæ. 1255. n.61. Venusini comitatus iure controuerso cedit Philippus Francorum Rex in Romanæ ecclesiæ gratiam. 1273. n.51. Romaniola, & Rauennæ exarchatus Romanæ ecclesiæ a Rodulpho Cæsare restitutus. 1275. n.35. & seqq. supremus Tartarorum Imperator ad fidem Christi conuertitur, atque a Romana ecclesia sacerdotes pro Tartaris eruditendis poscit. 1278. n.17.18. Romanæ ecclesiæ iura a Rodulpho Cæsare atque a septemuiris confirmata. 1279. n. 3. & seqq. 6. & 7. Carelij ad fidem Romanæ ecclesiæ con-

zed by Google

uersi. A.1290.n.47. Hungaria Romanæ ecclesiæ fiduciaria. 1291. n.47. delitia Fraticellorum fingentium veram ecclesiam ex ipsis tantum constitutam. 1294. n.26. Scotiam non Angliæ, sed Romanæ ecclesiæ beneficiariam esse contendit Bonifacius VIII. 1299. n.14. Chaldæorum patriarcha Romanæ ecclesiæ obedientiam defert. 1304. n.23. Dulciniſtarum blasphemiæ in ecclesiam Romanam, eorumque dogmata impuriſſima. 1311. n.71. Eduardus II. Angliæ Rex se beneficiarium confitetur Romanæ ecclesiæ. 1316. n.24. pro Anglia, & Hibernia censum persoluit. ib. Iacobus Rex Aragonum vectigalem se Ecclesiæ pro Sardinia, & Corsica profitetur. n.27. Rascij, Seruij, & Macedones ad Romanæ ecclesiæ obsequium redeunt. 1322. n.48. & 1323. n.14. Armenij formulam incorruptæ fidei a Romana ecclesia flagitant. 1323. num. 6. Henricus Galeciæ, & Posnaniæ dux Romanæ ecclesiæ vectigalem esse confitetur. 1324. n.45. vectigal a Lusitano Rege exactum. 1338. n.27. & ab Aragonio pro Sardinia, & Corsica. ib. Cenetensis comitatus Romanæ ecclesiæ vectigalis. n.29. plura regna, & prouinciæ imperij vacante imperio vectigal ecclesiæ pendunt. 1339. n.60. priuilegia Romanæ ecclesiæ a Carolo IV. instaurata, 1368. n.5. Palæologus Imperator profitetur se Ecclesiæ catholicæ nomine non aliam intelligere quam Romanam, cui Vrbanus V. præsit, & cui se subijciat, 1370. n.1. Moldam se coniungunt Romanæ ecclesiæ. n.6.7. Trinacria Romanæ ecclesiæ fiduciaria. 1372. n.7. Valentinensis, & Diensis comitatus illi a Ludouico XI. restituti, vel traditi, 1462. n.11. quo tempore a Romana ecclesia defeciuere Germani, ad eam Mexicani relictis idolis conuolarunt. 1524. n.114. Æthiopes Romanæ ecclesiæ se coniunxere Eugenio IV. & Clemente VII. in solio apostolico præsidentibus, 1533. n.23. & 27.

Romanæ ecclesiæ census. Vide, *Census, & Denarius S. Petri*,

Romani. multis aduersis castigari a Deo Gregorium IX. in Vrbem vocant. 1230. n.4. rebellant in Gregorium, ac de restituenda vetere republica consilia agitant. 1234. n.1. & seqq. ob iura, officia, inuasa per litteras anathemate ab eodem Gregorio IX. ib. magna strage delentur a pontificijs copijs. n.6. finitimos adhærentes Pontifici infestant. 1235. n.1. pacem ineunt cum Gregorio IX. n.6. pro eo tuendo aduersus Fridericum sacram militiam professi. 1240. n.13. a congregatis in conclaui Cardinalibus postulant, vt patria Romanus creetur Pontifex. 1378. n.4. adiectæ ab eorum oratore minæ, ib. non creatus est Romanus patria, ne vis illata putaretur. ib. creato iam Vrbano VI. seditionem excitant, ac patria Romanum postulant Pontificem, ib. deluduntur a Cardinalibus fingentibus Cardinalem S. Petri creatum Pontificem. ib. cognita fictione incandescunt, & Cardinales cogere moliuntur ad creandum Pontificem patria Romanum. n.10. vim Vrbano inferre parant, sed a Tudertino episcopo reuocantur ab eo consilio. n.11. pacantur demum. n.12. pro Vrbano VI. pugnant aduersus schismaticos apud Marinum, eosque ad internecionem delent. A.1379. n.24. anno integro ab arcis Hadrianæ præsidiarijs Gallis grauiora damna passi. n.25. magna ex parte arcem demoliuntur, & nudant marmoribus. ib. Romani rebellant aduersus Eugenium IV. 1434. n.6. cum incarcere honesta detinent. n.9. redacti ad officium. n.12. Clementem VII. a Columnensibus, & Hispanis proditione oppressum tueri negligunt. 1526. n.15. monentur ab eremita, plateas vrbis circumeunte, vt impendentem diuinam iram sacra pœnitentia placent. 1527. n.2. cæsareo exercitu in Vrbem irruptionem parante arma non capiunt. n.16. somniant male aperfidia persuasi non sibi, sed tantum Pontifici, parari exitium. ib. capta transtyberina regione, pontes non abrumpunt, neque aditus muniunt. eod. an. 1527. n.17. irruentibus cæsareis per pontem Sixtinum ad quatuor millia trucidantur. ib. ignaue se dedunt inumeri, ac deinde in tormentis, vt aurum darent, pereunt. ib. illata ijs a Cæsare, in quo vt amico spes locaram, vastitas. ib.

Romaniola. a Rodulpho Cæsare Romanæ ecclesiæ restituta. 1275. n.36.

Romani Cardinalis A. S. L. facit inducias cum Tolosanis. 1228. n.24. Raymundum, ac socios Ecclesiæ conciliat. ib. synodum Tolosæ celebrat. n.27. perquiri hæreticorum latibula iubet. ib. Aurasiæ aliud concilium celebrat. ib. Ludouicum VIII. ad Albigenses sibi resistentes edomandos adducit. 1226. n.34.

S. Romualdus, hostes Camaldulo propulsat, 1498. n.9.

B. Rosa Viterbiensis. miraculis claret. 1252. n.7. de illa in sanctarum numerum referenda agitatum. ib.

Rosarium. adolescens illi repetendo deditus a morte ad vitam, vt peccata confiteatur excitatus. 1251. n.14.

Rosarij sodalitium. confirmatum, indulgentijsque sacris donatum a Clemente VII. 1534. n.68.

Rudolphus Hapspurgensis comes postea Romanorum Rex. sacerdoti Eucharistiam deferenti equum donat. 1251. n.57. prædictum illi imperium præmij ergo acceperum. ib. creatur Rex Romanorum a septemuiris. 1273. n.8. defectu sceptri crucem accipit, ac principes sacramento adigit. ib. Rudolphi virtutes. n.9. expeditionem Asiaticam vouet. ib. apud Gregorium X. in Lugdunensi concilio certat officijs contra æmulum Alfonsum Castellæ Regem. 1274. n.5. Romanæ ecclesiæ iura, & priuilegia confirmat. ib. & seqq. profitetur se Siculum regnum imperio non esse coniuncturū. ib. Othocarus Rex Boemiæ præpotens illi aduersatur pro Alfonso. 1274. n.44. Italia etiam magis ad Alfonsum inclinare visa. ib. fulcitur a Pontifice. ib. decoratur ab eo Cæsaris nomine. n.55. decretum illi imperatorium diadema. n.56. in eum Othocarus insurgit. n.58. Austriam, & Carinthiam imperij fiduciarius ab Othocaro repetit Rudolphus. n.59. exigit, vt more maiorum sacramentum nuncuper. ib. mittit oratores pro deposcendis ornamentis imperatorijs. A. 1275. n.3. monetur, vt copias auxiliares submittat Mediolanensibus contra Hispanos. n.4. cum Rego Carolo, & duce Bauariæ lites componit. n.5. colloquium habet Lausanæ cum Gregorio X. 1275. n.35. in pontificia verba iurat. ib. & seqq. Romaniolam, & exarchatum Rauennæ restituit ecclesiæ Romanæ. ib. confirmat omnia iura ab alijs Cæsaribus ante concessa. n.38. spondet operam ad excindendas hæreses. n.38. decernit liberas futuras præsulum electiones. ib. manu Pontificis crucis symbolum accipit pro restituendo Syriæ Christi cultu. n.42. meditatur ingredi Italiam pro recuperandis iuribus, & insignibus imperij recipiendis. 1276. n.24. prohibetur ingressu ni lites omnes composuerit cum Carolo Siciliæ Rege. ib. monitus iterum a Cardinalibus vacuo pontificio solio. 1277. n.47. Austriam, Carinthiam, ac Styriam imperij fiduciarias repetit ab Othochero Rege Boemiæ. 1278. n.48. in procinctu certaminis Othocherum monet illum in pugna proditum iri. n.42. pugnantem cædit. n.42. Austriam sibi subijcit. ib. eam filio Alberto tradit. ib. Boemiæ partem debellat. ib. Vvenceslaum pacem petentem sibi conciliat data illi in vxorem Gutha filia. ib. gratulatur illi de parta victoria Nicolaus III. n.44. confirmat Rudolphus vetera Romanæ ecclesiæ iura. n.44. Conradi legati cæsarei iura ecclesiæ vsurpantis aula iniqua rescindit. n.51. Pontifici componere cum eo Caroli Regis Siciliæ controuersias annitenti obsequitur. n.61. cedit Etruriæ dominatu Carolus Rex Siciliæ pro obtinenda Rudolphi amicitia. n.66. vrbes Æmiliæ, de quibus lis verti posset, concedit nouo diplomate Ecclesiæ. 1279. n.31. fœdus cum Carolo pacisciture permissis illi Provinciæ, & Folkarquerij comitatibus, quos Berengario sine prole mascula defuncto ad imperium deuenisse contendebat. n.10. Clementiam filiam Carolo Martello Regis Siciliæ nepoti despondet. ib. heredum Caroli causam se defensurum pollicetur. 1285. n.22. actæ illi ab Honorio IV. gratiæ. ib. ab Honorio euocatur, vt ad accipiendū insigne imperatorium accedat. 1286. n.1. missus ad eum Ioannes Cardinalis Tusculanus. ib. Hungariam affectanti denuntiat Nicolaus IV. eam esse beneficiariam ecclesiæ Romanæ, censuisque percellendum, si eam inuadat. 1291. n.47. moritur. n.50.

Rudolphus Austriacus Rex Boemiæ. creatur Rex a patre Alberto Cæsare. 1306. n.16. fructuum esu extinguitur. 1307. n.26.

Rupertus Bauariæ dux postea Romanorum Rex. deturbato a septemuiris Vvenceslao ordine iudiciario, creatur Cæsar. 1400. n.16. Aquisgrani corona redimitur. 1401. n.1. fœdus init cum Bonifa-

eib III. ib. & ſeqq. ab eo poſtit imperatoria inſignia. n.6. ſponder ſchiſmaticos ad ipſius obſequium adacturum. ib. confirmata a Bonifacio eius electio. n.9. aduerſus Iounem Galeatium Mediolani ducem exercitum ducit, atque ab eo propulſatur. n.9. &c. dum in Italia agit, eius ſtudioſi bello petiti a Vvenceslao. n. 10. confirmatur a Bonifacio emuli Vvenceslai delectio. 1403. n.1. mittit oratores ad Bonifacium pro auguſtali inſigni obtinendo. ib. Gregorium XII. tuetur aduerſus Piſani conuentus prælules. 1409. n.11. Gregorij cauſæ argumenta miſſis oratoribus exponi iubet. n.19. Cardinales profugos multis capitibus arguit. ib. moritur. 1410. n.1. eius elogium. ib.

Rupinus Antiochenſi principis mater non filius. ante patrem moritur relicta prole. 1199. n.67. grauis inde de principatus ſucceſſione orta diſcordia. n.67.

Ruſſia, & Ruſſi, ſeu Rutheni. Blachos, & Cumanos Thraciam vaſtantes ſtudio religionis profligant. 1200. n.51. Reges Ruſſiæ Romanæ eccleſiæ aggregantur. 1227. n.8. & 1231. n.43. Ruſſi ad coniunctionem cum Romana eccleſia traducti. 1246. n.28. eorum dux regijs ornamentis indutus. n.29. a Polonis B. Kingæ precibus gemina victoria attriti. 1266. n.40. Ruſſiæ pars Poloniæ adiecta a Caſimiro II. 1349. n.24.25.

Ruſſinonenſis comitatus. Ludouico XI. a Ioanne Rege ex pactione traditus. 1462. n.43.

Ruſſudes ſeu Ruſſutenus Regina Georgia. certiorem facit Honorium III. de Tartaris victis, eiuſque precibus ſe commendat. 1224. num.18. auxilia poſcit a Gregorio IX. aduerſus Tartaros. 1240. n.38. quid illi a Gregorio reſponſum. ib.

Ruſtici. Ruſticorũ hæreſi infectorũ dira coniuratio. 1525. n.7. & ſeqq. narrata ab his ſcelera. n.13. &c. cæſa ſunt ex ipſis ſupra centum millia. n.15. fatentur ſuperſtites ſe illuſos a pſeudoprophetis. ib.

S

Sabinenſis epiſcopus. ad eum ſpectat ius imponendæ Cæſari coronæ Pontifice abſente. 1311. n.6.

Sacerdotia. ſacerdotia plura ab vno geri vetita. 1370. n.21. ad principum vagas voluntates a Pontificibus non conferenda. 1375. n.30.

Sacerdotium. ſublatum a Luthero. 1520. n.40. impius ruſticus ſe æque, ac ſacerdotes conſecrare Euchariſtiam iactans, dum verba profert, extinguitur. 1528. n.48. demonſtrat Rex Poloniæ contra Lutheranos pari iure eos Reges eſſe, ac ſacerdotes. n.79. de ſacerdotio nouæ legis decretum ſynodi Pariſienſis. n.82. aduerſus ſacerdotium Chriſtianum dæmon cum Luthero diſputat. 1533. n.43. audire dæmonem, & diſputanti credere Lutherus non perhorruit. n.44.

Sacramenta. vt ridicula ſpreta ab hæreticis Albigenſibus. A.1200. n.14. ſacramentum altaris licet ſit figura, veritatem tamen non excludit. 1202. n.16. ſacramenta Almaricani fingunt eſſe abolita. 1209. n.28.

Sacramentarij. eorum hæreſis exorta auctore Carloſtadio. 1522. n.33. illeam ſibi a dæmone reuelatam inſinuat. n.39.

Sacramentum, hoc eſt iuramentum. a Regibus in ſacra regia inunctione præſtitum de ſeruandis regijs iuribus alij ſacramento contrario vim adimit. 1225. n.22.

Sacrificium. in ſacrificio altaris conſpecta miracula. 1198. n.39. ſacrificij vis pro liberandis e purgatorio igne animabus. 1223. n.46.50. ſacrificio miſſa dæmonum, & typhonum vis conſopita. 1525. n.95. de ſacrificio incruento nouæ legis decretum ſynodi Pariſienſis. 1528. n.82. V. *Miſſa*.

Sacrilegi, & ſacrilegium. diuinæ in eos iuſtitiæ exempla. 1199. nu.5.6. diuina in ſacrilegum deridentem epiſcopale munus vltio. 1213. nu.22. inuaſor eccleſiæ S. Iſidori repente morbo diuino percuſſus, vt oculi pene ex orbibus exilirent. 1230. n.33. pœnitens ſceleris repente ſanatus. ib. ſacrilegus in Caſſinenſi monaſterio lepra percuſſus. 1239. n.33. eccleſiarum direptor cenſuras contemnens repente percuſſus morbo lethifero. 1243. n.42. ſacrilegi in Euchariſtiam diuinitus derecti punitique. 1299. n.47. ſcelerum veniam precatur. ib. diuina in ſacrilegum vltio. 1302. nu. 18. in militem ſacrilegum diuinæ vltionis exemplum. 1321. n.43. ob ſacrilegia permiſſa Scotiæ Rex magna clade affectus. 1346. nu. 43. diuina in ſacrilegos vltio. 1383. nu. 10. & 11. & 1384. n.13. & 1386. n.7. in Ioannem Regem Caſtellæ, qui Guadalupeum Virginis templum expilarat. 1385. n.10. & 11. in milites Germanos qui Euchariſtiam cum vaſculo erant ſuffurati. 1386. n.7. Sigiſmundus Imperator poſt raptum aureum ſereum S. Vvenceslai infelix in prælijs contra Huſſitas. 1420. num. 15. diuina in ſacrilegos vltio. 1474. n. 7. ſacrilegium in Medices Florentiæ commiſſum. 1478. n.7. ſacrilegium vindicatum diuinitus in barbaro. 1515. n.61. pœnitentis pia ſtudia. ib. ſacrilegi a lupis deuorati. 1517. n.86. ſacrilegus miles a diuina iuſtitia repente ſublatus Pampelonæ. 1512. n.81. ſacrilegio Galli opem parant in militum ſtipendia, ac triſti exitio cadunt, fugantur que Inſubria. 1521. n.108. ſacrilegi ruſtici ſupra centum millia cæſi. 1525. nu.15. ſacrilegi diuinis prodigijs caſtigati. n.38.39.

Sagniaci populi. ad Chriſti fidem traducti ab Vvladislao Rege. 1418. n.18.

Salamanticenſis academia. a Ferdinando Rege Caſtellæ condita. 1239. n.46.

Salomea Regina Halicienſis. cum viro Colomano virginitatem coluit. 1268. n.55. eo mortuo triginta duobus annis inter Clariſſas aſperrimo vitæ genere carnem domuit. ib.

Salomon archidiaconus Cracouienſis. procurator agit in actione de referenda in ſanctarũ numerum B. Hedwige. A. 1267 n.40. docetur ab ea rem certo die perfectum iri. ib.

Salphadinus ſiue Saphadinus Babylonis, & Ægypti ſoldanus. audita Conſtantinopolis expugnatione Saracenos omnes fœdere in Chriſtianos coniungit. 1205. n.28. monitus ab Innocentio III. expeditionem immiſſuro, vt Ieroſolymam reſtituat. 1212. n.3.

Salutatio Angelica. V. *Angelica oratio*.

Samogita. ad Chriſtum conuerſi. 1413. nu. 24. adorabant ignem. ib. dæmonum in eos tyrannis. ib.

Sambienſes. ab Othocaro Rege Boemiæ ad ſuſcipienda ſacra baptiſmalia adducti. 1255. n.60. a Lituanis plura odio fidei perpeſſi. ib.

Sanctius I. Rex Luſitaniæ. interprete Raimerio legato Apoſtolico pacem init cum Rege Caſtellæ. 1198. n.33. cenſum pro Luſitania veſtigale Romanæ eccleſiæ pendere iuſſus. n.35.

Sanctius Rex Navarræ. legatus in eum inquirere iuſſus, ſi Caſtellam inuaſerit. 1198. nu.33. moritur, illique ſuccedit Theobaldus nepos. 1234. n.52.

Sanctius II. Rex Luſitaniæ. obiurgatur ab Innocentio III. ob inuaſum ius eccleſiaſticum. 1211. n.11. correptus extremo morbo veniam poſcit. n.12. ad diuina excitatur ab Innocentio, ac teſtamentum eius confirmatur. n.13. moritur. ib.

Sanctius III. Rex Luſitaniæ. increpatur ab Innocentio IV. de geſto male regno. 1245. n.5. intentata illi mine, ni publicis malis medeatur. n.10. regni adminiſtratione, quam male gerebat, priuatus pontificia ſententia. 1245. n.67. regni iura illi reſeruata, & filijs. n.71. Luſitanis in Alfonſum fratrem inclinantibus confugit ad Caſtellæ Regem. n.73. pollicitus eſt ſi ſibi regnum reſtitueretur illud beneficentiæ Caſtellæ Regis ſe relaturum. ib. Toleti poſt vndecim annos moritur inglorius. n.74.

Sanctius Regis Aragonum filius Toletanus archiepiſcopus. in acie a Mauris trucidatus. 1275. n.16.

Sanctius Alfonſi Regis Caſtellæ filius, poſtea Rex. præfertur ab Alfonſo relictis nepotibus ex primogenito. 1275. nu. 16. conciliandis ordinum voluntatibus ſtudet, ac regiã auctoritatem in ſe transfert. 1282. n.34. iratus Alfonſus de nepotibus ex primogenito euehendis ad ſucceſſionem agit. ib. patrem regno exuendum ab ordinibus curat. ib. patrem pellit, qui Marrochitani Regis opem implorat. ib. lata in eum ab Alfonſo abdicationis ſententia. ib. ſacramentum, quo ſe illi deuinxerant Hiſpani reſciſſum a Martino IV. 1283. nu.54. vetitas nuptias cum Maria tertio gradu coniuncta init. ib. monetur a Martino, vt cœptis abſiſtat. ib. ab Alfonſo patre iuribus regni teſtamento priuatur. 1285. n.21. in concordiam venit cum Philippo Rege Galliæ. 1289. n.40.

Sanctorum inuocatio. Leodienſes inuocato S. Lamberto Brabantiæ ducem vincunt. A. 1213. n. 12. Cremonenſes inuocata ope SS. Marcellini, & Petri vincunt Mediolanenſes. n. 17.
Sanctorum ſuffragia. liberatæ ſanctorum ſuffragijs Venetiæ a ſubmerſionis periculo. 1343. n. 85. Dauid Rex Scotiæ implorata ope S. Niniani curatus. 1346. nu. 43.
Sanguis dominicus. portiuncula ſanguinis dominici in Angliam translata. 1247. n. 20. magna pompa in eccleſia S. Pauli collocata. ib.
Sapheti arx in Syria. exciſa a Bendocdare ſoldano. 1266. n. 41. ſexcenti martyrio affecti ab eo. ib.
Saraceni. in crucem contumelioſi repente puniti. ib. cruces in cælo conſpectæ. 1248. n. 30. 31. Saraceni poſt excilos e Syria Chriſtianos ſe mutuis cædibus conficiunt. 1292. n. 5. e Luceria exciſi addictiue ſeruituti. 1295. n. 37.
Sardinia. beneficiaria eſt Romanæ eccleſiæ. 1204. n. 79. ab Alfonſo Aragonij ſceptro hærede ſubacta. 1324. n. 36.
Satalia. a Turcis recuperata. 1373. n. 8. 9.
Sattach Rex Tartarorum. Chriſtianam fidem amplectitur. 1254. n. 1. gratulatur illi Innocentius IV. ib.
S. Saluator. imperat cæleſti viſo Iacobo de Vitriaco, vt crucem prædicet aduerſus Albigenſes. 1209. n. 21.
Saxonia. infelix illius calamitas ex Lutherana hæreſi. 1522. n. 29.
Sbinko Pragenſis archiepiſcopus. Vvicleffiticam hæreſim Pragæ naſcentem damnat, ac libros hæreticos exurit. 1409. n. 89. Ioannem Hus concionandi munere interdictum Praga depellit. ib. Vvenceslao opem illi non ferente contra hæreticos confugit ad Sigiſmundum Hungariæ Regem. ib. moritur. ib.
Scaligeri. Veronenſi principatu a duce Mediolanenſi deturbati. 1387. n. 13. 14.
Scanderbegus Albaniæ princeps. deficit ab Amurate, ac principatum auitum recuperat. 1442. n. 13. Turcas fundit cæditque ad viginti duo millia. n. 21. 22. cum Pontifice & Vvladislao Rege fœdus init contra Turcas, ib. impeditus a Georgio ne per ſeruiam ſe Hungaris cõiungeret. 1443. nu. 6. verſi in eum Turcarum impetus. 1445. n. 14. Amuratis duces profligat. ib. Amuratem Croiæ mœnibus propulſat. 1450. n. 15. graui bello vexatur a Mahomete II. 1257. n. 21. ſuſtentatur a Calliſto III. nummarijs ſubſidijs. nu. 41. teſtatur Calliſtus illum prope ſolum Mahometi reſtitiſſe. 1458. n. 13. inſignem victoriam de Turcis refert. ib. relicta *Macedonia* fert opem Ferdinando contra Gallos. 1461. n. 1. &c. confectis aliquot prælijs redire cogitur in Albaniam quam Mahometes populabatur. ib. ad flagitandam pacem a Mahomete cogitur. 1463. n. 18. facti neceſſitatem excuſat apud Pium. ib. perfugij locum in terris Eccleſiæ poſcit. ib. quid illi a Pio II. reſponſum. ib. varia illius cum Turcis geſta prælia. n. 19. 20. Mahometis duces in Albaniam irruentes ſæpius fundit. A. 1465. n. 16. ſtratas ſibi a Mahomete inſidias diuina ope euadit. num. 18. expeditionem in eum educit Mahometes. num. 19. adiutus auro a Pontifice Croiam obſidione liberat. num. 19. a Mahomete opprimitur. 1466. num. 1. viginti annis Turcicos impetus ſuſtinuerat. ib. vniuerſa ditione pellitur. ib. ex bellicis laboribus morbum contrahit. n. 7. ſacramentis eccleſiaſticis rite munitus in fide orthodoxa pie moritur. ib.
Sebiſma. prædictum Vrbano V. a Petro principe Minorita ſi Auenionem rediret. 1370. n. 19. prædictum quoque diu ante a S. Catharina Senenſi. 1378. n. 22. conflatum a Cardinalibus ex concepto in Vrbanum VI. odio ob acerbas illius obiurgationes & mores aſperos. n. 23. 24. &c. reſpuunt Cardinales ſchiſmatici oblatum ab Vrbano concilium pro ſedanda controuerſia n. 42. & ſeqq. Cardinalis Ambianenſis maximus ſchiſmatis auctor extirit. n. 45. Carolus V. Francorum Rex Cardinalibus ſchiſma conflaturis faue. num. 46. fauit etiam ijs Ioanna Regina Neapolitana. ib. ſchiſmaticis Regibus diuinam vltionem non defuturam prædicit Petrus princeps Minorita. n. 47. 48. prædicta diuina vltio Regi Caſtellæ ob ſchiſma a Roderico Ruizio. 1381. n. 33. Ioannes de Monteſono ſcribit contra ſchiſmaticos. 1389. n. 15. diuinæ vltionis exemplum in Ioannem Caſtellæ Regem ſchiſmaticum. 1390. n. 20. Carolus VI. Galliæ Rex ſchiſmaticus amentia percuſſus. 1392. n. 7. eius calamitas diuinæ iræ tributa a Gallis. 1494. n. 3. ſchiſmatis occaſione Turcæ orientem occuparunt. n. 23. 24. infelix mors Franciſci Prignani Vrbani nepotis, cuius augendi cauſa ſchiſmatis conflandi occaſio data fuerat. 1395. n. 16. Ioãnis Regis Aragonũ ſchiſma tirci funeſta mors. n. 19. in ſchiſmate difficili nonnulli ſanctitate floruerunt, vt S. Vincentius Ferrerius & B. Petrus Luxemburgenſis pſeudocardinalis. 1387. n. 11. Cardinales ſchiſmatici pro euertendo quem crearant antipapa laborant. 1398. n. 17. triſtis obitus Roberti Regis Scotiæ ſchiſmatici 1402. nu. 2. ſchiſma poſt annum quinquageſimum tandem ſublatum. 1429. n. 1. & 2.
Sebiſma Græcorum. cœptum ſub Nicolao I. Pontifice. 1451. n. 3. ſub Nicolao V. a Turcis Græcorum imperium exciſum. 1453. n. 1. & ſeqq.
Seiarra Columna. Ludouicum Bauarum proditis Romanis monet vt citiſſime Romam prouolet. 1328. n. 1. coronam auream illi imponit. nu. 3. miſere extinguitur. 1329. n. 19. 20.
Scodra in Macedonia. obſeſſa a Turcis. 1474. n. 12. magna Turcarum ſtrage liberata a Venetis. ib.
Scotia. veſtigalis Angliæ agnoſcitur ab Alexandro II. Scotiæ Rege. 1244. nu. 43. eam non Angliæ ſed Romanæ eccleſiæ eſſe beneficiariam contendit Boniface VIII. 1299. n. 14. quid in ea lite ab Eduardo Angliæ Rege reſponſum. n. 20. Anglico iugo ſoluta pronuntiatur ex fœdere. A. 1328. n. 72. cenſuris ligatur. n. 73.
Scripturæ ſacræ libri veteris & noui teſtamenti laicis ob frequentes corruptelas prohibiti. 1228. n. 27. ſcripturæ ſacræ in Germanicum idioma a Luthero verſæ peruerſaque. 1522. n. 48. ab Hieronymo Emſero theologo verſæ & cur. ibid. vulgari idiomate verſæ iuſte veritæ. 1533. n. 64.
Sebaſt. Armeniæ Rex. fratri Aytonio abſenti regnum præripit. 1294. n. 27.
Selimus. Baiazethi imperium eripere molitur, atque ab eo funditur. 1512. nu. 105. conciliatus patri procerum opera, eum exuit imperio. nu. 106. fratres & nepotes, quos poteſt ferro vel laqueo necat. n. 107. in Hungaria & Croatia aliquas arces capit. 1513. nu. 107. indictum illi a Leone X. ſacrum bellum. ib. recardata a Perſa eius expeditio in Italiam. 1514. n. 37. cruentam victoriam de Perſis refert. ib. Africæ nonnulla regna ſibi ſubijcit. 1517. n. 45. & 50. Tauri & Antitauri Regem necat. n. 55. Campſonem Ægypti Regem in prælio necat. ib. Syriam ſubigit. ib. ea ſubacta Ægyptum inuadit. ib. Muſtaphæ opera Tomumbeium ſoldanum capit, inque eum carnificinam exercet. 1517. n. 23. Mamaluchos contra pactiones conſcindit. n. 26. Babyloniæ & Arabiæ regna cæteris adijcit. ib. ad occidentem ſubijciendum anhelat. ib. cancroſo vlcere exorto in renibus extinguitur. 1520. n. 80. imperium filio Soliymanno reliquit. ib. quantum protulerit Turcici imperij fines. ib.
Sembath armenis tyrannus. Aytonem Regem excæcat & Thoros fratrem ſuffocat. 1298. n. 16. capitur & in Græciam ablegatur. ib.
Senenſes. a Florentinis ad reficiendum Monem polirianum adducti. 1233. n. 33. in auxilium euocant Fridericum II. aduerſus Florentinos. 1240. n. 3. a Mẽtredo ſubſidiario exercitu adiuti Florentinos extrema clade delent. 1260. n. 3.
Sephadinus V. *Saiphadinus*.
Septa in Africa. erepta Mauris. 1415. n. 56.
Sepulchrum dominicum. violatum a Chorasminis. 1245. n. 96. meditatus Tamerlanes illud excindere, ſed propulſatur 1403. n. 16. diuinus cultus in eo a Roberto Siciliæ Rege inſtauratus. 1342. n. 23.
Seraph Ægypti ſoldanus. Ptolemaidem & reliquias Chriſtianorum e Syria excindit. 1291. n. 7. & ſeq. Tyrum terrore deſertam capit. n. 14. poſt exciſam Ptolemaidem Cyprum excindere meditatur. 1292. n. 3. & ſeqq. a coniuratis trucidatur. n. 4.
SS. Sergij & Bacchi eccleſia. inſtaurata. 1198. n. 3. & 4.
Serpentes. culti pro dijs a Lituanis. 1386. n. 4. &c.
Seruij. in ſinum Romanæ eccleſiæ redeunt. 1199. n. 55. Seruij & Dioclij confirmant priſtinam cum Romana eccleſia coniunctionem. 1220. n. 37.
Seruitus. quartum votum de ſubeunda ſeruitute inter Saracenos pro liberanda proximi anima adiectum tribus euangeli-

gelicis ab ordine redemptionis B. Mariæ de Mercede. A. 1218. n. 73.

Sibilia Regina uxor Tancredi Regis Siciliæ. opera Innocentij III. carcere Germanico liberata. 1198. nu. 64. cum filiabus defuncto in vinculis filio profugit in Gallias. ib.

Sicilia regnum. Edmundo Regis Angliæ filio delatum ad Alexandro IV. 1255. num. 8.

Siculi ulteriores. veniente Corradino rebellant in Carolum, atque eo debellato redeunt in fidem. 1268. n. 35. rebellionis odio Carolus permittit licentiã grassandi militi. ib. obiurgatur a Clemente IV. ib. monita spernit & cruentam rebellandi iterum occasionem præbet. ib. Iacobo Rege cedente pertinacissime negant se subijcere Carolo II. 1295. nu. 31. persuasi a Iacobo Fridericum creare Regem Siciliæ. ib.

Siffridus tit S. Praxedis Card. Venetias pro classe apparanda legatus missus. 1198. n. 83. 84.

Siffridus archiepiscopus Maguntinus Cardinalis tit S. Sabinæ. post Philippi Sueui obitum Maguntiam redit ac Luipuldum intrusum pellit. 1208. n. 11.

Sigismundus Hungariæ Rex., ac postea Imperator. ex marchione Brandoburgensi apud Albam regalem corona redimitur. 1387. n. 14. Mariam Reginam regni heredem ex hostium manibus liberat, eamque ducit vxorem. ib. Imperatori Constantinopolitano obsesso fert auxilia. 1393. n. 6. a Baiazethe I. illi obuiam progresso funditur. ib. aduersus Baiazethem quinquaginta duo bellatorum millia educit, eumque fundit. 1395. n. 23. aduersus Baiazethem cum Gallis auxiliaribus & Hungaris progreditur. 1396. n. 18. plures arces expugnat & Nicopolim obsidet. ib. pugnantes Gallos ex inani terrore deserit, & per Danubium Posteumque fuga maritima Rhodum petit. ib. in Croatiam redit & ægre recuperat regnum, ib. extincta Maria Regina Hungariæ regno cedere abnuit. 1403. n. 13. a proceribus conijcitur in vincula. ib. & seq. Ladislao regni herede nimiis trahente moras e vinculis emittitur. n. 15. Boemiæ regnum accipit Vvenceslao in vinculis agente. ib. ab Vladislao Rege Poloniæ adiutus aduersus proceres Hungaros sibi infensos exercitum ducit. ibid. eos comprimit, nec Ladislaus heros ausus in Hungariam ire. ib. firmat res suas in Hungaria. n. 16. infensus Bonifacio IX. Pontifici, ius ecclesiasticum protrerit. ib. redit ad obsequium Gregorij XII. 1407. n. 32. cum secuturo contra Turcas pro recuperandis amissis propositæ indulgentiæ. ib. post Ruperti Regis mortem discordibus primo suffragijs vocatur ad imperium. 1410 n. 1. post mortem Iodoci marchionis Moraviæ iterum renuntiatur Cæsar concordibus suffragijs. ib. Gregorio deserto se ad Ioannis XXIII. partes confert. 1410. n. 27. expeditionem Italicam suscipit. 1413. nu. 16. conuenit cum Ioanne Laudæ. 1413. n. 22. promouet concilium Constantiense pro redintegranda ecclesiarum coniunctione. n. 23. qualem præstiterit salutis sponsionem Ioanni Hus in ius vocato apud concilium. A. 1414. n. 11. Aquisgrani Germanica corona redimitur. nu. 14. Constantiam se confert ad concilium, & inter sacra diaconi cultu euangelium legit. ib. dum regno abest, Turcæ in Hungariam irrumpunt. n. 21. Fridericum ducem Austriæ fauentem Ioannis XXIII. fugæ a concilio, bello petit. 1415. n. 16. cogit illum ad officium. n. 17. Ioannem concilio sistit. nu. 31. Ioannẽ Hus hæreseos damnatum a concilio flammis exuri iubet. 1415. n. 36. &c. in Aragoniam proficiscitur pro Hispanis a schismate reuocandis n. 44. vrget Benedictum antipapam vt cedat. n. 47. confirmata cum Hispanis Regibus ecclesiarum coniunctione pergit in Gallias. n. 54. sedare bellum inter Gallos & Anglos nititur. ib. eo in Gallijs agente Turcæ incurrunt in Hungariam. n. 55. in Angliam proficiscitur ad Henricum V. pro pace publica constituenda. ib. plures labores exanclat frustra, vt pacato toro Christiano imperio expeditio generalis conficiatur in Turcas. 1416. n. 34. deducit vxorem cum marchione Brandeburgensi Martinum V. in solemni pompa equestri. 1417. nu. 3. monetur a legato expedienda arma contra Hussitas omnia miscentes in Boemia. 1418. n. 10. intempestiua clementia Boemiam hæresi infici & catholicos opprimi patitur. ib. Constantia discessuro Martino stratoris munus exhibet. 1418. n. 36. extincto Vvenceslao fratre Boemicum regnum illi præripitur ab hæreticis, quibus nimium indulserat. 1419. nu. 10. in Hussitas exercitum educit. 1420. nu. 13. Vvratislauiæ seditiosos securi percuti iubet. ib. Pragenses eius seueritatem veriti in ipsum coniurant. n. 14. Pragam obsidet. ib. eius impetus elusi a Zisca. ib. pactis cum hoste inducijs coronam Boemicam accipit. ib. Pragensem obsidionem soluit. nu. 15. feretrum S. Vvenceslai aureum militi dat pollicitus illud repositurum refecto ærario. num. 15. exinde eius res in peius versæ. ib. fusus eius exercitus. ib. Visegradensem arcem amittit. ibid. serius mouet exercitum in Boemos hæreticos. 1421. n. 13. ob commeatuum inopiam recedere cogitur. n. 13. pacis arbiter inter Polonum & Cruciferos sententia iniqua Polonis lata, eos in se exasperat. n. 15. plura gerit prælia contra hæreticos. 1422. n. 18. a Zischa cæco fugatur. ib. aduersus illum Pragensium clientelam corripit Lituanus. 1423. nu. 16. aduersa prælia gerit cum Boemis hæreticis. 1426. n. 16. & 1427. n. 4. veritus ne Boemi Polono se submitterent, Zischam eorum ducem præmijs ad suas partes allicit. n. 10. Philippo Mariæ Mediolanensi ius beneficiarium confert. 1428. n. 2. in Venetos bellum gerit in Foroiulio. 1431. n. 13. victoriam crudelitate fœdant eius duces. ib. exercitum fortissimum mittit contra Boemos. n. 19. dissipatus eius exercitus. ib. Eugenium IV. rogat vt Basileensem synodum redintegret. n. 26. coronam Longobardicam accipit Mediolani. n. 31. Senas se confert. A. 1432. n. 20. negat Eugenius illum in Vrbem admissum iri cum Mediolanensibus copijs. n. 21. cur suspectus fuerit Eugenio. ib. pacisci tur cum Eugenio pro suscipienda imperiali corona. 1433. nu. 12. Romæ solemni ritu imperatoria corona redimitur. n. 14. stratoris officium exhibet Eugenio. ib. libertatem ecclesiasticam insigni edicto confirmat. n. 15. recedit ex Vrbe. n. 17. Basileensium temeritatem coercet. n. 24. mittit oratores ad Eugenium pro redintegranda cum Basileensibus concordia. 1434. nu. 1. Boemi Hussitæ demum deletis Thaboritis & Orphanis Boemicam coronam Sigismundo restituunt. num. 24. 25. solemni ritu coram illo obedientiam spondent ecclesiæ Romanæ. 1436. n. 19. ad iniquas leges a Ioanne Rokysana & Boemis adigi se sinit. ib. Pragam ingressus inducit in eam viros religiosos & cultum catholicum. n. 20. tumultuantem Rokizanam pellit. ibid. Synodus hæreticos excindit. 1436. nu. 20. in Boemiam monachos inducit. 1437. n. 20. moritur, succeditque illi Albertus gener. n. 23.

Sigismundus Koributus. Boemos tuetur contra Sigismundum Imp. 1424. n. 9. percellitur anathemate. ib.

Sigismundus Austriacus. Cardinalem Cusanum capit, ac nonnulla castra ecclesiæ Brixinensis extorquet. 1460. n. 33. postulatus iudicio prouocat a Pontifice ad concilium. ib. damnatur hæreseos, quod non crederet in vnam sanctam Ecclesiam. 1461. n. 11. damnatur anathemate a Pio II. 1463. n. 84. solui censuris expetit. 1464. n. 35. pro eo Fridericus Imperator flexis genibus veniam petijt a legato. ib. condonatæ illi acceptæ iniuriæ. ib.

Sigismundus Malatesta. in Senogallia profligatus. 1462. n. 10. pro retinendo Arimino pacem exorat. 1463. n. 74. contra Turcas pugnans Spartanæ arcis obsidionem soluere cogitur. 1464. n. 63.

Sigismundus Rex Poloniæ. succedit fratri Alexandro. 1506. n. 39. Tartaros vincit, & Glinskum perduellem, & ducem Moscouitarum. 1508. n. 19. & 20. Tartaros Præcopẽses fundit & sexdecim millia captiuorum ex ijs recipit. ib. petitur graui bello a Basilio Moscouitarum duce. 1513. n. 39. Moscouitas ad triginta millia cædit. n. 40. Smolenkeam arcem ad Borysthenem sitam amittit. 1514. n. 57. frustra eam recuperare tentat. n. 63. Moscouitas diuina ope in Lituania profligat. 1519. n. 59. edicta conscribit pro tuenda religione, ac Lutheranos libros flammis aboleri iubet. 1523. n. 80. Poloniam ab hæresi vindicat. 1525. n. 35. Albertum Brandeburgensem apostatam male in clientelam accipit. 1526. n. 121. 122. dum commoda politica religioni præfert, duo regna amittit. 1526. n. 122. Gedanenses Lutheranos tumultuantes restituta religione coercet. n. 124. Tartaros profligat.

A. 1527.

A.1527. n. 106. Lutherana deliramenta refellit. 1528. n. 79. demonstrat pari iure omnes Reges esse quo sacerdotes. ib. Polonia arcet hæreticam pestem. ib.

Silvester Gatta Viterbiensis tyrannus. Ludouicum Bauarum Viterbio excipit. 1328. n. 1. ab eo capitur & tortus thesaurum conditum prodere cogitur. n. 53.

Simon Montfortius. crucis symbolum induit aduersus Albigenses hæreticos. 1209. n. 21. creatur princeps locorum hæreticis ereptorum eripiendorumque. 1209. n. 24. Regem Aragonum, ac plures alios principes infensos patitur n. 26. quinquaginta eius milites in fossas præcipites deiecti coniectis in eosdem stipulis & igne & saxis diuinitus seruati. ib. Albiorum vrbem & diœcesim subijcit. n. 11. expugnat Minerbam arcem. n. 12. Apamias Fuxensi comiti hæretico eripit. 1210. n. 15. castrum Vauri expugnat. 1211. n. 15. hæreticos quadraginta flammis exurit. n. 16. plura hæreticorum castra expugnat & hæreticos perdit. ib. belli molem in Raymundum Tolosæ comitem vertit. n. 17. Tolosæ obsidionem soluere cogitur. nu. 18. plura loca Raymundo eripit. ib. constantia eiusdem eximia. ib. ingentes hæreticorum copias fundit. n. 19. pietas eiusdem insignis. ib. Altipulli arcem diuino miraculo occupat. 1212. n. 11. Agimni excipitur. n. 12. Mosaicū expugnat. ib. insignis eius magnanimitas, & piæ voces. ib. comparatas insidias fœliciter effugit. 1213. n. 51. aduersus Petrum Regem Aragonum bellum mouentem fortiter restitit. n. 53. auxilia ip Murelli arce obsessis laturus, arma ex altari sumit. ib. Regem Aragonum mulierciularum irretitum amoribus contemnit. n. 54. eius precibus sedatus imber. ib. inirurus prælium pijssime se Deo commendat. num. 56. cum octingentis equitibus centum millia hostium inuadere parat. n. 57. crucem pie cum suis adorat. ib. diem exaltationi S. Crucis sacrum deligit ad prælium. ib. cæsa prima hostium acie Regem Aragonum in secunda occidit. n. 58. pugno hostem, qui ipsum percusserat in capite, deijcit ex equo. ib. fugat hostes. ibid. parcit fugientibus. ib. viginti millia hostium eo prælio cæsa. n. 59. confecto prælio equm, & arma dat pauperibus. ib. alia eiusdem facinora præclara. num. 63. Monspessulanus, & Narbona, & Oliua ab eo deficiunt. n. 64. Iacobus Petri Regis filius Aragonici sceptri hæres in illius potestatem redactus. 1214. n. 15. felices Montfortij progressus contra hæreticos. n. 17. plures arces ijs eripit. ib. septem Vvaldenses flammis injicit. ib. vicecomitem Turenæ exercentem tyrannidem in catholicos domat, & plures alias arces subijcit. n. 18. comitatus Tolosanus illi in concilio Montispessulani attributus. n. 20. Iacobum sexennem Petri Regis filium legati apostolici iussu dimittit restituendum regno. n. 30. occurrit Ludouico Philippi Regis filio venienti ad sacram expeditionem. 1215. n. 31. asserius illi Tolosanus comitatus in Lateranensi concilio parte excepta, quæ Raymundo iuniori attributa. n. 24. fiduciarium se Galliæ Regis profitetur. n. 25. summo applausu a Gallis exceptus. ib. in eum Iacobus Rex Aragonum coniurat cum Raymundo. A. 1217. n. 55. insurgunt in eundem plures populi. ib. Tolosam obsidet. 1218. n. 48. erumpentes hostes retundit. n. 49. contorto a ballista saxo colliditur. nu. 50. Deo se commendans moritur. n. 52. monitus olim Christum in altari se videndum præbere, respondit: *Eant incredvli Albigenses, vt oculis fidet mysteria svspiciant*. 1256. nu. 18.

Simon Minorita clarus miraculis. de ijs actio instituta. 1252. n. 8.

Simon de Montefilice. creatus Cadinalis presbyter SS. Sylvestri & Martini. 1261. num. 36.

Simon de Bria in pontificatu dictus martinus IV. creatus Cardinalis tit. S. Cæciliæ ab Vrbano IV. 1262. n. 52.

Simon de Monteforti Leycestriæ comes. graui bello ciuili Henricū Angliæ Regē fatigat 1263. n. 83. ingratus illius in Henricū animus. ib. percellitur anathemate ob Herefordensem episcopum captum in ecclesia ib. monetur officij a Pontifice. ib. rescissa a Pontifice inita ab eo cum alijs coniuratis fœdera. ib Eduardus spe pacis se illi dat obsidem pro liberando patre. 1265. nu. 71. Henricum circumducit per Angliam Simon, arcesque occupat. ib. tyrannidis suæ odio plures abalienat. ib. fugit ex eius custodia Eduardus, illumque vna cum duobus filijs in prælio necat. n. 72. 73. caret honore sepulchri. ib.

Simon Coletus presbyter Card. tit. S. Cæciliæ. in Gallias ab Vrbano IV. legatus mittitur. 1264. n. 24. confirmatur in ea legatione a Clemente IV. 1265. n. 11. a Gregorio X. creatur legatus pro ducenda in Saracenos expeditione. 1274. n. 35. creatur Pontifex. 1281. nu. 3. V. *Martinus IV.*

Simon Mediolanensis tit. SS. Ioannis & Pavli Card. adhæret initio Vrbano VI. 1378. n. 41. adhibitus interpres pro conciliandis Gallis Cardinalibus offert ijs concilium œcumenicum. n. 42. stare concilio ijs nolentibus, & spondentibus illi antipapatum, confert se ad cœtus schismaticos. n. 52. illusus ab ijs redire ad Vrbanum non audet. ib. concilium œcumenicum ad schisma tollendum promulgat. 1379. n. 1. & 2. demum veritus Vrbani acerbitatem ad antipapam deficit. 1380. n. 20.

Simon de Suberia archiepiscopus Cantuariensis. necatus a Vvicleffiftis. 1381. n. 38. eius percussor cœcitate percussus, actusque in furias. ib.

Simon Buccanigra Genuensium prætor. excusso Mediolanensium iugo publicam rem capessit. 1456. n. 30.

Simon puer. Christi odio a Iudæis Tridenti affectus martyrio. 1475. n. 37. coruscat miraculis. ib.

Simon Vasæus pius sacerdos. fidem Christi in Mauricis insulis late propagat. 1534. num. 62.

Simoniaca electio Pontificis. decreto Julij II. conuulsa. 1506. n. 1.

Sina. illis inferre petitur Christi fidem Lusitanus. A. 1516. n. 81. Sinarum mores. ib. vna cum idolis Deum coluere. ib.

Sinenses. inter eos propagata Christiana religio. A. 1307. n. 30.

Sinibaldus siue Symbaldus Cardinalis. creatus Pontifex Innocentij IV. nomen accipit. 1243. n. 5.

Sinope. capta a Mahomete. 1461. n. 38.

Sixtus IV. creatur Pontifex. 1471. n. 66. eius primitiæ. ib. cælesti monitu S. Franciſci familiæ puer fuerat addictus. ib. decernit tueri armis rem Christianam contra Turcas. n. 71. indicit concilium Laterani. n. 76. mouente litem de loco Cæsare, omisso concilio legatos mittit in varia regna. n. 76. auget Cardinalium senatum. n. 79. parata classe in Turcas Oluerium Carafam illi præficit 1472. n. 4. 5. in controuersia Boemica Matthiæ Regis partes tuetur aduersus Polonum. n. 29. Silesios & Morauos anathemate intentato Matthiæ obsequi iubet. n. 33. quæ gesta ab illius legato in oriente contra Turcas. 1472. n. 41. dux Moschouitarum illi veluti Christi vicario obedientiam defert. n. 48. Ferdinando Regi Neapolitano nimium indulget. n. 52. vt suos augeat Soranum comitatum diuellit ab ecclesia Romana. ib. Hieronymo Riario nepoti Imolæ & Forliuij toparchiam pessimo exemplo tradit. ib. Christiernus Rex Daniæ ad eius pedes se prouoluit. 1474. n. 1. Ioanni ex sorore nepoti inique Senogalliam & Mundanum tradit. n. 17. datæ ab eo ecclesiasticæ opes nepotibus illi attulere exitium. ib. confirmat ordinem Minimorum. n. 26. & Augustinianorum discalceatorum. nu. 31. Ferdinandum Regem Romæ excipit. 1475. n. 1. Carolam Reginam Cypri pontificia liberalitate sustentat. ib. instaurat festum visitationis Deiparæ. 1475. nu. 34. legatos in varia regna mittit pro instaurando in Turcas bello. 1476. n. 1. creat nouos Cardinales. n. 21. iterumque alios. 1477. nu. 10. instaurat xenodochium S. Spiritus. nu. 12. Laurentium Medicem, & Florentinos ob Pisanum archiepiscopum laqueo suspensum, & excursiones in ditionem ecclesiasticam factas anathemate percellit. 1478. n. 10. inito cum Rege Neapolitano armorum fœdere bellum ijs infert. nu. 12. Gallorum Rex Florentinorum causam aduersus ipsum tuetur. num. 13. graues contra eum querelæ propositæ, atque ad eas respondet. nu. 11. & seqq. rogatur a Cæsare, & Hungaro, vt pacem Florentinis concedat. nu. 29. obstupescit Venetos indignam pacem emisse a Turca, vt pro Florentinis in eum arma verterent. num. 29. Bosnæ iura illi testamento relicta a Catharina Regina. 1478. n. 42. legatos in Germaniam, & vicina regna mittit. 1479. n. 1. Florentinos in discrimen adducit. n. 19. contempta eius causa Ferdinandus cum Florentinis pacem init. ib. Petri Osmani errores damnat. 1479. n. 32. capto Hydrunto ad defendendam Italiam contra Turcas conuertit animum. 1480. nu. 19. legato Genuam transmisso classem instruen-

struendam curat . n.29. in Galliam , & Angliam legatos mittit . ib. Florentinos veniam petentes solemni ritu absoluit . A.1480. n.39. auget Cardinalium senatum. n.43. fœdus sancit vrgente Gallo ad Turcas Italia depellendos . 1481. n.3. indicit sacrum in Turcas bellum . n.21. Hydrunto Turcas depellit . n.29. legatum Imperatoris Æthiopum instaurantis coniunctionem cum Romana ecclesia excipit. n.40. Martyrum cultum decernit quinque Minoritis Marrochij olim martyrio affectis . n.42. prohibet ingressu per ecclesiasticam ditionem copias Ferdinandi Regis. 1482. n.1. petitur bello : ib. in discrimen a Ferdinando adductus. n.6. Venetis auxilijs Ferdinandi exercitum propulsat. ib. dum Gallos concitare in Ferdinandum molitur , Ferdinandus ab eo pacem demisse obtinet . n.12. confecta pace templum Pacis B. Virgini ponit . n.12. Venetos rogat , vt Ferrariæ obsidionem soluant . n. 17. cum eos flectere ad pacem non posset , subsidiarium Ferrariensi exercitum misit. ib. indulgentias impertit ituris ad Granatense bellum . num. 40. sanctorum cultum decernit B. Bonauenturæ olim Cardinali . n.46. Venetam classem fluminea profligat. 1483. nu.5. intentat Venetis anathema ni a Ferraria oppugnanda absistant. n.7. appellantibus ad concilium Venetis demonstrat Pontificem concilijs antecellere , eosque percellit anathemate . n.20. auget Cardinalium senatum . num. 61. anathemate eos damnat , qui in controuersia de immaculata conceptione B. Virginis hæreseos crimen impingerent contrariam sententiam tuentibus. n.64. tolerabiles pacis leges oblatas a Venetis repellit imprudenter. 1484. n.14. proditur a socijs, qui eo inconsulto pacem cum Venetis conficiunt. n.18. concepto inde dolore auctoque ab arthritide moritur. n.20.

Smolenskea arx . a Moschis erepta Polono . 1514. n.57.

Smyrna . erepta Turcis a cruce signatis. 1344. n.3. obsessa a Marbassano . 1345. n.1.

Sorores . restituta Christiano imperio. 1507. n.13.

Soffredus Cardinalis S. Praxedis. in Syriam nauigat . 1203. n.10. creatur patriarcha Ierosolymitanus sed patriarchatum respuit. ib.

Soldanus Ægypti . Armeniam vastat. 1322. n.30. Laiacium ferro flammaque delet . ib. Tartaros , & Turcas ad perdendos Armenios concitat . n.33. Cyprio Regi bellum infert . n.35. ingentes eius copias a paucis Christianis diuinitus fusas , ac sex millia equitum cæsa a decentis . ibid.

Solimannus I. Turcarum imperator . succedit Selimo I. 1520. n.82. opera Farat bassæ Gazellem Mamaluchorum imperium restituere annitentem delet. 1521. n.115. pacatis Ægypto , & Syria arma in Christianos vertit . ib. quæ fuerint illi a Selimo data consilia. ib. Albam regalem expugnat . 1521. n.122. ad Rhodum subigendam arma conuertit . n.124. ab Amarallo equite proditore in Rhodios concitatus est. ib. classem ducentarum , & octoginta nauium duce Mustapha mittit ad obsidendam Rhodum. A.1522. n.23. in castra se confert ad vrgendum bellum. ib. magnas clades passus recessum cogitat . n.24. ab Amarallo proditore Lusitano docetur Rhodios puluueris sulphurei inopia , militumque paucitate laborare . ib. ad deditionem Rhodios adducit. ib. in ea obsidione sexaginta millia Turcarum cæsa , quinquaginta millia morbo consumpta. ib. Zemissem Baiazethis II. ex fratre nepotem Christianæ fidei odio martyrio afficit. ib. rebellat in eum Achomates bassa in Ægypto. 1524. n. 76. Abrahimi bassæ opera eum interimit. & Ægyptū recuperat. n.77. ducenta militum millia educit in expeditionem contra Hungaros. 1526. n.63.64. Ludouicum Regem cum exiguis copijs occurrere autum extrema internecione delet. 1526. n.63.64. Hungariam late populatus Budam subigit. n. 65. iactat se irrupturum in Italiam . n.65. ob excitatos in Asia motus a Calendero Celebio Hungaria discedit. n.70. eo discedente Constantinopolim Ioannes Transsiluanus Budam Albamque ex Turcis recipit. ib. a Ioanne pullo a Maximiliano in auxilium vocatur . 1527. n.107. in Hungariam copias ducit, ac Ferdinandi copias profligat . 1529. n.40. Hungari plures ad eum deficiunt. ib. Budam, Strigonium, & alias vrbes occupat. n.41. Viennam obsidet . n.43. amissa parte exercitus propulsatur . n.48. Ioannem Transsiluanum Regem Budæ constituit. ib. recedit Cõstantinopolim. ib. Clemens VII. fœdere iungere in illum Christianos principes enititur. 1530. n 178.180. principes Christiani aduersus Solimannū concitati. 1532. n.1. pacis spe lactat Christianos , dum bellum parat ibid. & n.8. & 11. Solimannus irrumpit in Germaniam . 1532. n. 31. ad Guntium oppidulum retardatur . ibid. cæleste auxilium Christianis affuit . ib. fugientis instar signa retro vertit . n.35. eius expeditio dissipata . n.39. Coronem obsidione premit. 1533. n.90 repulsus assentitur paci. ib. exercitum mouet aduersus Thammasum Regem Persidis . 1534. n.54. Hariadenum Barbarossam immittit ad subijciendam Africam . ib. Aloysium Grittum Christiani nominis proditorem mittit ad Hungariam , deturbato Ioanne Rege, in prouinciam Turcici imperij redigendam. ib. sæua eius consilia ad euertendum Christianum imperium. ib. ipsius legatus trucidatus ab Hungaris. n.55.

Somnia , & auguria spernenda . eximia de ijs Simonis Montfortij vox . 1213. n.53.

Sorbonici doctores . obiurgati ab Alexandro IV. quod studeant Guillelmo de S. Amore impœnitenti. 1259. n.37. intentatum ijs anathema, si quod commercium cum ipso habeant. ib.

Species sacramentales vini . conuersæ diuinitus in sanguinem. 1229. n.61.

Spina Domini corona . oppignerata Venetis a Balduino II. 1238. n.21. redempta multo auro a S. Ludouico, atque in sacello magna pompa collocata. ib. spina dominicæ coronæ Rhodi flores producit . 1457. n.89.

Spirenses conuentus . Ratisponam translati. 1532. n.13.

Spirituales hæretici . fingunt legem spiritus successisse legi euangelicæ . 1256. n.20. damnantur ab Alexandro IV. ib.

Spiritus sancti processio . de ea ab apostolicis internuntijs disceptatum cum Græcis . 1233. n.7. Spiritus sanctus ex Patre , & Filio tanquam ex vno principio, & vnica spiratione procedit. 1351. n.20. & 21. cur Græci dixerint Spiritum sanctum ex Patre per Filium procedere . 1440. n.17. illum vnica spiratione procedere docet Mesopotamenos Eugenius. 1444. n.17. non magis dantur duo principia Spiritus sancti quam tria creaturarum. n.18.

Spoletani . in fide Pontificis constantissimi agrorum vastitatem a Friderico III. perpessi. 1240. n.5.

Spoletum . ab imperatoria ditione ad pontificiam renocatum ab Innocentio III. 1198. n.15. & 16.

S. Stanislaus episcopus Cracouiensis . de eius miraculis instituta actio iudiciaria. 1250. n. 50. Reginaldo episc. Ostiensi dicto in pontificatu Alexandro IV. valetudinem restituit. 1253. n.17. adolescentem defunctum a morte ad vitam reuocat . nu. 18.

Stanpitius Augustinianorum Saxonum magister prouincialis . ex immoderato sui ordinis studio rem catholicam pessumdedit in Germania. 1517. n.64. ducem Saxoniæ conciliat Luthero. n.67.

Stedinghi . eorum hæresis. 1233. n.42. quibus formis dæmon se ijs exhiberet . n.43. horrenda eorum facinora in corpus Christi. n.45. in eos indicta sacra expeditio. ib. & 46. extrema internecione delentur. n.43.

Steno Rex Suecia . a Christierno Rege Daniæ bello petitus Stocholmia eũ propulsat . 1518. n.165. hostem alit ne fame pereat. ib. & 166. perfidiam eius mox sentit. ib. ab eodem glaciali prælio fugitur, saucia tusque moritur. 1519. n.58. regno hostis potitus est. ib.

Stephana Quintiana virgo tertij ordinis S. Dominici . qualibet sexta feria sensit dominicæ passionis dolores. 1495. n.42.

Stephanus S. Chrysogoni Cardinalis. creatur Cantuariensis archiepiscopus , & consecratur ab Innocentio III. 1207. n. 16. indignatur Ioannes Rex Angliæ id se inscio factum . n.17. spreta eius ira mittitur in Angliam. ib. prohibetur aditu , atque ab Innocentio III. sacrorum vsu interdicitur. 1208. n.26. flexo Ioanne ad officium euocatur. ib.

S. Stephanus Chartusiæ prior . fit episcopus Diensis. 1208. n.25. ægrotus alios ægros curat . 1213. n.71. rogatus de condendo testamento, ait decedentium episcoporum bona ad ecclesias pertinere . ib. sacramentis se rite munit. ib. instituta actio iudiciaria de illius vitæ sanctitate & miraculis . 1222. num. 49. ea instaurata

rata. A. 1233. num. 63.

Stephanus Rex Seruiæ, & Dioclia. confirmat priſtinam cum Romana eccleſia coniunctionem. 1220. n. 37.

Stephanus tit. S. Maria Tranſtyberim presbyter. legatus in Siciliam vtramque mittitur contra Fridericum. 1246. n. 11.

Stephanus Bela Hungaria Regis filius. a patre diſſidet. 1264. n. 51. bellum imminens Reginæ matris precibus diuinitus ſedatum. ib. patri ſuccedit in regnum. 1270. n. 29. Auſtriam vaſtat. n. 30. Bulgariam debellat, eamque vectigalem Hungariæ conſtituit. ib. pacem cum Othocaro Rege Boemiæ componit. 1271. n. 31. moritur relictis duobus filijs. 1272. n. 48.

Stephanus Minorita. de fide damnata pœnitens martyrio afficitur. 1333. n. 45.

Stephanus dux Boſnæ. fidem catholicam amplectitur, propagatque. 1340. n. 73.

Stephanus Albertus epiſcopus Oſtienſis. creatus Pontifex Innocentij VI. nomen accipit. 1352. n. 27. &c.

Stephanus Raſcia Rex, de ſchiſmate damnando agit, miſſique ad eum ab Innocentio IV. interruntij. 1354. n. 26. 27. redit ad priſtinam perfidiam. ib. bello ſacro petitur a Ludouico Hungariæ Rege. 1356. n. 24. odio ſchiſmatis pulſus regno ab Hungaro in ſiluas fugit. 1359. n. 15.

Stephanus Thomas Boſnæ Rex. ad Romanæ eccleſiæ coniunctionem reuerſus iuſtorum natalium dignitate donatus ab Eugenio IV. 1445. n. 23. 24. Zendrenſem arcem Turcis dedit. 1459. n. 77. excuſat facinus apud Pium, & Pataronos perſequitur, n. 91. obſeſſus a Turcis ad deditionem cogitur. 1463. n. 14. ſeptuaginta arces dedi Turcis iubet. ib. occiditur a Mahometo ipſo. ib. Regina Boſnæ amiſſo regno Romam profugit. ibid.

Stephanus Porcarius. conflatæ in Nicolaum V. coniurationis iuſtas dat pœnas. 1453. n. 24.

Stephanus Moldauiæ Palatinus, inſignem victoriam de Turcis refert. 1474. n. 10. ſe Caſimiri Regis clientelæ commendat. ib. Tartaros cædit fundirque Turcas. 1476. n. 7. cedit tandem preſſus numero Turcarum. ib.

Stephanus Batthorus. eius virtute deleta in Tranſſiluania centum millia Turcarum. 1482. n. 29.

Stigmata. impreſſa diuinitus S. Francisco. 1223. n. 55. de eorum veritate ſcribit Gregorius IX. ad Germanos. 1237. nu. 60. Alexander IV. ea a ſe viſa fuiſſe promulgat, dum viuo familiariter vtebatur. nu. 27. diuinitus impreſſa S. Gertrudi. 1358. n. 7. in Lucia virgine expreſſa. 1500. n. 58.

Stippo presbyter pius. moriens plura blaſphema euomit phreniticis morbo percitus, ac poſt mortem claret miraculis. 1321. n. 40.

Straimirus Bulgariæ Rex. amiſſo regno abducitur in vincula a Ludouico Hungariæ Rege. 1366. n. 11.

Stratior. ſtratoris munus exhibet Sigiſmundus Imperator Eugenio IV. 1433. n. 14.

Fridericus III. Nicolao V. A. 1453. n. 2. & 3. Carolus V. Clementi VII. 1530. n. 5. alij etiam Reges idem præſtitere. V. *Pontifex Romanus.*

Strigonienſis archiepiſcopus. ad eum coronandi Regis Hungariæ ius ſpectat. 1204. n. 47.

Strigonium. recipitur a Ferdinando. 1530. n. 184.

Studium. dæmon ſtudijs infenſus. 1294. n. 8.

Studium ardens lucrandarum animarum. inſigne in Didaco Oxomenſi epiſcopo. 1206. n. 27. in S. Dominico. 1217. n. 50. in S. Franciſco. 1219. n. 14. in S. Ludouico Rege. 1238. n. 38. & 1252. n. 23. & 1254. n. 13. & 1270. n. 11. in S. Ludouico epiſcopo Toloſano. 1297. n. 68. in B. Petro Thoma. 1366. n. 18. in S. Catharina Senenſi arguente Cardinales ſchiſmaticos. 1378. n. 44. in beatis Ioanne de Cetina, & Ioanne de Duenas. 1397. n. 17. in S. Vincentio Ferrerio. 1414. n. 20. in S. Bernardino Senenſi. 1424. n. 18. in B. Ioanne de Capiſtrano. 1451. n. 14. in B. Iacobo Picente. 1476. n. 17. &c. in B. Franciſco Ximenio Cardinale. 1500. n. 32. in Minoritis in Mexicum miſſis. 1524. n. 114. in S. Ignatio. 1554. n. 45. Vide in Innocentio III. in Honorio III. in Gregorio IX. in Innocentio IV. in Gregorio X. &c.

Succuba dæmones, ſiue Diuæ. 1317. n. 53.

Sueci. quanta paſſi ſint a Chriſtierno hæretico. 1520. n. 87. 88. Chriſtiernum ob tyrannidem regno pellunt. n. 89. Goſtauum Ericſon ſibi Regem deligunt. ib. Suecia hæreſi contaminata. 1526. n. 128.

Suero Norwegiæ Rex. tyrannidem ac ſæuitiã exercet in præſules. 1198. n. 72. terræ, quæ illi parebant, interdictæ ſacris. ib.

Suffragia ſanctorum. ope S. Andreæ de Corſinis parta a Florentinis victoria. ib. V. *Inuocatio ſanctorum, & Miracula.*

Suantopelcus dux Pomeraniæ. Letuinorum, Pruthenorum, & Iazuingorum relapſorum patrocinium arripit contra Cruciferos. 1245. n. 81. percellitur anathemate. n. 87. reſipiſcit, ac ſpondet ſe cum infidelibus in Chriſtianos non ſumpturum arma. ib.

Sydon. a Tartaris euerſa 1260. n. 29.

Symbolum fidei. antiquatum a nonnullis anabaptiſtis. 1533. n. 63. quodnam ab ijs confictum. ib.

Sydon ſacra. ex Cypro in Sabandiam deportata. 1453. n. 17. maximis illuſtrata miraculis. ib. e medijs flammarum globis erepta cedentibus illi flammis. 1533. n. 62. ſpretum ab hæreticis miraculum. ib.

Synodus Londinenſis. in ea damnati errores Ioannis Vvicleffi. 1382. n. 36. &c.

Synodus Oxonienſis. in ea Vvicleffus errores ſuos iterum damnat. 1382. n. 39. 40.

Synodus Sueſſionenſis. quæ ſint in ea decreta. 1455. n. 45.

Synodus prima Americana. quid in ea decretum. 1524. n. 112.

Synodus Tarraconenſis. ad hæreticos reprimendos celebrata. A. 1536. n. 131. in eos animaduerti iuſſum, qui ab epiſcopis non miſſi concionatorum munus ſibi arrogarent. ib.

Synodus Senonenſis. eius acta contra nouatores. A. 1527. n. 87.

Syonita hæretici qui fuerint, vtque in furcis deſierint. 1436. n. 20.

Syria ſubacta a Selimo I. 1516. n. 55.

T

Tamerlanes Tartarorum Imperator. mittit duces in Moſcouiam. A. 1395. n. vlt. illi confugientibus ad Deiparæ opẽ Moſcouitis vincuntur. ib. Poloniam ducum opera infeſtat. 1400. n. 7. Syriam ſibi ſubijcit. 1401. n. 19. Baiazethis filium in prælio necat. ib. plura millia Sebaſtenorum dedititiorum, equorum pedibus proterit. ib. cogit Baiazethem ad ſoluendam Conſtantinopolis obſidionem. 1402. n. 5. & 6. apud Ancyram in Phrigia Baiazethem cruentiſſimo prælio delet. ib. captum ludibrijs varijs afficit. ib. vt feram cauea includit, & iacentis dorſum calcar dum in equum aſcendit. ib. in ſoldanum Ægypti expeditionem ducit. 1403. n. 25. Damaſcum expugnat. ib. fingit ſe cultorem Gezideanæ ſectæ, & congregatos Gezideanos ſacrificulos exurit. ib. dominicum ſepulchrum excindere meditatus a bruchorũ exercitu propulſatur. ib. Smyrnam expugnat, & Phocæam veterem, ac nouam Latinis eripit. 1404. n. 21. Caſſam ducum opera capit. ib. inhiat Conſtantinopolitano imperio. 1405. n. 1. peritia illius ſingularis in regendis maximis exercitibus. n. 5. ſeueritas in coercendis furtis. ib. immanitas dira. ib.

Tangodamor Abagha Regis ſiue *Mahumet frater, ac poſtea Perſidis Imperator.* Saracenos magna clade afficit. 1282. n. 1. ſuccedit Abaghæ, trahiturque in apoſtaſiam fidei Chriſtianæ a Saracenis. ibid. Mahumetis Chan nomen accipit. ibid. Tartaros Saracenica lue contaminat. n. 70. excitat in Perſide perſequutionem in Chriſtianos. ibdi. iuſſus a Cobila ſupremo Tartarorum Imperatore capta emendare fratrem ex ira necat. 1284. n. 31. iubet etiam Argonem nepotem occidi, ſed is a magnate liberatus & Imperator declaratus fugientem Mahumetem capit occiditque. ib. duobus annis imperium non tenuit. ib.

Tartari, alias, *Tuari.* dolo Georgianos vincunt. 1224. n. 18. dein cæduntur ad viginti quinque millia equitum, ib. infeſtant Georgiam. 1240. num. 38. Ruſſiam & Poloniam vaſtant. 1241. n. 4. Vvratislauiæ arce diuinitus propulſati. n. 5. Henricum filium S. Heduigis in prælio cædunt. n. 6. magicis artibus Chriſtianos vincunt. n. 8. Moraviam populantur. n. 11. egregia vox S. Ludouici de bello contra Tartaros gerendo. n. 13. Tartari in Hungariam irrupturi dæmones conſulunt. n. 14. in-

ingreſ-

ingreſſu vaſtitate abſtinent. n. 16. in recessu omnia ferro flammaque delent. n. 16. Golomanus Rex Ruthenorum ab ijs cæſus, Bela vero fugatus. n. 20. Hungari prius victi vitijs fuere quam a Tartaris. n. 15. & 20. Tartarorum in captos immanitas. ib. vt diuino iudicio Tartarorum irruptio permiſſa ſit. nu. 25. Strigonium expugnant. A. 1242. n. 7. plura vaſtant regna. nu. 11. ſuis ſedibus Choraſminos pellunt. 1244. n. 1. Innocentius IV. ad Tartaros conuertēdos mittit ſacerdotes. 1245. n. 19. quo ritu Tartarorū Imperator creatur. n. 22. Gogeham ſiue Tartarorum Imperator occidentem ſibi ſubijcere meditatur. n. 23. Tartari recedunt ex Hungaria ob necē Octoday Imperatoris. 1245. n. 81. Armeniæ Rex Antiochenus ſe Tartarorum clientelę ad retundendos Saracenos committit. 1246. n. 54. miſſi ab Innocentio præcones euangelici pro conuertendis Tartaris. 1247. n. 78. eorum geſta cum Tartaris. ib. & n. ſeqq. vocant Tartari magnū Chaam filium Dei. n. 79. ad repellendos Ruſſia Tartaros indicta cruceata militia. 1253. n. 21. ingentibus victorijs Tartari Saracenos atterunt. 1257. n. 58. Chriſtianis Syris iugum imponere meditantur. ib. Aſſaſinos excindunt. n. 59. Perſidem ſubigunt. ib. incurrunt in Turcas. nu. 62. Saracenos cædunt. 1258. num. 40. Baldacenſem vrbem capiunt. ib. Caliphium fame necant. ib. occidentem ſibi ſubijcere meditantur. 1259. n. 31. Belam Regem Hungariæ ſolicitant, vt ipſis adhæreat. ib. diſcuſſa ab Alexandro IV. nefaria eorum conſilia. n. 32. Poloniam vaſtant. 1260. n. 25. eorum in Aſia progreſſus. n. 26. Alapiam, Hamam, Calamelam, & Damaſcum debellant. ib. Syriam ſub iugum mittunt. ib. ex inopino caſu cum Chriſtianis ſimultatem contrahunt. n. 29. ſydonem euertunt. ib. Armeniam & principatum Antiochenum vectigales conſtituunt. n. 36. profligantur in Hungaria. 1261. n. 4. Saracenos in Syria excindunt. 1263. n. 5. peſte abſumuntur vel ex Syria recedūt. ib. Tartarorum ſummus Imperator ad fidem Chriſti conuerſus. 1277. n. 17. ſacerdotes poſcit pro inſtruēdis Tartaris. ib. Tartari a Tangodomore Saracenica impietate infecti. 1283. n. 70. Chriſtianos affligunt. ib. in Hungariam exciti a Cumanis eam vaſtant. 1285. num. 73. verum Imperator cum Argone Rege Perſidis Gallos ſolicitat ad delendam ſuperſtitionem Mahumeticam. 1285. n. 77. &c. Tartarorum excurſiones horrendæ in Poloniam. 1287. num. 12. apud Tartaros religio Chriſtiana propagata. 1307. n. 29. & 30. 1311. n. 74. & 1318. n. 1. & ſeqq. Abuſcanus Coſogani aquilonaris Tartariæ Regis filius Chriſtianam fidem amplectitur. 1321. num. 1. Græciam vſque ad Conſtantinopolim excurrunt, & Græcos grauiſſimis cladibus afficiunt. 1324. num. 39. Muſſaydan Tartarum Imperator Chriſtianis fauet. ib. & ſeqq. inter Tartaros amplificata religio. 1326. num. 3. omnes ſectæ apud eos toleratæ. ibid. inter Tartaros a Dominicanis & Franciſcanis propagata religio. A. 1329. n. 97. miſſi ad Tartaros epiſcopi. 1333. n. 31. & 98. religio inter Tartaros amplificata. 1333. n. 31. Tartarorum Reges ad eam amplectendam prouocati. n. 35. & 40. Tartari propulſati Polonia maxima clade ab auxiliari exercitu Hungarico. 1352. n. 6. cæſorum veſcuntur carnibus ad pellendam famem. ib. propagata inter Tartaros religio. 1470. n. 9. Tartari irrumpunt in Moſcouiam. 1395. nu. vlt. Deiparæ ope a Moſchis funduntur. ib. Poloniam infeſtant, atque ab Vladislao repelluntur. 1400. n. 7. Syriam ſubijciunt. 1401. n. 17. eorum crudelitas in Sebaſtenos. ib. delent Turcas cruentiſſimo prælio in Phrygia ſupra centum & quadraginta millia militum. 1402. n. 5. & 6. victi a Sigiſmundo Poloniæ Rege. 1508. n. 19. iterum victi ac ſexdecim millia captiuorum ex ijs recepta. 1512. n. 104. Poloniam Moſcouiamque expilant, dum Poloni & Moſcouitæ inter ſe pugnant. 1516. n. 76. in Poloniam incurrunt, atque ab Oſtrogio profligati. 1537. n. 106. reiata de ijs ſpolia. ib.

Taruiſium, & Taruiſini. Taruiſium a Friderico deficit. 1239. n. 37. Taruiſini pellunt Albericum de Romano. 1259. n. 2. &c. Venetorum ditiom coniuncti. ib. bello petiti a Scaligero. 1319. n. 5. &c. Friderici Auſtriaci clientelæ ſe commendant. ib.

Taurica Cherſoneſus. expugnata a Turcis. 1475. n. 13.

Tempeſtas. horrida concitata a dæmonibus. 1343. n. 85.

Templarij equites. ab Hoſpitalarijs ad internecionem cæſi. 1259. n. 61. apud Philippum Galliæ Regem de apoſtaſia, & magia accuſati. 1307. n. 12. diſcruciati varijs ſupplicijs. ib. coram Pontifice non coacti immania fatentur flagitia. ib. venia eam poſcentibus a Clemente V. indulta. ib. Templarij ab eo vbique comprehendi iuſſi, vt ſuſpecti de hæreſi. 1308. n. 1. indictum contra eos Vienneſe concilium. n. 4. Chriſtum dominum illos negare conſueuiſſe, & crucem compuere. ib. & ſeqq. dicta Templariorum ordini apud concilium dies. ib. quinquaginta octo Templarij concremati Pariſijs. 1310. n. 40. metu tormentorum dixiſſe falſa teſtati ſunt. ib. Templariorum ordo abolitus. 1312. n. 1. centum octoginta quatuor annis vigauerat. ib. eorum bona Hoſpitalarijs Rhodo potitis addicta. n. 5. infontibus ſtipendia ad vitam attributa, ſontibus decreta ſupplicia. 1312. n. 9.

Templum. quam turpe ſit garrire in templo. 1317. n. 3.

Terra ſancta. deiectæ illius res morte Henrici V. Cæſaris. 1198. n. 78. Berythum a Germanis receptum. ib. Ioppe a Saracenis expugnata. n. 79. legati ab Innocentio pro inſtauranda in terram ſanctam expeditione decreti. n. 83. 84. Imperator Conſtantinopolitanus, vt illi ferat ſuppetias ſolicitatus. n. 86. Galli ad expeditionem in terram ſanctam ſe comparant. A. 1201. n. 42. magnæ copiæ crucesignatæ a Fulcone pio ſacerdote pro ſacra expeditione Venetias perductæ. 1202. n. 30. inſignis expeditio in terram ſanctam apparata. 1203. n. 1. capto imperio Conſtantinopolitano attenuata ſunt vires terræ ſanctæ. 1205. nu. 13. expeditio promulgata ab Innocentio III. pro recuperanda terra ſancta. 1213. n. 1. admonitus ſoldanus Babylonis ab Innocentio, vt terram ſanctam reſtituat. n. 3. vir pius vna nocte ab angelo in terram ſanctam deductus omnia illa loca luſtrat. nu. 4. indicto ſacro bello ab Innocentio III. plures Saraceni ſe patriarchæ Ieroſolymitano vectigales conſtituunt. 1214 n. 3. decreta in terram ſanctam expeditio in Lateranenſi concilio ab eodem Innocentio. nu. 13. vigeſima clericis, Cardinalibus decima ob eam imperatæ. ib. plures terræ ſanctæ vrbes arceſque captæ a ſoldano Bendocdare. 1264. n. 69. & 1265. nu. 37. & ſeqq. ex Venetorum Genuenſiumque diſcordia in exitium acta terra ſancta. 1268. num. 53. Antiochia expugnata a Saracenis. ib. Hugo Rex Cypri ad regnum Ieroſolymitanum vocatur. 1269. n. 5. &c. terra ſancta a Caſſano Tartarorum Rege erepta Saracenis reſtitui iuſſa Chriſtianis ſi veniſſent in Syriam. 1300. n. 33. ſcelere vnius proditoris a Saracenis iterum recepta. ib.

Teſtamentum vetus, ac nouum. ſpretum ab hæreticis. 1200. n. 14.

Tetricus Cruciferorum princeps. Bartham & Galandam inſulas adiungit Chriſtiano imperio. 1254 n. 29.

Teutſini populi. a ſuſcepta Chriſti fide in apoſtaſiam lapſi. 1237. n. 66. crudelitatem exercent in Chriſtianos. ib.

Thaborita hæretici. qui fuerint quiſue eorum auctor. 1421. n. 5. ſe Orphanos dixere. ib. coluere impij barbari imaginem, qui Chriſti imagines calcabant. ib. reſpuunt concilia. 1434. num. 22. cruento prælio cæduntur ad viginti duo millia. ib. & iterum ad tredecim millia. ib. eorum reliquiæ demum dolo exuſtæ. ib.

Thadæus Sueſſanus imperatorij palatij index. miſſus a Friderico II. ad concilium Lugdunenſe pro agenda cauſa. 1245. nu. 27. Pontificis dicta refellere in concilio nititur irrito exitu. n. 31. laturo in Fridericum ſententiam Pontifice prouocat ad aliud concilium celebrius. n. 32. negat dedititijs Parmenſibus vitam concedendam. 1248. nu. 18. ab ijs Victoria potitis trucidatur. ib.

Talayrandus Cardinalis. obſiſtit ne Ioannes Biroilius Carthuſianorum præfectus crearetur Pontifex. 1352. n. 25. 26. cum ille poſt mortem fulgeret miraculis culpam planxit, & Vallis claræ cœnobium condidit. ib.

Thalmud Iudaicum. ob impietatem damnatum. 1286. n. 25. fabulis thalmudicis Iudæi magis deprauati pœnas luunt. 1320. n. 24. damnatur Thalmud. ib. exuri iubetur. ib.

Thealdus, ſiue Theobaldus e Placentia archidiaconus Leodienſis. creatur Pontifex, ac Gregorij X. nomē accipit. 1271. n. 13

Theatinorum ordo. Vide *ordo Theatinorum*.
Theobaldus Campaniæ comes dein Navarræ Rex. succedit Sanctio auunculo in regno Navarræ. A. 1234. n. 52. sacrę expeditioni se deuouet. 1235. n. 50. exercitum ducit in Syriam contra Saracenos. 1240. n. 38. sacram militiam iterum pro restituenda Christi cultu Syria profitetur. 1267. n. 50. in actu votæ euocat. 1270. n. 7. in Sardiniæ portum tendens se coniungit S. Ludouico. ib. in Tunetana obsidione morbum contrahit. n. 24. in reditu moritur. ib. succedit illi Henricus frater. ib.
Theodericus Colonienſis archiepiſcopus, eam dignitatem B. Virginis opera adepturus prædicitur. 1209. n. 7. eandem ob vitia amissurus ostenditur, ib. ostensis consensere exitus. ib. ob sequutas Othonis partes dejectus ab Adolpho. 1212. n. 5.
Theodericus alter Colonienſis archiepiſcopus. ob neutralium schisma secutum honore dejicitur ab Eugenio IV. 1446. n. 1. damnato schismate in concordiam reuocatus cum Eugenio IV. n. 4. & 1447. num. 7.
Theodorus Laſcaris. in Bithynia Trussæ nouum condit imperium. 1205. n. 26. insignem de Turcis in Asia refert victoriam. 1209. n. 30. eius mors. 1212. n. 24. illi Vatacius succedit. ib.
Theodorus Angelus Comnenus Macedoniæ & Epiri dynaſta. se pro Imperatore gerit. 1217. n. 10. Petrum Imperatorem Constantinopolitanum promissis inescatū in conuiuio capit, & Ioannem Cardinalem Columnam. ib. copias Latinas ducibus destitutas cædit funditque. ib. Honorius III. graues ei minas intentat ni captiuos laxet. ib. conciliatur Ecclesiæ. 1219. n. 20. legatum liberat. ib. reuocati ab Honorio crucesignati ne illi bellum inferant. ib. bello Robertum Imperatorem Constantinopolitanum premit. 1222. n. 16. Thessalonicam Regi Demetrio eripit. n. 25. corripit insignia imperialia. ib. captus in acie a Bulgaro Rege. 1232. n. 55. occœcatur, dein dimittitur. ib. ingressus sordido cultu Thessalonicam, Manuelem Comnenum fratrem pellit in exilium. ib.
Theodorus Oratorum Imperator. succedit Ioanni Vatacio, agitque de Græca ecclesia cum Romana communicenda. 1256. n. 47. & seqq. missi ad eum legati ab Alexandro IV. & quæ fuerint cum eo acta. ib. & seq. re infecta pontificium internuntium dimittit. 1257. n. 62. audita Tartarorum de Turcis victoria regreditur in Asiam. ib. relicto Ioanne Ostenni successore moritur. 1259. n. 53.
Theodoſius archiepiſcopus Rhegienſis A. S. L. celebrat concilium Auenione. 1209. num. 27.
Theſaurus. inuentoribus suis exitium affert 1199. n. 47.
Theſſalonica. Latinis erepta a Theodoro Angelo Comneno. 1222. nu. 25. Venetis dedita a Græcis vt eam contra Turcas tueantur. 1423. n. 26. capta a Turcis. 1430. n. 8.
S. Thomas Apoſtolus. eius reliquiæ inuentæ. 1522. n. 89.
Thomas Maurocenus patriarcha Conſtantinopolitanus. confirmatur ab Innocentio III. & consecratur. A. 1205. n. 16.
S. Thomas Aquinas. religiosum statum tuetur aduersus Guillelmum de S. Amore. 1256. n. 19. delatum sibi a Clemente IV. archiepiscopatum reiicit. 1265. n. 24. ad concilium Lugdunense II. vocatus a Gregorio X. 1274. n. 30. eius doctrina Christi voce confirmata fertur. ib. scripta subiecit censuræ Romanæ ecclesiæ. n. 31. contactu reliquiarum S. Agnetis aliquando repente curatus fuit. ib post mortē miraculis claruit. ib. ipsius reliquiarum secunda translatio. 1281. n. 29. in ea inuentum sacrum corpus omnis corruptionis expers, ib. de illo sanctis ascribendo actum. 1318. n. 30. solemni ritu a Ioanne XXII. in sanctorum numerum refertur. 1323. n. 64. quanto pietatis sensu Eucharistiam perciperet. n. 66. eius reliquiæ Tolosam ex Italia translatæ. 1368. n. 13.
Thomas Caſentinus archiepiſcopus. creatur patriarcha Ierosolymitanus. 1272. n. 17.
Thomas Vratislauienſis epiſcopus. in angustias a duce tyrannidem exercente redactus sacris pontificalibus indutus hostem conuenit, ac diuinitus mentem illius immutat. 1287. n. 14.
S. Thomas Herefordenſis epiſcopus. pro tuendis ecclesiæ suæ iuribus in Italiam venit. 1287. n. 16. apud Montem Flasconem moritur. ib.
Thomas dux Leceſtriæ. Gallos schismaticos graui bello proterit. 1380. n. 9.
Thomas Arundelius archiepiſcopus Cantuarienſis. Londinensem synodum celebrat contra Vvicleffistas. 1396. n. 9.
Thomas epiſcopus Bononienſis. missus in Germaniam legatus pro tollendo schismate Neutralium. 1445. n. 4. composita discordia creatur Cardinalis. ib. prædictus illi ab Eugenio pontificatus. 1447. n. 13. Nicolai V. nomen accipit. num. 15.
Thomas Morea deſpota. auxilia poscit a Pio aduersus Demetrium & Turcas. 1459. n. 46. leues illi copiæ submissæ. ib. Patras recuperat. n. 48. ob dissidia cum fratre exercita Peloponesum amittit. 1461. n. 42. perfugit ad Pontificem. n. 43. humaniter ab eo exceptus. ib.
Thomas de Vio Caietanus ordinis S. Dominici, scribit pro Iulio II. aduersus schismaticos. 1511. n. 31. eius scripta Galli Regis schismatici iussu exusta. 1512. n. 7. in Lateranensi concilio claret. n. 52. creatur Cardinalis. 1517. n. 100. in Germaniam legatus mittitur. 1518. n. 52. negauit coram eo comparere Lutherus nisi accepta fide publica. 1518. n. 103. frustra ipsum vrget ea data ad damnandam hæresim de iustificatione ex persuasione quod remissa sint peccata, & contra vim indulgentiarum. ib. quæ. rit modos sedandæ discordiæ sine Lutheri infamia. n. 106. a Luthero fugiente deluditur. ib. ab eo ad Pontificem prouocat hæresiarcha. 107. monet Fridericum ducem Saxoniæ vt Lutherum Pontifici parere cogat, vel pellat Saxonia. ib. alijs blandis scriptis illuditur a Luthero, alijs lacerator. n. 108. commentarios edit ad dissipandos Lutheri errores. n. 112. consultus a Clemente VII. in causa Henrici Regis Angliæ. A. 1530. n. 193. Lutheranas hæreses commentario iussu Pontificio confutat. 1532. n. 73. 74. &c. argumenta Henrici VIII. contra prius coniugium refellit. 1534. n. 1. & seqq.
Thomas Munzerus hæreſiarcha. Lutheri impietatem annulatus sectam Anabaptisticam condit vel propagat. A. 1524. n. 44. iactat apocalypses diuinas. ib. ab hoc exigit Lutherus vt nouam doctrinam nouis miraculis probet. ib. persuadet formosæ puellæ non posse verbum Dei prædicare nisi eam cognouerit. ib. sectatores suos vocat electos. ib. iactat extases & blasphemat. ib. plebem rusticam ad ecclesiasticum & politicum statum conuellendum concitat. 1525. n. 7. iactat se illæsa manica globos bombardarum excepturum. n. 15. victus prælio capitur. ib. resipiscere scelerum vilus. ib. extremo affectus supplicio. ib.
Thomas Vvolſeus Cardinalis. ex politicis magis mouet litem de matrimonio Henrici VIII. Regis Angliæ. 1528. nu. 101. significat illi Clemens Reginam ad sedem Apostolicam prouocasse, & causam in Anglia iudicari non posse. n. 90.
Thomas Cranmerus. creatus a Clemente VII. Archiepiscopus Cantuarienſis. 1533. n. 89. quid velut alter Iuda gesserit. ib. pellicem secum in curru palam circumferebat. ib.
Thomas Morus regij in Anglia ſcrinij præfectus. scribit pro ecclesiasticis. 1533. n. 70. in carcerem conijcitur ab Henrico. 1534. n. 7.
Thomas Cromelius hæreticus. deligitur ab Henrico VIII. hæretico ad cognoscendas causas ecclesiasticas. 1533. n. 73. viros pios persequitur. ib.
Thomaſucius tertij ordinis S. Franciſci. prophetiæ dono inclaruit. 1375. n. 18. ardentes prunas in veste sine noxa gestat. ib.
Tridentiſe concilium. 1423. nu. 1. &c. sedes transfertur. n. 10.
Tigurini. infecti Zuingliana hæresi. 1524. n. 53. postea anabaptismo. 1525. n. 61.
Tingis. occupata ab Alfonso Rege Lusitaniæ. 1472. n. 27.
Toloſa, & Toloſani. ob non ejectos hæreticos percussi anathemate. 1209. nu. 28. prodigium de crucibus Toloſæ apparentibus. 1210. n. 13. obsidentur frustra a Simone comite Montfortij. n. 18. crux in cælo conspecta contra Toloſam tendens. 1212. num. 9. crux cælo versus partes Toloſanas rendere visa. n. 10. Arausicani patres consulunt Innocentio III. vt Toloſam debellandam curet. n. 12. Toloſa Petri Regis clientelæ a Raymundo comite commissa. n. 13. obsequium Petro Regi Aragonum, vt supremo domino inique deferunt. 1213. n. 26. subacta. Toloſa a Ludouico Philippi Regis filio. 1215. nu. 23. diruta eius mœnia ne rebellet facile. ib. a Simone Montfortio obsessa. 1218. n. 49. cæsus in illius obsidione Montfortius. ib. varijs impressionibus a Ludouico Gallici sceptri herede cruce si-

ceſignato fruſtra tentata. A.1219.n.36. Toloſani bello afflicti pacem orant.1228. n. 24. conciliantur Eccleſiæ conſtituta in hereticos inquiſitione. ib. Toloſæ comitatus, vt ad Reges Galliæ peruenerit. 1249.n.8.

Toloſanus epiſcopatus. in archiepiſcopalem erectus a Ioanne XXII. 1316.n.12. eius diœceſis in plures epiſcopatus diuiſa. ib.

Tomumbeius Ægypti ſoldanus. captus in prælio a Selimi ducibus.1517.n.23.exercita in eum carnificina.ib.

Traditio ſola traditione conuinci potuere a Zuinglio Anabaptiſte.1525.n.61.

Transfigurationis feſtum inſtitutum a Calliſto III.1457.n.73.

Tranſubſtantiatio. inſigni miraculo confirmata.1473.n.21.V.*Euchariſtia*.

Trapezuntinum imperium. ex Conſtantinopolitani excidio exortum.1205.n.26.

Trapezus.expugnata a Mahomete II.1461. n.42.

Traſimundus comes Signiæ. fuit pater Innocentij III.1198.n.2.

Tremeſenium. expugnatum cæſis Maurorum quadraginta millibus. 1518.n.167.

Tridentum.flammis deletur.1226.n.19.

Trinacria. in tetrarchias diuiſa a Bonifacio VIII.1391.n.6.

Trinitariorum ordo. inſtituitur ex diuino oſtenſo.1198.n.88.

Trinitas. declaratum in concilio Lateranenſi vnicam eſſe eſſentiam in Trinitate perſonarum. 1215.n.3. Petrus Lombardus a concilio aduerſus Ioachinum defenſus in quæſtione de Trinitate.ib.Trinitatis hoſtis Michael Seruetus comburitur.1532. n.79.

Tripolis Syriæ.a ſoldano Ægypti,ac Babylonis expugnata magna Chriſtianorum ſtrage.1289.n.65.

Tripolis in Africa.capta ab Hiſpanis.1510. n.30.

Trugillus Suedicæ regiæ procurator.Carelios ſubijcit. 1290.n.47. baptiſmo initiatos adiungit Suedico regno.ib.

Tudertum. pulſis cæſareis ad ius eccleſiaſticum ab Innocentio III. reuocatum. 1198.n.16.

Tunetum.bello petitur a S.Ludouico.1270. n.8. e Tuneti expugnatione rei Chriſtianæ amplificatio pendere viſa. n.9. Carthago primo impetu capta .n.10. confectis pacis legibus fit vectigale Caroli Regis Siciliæ. n. 23. fruſtra obſeſſum a Gallis .1390. num.21. Tuneranum regnum ab Hariadeno Barbaroſſa occupatum, pulſo Muleaſſe Rege. 1534. n.60.61.

Turca ſine Turchemani. a Theodoro Laſcari in Aſia inſigni prælio deleti. 1209. n.30. Antiochenum agrum populantur. 1246.n.51.Antiochenos prælio fundunt. ib. Antiochenum principatum vaſtant. 1256.n.45. a Tartaris victi.1257.n.62. vectigales eorum conſtituti.n.62.Turcici imperij exordium. 1300. n.36. Turcarum principes Aſiaticas prouincias Græcis ereptas inter ſe partiuntur. ib.Ottomannus regiam collocat in Pruſſa Myſiæ. ib.aucta Turcarum potentia ob mutuas Græcorum diſſenſiones. ib. Chriſtianorum incuria in permittendis Turcarum in Græcos graſſationibus. n.37. vexant Andronicum Græcorum Imperatorem. A.1303.n.60. cæduntur apud Philadelphiam. ib. oppugnantur Rhodi, & in circumiacentibus inſulis a Turcis tandemque expugnati. 1306. n.10.prædicit Clemens V. futura mala ſi Turcæ Conſtantinopolitano imperio potiantur. 1307.n.6. Rhodus ijs erepta.1310.n.43. Rhodum recuperare annitentes Turcæ propulſati. ib.paretactus ijs in Europam aditus ab Andronico ſeniore euocante eos aduerſus nepotem Andronicum iuniorem. 1321. n.15.16. & 1322. n.50.duce Aramano Armeniam vaſtant. 1322. n.33. immiſſa claſſe Rhodum tentant, ac maxima clade terra marique profligati. 1322. n. 47. in Græcia ab Andronico iuniore magna clade profligantur.1322. n. 50. in eos initum fœdus inter Ioannem XXII. Pontificem,Gallum Regem, Venetos atque Imperatorem Conſtantinopolitanum. 1328. n.85. Græcos magnis cladibus afficiunt, & eorum vrbes Aſiaticas occupant. 1330. n.54. in Europam ex Aſia proferunt tyrannidem. 1332. n.22. ſubigunt Ægæi maris inſulas. n.23. Eubœam veſtigal pendere cogunt. ib. ad ſuburbana Athenarum excurrunt. 1333. n.14. e Græcia atque ex inſulis magnas fidelium cateruas in ſeruitutem abducunt. 1333. n.14.armorum ſocietas a Pontifice, & Galliæ, Cypri, Siciliæ Regibus, & Venetis, & Græcis conflata. ib. & 1334. n.7. cæduntur ad quatuor millia, eorumque claſſis incenſa. 1334. n.11. ad eos contundendos initum fœdus a Clemente VI. cum Venetis, Rhodijs, ac Cyprijs. 1343. n.11. & ſeqq. Smyrna ijs erepta. victo Marbaſſano. 1344. n.2. ad Smyrnam dolo Chriſtianos fundunt. 1345. n.1. dum Clemens in Turcas expeditionem vrget, Deus plura miracula operatur. n.3. &c. Turcæ a Cantacuzeno in Græcorum excidium vocati.1346.n.64. vexati a ſociali claſſe inducias petunt a Clemente VI. ib. pactæ cum ijs inducæ ob ciuilia occidentalium bella. ib. delentur apud Imbrum inſulam, quam violaris inducijs oppugnabant, maxima clade. 1347. n. 27. & ad Smyrnam cæſo Marbaſſano eorum duce. 1348.n.27.28. concuſſa terræ motu Græcorum oppida vrbeſque inuadunt per mœnium ruinas. 1354. n.30. Conſtantinopolim tentant irrito ſucceſſu. ib. ab Hoſpitalarijs maritimo prælio tunduntur. 1359. n.15. Thebas, & alias Achaiæ terras Latinis eripiunt. 1364. n. 25. Zagoram, & Iſchebolem ſubijciunt. 1365. n.22. Genizarorum militarem ordinem ex Chriſtianis pueris apoſtatis inſtituunt. ib. formidandi eorum in Europa progreſſus. 1373. n.28. in Hungariam penetrare moliuntur. n.3. Sataliam recuperant. n. 8. 9. Macedoniam inuadunt. 1388. n.3. Conſtantinopolim obſident. 1393. n.6. &c. ſoluta obſidione vincunt Hungaros. ib. iterum Conſtantinopolim obſident, atque Imperatorem ad indignas pactiones adigunt. ib. Siliſtram Empolim, & plures alias Græciæ vrbes capiunt. A.1394. n.23.24. Achaiam, & ducatum Athenarum populantur.ib.immanes eorum progreſſus in varijs regnis.1395.n.23.victi a Sigiſmundo Hungariæ Rege. ib. Gallos numero obruunt ad Nicopolim amiſſis ſuorum ſexaginta millibus. 1396. n. 18. Græcos magnis cladibus atterunt. 1400. n.8. Emmanuelem Imperatorem adigunt ad petendum occidentem pro implorandis auxilijs. ib.in Achaia a Petro de S. Superano delentur. ib. a Tamerlane graui prælio delentur, & ſanguinis Chriſtiani fuſi dant pœnas. 1401. n.17.ſoluere coguntur Conſtantinopolitanam obſidionem. 1402. n.5. & 6. a Tamerlane ſupra centum, & quadraginta millia cæduntur. ib. Imperatore Mahomete I. irrumpunt in Hungariam. 1414.n.21. iterum in eam irruunt, & duobus prælijs fracti tertio victores eam vaſtant. 1415. n.55. propulſantur a Germanis. ib. Græcos in extremum diſcrimen conijciunt. 1420. n.27. poſt Mahometis mortem diuiditur Turcarum imperium. 1420. n.27. occiſo Muſtapha ſub Amurate coniunguntur. 1422. n.7. obſident Conſtantinopolim. 1424.n.23. Valachiam infeſtant. ib. profligati ad Caſſandram inſulam a Venetis. 1425. n.20. Boſna Turcarum ſeruituti ſubijcitur. 1429. n.21. profligati in Seruia ab Huniade. 1442. n.13. funeſti Turcarum progreſſus.1443.n.15. eorum immanitas. ib. ad viginti duo millia cæſi a Scanderbego. n.21.22. vincunt in Vvarnenſi pugna victis ſimiles. 1444. n.9. arma vertunt in Scanderbegum, & ab eo obtriti. 1445. n.14. ſuperant Hungaros numero. 1448. n. 7. vincuntur a Scanderbego. ib. & ab Huniade. 1449. n.10. propulſantur Croiæ mœnibus a Scanderbego. 1450. n. 15. Turcarum immanis conſuetudo in trucidandis principibus imperatoriæ familiæ. n.16.Turcarum trecenta millia Conſtantinopolim obſident. 1453. n.4. eam capiunt impetu. ib. crudelia eorum geſta, & ſacrilegia. n.5. Athenis potiuntur. 1455.n.6. ad Belgradum diuino miraculo profligantur amiſſis ſuorum viginti quinque millibus. 1456. n.26. in fuga plures mutuo trucidati. n.36.a Scanderbegho fracti. 1458. n.13. arcem Zendrenſem in Raſcia, in Boſna Syderoniam expugnant. 1459. n.77. varij eorum progreſſus. 1460.n.101.Valachiam populantur, ac ſubigunt. 1462. n.30. Boſnæ Regem ad deditionem cogunt. 1463. n.14. eum occidunt, & Boſnam ſibi ſubijciunt. ib. Scanderbegum ad flagitandam pacem adigunt. n.18. ſuſcepta in eos a Pio II. ſacra expeditio ob infandam ipſorum in Chriſtianos tyrannidem. n.28. Boſna depulſi. 1464. n.63. Neopactum, & Argos diripiunt. ib. a Venetis ex Iſthmo repelluntur. ib. varijs prælijs franguntur a Scanderbego.1465. n.16.17.Croiam obſident atque obſidione propulſantur. ib. eorum in dedititios crudelitas. ib. electo Scanderbego Macedoniam ſibi ſubijciunt. 1466.n.1.&c.a Nicolao Canali Veneto plura paſſi aduer-

uersa. A.1469.n.12.in Croatiam irrumpunt. n.13. Euboeam expugnant. 1470. n.12.ab Vsumcassano concisi. 1472.n.41. Trapezum Synopemque amittunt, & alias arces, & minorem Armeniam. ib. primo victi demum Persas vincunt. 1473.n.9. Carinthiam Styriamque populantur. 1473.n.10. funduntur in Moldauia. 1474.n.11. in Macedonia Scodræ obsidione a Venetis magna strage propulsantur.n.12.Caffam expugnant.1475. n.23.Valachiam inuadunt pulso Stephano principe post varia prælia. 1476.n.7. Germaniæ prouincias aliquas populantur. ib. Croiam subigunt. 1478. n.40.& Drinastum,& Lyssum.ib.extorquent Scodrã a Venetis,& Tænarũ Laconiæ,& Lemnon insulam pro obtinenda pace.ib.Rhodum oppugnant incurruntque in Hungariam. 1479. n. 24 Transiluaniam populantur. n.25. delentur a Matthia Rege. n.25. in Bosna varijs prælijs fracti. ib. Rhodo maxima clade propulsati. 1480. n.1.&c. ostentum illis cæleste prodigium referunt. n.11. Hydruntum in Calabria expugnant. 1480.n.17. eorum crudelitas, & maleficia. ib. octingentos Hydruntinos martyrio afficiunt. n.18. dum Lauretanam ædem diripere moliuntur, diuinitus abacti. n.42. extincto Mahomete in factiones diuisi.1481.n.28. recuperatum ex ijs Hydruntum.n.29.irrumpunt centum millia Turcarum in Transiluaniam, & delentur a Stephano Bathoro, & Paulo Knetio. 1482.n.29.in Bessarabiam irrumpunt.1483.n.52 Matthia, & Friderico inter se pugnantibus Turcæ vtriusque terras vastant. 1484. n. 7. Kiliam, & Bialogrodum, pulso Valachiæ principe, expugnant. 1485. n.64. Poloniam vexant. 1486. n.60.Caramaniam inuadunt. n.63. mortuo Matthia Rege excurrunt in Hungariam. 1490. n.15.& 1491. n.14.ad Albæ Græcæ mœnia cæduntur ab Hungaris.1492. n.16.Sabatio propulsantur.ib. vincuntur ab Hungaris ac dein vincunt. 1493.n.1. vastãt Macedoniã.n.5.in Poloniam varijs eruptionibus incurrunt.1498.nu.36.pugnante cœlo niuibus pro Polonis trigore enecantur ad quadraginta millia. ib. in Venetos a Mediolanensi concitati Istriã populantur. 1499.n.5. Naupactum capiunt. n 12.& Methonem. 1500. n.5. Nauplijs repelluntur. n.13. Ægina, & Cephalenia ex ijs receptæ a Venetis. ib. Coronem, & Dyrrachium eripiunt Venetis. 1501. n.77. Hungariam, Poloniam, & Illyricum vexant. ib. ab Hungaris funduntur. 1501. n.81. in Hungaria, & Croatia nonnullas arces expugnant.1513.n.107.vincunt Persas cruento prælio. 1514. n.37. Algerium & alias prouincias in Africa occupant. 1516. n 45. repellunt Algerio Hispanos. ibid. Tauri, & Antitauri Regem in prælio necant. n.55. Syriam Ægyptio necato occupant. ib. Dalmatiam vexant. n.64. Ægyptum subigunt. 1517. n.23. Mamaluchos conscindunt. n.26. Arabiam, & Babylonium regnum adiungunt Turcico. ib. Gazellem in Syria cruentissimo prælio vincunt, & Mameluchorum reliquias delent. A.1521.n.115.Albam regalem expugnant. n.122. vertunt arma in Rhodios. n.123.Rhodum deditione capiunt, nec seruant deditionis leges. A.1522. n.24. in ea obsidione periere ferro; vel igne ad sexaginta millia. ib. Achomatem rebellantem interimunt, & recuperant Ægyptum. 1524. n.77. in Hungariam irrumpunt. 1526. n. 63. Hungaros extrema internecione delent. n.64. Budam subigunt. n.65. ex Hungaria discedere coguntur ob motus Asiaticos n.70. Budam Albamque amittunt. ib. Ferdinandi copias profligant. 1529. n.40.Hungariam subijciunt, Hungaris se vltro dedẽtibus.n.41.Viennã obsident in Austria.n.43. in ea obsidione pereunt ad octuaginta millia,ac propulsantur n.48.

Turlupini hæretici. negant stuprum esse peccatum, si in charitate fiat. 1373.nu. 10.&c. exusti Parisijs. ib.

Tuscana. recuperata ab Innocentio III. ejectis cæsareis. 1198.n.25.

Tyberis. horrenda eius eluuio 1230.n.1.

Typhones. eorum vis in America vi missæ consopita. 1525.n.95.

Tyrus. a Christianis exterritis deserta. 1291.n.14.

Tzurulum. a Latinis & Asane Bulgaro obsidetur.1237.n.74.Asanes territus vxoris,& filij funeribus ad Græcos iterum deficit Tzurulique obsidionem soluit.ib.

V

Valentia. a Iacobo Aragonum Rege erepta Saracenis.1238.n.45. Iacobus Rex Aragonum Valentiam obsidione cingit.1238. n.45. auxiliarem Atrorum exercitum propulsat. ib. Valentiam ad deditionem cogit. ib. ecclesias in Valentino regno condit.n.47.

Valentina academia. condita a Iacobo Rege.1245.n.76.

Vascus Gamma. ab Emmanuele Rege missus ad quærendas Indias. 1497. nu.35. itinere vndecim mensium maritimo Calecutium peruenit. 1498.n.40. pia eius ad Calecutij Regem legatio. ib. oceani Arabici, Persici, & Indici dominator creatur. 1502.n.1. Quilox Regem Lusitani Regis vectigalem constituit.ib. Christiani Indi oppressi a Saracenis Indiarum sceptrum offerunt. ib. Malabarum Imperatoris insidias discutit.n.6.

Vaticana basilica.instaurari cœpta a Iulio II. 1506.n.45.

Vaurum. capitur impetu a crucesignatis. 1211.n.15.sacro cantu sacerdotum territi hæretici. ib.

Vbertus marchio Palauicinus. Ezelino de Romano studet ab eoque pulsus Brixia. 1259.n.1. in eum conurat. ib. a Pontifice solicitatur, vt in Ecclesiæ gratiam redeat.n.5. Brixianos sibi subijcit.n.10. legatum Apostolicum liberare carcere abnuit.ib. Mãfredi partibus adhæret.ib.

Vbertus Senensis. creatus diaconus Card. S.Eustachij.1261.n.36.

Veneti,& Venetia.negant Crucesignatis naues,ni Iaderam oppugnent 1203.n.4.Iaderã excindunt.ib.ob id sacrorum communione pellũtur.n.5. a Petro Cardinale legato capta Constantinopoli conciliantur Ecclesiæ.A.1204.n.25.quæ pacta cũ Gallis in expugnanda Constantinopoli inierint 1205. n.1.& seqq. Creta permissa eorum imperio. n.5. in clientelam apostolicam a Gregorio IX. accepti. 1237. n.74. Veneti Rauennam ad ipsos deficientem contra Fridericum tuendam suscipiunt. 1239.n.37. Ecclesiæ opem ferunt ad frangendam Friderici tyrannidem. 1240. n.19. eorum auxilijs Ferraria recuperata. ib. Veneti cum Genuensibus tumultuantur in Syria. 1258. n. 37. delent eos nauali prælio captis triremibus viginti quinque. ib. Veneti negant cum S. Ludouico classem iungere ne mercatoriæ rei iacturam in Ægypto faciant. 1268.n.51. solicitati a Clemente IV. vt lites cum Genuensibus componant,atque ex eorum discordia Syriaca res pessundata.ib. Veneti cum Genuensibus a Gregorio X. in concordiam redacti. 1271. n.40. certant cum Genuensibus 1295.n.38. imperatis a Bonifacio VIII. inducijs parent.ib. Ferrariam sibi subijcere moliuntur. 1308. n. 14. mittunt cum exercitu Ioannem Superantium. ib. & seqq. eam occupant ac damnantur anathemate. nu.16. eam amittunt magna clade affecti.1309.n.7.a Clemẽte in gratiã Ecclesiæ restituti. 1313 n.31. Venetiæ sanctorũ Marci,Nicolai,ac Georgij opera liberatæ a submersione impendente ex tempestate concitata a dæmonibus.1343.nu.85. Andreas Dandalus Venetorum dux cum Pontifice fœdus contra Turcas redintegrat. 1350. n.33.Veneti cum Genuensibus belli iniria funesta.n.36. quanta ex eo bello secuta mala. nu. 37. variæ eorum pugnæ cum Genuensibus. 1351.n.22. Petrum Regem Aragonum in illos concitant. ib. & Imperatorem Constantinopolitanum. 1352. n.12.13. cruenta, & ancipiti pugna victi a Genuensibus. nu.14. pelluntur Constantinopoli diuulso ab eorum fœdere Cantacuseno. ib. Ludouicus Hungariæ Rex in eos a Genuensibus concitatus. 1353. n.10.11. Genuenses in Sardico mari iuncti Aragonijs profligãt. ib. recusant pacem cum Genuensibus, atque in Achaico mari ingenti clade funduntur. 1354. num. 13. ducem suum coniurantem in patritios capitali supplicio afficiunt. 1355.n.25. petuntur bello ab Hungaro Rege Iaderam, & alias Dalmatiæ vrbes iuris Hungarici repetente, & a Carolo Cæsare occupatas imperij vrbes recuperare annitente. n.29. sustinent amborum impetus. ibid. graui bello a Ludouico Hungariæ Rege petuntur. 1357. n.7.8. pacem ab eo restituris Dalmatiæ arcibus redimunt. ib. retinent sibi vrbes marchiæ Tarusinæ. 1358. n.1. instigati a Bernabone bellum mouent Francisco Carrariæ Patauij principi.1363.n.6. Vrbani V. precibus illi conciliati. ib. Cretenses deficiunt a Venetis.1364. n.8.9. victi acie redacti ad officium.ib.ad sacrum in Turcas bellum a Gregorio incitati. 1372.n. 28. Venetorum mercatorum prætores

præ-

præferuntur Genuenſibus in Cyprij Regis conuiuio. A.1372. n.31. 32. exinde rixa contracta & ſecutum bellum. ib. certant cum Genuenſibus de imperio inſulæ Tenedo. 1378. n. 119. in eos concitant plures principes, & viciſſim ab Hungaro, & Patauino petuntur bello. ib. vincuntur maritimo bello a Genuenſibus. 1379. n. 54. 55. expugnata Clodia in ſummum diſcrimen adducti poſcunt pacem. ib. repulſam a Genuenſi duce patiuntur. ib. in Deo ſpem collocant, ac fortiter pugnant. ib. pulſo Andronico reſtituunt Caloioannem Conſtantinopolitano imperio. ib. reuerſo ex oriente Carolo Zeno confirmati Genuenſes fundunt. 1380. n. 28. ad Clodiam dedendam compellunt. ib. Corcyram Margaretæ Reginæ ademptam ſibi ſubijciunt. 1386. n. 9. Argon, & Neapolim a Maria principe coemunt. 1388. n. 3. &c. iungunt fœdus cum Ioanne Galeatio Mediolani principe aduerſus Franciſcum Carrariam Patauij principem. ib. Taruiſium, & Cenetam illi eripiunt. ib. Franciſcum Carrariam Patauij principem bello infectantur. 1405. nu. 23. Feltriam, Belſunum, Vicentiam, Veronam capiunt. ib. Patauium ſibi ſubijciunt. ib. Franciſcum Carrariam, eiuſq; filios inſontes e medio tollunt. ib. Iaderam a Ladislao emunt. ib. Theſſalonicam a Peloponeſi deſpota accipiunt contra Turcas defendendam. 1423. n. 26. Ioannem Imperatorem contra Turcicam tyrannidem tuentur. ib. Fantini Michaelis opera delent Turcas ad Caſſandram inſulam. 1425. nu. 20. Platanæam ſibi ſubijciunt. ib. pacem ſanciunt cum Mediolanenſi. 1428. n. 2. Theſſalonica ſpoliari ab Amurate. 1430. nu. 8. periclitanti Eugenio IV. auxiliarem exercitum mittunt. 1431. n. 11. iterum bellum Turcis. 1463. n. 21. Peloponeſum occupant. ib. Pontifici in Turcico bello nunquam ſe defuturos pollicentur. n. 24. Iſthmo Corinthiaco Turcas propulſant. nu. 28. fœdus ineunt cum Matthia Hungariæ Rege. n. 50. Lemnum Imbrumque capiunt. ib. opprimuntur Turcica vi in Peloponeſo. 1464. n. 3. Turci Neopactum & Argos eorum ditioni ſubiecta diripiunt. nu. 63. repellunt Iſtmo Turcas. ib. ſimultates cum Rhodijs equitibus contrahunt. n. 66. Carolæ Reginæ opera ijs conciliantur. ib. Catharinam Corneliam in reipublicæ filiam cooptatam dote cõſtituta vxorem dant Iacobo Cypri tyranno ſucceſſionis in regnum ſpe. n. 71. duce Nicolao Canali Ænum capiunt & plura gerunt in Turcas. 1469. n. 13. cum Venetis Paulus arctiſſimum fœdus facit. nu. 24. Negrepontum amittunt Canalis imperitia & ignauia. n. 13. & ſeqq. claſſem mittunt contra Turcas junctо cum Vſumcaſſano fodere. 1472. n. 41. Sichinum, Seleucium & Coricum Turcis eripiunt. ib. Carolam, exacto Iacobo, petentem reſtitui in regnum repellunt. ib. Cyprij regni adminiſtrationem arripiunt. 1473. n. 4. &c. Turcas magna ſtrage propulſant Scodræ obſidione. 1474. n. 12. indignam pacem poſcunt a Turca, vt Florentinæ reipublicæ opem ferant. A. 1478. n. 29. Scodram & Tænarum Laconiæ, & Lemnum inſulam dedunt Mahometi pro obtinenda pace. 1478. n. 41. Herculem ducem Ferrariæ bello petunt. 1482. n. 1. ſocium habent Pontificem. ib. Pontifici a Ferdinando bello petito mittunt auxiliarem exercitum. n. 6. plures arces occupant in Neapolitano regno. ib. Ferrariam terra marique obſident. n. 17. rogantur a Pontifice ne vrbem Eccleſiæ vectigalem inuadant ſed fruſtra. n. 19. poſtulati de pace eam reſpuunt. 1483. n. 1. principes Itali in eos fœdus iungunt. n. 4. pugna fluminea victi Veneti. n. 5. intentatum ijs anathema a Sixto in Ferrariæ oppugnatione abſiſtant. n. 7. trahere fruſtra niuntur Gallos vt valere appellationem ad concilium contendant. n. 22. Calliopolim & Neriton & alias arces in Calabria eripiunt Ferdinando Regi. 1484. n. 18. inconſulto Pontifice qui tolerabiles pacis leges repulerat, cum eius ſocijs pacem ſanciunt. ib. fœdus ſanciunt cum Innocentio VIII. aduerſus Neapolitanum. 1485. n. 38. ſoluuntur cenſuris contractis ob Ferrariam oppugnatam. n. 45. Cyprum in ſuam ditionem rediguntˢ Catharina Cornelia Regina Venetias concedente. 1488. nu. 17. quæ propoſuerint Carolo VIII. ſubſidia pro recuperanda Græcia. 1495. n. 13. fœdus pangunt aduerſus Carolum ad venanda ſua commoda tuendæ religionis ſpecie. n. 14. laceſſunt eum prælio, & vincuntur prælio ancipiti. n. 26. pactiones optimas illi offerunt, vt bellum transferat in Turcas. n. 33. Hydruntum, Tranum, Brunduſium, ac Monopolim a Ferdinando Neapolitano in pignus accipiunt. ib. Petrum Medicem Florentiæ reſtituere fruſtra annituntur. 1499. n. 8. fœdus ſanciunt in Mediolanenſem cum Ludouico XII. 1499. nu. 5. a Mediolanenſi in eos Baiazethes concitatus populatur Iſtriam. ib. Naupactum amittunt. ib. in Mediolanenſem vertunt arma. n. 15. Cremona & agro eis Abduam potiuntur. ib. Methonem ipſis eripit Baiazethes. 1500. n. 5. Nauplijs Turcas repellunt, Æginam & Cephaloniam ex ijs recipiunt. n. 13. Gallis inſubriam ne omnino ijs deficeret aſſerũt n. 23. Corone & Dyrrachium illis a Turcis erepta. 1501. n. 77. Neritonſubigunt. 1502. n. vlt. eam amittunt. 1503. n. 1. Fauentia, Ariminum, & aliæ vrbes iuris eccleſiaſtici ereptæ a Venetis Cæſari Borgiæ. 1504. n. 1. eas vrbes a Venetis Iulius repetit. ib. cum Gallo aduerſus Maximilianum fœdus percutiunt. 1507. nu. 8. cædunt cæſareas copias. 1508. n. 2. Tergeſtum & Gurcenſem comitatum ferro auroque ſubigunt. ib. monentur a Iulio vt ditionis eccleſiaſticæ occupatas vrbes reſtituant. n. 3. in eos Pontifex, Cæſar, Gallus, & Hiſpani coiurant. 1509. n. 1. quid Veneti ad ſingulorum querelas reſponderint. n. 5. monentur vt pro defugiendo periculo eccleſiaſticas vrbes reſtituant. n. 5. ad Chriſtum iudicem & futurum concilium prouocant. n. 10. pugnatæ in eos cæde maxima ſtrage delentur a Gallis. ib. Bergomum, Brixiam, Cremonam, Cremam, & alias vrbes illis Galli eripiunt. n. 11. Fauentiam & alia loca ex Venetis recipit Iulius II. ib. nouis edictis ob prouocationem factam ad concilium deſiguntur. n. 12. reuocant male geſta, & Pontificem placare nituntur, miſſo oratore. n. 14. irruentem in eos Cæſarem Patauio propulſant. n. 19. Vicentiam & alias plures vrbes recuperant. ib. ad Ferrariam rem male gerunt. ib. poſtulantur ab Iſmaele de fœdere contra Turcas. ib. excuſant ſe ob Regum bella in eos mota. ib. Brixiam recipiunt, eamq; dein amittunt. A. 1512. n. 5. amittunt etiam Bergomum. n. 6. Cremonam, Bergomumque & alias vrbes e Gallis recipiunt. n. 55. Veronam Vicentiamque Cæſari dimittere recuſant n. 90. excluduntur ſociali fœdere, ideoque Gallo ſe coniungunt. n. 91. a Maximiliano Cæſare, & prorege Neapolitano profligati Vicentiam, Bergomum, Brixiamque amittunt. 1513. nu. 77. eam recuperant ex Cæſaris manibus. 1516. n. 79. Veronam Gallorum ope recipiunt. 1517. n. 80. rogati vt Rhodo obſeſſæ ferrent opem, detrectant, ſperantes fidem ab infido Turca ſeruandam. 1522. n. 22. præmoniti Rhodo a Turcis ſubacta Cyprum amiſſuros. ib. cum Pontifice & Gallo & Anglo pro tuenda Italica libertate aduerſus Carolum V. conſpirant. 1526. n. 15. reſeruatus ijs in pace Italica locus ſi Ceruiam Rauennamque Pontifici, & Carolo V. partas in regno Neapolitano vrbes arceſque reſtituerint. 1529. n. 60. qui antea Rauennam & Ceruiam reſtituere detrectarant vt Pontifex ipſorum fœderi contra Carolum V. accederet, iam vt concilientur Carolo Rauennam Ceruiamque Pontifici, & Carolo V. partas vrbes in regno Neapolitano reſtituere, & alia præſtare officia cogũtur. n. 87.

B. Venturinus Bergomas. pie in crucefignatorum contra Turcas expeditione moritur Smyrnæ. 1346. n. 71. claruit miraculis. ib.

Venuſinus comitatus. illius controuerſo iure Philippus Francorum Rex cedit graria Romanæ eccleſiæ. 1373. n. 51.

Vercellenſes. a Matthæo Vicecomite ſubacti. 1320. n. 10.

Verona. in poteſtatem Friderici redacta. 1236. n. 12. iterum in Mediolanenſium poteſtatem. 1387. n. 13. 14. Venetis reſtituta. 1517. n. 81.

S. Vgo. illius reliquiarum translatio celebrata. 1222. n. 49.

Vgolinus epiſcopus Oſtienſis in pontificatu dictus Gregorius IX. Piſas ab Honorio III. miſſus. 1217. n. 86. Friderico II. poſt acceptum imperatorium diadema crucis ſignum confert ad obeundum orientale bellum. 1220. nu. 22. creatur in Italia legatus pro comparandis crucefignatis copijs. 1221. n. 2. illi ea de re gratulatur Fridericus. ib. S. Dominici corpus ſepulchro condit. 1221. n. 52.

Vgutio Fagiolanus Piſarum & Lucæ domi-

nus.

nus. Florentinos bello premit ac magna clade delet cæsis duobus Siculæ regiæ principibus. 1315. n. 1.

Vicelius V. *Georgius Vicelius.*

Victoria parta diuinitus. a Gualterio Brenensi. 1201. n. 39. de Mauris a Castellæ Rege. 1212. n. 33. a Leodiensibus de Brabantiæ duce. 1213. n. 16. a Cremonensibus de Mediolanensibus. n. 17. a Simone Montfortio de Albigensibus. n. 57. ab Alfonso II. Lusitaniæ Rege de quatuor Saracenis Regibus. 1217. n. 33. Mauri S. Iacobo duce victi ab Alfonso Rege Legionis. 1230. n. 31. reportata victoria a Ioanne Brenensi de varacto schismatico. 1235. n. 53. Tartari diuino prodigio Vvratislauia pulsi. 1241. n. 5. Mantredini in fugam acti. 1264. n. 17 de Ruthenis a Polonis. 1266. num. 40. ab Hungaris de Cumanis. 1282. n. 38. Lesko niger monitu S. Michaelis Iaczuingos & Lithuanos delet. 1282. nu. 39. parta ab Armenijs de Saracenis 1322. n. 35. de Marochitano Rege ab Alfonso Rege Castellæ. 1340. n. 51. diuina vi Alexandria Ægypti regia expugnata a crucesignatis. 1365. n. 19. de Moschis ope Virginis reportata victoria a Crucigeris. 1381. n. 50. Tartari a Moschis Deiparæ imaginem præferentibus victi. 1395. n. 23. precibus B. Corsini Mediolanensis exercitus profligatus a Florentinis. 1440. n. 11. Ioanna virago diuinitus de Anglis liberata Aurelia victoriam refert. 1428. n. 18. Hungari Iosum implorantes Mahometem II. Imp. diuinitus fundunt. 1456, n. 15. Turcæ cælo pugnante deleti. 1498. n. 36. Lusitani barbaros diuina ope fundunt, & Goæ imperium constabilium. n. 36 victoria S. Casimiri ope de Moschis diuinitus relata. 1519. n. 59. diuinitus relata de Turcis 1532. n. 21. vide etiam *miracula*.

Victorinus Georgij Boemiæ Regis filius. ob paternam hæresim regnandi spe ejicitur. 1468. n. 8. &c. in Austriam incurrit, ac pellitur a Matthia Rege. n. 13. amissa Morauia ægre fuga elabitur. ibid. & 1469. n. 10.

Viennense concilium. V. *concilium.*

Viennensis episcopatus. institutus a Paulo II. 1469. n. 6.

Villacum Istriæ urbs. terræ motu absorptum 1348. n. 35. prius terra in medio loro instar crucis dehiscens sanguine sudauit. ib. sola in ea viri eleemolynarij domus stetit. ib.

Vilnensis episcopatus. conditus & magnis vectigalibus auctus ab Vvladislao Rege 1387. n. 15.

Vincentia. vi capta a Friderico II. & ex parte incensa. 1236. n. 12.

S. Vincentius Ferrerius. dum vno linguæ genere prædicat, cum lingua dissoni intellexere. 1414. n. 20. consultus a Rege Aragonum quid agendum foret nolente cedere Petro de Luna pontificatu controuerso respondit deferendum. 1415. n. 52. consuluit Petro de Luna vt prius extrema pateretur quam foueret schisma. ib. Hispani eius auctoritate moti defecere antipapam. 1416. n. 6. pius illius obitus. 1419. n. 11. de eius miraculis instituta actio iudiciaria. A. 1451. n. 16. Calisto III. pontificatum prædixerat. 1455. n. 17. vt a Christo missus fuerit ad prædicandum euangelium. ib. vti prædixerat a Calisto III. in sanctorum ordinem repositus est. ib. & 1455. n. 40. triginta annis singulis diebus Christi verbum prædicauerat. ib.

Vinctibus Crucigerorum magister. Lituanos maxima clade profligat. 1349. n. 24.

Vinum. Vini species in sanguinem versæ. 1198. n. 39. & 1229. n. 61. V. *Eucharistia.*

B. Virgilius episcopus Salisburgensis. de miraculis ab eo editis instituta sacra actio. 1230. n. 26. in sanctorum numerum a Gregorio IX. relatus. 1233. n. 55.

Virginitas. S. Chunegundis Aug. comprobatur miraculo. 1200. n. 44. Solomea cum Rege Colomano virginitatem colit. 1268. n. 55. virgines sacræ montis Gaurdiæ ab angelis diuinitus ab imminentis exercitus Lutherani iniurijs vindicatæ. 1527. n. 13.

B. Virgo. Theodoricum clientem suum ad Colonienſem archiepiscoparum euehit. 1209. n. 6. prædicit nisi bene se gerat dignitate delectum iri. ib. Vvillelmum comitem Sarisberiensem e naufragio diuinitus eripit. 1225. n. 37. Christianis contra Ægyptios fert opem. 1249. n. 2. implorata ab Andrea Gaetano, dum a dæmone per aera raperetur, illum seruat 1251. n. 13. adolescentem, vt peccata confiteretur ad vitam reuocat. num. 14. inflit B. Philippo Benitio, vt se adiungeret seruitis. 1285. nu. 82. plura edit miracula in ædicula Lauretana. 1295. n. 58. Oliuetanum ordinem in exordio commendat Guidoni Tarlatino episcopo. 1320. n. 50. liberat adolescentem e medijs flammis illius opem implorantem. num. 51. implorata ipsius ope Moscouitarum princeps cæsus, depulsusque Liuonia eius exercitus. 1381. n. 50. puer extinctus Virginis opera ad vitam reuocatus. 1427. nu. 24. alius, vt baptismo lustraretur, ad vitam excitatus. 1428. n. 11. retulere Turcæ Rhodum a B. Virgine ipsis apparente defensam. 1480. n. 11. Turcas ab æde Lauretana abigit. n. 42. die assumptæ Virgini sacro commeatus Lusitanis obsessis a procella maris immissus. 1505. nu. 13. Hieronymum Æmilianum e tetro carcere B. Virgo liberat. 1511. nu. 54. Americanos clientes fugatis dæmonibus liberat. n. 71. V. *Deipara.*

Visio cælestis. ostensum pio sacerdoti de Innocentio III. deque nonnullis altaribus basilicæ S. Petri consecrandis. 1198. n. 18. hæretici damnatio ostensa Albiensi episcopo. n. 37. Nicolaus apostata, cognito per visum cæleste, felici S. Vvillelmi Roschildensis abbatis exitu, redit ad monasterium. 1202. n. 29. visum ostensum B. Mariæ Oigniacensi de crucesignata expeditione in Albigenses hæreticos. 1208. n. 24. aliud de Theodorico ad archiepiscopatum Colonienſem euehendo, atque ob vitia deijciendo, 1209. n. 6. visæ cælestes acies pugnare in infideles. 1217. n. 33. de felici animæ Othonis Imp. statu visum. 1218. n. 38. cæleste visum de Philippi Regis Francorum animæ salute. 1223. n. 38. cælesti viso impressa S. Francisco stigmata. 1223. n. 55. visum de felicitate S. Engelberti martyrio affecti. 1225. n. 12. visa de purgatorio igne. 1226. n. 47. obiecta in cælo Christi e cruce pendentis imago. 1227. n. 26. Rodulphi Romanorum Regis electio cælesti viso prænuntiata. 1273. n. 9. Lesko dux Poloniæ confirmatus cælesti viso maximam refert victoriam de hostibus nemine e suis desiderato. 1282. n. 40. horrendum damnati episcopi ostensum. 1452. n. 18. Marsilius Ficinus post mortem apparet Michaeli Mercato. 1499. n. 31. hæreticus post supplicium socios edocet de paratis inferorum pœnis. 1527. n. 81. viso cælesti ostensa Lutheranorum damnatio. 1529. n. 14.

Visio beatifica. an ea potiantur animæ sanctorum ante diem iudicij controuertitur. 1331. n. 43. Durandus pro ea scribit. 1333. n. 45. decretum fidei edit Benedictus XII. quod sancti Deum conspiciant intuitiue ante diem iudicij, nulla creatura mediante in ratione obiecti. 1336. n. 3.

Visitationis B. Mariæ festum. ab Vrbano VI. institutum. 1389. n. 1. &c. & instauratum a Sixto IV. 1475. n. 34.

Viterbienses. a Gregorio IX. ad Fridericum deficiunt. 1240. n. 9. Friderici excutiunt iugum. 1243. n. 23. eundem repellunt. ib.

Vlbertus Vvittembergis dux. principatum recuperat Galli Regis Lutheranorumque ope aduersus Ferdinandum Romanorum Regem. 1534. n. 15.

Vlricus episcopus Ratemburgensis. famis tempore cum horreum in vsus pauperum exhausisset, illud iterum repletum est diuino prodigio. 1262. n. 27.

Vltio diuina. in sacrilegos. 1199. n. 5. in cædis martyris auctores. ibid. n. 26. dux Bauariæ opes Ecclesiæ rapit, & miserc perit. 1200. n. 39. vltio diuina in blasphemum superbumque doctorem. 1201. n. 37. diuinæ iustitiæ insigne exemplum. 1208. num. 5. horrent bruti martyris occisorem. 1212. n. 13. diuina in sacrilegos vltio. 1213. n. 12. dux Poloniæ diuinitus a muribus corrosus. 1237. n. 61. diuinæ vltionis exemplum in nonnullos Fridericianos. 1239. n. 29. diuina in ecclesiarum spoliatorem vltio. 1243. n. 42. in Petrum de Vineis. 1249. n. 13. Otho Bauariæ dux diuino iustitiæ exemplo moritur. 1253. n. 32. diuina in duces Silesiæ vltio. 1257. n. 20. diuinæ iustitiæ in nobili Polono impio insigne exemplum. 1277. n. 50. diuina de Philippo Pulchro Francorum Rege vltio. 1303. n. 43. Anagnia magnis cladibus diuinitus afflicta. ibid. diuina vltio in Iudeos Conradi pueri interfectores. 1304. n. 64. in barbaros, qui Eucharistiam conculcarant. 1211. n. 72. in Ludouicum Bauarum. 1347. n. 8. diuina in episcopum lasciuientem vltio. 1352. n. 35. diuinæ iustitiæ exemplum insigne. 1267. n. 18. diuina in sacrilegum iconoma-

muchũ vltio. A. 1383. n. 10. moritur Ioannes Vvicleffus diuina vltione percuſſus. 1384. n. 8. diuina vltio in ſacrilegos, qui Euchariſtiam indigne attrectant. 1386. n. 7. diuina in ſacrilegum Euchariſtiæ deriſorem vltio. 1389. n. 21. Ioannes Caſtellæ Rex aucti ſchiſmatis dat pœnas. 1390. n. 20. Carolus VI. Galliæ Rex ſchiſmatis propagator percuſſus amentia. 1392. n. 7. diuinæ vltionis exemplum in Vrbani VI. neptes. 1395. n. 16. in Ioannem Regem Aragoniæ ſchiſmaticum. ibid. n. 19. ſacrilegus paralyſi repente correptus. 1405. n. 24. vindicata ſupplicijs luxuria. 1452. n. 18. diuina vltione percuſſus Ioannes Roch. zana Huſſita. 1468. n. 4. diuina vltio de ſacrilego milite Germano. 1512. n. 77. ſacrilegium repente vindicatum in barbaro, qui percuſſus miraculo crimen expiat. 1516. n. 61. vltio diuina in ſacrilegos graſſantes in Deiparæ, & ſanctorum imagines. 1525. num. 38. infelix exitus Carloſtadij hæreſiarchæ morientis dæmone, qua rapiendus erat ad inferos. 1531. num. 39. vltio diuina in ieiunij violatorem. n. 58. Ioannis ducis electoris infelix obitus. 1532. n. 85. V. *Iuſtitia diuina, & Sacrilegi*.

Voyſiak Mendolphi Regis filius. cæſo tyranno, qui patrem necarat, ex monacho Rex Lituaniæ efficitur. 1264. nu. 47.

Vrbanus IV. ſuccedit Alexandro IV. 1261. n. 7. eius primitiæ. n. 8. & 9. ad comprimendos immiſſos a Manfredo Saracenos cruceſignatas copias comparat. n. 12. Cardinales creat. n. 36. Alfonſo Regi Caſtellæ petenti imperatorium diadema reſpondet ius illius eſſe ambiguum. 1262. n. 1. Germanos Conradinum Cæſarem eligere vetat. n. 4. cenſuras renouat in ſeptemuiros, qui eum elegerint. ib. præmonet Iacobum Regem Aragonum, ne affinitatem cum Manfredo hoſte Eccleſiæ contrahat. 1262. n. 9. commendat S. Ludouicum, quod iungendæ cum Iacobo affinitatis actionem abruperit, quod ille Manfredi affinitate ſe contaminaſſet. n. 18. gratias de ſtudio in Eccleſiam illi refert. n. 20. de transferendis in Gallicam ſtirpem Siculi regni iuribus agitat. ib. in ſanctorum numerum refert Richardum Ciceſtrenſem epiſcopum. n. 25. de miraculis, & vita S. Hedwiges inquiri iubet. n. 27. decernit auxilia Balduino II. pro recuperando Conſtantinopolitano imperio. n. 33. ſecundam Cardinalium creationem celebrat. n. 52. Syriæ opem ferre contra Tartaros, & Babylonium annititur. 1263. n. 14. Vvillelmum epiſcopum Agennenſem creat patriarcham Ieroſolymitanum. nu. 16. Genuenſibus anathema, & archiepiſcopalis ſedis mulctam intentat, ni diſſoluant fœdus initum cum Palæologo contra Balduinum. 1263. n. 17. ſolicitatur a Palæologo de inſtauranda eccleſiarum coniunctione. nu. 22. Vrbani ad Palæologum literæ. num. 23. mittit ad eum apocriſiarios. num. 37. vetat Villarduinum Achaiæ principem bellum inferre Palæologo. ib. petit ab eo Alfonſus electus imperij diadema. n. 38. dirimendam cauſam ſuſcipit Vrbanus, ſi electi Cæſares inter ſe non conſenſerint. n. 39. exorat Alfonſum titulo electi in Regem Romanorum. ib. quærenti ea de re Richardo reſpondet equitati ſe deeſſe non potuiſſe. n. 44. & 45. vtrumque electum in iudicium vocat. n. 46. cur extracta fuerit in ea controuerſia ſententia. n. 61. vocat ad dicendam cauſam Manfredum vtriuſque Siciliæ tyrannum. n. 64. volenti in iudicio comparere leges dicit, quæ ab eo non admiſſæ. n. 64. & 72. Senenſes ob adhibitam in Florentinos crudelitatem obiurgat. n. 73. Siculi regni iura in Carolum Andegauiæ comitem transferenda decernit. n. 78. monet Henricum Angliæ Regem ipſum pactis defuiſſe, ac ne Gallos Siculam rem aggreſſuros impediat. n. 79. Richardum Regem Romanorum electum monet, vt Henrico fratri aduerſus coniuratos opem ferat. nu. 80. Simonem Leceſtriæ comitem Henrico Regi rebellantem ad officium reuocare nititur. n. 83. S. Ludouicum ſolicitat, vt ſedandis Anglorum diſcordijs operam nauet. ib. Guidonem epiſcopum Sabinenſem in Angliam legatum mittit. nu. 84. Gallorum opera Manfredum frangere aggreditur. A. 1264. n. 1. ſenatoriam dignitatem Caroli Prouinciæ comiti a Romanis conceſſam ad tempus contrahit. n. 3. gemino exercitu infeſtatur a Manfredo. n. 13. legatum decernit ad S. Ludouicum pro obtinendo exercitu. n. 14. tres Cardinales legatos creat, & militiam cruceatam in Manfredum indicit. n. 16. 17. Manfrediani exercitus dux Saracenus cum equo in exiguo riuo lapſus diuinitus terra hauitus euanuit. n. 18. exercitus ad opprimendum Vrbanum comparatus territus prodigio in fugam ſe coniecit. ib. a Petro de Vico Germanicis copijs ſuccincto oppugnatur, ſed ex copiæ conciſæ. n. 19. teſtum corporis Domini inſtituit ob ſpecies vini in ſanguinem verſas apud Vvlſinium. n. 26. clementiam in eos, qui ipſum in Germania ante pontificatum ſpoliarant, explicat. n. 30. in controuerſia de imperio ob Richardi aduerſos caſus iudicium extrahit. n. 37. Othocarum concitat ad domandos Ruthenos, & Lituanos. n. 44. 45. Belam Hungariæ Regem incitat, vt Cumanos Chriſtianam fidem profeſſos ritu Chriſtiano viuere cogat. n. 51. moritur. 1264. n. 70. eius elogium. ib. cometes trimeſtri ante eius mortem fulſit & eo moriente diſparuit. ib. in fundo paternæ domus eccleſiam S. Vrbano ſacram Trecis extruxit. ib.

Vrbanus V. ex abbate S. Victoris ordinis S. Benedicti abſens creatur Pontifex. 1362. n. 6. eius primitiæ. ib. ſolemni ritu thiara redimitur. n. 7. Ægidium in legatione Italica confirmat. n. 12. fert iudiciariam in Bernabonem Vicecomitem tyrannum ſententiam. n. 13. reliquias Bauarici ſchiſmatis excindit. n. 15. 16. repetita in Bernabonem ſententia. flexo genu opem Numinis implorat. A. 1363. n. 1. fœderatorum opera eum profligat. ib. decernit in eumdem ſacrum bellum. n. 4. 5. Andruinum Cardinalem ad pacandam Italiam mittit. n. 6. Venetos cõciliat Francico Carrariæ Patauino principi. 1363. n. 6. inter alios principes Italos diſcordiam ſedat. ib. creat indictæ in Saracenos militiæ ducem Ioannem Galliæ Regem. 1363. n. 14. cum Bernabone pacem ſancit certis legibus. 1364. n. 3. internuntiorum opera inter Cæſarem, & Hungarum pacem conciliat. n. 10. 11. conuenitur a Cæſare, ac plura colloquia de re Chriſtiana miſcet. 1365. n. 1. ingens auri vis ab eo extorta a vagis turmis. n. 5. &c. Ægidium Cardinalem in Siciliam mittit ad ſacramentum fidei a Ioanna Regina exigendum. 1365. n. 8. ab Eduardo Angliæ, & Hiberniæ cenſum exigit. n. 13. Poloniæ Regem monet, vt thoro vxorem reſtituat. 1365. n. 15. B. Petri Thomæ opera Genuenſes cum Cyprio Rege conciliat. n. 18. Romæ ſedem reſtituere meditatur. 1366. n. 22. monet Petrum Caſtellæ Regem, vt cum Aragonio pacem inſtauret. n. 30. nouos Cardinales creat. n. 33. Italiam petit. 1367. n. 1. ab Ægidio Cardinale excipitur. n. 4. a B. Ioanne Columbino omni obſequiorum genere afficitur. ib. ab Italorum principum oratoribus conuenitur. n. 5. Romam ingreditur. n. 6. Imperatoris Conſtantinopolitani oratores excipit. n. 7. 8. tres Græcorum patriarchæ ſe illius obſequio miſſis literis ſubijciunt. n. 10. Petrum Regem Cypri monet, vt ex adulterij cœno conſurgat. n. 14. Carolus IV. Cæſar armorum potentiam contra hoſtes illi defert. 1368. n. 4. priuilegia Romanæ eccleſiæ ab eo confirmanda curat. n. 5. pacem ab eo poſcit Bernabos. n. 8. adit ipſum Carolus Cæſar. ib. illi Imperator ſtratoris munus exhibet. ib. Imperatricem corona imperiali redimit. ib. auget Cardinalium ſenatum. n. 9. conuenitur a Ioanna Regina Siciliæ, & Petro Cypri Rege. n. 10. capita Apoſtolorum Petri, & Pauli oſtendit populo. n. 13. ſacra ea Lipſana inthecis pretioſioribus recondit. ib. conuenitur Romæ a Ioanne Palæologo Imp. Conſtantinopolitano. 1369. n. 1. &c. profitentem fidem orthodoxam Eccleſiæ conciliat. ib. vagas turmas in Turcas auertere meditatur ſed fruſtra. n. 6. infeſtatur iterum a Bernabone. n. 8. Ludouicus Hungariæ Rex illi arma contra Bernabonem donec excindatur defert. n. 9. clerum Conſtantinopolitanum vrget, vt ſolemni ritu ſchiſma damnet. 1370. n. 1. Palæologum Hungariæ Regi, & alijs principibus commendat. ib. Moldaui cum Laſcone principe ad Vrbani obſequium redeunt. n. 6. 7. Tartaricam eccleſiam curat. n. 9. Guillelmum archiepiſcopum Cambalienſem in Tartariam mittit cum pluribus Minoritis. n. 9. nouas res agitantem Bernabonem Hungaro oppoſito cogit ad pacem. ib. exortos in Hiſpania motus pacare nititur. ib. repetere Aueniopem parat. n. 19.

monetur a S. Birgitta, & alijs, vt in Italia remaneat. n. 19. prædicta illi mors, si rediret. ib. & prædictum schisma futurum. ib. nouos Cardinales creat. n. 20. Auenionem regreditur. ib. exortum inter Anglos, & Gallos bellum sedare nititur. n. 21. vetuit plura sacerdotia ab vno geri. ib. consanguineos paucis contentos esse iussit. n. 22. morbo correptus indoluit se reduxisse sedem in Gallias. n. 23. 24. pie moritur, clarueritque post mortem miraculis. ib.

Vrbanus VI. illius primitiæ, patria, ac virtutes. 1378. n. 23. ob has a Cardinale Lemouicensi laudatus in conclaui tanquam pontificatu dignus. n. 4. vtque in eum consenserint Cardinales. ib. electio illius ante seditionem celebrata. ib. post eam excitatus populoris tumultus, & cur. n. 9. metu perciti Cardinales ob securam seditionem fingunt se elegisse Cardinalem S. Petri patria Romanum. n. 10. reducti aliqui in conclaue, vt patria Romanum Pontificem creent, spreta morte negant electionem Vrbani rescindi posse. ib. vim inferre Vrbano parant Romani. n. 11. reuocantur ab eo consilio. ib. Vrbani constantia in ea trepidatione, ib. creatus est, & confirmatus spretis popularibus minis. n. 12. vetere ritu in papali solio a Cardinalibus collocatus. n. 14. seditio metusque tunc abfuere. ib. solemni pompa Lateranensis basilicæ possessionem init. ib. pro symbolo pontificio accipit: *Iudica Domine, & discerne causam meam.* ib. Cardinales, qui ex Vrbe fugerant, redeunt. ib. significant Cardinales principibus eum electum summo consensu. n. 16. 17. idem Cæsari, & Cardinalibus Auenione agentibus significant. n. 18. 19. colitur vt Pontifex ab Auenionensibus Cardinalibus, & ab Ambianensi. ib. sancita cum Florentinis pace, illis sacrorum vsum restituit. ib. & n. 41. nimia acerbitate odia aulicorum, & Cardinalium contrahit. n. 23. 24. concepta in eum iracundia Cardinales Anagniam secedunt. n. 25. parant illi insidias. n. 26. exulceratos Cardinalium animos serius lenire nititur. ib. ad eum vi opprimendum coniurant Cardinales excitis Gallicis turmis. n. 27. consulunt Ioannem de Lignano, an valeat Vrbani electio. n. 29. pro Vrbano ab eo responsum est. ib. consultus pariter Baldus pro Vrbani electione scribit. n. 38. non extorsit populus, vt Vrbanus fieret Pontifex, sed indoluit factum Pontificem. ib. Baldum ad se Romam euocat. n. 39. Cardinalis S. Petri moriturus testatur, canonicam fuisse Vrbani electionem. n. 41. Vvenceslai electionem confirmat. ib. offert Cardinalibus schisma molientibus Concilium pro controuersia dirimenda. n. 42. reijcitur ab ijs Concilium. n. 42. 43. aduersantem sibi patitur Gallorum Regem clientelam suam rebellibus Cardinalibus pollicentem. n. 46. a Ioanna Regina Siciliæ quadragima aureorum millibus, & alijs muneribus amplissimis donatur. ib. eam dein minus honorifice habito oratore abalienat. ibid. renuit tribuere Othoni duci Brunsuicensi illius viro regiam coronam. ib. suadentes Cardinales, vt pontificatu abiret, repellit, temnitque eorum minas. ib. promulgatur a coniuratis vitio creatum esse Pontificem. ib. opponitur illi antipapa. n. 52. tres Cardinales Itali concordiæ interpretes obiecta antipapatus obtinendi spe ab Vrbano deficiunt. ib. excitatur ad constantiam. n. 59. quæ regna Vrbanum coluerint. ib. Galli, dum libertate potiti sunt, eius causam defendere. n. 60. 61. academiæ Sorbonicæ resistenti schismaticis gratias agit. ib. seriem electionis suæ nitide promulgat. n. 72. præfectus molis Adrianæ in eum rebellat. n. 72. creat viginti octo Cardinales. n. 104. præcipuos schismatis auctores Ioannem Ambianensem, Geraldum Maioris monasterij, & Petrum S. Eustachij in ius vocat. n. 105. alijs Cardinalibus schismaticis veniæ spem obijcit. ib. Vvicleffus in ius vocatus omnia dicta Vrbani, quem verum legis euangelicæ interpretem agnoscit, sententiæ subijcit. n. 116. Cardinales Itali ad Vrbanum redire non ausi concilij viam proponunt. A. 1379. n. 1. &c. decernunt Castellani stare in schismatis controuersia concilij sententiæ. n. 5. Petrus Aragonius princeps ex cœlestibus visis agnoscit Vrbanum esse verum Pontificem. nu. 6. cultus est a S. Catharina Senensi. n. 10. schismatici Galli, dum ad eum opprimendum in Vrbem proiolant, cæsi magna clade. n. 24. recuperat molem Hadrianam a Gallis præsidiarijs. n. 25. nudis pedibus supplicationem solemnem celebrat, atque a S. Catharina laudatur de ea re. ib. antipapam fugientem persequitur. n. 26. &c. Neapolitani Vrbano fauent. n. 27. in eum antipapa in Gallias fuga lapsus persecutionem decernit. n. 33. concitantur in eum a dæmonibus Romani. n. 34. 35. Vvenceslaus Cæsar pro Vrbano standum decernit. n. 36. eundem tuetur Angliæ Rex. n. 42. 43. fert Vrbanus in Ioannam Reginam iudiciariam sententiam. 1380. n. 1. & 2. ob schisma, & rebellionem soluit sacramento fidei eius subditos. ib. diu distulit sententiam, vt resipiscoret. n. 3. Hungarum in eam concitat. n. 4. a Raynaldo Vrsino subornato a Ioanna Regina infestatur in patrimonio B. Petri. 1380. n. 6. sacram militiam in eum indicit. ib. amplissimorum principatuum iura nepoti confert. 1381. n. 1. &c. Carolum Dyrrachinum creatum Regem Siciliæ immittit ad subijciendum regnum Neapolitanum. n. 24. subacto regno crescit eius auctoritas. n. 25. creat nouos Cardinales. n. 26. ob negatam a Carolo Rege pontificio nepoti regni partem in eum odia concipit. ib. Castella deficit ab Vrbano ad antipapam. n. 27. &c. Lusitania in eius obsequio constans perstat. n. 34. proficiscitur in regnum Neapolitanum pro nepote augendo principatibus. 1383. n. 1. officij specie capitur a Carolo Rege. 1383. n. 1. redimegrata cum Carolo pace nepotem in Capuæ possessionem inducit. ib. neptes duas duobus comitibus locat. ib. Regem Aragonum multa spondentem, si illi regni Neapolitani iura contulerit, repellit. n. 5. ab eo deseritur. ib. creat signiferum Romanæ ecclesiæ Ioannem ducem Lecestriæ pro domando Ioanne Rege Castellæ. n. 7. Leo Rex Armeniæ ad eum se confert, opem petens contra Saracenos. n. 10. vexillum tradit Carolo Dyrrachino contra Andegauensem profecturo. A. 1384. n. 1. Lucriam petit contra Cardinalium consilia, cum eam nepoti comparasset. ib. ab aulicis hostium metu deseritur. ib. victo extinctoque Ludouico Andegauensi vetera illum inter, & Carolum Regem redintegrata diffidia. n. 3. religiosis ordinibus concessa priuilegia abrogat, & parochis primæuam in subditos auctoritatem restituit. n. 5. cum Cardinalibus, quorum salubria respuit consilia, exercet rixas. 1385. n. 1. suos in grauia pericula conijcit. ib. sex Cardinales sentientes cum Carolo in carcerem tradit. ib. nouos Cardinales creat. n. 3. & 4. obsidetur a Caroli Regis exercitu. ib. regnum Neapolitanum, pulso Carolo, sibi subijcere affectat. ib. eius nepos malorum omnium auctor captus deditque Carolo. n. 5. & 6. e medijs periculis liberatur a Caroli hostibus schismaticis. n. 7. a Raymundo de Baucio defenditur, ne detur antipapæ. ib. post varia itinera a Genuensibus exceptus Messanam applicat. ib. Messana Genuam nauigat. nu. 8. conflata in eum coniuratio nocturna pro liberandis vinctis Cardinalibus. 1386. n. 10. 11. ab eo deficiunt ob nimiam acerbitatem Pileus Rauennas, & Galeottus de Petramala Cardinales. ib. quinque Cardinales vinctos clam necari iubet. ib. sextum Adamum Cardinalem, quod non assensisset scelori, liberat. ib. Genua discedit. n. 12. ob dissidia exercita cum Ladislao puero Rege Neapolim in manus schismaticorum colla sam dolet. 1387. n. 1. eam vrbem sibi subijcere frustra molitur. n. 2. eius studiosi pulsi in exilium. ib. Ladislaum Regem, & Reginam Margaretam pacem rei catholicæ necessariam orantes acerbissime repellit. n. 2. &c. sua acerbitate rem catholicam pessumdat in regno Neapolitano. ib. Nauarri, & Rhodij ab eo ad antipapam deficiunt. n. 10. regnum Neapolitanum deiecto Ladislao puero subijcere affectat. 1388. n. 3. &c. inde auctæ schismaticorum res. ib. copias in regnum Neapolitanum educere meditatur. n. 8. stipendiorum impia dissoluus eius exercitus. ib. monetur ab eremita Romæ moriturum. ib. speciem S. Petri in aere viam in Vrbem monstrantem videt. ib. a Romanis magnifice excipitur. ib. iubileum annum redigit ad annum trigesimum tertium. 1389. n. 1. festum diem visitationis B. Mariæ instituit. ib. festum Corporis Christi celebrari more quatuor principum festorum iubet. ib. indulgentias centum dierum comitantibus Eucharistiam ab ecclesia ad infirmum, & ab infirmo ad ecclesiam largitur. ib. Gerbas, & Cherchinas insulas Manfredo Claramontio con-

concedit ex Afris comparandis. n.7. vsurpatur a schismaticis in patrimonio B. Petri. n.9. eius mors, & sedis tempus. n.10. fertur offensum pio monacho verum esse Pontificem, sed venere modum fine modo. ib.

Vsfus Sclauorum, siue Seruiorum, Rasciesumque Rex. de firmanda cum Romana ecclesia Rasciorum coniunctione agit. A.1308. n.26. deficit a coeptis. n.27. ab eo odio schismatis deficiunt Macedones, 1318. n.35. victus a Carolo Hungariæ Rege regnum amittit. 1320. n.1. a Carolo Hungariæ Rege compulsus schisma damnat. 1322. n.48.

Vrsus Tranensis episcopus. Pragenses Hussitas damnata hæresi, conciliat Romanæ ecclesiæ. 1493. n.5.

Vsbec Tartarorum Imperator. egregie affectus erga Christianos. 1318. n.1.

Vsumcassanus Armeniæ maioris, ac Persarum Rex. ad bellum gerendum contra Mahometem a Callisto III. solicitatur. 1457. n.66. vna cum alijs Regibus orientalibus mittit oratores ad Pium II. pro iungendo armorum fœdere aduersus Mahometem. 1459. n.46. Paulum II. de fœdere solicitat aduersus Mahometem II. 1471. n.47. varia Vsumcassani gesta bellica. n.48.49. Trapezuntinum imperium eripit Mahometi. 1472. n.41. Sinopem capit. ib. Armeniam minorem subigit. ib. Christiana classis illi auxilium tulit. ib. tormentorum bellicorum defectu vincitur a Mahomete. 1473. n.9.

Vualdemarus Rex Daniæ. contra barbaros crucis symbolum indnit. 1210. n.23. a comite Zuuerinensi captus tentusque in custodia. 1223. n.24. pro eo liberando Honorius III. dat operam. n.25. & seq. iniquæ leges pro eo liberando exactæ. 1224. n.28. dum Albertus nepos eum liberare nititur in prælio capitur. ib. demum fauro redimit Vualdemarus. ib. libertati restituitur. 1225. n.21. moritur. 1241. n.89. succedit ipsi Ericus filius. ib.

Vualdemarus Slemicensis episcopus. post affectatum Daniæ regnum Cisterciensibus se addicit. 1220. n.32.

Vualdemarus Suecia Rex. ob flagitia a fratre Magno regno spoliatur. 1277. n.63. capitur ac vitam a victore flagitans Gothiæ regno donatur. ib.

Vualdemarus Daniæ Rex. Vrbanum V. conuenit. 1364. n.14. donatur ab eo rosa aurea. ib.

Vualdenses hæretici, eorum errores. 1204. n.64. recentiores nouatores eorum deliramenta secuti sunt. ib. diabolico ritu fidem catholicam damnare soliti. ib. in Delphinatu grassantur. 1375. n.26.27. exercita in eos fidei censura. ib. *V. Albigenses.*

Vualo siue Gualo tit. S. Martini presbyter Cardinalis. in Angliam legatus decernitur ab Innocentio III. 1216. n.2. Ioannem Regem fugatum a Ludouico electo a rebellibus Rege ad meliora excitat. ib. Ludouicum, & sectatores anathemate percutit. ib. confirmatur in legatione ab Honorio III. n.30.

S. Vualpurges, ex eius ossibus oleum diuinitus manat. 1359. n.11.

Vualterus hæresiarcha Lollardorum auctor. exulus Coloniæ. A.1318. n.44.

Vualterus Artholiæ comes. illius ambitio, dignumque supplicium. 1436. n.29.

Vualterus Crucigerorum magister. insignis ab eo parta victoria. 1500. n.29.

Vuarnicum. Angliæ restituendum ab Eduardo III. 1333. n.23.

Vuasilico Laudemeria Rex. ad coniunctionem cum Romana ecclesia reuertitur. 1247. n.29.

Vuatlandia. Christiana sacra suscipit. 1255. num. 6.

Vuenceslaus I. Rex Boemiæ. pontificias partes tuetur aduersus Fredericum II. 1248. n.8. Primislaus filius in eum rebellat, & tyrannidem arripit. ib. regnum recuperat. n.9. filium in carcerem tradit. ib. Stiborio rebellionis suasori politicæ sapientiæ gloriola elato caput trabe colliqui iubet. ib.

Vuenceslaus II. Boemiæ Rex. Othakero patri cæso in Austria succedit. 1278. nu. 42. amissa parte Boemiæ pacem posci. ib. eam obtinet accepta in coniugem Gutha Rodulphi Cæsaris filia. ib. delatum sibi imperium respuit. 1292. n.21. pie moritur. 1305. n.15. lugenti eius mortem Ioanni episcopo Brixionensi apparet, atque increpat illum non legisse hæc verba: *Cum te consumptum putaueris, orieris vt Lucifer.* ib. impingens colaphum eius statuæ sepulchro impositæ excitare percutitur. ib. succedit illi in regnis filius Vuenceslaus iunior degener. ib.

Vuenceslaus Regis Boemiæ filius postea Boemiæ, & Poloniæ Rex eius nominis III. a nonnullis Hungaris proceribus electus Rex Hungariæ. 1301. n.7. corona redimitus a Colocensi archiepiscopo. ib. iubetur a Bonifacio VIII. coeptis absistere, cum iura Caroli sint potiora. n.7. & seqq. iubetur non vi, sed legibus ius persequi. 1302. n.19. arguitur ob titulum Poloniæ Regis acceptum. ib. lata in eum sententia a Bonifacio in causa regni Hungarici. nu.16. succedit Vuenceslao patri seniori. 1305. n.15. optima patris præcepta contemnit. ib. cæditur ex insidijs. 1306. n.16.

Vuenceslaus IV. Boemiæ ac Romanorum Rex. Caroli IV. malis artibus creatus Cæsar. 1376. n.13. confirmata illius electio ab Vrbano VI. 1378. n.41. decernit cum Germanis standum pro Vrbano aduersus schismaticos. 1379. n.36. de suscipiendis imperatorijs insignibus agit. 1390. n.3. & de schismate abolendo. ib. pia consilia abijcit. n.6. abalienat iura imperij. 1395. n.18. dat Galeatio Vicecomiti ducales apices accepto ab eo auro. ib. Vuicleffi hæresim grassari patitur in Boemia. n.19. colloquium celebrat cum Gallo Rege. 1398. nu.36. Pontificem vna cum antipapa tollere pacis studio molitur. 1398. n.36. iudiciario ordine a septemuiris ob insignia flagitia imperio priuatur. 1400. n.12. 13. eius impia crudelitas. n.14. magorum consuetudine delectabatur. ib. Rupertum Regem Italicam expeditionem suscipientem bello petit in Germania. A.1401. n.9. &c. sapientiorum in eum sententia confirmatur a Bonifacio. 1402. n.1. &c. expositæ causæ. ib. immanis eius crudelitas. n.6. in carcerem publicum a Boemis conijcitur. ib. ex eo lapsus crudelitatem exercet, atque a scorto mulceri tantum potuit. ib. regno iterum exutus in Viennensem carcerem cõpingitur. n.7. in regnum restituitur casu admirando. ib. sua inertia fouet hæreticorum audaciam. 1409. nu.88. monitus a Ioanne XXIII. ne Boemiam infici patiatur. 1414. n.9. hæretici inter se agitant de eo solio exturbando. n.7. territus hæreticorum numero & audacia, quos libere grassari siuerat, in arcem Visegradensem se recipit. 1418. n.6. trucidatis ab hæreticis magistratibus paulisper e veterno animæ excitatur. 1419. n.10. incidit mox in veternum corporis ac perit morbo apoplectico. ib.

Vuicleffitæ, coniurant in Angliæ Regem & clerum. 1381. n.38. opprimuntur. ib. eques Vuicleffita in Eucharistia videt veram carnem, & conuertitur. 1382. n.36. &c. Vuicleffitarum contaminatissimi mores. n.41. eorum scripta a Richardo Rege incendi iussa. 1388. n.12. spernunt omnia miracula. 1389. n.18. diuina in Vuicleffitam Eucharistiæ deriſorem vindicta. n.18. mulieres im. Vuicleffiana secta sacerdotium vsurpant. 1391. n.21. plures ab archiepiscopo Cantuariensi ad fidem catholicam redacti. 1392. n.8. immania moliuntur scelera. 1395. n.18. coerciti a Richardo Rege. ib. damnantur in concilio Londinensi. 1396, n.9. meritis pœnis afficiuntur. ib. argutiæ eorum confutatæ a Vuilhelmo Vuindesordo. ib. Vuicleffita proferens Eucharistiæ araneam, mox a terra aranea circa os obsidetur. n.17. ab Henrico Rege exuri iussi Vuicleffitæ. 1401. n.16. prohibiti eorum cœtus proposita capitali pœna. ib. impia ipsorum dogmata. 1402. n.3.4. sabbatismum instaurare nituntur. ib. traditiones respuunt. ib. meretricios concubitus licitos esse affirmant. ib. in eos leges exercitæ. ib. plures ex Anglia in Germaniam fugiunt flammarum metu. ib. suadere nituntur Henrico Regi vt ad leuandas ærarij difficultates ecclesiasticas opes inuadat. 1404. n.10. eorum spreta consilia. ib. celebrata aduersum eos synodus Pragæ in Boemia. 1408. n.69. a Ioanne Hus & Hieronymo Pragensi secta propagata. ibid. damnantur in Pragensium doctorum cœtu. 1409. n.88. inter eos mulierculæ & artifices mechanici diuinarum scripturarum interpretationem sibi arrogant. 1409. n.89.

Vuicleffitica hæresis extincta in Anglia. 1495. n.19. reuiuiscit in Boemia. ib.

Vuiclessus V. Ioannes Vuiclessus.

Vuido ordinis Cisterciensis Cardinalis prænestinus. in Germania legatione functus præsules cogit adhærere Othoni. 1203. n.40. pias consuetudines inducit. n.42.

Vuillelmus Roschildensis abbas, pia eius mors. 1102. n.29. Nicolaus ipsius discipulus apostata cognito diuinitus fœlici eius

in cœlum ingreſſa redit ad monaſterium. ibid.

Vvillelmus Capparonus. poſt Marcualdum Siciliæ res turbat. A. 1203. n. 69. pellitur e Sicilia. ib. Othonem prodit, ac proceres in Philippi Sueui partes allicit. 1205. n. 42. & 1206. n. 49.

Vvillelmus Sarisberienſis comes. a B. Virgine diuinitus e naufragio eripitur. 1225. num. 37.

Vvillelmus epiſcopus Mutinenſis. ad ſeptentrionales barbarorum regiones legatus mittitur. 1234. n. 45. creatus Cardinalis Sabinenſis in Noruegiam legatus mittitur. 1246. n. 32. data illi mandata Yaquini regijs inſignibus induendi. ib.

S. Vvillelmus epiſcopus Briocenſis. pie moritur. 1241. n. 88. de ſingulari illius caſtitate. ib.

Vvillelmus Rex Romanorum. ex Hollandiæ comite Cæſar creatur. 1247. n. 4. Colonienſes illi adhærent. n. 6. Aquiſgranum Conrado eripit. 1248. n. 14. in ea vrbe ſolemni ritu corona redimitur. n. 14. priuilegia Romanæ eccleſiæ confirmat. ib. pollicetur illi Innocentius IV. imperialia inſignia. 1251. n. 9. procerum bona publicat, qui vnius anni flexu ad obſequium non redierint. 1252. n. 17. Conradum iure ducatus Sueuiæ exuit. ib. Belgas in Batauia irrumpentes profligat. n. 7. ea clades Belgarum antea diuinitus oſtenſa. ib. Friſios domat. 1255. n. 54. a Friſijs interemptus. 1256. n. 1.

Vvillelmus de longa Spata. apud Maſſoram a Saracenis occiſus cœleſti viſo matri comitiſſæ oſtenſus cœlum ingredi. 1250. num. 16.

Vvillelmus epiſcopus Agennenſis. creatur patriarcha Ieroſolymitanus. 1263. n. 16.

Vvillelmus Hollandiæ comes. peritus bello a matre comitiſſa Hannoniæ diuina ope eam vincit. 1351. n. 36. 37.

Vvillelmus Barton academiæ Oxonienſis princeps. damnat Vvicleffi hæreſes. 1380. n. 21.

Vvillelmus Vindefordas Minorita. egregio libro confutat argutias Vvicleffitarum contra Euchariſtiam. 1396. n. 9.

Vvitoldus dux Lituaniæ. fidei amplificandæ ſtudet. 1418. n. 20. ornatur munere vicarij apoſtolici. ib. delata ſibi corona Boemica auxilia Boemis præbet contra Sigiſmundum. 1423. n. 16. eorum clientelam deſerit. 1424. n. 8.

Vvladiſlaus archiepiſcopus Salisburgenſis. datum ab eo iuuene eximium caſtitatis & miſericordiæ exemplum. 1270. n. 31.

Vvladiſlaus Loſticus Rex Poloniæ. poſt Vvenceslai II. mortem recuperat Cracouienſem principatum. 1306. n. 17. eligitur Rex poſt Vvenceslai III. eædem diſcordibus ſuffragijs. ib. Glogouienſem ducem emulum bello petit. ib. Brandeburgenſem principatum vaſtat. 1327. num. 9.

Vvladiſlaus Lituaniæ dux Poloniæ Rex, Heduigem Poloniæ heredem vxorem ducit. 1386. n. 4. Lituaniam Samagitiam & Ruſſiam coniungit Poloniæ. ib. Apoſtoli munere in conuertendis populis fungitur. 1387. num. 15. Vilnenſem & Mednicenſem epiſcopatus congruis vectigalibus donat. ib. conſpectis eminus templorum pinnis detecto flexoque capite Numen adorare ſolitus. ib. ſacram militiam in Baiazethem ſuſcipit. A. 1399. n. 6. &c. pia illius vxoris mors. n. 8. Iudæos, qui Euchariſtiam confoderant ferro, ſupplicio afficit n. 27. ob crebra miracula in eo loco, in quo abiecta fuerat Euchariſtia edita, templum condit. ib. infeſtatus a Tamerlanis ducibus in eos egregie pugnat. 1400. n. 7. fert opem Sigiſmundo pro retinendo Hungariæ regno poſt Mariæ Reginæ mortem aduerſus Ladiſlaum legitimum heredem. 1403. n. 15. cruentiſſimo prælio delet Cruciferos. 1410. n. 3. 4. in Samagitis conuertendis ad Chriſtum Apoſtoli munere fungitur. 1413. n. 24. Sagniacas populos ad Chriſti fidem perducit. 1418. n. 18. vicarij Apoſtolici munus obtinet in Polonia Nouagrodia & Pliſcouia. ib. iuſſus fidei ſacramentum nuncupare Gneſnenſi archiepiſcopo. ibid. pia eius ſtudia pro Chriſti gloria amplificanda. ib. inducias pangit cum Cruciferis. 1420. nu. 12. Boemi hæretici ab eo auxilia petunt. 1402. n. 21. denunciat illi Martinus V. peccati lethalis reum futurum ſi opem ijs præbuerit, & ſi fidem Eccleſia diſſentiente datam ſeruauerit. 1422. n. 21. contra Boemos cum alijs Regibus catholicis conſpirat. 1424. nu. 5. Boemicam coronam deferentibus hæreticis bellum denunciat ni hæreſim abijciant. 1424. n. 11. nepotem delatam Boemicam coronam excipientem ab hæreticis, bello petit. 1425. n. 13. ſolicitatur a Martino vt ſacrum bellum inhæreticos ſuſcipiat. n. 15. eius obitus. 1434. n. 26. amplificata ab eo fides & eccleſiæ conditæ. ib. ſuccedit in regnum Vvladiſlaus filius. ibid.

Vvladiſlaus III. Rex Poloniæ. ſuccedit parenti. 1434. n. 27. creatur diſcordibus ſuffragijs Hungariæ Rex. 1440. n. 12. & Boemiæ. ib. adhæret Eugenio IV. contra Baſileenſes. 1441. nu. 14. inſignem victoriam apud Sophium de Amurate refert. 1443. n. 20. cum Pontifice & Scanderbegho fœdus init contra Turcas. n. 22. paciſcitur inducias cum Amurate. 1444. n. 5. eo vertente arma in Caramanum inducias iuſte abrumpere potuit. ib. primam aciem Turcarum proſternit in Vvarnenſi pugna. n. 9. dum inſtar equo deiectus obtruncatur. ib.

Vvladiſlaus Caſimiri Regis Poloniæ filius Boemiæ, ac poſtea Hungariæ Rex. vocatur ad ſceptrum Boemicum materno iure hereditario debitum. 1471. n. 29. de pace agit cum Matthia Hungariæ Rege. 1472. n. 33. pacem cum eo conficit & paulo poſt fracta pace Vvratiſlauiam fruſtra tentat. 1474. n. 7. pacem ſancit cum Matthia Rege. 1478. nu. 43. & 1479. n. 23. in eum abſentem rebellant Huſſitæ. n. 24. clementius ab eo habiti inoleſcunt. ib. paratas ſibi ab Huſſitis inſidias diſſipat. 1483. n. 56. Beatricis Reginæ opera Hungariæ regnum ſibi comparat. 1490. n. 12. cum Alberto fratre pacem facit. A. 1491. nu. 11. & cum Maximiliano, vt ſi ſine liberis mori contigerit, regnum ad Maximiliani poſteros redeat. ib. Turcas Alba regali & Sabario propulſat. 1492. n. 16. poſtulatus a Baiazethe de pace, modo Turcis aditum daret ad alias Chriſtianorum prouincias, eam generoſe reſpuit. ib. Turcas cædit ad quindecim millia. 1493. n. 1. dein ab ijs vincitur. ib. Huſſitas ad expetendam coniunctionem cum Romana eccleſia adducit. n. 5. & 1499. n. 30. ſacro in Turcas fœderi accedit. 1501. nu. 1. Turcas Hungaria fortiter propulſat. 1501. n. 81. extincto fratre Alberto vocatur ad regnum Poloniæ a nonnullis, ſed demum Alexander illi præfertur. 1501. n. 81. pro Chriſtiana religione ſpretis Selimi promiſſis defendenda ſtrenue ſe accingit. 1516. n. 58. cum Maximiliano & fratre Polono fœdus in Turcas percutit. ib. moritur ac Pontificem tutorem Ludouici filij relinquit. ibid.

Vvladus Podoliæ princeps. a Mahomete inualus, tumultuarijs prælijs eius exercitum fatigat. 1462. nu. 30. irrumpit noctu in caſtra Turcica & in diſcrimen cõijcit Mahometem. ib. oppreſſus numero in Hungariam fugit. ib. conijcitur in vincula. ib. dimiſſus plura gerit in Turcas, demumque ab ijs occiſus. ib.

Vvlcanus Dalmatiæ, Dioclitæ, & Seruiæ Rex. Romanæ eccleſiæ coniunctionem amplectitur. 1199. n. 55.

S. Vvlſtanus epiſcopus Vvigornienſis. maximis miraculis claret. 1203. n. 62. ſanctis aſcribitur ab Innocentio III. ib.

Vvratiſlauiæ arx. diuinitus contra Tartaros defenſa. 1241. n. 3.

Vvratiſlauienſes. in tuenda fide catholica conſtantiſſimi. 14..

X

S. Xauerius S. Ignatij diſcipulus & ſocius, ſe in ſocium S. Ignatio addicit. 1534. n. 45. religioſa vota nuncupat, nec non conditionale votum de euangelio inter Syros prædicando. n. 46. dein Indiarum Iaponiorumque Apoſtolus euaſit. ibid.

Xenodochium S. Spiritus. conditum ab Innocentio III. inſtauratum a Sixto IV. 1477. n. 12.

Y

Yaquinus Rex Norwegiæ miſſus ad eum regia corona exornandum legatus Cardinalis. 1246. n. 33. natalium illius labes ad ſuſtinendam regiam dignitatem deleta. n. 34. bello ſacro ſe in Saracenos deuouet, & in clientelam apoſtolicam accipitur. n. 35. excitatur ad finitimos infideles edomandos. n. 36.

S. Yuo. in ſanctorum numerum refertur. 1347. n. 32. fulget miraculis. ib.

Zamo-

Z

Zamorinus Rex Calecutij. prælio maritimo deletus a Lusitanis. A. 1501. n. 89. fatigatus varijs prælijs ad pacem compellitur. 1503. n. 26. fusus eius exercitus a Lusitanis diuina ope. 1504. n. 42. deluditur ab auguribus. ib. poscit auxilia ab Ægyptio. 1505. n. 49.

Zamissa episcopus Cracouiensis. eo in molimine stupranda virginis extincto, auditi in eius funere dæmonum ludicri clamores. 1382. n. 27.

Zelus. V. *Studium pium.*

Zemisses Baiazethis II. ex fratre nepos. coram Solimanno fidem Christi constanter profitetur. 1522. n. 24. cum duobus filijs occiditur. ib.

Zicborum Rex Versaebus. ad fidem catholicam conuersus. 1333. n. 35.

Zisca haereticorum dux. extincto Vvenceslao loca sacra expilat, & sæuit in catholicos. 1419. n. 10. Sigismundi Imperatoris Pragam obsidentis impetus frangit. 1420. n. 14. Pragenses ecclesias diripit, & crudelitatem exercet in catholicos. ib. condita arce, cui Thabor nomen indidit, Thaboritarum fit auctor. 1421. n. 5. sæua eius gesta in catholicos. 1422. n. 17. & 18. in fugam cogit, quamuis cæcus Sigismundum Imperatorem. ib. & n. 19. catholicos fundit. A. 1427. n. 7. 2 Sigismundo Imperatore præmijs allectus in partes cæsareas. n. 10. peste extinguitur. ib. ex pelle tympanum confici, volucribus carnes dari iubet. ib. eo sublato sectatores se orphanos dixere. ib.

Zizimus. affectabat imperium aduersus Baiazethem. 1481. n. 25. prælio eiectus ex Asia perfugit ad Ægyptium. 1482. n. 35. Asia iterum frustra tentata ad Rhodium principem se confert. n. 36. postulatur a Matthia. 1488. n. 9. deditur Innocentio VIII. ib. & 1489. n. 1. quanta promiserit Baiazethes si Zizimum retineret. 1489. n. 1. quo ritu Pontificem salutarit. n. 2. traditur Carolo VIII. cum eius opera Baiazethi bellum se illaturum diceret. 1499. n. 3. moritur infectus, vt aiunt, lento veneno. n. 8.

Zuingliani. cum Lutheranis de concordia agunt. 1529. n. 5. damnantur in Spirensi conuentu. n. 15. ad conuentus Augustanos se conferunt. 1530. n. 116. frustra niuntur concordiam facere cum Protestantibus. ibid. confessionis suæ formulam offerunt Cæsari. ib. confutantur. ib. interrogati an velint damnare errores, respondent se ad hoc non habere mandatum. ib. exemplum confutationis eorum haeresum iustis de causis ipsis negarum. ibid. Zuingliani Helueri] in catholicos insurgunt. 1531. n. 22. viginti millia ab octingentis catholicis cæditur. ib. Zuinglij in prælio trucidati, ac postea igni cremati cineres colunt, qui sacras reliquias contemnebant. ibid. & n. 29. in alijs quoque prælijs a catholicis diuina ope contusi. n. 32. & 34. Deiparæ templum clarum miraculis euertere nituntur. eod. n. 34. pacem exorant ea lege, vt sibi quod vellent de fide sentire liceret. ibid. indoluit ea de re Pontifex. ib.

Zuinglius haeresiarcha, & Zuingliani. oppugnat præsentiam Christi in Eucharistia, auctore dæmone. 1519. n. 50. Sacramentariorum, & Iconoclastarum haeresim propagat. 1522. n. 33. Tigurinos infecit. 1524. n. 53. in Lucernentibus conuentibus damnatur. n. 53. apud Tigurinos abolet sacrificium missæ. n. 55. condit sectam Zuinglianam. ib. impios de religione libros scribit. 1525. n. 42. cum Luthero certat, atque ab eo arguitur fathana plenum esse. ib. tuetur se traditione aduersus Anabaptistas. n. 61. eius haeresis damnata in conuentibus Badensibus. 1526. n. 98. in Bernensibus constabilita, atque in ijs apostatæ incestis infames loco apostolorum habiti; Christi autem vicarius loco antichristi habitus. ibid. Zuinglius trucidatus in prælio. 1531. n. 22. eius corpus iudiciaria sententia exustum, sparsique cineres. ib.

LAVS DEO.

Digitized by Google

Corrigenda, vel mutanda.

Anno. 1198. n. 8. vers. 10. imperio erat, lege, impenderat. n. 12. v. 1. fuerent, l. fuerit. n. 14. v. 11. fua, l. fua. n. 16. v. 9. capitane, l. capitaneis. n. 35. not marg. Lufitaniæ, adde Rege n. 83. v. 24. iudicijs, l. inducijs. n. 90. v. 6. ijdem, l. iſdem.

1199. n. 25. v. 15. inſita, l. inſtar n. 27. v. 37. ſmiplies, l. ſimplices. n. 32. v. 8. diuitius, l. diutius. n. 67. v. 3. eum, l. cum.

1200. n. 11. v. 23. Pontifici, l. Pontificis. n. 4. v. 7. exaut, l. exuit. n. 51. v. 43. demiſſionis, l. demiſſionis. n. 44. v. 13 viginem, l. virginem. n. 51 v. 3. illuſtra eſt, l. illuſtratum eſt.

1201. n. 1. v. 8. his fueris, dele &c. nu. 17. v. 5. vbebes, l. vberes. n. 24. v. 8. Othonem fecit, adde, certiorem. n. 38. v. 35. Diupuldus, l. Diupuldus. n. 43. v. 15 & 16. ueceſſionem ſperſidus, l. ſucceſſionem perfidus.

1202. n. 7. v. 27. Romanum, l. Romanum.

1203. n. 2. v. 17. affirmata, l. affirmat.

1205. n. 10. not marg. Templarij, Templarijs n. 69. v. 14. augeretur, l. argueretur.

1206. n. 27. v. 14. vt ſarrabamus, dele.

1207. n. 9. v. 27. de res, l. ad res.

1208. n. 15. v. 33. in illius, adde, interfectores.

1209. n. 1. v. 2. potius, l. potiuſt.

1211. n. 9. v. 14. ſi ait, l. ſic ait.

1213. n. 36. v. 3. alatæ, l. à latæ.

1213. n. 34. v. 6. pontificiæ, l. pontificijs. n. 53. v. 18. dele, ait.

1214. n. 17. v. 22. regio, l. regios.

1218. n. 1. v. 15 conciliare vt, l. conciliarent. n. 21. v. 14. impetu, l. impetus. n. 38. v. 37. abs te, l. abs re. n. 64. v. 21. eſt, l. vt.

1221. n. 2. v. 9. profectionis, l. profectionis. n. 42. v. 13 propoſuit, vtque, l. propoſuitque, vt.

1223. n. 19. v. 25. euis, l. eius n. 38. v. 3. ad eum ſe. dele.

1240. in tit. princ III, l. IX.

1241. n. 7. v. 2. huic, l. hinc. num. 41. v. 26. referret, l. referretur. nu 67. v. 3. elegerint, l. elegerunt. v. 5. Cæleſtinus, l. Cæleſtini accipit, l. accepit.

1243. n. 42. v. 5. temperat affuerit, l. temperata fuerit.

1247. n. 26. v. 9. ipſo, l. ipſe.

1249. n. 7. v. vlt. populum, l. populorum.

1257. n. 60. v. 22. principum, l. principium.

1264. n. 35. v. vlt. diceretur, l. dicetur. n. 36. v. 15. immortalatus, l immortalitatis.

1266. n. 34. v. 1. ex, l. Rex.

1267. n. 6. v. vlt. auros, l. auſos n. 68. v. 6. ſpo, adde erigere &c.

1272. n. 44. v. 8. ij dele.

1273. n. 21. v. fin. acledere, l. accederet. n. 40 v. 14. incurebant. l. incurrebat. v. fin. partibus, l. patribus.

1277. n. 53. v. 29. l. XXI. collegijs, collegij.

1279. n. 6. v. 3. principis, l principes.

1281. n. 18. v. 2. prauaſus, l prauus vir.

1288 n. 27. v. fin. animadierent, l. animadueterent.

1290. n 23. v. 11. pœnas, l. pœnis.

1294. n. 10. v. 3. proiedere, l proiecere.

1296. n. 23. v. 2 policiti, l. politi.

1297. n. 17. v. 18. puna, l. pœna.

1300. n. 13. v. 7. aget, l ageret.

1301. n. 17. v. 5. prouinciam, l. prouincia.

1302. n. 16. v. 21 iuis, l. ſuis. n. 29. v. fin. contuliſſerint, l. contulerint.

1303. n. 49. v 6. factos, l. tactas.

1310. n 37. v. 26. fui, l. ſui.

1321. n. 56. v. 3 cupidum, l. cupidus.

1323. n. 37. v. 13 crimin ſtagibus, l. criminibus.

1328. n. 60. v. 19. Reſtituiſſe, l. Reſtituiſſe.

1331. n. 43. v. 5. conceptam, adde formulam.

1334. n. 14. v. 14. agitandamque, l. agitandumque.

1355. n. 17. v. 2. dele, a.

1361. n. 4. v. 2. maia, l. maia

1367. n 9. v. 2. ſucepta, l. ſuſcepto.

1370. n. 23. v. 32. menſes, l. menſem.

1376. in tit. V. l. XI.

1379. n. 25. v. 20. feit, l. fecit.

1382. n. 1. v. 5. ipſum dele.

1385. n. 12. v. 3. ſordarauerat, l. ſordauerat.

1390. n 20. v. 31. Virgnem, l. Virgni.

1394. n. 2. v. 26. reditum, l. redditum. n. 6. v. 21. in Petrum. dele, in.

1398. n. 31. v. 27. idem, l. ijdem.

1408. n. 4. v. 2. nos, l. nos.

1414. n. 3. v. 2. ſigni fero e ſignifero.

1415. n. 2. ad fin. decantantæ, l. decantatæ. n. 48. n. 7. iterſi, l. iterum.

1416. n. 4. v. 13. ac decimo, dele, ac.

1418. n. 2. v. 15. deprecantibus quæ &c. l. deprecantibuſque.

1419. n. fin. v. 3. imperatorij, l. imperatoriæ

1420. n. 12. not. marg. fiduciæ l. inducias. n. 23. v. 9. Antoninum, l. Antoninus.

1423. n. 16. v. 12. ſuccinctus, l. ſuccinctum.

1424. n. 17. v. 2. reportar, l. reportatam. n. 18. v. 35. continenda, l. continendam. v. 44. ad ſanctum, dele, ad n. 20. ad fin. Decretum, l. Decretam. n. 21. ad fin. allacias, l. fallacias.

1431. n. 15. v. 9. factus, l. faſtis.

1433. n. 5. v. 4. Chriſtianum, l. Chriſtianam. n. 30. not. marg. Vicentinus, l. Caſtellanus.

1439. n. 20. v. 3. prælato, l. prolato.

1440. n. 1. v. 5. infuli s, l. infulis.

1443. n. 14. poſt med. Edocit, l. Edocuit.

1450. n. 13. v. 11. Phranzæ, l. Phranzæ. n. 20. §. fin. v. 1. Bolonierus, l. Bolonerius.

1453. n. 19. v. 7. inteſtinis vero, l. rem inteſtinis.

1454. n. 23. v. 8. redimietur, l. redimiretur.

1456. n. 48. v. 3. bi, l. bis.

1460. n. 19. v. 12. eum, l. ei.

1461. n. 2. v. 13. Turcis, l. Turcicis. n. 19. v. 6. clarus, l. clarus.

1472. n. 4. v. 6. ſulirata, l. luſtrata.

1477. n. 10. v. 7. dele ex.

1482. n. 35. v. fin. dele, attinet.

1485. n. 26. v. 12. epiſcopus, l. epiſcopis.

1488. n. 8. v. 3. rumbruque, l. rubrumque.

1489. n. 15. v. 14. aciem, adde pronolarunt.

1493. n. 10. v. 3. qui, dele. n. 20. not. marg. pare, l. paret.

1500. n. 1. v. 7. diſſonorſi, l. diſſonorum. n. 60. v. 24. Eccleſicſt, l. Eccleſiæ.

1513. n. 18. v. 12. muniam, l. munitam. n. 30. v. 9. Mediſanenſis, l. Mediolanenſis. nu. 107. v. 25. porrigerint, l. porrigerent, locauerent, l. locarent.

1518. n. 107. v. fin. dele fuæ.

1519. n. 14. v. 15. metu, adde ſoluti. n. 60. v. 2. demiſerat, adde quemque. v. 4. quemque: dele.

1530. n. 73. v. 6. redito, l. reddito.

1531. n. 102. v. 6. plebijs, l. plebeij.

1532. n. 33. v. 6. Iconoſtarum, l. Iconoclaſtarum.

1530. n. 48. not. marg. 1. controuerſia, l. controuerſiæ. n. 54. not. marg. Germaniam in Germanism.

1531. n. 22. not. marg viginti millia, adde adoriuntur Hæretici n. 58 not. marg. inficerentur, l. inficeretur.

1534. n. 8. not. marg. pacia, l. pacis.

1534. n. 3. v. 1. Imerea. l. Iuerea. n. 18. v. 25. ſtrium, l. ſtrigum. 28. v. 26 Cam, l. Cum.

In indice, in fine tit Deipara, adde V. B. Virgo.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



by Google